

[illegible]

A B Γ Δ E [illegible]

Θ I K Λ M N Ξ O

Π P C T Y Φ X

Ψ Ω [illegible]

[illegible]

A B C D E F G H

I K L M N O P Q R S

T V X Y Z & ÷

Ouertint universi [illegible]

[illegible]

[illegible]

Desiderii mei desideratas accepi
epistolas quae quodam praesagio
futurorum cum Daniele sortitum
est nomen obsecrantis ut trans-
latum in latinam linguam de hebreo sermone pentateucum
nostrorum auribus traderem. Periculosum opus certe obtrectato-
rum meorum latratibus patens. qui me asserunt in septuaginta
suggillatione nova pro veteribus cudere. ita ingenium quasi vinum
probantes. cum ego saepissime testatus sim me pro parte in tab-
ernaculo dei offerre quae possim. nec opibus alterius aliorum paupertatem
foedari. Quod ut auderem. origenis me studium provocavit. qui editio-
ni antiquae translationem theodotionis miscuit asterisco et obelo
id est stella. et veru opus omne distinguens. dum aut illucescere
facit quae minus ante fuerant. aut superflua quaeque iugulat et con-
fodit. maximeque evangelistarum et apostolorum auctoritas promulgavit.
in quibus multa de veteri testamento legimus quae in nostris codicibus non
habentur. ut est illud. ex aegypto vocavi filium meum. et quoniam nazareus
vocabitur. et videbunt in quem compunxerunt. et flumina de ven-
tre eius fluent aquae vivae. et quae nec oculus vidit nec auris au-
divit nec in cor hominis ascendit quae praeparavit deus diligentibus
se. et multa alia quae proprium ΣΥΝΤΑΓΜΑ desiderant. Interro-
gemus ergo eos ubi haec scripta sint. et cum dicere non potuerint. de
libris hebraicis proferamus. Primum testimonium est in osee. se-
cundum in ysaia. tertium in zacharia. quartum in proverbiis. quin-
tum aeque in ysaia. Quod multi ignorantes apocryphorum deliramenta sectantur
et hiberas nenias libris authenticis praeferunt. Causas erroris
non est meum exponere. Iudaei prudenti factum dicunt esse consilio.
ne ptholomeus unius dei cultor etiam apud hebreos duplicem divini-
tatem deprehenderet. Quod maxime idcirco faciebant quia in platonis
dogma cadere videbatur. Denique ubicumque sacratum aliquid
scriptura testatur de patre et filio et spiritu sancto. aut aliter interpretati
sunt. aut omnino tacuerunt. ut et regi satisfacerent. et archanum fidei
non vulgarent. Et nescio quis primus auctor septuaginta cellulas alexandriae
mendacio suo exstruxerit. quibus divisi eadem scriptitarint. cum aris-
teus eiusdem ptholomei ΥΠΕΡΑΣΠΙΣΤΗΣ et multo post tem-
pore iosephus nihil tale retulerint. sed in una basilica congregatos con-
tulisse scribant non prophetasse. Aliud est enim vatem. aliud esse interpretem.
Ibi spiritus ventura praedicit. hic eruditio et verborum copia ea quae intelligit
transfert. nisi forte putandus est tullius oeconomicum xenofontis
et platonis pytagoram et demosthenis pro ctesifonte afflatus rheto-
rico spiritu transtulisse. aut aliter de eisdem libris per septuaginta interpretes. aliter per
apostolos spiritus sanctus testimonia texuit. ut quod illi tacuerunt hi scriptum esse
mentiti sunt. Quid igitur damnamus veteres? Minime. sed post
priorum studia. in domo domini quod possumus laboramus. Illi interpre-
tati sunt ante adventum christi. et quod [illegible] dubiis protulere senten-
tiis. nos post passionem et resurrectionem eius non tam prophetiam quam hysto-
riam scribimus. Aliter enim audita. aliter visa narrantur. Quod melius
intelligimus. melius et proferimus. Audi igitur aemule et obtrectator [illegible]
ausculta. Non damno non reprehendo septuaginta. sed confidenter cunctis illis apostolos
praefero. Per istorum os mihi christus sonat. quos ante prophetas inter spiritalia charis-
mata positos lego. in quibus ultimum pene gradum interpretes tenent.
Quid livore torqueris? Quid imperitorum animos contra me concitas?
Sicubi tibi in translatione videor errare interroga hebreos diversa-
rum urbium magistros consule. Quod illi habent de christo. tui codi-
ces non habent. Aliud est si contra se postea ab apostolis usurpata testi-
monia probaverunt. et emendatiora sunt exemplaria latina quam
greca quam hebraica. Verum haec contra invidos. Nunc te deprecor
desideri carissime. ut qui tantum opus me subire fecisti. et a genesi
exordium capere orationibus iuves. quo possim eodem spiritu quo
conscripti sunt libri. in latinum eos transferre sermonem.

INCIPIT LIBER GENESIS QUI DICITUR BRESITH ISTI QUINQUE LIBRI MOYSI A PUD HEBREOS DICUNTUR THORA. NOS VERO PENTATHEUCUM.

[illegible]

abbas Dionisius (Dionysii)
1360–1366

[illegible] . do. & repl[illegible] iniquitate. Cumq; uidisset [illegible] terram esse corruptā

omnis quippe caro corruperat uiam suam sup terram [illegible] Finis

uniu̾se carnis uenit coram me. Repleta est terra iniquitate [illegible] eor̄.

& ego dispdā eos cum tra. Fac tibi arcam de lignis leuigatis. Mansi

unculas in archa facies. & bitumine li[illegible]

facies [illegible]. Trecentor̄ cubitor̄ erit longitudo archę. Lmta cubitor̄ la[titudo]

& xxx cubitor̄ altitudo illius. Fenestram in archa facies. & in cubito con

summabis summitatem illius. Ostium aūt archę pones ex latere. deorsum.

Cenacula & tristega facies in ea. Ecce ego adducam diluuii aquas sup

terram. ut interficiam omnē carnē in qua spiritus uitę est subt̄ celum.

Uniu̾sa quę in tra sunt consumentur. Ponamq; fedus meum tecum. & ingre

dieris archam tu & filii tui. uxor tua. & uxores filior̄ tuor̄ tecū. Et ex

cunctis animantib; tre & uniu̾se carnis bina & bina induces in archa

ut uiuant tecum. masculini sexus & feminini. De uolucribus iuxta genus

suum. & de iumentis in genere suo. & ex omni reptili tre sc̄dm genus

suum. Bina ingredientur tecum. ut possint uiuere. Tolles igitur

tecum ex omnib; escis quę mandi possunt. & comportabis apud te. & erunt

tā tibi quā illis in cibum. Fecit igitur noe omnia quę pceperat illi ds.

Dixitq; dns ad eū. Ingredere tu & omnis domus tua in archā. Te enim uidi

iustum coram me in generatione hac. Ex omnib; animantib; mundis

tolles septena & septena masculum & feminam. De animantibus uero inmundis duo & duo masculum & feminam. Sed & de uolatilib; celi

septena & septena masculum & feminam. ut saluetur semen sup faciē uniu̾se

tre. Adhuc enim & post dies septem ego pluam sup tram xl. dieb; &

xl. noctib; & delebo omnem substantiam quā feci de sup facie tre.

Fecit ergo noe omnia quę mandauerat ei dominus. Eratq; noe sexcentor̄

annor̄ quando diluuii aquę inundauerunt sup tram. Et ingressus

ē noe & filii eius. uxor eius & uxores filior̄ eius cū eo in archam ppter

aquas diluuii. De animantib; quoq; mundis & inmundis & de

uolucrib; & ex omni quod mouetur sup tram duo & duo ingressi

sunt cū noe in archam masculus & femina sicut pceperat dominus noe.

Cumq; transissent septem dies. aquę diluuii inundauerunt sup tram.

Anno sexcentesimo uitę noe. mense sc̄do. septimo decimo die mensis.

rupti sunt omnes fontes abyssi magnę. & cataractę celi apertę sunt

& facta ē pluuia sup tram xl. dieb; & xl. noctib;. In articulo

diei illius ingressus ē noe. & sem. & cham. & iafeth filii eius. uxor eius.

& tres uxores filior̄ eius cum eo in archam. Ipsi & omne animal sc̄dm

genus suum. uniu̾saq; iumenta in genere suo. & omne quod mouetur sup

tram in genere suo. cunctumq; uolatile sc̄dm genus suum. [illegible]

& omnes aues. uolucres que ingresse sunt ad noe in archa. bina & bina

ex omni carne in qua erat spiritus uitę. & quę ingressa sunt masculus &

femina ex omni carne introierunt sicut pceperat ei ds. [illegible]

Factumq; est diluuium xl. dieb; sup tram. & multiplicatę sunt aquę

& eleuauerunt archā in sublime a tra. Uehementer inundauerunt

& omnia repleuerunt in supficie tre. Porro archa ferebatur sup

aquas. Et aquę pualuerunt nimis sup tram. opertiq; sunt omnes

montes excelsi sub uniu̾so celo. Quindecim cubitis altior fuit aqua montes quos operuerat. Consumptaq; ē omnis caro quę mouebat sup

tram uolucrum. animantium. bestiarū. omniumq; reptilium quę reptant

sup tram. uniu̾si homines. & cuncta in quib; spiraculum uitę

[illegible] Et deleuit omnem substantiam quę erat sup tram

[illegible] & reptile quasq; uolucres celi. & deleta sunt de tra

[illegible] Remansit aūt solus noe & qui cum eo erant in archa. Obti

nueruntq; aquę tram centum quinquaginta dieb;.

Recordatus autē ds noe. cunctorumq; animantium & omnium iumentor̄

quę erant cum eo in archa. adduxit spiritum sup tram. & inminutę sunt

aquę. & clausi sunt fontes abyssi. & cataractę celi. & phibitę sunt pluuię

de celo. Reuersęq; sunt aquę de tra euntes & redeuntes. & cepe

runt minui post centum quinquaginta dies. Requieuitq; archa

mense septimo. vicesimo septimo die mensis sup montes armenię.

At uero aquę ibant & decrescebant usq; ad decimum mensem. Decimo

enim mense prima die mensis apparuerunt cacumina montium. Cumq; transissent xl

dies. aperiens noe fenestram archę quam fecerat dimisit coruum. Qui

egrediebatur & non reuertebatur donec siccarentur aquę sup tram. Emisit

quoq; columbam post eum ut uideret si iam cessassent aquę sup facie tre.

Quę cum non inuenisset ubi requiesceret pes eius. reu̾sa ē ad eū

in archam. Aquę enim erant sup uniu̾sam tram. Extenditq; manū

& apphensam intulit in archa. Expectatis aūt ultra septem dieb;

rursum dimisit columbam ex archa. At illa uenit ad eum

ad uesperam portans ramum oliuę uirentibus foliis in ore suo. Intellexit

ergo noe quod cessassent aquę sup tram. Expectauitq; nichilominus

vii. alios dies & emisit columbam. quę non est reu̾sa ultra ad eum.

Igitur sexcentesimo primo anno. primo mense. prima die mensis imminutę

sunt aquę sup tram. Et aperiens noe tectum archę. aspexit uiditq;

quod exsiccata esset supficies tre. Mense sc̄do septimo & xx^o die

mensis arefacta ē tra. Locutus ē aūt ds ad noe dicens. Egredere

de archa tu & uxor tua. filii tui & uxores filior̄ tuor̄ tecum.

Cuncta animantia quę sunt apud te ex omni carne tam in uolatilib;

quā in bestiis & uniu̾sis reptilib; quę reptant sup tram. educ tecū.

& ingredimini sup tram. Crescite & multiplicamini sup tram. Egressus

est ergo noe & filii eius. uxor illius & uxores filior̄ eius cum eo. Sed & omnia

animantia. iumenta. & reptilia quę reptant sup tram sc̄dm genus suum

de archa egressa sunt. Edificauit aūt noe altare domino. & tollens de

cunctis pecorib; & uolucrib; mundis obtulit holocausta sup altare.

Odoratusq; ē dns odorem suauitatis & ait ad eum. Nequaquam ultra ma

ledicam tre ppter homines. Sensus enim & cogitatio humani cordis in

malum prona sunt ab adolescentia sua. Non igitur ultra pcutiam omnem animam

uiuentem sicut feci. Cunctis diebus tre. sementis & messis. frigus & estus.

estas & hyemps. nox & dies non requiescent.

Benedixitq; ds noe & filiis eius. & dixit ad eos. Crescite & multiplicamini & implete tram. Et terror uester ac tremor sit sup cuncta animalia tre & sup omnes uolucres celi cum uniu̾sis quę mouentur in tra.

Omnes pisces maris manui uestrę traditi sunt. & omne quod mouetur & uiuit. erit uobis in cibum. Quasi holera uirentia tradidi uobis omnia. excepto quod carnem cū sanguine non comedetis. Sanguinem enim animarum urarum requiram de manu cunctarum bestiarum & de manu hominis. de manu uiri & fratris eius requiram animā hominis. Quicumq; fuderit humanum sanguinem. fundetur sanguis illius. Ad imaginem quippe di factus ē homo. Uos aūt crescite & multiplicamini & ingredimini sup tram & implete eam.

Hec quoq; dixit ds ad noe & ad filios eius cum eo. Ecce ego statuam pactum meum uobiscum & cum semine uestro post uos. & ad omnem animam uiuentem quę est uobiscum tam in uolucrib; quā in iumentis & pecudib; tre cunctis quę egressa sunt de archa & uniu̾sis bestiis tre. Statuam pactum meum uobiscum. & nequaquam ultra interficietur omnis caro aquis diluuii neq; erit deinceps diluuium dissipans tram. Dixitq; ds. Hoc signum federis quod do inter me & uos & ad omnem animam uiuentem [illegible]

[illegible] in generationes sempiternas. [illegible] ponam in nubi[bus]

[illegible] federis inter me & inter tram. Cumq; obduxero

[illegible] apparebit arcus meus in nubibus. & recordabor federis mei

uobiscum & cum omni anima uiuente quę carnem uegetat. & non erunt ultra

aquę diluuii ad delendā uniu̾sam carnem. Eritq; arcus meus in nubibus.

& uidebo illum. & recordabor federis sempiterni quod pactum ē inter dm̄ & in

ter omnem animam uiuentem uniu̾sę carnis quę ē sup tram. Dixitq; ds

[ad] noe. Hoc erit signum federis quod constitui inter me & omnem carnem

sup tram. Erant ergo filii noe qui egressi sunt de archa. sem. cham. & iafeth.

Porro cham ipse est pater chanaan. Tres isti filii sunt noe. & ab his

disseminatum est omne hominum genus sup uniu̾sam tram. Cepitq; noe

uir agricola exercere tram & plantauit uineam. Bibensq; uinum inebria

tus est & nudatus in tabernaculo suo. Quod cum uidisset

cham pater chanaan. uerenda scilicet patris sui esse nudata. nuntiauit duob; fratrib;

suis foras. At uero sem & iafeth pallium imposuerunt humeris

suis. & incedentes retrorsum operuerunt uerecunda patris sui. faciesq;

eorum auersę erant. & patris uirilia non uiderunt. Euigilans aūt noe ex

uino. cum didicisset quę fecerat ei filius suus minor ait. Maledictus cha

naan. seruus seruor̄ erit fratrib; suis. Dixitq; Benedictus dns ds sem.

sit chanaan seruus eius. Dilatet ds iafeth & habitet in tabernaculis

sem. sitq; chanaan seruus eius. Uixit autem noe post diluuium ccc^{tos} l.

annos. [illegible] impletis dccccl. annis mortuus est.

Hę sunt generationes filior̄ noe. sem. cham & iafeth. natiq; sunt

eis filii post diluuium. Filii iafeth. gomer. & magog. & madai. &

iauan. & tubal. & mosoch. & thiras. Porro filii gomer. ascenez

& rifath & thogorma. Filii aūt iauan. elisa. & tharsis. cethim &

dodanim. Ab his diuisę sunt insulę gentium in regionib; suis.

Unusquisq; sc̄dm linguam suam. & familias suas in nationib; suis. Filii

aūt cham. chus. & mesraim. & phut. & chanaan. Filii chus.

saba & euila. & sabatha. & regma & sabathaca. Filii regmā

saba & dadan. Porro chus genuit nemrod. Ipse cepit esse potens in

tra. & erat robustus uenator coram domino. Ab hoc exiuit puerbium.

Quasi nemrod robustus uenator coram dno. Fuit aūt principium regni eius

babilon & arach. & archad. & chalanne in tra sennaar. De tra

illa egressus ē assur. & edificauit niniuen & plateas ciuitatis. & chale.

Resen quoque inter niniuen & chale. Hęc est ciuitas magna.

At uero mesraim genuit ludim. & anamim. & laabim. & nepthuim. & phetrusim.

& chasluim. De quib; egressi sunt philistiim & capthurim. Chanaan

aūt genuit sydone primogenitum suum. etheum. & iebuseum. & amor

reum. gergeseum. eueum. & aruceum. sineum. & aradium. samareum.

& amatheum. Et post hęc disseminati sunt populi chananeorum.

Factiq; sunt termini chanaan uenientib; a sydone gerara usq; gaza

donec ingrediaris sodomā & gomorrā & adamam. & seboim

usq; lesa. Hii filii cham in cognationib; & linguis & genera

tionib; terrisq; & gentib; suis. De sem quoq; nati sunt patre omnium

filior̄ heber fratre iafeth maiore. Filii sem elam & assur

& arfaxad. & lud. & aram. Filii aram. hus & hul. & gether

& mes. At uero arfaxad genuit sale. de quo ortus est heber. Natiq; sunt heber

filii duo. nomen uni faleg. eo quod in diebus eius diuisa sit tra. & nomen

fratris eius iectan. Qui iectan genuit elmodad & saleph & asarmoth

iare. & aduram & uzal & decla. & ebal. & abimahel. saba. &

ophyr. & euila. & iobab. Omnes isti filii iectan. Et facta ē habi

tatio eor̄ de messa pergentib; usq; sephar montem orientalem. Isti

filii sem sc̄dm cognationes & linguas. & regiones in gentib; suis.

Hę familię noe iuxta populos & nationes suas. Ab his diuisę sunt

gentes in tra post diluuium. Erat aūt tra labii unius & sermo

num eorundem. Cumq; pficiscerentur de oriente. inuenerunt campum

in tra sennaar & habitauerunt in eo. Dixitq; alter ad pximum suum.

Uenite faciamus lateres & coquamus eos igni. Habueruntq; late

res pro saxis & bitumen pro cemento. Et dixerunt. Uenite faciamus

nobis ciuitatem & turrim. cuius culmen pertingat ad celum. &

celebremus nomen nostrum antequam diuidamur in uniu̾sas tras. Descendit

aūt dns ut uideret ciuitatem & turrim quam edificabant filii adā.

& dixit. Ecce unus est pplus & unum labium omnib;. cepe

runtq; hoc facere. nec desistent a cogitationib; suis donec eas opere

compleant. Uenite igitur descendamus & confundamus ibi linguam eor̄

ut non audiat unusquisq; uocem pximi sui. Atq; ita diuisit eos

dns ex illo loco in uniu̾sas tras. & cessauerunt edificare ciuitatem. Et idcirco

uocatum ē nomen eius babel. quia ibi confusum ē labium uniu̾sę tre.

& inde dispsit eos dns sup faciem cunctarum regionum.

Hę sunt generationes sem. Sem erat centum annorum quando

genuit arfaxad. biennio post diluuium. Uixitq; sem postquam genuit arfa

xad quingentis annis & genuit filios & filias. Porro arfaxad

uixit xxxv. annis & genuit sale. Uixitq; arfaxad postquam

genuit sale ccc. iii. annis. & genuit filios & filias. Sale quoq; uixit xxx. annis & genuit heber. Uixitq; sale postquam genuit heber

quadringentis tribus annis & genuit filios & filias. Uixit aūt heber xxx. iiii. annis & genuit faleg. Et uixit heber postquam

genuit faleg cccc. xxx. annis & genuit filios & filias. Uixit quoq;

faleg xxx. annis & genuit reu. Uixitq; faleg postquam genuit reu

ducentis nouem annis & genuit filios & filias. Uixit aūt reu xxx^{ta} duob;

annis & genuit sarug. Uixitq; reu postquam genuit sarug cc. vii. an

nis & genuit filios & filias. Uixit uero sarug xxx. annis & genuit nachor.

Uixitq; sarug postquam genuit nachor ducentis annis. & genuit filios & filias.

Uixit aūt nachor xx. viiii. annis & genuit thare. Uixitq; nachor postquam

genuit thare centum decem & nouem annis. & genuit filios & filias.

Uixitq; thare lxx. annis & genuit abram & nachor & aran.

Hę sunt aūt generationes thare. Thare genuit abram & nachor & aran.

Porro aran genuit loth. Mortuusq; est aran ante thare patrem suum in tra natiuitatis suę in ur chaldeor̄. Duxerunt aūt abram & nachor uxores.

Nomen uxoris abram sarai. & nomen uxoris nachor melcha filia aran patris melchę & patris iesche. Erat aūt sarai sterilis. nec

habebat liberos. Tulit itaq; thare abram filium suum & loth filium aran filium filii sui. & sarai nurum suam uxorem abram filii sui.

& eduxit eos de ur chaldeor̄. ut irent in tram chanaan. Ueneruntq; usq; aran. & habitauerunt ibi. Et facti sunt dies thare ducentor̄

quinque annor̄. & mortuus est in aran.

Dixit aūt dns ad abram. Egredere de tra tua & de cognatione tua & de domo patris tui. & ueni in tram quam monstrauero tibi. Faciamq;

te in gentem magnam. & benedicam tibi. & magnificabo nomen tuum eritq; benedictus. Benedicam benedicentib; tibi. & maledicam

maledicentib; tibi. atq; in te benedicentur uniu̾sę cognationes tre.

Egressus est itaq; abram sicut pceperat ei dns. & iuit cum eo loth.

Septuaginta quinq; annor̄ erat abram cum egrederetur de aran. Tulitq;

sarai uxorem suam. & loth filium fratris sui. uniu̾samq; substantiam

quam possederant. & animas quas fecerant in aran. & egressi sunt

ut irent in tram chanaan. Cumq; uenissent in eam. ptransiuit

abram tram usq; ad locum sichem. usq; ad conuallem illustrem.

Chananeus autem tunc erat in terra.

Apparuitque dominus abram & dixit ei. Semini tuo dabo terram hanc. Qui edificavit altare domino. qui apparuerat ei. & invocavit nomen eius. Et inde transgrediens ad montem qui erat contra orientem bethel. tetendit ibi tabernaculum suum. ab occidente habens bethel. & ab oriente ai. Edificavit quoque ibi altare domino. & invocavit nomen eius. Perrexitque abram vadens & ultra progrediens ad meridiem. Facta est autem fames in terra. descenditque abram in egyptum. ut peregrinaretur ibi. Prevaluerat enim fames in terra. Cumque prope esset ut ingrederetur egyptum. dixit saray uxori sue. Novi quod pulchra sis mulier: et quod cum viderint te egyptii dicturi sunt uxor ipsius est. & interficient me. & te reservabunt. Dic ergo obsecro te quod soror mea sis. ut bene sit michi propter te. & vivat anima mea ob gratiam tuam. Cum itaque ingressus esset abram in egyptum. viderunt egyptii mulierem quod esset pulchra nimis. & nuntiaverunt principes pharaoni. & laudaverunt illam apud illum. & sublata est mulier in domo pharaonis. Abram vero bene usi sunt propter illam. fueruntque ei oves et boves. & asini. & servi famulie. & cameli. Flagellavit autem dominus pharaonem plagis maximis & domum eius. propter uxorem eius. Vocavitque pharao abram & dixit ei. Quidnam est quod fecisti michi. Quare non indicasti quod uxor tua esset. Quam ob causam dixisti esse sororem tuam. ut tollerem eam michi in uxorem. Nunc igitur ecce coniunx tua. accipe eam et vade. Precepitque pharao super abram viris. & deduxerunt eum et uxorem eius

c. 13 et omnia que habebat. Ascendit autem abram de egypto ipse & uxor eius. & omnia que habebat. & loch cum eo ad australem plagam. Erat autem dives valde in possessione auri & argenti. Reversusque est per iter quo venerat a meridie in bethel usque ad locum ubi prius fixerat tabernaculum inter bethel & ai. in loco altaris quod fecerat prius. & invocavit ibi nomen domini. Sed & loch qui erat cum abram fuerunt greges ovium. & armenta. & tabernacula. nec poterat eos capere terra. ut habitarent simul. Unde & facta est rixa inter pastores gregum abram & loch.

Eo autem tempore chananeus & pherezeus habitabant in illa terra. Dixit autem abram ad loch. Ne quaeso sit iurgium inter me & te. et inter pastores meos & pastores tuos. Fratres enim sumus. Ecce enim universa terra coram te est. recede a me obsecro. Si ad sinistram ieris. ego dexteram tenebo. Si tu dexteram elegeris. ego ad sinistram pergam. Elevatis itaque loch oculis. vidit omnem circa regionem iordanis que universa irrigabatur. antequam subverteret dominus sodomam & gomorram sicut paradysus domini. & sicut egyptus venientibus in segor. Elegitque sibi loch regionem circa iordanem & recessit ab oriente. divisique sunt alterutrum a fratre suo. Abram habitavit in terra chanaan. loch vero moratus est in oppidis que erant circa iordanem. & habitavit in sodomis. Homines autem sodomite pessimi erant. & peccatores coram domino nimis. Dixitque dominus ad abram postquam divisus est loch ab eo. Leva oculos tuos & vide a loco in quo nunc es. ad aquilonem & ad meridiem. & ad occidentem. Omnem terram quam conspicis tibi dabo et semini tuo usque in sempiternum. faciamque semen tuum sicut pulverem terre. Si quis potest hominum numerare pulverem. semen quoque tuum numerare poterit. Surge & perambula terram in longitudine & in latitudine sua. quia tibi daturus sum eam.

Movens igitur abram tabernaculum suum. venit & habitavit iuxta convallem mambre quod est in ebron. edificavitque altare domino.

c. 14 Factum est autem in illo tempore ut amrahel rex sennaar. & arioch rex ponti. & codorlaomor rex elamitarum. & thadal rex gentium. inirent bellum contra bara regem sodomorum. & contra bersa regem gomorre. & contra sennaab regem adame. & contra semeber regem seboim. contraque regem bale ipsa est segor. Omnes hi convenerunt in valle silvestre. que nunc est mare salis. Duodecim enim annis servierunt codorlaomor. & tertiodecimo anno recesserunt ab eo. Igitur anno xiiii venit codorlaomor et reges qui cum eo erant. percusseruntque rafaym in astaroch. carnaim & zuzim cum eis. & emim in save. cariathaim & chorreos in montibus seyr usque ad campestria pharan que est in solitudine. Reversique sunt & venerunt ad fontem messfat. ipse est cades & percusserunt omnem regionem amalechitarum & amorreorum qui habitabant in asason thamar. Et egressi sunt rex sodomorum. & rex gomorre. rex adame. & rex seboim. necnon & rex bale que est segor. & direxerunt contra eos aciem in valle silvestri. scilicet adversum codorlaomor regem elamitarum. & thadal regem gentium. & amrahel regem sennaar. & arioch regem ponti. iiii. reges adversus quinque. Vallis autem silvestris habebat puteos multos bituminis. Itaque rex sodomorum & rex gomorre terga verterunt ceciderunt que ibi. & qui remanserant fugerunt ad montem. Tulerunt autem omnem substantiam sodomorum & gomorre. & universa que ad cibum pertinent. & abierunt necnon loch & substantiam eius. filium fratris abram qui habitabat in sodomis. Et ecce unus qui evaserat nuntiavit abram hebreo. qui habitabat in convalle mambre fratris eschol. & fratris aner. Hi enim pepigerant fedus cum abram. Quod cum audisset abram captum videlicet fratrem suum. numeravit expeditos vernaculos suos trecentos x. & octo. & persecutus est eos usque dan. Et divisis sociis irruit super eos nocte percussitque eos. & persecutus est eos usque hoba. que est ad levam damasci. usque ad fenicem. reduxitque omnem substantiam. & loch fratrem suum cum substantia illius. mulieres quoque & populum. Egressus est autem rex sodomorum in occursum eius postquam reversus est a cede codorlaomor. & regum qui cum eo erant. in valle save. que est vallis regis. At vero melchisedech rex salem proferens panem & vinum. erat enim sacerdos dei altissimi. benedixit ei & ait. Benedictus abram deo excelso qui creavit celum & terram. & benedictus deus excelsus quo protegente hostes in manibus tuis sunt. Et dedit ei decimas ex omnibus. Dixit autem rex sodomorum ad abram. Da michi animas. & cetera tolle tibi. Qui respondit ei. Levo manum meam ad dominum deum excelsum possessorem celi & terre. quod a filo subtegminis usque ad corrigiam calige non accipiam ex omnibus que tua sunt. ne dicas ego ditavi abram. exceptis his que comederunt iuvenes. & partibus virorum qui venerunt mecum. aner. eschol & mambre. isti accipi

c. 15 ant partes suas. His itaque transactis. factus est sermo domini ad abram per visionem dicens. Noli timere abram ego protector tuus sum. & merces tua magna nimis. Dixitque abram. Domine deus. quid dabis michi? Ego vado absque liberis. & filius procuratoris domus mee iste damascus eliezer. Addiditque abram. Michi autem non dedisti semen. & ecce vernaculus meus heres meus erit. Statimque sermo domini factus est ad eum dicens. Non erit hic heres tuus. sed qui egredietur de utero tuo. ipsum habebis heredem. Eduxitque eum foras. & ait illi. Suspice celum. & numera stellas si potes. Et dixit illi. Sic erit semen tuum. Credidit abram deo. et

reputatum est ei ad iustitiam. Dixitque ad eum. Ego dominus qui eduxi te de ur chaldeorum. ut darem tibi terram istam ut possideres eam. At ille ait. Domine deus. unde scire possum quod possessurus sum eam? Et respondens dominus. Sume inquit michi vaccam triennem. & capram trimam. & arietem annorum trium. turturem quoque & columbam. Qui tollens universa hec divisit ea per medium. & utrasque partes altrinsecus posuit. aves autem non divisit. Descenderuntque volucres super cadavera. & abigebat eas abram. Cumque sol occumberet sopor irruit super abram & horror magnus & tenebrosus invasit eum. dictumque est ad eum. Scito prenoscens quod peregrinum futurum sit semen tuum in terra non sua. & subicient eos servituti & affligent quadringentis annis. Verumtamen gentem cui servituri sunt ego iudicabo. & post hec egredientur cum magna substantia. Tu autem ibis ad patres tuos in pace. sepultus in senectute bona. Generatione autem quarta revertentur huc. Necdum enim complete sunt iniquitates amorreorum usque ad presens. Cum ergo occubuisset sol facta est caligo tenebrosa. & apparuit clibanus fumans. & lampas ignis transiens inter divisiones illas. In die illo pepigit dominus cum abram fedus dicens. Semini tuo dabo terram hanc. a fluvio egypti usque ad flumen magnum eufraten. cyneos & zenezeos. & cedmoneos. & ethеos. & ferezeos. rafaym quoque & amor

c. 16 reos. & chananeos. & gerseos & iebuseos. Igitur saray uxor abram non genuerat liberos. Sed habens ancillam egyptiam nomine agar dixit marito suo. Ecce conclusit me dominus ne parerem. ingredere ad ancillam meam. si forte saltem ex illa suscipiam filios. Cumque ille acquiesceret deprecanti. tulit agar egyptiam ancillam suam post annos x. quam habitare ceperant in terra chanaan. & dedit eam viro suo uxorem. Qui ingressus est ad eam. At illa concepisse se videns. despexit dominam suam. Dixitque saray ad abram. Inique agis contra me. Ecce dedi ancillam meam in sinum tuum. que videns quod conceperit: despectui me habet. Iudicet dominus inter me & te. Cui respondens abram. Ecce ait ancilla tua in manu tua est. utere ea ut libet. Affligente igitur eam saray fugam iniit. Cumque invenisset illam angelus domini iuxta fontem aque in solitudine. que est in via sur in deserto. dixit ad illam. Agar ancilla saray unde venis & quo vadis? Que respondit. A facie saray domine mee ego fugio. Dixitque angelus domini. Revertere ad dominam tuam. & humiliare sub manu illius. Et rursum. Multiplicans inquit multiplicabo semen tuum. & non numerabitur pre multitudine. Ac deinceps ecce ait concepisti. & paries filium. vocabisque nomen eius hysmael. eo quod audierit dominus afflictionem tuam. Hic erit ferus homo. Manus eius contra omnes. & manus omnium contra eum. & e regione universorum fratrum suorum figet tabernacula.

Vocavit autem nomen domini qui loquebatur ad eam. tu deus qui vidisti me. Dixit enim profecto hic vidi posteriora videntis me. Propterea appellavit puteum illum videntis me & videntis. Ipse est inter cades & barad. Peperitque agar abre filium. Qui vocavit nomen eius ysmahel. Octoginta & sex annorum erat quando peperit ei

c. 17 agar ysmahelem. Postquam vero nonaginta & novem annorum esse ceperat. apparuit ei dominus dixitque ad eum. Ego dominus omnipotens ambula coram me & esto perfectus. ponamque fedus meum inter me & te. & multiplicabo te vehementer nimis. Cecidit abram pronus in faciem. Dixitque ei dominus. Ego sum & pactum meum tecum. erisque pater multarum gentium. nec ultra vocabitur nomen tuum abram. sed appellaberis abraham. quia patrem multarum gentium constitui te. faciamque crescere vehementissime. & ponam te in gentibus. regesque ex te egredientur. Et statuam pactum meum inter me & te. & inter semen tuum post te in generationibus suis. federe sempiterno ut sim deus tuus & seminis tui post te. daboque tibi & semini tuo terram peregrinationis tue omnem terram chanaan in possessionem eternam. eroque deus eorum. Dixit iterum dominus ad abraham. Et tu ergo custodies pactum meum. & semen tuum post te in generationibus suis. Hoc est pactum quod observabitis & observabitis inter me & vos. & semen tuum post te in generationibus suis.

Circumcidetur ex vobis omne masculinum. & circumcidetis carnem preputii vestri. ut sit in signum federis inter me & vos. Infans octo dierum circumcidetur in vobis. omne masculinum in generationibus vestris. Tam vernaculus quam emptitius circumcidetur. & quicumque non fuerit de stirpe vestra. eritque pactum meum in carne vestra in fedus eternum. Masculus cuius preputii caro circumcisa non fuerit. delebitur anima illa de populo suo. quia pactum meum irritum fecit. Dixit quoque dominus ad abraham. Saray uxorem tuam non vocabis saray sed saram. & benedicam ei. et ex illa dabo tibi filium. cui benedicturus sum. eritque in nationes regesque populorum orientur ex eo. Cecidit abraham in faciem suam. et risit dicens in corde suo. Putasne centenario nascetur filius. & sara nonagenaria pariet? Dixitque ad dominum. Utinam ysmahel vivat coram te. Et ait deus ad abraham. Sara uxor tua pariet tibi filium. vocabisque nomen eius ysaac. & constituam pactum meum illi in fedus eternum. & semini eius post eum. Super ysmahel quoque exaudivi te. Ecce benedicam ei & augebo. & multiplicabo eum valde. Duodecim duces generabit. & faciam illum in gentem magnam. Pactum vero meum statuam ad ysaac quem pariet tibi sara tempore isto. in anno altero.

Cumque finitus esset sermo loquentis cum eo. ascendit deus ab abraham. Tulit autem abraham ysmahelem filium suum & omnes vernaculos domus sue. universosque quos emerat. cunctos mares ex omnibus viris domus sue. & circumcidit carnem preputii eorum. statim in ipsa die. sicut preceperat ei dominus. Abraham nonaginta novem annorum erat quando circumcidit carnem preputii sui. & ysmahel filius eius xiii. annorum impleverat tempore circumcisionis sue. Eadem die circumcisus est abraham. & ysmahel filius eius. & omnes viri domus illius. tam vernaculi quam emptitii. & alienigene pariter circumcisi

c. 18 sunt. Apparuit autem ei dominus in convalle mambre sedenti in ostio tabernaculi sui. in ipso fervore diei. Cumque elevasset oculos apparuerunt ei tres viri stantes prope eum. Quos cum vidisset cucurrit in occursum eorum de ostio tabernaculi. & adoravit in terram & dixit. Domine si inveni gratiam in oculis tuis. ne transeas servum tuum. & afferam pauxillum aque ut laventur pedes vestri. & requiescite sub arbore. Ponam buccellam panis & confortate cor vestrum. & postea transibitis. Idcirco enim declinastis ad servum vestrum. Qui dixerunt. Fac ut locutus es. Festinavit abraham ad tabernaculum ad saram. dixitque ei. Accelera tria sata simile commisce. & fac subcinericios panes. Ipse vero ad armentum cucurrit. et tulit inde vitulum tenerrimum. et optimum. deditque puero. Qui festinavit & coxit illum. Tulit quoque butyrum & lac & vitulum quem coxerat. & posuit coram eis. Ipse vero stabat iuxta eos sub arbore. et

Cumque comedissent. dixerunt ad eum. Ubi est sara uxor tua? Ille respondit

ecce in tabernaculo est. Cui dixit. Revertens veniam ad te tempore isto vita comite, et habebit filium Sara uxor tua. Quo audito, Sara risit post ostium tabernaculi. Erant autem ambo senes provectaeque aetatis, et desierant Sarae fieri muliebria. Quae risit occulte dicens. Postquam consenui, et dominus meus vetulus est, voluptati operam dabo? Dixit autem dominus ad Abraham. Quare risit Sara dicens, num vere paritura sum anus? Numquid deo est quicquam difficile? Iuxta condictum revertar ad te hoc eodem tempore vita comite, et habebit Sara filium. Negavit Sara dicens: non risi, timore perterrita. Dominus autem: non est, inquit, ita, sed risisti.

Cum ergo surrexissent inde viri, direxerunt oculos suos contra Sodomam, et Abraham simul gradiebatur deducens eos. Dixitque dominus. Num celare potero Abraham quae gesturus sum, cum futurus sit in gentem magnam ac robustissimam, et benedicendae sint in illo omnes nationes terrae? Scio enim quod praecepturus sit filiis suis et domui suae post se ut custodiant viam domini, et faciant iudicium et iustitiam, ut adducat dominus propter Abraham omnia quae locutus est ad eum. Dixitque dominus. Clamor Sodomorum et Gomorreorum multiplicatus est, et peccatum eorum aggravatum est nimis. Descendam et videbo utrum clamorem qui venit ad me opere compleverint, an non est ita ut sciam. Converteruntque se inde et abierunt Sodomam. Abraham vero adhuc stabat coram domino, et appropinquans ait. Numquid perdes iustum cum impio? Si fuerint quinquaginta iusti in civitate, peribunt simul, et non parces loco illi propter quinquaginta iustos si fuerint in eo? Absit a te ut rem hanc facias, ut occidas iustum cum impio, fiatque iustus sicut impius. Non est hoc tuum, qui iudicas omnem terram. Nequaquam facias iudicium. Dixitque ad eum dominus. Si invenero Sodomis l. iustos in medio civitatis, dimittam omni loco propter eos.

Respondens Abraham ait. Quia semel coepi, loquar ad dominum meum, cum sim pulvis et cinis. Quid si minus l. iustis quinque fuerint? Delebis propter quadraginta quinque universam urbem? Et ait. Non delebo, si invenero ibi xl. quinque. Rursumque locutus est ad eum. Sin autem xl. inventi fuerint, quid facies? Ait. Non percutiam propter xl. Ne quaeso, inquit, indigneris domine si loquar. Quid si inventi fuerint ibi xxx? Respondit. Non faciam si invenero ibi xxx. Quia semel, ait, coepi, loquar ad dominum meum. Quid si inventi fuerint ibi xx? Dixit. Non interficiam propter xx. Obsecro, inquit, ne irascaris domine, si loquar adhuc semel. Quid si inventi fuerint ibi x? Dixit. Non delebo propter x. Abiit dominus postquam cessavit loqui ad Abraham, et ille reversus est in locum suum. Veneruntque duo angeli Sodomam vespere, sedente Loth in foribus civitatis. Qui cum audisset et vidisset, surrexit et ivit obviam eis, et adoravit pronus in terram, et dixit. Obsecro domini, declinate in domum pueri vestri, et manete ibi. Lavate pedes vestros, et cras proficiscimini in viam vestram. Qui dixerunt. Minime, sed in platea manebimus. Compulit illos oppido ut diverterent ad eum, ingressisque domum illius fecit convivium, coxit azima, et comederunt.

Prius autem quam irent cubitum, viri civitatis vallaverunt domum illius a puero usque ad senem, omnis populus simul. Vocaveruntque Loth et dixerunt ei. Ubi sunt viri qui introierunt ad te nocte? Educ illos huc ut cognoscamus eos. Egressusque ad eos Loth, post tergum accludens ostium, ait. Nolite quaeso fratres mei, nolite malum hoc facere. Habeo duas filias quae necdum cognoverunt virum. Educam eas ad vos, et abutimini eis sicut vobis placuerit, dummodo viris istis nichil faciatis mali, quia ingressi sunt sub umbra culminis mei. At illi dixerunt. Recede illuc. Et rursum: ingressus es, inquiunt, ut advena, numquid ut iudices? Te ergo ipsum magis quam hos affligemus. Vimque faciebant Loth vehementissime. Iamque prope erat ut effringerent fores, et ecce miserunt manum viri, et introduxerunt ad se Loth, clauseruntque ostium, et eos qui erant foris percusserunt caecitate a minimo usque ad maximum, ita ut ostium invenire non possent. Dixerunt autem ad Loth. Habes hic tuorum quempiam, generum aut filios aut filias? Omnes qui tui sunt, educ de urbe hac. Delebimus enim locum istum, eo quod increverit clamor eorum coram domino, qui misit nos ut perdamus illos.

Egressus itaque Loth locutus est ad generos suos, qui accepturi erant filias eius, et dixit. Surgite, egredimini de loco isto, quia delebit dominus civitatem hanc. Et visus est eis quasi ludens loqui. Cumque esset mane, cogebant eum angeli dicentes. Surge et tolle uxorem tuam et duas filias tuas quas habes, ne et tu pereas in scelere civitatis. Dissimulante autem illo, apprehenderunt manum eius et manum uxoris ac duarum filiarum eius, eo quod parceret dominus illi. Et eduxerunt eum, posueruntque extra civitatem. Ibique locuti sunt ad eum dicentes. Salva animam tuam. Noli respicere post tergum, nec stes in omni circa regione, sed in monte salvum te fac, ne et tu pereas simul. Dixitque Loth ad eos. Quaeso domine mi, quia invenit servus tuus gratiam coram te, et magnificasti misericordiam tuam quam fecisti mecum ut salvares animam meam, nec possum in monte salvari, ne forte apprehendat me malum et moriar. Est civitas haec iuxta, ad quam possum fugere, parva, et salvabor in ea. Numquid non modica est, et vivet anima mea? Dixitque ad eum. Ecce etiam in hoc suscepi preces tuas, ut non subvertam urbem pro qua locutus es. Festina et salvare ibi, quia non possum quicquam facere donec ingrediaris illuc. Idcirco vocatum est nomen urbis illius Segor. Sol egressus est super terram, et Loth ingressus est Segor.

Igitur dominus pluit super Sodomam et Gomorram sulphur et ignem de caelo, et subvertit civitates has et omnem circa regionem, universos habitatores urbium, et cuncta terrae virentia. Respiciensque uxor eius post se, versa est in statuam salis. Abraham autem consurgens mane, ubi steterat prius cum domino, intuitus est Sodomam et Gomorram, et universam regionem terrae illius, viditque ascendentem favillam de terra quasi fornacis fumum. Cum enim subverteret dominus civitates regionis illius, recordatus est Abrahae, et liberavit Loth de subversione urbium in quibus habitaverat. Ascenditque Loth de Segor et mansit in monte, duae quoque filiae eius cum eo. Timuerat enim manere in Segor, et mansit in spelunca ipse et duae filiae eius cum eo. Dixitque maior ad minorem. Pater noster senex est, et nullus virorum remansit in terra qui possit ingredi ad nos iuxta morem universae terrae. Veni, inebriemus eum vino, dormiamusque cum eo, ut servare possimus ex patre nostro semen. Dederuntque patri suo bibere vinum nocte illa, et ingressa est maior dormivitque cum patre. At ille non sensit, nec quando accubuit filia, nec quando surrexit. Altera quoque die dixit maior ad minorem. Ego dormivi heri cum patre. Demus ei bibere vinum etiam hac nocte, et dormies cum eo, ut salvemus semen de patre nostro. Dederunt et illa nocte patri vinum, ingressaque minor filia dormivit cum patre. Conceperunt ergo duae filiae Loth de patre suo. Peperitque maior filium, et vocavit nomen eius Moab. Ipse est pater Moabitarum usque in praesentem diem. Minor quoque peperit filium, vocavitque nomen eius Ammon, id est filius populi mei. Ipse est pater Ammonitarum usque hodie.

Profectus inde Abraham in terram australem, habitavit inter Cades et Sur, et peregrinatus est in Geraris. Dixitque de Sara uxore sua. Soror mea est. Misit ergo Abimelech rex Gerarae et tulit eam. Venit autem deus ad Abimelech per somnium nocte, et ait illi. En morieris propter mulierem quam tulisti. Habet enim virum. Abimelech vero non tetigerat eam, et ait. Domine, num gentem ignorantem et iustam interficies? Nonne ipse dixit mihi: soror mea est, et ipsa ait: frater meus est? In simplicitate cordis mei et munditia manuum mearum feci hoc. Dixitque ad eum deus. Et ego scio quod simplici corde feceris, et ideo custodivi te ne peccares in me, et non dimisi ut tangeres eam. Nunc ergo redde uxorem viro suo, quia propheta est, et orabit pro te, et vives. Si autem nolueris reddere, scito quod morte morieris tu et omnia quae tua sunt. Statimque de nocte consurgens Abimelech vocavit omnes servos suos, et locutus est universa verba haec in auribus eorum. Timueruntque omnes viri valde. Vocavit autem Abimelech etiam Abraham, et dixit ei. Quid fecisti nobis? Quid peccavimus in te, quia induxisti super me et super regnum meum peccatum grande? Quae non debuisti facere fecisti nobis. Rursumque expostulans ait. Quid vidisti ut hoc faceres? Respondit Abraham. Cogitavi mecum dicens. Forsitan non est timor dei in loco isto, et interficient me propter uxorem meam. Alias autem et vere soror mea est, soror patris mei, et non filia matris meae, et duxi eam uxorem. Postquam autem eduxit me deus de domo patris mei, dixi ad eam. Hanc misericordiam facies mecum. In omni loco ad quem ingrediemur, dices quod frater tuus sim.

Tulit igitur Abimelech oves et boves et servos et ancillas, deditque Abraham, reddiditque illi Saram uxorem suam, et ait. Terra coram vobis est. Ubicumque tibi placuerit, habita. Sarae autem dixit. Ecce mille argenteos dedi fratri tuo. Hoc erit tibi in velamen oculorum ad omnes qui tecum sunt, et quocumque perrexeris. Mementoque te deprehensam. Orante autem Abraham sanavit deus Abimelech et uxorem suam, ancillasque eius, et pepererunt. Concluserat enim deus omnem vulvam domus Abimelech propter Saram uxorem Abrahae. Visitavit autem dominus Saram sicut promiserat, et implevit quae locutus est. Concepitque et peperit filium in senectute sua, tempore quo praedixerat ei deus. Vocavitque Abraham nomen filii sui quem genuit ei Sara Ysaac. Et circumcidit eum octava die sicut praeceperat ei deus, cum centum esset annorum. Hac quippe aetate patris natus est Ysaac. Dixitque Sara. Risum fecit michi deus. Quicumque audierit corridebit mihi. Rursumque ait. Quis auditurus crederet Abrahae quod Sara lactaret filium quem peperit ei iam seni? Crevit ergo puer et ablactatus est. Fecitque Abraham grande convivium in die ablactationis eius. Cumque vidisset Sara filium Agar Aegyptiae ludentem cum Ysaac, dixit ad Abraham. Eice ancillam hanc et filium eius. Non enim heres erit filius ancillae cum filio meo Ysaac. Dure accepit hoc Abraham pro filio suo. Cui dixit deus. Non tibi videatur asperum super puero et super ancilla tua. Omnia quae dixerit tibi Sara, audi vocem eius, quia in Ysaac vocabitur tibi semen. Sed et filium ancillae faciam in gentem magnam, quia semen tuum est.

Surrexit itaque Abraham mane, et tollens panem et utrem aquae imposuit scapulae eius, tradiditque puerum, et dimisit eam. Quae cum abisset, errabat in solitudine Bersabee. Cumque consumpta esset aqua in utre, abiecit puerum subter unam arborem quae ibi erat, et abiit, seditque e regione procul quantum potest arcus sagittam iacere. Dixit enim. Non videbo morientem puerum. Et sedens contra levavit vocem suam et flevit. Exaudivit autem deus vocem pueri. Vocavitque angelus domini Agar de caelo dicens. Quid agis Agar? Noli timere. Exaudivit enim deus vocem pueri de loco in quo est. Surge, tolle puerum, et tene manum eius, quia in gentem magnam faciam eum. Aperuitque oculos eius deus. Quae videns puteum aquae abiit et implevit utrem, deditque puero bibere. Et fuit cum eo. Qui crevit et moratus est in solitudine, factusque est iuvenis sagittarius. Habitavitque in deserto Pharan, et accepit illi mater sua uxorem de terra Aegypti.

Eodem tempore dixit Abimelech et Phicol princeps exercitus eius ad Abraham. Deus tecum est in universis quae agis. Iura ergo per dominum ne noceas mihi et posteris meis stirpique meae, sed iuxta misericordiam quam feci tibi facies mihi et terrae in qua versatus es advena. Dixitque Abraham. Ego iurabo. Et increpavit Abimelech propter puteum aquae quem vi abstulerant servi illius. Respondique Abimelech. Nescivi quis fecerit hanc rem, sed et tu non indicasti mihi, et ego non audivi praeter hodie. Tulit itaque Abraham oves et boves et dedit
3. Abimelech, percusseruntque ambo foedus. Et statuit Abraham septem agnas gregis seorsum. Cui dixit Abimelech. Quid sibi volunt septem agnae istae quas stare fecisti seorsum? At ille. Septem, inquit, agnas accipies de manu mea, ut sint in testimonium mihi, quia ego fodi puteum istum. Idcirco vocatus est locus ille Bersabee, quia ibi uterque iuravit, et inierunt foedus pro puteo iuramenti. Surrexit autem Abimelech et Phicol princeps militiae eius, reversique sunt in terram Palestinorum. Abraham vero plantavit nemus in Bersabee, et invocavit ibi nomen domini dei aeterni. Et fuit in loco isto colonus terrae Philistinorum multis diebus. Quae postquam gesta sunt, temptavit deus Abraham, et dixit ad eum. Abraham, Abraham. Ille respondit. Adsum. Ait illi. Tolle filium tuum unigenitum quem diligis Ysaac, et vade in terram visionis, atque offer eum ibi in holocaustum super unum montium quem monstravero tibi.

Igitur Abraham de nocte consurgens stravit asinum suum, ducens secum duos iuvenes et Ysaac filium suum. Cumque concidisset ligna in holocaustum, abiit ad locum quem praeceperat ei dominus. Die autem tertio elevatis oculis vidit locum procul, dixitque ad pueros suos. Expectate hic cum asino. Ego et puer illuc usque properantes, postquam adoraverimus, revertemur ad vos. Tulit quoque ligna holocausti, et imposuit super Ysaac filium suum, ipse vero portabat in manibus ignem et gladium. Cumque duo pergerent simul, dixit Ysaac patri suo. Pater mi. At ille respondit. Quid vis fili? Ecce, inquit, ignis et ligna. Ubi est victima holocausti? Dixit Abraham. Deus providebit sibi victimam holocausti, fili mi. Pergebant ergo pariter, veneruntque ad locum quem ostenderat ei deus. In quo aedificavit altare, et desuper ligna composuit. Cumque colligasset Ysaac filium suum, posuit eum in altari super struem lignorum, extenditque manum et arripuit

gladium ut immolaret filium. Et ecce angelus domini de celo clamavit dicens. Abraham abraham. Qui respondit. Adsum. Dixitque ei. Non extendas manum tuam super puerum neque facias illi quicquam. Nunc cognovi quod timeas deum. et non pepercisti filio tuo unigenito propter me. Levavit abraham oculos suos viditque post tergum arietem inter vepres herentem cornibus. Quem assumens. obtulit holocaustum pro filio. Appellavitque nomen loci illius dominus videt. Unde usque hodie dicitur in monte dominus videbit.

Vocavit autem angelus domini abraham de celo secundo dicens. Per memet ipsum iuravi dicit dominus. quia fecisti rem hanc et non pepercisti filio tuo. benedicam tibi. et multiplicabo semen tuum sicut stellas celi. et velut arenam que est in litore maris. Possidebit semen tuum portas inimicorum suorum et benedicentur in semine tuo omnes gentes terre. quia obedisti voci mee. Reversus est abraham ad pueros suos. abieruntque bersabee simul et habitavit ibi. His ita gestis. nunciatum est abrahe quod melcha quoque genuisset filios nachor fratri suo. hus primogenitum et buz fratrem eius. chamuel quoque patrem syrorum. et chased et azau feldas quoque et iedlaf et batuel de quo nata est rebecca. Octo istos genuit melcha nachor fratri abrahe. Concubina vero illius nomine roma peperit thabee et gaom. et thaas. et macha. Vixit autem sara cxxvii. annis et mortua est in civitate arbee que est hebron in terra chanaan. Venitque abraham ut plangeret et fleret eam. Cumque surrexisset ab officio funeris. locutus est ad filios ceth dicens. Advena sum et peregrinus apud vos. date michi ius sepulchri vobiscum. ut sepeliam mortuum meum. Responderunt filii ceth. Audi nos domine princeps dei es. in electis sepulchris nostris sepeli mortuum tuum nullusque prohibere poterit quin in monumento eius sepelias mortuum tuum. Surrexit abraham et adoravit populum terre filios videlicet ceth dixitque ad eos. Si placet anime vestre ut sepeliam mortuum meum. audite me et intercedite apud effron filium seor ut det michi speluncam duplicem quam habet in extrema parte agri sui. Pecunia digna tradat michi eam coram vobis in possessionem sepulchri.

Habitabat autem effron in medio filiorum ceth. Responditque effron ad abraham cunctis audientibus qui ingrediebantur portam civitatis illius dicens. Nequaquam ita fiet domine mi. sed magis ausculta quod loquor. Agrum trado tibi et speluncam que in eo est. presentibus filiis populi mei. sepeli mortuum tuum. Adoravit abraham coram populo terre. et locutus est ad effron circumstante plebe. Queso ut audias me. Dabo pecuniam pro agro suscipe eam. et sic sepeliam mortuum meum in eo. Respondit effron. Domine mi audi. Terra quam postulas quadringentis siclis valet. Istud est precium inter me et te. Sed quantum est hoc? sepeli mortuum tuum. Quod cum audisset abraham appendit pecuniam quam effron postulaverat audientibus audientibus filiis ceth quadringentos siclos argenti probati monete publice. Confirmatusque est ager quondam effronis in quo erat spelunca duplex respiciens mambre tam ipse quam spelunca et omnes arbores eius in cunctis terminis per circuitum abrahe in possessionem filiis ceth videntibus et cunctis qui intrabant portam civitatis illius. Atque ita sepelivit abraham saram uxorem suam in spelunca agri duplici que respiciebat mambre. hec est in terra chanaan. Et confirmatus est ager et antrum quod erat in eo abrahe in possessionem monumenti a filiis ceth.

Erat autem abraham senex dierumque multorum et dominus erat cum eo. et in cunctis benedixerat ei. Dixitque ad servum seniorem domus sue. qui preerat omnibus que habebat. Pone manum tuam subter femur meum ut adiurem te per dominum deum celi et terre ut non accipias uxorem filio meo de filiabus chananeorum inter quos habito. sed ad terram et cognationem meam proficiscaris. et inde accipias uxorem filio meo ysaac. Respondit servus. Si noluerit mulier venire mecum in terram hanc. numquid reducere debeo filium tuum ad locum de quo tu egressus es? Dixit abraham. Cave ne quando reducas illuc filium meum. Dominus deus celi qui tulit me de domo patris mei et de terra nativitatis mee qui locutus est michi et iuravit dicens. semini tuo dabo terram hanc ipse mittet angelum suum coram te. et accipies inde uxorem filio meo. Sin autem noluerit mulier sequi te non teneberis iuramento. Filium meum tantum ne reducas illuc. Posuit ergo servus manum sub femore abraham domini sui. et iuravit illi super sermone hoc. tulitque x. camelos de grege domini sui. et abiit ex omnibus bonis eius portans secum. profectusque perrexit in mesopotamiam et ad urbem nachor. Cumque fecisset camelos accumbere extra oppidum iuxta puteum aque vespere eo tempore quo solent mulieres egredi ad hauriendam aquam dixit. Domine deus domini mei abraham occurre hodie obsecro michi. et fac misericordiam cum domino meo abraham. Ecce ego sto prope fontem aque. et filie habitatorum huius civitatis egredientur ad hauriendam aquam.

Igitur puella cui dixero inclina ydriam tuam ut bibam. et illa responderit bibe. quin et camelis tuis dabo potum. ipsa est quam preparasti servo tuo ysaac. ut per hoc intelligam quod feceris misericordiam cum domino meo. Necdum intra se verba compleverat. et ecce rebecca egrediebatur filia batuel filii melche uxoris nachor fratris abrahe habens ydriam in scapula puella decora nimis virgoque pulcherrima. et incognita viro. Descenderat autem ad fontem et impleverat ydriam. et revertebatur. Occurritque ei servus et ait. Pauxillum michi ad sorbendum prebe aque de ydria tua. Que respondit. Bibe domine mi. Celeriterque deposuit ydriam super ulnam suam. et dedit ei potum. Cumque ille bibisset adiecit. Quin et camelis tuis hauriam aquam. donec cuncti bibant. Effundensque ydriam in canalibus: recurrit ad puteum ut hauriret aquam. et haustam omnibus camelis dedit. Ille autem contemplabatur eam tacite. scire volens utrum prosperum fecisset iter suum dominus an non. Postquam ergo biberunt cameli. protulit vir inaures aureas appendentes siclos duos. et armillas tot dependo siclorum x. dixitque ad eam. Cuius es filia? Indica michi. Est in domo patris tui locus ad manendum? Que respondit. Filia batuelis sum. filii melche quem peperit nachor. Et addidit dicens. Palearum quoque et feni plurimum est apud nos. et locus spaciosus ad manendum. Inclinavit se homo et adoravit dominum dicens. Benedictus dominus deus domini mei abraham qui non abstulit misericordiam suam et veritatem a domino meo. et recto itinere me perduxit in domum fratris domini mei.

Cucurrit itaque puella et nunciavit in domum matris sue omnia que audierat. Habebat autem rebecca fratrem nomine laban. Qui festinus egressus est ad hominem ubi erat fons. Cumque vidisset inaures et armillas in manibus sororis sue. et audisset cuncta verba referentis. hec locutus est michi homo. venit ad virum qui stabat iuxta camelos prope aque fontem. dixitque ad eum. Ingredere benedicte domini. Cur foris stas? Preparavi domum. et locum camelis. Et introduxit eum in hospicium ac destravit camelos deditque paleas et fenum. et aquam ad lavandos pedes camelorum et virorum qui venerant cum eo. et appositus est in conspectu eius panis. Qui ait. Non comedam donec loquar sermones meos. Respondit ei. Loquere. At ille. Servus inquit abraham sum. et dominus benedixit domino meo valde magnificatusque est valde. et dedit ei oves et boves argentum et aurum. servos et ancillas. camelos et asinos. et peperit sara uxor domini mei filium domino meo in senectute sua. deditque illi omnia que habuerat. Et adiuravit me dominus meus dicens. Non accipias uxorem filio meo de filiabus chananeorum in quorum terra habito. sed ad domum patris mei perges et de cognatione mea accipias uxorem filio meo. Ego vero respondi domino meo. Quid si noluerit mulier venire mecum? Dominus inquit in cuius conspectu ambulo dominus ait mittet angelum suum tecum. et diriget viam tuam accipiesque uxorem filio meo de cognatione mea. et de domo patris mei. Innocens eris a maledictione mea. cum veneris ad propinquos meos et non dederint tibi. Veni ergo hodie ad fontem et dixi. Domine deus domini mei abraham si direxisti viam meam in qua nunc ego ambulo. ecce sto iuxta fontem aque. et virgo que egredietur ad hauriendam aquam audierit a me da michi pauxillum aque ad bibendum ex ydria tua et dixerit michi et tu bibe et camelis tuis hauriam. ipsa est mulier quam preparavit dominus filio domini mei. Dum hec tacitus mecum volverem. apparuit rebecca veniens cum ydria quam portabat in scapula. descenditque ad fontem et hausit aquam. Et aio ad eam. Da michi paululum bibere. Que festina deposuit ydriam de humero et dixit michi. Et tu bibe. et camelis tuis potum tribuam. Bibi. et adaquavit camelos. Interrogavique eam et dixi. Cuius es filia? Que respondit. Filia batuelis sum filii nachor quem peperit illi melcha. Suspendi itaque inaures ad ornandam faciem eius et armillas posui in manibus eius. pronusque adoravi dominum benedicens domino domini mei abraham qui perduxit me recto itinere ut sumerem filiam fratris domini mei filio eius. Quam ob rem si facitis misericordiam et veritatem cum domino meo. indicate michi. Sin autem aliud placet et hoc dicite ut vadam ad dexteram sive ad sinistram.

Responditque laban et batuel. A domino egressus est sermo. et non possumus extra placitum eius quicquam aliud tecum loqui. En rebecca coram te est tolle eam et proficiscere. et sit uxor filii domini tui. sicut locutus est dominus. Quod cum audisset puer abraham. adoravit in terra dominum. prolatisque vasis argenteis et aureis ac vestibus: dedit ea rebecce pro munere. fratribus quoque eius et matri dona obtulit. Initoque convivio vescentes pariter et bibentes manserunt ibi. Surgens autem mane locutus est puer. Dimittite me. et vadam ad dominum meum. Responderunt fratres eius et mater. Maneat puella saltem x. dies apud nos. et postea proficiscetur. Nolite ait me retinere. quia dominus direxit viam meam. Dimittite me ut pergam ad dominum meum. Dixerunt. Vocemus puellam. et queramus ipsius voluntatem. Cumque vocata venisset. sciscitati sunt. Vis ire cum homine isto? Que ait. Vadam. Dimiserunt ergo eam et nutricem illius. servumque abrahe et comites eius. imprecantes prospera sorori sue. atque dicentes. Soror nostra es crescas in mille milia. et possideat semen tuum portas inimicorum tuorum. Igitur rebecca et puelle illius ascensis camelis secute sunt virum. Qui festinus revertebatur ad dominum suum. Eo tempore ysaac deambulabat per viam que ducit ad puteum. cuius nomen est viventis et videntis. Habitabat enim in terra australi. et egressus fuerat ad meditandum in agro. inclinata iam die. Cumque levasset oculos. vidit camelos venientes procul. Rebecca quoque conspecto ysaac descendit de camelo et ait ad puerum. Quis est ille homo qui venit per agrum in occursum meum? Dixitque ei. Ipse est dominus meus. At illa tollens cito pallium operuit se. Servus autem cuncta que gesserat narravit ysaac. Qui introduxit eam in tabernaculum sare matris sue. et accepit eam uxorem et in tantum dilexit eam. ut dolorem qui de morte matris acciderat temperaret.

Abraham vero aliam duxit uxorem nomine cethuram que peperit ei zamram. et iexan. et madan. et madian. et iesboch et sue. Iexan quoque genuit saba et dadan. Filii dadan fuerunt assurim et latussim. et lohomim. At vero ex madian ortus est effa et ofer et enoch. abida et heldaa. Omnes hi filii cethure. Deditque abraham cuncta que possederat ysaac. Filiis autem concubinarum largitus est munera. et separavit eos ab ysaac filio suo dum adhuc viveret ad plagam orientalem. Fuerunt autem dies vite eius c. lxx. anni quinque et deficiens mortuus est in senectute bona provecteque etatis et plenus dierum. Congregatusque est ad populum suum. et sepelierunt eum ysaac et ysmahel filii sui. in spelunca duplici que sita est in agro effron filii seor ethei. e regione mambre quam emerat a filiis ceth. Ibi sepultus est ipse et sara uxor eius. Et post obitum illius benedixit deus ysaac filio eius qui habitabat iuxta puteum nomine viventis et videntis. Hee sunt generationes ysmahel filii abrahe quem peperit ei agar egyptia famula sare. et hec nomina filiorum eius in vocabulis et generationibus suis. Primogenitus ysmahelis nabaioth. deinde cedar et abdeel et mabsam. masma quoque et duma et massadad. et themaa iatur et naphis et cedma. Isti sunt filii ysmahel et hec nomina per castella et oppida eorum xii. principes tribuum suarum. Anni vite ysmahel c. xxx. septem anni deficiensque mortuus est et appositus ad populum suum. Habitavit autem ab evila usque sur que respicit egyptum introeuntibus assyrios. Coram cunctis fratribus obiit.

Hee sunt generationes ysaac filii abraham. Abraham genuit ysaac qui cum xl esset annorum duxit uxorem rebeccam filiam batuel syri de mesopotamia sororem laban. Deprecatusque est dominum ysaac pro uxore sua. eo quod esset sterilis. Qui exaudivit eum. et dedit conceptum rebecce. Sed collidebantur in utero eius parvuli. Que ait. Si sic michi futurum erat quid necesse fuit concipere? Perrexitque ut consuleret dominum. Qui ait. Due gentes in utero tuo sunt. et duo populi ex ventre tuo dividentur populusque populum superabit. et maior minori serviet. Iam tempus pariendi venerat. et ecce gemini in utero eius reperti sunt. Qui primus egressus est. et rufus erat et totus in morem pellis hispidus. vocatumque est nomen eius esau. Protinus alter egrediens plantam fratris tenebat manu. et idcirco appellavit nomen eius iacob. Sexagenarius erat ysaac. quando nati sunt ei parvuli. Quibus adultis factus est esau vir gnarus venandi. et homo agricola. iacob autem vir simplex habitabat in tabernaculis. Ysaac amabat esau. eo quod de venationibus illius vesceretur. et rebecca diligebat iacob. Coxit autem iacob pulmentum. Ad quem cum venisset esau de agro lassus ait. Da michi de coctione hac rufa. quia oppido lassus sum. Quam ob causam vocatum est nomen eius edom. Cui dixit iacob. Vende michi primogenita tua. Ille respondit. En morior. quid michi proderunt primogenita? Ait iacob. Iura michi. Iuravit esau et vendidit

primogenita. Et sic accepto pane et lentis edulio comedit et bibit et abiit, parvipendens quod primogenita vendidisset.

lx. Orta autem fame super terram post eam sterilitatem que acciderat in diebus Abraham, abiit Ysaac ad Abimelech regem Palestinorum in Gerari. Apparuitque ei Dominus et ait: Non descendas in Egyptum, sed quiesce in terra quam dixero tibi, et peregrinare in ea, eroque tecum et benedicam tibi. Tibi enim et semini tuo dabo universas regiones has, complens iuramentum quod spopondi Abraham patri tuo. Et multiplicabo semen tuum sicut stellas celi, daboque posteris tuis universas regiones has, et benedicentur in semine tuo omnes gentes terre, eo quod obedierit Abraham voci mee et custodierit precepta mea et mandata mea, et cerimonias legesque servaverit. Mansit itaque Ysaac in Geraris. Qui cum interrogaretur a viris loci illius super uxore sua, respondit: Soror mea est. Timuerat enim confiteri quod sibi sociata esset coniugio, reputans ne forte interficerent eum propter illius pulchritudinem. Cumque pertransissent dies plurimi, et ibidem moraretur, prospiciens Abimelech Palestinorum rex per fenestram, vidit eum iocantem cum Rebecca uxore sua. Et accersito eo ait: Perspicuum est quod uxor tua sit. Cur mentitus es sororem tuam esse? Respondit: Timui ne morerer propter eam. Dixitque Abimelech: Quid imposuisti nobis? Potuit coire quispiam de populo cum uxore tua, et induxeras super nos grande peccatum. Precepitque omni populo dicens: Qui tetigerit hominis huius uxorem, morte morietur. Sevit autem Ysaac in terra illa, et invenit in ipso anno centuplum. Benedixitque ei Dominus, et locupletatus est homo, et ibat proficiens atque succrescens, donec magnus vehementer effectus est. Habuit quoque possessiones ovium et armentorum, et familie plurimum. Ob hec invidentes ei Palestini, omnes puteos quos foderant servi patris illius Abraham illo tempore obstruxerunt, implentes humo, in tantum ut ipse Abimelech diceret ad Ysaac: Recede a nobis, quoniam potentior nobis factus es valde. Et ille discedens, ut veniret ad torrentem Gerare habitaretque ibi, rursum fodit alios puteos quos foderant servi patris sui Abraham, et quos illo mortuo olim obstruxerant Philistiim, appellavitque eos hisdem nominibus quibus ante pater eius vocaverat. Foderunt in torrente, et repperunt aquam vivam. Sed et ibi iurgium fuit pastorum Gerare adversus pastores Ysaac dicentium: Nostra est aqua. Quam ob rem nomen putei ex eo quod acciderat, Calumniam vocavit. Foderunt et alium, et pro illo quoque rixati sunt, appellavitque eum Inimicitias. Profectus inde fodit alium puteum pro quo non contenderunt. Itaque vocavit nomen eius Latitudo, dicens: Nunc dilatavit nos Dominus, et fecit nos crescere super terram.

Ascendit autem ex illo loco in Bersabee, ubi apparuit ei Dominus in ipsa nocte dicens: Ego sum Deus Abraham patris tui. Noli metuere, quia tecum sum. Et benedicam tibi, et multiplicabo semen tuum propter servum meum Abraham. Itaque edificavit ibi altare, et invocato nomine Domini extendit tabernaculum, precepitque servis suis ut foderent puteum. Ad quem locum cum venissent de Geraris Abimelech et Ochozat amicus illius, et Phicol dux militum, locutus est eis Ysaac: Quid venistis ad me hominem quem odistis, et expulistis a vobis? Qui responderunt: Vidimus tecum esse Dominum, et idcirco nunc diximus: Sit iuramentum inter nos et inter te, et ineamus fedus ut non facias nobis quicquam mali, sicut et nos nichil tuorum attigimus, nec fecimus quod te lederet, sed cum pace dimisimus auctum benedictione Domini. Fecit ergo eis convivium, et post cibum et potum surgentes mane iuraverunt sibi mutuo. Dimisitque eos Ysaac pacifice in locum suum. Ecce autem ipso die venerunt servi Ysaac annuntiantes ei de puteo quem foderant atque dicentes: Invenimus aquam. Unde appellavit eum Habundantiam, et nomen urbi impositum est Bersabee usque in presentem diem.

Esau vero quadraginta annorum duxit uxores, Iudith filiam Beeri Hethei, et Basemath filiam Elom eiusdem loci, que ambe offenderant animum Ysaac et Rebecce. Senuit autem Ysaac, et caligaverunt oculi eius, et videre non poterat. Vocavitque Esau filium suum maiorem et dixit ei: Fili mi. Qui respondit: Adsum. Cui pater: Vides, inquit, quod senuerim, et ignorem diem mortis mee. Sume arma tua, pharetram et arcum, et egredere foras. Cumque venatu aliquid apprehenderis, fac michi inde pulmentum sicut velle me nosti, et affer ut comedam, et benedicat tibi anima mea antequam moriar. Quod cum audisset Rebecca, et ille abisset in agrum ut iussionem patris impleret, dixit filio suo Iacob: Audivi patrem tuum loquentem cum Esau fratre tuo et dicentem ei: Affer michi de venatione tua, et fac cibos ut comedam, et benedicam tibi coram Domino antequam moriar. Nunc ergo, fili mi, acquiesce consiliis meis, et pergens ad gregem affer michi duos hedos optimos, ut faciam ex illis escas patri tuo quibus libenter vescitur, quas cum intuleris et comederit, benedicat tibi priusquam moriatur. Cui ille respondit: Nosti quod Esau frater meus homo pilosus sit, et ego lenis. Si attrectaverit me pater meus et senserit, timeo ne putet me sibi voluisse illudere, et inducam super me maledictionem pro benedictione. Ad quem mater: In me sit, ait, ista maledictio, fili mi. Tantum audi vocem meam, et pergens affer que dixi. Abiit et attulit, deditque matri. Paravit illa cibos sicut noverat velle patrem illius. Et vestibus Esau valde bonis quas apud se habebat domi induit eum, pelliculasque hedorum circumdedit manibus, et colli nuda protexit. Dedit pulmentum, et panes quos coxerat tradidit. Quibus illatis, ait: Pater mi. At ille respondit: Audio. Quis es tu, fili mi? Dixitque Iacob: Ego sum Esau primogenitus tuus. Feci sicut precepisti michi. Surge, sede, et comede de venatione mea, ut benedicat michi anima tua. Rursumque Ysaac ad filium suum: Quomodo, inquit, tam cito invenire potuisti, fili mi? Qui respondit: Voluntas Dei fuit, ut cito michi occurreret quod volebam. Dixitque Ysaac: Accede huc, ut tangam te, fili mi, et probem utrum tu sis filius meus Esau an non. Accessit ille ad patrem, et palpato eo, dixit Ysaac: Vox quidem vox Iacob est, sed manus, manus sunt Esau. Et non cognovit eum, quia pilose manus similitudinem maioris expresserant. Benedicens ergo illi ait: Tu es filius meus Esau? Respondit: Ego sum. At ille: Affer, inquit, michi cibos de venatione tua, fili mi, ut benedicat tibi anima mea. Quos cum oblatos comedisset, obtulit ei etiam vinum. Quo hausto, dixit ad eum: Accede ad me, et da michi osculum, fili mi. Accessit, et osculatus est eum. Statimque ut sensit vestimentorum illius fragrantiam, benedicens ait: Ecce odor filii mei sicut odor agri pleni cui benedixit Dominus. Det tibi Deus de rore celi et de pinguedine terre habundantiam frumenti, vini et olei. Et serviant tibi populi, et adorent te tribus. Esto dominus fratrum tuorum, et incurventur ante te filii matris tue. Qui maledixerit tibi, maledictus erit, et qui benedixerit tibi, benedictionibus repleatur. Vix Ysaac sermonem impleverat, et egresso Iacob foras venit Esau, coctosque de venatione cibos intulit patri dicens: Surge, pater

mi, et comede de venatione filii tui, ut benedicat michi anima tua. Dixitque illi Ysaac: Quis enim es tu? Qui respondit: Ego sum filius tuus primogenitus Esau. Expavit Ysaac stupore vehementi, et ultra quam credi potest admirans, ait: Quis igitur ille est qui dudum captam venationem attulit michi, et comedi ex omnibus priusquam tu venires? Benedixique ei, et erit benedictus. Auditis Esau sermonibus patris, irrugiit clamore vehementi, et consternatus ait: Benedic et michi, pater mi. Qui ait: Venit germanus tuus fraudulenter, et accepit benedictionem tuam. At ille subiunxit: Iuste vocatum est nomen eius Iacob. Supplantavit enim me en altera vice. Primogenita mea ante tulit, et nunc secundo subripuit benedictionem meam. Rursumque ad patrem: Numquid non reservasti, ait, et michi benedictionem? Respondit Ysaac: Dominum tuum illum constitui, et omnes fratres servituti illius subiugavi, frumento et vino stabilivi eum, et post hec tibi, fili mi, ultra quid faciam? Cui Esau ait: Num unam, inquit, tantum benedictionem habes, pater? Michi quoque, obsecro, ut benedicas. Cumque heiulatu magno fleret, motus Ysaac dixit ad eum: In pinguedine terre et in rore celi desuper erit benedictio tua. Vives gladio, et fratri tuo servies. Tempusque veniet cum excutias et solvas iugum eius de cervicibus tuis.

Oderat ergo semper Esau Iacob pro benedictione qua benedixerat ei pater, dixitque in corde suo: Venient dies luctus patris mei, et occidam Iacob fratrem meum. Nuntiata sunt hec Rebecce. Que mittens et vocans Iacob filium suum, dixit ad eum: Ecce Esau frater tuus minatur ut occidat te. Nunc ergo, fili mi, audi vocem meam, et consurgens fuge ad Laban fratrem meum in Aran, habitabisque cum eo dies paucos, donec requiescat furor fratris tui, et cesset indignatio eius, obliviscaturque eorum que fecisti in eum. Postea mittam, et adducam te inde huc. Cur utroque orbabor filio in uno die? Dixitque Rebecca ad Ysaac: Tedet me vite mee propter filias Heth. Si acceperit Iacob uxorem de stirpe huius terre, nolo vivere. Vocavit itaque Ysaac Iacob et benedixit eum, precepitque ei dicens: Noli accipere coniugem de genere Chanaan, sed vade et proficiscere in Mesopotamiam Syrie, ad domum Bathuel patris matris tue, et accipe tibi inde uxorem de filiabus Laban avunculi tui. Deus autem omnipotens benedicat tibi, et crescere te faciat atque multiplicet, ut sis in turbas populorum. Et det tibi benedictionem Abraham, et semini tuo post te, ut possideas terram peregrinationis tue, quam pollicitus est avo tuo. Cumque dimisisset eum Ysaac, profectus venit in Mesopotamiam Syrie ad Laban filium Bathuel Syri, fratrem Rebecce matris sue. Videns autem Esau quod benedixisset pater suus Iacob, et misisset eum in Mesopotamiam Syrie ut inde uxorem duceret, et quod post benedictionem precepisset ei dicens: Non accipies coniugem de filiabus Chanaan, quodque obediens Iacob parentibus isset in Syriam, probans quoque quod non libenter aspiceret Chanaan filias pater suus, ivit ad Ysmahel, et duxit uxorem absque his quas prius habebat, Meleth filiam Ysmahel filii Abraham, sororem Nabaioth.

Igitur egressus Iacob de Bersabee pergebat Aran. Cumque venisset ad quendam locum, et vellet in eo requiescere post solis occubitum, tulit de lapidibus qui iacebant, et supponens capiti suo dormivit in eodem loco. Viditque in somnis scalam stantem super terram, et cacumen illius tangens celum, angelos quoque Dei ascendentes et descendentes per eam, et Dominum innixum scale dicentem sibi: Ego sum Dominus Deus Abraham patris tui, et Deus Ysaac. Terram in qua dormis tibi dabo et semini tuo. Eritque germen tuum quasi pulvis terre. Dilataberis ad orientem et occidentem, septentrionem et meridiem, et benedicentur in te et in semine tuo cuncte tribus terre. Et ero custos tuus quocumque perrexeris, et reducam te in terram hanc, nec dimittam nisi complevero universa que dixi. Cumque evigilasset Iacob de somno, ait: Vere Dominus est in loco isto, et ego nesciebam. Pavensque, Quam terribilis, inquit, est locus iste! Non est hic aliud nisi domus Dei et porta celi. Surgens ergo mane tulit lapidem quem supposuerat capiti suo, et erexit in titulum, fundens oleum desuper. Appellavitque nomen urbis Bethel, que prius Luza vocabatur. Vovit autem votum dicens: Si fuerit Deus mecum, et custodierit me in via per quam ambulo, et dederit michi panem ad vescendum et vestimentum ad induendum, reversusque fuero prospere ad domum patris mei, erit michi Dominus in Deum, et lapis iste quem erexi in titulum vocabitur domus Dei, cunctorumque que dederis michi decimas offeram tibi.

Profectus ergo Iacob venit in terram orientalem, et vidit puteum in agro, tres quoque greges ovium accubantes iuxta eum. Nam ex illo adaquabantur pecora, et os putei grandi lapide claudebatur. Morisque erat ut cunctis ovibus congregatis devolverent lapidem et refectis gregibus rursum super os putei ponerent. Dixitque ad pastores: Fratres, unde estis? Qui responderunt: De Aran. Quos interrogans: Numquid, ait, nostis Laban filium Nachor? Dixerunt: Novimus. Sanusne est? inquit. Valet, inquiunt. Et ecce Rachel filia eius venit cum grege suo. Dixitque Iacob: Adhuc multum diei superest, nec est tempus ut reducantur ad caulas greges. Date ante potum ovibus, et sic ad pastum eas reducite. Qui responderunt: Non possumus, donec omnia pecora congregentur, et amoveamus lapidem de ore putei, ut adaquemus greges. Adhuc loquebantur, et ecce Rachel veniebat cum ovibus patris sui. Nam gregem ipsa pascebat. Quam cum vidisset Iacob, et sciret consobrinam suam, ovesque Laban avunculi sui, amovit lapidem quo puteus claudebatur. Et adaquato grege osculatus est eam, et elevata voce flevit. Et indicavit ei quod frater esset patris sui, et filius Rebecce. At illa festinans nuntiavit patri suo. Qui cum audisset venisse Iacob filium sororis sue, cucurrit obviam, complexusque eum et in oscula ruens duxit in domum suam. Auditis autem causis itineris, respondit: Os meum es et caro mea.

4.

Et postquam expleti sunt dies mensis unius, dixit ei: Num quia frater meus es, gratis servies michi? Dic quid mercedis accipias. Habebat vero filias duas: nomen maioris Lya, minor appellabatur Rachel. Sed Lya lippis erat oculis; Rachel decora facie, et venusto aspectu. Quam diligens Iacob ait: Serviam tibi pro Rachel filia tua minore septem annis. Respondit Laban: Melius est ut tibi eam dem quam alteri viro. Mane apud me. Servivit ergo Iacob pro Rachel septem annis, et videbantur illi pauci dies pre amoris magnitudine. Dixitque ad Laban: Da michi uxorem meam, quia iam tempus expletum est, ut ingrediar ad eam. Qui vocatis multis amicorum turbis ad convivium fecit nuptias. Et vespere filiam suam Lyam introduxit ad eum, dans ancillam filie Zelfam nomine. Ad quam cum ex more Iacob fuisset ingressus, facto mane vidit Lyam, et dixit ad socerum: Quid est quod facere voluisti? Nonne pro Rachel servivi tibi? Quare imposuisti michi? Respondit Laban: Non est in loco nostro consuetudinis ut minores ante tradamus ad nuptias. Imple ebdomadam dierum huius copule, et hanc quoque dabo tibi pro opere quo serviturus es michi septem annis aliis. Adquievit

placito. et ebdomada transacta rachel duxit uxorem. cui
pater seruam balam dederat. Tandemque potitus optatis nuptiis
amorem sequentis priori pretulit. seruiens apud eum septem annis
aliis. Videns autem dominus quod despiceret lyam, aperuit uuluam
eius. sorore sterili permanente. Que conceptum genuit filium. uo
cauitque nomen eius ruben dicens. Vidit dominus humilitatem meam.
Nunc amabit me uir meus. Rursumque concepit et peperit filium
et ait. Quoniam audiuit me dominus haberi contemptui, dedit etiam istum
mihi. Vocauitque nomen eius symeon. Concepit tertio et genuit
alium dixitque: Nunc quoque copulabitur michi maritus meus. eo quod pe
pererim ei tres filios. Et idcirco apellauit nomen eius leui. Quar
to concepit et peperit filium et ait. Modo confitebor domino.
Et ob hoc uocauit nomen eius iudam. Cessauitque parere. 7
Cernens autem rachel quod infecunda esset. inuidit sorori. et ait ma
rito suo. Da michi liberos. alioquin moriar. Cui iratus respondit iacob.
Numquid pro deo ego sum. qui priuauit te fructu uentris tui?
Et illa. Habeo inquit famulam balam ingredere ad illam ut
pariat super genua mea. et habeam ex ea liberos. Deditque ba
lam in coniugium. Que ingresso ad se uiro concepit et peperit
filium. Dixitque rachel. Iudicauit michi dominus. et exaudiuit uocem
meam. dans michi filium. Et idcirco apellauit nomen illius dan.
Rursumque bala concipiens peperit alterum. Pro quo ait rachel.
Comparauit me deus cum sorore mea. et inualui. Vocauitque
eum neptalim. Sentiens lya quod parere desisset. zelfam an
cillam suam marito tradidit. Qua post conceptum edente filium
dixit. Feliciter. Et idcirco uocauit nomen eius gad. Peperitque quoque zel
fa alterum. Dixitque lya. Hoc pro beatitudine mea. Beatam quippe
me dicent mulieres. Propterea apellauit eum aser. Egressus
autem ruben tempore messis tritice in agrum repperit mandragoras
quas matri lye detulit. Dixitque rachel. Da michi partem de man
dragoris filii tui. Illa respondit. Parumne tibi uidetur quod prerip
ueris maritum michi. nisi etiam mandragoras filii mei tuleris? Ait
rachel. Dormiat tecum hac nocte pro mandragoris filii tui.
Redeunteque ad uesperam iacob de agro. egressa est in occur
sum eius lya et ait. Ad me inquit intrabis. quia mercede con
duxi pro mandragoris filii tui. Dormiuit cum ea nocte illa.
et exaudiuit deus preces eius. concepitque et peperit filium quintum
et ait. Dedit deus mercedem michi. quia dedi ancillam meam uiro
meo. Apellauitque nomen eius ysachar. Rursumque lya conci
piens. peperit sextum filium et ait. Dotauit me deus dote bona.
etiam hac uice. Mecum erit maritus meus. eo quod genuerim ei sex fi
lios. Et idcirco apellauit nomen eius zabulon. Postque peperit
filiam nomine dynam. 7
Recordatusque dominus rachelis. et exaudiuit eam. et aperuit uuluam eius.
Que concepit et peperit filium dicens. Abstulit deus obprobrium meum.
Et uocauit nomen eius ioseph dicens. Addat michi deus filium alterum.
Nato autem ioseph. dixit iacob socero suo. Dimitte me ut reuertar
in terram ad patriam meam. Da michi uxores et liberos meos. pro quibus
seruiui tibi ut abeam. Tu nosti seruitutem qua seruiui tibi. Ait
laban. Inueniam gratiam in conspectu tuo. Experimento didici quod
benedixerit michi deus propter te. constitue mercedem tuam quam dem tibi.
At ille respondit. Tu nosti quomodo seruierim tibi. et quanta in manibus
meis fuerit possessio tua. Modicum habuisti antequam uenis
rem. et nunc diues effectus es. benedixitque tibi dominus ad introitum
meum. Iustum est igitur ut aliquando prouideam etiam domui mee.
Dixitque laban. Quid dabo tibi? At ille ait. Nichil
uolo. Sed si feceris quod postulo. iterum pascam et custodiam
pecora tua. Gira omnes oues et greges tuos. et separa cunctas
oues uarias et sparso uellere. et quodcumque furuum et macu
losum uariumque fuerit tam in ouibus quam in capris erit merces
mea. respondebitque michi cras iusticia mea. quando placiti tempus
aduenerit coram te. et omnia que non fuerint uaria et ma
culosa et rufa tam in ouibus quam in capris. furti me argues.
Dixitque laban. Gratum habeo quod petis. Separauitque
in die illa capras et oues hyrcos. et arietes uarios atque
maculosos. cunctum autem gregem unicolorem id est albi et nigri
coloris tradidit in manu filiorum suorum. et posuit spacium itine
ris inter se et generum. dierum trium. qui pascebat reliquos gre
ges eius. Tollens ergo iacob uirgas populeas uirides et amig
dalinas et ex platanis ex parte decorticauit eas. detractisque
corticibus in his que spoliata fuerant candor apparuit. illa
uero que integra erant uiridia permanserunt. atque in hunc modum
color effectus est uarius. posuitque eas in canalibus ubi effunde
batur aqua. ut cum uenissent greges ad bibendum ante oculos
haberent uirgas. et in aspectu earum conciperent.
Factumque est ut in ipso calore coitus oues intuerentur uirgas et
parerent maculosa et uaria. et diuerso colore respersa. Di
I
uisitque gregem iacob. et posuit uirgas ante oculos arietum. Erant
autem alba et nigra quoque laban. cetera autem iacob separatis inter se gregibus.
Igitur quando primo tempore ascendebant oues ponebat iacob 7
uirgas in canalibus aquarum ante oculos arietum et ouium. ut in
earum contemplatione conciperent. quando uero serotina admis
sura erant et conceptus extremus non ponebat eas. Factaque sunt
ea que erant serotina laban. et que primi temporis iacob.
Ditatusque est homo ultra modum. et habuit greges multos. seruos
et ancillas. camelos et asinos. Postquam autem audiuit uerba
filiorum laban dicentium. tulit iacob omnia que fuerant patris nostri
et de illius facultate ditatus factus est inclitus. animaduertitque quoque
faciem laban quod non esset erga se sicut heri et nudius tercius. maxime
dicente sibi domino reuertere in terram patrum tuorum. et ad gene
rationem tuam. ero tecum. misit et uocauit rachel et lyam in
agrum. ubi pascebat greges dixitque eis. Video faciem patris uestri
quod non sit erga me sicut heri et nudius tercius. Deus autem patris mei fuit
mecum. et ipse nostis quod totis uiribus meis seruierim patri uestro. sed pater uester
circumuenit me et mutauit mercedem meam decem uicibus. et tamen non
dimisit eum deus ut noceret michi. Si quando dixit uarie erunt mercedes
tue. pariebant omnes oues uarios fetus. quando uero e contrario
ait alba quoque accipies pro mercede. omnes greges alba pepe
rerunt. tulitque deus substantiam patris uestri. et dedit michi. Postquam
enim conceptus ouium aduenerat tempus. leuaui oculos meos et
uidi in somnis ascendentes mares super feminas uarios et macu
losos et diuersorum colorum. dixitque angelus domini in somnis. Iacob.
Et ego respondi. Adsum. Qui ait. Leua oculos tuos et uide
masculos uniuersos ascendentes super feminas uarios. respersos atque
maculosos. Vidi enim omnia que fecit tibi laban. Ego sum deus be
thel ubi unxisti lapidem et uotum uouisti michi. Nunc ergo surge et egredere
de terra hac reuertens in terram natiuitatis tue. Responderunt
rachel et lya. Numquid habemus residui quicquam in facultatibus et
hereditate domus patris nostri? Nonne quasi alienas reputauit nos
et uendidit comeditque precium nostrum? Sed deus tulit opes patris
nostri. et nobis eas tradidit. ac filiis nostris. Unde omnia que precepit tibi
dominus fac. Surrexit itaque iacob et impositis liberis ac coniu
gibus suis super camelos abiit. Tulitque omnem substantiam et greges
et quicquid in mesopotamia acquisierat pergens ad ysaac patrem suum
in terram chanaan. 7
Eo tempore laban ierat ad tondendas oues. et rachel furata est lxx.
ydola patris sui. Noluitque iacob confiteri socero suo quod fugeret.
Cumque abisset tam ipse quam omnia que iuris eius erant et amne
transmisso pergeret contra montem galaad. nunciatum est laban
die tercio quod fugeret iacob. Qui assumptis fratribus suis persecutus est
eum diebus septem. et comprehendit eum in monte galaad. Viditque
in somnis dicentem sibi deum. Caue ne quicquam aspere loquaris contra
iacob. Iamque iacob in monte extenderat tabernaculum. Cum
ille consecutus eum esset cum fratribus suis. et in eodem monte galaad
fixit tentorium. Et dixit ad iacob. Quare ita egisti ut clam
abires. filias meas quasi captiuas gladio? Cur ignorante me
fugere uoluisti. nec indicare michi. ut prosequerer te cum gaudio et
canticis. et tympanis et cytharis? Non es passus ut oscu
larer filios meos ac filias. Stulte operatus es. Et nunc quidem
ualet manus mea reddere tibi malum. sed deus patris tui heri dixit
michi. Caue ne loquaris contra iacob quicquam durius. Esto ad
tuos ire cupiebas. et desiderio tibi erat domus patris tui. cur furatus
es deos meos? Respondit iacob. Quod inscio te profectus sum. timui
ne uiolenter auferres filias tuas. Quod autem furti me arguis. apud
quemcumque inueneris deos tuos. necetur coram fratribus nostris. Scru
tare quicquid tuorum apud me inueneris aufer. Hec dicens ignorabat
quod rachel furata esset ydola. Ingressus itaque laban ta
bernacula iacob. et lye et utriusque famule et non inuenit.
Cumque intrasset tentorium rachelis illa festinans abscon
dit ydola subter stramenta cameli et sedit desuper scrutantique
omne tentorium et nichil inuenienti ait. Ne irascatur dominus
meus quod coram te assurgere nequeo. quia iuxta consuetudinem
feminarum nunc accidit michi. Sic delusa sollicitudo querentis est.
Tumensque iacob cum iurgio ait. Qua ob culpam meam et ob
quod peccatum meum sic exarsisti post me. et scrutatus es omnem
supellectilem meam? Quid inuenisti de cuncta substantia
domus tue? Pone hic coram fratribus meis. et fratribus tuis. et iu
dicent inter me et te. Idcirco xx annos fui tecum. Oues tue
et capre non fuerunt steriles. arietes gregis tui non comedi. nec
captum a bestia ostendi tibi. Ego dampnum omne reddebam.
Quicquid furto perierat. a me exigebas. Die noctuque estu
urebar. et gelu. fugiebat somnus ab oculis meis. Sic per xx.
annos in domo tua seruiui tibi. xiiii. pro filiabus tuis. et sex pro gre
gibus tuis. Immutasti quoque mercedem meam x. uicibus. Nisi deus
patris mei deus abraham et timor ysaac affuisset michi. forsitan
modo nudum me dimisisses. Afflictionem meam et labo
rem manuum mearum respexit deus. et arguit te heri. 7
Respondit ei laban. Filie mee et filii tui. et greges tui. et omnia
que cernis mea sunt. Quid possum facere filiis et
nepotibus meis? Veni ergo et ineamus fedus ut sit testimo
nium inter me et te. Tulit itaque iacob lapidem et erexit
illum in titulum. dixitque fratribus suis. Afferte lapides. Qui
congregantes fecerunt tumulum comederuntque super eum.
Quem uocauit laban tumulus testis. et iacob aceruum
testimonii. uterque iuxta proprietatem lingue sue. Dixitque la
ban. Tumulus iste testis erit inter me et te hodie. Et id
circo apellatum est nomen eius galaad id est tumulus testis.
Intueatur dominus et iudicet inter nos quando recesserimus a
nobis. si afflixeris filias meas. et si introduxeris uxores
alias super eas. Nullus sermonis nostri testis est. absque deo qui pre
sens respicit. Dixitque rursus ad iacob. En tumulus hic et
lapis quem erexi inter me et te testis erit. tumulus inquam iste
et lapis sint in testimonio. si aut ego transiero illum pergens
ad te. aut tu preterieris malum michi cogitans. deus abraham et deus
nachor iudicet inter nos et deus patrum nostrorum. Iurauit iacob
per timorem patris sui ysaac. Immolatisque uictimis in monte.
uocauit fratres suos ut ederent panem. Qui cum comedissent.
manserunt ibi. Laban uero de nocte consurgens. osculatus est
filios et filias. et benedixit illis. reuersusque est in locum suum. 7
Iacob quoque abiit itinere quo ceperat. fueruntque ei obuiam angeli dei.
Quos cum uidisset ait. Castra dei sunt hec. Et apellauit nomen
loci illius manaim. id est castra. Misit autem et nuncios ante se
ad esau fratrem suum in terram seyr. regionis edom. precepitque eis dicens
Sic loquimini domino meo esau. Hec dicit frater tuus iacob. Apud
laban peregrinatus sum. et fui usque in presentem diem. Habeo boues
et asinos. et seruos atque ancillas. mittoque nunc legationem ad
dominum meum. ut inueniam gratiam in conspectu suo. Reuersique sunt
nuncii ad iacob dicentes. Venimus ad esau fratrem tuum. et ecce
properat in occursum tibi. cum quadringentis uiris. Timuit iacob
ualde. et perterritus diuisit populum qui secum erat. greges quoque et oues
et boues et camelos in duas turmas dicens. Si uenerit esau
ad unam turmam et percusserit eam. alia turma que reliqua est
saluabitur. Dixitque iacob. Deus patris mei abraham. et deus patris mei
ysaac. domine qui dixisti michi reuertere in terram natiuitatis tue.
et benefaciam tibi. minor sum cunctis miserationibus tuis. et ue
ritate quam explesti seruo tuo. in baculo meo transiui iorda
nem istum. et nunc cum duabus turmis regredior. erue me de
manu fratris mei. de manu esau. quia ualde eum timeo. ne forte
ueniens percutiat matrem cum filiis. Tu locutus es quod michi benefaceres.
et dilatares semen meum sicut arenam maris. que pre multitudine
numerari non potest. Cumque dormisset ibi nocte illa. separauit
de his que habebat munera esau fratri suo. capras ducentas.
hyrcos xx. oues ducentas. arietes xx. camelos fetas cum
pullis suis xxx. uaccas xl. et tauros xx. asinas xx. et pullos
earum x. Et misit per manus seruorum suorum singulos seorsum greges
dixitque pueris suis. Antecedite me. et sit spacium inter gregem et
gregem. Et precepit priori dicens. Si obuium habueris fratrem
meum esau. et interrogauerit te cuius es. aut quo uadis et cuius sunt
ista que sequeris respondebis. Serui tui iacob. Misit mune
ra domino meo esau. Ipse quoque post nos uenit. Similiter manda
ta dedit secundo ac tercio. et cunctis qui sequebantur greges dicens.
Hisdem uerbis loquimini ad esau cum inueneritis eum et ad

dens. Ipse quoque servus tuus iacob iter nostrum insequitur. Dixit enim.
Placabo illum muneribus que precedunt. et postea videbo. forsitan
propicìabitur michi. Precesserunt itaque munera ante eum, ipse vero mansit nocte
illa in castris. Cumque mature surrexisset. tulit duas uxores
suas et totidem famulas cum undecim filiis et transivit vadum iaboc
transductis omnibus que ad se pertinebant remansit solus. Et ecce
vir luctabatur cum eo usque mane. Qui cum videret quod eum superare
non posset. tetigit nervum femoris eius. et statim emarcuit. Dixitque
ad eum. Dimitte me. iam enim ascendit aurora. Respondit. Non
dimittam te nisi benedixeris michi. Ait ergo. Quod nomen est tibi.
Respondit. Iacob. At ille. Nequaquam inquit, iacob appellabitur nomen tuum,
sed israel. Quoniam si contra deum fortis fuisti. quanto magis contra homines
prevalebis. Interrogavit eum iacob. Dic michi. quo appellaris nomine.
Respondit. Cur queris nomen meum. Et benedixit ei in eodem loco.
Vocavitque iacob nomen loci illius fanuel dicens. Vidi dominum facie ad
faciem. et salva facta est anima mea. Ortusque ei statim sol, postquam
transgressus est fanuel. Ipse vero claudicabat pede. Quam ob causam
non comedunt filii israel nervum qui emarcuit in femore iacob usque in pre-
sentem diem, eo quod tetigerit nervum femoris eius et obstupuerit.
Levans autem iacob oculos suos. vidit venientem esau et cum eo quadrin-
gentos viros. divisitque filios lye et rachel ambarumque famularum
et posuit utramque ancillam et liberos earum in principio. lyam vero et
liberos eius in secundo loco. rachel autem et ioseph novissimos. et ipse
progrediens adoravit pronus in terram septies donec appropinquaret
frater eius. Currens itaque esau obviam iacob fratri suo. osculatus est eum.
amplexatusque eum stringens collum eius. et osculans eum flevit.
Levatisque oculis vidit mulieres et parvulos earum ait. Quid
sibi volunt isti. et si ad te pertinent. Respondit. Parvuli sunt
quos donavit deus servo tuo. Et appropinquantes ancille et filii
earum incurvati sunt. Accessit lya cum liberis suis et cum similiter
adorassent. extremi iacob et rachel adoraverunt. Ait esau.
Que nam sunt iste turme quas obviam habui. Respondit. Ut in-
venirem gratiam coram domino meo. Et ait. Habeo ait plurima
frater mi. sint tua tibi. Dixit iacob. Noli ita obsecro, sed si inveni
gratiam in oculis tuis. accipe munusculum de manibus meis. Sic enim
vidi faciem tuam. quasi viderim vultum dei. Esto michi propicius et suscipe
benedictionem quam attuli tibi. et quam donavit michi deus tribuens
omnia. Vix fratre compellente suscipiens ait. Gradiamur simul.
ero socius itineris tui. Dixitque iacob. Nosti domine mi quod par-
vulos habeam teneros. et oves ac boves fetas mecum. quas si
in ambulando fecero laborare, morientur una die cuncti greges.
Precedat dominus meus ante servum suum. et ego sequar paulatim
vestigia eius. sicut videro posse parvulos meos. donec veniam ad
dominum meum in seyr. Respondit esau. Oro te ut de populo qui mecum est
saltem socii remaneant vie tue. Non est inquit necesse. Hoc uno
indigeo ut inveniam gratiam in conspectu domini mei. Reversus
est illo die esau itinere quo venerat in seyr. et iacob venerat
in sochot. Ubi edificata domo et fixis tentoriis. appellavit
nomen loci illius sochot. id est tabernacula. Transivitque in salem
urbem sychimorum que erat in terra chanaan postquam reversus est
de mesopotamia syrie. et habitavit iuxta oppidum. emitque
partem agri in qua fixerat tabernacula a filiis emmor patris
sychem centum agnis. et erecto ibi altare invocavit super illud
fortissimum deum israel. Egressa est autem dyna filia lye ut videret
mulieres regionis illius. Quam cum vidisset sychem filius emmor
evei. princeps terre illius. adamavit et rapuit et dormivit cum
illa, vi opprimens virginem. Et conglutinata est anima eius cum
ea. tristem blandiciis delinivit. Et pergens ad emmor patrem suum
accipe michi inquit puellam hanc coniugem. Quod cum audisset iacob
absentibus filiis et in pastu occupatis pecorum, siluit donec redirent.
Egresso autem emmor patre sychem ut loqueretur ad iacob, ecce
filii eius veniebant de agro. auditoque quod acciderat. irati sunt valde.
eo quod fedam rem operatus esset in israel. et violata filia iacob rem illicitam
perpetrasset. Locutus est itaque emmor ad eos. Sychem filii mei
adhesit anima filie vestre. Date eam illi uxorem. et iungamus vicissim
conubia. filias vestras tradite nobis et filias nostras accipite. et ha-
bitate nobiscum. Terra in potestate vestra est. exercete. negociamini.
et possidete eam. Sed et sychem ad patrem et ad fratres eius ait. In-
veniam gratiam coram vobis. et quecumque statueritis dabo. Augete dotem,
munera postulate. libens tribuam quod petieritis. tantum date michi
hanc puellam uxorem. Responderunt filii iacob sychem et patri eius
in dolo sevientes ob stuprum sororis. Non possumus facere quod
petitis. nec dare sororem nostram homini incircumciso. quod illicitum
et nefarium est apud nos. Sed in hoc valebimus sociari si esse volue-
ritis nostri similes. et circumcidatur in vobis omne masculini sexus.
Tunc dabimus et accipiemus mutuo filias nostras ac vestras. et habitabimus
vobiscum. erimusque unus populus. Sin autem circumcidi nolueritis. tollemus
filiam nostram et recedemus. Placuit oblacio emmor et sychem fi-
lio eius. nec distulit adolescens quin statim quod petebatur expleret.
Amabat enim puellam valde. et ipse erat inclitus in omni domo pa-
tris sui. Ingressique sunt portam urbis. et locuti sunt populo. Viri isti
pacifici sunt. et volunt habitare nobiscum. Negocientur in terra et
exerceant eam. que spaciosa et lata cultoribus indiget. filias eorum
accipiemus uxores. et nostras illis dabimus. Unum est quod differtur
tantum bonum. Si circumcidamus masculos nostros ritum gentis
imitantes. et substantia eorum et pecora et cuncta que possident
nostra erunt. Tantum in hoc acquiescamus. et habitantes simul unum
efficiamus populum. Assensi sunt omnes circumcisis cunctis maribus. et
Et ecce die tercio quando gravissimus vulnerum dolor est. arreptis
duo iacob filii symeon et levi fratres dyne gladiis ingressi sunt urbem
confidenter. interfectisque omnibus masculis. emmor et sychem pariter
necaverunt. tollentes dynam de domo sychem sororem suam. Quibus
egressis irruerunt super occisos ceteri filii iacob. et depopulati sunt urbem
in ultionem stupri. Oves eorum et armenta. et asinos. cunctaque vastan-
tes que in domibus et que in agris erant parvulos quoque et uxores
duxerunt captivas. Quibus patratis audacter. iacob dixit ad sy-
meon et levi. Turbastis me et odiosum fecistis chananeis
et ferezeis habitatoribus terre huius. Nos pauci sumus. illi congre-
gati percutient me et delebor ego. et domus mea. Responderunt.
Numquid ut scorto abuti debuere sorore nostra. Interea locutus est
dominus ad iacob dicens. Surge et ascende bethel et habita ibi.
facque altare deo qui apparuit tibi quando fugiebas esau fratrem tuum.
Iacob vero convocata omni domo sua ait. Abicite deos alienos
qui in medio vestri sunt. et mundamini ac mutate vestimenta vestra.
Surgite et ascendamus in bethel ut faciamus ibi altare domino
qui exaudivit me in die tribulationis mee. et fuit socius itineris

mei. Dederunt ergo ei omnes deos alienos quos habebant et inaures
que erant in auribus eorum. At ille suffodit eas subter terebintum que erat
post urbem sychem. Cumque profecti essent. terror domini invasit omnes
per circuitum civitates et non sunt ausi persequi recedentes. Venit igitur
iacob luzam que est in terra chanaan. cognomento bethel. ipse et
omnis populus cum eo. edificavitque ibi altare. et appellavit nomen loci
domus dei. Ibi enim apparuit ei deus cum fugeret fratrem suum. et
Eodem tempore mortua est delbora nutrix rebecce. et sepulta ad
radices bethel subter quercum vocatumque est nomen loci illius quercus
fletus. Apparuit autem iterum deus iacob postquam reversus est de
mesopotamia syrie. benedixitque ei dicens. Non vocaberis ultra
iacob sed israel erit nomen tuum. Et appellavit eum israel. dixitque ei.
Ego sum deus omnipotens. Cresce et multiplicare. Gentes et populi
nacionum erunt ex te. reges de lumbis tuis egredientur. terramque
quam dedi abraham et ysaac dabo tibi. et semini tuo post te. Et re-
cessit ab eo. Ille vero erexit titulum lapideum in loco quo locutus fuerat
ei deus. libans itaque super eum libamina et effundens oleum super eum.
vocansque nomen loci illius bethel. Egressus inde venit verno tempore
ad terram que ducit effratam. In qua cum parturiret rachel ob diffi-
cultatem partus periclitari cepit. Dixitque ei obstetrix. Noli timere quia
et hunc habebis filium. Egrediente autem anima pre dolore et immi-
nente iam morte vocavit nomen filii eius benoni. id est filius doloris
mei. Pater vero appellavit eum beniamin id est filius dextere. Mor-
tua est ergo rachel et sepulta in via que ducit effratam. hec est in
bethleem. erexitque iacob titulum super sepulchrum eius. hic est titulus
monumenti rachel usque in presentem diem. Egressus inde fixit taberna-
culum trans turrem gregis. Cumque habitaret in illa regione,
abiit ruben et dormivit cum bala concubina patris sui. Quod
illum minime latuit. Erant autem filii iacob xii. Filii lye primoge-
nitus ruben. et symeon et levi. et iudas et ysacar. et zabulon.
Filii rachel ioseph et beniamin. Filii autem zelfe ancille lye gad
et aser. Hi sunt filii iacob qui nati sunt ei in mesopotamia syrie.
Venit etiam ad ysaac patrem suum in mambre civitatem arbee.
hec est ebron in qua peregrinatus est abraham et ysaac. Et comple-
ti sunt dies ysaac centum octoginta annorum. consumptusque etate
mortuus est. et appositus est populo suo plenus dierum valde senex.
et sepelierunt eum esau et iacob filii sui. et
Hec sunt generationes esau. ipse est edom. Esau accepit uxores
de filiabus chanaan ada filiam helom ethei. et oolibama filiam
ane filie sebeon evei. basemath quoque filiam ysmahel sororem
sororem nabaioth. Peperit autem ada elifaz. basemath genuit raguel
oolibama edidit heus. et hielom et chore. Hii filii esau qui
nati sunt ei in terra chanaan. Tulit autem esau uxores suas. et filios
et filias. et omnem animam domus sue. et substantiam et pecora
et cuncta que habere poterat in terra chanaan. et abiit in alteram
regionem. recessitque a fratre suo iacob. Divites enim erant valde.
et simul habitare non poterant. nec sustinebat eos terra peregrinati-
onis eorum pre multitudine gregum. Habitavitque esau in monte seyr.
ipse est edom. He sunt generationes esau patris edom in monte
seyr. et hec nomina filiorum eius. Elifaz filius ada uxoris esau
raguel quoque filius basemath uxoris eius. Fueruntque filii elifaz theman
omar. sepho. et gatham. et cenez. et chore. Erat autem thamna
concubina elifaz filii esau. que peperit ei amalech. Hi sunt filii
ade uxoris esau. filii raguel nahat et zara. semma et meza.
Hi filii basemath uxoris esau. Isti quoque erant filii oolibama
filie ane filie sebeon uxoris esau quos genuit ei heus et hielom et
chore. Hi duces filiorum esau filii elifaz primogeniti esau. dux the-
man. dux omar. sepho. dux cenez. dux chore. dux gatham.
dux amalech. Hi filii elifaz in terra edom. et hi filii ade. Hii quoque
filii raguel filii esau. dux nahat. dux zara. dux semma. dux
meza. Hi duces raguel in terra edom. Isti filii basemath uxoris
esau. Hi autem filii oolibama uxoris esau. dux heus. dux hielom.
dux chore. Hi duces oolibama filie ane uxoris esau. Hi filii
esau. et hi duces eorum. Ipse est edom. Isti filii seyr horrei ha-
bitatores terre. Lothan et sobal. et sebeon. et anan. et dison
et aser. et disan. Hi duces horrei filii seyr in terra edom. Facti
sunt autem filii lothan horrei et heman. Erat autem soror lothan tham-
na. Et isti filii sobal aluan. et manahat. et ebal. sepho. et onam.
Et hi filii sebeon achaia. et anam. Iste est anam qui invenit aquas
calidas in solitudine cum pasceret asinos sebeon patris sui. ha-
buitque filium dison. et filiam oolibama. Et isti filii dison amada
et esban. et iethran. et charan. Hii quoque filii aser. balaan et
zevan et acham. Habuit autem filios disan hus et aran. Isti
duces horreorum. dux lothan. dux sobal. dux sebeon. dux ana.
dux dison. dux aser. dux disan. Isti duces horreorum qui im-
peraverunt in terra seyr. Reges autem qui regnaverunt in terra edom antequam
haberent regem filii israel fuerunt hi. Balach filius beor.
nomenque urbis eius denaba. Mortuus est autem balach. et reg-
navit pro eo iobab filius zare de bosra. Cumque mortuus
esset iobab regnavit pro eo husan de terra themanorum. Hoc
quoque mortuo regnavit pro eo adad filius badad qui percussit ma-
dian in regione moab et nomen urbis eius ahiut. Cumque mortuus
esset adad. regnavit pro eo semla de masereca. Hoc quoque
mortuo regnavit pro eo saul de fluvio rooboth. Cumque et iste
obisset. successit in regnum balanan filius achobor. Isto quoque
mortuo regnavit pro eo adad nomenque urbis eius phou. et appel-
labatur uxor illius meezabel filia matred. filie mizaab. et
Hec ergo nomina ducum esau in cognationibus et locis et vocabulis suis.
dux thamna. dux alva. dux ietheth. dux oolibama. dux ela.
dux finon. dux cenez. dux theman. dux mabsar. dux magdiel
dux iram. Hi duces edom habitantes in terra imperii sui. Ipse est
esau pater ydumeorum. Habitavit autem iacob in terra chanaan in qua
peregrinatus est pater suus. et he sunt generationes eius. Ioseph
cum sedecim esset annorum pascebat gregem cum fratribus suis adhuc puer.
Et erat cum filiis bale et zelfe uxorum patris sui. accusavitque
fratres suos apud patrem crimine pessimo. Israel autem diligebat ioseph
super omnes filios suos. eo quod in senectute genuisset eum. fecitque ei tu-
nicam polimitam. Videntes autem fratres quod a patre plus amaretur. oderant
eum nec poterant ei quicquam pacificum loqui. Accidit quoque ut visum
somnium referret fratribus: que causa maioris odii seminarium fuit.
Dixitque ad eos. Audite somnium meum quod vidi. Putabam nos liga-
re manipulos in agro. et quasi consurgere manipulum meum. et
stare vestrosque manipulos circumstantes adorare manipulum meum.
Responderunt fratres eius. Numquid rex noster eris. aut subiciemur dicioni
tue. Hec ergo causa somniorum atque sermonum. invidie et odii
fomitem ministravit. Aliud quoque vidit somnium. Quod fratribus narrans

ait. Vidi per somnium quasi solem et lunam et stellas xi. adorare me. Quod cum patri suo et fratribus retulisset, increpavit eum pater et dixit: Quid sibi vult hoc somnium quod vidisti? Num ego et mater tua et fratres tui adorabimus te super terram? Invidebant ergo ei fratres sui; pater vero rem tacitus considerabat. Cumque fratres illius in pascendis gregibus morarentur in Sychem, dixit ad eum Israel: Fratres tui pascunt oves in Sychimis; veni, mittam te ad eos. Quo respondente, Presto sum, ait: Vade et vide si cuncta prospera sint erga fratres tuos et pecora, et renuncia mihi quid agatur. Missus de valle Hebron, venit in Sychem. Invenitque eum vir errantem in agro, et interrogavit quid quereret. At ille respondit: Fratres meos quero; indica mihi ubi pascant greges. Dixitque ei vir: Recesserunt de loco isto. Audivi autem eos dicentes: Eamus in Dotham. Perrexit ergo Ioseph post fratres suos, et invenit eos in Dotham. Qui cum vidissent eum procul, antequam accederet ad eos, cogitaverunt eum occidere, et mutuo loquebantur: Ecce somniator venit. Venite, occidamus eum, et mittamus in cysternam veterem; dicemusque: Fera pessima devoravit eum. Et tunc apparebit quid illi prosint somnia sua. Audiens autem hoc Ruben, nitebatur liberare eum de manibus eorum, et dicebat: Non interficiamus animam eius, nec effundamus sanguinem; sed proicite eum in cysternam hanc que est in solitudine, manusque vestras servemus innoxias. Hoc autem dicebat volens eripere eum de manibus eorum et reddere patri suo. Confestim igitur ut pervenit ad fratres, nudaverunt eum tunica talari et polimita, miseruntque in cysternam que non habebat aquam. Et sedentes ut comederent panem, viderunt viatores Ysmahelitas venire de Galaad, et camelos portantes aromata et resinam et stacten in Egyptum. Dixit ergo Iudas fratribus suis: Quid nobis prodest si occiderimus fratrem nostrum et celaverimus sanguinem ipsius? Melius est ut venundetur Ysmahelitis, et manus nostre non polluantur; frater enim et caro nostra est. Acquieverunt fratres sermonibus eius. Et pretereuntibus Ysmahelitis negociatoribus, extrahentes eum de cysterna vendiderunt Ysmahelitis xx. argenteis. Qui duxerunt eum in Egyptum. Reversusque Ruben ad cysternam non invenit puerum; et scissis vestibus pergens ad fratres suos ait: Puer non comparet; et ego quo ibo? Tulerunt autem tunicam eius, et in sanguine hedi quem occiderant tinxerunt, mittentes qui ferrent ad patrem et dicerent: Hanc invenimus; vide utrum tunica filii tui sit an non. Quam cum cognovisset pater, ait: Tunica filii mei est; fera pessima comedit eum, bestia devoravit Ioseph. Scissisque vestibus indutus est cilicio, lugens filium multo tempore. Congregatis autem cunctis liberis eius ut lenirent dolorem patris, noluit consolationem recipere, et ait: Descendam ad filium meum lugens in infernum. Et illo perseverante in fletu, Madianite vendiderunt Ioseph in Egyptum Phutifar eunucho Pharaonis magistro milicie.

Eo tempore descendens Iudas a fratribus suis divertit ad virum Odollamitem nomine Hyram. Viditque ibi filiam hominis Chananei vocabulo Sue, et uxore accepta ingressus est ad eam. Que concepit et peperit filium, vocavitque nomen eius Her. Rursumque concepto fetu, natum filium suum vocavit Onan. Tercium quoque peperit, quem appellavit Sela; quo nato, parere ultra cessavit. Dedit autem Iudas uxorem primogenito suo Her nomine Thamar. Fuitque Her primogenitus Iude nequam in conspectu Domini, et ab eo occisus est. Dixit ergo Iudas ad Onan filium suum: Ingredere ad uxorem fratris tui, et sociare ei, ut suscites semen fratri tuo. Ille autem sciens non sibi nasci filios, introiens ad uxorem fratris sui semen fundebat in terram, ne liberi fratris nomine nascerentur. Et idcirco percussit eum Dominus, quod rem detestabilem faceret. Quam ob rem dixit Iudas Thamar nurui sue: Esto vidua in domo patris tui, donec crescat Sela filius meus. Timebat enim ne et ipse moreretur sicut fratres eius. Que abiit et habitavit in domo patris sui. Evolutis autem multis diebus, mortua est filia Sue uxor Iude. Qui post luctum consolatione accepta, ascendebat ad tonsores ovium suarum, ipse et Hyras opilio gregis Odollamites, in Thamnas. Nunciatumque est Thamar quod socer illius ascenderet in Thamnas ad tondendas oves. Que depositis viduitatis vestibus, assumpsit theristrum, et mutato habitu sedit in bivio itineris quod ducit Thamnam, eo quod crevisset Sela et non accepisset eum maritum. Quam cum vidisset Iudas, suspicatus est eam esse meretricem; operuerat enim vultum suum ne cognosceretur. Ingrediensque ad eam ait: Dimitte me ut coeam tecum. Nesciebat enim quod nurus sua esset. Qua respondente: Quid mihi dabis ut fruaris concubitu meo? dixit: Mittam tibi hedum de gregibus. Rursumque illa dicente: Patiar quod vis si dederis mihi arrabonem donec mittas quod polliceris. Ait Iudas: Quid vis tibi pro arrabone dari? Respondit: Anulum tuum et armillam et baculum quem manu tenes. Ad unum igitur coitum concepit mulier, et surgens abiit; depositoque habitu quem assumpserat, induta est viduitatis vestibus. Misit autem Iudas hedum per pastorem suum Odollamitem, ut reciperet pignus quod dederat mulieri. Qui cum non invenisset eam, interrogavit homines loci illius: Ubi est mulier que sedebat in bivio? Respondentibus cunctis: Non fuit in loco isto meretrix, reversus ad Iudam dixit ei: Non inveni eam; sed et homines loci illius dixerunt mihi numquam ibi sedisse scortum. Ait Iudas: Habeat sibi; certe mendacii crimine nos arguere non poterit; ego misi hedum quem promiseram, et tu non invenisti eam.

Ecce autem post tres menses nunciaverunt Iude dicentes: Fornicata est Thamar nurus tua, et videtur uterus eius intumescere. Dixit Iudas: Producite eam ut comburatur. Que cum educeretur ad penam, misit ad socerum suum dicens: De viro cuius hec sunt concepi. Cognosce cuius sit anulus et armilla et baculus. Qui agnitis muneribus ait: Iustior Thamar me est, quia non tradidi eam Sela filio meo. Attamen ultra non cognovit eam. Instante autem partu, apparuerunt gemini in utero; atque in ipsa effusione infantium unus protulit manum, in qua obstetrix ligavit coccinum, dicens: Iste egredietur prior. Illo vero retrahente manum, egressus est alter; dixitque mulier: Quare divisa est propter te maceria? et ob hanc causam vocavit nomen eius Phares. Postea egressus est frater eius, in cuius manu erat coccinum, quem appellavit Zara. Igitur Ioseph ductus est in Egyptum, emitque eum Phutifar eunuchus Pharaonis, princeps exercitus, vir Egyptius, de manu Ysmahelitarum a quibus perductus erat. Fuitque Dominus cum eo, et erat vir in cunctis prospere agens; habitavitque in domo domini sui, qui optime noverat esse Dominum cum eo, et omnia que gereret ab eo dirigi in manu illius. Invenitque Ioseph gratiam coram domino suo, et ministrabat ei; a quo prepositus omnibus gubernabat sibi creditam domum et universa que ei tradita fuerant. Benedixitque Dominus domui Egyptii propter Ioseph, et multiplicavit tam in edibus quam in cunctis agris cunctisque substantiis; nec quicquam aliud noverat nisi panem quo vescebatur. Erat autem Ioseph pulchra facie et decorus aspectu. Post multos dies iniecit domina oculos suos in Ioseph, et ait: Dormi mecum. Qui nequaquam acquiescens operi nefario, dixit ad eam: Ecce dominus meus omnibus michi traditis ignorat quid habeat in domo sua, nec quicquam est quod non in manu mea sit vel non tradiderit michi preter te que uxor eius es. Quomodo ergo possum malum hoc facere et peccare in Dominum meum? Huiuscemodi verbis per singulos dies loquebatur et mulier molesta erat adolescenti, et ille recusabat stuprum. Accidit autem quadam die ut intraret Ioseph domum, et operis quippiam absque arbitris faceret; et illa apprehensa lacinia eius diceret: Dormi mecum. Qui relicto in manu eius pallio fugit et egressus est foras. Cumque vidisset mulier vestem in manibus suis et se esse contemptam, vocavit homines domus sue, et ait ad eos: En introduxit virum hebreum ut illuderet nobis; ingressus est ad me ut coiret mecum. Cumque ego succlamassem et audisset vocem meam, reliquit pallium quod tenebam et fugit foras. In argumentum ergo fidei retentum pallium ostendit marito revertenti domum, et ait: Ingressus est ad me servus hebreus quem adduxisti ut illuderet michi. Cumque audisset me clamare, reliquit pallium et fugit foras. His auditis dominus, et nimium credulus verbis coniugis, iratus est valde; tradiditque Ioseph in carcerem ubi vincti regis custodiebantur, et erat ibi clausus. Fuit autem Dominus cum Ioseph et misertus illius dedit ei gratiam in conspectu principis carceris. Qui tradidit in manu ipsius universos vinctos qui in custodia tenebantur, et quicquid fiebat sub ipso erat; nec noverat aliquid cunctis ei creditis.

His itaque gestis, accidit ut peccarent duo eunuchi, pincerna regis lxxx.
Egypti et pistor, domino suo. Iratusque est Pharao contra eos (nam alter pincernis preerat, alter pistoribus), et misit in carcerem principis militum, in quo erat vinctus et Ioseph. At custos carceris tradidit eos Ioseph, qui et ministrabat eis. Aliquantulum temporis fluxerat, et illi in custodia tenebantur. Videruntque ambo somnium nocte una, iuxta interpretationem congruam sibi. Ad quos cum introisset Ioseph mane et vidisset eos tristes, sciscitatus est dicens: Cur tristior est hodie solito facies vestra? Qui responderunt: Somnium vidimus, et non est qui interpretetur nobis. Dixitque ad eos Ioseph: Numquid non Dei est interpretatio? Referte mihi quid videritis. Narravit prior prepositus pincernarum somnium suum: Videbam coram me vitem in qua erant tres propagines crescere paulatim in gemmas, et post flores uvas maturescere; calicemque Pharaonis in manu mea. Tuli ergo uvas et expressi in calicem quem tenebam, et tradidi poculum Pharaoni. Respondit Ioseph: Hec est interpretatio somnii. Tres propagines tres adhuc dies sunt, post quos recordabitur Pharao ministerii tui et restituet te in gradum pristinum; dabisque ei calicem iuxta officium tuum, sicut antea facere consueveras. Tantum memento mei cum bene tibi fuerit, et facies mecum misericordiam, ut suggeras Pharaoni ut educat me de isto carcere, quia furto sublatus sum de terra Hebreorum, et hic innocens in lacum missus sum. Videns pistorum magister quod prudenter somnium dissolvisset, ait: Et ego vidi somnium, quod haberem tria canistra farine super caput meum, et in uno canistro quod erat excelsius portare me omnes cibos qui fiunt arte pistoria, avesque comedere ex eo. Respondit Ioseph: Hec est interpretatio somnii. Tria canistra tres adhuc dies sunt, post quos auferet Pharao caput tuum, ac suspendet te in cruce, et lacerabunt volucres carnes tuas. Exinde dies tercius natalis Pharaonis erat; qui faciens grande convivium pueris suis, recordatus est inter epulas magistri pincernarum et pistorum principis. Restituitque alterum in locum suum ut porrigeret regi poculum; alterum suspendit in patibulo, ut coniectoris veritas probaretur. Et tamen succedentibus prosperis pincernarum prepositus oblitus est interpretis sui.

Post duos annos vidit Pharao somnium. Putabat se stare super fluvium, de quo ascendebant septem boves pulchre et crasse nimis, et pascebantur in locis palustribus. Alie quoque septem emergebant de flumine, fedeque confecteque macie, et pascebantur in ipsa amnis ripa in locis virentibus; devoraveruntque eas quarum mira species et habitudo corporum erat. Expergefactus Pharao rursus dormivit, et vidit alterum somnium: Septem spice pullulabant in culmo uno, plene atque formose; alie quoque totidem spice tenues et percusse uredine oriebantur, devorantes omnem priorum pulchritudinem. Evigilans autem Pharao post quietem, et facto mane pavore perterritus, misit ad coniectores Egypti cunctosque sapientes, et accersitis narravit somnium; nec erat qui interpretaretur. Tunc demum reminiscens pincernarum magister ait: Confiteor peccatum meum. Iratus rex servis suis me et magistrum pistorum retrudi iussit in carcerem principis militum, ubi una nocte uterque vidimus somnium presagum futurorum. Erat ibi puer hebreus eiusdem ducis militum famulus, cui narrantes somnia audivimus quicquid postea rei probavit eventus. Ego enim redditus sum officio meo, et ille suspensus est in cruce. Protinus ad regis imperium educunt de carcere Ioseph, et totonderunt, ac veste mutata obtulerunt ei. Cui ille ait: Vidi somnia, nec est qui edisserat que vidi; audivi te prudentissime coniicere. Respondit Ioseph: Absque me Deus respondebit prospera Pharaoni. Narravit ergo Pharao quod viderat: Putabam me stare super ripam fluminis, et septem boves de amne conscendere pulchras nimis et obesis carnibus, que in pastu paludis virecta carpebant. Et ecce alie sequebantur boves deformes et macilente, ut numquam tales in terra Egypti viderim; que devoratis et consumptis prioribus nullum saturitatis dedere vestigium, sed simili macie et squalore torpebant. Evigilans rursus sopore depressus vidi somnium: Septem spice pullulabant in culmo uno, plene atque pulcherrime. Alie quoque tenues et percusse uredine e stipula oriebantur, que priorum pulchritudinem devoraverunt. Narravi coniectoribus somnium, et nemo est qui edisserat. Respondit Ioseph: Somnium regis unum est; que facturus est Deus ostendit Pharaoni. Septem boves pulchre et septem spice plene atque pulcherrime septem ubertatis anni sunt, eandemque vim somnii comprehendunt. Septem quoque boves tenues atque macilente que ascenderunt post eas, et septem spice tenues et vento urente percusse, vii anni sunt venture famis, qui hoc ordine complebuntur. Ecce vii anni venient fertilitatis magne in terra Egypti, quos sequentur vii anni alii tante sterilitatis ut oblivioni tradatur cuncta retro habundantia. Consumptura est enim fames omnem terram, et ubertatis magnitudinem perditura est inopie magnitudo. Quod autem vidisti secundo ad eandem rem pertinens somnium, veritatis indicium est, eo quod fiat sermo Dei et velocius impleatur.

Nunc ergo provideat rex virum sapientem et industrium, et praeficiat eum terrae Aegypti, qui constituat praepositos per singulas regiones, et quintam partem per singulos annos fertilitatis, qui iam nunc futuri sunt, congreget in horrea, et omne frumentum sub Pharaonis imperio condatur, serveturque in urbibus, et praeparetur futurae septem annorum fami quae pressura est Aegyptum, et non consumatur terra inopia. Placuit Pharaoni consilium, et cunctis ministris eius, locutusque est ad eos: Num invenire poterimus talem virum, qui spiritu Dei plenus sit? Dixit ergo ad Ioseph: Quia ostendit tibi Deus omnia quae locutus es, numquid sapientiorem et similem tui invenire potero? Tu eris super domum meam, et ad tui oris imperium cunctus populus oboediet: uno tantum regni solio te praecedam. Dicensque rursum Pharao ad Ioseph: Ecce, constitui te super universam terram Aegypti. Tulitque anulum de manu sua, et dedit in manu eius: vestivitque eum stola byssina, et collo torquem auream circumposuit. Fecitque ascendere eum super currum suum secundum, clamante praecone, ut omnes coram eo genu flecterent, et praepositum esse scirent universae terrae Aegypti. Vertitque nomen illius, et vocavit eum lingua Aegyptiaca Salvatorem mundi. Deditque uxorem Aseneth filiam Phutifaris sacerdotis Helyopoleos. Egressus est itaque Ioseph ad terram Aegypti (triginta autem annorum erat quando stetit in conspectu regis Pharaonis), et circuivit omnes regiones Aegypti. Venitque fertilitas septem annorum: et in manipulos redactae segetes, et congregatae sunt in horrea Aegypti. Omnis etiam frugum habundantia in singulis urbibus condita est. Tantaque fuit multitudo tritici, ut arenae maris coaequaretur, et copia mensuram excederet. Nati sunt autem Ioseph filii duo antequam veniret fames: quos ei peperit Aseneth filia Phutifaris sacerdotis Heleopoleos. Vocavitque nomen primogeniti Manasse, dicens: Oblivisci me fecit Deus omnium laborum meorum, et domus patris mei. Nomen quoque secundi appellavit Effraym, dicens: Crescere me fecit Deus in terra paupertatis meae.

Igitur transactis septem annis ubertatis qui fuerant in Aegypto, coeperunt venire septem anni inopiae, quos praedixerat Ioseph: et in universo orbe fames praevaluerat, in cuncta autem terra Aegypti erat famis. Qua esuriente clamavit populus ad Pharaonem, alimenta petens. Quibus ille respondit: Ite ad Ioseph: et quicquid dixerit vobis, facite. Crescebat autem cotidie fames in omni terra: aperuitque Ioseph universa horrea, et vendebat Aegyptiis: nam et illos oppresserat fames. Omnesque provinciae veniebant in Aegyptum, ut emerent escas, et malum inopiae temperarent. Audiens autem Iacob quod alimenta venderentur in Aegypto, dixit filiis suis: Quare negligitis? Audivi quod triticum venundetur in Aegypto: descendite, et emite nobis necessaria, ut possimus vivere, et non consumamur inopia. Descenderunt ergo fratres Ioseph decem, ut emerent frumenta in Aegypto: Beniamin domi retento a Iacob, qui dixerat fratribus eius: Ne forte in itinere quicquam patiatur mali. Ingressi sunt terram Aegypti cum aliis qui pergebant ad emendum. Erat autem fames in terra Chanaan. Et Ioseph princeps Aegypti, atque ad illius nutum frumenta populis vendebantur. Cumque adorassent eum fratres sui, et agnovisset eos, quasi ad alienos durius loquebatur, interrogans eos: Unde venistis? Qui responderunt: De terra Chanaan, ut emamus victui necessaria. Et tamen fratres ipse cognoscens, non est agnitus ab eis. Recordatusque somniorum, quae aliquando viderat, dixit ad eos: Exploratores estis: ut videatis infirmiora terrae venistis. Qui dixerunt: Non est ita, domine, sed servi tui venerunt ut emerent cibos. Omnes filii unius viri sumus: pacifici venimus, nec quicquam famuli tui machinantur mali. Quibus ille respondit: Aliter est: immunita terrae huius considerare venistis. At illi: Duodecim, inquiunt, servi tui fratres sumus, filii viri unius in terra Chanaan: minimus cum patre nostro est, alius non est super. Hoc est, ait, quod locutus sum: Exploratores estis. Iam nunc experimentum vestri capiam: per salutem Pharaonis non egrediemini hinc, donec veniat frater vester minimus. Mittite ex vobis unum, qui adducat eum: vos autem eritis in vinculis, donec probentur quae dixistis utrum vera an falsa sint: alioquin per salutem Pharaonis exploratores estis. Tradidit ergo eos custodiae tribus diebus. Die autem tertio eductis de carcere, ait: Facite quod dixi, et vivetis: Deum enim timeo. Si pacifici estis, frater vester unus ligetur in carcere: vos autem abite, et ferte frumenta quae emistis in domos vestras. Et fratrem vestrum minimum ad me adducite, ut possim vestros probare sermones, et non moriamini. Fecerunt ut dixerat, et locuti sunt invicem: Merito haec patimur, quia peccavimus in fratrem nostrum, videntes angustiam animae illius dum deprecaretur nos, et non audivimus: idcirco venit super nos ista tribulatio. E quibus unus Ruben, ait: Numquid non dixi vobis: Nolite peccare in puerum: et non audistis me? En sanguis eius exquiritur. Nesciebant autem quod intelligeret Ioseph, eo quod per interpretem loquebatur ad eos. Avertitque se parumper, et flevit: et reversus locutus est ad eos. Tollensque Symeon, et ligans illis praesentibus, iussit ministris ut implerent saccos eorum tritico, et reponerent pecunias singulorum in sacculis suis, datis supra cibariis in via. Qui fecere ita. At illi portantes frumenta in asinis suis, profecti sunt. Apertoque unus sacco, ut daret iumento pabulum in diversorio, contemplatus pecuniam in ore sacculi, dixit fratribus suis: Reddita est mihi pecunia, en habetur in sacculo. Et obstupefacti, turbatique, dixerunt mutuo: Quidnam est hoc quod fecit nobis Deus? Veneruntque ad Iacob patrem suum in terram Chanaan, et narraverunt ei omnia quae accidissent sibi, dicentes: Locutus est nobis dominus terrae dure, et putavit nos exploratores esse provinciae. Cui respondimus: Pacifici sumus, nec ullas molimur insidias. Duodecim fratres uno patre geniti sumus: unus non est super, minimus cum patre est in terra Chanaan. Qui ait nobis: Sic probabo quod pacifici sitis: fratrem vestrum unum dimittite apud me, et cibaria domibus vestris necessaria sumite, et abite, fratremque vestrum minimum adducite ad me, ut sciam quod non sitis exploratores: et istum qui tenetur in vinculis, recipere possitis: ac deinceps emendi quae vultis habeatis licentiam. His dictis, cum frumenta effunderent, singuli repererunt in ore saccorum ligatas pecunias: exterritisque simul omnibus, dixit pater Iacob: Absque liberis me esse fecistis: Ioseph non est super, Symeon tenetur in vinculis, Beniamin auferetis: in me haec omnia mala reciderunt. Cui respondit Ruben: Duos filios meos interfice, si non reduxero illum tibi: trade illum in manu mea, et ego illum tibi restituam. At ille: Non descendet, inquit, filius meus vobiscum: frater eius mortuus est, et ipse solus remansit: si quid ei adversi acciderit in terra ad quam pergitis, deducetis canos meos cum dolore ad inferos.

Interim fames omnem terram vehementer premebat. Consumptisque cibis quos ex Aegypto detulerant, dixit Iacob ad filios suos: Revertimini, et emite nobis pauxillum escarum. Respondit Iudas: Denuntiavit nobis vir ille sub testificatione iurandi, dicens: Non videbitis faciem meam, nisi fratrem vestrum minimum adduxeritis vobiscum. Si ergo vis mittere eum nobiscum, pergemus pariter, et ememus tibi necessaria: sin autem non vis, non ibimus: vir enim, ut saepe diximus, denuntiavit nobis, dicens: Non videbitis faciem meam absque fratre vestro minimo. Dixit eis Israel: In meam hoc fecistis miseriam, ut indicaretis ei et alium habere vos fratrem. At illi responderunt: Interrogavit nos homo per ordinem nostram progeniem: si pater viveret: si haberemus fratrem: et nos respondimus ei consequenter iuxta id quod fuerat sciscitatus: numquid scire poteramus quod dicturus esset: Adducite vobiscum fratrem vestrum? Iudas quoque dixit patri suo: Mitte puerum mecum, ut proficiscamur, et possimus vivere, ne moriamur nos et parvuli nostri. Ego suscipio puerum: de manu mea require illum: nisi reduxero et tradidero illum tibi, ero peccati reus in te omni tempore. Si non intercessisset dilatio, iam vice altera venissemus. Igitur Israel pater eorum dixit ad eos: Si sic necesse est, facite quod vultis: sumite de optimis terrae fructibus in vasis vestris, et deferte viro munera, modicum resinae, et mellis, et styracis, et stactes, et therebinti, et amigdalarum. Pecuniamque duplicem ferte vobiscum: et illam quam invenistis in sacculis, reportate, ne forte errore factum sit. Sed et fratrem vestrum tollite, et ite ad virum. Deus autem meus omnipotens faciat eum vobis placabilem: et remittat vobiscum fratrem vestrum quem tenet, et hunc Beniamin: ego autem quasi orbatus absque liberis ero. Tulerunt ergo viri munera, et pecuniam duplicem, et Beniamin: descenderuntque in Aegyptum, et steterunt coram Ioseph. Quos cum vidisset, et Beniamin simul, praecepit dispensatori domus suae, dicens: Introduc viros domum, et occide victimas, et instrue convivium: quoniam mecum sunt comesturi meridie. Fecit ille sicut fuerat imperatum, et introduxit viros domum. Ibique exterriti, dixerunt mutuo: Propter pecuniam, quam retulimus prius in saccis nostris, introducti sumus: ut devolvat in nos calumpniam, et violenter subiciat servituti et nos, et asinos nostros. Quam ob rem in ipsis foribus accedentes ad dispensatorem, locuti sunt: Oramus, domine, ut audias nos. Iam ante descendimus ut emeremus escas: quibus emptis, cum venissemus ad diversorium, aperuimus saccos nostros, et invenimus pecuniam in ore saccorum: quam nunc eodem pondere reportavimus. Sed et aliud attulimus argentum, ut emamus quae necessaria sunt: non est in nostra conscientia quis eam posuerit in marsupiis nostris. At ille respondit: Pax vobiscum, nolite timere: Deus vester, et Deus patris vestri dedit vobis thesauros in sacculis vestris: nam pecuniam quam dedistis mihi, probatam ego habeo. Eduxitque ad eos Symeon. Et introductis domum, attulit aquam, et laverunt pedes suos, deditque pabulum asinis eorum. Illi vero parabant munera, donec ingrederetur Ioseph meridie: audierant enim quod ibi comesturi essent panem. Igitur ingressus est Ioseph domum suam, obtuleruntque ei munera, tenentes in manibus suis: et adoraverunt proni in terram. At ille clementer resalutatis eis, interrogavit eos, dicens: Salvusne est pater vester senex, de quo dixeratis mihi? adhuc vivit? Qui responderunt: Sospes est servus tuus pater noster, adhuc vivit. Et incurvati, adoraverunt eum. Attollens autem oculos suos Ioseph, vidit Beniamin fratrem suum uterinum, et ait: Iste est frater vester parvulus, de quo dixeratis mihi? Et rursum: Deus, inquit, misereatur tui, fili mi. Festinavitque, quia commota fuerant viscera eius super fratre suo, et erumpebant lacrimae: et introiens cubiculum flevit. Rursumque lota facie egressus, continuit se, et ait: Ponite panes. Quibus appositis, seorsum Ioseph, et seorsum fratribus, Aegyptiis quoque qui vescebantur simul seorsum (illicitum est enim Aegyptiis comedere cum Hebraeis, et profanum putant huiuscemodi convivium), sederunt coram eo, primogenitus iuxta primogenita sua, et minimus iuxta aetatem suam. Et mirabantur nimis, sumptis partibus, quas ab eo acceperant: maiorque pars venit Beniamin, ita ut quinque partibus excederet. Biberuntque et inebriati sunt cum eo. Praecepit autem Ioseph dispensatori domus suae, dicens: Imple saccos eorum frumento, quantum possunt capere: et pone pecuniam singulorum in summitate sacci. Scyphum autem meum argenteum, et pretium quod dedit tritici, pone in ore sacci iunioris. Factumque est ita. Et orto mane, dimissi sunt cum asinis suis. Iamque urbem exierant, et processerant paululum: tunc Ioseph accersito dispensatore domus, ait: Surge, inquit, persequere viros: et apprehensis dicito: Quare reddidistis malum pro bono? Scyphum quem furati estis, ipse est in quo bibit dominus meus, et in quo augurari solet: pessimam rem fecistis. Fecit ille ut iusserat. Et apprehensis, per ordinem locutus est. Qui responderunt: Quare sic loquitur dominus noster, ut servi tui tantum flagitii commiserint? Pecuniam, quam invenimus in summitate saccorum, reportavimus ad te de terra Chanaan: et quomodo consequens est ut furati simus de domo domini tui aurum vel argentum? Apud quemcumque fuerit inventum servorum tuorum quod quaeris, moriatur, et nos servi erimus domini nostri. Qui dixit eis: Fiat iuxta sententiam vestram: apud quemcumque fuerit inventum, ipse sit servus meus, vos autem eritis innoxii. Itaque festinato deponentes in terram saccos, aperuerunt singuli. Quos scrutatus, incipiens a maiore usque ad minorem, invenit scyphum in sacco
6. Beniamin. At illi scissis vestibus, oneratisque rursum asinis, reversi sunt in oppidum. Primusque Iudas cum fratribus ingressus est ad Ioseph (necdum enim de loco abierat) omnesque ante eum in terra pariter corruerunt. Quibus ille ait: Quare sic agere voluistis? an ignoratis quod non sit similis mei in augurandi scientia? Cui Iudas: Quid respondebimus, inquit, domino meo? vel quid loquemur, aut iuste poterimus obtendere? Deus invenit iniquitatem servorum tuorum: en omnes servi sumus domini mei, et nos, et apud quem inventus est scyphus. Respondit Ioseph: Absit a me ut sic agam: qui furatus est scyphum, ipse sit servus meus: vos autem abite liberi ad patrem vestrum. Accedens autem propius Iudas, confidenter ait: Oro, domine mi, loquatur servus tuus verbum in auribus tuis, et ne irascaris famulo tuo: tu es enim post Pharaonem dominus meus. Interrogasti prius servos tuos: Habetis patrem aut fratrem? Et nos respondimus tibi domino meo: Est nobis pater senex, et puer parvulus, qui in senectute illius natus est: cuius uterinus frater est mortuus, et ipsum solum habet mater sua, pater vero tenere diligit eum. Dixistique servis tuis: Adducite eum ad me, et ponam oculos meos super illum. Suggessimus domino meo: Non potest puer relinquere patrem suum: si enim illum dimiserit, morietur. Et dixisti servis tuis: Nisi venerit frater vester minimus vobiscum, non videbitis amplius faciem meam. Cum ergo ascendissemus ad famulum tuum patrem nostrum, narravimus ei omnia quae locutus est dominus meus. Et dixit pater noster: Revertimini, et emite nobis parum tritici. Cui diximus: Ire non possumus: si frater noster minimus descenderit nobiscum, proficiscemur simul: alioquin illo absente, non audemus videre faciem viri. Ad quae ille respondit: Vos scitis quod duos genuerit mihi uxor mea. Egressus est unus, et dixistis: Bestia devoravit eum: et hucusque non comparet.

Si tuleritis et istum, et aliquid ei in via contigerit, deducetis canos meos cum merore ad inferos.

Igitur si intravero ad servum tuum patrem nostrum et puer defuerit, cum anima illius ex huius anima pendeat, videritque eum non esse nobiscum, morietur, et deducent famuli tui canos eius cum dolore ad inferos. Ego proprie servus tuus sim, qui in meam hunc recepi fidem, et spopondi dicens: Nisi reduxero eum, peccati reus ero in patrem meum omni tempore. Manebo itaque servus tuus pro puero in ministerio domini mei, et puer ascendat cum fratribus suis. Non enim possum redire ad patrem meum absente puero, ne calamitatis quae oppressura est patrem meum testis assistam. Non se poterat ultra cohibere Ioseph, multis coram astantibus; unde praecepit ut egrederentur cuncti foras, et nullus interesset alienus agnitioni mutuae. Elevavitque vocem cum fletu, quam audierunt Egyptii omnisque domus Pharaonis. Et dixit fratribus suis: Ego sum Ioseph. Adhuc pater meus vivit? Nec poterant respondere fratres, nimio terrore perterriti. Ad quos ille clementer: Accedite, inquit, ad me. Et cum accessissent prope: Ego sum, ait, Ioseph frater vester, quem vendidistis in Egyptum. Nolite pavere, nec vobis durum esse videatur quod vendidistis me in his regionibus; pro salute enim vestra misit me Deus ante vos in Egyptum. Biennium est enim quod fames esse coepit in terra, et adhuc quinque anni restant, quibus nec arari poterit nec meti. Praemisitque me Deus ante, ut reservemini super terram, et escas ad vivendum habere possitis. Non vestro consilio sed Dei huc voluntate missus sum; qui fecit me quasi patrem Pharaonis, et dominum universae domus eius, ac principem in omni terra Egypti. Festinate et ascendite ad patrem meum, et dicetis ei: Haec mandat filius tuus Ioseph: Descende ad me, ne moreris, et habita in terra Gessen; erisque iuxta me tu et filii tui et filii filiorum tuorum, oves tuae et armenta tua, et universa quae possides. Ibique te pascam; adhuc enim quinque anni residui sunt famis, ne et tu pereas et domus tua et omnia quae possides. En oculi vestri et oculi fratris vestri Beniamin vident quod os meum loquatur ad vos. Nuntiate patri meo universam gloriam meam et cuncta quae vidistis in Egypto. Festinate et adducite eum ad me. Cumque amplexus recidisset in collum Beniamin fratris sui, flevit, illo quoque flente similiter super collum eius. Osculatusque est Ioseph omnes fratres suos, et ploravit super singulos. Post quae ausi sunt loqui ad eum. Auditumque est et celebri sermone vulgatum in aula regis: Venerunt fratres Ioseph. Et gavisus est Pharao atque omnis familia eius. Dixitque ad Ioseph ut imperaret fratribus dicens: Onerantes iumenta ite in terram Chanaan, et tollite inde patrem vestrum et cognationem, et venite ad me; et ego dabo vobis omnia bona terrae Egypti, ut comedatis medullam terrae. Praecipe etiam ut tollant plaustra de terra Egypti ad subvectionem parvulorum suorum et coniugum, ac dicito: Tollite patrem vestrum, et properate quantocius venientes. Nec dimittatis quicquam de supellectili vestra, quia omnes opes Egypti vestrae erunt. Feceruntque filii Israhel ut eis erat mandatum. Quibus dedit Ioseph plaustra secundum Pharaonis imperium, et cibaria in itinere. Singulisque proferri iussit binas stolas; Beniamin vero dedit trecentos argenteos cum quinque stolis optimis, tantumdem pecuniae et vestium mittens patri suo, addens eis asinos decem qui subveherent ex omnibus divitiis Egypti, et totidem asinas, triticum in itinere panesque portantes. Dimisitque fratres suos, et proficiscentibus ait: Ne irascamini in via. Qui ascendentes ex Egypto venerunt ad terram Chanaan ad patrem suum Iacob. Et nuntiaverunt ei dicentes: Ioseph vivit, et ipse dominatur in omni terra Egypti. Quo audito Iacob quasi de gravi somno evigilans, attamen non credebat eis. Illi contra referebant omnem ordinem rei. Cumque vidisset plaustra et universa quae miserat, revixit spiritus eius, et ait: Sufficit mihi si adhuc Ioseph filius meus vivit; vadam et videbo illum antequam moriar.

Profectusque Israhel cum omnibus quae habebat venit ad Puteum iuramenti. Et mactatis ibi victimis Deo patris sui Ysaac, audivit eum per visionem noctis vocantem se et dicentem: Iacob, Iacob. Cui respondit: Ecce adsum. Ait illi Deus: Ego sum fortissimus Deus patris tui; noli timere et descende in Egyptum, quia in gentem magnam faciam te ibi. Ego descendam tecum illuc, et ego adducam te inde revertentem. Ioseph quoque ponet manum suam super oculos tuos. Surrexit Iacob a Puteo iuramenti, tuleruntque eum filii cum parvulis et uxoribus suis in plaustris quae miserat Pharao ad portandum senem, et omnia quae possederat in terra Chanaan; venitque in Egyptum cum omni semine suo, filii eius et nepotes, filiae et cuncta simul progenies.

Haec sunt autem nomina filiorum Israhel qui ingressi sunt in Egyptum cum liberis suis. Primogenitus Ruben. Filii eius Enoch et Phallu et Esrom et Charmi. Filii Symeon Gemuhel et Iamin et Ahod et Iachin et Saher et Saul filius Chananitidis. Filii Levi Gerson, Caath et Merari. Filii Iuda Her, Onan et Sela et Phares et Zara. Mortui sunt autem Her et Onan in terra Chanaan. Natique sunt inde filii Phares Esrom et Amul. Filii Ysachar Thola et Phua et Iob et Semrom. Filii Zabulon Sared et Helon et Iahel. Hi filii Liae quos genuit in Mesopotamia Syriae, cum Dyna filia sua. Omnes animae filiorum eius et filiarum triginta tres. Filii Gad Sephion et Haggi, Suni et Esebon, Heri et Arodi et Areli. Filii Aser Iamne et Iesua et Iesui et Beria, Sara quoque soror eorum. Filii Beria Heber et Melchihel. Hi filii Zelfae quam dedit Laban Liae filiae suae. Et hos genuit Iacob, sedecim animas. Filii Rachel uxoris Iacob Ioseph et Beniamin. Natique sunt filii Ioseph in terra Egypti, quos genuit ei Aseneth filia Phutifaris sacerdotis Heliopoleos, Manasses et Effraim. Filii Beniamin Bela et Bechor et Asbel, Gera et Naaman, Iei et Ros, Mosim et Oppim et Ared. Hi filii Rachel quos genuit Iacob, omnes animae quattuordecim. Filii Dan Usim. Filii Nepthalim Iasihel et Guni et Ieser et Sallem. Hi filii Balae quam dedit Laban Racheli filiae suae, et hos genuit Iacob, omnes animae septem. Cunctaeque animae quae ingressae sunt in Egyptum cum Iacob et egressae de femore illius, absque uxoribus filiorum, sexaginta sex. Filii autem Ioseph qui nati sunt ei in terra Egypti, animae duae. Omnes animae domus Iacob quae ingressae sunt in Egyptum fuerunt septuaginta.

Misit autem Iudam ante se ad Ioseph, ut nuntiaret ei, et ille occurreret in Gessen. Quo cum pervenisset, iuncto Ioseph curru suo ascendit obviam patri ad eundem locum. Vidensque eum irruit super collum eius, et inter amplexus flevit. Dixitque pater ad Ioseph: Iam laetus moriar, quia vidi faciem tuam et superstitem te relinquo. Et ille locutus est ad fratres et ad omnem domum patris sui: Ascendam et nuntiabo Pharaoni, dicamque ei: Fratres mei et domus patris mei qui erant in terra Chanaan venerunt ad me, et sunt viri pastores ovium, curamque habent alendorum gregum. Pecora sua et armenta et omnia quae habere potuerunt adduxerunt secum. Cumque vocaverit vos et dixerit: Quod est opus vestrum? respondebitis: Viri pastores sumus servi tui ab infantia nostra usque in praesens, et nos et patres nostri. Ad peregrinandum in terra tua venimus. Haec autem dicetis ut habitare possitis in terra Gessen, quia detestantur Egyptii omnes pastores ovium. Ingressus ergo Ioseph nuntiavit Pharaoni dicens: Pater meus et fratres, oves eorum et armenta et cuncta quae possident venerunt de terra Chanaan, et ecce consistunt in terra Gessen. Extremos quoque fratrum suorum quinque viros statuit coram rege. Quos ille interrogavit: Quid habetis operis? Responderunt: Pastores ovium sumus servi tui, et nos et patres nostri. Ad peregrinandum in terra tua venimus, quoniam non est herba gregibus servorum tuorum, ingravescente fame in terra Chanaan. Petimusque ut esse iubeas servos tuos in terra Gessen. Dixit itaque rex ad Ioseph: Pater tuus et fratres tui venerunt ad te. Terra Egypti in conspectu tuo est; in optimo loco fac habitare eos, et trade eis terram Gessen. Quod si nosti esse in eis viros industrios, constitue illos magistros pecorum meorum.

Post haec introduxit Ioseph patrem suum ad regem, et statuit coram eo. Qui benedicens illi et interrogatus ab eo: Quot sunt dies annorum vitae tuae? Et vitae tuae respondit: Dies peregrinationis vitae meae centum triginta annorum sunt, parvi et mali, et non pervenerunt usque ad dies patrum meorum quibus peregrinati sunt. Et benedicto rege egressus est foras. Ioseph vero patri et fratribus suis dedit possessionem in Egypto in optimo terrae loco Ramesses, ut praeceperat Pharao. Et alebat eos omnemque domum patris sui, praebens cibaria singulis. In toto enim orbe panis deerat, et oppresserat fames terram, maxime Egypti et Chanaan. E quibus omnem pecuniam congregavit pro venditione frumenti, et intulit eam in erarium regis. Cumque defecisset emptoribus pretium, venit cuncta Egyptus ad Ioseph dicens: Da nobis panes. Quare morimur coram te, deficiente pecunia? Quibus ille respondit: Adducite pecora vestra, et dabo vobis pro eis cibos, si pretium non habetis. Quae cum adduxissent, dedit eis alimenta pro equis et ovibus et bubus et asinis; sustentavitque eos illo anno pro commutatione pecorum. Veneruntque anno secundo, et dixerunt ei: Non celamus dominum nostrum quod deficiente pecunia et pecora simul defecerunt, nec clam te est quod absque corporibus et terra nihil sumus. Cur ergo moriemur te vidente? Et nos et terra tua tui erimus. Eme nos in servitutem regiam, et praebe semina, ne pereunte cultore terra redigatur in solitudinem.

Emit igitur Ioseph omnem terram Egypti, vendentibus singulis possessiones lxxxx.
suas prae magnitudine famis, subiecitque eam Pharaoni, et cunctos populos eius a novissimis terminis Egypti usque ad extremos fines eius, praeter terram sacerdotum quae a rege fuerat tradita eis; quibus et statuta cibaria ex horreis publicis praebebantur, et idcirco non sunt compulsi vendere possessiones suas. Dixit ergo Ioseph ad populos: En ut cernitis et vos et terram vestram Pharao possidet. Accipite semina et serite agros, ut fruges habere possitis. Quintam partem regi dabitis; quattuor reliquas permitto vobis in sementem et in cibos familiis et liberis vestris. Qui responderunt: Salus nostra in manu tua est; respiciat nos tantum dominus noster, et laeti serviemus regi. Ex eo tempore usque in praesentem diem in universa terra Egypti regibus quinta pars solvitur, et factum est quasi in legem, absque terra sacerdotali, quae libera ab hac condicione fuit.

Habitavit ergo Israhel in Egypto, id est in terra Gessen, et possedit eam. Auctusque est et multiplicatus nimis. Et vixit in ea decem et septem annis. Factique sunt omnes dies vitae illius centum quadraginta septem annorum. Cumque appropinquare cerneret mortis diem, vocavit filium suum Ioseph et dixit ad eum: Si inveni gratiam in conspectu tuo, pone manum tuam sub femore meo, et facies mihi misericordiam et veritatem ut non sepelias me in Egypto, sed dormiam cum patribus meis, et auferas me de terra hac, condasque in sepulchro maiorum. Cui respondit Ioseph: Ego faciam quod iussisti. Et ille: Iura ergo, inquit, mihi. Quo iurante adoravit Israhel Dominum, conversus ad lectuli caput. His itaque transactis nuntiatum est Ioseph quod aegrotaret pater eius. Qui assumptis duobus filiis suis Manasse et Effraim ire perrexit. Dictumque est seni: Ecce filius tuus Ioseph venit ad te. Qui confortatus sedit in lecto. Et ingresso ad se ait: Deus omnipotens apparuit mihi in Luza, quae est in terra Chanaan, benedixitque mihi et ait: Ego te augebo et multiplicabo, et faciam in turbas populorum; daboque tibi terram hanc et semini tuo post te in possessionem sempiternam. Duo ergo filii tui qui nati sunt tibi in terra Egypti antequam huc venirem ad te mei erunt: Effraim et Manasse sicut Ruben et Symeon reputabuntur mihi. Reliquos autem quos genueris post eos tui erunt, et nomine fratrum suorum vocabuntur in possessionibus suis. Mihi enim quando veniebam de Mesopotamia mortua est Rachel in terra Chanaan in ipso itinere, eratque vernum tempus, et ingrediebar Effratham, et sepelivi eam iuxta viam Effrathae, quae alio nomine appellatur Bethleem. Videns autem filios eius, dixit ad eum: Qui sunt isti? Respondit: Filii mei sunt, quos mihi dedit Deus in loco isto. Adduc, inquit, eos ad me ut benedicam illis. Oculi enim eius caligaverant prae nimia senectute, et clare videre non poterat. Applicatosque eos ad se deosculatus et circumplexus dixit ad filium: Non sum fraudatus aspectu tuo, insuper ostendit mihi Deus semen tuum. Cumque tulisset eos Ioseph de gremio patris, adoravit pronus in terram. Et posuit Effraim ad dexteram suam, id est ad sinistram Israhel; Manassen vero in sinistra sua, ad dexteram scilicet patris; applicuitque ambos ad eum. Qui extendens manum dexteram posuit super caput Effraim minoris fratris, sinistram autem super caput Manasse qui natu maior erat, commutans manum. Benedixitque Ioseph filio suo et ait: Deus in cuius conspectu ambulaverunt patres mei Abraham et Ysaac, Deus qui pascit me ab adolescentia mea usque in praesentem diem, angelus qui eruit me de cunctis malis benedicat pueris istis; et invocetur nomen meum super eos, nomina quoque patrum meorum Abraham et Ysaac, et crescant in multitudinem super terram. Videns autem Ioseph quod posuisset pater suus dexteram manum super caput Effraim, graviter accepit, et apprehensam dexteram manum patris levare conatus est de capite Effraim et transferre super caput Manasse. Dixitque ad patrem: Non ita convenit, pater, quia hic est primogenitus; pone manum tuam super caput eius. Qui renuens ait: Scio, fili mi, scio. Et iste quidem erit in populos et multiplicabitur, sed frater eius iunior maior illo erit, et semen illius crescet in gentes. Benedixitque eis in ipso tempore dicens: In te benedicetur Israhel, atque dicetur: Faciat tibi Deus sicut Effraim et sicut Manasse. Constituitque Effraim ante Manassen. Et ait ad Ioseph filium suum: En ego morior, et erit Deus vobiscum, reducetque vos ad terram patrum vestrorum. Do tibi partem unam extra fratres tuos, quam tuli de manu Amorrei in gladio et arcu meo.

Vocavit autem Iacob filios suos et ait illis: Congregamini, ut annuntiem quae ventura sunt vobis diebus novissimis. Congregamini

& audite filii iacob, audite israhel patrem uestrum. Ruben primogenitus meus tu fortitudo mea, & principium doloris mei. prior in donis maior in imperio. effusus es sicut aqua, non crescas. quia ascendisti cubile patris tui, & maculasti stratum eius. Symeon & leui fratres. uasa iniquitatis bellantia. In consilium eorum ne ueniat anima mea, & in coetu eorum non sit gloria mea. quia in furore suo occiderunt uirum & in uoluntate sua suffoderunt murum. Maledictus furor eorum quia pertinax. & indignatio eorum quia dura. Diuidam illos in iacob. & dispergam illos in israhel. Iuda te laudabunt fratres tui, Manus tua in ceruicibus inimicorum tuorum. adorabunt te filii patris tui. Catulus leonis iuda. Ad predam fili mi ascendisti. requiescens accubasti ut leo, & quasi leena. Quis suscitabit eum? Non auferetur sceptrum de iuda, & dux de femore eius. donec ueniat qui mittendus est. & ipse erit expectatio gentium. ligans ad uineam pullum suum & ad uitem o fili mi asinam suam. Lauabit uino stolam suam & in sanguine uue pallium suum. Pulchriores sunt oculi eius uino. & dentes eius lacte candidiores. Zabulon in litore maris habitabit. & in statione nauium pertingens usque ad sydonem. Ysachar asinus fortis habitans inter terminos. uidit requiem quod esset bona. & terram quod optima. & supposuit humerum suum ad portandum. factusque est tributis seruiens. Dan iudicabit populum suum. sicut & alia tribus israhel. Fiat dan coluber in uia. cerastes in semita. mordens ungulas equi. ut cadat ascensor eius retro. Salutare tuum expectabo domine. Gad accinctus preliabitur ante eum. & ipse accingetur retrorsum. Aser pinguis panis eius. & prebebit delicias regibus. Neptalim ceruus emissarius. & dans eloquia pulchritudinis. Filius accrescens ioseph. filius accrescens. & decorus aspectu. filie discurrerunt super murum. sed exasperauerunt eum. & iurgati sunt. inuideruntque illi habentes iacula. sedit in forti arcus eius. & dissoluta sunt uincula brachiorum & manuum eius. per manus potentis iacob. Inde pastor egressus est lapis israhel. Deus patris tui erit adiutor tuus. & omnipotens benedicet tibi benedictionibus celi desuper. benedictionibus abyssi iacentis deorsum. benedictionibus uberum & uulue. benedictiones patris tui confortate sunt. benedictionibus patrum eius. donec ueniret desiderium collium eternorum. Fiant in capite ioseph & in uertice nazarei inter fratres suos. Beniamin lupus rapax. mane comedet predam. & uespere diuidet spolia. Omnes hii in tribubus israhel xii. Hec locutus est pater eis dicens. benedixitque singulis benedictionibus propriis. & precepit eis dicens. Ego congregor ad populum meum. sepelite me cum patribus meis in spelunca duplici que est in agro effronethei contra mambre in terra chanaan quam emit abraham cum agro ab effron etheo in possessionem sepulchri. Ibi sepelierunt eum & saram uxorem eius. ibi sepultus est ysaac cum rebecca coniuge. & ibi lya condita iacet. Finitisque mandatis quibus filios instruebat collegit pedes suos super lectum & obiit. appositusque est ad populum suum. Quod cernens ioseph ruit super faciem patris. flens & deosculans eum. Precepitque seruis suis medicis ut aromatibus condirent patrem. Quibus iussa explentibus transierunt xl dies. Iste quippe mos erat cadauerum conditorum. Fleuitque eum egyptus lxx diebus. Expleto planctus tempore locutus est ioseph ad familiam pharaonis. Si inueni gratiam in conspectu uestro. loquimini in auribus pharaonis. eo quod pater meus adiurauerit me dicens. En morior in sepulchro quod fodi mihi in terra chanaan sepelies me. Ascendam igitur & sepeliam patrem meum ac reuertar. Dixitque pharao. Ascende & sepeli patrem tuum sicut adiuratus es. Quo ascendente ierunt cum eo omnes senes domus pharaonis cunctique maiores natu terre egypti. domus ioseph cum fratribus suis absque paruulis & gregibus atque armentis que dereliquerant in terra yessen. Habuit quoque in comitatu currus & equites. & facta est turba non modica. Ueneruntque ad aream que sita est trans iordanem. Ubi celebrantes exequias planctu magno atque uehementi impleuerunt vii dies. Quod cum audissent habitatores terre chanaan. dixerunt. Planctus magnus est iste egyptiis. Et idcirco appellauerunt nomen loci illius planctus egypti. Fecerunt ergo filii iacob sicut preceperat eis. & portantes eum in terram chanaan. sepelierunt in spelunca duplici, quam emerat abraham cum agro in possessionem sepulchri ab effron etheo contra faciem mambre. Reuersusque est ioseph in egyptum cum fratribus suis & omni comitatu sepulto patre.

Quo mortuo timentes fratres eius & mutuo colloquentes ne forte memor sit iniurie quam passus est. & reddat nobis malum omne quod fecimus. mandauerunt ei. Pater tuus precepit nobis antequam moreretur, ut hec tibi uerbis illius diceremus. Obsecro ut obliuiscaris sceleris fratrum tuorum. & peccati atque malicie quam exercuerunt in te. Nos quoque oramus ut seruo dei patris tui dimittas iniquitatem hanc. Quibus auditis fleuit ioseph. Ueneruntque ad eum fratres. & proni adorauerunt in terram. & dixerunt. Serui tui sumus. Quibus ille respondit. Nolite timere. Num dei possumus resistere uoluntati? Uos cogitastis de me malum. & deus uertit illud in bonum ut exaltaret me sicut in presentiarum cernitis. & saluos faceret multos populos. Nolite metuere. ego pascam uos. & paruulos uestros. Consolatusque eos & blande ac leniter est locutus. Et habitauit in egypto cum omni domo patris sui. Vixitque c. x. annis. & uidit effraim filios usque ad tertiam generationem. Filii quoque machir filii manasse nati sunt in genibus ioseph. Quibus transactis. locutus est ioseph fratribus suis. Post mortem meam deus uisitabit uos. & ascendere faciet de terra ista. ad terram quam iurauit abraham ysaac & iacob. Cumque adiurasset eos atque dixisset. deus uisitabit uos. asportate uobiscum ossa mea de loco isto. mortuus est expletis eius c. x. uite sue annis. & conditus aromatibus repositus est in loculo in egypto. Explicit GENESIS.

INCIPIT · LIBER · EXODVS · QVI · DICITVR · HELESMOTH ·

HEC SVNT NOMINA FILIORVM ISRAHEL QVI INGRESSI SVNT in egyptum. singuli cum domibus suis introierunt. Ruben. Symeon. Leui. Iuda. Ysachar. Zabulon & Beniamin. Dan & Neptalim. Gad. & Aser. Erant igitur omnes anime eorum qui sunt egressi de femore iacob lxx quinque. Ioseph autem in egypto erat. Quo mortuo & uniuersis fratribus eius omnique cognatione sua. filii israhel creuerunt & quasi germinantes multiplicati sunt. ac roborati nimis impleuerunt terram. Surrexit autem interea rex nouus super terram & super egyptum qui ignorabat ioseph. & ait ad populum suum. Ecce populus filiorum israhel multus & fortior est nobis. Uenite sapienter opprimamus eum. ne forte multiplicetur & si ingruerit contra nos bellum addatur inimicis nostris. expugnatisque nobis egrediatur e terra. Preposuit itaque eis magistros operum. ut affligerent eos oneribus. Edificaueruntque urbes tabernaculorum pharaoni phitom & ramesses. Quantoque opprimebant eos. tanto magis multiplicabantur & crescebant. Oderantque filios egyptii & affligebant illudentes eis. atque ad amaritudinem perducebant uitam eorum. operibus duris luti & lateris omnique famulatu quo in terre operibus premebantur. Dixit autem rex egypti obstetricibus hebreorum. quarum una uocabatur sephora altera phua. precipiens eis. Quando obstetricabitis hebreas. & partus tempus aduenerit. si masculus fuerit interficite illum. si femina reseruate. Timuerunt autem obstetrices deum. & non fecerunt iuxta preceptum regis egypti. sed conseruabant mares. Quibus ad se accersitis rex ait. Quidnam est hoc quod facere uoluistis. ut pueros seruaretis? Que responderunt. Non sunt hebree sicut egyptie mulieres. Ipse enim habent obstetricandi scientiam. & priusquam ueniamus ad eas pariunt. Bene ergo fecit deus obstetricibus. & creuit populus confortatusque est nimis. & quia timuerunt obstetrices deum. edificauit illis deus domos. Precepit autem pharao omni populo suo dicens. Quicquid masculini sexus fuerit natum in flumen proicite. quicquid feminei reseruate.

Egressus est post hec uir de domo leui accepta uxore stirpis sue. que concepit & peperit filium. Et uidens eum elegantem. abscondit tribus mensibus. Cumque iam celare non posset. sumpsit fiscellam scirpeam & liniuit eam bitumine ac pice. posuitque intus infantulum & exposuit eum in carecto ripe fluminis. stante procul sorore eius. & considerante euentum rei. Ecce autem descendebat filia pharaonis ut lauaretur in flumine & puelle eius gradiebantur per crepidinem alueí. Que cum uidisset fiscellam in papirione misit unam e famulis suis. & allatam aperiens cernensque in ea paruulum uagientem miserta eius ait. De infantibus hebreorum est. Cui soror pueri. uis inquit ut uadam & uocem tibi hebream mulierem que nutrire possit infantulum? Respondit. Uade. Perrexit puella & uocauit matrem eius. Ad quam locuta filia pharaonis accipe ait puerum istum & nutri mihi. ego tibi dabo mercedem tuam. Suscepit mulier & nutriuit puerum. adultumque tradidit filie pharaonis. Quem illa adoptauit in locum filii. uocauitque nomen eius moyses dicens. Quia de aqua tuli eum.

In diebus illis postquam creuerat moyses. egressus ad fratres suos uidit afflictionem eorum & uirum egyptium percutientem quendam de hebreis fratribus suis. Cumque circumspexisset huc atque illuc. & nullum adesse uidisset. percussum egyptium abscondit sabulo. Et egressus die altero duos hebreos rixantes. dixitque ei qui faciebat iniuriam. Quare percutis proximum tuum? Qui respondit. Quis constituit te principem & iudicem super nos? Num occidere me uis. sicut occidisti heri egyptium? Timuit moyses & ait. Quomodo palam factum est uerbum istud? Audiuit pharao sermonem hunc. & querebat occidere moysen. Qui fugiens de conspectu eius. moratus est in terra madian. & sedit iuxta puteum. Erant autem sacerdoti madian vii filie. que uenerunt ad hauriendas aquas. Et impletis canalibus adaquare cupiebant greges patris. Superuenere pastores. & eiecerunt eas. Surrexitque moyses. & defensis puellis adaquauit oues earum. Que cum reuertissent ad raguel patrem suum. dixit ad eas. Cur uelocius uenistis solito? Responderunt. Uir egyptius liberauit nos de manu pastorum. insuper & hausit aquam nobiscum. potumque dedit ouibus. At ille. Ubi est inquit? Quare dimisistis hominem? Uocate eum. ut comedat panem. Iurauit ergo moyses quod habitaret cum eo. accepitque sephoram filiam eius uxorem. Que peperit ei filium quem uocauit gersan dicens. Aduena fui in terra aliena. Alterum uero peperit quem uocauit eliezer dicens. Deus enim patris mei adiutor meus. & eripuit me de manu pharaonis.

Post multum uero temporis mortuus est rex egypti. & ingemiscentes

filii israel propter opera vociferati sunt, ascenditque clamor eorum ad deum ab operibus. Et audivit gemitum eorum, ac recordatus est foederis quod pepigit cum abraham et ysaac et iacob. Et respexit dominus filios israhel. Moyses autem pascebat oves iethro cognati sui sacerdotis madian. Cumque minasset gregem ad interiora deserti, venit ad montem dei oreb. Apparuitque ei dominus in flamma ignis de medio rubi, et videbat quod rubus arderet et non combureretur. Dixit ergo moyses: Vadam et videbo visionem hanc magnam, quare non comburatur rubus. Cernens autem dominus quod pergeret ad videndum, vocavit eum de medio rubi et ait: Moyses, moyses. Qui respondit: Adsum. At ille: Ne appropies, inquit, huc. Solve calciamentum de pedibus tuis; locus enim in quo stas terra sancta est. Et ait: Ego sum deus patris tui, deus abraham et deus ysaac et deus iacob. Abscondit moyses faciem suam; non enim audebat respicere contra dominum. Cui ait dominus: Vidi afflictionem populi mei in egypto, et clamorem eius audivi propter duritiam eorum qui praesunt operibus; et sciens dolorem eorum descendi ut liberarem eum de manibus egyptiorum, et educerem de terra illa in terram bonam et spatiosam, in terram quae fluit lacte et melle, ad loca chananei et ethei et amorrei et ferezei et evei et iebusei. Clamor ergo filiorum israel venit ad me, vidique afflictionem eorum qua ab egyptiis opprimuntur. Sed veni, mittam te ad pharaonem ut educas populum meum filios israel de egypto. Dixit moyses ad dominum: Quis ego sum ut vadam ad pharaonem et educam filios israel de egypto? Qui dixit ei: Ego ero tecum; et hoc habebis signum quod miserim te. Cum eduxeris populum meum de egypto, immolabis deo super montem istum. Ait moyses ad dominum: Ecce ego vadam ad filios israel et dicam eis: Deus patrum vestrorum misit me ad vos. Si dixerint mihi: Quod est nomen eius? quid dicam? Dixit dominus ad moysen: Ego sum qui sum. Ait: Sic dices filiis israel: Qui est misit me ad vos. Dixitque iterum dominus ad moysen: Haec dices filiis israel: Dominus deus patrum vestrorum, deus abraham, deus ysaac et deus iacob misit me ad vos; hoc nomen mihi est in aeternum, et hoc memoriale meum in generatione et generationem. Vade et congrega seniores israel et dices ad eos: Dominus deus patrum vestrorum apparuit mihi, deus abraham, deus ysaac et deus iacob, dicens: Visitans visitavi vos et vidi omnia quae acciderunt vobis in egypto. Et dixi ut educam vos de afflictione egypti in terram chananei et ethei et amorrei et ferezei et evei et iebusei, ad terram fluentem lacte et melle. Et audient vocem tuam.

I

Ingredierisque tu et seniores israel ad regem egypti, et dices ad eum: Dominus deus hebreorum vocavit nos; ibimus viam trium dierum in solitudinem, ut immolemus domino deo nostro. Sed ego scio quod non dimittet vos rex egypti ut eatis, nisi per manum validam. Extendam enim manum meam et percutiam egyptum in cunctis mirabilibus meis quae facturus sum in medio eorum. Post haec dimittet vos. Daboque gratiam populo huic coram egyptiis, et cum egrediemini non exibitis vacui, sed postulabit mulier a vicina sua et ab hospita sua vasa argentea et aurea ac vestes, ponetisque eas super filios et filias vestras, et spoliabitis egyptum. Respondens moyses ait: Non credent mihi neque audient vocem meam, sed dicent: Non apparuit tibi dominus. Dixit ergo ad eum: Quid est quod tenes in manu tua? Respondit: Virga. Dixitque dominus: Proice illam in terram. Proiecit et versa est in colubrum, ita ut fugeret moyses. Dixitque dominus: Extende manum tuam et apprehende caudam eius. Extendit et tenuit, versaque est in virgam. Ut credant, inquit, quod apparuerit tibi dominus deus patrum tuorum, deus abraham, deus ysaac et deus iacob. Dixitque dominus rursum: Mitte manum tuam in sinum tuum. Quam cum misisset in sinum, protulit leprosam instar nivis. Retrahe, ait, manum tuam in sinum tuum. Retraxit et protulit iterum, et erat similis carni reliquae. Si non crediderint, inquit, tibi neque audierint sermonem signi prioris, credent verbo signi sequentis. Quod si nec duobus quidem his signis crediderint neque audierint vocem tuam, sume aquam fluminis et effunde eam super aridam, et quicquid hauseris de fluvio vertetur in sanguinem. Ait moyses: Obsecro domine, non sum eloquens ab heri et nudiustertius, et ex quo locutus es ad servum tuum, impeditioris et tardioris linguae sum. Dixit dominus ad eum: Quis fecit os hominis? aut quis fabricatus est mutum et surdum, videntem et caecum? nonne ego? Perge igitur, et ego ero in ore tuo, doceboque te quid loquaris. At ille: Obsecro, inquit, domine, mitte quem missurus es. Iratus dominus in moysen ait: Aaron frater tuus levites scio quod eloquens sit; ecce ipse egreditur in occursum tuum, vidensque te laetabitur corde. Loquere ad eum et pone verba mea in ore eius; et ego ero in ore tuo et in ore illius, et ostendam vobis quid agere debeatis. Ipse loquetur pro te ad populum, et erit os tuum; tu autem eris ei in his quae ad deum pertinent. Virgam quoque hanc sume in manu tua, in qua facturus es signa.

A

Abiit moyses et reversus est ad iethro cognatum suum, dixitque ei: Vadam et revertar ad fratres meos in egyptum, ut videam si adhuc vivant. Cui ait iethro: Vade in pace. Dixit ergo dominus ad moysen in madian: Vade et revertere in egyptum; mortui sunt enim omnes qui quaerebant animam tuam. Tulit ergo moyses uxorem suam et filios suos, et inposuit eos super asinum, reversusque est in egyptum, portans virgam dei in manu sua. Dixitque ei dominus: Revertente te in egyptum, vide ut omnia ostenta quae posui in manu tua facias coram pharaone. Ego indurabo cor eius, et non dimittet populum. Dicesque ad eum: Haec dicit dominus: Filius meus primogenitus israel. Dixi tibi: Dimitte filium meum ut serviat mihi, et noluisti dimittere eum. Ecce ego interficiam filium tuum primogenitum. Cumque esset in itinere in diversorio, occurrit ei dominus et volebat occidere eum. Tulit ilico sephora acutissimam petram et circumcidit praeputium filii sui, tetigitque pedes eius et ait: Sponsus sanguinum tu mihi es. Et dimisit eum postquam dixerat: Sponsus sanguinum, ob circumcisionem. Dixit autem dominus ad aaron: Vade in occursum moysi in desertum. Qui perrexit obviam ei in montem dei et osculatus est eum. Narravitque moyses aaron omnia verba domini quibus miserat eum, et signa quae mandaverat. Veneruntque simul et congregaverunt cunctos seniores filiorum israel. Locutusque est aaron omnia verba quae dixerat dominus ad moysen, et fecit signa coram populo, et credidit populus. Audieruntque quod visitasset dominus filios israel et quod respexisset afflictionem eorum, et proni adoraverunt. Post haec ingressi sunt moyses et aaron, et dixerunt pharaoni: Haec dicit dominus deus israel: Dimitte populum meum ut sacrificet mihi in deserto. At ille respondit: Quis est dominus ut audiam vocem eius et dimittam israel? Nescio dominum, et israel non dimittam. Dixeruntque: Deus hebreorum vocavit nos ut eamus viam trium dierum in solitudinem et sacrificemus domino deo nostro, ne forte accidat nobis pestis aut gladius.

D

Ait ad eos rex egypti: Quare moyses et aaron sollicitatis populum ab operibus suis? Ite ad onera vestra. Dixitque pharao: Multus est populus terrae; videtis quod turba succreverit, quanto magis si dederitis eis requiem ab operibus. Praecepit ergo in die illo praefectis operum et exactoribus populi dicens: Nequaquam ultra dabitis paleas populo ad conficiendos lateres sicut prius, sed ipsi vadant et colligant stipulas. Et mensuram laterum quam prius faciebant imponetis super eos, nec minuetis quicquam; vacant enim, et idcirco vociferantur dicentes: Eamus et sacrificemus deo nostro. Opprimantur operibus et expleant ea, ut non adquiescant verbis mendacibus.

I

Igitur egressi praefecti operum et exactores ad populum dixerunt: Sic dicit pharao: Non do vobis paleas; ite et colligite sicubi invenire poteritis, nec minuetur quicquam de opere vestro. Dispersusque est populus per omnem terram egypti ad colligendas paleas. Praefecti quoque operum instabant dicentes: Complete opus vestrum cotidie ut prius facere solebatis quando dabantur vobis paleae. Flagellatique sunt qui praeerant operibus filiorum israel ab exactoribus pharaonis dicentibus: Quare non impletis mensuram laterum sicut prius, nec heri nec hodie? Veneruntque praepositi filiorum israel et vociferati sunt ad pharaonem dicentes: Cur ita agis contra servos tuos? Paleae non dantur nobis, et lateres similiter imperantur; en famuli tui flagellis caedimur, et iniuste agitur contra populum tuum. Qui ait: Vacatis otio, et idcirco dicitis: Eamus et sacrificemus domino. Ite ergo et operamini; paleae non dabuntur vobis, et reddetis consuetum numerum laterum. Videbantque se praepositi filiorum israel in malo eo quod diceretur eis: Non minuetur quicquam de lateribus per singulos dies. Occurreruntque moysi et aaron qui stabant ex adverso egredientes a pharaone, et dixerunt ad eos: Videat dominus et iudicet, quoniam fetere fecistis odorem nostrum coram pharaone et servis eius, et praebuistis ei gladium ut occideret nos. Reversusque moyses ad dominum ait: Domine, cur afflixisti populum istum? quare misisti me? Ex eo enim quo ingressus sum ad pharaonem ut loquerer in nomine tuo, afflixit populum tuum, et non liberasti eos. Dixitque dominus ad moysen: Nunc videbis quae facturus sim pharaoni; per manum enim fortem dimittet eos, et in manu robusta eiciet eos de terra sua.

L

Locutusque est dominus ad moysen dicens: Ego dominus qui apparui abraham, ysaac et iacob in deo omnipotente; et nomen meum adonay non indicavi eis. Pepigique foedus cum eis ut darem eis terram chanaan, terram peregrinationis eorum in qua fuerunt advenae. Ego audivi gemitum filiorum israel quo egyptii oppresserunt eos, et recordatus sum pacti mei. Ideo dic filiis israel: Ego dominus qui educam vos de ergastulo egyptiorum, et eruam de servitute, ac redimam in brachio excelso et iudiciis magnis. Et assumam vos mihi in populum, et ero vester deus; et scietis quod ego sum dominus deus vester qui eduxerim vos de ergastulo egyptiorum, et induxerim in terram super quam levavi manum meam ut darem eam abraham, ysaac et iacob; daboque illam vobis possidendam, ego dominus. Narravit ergo moyses omnia filiis israel, qui non adquieverunt ei propter angustiam spiritus et opus durissimum.

L

Locutusque est dominus ad moysen dicens: Ingredere et loquere ad pharaonem regem egypti ut dimittat filios israel de terra sua. Respondit moyses coram domino: Ecce filii israel non me audiunt, et quomodo audiet me pharao, praesertim cum sim incircumcisus labiis? Locutusque est dominus ad moysen et aaron, et dedit mandatum ad filios israel et ad pharaonem regem egypti ut educerent filios israel de terra egypti. Isti sunt principes domorum per familias suas. Filii ruben primogeniti israhelis: enoch et fallu, esrom et carmi. Hae cognationes ruben. Filii symeon: iamuhel et iamin et aod et iachin et soer et saul filius chananitidis. Hae progenies symeon. Et haec nomina filiorum levi per cognationes suas: gerson et caath et merari. Anni autem vitae levi fuerunt centum triginta septem. Filii gerson: lobeni et semei per cognationes suas. Filii caath: amram et ysaar et hebron et oziel. Annique vitae caath centum triginta tres. Filii merari: moholi et musi. Hae cognationes levi per cognationes suas. Accepit autem amram uxorem iochabed patruelem suam, quae peperit ei aaron et moysen et mariam. Fueruntque anni vitae amram centum triginta septem. Filii quoque ysaar: chore et napheg et zechri. Filii quoque oziel: misael et helsaphan et sethri. Accepit autem aaron uxorem elisabeth filiam aminadab sororem naasson, quae peperit ei nadab et abiu et eleazar et ithamar. Filii quoque chore: aser et elchana et abiasaph. Hae sunt cognationes choritarum. At vero eleazar filius aaron accepit uxorem de filiabus phutihel, quae peperit ei finees. Hi sunt principes familiarum leviticarum per cognationes suas. Iste est aaron et moyses quibus praecepit dominus ut educerent filios israel de terra egypti per turmas suas. Hi sunt qui loquuntur ad pharaonem regem egypti ut educant filios israel de egypto. Iste moyses et aaron in die qua locutus est dominus ad moysen in terra egypti.

E

Et locutus est dominus ad moysen dicens: Ego dominus; loquere ad pharaonem regem egypti omnia quae ego loquor ad te. Et ait moyses coram domino: En incircumcisus labiis sum; quomodo audiet me pharao? Dixitque dominus ad moysen: Ecce constitui te deum pharaonis; aaron frater tuus erit propheta tuus. Tu loqueris omnia quae mando tibi; ille loquetur ad pharaonem ut dimittat filios israel de terra sua. Sed ego indurabo cor eius, et multiplicabo signa et ostenta mea in terra egypti, et non audiet vos. Inmittamque manum meam super egyptum, et educam exercitum et populum meum filios israel de terra egypti per iudicia maxima. Et scient egyptii quod ego sum dominus, qui extenderim manum meam super egyptum, et eduxerim filios israel de medio eorum. Fecit itaque moyses et aaron sicut praeceperat dominus; ita egerunt. Erat autem moyses octoginta annorum et aaron octoginta trium, quando locuti sunt ad pharaonem. Dixitque dominus ad moysen et aaron: Cum dixerit vobis pharao: Ostendite signa, dices ad aaron: Tolle virgam tuam et proice eam coram pharaone, ac vertetur in colubrum. Ingressi itaque moyses et aaron ad pharaonem fecerunt sicut praeceperat dominus. Tulitque aaron virgam coram pharaone et servis eius, quae versa est in colubrum. Vocavit autem pharao sapientes et maleficos, et fecerunt etiam ipsi per incantationes egyptiacas et arcana quaedam similiter. Proieceruntque singuli virgas suas, quae versae sunt in dracones; sed devoravit virga aaron virgas eorum. Induratumque est cor pharaonis, et non audivit eos, sicut praeceperat dominus. Dixit autem dominus ad moysen: Ingravatum est cor pharaonis; non vult dimittere populum. Vade ad eum mane; ecce egredietur ad aquas, et stabis in occursum eius super ripam fluminis, et virgam quae conversa est in draconem tolles in manu tua. Dicesque ad eum: Dominus deus hebreorum misit me ad te dicens: Dimitte populum meum ut sacrificet mihi in deserto, et usque ad praesens audire noluisti. Haec igitur dicit dominus: In hoc scies quod ego sim dominus: ecce percutiam virga quae in manu mea est aquam fluminis, et vertetur in sanguinem. Pisces quoque qui sunt in flumine morientur, et conputrescent aquae, et affligentur egyptii bibentes aquam fluminis.

D

Dixit quoque dominus ad moysen: Dic ad aaron: Tolle virgam tuam et extende manum tuam super aquas egypti et super fluvios eorum et rivos ac paludes et omnes lacus aquarum, ut vertantur in sanguinem, et sit cruor in omni terra egypti, tam in ligneis vasis quam in saxeis. Feceruntque ita moyses et aaron sicut praeceperat dominus; et elevans virgam percussit aquam coram pharaone et servis eius, quae versa est in sanguinem.

Exod. c. 15. v. 27. c. 16.

Venerunt autem in helym ubi erant xii. fontes aquarum et lxx. palme. et castrametati sunt iuxta aquas. Profectique sunt de helym. et venit omnis multitudo filiorum israel in desertum syn quod est inter helym et synai. xv. die mensis secundi. postquam egressi sunt de terra egypti. Et murmuravit omnis congregatio filiorum israel contra moysen et aaron in solitudine. Dixeruntque ad eos filii israel. Utinam mortui essemus per manum domini in terra egypti. quando sedebamus super ollas carnium. et comedebamus panes in saturitate. Cur eduxistis nos in desertum. ut occideretis omnem multitudinem fame? Dixit autem dominus ad moysen. Ecce ego pluam vobis panes de celo. Egrediatur populus et colligat que sufficiunt per singulos dies. ut temptem eum utrum ambulet in lege mea an non. Die autem sexta parent quod inferant. et sit duplum quam colligere solebant per singulos dies. Dixeruntque moyses et aaron ad omnes filios israel. Vespere scietis quod dominus eduxerit vos de terra egypti. et mane videbitis gloriam eius. Audivit enim murmur vestrum contra dominum. Nos vero quid sumus. quia mussitastis contra nos? Et ait moyses. Dabit dominus vobis vespere carnes edere. et mane panes in saturitate. eo quod audierit murmurationes vestras. quibus murmurati estis contra eum. Nos enim quid sumus? Nec contra nos est murmur vestrum sed contra dominum.

Dixit moyses ad aaron. Dic universe congregationi filiorum israel. Accedite coram domino. Audivit enim murmur vestrum. Cumque loqueretur aaron ad omnem cetum filiorum israel. respexerunt ad solitudinem et ecce gloria domini apparuit in nube. Locutusque est dominus ad moysen dicens. Audivi murmurationes filiorum israel. Loquere ad eos. Vespere comedetis carnes. et mane saturabimini panibus: scietisque quod ego sum dominus deus vester. Factum est ergo vespere. et ascendens coturnix operuit castra. Mane quoque ros iacuit per circuitum castrorum. Cumque operuisset superficiem terre apparuit in solitudine minutum et quasi pilo tusum in similitudinem pruine super terram. Quod cum vidissent filii israel. dixerunt ad invicem. Manhu? quod significat. Quid est hoc? Ignorabant enim quid esset. Quibus ait moyses. Iste est panis quem dedit dominus vobis ad vescendum. Hic est sermo quem precepit dominus. Colligat ex eo unusquisque quantum sufficiat ad vescendum. gomor per singula capita. iuxta numerum animarum vestrarum que habitant in tabernaculo. sic tolletis. Feceruntque ita filii israel et collegerunt alius plus. alius minus. et mensi sunt ad mensuram gomor. nec qui plus collegerat habuit amplius. nec qui minus paraverat repperit minus. sed singuli iuxta id quod edere poterant congregaverunt. Dixitque moyses ad eos. Nullus relinquat ex eo in mane. Qui non audierunt eum. sed dimiserunt quidam ex eis usque mane. et scatere cepit vermibus: atque computruit. Et iratus est contra eos moyses. Colligebant autem singuli quantum sufficere poterat ad vescendum. Cumque incaluisset sol. liquefiebat. In die autem sexta collegerunt cibos duplices id est duo gomor per singulos homines. Venerunt autem omnes principes multitudinis. et narraverunt moysi. Qui ait eis. Hoc est quod locutus est dominus. Requies sabbati sanctificata est domino. Cras quodcumque operandum est facite. et que coquenda sunt coquite. quicquid autem reliquum fuerit reponite usque mane. Feceruntque ita ut preceperat moyses et non computruit neque vermis inventus est in eo. Dixitque moyses. Comedite illud hodie quia sabbatum est domini. non invenietur hodie in agro. Sex diebus colligite. in die autem septima sabbatum domini est. idcirco non invenietur. Venit septima dies. et egressi de populo ut colligerent. non invenerunt.

Dixit autem dominus ad moysen. Usquequo non vultis custodire mandata mea. et legem meam? Videtis quod dominus dederit vobis sabbatum. et propter hoc tribuerit vobis cibos duplices. Maneat unusquisque apud semetipsum nullusque egrediatur de loco suo die septimo. Et sabbatizavit populus die septimo. Appellavitque domus israel nomen eius man. quod erat quasi semen coriandri album. gustusque eius quasi simile cum melle. Dixit autem moyses. Iste est sermo quem precepit dominus. Imple gomor ex eo. et custodiatur in futuras retro generationes. ut noverint panem quo alui vos in solitudine quando educti estis de terra egypti. Dixitque moyses ad aaron. Sume vas unum et mitte ibi man. quantum potest capere gomor. et repone coram domino ad servandum in generationes vestras. sicut precepit dominus moysi. Posuitque illud aaron in tabernaculo reservandum. Filii autem israel comederunt man xl. annis. donec venirent in terram habitabilem. Hoc cibo aliti sunt usque quo tangerent fines terre chanaan. Gomor autem decima pars est ephi. Igitur profecta omnis multitudo filiorum israel de deserto syn per mansiones suas: iuxta sermonem domini castrametati sunt in raphidim ubi non erat aqua ad bibendum populo. Qui iurgatus contra moysen ait. Da nobis aquam ut bibamus. Quibus respondit moyses. Quid iurgamini contra me? Cur temptatis dominum? Sitivit ergo populus ibi pro aque penuria. et murmuravit contra moysen dicens. Cur nos fecisti exire de egypto. ut occideres nos et liberos nostros. ac iumenta siti? Clamavit autem moyses ad dominum dicens. Quid faciam populo huic? Adhuc paululum et lapidabit me. Ait dominus ad moysen. Antecede populum et sume tecum de senioribus israel et virgam qua percussisti fluvium tolle in manu tua et vade. En ego stabo coram te ibi supra petram oreb. percutiesque petram et exibit ex ea aqua ut bibat populus. Fecit moyses coram senioribus israel. et vocavit nomen illius temptatio propter iurgium filiorum israel. et quia temptaverunt dominum dicentes. Est ne dominus in nobis an non? Venit autem amalech et pugnavit contra israel in raphidim. Dixitque moyses ad iosue. Elige viros. et egressus contra amalech pugna. Cras ego stabo in vertice collis habens virgam dei in manu mea. Fecit iosue ut locutus ei erat moyses. et pugnavit contra amalech. Moyses autem et aaron et hur ascenderunt super verticem collis. Cumque manus levaret moyses vincebat israel. sin autem paululum remisisset: superabat amalech. Manus autem moysi erant graves. Sumentes igitur lapidem posuerunt subter eum in quo sedit. Aaron autem et hur sustentabant manus eius ex utraque parte. Factumque est ut manus eius non lassarentur usque ad occasum solis. Fugavitque iosue amalech et populum eius in ore gladii.

Dixit autem dominus ad moysen. Scribe hoc ob monimentum in libro. et trade auribus iosue. Delebo enim amalech memoriam sub celo. Edificavitque moyses altare. et vocavit nomen eius dominus exaltatio mea. dicens. quia manus solii domini et bellum dei erit contra amalech a generatione in generationem. Cumque audisset iethro sacerdos madian cognatus moysi omnia que fecerat dominus moysi et israel populo suo. eo quod eduxisset dominus israel de egypto. tulit sephoram uxorem moysi quam remiserat et duos filios eius. quorum unus vocabatur gersan. dicente patre advena fui in terra aliena. alter vero eliezer. deus enim ait patris mei adiutor meus. et eruit me de gladio pharaonis. Venit ergo iethro cognatus moysi et filii eius et uxor ad moysen in desertum ubi erat castrametatus iuxta montem dei. et mandavit moysi dicens. Ego cognatus tuus iethro venio ad te. et uxor tua. et duo filii tui cum ea. Qui egressus in occursum cognati sui. adoravit et osculatus est eum: salutaveruntque se mutuo verbis pacificis. Cumque intrasset in tabernaculum narravit moyses cognato suo cuncta que fecerat dominus pharaoni et egyptiis propter israel. universumque laborem qui accidisset eis in itinere et quod liberaverit eos dominus. Letatusque est iethro super omnibus que fecerat dominus israel. eo quod eruisset eum de manu egyptiorum. et ait. Benedictus dominus qui liberavit vos de manu egyptiorum. et de manu pharaonis. qui eruit populum suum de manu egypti. Nunc cognovi quia magnus dominus super omnes deos. eo quod superbe egerant contra illos. Obtulit ergo iethro cognatus moysi holocausta et hostias domino. Veneruntque aaron et omnes seniores israel ut comederent panem cum eo coram domino.

Altera autem die sedit moyses ut iudicaret populum qui assistebat moysi de mane usque ad vesperam. Quod cum vidisset cognatus eius omnia scilicet que agebat in populo ait. Quid est hoc quod facis in plebe? Cur solus sedes. et omnis populus prestolatur de mane usque ad vesperam? Cui respondit moyses. Venit ad me populus querens sententiam dei. Cumque acciderit eis aliqua disceptatio veniunt ad me ut iudicem inter eos. et ostendam precepta dei et leges eius. At ille. Non bonam inquit rem facis. Stulto labore consumeris et tu et populus iste qui tecum est. ultra vires tuas est negotium. solus illud non poteris sustinere. Sed audi verba mea atque consilia. et erit dominus tecum. Esto tu populo in his que ad deum pertinent. ut referas que dicuntur ad eum. ostendasque populo cerimonias et ritum colendi viamque per quam ingredi debeant. et opus quod facere debeant. Provide autem de omni plebe viros potentes et timentes deum in quibus sit veritas. et qui oderint avaritiam. et constitue ex eis tribunos et centuriones et quinquagenarios et decanos qui iudicent populum omni tempore. quicquid autem maius fuerit referant ad te. et ipsi minora tantummodo iudicent. leviusque tibi sit partito in alios onere. Si hoc feceris implebis imperium dei. et precepta eius poteris sustentare. et omnis populus revertetur cum pace ad loca sua. Quibus auditis moyses fecit omnia que ille suggesserat. et electis viris strenuis de cuncto israel. constituit eos principes populi. tribunos et centuriones. et quinquagenarios qui iudicabant plebem omni tempore. quicquid autem gravius referebant ad eum. faciliora tantummodo iudicantes. Dimisitque cognatum suum. qui reversus abiit in terram suam.

Mense tertio egressionis israel de terra egypti in die hac venerunt in solitudinem synai castrametati sunt in eodem loco ibique israel fixit tentoria e regione montis. Moyses autem ascendit ad dominum. Vocavitque eum dominus de monte et ait. Hec dices domui iacob. et annuntiabis filiis israel. Vos ipsi vidistis que fecerim egyptiis. quomodo portaverim vos super alas aquilarum et assumpserim mihi. Si ergo audieritis vocem meam et custodieritis pactum meum. eritis mihi in peculium de cunctis populis. Mea est enim omnis terra. et vos eritis mihi in regnum sacerdotale et gens sancta. Hec sunt verba que loqueris ad filios israel. Venit moyses et convocatis maioribus: quos mandaverat dominus. Respondit universus populus simul. Cuncta que locutus est dominus faciemus. Cumque retulisset moyses verba populi ad dominum. ait ei dominus. Iam nunc veniam ad te in caligine nubis. ut audiat me populus loquentem ad te. et credat tibi in perpetuum. Nuntiavit ergo moyses verba populi ad dominum. Qui dixit ei. Vade ad populum. et sanctifica illos hodie et cras. laventque vestimenta sua. et sint parati in diem tertium. In die enim tertio descendet dominus coram omni plebe super montem synai. constituesque terminos populo per circuitum et dices. Cavete ne ascendatis in montem. nec tangatis fines illius. Omnis qui tetigerit montem morte morietur. Manus non tanget eum. sed lapidibus opprimetur. aut confodietur iaculis. Sive iumentum fuerit sive homo non vivet. Cum ceperit clangere bucina. tunc ascendant in montem. Descenditque moyses de monte ad populum. et sanctificavit illum. Cumque lavissent vestimenta sua ait ad eos. Estote parati in diem tertium. nec appropinquetis uxoribus vestris.

Iamque advenerat tertius dies. et mane inclaruerat. et ecce ceperunt audiri tonitrua. ac micare fulgura. et nubes densissima operire montem. clangorque bucine vehementius perstrepebat. Timuit populus qui erat in castris. Cumque eduxisset eos moyses in occursum dei de loco castrorum. steterunt ad radices montis. Totus autem mons synai fumabat. eo quod descendisset super eum dominus in igne. et ascenderet fumus ex eo quasi de fornace. Eratque mons omnis terribilis. et sonitus bucine paulatim crescebat in maius. et prolixius tendebatur. Moyses loquebatur et dominus respondebat ei. Descenditque dominus super montem synai in ipso montis vertice. et vocavit moysen in cacumen eius. Quo cum ascendisset. dixit ad eum. Descende et contestare populum ne forte velit transcendere terminos ad videndum dominum. et pereat ex eis plurima multitudo. Sacerdotes quoque et populus qui accedunt ad dominum sanctificentur ne percutiat eos. Dixitque moyses ad dominum. Non poterit vulgus ascendere in montem synai. Tu enim testificatus es. et iussisti dicens. Pone terminos circa montem. et sanctifica illum. Cui ait dominus. Vade descende. et ascendes tu et aaron tecum. Sacerdotes autem et populus ne transeant terminos nec ascendant ad dominum. ne forte interficiat illos. Descenditque moyses ad populum. et omnia narravit ei. Locutus est dominus cunctos sermones hos. Ego sum dominus deus tuus qui eduxi te de terra egypti. de domo servitutis. Non habebis deos alienos coram me. Non facies tibi sculptile neque omnem similitudinem que est in celo desuper. et in terra deorsum. nec eorum que sunt in aquis sub terra. non adorabis ea neque coles. Ego sum dominus deus tuus fortis et zelotes. visitans iniquitatem
9. patrum in filiis in tertiam et quartam generationem eorum qui oderunt me. et faciens misericordiam in milia his qui diligunt me. et custodiunt precepta mea. Non assumes nomen domini dei tui in vanum. Non enim habebit insontem dominus eum qui assumpserit nomen domini dei sui frustra. Memento ut diem sabbati sanctifices. Sex diebus operaberis et facies omnia opera tua. septimo autem die sabbati non facies omne opus tu. et filius tuus. et filia tua. servus tuus et ancilla tua. iumentum tuum et advena qui est intra portas tuas. Sex enim diebus fecit dominus celum et terram et mare. et omnia que in eis sunt. et requievit in die septimo. Ideo benedixit dominus diei sabbati et sanctificavit illum. Honora patrem tuum et matrem. ut sis longevus super terram quam dominus deus tuus dabit tibi. Non occides. Non mechaberis. Non furtum facies. Non loqueris contra proximum tuum falsum testimonium. Non concupisces domum proximi tui. nec desiderabis uxorem eius. non servum. non ancillam. non bovem. non asinum. nec omnia que illius sunt. Cunctus autem populus audiebat voces. et lampades. et sonitum bucine. et montem fumantem. et perterriti ac pavore concussi steterunt procul. dicentes moysi. Loquere tu nobis. et audiemus. non loquatur nobis deus. ne forte moriamur. Et ait moyses ad populum. Nolite timere. Ut enim probaret vos deus venit. et ut terror illius esset in vobis. et non peccaretis. Stetitque populus de longe. Moyses autem accessit ad caliginem in qua erat deus.

Dixit preterea dominus ad moysen. Hec dices filiis israel. Vos vidistis quod de celo locutus sum vobis. Non facietis deos argenteos. nec deos aureos facietis vobis. Altare de terra facietis mihi. et offeretis super eo holocausta. et pacifica vestra. oves vestras et boves. in omni loco in quo memoria fuerit nominis mei. Veniam ad te. et benedicam tibi. Quod si altare lapideum feceris mihi. non edificabis illud de sectis lapidibus. Si enim

levaveris cultrum tuum super eo polluetur. Non ascendes per gradus ad altare meum, ne reveletur turpitudo tua.

xl. Hec sunt iudicia que propones eis. Si emeris servum hebreum, sex annis serviet tibi. In septimo egredietur liber gratis. Cum quali veste intraverit, cum tali exeat. Si habens uxorem, et uxor egredietur simul. Sin autem dominus dederit illi uxorem, et pepererit filios et filias, mulier et liberi eius erunt domini sui. Ipse vero exibit cum vestitu suo. Quod si dixerit servus: Diligo dominum meum et uxorem ac liberos, non egrediar liber: offeret eum dominus diis, et applicabitur ad ostium et postes, perforabitque aurem eius subula, et erit ei servus in seculum. Si quis vendiderit filiam suam in famulam, non egredietur sicut ancille consueverunt. Si displicuerit oculis domini sui cui tradita fuerit, dimittet eam. Populo autem alieno vendendi non habebit potestatem, si spreverit eam. Sin autem filio suo desponderit eam, iuxta morem filiarum faciet illi. Quod si alteram ei acceperit, providebit puelle nuptias et vestimenta, et pretium pudicitie non negabit. Si tria ista non fecerit, egredietur gratis absque pecunia. Qui percusserit hominem volens occidere eum, morte moriatur. Qui autem non est insidiatus, sed deus illum tradidit in manus eius, constituam tibi locum quo confugere debeat. Si quis de industria occiderit proximum suum et per insidias, ab altari meo avelles eum ut moriatur. Qui furatus fuerit hominem et vendiderit eum, convictus noxe morte moriatur. Qui maledixerit patri suo aut matri, morte moriatur. Si rixati fuerint viri, et percusserit alter proximum suum lapide vel pugno, et ille mortuus non fuerit, sed iacuerit in lecto: si surrexerit et ambulaverit foras super baculum suum, innocens erit qui percussit, ita tamen ut operas eius et impensas in medicos restituat. Qui percusserit servum suum vel ancillam virga, et mortui fuerint in manibus suis, criminis reus erit. Sin autem uno die supervixerit vel duobus, non subiacebit pene, quia pecunia illius est. Si rixati fuerint viri, et percusserit quis mulierem pregnantem, et abortivum quidem fecerit, sed ipsa vixerit, subiacebit damno quantum expetierit maritus mulieris, et arbitri iudicaverint. Sin autem mors eius fuerit subsecuta, reddet animam pro anima, oculum pro oculo, dentem pro dente, manum pro manu, pedem pro pede, adustionem pro adustione, vulnus pro vulnere, livorem pro livore. Si percusserit quispiam oculum servi sui aut ancille, et luscos eos fecerit, dimittet eos liberos pro oculo quem eruit. Dentem quoque si excusserit servo vel ancille sue, similiter dimittet eos liberos. Si bos cornu percusserit virum aut mulierem et mortui fuerint, lapidibus obruetur, et non comedentur carnes eius; dominus quoque bovis innocens erit. Quod si bos cornupeta fuerit ab heri et nudius tertius, et contestati sunt dominum eius, nec recluserit eum, occideritque virum aut mulierem, et bos lapidibus obruetur, et dominum illius occident. Quod si pretium ei fuerit impositum, dabit pro anima sua quicquid fuerit postulatus. Filium quoque et filiam si cornu percusserit, simili sententie subiacebit. Si servum ancillamque invaserit, xxx siclos argenti dabit domino, bos vero lapidibus opprimetur. Si quis aperuerit cisternam et foderit, et non operuerit eam, cecideritque bos vel asinus in eam, dominus cisterne reddet pretium iumentorum; quod autem mortuum est, ipsius erit. Si bos alienus bovem alterius vulneraverit, et ille mortuus fuerit, vendent bovem vivum et divident pretium, cadaver autem mortui inter se dispertient. Sin autem sciebat quod bos cornupeta esset ab heri et nudius tertius, et non custodivit eum dominus suus, reddet bovem pro bove, et cadaver integrum accipiet. Si quis furatus fuerit bovem aut ovem, et occiderit vel vendiderit, quinque boves pro uno bove restituet, et iiii oves pro una ove. Si effringens fur domum aut suffodiens fuerit inventus, et accepto vulnere mortuus fuerit, percussor non erit reus sanguinis. Quod si orto sole hoc fecerit, homicidium perpetravit, et ipse morietur. Si non habuerit quod pro furto reddat, ipse venundabitur. Si inventum fuerit apud eum quod furatus est vivens, sive bos, sive asinus, sive ovis, duplum restituet. Si leserit quispiam agrum vel vineam, et dimiserit iumentum suum ut depascatur aliena, quicquid optimum habuerit in agro suo vel vinea, pro damni estimatione restituet. Si egressus ignis invenerit spinas, et comprehenderit acervos frugum sive stantes segetes in agris, reddet damnum qui ignem succendit. Si quis commendaverit amico pecuniam aut vas in custodiam, et ab eo qui susceperat furto ablata fuerint, si invenitur fur, duplum reddat; si latet, dominus domus applicabitur ad deos, et iurabit quod non extenderit manum in rem proximi sui ad perpetrandam fraudem tam in bove quam in asino, et ove ac veste, et quicquid damnum inferre potest; ad deos utriusque causa perveniet; et si illi iudicaverint, duplum restituet proximo suo. Si quis commendaverit proximo suo bovem, asinum, ovem, et omne iumentum in custodiam, et mortuum fuerit aut debilitatum aut captum ab hostibus, nullusque hoc viderit, iusiurandum erit in medio, quod non extenderit manum ad rem proximi sui, suscipietque dominus iuramentum, et ille reddere non cogetur. Quod si furto ablatum fuerit, restituet damnum domino. Si comestum a bestia, deferat ad eum quod occisum est, et non restituet. Si a proximo suo quicquam horum mutuum postulaverit, et debilitatum aut mortuum fuerit domino non presente, reddere compelletur. Quod si impresentiarum fuerit dominus, non restituet, maxime si conductum venerit pro mercede operis sui. Si seduxerit quis virginem nondum desponsatam, dormieritque cum ea, dotabit eam et habebit eam uxorem. Si pater virginis dare noluerit, reddet pecuniam iuxta modum dotis quam virgines accipere consueverunt. Maleficos non patieris vivere. Qui coierit cum iumento, morte moriatur. Qui immolat diis, occidatur, preter domino soli. Advenam non contristabis, nec affliges eum; advene enim et ipsi fuistis in terra egypti. Vidue et pupillo non nocebitis. Si leseritis eos, vociferabuntur ad me, et ego audiam clamorem eorum, et indignabitur furor meus, percutiamque vos gladio, et erunt uxores vestre vidue, et filii vestri pupilli. Si pecuniam mutuam dederis populo meo pauperi qui habitat tecum, non urgues eum quasi exactor, neque usuris opprimes. Si pignus a proximo tuo acceperis vestimentum, ante solis occasum reddes ei. Ipsum enim est solum quo operitur, indumentum carnis eius, nec habet aliud in quo dormiat. Si clamaverit ad me, exaudiam eum, quia misericors sum. Diis non detrahes, et principi populi tui non maledices. Decimas tuas et primitias non tardabis offerre. Primogenitum filiorum tuorum dabis mihi. De bubus quoque et ovibus similiter facies. Septem diebus sit cum matre sua, die octavo reddes illum michi. Viri sancti eritis mihi. Carnem que a bestiis fuerit pregustata non comedetis, sed proicietis canibus. Non suscipies vocem mendacii, nec iunges manum tuam ut pro impio dicas falsum testimonium. Non sequeris turbam ad faciendum malum, nec in iudicio plurimorum acquiesces sententie, ut a vero devies. Pauperis quoque misereberis in negotio. Si occurreris bovi inimici tui aut asino erranti, reduc ad eum. Si videris asinum odientis te iacere sub onere, non pertransibis, sed sublevabis cum eo. Non declinabis in iudicio pauperis. Mendacium fugies. Insontem et iustum non occides, quia adversor impium. Nec accipias munera, que excecant etiam prudentes, et subvertunt verba iustorum. Peregrino molestus non eris; scitis enim advenarum animas, quia et ipsi peregrini fuistis in terra egypti. Sex annis seminabis terram tuam, et congregabis fruges eius. Anno autem septimo dimittes eam, et requiescere facias, ut comedant pauperes populi tui, et quicquid reliquum fuerit edant bestie agri. Ita facies in vinea et in oliveto tuo. Sex diebus operaberis, septima die cessabis, ut requiescat bos et asinus tuus, et refrigeretur filius ancille tue et advena. Omnia que dixi vobis custodite. Et per nomen externorum deorum non iurabitis, neque audietur ex ore vestro. Tribus vicibus per singulos annos mihi festa celebrabitis. Sollempnitatem azimorum custodies. Septem diebus comedes azima, sicut precepi tibi, tempore mensis novorum, quando egressus es de egypto. Non apparebis in conspectu meo vacuus. Et sollempnitatem mensis primitivorum operis tui quecumque severis in agro; sollempnitatem quoque in exitu anni, quando congregaveris omnes fruges tuas de agro. Ter in anno apparebit omne masculinum tuum coram domino deo tuo. Non immolabis super fermento sanguinem victime mee, nec remanebit adeps sollempnitatis mee usque mane. Primitias frugum terre tue deferes in domum domini dei tui. Nec coques hedum in lacte matris sue.

Dixit dominus ad moysen: Ecce ego mittam angelum meum qui precedat et custodiat te in via, et introducat ad locum quem paravi. Observa eum et audi vocem eius, nec contempnendum putes, quia non dimittet cum peccaveris, et est nomen meum in illo. Quod si audieris vocem eius et feceris omnia que loquor, inimicus ero inimicis tuis, et affligam affligentes te. Precedet te angelus meus, et introducet te ad amorreum et etheum et ferezeum, chananeum et eveum et iebuseum, quos ego conteram. Non adorabis deos eorum nec coles eos. Nec facies opera eorum, sed destrues et confringes statuas eorum. Servietisque domino deo vestro, ut benedicam panibus tuis et aquis, et auferam omnem infirmitatem de medio tui. Non erit infecunda nec sterilis in terra tua. Numerum dierum tuorum implebo. Terrorem meum mittam in precursum tuum, et occidam omnem populum ad quem ingredieris, cunctorumque inimicorum tuorum coram te terga vertam, emittens crabrones prius, qui fugabunt eveum et chananeum et etheum antequam introeas. Non eiciam eos a facie tua anno uno, ne terra in solitudinem redigatur, et crescant contra te bestie. Paulatim expellam eos de conspectu tuo, donec augearis et possideas terram. Ponam autem terminos tuos a mari rubro usque ad mare palestinorum, et a deserto usque ad fluvium. Tradam in manibus vestris habitatores terre, et eiciam eos de conspectu vestro. Non inibis cum eis fedus, nec cum diis eorum. Non habitent in terra tua, ne forte peccare faciant te in me, si servieris diis eorum, quod tibi certe erit in scandalum. Moysi quoque dixit:

Ascende ad dominum tu et aaron, nadab et abiu, et lxx senes ex israel, et adorabitis procul. Solusque moyses ascendet ad dominum, et illi non appropinquabunt, nec populus ascendet cum eo. Venit ergo moyses et narravit plebi omnia verba domini atque iudicia. Responditque omnis populus una voce: Omnia verba domini que locutus est dominus faciemus. Scripsit autem moyses universos sermones domini, et mane consurgens edificavit altare ad radices montis, et xii titulos per xii tribus israel. Misitque iuvenes de filiis israel, et obtulerunt holocausta, immolaveruntque victimas pacificas domino vitulos xii. Tulit itaque moyses dimidiam partem sanguinis et misit in crateras; partem autem residuam fudit super altare. Assumensque volumen federis legit audiente populo. Qui dixerunt: Omnia que locutus est dominus faciemus et erimus obedientes. Ille vero sumptum sanguinem respersit in populum, et ait: Hic est sanguis federis quod pepigit dominus vobiscum super cunctis sermonibus his.

Ascenderuntque moyses et aaron, nadab et abiu, et lxx de senibus israel, et viderunt deum israel. Sub pedibus eius quasi opus lapidis sapphirini, et quasi celum cum serenum est. Nec super eos qui procul recesserant de filiis israel misit manum suam. Videruntque deum, et comederunt ac biberunt. Dixit autem dominus ad moysen: Ascende ad me in montem et esto ibi, daboque tibi duas tabulas lapideas, et legem ac mandata que scripsi, ut doceas eos. Surrexerunt moyses et iosue minister eius, ascendensque moyses in montem dei, senioribus ait: Expectate hic donec revertamur ad vos. Habetis aaron et ur vobiscum; si quid natum fuerit questionis, referetis ad eos. Cumque ascendisset moyses, operuit nubes montem, et habitavit gloria domini super synai, tegens illum nube sex diebus. Septimo autem die vocavit eum de medio caliginis. Erat autem species glorie domini quasi ignis ardens super verticem montis in conspectu filiorum israel. Ingressusque moyses medium nebule, ascendit in montem, et fuit ibi xl diebus et xl noctibus.

Locutusque est dominus ad moysen dicens: Loquere filiis israel ut tollant mihi primitias. Ab omni homine qui offert ultroneus, accipietis eas. Hec sunt autem que accipere debetis: aurum et argentum et es, iacinctum et purpuram coccumque bistinctum, et byssum, pilos caprarum, et pelles arietum rubricatas, pelles iacintinas, et ligna sethim, oleum ad luminaria concinnanda, aromata in unguentum et thymiamata boni odoris, lapides onichinos et gemmas ad ornandum ephod ac rationale. Facientque mihi sanctuarium, et habitabo in medio eorum, iuxta omnem similitudinem tabernaculi quod ostendam tibi, et omnium vasorum in cultum eius; sicque facietis illud. Archam de lignis sethim compingite, cuius longitudo habeat duos semis cubitos, latitudo cubitum et dimidium, altitudo cubitum similiter ac semissem. Et deaurabis eam auro mundissimo intus et foris, faciesque supra coronam auream per circuitum, iiii circulos aureos quos pones per iiii arche angulos. Duo circuli sint in latere uno, et duo in altero. Facies quoque vectes de lignis sethim, et operies eos auro, inducesque per circulos qui sunt in arche lateribus, ut portetur in eis. Qui semper erunt in circulis, nec umquam extrahentur ex eis. Ponesque in archa testificationem quam dabo tibi. Facies et propitiatorium de auro mundissimo. Duos cubitos et dimidium tenebit longitudo eius, cubitum ac semissem latitudo. Duos quoque cherubim aureos et productiles facies ex utraque parte oraculi. Cherub unus sit in latere uno, et alter in altero. Utrumque latus propitiatorii tegant expandentes alas et operientes oraculum, respiciantque se mutuo, versis vultibus in propitiatorium quo operienda est archa, in qua pones testimonium quod dabo tibi.

Inde precipiam et loquar ad te supra propitiatorium, scilicet ac de medio duorum cherubim qui erunt super archam testimonii, cuncta que mandabo filiis israel. Facies et mensam de lignis sethim habentem duos cubitos longitudinis, et in latitudine cubitum, et in altitudine cubitum ac semissem. Et inaurabis eam auro purissimo. Faciesque illi labium aureum per circuitum, et ipsi labio coronam interrasilem altam iiii digitis, et super illam alteram coronam aureolam. Quattuor quoque circulos aureos preparabis, et pones eos in iiii angulis eiusdem mense per singulos pedes. Subter coronam erunt circuli aurei, ut mittantur vectes per eos, et possit mensa portari. Ipsos quoque vectes facies de lignis sethim, et circumdabis auro ad subvehendam mensam. Parabis et acetabula ac fialas, thuribula et ciathos, in quibus offerenda sunt libamina ex auro purissimo. Et pones super mensam panes propositionis in conspectu meo semper.

Facies et candelabrum ductile de auro mundissimo, hastile eius et calamos, sciphos ac sperulas ac lilia ex ipso procedentia. Sex calami egredientur de lateribus, tres ex uno latere et tres ex altero. Tres sciphi quasi in

nucis modum per calamos singulos, spherulaeque simul et lilium. Et tres similiter scyphi instar nucis calamo altero, spherulaeque simul et lilium. Hoc erit opus sex calamorum qui producendi sunt de hastili. In ipso autem candelabro erunt quattuor scyphi in nucis modum, spherulaeque et lilia per singulos. Spherula sub duobus calamis per tria loca, quae simul sex fiunt procedentes de hastili uno. Spherulae igitur et calami ex ipso erunt, universa ductilia de auro purissimo.

Facies et lucernas septem et pones eas super candelabrum, ut luceant ex adverso. Emunctoria quoque et ubi quae emuncta sunt extinguantur, fiant de auro purissimo. Omne pondus candelabri cum universis vasis suis habebit talentum auri mundissimi. Inspice et fac secundum exemplar quod tibi in monte monstratum est. Tabernaculum vero ita fiet. Decem cortinas de bysso retorta et iacincto ac purpura coccoque bistincto, variatas opere plumario facies. Longitudo cortinae unius habebit viginti octo cubitos, latitudo quattuor cubitorum erit. Unius mensurae fiant universa tentoria. Quinque cortinae iungentur sibi mutuo, et aliae quinque nexu simili cohaerebunt. Ansulas iacinctinas in lateribus ac summitatibus facies cortinarum, ut possint invicem copulari. Quinquagenas ansulas cortina habebit in utraque parte, ita insertas ut ansa contra ansam veniat, et altera alteri possit aptari. Facies et quinquaginta circulos aureos quibus cortinarum vela iungenda sunt, ut unum tabernaculum fiat. Facies et saga cilicina undecim ad operiendum tectum tabernaculi. Longitudo sagi unius habebit triginta cubitos, et latitudo quattuor. Aequa erit mensura sagorum omnium. E quibus quinque iunges seorsum, et sex sibi mutuo copulabis, ita ut sextum sagum in fronte tecti duplices. Facies et quinquaginta ansas in ora sagi unius ut coniungi cum altero queat, et quinquaginta ansas in ora sagi alterius ut cum altero copuletur. Quinquaginta fibulas aeneas quibus iungantur ansae, et unum ex omnibus operimentum fiat. Quod autem superfuerit in sagis quae parantur tecto, id est unum sagum quod amplius est, ex medietate eius operies posteriora tabernaculi, et cubitus ex una parte pendebit et alter ex altera, qui plus est in sagorum longitudine, utrumque latus tabernaculi protegens. Facies et operimentum aliud tecto de pellibus arietum rubricatis, et super hoc rursum aliud operimentum de iacinctinis pellibus. Facies et tabulas stantes tabernaculi de lignis sethim, quae singulae denos cubitos in longitudine habeant, et in latitudine singulos ac semissem. In lateribus tabulae duae incastraturae fient, quibus tabula alteri tabulae conectatur, atque in hunc modum cunctae tabulae parabuntur. Quarum viginti erunt in latere meridiano quod vergit ad austrum. Quibus quadraginta bases argenteas fundes, ut binae bases singulis tabulis per duos angulos subiciantur. In latere quoque secundo tabernaculi quod vergit ad aquilonem viginti tabulae erunt, quadraginta habentes bases argenteas. Binae bases singulis tabulis supponentur. Ad occidentalem vero plagam tabernaculi facies sex tabulas, et rursum alias duas quae in angulis erigantur post tergum tabernaculi. Eruntque coniunctae a deorsum usque sursum, et una omnes compago retinebit. Duabus quoque quae in angulis ponendae sunt similis iunctura servabitur. Et erunt simul octo tabulae, bases earum argenteae sedecim, duabus basibus per unam tabulam supputatis. Facies et vectes de lignis sethim quinque ad continendas tabulas in uno latere tabernaculi, et quinque alios in altero, et eiusdem numeri ad occidentalem plagam, qui mittentur per medias tabulas a summo usque ad summum. Ipsas quoque tabulas deaurabis, et fundes in eis anulos aureos per quos vectes tabulata contineant, quos operies laminis aureis. Et eriges tabernaculum iuxta exemplum quod tibi in monte monstratum est. Facies et velum de iacincto et purpura coccoque bistincto et bysso retorta opere plumario et pulchra varietate contextum, quod appendes ante quattuor columnas de lignis sethim, quae ipsae quidem deauratae erunt et habebunt capita aurea, sed bases argenteas. Inseretur autem velum per circulos, intra quod pones archam testimonii, quo et sanctuarium et sanctuarii sanctuaria dividentur. Pones et propitiatorium super archam testimonii in sancta sanctorum, mensamque extra velum, et contra mensam candelabrum in latere tabernaculi meridiano. Mensa enim stabit in parte aquilonis. Facies et tentorium in introitu tabernaculi de iacincto et purpura coccoque bistincto et bysso retorta opere plumarii. Et quinque columnas deaurabis lignorum sethim, ante quas ducetur tentorium, quarum erunt capita aurea et bases aeneae. Facies et altare de lignis sethim quod habebit quinque cubitos in longitudine et totidem in latitudine, id est quadrum, et tres cubitos in altitudine. Cornua autem per quattuor angulos ex ipso erunt, et operies illud aere. Facies in usus eius lebetes ad suscipiendos cineres, et forcipes atque fuscinulas et ignium receptacula. Omnia vasa ex aere fabricabis, craticulamque in modum retis aeneam, per cuius quattuor angulos erunt quattuor anuli aenei, quos pones subter arulam altaris. Eritque craticula usque ad altaris medium. Facies et vectes altaris de lignis sethim duos, quos operies laminis aeneis, et induces per circulos, eruntque ex utroque latere altaris ad portandum. Non solidum sed inane et cavum intrinsecus facies illud, sicut tibi in monte monstratum est. Facies et atrium tabernaculi, in cuius plaga australi contra meridiem erunt tentoria de bysso retorta. Centum cubitos unum latus tenebit in longitudine. Et columnas viginti cum basibus totidem aeneis, quae capita cum celaturis suis habebunt argentea. In latitudine vero atrii quod respicit ad occidentem erunt tentoria per quinquaginta cubitos, et columnae decem, basesque totidem. In ea quoque atrii latitudine quae respicit ad orientem quinquaginta cubiti erunt. In quibus quindecim cubitorum tentoria lateri uno deputabuntur, columnaeque tres et bases totidem. Et in latere altero erunt tentoria cubitos obtinentia quindecim, columnas tres et bases totidem. In introitu vero atrii fiet tentorium cubitorum viginti ex iacincto et purpura coccoque bistincto et bysso retorta opere plumarii. Columnas habebit quattuor cum basibus totidem. Omnes columnae atrii per circuitum vestitae erunt laminis argenteis, capitibus et basibus aeneis. In longitudine occupabit atrium cubitos centum, in latitudine quinquaginta, altitudo quinque cubitorum erit. Fietque de bysso retorta, et habebit bases aeneas. Cuncta vasa tabernaculi in omnes usus et caerimonias tam paxillos eius quam atrii ex aere facies. ~

Praecipe filiis Israhel ut afferant tibi oleum de arboribus olivarum purissimum piloque contusum, ut ardeat lucerna semper in tabernaculo testimonii extra velum quod oppansum est testimonio. Et collocabunt eam Aaron et filii eius, ut usque mane luceat coram Domino. Perpetuus cultus erit per successiones eorum a filiis Israhel. Applica quoque ad te Aaron fratrem tuum cum filiis suis de medio filiorum Israhel, ut sacerdotio fungantur mihi, Aaron, Nadab et Abiu, Ithamar et Eleazar. Faciesque vestem sanctam fratri tuo in gloriam et decorem. Et loqueris cunctis sapientibus corde quos replevi spiritu prudentiae, ut faciant vestes Aaron in quibus sanctificatus ministret mihi. Haec autem erunt vestimenta quae facient: rationale et superhumerale, tunicam et lineam strictam, cidarim et balteum. Facient vestimenta sancta Aaron fratri tuo et filiis eius ut sacerdotio fungantur mihi. Accipientque aurum et [illegible] et iacinctum et purpuram coccumque bistinctum et byssum. Facient autem superhumerale de auro et iacincto et purpura coccoque bistincto et bysso retorta opere polymito. Duas oras habebit in utroque latere summitatum iunctas, ut in unum redeant. Ipsaque textura et cuncta operis varietas erit ex auro et iacincto et purpura coccoque bistincto et bysso retorta. Sumesque duos lapides onychinos, et sculpes in eis nomina filiorum Israhel, sex nomina in lapide uno et sex reliqua in altero, iuxta ordinem nativitatis eorum, opere sculptoris et caelatura gemmarii sculpes eos nominibus filiorum Israhel, inclusos auro atque circumdatos. Et pones in utroque latere superhumeralis, memoriale filiis Israhel. Portabitque Aaron nomina eorum coram Domino super utrumque humerum ob recordationem. Facies et uncinos ex auro, et duas catenulas auri purissimi sibi invicem cohaerentes, quas inseres uncinis. Rationale quoque iudicii facies opere polymito iuxta texturam superhumeralis ex auro, iacincto et purpura coccoque bistincto et bysso retorta. Quadrangulum erit et duplex, mensuram palmi habebit tam in longitudine quam in latitudine. Ponesque in eo quattuor ordines lapidum. In primo versu erit lapis sardius et topazius et smaragdus. In secundo carbunculus, sapphirus et iaspis. In tertio ligurius, achates et amethistus. In quarto chrysolitus, onychinus et berillus. Inclusi erunt auro per ordines suos, habebuntque nomina filiorum Israhel. Duodecim nominibus caelabuntur singuli lapides, nominibus singulorum per duodecim tribus. ~

Facies in rationali catenulas sibi invicem cohaerentes ex auro purissimo, et duos anulos aureos quos pones in utraque parte rationalis summitate, catenasque aureas iunges anulis qui sunt in marginibus eius. Et ipsarum catenarum extrema duobus copulabis uncinis in utroque latere superhumeralis, quod rationale respicit. Facies et duos anulos aureos quos pones in summitatibus rationalis et in oris quae e regione sunt superhumeralis deorsum, quod respicit contra faciem iuncturae inferioris, ut aptari possit cum superhumerali, et stringatur rationale anulis suis cum anulis superhumeralis vitta iacinctina, ut maneat iunctura fabrefacta, et a se invicem rationale et superhumerale nequeant separari. Portabitque Aaron nomina filiorum Israhel in rationali iudicii super pectus suum, quando ingredietur coram Domino sanctuarium, memoriale coram Domino in aeternum. Pones autem in rationali iudicii doctrinam et veritatem, quae erunt in pectore Aaron quando ingredietur coram Domino, et gestabit iudicium filiorum Israhel in pectore suo in conspectu Domini semper. ~

L. Facies et tunicam superhumeralis totam iacinctinam, in cuius medio supra erit capitium, et ora per girum eius textilis, sicut fieri solet in extremis vestium partibus, ne facile rumpatur. Deorsum vero ad pedes eiusdem tunicae per circuitum quasi mala punica facies ex iacincto et purpura coccoque bistincto, mixtis in medio tintinnabulis, ita ut tintinnabulum sit aureum et malum punicum. Et vestietur ea Aaron in officio ministerii, ut audiatur sonitus quando ingreditur et egreditur sanctuarium in conspectu Domini, et non moriatur. Facies et laminam de auro purissimo, in qua sculpes opere caelatoris Sanctum Domino. Ligabisque eam vitta iacinctina, et erit super tiaram imminens fronti pontificis. Portabitque Aaron iniquitates eorum quae obtulerunt et sanctificaverunt filii Israhel in cunctis muneribus et donariis suis. Erit autem lamina semper in fronte eius, ut placatus sit eis Dominus. Stringesque tunicam bysso, et tiaram byssinam, facies et balteum opere plumarii. Porro filiis Aaron tunicas lineas parabis et balteos ac tiaras in gloriam et decorem. Vestiesque his omnibus Aaron fratrem tuum et filios eius cum eo. Et cunctorum consecrabis manus, sanctificabisque eos ut sacerdotio fungantur mihi. ~

Facies et feminalia linea ut operiant carnem turpitudinis suae a renibus usque ad femina, et utentur eis Aaron et filii eius quando ingredientur tabernaculum testimonii, vel quando appropinquant ad altare ut ministrent in sanctuario, ne iniquitatis rei moriantur. Legitimum sempiternum erit Aaron et semini eius post eum. Sed et hoc facies ut mihi in sacerdotio consecrentur. Tolle vitulum de armento et arietes duos inmaculatos, panesque azimos et crustulam absque fermento quae conspersa sit oleo, lagana quoque azima oleo lita. De simila triticea cuncta facies. Et posita in canistro offeres. Vitulum autem et duos arietes et Aaron et filios eius applicabis ad ostium tabernaculi testimonii. Cumque laveris patrem cum filiis suis aqua, indues Aaron vestimentis suis, id est linea et tunica et superhumerali et rationali, quod constringes balteo. Et pones tiaram in capite eius, et laminam sanctam super tiaram, et oleum unctionis fundes super caput eius, atque hoc ritu consecrabitur. Filios quoque illius applicabis et indues eos tunicis lineis, cingesque balteo Aaron scilicet et liberos eius, et impones eis mitras, eruntque sacerdotes mei in religione perpetua. Postquam initiaveris manus eorum, applicabis et vitulum coram tabernaculo testimonii. Imponentque Aaron et filii eius manus super caput illius, et mactabis eum in conspectu Domini iuxta ostium tabernaculi testimonii. Sumptumque de sanguine vituli pones super cornua altaris digito tuo. Reliquum autem sanguinem fundes iuxta basim eius. Sumes et adipem totum qui operit intestina, et reticulum iecoris ac duos renes et adipem qui super eos est, et offeres incensum super altare. Carnes vero vituli et corium et fimum conbures foris extra castra, eo quod pro peccato sit.

10. Unum quoque arietem sumes, super cuius caput ponent Aaron et filii eius manus. Quem cum mactaveris, tolles de sanguine eius et fundes circa altare. Ipsum autem arietem secabis in frusta, lotaque intestina eius ac pedes pones super concisas carnes et super caput illius. Et offeres totum arietem in incensum super altare. Oblatio est Domino, odor suavissimus victimae Domini. Tolles quoque arietem alterum, super cuius caput Aaron et filii eius ponent manus. Quem cum immolaveris, sumes de sanguine ipsius et pones super extremum dexterae auriculae Aaron et filiorum eius, et super pollices manus eorum et pedis dextri, fundesque sanguinem super altare per circuitum. Cumque tuleris de sanguine qui est super altare et de oleo unctionis, asperges Aaron et vestes eius, filios et vestimenta eorum. Consecratisque ipsis et vestibus, tolles adipem de ariete et caudam et arvinam quae operit vitalia ac reticulum iecoris et duos renes atque adipem qui super eos est, armumque dextrum, eo quod sit aries consecrationis, tortamque panis unius, crustulam conspersam oleo, laganum de canistro azimorum quod positum est in conspectu Domini. Ponesque omnia super manus Aaron et filiorum eius, et sanctificabis eos elevans coram Domino. Suscipiesque universa de manibus eorum, et incendes super altare in holocaustum, odorem suavissimum in conspectu Domini, quia oblatio eius est. Sumes quoque pectusculum de ariete quo initiatus est Aaron, sanctificabisque illud elevatum coram Domino, et cedet in partem tuam. Sanctificabis et pectusculum consecratum et armum quem de ariete separasti, quo initiatus est Aaron et filii eius. Cedentque in partem Aaron et filiorum eius iure perpetuo a filiis Israhel, quia primitiva sunt et initia de victimis eorum pacificis quae offerunt Domino. ~

Vestem autem sanctam qua utetur Aaron habebunt filii eius post eum, ut unguantur in ea et consecrentur manus eorum. Septem diebus utetur illa qui

pontifex fuerit pro eo constituetur de filiis eius. & qui ingreditur tabernaculum testimonii ut ministret in sanctuario. Arietem autem consecrationis tolles & coques carnes eius in loco sancto. quibus uescetur aaron & filii eius. Panes quoque qui sunt in canistro in uestibulo tabernaculi testimonii comedent. ut sit placabile sacrificium. & sanctificentur offerentium manus. Alienigena non uescetur ex eis quia sancti sunt. Quod si remanserit de carnibus consecratis siue de panibus usque mane. combures reliquias igni. Non comedentur quia sanctificata sunt.

Omnia que precepi tibi facies super aaron & filiis eius. Septem diebus consecrabis manus eorum. & uitulum pro peccato offeres per singulos dies ad expiandum. Mundabisque altare cum immolaueris expiationis hostiam. & ungues illud in sanctificationem. Septem diebus expiabis altare & sanctificabis. & erit sanctum sanctorum. Omnis qui tetigerit illud sanctificabitur. Hoc est quod facies in altari agnos anniculos duos per singulos dies iugiter. unum agnum mane & alterum uespe. decimam partem simile conspersę oleo tunso quod habeat mensuram quartam partem hin. & uinum ad libandum eiusdem mensurę in agno uno. Alterum uero agnum offeres ad uesperam iuxta ritum matutinę oblationis. & iuxta ea quę diximus in odore suauitatis sacrificium domino oblatione perpetua in generationibus uestris. ad ostium tabernaculi testimonii coram domino. ubi constituam & loquar ad te. ibique precipiam filiis israhel. & sanctificabitur altare in gloria mea. Sanctificabo & tabernaculum testimonii cum altari. & aaron cum filiis eius. ut sacerdotio fungantur mihi. & habitabo in medio filiorum israhel. eroque eis deus. & scient quia ego dominus deus eorum qui eduxi eos de terra egypti ut manerem inter illos. ego dominus deus ipsorum.

Facies quoque altare ad adolendum tymiama de lignis setthim habens unum cubitum longitudinis & alterum latitudinis id est quadrangulum. & duos cubitos in altitudine. cornua ex ipso procedent. uestiesque illud auro purissimo. tam craticulam eius quam parietes per circuitum & cornua. faciesque ei coronam aureolam per girum & duos anulos aureos sub corona per singula latera ut mittantur in eos uectes ut altare portetur. Ipsos quoque uectes de lignis setthim & inaurabis. ponesque altare contra uelum quod ante archam pendet testimonii coram propiciatorio quo tegitur testimonium. ibi loquar tecum. & adolebit incensum super eo aaron suaue flagrans. Mane quando componet lucernas incendet illud. & quando collocat eas ad uesperam uret tymiama sempiternum coram domino in generationes uestras. Non offeretis super eo tymiama compositionis alteri. nec oblationem & uictimam libabitis. Et deprecabitur aaron super cornua eius semel per annum. in sanguine quod oblatum est pro peccato. & placabit super eo in generationibus uestris. Sanctum sanctorum erit domino.

Locutusque est dominus ad moysen dicens. Quando tuleris summam filiorum israhel iuxta numerum dabunt singuli pretium pro animabus suis domino. & non erit plaga in eis cum fuerint recensiti. Hoc autem dabit omnis qui transit ad nomen. dimidium sicli iuxta mensuram templi. Siclus xx habet obulos. Media pars sicli offeretur domino. Qui habetur in numero a xx annis & supra. dabit pretium. Diues non addet ad medium sicli & pauper nichil minuet. Susceptaque pecunia quę collata est a filiis israhel trades in usus tabernaculi testimonii. ut sit monimentum eorum coram domino. & propicietur animabus eorum.

Locutusque est dominus ad moysen dicens. Facies & labium eneum cum basi sua ad lauandum. ponesque illud inter tabernaculum testimonii & altare. & missa aqua lauabunt aaron & filii eius manus suas ac pedes quando ingressuri sunt tabernaculum testimonii. & quando accessuri sunt ad altare ut offerant in eo tymiama domino. ne forte moriantur. Legitimum sempiternum erit ipsi. & semini eius per successiones.

Locutusque est dominus ad moysen dicens. Sume tibi aromata prime myrre & electę quingentos siclos. & cynamomi medium. id est ducentos quinquaginta siclos. calami similiter ducentos quinquaginta. cassię autem quingentos siclos. in pondere sanctuarii. oleum de oliuetis mensuram hin. faciesque unctionis oleum sanctum unguentum compositum opere unguentarii. & ungues ex eo tabernaculum testimonii. & archam testamenti & mensam cum uasis suis. candelabrum & utensilia eius. altaria tymiamatis & holocausti. & uniuersam supellectilem que ad cultum eorum pertinent. sanctificabisque omnia & erunt sancta sanctorum. Qui tetigerit ea sanctificabitur. Aaron & filios eius ungues sanctificabisque eos ut sacerdotio fungantur mihi. Filiis quoque israhel dices. Hoc oleum unctionis sanctum erit mihi in generationes uestras. Caro hominis non ungetur ex eo. & iuxta compositionem eius non facietis aliud quia sanctificatum est.
lx. & sanctum erit uobis. Homo quicumque tale composuerit & dederit ex eo alieno. exterminabitur de populo suo.

Dixitque dominus ad moysen. Sume tibi aromata stacten & onicha. chalbanen boni odoris & thus lucidissimum. equalis ponderis erunt omnia. faciesque tymiama compositum opere unguentarii. mixtum diligenter & purum. & sanctificatione dignissimum. Cumque tenuissime in puluerem uniuersa contuderis. pones ex eo coram testimonio tabernaculi. in quo loco apparebo tibi. Sanctum sanctorum erit uobis tymiama. Talem compositionem non facietis in usus uestros. quia sanctum est domino. Homo quicumque fecerit simile ut odore illius perfruatur. peribit de populis suis.

Locutusque est dominus ad moysen dicens. Ecce uocaui ex nomine beselehel filium uri. filii ur de tribu iuda & impleui eum spiritu dei sapientia & intelligentia & scientia in omni opere. ad excogitandum fabre quicquid fieri potest ex auro & argento. & ere. marmore & gemmis & diuersitate lignorum. Dedique ei socium ooliab filium achisamech. de tribu dan. & in corde omnis eruditi posui sapientiam. ut faciant cuncta que precepi tibi. tabernaculum foederis & archam testimonii. & propiciatorium quod super eam est. & cuncta uasa tabernaculi mensamque & uasa eius. candelabrum purissimum cum uasis suis. & altaria tymiamatis & holocausti & omnia uasa eorum. labium cum basi sua. uestes sanctas in ministerio aaron sacerdotis & filiis eius. ut fungantur officio suo in sacris. oleum unctionis & tymiama aromatum in sanctuario. Omnia que precepi tibi facient.

Et locutus est dominus ad moysen dicens. Loquere filiis israhel & dices ad eos. Uidete ut sabbatum meum custodiatis. quia signum est inter me & uos in generationibus uestris. ut sciatis quia ego dominus qui sanctifico uos. Custodite sabbatum meum. Sanctum est enim uobis. Qui polluerit illud morte morietur. Qui fecerit in illo opus peribit anima illius de medio populi sui. Sex diebus facietis opus. in die septimo sabbatum est requies sancta domino. Omnis qui fecerit opus in hac die morietur. Custodiant filii israhel sabbatum. & celebrent illud in generationibus suis. Pactum est sempiternum inter me & filios israhel signumque perpetuum. Sex enim diebus fecit deus celum & terram. & in septimo die ab opere cessauit.

Dedit quoque dominus moysi completis huiuscemodi sermonibus in monte synai duas tabulas lapideas scriptas digito dei. Uidens autem populus quod moram faceret descendendi de monte moyses. congregatus aduersus aaron ait. Surge fac nobis deos qui nos precedant. Moysi enim huic uiro qui nos eduxit de terra egypti ignoramus quid acciderit ei. Dixitque ad eos aaron. Tollite inaures aureas de uxorum filiorumque & filiarum uestrarum auribus & afferte ad me. Fecit populus ut iusserat. deferens inaures ad aaron. Quas cum ille accepisset formauit opere fusorio & fecit ex eis uitulum conflatilem. Dixeruntque. Hii sunt dii tui israhel qui te eduxerunt de terra egypti. Quod cum audisset aaron edificauit altare coram eo. & preconis uoce clamauit dicens. Cras sollempnitas domini est. Surgentesque mane obtulerunt holocausta & hostias pacificas. & sedit populus manducare & bibere. & surrexerunt ludere.

Locutus est autem dominus ad moysen dicens. Uade descende quia peccauit populus tuus quem eduxisti de terra egypti. Recesserunt cito de uia quam ostendi eis. fecerunt sibi uitulum conflatilem & adorauerunt. atque immolantes ei hostias dixerunt. Isti sunt dii tui israhel. qui te eduxerunt de terra egypti. Rursumque ait dominus ad moysen. Cerno quod populus iste dure ceruicis sit. dimitte me ut irascatur furor meus contra eos. & deleam eos. faciamque te in gentem magnam. Moyses autem orabat dominum deum suum dicens. Cur domine irascitur furor tuus contra populum tuum quem eduxisti de terra egypti in fortitudine magna. & in manu robusta. Ne quęso dicant egyptii callide eduxit eos ut interficeret in montibus & deleret eos de terra. quiescat ira tua. & esto placabilis super nequitia populi tui. Recordare abraham. ysaac & iacob seruorum tuorum quibus iurasti per temet ipsum dicens. Multiplicabo semen tuum sicut stellas celi. & uniuersam terram hanc de qua locutus sum dabo semini uestro. & possidebitis eam semper. Placatusque est dominus ne faceret malum quod locutus fuerat aduersus populum suum.

Et reuersus est moyses de monte portans duas tabulas testimonii manu scriptas ex utraque parte. & factas opere dei. Scriptura quoque dei erat sculpta in tabulis. Audiens autem iosue tumultum uociferantis populi dixit ad moysen. Ululatus pugnę auditur in castris. Qui respondit. Non est clamor adhortantium ad pugnam. neque uociferatio compellentium ad fugam. sed uocem cantantium ego audio. Cumque appropinquasset ad castra. uidit uitulum & choros. Iratusque ualde proiecit de manu tabulas. & confregit eas ad radices montis. Arripiensque uitulum quem fecerant combussit & contriuit usque ad puluerem quem sparsit in aqua & dedit ex eo potum filiis israhel. Dixitque ad aaron. Quid tibi fecit hic populus. ut induceres super eum peccatum maximum. Cui ille respondit. Non indignetur dominus meus. Tu enim nosti populum istum quod pronus sit ad malum. Dixerunt mihi. Fac nobis deos qui precedant nos. huic enim moysi qui eduxit nos de terra egypti nescimus quid acciderit. Quibus ego dixi. Quis uestrum habet aurum. Tulerunt & dederunt mihi. & proieci illud in ignem. egressusque est hic uitulus. Uidens ergo moyses populum quod esset nudatus. spoliauerat enim eum aaron propter ignominiam sordis. & inter hostes nudum constituerat. & stans in porta castrorum ait. Si quis est domini iungatur mihi. Congregatique sunt ad eum omnes filii leui. Quibus ait. Hec dicit dominus deus israhel. Ponat uir gladium super femur suum. Ite & redite de porta usque ad portam per medium castrorum. & occidat unusquisque fratrem & amicum suum & proximum. Feceruntque filii leui iuxta sermonem moysi. cecideruntque in die illo quasi xx. tria milia hominum. Et ait moyses. Consecrastis manus uestras hodie domino unusquisque in filio & in fratre suo. ut detur uobis benedictio.

Facto autem die altero locutus est moyses ad populum. Peccastis peccatum maximum. Ascendam ad dominum si quomodo quiuero eum deprecari pro scelere uestro. Reuersusque moyses ad dominum ait. Obsecro domine peccauit populus iste peccatum maximum. feceruntque sibi deos aureos. aut dimitte eis hanc noxam. aut si non facis dele me de libro tuo quem scripsisti. Cui respondit dominus. Qui peccauerit mihi. delebo eum de libro meo. Tu autem uade & duc populum istum quo locutus sum tibi. Angelus meus precedet te. Ego autem in die ultionis uisitabo & hoc peccatum eorum. Percussit ergo dominus populum pro reatu uituli quem fecerat aaron.

Locutusque est dominus ad moysen dicens. Uade descende de loco isto tu & populus tuus quem eduxisti de terra egypti in terram quam iuraui abraham ysaac & iacob dicens. Semini tuo dabo eam. & mittam precursorem tui angelum ut eiciam chananeum & amorreum. & etheum. & ferezeum eueum & iebuseum. & intres in terram fluentem lacte & melle. Non enim ascendam tecum quia populus dure ceruicis es. ne forte disperdam te in uia. Audiensque populus sermonem hunc pessimum luxit. & nullus ex more indutus est cultu suo.

Dixitque dominus ad moysen. Loquere filiis israhel. Populus dure ceruicis es. semel ascendam in medio tui & delebo te. Iam nunc depone ornatum tuum. ut sciam quid faciam tibi. Deposuerunt ergo filii israhel ornatum suum a monte oreb. Moyses quoque tollens tabernaculum foederis extendit extra castra procul. uocauitque nomen eius tabernaculum foederis. Et omnis populus qui habebat aliquam questionem. egrediebatur ad tabernaculum foederis extra castra. Cumque egrederetur moyses ad tabernaculum. surgebat uniuersa plebs & stabat unusquisque in ostio papilionis sui. aspiciebantque tergum moysi donec ingrederetur tentorium. Ingresso autem illo tabernaculum testimonii ac foederis descendebat columna nubis & stabat ad ostium tabernaculi ubi loquebatur cum moyse cernentibus uniuersis quod columna nubis staret ad ostium tabernaculi. stabantque ipsi adorabantque per fores tabernaculorum suorum. Loquebatur autem dominus ad moysen facie ad faciem. sicut loqui solet homo ad amicum suum. Cumque ille reuerteretur in castra. minister eius iosue filius nun non recedebat de tabernaculo. Dixit autem moyses ad dominum. Precipis ut educam populum istum & non indicas mihi quem missurus es mecum. presertim cum dixeris nouit te ex nomine & inuenisti gratiam coram me. Si ergo inueni gratiam in conspectu tuo. ostende mihi faciem tuam ut sciam te. & inueniam gratiam ante oculos tuos. Respice populum tuum gentem hanc.

Dixitque dominus. Facies mea precedet te. & requiem dabo tibi. Et ait moyses. Si non tu ipse precedes. ne educas nos de loco isto. In quo enim scire poterimus ego & populus tuus inuenisse gratiam in conspectu tuo nisi ambulaueris nobiscum. & glorificemur ab omnibus populis qui habitant super terram. Dixit autem dominus ad moysen. Et uerbum istud quod locutus es faciam. Inuenisti enim gratiam coram me. & te ipsum noui ex nomine. Qui ait. Ostende michi gloriam tuam. Respondit. Ego ostendam omne bonum tibi. & uocabo in nomine domini coram te. & miserebor cui uoluero. & clemens ero in quem mihi placuerit. Rursumque ait. Non poteris uidere faciem meam. Non enim uidebit me homo & uiuet. Et rursum. Ecce inquit est locus apud me. Stabis super petram. cumque transibit gloria mea. ponam te in foramine petre & protegam te dextera mea donec transeam. tollamque manum meam & uidebis posteriora mea. faciem autem meam uidere non poteris. Ac deinceps precide ait tibi duas tabulas lapideas instar priorum. & scribam super eas uerba que habuerunt tabule quas fregisti. Esto paratus mane ut ascendas statim in montem synai. stabisque mecum super uerticem montis. Nullus ascendat tecum nec uideatur quispiam per totum montem. oues quoque & boues non pascantur e contra.

Excidit ergo moyses duas tabulas lapideas quales antea fuerant. & lxx.
de nocte consurgens ascendit in montem synai sicut preceperat ei dominus portans secum tabulas. Cumque descendisset dominus per nubem. stetit

Moyses cum eo, invocans nomen Domini. Quo transeunte coram eo, ait: Dominator Domine Deus misericors et clemens, patiens et multe miserationis ac verus, qui custodis misericordiam in milia, qui aufers iniquitatem et scelera atque peccata, nullusque apud te per se innocens est; qui reddis iniquitatem patrum filiis ac nepotibus in tertiam et quartam generationem. Festinusque Moyses curvatus est pronus in terram, et adorans ait: Si inveni gratiam in conspectu tuo Domine, obsecro ut gradiaris nobiscum; populus enim dure cervicis est; et auferas iniquitates nostras atque peccata, nosque possideas. Respondit Dominus: Ego inibo pactum. Videntibus cunctis signa faciam que numquam sunt visa super terram, nec in ullis gentibus, ut cernat iste populus in cuius es medio opus Domini terribile quod facturus sum. Observa cuncta que hodie mando tibi. Ego ipse eiciam ante faciem tuam Amorreum et Chananeum et Ethеum et Ferezeum, Eveum quoque et Iebuseum. Cave ne umquam cum habitatoribus terre illius iungas amicitias que sint in ruinam. Aras eorum confringe, destrue statuas, lucosque succide. Noli adorare deum alienum. Dominus Zelotes nomen eius, Deus est emulator. Non ineas pactum cum hominibus illarum regionum, ne cum fornicati fuerint cum diis suis et adoraverint simulachra eorum, vocet te quispiam ut comedas de immolatis. Nec uxorem de filiabus eorum accipias filiis tuis, ne postquam fuerint ipse fornicate, fornicari faciant et filios tuos. Deos conflatiles non facies tibi. Sollempnitatem azimorum custodies. Septem diebus vesceris azimis sicut precepi tibi in tempore mensis novarum; mense enim verni temporis egressus es de Egypto. Omne quod aperit vulvam generis masculini meum erit. De cunctis animantibus tam de bubus quam de ovibus meum erit. Primogenitum asini redimes ove; sin autem nec pretium pro eo dederis, occidetur. Primogenitum filiorum tuorum redimes, nec apparebis in conspectu meo vacuus. Sex diebus operaberis, die septimo cessabis arare et metere. Sollempnitatem ebdomadarum facies tibi in primitiis frugum messis tue triticee, et sollempnitatem quando redeunte anni tempore cuncta conduntur. Tribus temporibus anni apparebit omne masculinum tuum in conspectu omnipotentis Domini Dei Israel. Cum enim tulero gentes a facie tua et dilatavero terminos tuos, nullus insidiabitur terre tue, ascendente te et apparente in conspectu Domini Dei tui ter in anno. Non immolabis super fermento sanguinem hostie mee, neque residebit mane de victima sollempnitatis phase. Primitias frugum terre tue offeres in domo Domini Dei tui. Non coques hedum in lacte matris sue. Dixitque Dominus ad Moysen: Scribe tibi verba hec quibus et tecum et cum Israel pepigi fedus. Fuit ergo ibi cum Domino Moyses xl dies et xl noctes; panem non comedit et aquam non bibit, et scripsit in tabulis verba federis x. Cumque descenderet Moyses de monte Synai, tenebat duas tabulas testimonii, et ignorabat quod cornuta esset facies sua ex consortio sermonis Dei. Videntes autem Aaron et filii Israel faciem Moysi, timuerunt prope accedere. Vocatique ab eo reversi sunt tam Aaron quam principes synagoge. Et postquam locutus est, venerunt ad eum etiam omnes filii Israel, quibus precepit observare cuncta que audierat in monte Synai. Impletisque sermonibus posuit velamen super faciem suam. Quod ingressus ad Dominum et loquens cum eo auferebat donec exiret, et tunc loquebatur ad filios Israel omnia que sibi fuerant imperata. Qui videbant faciem egredientis Moysi esse cornutam, sed operiebat rursus ille faciem suam, si quando loquebatur ad eos.

Igitur congregata ad eum omni turba filiorum Israel dixit ad eos: Hec sunt que iussit Dominus fieri. Sex diebus facietis opus, septimus dies erit vobis sanctus, sabbatum et requies Domini. Qui fecerit opus in eo occidetur. Non succendetis ignem in omnibus habitaculis vestris per diem sabbati. Et ait Moyses ad omnem catervam filiorum Israel: Iste est sermo quem precepit Dominus dicens: Separate apud vos primitias Domino. Omnis voluntarius et prono animo offerat eas Domino: aurum, argentum et es, iacinctum et purpuram, coccum bistinctum et byssum, pilos caprarum et pelles arietum rubricatas et iacinctinas, ligna sethim, et oleum ad luminaria concinnanda, et ut conficiatur unguentum et tymiama suavissimum, lapides onichinos et gemmas ad ornatum superhumeralis et rationalis. Quisquis vestrum est sapiens, veniat et faciat quod Dominus imperavit: tabernaculum scilicet et tectum eius atque operimentum, anulos et tabulata cum vectibus, paxillos et bases, archam et vectes, propitiatorium et velum quod ante illud oppanditur, mensam cum vectibus et vasis et propositionis panibus, candelabrum ad luminaria sustentanda, vasa illius et lucernas et oleum ad nutrimenta ignium, altare tymiamatis et vectes, oleum unctionis et tymiama ex aromatibus, tentorium ad ostium tabernaculi, altare holocausti et craticulam eius eneam cum vectibus et vasis suis, labrum et basim eius, cortinas atrii cum columnis et basibus, tentorium in foribus vestibuli, paxillos tabernaculi et atrii cum funiculis suis, vestimenta quorum usus est in ministerio sanctuarii, vestes Aaron pontificis ac filiorum eius, ut sacrificium fungantur michi.

Egressaque omnis multitudo filiorum Israel de conspectu Moysi, obtulit mente promptissima atque devota primitias Domino ad faciendum opus tabernaculi testimonii. Quicquid ad cultum et ad vestes sanctas necessarium erat, viri cum mulieribus prebuerunt armillas et inaures, anulos et dextralia. Si quis habuit iacinctum et purpuram coccumque bistinctum, byssum et pelles arietum rubricatas, pilos caprarum, argenti et eris metalla obtulerunt Domino, lignaque sethim in varios usus. Sed et mulieres docte dederunt que neverant, iacinctum, purpuram et vermiculum ac byssum et pilos caprarum, sponte propria cuncta tribuentes. Principes vero obtulerunt lapides onichinos et gemmas ad superhumerale et rationale, aromataque et oleum ad luminaria concinnanda, et preparandum unguentum ac tymiama odoris suavissimi componendum. Omnes viri et mulieres mente devota obtulerunt donaria ut fierent opera que iusserat Dominus per manum Moysi. Cuncti filii Israel voluntaria Domino dedicaverunt. Dixitque Moyses ad filios Israel: Ecce vocavit Dominus ex nomine Beselehel filium Uri filii Hur de tribu Iuda, implevitque eum spiritu sapientie et intelligentie et scientie omni doctrina, ad excogitandum et faciendum opus in auro et argento et ere, sculpendisque lapidibus et opere carpentario quicquid fabre adinveniri potest, dedit in corde eius; Booliab quoque filium Achisamech de tribu Dan. Ambos erudivit sapientia ut faciant opera argentarii, polimitarii ac plumarii de iacincto et purpura coccoque bistincto et bysso, et texant omnia ac nova repperiant.

Fecit ergo Beselehel et Booliab et omnis vir sapiens quibus dominus dedit sapientiam et intellectum ut scirent fabre operari que in usum sanctuarii necessaria sunt, et que precepit Dominus fieri. Cumque vocasset eos Moyses et omnem eruditum virum cui dederat Dominus sapientiam et intellectum, et qui sponte sua obtulerant se ad faciendum opus, tradidit eis universa donaria filiorum Israel. Qui cum instarent operi, cotidie mane vota populus offerebat. Unde artifices venire compulsi dixerunt Moysi: Plus offert populus quam necessarium sit. Iussit ergo Moyses per preconis vocem cantare: Nec vir nec mulier quicquam ultra offerat in opere sanctuarii. Sicque cessatum est a muneribus offerendis, eo quod oblata sufficerent et superhabundarent.

Feceruntque omnes corde sapientes ad explendum opus tabernaculi cortinas x de bysso retorta et iacincto et purpura coccoque bistincto, opere vario et arte polimita, quarum una habebat in longitudine xx octo cubitos et in latitudine iiii. Una mensura erat omnium cortinarum. Coniunxitque cortinas quinque alteram alteri, et alias quinque sibi invicem copulavit. Fecit et ansas iacinctinas in ora cortine unius ex utroque latere, et in ora cortine alterius similiter, ut contra se invicem venirent anse, et mutuo iungerentur. Unde et l fudit circulos aureos qui morderent cortinarum ansas, et fieret unum tabernaculum. Fecit et saga xi de pilis caprarum ad operiendum tectum tabernaculi. Unum sagum habebat in longitudine cubitos xxx, et in latitudine cubitos iiii. Unius mensure erant omnia saga, quorum quinque iunxit seorsum et sex alia separatim. Fecit ansas l in ora sagi unius, et l in ora sagi alterius, ut sibi invicem iungerentur, et fibulas eneas l quibus necteretur tectum, ut unum pallium ex omnibus sagis fieret. Fecit et opertorium tabernaculi de pellibus arietum rubricatis, aliudque desuper velamentum de pellibus iacinctinis. Fecit et tabulas tabernaculi de lignis sethim stantes. Decem cubitorum erat longitudo tabule unius, et unum ac semis cubitum latitudo retinebat. Bine incastrature erant per singulas tabulas, ut altera alteri iungeretur. Sic fecit in omnibus tabulis tabernaculi. E quibus xx ad plagam meridianam erant contra austrum cum xl basibus argenteis. Due bases sub una tabula ponebantur ex utraque parte angulorum, ubi incastrature laterum in angulis terminantur. Ad plagam quoque tabernaculi que respicit ad aquilonem fecit xx tabulas cum xl argenteis basibus, duas bases per singulas tabulas. Contra occidentem vero, id est ad eam partem tabernaculi que mare respicit, fecit sex tabulas, et duas alias per singulos angulos tabernaculi retro, que iuncte erant deorsum usque sursum, et in una compagine pariter ferebantur. Ita fecit ex utraque parte per angulos, ut octo essent simul tabule, et haberent bases argenteas sedecim, binas scilicet bases sub angulis tabulis. Fecit et vectes de lignis sethim quinque ad continendas tabulas unius lateris tabernaculi, et quinque alias ad alterius lateris tabulas aptandas, et extra hos alios quinque vectes ad occidentalem plagam tabernaculi contra mare. Fecit quoque vectem alium qui per medias tabulas ab angulo usque ad angulum perveniret. Ipsa autem tabulata deauravit, fusis basibus earum argenteis. Et circulos eorum fecit aureos per quos vectes induci possent, quos et ipsos laminis operuit aureis.

Fecit et velum de iacincto et purpura, vermiculo ac bysso retorta opere polimitario varium atque distinctum, et iiii columnas de lignis sethim, quas cum capitibus deauravit, fusis basibus earum argenteis. Fecit et tentorium in introitu tabernaculi ex iacincto, purpura, vermiculo byssoque retorta opere plumarii, et columnas quinque cum capitibus suis, quas operuit auro, basesque earum fudit eneas. Fecit autem Beselehel et archam de lignis sethim habentem duos semis cubitos in longitudine, et cubitum ac semissem in latitudine; altitudo quoque unius cubiti fuit et dimidii. Vestivitque eam auro purissimo intus et foris. Et fecit illi coronam auream per gyrum, et conflans iiii anulos aureos per iiii angulos eius, duos anulos in latere uno et duos in altero. Vectes quoque fecit de lignis sethim, quos vestivit auro, et quos misit in anulos qui erant in lateribus arche ad portandum eam. Fecit et propitiatorium, id est oraculum, de auro mundissimo, duorum cubitorum et dimidii in longitudine, et cubito ac semisse in latitudine. Duos etiam cherubim ex auro ductili, quos posuit ex utraque parte propitiatorii: cherub unum in summitate huius partis, et cherub alterum in summitate partis alterius; duos cherubim in singulis summitatibus propitiatorii, extendentes alas et tegentes propitiatorium, seque mutuo respectantes. Fecit et mensam de lignis sethim in longitudine duorum cubitorum, et in latitudine unius cubiti, que habebat in altitudine cubitum ac semisse. Circumdeditque eam auro mundissimo, et fecit illi labium aureum per gyrum, ipsique labio coronam auream interrasilem iiii digitorum, et super eandem coronam alteram aureolam. Fudit et iiii circulos aureos quos posuit in iiii angulis per singulos pedes mense contra coronam, misitque in eos vectes ut possit mensa portari. Ipsos quoque vectes fecit de lignis sethim et circumdedit eos auro, et vasa ad diversos usus mense, acetabula, fialas, ciathos et thuribula ex auro puro, in quibus offerenda sunt libamina.

Fecit candelabrum ductile de auro mundissimo, de cuius vecte chalami, sciphi, sperule ac lilia procedebant: sex in utroque latere, tres chalami ex parte una et tres ex altera; tres sciphi in nucis modum per chalamos singulos, sperulеque et lilia, et tres sciphi instar nucis in chalamo altero, sperulеque simul et lilia. Equum erat opus sex chalamorum qui procedebant de stipite candelabri. In ipso autem vecte erant iiii sciphi in nucis modum, sperulеque per singulos et lilia. Et sperule sub duobus chalamis per loca tria, qui simul sex fiunt chalami procedentes de vecte uno. Et sperule igitur et chalami ex ipso erant, universa ductilia ex auro purissimo.
II.
Fecit et lucernas vii cum emunctoriis suis, et vasa ubi ea que emuncta sunt extinguebantur, de auro mundissimo. Talentum auri appendebat candelabrum cum omnibus vasis suis. Fecit et altare tymiamatis de lignis sethim, habens per quadrum singulos cubitos et in altitudine duos, e cuius angulis procedebant cornua. Vestivitque illud auro purissimo cum craticula et parietibus et cornibus. Fecitque ei coronam auream per gyrum, et duos anulos aureos sub corona per singula latera, ut mittantur vectes in eos et possit altare portari. Ipsos autem vectes fecit de lignis sethim et operuit laminis aureis. Apposuit oleum ad sanctificandum unguentum, et tymiama de aromatibus mundissimis opere pigmentarii. Fecit altare holocausti de lignis sethim quinque cubitorum per quadrum et trium in altitudine, cuius cornua de angulis procedebant, operuitque laminis eneis. Et in usus eius paravit vasa ex ere diversa, lebetas, forcipes, fuscinulas, uncinos et ignium receptacula. Craticulamque eius in modum retis fecit eneam, et subter eam in altaris medio arulam. Fusis iiii anulis per totidem retiaculi summitates ad immittendos vectes ad portandum, quos et ipsos fecit de lignis sethim et operuit laminis eneis, induxitque in circulos qui in altaris lateribus eminebant. Ipsum autem altare non erat solidum, sed cavum ex tabulis et intus vacuum. Fecit et labrum eneum cum basi sua de speculis mulierum que excubabant in ostio tabernaculi, et atrium in cuius australi plaga erant tentoria de bysso retorta cubitorum c. Columne enee xx cum basibus suis; capita columnarum et tota operis celatura argentea.

Eque ad septentrionalem plagam tentoria, columne, basesque et capita

columnarũ ei dẽ mensure & opis ac metalli erant. In eã ũ plagã
que occidentẽ respicit fuere tentoria cubitor. l. columne x. cũ ba
sib: suis eneę & capita columnar celatur argentea. Porro contra
orientẽ l. cubitor. parauit tentoria. e qb: xv cubitos columnar
triũ cũ basib: suis unum tenebat latus. & in parte altera q̃ utraq:
introitum tabnaculi facit. Quindeci eque cubitor. erant tentoria
columne tres & bases totidẽ. Cuncta aũ tentoria byssus retorta
texuerat. Bases columnar fuere eneę. capita aũ earum cũ celaturis
suis argentea. sed & ipsas columnas atrii uestiuit argento. & i in
troitu eius ope plumario. Fecit tentorium ex iacincto. purpura uer
miculo ac bysso retorta q̃d habebat xx. cubitos in longitudine.
Altitudo q̃q: quinq: cubitor. erat: iuxta mensuram q̃m cuncta atrii
habebant tentoria. Columnę aũ in ingressu fuere iiii cũ basib: eneis
capita earũ & celaturę argenteę. Paxillos q̃q: tabnaculi & atrii
p girum fecit eneos. ⁊
lxxx Hec sunt instrumta tabnaculi testimonii que numerata sunt iuxta p
ceptũ moysi in cerimonias leuitarũ p manum ithamar filii aaron sa
cerdotis. que beselehel filius uri filii ur de tribu iuda dño p moyse
iubente compleuerat iuncto sibi socio ooliab filio achisamech de
tribu dan. qui & ipse artifex lignor. egregi fuit. & polimitarius
atq: plumari ex iacincto. purpura. uermiculo ac bysso. Omne au
rũ q̃d expensum ẽ in ope sciarii. & q̃d oblatum in donariis xx viiii.
talentor. fuit. & septingentor. xxx siclor. ad mensuram sciarii.
Oblatum ẽ aũ ab his qui transierunt ad numerũ a xx annis ⁊ sup
de sexcentis trib: milib: & q̃ngentis l. armator. Fuerẽ pterea
c. talenta argenti. e quib: conflatę sunt bases sciarii & introitus
ubi uelum pendet. Centum bases factę sunt de talentis c. singulis
talentis p bases singulas supputatis. De mille aũ septingentis &
septuaginta quinq: fecit capita columnar. quas & ipsas uestiuit ar
gento. Eris q̃q: oblata sunt talenta lxx duo milia. & q̃dringenti
supra duo sicli ex quib: fusę sunt bases in introitu tabnaculi testi
monii. & altare eneũ cum craticula sua. omniaq: uasa que ad usũ
eius ptinent. & bases atrii tam in circuitu q̃m in ingressu ei. & pa
xilli tabnaculi atq: atrii p girum. De iacincto ũ ac purpura uer
miculo ac bysso fecit uestes quib: indueretur aaron q̃ndo ministrabat in
scis. sicut pcepit dominus moysi. ⁊
Fecit ĩg sup humerale de auro iacincto & purpura. coccoq: bistincto
& bysso retorta ope polimitario. Inciditq: bratheas aureas & ex
tenuauit in fila ut possint torqueri cum prior. color. subtemine. du
asq: oras sibi inuicem copulatas in utroq: latere summitatũ. & balteũ
ex hisdẽ colorib: sic pceperat dñs moysi. Parauit & duos lapidẽs
onichinos astrictos & inclusos auro & sculptos arte gemmaria
nominib: filior. isrl. sic pcepat dñs moysi. Fecit & rationale ope
polimito iuxta opus sup humeralis ex auro iacincto. purpura. coc
coq: bistincto & bysso retorta quadrangulum duplex mensurę pal
mi. & posuit in eo gemmarũ ordines iiii. In pmo uersu erat sardi.
topazius. zmaragđ. In scđo carbunculus. saphirus. iaspis. i tercio
ligurius. achates. ametistus. In q̃rto chrisolitus. onichinus. & berill.
circumdati & inclusi auro p ordines suos. Ipsiq: lapides sculpti
erant xii nominib: xii tribuũ isrl. singuli p nomina singulor.
Fecerunt in rationali catenulas sibi inuicẽ coherentes. de auro
purissimo & duos uncinos. totidẽ anulos aureos. Porro anu
los posuerũt in utroq: latere rationalis. e quib: due penderent ca
tene auree quas inseruerũt uncinis qui in sup humeralis angulis
eminebant. Hec & an & retro conueniebant sibi. ut sup hume
rale & rationale mutuo necterentur stricta ad balteũ ex anulis for
tius copulata. q̃s iungebat uitta iacinctina ne laxe fluerent ⁊ a se
inuicẽ mouerentur. sicut pcepat dñs moysi. ⁊
Fecit q̃q: tunicã sup humeralis totã iacinctinã & capitiũ in supio
ri parte contra medium. oramq: capitii p girũ textilem. deorsũ aũt
ad pedes mala punica ex iacincto. purpura. uermiculo. ac bysso
retorta. & tintinnabula de auro mundissimo. q̃ posuerũt int
mala granata. in extrema parte tunicę p girũ. tintinnabulũ
aureum & malũ punicũ quib: ornatus incedebat pontifex q̃ndo
ministerio fungebatur sic pcepat dñs moysi. Fecerũt & tunicas
byssinas ope textili aaron & filiis ei. & mitras cũ coronulis suis
ex bysso. Feminalia q̃q: linea byssina. cingulũ ũ de bysso re
torta. iacincto. purpura. uermiculo. distinctum arte plumaria
sic pcepat dñs moysi. Fecerũt & laminã sacrę uenerationis de
auro purissimo scripseruntq: in ea ope gemmario scm̃ dñi. & stri
xerunt eã cũ mitra uitta coccinea. sic pcepat dñs moysi. Pfectũ
ĩg omne opus tabnaculi & tecti testimonii. Feceruntq: filii isrl oĩa
que pcepat dñs moysi. & obtulerũt tabnaculũ & tectũ & uni
uersam suppellectilẽ. anulos. tabulas. uectes. columnas ⁊ bases
opertoriũ de pellib: arietũ rubricatis. & aliud opimtũ de iacinc
tinis pellib: uelum. archã. uectes. ppiciatorium. mensã cũ uasis &
ppositionis panib: candelabrum. lucernas. & utensilia ear cũ oleo
altare aureũ & unguentũ. tymiama ex aromatib: & tentoriũ in
introitu tabnaculi. altare aureũ. retiaculum. uectes. & uasa eĩ omnia.
labrũ cum basi sua. tentoria atrii. & columnas cum basib: suis. ten
torium in introitu atrii. funiculosq: illius & paxillos. Nichil ex
uasis defuit que in ministeriũ tabnaculi & in tectũ federis iussa st
fieri. Uestes q̃q: quib: sacerdotes utuntur in sctuario aaron scilicet
& filii eius obtulerunt filii isrl sicut pcepat dñs moysi. Que pq̃m
moyses cuncta uidit expleta. benedixit eis. ⁊
Locutusq: est dñs ad moysen dicẽs. Mense pmo die mensis prima eriges
tabnaculum testimonii. & pones i eo archam dimittesq: an illam ue
lum. & inlata mensam pones sup ea. que rite pcepta sunt. Cande
labrum stabit cum lucernis suis. & altare aureũ in q̃ adoletur in
censum corã archa testimonii. Tentorium in introitu tabnaculi
pones. & an illud altare holocausti. labrum int altare & tabna
culum q̃d implebis aqua. circumdabisq: atrium tabnaculi ⁊ ten
toriũ & ingressum. & assumpto unctionis oleo ungues tabnaculũ
cũ uasis suis ut scificentur. Altare holocausti & omĩa ei uasa. labrũ
cum basi sua. omĩa unctionis oleo consecrabis. ut sint scã scõr. Ap
plicabisq: aaron & filios eius ad fores tabnaculi testimonii & lotos
aqua indues scis uestib: ut ministrent m̃. & unctio eor. i sacdotiũ
pficiat sempitnũ. Fecitq: moyses omĩa que pcepat dñs. ⁊
Igitur mense pmo anni scđi prima die mensis collocatũ est tabnaculũ. ere
xitq: illud moyses & posuit tabulas ac bases & uectes. statuitq: co
lumnas. & expandit tectum sup tabnaculum. inposito desup opimen
to. sic dominus impauerat. Posuit & testimonium in archa subdi
tis infra uectib: & oraculũ desup. Cũq: intulisset archã in tabnacu
lum appendit an eã uelum ut expleret domini iussionẽ. Posuit &
mensam in tabnaculo testimonii ad plagã septentrionalẽ extra uelum
ordinatis corã ppositionis panib: sic pcepat dñs moysi. Posuit
& candelabrum in tabnaculo testimonii e regione mense a parte austra
li. locatis q: p ordinẽ lucernis iuxta pceptum domini. Posuit & altare
aureũ sub tecto testimonii contra uelum. & adoleuit sup eo incensum aro
matum. sic pcepat dominus. Posuit & tentorium in introitu tabna
culi. & altare holocausti in uestibulo testimonii. offerens in eo holocaustũ
& sacrificia. ut dominus impauerat. Labrum q̃q: statuit int tabnaculum
testimonii & altare. implens illud aqua. Lauerũtq: moyses & aaron
ac filii eius manus suas ac pedes cum ingrederentur tectũ federis & accede
rent ad altare sic pcepat dominus. Erexit & atrium p girum tabnaculi
& altaris. ducto in introitu ei tentorio. Postq̃m cuncta pfecta st opuit
nubes tabnaculum testimonii. & glã domini impleuit illud. nec poterat
moyses ingredi tectum federis nube opiente omnia & maiestate dñi
coruscante quia cuncta nubes opuerat. Siq̃ndo nubes tabnaculũ
deserebat: pficiscebantur filii isrl p turmas suas. si pendebat desup.
manebant in eodẽ loco. Nubes quippe incubabat p die tabnaculo
& ignis in nocte uidentib: ppłis isrl p cunctas mansiones suas. Expt Exodus.

INCIPIT·LIBER·LEVITICVS·M·
DR·UAGEKRA·

VOCAVIT·AVTẼ·MOYSEN·ET·LOCVTVS·E·EI·
dominus de tabnaculo testimonii dicens. Loquere filiis isrl & di
ces ad eos. Homo qui obtulerit ex uobis hostiã domino de peco
rib: id est de bub: & de ouib: offerens uictimas si holocaustum
fuerit ei oblatio. ac de armento masculum inmaculatũ anniculum
offeret. an ostium tabnaculi testimonii ad placandũ sibi dñm. po
netq: manus sup caput hostię & acceptabilis erit. atq: in expia
tionem eius pficiens. immolabitq: uitulum corã dño. & offerent
filii aaron sacerdotis sanguinẽ eius fundentes p altaris circuitũ
q̃d ẽ an ostium tabnaculi. detractaq: pelle hostię artus i frusta
concident. & subicient in altari ignem. strue lignor. composita.
& membra que cesa sunt desup ordinantes. caput uidelicet &
cuncta que adherent iecori. intestinis & pedib: lotis aqua. ado
lebitq: ea sacerdos desup altare in holocaustum & suauem odorẽ
dño. Quod si de pecorib: oblatio ẽ. de ouib: siue de capris holocau
stum. anniculum & absq: macula offeret. Immolabitq: ad latus
altaris q̃d respicit ad aquilonẽ coram domino. sanguinẽ ũ illius
fundent sup altare filii aaron p circuitum. diuidentq: membra &
omnia que adherent iecori. & imponent sup ligna quib: subicien
dus ẽ ignis. Intestina ũ & pedes lauabit aqua. & oblata omnia
adolebit sacerdos sup altare in holocaustum & odorẽ suauissimũ
domino. Si aũ de auib: holocausti oblatio fuerit dño. de turturib:
& pullis columbe. offeret eã sacerdos ad altare. & retorto ad
collum capite ac rupto uulneris loco decurrere faciat sanguinẽ
sup altaris crepidinẽ. uesiculã ũ gutturis & plumas piciet corãm
altare ad orientalẽ plagã in loco in quo cineres effundi solent. con
fringet q: ascellas eius. & n secabit nec ferro diuidet ea. & ado
lebit sup altare lignis igne subposito. Holocaustum ẽ & oblatio
suauissimi odoris dño. ⁊
Anima cum obtulerit oblationẽ sacrificii domino. simila erit eĩ obla
tio. fundetq: sup eam oleum ac ponet thus. ac deferet ad filios
aaron sacerdotis quor. unus tollet pugillum plenum similę & olei
ac totum thus. & ponet memoriale sup altare in odore suauissi
mum domino. q̃d aũ reliquum fuerit de sacrificio. erit aaron &
filior. ei. scm̃ scõr. de oblationib: dño. Cum aũ obtuleris sacri
ficium coctũ in clibano de simila panes scilicet absq: fermento ⁊
spsos oleo & lagana azima oleo lita. Si oblatio tua fuerit de sar
tagine similę conspsę oleo & absq: fermento diuides eam minutatim
& fundes sup oleum. sin aũ de craticula sacrificium eque simila
oleo consp̃geteur. quã offerens dño trades manib: sacerdotis.
Qui cum obtulerit eã. tollet memoriale de sacrificio. & adolebit
sup altare in odore suauissimũ domino. Quicq̃d aũ reliquũ est
erit aaron & filior. ei. scm̃ scõr. de oblationib: domini. Omnis
oblatio que offeretur dño. absq: fermento fiet. nec quicq̃m fermenti
ac mellis adolebitur in sacrificio domini. Primitias tantũ eor. offe
retis & munera. sup altare ũ n imponentur in odorem suauitatis.
Quicq̃d obtuleris sacrificii sale condies. nec auferas sal federis dei

tui de sacrificio tuo. In omni oblatione offeres sal. Si autem obtuleris munus primitiarum frugum tuarum domino de spicis adhuc virentibus: torrebis eas igni et confringes in modum farris. et sic offeres primitias tuas domino fundens supra oleum et thus inponens quia oblatio domini est. de qua adolebit sacerdos in memoriam muneris partem farris fracti et olei ac totum thus. Quod si hostia pacificorum erit eius oblatio. et de bubus voluerit offerre marem vel feminam. immaculata offeret domino. ponetque manus super caput victime sue. que immolabitur in introitu tabernaculi. fundentque filii aaron sacerdotis sanguinem per circuitum altaris. et offerent de hostia pacificorum in oblationem domino adipem qui operit vitalia. et quicquid pinguedinis intrinsecus est. renes cum adipe quo teguntur ilia. et reticulum iecoris cum renunculis. adolebuntque ea super altare in holocaustum lignis igne subposito in oblationem suavissimi odoris domino. Si vero de ovibus fuerit eius oblatio et pacificorum hostia. sive masculum sive feminam obtulerit. immaculata erunt. Si agnum obtulerit coram domino. ponet manum super caput victime sue. que immolabitur in vestibulo tabernaculi testimonii. fundentque filii aaron sanguinem eius per altaris circuitum. et offerent de pacificorum hostia sacrificium domino. adipem et caudam totam cum renibus: et pinguedinem que operit ventrem atque universa vitalia. et utrumque renunculum cum adipe qui est iuxta ilia. reticulumque iecoris cum renunculis. et adolebit ea sacerdos super altare in pabulum ignis et oblationis domini. Si capra fuerit eius oblatio. et obtulerit eam domino. ponet manum suam super caput eius. immolabitque eam in introitu tabernaculi testimonii. et fundent filii aaron sanguinem eius per altaris circuitum. tollentque ex ea in pastum ignis dominici. adipem qui operit ventrem et qui tegit universa vitalia. et utrumque renunculum cum reticulo quod est super eos iuxta ilia. et arvinam iecoris cum renunculis. adolebitque ea sacerdos super altare in alimonia ignis. et suavissimi odoris. Omnis adeps domini erit iure perpetuo in generationibus et cunctis habitaculis vestris. nec adipem. nec sanguinem omnino comedetis. Adipes quibus pecus advolvitur. et pinnicule iecoris offerantur super altare.

Locutusque est dominus ad moysen dicens. Loquere filiis israel. Anima que peccaverit per ignorantiam. et de universis mandatis domini que precepit ut non fierent quippiam fecerit. si sacerdos qui est unctus peccaverit delinquere faciens populum. offeret pro peccato suo vitulum inmaculatum domino. et adducet illum ad ostium tabernaculi testimonii coram domino. ponetque manum super caput eius. et immolabit eum domino. Hauriet quoque de sanguine vituli inferens illud in tabernaculum testimonii. Cumque intinxerit digitum in sanguine asperget eo septies coram domino contra velum sanctuarii. ponetque de eodem sanguine super cornua altaris thymiamatis gratissimi domino. quod est in tabernaculo testimonii. Omnem autem reliquum sanguinem fundet in basim altaris holocausti in introitu tabernaculi. et adipem vituli offeret pro peccato. tam eum qui operit vitalia. quam omnia que intrinsecus sunt. duos renunculos et reticulum quod est super eos iuxta ilia. et adipem iecoris cum renunculis sicut aufertur de vitulo hostie pacificorum. et adolebit ea super altare holocausti. Pellem vero et omnes carnes cum capite et pedibus et intestinis et fimo et reliquo corpore efferet extra castra. in locum mundum ubi cineres effundi solent. incendetque ea super lignorum struem. que in loco effusorum cinerum cremabuntur. Quod si omnis turba israel ignoraverit et per inprudentiam fecerit quod contra mandatum domini est. et postea intellexerit peccatum suum. offeret vitulum pro peccato adducetque eum ad ostium tabernaculi. et ponent presbyteri populi manus super caput eius coram domino. Immolatoque vitulo inferet sacerdos qui unctus est de sanguine eius in tabernaculum testimonii. Tincto digito aspergens septies contra velum. Ponetque de eodem sanguine in cornibus altaris quod est coram domino in tabernaculo testimonii. reliquum autem sanguinem fundet iuxta basim altaris holocaustorum. quod est in ostio tabernaculi testimonii. Omnemque adipem eius tollet et adolebit super altare. sic faciens et de hoc vitulo quomodo fecit et prius. et rogante pro eis sacerdote propitius erit dominus. Ipsum autem vitulum efferet extra castra atque comburet sicut et priorem vitulum. quia pro peccato est multitudinis.

Si peccaverit princeps et fecerit unum e pluribus per ignorantiam quod domini lege prohibetur. et postea intellexerit peccatum suum. offeret hostiam domino hyrcum de capris inmaculatum. ponetque manum suam super caput eius. Cumque immolaverit eum in loco ubi solet mactari holocaustum coram domino quia pro peccato est. tinguet sacerdos digitum in sanguine hostie pro peccato. tangens cornua altaris holocausti. et reliquum fundens ad basim eius. Adipem vero adolebit supra sicut in victimis pacificorum fieri solet. rogabitque pro eo et pro peccato eius. et dimittetur ei. Quod si peccaverit anima per ignorantiam de populo terre. ut faciat quicquam ex his que lege domini prohibentur. atque delinquat. et cognoverit peccatum suum. offeret capram inmaculatam. ponetque manum super caput hostie que pro peccato est. et immolabit eam in loco holocausti. tolletque sacerdos de sanguine in digito suo. et tangens cornua altaris holocausti. reliquum fundet ad basim eius. Omnem auferens adipem sicut auferri solet de victimis pacificorum. adolebit super altare in odorem suavitatis domino. rogabitque pro eo. et dimittetur ei. Sin autem de pecoribus obtulerit victimam pro peccato ovem scilicet inmaculatam. ponet manum super caput eius. et immolabit eam in loco ubi solent holocaustorum cedi hostie. sumetque sacerdos de sanguine eius digito suo. et tangens cornua altaris holocausti. reliquum fundet ad basim eius. Omnem quoque auferens adipem sicut auferri solet adeps arietis qui immolatur pro pacificis. cremabit super altare in incensum domini. rogabitque pro eo et pro peccato eius. et dimittetur ei. Si peccaverit anima et audierit vocem iurantis testisque fuerit quod aut ipse vidit. aut conscius est nisi indicaverit. portabit iniquitatem suam. Anima que tetigerit aliquid inmundum. sive quod occisum est a bestia. aut per se mortuum. vel quodlibet aliud reptile. et oblita fuerit inmunditie sue. rea est et deliquit. Et si tetigerit quicquam de inmunditia hominis iuxta omnem inpuritatem qua pollui solet. oblitaque fuerit inmunditie sue rea est et deliquit. cognoverit postea subiacebit delicto. Anima que peccaverit vel iuraverit et protulerit labiis suis. ut vel male quid faceret vel bene. et idipsum iuramento et sermone firmaverit. oblitaque fuerit postea intellexerit delictum suum. agat penitentiam pro peccato et offerat agnam de gregibus sive capram. orabitque pro eo sacerdos et pro peccato eius. Sin autem non potuerit offerre pecus. offerat duos turtures vel duos pullos columbarum domino. unum pro peccato. et alterum in holocaustum. dabitque eos sacerdoti. Qui primum offerens pro peccato retorquebit caput eius ad pennulas. ita ut collo hereat. et non penitus abrumpatur. et asperget de sanguine eius parietem altaris. Quicquid autem reliquum fuerit faciet distillare ad fundamentum eius quia pro peccato est. alterum vero adolebit in holocaustum ut fieri solet. rogabitque pro eo sacerdos et pro peccato eius. et dimittetur ei. Quod si non quiverit manus eius offerre duos turtures vel duos pullos columbe offeret pro peccato similam partem ephi decimam. Non mittet in eam oleum nec thuris aliquid inponet. quia pro peccato est. tradetque eam sacerdoti. Qui plenum ex ea pugillum hauriens cremabit super altare in monimentum eius qui obtulit rogans pro illo et expians. reliquam vero partem ipse habebit in munere.

Locutusque est dominus ad moysen dicens. Anima si prevaricans ceremonias per errorem in his que domino sunt sanctificata peccaverit. offeret pro delicto suo arietem inmaculatum de gregibus qui emi potest duobus siclis iuxta pondus sanctuarii. ipsumque quod intulit damni restituet. et quintam partem ponet supra tradens sacerdoti. qui rogabit pro eo offerens arietem et dimittetur ei. Anima si peccaverit per ignorantiam et fecerit unum ex his que domini lege prohibentur. et peccati rea intellexerit iniquitatem suam. offeret arietem inmaculatum de gregibus sacerdoti. iuxta mensuram estimationemque peccati. Qui orabit pro eo quod nesciens fecerit. et dimittetur ei quia per errorem deliquit in dominum.

Locutus est dominus ad moysen dicens. Anima que peccaverit et contempto domino negaverit depositum proximo suo quod fidei eius creditum fuerat. vel vi aliquid extorserit. aut calumniam fecerit sive rem perditam invenerit et inficians insuper et peieraverit. et quodlibet aliud ex pluribus fecerit in quibus peccare solent homines. convicta delicti reddet omnia que per fraudem voluit obtinere integra. et quintam insuper partem domino cui damnum intulerat. pro peccato autem suo offeret arietem inmaculatum de grege. et dabit eum sacerdoti iuxta estimationem mensuramque delicti. Qui rogabit pro eo coram domino. et dimittetur illi pro singulis que faciendo peccavit.

Locutusque est dominus ad moysen dicens. Precipe aaron et filiis eius. Hec est lex holocausti. Cremabitur in altari tota nocte usque mane. ignis ex eodem altari erit. Vestietur sacerdos tunica et feminalibus lineis. tolletque cineres quos vorans ignis exussit. et ponens iuxta altare spoliabitur prioribus vestimentis. indutusque aliis efferet eos extra castra et in loco mundissimo usque ad favillam consumi faciat. Ignis autem in altari semper ardeat. quem nutriet sacerdos subiciens ligna mane per singulos dies. et imposito holocausto desuper adolebit adipes pacificorum. Ignis est iste perpetuus. qui numquam deficiet in altari. Hec est lex sacrificii et libamentorum. que offerent filii aaron coram domino et coram altari. Tollet sacerdos pugillum simile que conspersa est oleo et totum thus quod est super similam. adolebitque illud in monimentum odoris suavissimi domino. Reliquam autem partem simile comedet aaron cum filiis suis absque fermento. et comedet in loco sanctuarii tabernaculi. Ideo non fermentabitur. quia pars eius in domini offertur incensum. Sanctum sanctorum erit sicut pro peccato. ita et pro delicto. Mares tantum stirpis aaron comedent illud. Legitimum sempiternum est in generationibus vestris de sacrificiis domini. Omnis qui tetigerit illa sanctificabitur.

Et locutus est dominus ad moysen dicens. Hec est oblatio aaron et filiorum eius. quam offerre debent domino in die unctionis sue. Decimam partem ephi offerent similam in sacrificio sempiterno. medium eius mane. et medium eius vespere. que in sartagine oleo conspersa frigetur. Offeret autem eam calidam in odorem suavissimum domino sacerdos qui iure patri successerit. et tota cremabitur in altari. Omne enim sacrificium sacerdotum igne consumetur. nec quisquam comedet ex eo.

Locutus est dominus ad moysen dicens. Loquere aaron et filiis eius. Ista est lex hostie pro peccato. In loco ubi offertur holocaustum immolabitur coram domino sanctum sanctorum. Sacerdos qui offert comedet eam in loco sancto in atrio tabernaculi. Quicquid tetigerit carnes eius sanctificabitur. Si de sanguine illius vestis fuerit aspersa. lavabitur in loco sancto. vas autem fictile in quo cocta est confringatur. Quod si vas eneum fuerit defricabitur et lavabitur aqua. Omnis masculus de genere sacerdotali vescetur carnibus eius. quia sanctum sanctorum est. Hostia enim que ceditur pro peccato cuius sanguis infertur tabernaculum testimonii ad expiandum in sanctuario non comedetur. sed comburetur igni. Hec est lex hostie pro delicto sancta sanctorum est. Idcirco ubi immolatur holocaustum. mactabitur et victima pro delicto. Sanguis eius per girum fundetur altaris. Offerent ex ea caudam et adipem qui operit vitalia. duos renunculos et pinguedinem que iuxta ilia est. reticulumque iecoris cum renunculis. et adolebit ea sacerdos super altare. incensum est domini pro delicto. Sanguis eius per girum fundetur. Omnis masculus de sacerdotali genere in loco sancto vescetur his carnibus quia sanctum sanctorum est. Sicut pro peccato offertur hostia. ita et pro delicto. Utriusque hostie lex una erit. ad sacerdotem qui eam obtulerit pertinebit. Sacerdos qui offert holocausti victimam habebit pellem eius. et omne sacrificium simile quod coquitur in clibano. et quicquid in craticula vel in sartagine preparatur erit sacerdotis a quo offertur sive oleo conspersa. sive arida fuerit. cunctis filiis aaron equa mensura per singulos dividetur. Hec est lex pacificorum hostie que offertur domino. Si pro gratiarum actione fuerit oblatio. offerent panes absque fermento conspersos oleo et lagana azima uncta oleo. coctamque similam et collyridas olei admixtione conspersas. panes quoque fermentatos cum hostia gratiarum que immolatur pro pacificis. ex quibus unus pro primitiis offeretur domino et erit sacerdotis qui fundet hostie sanguinem. Cuius carnes eadem comedentur die nec remanebit ex eis quicquam usque mane. Si voto vel sponte quisquam obtulerit hostiam. eadem similiter edetur die.
12 Sed et si quid in crastinum remanebit vesci licitum est. Quicquid autem tercii invenerit dies ignis absumet. Si quis de carnibus victime pacificorum die tercio comederit. irrita fiet oblatio nec proderit offerenti. quin potius quecumque anima tali se edulio contaminaverit. prevaricationis rea erit. Caro que aliquid tetigerit inmundum non comedetur sed comburetur igni. Qui mundus fuerit vescetur ex ea. Anima polluta que ederit de carnibus hostie pacificorum que oblata est domino peribit de populis suis. et que tetigerit inmunditiam hominis vel iumenti sive omnis rei que polluere potest et comederit de huiuscemodi carnibus: interibit de populis suis.

Locutus est dominus ad moysen dicens. Loquere filiis israel. Adipem bovis et X.
ovis et capre non comedetis. Adipem cadaveris morticini. et eius animalis quod a bestia captum est habebitis in usus varios. Si quis adipem qui offerri debet in incensum domini comederit. peribit de populo suo. Sanguinem quoque omnis animalis non sumetis in cibo. tam de avibus quam de pecoribus. Omnis anima que ederit sanguinem peribit de populis suis. Locutus est dominus ad moysen dicens. Loquere filiis israel. Qui offert victimam pacificorum domino. offerat simul et sacrificium id est libamenta eius. Tenebit in manibus adipem hostie et pectusculum. Cumque ambo oblata domino consecraverit. tradet sacerdoti. Qui adolebit adipem super altare. pectusculum autem erit aaron et filiorum eius. Armum quoque dextrum de pacificorum hostiis cedet in primitias sacerdotis. Qui obtulerit sanguinem et adipem filiorum aaron. ipse habebit et armum dextrum in portione sua. Pectusculum enim elevationis et armum separationis tuli a filiis israel de hostiis eorum pacificis et dedi aaron sacerdoti ac filiis eius lege perpetua ab omni populo israel.

Hec est unctio aaron et filiorum eius in ceremoniis domini die qua obtulit eos moyses ut sacerdotio fungerentur. et que precepit dari eis dominus a filiis israhel religione perpetua in generationibus suis. Ista est lex holocausti et sacrificii pro peccato atque delicto, et pro consecratione, et pacificorum victimis quas constituit dominus moysi in monte synai. quando mandavit filiis israhel ut offerrent oblationes suas domino in deserto synai. 2.

Locutusque est dominus ad moysen dicens. Tolle aaron cum filiis suis. vestes eorum et unctionis oleum. vitulum pro peccato et duos arietes. canistrum cum azimis. et congregabis omnem cetum ad ostium tabernaculi. Fecit moyses ut dominus imperaverat. congregataque omni turba ante fores ait. Iste est sermo quem iussit dominus fieri. Statimque obtulit aaron et filios eius. Cumque lavasset eos. vestivit pontificem subucula linea accingens eum balteo. et induens tunica iacinctina. et desuper humerale imposuit quod astringens cingulo aptavit rationale in quo erat doctrina et veritas. cydarim quoque texit caput. et super eam contra frontem posuit laminam auream. consecratam in sanctificatione sicut preceperat ei dominus. Tulit et unctionis oleum quo levit tabernaculum cum omni supellectili sua. Cumque sanctificans aspersisset altare. vii vicibus unxit illud et omnia vasa eius. labrumque cum basi sua sanctificavit oleo. quod fundens super caput aaron unxit eum et consecravit. filios quoque eius oblatos vestivit tunicis lineis. et cinxit balteo imposuitque mitras ut iusserat dominus. Cumque super caput eius posuissent aaron et filii eius manus suas. immolavit eum hauriens sanguinem et tincto digito tetigit cornua altaris per girum. Quo expiato et sanctificato fudit reliquum sanguinem ad fundamenta eius. adipem autem qui erat super vitalia et reticulum iecoris duosque renunculos cum arvinulis suis adolevit super altare vitulum cum pelle carnibus et fimo cremans extra castra sicut preceperat dominus. Obtulit et arietem in holocaustum super cuius caput cum imposuissent aaron et filii eius manus suas immolavit eum. et fudit sanguinem eius super altare per circuitum. ipsumque arietem in frusta concidens caput eius et artus et adipem adolevit igni. lotis prius intestinis et pedibus. totumque simul arietem incendit super altare. eo quod esset holocaustum suavissimi odoris domino. sicut preceperat ei. Obtulit et arietem secundum in consecratione sacerdotum. posueruntque super caput illius aaron et filii eius manus suas. Quem cum immolasset moyses sumens de sanguine tetigit extremum auricule dextre aaron et pollicem manus eius dextre. similiter et pedis. Obtulit et filios aaron. Cumque de sanguine immolati tetigisset extremum auricule singulorum dextre et pollices manus et pedis dextri. reliquum fudit super altaris circuitum. adipem vero et caudam omnemque pinguedinem que operit intestina. reticulumque iecoris et duos renes cum adipibus suis et armum dextrum separavit. Tollens autem de canistro azimorum quod erat coram domino. panem absque fermento et collyridam conspersam oleo. laganumque posuit super adipes. et armum dextrum separavit. tradens simul omnia aaron et filiis eius. Qui postquam levaverunt ea coram domino. rursum suscepta de manibus eorum adolevit super altare holocausti, eo quod consecrationis esset oblatio in odorem suavitatis sacrificii domini. Tulit et pectusculum elevans illud coram domino de ariete consecrationis in partem suam. sicut preceperat dominus. Assumensque unguentum et sanguinem qui erat in altari aspersit super aaron et vestimenta eius. et super filios eius. et vestimenta eorum. Cumque sanctificasset eos in vestitu suo. precepit eis dicens. Coquite carnes ante fores tabernaculi. et ibi comedite eas. Panes quoque consecrationis edite qui positi sunt in canistro. sicut precepit michi dominus dicens. Aaron et filii eius comedent eos. quicquid autem reliquum fuerit de carne et panibus ignis absumet. De ostio quoque tabernaculi non exibitis septem diebus: usque ad diem quo complebitur tempus consecrationis vestre. Septem enim diebus finitur consecratio sicut et in presentiarum factum est. ut ritus sacrificii compleretur. Die ac nocte manebitis in tabernaculo observantes custodias domini ne moriamini. Sic enim michi preceptum est. 2.

Feceruntque aaron et filii eius cuncta que locutus est dominus per manum moysi. Facto autem octavo die vocavit moyses aaron et filios eius. et maiores natu israhel. dixitque ad aaron. Tolle de armento vitulum et arietem in holocaustum utrosque immaculatos. et offer illos coram domino. Et ad filios israhel loqueris. Tollite hyrcum pro peccato et vitulum atque agnum anniculum et sine macula in holocaustum. bovem et arietem pro pacificis et immolate eos coram domino. in sacrificio singulorum. offerentes similam oleo conspersam. Hodie enim dominus apparebit vobis. Tulerunt ergo cuncta que iusserat moyses ad ostium tabernaculi. Ubi cum staret omnis multitudo. ait moyses. Iste est sermo quem precepit dominus. Facite et apparebit gloria domini. Dixitque ad aaron. Accede ad altare et immola pro peccato tuo. offer holocaustum et deprecare pro te. et pro populo. Cumque mactaveris hostiam populi. ora pro eo sicut precepit dominus. Statimque accedens aaron ad altare immolavit vitulum pro peccato suo. cuius sanguinem obtulerunt filii sui in quo tinguens digitum tetigit cornua altaris. et fudit residuum ad basim eius. adipemque et renunculos ac reticulum iecoris que sunt pro peccato adolevit super altare sicut preceperat dominus moysi. carnem vero et pellem eius extra castra combussit igni. Immolavit et holocausti victimam. obtuleruntque ei filii sui sanguinem eius. quem fudit per altaris circuitum. Ipsam etiam hostiam in frusta concisam cum capite et membris singulis obtulerunt. que omnia super altare cremavit igni. lotis prius aqua intestinis et pedibus. Et pro peccato populi offerens mactavit hyrcum expiatoque altare fecit holocaustum addens in sacrificio libamenta que pariter offeruntur. et adolens ea super altare absque ceremoniis holocausti matutini. Immolavit et bovem atque arietem. hostias pacificas populi. Obtuleruntque ei filii sui sanguinem quem fudit super altare in circuitu. adipes autem bovis et caudam arietis renunculosque cum adipibus suis. et reticulum iecoris posuerunt super pectora. Cumque cremati essent adipes in altari. pectora eorum et armos dextros separavit aaron elevans coram domino. sicut preceperat moyses. Et extendens manum contra populum. benedixit eis. Sicque completis hostiis et holocaustis pro peccato et pacificis descendit. Ingressi autem moyses et aaron tabernaculum testimonii. et deinceps egressi benedixerunt populo. 2.

Apparuitque gloria domini omni multitudini. et ecce ignis egressus est a domino. devoravit holocaustum et adipes qui erant super altare. Quod cum vidissent turbe laudaverunt dominum. ruentes in facies suas. Arreptisque nadab et abiu filii aaron thuribulis suis posuerunt ignem et incensum offerentes coram domino. ignem alienum quod eis preceptum non erat. Egressusque est ignis a domino devoravit eos. mortuique sunt coram domino. Dixitque moyses ad aaron. Hoc est quod locutus est dominus. Sanctificabor in his qui appropinquant michi. et in conspectu omnis populi glorificabor. Quod audiens tacuit aaron. Vocans autem moyses misaelem et helsaphan filios ozihel patrui aaron. ait ad illos. Ite tollite fratres vestros de conspectu sanctuarii. et asportate extra castra. Confestimque pergentes tulerunt eos sicut iacebant vestitos lineis tunicis. et eiecerunt foras sicut eis imperatum fuerat. Locutusque est moyses ad aaron et ad eleazar. et ad ithamar filios eius dicens. Capita vestra nolite nudare. et vestimenta nolite scindere ne forte moriamini. et super omnem cetum oriatur indignatio. Fratres vestri et omnis domus israhel plangant incendium quod dominus suscitavit. vos autem non egrediemini fores tabernaculi. alioquin peribitis. Oleum quippe sancte unctionis est super vos. Qui fecerunt omnia iuxta preceptum moysi. 7

Dixit quoque dominus ad aaron. Vinum et omne quod inebriari potest non bibetis tu et filii tui quando intratis tabernaculum testimonii ne moriamini quia preceptum est sempiternum in generationes vestras. et ut habeatis scientiam discernendi inter sanctum et prophanum inter pollutum et mundum. doceatisque filios israhel omnia legitima mea que locutus est dominus ad eos per manum moysi. Locutusque est moyses ad aaron et ad eleazar atque ithamar filios eius qui residui erant. Tollite sacrificium quod remansit de oblatione domini. et comedite illud absque fermento iuxta altare quia sanctum sanctorum est. Comedetis autem in loco sancto quod datum est tibi et filiis tuis de oblationibus domini sicut preceptum est michi. Pectusculum quoque quod oblatum est et armum qui separatus est comedes in loco mundissimo tu et filii tui. ac filie tue tecum. Tibi enim ac liberis tuis reposita sunt de hostiis salutaribus filiorum israhel eo quod armum et pectus et adipes qui cremantur in altari elevaverunt coram domino. et pertineant ad te et ad filios tuos lege perpetua sicut precepit dominus. Inter hec hyrcum qui oblatus fuerat pro peccato cum quereret moyses exustum invenit. Iratusque contra eleazar et ithamar filios aaron qui remanserant ait. Cur non comedistis hostiam pro peccato in loco sancto que sancta sanctorum est. et data est vobis ut portetis iniquitatem multitudinis et rogetis pro ea in conspectu domini. presertim cum de sanguine illius non sit illatum intra sancta. et comedere eam debueritis in sanctuario sicut preceptum est michi. Respondit aaron. Oblata est hodie victima pro peccato et holocaustum coram domino. michi autem accidit quod vides. Quomodo potui comedere eam aut placere domino in ceremoniis mente lugubri. Quod cum audisset moyses. recepit satisfactionem. 7

Locutus est dominus ad moysen et aaron dicens. Dicite filiis israhel. Custodite omnia que precepi vobis. ut sitis uri dominus. Hec sunt animalia que comedere debetis de cunctis animantibus terre. Omne quod habet divisam ungulam et ruminat in pecoribus comedetis. Quicquid autem ruminat quidem et habet ungulam et non dividit eam sicut camelus et cetera non comedetis illud. et inter inmunda reputabitis. Cyrogrillus qui ruminat ungulamque non dividit immundus est. lepus quoque nam et ipse ruminat sed ungulam non dividit. et sus qui cum ungulam dividat non ruminat. Horum carnibus non vescemini. nec cadavera contingetis. quia inmunda sunt vobis. Hec sunt que gignuntur in aquis et vesci licitum est. Omne quod habet pennulas et squamas tam in mari quam in fluminibus et stagnis comedetis. quicquid autem pennulas et squamas non habet eorum que in aquis moventur et vivunt. abhominabile vobis et execrandum erit. Carnes eorum non comedetis. et morticina vitabitis. Cuncta que non habent pennulas et squamas in aquis polluta erunt. Hec sunt que de avibus comedere non debetis. et vitanda sunt vobis. Aquilam et grifem. et alietum. milvum ac vulturem iuxta genus suum, et omne corvini generis in similitudinem sua. strucionem. et noctuam. et larum. et accipitrem iuxta genus suum. bubonem et mergulum et ibin. et cignum et onocrotalum et porfirionem. herodionem et caradrium iuxta genus suum. upupam quoque et vespertilionem. Omne de volucribus quod graditur super iiii pedes scilicet habet longiora retro crura per que salit super terram. ut est brucus in genere suo. et attacus atque ophimachus ac locusta singula iuxta genus suum. Quicquid autem de volucribus habet tantum iiii pedes execrabile erit vobis. et quicumque morticina eorum tetigerit polluetur et erit inmundus usque ad vesperam. et si necesse fuerit ut portet quispiam eorum mortuum. lavabit vestimenta sua et inmundus erit usque ad solis occasum. Omne animal quod habet ungulam sed non dividit eam nec ruminat inmundum erit et qui tetigerit illud contaminabitur. Quod ambulat super manus ex cunctis animantibus que incedunt quadrupedia. inmundum erit. Qui tetigerit morticina eorum polluetur ad vesperam. et qui portaverit huiuscemodi cadavera. lavabit vestimenta sua et inmundus erit usque ad vesperam. quia hec omnia inmunda sunt vobis. Hec quoque polluta reputabuntur de his que moventur in terra. mustela et mus. et cocodrillus. singula iuxta genus suum. migale et cameleon et stellio ac lacerta. et talpa. Omnia hec inmunda sunt. Qui tetigerit morticina eorum inmundus erit usque ad vesperam. et super quod ceciderit quicquam de morticinis eorum polluetur. tam vas ligneum et vestimentum quam pelles et cilicia et in quocumque fit opus tinguentur aqua et polluta erunt usque ad vesperam. et sic postea mundabuntur. Vas autem fictile in quod horum quicquam intro ceciderit polluetur et confringendum est. Omnis cibus quem comedetis si fusa fuerit super eum aqua inmundus erit. et omne liquens vel quod bibitur de universo vase quod inmundum erit. et quicquid de morticinis istiusmodi ceciderit super illud inmundum erit. sive clibani. sive cytropedes destruentur. et inmundi erunt. Fontes vero et cisterne et omnis aquarum congregatio munda erit. Qui morticinum eorum tetigerit polluetur. Si ceciderit super sementem non polluet eam. Si autem quispiam aqua sementem perfuderit, et postea morticinis tacta fuerit. ilico polluetur. Si mortuum fuerit animal quod licet vobis comedere. qui cadaver eius tetigerit inmundus erit usque ad vesperum. Et qui comederit ex eo quippiam sive portaverit, lavabit vestimenta sua et inmundus erit usque ad vesperum. Omne quod reptat super terram abhominabile erit vobis. nec assumetur in cibum. Quicquid super pectus quadrupes graditur, et multos habet pedes. sive per humum trahitur non comedetis. quia abhominabile est vobis. Nolite contaminare animas vestras nec tangatis quicquam eorum ne inmundi sitis. Ego enim sum dominus deus vester. Sancti estote quoniam ego sanctus sum. ne polluatis animas vestras in omni reptili quod movetur in terra. Ego enim sum dominus qui eduxi vos de terra egypti ut essem vobis in deum. Sancti eritis. quia et ego sanctus sum. Ista est lex animantium atque volucrum et omnis anime viventis que movetur in aqua et reptat in terra. ut differentias noveritis mundi et inmundi. et sciatis quid comedere et respuere debeatis. 2.

Locutus est dominus ad moysen dicens. Loquere filiis israhel et dices ad eos. Mulier si suscepto semine pepererit masculum inmunda erit septem diebus iuxta dies separationis menstrue. et die octavo circumcidetur infantulus. ipsa vero xxx diebus manebit in sanguine purificationis sue. Omne sanctum non tanget. nec ingredietur sanctuarium donec impleantur dies purgationis eius. Si autem feminam pepererit inmunda erit duabus ebdomadibus iuxta ritum fluxus menstrue et

sexaginta et sex diebus manebit in sanguine purificationis suae. Cumque expleti fuerint dies purificationis eius, pro filio sive pro filia deferet agnum anniculum in holocaustum et pullum columbae sive turturem pro peccato ad ostium tabernaculi testimonii, et tradet sacerdoti. Qui offeret illa coram domino et rogabit pro ea, et sic mundabitur a profluvio sanguinis sui. Ista est lex parturientis masculum aut feminam. Quod si non invenerit manus eius nec potuerit offerre agnum, sumet duos turtures vel duos pullos columbae, unum in holocaustum et alterum pro peccato; orabitque pro ea sacerdos et sic mundabitur.

Locutus est dominus ad moysen et aaron dicens: Homo in cuius carne et cute ortus fuerit diversus color sive pustula aut quasi lucens quippiam, id est plaga leprae, adducetur ad aaron sacerdotem vel ad unum quemlibet filiorum eius. Qui cum viderit lepram in cute et pilos in album mutatos colorem, ipsamque speciem leprae humiliorem cute et carne reliqua, plaga leprae est, et ad arbitrium eius separabitur. Sin autem lucens candor fuerit in cute nec humilior carne reliqua, et pili coloris pristini, recludet eum sacerdos septem diebus, et considerabit die septimo. Et siquidem lepra ultra non creverit nec transierit in cute priores terminos, rursum recludet eum septem diebus aliis. Et die septimo contemplabitur. Si obscurior fuerit lepra et non creverit in cute, mundabit eum, quia scabies est. Lavabitque homo vestimenta sua, et mundus erit. Quod si postquam a sacerdote visus est et redditus munditiae, iterum lepra creverit, adducetur ad eum et immunditiae condemnabitur.

Plaga leprae si fuerit in homine, adducetur ad sacerdotem, et videbit eum. Cumque color albus in cute fuerit et capillorum mutaverit aspectum, ipsa quoque caro viva apparuerit, lepra vetustissima iudicabitur atque inolita cuti. Contaminabit itaque eum sacerdos et non recludet, quia perspicue immunditiae est. Sin autem effloruerit discurrens lepra in cute et operuerit omnem carnem a capite usque ad pedes quicquid sub aspectum oculorum cadit, considerabit eum sacerdos et teneri eum lepra mundissima iudicabit, eo quod omnis in candorem versa sit, et idcirco homo mundus erit. Quando vero caro vivens in eo apparuerit, tunc sacerdotis iudicio polluetur, et inter immundos reputabitur. Caro enim viva si lepra aspergitur, immunda est. Quod si rursum versa fuerit in alborem et totum hominem operuerit, considerabit eum sacerdos et mundum esse decernet. Caro et cutis in qua ulcus natum est et sanatum, et in loco ulceris cicatrix apparuerit alba sive subrufa, adducetur homo ad sacerdotem. Qui cum viderit locum leprae humiliorem carne reliqua et pilos versos in candorem, contaminabit eum. Plaga enim leprae orta est in ulcere. Quod si pilus coloris est pristini, et cicatrix subobscura et vicina carne non est humilior, recludet eum septem diebus; et siquidem creverit, adiudicabit eum leprae. Sin autem steterit in loco suo, ulceris est cicatrix, et homo mundus erit. Caro et cutis quam ignis exusserit et sanata albam sive rufam habuerit cicatricem, considerabit eam sacerdos, et ecce versa est in alborem et locus eius reliqua cute humilior, contaminabit eum, quia plaga leprae in cicatrice orta est. Quod si pilorum color non fuerit immutatus nec humilior plaga carne reliqua, et ipsa leprae species fuerit subobscura, recludet eum septem diebus, et die septimo contemplabitur. Si creverit in cute lepra, contaminabit eum. Sin autem in loco suo candor steterit non satis clarus, plaga combustionis est, et idcirco mundabitur, quia cicatrix est combusturae.

Vir sive mulier cuius in capite vel barba germinaverit lepra, videbit eam sacerdos. Et siquidem humilior fuerit locus carne reliqua, et capillus flavus solitoque subtilior, contaminabit eos, quia lepra capitis ac barbae est. Sin autem viderit locum maculae aequalem vicinae carni et capillum nigrum, recludet eum septem diebus; et die septimo intuebitur. Si non creverit macula, et capillus sui coloris est, et locus plagae carni reliquae aequalis, radetur homo absque loco maculae, et includetur septem diebus aliis. Si die septimo visa fuerit stetisse plaga in loco suo nec humilior carne reliqua, mundabit eum, lotisque vestibus mundus erit. Sin autem post emundationem rursus creverit macula in cute, non quaeret amplius utrum capillus in flavum colorem sit immutatus, quia aperte immundus est. Porro si steterit macula et capilli nigri fuerint, noverit hominem esse sanatum, et confidenter eum pronuntiet esse mundum.

Vir sive mulier in cuius cute candor apparuerit, intuebitur eos sacerdos. Si deprehenderit subobscurum alborem lucere in cute, sciat non esse lepram sed maculam coloris candidi, et hominem mundum. Vir de cuius capite capilli fluunt calvus et mundus est. Et si a fronte ceciderint pili, recalvaster et mundus est. Sin autem in calvitio sive in recalvatione albus vel rufus color fuerit exortus, et hoc sacerdos viderit, condemnabit eum haud dubie leprae quae orta est in calvitio. Quicumque ergo maculatus fuerit lepra et separatus est ad arbitrium sacerdotis, habebit vestimenta dissuta, caput nudum, os veste contectum, contaminatum ac sordidum se clamabit. Omni tempore quo leprosus est et immundus, solus habitabit extra castra.

Vestis lanea sive linea quae lepram habuerit in stamine atque subtegmine, aut certe pellis vel quicquid ex pelle confectum est, si alba vel rufa macula fuerit infecta, lepra reputabitur ostendeturque sacerdoti. Qui consideratam recludet septem diebus, et die septimo rursus aspiciens, si deprehenderit crevisse, lepra perseverans est; pollutum iudicabit vestimentum et omne in quo fuerit inventa, et idcirco comburetur flammis. Quod si eam viderit non crevisse, praecipiet et lavabitur id in quo lepra est, recludetque illud septem diebus aliis. Et cum viderit faciem quidem pristinam non reversam nec tamen crevisse lepram, immundum iudicabit et igne comburet, eo quod infusa sit in superficie vestimenti vel per totum lepra. Sin autem obscurior fuerit locus leprae postquam vestis est lota, abrumpet eum et a solido dividet. Quod si ultra apparuerit in his locis quae prius immaculata erant, lepra volatilis et vaga debet igne comburi. Si cessaverit, lavabit ea quae pura sunt secundo, et munda erunt. Ista est lex leprae vestimenti lanei et linei, staminis atque subtegminis, omnisque supellectilis pelliceae, quomodo mundari debeat aut contaminari.

Locutusque est dominus ad moysen dicens: Hic est ritus leprosi quando mundandus est. Adducetur ad sacerdotem, qui egressus e castris cum invenerit lepram esse mundatam, praecipiet ei qui purificatur ut offerat pro se duos passeres vivos quos vesci licitum est, et lignum cedrinum vermiculumque et hysopum. Et unum ex passeribus immolari iubebit in vase fictili super aquas viventes. Alium autem vivum cum ligno cedrino et cocco et hysopo tinguet in sanguine passeris immolati, quo asperget illum qui mundandus est septies, ut iure purgetur. Et dimittet passerem vivum ut in agrum avolet. Cumque laverit homo vestimenta sua, radet omnes pilos corporis, et lavabitur aqua. Purificatusque ingredietur castra, ita dumtaxat ut maneat extra tabernaculum suum septem diebus. Et die septimo radet capillos capitis, barbamque et supercilia ac totius corporis pilos. Et lotis rursum vestibus et corpore, die octavo assumet duos agnos immaculatos et ovem anniculam absque macula, et tres decimas similae in sacrificium quae conspersa sit oleo, et seorsum olei sextarium. Cumque sacerdos purificans hominem statuerit eum et haec omnia coram domino in ostio tabernaculi testimonii, tollet agnum et offeret eum pro delicto oleique sextarium. Et oblatis ante dominum omnibus, immolabit agnum ubi immolari solet hostia pro peccato et holocaustum, id est in loco sancto. Sicut enim pro peccato ita et pro delicto ad sacerdotem pertinet hostia; sancta sanctorum est. Assumensque sacerdos de sanguine hostiae quae immolata est pro delicto, ponet super extremum auriculae dextrae eius qui mundatur, et super pollices manus dextrae et pedis, et de olei sextario mittet in manum suam sinistram, tinguetque digitum dextrum in eo, et asperget septies coram domino. Quod autem reliquum est olei in leva manu, fundet super extremum auriculae dextrae eius qui mundatur et super pollices manus ac pedis dextri, et super sanguinem qui fusus est pro delicto, et super caput eius. Rogabitque pro eo coram domino, et faciet sacrificium pro peccato. Tunc immolabit holocaustum, et ponet illud in altari cum libaminibus suis, et homo rite mundabitur. Quod si pauper est et non potest manus eius invenire quae dicta sunt, sumet agnum pro delicto ad oblationem, ut roget pro eo sacerdos, decimamque partem similae conspersae oleo in sacrificium, et olei sextarium, duosque turtures sive duos pullos columbae, quorum unus sit pro peccato et alter in holocaustum. Offeretque ea die octavo purificationis suae sacerdoti ad ostium tabernaculi testimonii coram domino. Qui suscipiens agnum pro delicto et sextarium olei, levabit simul. Immolatoque agno, de sanguine eius ponet super extremum auriculae dextrae illius qui mundatur, et super pollices manus eius ac pedis dextri. Olei vero partem mittet in manum suam sinistram, in quo tinguens digitum dextrae manus asperget septies coram domino. Tangetque extremum auriculae dextrae eius qui mundatur, et pollices manus ac pedis dextri in loco sanguinis qui effusus est pro delicto. Reliquam autem partem olei quae est in sinistra manu, mittet super caput purificati, ut placet pro eo dominum. Et turturem sive pullum columbae offeret, unum pro delicto et alterum in holocaustum cum libaminibus suis. Hoc est sacrificium leprosi qui habere non potest omnia in emundationem sui.

Locutusque est dominus ad moysen et aaron dicens: Cum ingressi fueritis terram chanaan quam ego dabo vobis in possessionem, si fuerit plaga leprae in aedibus, ibit cuius est domus nuntians sacerdoti et dicens: Quasi plaga leprae videtur mihi esse in domo mea. At ille praecipiet ut efferant universa de domo priusquam ingrediatur eam et videat utrum leprosa sit, ne immunda fiant omnia quae in domo sunt. Intrabitque postea ut consideret domus lepram. Et cum viderit in parietibus illius quasi valliculas pallore sive rubore deformes et humiliores superficie reliqua, egredietur ostium domus et statim claudet eam septem diebus. Reversusque die septimo considerabit eam. Si invenerit crevisse lepram, iubebit erui lapides in quibus lepra est, et proici eos extra civitatem in locum immundum, domum autem ipsam radi intrinsecus per circuitum, et spargi pulverem rasurae extra urbem in locum immundum, lapidesque alios reponi pro his qui ablati fuerint, et luto alio liniri domum. Sin autem postquam eruti sunt lapides et pulvis erasus et alia terra lita, ingressus sacerdos viderit reversam lepram et parietes aspersos maculis, lepra est perseverans, et immunda domus. Quam statim destruent, et lapides eius ac ligna atque universum pulverem proicient extra oppidum in locum immundum. Qui intraverit domum quando clausa est, immundus erit usque ad vesperum. Et qui dormierit in ea et comederit quippiam, lavabit vestimenta sua. Quod si introiens sacerdos viderit lepram non crevisse in domo postquam denuo lita fuerit, purificabit eam reddita sanitate. Et in purificationem eius sumet duos passeres lignumque cedrinum et vermiculum atque hysopum. Et immolato uno passere in vase fictili super aquas vivas, tollet lignum cedrinum et hysopum et coccum et passerem vivum, et intinguet omnia in sanguine passeris immolati atque in aquis viventibus, et asperget domum septies, purificabitque eam tam in sanguine passeris quam in aquis viventibus, et in passere vivo lignoque cedrino et hysopo atque vermiculo. Cumque dimiserit passerem avolare in agrum libere, orabit pro domo, et iure mundabitur. Ista est lex omnis leprae et percussurae, leprae vestium et domorum, cicatricis et erumpentium papularum, lucentis maculae, et in varias species coloribus immutatis, ut possit sciri quo tempore mundum quid vel immundum sit.

Locutusque est dominus ad moysen et ad aaron dicens: Loquimini filiis israel et dicite eis: Vir qui patitur fluxum seminis immundus erit. Et tunc iudicabitur huic vitio subiacere, cum per momenta singula adhaeserit carni illius atque concreverit foedus humor. Omne stratum in quo dormierit immundum erit, et ubicumque sederit. Si quis hominum tetigerit lectum eius, lavabit vestimenta sua, et ipse lotus aqua immundus erit usque ad vesperum. Si sederit ubi ille sederat, lavabit vestimenta sua, et lotus aqua immundus erit usque ad vesperum. Qui tetigerit carnem eius, lavabit vestimenta sua, et ipse lotus aqua immundus erit usque ad vesperum. Si salivam huiuscemodi homo iecerit super eum qui mundus est, lavabit vestimenta sua, et lotus aqua immundus erit usque ad vesperum. Sagma super quo sederit, immundum erit. Et quicquid sub eo fuerit qui fluxum seminis patitur, pollutum erit usque ad vesperum. Qui portaverit horum aliquid, lavabit vestem suam, et ipse lotus aqua immundus erit usque ad vesperum. Omnis quem tetigerit qui talis est non lotis ante manibus, lavabit vestimenta sua, et lotus aqua immundus erit usque ad vesperum. Vas fictile quod tetigerit, confringetur; vas autem ligneum lavabitur aqua. Si sanatus fuerit homo qui huiuscemodi sustinet passionem, numerabit septem dies post emundationem sui, et lotis vestibus ac toto corpore in aquis viventibus, erit mundus. Die autem octavo sumet duos turtures aut duos pullos columbae, et veniet in conspectu domini ad ostium tabernaculi testimonii, dabitque eos sacerdoti. Qui faciet unum pro peccato et alterum in holocaustum, rogabitque pro eo coram domino, et emundetur a fluxu seminis sui. Vir de quo egreditur semen coitus, lavabit aqua omne corpus suum, et immundus erit usque ad vesperum. Vestem et pellem quam habuerit lavabit aqua, et immunda erit usque ad vesperum. Mulier cum qua coierit, lavabitur aqua, et erit immunda usque ad vesperum.

Mulier quae redeunte mense patitur fluxum sanguinis, septem diebus separabitur. Omnis qui tetigerit eam immundus erit usque ad vesperum. Et in quo dormierit vel sederit diebus separationis suae polluetur. Qui tetigerit lectum eius, lavabit vestimenta sua, et ipse lotus aqua immundus erit usque ad vesperum. Omne vas super quod illa sederit, quisquis attigerit, lavabit vestimenta sua, et ipse lotus aqua polluetur usque ad vesperum. Si coierit cum ea tempore sanguinis menstrualis, immundus erit septem diebus, et omne stratum in quo dormierit polluetur. Mulier quae patitur multis diebus fluxum sanguinis

nis non in tempore menstruali uel que post menstruum sanguinem
fluere non cessat. quamdiu huic subiacebit passioni, inmunda erit
quasi sit in tempore menstruo. Omne stratum in quo dormierit. &
uas in quo sederit pollutum erit. Quicumq: tetigerit ea. lauabit
uestimenta sua. & ipse lotus aqua inmundus erit usq: ad uesperam.
Si steterit sanguis & fluere cessauerit. numerabit septem dies pu
rificationis sue. & octauo die offeret pro se sacerdoti duos turtures
uel duos pullos columbe. ad ostium tabernaculi testimonii. Qui unum
faciet pro peccato. alterumq: in holocaustum. Rogabitq: pro ea
coram domino. & pro fluxu inmunditie eius. ⁊
Docebitis ergo filios israhel ut caueant inmunditiam. & non moriantur in
sordibus suis cum polluerint tabernaculum meum quod inter eos est. Ista
est lex eius qui patitur fluxum seminis & qui polluitur coitu. & que
menstruis temporibus separatur. uel que iugi fluit sanguine. & ho
minis qui dormierit cum ea. ⁊
Locutus est dns ad moysen post mortem duorum filiorum aaron. quando
offerentes ignem alienum interfecti sunt. & precepit ei dicens. Loquere
ad aaron fratrem tuum. ne omni tempore ingrediatur sanctuarium quod est
intra uelum coram propitiatorio quo tegitur archa ut non moriatur.
quia in nube apparebo super oraculum. nisi hec ante fecerit. Uitulum
offeret pro peccato. & arietem in holocaustum. Tunica linea ue
stietur. feminalibus lineis uerenda celabit. Accingetur zona linea
cydarim lineam imponet capiti. Hec enim uestimenta sunt sancta.
Quibus cunctis cum lotus fuerit induetur. suscipietq: ab uniuersa
multitudine filiorum israhel duos hyrcos pro peccato. & unum arietem
in holocaustum. Cumq: obtulerit uitulum & orauerit pro se &
pro domo sua. duosq: hyrcos stare faciet coram domino in ostio tab
ernaculi testimonii. mittens super utrumq: sortem unam domino & alteram
capro emissario. Cuius sors exierit domino. offeret illum pro
peccato. Cuius autem in caprum emissarium. statuet eum uiuum coram
domino. ut fundat preces super eum. & emittat illum in solitudinem.
His rite celebratis offeret uitulum. & rogans pro se & domo sua
immolabit eum. Assumptoq: thuribulo quod de prunis altaris
impleuerit. & hauriens manu conpositum tymiama & incensum ultra
uelum intrabit in sancta. & positis super ignem aromatibus: nebula eorum
& uapor operiat oraculum quod est super testimonium & non moriatur.
Tollet quoq: de sanguine uituli & asperget digito septies contra pro
pitiatorium ad orientem. Cumq: mactauerit hyrcum pro peccato
populi. inferet sanguinem eius intra uelum. sicut preceptum est de sanguine
uituli. & aspergat e regione oraculi. & expiet sanctuarium ab inmun
ditiis filiorum israhel. & a preuaricationibus eorum cunctisq: peccatis.
Iuxta hunc ritum faciet tabernaculo testimonii quod fixum est inter eos
in medio sordium habitationis eorum. Nullus hominum sit in tabena
culo quando pontifex ingreditur tabernaculum ut roget pro se & pro domo
sua. & pro uniuerso cetu israhel donec egrediatur. Cum autem exierit ad alta
re quod est coram domino. oret pro se & sumptum sanguinem uituli atq: hyr
ci. fundat super cornua eius per gyrum. aspergensq: digito septies ex
piet & sanctificet illud ab inmunditiis filiorum israhel. Postquam emun
dauerit sanctuarium & tabernaculum & altare. tunc offerat hyrcum
uiuentem. & posita utraq: manu super caput eius. confiteatur omnes in
iquitates filiorum israhel. & uniuersa delicta atq: peccata eorum. Que impre
cans capiti eius. emittet illum per hominem paratum in desertum.
Cumq: portauerit hyrcus omnes iniquitates eorum in terram solita
riam & dimissus fuerit in deserto. reuertetur aaron in tabernacu
lum testimonii. & depositis uestibus quibus prius indutus erat. cum
intraret sanctuarium. relictisq: ibi lauabit carnem suam in loco sancto.
& induetur uestimentis suis. Et postquam egressus obtulerit holo
caustum suum. ac plebis. rogabit tam pro se quam pro populo. & adipem
qui oblatus est pro peccatis. adolebit super altare. Ille uero qui dimiserit
caprum emissarium. lauabit uestimenta sua & corpus aqua. & sic in
gredietur in castra. Uitulum autem & hyrcum qui pro peccato fuerant
immolati. & quorum sanguis illatus est in sanctuario ut expiatio com
pleretur. asportabunt foras castra. & comburent igni tam pelles quam
carnes eorum & fimum. Et quicumq: combusserit ea. lauabit ue
stimenta sua & carnem aqua. & sic ingredietur in castra. eritq: hoc uobis legitimum
[illegible] septimo decimo die mensis affligetis sempiternum.
animas uestras. nullumq: facietis opus siue indigena siue aduena
qui peregrinatur inter uos. In hac die expiatio erit uestri. atq: munda
tio ab omnibus peccatis uestris. coram domino mundabimini. Sabbatum
enim requietionis est. & affligetis animas uestras religione perpetua.
Expiabit autem sacerdos qui unctus fuerit. cuius initiate sunt man
us ut sacerdotio fungatur pro patre suo. indueturq: stola linea & uestibus
sanctis. & expiabit sanctuarium & tabernaculum testimonii atq: altare.
sacerdotes quoq: & uniuersum populum. eritq: hoc legitimum sempiternum.
ut oretis pro filiis israhel. & pro cunctis peccatis eorum semel in anno.
Fecit igitur ut preceperat dominus moysi. ●
Et locutus est dns ad moysen dicens. Loquere aaron & filiis eius.
& cunctis filiis israhel. & dices ad eos. Iste est sermo quem mandauit
dominus dicens. Homo quilibet de domo israhel si occiderit bouem
aut ouem. siue capram in castris. uel extra castra. & non obtulerit ad
ostium tabernaculi oblationem domino. sanguinis reus erit. quasi sanguinem
fuderit: sic peribit de populo suo. Ideo offerre debent sacerdoti filii
israhel hostias suas quas occidunt in agro ut sanctificentur domino ante
ostium tabernaculi testimonii. & immolent eas hostias pacificas
domino. Fundetq: sacerdos sanguinem super altare domini ad ostium
tabernaculi testimonii. & adolebit adipem in odorem suauitatis domino.
Et nequaquam ultra immolabunt hostias suas demonibus cum quibus
fornicati sunt. Legitimum sempiternum erit illis & posteris eorum.
Et ad ipsos dices. Homo de domo israhel & de aduenis qui peregri
natur apud uos. qui obtulerit holocaustum siue uictimam. ad ostium
tabernaculi testimonii non adduxerit eam ut offeratur domino. interibit
xxx Homo quilibet de domo israhel & de aduenis de populo suo. ●
qui peregrinantur inter eos. si comederit sanguinem. obfirmabo faciem
meam contra animam illius ut disperdam eam de populo suo. quia anima
carnis in sanguine est. Et ego dedi illum uobis ut super altare meo
expietis pro animabus uestris. & sanguis pro anime piaculo sit. Idcirco
dixi filiis israhel. Omnis anima ex uobis non comedet sanguinem.
nec ex aduenis qui peregrinantur inter uos. Homo quicumq: de
filiis israhel & de aduenis qui peregrinantur apud uos. si uenatione atq:
aucupio ceperit feram. uel auem quibus uesci licitum est. fundat sanguinem
eius. & operiat illum terra. Anima enim omnis carnis in sanguine est. unde dixi
filiis israhel. Sanguinem uniuerse carnis non comedetis. quia anima carnis
in sanguine est. Et quicumq: comederit illum interibit. Anima que come
derit morticinum. uel captum a bestia tam de indigenis quam de aduenis
lauabit uestimenta sua & semet ipsum aqua. & contaminatus
erit usq: ad uesperam. & hoc ordine mundus fiet. ●

Locutus est dns ad moysen dicens. Loquere filiis israhel & dices ad eos.
Ego sum dns ds uester. Iuxta consuetudinem terre egypti in qua habi
tastis non facietis. & iuxta morem regionis chanaan ad quam ego intro
ducturus sum uos non agetis. nec in legitimis eorum ambulabitis. Fa
cietisq: iudicia mea & precepta seruabitis. & ambulabitis in eis. Ego
sum dns ds uester. Custodite leges meas atq: iudicia. que faciens homo
uiuet in eis. Ego dns. Omnis homo ad proximam sanguinis sui non ac
cedet: ut reuelet turpitudinem eius. Ego dominus. Turpitudinem
patris tui. & turpitudinem matris tue non discoperies. Mater tua est. non
reuelabis turpitudinem eius. Turpitudinem uxoris patris tui non discoperies.
Turpitudo enim patris tui est. Turpitudinem sororis tue ex patre
siue ex matre que domi uel foris genita est non reuelabis. Turpitu
dinem filie filii tui uel neptis ex filia non reuelabis. quia turpitudo
tua est. Turpitudinem uxoris filie patris tui quam peperit patri tuo
& est soror tua non reuelabis. Turpitudinem sororis patris tui non dis
coperies. quia caro est patris tui. Turpitudinem sororis matris tue non
reuelabis. eo quod caro sit matris tue. Turpitudinem patrui tui non re
uelabis. nec accedas ad uxorem eius. que affinitate coniungitur. Tur
pitudinem nurus tue non reuelabis quia uxor filii tui est. nec discoperies
ignominiam eius. Turpitudinem uxoris fratris tui non discoperies nec re
uelabis ignominiam eius. quia turpitudo fratris tui est. Turpitudinem
uxoris tue. & filie eius non reuelabis. Filiam filii eius. & filiam filie
eius non sumes ut reueles ignominiam eius. quia caro illius sunt.
& talis coitus incestus est. Sororem uxoris tue in pelicatum illius non
accipies nec reuelabis ignominiam eius. adhuc illa uiuente. Ad
mulierem que patitur menstrua non accedes. nec reuelabis fedita
tem eius. Cum uxore proximi tui non coibis. nec seminis commixtione
maculaberis. De semine tuo non dabis ut consecretur ydolo moloch
neq: pollues nomen dni dei tui. Ego dns. Cum masculo non commisce
ris coitu femineo. quia abhominatio est. Cum omni pecore non coibis.
nec maculaberis cum eo. Mulier non succumbet iumento nec misce
bitur ei quia scelus est. Ne polluamini omnibus his in quibus contami
nate sunt uniuerse gentes quas ego eiciam ante conspectum uestrum & quibus
polluta est terra. cuius ego scelera uisitabo. & euomat habitatores suos.
Custodite legitima mea atq: iudicia. & non faciatis ex omnibus ab
hominationibus istis tam indigena quam colonus qui peregrinatur apud uos.
Omnes enim execrationes istas fecerunt accole terre qui fuerunt ante
uos. & polluerunt eam. Cauete ergo ne & uos similiter euomat cum
paria feceritis. sicut euomuit gentem que fuit ante uos. Omnis
anima que fecerit de abhominationibus his quippiam peribit de
populo suo. Custodite mandata mea & nolite facere que fecerunt hi
qui fuerunt ante uos. & ne polluamini in eis. Ego dns ds uester. ●
Locutusq: est dominus ad moysen dicens. Loquere ad omnem cetum
filiorum israhel. & dices ad eos. Sancti estote. quia ego sanctus sum dns ds uester.
Unusquisq: matrem suam. & patrem suum timeat. Sabbata mea
custodite. ego dominus ds uester. Nolite conuerti ad ydola nec deos
conflatiles faciatis uobis. Ego dns ds uester. Si immolaueritis
hostiam pacificorum dno. ut sit placabilis. eo die quo fuerit immola
ta. comedetis eam & die altero. Quicquid autem residuum fuerit in die
tertium. igni comburetis. Si quis post biduum comederit ex ea: pro
fanus erit & impietatis reus portabit iniquitatem suam. quia sanctum
domini polluit. & peribit anima illius de populo suo. ●
Cum messueritis segetes terre non tondebitis usq: ad solum superficiem
terre. nec remanentes spicas colliges. nec in uinea tua racemos &
grana decidentia congregabis. sed pauperibus & peregrinis carpenda
dimittes. Ego dns ds uester. Non facietis furtum. nec mentiemini
nec decipiet unusquisq: proximum suum. Non periurabis in nomine
meo. nec pollues nomen dei tui. Ego dns. Non facies calumniam
proximo tuo. nec ui opprimes eum. Non morabitur opus mercennarii
tui apud te usq: mane. Non maledices surdo. nec coram ceco pones
offendiculum. sed timebis dominum deum tuum. quia ego sum dns. Non fa
cies quod iniquum est. nec iniuste iudicabis. Non consideres personam
pauperis. nec honores uultum potentis. Iuste iudica proximo tuo. Non
eris criminosus. nec susurro in populis. Non stabis contra sanguinem
proximi tui. Ego dominus. Non oderis fratrem tuum in corde tuo. sed
publice eum argue ne habeas super illo peccatum. Non queres ul
tionem. nec memor eris iniurie ciuium tuorum. Diliges amicum tuum
sicut te ipsum. Ego dominus. Leges meas custodite. Iumenta tua non
facies coire cum alterius generis animantibus. Agrum non seres di
uerso semine. Ueste que ex duobus texta est non indueris. Homo si
dormierit cum muliere coitu seminis que sit ancilla etiam nobi
lis & tamen pretio non redempta. nec libertate donata. uapulabunt ambo
& non morientur. quia non fuit libera. Pro delicto autem suo offeret dno ad ostium
tabernaculi testimonii arietem. orabitq: pro eo sacerdos coram dno.
& repropitiabitur ei dimitteturq: ei peccatum. ●
Quando messueritis terram & plantaueritis in ea ligna pomifera.
auferetis preputia eorum. Poma que germinant inmunda erunt
uobis. nec edetis ex eis. Quarto anno omnis fructus eorum sanctificabitur
laudabilis domino. Quinto autem anno comedetis fructus congregantes
poma que proferunt. Ego dominus ds uester. Non comedetis carnem
cum sanguine. Non augurabimini. nec obseruabitis somnia. neq:
in rotundum attondebitis comam. nec radetis barbam. & super mor
tuo non incidetis carnem uestram. neq: figuras aliquas & stigmata facie
tis uobis. Ego dominus. Non prostituas filiam tuam ne contaminetur
terra. & impleatur piaculo. Sabbata mea custodite. & sanctuarium meum
metuite. Ego dominus. Non declinetis ad magos nec ab ariolis
aliquid sciscitemini. ut polluamini per eos. Ego dominus ds uester.
Coram cano capite consurge. & honora personam senis. & time do
minum deum tuum. Ego sum dominus. Si habitauerit aduena in
terra uestra. & moratus fuerit inter uos. ne exprobretis ei. sed sit inter
uos quasi indigena. & diligetis eum quasi uosmet ipsos. Fuistis
enim & uos aduene in terra egypti. Ego dominus ds uester. Nolite facere
iniquum aliquid in iudicio. in regula. in pondere. in mensura. Statera
iusta & equa sint pondera. iustus modius. equusq: sextarius.
Ego dns ds uester. qui eduxi uos de terra egypti. Custodite omnia
precepta mea. & uniuersa iudicia & facite ea. Ego dominus. ⁊
Locutusq: est dominus ad moysen dicens. Hec loqueris filiis israhel.
Homo de filiis israhel & de aduenis qui habitant in israhel. si quis de
derit de semine suo ydolo moloch. morte moriatur. Populus terre
lapidabit eum. & ego ponam faciem meam contra illum. succidamq: illum
de medio populi sui. eo quod dederit de semine suo ydolo moloch &
contaminauerit sanctuarium meum. ac polluerit nomen sanctum meum. Quod
si negligens populus terre & quasi paruipendens imperium meum dimi
serit hominem illum qui dederit de semine suo moloch. nec uolu
erit eum occidere. ponam faciem meam super hominem illum & cognatio
nem eius. succidamq: & ipsum & omnes qui consenserunt ei. ut fornicaretur

cum moloch de medio populi sui. Anima que declinauerit ad ma-
gos et ariolos et fornicata fuerit cum eis. ponam faciem meam contra
eam. et interficiam illam de medio populi sui. Sanctificamini et estote
sancti. quia ego sanctus sum dominus deus uester. Custodite precepta mea et facite ea.
Ego dominus qui sanctifico uos.
Qui maledixerit patri suo et matri morte moriatur. Qui patri matrique
maledixerit. sanguis eius sit super eum. Si mechatus fuerit quis cum
uxore alterius. adulterium perpetrauerit cum uxore proximi sui. morte
moriatur et mechus et adultera. Qui dormierit cum nouerca sua
et reuelauerit ignominiam patris sui. morte moriantur ambo. san-
guis eorum sit super eos. Si quis dormierit cum nuru sua uterque mo-
riantur, quia scelus operati sunt. sanguis eorum sit super illos. Qui dor-
mierit cum masculo coitu femineo. uterque operati sunt nefas morte
moriantur. sanguis eorum sit super eos. Qui supra uxorem filiam duxe-
rit matrem eius scelus operatus est uiuus ardebit cum eis. nec perma-
nebit tantum nefas in medio uestri. Qui cum iumento et pecore coi-
erit morte moriatur. pecus quoque occidite. Mulier que succubuerit
cuilibet iumento. simul interficietur cum eo. sanguis eorum sit super eos.
Qui acceperit sororem filiam patris sui. uel filiam matris sue et uiderit
turpitudinem eius. illaque conspexerit fratris ignominiam. nefariam rem
operati sunt. occidentur in conspectu populi. eo quod turpitudinem suam
mutuo reuelauerint. et portabunt iniquitatem suam. Qui coierit cum
muliere in fluxu menstruo et reuelauerit turpitudinem eius. ipsaque
aperuerit fontem sanguinis sui. interficientur ambo de medio populi sui.
Turpitudinem matertere et amite tue non discoperies. Qui hoc fe-
cerit ignominiam carnis sue nudabit portabunt ambo iniquitatem suam.
Qui coierit cum uxore patrui sui uel auunculi sui et reuelauerit
ignominiam eius. et cognationis sue. portabunt ambo peccatum
suum. absque liberis morientur. Qui duxerit uxorem fratris sui. rem
fecit illicitam. turpitudinem fratris sui reuelauit. absque filiis erunt.
Custodite leges meas atque iudicia et facite ea. ne et uos euomat
terra quam intraturi estis et habitaturi. Nolite ambulare in legiti-
mis nationum. quas ego expulsurus sum ante uos. Omnia enim
hec fecerunt et abhominatus sum eas. Vobis autem loquor posside-
te terram eorum quam dabo uobis in hereditatem. terram fluentem lacte et melle.
Ego dominus deus uester qui separaui uos a ceteris populis ut essetis mi-
hi. Vir siue mulier in quibus pythonicus uel diuinationis fuerit spiritus mor-
te moriantur. Lapidibus obruent eos. sanguis eorum sit super eos.
Dixit quoque dominus ad moysen. Loquere ad sacerdotes filios aa-
ron. et dices ad eos. Ne contaminetur sacerdos in mortibus ciuium
suorum. nisi tantum in consanguineis et propinquis. id est super pa-
tre et matre. uirgine que non est nupta uiro. Sed nec in principe
populi sui contaminabitur. Non radent caput nec barbam. nec in car-
nibus suis facient incisuras. Sancti erunt deo suo. et non pollu(e)nt
nomen sanctum eius. Incensum enim domini. et panes dei offerunt. et
ideo sancti erunt. Scortum et uile prostibulum non ducent uxorem
nec eam que repudiata est a marito. quia consecratus est deo suo. et
panes propositionis offert. Sit ergo sanctus quia et ego sanctus sum dominus
qui sanctifico uos. Sacerdotis filia si deprehensa fuerit in stupro. et
uiolauerit nomen patris sui. flammis exuretur. Pontifex id est
sacerdos maximus inter fratres suos. super cuius caput fusum est unc-
tionis oleum. et cuius manus in sacerdotio consecrate sunt. uestitusque
quoque est sanctis uestibus: Caput suum non discoperiet. uestimenta sua non scin-
det: et ad omnem mortuum non ingredietur omnino. Super patre quoque
suo et matre non contaminabitur nec egredietur de sanctis. ne polluat
sanctuarium domini. quia oleum sancte unctionis dei sui super eum est. Ego
dominus. Virginem ducet uxorem. Viduam et repudiatam et sor-
didam atque meretricem non accipiet: sed puellam de populo suo. Non
commisceat stirpem generis sui uulgo gentis sue. quia ego dominus qui sanctifico eum.
Locutusque est dominus ad moysen dicens. Loquere ad aaron.
Homo qui de semine tuo et per familias qui habuerit maculam
non offerat panes deo suo. nec accedat ad ministerium eius. Si cecus
fuerit. si claudus. si uel paruo uel grandi et torto naso. si fracto
pede. si manu. si gybbus. uel lippus. si albuginem habens in oculo
si iugem scabiem. si impetiginem in corpore, uel herniosus. Omnis
qui habuerit maculam de semine aaron non accedat hostias offer-
re domino. nec panes deo suo. Vescetur tamen qui offeruntur in domo domini
ita dumtaxat ut intra uelum non ingrediatur nec accedat ad altare quia
maculam habet. et contaminare non debet sanctuarium meum. Ego
dominus qui sanctifico eos. Locutus est ergo moyses ad aaron et ad filios
eius. et ad omnem israel cuncta que sibi fuerant imperata.
Locutus quoque est dominus ad moysen dicens. Loquere ad aaron et
ad filios eius. ut caueant ab his que consecrata sunt filiorum israel. et
non contaminent nomen sanctificatorum michi que ipsi offerunt. Ego dominus.
Dic ad eos. et ad posteros eorum. Omnis homo qui accesserit de
stirpe uestra ad ea que consecrata sunt et que obtulerunt filii israel domino.
in quo est inmunditia. peribit coram domino. Ego sum dominus. Homo
de semine aaron qui fuerit leprosus. aut patiens fluxum seminis non
uescetur de his que sanctificata sunt michi donec sanetur. Qui tetigerit in-
mundum super mortuo. et ex quo egreditur semen quasi semen coitus et 14
qui tangit reptile et quodlibet inmundum. cuius tactus est sordidus
inmundus erit usque ad uesperam. et non uescetur his que sanctificata sunt
sed cum lauerit carnem suam aqua. et occubuerit sol. tunc mun-
datus uescetur de sanctificatis. quia cibus illius est.
Morticinum et captum a bestia non comedent. nec polluentur in eis.
Ego sum dominus. Custodiant precepta mea ut non subiaceant pec-
cato. et moriantur in sanctuario cum polluerint illud. Ego dominus
qui sanctifico uos. Omnis alienigena non comedet de sanctificatis.
Inquilinus sacerdotis et mercennarius non uescetur ex eis. Quem autem
sacerdos emerit. et qui uernaculus domus eius fuerit. hi come-
dent ex eis. Si filia sacerdotis cuilibet ex populo nupta fuerit:
de his que sanctificata sunt. et de primitiis non uescetur. Sin autem uidua
uel repudiata fuerit et absque liberis reuersa ad domum patris sui. sicut
puella consueuerat aletur cibis patris sui. Omnis alienigena come-
dendi ex his non habet potestatem. Qui comederit de sanctificatis per
ignorantiam. addet quintam partem cum eo quod comedit et dabit sac-
erdoti in sanctuarium nec contaminabit sanctificata filiorum israel que offerunt
domino. ne forte sustineant iniquitatem delicti sui. cum sanctificata co-
mederint. Ego dominus qui sanctifico uos. Locutus est dominus ad moysen
dicens. Loquere ad aaron et ad filios eius. et ad omnes filios israel
dicesque ad eos. Homo de domo israel et de aduenis qui habitant apud
uos. qui obtulerit oblationem suam uel uota soluens. uel sponte offerens
quicquid illud obtulerit in holocaustum domini ut offeratur per uos. masculus
ex bubus: ex ouibus: ex capris si maculam habu Inmaculatus erit,
erit non offeretis. neque erit acceptabile. Homo qui obtulerit uictimam
pacificorum domino. uel uota soluens. uel sponte offerens tam de bubus quam

de ouibus: inmaculatum offeret: ut acceptabile sit. Omnis macula
non erit in eo. Si cecum fuerit. si fractum. si cicatricem habens. si papulas
aut scabiem. uel impetiginem non offeretis ea domino. nec adolebitis
ex eis super altare domini. Bouem et ouem aure et cauda amputa-
tis. uoluntarie offerre potest. uotum autem ex his solui non potest. Omne
animal quod contritis. uel tunsis. uel sectis. ablatisque testiculis est. non offere-
tis domino. et in terra uestra omnino hoc non faciatis.
De manu alienigene non offeretis panes deo uestro. et quicquid aliud dare uo-
luerit quia corrupta et maculata sunt omnia. non suscipietis ea.
Locutusque est dominus ad moysen dicens. Bos. ouis. et capra. cum geni-
ta fuerint septem diebus erunt sub ubere matris sue. die autem octauo et
deinceps offerri poterunt domino siue bos. siue ouis non immolabuntur
una die cum fetibus suis. Si immolaueritis hostiam pro gratiarum acti-
one domino ut possit esse placabilis. eodem die comedetis eam. Non
remanebit quicquam in mane alterius diei. Ego dominus. Custodi-
te mandata mea et facite ea. Ego dominus. Non polluatis nomen
sanctum meum. ut sanctificer in medio filiorum israel. Ego dominus qui sanctifico uos.
et eduxi de terra egypti ut essem uobis in deum. Ego dominus.
Locutus est dominus ad moysen dicens. Loquere filiis israel et
dices ad eos. Hee sunt ferie domini quas uocabitis sanctas. Sex diebus
facietis opus. Dies septimus quia sabbati requies est. uocabitur sanctus.
Omne opus non facietis in eo. Sabbatum domini est in cunctis ha-
bitationibus uestris. Hee sunt ergo ferie domini sancte. quas celebrare
debetis temporibus suis. Mense primo xiiii. die mensis ad uesperum
phase domini est. et xv die mensis huius sollempnitas azimorum
domini est. Septem diebus azima comedetis. Dies primus erit uobis
celeberrimus et uocabitur sanctus. et omne opus seruile non facietis in
eo. sed offeretis sacrificium in igne domino septem diebus. Dies autem
septimus erit celebrior et sanctior. nullumque opus seruile facietis in eo.
Locutusque est dominus ad moysen dicens. Loquere filiis israel et dices ad
eos. Cum ingressi fueritis terram quam ego dabo uobis. et messueri-
tis segetem. feretis manipulos spicarum primitias messis uestre ad
sacerdotem. Qui leuabit fasciculum coram domino. ut acceptabile sit
pro uobis. altero die sabbati et sanctificabit illum. Atque in eodem die quo
manipulus consecratur. cedetur agnus inmaculatus anniculus in holo-
caustum domini et libamenta offerentur cum eo. Due decime si-
mile consperse oleo in incensum domini. odoremque suauissimum.
Liba quoque uini quarta pars hin. Panem et polentam. et pultes non
comedetis ex segete usque ad diem qua offeratis ex ea deo uestro.
Preceptum est sempiternum in generationibus: cunctisque habitaculis
uestris. Numerabitis ergo ab altero die sabbati in quo obtulistis
manipulum primitiarum septem ebdomadas plenas usque ad alteram
diem expletionis ebdomade septime id est quinquaginta dies.
et sic offeretis sacrificium nouum domino ex omnibus habitacu-
lis uestris panes primitiarum duos de duabus decimis simile fermenta-
te. quos coquetis in primitias domini. Offeretisque cum
panibus septem agnos inmaculatos anniculos. et uitulum de ar-
mento unum. et arietes duos. et erunt in holocausto cum libami-
nibus suis. in odorem suauissimum domino. Facietis et hyrcum pro pec-
cato. duosque agnos anniculos. hostias pacificorum. Cumque ele-
uauerit eas sacerdos cum panibus primitiarum coram domino. cedent in
usum eius. Et uocabitis hunc diem celeberrimum atque sanctissimum.
Omne opus seruile non facietis in eo. Legitimum sempiternum erit
in cunctis habitaculis et generationibus uestris. Postquam autem mes-
sueritis segetem terre uestre, non secabitis eam usque ad solum. nec re-
manentes spicas colligetis. sed pauperibus et peregrinis dimittetis
eas. Ego dominus deus uester.
Locutus est dominus ad moysen dicens. Loquere filiis israel. Men-
se septimo prima die mensis erit uobis sabbatum memoriale clan-
gentibus tubis. et uocabitur sanctum. Omne opus seruile non facietis in
eo. et offeretis holocaustum domino. Locutusque est dominus ad moy-
sen dicens. Decimo die mensis huius septimi. dies expiationis
erit celeberrimus et uocabitur sanctus. affligetisque animas uestras in
eo. et offeretis holocaustum domino. Omne opus non facietis in
tempore diei huius. quia dies propitiationis est. ut propitietur uobis
dominus deus uester. Omnis anima que afflicta non fuerit die hoc peribit
de populis suis. et que operis quippiam fecerit delebo eam de populis
suis. Nichil ergo operis facietis in eo. Legitimum sempiternum erit
in generationibus uestris et habitationibus. Sabbatum requietionis
est. affligetis animas uestras. Die nono mensis a uespere usque
ad uesperam. celebrabitis sabbata uestra.
Et locutus est dominus ad moysen dicens. Loquere filiis israel. A quin-
todecimo die mensis huius septimi erunt ferie tabernaculorum septem
diebus domino. Dies primus uocabitur celeberrimus atque sanctissi-
mus. et offeretis holocaustum domino. Dies quoque octauus erit cele-
berrimus atque sanctissimus. et offeretis holocaustum domino. Est enim
cetus atque collecte. Omne opus seruile non facietis in eo. Hee sunt
ferie domini quas uocabitis celeberrimas atque sanctissimas. Of-
feretisque in eis oblationes domino holocausta et libamenta
iuxta ritum uniuscuiusque diei exceptis sabbatis domini donisque
uestris et que offeretis ex uoto. uel que sponte tribuetis domino.
A quintodecimo ergo die mensis septimi. quando congregaueritis omnes
fructus terre. celebrabitis ferias domini septem diebus. Die primo et die
octauo erit sabbatum id est requies. Sumetisque uobis die primo
fructus arboris pulcherrime spatulasque palmarum et ramos ligni
densarum frondium. et salices de torrente. et letabimini co-
ram domino deo uestro. celebrabitisque sollempnitatem eius septem diebus
per annum. Legitimum sempiternum erit in generationibus uestris.
Mense septimo festa celebrabitis. et habitabitis in umbracu-
lis septem diebus. Omnis qui de genere est israel. manebit in
tabernaculis. ut discant posteri uestri quod in tabernaculis habitare
fecerim filios israel. cum educerem eos de terra egypti ego dominus deus uester.
Locutusque est moyses super sollempnitatibus domini ad filios israel.
Et locutus est dominus ad moysen dicens. Precipe filiis israel ut af-
ferant tibi oleum de oliuis purissimum ac lucidum ad concinnan-
das lucernas iugiter extra uelum testimonii in tabernaculo federis.
ponetque eas aaron a uespere usque mane coram domino. cultu ri-
tuque perpetuo in generationibus uestris. Super candelabro mundis-
simo ponentur semper in conspectu domini.
Accipies quoque similam et coques ex ea xii panes. qui singuli
habebunt duas decimas. Quorum senos altrinsecus super mensam
purissimam coram domino statues. et pones super eos thus luci-
dissimum ut sit panis in monimentum oblationis domini.
Per singula sabbata mutabuntur coram domino, suscepta a filiis israel
federe sempiterno. eruntque aaron et filiorum eius. ut comedant eos in lo-
co sancto. quia sanctum sanctorum est. de sacrificiis domini iure perpetuo.

Ecce autem egressus filius mulieris israhelitis quem pepererat de uiro aegyptio inter filios israhel. iurgatus est in castris cum uiro israhelita. Cumque blasphemasset nomen domini. et maledixisset ei. adductus est ad moysen. Vocabatur autem mater eius salomith filia dabri de tribu dan. miseruntque eum in carcerem. donec nossent quid iuberet dominus. Qui locutus est ad moysen dicens. Educ blasphemum extra castra et ponant omnes qui audierunt manus suas super caput eius. et lapidet eum populus uniuersus. Et ad filios israhel loqueris. Homo qui maledixerit deo suo portabit peccatum suum. et qui blasphemauerit nomen domini morte moriatur. Lapidibus opprimet eum omnis multitudo populi. Siue ille ciuis. seu peregrinus fuerit qui blasphemauerit nomen domini morte moriatur. Qui percusserit et occiderit hominem morte moriatur. Qui percusserit animal reddat uicarium. id est animam pro anima. Qui irrogauerit maculam cuilibet ciuium suorum. sicut fecit. sic fiet ei. Fracturam pro fractura. oculum pro oculo. dentem pro dente restituet. Qualem inflixerit maculam. talem sustinere cogetur. Qui percusserit iumentum reddet aliud. Qui percusserit hominem punietur. Equum iudicium sit inter uos. siue peregrinus. siue ciuis peccauerit. quia ego sum dominus deus uester. Locutusque est moyses ad filios israhel. Et eduxerunt eum qui blasphemauerat extra castra. ac lapidibus oppresserunt. Feceruntque filii israhel sicut preceperat dominus moysi.

l. Locutusque est dominus ad moysen in monte synai dicens. Loquere filiis israhel et dices ad eos. Quando ingressi fueritis terram quam ego dabo uobis. sabbatizate sabbatum domini. Sex annis seres agrum tuum. et sex annis putabis uineam tuam colligesque fructus eius. septimo autem anno sabbatum erit terrae requietionis domini. Agrum non seres et uineam non putabis que sponte gignit humus non metes. et uuas primitiarum tuarum non colliges. quasi uindemiam. annus enim requietionis terrae est. sed erunt uobis in cibum. Tibi et seruo tuo ancillae et mercennario et aduenae qui peregrinatur apud te. iumentis tuis et pecoribus omnia que nascuntur prebebunt cibum. Numerabis quoque tibi septem ebdomadas annorum id est septem septies que simul faciunt annos XL. nouem et clanges bucina mense septimo decima die mensis propitiationis tempore in uniuersa terra uestra. sanctificabisque annum quadragesimum et uocabis remissionem cunctis habitatoribus terrae tuae. ipse est enim iubileus. Reuertetur homo ad possessionem suam. et unusquisque redibit ad familiam suam pristinam. quia iubileus est. et quinquagesimus annus. Non seretis neque metetis sponte in agro nascentia. et primitias uindemiae non colligetis ob sanctificationem iubilei. sed statim oblata comedetis. Anno iubilei redient omnes ad possessiones suas. In medio est is.

Quando uendes quippiam ciui tuo. uel emes ab eo. ne contristes fratrem tuum. sed iuxta numerum annorum iubilei emes ab eo. et iuxta supputationem frugum uendet tibi. Quanto plus anni remanserint post iubileum. tanto et pretium crescet. quanto minus temporis numeraueris. tanto minoris et emptio constabit. Tempus enim frugum uendet tibi. Nolite affligere contribules uestros. sed timeat unusquisque deum suum. quia ego dominus deus uester. Facite precepta mea et iudicia custodite. et implete ea ut habitare possitis in terra absque ullo pauore. et gignat uobis humus fructus suos. quibus uescamini usque ad saturitatem. nullius impetum formidantes. Quod si dixeritis quid comedemus anno septimo si non seminauerimus. neque collegerimus fruges nostras. dabo benedictionem meam uobis anno sexto et faciet fructus trium annorum. seretisque anno octauo et comedetis ueteres fruges usque ad nonum annum. Donec noua nascantur edetis uetera. Terra quoque non uendetur in perpetuum quia mea est. et uos aduenae et coloni mei estis. Vnde cuncta regio possessionis uestrae sub redemptionis conditione uendetur. Si attenuatus frater tuus uendiderit possessiunculam suam. et uoluerit propinquus eius. potest redimere quod ille uendiderat. Sin autem non habuerit proximum et ipse pretium ad redimendum potuerit inuenire. computabuntur fructus ex eo tempore quo uendidit et quod reliquum est reddet emptori. sicque recipiet possessionem suam. Quod si non inuenerit manus eius ut reddat pretium. habebit emptor quod emerat. usque ad annum iubileum. In ipso enim omnis uenditio redit ad dominum suum. et ad possessorem pristinum. Qui uendiderit domum intra urbis muros. habebit licentiam redimendi donec unus impleatur annus. Si non redimerit et anni circulus fuerit euolutus. emptor possidebit eam et posteri eius in perpetuum. et redimi etiam non poterit in iubileo. Sin autem in uilla fuerit domus que muros non habet. muros. agrorum iure uendetur. Si autem redempta non fuerit. in iubileo reuertetur ad dominum. Edes leuitarum que in urbibus sunt. semper possunt redimi. Si redempte non fuerint in iubileo reuertentur ad dominos quia domus urbium. leuitarum pro possessionibus inter filios israhel. Suburbana autem eorum non uendentur quia possessio sempiterna est. Si attenuatus fuerit frater tuus et infirmus manu et susceperis eum quasi aduenam et peregrinum et uixerit tecum ne accipias usuras ab eo. nec amplius quam dedisti. Time deum tuum ut uiuere possit frater tuus apud te. Pecuniam tuam non dabis ei ad usuram et frugum D cuius apud te superhabundantiam non exiges. Ego dominus deus uester qui eduxi uos de terra aegypti ut darem uobis terram chanaan. et essem uester deus. Si paupertate compulsus uendiderit se tibi frater tuus non eum opprimes seruitute famulorum. sed quasi mercennarius et colonus erit usque ad annum iubileum. operabitur apud te et postea egredietur cum liberis suis et reuertetur ad cognationem suam. et ad possessionem patrum suorum. Mei enim serui sunt. et ego eduxi eos de terra aegypti. Non ueneant in conditione seruorum. nec affligas eos per potentiam sed metuito dominum deum tuum.

Seruus et ancilla sint uobis de nationibus que in circuitu uestro sunt et de aduenis qui peregrinantur apud uos. uel ex his qui nati fuerint in terra uestra. Hos habebitis famulos et hereditario iure transmittetis ad posteros. ac possidebitis in eternum. Fratres autem uestros filios israhel ne opprimatis per potentiam. Si inualuerit apud uos manus aduenae atque peregrini et attenuatus frater tuus uendiderit se ei. aut cuiquam de stirpe eius. post uenditionem potest redimi. Qui uoluerit ex fratribus suis redimet eum. et patruus. et patruelis. et consanguineus et affinis. Sin autem et ipse potuerit redimet se supputatis duntaxat annis a tempore uenditionis suae usque ad annum iubileum. et pecunia qua uenditus fuerat iuxta annorum numerum et rationem mercennarii supputata. Si plures fuerint anni qui remanent usque ad iubileum. secundum hos reddet et pretium. Si pauci. ponet rationem cum eo iuxta annorum numerum et reddet emptori quod reliquum est annorum. quibus ante seruiuit mercedibus imputatis. Non affliget eum uiolenter in conspectu tuo. Quod si per haec redimi non potuerit. anno iubileo egredietur cum liberis suis. Mei enim sunt serui filii israhel. quos eduxi de terra aegypti. Ego enim dominus deus uester. Non facietis idolum et sculptile et titulos non erigetis. nec insignem lapidem ponetis in terra uestra ut adoretis eum. Ego enim sum dominus deus uester. Custodite sabbata mea. et pauete sanctuarium meum. Ego dominus.

Si in preceptis meis ambulaueritis et mandata mea custodieritis. et feceritis ea. dabo pluuias temporibus suis. et terra gignet fructum suum. et pomis arbores replebuntur. Apprehendet messium tritura uindemiam. et uindemia occupabit sementem. et comedetis panem uestrum in saturitate. et absque pauore habitabitis in terra uestra. Dabo pacem in finibus uestris. dormietis et non erit qui exterreat. Auferam malas bestias. et gladius non transibit terminos uestros. Persequemini inimicos uestros et corruent coram uobis. Persequentur quinque de uestris centum alienos. et centum de uobis decem milia. Cadent inimici uestri in conspectu uestro gladio. Respiciam uos et crescere faciam. multiplicabimini et firmabo pactum meum uobiscum. Comedetis uetustissima ueterum. et uetera nouis superuenientibus proicietis.

Ponam tabernaculum meum in medio uestri. et non abiciet uos anima mea. Ambulabo inter uos. et ero uester deus. uosque eritis populus meus. Ego dominus deus uester qui eduxi uos de terra aegyptiorum ne seruiretis eis. et qui confregi catenas ceruicum uestrarum. ut incederetis erecti. Quod si non audieritis me nec feceritis omnia mandata mea sed spreueritis leges meas. et iudicia mea contempseritis ut non faciatis ea que a me constituta sunt. et ad irritum perducatis pactum meum. ego quoque hoc faciam uobis. Visitabo uos uelociter in egestate et ardore qui conficiat oculos uestros. et consumat animas uestras. Frustra seretis sementem que ab hostibus deuorabitur. Ponam faciem meam contra uos. et corruetis coram hostibus uestris et subiciemini his qui oderunt uos. Fugietis nemine persequente. Sin autem nec sic obedieritis mihi. addam correptiones uestras septuplum propter peccata uestra. et conteram superbiam duritiae uestrae daboque uobis caelum desuper sicut ferreum. et terram aeneam. Consumetur incassum labor uester. Non proferet terra germen. nec arbores poma prebebunt. Si ambulaueritis ex aduerso mihi. nec uolueritis audire me addam plagas uestras in septuplum propter peccata uestra. emittamque in uos bestias agri que consumant uos et pecora uestra et ad paucitatem cuncta redigant desertaeque fiant uiae uestrae. Quod si nec sic uolueritis recipere disciplinam sed ambulaueritis mihi ex aduerso. et ego quoque contra uos ex aduerso pergam. et percutiam uos septies propter peccata uestra. inducamque super uos gladium ultorem foederis mei. Cumque confugeritis in urbes mittam pestilentiam in medio uestri et trademini hostium manibus postquam confregero baculum panis uestri. ita ut decem mulieres in uno clibano coquant panes. et reddant eos ad pondus. et comedetis et non saturabimini. Sin autem nec per haec audieritis me. sed ambulaueritis contra me. et ego incedam aduersum uos in furore contrario et corripiam uos septem plagis propter peccata uestra. ita ut comedatis carnes filiorum uestrorum. et filiarum uestrarum. Destruam excelsa uestra et simulachra confringam. Cadetis inter ruinas idolorum uestrorum. et abhominabitur uos anima mea. in tantum ut urbes uestras redigam in solitudinem. et deserta faciam uestra. nec recipiam ultra odorem suauissimum. disperdamque terram uestram. et stupebunt super ea inimici uestri. cum habitatores illius fuerint. Vos autem dispergam in gentes. et euaginabo post uos gladium. eritque terra uestra deserta. et ciuitates dirutae. Tunc placebunt terrae sabbata sua cunctis diebus solitudinis suae. quando fueritis in terra hostili sabbatizabit et requiescet in sabbatis solitudinis suae. eo quod non requieuerit in sabbatis uestris quando habitabatis in ea. et qui de uobis remanserint dabo pauorem in cordibus eorum in regionibus hostium. Terrebit eos sonitus folii uolantis. et ita fugient quasi gladium. Cadent nullo persequente. et corruent singuli super fratres suos quasi bella fugientes. Nemo uestrum audebit inimicis resistere. Peribitis inter gentes. et hostilis terra uos consumet. Quod si de his aliqui remanserint tabescent in iniquitatibus suis in terra inimicorum suorum. et propter peccata patrum suorum et sua affligentur donec confiteantur iniquitates suas. et maiorum suorum recordentur quibus preuaricati sunt in me. et ambulauerunt ex aduerso mihi. Ambulabo igitur et ego contra eos. et inducam illos in terram hostilem. donec erubescat incircumcisa mens eorum. Tunc orabunt pro impietatibus suis. et recordabor foederis mei quod pepigi cum iacob et ysaac et abraham. Terrae quoque memor ero. que cum relicta fuerit ab eis sibi complacebit in sabbatis suis patiens solitudinem propter illos. Ipsi uero rogabunt pro peccatis suis. et quod abiecerint iudicia mea. et leges meas despexerint. Attamen etiam cum essent in terra hostili non penitus abieci eos. neque sic despexi ut consumerentur et irritum facerem pactum meum cum eis. Ego enim sum dominus deus eorum et recordabor foederis mei pristini quando eduxi eos de terra aegypti in conspectu gentium. ut essem deus eorum. Ego dominus deus. Haec sunt precepta atque iudicia et leges quas dedit dominus inter se et inter filios israhel in monte synai per manum moysi.

Locutusque est dominus ad moysen dicens. Loquere filiis israhel et dices ad eos. Homo qui uotum fecerit et uouerit et spoponderit deo animam suam. sub estimatione dabit pretium. Si fuerit masculus a XX anno usque ad sexagesimum annum dabit L. siclos argenti ad mensuram sanctuarii. si mulier XXX. A quinto autem anno usque ad uicesimum masculus dabit XX siclos femina X. Ab uno mense usque ad annum quintum pro masculo dabuntur quinque sicli. pro femina tres. Sexagenarius et ultra masculus dabit XV siclos. femina X. Si pauper fuerit et estimationem reddere non ualebit. stabit coram sacerdote et quantum ille estimauerit et uiderit eum posse reddere. tantum dabit. Animal autem quod immolari potest domino si quis uouerit sanctum erit. et mutari non poterit id est nec melius malo. nec peius bono. Quod si mutauerit et ipsum quod mutatum est. et illud pro quo mutatum est consecratum erit domino. Animal inmundum quod immolari domino non potest si quis uouerit. adducetur ad sacerdotem. Qui diiudicans utrum bonum an malum sit. statuet pretium. Quod si dare uoluerit is qui offert addet super estimationem quintam partem.

Homo si uouerit domum suam et sanctificauerit eam domino considerabit eam sacerdos utrum bona an mala sit. et iuxta pretium quod ab eo fuerit constitutum uenundabitur. Sin autem ille qui uouerat uoluerit redimere eam. dabit quintam partem estimationis supra et habebit domum. Quod si agrum possessionis suae uouerit et consecrauerit domino. iuxta mensuram sementis estimabitur pretium. Si XXX modiis hordei seritur terra. quinquaginta siclis uendetur argenti. Si statim ab anno iubilei uouerit incipientis agrum quanto ualere potest tanto estimabitur. Sin autem post aliquantum temporis supputabit sacerdos pecuniam iuxta numerum annorum qui reliqui sunt usque ad iubileum et detrahetur ex pretio. Quod si uoluerit agrum ille redimere qui uouerat. addet quintam partem estimatae pecuniae et possidebit eum. Sin autem noluerit redimere. sed alteri cuilibet fuerit uenundatus ultra eum qui uouerat redimere non poterit quia cum iubilei uenerit dies sanctificatus

ficat erit dno & possessio consecrata ad ius sacerdotum ptinet.
Si ager emptus & n de possessione maior scificat fuerit dno
supputabit sacdos iuxta annor numeru usq: ad iubileu pcium
& dabit ille qui uouerat eu dno. In iubileo au reuertet ad priore
dnm qui uendiderat eum & habuerat in sorte possessionis sue.
Omnis estimatio siclo scuari ponderabit. Siclus xx. obulos hat.
Primogenita que ad dnm ptinent nemo scificare poterit 7 uouere.
Siue bos siue ouis fuerit domini sunt. Qd si inmundu e animal
redimet qui obtulit iuxta estimatione sua. & addet quinta pre
pcii. Si redimere noluerit uendet alteri quantocumq: fuerit
an estimatum. Omne qd domino consecrat siue homo fuerit
siue animal. siue ager non uendet. nec redimi poterit. Qcq:
semel fuerit consecratu scm scor erit domino. & omnis conse
cratio que offert ab homine non redimet s: morte moriat.
Omnis decima tre siue de frugib: siue de pomis arbor dni sunt.
& illi sanctificantur.
Si quis au uoluerit redimere decimas suas. addet quinta pcium
earum omnium decimarum. Boues & oues & capre que sub
pastoris uirga transeunt quicqd decimum uenerit scificabit dno.
Non eliget nec bonum nec malum. nec altero commutabit. Si
quis mutauerit & qd mutatu est. & p quo mutatu e scifica
bit domino & n redimet. Hec sunt pcepta que mandauit
dominus moysi ad filios isrl in monte synai. Explic leuitic.

INCIPIT·LIBER·NVMERI·Q·DR·VACEDABER·

LOCVT· EST·DNS·AD· MOYSEN·IN DE

serto synai in tabnaculo federis prima die msis scdi. anno altero
egressionis eor ex egypto dicens. Tollite summa uniuse congre
gationis filior isrl. p cognationes & domos suas & nomina sin
gulor & quicqd e sexus e masculini a xx anno & supra. omiu
uiror fortium ex isrl. & numerabitis eos p turmas suas. tu &
aaron eruntq: uobiscum pncipes tribuum. ac domor in cognati
onib: suis. quor ista sunt nomina. De ruben hely sur fili sedeyr.
De symeon salamiel filius surisaday. De iuda naasson fili ami
nadap. De ysachar nathanael filius suar. De zabulon heliab
fili helon. Filior au ioseph de effraim helisama filius amiud.
De manasse gamaliel filius phadassur. De beniamin abidan
filius gedeonis. De dan abiezer filius amissadday. De aser
fegiel filius ochran. De gad elisaph filius duel. De neptalim
abira filius enan. Hi nobilissimi pncipes multitudinis p trib: &
cognationes suas. & capita exercit isrl. quos tulerunt moyses & a
aron cum omni uulgi multitudine. & congregauert pmo die msis
scdi. recensentes eos p cognationes suas & domos & familias.
& capita & nomina singulor a xx. anno & supra sicut pcepat
dns moysi. Numeratiq: sunt in deserto synai.
De ruben pmogenito israhelis p cognationes & familias ac domos
suas & nomina capitum singulor omne qd sexus e masculini a
xx anno & supra pcedentium ad bellum xl. sex milia qngenta.
De filiis symeon p generationes & familias ac domos cognationu
suarum recensiti sunt p nomina & capita singulor qd sexus est
masculini a xx anno & supra pcedentium ad bella qnqginta no
uem milia trecenti. De filiis gad p generationes suas & familias
ac domos cognationu suaru recensiti sunt p nomina singulor a xx
annis & supra omis qui poterant ad bellum pcedere xl. quinq: mi
lia sexcenti qnqginta. De filiis iuda p familias & generationes
ac domos cognationum suaru p nomina singlor a xx anno & sup
omnes qui poterant ad bella pcedere recensiti st lxx iiii milia sex
centi. De filiis ysachar p generationes ac familias & domos cog
nationum suarum p nomina singulor a xx anno & supra omis qui
ad bella pcederent recensiti sunt l. iiii milia quadringenti. De filiis
zabulon p generationes suas & familias ac domos cognationum
suarum recensiti sunt p nomina singulor. a xx anno & supra omis
qui poterant ad bella pcedere lx duo milia quadringenti. De filiis
ioseph filior effraim p generationes & familias ac domos cognatio
num suarum recensiti sunt p nomina singulor a xx anno & supra
omis qui poterant ad bella pcedere quadringenta milia quingenti.
Porro filior manasse p generationes & familias ac domos cognati
onum suaru recensiti sunt nominib: singulor a xx annis & sup
omis qui poterant ad bella pcedere xxx. duo milia ducenti. De
filiis beniamin p generationes ac familias & domos cognationum
suarum recensiti st nominib: singulor a xx anno & supra omis
qui poterant ad bella pcedere xxx quinq: milia quadringenti.
De filiis dan p generationes & familias ac domos cognationum
suaru recensiti sunt nominib: singulor a xx anno & sup omis
qui poterant ad bella pcedere lx. duo milia septingenti. De filiis
aser p generationes & familias ac domos cognationu suarum re
censiti sunt p nomina singulor a xx anno & sup omis q poterat
ad bella pcedere xl. milia. & mille qngenti. De filiis neptalim p
generationes & familias ac domos cognationu suaru recensiti st
p nomina singulor a xx anno & sup qui poterant ad bella pcedere l.
tria milia qdringenti. Hi sunt qs numerauit moyses & aaron 7 xii
pncipes ex isrl singlos p domos cognationu suaru. fuertq: omis filior
isrl p domos & familias suas a xx anno 7 sup q potant ad bella pcede
sexcenta tria milia uiror qngenti l. Leuite au in tribub: familiaru suar
Locut est dominus ad moysen dices. Tribum leui noli numerare aceres,
noli numerare neq: ponas summa eor cum filiis isrl sed constitue
eos sup tabnaculum testimonii cuncta uasa eius & quicqd ad ceremo
nias ptinet. Ipsi portabunt tabnaculum & omnia utensilia ei.
& erunt in ministerio ac p girum tabnaculi metabunt. Cu pfici
scendum fuerit deponent leuite tabnaculu cum castra metanda erit
erigent. Quisquis exteror accesserit occidet. Metabunt au castra
unusquisq: p turmas & cuneos atq: exercitum suum.
Porro leuite p girum tabnaculi figent tentoria ne fiat indignatio
sup multitudinem filior isrl. & excubabunt in custodiis tabna
culi testimonii. Fecerunt g filii isrl iuxta omnia que pceperat dns
moysi. Locutq: est dominus ad moysen & aaron dices. Singli
p turmas atq: uexilla & domos cognationu suaru castra me
tabunt filii isrl p girum tabnaculi federis. Ad oriente iudas
figet tentoria p turmas exercit sui. eritq: princeps filior naas
son. filii amminadap & omnis de stirpe eius summa pugnantiu
septuaginta iiii milia sexcentor. Iuxta eum castra metati sunt
de tribu ysachar: quor pnceps fuit nathanael filius suar &
omnis numerus pugnator eius. l. iiii milia qdringenti. In tribu
zabulon pnceps fuit eliab filius elon omnis de stirpe eius pug
nator l. vii milia quadringenti. Uniusi qui in castris iude
adnumerati sunt fuerunt centum octoginta sex milia qdrin
genti p tmas suas pmi egredient. In castris filior ruben ad me
ridianam plagam erit princeps elisur filius sedeyr & cunctus
exercit pugnator eius qui numerati st xl. vi milia qngenti.
Iuxta eum castrametati sunt de tribu symeon quor pnceps
fuit salamihel filius surisadday & cunct exercitus pugnator
eius qui numerati sunt l. noue milia trecenti. In tribu gad pnceps
fuit helysaph fili duel. & cunct exercit pugnator eius qui
numerati sunt xl. v milia sexcenti l. Omnes qui recensiti st
i castris ruben c. l. milia. & mille ccc. l p tmas suas in scdo
loco pficiscent. Leuabit au tabnaculu testimonii p officia le
uitarum & turmas eor. Q nom erigit ita & deponetur. Singli
p loca & ordines suos pficiscent. Ad occidentale plagam
erunt castra filior effraim quor pnceps fuit helisama fili ammi
iud cunct exercit pugnator qui numerati st xl milia qnge
ti. & cum eis tribu filior manasse. quor pnceps fuit gamaliel
filius phadassur cunct exercit pugnator eius qui numerati st
xxx. duo milia ducenti. In tribu filior beniamin pnceps fuit
abidan filius gedeonis & cunct exercit pugnator eius qui re
censiti st xxx. v milia quadringenti. Omnes qui numerati st
i castris effraim centu octo milia centu p turmas suas tcii pficis
cent. Ad aquilonis parte castra metati sunt filii dan. quor pn
ceps fuit abiezer filius ammisadday cunct exercit pugnator
eius. qui numerati sunt lx. duo milia septingenti. Iuxta eum fixe
re tentoria de tribu aser quor princeps fuit fegihel fili okran
cunct exercit pugnator eius. qui numerati st quadraginta mil
& mille qngenti. De tribu filior neptalim pnceps fuit abira
fili enan. cunct exercit pugnator eius q numerati st l. iii mil
quadringenti. Omis q numerati st in castris dan. fuert c. l. vii
milia sexcenti. & nouissimi pficiscent. Hic numerus filior isrl
p domos cognationu suaru & turmas diuisi exercit sexcenta
tria milia qungenti l. Leuite au n sunt numerati int filios isrl
sic enim pcepit domin moysi. Feceruntq: filii isrl iuxta omnia que
mandauerat domin. Castra metati st p turmas suas & pfecti
p familias ac domos patrum suor. Hec sunt generationes moy
si & aaron in die qua locut est dns ad moysen in monte synai
& hec noia filior aaron. Primogenit ei nadab. deinde abiu. 7
eleazar & ithamar.
Hec sunt nomina filior aaron sacerdotum qui uncti sunt & quor
replete & consecrate manus ut sacerdotio fungant. Mortui st
nadab & abiu cum offerrent igne alienum in conspectu dni in
deserto synai absq: liberis. Functiq: sacdotio eleazar & itha
mar coram aaron patre suo.
Locutq: est dns ad moysen dicens. Applica tribum leui & facsta
re in conspectu aaron sacerdotis ut ministrent ei & excubent &
obseruent quicqd ad cultum ptinet multitudinis cora tabnaculo
testimonii. & custodiant uasa tabnaculi. seruientes in ministerio
eius. Dabisq: dono leuitas aaron & filiis ei. quib: tradita sunt
a filiis isrl. Aaron au & filios ei constitues sup cultum sacficii.
Exterus qui ad ministrandum accesserit morietur.
Locut est dns ad moysen dicens. Ego tuli leuitas a filiis isrl pro
omni
pmogenito qui apit uuluam in filiis isrl. eruntq: leuite mei. Meu
est enim omne pmogenitu. ex quo pcussi pmogenita in tra egypti.
Scificaui mihi qcqd pmum nascit in isrl ab homine usq: ad pecus mi
sunt. Ego dominus.
Locutus e domin ad moysen in deserto synai dices. Numera filios
leui p domos & familias patrum suor omne masculinu ab uno mse
& supra. Numerauit moyses ut pcepat dns & inuenti st filii
leui p nomina sua gerson & caath & merari. Filii gerson lebni
& semei. Filii caath amram. & iessaar. ebron & oziel. Filii me
15 rari mooli & musi. De gerson fuere familie due lebnitica & semei
tica. quarum numerat est ppls sexus masculini ab uno mse & sup
vii milia qngentor. Hi post tabnaculum metabunt ad occidentem
sub pncipe elisaph filio lahel. & habebunt excubias in tabnaclo
federis. ipsum tabnaculum & opimentum ei. tentoriu qd trahit an
fores tecti federis. & cortinas atrii. Tentoriu qq: qd appendit i
introitu atrii tabnaculi. & qcqd ad ritum altaris ptinet. funes
tabnaculi. & omnia utensilia eius. Cognatio caath habebit ppls
amramitas & gessaaritas. & ebronitas. & ozielitas. Hec sunt
familie caathitarum. recensite p nomina sua omis generis mascu
lini ab uno mse & sup octo milia sexcenti. Habebunt excubias
scuaru. & castra metabunt ad meridianam plaga. pnceps q: eor
erit elysaphan filius oziel. & custodient archam mensamq: & can
delabrum. & altaria. & uasa scuaru in quib: ministrat & uelum
cunctaq: huiuscemodi suppellectile. Princeps au pncipu leuita
rum eleazar filius aaron sacdotis. erit sup excubitores custodie
scuaru. At u de merari erunt ppli moolite & musite recensiti p
noia sua omnis generis masculini ab uno mse & sup vi mil ducenti.
Princeps eor suriel filius abiahel. In plaga septemtrionali castra
metabunt. Erunt sub custodia eor tabule tabnaculi testimonii
& uectes. columne & bases ear. & oia q ad cultu huiuscemodi ptinet
columneq: atrii p circuitu cu basib: suis. & paxilli cu funib. Castra me
tabunt an tabnaclm federis. id est ad orientale plaga. moyses & a
aron cu filiis suis habentes custodia scuarii in medio filior isrl. Quisq
alien accesserit morietur. Omnes leuite qs numerauert moyses &
aaron iuxta pceptu dni p familias suas in genere masculino a mse

uno et supra fuerunt uiginti duo milia.
Et ait dominus ad moysen. Numera primogenitos sexus masculini de filiis
israhel a mense uno et supra. et habebis summam eorum. tollesque leuitas
mihi pro omnibus primogenitis filiorum israhel. Ego sum dominus. Et pecora eorum pro
uniuersis pecoribus filiorum israhel. Recensuit moyses sicut preceperat dominus
primogenitos filiorum israhel. et fuerunt masculini per nomina sua a mense uno
et supra. xx. duo milia ducenti septuaginta tres.
x. Locutusque est dominus ad moysen dicens. Tolle leuitas pro primogenitis
filiorum israhel. et pecora leuitarum pro pecoribus eorum. eruntque leuite mei.
Ego sum dominus. In pretio autem ducentorum lxx trium qui excedunt nume
rum leuitarum de primogenitis filiorum israhel accipies quinque siclos
per singula capita. ad mensuram sanctuarii. siclus habet obulos xx. dabisque
pecuniam aaron et filiis eius pretium eorum qui supra sunt. Tulit igitur moyses
pecuniam eorum qui fuerant amplius et quos redemerant a leuitis pro
primogenitis filiorum israhel mille trecentorum lx v siclorum iuxta pondus
sanctuarii. et dedit eam aaron et filiis eius. iuxta quod preceperat sibi dominus.
Locutusque est dominus ad moysen et aaron dicens. Tolle summam filiorum
caath de medio leuitarum per familias et domos suas a xxx anno
et supra usque ad sexagesimum annum omnium qui ingrediuntur ut stent
et ministrent in tabernaculo federis. Hic est cultus filiorum caath. Ta
bernaculum federis et sanctum sanctorum ingredientur aaron et filii eius quando
mouenda sunt castra. et deponent uelum quod pendet ante fores in
uoluentque eo archam testimonii. et operient rursum uelamine iacin
tinarum pellium. extendentque desuper pallium iacintinum et inducent
uectes. Mensam propositionis inuoluent iacintino pallio et ponent
cum ea thuribula et mortariola cyathos et crateras ad liba fun
denda. Panes semper in ea erunt. Extendentque desuper pallium cocci
neum quod rursum operient uelamento iacintinarum pellium. et inducent
uectes. Sument et pallium iacintinum quo operient candelabrum
cum lucernis suis. et forcipibus et emunctoriis et cunctis uasis
olei que ad concinnandas lucernas necessaria sunt. et super omnia
ponent opertorium iacintinarum pellium. extendentque desuper
pallium et inducent uectes. Nec non et altare aureum inuoluent iaci
ntino uestimento. et extendent desuper opertorium iacintinarum pel
lium. et inducent uectes. Omnia uasa quibus ministratur in sanctu
ario inuoluent iacintino pallio et extendent desuper opertorium
iacintinarum pellium inducentque uectes. Sed et altare mundabunt
cinere et inuoluent illud purpureo uestimento. ponentque cum eo
uasa omnia quibus in ministerio eius utuntur. id est ignium receptacu
la et fuscinulas ac tridentes uncinos et batilla. Cuncta uasa
altaris operient uelamine iacintinarum pellium et inducent uectes.
Cumque inuoluerint aaron et filii eius sanctuarium et omnia uasa eius in
motione castrorum. tunc intrabunt filii caath ut portent inuolu
ta et non tangant uasa sanctuarii ne moriantur. Ista onera filiorum ca
ath in tabernaculo federis. Super quos erit eleazar filius aaron sacer
dotis ad cuius pertinet curam. oleum ad concinnandas lucernas
et compositionis incensum. et sacrificium quod semper offertur. et
oleum unctionis. et quicquid ad cultum tabernaculi pertinet omniumque
uasorum que in sanctuario sunt.
Locutusque est dominus ad moysen et aaron dicens. Nolite perdere populum
caath de medio leuitarum. sed hoc facite eis ut uiuant et non moriantur
si tetigerint sancta sanctorum. Aaron et filii eius intrabunt ipsique dispo
nent opera singulorum. et diuident quid portare quis debeat. Alii nul
la curiositate uideant que sunt in sanctuario priusquam inuoluantur. alio
quin morientur. Locutus est dominus ad moysen dicens. Tolle summam
etiam filiorum gerson. per domos ac familias et cognationes suas a
xxx annis et supra usque ad annos l. numera omnes qui ingrediuntur
et ministrent in tabernaculo federis. Hoc est officium familie gersonitarum
ut portent cortinas tabernaculi et tectum federis. operimentum aliud
et super omnia uelamen iacintinum. tentoriumque quod pendet in introitu
federis. cortinas atrii et uelum in introitu quod est ante tabernaculum.
Omnia que ad altare pertinent. funiculos et uasa ministerii iubente
aaron et filiis eius portabunt filii gerson. et scient singuli cui
debeant oneri mancipari. Hic est cultus familie gersonitarum in ta
bernaculo federis. eruntque sub manu ithamar filii aaron sacerdotis.
Filios quoque merari per familias et domos patrum suorum recensebis a xxx
annis et supra usque ad annos l. omnes qui ingrediuntur ad officium mini
sterii sui. et cultum federis testimonii. Hec sunt onera eorum. Por
tabunt tabulas tabernaculi et uectes eius. columnas et bases ear
columnas quoque atrii per circuitum cum basibus et paxillis et funibus eius.
Omnia uasa et supellectile ad numerum accipient sicque portabunt.
Hoc est officium familie meraritarum et ministerium in tabernaculo fe
deris. eruntque sub manu ithamar filii aaron sacerdotis. Recensue
runt igitur moyses et aaron principesque synagoge filios caath per co
gnationes et domos patrum suorum a xxx annis et supra usque ad an
num quinquagesimum omnes qui ingrediuntur ad ministerium tabernaculi fe
deris. et inuenti sunt duo milia septingenti l. Hic est numerus po
puli caath. qui intrat tabernaculum federis. Hos numerauit moy
ses et aaron iuxta sermonem domini per manum moysi.
Numerati sunt et filii gerson per cognationes et domos patrum suorum
a xxx annis et supra usque ad annum quinquagesimum omnes qui ingredi
untur ut ministrent in tabernaculo federis. et inuenti sunt duo mi
lia sexcenti xxx. Hic est populus gersonitarum quos numerauit
moyses et aaron iuxta uerbum domini.
Numerati sunt et filii merari per cognationes et domos patrum
suorum a xxx annis et supra usque ad annum quinquagesimum omnes qui
ingrediuntur ad explendos ritus tabernaculi federis. et inuenti sunt
tria milia ducenti. Hic est numerus filiorum merari quos recensu
erunt moyses et aaron iuxta imperium domini per manum moysi.
Omnes qui recensiti sunt de leuitis et quos fecit ad nomen moyses
et aaron et principes israhel per cognationes et domos patrum suorum
a xxx annis et supra usque ad annum quinquagesimum ingredientes ad
ministerium tabernaculi et onera portanda. fuerunt simul octo milia
quingenti octoginta. Iuxta uerbum domini recensuit eos moyses
unumquemque iuxta officium et onera sua sicut preceperat ei dominus.
Locutusque est dominus ad moysen dicens. Precipe filiis israhel ut eiciant
de castris omnem leprosum et qui semine fluit pollutusque est super mor
tuo. tam masculum quam feminam eicite de castris. ne contaminent
ea cum habitauerint uobiscum. Feceruntque ita filii israhel. et eiecerunt eos
extra castra. sicut locutus est dominus moysi.
xx. Locutusque est dominus ad moysen dicens. Loquere ad filios israhel. Vir
siue mulier cum fecerint ex omnibus peccatis que solent hominibus
accidere. et per negligentiam transgressi fuerint mandatum domini atque
deliquerint. confitebuntur peccatum suum et reddent ipsum caput
quintamque partem desuper ei in quem peccauerint. Sin autem non fuerit
qui recipiat dabunt domino et erunt sacerdotis excepto ariete

quo offertur pro expiatione ut sit placabilis hostia. Omnes quoque primicie
quas offerunt filii israhel ad sacerdotes pertinent. et quicquid in sanctuarium offertur
a singulis et traditur manibus sacerdotum ipsorum erit.
Locutusque est dominus ad moysen dicens. Loquere ad filios israhel et dices
ad eos. Vir cuius uxor errauerit maritumque contempserit. dormierit
cum altero uiro. et hoc maritus deprehendere non quiuerit. sed latet adulte
rium. et testibus argui non potest. quia non est inuenta in stupro. si spiritus
zelotypie concitauerit uirum contra uxorem suam que uel polluta est uel falsa
suspicione appetitur adducet eam ad sacerdotem et offeret pro illa obla
tionem decimam partem sati farine hordeacee. non fundet super eam oleum
nec imponet thus quia sacrificium zelotypie est. et oblatio inuesti
gans adulterium. Offeret igitur eam sacerdos et statuet coram domino. as
sumetque aquam sanctam in uase fictili. et pauxillum terre de pauimento taber
naculi mittet in eam. Cumque steterit mulier in conspectu domini. discoo
periet caput eius. et ponet super manus illius sacrificium recordationis
et oblationem zelotypie. Ipse autem tenebit aquas amarissimas in quibus
cum execratione maledicta congessit. adiurabitque eam et dicet.
Si non dormiuit uir alienus tecum. et si non polluta es deserto mariti
thoro. non te nocebunt aque iste amarissime. in quas maledicta
congessi. Sin autem declinasti a uiro tuo atque polluta es. et concu
buisti cum altero uiro. his maledictionibus subiacebis. Det te dominus in
maledictionem exemplumque cunctorum in populo suo. putrescere faciat
femur tuum. et tumens uterus tuus disrumpatur. Ingrediantur aque
maledicte in uentrem tuum. et utero tumescente putrescat femur. Et re
spondebit mulier amen amen. Scribetque sacerdos in libello ista
maledicta. et delebit ea aquis amarissimis in quas ista ma
ledicta congessit. et dabit ei bibere. Quas cum exhauserit tol
let sacerdos de manu eius sacrificium zelotypie. et eleuabit illud
coram domino. imponetque super altare ita dumtaxat ut prius pugil
lum sacrificii tollat de eo quod offertur. et incendat super altare et
sic potum det mulieri aquas amarissimas. Quas cum biberit
si polluta est et contempto uiro adulterii rea. pertransibunt eam aque
maledictionis. et inflato uentre computrescet femur. eritque mulier
in maledictionem et in exemplum omni populo. Quod si non fuerit polluta
erit innoxia. et faciet liberos. Ista est lex zelotypie. Si decli
nauerit mulier a uiro suo et si polluta fuerit maritusque zelotypie
spiritu concitatus adduxerit eam in conspectu domini. et fecerit ei sacerdos
iuxta omnia que scripta sunt. maritus absque culpa erit. et illa recipiet iniquitatem suam.
Locutusque est dominus ad moysen dicens. Loquere ad filios israhel et
dices ad eos. Vir siue mulier cum fecerint uotum ut sanctificentur et se
uoluerint domino consecrare. a uino et omni quod inebriare potest
abstinebunt. Acetum ex uino et ex qualibet alia potione et quicquid
ex uua exprimitur non bibent. Vuas recentes siccasque non comedent
cunctis diebus quibus ex uoto domino consecrantur. Quicquid ex uinea
esse potest. ab uua passa usque ad acinum non comedent omni tempore
separationis sue. Nouacula non transibit per caput eius. usque ad completum
diem quo domino consecratur. Sanctus erit crescente cesarie capitis eius.
Omni tempore consecrationis sue super mortuum non ingredietur. nec super
patris quidem et matris et fratris sororisque funere contaminabitur. quia
consecratio dei sui super caput eius est. Omnes dies separationis sue sanctus erit
domino. Sin autem mortuus fuerit subito quispiam coram eo. polluetur caput
consecrationis eius. Quod radet ilico. et in eadem die purgationis sue.
et rursum septima. In octaua autem die offeret duos turtures. uel
duos pullos columbe sacerdoti in introitu federis testimonii. Faci
etque sacerdos unum pro peccato. et alterum in holocaustum. et depreca
bitur pro eo. quia peccauit super mortuo. Sanctificabitque caput eius in die illo.
et consecrabit domino dies separationis illius offerens agnum anni
culum pro peccato. ita tamen ut dies priores irriti fiant. quia polluta est
sanctificatio eius. Ista est lex consecrationis eius. Cum dies quos ex uoto de
creuerat complebuntur. adducet eum ad ostium tabernaculi federis. et
offeret oblationem eius domino. agnum anniculum immaculatum in holo
caustum. et ouem anniculam immaculatam pro peccato. et arietem immacu
latum hostiam pacificam. canistrum quoque panum azimorum qui conspersi sunt
oleo et lagana absque fermento uncta oleo. ac libamina singulorum.
Que offeret sacerdos coram domino. et faciet tam pro peccato quam in holo
caustum. arietem uero immolabit hostiam pacificam domino. offerens simul
canistrum azimorum et libamenta que ex more debentur. Tunc radetur
nazareus ante ostium tabernaculi federis cesarie consecrationis
sue. tolletque capillos eius et ponet super ignem qui est suppositus
sacrificio pacificorum. et armum coctum arietis. tortamque absque fermento
unam de canistro et laganum azimum unum. et tradet in manibus
nazarei. Postquam rasum fuerit caput eius. susceptaque rursum ab eo
eleuabit in conspectu domini. et sanctificata sacerdotis erunt. sicut pectusculum quod
separari iussum est et femur. Post hec potest bibere nazareus uinum.
Ista est lex nazarei cum uouerit oblationem suam domino tempore consecra
tionis sue. exceptis his que inuenerit manus eius. iuxta quod mente de
uouerat ita faciet ad perfectionem sanctificationis sue.
Locutus est dominus ad moysen dicens. Loquere aaron et filiis eius. Sic
benedicetis filiis israhel et dicetis ad eos. Benedicat tibi dominus et custo
diat te. ostendat dominus faciem suam tibi. et misereatur tui. Conuertat do
minus uultum suum ad te. et det tibi pacem. Inuocabuntque nomen meum super
filios israhel. et ego benedicam eis. Factum est autem in die qua compleuit
moyses tabernaculum et erexit illud. unxitque et sanctificauit cum omnibus
uasis suis. altare similiter et omnia uasa eius.
Obtulerunt principes israhel et capita familiarum que erant per singulas
tribus. prefectique eorum qui numerati fuerant ad munera coram domino. sex plaustra
tecta cum xii bubus. Vnum plaustrum obtulere duo duces. et
unum bouem singuli. obtuleruntque ea in conspectu tabernaculi. Ait
autem dominus ad moysen. Suscipe ab eis ut seruiant in ministerio taber
naculi. et trades ea leuitis iuxta ordinem ministerii sui. Itaque cum
suscepisset moyses plaustra et boues. tradidit eos leuitis. Duo
plaustra et iiii boues dedit filiis gerson. iuxta id quod habebant ne
cessarium. Quattuor alia plaustra et octo boues dedit filiis merari
secundum officia et cultum suum sub manu ithamar filii aaron sacerdo
tis. Filiis autem caath non dedit plaustra et boues quia in sanctuario ser
uiunt et onera propriis portant humeris. Igitur obtulerunt duces in
dedicatione altaris die qua unctum est oblationem suam ante altare.
Dixitque dominus ad moysen. Singuli duces per singulos dies offerant
munera in dedicationem altaris.
Primo die obtulit oblationem suam naasson filius aminadab de
tribu iuda. Fueruntque in ea acetabulum argenteum pondo centum
xxx siclorum. fiala argentea habens lxx siclos. iuxta pondus sancta
rii utrumque plenum simila conspersa oleo in sacrificium. mortariolum
ex x siclis aureis plenum incenso. bouem et arietem et agnum
anniculum in holocaustum. Hircumque pro peccato. et in sacrificio
pacificorum boues duos. arietes quinque. hircos quinque. agnos

anniculos quinque. Hec est oblatio naasson filii amminadap.
Secundo die obtulit nathanael filius suar dux de tribu ysachar ace-
tabulum argenteum appendens c.xxx siclos. fialam argenteam ha-
bentem lxx siclos iuxta pondus sanctuarii. utrumque plenum simila con-
spersa oleo in sacrificium. mortariolum aureum habens x siclos plenum
incenso. bovem de armento & arietem. & agnum anniculum in holocaustum.
Hircumque pro peccato & in sacrificio pacificorum boves duos. arietes
quinque. hircos quinque. agnos anniculos quinque. Hec fuit oblatio
nathanael filii suar. Tercio die princeps filiorum zabulon heliab
filius helon obtulit acetabulum argenteum appendens c.xxx.
siclos. fialam argenteam habentem lxx siclos. ad pondus sanctu-
arii utrumque plenum simila conspersa oleo in sacrificium. mortario-
lum ex decem siclis aureum appendens plenum incenso. bovem
de armento & arietem. & agnum anniculum in holocaustum. Hircumque
pro peccato & in sacrificio pacificorum boves duos. arietes quinque. hircos
quinque. agnos anniculos quinque. Hec est oblatio heliab filii helon.
Die quarto princeps filiorum ruben helysur filius sedeyr obtulit ace-
tabulum argenteum appendens c.xxx siclos. fialam argenteam haben-
tem lxx siclos ad pondus sanctuarii. utrumque plenum simila conspersa
oleo in sacrificium. mortariolum aureum appendens x siclos plenum
incenso. bovem de armento & arietem & agnum anniculum in ho-
locaustum. Hircumque pro peccato & in hostias pacificorum boves
duos. arietes quinque. hircos quinque. agnos anniculos quinque. Hec
fuit oblatio helysur filii sedeyr. Die quinto princeps filiorum sy-
meon salamihel filius surisadday obtulit acetabulum argenteum
appendens c.xxx. siclos. fialam argenteam habentem lxx siclos
ad pondus sanctuarii utrumque plenum simila conspersa oleo in sacrificium.
mortariolum aureum appendens x. siclos plenum incenso. bovem
de armento & arietem. & agnum anniculum in holocaustum. Hircumque
pro peccato & in hostias pacificorum boves duos. arietes v.
hircos quinque. agnos anniculos quinque. Hec fuit oblatio salami-
hel filii surisadday. Die sexto princeps filiorum gad helyasaph
filius duhel obtulit acetabulum argenteum appendens c.xxx
siclos. fialam argenteam habentem lxx siclos ad pondus sanctuarii utrumque
plenum simila conspersa oleo in sacrificium. mortariolum aureum appen-
dens siclos x plenum incenso. bovem de armento & arietem & agnum
anniculum in holocaustum. Hircumque pro peccato & in hostias
pacificorum boves duos. arietes quinque. hircos quinque. agnos an-
niculos quinque. Hec fuit oblatio helyasaph filii duhel. Die
septimo princeps filiorum effraim helysama filius ammiud ob-
tulit acetabulum argenteum appendens c.xxx siclos. fialam ar-
genteam habentem lxx siclos ad pondus sanctuarii. utrumque plenum simi-
la conspersa oleo in sacrificium. mortariolum aureum appendens siclos
x. plenum incenso. bovem de armento & arietem & agnum anniculum
in holocaustum. Hircumque pro peccato & in hostias pacificorum bo-
ves duos arietes quinque. hircos quinque. agnos anniculos quinque.
Hec fuit oblatio helysama filii ammiud. Die octavo princeps
filiorum manasse gamaliel filius fadassur obtulit acetabulum
argenteum appendens c.xxx siclos. fialam argenteam habentem
lxx siclos ad pondus sanctuarii utrumque plenum simila conspersa oleo
in sacrificium. mortariolum aureum appendens x siclos plenum incen-
so. bovem de armento & arietem & agnum anniculum in holocaustum.
Hircumque pro peccato & in hostias pacificorum boves duos. arietes
quinque. hircos quinque. agnos anniculos quinque. Hec fuit ob-
latio gamaliel filii fadassur. Die nono princeps filiorum beniamin
abidan filius gedeonis obtulit acetabulum argenteum appendens
c.xxx siclos. fialam argenteam habentem lxx siclos ad pondus
sanctuarii utrumque plenum simila conspersa oleo in sacrificium. mor-
tariolum argenteum appendens x siclos plenum incenso. bovem
de armento & arietem & agnum anniculum in holocaustum. Hircumque
pro peccato & in hostias pacificorum boves duos. arietes quinque.
hircos quinque. agnos anniculos quinque. Hec fuit oblatio abidan
filii gedeonis. Die decimo princeps filiorum dan ahieher filius am-
misadday obtulit acetabulum argenteum appendens c.xxx si-
clos. fialam argenteam habentem lxx siclos ad pondus sanctuarii utrumque
plenum simila conspersa oleo in sacrificium mortariolum aureum
appendens x siclos plenum incenso. bovem de armento & arietem
& agnum anniculum in holocaustum. Hircumque pro peccato & in
hostias pacificorum boves duos. arietes quinque. hircos quinque. agnos
anniculos quinque. Hec fuit oblatio ahieher filii ammisadday. Die
undecimo princeps filiorum aser fagahel filius okran obtulit aceta-
bulum argenteum appendens c.xxx siclos. fialam argenteam haben-
tem lxx siclos ad pondus sanctuarii utrumque plenum simila conspersa oleo
in sacrificium. mortariolum aureum appendens x siclos plenum incenso.
bovem de armento & arietem. & agnum anniculum in holocaustum.
Hircumque pro peccato & in hostias pacificorum boves duos. arietes v.
hircos quinque. agnos anniculos quinque. Hec fuit oblatio fagahel
filii okran. Die duodecimo princeps filiorum neptalim ahira filius enan
obtulit acetabulum argenteum appendens c.xxx siclos. fialam ar-
genteam habentem lxx siclos ad pondus sanctuarii utrumque plenum simila con-
spersa oleo in sacrificium. mortariolum aureum appendens x siclos plenum
incenso. bovem de armento & arietem. & agnum anniculum in holocaustum.
Hircumque pro peccato & in hostias pacificorum boves duos. arietes
quinque. hircos quinque. agnos anniculos quinque. Hec fuit oblatio ahira
filii enan. Hec in dedicatione altaris oblata sunt a principibus israhel in
die qua consecratum est. acetabula argentea xii. fiale argentee xii.
mortariola aurea xii. ita ut centum xxx argenti siclos haberet unum
acetabulum. & lxx. siclos una fiala. id est in commune vasorum omnium
ex argento sicli duo milia quadringenti pondere sanctuarii. mortariola
aurea xii. plena incenso denos siclos appendentia pondere sanctuarii.
id est simul auri sicli c.xx. boves de armento in holocaustum xii.
arietes xii. agni anniculi xii. & libamenta eorum. & hirci xii. pro pec-
cato. hostie pacificorum. boves xxiiii. arietes lx. hirci lx. agni annicu-
li lx. Hec oblata sunt in dedicatione altaris. quando unctum est. Cumque
ingrederetur moyses tabernaculum federis ut consuleret oraculum. au-
diebat vocem loquentis ad se de propiciatorio quod erat super archam testi-
monii. inter duos cherubim unde & loquebatur ei.
Locutus est dominus ad moysen dicens. Loquere ad aaron & dices ad eum.
Cum posueris vii lucernas. candelabrum in australi parte erigatur.
Hoc igitur precipe ut lucerne contra boream e regione respiciant ad mensam
panum propositionis contra eam partem quam candelabrum respicit lucere
debebunt. Fecitque aaron & imposuit lucernas super candelabrum ut
preceperat dominus moysi.
Hec autem erat factura candelabri ex auro ductili tam medius stipes quam cuncta ex utroque
latere calamorum nascebantur iuxta exemplum quod ostendit dominus moysi.
ita operatus est candelabrum. Et locutus est dominus ad moysen dicens. Tolle le-
vitas de medio filiorum israhel. & purificabis eos iuxta hunc ritum.
Aspergantur aqua lustrationis. & radant omnes pilos carnis sue. Cumque
laverint vestimenta sua. & mundati fuerint tollent bovem de armento
& libamenta eius. similam oleo conspersam. bovem autem alterum accipi-
es de armento pro peccato. & applicabis levitas coram tabernaculo
federis convocata omni multitudine filiorum israhel. Cumque levite
fuerint coram domino. ponent filii israhel manus suas super eos. & of-
feret aaron levitas munus in conspectu domini a filiis israhel ut
serviant in ministerio eius. Levite quoque ponent manus suas super
capita boum. e quibus unum facies pro peccato & alterum in holocau-
stum domini ut depreceris pro eis. Statuesque levitas in conspectu aaron
& filiorum eius & consecrabis eos oblatos domino. ac separabis de
medio filiorum israhel ut sint mei & postea ingrediantur tabernaculum
federis ut serviant mihi. sicque purificabis & consecrabis eos.
in oblationem domini. quoniam dono donati sunt mihi a filiis israhel pro primoge-
nitis que aperiunt omnem vulvam in israhel accepi eos. Mea sunt omnia
primogenita filiorum israhel. tam ex hominibus quam ex iumentis. ex die
quo percussi omne primogenitum in terra egypti sanctificavi eos mihi. et
tuli levitas pro cunctis primogenitis filiorum israhel. tradidique eos do-
no aaron & filiis eius. de medio populi ut serviant mihi pro israhel in ta-
bernaculo federis et orent pro eis ne sit in populo plaga si ausi fu-
erint accedere ad sanctuarium. Feceruntque moyses & aaron &
omnis multitudo filiorum israhel super levitas que preceperat dominus
moysi. Purificatique sunt & laverunt vestimenta sua.
Elevavitque eos aaron in conspectu domini. & oravit pro eis
ut purificati ingrederentur ad officia sua in tabernaculum federis
coram aaron et filiis eius. sicut preceperat dominus moysi de levitis ita factum est.
Locutus est dominus ad moysen dicens. Hec est lex levitarum. A xx
quinque annis & supra ingredientur in tabernaculum federis ut mi-
nistrent. Cumque quadragesimum annum etatis impleverint. ser-
vire cessabunt. eruntque ministri fratrum suorum in tabernaculo federis
ut custodiant que sibi fuerint commendata. opera autem ipsa non faci-
ant. Sic dispones levitas in custodiis suis.
Locutus est dominus ad moysen in deserto synai anno secundo postquam egressi
sunt de terra egypti. mense primo dicens. Faciant filii israhel phase
in tempore suo. xiiii die mensis huius ad vesperam. iuxta omnes
cerimonias & iustificationes eius. Precepitque moyses filiis israhel
ut facerent phase. Qui fecerunt tempore suo. xiiii. die mensis ad
vesperam in monte synai iuxta omnia que mandaverat dominus mo-
ysi. fecerunt filii israhel.
Ecce autem quidam inmundi super anima hominis qui non poterant facere
phase in die illo. accedentes ad moysen & aaron dixerunt eis.
Inmundi sumus super anima hominis. quare fraudamur ut non va-
leamus offerre oblationem domino. in tempore suo inter filios israhel.
Quibus respondit moyses. State ut consulam quid precipiat dominus de vobis.
Locutusque est dominus ad moysen dicens. Loquere filiis israhel. Ho-
mo qui fuerit inmundus super anima sive in via procul in gente vestra fa-
ciat phase domino in mense secundo. xiiii die mensis ad vesperam cum azi-
mis & lactucis agrestibus comedent illud. Non relinquent ex eo
quippiam usque mane. & os eius non confringent. Omnem ritum phase
observabunt. Si quis autem & mundus est & in itinere non
fuit & tamen non fecit phase exterminabitur anima illa de populis suis.
quia sacrificium domino non obtulit in tempore suo. peccatum suum
ipse portabit. Peregrinus quoque & advena si fuerit apud vos faciat
phase domini iuxta cerimonias & iustificationes eius.
Preceptum idem erit apud vos tam advene quam indigene. Igitur die
qua erectum est tabernaculum operuit illud nubes. A vespere autem
super tentorium erat quasi species ignis usque mane. Sic fiebat
iugiter. Per diem quoque operiebat nubes illud. & per noctem quasi spe-
cies ignis. Cumque ablata fuisset nubes que tabernaculum protege-
bat. tunc proficiscebantur filii israhel. & in loco ubi stetisset nubes.
ibi castrametabantur. Ad imperium domini proficiscebantur. & ad im-
perium illius figebant tabernaculum. Cunctis diebus quibus stabat
nubes super tabernaculum. manebant in eodem loco. Et si evenisset
ut multo tempore maneret super illud. erant filii israhel in excubiis
domini & non proficiscebantur quot diebus fuisset nubes super tabernaculum.
Ad imperium domini erigebant tentoria. & ad imperium illius depo-
nebant. Si fuisset nubes a vespere usque mane & statim tabernaculum
reliquisset. proficiscebantur. Et si post diem & noctem recessisset dissipa-
bant tentoria. Si biduo aut uno mense vel longiori tempore fuisset
super tabernaculum. manebant filii israhel in eodem loco & non proficiscebantur.
Statim autem ut recessisset. movebant castra. Per verbum domini
figebant tentoria. & per verbum illius proficiscebantur. eruntque in
excubiis domini iuxta imperium eius per manum moysi.
Locutus est dominus ad moysen dicens. Fac tibi duas tubas argente-
as ductiles quibus convocare possis multitudinem quando moven-
da sunt castra. Cumque increpueris tubis congregabitur ad te omnis
turba ad ostium federis tabernaculi. Si semel clangueris venient
ad te principes & capita multitudinis israhel. Si autem prolixior atque
16. concisus clangor increpuerit. movebuntur castra primi qui sunt ad ori-
entalem plagam. In secundo autem sonitu & pari ululatu tube levabunt
tentoria qui habitant ad meridiem. & iuxta hunc modum reliqui faci-
ent ululantibus tubis in profectione. Quando autem congregandus est populus
simplex tubarum clangor erit & non concise ululabunt. Filii aaron
sacerdotes clangent tubis. eritque hoc legitimum sempiternum in ge-
nerationibus vestris. Si exieritis ad bellum de terra vestra contra hostes
qui dimicant adversum vos clangetis ululantibus tubis. & erit recor-
datio vestri coram domino deo vestro. ut eruamini de manibus inimicorum vestrorum.
Si quando habebitis epulum & dies festos. & kalendas. canetis
tubis super holocaustis & pacificis victimis ut sint vobis in recor-
dationem domini dei vestri. Ego dominus deus vester.
Anno secundo mense secundo. xx die mensis. elevata est nubes de taberna-
culo federis. profectique sunt filii israhel per turmas suas de deserto synai
& recubuit nubes in solitudine pharan. Moveruntque castra primi.
iuxta imperium domini in manu moysi. filii iuda per turmas suas quorum
princeps erat naasson filius amminadap. In tribu filiorum ysachar
fuit princeps nathanael filius suar. In tribu zabulon erat princeps
eliab filius helon. Depositumque est tabernaculum quod portantes
egressi sunt filii gerson & merari. Profectique sunt & filii ruben
per turmas & ordinem suum. quorum princeps erat helysur filius sedeyr.
In tribu filiorum symeon princeps fuit salamihel filius surisadday.
Porro in tribu gad erat princeps eliasaph filius duhel. Profectique
sunt & caathite portantes sanctuarium. Tamdiu tabernaculum por-
tabatur. donec venirent ad erectionis locum. Moverunt castra &
filii effraym per turmas suas. in quorum exercitu princeps erat helisa-
ma filius ammiud. In tribu autem filiorum manasse princeps fuit ga-

malihel filius phadassur. Et in tribu beniamin dux abidan filius gedeonis. Novissimi castrorum omnium profecti sunt filii dan per turmas suas, in quorum exercitu princeps fuit ahiezer filius ammisaddai. In tribu autem filiorum aser erat princeps fagaihel filius okran. Et in tribu filiorum neptalim princeps fuit abira filius enan. Hec sunt castra et profectiones filiorum israhel per turmas suas quando egrediebantur. Dixitque moyses obab filio raguel madianite cognato suo. Proficiscimur ad locum quem dominus daturus est nobis. Veni nobiscum ut bene faciamus tibi, quia dominus promisit bona israheli. Cui ille respondit. Non vadam tecum, sed revertar in terram meam in qua natus sum. Et ille. Noli inquit nos relinquere. Tu enim nosti in quibus locis per desertum castra ponere debeamus, et eris ductor noster. Cumque nobiscum veneris, quicquid optimum fuerit ex opibus quas nobis daturus est dominus, dabimus tibi. Profecti ergo sunt de monte domini via trium dierum, archaque federis domini precedebat eos, per tres dies providens castrorum locum. Nubes quoque domini super eos erat per diem cum incederent. Cumque elevaretur archa, dicebat moyses. Surge domine et dissipentur inimici tui, et fugiant qui oderunt te a facie tua. Cum autem deponeretur aiebat. Revertere domine ad multitudinem exercitus israhel.

xxx. Interea ortum est murmur populi quasi dolentium pro labore contra dominum. Quod cum audisset iratus est, et accensus in eos ignis domini devoravit extremam castrorum partem. Cumque clamasset populus ad moysen, oravit moyses ad dominum, et absortus est ignis. Vocavitque nomen loci illius incensio, eo quod succensus fuisset contra eos ignis domini. Vulgus quoque promiscuum quod ascenderat cum eis, flagravit desiderio carnium sedens, et flens, iunctis sibi pariter filiis israhel, et ait. Quis dabit nobis ad vescendum carnes? Recordamur piscium quos comedebamus in egypto gratis. In mentem nobis veniunt cucumeres, et pepones, porrique et cepe et allia. Anima nostra arida est, nichil enim aliud respiciunt oculi nostri nisi man. Erat autem man quasi semen coriandri coloris bdellii. Circuibatque populus et colligebat illud, et frangebat mola sive terebat in mortario coquens in olla, et faciens ex eo tortulas saporis quasi panis oleati. Cumque descenderet nocte super castra ros, descendebat pariter et man. Audivit ergo moyses flentem populum per familias, singulos per ostia tentorii sui. Iratusque est furor domini valde, sed et moysi intoleranda res visa est. et ait ad dominum. Cur afflixisti servum tuum? Quare non invenio gratiam coram te, et cur imposuisti pondus universi populi huius super me? Numquid ego concepi omnem hanc multitudinem vel genui eam, ut dicas michi porta eos in sinu tuo, sicut portare solet nutrix infantulum, et defer in terram pro qua iurasti patribus eorum? Unde michi carnes ut dem tante multitudini? Flent contra me dicentes. Da nobis carnes ut comedamus. Non possum solus sustinere hunc populum, quia gravis est michi. Sin aliter tibi videtur, obsecro ut interficias me et inveniam gratiam in oculis tuis, ne tantis afficiar malis. Et dixit dominus ad moysen. Congrega michi lxx viros de senioribus israhel quos tu nosti quod senes populi sint ac magistri. et duces eos ad ostium tabernaculi federis, faciesque ibi stare tecum, ut descendam et loquar tibi. et auferam de spiritu tuo tradamque eis, ut sustentent tecum onus populi, et non tu solus graveris. Populo quoque dices. Sanctificamini. cras comedetis carnes. ego enim audivi vos dicere. Quis dabit nobis escas carnium? Bene nobis erat in egypto. ut det vobis dominus carnes et comedatis. non uno die nec duobus, vel quinque aut x. nec xx quidem, sed usque ad mensem dierum donec exeat per nares vestras, et vertatur in nauseam, eo quod repuleritis dominum qui in medio vestri est, et fleveritis coram eo dicentes. Quare egressi sumus de egypto? Et ait moyses ad dominum. Sexcenta milia peditum huius populi sunt. et tu dicis dabo eis esum carnium mense integro. Numquid ovium et boum multitudo cedetur ut possit sufficere ad cibum, vel omnes pisces maris in unum congregabuntur ut eis sufficiant? Cui respondit dominus. Numquid manus domini invalida est? Iam nunc videbis utrum sermo meus opere compleatur.

Venit igitur moyses et narravit populo verba domini congregans lxx viros ex senioribus israhel. quos stare fecit circa tabernaculum. Descenditque dominus per nubem et locutus est ad eum. auferens de spiritu qui erat in moyse, et dans lxx viris. Cumque requievisset spiritus in eis, prophetaverunt, nec ultra cessaverunt. Remanserant autem in castris duo viri quorum unus vocabatur eldad et alter medad super quos requievit spiritus. Nam et ipsi descripti fuerant et non exierant ad tabernaculum. Cumque prophetarent in castris. cucurrit puer et nuntiavit moysi dicens. Eldad et medad prophetant in castris. Statim iosue filius nun minister moysi et electus e pluribus ait. Domine mi moyses. prohibe eos. At ille. Quid inquit emularis pro me? Quis tribuat ut omnis populus prophetet. et det eis dominus spiritum suum? Reversusque est moyses et omnes maiores natu in castra. Ventus autem egrediens a domino, arreptas trans mare coturnices detulit et dimisit in castra itinere quantum uno die confici potest ex omni parte castrorum per circuitum, volabantque in aere duobus cubitis altitudine super terram. Surgens ergo populus toto die illo et nocte et die altero, congregavit coturnicum, qui parum x choros. et siccaverunt eas per girum castrorum. Adhuc carnes erant in dentibus eorum, nec defecerat huiuscemodi cibus, et ecce furor domini concitatus in populum. et percussit eum plaga magna nimis. Vocatusque est ille locus sepulchra concupiscentium. Ibi enim sepelierunt populum qui desideraverat. Egressi autem de sepulchris concupiscentie venerunt in aseroth et manserunt ibi.

Locutaque est maria et aaron contra moysen propter uxorem eius ethyopissam et dixerunt. Num per solum moysen locutus est dominus? Nonne et nobis similiter locutus est? Quod cum audisset dominus iratus est. Erat enim moyses vir mitissimus super omnes homines qui morabantur in terra. Statim locutus est ad eum et ad aaron et mariam. Egredimini tantum vos tres ad tabernaculum federis. Cumque fuissent egressi descendit dominus in columna nubis et stetit in introitu tabernaculi vocans aaron et mariam. Qui cum issent dixit ad eos. Audite sermones meos. Si quis fuerit inter vos propheta domini in visione apparebo ei, vel per somnium loquar ad illum. At non talis servus meus moyses qui in omni domo mea fidelissimus est. Ore enim ad os loquor ei. Et palam non per enigmata et figuras dominum videt. Quare ergo non timuistis detrahere servo meo moysi? Iratusque contra eos abiit. Nubes quoque recessit que erat super tabernaculum. et ecce maria apparuit candens lepra sicut nix. Cumque respexisset eam aaron et vidisset eam perfusam lepra, ait ad moysen. Obsecro domine mi. ne imponas nobis hoc peccatum. quod stulte commisimus. ne fiat hec quasi mortua et ut abortivum quod proicitur de vulva matris sue. Ecce iam medium carnis eius devoratum est lepra. Clamavitque moyses ad dominum dicens. Domine obsecro sana eam. Cui respondit dominus. Si pater eius spuisset in faciem eius, nonne debuerat saltem septem dierum rubore perfundi? Septem diebus separetur extra castra. et postea revocabitur. Exclusa est itaque maria extra castra septem diebus: et populus non est motus de loco illo donec revocata est maria. Profectusque est populus de aseroth fixis tentoriis in deserto pharan. Ibi locutus est dominus ad moysen dicens. Mitte viros qui considerent terram chanaan quam daturus sum filiis israhel singulos de singulis tribubus ex principibus. Fecit moyses quod dominus imperaverat de deserto pharan mittens principes viros quorum ista sunt nomina. De tribu ruben semmua filium zacchur. De tribu symeon safath filium uri. De tribu iuda caleph filium iephone. De tribu ysachar igal filium ioseph. De tribu effraim osee filium nun. De tribu beniamin falti filium raphu. De tribu zabulon geddihel filium sodi. De tribu ioseph sceptri manasse gaddi filium susi. De tribu dan ammihel filium gamalli. De tribu aser sur filium michael. De tribu neptalim naabi filium vafsi. De tribu gad guhel filium machi. Hec sunt nomina virorum quos misit moyses ad considerandam terram. Vocavitque osee filium nun iosue. Misit ergo eos moyses ad considerandam terram chanaan et dixit ad eos. Ascendite per meridianam plagam. Cumque veneritis ad montes considerate terram qualis sit. et populum qui habitator est eius, utrum fortis sit an infirmus. pauci numero an plures. ipsa terra bona an mala. urbes quales, murate an absque muris. humus pinguis an sterilis. nemorosa an absque arboribus. Confortamini. et afferte nobis de fructibus terre. Erat autem tempus quando iam precoque uve vesci possunt. Cumque ascendissent exploraverunt terram a deserto sin usque ad rohob intrantibus emath. ascenderuntque ad meridiem et venerunt in ebron ubi erant ahiman et sisai et thulmai filii enak. Nam ebron septem annis ante thanim urbem egypti condita est. Pergentesque usque ad torrentem botri absciderunt palmitem cum uva sua quem portaverunt in vecte duo viri. De malis quoque granatis et de ficis loci illius tulerunt. Qui appellatus est nehelescol id est torrens botri. eo quod botrum inde portassent filii israhel. Reversique exploratores terre post xl dies omni regione circuita venerunt ad moysen et aaron et omnem cetum filiorum israhel in deserto pharan quod est in cades. Locutique eis et omni multitudini ostenderunt fructus terre. et narraverunt dicentes. Venimus ad terram ad quam misisti nos. que revera fluit lacte et melle ut ex his fructibus cognosci potest. Sed cultores fortissimos habet. et urbes grandes atque muratas. Stirpem enak vidimus ibi. Amalech habitat in meridie. ethceus et iebuseus et amorreus in montanis. chananeus vero moratur iuxta mare et circa fluenta iordanis. Inter hec caleph compescens murmur populi qui oriebatur contra moysen ait. Ascendamus et possideamus terram. quoniam poterimus obtinere eam. Alii vero qui fuerant cum eo dicebant. Nequaquam ad hunc populum valemus ascendere quia fortior nobis est. Detraxeruntque terre quam inspexerant apud filios israhel dicentes. Terra quam lustravimus devorat habitatores suos. et populus quem aspeximus procere stature est. Ibi vidimus monstra quedam filiorum enak de genere giganteo. quibus comparati quasi locuste videbamur. Igitur vociferans omnis turba flevit nocte illa. et murmurati sunt contra moysen et aaron cuncti filii israhel dicentes. Utinam mortui essemus in egypto. et non in hac vasta solitudine. Utinam pereamus et non inducat nos dominus in terram istam ne cadamus gladio et uxores ac liberi nostri ducantur captivi. Nonne melius est reverti in egyptum? Dixeruntque alter ad alterum. Constituamus nobis ducem et revertamur in egyptum. Quo audito moyses et aaron ceciderunt proni in terram. coram omni multitudine filiorum israhel. At vero iosue filius nun et caleph filius iephone qui et ipsi lustraverant terram sciderunt vestimenta sua. et ad omnem multitudinem filiorum israhel locuti sunt. Terra quam circuivimus valde bona est. Si propitius fuerit dominus inducet nos in eam et tradet nobis humum lacte et melle manantem. Nolite rebelles esse contra dominum. neque timeatis populum terre huius. quia sicut panem. ita possumus eos devorare. Recessit ab illis omne presidium. Dominus nobiscum est nolite metuere. Cumque clamaret omnis multitudo et lapidibus eos vellet opprimere. apparuit gloria domini super tectum federis cunctis videntibus filiis israhel. Et dixit dominus ad moysen. Usquequo detrahet michi populus iste? Quousque non credent michi in omnibus signis que feci coram eis? Feriam igitur eos pestilentia atque consumam. te autem faciam principem super gentem magnam et fortiorem quam hec est.

Et ait moyses ad dominum. Ut audiant egyptii de quorum medio eduxisti populum istum et habitatores terre huius qui audierunt quod tu domine in populo isto sis. et facie videaris ad faciem. et nubes tua protegat illos. et in columna nubis precedas eos per diem et in columna ignis per noctem. quod occideris tantam multitudinem quasi unum hominem et dicant, non poterat introducere populum in terram pro qua iuraverat. idcirco occidit eos in solitudine. Magnificetur ergo fortitudo domini. sicut iurasti dicens. Dominus patiens et multe misericordie auferens iniquitatem et scelera nullumque innoxium derelinquens. qui visitas peccata patrum in filios in tertiam et quartam generationem. Dimitte obsecro peccatum populi huius. secundum magnitudinem misericordie tue sicut propitius fuisti egredientibus de egypto usque ad locum istum. Dixitque dominus. Dimisi iuxta verbum tuum. Vivo ego et implebitur gloria domini universa terra. Attamen omnes homines qui viderunt maiestatem meam et signa que feci in egypto et in solitudine et temptaverunt me iam per decem vices nec obedierunt voci mee non videbunt terram pro qua iuravi patribus eorum, nec quisquam ex illis qui detraxit michi intuebitur eam. Servum meum caleph qui plenus alio spiritu secutus est me inducam in terram hanc quam circuivit et semen eius possidebit eam. quoniam amalechites et chananeus habitant in vallibus. Cras movete castra et revertimini in solitudinem per viam maris rubri.

Locutusque est dominus ad moysen et aaron dicens. Usquequo multitudo hec pessima murmurat contra me? Querelas filiorum israhel audivi. Dic ergo eis. Vivo ego ait dominus. quia sicut locuti estis audiente me. sic faciam vobis. In solitudine hac iacebunt cadavera vestra. Omnes qui numerati estis a xx annis et supra et murmurastis contra me non intrabitis terram super quam levavi manum meam ut habitare vos facerem preter caleph filium iephone et iosue filium nun. Parvulos autem vestros de quibus dixistis quod prede hostibus forent introducam ut videant terram que vobis displicuit. Vestra cadavera iacebunt in solitudine. Filii vestri erunt vagi in deserto annis xl. et portabunt fornicationem vestram donec consumantur cadavera patrum in deserto. Iuxta numerum xl dierum quibus considerastis terram annus pro die imputabitur et xl annis recipietis iniquitates vestras. et scietis ultionem meam. quoniam sicut locutus sum sic faciam omni multitudini huic pessime que consurrexit adversum me in

In solitudine hac deficiat et moriatur.

Igitur omnes viri quos miserat Moyses ad contemplandam terram et qui reversi murmurare fecerant contra eum omnem multitudinem detrahentes terre quod esset mala mortui sunt atque percussi in conspectu Domini. Iosue autem filius Nun et Caleph filius Iephone vixerunt ex omnibus qui perrexerant ad considerandam terram. Locutusque est Moyses universa verba hec ad omnes filios Israel et luxit populus nimis. Et ecce mane primo surgentes ascenderunt verticem montis atque dixerunt: Parati sumus ascendere ad locum de quo Dominus locutus est, quia peccavimus. Quibus Moyses: Cur inquit transgredimini verbum Domini, quod vobis non cedet in prosperum? Nolite ascendere, non enim est Dominus vobiscum, ne corruatis coram inimicis vestris. Amalechites et Chananeus ante vos sunt quorum gladio corruetis eo quod nolueritis adquiescere Domino, nec erit Dominus vobiscum. At illi contenebrati ascenderunt in verticem montis. Archa autem testamenti Domini et Moyses non recesserunt de castris. Descenditque Amalechites et Chananeus qui habitabant in monte et percutiens eos atque concidens persecutus est usque Horma.

Locutus est Dominus ad Moysen dicens: Loquere ad filios Israel et dices ad eos: Cum ingressi fueritis terram habitationis vestre quam ego dabo vobis et feceritis oblationem Domino in holocaustum aut victimam pacificam vota solventes vel sponte offerentes munera aut in sollempnitatibus vestris adolentes odorem suavitatis Domino de bubus sive de ovibus: offeret quicumque immolaverit victimam sacrificium simile decimam partem ephi conspersam oleo quod mensuram habebit quartam partem hin. Et vinum ad liba fundenda eiusdem mensure dabit in holocaustum sive in victimam per agnos singulos et arietes. Erit sacrificium simile duarum decimarum que conspersa sit oleo tertie partis hin et vinum ad libamentum tertie partis eiusdem mensure offeret in odorem suavissimum Domino. Quando vero de bubus feceris holocaustum Domino aut hostias ut impleas votum vel pacificas victimas, dabis per singulos boves similę tres decimas conspersę oleo quod medium mensurę hin. Et vinum ad libamina fundenda eiusdem mensurę in oblatione suavissimi odoris Domino. Sic facietis per singulos boves et arietes et agnos et hedos. Tam indigene quam peregrini eodem ritu offerent sacrificia. Unum preceptum erit atque iudicium tam vobis quam advenis terre.

Locutus est Dominus ad Moysen dicens: Loquere filiis Israel et dices ad eos. Cum veneritis in terram quam dabo vobis et comederitis de panibus regionis illius, separabitis primitias Domino de cibis vestris. Sicut de areis primitias separabitis, ita de pulmentis dabitis primitias Domino. Quod si per ignorantiam preterieritis quicquam horum que locutus est Dominus ad Moysen et mandavit per eum ad vos a die qua cepit iubere et ultra, oblitaque fuerit facere multitudo, offeret vitulum de armento holocaustum in odorem suavissimum Domino et sacrificium eius ac liba ut cerimonie postulant, hyrcumque pro peccato. Et rogabit sacerdos pro omni multitudine filiorum Israel et dimittetur eis quoniam non sponte peccaverunt nichilominus offerentes incensum Domino pro se et pro peccato atque errore suo. Et dimittetur universe multitudini filiorum Israel et advenis qui peregrinantur apud eos, quoniam culpa est omnis populi per ignorantiam. Quod si anima una nesciens peccaverit, offeret capram anniculam pro peccato suo. Et deprecabitur pro ea sacerdos quod inscia peccaverit coram Domino, impetrabitque ei veniam et dimittetur ei, tam indigenis quam advenis. Una lex erit omnium qui peccaverint ignorantes. Anima vero que per superbiam aliquid commiserit, sive civis sit sive peregrinus, quoniam adversum Dominum rebellis fuit, peribit de populo suo. Verbum enim Domini contempsit, et preceptum illius fecit irritum. Idcirco delebitur et portabit iniquitatem suam.

Factum est autem cum essent filii Israel in solitudine et invenissent hominem colligentem ligna in die sabbati, obtulerunt eum Moysi et Aaron et universe multitudini. Qui recluserunt eum in carcerem, nescientes quid super eo facere debuissent. Dixitque Dominus ad Moysen: Morte moriatur homo iste. Obruat eum omnis turba lapidibus extra castra. Cumque eduxissent eum foras, obruerunt eum lapidibus, et mortuus est sicut preceperat Dominus. Dixit quoque Dominus ad Moysen: Loquere filiis Israel et dices ad eos ut faciant fimbrias per singulos angulos palliorum ponentes in eis vittas iacinctinas, quas cum viderint recordentur omnium mandatorum Domini nec sequantur cogitationes suas et oculos per res varias fornicantes, sed magis memores preceptorum Domini faciant ea, sintque sancti Deo suo. Ego Dominus Deus vester qui eduxi vos de terra Egypti ut essem vester Deus.

Ecce autem Chore filius Ysaar filii Caath filii Levi, et Dathan atque Abiron filii Heliab, Hon quoque filius Pheleth de filiis Ruben surrexerunt contra Moysen et alii filiorum Israel ducenti quinquaginta viri proceres synagogę, et qui tempore concilii per nomina vocabantur. Cumque stetissent adversum Moysen et Aaron dixerunt: Sufficiat vobis quia omnis multitudo sanctorum est, et in ipsis est Dominus. Cur elevamini super populum Domini? Quod cum audisset Moyses cecidit pronus in faciem suam. Locutusque est ad Chore et ad omnem multitudinem: Mane inquit notum faciet Dominus qui ad se pertineant, et sanctos applicabit sibi, et quos elegerit adpropinquabunt ei. Hoc igitur facite. Tollat unusquisque thuribulum suum, tu Chore et omne concilium tuum, et hausto cras igne ponite desuper thymiama coram Domino, et quemcumque elegerit, ipse erit sanctus. Multum erigimini filii Levi. Dixitque rursum ad Chore: Audite filii Levi. Num parum vobis est quod separavit vos Deus Israel ab omni populo et iunxit sibi ut serviretis ei in cultu tabernaculi et staretis coram frequentia populi et ministraretis ei? Idcirco fecit ad se accedere te et omnes fratres tuos filios Levi, ut vobis etiam sacerdotium vendicetis, et omnis globus tuus stet contra Dominum? Quid est enim Aaron ut murmuretis contra eum? Misit ergo Moyses ut vocaret Dathan et Abiron filios Heliab. Qui responderunt: Non venimus. Numquid parum est tibi quod eduxisti nos de terra que lacte et melle manabat ut occideres in deserto, nisi et dominatus fueris nostri? Revera induxisti nos in terram que fluit rivis lactis et mellis, et dedisti nobis possessiones agrorum et vinearum. An et oculos nostros vis eruere? Non venimus. Iratusque Moyses valde ait ad Dominum: Ne respicias sacrificia eorum. Tu scis quod nec asellum quidem umquam acceperim ab eis, nec afflixerim quempiam eorum. Dixitque ad Chore: Tu et omnis congregatio tua state seorsum coram Domino, et Aaron die crastino separatim. Tollite singuli thuribula vestra et ponite super ea incensum coram Domino, offerentes ducenta L thuribula. Aaron quoque teneat thuribulum suum. Quod cum fecissent stantibus Moyse et Aaron et coacervassent adversus eos omnem multitudinem ad ostium tabernaculi, apparuit cunctis gloria Domini. Locutusque est Dominus ad Moysen et Aaron et ait: Separamini de medio congregationis huius, ut eos repente disperdam. Qui ceciderunt proni in faciem atque dixerunt: Fortissime Deus spirituum universe carnis, num uno peccante contra omnes ira tua deseviet? Et ait Dominus ad Moysen: Precipe universo populo ut separetur a tabernaculis Chore et Dathan et Abiron. Surrexitque et abiit ad Dathan et Abiron, et sequentibus eum senioribus Israel dixit ad turbam: Recedite a tabernaculis hominum impiorum, et nolite tangere que ad eos pertinent, ne involvamini peccatis eorum. Cumque recessissent a tentoriis eorum per circuitum, Dathan et Abiron egressi stabant in introitu papilionum suorum cum uxoribus et liberis omnique frequentia. Et ait Moyses: In hoc scietis quod miserit me Dominus ut facerem universa que cernitis, et non ex proprio corde ea protulerim. Si consueta morte hominum interierint et visitaverit eos plaga qua et ceteri visitari solent, non misit me Dominus. Sin autem novam rem fecerit Dominus ut aperiens terra os suum deglutiat eos et omnia que ad illos pertinent, descenderintque in infernum viventes, scietis quod blasphemaverint Dominum. Confestim igitur ut cessavit loqui, dirupta est terra sub pedibus eorum, et aperiens os suum devoravit illos cum tabernaculis suis et universa substantia eorum, descenderuntque vivi in infernum operti humo, et perierunt de medio multitudinis. At vero omnis Israel qui stabat per gyrum fugit ad clamorem pereuntium dicens: Ne forte et nos terra deglutiat. Sed et ignis egressus a Domino interfecit ducentos L viros qui offerebant incensum.

Locutus est Dominus ad Moysen dicens: Precipe Eleazaro filio Aaron sacerdotis ut tollat thuribula que iacent in incendio, et ignem huc illucque dispergat, quoniam sanctificata sunt in mortibus peccatorum, producatque ea in laminas, et affigat altari, eo quod oblatum sit in eis incensum Domino et sanctificata sint, ut cernant ea pro signo et monimento filii Israel. Tulit ergo Eleazar sacerdos thuribula enea in quibus obtulerant hi quos incendium devoravit, et produxit ea in laminas, affigens altari, ut haberent postea filii Israel quibus commonerentur ne quis accedat alienigena et qui non est de semine Aaron ad offerendum incensum Domino, ne patiatur sicut passus est Chore et omnis congregatio eius. Loquente Domino ad Moysen murmuravit omnis multitudo filiorum Israel contra Moysen et Aaron sequenti die dicens: Vos interfecistis populum Domini. Cumque oriretur seditio et tumultus incresceret, Moyses fugerunt ad tabernaculum federis. Quod postquam ingressi sunt, operuit nubes tabernaculum, et apparuit gloria Domini. Dixitque Dominus ad Moysen et Aaron: Recedite de medio huius multitudinis, etiam nunc delebo eos.

Cumque iacerent in terra, dixit Moyses ad Aaron: Tolle thuribulum et hausto igne de altari mitte incensum desuper, pergens cito ad populum et rogans pro eis. Iam enim egressa est ira a Domino, et plaga desevit. Quod cum fecisset Aaron et cucurrisset ad mediam multitudinem quam iam vastabat incendium, obtulit thymiama, et stans inter mortuos ac viventes pro populo deprecatus est, et plaga cessavit. Fuerunt autem qui percussi sunt xiiii milia hominum et septingenti absque his qui perierant in seditione Chore. Reversusque est Aaron ad Moysen ad ostium tabernaculi federis postquam quievit interitus. Et locutus est Dominus ad Moysen dicens: Loquere filiis Israel et accipe ab eis virgas singulas per cognationes suas a cunctis principibus tribuum virgas xii, et uniuscuiusque nomen superscribes virgę suę. Nomen autem Aaron erit in tribu Levi, et una virga cunctas seorsum continebit familias. Ponesque eas in tabernaculo federis coram testimonio, ubi loquar ad te. Quem ex his elegero, germinabit virga eius, et cohibebo a me querimonias filiorum Israel quibus contra vos murmurant. Locutusque est Moyses ad filios Israel, et dederunt ei omnes principes filiorum virgas per singulas tribus, fueruntque virge xii absque virga Aaron. Quas cum posuisset Moyses coram Domino in tabernaculo testimonii, sequenti die invenit germinasse virgam Aaron in domo Levi, et turgentibus gemmis eruperant flores, qui foliis dilatatis in amigdalas deformati sunt. Protulit ergo Moyses omnes virgas de conspectu Domini ad cunctos filios Israel. Videruntque et receperunt singuli virgas suas. Dixitque Dominus ad Moysen: Refer virgam Aaron in tabernaculum testimonii ut servetur ibi in signum rebellium filiorum Israel, et quiescant querele eorum a me ne moriantur. Fecitque Moyses sicut preceperat Dominus. Dixerunt autem filii Israel ad Moysen: Ecce consumpti sumus, omnes perivimus. Quicumque accedit ad tabernaculum Domini moritur. Numquid ad internitionem cuncti delendi sumus?

Dixitque Dominus ad Aaron: Tu et filii tui et domus patris tui tecum portabitis iniquitatem sanctuarii, et tu et filii tui simul sustinebitis peccata sacerdotii vestri. Sed et fratres tuos de tribu Levi et sceptrum patris tui sume tecum, presto sint et ministrent tibi. Tu autem et filii tui ministrabitis in tabernaculo testimonii. Excubabuntque Levite ad precepta tua et ad cuncta opera tabernaculi, ita dumtaxat ut ad vasa sanctuarii et ad altare non accedant, ne et illi moriantur et vos pereatis simul. Sint autem tecum et excubent in custodiis tabernaculi et in omnibus
17 cerimoniis eius. Alienigena non miscebitur vobis. Excubate in custodia tabernaculi et in ministerio altaris, ne oriatur indignatio super filios Israel. Ego dedi vobis fratres vestros Levitas de medio filiorum Israel et tradidi donum Domino, ut serviant in ministeriis tabernaculi eius. Tu autem et filii tui custodite sacerdotium vestrum, et omnia que ad cultum altaris pertinent et intra velum sunt per sacerdotes administrabuntur. Si quis externus accesserit occidetur.

Locutus est Dominus ad Aaron: Ecce dedi tibi custodiam primitiarum mearum. Omnia que sanctificantur a filiis Israel tibi tradidi et filiis tuis pro officio sacerdotali legitima sempiterna. Hec ergo accipies de his que sanctificantur et oblata sunt Domino. Omnis oblatio et sacrificium et quicquid pro peccato atque delicto redditur michi, et cedet in sancta sanctorum, tuum erit et filiorum tuorum. In sanctuario comedes illud. Mares tantum edent ex eo, quia consecratum est tibi. Primitias autem quas voverint atque obtulerint filii Israel tibi dedi et filiis tuis ac filiabus iure perpetuo. Qui mundus est in domo tua vescetur eis. Omnem medullam olei et vini ac frumenti et quicquid offerunt primitiarum Domino tibi dedi. Universas frugum primitias quas gignit humus et Domino deportantur cedent in usus tuos. Qui mundus est in domo tua vescetur eis. Omne quod ex voto reddiderint filii Israel tuum erit. Quicquid primum erumpit de vulva cunctę carnis quam offerunt Domino, sive ex hominibus sive de pecoribus fuerit, tui iuris erit, ita dumtaxat ut pro hominis primogenito pretium accipias, et omne animal quod immundum est redimi facias. Cuius redemptio erit post unum mensem siclis argenti quinque pondere sanctuarii. Siclus xx obolos habet. Primogenita autem bovis et ovis et capre non facies redimi, quia sanctificata sunt Domino. Sanguinem tantum eorum fundes super altare, et adipes adolebis in suavissimum odorem Domino. Carnes vero in usum tui cedent, sicut pectusculum consecratum et armus dexter tua erunt. Omnes primitias sanctuarii quas offerunt filii Israel Domino tibi dedi et filiis ac filiabus

iure perpetuo. Pactum pacis est coram domino sempiternum tibi ac filiis tuis. Dixitque dominus ad aaron. In terra eorum nichil possidebitis: nec habebitis partem inter eos. Ego pars et hereditas tua in medio filiorum israhel. Filiis autem leui dedi omnes decimas israhelis in possessionem pro ministerio quo seruiunt mihi in tabernaculo federis ut non accedant ultra filii israhel ad tabernaculum federis. nec committant peccatum mortiferum. Solis filiis leui mihi in tabernaculo seruientibus et portantibus peccata populi. Legitimum sempiternum erit in generationibus uestris. Nichil aliud possidebunt decimarum oblatione contenti. quas in usus eorum et necessaria separaui.

Locutusque est dominus ad moysen dicens. Precipe leuitis atque denuntia. Cum acceperitis a filiis israhel decimas quas dedi uobis. primitias earum offerte domino. id est decimam partem decime. ut reputetur uobis in oblationem primitiuorum. tam de areis quam de torcularibus: et uniuersis quorum accipitis primitias offerte domino et date aaron sacerdoti. Omnia que offeretis ex decimis et in donaria domini separabitis. optima et electa erunt. Dicesque ad eos. Si preclara et meliora queque obtuleritis ex decimis. reputabitur uobis quasi de area et torculari dederitis primitias et comedetis eas in omnibus locis uestris tam uos quam familie uestre quia pretium est pro ministerio quo seruitis in tabernaculo testimonii et non peccabitis super hoc egregia uobis et pinguia reseruantes. ne polluatis oblationes filiorum israhel. et moriamini.

Locutusque est dominus ad moysen et aaron dicens. Ista est religio uictime quam constituit dominus facere. Precipe filiis israhel ut adducant ad te uaccam rufam etatis integre in qua nulla sit macula. nec portauerit iugum. tradetisque eam eleazaro sacerdoti. Qui eductam extra castra immolabit in conspectu omnium. et tinguens digitum in sanguine eius aspergat contra fores tabernaculi septem uicibus: comburetque eam cunctis uidentibus: tam pelle et carnibus eius. quam sanguine et fimo flamme tradentes. lignum quoque cedrinum et ysopum coccumque bis tinctum sacerdos mittet in flammam que uaccam uorat. et tunc demum lotis uestibus et corpore suo ingredietur in castra. contaminatusque erit usque ad uesperam. Sed et ille qui combusserit eam. lauabit uestimenta sua et corpus. et inmundus erit usque ad uesperam. Colliget autem uir mundus cineres uacce et effundet eos extra castra in loco purissimo. ut sint multitudini filiorum israhel in custodiam et in aquam aspersionis. quia pro peccato uacca combusta est. Cumque lauerit qui uacce portauerit cineres uestimenta sua. inmundus erit usque ad uesperam. Habebunt hoc filii israhel et aduene qui habitant inter eos sanctum iure perpetuo. Qui tetigerit cadauer hominis et propter hoc septem dies erit inmundus. aspergetur ex hac aqua die tertio et septimo et sic mundabitur. Si die tertio aspersus non fuerit. septimo non poterit emundari. Omnis qui tetigerit humane anime morticinum. et aspersus ex hac commixtione non fuerit polluit tabernaculum domini et peribit ex israhel. quia aqua expiationis non est aspersus. Inmundus erit et manebit spurcitia eius super eum. Ista est lex hominis qui moritur in tabernaculo. Omnes qui ingrediuntur tentorium illius. et uniuersa uasa que ibi sunt polluta erunt septem diebus: Vas quod non habuerit operculum nec ligaturam desuper. inmundum erit. Si quis in agro tetigerit cadauer occisi hominis. aut per se mortuum. siue os illius siue sepulchrum inmundus erit septem diebus: Tollent de cineribus combustionis atque peccati et mittent aquas uiuas super eos. in quibus cum homo mundus tinxerit ysopum aspergeret ex eo omne tentorium. et cuncta supellectilem. et homines huiuscemodi contagione pollutos. atque hoc modo mundus lustrabit inmundum. tertio et septimo die. expiatusque septimo lauabit et se et uestimenta sua. et inmundus erit usque ad uesperam. Si quis hoc ritu non fuerit expiatus peribit anima illius de medio ecclesie. quia sanctuarium domini polluit. et non est aqua lustrationis aspersus. Erit hoc preceptum legitimum sempiternum. Ipse quoque qui aspergit aquas lauabit uestimenta sua. Omnis qui tetigerit aquas expiationis. inmundus erit usque ad uesperam. Quicquid tetigerit inmundus inmundum faciet: et anima que horum quippiam tetigerit inmunda erit usque ad uesperam.

Veneruntque filii israhel et omnis multitudo in desertum syn mense primo et mansit populus in cades. Mortuaque est ibi maria. et sepulta est in eodem loco. Cumque indigeret aqua populus. coierunt aduersum moysen et aaron. et uersi in seditionem dixerunt. Vtinam perissemus inter fratres nostros coram domino. Cur eduxistis ecclesiam domini in solitudinem. ut et nos et nostra iumenta moriantur. Quare nos fecistis ascendere de egypto. et adduxistis in locum istum pessimum qui seri non potest qui nec ficum gignit nec uineas. nec mala granata. insuper et aquam non habet ad bibendum. Ingressusque moyses et aaron dimissa multitudine tabernaculum federis corruerunt proni in terram. clamaueruntque ad dominum atque dixerunt. Domine deus audi clamorem populi huius et aperi eis thesaurum tuum et fontem aque uiue. ut satiati cesset murmuratio eorum. Et apparuit gloria domini super eos.

Locutusque est dominus ad moysen dicens. Tolle uirgam et congrega populum tu et aaron frater tuus. et loquimini ad petram coram eis. et illa dabit aquas. Cumque eduxeris aquam de petra, bibet omnis multitudo et iumenta eius. Tulit igitur moyses uirgam que erat in conspectu domini. sicut preceperat ei. congregata omni multitudine ante petram. dixitque eis. Audite rebelles et increduli. Num de petra hac uobis aquam poterimus eicere. Cumque eleuasset moyses manum percutiens uirga bis silicem. egresse sunt aque largissime. ita ut populus biberet et iumenta. Dixitque dominus ad moysen et aaron. Quia non credidistis mihi ut sanctificaretis me coram filiis israhel non introducetis hos populos in terram quam dabo eis. Hec est aqua contradictionis ubi iurgati sunt filii israhel contra dominum. et sanctificatus est in eis. Misit interea nuntios moyses de cades ad regem edom qui dicerent: Hec mandat frater tuus israhel. Nosti omnem laborem qui apprehendit nos quomodo descenderint patres nostri in egyptum et habitauerimus ibi multo tempore afflixerintque nos egyptii et patres nostros. et quomodo clamauerimus ad dominum et exaudierit nos. miseritque angelum qui eduxerit nos de egypto. Ecce in urbe cades que est in extremis finibus tuis positi obsecramus ut nobis transire liceat per terram tuam. Non ibimus per agros nec per uineas. non bibemus aquas de puteis tuis. sed gradiemur uia publica nec ad dexteram nec ad sinistram declinantes. donec transeamus terminos tuos. Cui respondit edom. Non transibis per me. Alioquin armatus occurram tibi. Dixeruntque filii israhel. Per tritam gradiemur uiam. et si biberimus aquas tuas nos et pecora nostra. dabimus quod iustum est. Nulla erit in pretio difficultas. tantum uelociter transeamus. At ille respondit. Non transibis. Statimque egressus est obuius cum infinita multitudine et manu forti. nec uoluit acquiescere deprecanti ut concederet transitum per fines suos. Quam ob rem diuertit ab eo israhel.

Cumque castra mouissent de cades uenerunt in montem hor qui est in finibus terre edom. ubi locutus est dominus ad moysen dicens. Pergat inquit aaron ad populos suos. Non enim intrabit terram quam dedi filiis israhel eo quod incredulus fuerit ori meo ad aquas contradictionis. Tolle aaron et filium eius cum eo. et duces eos in montem hor. Cumque nudaueris patrem ueste sua indues eleazarum filium eius. et aaron colligetur et morietur ibi. Fecit moyses ut preceperat dominus. et ascenderunt in montem hor coram omni multitudine. Cumque aaron spoliasset uestibus suis. induit eis eleazarum filium eius. Illo mortuo in montis supercilio. descendit cum eleazaro. Omnis autem multitudo uidens occubuisse aaron fleuit super eo XXX diebus per cunctas familias suas.

Quod cum audisset chananeus rex arad qui habitabat ad meridiem uenisse scilicet israhel per exploratorum uiam, pugnauit contra illum. et uictor existens. duxit ex eo predam. At israhel uoto se domino obligans ait. Si tradideris populum istum in manu mea. delebo urbes eius. Exaudiuitque dominus preces israhel. et tradidit chananeum. Quem ille interfecit subuersis urbibus eius. et uocauit nomen loci illius horma. id est anathema. Profecti sunt autem de monte hor per uiam que ducit ad mare rubrum ut circumirent terram edom. et tedere cepit populum itineris ac laboris. locutusque contra dominum et moysen ait. Cur eduxisti nos de egypto ut moreremur in solitudine. Deest panis et non sunt aque. anima nostra iam nauseat super cibo isto leuissimo. Quam ob rem misit dominus in populum ignitos serpentes. ad quorum plagas et mortes plurimorum uenerunt ad moysen atque dixerunt. Peccauimus quia locuti sumus contra dominum et te. Ora ut tollat a nobis serpentes. Orauitque moyses pro populo.

Et locutus est dominus ad eum. Fac serpentem eneum. et pone eum pro signo. Qui percussus eum aspexerit uiuet. Fecit ergo moyses serpentem eneum et posuit pro signo. Quem cum percussi aspicerent. sanabantur. Profectique sunt filii israhel. et castrametati sunt in oboth. Vnde egressi fixere tentoria in hieabarim in solitudine que respicit moab. contra orientalem plagam. et inde mouentes uenerunt ad torrentem zared. Quem relinquentes castrametati sunt contra arnon que est in deserto. et prominet in finibus amorrei. Siquidem arnon terminus est moab diuidens moabitas et amorreos. Vnde dicitur in libro bellorum domini. Sicut fecit in mari rubro. sic faciet in torrentibus arnon. Scopuli torrentium arnon inclinati sunt ut requiescerent in arnon. et recumberent in finibus moabitarum.

Ex eo loco apparuit puteus super quo locutus est dominus ad moysen. Congrega populum. et dabo ei aquam. Tunc cecinit israhel carmen istud. Ascendat puteus. concinnebant. puteus quem foderunt principes et parauerunt duces multitudinis in datore legis. et in baculis suis. Profectique sunt in moboth. moboth de solitudine machana. de machana in nahaliel. de nahaliel in bamoth. Bamoth uallis est in regione moab in uertice phasga. et que respicit contra desertum. Misit autem israhel nuntios ad seon regem amorreorum dicens. Obsecro ut transire mihi liceat per terram tuam. non declinabimus in agros et uineas. non bibemus aquas ex puteis uestris. Via regia gradiemur. donec transeamus terminos tuos. Qui concedere noluit ut transiret israhel per fines suos. quin potius exercitu congregato egressus est obuiam in desertum. et uenit in iasa et pugnauit contra eum. A quo percussus est in ore gladii et possessa est terra eius. ab arnon usque ieboch. et filios ammon quia forti presidio tenebantur termini ammonitarum.

Tulit ergo israhel omnes ciuitates eius. et habitauit in urbibus amorrei. in esebon scilicet et uiculis eius. Vrbs esebon fuit regis seon amorrei. Qui pugnauit contra regem moab et tulit omnem terram que ditionis illius fuerat usque arnon. Idcirco dicitur in prouerbio. Venite in esebon edificetur et construatur ciuitas seon. Ignis egressus est de esebon. flamma de oppido seon. et deuorauit ar moabitarum. et habitatores excelsorum arnon. Ve tibi moab. peristi popule chamos. Dedit filios eius in fugam. et filias in captiuitatem regi amorreorum seon. Iugum ipsorum disperiit ab esebon usque dibon. lassi peruenerunt in nophe. et usque medaba. Habitauit itaque israhel in terra amorrei. Misitque moyses qui explorarent iazer. Cuius ceperunt uiculos et possederunt habitatores. Verteruntque se et ascenderunt per uiam basan. et occurrit eis og rex basan cum omni populo suo pugnaturus in edrai. Dixitque dominus ad moysen. Ne timeas eum. quia in manu tua tradidi illum. et omnem populum ac terram eius. faciesque illi sicut fecisti seon regi amorreorum habitatori esebon. Percusserunt igitur et hunc cum filiis suis uniuersumque populum eius usque ad internitionem. et possederunt terram illius. Profectique castrametati sunt in campestribus moab. ubi trans iordanem iericho sita est.

Videns autem balac filius sephor omnia que fecerat israhel amorreo et quod pertimuissent eum moabite et impetum eius ferre non possent. dixit ad maiores natu madian. Ita delebit hic populus omnes qui in nostris finibus commorantur. quomodo solet bos herbas usque ad radices carpere. Ipse erat eo tempore rex in moab. Misit ergo nuntios ad balaam filium beor ariolum qui habitabat super flumen terre filiorum ammon. ut uocarent eum et dicerent. Ecce egressus est populus ex egypto qui operuit superficiem terre. sedens contra me. Veni igitur et maledic populo huic quia fortior me est. si quomodo possim percutere et eicere eum de terra mea. Noui enim quod benedictus sit cui benedixeris. et maledictus in quem maledicta congesseris. Perrexeruntque seniores moab et maiores natu madian habentes diuinationis pretium in manibus. Cumque uenissent ad balaam et narrassent ei omnia uerba balac. respondit. Manete hic nocte. et respondebo quicquid mihi dixerit dominus. Manentibus illis apud balaam. uenit deus et ait ad eum. Quid sibi uolunt homines isti apud te. Respondit. Balac filius sephor rex moabitarum misit eos ad me dicens. Ecce populus qui egressus est ex egypto operuit superficiem terre. ueni et maledic ei. si quomodo possim pugnans abigere eum. Dixitque dominus ad balaam. Noli ire cum eis. neque maledices populo quia benedictus est. Qui mane consurgens dixit ad principes. Ite in terram uestram quia prohibuit me dominus uenire uobiscum. Reuersi principes. dixerunt ad balac. Noluit balaam uenire nobiscum. Rursum ille multo plures et nobiliores quam ante miserat misit. Qui cum uenissent ad balaam dixerunt. Sic dicit balac filius sephor. Ne cuncteris uenire ad nos. Paratum habeo honorare te. et quicquid uolueris dabo tibi. Veni et maledic populo isti. Respondit balaam. Si dederit mihi balac plenam domum suam argenti et auri. non potero mutare uerbum domini dei mei ut uel plus uel minus loquar. Obsecro ut hic maneatis etiam hac nocte. ut scire quid mihi rursum respondeat dominus.

Venit ergo deus ad balaam nocte et ait ei. Si uocare te uenerint homines

isti surge & vade cum eis. ita dumtaxat ut qd tibi p̄cepero facias.
Surrexit balaam mane. & strata asina sua pfect̄ ē cū eis. Et
iratus ē ds. Stetitq: angls dni in uia cont̄ balaā qui sedebat asine.
& habebat duos pueros secū. Cernens asina angl̄m stantē ī uia
euaginato gladio. auertit se de itinere & ibat p agrum. Quā cū
uerberaret balaam & uellet ad semita reducere. stetit angls ī
angustiis duarū materiarū quib: uinee cingebant. Que uidens
asina iunxit se parieti & attriuit sedentis pede. At ille iterū
uerberabat. Cumq: uidisset asina stantē anglm cecidit sub pedib:
sedentis. Qui irat̄ uehementi cedebat fuste latera eius. 2
Apuitq: dns os asine & locuta ē. Quid feci t̄. Cur percutis me ecce
iam tercio. Resp balaam. Quia cōmeruisti & illusisti m̄. Utinā
haberē gladium ut te pcuterē. Dix q: asina. Nonne animal tuū
sum. cui sedere consueuisti usq: in p̄sentem diē. Dic quid simile
umqm̄ t̄ fecerim. At ille ait. Numqm̄. Protinus apuit dns
oculos balaā. & uidit angl̄m stantē in uia euaginatū gladium
immanu tenentē adorauitq: pnus in faciem. Cui angls. Cur iq̄t
tercio uerberasti asinā tuā. Ego ueni ut aduersarer t̄ quia puersa
ē uia tua. michiq: contraria. & nisi asina declinasset de uia dans
locum resistenti. te occidissem & illa uiueret. Dix q: balaam.
Peccaui nesciens qd tu stares cont̄ me. & nc̄ si displicet t̄ ut uia
dam an reuertar. Ait angls. Vade cum istis & caue ne aliud q̄
p̄cepero t̄ loquaris. Iuit ḡ cum p̄ncipib: Quod cum audisset
balac egressus est in occursum ei in oppido moabitarū qd situ
ē in extremis finib: arnon. dix q: ad balaam. Misi nuncios
ut uocarent te. cur n̄ statim uenisti ad me. An quia mercede
aduentui tuo reddere nequeo. Cui ille resp. Ecce adsum.
Numqd loqui potero aliud n̄ qd ds posuerit in ore meo.
Perrexerunt ḡ simul & uenerunt in urbē que ī extremis finib:
regni eius est. Cumq: occidisset balac boues & oues misit ad
balaam & p̄ncipes qui cū eo erant munera. Mane aūt facto
duxit eum ad excelsa baal. & intuit̄ est extrema parte ppli.
Dix q: balaam ad balac. Edifica m̄ hic septē aras. & para to
tidem uitulos. eiusdē numeri arietes. Cumq: fecisset iuxta
sermonē balaam. imposuerit simul uitulū & arietē sup aram.
Dix q: balaam ad balac. Sta paulisp iuxta holocaustum tuū.
donec uadā si forte occurrat m̄ dns & qd cumq: imperauerit loq̄r
t̄. Cumq: abisset uelociter occurrit ei ds. Locutusq: est ad eum
balaā. Septē inq̄t aras erexi. & imposui uitulum & arietē
desup. Dominus aūt posuit uerbum suum in ore ei. & ait. Re
uertere ad balac & hec loqueris. Reuersusq: inuenit balac
stantē iuxta holocaustum suū. & oms p̄ncipes moabitarū. as
sumptaq: parabola sua dix. De aram adduxit me balac rex
moabitarum de montib: orientis. Veni inquit & maledic iacob
pperat & detestare isrl. Resp balaam. Quom maledicam
cui benedixit ds. Qua ratione detester. quē dns n̄ detestat.
De summis silicib: uidebo eum. & de collib: considerabo illū.
Populus solus habitabit. & int̄ gentes n̄ reputabit. Quis
dinumerare possit puluerē iacob. & nosse numerū stirpis
isrl. Moriat̄ anima mea morte iustoꝝ. & fiant nouissima
mea hoꝝ similia. Dix q: balac ad balaam. Quid ē h̄ qd agis.
Ut maledicceres inimicis meis uocaui te. & tu e contrario bene
dicis eis. Cui ille resp. Num aliud possum loq̄ n̄ qd iusse
rit dominꝰ. Dix ḡ balac. Veni mecum in alterum locum
unde e parte israhelis uideas. & totū uidere n̄ possis. Inde ma
ledicito ei. Cūq: duxisset eum in locū sublimem sup uerticem
montis phasga. edificauit balaā septē aras. & impositis supra
uitulo atq: ariete dix ad balac. Sta hic iuxta holocaustū tuū.
donec ego pgam obuius. Cui cū dns occurrisset. posuisset q:
uerbū in ore ei ait. Reuertere ad balac & hec loqre. Reūsus
inuenit eum stantē iuxta holocaustū suū. & p̄ncipes moabitar
cū eo. Ad quē balac. Quid inq̄t locutus ē dns. At ille assum
pta parabola sua ait. Sta balac ausculta. & audi fili sephor.
Non ē ds quasi homo ut mentiat̄. nec ut filius hominis ut mutet̄.
Dix ḡ & n̄ faciet. Locut̄ est & n̄ implebit. Ad bene
dictione adduct̄ sum. benedictione phibere n̄ ualeo. Non est
ydolum in iacob. nec uidet̄ symulachrū in isrl. dns ds ei cū eo
est. & clangor uictorie regis in illo. Ds eduxit eū de egypto.
cuius fortitudo similis ē rinocerotis. Non est augurium in ia
cob. nec diuinatio in isrl. Temporib: suis dicet̄ iacob. & isrl
quid opat̄ sit ds. Ecce ppls ut leena consurget. & q̄si leo eri
get̄. Non accubabit donec deuoret p̄dā. & occisoꝝ sangnē
bibat. Dix q: balac ad balaam. Nec maledicas ei nec benedicas.
Et ille ait. Nonne dixi t̄ qd quicqd m̄ ds imperauerit m̄ h̄ facerē.
Et ait balac ad eū. Veni & ducā te ad alium locū. si forte placeat
deo ut inde maledicas eis. Cūq: duxisset eū sup uerticē mon
tis phogor q̄ respicit solitudinem. dix ei balaā. Edifica m̄ h̄
septē aras. & para totidē uitulos. eiusdēq: numeri arietes p sin
gulas aras. Cumq: uidisset balaā qd placeret dno ut benedi
ceret isrl. nequaqm̄ abiit ut an p̄rexerat ut augurium quereret.
sed dirigens contra desertū uultum suū. & eleuans oculos uidit
isrl in tentoriis commorantē p trib: suas. & irruente in se spu
dī. assumpta q: parabola ait. Dix balaā filius beor. Dixit
homo cuius obturat̄ ē oculus. dixit auditor sermonum dī. qui
uisione omnipotentis intuit̄ ē. qui cadit & sic apiunt̄ oculi ei. Qm̄
pulchra tabernacula tua iacob. & tentoria tua isrl. Ut ualles
nemorose ut horti irrigui iuxta fluuios. ut tabnacula que fixit
dns. q̄si cedri ppe aq̄s. Fluit aqua de situla ei. & semē illi erit ī
aq̄s multas. Tollet̄ ppt agag rex ei. & aufferet̄ regnum illius.
Ds eduxit illum de egypto. cuius fortitudo similis ē rinocerotis.
Deuorabunt gentes hostes illius. ossaq: illoꝝ confringent & p
forabunt sagittis. Accubans dormiuit ut leo. & quasi leena
quā suscitare nemo audebit. Qui benedixerit t̄ erit ipse be
nedictus. qui maledixerit in maledictione reputabit̄. 2
Iratq: balac cont̄ balaam complosis manib: ait. Ad maledi
cendum inimicis meis uocaui te. quib: e contrario tercio benedixi
sti. Reuertere ad locum tuū. Decreuerā quidē magnifice ho
norare te. s: dns priuauit te honore disposito. Resp balaā
ad balac. Nonne nunciis tuis quos misisti ad me dixi. Si de
derit m̄ balac plenā domū suā argenti & auri n̄ potero p̄ter
ire sermonē domini dī mei. uel boni qd uel mali pferam ex cor
de meo. s: quicqd dns dixerit hoc loquar. Verumtamen p
gens ad pplm meū dabo consilium quid ppls tuꝰ huic pplo
faciet extremo tempore. Sumpta ḡ parabola rursum ait.
Dix balaā filius beor. Dix homo cuius obturat̄ ē oculus. dix
auditor sermonū dī. qui nouit doctrinā altissimi. & uisiones

omnipotentis uidet. qui cadens apertos oculos habet. Video
eum sed n̄ modo. intuebor illum sed n̄ ppe. Orietur stella ex
iacob. & consurget uirga de isrl. & percutiet duces moab.
uastabitq: oms filios seth. & erit ydumea possessio eius.
Hereditas seyr cedet inimicis suis. isrl u° fortiter aget. De
iacob erit qui dominet̄. & pdat reliquias ciuitatis. Cumq:
uidisset amalech assumens parabolā suā ait. Principium
gentium amalech. cuius extrema pdentur. Vidit quoq: cineum.
& assumpta parabola ait. Robustum ē quidē habitaculū
tuum. sed si in petra posueris nidū tuū. & fueris electꝰ de stir
pe cham. quā diu poteris pmanere. Assur enī capiet te.
Assumptaq: iterum parabola rursum ait. Heu quis uicturus
ē quando ista faciet ds. Venient in trieribus de italia. su
perabunt assirios. uastabitq: hebreos. ad extremū etiā ipsi pibūt.
Surrexitq: balaā & reuersus ē in locum suū. balac quoq: uia q̄
uenerat abiit.
Morabat̄ aūt eo tempore isrl in sethim. & fornicat̄ ē cum filiab: lx.
moab que uocauerūt eos ad sacrificia sua. At illi comederūt &
adorauerūt deos earū. Initiatusq: ē isrl beelfegor. & iratus est
dns ait ad moysen. Tolle cunctos p̄ncipes ppli & suspende
eos contra solem in patibulis. ut auertat̄ furor m̄s ab israhel.
Dix q: moyses ad iudices isrl. Occidat unusqisq: pximos
suos. qui initiati sunt beelfegor. Et ecce unus de filiis isrl
intrauit corā frib: suis ad scortū madianitem uidente mo
yse & omni turba filioꝝ isrl. qui flebant an fores tabnaculi.
Quod cum uidisset finees filius eleazari filii aaron sacerdotis
surrexit de medio multitudinis & arrepto pugione ingressus
ē post uirum israhelitē in lupanar & pfodit ambos simul
uirū & mulierē in locis genitalib: cessauitq: plaga a filiis
isrl. Et occisi sunt xxiiii milia hominū. Dix q: dns ad moysē.
Finees filius eleazari filii aaron sacerdotis auertit iram meā a
filiis isrl. quia zelo meo commot̄ ē contra eos. ut n̄ ipse dele
rem filios isrl in zelo meo. Idcirco loquere ad eū. Ecce do ei
pacem federis mei. & erit tam ipsi qm̄ semini ei pactū sacerdotii
sempiternum. quia zelat̄ est p deo suo. & expiauit scelus filioꝝ
isrl. Erat aūt nomē uiri israhelitē qui occisus erat cū madiani
tide zambri filiꝰ salu dux de cognatione de tribu symeonis.
Porro mulier madianitides que parit̄ interfecta ē uocabat̄
cozbi filia sur principis nobilissimi madianitarum. 2
Locutusq: ē dominꝰ ad moysen dices. Hostes uos sentiant ma
dianite & percutite eos quia & ipsi hostilit̄ egerūt contra uos
& deceperunt insidiis p ydolum beelfegor & cozbi filiā
ducis madian sororē suam. que pcussa est in die plage p
sacrilegio beelfegor. 2
Postqm̄ noxioꝝ sanguis effusus ē. dix dns ad moysen & ad
eleazarum filium aaron sacerdotem. Numerate omnē summā
filioꝝ isrl a xx annis & sup p domos & cognationes suas
cunctosq: qui ad bella possunt pcedere. Locuti sunt itaq: mo
yses & eleazar sacerdos in campestrib: moab sup iordanem
cont̄ iericho ad eos qui erant a xx annis & sup sic dns im
perauerat quoꝝ iste est numerus. Ruben p̄mogenitꝰ isrl. Ius
huiꝰ filius enoch a quo familia enochitar. & phallu a quo familia
phallitar. & esrom a quo familia esronitar. & charmi a quo fam
charmitar. He sunt familie de stirpe ruben quarū numerus ē
xl. tria milia & septingenti xxx. Filius phallu heliab. huiꝰ filii
namuhel & dathan & abiron. Isti sunt dathan & abiron p̄ncipes
ppli qui surrexerunt cont̄ moysen & aaron in seditione chore qn̄
aduersus dnm rebellarunt. & apiens t̄ra os suum deuorauit cho
re morientib: plurimis. qn̄do combussit ignis ducentos l uiros
& factum ē grande miraculum ut chore pereunte filii ei n̄ pirent.
Filii symeon p cognationes suas namuhel a quo familia namuhe
litarū. iamin ab hoc fam iaminitar. iachin ab hoc familia ia
chinitar. zare ab hoc fam zaretarum. saul ab hoc fam sau
litarū. He sunt familie de stirpe symeon quarū omnis nu
merus fuit xx duo milia ducentoꝝ. Filii gad p cognationes
suas sephon ab h fam sephonitar. aggi. ab hoc fam aggitarū.
suni. ab h fam sunitarū. ozni. ab h fam oznitarū. her ab h
fam heritarū. arod. ab h familia aroditarū. arihel ab h fam
arihelitarū. He sunt familie gad quarū omnis numerus fuit
xl. milia quingentoꝝ. Filii iuda her & onan. q ambo mortui
sunt ī t̄ra chanaan. Fuerūtq: filii iuda p cognationes suas sela.
a quo fam selanitarū. phares a quo fam pharesitarū. zara. a quo fam
zaraitarū. Porro filii phares esrom a quo fam esronitarū. & amul
a quo fam amulitarū. Iste sunt familie iuda quarū omis numerꝰ
fuit lxx milia quingentoꝝ. Filii ysachar p cognationes suas
thola. a quo fam tholaitarū. phua. a quo fam phuaitarū. iasub a quo
18. fam iasubitarū. semram. a quo fam semramitar. He sunt cognatio
nes ysachar quarū omniū numerus fuit lx. iiii milia trecentoꝝ.
Filii zabulon p cognationes suas sared a quo fam sareditar. helon
a quo fam helonitar. iahel. a quo fam iahelitar. He sunt cognationes
zabulon. quarū numerus fuit lx. quingentoꝝ. Filii ioseph p cog
nationes suas manassen & effraim. De manasse ortꝰ est machir.
a quo fam machiritarū. Machir genuit galaad a quo fam galaadi
tarū. galaad habuit filios ieher a quo fam ieheritarū. & elecha
a quo fam elechitarū. & asrihel a quo fam asrihelitarū. & sechem a quo
fam sechemitarū. & semida. a quo fam semedaitarū. & epher a quo
fam sepheritarū. Fuit aūt epher pat̄ salphaad qui filios n̄ habebat
s: tantum filias. quarū ista sunt nomina. Maala. & noa. 7 egla.
& melecha. & thersa. He sunt familie manasse & numerꝰ
earū l. duo milia septingentoꝝ. Filii aūt effraim p cognationes
suas fuerūt hi suthala. a quo fam suthalitarū. becher a quo familia
becheritarū. dethen a quo fam dethenitarū. Porro filius suthala
fuit heran. a quo fam heranitarū. He sunt generationes filioꝝ ef
fraim quarū numerꝰ fuit xxx. duo milia quingentoꝝ. Isti sunt
filii ioseph p familias suas. Filii beniamin in cognationib: suis
bale. a quo fam baleitar. azbel. a quo fam azbelitarū. ahiram
a quo fam ahiramitarū. supham a quo fam suphamitarū. usphan.
a quo fam usphamitar. Filii bale hered & noeman. De hered fa
milia hereditarū. De noeman familia noemanitar. Hi sunt filii
beniamin p cognationes suas quoꝝ numerus xl. quinq: milia
sexcentoꝝ. Filii dan p cognationes suas suham a quo fam suhami
tarum. He cognationes dan p familias suas. Omnes fuere
suhamite quoꝝ numerus erat lx. iiii. milia quadringentoꝝ.
Filii aser p cognationes suas iemna. a quo fam iemnaitarū. ies
sui. a quo fam iessuitarū. brie a quo fam brieitarū. Filii brie haber
a quo fam haberitarū. & melchiel a quo fam melchielitarū. Nomē

aū filie aser fuit sara. Hę cognationes filiorum aser & numerus
eorum l.iii. milia quadringentorum. Filii neptalim p cognationes
suas: iessihel. a quo fam iessihelitarum. guni. a quo fam guni
tarū. iesser: a quo fam iesseritarū. sellem. a quo fam sellemitar.
Hę sunt cognationes filiorum neptalim p familias suas quorum numerus
erat quadraginta quinq: milia quadringentorum. Ista ē summa
filiorum isrl qui recensiti sunt sexcenta milia. 7 mille septingenti xxx.
Locutusq; ē dominus ad moysen dicens. Istis diuidetur terra iuxta nume
rum uocabulorum in possessiones suas. Pluribus maiorē partē
dabis, & paucioribus minorē. Singulis sic ut nunc recensiti sunt
tradetur possessio. ita dumtaxat ut sors terram tribubus diuidat
& familiis. Quicquid sorte contigerit: hoc uel plures acci
piant uel pauciores. Ↄ.
Hic quoq; numerus ē filiorum leui p familias suas. Gerson a quo fam
gersonitarū. caath a quo fam caathitarū. merari a quo fam mera
ritarū. Hę sunt familie leui. Familia lobni. Familia hebroni.
Familia mooli. Familia musi. Familia cori. At uero caath genuit
Amram qui habuit uxorē iochabed filiam leui. quę nata ē
in egypto. Hęc genuit uiro suo amram filios aaron 7 moysen
& mariā sororem eorum. De aaron orti sunt nadab & abiu.
& eleazar & ithamar. quorum nadab & abiu mortui sunt
cum obtulissent ignē alienum corā dño. Fueruntq; omnes qui nume
rati sunt xx.iii. milia generis masculini ab uno mense & supra
qui non sunt recensiti a filiis isrl. nec eis cum ceteris data posse
ssio ē. Hic ē numerus filiorum isrl qui descripti sunt a moyse
& eleazaro sacerdote in campestribus moab. supra iordanē
contra iericho. inter quos nullus fuit eorum qui ante numerati sunt
a moyse & aaron in deserto synai. Predixerat enim dns qd omnes
morerentur in solitudine. nullusq; remansit ex eis nisi caleph filius
iephone. & iosue filius nun. Ↄ.
Accesserunt autem filie salphaad. filii epher. filii galaad. filii
machir: filii manasse qui fuit filius ioseph quarum sunt nomina
maala. noa. & melcha. & egla. & thersa. Steteruntq; corā
moyse & eleazaro sacerdote. & cunctis principibus ppli ad
ostium tabernaculi federis atq; dixerunt. Pater noster mortuus ē
in deserto nec fuit in seditione chore quę concitata ē contra
dnm sub chore. sed in peccato suo mortuus ē. hic non habuit
mares filios. Cur tollitur nomen eius de familia sua. quia non habet
filium. Date nobis possessionē inter cognatos patris nostri.
Retulitq; moyses causam earum ad iudicium dni. Qui dixit ad
eum. Iustam rem postulant filie salphaad. Da eis possessionē
inter cognatos patris sui. & ei in hereditate succedant. Ad filios
autem isrl loqueris hec. Homo cum mortuus fuerit absq; filio.
ad filiam eius transibit hereditas. Si filiam non habuerit. ha
bebit successores fratres. Quod si & fratres ei non fuerint. dabitis he
reditatē fratribus patris eius. Sin autem nec patruos habuerit: da
bitur hereditas his qui ei proximi sunt. Eritq; hoc filiis isrl sanctum
lege ppetua. sicut precepit dominus moysi. Ↄ.
Dixit quoq; dns ad moysen. Ascende in montem istum abari
& contemplare inde terram quam daturus sum filiis israhel.
Cumq: uideris eam ibis & tu ad ppłm tuum sicut iuit aaron
frater tuus. quia offendistis me in deserto syn. in contradictione
multitudinis. nec sanctificare me uoluistis corā ea sup aquas. Hę
sunt aquę contradictionis in cades deserti syn. Cui respondit moyses.
Prouideat dns ds spirituum omnis carnis hominem qui sit sup multitu
dinē hanc. & qui possit exire & intrare ante eos & educere
eos. uel introducere ne sit ppls dni sicut oues absq; pastore. Ↄ.
Dixitq; dns ad eum. Tolle iosue filium nun uirum in quo ē sps dī
& pone manum tuā sup eum. Qui stabit corā eleazaro sacer
dote. & omni multitudine. & dabis ei precepta cunctis uiden
tibus: & partem glorię tuę ut audiat eum omnis synagoga isrl. Pro hoc
si quid agendum erit eleazar sacerdos consulet dnm. Ad uerbum
illius egredietur & ingredietur ipse & omnes filii isrl cum eo. & cetera
multitudo. Fecit moyses ut preceperat dominus. Cumq; tulisset iosue
statuit eum corā eleazaro sacerdote & omni frequentia ppli. & im
positis capiti eius manibus: cuncta replicauit que mandauerat dns. Ↄ.
Dixit quoq; dominus ad moysen. Precipe filiis isrl & dices ad eos.
Oblationē meā & panes & incensum suauissimum offerte p tem
pora sua. Hęc sunt sacrificia que offerre debetis agnos anni
culos inmaculatos duos cottidie in holocaustum sempiternum. unum
offeretis mane. & alterum ad uesperam. Decimā partem ephi que
conspersa sit oleo purissimo. & habeat quartā partē hin. holo
caustum iuge ē quod obtulistis in monte synai in odorem suauissi
mum incensi domini. & libabitis uini quartā partē hin. per
agnos singulos in sanctuario domini. Alterumq; agnum simul offeretis
ad uesperam. iuxta omnem ritum sacrificii & libamentorum eius oblatio
nē suauissimi odoris dño. Die autem sabbati offeretis duos ag
nos anniculos inmaculatos. & duas decimas simile oleo con
spersę in sacrificio. 7 liba que rite funduntur per singula sabbata in holocau
stum sempiternum. 7
lxx
In kalendis autem id est in mensium exordiis offeretis holocaustum
domino uitulos de armento duos. arietem unum. agnos inmaculatos
septē. & tres decimas similę oleo conspersę in sacrificio p singulos
uitulos. & duas decimas similę p singulos arietes. & decimam
decimę similę ex oleo in sacrificio p agnos singulos. holocaustum sua
uissimi odoris atq; incensi est domino. Libamenta autem uini que per sin
gulas fundenda sunt uictimas ista erunt. Media pars hin per
uitulos singulos. tertia p arietē. quarta p agnum. Hoc erit ho
locaustum per omnes menses. qui sibi anno uertente succedunt.
Hyrcus quoq; offeretur domino p peccatis in holocaustum sempiter
num. cum libamentis suis. 7
Mense autem primo xiiii. die mensis phase erit. & xv. die sollempni
tas. Septē diebus uescentur azimis. quarum dies prima uenerabilis
& sancta erit. Omne opus seruile non facietis in ea. Offeretisq;
in incensum holocaustum domino uitulos de armento duos 7 arie
tem unum. agnos anniculos inmaculatos septē. & sacrificia singulorum
ex simila quę conspersa sit oleo. tres decimas p singulos uitulos.
& duas decimas p arietē. & decimā decimę p agnos singulos id
est p septē agnos. & hyrcum p peccato unum ut expietur p uobis.
preter holocaustum matutinum quod semp offeretis. Ita facietis per sin
gulos dies septē dierum in fomitem ignis & in odorē suauissimum
domino qui surget de holocausto & libaminibus singulorum.
Dies quoq; septimus celeberrimus & sanctus erit uobis. omne opus
seruile non facietis in eo. Dies etiā primitiuorum quando offertis nouas
fruges domino expletis ebdomadibus: uenerabilis & sancta erit.
Omne opus seruile non facietis in ea. Offeretisq; holocaustum
in odorem suauissimum dño. uitulos de armento duos arietem
unum. agnos anniculos inmaculatos septē atq; in sacrificiis eorum
similę oleo conspersę tres decimas p singulos uitulos. p arietes
duos. p agnos decimā decimę. qui simul sunt septē agni. Hyr
cum quoq; qui mactatur p expiatione preter holocaustum sempiternum
& liba eius. inmaculata offeretis omnia cum libationibus suis. Ↄ.
Mensis etiā septimi prima dies uenerabilis & sancta uobis erit. Omne
opus seruile non facietis in eo. quia dies clangoris ē & tubarum.
Offeretisq; holocaustum suauissimum dño. uitulum de armento unum
agnos anniculos inmaculatos septē & in sacrificiis eorum similę
conspersę tres decimas p singulos uitulos. duas decimas p arietē.
unā decimā p agnum qui simul sunt agni septē. & hyrcum p pec
cato qui offertur in expiatione preter holocaustum kalendarum
cum sacrificiis suis & holocaustum sempiternum cum libationibus:
solitis hisdē cerimoniis offeretis in odorē suauissimum incensum dño.
Decima quoq; dies mensis huius septimi erit uobis sancta atq; uenera
bilis & affligetis animas uestras. Omne opus seruile non facietis in
ea. offeretisq; holocaustum dño in odorē suauissimum dño. uitu
lum de armento unum. arietem unum. agnos anniculos inmacula
tos septē. Et in sacrificiis eorum similę oleo conspersę tres decimas
p uitulos singulos. duas decimas p arietē. decima decimę p
agnos singulos. qui sunt simul septē agni. Et hyrcum p pecca
to absq; his qui offerri p delicto solent in expiatione & ho
caustum sempiternum in sacrificio & libaminibus eorum. Ↄ.
Quintadecima uero die mensis septimi quę uobis erit sancta atq; uene
rabilis omne opus seruile non facietis in ea. sed celebrabitis sollem
pnitatē domino septē diebus: offeretisq; holocaustum in odorem
suauissimum dño. Vitulos de armento xiii. arietes duos. agnos
anniculos xiiii. inmaculatos. & in libamentis eorum similę oleo
conspersę tres decimas p uitulos singulos qui sunt simul uituli
xiii. & duas decimas arieti uno. id est simul arietibus duobus:
& decimā decimę agnis singulis. qui sunt simul agni xiiii. &
hyrcum p peccato absq; holocausto sempiterno sacrificioq; eius
& libamine. In die altero offeretis uitulos de armento xii. ag
nos anniculos inmaculatos xiiii. Sacrificia & libamina sin
gulorum p uitulos & arietes & agnos rite celebrabis. & hyr
cum unum p peccato absq; holocausto sempiterno sacrificioq;
eius & libamine. Die tertio offeres uitulos xi. arietes duos.
agnos anniculos inmaculatos xiiii. sacrificiaq; & libamina
singulorum p uitulos & arietes agnos rite celebrabis & hyrcum
p peccato absq; holocausto sempiterno & sacrificia ac eius liba
mine. Die quarto offeres uitulos x. arietes duos. agnos an
niculos inmaculatos xiiii. sacrificiaq; eorum & libamina singulorum
p uitulos & arietes & agnos rite celebrabis. & hyrcum p pec
cato absq; holocausto sempiterno sacrificioq; eius atq; libamine.
Die quinto offeres uitulos nouē arietes duos. agnos anni
culos inmaculatos xiiii. sacrificiaq; & libamina singulorum p
uitulos & arietes & agnos rite celebrabis. & hyrcum p pec
cato absq; holocausto sempiterno sacrificioq; eius atq; libamine.
Die sexto offeres uitulos octo & arietes duos. agnos anni
culos inmaculatos xiiii. sacrificiaq; & libamina singulorum p
uitulos & arietes & agnos rite celebrabis. & hyrcum p pec
cato absq; holocausto sempiterno sacrificioq; eius & libamine.
Die septimo offeres uitulos septē & arietes duos. agnos an
niculos inmaculatos xiiii. sacrificia & libamina singulorum
p uitulos & arietes & agnos rite celebrabis. hyrcum p pecca
to absq; holocausto sempiterno. & sacrificio eius atq; libamine.
Die octauo qui est celeberrimus omne opus non facietis in eo
offerentes holocaustum in odorē suauissimum domino. uitu
lum unum & arietē unum. agnos anniculos inmaculatos vii.
sacrificiaq; & libamina singulorum p uitulos & arietes & ag
nos rite celebrabis. & hyrcum p peccato absq; holocausto
sempiterno. sacrificioq; eius & libamine. Hęc offeretis dno in
sollempnitatibus uestris. preter uota & oblationes spontaneas
in holocausto & sacrificio. in libamine & hostiis pacificis. 7
Narrauitq; moyses filiis isrl omnia que ei dns imperauerat. &
locutus ē ad principes tribuum filiorum isrl. Iste ē sermo quem
precepit dns. Si quis uirorum uotum uouerit dño. aut se constrin
xerit iuramento. non faciet irritum uerbum suum. sed omne quod promisit implebit. 7
Mulier si quippiā uouerit & se constrinxerit iuramento que est
in domo patris sui. & in etate adhuc puellari. si cognouerit
pater uotum & quod pollicita ē. & iuramentum quo obligauit
animā suā & tacuerit uoti rea erit. quicquid pollicita est
& iurauit opere complebit. Sin autem statim ut audierit contra
dixerit pater. uota & iuramenta eius irrita erunt. nec obnoxia
tenebitur sponsioni. eo quod contradixerit pater. Si maritum
habuerit & uouerit aliquid & semel uerbum de ore eius egrediens
animā illius obligauerit iuramento. quo die audierit uir & non
contradixerit. uoti rea erit. reddet quodcumq; promiserat. Sin autem au
diens statim contradixerit. & irritas fecerit pollicitationes
eius. uerbaq; quibus obstrinxerat animā suā. ppicius ei erit ds.
Vidua & repudiata quicquid uouerint reddent. Uxor in domo uiri
cum se uoto constrinxerit & iuramento. si audierit uir & tacuerit
nec contradixerit sponsioni. reddet quodcumq; promiserat. Sin autem
ex templo contradixerit. non tenebitur promissionis rea. quia maritus
contradixit. & ds ei ppicius erit. Si uouerit & iuramento se constrin
xerit ut p ieiunium uel ceterarum rerum abstinentiā affligat animā
suā in arbitrio uiri erit ut faciat siue non faciat. Quod si audiens uir
tacuerit & in alteram diem distulerit sententiam. quicquid uoue
rat ac promiserat reddet: quia statim ut audiuit tacuit. Sin autem
contradixerit postquam rescivit. portabit ipse iniquitatē eius.
Iste sunt leges quas constituit dominus moysi inter uirum 7 uxorē
inter patrem & filiam quę in puellari adhuc etate ē. uel quę ma
net in parentis domo. Ↄ.
Locutusq; ē dominus ad moysen dicens.
Ulciscere prius filios isrl de madianitis. & sic colligeris ad
ppłm tuum. Statimq; moyses armate inquit ex uobis uiros ad
pugnā. qui possint ultionē dni expetere de madianitis. Mille
uiri de singulis tribubus eligantur ex isrl qui mittantur ad bellum.
Dederuntq; millenos de cunctis tribubus: id est xii. milia ex
peditorum ad pugnā. quos misit moyses cum finees filio eleaza
ri sacerdotis. Vasa quoq; sancta & tubas ad clangendum tradidit
eis. Cumq; pugnassent contra madianitas atq; uicissent omnes
mares occiderunt: & reges eorum eui. & recem. & sur. & ur. &
rebe quinq; principes gentis. Balaam quoq; filium beor inter
fecerunt gladio. Ceperuntq; mulieres eorum & paruulos omniaq;
pecora & cuncta supellectile quicquid habere potuerant depo

pulsa sunt. tam urbes quam viculos & castella flamma con
sumpsere. Et tulerunt praedam & universa que ceperant tam ex
hominibus quam ex iumentis & adduxerunt ad moysen & ad
eleazarum sacerdotem & ad omnem multitudinem filiorum israel.
reliqua autem utensilia portaverunt ad castra in campestribus mo
ab. iuxta iordanem contra iericho. Egressi sunt autem moyses & ele
azar sacerdos & omnes principes synagoge in occursum eorum extra
castra. Iratusque moyses principibus exercitus. tribunis & centurionibus
qui venerant de bello ait. Cur feminas reservastis? Nonne
iste sunt que deceperunt filios israel ad suggestionem balaam &
praevaricari vos fecerunt in domino super peccato phegor. unde &
percussus est populus? Ergo cunctos interficite. quicquid est masculini
generis etiam in parvulis & mulieres que noverunt viros in co
itu iugulate. Puellas autem & omnes feminas virgines reserva
te vobis. & manete extra castra septem diebus. Qui occiderit ho
minem vel occisum tetigerit. lustrabitur die tertio & septimo. &
de omni praeda sive vestimentum fuerit sive vas & aliquid in uten
silia praeparatum. de caprarum pellibus & pilis. & ligno expiabitur.
Eleazar quoque sacerdos ad viros exercitus qui pugnaverant sic lo
cutus est. Hoc est praeceptum legis quod mandavit dominus moysi.
Aurum & argentum. & es & ferrum. & stannum & plumbum
& omne quod potest transire per flammas. igne purgabitur. Quicquid
autem ignem non potest sustinere. aqua expiationis sanctificabitur. & la lxxx
vabitis vestimenta vestra die septimo. & purificati postea castra intrabitis.
Dixitque dominus ad moysen. Tolle summam eorum que capta sunt ab ho
mine usque ad pecus. tu & eleazar sacerdos & principes vulgi.
dividesque ex equo praedam inter eos qui pugnaverunt & egressi
sunt ad bellum. & inter omnem reliquam multitudinem. & separabi
tis domino partem ab his qui pugnaverunt & fuerunt in bello unam
animam de quingentis tam ex hominibus quam de bubus & asinis &
ovibus. & dabis eam eleazaro sacerdoti. quia primitie domini sunt.
Ex media quoque parte filiorum israel accipies quinquagesimum caput
hominum. et boum. & asinorum. & ovium. cunctorumque animantium
& dabis ea levitis qui excubant in custodiis tabernaculi domini.
Feceruntque moyses & eleazar sicut praeceperat dominus. Fuit autem
praeda quam exercitus ceperat ovium sescentorum septuaginta quinque milia.
boum septuaginta duo milia. asinorum sexaginta milia. & mille anime
hominum sexus feminei que non cognoverunt viros xxx duo milia.
Dataque est media pars his qui in proelio fuerant ovium trecenta
xxx septem milia quingente. e quibus in partem domini supputate sunt
oves sescente lxx quinque. & de bubus xxx sex milibus: boves lxx
duo. de asinis xxx sex milibus: quingentis asini sexaginta unus.
de animabus hominum sedecim milibus: cesserunt in partem domini xxx
due anime. Tradiditque moyses numerum primitiarum domini eleaza
ro sacerdoti sicut ei fuerat imperatum ex media parte filiorum israel quam
separaverat his qui in proelio fuerant. De media vero parte que contigerat
reliquae multitudini id est de bubus: trecentis xxx. septem milibus:
quingentis & de bubus xxx sex milibus: quingentis. & de ho
minibus sedecim milibus: Tulit moyses quinquagesimum caput &
dedit levitis qui excubabant in tabernaculo domini sicut praeceperat
dominus. Cumque accessissent principes exercitus ad moysen & tribuni
centurionesque dixerunt. Nos servi tui recensuimus numerum
pugnatorum. quos habuimus sub manu nostra. & ne unus quidem
defuit. Ob hanc causam offerimus in donariis domini singuli
quod in praeda auri potuimus invenire. periscelidas & armillas & anu
los. & dextralia ac murenulas. ut depreceris pro nobis dominum. Susce
peruntque moyses & eleazar sacerdos omne aurum in diversis
speciebus: sedecim milia septingentos l. siclos a tribunis & centu
rionibus: unusquisque enim quod in praeda rapuerat suum erat. & susceptum
intulerunt in tabernaculum testimonii in monimentum filiorum israel coram domino.
Filii autem ruben & gad habebant pecora multa & erat illis in
iumentis infinita pestilentia. Cumque vidissent iazer & galaad
aptas alendis animalibus terras venerunt ad moysen & ad eleaza
rum sacerdotem principesque multitudinis atque dixerunt. Astaroth
& dibon & iazer. & nemra. esebon & eleale & saban &
nebo & beon terram quam percussit dominus in conspectu filiorum israel regio
uberrima est ad pastum animalium. & nos servi tui habemus
iumenta plurima. precamurque si invenimus gratiam coram te. ut des nobis
famulis tuis eam in possessionem. nec facias nos transire iordanem.
Quibus respondit moyses. Numquid fratres vestri ibunt ad pugnam. & vos
hic sedebitis? Cur subvertitis mentes filiorum israel ne transire
audeant in locum quem eis daturus est dominus? Nonne ita egerunt
patres vestri quando misi de cades arne ad explorandam terram?
Cumque venissent ad vallem botri lustrata omni regione subver
terunt cor filiorum israel ut non intrarent fines quos eis dominus dedit.
Qui iratus iuravit dicens. Si videbunt homines isti qui ascen
derunt de egypto a xx annis & supra terram quam sub iuramento pol
licitus sum abraham. ysaac. & iacob. & noluerunt sequi me praeter caleb
filium iephone cenezeum. & iosue filium nun. isti impleverunt
voluntatem meam. Iratusque dominus adversum israel circumduxit eum per de
sertum xl annis. donec consumeretur universa generatio que fecerat
malum in conspectu eius. Et ecce inquit vos surrexistis pro patribus 19
vestris incrementa & alumni hominum peccatorum. ut augeretis fu
rorem domini contra israel. Qui si nolueritis sequi eum in solitudine
populum derelinquet: & vos causa eritis necis omnium. At illi prope
accedentes dixerunt. Caulas ovium fabricabimus. & stabula iumen
torum. parvulis quoque nostris urbes munitas. Nos autem ipsi armati & ac
cincti pergemus ad proelium ante filios israel donec introducamus eos
ad loca sua. Parvuli nostri & quicquid habere possumus erunt in ur
bibus muratis propter habitatorum insidias. Non revertemur in domos
nostras usquequo possideant filii israel hereditatem suam. nec quicquam quaerimus
trans iordanem quia habemus possessionem nostram in orientali eius pla
ga. Quibus moyses ait. Si facitis quod promittitis expediti pergite
coram domino ad pugnam. & omnis vir armatus bellator iordanem transe
at donec subvertat dominus inimicos suos & subiciatur ei omnis terra.
tunc eritis inculpabiles apud dominum. & apud israel & obtinebitis regiones
quas vultis coram domino. Sin autem quod dicitis non feceritis nulli du
bium est quin peccetis in dominum. & scitote quoniam peccatum vestrum apprehen
det vos. Edificate ergo urbes parvulis vestris. & caulas ac stabula
ovibus ac iumentis. & quod polliciti estis implete. Dixeruntque filii
gad & ruben ad moysen. Servi tui sumus. faciemus quod iubet dominus
noster. Parvulos nostros & mulieres & pecora ac iumenta relinquemus
in urbibus galaad. nos autem famuli tui omnes expediti pergemus ad bel
lum sicut tu domine loqueris. ¶
Praecepit ergo moyses eleazaro sacerdoti & iosue filio nun & principibus
familiarum per tribus israel & dixit ad eos. Si transierint filii gad &
filii ruben vobiscum iordanem omnes armati ad bellum coram domino. &
vobis fuerit terra subiecta. date eis galaad in possessionem. Sin autem
noluerint transire vobiscum armati in terram chanaan. inter vos habitandi
accipiant loca. Responderuntque filii gad & ruben. Sicut
locutus est dominus servis suis. ita faciemus. Ipsi armati pergemus coram
domino in terram chanaan. & possessionem iam suscepisse nos con
fitemur trans iordanem. Dedit itaque moyses filiis gad & ruben &
dimidie tribui manasse filii ioseph regnum seon regis amorrei. &
regnum og regis basan. & terram eorum cum urbibus suis per circuitum.
Igitur extruxerunt filii gad dibon. & astaroth. & aroer. sophan &
iazer. & iecba. & beth. nemra. & betharan. urbes munitas. &
caulas pecoribus suis. Filii vero ruben edificaverunt esebon. & eleale &
cariathiarim. & nabo. & baalmeon versis nominibus. sabama
quoque imponentes vocabula urbibus quas extruxerant. Porro
filii machir filii manasse perrexerunt in galaad & vastaverunt eam
interfecto amorreo habitatore eius. Dedit ergo moyses terram galaad
machir filio manasse qui habitavit in ea. Iair autem filius manas
se abiit & occupavit vicos eius. quos appellavit avothiair. id est
villas iahir. Nobe quoque perrexit & apprehendit chanath cum viculis suis
vocavitque eam ex nomine suo nobe. Hae sunt mansiones filiorum
israel qui egressi sunt de egypto per turmas suas in manu moysi &
aaron quas descripsit moyses iuxta castrorum loca. que domini ius
Profecti igitur de ramesse mense primo xv. die mensis sione mutabant.
primi. fecerunt altera die phase filii israel in manu excelsa videntibus
cunctis egyptiis. & sepelientibus cunctos primogenitos quos percusserat
dominus. Nam & in diis eorum exercuerat ultionem. Castra metati sunt in
sochot. & de sochot venerunt in etham. que est in extremis finibus so
litudinis. Inde egressi venerunt contra phiahiroth que respicit contra
beelsephon & castra metati sunt ante magdalum. Profectique de
phiahiroth transierunt per medium mare in solitudinem. & ambulan
tes tribus diebus per desertum etham. castra metati sunt in mara. Profec
tique de mara venerunt in helym ubi erant xii. fontes aquarum &
palme lxx. ibique castra metati sunt. Sed inde egressi fixere tentoria
super mare rubrum. Profectique de mari rubro. castra metati sunt in de
serto syn. Unde egressi venerunt in deffka. Profectique de deffka.
castra metati sunt in halus. Egressi de halus. raphidim fixere ten
toria. ubi populo aqua defuit ad bibendum. Profectique de raphi
dim. castra metati sunt in deserto synai. Sed de solitudine synai
egressi. venerunt ad sepulchra concupiscentie. Profectique de sepul
chris concupiscentie. castra metati sunt in aseroth. & de ase
roth venerunt in rethma. Profectique de rethma. castra metati sunt
in remmonphares. Unde egressi venerunt in lebna. & de lebna castra
metati sunt in ressa. Egressi de ressa. venerunt in celatha. Unde profe
cti castra metati sunt in monte sepher. Egressi de monte sepher
venerunt in arecla. Inde proficiscentes castra metati sunt in macheloth.
Profectique de maceloth venerunt in thaath. de thaath castra metati
sunt in thare. Unde egressi. fixere tentoria in matecha. Et de ma
techa castra metati sunt in esmona. Profectique de esmona vene
runt in moseroth. Et de moseroth castra metati sunt in baneiacan.
Egressique de baneiacan. venerunt in montem gadgad. Unde profecti castra
metati sunt in becheatha. & de becheatha venerunt in hebrona.
Egressique de hebrona castra metati sunt in siongaber. Inde profecti
venerunt in desertum syn. hec est cades. Egressique de cades castra
metati sunt in monte or in extremis finibus edom. Ascenditque aa
ron sacerdos in montem or iubente domino. & ibi mortuus est
anno xl. egressionis filiorum israel ex egypto mense primo. quinto die
mensis. cum esset annorum centum xx. trium. Audivitque chananeus
rex arad qui habitabat ad meridiem in terram chanaan venisse fi
lios israel. Et profecti de monte or castra metati sunt in salmona.
unde egressi venerunt in phinon. Profectique de phinon castra metati
sunt in oboth. & de oboth venerunt in ieabarim que est in finibus mo
abitarum. Profectique de ieabarim. fixere tentoria in dibon
gad. Unde egressi castra metati sunt in helmon deblathaim. Egressique
de helmon deblathaim venerunt ad montes abarim contra nabo. Pro
fectique de montibus abarim abierunt in campestria moab super
iordanem contra iericho ibique castra metati sunt de beth simon usque
ad beth sathim in planioribus locis moabitarum. ¶
Ubi locutus est dominus ad moysen. Praecipe filiis israel & dic ad eos. Quando
transieritis iordanem intrantes terram chanaan disperdite cunctos
habitatores regionis illius. confringite titulos. & statuas com
minuite. atque omnia excelsa vastate mundantes terram. & ha
bitantes in ea. Ego enim dedi vobis illam in possessionem quam
dividetis vobis sorte. Pluribus dabitis latiorem. & paucis angu
stiorem. Singulis ut sors ceciderit. ita tribuetur hereditas. Per
tribus & familias possessio dividetur. Sin autem volueritis interficere
habitatores terrae qui remanserint erunt vobis quasi clavi in oculis
& lancee in lateribus: & adversabuntur vobis in terra habitationis
vestre. & quicquid illis facere cogitaveram. vobis faciam. ¶
Locutus est dominus ad moysen dicens. Praecipe filiis israel & di
ces ad eos. Cum ingressi fueritis in terram chanaan. & in possessi
onem vobis sorte ceciderit. his finibus terminabitur. Pars meridi
ana incipiet a solitudine syn que est iuxta edom. & habebit
terminos contra orientem mare salsissimum qui circuibit austra
lem plagam per ascensum scorpionis ita ut transeant in senna.
& perveniant in meridiem usque ad cades arne. Unde egredientur con
finia ad villam nomine addar. & tendent usque ad semona. ibitque
per girum terminus ab semona usque ad torrentem egypti & maris
magni litore finietur. Plaga autem occidentalis a mari magno in
cipiet: & ipso fine claudetur. Porro ad septentrionalem plagam
a mari magno incipientes termini pervenient usque ad montem
altissimum a quo venient in emath usque ad terminos sedada.
ibuntque confinia usque ad zephrona & villam henan. Hi erunt
termini in parte aquilonis. Inde metabuntur fines contra orienta
lem plagam de villa henan usque sephama. & de sephama
descendent termini in rebla contra fontem daphnim. Inde pervenient
contra orientem ad mare cenereth & tendent usque ad iordanem
& ad ultimum salsissimo claudentur mari. Hanc habebitis
terram per fines suos in circuitu. ¶
Praecepitque moyses filiis israel dicens. Hec erit terra quam possidebi
tis sorte. & quam iussit dominus dari novem tribubus & dimidie tribui.
Tribus enim filiorum ruben per familias suas. & tribus filiorum gad iuxta
cognationum numerum media quoque tribus manasse id est due semis
tribus acceperunt partem suam trans iordanem contra iericho ad orien
Et ait dominus ad moysen. Hec sunt nomina talem plagam. L
virorum qui terram vobis divident. Eleazar sacerdos. & iosue fi
lius nun. & singuli principes de tribubus singulis quorum ista sunt

uocabula. De tribu iuda caleph filius iephone. De tribu symeon samuhel filius ammiud. De tribu beniamin heliadab filius caselon. De tribu filiorum dan bocci filius iogli. Filiorum ioseph de tribu manasse amihel filius sephot. De tribu effraim camuhel filius sephtam. De tribu zabulon helysaphan filius pharnac. De tribu ysachar dux faltihel filius ozan. De tribu aser ahiud filius salomi. De tribu neptalim phedahel filius ammiud. Hi sunt quib: precepit dns ut diuiderent filiis isrl terram chanaan.

H

Locutus quoque est dominus ad moysen in campestrib: moab sup iordanem contra iericho. Precipe filiis isrl ut dent leuitis de possessionib: suis urbes ad habitandum & suburbana earum per circuitum ut ipsi in oppidis maneant. & suburbana sint pecorib: ac iumentis que a muris ciuitatum forinsecus per circuitum mille passuum spacio tendunt. Contra orientem duo milia erunt cubita. & contra meridiem similiter erunt duo milia. Ad mare quoque quod respicit occidentem eadem mensura erit. & septentrionalis plaga equali numero finietur. eruntque urbes in medio & foris suburbana. De ipsis autem oppidis que leuitis dabitis sex erunt in fugitiuorum auxilia separata. ut fugiat ad ea qui effuderit sanguinem. & exceptis his alia quadraginta octo cum suburbanis suis. ipseque urbes que dabuntur de possessionib: filiorum isrl. ab his qui plus habent plures auferentur. & qui minus pauciores. singuli iuxta mensuram hereditatis sue dabunt oppida leuitis.

A

Ait dns ad moysen. Loquere filiis isrl & dices ad eos. Quando ingressi fueritis iordanem in terram chanaan decernite que urbes esse debeant in presidia fugitiuorum. qui nolentes sanguinem fuderint. In quib: cum fuerit perfugus. cognatus occisi eum non poterit occidere. donec stet in conspectu multitudinis. & causa illius iudicetur. De ipsis autem urbib: que ad fugitiuorum subsidia separantur. tres erunt trans iordanem. & tres in terra chanaan. tam filiis isrl quam aduenis atque peregrinis ut confugiat ad eas qui nolens sanguinem fuderit.

S

Si quis ferro percusserit & mortuus fuerit qui percussus est. reus erit homicidii. & ipse morietur. Si lapidem iecerit & ictus occubuerit. similiter punietur. Si ligno percussus interierit. percussoris sanguine uindicabitur. Propinquus occisi homicidam interficiat. statim ut apprehenderit eum perimet. Si per odium hominem quis impulerit. uel iecerit in eum quippiam per insidias. aut cum esset inimicus manu percusserit. & ille mortuus fuerit. percussor homicidii reus erit. Cognatus occisi statim ut inuenerit eum iugulabit. Quod si fortuitu & absque odio & inimicitiis quicquam horum fecerit. & hoc audiente populo fuerit comprobatum. atque inter percussorem & propinquum sanguinis questio uentilata. liberabitur innocens de ultoris manu. & reducetur per sententiam in urbem ad quam fugerat. manebitque ibi donec sacerdos magnus qui oleo sancto unctus est moriatur. Si interfector extra fines urbium que exulib: deputate sunt fuerit inuentus. & percussus ab eo qui ultor est sanguinis. absque noxa erit qui eum occiderit. Debuerat enim perfugus usque ad mortem pontificis in urbe residere. Postquam autem ille obierit. homicida reuertetur in terram suam. Hec sempiterna erunt & legitima in cunctis habitationib: uris. Homicida sub testib: punietur. Ad unius testimonium nullus condempnabitur. Non accipietis pretium ab eo qui reus est sanguinis. & statim ipse morietur. Exules & perfugi ante mortem pontificis nullo modo in urbes suas reuerti poterunt. ne polluatis terram habitationis ure que insontium cruore maculatur. nec aliter expiari potest nisi per eius sanguinem qui alterius fuderit. atque ita emundabitur ura possessio me commorante uobiscum. Ego enim sum dns qui habito inter filios isrl.

A

Accesserunt autem ad principes familiarum galaad filii machir filii manasse de stirpe filiorum ioseph locutique sunt moysi coram principib: isrl atque dixerunt. Tibi dno nro precepit dns ut terram sorte diuideres filiis isrl & ut filiab: salphaad fris dares possessionem debitam patri. quas si alterius trib: homines uxores acceperint. sequetur possessio sua. & translata ad aliam tribum de nra hereditate minuetur. atque ita fiet ut cum iubileus id est quinquagesimus annus remissionis aduenerit confundatur sortium distributio. & aliorum possessio ad alios transeat. Respondit moyses filiis isrl. & dno precipiente ait. Recte tribus filiorum ioseph locuta est. & hec lex super filiab: salphaad a dno promulgata. Nubant quib: uolunt tantum ut sue trib: hominib:. ne commisceatur possessio filiorum isrl de tribu in tribum. Omnes enim uiri ducent uxores de tribu & cognatione sua. & cuncte femine maritos de eadem tribu accipiant ut hereditas permaneat in familiis. nec sibi misceantur tribus: sed ita maneant ut a domino separate sunt. Feceruntque filie salphaad ut fuerat imperatum. & nupserunt maala & thersa. & egla. & melcha. & noa filiis patrui sui de familia manasse qui fuit filius ioseph. & possessio que illis fuerat attributa. mansit in tribu & familia patris earum. Hec sunt mandata atque iudicia que precepit dns per manum moysi ad filios isrl in campestrib: moab supra iordanem contra iericho. EXPLICIT LIBER NUMERI

INCIPIT LIBER DEUTRONOMII

QD EST ELLEABDARIM

HEC SUNT VERBA QUE LOCUTUS EST MOYSES AD OMNEM isrl trans iordanem in solitudine campestri contra mare rubrum inter pharan & thophel & laban & aseroth. ubi auri plurimum est. Undecim dieb: de oreb per uiam montis seyr usque ad cades barne. xl° anno. xi° mense prima die mensis locutus est moyses ad filios isrl omnia que preceperat illi dns ut diceret eis. postquam percussit seon regem amorreorum qui habitabat in esebon. & og regem basan qui mansit in aseroth & in edrai. trans iordanem in terra moab. cepitque moyses explanare legem & dicere. Dns ds nr locutus est ad uos in oreb dicens. Sufficit uob quod in hoc monte mansistis. Reuertimini & uenite ad montem amorreorum & ad cetera que ei proxima sunt campestria atque montana & humiliora loca contra meridiem & iuxta litus maris. Terram chananeorum & libani usque ad flumen magnum eufraten. En inquit tradidi uob. Ingredimini & possidete eam super qua iurauit dns patrib: uris abraham ysaac & iacob ut daret illam eis. & semini eorum post eos. Dixique uob in illo tempore. Non possum solus sustinere uos. quia dns ds uester multiplicauit uos. & estis hodie sicut stelle celi plurime. Dns ds patrum urorum addat ad hunc numerum multa milia & benedicat uobis sic locutus est. Non ualeo solus ura negotia sustinere. & pondus ac iurgia. Date e uobis uiros sapientes & gnaros & quorum conuersatio sit probata in tribub: uris. ut ponam eos uob principes. Tunc respondistis mihi. Bona res est quam uis facere.

T

Tulique de tribub: uris uiros sapientes & nobiles & constitui eos principes & tribunos & centuriones & quinquagenarios ac decanos qui uos docerent singula. precepique eis dicens. Audite illos & quod iustum est iudicate. siue ciuis sit ille siue peregrinus. nulla erit distantia personarum. ita paruum audietis ut magnum. nec accipietis cuiusquam personam. quia dei iudicium est. Quod si difficile aliquid uob uisum fuerit referte ad me & ego audiam. Precepique omnia que facere deberetis. Profecti autem de oreb transiuimus per heremum terribilem & maximam solitudinem quam uidistis per uiam montis amorrei. sicut preceperat nobis dns ds nr. Cumque uenissetis in cades barne dixi uob. Venistis ad montem amorrei quem dns ds nr daturus est nob. Vide terram quam dns ds tuus dat tibi. Ascende & possidee eam. sicut locutus est dns ds nr patrib: tuis. Noli metuere. nec quicquam paueas. Et accessistis ad me omnes & dixistis. Mittamus uiros qui considerent terram & renuncient per quod iter debeamus ascendere & ad quas pergere ciuitates. Cumque mihi sermo placuisset. misi e uob xii. uiros singulos de singulis tribub: Qui cum perrexissent & ascendissent in montana uenerunt usque ad uallem botri. & considerata terra sumentes de fructib: eius ut ostenderent ubertatem intulerunt ad nos atque dixerunt. Bona est terra quam dns ds nr daturus est nob. Et noluistis ascendere. sed increduli ad sermonem dni dei nri murmurastis in tabernaculis uris atque dixistis. Odit nos dns & idcirco eduxit nos de terra egypti ut traderet nos in manu amorrei. atque deleret. Quo ascendemus? Nuntii terruerunt cor nrm dicentes. Maxima multitudo est & nob statura procerior. urbes magne & usque ad celum munite. filios enachim uidimus ibi. Et dixi uobis. Nolite metuere nec timeatis eos. Dominus ds qui ductor est uester pro uob ipse pugnabit. sicut fecit in egypto uidentib: cunctis. & in solitudine ipsi uidistis. Portauit te dns ds tuus sicut solet homo gestare paruulum filium suum. in omni uia per quam ambulastis donec ueniretis ad locum istum. & nec sic quidem credidistis dno deo uro qui precessit uos in uia. & metatus est locum in quo tentoria figere deberetis. nocte ostendens uob iter per ignem. & die per columnam nubis. Cumque audisset dns uocem sermonum urorum. iratus iurauit & ait. Non uidebit quispiam de hominib: generationis huius pessime terram bonam quam sub iuramento pollicitus sum patrib: uris preter caleph filium iephone. Ipse enim uidebit eam. & ipsi dabo terram quam calcauit pes eius & filiis eius. quia secutus est dominum. Nec miranda indignatio in populum. cum mihi quoque iratus dns propter uos dixerit. Nec tu ingredieris illuc. sed iosue filius nun minister tuus ipse intrabit pro te. Hunc exhortare & robora. & ipse terram sorte diuidet israheli. Paruuli uri de quib: dixistis quod captiui ducerentur & filii qui hodie boni ac mali ignorant distantiam. ipsi ingredientur. & ipsis dabo terram. & possidebunt eam. Vos autem reuertimini & abite in solitudinem per uiam maris rubri. Et respondistis mihi. Peccauimus domino. Ascendemus & pugnabimus sicut precepit nob dns ds noster. Cumque instructi armis pergeretis in montem. ait mihi dns. Dic ad eos. Nolite ascendere neque pugnetis. non enim sum uobiscum. ne cadatis coram inimicis uris. Locutus sum & non audistis. sed aduersantes imperio dni & tumentes superbia ascendistis in montem. Itaque egressus amorreus qui habitabat in montib: & obuiam ueniens persecutus est uos. sicut solent apes persequi. & cecidit de seyr usque horma. Cumque reuersi ploraretis coram dno. non audiuit uos. nec uoci ure uoluit acquiescere. Sedistis ergo in cades barne multo tempore. Dixitque dns ad me. Sufficit uob circuire montem istum. Ite contra aquilonem & populo precipe dicens. Transibitis per terminos fratrum urorum filiorum esau qui habitant in seyr & timebunt uos. Videte ergo diligenter ne moueamini contra eos. Neque enim dabo uob de terra eorum quantum potest unius pedis calcare uestigium. quia in possessionem esau dedi montem seyr. Cibos emetis ab eis pecunia & comedetis. aquam emptam haurietis & bibetis. Dominus ds tuus benedixit tibi in omni opere manuum tuarum. Nouit iter tuum quomodo transieris solitudinem hanc magnam per xl. annos habitans tecum dns ds tuus. & nichil tibi defuit. Cumque transissemus fratres nros filios esau qui habitabant in seyr per uiam campestrem de helath & de asiongaber uenimus ad iter quod ducit in desertum moab. Dixitque dns ad me. Non pugnes contra moabitas nec ineas aduersum eos prelium. Non enim dabo tibi quicquam de terra eorum. quia filiis loth tradidi ar in possessionem. Emim primi fuerunt habitatores eius populus magnus & ualidus & tam excelsus ut de enachim stirpe quasi gygantes crederentur. & essent similes filiorum enachim. Denique moabite appellant eos emim. In seyr autem prius habitauerunt horim. Quib: expulsis atque deletis. habitauerunt filii esau sicut fecit isrl in terra possessionis sue quam dedit ei dns. Surgentes ergo ut transiremus torrentem zareth. uenimus ad eum. Tempus autem quo ambulauimus de cades barne usque ad transitum torrentis zareth xxx et octo annorum fuit donec consumeretur generatio hominum bellatorum de castris sicut iurauerat dns. Cuius manus fuit aduersus eos ut interirent de castrorum medio. Postquam autem uniuersi ceciderunt pugnatores. locutus est dns ad me dicens. Tu transibis hodie terminos moab urbem nomine ar. Et accedens in uicina filiorum ammon. caue ne pugnes contra eos. nec moueas aduersus eos prelium. Non enim dabo tibi de terra filiorum ammon. quia filiis loth dedi eam in possessionem. Terra gygantum reputata est. & in ipsa olim

habitauere gygantes quos ammonite uocant . & uim ppls magnus & multus . & pcere longitudinis sicut enachim . q' deleuit dns a facie eor . & fecit illos habitare p eis . sicut fecerat filiis esau qui habitant in seyr . delens horreos & terram eor eis tradens . qui possident usq; in psens . Eueos q'q; qui habitabant in asaroth usq; gazam capadoces expulerunt . qui egressi de capadocia deleuerunt eos & habitauerunt p illis .

Surgite & transite torrentem arnon . Ecce tradidi in manu tua seon regem esebon amorreum & terram eius . Incipe possidere & committe aduersum eum plm . Hodie incipiam mittere terrorem atq; formidinem tuam in ppl'os qui habitant sub omni celo . ut audito nomine tuo paueant & in more parturientium contremiscant . & dolore teneant . Misi g' nuntios de solitudine cademoth ad seon regem esebon . uerbis pacificis dicens . Transibimus p terram tuam . publica gradiemur uia . n' declinabimus neq; ad dexteram . neq; ad sinistram . Alimenta p pecunia uende nob' ut uescamur . aquam pecunia tribue . & sic bibemus . Tantum est ut nobis concedas transitum . sic fecerunt filii esau qui in seyr habitant & moabite qui in ar morant . donec ueniamus ad iordanem . & transeamus in terram quam dominus ds' nr' daturus e nob' . Noluitq; seon rex esebon dare nob' transitum . quia induraverat dns ds' tuus spm eius . & offirmauerat cor eius ut traderetur in manus tuas . sicut nunc uides . Dixitq; dominus ad me . Ecce cepi tradere tibi seon & terram eius . incipe possidere eam . Egressusq; e' seon obuiam nob' cum omni ppl'o suo ad plium in iessa . & tradidit eum dns ds' nr' nob' . pcussimusq; eum cum filiis suis . & omni pplo suo . Cunctasq; urbes in tempore illo cepimus . interfectis habitatoribus earum . uiris ac mulieribus & paruulis . Non reliquimus in eis quicquam absq; iumentis que in partem uenere predantium . & spoliis urbium quas cepimus . Ab aroer que e' sup ripam torrentis arnon oppido qd' in ualle situm e' . usq; galaad n' fuit uicus & ciuitas que nostras effugeret manus . Omnes tradidit dns ds' nr' nob' absq; terra filiorum ammon . ad quam n' accessimus & cunctis que adiacent torrenti ieboch . & urbibus montanis uniuersisq; locis a quibus nos phibuit dns ds' nr' . Itaq; conuersi ascendimus p iter basan . Egressusq; e' og rex basan in occursum nob' cum pplo suo ad bellandum in edrai . dixitq; dns ad me . Ne timeas eum . quia in manu tua tradidi eum cum omni pplo ac terra sua . faciesq; ei sicut fecisti seon regi amorreor q' habitauit in esebon . Tradidit g' dominus ds' nr' in manibus nris etiam og regem basan & uniuersum ppl'm eius . pcussimusq; eos usq; ad internitionem . uastantes cunctas ciuitates illius uno tempore . Non fuit oppidum qd' nos effugeret . lx urbes & omnem regionem argob regni og in basan . Cuncte urbes erant munite muris altissimis . portis & uectibus . absq; oppidis innumeris q' n' habebant muros . & deleuimus eos sicut feceramus seon regi esebon . disperdentes omnem ciuitatem uiros ac mulieres & paruulos . Iumenta autem & spolia urbium diripuimus . Tulimusq; in tempore illo terram de manu duorum regum amorreorum qui erant trans iordanem . a torrente arnon usq; ad montem hermon . quem sydonii sarion uocant . & amorrei sanir . Omnes urbes que site sunt in planitie . & uniuersam terram galaad & basan usq; selecha & edrai ciuitates regni og in basan . Solus quippe og rex basan restiterat de stirpe gygantum . Monstratur lectus eius ferreus q' e' in rabbath filiorum ammon . nouem cubitos habens longitudinis . & iiii . latitudinis ad mensuram cubiti uirilis manus . Terramq; quam possedimus tempore illo . ab aroer q' e' sup ripam torrentis arnon usq; ad mediam partem montis galaad & ciuitates illius dedi ruben & gad . Reliquam autem partem galaad & omnem basan regni og tradidi dimidie tribui manasse omnem regionem argob . cuncta basan uocat terra gygantum . Iahir filius manasse possedit omnem regionem argob usq; ad terminos gessuri & machati . Vocauitq; ex nomine suo basan auothiair . id est uillas iahir usq; in psentem diem . Machir q'q; dedi galaad . & tribubus ruben & gad dedi de terra galaad usq; ad torrentem arnon medium torrentis & finium . usq; ad torrentem ieboch q' e' terminus filior ammon . & planitiem solitudinis atq; iordanis & terminos cenereth usq; ad mare deserti qd' e' salsissimum ad radices montis phasga contra orientem . Precepiq; uob' in illo tempore dicens . Dominus ds' nr' dat uob' terram hanc in hereditatem . expediti precedite fr's uros filios isrl' omnes uiri robusti . absq; uxoribus & paruulis ac iumentis . Noui enim q' plura habeatis pecora . & in urbibus remanere debebunt quas tradidi uob' . donec requiem tribuat dns fratribus uris sicut uob' tribuit . & possideant etiam ipsi terram quam daturus e' eis trans iordanem . Tunc reuertetur unusquisq; in possessionem suam quam dedi uobis . Iosue q'q; precepi in tempore illo dicens . Oculi tui uiderunt que fecit dominus ds' nr' duob' his regibus . sic faciet omnibus regnis ad que transiturus es . Ne timeas eos . Dominus enim ds' pugnabit p uobis .

Precatusq; sum dnm in tempore illo dicens . Domine ds' tu cepisti ostendere seruo tuo magnitudinem tuam manumq; fortissimam . Neq; enim e' alius ds' uel in celo uel in terra qui possit facere opa tua . & comparari fortitudini tue . Transibo g' & uidebo terram hanc optimam trans iordanem & montem istum egregium & libanum . Iratusq; e' dns michi p uos nec exaudiuit me . sed dixit michi . Sufficit tibi nequaquam ultra loquaris de hac re ad me . Ascende cacumen phasge & oculos tuos circumfer ad occidentem . & ad aquilonem . austrumq; & orientem & aspice . Non enim transibis iordanem istum . Precipe iosue & corrobora eum atq; conforta . quia ipse precedet ppl'm istum & diuidet eis terram quam uisurus es . Mansimusq; in ualle contra fanum phogor .

Et nunc isrl' audi precepta & iudicia que ego doceo te ut faciens ea uiuas . & ingrediens possideas terram quam dominus ds' patrum urorum daturus e' uob' . Non addetis ad uerbum qd' uob' loquor . nec auferetis ex eo . Custodite mandata dni di uri que ego precipio uobis . Oculi uri uiderunt omnia que fecit dns contra beelphegor . quomodo contriuerit omnes cultores eius de medio uri . uos autem qui adheretis dno deo uro uiuitis uniuersi usq; in presentem diem . Scitis q' docuerim uos precepta atq; iusticias sicut mandauit michi dns ds' meus . sic facietis ea in terra quam possessuri estis . & obseruabitis & implebitis opere . Hec est enim ura sapientia & intellectus coram pplis . ut audientes uniuersa precepta hec dicant . En ppls sapiens & intelligens . gens magna . Nec est alia natio tam grandis . que habeat deos appropinquantes sibi . sicut ds' nr' adest cunctis obsecrationibus nris . Que est enim alia gens sic inclita ut habeat cerimonias iustaq; iudicia & uniuersam legem quam ego ppnam hodie ante oculos uros .

Custodi g' temet ipsum & animam tuam sollicite . Ne obliuiscaris uerborum que uiderunt oculi tui . & ne excidant de corde tuo cunctis diebus uite tue . Docebis ea filios ac nepotes tuos . a die in q' stetisti coram domino deo tuo in oreb . quando locutus e' michi dns dicens . Congrega ad me ppl'm ut audiant sermones meos . & discant timere me omni tempore quo uiuunt in terra . doceantq; filios suos . Et accessistis ad radices montis qui ardebat usq; ad celum . erantq; in eo tenebre . nubes & caligo . locutusq; e' dns ad uos de medio ignis . Vocem uerborum eius audistis & formam penitus non uidistis . Et ostendit uob' pactum suum qd' precepit ut faceretis . & decem uerba que scripsit in duabus tabulis lapideis . michiq; mandauit in illo tempore ut docerem uos cerimonias & iudicia que facere deberetis in terra quam possessuri estis .

Custodite g' sollicite animas uras . Non uidistis aliquam similitudinem in die qua locutus e' dns uob' in oreb de medio ignis . ne forte decepti faciatis uob' sculptam similitudinem aut imaginem masculi uel femine . similitudinem omnium iumentorum que st' sup terram . uel auium sub celo uolantium . atq; reptilium que mouentur in terra . siue piscium qui sub terra morantur in aquis . ne forte oculis eleuatis ad celum uideas solem & lunam & omnia astra celi . & errore deceptus adores ea & colas que creauit dns ds' tuus in ministerium cunctis gentibus . que sub celo st' . Vos autem tulit dns & eduxit de fornace ferrea egypti . ut haberet ppl'm hereditarium sicut e' in presenti die . Iratusq; e' dominus contra me ppt' sermones uros & iurauit ut non transirem iordanem nec ingrederer terram optimam quam daturus e' nobis . Ecce morior in hac humo . n' transibo iordanem . Vos transibitis & possidebitis terram egregiam . Caue ne quando obliuiscaris pacti domini di tui qd' pepigit tecum . & facias tibi sculptam similitudinem eorum que fieri ds' prohibuit . quia dns ds' tuus ignis consumens est . ds' emulator . Si genueritis filios ac nepotes & morati fueritis in terra . deceptiq; feceritis uob' aliquam similitudinem patrantes malum coram domino do uro ut eum ad iracundiam prouocetis . Testes inuoco hodie celum & terram cito perituros uos esse de terra quam transito iordane possessuri estis . Non habitabitis in ea longo tempore . sed delebit uos dns atq; disperget in omnes gentes . & remanebitis pauci in nationibus ad quas uos ducturus est dns . ibiq; seruietis diis q' hominum fabricati st' manu . ligno & lapidi qui n' uident . n' audiunt . n' comedunt . n' odorantur . Cumq; quesieris ibi dnm dm tuum inuenies eum . si tamen toto corde quesieris & tota tribulatione anime tue . postquam te inuenerint omnia que predicta sunt . nouissimo autem tempore reuerteris ad dnm dm tuum . & audies uocem eius . quia ds' misericors dns ds' tuus est . Non dimittet te nec omnino delebit nec obliuiscetur pacti in quo iurauit patribus tuis .

Interroga de diebus antiquis qui fuerunt ante te ex die qua creauit ds' hominem sup terram . a summo celi usq; ad summum eius . si facta est aliquando huiuscemodi res . aut umquam cognitum est ut audiret ppls uocem domini loquentis de medio ignis . sicut tu audisti & uidisti . si fecit ds' ut ingrederetur & tolleret sibi gentem de medio nationum p temptationes . signa atq; portenta . p pugnam & robustam manum . extentumq; brachium . & horribiles uisiones iuxta omnia que fecit pro uob' dominus ds' ur' in egypto . uidentibus oculis tuis . ut scires quoniam dns ipse e' ds' . & n' e' alius preter unum . De celo te fecit audire uocem suam ut doceret te . & in terra ostendit tibi ignem suum maximum . & audisti uerba illius de medio ignis . quia dilexit patres tuos & elegit semen eorum post eos . Eduxitq; te precedens in uirtute sua magna ex egypto . ut deleret nationes maximas & fortiores te in introitu tuo . & introduceret te daretq; tibi terram earum in possessionem . sicut cernis in presenti die . Scito g' hodie & cogitato in corde tuo . q' dns ipse sit ds' in celo sursum & in terra deorsum . & n' sit alius . Custodi precepta eius atq; mandata que ego precipio tibi . ut bene sit tibi & filiis tuis post te . & permaneas multo tempore sup terram quam dns ds' tuus daturus e' tibi .

Tunc separauit moyses tres ciuitates trans iordanem ad orientalem plagam . ut confugiat ad eas q' occiderit proximum nolens . nec sibi inimicus ante unum & alterum diem . & ad harum aliquam urbium possit euadere . bosor in solitudine que sita e' in terra campestri de tribu ruben . & ramoth in galaad que e' in tribu gad . & golam in basan que e' in tribu manasse . Ista e' lex quam proposuit moyses coram filiis isrl' . & hec testimonia & cerimonie atq; iudicia que locutus e' ad filios isrl' quando egressi st' de egypto trans iordanem in ualle contra fanum phogor in terra seon regis amorrei q' habitabat in esebon . quem pcussit moyses . Filii q'q; isrl' egressi ex egypto possederunt terram eius . & terram og regis basan . duorum regum amorreorum qui erant trans iordanem ad solis ortum . ab aroer que sita e' sup ripam torrentis arnon usq; ad montem sion qui e' & hermon . omnem planitiem trans iordanem ad orientalem plagam usq; ad mare solitudinis & usq; ad radices montis phasga . Uocauitq; moyses omnem isrl'em & dixit ad eum . Audi isrl' cerimonias atq; iudicia que ego loquor in auribus uris hodie . Discite ea & opere implete . Dominus ds' nr' pepigit nobiscum fedus in oreb . n' cum patribus nris iniit pactum s' nobis qui in psentiarum sumus & uiuimus . Facie ad faciem locutus e' nob' in monte de medio ignis . Ego sequester & medius fui inter dnm & uos in tempore illo . ut annuntiarem uob' uerba eius . Timuistis enim ignem & n' ascendistis in montem . & ait . Ego dns ds' tuus q' eduxi te de terra egypti de domo seruitutis . Non habebis deos alienos in conspectu meo . Non facies tibi sculptile nec similitudinem omnium que in celo st' desup . & que in terra deorsum . & q' uersant in aquis sub terra . Non adorabis ea & n' coles . Ego enim sum dns ds' tuus . ds' emulator . reddens iniquitatem patrum sup filios in tertiam & quartam generationem his q' oderunt me . & faciens misericordiam in multa milia diligentib; me & custodientib; precepta mea .

Non usurpabis nomen domini di tui frustra . quia non erit impunitus qui sup re uana nomen eius assumpserit . Obserua diem sabbati ut sanctifices eum sicut precepit t' dns ds' tuus . Sex dies operaberis & facies omnia opa tua . septimus dies sabbati e' id est requies dni di tui . Non facies in eo quicquam operis tu & filius tuus & filia . seruus & ancilla . & bos & asinus . & omne iumentum tuum . & peregrinus q' est intra portas tuas . ut requiescat seruus & ancilla tua sicut & tu . Memento q' & ipse seruieris in egypto & eduxerit te inde dns ds' tuus in manu forti . & brachio extento . Idcirco precepit tibi ut obseruares diem sabbati .

Honora patrem tuum & matrem sicut precepit tibi dns ds' tuus . ut longo uiuas tempore & sit bene tibi in terra quam dns ds' tuus daturus e' tibi . Non occides . Neq; mechaberis . Furtumq; n' facies . Non loqueris contra proximum tuum falsum testimonium . Non concupisces uxorem pximi tui . n' domum . n' agrum . n' seruum . n' ancillam . n' bouem .

20.

non asinum, et universa que illius sunt. Haec verba locutus est dominus ad omnem multitudinem vestram de medio ignis et nubis et caliginis voce magna nihil addens amplius, et scripsit ea in duabus tabulis lapideis quas tradidit mihi. Vos autem postquam audistis vocem de medio tenebrarum et montem ardere vidistis, accessistis ad me omnes principes tribuum et maiores natu atque dixistis: Ecce ostendit nobis dominus deus noster maiestatem et magnitudinem suam, vocem eius audivimus de medio ignis et probavimus hodie quod loquente deo cum homine vixerit homo. Cur ergo moriemur et devorabit nos ignis hic maximus? Si enim audierimus ultra vocem domini dei nostri moriemur. Quid est omnis caro ut audiat vocem dei viventis, qui de medio ignis loquitur sicut nos audivimus, et possit vivere? Tu magis accede et audi cuncta que dixerit dominus deus noster tibi, loquerisque ad nos et nos audientes faciemus ea. Quod cum audisset dominus ait ad me: Audivi vocem verborum populi huius que locuti sunt tibi. Bene omnia sunt locuti. Quis det talem eos habere mentem ut timeant me et custodiant omnia mandata mea in omni tempore ut bene sit eis et filiis eorum in sempiternum? Vade et dic eis: Revertimini in tentoria vestra, tu vero hic sta mecum et loquar tibi omnia mandata et cerimonias atque iudicia que docebis eos, ut faciant ea in terra quam dabo eis in possessionem. Custodite ergo et facite que precepit dominus deus vobis. Non declinabitis neque ad dexteram neque ad sinistram, sed per viam quam precepit dominus deus vester ambulabitis ut vivatis et bene sit vobis et protelentur dies in terra possessionis vestre.

Haec sunt precepta et cerimonie atque iudicia que mandavit dominus deus vester ut docerem vos, et faciatis ea in terra ad quam transgredimini possidendam, ut timeas dominum deum tuum et custodias omnia mandata et precepta eius que ego precipio tibi et filiis ac nepotibus tuis cunctis diebus vite tue ut prolongentur dies tui. Audi Israhel et observa ut facias que precepit tibi dominus et bene sit tibi et multipliceris amplius, sicut pollicitus est dominus deus patrum tuorum tibi terram lacte et melle manantem. Audi Israhel, dominus deus noster deus unus est. Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo et ex tota anima tua et ex tota fortitudine tua. Eruntque verba haec que ego precipio tibi hodie in corde tuo et narrabis ea filiis tuis et meditaberis sedens in domo tua et ambulans in itinere, dormiens atque consurgens, et ligabis ea quasi signum in manu tua, eruntque et movebuntur inter oculos tuos, scribesque ea in limine et in ostiis domus tue. Cumque introduxerit te dominus deus tuus in terram pro qua iuravit patribus tuis Abraham, Ysaac et Iacob, et dederit tibi civitates magnas et optimas quas non edificasti, domus plenas cunctarum opum quas non extruxisti, cisternas quas non fodisti, vineta et oliveta que non plantasti, et comederis et saturatus fueris, cave diligenter ne obliviscaris domini qui eduxit te de terra Egypti, de domo servitutis. Dominum deum tuum timebis et ipsi servies, ac per nomen illius iurabis. Non ibitis post deos alienos cunctarum gentium que in circuitu vestro sunt, quoniam deus emulator dominus deus tuus in medio tui, ne quando irascatur furor domini dei tui contra te et auferat te de superficie terre.

Non temptabis dominum deum tuum, sicut temptasti in loco temptationis. Custodi precepta domini dei tui et testimonia ac cerimonias quas precepit tibi, et fac quod placitum est et bonum in conspectu domini, ut bene sit tibi et ingressus possideas terram optimam de qua iuravit dominus patribus tuis, ut deleret omnes inimicos tuos coram te sicut locutus est. Cum interrogaverit te filius tuus cras dicens: Quid sibi volunt testimonia haec et cerimonie et iudicia que precepit dominus deus noster nobis? dices ei: Servi eramus Pharaonis in Egypto, et eduxit nos dominus de Egypto in manu forti, fecitque signa atque prodigia magna et pessima in Egypto contra Pharaonem et omnem domum illius in conspectu nostro, et eduxit nos inde ut introductis daret terram super qua iuravit patribus nostris, precepitque nobis dominus ut faciamus omnia legitima haec et timeamus dominum deum nostrum, et bene sit nobis cunctis diebus vite nostre sicut est hodie. Eritque nostri misertus si custodierimus et fecerimus omnia precepta eius coram domino deo nostro sicut mandavit nobis. Cum introduxerit te dominus deus tuus in terram quam possessurus ingrederis et deleverit multas gentes coram te, Etheum et Gergeseum et Amorreum, Chananeum et Ferezeum et Eveum et Iebuseum, septem gentes multo maioris numeri quam tu es et robustiores te, tradideritque eas dominus deus tibi, percuties eas usque ad internitionem. Non inibis cum eis fedus nec misereberis earum, neque sociabis cum eis coniugia. Filiam tuam non dabis filio eius, nec filiam illius accipies filio tuo, quia seducet filium tuum ne sequatur me et ut magis serviat diis alienis; irasceturque furor domini et delebit te cito. Quin potius haec facietis eis: Aras eorum subvertite, confringite statuas, lucosque succidite et sculptilia comburite, quia populus sanctus es domino deo tuo. Te elegit dominus deus tuus ut sis ei populus peculiaris de cunctis populis qui sunt super terram.

Non quia cunctas gentes numero vincebatis vobis iunctus est dominus et elegit vos cum omnibus sitis populis pauciores, sed quia dilexit vos dominus et custodivit iuramentum quod iuravit patribus vestris, eduxitque vos in manu forti et redemit de domo servitutis de manu Pharaonis regis Egypti. Et scies quia dominus deus tuus ipse est deus fortis et fidelis, custodiens pactum et misericordiam diligentibus se et his qui custodiunt precepta eius in mille generationes, et reddens odientibus se statim ita ut disperdat eos, et ultra non differat, protinus eis restituens quod merentur.

Custodi ergo precepta et cerimonias atque iudicia que ego mando tibi hodie ut facias. Si postquam audieris haec iudicia custodieris ea et feceris, custodiet et dominus deus tuus pactum et misericordiam quam iuravit patribus tuis, et diliget te ac multiplicabit, benedicetque fructui ventris tui et fructui terre tue, frumento tuo atque vindemie, oleo et armentis, gregibus ovium tuarum super terram pro qua iuravit patribus tuis ut daret eam tibi. Benedictus eris inter omnes populos. Non erit apud te sterilis utriusque sexus, tam in hominibus quam in gregibus tuis. Auferet a te dominus omnem languorem et infirmitates Egypti pessimas quas novisti non inferet tibi, sed cunctis hostibus tuis. Devorabis omnes populos quos dominus deus daturus est tibi. Non parcet eis oculus tuus nec servies diis eorum, ne sint in ruinam tui. Si dixeris in corde tuo: Plures sunt gentes iste quam ego, quomodo potero delere eas? noli metuere, sed recordare que fecerit dominus deus tuus Pharaoni et cunctis Egyptiis, plagas maximas quas viderunt oculi tui, et signa atque portenta manumque robustam et extentum brachium ut educeret te dominus deus tuus. Sic faciet cunctis populis quos metuis. Insuper et crabrones mittet dominus deus tuus in eos donec deleat omnes atque disperdat qui te fugerint et latere potuerint. Non timebis eos quia dominus deus tuus in medio tui est, deus magnus et terribilis. Ipse consumet nationes has in conspectu tuo paulatim et per partes. Non poteris eas delere pariter, ne forte multiplicentur contra te bestie terre. Dabitque eos dominus deus tuus in conspectu tuo et interficiet illos donec penitus deleantur. Tradetque reges eorum in manus tuas et disperdes nomina eorum sub celo. Nullus poterit resistere tibi donec conteras

eos. Sculptilia eorum igni comburentur.

Non concupisces argentum et aurum de quibus facta sunt, neque assumas ex eis tibi quicquam ne offendas, propterea quia abhominatio est domini dei tui. Nec inferes quippiam ex ydolo in domum tuam, ne fias anathema sicut et illud est. Quasi spurcitiam detestaberis et velut inquinamentum ac sordes abhominationi habebis, quia anathema est.

Omne mandatum quod precipio tibi hodie cave diligenter ut facias, ut possitis vivere et multiplicemini, ingressique possideatis terram pro qua iuravit dominus patribus vestris. Et recordaberis cuncti itineris per quod adduxit te dominus deus tuus xl annis per desertum ut affligeret te atque temptaret et nota fierent que in tuo animo versabantur, utrum custodires mandata illius an non. Afflixit te penuria et dedit tibi cibum manna quod ignorabas tu et patres tui, ut ostenderet tibi quod non in solo pane vivit homo sed in omni verbo quod egreditur ex ore domini.

Vestimentum tuum quo operiebaris nequaquam vetustate defecit, et pes tuus non est subtritus, en quadragesimus annus est, ut recogites in corde tuo quia sicut erudit homo filium suum sic dominus deus tuus erudivit te, ut custodias mandata domini dei tui et ambules in viis eius et timeas eum. Dominus enim deus tuus introducet te in terram bonam, terram rivorum aquarumque et fontium, in cuius campis et montibus erumpunt fluviorum abyssi, terram frumenti hordei ac vinearum in qua ficus et malagranata et oliveta nascuntur, terram olei ac mellis, ubi absque ulla penuria comedes panem tuum et rerum omnium habundantia perfrueris, cuius lapides ferrum sunt et de montibus eius eris metalla foduntur, ut cum comederis et saciatus fueris benedicas domino deo tuo pro terra optima quam dedit tibi. Observa et cave ne quando obliviscaris domini dei tui et negligas mandata eius atque iudicia et cerimonias que ego precipio tibi hodie, ne postquam comederis et saciatus fueris, domos pulchras edificaveris et habitaveris in eis, habuerisque armenta et ovium greges, argenti et auri cunctarumque rerum copiam, elevetur cor tuum et non reminiscaris domini dei tui qui eduxit te de terra Egypti de domo servitutis, et ductor tuus fuit in solitudine magna atque terribili, in qua erat serpens flatu adurens et scorpio ac dipsas et nulle omnino aque, qui eduxit rivos de petra durissima, et cibavit te manna in solitudine quod nescierunt patres tui. Et postquam afflixit ac probavit ad extremum misertus est tui, ne diceres in corde tuo: Fortitudo mea et robur manus mee haec mihi omnia prestiterunt, sed recorderis domini dei tui quod ipse tibi vires prebuerit ut impleret pactum suum super quo iuravit patribus tuis sicut presens indicat dies. Sin autem oblitus domini dei tui secutus fueris deos alienos colueris eos et adoraveris, ecce nunc predico tibi quod omnino dispereas. Sicut gentes quas delevit dominus in introitu tuo, ita et vos peribitis si inobedientes fueritis voci domini dei vestri.

Audi Israhel. Tu transgredieris hodie Iordanem ut possideas nationes maximas et fortiores te, civitates ingentes et usque ad celum muratas, populum magnum atque sublimem, filios Enachim quos ipse vidisti et audisti, quibus nullus potest ex adverso resistere. Scies ergo hodie quod ipse dominus deus tuus ipse transibit ante te ignis devorans atque consumens, qui conterat eos et deleat atque disperdat ante faciem tuam velociter sicut locutus est tibi. Ne dicas in corde tuo cum deleverit eos dominus deus tuus in conspectu tuo: Propter iustitiam meam introduxit me dominus ut terram hanc possiderem, cum propter impietates suas delete sint iste nationes. Neque enim propter iustitias tuas et equitatem cordis tui ingredieris ut possideas terras eorum, sed quia illi egerunt impie, te introeunte delete sunt, et ut impleret verbum suum dominus quod sub iuramento pollicitus est patribus tuis Abraham, Ysaac et Iacob. Scito ergo quod non propter iustitias tuas dominus deus tuus dederit tibi terram hanc optimam atque possessionem, cum durissime cervicis sis populus. Memento et ne obliviscaris quomodo ad iracundiam provocaveris dominum deum tuum in solitudine. Ex eo die quo egressus es ex Egypto usque ad locum istum semper adversum dominum contendisti. Nam et in Oreb provocasti eum, et iratus delere te voluit, quando ascendi in montem ut acciperem tabulas lapideas, tabulas pacti quod pepigit vobiscum dominus, et perseveravi in monte xl diebus ac noctibus aquam non bibens et panem non comedens. Deditque mihi dominus duas tabulas lapideas scriptas digito dei et continentes omnia verba que vobis locutus est in monte de medio ignis quando contio populi congregata est. Cumque transissent xl dies et totidem noctes, dedit mihi dominus duas tabulas federis dixitque mihi: Surge et descende hinc cito, quia populus tuus quem eduxisti de Egypto deseruerunt velociter viam quam monstrasti eis, feceruntque sibi conflatile. Rursumque ait dominus ad me: Cerno quod populus iste dure cervicis sit. Dimitte me ut conteram eum et deleam nomen eius sub celo, et constituam te super gentem que hac maior et fortior sit. Cumque de monte ardente descenderem et duas tabulas federis utraque manu tenerem, vidissemque vos peccasse domino deo vestro et fecisse vobis vitulum conflatilem ac deseruisse velociter viam eius quam vobis ostenderat, proieci tabulas de manibus meis confregique eas in conspectu vestro. Et procidi ante dominum sicut prius xl diebus et noctibus panem non comedens et aquam non bibens, propter omnia peccata vestra que gessistis contra dominum et eum ad iracundiam provocastis. Timui enim indignationem et iram illius qua adversum vos concitatus delere vos voluit. Et exaudivit me dominus etiam hac vice. Adversum Aaron quoque vehementer iratus voluit eum conterere, et pro illo similiter deprecatus sum. Peccatum autem vestrum quod feceratis id est vitulum arripiens igne combussi, et in frusta comminuens omnino in pulverem redegi, proieci in torrentem qui de monte descendit. In Incendio quoque et in temptatione et in sepulchris concupiscentie provocastis dominum, et quando misit vos de Cadesbarne dicens: Ascendite et possidete terram quam dedi vobis, et contempsistis imperium domini dei vestri et non credidistis ei, neque vocem eius audire voluistis, sed semper fuistis rebelles a die qua nosse vos cepi. Et iacui coram domino xl diebus ac noctibus quibus eum suppliciter deprecabar ut non deleret vos ut fuerat comminatus. Et orans dixi: Domine deus, ne disperdas populum tuum et hereditatem tuam quam redemisti in magnitudine tua, quos eduxisti de Egypto in manu forti. Recordare servorum tuorum Abraham, Ysaac et Iacob. Ne aspicias duritiam populi huius et impietatem atque peccatum, ne forte dicant habitatores terre de qua eduxisti nos: Non poterat dominus introducere eos in terram quam pollicitus est eis, et oderat illos; idcirco eduxit ut interficeret eos in solitudine. Qui sunt populus tuus et hereditas tua quos eduxisti in fortitudine tua magna et in brachio tuo extento.

In tempore illo dixit dominus ad me: Dola tibi duas tabulas lapideas sicut priores fuerunt, et ascende ad me in montem. Faciesque arcam ligneam, et scribam in tabulis verba que fuerunt in his quas ante confregisti, ponesque eas in archa. Feci igitur arcam de lignis sethim. Cumque dolassem

duas tabulas lapideas instar priorum. ascendi in montem habens eas in manibus. Scripsitque in tabulis iuxta id quod prius scripserat uerba decem que locutus est dominus ad uos in monte de medio ignis quando populus congregatus est. et dedit eas mihi. Reuersusque de monte descendi et posui tabulas in archa quam feceram que hucusque ibi sunt sicut precepit michi dominus. Filii autem israhel castra mouerunt ex beroth filiorum iacan in mosera ubi aaron mortuus est ac sepultus pro quo sacerdotio functus est filius eius eleazar. Inde uenerunt in gadgad. De quo loco profecti castrametati sunt in iethabatha in terra aquarum atque torrentium. Eo tempore separauit tribum leui ut portaret archam federis domini et staret coram domino in ministerio ac benediceret in nomine illius usque in presentem diem. Quam ob rem non habuit leui partem neque possessionem cum fratribus suis quia ipse dominus possessio eius est. sicut promisit ei dominus deus tuus. Ego autem steti in monte sicut prius xl. diebus ac noctibus. exaudiuitque me dominus etiam hac uice et te perdere noluit. dixitque mihi. Vade et precede populum ut ingrediatur et possideat terram quam iuraui patribus eorum ut traderem eis. Et nunc israhel quid dominus deus tuus petit a te nisi ut timeas dominum deum tuum et ambules in uiis eius et diligas eum ac seruias domino deo tuo in toto corde tuo et in tota anima tua. custodiasque mandata domini et cerimonias eius quas ego hodie precipio tibi. ut bene sit tibi. En domini dei tui celum est. et celum celi. terra et omnia que in ea sunt. et tamen patribus tuis conglutinatus est dominus. et amauit eos. elegitque semen eorum post eos id est uos. de cunctis gentibus sicut hodie comprobatur. Circumcidite igitur preputium cordis uestri. et ceruicem uestram ne induretis amplius. quia dominus deus uester ipse est deus deorum. et dominus dominantium. deus magnus et potens et terribilis. qui personam non accipit nec munera. Facit iudicium pupillo et uidue. amat peregrinum et dat ei uictum atque uestitum. Et uos ergo amate peregrinum quia et ipsi fuistis aduene in terra egypti.

Dominum deum tuum timebis. et ei seruies. Ipsi adherebis iurabisque in nomine illius. Ipse est laus tua et deus tuus qui fecit tibi hec magnalia. et terribilia que uiderunt oculi tui. In septuaginta animabus descenderunt patres tui in egyptum. et ecce nunc multiplicauit te dominus deus tuus sicut astra celi. Ama itaque dominum deum tuum. et obserua precepta eius et cerimonias. iudicia atque mandata omni tempore. Cognoscite hodie que ignorant filii uestri qui non uiderunt disciplinam domini dei uestri. magnalia eius. et robustam manum extentumque brachium. signa et opera que fecit in medio egypti pharaoni regi. et uniuerse terre eius. omnique exercitui egyptiorum et equis ac curribus. quomodo operuerint eos aque rubri maris cum uos persequerentur. et deleuerit eos usque in presentem diem uobisque que fecerit in solitudine donec ueniretis ad hunc locum et dathan atque abiron filiis heliab qui fuit filius ruben quos aperto ore suo terra absorbuit cum domibus et tabernaculis et uniuersam substantiam eorum quam habebant in medio israhelis. Oculi uestri uiderunt omnia opera domini magna que fecit ut custodiatis uniuersa mandata illius que ego precipio uobis. ut possitis introire et possidere terram ad quam ingredimini. multoque in ea uiuatis tempore. quam sub iuramento pollicitus est dominus patribus uestris et semini eorum lacte et melle manantem.

Terra enim ad quam ingrederis possidendam non est sicut terra egypti de qua existis ubi iacto semine in hortorum more aque ducuntur irrigue. sed montuosa est et campestris de celo expectans pluuias. Quam dominus deus tuus semper inuisit. et oculi eius in ea sunt a principio anni usque ad finem eius. Si ergo obedieritis mandatis meis que ego hodie precipio uobis. ut diligatis dominum deum uestrum et seruiatis ei in toto corde uestro. et in tota anima uestra. dabo pluuiam terre uestre temporaneam et serotinam. ut colligatis frumentum et uinum et oleum. fenumque ex agris ad pascenda iumenta. et ut ipsi comedatis et saturemini. Cauete ne forte decipiatur cor uestrum et recedatis a domino seruiatisque diis alienis et adoretis eos. iratusque dominus claudat celum et pluuie non descendant. nec terra det germen suum. pereatisque uelociter de terra optima quam dominus daturus est uobis. Ponite ergo hec uerba in cordibus et animis uestris. et suspendite ea pro signo in manibus uestris. et inter oculos uestros collocate. Docete filios uestros ut illa meditentur quando sederis in domo tua. et ambulaueris in uia. et accubueris atque surrexeris. Scribes ea super postes et ianuas domus tue. ut multiplicentur dies tui. et filiorum tuorum in terra quam iurauit dominus patribus tuis ut daret eis quamdiu celum imminet terre. Si enim custodieritis mandata que ego precipio uobis et feceritis ea ut diligatis dominum deum uestrum. et ambuletis in omnibus uiis eius adherentes ei. disperdet dominus omnes gentes istas ante faciem uestram. et possidebitis eas que maiores et fortiores uobis sunt. Omnis locus quem calcauerit pes uester uester erit. A deserto et libano a flumine magno eufrate usque ad mare occidentale erunt termini uestri. Nullus stabit contra uos. Terrorem uestrum et formidinem dabit dominus deus uester super omnem terram quam calcaturi estis sicut locutus est uobis. En propono in conspectu uestro hodie benedictionem et maledictionem. Benedictionem si obedieritis mandatis domini dei uestri que ego precipio uobis. maledictionem si non audieritis mandata domini dei uestri. sed recesseritis de uia quam ego nunc ostendo uobis. et ambulaueritis post deos alienos quos ignoratis. Cum uero introduxerit te dominus deus tuus in terram ad quam pergis habitandam. pones benedictionem super montem garizim maledictionem super montem hebal. qui sunt trans iordanem post uiam que uergit ad solis occubitum in terra chananei qui habitat in campestribus contra galgalam que est iuxta uallem tendentem et intrantem procul. Vos enim transibitis iordanem ut possideatis terram quam dominus deus uester daturus est uobis. et habeatis ac possideatis illam. Videte ergo ut impleatis cerimonias atque iudicia que ego hodie ponam in conspectu uestro.

Haec sunt precepta atque iudicia que facere debeatis in terra quam dominus deus patrum tuorum daturus est tibi ut possideas eam cunctis diebus quibus super humum gradieris. Subuertite omnia loca in quibus coluerunt gentes quas possessuri estis deos suos super montes excelsos et colles et subter omne lignum frondosum. Dissipate aras eorum et confringite statuas. lucos igni comburite et idola comminuite. disperdite nomina eorum de locis illis. Non facietis ita domino deo uestro. sed ad locum quem elegerit dominus deus uester de cunctis tribubus uestris ut ponat nomen suum ibi et habitet in eo. uenietis et offeretis in illo loco holocausta et uictimas uestras. decimas et primitias manuum uestrarum et uota atque donaria. primogenita boum et ouium. et comedetis ibi in conspectu domini dei uestri. ac letabimini in cunctis ad que miseritis manum. uos et domus uestre in quibus benedixerit uobis dominus deus uester. Non facietis ibi que nos hic facimus hodie singuli quod sibi rectum uidetur. Neque enim usque in presens tempus uenistis ad requiem. et ad possessionem quam dominus deus daturus est uobis. Transibitis iordanem et habitabitis in terra quam dominus deus uester daturus est uobis ut requiescatis a cunctis hostibus per circuitum. et absque ullo timore habitetis in loco quem elegerit dominus deus uester. ut sit nomen eius in eo. Illuc omnia que precipio conferetis holocausta. et hostias. et decimas. et primitias manuum uestrarum. et quicquid precipuum est in muneribus que uouistis domino. Ibi epulabimini coram domino deo uestro. uos et filii ac filie uestre. famuli et famule ac leuites qui in urbibus uestris commorantur. Neque enim habent partem aliam et possessionem inter uos. Caue ne offeras holocausta tua in omni loco quem uideris. sed in eo quem elegerit dominus in una tribuum tuarum offeres hostias et facies quecumque precipio tibi. Si autem comedere uolueris. et te esus carnium delectauerit. occide et comede iuxta benedictionem domini dei tui quam dedit tibi in urbibus tuis. Siue inmundum fuerit. hoc est maculatum et debile. siue mundum hoc est integrum et sine macula quod offerri licet. sicut capream et ceruum. comedes absque esu dumtaxat sanguinis. quem super terram quasi aquam effundes. Non poteris in oppidis tuis comedere decimam frumenti et uini et olei tui. primogenita armentorum tuorum et pecorum et omnia que uoueris et sponte offerre uolueris. et primitias manuum tuarum. sed coram domino deo tuo comedes ea in loco quem elegerit dominus deus tuus. tu et filius tuus ac filia. seruus et famula atque leuites qui manet in urbibus tuis. et letaberis et reficieris coram domino deo tuo in cunctis ad que extenderis manum tuam.

Caue ne derelinquas leuitem omni tempore quo uersaris in terra. Quando dilatauerit dominus deus tuus terminos tuos sicut locutus est tibi. et uolueris uesci carnibus quas desiderat anima tua. Locus autem quem elegerit dominus deus tuus ut sit nomen eius ibi si procul fuerit occides de armentis et pecoribus que habueris sicut precepi tibi. et comedes in oppidis tuis ut tibi placet. sicut comeditur caprea et ceruus. ita uesceris eis et mundus et inmundus in commune uescentur. Hoc solum caue ne sanguinem comedas. Sanguis enim eorum pro anima est. Et idcirco non debes animam comedere cum carnibus. sed super terram fundes quasi aquam. ut sit tibi bene et filiis tuis post te. si feceris quod placet in conspectu domini. Que autem sanctificaueris et uoueris domino. tolles et uenies ad locum quem elegerit dominus. et offeres oblationes tuas carnem et sanguinem super altare domini dei tui. Sanguinem hostiarum fundes in altari. carnibus autem ipse uesceris. Obserua et audi omnia que ego precipio tibi. ut bene sit tibi et filiis tuis post te in sempiternum. cum feceris quod bonum est et placitum in conspectu domini dei tui. Quando disperdiderit dominus deus tuus ante faciem tuam gentes ad quas ingredieris possidendas et possederis eas atque habitaueris in terra earum. caue ne imiteris eas postquam te fuerint introeunte subuerse. et requiras cerimonias earum dicens. Sicut coluerunt gentes iste deos suos. ita et ego colam. Non facies similiter domino deo tuo. Omnes enim abhominationes quas auersatur dominus fecerunt diis suis offerentes filios et filias. et comburentes igni. Quod precipio tibi hoc tantum facito domino nec addas quicquam nec minuas.

Si surrexerit in medio tui propheta aut qui somnium uidisse se dicat et predixerit signum atque portentum et euenerit quod locutus est. et dixerit tibi eamus et sequamur deos alienos quos ignoras et seruiamus eis. non audies uerba prophete illius aut somniatoris quia temptat uos dominus deus uester ut palam fiat utrum diligatis eum an non in toto corde et in tota anima uestra. Dominum deum uestrum sequimini et ipsum timete. mandata illius custodite et audite uocem eius. Ipsi seruietis. et ipsi adherebitis. Propheta autem ille aut fictor somniorum interficietur quia locutus est ut uos auerteret a domino deo uestro qui eduxit uos de terra egypti et redemit de domo seruitutis ut errare te faceret de uia quam tibi precepit dominus deus tuus. et auferes malum de medio tui. Si tibi uoluerit persuadere frater tuus filius matris tue aut filius tuus aut filia siue uxor que est in sinu tuo aut amicus quem diligis ut animam tuam clam dicens. eamus et seruiamus diis alienis quos ignoras tu et patres tui. cunctarum in circuitu gentium que iuxta uel procul sunt. ab initio usque ad finem terre. non adquiescas ei neque audias. neque parcat ei oculus tuus ut miserearis et occultes eum. sed statim interficies. Sit primum manus tua super eum. et post te omnis populus mittat manum. Lapidibus obrutus necabitur quia uoluit te abstrahere a domino deo tuo. qui eduxit te de terra egypti de domo seruitutis. ut omnis israhel audiens timeat. et nequaquam ultra faciat quippiam huius rei simile. Si audieris in una urbium tuarum quas dominus deus tuus dabit tibi ad habitandum dicentes aliquos egressi sunt filii belial de medio tui. et auerterunt habitatores urbis sue atque dixerunt. eamus et seruiamus diis alienis quos ignoratis. quere sollicite et diligenter rei ueritate perspecta. Si inueneris certum esse quod dicitur. et abhominationem hanc opere perpetratam. statim percuties habitatores urbis illius. in ore gladii et delebis eam. omniaque que in illa sunt usque ad pecora. Quicquid etiam supellectilis fuerit congregabis in medio platearum eius. et cum ipsa ciuitate succendes. ita ut uniuersa consumas domino deo tuo. et sit tumulus sempiternus. Non edificabitur amplius. et non adherebit de illo anathemate quicquam in manu tua. ut auertatur dominus ab ira furoris sui. et misereatur tui. multiplicetque te sicut iurauit patribus tuis. quando audieris uocem domini dei tui. custodiens omnia precepta eius que ego precipio tibi hodie. ut facias quod placitum est in conspectu domini dei tui.

Filii estote domini dei uestri. Non uos incidetis nec facietis caluitium super mortuo. quoniam populus sanctus es domino deo tuo. et te elegit ut sis ei in populum peculiarem. de cunctis gentibus que sunt super terram. Ne comedatis que inmunda sunt. Hoc est animal quod comedere debetis. bouem et ouem. et capram. Ceruum. capream. bubalum. tragelaphum. pygargum et orygem. camelopardalum. Omne animal quod in duas partes ungulam findit et ruminat comedetis. De his autem que ruminant et ungulam non findunt. hec comedere non debetis. Camelum. leporem. chirogrillum. quia ruminant et non diuidunt ungulam. inmunda erunt uobis. Sus quoque quia diuidit ungulam et non ruminat inmunda erit. Carnibus eorum non uescimini. et cadauera non tangetis. Hec comedetis ex omnibus que morantur in aquis. que habent pinnulas et squamas comedite. que absque pinnulis et squamis sunt ne comedatis. quia inmunda sunt uobis.

Omnes aues mundas comedite. inmundas ne comedatis aquilam scilicet et grifem. et alietum. ixon et uulturem ac miluum iuxta genus suum. et omne coruini generis. et strutionem ac noctuam et larum atque accipitrem iuxta genus suum. herodium et cignum et ibin ac mergulum. porfirionem et nycticoracem. onocrotalum et caradrium. singula in genere suo. upupam quoque et uespertilionem et omne quod reptat et pennulas habet inmundum erit nec comedetur. Omne quod mundum est comedite. Quicquid autem morticinum est ne uescamini ex eo. Peregrino qui intra portas tuas est

da ut comedat, aut vende ei: quia populus sanctus domini dei tui es. Non coques hedum in lacte matris suae. Decimam partem separabis de cunctis fructibus tuis que nascuntur in terra per annos singulos. et comedes in conspectu domini dei tui, in loco quem elegerit ut in eo nomen illius invocetur. Decimam frumenti tui et vini et olei, primogenita de armentis et ovibus tuis, ut discas timere dominum deum tuum omni tempore. Cum autem longior fuerit via et locus quem elegerit dominus deus tuus, tibique benedixerit nec potueris ad eum cuncta hec portare, vendes omnia et in pretium rediges, portabisque manu tua et proficisceris ad locum quem elegerit dominus deus tuus. Et emes ex eadem pecunia quicquid tibi placuerit sive ex armentis sive ex ovibus, vinum quoque et siceram et omne quod desiderat anima tua. et comedes coram domino deo tuo, et epulaberis tu et domus tua. et levita qui intra portas tuas est. Cave ne derelinquas eum quia non habet aliam partem in possessione tua.

Anno tertio separabis aliam decimam ex omnibus que nascuntur tibi eo tempore et repones intra ianuas tuas. et veniet levites qui aliam non habet partem nec possessionem tecum. et peregrinus ac pupillus et vidua qui intra portas tuas sunt. et comedent et saturabuntur ut benedicat tibi dominus deus tuus in cunctis operibus manuum tuarum que feceris.

xxx. Septimo anno facies remissionem, que hoc ordine celebrabitur. Cui debetur aliquid ab amico vel proximo, ac fratre suo, repetere non poterit, quia annus remissionis est domini. A peregrino et advena exiges. Civem et propinquum non habebis potestatem et omnino indigens et mendicus non erit inter vos: ut benedicat tibi dominus in terra quam traditurus est tibi in possessionem. Si tamen audieris vocem domini dei tui. et custodieris universa que iussit. et que ego precipio tibi. benedicet tibi ut pollicitus est. Fenerabis gentibus multis. et ipse a nullo accipies mutuum. Dominaberis nationibus plurimis. et tui nemo dominabitur. Si unus de fratribus tuis qui moratur intra portas tuas in terra quam dominus deus tuus daturus est tibi ad paupertatem venerit non obdurabis cor tuum nec contrahes manum sed aperies pauperi. et dabis mutuum quo eum indigere perspexeris. Cave ne forte subripiat tibi impia cogitatio ut dicas in corde tuo: Adpropinquat septimus annus remissionis. et avertas oculos a paupere fratre tuo nolens ei quod postulat commodare, ne clamet contra te ad dominum et fiat tibi in peccatum. sed dabis ei, nec ages quippiam callide in eius necessitatibus sublevandis: ut benedicat tibi dominus deus tuus in omni tempore et in cunctis ad que manum miseris. Non deerunt pauperes in terra habitationis tue. Idcirco ego precipio tibi, ut aperias manum fratri tuo egeno et pauperi, qui tecum versatur in terra.

Cum tibi venditus fuerit frater tuus hebreus aut hebrea et sex annis servierit tibi, in septimo anno dimittes eum liberum. Et quem libertate donaveris nequaquam vacuum abire patieris. sed dabis viaticum de gregibus et de area et de torculari tuo, quibus dominus deus tuus benedixerit tibi. Memento quod et ipse servieris in terra egypti et liberavit te dominus deus tuus. et idcirco nunc ego precipio tibi. Sin autem dixerit nolo egredi eo quod diligat te et domum tuam et bene sibi apud te esse sentiat, assumes subulam et perforabis aurem eius in ianua domus tue. et serviet tibi usque in eternum. Ancille quoque similiter facies. Non avertas ab eis oculos tuos quando dimiseris eos liberos quoniam iuxta mercedem mercennarii per sex annos servivit tibi. ut benedicat tibi dominus deus tuus in cunctis operibus que agis. De primogenitis tuis que nascuntur in armentis et ovibus tuis quicquid sexus est masculini sanctificabis domino deo tuo. Non operaberis in primogenito bovis. et non tondebis primogenita ovium. In conspectu domini dei comedes ea per annos singulos in loco quem elegerit dominus tu et domus tua. Sin autem habuerit maculam vel claudum fuerit vel cecum aut aliqua parte deforme vel debile non immolabitur domino deo tuo. sed intra portas urbis tue comedes illud. Tam mundus quam inmundus vescentur eis quasi caprea et cervo. Hoc solum observabis ut sanguinem eorum non comedas, sed effundas in terram quasi aquam.

Observa diligenter mensem novarum frugum et verni primum temporis, et ut facias phase domino deo tuo. quia in isto mense eduxit te dominus deus tuus de egypto nocte. Immolabisque phase domino deo tuo de ovibus et bubus in loco quem elegerit dominus deus tuus ut habitet nomen eius ibi. Non comedes in eo panem fermentatum. Septem diebus comedes absque fermento afflictionis panem quia in pavore egressus es de egypto, ut memineris diei egressionis tue de egypto omnibus diebus vite tue. Non apparebit fermentum in omnibus terminis tuis septem diebus vite tue. et non remanebit de carnibus eius quod immolatum est vespere in die primo mane. Non poteris immolare phase in qualibet urbium tuarum quas dominus deus tuus daturus est tibi. sed in loco quem elegerit dominus deus tuus ut habitet nomen eius ibi. Immolabis phase vespere ad solis occasum quando egressus es de egypto et coques et comedes in loco quem elegerit dominus deus tuus. maneque consurgens vades in tabernacula tua. Sex diebus comedes azima. et in die septimo quia collecta est domini dei tui non facies opus.

Septem ebdomadas numerabis tibi ab ea die qua falcem in segetem miseris. et celebrabis diem festum ebdomadarum domino deo tuo oblationem spontaneam manus tue, quam offeres iuxta benedictionem domini dei tui. et epulaberis coram domino deo tuo. tu et filius tuus et filia tua. et servus tuus et ancilla tua. et levites qui est intra portas tuas. et advena ac pupillus ac vidua que morantur vobiscum in loco quem elegerit dominus deus tuus ut habitet nomen eius ibi. et recordaberis quoniam servus fueris in egypto, custodiesque ac facies que precepta sunt. Sollempnitatem quoque tabernaculorum celebrabis per septem dies quando collegeris de area et torculari fruges tuas. et epulaberis in festivitate tua et filius tuus et filia et servus et ancilla, levites quoque et advena et pupillus ac vidua qui intra portas tuas sunt. Septem diebus domino deo tuo festa celebrabis in loco quem elegerit dominus. benedicetque tibi dominus deus tuus in cunctis frugibus tuis. et in omni opere manuum tuarum, erisque in leticia. Tribus vicibus per annum apparebit omne masculinum tuum in conspectu domini dei tui in loco quem elegerit in sollempnitate azimorum. et in sollempnitate ebdomadarum. et in sollempnitate tabernaculorum. Non apparebit ante dominum vacuus. sed offeret unusquisque secundum quod habuerit iuxta benedictionem domini dei tui quam dederit ei.

Iudices et magistros constitues in omnibus portis tuis quas dominus deus tuus dederit tibi per singulas tribus tuas, ut iudicent populum iusto iudicio. nec in alteram partem declinent. Non accipies personam nec munera. quia munera excecant oculos sapientium, et mutant verba iustorum. Iuste quod iustum est persequeris. ut vivas et possideas terram quam dominus deus tuus daturus est tibi. Non plantabis lucum et omnem arborem iuxta altare domini dei tui nec facies tibi neque constitues statuam que odit dominus deus tuus.

Non immolabis domino deo tuo ovem et bovem in quo est macula aut quippiam vitii. quia abhominatio est domino deo tuo. Cum repperti fuerint apud te intra unam portarum tuarum quas dominus deus tuus daturus est tibi, vir aut mulier qui faciant malum in conspectu domini dei tui. et transgrediantur pactum illius. et vadant et serviant diis alienis et adorent eos solem et lunam et omnem miliciam celi, que non precepi. et hoc tibi fuerit nunciatum. audiensque inquisieris diligenter et verum esse repperis. et abhominatio facta est in israel, educes virum qui rem sceleratissimam perpetrarunt ad portas civitatis tue. et lapidibus obruentur.
xl. In ore duorum aut trium testium peribit qui interficietur. Nemo occidatur uno contra se dicente testimonium. Manus prima testium interficiet eum. et manus reliqui populi extrema mittetur. ut auferas malum de medio tui.

Si difficile et ambiguum apud te iudicium esse perspexeris inter sanguinem et sanguinem, causam et causam, lepram et non lepram. et iudicum intra portas tuas videris variari, surge et ascende ad locum quem elegerit dominus deus tuus. venies que ad sacerdotes levitici generis. et ad iudicem qui fuerit in illo tempore. queresque ab eis. Qui indicabunt tibi iudicii veritatem. et facies quecumque dixerint qui presunt loco quem elegerit dominus. et docuerint te iuxta legem eius. Sequeris sententiam eorum. nec declinabis ad dexteram neque ad sinistram. Qui autem superbierit nolens obedire sacerdotis imperio qui eo tempore ministrat domino deo tuo, et decreto iudicis morietur homo ille. et auferes malum de israel. cunctusque populus audiens timebit, ut nullus deinceps intumescat superbia.

Cum ingressus fueris terram quam dominus deus tuus dabit tibi. et possederis eam. habitaverisque in illa. et dixeris constituam super me regem sicut habent omnes per circuitum nationes. eum constitues quem dominus deus tuus elegerit de numero fratrum tuorum. Non poteris alterius gentis hominem regem facere, qui non sit frater tuus. Cumque fuerit constitutus. non multiplicabit sibi equos. nec reducet populum in egyptum equitatus numero sublevatus, presertim cum preceperit vobis dominus ut nequaquam amplius per eandem viam revertamini. Non habebit uxores plurimas que illiciant animum eius. neque argenti et auri inmensa pondera. Postquam autem sederit in solio regni sui, describet sibi deuteronomium legis huius in volumine accipiens exemplar a sacerdotibus levitice tribus: et habebit secum legetque illud omnibus diebus vite sue, ut discat timere dominum deum suum. et custodire verba et cerimonias eius. que in lege precepta sunt. nec elevetur cor eius in superbiam super fratres suos. neque declinet in partem dexteram vel sinistram. ut longo tempore regnet ipse et filius eius super israel.

Non habebunt sacerdotes et levite qui de eadem tribu sunt, partem et hereditatem cum reliquo israel. quia sacrificia domini et oblationes eius comedent nichil aliud accipient de possessione fratrum suorum. Dominus enim ipse est hereditas eorum sicut locutus est illis. Hoc erit iudicium sacerdotum a populo. et ab his qui offerunt victimas. sive bovem sive ovem immolaverint. dabunt sacerdoti armum ac ventriculum, primitias frumenti vini et olei et lanarum partem ex ovium tonsione. Ipsum enim elegit dominus deus tuus de cunctis tribubus tuis, ut stet et ministret nomini domini. ipse et filii eius in sempiternum. Si exierit levites de una urbium tuarum ex omni israel in qua habitat et voluerit venire desiderans locum quem elegerit dominus: ministrabit in nomine domini dei sui. sicut omnes fratres eius levite qui stabunt eo tempore coram domino. Partem ciborum eandem accipiet quam et ceteri. excepto eo quod in urbe sua ex paterna ei successione debetur.

Quando ingressus fueris terram quam dominus deus tuus dabit tibi, cave ne imitari velis abhominationes illarum gentium. nec inveniatur in te qui lustret filium suum aut filiam ducens per ignem. aut qui ariolos sciscitetur et observet somnia atque auguria. ne sit maleficus nec incantator, ne pythones consulat nec divinos, et querat a mortuis veritatem. Omnia enim hec abhominatur dominus. et propter istiusmodi scelera delebit eos in introitu tuo. Perfectus eris et absque macula cum domino deo tuo. Gentes iste quarum possidebis terram, augures et divinos audiunt. tu autem a domino deo tuo aliter instructus es. Prophetam de gente tua et de fratribus tuis sicut me suscitabit tibi dominus deus tuus ipsum audies ut petisti a domino deo tuo in horeb quando contio congregata est atque dixisti: Ultra non audiam vocem domini dei mei, et ignem hunc maximum amplius non videbo ne moriar. Et ait dominus michi: Bene omnia sunt locuti. Prophetam suscitabo eis de medio fratrum suorum similem tui. et ponam verba mea in ore eius. loqueturque ad eos omnia que precepero illi. Qui autem verba eius que loquetur in nomine meo audire noluerit, ego ultor existam. Propheta autem qui arrogantia depravatus voluerit loqui in nomine meo que ego non precepi illi ut diceret aut ex nomine alienorum deorum interficietur. Quod si tacita cogitatione responderis: quomodo possum intellegere verbum quod non est locutus dominus? hoc habebis signum. quod in nomine domini propheta ille predixerit et non evenerit hoc dominus non est locutus. sed per tumorem animi sui propheta confinxerit. et idcirco non timebis eum.

Cum disperdiderit dominus deus tuus gentes quarum tibi daturus est terram et possederis eam habitaverisque in urbibus eius. et in edibus, tres civitates separabis tibi in medio terre quam dominus deus tuus dabit tibi in possessionem, sternens diligenter viam et in tres equaliter partes totam terre tue provinciam divides, ut habeat e vicino qui propter homicidium profugus est quo possit evadere. Hec erit lex homicide fugientis. cuius vita servanda est. Qui percusserit proximum suum nesciens. et qui heri et nudiustertius nullum contra eum habuisse odium comprobatur. sed abisse cum eo simpliciter in silvam ad ligna cedenda. et in succisione lignorum securis fugerit manu. ferrumque lapsum de manubrio amicum eius percusserit et occiderit. hic ad unam supradictarum urbium confugiet. et vivet. ne forte proximus eius cuius effusus est sanguis dolore stimulatus persequatur et apprehendat eum. si longior via fuerit, et percutiat animam eius qui non est reus mortis. quia nullum contra eum qui occisus est odium prius habuisse monstratur. Idcirco precipio tibi, ut tres civitates equalis inter se spacii dividas. Cum autem dilataverit dominus deus tuus terminos tuos sicut iuravit patribus tuis et dederit tibi cunctam terram quam eis pollicitus est, si tamen custodieris mandata eius et feceris que ego hodie precipio tibi, ut diligas dominum deum tuum et ambules in viis eius omni tempore, addes tibi tres alias civitates. et supradictarum trium urbium numerum duplicabis, ut non effundatur sanguis innoxius in medio terre quam dominus deus tuus dabit tibi. Si quis autem odio habens proximum suum insidiatus fuerit vite eius.

surgensque percusserit illum et mortuus fuerit, fugeritque ad unam de supradictis urbibus, mittent seniores civitatis illius et arripient eum de loco effugii, tradentque in manu proximi cuius sanguis effusus est, et morietur. Nec misereberis eius, et auferes noxium sanguinem de Israhel, ut bene sit tibi. Non assumes et transferes terminos proximi tui quos fixerunt priores in possessione tua, quam dominus deus tuus dabit tibi in terra quam acceperis possidendam. Non stabit unus testis contra aliquem, quicquid illud peccati et facinoris fuerit, sed in ore duorum aut trium testium stabit omne verbum. Si steterit testis mendax contra hominem accusans eum prevaricationis, stabunt ambo quorum causa est ante dominum in conspectu sacerdotum et iudicum qui fuerint in diebus illis. Cumque diligentissime perscrutantes invenerint falsum testem dixisse contra fratrem suum mendacium, reddent ei sicut fratri suo cogitavit, et auferes malum de medio tui, ut audientes ceteri timorem habeant, et nequaquam talia audeant facere. Non misereberis eius, sed animam pro anima, oculum pro oculo, dentem pro dente, manum pro manu, pedem pro pede exiges.

Si exieris ad bellum contra hostes tuos, et videris equitatum et currus et maiorem quam tu habes adversarii exercitus multitudinem, non timebis eos, quia dominus deus tuus tecum est, qui eduxit te de terra Egypti. Appropinquante autem prelio, stabit sacerdos ante aciem et sic loquetur ad populum: Audi Israhel. Vos hodie contra inimicos vestros pugnam committitis; non pertimescat cor vestrum. Nolite metuere, nolite cedere, nec formidetis eos, quia dominus deus vester in medio vestri est, et pro vobis contra adversarios dimicabit, ut eruat vos de periculo. Duces quoque per singulas turmas audiente exercitu proclamabunt: Quis est homo qui edificavit domum novam et non dedicavit eam? Vadat et revertatur in domum suam, ne forte moriatur in bello, et alius dedicet illam. Quis est homo qui plantavit vineam et necdum fecit eam esse communem, et de qua vesci omnibus liceat? Vadat et revertatur in domum suam, ne forte moriatur in bello, et alius homo eius fungatur officio. Quis est homo qui despondit uxorem et non accepit eam? Vadat et revertatur in domum suam, ne forte moriatur in bello, et alius homo accipiat eam. His dictis addent reliqua, et loquentur ad populum: Quis est homo formidolosus et corde pavido? Vadat et revertatur in domum suam, ne pavere faciat corda fratrum suorum, sicut ipse timore perterritus est. Cumque siluerint exercitus duces et finem loquendi fecerint, unusquisque suos ad bellandum cuneos preparabit.

Si quando accesseris ad expugnandam civitatem, offeres ei primum pacem. Si receperit et aperuerit tibi portas, cunctus populus qui in ea est salvabitur, et serviet tibi sub tributo. Si autem fedus inire noluerint, et ceperint contra te bellum, oppugnabis eam. Cumque tradiderit dominus deus tuus illam in manu tua, percuties in ea omne quod masculini generis est in ore gladii, absque mulieribus et infantibus, iumentis et ceteris que in civitate sunt. Omnem predam exercitui divides, et comedes de spoliis hostium tuorum que dominus deus tuus dederit tibi. Sic facies cunctis nationibus que a te procul valde sunt et non sunt de his urbibus quas in possessionem accepturus es. De his autem civitatibus que dabuntur tibi, nullum omnino permittes vivere, sed interficies in ore gladii, Ettheum videlicet et Amorreum, Chananeum, Ferezeum et Eveum et Iebuseum, sicut precepit tibi dominus deus tuus, ne forte doceant vos facere cunctas abhominationes quas ipsi operati sunt in diis suis, et peccetis in dominum deum vestrum.

Quando obsederis civitatem multo tempore et munitionibus circumdederis ut expugnes eam, non succides arbores de quibus vesci potest, nec securibus per circuitum debes vastare regionem, quoniam lignum est et non homo, nec potest bellantium contra te augere numerum. Si qua autem ligna non sunt pomifera sed agrestia et in ceteros apta usus, succide et instrue machinas, donec capias civitatem que contra te dimicat.

Quando inventum fuerit in terra quam dominus deus tuus daturus est tibi hominis cadaver occisi, et ignoratur cedis reus, egredientur maiores natu et iudices tui, et metientur a loco cadaveris singularum per circuitum spatia civitatum, et quam viciniorem ceteris esse perspexerint, seniores civitatis illius tollent vitulam de armento que non traxit iugum, neque terram scidit vomere, et ducent eam ad vallem asperam atque saxosam que numquam arata est nec sementem recepit, et cedent in ea cervices vitule. Accedentque sacerdotes filii Levi, quos elegerit dominus deus tuus ut ministrent ei et benedicant in nomine eius, et ad verbum eorum omne negotium, et quicquid mundum vel inmundum est iudicetur. Et venient maiores natu civitatis illius ad interfectum, lavabuntque manus super vitulam que in valle occisa est, et dicent: Manus nostre non effuderunt hunc sanguinem, nec oculi viderunt. Propitius esto populo tuo Israhel, quem redemisti domine, et non reputes sanguinem innocentem in medio populi tui Israhel. Et auferetur ab eis reatus sanguinis. Tu autem alienus eris ab innocentis cruore qui fusus est, cum feceris quod precepit dominus.

Si egressus fueris ad pugnam contra inimicos tuos et tradiderit eos dominus deus tuus in manu tua, captivosque duxeris, et videris in numero captivorum mulierem pulchram, et adamaveris eam, voluerisque habere uxorem, introduces in domum tuam. Que radet cesariem et circumcidet ungues, et deponet vestem in qua capta est, sedensque in domo tua [illegible] flebit patrem et matrem suam uno mense, et postea intrabis ad eam, dormiesque cum illa, et erit uxor tua. Si autem postea non sederit animo tuo, dimittes eam liberam, nec vendere poteris pecunia, nec opprimere per potentiam, quia humiliasti eam.

Si habuerit homo uxores duas, unam dilectam et alteram odiosam, genuerintque ex eo liberos, et fuerit filius odiose primogenitus, volueritque substantiam inter filios dividere, non poterit filium dilecte facere primogenitum et preferre filio odiose, sed filium odiose agnoscet primogenitum, dabitque ei de his que habuerit cuncta duplicia. Iste est enim principium liberorum eius, et huic debentur primogenita.

Si genuerit homo filium contumacem et protervum, qui non audiat patris aut matris imperium, et coercitus obedire contempserit, apprehendent eum et ducent ad seniores civitatis illius, et ad portam iudicii, dicentque ad eos: Filius noster iste protervus et contumax est, monita nostra audire contempnit, comessationibus vacat et luxurie atque conviviis. Lapidibus eum obruet populus civitatis, et morietur, ut auferatis malum de medio vestri, et universus Israhel audiens pertimescat.

Quando peccaverit homo quod morte plectendum est, et adiudicatus morti appensus fuerit in patibulo, non permanebit cadaver eius in ligno, sed in eadem die sepelietur, quia maledictus est a deo qui pendet in ligno, et nequaquam contaminabis terram tuam quam dominus deus tuus dederit tibi in

possessionem. Non videbis bovem fratris tui aut ovem errantem et preteribis, sed reduces fratri tuo, etiam si non est propinquus tuus frater, nec nosti eum. Duces in domum tuam, et erunt apud te quamdiu querat ea frater tuus et recipiat. Similiter facies de asino et de vestimento, et de omni re fratris tui que perierit, si inveneris eam; ne neglegas quasi alienam. Si videris asinum fratris tui aut bovem cecidisse in via, non despicies, sed sublevabis cum eo. Non induetur mulier veste virili, nec utetur vir veste feminea; abhominabile enim apud deum est qui facit hec.

Si ambulaveris per viam et in arbore vel in terra nidum avis inveneris, et matrem pullis vel ovis desuper incubantem, non tenebis eam cum filiis, sed abire patieris captos tenens filios, ut bene sit tibi et longo vivas tempore. Cum edificaveris domum novam, facies murum tecti per circuitum, ne effundatur sanguis in domo tua, et sis reus labente alio et in preceps ruente. Non seres vineam tuam altero semine, ne et sementis quam sevisti et que nascuntur ex vinea pariter sanctificentur. Non arabis in bove simul et asino. Non indueris vestimento quod ex lana linoque contextum est. Funiculos in fimbriis facies per quattuor angulos pallii tui quo operieris.

Si duxerit vir uxorem et postea eam odio habuerit, quesieritque occasiones quibus dimittat eam, obiciens ei nomen pessimum, et dixerit: Uxorem hanc accepi, et ingressus ad eam non inveni virginem, tollent eam pater et mater eius, et ferent secum signa virginitatis eius ad seniores urbis qui in porta sunt, et dicet pater: Filiam meam dedi uxorem huic, quam quia odit, imponit ei nomen pessimum, ut dicat: Non inveni filiam tuam virginem; et ecce hec sunt signa virginitatis filie mee. Expandent vestimentum coram senioribus civitatis, apprehendentque senes urbis illius virum et verberabunt, condempnantes insuper centum siclis argenti quos dabit patri puelle, quoniam diffamavit nomen pessimum super virginem Israhel; habebitque eam uxorem, et non poterit dimittere omni tempore vite sue. Quod si verum est quod obicit, et non est in puella inventa virginitas, eicient eam extra fores civitatis domus patris sui, et lapidibus obruent eam viri civitatis eius, et morietur, quia fecit nefas in Israhel, ut fornicaretur in domo patris sui; et auferes malum de medio tui.

Si dormierit vir cum uxore alterius, uterque morietur, id est adulter et adultera, et auferes malum de Israhel. Si puellam virginem desponderit vir, et invenerit eam aliquis in civitate et concubuerit cum ea, educes utrumque ad portam civitatis illius, et lapidibus obruentur: puella quia non clamavit cum esset in civitate, vir quia humiliavit uxorem proximi sui; et auferes malum de medio tui. Si autem in agro reppererit vir puellam que desponsata est, et apprehendens concubuerit cum ea, ipse morietur solus; puella autem nichil patietur, nec est rea mortis, quoniam sicut latro consurgit contra fratrem suum et occidit animam eius, ita et puella perpessa est; sola erat in agro, clamavit, et nemo affuit qui liberaret eam.

Si invenerit vir puellam virginem que non habet sponsum, et apprehendens concubuerit cum ea, et res ad iudicium venerit, dabit qui dormivit cum ea patri puelle centum siclos argenti, et habebit eam uxorem, quia humiliavit eam; non poterit eam dimittere omnibus diebus vite sue.

Non accipiet homo uxorem patris sui, nec revelabit operimentum eius. lx.

Non intrabit eunuchus attritis vel amputatis testiculis et abscisso veretro ecclesiam dei. Non ingredietur manzer, hoc est de scorto natus, ecclesiam domini usque ad decimam generationem. Ammonites et Moabites etiam post decimam generationem non intrabunt ecclesiam domini in eternum, quia noluerunt vobis occurrere cum pane et aqua in via quando egressi estis de Egypto, et quia conduxerunt contra te Balaam filium Beor de Mesopotamia Syrie ut malediceret tibi. Et noluit dominus deus tuus audire Balaam, vertitque maledictionem eius in benedictionem tuam, eo quod diligeret te. Non facies cum eis pacem, nec queres eis bona cunctis diebus vite tue in sempiternum. Non abhominaberis Ydumeum, quia frater tuus est, nec Egyptium, quia advena fuisti in terra eius. Qui nati fuerint ex eis, tercia generatione intrabunt ecclesiam domini.

Quando egressus fueris adversus hostes tuos in pugnam, custodies te ab omni re mala. Si fuerit inter vos homo qui nocturno pollutus sit somnio, egredietur extra castra et non revertetur priusquam ad vesperam lavetur aqua, et post solis occasum regredietur in castra. Habebis locum extra castra ad quem egrediaris ad requisita nature, gerens paxillum in balteo. Cumque sederis, fodies per circuitum et operies humo relevatus es. Dominus enim deus tuus ambulat in medio castrorum, ut eruat te et tradat inimicos tuos tibi, ut sint castra tua sancta, et nichil in eis appareat feditatis, ne derelinquat te.

Non trades servum domino suo qui ad te confugerit. Habitabit tecum in loco qui ei placuerit, et in una urbium tuarum requiescet, nec contristes eum. Non erit meretrix de filiabus Israhel, neque scortator de filiis Israhel. Non offeres mercedem prostibuli nec pretium canis in domum domini dei tui, quicquid illud est

xx. quod voverat, quia abhominatio est utrumque apud dominum deum tuum.

Non feneraberis fratri tuo ad usuram pecuniam, nec fruges, nec quamlibet aliam rem, sed alieno. Fratri autem tuo absque usura id quo indiget commodabis, ut benedicat tibi dominus deus tuus in omni opere tuo in terra ad quam ingredieris possidendam.

Cum voveris votum domino deo tuo, non tardabis reddere, quia requiret illud dominus deus tuus, et si moratus fueris, reputabitur tibi in peccatum. Si nolueris polliceri, absque peccato eris. Quod autem semel egressum est de labiis tuis, observabis et facies sicut promisisti domino deo tuo, et propria voluntate et ore tuo locutus es. Ingressus vineam proximi tui, comede uvas quantum placuerit tibi; foras autem non efferas tecum. Si intraveris segetem amici tui, franges spicas et manu conteres; falce autem non metes. Si acceperit homo uxorem et habuerit eam, et non invenerit gratiam ante oculos eius propter aliquam feditatem, scribet libellum repudii et dabit in manu illius, et dimittet eam de domo sua. Cumque egressa alterum maritum duxerit, et ille quoque oderit eam, dederitque ei libellum repudii et dimiserit de domo sua, vel certe mortuus fuerit, non poterit prior maritus recipere eam in uxorem, quia polluta est et abhominabilis facta est coram domino, ne peccare facias terram tuam quam dominus deus tuus tibi tradiderit in possessionem.

Cum acceperit homo nuper uxorem, non procedet ad bellum, nec ei quippiam necessitatis iniungetur publice, sed vacabit absque culpa domui sue, ut uno anno letetur cum uxore sua. Non accipies loco pignoris inferiorem et superiorem molam, quia animam suam apposuit tibi. Si deprehensus fuerit homo sollicitans fratrem suum de filiis Israhel, et vendito eo acceperit pretium, interficietur, et auferes malum de medio tui.

Observa diligenter ne incurras in plagam leprae, sed facies quaecumque docuerint te sacerdotes levitici generis, iuxta id quod praecepi eis, et imple sollicite. Mementote quae fecerit dominus deus vester Mariae in via cum egrederemini de Aegypto. Cum repetes a proximo tuo rem aliquam quam debet tibi, non ingredieris domum eius ut pignus auferas, sed stabis foris et ille tibi proferet quod habuerit. Si autem pauper est, non pernoctabit apud te pignus, sed statim reddes ei ante solis occasum, ut dormiens in vestimento suo benedicat tibi, et habeas iustitiam coram domino deo tuo. Non negabis mercedem indigentis et fratris tui pauperis, sive advenae qui tecum moratur in terra et intra portas tuas est, sed eadem die reddes ei pretium laboris sui ante solis occasum, quia pauper est et ex eo sustentat animam suam, ne clamet contra te ad dominum et reputetur tibi in peccatum. Non occidentur patres pro filiis nec filii pro patribus, sed unusquisque pro suo peccato morietur. Non pervertes iudicium advenae et pupilli, nec auferes pignoris loco viduae vestimentum. Memento quod servieris in Aegypto, et eruerit te dominus deus tuus inde. Idcirco praecipio tibi ut facias hanc rem. Quando messueris segetem in agro tuo et oblitus manipulum reliqueris, non reverteris ut colligas eum, sed advenam et pupillum et viduam auferre patieris, ut benedicat tibi dominus deus tuus in omni tempore et in omni opere manuum tuarum. Si fruges colliges olivarum, quicquid remanserit in arboribus non reverteris ut colligas, sed relinques advenae, pupillo et viduae. Si vindemiaveris vineam tuam, non colliges remanentes racemos, sed cedent in usus advenae, pupilli ac viduae. Memento quod et tu servieris in Aegypto, et idcirco praecipio tibi ut facias hanc rem. Si fuerit causa inter aliquos et interpellaverint iudices, quem iustum esse perspexerint, illi iustitiae palmam dabunt, quem impium condemnabunt impietatis. Sin autem eum qui peccavit dignum viderint plagis, prosternent coram se et facient verberari. Pro mensura peccati erit plagarum modus, ita dumtaxat ut quadragenarium numerum non excedant, ne foede laceratus ante oculos tuos abeat frater tuus. Non ligabis os bovis terentis in area fruges tuas. Quando fratres habitaverint simul et unus ex eis absque liberis mortuus fuerit, uxor defuncti non nubet alteri, sed accipiet eam frater eius et suscitabit semen fratris sui, et primogenitum ex ea filium nomine illius appellabit, ut non deleatur nomen eius ex Israhel. Sin autem noluerit accipere uxorem fratris sui quae ei lege debetur, perget mulier ad portam civitatis et interpellabit maiores natu dicetque: Non vult frater viri mei suscitare nomen fratris sui in Israhel, nec me in coniugium sumere. Statimque accersiri eum facient et interrogabunt. Si responderit: Nolo eam accipere uxorem, accedet ad eum mulier coram senioribus et tollet calciamentum de pedibus eius, spuetque in faciem eius et dicet: Sic fit homini qui non aedificat domum fratris sui. Et vocabitur nomen illius in Israhel domus discalciati. Si habuerint inter se iurgium viri et unus contra alterum rixari coeperit, volensque uxor alterius eruere virum suum de manu fortioris miserit manum et apprehenderit verenda eius, abscides manum illius, nec flecteris super eam ulla misericordia. Non habebis in sacculo diversa pondera maius et minus, nec erit in domo tua modius maior et minor. Pondus habebis iustum et verum, et modius aequalis et verus erit tibi, ut multo vivas tempore super terram quam dominus deus tuus dederit tibi. Abominabitur enim eum dominus qui facit haec, et aversatur omnem iniustitiam. Memento quae fecerit tibi Amalech in via quando egrediebaris de Aegypto, quomodo occurrerit tibi et extremos agminis tui, qui lassi residebant, ceciderit, quando tu eras fame et labore confectus, et non timuerit deum. Cum ergo dominus deus tuus dederit tibi requiem et subiecerit cunctas per circuitum nationes in terra quam tibi pollicitus est, delebis nomen eius sub caelo. Cave ne obliviscaris.

lxx. Cumque intraveris terram quam dominus deus tuus tibi daturus est possidendam, et obtinueris eam atque habitaveris in illa, tolles de cunctis frugibus tuis primitias et pones in cartallo, pergesque ad locum quem dominus deus tuus elegerit, ut ibi invocetur nomen eius. Accedesque ad sacerdotem qui fuerit in diebus illis et dices ad eum: Profiteor hodie coram domino deo tuo quod ingressus sum terram pro qua iuravit patribus nostris ut daret eam nobis. Suscipiensque sacerdos cartallum de manu eius ponet ante altare domini dei sui, et loqueris in conspectu domini dei tui: Syrus persequebatur patrem meum, qui descendit in Aegyptum et ibi peregrinatus est in paucissimo numero, crevitque in gentem magnam et robustam et infinitae multitudinis. Afflixeruntque nos Aegyptii et persecuti sunt, inponentes onera gravissima. Et clamavimus ad dominum deum patrum nostrorum, qui exaudivit nos de Aegypto et respexit humilitatem nostram et laborem atque angustias, et eduxit nos de Aegypto in manu forti et brachio extento, in ingenti pavore, in signis atque portentis, et introduxit ad locum istum, et tradidit nobis terram lacte et melle manantem. Et idcirco nunc offero primitias frugum terrae quam dominus deus noster dedit mihi. Et dimittes eam in conspectu domini dei tui, adorato domino deo tuo, epulaberis in omnibus bonis quae dominus deus tuus dederit tibi et domui tuae, tu et levites et advena qui tecum est. Quando compleveris decimam frugum tuarum anno decimarum tertio, dabis levitae et advenae et pupillo et viduae, ut comedant intra portas tuas et saturentur. Loquerisque in conspectu domini dei tui: Abstuli quod sanctificatum est de domo mea, et dedi illud levitae et advenae, pupillo et viduae, sicut iussisti mihi. Non praeterii mandata tua nec sum oblitus imperii. Non comedi ex eis in luctu meo, nec separavi ea in qualibet inmunditia, nec expendi ex his quicquam in re funebri. Oboedivi voci domini dei mei et feci omnia sicut praecepisti mihi. Respice de sanctuario tuo et de excelso caelorum habitaculo, et benedic populo tuo Israhel et terrae quam dedisti nobis, sicut iurasti patribus nostris, terrae lacte et melle mananti. Hodie dominus deus tuus praecepit tibi ut facias mandata haec et caerimonias atque iudicia, ut custodias et compleas ex toto corde tuo et ex tota anima tua. Dominum elegisti hodie ut sit tibi deus, et ambules in viis eius, et custodias caerimonias illius et mandata atque iudicia, et oboedias eius imperio. Et dominus elegit te hodie ut sis ei populus peculiaris, sicut locutus est tibi, et custodias omnia praecepta eius, et faciat te excelsiorem cunctis gentibus quas creavit in laudem et nomen et gloriam suam, ut sis populus sanctus domini dei tui, sicut locutus est tibi.

Praecepit autem Moyses et seniores Israhel populo dicentes: Custodite omne mandatum quod praecipio vobis hodie. Cumque transieritis Iordanem in terram quam dominus deus tuus dabit tibi, eriges ingentes lapides et calce levigabis eos, ut possis scribere in eis omnia verba legis huius Iordane transmisso, ut introeas terram quam dominus deus tuus dederit tibi, terram lacte et melle manantem, sicut iuravit patribus tuis. Quando ergo transieritis Iordanem, erigite lapides quos ego praecipio vobis hodie in monte Hebal, et levigabis eos calce, et aedificabis ibi altare domino deo tuo de lapidibus quos ferrum non tetigit, et de saxis informibus et inpolitis, et offeres super eo holocausta domino deo tuo, et immolabis hostias pacificas, comedesque ibi et epulaberis coram domino deo tuo, et immolabis hostias pacificas, et scribes super lapides omnia verba legis huius plane et lucide. Dixeruntque Moyses et sacerdotes levitici generis ad omnem Israhel: Attende et audi Israhel. Hodie factus es populus domini dei tui. Audies vocem eius et facies mandata atque iustitias quas ego praecipio tibi. Praecepitque Moyses populo in die illo dicens: Hi stabunt ad benedicendum domino in monte Garizim Iordane transmisso: Symeon, Levi, Iuda, Ysachar, Ioseph et Beniamin. Et e regione isti stabunt ad maledicendum in monte Hebal: Ruben, Gad et Aser, Zabulon, Dan et Neptalim. Et pronuntiabunt levitae dicentque ad omnes viros Israhel excelsa voce: Maledictus homo qui facit sculptile et conflatile, abominationem domini, opus manuum artificum, ponetque illud in abscondito. Et respondebit omnis populus et dicet: Amen. Maledictus qui non honorat patrem suum et matrem. Et dicet omnis populus: Amen. Maledictus qui transfert terminos proximi sui. Et dicet omnis populus: Amen. Maledictus qui errare facit caecum in itinere. Et dicet omnis populus: Amen. Maledictus qui pervertit iudicium advenae, pupilli et viduae. Et dicet omnis populus: Amen. Maledictus qui dormit cum uxore patris sui et revelat operimentum lectuli eius. Et dicet omnis populus: Amen. Maledictus qui dormit cum omni iumento. Et dicet omnis populus: Amen. Maledictus qui dormit cum sorore sua, filia patris sui vel matris suae. Et dicet omnis populus: Amen. Maledictus qui dormit cum socru sua. Et dicet omnis populus: Amen. Maledictus qui dormit cum uxore proximi sui. Et dicet omnis populus: Amen. Maledictus qui percusserit clam proximum suum. Et dicet omnis populus: Amen. Maledictus qui accipit munera ut percutiat animam sanguinis innocentis. Et dicet omnis populus: Amen. Maledictus qui non permanet in sermonibus legis huius nec eos opere perficit. Et dicet omnis populus: Amen.

Si autem audieris vocem domini dei tui, ut facias atque custodias omnia mandata eius quae ego praecipio tibi hodie, faciet te dominus deus tuus excelsiorem cunctis gentibus quae versantur in terra. Venientque super te universae benedictiones istae et apprehendent te, si tamen praecepta eius audieris. Benedictus tu in civitate, et benedictus in agro. Benedictus fructus ventris tui et fructus terrae tuae, fructusque iumentorum tuorum, greges armentorum et caulae ovium tuarum. Benedicta horrea tua et benedictae reliquiae tuae. Benedictus eris ingrediens et egrediens. Dabit dominus inimicos tuos qui consurgunt adversum te corruentes in conspectu tuo. Per unam viam venient contra te, et per septem fugient a facie tua. Emittet dominus benedictionem super cellaria tua et super omnia opera manuum tuarum, benedicetque tibi in terra quam acceperis. Suscitabit te dominus sibi in populum sanctum, sicut iuravit tibi, si custodieris mandata domini dei tui et ambulaveris in viis eius. Videbuntque omnes terrarum populi quod nomen domini invocatum sit super te, et timebunt te. Abundare te faciet dominus omnibus bonis, fructu uteri tui et fructu iumentorum tuorum, fructu terrae tuae, quam iuravit dominus patribus tuis ut daret tibi. Aperiet dominus thesaurum suum optimum, caelum, ut pluviam tribuat terrae tuae in tempore suo. Benedicetque cunctis operibus manuum tuarum, et fenerabis gentibus multis, et ipse a nullo fenus accipies. Constituet te dominus in caput et non in caudam, et eris semper supra et non subter, si tamen audieris mandata domini dei tui quae ego praecipio tibi hodie, et custodieris et feceris, et non declinaveris ab eis nec ad dexteram nec secutus fueris deos alienos neque colueris eos. Quod si audire nolueris vocem domini dei tui, ut custodias et facias omnia mandata eius et caerimonias quas ego praecipio tibi hodie, venient super te omnes maledictiones istae et apprehendent te. Maledictus eris in civitate, maledictus in agro. Maledictum horreum tuum, et maledictae reliquiae tuae. Maledictus fructus ventris tui et fructus terrae tuae, armenta boum tuorum et greges ovium tuarum. Maledictus eris ingrediens et egrediens. Mittet dominus super te famem et esuriem et increpationem in omnia opera tua quae facies, donec conterat te et perdat velociter propter adinventiones tuas pessimas in quibus reliquisti me. Adiungat tibi dominus pestilentiam, donec consumat te de terra ad quam ingredieris possidendam. Percutiat te dominus egestate, febri et frigore, ardore et aestu, et aere corrupto ac rubigine, et persequatur donec pereas. Sit caelum quod supra te est aeneum, et terra quam calcas ferrea. Det dominus imbrem terrae tuae pulverem, et de caelo descendat super te cinis donec conteraris. Tradat te dominus corruentem ante hostes tuos. Per unam viam egrediaris contra eos, et per septem fugias et dispergaris per omnia regna terrae. Sitque cadaver tuum in escam cunctis volatilibus caeli et bestiis terrae, et non sit qui abigat. Percutiat te dominus ulcere Aegypti, et partem corporis per quam stercora egeruntur, scabie quoque et prurigine, ita ut curari nequeas. Percutiat te dominus amentia et caecitate ac furore mentis, et palpes in meridie sicut palpare solet caecus in tenebris, et non dirigas vias tuas. Omni quoque tempore sustinebis, et opprimaris violentia, nec habeas qui liberet te. Uxorem accipias et alius dormiat cum ea. Domum aedifices et non habites in ea. Plantes vineam et non vindemies eam. Bos tuus immoletur coram te, et non comedas ex eo. Asinus tuus rapiatur in conspectu tuo et non reddatur tibi. Oves tuae dentur inimicis tuis, et non sit qui te adiuvet. Filii tui et filiae tuae tradantur alteri populo, videntibus oculis tuis et deficientibus ad conspectum eorum tota die, et non sit fortitudo in manu tua. Fructus terrae tuae et omnes labores tuos comedat populus quem ignoras, et sis semper calumniam sustinens et oppressus cunctis diebus, et stupens ad terrorem eorum quae videbunt oculi tui. Percutiat te dominus ulcere pessimo in genibus et in suris, sanarique non possis a planta pedis usque ad verticem tuum. Ducet te dominus et regem tuum quem constitueris super te in gentem quam ignoras tu et patres tui, et servies ibi diis alienis, ligno et lapidi. Et eris perditus in proverbium ac fabulam omnibus populis ad quos te introduxerit dominus. Sementem multam iacies in terram et modicum congregabis, quia lucustae omnia devorabunt. Vineam plantabis et fodies, et vinum non bibes nec colliges ex ea quippiam, quoniam vastabitur vermibus. Olivas habebis in omnibus terminis tuis, et non ungueris oleo, quia defluent et peribunt. Filios generabis et filias, et non frueris eis, quia ducentur in captivitatem. Omnes arbores tuas et fruges terrae tuae rubigo consumet. Advena qui tecum versatur in terra ascendet super te eritque sublimior; tu autem descendes et eris inferior.

Ipse feneravit tibi et tu non fenerabis ei. Ipse erit in capite et tu eris in caudam. Et venient super te omnes maledictiones iste, et persequentes apprehendent te, donec intereas, quia non audisti vocem domini dei tui, nec servasti mandata eius et cerimonias quas precepit tibi. Et erunt in te signa atque prodigia, et in semine tuo usque in sempiternum, eo quod non servieris domino deo tuo in gaudio cordisque leticia, propter rerum omnium habundantiam. Servies inimico tuo, quem inmittet tibi dominus, in fame et siti et nuditate et omnium penuria. Et ponet iugum ferreum super cervicem tuam, donec te conterat. Adducet super te dominus gentem de longinquo et de extremis finibus terre, in similitudinem aquile volantis cum impetu, cuius linguam intelligere non possis, gentem procacissimam, que non deferat honorem seni, nec misereatur parvuli pupilli, et devoret fructum iumentorum tuorum ac fruges terre tue donec intereas, et non relinquat tibi triticum, vinum et oleum, armenta boum, greges ovium, donec disperdat te et conterat in cunctis urbibus tuis, et destruantur muri tui firmi atque sublimes, in quibus habebas fiduciam, in omni terra tua. Obsideberis intra portas tuas in omni terra quam dabit tibi dominus deus tuus, et comedes fructum uteri tui, et carnes filiorum et filiarum tuarum, quas dederit tibi dominus deus tuus, in angustia et vastitate qua opprimet te hostis tuus. Homo delicatus in te et luxuriosus valde invidebit fratri suo et uxori que cubat in sinu suo, ne det eis de carnibus filiorum suorum quas comedet, eo quod nichil habeat aliud in obsidione et penuria qua vastaverint te inimici tui intra omnes portas tuas. Tenera mulier et delicata que super terram ingredi non valebit, nec pedis vestigium figere propter mollitiem et teneritudinem nimiam, invidebit viro suo qui cubat in sinu eius super filii et filie carnibus, et illuvie secundarum que egrediuntur de medio feminum eius, et super liberis qui eadem hora nati sunt. Comedent enim eos clam propter rerum omnium penuriam in obsidione et vastitate qua opprimet te inimicus tuus intra portas tuas. Nisi custodieris et feceris omnia verba legis huius que scripta sunt in hoc volumine, et timueris nomen eius gloriosum et terribile, hoc est dominum deum tuum, augebit dominus plagas tuas et plagas seminis tui, plagas magnas et perseverantes, infirmitates pessimas et perpetuas, et convertet in te omnes afflictiones Egypti quas timuisti, et adherebunt tibi. Insuper et universos languores et plagas que non sunt scripte in volumine legis huius, inducet dominus super te, donec te conterat. Et remanebitis pauci numero, qui prius eratis sicut astra celi pre multitudine, quoniam non audisti vocem domini dei tui. Et sicut ante letatus est dominus super vos, bene vobis faciens vosque multiplicans, sic letabitur disperdens vos atque subvertens, ut auferamini de terra ad quam ingredieris possidendam. Disperget te dominus in omnes populos a summitate terre usque ad terminos eius, et servies ibi diis alienis, quos et tu ignoras et patres tui, lignis et lapidibus. In gentibus quoque illis non quiesces, neque erit requies vestigio pedis tui. Dabit enim tibi dominus ibi cor pavidum et deficientes oculos et animam merore consumptam. Et erit vita tua quasi pendens ante te. Timebis nocte et die, et non credes vite tue. Mane dices: Quis michi det vesperum? et vespere: Quis michi det mane? propter cordis tui formidinem qua terreberis, et propter ea que tuis videbis oculis. Reducet te dominus classibus in Egyptum per viam de qua dixit tibi ut eam amplius non videres. Ibi venderis inimicis tuis in servos et ancillas, et non erit qui emat.

Hec sunt verba federis que precepit dominus Moysi ut feriret cum filiis Israhel in terra Moab, preter illud fedus quod pepigit in Oreb. Vocavitque Moyses omnem Israhel, et dixit ad eos: Vos vidistis universa que fecit dominus coram vobis in terra Egypti, Pharaoni et omnibus servis eius universeque terre illius, temptationes magnas quas viderunt oculi tui, signa illa portentaque ingentia, et non dedit vobis dominus cor intelligens, et oculos videntes, et aures que possent audire usque in presentem diem. Adduxit vos xl annis per desertum. Non sunt attrita vestimenta vestra, nec calciamenta pedum vestrorum vetustate consumpta sunt. Panem non comedistis, vinum et siceram non bibistis, ut sciretis quia ego sum dominus deus vester. Et venistis ad locum hunc. Egressusque est Seon rex Esebon et Og rex Basan occurrentes nobis ad pugnam, et percussimus eos, et tulimus terram eorum, ac tradidimus eam possidendam Ruben et Gad et dimidie tribui Manasse. Custodite ergo verba pacti huius et implete ea, ut intelligatis universa que facitis. Vos statis hodie cuncti coram domino deo vestro, principes vestri ac tribus et maiores natu atque doctores, omnisque populus Israhel, liberi et uxores vestre, et advena qui tecum moratur in castris, exceptis lignorum cesoribus et his qui comportant aquas, ut transeas in federe domini dei tui et in iureiurando quod hodie dominus deus tuus percutit tecum, ut suscitet te sibi in populum, et ipse sit deus tuus sicut locutus est tibi, et sicut iuravit patribus tuis Abraham, Ysaac et Iacob. Nec vobis solis ego hoc fedus ferio, et hec iuramenta confirmo, sed cunctis presentibus et absentibus. Vos enim nostis ut habitaverimus in terra Egypti, et quomodo transierimus per medium nationum quas transeuntes vidistis abhominationes et sordes, id est ydola eorum, ligna et lapidem, argentum et aurum, que colebant. Ne forte sit inter vos vir aut mulier, familia aut tribus, cuius cor aversum est a domino deo vestro, ut vadat et serviat diis illarum gentium, et sit inter vos radix germinans fel et amaritudinem. Cumque audierit verba iuramenti huius, benedicat sibi in corde suo dicens: Pax erit michi, et ambulabo in pravitate cordis mei, et assumat ebrietas sitientem, et dominus non ignoscat ei, sed tunc quam maxime furor eius fumet et zelus contra hominem illum, et sedeant super eum maledicta que scripta sunt in hoc volumine, et deleat nomen eius sub celo, et consumat eum in perditionem ex omnibus tribubus Israhel, iuxta maledictiones que in libro legis huius ac federis continentur. Dicetque sequens generatio, et filii qui nascentur deinceps, et peregrini qui de longe venerint, videntes plagas terre illius et infirmitates quibus eam affecerit dominus, sulphure et salis ardore comburens, ita ut ultra non seratur nec virens quippiam germinet, in exemplum subversionis Sodome et Gomorre, Adame et Seboim, quas subvertit dominus in ira et furore suo: et dicent omnes gentes: Quare sic fecit dominus terre huic? Que est hec ira furoris eius inmensa? Et respondebunt: Quia dereliquerunt pactum domini quod pepigit cum patribus eorum quando eduxit eos de terra Egypti, et servierunt diis alienis et adoraverunt eos quos nesciebant et quibus non fuerant attributi. Idcirco iratus est furor domini contra terram istam, ut induceret super eam omnia maledicta que in volumine hoc scripta sunt, et eiecit eos de terra sua in ira et in furore suo et in indignatione maxima, proiecitque in terram alienam sicut hodie comprobatur.

Abscondita domino deo nostro, que manifesta sunt nobis et filiis nostris usque in sempiternum, ut faciamus universa legis huius mandata.

Cum ergo venerint super te omnes sermones isti, benedictio sive maledictio quam proposui in conspectu tuo, et ductus penitudine cordis tui in universis gentibus in quas disperserit te dominus deus tuus, et reversus fueris ad eum, et obedieris eius imperiis sicut ego precipio tibi hodie cum filiis tuis, in toto corde tuo et in tota anima tua, reducet dominus deus tuus captivitatem tuam, ac miserebitur tui, et rursum congregabit te de cunctis populis in quos te ante dispersit. Si ad cardines celi fueris dissipatus, inde te retrahet dominus deus tuus, et assumet atque introducet in terram quam possederunt patres tui, et obtinebis eam, et benedicens tibi maioris numeri esse te faciet quam patres tui, et obtinebis eam. Circumcidet dominus deus tuus cor tuum et cor seminis tui, ut diligas dominum deum tuum in toto corde tuo et in tota anima tua, ut possis vivere. Omnes autem maledictiones has convertet super inimicos tuos et eos qui oderunt te et persequuntur. Tu autem reverteris et audies vocem domini dei tui, faciesque universa mandata que ego precipio tibi hodie, et habundare te faciet dominus deus tuus in cunctis operibus manuum tuarum, in sobole uteri tui, et in fructu iumentorum tuorum, in ubertate terre tue, et in rerum omnium largitate. Revertetur enim dominus deus tuus ut gaudeat super te in omnibus bonis, sicut gavisus est in patribus tuis, si tamen audieris vocem domini dei tui, et custodieris precepta eius et cerimonias que in hac lege conscripta sunt, et revertaris ad dominum deum tuum in toto corde tuo et in tota anima tua. Mandatum hoc quod ego precipio tibi hodie non supra te est, neque procul positum, nec in celo situm, ut possis dicere: Quis nostrum valet ad celum ut deferat illud ad nos et audiamus atque opere compleamus? Neque trans mare positum est, ut causeris et dicas: Quis ex nobis transfretare poterit mare, et illud ad nos deferre, ut possimus audire et facere quod preceptum est? Sed iuxta te est sermo valde in ore tuo et in corde tuo ut facias illum. Considera quod hodie proposuerit in conspectu tuo vitam et bonum, et e contrario mortem et malum, ut diligas dominum deum tuum et ambules in viis eius, et custodias mandata illius et cerimonias atque iudicia, et vivas, atque multiplicet te, benedicatque tibi in terra ad quam ingredieris possidendam. Si autem aversum fuerit cor tuum, et audire nolueris, atque errore deceptus adoraveris deos alienos et servieris eis, predico tibi hodie quod pereas et parvo tempore moreris in terra ad quam Iordane transmisso ingredieris possidendam. Testes invoco hodie celum et terram quod proposuerim vobis vitam et mortem, et bonum et malum, benedictionem et maledictionem. Elige ergo vitam, ut et tu vivas et semen tuum, et diligas dominum deum tuum, atque obedias voci eius, et illi adhereas. Ipse est enim vita tua et longitudo dierum tuorum, ut habites in terra pro qua iuravit patribus tuis Abraham, Ysaac et Iacob, ut daret eam illis. Abiit itaque Moyses et locutus est omnia verba hec ad universum Israhel, et dixit ad eos: Centum viginti annorum sum hodie, non possum ultra egredi et ingredi, presertim cum et dominus dixerit michi: Non transibis Iordanem istum. Dominus ergo deus tuus transibit ante te, ipse delebit omnes gentes has in conspectu tuo, et possidebis eas; et Iosue iste transibit ante te, sicut locutus est dominus. Facietque dominus eis sicut fecit Seon et Og regibus Amorreorum et terre eorum, delebitque eos. Cum ergo et hos tradiderit vobis, similiter facietis eis sicut precepi vobis. Viriliter agite et confortamini, nolite timere nec paveatis ad conspectum eorum, quia dominus deus tuus ipse est ductor tuus, et non dimittet nec derelinquet te.

Vocavitque Moyses Iosue et dixit ei coram omni Israhel: Confortare et esto robustus. Tu enim introduces populum istum in terram quam daturum se patribus eorum iuravit dominus, et tu eam sorte divides. Et dominus qui ductor vester est, ipse erit tecum, non dimittet nec derelinquet te. Noli timere nec paveas. Scripsit itaque Moyses legem hanc et tradidit eam sacerdotibus filiis Levi, qui portabant archam federis domini, et cunctis senioribus Israhel, precepitque eis dicens: Post septem annos, anno remissionis, in sollempnitate tabernaculorum, convenientibus cunctis ex Israhel ut appareant in conspectu domini dei sui in loco quem elegerit dominus, leges verba legis huius coram omni Israhel audientibus eis, et in unum omni populo congregato, tam viris quam mulieribus, parvulis et advenis qui sunt intra portas tuas, ut audientes discant et timeant dominum deum vestrum, et custodiant impleantque omnes sermones legis huius. Filii quoque eorum qui ignorant nunc, ut audire possint et timeant dominum deum suum cunctis diebus quibus versantur in terra ad quam vos Iordane transmisso pergitis obtinendam.

Et ait dominus ad Moysen: Ecce prope sunt dies mortis tue. Voca Iosue et state in tabernaculo testimonii ut precipiam ei. Abierunt ergo Moyses et Iosue et steterunt in tabernaculo testimonii, apparuitque dominus ibi in columna nubis que stetit in introitu tabernaculi. Dixitque dominus ad Moysen: Ecce tu dormies cum patribus tuis, et populus iste consurgens fornicabitur post deos alienos in terra ad quam ingreditur ut habitet in ea. Ibi derelinquet me, et irritum faciet fedus quod pepigi cum eo. Et irascetur furor meus contra eum in die illo, et derelinquam eum et abscondam faciem meam ab eo, et erit in devorationem. Invenient eum omnia mala et afflictiones, ita ut dicat in illo die: Vere quia non est deus mecum, invenerunt me hec mala. Ego autem abscondam et celabo faciem meam propter omnia mala que fecit, quia secutus est deos alienos. Nunc itaque scribite vobis canticum istud et docete filios Israhel, ut memoriter teneant et ore decantent, et sit michi carmen istud pro testimonio inter filios Israhel. Introducam enim eum in terram pro qua iuravi patribus eius, lacte et melle manantem. Cumque comederint et saturati crassique fuerint, avertentur ad deos alienos et servient eis, et detrahent michi, et irritum facient pactum meum. Postquam invenerint eum multa mala et afflictiones, respondebit ei canticum istud pro testimonio, quod nulla delebit oblivio ex ore seminis tui. Scio enim cogitationes eius que facturus sit hodie, antequam introducam eum in terram quam ei pollicitus sum. Scripsit ergo Moyses canticum et docuit filios Israhel.

Precepitque dominus Iosue filio Nun et ait: Confortare et esto robustus. Tu enim introduces filios Israhel in terram quam pollicitus sum, et ego ero tecum. Postquam ergo scripsit Moyses verba legis huius in volumine atque complevit, precepit Levitis qui portabant archam federis domini dicens: Tollite librum istum et ponite eum in latere arche federis domini dei vestri, ut sit ibi contra te in testimonium. Ego enim scio contentionem tuam et cervicem tuam durissimam. Adhuc vivente me et ingrediente vobiscum, semper contentiose egistis contra dominum; quanto magis cum mortuus fuero? Congregate ad me omnes maiores natu per tribus vestras atque doctores, et

Loquar audientib(us) sermones istos. & inuocabo contra eos celum & terram. Noui enim quod post mortem meam inique agetis. & declinabitis cito de uia quam precepi uobis. & occurrent uobis mala in extremo tempore. quando feceritis malum in conspectu domini. ut irritetis eum per opera manuum uestrarum.

Locutus est ergo moyses audiente uniuerso cetu filiorum isr(ahe)l uerba carminis huius. & ad finem usque compleuit. Audite celi que loquar. audiat terra uerba oris mei. Concrescat in pluuia doctrina mea. fluat ut ros eloquium meum. Quasi ymber super herbam. & quasi stille super gramina. quia nomen domini inuocabo. Date magnificentiam deo nostro. dei perfecta sunt opera. & omnes uie eius iudicia. Deus fidelis & absque ulla iniquitate. iustus & rectus. peccauerunt ei. & non filii eius in sordibus; Generatio praua atque peruersa. hec(cine) reddis domino popule stulte & insipiens. Numquid non ipse est pater tuus qui possedit te. et fecit & creauit te. Memento dierum antiquorum. cogita generationes singulas. Interroga patrem tuum & annuntiabit tibi. maiores tuos & dicent tibi. Quando diuidebat altissimus gentes. quando separabat filios adam. Constituit terminos populorum. iuxta numerum filiorum isr(ahe)l. pars autem domini populus eius. iacob funiculus hereditatis eius. Inuenit eum in terra deserta. in loco horroris & uaste solitudinis. Circumduxit eum & docuit. & custodiuit quasi pupillam oculi sui. Sicut aquila prouocans ad uolandum pullos suos. & super eos uolitans. Expandit alas suas & assumpsit eos. atque portauit in humeris suis. Dominus solus dux eius fuit. & non erat cum eo deus alienus. Constituit eum super excelsam terram. ut comederet fructus agrorum. Ut sugeret mel de petra. oleumque de saxo durissimo. Butirum de armento & lac de ouibus cum adipe agnorum & arietum filiorum basan. Et hyrcos cum medulla tritici. & sanguinem uue biberet meracissimum. Incrassatus est dilectus & recalcitrauit. incrassatus. inpinguatus. dilatatus. Dereliquit deum factorem suum. & recessit a deo salutari suo. Prouocauerunt eum in diis alienis. & in abhominationibus ad iracundiam concitauerunt. Immolauerunt demoniis et non deo. diis quos ignorabant. Noui recentesque uenerunt. quos non coluerunt patres eorum. Deum qui te genuit dereliquisti. et oblitus es domini creatoris tui. Uidit dominus & ad iracundiam concitatus est. quia prouocauerunt eum filii sui & filie. Et ait. Abscondam faciem meam ab eis. & considerabo nouissima eorum. Generatio enim peruersa est. & infideles filii. Ipsi me prouocauerunt in eo qui non erat deus. & irritauerunt in uanitatibus suis. Et ego prouocabo eos in eo qui non est populus. & in gente stulta irritabo illos. Ignis succensus est in furore meo. & ardebit usque ad inferni nouissima. Deuorabitque terram cum germine suo. & montium fundamenta comburet. Congregabo super eos mala. & sagittas meas complebo in eis. Consumentur fame. & deuorabunt eos aues morsu amarissimo. Dentes bestiarum inmittam in eos. cum furore trahentium super terram atque serpentium. Foris uastabit eos gladius & intus pauor; iuuenem simul ac uirginem. lactentem cum homine sene. Et dixi. Ubinam sunt? Cessare faciam ex hominibus memoriam eorum. Sed propter iram inimicorum distuli. ne forte superbirent hostes eorum. & dicerent. Manus nostra excelsa. & non dominus fecit hec omnia. Gens absque consilio est & sine prudentia. Utinam saperent & intelligerent ac nouissima prouiderent. quomodo persequebatur unus mille. & duo fugarent decem milia. Nonne ideo quia deus suus uendidit eos. & dominus conclusit illos? Non enim est deus noster ut dii eorum. & inimici nostri sunt iudices. De uinea sodomorum uinea eorum. & de suburbanis gomorre; Uua eorum uua fellis. & botrus amarissimus. Fel draconum uinum eorum. & uenenum aspidum insanabile. Nonne hec condita sunt apud me. & signata in thesauris meis. Mea est ultio & ego retribuam eis in tempore. ut labatur pes eorum. Iuxta est dies perditionis. & adesse festinant tempora. Iudicabit dominus populum suum. & in seruis suis miserebitur. Uidebit quod infirmata sit manus. & clausi quoque defecerunt. residuique consumpti sunt. Et dicent. Ubi sunt dii eorum in quibus habebant fiduciam? De quorum uictimis comedebant adipes. & bibebant uinum libaminum? Surgant & opitulentur uobis. & in necessitate uos protegant. Uidete quod ego sim solus. et non sit alius deus preter me. Ego occidam. & ego uiuere faciam. percutiam & ego sanabo. & non est qui de manu mea possit eruere. Leuabo ad celum manum meam & dicam. Uiuo ego in eternum. Si acuero ut fulgur gladium meum. & arripuerit iudicium manus mea. reddam ultionem hostibus meis. & his qui oderunt me retribuam. Inebriabo sagittas meas sanguine; & gladius meus deuorabit carnes. de cruore occisorum. & de captiuitate nudati inimicorum capitis. Laudate gentes populum eius. quia sanguinem seruorum suorum ulciscetur. & uindictam retribuet in hostes eorum. & propitius erit terre populi sui.

Uenit ergo moyses & locutus est omnia uerba cantici huius in auribus populi. ipse & iosue filius nun. compleuitque omnes sermones istos loquens ad uniuersum isr(ahe)l. & dixit ad eos. Ponite corda uestra in omnia uerba que ego testificor uobis hodie. ut mandetis ea filiis uestris custodire & facere. & implere uniuersa que scripta sunt in uolumine legis huius. quia non incassum precepta sunt uobis sed ut singuli in eis uiuerent; que facientes longo perseueretis tempore in terra ad quam iordane transmisso ingredimini possidendam.

Locutusque est dominus ad moysen in eadem die dicens. Ascende in montem istum abarim id est transituum in montem nebo qui est in terra moab. contra iericho. & uide terram chanaan quam ego tradam filiis isr(ahe)l obtinendam. & morere in monte quem conscendens iungeris populis tuis; sicut mortuus est aaron frater tuus in monte hor & appositus populis suis. quia preuaricati estis contra me in medio filiorum isr(ahe)l ad aquas contradictionis in cades deserti syn. & non glorificastis me inter filios isr(ahe)l. E contra uidebis eam. & non ingredieris in eam. quam ego dabo filiis isr(ahe)l.

Hec est benedictio qua benedixit moyses homo dei filiis isr(ahe)l ante mortem suam.

VERBA MOYSI SERVI DEI

DOMINUS DE SYNA UENIT ET DE SEYR

ortus est nobis. Apparuit de monte pharan. & cum eo sanctorum milia. In dextera eius ignea lex. Dilexit populos. Omnes sancti in manu illius sunt. & qui appropinquant pedibus eius. accipient de doctrina illius. Legem precepit nobis moyses. hereditatem multitudinis iacob. Erit apud rectissimum rex. congregatis principibus populi cum tribubus isr(ahe)l. Uiuat ruben & non moriatur. & sit paruus in numero. Hec est iude benedictio. Audi domine uocem iude. & ad populum suum introduc eum. Manus eius pugnabunt pro eo. & adiutor illius contra aduersarios erit. Leui quoque ait. Perfectio tua & doctrina tua uiro sancto tuo. quem probasti in temptatione. & iudicasti ad aquas contradictionis. Qui dixit patri suo & matri sue nescio uos. & fratribus suis ignoro illos. & nescierunt filios suos. Hii custodierunt eloquium tuum. & pactum tuum seruauerunt. Iudicia tua o iacob. & legem tuam o isr(ahe)l. Ponent tymiama in furore tuo. & holocaustum super altare tuum. Benedic domine fortitudini eius. & opera manuum illius suscipe. Percute dorsa inimicorum eius. & qui oderunt eum non consurgant. Et beniamin ait. Amantissimus domini habitabit confidenter; In eo quasi in thalamo tota die morabitur. & inter humeros illius requiescet. De ioseph quoque ait. De benedictione domini terra eius. de pomis celi & rore. atque abysso subiacente. de pomis fructuum solis ac lune. de uertice antiquorum montium. de pomis collium eternorum. & de frugibus terre. & de plenitudine eius. Benedictio illius qui apparuit in rubo ueniat super caput ioseph. & super uerticem nazarei inter fratres suos. Quasi primogeniti tauri pulchritudo eius. cornua rinocerotis cornua illius. In ipsis uentilabit gentes. usque ad terminos terre. He sunt multitudines effraim. & hec milia manasse. Et zabulon ait. Letare zabulon in exitu tuo. & ysachar in tabernaculis tuis. Populos ad montem uocabunt. Ibi immolabunt uictimas iustitie. qui inundationem maris quasi lac sugent. et thesauros absconditos arenarum. Et gad ait. Benedictus in latitudine gad. Quasi leo requieuit cepitque brachium & uerticem. Et uidit principatum suum quod in parte sua doctor esset repositus. qui fuit cum principibus populi. & fecit iustitias domini. & iudicium suum cum isr(ahe)l. Dan quoque ait. Dan catulus leonis. fluet largiter de basan. Et neptalim dixit. Neptalim habundantia perfruetur; & plenus erit benedictione domini. Mare & meridiem possidebit. Aser quoque ait. Benedictus in filiis aser. sit placens fratribus suis. & tinguat in oleo pedem suum. Ferrum & es calciamentum eius. Sicut dies iuuentutis tue. ita & senectus tua. Non est deus alius ut deus rectissimi. Ascensor celi auxiliator tuus. Magnificentia eius discurrunt nubes. habitaculum eius sursum. & subter brachia sempiterna. Eiciet a facie tua inimicum. dicetque. Conterere. Habitabit isr(ahe)l confidenter. & solus. Oculus iacob in terra frumenti uini oleique; caligabuntque celi rore. Beatus es tu isr(ahe)l. Quis similis tui popule qui saluaris? In domino scutum auxilii tui. & gladius glorie tue deus tuus. Negabunt te inimici tui. & tu eorum colla calcabis.

Ascendit ergo moyses de campestribus moab super montem nebo. in uerticem phasga contra iericho. ostenditque ei dominus omnem terram galaad usque dan. & uniuersum neptalim. terramque effraim. & manasse. & omnem terram iuda usque ad mare nouissimum. & australem partem. & latitudinem campi iericho. ciuitatis palmarum usque segor. Dixitque dominus ad eum. Hec est terra pro qua iuraui abraham. ysaac. & iacob dicens. Semini tuo dabo eam. Uidisti eam oculis tuis. & non transibis ad illam. Mortuusque est ibi moyses seruus domini. in terra moab iubente domino. & sepeliuit eum in ualle terre moab. contra phogor. & non cognouit homo sepulchrum eius usque in presentem diem. Moyses centum uiginti annorum erat quando mortuus est. Non caligauit oculus eius. nec dentes illius moti sunt. Fleueruntque eum filii isr(ahe)l in campestribus moab triginta diebus. & completi sunt dies planctus lugentium moysen. Iosue filius nun repletus est spiritu sapientie. quia moyses posuit super eum manus suas. & obedierunt ei filii isr(ahe)l. Feceruntque sicut precepit dominus moysi. Et non surrexit propheta ultra in isr(ahe)l sicut moyses quem nosset dominus facie ad faciem. in omnibus signis atque portentis que misit per eum ut faceret in terra egypti pharaoni & omnibus seruis eius uniuerseque terre illius & cunctam manum robustam. magnaque mirabilia que fecit moyses coram uniuerso isr(ahe)l.

EXPLICIT DEUTRONOMIUM.

TANDEM FINITO PENTATEUCO MOYSI. UELUT grandi fenore liberati. ad ih(esu)m filium naue manum mittimus. quem hebrei iosue bennum. id est iosue filium nun uocant. & ad iudicum librum quem sophtim uocant. ad ruth quoque & hester quos hisdem nominibus efferunt. Monemus lectorem ut silua hebraicorum nominum & distinctiones per membra diuisas diligens scriptor conseruet; ne et noster labor. & illius studium pereat. & ut in primis quod sepe testatus sum. sciat me non in reprehensionem ueterum noua cudere. sicut amici mei criminantur sed pro uirili parte offerre lingue mee hominibus; quos tamen nostra delectant ne pro grecorum ἐξαπλοῖς que & sumptu & labore maximo indigent. editionem nostram habeant & sicubi in antiquorum uoluminum lectione dubitauerint. hec illis conferentes inueniant quod requirunt maxime cum apud latinos tot sint exemplaria quot codices. & unusquisque pro arbitrio suo uel addiderit uel subtraxerit quod ei uisum est. & utique non possit uerum esse quod dissonat. Unde cesset arcuato uulnere contra nos insurgere scorpius. & sanctum opus uenenata carpere lingua desistat. uel suscipiens si placet; uel contempnens si displicet; memineritque illorum uersuum. Os tuum habundauit malitia. & lingua tua concinnabat dolos. Sedens aduersus fratrem tuum loquebaris. & aduersus filium matris tue ponebas scandalum. hec fecisti et tacui. Existimasti inique quod ero tui similis. Arguam te et statuam contra faciem tuam. Que enim audientis uel legentis utilitas est. nos laborando sudare & alios detrahendo laborare? dolere iudeos quod calumniandi eis & irridendi christianos sit ablata occasio. & ecclesie homines id despicere immo lacerare unde aduersarii torqueantur. Quod si tantum eis interpretatio placet; & nichil extra recipiendum putent. cur ea que sub asteriscis & obelis uel addita sunt uel amputata. legunt & negligunt? Quare danielem iuxta theodotionis translationem ecclesie susceperunt? Cur origenem mirantur & eusebium pamfili cunctas editiones disserentes? Aut quomodo fuit stultitia proferre que falsa sunt? Unde autem in nouo testamento probare poterunt assumpta testimonia que in libris ueteribus non habentur? Hec diximus ne omnino calumniantibus tacere uideamur. Ceterum post sancte paule dormitionem cuius uite uirtutis exemplum est. & hos libros quos eustochio uirgini negare non potui decreuimus dum spiritus hos regit artus prophetarum explanatione incumbere. & omissum iam diu opus quodam postliminio repetere. presertim cum admirabilis sanctusque uir pammachius hoc idem litteris flagitet. et nos ad patriam festinantes mortiferos sirenarum cantus surda debemus aure transire.

INCIPIT LIBER IESU NAVE ID EST IOSUE BEN NUN ·

E

T FACTUM EST
POST·MORTEM
MOYSI·SERVI
DNI·UT·LOQUE
RET·DNS·AD IO
SUE·FILIU·NUN·
MINISTRU·MO
YSI·ET·DICET·
EI·MOYSES·S
WS·MS·MORTU·
E·SURGE·ET·TN
SI·IORDANE·IS
TU·TU·ET·OMIS·
POPULUS·TECU·
IN TRAM·QUAM·
EGO·DABO·FILIIS·
ISRL·OMNE·LO
CU·QUE·CALCA
VERIT·VESTIGI
24. U·PEDIS·VRI·VOB·
TRADA·SICUT·
LOCUT·SU·MOY
SI·A DESERTO·
ET·LIBANO·USQ·
AD FLUM·MAGNU·
EUFRATEN·OIS
TRA·ET HEORU·

lib' yosue ⁊ iudicū

usque ad mare magnum contra solis occasum, erit terminus vester. Nullus vobis poterit resistere cunctis diebus vite tue. Sicut fui cum Moyse, ita ero tecum. Non dimittam nec derelinquam. Confortare et esto robustus. Tu enim sorte divides populo huic terram, pro qua iuravi patribus tuis, ut traderem eam illis. Confortare igitur et esto robustus valde, ut custodias et facias omnem legem quam precepit tibi servus meus Moyses. Ne declines ab ea ad dexteram vel ad sinistram, ut intelligas cuncta que agis. Non recedat volumen legis huius de ore tuo, sed meditaberis in eo diebus ac noctibus, ut custodias et facias omnia que scripta sunt in eo. Tunc diriges viam tuam, et intelliges eam. Ecce precipio tibi, confortare et esto robustus. Noli metuere et noli timere, quoniam tecum est dominus deus tuus in omnibus ad quecumque perrexeris locum.

Precepitque Iosue principibus populi dicens: Transite per medium castrorum, et imperate populo ac dicite: Preparate vobis cibaria, quoniam post diem tertium transibitis Iordanem, et intrabitis ad possidendam terram quam dominus deus vester daturus est vobis. Rubenitis quoque et Gaditis et dimidie tribui Manasse ait: Mementote sermonis quem precepit vobis Moyses famulus domini dicens: Dominus deus vester dedit vobis requiem et omnem terram. Uxores vestre ac filii et iumenta manebunt in terra, quam tradidit vobis Moyses trans Iordanem. Vos autem transite armati ante fratres vestros omnes fortes manu, et pugnate pro eis, donec det requiem dominus fratribus vestris, sicut et vobis dedit, et possideant ipsi quoque terram quam dominus deus vester daturus est eis. Et sic revertimini in terram possessionis vestre, et habitabitis in ea, quam vobis dedit Moyses famulus domini trans Iordanem contra solis ortum. Responderuntque ad Iosue atque dixerunt: Omnia que precepisti nobis faciemus, et quocumque miseris ibimus. Sicut obedivimus in cunctis Moysi, ita et tibi obediemus. Tantum sit dominus deus tuus tecum, sicut fuit cum Moyse. Qui contradixerit ori tuo, et non obedierit cunctis sermonibus tuis quos preceperis ei, moriatur. Tu tantum confortare, et viriliter age.

Misit igitur Iosue filius Nun de Sethim duos viros exploratores in abscondito, et dixit eis: Ite et considerate terram, urbemque Iericho. Qui pergentes ingressi sunt domum mulieris meretricis nomine Rahab, et quieverunt apud eam. Nuntiatumque est regi Iericho et dictum est ei: Ecce viri ingressi sunt huc per noctem de filiis Israel, ut explorarent terram. Misitque rex Iericho ad Rahab dicens: Educ viros qui venerunt ad te, et ingressi sunt domum tuam. Exploratores quippe sunt, et omnem terram considerare venerunt. Tollensque mulier viros abscondit et ait: Fateor venerunt ad me, sed nesciebam unde essent. Cumque porta clauderetur in tenebris, et illi pariter exierunt, nescio quo abierunt. Persequimini cito, et comprehendetis eos. Ipsa autem fecit ascendere viros in solarium domus sue, operuitque eos lini stipula que ibi erat. Hi autem qui missi fuerant, secuti sunt eos per viam que ducit ad vadum Iordanis. Illisque egressis statim porta clausa est. Necdum obdormierant qui latebant, et ecce mulier ascendit ad eos et ait: Novi quod tradiderit dominus vobis terram. Etenim irruit in nos terror vester, et elanguerunt omnes habitatores terre. Audivimus quod siccaverit dominus aquas maris rubri ad vestrum introitum, quando egressi estis ex Egypto, et que feceritis duobus Amorreorum regibus qui erant trans Iordanem, Seon et Og, quos interfecistis. Et hec audientes pertimuimus, et elanguit cor nostrum, nec remansit in nobis spiritus ad introitum vestrum. Dominus enim deus vester ipse est deus in celo sursum, et in terra deorsum. Nunc ergo iurate mihi per dominum, ut quomodo ego feci vobiscum misericordiam, ita et vos faciatis cum domo patris mei, detisque mihi signum verum, ut salvetis patrem meum et matrem, et fratres et sorores meas, et omnia que eorum sunt, et eruatis animas nostras de morte. Qui responderunt ei: Anima nostra sit pro vobis in mortem, si tamen non prodideris nos. Cumque tradiderit nobis dominus terram, faciemus in te misericordiam et veritatem. Demisit ergo eos per funem de fenestra. Domus enim eius herebat muro. Dixitque ad eos: Descendite ad montana, ne forte occurrant vobis revertentes, ibique latitate tribus diebus, donec redeant, et sic ibitis per viam vestram. Qui dixerunt ad eam: Innoxii erimus a iuramento hoc quo adiurasti nos, si ingredientibus nobis terram signum fuerit funiculus iste coccineus, et ligaveris eum in fenestra per quam nos demisisti, et patrem tuum ac matrem fratresque et omnem cognationem tuam congregaveris in domum tuam. Qui ostium domus tue egressus fuerit, sanguis ipsius erit in caput eius, et nos erimus alieni. Cunctorum autem sanguis qui tecum fuerint in domo redundabit in caput nostrum, si eos aliquis tetigerit. Quod si nos prodere volueris, et sermonem istum proferre in medium, erimus mundi ab hoc iuramento quo adiurasti nos. Et illa respondit: Sicut locuti estis, ita fiat. Dimittensque eos ut pergerent, appendit funiculum coccineum in fenestra. Illi vero ambulantes venerunt ad montana, et manserunt ibi per tres dies, donec reverterentur qui fuerant persecuti. Querentes enim per omnem viam non repperere eos. Quibus urbe regressis, reversi sunt et descenderunt exploratores de monte, et Iordane transmisso venerunt ad Iosue filium Nun, narraveruntque ei omnia que acciderant eis, atque dixerunt: Tradidit dominus in manus nostras omnem terram hanc, et timore prostrati sunt cuncti habitatores eius.

Igitur Iosue de nocte consurgens movit castra. Egredientesque de Sethim venerunt ad Iordanem, ipse et omnes filii Israel, et morati sunt ibi per tres dies. Quibus evolutis, transierunt preconnes per castrorum medium, et clamare ceperunt: Quando videritis archam federis domini dei vestri, et sacerdotes stirpis leviticae portantes eam, vos quoque consurgite et sequimini precedentes. Sitque inter vos et archam spatium cubitorum duum milium, ut procul videre possitis, et nosse per quam viam ingrediamini, quia prius non ambulastis per eam, et cavete ne appropinquetis ad archam.

Dixitque Iosue ad populum: Sanctificamini, cras enim faciet dominus inter vos mirabilia. Et ait ad sacerdotes: Tollite archam federis, et precedite populum. Qui iussa complentes, tulerunt et ambulaverunt ante eos. Dixitque dominus ad Iosue: Hodie incipiam exaltare te coram omni Israel, ut sciant quod sicut cum Moyse fui, ita et tecum sim. Tu autem precipe sacerdotibus qui portant archam federis, et dic eis: Cum ingressi fueritis partem aque Iordanis, state in ea. Dixitque Iosue ad filios Israel: Accedite huc, et audite verba domini dei vestri. Et rursum: In hoc, inquit, scietis quod dominus deus viventis in medio vestri est, et disperdat in conspectu vestro Chananeum, Ettheum et Eveum, et Ferezeum, Gergeseum quoque et Amorreum et Iebuseum. Ecce archa federis domini omnis terre antecedet vos per Iordanem. Parate duodecim viros de tribubus Israel, singulos per singulas tribus. Et cum posuerint vestigia pedum suorum sacerdotes qui portant archam domini dei universe terre in aquis Iordanis, aque que inferiores sunt decurrent atque deficient. Que autem desuper veniunt in una mole consistent.

Igitur egressus est populus de tabernaculis suis, ut transiret Iordanem, et sacerdotes qui portabant archam federis pergebant ante eum. Ingressisque eis Iordanem, et pedibus eorum tinctis in parte aque (Iordanis autem ripas alvei sui tempore messis impleverat), steterunt aque descendentes in uno loco, ad instar montis intumescentes, apparebantque procul ab urbe que vocatur Adom usque ad locum Sarthan. Que autem inferiores erant, usque ad mare solitudinis quod nunc vocatur mortuum descenderunt, usque quo omnino deficerent. Populus autem incedebat contra Iordanem, et sacerdotes qui portabant archam federis domini stabant super siccam humum in medio Iordanis accincti, omnisque populus per arentem alveum transiebat.

Quibus transgressis, dixit dominus ad Iosue: Elige duodecim viros singulos per singulas tribus, et precipe eis ut tollant de medio Iordanis alveo, ubi steterunt sacerdotum pedes, duodecim durissimos lapides, quos ponetis in loco castrorum, ubi fixeritis hac nocte tentoria. Vocavitque Iosue duodecim viros quos elegerat de filiis Israel, singulos de singulis tribubus, et ait ad eos: Ite ante archam domini dei vestri ad Iordanis medium, et portate singuli singulos lapides in humeris vestris, iuxta numerum filiorum Israel, ut sit signum inter vos. Et quando interrogaverint vos filii vestri cras dicentes: Quid sibi volunt isti lapides? respondebitis eis: Defecerunt aque Iordanis ante archam federis domini cum transiret eum, idcirco positi sunt lapides isti in monimentum filiorum Israel usque in eternum. Fecerunt filii Israel sicut precepit eis Iosue, portantes de medio Iordanis alveo duodecim lapides, ut ei dominus imperaverat, iuxta numerum filiorum Israel, usque ad locum in quo castrametati sunt, ibique posuerunt eos. Alios quoque duodecim lapides posuit Iosue filius Nun in medio Iordanis alveo, ubi steterunt sacerdotes qui portabant archam federis, et sunt ibi usque in presentem diem. Sacerdotes autem qui portabant archam stabant in medio Iordanis, donec omnia complerentur que Iosue ut loqueretur ad populum preceperat dominus, et dixerat ei Moyses. Festinavitque populus et transiit. Cumque transissent omnes, transivit et archa domini, sacerdotesque pergebant ante populum. Filii quoque Ruben et Gad et dimidia tribus Manasse armati precedebant filios Israel, sicut eis preceperat Moyses, et quadraginta pugnatorum milia per turmas et cuneos incedebant per plana atque campestria urbis Iericho.

In illo die magnificavit dominus Iosue coram omni Israel, ut timerent eum, sicut timuerant Moysen, dum adhuc viveret. Dixitque ad eum: Precipe sacerdotibus qui portant archam federis ut ascendant de Iordane. Qui precepit eis dicens: Ascendite de Iordane. Cumque ascendissent portantes archam federis domini, et siccam humum calcare cepissent, reverse sunt aque in alveum suum, et fluebant sicut ante consueverant. Populus autem ascendit de Iordane decimo die primi mensis, et castrametati sunt in Galgalis contra orientalem plagam urbis Iericho. Duodecim quoque lapides quos de Iordanis alveo sumpserant posuit Iosue in Galgalis. Et dixit ad filios Israel: Quando interrogaverint filii vestri cras patres suos, et dixerint eis: Quid sibi volunt isti lapides? docebitis eos atque dicetis: Per arentem alveum transivit Israel Iordanem istum, siccante domino deo vestro aquas eius in conspectu vestro donec transiretis, sicut fecerat prius in mari rubro, quod siccavit donec transiremus, ut discant omnes terrarum populi fortissimam manum domini, ut et vos timeatis dominum deum vestrum omni tempore.

Postquam ergo audierunt omnes reges Amorreorum qui habitabant trans Iordanem ad occidentalem plagam, et cuncti reges Chanaan qui propinqua possidebant magni maris loca, quod siccasset dominus fluenta Iordanis coram filiis Israel donec transirent, dissolutum est cor eorum, et non remansit in eis spiritus timentium introitum filiorum Israel. Eo tempore ait dominus ad Iosue: Fac tibi cultros lapideos, et circumcide secundo filios Israel. Fecit quod iusserat dominus, et circumcidit filios Israel in colle preputiorum. Hec autem causa est secunde circumcisionis. Omnis populus qui egressus est ex Egypto generis masculini, universi bellatores viri mortui sunt in deserto per longissimos vie circuitus, qui omnes circumcisi erant. Populus autem qui natus est in deserto per quadraginta annos itineris latissime solitudinis incircumcisus fuit, donec consumerentur qui non audierant vocem domini, quibus ante iuraverat ut non ostenderet eis terram lacte et melle manantem. Horum filii in locum successerunt patrum, et circumcisi sunt ab Iosue, quia sicut nati fuerant in preputio erant, nec eos in via aliquis circumciderat. Postquam autem omnes circumcisi sunt, manserunt in eodem castrorum loco, donec sanarentur.

Dixitque dominus ad Iosue: Hodie abstuli obprobrium Egypti a vobis. Vocatumque est nomen loci illius Galgala, usque in presentem diem. Manseruntque filii Israel in Galgalis, et fecerunt phase quartadecima die mensis ad vesperum in campestribus Iericho, et comederunt de frugibus terre die altero, azimos panes et polentam eiusdem anni. Defecitque manna postquam comederunt de frugibus terre, nec usi sunt ultra illo cibo filii Israel, sed comederunt de frugibus presentis anni terre Chanaan. Cum autem esset Iosue in agro urbis Iericho, levavit oculos et vidit virum stantem contra se evaginatum tenentem gladium, perrexitque ad eum et ait: Noster es an adversariorum? Qui respondit: Nequaquam, sed sum princeps exercitus domini, et nunc venio. Cecidit Iosue pronus in terram, et adorans ait: Quid dominus meus loquitur ad servum suum? Qui respondit: Solve, inquit, calciamentum tuum de pedibus tuis, locus enim in quo stas sanctus est. Fecitque Iosue ut sibi fuerat imperatum. Iericho autem clausa erat atque munita, timore filiorum Israel, et nullus egredi audebat nec ingredi.

Dixitque dominus ad Iosue: Ecce dedi in manu tua Iericho et regem eius, omnesque fortes viros. Circuite urbem cuncti bellatores semel per diem. Sic facietis sex diebus. Septimo autem die sacerdotes tollant septem bucinas quarum usus est in iubileo, et precedant archam federis. Septiesque circuibitis civitatem, et sacerdotes clangent bucinis. Cumque insonuerit vox tube longior atque concisior, et in auribus vestris increpuerit, conclamabit omnis populus vociferatione maxima, et muri funditus corruent civitatis, ingredienturque singuli per locum contra quem steterint. Vocavit ergo Iosue filius Nun sacerdotes, et dixit ad eos: Tollite archam federis, et septem alii sacerdotes tollant septem iubileorum bucinas, et incedant ante archam domini. Ad populum quoque ait: Ite et circuite civitatem armati, precedentes archam domini. Cumque Iosue verba finisset, et septem sacerdotes septem bucinis clangerent ante archam federis domini, omnisque armatus precederet exercitus, reliquum vulgus archam sequebatur, ac bucinis omnia concrepabant. Preceperat autem Iosue populo dicens: Non clamabitis nec audietur vox vestra, neque ullus sermo ex ore vestro egredietur

donec veniat dies in quo dicam vobis: clamate et vociferamini. Circuivitque archa domini civitatem semel per diem, et reversa est in castra mansitque ibi. Igitur Iosue de nocte consurgente, tulerunt sacerdotes archam domini, et septem ex eis septem bucinas quarum in iubileis usus est, precedebantque archam domini, ambulantes atque clangentes, et armatus populus ibat ante eos. Vulgus autem reliquum sequebatur archam, et bucinis personabat. Circuieruntque civitatem die secundo semel, et reversi sunt in castra. Sic fecerunt sex diebus. Die autem septimo diluculo consurgentes, circuierunt urbem sicut dispositum erat septies. Cumque septimo circuitu clangerent bucinis sacerdotes, dixit Iosue ad omnem Israel: Vociferamini: tradidit enim vobis dominus civitatem. Sitque civitas hec anathema et omnia que in ea sunt. Sola Rahab meretrix vivat cum universis que cum ea in domo sunt. Abscondit enim nuncios quos direximus. Vos autem cavete ne de his que precepta sunt quippiam contingatis, et sitis prevaricationis rei, et omnia castra Israel sub peccato sint atque turbentur. Quicquid autem auri et argenti fuerit et vasorum eneorum ac ferri domino consecretur, repositum in thesauris eius. Igitur omni vociferante populo et clangentibus tubis, postquam in aures multitudinis vox sonitusque increpuit, muri ilico corruerunt, et ascendit unusquisque per locum qui contra se erat, ceperuntque civitatem et interfecerunt omnia que in ea erant a viro usque ad mulierem, ab infante usque ad senem. Boves quoque et oves et asinos in ore gladii percusserunt. Duobus autem viris exploratoribus qui missi fuerant dixit Iosue: Ingredimini domum mulieris meretricis et producite eam, omniaque que illius sunt, sicut illi iuramento firmastis. Ingressique iuvenes eduxerunt Rahab et parentes eius, fratres quoque et cunctam supellectilem et cognationem illius, et extra castra Israel manere fecerunt. Urbem autem et omnia que in ea sunt inventa succenderunt, absque argento et auro et vasis eneis ac ferro, que in erarium domini consecrarunt. Rahab vero meretricem et domum patris eius atque omnia que habebat fecit Iosue vivere, et habitaverunt in medio Israel usque in presentem diem, eo quod absconderit nuntios quos miserat ut explorarent Iericho. l.

In tempore illo imprecatus est Iosue dicens: Maledictus vir coram domino qui suscitaverit et edificaverit civitatem Iericho. In primogenito suo fundamenta illius iaciat, et in novissimo liberorum ponat portas eius. Fuit ergo dominus cum Iosue, et in omni terra nomen eius vulgatum est. Filii autem Israel prevaricati sunt mandatum, et usurpaverunt de anathemate. Nam Achan filius Carmi filii Zabdi filii Zare de tribu Iuda tulit aliquid de anathemate. Iratusque est dominus contra filios Israel. Cumque mitteret Iosue de Iericho viros contra Ahi, que est iuxta Bethauen ad orientalem plagam contra oppidum Bethel, dixit eis: Ascendite et explorate terram. Qui precepta complentes exploraverunt Ahi. Et reversi dixerunt ei: Non ascendat omnis populus, sed duo vel tria milia virorum pergant et deleant civitatem. Quare omnis populus frustra vexetur contra hostes paucissimos? Ascenderunt ergo tria milia pugnatorum. Qui statim terga vertentes percussi sunt a viris urbis Ahi, et corruerunt ex eis xxx et sex homines. Persecutique sunt eos adversarii de porta usque Sabarim, et ceciderunt per prona fugientes. Pertimuitque cor populi et instar aque liquefactum est. Iosue vero scidit vestimenta sua, et cecidit pronus in terram coram archa domini usque ad vesperam, tam ipse quam omnes senes Israel, miseruntque pulverem super capita sua. Et dixit Iosue: Heu domine deus, quid voluisti traducere populum istum Iordanem fluvium, ut traderes nos in manus Amorrei et perderes? Utinam ut cepimus mansissemus trans Iordanem. Mi domine deus, quid dicam videns Israhelem hostibus suis terga vertentem? Audient Chananei et omnes habitatores terre, ac pariter conglobati circumdabunt nos, atque delebunt nomen nostrum de terra. Et quid facies magno nomini tuo?

Dixitque dominus ad Iosue: Surge, cur iaces pronus in terra? Peccavit Israel et prevaricatus est pactum meum. Tuleruntque de anathemate et furati sunt atque mentiti, et absconderunt inter vasa sua. Nec poterit Israel stare ante hostes suos, eosque fugiet, quia pollutus est anathemate. Non ero ultra vobiscum donec conteratis eum qui huius sceleris reus est. Surge, sanctifica populum et dic eis: Sanctificamini in crastinum. Hec enim dicit dominus deus Israel: Anathema in medio tui Israel est. Non poteris stare coram hostibus tuis, donec deleatur ex te qui hoc contaminatus est scelere. Accedetisque mane singuli per tribus vestras, et quamcumque tribum sors invenerit, accedet per cognationes suas, et cognatio per domus, domusque per viros. Et quicumque ille in hoc facinore fuerit deprehensus, comburetur igni cum omni substantia sua, quoniam prevaricatus est pactum domini, et fecit nefas in Israel. Surgens itaque Iosue mane applicuit Israel per tribus suas, et inventa est tribus Iuda. Que cum iuxta familias suas esset oblata, inventa est familia Zare. Illam quoque per viros offerens repperit Zabdi. Cuius domum in singulos dividens viros, invenit Achan filium Carmi filii Zabdi filii Zare de tribu Iuda. Et ait ad Achan: Fili mi, da gloriam domino deo Israel, et confitere atque indica mihi quid feceris, ne abscondas. Responditque Achan Iosue et dixit ei: Vere ego peccavi domino deo Israel, et sic et sic feci. Vidi enim inter spolia pallium coccineum valde bonum, et ducentos siclos argenti, regulamque auream l siclorum, et concupiscens abstuli et abscondi in terra contra medium tabernaculi mei, argentumque fossa humo operui. Misit ergo Iosue ministros, qui currentes ad tabernaculum illius repperierunt cuncta abscondita in eodem loco, et argentum simul, auferentesque de tentorio tulerunt ea ad Iosue et ad omnes filios Israel, proieceruntque ante dominum. Tollens itaque Iosue Achan filium Zare, argentumque et pallium et auream regulam, filiosque eius et filias, boves et asinos et oves, ipsumque tabernaculum et cunctam supellectilem, et omnis Israel cum eo, duxerunt eos ad vallem Achor, ubi dixit Iosue: Quia turbasti nos, exturbet te dominus in die hac. Lapidavitque eum omnis Israel, et cuncta que illius erant igne consumpta sunt. Congregaverunt quoque super eum acervum magnum lapidum, qui permanet usque in presentem diem. Et aversus est furor domini ab eis. Vocatumque est nomen loci illius vallis Achor usque hodie. l.

Dixit autem dominus ad Iosue: Ne timeas neque formides. Tolle tecum omnem multitudinem pugnatorum, et consurgens ascende in oppidum Ahi. Ecce tradidi in manu tua regem eius et populum urbemque et terram. Faciesque urbi Ahi et regi eius sicut fecisti Iericho et regi illius. Predam vero et omnia animantia diripietis vobis. Pone insidias urbi post eam. Surrexitque Iosue et omnis exercitus

25.

bellatorum cum eo ut ascenderent in Ahi. Et electa xxx milia virorum fortium misit nocte, precepitque eis dicens: Ponite insidias post civitatem, nec longius recedatis, et eritis omnes parati. Ego autem et reliqua multitudo que mecum est accedemus ex adverso contra urbem Ahi. Cumque exierint contra nos, sicut ante fecimus, fugiemus et terga vertemus, donec persequentes longe ab urbe protrahantur. Putabunt enim fugere nos sicut prius. Nobis ergo fugientibus et illis sequentibus, consurgetis de insidiis et vastabitis civitatem, tradetque eam dominus deus noster in manus vestras. Cumque ceperitis, succendite eam. Sicque omnia facietis ut iussi. Dimisitque eos, et perrexerunt ad insidiarum locum, sederuntque inter Bethel et Ahi ad occidentalem plagam urbis Ahi. Iosue autem nocte illa mansit in medio populi. Surgensque diluculo recensuit populos, et ascendit cum senioribus in fronte exercitus vallatus auxilio pugnatorum. Cumque venissent et ascendissent ex adverso civitatis, steterunt ad septentrionalem plagam urbis inter quam et eos vallis media erat. Quinque milia autem viros elegerat et posuerat in insidiis inter Bethauen et Ahi ex occidentali parte eiusdem civitatis. Omnis vero exercitus reliquus ad aquilonalem aciem dirigebatur, ita ut novissimi multitudinis occidentalem plagam urbis attingerent. Abiit ergo Iosue nocte illa, et stetit in vallis medio. Quod cum vidisset rex Ahi, festinavit mane, et egressus est cum omni exercitu civitatis, direxitque exercitum contra desertum, ignorans quod post tergum laterent insidie. Iosue vero et omnis exercitus Israel cesserunt loco, simulantes metum, et fugientes per viam solitudinis. At illi vociferantes et se mutuo cohortantes persecuti sunt eos. Cumque recessissent a civitate, et ne unus quidem in urbe Ahi et Bethel remansisset qui non persequeretur Israel, sicut eruperant aperta oppida relinquentes, dixit dominus ad Iosue: Leva clipeum qui in manu tua est contra urbem Ahi, quoniam tibi tradam eam. Cumque elevasset clipeum ex adverso civitatis, insidie que latebant surrexerunt confestim, et pergentes ad civitatem ceperunt et succenderunt eam. Viri autem civitatis qui persequebantur Iosue, respicientes et videntes fumum urbis ad celum usque conscendere, non potuerunt ultra huc illucque diffugere, presertim cum hi qui simulaverant fugam et tendebant ad solitudinem contra persequentes fortissime restitissent. Vidensque Iosue et omnis Israel quod capta esset civitas et fumus urbis ascenderet, reversus percussit viros Ahi. Siquidem et illi qui ceperant et succenderant civitatem, egressi ex urbe contra suos, medios hostium ferire ceperunt. Cum ergo ex utraque parte adversarii cederentur, ita ut nullus de tanta multitudine salvaretur, regem quoque urbis Ahi apprehenderunt viventem, et obtulerunt Iosue. Igitur omnibus interfectis qui Israel ad deserta tendentem fuerant persecuti, et in eodem loco gladio corruentibus, reversi filii Israel percusserunt civitatem. Erant autem qui in eodem die conciderant a viro usque ad mulierem xii milia hominum, omnes urbis Ahi. Iosue vero non contraxit manum quam in sublime porrexerat tenens clipeum, donec interficerentur omnes habitatores Ahi. Iumenta autem et predam civitatis diviserunt sibi filii Israel, sicut preceperat dominus Iosue. Qui succendit urbem et fecit eam tumulum sempiternum. Regem quoque eius suspendit in patibulo usque ad vesperam et solis occasum. Precepitque et deposuerunt cadaver eius de cruce, proieceruntque in ipso introitu civitatis, congregato super eum magno acervo lapidum, qui permanet usque in presentem diem. l.

Tunc edificavit Iosue altare domino deo Israel in monte Hebal, sicut preceperat Moyses famulus domini filiis Israel, et scriptum est in volumine legis Moysi, altare de lapidibus impolitis quos ferrum non tetigit, et obtulit super eo holocausta domino, immolavitque pacificas victimas. Et scripsit super lapides deuteronomium legis Moysi quod ille digesserat coram filiis Israel. Omnis autem populus et omnes maiores natu, ducesque ac iudices stabant ex utraque parte arche in conspectu sacerdotum qui portabant archam federis domini, ut advena ita et indigena, media pars iuxta montem Garizim, et media pars iuxta montem Hebal, sicut preceperat Moyses famulus domini. Et primum quidem benedixit populo Israel. Post hec legit omnia verba benedictionis et maledictionis, et cuncta que scripta erant in volumine legis. Nichil ex eis que Moyses iusserat reliquit intactum, sed universa replicavit coram omni multitudine Israel, mulieribus ac parvulis et advenis qui inter eos morabantur. Quibus auditis, cuncti reges transiordanem qui versabantur in montanis et campestribus, et maritimis ac littore magni maris, hi quoque qui habitabant iuxta Libanum, Etheus et Amorreus et Chananeus, Ferezeus et Eveus et Iebuseus, congregati sunt pariter ut pugnarent contra Iosue et Israel uno animo eademque sententia.

Et hi qui habitabant in Gabaon, audientes cuncta que fecerat Iosue Iericho et Ahi, et callide cogitantes, tulerunt sibi cibaria, saccos veteres asinis imponentes, et utres vinarios scissos atque consutos, calciamentaque perantiqua, que ad indicium vetustatis pittaciis consuta erant, et induti veteribus vestimentis. Panes quoque quos portabant ob viaticum duri erant et in frusta comminuti. Perrexeruntque ad Iosue qui tunc morabatur in castris Galgale, et dixerunt ei atque omni simul Israeli: De terra longinqua venimus, pacem vobiscum facere cupientes. Responderuntque viri Israel atque dixerunt: Ne forte in terra que nobis sorte debetur habitetis, et non possimus fedus inire vobiscum. At illi ad Iosue: Servi inquiunt tui sumus. Quibus ait: Quinam estis vos et unde venistis? Responderunt: De terra longinqua venerunt valde servi tui in nomine domini dei tui. Audivimus enim famam potentie eius, cuncta que fecit deus tuus in Egypto, et duobus Amorreorum regibus trans Iordanem, Seon regi Esebon et Og regi Basan qui erat in Astaroth. Dixeruntque nobis seniores et habitatores terre nostre: Tollite in manibus cibaria ob longissimam viam, et occurrite eis ac dicite: Servi vestri sumus, fedus inite nobiscum. En panes quando egressi sumus de domibus nostris ut veniremus ad vos, calidos sumpsimus. Nunc sicci facti sunt et vetustate nimia consumpti et comminuti. Utres vini novos implevimus, nunc rupti sunt et soluti. Vestes et calciamenta quibus induimur et que habemus in pedibus, ob longitudinem largioris vie trita sunt et pene consumpta. Susceperunt ergo de cibariis eorum, et os domini non interrogaverunt. Fecitque Iosue cum eis pacem, et inito federe pollicitus est quod non occiderentur. Principes quoque multitudinis iuraverunt eis. Post dies autem tres initi federis audierunt quod in vicino habitarent, et inter eos futuri erant. Moveruntque castra filii Israel

et venerunt in civitates eorum die tertio, quarum vocabula haec sunt: gabaon, caphira, et beroth, et cariathiarim. Et non percusserunt eos, eo quod iurassent eis principes multitudinis in nomine domini dei israhel. Murmuravit itaque omne vulgus contra principes. Qui responderunt eis: Iuravimus illis in nomine domini dei israhel, et idcirco non possumus eos contingere.

Sed hoc faciemus eis: reserventur quidem ut vivant, ne contra nos ira domini concitetur, si peieraverimus. Sed sic vivant, ut in usus universae multitudinis ligna caedant aquasque comportent. Quibus haec loquentibus, vocavit gabaonitas iosue et dixit eis: Cur nos decipere fraude voluistis, ut diceretis: procul valde habitamus a vobis, cum in medio nostri sitis? Itaque sub maledictione eritis, et non deficiet de stirpe vestra ligna caedens aquasque comportans in domum dei mei. Qui responderunt: Nuntiatum est nobis servis tuis, quod promisisset dominus deus tuus moysi servo suo ut traderet vobis omnem terram, et disperderet cunctos habitatores eius. Timuimus igitur valde et providimus animabus nostris, vestro terrore conpulsi, hoc consilium inivimus. Nunc autem in manu tua sumus; quod tibi bonum et rectum videtur, fac nobis. Fecit ergo iosue ut dixerat, et liberavit eos de manibus israhel ut non occiderentur. Decrevitque in illo die esse eos in ministerio cuncti populi et altaris domini, caedentes ligna et aquas comportantes usque in praesens tempus, in loco quem elegisset dominus.

Quae cum audisset adonisedech rex hierusalem, quod scilicet cepisset iosue hai et subvertisset eam (sicut enim fecerat iericho et regi eius, sic fecit hai et regi illius) et quod transfugissent gabaonitae ad israhel et essent foederati eorum, timuit valde. Urbs enim magna erat gabaon et una regalium civitatum, et maior oppido hai, omnesque bellatores eius fortissimi. Misit ergo adonisedech rex hierusalem ad oham regem ebron, et ad pharam regem ierimoth, et ad iaphie regem quoque lachis, et ad dabir regem eglon, dicens: Ascendite ad me et ferte praesidium ut expugnemus gabaon, quare transfugerit ad iosue et ad filios israhel. Congregati igitur ascenderunt quinque reges amorreorum: rex hierusalem, rex ebron, rex ierimoth, rex lachis, rex eglon simul cum exercitibus suis, et castrametati sunt circa gabaon oppugnantes eam. Habitatores autem gabaon urbis obsessae miserunt ad iosue, qui tunc morabatur in castris apud galgalam, et dixerunt ei: Ne retrahas manus tuas ab auxilio servorum tuorum. Ascende cito et libera nos, ferque praesidium. Convenerunt enim adversum nos omnes reges amorreorum qui habitant in montanis. Ascenditque iosue de galgalis, et omnis exercitus cum eo, viri fortissimi. Dixitque dominus ad iosue: Ne timeas eos, in manus enim tuas tradidi illos; nullus ex eis tibi resistere poterit. Inruit itaque iosue super eos repente, tota nocte ascendens de galgalis. Et conturbavit eos dominus a facie israhel, contrivitque plaga magna in gabaon, ac persecutus est per viam ascensus bethoron, et percussit usque ad azeca et maceda. Cumque fugerent filios israhel et essent in descensu bethoron, dominus misit super eos lapides magnos de caelo usque ad azecha, et mortui sunt multo plures lapidibus grandinis quam quos percusserant gladio filii israhel.

XX. Tunc locutus est iosue domino in die qua tradidit amorreum in conspectu filiorum israhel, dixitque coram eis: Sol contra gabaon ne movearis, et luna contra vallem ahilon. Steteruntque sol et luna donec ulcisceretur se gens de inimicis suis. Nonne scriptum est in libro iustorum? Stetit itaque sol in medio caeli, et non festinavit occumbere spatio unius diei. Non fuit antea et postea tam longa dies, oboediente domino voci hominis, et pugnante pro israhel. Reversusque est iosue cum omni israhel in castra galgalae. Fugerant enim quinque reges et se absconderant in spelunca urbis maceda. Nuntiatumque est iosue quod inventi essent quinque reges latentes in spelunca maceda. Qui praecepit sociis et ait: Volvite saxa ingentia ad os speluncae et ponite viros industrios qui clausos custodiant. Vos autem nolite stare, sed persequimini hostes et extremos quosque fugientium caedite, nec dimittatis eos urbium suarum intrare praesidia, quos tradidit dominus deus in manus vestras. Caesis ergo adversariis plaga magna, et usque ad internicionem paene consumptis, hii qui israhel effugere non potuerunt ingressi sunt civitates munitas. Reversusque est omnis exercitus ad iosue in maceda, ubi tunc erant castra, sani et integro numero, nullusque contra filios israhel mutire ausus est.

Praecepitque iosue dicens: Aperite os speluncae, et producite ad me quinque reges qui in ea latitant. Feceruntque ministri ut sibi fuerat imperatum, et eduxerunt ad eum quinque reges de spelunca: regem hierusalem, regem ebron, regem ierimoth, regem lachis, regem eglon. Cumque educti essent ad eum, vocavit omnes viros israhel et ait ad principes exercitus qui secum erant: Ite et ponite pedes super colla regum istorum. Qui cum perrexissent et subiectorum pedibus colla calcarent, rursum ait ad eos: Nolite timere nec paveatis, confortamini et estote robusti. Sic enim faciet dominus cunctis hostibus vestris adversum quos dimicatis. Percussitque iosue et interfecit eos, atque suspendit super quinque stipites, fueruntque suspensi usque ad vesperum. Cumque occumberet sol, praecepit sociis ut deponerent eos de patibulis. Qui depositos proiecerunt in speluncam in qua latitaverant, et posuerunt super os eius saxa ingentia, quae permanent usque in praesens.

Eodem die maceda quoque cepit iosue, et percussit in ore gladii, regemque illius interfecit et omnes habitatores eius. Non dimisit in ea saltem parvas reliquias. Fecitque regi maceda sicut fecerat regi iericho. Transivitque cum omni israhel de maceda in lebna, et pugnavit contra eam, quam tradidit dominus cum rege suo in manu israhel. Percusseruntque urbem in ore gladii, et omnes habitatores eius. Non dimiserunt in ea ullas reliquias. Feceruntque regi lebna sicut fecerat regi iericho. De lebna transivit cum omni exercitu israhel in lachis, et exercitu per gyrum disposito, oppugnabat eam. Tradiditque dominus lachis in manus israhel, et cepit eam die altero, atque percussit in ore gladii omnemque animam quae fuerat in ea, sicut fecerat lebna.

Eo tempore ascendit hyram rex gazer ut auxiliaretur lachis. Quem percussit iosue cum omni populo eius usque ad internicionem. Transivitque de lachis in eglon, et circumdedit atque expugnavit eadem die, percussitque in ore gladii omnes animas quae erant in ea, iuxta omnia quae fecerat lachis. Ascendit quoque cum omni israhel de eglon in ebron, et pugnavit contra eam. Cepitque et percussit in ore gladii regem quoque eius et omnia oppida regionis illius, universasque animas quae in ea fuerant commoratae. Non reliquit in ea ullas reliquias. Sicut fecerat eglon, sic fecit et ebron, cuncta quae repperit consumens gladio.

Inde reversus in dabira cepit eam atque expugnavit. Regem quoque eius et omnia oppida percussit in ore gladii, non dimisit in ea ullas reliquias. Sicut fecerat ebron et lebna et regibus earum, sic fecit dabira et regi illius. Percussit itaque iosue omnem terram montanam et meridianam atque campestrem, et asedoth cum regibus suis; non dimisit in ea ullas reliquias, sed omne quod spirare poterat interfecit, sicut praeceperat ei dominus deus israhel. A cades barne usque gazam, omnem terram gessen usque ad gabaon, universos reges et regiones eorum uno impetu cepit atque vastavit. Dominus enim deus israhel pugnavit pro eo. Reversusque est cum omni israhel ad locum castrorum in galgala.

Quae cum audisset iabin rex asor, misit ad iobab regem madon, et ad regem semeron, atque ad regem achsaph; ad reges quoque aquilonis qui habitabant in montanis et in planitie contra meridiem ceneroth, in campestribus quoque et in regionibus dor iuxta mare, chananeum quoque ab oriente et occidente, et amorreum atque ettheum ac ferezeum et iebuseum in montanis, eveum quoque qui habitabat ad radices hermon in terra masphe. Egressique sunt omnes cum turmis suis, populus multus nimis sicut arena quae est in litore maris, equi quoque et currus inmensae multitudinis. Conveneruntque omnes reges isti in unum ad aquas merom ut pugnarent contra israhel. Dixitque dominus ad iosue: Ne timeas eos. Cras enim hac eadem hora ego tradam omnes istos vulnerandos in conspectu israhel. Equos eorum subnervabis, et currus igne conbures.

Venitque iosue et omnis exercitus cum eo adversum illos ad aquas merom subito, et inruerunt super eos. Tradiditque illos dominus in manibus israhel. Qui percusserunt eos et persecuti sunt usque ad sidonem magnam et aquas maserefoth, campumque masphe qui est ad orientalem illius partem. Ita percussit omnes ut nullas relinqueret ex eis reliquias. Fecitque sicut praeceperat ei dominus: equos eorum subnervavit, currusque conbusit. Reversusque statim cepit asor, et regem eius percussit gladio. Asor enim antiquitus inter omnia regna haec principatum tenebat. Percussitque omnes animas quae ibidem morabantur. Non dimisit in ea ullas reliquias, sed usque ad internicionem omnia vastavit, ipsamque urbem peremit incendio. Et omnes per circuitum civitates regesque earum cepit, percussit atque delevit, sicut praeceperat ei moyses famulus domini. Absque urbibus quae erant in collibus sitae, ceteras succendit israhel; unam tantum asor munitissimam flamma consumpsit. Omnemque praedam istarum urbium ac iumenta diviserunt filii israhel, cunctis hominibus interfectis. Sicut praeceperat dominus moysi servo suo, ita praecepit moyses iosue, et ille universa conplevit. Non praeteriit de universis mandatis ne unum quidem verbum quod iusserat dominus moysi. Cepit itaque iosue omnem terram montanam et meridianam, terramque gessen et planitiem et occidentalem plagam, montemque israhel et campestria eius, et partem montis quae ascendit seir usque baalgad per planitiem libani subter montem hermon. Omnes reges eorum cepit, percussit, occidit. Multo tempore pugnavit contra reges istos. Non fuit civitas quae se non traderet filiis israhel, praeter eveum qui habitabat in gabaon; omnes bellando cepit. Domini enim sententia fuerat ut indurarentur corda eorum, et pugnarent contra israhel, et caderent, et non mererentur ullam clementiam ac perirent, sicut praeceperat dominus moysi.

In tempore illo venit iosue et interfecit enachim de montanis ebron et dabir et anab, et de omni monte iuda et israhel, urbesque eorum delevit. Non reliquit ullum de stirpe enachim in terra filiorum israhel, absque civitatibus gaza et geth et azoto, in quibus solis relicti sunt. Cepit ergo iosue omnem terram, sicut locutus est dominus ad moysen, et tradidit eam in possessionem filiis israhel secundum partes suas, quievitque terra a proeliis.

Hi sunt reges quos percusserunt filii israhel et possederunt terram eorum trans iordanen ad solis ortum, a torrente arnon usque ad montem hermon, et omnem orientalem plagam quae respicit solitudinem. Seon rex amorreorum qui habitabat in esebon, dominatus est ab aroer quae sita est super ripam torrentis arnon, et mediae partis in valle, dimidiaeque galaad usque ad torrentem iaboc, qui est terminus filiorum ammon, et a solitudine usque ad mare ceneroth contra orientem, et usque ad mare deserti, quod est mare salsissimum, ad orientalem plagam per viam quae ducit bethsimoth, et ab australi parte quae subiacet asedoth, fasga. Terminus og regis basan, de reliquiis rafaim, qui habitabat in astaroth et in edrai, et dominatus est in monte hermon et in salacha, atque in universa basan, usque ad terminos gessuri et machathi, et dimidiae partis galaad, terminos seon regis esebon. Moyses famulus domini et filii israhel percusserunt eos, tradiditque terram eorum moyses in possessionem rubenitis et gaditis et dimidiae tribui manasse.

Hi sunt reges terrae quos percussit iosue et filii israhel trans iordanen ad occidentalem plagam, a baalgad in campo libani usque ad montem cuius pars ascendit in seir. Tradiditque eam iosue in possessionem tribubus israhel, singulis partes suas, tam in montanis quam in planis atque campestribus. In asedoth et in solitudine ac meridie ettheus fuit et amorreus, chananeus et ferezeus, eveus et iebuseus. Rex iericho unus. Rex hai, qui est ex latere bethel, unus. Rex hierusalem unus. Rex ebron unus. Rex ierimoth unus. Rex lachis unus. Rex eglon unus. Rex gazer unus. Rex dabir unus. Rex gader unus. Rex herma unus. Rex hered unus. Rex lebna unus. Rex adullam unus. Rex maceda unus. Rex bethel unus. Rex taffua unus. Rex afer unus. Rex afec unus. Rex saron unus. Rex sameron unus. Rex madon unus. Rex asor unus. Rex achsaph unus. Rex thenac unus. Rex mageddo unus. Rex cedes unus. Rex iachanaem carmeli unus. Rex dor et provinciae dor unus. Rex gentium galgal unus. Rex thersa unus. Omnes reges XXX et unus.

Iosue senex provectaeque aetatis erat, et dixit dominus ad eum: Senuisti et longaevus es, terraque latissima derelicta est, quae necdum est sorte divisa, omnis videlicet galilea philisthim, et universa gessuri, a fluvio turbido qui inrigat aegyptum usque ad terminos accaron contra aquilonem, terra chanaan, quae in quinque regulos philisthim dividitur, gazeos, azotios, ascalonitas, getheos et accaronitas. Ad meridiem vero sunt evei, omnis terra chanaan et maara sidoniorum usque afeca et terminos amorrei, eiusque confinia. Libani quoque regio contra orientem, a baalgad sub monte hermon donec ingrediaris emath, omnium qui habitant in monte a libano usque ad aquas maserefoth, universique sidonii. Ego sum qui delebo eos a facie filiorum israhel. Veniat ergo in parte hereditatis filiorum israhel sicut praecepi tibi. Et nunc divide terram in possessionem novem tribubus et dimidiae tribui manasse, cum qua ruben possedit terram quam tradidit eis moyses famulus domini trans fluenta iordanis ad orientalem plagam, ab aroer quae sita est in ripa torrentis arnon, et in vallis medio, universaque campestria medaba usque dibon, et cunctas civitates seon regis amorrei qui regnavit in esebon usque ad terminos filiorum ammon, et galaad ac terminum gessuri et machati, omnemque montem hermon, et universam basan usque salecha, omne regnum og in

basan. qui regnauit in astaroth & edraim. Ipse fuit de reliquiis raphaim. Percussitque eos moyses atque deleuit. Noluerunt que disperdere filii israel gessuri & machati & habitauerunt in medio israel usque in presentem diem. Tribui autem leui non dedit possessionem. sed sacrificia & uictime domini dei israel sic locutus est ei. & hereditas est illi. Dedit ergo moyses possessionem tribui ruben iuxta cognationes suas. Fuitque terminus eorum ab aroer que sita est in ripa torrentis arnon. & in ualle eiusdem torrentis in medio. Uniuersam planitiem que ducit medaba & esebon. cunctosque uiculos earum qui sunt in campestribus: dibon quoque & bamothbaal & oppidum baalmon. iessa & cedimoth. & mefeeth. & cariathaim & sabama. & sacharasar in monte conuallis. bethfegor & asedoth fasga. & bethaisimoth omnes urbes campestres. uniuersaque regna seon regis amorrei qui regnauit in esebon. quem percussit moyses cum principibus madian eui. & recen. & sur. & ur. & rebee. duces seon habitatores terre. & balaam filium beor occiderunt filii israel gladio cum ceteris interfectis. Factusque est terminus filiorum ruben iordanis fluuius. Hec est possessio rubenitarum per cognationes suas urbium & uicorum.

Dedit quoque moyses tribui gad & filiis israel per cognationes suas possessionem. cuius hec diuisio est. Terminus iaher & omnes ciuitates galaad. dimidiamque partem terre filiorum ammon usque ad aroer que est contra rabba. & ab esebon usque ramoth masfe & bathanim. & manaim usque ad terminos dabir. in ualle quoque betharan & bethnemra. & socoth. & saphon. reliquam partem regni seon regis esebon. Huius quoque iordanis finis est. usque ad extremam partem maris cenereth trans iordanem ad orientalem plagam. Hec est possessio filiorum gad per familias suas. ciuitates & uille earum.

Dedit & dimidie tribui manasse filiisque eius iuxta cognationes suas possessionem cuius hoc principium est. A manaim uniuersam basan. & cuncta regna og regis basan. Omnesque uicos iair qui sunt in basan. lx oppida & dimidiam partem galaad & astaroth & edrai urbes regni og in basan filiis machir filii manasse dimidie parti filiorum machir iuxta cognationes suas. Hanc possessionem diuisit moyses in campestribus moab trans iordanem contra iericho ad orientalem plagam. Tribui autem leui non dedit possessionem quoniam dominus deus israel ipse est possessio eius. ut locutus est illi. Hoc est quod possederunt filii israel in terra chanaan. quam dederunt eis eleazar sacerdos & iosue filius nun & principes familiarum per tribus israel sorte omnia diuidentes. sicut preceperat dominus in manu moysi nouem tribubus & dimidie tribui. Duabus enim tribubus & dimidie tribui dederat moyses trans iordanem possessionem absque leuitis qui nichil terre acceperunt inter fratres suos. sed in eorum successerant locum. Filios ioseph in duas diuisit tribus: manasse & effraim. nec acceperunt leuite aliam in terra partem nisi urbes ad habitandum & suburbana earum ad alenda iumenta & pecora sua. sicut preceperat dominus moysi ita fecerunt filii israel & diuiserunt terram.

Accesserunt itaque filii iuda ad iosue in galgal. Locutusque est ad eum caleph filius iephone cenezeus. Nosti quid locutus sit dominus ad moysen hominem dei de me & te in cades barne. Quadraginta annorum eram quando misit me moyses famulus domini de cades barne ut considerarem terram. nunciauique ei quod michi uerum uidebatur. Fratres autem mei qui ascenderant mecum dissoluerunt cor populi. & nichilominus ego secutus sum dominum deum meum. Iurauitque moyses in die illo dicens. Terram quam calcauit pes tuus erit possessio tua & filiorum tuorum in eternum. quia secutus es dominum deum tuum. Concessit ergo dominus uitam michi sicut pollicitus est usque in presentem diem. Quadraginta & quinque anni sunt ex quo locutus est dominus uerbum istud ad moysen quando ambulabat israel per solitudinem. Hodie octoginta quinque annorum sum sic ualens ut eo ualebam tempore. quando ad explorandum missus sum. Illius in me temporis fortitudo usque hodie perseuerat. tam ad bellandum quam ad gradiendum. Da ergo michi montem istum quem pollicitus est dominus te quoque audiente in quo enachim sunt & urbes magne atque munite: si forte sit dominus mecum & potuero delere eos sicut promisit michi.

Benedixitque ei iosue & tradidit ebron in possessionem. Atque ex eo fuit ebron caleph filio iephone cenezeo usque in presentem diem. quia secutus est dominum deum israel. Nomen ebron ante uocabatur cariatharbe. Adam maximus ibi inter enachim situs est. & terra cessauit a preliis.

Igitur sors filiorum iude per cognationes suas ista fuit. A termino edom desertum syn contra meridiem & usque ad extremam partem xl.
australis plage. Initium eius a summitate maris salsissimi & a lingua eius que respicit meridiem. Egrediturque contra ascensum scorpionis. & pertransit in syna ascenditque in cades barne. & peruenit in esrom ascendens ad addar & circuiens caricaa. atque inde pertransiens in asemona. & perueniens ad torrentem egypti. eruntque termini eius mare magnum. Hic erit finis meridiane plage. Ab oriente uero erit initium mare salsissimum usque ad extrema iordanis & ea que respiciunt aquilonem a lingua maris usque ad eundem iordanem fluuium. Ascenditque terminus in beth agla. & transit ab aquilone in betharaba. ascendens ad lapidem boem filii ruben. & tendens usque ad terminos debera de ualle achor contra aquilonem respiciens in galgala que est ex aduerso ascensionis adomim ab australi parte torrentis. transitque aquas que uocantur fons solis & erunt exitus eius ad fontem rogel. ascenditque per conuallem filii ennom ex latere iebusei ad meridiem que est hierusalem. & inde se erigens ad uerticem montis qui est contra geennon ad occidentem in summitate uallis raphaim contra aquilonem. pertransitque a uertice montis usque ad fontem aque nepthoa & peruenit usque ad uicos montis efron. inclinaturque in bala que est cariathiarim id est urbs siluarum & circuit de bala contra occidentem usque ad montem seyr. transitque iuxta latus montis iarim ad aquilonem in ceslon. & descendit in bethsames. transitque in thamna. & peruenit contra aquilonem partis accaron ex latere. inclinaturque sechrona. & transit montem baala. peruenitque in iebnehel. & maris magni contra occidentem fine clauditur. Hii sunt termini filiorum iuda per circuitum in cognationibus suis.

Caleph uero filio iephone dedit partem in medio filiorum iuda sicut preceperat ei dominus cariatharbe patris enach. ipsa est ebron. Deleuitque ex ea caleph tres filios enak. sesay. & aiman. & tholmai de stirpe enak. Atque illinc conscendens uenit ad habitatores dabir. que prius uocabatur cariathsepher. id est ciuitas litterarum. Dixitque caleph. Qui percusserit cariathsepher & ceperit eam. dabo ei axam filiam meam uxorem. Cepitque eam othoniel filius cenez frater caleph iunior. Deditque ei axam filiam suam uxorem. Cumque pergerent simul. suasit ei uir eius ut peteret a patre suo agrum. Suspirauitque ut sedebat in asino. Cui caleph. quid habes inquit. At illa respondit. Da michi benedictionem. Terram australem & arentem dedisti michi. iunge & irriguam. Dedit itaque caleph ei irriguum superius & inferius.

Hec est possessio tribus filiorum iuda per cognationes suas. Erantque ciuitates ab extremis partibus filiorum iuda iuxta terminos edom a meridie. Cabsehel. & eder. & iagur. & cina. & dimona. adeda. & cedes. & asor. iethnan. ciph & thelem. baloth. & asor nabo. & carioth esrom. Hec est asor amansame. & molada. & asergadda. & asemon. bethselec. & aser suar. & bersabee & baziothia. abbala. ethumesem. & betholai. & exul. & charma. siceleg. & medemena. & sensena. lebaoth. & selum. & hen remon. omnes ciuitates uiginti noue. & uille earum.

In campestribus uero esthaul & sarea. & asena. & azanoe. & aengannim. thaffua. & enaim. & ierimoth. adollam. socco. & azecha. & sarim. & athaim. & gedera. & giderothaim. urbes xiiii. & uille earum. Sanan. & adhesa. & magdalgad. delean. & mesfiha. & iecethel. lachis. bascath. & aglon. chebbon. & lechmas. & cethlis. & gideroth. bethegon. & nehema. & maceda. ciuitates sedecim & uille earum. Labana. & ether. & asan. iephtha. & esna. & nesib. ceila. & achzib. & maresa. ciuitates noue & uille earum. Accaron cum uicis & uillulis suis. Ab accaron usque ad mare omnia que uergunt ad azotum & uiculos eius. Azotus cum uiculis suis. gaza cum uiculis & uillulis suis. usque ad torrentem egypti & mare magnum terminus eius. & in monte samir & iether. & socco. & edenna. cariathsenna. hec est dabir. et anab. & esthemo. & anim. gosen. & olon. & gilo. ciuitates undecim & uille earum. Arab. & roma. & esaan. & ianum. & bethtaffua. & affeca. athmatha. & cariatharbe hec est ebron & sior. ciuitates noue & uille earum. Maon & chermel. & ziph. & iothe. iezrehel. & iucadam. & zanoe. accaim. gabaa. amna. ciuitates x. & uille earum. Alul. & bethsur. & iedor. mereth. & bethanot. & elthecen. ciuitates sex & uille earum. Cariathbaal hec est cariathiarim urbs siluarum. & arebba ciuitates due & uille earum. In deserto betharaba meddin & sachacha. & nepsan & ciuitas salis & engaddi ciuitates sex & uille earum.

Iebuseum autem habitatorem hierusalem non potuerunt filii iuda delere. habitauitque iebuseus cum filiis iuda in hierusalem usque in presentem diem.

Cecidit quoque pars filiorum ioseph ab iordane contra iericho. & aquas eius ab oriente solitudo que ascendit de iericho ad montana bethel. & egreditur de bethel luzam transitque terminum archi ataroth. & descendit ad occidentem iuxta terminum iefleti usque ad terminum bethoron inferioris & gazer finiunturque regiones eius mari magno. Possederuntque filii ioseph manasse & effraim & factus est terminus filiorum effraim per cognationes suas & possessio eorum contra orientem atharothadar usque bethoron superiorem. egrediunturque confinia in mare. Machmetath uero aquilonem respicit & circuit terminos contra orientem in thanathselo. & pertransit ab oriente ianoe descenditque de ianoe in ataroth. & naaratha & peruenit in iericho. & egreditur ad iordanem de taffua pertransitque contra mare in ualle harundineti. suntque egressus eius in mare salsissimum. Hec est possessio tribus filiorum effraim per familias suas. Urbesque que separate sunt filiis effraim in medio possessionis filiorum manasse & uille earum. & non interfecerunt filii effraim chananeum qui habitabat in gazer. habitauitque chananeus in medio effraim usque in hunc diem tributarius.

Cecidit autem sors tribui manasse. ipse enim primogenitus ioseph. machir primogenito manasse patri galaad. qui fuit uir pugnator. habuitque possessionem galaad & basan. & reliquis filiorum manasse iuxta familias suas. filiis abieser & filiis elech. & filiis esrihel. & filiis sechem. & filiis esfer. & filiis semida. Isti sunt filii manasse filii ioseph mares per cognationes suas. Salphaad uero filio epher filii galaad. filii machir filii manasse non erant filii sed sole filie quarum ista sunt nomina. Maala. & noa. egla. & melcha & thersa. Ueneruntque in conspectu eleazari sacerdotis & iosue filii nun & principum dicentes. Dominus precepit per manum moysi ut daretur nobis possessio in medio fratrum nostrorum. Deditque eis iuxta imperium domini in medio fratrum patris earum. & ceciderunt funiculi manasse decem absque terra galaad & basan trans iordanem. Filie enim manasse possederunt hereditatem in medio filiorum eius.

Fuitque terminus manasse ab aser machmathat que respicit sichem & egreditur ad dexteram iuxta habitatores fontis taffue. Etenim in sorte manasse ceciderat taffua. que est iuxta terminos manasse filiorum effraim. descenditque terminus uallis harundineti in meridiem torrentis & exitus eius pergit ad mare. ita ut ab austro sit possessio effraim. & ab aquilone manasse & utramque claudit mare & coniunguntur sibi in tribu aser ab aquilone. & in tribu ysachar ab oriente. Fuitque hereditas manasse in ysachar & in aser bethsan & uiculis eius. & ieblaam cum uillis suis. & habitatores dor cum oppidis suis. Habitatores quoque endor cum uillis suis. similiterque habitatores thenac cum uiculis suis. & habitatores mageddo cum uiculis suis. & tertia pars urbis nofeth.

Nec potuerunt filii manasse has subuertere ciuitates. sed cepit chananeus habitare in terra sua. Postquam autem conualuerunt filii israel subiecerunt chananeos & fecerunt sibi tributarios. nec interfecerunt eos. Locutique sunt filii ioseph ad iosue atque dixerunt. Quare dedisti michi possessionem sortis & funiculi unius. cum sim tante multitudinis & benedixerit michi dominus? Ad quos iosue ait. Si populus multus es. ascende in siluam & succide tibi spacia in terra ferezei & raphaim. quia angusta est tibi possessio effraim. Cui responderunt filii ioseph. Non poterimus ad montana conscendere cum ferreis curribus utantur chananei qui habitant in terra campestri in qua site sunt bethsan cum uiculis suis. & iezrahel mediam possidens partem. Dixitque iosue ad domum ioseph effraim & manasse. Populus multus es & magne fortitudinis. non habebis sortem unam. sed transibis ad montem & succides tibi atque purgabis ad habitandum spacia. & poteris ultra procedere cum subuerteris chananeum quem dicis ferreos habere currus. & esse fortissimum.

Congregatique sunt omnes filii israel in sylo ibique fixere tabernaculum testimonii. & fuit eis subiecta terra. Remanserant autem filiorum israel septem tribus que necdum acceperant possessiones suas. Ad quos iosue ait. Usque quo marcetis ignauia & non intratis ad possidendam terram. quam dominus deus patrum uestrorum dedit uobis. Eligite

de singulis tribubus ternos uiros ut mittam eos et pergant atque circueant terram et describant eam iuxta numerum uniuscuiusque multitudinis. referantque ad me quod descripserint. Diuide tibi terram in septem partes. Iudas sit in terminis suis ab australi plaga. et domus ioseph ab aquilone. Mediam inter hos terram in septem partes describite. et huc uenietis ad me ut coram domino deo uestro mittam hic uobis sortem. quia non est inter uos pars leuitarum. sed sacerdotium domini est eorum hereditas. Gad autem et ruben et dimidia tribus manasse iam acceperant possessiones suas trans iordanem ad orientalem plagam. quas dedit eis moyses famulus domini. Cumque surrexissent uiri ut pergerent ad describendam terram. precepit eis iosue dicens. Circuite terram et describite eam. ac reuertimini ad me. ut hic coram domino deo in sylo mittam uobis sortem. Itaque perrexerunt et lustrantes eam in septem partes diuiserunt scribentes in uolumine. reuersique sunt ad iosue in castra sylo. Qui misit sortes coram domino in sylo.

[D]iuisitque terram filiis israel in septem partes. Et ascendit sors prima filiorum beniamin per familias suas ut possiderent terram inter filios iuda et filios ioseph. Fuitque terminus eorum contra aquilonem a iordane pergens iuxta latus septentrionalis plage iericho. et inde contra occidentem ad montana conscendens et perueniens in solitudinem beth auen atque pertransiens iuxta luzam ad meridiem ipsa est bethel. descenditque in atharon addar in monte qui est ad meridiem beth horon inferioris. et inclinatur circuiens contra mare a meridie montis qui respicit bethoron contra affricam. suntque exitus eius in cariathbaal que uocatur et cariathiarim urbem filiorum iuda. Hec est plaga contra mare et occidentem. A meridie autem ex parte cariathiarim egreditur terminus contra mare. et peruenit usque ad fontem aquarum neptoa descenditque in partem montis qui respicit partem filiorum ennon. et est contra septentrionalem plagam in extrema parte uallis raphaim. descenditque in geennon id est uallis ennon iuxta latus iebusei ad austrum. et peruenit ad fontem rogel transiens ad aquilonem et egrediens ad ensemes id est fontem solis et pertransit usque ad tumulos qui sunt e regione ascensus adomim. ad beenboem id est lapidem boem. filii ruben et pertransit ex latere aquilonis ad campestria descenditque in planitiem et pretergreditur contra aquilonem bethagla. suntque exitus eius contra linguam maris salsissimi ab aquilone in fine iordanis ad australem plagam qui est terminus illius ab oriente. Hec est possessio filiorum beniamin per terminos suos in circuitu. et familias singulas.

[F]ueruntque ciuitates eius iericho et bethagla. et uallis casis. beth arba. et semeraim. et bethelanum. et effera. et ofra uilla emona. et ofni. et gabee ciuitates xii. et uille earum. gabaon et rama. et beroth. et mesphe. cafara. et amosa. et rechel. iarehel. et tharala. sela. et eleph. et iebus que est hierusalem. gabaath et chiriat. ciuitates xiiii. et uille earum. Hec est possessio filiorum beniamin iuxta familias suas. Et egressa est sors secunda filiorum symeon per cognationes suas.

[F]uitque hereditas eorum in medio possessionis filiorum iuda bersabee. et sabee. et molada. et aser sua. bala. et asem. bethmar. gaboch. aser susa. et beth leuboch. et etholat. bethorloma. et sicelee. et saroem ciuitates xu et uille earum. Ahin et remmon. et athar. et asan. ciuitates iiii. et uille earum. Omnes uiculi per circuitum urbium istarum usque ad balaath. beramet h contra australem plagam. Hec est hereditas filiorum symeon iuxta cognationes suas in funiculo et possessione filiorum iuda quia maior erat. et idcirco possederunt filii symeon in medio hereditatis eorum.

[C]ecidit quoque sors tertia filiorum zabulon per cognationes suas. et factus est terminus possessionis eorum usque sarith. Ascenditque de mari et medelaa et peruenit in debbaseth usque ad torrentem qui est contra iectonam. et reuertitur de sarith contra orientem in fines ceseleth thabor. et egreditur ad daberith. ascenditque contra iafie. et inde pertransit ad orientalem plagam geth hefer. et thagasin. et egreditur in remmon amthar et noa. et circuit ad aquilonem et nathon. suntque egressus eius neptahel et cathet. et nealal. et semeron. et iebalaa. et bethlehem ciuitates xii. et uille earum. Hec est hereditas tribus filiorum zabulon per cognationes suas urbes et uiculi earum.

[Y]sachar egressa est sors quarta per cognationes suas. Fuitque eius hereditas iezrahel. et chasalot. et sunem. et apharaim. seon. et naarath. et rabuth. et cesion. ames. et rameth. et enganim. et enadda. et bethfeses. et peruenit terminus eius usque ad thabor. et sesima. et bethsemes. eruntque exitus eius iordanis ciuitates sedecim et uille earum. Hec est possessio filiorum ysachar per cognationes suas urbes et uiculi earum.

[C]ecidit sors quinta tribui aser per cognationes suas. Fuitque terminus eorum aleath. et uali. et bethen. et axab. elimelech. et amaad et mesal. et peruenit usque ad carmelum maris et sior labanath. et reuertitur contra orientem beth dagon. et pertransit usque zabulon et uallem iepthahel. et acran. et roob. et amon et chanane usque ad sydonem magnam. reuerteturque in orma usque ad ciuitatem munitissimam tyrum. et usque osa. eruntque exitus eius in mare de funiculo aczıba. et amma. et affech. et roob ciuitates xx due et uille earum. Hec est possessio filiorum aser per cognationes suas. urbes et uiculi earum.

[F]iliorum neptalim sexta pars cecidit per familias suas. et cepit terminus de heleb. et helon. et sananim. et adami. que est neceb et iebnahel usque lecum. et egressus eorum usque ad iordanem. reuertiturque terminus eius contra occidentem in azanoth thabor atque inde egreditur in ucoca et pertransit in zabulon contra meridiem et in aser contra occidentem. et in iuda ad iordanem contra ortum solis. ciuitates munitissime asedim ser et amath. et reccath. cenereth. et edema. et arama. asor. et cedes et edrai. nasor. et ieron. et magdahel. horem. et bethanath et bethsemes ciuitates nouem et x. et uille earum. Hec est possessio tribus filiorum neptalim per cognationes urbes et uille earum.

L. [T]ribui filiorum dan per familias suas egressa est sors septima. et fuit terminus possessionis eius saraa. estahul. et hirsemes id est ciuitas solis. sedebin. et alon. iethala. helon. et themna. et achron. heltecen. et iebthom. et baalaad. et benebarach. et iethremmon. atque ieron. et arecon cum termino qui respicit ioppen. et ipso fine concluditur. Ascenderuntque filii dan et pugnauerunt contra lesem ceperuntque eam et percusserunt in ore gladii. ac possederunt et habitauerunt in ea. uocantes nomen eius lesem dan ex nomine dan patris sui. Hec est possessio tribus filiorum dan per cognationes suas urbes et uiculi earum.

[C]umque complessent terram sorte diuidere singulis per tribus suas. dederunt filii israel possessionem iosue filio nun in medio sui iuxta preceptum domini urbem quam postulauit thamnat saraa in monte effraim. et edificauit ciuitatem habitauitque in ea. Hee sunt possessiones quas sorte diuiserunt eleazar sacerdos et iosue filius nun. et principes familiarum ac tribuum filiorum israel in sylo coram domino ad ostium tabernaculi testimonii. partitique sunt terram.

[E]t locutus est dominus ad iosue dicens. Loquere filiis israel et dic eis. Separate urbes fugitiuorum de quibus locutus sum ad uos per manum moysi ut confugiat ad eas quicumque animam percusserit nesciens et possit euadere iram proximi sui. qui ultor est sanguinis. Cum ad unam harum confugerit ciuitatum. stabitque ante portam ciuitatis. et loquetur senioribus urbis illius ea que se comprobent innocentem. sicque suscipient eum. et dabunt ei locum ad habitandum. Cumque ultor sanguinis fuerit persecutus. non tradent in manum eius quia ignorans percussit proximum suum nec ante biduum triduumue eius probatur inimicus. Et habitabit in ciuitate illa donec stet ante iudicium causam reddens facti sui. et moriatur sacerdos magnus qui fuerit in illo tempore. Tunc reuertetur homicida et ingredietur ciuitatem et domum suam de qua fugerat. Decreueruntque cedes in galilea montis neptalim. et sichem in monte effraim. et cariath arbe ipsa est ebron in monte iuda et trans iordanem contra orientalem plagam iericho.

[S]tatuerunt bosor que sita est in campestri solitudine de tribu ruben et ramoth in galaad de tribu gad et zabulon in basan de tribu manasse. He ciuitates constitute sunt cunctis filiis israel et aduenis qui habitant inter eos. ut fugeret ad eas qui animam nesciens percusserit et non moreretur in manu proximi effusum sanguinem uindicare cupientis. donec staret ante populum expositurus causam suam.

[A]ccesseruntque principes familiarum leui ad eleazar sacerdotem magnum et iosue filium nun et ad duces cognationum per singulas tribus filiorum israel. locutique sunt ad eos in sylo terre chanaan atque dixerunt. Dominus precepit per manum moysi ut darentur nobis urbes ad habitandum. et suburbana earum ad alenda iumenta. Dederuntque filii israel de possessionibus suis iuxta imperium domini ciuitates et suburbana earum.

Egressaque sors in familia caath filiorum aaron sacerdotis de tribubus iuda et symeon et beniamin ciuitates xiii et uille earum. et reliquis filiorum caath id est leuitis qui superfuerant de tribu effraim. et dan. et dimidie tribui manasse ciuitates decem.

[P]orro filiis gerson egressa est sors ut acciperent de tribubus ysachar et aser et neptalim. dimidiaque tribu manasse in basan ciuitates xiii. Et filiis merari per cognationes suas de tribubus ruben et gad. et zabulon urbes xii. Dederuntque filii israel leuitis ciuitates et suburbana earum sicut precepit dominus per manum moysi singulis sorte tribuentes. De tribu filiorum iuda et symeon dedit iosue ciuitates. quarum ista sunt nomina. Filiis aaron per familias suas caath leuitici generis. Prima enim sors egressa est illis cariath arbe patris enak que uocatur ebron in monte iuda et suburbana eius per circuitum.

[D]edit quoque filiis aaron sacerdotis ebron confugii ciuitatem et suburbana eius. et lebnam cum suburbanis suis. et iether et isthemon. et helon. dabir. et ahin. et iethan. et bethsemes cum suburbanis suis ciuitates nouem de tribubus ut dictum est duabus. De tribu autem filiorum beniamin gabaon et gabae et anathoth et almon cum suburbanis suis ciuitates iiii. Omnes simul ciuitates aaron filiorum sacerdotis xiii cum suburbanis suis. Reliquis uero per familias filiorum caath leuitici generis hec data possessio. De tribu effraim urbes confugii sichem cum suburbanis suis in monte effraim et gazer. et cepsaim. et bethoron. cum suburbanis suis ciuitates iiii. De tribu quoque dan helteche. et gebethon. et aialon. et gethremmon. cum suburbanis suis ciuitates iiii. Porro de dimidia tribu manasse thenac et gethremmon cum suburbanis suis ciuitates due. Omnes ciuitates x. et suburbana earum date sunt filiis caath inferioris gradus.

[F]iliis quoque gerson leuitici generis dedit de dimidia tribu manasse confugii ciuitates gaulon in basan. et bosram cum suburbanis suis ciuitates duas. Porro de tribu ysachar cesion. et dabereth. et iaramoth. et enganim. cum suburbanis suis ciuitates iiii. De tribu quoque neptalim ciuitatem confugii cedes in galilea. et amoth. dor. et charta cum suburbanis suis ciuitates tres. Omnes urbes familiarum gerson xiii cum suburbanis suis.

[F]iliis autem merari leuitis inferioris gradus per familias suas data est de tribu zabulon. iechanam. et charta. et damna. et naabal ciuitates iiii. cum suburbanis suis. De tribu aser masal. et achon. et abdon. et lachot. et rogob cum suburbanis suis. De tribu ruben ultra iordanem contra iericho ciuitates refugii bosor in solitudine misor. et iaser et maspha. ciuitates iiii. cum suburbanis suis. et de tribu gad confugii ciuitates ramoth in galaad. et manaim et esebon. et gazer ciuitates iiii cum suburbanis suis. Omnes urbes filiorum merari per familias et cognationes suas xii.

Itaque uniuerse ciuitates leuitarum in medio possessionis filiorum israel fuerunt xl. octo cum suburbanis suis singule per familias distribute.

[D]editque dominus israheli omnem terram quam traditurum se patribus eorum iurauerat. et possederunt illam. atque habitauerunt in ea. Dataque est ab eo pax in omnes per circuitum nationes. nullusque eis resistere hostium ausus est. sed cuncti in eorum ditionem redacti sunt. ne unum quidem uerbum quod illis prestaturum se esse promiserat irritum fuit. sed rebus omnia expleta sunt.

[E]odem tempore uocauit iosue rubenitas et gaditas et dimi- lx
diam tribum manasse. dixitque ad eos. Fecistis omnia que precepit uobis moyses famulus domini. mihi quoque in omnibus obedistis. nec reliquistis fratres uestros longo tempore usque in presentem diem. custodientes imperium domini dei uestri. Quia igitur dedit dominus deus uester fratribus uestris quietem ac pacem sicut locutus est. reuertimini et ite in tabernacula uestra. et in terram possessionis uestre. quam tradidit uobis moyses fa

mulus domini trans Iordanem. Ita dumtaxat ut custodiatis attente et opere compleatis mandatum et legem quam praecepit vobis Moyses servus Domini, ut diligatis Dominum Deum vestrum et ambuletis in omnibus viis eius, et observetis mandata illius, adhaereatisque ei ac serviatis in omni corde et in omni anima vestra. Benedixitque eis Iosue et dimisit eos. Qui reversi sunt in tabernacula sua. Tribui autem Manasse mediae possessionem Moyses dederat in Basan, et idcirco mediae quae superfuit dedit Iosue sortem inter ceteros fratres suos trans Iordanem ad occidentalem plagam. Cumque dimitteret eos in tabernacula sua et benedixisset illis, dixit ad eos: In multa substantia atque divitiis revertimini ad sedes vestras, cum argento et auro et aere ac ferro et veste multiplici. Dividite praedam hostium cum fratribus vestris. Reversique sunt et abierunt filii Ruben et filii Gad et dimidia tribus Manasse a filiis Israhel de Sylo, quae sita est in Chanaan, ut intrarent Galaad terram possessionis suae, quam obtinuerant iuxta imperium Domini in manu Moysi. Cumque venissent ad tumulos Iordanis in terra Chanaan, aedificaverunt iuxta Iordanem altare infinitae magnitudinis. Quod cum audissent filii Israhel, et ad eos certi nuntii detulissent aedificasse filios Ruben et Gad et dimidiae tribus Manasse altare in terra Chanaan super Iordanis tumulos contra filios Israhel, convenerunt omnes in Sylo ut ascenderent et dimicarent contra eos. Et interim miserunt ad illos in terram Galaad Fineés filium Eleazari sacerdotem, et decem principes cum eo, singulos de tribubus singulis. Qui venerunt ad filios Ruben et Gad et dimidiae tribus Manasse in terram Galaad, dixeruntque ad eos: Haec mandat omnis populus Domini. Quae est ista transgressio? Cur reliquistis Dominum Deum Israhel, aedificantes altare sacrilegum, et a cultu illius recedentes? An parum vobis est quod peccastis in Beelfegor, et usque in praesentem diem macula huius sceleris in nobis permanet, multique de populo corruerunt? Et vos hodie reliquistis Dominum, et cras in universum Israhel ira eius desaeviet. Quod si putatis immundam esse terram possessionis vestrae, transite ad terram in qua tabernaculum Domini est, et habitate inter nos; tantum ut a Domino et a consortio nostro non recedatis, aedificato altari praeter altare Domini Dei nostri. Nonne Achan filius Zare praeterivit mandatum Domini, et super omnem populum Israhel ira eius incubuit? Et ille erat unus homo; atque utinam solus periisset in scelere suo. Responderuntque filii Ruben et Gad et dimidiae tribus Manasse principibus legationis Israhel: Fortissimus Deus Dominus ipse novit, et Israhel simul intelleget. Si praevaricationis animo hoc altare construximus, non custodiat nos, sed puniat in praesenti. Et si ea mente fecimus ut holocausta et sacrificium et pacificas victimas super eo inponeremus, ipse quaerat et iudicet. Et non ea magis cogitatione atque tractatu ut diceremus: Cras dicent filii vestri filiis nostris: Quid vobis et Domino Deo Israhel? Terminum posuit Dominus inter nos et vos, o filii Ruben et filii Gad, Iordanem fluvium; et idcirco partem non habetis in Domino. Et per hanc occasionem avertent filii vestri filios nostros a timore Domini. Putavimus itaque melius, et diximus: Extruamus nobis altare non in holocausta neque ad victimas offerendas, sed in testimonium inter nos et vos, et sobolem nostram vestramque progeniem, ut serviamus Domino et iuris nostri sit offerre holocausta et victimas et pacificas hostias; et nequaquam dicant cras filii vestri filiis nostris: Non est vobis pars in Domino. Quod si voluerint dicere, respondebunt eis: Ecce altare Domini quod fecerunt patres nostri, non in holocausta neque in sacrificium, sed in testimonium nostrum ac vestrum. Absit a nobis hoc scelus ut recedamus a Domino et eius vestigia relinquamus, extructo altari ad holocausta et victimas offerendas praeter altare Domini Dei nostri quod extructum est ante tabernaculum eius. Quibus auditis, Fineés sacerdos et principes legationis Israhel qui erant cum eo placati sunt, et verba filiorum Ruben et Gad et dimidiae tribus Manasse libentissime susceperunt. Dixitque Fineés filius Eleazari sacerdotis ad eos: Nunc scimus quod nobiscum est Dominus, quia alieni estis a praevaricatione hac, et liberastis filios Israhel de manu Domini. Reversusque est cum principibus a filiis Ruben et Gad de terra Galaad finium Chanaan ad filios Israhel, et retulit eis. Placuitque sermo cunctis audientibus, et laudaverunt Dominum filii Israhel, et nequaquam ultra dixerunt ut ascenderent contra eos atque pugnarent et delerent terram possessionis eorum. Vocaveruntque filii Ruben et filii Gad altare quod extruxerant, Testimonium nostrum quod Dominus ipse sit Deus. Evoluto autem multo tempore postquam pacem Dominus dederat Israheli, subiectis in gyro nationibus universis, et Iosue iam longaevo et persenili aetate, vocavit Iosue omnem Israhelem maioresque natu et principes ac duces et magistros, dixitque ad eos: Ego senui et progressioris aetatis sum. Vosque cernitis omnia quae fecerit Dominus Deus vester cunctis per circuitum nationibus, quomodo pro vobis ipse pugnaverit. Et nunc quia vobis sorte divisit omnem terram ab orientali parte Iordanis usque ad mare magnum, multaeque adhuc supersunt nationes, Dominus Deus vester disperdet eas et auferet a facie vestra, et possidebitis terram sicut vobis pollicitus est. Tantum confortamini, et estote solliciti ut custodiatis cuncta quae scripta sunt in volumine legis Moysi, et non declinetis ab eis neque ad dexteram neque ad sinistram; ne postquam intraveritis ad gentes quae inter vos futurae sunt, iuretis in nomine deorum earum et serviatis eis et adoretis illos; sed adhaereatis Domino Deo vestro, quod fecistis usque in diem hanc. Et tunc auferet Dominus in conspectu vestro gentes magnas et robustissimas, et nullus vobis resistere poterit. Unus e vobis persequetur hostium mille viros, quia Dominus Deus vester pro vobis ipse pugnabit, sicut pollicitus est. Hoc tantum diligentissime praecavete, ut diligatis Dominum Deum vestrum. Quod si volueritis gentium harum quae inter vos habitant erroribus adhaerere, et cum eis miscere conubia atque amicitias copulare, iam nunc scitote quod Dominus Deus vester non eas deleat ante faciem vestram, sed sint vobis in foveam ac laqueum, et offendiculum ex latere vestro, et sudes in oculis vestris, donec vos auferat atque disperdat de terra hac optima quam tradidit vobis. En ego hodie ingredior viam universae terrae, et toto animo cognoscetis quod de omnibus verbis quae Dominus praestaturum vobis esse pollicitus est, unum non praeterierit incassum. Sicut ergo implevit opere quod promisit, et prospera cuncta venerunt, sic adducet super vos quicquid malorum comminatus est, donec vos auferat atque disperdat de terra hac optima quam tradidit vobis; eo quod praeterieritis pactum Domini Dei vestri quod pepigit vobiscum, et servieritis diis alienis et adoraveritis eos. Cito atque velociter consurget in vos furor Domini, et auferemini de terra hac optima quam tradidit vobis.

Congregavitque Iosue omnes tribus Israhel in Sichem, et vocavit omnes maiores natu et principes ac iudices atque magistros. Steteruntque in conspectu Domini, et ad populum sic locutus est: Haec dicit Dominus Deus Israhel: Trans fluvium habitaverunt patres vestri ab initio, Thare pater Abraham et Nachor, servieruntque diis alienis. Tuli ergo patrem vestrum Abraham de Mesopotamiae finibus, et adduxi eum in terram Chanaan, multiplicavique semen eius. Et dedi ei Ysaac, illique rursum dedi Iacob et Esau. E quibus Esau dedi montem Seyr ad possidendum; Iacob vero et filii eius descenderunt in Aegyptum. Misique Moysen et Aaron, et percussi Aegyptum multis signis atque portentis. Eduxique vos et patres vestros de Aegypto, et venistis ad mare; persecutique sunt Aegyptii patres vestros cum curribus et equitatu usque ad mare Rubrum. Clamaverunt autem ad Dominum filii Israhel, qui posuit tenebras inter vos et Aegyptios, et adduxit super illos mare et operuit eos. Viderunt oculi vestri cuncta quae in Aegypto fecerim. Et habitastis in solitudine multo tempore. Et introduxi vos in terram Amorrei qui habitabat trans Iordanem. Cumque pugnarent contra vos, tradidi eos in manus vestras, et possedistis terram eorum atque interfecistis illos. Surrexit autem Balac filius Sephor rex Moab, et pugnavit contra Israhelem. Misitque et vocavit Balaam filium Beor ut malediceret vobis. Et ego nolui audire eum, sed e contrario benedixi vobis per illum, et liberavi vos de manu eius. Transistisque Iordanem et venistis Iericho. Pugnaveruntque contra vos viri civitatis illius, Amorreus et Ferezeus et Chananeus, Etheus et Gergeseus, Eveus et Iebuseus; et tradidi illos in manus vestras. Misique ante vos crabrones, et eieci eos de locis suis, duos reges Amorreorum, non in gladio et arcu tuo. Dedique vobis terram in qua non laborastis, et urbes quas non aedificastis ut habitaretis in eis, vineas et oliveta quae non plantastis. Nunc ergo timete Dominum et servite ei perfecto corde atque verissimo; et auferte deos quibus servierunt patres vestri in Mesopotamia Syriae et in Aegypto, ac servite Domino. Sin autem malum vobis videtur ut Domino serviatis, optio vobis datur: eligite hodie quod placet, cui servire potissimum debeatis, utrum diis quibus servierunt patres vestri in Mesopotamia, an diis Amorreorum in quorum terra habitatis. Ego autem et domus mea serviemus Domino. Responditque populus et ait: Absit a nobis ut derelinquamus Dominum et serviamus diis alienis. Dominus Deus noster ipse eduxit nos et patres nostros de terra Aegypti, de domo servitutis, fecitque videntibus nobis signa ingentia, et custodivit nos in omni via per quam ambulavimus, et in cunctis populis per quos transivimus. Et eiecit universas gentes Amorreum habitatorem terrae quam nos intravimus. Serviemus ergo Domino, quia ipse est Deus noster. Dixitque Iosue ad populum: Non poteritis servire Domino. Deus enim sanctus et fortis aemulator est, nec ignoscet sceleribus vestris atque peccatis. Si dimiseritis Dominum et servieritis diis alienis, convertet se et affliget vos atque subvertet, postquam praestiterit vobis bona. Dixitque populus ad Iosue: Nequaquam ut loqueris erit, sed serviemus Domino. Et Iosue ad populum: Testes, inquit, vos estis quia ipsi elegeritis Dominum ut serviatis ei. Responderuntque: Testes sumus. Nunc ergo, ait, auferte deos alienos de medio vestri, et inclinate corda vestra ad Dominum Deum Israhel. Dixitque populus ad Iosue: Domino Deo nostro serviemus, et oboedientes erimus praeceptis eius. Percussit ergo Iosue in die illo foedus, et proposuit populo praecepta atque iudicia in Sichem. Scripsitque Iosue omnia verba haec in volumine legis Domini, et tulit lapidem grandem posuitque subter quercum quae erat in sanctuario Domini, et dixit ad omnem populum: En lapis iste erit vobis in testimonium quod audierit omnia verba Domini quae locutus est vobis, ne forte postea negare velitis et mentiri Domino Deo vestro. Dimisitque populum singulos in possessionem suam. Et post haec mortuus est Iosue filius Nun servus Domini, centum decem annorum. Sepelieruntque eum in finibus possessionis suae in Thamnathsare, quae sita est in monte Effraim a septentrionali parte montis Gaas. Servivitque Israhel Domino cunctis diebus Iosue et seniorum qui longo vixerunt tempore post Iosue, et qui noverant omnia opera Domini quae fecerat in Israhel. Ossa quoque Ioseph quae tulerant filii Israhel de Aegypto sepelierunt in Sichem, in parte agri quem emerat Iacob a filiis Emmor patris Sichem centum novellis ovibus, et fuit in possessione filiorum Ioseph. Eleazar quoque filius Aaron mortuus est, et sepelierunt eum in Gaab Fineés filii eius, quae data est ei in monte Effraim.

INCIPIT · LIBER · IVDICVM · QVI · DICITVR · SOBTHIM ·

POST MORTEM IOSVE consuluerunt filii Israhel Dominum dicentes: Quis ascendet ante nos contra Chananeum, et erit dux belli? Dixitque Dominus: Iudas ascendet. Ecce tradidi terram in manus eius. Et ait Iudas Symeoni fratri suo: Ascende mecum in sortem meam, et pugna contra Chananeum, ut et ego pergam tecum in sortem tuam. Et abiit cum eo Symeon. Ascenditque Iudas, et tradidit Dominus Chananeum ac Ferezeum

in manus eorum, et percusserunt in Bezech decem milia virorum. Inveneruntque Adonibezech in Bezech et pugnaverunt contra eum, et percusserunt Chananeum ac Ferezeum. Fugit autem Adonibezech, quem secuti comprehenderunt, caesis summitatibus manuum eius ac pedum. Dixitque Adonibezech: Septuaginta amputatis manuum ac pedum summitatibus colligebant sub mensa mea reliquias. Sicut feci, ita reddidit mihi Deus. Adduxeruntque eum in Hierusalem, et ibi mortuus est. Oppugnantes ergo filii Iuda Hierusalem ceperunt eam, et percusserunt in ore gladii, tradentes cunctam incendio civitatem. Et postea descendentes pugnaverunt contra Chananeum qui habitabat in montanis, et ad meridiem, et in campestribus. Pergensque Iudas contra Chananeum qui habitabat in Hebron, cui nomen fuit antiquitus Cariatharbe, percussit Sesai, et Ahiman, et Tholmai. Atque inde profectus abiit ad habitatores Dabir, cuius nomen vetus erat Cariathsepher, id est civitas litterarum.

Dixitque Caleb: Qui percusserit Cariathsepher et vastaverit eam, dabo ei Axam filiam meam uxorem. Cumque cepisset eam Othoniel filius Cenez frater Caleb minor, dedit ei filiam suam coniugem. Quam pergentem in itinere monuit vir suus ut peteret a patre suo agrum. Quae cum suspirasset sedens asino, dixit ei Caleb: Quid habes? At illa respondit: Da mihi benedictionem. Quia terram arentem dedisti mihi, da et irriguam aquis. Dedit ergo ei Caleb irriguum superius et irriguum inferius.

Filii autem Cinei cognati Mosi ascenderunt de civitate palmarum cum filiis Iuda in desertum sortis eius, quod est ad meridiem Arad, et habitaverunt cum eo. Abiit autem Iudas cum Symeone fratre suo, et percusserunt simul Chananeum qui habitabat in Sephath, et interfecerunt eum. Vocatumque est nomen urbis Horma, id est anathema. Cepitque Iudas Gazam cum finibus suis, et Ascalonem atque Accaron cum terminis suis. Fuitque Dominus cum Iuda, et montana possedit; nec potuit delere habitatores vallis, quia falcatis curribus abundabant. Dederuntque Caleb Hebron, sicut dixerat Moyses, qui delevit ex ea tres filios Enac. Iebuseum autem habitatorem Hierusalem non deleverunt filii Beniamin, habitavitque Iebuseus cum filiis Beniamin in Hierusalem usque in praesentem diem. Domus quoque Ioseph ascendit in Bethel, fuitque Dominus cum eis. Nam cum obsiderent urbem quae prius Luza vocabatur, viderunt hominem egredientem de civitate, dixeruntque ad eum: Ostende nobis introitum civitatis, et faciemus tecum misericordiam. Qui cum ostendisset eis, percusserunt urbem in ore gladii; hominem autem illum et omnem cognationem eius dimiserunt. Qui dimissus abiit in terram Etthim, et aedificavit ibi civitatem, vocavitque eam Luzam, quae ita appellatur usque in praesentem diem.

Manasses quoque non delevit Bethsan et Thanac cum viculis suis, et habitatores Dor et Ieblaam et Mageddo cum viculis suis; coepitque Chananeus habitare cum eis. Postquam autem confortatus est Israhel, fecit eos tributarios, et delere noluit. Ephraim etiam non interfecit Chananeum qui habitabat in Gazer, sed habitavit cum eo. Zabulon non delevit habitatores Cetron et Naalon, sed habitavit Chananeus in medio eius, factusque est ei tributarius. Aser quoque non delevit habitatores Accho et Sydonis, Alab et Achazib et Alba et Afec et Roob, habitavitque in medio Chananei habitatoris illius terrae, nec interfecit eum. Nepthalim quoque non delevit habitatores Bethsames et Bethanath, et habitavit inter Chananeum habitatorem terrae, fueruntque ei Bethsamitae et Bethanitae tributarii. Artavitque Amorreus filios Dan in monte, nec dedit eis locum ut ad planiora descenderent. Habitavitque in monte Hares, quod interpretatur testaceo, in Ahialon et Salebim. Et aggravata est manus domus Ioseph, factusque est ei tributarius. Fuit autem terminus Amorrei ab ascensu Scorpionis Petra et superiora loca. Ascenditque angelus Domini de Galgalis ad locum flentium, et ait: Eduxi vos de Aegypto et introduxi in terram pro qua iuravi patribus vestris, et pollicitus sum ut non facerem irritum pactum meum vobiscum in sempiternum; ita dumtaxat ut non feriretis foedus cum habitatoribus terrae huius, et aras eorum subverteretis, et noluistis audire vocem meam. Cur hoc fecistis? Quam ob rem nolui delere eos a facie vestra, ut habeatis hostes, et dii eorum sint vobis in ruinam.

Cumque loqueretur angelus Domini omnia verba haec ad omnes filios Israhel, elevaverunt vocem suam et fleverunt, et vocatum est nomen loci illius Flentium sive Lacrimarum, immolaveruntque ibi hostias Domino. Dimisit ergo Iosue populum, et abierunt filii Israhel unusquisque in possessionem suam ut obtinerent eam. Servieruntque Domino cunctis diebus eius et seniorum qui longo post eum vixerunt tempore, et noverant omnia opera Domini quae fecerat cum Israhel. Mortuus est autem Iosue filius Nun famulus Domini centum et decem annorum, et sepelierunt eum in finibus possessionis suae in Thamnathsare in monte Ephraim, a septentrionali plaga montis Gaas. Omnisque illa generatio congregata est ad patres suos. Et surrexerunt alii qui non noverant Dominum et opera quae fecerat cum Israhel. Feceruntque filii Israhel malum in conspectu Domini, et servierunt Baalim, ac dimiserunt Dominum Deum patrum suorum qui eduxerat eos de terra Aegypti, et secuti sunt deos alienos, deosque populorum qui habitabant in circuitu eorum, et adoraverunt eos, et ad iracundiam concitaverunt Dominum, dimittentes eum, et servientes Baal et Astaroth. Iratusque Dominus contra Israhel tradidit eos in manus diripientium, qui ceperunt eos et vendiderunt hostibus qui habitabant per gyrum; nec potuerunt resistere adversariis suis, sed quocumque pergere voluissent, manus Domini erat super eos, sicut locutus est et iuravit eis, et vehementer afflicti sunt. Suscitavitque Dominus iudices, qui liberarent eos de vastantium manibus, sed nec eos audire voluerunt, fornicantes cum diis alienis et adorantes eos. Cito deseruerunt viam per quam ingressi fuerant patres eorum, et audientes mandata Domini omnia fecere contraria. Cumque Dominus iudices suscitaret, in diebus eorum flectebatur misericordia, et audiebat afflictorum gemitus, et liberabat eos de caede vastantium.

Postquam autem mortuus esset iudex, revertebantur et multo maiora faciebant quam fecerant patres eorum, sequentes deos alienos, et servientes eis, et adorantes illos. Non dimiserunt adinventiones suas et viam durissimam per quam ambulare consueverant. Iratusque est furor Domini in Israhel, et ait: Quia irritum fecit gens ista pactum meum quod pepigeram cum patribus eorum, et vocem meam audire contempsit, et ego non delebo gentes quas dimisit Iosue et mortuus est, ut in ipsis experiar Israhel, utrum custodiant viam Domini et ambulent in ea, sicut custodierunt patres eorum an non. Dimisit ergo Dominus omnes has nationes et cito subvertere noluit, nec tradidit in manus Iosue.

Hae sunt gentes quas Dominus dereliquit ut erudiret in eis Israhelem, et omnes qui non noverant bella Chananeorum, et postea discerent filii eorum certare cum hostibus et habere consuetudinem proeliandi. Quinque satrapas Philisthinorum omnemque Chananeum et Sydonium atque Eveum qui habitabat in monte Lybano, de monte Baal Hermon usque ad introitum Emath. Dimisitque eos ut in ipsis experiretur Israhelem, utrum audiret mandata Domini quae praeceperat patribus eorum per manum Moysi an non. Itaque filii Israhel habitaverunt in medio Chananei, et Ethei, et Amorrei, et Ferezei, et Evei, et Iebusei, et duxerunt filias eorum uxores, ipsique filias suas eorum filiis tradiderunt, et servierunt diis eorum. Feceruntque malum in conspectu Domini, et obliti sunt Dei sui, servientes Baalim et Astaroth. Iratusque Dominus contra Israhel tradidit eos in manus Chusanrasathaim regis Mesopotamiae, servieruntque ei octo annis. Et clamaverunt ad Dominum, qui suscitavit eis salvatorem et liberavit eos, Othoniel filium Cenez fratrem Caleb minorem. Fuitque in eo spiritus Domini, et iudicavit Israhel. Egressusque est ad pugnam, et tradidit Dominus in manus eius Chusanrasathaim regem Syriae, et oppressit eum. Quievitque terra quadraginta annis, et mortuus est Othoniel filius Cenez.

Addiderunt autem filii Israhel facere malum in conspectu Domini; qui confortavit adversum eos Eglon regem Moab, quia fecerunt malum in conspectu Domini. Et copulavit ei filios Ammon et Amalech, abiitque et percussit Israhel, atque possedit urbem Palmarum. Servieruntque filii Israhel Eglon regi Moab decem et octo annis. Et postea clamaverunt ad Dominum, qui suscitavit eis salvatorem vocabulo Aod, filium Gera, filii Iemini, qui utraque manu utebatur pro dextera. Miseruntque filii Israhel per illum munera Eglon regi Moab. Qui fecit sibi gladium ancipitem, habentem in medio capulum longitudinis palmae manus, et accinctus est eo subter sagum in dextro femore. Obtulitque munera Eglon regi Moab. Erat autem Eglon crassus nimis. Cumque obtulisset ei munera, prosecutus est socios qui cum eo venerant. Et reversus de Galgalis ubi erant idola, dixit ad regem: Verbum secretum habeo ad te, o rex. Et ille imperavit silentium. Egressisque omnibus qui circa eum erant, ingressus est Aod ad eum. Sedebat autem in aestivo cenaculo solus. Dixitque: Verbum Dei habeo ad te. Qui statim surrexit de throno. Extenditque Aod manum sinistram, et tulit sicam de dextro femore suo, infixitque eam in ventre eius tam valide ut capulum ferrum sequeretur in vulnere, ac pinguissimo adipe stringeretur. Nec eduxit gladium, sed ita ut percusserat reliquit in corpore. Statimque per secreta naturae alvi stercora proruperunt. Aod autem clausis diligentissime ostiis cenaculi et obfirmatis sera, per posticum egressus est. Servique regis ingressi viderunt clausas fores cenaculi, atque dixerunt: Forsitan purgat alvum in aestivo cubiculo. Expectantesque diu donec erubescerent, et videntes quod nullus aperiret, tulerunt clavem, et aperientes invenerunt dominum suum iacentem in terra mortuum. Aod autem dum illi turbarentur effugit, et pertransiit locum idolorum unde reversus fuerat, venitque in Seirath. Et statim insonuit bucina in monte Ephraim. Descenderuntque cum eo filii Israhel, ipso in fronte gradiente. Qui dixit ad eos: Sequimini me; tradidit enim Dominus inimicos nostros Moabitas in manus nostras. Descenderuntque post eum, et occupaverunt vada Iordanis quae transmittunt in Moab, et non dimiserunt transire quemquam. Sed percusserunt Moabitas in tempore illo, circiter decem milia, omnes robustos et fortes viros; nullus eorum evadere potuit. Humiliatusque est Moab die illo sub manu Israhel, et quievit terra octoginta annis.

Post hunc fuit Samgar filius Anath, qui percussit de Philisthim sexcentos viros vomere, et ipse quoque defendit Israhel. Addideruntque filii Israhel facere malum in conspectu Domini post mortem Aod. Et tradidit eos Dominus in manus Iabin regis Chanaan, qui regnavit in Asor; habuitque ducem exercitus sui nomine Sysaram, ipse autem habitabat in Aroseth gentium. Clamaveruntque filii Israhel ad Dominum; nongentos enim habebat falcatos currus, et per viginti annos vehementer oppresserat eos. Erat autem Debbora prophetis uxor Lapidoth quae iudicabat populum in illo tempore. Et sedebat sub palma quae nomine illius vocabatur, inter Rama et Bethel in monte Ephraim. Ascendebantque ad eam filii Israhel in omne iudicium. Quae misit et vocavit Barach filium Abinoem de Cedes Nepthalim, dixitque ad eum: Praecepit tibi Dominus Deus Israhel: Vade et duc exercitum in montem Thabor, tollesque tecum decem milia pugnatorum de filiis Nepthalim et de filiis Zabulon. Ego autem adducam ad te in loco torrentis Cyson Sysaram principem exercitus Iabin, et currus eius, atque omnem multitudinem, et tradam eos in manu tua. Dixitque ad eam Barach: Si venis mecum, vadam; si nolueris venire mecum, non pergam. Quae dixit ad eum: Ibo quidem tecum, sed in hac vice tibi victoria non reputabitur, quia in manu mulieris tradetur Sysara.

Surrexit itaque Debbora et perrexit cum Barach in Cedes. Qui accitis Zabulon et Nepthalim, ascendit cum decem milibus pugnatorum, habens Debboram in comitatu suo. Aber autem Cineus recesserat quondam a ceteris Cineis fratribus suis filiis Obab cognati Moysi, et tetenderat tabernacula usque ad vallem quae vocatur Sennim, et erat iuxta Cedes. Nuntiatumque est Sysarae quod ascendisset Barach filius Abinoem in montem Thabor. Et congregavit nongentos falcatos currus omnemque exercitum de Aroseth gentium ad torrentem Cyson. Dixitque Debbora ad Barach: Surge, haec est enim dies in qua tradidit Dominus Sysaram in manus tuas; en ipse ductor tuus est. Descendit itaque Barach de monte Thabor, et decem milia pugnatorum cum eo. Perterruitque Dominus Sysaram et omnes currus eius, universamque multitudinem in ore gladii ad conspectum Barach, in tantum ut Sysara de curru desiliens pedibus fugeret. Et Barach persequeretur fugientes currus et exercitum usque ad Aroseth gentium, et omnis hostium multitudo usque ad internicionem caderet. Sysara autem fugiens pervenit ad tentorium Iahel uxoris Aber Cinei; erat enim pax inter Iabin regem Asor et domum Aber Cinei. Egressa igitur Iahel in occursum Sysarae dixit ad eum: Intra ad me, domine mi, intra, ne timeas. Qui ingressus tabernaculum eius et opertus ab ea pallio dixit ad eam: Da mihi, obsecro, paululum aquae, quia sitio. Quae aperuit utrem lactis, et dedit ei bibere, et operuit illum. Dixitque Sysara ad eam: Sta ante ostium tabernaculi, et cum venerit aliquis interrogans te et dicens: Numquid hic est aliquis? respondebis: Nullus est hic. Tulit itaque Iahel uxor Aber clavum tabernaculi, assumens pariter et malleum. Et ingressa abscondite et cum silentio posuit supra tympus capitis eius clavum percussitque

malleo. defixit in cerebrum usq; ad terram. Qui sopore morti so
cians defecit & mortuus est. Et ecce barach sequens sysaram ueni
ebat. Egressaq; iahel in occursum ei. dixit ei. Veni & ostendam tibi
uirum quem queris. Qui cum intrasset ad eam. uidit sysaram ia
centem mortuum. & clauum infixum in tympore eius. Humili
auit ergo ds in die illo iabin regem chanaan coram filiis israhel.
Qui crescebant cotidie & forti manu opprimebant iabin re
gem chanaan donec delerent eum.
ecineruntq; debbora & barach filius abinoem in illo die dicentes.
Qui sponte obtulistis de isrl animas uestras ad periculum benedi
cite domino. Audite reges. auribus percipite principes. Ego sum.
ego sum qui domino canam. psallam domino. canam dō israhel.
Domine cum exires de seyr & transires per regiones edom. terra
mota est. celi ac nubes distillauerunt aquis. montes fluxerunt
a facie domini. & synai a facie domini dei isrl. In diebus sangar
filii enach. in diebus iahel quieuerunt semite. & qui ingrediebantur
per eas. ambulauerunt per calles deuios. Cessauerunt fortes in
isrl. & quieuerunt. donec surgeret debbora mater in isrl. Noua
bella elegit dominus & portas hostium ipse subuertit. Cli
peus & hasta apparuerunt in quadraginta milibus in isrl.
Cor meum diligit principes isrl. qui propria uoluntate obtuli
stis uos discrimini. benedicite domino. Qui ascenditis super
nitentes asinos. & sedetis in iudicio & ambulatis in uia loqui
mini. ubi collisi sunt currus. & hostium suffocatus est exercitus.
Ibi narrentur iusticie domini. & clementia in fortes isrl. Tunc
descendit populus domini ad portas. & obtinuit principatum. Sur
ge surge debbora. surge & loquere canticum. Surge barach
& apprehende captiuos tuos fili abinoem. Saluate sunt reliquie
populi. dominus in fortibus dimicauit. Ex effraim deleuit eos in
amalech & post eum ex beniamin in populos tuos amalech. De
machir principes descenderunt. de zabulon qui exercitum du
cerent ad bellandum. Duces ysachar fuere cum debbora & ba
rach uestigia sunt secuti. qui quasi in preceps ac baratrum se discri
mini dedit. Diuiso contra se ruben magnanimorum reperta conten
tio est. Quare habitas inter duos terminos. ut audias sibilos gre
gum. Diuiso contra se ruben magnanimorum reperta contentio est.
Galaad trans iordanem requiescebat. & dan uacabat nauibus.
Aser habitabat in litore maris. & in portubus morabatur. Zabulo
uero & neptalim obtulerunt animas suas morti in regione rome.
Venerunt reges & pugnauerunt reges chanaan in thanath
iuxta aquas mageddon. & tamen nichil tulere predantes. De ce
lo dimicatum est contra eos. stelle manentes in ordine & cursu
suo. aduersum sysaram pugnauerunt. Torrens cyson traxit
cadauera eorum. torrens cadumim torrens cyson. Conculca anima
mea robustos. Ungule equorum ceciderunt fugientibus impetu &
per preceps ruentibus fortissimis hostium. Maledicite terre meroz.
Dixit angelus domini. Maledicite habitatoribus eius. quia non
uenerunt ad auxilium domini. in adiutorium fortissimorum eius.
Benedicta inter mulieres iahel uxor aber cynei. & benedicatur in
tabernaculo suo. Aquam petenti lac dedit. & in fiala principum
obtulit butyrum. Sinistram manum misit ad clauum. & dex
tram ad fabrorum malleos. Percussit sysaram querens in capi
te locum uulneri. & tympus ualide perforans. Inter pedes eius
ruit. defecit & mortuus est. Ante pedes eius uoluebatur. &
iacebat exanimis & miserabilis. Per fenestram prospiciens
ululabat mater eius. & de cenaculo loquebatur. Cur moratur re
gredi currus eius. Quare tardauerunt pedes quadrigarum
eius. Una sapientior ceteris uxoribus eius. hec socrui sue
uerba respondit. Forsitan nunc diuidit spolia. & pulcherrima
feminarum eligitur ei. Vestes diuersorum colorum sysare traduntur in
predam. & suppellex uaria ad ornanda colla congeritur. Sic
pereant omnes inimici tui domine. qui autem diligunt te sic sol in
ortu suo splendet. ita rutilent.
Quieuitque terra xl. annos. Fecerunt autem filii isrl malum in con
spectu domini. Qui tradidit eos in manu madian vii annis.
& oppressi sunt ualde ab eis. Feceruntque sibi antra & spelun
cas in montibus. & munitissima ad repugnandum loca. Cumque
seuisset isrl. ascendebat madian & amalech. & ceteri orienta
lium nationum. & apud eos figentes tentoria sic erant in herbis
cuncta uastabant usque ad introitum gaze. Nichilque omnino ad
uitam pertinens relinquebant in isrl. non oues. non boues. non asinos.
Ipsi enim & uniuersi greges eorum ueniebant cum tabernaculis suis
& instar locustarum omnia complebant innumera multitudo
hominum & camelorum quicquid tetigerant deuastantes. Humi
liatusque est isrl ualde in conspectu madian.
Et clamauit ad dnm postulans auxilium contra madianitas. Qui
misit ad eos uirum prophetam & locutus est. Hec dicit dominus
ds isrl. Ego uos feci conscendere de egypto. & eduxi de domo
seruitutis. & liberaui de manu egyptiorum & omnium inimicorum
qui affligebant uos. eiecique eos ad introitum uestrum. & tradidi
uobis terram eorum. Et dixi. Ego dominus ds uester. ne timeatis deos a
morreorum in quorum terra habitatis. & noluistis audire uocem meam.
Venit autem angelus domini & sedit sub quercu que erat in ephra.
& pertinebat ad ioas patrem familie ezri.
Cumque gedeon filius eius excuteret atque purgaret frumenta
in torculari ut fugeret madian. apparuit ei angelus dni & ait.
Dominus tecum uirorum fortissime. Dixitque ei gedeon. Obsecro
dne. Si dominus nobiscum est. cur apprehenderunt nos hec omnia. XX.
Ubi sunt mirabilia eius que narrauerunt patres nostri atque di
xerunt. De egypto eduxit nos dns. Nunc autem dereliquit
nos. & tradidit in manibus inimici madian. Respexitque ad
eum dominus & ait. Vade in hac fortitudine tua & liberabis
isrl de manu madian. Scito quod miserim te. Qui respon
dens ait. Obsecro domine mi. in quo liberabo isrl.
Ecce familia mea infima in manasse & ego minimus in do
mo patris mei. Dixitque ei dominus. Ego ero tecum. & percuties
madian quasi unum uirum. Et ille. Si inueni inquit gratiam coram
te. da mihi signum. quod tu sis qui loqueris ad me. Ne recedas hinc
donec reuertar ad te portans sacrificium. & offerens tibi. Qui respondit.
Ego prestolabor aduentum tuum. Ingressus est itaque gedeon & coxit
hedum & de farine modio azimos panes carnesque ponens
in canistro & ius carnium mittens in ollam. tulit omnia sub quercu
& obtulit ei. Cui dixit angelus dni. Tolle carnes & panes azi
mos. & pone super petram illam. & ius desuper funde. Cumque
fecisset ita. extendit angelus dni summitatem uirge quam tenebat
in manu. & tetigit carnes & azimos panes. ascenditque ignis
de petra. & carnes azimosque consumpsit. Angelus autem dni euanuit
ex oculis eius. Uidensque gedeon quod esset angelus domini. ait. Heu
mihi domine ds. quia uidi angelum domini facie ad faciem. Dixit
ei dominus. Pax tecum. Ne timeas. non morieris. Edificauit
ergo ibi gedeon altare domino uocauitque illud dni pax. usque in pre
sentem diem.
Cum adhuc esset in ephra que est familie ezri. nocte illa dixit dns ad
eum. Tolle taurum patris tui. & alterum taurum annorum vii.
destruesque aram baal que est patris tui. & nemus quod circa aram
est succide. & edificabis altare domino deo tuo in summitate
petre huius. super quam sacrificium ante posuisti. tollesque taurum
secundum & offeres holocaustum super lignorum struem que de nemo
re succideris. Assumptis ergo gedeon decem uiris de seruis suis. fecit
sicut preceperat dominus. Timens autem domum patris sui & homines
illius ciuitatis. per diem facere noluit. sed omnia nocte compleuit.
Cumque surrexissent uiri oppidi eius mane uiderunt destructam
aram baal lucumque succisum & taurum alterum impositum super al
tare quod tunc edificatum erat. dixeruntque ad inuicem. Quis hoc fecit.
Cumque perquirerent auctorem facti dictum est. Gedeon filius ioas
fecit hec omnia. Et dixerunt ad ioas. Produc filium tuum ut mori
atur. quia destruxit aram baal. & succidit nemus. Quibus ille
respondit. Numquid ultores estis baal ut pugnetis pro eo. Qui
aduersarius eius est. moriatur antequam lux crastina ueniat. Si
deus est. uindicet se de eo qui suffodit aram eius. Ex illo die uocatus
est gedeon ierobaal eo quod dixisset ioas. ulciscatur se de eo baal
qui suffodit altare eius.
Igitur omnes madian & amalech & orientales populi congregati
sunt simul. & transeuntes iordanem castrametati sunt in ualle
iezrahel. Spiritus autem domini induit gedeon. Qui clangens bu
cina conuocauit abiezer. ut se sequeretur. Misitque nuntios
in uniuersum manassen. qui & ipse secutus est eum. Et alios nun
tios in aser & zabulon. & neptalim. qui occurrerunt ei. Dixitque
gedeon ad dnm. Si saluum facis per manum meam isrl. sicut locutus
es. Ponam uellus hoc lane in area. si ros in solo uellere fuerit
& in omni terra siccitas. sciam quod per manum meam sicut locutus es
liberabis isrl. Factumque est ita. Et de nocte consurgens expresso
uellere concam rore impleuit. Dixitque rursus ad dnm. Ne irascatur
furor tuus contra me si adhuc semel temptauero signum querens
in uellere. Oro ut solum uellus siccum sit. & omnis terra rore
madens. Fecitque dns nocte illa ut postulauerat. & fuit siccitas
in solo uellere. & ros in omni terra.
Igitur ierobaal de nocte consurgens & omnis populus cum eo uenit
ad fontem qui uocatur arath. Erant autem castra madian in ualle ad
septentrionalem plagam collis excelsi. Dixitque dns ad gedeon.
Multus tecum est populus. nec tradetur madian in manus eius. ne glorietur
contra me isrl & dicat. Meis uiribus liberatus sum. Loquere
ad populum & cunctis audientibus predica. Qui formidolosus & ti
midus est reuertatur. Recesseruntque de monte galaad. & reuersa sunt
ex populo xx. duo milia uirorum. & tantum x. milia remanserunt.
Dixitque dns ad gedeon. Adhuc populus multus est. Duc eos
ad aquas. & ibi probabo illos. Et de quo dixero tibi ut tecum uadat
ipse pergat. quem ire prohibuero reuertatur. Cumque descendisset
populus ad aquas. dixit dominus ad gedeon. Qui lingua lambuerint
aquas. sicut solent canes lambere. separabis eos seorsum. qui autem
curuatis genibus biberint. in altera parte erunt. Fuit itaque numerus
eorum qui manu ad os proicientes aquas lambuerant trecenti uiri.
omnis autem reliqua multitudo flexo poplite biberat. Et ait
dominus ad gedeon. In trecentis uiris qui lambuerunt aquas libe
rabo uos. & tradam madian in manu tua. Omnis autem reliqua
multitudo reuertatur in locum suum.
Igitur sumptis pro numero cibariis & tubis. omnem reliquam multi
tudinem abire precepit in tabernacula sua. & ipse cum trecentis
uiris se certamini dedit. Castra autem madian erant subter in ualle.
Eadem nocte dixit dominus ad eum. Surge & descende in castra.
quia tradidi eos in manu tua. Omnis autem reliqua multitudo reuer
tatur in locum suum. Sin autem solus ire formidas. descendat tecum
phara puer tuus. Et cum audieris quid loquantur. tunc confor
tabuntur manus tue. & securior ad hostium castra descendes.
Descendit ergo ipse & phara puer eius in parte castrorum. ubi erant
armatorum uigilie. Madian autem & amalech & omnes orientales
populi fusi iacebant in ualle ut locustarum multitudo. Cameli quoque in
numerabiles erant sicut arena que iacet in litore maris. Cumque
uenisset gedeon. narrabat aliquis somnium proximo suo. & in
hunc modum referebat quod uiderat. Vidi somnium. & uidebatur
mihi quasi subcinericius panis ex hordeo uolui. & in madian castra
descendere. Cumque peruenisset ad tabernaculum percussit illud atque
subuertit. & terre funditus coequauit. Respondit is cui loquebatur.
Non est hoc aliud nisi gladius gedeonis filii ioas uiri isrlite. Tra
28 didit ds in manus eius madian. & omnia castra eius. Cumque au
disset gedeon somnium & interpretationem eius adorauit. & re
uersus est ad castra isrl. & ait. Surgite. Tradidit enim dominus
in manus nostras madian castra. Diuisitque trecentos uiros in tres
partes. & dedit tubas in manibus eorum lagenasque uacuas lampa
dasque in medio lagenarum. & dixit ad eos. Quod me facere uide
ritis hoc facite. Ingrediar partem castrorum. & quod fecero sectamini.
Quando personuerit tuba in manu mea. uos quoque per castrorum circu
itum clangite. & conclamate domino & gedeoni.
Ingressusque est gedeon & trecenti uiri qui erant cum eo in partem castrorum
incipientibus uigiliis noctis medie. & custodibus suscitatis ceperunt
tubis clangere. & complodere inter se lagenas. Cumque per girum
castrorum in tribus personarent locis. & ydrias confregissent tenuerunt
sinistris manibus lampadas & dextris sonantes tubas. clama
ueruntque. Gladius domini & gedeonis. stantes singuli in loco
suo per circuitum castrorum hostilium. Omnia itaque castra turbata
sunt. & uociferantes ululantesque fugerunt. Et nichilominus insi
stebant trecenti uiri bucinis personantes. Immisitque dns gladium
in omnibus castris. & mutua se cede truncabant. fugientes usque bethse
ca & crepidinem abelmeula in tebbath. Conclamantes autem uiri isrl
de neptalim. & aser. & omnis manasse persequebantur madian. Et dedit
dns uictoriam populo isrl in die illa. Misitque gedeon nuntios in om
nem montem effraim dicens. Descendite in occursum madian & oc
cupate aquas usque ad bethbara usque iordanem. Clamauitque omnis
effraim & preoccupauit aquas usque bethbara. apprehensos duos
uiros madian oreb & zeb interfecit. oreb in petra oreb. zeb uero
interfecit in torculari zeb.
Et persecuti sunt madian. capita oreb & zeb portantes ad gedeon

trans fluenta Iordanis. Dixeruntque ad eum viri Effraim: Quid est hoc quod facere voluisti, ut non nos vocares cum ad pugnam pergeres contra Madian? iurgantes fortiter et prope vim inferentes. Quibus ille respondit: Nonne melior est racemus Effraim vindemiis Abiezer? In manus vestras tradidit dominus principes Madian Oreb et Zeb. Quid tale potui facere quale vos fecistis? Quod cum locutus fuisset, requievit spiritus eorum quo tumebant contra eum. Cumque venisset Gedeon ad Iordanem, transivit eum cum trecentis viris qui secum erant, et prae lassitudine fugientes persequi non poterant. Dixitque ad viros Socoth: Date obsecro panes populo qui mecum est, quia valde defecerunt, ut possimus persequi Zebee et Salmana reges Madian. Responderunt principes Socoth: Forsitan palmae manuum Zebee et Salmana in manu tua sunt, et ideirco postulas ut demus exercitui tuo panes. Quibus ille ait: Cum ergo tradiderit Zebee et Salmana in manus meas, conteram carnes vestras cum spinis tribulisque deserti. Et inde conscendens venit in Phanuel, locutusque est ad viros loci illius similia. Cui et illi responderunt sicut responderant viri Socoth. Dixit itaque et eis: Cum reversus fuero victor in pace, destruam turrim hanc.

Zebee autem et Salmana requiescebant cum omni exercitu suo. Quindecim enim milia viri remanserant ex omnibus turmis orientalium populorum, caesis centum viginti milibus bellatorum et educentium gladium. Ascendensque Gedeon per viam eorum qui in tabernaculis morabantur, ad orientalem partem Nobe et Iechaa, percussitque castra hostium qui securi erant et nihil adversi suspicabantur. Fugeruntque Zebee et Salmana, quos persequens Gedeon comprehendit, turbato omni exercitu eorum. Revertensque de bello ante solis ortum, apprehendit puerum de viris Socoth, interrogavitque eum nomina principum et seniorum Socoth, et descripsit septuaginta septem viros. Venitque ad Socoth et dixit eis: En Zebee et Salmana, super quibus exprobrastis mihi dicentes: Forsitan manus Zebee et Salmana in manibus tuis sunt, et ideirco postulas ut demus viris qui lassi sunt et defecerunt panes. Tulit ergo seniores civitatis et spinas deserti ac tribulos, et contrivit cum eis atque comminuit viros Socoth, turrimque Phanuel subvertit, occisis habitatoribus eius civitatis. Dixitque ad Zebee et Salmana: Quales fuerunt viri quos occidistis in Thabor? Qui responderunt: Similes tui, et unus ex eis quasi filius regis. Quibus ille ait: Fratres mei fuerunt, filii matris meae. Vivit dominus, si servassetis eos, non vos occiderem. Dixitque Iether primogenito suo: Surge et interfice eos. Qui non eduxit gladium; timebat enim, quia adhuc puer erat. Dixeruntque Zebee et Salmana: Tu surge et irrue in nos, quia iuxta aetatem robur est hominis. Surrexit Gedeon et interfecit Zebee et Salmana, et tulit ornamenta ac bullas quibus colla regalium camelorum decorari solent. Dixeruntque omnes viri Israhel ad Gedeon: Dominare nostri tu et filius tuus et filius filii tui, quia liberasti nos de manu Madian. Quibus ille ait: Non dominabor vestri, nec dominabitur in vos filius meus, sed dominabitur dominus. Dixitque ad eos: Unam petitionem postulo a vobis: date mihi inaures ex preda vestra. Inaures enim aureas Madianitae habere consueverant. Qui responderunt: Libentissime dabimus.

Expandentesque super terram pallium, proiecerunt in eo inaures de preda. Et fuit pondus postulatarum inaurium mille septingenti auri sicli, absque ornamentis et monilibus et veste purpurea quibus Madian reges uti soliti erant, et praeter torques aureas camelorum. Fecitque ex eo Gedeon ephod, et posuit illud in civitate sua Ephra. Fornicatusque est omnis Israhel in eo, et factum est Gedeoni et omni domui eius in ruinam. Humiliatus est autem Madian coram filiis Israhel, nec potuerunt ultra elevare cervices, sed quievit terra per quadraginta annos quibus praefuit Gedeon.

Abiit itaque Ierobaal filius Ioas et habitavit in domo sua. Habuitque septuaginta filios qui egressi sunt de femore eius, eo quod plures haberet uxores. Concubina autem illius quam habebat in Sichem genuit ei filium nomine Abimelech. Mortuus est Gedeon filius Ioas in senectute bona, et sepultus in sepulchro Ioas patris sui in Ephra de familia Ezri. Postquam autem mortuus est Gedeon, aversi sunt filii Israhel et fornicati sunt cum Baalim. Percusseruntque cum Baal foedus, ut esset eis in deum, nec recordati sunt domini dei sui qui eruit eos de manibus omnium inimicorum suorum per circuitum, nec fecerunt misericordiam cum domo Ierobaal, id est Gedeon, iuxta omnia bona quae fecerat Israheli.

Abiit autem Abimelech filius Ierobaal in Sichem ad fratres matris suae, et locutus est ad eos et ad omnem cognationem domus matris suae dicens: Loquimini ad omnes viros Sichem: Quid vobis est melius, ut dominentur vobis septuaginta viri omnes filii Ierobaal, an ut dominetur vobis unus vir? Simulque considerate, quia os vestrum et caro vestra sum. Locutique sunt fratres matris eius de eo ad omnes viros Sichem universos sermones istos, et inclinaverunt cor post Abimelech dicentes: Frater noster est. Dederuntque illi septuaginta pondo argenti de fano Baal Berith. Qui conduxit sibi viros inopes et vagos, secutique sunt eum. Et venit in domum patris sui Ephra, et occidit fratres suos filios Ierobaal septuaginta viros super lapidem unum. Remansitque Ionathan filius Ierobaal minimus, et absconditus est.

Congregati sunt autem omnes viri Sichem et universae familiae urbis Mello, abieruntque et constituerunt regem Abimelech iuxta quercum quae stabat in Sichem. Quod cum nuntiatum esset ad Ionathan, ivit et stetit in vertice montis Garizim, elevataque voce clamavit et dixit: Audite me, viri Sichem, ita audiat vos deus. Ierunt ligna ut ungerent super se regem, dixeruntque olivae: Impera nobis. Quae respondit: Numquid possum deserere pinguedinem meam qua et dii utuntur et homines, et venire ut inter ligna promovear? Dixeruntque ligna ad arborem ficum: Veni et super nos regnum accipe. Quae respondit eis: Numquid possum deserere dulcedinem meam fructusque suavissimos, et ire ut inter cetera ligna commovear? Locuta sunt quoque ligna ad vitem: Veni et impera nobis. Quae respondit: Numquid possum deserere vinum meum quod laetificat deum et homines, et inter cetera ligna commoveri? Dixeruntque omnia ligna ad ramnum: Veni et impera nobis. Quae respondit eis: Si vere me regem vobis constituitis, venite et sub umbra mea requiescite. Si autem non vultis, egrediatur ignis de ramno et devoret cedros Libani. Nunc igitur si recte et absque peccato constituistis super vos regem Abimelech, et bene egistis cum Ierobaal et cum domo eius, et reddidistis vicem beneficiis eius, qui pugnavit pro vobis et animam suam dedit periculis ut erueret vos de manu Madian, qui nunc surrexistis contra domum patris mei et interfecistis septuaginta filios eius super unum lapidem, et constituistis regem Abimelech filium ancillae eius super habitatores Sichem, eo quod frater vester sit: si igitur recte et absque vitio egistis cum Ierobaal et domo eius, hodie laetamini in Abimelech, et ille laetabitur in vobis. Sin autem perverse, egrediatur ignis ex eo et consumat habitatores Sichem et oppidum Mello, et devoret Abimelech. Quae cum dixisset, fugit et abiit in Bera, habitavitque ibi metu Abimelech fratris sui.

Regnavit itaque Abimelech super Israhel tribus annis. Misitque dominus spiritum pessimum inter Abimelech et habitatores Sichem, qui coeperunt eum detestari, et scelus interfectionis septuaginta filiorum Ierobaal et effusionem sanguinis eorum conferre in Abimelech fratrem suum et in ceteros Sichimorum principes qui eum adiuverant. Posueruntque insidias adversum eum in summitate montium, et dum illius praestolarentur adventum, exercebant latrocinia agentes praedas de praetereuntibus; nuntiatumque est Abimelech. Venit autem Gahal filius Obeth cum fratribus suis et transivit in Sichimam. Ad cuius adventum erecti habitatores Sichem egressi sunt in agros, vastantes vineas uvasque calcantes, et factis cantantium choris ingressi sunt fanum dei sui, et inter epulas et pocula maledicebant Abimelech, clamante Gahal filio Obeth: Quis est Abimelech, et quae est Sichem, ut serviamus ei? Numquid non est filius Ierobaal, et constituit principem Zebul servum suum super viros Emmor patris Sichem? Cur ergo serviemus ei? Utinam daret aliquis populum istum sub manu mea, ut auferrem de medio Abimelech. Dictumque est Abimelech: Congrega exercitus multitudinem et veni. Zebul enim princeps civitatis, auditis sermonibus Gahal filii Obeth, iratus est valde, et misit clam ad Abimelech nuntios dicens: Ecce Gahal filius Obeth venit in Sichimam cum fratribus suis, et oppugnat adversum te civitatem. Surge itaque nocte cum populo qui tecum est, et latita in agro, et primo mane oriente sole irrue super civitatem. Illo autem egrediente adversum te cum populo suo, fac ei quod potueris. Surrexit itaque Abimelech cum omni exercitu suo nocte, et tetendit insidias iuxta Sichimam in quattuor locis. Egressusque est Gahal filius Obeth et stetit in introitu portae civitatis. Surrexit itaque Abimelech et omnis exercitus cum eo de insidiarum loco. Cumque vidisset populum Gahal, dixit ad Zebul: Ecce de montibus multitudo descendit. Cui ille respondit: Umbras montium vides quasi hominum capita, et hoc errore deciperis. Rursumque Gahal ait: Ecce populus de umbilico terrae descendit, et unus cuneus venit per viam quae respicit quercum. Cui dixit Zebul: Ubi est nunc os tuum quo loquebaris: Quis est Abimelech ut serviamus ei? Nonne iste populus est quem despiciebas? Egredere et pugna contra eum.

Abiit ergo Gahal spectante Sichimorum populo, et pugnavit contra Abimelech. Qui persecutus est fugientem, et in urbem compulit, cecideruntque ex parte eius plurimi usque ad portam civitatis. Et Abimelech sedit in Ruma. Zebul autem Gahal et socios eius expulit de urbe, nec in ea passus est commorari. Sequenti autem die egressus est populus in agrum et in campum. Quod cum nuntiatum esset Abimelech, tulit exercitum suum et divisit in tres turmas, tendens insidias in agro. Vidensque quod egrederetur populus de civitate, surrexit et irruit in eos cum cuneo suo, oppugnans et obsidens civitatem. Duae autem turmae palantes per campos adversarios persequebantur. Porro Abimelech omni illo die oppugnabat urbem, quam cepit interfectis habitatoribus eius, ipsaque destructa, ita ut sal in ea dispergeret. Quod cum audissent qui habitabant in turre Sichimorum, ingressi sunt fanum dei sui Berith, ubi foedus cum eo pepigerant, et ex eo locus nomen acceperat, qui erat valde munitus.

Abimelech quoque audiens viros turris Sichimorum pariter conglobatos, ascendit in montem Selmon cum omni populo suo, et arrepta securi praecidit ramum arboris, impositumque ferens humero dixit ad socios: Quod me videtis facere, cito facite. Igitur certatim ramos de arboribus praecidentes sequebantur ducem. Quos circumdantes praesidium succenderunt, atque ita factum est ut fumo et igne mille homines necarentur, viri pariter ac mulieres, habitatorum turris Sichem. Abimelech autem inde proficiscens venit ad oppidum Thebes, quod circumdans obsidebat exercitu. Erat autem turris excelsa in media civitate, ad quam confugerant viri civitatis simul ac mulieres et omnes principes civitatis, clausa firmissime ianua, et super turris tectum stantes per propugnacula. Accedensque Abimelech iuxta turrim pugnabat fortiter, et appropinquans ostio ignem supponere nitebatur. Et ecce una mulier fragmen molae desuper iaciens illisit capiti Abimelech, et confregit cerebrum eius. Qui vocavit cito armigerum suum, et ait ad eum: Evagina gladium tuum et percute me, ne forte dicatur quod a femina interfectus sim. Qui iussa interficiens eum complevit. Illoque mortuo omnes qui cum eo erant de Israhel reversi sunt in sedes suas. Et reddidit deus malum quod fecerat Abimelech contra patrem suum, interfectis septuaginta fratribus suis. Sichimitis quoque quod operati erant retributum est, et venit super eos maledictio Ionathan filii Ierobaal.

Post Abimelech surrexit dux in Israhel Thola filius Phua patrui Abimelech, vir de Ysachar, qui habitavit in Samyr montis Effraim, et iudicavit Israhel viginti et tribus annis. Mortuusque est ac sepultus in Samyr. Huic successit Iahir Galaadites, qui iudicavit Israhel per viginti et duos annos, habens triginta filios sedentes super triginta pullos asinarum, et principes triginta civitatum, quae ex nomine eius appellatae sunt Avothiahir, id est oppida Iahir, usque in praesentem diem. Mortuusque est Iahir ac sepultus est in loco cui vocabulum est Camon. Filii autem Israhel peccatis veteribus iungentes nova, fecerunt malum in conspectu domini, et servierunt ydolis Baalim et Astaroth, et diis Syriae ac Sydonis et Moab et filiorum Ammon et Philistiim, dimiseruntque dominum et non colebant eum. Contra quos iratus tradidit eos in manus Philistiim et filiorum Ammon. Afflictique sunt et vehementer oppressi per annos decem et octo, omnes qui habitabant trans Iordanem in terra Amorrei, quae est in Galaad, intantum ut filii Ammon Iordane transmisso vastarent Iudam et Beniamin et Effraim. Afflictusque est Israhel nimis, clamaveruntque ad dominum et dixerunt: Peccavimus tibi, quia dereliquimus et servivimus Baalim.

Quibus locutus est dominus: Numquid non Aegyptii et Amorrei, filiique Ammon et Philistiim, Sydonii quoque et Amalech et Chanaan oppresserunt vos, et clamastis ad me, et erui vos de manu eorum? Et tamen reliquistis me et coluistis deos alienos. Idcirco non addam ut ultra vos liberem. Ite et invocate deos quos elegistis, ut vos liberent in tempore angustiae. Di

xeruntque filii Israhel ad Dominum: Peccavimus tibi, redde nobis quicquid tibi placet; tantum nunc libera nos. Quae dicentes, omnia de finibus suis alienorum deorum idola proiecerunt et servierunt Domino Deo; qui doluit super miseriis eorum. Itaque filii Ammon conclamantes in Galaad fixere tentoria, contra quos congregati filii Israhel in Maspha castrametati sunt. Dixeruntque principes Galaad singuli ad proximos suos: Qui primus e nobis contra filios Ammon coeperit dimicare, erit dux populi Galaad. Fuit illo tempore Iepte Galaadites vir fortissimus atque pugnator, filius mulieris meretricis, qui natus est de Galaad. Habuit autem Galaad uxorem, de qua habebat filios; qui postquam creverant, eiecerunt Iepte dicentes: Heres in domo patris nostri esse non poteris, quia de altera matre generatus es. Quos ille fugiens atque devitans habitavit in terra Tob. Congregatique sunt ad eum viri inopes et latrocinantes, et quasi principem sequebantur.

In illis diebus pugnabant filii Israhel contra filios Ammon. Quibus acriter instantibus perrexerunt maiores natu de Galaad, ut tollerent in auxilium sui Iepte de terra Tob. Dixeruntque ad eum: Veni et esto princeps noster, et pugna contra filios Ammon. Quibus ille respondit: Nonne vos estis qui odistis me et eiecistis de domo patris mei, et nunc venistis ad me necessitate conpulsi? Dixeruntque principes Galaad ad Iepte: Ob hanc igitur causam nunc ad te venimus, ut proficiscaris nobiscum et pugnes contra filios Ammon, sisque dux omnium qui habitant in Galaad. Iepte quoque dixit eis: Si vere venistis ad me ut pugnem pro vobis contra filios Ammon, tradideritque eos Dominus in manus meas, ego ero princeps vester? Qui responderunt ei: Dominus qui haec audit, ipse mediator ac testis est quod nostra promissa faciemus. Abiit itaque Iepte cum principibus Galaad, feceruntque omnis populus principem sibi. Locutusque est Iepte omnes sermones suos coram Domino in Maspha.

Et misit nuntios ad regem filiorum Ammon, qui ex persona sua dicerent: Quid mihi et tibi est, quia venisti contra me, ut vastares terram meam? Quibus ille respondit: Quia tulit Israhel terram meam, quando ascendit de Aegypto, a finibus Arnon usque Iaboc atque Iordanem; nunc igitur cum pace redde mihi eam. Per quos rursum mandavit Iepte et imperavit eis ut dicerent regi Ammon: Haec dicit Iepte: Non tulit Israhel terram Moab, nec terram filiorum Ammon, sed quando de Aegypto descenderunt, ambulavit per solitudinem usque ad mare Rubrum, et venit in Cades. Misitque nuntios ad regem Edom, dicens: Dimitte ut transeam per terram tuam. Qui noluit adquiescere precibus eius. Misit quoque ad regem Moab, qui et ipse transitum praebere contempsit. Mansit itaque in Cades, et circuivit ex latere terram Edom et terram Moab, venitque contra orientalem plagam terrae Moab, et castrametatus est trans Arnon; nec voluit intrare terminos Moab. Arnon quippe confinium est terrae Moab. Misit itaque Israhel nuntios ad Seon regem Amorreorum, qui habitabat in Esebon, et dixerunt ei: Dimitte ut transeam per terram tuam usque ad fluvium. Qui et ipse verba Israhel despiciens non dimisit eum transire per terminos suos, sed infinita multitudine congregata egressus est contra eum in Iasa, et fortiter resistebat. Tradiditque eum Dominus in manus Israhel cum omni exercitu suo, qui percussit eum, et possedit omnem terram Amorrei habitatoris regionis illius, et universos fines eius de Arnon usque Iaboc, et de solitudine usque ad Iordanem. Dominus ergo Deus Israhel subvertit Amorreum pugnante contra illum populo suo Israhel, et tu nunc vis possidere terram eius? Nonne ea quae possedit Chamos deus tuus tibi iure debentur? Quae autem Dominus Deus noster victor obtinuit, in nostram cedent possessionem. Nisi forte melior es Balac filio Sephor rege Moab, aut docere potes quod litigaverit contra Israhel et pugnaverit contra eum, quando habitavit in Esebon et viculis eius, et in Aroer et villis illius, vel in cunctis civitatibus iuxta Iordanem per trecentos annos. Quare tanto tempore nihil super hac repetitione temptastis? Igitur non ego pecco in te, sed tu contra me male agis, indicens mihi bella non iusta. Iudicet Dominus arbiter huius diei inter Israhel et inter filios Ammon. Noluitque adquiescere rex filiorum Ammon verbis Iepte, quae per nuntios mandaverat.

Factus est ergo super Iepte spiritus Domini, et circuiens Galaad et Manasse, Maspha quoque Galaad, et inde transiens ad filios Ammon, votum vovit Domino dicens: Si tradideris filios Ammon in manus meas, quicumque primus fuerit egressus de foribus domus meae, mihique occurrerit revertenti cum pace a filiis Ammon, eum holocaustum offeram Domino. Transivitque Iepte ad filios Ammon, ut pugnaret contra eos, quos tradidit Dominus in manus eius. Percussitque ab Aroer usque dum venias in Mennith, viginti civitates, et usque ad Abel, quae est vineis consita, plaga magna nimis; humiliatique sunt filii Ammon a filiis Israhel.

Revertenti autem Iepte in Maspha domum suam, occurrit ei unigenita filia cum tympanis et choris; non enim habebat alios liberos. Qua visa scidit vestimenta sua et ait: Heu filia mi, decepisti me, et ipsa decepta es; aperui enim os meum ad Dominum, et aliud facere non potero. Cui illa respondit: Pater mi, si aperuisti os tuum ad Dominum, fac mihi quodcumque pollicitus es, concessa tibi ultione atque victoria de hostibus tuis. Dixitque ad patrem: Hoc solum mihi praesta quod deprecor: dimitte me ut duobus mensibus circumeam montes et plangam virginitatem meam cum sodalibus meis. Cui ille respondit: Vade. Et dimisit eam duobus mensibus. Cumque abisset cum sociis ac sodalibus suis, flebat virginitatem suam in montibus. Expletisque duobus mensibus, reversa est ad patrem suum, et fecit ei sicut voverat, quae ignorabat virum. Exinde mos increbuit in Israhel et consuetudo servata est, ut post anni circulum conveniant in unum filiae Israhel et plangant filiam Iepte Galaaditae diebus quattuor.

Ecce autem in Effraim orta seditio est. Nam transeuntes contra aquilonem dixerunt ad Iepte: Quare vadens ad pugnam contra filios Ammon vocare nos noluisti, ut pergeremus tecum? Igitur incendemus domum tuam. Quibus ille respondit: Disceptatio erat mihi et populo meo contra filios Ammon vehemens; vocavique vos ut mihi praeberetis auxilium, et facere noluistis. Quod cernens, posui in manibus meis animam meam, transivique ad filios Ammon, et tradidit eos Dominus in manus meas. Quid commerui, ut adversum me surgatis in proelium? Vocatis itaque ad se cunctis viris Galaad, pugnabat contra Effraim. Percusseruntque viri Galaad Effraim, quia dixerat: Fugitivus est Galaad de Effraim, et habitat in medio Effraim et Manasse. Occupaveruntque Galaaditae vada Iordanis per quae Effraim reversurus erat. Cumque venisset ad ea de Effraim numero fugiens atque dixisset: Obsecro ut me transire permittatis, dicebant ei Galaaditae: Numquid Effrateus es? Quo dicente: Non sum,

interrogabant eum: Dic ergo scebboleth, quod interpretatur spica. Quo respondente tebboleth, eadem littera spicam exprimere non valens, statimque apprehensum iugulabant in ipso Iordanis transitu. Et ceciderunt in illo tempore de Effraim xl. duo milia.

Iudicavitque Iepte Galaadites Israhel sex annis, et mortuus est ac sepultus in civitate sua Galaad. Post hunc iudicavit Israhel Abesan de Bethleem, qui habuit xxx. filios et totidem filias, quas emittens foras maritis dedit, et eiusdem numeri filiis suis accepit uxores, introducens in domum suam. Qui septem annis iudicavit Israhel, mortuusque est ac sepultus in Bethleem. Cui successit Ahilon Zabulonites x. annis, mortuusque est ac sepultus in Zabulon. Post hunc iudicavit Israhel Abdon filius Hellel Pharatonites, qui habuit xl. filios et xxx. ex eis nepotes, ascendentes super lxx. pullos asinarum, et iudicavit Israhel octo annis, mortuusque est ac sepultus in Pharaton terrae Effraim in monte Amalech.

Rursumque filii Israhel fecerunt malum in conspectu Domini, qui tradidit eos in manus Philistinorum quadraginta annis.

DE SAMSONE :

ERAT AUTEM VIR quidam de Saraa et de stirpe Dan, nomine Manue, habens uxorem sterilem. Cui apparuit angelus Domini et dixit ad eam: Sterilis es et absque liberis, sed concipies et paries filium. Cave ergo ne vinum bibas ac siceram, ne inmundum quicquam comedas, quia concipies et paries filium, cuius non tanget caput novacula. Erit enim nazareus Domini ab infantia sua et ex matris utero, et ipse incipiet liberare Israhel de manu Philistinorum. Quae cum venisset ad maritum, dixit ei: Vir Dei venit ad me, habens vultum angelicum, terribilis nimis. Quem cum interrogassem quis esset et unde venisset et quo nomine vocaretur, noluit mihi dicere, sed hoc respondit: Ecce concipies et paries filium; cave ne vinum bibas nec siceram, et ne aliquo vescaris inmundo. Erit enim nazareus puer ab infantia sua, ex utero matris usque ad diem mortis suae. Oravit itaque Manue Dominum et ait: Obsecro, Domine, ut vir Dei quem misisti veniat iterum, et doceat nos quid debeamus facere de puero qui nasciturus est.

Exaudivitque Dominus precantem Manue, et apparuit rursum angelus Domini uxori eius sedenti in agro. Manue autem maritus eius non erat cum ea. Quae cum vidisset angelum, festinavit et cucurrit ad virum suum, nuntiavitque ei dicens: Ecce apparuit mihi vir quem ante videram. Qui surrexit et secutus est uxorem suam, veniensque ad virum dixit ei: Tu es qui locutus es mulieri? Et ille respondit: Ego sum. Cui Manue: Quando, inquit, sermo tuus fuerit expletus, quid vis ut faciat puer? Aut a quo se observare debebit? Dixitque angelus Domini ad Manue: Ab omnibus quae locutus sum uxori tuae abstineat se, et quicquid ex vinea nascitur non comedat; vinum et siceram non bibat, nullo vescatur inmundo, et quod ei praecepi impleat atque custodiat. Dixitque Manue ad angelum Domini: Obsecro te ut adquiescas precibus meis, et faciamus tibi hedum de capris. Cui respondit angelus Domini: Si me cogis, non comedam panes tuos; sin autem vis holocaustum facere, offer illud Domino. Et nesciebat Manue quod angelus Domini esset. Dixitque ad eum: Quod est nomen tibi, ut, si sermo tuus fuerit expletus, honoremus te? Cui ille respondit: Cur quaeris nomen meum, quod est mirabile?

Tulit itaque Manue hedum de capris et libamenta, et posuit supra petram, offerens Domino qui facit mirabilia. Ipse autem et uxor eius intuebantur. Cumque ascenderet flamma altaris in caelum, angelus Domini in flamma pariter ascendit. Quod cum vidissent Manue et uxor eius, proni ceciderunt in terram, et ultra non eis apparuit angelus Domini. Statimque intellexit Manue angelum esse Domini, et dixit ad uxorem suam: Morte moriemur, quia vidimus Deum. Cui respondit mulier: Si Dominus nos vellet occidere, de manibus nostris holocausta et libamenta non suscepisset, nec ostendisset nobis haec omnia, neque ea quae sunt futura dixisset. Peperit itaque filium et vocavit nomen eius Samson. Crevitque puer, et benedixit ei Dominus. Coepitque Spiritus Domini esse cum eo in castris Dan inter Saraa et Esthaol.

Descendit ergo Samson in Thamnatha, vidensque ibi mulierem de filiabus Philistiim, ascendit et nuntiavit patri suo et matri dicens: Vidi mulierem in Thamnatha de filiabus Philistinorum, quam quaeso ut mihi accipiatis uxorem. Cui dixerunt pater et mater sua: Numquid non est mulier in filiabus fratrum tuorum et in omni populo meo, quia vis accipere uxorem de Philistiim, qui incircumcisi sunt? Dixitque Samson ad patrem suum: Hanc mihi accipe, quia placuit oculis meis.

39\. Parentes autem eius nesciebant quod res a Domino fieret et quaereret occasionem contra Philistiim. Eo enim tempore Philistiim dominabantur Israheli. Descendit itaque Samson cum patre suo et matre in Thamnatha. Cumque venissent ad vineas oppidi, apparuit catulus leonis saevus rugiens et occurrit ei. Irruit autem Spiritus Domini in Samson, et dilaceravit leonem quasi hedum in frusta discerpens, nihil omnino habens in manu; et hoc patri et matri noluit indicare. Descenditque et locutus est mulieri quae placuerat oculis eius.

Et post aliquot dies revertens ut acciperet eam, declinavit ut videret cadaver leonis, et ecce examen apum in ore leonis erat ac favus mellis. Quem cum sumpsisset in manibus, comedebat in via, veniensque ad patrem suum et matrem dedit eis partem, qui et ipsi comederunt; nec tamen voluit indicare quod mel de corpore leonis assumpserat. Descendit itaque pater eius ad mulierem, et fecit filio suo Samson convivium; sic enim iuvenes facere consueverant. Cum ergo cives loci illius vidissent eum, dederunt ei sodales triginta, qui essent cum eo. Quibus locutus est Samson: Proponam vobis problema, quod si solveritis mihi, dabo vobis triginta sindones et totidem tunicas; sin autem non potueritis solvere, vos dabitis mihi triginta sindones et eiusdem numeri tunicas. Qui responderunt ei: Propone problema, ut audiamus. Dixitque eis: De comedente exivit cibus, et de forte egressa est dulcedo. Nec potuerunt per tres dies propositionem solvere. Cumque adesset dies septimus, dixerunt ad uxorem Samson: Blandire viro tuo, et suade ei ut indicet tibi quid significet problema; quod si facere nolueris, incendemus te et domum patris tui. An idcirco nos vocastis ad nuptias, ut spoliaretis? Quae fundebat

apud samson lacrimas et querebatur dicens: Odisti me et non diligis. idcirco problema quod proposuisti filiis populi mei non vis mihi exponere. At ille respondit: Patri meo et matri nolui dicere, et tibi indicare potero? Septem igitur diebus convivii flebat apud eum. tandemque die septimo cum ei molesta esset exposuit. Quae statim indicavit civibus suis. Et illi dixerunt ei die septimo ante solis occubitum: Quid dulcius melle? et quid leone fortius? Qui ait ad eos: Si non arassetis in vitula mea, non invenissetis propositionem meam.

Irruit itaque in eo tempore spiritus domini in samson, descenditque ascalonem et percussit ibi XXX viros, quorum ablatas vestes dedit his qui problema solverant. Iratusque nimis ascendit in domum patris sui. uxor autem eius accepit maritum unum de amicis suis et pronubis. Post aliquantum temporis cum dies triticeae messis instarent, venit samson invisere volens uxorem suam, et attulit ei hedum de capris. Cumque cubiculum eius solito more vellet intrare, prohibuit eum pater illius dicens: Putavi quod odisses eam, et ideo tradidi eam amico tuo. Sed habet sororem quae iunior et pulchrior illa est, sit tibi pro ea uxor. Respondit samson: Ab hac die non erit culpa in me contra philisteos. faciam enim vobis mala. Perrexitque et cepit trecentas vulpes, caudasque earum iunxit ad caudas, et faces ligavit in medio. Quas igne succendit, et dimisit ut huc illucque discurrerent. Quae statim perrexerunt in segetes philistinorum. Quibus succensis et comportatae iam fruges et adhuc stantes in stipula concrematae sunt, in tantum ut vineas quoque et oliveta flamma consumeret. Dixeruntque philistiim: Quis fecit hanc rem? Quibus dictum est: Samson gener thamnathei, quia tulit uxorem eius et alteri tradidit, haec operatus est. Ascenderuntque philistiim et combusserunt tam mulierem quam patrem eius. Quibus ait samson: Licet haec feceritis, tamen expetam vobis ultionem, et tunc quiescam. Percussitque eos ingenti plaga, ita ut stupentes suram femori imponerent. Et descendens habitavit in spelunca petrae etham.

Igitur ascendentes philistiim in terram iuda castrametati sunt in loco qui postea vocatus est lehi, id est maxilla, ubi eorum effusus est exercitus. Dixeruntque ad eos de tribu iuda: Cur ascendistis adversum nos? Qui responderunt: Ut ligemus samsonem venimus, et reddamus ei quae in nos operatus est. Descenderunt ergo tria milia virorum de iuda ad specum silicis etham, dixeruntque ad samson: Nescis quod philistiim imperent nobis? Quare hoc facere voluisti? Quibus ille ait: Sicut fecerunt mihi, feci eis. Ligare inquiunt te venimus, et tradere in manus philistinorum. Quibus respondit samson: Iurate et spondete mihi quod non me occidatis. Dixerunt: Non te occidemus, sed vinctum trademus. Ligaveruntque eum duobus novis funibus, et tulerunt eum de petra etham. Qui cum venisset ad locum maxillae, et philistiim vociferantes occurrissent ei, irruit spiritus domini in samson, et sicut solent ad odorem ignis lina consumi, ita vincula quibus ligatus erat dissipata sunt et soluta. Inventamque maxillam, id est mandibulam asini quae iacebat, arripiens interfecit in ea mille viros, et ait: In maxilla asini, in mandibula pulli asinarum delevi eos, et percussi mille viros. Cumque haec canens verba complesset, proiecit mandibulam de manu, et vocavit nomen loci illius ramath lehi, quod interpretatur elevatio maxillae. Sitiensque valde, clamavit ad dominum et ait: Tu dedisti in manu servi tui salutem hanc maximam atque victoriam. en siti morior, incidamque in manus incircumcisorum. Aperuitque dominus molarem dentem in maxilla asini, et egressae sunt ex ea aquae. quibus haustis refocillavit spiritum et vires recepit. Idcirco appellatum est nomen loci illius fons invocantis de maxilla usque in praesentem diem. Iudicavitque israhel in diebus philistiim XX annis.

Abiit quoque in gazam, et vidit ibi mulierem meretricem, ingressusque est ad eam. Quod cum audissent philistiim et percrebruisset apud eos intrasse urbem samson, circumdederunt eum positis in porta civitatis custodibus, et ibi tota nocte cum silentio praestolantes ut facto mane exeuntem occiderent. Dormivit autem samson usque ad medium noctis, et inde consurgens apprehendit ambas portae fores cum postibus suis et sera, impositasque humeris suis portavit ad verticem montis qui respicit hebron.

Post haec amavit mulierem quae habitabat in valle sorech, et vocabatur dalila. Veneruntque ad eam principes philistinorum atque dixerunt: Decipe eum, et disce ab illo in quo tantam habeat fortitudinem, et quomodo eum superare valeamus, et vinctum affligere. Quod si feceris, dabimus tibi singuli mille centum argenteos. Locuta est ergo dalila ad samson: Dic mihi obsecro in quo sit tua maxima fortitudo, et quid sit quo ligatus erumpere nequeas. Cui respondit samson: Si septem nerviceis funibus necdum siccis et adhuc humentibus ligatus fuero, infirmus ero ut ceteri homines. Attuleruntque ad eam satrapae philistinorum septem funes ut dixerat, quibus vinxit eum, latentibus apud se insidiis et in cubiculo finem rei expectantibus. clamavitque ad eum: Philistiim super te samson. Qui rupit vincula quomodo si rumpat quis filum stuppae tortum in putamine cum odorem ignis acceperit. et non est cognitum in quo esset fortitudo eius. Dixitque ad eum dalila: Ecce illusisti mihi et falsum locutus es. Saltem nunc indica quo ligari debeas. Cui ille respondit: Si ligatus fuero novis funibus qui numquam fuerunt in opere, infirmus ero et aliorum hominum similis. Quibus rursum dalila vinxit eum, et clamavit: Philistiim super te samson, in cubiculo insidiis praeparatis. Qui ita rupit vincula quasi fila telarum. Dixitque dalila rursum ad eum: Usquequo decipis me et falsum loqueris? Ostende quo vinciri debeas. Cui ille: Si inquit septem crines capitis mei cum licio plexueris, et clavum his circumligatum terrae fixeris, infirmus ero. Quod cum fecisset dalila, dixit ad eum: Philistiim super te samson. Qui consurgens de somno extraxit clavum cum crinibus et licio. Dixitque ad eum dalila: Quomodo dicis quod amas me, cum animus tuus non sit mecum? Per tres vices mentitus es mihi, et noluisti dicere in quo sit maxima fortitudo tua. Cumque molesta esset ei et per multos dies iugiter adhaereret, spatium ad quietem non tribuens, defecit anima eius et ad mortem usque lassata est.

Tunc aperiens veritatem rei dixit ad eam: Ferrum numquam ascendit super caput meum, quia nazareus id est consecratus deo sum de utero matris meae. Si rasum fuerit caput meum, recedet a me fortitudo mea, et deficiam, eroque sicut ceteri homines. Videns illa quod confessus ei esset omnem animum suum, misit ad principes philistinorum ac mandavit: Ascendite adhuc semel, quia nunc mihi aperuit cor suum. Qui ascenderunt assumpta pecunia quam promiserant. At illa dormire fecit eum super genua sua, et in sinu suo reclinare caput. Vocavitque tonsorem et rasit septem crines eius, et coepit abicere eum et a se repellere. Statim enim ab eo fortitudo discessit. Dixitque: Philistiim super te samson. Qui de somno consurgens dixit in animo suo: Egrediar sicut ante feci et me excutiam, nesciens quod dominus recessisset ab eo. Quem cum apprehendissent philistiim, statim eruerunt oculos eius, et duxerunt in gazam vinctum catenis, et clausum in carcere molere fecerunt.

Iamque capilli eius renasci coeperant, et principes philistinorum convenerunt in unum ut immolarent hostias magnificas dagon deo suo, et epularentur dicentes: Tradidit deus noster inimicum nostrum samsonem in manus nostras. Quod etiam populus videns laudabat deum suum, eademque dicebat: Tradidit deus noster in manus nostras inimicum nostrum, qui delevit terram nostram et occidit plurimos. Laetantesque per convivia sumptis iam epulis praeceperunt ut vocaretur samson et ante eos luderet. Qui adductus de carcere ludebat ante eos. Feceruntque eum stare inter duas columnas. Qui dixit puero regenti gressus suos: Dimitte me ut tangam columnas quibus omnis imminet domus, et recliner super eas, et paululum requiescam. Domus autem plena erat virorum ac mulierum, et erant ibi omnes principes philistinorum, ac de tecto et solario circiter tria milia utriusque sexus spectabant ludentem samson. At ille invocato domino ait: Domine deus memento mei, et redde mihi nunc pristinam fortitudinem deus meus, ut ulciscar me de hostibus meis, et pro amissione duorum luminum unam ultionem recipiam. Et apprehendens ambas columnas quibus innitebatur domus, alteram laeva tenens et alteram dextera, ait: Moriatur anima mea cum philistiim. Concussisque fortiter columnis cecidit domus super omnes principes et ceteram multitudinem quae ibi erat. multoque plures interfecit moriens quam ante vivus occiderat. Descendentes autem fratres eius et universa cognatio eius tulerunt corpus eius et sepelierunt inter saraa et esthaol in sepulchro patris sui manue. Iudicavitque israhel viginti annis.

Fuit eo tempore vir quidam de monte ephraim, nomine michas. Qui dixit matri suae: Mille centum argenteos quos separaveras tibi, et super quibus me audiente iuraveras, ecce ego habeo et apud me sunt. Cui illa respondit: Benedictus filius meus domino. Reddidit ergo eos matri suae, quae dixerat ei: Consecravi et vovi argentum hoc domino, ut de manu mea suscipiat filius meus et faciat sculptile atque conflatile. et nunc trado illud tibi. Reddidit ergo eos matri suae. Quae tulit ducentos argenteos et dedit eos argentario ut faceret ex eis sculptile atque conflatile, quod fuit in domo michae. Qui aediculam quoque in ea deo separavit, et fecit ephod ac theraphim, id est vestem sacerdotalem et ydola, implevitque unius filiorum suorum manum, et factus est ei sacerdos.

In diebus illis non erat rex in israhel, sed unusquisque quod sibi rectum videbatur hoc faciebat. Fuit quoque alter adulescens de bethleem iuda, ex cognatione eius, eratque ipse levites et habitabat ibi. Egressusque de civitate bethleem peregrinari voluit ubicumque sibi commodum repperisset. Cumque venisset in montem ephraim iter faciens et declinasset parumper in domo michae, interrogatus est ab eo unde venis. Qui respondit: Levita sum de bethleem iuda, et vado ut habitem ubi potuero et utile mihi esse perspexero. Dixitque michas: Mane apud me, et esto mihi parens ac sacerdos, daboque tibi per annos singulos decem argenteos ac vestem duplicem et quae ad victum necessaria sunt. Acquievit et mansit apud hominem, fuitque illi quasi unus de filiis. Implevitque michas manum eius, et habuit puerum sacerdotem apud se. Nunc scio dicens quod bene mihi faciet deus habenti levitici generis sacerdotem.

In diebus illis non erat rex in israhel, et tribus dan quaerebat possessionem sibi ut habitaret in ea. Usque ad illum enim diem inter ceteras tribus sortem non acceperat. Miserunt ergo filii dan stirpis et familiae suae quinque viros fortissimos de saraa et esthaol, ut explorarent terram et diligenter inspicerent. dixeruntque eis: Ite et considerate terram. Qui cum pergentes venissent in montem ephraim et intrassent domum michae, requieverunt ibi, et agnoscentes vocem adulescentis levitae, utentesque illius diversorio, dixerunt ad eum: Quis te huc adduxit? quid hic agis? quam ob causam huc venire voluisti? Qui respondit eis: Haec et haec praestitit mihi michas, et me mercede conduxit ut sim ei sacerdos. Rogaveruntque eum ut consuleret dominum, et scire possent an prospero itinere pergerent, et res haberet effectum. Qui respondit eis: Ite cum pace. dominus respicit viam vestram et iter quo pergitis. Euntes itaque quinque viri venerunt lais, videruntque populum habitantem in ea absque ullo timore iuxta sydoniorum consuetudinem, securum et quietum, nullo ei penitus resistente, magnarumque opum, et procul a sydone atque a cunctis hominibus separatum. Reversique ad fratres suos in saraa et esthaol, et quid egissent sciscitantibus responderunt: Surgite et ascendamus ad eos. Vidimus enim terram valde opulentam et uberem. Nolite neglegere, nolite cessare. eamus et possideamus eam. Nullus erit labor. Ingrediemur ad securos, in regionem latissimam, tradetque nobis dominus locum in quo nullius rei penuria est eorum quae gignuntur in terra.

Profecti sunt ergo de cognatione dan, id est de saraa et esthaol, sexcenti viri accincti armis bellicis. Ascendentesque manserunt in cariathiarim iudae. Qui locus ex eo tempore castrorum dan nomen accepit, et est post tergum cariathiarim. Inde transierunt in montem ephraim. Cumque venissent ad domum michae, dixerunt quinque viri qui prius missi fuerant ad considerandam terram lais ceteris fratribus suis: Nostis quod in domibus istis sit ephod et theraphim et sculptile atque conflatile? Videte quid vobis placeat. Et cum paululum declinassent, ingressi sunt domum adulescentis levitae qui erat in domo michae, salutaveruntque eum verbis pacificis. Sexcenti autem viri ita ut erant armati stabant ante ostium. At illi qui ingressi fuerant domum iuvenis sculptile et ephod et theraphim atque conflatile tollere nitebantur. et sacerdos stabat ante ostium, sexcentis viris fortissimis haud procul expectantibus. Tulerunt ergo qui intraverant sculptile, ephod et ydola atque conflatile. Quibus dixit sacerdos: Quid facitis? Cui responderunt: Tace et pone digitum super os tuum, venique nobiscum ut habeamus te patrem et sacerdotem. Quid tibi melius est, ut sis sacerdos in domo unius viri, an in una tribu et familia in israhel?

Quod cum audisset, acquievit sermonibus eorum, et tulit ephod et ydola atque sculptile, et cum eis profectus est. Qui cum pergerent, et ante se ire fecissent parvulos et iumenta et omne quod erat pretiosum, tamque a domo michae essent procul, viri qui habitabant in aedibus michae conclamantes secuti sunt, et post tergum cla

mare ceperunt. Qui cum respexissent: dixerunt ad micham.
Quid tibi vis? Cur clamas? Qui respondit: Deos meos quos
feci tulistis mihi, et sacerdotem et omnia que habeo, et dicitis
quid tibi est? Dixeruntque ei filii dan. Cave ne ultra loquaris
ad nos, et veniant ad te viri animo concitati, et ipse cum domo
tua pereas. Et sic cepto itinere pergebant. Videns autem michas
quod fortiores se essent, reversus est in domum suam. Sexcenti autem
viri tulerunt sacerdotem et que supra diximus, venerunt in lahis
ad populum quiescentem ac securum, et percusserunt eos in ore gla
dii, urbemque incendio tradiderunt nullo penitus ferente pre
sidium, eo quod procul habitarent a sydone et cum nullo homi
num haberent quicquam societatis ac negotii. Erat autem civitas
sita in regione roob. Quam rursum extruentes habitaverunt in
ea, vocato nomine civitatis dan, iuxta vocabulum patris sui
quem genuerat israel, que prius lahis dicebatur. Posueruntque
sibi sculptile, et ionathan filium gersan filii moysi ac filios
eius sacerdotes in tribu dan, usque ad diem captivitatis sue. Man
sitque apud eos ydolum miche, omni tempore quo fuit domus dei in sylo.
Fuit quidam vir levites habitans in latere montis effraim, qui
accepit uxorem de bethleem iuda. Que reliquit eum et reversa
est in domum patris sui bethleem, mansitque apud eum iiii mensibus.
Secutusque est eam vir suus volens ei reconciliari ac blandiri, et
secum reducere, habens in comitatu puerum et duos asinos.
Que suscepit eum, et introduxit in domum patris sui. Quod cum
audisset socer eius eumque vidisset, occurrit ei letus, et ample
xatus est hominem. Mansitque gener in domo soceri tribus diebus,
comedens cum eo et bibens familiariter. Die autem quarto de nocte
surgens, proficisci voluit. Quem tenuit socer, et ait ad eum. Gusta
prius pauxillum panis, et conforta stomachum, et sic proficisceris.
Sederuntque simul, et comederunt ac biberunt. Dixitque pater
puelle ad generum suum. Queso te ut hodie hic maneas, pariterque
letemur. At ille consurgens, cepit velle proficisci. Et nichilominus
obnixe eum socer tenuit, et apud se fecit manere. Mane autem facto,
parabat levites iter. Cui rursum socer: Oro inquit, ut paululum
cibi accipias, et assumptis viribus, donec increscat dies, postea
proficiscaris. Comederunt ergo simul. Surrexitque adolescens ut
pergeret cum uxore sua et puero. Cui rursum locutus est socer:
Considera quod dies ad occasum declivior sit, et propinquet ad
vesperam. Mane apud me etiam hodie et duc letum diem, et cras
proficisceris ut vadas in domum tuam. Noluit gener acquiescere
sermonibus eius, sed statim perrexit et venit contra iebus, que altero
nomine vocabatur hierusalem, ducens secum duos asinos onustos
et concubinam. Iamque erant iuxta iebus, et dies mutabatur
in noctem. Dixitque puer ad dominum. Veni obsecro declinemus ad
urbem iebuseorum, et maneamus in ea. Cui respondit dominus: Non in
grediar oppidum gentis aliene que non est de filiis israel, sed transi
bo usque gabaa, et cum illuc pervenero manebimus ibi, aut certe
in urbe rama. Transierunt igitur iebus, et ceptum carpebant iter.
Occubuitque eis sol iuxta gabaa que est in tribu beniamin, diver
teruntque ad eam, ut manerent ibi. Quo cum intrassent, sedebant
in platea civitatis, et nullus volebat recipere hospicio. Et ecce
apparuit homo senex revertens de agro et de opere suo vespere
qui et ipse erat de monte effraim, et peregrinus habitabat in ga
baa. Homines autem regionis illius erant filii gemini. Elevatisque
oculis vidit senex sedentem hominem cum sarcinulis suis in platea
civitatis, et dixit ad eum. Unde venis? et quo vadis? Qui respondit
ei. Profecti sumus de bethleem iuda, pergimus ad locum nostrum, qui
est in latere montis effraim, unde ieramus in bethleem, et nunc
vadimus ad domum dei. Nullusque nos sub tectum suum vult reci
pere habentes paleas et fenum in asinorum pabulum, et panem ac vi
num in meos et ancille mee usus, et pueri qui mecum est. Nulla re
indigemus nisi hospicio. Cui respondit senex. Pax tecum sit. Ego
prebebo omnia que necessaria sunt, tantum queso ne in platea ma
neas. Introduxitque eum in domum suam, et pabulum asinis prebuit:
ac postquam laverunt pedes suos, recepit eos in convivium. Illis
epulantibus et post laborem itineris cibo ac potu reficientibus cor
pora, venerunt viri civitatis illius filii belial id est absque iugo,
et circumdantes domum senis fores pulsare ceperunt, clamantes
ad dominum domus atque dicentes: Educ virum qui ingressus est domum
tuam, ut abutamur eo. Egressusque est ad eos senex et ait: Nolite
fratres, nolite facere malum hoc, quia ingressus est homo hospicium
meum, et cessate ab hac stulticia. Habeo filiam virginem, et hic
homo habet concubinam, educam eas ad vos ut humilietis eas:
et vestram libidinem compleatis, tantum obsecro ne scelus hoc
contra naturam operemini in virum. Nolebant acquiescere sermonibus
eius. Quod cernens homo, duxit ad eos concubinam suam, et eis tradi
dit illudendam. Qua cum tota nocte abusi essent, dimiserunt eam mane.
At mulier recedentibus tenebris venit ad ostium domus ubi ma
nebat dominus suus, et ibi corruit. Mane facto surrexit
homo et aperuit ostium ut ceptam expleret viam, et ecce concu
bina eius iacebat ante ostium, sparsis in limine manibus. Cui ille
putans eam quiescere loquebatur. Surge ut ambulemus. Qua nichil
respondente intelligens quod erat mortua, tulit eam et imposuit
asino, reversusque est in domum suam. Quam cum esset ingressus
arripuit gladium, et cadaver uxoris cum ossibus suis in xii.
partes ac frusta concidens, misit in omnes terminos israel. Quod
cum vidissent singuli conclamabant. Nunquam res talis facta
est in israel ex eo die quo ascenderunt de egypto usque ad presens
tempus. Ferte sententiam et in commune decernite quid facto
opus sit. Egressi sunt itaque omnes filii israel et pariter congregati
quasi vir unus de dan usque bersabee et terra galaad ad do
num in maspha, omnesque anguli populorum et cuncte tribus israel in
ecclesiam populi dei convenerunt, xl. milia peditum pugnatorum.
Nec latuit filios beniamin quod ascendissent filii israel in maspha.
Interrogatusque levita maritus mulieris interfecte quomodo tantum
scelus perpetratum esset, respondit. Veni in gabaa beniamin cum uxo
re mea, illucque diverti, et ecce homines civitatis illius circum
dederunt nocte domum in qua iacebam volentes me occidere, et uxo
rem meam incredibili libidinis furore vexantes. Denique mor
tua est. Quam arreptam in frusta concidi, misique partes in omnes
terminos possessionis vestre, quia nunquam tantum nefas et tam
grande piaculum factum est in israel. Adestis omnes filii israel.
Decernite quid facere debeatis. Stansque omnis populus, et quasi
unius hominis sermone respondit: Non recedemus in taberna
cula nostra, nec suam quisquam intrabit domum, sed contra gabaa
in commune faciemus. Decem viri eligantur centum ex omnibus
tribubus israel, et centum de mille, et mille de decem milibus, ut
comportent exercitui cibaria, et possimus pugnantes contra
gabaa beniamin reddere ei pro scelere quod meretur. Conveneruntque
omnis israel ad civitatem quasi unus homo eadem mente unoque
consilio, et miserunt nuncios ad omnem tribum beniamin,
qui dicerent. Cur tantum nefas in vobis repertum est? Tradite
de gabaa qui hoc flagicium perpetrarunt, ut moriantur, et auferatur
malum de israel. Qui noluerunt fratrum suorum filiorum israel audire
mandatum, sed ex cunctis urbibus que sue sortis erant conve
nerunt in gabaa, ut illis ferrent auxilium et contra universum
israel populum dimicarent. Inventique sunt xxv. quinque milia de benia
min educentium gladium preter habitatores gabaa qui sep
tingenti erant viri fortissimi ita ut sinistra ut dextera prelian
tes, et sic fundis ad certum iacientes lapides ut capillum quoque
possent percutere, et nequaquam in alteram partem ictus lapidis de
ferretur. Virorum quoque israel absque filiis beniamin inventa sunt cccc.
virorum milia et quinque educentium gladium et paratorum ad pug
nam. Qui surgentes venerunt in domum dei, hoc est in sylo, con
suluerunt que eum atque dixerunt. Quis erit in exercitu nostro
princeps certaminis contra filios beniamin? Quibus respondit dominus:
Iudas sit dux vester. Statimque filii israel surgentes castrametati
sunt iuxta gabaa, et inde procedentes ad pugnam contra beniamin
urbem oppugnare ceperunt. Egressique filii beniamin de
gabaa occiderunt de filiis israel xx. duo milia virorum. Rursumque
filii israel et fortitudine et numero confidentes in eodem loco in
quo prius certaverant aciem direxerunt, ita tamen ut prius ascen
derent et flerent coram domino usque ad noctem, consulerentque eum et dice
rent. Debeo ultra procedere ad dimicandum contra filios beniamin
fratres meos an non? Quibus ille respondit. Ascendite ad eos et inite
certamen. Cumque filii israel altera die contra filios beniamin ad pre
lium processissent, eruperunt filii beniamin de porta gabaa,
et occurrentes eis tanta in eos cede bachati sunt, ut decem et
octo milia virorum educentium gladium prosternerent. Quam ob rem
omnes filii israel venerunt in domum dei, et sedentes flebant coram
domino, ieiunaveruntque die illo usque ad vesperam, et obtulerunt
holocausta et pacificas victimas, et super statu suo interrogaverunt.
Eo tempore ibi archa federis domini, et finees filius eleazari
filii aaron preposito domus. Consuluerunt ergo dominum atque dixerunt:
Exire ultra debemus ad pugnam contra beniamin fratres nostros an
quiescere? Quibus ait dominus. Ascendite. Cras enim tradam
eos in manus vestras. Posueruntque filii israel insidias per circuitum
urbis gabaa, et tertia vice sicut semel et bis contra beniamin ex
ercitum produxerunt. Sed et filii beniamin audacter eruperunt
de civitate, et fugientes adversarios longius persecuti sunt ita ut
vulnerarent ex eis sicut primo et secundo die, et cederent per duas
semitas terga vertentes, quarum una ferebatur in bethel et alia
in gabaa, atque prosternerent circiter xxx. viros. Putaverunt enim
solito more eos cedere. Qui fugam arte simulantes inierunt con
silium ut abstraherent eos de civitate quasi fugientes et ad supra
dictas semitas perducerent. Omnes itaque filii israel surgentes de
sedibus suis, tetenderunt aciem in loco qui vocabatur baalthamar.
Insidie quoque que circa urbem erant, paulatim se aperire ceperunt,
et ab occidentali urbis parte procedere. Sed et alia x. milia
virorum de universo israel habitatores urbis ad certamina provoca
bant. Ingravatumque est bellum contra filios beniamin et non in
tellexerunt quod ex omni parte illis instaret interitus. Percussitque
eos dominus in conspectu filiorum israel, et interfecerunt ex eis illo
die xx. quinque milia et centum viros, omnes bellatores et edu
centes gladium. Filii autem beniamin cum se inferiores esse vidis
sent, ceperunt fugere. Quod cernentes filii israel dederunt eis ad
fugiendum locum, ut ad preparatas insidias devenirent quas
iuxta urbem posuerant. Qui cum repente de latibulis surre
xissent, et beniamin terga cedentibus daret, ingressi sunt civitatem,
et percusserunt eam in ore gladii. Signum autem dederant filii israel
his quos in insidiis collocaverant, ut postquam urbem cepissent
ignem accenderent, et ascendente in celum fumo captam urbem de
monstrarent. Quod cum cernerent filii israel in ipso certamine positi.
Putaverunt enim filii beniamin eos fugere et instantius perseque
bantur cesis de exercitu eorum xxx. viris. Et viderunt quasi columnam
fumi de civitate ascendere. Beniamin retro aspiciens captam
cerneret civitatem, et flammas in sublime ferri, qui prius si
mulaverant fugam versa facie fortius resistebant. Quod cum
vidissent filii beniamin in fugam versi sunt, et ad viam deser
ti ire ceperunt. Illuc quoque eos adversariis persequentibus. Sed et hii
qui urbem succenderant occurrerunt eis, atque ita factum est ut ex
utraque parte ab hostibus cederentur, nec erat ulla morientium requies.
Cecideruntque atque prostrati sunt ad orientalem plagam urbis gabaa. Fu
erunt autem qui in eodem loco interfecti sunt x. et octo milia virorum, omnes
robustissimi pugnatores. Quod cum vidissent qui remanserant
de beniamin, fugerunt in solitudinem, et pergebant ad petram
cui vocabulum est remmon. In illa quoque fuga palantes et in diversa
tendentes, occiderunt quinque milia viros. Et cum ultra tenderent,
persecuti sunt eos et interfecerunt etiam alia duo milia virorum. Et sic
factum est ut omnes qui ceciderant de beniamin in diversis
locis essent xx. quinque milia pugnatores ad bella promptissimi.
Remanserunt itaque de omni numero beniamin
qui evadere potuerunt et fugere in solitudinem sexcenti viri.
Sederuntque in petra remmon mensibus iiii. Regressi autem omnes
filii israel reliquias civitatis a viris usque ad iumenta gladio percus
serunt, cunctasque urbes et viculos beniamin vorax flamma
consumpsit. Iuraverunt quoque filii israel in maspha et dixerunt:
Nullus nostrum dabit filiis beniamin de filiabus suis uxorem.
Veneruntque omnes ad domum dei in sylo, et in conspectu eius seden
tes usque ad vesperam levaverunt vocem, et magno ululatu flere
ceperunt dicentes: Quare domine deus israel factum est hoc malum
in populo tuo, ut hodie una tribus auferretur a nobis? Altera autem die
diluculo consurgentes extruxerunt altare, et obtulerunt ibi ho
locausta et pacificas victimas et dixerunt. Quis non ascendit in
exercitu domini de universis tribubus israel? Grandi enim se iura
mento constrinxerant cum essent in maspha interfici eos qui defuissent.
Ductique penitencia filii israel super fratre suo beniamin ceperunt dicere. Ab
lata est una tribus de israel. Unde uxores accipient? Omnes enim
in commune iuravimus non daturos nos his filias nostras. Idcirco dixe
runt. Quis est de universis tribubus israel qui non ascendit ad dominum in
maspha? Et ecce inventi sunt habitatores iabis galaad in illo
exercitu non fuisse. Eo tempore cum essent in sylo, nullus ex eis ibi

30

repertae sunt. Miserunt itaque decem milia viros robustissimos et praeceperunt eis: Ite et percutite habitatores Iabis Galaad in ore gladii, tam uxores quam parvulos eorum. Et hoc erit quod observare debebitis: Omne generis masculini et mulieres quae cognoverunt viros interficite, virgines reservate. Inventaeque sunt de Iabis Galaad quadringentae virgines quae nescierunt viri thorum, et adduxerunt eas ad castra in Sylo in terra Chanaan. Miseruntque nuntios ad filios Beniamin qui erant in petra Remmon, et praeceperunt eis ut eas cum pace susciperent. Veneruntque filii Beniamin in illo tempore, et datae sunt eis uxores de filiabus Galaad. Alias autem non reppererunt quas simili modo traderent. Universusque Israhel valde doluit et egit paenitudinem super interfectione unius tribus ex Israhel. Dixeruntque maiores natu: Quid faciemus reliquis qui non acceperunt uxores? Omnes in Beniamin feminae conciderunt, et magna nobis cura ingentique studio providendum est, ne una tribus deleatur ex Israhel. Filias nostras eis dare non possumus, constricti iuramento et maledictione qua diximus: Maledictus qui dederit de filiabus suis Beniamin uxorem. Ceperuntque consilium atque dixerunt: Ecce sollemnitas Domini est in Sylo anniversaria, quae sita est ad septentrionalem plagam urbis Bethel, et ad orientalem plagam viae quae de Bethel tendit ad Sicimam, et ad meridiem oppidi Lebona. Praeceperuntque filiis Beniamin atque dixerunt: Ite et latitate in vineis. Cumque videritis filias Sylo ad ducendos choros ex more procedere, exite repente de vineis et rapite ex eis singuli uxores singulas, et pergite in terram Beniamin. Cumque venerint patres earum ac fratres adversum vos et queri coeperint atque iurgari, dicemus eis: Miseremini eorum, non enim rapuerunt eas iure bellantium atque victorum, sed rogantibus ut acciperent non dedistis, et a vestra parte peccatum est. Feceruntque filii Beniamin ut sibi fuerat imperatum, et iuxta numerum suorum rapuerunt sibi de his quae ducebant choros uxores singulas, abieruntque in possessionem suam, aedificantes urbes et habitantes in eis. Filii quoque Israhel reversi sunt per tribus et familias in tabernacula sua. In diebus illis non erat rex in Israhel, sed unusquisque quod iustum videbatur faciebat.

DE RUTH

IN DIEBUS UNIUS iudicis, quando iudices praeerant, facta est fames in terra. Abiitque homo de Bethleem Iuda ut peregrinaretur in regione Moabitide cum uxore sua ac duobus liberis. Ipse vocabatur Elimelech, uxor autem eius Noemi, et duobus filiis alter Maallon et alter Chelion, Ephrathei de Bethleem Iuda. Ingressique regionem Moabitidem morabantur ibi. Et mortuus est Elimelech maritus Noemi, remansitque ipsa cum filiis. Qui acceperunt uxores Moabitidas, quarum una vocabatur Orpha, altera Ruth. Manseruntque ibi decem annis, et ambo mortui sunt, Maallon videlicet et Chelion, remansitque mulier orbata duobus liberis ac marito. Et surrexit ut in patriam pergeret cum utraque nuru sua de regione Moabitide. Audierat enim quod respexisset Dominus populum suum et dedisset eis escas. Egressa est itaque de loco peregrinationis suae cum utraque nuru, et iam in via revertendi in terram Iuda, dixit ad eas: Ite in domum patris vestri. Faciat Dominus vobiscum misericordiam, sicut fecistis cum mortuis et mecum. Det vobis invenire requiem in domibus virorum quos sortiturae estis. Et osculata est eas. Quae elevata voce flere coeperunt et dicere: Tecum pergemus ad populum tuum. Quibus illa respondit: Revertimini filiae mi, cur venitis mecum? Num ultra habeo filios in utero meo, ut viros ex me sperare possitis? Revertimini filiae mi, abite; iam enim senectute confecta sum, nec apta vinculo coniugali. Etiam si possem hac nocte concipere et parere filios, si eos expectare velitis donec crescant et annos impleant pubertatis, ante eritis vetulae quam nubatis. Nolite quaeso filiae mi, quia vestra angustia me magis premit, et egressa est manus Domini contra me. Elevata igitur voce rursum flere coeperunt. Orpha osculata est socrum suam ac reversa, Ruth adhaesit socrui suae. Cui dixit Noemi: En reversa est cognata tua ad populum suum et ad deos suos; vade cum ea. Quae respondit: Quocumque perrexeris pergam, ubi morata fueris et ego pariter morabor. Populus tuus populus meus, et Deus tuus Deus meus. Quae te morientem terra susceperit, in ea moriar, ibique locum accipiam sepulturae. Videns igitur Noemi quod obstinato animo Ruth decrevisset secum pergere, adversari noluit, nec ultra ad suos reditum persuadere. Profectaeque sunt simul et venerunt in Bethleem. Quibus urbem ingressis, velox apud vicinos fama increbruit, dicebantque mulieres: Haec est illa Noemi. Quibus ait: Ne vocetis me Noemi, id est pulchram, sed vocate me Mara, id est amaram, quia valde me amaritudine replevit Omnipotens. Egressa sum plena, et vacuam me reduxit Dominus. Cur igitur vocatis me Noemi, quam humiliavit Dominus et afflixit Omnipotens? Venit ergo Noemi cum Ruth Moabitide nuru sua de terra peregrinationis suae, ac reversa est in Bethleem quando primum hordea metebantur. Erat autem Elimelech consanguineus homo potens et magnarum opum nomine Booz. Dixitque Ruth Moabitis ad socrum suam: Si iubes, vadam in agrum et colligam spicas quae metentium fugerint manus, ubicumque clementis in me patrisfamilias repperero gratiam. Cui illa respondit: Vade filia mi. Abiit itaque et colligebat spicas post terga metentium. Accidit autem ut ager ille haberet dominum Booz, qui erat de cognatione Elimelech. Et ecce ipse veniebat de Bethleem, dixitque messoribus: Dominus vobiscum. Qui responderunt: Benedicat tibi Dominus. Dixitque Booz iuveni qui messoribus praeerat: Cuius est haec puella? Qui respondit: Haec est Moabitis quae venit cum Noemi de regione Moabitide, et rogavit ut spicas colligeret remanentes, sequens messorum vestigia, et de mane usque nunc stat in agro, et ne ad momentum quidem domum reversa est. Et ait Booz ad Ruth: Audi filia, ne vadas ad colligendum in alterum agrum, nec recedas ab hoc loco, sed iungere puellis meis, et ubi messuerint sequere. Mandavi enim pueris meis ut nemo tibi molestus sit; sed etiam si sitieris, vade ad sarcinulas et bibe aquas de quibus et pueri bibunt. Quae cadens in faciem suam et adorans super terram, dixit ad eum: Unde michi hoc ut invenirem gratiam ante oculos tuos, et nosse me dignareris peregrinam mulierem? Cui ille respondit: Nuntiata sunt michi omnia quae feceris socrui tuae post mortem viri tui, et quod dereliqueris parentes tuos et terram in qua nata es, et veneris ad populum quem antea nesciebas. Reddat tibi Dominus pro opere tuo, et plenam mercedem recipias a Domino Deo Israhel, ad quem venisti et sub cuius confugisti alas. Quae ait: Inveni gratiam apud oculos tuos, domine mi, qui consolatus es me et locutus es ad cor ancillae tuae, quae non sum similis unius puellarum tuarum.

Dixitque ad eam Booz: Quando hora vescendi fuerit, veni huc et comede panem, et intingue buccellam tuam in aceto. Sedit itaque ad messorum latus, et congessit pulentam sibi, comeditque et saturata est, et tulit reliquias. Atque inde surrexit ut spicas ex more colligeret. Praecepit autem Booz pueris suis dicens: Etiam si vobiscum metere voluerit, ne prohibeatis eam, et de vestris quoque manipulis proicite de industria et remanere permittite, ut absque rubore colligat, et colligentem nemo corripiat. Collegit ergo in agro usque ad vesperam, et quae collegerat virga caedens et excutiens invenit hordei quasi ephi mensuram, id est tres modios. Quos portans reversa est in civitatem et ostendit socrui suae; insuper protulit dedique ei de reliquiis cibi sui quo saturata fuerat.

Dixitque ei socrus: Ubi hodie collegisti, et ubi fecisti opus? Sit benedictus qui misertus est tui. Indicavitque ei apud quem esset operata, et dixit nomen viri quod Booz vocaretur. Cui respondit Noemi: Benedictus sit a Domino, quia eandem gratiam quam praebuerat vivis servavit et mortuis. Rursumque ait: Propinquus noster est homo. Et Ruth: Hoc quoque praecepit michi, ut tamdiu messoribus eius iungerer, donec omnes segetes eius meterentur. Cui dixit socrus: Melius est filia mi ut cum puellis eius exeas ad metendum, ne in alieno agro quispiam resistat tibi. Iuncta est itaque puellis Booz, et tamdiu cum eis messuit donec hordea et triticum in horreis conderentur. Postquam autem reversa est ad socrum suam, audivit ab ea: Filia mi, quaeram tibi requiem et providebo ut bene sit tibi. Booz iste, cuius puellis in agro iuncta es, propinquus est noster, et hac nocte aream hordei ventilat. Lava igitur et unguere, et induere cultioribus vestimentis, ac descende in aream. Non te videat homo donec esum potumque finierit. Quando autem ierit ad dormiendum, nota locum in quo dormiat, veniesque et discoperies pallium quo operitur a parte pedum, et proicies te, et ibi iacebis. Ipse autem dicet tibi quid agere debeas. Quae respondit: Quicquid praeceperis faciam.

Descenditque in aream, et fecit omnia quae sibi socrus imperaverat. Cumque comedisset Booz et bibisset, et factus esset hilarior, issetque ad dormiendum iuxta acervum manipulorum, venit abscondite, et discoperto a pedibus eius pallio proiecit se. Et ecce nocte iam media expavit homo et conturbatus est, viditque mulierem iacentem ad pedes suos, et ait illi: Quae es? Illaque respondit: Ego sum Ruth ancilla tua. Expande pallium tuum super famulam tuam, quia propinquus es. Et ille: Benedicta inquit Domino filia, et priorem misericordiam posteriore superasti, quia non es secuta iuvenes pauperes sive divites. Noli ergo metuere, sed quicquid dixeris michi faciam tibi. Scit enim omnis populus qui habitat intra portas urbis meae mulierem te esse virtutis. Nec abnuo me propinquum, sed est alius me propinquior. Quiesce hac nocte, et facto mane, si te voluerit propinquitatis iure retinere, bene res acta est; sin autem ille noluerit, ego te absque ulla dubitatione suscipiam, vivit Dominus. Dormi usque mane.

Dormivit itaque ad pedes eius usque ad noctis abscessum. Surrexitque antequam homines se cognoscerent mutuo, et dixit Booz: Cave ne quis noverit quod huc veneris. Et rursum: Expande inquit pallium tuum quo operiris, et tene utraque manu. Qua extendente et tenente, mensus est sex modios hordei et posuit super eam. Quae portans ingressa est civitatem, et venit ad socrum suam. Quae dixit ei: Quid egisti filia? Narravitque ei omnia quae sibi fecisset homo, et ait: Ecce sex modios hordei dedit michi, et dixit: Nolo vacuam te reverti ad socrum tuam. Dixitque Noemi: Expecta filia, donec videamus quem res exitum habeat. Neque enim cessabit homo nisi compleverit quod locutus est. Ascendit ergo Booz ad portam et sedit ibi. Cumque vidisset propinquum praeterire de quo prius sermo habitus est, dixit ad eum: Declina paulisper et sede hic, vocans eum nomine suo. Qui devertit et sedit. Tollens autem Booz decem viros de senioribus civitatis, dixit ad eos: Sedete hic. Quibus residentibus, locutus est ad propinquum: Partem agri fratris nostri Elimelech vendidit Noemi, quae reversa est de regione Moabitide. Quod audire te volui et tibi dicere coram cunctis sedentibus et maioribus natu de populo meo. Si vis iure propinquitatis possidere, eme et posside; sin autem tibi displicet, hoc ipsum indica michi, ut sciam quid facere debeam. Nullus est enim propinquus excepto te qui prior es, et me qui secundus sum. At ille respondit: Ego agrum emam. Cui dixit Booz: Quando emeris agrum de manu mulieris, Ruth quoque Moabitidem quae uxor defuncti fuit debes accipere, ut suscites nomen propinqui tui in hereditate sua. Qui respondit: Cedo iure propinquitatis; neque enim posteritatem familiae meae delere debeo. Tu meo utere privilegio, quo me libenter carere profiteor.

Hic autem erat mos antiquitus in Israhel inter propinquos, ut si quando alter alteri suo iure cedebat, ut esset firma concessio, solvebat homo calciamentum suum et dabat proximo suo. Et hoc erat testimonium cessionis in Israhel. Dixit ergo propinquo Booz: Tolle calciamentum. Quod statim solvit de pede suo. At ille maioribus natu et universo populo: Testes vos inquit estis hodie quod possederim hodie omnia quae fuerunt Elimelech et Chelion et Maallon, tradente Noemi, et Ruth Moabitidem uxorem Maallon in coniugium sumpserim, ut suscitem nomen defuncti in hereditate sua, ne vocabulum eius de familia sua ac fratribus deleatur. Vos inquam huius rei testes estis. Respondit omnis populus qui erat in porta et maiores natu: Nos testes sumus. Faciat Dominus hanc mulierem quae ingreditur domum tuam sicut Rachel et Lyam, quae aedificaverunt domum Israhel, ut sit exemplum virtutis in Ephrata, et habeat celebre nomen in Bethleem. Fiatque domus tua sicut domus Phares, quem Thamar peperit Iudae, de semine quod dederit tibi Dominus ex hac puella. Tulit itaque Booz Ruth et accepit uxorem, ingressusque est ad eam, et dedit illi Dominus ut conciperet et pareret filium. Dixeruntque mulieres ad Noemi: Benedictus Dominus qui non est passus ut deficeret successor familiae tuae, et vocaretur nomen eius in Israhel, et habeas qui consoletur animam tuam et enutriat senectutem tuam. De nuru enim tua nata est qui te diligit, et multo tibi est melior quam si septem haberes filios. Susceptumque Noemi puerum posuit in sinu suo, et nutricis ac geruli officio fungebatur. Vicinae autem mulieres congratulantes

et dicentes: Natus est filius Noemi. vocaveruntque nomen eius Obeth. Hic est pater Ysai patris David. He sunt generationes Phares. Phares genuit Esrom, Esrom genuit Aram. Aram genuit Aminadap. Aminadap genuit Naason. Naason genuit Salmon. Salmon genuit Booz. Booz genuit Obeth. Obeth genuit Ysai. Explicit liber Ruth.

NEMO CUM PROPHETAS VERSIBUS VIDERIT esse descriptos metro eos estimet apud hebreos ligari, et aliquid simile habere de psalmis vel operibus Salomonis. Sed quod in Demosthene vel Tullio solet fieri, ut per cola scribantur et commata, qui utique prosa et non versibus conscripserunt. Nos quoque utilitati legentium providentes interpretationem novam novo scribendi genere distinximus. Ac primum de Ysaia sciendum est quod in sermone suo disertus sit, quippe ut vir nobilis et urbane elegantie, nec habens quicquam in eloquio rusticitatis admixtum. Unde accidit ut pre ceteris florem sermonis eius translatio non potuerit conservare. Deinde etiam hoc adiciendum quod non tam propheta quam evangelista dicendus sit. Ita enim universa Christi ecclesieque mysteria ad liquidum prosecutus est, ut non eum putes de futuro vaticinari, sed de preteritis hystoriam texere. Unde conicio noluisse tum temporis LXX interpretes fidei sue sacramenta perspicue ethnicis prodere, ne sanctum canibus et margaritas porcis darent. Que cum hanc editionem legeritis, ab illis animadvertetis abscondita. Nec ignoro quanti laboris sit prophetas intelligere, nec facile quempiam posse iudicare de interpretatione nisi intellexerit ante que legerit, nosque patere morsibus plurimorum qui stimulante invidia quod consequi non valent despiciunt. Sciens ergo et prudens in flammam mitto manum, et nichilominus hoc a fastidiosis lectoribus precor, ut quomodo Greci post LXX translatores Aquilam et Symachum et Theodotionem legunt, vel ob studium doctrine sue vel ut LXX magis ex collatione eorum intelligant, sic et illi saltem unum post priores habere dignentur interpretem. Legant prius et postea despiciant, ne videantur non ex iudicio sed ex odii presumptione ignorata dampnare. Prophetavit Ysaias in Hierusalem et in Iudea necdum X tribubus in captivitatem ductis, ac de utroque regno nunc commixtim nunc separatim texit oraculum. Et cum interdum ad presentem respiciat hystoriam et post Babilonie captivitatem reditum populi significet in Iudeam, tamen ei omnis cura de vocatione gentium et adventu Christi est. Quem quanto plus amatis, o Paula et Eustochium, tanto magis ab eo petite ut pro obtrectatione presenti, qua me indesinenter emuli laniant, ipse michi mercedem restituat in futurum, qui scit me ob hoc in peregrine lingue eruditione sudasse, ne Iudei de falsitate scripturarum ecclesiis eius insultarent diutius.

Ysaias in Hierusalem nobili genere ortus, ibique prophetavit sub Manasse rege sectus in duas partes occubuit, sepultusque est sub quercu Rogel iuxta transitum aquarum quas olim Ezechias rex iacto obstruxerat pulvere.

INCIPIT LIBER YSAIE PROPHETE

VISIO YSAIE PROPHETE QUAM VIDIT SUPER IUDAM ET HIERUSALEM IN DIEBUS OZIE Ioatham, Achaz, Ezechie regum Iuda. Audite celi, et auribus percipe terra, quia Dominus locutus est. Filios enutrivi et exaltavi, ipsi autem contempnentes spreverunt me. Cognovit bos possessorem suum, et asinus presepe domini sui. Israel autem non cognovit, populus meus non intellexit. Ve genti peccatrici, populo gravi iniquitate, semini nequam, filiis sceleratis. Dereliquerunt dominum, blasphemaverunt sanctum Israel, abalienati sunt retrorsum. Super quo percutiam vos ultra addentes prevaricationem? Omne caput languidum et omne cor merens. A planta pedis usque ad verticem non est in eo sanitas. Vulnus et livor et plaga tumens non est circumligata, nec curata medicamine, neque fota oleo. Terra vestra deserta, civitates vestre succense igni. Regionem vestram coram vobis alieni devorant, et desolabitur sicut in vastitate hostili. Et relinquetur filia Syon ut umbraculum in vinea, et sicut tugurium in cucumerario, sicut civitas que vastatur. Nisi dominus exercituum reliquisset nobis semen, quasi Sodoma fuissemus, et quasi Gomorra similes essemus. Audite verbum domini, principes Sodomorum, auribus percipite legem dei nostri, populus Gomorre. Quo michi multitudinem victimarum vestrarum, dicit dominus? Plenus sum. Holocausta arietum, et adipem pinguium, et sanguinem vitulorum et agnorum et hircorum nolui. Cum veneritis ante conspectum meum, quis quesivit hec de manibus vestris, ut ambularetis in atriis meis? Ne afferatis ultra sacrificium frustra. Incensum abhominatio est michi. Neomeniam et sabbatum et festivitates alias non feram. Kalendas vestras et sollempnitates vestras odivit anima mea. Festa vestra facta sunt michi molesta, laboravi sustinens. Et cum extenderitis manus vestras, avertam oculos meos a vobis, et cum multiplicaveritis orationem, non exaudiam vos. Manus vestre sanguine plene sunt. Lavamini, mundi estote, auferte malum cogitationum vestrarum ab oculis meis. Quiescite agere perverse, discite benefacere, querite iudicium, subvenite oppresso, iudicate pupillo, defendite viduam. Et venite et arguite me, dicit dominus. Si fuerint peccata vestra ut coccinum, quasi nix dealbabuntur, et si fuerint rubra quasi vermiculus, velut lana alba erunt. Si volueritis et audieritis me, bona terre comedetis. Quod si nolueritis et me ad iracundiam provocaveritis, gladius devorabit vos, quia os domini locutum est. Quomodo facta est meretrix civitas fidelis, plena iudicii? Iusticia habitavit in ea, nunc autem homicide. Argentum tuum versum est in scoriam, vinum tuum mixtum est aqua. Principes tui infideles, socii furum. Omnes diligunt munera, secuntur retributiones. Pupillo non iudicant, et causa vidue non ingreditur ad eos. Propter hoc ait dominus exercituum fortis Israel: Heu, consolabor super hostibus meis, et vindicabor de inimicis meis. Et convertam manum meam ad te, et excoquam ad purum scoriam tuam, et auferam omne stagnum tuum. Et restituam iudices tuos ut fuerunt prius, et consiliarios tuos sicut antiquitus. Post hec vocaberis civitas iusta, urbs fidelis. Syon in iudicio redimetur, et reducent eam in iudicio. Et conteret scelestos et peccatores simul, et qui dereliquerunt dominum consumentur. Confundentur enim ab ydolis quibus sacrificaverunt, et erubescetis super hortis quos elegeratis, cum fueritis velut quercus defluentibus foliis, et velut hortus absque aqua. Et erit fortitudo vestra ut favilla stuppe, et opus vestrum quasi scintilla, et succendetur utrumque simul, et non erit qui extinguat.

Verbum quod vidit Ysaias filius Amos super Iudam et Hierusalem. Et erit in novissimis diebus preparatus mons domus domini in vertice montium, et elevabitur super colles, et fluent ad eum omnes gentes. Et ibunt populi multi et dicent: Venite, ascendamus ad montem domini, et ad domum dei Iacob, et docebit nos vias suas, et ambulabimus in semitis eius, quia de Syon exibit lex, et verbum domini de Hierusalem. Et iudicabit gentes, et arguet populos multos, et conflabunt gladios suos in vomeres, et lanceas suas in falces. Non levabit gens contra gentem gladium, nec exercebuntur ultra ad prelium. Domus Iacob, venite, ambulemus in lumine domini. Proiecisti enim populum tuum, domum Iacob, quia repleti sunt ut olim, et augures habuerunt ut Philistim, et pueris alienis adheserunt. Et repleta est terra argento et auro, et non est finis thesaurorum eius. Et repleta est terra eius equis, et innumerabiles quadrige eius. Et repleta est terra eius ydolis. Opus manuum suarum adoraverunt, quod fecerunt digiti eorum. Et incurvatus est homo, et humiliatus est vir. Ne ergo dimittas eis. Ingredere in petram, abscondere in fossa humo a facie timoris domini, et a gloria maiestatis eius. Oculi sublimes hominis humiliati sunt, et incurvabitur altitudo virorum. Exaltabitur autem dominus solus in die illa, quia dies domini exercituum super omnem superbum et excelsum, et super omnem arrogantem, et humiliabitur; et super omnes cedros Lybani sublimes et erectas, et super omnes quercus Basan, et super omnes montes excelsos, et elevatos, et super omnem turrem excelsam, et super omnem murum munitum, et super omnes naves Tharsis, et super omne quod visu pulchrum est. Et incurvabitur sublimitas hominum, et humiliabitur altitudo virorum. Et elevabitur dominus solus in die illa, et ydola penitus conterentur. Et introibunt in speluncas petrarum, et in voragines terre, a facie formidinis domini, et a gloria maiestatis eius, cum surrexerit percutere terram.

In die illa proiciet homo ydola argenti sui, et simulachra auri sui, que fecerat sibi ut adoraret, talpas et vespertiliones. Et ingredietur fissuras petrarum et cavernas saxorum, a facie formidinis domini, et a gloria maiestatis eius, cum surrexerit percutere terram. Quiescite ab homine cuius spiritus in naribus eius, quia excelsus repu-
31 tatus est ipse. Ecce enim dominator dominus exercituum auferet
a Hierusalem et a Iuda validum et fortem, et omne robur panis, et omne robur aque; fortem et virum bellatorem, iudicem et prophetam, et ariolum et senem; principem super quinquaginta, et honorabilem vultu, et consiliarium, et sapientem de architectis, et prudentem eloquii mystici. Et dabo pueros principes eorum, et effeminati dominabuntur eis. Et irruet populus, vir ad virum, unusquisque ad proximum suum. Tumultuabitur puer contra senem, et ignobilis contra nobilem. Apprehendet enim vir fratrem suum, domesticum patris sui: Vestimentum tibi est, princeps esto noster, ruina autem hec sub manu tua. Respondebit in die illa dicens: Non sum medicus, et in domo mea non est panis neque vestimentum; nolite constituere me principem populi. Ruit enim Hierusalem et Iudas concidit, quia lingua eorum et adinventiones eorum contra dominum, ut provocarent oculos maiestatis eius. Agnitio vultus eorum respondit eis, et peccatum suum quasi Sodoma predicaverunt, nec absconderunt. Ve anime eorum, quoniam reddita sunt eis mala. Dicite iusto quoniam bene, quoniam fructum adinventionum suarum comedet. Ve impio in malum, retributio enim manuum eius fiet ei. Populum meum exactores sui spoliaverunt, et mulieres dominate sunt eis.

Popule mi, qui beatum te dicunt, ipsi te decipiunt, et viam gressuum tuorum dissipant. Stat ad iudicandum dominus, et stat ad iudicandos

pplos. Dominus ad iudicium ueniet cum senib; ppli sui. &
principib; eius. Vos enim depasti estis uineā meam. rapina
pauperis in domo urā. Quare atteritis pplm meū. & facies pau
perum commolitis. dicit dominus exercituum. Et dixit dns.
Pro eo q̄d eleuatę sunt filię syon. & ambulauerunt extento collo
& nutib; oculorum ibant & plaudebant. ambulabant & ī pe
dib; suis composite incedebant. Decaluabit dominus uerticē
filiarum syon. & dominus crinē earum nudabit. In die illa
auferet dominus ornamentum calciamentorum. & lunulas. 7 torques
& monilia. & armillas. & mitras. discriminalia. 7 perisce
lidas. & murenulas. & olfactoriola. & inaures. & anulos. 7
gemmas in fronte pendentes. & mutatoria. & pallia. & linthe
amina. & acus. & specula. & syndones. & uittas. & theristra.
& erit pro suaui odore fetor. & pro zona funiculus. & pro crispanti
crine caluicium. & pro fascia pectorali cilicium. Pulcherrimi
quoq; uiri in gladio cadent. & fortes tui in prelio. Et merebunt
atq; lugebunt portę eius. & desolata in terra sedebit.

Et apprehendent septē mulieres uirum unū dicentes. Panem
nrm comedemus. & uestimentis nris operiemur. tantummodo inuocetur
nomen tuum sup nos. aufer obprobrium nrm. In die illa erit germen
domini in magnificentia. & in gloria. & fructus terrę sublimis. 7
exultatio his qui saluati fuerint de isrl. Et erit omnis qui
relictus fuerit in syon. & residuus in hierlm scs uocabitur. omnis
qui scriptus fuerit in uita in hierlm. Si abluerit dominus sordē
filiarum syon. & sanguinē hierlm lauerit de medio eius. spu
iudicii. & spu ardoris. Et creabit dns sup omnē locum mon
tis syon. & ubi inuocatus est nubē per diem. & fumum. & splen
dorem ignis flammantis in nocte. Sup enim omnē gloriam protec
tio & tabernaculum erit in umbraculum diei ab estu. & in securi
tatem. & in absconsionē a turbine & a pluuia.

Cantabo dilecto meo canticum. patruelis mei uineę suę. Vinea facta
est dilecto meo. in cornu filio olei. & sepiuit eā. & lapides ele
git ex illa. & plantauit eam electam. & edificauit turrim in
medio eius. & torcular extruxit in ea. & expectauit ut faceret
uuas. & fecit labruscas. Nunc ergo habitatores hierlm & uiri
iuda iudicate inter me. & inter uineam meā. Quid est qd debui
ultra facere uineę meę & non feci ei. An quod expectaui ut faceret
uuas. fecit autem labruscas. Et nunc ostendam uob. quid ego faciam
uineę meę. Auferam sepē eius. & erit in direptione. Diruā ma
ceriam eius. & erit in conculcatione. & ponam eā desertā. Non
putabitur & non fodietur. & ascendent uepres & spinę & nubib;
mandabo ne pluant sup eā ymbrē. Vinea enim dni exercituum
domus isrl est. & uir iuda germen delectabile eius. Expectaui ut
faceret iudicium & ecce iniquitas. & iustitiā. 7 ecce clamor.

Ve qui coniungitis domum ad domum. & agrum agro copulatis.
usq; ad terminum loci. Numquid habitabitis soli uos in medio terrę?
In auribus meis sunt hęc. dicit dns exercituum. Nisi domus multę
desertę fuerint. grandes & pulchrę absq; habitatore. Decem enim
iugera uinearum facient lagunculam unā. & xxx modii sementis
facient modios tres. Ve qui consurgitis mane ad ebrietatē sectan
dā. & potandum usq; ad uesperam. ut uino estuetis. Cythara 7 lira.
& tympanum. & tybia. & uinum in conuiuiis uris. & opus domini
non respicitis. nec opera manuum eius consideratis. Propterea captiuus duc
tus est pplus meus quia non habuit scientiā & nobiles eius interierunt
fame. & multitudo eius siti exaruit. Propterea dilatauit infernus
animā suā. & aperuit os suum absq; ullo termino. & descendent
fortes eius & ppls eius. & sublimes eius. gloriosiq; eius ad eum. Et incurua
bitur homo & humiliabitur uir. & oculi sublimium deprimentur. Et ex
altabitur dominus exercituum in iudicio. & ds scs in iudicio &
iustitia. Et pascentur agni iuxta ordinem suum. & deserta in
ubertatē uersa. aduenę comedent ea.

Ve qui trahitis iniquitatē in funiculis uanitatis. & quasi uinculum
plaustri peccatum qui dicitis. Festinet ut cito ueniat opus eius.
& uideamus. & appropiet ut ueniat consilium sci isrl. 7 sciemus
illud. Ve qui dicitis malū bonū. & bonū malū. ponentes tene
bras lucē. & lucē tenebras. ponentes amarū in dulce. & dulce
in amarum. Ve qui sapientes estis in oculis uris. & corā uobmet
ipsis prudentes. Ve qui potentes estis ad bibendū uinū. & ad
miscendā ebrietatē qui iustificatis impiū pro muneribus. 7 iustitiā
iusti aufertis ab eo. Propter hoc sicut deuorat stipula lingua ignis.
& calor flammę exurit. sic radix eorum quasi fauilla erit. & germen
eorum ut puluis ascendet. Abiecerunt enim legē dni exercituum.
& eloquium sci isrl blasphemauerunt. Ideo iratus est furor domini
in pplo suo. & extendit manum suā sup eum & percussit eum. &
conturbati sunt montes. & facta sunt morticina eorum quasi stercus
in medio platearū. In omnibus his non est auersus furor eius. sed ad
huc manus eius extenta.

Et leuabit dominus signum in nationibus procul. & congregabit
profugos isrl. & sibilabit ad eum de finibus terrę. Et ecce festinus
uelociter ueniet. non est deficiens. neq; laborans in eo. Non
dormitabit neq; dormiet. neq; soluetur cingulum renū eius. nec
rumpetur corrigia calciamenti eius. Sagittę eius acutę. & omnes
arcus eius extenti. Vngulę equorum eius ut silex. & rotę eius quasi im
petus tempestatis. Rugitus eius ut leonis. rugiet ut catuli
leonum. & frendet & tenebit predam. & amplexabitur. &
non erit qui eruat. & sonabit sup eum in die illa sicut sonitus maris.
Aspiciemus in terram. & ecce tenebre tribulationis. & lux ob
tenebrata est in caligine eius.

In anno quo mortuus est rex ozias. uidi dnm sedentē sup soliū
excelsum & eleuatum. & ea quę sub ipso erant replebant templū.
Seraphim stabant sup illud. sex alę uni. & sex alę alteri. Duabus
uelabant faciē eius. & duabus uelabant pedes eius. & duabus uolabant.
Et clamabant alter ad alterum & dicebant. Scs. Scs. Scs dns
ds exercituum. plena est omnis terra gloria eius. & commota sunt sup
liminaria cardinum a uoce clamantis. & domus impleta est fumo.
Et dixi. Ve mihi quia tacui. quia uir pollutus labiis ego sum. & in
medio ppli polluta labia habentis ego habito. & regē dominum
exercituum uidi oculis meis. Et uolauit ad me unus de seraphim
& in manu eius calculus quem forcipe tulerat de altari. & tetigit
os meū & dixit. Ecce hoc tetigit labia tua. & auferetur iniqui
tas tua. & peccatum tuū mundabitur. Et audiui uocē domini
dicentis. Quem mittam? Et quis ibit nobis? Et dixi. Ecce
ego sum mitte me. Et dixit. Vade & dic pplo huic. Audite
audientes. & nolite intelligere. & uidete uisionē & nolite cog
noscere. Excęca cor ppli huius. & aures eius aggraua. & oculos eius
claude. ne forte oculis suis uideat. & auribus suis audiat. & corde
suo intelligat. & conuertatur & sanem eum. Et dixi. Usquequo
domine? Et dixit. Donec desolentur ciuitates absq; habita
tore. & domus sine homine. Et terra relinquetur deserta. 7 longe
faciet dominus homines. & multiplicabitur quę derelicta fuerat in
medio terrę. Et adhuc in ea decimatio conuertetur. & erit in osten
sionē sicut terebintus. & sicut quercus quę expandit ramos suos.
Semen sanctum erit. id quod steterit in ea.

Et factum est in diebus achaz. ioatham filii ozię regis iuda. ascendit
rasin rex syrię & facee filius romelię rex isrl in hierlm ad prelian
dum contra eam. & non potuerunt debellare eā. Et nuntiauerunt
domui dauid dicentes. Requieuit syria sup effraim. & commo
tum est cor eius. & cor ppli eius. sicut mouentur ligna siluarū a facie
uenti. Et dixit dominus ad ysaiam. Egredere in occursum achaz
tu & qui derelictus est iasub filius tuus ad extremum quę ductus
piscinę superioris in uia agri fullonis. & dices ad eū. Vide ut
sileas. Noli timere & cor tuum ne formidet a duabus caudis ti
tionum fumigantium istorum in ira furoris rasin & facee filii ro
melię eo qd inierit consilium contra te syria malum effraim
& filius romelię dicentes. Ascendamus ad iudā & suscitemus eū.
& euellamus eum ad nos. & ponamus regē in medio eius filium tabeel.
Hęc dicit dominus ds. Non stabit & non erit illud. sed caput syrię
erit damascus. & caput damasci rasin. Et adhuc lx. & quinq;
anni. & desinet effraim esse ppls. & caput effraim samaria. &
caput samarię filius romelię. Si non credideritis non permanebitis.

Et adiecit dominus loqui ad achaz dicens. Pete tibi signum a dno deo
tuo in profundum inferni. siue in excelsum supra. Et dixit achaz.
Non petam. & non temptabo dominum. Et dixit. Audite ergo domus
dauid. Numquid parum est uobis molestos esse hominibus: quia mo
lesti estis & deo meo? Propter hoc dabit dominus ipse uobis
signum. Ecce uirgo concipiet & pariet filium. & uocabitur
nomen eius emmanuel. Butyrum & mel comedet. ut sciat re
probare malum & eligere bonum. quia antequam sciat puer rep
robare malum. & eligere bonū. derelinquetur terra quam tu detestaris
a facie duorum regum suorum. Adducet dominus sup te & sup pplm
tuum. & sup domum patris tui dies qui non uenerunt a diebus sepa
rationis effraim a iuda cum rege assyriorum. Et erit in die illa
sibilabit dominus muscę quę est in extremo fluminum egypti. 7 api
quę est in terra assur. & uenient & requiescent omnes in torrentibus
uallium & cauernis petrarum. & in omnibus frutectis. & in uni
uersis foraminibus. In die illa radet dns in nouacula conducta.
in his qui trans flumen sunt in rege assyriorum caput & pilos pedum.
& barbam uniuersam. Et erit in die illa nutriet homo uaccam
boum. & duas oues. pro ubertate lactis comedet butyrum. Bu
tyrum enim & mel manducabit homo. qui relictus fuerit in medio terrę.

Et erit in die illa omnis locus ubi fuerint mille uites. mille arge
teis. in spinas. & in uepres erunt. Cum sagittis & arcu
ingredientur illuc. Vepres enim & spinę erunt in uniuersa terra. &
in omnes montes qui in sarculo sarientur. non ueniet illuc terror spi
narum & ueprium. & erit in pascua bouis. & in conculcatione
pecoris. Et dixit dns ad me. Sume tibi librum grandē. 7 scribe
in eo stilo hominis. Velociter spolia detrahe cito predare. Et
adhibui mihi testes fideles. uriam sacerdotē & zachariā filium
barachię & accessi ad prophetissam. & concepit. & peperit filium.
Et dixit dominus ad me. Voca nomen eius accelera spolia detrahe
festina predari. quia antequam sciat puer uocare patrem suum 7 matrē
suā. auferetur fortitudo damasci. & spolia samarię coram rege assyriorum.

Et adiecit dominus loqui ad me. adhuc dicens. Pro eo quod abie
cit ppls iste aquas syloe quę uadunt cum silentio. & assump
sit magis rasin & filium romelię. propter hoc ecce dns adducet sup
eos aquas fluminis fortes & multas regē assyriorum. & omnē
gloriam eius. Et ascendet sup omnes riuos eius. & fluet sup uniuer
sas ripas eius. & ibit per iudā inundans. & transiens usq; ad collum
ueniet. & erit extensio alarum eius implens latitudinē terrę
tuę o emmanuel. Congregamini & uincimini. & audite uni
uersę terrę. Confortamini & uincimini. accingite uos & uincimi
ni. inite consilium & dissipabitur. loquimini uerbum & non fiet: quia
nobiscum ds. Hęc enim ait dominus ad me. Sicut in forti manu
erudiuit me ne irem in uiam ppli huius dicens. Non dicatis coniuratio.
omnia enim quę loquitur ppls iste coniuratio est. & timorem
eorum non timeatis. neq; paueatis.

Dominum exercituum. ipsum sanctificate. Ipse pauor uester. & ipse terror
uester. & erit uobis in sanctificationē. in lapidem autem offensionis 7 in pe
tram scandali duabus domibus isrl. in laqueum & in ruinā habi
tatoribus hierlm. & offendent ex eis plurimi & cadent 7 conte
rentur. & irretientur. & capientur. Liga testimonium. signa legem
in discipulis meis. Et expectabo dominum qui abscondit faciē
suā a domo iacob. & prestolabor eum. Ecce ego & pueri quos
dedit mihi dns in signum & in portentum isrl a domino exer
cituum qui habitat in monte syon. Et cum dixerint ad uos quę
rite a phytonibus & a diuinis qui strident in incantationibus suis.
numquid non ppls a deo suo requirit pro uiuis & mortuis?
Ad legem magis & ad testimonium. Quod si non dixerint iuxta
uerbum hoc. non erit eis matutina lux. & transibit per eam. cor
ruet & esuriet. & cum esurierit irascetur. & maledicet re
gi suo & deo suo. Et suspiciet sursum. & ad terram intuebitur.
& ecce tribulatio & tenebrę. & dissolutio. angustia 7 caligo
persequens. & non poterit auolare de angustia.

Primo tempore alleuiata est terra zabulon & terra neptalim. &
nouissimo aggrauata est uia maris trans iordanen galileę
Gentium. Ppls qui ambulabat in tenebris. uidit lucem magnā.
Habitantibus in regione umbrę mortis. lux orta est eis. Multi
plicasti gentem. non magnificasti letitiā. Letabuntur corā te sicut le
tantur in messe. sicut exultant uictores capta preda. quando diuidunt
spolia. Iugum enim oneris eius. & uirgā humeri eius. & sceptrum
exactoris eius superasti sicut in die madian. quia omnis uiolenta preda
tio cum tumultu. & uestimentum mixtum sanguine erit in com
bustionē. & cibus ignis. Paruulus enim natus est nobis. filius datus
est nobis. Et factus est principatus sup humerum eius. & uocabitur nomen
eius admirabilis. consiliarius. ds. fortis. pater futuri seculi. princeps
pacis. Multiplicabitur eius imperium. & pacis non erit finis. sup so
lium dauid & sup regnum eius sedebit. ut confirmet illud & cor
roboret in iudicio & iustitia. amodo & usq; in sempiternum. Zelus
dni exercituum faciet hoc. Verbum misit dns in iacob. 7 cecidit in isrl.

Et sciet omnis ppls effraim & habitantes samariā in superbia
& magnitudine urbis dicentes. Lateres ceciderunt. sed quadris
lapidibus edificabimus. Sichomoros succiderunt. sed cedros im

mutabimus. Et elevabit dominus hostes rasin super eum, et inimicos eius in tumultum vertet: Syriam ab oriente, et philistiim ab occidente, et devorabunt israhel toto ore. In omnibus his non est aversus furor eius, sed adhuc manus eius extenta, et populus non est reversus ad percutientem se, et dominum exercituum non inquisierunt.

Et disperdet dominus de israhel caput et caudam, incurvantem et refrenantem die una. Longevus et honorabilis ipse est caput, et propheta docens mendacium ipse cauda est. Et erunt qui beatificant populum istum seducentes, qui beatificantur precipitati. Propter hoc super adolescentulis eius non letabitur dominus, et pupillorum eius et viduarum non miserebitur, quia omnis ypocrita est et nequam, et universum os locutum est stultitiam. In omnibus his non est aversus furor eius, sed adhuc manus eius extenta. Succensa est enim quasi ignis impietas, veprem et spinam vorabit, et succendetur in densitate saltus, et convolvetur superbia fumi. In ira domini exercituum conturbata est terra, et erit populus quasi esca ignis. Vir fratri suo non parcet; et declinabit ad dexteram et esuriet; et comedet ad sinistram et non saturabitur. Unusquisque carnem brachii sui vorabit, manasses effraim, et effraim manassen, simul ipsi contra iudam. In omnibus his non est aversus furor eius, sed adhuc manus eius extenta.

Ve qui condunt leges iniquas, et scribentes iniustitiam scripserunt, ut opprimerent in iudicio pauperes, et vim facerent cause humilium populi mei, ut essent vidue preda eorum, et pupillos diriperent. Quid facietis in die visitationis et calamitatis de longe venientis? Ad cuius confugietis auxilium, et ubi derelinquetis gloriam vestram, ne incurvemini sub vinculo, et cum interfectis cadatis? Super omnibus his non est aversus furor eius, sed adhuc manus eius extenta. Ve assur, virga furoris mei et baculus ipse, in manu eorum indignatio mea. Ad gentem fallacem mittam eum, et contra populum furoris mei mandabo illi, ut auferat spolia et diripiat predam, et ponat illum in conculcationem quasi lutum platearum. Ipse autem non sic arbitrabitur, et cor eius non ita estimabit, sed ad conterendum erit cor eius, et ad internitionem gentium non paucarum. Dicet enim: Numquid non principes mei simul reges sunt? Numquid non ut carchamis sic chalanno, ut arphat sic emath? Numquid non ut damascus sic samaria? Quomodo invenit manus mea regna ydoli? Sic et symulachra eorum de hierusalem et samaria. Numquid non sicut feci samarie et ydolis eius, sic faciam hierusalem et symulachris eius?

Et erit cum impleverit dominus cuncta opera sua in monte syon et in hierusalem, visitabo super fructum magnifici cordis regis assur et super gloriam altitudinis oculorum eius. Dixit enim: In fortitudine manus mee ego feci, et in sapientia mea intellexi, et abstuli terminos populorum, et principes eorum depredatus sum, et detraxi quasi potens in sublime sedentes. Et invenit quasi nidum manus mea fortitudinem populorum. Et sicut colliguntur ova que derelicta sunt, sic universam terram ego congregavi, et non fuit qui moveret pennam, et aperiret os et ganniret. Numquid gloriabitur securis contra eum qui secat in ea? Aut exaltabitur serra contra eum a quo trahitur? Quomodo si elevetur virga contra elevantem se, et exaltetur baculus qui utique lignum est? Propter hoc mittet dominator dominus exercituum in pinguibus eius tenuitatem, et subtus gloriam eius ardebit quasi combustio ignis. Et erit lumen israhel in igne, et sanctus eius in flamma, et succendetur et devorabitur spina eius et vepres in die una, et gloria saltus eius et carmeli eius ab anima usque ad carnem consumetur. Et erit terrore profugus, et reliquie saltus eius pre paucitate numerabuntur, et puer scribet eos.

Et erit in die illa non adiciet residuum israhel, et hii qui fugerint de domo iacob inniti super eo qui percutit eos, sed innitetur super dominum sanctum israhel. In veritate reliquie convertentur, reliquie inquam iacob ad dominum fortem. Si enim fuerit populus tuus israhel quasi arena maris, reliquie convertentur ex eo. Consummatio abbreviata inundabit iustitiam. Consummationem enim et abbreviationem dominus exercituum deus faciet in medio omnis terre. Propter hoc hec dicit dominus exercituum: Noli timere populus meus habitator syon ab assur. In virga percutiet te, et baculum suum levabit super te in via egypti. Adhuc enim paululum modicumque, et consummabitur indignatio et furor meus super scelus eorum. Et suscitabit dominus exercituum super eum flagellum iuxta plagam madian in petra oreb, et virgam suam super mare, et levabit eam in via egypti. Et erit in die illa auferetur onus eius de humero tuo, et iugum eius de collo tuo, et computrescet iugum a facie olei.

Veniet in aiath, transibit in magron, aput machmas commendabit vasa sua. Transierunt cursim, gabaa sedes nostra. Obstupuit rama, gabaath saulis fugit. Hinni voce tua filia gallim, attende laysa paupercula anathot. Migravit medemena, habitatores gabim confortamini. Adhuc dies est ut in nobe stetur. Agitabit manum suam super montem filie syon, collem hierusalem. Ecce dominator dominus exercituum confringet lagunculam in terrore, et excelsi statura succidentur, et sublimes humiliabuntur, et subvertentur condensa saltus ferro, et lybanus cum excelsis cadet. 33.

Et egredietur virga de radice yesse, et flos de radice eius ascendet, et requiescet super eum spiritus domini, spiritus sapientie et intellectus, spiritus consilii et fortitudinis, spiritus scientie et pietatis, et replebit eum spiritus timoris domini. Non secundum visionem oculorum iudicabit, neque secundum auditum aurium arguet, sed iudicabit in iudicio pauperes, et arguet in equitate pro mansuetis terre. Et percutiet terram virga oris sui, et spiritu labiorum suorum interficiet impium. Et erit iustitia cingulum lumborum eius, et fides cinctorium renum eius.

Habitabit lupus cum agno, et pardus cum hedo accubabit. Vitulus et leo et ovis simul morabuntur, et puer parvulus minabit eos. Vitulus et ursus pascentur, simul requiescent catuli eorum, et leo quasi bos comedet paleas. Et delectabitur infans ab ubere super foramine aspidis, et in caverna reguli qui ablactatus fuerit manum suam mittet. Non nocebunt et non occident in universo monte sancto meo, quia repleta est terra scientia domini, sicut aque maris operientes. In die illa radix yesse qui stat in signum populorum, ipsum gentes deprecabuntur, et erit sepulchrum eius gloriosum. Et erit in die illa adiciet dominus secundo manum suam ad possidendum residuum populi sui quod relinquetur ab assyriis, et ab egypto, et ab effrotos, et ab ethiopia, et ab hela, et a sennaar, et ab emath, et ab insulis maris. Et levabit signum in nationes, et congregabit profugos israhel, et dispersos iuda colliget a quattuor plagis terre. Et auferetur zelus effraim, et hostes iuda peribunt. Effraim non emulabitur iudam, et iudas non pugnabit contra effraim.

Et volabunt in humeros philistiim per mare, simul predabuntur filios orientis. Ydumea et moab preceptum manus eorum, et filii ammon obedientes erunt. Et desolabit dominus linguam maris egypti, et levabit manum suam super flumen in fortitudine spiritus sui, et percutiet eum in septem rivis, ita ut transeant per eum calciati. Et erit via residuo populo meo qui relinquetur ab assyriis, sicut fuit israheli in die qua ascendit de terra egypti. Et dices in die illa:

Confitebor tibi domine quoniam iratus es mihi, conversus est furor tuus et consolatus es me. Ecce deus salvator meus, fiducialiter agam et non timebo. Quia fortitudo mea et laus mea dominus deus, et factus est mihi in salutem. Haurietis aquas in gaudio de fontibus salvatoris, et dicetis in illa die: Confitemini domino et invocate nomen eius. Notas facite in populis adinventiones eius, mementote quoniam excelsum est nomen eius. Cantate domino quoniam magnifice fecit, annuntiate hoc in universa terra. Exulta et lauda habitatio syon, quia magnus in medio tui sanctus israhel.

Onus babilonis quod vidit ysaias filius amos. Super montem caliginosum levate signum, exaltate vocem, levate manum, et ingrediantur portas duces. Ego mandavi sanctificatis meis, et vocavi fortes meos in ira mea, exultantes in gloria mea. Vox multitudinis in montibus quasi populorum frequentium, vox sonitus regum gentium congregatarum. Dominus exercituum precepit militie belli venientibus de terra procul. A summitate celi dominus veniet, et vasa furoris eius, ut disperdat omnem terram. Ululate quia prope est dies domini, quasi vastitas a domino veniet. Propter hoc omnes manus dissolventur, et omne cor hominis tabescet et conteretur. Tortiones et dolores tenebunt, quasi parturiens dolebunt. Unusquisque ad proximum suum stupebit, facies combuste vultus eorum.

Ecce dies domini veniet, crudelis et indignatione plenus, et ire furorisque, ad ponendam terram in solitudinem, et peccatores eius conterendos de ea. Quoniam stelle celi et splendor earum non expandet lumen suum. Obtenebratus est sol in ortu suo, et luna non splendebit in lumine suo. Et visitabo super urbes mala, et contra impios iniquitatem eorum, et requiescere faciam superbiam infidelium, et arrogantiam fortium humiliabo. Preciosior erit vir auro, et homo mundo obrizo. Super hoc celum turbabo, et movebitur terra de loco suo, propter indignationem domini exercituum, et propter diem ire furoris eius. Et erit quasi dammula fugiens et quasi ovis, et non erit qui congreget. Unusquisque ad populum suum convertetur, et singuli ad terram suam fugient. Omnis qui inventus fuerit occidetur, et omnis qui supervenerit cadet in gladio. Infantes eorum allidentur in oculis eorum, diripientur domus eorum, et uxores eorum violabuntur.

Ecce ego suscitabo super eos medos qui argentum non querunt nec aurum velint, sed sagittis parvulos interficient, et lactentibus uteri non miserebuntur, et super filios non parcet oculus eorum. Et erit babilon illa gloriosa in regnis, inclita in superbia chaldeorum, sicut subvertit dominus sodomam et gomorram. Non habitabitur usque ad finem, et non fundabitur usque ad generationem et generationem, nec ponet ibi tentoria arabs, nec pastores requiescent ibi. Sed requiescent ibi bestie, et replebuntur domus eorum draconibus, et habitabunt ibi strutiones, et pilosi saltabunt ibi, et respondebunt ibi ulule in edibus eius, et sirene in delubris voluptatis. Prope est ut veniat tempus eius, et dies eius non elongabuntur. Miserebitur enim dominus iacob, et eliget adhuc de israhel, et requiescere eos faciet super humum suam. Adiungetur advena ad eos, et adherebunt domui iacob, et tenebunt eos populi, et adducent eos in locum suum, et possidebit eos domus israhel super terram domini in servos et ancillas, et erunt capientes eos qui se ceperant, et subicient exactores suos.

Et erit in die illa cum requiem tibi dederit deus a labore tuo et a concussione tua, et a servitute dura qua ante servisti, sumes parabolam istam contra regem babilonis et dices: Quomodo cessavit exactor, quievit tributum? Contrivit dominus baculum impiorum, virgam dominantium, cedentem populos in indignatione plaga insanabili, subicientem in furore gentes, persequentem crudeliter. Conquievit et siluit omnis terra, gavisa est et exultavit. Abietes quoque letate sunt super te, et cedri lybani. Ex quo dormisti, non ascendit qui succidat nos. Infernus subter conturbatus est in occursum adventus tui, suscitabit tibi gygantes. Omnes principes terre surrexerunt de soliis suis, omnes principes nationum. Universi respondebunt et dicent tibi: Et tu vulneratus es sicut et nos, nostri similis effectus es. Detracta est ad inferos superbia tua, concidit cadaver tuum. Subter te sternetur tinea, et operimentum tuum erunt vermes.

Quomodo cecidisti de celo lucifer qui mane oriebaris? Corruisti in terram qui vulnerabas gentes, qui dicebas in corde tuo: In celum conscendam, super astra dei exaltabo solium meum, sedebo in monte testamenti, in lateribus aquilonis. Ascendam super altitudinem nubium, et similis ero altissimo. Veruntamen ad infernum detraheris, in profundum laci. Qui te viderint ad te inclinabuntur, teque prospicient. Numquid iste est vir qui conturbavit terram, qui concussit regna, qui posuit orbem desertum et urbes eius destruxit, vinctis eius non aperuit carcerem? Omnes reges gentium dormierunt in gloria, vir in domo sua. Tu autem proiectus es de sepulchro tuo quasi styrps inutilis pollutus, et obvolutus cum his qui interfecti sunt gladio, et descenderunt ad fundamenta laci. Quasi cadaver putridum non habebis consortium, neque cum eis in sepultura. Tu enim terram tuam disperdidisti, tu populum tuum occidisti. Non vocabitur in eternum semen pessimorum. Preparate filios eius occisioni in iniquitate patrum eorum. Non consurgent nec hereditabunt terram, nec implebunt faciem orbis civitatum. Et consurgam super eos dicit dominus exercituum, et perdam babilonis nomen, et reliquias et germen, et progeniem, ait dominus. Et ponam eam in possessionem ericii, et in paludes aquarum, et scopabo eam in scopa terens, dicit dominus exercituum. XXX.

Iuravit dominus exercituum dicens: Si non ut putavi ita erit, et quomodo mente tractavi sic eveniet: ut conteram assyrium in terra mea, et in montibus meis conculcem eum. Et auferetur ab eis iugum eius, et onus illius tolletur ab humero eorum. Hoc consilium quod cogitavi super omnem terram, et hec est manus extenta super universas gentes. Dominus enim exercituum decrevit, et quis poterit infirmare? Et manus eius extenta, et quis avertet eam?

In anno quo mortuus est rex achaz, factum est onus istud. Ne leteris philistea omnis tu, quoniam comminuta est virga percussoris tui. De radice enim colubri egredietur regulus, et semen eius absorbens volucrem. Et pascentur primogeniti pauperum, et pauperes fiducialiter

ne usque ad vesperam finies me. Sic ut pullus hyrundinis sic clamabo,
meditabor ut columba. Attenuati sunt oculi mei suspicientes
in excelso. Domine vim patior responde pro me. Quid dicam aut
quid respondebit mihi cum ipse fecerim. Recogitabo tibi omnes
annos meos in amaritudine animę meę. Domine si sic vivitur
et in talibus vita spiritus mei corripies me et vivificabis me. Ecce in
pace amaritudo mea amarissima. Tu autem eruisti animam meam
ut non periret; proiecisti post tergum tuum omnia peccata mea. Quia
non infernus confitebitur tibi neque mors laudabit te. Non expectabunt
qui descendunt in lacum veritatem tuam. Vivens vivens ipse con
fitebitur tibi sic et ego hodie. Pater filiis notam faciet veritatem tuam.
Domine salvum me fac. Et psalmos nostros cantabimus cunctis
diebus vitę nostrę in domo domini. Et iussit ysaias ut tollerent
massam de ficis et cataplasmarent super vulnus et sanaretur.
Et dixit ezechias. Quod erit signum quia ascendam in domum domini.
In tempore illo misit merodach baladan filius baladan rex ba
bilonis libros et munera ad ezechiam. audierat enim quod egro
tasset et convaluisset. Letatus est autem super eis ezechias et oste
dit eis cellam aromatum et argenti et auri et odoramentorum
et unguenti optimi et omnes apothecas supellectilis suę et
universa quę inventa sunt in thesauris suis. Non fuit verbum
quod non ostenderet eis ezechias in domo sua et in omni pote
state sua. Introivit autem ysaias propheta ad regem ezechiam et dixit ei.
Quid dixerunt viri isti et unde venerunt. Et dixit ezechias.
De terra longinqua venerunt ad me, de babilone. Et dixit
ysaias. Quid viderunt in domo tua. Et dixit ezechias.
Omnia quę in domo mea sunt viderunt. non fuit res quam non
ostenderem eis in domo mea et in thesauris meis. Et dixit
ysaias ad ezechiam. Audi verbum domini exercituum. Ecce
dies venient et auferentur omnia quę in domo tua sunt et quę
thesaurizaverunt patres tui usque ad diem hanc et transferentur
in babilonem. non relinquetur quicquam dicit dominus. et de filiis tuis
qui exibunt de te quos genueris tollent. et erunt eunuchi
in palatio regis babilonis. Et dixit ezechias ad ysaiam.
Bonum verbum domini quod locutus est. Et dixit. Fiat
tantum pax et veritas in diebus meis.

Consolamini consolamini popule meus dicit deus vester. Loqui
mini ad cor hierusalem et advocate eam. quoniam completa est mali
tia eius. dimissa est iniquitas illius. Suscepit de manu domini
duplicia pro omnibus peccatis suis. Vox clamantis in deserto.
parate viam domini. rectas facite in solitudine semitas dei
nostri. Omnis vallis exaltabitur. et omnis mons et collis hu
miliabitur. et erunt prava in directa. et aspera in vias planas.
Et revelabitur gloria domini. et videbit omnis caro pariter quod
os domini locutum est. Vox dicentis. Clama. Et dixi. Quid clamabo.
Omnis caro fenum et omnis gloria eius quasi flos agri. Exsic
catum est fenum et cecidit flos. quia spiritus domini insufflavit
eo. Vere fenum est populus. Exsiccatum est fenum et cecidit flos.
verbum autem domini manet in eternum. Super montem excelsum ascen
de tu qui evangelizas syon, exalta in fortitudine vocem tuam, qui
evangelizas hierusalem. Exalta noli timere. Dic civitatibus iuda.
ecce deus vester. Ecce dominus deus in fortitudine veniet. et brachium
eius dominabitur. Ecce merces eius cum eo. et opus illius coram illo.
Sic pastor gregem suum pascet; in brachio suo congregabit
agnos. et in sinu suo levabit. fetas ipse portabit. Quis mensus
est pugillo aquas. et celos palmo ponderavit. Quis appen
dit tribus digitis molem terrę. et libravit in pondere montes et col
les in statera. Quis adiuvit spiritum domini. aut quis consili
arius eius fuit et ostendit illi. Cum quo iniit consilium et in
struxit eum. et docuit eum semitam iustitię. et erudivit eum scien
tia. et viam prudentię ostendit illi. Omnes gentes quasi non sint
sic sunt coram eo. et quasi nichilum et inane reputatę sunt ei.
Cui ergo similem fecistis deum. aut quam ymaginem ponetis ei. Numquid
sculptile conflavit faber. aut aurifex auro figuravit illud. et
laminis argenteis argentarius. Forte lignum imputribile
elegit artifex sapiens. et quęrit quomodo statuat symulachrum quod
non moveatur. Numquid non scitis. Numquid non audis
tis. Numquid ab initio non annunciatum est vobis. Numquid
non intellexistis fundamenta terrę. Qui sedet super girum terrę. et
habitatores eius sunt quasi locustę. Qui extendit velut ni
chilum celos. et expandit eos sicut tabernaculum ad inhabitandum.
Qui dat secretorum scrutatores quasi non sint iudices terrę velut in
ane fecit. et quidem neque plantatus neque satus neque radicatus in terra
truncus eorum. Repente flavit in eos et aruerunt. et turbo quasi
stipulam auferet eos. Et cui assimilastis me et adequastis.
dicit sanctus. Levate in excelsum oculos vestros et videte. quis creavit
hec. Qui educit in numero militiam eorum. et omnes ex nomine vocat.
Pre multitudine fortitudinis et roboris virtutisque eius neque unum
reliquum fuit. Quare dicis iacob et loqueris israel. Abscon
dita est via mea a domino et a deo meo. iudicium meum transivit.
Numquid nescis et non audisti. Deus sempiternus dominus qui creavit
terminos terrę. non deficiet neque laborabit. nec est investigatio sapi
entię eius. qui dat lasso virtutem. et his qui non sunt fortitudinem et robur
multiplicat. Deficient pueri et laborabunt. et iuvenes in infirmi
tate cadent. qui autem sperant in domino mutabunt fortitudinem. et assu
ment pennas sicut aquilę. current et non laborabunt. ambulabunt
et non deficient. Taceant ad me insulę. et gentes mutent fortitudinem.
Accedant et tunc loquantur. simul ad iudicium appropinquemus. Quis
suscitavit ab oriente iustum. vocavit eum ut sequeretur se. Dabit
in conspectu eius gentes. et reges obtinebit. Dabit quasi pulverem
gladio eius. sicut stipulam vento raptam arcui eius. Persequetur eos transibit
in pace. semita in pedibus eius non apparebit. Quis hec operatus est et
fecit. vocans generationes ab exordio. Ego dominus. primus
et novissimus ego sum.

Viderunt insulę et timuerunt. extrema terrę obstupuerunt. Appro
pinquaverunt et accesserunt. Unusquisque proximo suo auxiliabitur
et fratri suo dicet: Confortare. Confortavit faber erarius percuti
ens malleo eum qui cudebat tunc temporis. dicens glutino
bonum est. Et confortavit eum clavis ut non moveatur. Et tu israel
serve meus iacob quem elegi. semen abrahę amici mei. in quo apprehe
di te. Ab extremis terrę et a longinquis eius vocavi te. et dixi
tibi. Servus meus es tu elegi te et non abieci te. Ne timeas quia tecum
sum ego. ne declines quia ego deus tuus. Confortavi et auxiliatus
sum tui. et suscepit te dextera iusti mei. Ecce confundentur et eru
bescent omnes qui pugnant adversum te. erunt quasi non sint et peribunt viri
qui contradicunt tibi. Queres eos et non invenies viros rebelles tuos.

Erunt quasi non sint. et veluti consumptio homines bellantes ad
versum te. quia ego dominus deus tuus. apprehendens manum tuam
dicensque tibi. Ne timeas. ego adiuvi te. Noli timere vermis iacob.
qui mortui estis ex israel. Ego auxiliatus sum tui dicit dominus. et redemptor
tuus sanctus israel. Ego posui te plaustrum quasi triturans novum habens
rostra serrantia. Triturabis montes et comminues. et colles
quasi pulverem pones. Ventilabis eos et ventus tollet. et turbo
disperget eos. Et tu exultabis in domino. et in sancto israel letaberis.
Egeni et pauperes querunt aquas et non sunt lingua eorum siti aruit. Ego
dominus exaudiam eos. deus israel non derelinquam illos. Aperiam in
supinis montibus flumina. et in medio camporum fontes. Ponam
desertum in stagna aquarum. et terram inviam in rivos aquarum.
Dabo in solitudine cedrum. et spinam et mirtum. et lignum olivę.
Ponam in deserto abietem. et ulmum. et buxum simul. ut videant
et sciant. et recogitent et intelligant pariter quia manus domini fecit
hec. et sanctus israel creavit illud. Prope facite iudicium vestrum dicit dominus.
afferte si quid forte habetis. dixit rex iacob. Accedant et annun
cient nobis quecumque ventura sunt; priora quę fuerunt nunciate
et ponemus cor nostrum. et sciemus novissima eorum. et quę ventura sunt
annunciate nobis. Annunciate quę ventura sunt in futurum. et
sciemus quia dii estis vos. Bene autem aut male si potestis facite
et loquamur et videamus simul. Ecce vos estis ex nichilo. et opus
vestrum ex eo quod non est. Abhominatio est qui elegit vos. Suscitavi
ab aquilone. et veniet ab ortu solis. Vocabit nomen meum. et ad
ducet magistratus quasi lutum. et velut plastes conculcans humum.
Quis annunciavit ab exordio ut sciamus. et a principio ut dicamus
iustus es. Non est enim neque annuncians. neque predicans. neque
audiens sermones vestros. Primus ad syon dicet: ecce adsum. et
hierusalem evangelistam dabo. Et vidi et non erat neque ex istis quisquam qui
iniret consilium. et interrogatus responderet verbum. Ecce omnes
iniusti et vana opera eorum. ventus et inania symulachra eorum.

Ecce servus meus suscipiam eum. electus meus complacuit sibi in illo anima
mea. Dedi spiritum meum super eum. iudicium gentibus proferet. Non
clamabit neque accipiet personam. neque audietur foris vox eius.
Calamum quassatum non conteret. et linum fumigans non extinguet.
in veritate educet iudicium. Non erit tristis neque turbulentus.
donec ponat in terra iudicium. et legem eius insulę expectabunt.
Hec dicit dominus deus. creans celos et extendens eos. firmans terram
et quę germinant ex ea. dans flatum populo qui est super eam.
et spiritum calcantibus eam. Ego dominus vocavi te in iustitia. et ad
prehendi manum tuam. et servavi te et dedi te in fedus populi in lucem
gentium. ut aperires oculos cecorum et educeres de conclusione
vinctum. de domo carceris sedentes in tenebris. Ego dominus.
hoc est nomen meum. Gloriam meam alteri non dabo. et laudem meam scul
ptilibus. Quę prima fuerunt ecce venerunt. Nova quoque ego annuncio.
Antequam oriantur. audita vobis faciam.

Cantate domino canticum novum. laus eius ab extremis terrę. Qui
descenditis in mare et plenitudo eius. insulę et habitatores
earum. Sublevetur desertum et civitates eius. in domibus ha
bitabit cedar. Laudate habitatores petrę. de vertice montium
clamabunt. Ponent domino gloriam. et laudem eius in insulis nuncia
bunt. Dominus sicut fortis egredietur. sicut vir preliator suscitabit ze
lum. Vociferabitur et clamabit. super inimicos suos confortabitur.
Tacui semper silui. patiens fui. sicut pariens loquar. Dissipabo
et absorbebo simul. desertos faciam montes et colles. et omne
gramen eorum exsiccabo. Et ponam flumina in insulas. et stagna
arefaciam. et educam cecos in via quam nesciunt. in semitis quas
ignoraverunt ambulare eos faciam. Ponam tenebras coram
eis in lucem. et prava in directa. Hec verba feci eis. et non de
reliqui eos. conversi sunt retrorsum. Confundantur confusione
qui confidunt in sculptili. qui dicunt conflatili vos dii nostri estis.

Surdi audite. et ceci intuemini ad videndum. Quis cecus nisi
servus meus. et surdus nisi ad quem nuncios meos misi. Quis
cecus. nisi qui venundatus est. Et quis cecus. nisi servus domini.
Qui vides multa. nonne custodies. Qui apertas habes aures.
nonne audies. Et dominus voluit ut sanctificaret eum. et mag
nificaret legem et extolleret: ipse autem populus direptus et vastatus.
Laqueus iuvenum omnes. et in domibus carcerum absconditi.
Facti sunt in rapinam. nec est qui eruat. in direptionem. et non est qui di
cat redde. Quis est in vobis qui audiat hoc. attendat et auscultet
futura. Quis dedit in direptionem iacob. et israel vastantibus.
Nonne dominus ipse cui peccavimus. Et noluerunt in viis
eius ambulare. et non audierunt legem eius. Et effudit super eum
furorem indignationis suę. et forte bellum. et combussit eum in cir
cuitu et non cognovit eum. et succendit eum et non intellexit. Et nunc
hec dicit dominus creans te iacob et formans te israel. Noli timere quia redemi
te. et vocavi te nomine tuo. meus es tu. Cum transieris per aquas
tecum ero. et flumina non operient te. Cum ambulaveris in igne non
combureris et flamma non ardebit in te. quia ego dominus deus tuus
sanctus israel salvator tuus. Dedi propitiationem tuam egyptum ethyo
piam et saba pro te. ex quo honorabilis factus es in oculis meis et
gloriosus. Ego dilexi te. Et dabo homines pro te. et populos pro ani
ma tua. Noli timere quoniam ego tecum sum. Ab oriente adducam semen
tuum. et ab occidente congregabo te. Dicam aquiloni da. et
austro noli prohibere. Affer filios meos de longinquo. et filias
meas ab extremis terrę. Et omnem qui invocat nomen meum. in
gloriam meam creavi eum. formavi eum. et feci eum. Educ foras populum
cecum et oculos non habentem. surdum. et aures ei sunt. Omnes
gentes congregatę sunt simul. et collectę sunt tribus. Quis in vobis
annunciet istud. et quę prima sunt audire nos faciat.
Dent testes eorum et iustificentur. et audiant et dicant. Vere vos
testes mei dicit dominus. et servus meus quem elegi. ut sciatis et cre
datis mihi. et intelligatis quia ego ipse sum. Ante me non est
formatus deus. et post me non erit. Ego sum. ego sum dominus. et non est
absque me salvator. Ego annunciavi et salvavi. auditam feci. et
non fuit in vobis alienus. Vos testes mei dicit dominus. et ego deus. et ab
initio ego ipse et non est qui de manu mea eruat. Operabor. et quis
avertet illud.

Hec dicit dominus redemptor vester sanctus israel. Propter vos emisi ba
bilonem. et detraxi vectes universos. et chaldeos in navibus suis glo
riantes. Ego dominus sanctus vester. creans israel rex vester. Hec dicit dominus
qui dedit in mari viam. et in aquis torrentibus semitam. qui eduxit
quadrigam et equum. agmen et robustum. Simul obdormierunt
nec resurgent. contriti sunt quasi linum et extincti sunt. Ne me
mineritis priorum. et antiqua ne intueamini. Ecce ego facio nova.
et nunc orientur; utique cognoscetis ea. Ponam in deserto viam. et in invio

flumina. Glorificabit me bestia agri, dracones et strutiones, quia dedi in deserto aquas, et flumina in invio, ut darem potum populo meo electo meo. Populum istum formavi mihi, laudem meam narrabit. Non me invocasti Iacob, nec laborasti in me Israhel. Non obtulisti mihi arietem holocausti tui, et victimis tuis non glorificasti me. Non te servire feci in oblatione, nec laborem tibi praebui in ture. Non emisti mihi argento calamum, et adipe victimarum tuarum non inebriasti me. Verumtamen servire me fecisti in peccatis tuis, praebuisti mihi laborem in iniquitatibus tuis. Ego sum, ego sum ipse qui deleo iniquitates tuas propter me, et peccatorum tuorum non recordabor. Reduc me in memoriam, et iudicemur simul. Narra si quid habes ut iustificeris. Pater tuus primus peccavit, et interpretes tui praevaricati sunt in me. Et contaminavi principes sanctos, dedi ad internicionem Iacob, et Israhel in blasphemiam.

Et nunc audi Iacob serve meus, et Israhel quem elegi. Haec dicit Dominus faciens et formans te, ab utero auxiliator tuus: Noli timere serve meus Iacob, et rectissime quem elegi. Effundam enim aquas super sitientem, et fluenta super aridam. Effundam spiritum meum super semen tuum, et benedictionem meam super stirpem tuam. Et germinabunt inter herbas quasi salices iuxta praeterfluentes aquas. Iste dicet: Domini ego sum, et ille vocabit in nomine Iacob, et hic scribet manu sua Domino, et in nomine Israhel assimilabitur. Haec dicit Dominus rex Israhel et redemptor eius Dominus exercituum: Ego primus et ego novissimus, et absque me non est deus. Quis similis mei? Vocet et adnuntiet, et ordinem exponat mihi, ex quo constitui populum antiquum; ventura et quae futura sunt annuntient eis. Nolite timere, neque conturbemini. Ex tunc audire te feci et annuntiavi; vos estis testes mei. Numquid est deus absque me, et formator quem ego non noverim? Plastae idoli omnes nihil sunt, et amantissima eorum non proderunt. Ipsi sunt testes eorum, quia non vident neque intellegunt ut confundantur. Quis formavit deum, et sculptile conflavit ad nihil utile? Ecce omnes participes eius confundentur; fabri enim sunt ex hominibus. Convenient omnes, stabunt et pavebunt, et confundentur simul. Faber ferrarius lima operatus est, in prunis et in malleis formavit illud, et operatus est in brachio fortitudinis suae. Esuriet et deficiet, non bibet aquam et lassescet. Artifex lignarius extendit normam, formavit illud in runcina, fecit illud angularibus, et in circino tornavit illud. Et fecit imaginem viri quasi speciosum hominem habitantem in domo. Succidit cedros, tulit ilicem, et quercum quae steterat inter ligna saltus. Plantavit pinum quam pluvia nutrivit, et facta est hominibus in focum. Sumpsit ex eis et calefactus est, et succendit et coxit panes. De reliquo autem operatus est deum et adoravit; fecit sculptile et curvatus est ante illud. Medium eius combussit igni, et de medio eius carnes comedit. Coxit pulmentum et saturatus est, et calefactus est et dixit: Va, calefactus sum, vidi focum. Reliquum autem eius fecit deum et sculptile sibi. Curvatur ante illud et adorat illud, et obsecrat dicens: Libera me, quia deus meus es tu. Nescierunt neque intellexerunt; oblita sunt enim ne videant oculi eorum, et ne intellegant corde suo. Non recogitant in mente sua, neque cognoscunt neque sentiunt ut dicant: Medietatem eius combussi igni, et coxi super carbones eius panes; coxi carnes et comedi, et de reliquo eius idolum faciam? Ante truncum ligni procidam? Pars eius cinis est; cor insipiens adoravit illud, et non liberabit animam suam neque dicet: Forte mendacium est in dextera mea. Memento horum Iacob, et Israhel, quoniam servus meus es tu. Formavi te; servus meus es tu Israhel, ne obliviscaris mei. Delevi ut nubem iniquitates tuas, et quasi nebulam peccata tua. Revertere ad me, quoniam redemi te. Laudate caeli quoniam misericordiam fecit Dominus; iubilate extrema terrae; resonate montes laudationem, saltus et omne lignum eius, quoniam redemit Dominus Iacob, et Israhel gloriabitur. Haec dicit Dominus redemptor tuus et formator tuus ex utero: Ego sum Dominus faciens omnia, extendens caelos solus, stabiliens terram, et nullus mecum. Irrita faciens signa divinorum, et ariolos in furorem vertens; convertens sapientes retrorsum, et scientiam eorum stultam faciens. Suscitans verbum servi sui, et consilium nuntiorum suorum complens. Qui dico Hierusalem: Habitaberis; et civitatibus Iuda: Aedificabimini, et deserta eius suscitabo. Qui dico profundo: Desolare, et flumina tua arefaciam. Qui dico Cyro: Pastor meus es, et omnem voluntatem meam complebis. Qui dico Hierusalem: Aedificaberis; et templo: Fundaberis.

Haec dicit Dominus christo meo Cyro, cuius apprehendi dexteram, ut subiciam ante faciem eius gentes, et dorsa regum vertam, et aperiam coram eo ianuas, et portae non claudentur. Ego ante te ibo, et gloriosos terrae humiliabo. Portas aereas conteram, et vectes ferreos confringam. Et dabo tibi thesauros absconditos, et arcana secretorum, ut scias quia ego Dominus qui voco nomen tuum, Deus Israhel, propter servum meum Iacob, et Israhel electum meum. Et vocavi te in nomine tuo, assimilavi te et non cognovisti me. Ego Dominus et non est amplius; extra me non est deus. Accinxi te et non cognovisti me, ut sciant hi qui ab ortu solis et qui ab occidente, quoniam absque me non est. Ego Dominus et non est alter,

35

formans lucem et creans tenebras, faciens pacem et creans malum. Ego Dominus faciens omnia haec. Rorate caeli desuper, et nubes pluant iustum; aperiatur terra et germinet salvatorem, et iustitia oriatur simul. Ego Dominus creavi eum. Vae qui contradicit fictori suo, testa de samiis terrae. Numquid dicet lutum figulo suo: Quid facis, et opus tuum absque manibus est? Vae qui dicit patri: Quid generas, et mulieri: Quid parturis? Haec dicit Dominus sanctus Israhel plastes eius: Ventura interrogate me; super filios meos et super opus manuum mearum mandate mihi. Ego feci terram et hominem super eam creavi ego. Manus meae tetenderunt caelos, et omni militiae eorum mandavi. Ego suscitavi eum ad iustitiam, et omnes vias eius dirigam. Ipse aedificabit civitatem meam, et captivitatem meam dimittet, non in pretio neque in muneribus, dicit Dominus deus exercituum.

Haec dicit Dominus: Labor Aegypti et negotiatio Aethiopiae et Sabaim viri sublimes ad te transibunt, et tui erunt. Post te ambulabunt; vincti manicis pergent, et te adorabunt, teque deprecabuntur: Tantummodo in te est deus, et non est absque te deus. Vere tu es deus absconditus, Deus Israhel salvator. Confusi sunt et erubuerunt omnes; simul abierunt in confusionem fabricatores errorum. Israhel salvatus est in Domino salute aeterna; non confundemini et non erubescetis usque in saeculum saeculi. Quia haec dicit Dominus creans caelos, ipse deus formans terram et faciens eam, ipse plastes eius; non in vanum creavit eam, ut habitaretur formavit eam. Ego Dominus et non est alius. Non in abscondito locutus sum, in loco terrae tenebroso. Non dixi semini Iacob: Frustra quaerite me.

Ego Dominus loquens iustitiam, annuntians recta. Congregamini et venite, et accedite simul qui salvati estis ex gentibus. Nescierunt qui levant lignum sculpturae suae, et rogant deum non salvantem. Annuntiate et venite, et consiliamini simul. Quis auditum fecit hoc ab initio, ex tunc praedixit illud? Numquid non ego Dominus? Et non est ultra deus absque me. Deus iustus et salvans non est praeter me. Convertimini ad me et salvi eritis omnes fines terrae, quia ego Deus et non est alius. In memet ipso iuravi, egredietur de ore meo iustitiae verbum, et non revertetur; quia mihi curvabitur omne genu, et iurabit omnis lingua. Ergo in Domino dicet: Meae sunt iustitiae et imperium. Ad eum venient et confundentur omnes qui repugnant ei. In Domino iustificabitur et laudabitur omne semen Israhel. Confractus est Bel, contritus est Nabo; facta sunt simulachra eorum bestiis et iumentis. Onera vestra gravi pondere usque ad lassitudinem. Contabuerunt et contrita sunt simul; non potuerunt salvare portantem, et anima eorum in captivitatem ibit.

Audite me domus Iacob, et omne residuum domus Israhel, qui portamini a meo utero, qui gestamini a mea vulva. Usque ad senectam ego ipse, et usque ad canos ego portabo. Ego feci et ego feram, et ego portabo et salvabo. Cui assimilastis me et adaequastis, et comparastis me, et fecistis similem? Qui confertis aurum de sacculo, et argentum statera ponderatis, conducentes aurificem ut faciat deum; et procidunt et adorant. Portant illum in umeris gestantes et ponentes in loco suo, et stabit ac de loco suo non movebitur. Sed et cum clamaverint ad eum, non audiet; de tribulatione non salvabit eos. Mementote istud et confundamini; redite praevaricatores ad cor. Recordamini prioris saeculi, quoniam ego sum deus et non est ultra deus, nec similis mei; annuntians ab exordio novissimum, et ab initio quae necdum facta sunt, dicens: Consilium meum stabit, et omnis voluntas mea fiet. Vocans ab oriente avem, et de terra longinqua virum voluntatis meae. Et locutus sum et adducam illud; creavi et faciam illud. Audite me duro corde, qui longe estis a iustitia. Prope feci iustitiam meam, non elongabitur, et salus mea non morabitur. Dabo in Sion salutem, et Israhel gloriam meam. Descende sede in pulvere virgo filia Babylon; sede in terra. Non est solium filiae Chaldeorum, quia ultra non vocaberis mollis et tenera. Tolle molam et mole farinam; denuda turpitudinem tuam, discooperi umerum, revela crura, transi flumina.

Revelabitur ignominia tua, et videbitur opprobrium tuum. Ultionem capiam, et non resistet mihi homo. Redemptor noster Dominus exercituum, sanctus Israhel nomen illius. Sede tacens et intra in tenebras filia Chaldeorum, quia non vocaberis ultra domina regnorum. Iratus sum super populum meum, contaminavi hereditatem meam, et dedi eos in manu tua. Non posuisti eis misericordiam; super senem aggravasti iugum tuum valde. Et dixisti: In sempiternum ero domina. Non posuisti haec super cor tuum, neque recordata es novissimi tui. Et nunc audi haec delicata et habitans confidenter, quae dicis in corde tuo: Ego sum et non est amplius praeter me; non sedebo vidua et ignorabo sterilitatem. Venient tibi haec duo subito in die una, sterilitas et viduitas. Universa venerunt super te propter multitudinem maleficiorum tuorum, et propter duritiam incantatorum tuorum vehementem. Et fiduciam habuisti in malitia tua, et dixisti: Non est qui videat me. Sapientia tua et scientia tua haec decepit te. Et dixisti in corde tuo: Ego sum et praeter me non est altera. Veniet super te malum, et nescies ortum eius; et irruet super te calamitas quam non poteris expiare. Veniet super te repente miseria quam nescies. Sta cum incantatoribus tuis et cum multitudine maleficiorum tuorum, in quibus laborasti ab adolescentia tua, si forte quid prosit, aut si possis fieri fortior. Defecisti in multitudine consiliorum tuorum. Stent et salvent te augures caeli, qui contemplabantur sidera, et supputabant menses, ut ex eis annuntiarent ventura tibi. Ecce facti sunt quasi stipula, ignis combussit eos; non liberabunt animam suam de manu flammae. Non sunt prunae quibus calefiant, nec focus ut sedeant ad eum. Sic facta sunt tibi in quibuscumque laboraveras. Negotiatores tui ab adolescentia tua unusquisque in via sua erraverunt; non est qui salvet te. Audite haec domus Iacob qui vocamini nomine Israhel, et de aquis Iuda existis, qui iuratis in nomine Domini et Dei Israhel recordamini, non in veritate neque in iustitia. De civitate enim sancta vocati sunt, et super Deum Israhel constabiliti sunt; Dominus exercituum nomen eius. Priora ex tunc annuntiavi, et ex ore meo exierunt, et audita feci ea; repente operatus sum et venerunt. Sciebam enim quia durus es tu, et nervus ferreus cervix tua, et frons tua aerea. Praedixi tibi ex tunc, antequam venirent indicavi tibi, ne forte diceres: Idola mea fecerunt haec, et sculptilia mea et conflatilia mandaverunt ista. Quae audisti, vide omnia; vos autem num annuntiastis? Audita feci tibi nova ex tunc, et conservata quae nescis. Nunc creata sunt et non ex tunc, et ante diem et non audisti ea, ne forte dicas: Ecce ego cognovi ea. Neque audisti neque cognovisti, neque ex tunc aperta est auris tua. Scio enim quia praevaricans praevaricaberis, et transgressorem ex ventre vocavi te. Propter nomen meum longe faciam furorem meum, et laude mea infrenabo te, ne intereas. Ecce excoxi te, sed non quasi argentum; elegi te in camino paupertatis. Propter me, propter me faciam, ut non blasphemer, et gloriam meam alteri non dabo. Audi me Iacob, et Israhel quem ego voco. Ego ipse, ego primus et ego novissimus. Manus quoque mea fundavit terram, et dextera mea mensa est caelos; ego vocabo eos et stabunt simul. Congregamini omnes vos et audite: quis de eis annuntiavit haec? Dominus dilexit eos; faciet voluntatem suam in Babylone, et brachium suum in Chaldeis. Ego ego locutus sum et vocavi eum; adduxi eum, et directa est via eius. Accedite ad me et audite hoc. Non a principio in abscondito locutus sum; ex tempore antequam fieret, ibi eram. Et nunc Dominus Deus misit me et spiritus eius.

Haec dicit Dominus redemptor tuus sanctus Israhel: Ego Dominus Deus tuus docens te utilia, gubernans te in via qua ambulas. Utinam attendisses mandata mea, facta fuisset sicut flumen pax tua, et iustitia tua sicut gurgites maris; et fuisset quasi arena semen tuum, et stirps uteri tui ut lapilli eius. Non interisset et non fuisset attritum nomen eius a facie mea. Egredimini de Babylone, fugite a Chaldeis; in voce exultationis annuntiate, auditum facite hoc, et efferte illud usque ad extrema terrae. Dicite: Redemit Dominus servum suum Iacob. Non sitierunt in deserto, cum educeret eos; aquam de petra produxit eis, et scidit petram et fluxerunt aquae.

Non est pax dicit dominus impiis. Audite insule et adtendite populi de longe. Dominus ab utero vocavit me, de ventre matris mee recordatus est nominis mei. Et posuit me quasi gladium acutum. In umbra manus sue protexit me. et posuit me sicut sagittam electam. In pharetra sua abscondit me et dixit mihi. Servus meus es tu israhel. quia in te gloriabor. Et ego dixi. In vacuum laboravi. sine causa et vane fortitudinem meam consumpsi. Ergo iudicium meum cum domino. et opus meum cum deo meo. Et nunc dicit dominus formans me ex utero servum sibi. ut reducam iacob ad eum. et israhel congregabitur. Et glorificatus sum in oculis domini. et deus meus factus est fortitudo mea. Et dixit. Parum est ut sis mihi servus ad suscitandas tribus iacob et feces israhel convertendas. Ecce dedi te in lucem gentium, ut sis salus mea usque ad extremum terre. Hec dicit dominus deus israhel redemptor sanctus eius. ad contemptibilem animam. ad abhominatam gentem. ad servum dominorum. Reges videbunt et consurgent principes et adorabunt propter dominum quia fidelis est. et sanctum israhel qui elegit te.

Hec dicit dominus. In tempore placito exaudivi te. et in die salutis auxiliatus sum tui. Et servavi te et dedi te in fedus populi mei ut suscitares terram. et possideres hereditates dissipatas. ut diceres his qui vincti sunt exite. et his qui in tenebris revelamini. In viis pascentur. et in omnibus planis pascua eorum. Non esurient neque sitient. et non percutiet eos estus et sol. quia miserator eorum reget eos. et ad fontes aquarum portabit eos. Et ponam omnes montes meos in viam. et semite mee exaltabuntur. Ecce isti de longe venient. et ecce illi ab aquilone et mari. et isti de terra australi. Laudate celi et exulta terra. iubilate montes laudem quia consolatus est dominus populum suum. et pauperum suorum miserebitur. Et dixit syon. Reliquit me dominus. et dominus oblitus est mei. Numquid oblivisci potest mulier infantem suum. ut non misereatur filio uteri sui. Et si illa oblita fuerit. ego tamen non obliviscar tui. Ecce in manibus meis descripsi te. muri tui coram oculis meis semper. Venerunt structores tui destruentes te. et dissipantes a te exibunt. Leva in circuitu oculos tuos et vide. omnes isti congregati sunt venerunt tibi. Vivo ego dicit dominus. quia omnibus his velut ornamento vestieris. et circumdabis eos tibi quasi sponsa. quia deserta tua et solitudines tue. et terra ruine tue nunc angusta erunt pre habitatoribus. et longe fugabuntur qui absorbebant te. Adhuc dicent in auribus tuis filii sterilitatis tue. Angustus est mihi locus. fac spatium mihi ut habitem. Et dices in corde tuo. Quis genuit michi istos. Ego sterilis et non pariens transmigrata et captiva. et istos quis enutrivit. Ego destituta et desolata. et isti ubi erant.

lxxx Hec dicit dominus deus. Ecce levabo ad gentes manum meam. et ad populos exaltabo signum meum. Et afferent filios tuos in ulnis. et filias tuas super humeros portabunt. Et erunt reges nutricii tui. et regine nutrices tue. Vultu in terram demisso adorabunt te. et pulverem pedum tuorum lingent. Et scies quia ego dominus super quo non confundentur omnes qui expectant eum. Numquid tolletur a forti preda. aut quod captum fuerit a robusto salvum esse poterit. Quia hec dicit dominus. Equidem et captivitas a forti tolletur. et quod ablatum fuerit a robusto salvabitur. Eos vero qui iudicaverunt te ego iudicabo. et filios tuos ego salvabo. et cibabo hostes tuos carnibus suis. et quasi musto sanguine suo inebriabuntur. et sciet omnis caro quia ego dominus salvans te. et redemptor tuus fortis iacob. Hec dicit dominus. Quis est hic liber repudii matris vestre quo dimisi eam. Aut quis est creditor meus cui vendidi vos. Ecce in iniquitatibus vestris venditi estis. et in sceleribus vestris dimisi matrem vestram. quia veni et non erat vir. vocavi et non erat qui audiret. Numquid abbreviata et parvula facta est manus mea ut non possim redimere. aut non est in me virtus ad liberandum. Ecce in increpatione mea desertum faciam mare. ponam flumina in siccum. Computrescent pisces sine aqua. et morientur in siti. Induam celos tenebris. et saccum ponam operimentum eorum.

Dominus dedit mihi linguam eruditam. ut sciam sustentare eum qui lassus est verbo. Erigit mane. mane erigit mihi aurem. ut audiam quasi magistrum. Dominus deus aperuit mihi aurem. ego autem non contradico. retrorsum non abii. Corpus meum dedi percutientibus. et genas meas vellentibus. Faciem meam non averti. ab increpantibus et conspuentibus in me. Dominus deus auxiliator meus. et ideo non sum confusus. Ideo posui faciem meam ut petram durissimam. et scio quia non confundar. Iuxta est qui iustificat me. Quis contradicet michi. Stemus simul. Quis est adversarius meus. Accedat ad me. Ecce dominus deus auxiliator meus. quis est qui condempnet me. Ecce omnes quasi vestimentum conterentur. tinea comedet eos. Quis ex vobis timens dominum. audiens vocem servi eius. Qui ambulavit in tenebris. et non est lumen ei. Speret in nomine domini. et innitatur super deum suum. Ecce omnes vos accendentes ignem. accincti flammis. Ambulate in lumine ignis vestri et in flammis quas succendistis. De manu mea factum est hoc vobis. in doloribus dormietis. Audite me qui sequimini quod iustum est. et queritis dominum. Attendite ad petram unde excisi estis. et ad cavernam laci. de qua precisi estis. Attendite ad abraham patrem vestrum et ad saram que peperit vos. quia unum vocavi eum. et benedixi eum. et multiplicavi eum. Consolabitur ergo dominus syon. et consolabitur omnes ruinas eius. ponet desertum eius quasi delicias. et solitudinem eius quasi hortum domini. Gaudium et leticia invenietur in ea. gratiarum actio et vox laudis. Attendite ad me populus meus. et tribus mea me audite. quia lex a me exiet. et iudicium meum in lucem populorum requiescet. Prope est iustus meus. egressus est salvator meus. et brachia mea populos iudicabunt. Me insule expectabunt. et brachium meum sustinebunt. Levate in celum oculos vestros. et videte sub terra deorsum. quia celi sicut fumus liquescent. et terra sicut vestimentum atteretur. et habitatores eius sicut hec interibunt. Salus autem mea in sempiternum erit. et iustitia mea non deficiet. Audite me qui scitis iustum. populus meus. lex mea in corde eorum. Nolite timere opprobrium hominum. et blasphemias eorum ne timeatis. Sic enim vestimentum sic comedet eos vermis. et sic lanam sic devorabit eos tinea. Salus autem mea in sempiternum erit et iustitia mea in generationes generationum.

Consurge consurge induere fortitudinem brachium domini. consurge sicut in diebus antiquis. in generationibus seculorum. Numquid non tu percussisti superbum, vulnerasti draconem. Numquid non tu siccasti mare. aquam abyssi vehementis. Qui posuisti profundum maris viam. ut transirent liberati. Et nunc qui redempti sunt a domino revertentur. et venient in syon laudantes. et leticia sempiterna super capita eorum. Gaudium et leticiam tenebunt. fugiet dolor et gemitus. Ego ipse consolabor vos. Quis tu ut timeres ab homine mortali et a filio hominis qui quasi fenum ita arescet. et oblitus es domini factoris tui qui tetendit celos et fundavit terram. et formidasti iugiter tota die a facie furoris eius qui te tribulabat. et paraverat ad perdendum. Ubi nunc est furor tribulantis. Cito veniet gradiens ad aperiendum. Et non interficiet usque ad internecionem. nec deficiet panis eius. Ego autem sum dominus deus tuus qui conturbo mare. et intumescunt fluctus eius. Dominus exercituum nomen meum. Posui verba mea in ore tuo. et in umbra manus mee protexi te. ut plantes celos et fundes terram. et dicas ad syon populus meus es tu. Elevare elevare. consurge hierusalem que bibisti de manu domini calicem ire eius. Usque ad fundum calicis soporis bibisti. et potasti usque ad feces. Non est qui sustentet eam ex omnibus filiis quos genuit. et non est qui apprehendat manum eius ex omnibus filiis quos enutrivit. Duo sunt que occurrerunt tibi. Quis contristabitur super te. Vastitas et contritio et fames et gladius. Quis consolabitur te. Filii tui proiecti sunt. dormierunt in capite omnium viarum sicut bestia illaqueata. pleni indignatione domini increpatione dei tui. Ideo audi hoc paupercula. et ebria non a vino. Hec dicit dominator tuus deus. qui pugnavit pro populo suo. Ecce tuli de manu tua calicem soporis fundum calicis indignationis mee. Non adicias ut bibas illud ultra. Et ponam illud in manu eorum qui te humiliaverunt. et dixerunt anime tue incurvare ut transeamus. Et posuisti ut terram corpus tuum. et quasi viam transeuntibus.

Consurge consurge induere fortitudine tua syon. induere vestimentis glorie tue hierusalem civitas sancti. quia non adiciet ultra ut pertranseat per te incircumcisus et inmundus. Excutere de pulvere consurge sede hierusalem. solve vincula colli tui captiva filia syon. quia hec dicit dominus. Gratis venundati estis. et sine argento redimemini. quia hec dicit dominus deus. In egyptum descendit populus meus in principio ut colonus esset ibi. et assur absque ulla causa calumpniatus est eum. Et nunc quid mihi hic est dicit dominus. quoniam ablatus est populus meus gratis. Dominatores eius inique agunt dicit dominus. et iugiter tota die nomen meum blasphematur. Propter hoc sciet populus meus nomen meum in die illa. quia ego ipse qui loquebar ecce adsum. Quam pulchri super montes pedes annuntiantis et predicantis pacem. annuntiantis bonum. predicantis salutem. dicentis syon regnabit deus tuus. Vox speculatorum tuorum levaverunt vocem. simul laudabunt. quia oculo ad oculum videbunt cum converterit dominus syon. Gaudete et laudate simul deserta hierusalem quia consolatus est dominus populum suum. redemit hierusalem. Paravit dominus brachium sanctum suum in oculis omnium gentium. et videbunt omnes fines terre salutare dei nostri. Recedite recedite. exite inde. pollutum nolite tangere. Exite de medio eius. Mundamini qui fertis vasa domini. quoniam non in tumultu exibitis. nec in fuga properabitis. Precedet enim vos dominus. et congregabit vos deus israhel. Ecce intelliget servus meus. exaltabitur et elevabitur. et sublimis erit valde. Sicut obstupuerunt super te multi. sic inglorius erit inter viros aspectus eius. et forma eius inter filios hominum. Iste asperget gentes multas. Super ipsum continebunt reges os suum. quia quibus non est narratum de eo videbunt. et qui non audierunt contemplati sunt.

Domine quis credidit auditui nostro. et brachium domini cui revelatum est. Et ascendet sicut virgultum coram eo. et sicut radix de terra sitienti. Non est species ei neque decor. vidimus eum et non erat aspectus. Et desideravimus eum despectum. et novissimum virorum. virum dolorum et scientem infirmitatem. et quasi absconditus vultus eius et despectus. Unde nec reputavimus eum. Vere languores nostros ipse tulit. et dolores nostros ipse portavit. Et nos putavimus eum quasi leprosum. et percussum a deo et humiliatum. Ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras. attritus est propter scelera nostra. Disciplina pacis nostre super eum. et livore eius sanati sumus. Omnes nos quasi oves erravimus. unusquisque in viam suam declinavit. et dominus posuit in eo iniquitatem omnium nostrum. Oblatus est quia ipse voluit. et non aperuit os suum. Sicut ovis ad occisionem ducetur. et quasi agnus coram tondente se obmutescet. et non aperiet os suum. De angustia et de iudicio sublatus est. Generationem eius quis enarrabit. Quia abscisus est de terra viventium. Propter scelus populi mei percussi eum. et dabit impios pro sepultura. et divitem pro morte sua. eo quod iniquitatem non fecerit. nec inventus est dolus in ore eius. et dominus voluit conterere eum in infirmitate. Si posuerit pro peccato animam suam videbit semen longevum. et voluntas domini in manu eius dirigetur. pro eo quod laboravit anima eius. videbit et saturabitur. In scientia sua iustificabit ipse iustus servus meus multos. et iniquitates eorum ipse portabit. Ideo dispertiam ei plurimos. et fortium dividet spolia. pro eo quod tradidit in mortem animam suam. et cum sceleratis reputatus est. Et ipse peccatum multorum tulit. et pro transgressoribus rogavit.

Lauda sterilis que non paris. decanta laudem et hinni que non pariebas. quoniam multi filii deserte magis quam eius que habebat virum. dicit dominus. Dilata locum tentorii tui. et pelles tabernaculorum tuorum extende ne parcas. Longos fac funiculos tuos. et clavos tuos consolida. Ad dexteram enim et levam penetrabis. et semen tuum gentes hereditabit. et civitates desertas inhabitare faciet. Noli timere quia non confunderis. neque erubesces. Non enim te pudebit quia confusionis adolescentie tue oblivisceris. et opprobrii viduitatis tue non recordaberis amplius. quia dominabitur tui qui fecit te. dominus exercituum nomen eius. et redemptor tuus sanctus israhel. deus omnis terre vocabitur. quia ut mulierem derelictam et merentem spiritu vocavit te dominus. et uxorem ab adolescentia abiectam. Dixit deus tuus. Ad punctum in modico dereliqui te. et in miserationibus magnis congregabo te. In momento indignationis abscondi faciem meam parumper a te. et in misericordia sempiterna misertus sum tui. Dixit redemptor tuus dominus. Sicut in diebus noe istud mihi est. cui iuravi ne inducerem aquas noe ultra super terram. sic iuravi ne irascar tibi. et non increpem te. Montes enim commovebuntur et colles contremiscent. misericordia autem mea non recedet a te. et fedus pacis mee non movebitur. Dixit miserator tuus dominus. Paupercula tempestate convulsa absque ulla consolatione ecce ego sternam per ordinem lapides tuos. et fundabo te in saphiris. et ponam in iaspide propugnacula tua. et portas tuas in lapides sculptos. et omnes terminos tuos in lapides desiderabiles. universos filios tuos doctos a domino. et multitudinem pacis filiis tuis. et in iustitia fundaberis. Recede procul a calumnia quia non timebis. et a pavore quia non appropinquabit tibi. Ecce accola

ueni & qui non erat meus. ad ueniat quondam tuus adiungetur
tibi. Ecce ego creaui fabrum sufflantem in igne prunas & proferen
tem uas in opus suum. & ego creaui interfectorem ad disperdendum. Omne
uas quod fictum est contra te non dirigetur. & omnem linguam resisten
tem tibi in iudicio iudicabis. Hec est hereditas seruorum domini. &
iusticia eorum apud me dicit dominus.
(O)mnes sitientes uenite ad aquas. & qui non habetis argentum.
properate emite & comedite. Venite emite absque argento. &
absque ulla commutatione uinum & lac. Quare appenditis
argentum in non panibus: & laborem uestrum non in saturitate. Audite audi
entes me & comedite bonum. & delectabitur in crassitudine anima
uestra. Inclinate aurem uestram & uenite ad me. audite & uiuet anima
uestra. & feriam uobiscum pactum sempiternum. misericordias dauid fideles. Ecce
testem populis dedi eum. ducem ac preceptorem gentibus. Ecce gentem
quam nesciebas uocabis. & gentes que non cognouerunt te ad te current
propter dominum deum tuum quia glorificabit te. Querite dominum dum inueniri
potest. inuocate eum dum prope est. Derelinquat impius uiam suam.
& uir iniquus cogitationes suas. & reuertatur ad dominum & mise
rebitur eius. & ad deum nostrum quoniam multus est ad ignoscendum. Non
enim cogitationes mee cogitationes uestre. neque uie mee uie
uestre dicit dominus. quia sicut exaltantur celi a terra. sic exalta
te sunt uie mee a uiis uestris. & cogitationes mee a cogitatio
nibus uestris. Et quomodo descendit ymber & nix de celo. et illuc
ultra non reuertitur sed inebriat terram & infundit eam. & germi
nare eam facit. & dat semen serenti & panem comedenti. sic
erit uerbum quod egredietur de ore meo. non reuertetur ad me ua
cuum. sed faciet quecumque uolui. & prosperabitur in his ad que misi
illud. & quia in leticia egrediemini. & in pace deducemini.
Montes & colles cantabunt coram uobis laudem. & omnia ligna
regionis plaudent manu. Pro saliunca ascendet abies. & pro
urtica crescet mirtus. & erit dominus nominatus in signum
eternum quod non auferetur.
(H)ec dicit dominus. Custodite iudicium. & facite iusticiam.
quia iuxta est salus mea ut ueniat. & iusticia mea ut reueletur.
Beatus uir qui facit hoc. & filius hominis qui apprehendet
istud. custodiens sabbatum ne polluat illud. custodiens manus
suas ne faciat omne malum. & non dicat filius aduene qui ad
heret domino dicens. separatione diuidet me dominus a
populo suo. Et non dicat eunuchus ecce ego lignum aridum. quia
hec dicit dominus eunuchis. Si custodierint sabbata mea
& elegerint que uolui. & tenuerint fedus meum. dabo eis in
domo mea & in muris meis locum. & nomen melius a filiis
& filiabus: Nomen sempiternum in domo mea dabo eis. quod non
peribit. Et filios aduene qui adherent domino ut colant
eum & diligant nomen eius ut sint ei in seruos. omnem
custodientem sabbatum ne polluat illud. & tenentem fedus
meum. adducam eos in montem sanctum meum. & letificabo eos
in domo orationis mee. Holocausta eorum & uictime eorum
placebunt mihi super altare meum. quia domus mea. domus
orationis uocabitur cunctis populis ait dominus deus. qui congre
gat dispersos israel. Adhuc congregabo ad eum congregatos
eius. Omnes bestie agri aduenite ad deuorandum. uniuerse bestie
saltus. Speculatores eius ceci omnes. nescierunt uniuersi. canes
muti non ualentes latrare. uidentes uana. dormi
entes & amantes somnia. & canes impudentissimi ne
scierunt saturitatem. Ipsi pastores ignorauerunt intelligentiam.
Omnes in uiam suam declinauerunt. unusquisque ad auariciam
suam. A summo usque ad nouissimum uenite sumamus uinum
& impleamur ebrietate. & erit sicut hodie sic & cras & multo
amplius. Iustus perit & nemo est qui recogitet in corde suo.
& uiri misericordie colliguntur. quia non est qui intelligat. A facie
enim malicie collectus est iustus. Veniat pax requiescat in cubili
suo. qui ambulat in directione sua. Vos autem accedite huc filii
auguratricis semen adulteri & fornicarie. Super quem lusistis?
Super quem dilatastis os. & eiecistis linguam? Numquid non
uos filii scelesti. semen mendax? Qui consolamini in diis
sub omne lignum frondosum. immolantes paruulos in torren
tibus: subter eminentes petras? In partibus torrentis pars
tua. hec est pars tua. hec est sors tua. & ipsis effudisti libamen
obtulisti sacrificium. Numquid super his non indignabor?
Super montem excelsum & sublimem posuisti cubile tuum. & illuc
ascendisti ut immolares hostias. & post ostium & retro po
suisti memoriale tuum. quia iuxta me discoperuisti & suscepi
sti adulterum. Dilatasti cubile tuum. & pepigisti cum eis fedus.
Dilexisti stratum eorum manu aperta. & ornasti te regio ungu
ento. & multiplicasti pigmenta tua. Misisti legatos tuos
procul. & humiliata es usque ad inferos. In multitudine uie tue
laborasti. & non dixisti quiescam. Vitam manus tue inuenisti.
propterea non rogasti. Pro quo sollicita timuisti. quia mentita es
& mei non es recordata. neque cogitasti in corde tuo. quia tacens
& quasi non uidens. & mei oblita es. Ego annunciabo iusti
ciam tuam. & opera tua non proderunt tibi. Cum clamaueris. liberent
te congregati tui. Et omnes debitores uestros auferet uentus. tol
let aura. qui autem fiduciam habet mei hereditabit terram. & pos
sidebit montem sanctum meum. Et dicam. Viam facite prebete iter.
declinate a semita. auferte offendicula de uia populi mei. quia hec
dicit excelsus & sublimis habitans eternitatem & sanctum nomen eius.
in excelso. & in sancto habitans. & cum contrito & humili spiritu.
ut uiuificet spiritum humilium. & uiuificet cor contritorum. Non enim
in sempiternum litigabo. neque usque ad finem irascar. quia spiritus a fa
cie mea egredietur. & flatus ego faciam. Propter iniquitatem aua
ricie eius iratus sum. & percussi eum. Abscondi a te & indignatus sum
& abiit uagus in uia cordis sui. Vias eius uidi & dimisi eum. &
reduxi eum. & reddidi consolationes ipsi. & lugentibus eius. Cre
aui fructum labiorum pacem. pacem ei qui longe est. & qui prope
dixit dominus. Et sanaui eum. impii autem quasi mare feruens. quod
quiescere non potest: & redundant fluctus eius in conculcationem et lutum.
(H)ec dicit dominus. Clama ne cesses. quasi tuba exalta uocem tuam.
& annuncia populo meo scelera eorum. & domui iacob peccata eorum.
Me etenim de die in diem querunt. & scire uias meas uolunt
quasi gens que iusticiam fecerit. & que iusticiam dei sui non dereliquerit.
Rogant me iudicia iusticie. & appropinquare deo uolunt. Quare
ieiunauimus & non aspexisti. humiliauimus animas nostras et nesci
sti? Ecce in die ieiunii uestri inuenitur uoluntas uestra. & omnes
debitores uestros repetitis. Ecce ad lites & contentiones ieiuna
tis. & percutitis pugno impie. Nolite ieiunare sicut ad hanc diem.

ut audiatur in excelso clamor uester. Numquid tale est ieiunium quod
elegi per diem affligere animam suam? Numquid contorquere quasi
circulum caput suum. & saccum & cinerem sternere? Numquid
istud uocabis ieiunium. & diem acceptabilem domino? Nonne
hoc est magis ieiunium quod elegi? Dissolue colligationes im
pietatis. solue fasciculos deprimentes. Dimitte eos qui confracti
sunt liberos. & omne onus dirumpe. Frange esurienti panem
tuum. & egenos uagosque induc in domum tuam. Cum uideris
nudum operi eum. & carnem tuam ne despexeris. Tunc erumpet
quasi mane lumen tuum. & sanitas tua citius orietur. & anteibit
faciem tuam iusticia tua. & gloria domini colliget te. Tunc in
uocabis & dominus exaudiet. clamabis & dicet: ecce adsum.
Si abstuleris de medio tui catenam & desieris digitum exten
dere & loqui quod non prodest. cum effuderis esurienti animam tuam.
& animam afflictam repleueris. orietur in tenebris lux tua. &
tenebre tue erunt sicut meridies. & requiem tibi dabit dominus semper.
& implebit splendoribus animam tuam. & ossa tua liberabit.
Et eris quasi hortus irriguus. & sicut fons aquarum cuius non de
ficient aque. Et edificabuntur in te deserta seculorum. fundamenta
generationis & generationis suscitabis. Et uocaberis edifi
cator sepium. auertens semitas in quiete. Si auerteris a sab
bato pedem tuum facere uoluntatem tuam in die sancto meo. & uoca
ueris sabbatum delicatum. & sanctum domini gloriosum. & glorificaue
ris eum. dum non facis uias tuas. & non inuenitur uoluntas tua
ut loquaris sermonem. tunc delectaberis super domino. & sus
tollam te super altitudinem terre. & cibabo te hereditate iacob
patris tui. Os enim domini locutum est.
(E)cce non est abbreuiata manus mea. ut saluare nequeat. neque
aggrauata est auris eius ut non exaudiat. sed iniquitates uestre
diuiserunt inter uos & deum uestrum. & peccata uestra absconderunt
faciem eius a uobis ne exaudiret. Manus enim uestre pollute sunt
sanguine. & digiti uestri iniquitate. Labia uestra locuta sunt menda
cium. & lingua uestra iniquitatem fatur. Non est qui inuocet iu
sticiam. nec est qui iudicet uere. sed confidunt in nichilum. et
locuntur uanitates. Conceperunt laborem. & pepererunt iniqui
tatem. Oua aspidum ruperunt. & telas aranee texuerunt. Qui
comederit de ouis eorum morietur. & quod confotum est erumpet
in regulum. Tele eorum non erunt in uestimentum. neque operientur
operibus suis. Opera enim eorum opera inutilia. & opus iniquitatis
in manibus eorum. Pedes eorum ad malum currunt. & festinant
ut effundant sanguinem innocentem. Cogitationes eorum cogita
tiones inutiles. uastitas & contritio in uiis eorum. Viam pacis
nescierunt. & non est iudicium in gressibus eorum. Semite eorum incur
uate sunt eis. omnis qui calcat in eis ignorat pacem. Propter hoc
longatum est iudicium a uobis. & non adprehendet nos iusticia.
Expectauimus lucem & ecce tenebre. splendorem & in tenebris
ambulauimus. Palpauimus sicut ceci parietem. & quasi absque ocu
lis attrectauimus. Impegimus meridie quasi in tenebris. in ca
liginosis quasi mortui. Rugiemus quasi ursi omnes. & quasi columbe
meditantes gememus. Expectauimus iudicium & non est: salutem.
& elongata est a nobis. Multiplicate sunt enim iniquitates nostre
coram te. & peccata nostra responderunt nobis. quia scelera nostra
nobiscum. & iniquitates nostras cognouimus peccare & mentiri
contra dominum. & auersi sumus ne iremus post tergum dei nostri. ut
loqueremur calumpniam & transgressionem. Concepimus et locuti
sumus de corde uerba mendacii. & conuersum est retrorsum iudicium.
& iusticia longe stetit. quia corruit in plateis ueritas. et equitas
non potuit ingredi. & facta est ueritas in obliuionem. & qui recessit
a malo prede patuit. Et uidit dominus & malum apparuit in ocul
is eius. quia non est iudicium. Et uidit deus quia non est uir. & aporiatus
est quia non est qui occurrat. Et saluabit sibi brachium suum. & iusti
cia eius ipsa confirmauit eum. Indutus est iusticia ut lorica. & galea
salutis in capite eius. Indutus est uestimentis ultionis. & opertus est
quasi pallio zeli. sicut ad uindictam quasi ad retributionem indignationis
hostibus suis. & uicissitudinem inimicis suis. Insulis uicem reddet.
& timebunt qui ab occidente sunt nomen domini. & qui ab ortu
solis gloriam eius. Cum uenerit quasi fluuius uiolentus quem spiritus domini
cogit. & uenerit syon redemptor. & eis qui redeunt ab iniquita
te in iacob dicit dominus. Hoc fedus meum cum eis dicit dominus.
Spiritus meus qui est in te. & uerba mea que posui in ore tuo non rece
dent de ore tuo. & de ore seminis tui dicit dominus. amodo et usque in sempiternum.
c. (S)urge illuminare hierusalem quia uenit lumen tuum. & gloria domini
super te orta est. Quia ecce tenebre operient terram & caligo populos.
super te autem orietur dominus. et gloria eius in te uidebitur. Et ambulabunt
gentes in lumine tuo. & reges in splendore ortus tui. Leua in circuitu
oculos tuos & uide. omnes isti congregati sunt uenerunt tibi. filii tui
de longe uenient. & filie tue de latere surgent. Tunc uidebis & afflu
es & mirabitur & dilatabitur cor tuum. quando conuersa fuerit
ad te multitudo maris. fortitudo gentium uenerit tibi. Inunda
tio camelorum operiet te. dromedarii madian & effa. Omnes de
saba uenient. aurum & thus deferentes. & laudem domino annun
tiantes. Omne pecus cedar congregabitur tibi. arietes nabaioth
36. ministrabunt tibi. Offerentur super placabili altari meo. & domum
maiestatis mee glorificabo. Qui sunt isti qui ut nubes uolant. &
quasi columbe ad fenestras suas? Me enim insule expectant.
& naues maris in principio. ut adducant filios tuos de longe.
Argentum eorum & aurum eorum cum eis. nomini domini dei tui. et sancto
israel quia glorificabit te. Et edificabunt filii peregrinorum muros tuos.
& reges eorum ministrabunt tibi. In indignatione enim mea percussi te.
& in reconciliatione mea misertus sum tui. Et aperientur porte tue
iugiter. die ac nocte non claudentur. ut afferatur ad te fortitudo gentium.
& reges earum adducantur. Gens enim & regnum quod non seruierit
tibi peribit. & gentes solitudine uastabuntur. Gloria libani ad te ue
niet: & abies. & buxus. & pinus simul ad ornandum locum sancti
ficationis mee. & locum pedum meorum glorificabo. Et uenient ad te
curui filii eorum qui humiliauerunt te. & adorabunt uestigia pedum
tuorum omnes qui detrahebant tibi. Et uocabunt te ciuitatem domini
syon sancti israel. Pro eo quod fuisti derelicta & odio habita. et non erat
qui per te transiret: ponam te in superbiam seculorum. gaudium in gene
ratione & generatione. Et suges lac gentium. et mamillas
regum lactaberis. & scies quia ego dominus saluans te. et redemptor
tuus fortis iacob. Pro ere afferam aurum. & pro ferro argentum.
& pro lignis es. & pro lapidibus ferrum. Et ponam uisitationem tuam
pacem. & prepositos tuos iusticiam. Non audietur ultra iniquitas in
terra tua. uastitas & contritio non erit in terminis tuis. Et occupa
bit salus muros tuos. & portas tuas laudatio. Non erit tibi

amplius sol ad lucendum per diem, neque splendor lune illuminabit te, sed erit tibi dominus in lucem sempiternam, et deus tuus in gloriam tuam. Non occidet ultra sol tuus, et luna tua non minuetur: quia dominus erit tibi in lucem sempiternam, et complebuntur dies luctus tui. Populus autem tuus omnes iusti in perpetuum hereditabunt terram. Germen plantationis mee, opus manus mee ad glorificandum. Minimus erit in mille, et parvulus in gentem fortissimam. Ego dominus in tempore eius subito faciam istud. Spiritus domini super me, eo quod unxerit dominus me. Ad annunciandum mansuetis misit me, ut mederer contritis corde, et predicarem captivis indulgentiam, et clausis apertionem, ut predicarem annum placabilem domino, et diem ultionis deo nostro: ut consolarer omnes lugentes: ut ponerem fortitudinem lugentibus syon, et darem eis coronam pro cinere, oleum gaudii pro luctu, pallium laudis pro spiritu meroris. Et vocabuntur in ea fortes iusticie, plantatio domini ad glorificandum. Et edificabunt deserta a seculo, et ruinas antiquas erigent, et instaurabunt civitates desertas, et dissipatas in generatione et generatione. Et stabunt alieni et pascent pecora vestra, et filii peregrinorum agricole et vinitores vestri erunt. Vos autem sacerdotes domini vocabimini, ministri dei nostri, dicetur vobis. Fortitudinem gentium comedetis, et in gloria eorum superbietis. Pro confusione vestra duplici et rubore, laudabunt partem suam. Propter hoc in terra sua duplicia possidebunt, leticia sempiterna erit eis. Quia ego dominus diligens iudicium, et odio habens rapinam in holocaustum. Et dabo opus eorum in veritate, et fedus perpetuum feriam eis. Et scietur in gentibus semen eorum, et germen eorum in medio populorum. Omnes enim qui viderint eos cognoscent eos, quia isti sunt semen cui benedixit dominus.

Gaudens gaudebo in domino, et exultabit anima mea in deo meo. Quia induit me vestimento salutis, et indumento iusticie circumdedit me, quasi sponsum decoratum corona, et quasi sponsam ornatam monilibus suis. Sicut enim terra profert germen suum, et sicut hortus semen suum germinat, sic dominus deus germinabit iusticiam et laudem coram universis gentibus. Propter syon non tacebo, et propter hierusalem non quiescam, donec egrediatur ut splendor iustus eius, et salvator eius ut lampas accendatur. Et videbunt gentes iustum tuum, et cuncti reges inclitum tuum. Et vocabitur tibi nomen novum, quod os domini nominavit. Et eris corona glorie in manu domini, et diadema regni in manu dei tui. Non vocaberis ultra derelicta, et terra tua non vocabitur amplius desolata, sed vocaberis voluntas mea in ea, quia complacuit domino in te, et terra tua inhabitabitur. Habitabit enim iuvenis cum virgine, et habitabunt in te filii tui. Et gaudebit sponsus super sponsa sua, gaudebit super te dominus deus tuus. Super muros tuos constitui custodes, tota die et tota nocte in perpetuum non tacebunt. Qui reminiscimini domini ne taceatis, et ne detis silentium ei, donec stabiliat et donec ponat hierusalem laudem in terra. Iuravit dominus in dextera sua, et in brachio fortitudinis sue. Si dedero triticum tuum ultra cibum inimicis tuis, et si biberint alieni vinum tuum in quo laborasti, quia qui congregabunt illud comedent et laudabunt dominum, et qui comportant illud bibent in atriis sanctis meis. Transite transite per portas, preparate viam populo, planum facite iter et eligite lapides, et elevate signum ad populos. Ecce dominus auditum fecit in extremis terre. Dicite filie syon, ecce salvator tuus venit, ecce merces eius cum eo, et opus eius coram illo. Et vocabunt eos populus sanctus redempti a domino. Tu autem vocaberis civitas quesita et non derelicta.

Quis est iste qui venit de edom, tinctis vestibus de bosra. Iste formosus in stola sua, gradiens in multitudine fortitudinis sue. Ego qui loquor iusticiam, et propugnator sum ad salvandum. Quare ergo rubrum est indumentum tuum, et vestimenta tua sicut calcantium in torculari? Torcular calcavi solus, et de gentibus non est vir mecum. Calcavi eos in furore meo, et conculcavi eos in ira mea, et aspersus est sanguis eorum super vestimenta mea, et omnia indumenta mea inquinavi. Dies enim ultionis in corde meo, annus redemptionis mee venit. Circumspexi et non erat auxiliator, quesivi et non fuit qui adiuvaret. Et salvavit michi brachium meum, et indignatio mea ipsa auxiliata est michi. Et conculcavi populos in furore meo, et inebriavi eos in indignatione mea, et detraxi in terram virtutem eorum. Miserationum domini recordabor, laudem domini super omnibus que reddidit nobis dominus, et super multitudinem bonorum domui israhel, que largitus est eis secundum indulgentiam suam, et secundum multitudinem misericordiarum suarum. Et dixit: Verumtamen populus meus est, filii non negantes. Et factus est eis salvator. In omni tribulatione eorum non est tribulatus, et angelus faciei eius salvavit eos. In dilectione sua et in indulgentia sua ipse redemit eos, et portavit eos et levavit eos, cunctis diebus seculi. Ipsi autem ad iracundiam provocaverunt, et afflixerunt spiritum sancti eius. Et conversus est eis in inimicum et ipse debellavit eos. Et recordatus est dierum seculi moysi populi sui. Ubi est qui eduxit eos de mari cum pastoribus gregis sui? Ubi est qui posuit in medio eius spiritum sancti sui, qui eduxit eos ad dexteram moysen brachio maiestatis sue, qui scidit aquas ante eos, ut faceret sibi nomen sempiternum, qui eduxit eos per abyssos sicut equum in deserto non impingentem, quasi animal in campo descendens? Spiritus domini ductor eius fuit, sic adduxisti populum tuum, ut faceres tibi nomen glorie.

Attende de celo et vide de habitaculo sancto tuo, et glorie tue. Ubi est zelus tuus et fortitudo tua, multitudo viscerum tuorum, et miserationum tuarum? Super me continuerunt se. Tu enim pater noster es, et abraham nescivit nos, et israhel ignoravit nos. Tu domine pater noster, redemptor noster, a seculo nomen tuum. Quare errare fecisti nos domine de viis tuis? Et indurasti cor nostrum ne timeremus te? Convertere propter servos tuos tribus hereditatis tue. Quasi nichilum possederunt populum sanctum tuum, hostes nostri conculcaverunt sanctificationem tuam. Facti sumus quasi in principio cum non dominareris nostri, neque invocaretur nomen tuum super nos. Utinam dirrumperes celos et descenderes. A facie tua montes defluerent, sicut exustio ignis tabescerent, aque arderent igni, ut notum fieret nomen tuum inimicis tuis, a facie tua gentes turbarentur. Cum feceris mirabilia non sustinebimus. Descendisti, et a facie tua fluxerunt montes. A seculo non audierunt, neque auribus perceperunt. Oculus non vidit deus absque te que preparasti expectantibus te. Occurristi letanti, et facienti iusticiam. In viis tuis recordabuntur tui. Ecce tu iratus es et peccavimus, in ipsis fuimus semper et salvabimur. Et facti sumus ut immundi omnes nos, quasi pannus menstruate universe iusticie nostre. Et cecidimus quasi folium universi, et iniquitates nostre quasi ventus abstulerunt nos. Non est qui invocet nomen tuum, qui consurgat et teneat te. Abscondisti faciem tuam a nobis, et allisisti nos in manu iniquitatis nostre. Et nunc domine pater noster es tu, nos vero lutum, et fictor noster, et opera manuum tuarum omnes nos. Ne irascaris domine satis, et ne ultra memineris iniquitatis nostre. Ecce respice, populus tuus omnes nos. Civitas sancti tui facta est deserta, syon deserta facta est, hierusalem desolata, domus sanctificationis nostre et glorie nostre, ubi laudaverunt te patres nostri, facta est in exustionem ignis, et omnia desiderabilia nostra versa sunt in ruinas. Numquid super his continebis te domine, tacebis et affliges nos vehementer?

Quesierunt me qui ante non interrogabant, invenerunt qui non quesierunt me. Dixi: Ecce ego, ecce ego ad gentem que non invocabat nomen meum. Expandi manus meas ad populum incredulum qui graditur in via non bona post cogitationes suas. Populus qui ad iracundiam provocat me ante faciem meam semper. Qui immolant in hortis et sacrificant super lateres, qui habitant in sepulchris et in delubris ydolorum dormiunt. Qui comedunt carnem suillam et ius profanum in vasis eorum. Qui dicunt: Recede a me, non appropinques michi quia immundus es. Isti fumus erunt in furore meo, ignis ardens tota die. Ecce scriptum est coram me: non tacebo, sed reddam et retribuam in sinu eorum iniquitates vestras, et iniquitates patrum vestrorum simul dicit dominus, qui sacrificaverunt super montes et super colles exprobraverunt michi, et remetiar opus eorum primum in sinum eorum, iniquitates vestras et iniquitates patrum vestrorum.

Hec dicit dominus: Quomodo si inveniatur granum in botro et dicatur ne dissipes illud quoniam benedictio est, sic faciam propter servos meos ut non disperdam totum. Et educam de iacob semen, et de iuda possidentem montem meum, et hereditabunt eam electi mei, et servi mei habitabunt ibi. Et erunt campestria in caulas gregum, et vallis achor in cubile armentorum populo meo qui requisierunt me. Et vos qui dereliquistis dominum, qui obliti estis nomen sanctum meum, qui ponitis fortune mensam et libatis super eam, numerabo vos in gladio et omnes in cede corruetis, pro eo quod vocavi et non respondistis, locutus sum et non audistis, et faciebatis malum in oculis meis, et que nolui elegistis. Propter hoc hec dicit dominus deus meus: Ecce servi mei comedent et vos esurietis, ecce servi mei bibent et vos sitietis, ecce servi mei letabuntur et vos confundemini, ecce servi mei laudabunt pre exultatione cordis, et vos pre contritione spiritus ululabitis, et dimittetis nomen vestrum in iuramentum electis meis. Et interficiet te dominus, et servos suos vocabit alio nomine. In quo qui benedictus est super terram, benedicetur in domino amen, et qui iurat in terra iurabit in deo amen, quia oblivioni tradite sunt angustie priores, et quia abscondite sunt ab oculis nostris.

Ecce enim ego creo celos novos et terram novam, et non erunt in memoria priora, et non ascendent super cor, sed gaudebitis et exultabitis usque in sempiternum in his que ego creo. Quia ecce ego creo hierusalem exultationem et populum eius gaudium. Et exultabo in hierusalem et gaudebo in populo meo, et non audietur in eo ultra vox fletus et vox clamoris. Non erit ibi amplius infans dierum et senex qui non impleat dies suos, quoniam puer centum annorum morietur, et peccator centum annorum maledictus erit. Et edificabunt domos et habitabunt in eis, et plantabunt vineas et comedent fructus earum. Non edificabunt et alius habitabit, non plantabunt et alius comedet. Secundum dies enim ligni erunt dies populi mei, et opera manuum eorum inveterabunt electi mei. Non laborabunt frustra neque generabunt in conturbatione, quia semen benedictorum domini est, et nepotes eorum cum eis. Eritque antequam clament exaudiam, adhuc illis loquentibus dicam: ecce adsum. Lupus et agnus pascentur simul, et leo et bos comedent paleas, et serpenti pulvis panis eius. Non nocebunt neque occident in omni monte sancto meo dicit dominus.

Hec dicit dominus: Celum sedes mea, et terra scabellum pedum meorum. Que est ista domus quam edificabitis michi, et quis est iste locus quietis mee? Omnia hec manus mea fecit, et facta sunt universa ista dicit dominus. Ad quem autem respiciam nisi ad pauperculum et contritum spiritu et trementem sermones meos? Qui immolat bovem quasi qui interficiat virum, et qui mactat pecus quasi qui excerebret canem, qui offert oblationem quasi qui sanguinem suillum offerat, qui recordatur thuris quasi qui benedicat ydolo. Hec omnia elegerunt in viis suis, et in abhominationibus suis anima eorum delectata est. Unde et ego eligam illusiones eorum, et que timebant adducam eis. Quia vocavi et non erat qui responderet, locutus sum et non audierunt, feceruntque malum in oculis meis, et que nolui elegerunt.

Audite verbum domini qui tremitis ad sermones eius. Dixerunt fratres vestri odientes vos, et abicientes propter nomen meum: Glorificetur dominus, et videbimus in leticia vestra. Ipsi autem confundentur. Vox populi de civitate, vox de templo, vox domini reddentis retributionem inimicis suis. Antequam parturiret peperit, antequam veniret partus eius peperit masculum. Quis audivit umquam tale, et quis vidit huic simile? Numquid parturiet terra in die una, aut parietur gens simul? Quia parturivit et peperit syon filios suos. Numquid ego qui alios parere facio, ipse non pariam? dicit dominus deus tuus. Letamini cum hierusalem et exultate in ea omnes qui diligitis eam. Gaudete cum ea gaudio universi qui lugetis super eam, ut sugatis et repleamini ab ubere consolationis eius, ut mulgeatis et deliciis affluatis ab omnimoda gloria eius, quia hec dicit dominus: Ecce ego declinabo super eam quasi fluvium pacis et quasi torrentem inundantem gloriam gentium, quam sugetis. Ad ubera portabimini, et super genua blandientur vobis. Quomodo si cui mater blandiatur, ita ego consolabor vos, et in hierusalem consolabimini. Videbitis et gaudebit cor vestrum, et ossa vestra quasi herba germinabunt. Et cognoscetur manus domini servis eius, et indignabitur inimicis suis. Quia ecce dominus in igne veniet, et quasi turbo quadrige eius, reddere in indignatione furorem suum, et increpationem suam in flamma ignis. Quia in igne dominus diiudicabit, et in gladio suo ad omnem carnem, et multiplicabuntur interfecti a domino. Qui sanctificabantur et mundos se putabant in hortis post ianuam intrinsecus, qui comedebant carnem suillam et abhominationem et murem, simul consumentur dicit dominus. Ego autem

opera eorum et cogitationes eorum. venio ut congregem cum omnibus
gentibus et linguis. Et venient et videbunt gloriam meam. et
ponam in eis signum. Et mittam ex eis qui salvati fuerint ad
gentes in mari in affricam. et lydiam. tenentes sagittam in ita
liam et greciam. ad insulas longe ad eos qui non audierunt me.
et non viderunt gloriam meam. Et annunciabunt gloriam meam gen
tibus: et adducent omnes filios vestros de cunctis gentibus: domino.
in equis et quadrigis et in lecticis et in mulis et in carrucis
ad montem sanctum meum in hierusalem dicit dominus. quomodo si inferant
filii israel munus in vase mundo in domum domini. Et assumam
ex eis in sacerdotes et in levitas dicit dominus. sic stabit semen
vestrum et nomen vestrum. et erit mensis ex mense. et sabbatum
ex sabbato. Veniet omnis caro ut adoret coram facie mea
dicit dominus. et egredientur et videbunt cadavera virorum qui
prevaricati sunt in me. Vermis eorum non morietur. et ignis eorum
non extinguetur et erunt usque ad sacietatem visionis omni carni.

Explicit liber ysaie prophete.

IEREMIAS PROPHETA CUI HIC PROLOGUS

scribitur sermone quidem apud hebreos ysaia et osee
et quibusdam aliis prophetis videtur esse rusticior. sed sensibus
par est: quippe qui eodem spiritu prophetaverit. Porro simpli
citas eloquii de loco ei in quo natus est accidit. Fuit enim
anathotites qui est usque hodie viculus tribus ab hieroso
limis distans milibus: sacerdos ex sacerdotibus: et in matris
utero sanctificatus virginitate sua evangelicum virum christi ecclesie
dedicans. Hic vaticinari exorsus est puer. et captivita
tem urbis atque videt non solum spiritu. sed et oculis carneis intu
itus est. Iam decem tribus israel assyrii in medos transtule
rant. iam terras eorum colone gentium possidebant. Unde
in iuda tantum et beniamin prophetavit. et civitatis sue
ruinas quadruplici planxit alfabeto. quod nos mensure met
ri versibusque reddidimus. Propterea ordinem visionum qui apud
grecos et latinos omnino confusus est. ad pristinam fidem
correximus. Librum autem baruch notarii eius qui apud
hebreos nec legitur nec habetur preterimisimus. Pro his omnibus
maledicta ab emulis prestolantes quibus me necesse est per singula
opuscula respondere. Et hec patior. quia vos cogitis. Ce
terum ad compendium mali rectius fuerat modum furori eorum
silentio meo ponere quam cotidie novi aliquid scriptitantem inui
dorum insaniam provocare. Hieremias anathotites qui est
viculus tribus ab hierosolimis distans milibus: apud taphnas
in egypto lapidibus obrutus a populo occubuit. Iacet autem in eo
loco sepultus quo dudum pharao rex habitaverat. et quia
postulatione sua desugatis ab eodem loco serpentibus: egyp
tios a tactu aspidum fecit esse quietos. magna eum ibi reli
gione egyptii venerantur.

INCIPIT LIBER HIEREMIE PROPHETE

VERBA HIEREMIE FILII HELCHIE DE SACERDOTIBUS QUI FUERUNT IN ANATHOTH IN TERRA BENIAMIN

quod factum est verbum domini ad eum in diebus iosie filii ammon
regis iuda. in tertiodecimo anno regni eius. Et factum est in diebus
ioachim filii iosie regis iuda usque ad consummationem undecimi
anni sedechie filii iosie regis iuda usque ad transmigrationem
hierusalem in mense quinto. Et factum est verbum domini ad me dicens.
Priusquam te formarem in utero novi te. et antequam exires de vulva
sanctificavi te. et prophetam in gentibus dedi te. Et dixi. A. A. A. do
mine deus. ecce nescio loqui quia puer ego sum. Et dixit dominus
ad me. Noli dicere quia puer ego sum. quoniam ad omnia que
mittam te ibis. et universa quecumque mandavero tibi loqueris.
Ne timeas a facie eorum. quia ego tecum sum ut eruam te dicit dominus.
Et misit dominus manum suam. et tetigit os meum. et dixit dominus
ad me. Ecce dedi verba mea in ore tuo. ecce constitui te hodie
super gentes et super regna. ut evellas. et destruas. et disperdas. et
dissipes. et edifices et plantes. Et factum est verbum domini
ad me dicens. Quid tu vides hieremia. Et dixi. Virgam
vigilantem ego video. Et dixit dominus ad me. Bene vidisti.
quia ego vigilabo super verbo meo ut faciam illud. Et factum
est verbum domini ad me secundo dicens. Quid tu vides. Et
dixi. Ollam succensam ego video. et faciem eius a facie aquilonis.
Et dixit dominus ad me. Ab aquilone pandetur malum super omnes
habitatores terre. quia ecce ego convocabo omnes cognationes
regnorum aquilonis ait dominus. et venient et ponent unusquisque
solium suum in introitu portarum hierusalem. et super omnes muros eius
in circuitu. et super universas urbes iuda. Et loquar iudicia
mea cum eis. super omni malicia eorum qui dereliquerunt me et
libaverunt diis alienis. et adoraverunt opus manuum suarum.
Tu ergo accinge lumbos tuos. et surge et loquere ad eos omnia
que ego precipio tibi. Ne formides a facie eorum. nec enim time
re te faciam vultum eorum. Ego quippe dedi te hodie in civita
tem munitam et in columnam ferream. et in murum ereum super omnem
terram regibus iuda et principibus eius. et sacerdotibus et omni po
pulo terre. Et bellabunt adversum te et non prevalebunt. quia ego
tecum sum ait dominus et liberem te.
Et factum est verbum domini ad me dicens. Vade et clama in au
ribus hierusalem dicens. Hec dicit dominus. Recordatus sum tui mise
rans adolescentiam tuam. et caritatem desponsationis tue quando
secuta es me in deserto. in terra que non seminatur. Sanctus israel domino
primicie frugum eius. Omnes qui devorant eum delinquunt.
mala venient super eos dicit dominus. Audite verbum domini domus
iacob. et omnes cognationes domus israel. Hec dicit dominus. Quid
invenerunt in me patres vestri iniquitatis quia elongaverunt a me.
et ambulaverunt post vanitatem. et vani facti sunt. Et non
dixerunt ubi est dominus qui ascendere nos fecit de terra egy
pti. qui transduxit nos per desertum. per terram inhabitabilem et
inviam. per terram sitis et ymaginem mortis. per terram in qua non ha
bitavit vir. nec habitavit homo. Et induxi vos in terram carmeli
ut comederetis fructum eius. et optima illius. et ingressi contami
nastis terram meam. et hereditatem meam posuistis in abhomina
tionem. Sacerdotes non dixerunt ubi est dominus. et tenentes legem
nescierunt me. et pastores prevaricati sunt in me. et prophete
prophetaverunt in baal. et ydola secuti sunt. Propterea adhuc iu
dicio contendam vobiscum. et cum filiis vestris disceptabo. Transite
ad insulas cethim. et videte. et in cedar mittite et considera
te vehementer et videte si factum est huiuscemodi. si mutavit
gens deos suos. et certe ipsi non sunt dii. Populus vero meus mu
tavit gloriam suam in ydolum.
Obstupescite celi super hoc et porte eius desolamini vehementer
dicit dominus. duo enim mala fecit populus meus. Me dereliquerunt
fontem aque et foderunt sibi cisternas. cisternas dissipatas.
que continere non valent aquas. Numquid servus est israel aut
vernaculus. Quare ergo factus est in predam. Super eum rugierunt
leones. et dederunt vocem suam. Posuerunt terram eius in solitudinem.
et civitates eius exuste sunt. et non est qui habitet in eis. Filii quoque
mempheos et taphnes constupraverunt te usque ad verticem.
Numquid non istud factum est tibi. quia dereliquisti dominum deum tuum. eo
tempore quo ducebat te per viam. Et nunc quid tibi vis in via egy
pti. ut bibas aquam turbidam. Et quid tibi cum via assyriorum
ut bibas aquam fluminis. Arguet te malicia tua. et aversio
tua increpabit te. Scito et vide quia malum et amarum est
dereliquisse te dominum deum tuum. et non esse timorem eius apud te.
dicit dominus exercituum. A seculo confregisti iugum meum. rupisti
vincula mea et dixisti. Non serviam. In omni enim colle sublimi
et sub omni ligno frondoso. tu prosternebaris meretrix. Ego planta
vi te vineam meam electam. omne semen verum. Quomodo ergo
conversa es in pravum. vinea aliena. Si laveris te nitro
et multiplicaveris tibi herbam borith. maculata es in iniquitate
tua coram me. dicit dominus deus tuus. Quomodo dicis non sum
polluta. post baalim non ambulavi. Vide vias tuas in con
valle. scito quid feceris. Cursor levis explicans vias tuas. ona
ger assuetus in solitudine desiderio anime sue. attraxit ventum
amoris sui nullus avertet eam. Omnes qui querunt eam non
deficient. in menstruis eius invenient eam.
Prohibe pedem tuum a nuditate. et guttur tuum a siti. Et di
xisti. Desperavi. nequaquam hoc faciam. Adamavi quippe alienos.
et post eos ambulabo. Quomodo confunditur fur quando de
prehenditur. sic confusi sunt domus israel. ipsi et reges eorum. et sacer
dotes principes et prophete eorum. dicentes ligno pater meus es tu.
et lapidi tu me genuisti. Verterunt ad me tergum et non faciem.
37. et in tempore afflictionis sue dicent. Surge et libera nos.
Ubi sunt dii tui quos fecisti tibi. Surgant et liberent te in
tempore afflictionis tue. Secundum numerum quippe civitatum tuarum
erant dii tui iuda. Quid vultis mecum iudicio contendere.
Omnes dereliquistis me dicit dominus. Frustra percussi filios vestros
disciplinam non receperunt. Devoravit gladius vester prophetas ve
stros. quasi leo vastator generatio vestra. Videte verbum domini.
Numquid solitudo factus sum israeli. aut terra serotina. Quare
ergo dixit populus meus. recessimus. et non veniemus ultra ad te. Numquid
obliviscetur virgo ornamenti sui. sponsa pectoralis sue fascie.
Populus vero oblitus est mei diebus innumeris. Quid niteris
ostendere viam bonam tuam. ad querendam dilectionem. Que
insuper et malicias tuas docuisti vias tuas. et in manibus tuis
inventus est sanguis animarum pauperum et innocentum. Non
in fossis inveni eos. sed in omnibus que supra memoravi. Et di
xisti. Absque peccato sum. et innocens ego. et propterea avertatur
furor tuus a me. Ecce ego iudicio contendam tecum. eo quod di
xeris non peccavi. Quam vilis facta es nimis iterans vias tuas.
Et ab egypto confunderis. sicut confusa es ab assur.
Nam et ab ista egredieris et manus tue erunt super caput tuum.
quoniam obtrivit dominus confidentiam tuam. et nichil habebis prosperi.

Vulgo dicitur. Si dimiserit vir uxorem et recedens ab eo virum alterum duxerit, numquid revertetur ad eam ultra? Numquid non polluta et contaminata erit mulier illa? Tu autem fornicata es cum amatoribus tuis multis, tamen revertere ad me dicit dominus, et ego suscipiam te. Leva oculos tuos in directum, et vide ubi non sis prostrata. In viis sedebas expectans eos quasi latro in solitudine, et polluisti terram in fornicationibus tuis et in malitiis tuis. Quam ob rem prohibite sunt stille pluviarum, et serotinus ymber non fuit. Frons mulieris meretricis facta est tibi, noluisti erubescere. Ergo saltem amodo voca me pater meus, dux virginitatis mee tu es. Numquid irasceris in perpetuum, aut perseverabis in finem? Ecce locuta es et fecisti mala et potuisti.

Et dixit dominus ad me in diebus Iosie regis. Numquid vidisti que fecerit aversatrix Israhel? Abiit sibimet super omnem montem excelsum, et sub omni ligno frondoso, et fornicata est ibi. Et dixi cum fecisset hec omnia, ad me convertere, et non est reversa. Et vidit prevaricatrix soror eius Iuda, quia pro eo quod mechata esset aversatrix Israhel, dimisissem eam et dedissem ei libellum repudii. Et non timuit prevaricatrix Iuda soror eius, sed abiit et fornicata est etiam ipsa. Et facilitate fornicationis sue contaminavit terram, et mechata est cum lapide et cum ligno. Et in omnibus his non est reversa ad me prevaricatrix soror eius Iuda in toto corde suo, sed in mendacio ait dominus. Et dixit dominus ad me. Iustificavit animam suam aversatrix Israhel comparatione prevaricatricis Iudae. Vade et clama sermones istos contra aquilonem et dices. Revertere aversatrix Israhel ait dominus et non avertam faciem meam a vobis, quia sanctus ego sum dicit dominus, et non irascar in perpetuum. Tamen scito iniquitatem tuam quia in dominum deum tuum prevaricata es, et dispersisti vias tuas alienis sub omni ligno frondoso ait dominus, et vocem meam non audisti. Convertimini filii revertentes dicit dominus, quia ego vir vester. Et adsumam vos unum de civitate et duos de cognatione et introducam vos in Syon. Et dabo vobis pastores iuxta cor meum, et pascent vos scientia et doctrina. Cumque multiplicati fueritis et creveritis in terra in diebus illis

ait dominus non dicent ultra archa testamenti domini, neque ascendet super cor, neque recordabuntur illius, nec visitabitur, nec fiet ultra. In tempore illo vocabitur Hierusalem solium domini. Et congregabuntur ad eam omnes gentes in nomine domini in Hierusalem, et non ambulabunt post pravitatem cordis sui pessimi. In diebus illis ibit domus Iuda ad domum Israhel, et venient simul de terra aquilonis ad terram quam dedi patribus vestris. Ego autem dixi. Quomodo ponam te in filios, et tribuam tibi terram desiderabilem hereditatem preclaram exercituum gentium? Et dixi. Patrem vocabis me, et post me ingredi non cessabis. Sed quomodo si contempnat mulier amatorem suum, sic contempsit me domus Israhel dicit dominus. Vox audita est in viis ploratus et ululatus filiorum Israhel, quoniam iniquam fecerunt viam suam, obliti sunt domini dei sui. Convertimini filii revertentes, et sanabo aversiones vestras. Ecce nos venimus ad te, tu enim es dominus deus noster. Vere mendaces erant colles multitudo montium. Vere in domino deo nostro salus Israhel. Confusio comedit laborem patrum nostrorum ab adolescentia nostra, greges eorum et armenta eorum, filios eorum et filias. Dormiemus in confusione nostra, et operiet nos ignominia nostra, quoniam domino deo nostro peccavimus nos et patres nostri ab adolescentia nostra usque ad hanc diem, et non audivimus vocem domini dei nostri.

Si converteris Israhel ait dominus ad me convertere. Si abstuleris offendicula tua a facie mea non commoveberis. Et iurabis vivit dominus in veritate et in iudicio et in iustitia, et benedicent eum omnes gentes, ipsumque laudabunt. Hec enim dicit dominus viro Iuda et habitatoribus Hierusalem. Novate vobis novale et nolite serere super spinas. Circumcidimini domino, et auferte preputia cordium vestrorum viri Iuda et habitatores Hierusalem, ne forte egrediatur ut ignis indignatio mea, et succendatur et non sit qui extinguat propter malitiam cogitationum vestrarum. Annuntiate in Iuda, et in Hierusalem auditum facite. Loquimini et canite tuba in terra, clamate fortiter et dicite. Congregamini et ingrediamur civitates munitas. Levate signum in Syon, confortamini nolite stare, quia malum ego adduco ab aquilone et contritionem magnam. Ascendit leo de cubili suo, et predo gentium se levavit. Egressus est de loco suo ut ponat terram tuam in desolatione. Civitates tue vastabuntur, remanentes absque habitatore. Super hoc accingite vos ciliciis, plangite et ululate quia non est aversa ira furoris domini a vobis. Et erit in die illa dicit dominus, peribit cor regis et cor principum, et obstupescent sacerdotes et prophete consternabuntur. Et dixi.

Heu heu heu domine deus, ergo ne decepisti populum istum et Hierusalem dicens, pax erit vobis, et ecce pervenit gladius usque ad animam? In tempore illo dicetur populo huic et Hierusalem. Ventus urens in viis que sunt in deserto vie filie populi mei, non ad ventilandum et purgandum. Spiritus plenus ex his veniet mihi, et nunc ego loquar iudicia mea cum eis. Ecce quasi nubes ascendet, et quasi tempestas currus eius. Velociores aquilis equi illius, ve nobis quia vastati sumus. Lava a malitia cor tuum Hierusalem, ut salva fias. Usquequo morabuntur in te cogitationes noxie? Vox enim annuntiantis a Dan, et notum facientis ydolum de monte Effraim. Commemorate gentes, ecce auditum est in Hierusalem custodes venire de terra longinqua, et dare super civitates Iuda vocem suam. Quasi custodes agrorum facti sunt super eam in gyro, quia me ad iracundiam provocavit ait dominus. Vie tue et cogitationes tue fecerunt hec tibi, ista malitia tua quia amara, quia tetigit cor meum. Ventrem meum, ventrem meum doleo, sensus cordis mei turbati sunt in me. Non tacebo, quoniam vocem bucine audivit anima mea, clamorem prelii. Contritio super contritionem vocata est, et vastata est omnis terra. Repente vastata sunt tabernacula mea, subito pelles mee.

Usquequo videbo fugientem, audiam vocem bucine? Quia stultus populus meus me non cognovit, filii insipientes sunt et vecordes. Sapientes sunt ut faciant malum, bene autem facere nescierunt. Aspexi terram et ecce vacua erat et nichili, celos, et non erat lux in eis. Vidi montes et ecce movebantur, et omnes colles conturbati sunt. Intuitus sum et non erat homo, et omne volatile celi recessit. Aspexi et ecce carmelus desertus, et omnes urbes eius destructe sunt a facie domini, et a facie ire furoris eius. Hec enim dicit dominus. Deserta erit omnis terra, sed tamen consummationem non

faciam. Lugebit terra et merebunt celi desuper, eo quod locutus sum. Cogitavi nec penituit me, nec aversus sum ab eo. A voce equitis et mittentis sagittam fugit omnis civitas, ingressi sunt ardua, et ascenderunt rupes. Universe urbes derelicte sunt, et non habitat in eis homo. Tu autem vastata quid facies? Cum vestieris te coccino, cum ornata fueris monili aureo, et pinxeris stibio oculos tuos, frustra componeris. Contempserunt te amatores tui, animam tuam querent. Vocem enim quasi parturientis audivi, angustias ut puerpere. Vox filie Syon intermorientes, expandentisque manus suas. Ve mihi quia defecit anima mea propter interfectos. Circuite vias Hierusalem et aspicite et considerate et querite in plateis eius an inveniatis virum facientem iudicium et querentem fidem, et propitius ero eis. Quod si etiam vivit dominus dixerint, et hoc falso iurabunt. Domine oculi tui respiciunt fidem. Percussisti eos et non doluerunt, attrivisti eos et renuerunt accipere disciplinam. Induraverunt facies suas super petram, et noluerunt reverti. Ego autem dixi. Forsitan pauperes sunt et stulti ignorantes viam domini, iudicium dei sui. Ibo ad optimates, et loquar eis. Ipsi enim cognoverunt viam domini, iudicium dei sui. Et ecce magis hi simul confregerunt iugum, ruperunt vincula. Idcirco percussit eos leo de silva, lupus ad vesperam vastabit eos, pardus vigilans super civitates eorum. Omnis qui egressus fuerit ex eis capietur, quia multiplicate sunt prevaricationes eorum, confortate sunt aversiones eorum. Super quo propitius tibi esse potero?

Filii tui dereliquerunt me, et iurant in his qui non sunt dii. Saturavi eos et mechati sunt, et in domo meretricis luxuriabantur. Equi amatores in feminas emissarii facti sunt, unusquisque ad uxorem proximi sui hinniebat. Numquid super his non visitabo dicit dominus, et in gente tali non ulciscetur anima mea? Ascendite muros eius et dissipate, consummationem autem nolite facere. Auferte propagines eius, quia non sunt domini. Prevaricatione enim prevaricata est domus Israhel et domus Iuda ait dominus. Negaverunt dominum et dixerunt. Non est ipse, neque veniet super nos malum, gladium et famem non videbimus. Prophete fuerunt in ventum locuti, et responsum non est in eis. Hec ergo evenient illis.

Hec dicit dominus exercituum. Quia locuti estis verbum istud, ecce ego do verba mea in ore tuo in ignem, et populum istum ligna, et vorabit eos. Ecce ego adducam super vos gentem de longinquo domus Israhel ait dominus, gentem robustam, gentem antiquam, gentem cuius ignorabis linguam, nec intelliges quid loquatur. Faretra eius quasi sepulchrum patens, universi fortes. Et comedet segetes tuas et panem tuum, devorabit filios tuos et filias tuas, comedet gregem tuum et armenta tua. Comedet vineam tuam et ficum tuam, et conteret urbes munitas tuas, in quibus tu habes fiduciam gladio. Verumtamen et in diebus illis ait dominus non faciam vos in consummationem. Quod si dixeritis quare fecit nobis dominus deus noster hec omnia, dices ad eos. Sicut dereliquistis me et servistis deo alieno in terra vestra, sic servietis alienis in terra non vestra. Annuntiate hoc domui Iacob, et auditum facite in Iuda dicentes. Audi populus stulte qui non habes cor, qui habentes oculos non videtis, et aures et non auditis. Me ergo non timebitis ait dominus, et a facie mea non dolebitis? Qui posui arenam terminum mari, preceptum sempiternum quod non preteribit. Et commovebuntur et non poterunt, et intumescent fluctus eius et non transibunt illud. Populo autem huic factum est cor incredulum et exasperans. Recesserunt et abierunt et non dixerunt in corde suo, metuamus dominum deum nostrum qui dat nobis pluviam temporaneam et serotinam in tempore suo, plenitudinem annue messis custodientem nobis. Iniquitates vestre declinaverunt hec, et peccata vestra prohibuerunt bonum a vobis, quia inventi sunt in populo meo impii insidiantes quasi aucupes, laqueos ponentes et pedicas ad capiendos viros. Sicut decipula plena avibus, sic domus eorum plene dolo. Ideo magnificati sunt et ditati, incrassati sunt et inpinguati, et preterierunt sermones meos pessime. Causam vidue non iudicaverunt, et causam pupilli non direxerunt. Numquid super his non visitabo dicit dominus, aut super gentem huiuscemodi non ulciscetur anima mea?

Stupor et mirabilia facta sunt in terra. Prophete prophetabant mendacium, et sacerdotes applaudebant manibus suis, et populus meus dilexit talia. Quid igitur fiet in novissimo eius? Confortamini filii Beniamin in medio Hierusalem, et in Thecua clangite bucina, et super Bethacarem levate vexillum, quia malum visum est ab aquilone et contritio magna. Speciose et delicate assimilavi filiam Syon, ad eam venient pastores et greges eorum. Fixerunt in ea tentoria in circuitu, pascet unusquisque eos qui sub manu sua sunt. Sanctificate super eam bellum, consurgite et ascendamus in meridie. Ve nobis quia declinavit dies, quia longiores facte sunt umbre vespi. Surgite et ascendamus in nocte, et dissipemus domus eius, quia hec dicit dominus deus exercituum. Cedite lignum eius, effundite circa Hierusalem aggerem. Hec est civitas visitationis, omnis calumnia in medio eius. Sicut frigidam facit cisterna aquam suam, sic frigidam facit malitiam suam. Iniquitas et vastitas audietur in ea, coram me semper infirmitas et plaga. Erudire Hierusalem, ne forte recedat anima mea a te, ne forte ponam te desertam terram inhabitabilem.

Hec dicit dominus exercituum. Usque ad racemum colligent quasi in vinea reliquias Israhel. Converte manum tuam quasi vindemiator ad cartallum. Cui loquar et quem contestabor ut audiat? Ecce incircumcise aures eorum et audire non possunt. Ecce verbum domini factum est eis in obprobrium, et non suscipient illud. Idcirco furore domini plenus sum, laboravi sustinens. Effunde super parvulum foris, et super concilium iuvenum simul. Vir enim cum muliere capietur, senex cum pleno dierum. Et transibunt domus eorum ad alteros, agri et uxores pariter, quia extendam manum meam super habitantes terram dicit dominus. A minore quippe usque ad maiorem omnes avaritie student, et a propheta usque ad sacerdotem cuncti faciunt dolum. Et curabant contritionem filie populi mei cum ignominia dicentes pax pax, et non erat pax. Confusi sunt qui abhominationem fecerunt. Quin potius confusione non sunt confusi, et erubescere nescierunt. Quam ob rem cadent inter ruentes, in tempore visitationis sue corruent dicit dominus.

Hec dicit dominus. State super vias et videte, et interrogate de semitis antiquis, que sit via bona, et ambulate in ea et invenietis refrigerium animabus vestris. Et dixerunt. Non ambulabimus. Et constitui super vos speculatores. Et dixi. Audite vocem tube. Et dixerunt. Non audiemus. Ideo audite gentes, et cognosce congregatio quanta ego faciam eis. Audi terra. Ecce ego adducam super populum istum mala fructum cogitationum eius, quia verba mea non audierunt, et legem

meam proiecerunt. Ut quid michi thus de saba affertis. & calamum
suaue olentem de terra longinqua? Holocaustomata uestra non
sunt accepta. & uictime uestre non placuerunt michi. Propterea hec
dicit dominus. Ecce ego dabo in populum istum ruinas. & ruent in eis
patres & filii simul. uicinus & proximus. & peribunt. 7
[H]ec dicit dominus. Ecce populus uenit de terra aquilonis. & gens mag
na consurget a finibus terre. Sagittam & scutum arripiet. crudelis
est & non miserebitur. Vox eius quasi mare sonabit. & super equos ascen
dent preparati quasi uir ad bellum contra te filia syon. Audiuimus famam
eius. dissolute sunt manus nostre. & tribulatio apprehendit nos. do
lores ut parturientis. Nolite exire ad agros. & in uia ne ambu
letis. quoniam gladius inimici pauor in circuitu. Filia populi mei acci
gere cilicio. & conspergere cinere. Luctum unigeniti fac tibi. plan
ctum amarum. quia repente ueniet uastator super uos. Pro
batorem dedi te in populo meo robustum. & scies & probabis uiam
eorum. Omnes isti principes declinantium. ambulantes fraudu
lenter. Es & ferrum uniuersi corrupti sunt. Defecit sufflatorium
in igne. consumptum est plumbum. Frustra conflauit conflator.
malicie enim eorum non sunt consumpte. Argentum reprobum uocate eos.
quia dominus proiecit illos. 7
[V]erbum quod factum est ad hieremiam a domino dicens. Sta in
porta domus domini. & predica ibi uerbum istud & dic. Au
dite uerbum domini omnis iuda. qui ingredimini per portas
has. ut adoretis dominum. Hec dicit dominus exercituum deus
israel. Bonas facite uias uestras & studia uestra. & habitabo in
medio uestri in loco. Nolite confidere in uerbis mendacii dicentes.
templum domini. templum domini est. quia si benedixeritis
uias uestras & studia uestra. si feceritis iudicium inter uirum & proximum
eius. aduene & pupillo non feceritis calumpniam. nec sanguinem in
nocentem effuderitis in loco hoc. & post deos alienos non ambula
ueritis in malum uobis met ipsis. habitabo uobiscum in loco isto in
terra quam dedi patribus uestris. a seculo & usque in seculum. Ecce confidi
tis uos uobis in uerbis mendacii. que non proderunt uobis furari. oc
cidere. & adulterari. iurare mendaciter. libare baalim. & ire
post deos alienos quos ignoratis & uenistis. & stetistis coram me
in domo hac in qua inuocatum est nomen meum. & dixistis in oculis
uestris. Liberati sumus. eo quod fecerimus omnes abhominationes
istas. Ergo spelunca latronum facta est domus ista. in qua
uocatum est nomen meum in oculis uestris? Ego ego sum. ego uidi
dicit dominus. Ite ad locum meum in sylo. ubi habitauit nomen meum
a principio. & uidete que fecerim ei propter maliciam populi mei israel.
Et nunc quia fecistis omnia opera hec dicit dominus. & locutus
sum ad uos mane consurgens & loquens & non audistis. & uo
caui uos & non respondistis. faciam domui huic in qua inuocatum
est nomen meum. & in qua uos habetis fiduciam. & loco
quem dedi uobis & patribus uestris sicut feci sylo. & proiciam uos a
facie mea sicut proieci omnes fratres uestros. uniuersum semen effraim.
[T]u ergo noli orare pro populo hoc. nec assumas pro eis laudem & o
rationem. & non obsistas michi. quia non exaudiam te. Nonne ui
des quid isti faciunt in ciuitatibus iuda & in plateis hierusalem?
Filii colligunt ligna. & patres succendunt ignem. & mulieres
conspergunt adipem ut faciant placentas regine celi. & libent
diis alienis. & me ad iracundiam prouocent. Numquid me ad
iracundiam prouocant dicit dominus? Nonne semet ipsos in
confusionem uultus sui? Ideo hec dicit dominus deus. Ecce furor
meus & indignatio mea conflatur super locum istum. super uiros &
super iumenta. & super lignum regionis. & super fruges terre. &
succendetur & non extinguetur. Hec dicit dominus exercituum
deus israel. Holocaustomata uestra addite uictimis uestris. & come
dite carnes. quia non sum locutus cum patribus uestris & non precepi eis
in die qua eduxi eos de terra egypti de uerbo holocaustomatum
& uictimarum. sed hoc uerbum precepi eis dicens. Audite uocem
meam. & ero uobis deus. & uos eritis michi populus. & ambulate in
omni uia quam mandaui uobis. ut bene sit uobis. & non audierunt
nec inclinauerunt aurem suam. sed abierunt in uoluptatibus &
in prauitate cordis sui mali. factique sunt retrorsum & non in ante
a die qua egressi sunt patres eorum de terra egypti usque ad diem
hanc. Et misi ad uos omnes seruos meos prophetas per diem consur
gens diluculo mittens & non audierunt me nec inclinauerunt
aurem suam. sed indurauerunt ceruicem suam. & peius operati sunt
quam patres eorum.
[E]t loqueris ad eos omnia uerba hec. & non audient te & uocabis
eos. & non respondebunt tibi. Et dices ad eos. Hec est gens que
non audiuit uocem domini dei sui. nec recepit disciplinam. Periit
fides. & ablata est de ore eorum. Tonde capillum tuum & proice
& sume in directum planctum quia proiecit dominus & reliquit ge
nerationem furoris sui. quia fecerunt filii iuda malum in oculis
meis dicit dominus. Posuerunt offendicula sua in domo in qua
inuocatum est nomen meum. ut polluerent eam. Et edificauerunt
excelsa topheth que est in ualle filii ennon. ut incenderent 38.
filios suos & filias suas igni que non precepi nec cogitaui in cor
de meo. Ideo ecce uenient dies dicit dominus. & non dicetur amplius
topheth & uallis filii ennon. sed uallis interfectionis & sepelient
in topheth eo quod non sit locus. & erit morticinum populi huius
in cibum uolucribus celi & bestiis terre. & non erit qui abigat. Et
quiescere faciam de urbibus iuda & de plateis hierusalem uocem
gaudii & uocem leticie. uocem sponsi. & uocem sponse. In deso
lationem enim erit terra.
[I]n tempore enim illo ait dominus eicient ossa regis iude. &
ossa principum eius. & ossa sacerdotum. & ossa prophetarum. &
ossa eorum qui habitauerunt hierusalem. de sepulchris suis. & ex
pandent ea ad solem & lunam & omnem miliciam celi quam dilexerunt
& quibus seruierunt. & post que ambulauerunt. & que quesierunt
& adorauerunt. Non colligentur neque sepelientur. in sterquilinium
super faciem terre erunt. & eligent magis mortem quam uitam. omnes
qui residui fuerint de cognatione hac pessima in uniuersis
locis que derelicta sunt ad que eieci eos dicit dominus exercituum.
Et dices ad eos. Hec dicit dominus. Numquid qui cadit non resurget.
& qui auersus est non reuertetur? Quare ergo auersus est populus
iste in hierusalem auersione contentiosa? Apprehenderunt menda
cium. & noluerunt reuerti. Attendi & auscultaui. nemo quod
bonum est loquitur. nullus est qui agat penitentiam super peccato suo
dicens. Quid feci? Omnes conuersi sunt ad cursum suum quasi
equus impetu uadens ad prelium. Miluus in celo cognouit
tempus suum. turtur & hyrundo & ciconia custodierunt tempus
aduentus sui. populus autem meus non cognouit iudicium domini.

Quomodo dicitis sapientes nos sumus. & lex domini nobiscum
est? Vere mendacium operatus est stilus mendax scribarum.
Confusi sunt sapientes. & perterriti sunt & capti. Verbum enim
domini proiecerunt. & sapientia nulla est in eis.
[P]ropterea dabo mulieres eorum exteris. agros eorum heredibus: quia
a minimo usque ad maximum omnes auariciam secuntur. a propheta
usque ad sacerdotem. cuncti faciunt mendacium. & sanabant con
tritionem filie populi mei ad ignominiam. dicentes pax pax. cum non
esset pax. Confusi sunt qui abhominationem fecerunt. quin
immo confusione non sunt confusi & erubescere nescierunt. Id
circo cadent inter corruentes in tempore uisitationis sue corru
ent dicit dominus. Congregans congregabo eos ait dominus.
Non est uua in uitibus: & non sunt ficus in ficulnea. Folium de
fluxit. & dedi eis que preter missa sunt. Quare sedemus?
Conuenite & ingrediamur ciuitatem munitam. & sileamus ibi.
quia dominus noster silere nos fecit. & potum dedit nobis aquam fellis.
Peccauimus enim domino. Expectauimus pacem & non erat bonum.
tempus medele & ecce formido. A dan audita est fremitus
equorum eius. A uoce hinnituum pugnatorum eius commota est omnis
terra. & uenerunt & deuorauerunt terram & plenitudinem eius.
urbem. & habitatores eius. Quia ecce ego mittam uobis serpentes
regulos quibus non est incantatio & mordebunt uos ait dominus.
dolor meus super dolorem in me cor meum merens. Ecce uox clamo
ris filie populi mei. de terra longinqua. Numquid dominus non est
in syon. aut rex eius non est in ea? Quare ergo me ad iracun
diam concitauerunt in sculptilibus suis. & in uanitatibus alienis?
Transiit messis finita est estas. & nos saluati non sumus. Super
contritione filie populi mei contritus sum & contristatus. stupor
obtinuit me. Numquid resina non est in galaad. & medicus non est
ibi? Quare igitur non est obducta cicatrix filie populi mei? Quis da
bit capiti meo aquam. & oculis meis fontem lacrimarum.
Et plorabo die & nocte interfectos filie populi mei? Quis dabit
me in solitudinem diuersorium uiatorum. Derelinquam populum meum
& recedam ab eis. quia omnes adulteri sunt. & cetus preuarica
torum. Et extenderunt linguam suam quasi arcum mendacii & non
ueritatis. Confortati sunt in terra. quia de malo ad malum egressi
sunt. & me non cognouerunt dicit dominus. Unusquisque a proximo
suo se custodiat. & in omni fratre suo non habeat fiduciam. quia
omnis frater subplantans subplantabit. & omnis amicus fraudu
lenter incedet. & uir fratrem suum deridebit. & ueritatem non loquentur.
Docuerunt enim linguam suam loqui mendacium. ut inique age
rent laborauerunt. Habitatio tua in medio doli. in dolo. renu
erunt scire me dicit dominus.
[P]ropterea hec dicit dominus exercituum. Ecce ego conflabo &
probabo eos. Quid enim aliud faciam a facie populi? Sagitta
uulnerans lingua eorum. dolum locuta est. In ore suo pacem cum amico
suo loquitur. & occulte ponit ei insidias. Numquid non super his ui
sitabo dicit dominus. aut in gente huiuscemodi non ulciscetur anima
mea? Super montes assumam fletum ac lamentum. & super spe
ciosa deserti planctum. eo quod incensa sunt & non sit uir pertransiens
& non audierunt uocem possidentis. A uolucre celi usque ad pecora
transmigrauerunt & recesserunt. Et dabo hierusalem in aceruos are
ne & cubilia draconum. & ciuitates iuda dabo in desolationem
eo quod non sit habitator. Quis est uir qui intelligit hoc. & ad quem
uerbum oris domini fiat ut annunciet istud quare perierit
terra. exusta sit quasi desertum. eo quod non sit qui pertranseat?
Et dixit dominus. Quia dereliquerunt legem meam quam dedi eis.
& non audierunt uocem meam. & non ambulauerunt in ea. & abierunt
post prauitatem cordis sui. & post baalim quos didicerunt a patribus
suis. Idcirco hec dicit dominus exercituum deus israel. Ecce ego ciba
bo populum istum absinthio. & potum dabo eis aquam fellis. & dispergam
eos in gentibus quas non nouerunt ipsi & patres eorum. & mittam
post eos gladium donec consumantur.
[H]ec dicit dominus exercituum deus israel. Contemplamini & uoca
te lamentatrices & ueniant. & ad eas que sapientes sunt mit
tite. & properent. festinent & assumant super uos lamentum.
Deducant oculi nostri lacrimas. & palpebre nostre defluant aquis.
quia uox lamentationis audita est de syon. Quomodo uastati
sumus & confusi uehementer? Quia dereliquimus terram. quia
deserta sunt tabernacula nostra? Audite ergo mulieres uerbum
domini. & assumant aures uestre sermonem oris eius. quia ascen
dit mors per fenestras uestras. & ingressa est in domos uestras disper
dere de foris paruulos uestros. iuuenes de plateis. Loquere.
Hec dicit dominus. Et cadet morticinum hominis quasi stercus
super faciem regionis. & quasi fenum post tergum metentis. & non est
qui colligat. Hec dicit dominus. Non glorietur sapiens in sapi
entia sua. & non glorietur fortis in fortitudine sua. & non glorietur
diues in diuitiis suis. sed in hoc glorietur qui gloriatur scire &
nosse me. quia ego sum dominus qui facio misericordiam & iudicium
& iusticiam in terra. Hec enim placent michi ait dominus. Ecce dies
ueniunt dicit dominus & uisitabo super omnem incircumcisum ha
bentem preputium super egyptum & super iudam. & super edom. &
super filios ammon. & super moab. & super omnes qui attonsi sunt
in comam. habitantes in deserto. quia omnes gentes habent preputium.
omnis autem domus israel incircumcisi sunt corde.
[A]udite uerbum quod locutus est dominus super uos domus israel. Hec
dicit dominus. Iuxta uias gentium nolite discere. & a signis
celi nolite metuere. que timent gentes. quia leges populorum uane
sunt. quasi lignum de saltu precidit opus manuum artificis in
ascia. Argento & auro decorauit illud. clauis & malleis com
pegit ut non dissoluatur. In similitudinem palme fabricata sunt.
& non loquentur. Portata tollentur. quia incedere non ualent.
Nolite ergo timere ea. quia nec bene. nec male facere possunt.
Non est similis tui domine. magnus tu. & magnum nomen tuum
in fortitudine. Quis non timebit te o rex gentium? Tuum
est enim decus inter cunctos sapientes gentium. & in uniuersis
regnis eorum nullus est similis tui. Pariter insipientes & fatui
peribunt. Doctrina uanitatis eorum lignum est. Argentum
inuolutum de tharsis offertur & aurum de ofaz opus artifi
cis. & manus erarii. Iacinctus & purpura indumentum eorum. opus
artificum uniuersa hec. dominus autem deus uerus est. ipse deus uiuens
& rex sempiternus. Ab indignatione eius commouebitur terra. &
non sustinebunt gentes comminationem eius. Sic ergo dicetis eis. Dii qui celos
& terram non fecerunt pereant de terra. & de his que sub celo sunt.
[Q]ui facit terram in fortitudine sua. preparat orbem in sapientia sua. &
prudentia sua extendit celos. ad uocem suam dat multitudinem

aquarum in celo. & eleuat nebulas ab extremitatib; t̃re.
fulgura in pluuiã facit. & educit uentum de thesauris suis.
Stultus factus ẽ omnis homo a scientia. confusus ẽ omnis
artifex in sculptili quin falsum est qd̃ conflauit. & n̄ ẽ sp̃c in eis.
Vana sunt. & opus eorum risu dignum. in tempore uisitationis
sue peribunt. Non est his similis pars iacob. Qui enim formauit
ipse est omnia. & uirga isrl̃ hereditas ei⁹. Dominus exer
cituum nomen eius. Congrega de t̃ra confusione tuã que habi
tas in obsidione. quia hec dicit dominus. Ecce ego longe piciam
habitatores t̃re in hac uice. & tribulabo eos quia n̄ inuenerunt.
Ve m̄ sup contritione mea pessima plaga mea. Ego au dixi.
Plane hec infirmitas mea ẽ. & portabo illam. Tabernaculũ
meum uastatum est. Omnes funiculi mei dirupti sc̃. filii
mei exierunt a me & n̄ subsistunt. Non ẽ qui extendat ult̃
tentorium suum. & erigat pelles suas. Quia stulte egerunt
pastores & dominum non quesierunt. pp̃t ea n̄ intellexerunt.
& omnis grex eorum dispsus est.
Vox auditionis ecce uenit. & commotio magna de t̃ra aquilonis
ut ponat ciuitates iuda in solitudinẽ. & habitaculũ draconũ.
Scio domine quia non est hominis uia ei⁹. nec uiri est ut ambu
let. & dirigat gressus suos. Corripe domine uerumtamen in iu
dicio & n̄ in furore tuo. ne forte ad nichilum redigas me. Effũ
de indignationẽ tuã sup gentes que n̄ cognouerunt te. & sup
prouincias que nomen tuum non inuocauerunt. quia comederunt iacob
& deuorauerunt eum. & consumpserunt illum. & decus ei⁹ dissipauerunt.
Verbum qd̃ factum est ad hieremiam a domino dicens. Audite
uerba pacti huius. & loquimini ad uiros iuda. & ad habita
tores hierlm & dices ad eos. Hec dicit dominus d̃s isrl̃. Ma
ledictus uir qui non audierit uerba pacti huius. qd̃ p̃cepi patrib;
uris in die qua eduxi eos de t̃ra egypti. de fornace ferrea dicens.
Audite uocem meã & facite omnia que p̃cepi uob. & eritis m̄ in
ppl̃m. & ego ero uobis in d̃m. ut suscitem iuramentum qd̃ iura
ui patrib; uestris. daturum me eis t̃ram fluentẽ lacte & melle
sic est dies hec. & respondi & dixi. Amen domine. Et dixit
dominus ad me. Inuenta est coniuratio in uiris iuda. uocife
rare omnia uerba hec. in ciuitatib; iuda & foris hierlm dicens.
Audite uerba pacti huius. & facite illa. quia contestans conte
status sum patres uros. in die qua eduxi eos de t̃ra egypti usq;
ad diem hanc. Mane consurgens. contestatus sum & dixi.
Audite uocem meã & n̄ audierunt. nec inclinauerunt aurẽ suã.
sed abierunt unusquisq; in prauitate cordis sui mali. Et indu
xi sup eos omnia uerba pacti huius que p̃cepi ut facerent. & nõ
fecerunt. Et dixit dominus ad me. Inuenta ẽ coniuratio in uiris
iuda. & in habitatorib; hierlm. Reuersi sunt ad iniquitates
patrum priores. qui noluerunt audire uerba mea. Et hii g̃
abierunt post deos alienos. ut seruirent eis. Irritum fecerunt
domus isrl̃ & domus iuda pactum meum. qd̃ pepigi cũ patrib; eorum.
Quam ob rem hec dicit dominus.
Ecce ego inducam sup eos mala de quib; exire n̄ poterunt. & cla
mabunt ad me & non exaudiam eos. & ibunt ciuitates iuda
& habitatores hierlm & clamabunt ad deos quib; libant. & nõ
saluabunt eos in tempore afflictionis eorum. Secundum enim numerũ
ciuitatum tuarũ erant dii tui iuda. & sc̃dm numerũ uiarum
tuarũ hierlm posuisti confusionis aras. ad libandum baalim.
Tu g̃ noli orare p ppl̃o hoc. & ne assumas p eis laudẽ & orati
onem quia n̄ exaudiam in tempore clamoris ad me. in tempr̃
afflictionis eorum. Quid est qd̃ dilectus m̄s in domo mea facit
scelera multa. Numquid carnes s̃ce auferent a te malicias tuãs.
in quib; gl̃ata es. Oliuam uberẽ pulchrã fructiferã specio
sam uocauit dominus nomen tuum. Ad uocem loquele grandis
exarsit ignis in ea. & combusta sunt fruteta ei⁹. Et dominus
exercituum qui plantauit te. locutus est sup te malũ p malis
domus isrl̃. & domus iuda. que fecerunt sibi ad irritandũ me
libantes baalim. Tu au domine demonstrasti m̄ & cognoui.
tu ostendisti m̄ studia eorum. & ego quasi agnus mansuetus qui
portatur ad uictimam. & n̄ cognoui quia sup me cogitauerunt
consilia dicentes. Venite mittamus lignum in panem ei⁹. & era
damus eum de t̃ra uiuentium. & nomen ei⁹ non memoretur
amplius. Tu au domine sabaoth qui iudicas iuste & pbas
renes & corda. uideam ultionẽ tuã ex eis. Tibi enim reuelaui
causam meam.
Propterea hec dicit dominus ad uiros anathoth qui querunt animã
tuam. & dicunt. Non pphetabis in nomine domini. & n̄ mori
eris in manib; nr̃is. Propterea hec dicit dominus exercituum.
Ecce ego uisitabo sup eos. Iuuenes eorum morientur in gladio. filii
eorum & filie morientur in fame. & reliquie non erunt ex eis. In
ducam enim malum sup uiros anathoth annum uisitationis eorum.
Iustus quidem tu es domine. Si disputem tecum. uerumtamen
iusta loquar ad te. Quare uia impiorum psperatur. & bene ẽ oib;
qui preuaricantur & inique agunt. Plantasti eos. & radicem
miserunt. pficiunt. & faciunt fructum. Prope es tu ori eorum.
& longe a renib; eorum. Et tu domine nosti me. uidisti me. & p
basti cor meum tecum. Congrega eos quasi gregẽ ad uictimam.
& sc̃ifica eos in die occisionis. Vsq; q̃ lugebit terra. & herba
omnis regionis siccabitur. pp̃t maliciam habitantium in ea. con
sumptum animal & uolucre. qm̃ dixerunt non uidebit nouissim̃
nr̃a. Si cum peditib; currens laborasti. quomodo contendere poteris
cum equis. Cum au in terra pacis securus fueris. quid facies
in supbia iordanis. Nam & fr̃s tui & domus patris tui
etiã ipsi pugnauerunt aduersum te. & clamauerunt post te
plena uoce. Ne credas eis. cum locuti fuerint tibi bona. Re
liqui domum meã. dimisi hereditatẽ meã. dedi dilectã animam
meã in manu inimicorum ei⁹. Facta ẽ m̄ hereditas q̃si leo in silua.
dedit contra me uocẽ. ideo odiui eã. Numqd auis discolor heredi
tas mea m̄. Numqd auis tincta p totum. Venite cõgre
gamini om̃s bestie t̃re. pperate ad deuorandũ. Pastores mul
ti demoliti sunt uineã meã. conculcauerunt partẽ meã. dede
runt portionẽ meã desiderabilem in desertum solitudinis. posu
erunt eã in dissipatione. luxitq; sup me.
xxx. Desolatione desolata est omnis t̃ra. quia nullus est q̃ recogitet
corde. Sup omnes uias deserti uenerunt uastatores. q̃a gladi⁹
domini deuorauit ab extremo t̃re usq; ad extremum eius. Nõ
est pax uniuerse carni. Seminauerunt triticum. & spinas
messuerunt. Hereditatẽ acceperunt. & n̄ eis pderit. Confũ
demini a fructib; uris. pp̃t iram furoris domini. Hec dicit d̃ns
aduersum omnes uicinos meos. pessimos qui tangunt hereditatẽ

quam distribui ppl̃o meo isrl̃. Ecce ego euellam eos de t̃ra eorum &
domum iuda euellã de medio eorum. & cum euulsero eos conuertar
& miserebor eorum. & reducam eos uirum ad hereditatẽ suã. & uirũ
ad t̃ram suam. Et erunt si eruditi didicerint uias ppl̃i mei. ut
iurent in nomine meo uiuit dominus. sic docuerunt ppl̃m meũ
iurare in baal. edificabuntur in medio ppl̃i mei. Qd̃ si non audi
erint euellam gentem illam euulsione & pditione ait dominus.
Hec dicit dominus ad me. Vade & posside tibi lumbare lineum.
& pones illud sup lumbos tuos. & in aquã nõ inferes illud. Et
possedi lumbare iuxta uerbũ dñi. & posui circa lumbos meos. Et fa
ctus est sermo domini ad me sc̃do dicens. Tolle lumbare qd̃ pos
sedisti. qd̃ est circa lumbos tuos. & surgens uade ad eufraten.
& absconde illud ibi in foramine petrẽ. Et abii & abscondi
illud in eufraten. sic p̃ceperat m̄ d̃ns. Et factum ẽ post dies plu
rimos. dixit d̃ns ad me. Surge & uade ad eufraten & tolle inde
lumbare qd̃ p̃cepi tibi ut absconderes illud ibi. Et abii ad eu
fraten & fodi. & tuli lumbare de loco ubi absconderam illud.
Et ecce computruerat lumbare. ita ut nullo usui aptum esset.
Et factum est uerbũ domini ad me dicens. Hec dicit dominus.
Sic computrescere faciã supbiam iuda. & supbiam hierlm
multã. ppl̃m istum pessimum qui nolunt audire uerba mea. &
ambulant in prauitate cordis sui. abieruntq; post deos alie
nos ut seruirent eis. & adorarent eos. & erunt sic lumbare
istud. qd̃ nullo usui aptum est. Sicut enim adheret lũbare
ad lumbos uiri. sic adglutinaui michi omnẽ domum isrl̃. &
omnẽ domum iuda dicit d̃ns ut eẽt michi in ppl̃m & in nomen.
& in laudẽ. & in gl̃am. & n̄ audierunt. Dices g̃ ad eos sermo
nem istum. Hec dicit dominus d̃s isrl̃. Omnis laguncula im
plebitur uino. Et dicent ad te. Numqd ignoramus q̃a omnis
laguncula implebitur uino. Et dices ad eos. Hec dicit d̃ns.
Ecce ego implebo omnes habitatores t̃re huius. & reges
qui sedent de stirpe dauid sup thronum ei⁹. & sacerdotes &
pphas. & omnes habitatores hierlm ebrietate. & dispgã
eos uirum a fr̃e suo. & patres & filios pariter ait dominus.
Non parcã & n̄ concedã. neq; miserebor. ut n̄ dispdã eos.
Audite & aurib; pcipite. nolite eleuari quia dominus locutus est.
Date domino deo nr̃o gl̃am antequam contenebrescat. & antequam
offendant pedes uri ad montes caliginosos. Expectabitis
lucem & ponet eã in umbram mortis & caliginem. Qd̃ si hoc
n̄ audieritis in abscondito plorabit anima m̄ a facie supbie.
Plorans plorabit & deducet oculus lacrimas. quia captus ẽ
grex domini. Dic regi & dominatrici. humiliamini. sedete
in terra. qm̃ descendit de capite corona gl̃e ure. Ciuitates
austri clause sunt. & non ẽ qui aperiat. Transmigrata est
omnis iuda transmigratione pfecta. Leuate oculos uros &
uidete qui uenitis ab aquilone. Vbi ẽ grex qui datus est t̃, pec
inclitum tuum. Quid dices cum uisitauerit te. Tu enim
docuisti eos aduersum te. & erudisti in caput tuũ. Numqd
non dolores apphenderunt te. quasi mulierẽ parturientem.
Qd̃ si dixeris in corde tuo. quare uenerunt michi hec. pp̃t
multitudinem iniquitatis tue reuelata sunt uerecundiora
tua. pollute sunt plante tue. Si immutare potest ethyops
pellem suã. aut pardus uarietates suas. & uos poteritis
benefacere cum didiceritis malum. Et disseminabo eos q̃si
stipulam que uento rapitur in deserto. hec est sors tua parsq;
mensure tue a me dicit dominus. quia oblita es mei. & confisa
es in mendacio. Vnde & ego nudaui femora tua contra faciẽ
tuã. & apparuit ignominia tua. Adulteria tua & hinnit⁹
tuus scelus fornicationis tue. sup colles in agro uidi abhomi
nationes tuas. Ve t̃ hierlm n̄ mundaberis p me. Vsq; q̃ adhuc.
Quod factum est uerbum domini ad hieremiã de sermonibus
siccitatis. Luxit iudea & porte ei⁹ corruerunt & obscurate st̃
in t̃ra. & clamor hierlm ascendit. Maiores miserunt mino
res suos ad aquã. uenerunt ad hauriendũ & n̄ inuenerunt
aquã. reportauerunt uasa sua uacua. Confusi sunt & afflicti
& opuerunt capita sua pp̃t t̃re uastitatẽ quia n̄ uenit
pluuia in t̃ram. confusi sunt agricole opuerunt capita sua. Nã
& cerua in agro peperit & reliquit. quia non erat herba. Et
onagri steterunt in rupib; traxerunt uentum q̃si dracones.
Defecerunt oculi eorum. quia nõ erat herba. Si iniquitates
nr̃e responderint nob. domine fac pp̃t nomen tuum. qm̃
multe sunt auersiones nr̃e. Tibi peccauimus expectatio isrl̃.
saluator ei⁹ in tempore tribulationis. Quare quasi colonus
futurus es in t̃ra. & quasi uiator declinans ad manendũ.
Quare futurus es uelut uir uagus. ut fortis q̃ n̄ pot saluare.
Tu au in nobis es domine. & nomen tuum inuocatum ẽ sup nõs.
ne derelinquas nos.
Hec dicit dominus ppl̃o huic qui dilexit mouere pedes suos
& n̄ quieuit. & domino n̄ placuit. Nunc recordabitur
iniquitatum eorum. & uisitabit peccata eorum. Et dixit domin⁹
ad me. Noli orare p ppl̃o isto in bonũ. Cum ieiunauerint
n̄ exaudiam p̃ces eorum. & si obtulerint holocaustomata &
uictimas n̄ suscipiã ea. quia gladio & fame & peste ego
consumã eos. Et dixi. A. A. A. domine d̃s. pphẽ dicunt
eis. Non uidebitis gladium. & fames n̄ erit in uobis. sed
pacem ueram dabit uobis in loco isto. Et dixit dominus ad me.
Falso pphẽ uaticinantur in nomine meo. Non misi eos & n̄
p̃cepi eis. neq; locutus sum ad eos. Visionem mendacẽ. &
diuinationẽ fraudulentã. & seductionẽ sui cordis pphe
tant uob. Ideo dicit dominus de pphis qui pphãt in
nomine meo quos ego n̄ misi. dicentes. gladius & fames
n̄ erit in t̃ra hac. In gladio & fame consumentur pphe illi
& ppl̃i quib; prophetant erunt proiecti in uiis hierlm. p
fame & gladio & n̄ erit qui sepeliat eos. ipsi & uxores
eorum. filii & filie eorum. & effundam sup eos malum suum.
Et dices ad eos uerbum istud. Deducant oculi mei lacri
mas p diem & nocte & n̄ taceant. quia contritione
magna contrita est uirgo filia ppl̃i mei. plaga pessimã
uehementer. Si egressus fuero ad agros ecce occisi gladio. &
si introiero ciuitatem. ecce attenuati fame. Propheta q̃q;
& sacerdos. abierunt in t̃ram quam ignorabant. Numqd
piciens abiecisti iudã. aut syon abhominata ẽ anima tua.
Quare g̃ pcussisti nos. ita ut nulla sit sanitas. Expec
tauimus pacem & n̄ est bonum. & tempus curationis & ecce
turbatio. Cognouimus domine impietates nr̃as & iniquitates
patrum nr̃orum. quia peccauimus tibi. Ne nos des in obpbriũ

propter nomen tuum. neque facias nobis contumeliam. Solii glorie tue recor
dare. ne irritum facias fedus tuum nobiscum. Numquid sunt in
sculptilibus gentium qui pluant. aut celi possunt dare ymbres.
Nonne tu es domine deus noster. quem expectavimus. Tu enim fe
cisti omnia hec. ne in eternum irascaris.
Et dixit dominus ad me. Si steterint moyses et samuel coram me.
non est anima mea ad populum istum. Eice illos a facie mea et egre
diantur. Quod si dixerint ad te quo egrediemur. dices ad eos. Hec
dicit dominus. Qui ad mortem ad mortem. et qui ad gladium ad gla
dium. et qui ad famem ad famem. et qui ad captivitatem ad captivita
tem. Et visitabo super eos quattuor species dicit dominus. gladium ad
occisionem. et canes ad lacerandum. et volatilia celi et bestias terre
ad devorandum. et dissipandum. Et dabo eos in fervorem universis
regnis terre propter manassen filium ezechie regis iuda. super omnibus
que fecit in hierusalem. Quis enim miserebitur tui hierusalem. aut quis con
tristabitur pro te. aut quis ibit ad rogandum pro pace tua. Tu dere
liquisti me dicit dominus. retrorsum abisti. Et extendam manum
meam super te et interficiam te. laboravi rogans et dispergam eos ven
tilabro in portis terre. Interfeci et disperdidi populum meum. et tamen
a viis suis non sunt reversi. Multiplicate sunt michi vidue eius
super arenam maris. induxi eis super matrem adolescentis vastatorem
meridie. misi super civitates repente terrorem. Infirmata est que
peperit septem. defecit anima eius. Occidit ei sol cum adhuc esset dies.
confusa est et erubuit. et residuos eius in gladium dabo in conspe
ctu inimicorum eorum. ait dominus. Ve michi. Mater mea quare ge
nuisti me virum rixe. virum discordie in universa terra. Non
feneravi. nec feneravit michi quisquam. Omnes maledicunt michi dicit dominus.
Si non reliquie tue in bonum. si non occurri tibi in tempore afflictio
nis. et in tempore tribulationis adversum inimicum. Numquid
federabitur ferrum ferro ab aquilone et es. Divitias tuas et
thesauros tuos in direptionem dabo gratis in omnibus peccatis tuis.
et in omnibus terminis tuis. et adducam inimicos tuos de terra quam
nescis. quia ignis succensus est in furore meo. super vos ardebit.
Tu scis domine recordare mei et visita me. et tuere me ab his
qui persecuntur me. Noli in patientia tua suscipere me. scito quoniam pro
te sustinui obprobrium. Inventi sunt sermones tui et comedi eos.
et factum est michi verbum tuum in gaudium et leticiam cordis mei. quoniam
invocatum est nomen tuum super me. domine deus exercituum. Non sedi
in concilio ludentium. et gloriatus sum a facie manus tue. solus sedebam
quoniam comminatione replesti me. Quare factus est dolor meus perpetuus.
et plaga mea desperabilis. Renuit curari. facta est michi quasi
mendacium aquarum infidelium. Propter hoc hec dicit dominus. Si con
verteris convertam te. et ante faciem meam stabis. et si preciosum se
paraveris a vili. quasi os meum eris. Convertentur ipsi ad te. et tu
non converteris ad eos. Et dabo te populo huic in murum ereum fortem.
et bellabunt adversum te et non prevalebunt quia ego tecum sum ut sal
vem te. et eruam dicit dominus. et liberabo te de manu pessimorum.
et redimam te de manu fortium.
Et factum est verbum domini ad me dicens. Non accipies uxorem et non
erunt tibi filii et filie in loco isto. quia hec dicit dominus super filias et
filios qui generantur in loco isto. et super matres eorum que genuerunt
eos. et super patres eorum de quorum stirpe sunt nati in terra hac. mortibus
egrotationum morientur. Non plangentur neque sepelientur. in sterqui
linium super faciem terre erunt. Et gladio et fame consumentur. et erit
cadaver eorum in escam volatilibus celi et bestiis terre. Hec enim dicit
dominus. Non ingrediaris domum convivii. neque vadas ad plan
gendum neque consoleris eos. quia abstuli pacem meam a populo isto.
dicit dominus. misericordiam et miserationes. et morientur grandes
et parvi in terra ista. Non sepelientur neque plangentur. et non se in
cident neque calvitium fiet pro eis. et non frangent inter eos lugenti panem
ad consolandum super mortuo. et non dabunt eis potum calicis ad
consolandum super patre suo et matre. Et domum convivii non
ingredieris ut sedeas cum eis et comedas et bibas. quia hec dicit
dominus exercituum deus israhel. Ecce ego auferam de loco isto in
oculis vestris. et in diebus vestris vocem gaudii. et vocem leticie. vocem
sponsi et vocem sponse. Et cum annunciaveris populo huic omnia
verba hec et dixerint tibi. quare locutus est dominus super nos omne
malum grande istud. que iniquitas nostra. et quod peccatum nostrum
quod peccavimus domino deo nostro. dices ad eos. Quia dereliquerunt
patres vestri me ait dominus. et abierunt post deos alienos et servi
erunt eis. et adoraverunt eos. et me dereliquerunt et legem meam
non custodierunt. Sed et vos peius operati estis quam patres vestri. Ecce
enim ambulat unusquisque post pravitatem cordis sui mali ut me non
audiat. Et eiciam vos de terra hac in terram quam ignoratis vos et
patres vestri. et servietis ibi diis alienis die ac nocte. qui non dabunt vobis
Propterea ecce dies veniunt dicit dominus. et non dicetur requiem.
ultra. vivit dominus qui eduxit filios israhel de terra egypti. sed vivit
dominus qui eduxit filios israhel de terra aquilonis. et de universis
terris ad quas eieci eos. et reducam eos in terram suam quam dedi patribus
eorum. Ecce ego mittam piscatores multos dicit dominus. et pis 39
cabuntur eos. Et post hec mittam eis multos venatores et ve
nabuntur eos de omni monte et de omni colle et de cavernis
petrarum. quia oculi mei super omnes vias eorum. Non sunt abscon
dite a facie mea. et non fuit occulta iniquitas eorum ab oculis meis.
et reddam primum duplices iniquitates et peccata eorum quia
contaminaverunt terram meam in morticinis ydolorum suorum. et ab
hominationibus suis impleverunt hereditatem meam. Dominus
fortitudo mea et robur meum. et refugium meum in die tribulati
onis. ad te gentes venient ab extremis terre et dicent. Vere
mendacium possederunt patres nostri. vanitatem que eis non profuit.
Numquid faciet sibi homo deos alienos. Et ipsi non sunt dii.
Idcirco ecce ego ostendam eis per vicem hanc. ostendam eis manum meam
et virtutem meam. et scient quia nomen michi dominus. Peccatum iuda scrip
tum est stilo ferreo in ungue adamantino. exaratum super latitudi
nem cordis eorum. et in cornibus ararum eorum. Cum recordati fuerint fi
lii eorum ararum suarum et lucorum lignorumque frondentium in montibus
excelsis sacrificantes in agro. fortitudinem tuam et omnes thesauros
tuos in direptionem dabo. excelsa tua propter peccata in universis finibus
tuis. et relinqueris sola ab hereditate tua quam dedi tibi. et servire te
faciam inimicis tuis in terra quam ignoras. quoniam ignem succendisti in
furore meo. usque in eternum ardebit.
Hec dicit dominus. Maledictus homo qui confidit in homine et ponit
carnem brachium suum. et a domino recedit cor eius. Erit enim quasi
myrice in deserto et non videbit cum venerit bonum. sed habitabit in
siccitate in deserto. in terra salsuginis et inhabitabili. Benedic
tus vir qui confidit in domino. et erit dominus fiducia eius. Et erit tamquam
lignum quod transplantatur super aquas. quod ad humorem mittit radi
ces suas. et non timebit cum venerit estus. Et erit folium eius viride
et in tempore siccitatis non erit sollicitum. nec aliquando desinet
facere fructum. Pravum est cor hominis et inscrutabile. quis
cognoscet illud. Ego dominus scrutans cor et probans
renes. qui do unicuique iuxta viam. et iuxta fructum adinven
tionum suarum. Perdix fovit que non peperit. fecit divitias et non
in iudicio. in dimidio dierum suorum relinquet eas. et in novis
simo suo erit insipiens. Solium glorie altitudinis a principio.
locus sanctificationis nostre expectatio israhel.
Domine omnes qui te derelinquunt confundentur. recedentes a te xl.
in terra scribentur. quoniam dereliquerunt venam aquarum viventium
dominum. Sana me domine et sanabor. salvum me fac et
salvus ero. quoniam laus mea tu es. Ecce ipsi dicunt ad me. Ubi
est verbum domini. Veniat. Et ego non sum turbatus te
pastorem sequens. et diem hominis non desideravi tu scis. Quod
egressum est de labiis meis. rectum in conspectu tuo fuit. Non
sis michi tu formidini. spes mea tu in die afflictionis. Confun
dantur qui me persecuntur. et non confundar ego. Paveant illi. et
non paveam ego. Induc super eos diem afflictionis. et duplici con
tritione contere eos. Hec dicit dominus ad me. Vade et sta
in porta filiorum populi mei per quam ingrediuntur reges iuda et egre
diuntur et in cunctis portis hierusalem et dices ad eos. Audite ver
bum domini omnes reges iuda. et omnis iudea cunctique habita
tores hierusalem. qui ingredimini per portas istas. Hec dicit dominus.
Custodite animas vestras. et nolite portare pondera in die sab
bati. nec inferatis per portas hierusalem. et nolite eicere onera de
domibus vestris in die sabbati. et omne opus non facietis. Sanctificate
diem sabbati sicut precepi patribus vestris. et non audierunt nec incli
naverunt aurem suam. sed induraverunt cervicem suam ne audirent
me. et ne acciperent disciplinam. Et erit si audieritis me dicit
dominus. ut non inferatis onera per portas civitatis huius in die
sabbati. et si sanctificaveritis diem sabbati. ne faciatis in eo omne
opus servile. ingredientur per portas civitatis huius reges et princi
pes sedentes super solium david. ascendentes in curribus et in
equis. ipsi et principes eorum viri iuda et habitatores hierusalem
et habitabitur civitas hec in sempiternum. Et venient de
civitatibus iuda et de circuitu hierusalem. et de terra beniamin. et
de campestribus et de montuosis. et ab austro portantes holo
caustum. et victimam. et sacrificium et thus. et inferent obla
tionem in domum domini. Si autem non audieritis me ut sancti
ficetis diem sabbati. et ne portetis onus. et ne inferatis per portas
hierusalem in die sabbati. succendam ignem in portis eius. domos hie
rusalem et non extinguetur.
Verbum quod factum est ad hieremiam a domino dicens. Surge
et descende in domum figuli. et ibi audies verba mea. Et
descendi in domum figuli. et ecce ipse faciebat opus super rotam.
Et dissipatum est vas quod ipse faciebat e luto manibus suis. con
versusque fecit illud vas alterum sicut placuerat in oculis suis ut
faceret. Et factum est verbum domini ad me dicens. Numquid
sicut figulus iste non potero vobis facere domus israhel ait dominus.
Ecce sicut lutum in manu figuli. sic vos in manu mea domus israhel.
Repente loquar adversum gentem et adversum regnum. ut eradicem
et destruam. et disperdam illud. Si penitentiam egerit gens illa
a malo suo quod locutus sum adversum eam. agam et ego penitentiam
super malo quod cogitavi ut facerem ei. et subito loquar de gente et
regno. ut edificem et plantem illud. Si fecerit malum in oculis
meis ut non audiat vocem meam. penitentiam agam super bono quod lo
cutus sum ut facerem eis. Nunc ergo dic viro iuda et habitatori
hierusalem dicens. Hec dicit dominus. Revertatur unusquisque a via
sua mala. et dirigite vias vestras. et studia vestra. Qui dixerunt.
Desperavimus. Post cogitationes enim nostras ibimus. et unusquisque
pravitatem cordis sui mali faciemus. Ideo hec dicit dominus. Inter
rogate gentes. Quis audivit talia horribilia que fecit nimis virgo
israhel. Numquid deficiet de petra agri nix lybani. aut
evelli possunt aque erumpentes frigide et defluentes.
Quia oblitus est mei populus meus frustra libantes et impingentes
in viis suis. in semitis seculi ut ambularent per eas in itinere non
trito. ut fieret terra eorum in desolationem et in sibilum
sempiternum. Omnis qui preterierit per eam obstupescet. et
movebit caput suum. Sicut ventus urens dispergam eos coram
inimico. dorsum et non faciem ostendam eis in die perditionis eorum.
Et dixerunt. Venite cogitemus contra hieremiam cogitationes.
Non enim peribit lex a sacerdote. neque consilium a sapiente.
neque sermo a propheta. Venite percutiamus eum lingua. et non
attendamus ad universos sermones eius. Attende domine ad
me. et audi vocem adversariorum meorum. Numquid redditur pro
bono malum. quia foderunt foveam anime mee. Recorda
re quod steterim coram te ut loquerer pro eis bonum. et averte
rem indignationem tuam ab eis. Propterea da filios eorum in famem
et deduc eos in manus gladii. Fiant uxores eorum absque liberis
et vidue. et viri earum interficiantur morte. Iuvenes eorum con
fodiantur gladio in prelio. audiatur clamor de domibus eorum. Ad
duces enim super eos latronem repente. quia foderunt foveam
ut caperent me. et laqueos absconderunt pedibus meis. Tu autem
domine scis omne consilium eorum adversum me in mortem. Ne
propicieris iniquitati eorum. et peccatum eorum a facie tua non deleatur.
Fiant corruentes in conspectu tuo. in tempore furoris tui abutere
eis. Hec dicit dominus. Vade et accipe laguncNam figuli
testeam a senioribus populi et a senioribus sacerdotum. et egredere
ad vallem filii ennon que est iuxta introitum porte fictilis. et
predicabis ibi verba que ego loquar ad te et dices. Audite ver
bum domini reges iuda. et habitatores hierusalem. Hec dicit
dominus exercituum deus israhel. Ecce ego inducam afflictionem
super locum istum. ita ut omnis qui audierit illa. tinniant au
res eius. eo quod dereliquerint me. et alienum fecerint locum istum
et libaverunt in eo diis alienis quos nescierunt ipsi et patres
eorum et reges iuda. et repleverunt locum istum sanguine in
nocentium. et edificaverunt excelsa baal ad comburendos
filios suos igni in holocaustum baal que non precepi. nec locutus
sum. nec ascenderunt in cor meum.
Propterea ecce dies veniunt dicit dominus. et non vocabitur locus iste
amplius topheth et vallis filii ennon. sed vallis occisionis. Et
dissipabo consilium iude et hierusalem in loco isto. et subvertam
eos gladio in conspectu inimicorum suorum. et in manu querentium
animas eorum. et dabo cadavera eorum escas volatilibus celi et bestiis

tre et ponam civitatem hanc in stuporem et in sibilum. Omnis qui praeterierit per eam obstupescet et sibilabit super universa plaga eius. Et cibabo eos carnibus filiarum suarum et filiorum suorum, et unusquisque carnes amici sui comedet in obsidione et in angustia qua concludent eos inimici eorum et qui quaerunt animas eorum. Et conteres lagunculam in oculis virorum qui ibunt tecum et dices ad eos: Haec dicit dominus exercituum: Sic conteram populum istum et civitatem istam sicut conteritur vas figuli quod non potest ultra restaurari. Et in Topheth sepelientur eo quod non sit alius locus ad sepeliendum. Sic faciam loco huic, ait dominus, et habitatoribus eius, ut ponam civitatem istam sicut Topheth. Et erunt domus hierusalem et domus regum iuda sicut locus Topheth immundae: omnes domus in quarum domatibus sacrificaverunt omni militiae caeli et libaverunt libamina diis alienis.

[V]enit autem hieremias de Topheth quo miserat eum dominus ad prophetandum, et stetit in atrio domus domini et dixit ad omnem populum: Haec dicit dominus exercituum deus israhel: Ecce ego inducam super civitatem hanc et super omnes urbes eius universa mala quae locutus sum adversum eam, quoniam induraverunt cervicem suam ut non audirent sermones meos. Et audivit Phassur filius Emmer sacerdos qui constitutus erat princeps in domo domini hieremiam prophetantem sermones istos. Et percussit Phassur hieremiam prophetam et misit eum in nervum quod erat in porta beniamin superiori in domo domini. Cumque illuxisset in crastinum, eduxit Phassur hieremiam de nervo. Et dixit ad eum hieremias: Non Phassur vocavit nomen tuum dominus, sed Pavorem undique. Quia haec dicit dominus: Ecce ego dabo te in pavorem et omnes amicos tuos, et corruent gladio inimicorum suorum, et oculi tui videbunt. Et omnem iudam dabo in manu regis babilonis, et traducet eos in babilonem et percutiet eos gladio. Et dabo universam substantiam civitatis huius, omnemque laborem eius, omneque pretium, et cunctos thesauros regum iuda dabo in manu inimicorum eorum, et diripient eos et tollent et ducent in babilonem. Tu autem Phassur et omnes habitatores domus tuae ibitis in captivitatem, et in babilonem venies, et ibi morieris ibique sepelieris tu et omnes amici tui quibus prophetasti mendacium.

[S]eduxisti me domine et seductus sum; fortior me fuisti et invaluisti. Factus sum in derisum tota die, omnes subsannant me, quia iam olim loquor vociferans iniquitatem et vastitatem clamito; et factus est mihi sermo domini in obprobrium et in derisum tota die. Et dixi: Non recordabor eius neque loquar ultra in nomine illius. Et factus est in corde meo quasi ignis exaestuans claususque in ossibus meis, et defeci ferre non sustinens. Audivi enim contumelias multorum et terrorem in circuitu: Persequimini et persequamur eum. Ab omnibus viris qui erant pacifici mei et custodientes latus meum: si quo modo decipiatur et praevaleamus adversum eum et consequamur ultionem ex eo. Dominus autem mecum est quasi bellator fortis, idcirco qui persequuntur me cadent et infirmi erunt; confundentur vehementer quia non intellexerunt obprobrium sempiternum quod numquam delebitur. Et tu domine exercituum probator iusti, qui vides renes et cor, videam quaeso ultionem tuam ex eis; tibi enim revelavi causam meam. Cantate domino, laudate dominum, quia liberavit animam pauperis de manu malorum. Maledicta dies in qua natus sum, dies in qua peperit me mater mea non sit benedicta. Maledictus vir qui adnuntiavit patri meo dicens: Natus est tibi puer masculus, et quasi gaudio laetificavit eum. Sit homo ille ut sunt civitates quas subvertit dominus et non paenituit eum; audiat clamorem mane et ululatum in tempore meridiano; qui me non interfecit a vulva, ut fieret mihi mater mea sepulchrum, et vulva eius conceptus aeternus. Quare de vulva egressus sum ut viderem laborem et dolorem, et consumerentur in confusione dies mei?

[V]erbum quod factum est ad hieremiam a domino quando misit ad eum rex Sedechias Phassur filium Melchiae et Sophoniam filium Maasiae sacerdotem dicens: Interroga pro nobis dominum, quia Nabuchodonosor rex babilonis proeliatur adversum nos, si forte faciat dominus nobiscum secundum omnia mirabilia sua et recedat a nobis. Et dixit hieremias ad eos: Sic dicetis Sedechiae: Haec dicit dominus deus israhel: Ecce ego convertam vasa belli quae in manibus vestris sunt et quibus vos pugnatis adversum regem babilonis et chaldeos qui obsident vos in circuitu murorum, et congregabo ea in medio civitatis huius. Et debellabo ego vos in manu extenta et in brachio forti et in furore et in indignatione et in ira grandi. Et percutiam habitatores civitatis huius, homines et bestiae pestilentia magna morientur. Et post haec ait dominus, dabo Sedechiam regem iuda et servos eius et populum eius et qui derelicti sunt in civitate hac a peste et gladio et fame in manu Nabuchodonosor regis babilonis et in manu inimicorum eorum et in manu quaerentium animam eorum, et percutiet eos in ore gladii, et non flectetur neque parcet nec miserebitur. Et ad populum hunc dices: Haec dicit dominus: Ecce ego do coram vobis viam vitae et viam mortis. Qui habitaverit in urbe hac morietur gladio et fame et peste; qui autem egressus fuerit et transfugerit ad chaldeos qui obsident vos vivet, et erit ei anima sua quasi spolium. Posui enim faciem meam super civitatem hanc in malum et non in bonum, ait dominus; in manu regis babilonis dabitur et exuret eam igni. Et domui regis iuda:

[A]udite verbum domini domus david. Haec dicit dominus: Iudicate mane iudicium et eruite vi oppressum de manu calumniantis, ne forte egrediatur ut ignis indignatio mea et succendatur et non sit qui extinguat propter malitiam studiorum vestrorum. Ecce ego ad te habitatricem vallis solidae atque campestris, ait dominus; qui dicitis: Quis percutiet nos, et quis ingredietur domos nostras? Et visitabo super vos iuxta fructum studiorum vestrorum, dicit dominus, et succendam ignem in saltu eius, et devorabit omnia in circuitu eius. Haec dicit dominus: Descende in domum regis iuda, et loqueris ibi verbum hoc et dices: Audi verbum domini rex iuda qui sedes super solium david, tu et servi tui et populus tuus qui ingredimini per portas istas. Haec dicit dominus: Facite iudicium et iustitiam et liberate vi oppressum de manu calumniatoris, et advenam et pupillum et viduam nolite contristare neque opprimatis inique, et sanguinem innocentem ne effundatis in loco isto. Si enim facientes feceritis verbum istud, ingredientur per portas istas domus huius reges sedentes de genere david super thronum eius, et ascendentes currus et equos, ipsi et servi et populus eorum. Quod si non audieritis verba haec, in memetipso iuravi, dicit dominus, quia in solitudinem erit domus haec. Quia haec dicit dominus super domum regis iuda: Galaad tu mihi caput libani, si non posuero te solitudinem urbes inhabitabiles. Et sanctificabo super te interficientem virum et arma eius, et succident electas cedros tuas et praecipitabunt in ignem. Et pertransibunt gentes multae per civitatem hanc et dicet unusquisque proximo suo: Quare fecit dominus sic civitati huic grandi? Et respondebunt: Eo quod dereliquerint pactum domini dei sui et adoraverint deos alienos et servierint eis. Nolite flere mortuum neque lugeatis super eum fletu; plangite eum qui egreditur, quia non revertetur ultra nec videbit terram nativitatis suae. Quia haec dicit dominus ad Sellum filium Iosiae regem iuda qui regnavit pro Iosia patre suo, qui egressus est de loco isto: Non revertetur huc amplius, sed in loco ad quem transtuli eum ibi morietur, et terram istam non videbit amplius.

[V]e qui aedificat domum suam in iniustitia et cenacula sua non in iudicio, amicum suum opprimet frustra et mercedem eius non reddet ei. Qui dicit: Aedificabo mihi domum latam et cenacula spatiosa, qui aperit sibi fenestras et facit laquearia cedrina pingitque sinopide. Numquid regnabis quoniam confers te cedro? Pater tuus numquid non comedit et bibit et fecit iudicium et iustitiam tunc cum bene erat ei? Iudicavit causam pauperis et egeni in bonum suum; numquid non ideo quia cognovit me, dicit dominus? Tui vero oculi et cor ad avaritiam et ad sanguinem innocentem fundendum, et ad calumniam et ad cursum mali operis. Propterea haec dicit dominus ad Ioachim filium Iosiae regem iuda: Non plangent eum: Vae frater et vae soror; non concrepabunt ei: Vae domine et vae inclyte. Sepultura asini sepelietur, putrefactus et proiectus extra portas hierusalem. Ascende libanum et clama, et in basan da vocem tuam, et clama ad transeuntes, quia contriti sunt omnes amatores tui. Locutus sum ad te in habundantia tua, et dixisti: Non audiam. Haec est via tua ab adolescentia tua, quia non audisti vocem meam. Omnes pastores tuos pascet ventus, et amatores tui in captivitatem ibunt, et tunc confunderis et erubesces ab omni malitia tua. Quae sedes in libano et nidificas in cedris, quomodo congemuisti cum venissent tibi dolores quasi dolores parturientis? Vivo ego, dicit dominus, quia si fuerit Iechonias filius Ioachim regis iuda anulus in manu dextera mea inde evellam eum. Et dabo te in manu quaerentium animam tuam et in manu quorum tu formidas faciem, et in manu Nabuchodonosor regis babilonis et in manu chaldeorum. Et mittam te et matrem tuam quae genuit te in terram alienam in qua nati non estis, ibique moriemini. Et in terram ad quam ipsi levant animam suam ut revertantur illuc non revertentur. Numquid vas fictile atque contritum vir iste Iechonias? Numquid vas absque omni voluptate? Quare abiecti sunt ipse et semen eius et proiecti sunt in terram quam ignoraverunt? Terra terra terra audi sermonem domini. Haec dicit dominus: Scribe virum istum sterilem, virum qui in diebus suis non prosperabitur; nec enim erit de semine eius qui sedeat super solium david et potestatem habeat ultra in iuda.

[V]e pastoribus qui disperdunt et dilacerant gregem pascuae meae, dicit dominus. Ideo haec dicit dominus deus israhel ad pastores qui pascunt populum meum: Vos dispersistis gregem meum et eiecistis eos et non visitastis eos. Ecce ego visitabo super vos malitiam studiorum vestrorum, ait dominus. Et ego congregabo reliquias gregis mei de omnibus terris ad quas eiecero eos illuc, et convertam eos ad rura sua, et crescent et multiplicabuntur. Et suscitabo super eos pastores et pascent eos; non formidabunt ultra et non pavebunt, et nullus quaeretur ex numero, dicit dominus. Ecce dies veniunt, dicit dominus, et suscitabo david germen iustum, et regnabit rex et sapiens erit et faciet iudicium et iustitiam in terra. In diebus illis salvabitur iuda, et israhel habitabit confidenter; et hoc est nomen quod vocabunt eum: Dominus iustus noster. Propter hoc ecce dies veniunt, dicit dominus, et non dicent ultra: Vivit dominus qui eduxit filios israhel de terra aegypti, sed: Vivit dominus qui eduxit et adduxit semen domus israhel de terra aquilonis et de cunctis terris ad quas eieceram eos illuc; et habitabunt in terra sua.

[C]ontritum est cor meum in medio mei, contremuerunt omnia ossa mea. Factus sum quasi vir ebrius et quasi homo madidus vino a facie domini et a facie verborum sanctorum eius. Quia adulteris repleta est terra, quia a facie maledictionis luxit terra, arefacta sunt arva deserti. Factus est cursus eorum malus et fortitudo eorum dissimilis. Propheta namque et sacerdos polluti sunt, et in domo mea inveni malum eorum, dicit dominus. Idcirco via eorum erit quasi lubricum in tenebris, impellentur enim et corruent in ea. Afferam enim super eos mala, annum visitationis eorum, dicit dominus. Et in prophetis samariae vidi fatuitatem: prophetabant in baal et decipiebant populum meum israhel. Et in prophetis hierusalem vidi similitudinem adulterantium et iter mendacii, et confortaverunt manus pessimorum ut non converteretur unusquisque a malitia sua. Facti sunt mihi omnes ut Sodoma et habitatores eius quasi Gomorra. Propterea haec dicit dominus exercituum ad prophetas: Ecce ego cibabo eos absinthio et potabo eos felle. A prophetis enim hierusalem egressa est pollutio super omnem terram. Haec dicit dominus exercituum: Nolite audire verba prophetarum qui prophetant vobis et decipiunt vos; visionem cordis sui loquuntur, non de ore domini. Dicunt his qui blasphemant me: Locutus est dominus: Pax erit vobis; et omni qui ambulat in pravitate cordis sui dixerunt: Non veniet super vos malum. Quis enim affuit in consilio domini et vidit et audivit sermonem eius? Quis consideravit verbum illius et audivit?

[E]cce turbo dominicae indignationis egredietur et tempestas erumpens super caput impiorum veniet. Non revertetur furor domini usque dum faciat et usque dum compleat cogitationem cordis sui; in novissimis diebus intellegetis consilium eius. Non mittebam prophetas et ipsi currebant; non loquebar ad eos et ipsi prophetabant. Si stetissent in consilio meo et nota fecissent verba mea populo meo, avertissem utique eos a via sua mala et a cogitationibus suis pessimis. Putasne deus e vicino ego sum, dicit dominus, et non deus de longe? Si occultabitur vir in absconditis et ego non videbo eum, dicit dominus? Numquid non caelum et terram ego impleo, ait dominus? Audivi quae dixerunt prophetae prophetantes in nomine meo mendacium atque dicentes: Somniavi, somniavi. Usquequo istud est in corde prophetarum vaticinantium mendacium et prophetantium seductiones cordis sui? Qui volunt facere ut obliviscatur populus meus nominis mei propter somnia eorum quae narrat unusquisque ad proximum suum, sic

oblita sunt patres eorum nominis mei propter baalim. Propheta qui habet somnium, narret somnium, et qui habet sermonem meum, narret sermonem meum vere. Quid paleis ad triticum dicit dominus? Numquid non verba mea sunt quasi ignis dicit dominus, et quasi malleus conterens petram? Propterea ecce ego ad prophetas ait dominus qui furantur verba mea unusquisque a proximo suo. Ecce ego ad prophetas ait dominus, qui assumunt linguas suas, et aiunt dicit dominus. Ecce ego ad prophetas somniantes mendacium ait dominus, qui narraverunt ea et seduxerunt populum meum in mendacio suo, et in miraculis suis, cum ego non misissem eos, nec mandassem eis: qui nichil profuerunt populo huic dicit dominus. Si igitur interrogaverit te populus iste vel propheta aut sacerdos dicens quod est onus domini, dices ad eos. Vos equid uobis onus? Proiciam quippe vos dicit dominus. Et propheta et sacerdos et populus qui dicit onus domini, visitabo super virum illum et super domum eius. Hec dicetis unusquisque ad proximum suum et ad fratrem suum. Quid respondit dominus? et quid locutus est dominus? Et onus domini ultra non memorabitur, quia onus erit unicuique sermo suus. Et pervertistis verba dei viventis, domini exercituum dei nostri. Hec dices ad prophetam. Quid respondit tibi dominus, et quid locutus est dominus? Si autem onus domini dixeritis, propter hoc hec dicit dominus. Quia dixistis sermonem istum onus domini, et misi ad vos dicens nolite dicere onus domini, propterea ecce ego tollam vos portans et derelinquam vos et civitatem quam dedi vobis et patribus vestris a facie mea, et dabo vos in obprobrium sempiternum et ignominiam eternam, que numquam oblivione delebitur.

Ostendit mihi dominus et ecce duo calathi pleni ficis positi ante templum domini, postquam transtulit nabugodonosor rex babilonis ieconiam filium ioachim regem iuda et principes eius, et fabrum et inclusorem de ierusalem, et adduxit eos in babilonem. Calathus unus ficus habebat bonas nimis ut solent ficus esse primi temporis, et calathus unus habebat ficus malas nimis que comedi non poterant, eo quod essent male. Et dixit dominus ad me. Quid tu vides hieremia? Et dixi. Ficus. Ficus bonas, bonas valde, et malas malas valde que comedi non possunt eo quod sint male. Et factum est verbum domini ad me dicens. Hec dicit dominus deus israel. Sicut ficus he bone sic cognoscam transmigrationem iuda quam emisi de loco isto in terram chaldeorum in bonum. Et ponam oculos meos super eos ad placandum et reducam eos in terram hanc, et edificabo eos et non destruam, et plantabo eos et non evellam, et dabo eis cor ut sciant me, quia ego sum dominus, et erunt mihi in populum, et ego ero eis in deum, quia revertentur ad me in toto corde suo. Et sicut ficus pessime que comedi non possunt eo quod sint male, hec dicit dominus, sic dabo sedechiam regem iuda, et principes eius et reliquos de ierusalem qui remanserunt in urbe hac, et qui habitant in terra egypti, et dabo eos in vexationem afflictionemque omnibus regnis terre in obprobrium et in parabolam et in proverbium et in maledictionem in universis locis ad que eieci eos. Et mittam in eos gladium et famem et pestem donec consumantur de terra quam dedi eis et patribus eorum.

Verbum quod factum est ad hieremiam de omni populo iude in anno quarto ioachim filii iosie regis iuda. Ipse est annus primus nabugodonosor regis babilonis quod locutus est hieremias propheta ad omnem populum iuda, et ad universos habitatores ierusalem dicens. A xiii anno iosie filii ammon regis iuda usque ad diem hanc, iste est tercius et xx annus, factum est verbum domini ad me, et locutus sum ad vos de nocte consurgens et loquens et non audistis. Et misit dominus ad vos omnes servos suos prophetas, consurgens diluculo mittensque et non audistis neque inclinastis aures vestras ut audiretis cum diceret. Revertimini unusquisque a via sua mala, et a pessimis cogitationibus vestris, et habitabitis in terra quam dedit dominus patribus vestris a seculo et usque in seculum. Et nolite ire post deos alienos ut serviatis eis adoretisque eos, atque me ad iracundiam provocetis in operibus manuum vestrarum et non affligam vos. Et non audistis me dicit dominus, ut me ad iracundiam provocaretis in operibus manuum vestrarum in malum vestrum. Propterea hec dicit dominus deus exercituum. Pro eo quod non audistis verba mea, ecce ego mittam et assumam universas cognationes aquilonis ait dominus, et nabugodonosor regem babilonis servum meum, et adducam eos super terram istam et super habitatores eius, et super omnes nationes que in circuitu illius sunt et interficiam eos, et ponam eos in stuporem et in sibilum et in solitudines sempiternas. Perdamque ex eis vocem gaudii, et vocem leticie, vocem sponsi et vocem sponse, vocem mole et vocem lucerne. Et erit universa terra eius in solitudinem, et in stuporem, et servient omnes gentes iste regi babilonis lxx annis. Cumque impleti fuerint anni lxx, visitabo super regem babilonis et super gentem illam dicit dominus iniquitatem eorum, et super terram chaldeorum, et ponam illam in solitudines sempiternas. Et adducam super terram illam omnia verba que locutus sum contra eam, omne quod scriptum est in libro isto, quecumque prophetavit hieremias adversum omnes gentes, quia servierunt eis cum essent gentes multe et reges magni. Et reddam eis secundum opera ipsorum, et secundum facta manuum suarum. Quia sic dicit dominus exercituum deus israel. Sume calicem vini furoris huius de manu mea, et propinabis de illo cunctis gentibus ad quas ego mittam te. Et bibent et turbabuntur et insanient a facie gladii quem ego mittam inter eos. Et accepi calicem de manu domini, et propinavi cunctis gentibus ad quas misit me dominus, ierusalem et cunctis civitatibus iuda et regibus eius, et principibus eius, ut darem eos in solitudinem et in stuporem, et in sibilum, et in maledictionem sicut est dies ista. Pharaoni regi egypti et servis eius, et principibus eius et omni populo eius, et universis generaliter, cunctis regibus terre ausitidis, et cunctis regibus terre philistiim, et ascaloni, et gaze, et accaron, et reliquiis azoti, ydumee et moab, et filiis ammon, et cunctis regibus tyri, et cunctis regibus sydonis, et regibus terre insularum qui sunt trans mare, dedan, et theman, et buz et universis qui attonsi sunt in comam, et cunctis regibus arabie et cunctis regibus occidentis qui habitant in deserto, et cunctis regibus zambri, et cunctis regibus helam, et cunctis regibus medorum, et cunctis regibus aquilonis de prope et de longe, unicuique contra fratrem suum, et omnibus regnis terre que super faciem eius sunt, et rex sesac bibet post eos. Et dices ad eos.

Hec dicit dominus exercituum deus israel. Bibite et inebriamini et vomite, et cadite neque surgatis a facie gladii quem ego mittam inter vos. Cumque noluerint accipere calicem de manu tua ut bibant, dices ad eos. Bibentes bibetis. Quia ecce in civitate in qua invocatum est nomen meum ego incipio affligere, et vos quasi innocentes immunes eritis? Non eritis immunes. Gladium enim ego voco super omnes habitatores terre, dicit dominus exercituum. Et tu prophetabis ad eos omnia verba hec, et dices ad illos. Dominus de excelso rugiet, et de habitaculo sancto suo dabit vocem suam. Rugiens rugiet super decorem suum, celeuma quasi calcantium concinetur adversus omnes habitatores terre. Pervenit sonitus usque ad extrema terre, quia iudicium domino cum gentibus; iudicatur ipse cum omni carne. Impios tradidi gladio dicit dominus. Hec dicit dominus exercituum. Ecce afflictio egredietur de gente in gentem, et turbo magnus egredietur a summitatibus terre. Et erunt interfecti domini in die illa a summo terre usque ad summum eius. Non plangentur et non colligentur neque sepelientur, in sterquilinio super faciem terre iacebunt. Ululate pastores et clamate, et aspergite vos cinere optimates gregis, quia completi sunt dies vestri ut interficiamini, et dissipationes vestre, et cadetis quasi vasa preciosa. Et peribit fuga a pastoribus, et salvatio ab optimatibus gregis. Vox clamoris pastorum et ululatus optimatum gregis, quia vastavit dominus pascua eorum. Et conticuerunt arva pacis a facie ire furoris domini. Dereliquit quasi leo umbraculum suum, facta est terra eorum in desolationem a facie ire columbe, et a facie ire furoris domini.

In principio regni regis ioachim filii iosie regis iuda, factum est verbum istud a domino dicens. Hec dicit dominus. Sta in atrio domus domini, et loqueris ad omnes viros civitatis iuda, de quibus veniunt ut adorent in domo domini universos sermones quos ego mandavi tibi ut loquaris ad eos. Noli subtrahere verbum si forte audiant et convertantur unusquisque a via mala sua, et peniteat me mali quod cogito facere eis propter maliciam studiorum eorum. Et dices ad eos. Hec dicit dominus. Si non audieritis me ut ambuletis in lege mea quam dedi vobis ut audiatis sermones servorum meorum prophetarum quos ego misi ad vos de nocte consurgens et dirigens et non audistis, dabo domum istam sicut sylo, et urbem hanc dabo in maledictionem cunctis gentibus terre. Et audierunt sacerdotes et prophete et omnis populus hieremiam loquentem verba hec in domo domini. Cumque complesset hieremias loquens omnia verba que preceperat ei dominus ut loqueretur ad universum populum, apprehenderunt eum sacerdotes et prophete et omnis populus dicens. Morte moriatur. Quare prophetavit in nomine domini dicens. Sicut sylo erit domus hec, et urbs ista desolabitur eo quod non sit habitator? Et congregatus est omnis populus adversum hieremiam in domum domini. Et audierunt principes iuda verba hec, et ascenderunt de domo regis in domum domini, et sederunt in introitu porte nove domus domini. Et locuti sunt sacerdotes et prophete ad principes et ad omnem populum dicentes. Iudicium mortis est viro huic quia prophetavit adversum civitatem istam, sicut audistis auribus vestris. Et ait hieremias ad omnes principes et ad universum populum dicens. Dominus misit me ut prophetarem ad domum istam et ad civitatem hanc, omnia verba hec que audistis. Nunc ergo bonas facite vias vestras et studia vestra, et audite vocem domini dei vestri, et penitebit dominum mali quod locutus est adversum vos. Ecce autem ego in manibus vestris sum, facite mihi quod bonum et rectum est in oculis vestris. Verumtamen scitote et cognoscite quod si occideritis me sanguinem innocentem tradetis contra vosmet ipsos, et contra civitatem istam et habitatores eius. In veritate enim misit me dominus ad vos, ut loquerer omnia verba hec in auribus vestris. Et dixerunt omnes principes et omnis populus ad sacerdotes et prophetas. Non est viro huic iudicium mortis, quia in nomine domini dei nostri ad nos locutus est. Surrexerunt ergo viri de senioribus terre, et dixerunt ad omnem cetum populi loquentes. Micheas de morasti fuit propheta in diebus ezechie regis iude, et ait ad omnem populum iude dicens. Hec dicit dominus exercituum. Syon quasi ager arabitur, et ierusalem in acervum lapidum erit, et mons domus domini in excelsa silvarum. Numquid morte condempnavit eum ezechias rex iude et omnis iuda? Numquid non timuerunt dominum et deprecati sunt faciem domini, et penituit dominum mali quod locutus erat adversus eos? Itaque nos facimus malum grande contra animas nostras. Fuit quoque vir prophetans in nomine domini urias filius semei de cariathiarim, et prophetavit adversum civitatem istam, et adversum terram hanc iuxta universa verba hieremie. Et audivit rex ioachim et omnes potentes et principes eius verba hec, et quesivit rex interficere eum. Et audivit urias et timuit fugitque et ingressus est egyptum. Et misit ioachim viros elnathan filium achobor et viros cum eo in egyptum et eduxerunt uriam de egypto et adduxerunt eum ad regem ioachim, et percussit eum gladio et proiecit cadaver eius in sepulchris vulgi ignobilis. Igitur manus ahicam filii saphan fuit cum hieremia, ut non traderetur in manus et interficerent eum.

In principio regni ioachim filii iosie regis iuda, factum est verbum istud ad hieremiam a domino dicens. Hec dicit dominus ad me. Fac tibi vincula et catenas, et pones eas in collo tuo. Et mittes eas ad regem edom, et ad regem moab, et ad regem filiorum ammon,

40.

et ad regem tyri, et ad regem sydonis, in manu nunciorum qui venerunt ierusalem ad sedechiam regem iuda et principes eius. Ut ad dominos suos loquantur. Hec dicit dominus exercituum deus israel. Hec dicetis ad dominos vestros. Ego feci terram et hominem et iumenta que sunt super faciem terre in fortitudine mea magna, et in brachio meo extento, et dedi eam cui placuit in oculis meis. Et nunc itaque ego dedi omnes terras istas in manu nabugodonosor regis babilonis servi mei. Insuper dedi ei et bestias agri ut serviant illi, et servient ei omnes gentes et filio eius et filio filii eius, donec veniat tempus terre eius et ipsius, et servient ei gentes multe et reges magni. Gentem autem et regnum quod non servierit nabugodonosor regi babilonis, et quicumque non curvaverit collum suum sub iugo regis babilonis, in gladio et in fame et peste visitabo super gentem illam ait dominus, donec consumam eos in manu eius. Vos ergo nolite audire prophetas vestros, et divinos, et somniatores, et augures et maleficos, qui dicunt vobis non servietis regi babilonis, quia mendacium prophetant vobis, ut longe faciant vos de terra vestra, et eiciant vos et pereatis. Porro gens que subiecerit cervicem suam sub iugo regis babilonis et servierit ei, dimittam eam in terra sua dicit dominus, et colet eam et habitabit in ea.

Et ad sedechiam regem iuda locutus sum secundum omnia verba hec dicens. Subicite colla vestra sub iugo regis babilonis et servite ei

et populus eius et vivetis. Quare moriemini tu et populus tuus gladio, fame et peste, sicut locutus est dominus ad gentem que servire noluerit regi Babilonis? Nolite audire verba prophetarum dicentium vobis: Non servietis regi Babilonis, quia mendacium ipsi prophetant vobis, quia non misi eos, ait dominus. Et ipsi prophetant in nomine meo mendaciter, ut eiciant vos et pereatis tam vos quam prophete qui vaticinantur vobis. Et ad sacerdotes et ad populum istum locutus sum dicens: Hec dicit dominus: Nolite audire verba prophetarum vestrorum qui prophetant vobis dicentes: Ecce vasa domini revertentur de Babilone nunc cito. Mendacium enim prophetant vobis. Nolite ergo audire eos, sed servite regi Babilonis ut vivatis. Quare datur hec civitas in solitudinem? Et si prophete sunt et est verbum domini in eis, occurrant domino exercituum ut non veniant vasa que derelicta fuerant in domo domini et in domo regis Iuda et in Hierusalem in Babilonem. Quia hec dicit dominus exercituum ad columnas et ad mare et ad bases et ad reliqua vasorum que remanserunt in civitate hac, que non tulit Nabuchodonosor rex Babilonis cum transferret Iechoniam filium Ioachim regem Iuda de Hierusalem in Babilonem, et omnes optimates Iuda et Hierusalem. Quia hec dicit dominus exercituum deus Israel ad vasa que derelicta sunt in domo domini et in domo regis Iuda et Hierusalem: In Babilonem transferentur et ibi erunt usque ad diem visitationis sue, dicit dominus, et afferri faciam ea et restitui in locum suum.

Et factum est in anno illo in principio regni Sedechie regis Iuda, in anno quarto, in mense quinto, dixit ad me Ananias filius Azur propheta de Gabaon in domo domini coram sacerdotibus et omni populo dicens: Hec dicit dominus exercituum deus Israel: Contrivi iugum regis Babilonis. Adhuc duo anni dierum et ego referri faciam ad locum istum omnia vasa domini que tulit Nabuchodonosor rex Babilonis de loco isto et transtulit ea in Babilonem. Et Iechoniam filium Ioachim regem Iuda et omnem transmigrationem Iude qui ingressi sunt in Babilonem ego convertam ad locum istum, ait dominus. Conteram enim iugum regis Babilonis. Et dixit Hieremias ad Ananiam prophetam in oculis sacerdotum et in oculis omnis populi qui stabat in domo domini. Amen. Sic faciat dominus. Suscitet dominus verba tua que prophetasti, ut referantur vasa in domum domini et omnis transmigratio de Babilone in locum suum. Verumtamen audi verbum hoc quod ego loquor in auribus tuis et in auribus universi populi. Prophete qui fuerunt ante me et te ab initio et prophetaverunt super terras multas et super regna magna de prelio et de afflictione et de fame. Propheta qui vaticinatus est pacem, cum venerit verbum eius, scietur propheta quem misit in veritate dominus. Et tulit Ananias propheta catenam de collo Hieremie prophete et confregit eam. Et ait Ananias propheta in conspectu omnis populi dicens: Hec dicit dominus: Sic confringam iugum Nabuchodonosor regis Babilonis post duos annos dierum de collo omnium gentium. Et abiit Hieremias propheta in viam suam.

Et factum est verbum domini ad Hieremiam postquam confregit Ananias propheta catenam de collo Hieremie prophete dicens: Vade et dices Ananie: Hec dicit dominus: Catenas ligneas confregisti et facies catenas ferreas. Quia hec dicit dominus exercituum deus Israel: Iugum ferreum posui super collum cunctarum gentium istarum ut serviant Nabuchodonosor regi Babilonis, et servient ei. Insuper et bestias terre dedi ei. Et dixit Hieremias ad Ananiam prophetam: Audi Anania: Non misit te dominus, et tu confidere fecisti populum istum in mendacio. Hec dicit dominus: Idcirco ecce ego mittam te a facie terre. Hoc anno morieris, adversum enim dominum locutus es. Et mortuus est Ananias propheta in anno illo mense septimo.

he. Et hec sunt verba libri quem misit Hieremias propheta de Hierusalem ad reliquias seniorum transmigrationis et ad sacerdotes et ad prophetas et ad omnem populum quem traduxerat Nabuchodonosor de Hierusalem in Babilonem, postquam egressus est Iechonias rex Iuda et eunuchi et principes Iuda de Hierusalem et faber et inclusor de Hierusalem, in manu Elasa filii Saphan et Gamarie filii Elchie, quos misit Sedechias rex Iuda ad Nabuchodonosor regem Babilonis in Babilonem dicens: Hec dicit dominus exercituum deus Israel omni transmigrationi quam transtuli de Hierusalem in Babilonem: Edificate domos et habitate, et plantate hortos et comedite fructus eorum. Accipite uxores et generate filios et filias, date filiis vestris uxores et filias vestras date viris, et pariant filios et filias, et multiplicamini ibi, et nolite esse pauci numero. Et querite pacem civitatis ad quam transmigrare vos feci, et orate pro ea ad dominum, quia in pace illius erit pax vobis. Hec enim dicit dominus exercituum deus Israel: Non vos seducant prophete vestri qui sunt in medio vestrum et divini vestri, et ne attendatis ad somnia vestra que vos somniatis, quia falso ipsi prophetant vobis in nomine meo, et non misi eos, dicit dominus. Quia hec dicit dominus: Cum ceperint impleri in Babilone septuaginta anni, visitabo vos, et suscitabo super vos verbum meum bonum, et reducam vos ad locum istum. Ego enim scio cogitationes pacis quas ego cogito super vos, ait dominus, cogitationes pacis et non afflictionis, ut dem vobis finem et patientiam. Et reducam captivitatem vestram, et congregabo vos de universis gentibus et de cunctis locis ad que expuli vos, dicit dominus. Et invocabitis me et ibitis, et orabitis et exaudiam vos. Queretis me et invenietis, cum quesieritis me in toto corde vestro. Et inveniar a vobis, dicit dominus, et cum reverti vos faciam de loco ad quem transmigrare vos feci. Quia dixistis: Suscitavit nobis prophetas in Babilone. Quia hec dicit dominus ad regem qui sedet super solium David et ad omnem populum habitatorem urbis huius, ad fratres vestros qui non sunt egressi vobiscum in transmigrationem. Hec dicit dominus exercituum: Ecce mittam in eos gladium et famem et pestem, et ponam eos quasi ficus malas que comedi non possunt, eo quod pessime sint. Et persequar eos in gladio et in fame et in pestilentia, et dabo eos in vexationem universis regnis terre, et in maledictionem et in stuporem et in sibilum et in obprobrium cunctis gentibus ad quas ego eieci eos, eo quod non audierint verba mea, dicit dominus, que misi ad eos per servos meos prophetas de nocte consurgens et mittens, et non audistis, dicit dominus. Vos ergo audite verbum domini, omnis transmigratio quam emisi de Hierusalem in Babilonem. Hec dicit dominus exercituum deus Israel ad Achab filium Colie et ad Sedechiam filium Maasie, qui prophetant vobis in nomine meo mendaciter: Ecce ego tradam eos in manu Nabuchodonosor regis Babilonis, et percutiet eos in oculis vestris. Et assumetur ex eis maledictio omni transmigrationi Iuda que est in Babilone dicentium: Ponat te dominus sicut Sedechiam et sicut Achab, quos frixit rex Babilonis in igne, pro eo quod fecerint stultitiam in Israel et mechati sunt in uxores amicorum suorum et locuti sunt verbum in nomine meo mendaciter quod non mandavi eis. Ego sum iudex et testis, dicit dominus. Et ad Semeiam Neelamitem dices: Hec dicit dominus exercituum deus Israel: Pro eo quod misisti in nomine meo libros ad omnem populum qui est in Hierusalem et ad Sophoniam filium Maasie sacerdotem et ad universos sacerdotes dicens: Dominus dedit te sacerdotem pro Ioiada sacerdote, ut sis dux in domo domini super omnem virum arreptitium et prophetantem, ut mittas eum in nervum et in carcerem. Et nunc quare non increpasti Hieremiam Anathotiten qui prophetat vobis? Quia super hoc misit in Babilonem ad nos dicens: Longum est; edificate domos et habitate, et plantate hortos et comedite fructus eorum. Legit ergo Sophonias sacerdos librum istum in auribus Hieremie prophete. Et factum est verbum domini ad Hieremiam dicens: Mitte ad omnem transmigrationem dicens: Hec dicit dominus ad Semeiam Neelamitem: Pro eo quod prophetavit vobis Semeias et ego non misi eum, et fecit vos confidere in mendacio, idcirco hec dicit dominus: Ecce ego visitabo super Semeiam Neelamitem et super semen eius. Non erit ei vir sedens in medio populi huius, et non videbit bonum quod ego faciam populo meo, ait dominus, quia prevaricationem locutus est adversum dominum.

Hoc verbum quod factum est ad Hieremiam a domino dicens: Hec dicit dominus deus Israel: Scribe tibi omnia verba que locutus sum ad te in libro. Ecce enim dies veniunt, dicit dominus, et convertam conversionem populi mei Israel et Iuda, ait dominus, et convertam eos ad terram quam dedi patribus eorum, et possidebunt eam. Et hec verba que locutus est dominus ad Israel et ad Iudam, quoniam hec ait dominus: Vocem terroris audivimus, formido et non est pax. Interrogate et videte si generat masculus. Quare ergo vidi omnis viri manum super lumbum suum quasi parturientis, et conversi sunt universe facies in auruginem? Ve quia magna dies illa, nec est similis eius; tempusque tribulationis est Iacob, et ex ipso salvabitur. Et erit in die illa, ait dominus exercituum, conteram iugum eius de collo tuo, et vincula eius dirumpam, et non dominabuntur eis amplius alieni; sed servient domino deo suo et David regi suo quem suscitabo eis. Tu ergo ne timeas, serve meus Iacob, ait dominus, neque paveas Israel, quia ecce ego salvabo te de terra longinqua, et semen tuum de terra captivitatis eorum. Et revertetur Iacob et quiescet, et cunctis affluet bonis, et non erit quem formidet. Quoniam tecum ego sum, ait dominus, ut salvem te. Faciam enim consummationem in cunctis gentibus in quibus dispersi te, te autem non faciam in consummationem, sed castigabo te in iudicio, ut non tibi videaris innoxius. Quia hec dicit dominus: Insanabilis fractura tua, pessima plaga tua. Non est qui iudicet iudicium tuum ad alligandum, curationum utilitas non est tibi. Omnes amatores tui obliti sunt tui, te non querent. Plaga enim inimici percussi te, castigatione crudeli. Propter multitudinem iniquitatis tue dure facta sunt peccata tua. Quid clamas super contritione tua? Insanabilis est dolor tuus. Propter multitudinem iniquitatis tue et propter dura peccata tua feci hec tibi. Propterea omnes qui comedunt te devorabuntur, et universi hostes tui in captivitatem ducentur, et qui te vastant vastabuntur, cunctosque predatores tuos dabo in predam. Obducam enim cicatricem tibi et a vulneribus tuis sanabo te, dicit dominus. Quia eiectam vocaverunt te, Syon: Hec est que non habebat requirentem.

Hec dicit dominus: Ecce ego convertam conversionem tabernaculorum Iacob et tectis eius miserebor, et edificabitur civitas in excelso suo, et templum iuxta ordinem suum fundabitur. Et egredietur de eis laus voxque ludentium. Et multiplicabo eos et non minuentur, et glorificabo eos et non attenuabuntur. Et erunt filii eius sicut a principio, et cetus eius coram me permanebit, et visitabo adversum omnes qui tribulant eum. Et erit dux eius ex eo, et princeps de medio eius producetur, et applicabo eum et accedet ad me. Quis enim iste est qui applicet cor suum ut appropinquet mihi, ait dominus? Et eritis mihi in populum, et ego ero vobis in deum. Ecce turbo domini furor egrediens, procella ruens in capite impiorum conquiescet. Non avertet iram indignationis dominus donec faciat et compleat cogitationem cordis sui. In novissimo dierum intelligetis ea.

In tempore illo, dicit dominus, ero deus universis cognationibus Israel, et ipsi erunt mihi in populum. Hec dicit dominus: Invenit gratiam in deserto populus qui remanserat gladio; vadet ad requiem suam Israel. Longe dominus apparuit mihi. Et in caritate perpetua dilexi te, ideo attraxi te miserans. Rursumque edificabo te et edificaberis, virgo Israel. Adhuc ornaberis tympanis tuis et egredieris in choro ludentium. Adhuc plantabis vineas in montibus Samarie. Plantabunt plantantes et donec tempus veniat non vindemiabunt. Quia erit dies in qua clamabunt custodes in monte Effraim: Surgite et ascendamus in Syon ad dominum deum nostrum. Quia hec dicit dominus: Exultate in letitia Iacob et hinnite contra caput gentium. Personate, canite et dicite: Salva, domine, populum tuum, reliquias Israel. Ecce ego adducam eos de terra aquilonis, et congregabo eos ab extremis terre. Inter quos erunt cecus et claudus, et pregnans et pariens simul, cetus magnus revertentium huc. In fletu venient et in precibus deducam eos, et adducam eos per torrentes aquarum in via recta, et non impingent in ea, quia factus sum Israeli pater, et Effraim primogenitus meus est.

Audite verbum domini, gentes, et annuntiate in insulis que procul sunt, et dicite: Qui dispersit Israel congregabit eum, et custodiet eum sicut pastor gregem suum. Redemit enim dominus Iacob et liberavit eum de manu potentioris. Et venient et laudabunt in monte Syon, et confluent ad bona domini super frumento et vino et oleo et fetu pecorum et armentorum. Eritque anima eorum quasi hortus irriguus, et ultra non esurient. Tunc letabitur virgo in choro, iuvenes et senes simul. Et convertam luctum eorum in gaudium, et consolabor eos et letificabo a dolore suo. Et inebriabo animam sacerdotum pinguedine, et populus meus bonis meis adimplebitur, ait dominus. Hec dicit dominus: Vox in excelso audita est, lamentatio, fletus et luctus, Rachel plorantis filios suos et nolentis consolari super eis, quia non sunt. Hec dicit dominus: Quiescat vox tua a ploratu et oculi tui a lacrimis, quia merces est operi tuo, ait dominus, et revertentur de terra inimici. Et est spes novissimis tuis, ait dominus, et revertentur filii ad terminos suos. Audiens audivi Effraim transmigrantem: Castigasti me et eruditus sum quasi iuvenculus indomitus.

Converte me et revertar, quia tu dominus deus meus. Postquam enim

conuertisti me egi penitentiam. & postquam ostendisti percussi femur
meum. Confusus sum & erubui. quoniam sustinui obprobrium ab
adolescentia mea. Si filius honorabilis michi effraim. si puer
delicatus. quia ex quo locutus sum de eo. adhuc recordabor eius.
Idcirco conturbata sunt uiscera mea super eum. miserans miserebor
eius ait dominus. Statue tibi speculam. pone tibi amaritudines.
Dirige cor tuum in uiam rectam, in qua ambulasti. Reuertere
uirgo israhel reuertere ad ciuitates tuas. reuertere uirgo israhel. Usquequo delic
iis dissolueris filia uaga. Quia creabit dominus nouum super
terram. femina circumdabit uirum. Hec dicit dominus exercituum
deus israhel. Adhuc dicent uerbum istud in terra iuda & in urbibus eius.
cum conuertero captiuitatem eorum. Benedicat tibi dominus pulchri
tudo iusticie mons sanctus. Et habitabunt in eo iuda & omnes
ciuitates eius. simul agricole & minantes greges. quia inebria
ui animam lassam. & omnem animam esurientem saturaui. Ideo
quasi de somno suscitatus sum. & uidi. & somnus meus dulcis michi.
Ecce dies ueniunt dicit dominus. & seminabo domum israhel &
domum iuda semine hominum. & semine iumentorum. & sicut uigi
laui super eos ut euellerem & demolirer & dissiparem & affligerem.
sic uigilabo super eos ut edificem. & plantem ait dominus.
In diebus illis non dicent ultra patres comederunt uuam acerbam.
& dentes filiorum obstupuerunt. sed unusquisque in iniquitate sua
morietur. Omnis homo qui comederit uuam acerbam. obstupes
cent dentes eius. Ecce dies uenient dicit dominus. & feriam domui
israhel & domui iuda fedus nouum. non secundum pactum quod pepigi cum
patribus eorum in die qua apprehendi manum eorum ut educerem eos de
terra egypti pactum quod irritum fecerunt. & ego dominatus
sum eorum dicit dominus. sed hoc erit pactum quod feriam cum do
mo israhel post dies illos dicit dominus. Dabo legem meam in uis
ceribus eorum. & in corde eorum scribam eam. & ero eis in deum. & ipsi
erunt michi in populum. Et non docebit ultra proximum suum. & uir
fratrem suum dicens cognosce dominum. omnes enim cognoscent me
a minimo usque ad maximum ait dominus. quia propitiabor ini
quitati eorum. & peccati eorum non ero memor amplius. Hec dicit dominus
qui dat solem in lumine diei. ordinem lune & stellarum in lumi
ne noctis. qui turbat mare & sonant fluctus eius. dominus exer
cituum nomen illi. Si defecerint leges iste coram me dicit dominus
tunc & semen israhel deficiet. ut non sit gens coram me cunctis
diebus. Hec dicit dominus. Si mensurari potuerint celi sursum
& inuestigari fundamenta terre deorsum. & ego abiciam uniuersum
semen israhel. propter omnia que fecerunt dicit dominus. Ecce dies ueni
unt dicit dominus. & edificabitur ciuitas domino a turre ananehel
usque ad portam anguli & exibit ultra norma mensure in conspe
ctu domini super collem gareb. & circuibit goatha. & omnem
uallem cadauerum & cineris & uniuersam regionem mortis usque ad
torrentem cedron. & usque ad angulum porte equorum orientalis.
Sanctum domini non euelletur. & non destruetur ultra in perpetuum.
Uerbum quod factum est ad hieremiam a domino in anno decimo sedechie
regis iuda. ipse est annus octauus decimus nabugodonosor. Tunc
exercitus regis babilonis obsidebat hierusalem. & hieremias propheta
erat clausus in atrio carceris qui erat in domo regis iuda.
Clauserat enim eum sedechias rex iuda dicens. Quare uaticina
ris dicens. hec dicit dominus. ecce ego dabo ciuitatem istam in
manu regis babilonis & capiet eam. & sedechias rex iuda
non effugiet de manu chaldeorum. sed tradetur in manu regis babilo
nis. & loquetur os eius cum ore illius. & oculi eius oculos illius ui
debunt. & in babilonem ducet sedechiam. & ibi erit donec uisitem
eum. ait dominus. si autem dimicaueritis aduersum chaldeos. nichil pro
sperum habebitis. Et dixit hieremias. Factum est uerbum domini
ad me dicens. Ecce ananehel filius sellum patruelis tuus ueniet
ad te dicens. Eme tibi agrum meum qui est in anathoth. tibi enim
competit ex propinquitate ut emas. Et uenit ad me ananehel
filius patrui mei secundum uerbum domini ad uestibulum carceris
& ait ad me. Posside agrum meum qui est in anathoth in terra be
niamin. quia tibi competit hereditas. & tu propinquus ut possi
deas. Intellexi autem quod uerbum domini esset. & emi agrum ab
ananehel patrui mei qui est in anathoth & appendi argentum
septem stateres & decem argenteos. Et scripsi in libro & sig
naui. & adhibui testes. & appendi argentum in statera. Et
accepi librum possessionis signatum. stipulationes & rata. &
signa forinsecus. & dedi librum possessionis baruch filio neri.
filii maasie in oculis ananehel patruelis mei. & in oculis testium
qui scripti erant in libro emptionis in oculis omnium iudeorum. qui
sedebant in atrio carceris. Et precepi baruch coram eis dicens.
Sume libros istos librum emptionis hunc signatum. & librum
hunc qui apertus est. & pones illos in uase fictili. ut permanere pos
sint diebus multis.
Hec enim dicit dominus exercituum deus israhel. Adhuc posside
buntur domus & agri. & uinee in terra ista. Et oraui ad dominum
postquam tradidi librum possessionis baruch filio neri dicens.
Heu. heu. heu domine deus. ecce tu fecisti celum & terram in forti
tudine tua magna. & in brachio tuo extento. Non erit tibi difficile
omne uerbum. qui facis misericordiam in milibus. & reddis iniquitatem patrum in
sinu filiorum eorum post eos. fortissime magne potens. dominus exercituum
nomen tibi. magnus consilio & incomprehensibilis cogitatu. cuius oculi
aperti sunt super omnes uias adam filiorum. ut reddas unicuique secundum
uias suas. & secundum fructum adinuentionum eius. qui posuisti signa & por
tenta in terra egypti usque ad diem hanc. & in israhel & in hominibus. & fe
cisti tibi nomen sicut est dies hec. & eduxisti populum tuum de terra egypti
in signis & in portentis & in manu robusta. & in brachio extento.
& in terrore magno. & dedisti eis terram hanc quam iurasti patribus eorum
terram fluentem lacte & melle. & ingressi sunt & possederunt eam.
& non crediderunt uoci tue. & in lege tua non ambulauerunt omnia que
mandasti eis ut facerent non fecerunt. & euenerunt eis omnia hec.
Ecce munitiones extructe sunt aduersum ciuitatem ut capiatur.
& urbs data est in manu chaldeorum qui preliantur aduersum eam. a fa
cie gladii & famis & pestilentie & quecumque locutus es acciderunt
runt eis ut ipse cernis. & tu dicis michi domine deus eme ag
rum agrum argento & adhibe testes. cum urbs data sit in manu
chaldeorum.
Et factum est uerbum domini ad hieremiam dicens. Ecce ego dominus
deus uniuerse carnis. Numquid michi difficile est omne uerbum.
Propterea hec dicit dominus. Ecce ego tradam ciuitatem istam in ma
nu chaldeorum. & in manu regis babilonis & capient eam. & uenient
chaldei preliantes aduersum urbem hanc. & succendent eam igni. &
comburent eam & domos in quarum domatibus sacrificabant baal.

& libabant diis alienis libamina ad irritandum me. Erant enim
filii israhel & filii iuda facientes malum in oculis meis ab adolescen
tia sua. filii israhel qui usque nunc exacerbant me in opere manuum suarum
dicit dominus. quia in furorem & in indignationem mea facta est
michi ciuitas hec a die qua edificauerunt eam usque ad diem istam qua aufe
retur de conspectu meo propter maliciam filiorum israhel. & filiorum iuda. quam
fecerunt ad iracundiam me prouocantes. ipsi & reges eorum uiri iuda
& habitatores hierusalem. & uerterunt ad me terga & non facies. cum
docerem eos diluculo & erudirem. & nollent audire ut acciperent
disciplinam. & posuerunt ydola sua in domo in qua inuocatum est
nomen meum. ut pollurent eam. Et edificauerunt excelsa baal
que sunt in ualle filii ennon. ut initiarent filios suos & filias
suas moloch quod non mandaui eis. nec ascendit in cor meum ut face
rent abhominationem hanc. & in peccatum deducerent iudam.
Et nunc propter ista hec dicit dominus deus israhel ad ciuitatem hanc de
qua uos dicitis quod tradatur in manus regis babilonis. in gladio. &
in fame. & in peste. Ecce ego congregabo eos de uniuersis terris
ad quas eieci eos in furore meo. & in ira mea. & in indignatio
ne grandi. & reducam eos ad locum istum & habitare eos faciam
confidenter. & erunt michi in populum. & ego ero eis in deum. & dabo eis
cor unum & uiam unam ut timeant me uniuersis diebus. & bene
sit eis. & filiis eorum post eos. & feriam eis pactum sempiternum
& non desinam benefacere eis. & timorem meum dabo in corde eorum
ut non recedant a me. & letabor super eos cum bene fecero eis. & plan
tabo eos in terra ista in ueritate. in toto corde meo. & in tota anima
mea. quia hec dicit dominus. Sicut adduxi super populum istum omne malum
hoc grande. sic adducam super eos omne bonum quod ego loquor ad
eos. & possidebuntur agri in terra ista. de qua uos dicitis quod de
serta sit. eo quod non remanserit homo & iumentum. & data sit
in manus chaldeorum. Agri ementur pecunia & scribentur in libro
& imprimetur signum. & testis adhibebitur in terra beniamin &
in circuitu hierusalem in ciuitatibus iuda & in ciuitatibus montanis &
in ciuitatibus campestribus & in ciuitatibus que ad austrum sunt. quia
conuertam captiuitatem eorum ait dominus.
Et factum est uerbum domini ad hieremiam secundo cum adhuc
clausus esset in atrio carceris dicens. Hec dicit dominus qui fa
cturus est. & formaturus est illud & paraturus. Dominus
nomen eius. Clama ad me & exaudiam te. & annuntiabo tibi
grandia & firma que nescis. quia hec dicit dominus deus israhel ad
domos huius urbis. & ad domos regum iuda que destructe
sunt. & ad munitiones & ad gladium uenientium ut dimi
cent cum chaldeis & impleant eas cadaueribus mortuorum quos
percussi in furore meo. & in indignatione mea. abscondens
faciem meam a ciuitate hac propter omnem maliciam eorum. Ecce ego
obducam ei cicatricem & sanitatem & curabo eos. & reuelabo
illis deprecationem pacis & ueritatis. & conuertam conuersionem
iuda & conuersionem hierusalem. & edificabo sicut a principio. & e
mundabo eos ab omni iniquitate sua in qua peccauerunt michi. &
propitius ero cunctis iniquitatibus eorum in quibus deliquerunt michi & spre
uerunt me. & erunt michi in nomen & in gaudium. & in laudem
& in exultationem cunctis gentibus terre que audierint omnia bona
que ego facturus sum eis. & pauebunt & turbabuntur in uni
uersis bonis & in omni pace quam faciam eis. Hec dicit dominus.
Adhuc audietur in loco isto quem uos dicitis esse desertum
eo quod non sit homo & iumentum in ciuitatibus iude & foris hie
rusalem que desolate sunt absque homine & absque habita
tore & absque pecore. uox gaudii & uox leticie. uox sponsi
& uox sponse. uox dicentium confitemini domino exercituum
quoniam bonus. quoniam in eternum misericordia eius. & portantium uota in
domum domini. Reducam enim conuersionem terre sicut a prin
cipio dicit dominus. Hec dicit dominus exercituum deus israhel.
Adhuc erit in loco isto deserto absque homine & absque iumento
& in cunctis ciuitatibus eius habitaculum pastorum. & accuban
tium gregum. In ciuitatibus montuosis. & in ciuitatibus cam
pestribus. & in ciuitatibus que ad austrum sunt in terra beniamin
& in circuitu hierusalem. & in ciuitatibus iuda adhuc transibunt
greges ad manum numerantis ait dominus. Ecce dies ueni
unt dicit dominus & suscitabo uerbum bonum quod locutus sum ad
domum israhel. & ad domum iuda. In diebus illis & in tempore illo
germinare faciam dauid germen iusticie. & faciet iudicium & iu
sticiam in terra. In diebus illis saluabitur iuda. & hierusalem habita
bit confidenter. Et hoc est nomen quod uocabunt eum. dominus
iustus noster quia hec dicit dominus. Non interibit de dauid
uir qui sedeat super thronum domus israhel. & de sacerdotibus
& leuitis non interibit uir a facie mea qui offerat holocausto
mata & incendat sacrificium & cedat uictimas cunctis diebus.
Et factum est uerbum domini ad hieremiam dicens. Hec dicit dominus.
Si irritum fieri potest pactum meum cum die. & pactum meum
cum nocte ut non sint dies & nox in tempore suo. & pactum
meum irritum esse poterit cum dauid seruo meo ut non sit ex eo
filius qui regnet in throno eius. & leuite & sacerdotes
ministri eius. Sicut numerari non possunt stelle celi & me
tiri arena maris. sic multiplicabo semen dauid serui mei
41. & leuitas ministros eius. Et factum est uerbum ad hieremiam
dicens. Numquid non audisti quid populus hic locutus sit dicens.
Due cognationes quas elegerat dominus abiecte sunt & po
pulum meum despexerunt. eo quod non sit ultra gens coram
eis. Hec dicit dominus. Si pactum meum inter diem &
noctem. & leges celi & terre non posui. equidem & semen iacob &
dauid serui mei proiciam. & non assumam de semine eius principes
seminis abraham. & ysaac. & iacob. Reducam enim con
uersionem eorum. & miserebor eis.
Uerbum quod factum est ad hieremiam quando nabugodonosor rex babilo
nis & omnis exercitus eius uniuersaque regna terre que erant sub
potestate eius. & omnes populi bellabant contra hierusalem. & contra
urbes eius dicens. Uade & loquere ad sedechiam regem iuda. &
dices ad eum. Hec dicit dominus deus israhel. Ecce ego tradam
ciuitatem hanc in manu regis babilonis. & succendet eam igni.
& tu non effugies manum eius. sed comprehensione capieris. & in
manu eius traderis. & oculi tui regis babilonis oculos ui
debunt. & os eius cum ore tuo loquetur. & in babilonem introi
bis. Attamen audi uerbum domini sedechia rex iuda. Hec
dicit dominus ad te. Non morieris in gladio sed in pace mo
rieris. & secundum combustiones patrum tuorum regum priorum qui
fuerunt ante te sic comburent te. & ve domine plangent
te. quia ego uerbum locutus sum ait dominus. Et locutus

hieremias pph̄a ad sedechiā regē iuda uniūsa uerba hec ī
hierl̄m. & exercit regis babilonis pugnabat cont̄ hierl̄m
& cont̄ om̄s ciuitates iuda. que reliquę erant cont̄ lachis
& contra a͞zecha. Hę enī sup erant de ciuitatib; iuda ur
bes munitę.
Verbum q̄d factum est ad hieremiā a domino postq̄m p̄cussit
rex sedechias fedus cum omni pplo in hierl̄m. p̄dicans ut di
mitteret unusq̄sq; seruum suum. & unusq̄sq; ancillā suā
hebreum & hebream liberos & nequaq̄m dominarentur eis
id est in iudeo & frē suo. Audierunt ḡ om̄s p̄ncipes 7 uniu̅
sus ppl̄s qui inierant pactum ut dimitteret unusq̄sq; seruū suū
& unusq̄sq; ancillā suā liberos & ultra n̄ dominarentur in eis.
Audierunt ḡ & dimiserunt. Et conuersi sunt deinceps & re
traxerunt seruos & ancillas suas quos dimiserant liberos &
subiugauerunt in famulos & famulas. Et factum est uerbum
domini ad hieremiā dicēs. Hec dicit dominus exercituū ds̄ isrl̄.
Ego p̄cussi fedus cum patrib; u̅ris in die qua eduxi eos de tra egy
ti de domo seruitutis dicēs. Cum completi fuerint septē anni. di
mittat unusq̄sq; frēm suum hebreum qui uenditus est ei & seruit
tibi sex annis. & dimittes eum a te liberum. Et n̄ audierūt me
patres u̅ri. nec inclinauerunt aurem suā. Et conuersi estis uos
hodie & n̄ fecistis q̄d rectum est in oculis meis ut p̄dicaretis
un̄q̄uisq; libertatem ad amicum suum. & inistis pactū in con
spectu meo in domo in qua inuocatum est nomen meū sup eam.
Et reuersi estis. & contaminastis nomen meū. & reduxistis un̄q̄sq;
seruum suum. & un̄q̄uisq; ancillā suā quos dimiseratis ut essent
liberi. & sue potestatis. & subiugastis eos. ut sint uobis serui
& ancillę. Propterea hec dicit dominus. Vos non audistis me
ut p̄dicaretis libertatē unusquisq; suo frī. & un̄q̄uisq; amico
suo. Ecce ego p̄dico libertatem uob dominus ad gladium. 7 pestē
& famē. & dabo uos in commotionē cunctis regnis trē. 7 dabo
uiros qui p̄uaricant̄ fedus meum & n̄ obseruauerunt uba fede
ris mei quib; assensi sunt in conspectu meo. uitulum q̄m diuisere
in duas partes & transierunt int̄ diuisiones ei principes iuda
& p̄ncipes hierl̄m. eunuchi & sacerdotes & omnis ppl̄s terrę.
qui transierunt int̄ diuisiones uituli. & dabo eos in manu inimi
corum suorum. & in manu querentiū animā eorum. & erit morticinū
eorum in escā uolatilib; celi. & bestiis trē. Et sedechiā regē iuda
& p̄ncipes ei dabo in manu inimicorum suorum. & in manu quęren
tium animā eorum. & in manu exercituum regis babilonis q̄ re
cesserunt a uob̄. Ecce ego p̄cipio dicit dominus. & reducam
eos in ciuitatē hanc. & preliabunt̄ aduersum eam. & capient
eam & incendent igni. & ciuitates iuda dabo ī solitudinē eo q̄d
non sit habitator.
Verbum q̄d factum est ad hieremiam a domino in dieb; ioachim
filii iosie regis iuda dicēs. Vade ad domum rechabitarū 7 loq̄re
eis. & introduces eos in domum domini. in unā exedrā thesau
rorum. & dabis eis bibere uinum. Et assumpsi iecoriā filium
hieremię filii absaię & frs̄ ei. & om̄s filios eius. & uniūsā do
mum rechabitarū & introduxi eos in domum domini ad ga͞zophi
latium filiorum annan filii gedelię hominis dī. q̄d erat iuxta ga͞zo
philatium p̄ncipum sup thesaurum maasię filii sellum q̄ erat cu
stos uestibuli. & posui coram filiis domus rechabitarum sciphos
plenos uino & calices. & dixi ad eos. Bibite uinum. Qui respo
derunt. Non bibemus uinum. quia ionadab filius rechab pat̄
nr̄ p̄cepit dicens. Non bibetis uos uinum & filii u̅ri usq; in sem
piternum & domos non edificabitis. & sementem non seretis. & ui
neas nō plantabitis nec habebitis. sed in tabernaculis habitabitis
cunctis dieb; u̅ris. ut uiuatis multis dieb; sup faciem trē. in q̄
uos p̄egrinamini. Obediuimus ḡ uoci ionadab filii rechab pa
tris n̄ri in omnib; que p̄cepit nobis. ita ut n̄ biberemus uinū cun
ctis dieb; nr̄is. nos & mulieres nrē. filii & filię nrē. & n̄ edifi
caremus domos ad habitandum. & uineā & agrum & sementē
n̄ habuimus. sed habitauimus in tabernaculis. & obedientes fu
imus iuxta omnia que p̄cepit nob ionadab pat̄ nr̄. Cū autē
ascendisset nabuḡ rex babilonis ad trām nrām diximus. Ve
nite & ingrediamur hierl̄m a facie exercitē chaldeorum. & a fa
cie exercitus syrie. Et mansimus in hierl̄m.
Et factum ē uerbum domini ad hieremiam dicēs. Hec dicit domin̄
exercituum ds̄ isrl̄. Vade & dic uiris iuda & habitatorib; hie
rusalem. Numq̄d non recipietis disciplinā ut obediatis uerbis
meis dicit dominus. Preualuerunt sermones ionadab filii
rechab quos p̄cepit filiis suis ut n̄ biberent uinum. & n̄ bibe
runt usq; ad diem hanc. quia obedierunt p̄cepto patris sui. Ego
aūt locutus sum ad uos de mane consurgens & loquens. & n̄
obedistis m̄. Misiq; ad uos om̄s seruos meos pp̄has. consurgens
diluculo mittensq; & dicens. Conuertimini unusq̄sq; a uia sua
pessima. & bona facite studia u̅ra. & nolite sequi deos alienos
neq; colatis eos. & habitabitis in tra quā dedi patrib; u̅ris 7 uob.
Et n̄ inclinastis aurē u̅ram. neq; audistis me. Firmauerunt ḡ
filii ionadab filii rechab p̄ceptum patris sui q̄d p̄ceperat eis. po
pulus aūt iste n̄ obediuit michi. Idcirco hec dicit domin̄ exercituū
ds̄ isrl̄. Ecce ego adducā sup iudā & sup om̄s habitatores hie
rusalem uniūsam afflictionē quā locut̄ sum aduersum eā. eo q̄d
locutus sum ad illos & n̄ audierunt. uocaui illos & n̄ responderunt
m̄. Domui aūt rechabitarum dix̄ hieremias. Hec dic̄ domin̄
exercituum ds̄ isrl̄. Pro eo q̄d obedistis p̄cepto ionadab patris u̅ri 7
custodistis omnia mandata eius. & fecistis uniūsa que p̄cepit uob.
Propterea hec dic̄ domin̄ exercituum ds̄ isrl̄. Non deficiet de stir
pe ionadab uir stans in conspectu meo cunctis dieb;.
Et factum est in anno iiii. ioachim filii iosię regis iuda. factū est
uerbum hoc ad hieremiam a domino dicēs. Tolle uolum̄ libri 7
scribe in eo omnia uerba quę locut̄ sum tibi aduersum isrl̄ &
iudam & aduersum om̄s gēs a die qua locutus sum ad te ex dieb;
iosię usq; ad diem hanc si forte audiente domo iuda uniūsa
mala que ego cogito eis facere. reuertat̄ unusq̄sq; a uia sua
pessima. & p̄pitius ero iniquitati & peccato eorum. Vocauit ḡ
hieremias baruch filium nerię. & sc̄psit baruch ex ore hieremię
om̄s sermones domini quos locut̄ ē ad eum in uolumine libri.
Et p̄cepit hieremias baruch dicens. Ego clausus sum nec ualeo
ingredi in domum domini. Ingredere ḡ tu 7 lege de uolumine ī q̄ sc̄psi
sti ex ore meo ūba dn̄i audiente pplo in domo dn̄i ī die ieiunii. ī sup
& audiente uniūso iuda q̄ ueniunt de ciuitatib; iuda leges eis. si
forte cadat oratio eorum in conspectu dn̄i. & reuertat̄ unusquisq;
a uia sua pessima. quia magnus furor & indignatio quā locut̄
ē domin̄ aduersum pplm̄ hunc. & fecit baruch filius nerię iux̄

Fomnia que p̄ceperat ei hieremias pph̄a legens ex uolumine ser
mones domini in domo domini.
Factum ē aū in anno quinto ioachim filii iosię regis iuda ī mense
nono p̄dicauerunt ieiunium in conspectu domini omī pplo ī hie
rusalem & uniūsę multitudini que confluxerat de ciuitatib;
iuda in hierl̄m. Legitq; baruch ex uolumine sermones hiere
mię in domo domini in ga͞zophilatio gamarię filii saphan scbę
in uestibulo superiori in introitu portę noue domus domini. audi
ente omni pplo. Cumq; audisset micheas filius gamarię filii
saphan omnes sermones domini ex libro descendit in domo re
gis in ga͞zophilatium scribe. & ecce ibi omnes p̄ncipes sedebat
elysama scriba & dalaias filius semeię. & elnathan filius acho
bor. & gamarias filius saphan. & sedechias filius ananię & uni
uersi principes. & nuntiauit eis micheas omnia uerba que au
diuit legentem baruch ex uolumine in aurib; ppl̄i. Miser
itaq; omnes p̄ncipes ad baruch filium nathanię filii semelię
filii chusi dicentes. Volumen ex quo legisti audiente pplo. su
me in manu tua & ueni. Tulit ḡ baruch filius nerię uolumen
in manu sua. & uenit ad eos. Et dixerunt ad eum. Sede &
lege hec in aurib; nr̄is. Et legit baruch in aurib; eorum. Igit̄ cū
audissent omnia uerba obstupuerunt unusq̄sq; ad p̄ximum suū.
& dixerunt ad baruch. Nuntiare debemus regi om̄s sermo
nes istos. Et interrogauerunt eum dicentes. Indica nob quom̄
scripsisti om̄s sermones istos ex ore eius. Dix̄ aūt eis baruch.
Ex ore suo loquebat̄ quasi legens ad me omnes sermones istos. &
ego scribebā in uolumine atramento. Et dixerunt principes ad
baruch. Vade abscondere tu & hieremias. ut nemo sciat ubi sitis.
Et ingressi sunt ad regem in atrium. Porro uolum̄ commendaue
runt in ga͞zophilatium elysame scribe. & nuntiauerunt audien
te rege omnes sermones. Misitq; rex iudi ut sumeret librum.
Qui tollens illud de ga͞zophilatio elysame scribę legit audiente
rege & uniūsis p̄ncipib; qui stabant circa regē. Rex aū sedebat
in domo hyemali in mense nono. & posita erat corā eo arula plena
prunis. Cumq; legisset iudi tres pagellas aut iiii. scidit illud
scalpello scribę. & proiecit in ignem qui erat sup arulā. donec con
sumeret̄ omne uolumen igni qui erat in arula. Et n̄ timuerunt
neq; sciderunt uestimenta sua rex & om̄s serui eius qui audierūt om̄s
sermones istos. Veruntamen elnathan & dalaias & gamarias co̅
tradixerunt regi ne combureret librum. & n̄ audiuit eos. Et p̄ce
pit rex hieremiel filio amalech. & saraie filio ezrihel. 7 selemię
filio abdeel ut comp̄henderent baruch scribam & hieremiā p̄pho
tam. Abscondit autem eos dominus.
Et factum est uerbum domini ad hieremiam postq̄m combussit rex
uolum̄. & sermones quos sc̄pserat baruch ex ore hieremię dicēs.
Rursum tolle uolum̄ aliud & scribe in eo om̄s sermones p̄ores
qui erant in uolumine p̄ori q̄d combussit ioachim rex iuda. &
ad ioachim regem iuda dicēs. Hec dicit domin̄. Tu combussisti uo
lumen illud dicens. Quare sc̄psisti in eo annuncians festin̄ ueniet
rex babilonis & uastabit trām hanc. & cessare faciet ex illa ho
minem & iumentum. Propterea hec dicit dominus contra ioachī
regem iuda. Non erit ex eo qui sedeat sup solium dauid. 7 cadauer
eius proiciet̄ ad estum p̄ diem. & ad gelu p̄ nocte. & uisitabo cont̄
eum & cont̄ semen ei. & contra seruos eius iniquitates suas. & ad
ducam sup eos & sup habitatores hierl̄m & sup uiros iuda om̄e
malum q̄d locut̄ sum ad eos. & n̄ audierunt. Hieremias aū tulit
uolumen aliud. & dedit illud baruch filio nerię scribe. Qui sc̄psit
in eo ex ore hieremię omnes sermones libri quē combusserat ioachī
rex iuda igni. & insup additi sunt sermones multo plures q̄m an̄
fuerant. Et regnauit rex sedechias filius iosię pro iechonia filio ioachī
quē constituit regē nabuḡ rex babilonis in tra iuda. & n̄ obediuit
ipse & serui eius. & ppl̄s trē uerbis domini que locut̄ est in manu
hieremię pph̄e. Et misit rex sedechias iuchal filium selemię &
sophoniam filium sacerdotem ad hieremiam pph̄am dicēs. Ora
p̄ nobis ad dominum dm̄ n̄rm. Hieremias aū libere ambu
labat in medio ppl̄i. Non enim miserant eum in custodiā car
ceris. Igit̄ exercit pharaonis egressus ē de egypto. & audi
entes chaldei qui obsidebant hierl̄m huiuscemodi nuntiū. recesserūt ab
hierl̄m.
Et factum est uerbum domini ad hieremiam pph̄am dicēs. Hec
dicit dominus ds̄ isrl̄. Sic dicetis regi iuda qui misit uos ad
me interrogandum. Ecce exercitus pharaonis qui egressus est
uob in auxilium reuertet̄ in trām suam in egyptum. & redibunt
chaldei & bellabunt cont̄ ciuitatē hanc. & capient eā. &
incendent igni. Hec dicit dominus. Nolite decipe animas
u̅ras dicentes. Euntes abibunt & recedent a nobis chaldei
quia n̄ abibunt. Sed & si p̄cusseritis omnē exercitū chaldeorum
qui p̄liant̄ aduersum uos. & relicti fuerint ex eis aliqui uulnera
ti. singuli de tentorio suo consurgent & incendent ciuitatem
hanc igni. Et cū recessisset exercit̄ chaldeorum ab hierl̄m p̄pt
exercitum pharaonis egressus ē hieremias de hierl̄m ī trā
beniamin ut diuideret ibi possessionē in conspectu ciuium.
Cūq; p̄uenisset ad portā beniamin. erat ibi custos porte p̄
uices nomine hierias filius selemię filii ananię. & app̄hen
dit hieremiā p̄pham dicens. Ad chaldeos p̄fugis. Et resp
hieremias. Falsum est n̄ fugio ad chaldeos. Et non audiuit
eum sed comp̄hendit hierias hieremiam & adduxit eū ad
principes. Quam obrem irati p̄ncipes contra hieremiam ce
sum eum miserunt in carcerem qui erat in domo ionathan scri
be. Ipse enim p̄posit erat sup carcerē. Itaq; ingressus ē hie
remias in domum laci & in ergastulum. & sedit hieremias
dieb; multis. Mittens aū rex sedechias tulit eum. & int̄
rogauit eum in domo sua abscondite & dix̄. Putas ne est
sermo a domino. Et dix̄ hier. Est. Et ait. In manu
regis babilonis traderis. Et dix̄ hier ad sedechiā regem.
Quid peccaui tibi & seruis tuis. & pplo tuo. quia misistis me
in domum carceris. Vbi sunt pph̄e u̅ri qui pph̄abant
uobis & dicebant non ueniet rex babilonis sup uos. & sup
trām hanc. Nunc ḡ audi obsecro domine mi rex. ualeat
deprecatio mea in conspectu tuo. & ne remittas me ī domo
ionathan scribę ne moriar ibi. Precepit ḡ rex sedechias ut
traderet̄ hieremias in uestibulum carceris. & daret̄ ei torta
panis cottidie excepto pulmento. donec consumerent̄ om̄s panes
de ciuitate. Et mansit hieremia in uestibulo carceris. 7
Audiuit aū safatias filius mathan. & gedelias filius phassur
& iuchal filius selemię sermones quos hieremias loquebat̄ ad
omnē pplm̄ dicens. Hec dicit dominus. Quicumq; manserit
ī ciuitate hac morietur gladio. & fame. & peste. qui aūt p̄fugerit

ad chaldeos vivet, et erit anima eius sospes et vivens. Hec dicit dominus: Tradendo tradetur civitas hec in manu exercitus regis babylonis, et capiet eam. Et dixerunt principes regi: Rogamus ut occidatur homo iste. De industria enim dissolvit manus virorum bellantium qui remanserunt in civitate hac, et manus universi populi, loquens ad eos iuxta verba hec. Siquidem homo iste non querit pacem populo huic, sed malum. Et dixit rex sedechias: Ecce ipse in manibus vestris est, nec enim fas est regem vobis quicquam negare. Tulerunt ergo hieremiam, et proiecerunt eum in lacum melchie filii amalech, qui erat in vestibulo carceris; et submiserunt hieremiam funibus in lacum in quo non erat aqua sed lutum. Descendit itaque hieremias in cenum. Audivit autem abdemelech ethyops vir eunuchus qui erat in domo regis, quod misissent hieremiam in lacum. Porro rex sedebat in porta beniamin. Et egressus est abdemelech de domo regis, et locutus est ad regem dicens: Domine mi rex, male fecerunt viri isti omnia quecumque perpetrarunt contra hieremiam prophetam, mittentes eum in lacum, ut moriatur ibi fame; non sunt enim panes ultra in civitate.

Precepit itaque rex abdemelech ethyopi dicens: Tolle tecum hinc xxx viros, et leva hieremiam prophetam de lacu antequam moriatur. Assumptis ergo abdemelech secum viris, ingressus est domum regis que erat sub cellario, et tulit inde veteres pannos et antiqua que computruerant, et submisit ea ad hieremiam in lacum per funiculos. Dixitque abdemelech ethyops ad hieremiam: Pone veteres pannos hos et hec scissa et putrida sub cubito manuum tuarum et super funes. Fecit ergo hieremias sic. Et extraxerunt hieremiam funibus, et eduxerunt eum de lacu. Mansit autem hieremias in vestibulo carceris. Et misit rex sedechias, et tulit ad se hieremiam prophetam ad ostium tercium quod erat in domo domini. Et dixit rex ad hieremiam: Interrogo ego te sermonem, ne abscondas a me aliquid. Dixit autem hieremias ad sedechiam: Si annunciavero tibi, numquid non interficies me? Et si consilium tibi dedero, non me audies. Iuravit ergo rex sedechias hieremie clam dicens: Vivit dominus qui fecit nobis animam hanc, si occidero te, et si tradidero te in manus virorum istorum qui querunt animam tuam. Et dixit hieremias ad sedechiam: Hec dicit dominus exercituum deus israel: Si profectus exieris ad principes regis babylonis, vivet anima tua, et civitas hec non succendetur igni, et salvus eris tu et domus tua. Si autem non exieris ad principes regis babylonis, tradetur civitas hec in manus chaldeorum, et succendent eam igni, et tu non effugies de manu eorum. Et dixit rex sedechias ad hieremiam: Sollicitus sum propter iudeos qui transfugerunt ad chaldeos, ne forte tradar in manus eorum et illudant mihi. Respondit autem hieremias: Non te tradent. Audi queso vocem domini quam ego loquor ad te, et bene tibi erit, et vivet anima tua. Quod si nolueris egredi, iste est sermo quem ostendit mihi dominus. Ecce omnes mulieres que remanserunt in domo regis iuda, educentur ad principes regis babylonis, et ipse dicent: Seduxerunt te et prevaluerunt adversum te viri pacifici tui, demerserunt in ceno et lubrico pedes tuos, et recesserunt a te. Et omnes uxores tue et filii tui educentur ad chaldeos, et non effugies manus eorum, sed in manu regis babylonis capieris, et civitatem hanc comburet igni. Dixit ergo sedechias ad hieremiam: Nullus sciat verba hec, et non morieris. Si autem audierint principes quia locutus sum tecum, et venerint ad te et dixerint tibi: Indica nobis quid locutus sis cum rege, ne celes nos, et non te interficiemus, et quid locutus est tecum rex, dices ad eos: Prostravi ego preces meas coram rege, ne me reduci iuberet in domum ionathan, et ibi morerer. Venerunt ergo omnes principes ad hieremiam, et interrogaverunt eum, et locutus est eis iuxta omnia verba que preceperat ei rex, et cessaverunt ab eo. Nichil enim fuerat auditum. Mansit ergo hieremias in vestibulo carceris usque ad diem qua capta est hierusalem.

Et factum est ut caperetur hierusalem, anno nono sedechie regis iuda, mense decimo venit nabuchodonosor rex babylonis et omnis exercitus eius ad hierusalem, et obsidebant eam. Undecimo autem anno sedechie, mense quarto, quinta mensis, aperta est civitas. Et ingressi sunt omnes principes regis babylonis, et sederunt in porta media, neregel, sereser, semegarnabu, sarsachim rabsares, rebmag, et omnes reliqui principes regis babylonis. Cumque vidisset eos sedechias rex iuda et omnes viri bellatores, fugerunt, et egressi sunt nocte de civitate per viam horti regis, et per portam que erat inter duos muros, et egressi sunt ad viam deserti. Persecutus est autem eos exercitus chaldeorum, et comprehenderunt sedechiam in campo solitudinis iericontine, et captum adduxerunt ad nabuchodonosor regem babylonis in reblatha que est in terra emath, et locutus est ad eum iudicia. Et occidit rex babylonis filios sedechie in reblatha in oculis eius, et omnes nobiles iuda occidit rex babylonis. Oculos quoque sedechie eruit, et vinxit eum compedibus ut adduceretur in babylonem. Domum quoque regis et domum vulgi succenderunt chaldei igni, et muros hierusalem subverterunt. Et reliquias populi que remanserant in civitate, et perfugas qui transfugerant ad eum, et superfluos vulgi qui remanserant, transtulit nabuzardan magister militum in babylonem. Et de plebe pauperum qui nichil penitus habebant dimisit nabuzardan magister militum in terra iuda, et dedit eis vineas et cisternas in die illa. Preceperat autem nabuchodonosor rex babylonis de hieremia nabuzardan magistro militum dicens: Tolle illum, et pone super eum oculos tuos, nichilque ei mali facias, sed ut voluerit sic facias ei. Miserunt ergo nabuzardan princeps militie et nabusezban et rabsares, et neregel et sereser et rebmag, et omnes optimates regis babylonis, miserunt et tulerunt hieremiam de vestibulo carceris, et tradiderunt eum godolie filio achicam filii saphan, ut intraret domum et habitaret in populo. Ad hieremiam autem factus fuerat sermo domini cum clausus esset in vestibulo carceris dicens: Vade et dic abdemelech ethyopi dicens: Hec dicit dominus exercituum deus israel: Ecce ego inducam sermones meos super civitatem hanc in malum et non in bonum, et erunt in conspectu tuo in die illa. Et liberabo te in die illa, ait dominus, et non traderis in manus virorum quos tu formidas. Sed eruens liberabo te, et gladio non cades, sed erit tibi anima tua in salutem, quia in me habuisti fiduciam, ait dominus.

46

Sermo qui factus est ad hieremiam a domino postquam dimissus est a nabuzardan magistro militie de rama, quando tulit eum vinctum cathenis in medio omnium qui migrabant de hierusalem et iuda, et ducebantur in babylonem. Tollens ergo princeps militie hieremiam, dixit ad eum: Dominus deus tuus locutus est malum hoc super locum istum, et adduxit, et fecit sicut locutus est dominus, quia peccastis domino, et non audistis vocem eius, et factus est vobis sermo hic. Nunc ergo ecce solvi te hodie de cathenis que sunt in manibus tuis. Si placet tibi ut venias mecum in babylonem, veni, et ponam oculos meos super te. Si autem displicet tibi venire mecum in babylonem, reside. Ecce omnis terra in conspectu tuo est; quod elegeris et quo placuerit tibi ut vadas, illuc perge. Et mecum noli venire, sed habita apud godoliam filium achicam filii saphan, quem prefecit rex babylonis civitatibus iuda. Habita ergo cum eo in medio populi, vel quocumque placuerit tibi ut vadas, vade. Dedit quoque ei magister militie cibaria et munuscula, et dimisit eum. Venit autem hieremias ad godoliam filium achicam in masphat, et habitavit cum eo in medio populi qui relictus fuerat in terra.

Cumque audissent omnes principes exercitus qui dispersi fuerant per regiones, ipsi et socii eorum, quod prefecisset rex babylonis godoliam filium achicam terre, et quod commendasset ei viros et mulieres et parvulos, et de pauperibus terre, qui non fuerant translati in babylonem, venerunt ad godoliam in masphat, ysmahel filius nathanie, et iohanan, et ionathan, filii caree, et sareas filius tenehumeth, et filii offi qui erant de netophati, et iezonias filius maachati, ipsi et viri eorum. Et iuravit eis godolias filius achicam filii saphan et comitibus eorum dicens: Nolite timere servire chaldeis. Habitate in terra, et servite regi babylonis, et bene erit vobis. Ecce ego habito in masphat, ut respondeam precepto chaldeorum qui mittuntur ad nos. Vos autem colligite vinum et messem et oleum, et condite in vasis vestris, et manete in urbibus vestris quas tenetis. Sed et omnes iudei qui erant in moab, et in filiis ammon, et in ydumea, et in universis regionibus, audito quod dedisset rex babylonis reliquias in iudea, et quod preposuisset super eos godoliam filium achicam filii saphan, reversi sunt, inquam, omnes iudei de universis locis ad que profugerant, et venerunt in terram iuda ad godoliam in masphat, et collegerunt vinum et messem multam nimis. Iohanan autem filius caree, et omnes principes exercitus qui dispersi fuerant in regionibus, venerunt ad godoliam in masphat, et dixerunt ei: Scito quia baalis rex filiorum ammon misit ysmahel filium nathanie percutere animam tuam. Et non credidit eis godolias filius achicam. Iohanan vero filius caree dixit ad godoliam seorsum in masphat loquens: Ibo et percutiam ysmahel filium nathanie nullo sciente, ne interficiat animam tuam, et dissipentur omnes iudei qui congregati sunt ad te, et peribunt reliquie iuda. Et ait godolias filius achicam ad iohanan filium caree: Noli facere verbum hoc; falsum enim tu loqueris de ysmahel.

Et factum est in mense septimo venit ysmahel filius nathanie filii elysama de semine regali, et optimates regis, et decem viri cum eo ad godoliam filium achicam in masphat, et comederunt ibi panes simul in masphat. Surrexit autem ysmahel filius nathanie et decem viri qui erant cum eo, et percusserunt godoliam filium achicam filii saphan gladio, et interfecerunt eum quem prefecerat rex babylonis terre. Omnes quoque iudeos qui erant cum godolia in masphat, et chaldeos qui reperti sunt ibi, et viros bellatores, percussit ysmahel. Secundo autem die postquam occiderat godoliam, nullo adhuc sciente, venerunt viri de sychem et de sylo et de samaria, octoginta viri rasi barba, et scissis vestibus, et squalentes; munera et thus habebant in manu, ut offerrent in domo domini. Egressus ergo ysmahel filius nathanie in occursum eorum de masphat, incedens et plorans ibat. Cum autem occurrisset eis, dixit ad eos: Venite ad godoliam filium achicam. Qui cum venissent ad medium civitatis, interfecit eos ysmahel filius nathanie circa medium laci, ipse et viri qui erant cum eo. Decem autem viri reperti sunt inter eos qui dixerunt ad ysmahel: Noli occidere nos, quia habemus in agro thesauros frumenti et hordei et olei et mellis. Et cessavit, et non interfecit eos cum fratribus suis. Lacus autem in quem proiecerat ysmahel omnia cadavera virorum quos percussit propter godoliam, ipse est quem fecit rex asa propter baasa regem israel. Ipsum replevit ysmahel filius nathanie occisis. Et captivas duxit ysmahel omnes reliquias populi qui erant in masphat, filias regis et universum populum qui remanserat in masphat, quos commendaverat nabuzardan princeps militie godolie filio achicam. Et cepit eos ysmahel filius nathanie, et abiit ut transiret ad filios ammon.

Audivit autem iohanan filius caree et omnes principes bellatorum qui erant cum eo omne malum quod fecerat ysmahel filius nathanie. Et assumptis universis viris, profecti sunt ut bellarent adversum ysmahel filium nathanie, et invenerunt eum ad aquas multas que sunt in gabaon. Cumque vidisset omnis populus qui erat cum ysmahel iohanan filium caree et universos principes bellatorum qui erant cum eo, letati sunt. Et reversus est omnis populus quem ceperat ysmahel in masphat; reversusque abiit ad iohanan filium caree. Ysmahel autem filius nathanie fugit cum octo viris a facie iohanan, et abiit ad filios ammon. Tulit ergo iohanan filius caree et omnes principes bellatorum qui erant cum eo universas reliquias vulgi quas reduxerat ab ysmahel filio nathanie de masphat postquam percussit godoliam filium achicam, fortes viros ad prelium, et mulieres et parvos et eunuchos quos reduxerat de gabaon. Et abierunt, et sederunt peregrinantes in chamaam que est iuxta bethleem, ut pergerent et introirent egyptum a facie chaldeorum. Timebant enim eos, quia percusserat ysmahel filius nathanie godoliam filium achicam, quem prefecerat rex babylonis in terra iuda. Et accesserunt omnes principes bellatorum, et iohanan filius caree, et iezonias filius osie, et reliquum vulgus a parvo usque ad magnum, dixeruntque ad hieremiam prophetam: Cadat oratio nostra in conspectu tuo, et ora pro nobis ad dominum deum tuum pro universis reliquiis istis, quia derelicti sumus pauci de pluribus, sicut oculi tui nos intuentur. Et annunciet nobis dominus deus tuus viam per quam pergamus, et verbum quod faciamus. Dixit autem ad eos hieremias propheta: Audivi. Ecce ego oro ad dominum deum vestrum secundum verba vestra. Omne verbum quodcumque responderit mihi, indicabo vobis, nec celabo vos quicquam. Et illi dixerunt ad hieremiam: Sit dominus inter nos testis veritatis et fidei, si non iuxta omne verbum in quo miserit te dominus deus tuus ad nos sic faciemus. Sive bonum est sive malum, voci domini dei nostri ad quem mittimus te obediemus, ut bene sit nobis cum audierimus vocem domini dei nostri.

Cum autem completi essent decem dies, factum est verbum domini ad hieremiam prophetam. Vocavitque iohanan filium caree et omnes principes bellatorum qui erant cum eo, et universum populum a minimo usque ad maximum, et dixit ad eos: Hec dicit dominus deus israel, ad quem misistis me ut prosternerem preces vestras in conspectu eius: Si quiescentes manseritis in terra hac, edificabo vos et non destruam, plantabo et non evellam: iam enim placatus sum super malo

quod facietis. Nolite timere a facie regis babilonis, quem uos pa
uidi formidastis. Nolite eum metuere dicit dominus, quia uo
biscum ego sum ut saluos faciam uos et eruam de manu eius. et
dabo uobis misericordiam et miserebor uestri. et habitare uos faciam
in terra uestra. Si autem dixeritis uos in corde uestro non habitabimus
in terra ista. nec audiemus uocem domini dei nostri dicentes, nequaquam
sed ad terram egypti pergemus ubi non uidebimus bellum, et clango
rem tube non audiemus, et famem non sustinebimus, et ibi habita
bimus, propter hoc nunc audite uerbum domini reliquie iuda. Hec
dicit dominus exercituum deus israhel. Si posueritis faciem uestram
et ingrediamini egyptum et intraueritis ut ibi habitetis, gla
dius quem uos formidatis ibi comprehendet uos in terra egypti
et fames pro qua estis solliciti adherebit uobis in egypto, et ibi
moriemini omnesque uiri qui posuerunt faciem suam ut ingredi
antur egyptum et habitent ibi morientur gladio, et fame et
peste. nullusque de eis remanebit nec effugiet a facie mali
quod ego afferam super eos. quia hec dicit dominus exercituum
deus israhel. Sicut conflatus est furor meus et indignatio mea
super habitatores hierusalem, sic conflabitur indignatio mea super uos
cum ingressi fueritis egyptum. et eritis in iusiurandum, et in
stuporem, et in maledictum, et in obprobrium, et nequaquam ultra
uidebitis locum istum. Verbum domini super uos reliquie iuda,
nolite intrare egyptum. Scientes scietis quia obtestatus sum
uos hodie, quia decepistis animas uestras. Vos enim misistis
me ad dominum dicentes. Ora pro nobis ad dominum deum nostrum, et iuxta
omnia que dixerit tibi dominus deus tuus sic annuncia nobis et
faciemus. Et annunciaui uobis hodie et non audistis uocem domini
dei uestri super uniuersis pro quibus misit me ad uos. Nunc ergo scien
tes scietis quia gladio et fame et peste moriemini in loco
ad quem uoluistis intrare ut habitaretis ibi.

Factum est autem cum complesset hieremias loquens ad
populum uniuersos sermones domini dei eorum pro quibus miserat
eum dominus deus eorum ad illos omnia uerba hec. dixit azha
rias filius osie et iohannan filius caree et omnes uiri super
bi dicentes ad hieremiam. Mendacium tu loqueris. non mi
sit te dominus deus noster dicens. ne ingrediamini egyptum et ha
bitetis illic, sed baruch filius nerie incitat te aduersum nos
in manibus chaldeorum, ut interficiat nos et transduci faciat
in babilonem. Et non audiuit iohannan filius caree et omnes
principes bellatorum, et uniuersus populus uocem domini ut mane
rent in terra iuda. sed tollens iohannan filius caree, et uniuersi
principes bellatorum et uniuersus populus reliquiarum iuda qui
reuersi fuerant de cunctis gentibus ad quas fuerant ante dispersi
ut habitarent in terra iuda, uiros et mulieres et paruulos
et filias regis et omnem animam quam reliquerat nabuzardan
princeps milicie cum godolia filio achiam filii saphan et prophetam
hieremiam et baruch filium nerie. et ingressi sunt terram
egypti quia non obedierunt uoci domini. et uenerunt usque ad
taphnas. Et factus est sermo domini ad hieremiam in taphnis
dicens. Sume in manu tua lapides grandes et absconde
eos in cripta que est sub muro laterício in porta domus pha
raonis in taphnis. cernentibus uiris iudeis et dices ad eos.
Hec dicit dominus exercituum deus israhel. Ecce ego mittam et assumam
nabugodonosor regem babilonis seruum meum et ponam thronum eius
super lapides istos quos abscondi. et statuet solium suum super
eos. Veniensque percutiet terram egypti. quos in mortem in mor
tem, et quos in captiuitatem in captiuitatem. et quos in gladio in
gladium. Et succendet ignem in delubris deorum et comburet
ea. et captiuos ducet illos. Et amicietur terra egypti sicut
amicitur pastor pallio suo. et egredietur inde in pace. Et con
teret statuas domus solis que sunt in terra egypti. et delubra
deorum egypti comburet igni.

Verbum quod factum est ad hieremiam et ad omnes iudeos qui habi
tant in terra egypti. habitantes in magdalo et in taphnis et
in memphis. et in terra fatures dicens. Hec dicit dominus exer
cituum deus israhel. Vos uidistis omne malum istud quod adduxi
super hierusalem, et super omnes urbes iuda. et ecce sunt deserte
hodie. et non est in eis habitator propter maliciam quam fecerunt ut
me ad iracundiam prouocarent et irent et sacrificarent et colerent
deos alienos quos nesciebant et illi et uos. et patres uestri.
Et misi ad uos omnes seruos meos prophetas de nocte consurgens
mittensque et dicens. nolite facere uerbum abhominationis hu
iuscemodi. et non audierunt nec inclinauerunt aurem suam ut conuerterentur a
malis suis. et non sacrificarent diis alienis. Et conflata est indigna
tio mea et furor meus. et succensa est in ciuitatibus iuda et in plateis
hierusalem. et uerse sunt in solitudinem et uastitatem secundum diem hanc
et nunc hec dicit dominus exercituum deus israhel. Quare uos facitis
malum grande hoc contra animas uestras. ut intereat ex uobis uir
et mulier, paruulus et lactens de medio iude. nec relinquatur
uobis quicquam residuum, prouocantes me in operibus manuum uestrarum
sacrificando diis alienis in terra egypti in quam ingressi estis ut ha
bitetis ibi. et dispereatis et sitis in maledictionem et in opprobrium
cunctis gentibus terre. Numquid obliti estis mala patrum uestrorum et
mala regum iuda. et mala uxorum eius. et mala uestra. et mala
uxorum uestrarum. que fecerunt in terra iuda. et in regionibus hierusalem.
Non sunt mundati usque ad diem hanc. et non timuerunt. et non am
bulauerunt in lege domini. et in preceptis meis que dedi coram
uobis. et coram patribus uestris. Ideo hec dicit dominus exercituum deus israhel.
Ecce ego ponam faciem meam in uobis in malum. et disperdam omnem
iudam. et assumam reliquias iude qui posuerunt facies suas ut
ingrederentur terram egypti et habitarent ibi. et consumentur
omnes in terra egypti. cadent in gladio et in fame. et in peste. et
non erit qui effugiat et sit residuus de reliquiis iudeorum. qui
uadunt ut peregrinentur in terra egypti et reuertantur in terram iuda
ad quam ipsi eleuant animas suas ut reuertantur et habitent ibi.
Non reuertentur nisi qui effugerint. Responderunt autem hieremie
omnes scientes quod sacrificarent uxores eorum diis alienis. et uni
uerse mulieres quarum stabat multitudo grandis, et omnis populus
habitantium in terra egypti in fatures dicens. Sermonem quem
locutus es ad nos in nomine domini non audiemus ex te. sed faci
entes faciemus omne uerbum quod egredietur de ore nostro. ut sacrifi
cemus regine celi. et libemus ei libamina sicut fecimus nos et
patres nostri. reges nostri et principes nostri in urbibus iuda. et in
plateis hierusalem. et saturati sumus panibus et bene nobis erat, ma
lumque non uidimus. Ex eo autem tempore quo cessauimus sacrificare re
gine celi. et libare ei libamina indigemus omnibus et gladio et fame
consumpti sumus. quod si nos sacrificamus regine celi. et libamus
ei libamina, numquid sine uiris nostris fecimus ei placentas ad colen
dum eam, et libandum ei libamina. Et dixit hieremias ad omnem populum.
Aduersum uiros et aduersum mulieres. et aduersum uniuersam ple
bem qui responderunt ei dicentes. Numquid non sacrificium quod
sacrificastis in ciuitatibus iuda et in plateis hierusalem uos et patres
uestri. reges uestri et principes uestri et populus terre. horum recordatus
est dominus. et ascendit super cor eius. et non poterat ultra dominus
portare propter maliciam studiorum uestrorum. et propter abhominationes quas
fecistis. et facta est terra uestra in solitudinem. et in stuporem et in male
dictum. eo quod non sit habitator sicut est dies hec. Propterea quod
sacrificaueritis ydolis. et peccaueritis domino. et non audieritis
uocem domini. et in lege et preceptis et in testimoniis eius non
ambulaueritis. idcirco euenerunt uobis mala hec. sicut est in die
hac. Dixit autem hieremias ad omnem populum. et uniuersas mulieres.
Audite uerbum domini omnis iuda, qui estis in terra egypti.
Hec dominus inquit exercituum deus israhel dicens. Vos et uxo
res uestre locute estis ore uestro. et manibus uestris implestis dicentes.
Faciamus uota nostra que uouimus ut sacrificemus regine celi. et libemus
ei libamina. Implestis uota uestra. et opere perpetrastis ea. Ideo
audite uerbum domini omnis iuda qui habitatis in terra egy
pti. Ecce ego uigilabo super eos in malum et non in bonum. et
consumentur omnes uiri iuda qui sunt in terra egypti gladio fame
et peste. donec penitus consumantur. Et qui fugerint gladium
reuertentur de terra egypti in terram iuda uiri pauci. et scient
omnes reliquie iuda ingredientium in terram egypti ut habitent
ibi. cuius sermo compleatur meus. an illorum. Et hoc uobis signum
ait dominus. quod uisitem ego super uos in loco isto ut sciatis quia
uere complebuntur sermones mei contra uos in malum. Hec dicit
dominus. Ecce ego tradam pharaonem ephree regem egypti in
manu inimicorum eius. et in manu querentium animam eius. sicut
tradidi sedechiam regem iuda in manu nabugodonosor regis babilonis
inimici sui. et querentis animam eius.

Verbum quod locutus est hieremias propheta ad baruch filium nerie
cum scripsisset uerba hec in libro de ore hieremie anno iiii.
ioachim filii iosie regis iuda dicens. Hec dicit dominus exer
cituum deus israhel. Dixisti. ve misero michi. quoniam addidit dominus
dolorem cordi meo. Laboraui in gemitu meo, et requiem non inueni.
Hec dices ad eum. Sic dicit dominus. Ecce quos edificaui ego
destruo. et quos plantaui ego euello. et uniuersam terram hanc.
et tu queris tibi grandia. Noli querere quia ecce ego addu
cam malum super omnem carnem ait dominus. et dabo tibi animam tuam
in salutem in omnibus locis ad quecumque perrexeris.

Quod factum est uerbum domini ad hieremiam prophetam contra
gentes ad egyptum aduersum exercitum pharaonis nechao
regis egypti qui erat iuxta flumen eufraten in charcamis quem
percussit nabugodonosor rex babilonis in iiii. anno ioachim filii iosie
regis iuda. Preparate scutum et clipeum. et procedite ad bellum.
Iungite currus. et ascendite equos. state in galeis. polite lanceas.
induite uos loricis. Quid igitur. Vidi ipsos pauidos. et terga
uertentes. fortes eorum cesos. Et fugerunt concite. nec respexe
runt. Terror undique ait dominus. Non fugiet uelox. nec
saluari se putet fortis. Ad aquilonem iuxta flumen eufraten
uicti sunt et ruerunt. Quis est iste qui quasi flumen ascendit
et ueluti fluuiorum ascendunt gurgites eius. Egyptus flumi
nis instar ascendit, et uelut flumina mouebuntur fluctus eius.
Et dicet. Ascendens operiam terram et perdam ciuitatem, et habi
tatores eius. Ascendite equos. et exultate in curribus. et pro
cedant fortes ethyopia et lybies tenentes scutum. et lydii arri
pientes. et iacientes sagittas. Dies autem ille domini exercituum
dies ultionis. ut sumat uindictam de inimicis suis. Deuorabit
gladius et saturabitur. et inebriabitur sanguine eorum. Victima
enim domini exercituum in terra aquilonis iuxta flumen eufraten.
Ascende in galaad et tolle resinam uirgo filia egypti. frustra
multiplicabis medicamina. sanitas non erit tibi. Audierunt
gentes ignominiam tuam. et ululatus tuus repleuit terram. quia
fortis impegit in fortem. ambo pariter conciderunt.

Verbum quod locutus est dominus ad hieremiam prophetam super eo
quod uenturus esset nabugodonosor rex babilonis et percussurus terram
egypti. Annunciate egypto. et auditum facite magdalo
et resonet in memphis, et in taphnis dicite, Sta et prepa
te quia deuorabit gladius ea que in circuitu tuo sunt. Quare
computruit fortis tuus. Non stetit. quia dominus subuertit
eum. Multiplicauit ruentes ceciditque uir ad proximum suum,
Et dicent. Surge et reuertamur ad populum nostrum. et ad terram natiui
tatis nostre. a facie gladii columbe. Vocate nomen pharao regis
egypti. tumultum adduxit tempus. Viuo ego inquit rex dominus
exercituum nomen meum. quoniam sicut thabor in montibus, et sicut carmelus
in mari ueniet. Vasa transmigrationis fac tibi, filia populi,
habitatrix egypti. quia memphis in solitudinem erit. et dese
retur inhabitabilis. Vitula elegans atque formosa egyptus.
stimulator ab aquilone ueniet ei. Mercennarii quoque eius
qui uersabantur in medio eius. quasi uituli saginati, Versi sunt
et fugerunt simul. nec stare potuerunt. quia dies interfectionis
eorum uenit super eos. tempus uisitationis eorum. Vox eius quasi
eris sonabit. quoniam cum exercitu properabunt. et cum securibus ue
nient ei quasi ligna cedentes, succiderunt saltum eius ait dominus.
qui supputari non potest. Multiplicati sunt super locustas.
et non est eis numerus. Confusa est filia egypti. et tradita in
manu populi aquilonis.

Dixit autem dominus exercituum deus israhel. Ecce ego uisitabo
super tumultum alexandrie. et super pharao. et super egyptum.
et super deos eius. et super reges eius. et super pharao. et super eos
qui confidunt in eo, et dabo eos in manum querentium animam
eorum. et in manu nabugodonosor regis babilonis, et in manu seruorum
eius. Et post hec habitabitur sicut diebus pristinis. ait dominus.
Et tu ne timeas serue meus iacob. et ne paueas israhel, quia ecce
ego saluum te faciam de longinquo. et semen tuum de terra cap
tiuitatis tue. Et reuertetur iacob et requiescet; et prospera
bitur, et non erit qui exterreat eum. Et tu noli timere serue
meus iacob ait dominus quia ego tecum sum. quia consumam ego
cunctas gentes ad quas eieci te. te uero non consumam. sed castigabo
te in iudicio, nec quasi innocenti parcam tibi.

Quod factum est uerbum domini ad hieremiam prophetam contra pale
stinos. antequam percuteret pharao gazam. Hec dicit dominus.
Ecce aque ascendunt ab aquilone. et erunt quasi torrens inundans

et operient terram et plenitudinem eius, urbem et habitatores eius. Clamabunt homines et ululabunt omnes habitatores terre a strepitu pompe armorum et bellatorum eius, a commotione quadrigarum eius et multitudine rotarum eius. Non respexerunt patres filios manibus dissolutis pro adventu diei in quo vastabuntur omnes philistiim. Et dissipabitur tyrus et sydon cum omnibus reliquis auxiliis suis. Depopulatus est enim dominus palestinos, et reliquias insule capadocie. Venit calvicium super gazam, conticuit ascalon, et reliquie vallis earum. Usque quo concideris o mucro domini? Usque quo non requiesces? Ingredere in vaginam tuam, refrigerare et sile. Quomodo quiesces cum dominus preceperit ei adversum ascalon, et adversum maritimas eius regiones, ibique condixerit illi. Ad moab.

Hec dicit dominus exercituum deus israel. Ve super nabo quoniam vastata est et confusa. Capta est cariathaim, confusa est fortis et tremuit. Non est ultra exultatio in moab, contra esebon cogitaverunt malum. Venite et disperdamus eam de gente. Ergo silens conticesces, sequeturque te gladius. Vox clamoris de oronaim, vastitas et contritio magna. Contrita est moab, annunciate clamorem parvulis eius. Per ascensum enim luith plorans ascendit in fletu, quoniam in descensu oronaim hostes ululatum contritionis audierunt. Fugite, salvate animas vestras, et eritis quasi myrice in deserto. Pro eo enim quod habuisti fiduciam in munitionibus tuis et in thesauris tuis, tu quoque capieris, et ibit chamos in transmigrationem, sacerdotes eius et principes eius simul. Et veniet predo ad omnem urbem, et urbs nulla salvabitur. Et peribunt valles et dissipabuntur campestria, quoniam dixit dominus. Date florem moab, quia florens egredietur, et civitates eius deserte erunt et inhabitabiles.

Maledictus qui facit opus dei fraudulenter, et maledictus qui prohibet gladium suum a sanguine. Fertilis fuit moab ab adolescentia sua, et requievit in fecibus suis, nec transfusus est de vase in vas, et in transmigrationem non abiit. Idcirco permansit gustus eius in eo, et odor eius non est immutatus. Propterea ecce dies veniunt, dicit dominus, et mittam ei ordinatores et stratores laguncularum et sternent eum, et vasa eius exhaurient, et lagenas eorum collident. Et confundetur moab a chamos, sicut confusa est domus israel a bethel in qua habebat fiduciam. Quomodo dicitis fortes sumus et viri robusti ad preliandum? Vastata est moab et civitates eius ascenderunt, et electi iuvenes eius descenderunt in occisionem, ait rex, dominus exercituum nomen eius. Prope est interitus moab ut veniat, et malum eius velociter occurret nimis. Consolamini eum omnes qui estis in circuitu eius, et universi qui scitis nomen eius dicite: Quomodo confracta est virga fortis, baculus gloriosus? Descende de gloria et sede in siti, habitatio filie dibon, quoniam vastator moab ascendet ad te, et dissipabit munitiones tuas. In via sta et prospice, habitatio aroer; interroga fugientem, et eum qui evasit dic: Quid accidit? Confusus est moab quoniam victus est. Ululate et clamate, annunciate in arnon quoniam vastata est moab. Et iudicium venit ad terram campestrem, super elon, et super iesa, et super mephaat, et super dibon, et super nabo, et super domum deblathaim, et super cariathaim, et super bethgamul, et super bethmaon, et super carioth, et super bosra, et super omnes civitates terre moab que longe et que prope sunt. Abscisum est cornu moab, et brachium eius contritum est, ait dominus. Inebriate eum, quoniam contra dominum erectus est, et allidet manum moab in vomitu suo, et erit in derisum etiam ipse. Fuit enim in derisum tibi israel, quasi inter fures reperisses eum. Propter verba ergo tua que adversum illum locutus es captivus duceris. Relinquite civitates et habitate in petra, habitatores moab, et estote quasi columba nidificans in summo ore foraminis. Audivimus superbiam moab, superbus est valde. Sublimitatem eius et arrogantiam et superbiam et altitudinem cordis illius. Ego scio, ait dominus, iactantiam eius, et quod non sit iuxta eam virtus eius, nec iuxta quod poterat conata sit facere. Ideo super moab eiulabo, et ad moab universam clamabo, ad viros muri fictilis lamentantes. De planctu iazer plorabo tibi, vinea sabama. Propagines tue transierunt mare, usque ad mare iazer pervenerunt. Super messem tuam et vindemiam tuam predo irruit. Ablata est leticia et exultatio de carmelo et de terra moab, et vinum de torcularibus sustuli. Nequaquam calcator uve solitum celeuma cantabit. De clamore esebon usque eleale et iasa dederunt vocem suam, a segor usque ad oronaim vitulam conternantem. Aque quoque nemrim pessime erunt. Et auferam de moab, ait dominus, offerentem in excelsis et sacrificantem diis eius. Propterea cor meum ad moab quasi tybia resonabit, et cor meum ad viros muri fictilis dabit sonitum tibiarum, quia plus fecit quam potuit, idcirco perierunt. Omne enim caput calvicium, et omnis barba rasa erit. In cunctis manibus colligatio, et super omne dorsum cilicium. Et super omnia tecta moab et in plateis eius omnis planctus, quia contrivi moab sicut vas inutile, ait dominus. Quomodo victa est et ululaverunt? Quomodo deiecit cervicem moab et confusus est? Eritque moab in derisum et in exemplum omnibus in circuitu suo. Hec dicit dominus: Ecce sicut aquila volabit et extendet alas suas ad moab. Capta est carioth, et munitiones comprehense sunt, et erit cor fortium moab in die illa sicut 43
cor mulieris parturientis. Et cessabit moab esse populus, quoniam contra dominum gloriatus est. Pavor et fovea et laqueus super te, o habitator moab. Et qui conscenderit de fovea capietur laqueo. Adducam enim super moab annum visitationis eorum, dicit dominus. In umbra esebon steterunt de laqueo fugientes, quia ignis egressus est de esebon et flamma de medio seon, et devorabit partem moab et verticem filiorum tumultus. Ve tibi moab, periisti popule chamos, quia comprehensi sunt filii tui et filie tue in captivitatem. Et convertam captivitatem moab in novissimis diebus, ait dominus.

Hec dicit dominus. Numquid filii non sunt israel, aut heres non est ei? Cur ergo hereditate possedit melchom gad, et populus eius in urbibus eius habitavit? Ideo ecce dies veniunt, dicit dominus, et auditum faciam super rabbath filiorum ammon fremitum prelii, et erit in tumulum dissipata, filieque eius igne succendentur, et possidebit israel possessores suos, ait dominus. Ulula esebon, quoniam vastata est hai. Clamate filie rabbath, accingite vos ciliciis, plangite et circuite per sepes, quia melchom in transmigrationem ducetur, sacerdotes eius et principes simul. Quid in vallibus gloriaris? Defluxit vallis tua, filia delicata, que confidebas in thesauris tuis, et dicebas: Quis veniet ad me? Ecce ego inducam super te terrorem, ait dominus deus exercituum, ab omnibus qui sunt in circuitu tuo. Et dispergimini singuli a conspectu vestro, nec erit qui congreget fugientes. Et post hec reverti faciam captivitatem filiorum ammon, ait dominus. 2

Hec dicit dominus exercituum. Numquid non est sapientia ultra in theman? Periit consilium a filiis, inutilis facta est sapientia eorum. Fugite, terga vertite, descendite in voraginem, habitatores dedan, quoniam perditionem esau adduxi super eum, tempus visitationis eius. Si vindemiatores venissent super te, non reliquissent racemum. Si fures in nocte, rapuissent quod sufficeret sibi. Ego vero discooperui esau, revelavi abscondita eius, et celari non poterit. Vastatum est semen eius et fratres eius et vicini eius, et non erit. Relinque pupillos tuos, ego eos faciam vivere, et vidue tue in me sperabunt. Quia hec dicit dominus: Ecce quibus non erat iudicium ut biberent calicem, bibentes bibent, et tu quasi innocens relinqueris? Non eris innocens, sed bibens bibes. Quia per memetipsum iuravi, dicit dominus, quod in solitudinem et in opprobrium et in desertum et in maledictionem erit bosra, et omnes civitates eius erunt in solitudines sempiternas. Auditum audivi a domino, et legatus ad gentes missus sum: Congregamini et venite adversus eam, et consurgamus in prelium. Ecce enim parvulum dedi te in gentibus, contemptibilem inter homines. Arrogantia tua decepit te, et superbia cordis tui, qui habitas in cavernis petre et apprehendere niteris altitudinem collis. Cum exaltaveris quasi aquila nidum tuum, inde detraham te, dicit dominus. Et erit ydumea deserta. Omnis qui transibit per eam stupebit et sibilabit super omnes plagas eius. Sicut subversa est sodoma et gomorra et vicine eius, ait dominus. Non habitabit ibi vir, et non incolet eam filius hominis. Ecce quasi leo ascendet de superbia iordanis ad pulchritudinem robustam, quia subito currere eum faciam ad illam. Et quis erit electus quem preponam ei? Quis enim similis mei? Et quis sustinebit me? Et quis est iste pastor qui resistat vultui meo? Propterea audite consilium domini quod iniit de edom, et cogitationes eius quas cogitavit de habitatoribus theman. Si autem deiecerint eos parvuli gregis, nisi dissipaverint cum eis habitaculum eorum. A voce ruine eorum commota est terra, clamor in mari rubro auditus est vocis eius. Ecce quasi aquila ascendet et avolabit et expandet alas suas super bosra, et erit cor fortium ydumee in die illa quasi cor mulieris parturientis. Confusa est emath et arphat, quia auditum pessimum audierunt. Turbati sunt in mari, pre sollicitudine quiescere non potuit. Dissoluta est damascus, versa est in fugam, tremor apprehendit eam. Angustia et dolores tenuerunt eam quasi parturientem. Quomodo dereliquerunt civitatem laudabilem, urbem leticie? Ideo cadent iuvenes eius in plateis eius, et omnes viri prelii conticescent in die illa, ait dominus exercituum. Et succendam ignem in muro damasci, et devorabit menia benadab.

Ad cedar et ad regna asor que percussit nabuchodonosor rex babilonis. 7
Hec dicit dominus: Surgite et ascendite ad cedar, et vastate filios orientis. Tabernacula eorum et greges eorum capient, pelles eorum et omnia vasa eorum et camelos eorum tollent sibi, et vocabunt super eos formidinem in circuitu. Fugite, abite vehementer, in voraginibus sedete, qui habitatis asor, ait dominus. Iniit enim contra vos nabuchodonosor rex babilonis consilium, et cogitavit adversum vos cogitationes. Consurgite et ascendite ad gentem quietam et habitantem confidenter, ait dominus. Non ostia, non vectes eis, soli habitant. Et erunt cameli eorum in direptionem, et multitudo iumentorum in predam. Et dispergam eos in omnem ventum, qui sunt attonsi in comam, et ex omni confinio eorum adducam interitum super eos, ait dominus. Et erit asor in habitaculum draconum, deserta usque in eternum. Non manebit ibi vir, nec incolet eam filius hominis.

Quod factum est verbum domini ad ieremiam prophetam adversus helam, in principio regni sedechie regis iuda, dicens: Hec dicit dominus exercituum: Ecce ego confringam arcum helam et summam fortitudinem eorum. Et inducam super helam quatuor ventos a quatuor plagis celi, et ventilabo eos in omnes ventos istos, et non erit gens ad quam non perveniant profugi helam. Et pavere faciam helam coram inimicis suis, et in conspectu querentium animam eorum. Et adducam super eos malum, iram furoris mei, dicit dominus, et mittam post eos gladium donec consumam eos. Et ponam solium meum in helam, et perdam inde reges et principes, ait dominus. In novissimis autem diebus reverti faciam captivos helam, dicit dominus.

Verbum quod locutus est dominus de babilone et de terra chaldeorum in manu ieremie prophete. c.
Annunciate in gentibus et auditum facite. Levate signum, predicate, nolite celare. Dicite: Capta est babilon, confusus est bel, victus est marodach. Confusa sunt sculptilia eius, superata sunt ydola eorum. Quoniam ascendet contra eam gens ab aquilone que ponet terram eius in solitudinem, et non erit qui habitet in ea, ab homine usque ad pecus, et mota sunt et abierunt. In diebus illis et in tempore illo, ait dominus, venient filii israel, ipsi et filii iuda simul, ambulantes et flentes properabunt, et dominum deum suum querent. In syon interrogabunt viam; huc facies eorum. Venient et apponentur ad dominum federe sempiterno, quod nulla oblivione delebitur. Grex perditus populus meus. Pastores eorum seduxerunt eos, feceruntque vagari in montibus. De monte in collem transierunt, obliti sunt cubilis sui. Omnes qui invenerunt comederunt eos, et hostes eorum dixerunt: Non peccavimus pro eo quod peccaverunt domino decori iustitie et expectationi patrum eorum domino. Recedite de medio babilonis, et de terra chaldeorum egredimini, et estote quasi hedi ante greges. Quoniam ecce ego suscito et adducam in babilonem congregationem gentium magnarum de terra aquilonis, et preparabuntur adversus eam, et inde capietur. Sagitta eius quasi viri fortis interfectoris non revertetur vacua. Et erit chaldea in predam; omnes vastantes eam replebuntur, ait dominus. Quoniam exultatis et magna loquimini, diripientes hereditatem meam, quoniam effusi estis sicut vituli super herbam, et mugistis ut tauri. Confusa est mater vestra nimis, et adequata pulveri que genuit vos. Ecce novissima erit in gentibus, deserta invia et arens. Ira domini non habitabitur, sed redigetur tota in solitudinem. Omnis qui transit per babilonem stupebit et sibilabit super universis plagis eius. Preparamini contra babilonem per circuitum omnes qui tenditis arcum, et debellate eam. Non parcatis iaculis, quia peccavit domino. Clamate adversus eam, ubique dedit manum. Ceciderunt fundamenta eius, destructi sunt muri eius.

quia ultio domini est. Ultionem accipite de ea. sicut fecit, facite ei. Disperdite satorem de babilone, et tenentem falcem in tempore messis. a facie gladii columbe. Unusquisque ad populum suum revertetur, et singuli ad terram suam fugient. Grex dispersus Israhel. leones eiecerunt eum. Primus comedit eum rex assur; iste novissimus exossavit eum nabuchodonosor rex babilonis. Propterea hec dicit dominus exercituum deus Israhel. Ecce ego visitabo regem babilonis et terram eius sicut visitavi regem assur. et reducam Israhel ad habitaculum suum. et pascetur carmelum et basan. et in monte effraim et galaad saturabitur anima eius.

In diebus illis et in tempore illo queretur iniquitas Israhel et non erit. et peccatum iuda et non invenietur. quoniam propitius ero eis. quos reliquero. Super terram dominantium ascende. et super habitatores eius visita. dissipa et interfice que post eos sunt ait dominus. et fac omnia que precepi tibi. Vox belli in terra et contritio magna. Quomodo confractus est et contritus est malleus universe terre. Quomodo versa est in desertum babilon in gentibus. Illaqueavi te et capta es et nesciebas. inventa es et apprehensa. quoniam dominum provocasti. Aperuit dominus thesaurum suum. et protulit vasa ire sue. quoniam opus est domino deo exercituum in terra chaldeorum. Venite ad eam ab extremis finibus; aperite ut exeant qui conculcent eam. Tollite de via lapides et redigite in acervos. et interficite eam. nec sit quicquam reliquum. Dissipate omnes fortes eius. descendant in occisionem. Ve eis quia venit dies eorum. tempus visitationis eorum.

Vox fugientium et eorum qui evaserunt de terra aquilonis ut annuntient in syon ultionem domini dei nostri. ultionem templi eius. Annuntiate in babilone plurimis. omnibus qui tendunt arcum. Consistite adversus eam per girum. et nullus evadat. Reddite ei secundum opus suum. iuxta omnia que fecit facite illi. quia contra dominum erecta est. adversum sanctum Israhel. Idcirco cadent iuvenes eius in plateis eius. et omnes viri bellatores eius conticescent in die illa ait dominus. Ecce ego ad te superbe dicit dominus deus exercituum quia venit dies tuus tempus visitationis tue. et cadet superbus et corruet. et non erit qui suscitet eum. Et succendam ignem in urbibus eius. et devorabit omnia in circuitu eius. Hec dicit dominus exercituum. Calumniam sustinent filii Israhel. et filii iuda simul. Omnes qui ceperunt eos tenent. nolunt dimittere eos. Redemptor eorum fortis dominus exercituum nomen eius. iudicio defendet causas eorum. ut exterreat terram et commoveat habitatores babilonis. Gladius ad chaldeos ait dominus. et ad habitatores babilonis. et ad principes. et ad sapientes eius. gladius ad divinos eius. qui stulti erunt. gladius ad fortes eius qui timebunt. Gladius ad equos eius et ad currus eius. et ad omne vulgus quod est in medio eius. et erunt quasi mulieres. gladius ad thesauros eius qui diripientur. Siccitas super aquas eius erit et arescent. quia terra sculptilium est. et in portentis gloriantur. Propterea habitabunt dracones cum fatuis ficariis. et habitabunt in ea strutiones. et non inhabitabitur ultra usque in sempiternum. nec extruetur usque ad generationem et generationem sicut subvertit deus sodomam et gomorram. et vicinas eius ait dominus. Non habitabit ibi vir. nec incolet eam filius hominis.

Ecce populus venit ab aquilone et gens magna. et reges multi consurgent a finibus terre. Arcum et scutum apprehendent crudeles sunt et immisericordes. Vox eorum quasi mare sonabit. super equos ascendent sicut vir paratus ad prelium. contra te filia babilon. Audivit rex babilonis famam eorum. et dissolute sunt manus eius. angustia apprehendit eum. dolor quasi parturientem. Ecce quasi leo ascendet de superbia iordanis ad pulchritudinem robustam. quia subito eam currere faciam ad illam. Et quis erit electus quem ego preponam ei. Quis enim similis mei. et quis sustinebit me. Et quis est iste pastor qui resistat vultui meo. Propterea audite consilium domini quod mente concepit. adversum babilonem. et cogitationes eius quas cogitavit super terram chaldeorum. Nisi detraxerint eos parvuli gregum. nisi dissipatum fuerit cum ipsis tabernaculum eorum. A voce captivitatis babilonis commota est terra. et clamor inter gentes auditus est.

Hec dicit dominus. Ecce ego suscitabo super babilonem. et super habitatores eius qui cor suum levaverunt contra me quasi ventum pestilentem. Et mittam in babilone ventilatores. et ventilabunt eam. et demolientur terram eius. quoniam venerunt super eam undique in die afflictionis eius. Non tendat qui tendit arcum suum. et non ascendat loricatus. Nolite parcere iuvenibus eius. interficite omnem militiam eius. Et cadent interfecti in terra chaldeorum et vulnerati in regionibus eius. quoniam non fuit viduatus Israhel et iuda a deo suo domino exercituum. Terra autem eorum repleta est delicto a sancto Israhel. Fugite de medio babilonis. et salvet unusquisque animam suam. Nolite tacere super iniquitatem eius. quoniam tempus ultionis est domini. Vicissitudinem ipse retribuet ei. Calix aureus babilon in manu domini. inebrians omnem terram. De vino eius biberunt omnes gentes. et ideo commote sunt. Subito cecidit babilon et contrita est. Ululate super eam. tollite resinam ad dolorem eius. si forte sanetur. Curavimus babilonem. et non est sanata. Derelinquamus eam. et eamus unusquisque in terram suam. quoniam pervenit usque ad celos iudicium eius. et elevatum est usque ad nubes. Protulit dominus iustitias nostras. Venite et narremus in syon opus domini dei nostri. Acuite sagittas. implete pharetras. Suscitavit dominus spiritum regum medorum et contra babilonem mens eius ut perdat eam. quoniam ultio domini est. ultio templi sui. Rex medorum contra babilonem suscitabitur a domino. Super muros babilonis levate signum. augete custodiam. Levate custodes. preparate insidias quia cogitavit dominus et fecit quecumque locutus est contra habitatores babilonis. Que habitas super aquas multas locuples in thesauris venit finis tuus pedalis precisionis tue. Iuravit dominus per animam suam. quoniam replebo te hominibus quasi bruco. et super te celeuma cantabitur. Qui fecit terram in fortitudine sua. et preparavit orbem in sapientia sua. et prudentia sua extendit celos. Dante eo voces; multiplicabuntur aque in celo. Qui levat nubes ab extremo terre. fulgura in pluviam fecit et produxit ventum de thesauris suis. Stultus factus est omnis homo a scientia sua. confusus est omnis conflator in sculptili. quia mendax est et non est spiritus in eis. Vana sunt opera et risu digna. in tempore visitationis sue peribunt. Non sicut hec pars iacob. quia qui fecit omnia ipse est et Israhel sceptrum hereditatis eius. Dominus exercituum nomen eius. Collidis tu mihi vasa belli. et ego collidam in te gentes. et disperdam in te regna. et collidam in te equum et equitem eius. et collidam in te currum et ascensorem eius. et collidam in te virum et mulierem. et collidam in te senem et puerum. et collidam in te iuvenem et virginem. et collidam in te pastorem et gregem eius. et collidam in te agricolam et iugales eius. et collidam in te duces et magistratus. et reddam babiloni et cunctis habitatoribus chaldee omne malum suum quod fecerunt in syon in oculis vestris ait dominus.

Ecce ego ad te mons pestifer ait dominus. qui corrumpis universam terram. et extendam manum meam super te. et evolvam te de petris et dabo te in montem combustionis. et non tollent de te lapidem in angulum. et lapidem in fundamenta. sed perditus in eternum eris ait dominus. Levate signum in terra. clangite bucina in gentibus. Sanctificate super eam gentes. annuntiate contra illam regibus ararath menni. et ascenez. Numerate contra eam thapsar. adducite equum quasi brucum aculeatum. Sanctificate contra eam gentes reges medie. duces eius et universos magistratus eius. cunctamque terram potestatis eius. Et commovebitur terra et turbabitur. quia evigilavit contra babilonem cogitatio domini. ut ponat terram babilonis desertam. et inhabitabilem. Cessaverunt fortes babilonis a prelio. habitaverunt in presidiis. Devoratum est cor eorum et robur eorum. et facti sunt quasi mulieres. Incensa sunt tabernacula eorum. contriti sunt vectes eius. currens obviam fugienti curret veniet; et nuntius obvius nuntianti. ut annuntiet regi babilonis quia capta est civitas eius a summo usque ad summum. et vada occupata et paludes incense sunt igni. et viri bellatores conturbati sunt: quia hec dicit dominus exercituum deus Israhel.

Filia babilonis quasi area. tempus triture eius. Adhuc modicum. et veniet tempus messionis eius. Comedit me. devoravit me nabuchodonosor rex babilonis. reddidit me quasi vas inane. Absorbuit me quasi draco. replevit ventrem suum teneritudine mea. et eiecit me. Iniquitas adversum me et caro mea super babilonem dicit habitatio syon. et sanguis meus super habitatores chaldee dicit hierusalem. Propterea hec dicit dominus. Ecce ego iudicabo causam tuam. et ulciscar ultionem tuam. et desertum faciam mare eius. et siccabo venam eius. Et erit babilon in tumulos habitatio draconum. stupor et sibilus. eo quod non sit habitator. Simul ut leones rugient. excutient comas velut catuli leonum. In calore eorum ponam potus eorum. et inebriabo eos ut sopiantur. et dormiant somnum sempiternum. et non consurgant dicit dominus. Deducam eos quasi agnos ad victimam. quasi arietes cum hedis. Quomodo capta est sesach. et comprehensa est inclita universe terre. Quomodo facta est in stuporem. babilon inter gentes. Ascendit super babilonem mare a multitudine fluctuum eius operta est. facte sunt civitates eius in stuporem terra inhabitabilis et deserta. terra in qua nullus habitet; nec transeat per eam filius hominis. Et visitabo super bel in babilone. et eiciam quod absorbuerat de ore eius. et non confluent ad eum ultra gentes. Siquidem et murus babilonis corruet. Egredimini de medio eius populus meus. ut salvet unusquisque animam suam ab ira furoris domini. et ne forte mollescat cor vestrum. et timeatis auditum qui audietur in terra. Et veniet in anno auditio. et post hunc annum auditio. et iniquitas in terra ut salvet unusquisque animam suam. et dominatores super dominatorem.

Propterea ecce dies veniunt dicit dominus. et visitabo super sculptilia babilonis. et omnis terra eius confundetur. et universi interfecti eius cadent in medio eius. Et laudabunt super babilonem celi et terra. et omnia que in eis sunt. quia ab aquilone venient ei predones ait dominus. Et quomodo fecit babilon ut caderent occisi in Israhel. sic de babilone cadent occisi in universa terra. Qui fugistis gladium venite nolite stare. Recordamini procul domini et hierusalem ascendat super cor vestrum. Confusi sumus. quia audivimus opprobrium. Operuit ignominia facies nostras. quia venerunt alieni super sanctificationem domus domini. Propterea ecce dies veniunt dicit dominus. et visitabo super sculptilia eius. et in omni terra eius mugiet vulneratus. Si ascenderit babilon in celum. et firmaverit in excelso robur suum. a me venient vastatores eius ait dominus. Vox clamoris de babilone et contritio magna de terra chaldeorum. quoniam vastavit dominus babilonem. et perdidit ex ea vocem magnam. et sonabunt fluctus eorum quasi aque multe. Dedit sonitum vox eorum. quia venit super eum. id est super babilonem predo et apprehensi sunt fortes eius. et emarcuit arcus eorum. quia fortis ultor dominus reddens retribuet. Et inebriabo principes eius et sapientes eius. duces eius et magistratus eius. et fortes eius. et dormient somnum sempiternum. et non expergiscentur ait rex dominus exercituum nomen eius. Hec dicit dominus exercituum. Murus babilonis ille latissimus suffossione suffodietur. et porte eius excelse igni comburentur. et labores populorum ad nichilum redigentur in igne erunt et disperibunt.

Verbum quod precepit hieremias propheta saraie filio nerie filii maasie cum pergeret cum sedechia rege in babilonem. in anno iiii. regni eius. Saraias autem erat princeps prophetie. Et scripsit hieremias omne quod malum venturum erat super babilonem in libro uno. omnia verba hec que scripta sunt in libro contra babilonem. Et dixit hieremias ad saraiam. Cum veneris in babilonem et videris et legeris omnia verba hec dices. Domine tu locutus es contra locum istum ut disperderes eum et non sit qui in eo habitet. ab homine usque ad pecus. et ut sit perpetua solitudo. Cumque compleveris legere librum istum. ligabis ad eum lapidem. et proicies illum in medio eufraten. et dices. Sic submergetur babilon et non consurget a facie afflictionis quam ego adduco super eam. et dissolvetur. Filius xx. et unius anni erat sedechias cum regnare cepisset. et xi. annis regnavit in hierusalem. Et nomen matris eius emichal filia hieremie de lobna. Et fecit malum in oculis domini iuxta omnia que fecerat ioachim. quoniam furor domini erat in hierusalem et in iuda. usque quo proiceret eos a facie sua. Et recessit sedechias a rege babilonis.

Factum est autem in anno nono regni eius in mense x. x. die mensis. venit nabuchodonosor rex babilonis ipse et omnis exercitus eius adversus hierusalem et obsederunt eam. et edificaverunt contra eam munitiones in circuitu. et fuit civitas obsessa usque ad xii. annum regis sedechie. Mense autem iiii. nona mensis obtinuit fames in civitate. et non erant alimenta populo terre. Et disrupta est civitas. et omnes viri bellatores fugerunt. et exierunt de civitate nocte per viam porte que est inter duos muros et ducit ad hortum regis. chaldeis obsidentibus urbem in giro. et abierunt per viam que ad heremum ducit. Persecutus autem

exercitus chaldeorum regem et apprehenderunt Sedechiam in deserto quod est iuxta Iericho, et omnis comitatus eius diffugit ab eo. Cumque comprehendissent regem, adduxerunt eum ad regem Babilonis in Reblatha, que est in terra Emath, et locutus est ad eum iudicia. Et iugulavit rex Babilonis filios Sedechie in oculis eius. Sed et omnes principes Iude occidit in Reblatha. Et oculos Sedechie eruit, et vinxit eum compedibus, et adduxit rex Babilonis in Babilonem, et posuit eum in domum carceris usque ad diem mortis sue.

In mense autem quinto, decima mensis, ipse est annus nonus decimus Nabuchodonosor regis Babilonis, venit Nabuzardan princeps milicie qui stabat coram rege Babilonis in Ierusalem, et incendit domum domini et domum regis, et omnes domos Ierusalem, et omnem domum magnam igne combussit. Et totum murum Ierusalem per circuitum destruxit cunctus exercitus chaldeorum qui erat cum magistro milicie. De pauperibus autem populi et de reliquo vulgo quod remanserat in civitate, et de perfugis qui transfugerant ad regem Babilonis, et ceteros de multitudine transtulit Nabuzardan princeps milicie. De pauperibus vero terre reliquit vinitores et agricolas. Columnas quoque ereas que erant in domo domini, et bases, et mare ereum quod erat in domo domini confregerunt chaldei, et tulerunt omne es eorum in Babilonem. Et lebetes, et creagras, et psalteria, et fialas, et mortariola, et omnia vasa erea que in ministerio fuerant tulerunt, et hydrias, et thymiamateria, et urceos, et pelves, et candelabra, et mortariola, et cyathos, et quotquot aurea, et quotquot argentea, tulit magister milicie, et columnas duas, et mare unum, et vitulos XII ereos qui erant sub basibus, quas fecerat rex Salomon in domo domini. Non erat pondus eris omnium vasorum horum. De columnis autem decem et octo cubiti altitudinis erant in columna una, et funiculus X cubitorum circuibat eam. Porro grossitudo eius IIII digitorum, et intrinsecus cava erant. Et capitella super utrumque erea. Altitudo capitelli unius quinque cubitorum, et retiacula et mala granata nonaginta et sex dependentia. Omnia mala granata centum retiaculis circumdabantur. Et tulit magister milicie Saraiam sacerdotem primum et Sophoniam sacerdotem secundum, et tres custodes vestibuli. Et tulit de civitate eunuchum unum qui erat super viros bellatores, et septem viros de his qui videbant faciem regis qui inventi sunt in civitate, et scribam principem militum qui probabat tyrones, et LX viros de populo terre qui inventi sunt in medio civitatis. Tulit autem eos Nabuzardan magister milicie et duxit eos ad regem Babilonis in Reblatha. Et percussit eos rex Babilonis et interfecit eos in Reblatha in terra Emath, et translatus est Iuda de terra sua. Iste est populus quem transtulit Nabuchodonosor. In anno septimo tria milia Iudeos et XX et tres. In anno XVIII Nabuchodonosor de Ierusalem animas octingentas XXX et duas. In anno XXIII Nabuchodonosor transtulit Nabuzardan princeps milicie Iudeorum animas septingentas XL et quinque. Omnes ergo anime IIII milia sexcente.

Et factum est in XXX et septimo anno transmigrationis Ioachin regis Iude, XII mense, XX prima, elevavit Evilmerodach rex Babilonis ipso anno regni sui caput Ioachin regis Iude, et eduxit eum de domo carceris. Et locutus est cum eo bona, et posuit thronum eius super thronos regum qui erant post se in Babilone, et mutavit vestimenta carceris eius, et comedebat panem coram eo semper cunctis diebus vite sue. Et cibaria eius cibaria perpetua dabantur ei a rege Babilonis statuta per singulos dies usque ad diem mortis sue cunctis diebus vite eius.

ET HEC VERBA libri que scripsit Baruch filius Nerie filii Maasie filii Sedechie filii Sedei filii Elchie in Babilonia, in anno quinto, in septima die mensis, in tempore quo ceperunt chaldei Ierusalem et succenderunt eam igni. Et legit Baruch verba libri huius ad aures Iechonie filii Ioachim regis Iuda, et ad aures universi populi venientis ad librum, et ad aures potentium filiorum regum, et ad aures presbiterorum, et ad aures populi a minimo usque ad maximum eorum habitantium in Babilonia ad flumen Sudi. Qui audientes plorabant et ieiunabant et orabant in conspectu domini. Et collegerunt pecuniam secundum quod potuit uniuscuiusque manus, et miserunt in Ierusalem ad Ioachim filium Elchie filii Salomi sacerdotem, et ad sacerdotes et ad omnem populum qui inventi sunt cum eo in Ierusalem, cum acciperet vasa templi domini in terra Iuda que ablata fuerant de templo, decima die mensis Sivan, vasa argentea que fecit Sedechias filius Iosie rex Iuda, postquam cepisset Nabuchodonosor rex Babilonis Iechoniam et principes et cunctos potentes et populum terre ab Ierusalem, et duxisset eos in Babiloniam. Et dixerunt: Ecce misimus ad vos pecunias, quibus emite holocaustomata et thus, et facite manna, et offerte pro peccato ad aram domini dei nostri, et orate pro vita Nabuchodonosor regis Babilonis et pro vita Baltasar filii eius, ut sint dies eorum sicut dies celi super terram, et det dominus virtutem nobis et illuminet oculos nostros, ut vivamus sub umbra Nabuchodonosor regis Babilonis et sub umbra Baltasar filii eius, et serviamus eis multis diebus et inveniamus gratiam in conspectu eorum. Et pro nobis ipsis orate ad dominum deum nostrum, quia peccavimus domino deo nostro, et non est aversus furor eius a nobis usque in hunc diem. Et legite librum istum quem misimus ad vos recitari in templo domini in die sollempni et in die oportuno. Et dicetis: Domino deo nostro iusticia, nobis autem confusio faciei nostre, sicut est dies hec omni Iuda et habitantibus Ierusalem, regibus nostris et principibus nostris, sacerdotibus nostris et prophetis nostris et patribus nostris. Peccavimus ante dominum deum nostrum, et non credidimus diffidentes in eum, et non fuimus subiectibiles illi, et non audivimus vocem domini dei nostri ut ambularemus in mandatis eius que dedit nobis, a die qua eduxit patres nostros de terra Egipti usque in hunc diem. Eramus increduli ad dominum deum nostrum, et dissipati recessimus ne audiremus vocem eius. Et adheserunt nobis multa mala et maledictiones que constituit dominus Moysi servo suo, qui eduxit patres nostros de terra Egipti, dare nobis terram fluentem lacte et melle, sicut hodierna die. Et non audivimus vocem domini dei nostri secundum omnia verba prophetarum quos misit ad nos, et ivimus unusquisque in sensum cordis sui maligni operari diis alienis, facientes mala ante oculos domini dei. Propter quod statuit dominus verbum suum quod locutus est ad nos et ad iudices nostros qui iudicaverunt Israel, et ad reges nostros et ad principes nostros, et ad omnem Israel et Iuda, ut adduceret dominus super nos mala magna que non sunt facta sub celo quemadmodum facta sunt in Ierusalem, secundum que scripta sunt in lege Moysi, ut manducaret homo carnes filii sui et carnes filie sue. Et dedit nos sub manus regum omnium qui sunt in circuitu nostro in improperium et in desolationem in omnibus populis quia nos dispersit dominus. Et facti sumus subtus et non supra, quia peccavimus domino deo nostro non obaudiendo voci ipsius. Domino deo nostro iusticia, nobis autem et patribus nostris confusio faciei, sicut est dies hec. Quia locutus est dominus super nos omnia mala hec que et venerunt super nos. Et non sumus deprecati faciem domini dei nostri ut reverteremur unusquisque a viis suis pessimis. Et vigilavit dominus in malis et adduxit ea super nos, quia iustus est dominus in omnibus operibus suis que mandavit nobis. Et non audivimus vocem eius ut iremus in preceptis domini que dedit ante faciem nostram.

Et nunc domine deus Israel qui eduxisti plebem tuam de terra Egipti in manu valida, et in signis, et in prodigiis, et in virtute tua magna, et in brachio excelso, et fecisti tibi nomen sicut est dies iste, peccavimus, impie egimus, inique gessimus, domine deus noster, in omnibus iusticiis tuis. Avertatur ira tua a nobis, quia derelicti sumus pauci inter gentes ubi dispersisti nos. Exaudi domine preces nostras et orationes nostras, et educ nos propter te, et da nobis invenire gratiam in conspectu eorum qui nos abduxerunt, ut sciat omnis terra quia tu es dominus deus noster, et quia nomen tuum invocatum est super Israel et super genus ipsius. Respice domine de domo sancta tua in nos, et inclina aurem tuam et audi. Aperi oculos tuos et vide, quia non mortui qui sunt in inferno, quorum spiritus acceptus est a visceribus suis, dabunt honorem et iustificationem domino, sed anima que tristis est super magnitudine malicie sue, et incedit curva et infirma, et oculi deficientes, et anima esuriens dat tibi gloriam et iusticiam domino. Quia non secundum iusticias patrum nostrorum nos fundimus misericordiam ante conspectum tuum domine deus noster, sed quia misisti iram tuam et furorem tuum super nos, sicut locutus es in manu puerorum tuorum prophetarum dicens: Sic dicit dominus: Inclinate humerum vestrum et cervicem vestram, et opera facite regi Babilonis, et sedebitis in terra quam dedi patribus vestris. Quod si non audieritis vocem domini dei operari regi Babilonie, defectionem faciam de civitatibus Iuda et a foris de Ierusalem, et auferam a vobis vocem iocunditatis et vocem gaudii, et vocem sponsi et vocem sponse, et erit omnis terra sine vestigio ab inhabitantibus eam. Et non audierunt vocem tuam ut operarentur regi Babilonie, et statuisti verba tua que locutus es in manibus puerorum tuorum prophetarum, ut transferrentur ossa regum nostrorum et ossa patrum nostrorum de loco suo. Et ecce sunt proiecta in calore solis et in gelu noctis, et mortui sunt in doloribus pessimis, in fame et in gladio et in emissione. Et posuisti templum tuum in quo invocatum est nomen tuum in ipso sicut est, et fecisti in nobis domine deus noster secundum omnem benignitatem tuam et secundum miserationem tuam illam magnam, sicut locutus es in manu pueri tui Moysi, in die qua precepisti ei scribere legem tuam coram filiis Israel dicens: Si non audieritis vocem meam, ambitio hec magna et multa convertetur in minimam inter gentes, quia ego dispergam eos. Quia scio quod me non audiet populus. Populus enim est dura cervice, et convertetur ad cor suum in terra captivitatis sue, et scient quia ego dominus deus eorum, et dabo eis cor et audient auribus, et laudabunt me in terra captivitatis sue, et memores erunt nominis mei. Et avertent se a dorso suo duro et a malignitatibus suis, quia reminiscentur viam patrum suorum qui peccaverunt in me. Et revocabo eos in terram quam iuravi patribus eorum Abraham, Ysaac et Iacob, et dominabuntur eius, et multiplicabo eos et non minorabuntur. Et statuam illis testamentum alterum sempiternum, ut sim illis in deum, et ipsi erunt michi in populum, et non movebo amplius populum meum filios Israel a terra quam dedi illis.

Et nunc domine omnipotens deus Israel, anima in angustiis et spiritus anxius clamat ad te. Audi domine et miserere, quia deus es misericors, et miserere nostri quia peccavimus ante te, quia tu sedes in sempiternum, et nos peribimus in evum. Domine omnipotens deus Israel, audi nunc orationem mortuorum Israel et filiorum ipsorum qui peccaverunt ante te, et non audierunt vocem domini dei sui, et agglutinata sunt nobis mala. Noli meminisse iniquitates patrum nostrorum, sed memento manus tue et nominis tui in tempore isto, quia tu es dominus deus noster, et laudabimus te domine, quia propter hoc dedisti timorem tuum in cordibus nostris, et ut invocemus nomen tuum et laudemus te in captivitate nostra, quia convertimur ab iniquitate patrum nostrorum qui peccaverunt ante te. Et ecce nos hodie in captivitate nostra sumus, qua nos dispersisti in improperium et in maledictum et in peccatum, secundum omnes iniquitates patrum nostrorum qui discesserunt a te domine deus noster.

Audi Israel mandata vite, auribus percipe ut scias prudentiam. Quid est Israel quod in terra inimicorum es? Inveterasti in terra aliena, coinquinatus es cum mortuis, deputatus es cum descendentibus in infernum. Dereliquisti fontem sapientie. Si in via dei ambulasses, habitasses utique in pace super terram. Disce ubi sit prudentia, ubi sit virtus, ubi sit lumen oculorum et pax. Quis invenit locum eius, et quis intravit in thesauros eius? Ubi sunt principes gentium, et qui dominantur super bestias que sunt super terram? Qui in avibus celi ludunt, qui argentum thesaurizant et aurum in quo confidunt homines, et non est finis acquisitionis eorum,
44. qui argentum fabricant et solliciti sunt, nec est inventio operum illorum. Exterminati sunt et ad inferos descenderunt, et alii in loco eorum surrexerunt. Iuvenes viderunt lumen et habitaverunt super terram, viam autem discipline ignoraverunt, neque intellexerunt semitas eius, neque filii eorum susceperunt eam. A facie eorum longe facta est. Non est audita in Chanaan, neque visa est in Theman. Filii quoque Agar qui exquisierunt prudentiam que de terra est, et negociatores terre et de Theman, et fabulatores, et exquisitores intelligentie, viam autem sapientie nescierunt, neque commemorati sunt semitas eius. O Israel quam magna domus dei, et ingens locus possessionis eius. Magnus et non habet finem, excelsus et immensus. Ibi fuerunt gygantes nominati, illi qui ab initio fuerunt statura magna, scientes bellum. Non hos elegit dominus, neque viam discipline dedit eis, propterea perierunt. Et quia non habuerunt sapientiam, perierunt propter suam insipientiam. Quis ascendit in celum et accepit eam, et eduxit eam de nubibus? Quis transfretavit mare et invenit eam, et attulit eam super aurum electum? Non est qui possit scire vias eius, neque qui exquirat semitas eius. Sed qui scit universa novit eam, et invenit eam prudentia sua, qui preparavit terram in sempiterno tempore, et replevit eam pecudibus et quadrupedibus, qui emittit lumen et vadit, et vocavit illud, et obaudit illi cum tremore. Stelle

autem dederunt lumen in custodiis suis, et letate sunt. Vocate sunt et dixerunt: Ecce assumus; et luxerunt ei cum iocunditate qui fecit illas. Hic est deus noster, et non estimabitur alius adversus eum. Hic adinvenit omnem viam discipline, et tradidit illam Iacob puero suo, et Israhel dilecto suo. Post hec in terris visus est, et cum hominibus conversatus est.

Hic liber mandatorum dei, et lex que est in sempiternum. Omnes qui tenent eam ad vitam, qui autem dereliquerint eam in mortem. Convertere Iacob et apprehende eam, ambula per viam ad splendorem eius contra lumen eius. Ne tradas alteri gloriam tuam, et dignitatem tuam genti alienigene. Beati sumus Israhel, quia que deo placent nobis manifesta sunt. Animequior esto populus meus, memorabilis Israhel. Venundati estis gentibus non in perditione, sed propter quod in ira ad iracundiam provocastis deum. Traditi estis adversariis. Exacerbastis enim eum qui fecit vos deum eternum, immolantes demoniis et non deo. Obliti autem estis deum qui nutrivit vos, et contristastis nutricem vestram Hierusalem. Vidit enim iracundiam a deo venientem vobis et dixit: Audite confines Syon, adduxit enim mihi dominus deus luctum magnum. Vidi enim captivitatem populi mei filiorum meorum et filiarum quam superduxit illis eternus. Nutrivi enim illos cum iocunditate, dimisi autem illos cum fletu et luctu. Nemo gaudeat super me viduam et desolatam. A multis derelicta sum propter peccata filiorum meorum, quia declinaverunt a lege dei. Iusticias autem ipsius nescierunt, nec ambulaverunt per vias mandatorum dei, neque per semitas veritatis eius cum iusticia ingressi sunt. Veniant confines Syon et memorentur captivitatem filiorum et filiarum quam superduxit illis eternus. Adduxit enim super illos gentem de longinquo, gentem improbam et alterius lingue, qui non sunt reveriti senem, neque puerorum miserti sunt, et abduxerunt dilectos vidue, et a filiis unicam desolaverunt. Ego autem quid possum adiuvare vos? Qui enim adduxit super vos mala, ipse vos eripiet de manibus inimicorum vestrorum. Ambulate filii ambulate, ego autem derelicta sum sola. Exui me stola pacis, indui autem me sacco obsecrationis, et clamabo ad altissimum in diebus meis. Animequiores estote filii, clamate ad dominum, et eripiet vos de manu principum impiorum. Ego autem speravi in eternum salutem vestram, et venit mihi gaudium a sancto super misericordiam que veniet vobis ab eterno salutari nostro. Emisi enim vos cum luctu et ploratu, reducet autem vos mihi cum gaudio et iocunditate usque in sempiternum. Sicut enim viderunt vicine Syon captivitatem vestram, sic videbunt et in celeritate salutem vestram a deo que superveniet vobis cum honore magno et splendore sempiterno. Filii patienter sustinete iram que supervenit vobis. Persecutus est enim te inimicus tuus, sed cito videbis perditionem ipsius, et super cervices ascendes. Delicati mei ambulaverunt per vias asperas. Ducti sunt enim ut grex direptus ab inimicis. Animequiores estote filii et proclamate ad dominum. Erit enim memoria vestra ab eo qui duxit vos. Sicut enim fuit sensus vester ut erraretis a deo, decies convertentes requiretis eum. Qui enim induxit super vos mala, ipse rursum adducet vobis sempiternam iocunditatem cum salute vestra. Animequior esto Hierusalem, exhortatur enim te qui te nominavit. Nocentes peribunt qui te vexaverunt, et qui gratulati sunt in tua ruina punientur. Civitates quibus servierunt filii tui punientur, et que accepit filios tuos. Sicut enim gavisa est in ruina tua, et leta est in casu tuo, sic contristabitur in sua desolatione, et amputabitur exultatio magnitudinis eius, et gaudium eius erit in luctum. Ignis enim superveniet ei ab eterno in longiturnis diebus, et habitabitur a demoniis in multitudine temporis. Circumspice Hierusalem ad orientem et vide iocunditatem tibi a deo venientem. Ecce enim veniunt filii tui quos dimisisti dispersos, veniunt autem collecti ab oriente usque ad occidentem in verbo sancti, gaudentes in honorem dei. Exue te Hierusalem stola luctus et vexationis tue, et induere decore et honore que a deo tibi est sempiterne glorie. Circumdabit te deus diploide iusticie et imponet mitram capiti tuo honoris eterni. Deus enim ostendit splendorem suum in te omni qui sub celo est. Nominabitur enim tibi nomen tuum a deo in sempiternum: pax iusticie et honor pietatis. Exsurge Hierusalem et sta in excelso, et circumspice ad orientem, et vide collectos filios tuos ab oriente solis usque ad occidentem in verbo sancti gaudentes dei memoria. Exierunt enim abs te pedibus ducti ab inimicis; adducet autem illos dominus ad te portatos in honore regni sicut filios. Constituit enim deus humiliare montem excelsum, et rupes perhennes, et convalles replere in equalitatem terre, ut ambulet Israhel diligenter in honore dei. Adducet enim deus Israhel cum iocunditate in lumine maiestatis sue, cum misericordia et iusticia que est ab ipso.

Propter peccata que peccastis ante deum, adducemini in Babiloniam captivi a Nabuchodonosor rege Babilonie. Ingressi itaque in Babiloniam eritis illic annis plurimis et temporibus longis usque ad generationes septem. Post hoc autem educam vos inde cum pace. Nunc autem videbitis in Babilonia deos aureos et argenteos et lapideos et ligneos in humeris portari ostentantes metum gentibus. Videte ergo ne et vos similes efficiamini factis alienis et metuatis, et metus vos capiat in ipsis. Visa itaque turba de retro et ab ante adorantes dicite in cordibus vestris: Te oportet adorari domine. Angelus autem meus vobiscum est, ipse autem requiret animas vestras. Nam lingua ipsorum polita a fabro, etiam ipsa inaurata et inargentata falsa sunt et non possunt loqui. Et sicut virgini amanti ornamenta, ita accepto auro fabricata sunt. Coronas certe habent aureas super capita sua dii illorum. Unde subtrahunt sacerdotes ab eis aurum et argentum, et erogant illud in semet ipsis. Dant autem et ex ipso prostitutis, et meretrices ornant, et iterum cum receperint a meretricibus, ornant deos suos. Hii autem non liberantur ab erugine et tinea. Opertis autem illis veste purpurea, extergunt faciem illorum propter pulverem domus qui est plurimus inter eos. Sceptrum autem habet ut homo, sicut iudex regionis, qui in se peccantem non interficit. Habet etiam gladium in manu et securim, se autem de bello et a latronibus non liberat. Unde vobis notum sit quia non sunt dii.

Ne ergo timeatis eos. Sicut enim vas hominis confractum inutile efficitur, tales sunt et dii eorum. Constitutis illis in domo, oculi eorum pleni sunt pulvere a pedibus introeuntium. Et sicut alicui qui regem offendit circumsepte sunt ianue, aut sicut ad sepulchrum adducto mortuo, ita tutantur sacerdotes ostia clausuris et seris, ne a latronibus expolientur. Lucernas accendunt illis et quidem multas, ex quibus nullam videre possunt. Sunt autem sicut trabes in domo. Corda vero eorum dicunt elingere serpentes qui de terra sunt, dum comedunt eos et vestimentum eorum, et non sentiunt. Nigre sunt facies eorum a fumo qui in domo fit. Supra corpus eorum et supra caput volant noctue et hyrundines et aves etiam similiter et catte. Unde scietis quia non sunt dii.

Ne ergo timeatis eos. Aurum etiam quod habent ad speciem est; nisi aliquis exterserit eruginem, non fulgebunt. Neque enim dum conflarentur sentiebant. Ex omni pretio empta sunt, in quibus spiritus non est in ipsis. Sine pedibus in humeris portantur, ostentantes ignobilitatem suam hominibus. Confundantur etiam qui colunt ea. Propterea si ceciderint in terram, a semet ipsis non surgent, neque si quis eum statuerit rectum per semet ipsum stabit, sed sicut mortuis eorum munera illis apponentur. Hostias illorum sacerdotes ipsorum vendunt et abutuntur. Similiter et mulieres eorum decerpentes neque infirmo neque mendicanti aliquid impertiunt. De sacrificiis eorum fete et menstruate contingunt. Scientes itaque ex his quia non sunt dii, ne timeatis eos. Unde enim vocantur dii? Quia mulieres apponunt diis argenteis et aureis et ligneis in domibus eorum. Sacerdotes sedent habentes tunicas scissas et capita et barbam rasam, quorum capita nuda sunt. Rugiunt autem clamantes contra deos suos sicut in cena mortui. Et vestimenta eorum auferunt sacerdotes et vestiunt uxores suas et filios suos. Neque si quid mali patiuntur ab aliquo, neque si quid bonum poterunt retribuere, neque regem constituere possunt, neque malum retribuere. Si quis illis votum voverit et non reddiderit, neque hoc requirunt. Hominem a morte non liberant, neque infirmum a potentiore eripiunt. Hominem cecum ad visum non restituent, de necessitate hominem non liberabunt. Vidue non miserebuntur, neque orphanis benefaciunt. Lapidibus de monte similes sunt dii eorum, lignei et lapidei, aurei et argentei. Qui autem colunt ea confundentur. Quomodo ergo estimandum est et dicendum illos deos esse? Adhuc enim ipsis Chaldeis non honorantibus ea. Qui cum audierint mutum non posse loqui, offerunt illum ad Bel postulantes ab eo loqui, quasi possint sentire qui non habent motum. Et ipsi cum intellexerint relinquent ea. Sensum enim ipsi dii illorum non habent. Mulieres autem eorum circumdate funibus in viis sedentes succendentes ossa olivarum. Cum autem aliqua ex ipsis attracta ab aliquo transeunte dormierit, proxime sue exprobrat quod ea non sit digna habita sicut ipsa, neque funis eius diruptus est. Omnia autem que illis fiunt falsa sunt. Quomodo ergo estimandum aut dicendum est constat illos deos? A fabris autem et aurificibus facta sunt. Nihil aliud erunt nisi id quod volunt esse sacerdotes. Artifices ipsi etiam qui ea faciunt non sunt multi temporis. Numquid ergo possunt que ab ipsis fabricata sunt esse dii? Reliquerunt autem falsa et obprobrium postea futuris. Nam cum supervenerit eis prelium et mala, cogitant post se sacerdotes ubi se abscondant cum illis. Quomodo ergo sentiri debeant quoniam dii sunt, qui nec de bello se liberant, neque de malis se eripiunt? Nam cum sint lignea et inaurata et inargentata, scietur postea quia falsa sunt gentibus universis et regibus, que manifesta sunt quia non sunt dii, sed opera manuum hominum, et nullum opus dei in illis. Unde ergo notum est quia non sunt dii, sed opera manuum hominum, et nullum opus dei in ipsis est. Regionum non succurrunt, pluviam hominibus non dabunt. Iudicium quoque non discernunt, neque regionem liberabunt ab iniuria, quia nihil possunt sicut cornicule inter medium celi et terre. Etenim cum inciderit ignis in domum ligneorum deorum aureorum et argenteorum, sacerdotes quidem eorum fugient et liberabuntur, ipsi vero sicut trabes in medio comburentur. Regi autem et bello non resistunt. Quomodo ergo estimandum est aut dicendum quia dii sunt? Non a furibus neque a latronibus se liberabunt dii lignei et lapidei et inaurati et inargentati, quibus hi fortiores sunt. Aurum et argentum et vestimentum quo operti sunt auferunt illis et abibunt, nec sibi auxilium ferunt. Itaque melius est regem esse ostentantem virtutem suam, aut vas in domum utile in quo gloriabitur qui possidet illud, quam falsi dii. Sol quidem et luna et sydera cum sint splendida et emissa ad utilitates obaudiunt. Similiter et fulgur cum apparuerit perspicuum est. Idipsum autem et spiritus in omni regione spirat. Et nubes quibus imperatum cum fuerit a deo perambulare universum orbem perficiunt quod imperatum est eis. Ignis etiam missus est desuper ut consumat montes et silvas, facit quod preceptum est ei. Hec autem neque speciebus neque virtutibus uni eorum similia sunt. Unde neque estimandum est neque dicendum illos deos, quando non possunt iudicium facere, neque iudicare homines. Scientes itaque quia non sunt dii, ne ergo timueritis eos. Neque enim regibus maledicent neque benedicent. Signa etiam in celo gentibus non ostendunt, neque ut sol lucebunt, neque illuminabunt ut luna. Bestie meliores sunt illis que possunt fugere sub tectum ac prodesse sibi. Nullo itaque modo nobis est manifestum quia sunt dii. Propter quod ne timeatis eos. Nam sicut in cucumerario formido nihil custodit, ita sunt dii illorum lignei et argentei et inaurati. Eodem modo et in horto spina alba super quam omnis avis sedet. Similiter et mortuo proiecto in tenebris similes sunt dii illorum lignei et inaurati et inargentati. A purpura quoque et marmore que super illud tenentur scietis itaque quia non sunt dii. Ipsi enim postremo comeduntur, et erit obprobrium in regione. Melior est homo iustus qui non habet symulachra, nam erit longe obprobrium.

Et factum est postquam in captivitatem ductus est Israhel et Hierusalem destructa est, sedit Hieremias flens et planxit lamentatione hac in Hierusalem et dixit.

QUOMODO SEDET SOLA CIVITAS PLENA populo. Facta est quasi vidua domina gentium, princeps provinciarum facta est sub tributo. Plorans ploravit in nocte et lacrime eius. Non est qui consoletur eam ex omnibus caris eius. Omnes amici eius spreverunt eam, et facti sunt ei inimici. Migravit Iuda propter afflictionem et multitudinem servitutis. Habitavit inter gentes nec invenit requiem. Omnes persecutores eius apprehenderunt eam inter angustias. Vie Syon lugent eo quod non sint qui veniant ad sollempnitatem. Omnes porte eius destructe, sacerdotes eius gementes, virgines eius squalide, et ipsa oppressa amaritudine. Facti sunt hostes eius in capite, inimici eius locupletati sunt, quia dominus locutus est super eam propter multitudinem iniquitatum eius. Parvuli eius ducti sunt in captivitatem ante faciem tribulantis. Et egres

sus est a filia syon omnis decor eius. Facti sunt principes eius velut arietes non invenientes pascua. et abierunt absque fortitudine ante faciem subsequentis. Et recordata est hierusalem dierum afflictionis sue et prevaricationis omnium desiderabilium suorum. que habuerat a diebus antiquis cum caderet populus eius in manu hostili et non esset auxiliator: viderunt eam hostes et deriserunt sabbata eius.

Peccatum peccavit hierusalem. propterea instabilis facta est. omnes qui glorificaverunt eam spreverunt illam. quia viderunt ignominiam eius. ipsa autem gemens conversa est retrorsum.

Sordes eius in pedibus eius. nec recordata est finis sui. deposita est vehementer non habens consolatorem. vide domine afflictionem meam quoniam erectus est inimicus. Manum suam misit hostis ad omnia desiderabilia eius. quia vidit gentes ingressas sanctuarium suum de quibus preceperas ne intrarent in ecclesiam tuam. Omnis populus eius gemens et querens panem. dederunt pretiosa queque pro cibo ad refocillandam animam. vide domine et considera quia facta sum vilis.

O vos omnes qui transitis per viam attendite et videte si est dolor similis sicut dolor meus. quoniam vindemiavit me ut locutus est dominus in die furoris sui. De excelso misit ignem in ossibus meis. et erudivit me. expandit rete pedibus meis, convertit me retrorsum. posuit me desolatam. tota die merore confectam. Vigilavit iugum iniquitatum mearum in manu eius. convolute sunt et imposite collo meo. infirmata est virtus mea. dedit me dominus in manu de qua non potero surgere. Abstulit dominus omnes magnificos meos de medio mei. vocavit adversum me tempus ut contereret electos meos. torcular calcavit dominus virgini filie iuda.

Idcirco ego plorans et oculus meus deducens aquam. quia longe factus est a me consolator convertens animam meam. facti sunt filii mei perditi. quoniam invaluit inimicus.

Expandit syon manus suas. non est qui consoletur eam. mandavit dominus adversum iacob. in circuitu eius hostes eius. Facta est hierusalem quasi polluta menstruis inter eos. Iustus est dominus quia os eius ad iracundiam provocavi. audite obsecro universi populi. et videte dolorem meum. virgines mee et iuvenes mei abierunt in captivitatem. Vocavi amicos meos. et ipsi deceperunt me. Sacerdotes mei et senes mei in urbe consumpti sunt. quia quesierunt cibum sibi ut refocillarent animam suam. Vide domine quoniam tribulor. venter meus conturbatus est. subversum est cor meum in memetipsa. quoniam plena sum amaritudine. foris interficit gladius et domi mors similis est. Audierunt quia ingemisco ego. et non est qui consoletur me. omnes inimici mei audierunt malum meum. quoniam tu fecisti. adduxisti diem consolationis. et fient similes mei. Ingrediatur omne malum eorum coram te. et vindemia eos sicut vindemiasti me propter omnes iniquitates meas. multi enim gemitus mei. et cor meum merens.

Quomodo obtexit caligine in furore suo dominus filiam syon. proiecit de celo in terram inclitam israhel. et non est recordatus scabelli pedum suorum in die furoris sui. Precipitavit dominus nec pepercit omnia speciosa iacob. destruxit in furore suo munitiones virginis iuda. deiecit in terram. polluit regnum et principes eius. Confregit in ira furoris sui omne cornu israhel. avertit retrorsum dexteram suam a facie inimici. et succendit in iacob quasi ignem flamme devorantis in gyro.

Tetendit arcum suum quasi inimicus. firmavit dexteram suam quasi hostis. et occidit omne quod pulchrum erat visu in tabernaculo filie syon. effudit quasi ignem indignationem suam.

Factus est dominus velut inimicus. precipitavit israhel. precipitavit omnia menia eius. dissipavit munitiones eius. et replevit in filia iuda humiliatum et humiliatam. Et dissipavit quasi hortum tentorium suum. demolitus est tabernaculum suum. oblivioni tradidit dominus in syon festivitatem et sabbatum. et obprobrio in indignatione furoris sui regem et sacerdotem.

Repulit dominus altare suum maledixit sanctificationi sue. tradidit in manu inimici muros turrium eius. vocem dederunt in domo domini sicut in die sollempni. Cogitavit dominus dissipare murum filie syon. tetendit funiculum suum. et non avertit manum suam a perditione. luxitque antemurale. et murus pariter dissipatus est. Defixe sunt in terra porte eius. perdidit et contrivit vectes eius. regem eius et principes eius in gentibus: non est lex. et prophete eius non invenerunt visionem a domino.

Sederunt in terra conticuerunt senes filie syon. consperserunt cinere capita sua. accincti sunt ciliciis. abiecerunt in terram capita sua virgines iuda. Defecerunt pre lacrimis oculi mei. conturbata sunt viscera mea. effusum est in terra iecur meum super contritione populi mei. cum deficeret parvulus et lactens in plateis oppidi. Matribus suis dixerunt ubi est triticum et vinum cum deficerent quasi vulnerati in plateis civitatis cum exhalarent animas suas in sinu matrum suarum. Cui comparabo te vel cui assimilabo te filia hierusalem. cui exequabo te et consolabor te filia syon. magna enim velut mare contritio tua. quis medebitur tui. Prophete tui viderunt falsa tibi et stulta. nec aperiebant iniquitatem tuam. ut te ad penitentiam provocarent. viderunt autem tibi assumptiones falsas et eiectiones.

45

Plauserunt super te manibus suis omnes transeuntes per viam. sibilaverunt et moverunt caput suum super filiam hierusalem. hecine est urbs dicentes perfecti decoris gaudium universe terre.

Aperuerunt super te os suum omnes inimici tui. sibilaverunt et fremuerunt dentibus: et dixerunt devorabimus. en ista est dies quam expectabamus. invenimus, vidimus. Fecit dominus que cogitavit.

Complevit sermonem suum quem preceperat a diebus antiquis. destruxit et non pepercit. et letificavit super te inimicum. et exaltavit cornu hostium tuorum. Clamavit cor eorum ad dominum super muros filie syon. deduc quasi torrentem lacrimas per diem et noctem. non des requiem tibi. neque taceat pupilla oculi tui. Consurge lauda in nocte in principio vigiliarum. effunde sicut aquam cor tuum ante conspectum domini. leva ad eum manus tuas pro anima parvulorum tuorum qui defecerunt in fame in capite omnium compitorum.

Vide domine et considera. quem vindemiaveris ita. Ergone comedent mulieres fructum suum. parvulos ad mensuram palme? si occiditur in sanctuario domini sacerdos et propheta. Iacuerunt foris in terra puer et senex. virgines mee et iuvenes mei ceciderunt in gladio. interfecisti in die furoris tui. percussisti nec misertus es.

Vocasti quasi ad diem sollempnem qui terrerent me de circuitu. et non fuit in die furoris domini qui effugeret et relinqueretur. quos educavi et enutrivi. inimicus meus consumpsit eos.

Ego vir videns paupertatem meam in virga indignationis eius.

Me minavit et adduxit in tenebras et non in lucem.

Tantum in me vertit et convertit manum suam tota die.

Vetustam fecit pellem meam et carnem meam. contrivit ossa mea.

Edificavit in gyro meo. et circumdedit me felle et labore. in tenebrosis collocavit me quasi mortuos sempiternos. Circumedificavit adversum me ut non egrediar. aggravavit compedem meum. Sed et cum clamavero et rogavero. exclusit orationem meam. Conclusit vias meas lapidibus quadris. semitas meas subvertit. et ursus insidians. posuit me desolatam.

Tetendit arcum suum. et posuit me quasi signum ad sagittam. Misit in renibus meis filias pharetre sue. Factus sum in derisum omni populo meo. canticum eorum tota die.

Replevit me amaritudinibus. inebriavit me absinthio.

Confregit ad numerum dentes meos. cibavit me cinere.

Et repulsa est anima mea. oblitus sum bonorum. Et dixi periit finis meus. et spes mea a domino. Recordare paupertatis et transgressionis mee. et absinthii et fellis.

Memoria memor ero. et tabescet in me anima mea. Hec recolens in corde meo. ideo sperabo. Misericordie domini multe quia non sumus consumpti. quia non defecerunt miserationes eius. Renova illas diluculo. multa est fides tua.

Pars mea dominus dixit anima mea. propterea expectabo eum.

Bonus est dominus sperantibus in eum. anime querenti illum.

Bonum est prestolari cum silentio salutare domini. Bonum est viro cum portaverit iugum ab adolescentia sua.

Sedebit solitarius et tacebit. quia levabit se super se.

Ponet in pulvere os suum. si forte sit spes. Dabit percutienti se maxillam saturabitur opprobriis. Quia non repellet in sempiternum dominus. Quia si abiecit et miserebitur secundum multitudinem miserationum suarum. Non enim humiliavit ex corde suo. et abiecit filios hominum.

Ut contereret sub pedibus suis omnes vinctos terre.

Ut declinaret iudicium viri in conspectu vultus altissimi.

Ut perverteret hominem in iudicio suo dominus ignoravit.

Quis est iste qui dixit ut fieret. domino non iubente. Ex ore altissimi egredietur nec bona nec mala. Quid murmuravit homo vivens. vir pro peccatis suis. Scrutemur vias nostras et queramus. et revertamur ad dominum.

Levemus corda nostra cum manibus ad dominum in celos. Nos inique egimus. et ad iracundiam provocavimus. idcirco tu inexorabilis es. Operuisti in furore et percussisti nos. occidisti. nec pepercisti. Opposuisti nubem tibi. ne transeat oratio. Eradicationem et abiectionem posuisti me in medio populorum. Aperuerunt super nos os suum omnes inimici. Formido et laqueus facta est nobis vaticinatio et contritio. Divisiones aquarum deduxit oculus meus in contritione filie populi mei. Oculus meus afflictus est. nec tacuit eo quod non esset requies. Donec respiceret et videret dominus de celis. Oculus meus depredatus est animam meam. in cunctis filiabus urbis mee. Venatione ceperunt me quasi avem inimici mei gratis. Lapsa est in lacum vita mea. et posuerunt lapidem super me. Inundaverunt aque super caput meum dixi perii. Invocavi nomen tuum domine de lacu novissimo. Vocem meam audisti. ne avertas aurem tuam a singultu meo et clamoribus.

Appropinquasti mihi in die qua invocavi te. dixisti ne timeas. Iudicasti domine causam anime mee. redemptor vite mee. Vidisti domine iniquitatem eorum adversum me. iudica iudicium meum. Vidisti omnem furorem. universas cogitationes eorum adversum me. Audisti obprobrium eorum domine. omnes cogitationes eorum adversum me. Labia insurgentium michi. et meditationes eorum adversum me tota die.

Sessionem eorum et resurrectionem eorum vide domine. ego sum psalmus eorum. Redde eis vicem domine. iuxta opera manuum suarum. Dabis eis scutum cordis laborem tuum.

Persequeris in furore et conteres eos sub celis domine.

Quomodo obscuratum est aurum. mutatus est color optimus. dispersi sunt lapides sanctuarii in capite omnium platearum. Filii syon incliti et amicti auro primo. quomodo reputati sunt in vasa testea. opus manuum figuli. Sed et lamie nudaverunt mammam. lactaverunt catulos suos. filia populi mei crudelis quasi strutio in deserto.

Adhesit lingua lactantis ad palatum eius in siti. parvuli petierunt panem. et non erat qui frangeret eis. Qui vescebantur voluptuose interierunt in viis. qui nutriebantur in croceis amplexati sunt stercora. Et maior effecta est iniquitas filie populi mei peccato sodomorum. que subversa est in momento. et non ceperunt in ea manus. Candidiores nazarei eius nive. nitidiores lacte. rubicundiores ebore antiquo. saphiro pulchriores. Denigrata est super carbones facies eorum. et non sunt cogniti in plateis. adhesit cutis eorum ossibus. aruit et facta est quasi lignum.

Melius fuit occisis gladio quam interfectis fame. quoniam isti extabuerunt consumpti a sterilitate terre. Manus mulierum misericordium coxerunt filios suos. facti sunt cibus earum in contritione filie populi mei. Complevit dominus furorem suum. effudit iram indignationis sue. et succendit ignem in syon. et devoravit fundamenta eius.

Non crediderunt reges terre. et universi habitatores orbis. quoniam ingrederetur hostis et inimicus per portas hierusalem.

Propter peccata prophetarum eius. et iniquitates sacerdotum eius qui effuderunt in medio eius sanguinem iustorum.

Erraverunt ceci in plateis polluti in sanguine. cumque non possent tenuerunt lacinias suas. Recedite polluti clamaverunt eis. recedite abite nolite tangere. iurgati quippe sunt et commoti dixerunt inter gentes. non addet ultra ut habitet in eis. Facies domini divisit eos. non addet ut respiciat eos. Facies sacerdotum non erubuerunt. neque senum miserti sunt. Cum adhuc subsisteremus defecerunt oculi nostri ad auxilium nostrum cum respiceremus. attenti ad gentem que salvare non poterat.

Lubricaverunt vestigia nostra in itinere platearum nostrarum. appropinquavit finis noster. completi sunt dies nostri. quia venit finis noster.

Velociores fuerunt persecutores nostri aquilis celi super montes persecuti sunt nos in deserto insidiati sunt nobis. Spiritus oris nostri christus dominus captus est in peccatis nostris. cui diximus in umbra tua vivemus in gentibus. Gaude et letare filia edom. que habitas in terra hus. ad te quoque perveniet calix. inebriaberis atque nudaberis. Completa est iniquitas tua filia syon. non addet ultra ut transmigret te. visitabit iniquitatem tuam filia edom. discooperiet peccata tua. Oratio hieremie prophete.

Recordare domine quid acciderit nobis. intuere et respice obprobrium nostrum. Hereditas nostra versa est ad alienos. domus nostre ad extraneos. Pupilli facti sumus absque patre. matres nostre quasi vidue. Aquam nostram pecunia bibimus. ligna nostra pretio comparavimus. Cervicibus minabamur. lassis non dabatur requies. Egypto dedimus manum et assiriis. ut saturaremur pane. Patres nostri peccaverunt et non sunt. et nos iniquitates eorum portavimus. Servi dominati sunt nostri. et non fuit qui redimeret de manu eorum. In animabus nostris afferebamus panem nobis. a facie gladii in deserto. Pellis nostra quasi clybanus exusta est. a facie tempestatum famis. Mulieres in syon humiliaverunt. virgines in civitatibus iuda. Principes manu suspensi sunt. facies senum non erubuerunt. Adolescentibus inpudice abusi sunt et pueri in ligno corruerunt. Senes de portis defecerunt iuvenes de choro psallentium. Defecit gaudium cordis nostri. versus est in luctum chorus noster. Cecidit corona capitis nostri. ve nobis quia peccavimus. Propterea mestum factum est in dolore cor nostrum. ideo contenebrati sunt oculi nostri. propter montem syon quia disperiit vulpes ambulaverunt in eo. Tu autem domine in eternum permanebis. et solium tuum in generatione et generatione. Quare in perpetuum oblivisceris nostri. et derelinquis nos in longitudine dierum. Converte nos domine et convertemur. innova dies nostros sicut a principio. 7.

EZECHIEL PROPHETA CUM IOACHIM REGE captivus ductus est in babilonem. ibique his qui cum eo captivi fuerant prophetavit penitentibus. quod ad hieremie vaticinium se ultro adversariis tradidissent. et viderent adhuc urbem hierosolimam stare. quam ille casuram esse predixerat. Tricesimo autem etatis sue anno. et captivitatis sue primo exorsus est ad concaptivos loqui. et eodem tempore licet posterior hic in chaldea. hieremias in iudea prophetaverunt. Sermo eius nec satis disertus. nec admodum rusticus est. sed ex utroque medie temperatus. Sacerdos ipse sicut et hieremias principia voluminis et fine in magnis habens obscuritatibus involuta. Sed et vulgata eius editio. non multum distat ab hebraico. Unde satis miror quid cause extiterit. ut si eosdem in omnibus libris habentes interpretes. in aliis eadem. in aliis diversa transtulerint. Legite igitur et hunc iuxta translationem nostram. quia per cola scripta et commata. manifestiorem sensum legentibus tribuit. Si autem amici mei et hunc subsannaverint dicite illis quod nemo eos compellat. ut scripta mea legant. Sed vereor ne illud eis eveniat quod per periphrasin significantius dicitur. ut vocentur fagolidori. fagolai dorodi. hoc est manducans senectas.

INCIPIT·LIBER EZECHIELIS· PROPHETE·

ET FACTUM·EST·IN TRICESIMO·ANNO·IN QUARTO·IN QUINTA·MENSIS CUM·ESSEM·IN·MEDIO· captivorum iuxta fluvium chobar. aperti sunt celi. et vidi visiones dei in quinta mensis. ipse est annus quintus transmigrationis regis ioachim factum est verbum domini ad ezechiel filium buzi sacerdotem in terra chaldeorum secus fluvium chobar. et facta est super eum ibi manus domini. Et vidi. et ecce ventus turbinis veniebat ab aquilone et nubes magna. et ignis involvens et splendor in circuitu eius. et de medio eius quasi species electri id est de medio ignis. et ex medio eius similitudo quatuor animalium. et hic aspectus eorum. Similitudo hominis in eis. Et quatuor facies uni. et quatuor penne uni. et pedes eorum pedes recti. et planta pedis eorum quasi planta pedis vituli. et scintille quasi aspectus eris candentis. et manus hominis sub pennis eorum in quatuor partibus. Et facies et pennas per quatuor partes habebant. iuncteque erant penne eorum alterius ad alterum. Non revertebantur cum incederent. sed unumquodque ante faciem suam gradiebatur.

Similitudo autem vultus eorum facies hominis et facies leonis a dextris ipsorum quatuor. facies autem bovis a sinistris ipsorum quatuor. et facies aquile desuper ipsorum quatuor. et facies eorum et penne eorum extente desuper. Due penne singulorum iungebantur. et due tegebant corpora eorum. et unumquodque coram facie sua ambulabat. Ubi erat impetus spiritus illuc gradiebantur. nec revertebantur cum ambularent. Et similitudo animalium et aspectus eorum quasi carbonum ignis ardentium. et quasi aspectus lampadarum. Hec erat visio discurrens in medio animalium. splendor ignis. et de igne fulgur egrediens. Et animalia ibant et revertebantur in similitudinem fulguris coruscantis. Cumque aspicerem animalia. apparuit rota una super terram iuxta animalia habens quatuor facies. Et aspectus rotarum et opus earum quasi visio maris. Et una similitudo ipsarum quatuor. et aspectus earum et opera quasi si sit rota in medio rote. Per quatuor partes earum euntes ibant. et non revertebantur cum ambularent. Statura quoque erat rotis et altitudo et horribilis aspectus. et totum corpus plenum oculis in circuitu ipsarum quatuor.

Cumque ambularent animalia. ambulabant pariter et rote iuxta ea. et cum elevarentur animalia de terra. elevabantur simul et rote. Quocumque ibat spiritus. illuc eunte spiritu. et rote pariter levabantur sequentes eum. Spiritus enim vite erat in rotis. Cum euntibus ibant et cum stantibus stabant et cum elevatis a terra pariter elevabantur. et rote sequentes ea. quia spiritus vite erat in rotis. Et similitudo super caput animalium firmamenti quasi aspectus cristalli horribilis. et extenti super capita eorum desuper. Sub firmamento autem penne eorum recte alteri ad alterum. Unumquodque duabus alis velabat corpus suum. et alterum similiter velabatur. Et audiebam sonum alarum quasi sonum aquarum multarum. quasi sonum sublimis dei. Cum ambularent quasi sonus erat multitudinis. ut sonus castrorum. Cumque starent. demittebantur penne eorum. Nam cum fieret vox super firmamentum quod erat super caput eorum. stabant et submittebant alas suas. Et super firmamentum quod erat imminens capiti eorum. quasi aspectus lapidis saphiri. similitudo throni. et super similitudinem throni. similitudo quasi hominis desuper. Et vidi quasi speciem electri velut aspectum ignis eius per circuitum. a lumbis eius desuper. et a lumbis eius usque deorsum vidi quasi speciem ignis ardentis in circuitu velut aspectum arcus cum fuerit in nube in die pluvie. Hic erat aspectus splendoris per girum. hec visio similitudinis glorie domini. Et vidi. et cecidi in faciem meam.

Et audivi vocem loquentis. et dixit ad me. Fili hominis. sta super pedes tuos. et loquar tecum. Et ingressus est in me spiritus postquam locutus est mihi. et statuit me supra pedes meos. Et audivi loquentem ad me et dicentem. Fili hominis. mitto ego te ad filios israel. ad gentes apostatrices que recesserunt a me. Patres eorum prevaricati sunt pactum meum usque ad diem hanc. et filii dura facie et indomabili corde sunt. ad quos ego mitto te. Et dices ad eos. Hec dicit dominus deus. si forte vel ipsi audiant et si forte quiescant. quoniam domus exasperans est. et scient quia propheta fuerit in medio eorum. Tu ergo fili hominis ne timeas eos. neque sermones eorum metuas. quoniam increduli et subversores sunt tecum. et cum scorpionibus habitas. Verba eorum ne timeas et vultus eorum ne formides. quia domus exasperans est. Loqueris ergo verba mea ad eos. si forte audiant et quiescant. quoniam irritatores sunt. Tu autem fili hominis audi quecumque loquor ad te. et noli esse exasperans sicut domus exasperans est. Aperi os tuum et comede quecumque ego do tibi.

Et vidi et ecce manus missa ad me in qua erat involutus liber. Et expandit illum coram me. qui erat scriptus intus et foris. et scripte erant in eo lamentationes et carmen et ve. Et dixit ad me. Fili hominis. quodcumque inveneris comede. Comede volumen istud. et vadens loquere ad filios israel. Et aperui os meum. et cibavit me volumine illo. Et dixit ad me. Fili hominis. venter tuus comedet. et viscera tua complebuntur volumine isto. quod ego do tibi. Et comedi illud. et factum est in ore meo sicut mel dulce. Et dixit ad me. Fili hominis. vade et ingredere ad domum israel. et loqueris verba mea ad eos. Non enim ad populum profundi sermonis et ignote lingue tu mitteris ad domum israel. neque ad populos multos profundi sermonis et ignote lingue. quorum non possis audire sermones. Et si ad illos mittereris ipsi audirent te. domus autem israel nolunt audire te. quia nolunt audire me. Omnis quippe domus israel attrita fronte est et duro corde. Ecce dedi faciem tuam valentiorem faciebus eorum. et frontem tuam duriorem frontibus eorum. Ut adamantem et silicem dedi faciem tuam. Ne timeas eos neque metuas a facie eorum. quia domus exasperans est. Et dixit ad me. Fili hominis. omnes sermones meos quos loquor ad te assume in corde tuo. et auribus tuis audi. et vade et ingredere ad transmigrationem ad filios populi tui. et loqueris ad eos et dices eis. Hec dicit dominus deus. Si forte audiant et quiescant. Et assumpsit me spiritus. et audivi post me vocem commotionis magne. benedicta gloria domini de loco sancto suo. et vocem alarum animalium percutientium alteram ad alteram. et vocem rotarum sequentium animalia. et vocem commotionis magne.

Spiritus quoque levavit me et assumpsit me. et abii amarus in indignatione spiritus mei. Manus enim domini erat mecum confortans me. Et veni ad transmigrationem ad acervum novarum frugum ad eos qui habitabant iuxta flumen chobar. et sedi ubi illi sedebant. et mansi ibi septem diebus merens in medio eorum. Cum autem pertransissent septem dies. factum est verbum domini ad me dicens. Fili hominis

speculatorem dedi te domui israel. et audies de ore meo verbum. et annunciabis eis ex me. Si dicente me ad impium morte morieris non annunciaveris ei neque locutus fueris ut avertatur a via sua impia et vivat. ipse impius in iniquitate sua morietur: sanguinem autem eius de manu tua requiram. Si autem tu annunciaveris impio et ille conversus non fuerit ab impietate sua et a via sua impia. ipse quidem in iniquitate sua morietur. tu autem animam tuam liberasti. Sed et si conversus iustus a iusticia sua fecerit iniquitatem. ponam offendiculum coram eo. Ipse morietur quia annunciasti ei. in peccato suo morietur. et non erunt in memoria iusticie eius quas fecit. sanguinem vero eius de manu tua requiram. Si autem tu annunciaveris iusto ut non peccet iustus. et ille non peccaverit. vivens vivet. quia annunciasti ei. et tu animam tuam liberasti.

Et facta est super me manus domini. et dixit ad me. Surgens egredere in campum. et ibi loquar tecum. Et surgens egressus sum in campum. et ecce ibi gloria domini stabat. quasi gloria quam vidi iuxta fluvium chobar. Et cecidi in faciem meam. Et ingressus est in me spiritus et statuit me super pedes meos. et locutus est michi. et dixit ad me. Ingredere et includere in medio domus tue. Et tu fili hominis ecce data sunt super te vincula, et ligabunt te in eis. et non egredieris in medio eorum. et linguam tuam adherescere faciam palato tuo. et eris quasi mutus. nec quasi vir obiurgans quia domus exasperans est. Cum autem locutus fuero tibi. aperiam os tuum. et dices ad eos. Hec dicit dominus deus. Qui audit audiat. et qui quiescit quiescat. quia domus exasperans est.

Et tu fili hominis sume tibi laterem. et pones eum coram te. et describes in eo civitatem hierusalem. et ordinabis adversum eam obsidionem. et edificabis municiones et comportabis aggerem. et dabis contra eam castra. et pones arietes in gyro. Et tu sume tibi sartaginem ferream. et pones eam murum ferreum inter te et inter civitatem. et obfirmabis faciem tuam ad eam. et erit in obsidione. et circumdabis eam. Signum est domui israel.

Et tu dormies super latus tuum sinistrum. et pones iniquitates domus israel super eo. numero dierum quibus dormies super illud. et assumes iniquitatem eorum. Ego autem dedi tibi annos iniquitatis eorum numero dierum trecentos et lxxxx. dies. et portabis iniquitatem domus israel. Et cum compleveris hec. dormies super latus tuum secundo. et assumes iniquitatem domus iuda xl. diebus: Diem pro anno. diem inquam pro anno dedi tibi. Et ad obsidionem hierusalem convertes faciem tuam. et brachium tuum erit extentum, et prophetabis adversus eam. Ecce circumdedi te vinculis et non te convertes a latere tuo in latus aliud donec compleas dies obsidionis tue. Et tu sume tibi frumentum. et hordeum. et fabam. et lentem. et milium. et viciam. et mittes ea in vas unum. et facies tibi panes numero dierum quibus dormies super latus tuum. trecentis et lxxxx. diebus comedes illud. Cibus autem tuus quo vesceris erit in pondere xx. stateris in die. A tempore usque ad tempus comedes illud. Et aquam in mensura bibes sextam partem hyn. A tempore usque ad tempus bibes illud. et quasi subcinericium hordeaceum comedes illud. et stercore quod egreditur de homine operies illud in oculis eorum. Et dixit dominus. Sic comedent filii israel panem suum pollutum inter gentes. ad quas eiciam eos. Et dixi. A. A. A. domine deus. ecce anima mea non est polluta et morticinum et laceratum a bestiis non comedi ab infantia mea usque nunc. non est ingressa in os meum omnis caro inmunda. Et dixit ad me. Ecce dedi tibi fimum boum pro stercoribus humanis. et facies panem tuum in eo. Et dixit ad me. Fili hominis. ecce ego conteram baculum panis in hierusalem. et comedent panem in pondere. et in sollicitudine. et aquam in mensura et in angustia bibent. ut deficientibus pane et aqua corruat unusquisque ad fratrem suum. et contabescant in iniquitatibus suis.

Et tu fili hominis sume tibi gladium acutum radentem pilos. et assumes eum et duces per caput tuum et barbam tuam. Et assumes tibi stateram ponderis. et divides eos. Terciam partem igni combures in medio civitatis. iuxta completionem dierum obsidionis. Et assumens terciam partem concides gladio in circuitu eius. terciam vero aliam partem disperges in ventum. et gladium nudabo post eos. Et sumes inde parvum numerum. et ligabis eos in summitate pallii tui. et ex eis rursum tolles et proicies in medio ignis. et combures eos igni. et ex eo egredietur ignis in omnem domum israel. Hec dicit dominus deus. Ista est hierusalem. In medio gentium posui eam. et in circuitu eius terras. et contempsit iudicia mea ut plus esset impia quam gentes. et precepta mea ultra quam terre que in circuitu eius sunt. Iudicia enim mea proiecerunt. et in preceptis meis non ambulaverunt. Idcirco hec dicit dominus deus. Quia superastis gentes. que in circuitu vestro sunt. et in preceptis meis non ambulastis. et iudicia mea non fecistis. et iuxta iudicia gentium que in circuitu vestro sunt non estis operati. Ideo hec dicit dominus deus. Ecce ego ad te. et ipse ego faciam in medio tui iudicia in oculis gentium. et faciam in te que non feci. et quibus similia ultra non faciam propter omnes abhominationes tuas. Ideo comedent patres filios in medio tui. et filii comedent patres suos et faciam in te iudicia et ventilabo universas reliquias tuas in omnem ventum. Idcirco vivo ego dicit dominus deus. nisi pro eo quod sanctum meum violasti in omnibus offensionibus tuis. et omnibus abhominationibus tuis. ego quoque confringam et non parcet oculus meus. et non miserebor. Tercia pars tui peste morietur et fame consumetur in medio tui. et tercia pars tui gladio cadet in circuitu tuo. terciam vero partem tuam in omnem ventum dispergam. et gladium evaginabo post eos. Et complebo furorem meum et requiescere faciam indignationem meam in eis. et consolabor. et scient quia ego dominus locutus sum in zelo meo. cum complevero indignationem meam in eis. Et dabo te in desertum et in obprobrium gentibus que in circuitu tuo sunt. in conspectu omnis pretereuntis. Et eris obprobrium et blasphemia exemplum et stupor in gentibus que in circuitu tuo sunt cum fecero in te iudicia in furore et in indignatione et in increpationibus ire. Ego dominus locutus sum quando misero sagittas famis pessimas in eos que erunt mortifere et quas mittam ut disperdam vos. et famem congregabo super vos. et conteram vobis baculum panis. et immittam in vos famem et bestias pessimas usque ad internicionem. et pestilentia et sanguis transibunt per te. et gladium inducam super te. Ego dominus locutus sum.

Et factus est sermo domini ad me dicens. Fili hominis pone faciem tuam ad montes israel, et prophetabis ad eos et dices. Montes israel audite verbum domini. Hec dicit dominus deus. montibus et collibus: rupibus et vallibus: Ecce ego inducam super vos gladium. et disperdam excelsa vestra et demoliar aras vestras. et confringentur simulachra vestra. Et eiciam interfectos vestros ante ydola vestra. et dabo cadavera vestra et filiorum israel ante faciem simulachrorum vestrorum. et dispergam ossa vestra circa aras vestras in omnibus habitationibus vestris. urbes deserte erunt. et excelsa demolientur. et dissipabuntur. et interibunt are vestre et confringentur. et cessabunt ydola vestra. et conterentur delubra vestra. et delebuntur opera vestra. et cadet interfectus in medio vestri. et scietis quia ego sum dominus. Et relinquam in vobis eos qui fugerint gladium in gentibus: cum dispersero vos in terris. et recordabuntur mei liberati vestri in gentibus: ad quas captivi ducti sunt. quia contrivi cor eorum fornicans. et recedens a me. et oculos eorum fornicantes post ydola sua. et displicebunt sibimet super malis que fecerant in universis abhominationibus suis. et scient quia ego dominus non frustra locutus sum ut facerem eis malum hoc.

Hec dicit dominus. Percute manum tuam. et allide pedem tuum. et dic heu ad omnes abhominationes malorum domus israel qui gladio. fame. peste ruituri sunt. Qui longe est peste morietur. qui autem prope gladio corruet. et qui relictus fuerit et obsessus. fame morietur. Et complebo indignationem meam in eis. et scietis quia ego dominus cum fuerint interfecti vestri in medio ydolorum vestrorum. in circuitu ararum vestrarum in omni colle excelso. et in cunctis summitatibus montium. et subter omne lignum nemorosum. et subter universam quercum frondosam. locum ubi accenderunt thura redolentia universis ydolis suis. Et extendam manum meam super eos. et faciam terram desolatam. et destitutam a deserto deblatha in omnibus habitationibus eorum. et scient quia ego dominus.

Et factus est sermo domini ad me dicens. Et tu fili hominis. hec dicit dominus deus israel. Finis venit. finis venit super quattuor plagas terre. nunc finis super te. Et inmittam furorem meum in te. et iudicabo te iuxta vias tuas. et ponam contra te omnes abhominationes tuas. et non parcet oculus meus super te. et non miserebor. sed vias tuas ponam super te. et abhominationes tue in medio tui erunt. et scietis quia ego dominus. Hec dicit dominus. Afflictio una. afflictio ecce venit. venit finis. venit finis. evigilavit adversum te. ecce venit. venit contritio super te qui habitas in terra venit tempus. prope est dies occisionis. et non glorie montium. Nunc de propinquo effundam iram meam super te. et complebo furorem meum in te. et iudicabo te iuxta vias tuas. et imponam tibi omnia scelera tua. et non parcet oculus meus neque miserebor. sed vias tuas imponam tibi. et abhominationes tue in medio tui erunt. et scietis quia ego sum dominus percutiens.

Ecce dies. ecce dies domini venit. egressa est contritio. floruit virga. germinavit superbia. iniquitas surrexit in virga impietatis. et non ex eis. et non ex populo. neque ex sonitu eorum. et non erit requies in eis. Venit tempus. appropinquavit dies. Qui emit non letetur. et qui vendit non lugeat. quia ira super omnem populum eius. quia qui vendit ad id quod vendidit non revertetur. adhuc in viventibus vita eorum. Visio enim ad omnem multitudinem eius non regredietur. et vir in iniquitate vite sue non confortabitur. Canite tuba preparentur omnes. et non est qui vadat ad prelium. Ira enim mea super universum populum eius. Gladius foris. pestis et famis intrinsecus. Qui in agro est gladio morietur. et qui in civitate pestilentia. et fame devorabitur. et salvabuntur qui fugerint ex eis. et erunt in montibus quasi columbe convallium. omnes trepidi unusquisque in iniquitate sua. Omnes manus dissolventur et omnia genua fluent aquis. Et accingent se ciliciis. et operiet eos formido. et in omni facie confusio. et in universis capitibus eorum calvicium. Argentum eorum foris proicietur. et aurum eorum in sterquilinium erit. Argentum eorum et aurum eorum non valebit liberare eos in die furoris domini. Animam suam non saturabunt. et ventres eorum non implebuntur. quia scandalum iniquitatis eorum factum est. et ornamentum monilium suorum in superbiam posuerunt. et ymagines abhominationum suarum et simulachrorum fecerunt ex eo. Propter hoc dedi eis illud in inmundiciam. et dabo illud in manus alienorum ad diripiendum. et impiis terre in predam. et contaminabunt illud. et avertam faciem meam ab eis. et violabunt archanum meum. et introibunt in illud emissarii. et contaminabunt illud. Fac conclusionem quoniam terra plena est iudicio sanguinum. et civitas plena iniquitate. Et adducam pessimos de gentibus: et possidebunt domos eorum. et quiescere faciam superbiam potentium. et possidebunt sanctuaria eorum. Angustia superveniente requirent pacem et non erit. Conturbatio super conturbationem veniet: et auditus super auditum. Et querent visionem de propheta et lex peribit a sacerdote. et consilium a senioribus. Rex lugebit et princeps induetur merore. et manus populi terre conturbabuntur. Secundum viam eorum faciam eis. et secundum iudicia eorum iudicabo eos. et scient quia ego dominus.

Et factum est in anno sexto. in sexto mense in quinta mensis; ego sedebam in domo mea. et senes iuda sederunt coram me. et cecidit super me ibi manus domini. Et vidi. et ecce similitudo quasi aspectus ignis. Ab aspectu lumborum eius et deorsum ignis. et a lumbis eius et sursum quasi aspectus splendoris. et visio electri. Et emissa similitudo manus apprehendit me in cincinno capitis mei. et elevavit me spiritus inter terram et celum. et adduxit me in hierusalem in visione dei. iuxta ostium interius quod respiciebat ad aquilonem. ubi erat statutum ydolum zeli ad provocandam emulationem. Et ecce ibi gloria dei israel. secundum visionem quam videram in campo. Et dixit ad me. Fili hominis. leva oculos tuos ad viam aquilonis. Et levavi oculos meos ad viam aquilonis. et ecce ab aquilone porte altaris ydolum zeli in ipso introitu. Et dixit ad me. Fili hominis. putasne vides tu quid isti faciunt abhominationes magnas. quas domus israel facit hic. ut procul recedant a sanctuario meo. Et adhuc conversus videbis abhominationes maiores. Et introduxit me ad ostium atrii. Et vidi. et ecce foramen unum in pariete. Et dixit ad me. Fili hominis. fode parietem. Et cum perfodisse parietem. apparuit ostium unum. Et dixit ad me. Ingredere et vide abhominationes pessimas quas isti faciunt hic. Et ingressus vidi et ecce omnis similitudo reptilium et animalium abhominatio. et universa ydola domus israel depicta erant in pariete in circuitu per totum. et lxx. viri de senioribus domus israel. et iezonias filius saphan stabat in medio eorum. stantium ante picturas. et unusquisque habebat thuribulum in manu

sua. & uapor nebule de thure consurgebat. Et dixit ad me. Certe uides fili hominis. que seniores domus isrl faciunt in tenebris. unusquisq; in abscondito cubilis sui. Dicunt enim. Non uidet nos dominus. dereliquit dominus terram. Et dixit ad me. Adhuc conuersus uidebis abhominationes maiores quas isti faciunt. Et introduxit me per ostium porte domus domini quod respiciebat ad aquilonem. & ecce ibi mulieres sedebant plangentes adonidem. Et dixit ad me. Certe uidisti fili hominis. Nunquid modica sunt domui iuda. facere iniquitates quas fecerunt isti hic. Adhuc conuersus uidebis abhominationes maiores quas isti faciunt. Et introduxit me in atrium domus domini interius. & ecce in ostio templi domini inter uestibulum & altare quasi xxv. quinque uiri dorsa habentes contra templum domini. & facies ad orientem. & adorabant ad ortum solis. Et dixit ad me. Certe uidisti fili hominis. Nunquid leue est domui iuda hoc ut facerent abhominationes istas quas fecerunt hic. quia replentes terram iniquitate conuersi sunt ad irritandum me. & ecce applicant ramum ad nares suas. Ergo & ego faciam in furore meo. non parcet oculus meus nec miserebor. & cum clamauerint ad aures meas uoce magna non exaudiam eos. Et clamauit in auribus meis uoce magna dicens. Appropinquauerunt uisitationes urbis. & unusquisque uas interfectionis habet in manu sua. Et ecce sex uiri ueniebant de uia porte superioris que respicit ad aquilonem. & uniuscuiusque uas interitus in manu eius. Vir quoque unus in medio eorum uestitus lineis. & atramentarium scriptoris ad renes eius. Et ingressi sunt & steterunt iuxta altare ereum. & gloria domini isrl assumpta est de cherub que erat super eum ad limen domus. & uocauit uirum qui indutus erat lineis. & atramentarium scriptoris habebat in manu sua. & in lumbis suis. & dixit dominus ad eum. Transi per mediam ciuitatem in medio hierusalem. & signa thau super frontes uirorum gementium & dolentium. super cunctis abhominationibus que fiunt in medio eius. Et illis dixit audiente me. Transite per ciuitatem sequentes eum. & percutite. Non parcat oculus uester nec misereamini. Senem. adolescentulum. & uirginem. paruulum. & mulieres interficite usque ad internitionem. omnem autem super quem uideritis thau ne occidatis. Et a sanctuario meo incipite. Ceperunt ergo a uiris senioribus qui erant ante faciem domus. Et dixit ad eos. Contaminate domum. & implete atria interfectis. Egredimini. Et egressi sunt & percutiebant eos qui erant in ciuitate. Et cede completa remansi ego. ruique super faciem meam & clamans aio. Heu. Heu. Heu domine deus. ergone disperdes omnes reliquias isrl. effundens furorem tuum super hierusalem. Et dixit ad me. Iniquitas domus isrl & iuda magna est nimis ualde. & repleta est terra sanguinibus: & ciuitas repleta est auersione. Dixerunt enim. Dereliquit dominus terram & dominus non uidet. Igitur & meus non parcet oculus. neque miserebor. Viam eorum super caput eorum reddam. Et ecce uir qui indutus erat lineis qui habebat atramentarium in dorso suo. respondit uerbum dicens. Feci sicut precepisti michi.

Et uidi & ecce in firmamento quod erat super caput cherubim quasi lapis saphirus. quasi species similitudinis solii apparuit super ea. Et dixit ad uirum qui indutus erat lineis. Ingredere in medio rotarum que sunt subter cherubim. & imple manus tuas prunis ignis que sunt inter cherubim. & effunde super ciuitatem. Ingressusque est in conspectu meo. Cherubim autem stabant a dextris domus cum ingrederetur uir. & nubes impleuit atrium interius. Et eleuata est gloria domini desuper cherubim ad limen domus. & repleta est domus nube: & atrium repletum est splendore glorie domini. & sonitus alarum cherubim audiebatur usque ad atrium exterius. quasi uox loquentis dei omnipotentis. Cumque precepisset uiro qui indutus erat lineis dicens. sume ignem de medio rotarum que sunt inter cherubin. ingressus ille stetit iuxta rotam. Et extendit cherub manum de medio cherubim ad ignem qui erat inter cherubim. & assumpsit & dedit in manu eius. qui indutus erat lineis. Qui accipiens egressus est: & apparuit in cherubim similitudo manus hominis subter pennas eorum. Et uidi. & ecce .iiii. rote iuxta cherubim. rota una iuxta cherub unum. & rota alia iuxta cherub unum. Species autem erat rotarum quasi uisio lapidis crisoliti. & aspectus earum similitudo una .iiii. quasi sit rota in medio rote. Cumque ambularent in .iiii. partes gradiebantur.

Non reuertebantur ambulantes. sed ad locum ubi ire declinabat que prima erat sequebantur. & cetere nec conuertebantur. Et omne corpus earum & colla. & manus & penne & circuli plena erant oculis in circuitu .iiii. rotarum. Et rotas istas uocauit uolubiles audiente me. Quatuor autem facies habebat unum. facies una facies cherub. & facies secunda facies hominis. & in tercia facies leonis. & in .iiii. facies aquile. Et eleuata sunt cherubim. Ipsum est animal quod uideram iuxta fluuium chobar. Cumque ambularent cherubim ibant pariter. & rote iuxta ea. & cum eleuarent cherubim alas suas ut exaltarentur a terra. non residebant rote. sed & ipse iuxta erant. Stantibus illis stabant. & cum eleuatis eleuabantur. Spiritus enim uite erat in eis. Et egressa est gloria domini a limine templi. & stetit super cherubim. Et eleuantia cherubim alas suas. exaltata sunt a terra coram me. Et illis egredientibus rote subsecute sunt. & stetit in introitu porte domus domini orientalis. & gloria domini isrl erat super ea. Ipsum est animal quod uidi subter deum isrl iuxta fluuium chobar. & intellexi quia cherubim essent .iiii. per .iiii. uultus uni. & .iiii. ale uni. & similitudo manus hominis sub alis eorum. & similitudo uultuum eorum. ipsi uultus quos uideram iuxta fluuium chobar. & intuitus eorum & impetus singulorum ante faciem suam ingrediebantur. Et eleuauit me spiritus & introduxit me ad portam domus domini orientalem que respicit solis ortum. & ecce in introitu porte .xxv. uiri. & uidi in medio eorum iechoniam filium azur. & feltiam filium banaie principes populi. Dixitque ad me. Fili hominis. hi uiri qui cogitant iniquitatem. & tractant consilium pessimum in urbe ista dicentes. Nonne dudum edificate sunt domus. Hec est lebes. nos autem carnes. Ideirco uaticinare de eis. uaticinare fili hominis. Et irruit in me spiritus domini. & dixit ad me. Loquere. Hec dicit dominus. Sic locuti estis domus isrl & cogitationes cordis uestri ego noui. Plurimos occidistis in urbe

hac. & implestis uias eius interfectis. Propterea hec dicit dominus deus. Interfecti uestri quos posuistis in medio eius. hi sunt carnes & hec est lebes. Et educam uos de medio eius. Gladium metuistis. & gladium inducam super uos. ait dominus deus. & eiciam uos de medio eius. daboque uos in manus hostium. & faciam in uobis iudicia. Gladio cadetis. in finibus isrl iudicabo uos. & scietis quia ego dominus. Hec non erit uobis in lebetem. & uos non eritis in medio eius in carnes. In finibus isrl iudicabo uos. & scietis quia ego dominus. qui in preceptis meis non ambulastis. & iudicia mea non fecistis. sed iuxta iudicia gentium que in circuitu uestro sunt estis operati.

Et factum est cum prophetarem. feltias filius banaie mortuus est. Et cecidi in faciem meam clamans uoce magna & dixi. Heu. heu. heu domine deus. consummationem tu facis reliquiarum isrl. Et factum est uerbum domini ad me dicens. Fili hominis. fratres tui. uiri tui. propinqui tui. & omnis domus isrl uniuersi quibus dixerunt habitatores hierusalem. longe recedite a domino. nobis data est terra in possessionem. Propterea hec dicit dominus deus. Quia longe feci eos in gentibus. & quia dispersi eos in terris. ero eis in sanctificationem modicam in terris ad quas uenerunt. Propterea hec dicit dominus deus. Congregabo uos de populis. & adunabo uos de terris in quibus dispersi estis. daboque uobis humum isrl. Et ingredientur illuc. & auferent omnes cogitationes cunctasque abhominationes eius de illa. Et dabo eis cor unum. & spiritum nouum tribuam in uisceribus eorum. Et auferam cor lapideum de carne eorum. & dabo eis cor carneum ut in preceptis meis ambulent. & iudicia mea custodiant. faciantque ea. & sint michi in populum. & ego sim eis in deum. Quorum cor post offendicula & abhominationes suas ambulat. horum uiam in capite suo ponam dicit dominus deus. Et eleuauerunt cherubim alas suas. & rote cum eis. & gloria dei erat super ea. Et ascendit gloria domini de medio ciuitatis. stetitque super montem qui est ad orientem urbis. Et spiritus leuauit me adduxitque me in chaldeam ad transmigrationem in uisione spiritu dei. & sublata est a me uisio quam uideram. Et locutus sum ad transmigrationem omnia uerba domini que ostendit michi.

Et factus est sermo domini ad me dicens. Fili hominis in medio domus exasperantis tu habitas. qui oculos habent ad uidendum & non uident. & aures ad audiendum & non audiunt. quia domus exasperans est. Tu ergo fili hominis fac tibi uasa transmigrationis. & transmigrabis per diem coram eis. Transmigrabis autem de loco tuo ad locum alterum in conspectu eorum. si forte aspiciant. quia domus exasperans est. Et efferes foras uasa tua quasi uasa transmigrantis per diem in conspectu eorum. Tu autem egredieris uespere coram eis. sicut egreditur migrans ante oculos eorum. Perfode tibi parietem & egredieris per eum in conspectu eorum. In humeris portaberis. in caligine efferens. Faciem tuam uelabis & non uidebis terram. quia portentum te dedi domui isrl. Feci ergo sicut preceperat michi dominus. Vasa mea protuli quasi uasa transmigrationis per diem & uespere perfodi michi parietem manu. In caligine egressus sum & in humeris portatus in conspectu eorum.

Et factus est sermo domini ad me dicens. Fili hominis. numquid non dixerunt ad te domus isrl. domus exasperans quid tu facis. Dic ad eos. Hec dicit dominus deus. Super ducem onus istud qui est in hierusalem. & super omnem domum isrl que est in medio eorum. Dic. Ego portentum uestrum. Quomodo feci. sic fiet illis. In transmigrationem & captiuitatem ibunt. & dux qui est in medio eorum in humeris portabitur in caligine egredietur. parietem perfodiant. ut educant eum. Facies eius operietur ut non uideat oculo terram. Et extendam rete meum super illum. & capietur in sagena mea. & adducam eum in babilonem in terram chaldeorum. Et ipsam non uidebit. ibique morietur. Et omnes qui circa eum sunt presidium eius. & agmina eius dispergam in omnem uentum. & gladium euaginabo post eos. & scient quia ego dominus. quando dispersero illos in gentibus. & disseminauero eos in terris. Et relinquam ex eis uiros paucos a gladio & fame & pestilentia. ut enarrent omnia scelera eorum in gentibus ad quas ingredientur & scient quia ego dominus.

Et factus est sermo domini ad me dicens. Fili hominis. panem tuum in conturbatione comede. sed & aquam tuam in festinatione & merore bibe. & dices ad populum terre. Hec dicit dominus deus ad eos qui habitant in hierusalem in terra isrl. Panem suum in sollicitudine comedent. & aquam suam in desolatione bibent. ut desoletur terra a multitudine sua propter iniquitatem omnium qui habitant in ea. & ciuitates que nunc habitantur desolate erunt. terraque deserta. & scietis quia ego dominus.

Et factus est sermo domini ad me dicens. Fili hominis. quod est prouerbium istud in terra isrl dicentium. in longum differentur dies & peribit omnis uisio. Ideo dic ad eos. Hec dicit dominus deus. Quiescere faciam prouerbium istud. nec uulgo dicetur ultra in isrl. Et loquere ad eos quod appropinquauerint dies. & sermo omnis uisionis. Non enim erit ultra omnis uisio cassa neque ambigua in medio filiorum isrl. quia ego dominus loquar quodcumque locutus fuero uerbum & fiet: Non prolongabitur amplius. sed in diebus uestris domus exasperans loquar uerbum & faciam illud dicit dominus.

Et factus est sermo domini ad me dicens. Fili hominis. uaticinare ad prophetas isrl qui prophetant. & dices prophetantibus de corde suo. Audite uerbum domini. Hec dicit dominus deus. Ve prophetis insipientibus qui sequuntur spiritum suum. & nichil uident. Quasi uulpes in desertis prophete tui isrl erant. Non ascendistis ex aduerso. neque opposuistis murum pro domo isrl. ut staretis in prelio in die domini. Vident uana. & diuinant mendacium. dicentes. ait dominus deus: cum dominus non miserit eos. & perseuerauerunt confirmare mendacium. Numquid uisionem cassam uidistis. & diuinationem mendacem locuti estis. Et dicitis ait dominus. cum ego non sim locutus. Propterea hec dicit dominus deus. Quia locuti estis uana & uidistis mendacium. ideo ecce ego ad uos ait dominus deus. & erit manus mea super prophetas qui uident uana & diuinant mendacium. In concilio populi mei non erunt. & in scriptura domus isrl non scribentur. nec ingredientur in terram isrl. & scietis quia ego dominus deus. eo quod deceperint populum meum dicentes pax & non est pax. Et ipse edificabat parietem. illi autem liniebant eum luto absque paleis. Dic ad eos qui liniunt absque temperatura quod casurus sit. Erit enim ymber inundans. & dabo lapides per grandes desuper irruentes. & uentum procelle dissipantem. Siquidem ecce cecidit paries. Numquid non dicetur uobis ubi est litura quam linistis. Propterea hec dicit dominus deus. Et erumpere faciam spiritum tempestatum in indignatione mea. & ymber inundans in

furore meo erit. & lapides grandes in ira in consummatione
& destruam parietem quem linistis absque temperamento. & ad
equabo eum terre. & revelabitur fundamentum eius. & cadet:
& consumetur in medio eius. & scietis quia ego sum dominus.
Et complebo indignationem meam in pariete. & in his qui liniunt
eum absque temperamento. dicamque vobis. Non est paries. &
non sunt qui liniunt eum, prophete israel qui prophetant ad hierusalem. & vi
dent ei visionem pacis & non est pax ait dominus deus. Et tu fili
hominis pone faciem tuam contra filias populi tui que prophetant de
corde suo. & vaticinare super eas & dic. Hec dicit dominus deus.
Ve que consuunt pulvillos sub omni cubito. & faciunt cervicalia
sub capite universe etatis. ad capiendas animas. Cum caperent animas
populi mei. vivificabant animas eorum. & violabant me ad populum
meum propter pugillum hordei & fragmen panis ut interficerent animas
que non moriuntur. & vivificarent animas que non vivunt. men
tientes populo credenti mendaciis. Propter hoc hec dicit dominus deus.
Ecce ego ad pulvillos vestros quibus vos capitis animas volantes
& dirumpam eos de brachiis vestris. & dimittam animas quas vos
capitis animas ad volandum. & dirumpam cervicalia vestra. & li
berabo populum meum de manu vestra. neque erunt ultra in manibus ve
stris. ad predandum. & scietis quia ego sum dominus. Pro eo quod
merere fecistis cor iusti mendaciter, quem ego non contristavi. & con
fortastis manus impii ut non reverteretur a via sua mala et viveret:
propterea vana non videbitis. & divinationes non divinabitis amplius.
& eruam populum meum de manu vestra. & scietis quia ego dominus.
Et venerunt ad me viri seniorum israel. & sederunt coram me.
Et factus est sermo domini ad me dicens. Fili hominis. viri isti po
suerunt immunditias suas in cordibus suis. & scandalum iniqui
tatis sue statuerunt contra faciem suam. Numquid interrogatus respon
debo eis? Propter hoc loquere eis. & dices ad eos. Hec dicit
dominus deus. Homo. homo de domo israel qui posuerit immundi
tias suas in corde suo. & scandalum iniquitatis sue statuerit
contra faciem suam. & venerit ad prophetam interrogans eum per me. ego
dominus respondebo ei in multitudine immunditiarum suarum. ut ca
piatur domus israel in corde suo. quo recesserunt a me in cunctis ydo
lis suis. Propterea dic ad domum israel. Hec dicit dominus deus israel.
Convertimini & recedite ab ydolis vestris. & ab universis contamina
tionibus vestris avertite facies vestras. quia homo homo de domo israel
& de proselitis quicumque advena fuerit in israel. si alienatus fuerit
a me. & posuerit ydola sua in corde suo. & scandalum iniquita
tis sue statuerit contra faciem suam. & venerit ad prophetam ut inter
roget eum per me. ego dominus respondebo ei per me. & ponam
faciem meam contra hominem illum. & faciam illum in exemplum
& in proverbium & disperdam illum de medio populi mei. & scietis
quia ego dominus. Et propheta cum erraverit & locutus fuerit
verbum. ego dominus decepi prophetam illum. Et extendam manum
meam super illum. & delebo eum de medio populi mei israel. & por
tabit iniquitatem suam. Iuxta iniquitatem interrogantis. sic iniquitas
prophete erit. ut non erret ultra domus israel a me. neque polluatur in uni
versis prevaricationibus suis. sed sint mihi in populum. & ego sim eis in
deum. ait dominus exercituum.
Et factus est sermo domini ad me dicens. Fili hominis. terra cum pec
caverit michi ut prevaricetur prevaricans. extendam manum meam
super eam. & conteram virgam panis eius. & inmittam in eam
famem. & interficiam de ea hominem & iumentum. & si fuerint
tres viri isti in medio eius. noe. daniel. & iob. ipsi iustitia sua
liberabunt animas suas. ait dominus exercituum. Quod si et
bestias pessimas induxero super terram ut vastem eam. & fuerit
invia eo quod non sit pertransiens propter bestias. tres viri isti si fue
rint in ea. vivo ego dicit dominus non liberabunt filios nec fi
lias. sed ipsi soli liberabuntur. terra autem desolabitur. Vel si gladium
induxero super terram illam. & dixero gladio transi per terram. &
interfecero de ea hominem & iumentum. & tres viri isti fuerint
in medio eius. vivo ego dicit dominus. non liberabunt filios nec fi
lias. sed ipsi soli liberabuntur. Si autem & pestilentiam inmisero
super terram illam. & effudero indignationem meam super illam in san
guine. ut auferam ex ea hominem & iumentum. & noe. &
daniel. & iob fuerint in medio eius. vivo ego dicit dominus quia
filium & filiam non liberabunt. sed ipsi soli iustitia sua libera
bunt animas suas. quia hec dicit dominus deus. Quod & si iiii.
iudicia mea pessima gladium. & famem. & bestias malas
& pestilentiam inmisero in hierusalem ut interficiam de ea hominem
& pecus. tamen relinquetur in ea salvatio educentium filios & fi
lias. Ecce ipsi egredientur ad vos & videbitis viam eorum. & adin
ventiones eorum. & consolabimini super malo quod induxi in hierusalem
in omnibus que importavi super eam. & consolabuntur super vos
cum videritis viam eorum & adinventiones eorum & cognoscetis quod
non frustra fecerim omnia que feci in ea ait dominus deus.
Et factum est verbum domini ad me dicens. Fili hominis. quid fiet
ligno vitis ex omnibus lignis nemorum que sunt inter ligna
silvarum? Numquid tolletur de ea lignum ut fiat opus:
aut fabricabitur de ea paxillus ut dependeat in eo quodcumque
vas? Ecce igni datum est in escam. Utramque partem eius con
sumpsit ignis. & medietas redacta est in favillam. Numquid 47
utile erit ad opus? Etiam cum esset integrum non erat ap
tum ad opus. quanto magis cum ignis illud devoraverit & con
sumpserit nichil ex eo fiet operis? Propterea hec dicit dominus deus.
Quomodo lignum vitis inter ligna silvarum quod dedi igni
ad devorandum. sic tradam habitatores hierusalem & habitatores
eius. & ponam faciem meam in eos. De igne egredientur & ignis
consumet eos. & scietis quia ego dominus cum posuero faciem
meam in eis. & dedero terram meam inviam & desolatam eo quod pre
varicatores extiterint dicit dominus deus.
Et factus est sermo domini ad me dicens. Fili hominis. notas fac
hierusalem abhominationes suas & dices. Hec dicit dominus
hierusalem. Radix tua. & generatio de terra chanaan. Pater
tuus amorreus. & mater tua cethea. Et quando nata es in die
ortus tui non est precisus umbilicus tuus. & in aqua non es lota
in salutem. nec sale salita. nec involuta pannis. Non pepercit
super te oculus ut faceret tibi unum de his miseratus tui. sed
proiecta es super faciem terre in abiectione anime tue in die qua
nata es. Transiens autem per te vidi te conculcari in sanguine tuo.
& dixi tibi cum esses in sanguine tuo vive. Dixi inquam tibi
in sanguine tuo vive. Multiplicatam quasi germen agri dedi te. et
multiplicata es & grandis effecta. & ingressa es. & pervenisti ad
mundum muliebrem. Ubera tua intumuerunt & pilus tuus ger
minavit. & eras nuda & confusione plena. Et pertransivi
per te & vidi te. & ecce tempus tuum tempus amantium. Et
expandi amictum meum super te. & operui ignominiam tuam. Et
iuravi tibi. & ingressus sum pactum tecum ait dominus. et facta
es michi. Et lavi te aqua & emundavi sanguinem tuum a te. &
unxi te oleo. & vestivi te discoloribus & calciavi te iacincto.
& cinxi te bysso. & indui te subtilibus & ornavi te ornamento
& dedi armillas in manibus tuis. & torquem circa collum tuum.
& dedi inaurem super os tuum. & circulos in auribus tuis. & co
ronam decoris in capite tuo. & ornata es auro & argento.
& vestita es bysso. & polimito & multis coloribus. Simi
lam & mel & oleum comedisti. & decora facta es vehementer
nimis. & profecisti in regnum. Et egressum est nomen tuum in gentes
propter speciem tuam quia perfecta eras in decore meo quem posui
super te dicit dominus deus. & habens fiduciam in pulchritudine
tua fornicata es in nomine meo. & exposuisti fornicationem
tuam omni transeunti. ut eius fieres. Et sumens de vestimentis
meis fecisti tibi excelsa hinc inde consuta. & fornicata es sup
er eis. sicut non est factum neque futurum est. Et tulisti vasa deco
ris tui de auro meo & de argento meo que dedi tibi. & fecisti
tibi ymagines masculinas & fornicata es in eis. Et sumpsi
sti tibi vestimenta multicoloria & vestita es eis. & oleum meum
& thimiama meum & posuisti coram eis. & panem meum quem
dedi tibi. similam. & oleum. & mel quibus enutrivi te & posuisti
in conspectu eorum in odorem suavitatis. Et factum est ait dominus
deus. & tulisti filios tuos & filias tuas quas generasti michi. et im
molasti eis ad devorandum. Numquid parva est fornicatio
tua immolantis filios meos. & dedisti illos consecrans eis.
& post omnes abhominationes & fornicationes non es recor
data dierum adolescentie tue quando eras nuda & confusio
ne plena. & conculcata in sanguine tuo. Et accidit post
omnem maliciam tuam ve ve tibi ait dominus deus. & edificasti tibi
lupanar. & fecisti tibi prostibulum in cunctis plateis. Ad omne
caput vie edificasti signum prostitutionis tue. & abhominabilem
fecisti decorem tuum. & divisisti pedes tuos omni transeunti. &
multiplicasti fornicationes tuas. & fornicata es cum filiis egy
pti vicinis tuis magnarum carnium. & multiplicasti fornicati
onem tuam ad irritandum me. Ecce ego extendam manum meam
super te. & auferam iustificationem tuam. & dabo in animas o
dientium te filiarum palestinarum que erubescunt in via tua sce
lerata. Et fornicata es in filiis assiriorum. eo quod nondum fueris ex
pleta. & postquam fornicata es. nec sic fueris saciata. Et multipli
casti fornicationem tuam in terra chanaan cum chaldeis. & nec sic
saciata es. In quo mundabo cor tuum ait dominus deus. cum facias
omnia opera hec mulieris meretricis & procacis? Quia fabrica
sti lupanar tuum in capite omnis vie. & excelsum tuum fecisti in
omni platea. nec facta es quasi meretrix fastidiosa augens pre
cium. sed quasi mulier adultera que super virum suum inducit alie
nos. Omnibus meretricibus dantur mercedes. tu autem dedisti merce
des cunctis amatoribus tuis. & donabas eis ut intrarent ad te
undique ad fornicandum tecum. factumque est in te contra
consuetudinem mulierum in fornicationibus tuis. & post te non erit
fornicatio. In eo enim quod dedisti mercedes. & mercedes non acce
pisti. factum est in te contrarium. Propterea meretrix audi verbum domini.
Hec dicit dominus deus. Quia effusum est es tuum. & revelata est
ignominia tua in fornicationibus tuis super amatores tuos & super
ydola abhominationum tuarum in sanguine filiorum tuorum quos
dedisti eis. ecce ego congregabo omnes amatores tuos quibus com
mixta es. & omnes quos dilexisti cum universis quos ode
ras. & congregabo eos super te undique & nudabo ignominiam
tuam coram eis. & videbunt omnem turpitudinem tuam. Et iudi
cabo te iudiciis adulterarum & effundentium sanguinem & da
bo te in sanguinem furoris & zeli. Et dabo te in manus eorum
& destruent lupanar tuum. & demolientur prostibulum tuum.
& denudabunt te vestimentis tuis. & auferent vasa deco
ris tui. & relinquent te nudam. plenamque ignominia. Et ad
ducent super te multitudinem. & lapidabunt te lapidibus & truci
dabunt te gladiis suis. & comburent domos tuas igni. & fa
cient in te iudicia in oculis mulierum plurimarum. Et desines
fornicari. & mercedes ultra non dabis. & requiescet indigna
tio mea in te. & auferetur zelus meus a te. & quiescam nec irascar
amplius eo quod non fueris recordata dierum adolescentie tue. et
provocasti me in omnibus his. Quapropter & ego vias tuas in capite
tuo dedi ait dominus deus. & non feci iuxta scelera tua in omnibus
abhominationibus tuis. Ecce omnis qui dicit vulgo proverbium
in te assumet illud dicens. Sicut mater. ita & filia eius. Filia ma
tris tue es tu. que proiecit virum suum & filios suos. & soror so
rorum tuarum que proiecerunt viros suos & filios suos. Mater vestra
cethea. & pater vester amorreus. & soror tua maior samaria ipsa et
filie eius que habitant ad sinistram tuam. Soror autem tua minor
te que habitat a dextris tuis sodoma & filie eius. Sed nec in viis
earum ambulasti neque secundum scelera earum fecisti. Paulominus
minus pene sceleratiora fecisti illis in omnibus viis tuis. Vivo ego
dicit dominus deus. quia non fecit sodoma soror tua ipsa & filie
eius sicut fecisti tu. & filie tue. Ecce hec fuit iniquitas sodome
sororis tue superbia saturitas panis. & habundantia. & ocium
ipsius. & filiarum eius. & manum egeno & pauperi non porrigebant
& elevate sunt & fecerunt abhominationes coram me. & abstu
li eas sicut vidisti. Et samaria dimidium peccatorum tuorum non peccavit.
sed vicisti eas sceleribus tuis. & iustificasti sorores tuas peccatis
tuis. sceleratius agens ab eis. Iustificate sunt enim a te. Ergo
& tu porta confusionem tuam. que vicisti sorores tuas peccatis tuis
sceleratius agens ab eis. Iustificate sunt enim a te. Ergo & tu
confundere et porta ignominiam tuam. que iustificasti sorores tuas.
Et convertam restituens eas conversione sodomorum cum filiabus suis.
& conversione samarie & filiarum eius. & convertam reversionem tuam
in medio earum ut portes ignominiam tuam & confundaris in omnibus
que fecisti consolans eas. Et soror tua sodoma & filie eius rever
tentur ad antiquitatem suam. & samaria & filie eius revertentur
ad antiquitatem suam. & tu & filie tue revertimini ad antiqui
tatem tuam. Non fuit autem sodoma soror tua audita in ore tuo
in die superbie tue. antequam revelaretur malicia tua hoc tempore
in obprobrium filiarum syrie & cunctarum in circuitu tuo filiarum
palestinarum que ambiunt te per girum. Scelus tuum. & igno
miniam tuam tu portasti ait dominus deus. Et faciam tibi sicut despexisti
iuramentum. ut irritum faceres pactum. & recordabor ego pacti

mei in diebus adolescentię tuę. & suscitabo tibi pactum sempiternum.
& recordaberis uiarum tuarum & confunderis cum receperis soro
res tuas te maiores cum minoribus tuis. & dabo eas tibi in filias
sed non ex pacto tuo. Et suscitabo ego pactum meum tecum. & scies
quia ego dominus. & recorderis & confundaris. & non sit tibi
ultra aperire os prae confusione tua. cum placatus fuero tibi in omnibus
quę fecisti ait dominus deus.
Et factum est uerbum domini ad me dicens. Fili hominis. propone
enigma & narra parabolam ad domum israhel. & dices. Hęc dicit
dominus deus. Aquila grandis magnarum alarum longo mem
brorum ductu plena plumis & uarietate uenit ad libanum &
tulit medullam cedri. Summitatem frondium eius auellit. & trans
portauit eam in terram chanaan. in urbe negociatorum posuit
illam. Et tulit de semine terrę. & posuit illud in terra pro semine
ut firmaret radicem super aquas multas. In superficie posuit illud.
Cumque germinasset creuit in uineam latiorem humili statura
respicientibus ramis eius ad eam. & radices eius sub illa erant.
Facta est ergo uinea & fructificauit in palmites. & emisit propagines.
Et facta est aquila altera grandis magnis alis. multisque plu
mis & ecce uinea ista quasi mittens radices suas ad eam. palmites
suos extendit ad illam. ut irrigaret eam de areolis germinis
sui. In terra bona super aquas multas plantata est ut faciat
frondes & portet fructum. & sit in uineam grandem. Dic.
Hęc dicit dominus deus. Ergone prosperabitur? Nonne radices
eius euellet. & fructus eius distringet. & siccabit omnes pal
mites germinis & arescet. & non in brachio grandi. neque in populo
multo. ut euelleret eam radicitus? Ecce plantata est. Ergone
prosperabitur? Nonne cum tetigerit eam uentus urens siccabitur.
& in areis germinis sui arescet?
Et factum est uerbum domini ad me dicens. Dic ad domum exasperantem.
Nescitis quid ista significent? Dic. Ecce rex babilonis uenit
in hierusalem. & assumet regem & principes eius. & adducet eos ad
semet ipsum in babilonem. Et tollet de semine regni. ferietque
cum eo fedus. & accipiet ab eo ius iurandum. Sed & fortes terrę
tollet. ut sit regnum humile & non eleuetur. sed custodiat pactum
eius & seruet illud. Qui recedens ab eo misit nuncios ad egyp
tum ut daret sibi equos & populum multum. Numquid prospe
rabitur uel consequetur salutem qui fecit hęc? Et qui dissoluit
pactum. numquid effugiet? Viuo ego dicit dominus deus. quoniam in
loco regis qui constituit eum regem cuius fecit irritum iuramentum
& soluit pactum quod habebat cum eo in medio babilonis mo
rietur. & non in exercitu grandi atque in populo multo faciet contra eum
pharao prelium in iactu aggeris & in extructione uallorum. ut
interficiat animas multas. Spreuerat enim iuramentum ut
solueret fedus. Et ecce dedit manum suam. & cum hęc omnia
fecerit non effugiet. Propterea hęc dicit dominus deus. Viuo
ego quoniam iuramentum quod spreuit & fedus quod preuaricatus est po
nam in capite eius. & expandam super eum rete meum. & comprehen
detur in sagena mea. & adducam eum in babilonem & iudicabo
eum ibi in preuaricatione qua despexit me. & omnes profugi
eius cum uniuerso agmine gladio cadent. residui autem in omnem
uentum dispergentur. & scietis quia ego dominus locutus sum.
Hęc dicit dominus deus. Et sumam ego de medulla cedri sublimis
& ponam de uertice ramorum eius tenerum. distringam & plan
tabo super montem excelsum & eminentem. In monte sublimi
israhel plantabo illud. & erumpet in germen & faciet fructum.
& erit in cedrum magnam. & habitabunt sub ea uolucres
omnes. & uniuersum uolatile sub umbra frondium eius nidificabit.
& scient omnia ligna regionis quia ego dominus humiliaui
lignum sublime. & exaltaui lignum humile. & exsiccaui lig
num uiride. & frondere feci lignum aridum. Ego dominus locutus sum.
Et factus est sermo domini ad me dicens. Quid est quod inter uos
parabolam uertitis in prouerbium in terra israhel dicentes. patres
comederunt uuam acerbam. & dentes filiorum obstupescunt?
Viuo ego dicit dominus deus. si erit uobis ultra parabola in prouer
bium in israhel. Ecce omnes animę meę sunt. Ut anima patris.
ita & anima filii mea est. Anima quę peccauerit ipsa morietur.
Et uir si fuerit iustus. & fecerit iudicium & iusticiam. in mon
tibus non comederit. & oculos suos non leuauerit ad ydola domus
israhel. & uxorem proximi sui non uiolauerit. & ad mulierem men
struatam non accesserit. & hominem non contristauerit. pignus
debitori reddiderit. per uim nichil rapuerit. & panem suum
esurienti dederit. & nudum operuerit uestimento. & ad usuram
non commodauerit. & amplius non acceperit. ab iniquitate auer
terit manum suam. iudicium uerum fecerit inter uirum & uirum.
in preceptis meis ambulauerit & iudicia mea custodierit ut
faciat ueritatem hic iustus est. uita uiuet ait dominus deus.
Quod si genuerit filium latronem & effundentem sanguinem. &
fecerit unum de istis & hęc quidem omnia non facientem. sed in
montibus comedentem. & uxorem proximi sui polluentem. egenum
& pauperem contristantem. rapinas rapientem. pignus non red
dentem. & ad ydola leuantem oculos. abhominationem faci
entem ad usuram dantem & amplius accipientem. numquid uiuet?
Non uiuet. Cum uniuersa detestanda hęc fecerit morte
morietur. sanguis eius in ipso erit. Quod si genuerit filium qui
uidens omnia peccata patris sui quę fecit timuerit & non fe
cerit simile eis. super montes non comederit. & oculos suos non
leuauerit ad ydola domus israhel. & uxorem proximi sui non uio
lauerit. & uirum non contristauerit. pignus non retinuerit. et
rapinam non rapuerit. panem suum esurienti dederit. & nudum
operuerit uestimento. a pauperis iniuria manum suam auerterit.
usuram & superhabundantiam non acceperit. iudicia mea fecerit
& in preceptis meis ambulauerit. hic non morietur in iniquita
te patris sui. sed uita uiuet. Pater eius quia calumpniatus est
& uim fecit fratri. & malum operatus est in medio populi sui. ecce
mortuus est in iniquitate sua. Et dicitis. Quare non porta
bit filius iniquitatem patris? Videlicet quia filius iudicium
& iusticiam fecerit. omnia precepta mea custodiuit. & fecit illa.
uita uiuet ait dominus deus.
XXX. Anima quę peccauerit. ipsa morietur. Filius non portabit iniqui
tatem patris. & pater non portabit iniquitatem filii. Iusticia
iusti super eum erit. & impietas impii erit super eum. Si autem
impius egerit penitentiam ab omnibus peccatis suis quę operatus est
& custodierit uniuersa precepta mea & fecerit iudicium & iusti
ciam. uita uiuet & non morietur. Omnium iniquitatum eius quas
operatus est non recordabor. in iusticia sua quam operatus est uiuet.
Numquid uoluntatis meę est mors impii dicit dominus deus. &
non ut conuertatur a uiis suis malis & uiuat? Si autem auerterit
se iustus a iusticia sua & fecerit iniquitatem secundum omnes ab
hominationes quas operari solet impius. numquid uiuet?
Omnes iusticię eius quas fecerat non recordabuntur. In preuarica
tione sua qua preuaricatus est. & in peccato suo quod peccauit in ipsis
morietur. Et dixistis. Non est equa uia domini. Audite domus
israhel. Numquid uia mea non est equa. & non magis uię uestrę praue
sunt? Cum enim auerterit se iustus a iusticia sua & fecerit
iniquitatem. morietur in ipsis. In iniusticia sua quam operatus est mo
rietur. Et cum auerterit se impius ab impietate sua. quam opera
tus est & fecerit iudicium & iusticiam. ipse animam suam uiui
ficabit. Considerans enim se & auertens se ab omnibus iniquita
tibus suis quas operatus est. uita uiuet & non morietur.
Et dicunt filii israhel. Non est equa uia domini. Numquid uię meę
non sunt equę domus israhel. & non magis uię uestrę praue sunt? Idcirco
unumquemque iuxta uias suas iudicabo domus israhel ait dominus deus.
Conuertimini & agite penitentiam ab omnibus iniquitatibus uestris
& non erit uobis in ruinam iniquitas. Proicite a uobis omnes preuari
cationes uestras in quibus preuaricati estis. & facite uobis cor nouum
& spiritum nouum. Et quare moriemini domus israhel? quia nolo mor
tem morientis dicit dominus deus. reuertimini & uiuite. Et tu fili
hominis assume planctum super principes israhel & dices. Quare mater
tua leena inter leones cubauit. In medio leunculorum enutriuit
catulos suos. & eduxit unum de leunculis suis. Leo factus est. &
didicit capere predam. hominemque comedere. Et audierunt de eo gentes
& non absque uulneribus suis ceperunt eum. & adduxerunt in catenis
in terram egypti. Quę cum uidisset quoniam infirmata est. & periit exspecta
tio eius. tulit unum de leunculis suis. leonem constituit eum.
Qui incedebat inter leones. & factus est leo. & didicit predam capere
homines comedere. Didicit uiduas facere. & ciuitates earum in de
sertum adducere. & desolata est terra & plenitudo eius. a uoce
rugitus illius. Et conuenerunt aduersum eum omnes gentes undique de
prouinciis. & expanderunt super eum rete suum. In uulneribus eorum
captus est. & miserunt eum in caueam. & in catenis adduxerunt
eum ad regem babilonis. miseruntque eum in carcerem. ne audiretur uox
eius super montes israhel. Mater tua quasi uinea in sanguine tuo
plantata est super aquas. Fructus eius & frondes eius creuerunt ex aquis
multis. & factę sunt ei uirgę solidę in sceptrum dominantium. &
exaltata est statura eius super frondes. Et uidit altitudinem suam in
multitudine palmitum suorum. & euulsa est in ira in terramque proiecta.
& uentus urens siccauit fructum eius. Marcuerunt & arefactę
sunt uirgę roboris eius. ignis comedit eam. Et nunc transplantata
est in desertum in terra inuia & sitienti. & egressus est ignis de uirga
ramorum eius. qui fructum eius comedit. & non fuit in ea uirga fortis
sceptrum dominantium. Planctus est. & erit in planctum.
Et factum est in anno septimo in quinto mense undecima mensis ue
nerunt uiri de senioribus israhel ut interrogarent dominum. & sederunt
coram me. Et factus est sermo domini ad me dicens. Fili hominis.
loquere filiis israhel. & dices ad eos. Hęc dicit dominus deus. Numquid
ad interrogandum me uos uenistis? Viuo ego quia non respondebo
uobis ait dominus deus. Si iudicas eos. si iudicas fili hominis ab
hominationes patrum eorum ostende eis. & dices ad eos. Hęc dicit
dominus deus. In die qua elegi israhel. & leuaui manum meam pro stirpe
domus iacob. & apparui eis in terra egypti. & leuaui manum meam
pro eis. dicens ego sum dominus deus uester. in die illa leuaui manum meam pro eis ut e
ducerem eos de terra egypti. in terram quam prouideram eis. fluentem
lacte & melle quę est egregia inter omnes terras. & dixi ad eos. Vnus
quisque offensiones oculorum suorum abiciat. & in ydolis egypti
nolite pollui. Ego dominus deus uester. Et irritauerunt me noluerunt
que me audire. Vnusquisque abhominationes oculorum suorum non proiecit
nec ydola egypti reliquerunt. Et dixi ut effunderem indignatio
nem meam super eos. & implerem iram meam in eis. in medio terrę egypti
& non feci propter nomen meum ut non uiolaretur coram gentibus in quibus erant
& inter quas apparui eis. ut educerem eos de terra egypti. & edu
xi in desertum & dedi precepta eis. & iudicia mea ostendi eis.
quę faciat homo & uiuat in eis. Insuper & sabbata mea dedi eis
ut essent signum inter me & eos. & scirent quia ego dominus
sanctificans eos. Et irritauerunt me domus israhel in deserto. in pre
ceptis meis non ambulauerunt. & iudicia mea proiecerunt. quę faciens
homo uiuet in eis. & sabbata mea uiolauerunt uehementer.
Dixi ergo ut effunderem furorem meum super eos in deserto & consume
rem eos. & non feci propter nomen meum ne uiolaretur in gentibus de quibus
eieci eos in conspectu earum. Ego ergo leuaui manum meam super eos
in deserto ne inducerem eos in terram quam dedi eis fluentem lacte &
melle precipuam terrarum omnium. quia iudicia mea proiecerunt & in
preceptis meis non ambulauerunt. & sabbata mea uiolauerunt. post
ydola enim cor eorum gradiebatur. & pepercit oculus meus super eos ut
non interficerem eos. nec consumpsi eos in deserto. Dixi autem ad fi
lios eorum in solitudine. In preceptis patrum uestrorum nolite incedere.
nec iudicia eorum custodiatis. nec in ydolis eorum polluamini.
Ego dominus deus uester. In preceptis meis ambulate. & iudicia mea
custodite & facite ea. & sabbata mea sanctificate. ut sit signum inter
me & uos. & sciatis quia ego dominus deus uester. Et exacerbaue
runt me filii eorum. & in preceptis meis non ambulauerunt. & iudicia
mea non custodierunt ut facerent ea. quę cum fecerit homo uiuet in
eis. & sabbata mea uiolauerunt. Et comminatus sum ut effunderem
furorem meum super eos. & implerem iram meam in eis in deserto. auer
ti autem manum meam. & non feci propter nomen meum ut non uiolaretur coram
gentibus de quibus eieci eos in oculis earum. Iterum leuaui manum
meam in eos in solitudine ut dispergerem eos in nationes & uen
tilarem eos in terras. eo quod iudicia mea non fecissent. & precepta mea
reprobassent. & sabbata mea uiolassent. & post ydola patrum
suorum fuissent oculi eorum. Ergo & ego dedi eis precepta non bo
na. & iudicia in quibus non uiuent. & pollui eos in muneribus suis
cum offerrent omne quod aperit uuluam propter delicta sua. & scient
quia ego dominus. Quamobrem loquere ad domum israhel fili hominis
& dices ad eos. Hęc dicit dominus deus. Adhuc & in hoc blas
phemauerunt me patres uestri cum spreuissent me contem
nentes. & induxissem eos in terram super quam leuaui manum meam
ut darem eis. Viderunt omnem collem excelsum. & omne lignum nemo
rosum. & immolauerunt ibi uictimas suas. & dederunt ibi in
ritationem oblationis suę. & posuerunt ibi odorem suauitatis suę.
& libauerunt oblationes suas. Et dixi ad eos. Quid est excelsum ad
quod uos ingredimini? Et uocatum est nomen eius excelsum usque ad diem hanc.
Propterea dic ad domum israhel. Hęc dicit dominus deus. Certe in uia

patrum vestrorum polluimini. et post offendicula eorum vos fornicamini. et in oblatione donorum vestrorum cum transducitis filios vestros per ignem. vos polluimini in omnibus ydolis vestris usque hodie. et ego respondebo vobis domus israel? Vivo ego dicit dominus deus. quia ego non respondebo vobis. neque cogitatio mentis vestre fiet dicentium. Erimus sicut gentes. et sicut cognationes terre. ut colamus ligna et lapides. Vivo ego dicit dominus deus. quoniam in manu forti et in brachio extento. et in furore effuso regnabo super vos. et adducam vos in desertum populorum. et iudicabor vobiscum de populis et congregabo vos de terris in quibus dispersi estis. In manu valida et in brachio extento et in furore effuso regnabo super vos. et adducam vos in desertum populorum. et iudicabor vobiscum ibi facie ad faciem. Sicut iudicio contendi adversum patres vestros in deserto terre egypti. sic iudicabo vos dicit dominus deus. et subiciam vos sceptro meo. et inducam vos in vinculis federis. et eligam de vobis transgressores et impios de terra incolatus eorum educam eos. et terram israel non ingredientur. et scietis quia ego dominus. Et vos domus israel. hec dicit dominus deus. Singuli post ydola vestra ambulate. et servite eis. Quod si in hoc non audieritis me: et nomen sanctum meum pollueritis ultra in muneribus vestris et in ydolis vestris. in monte sancto meo in monte excelso israel. ait dominus deus. ibi serviet mihi omnis domus israel. omnis inquam in terra in qua placebunt mihi. et ibi queram primicias vestras. et initium decimarum vestrarum in omnibus sanctificationibus vestris. In odore suavitatis suscipiam vos. cum eduxero vos de populis. et congregavero vos de terris in quas dispersi estis. et sanctificabor in vobis in oculis nationum. et scietis quia ego dominus cum induxero vos in terram israel. in terram ad quam levavi manum meam ut darem eam patribus vestris. et recordamini ibi viarum vestrarum. et omnium scelerum vestrorum quibus polluti estis in eis. et displicebitis vobis in conspectu vestro in omnibus malitiis vestris quas fecistis. et scietis quia ego dominus cum bene fecero vobis propter nomen meum non secundum vias vestras malas. neque secundum scelera vestra pessima domus israel. ait dominus.

Et factus est sermo domini ad me dicens. Fili hominis. pone faciem tuam contra viam austri. et stilla ad affricum. et propheta ad saltum agri meridiani. et dices saltui meridiano. Audi verbum domini. Hec dicit dominus deus. Ecce ego succendam in te ignem. et comburam in te omne lignum viride. et omne lignum aridum. Non extinguetur flamma succensionis. et comburetur omnis facies ab austro usque ad aquilonem. et videbit universa caro quia ego dominus succendi eam. nec extinguetur. Et dixi. A. A. A. domine deus. ipsi dicunt de me. Numquid non per parabolas loquitur iste? Et factus est sermo domini ad me dicens. Fili hominis. pone faciem tuam ad hierusalem. et stilla ad sanctuaria et propheta contra humum israel. et dices terre israel. hec dicit dominus deus. Ecce ego ad te et eiciam gladium meum de vagina sua. et occidam in te iustum et impium. Pro eo autem quod occidi in te iustum et impium idcirco egredietur gladius meus de vagina sua ad omnem carnem ab austro usque ad aquilonem. ut sciat omnis caro quia ego dominus eduxi gladium de vagina sua irrevocabilem. Et tu fili hominis ingemisce in contritione lumborum et in amaritudinibus ingemisces coram eis. Cumque dixerint ad te quare tu gemis. dices: Pro auditu quia venit. et tabescet omne cor. et dissolventur omnes manus. et infirmabitur omnis spiritus. et per cuncta genua fluent aque. Ecce venit. et fiet. ait dominus deus.

Et factus est sermo domini ad me dicens. Fili hominis. pone faciem tuam ad hierusalem. et propheta et dices. Hec dicit dominus deus. Loquere. Gladius gladius exacutus est. et limatus. ut cedat victimas. exacutus est ut splendeat limatus est. Qui moves sceptrum filii mei. succidisti omne lignum. et dedi eum ad levigandum ut teneatur manu. Iste exacutus est gladius. et iste limatus est. ut sit in manu interficientis. Clama et ulula fili hominis. quia hic factus est in populo meo. hic in cunctis ducibus israel qui fugerant gladio tradita sunt cum populo meo. Idcirco plaude super femur quia probatus est. et hoc cum sceptrum subverterit et non erit dicit dominus deus. Tu ergo fili hominis propheta et percute manu ad manum. et duplicetur ac triplicetur gladius interfectorum. Hic est gladius occisionis magne. qui obstupescere eos facit. et corde tabescere. et multiplicat ruinas. In omnibus portis eorum dedi conturbationem gladii acuti. et limati ad fulgendum et amicti ad cedem. Exacuere vade ad dexteram sive ad sinistram. quocumque faciei tue est appetitus. Quin et ego plaudam manu ad manum. et implebo indignationem meam. Ego dominus locutus sum.

Et factus est sermo domini ad me dicens. Et tu fili hominis pone tibi duas vias. ut veniat gladius regis babilonis. De terra una egredientur ambo. et manu capiet coniecturam in capite vie civitatis coniciet. Viam pones ut veniat gladius ad rabbath filiorum ammon. et ad iudam in hierusalem munitissimam. Stetit enim rex babilonis in bivio in capite duarum viarum divinationem querens. commiscens sagittas. Interrogavit ydola. exta consuluit. Ad dexteram eius facta est divinatio super hierusalem ut ponat arietes ut aperiat os in cede et elevet vocem in ululatu ut ponat arietes contra portas ut comportet aggerem. ut edificet munitiones. Et erit quasi consulens frustra oraculum in oculis eorum. et sabbatorum otium imitans. ipse autem recordabitur iniquitatis ad capiendum. Idcirco hec dicit dominus deus. Pro eo quod recordati estis iniquitates vestras. et revelastis prevaricationes vestras. et apparuerunt peccata vestra in omnibus cogitationibus vestris. pro eo inquam quod recordati estis manu capiemini. Tu autem prophane impie dux israel. cuius venit dies in tempore iniquitatis prefinita. Hec dicit dominus deus. Aufer cydarim. tolle coronam. Nonne hec est que humilem exaltavit. et sublimem humiliavit? Iniquitatem. iniquitatem. iniquitatem ponam eam. et hoc non factum donec veniret cuius est iudicium. et tradam ei.

Et tu fili hominis propheta et dic. Hec dicit dominus deus ad filios ammon et ad obprobrium eorum. Et dices. Mucro. mucro. evagina te ad occidendum. Lima te ut interficias. et fulgeas cum tibi viderentur vana. et divinarentur mendacia. ut dareris super colla vulneratorum impiorum quorum venit dies in tempore iniquitatis prefinita. Revertere ad vaginam tuam. In loco in quo creatus es. in terra nativitatis tue iudicabo te: et effundam super te indignationem meam. In igne furoris mei sufflabo in te. daboque te in manus hominum insipientium et fabricantium interitum. Igni eris cibus. Sanguis tuus erit in medio terre. oblivioni traderis. quia ego dominus locutus sum.

Et factum est verbum domini ad me dicens. Et tu fili hominis numquid iudicas. numquid iudicas civitatem sanguinum. et ostendes ei omnes abhominationes suas et dices. Hec dicit dominus deus. Civitas effundens sanguinem in medio sui ut veniat tempus eius. et que fecit ydola contra semet ipsam ut pollueretur. In sanguine tuo qui a te effusus est deliquisti. et in ydolis tuis que fecisti polluta es. et appropinquare fecisti dies tuos: et adduxisti tempus annorum tuorum. Propterea dedi te obprobrium gentibus: et irrisionem in universis terris. que iuxta te sunt. et que procul a te triumphabunt de te. sordida nobilis grandis interitu. Ecce principes israel singuli in brachio suo fuerunt in te ad effundendum sanguinem. Patrem et matrem contumeliis affecerunt in te. advenam calumniati sunt in medio tui. pupillum et viduam contristaverunt apud te. Sanctuaria mea sprevisti. et sabbata mea polluisti. Viri detractores fuerunt in te ad effundendum sanguinem: et super montes comederunt in te. Scelus operati sunt in medio tui. Verecundiora patris discoperuerunt in te. inmunditiam menstruate humiliaverunt in te. et unusquisque in uxorem proximi sui operatus est abhominationem. frater sororem suam oppressit in te. Socer nurum suam polluit nefarie. Munera acceperunt apud te ad effundendum sanguinem. Usuram et superhabundantiam accepisti. et avare proximos tuos calumniabaris. meique oblita es ait dominus deus. Ecce complosi manus meas super avaritiam tuam quam fecisti et super sanguinem qui effusus est in medio tui. Numquid sustinebit cor tuum aut prevalebunt manus tue in diebus quos ego faciam tibi? Ego dominus locutus sum. et faciam. et dispergam te in nationes. et ventilabo te in terris. et deficere faciam inmunditiam tuam a te. et possidebo te in conspectu gentium. et scietis quia ego dominus.

Et factum est verbum domini ad me dicens. Fili hominis. versa est michi domus israel in scoriam. Omnes isti es. et stannum. et ferrum. et plumbum in medio fornacis. scoria argenti facti sunt. Propterea hec dicit dominus deus. Eo quod versi estis omnes in scoriam idcirco ecce ego congregabo vos in medio hierusalem congregatione argenti et eris et ferri et stanni et plumbi in medium fornacis. et succendam in ea ignem ad conflandum. Sic congregabo in furore meo et in ira mea requiescam. et conflabo vos et congregabo vos. et succendam vos in igne furoris mei et conflabimini in medio eius. ut conflatur argentum in medio fornacis. sic eritis in medio eius. et scietis quia ego dominus cum effuderim indignationem meam super vos.

Et factum est verbum domini ad me dicens. Fili hominis dic ei. Tu es terra inmunda. et non compluta in die furoris. Coniuratio prophetarum in medio eius. sicut leo rugiens capiensque predam. Animas devoraverunt in opes. et pretium acceperunt. Viduas eius multiplicaverunt in medio eius. Sacerdotes eius contempserunt legem meam. et polluerunt sanctuaria mea. Inter sanctum et prophanum non habuerunt distantiam. et inter pollutum et mundum non intellexerunt. et a sabbatis meis averterunt oculos suos. et coinquinabar in medio eorum. Principes eius in medio illius quasi lupi rapientes predam ad effundendum sanguinem. et ad perdendas animas. et avare sectanda lucra. Prophete autem eius liniebant eos absque temperamento videntes vana. divinantes eis mendacium. et dicentes. Hec dicit dominus deus. cum dominus non sit locutus. Populi terre calumniabantur calumniam. et rapiebant violenter. Egenum et pauperem affligebant. et advenam opprimebant calumnia absque iudicio. Et quesivi in eis virum qui interponeret sepem et staret oppositus contra me pro terra ne dissiparem eam. et non inveni. Et effudi super eos indignationem meam. et in igne ire mee consumpsi eos. Viam eorum in capite eorum reddidi ait dominus.

Et factus est sermo domini ad me dicens. Fili hominis. due mulieres filie matris unius fuerunt. et fornicate sunt. In egypto in adolescentia sua fornicate sunt. ibi subacta sunt ubera earum. et fracte sunt mamme pubertatis earum. Nomina autem earum oolla maior: et ooliba soror eius minor. Et habui eas. et pepererunt filios et filias. Porro earum nomina samaria oolla. et hierusalem ooliba. Fornicata est igitur oolla super me: et insanivit in amatores suos in assyrios propinquantes vestitos iacincto principes et magistratus. iuvenes cupidinis universos equites. ascensores equorum. et dedit fornicationes suas super eos. electos assyriorum filios universos. et in omnibus in quos insanivit. In inmunditiis eorum polluta est. insuper et fornicationes suas quas habuerat in egypto non reliquit. Nam et illi dormierant cum ea in adolescentia eius. et illi confregerunt ubera pubertatis eius. et effuderant fornicationem super eam. Propterea tradidi eam in manus amatorum suorum. in manus filiorum assur. super quorum insanivit libidine. Ipsi discoperuerunt ignominiam eius. filios et filias eius tulerunt. et ipsam occiderunt gladio. et facte sunt famose mulieres. et iudicia perpetrarunt in ea. Quod cum vidisset soror eius ooliba. plus quam illa insanivit libidine.
48. et fornicationem suam super fornicationem sororis sue ad filios
assyriorum prebuit impudenter ducibus et magistratibus ad se venientibus indutis veste varia equitibus qui vectabantur equis. et adolescentibus forma cunctis egregia. Et vidi quod polluta esset via una ambarum. et auxit fornicationes suas. Cumque vidisset viros depictos in pariete ymagines chaldeorum expressas coloribus. et accinctos balteis renes. et tyaras tinctas in capitibus eorum. formam ducum omnium similitudinem filiorum babilonis. terreque chaldeorum in qua orti sunt. et insanivit super eos concupiscentia oculorum suorum. et misit nuntios ad eos in chaldeam. Cumque venissent ad eam filii babilonis ad cubile mammarum polluerunt eam stupris suis: et polluta est ab eis et saturata est anima eius ab illis. Denudavitque quoque fornicationes suas. et discoperuit ignominiam suam. et recessit anima mea ab ea. sicut recesserat anima mea a sorore eius. Multiplicavit enim fornicationes suas recordans dies adolescentie sue quibus fornicata est in terra egypti. et insanivit libidine super concubitum eorum. quorum carnes sunt ut carnes asinorum. et sicut fluxus equorum fluxus eorum. Et visitasti scelus adolescentie tue. quando subacta sunt ubera tua in egypto. et confracte sunt mamme pubertatis tue. Propterea ooliba hec dicit dominus deus. Ecce ego suscitabo omnes amatores tuos contra te de quibus satiata est anima tua. et congregabo eos adversum te in circuitu filios babilonis. et universos chaldeos nobiles tyrannosque et principes omnes filios assyriorum iuvenes forma egregia. duces et magistratus. universos principes principum. et nominatos ascensores equorum. et venient super te

instructi curru et rota multitudo populorum. Lorica et clipeo et galea armabuntur contra te undique: et dabo coram eis iudicium et iudicabunt te iudiciis suis. Et ponam zelum meum in te, quem exercent tecum in furore. Nasum tuum et aures tuas precident, et que remanserint gladio concident. Ipsi filios tuos et filias tuas capient, et novissimum tuum devorabitur igni. Et denudabunt te vestimentis tuis, et tollent vasa glorie tue. Et requiescere faciam scelus tuum de te, et fornicationem tuam de terra egypti, nec levabis oculos tuos ad eos, et egypti non recordaberis amplius. Quia hec dicit dominus deus: Ecce ego tradam te in manus eorum quos odisti, in manus de quibus satiata est anima tua. Et agent tecum in odio et tollent omnes labores tuos, et dimittent te nudam et ignominia plenam. Et revelabitur ignominia fornicationum tuarum. Scelus enim et fornicationes tue fecerunt hec tibi, quia fornicata es post gentes, inter quas polluta es in ydolis eorum. In via sororis tue ambulasti, et dabo calicem eius in manu tua.

Hec dicit dominus deus: Calicem sororis tue bibes profundum et latum. Eris in derisum et in subsannationem, que es capacissima. Ebrietate et dolore repleberis, calice meroris et tristicie, et calice sororis tue samarie. Et bibes illum, et potabis usque ad feces, et fragmenta eius devorabis, et ubera tua lacerabis, quia ego locutus sum ait dominus deus. Propterea hec dicit dominus deus: Quia oblita es mei, et proiecisti me post corpus tuum, tu quoque porta scelus tuum et fornicationes tuas. Et ait dominus ad me dicens: Fili hominis, numquid iudicas oollam et oolibam, et annuncia eis scelera earum. Quia adultere sunt et sanguis in manibus earum, et cum ydolis suis fornicate sunt, insuper et filios suos quos genuerunt mihi obtulerunt eis ad devorandum. Sed et hoc fecerunt mihi. Polluerunt sanctuarium meum in die illa, et sabbata mea profanaverunt. Cumque immolarent filios suos ydolis suis, et ingrederentur sanctuarium meum in die illa ut polluerent illud, etiam hec fecerunt in medio domus mee. Miserunt ad viros venientes de longe, ad quos nuncios miserunt. Itaque ecce venerunt quibus te lavisti et circumlinisti stibio oculos tuos, et ornata es mundo muliebri. Sedisti in lecto pulcherrimo, et mensa ornata est ante te. Tymiama meum et unguentum meum posuisti super eam. Et vox multitudinis exultantis erat in ea. Et in viris qui de multitudine hominum adducebantur, et veniebant de deserto. Posuerunt armillas in manibus eorum, et coronas speciosas in capitibus eorum. Et dixi ei que attrita est in adulteriis: Nunc fornicabitur in fornicatione sua etiam hec. Et ingressi sunt ad eam quasi ad mulierem meretricem. Sic ingrediebantur ad oollam et ad oolibam mulieres nefarias. Viri ergo iusti hi sunt. Hi iudicabunt eas iudicio adulterarum, et iudicium effundentium sanguinem, quia adultere sunt et sanguis in manibus earum, et cum ydolis fornicate sunt. Hec dicit dominus deus: Adduc ad eas multitudinem, et trade eas in tumultum et in rapinam, et lapidentur lapidibus populorum, et confodiantur gladiis eorum. Filios et filias earum interficient, et domus earum igni succendent. Et auferam scelus de terra, et discant omnes mulieres ne faciant secundum scelus earum. Et dabunt scelus vestrum super vos, et peccata ydolorum vestrorum portabitis, et scietis quia ego dominus deus.

Et factum est verbum domini ad me in anno nono, in mense decimo, decima mensis dicens: Fili hominis, scribe nomen diei huius, in qua confirmatus est rex babilonis adversus ierusalem hodie. Et dices per proverbium ad domum irritantem parabolam, et loqueris: Hec dicit dominus deus: Pone ollam, pone inquam, et mitte in eam aquam. Congere frusta eius in eam, omnem partem bonam, femur et armum electum, et ossibus plenam. Pinguissimum pecus assume. Compone quoque struem ossium in ea. Efferbuit coctio eius, et discocta sunt ossa illius in medio eius. Propterea hec dicit dominus deus: Ve civitati sanguinum, olle cuius rubigo in ea est, et rubigo non exivit de ea. Per partes et per partes suas eice eam. Non cecidit super eam sors. Sanguis enim eius in medio eius est. Super limpidissimam petram effudit illum, non effudit illum super terram ut possit operiri pulvere, ut superinducerem indignationem meam, et vindicta ulciscerer. Dedi sanguinem eius super petram limpidissimam ne operiretur. Propterea hec dicit dominus deus: Ve civitati sanguinum, cuius ego faciam grandem pyram. Congere ossa, que igne succendam. Consumentur carnes, et coquetur universa compositio, et ossa contabescent. Pone quoque eam super prunas vacuam ut incalescat et liquefiat es eius, et confletur in medio eius inquinamentum eius, et consumatur rubigo eius. Multo labore sudatum est, et non exivit de ea nimia rubigo eius, neque per ignem. Immundicie eius execrabilis, quia emundare te volui, et non es mundata a sordibus tuis. Sed nec mundaberis prius donec requiescere faciam iram meam in te. Ego dominus locutus sum. Veniet et faciam. Non transeam, nec parcam, nec miserebor. Iuxta vias tuas, et iuxta adinventiones tuas iudicabo te dicit dominus.

Et factum est verbum domini ad me dicens: Fili hominis, ecce ego tollo a te desiderabile oculorum tuorum in plaga, et non planges neque plorabis, neque fluent lacrime tue. Ingemisce tacens, mortuorum luctum non facies. Corona tua circumligata sit tibi, et calciamenta tua erunt in pedibus tuis, nec amictu ora velabis, nec cibos lugentium comedes. Locutus sum ergo ad populum mane, et mortua est uxor mea vespere. Fecique mane sicut preceperat mihi. Et dixit ad me populus: Quare non indicas nobis quid ista significent que tu facis? Sermo domini factus est ad me dicens: Loquere domui israel. Hec dicit dominus deus: Ecce ego polluam sanctuarium meum, superbiam imperii mei, et desiderabile oculorum vestrorum, et super quo pavet anima vestra. Et filii vestri et filie vestre quas reliquistis gladio cadent. Et facietis sicut feci. Ora amictu non velabitis, et cibos lugentium non comedetis. Coronas habebitis in capitibus vestris, et calciamenta in pedibus. Non plangetis neque flebitis, sed tabescetis in iniquitatibus vestris, et unusquisque gemet ad fratrem suum. Eritque ezechiel vobis in portentum. Iuxta omnia que fecit facietis, cum venerit istud, et scietis quia ego dominus deus. Et tu fili hominis, ecce in die qua tollam ab eis fortitudinem eorum et gaudium dignitatis, et desiderium oculorum eorum super quo requiescunt anime eorum, et filios et filias eorum, in die illa cum venerit fugiens ad te ut annunciet tibi, in die inquam illa aperietur os tuum cum eo qui fugerit et loqueris et non silebis ultra, erisque eis in portentum, et scietis quia ego dominus.

Et factus est sermo domini ad me dicens: Fili hominis, pone faciem tuam contra filios ammon, et prophetabis de eis. Et dices filiis ammon: Audite verbum domini dei. Hec dicit dominus deus: Pro eo quod dixisti: euge euge super sanctuarium quia pollutum est, et super terram israel quia desolata est, et super domum iuda quoniam ducti sunt in captivitatem, idcirco ego tradam te filiis orientalibus in hereditatem. Et collocabunt caulas suas in te, et ponent in te tentoria sua. Ipsi comedent fruges tuas, et ipsi bibent lac tuum. Daboque rabbath in habitaculum camelorum, et filios ammon in cubile pecorum. Et scietis quia ego dominus. Quia hec dicit dominus deus: Pro eo quod plausisti manu, et percussisti pede, et gavisa es ex toto affectu super terram israel, idcirco ecce ego extendam manum meam super te, et tradam te in direptionem gentium, et interficiam te de populis, et perdam te de terris, et conteram, et scietis quia ego dominus.

Hec dicit dominus deus: Pro eo quod dixerunt moab et seyr: ecce sicut omnes gentes domus iuda, idcirco ecce ego aperiam humerum moab de civitatibus, de civitatibus inquam eius, et de finibus eius inclitas terre, bethyesimoth, et beelmeon, et cariathaim filiis orientis cum filiis ammon. Et dabo eam in hereditatem, ut non sit ultra memoria filiorum ammon in gentibus. Et in moab faciam iudicia, et scient quia ego dominus. Hec dicit dominus deus: Pro eo quod fecit ydumea ultionem ut se vindicaret de filiis iuda, peccavitque delinquens, et vindictam expetivit de eis, idcirco hec dicit dominus deus: Extendam manum meam super ydumeam, et auferam de ea hominem et iumentum, et faciam eam desertam ab austro, et qui sunt in dedan gladio cadent. Et dabo ultionem meam super ydumeam per manum populi mei israel, et facient in edom iuxta iram meam et furorem meum, et scient vindictam meam dicit dominus deus. Hec dicit dominus deus: Pro eo quod fecerunt palestini vindictam et ulti se sunt toto corde, et toto animo interficientes et implentes inimicicias veteres, propterea hec dicit dominus deus: Ecce ego extendam manum meam super palestinos, et interficiam interfectores, et perdam reliquias maritime regionis. Faciamque in eis ultiones magnas arguens in furore, et scient quia ego dominus cum dedero vindictam meam super eos.

Et factum est in undecimo anno, prima mensis, factus est sermo domini ad me dicens: Fili hominis, pro eo quod dixit tyrus de ierusalem: euge confracte sunt porte populorum, conversa est ad me, implebor deserta est, propterea hec dicit dominus deus: Ecce ego super te tyre, et ascendere faciam ad te gentes multas, sicut ascendit mare fluctuans. Et dissipabunt muros tyri, et destruent turres eius, et radam pulverem eius de ea, et dabo eam in limpidissimam petram. Siccatio sagenarum in medio erit maris, quia ego locutus sum ait dominus deus. Et erit in direptionem gentibus. Filie quoque eius que sunt in agro gladio interficientur, et scient quia ego dominus. Quia hec dicit dominus deus: Ecce ego adducam ad tyrum nabuchodonosor regem babilonis ab aquilone regem regum cum equis et equitibus et curribus et cetu populoque magno. Filias tuas que sunt in agro gladio interficiet, et circumdabit te munitionibus, et comportabit aggerem in giro, et elevabit contra te clipeum. Et vineas et arietes temperabit in muros tuos, et turres tuas destruet in armatura sua. Inundatione equorum eius operiet te pulvis eorum, a sonitu equitum et rotarum et curruum movebuntur muri tui, cum ingressus fuerit portas tuas quasi per introitum urbis dissipate. Ungulis equorum suorum conculcabit omnes plateas tuas. Populum tuum gladio cedet, et statue tue nobiles in terram cadent. Vastabunt opes tuas, diripient negociationes tuas, et destruent muros tuos, et domos tuas preclaras subvertent, et lapides tuos et ligna tua et pulverem tuum in medio aquarum ponent. Et quiescere faciam multitudinem canticorum tuorum, et sonitus cythararum tuarum non audietur amplius. Et dabo te in limpidissimam petram. Siccatio sagenarum eris in medio maris, nec edificaberis ultra, quia ego dominus locutus sum dicit dominus deus.

Hec dicit dominus deus tyro: Numquid non a sonitu ruine tue et gemitu interfectorum tuorum cum occisi fuerint in medio tui commovebuntur insule? Et descendent de sedibus suis omnes principes maris, et auferent exuvias suas, et vestimenta sua varia abicient, et induentur stupore. In terra sedebunt et attoniti super repentino casu tuo ammirabuntur, et assumentes super te lamentum dicent tibi: Quomodo peristi que habitas in mari, urbs inclita, que fuisti fortis in mari cum habitatoribus tuis, quos formidabant universi? Nunc stupebunt naves in die pavoris tui, et turbabuntur insule in mari, eo quod nullus egrediatur ex te. Quia hec dicit dominus deus: Cum dedero urbem desolatam sicut civitates que non habitantur, et adduxero super te abyssum, et operuerint te aque multe, et detraxero te cum his qui descendunt in lacum, ad populum sempiternum, et collocavero te in terra novissima sicut solitudines veteres cum his qui deducuntur in lacum ut non habiteris. Porro cum dedero gloriam tuam in terra viventium, in nichilum redigam te et non eris, et requisita ultra non invenieris in sempiternum dicit dominus deus.

Et factum est verbum domini ad me dicens: Tu ergo fili hominis assume super tyrum lamentum, et dices tyro que habitat in introitu maris, negociationi populorum ad insulas multas: Hec dicit dominus deus: O tyre tu dixisti: Perfecti decoris ego sum, et in corde maris sita. Finitimi tui qui te edificaverunt impleverunt decorem tuum. Abietibus de sanir extruxerunt te cum omnibus tabulatis maris. Cedrum de lybano tulerunt ut facerent tibi malum. Quercus de basan dolaverunt in remos tuos. Monstra tua fecerunt tibi ex ebore indico, et preteriola de insulis italie. Byssus varia de egypto texta est tibi in velum ut poneretur in malo. Iacinctus et purpura de insulis elysa facta sunt operimentum tuum. Habitatores sydonis et aradii fuerunt remiges tui. Sapientes tui tyre facti sunt gubernatores tui. Senes biblii et prudentes eius habuerunt nautas ad ministerium varie suppellectilis tue. Omnes naves maris et naute earum fuerunt in populo negociationis tue. Perses et lidii et libies erant in exercitu tuo viri bellatores tui. Clipeum et galeam suspenderunt in te pro ornatu tuo. Filii aradii cum exercitu tuo erant super muros tuos in circuitu tuo. Sed et pigmei qui erant in turribus tuis, pharetras tuas suspenderunt in muris tuis per girum. Ipsi compleverunt pulchritudinem tuam. Kartaginenses negociatores tui a multitudine cunctarum diviciarum argento, ferro, stanno, plumboque repleverunt nundinas tuas. Grecia, tubal et mosoch ipsi institores tui. Mancipia et vasa erea adduxerunt populo tuo. De domo thogorma equos et equites et

multos adduxerunt ad forum tuum. Filii dedan negotiatores tui. insule multe negotiatio manus tue. Dentes eburneos et hebeninos commutaverunt in pretio tuo. Syrus negotiator tuus propter multitudinem operum tuorum. gemmam. purpuram. et scutulata. et byssum. et sericum. et chodchod. proposuerunt in mercatu tuo. Iuda et terra israhel ipsi institores tui in frumento primo. balsamum et mel et oleum et resinam proposuerunt in nundinis tuis. Damascenus negotiator tuus. in multitudine operum tuorum. in multitudine diversarum opum in vino pingui. in lanis coloris optimi. Dan et grecia et mozel. in nundinis tuis proposuerunt ferrum fabrefactum. stacten et calamum in negotiatione. Dedan institores tui in tapetibus ad sedendum. arabia et universi principes cedar. ipsi negotiatores manus tue cum agnis et arietibus et hedis venerunt ad te. Negotiatores tui cum universis. venditores saba. et reema. ipsi negotiatores tui cum universis primis aromatibus et lapide pretioso et auro quod proposuerunt in mercatu tuo. Aran. et chenne. et eden negotiatores tui. saba. assur. chelmath venditores tui. ipsi negotiatores tui multifariam involucris iacincti et polimitarum gazarumque pretiosarum que obvolute et astricte erant funibus. 7

Cedros quoque habebant in negotiationibus suis. naves maris principes tui in negotiatione tua. Et repleta es et glorificata nimis. in corde maris. In aquis multis adduxerunt te remiges tui. Ventus auster contrivit te. in corde maris. Divitie tue et thesauri tui. et multiplex instrumentum tuum. naute tui. et gubernatores tui qui tenebant supellectilem tuam. et populo tuo qui preerant. viri quoque bellatores tui qui erant in te cum universa multitudine tua que est in medio tui cadent in corde maris in die ruine tue. A sonitu clamoris gubernatorum tuorum conturbabuntur classes. et descendent de navibus suis omnes qui tenebant remum. Naute et universi gubernatores navis in terra stabunt et eiulabunt super te voce magna. et clamabunt amare. et superiacient pulverem capitibus suis. et cinere conspergentur. et radent super te calvitium. et accingentur ciliciis et plorabunt te in amaritudine anime ploratu amarissimo. et assument super te carmen lugubre. et plangent te. Que est ut tyrus que obmutuit in medio maris. Que in exitu negotiationum tuarum de mari implesti populos multos. in multitudine divitiarum tuarum et populorum tuorum ditasti reges terre. Nunc contrita es a mari in profundis aquarum. opes tue. et omnis multitudo tua que erat in medio tui ceciderunt. Universi habitatores insularum obstupuerunt super te. et reges earum omnes tempestate perculsi mutaverunt vultus. negotiatores populorum sibilaverunt super te. Ad nichilum deducta es. et non eris usque in perpetuum. 7

Et factus est sermo domini ad me dicens. Fili hominis. dic principi tyri. Hec dicit dominus deus. Eo quod elevatum est cor tuum. et dixisti deus ego sum. et in cathedra dei sedi in corde maris. cum sis homo et non deus. et dedisti cor tuum quasi cor dei. Ecce sapientior es tu daniele. omne secretum non nostri absconditum a te. In sapientia tua. et prudentia fecisti tibi fortitudinem. et acquisisti aurum et argentum in thesauris tuis. In multitudine sapientie tue. et in negotiatione tua multiplicasti tibi fortitudinem tuam. et elevatum est cor tuum in robore tuo. Propterea hec dicit dominus. Eo quod elevatum est cor tuum quasi cor dei. idcirco ecce ego adducam super te alienos robustissimos gentium. et nudabunt gladios suos super fortitudinem sapientie tue. et polluent decorem tuum. interficient et detrahent te. et morieris in interitu occisorum in corde maris. Numquid loqueris dicens deus ego sum. coram interficientibus te cum sis homo et non deus in manu occidentium te. Morte incircumcisorum morieris in manu alienorum. quia ego locutus sum ait dominus deus. 7

Et factus est sermo domini ad me dicens. Fili hominis. leva planctum super regem tyri. et dices ei. Hec dicit dominus deus. Tu signaculum similitudinis plenus sapientia. et perfectus decore. in deliciis paradisi dei fuisti. Omnis lapis pretiosus operimentum tuum. Sardius. Topazius. et Iaspis. et Crisolitus et Onix et Berillus. Saphirus. et Carbunculus. et Smaragdus. Aurum opus decoris tui. et foramina tua in die qua conditus es preparata sunt. Tu cherub extentus et protegens. et posui te in monte sancto dei. In medio lapidum ignitorum ambulasti. perfectus in viis tuis. a die conditionis tue. donec inventa est iniquitas in te. In multitudine negotiationis tue repleta sunt interiora tua iniquitate et peccasti. et eieci te de monte dei. et perdidi te cherub protegens de medio lapidum ignitorum. Et elevatum est cor tuum in decore tuo. perdidisti sapientiam tuam in decore tuo. In terram proieci te ante faciem regum. dedi te ut cernerent te. In multitudine iniquitatum tuarum. et iniquitate negotiationis tue polluisti sanctificationem tuam. Producam ergo ignem de medio tui qui comedat te. et dabo te in cinerem super terram. in conspectu omnium videntium te. Omnes qui viderint te in gentibus obstupescent super te. Nichil factus es. et non eris in perpetuum. 7

Et factus est sermo domini ad me dicens. Fili hominis. pone faciem tuam contra sydonem. et prophetabis de ea et dices. Hec dicit dominus deus. Ecce ego ad te sydon et glorificabor in medio tui. et scient quia ego dominus cum fecero in ea iudicia. et sanctificatus fuero in ea. Et inmittam ei pestilentiam et sanguinem in plateis eius. et corruent interfecti in medio eius gladio per circuitum. et scient quia ego dominus. Et non erit ultra domui israhel offendiculum amaritudinis et spina dolorem inferens undique per circuitum eorum qui adversantur eis. et scient quia ego dominus deus. Hec dicit dominus deus. Quando congregavero domum israhel de populis in quibus dispersi sunt. sanctificabor in eis coram gentibus. et inhabitabunt in terra sua quam dedi servo meo iacob. et habitabunt in ea securi. et edificabunt domos plantabuntque vineas. et habitabunt confidenter cum fecero iudicia in omnibus qui adversantur eis per circuitum. et scient quia ego dominus deus eorum. 7

In anno x. in decimo mense. undecima die mensis. factum est verbum domini ad me dicens. Fili hominis pone faciem tuam contra pharaonem regem egypti. et prophetabis de eo et de egypto universa. loqueris et dices. Hec dicit dominus deus. Ecce ego ad te pharao rex egypti draco magne qui cubas in medio fluminum tuorum. et dicis. Meus est fluvius. et ego feci memet ipsum. Et ponam frenum in maxillis tuis. et agglutinabo pisces fluminum tuorum squamis tuis. et extraham te de medio fluminum tuorum. et universi pisces tui squamis tuis adherebunt. et proiciam te in desertum. et omnes pisces fluminis tui. Super faciem terre cades. et non colligeris neque congregaberis. Bestiis terre. et volatilibus celi dedi te ad devorandum. et scient omnes habitatores egypti quia ego dominus. Pro eo quod fuisti baculus harundineus domui israhel quando apprehenderunt te manu. et confractus es. et lacerasti omnem humerum eorum. et innitentibus eis super te comminutus es. et dissolvisti omnes renes eorum. Propterea hec dicit dominus deus. Ecce ego adducam super te gladium. et interficiam de te hominem et iumentum. et erit terra egypti in desertum et in solitudinem. et scient quia ego dominus. eo quod dixeris fluvius meus. et ego feci eum. Idcirco ecce ego ad te et ad flumina tua. daboque terram egypti in solitudines gladio dissipatam a turre syenes usque ad terminos ethyopie. Non pertransibit eam pes hominis. neque pes iumenti gradietur in ea. et non habitabitur xl. annis. daboque terram egypti desertam in medio terrarum desertarum. et civitates eius in medio urbium subversarum. et erunt desolate xl. annis. Et dispergam egyptios in nationes. et ventilabo eos in terras. quia hec dicit dominus deus. Post finem xl annorum congregabo egyptum de populis in quibus dispersi fuerant. et reducam captivitatem egypti. et collocabo eos in terra phatures. in terra nativitatis sue. et erunt ibi in regnum humile. et inter regna cetera erit humillima. et non elevabitur ultra super nationes. et imminuam eos ne imperent gentibus. neque erunt ultra domui israhel in confidentia docentes iniquitatem ut fugiant et sequantur eos. et scient quia ego dominus deus.

Et factum est in vicesimo et septimo anno. in primo mense in una mensis. factum est verbum domini ad me dicens. Fili hominis. nabuchodonosor rex babilonis servire fecit exercitum suum servitute magna adversum tyrum. omne caput decalvatum. et omnis humerus depilatus est. et merces reddita non est ei. neque exercitui eius de tyro pro servitute qua servivit mihi adversus eam. Propterea hec dicit dominus deus. Ecce ego dabo nabuchodonosor regem babilonis in terra egypti. et accipiet multitudinem eius. et predabitur manubias eius. et diripiet spolia eius. et erit merces exercitui illius. et operi pro quo adversum eam servivit. et dedi ei terram egypti. pro eo quod laboraverit mihi ait dominus deus. In die illo pullulabit cornu domus israhel. et tibi dabo apertum os in medio eorum. et scient quia ego dominus.

Et factum est verbum domini ad me dicens. Fili hominis. propheta et dic. Hec dicit dominus. Ululate ve ve ve diei. quia iuxta est dies. et appropinquat dies domini. dies nubis. Tempus gentium erit. et veniet gladius in egyptum. et erit pavor in ethyopia. cum ceciderint vulnerati in egypto. et ablata fuerit multitudo illius. et destructa fundamenta eius. Ethyopia et lybia et lidi et omne reliquum vulgus. et chub. et filii terre federis cum eis gladio cadent. Hec dicit dominus deus. Et corruent fulcientes egyptum. et destruetur superbia imperii eius. A turre syenes gladio cadent in ea. ait dominus exercituum. Et dissipabuntur in medio terrarum dissipatarum. et urbes eius in medio civitatum desertarum erunt. et scient quia ego dominus cum dedero ignem in egypto. et attriti fuerint omnes auxiliatores eius. In die illa egredientur nuntii a facie mea in trieribus ad conterendam confidentiam ethyopie. et erit pavor in eis in die egypti. quia absque dubio veniet. Hec dicit dominus deus. Et cessare faciam multitudinem egypti in manu nabuchodonosor regis babilonis. Ipse et populus eius cum eo. fortissimi gentium adducentur ad disperdendam terram. et evaginabunt gladios suos super egyptum. et implebunt terram interfectis. et faciam alveos fluminum aridos. et tradam terram in manu pessimorum. et dissipabo terram et plenitudinem eius. in manu alienorum. Ego dominus locutus sum. Hec dicit dominus deus. Et disperdam symulachra et cessare faciam ydola de memphis. et dux de terra egypti non erit amplius. Et dabo terrorem in terra egypti. et disperdam terram phatures. et dabo ignem in taphnis. et faciam iudicia in alexandria. et effundam indignationem meam super pelusium robur egypti. et interficiam multitudinem alexandrie. et dabo ignem in egypto. Quasi parturiens dolebit pelusium. et alexandria erit dissipata. et in memphis angustie cotidiane. Iuvenes heliopoleos et bubasti gladio cadent. et ipse captive ducentur. et in taphnis nigrescet dies. cum contrivero sceptra egypti. et defecerit in ea superbia potentie eius. Ipsam nubes operiet. filie autem eius in captivitatem ducentur et faciam iudicia in egypto. et scient quia ego dominus. 7

Et factum est in xi. anno in primo mense in septima mensis. factum est verbum domini ad me dicens. Fili hominis. brachium pharao regis egypti confregi. et ecce non est obvolutum ut restitueretur ei sanitas. ut ligaretur pannis. et fasciaretur linteolis. et recepto robore posset tenere gladium. Propterea hec dicit dominus deus. Ecce ego ad pharao regem egypti. et comminuam brachium eius forte sed confractum. et deiciam gladium de manu eius. Et dispergam in gentibus et ventilabo eos in terris. Et confortabo brachium regis babilonis. daboque gladium meum in manu eius. et confringam brachia pharaonis et gement gemitibus interfecti coram facie eius. Et confortabo brachia regis babilonis. et brachia pharaonis concident. et scient quia ego dominus cum dedero gladium meum in manu regis babilonis. et extenderit eum super terram egypti. Et dispergam egyptum in nationes et ventilabo eos in terras. et scient quia ego dominus. 7

Et factum est in xi anno. tertio mense una mensis. factum est verbum domini ad me dicens. Fili hominis. dic pharaoni regi egypti. et populo eius. Cui similis factus es in magnitudine tua? Ecce assur quasi cedrus in lybano pulcher ramis et frondibus nemorosus excelsusque altitudine et inter condensas frondes elevatum est cacumen eius. Aque nutrierunt illum. abyssus exaltavit eum. Flumina eius manabant in circuitu radicum eius. et rivos suos emisit ad universa ligna regionis. Propterea elevata est altitudo eius super ligna regionis. et multiplicata sunt arbusta eius. et elevati sunt rami eius pre aquis multis. Cumque extendisset umbram suam. in ramis eius fecerunt nidos omnia volatilia celi. et sub frondibus eius genuerunt bestie saltuum et sub umbraculo illius habitabat cetus gentium plurimarum. eratque pulcherrimus in magnitudine sua. et in dilatatione arbustorum suorum. Erat enim radix illius iuxta aquas multas. Cedri non fuerunt altiores illo in paradyso dei. abietes non ad

equauerunt summitatē ei. & platani n̄ fuerunt eque
frondib: illius. Omne lignum paradisi dī non ē assimilatum
illi. & pulchritudini ei. qm̄ speciosum feci eum. & multis ɔ
densisq: frondib: & emulata sunt eum omnia ligna uolupta
tis. que erant in paradiso dī. Propterea hec dicit dominꝰ deus.
Pro eo qd̄ sublimat es in altitudine. & dedit summitatē suā uire
tem atq; condensam. & eleuatum ē cor eius in altitudine sua.
tradidi eum in manu fortissimi gentium. faciens faciet ei iuxta
impietatē ei. eieci eum. & succident eum alieni & crudelis
simi nationum. & proicient eum sup montes. Et in cunctis co
uallib: corruent rami eius. & confringentur arbusta ei. in
uniu̾sis rupib: tr̄e. & recedent de umbraculo ei omīs ppli
tr̄e. & relinquent eum. In ruina ei habitauerunt omnia uola
tilia celi. & in ramis ei fuerunt uniu̾se bestie regionis. Quam
obrem non eleuabunt in altitudine sua omnia ligna aquarū
neq; ponent sublimitatē suā int̄ nemorosa atq; frondosa
nec stabunt in sublimitate eoꝝ omnia que irrigant aquis
quia omnes traditi sunt ad mortē. ad terrā ultimā filioꝝ
hominum in medio. ad eos qui descendunt in lacum. Hec
dicit dominus ds. In die quando descendit ad inferos in
duxi luctum. opui eum abysso. & phibui flumina ei. & co
ercui aquas multas. Contristat est sup eum lybanus. 7 oīa
ligna agri concussa sc̄. a sonitu ruine eius commoui gēts.
cum deducerē eum ad infernum cū his q descendebant
in lacum. & consolata sunt in tr̄a infima omnia ligna
uoluptatis egregia atq; pclara in lybano uniu̾sa que ir
rigabant aquis. Nam & ipsi cum eo descendent ad infer
num ad int̄fectos gladio. & brachium uniꝰcuiq; sedebit
sub umbraculo eius in medio nationū. Cui assimilat es
o inclite atq; sublimis int̄ ligna uoluptatis. Ecce
deductus es cum lignis uoluptatis ad tr̄am ultimā ī me
dio incircumcisoꝝ dormies. cum his qui int̄fecti sunt
gladio. Ipse ē pharao & omnis multitudo ei dic dn̄s. 7
Et factum est in xii anno. in mense xii. in una mensis.
factum ē uerbum domini ad me dicēs. Fili hominis. assume
lamentum sup pharao regē egypti. & dices ad eum. Leoni
gentium assimilat es. & draconi qui est in mari. Et
uentilabas cornu in fluminib: tuis. & conturbabas aqs
pedib: tuis. & conculcabas flumina eoꝝ. Ppterea hec dic
dominus ds. Expandam sup te rete meū in multitudine
pploꝝ multoꝝ. & extraham te in sagena mea. & piciā
te sup faciē agri. abiciam te. & habitare faciā sup te omīa
uolatilia celi. & saturabo de te uniu̾sas bestias terre. 7 da
bo carnes tuas sup montes. & implebo colles tuos sanie
tua. & irrigabo terrā fetore sanguinis tui sup montes.
& ualles implebuntur ex te. & operiam cum extinctus fueris
celos. & nigrescere faciam stellas eius. Solem nube tegā.
& luna non dabit lum̄ suum. Omnia luminaria celi me
rere faciam sup te. & dabo tenebras sup tr̄am tuā dicit
dominus ds. cum ceciderint uulnerati in medio tr̄e. dic
dn̄s ds. & irritabo cor pploꝝ multoꝝ cum induxero contri
tione tuā in gentib: sup tr̄am quas nescis. & stupescere fa
ciā sup te populos multos. & reges eoꝝ horrore nimio for
midabunt sup te. ppt̄ innumeras iniquitates tuas qs
operatus es. cum uolare cepit gladius meus sup facies eoꝝ.
& obstupescent repente singuli p anima sua in die ruine
sue. quia hec dicit dominus ds. Gladii regis babilonis
ueniet tibi. in gladiis fortium deiciam multitudinē tuā. In
expugnabiles omīs gentes he. & uastabunt supbiā egypti. &
dissipabitur multitudo eius. & pdam omnia iumenta eius. q
erant sup aquas plurimas. & non conturbabit eas pes ho
minis ultra. neq; ungula iumentoꝝ turbabit eas. Tunc
purissimas reddā aquas eoꝝ. & flumina eoꝝ q̄si oleū ad
ducam ait dominus ds. cum dedero tr̄am egypti desolatā.
Deseretur aūt tr̄a a plenitudine ei. quando pcussero omnes
habitatores ei. & scient quia ego dominus. Planctus ē.
& plangent eum. Filie gentium plangent eum. sup egy
ptum & sup multitudinem ei. plangent ait dn̄s ds. 7
Et factum est in xii. anno in quinta decima mensis. factū est
uerbum domini ad me dicēs. Fili hominis. cane carmē lu
gubre sup multitudine egypti. & detrahe eā ipsā 7 filias
gentium robustarum ad terrā ultimā cū his qui descen
dunt in lacum. Que pulchrior es descende & dormi cū
incircumcisis. In medio int̄fectoꝝ gladio cadent. & gladi
datus est. attraxerunt eum. & omīs ppli ei. Loquentur ei
potentissimi robustoꝝ de medio inferni. q cū auxiliatorib:
eius descenderē. & dormierē incircūcisi cū int̄fectis gla
dio. Ibi assur & omnis multitudo ei. in circuitu ei sepul
chra eius. omīs int̄fecti & q ceciderē gladio. quoꝝ sepulchrā
data sunt in nouissimis laci. & facta ē multitudo ei p gi
rum sepulchri eius uniu̾si int̄fecti cadentesq: gladio
qui dederant qndā formidinem in tr̄a uiuentium. Ibi
helam & omnis multitudo ei p girum sepulchri sui
omīs int̄fecti cadentesq: gladio qui descenderē incircū
cisi ad tr̄am ultimā qui posuere terrorem suū in tr̄a uiuentiū
& portauerē ignominiā suam cum his q descenderē
in lacum. In medio int̄fectoꝝ posuerunt cubile suū.
in uniu̾sis pplis eius. In circuitu eius sepulchrū illius.
Omnes hi incircūcisi & int̄fecti gladio. Dederant
enim terrorem in tr̄a uiuentiū. & portauerē ignominiā
suam cū his q descendunt ī lacum. In medio int̄fectoꝝ
positi sunt. ibi mosoch & tubal. & omnis multitu
do eius. In circuitu ei sepulchrum ei. Omīs hi incircū
cisi int̄fectiq: & cadentes gladio quia dederē formi
dine sua in terra uiuentium. & dormierē cū fortib: ca
dentib:q: & incircūcisis q descenderē ad infernū cū ar
mis suis. & posuerunt gladios suos sub capitib: suis. &
fuerunt iniquitates eoꝝ in ossib: eoꝝ. quia terror facti sūt
in tr̄a uiuentium. Et tu ergo in medio incircumcisoꝝ contereris.
& dormies cū int̄fectis gladio. Ibi ydumea & reges eius
omīs duces ei qui dati sc̄ cum exercitu suo cū int̄fectis gladio
& q cū incircumcisis dormierunt. & cū his q descenderē ī
lacum. Ibi principes aquilonis omīs. & uniu̾si uenatores q de
ducti sunt cum int̄fectis pauentes. & in sua fortitudine con
fisi. q dormierē incircūcisi cū int̄fectis gladio. & portauerūt
confusionē suā cum his q descenderunt in lacū. Vidit eos

pharao & consolat est sup uniu̾sa multitudine sua. que
int̄fecta ē gladio. & portauerē confusionē suā cū his qui
descenderunt in lacum. pharao & omnis exercit ei ait dominꝰ
ds. quia dedit terrorem eius in tr̄a uiuentium. Et dormiuit ī
medio incircumcisoꝝ cum int̄fectis gladio pharao & omnis
multitudo eius. ait dominus ds. 7
Et factum est uerbum domini ad me dicēs. Fili hominis. loquere
ad filios ppli tui. & dices ad eos. Terra cum induxero sup eā
gladium. & tulerit ppls tr̄e uirum unū de nouissimis suis
& constituerit eum sup se speculatorē & ille uiderit gladiū
uenientē sup tr̄am. & cecinerit bucina & annuntiauerit po
pulo. audiens aūt quisquis ille est sonitum bucine n̄ obseruauerit
uenerit q; gladius & tulerit eum. sanguis ipsi sup caput ei erit.
Sonum bucine audiuit & n̄ se obseruabit. sanguis ei in ipso
erit. si aūt se custodierit animā suā saluabit. Quod si specu
lator uiderit gladium uenientē & n̄ insonuerit bucina. & ppls
n̄ se custodierit. uenerit q; gladius & tulerit de eis animam.
ille quidem in iniquitate captus est. sanguinē aūt ei de manu
speculatoris requiram. Et tu fili hominis speculatorē dedi te
domui isrl̄. Audiens ergo ex ore meo sermonē. annuntiabis eis
ex me. Si me dicente ad impiū morte morieris n̄ fueris locutus
ut se custodiat impius a uia sua. ipse impius in iniquitate sua
morietur. sanguinē aūt ei de manu tua requirā. Si aūt annun
tiante me ad impium ut a uiis suis conuertatur. non fuerit con
uersus a uia sua. ipse in iniquitate sua morietur. porro tu ani
mam tuā liberasti. Tu ergo fili hominis dic ad domum isrl̄.
sic locuti estis dicentes. Iniquitates nr̄e & peccata nr̄a sup
nos sunt. & in ipsis nos tabescimus. Quomodo ergo uiuere
poterimus. Dic ad eos. Viuo ego dicit dominꝰ ds. nolo mor
tem impii. sed ut conuertatur impius a uia sua mala & uiuat.
Conuertimini a uiis uris pessimis. Et quare moriemini domꝰ
isrl̄. Tu itaq: fili hominis dic ad filios ppli tui. Iustitia
iusti non liberabit eum. in quacumq: die peccauerit. & impietas
impii non nocebit ei. in quacumq: die conuersus fuerit ab impie
tate sua. & iustus non poterit uiuere in iustitia sua in quacūq:
die peccauerit. etiā si dixero iusto qd̄ uita uiuat. & confisus ī
iustitia sua fecerit iniquitatē. omīs iustitie ei obliuioni tradentur.
& in iniquitate sua quā opatus est in ipsa morietur. Si aūt dixe
ro impio morte morieris. & egerit penitentiā a peccato suo.
feceritq: iudicium & iustitiā. pignus restituerit ille impius. ra
pinā q; reddiderit. in mandatis uite ambulauerit. nec fecerit
quicquā iniustum. uita uiuet & n̄ morietur. Omnia peccata eius
que peccauit n̄ imputabuntur ei. & iudicium & iustitiā fecit
uita uiuet. Et dixerunt filii ppli mei. Non est equi ponde
ris uia domini. & ipsoꝝ uia iniusta est. Cum enim recesse
rit iustus a iustitia sua. feceritq: iniquitates morietur in eis.
& cum recesserit impius ab impietate sua. feceritq: iudicium
& iustitiā. uiuet in eis. Et dicitis. Non est recta uia dn̄i.
Vnumquemq: iuxta uias suas iudicabo de uobis domus isrl̄. 7
Et factum est in xii anno. in x mense in quinta mensis transmigra
tionis nr̄e. uenit ad me qui fugerat de hierlm̄ dicēs. Vastata ē
ciuitas. Manus aūt domini facta fuerat ad me uespe antequā
ueniret qui fugerat. apuitq: os meū donec ueniret ad me
mane. & apto ore meo non silui amplius. Et factū est uer
bum domini ad me dicens. Fili hominis qui habitant ī ruino
sis sup humum isrl̄. loquentes aiunt. Vnus erat abrahā. &
hereditate possedit tr̄am. nos aūt sumus multi. nob data est
tr̄a in possessionem. Idcirco dices ad eos. Hec dic dominꝰ ds.
Qui in sanguine comeditis. & oculos uros leuatis ad inmun
ditias uras. & sanguinem funditis. numquid tr̄am hereditate
possidebitis. Stetistis in gladiis uris. fecistis abhomina
tiones. & unusquisq: uxorem pximi sui polluit. & tr̄am he
reditate possidebitis. Hec dices ad eos. Sic dicit dominꝰ
ds. Viuo ego. quia q in ruinosis habitant gladio cadent. &
qui in agro est bestiis tradetur ad deuorandum. qui aūt in psi
diis & in speluncis sunt. peste morientur. Et dabo tr̄am in so
litudinē & desertum. & deficiet supbia & fortitudo ei. &
desolabuntur montes isrl̄. eo qd̄ nullus est q per eos transeat.
& scient quia ego dominꝰ cū dedero tr̄am eoꝝ desolatā & desertā
ppt uniu̾sas abhominationes suas quas opati sc̄. Et tu fili
hominis filii ppli tui qui locuntur de te iuxta muros & in ostiis
domoꝝ. & dicunt unusquisq: ad alterū. uir ad pximū suum
loquentes. uenite & audiamus quis sit sermo egrediens a
domino. & ueniunt ad te quasi si ingrediatur ppls. & sedent
corā te ppli mei. & audiunt sermones tuos & nō faciunt eos.
quia in canticum oris sui uertunt illos. & auaritiā sequitur cor
eoꝝ. & est eis quasi carmen musicum. qd̄ suaui dulciq: sono
canitur. & audiunt uerba tua & n̄ faciunt ea. & cū uenerit
qd̄ pdictum est. ecce enim uenit tunc scient qd̄ pphes fuerit int̄ eos. 7
Et factum est uerbum domini ad me dicēs. Fili hominis. ppha de
pastorib: isrl̄. ppha & dices pastorib: Hec dicit dominus ds.
Ve pastorib: isrl̄. qui pascebant semet ipsos. Nonne greges
pascuntur a pastorib: Lac comedebatis & lanis operiebamini
& qd̄ crassum erat occidebatis. gregē aūt meū nō pascebatis. Qd̄
infirmum fuit n̄ consolidastis. & qd̄ egrotum non sanastis.
Qd̄ fractum ē n̄ alligastis. & qd̄ abiectum ē n̄ reduxistis. Qd̄
perierat n̄ quesistis. sed cum austeritate imperabatis eis. & cū
potentia. & dispse sunt oues mee eo qd̄ non eet pastor: &
facte sunt ad deuorandū omnium bestiarū agri & dispse sc̄.
Errauerunt greges mei ī cunctis gentib: & in uniu̾so colle ex
celso. & sup omnē faciē tr̄e dispsi sunt greges mei. & n̄ erat
qui requireret. n̄ erat inquā qui requireret. Ppterea pasto
res audite uerbum domini. Viuo ego dicit dominus ds. qa
pro eo qd̄ facti sunt greges mei in rapinam. & oues mee in deuora
tionem omnium bestiarū agri eo qd̄ non eet pastor: neq; enī
quesierunt pastores gregē meum. sed pascebant pastores semet
ipsos. & greges meos non pascebant. ppterea pastores audite uer
bum domini. Hec dicit dominus ds. Ecce ego ipse sup pasto
res requirā gregem meū de manu eoꝝ. & cessare eos faciam ut
ultra n̄ pascant gregē nec pascant pastores semet ipsos. & libe
rabo gregē meum de manu ipsoꝝ. & n̄ erit eis ultra in escā. quia
hec dicit dominus ds.
Ecce ego ipse requiram oues meas & uisitabo eas. sic uisitat pa
stor gregem suum. in die quando fuerit in medio ouiū suarū
dissipatarum. sic uisitabo oues meas. & liberabo eas de omnib:
locis in quib: dispse fuerant in die nubis & caliginis. Et edu

cam eas de populis & congregabo eas de terris. & inducam eas in
terram suam. & pascam eas in montibus israhel. in riuis & in cunctis
sedibus terre. In pascuis uberrimis pascam eas. & in montibus israhel ex
celsis erunt pascue earum. Ibi requiescent in herbis uirentibus. et
in pascuis pinguibus pascentur super montes israhel. Ego pascam oues
meas. & ego eas accubare faciam. dicit dominus deus. Quod perierat re
quiram. & quod abiectum erat reducam. & quod confractum fuerat alliga
bo. & quod infirmum fuerat consolidabo. & quod pingue &
forte custodiam. & pascam illas in iudicio. Vos autem greges mei
hec dicit dominus deus. Ecce ego iudico inter pecus & pecus arie
tum & hyrcorum. Nonne satis erat pascua bona depasci.
Insuper & reliquias pascuarum conculcabatis pedibus uestris. et cum
purissimam aquam biberetis. reliquam pedibus uestris turbabitis. et
oues mee his que conculcata pedibus uestris fuerant pascebantur.
& que pedes uestri turbauerant hec bibebant.
Propterea hec dicit dominus deus ad uos. Ecce ego ipse iudico inter
pecus pingue & macilentum. Pro eo quod lateribus & humeris
impingebatis. & cornibus uestris uentilabatis omnia infirma pe
cora donec dispergerentur foras. saluabo gregem meum. & non erit
ultra in rapinam. & iudicabo inter pecus & pecus. & suscita
bo super eas pastorem unum qui pascat eas seruum meum dauid.
Ipse pascet eas. & ipse erit eis in pastorem. ego autem dominus
ero eis in deum. & seruus meus dauid princeps in medio eorum.
Ego autem dominus locutus sum. Et faciam cum eis pactum
pacis. & faciam cessare bestias pessimas de terra. & qui habi
tant in deserto securi dormient in saltibus. & ponam eas in cir
cuitu collis mei benedictionem. & deducam ymbrem in tempore
suo. Pluuie benedictionis erunt. & dabit lignum agri fru
ctum suum. & terra dabit germen suum. & erunt in terra sua
absque timore. & scient quia ego dominus cum contriuero
cathenas iugi eorum. & eruero eos de manu imperantium sibi.
& non erunt ultra in rapinam gentibus. neque bestie terre deuora
bunt eos. sed habitabunt confidenter absque ullo terrore. Et
suscitabo eis germen nominatum. & non erunt ultra imminuti
fame in terra. neque portabunt amplius obprobria gentium. &
scient quia ego dominus deus eorum cum eis. & ipsi populus meus domus
israhel ait dominus deus. Vos autem greges mei. greges pascue mee
homines estis. & ego dominus deus uester. dicit dominus. et
Et factus est sermo domini ad me dicens. Fili hominis. pone fa
ciem tuam ad montem seyr. & prophetabis de eo. & dices illi.
Hec dicit dominus deus. Ecce ego ad te mons seyr. & exten
dam manum meam super te. & dabo te desolatum atque desertum.
Vrbes tuas demoliar. & tu desertus eris. & scies quia ego
dominus. pro eo quod fueris inimicus sempiternus & concluse
ris filios israhel in manus gladii in tempore afflictionis eorum
in tempore iniquitatis extreme. Propterea uiuo ego
dicit dominus deus. quoniam sanguini tradam te. & sanguis te perse
quetur. & cum sanguinem oderis. sanguis persequetur te. Et da
bo montem seyr desolatum. & desertum. & auferam de eo euntem
& redeuntem. & implebo montes eius occisorum suorum. In collibus
tuis & in uallibus tuis atque in torrentibus interfecti gladio cadent.
In solitudines sempiternas tradam te. & ciuitates tue non ha
bitabuntur. & scietis quoniam ego dominus deus. eo quod dixeris due
gentes & due terre mee erunt. & hereditate possidebo eas.
cum dominus esset ibi. Propterea uiuo ego dicit dominus deus. quia
faciam iuxta iram tuam. & secundum zelum tuum quem fecisti odio
habens eos. & notus efficiar per eos cum te iudicauero. et scies
quia ego dominus. Audiui uniuersa obprobria tua que locutus es de
montibus israhel dicens. deserti dati sunt nobis ad deuorandum.
& insurrexistis super me ore uestro derogastis aduersum me. Ver
ba uestra ego audiui. Hec dicit dominus deus. Letante uniuersa
terra in solitudinem te redigam. Sicut gauisus es super hereditatem
domus israhel. eo quod fuerit dissipata. sic faciam tibi. Dissipatus
eris mons seyr. & omnis ydumea. & scient quia ego dominus.
Tu autem fili hominis propheta super montes israhel dicens. Montes
israhel audite uerbum domini. Hec dicit dominus deus. Eo quod
dixerit inimicus de uobis. euge altitudines sempiterne in here
ditatem date sunt nobis. propterea uaticinare & dic.
Hec dicit dominus deus. Pro eo quod desolati estis & conculcati
per circuitum. & facti in hereditatem reliquis gentibus. & ascendis
tis super labium lingue. & obprobrium populi. propterea montes israhel
audite uerbum domini dei. Hec dicit dominus deus montibus &
collibus torrentibus uallibusque. & desertis parietibus & urbibus
derelictis que depopulate sunt & subsannate a reliquis gen
tibus per circuitum. Propterea hec dicit dominus deus. quoniam in igne ze
li mei locutus sum. de reliquis gentibus & de ydumea uniuersa
qui dederunt terram meam sibi in hereditatem cum gaudio &
toto corde & ex animo. & eiecerunt eam ut uastarent. Ideo
uaticinare super humum israhel. & dices montibus & collibus iugis
& uallibus. Hec dicit dominus deus. Ecce ego in zelo meo &
in furore meo locutus sum. eo quod confusionem gentium sustinu
eritis. Idcirco hec dicit dominus deus. Ecce leuaui manum meam
ut gentes que in circuitu uestro sunt ipse confusionem suam portent.
uos autem montes israhel ramos uestros germinetis. & fructum uestrum
afferatis populo meo israhel. Prope est ut ueniat quia ecce ego
ad uos. & conuertar ad uos & arabimini. & accipietis semen
tem. & multiplicabo in uobis homines. omnemque domum israhel.
& inhabitabuntur ciuitates. & ruinosa instaurabuntur. & re
plebo uos hominibus & iumentis. & multiplicabuntur et crescent
& habitare uos faciam sicut a principio. bonisque donabo ma
ioribus quam habuistis ab initio. & scietis quia ego dominus.
Et adducam super uos homines populum meum israhel. & heredi
tate possidebunt. & eris eis in hereditatem. & non addes ultra
ut absque eis sis. Hec dicit dominus deus. Pro eo quod dicunt de
uobis. deuoratrix hominum es. & suffocans gentem tuam. propter
ea homines non comedes amplius & gentem tuam non necabis
ultra ait dominus deus. nec audiri faciam in te amplius confu
sionem gentium & obprobrium populorum nequaquam portabis. et gen
tem tuam non amittes amplius. ait dominus deus. et
Et factum est uerbum domini ad me dicens. Fili hominis. domus
israhel habitauerunt in humo sua. & polluerunt eam in uiis suis
& in studiis suis iuxta inmunditiam menstruate facta est uia
illorum coram me. & effudi indignationem meam super eos. pro sanguine
quem effuderunt super terram. & in ydolis suis polluerunt eam. et dispersi
sunt in gentes. & uentilati sunt in terras. Iuxta uias eorum & ad
inuentiones iudicaui illos. Et ingressi sunt ad gentes ad quas

introierunt & polluerunt nomen sanctum meum cum diceretur de
eis populus domini est iste. & de terra eius egressi sunt. et peperci
nomini sancto meo. quod polluerat domus israhel in gentibus ad quas
ingressi sunt. Idcirco dices populo israhel. Hec dicit dominus deus.
Non propter uos faciam ego domus israhel. sed propter nomen sanctum meum
quod polluistis in gentibus ad quas intrastis. & sanctificabo
nomen meum magnum quod pollutum est inter gentes. quod pol
luistis in medio earum. ut sciant gentes quia ego dominus
ait dominus exercituum. cum sanctificatus fuero in uobis
coram eis. Tollam quippe uos de gentibus & congrega
bo uos de uniuersis terris. & adducam uos in terram uestram. & ef
fundam super uos aquam mundam. & mundabimini ab omnibus
inquinamentis uestris. & ab uniuersis ydolis uestris mundabo uos.
& dabo uobis cor nouum. & spiritum nouum ponam in medio uestri.
Et auferam cor lapideum de carne uestra. & dabo uobis cor
carneum. & spiritum meum ponam in medio uestri. Et faciam ut in pre
ceptis meis ambuletis. & iudicia mea custodiatis et operemini.
Et habitabitis in terra quam dedi patribus uestris. & eritis michi
in populum. & ego ero uobis in deum. Et saluabo uos ex uniuersis
inquinamentis uestris. & uocabo frumentum & multiplicabo illud.
& non ponam in uos famem. & multiplicabo fructum ligni. &
germina agri. & non portetis ultra obprobrium famis in gentibus.
Et recordabimini uiarum uestrarum pessimarum. studiorumque non
bonorum. & displicebunt uobis iniquitates uestre. & scelera uestra. Non
propter uos ego faciam ait dominus deus. notum sit uobis. Confundi
mini & erubescite super uiis uestris domus israhel. Hec dicit dominus
deus. In die qua mundauero uos ex omnibus iniquitatibus uestris
& habitare fecero urbes. & instaurauero ruinosa. & terra
deserta fuerit exculta. que quondam erat desolata in oculis omnis
uiatoris. dicent. Terra inculta facta est ut hortus uoluptatis.
& ciuitates deserte & destitute atque suffosse munite sederunt.
Et scient gentes quecumque derelicte fuerint in circuitu uestro
quia ego dominus edificaui dissipata. plantauique inculta.
ego dominus locutus sum & fecerim.
Hec dicit dominus. Adhuc in hoc inuenient me domus israhel
ut faciam eis. Multiplicabo eos sicut gregem hominum. ut gre
gem sanctum. ut gregem hierusalem in sollempnitatibus eius. Sic erunt
ciuitates deserte plene gregibus hominum. & scient quia ego
dominus. Facta est super me manus domini. & eduxit me in
spiritu domini. & dimisit me in medio campi qui erat plenus
ossibus. & circumduxit me per ea in giro. Erant autem multa ualde
super faciem campi. siccaque uehementer. Et dixit ad me. Fili ho
minis. putasne uiuent ossa ista. Et dixi. Domine deus tu
nosti. Et dixit ad me. Vaticinare de ossibus istis. & dices eis.
Ossa arida audite uerbum domini. Hec dicit dominus deus
ossibus his. Ecce ego intromittam in uos spiritum & uiuetis. &
dabo super uos neruos. & succrescere faciam super uos carnes.
& superextendam in uobis cutem. & dabo uobis spiritum & uiuetis.
& scietis quia ego dominus. Et prophetaui sicut preceperat michi.
Factus est autem prophetante me. & ecce commotio. & accesserunt
ossa ad ossa. unumquodque ad iuncturam suam. Et uidi et ecce
super ea nerui & carnes ascenderunt. & extensa est in eis cutis
desuper. Et spiritum non habebant. Et dixit ad me. Vaticinare
ad spiritum. uaticinare fili hominis. & dices ad spiritum. Hec dicit dominus
deus. A quatuor uentis ueni spiritus. & insuffla super interfectos istos. et
reuiuiscant. Et prophetaui sicut preceperat michi. Et ingressus est
in ea spiritus. & uixerunt. steteruntque super pedes suos. exercitus
grandis nimis ualde. Et dixit ad me. Fili hominis. ossa hec
uniuersa domus israhel est. Ipsi dicunt. Aruerunt ossa nostra et periit
spes nostra. & abscisi sumus. Propterea uaticinare & dices ad eos.
Hec dicit dominus deus. Ecce ego aperiam tumulos uestros. &
educam uos de sepulchris uestris populus meus. & inducam uos in
terram israhel. & scietis quia ego dominus cum aperuero sepulchra
uestra. & eduxero uos de tumulis uestris populus meus. & dedero spiritum
meum in uobis. & uixeritis. Et requiescere uos faciam super
humum uestram. & scietis quia ego dominus locutus sum &
feci. ait dominus deus.
Et factus est sermo domini ad me dicens. Et tu fili hominis su
me tibi lignum unum. & scribe super illud iude & filiorum israhel &
sociis eius. & tolle lignum alterum & scribe super illud ioseph
lignum effraim & cuncte domus israhel sociorumque eius. & adiun
ge illa unum ad alterum tibi in lignum unum. & erunt in unionem
in manu tua. Cum autem dixerint ad te filii populi tui loquentes
nonne indicas nobis quid in his tibi uelis. loqueris ad eos. Hec
dicit dominus deus. Ecce ego assumam lignum ioseph quod est in
manu effraim. & tribus israhel que iuncte sunt ei. & dabo eas
pariter cum ligno iuda. & faciam eas in lignum unum. et erunt
unum in manu eius. Erunt autem ligna super que scripseris in ma
nu tua in oculis eorum. & dices ad eos. Hec dicit dominus deus.
Ecce ego assumam israhel de medio nationum ad quas abierunt
& congregabo eos undique & adducam eos ad humum suam.
50. & faciam eos gentem unam in terra israhel. & rex unus erit omnibus
imperans. & non erunt ultra due gentes. nec diuidentur amplius in
duo regna. neque polluentur ultra in ydolis suis. & abhomi
nationibus suis. & in cunctis iniquitatibus suis. & saluos eos
faciam de uniuersis sedibus suis in quibus peccauerunt. & emun
dabo eos. & erunt michi populus. & ego eis ero deus. & seruus meus
dauid rex super eos. pastor erit unus omnium eorum. In iudiciis
meis ambulabunt. & mandata mea custodient. & facient ea.
& habitabunt super terram quam dedi seruo meo iacob. in qua habi
tauerunt patres uestri. & habitabunt super eam ipsi & filii eorum. &
filii filiorum eorum usque in sempiternum. & dauid seruus meus princeps
eorum in perpetuum. Et percutiam cum illis fedus pacis. pactum
sempiternum erit eis. Et fundabo eos & multiplicabo. &
dabo sanctificationem meam in medio eorum in perpetuum. & erit taber
naculum meum in eis. & ero eis deus. & ipsi erunt michi populus. & scient
gentes quia ego dominus sanctificator israhel. cum fuerit sanctificatio
mea in medio eorum in perpetuum. et
Et factus est sermo domini ad me dicens. Fili hominis. pone fa
ciem tuam contra gog. & terram magog principem capitis mo
soch & thubal. & uaticinare de eo. & dices ad eum. Hec dicit
dominus deus. Ecce ego ad te gog principem capitis mosoch &
thubal. & circumagam te. & ponam frenum in maxillis tuis. &
educam te & omnem exercitum tuum. equos & equites uestitos
loricis uniuersos. multitudinem magnam. hastam & clypeum arri
pientium & gladium. Perse. ethyopes. & libies cum eis omnes

scutata et galeati. gomer et universa agmina eius. domus tho-
gorma. latera aquilonis et totum robur eius populique multi
tecum. Prepara et instrue te. et omnem multitudinem tuam que
tecum coacervata est ad te. et esto eis in preceptum. Post dies autem
multos visitaberis in novissimo annorum. venies ad terram que
reversa est a gladio congregata de populis multis ad montes
israhel. qui fuerunt deserti iugiter. Hec de populis educta est. et
habitaverunt in ea confidenter universi. Ascendens autem quasi
tempestas venies. et quasi nubes ut operias terram tu et omnia
agmina tua. et populi multi tecum. Hec dicit dominus deus.
In die illa ascendent sermones super cor tuum. et cogitabis
cogitationem pessimam et dices. Ascendam ad terram absque
muro. vectes et porte non sunt eis. ut diripias spolia et i-
nvadas predam. ut inferas manum tuam super eos. qui deserti fue-
rant et postea restituti et super populum qui est congregatus ex
gentibus: qui possidere cepit et esse habitator umbilici
terre. Saba et dedan. et negociatores tharsis. et omnes
leones eius dicent tibi. Numquid ad sumenda spolia tu venis.
Ecce ad diripiendam predam congregasti multitudinem tuam.
ut tollas argentum et aurum auferas supellectilem atque
substantiam. et diripias manubias infinitas.

Propterea vaticinare fili hominis. et dices ad gog. Hec dicit
dominus deus. Numquid non in die illo cum habitaverit populus
meus israhel confidenter scies et venies de loco tuo a lateribus aqui-
lonis tu et populi multi tecum ascensores equorum universi cetus
et exercitus vehemens. Et ascendes super populum meum israhel
quasi nubes ut operias terram. In novissimis diebus eris. et ad-
ducam te super terram meam. ut sciant gentes me cum sanctificatus
fuero in te. in oculis eorum o gog. Hec dicit dominus deus. Tu ergo
ille es de quo locutus sum in diebus antiquis. in manu servorum
meorum prophetarum israhel qui prophetaverunt in diebus temporum illorum
ut adducerem te super eos. Et erit in die illa in die adventus
gog super terram israhel ait dominus deus. ascendet indignatio
mea in furore meo. et in zelo meo. In igne ire mee locutus sum
quia in die illa erit commotio magna super terram israhel. et commo-
vebuntur a facie mea pisces maris. et volucres celi et bestie agri
et omne reptile quod movetur super humum. cunctique homines
qui sunt super faciem terre. et subvertentur montes et cadent
sepes. et omnis murus in terram corruet. Et convocabo
adversum eum in cunctis montibus meis gladium ait dominus deus.
Gladius uniuscuiusque in fratrem suum dirigetur. et iudicabo eum
peste et sanguine. et ymbre vehementi. et lapidibus in-
mensis. Ignem et sulphur pluam super eum. et super exercitum eius
et super populos multos qui sunt cum eo. et magnificabor et
sanctificabor et notus ero in oculis gentium multarum. et scient
quia ego dominus. Tu autem fili hominis vaticinare adversum
gog et dices. Hec dicit dominus deus. Ecce ego super te gog
principem capitis mosoch et thubal. et circumagam te et redu-
cam te. et ascendere te faciam de lateribus aquilonis. et ad-
ducam te super montes israhel. et percutiam arcum tuum in manu
sinistra tua. et sagittas tuas de manu dextera tua deiciam.
Super montes israhel cades tu. et omnia agmina tua. et populi
qui tecum sunt feris. avibus omnique volatili celi et bestiis terre
dedi te ad devorandum. Super faciem agri cades. quia ego
locutus sum ait dominus deus. Et immittam ignem in magog.
et in his qui habitant in insulis confidenter. et scient quia
ego dominus deus. et nomen sanctum meum notum faciam in medio
populi mei israhel. et non polluam nomen sanctum meum amplius et sci-
ent gentes quia ego dominus sanctus israhel. Ecce venit et factum
est ait dominus deus.

Hec est dies de qua locutus sum. Egredientur habitatores
de civitatibus israhel. et succendent et comburent arma.
clipeum et hastas. arcus et sagittas. et baculos manus
et contos. et succendent ea igni septem annis. Et non por-
tabunt ligna de regionibus: neque succident de saltibus: quia ar-
ma succendent igne. Et depredabuntur eos quibus prede
fuerant et diripient vastatores suos. ait dominus deus. Et
erit in die illa dabo gog locum nominatum sepulchrum in israhel.
vallem viatorum ad orientem maris. que obstupescere faciet
pretereuntes. Et sepelient ibi gog et omnem multitudi-
nem eius. et vocabitur vallis multitudinis gog. et sepeli-
ent eos domus israhel. ut mundent terram septem mensibus.
Sepeliet autem omnis populus terre. et erit eis nominata
dies. in qua glorificatus sum ait dominus deus. Et viros con-
stituent iugiter lustrantes terram qui sepeliant et requirant
eos. qui remanserant super faciem terre. et emundent eam. Post
menses autem septem querere incipient. et circuibunt peragran-
tes terram. Cumque viderint os hominis. statuent iuxta
illud titulum donec sepeliant illud pollinctores in valle
multitudinis gog. nomen autem civitatis amona et munda-
bunt terram.

Tu ergo fili hominis hec dicit dominus deus. dic omni volucri
et universis volatilibus: cunctisque bestiis agri. Convenite
properate. currite undique: ad victimam meam quam ego immolo
vobis. victimam grandem super montes israhel. ut comedatis carnes.
et bibatis sanguinem. Carnes fortium comedetis. et sangui-
nem principum terre bibetis. arietum. agnorum et hyrcorum taurorumque:
altilium et pinguium omnium. et comedetis adipem in satu-
ritate. et bibetis sanguinem in ebrietate. de victima quam ego
immolabo vobis. et saturabimini super mensam meam de equo
et de equite forti. et de universis viris bellatoribus: ait
dominus deus. Et ponam gloriam meam in gentibus: et videbunt omnes
gentes iudicium meum quod fecerim. et manum meam quam posu-
erim super eos. et scient domus israhel quia ego dominus deus eorum. a
die illa et deinceps. et scient gentes quia in iniquitate sua
capta sit domus israhel. eo quod reliquerint me et absconderim
faciem meam ab eis. et tradiderim eos in manu hostium. et
ceciderint in gladio universi. Iuxta inmunditiam eorum et scelus
feci eis. et abscondi faciem meam ab illis. Propterea hec dicit
dominus deus. Nunc reducam captivitatem iacob. et miserebor omnis
domus israhel. et assumam zelum pro nomine sancto meo. et portabunt
confusionem suam et omnem prevaricationem qua prevaricati sunt in
me. cum habitaverint in terra sua confidenter neminem for-
midantes. et reduxero eos de populis et congregavero de
terris inimicorum suorum. et sanctificatus fuero in eis in oculis gen-
tium plurimarum. et scient quia ego dominus deus eorum eo quod
transtulerim eos in nationes. et congregavero eos super
terram suam. et non dereliquerim quemquam ex eis ibi. et non abscon-
dam ultra faciem meam ab eis. eo quod effuderim spiritum meum super
domum israhel ait dominus deus.

In xx°. quinto anno transmigrationis nostre. in exordio anni
decima mensis. xiiii°. anno. postquam percussa est civitas in
ipsa hac die. facta est super me manus domini. et adduxit
me illuc in visione dei. Adduxit me in terram israhel. et dimisit
me super montem excelsum nimis super quem erat quasi edificium
civitatis vergentis ad austrum. et introduxit me illuc.
Et ecce vir cuius erat species quasi species eris. et funiculus
lineus in manu eius. et calamus mensure in manu eius. stabat
autem in porta. Et locutus est ad me idem vir: Fili hominis, vide
oculis tuis. et auribus tuis audi. et pone cor tuum in omnia que
ostendam tibi. quia ut ostendantur tibi adductus es huc. Annuncia omnia
que tu vides domui israhel. Et ecce murus forinsecus in circuitu
domus undique: et in manu viri calamus mensure sex cubitorum et
palmo. Et mensus est latitudinem edificii calamo uno. altitu-
dinem quoque: calamo uno. Et venit ad portam que respiciebat viam
orientalem. et ascendit per gradus eius. et mensus est limen porte
calamo uno latitudinem. id est limen unum calamo uno in latitu-
dine. et thalamum uno calamo in longum. et uno calamo in
latum. et inter thalamos quinque cubitos. et limen porte iuxta ve-
stibulum porte intrinsecus calamo uno. Et mensus est vestibu-
lum porte octo cubitorum et frontem eius duobus cubitis. Vestibu-
lum autem porte intrinsecus erat porro thalami porte ad viam
orientalem. tres hinc. et tres inde. Mensura una trium.
et mensura una frontium ex utraque parte. Et mensus est latitu-
dinem liminis porte decem cubitorum. et longitudinem porte xiii.
cubitorum. et marginem ante thalamos cubiti unius. et cubitus unus
finis utrimque. Thalami autem sex cubitorum erant hinc et inde.
Et mensus est portam a tecto thalami usque ad tectum eius. latitudinem
xx. et quinque cubitorum. ostium contra ostium. Et fecit frontes per
lx. cubitos et ad frontem atrii porte undique per circuitum. et ante
faciem porte que pertingebat usque ad faciem vestibuli porte interioris.
l. cubitos et fenestras obliquas in thalamis et in frontibus eorum que
erant intra portam undique per circuitum. Similiter autem erant et in
vestibulis fenestre per gyrum intrinsecus. et ante frontes pictura
palmarum celata. Et eduxit me ad atrium exterius et ecce ga-
zophilatia et pavimentum stratum lapide in atrio per circuitum.
xxx. gazophilatia in circuitu pavimenti. et pavimentum in fronte
portarum secundum longitudinem portarum erat inferius. Et mensus est
latitudinem a facie porte inferioris usque ad frontem atrii interioris
extrinsecus centum cubitos ad orientem et ad aquilonem. Portam
quoque que respiciebat viam aquilonis atrii exterioris mensus est tam
in longitudine quam in latitudine. et thalamos eius tres hinc et
tres inde. et frontem eius. et vestibulum eius secundum mensuram por-
te prioris l. cubitorum longitudinem eius. et latitudinem xxv. cubitorum.
Fenestre autem eius et vestibulum et sculpture secundum mensuram porte que
respiciebat ad orientem. Et septem graduum erat ascensus eius.
et vestibulum ante eam. et porta atrii interioris contra portam aquilo-
nis et orientalem. Et mensus est a porta usque ad portam c. cubitos.
Et eduxit me ad viam australem. et ecce porta que respiciebat ad
austrum. Et mensus est frontem eius et vestibulum eius iuxta mensuras
superiores. et fenestras eius et vestibula in circuitu. sicut fenestras
ceteras. l. cubitorum longitudine. et latitudine xxv. cubitorum. Et
in gradibus septem ascendebatur ad eam. Et vestibulum ante fores eius
et celate palme erant una hinc. et altera inde in fronte eius. Et
porta atrii interioris in via australi. et mensus est a porta usque ad
portam in via australi. c. cubitos. Et introduxit me in atrium interius
ad portam australem. et mensus est portam iuxta mensuras superi-
ores. thalamum eius et frontem eius. et vestibulum eius eisdem mensuris
et fenestras eius. et vestibulum eius in circuitu l. cubitos longitudinis
et latitudinis xxv. cubitos et vestibulum per gyrum longitudine
xxv. cubitorum. et latitudine quinque cubitorum. et vestibulum eius ad
atrium exterius. et palmas eius in fronte. Et octo gradus erant
quibus ascendebatur per eam. Et introduxit me in atrium interius per
viam orientalem et mensus est portam secundum mensuras. thalamum
eius et frontem eius. et vestibulum eius sicut supra. et fenestras eius
et vestibulum eius in circuitu longitudine l. cubitorum. et latitu-
dine xxv. cubitorum. et vestibulum eius id est atrii exterioris
et palme celate in fronte eius hinc et inde. et in octo gradibus
ascensus eius. Et introduxit me ad portam que respiciebat ad
aquilonem. et mensus est secundum mensuras superiores thalamum
eius. et frontem eius. et vestibulum eius. et fenestras eius per circui-
tum longitudine l. cubitorum. latitudine xxv. cubitorum. Et
vestibulum eius respiciebat in atrium exterius. et celatura pal-
marum in fronte eius hinc et inde. In octo gradibus ascensus eius.
Et per singula gazophilatia ostium in frontibus portarum et ibi lava-
bant sacerdotes holocaustum. Et in vestibulo porte due mense
hinc. et due mense inde. ut immolaretur super eas holocaustum et
pro peccato. et pro delicto. Et ad latus exterius quod ascendit ad ostium
porte que pergit ad aquilonem due mense. et ad latus alterum ante
vestibulum porte due mense. iiii. mense hinc. et iiii. mense inde per
latera porte. Octo mense erant super quas immolabant. iiii. autem
mense ad holocaustum de lapidibus quadris extructe longitudi-
ne cubiti unius et dimidii. et latitudine cubiti unius super quas ponant
vasa in quibus immoletur holocaustum et victima. et labia earum
palmi unius reflexa intrinsecus per circuitum. super mensas autem carnes
oblationis. Et extra portam interiorem gazophilatia cantorum in
atrio interiori quod erat in latere porte respicientis ad aquilonem
et facies eorum contra viam australem una ex latere porte orientalis
que respiciebat ad viam aquilonis. Hoc est gazophilatium quod respicit
viam meridianam sacerdotum erit. qui excubant in custodiis templi.
Porro gazophilatium quod respicit viam aquilonis sacerdotum erit
qui excubant in ministerio altaris. Isti sunt filii sadoch qui accedunt
de filiis levi ad dominum ut ministrent ei. Et mensus est atrium longi-
tudine c. cubitorum. et latitudine c. cubitorum per quadrum. Et alta-
re ante faciem templi. Et introduxit me in vestibulum templi. et
mensus est vestibulum quinque cubitis. et latitudinem porte trium
cubitorum hinc. et trium cubitorum inde. longitudinem autem vestibuli
xx. cubitorum. et latitudinem xi. cubitorum. Et octo gradibus ascende-
batur ad eam. et columne erant in frontibus: una hinc. et altera inde.
Et introduxit me in templum. et mensus est frontes sex cubitos
latitudinis hinc. et sex cubitos latitudinis inde: latitudinem
tabernaculi. Et latitudo porte x. cubitorum erat. et latera porte

quinque cubitis hinc, et quinque cubitis inde. Et mensus est longitudinem eius quadraginta cubitorum, et latitudinem viginti cubitorum. Et ingressus intrinsecus mensus est in fronte portae duos cubitos, et portam decem cubitorum, et latitudinem portae septem cubitorum. Et mensus est longitudinem eius viginti cubitorum, et latitudinem eius viginti cubitorum ante faciem templi. Et dixit ad me: Hoc est sanctum sanctorum. Et mensus est parietem domus sex cubitorum, et latitudinem lateris quattuor cubitorum undique per circuitum domus. Latera autem latus ad latus bis triginta tria, et erant eminentia quae ingrederentur per parietem domus in lateribus per circuitum, ut continerent et non attingerent parietem templi. Et platea erat in rotundum ascendens sursum per cocleam, et in cenaculum templi deferebat per gyrum. Idcirco latius erat templum in superioribus, et sic de inferioribus ascendebat ad superiora in medium. Et vidi in domo altitudinem per circuitum fundata latera ad mensuram calami sex cubitorum spatio, et latitudinem per parietem lateris forinsecus quinque cubitorum, et erat interior domus in lateribus domus. Et inter gazofilacia latitudinem viginti cubitorum in circuitu domus undique. Et ostium lateris ad orientem, ostium unum ad viam aquilonis, et ostium unum ad viam australem, et latitudinem loci ad orationem quinque cubitorum in circuitu. Et aedificium quod erat separatum versumque ad viam respicientem ad mare latitudinis septuaginta cubitorum. Paries autem aedificii quinque cubitorum latitudinis per circuitum, et longitudo eius nonaginta cubitorum. Et mensus est domus longitudinem centum cubitorum, et quod separatum erat aedificium, et parietes eius longitudinis centum cubitorum. Latitudo autem ante faciem domus et eius quod erat separatum contra orientem centum cubitorum. Et mensus est longitudinem aedificii contra faciem eius quod erat separatum ad dorsum, et ethecas ex utraque parte centum cubitorum, et templum interius et vestibula atrii. Limina et fenestras obliquas et ethecas in circuitu per tres partes contra uniuscuiusque limen, stratumque ligno per gyrum in circuitu. Terra autem usque ad fenestras, et fenestrae clausae super ostia, et usque ad domum interiorem, et forinsecus per omnem parietem in circuitu intrinsecus et forinsecus ad mensuram. Et fabrefacta cherubim et palmae, et palma inter cherub et cherub. Duasque facies habebat cherub: faciem hominis iuxta palmam ex hac parte, et faciem leonis iuxta palmam ex altera parte, expressa per omnem domum in circuitu. De terra usque ad superiora portae cherubim et palmae caelatae erant in pariete templi. Limen quadrangulum, et facies sanctuarii aspectus contra aspectum altaris lignei. Trium cubitorum altitudo eius, et longitudo eius duorum cubitorum. Et anguli eius et longitudo eius et parietes eius lignei. Et locutus est ad me: Haec est mensa coram Domino. Et duo ostia erant in templo et in sanctuario. Et in duobus ostiis ex utraque parte bina erant ostiola, quae in se invicem plicabantur. Bina enim ostia erant ex utraque parte ostiorum. Et caelata erant in ipsis ostiis templi cherubim et sculpturae palmarum, sicut in parietibus quoque expressae erant. Quam ob rem erant et grossiora ligna in vestibuli fronte forinsecus, super quae fenestrae erant obliquae, et similitudo palmarum hinc atque inde in humerulis vestibuli secundum latera domus latitudinemque parietum. Et eduxit me in atrium exterius per viam ducentem ad aquilonem, et induxit me in gazofilacium quod erat contra separatum aedificium et contra aedem vergentem ad aquilonem. In facie longitudinis centum cubitos ostii aquilonis, et latitudinis quinquaginta cubitos, e contra viginti cubitos atrii interioris, et contra pavimentum stratum lapide atrii exterioris, ubi erat porticus iuncta porticui triplici. Et ante gazofilacia deambulatio decem cubitorum latitudinis, ad interiora respiciens viae cubiti unius. Et ostia earum ad aquilonem, ubi erant gazofilacia in superioribus humiliora, quia supportabant porticus quae ex illis eminebant de inferioribus et de mediis aedificii. Tristega enim erant, et non habebant columnas sicut erant columnae atriorum. Propterea eminebant de inferioribus et de mediis a terra cubitis quinquaginta. Et peribolus exterior secundum gazofilacia quae erant in via atrii exterioris ante gazofilacia. Longitudo eius quinquaginta cubitorum, quia longitudo erat gazofilaciorum atrii exterioris quinquaginta cubitorum, et longitudo ante faciem templi centum cubitorum. Et erat subter gazofilacia haec introitus ab oriente ingredientium in ea de atrio exteriori. In latitudine periboli atrii quod erat contra viam orientalem in faciem aedificii separati. Et erant ante aedificium gazofilacia, et via ante faciem eorum iuxta similitudinem gazofilaciorum quae erant in via aquilonis. Secundum longitudinem eorum sic et latitudo eorum. Et omnis introitus eorum et similitudines, et ostia eorum secundum ostia gazofilaciorum quae erant in via respiciente ad notum. Ostium in capite viae, quae via erat ante vestibulum separatum per viam orientalem ingredientibus. Et dixit ad me: Gazofilacia aquilonis et gazofilacia austri quae sunt ante aedificium separatum, haec sunt gazofilacia sancta, in quibus vescuntur sacerdotes qui appropinquant ad Dominum in sancta sanctorum. Ibi ponent sancta sanctorum, et oblationem pro peccato et pro delicto. Locus enim sanctus est. Cum autem ingressi fuerint sacerdotes, non egredientur de sanctis in atrium exterius, et ibi reponent vestimenta sua in quibus ministrant, quia sancta sunt. Vestienturque vestimentis aliis, et sic procedent ad populum. Cumque complesset mensuras domus interioris, et eduxit me per viam portae quae respiciebat ad viam orientalem, et mensus est eam undique per circuitum. Mensus est autem contra ventum orientalem calamo mensurae quingentos calamos in calamo mensurae per circuitum. Et mensus est contra ventum aquilonem quingentos calamos in calamo mensurae per gyrum. Et ad ventum australem mensus est quingentos calamos in calamo mensurae per circuitum. Et ad ventum occidentalem mensus est quingentos calamos in calamo mensurae. Per quattuor ventos mensus est illud, murum eius undique per circuitum, longitudine quingentorum cubitorum et latitudinem quingentorum cubitorum, dividentem inter sanctuarium et vulgi locum.

Et duxit me ad portam quae respiciebat ad viam orientalem. Et ecce gloria Dei Israhel ingrediebatur per viam orientalem, et vox erat ei quasi vox aquarum multarum, et terra splendebat a maiestate eius. Et vidi visionem secundum speciem quam videram quando venit ut disperderet civitatem, et species secundum aspectum quem videram iuxta fluvium Chobar. Et cecidi super faciem meam, et maiestas Domini ingressa est templum per viam portae quae respiciebat ad orientem. Et levavit me spiritus, et introduxit me in atrium interius, et ecce erat repleta gloria domus Domini.

Et audivi loquentem ad me de domo, et vir qui stabat iuxta me dixit ad me: Fili hominis, locus solii mei et locus vestigiorum pedum meorum, ubi habito in medio filiorum Israhel in aeternum. Et non polluent ultra domus Israhel nomen sanctum meum, ipsi et reges eorum in fornicationibus suis et in ruinis regum suorum et in excelsis. Qui fabricati sunt limen suum iuxta limen meum, et postes suos iuxta postes meos, et murus erat inter me et eos, et polluerunt nomen sanctum meum in abhominationibus quas fecerunt. Propter quod consumpsi eos in ira mea. Nunc ergo repellant procul fornicationem suam et ruinas regum suorum a me, et habitabo in medio eorum semper. Tu autem, fili hominis, ostende domui Israhel templum, et confundantur ab iniquitatibus suis, et metiantur fabricam, et erubescant ex omnibus quae fecerunt. Figuram domus et fabricae eius, exitus et introitus, et omnem descriptionem eius, et universa praecepta eius, cunctumque ordinem eius, et omnes leges eius ostende eis, et scribes in oculis eorum, ut custodiant omnes descriptiones eius et praecepta illius et faciant ea. Ista est lex domus in summitate montis. Omnis finis eius in circuitu sanctum sanctorum est. Haec ergo est lex domus. Istae autem mensurae altaris in cubito verissimo, qui habebat cubitum et palmum. In sinu eius erat cubitus et cubitus in latitudine, et diffinitio usque ad labium eius et in circuitu palmus unus. Haec quoque erat fossa altaris. Et de sinu terrae usque ad crepidinem novissimam duo cubita, et latitudo cubiti unius. Ipse autem arihel quattuor cubitorum, et ab arihel usque sursum cornua quattuor. Et arihel duodecim cubitorum in longitudine per duodecim cubitos latitudinis, quadrangulatum aequis lateribus. Et crepido quattuordecim cubitorum longitudinis per quattuordecim latitudinis in quattuor angulis eius, et corona in circuitu eius dimidii cubiti, et sinus eius unius cubiti per circuitum. Gradus autem eius versi ad orientem. Et dixit ad me: Fili hominis, haec dicit Dominus Deus: Hi sunt ritus altaris in qua die fuerit fabricatum, ut offeratur super illud holocaustum, et effundatur sanguis. Et dabis sacerdotibus et levitis qui sunt de semine Sadoch, qui accedunt ad me, ait Dominus Deus, ut offerant mihi vitulum de armento pro peccato. Et assumens de sanguine eius pones super quattuor cornua eius, et super quattuor angulos crepidinis, et super coronam in circuitu, et mundabis illud et expiabis. Et tolles vitulum qui oblatus fuerit pro peccato, et combures illum in separato loco domus extra sanctuarium. Et in die secunda offeres hircum caprarum immaculatum pro peccato, et expiabunt altare sicut expiaverunt in vitulo. Cumque compleveris expians illud, offeres vitulum de armento immaculatum, et arietem de grege immaculatum. Et offeres eos in conspectu Domini, et mittent sacerdotes super eos sal, et offerent eos holocaustum Domino. Septem diebus facies hircum pro peccato cotidie, et vitulum de armento et arietem de pecoribus immaculatos offerent. Septem diebus expiabunt altare, et mundabunt illud, et implebunt manum eius. Expletis autem septem diebus, in die octava et ultra facient sacerdotes super altare holocausta vestra, et quae pro pace offerunt, et placatus ero vobis, ait Dominus Deus.

Et convertit me ad viam portae sanctuarii exterioris quae respiciebat ad orientem, et erat clausa. Et dixit Dominus ad me: Porta haec clausa erit et non aperietur, et vir non transiet per eam, quoniam Dominus Deus Israhel ingressus est per eam, eritque clausa principi. Princeps ipse sedebit in ea, ut comedat panem coram Domino. Per viam vestibuli portae ingredietur, et per viam eius egredietur. Et adduxit me per viam portae aquilonis in conspectu domus. Et vidi, et ecce implevit gloria Domini domum Domini. Et cecidi in faciem meam, et dixit Dominus ad me: Fili hominis, pone cor tuum, et vide oculis tuis, et auribus tuis audi omnia quae ego loquar ad te de universis caerimoniis domus Domini, et de cunctis legibus eius, et pones cor tuum in viis templi per omnes exitus sanctuarii. Et dices ad exasperantem me domum Israhel: Haec dicit Dominus Deus: Sufficiant vobis omnia scelera vestra, domus Israhel, eo quod inducitis filios alienos incircumcisos corde et incircumcisos carne, ut sint in sanctuario meo et polluant domum meam. Et offertis panes meos, adipem et sanguinem, et dissolvitis pactum meum in omnibus sceleribus vestris. Et non servastis praecepta sanctuarii mei, et posuistis custodes observationum mearum in sanctuario meo vobismet ipsis.

Haec dicit Dominus Deus: Omnis alienigena incircumcisus corde et incircumcisus carne non ingredietur sanctuarium meum, omnis filius alienus qui est in medio filiorum Israhel. Sed et levitae qui longe recesserunt a me in errore filiorum Israhel, et erraverunt a me post idola sua, et portaverunt iniquitatem suam, erunt in sanctuario meo aeditui et ianitores portarum domus et ministri domus. Ipsi mactabunt holocausta et victimas populi, et ipsi stabunt in conspectu eorum ut ministrent eis. Pro eo quod ministraverunt illis in conspectu idolorum suorum, et facta sunt domui Israhel in offendiculum iniquitatis. Idcirco levavi manum meam super eos, dicit Dominus Deus, et portaverunt iniquitatem suam. Et non appropinquabunt ad me ut sacerdotio fungantur mihi, neque accedant ad omne sanctuarium meum iuxta sancta sanctorum, sed portabunt confusionem suam et scelera sua quae fecerunt. Et dabo eos ianitores domus in omni ministerio eius et in universis quae fiunt in ea. Sacerdotes autem levitae filii Sadoch qui custodierunt caerimonias sanctuarii mei cum errarent filii Israhel a me, ipsi accedent ad me ut ministrent mihi, et stabunt in conspectu meo ut offerant mihi adipem et sanguinem, ait Dominus Deus. Ipsi ingredientur sanctuarium meum, et ipsi accedent ad mensam meam ut ministrent mihi, et custodiant caerimonias meas. Cumque ingredientur portas atrii interioris, vestibus lineis induentur, nec ascendet super eos quicquam laneum quando ministrant in portis atrii interioris et intrinsecus. Vittae lineae erunt in capitibus eorum, et feminalia linea erunt in lumbis eorum, et non accingentur in sudore. Cumque egredientur atrium exterius ad populum, exuent se vestimentis suis in quibus ministraverant, et reponent ea in gazofilacio sanctuarii, et vestient se vestimentis aliis, et non sanctificabunt populum in vestibus suis. Caput autem suum non radent, neque comam nutrient, sed tondentes attondent capita sua. Et vinum non bibet omnis sacerdos quando ingressurus est atrium interius. Et viduam et repudiatam non accipient uxores, sed virgines de semine domus Israhel, sed et viduam quae fuerit vidua a sacerdote accipient. Et populum meum docebunt quid sit inter sanctum et pollutum, et inter mundum et immundum ostendent eis. Et cum fuerit controversia, stabunt in iudiciis meis et iudicabunt. Leges meas et praecepta mea in omnibus sollemnitatibus meis custodient, et sabbata mea sanctificabunt. Et ad mortuum hominem non ingredientur ne polluantur, nisi ad patrem et matrem, et filium et filiam, et fratrem et sororem quae alterum virum non habuit, in quibus contaminabuntur. Et postquam fuerit emundatus, septem

diebus enumerabuntur ei. Et in die introitus sui in sanctuarium ad
atrium interius ut ministret mihi in sanctuario, offeret pro pecca
to suo, ait dominus deus.
Non erit autem eis hereditas, ego hereditas eorum. Et possessionem non
dabitis eis in Israhel, ego enim sum possessio eorum. Victimam et pro pecca
to et pro delicto ipsi comedent, et omne votum in Israhel ipsorum erit. Et
primitiva omnium primogenitorum, et omnia libamenta ex omnibus que
offeruntur sacerdotum erunt. Et primitiva ciborum vestrorum dabitis sacer
doti, ut reponat benedictionem domui sue. Omne morticinum et
captum a bestia de avibus et pecoribus non comedent sacerdotes.
Cumque ceperitis terram dividere sortito, separate primitias domino,
sanctificatum de terra longitudine xx quinque milia, et latitudine
x milia. Sanctificatum erit in omni termino eius per circuitum. Et erit
ex omni parte sanctificatum quingentos per quingentos quadrifariam
per circuitum, et l cubitis in suburbana eius per girum. Et a mensura
ista mensurabis longitudinem xx quinque milium, et latitudinem
x milium. Et in ipso erit templum sanctumque sanctorum. Sanctificatum de terra
erit sacerdotibus ministris sanctuarii qui accedunt ad ministerium
domini. Et erit eis locus in domos, et in sanctuarium sanctitatis. xx
autem quinque milia longitudinis, et x milia latitudinis erunt
levitis qui ministrant domui. Ipsi possidebunt xx gazophilacia.
Et possessionem civitatis dabitis quinque milia latitudinis, et lon
gitudinis xx quinque milia secundum separationem sanctuarii omni domui
Israhel. Principi quoque hinc et inde in separationem sanctuarii et in pos
sessionem civitatis contra faciem separationis sanctuarii, et contra fa
ciem possessionis urbis, a latere maris usque ad mare, et a latere ori
entis usque ad orientem. Longitudinem autem iuxta unamquamque partem
a termino occidentali usque ad terminum orientalem. De terra erit
possessio in Israhel, et non depopulabuntur ultra principes populum meum,
sed terram dabunt domui Israhel secundum tribus eorum. Hec dicit dominus deus.
Sufficiat vobis principes Israhel. Iniquitatem et rapinas intermittite,
et iudicium et iustitiam facite. Separate confinia vestra a populo
meo, ait dominus deus. Stateram iustam, et ephi iustum, et bathus
iustus erit vobis. Ephi et bathus equalia et unius mensure erunt,
ut capiat decimam partem chori bathus, et decimam partem chori ephi. Iuxta
mensuram chori erit equa libratio eorum. Siclus autem xx obolos ha
beat. Porro xx sicli, et xx quinque sicli, et quindecim sicli minam
faciunt. Et hee sunt primitie quas tolletis. Sextam partem ephi de
choro frumenti, et sextam partem ephi de choro hordei. Mensura quoque
olei bathus olei decima pars chori est, et decem bathi chorum
faciunt, quia decem bathi implent chorum. Et arietem unum de grege
ducentorum de his que nutriunt Israhel in sacrificium et in holocaustum
et pacifica ad expiandum pro eis, ait dominus deus. Omnis populus
terre tenebitur primitiis his. Principi in Israhel et super princi
pem erunt holocausta et sacrificium et libamina in sollempni
tatibus et in kalendis et in sabbatis et in universis sollempni
tatibus domus Israhel. Ipse faciet sacrificium pro peccato et holo
caustum et pacifica ad expiandum pro domo Israhel.
Hec dicit dominus deus. In primo mense una mensis sumes
vitulum de armento inmaculatum, et expiabis sanctuarium.
Et tollet sacerdos de sanguine quod erit pro peccato, et ponet
in postibus domus et in iiii angulis crepidinis altaris, et in postibus
porte atrii interioris. Et sic facies in septima mensis pro unoquoque
qui ignoravit et errore deceptus est, et expiabis pro domo. In primo
mense xiiii mensis erit vobis pasche sollempnitas. Septem
diebus azima comedentur. Et faciet princeps in die illa pro se
et pro universo populo terre vitulum pro peccato. Et in septem dierum
sollempnitate faciet holocaustum domino septem vitulos et
septem arietes inmaculatos cottidie septem diebus, et pro peccato
hyrcum caprarum cottidie. Et sacrificium ephi per vitulum, et ephi
per arietem faciet, et olei hin per singula ephi. Septimo mense
xv die mensis in sollempnitate faciet sicut supradicta sunt
per septem dies tam pro peccato quam pro holocausto et in sacrificio
et in oleo.
Hec dicit dominus deus. Porta atrii interioris que respicit
ad orientem erit clausa sex diebus in quibus opus fit. Die autem
sabbati aperietur. Sed et in die kalendarum aperietur. Et intra
bit princeps per viam vestibuli porte deforis, et stabit in li
mine porte. Et facient sacerdotes holocausta eius, et pa
cifica eius, et adorabit super limen porte et egredietur. Porta
autem non claudetur usque ad vesperam. Et adorabit populus terre ad ostium
porte illius in sabbatis et in kalendis coram domino. Holo
caustum autem hoc offeret princeps domino in die sabbati sex
agnos inmaculatos et arietem inmaculatum, et sacrificium ephi
per arietem. Agnis autem sacrificium quod dederit manus eius, et olei hin
per singula ephi. In die autem kalendarum vitulum de armento inmacula
tum. Et sex agni et arietes inmaculati erunt. Et ephi per
vitulum, ephi quoque per arietem faciet sacrificium. Agnis autem
sicut invenerit manus eius, et olei hin per singula ephi. Cumque
ingressurus est princeps, per viam vestibuli porte ingrediatur,
et per eandem viam exeat. Et cum intrabit populus terre in conspectu
domini in sollempnitatibus, qui ingreditur per portam aquilonis
ut adoret, egrediatur per viam porte meridiane. Porro qui ingreditur
per viam porte meridiane, egrediatur per viam porte aquilonis. Non
revertatur per viam porte per quam ingressus est, sed e regione illius
egrediatur. Princeps autem in medio eorum erit. Cum ingredien
tibus ingredietur, et cum egredientibus egredietur. Et in nundi
nis et in sollempnitatibus erit sacrificium ephi per vitulum
et ephi per arietem. Agnis autem erit sacrificium sicut invenerit manus
eius, et olei per singula ephi. Cum autem fecerit princeps spontaneum
sacrificium aut pacifica voluntaria domino, aperietur ei por
ta que respicit ad orientem, et faciet holocaustum suum et pacifica
sua sicut fieri solet in die sabbati, et egredietur, claudeturque
porta postquam exierit. Et agnum eiusdem anni inmaculatum
faciet holocaustum cottidie domino. Semper mane faciet illud,
et sacrificium faciet super eo cata mane mane sextam partem ephi,
et de oleo tertiam partem hin ut misceatur simile. Sacrificium
domino legitimum iuge atque perpetuum. Faciet agnum et
sacrificium et oleum cata mane mane holocaustum sempiternum.
Hec dicit dominus deus. Si dederit princeps donum alicui de
filiis suis, hereditas eius filiorum suorum erit, possidebunt eam he
reditarie. Si autem dederit legatum de hereditate sua uni servorum
suorum, erit illius usque ad annum remissionis, et revertetur
ad principem. Hereditas autem eius filiis eius erit. Et non accipiet
princeps de hereditate populi per violentiam et de possessione eorum,
sed de possessione sua hereditatem dabit filiis suis, ut non dispergatur

Et populus meus unusquisque a possessione sua.
Et introduxit me per ingressum qui erat ex latere porte in gazo
filacia sanctuarii ad sacerdotes que respiciebant ad aquilonem.
Et erat ibi locus vergens ad occidentem. Et dixit ad me. Iste est locus
ubi coquent sacrificium sacerdotes pro peccato et pro delicto, ut non efferant
in atrium exterius, et sanctificetur populus. Et eduxit me in atrium exterius
et circumduxit me per iiii angulos atrii. Et ecce atriolum erat in
angulo atrii, et atriola singula per angulos atrii. In iiii angulis
atrii atriola disposita, xl cubitorum per longum, et xxx per latum. Men
sure unius iiii erant. Et paries per circuitum ambiens iiii atriola, et
culine fabricate erant subter porticus per girum. Et dixit ad me. Hec
est domus culinarum in qua coquent ministri domus domini victimas
populi. Et convertit me ad portam domus, et ecce aque egrediebantur
subter limen domus ad orientem. Facies enim domus respiciebat ad
orientem. Aque autem descendebant in latus templi dextrum ad meri
diem altaris. Et eduxit me per viam porte aquilonis, et convertit
me ad viam foras portam exteriorem viam que respiciebat ad orien
tem. Et ecce aque redundantes a latere dextro cum egrederetur vir
ad orientem qui habebat funiculum in manu sua. Et mensus est mille
cubitos, et transduxit me per aquam usque ad talos. Rursumque mensus
est mille cubitos, et transduxit me per aquam usque ad genua. Et mensus
est mille, et transduxit me per aquam usque ad renes. Et mensus est
mille torrentem quem non potui transire, quoniam intumuerant aque profunde
torrentis qui non potest transvadari. Et dixit ad me. Certe
vidisti fili hominis. Et eduxit me et convertit me ad ripam tor
rentis. Cumque me convertissem, ecce in ripa torrentis ligna ni
mis ex utraque parte. Et ait ad me. Aque iste que egrediuntur ad
tumulos sabuli orientalis, et descendunt ad plana deserti, intra
bunt mare et exibunt, et sanabuntur aque. Et omnis anima vivens
que serpit quocumque venerit torrens vivet. Et erunt pisces mul
ti satis postquam venerint illuc aque iste, et sanabuntur et vi
vent omnia ad que venerit torrens. Et stabunt super illa
piscatores ab engaddi usque ad engallim. Siccatio sagenarum
erunt. Plurime species erunt piscium eius, sicut pisces maris ma
gni multitudinis nimie. In litoribus autem eius et in palustribus non sana
buntur, quia in salinas dabuntur. Et super torrentem orietur in ripis eius
ex utraque parte omne lignum pomiferum. Non defluet folium ex eo,
et non deficiet fructus eius. Per singulos menses afferet primitiva,
quia aque eius de sanctuario egredientur, et erunt fructus eius in cibum
et folia eius ad medicinam sanitatemque gentium.
Hec dicit dominus deus. Hic est terminus in quo possidebitis terram
in xii tribubus Israhel, quia ioseph duplicem funiculum habet.
Possidebitis autem eam singuli eque ut frater suus, super quam levavi
manum meam ut darem patribus vestris, et cadet terra hec vobis
in possessionem. Hic est autem terminus terre ad plagam septen
trionalem. A mari magno via bethalon venientibus sadada,
emath, berotha, sabarim que est inter terminum damasci et con
finium emath, domus atthicon que est iuxta terminos auran.
Et erit terminus a mari usque ad atrium enon terminus damasci
et ab aquilone ad aquilonem terminus emath, plaga autem septen
trionalis. Porro plaga orientalis de medio auran et de me
dio damasci, et de medio galaad, et de medio terre Israhel ior
danis disterminans ad mare orientale. Metiemini etiam
plagam orientalem. Plaga autem australis meridiana a thamar
usque ad aquas contradictionis cades, et torrens usque ad ma
re magnum a confinio per directum donec venias emath. Hec
est plaga maris. Et dividetis terram istam vobis per tribus Israhel, et
mittetis eam in hereditatem vobis et advenis qui accesserint ad vos,
qui genuerint filios in medio vestrum, et erunt vobis sicut indigene
inter filios israhel. Vobiscum divident possessionem in medio
tribuum Israhel. In tribu autem quacumque fuerit advena, ibi dabitis
possessionem illi, ait dominus deus. Et hec nomina tribuum a finibus
aquilonis iuxta viam methalon pergentibus emath, atrium enon
terminus damasci ad aquilonem iuxta emath, et erit ei pla
ga orientalis mare dan una. Et ad terminum dan a plaga orienta
li usque ad plagam maris aser una. Et super terminum aser a plaga
orientali usque ad plagam maris neptalim una. Et super terminum neptali
a plaga orientali usque ad plagam manasse una. Et super terminum
manasse a plaga orientali usque ad plagam maris effraim una.
Et super terminum effraim a plaga orientali usque ad plagam maris
ruben una. Et super terminum ruben a plaga orientali usque ad pla
gam maris iuda una. Et super terminum iuda a plaga orientali usque
ad plagam maris erunt primitie quas separabitis xx quinque
milibus latitudinis et longitudinis sicut singule partes a pla
ga orientali usque ad plagam maris. Et erit sanctuarium in medio
eius. Primitie quas separabitis domino, longitudo xx quinque
milibus, et latitudo decem milibus.
Hee autem erunt primitie sanctuarii sacerdotum ad aquilonem
longitudinis xx quinque milia, et ad mare latitudinis x milia,
sed et ad orientem latitudinis x milia, et ad meridiem longitu
dinis xx quinque milia. Et erit sanctuarium domini in medio eius.
Sacerdotibus sanctuarium erit de filiis sadoch qui custodierunt
cerimonias meas et non erraverunt cum errarent filii Israhel, sicut
erraverunt et levite. Et erunt eis primitie de primitiis terre sanc
tum sanctorum iuxta terminum levitarum. Sed et levitis similiter iuxta fi
nes sacerdotum xx quinque milia longitudinis, et latitudinis x milia.
Omnis longitudo xx quinque milium, et latitudo x milium. Et non
venundabunt ex eo neque mutabunt, nec transferentur primitie terre,
quia sanctificate sunt domino. Quinque milia autem que supersunt in la
titudine per xx quinque milia profana erunt urbis in habitaculum et
in suburbana. Et erit civitas in medio eius. Et hee mensure eius.
Ad plagam septentrionalem l et iiii milia, et ad plagam meridi
anam l et iiii milia, ad plagam orientalem l et iiii milia, et ad pla
gam occidentalem l et iiii milia. Erunt autem suburbana civitatis ad
aquilonem ducenta quinquaginta, et ad meridiem ducenta l, et ad
orientem ducenta l, et ad mare ducenta l. Quod autem reliquum
fuerit in longitudine secundum primitias sanctuarii, x milia in orientem,
et x milia ad occidentem erunt sicut primitie sanctuarii. Et erunt
fruges eius in panes his qui serviunt civitati. Servientes autem
civitati operabuntur ex omnibus tribubus Israhel. Omnes primitie xxv
milium per xxv milia in quadrum separabuntur in primitias sanc
tuarii et possessionem civitatis. Quod autem reliquum fuerit principis
erit ex omni parte primitiarum sanctuarii et possessionis civitatis
e regione xxv milium primitiarum usque ad terminum orientalem. Sed
et a mari e regione xxv milium usque ad terminum maris similiter in par
tibus principis erit. Et erunt primitie sanctuarii et sanctuarium templi in medio

dio eius. De possessione autem levitarum et de possessione civitatis in medio partium principis erit inter terminum iuda et inter terminum beniamin. et ad principem pertinebit. Et reliquis tribubus a plaga orientali usque ad plagam occidentalem beniamin una. et contra terminum beniamin a plaga orientali usque ad plagam occidentalem symeon una. et super terminum symeonis a plaga orientali usque ad plagam occidentis ysachar una. et super terminum ysachar a plaga orientali usque ad plagam occidentalem zabulon una. et super terminum zabulon a plaga orientali usque ad plagam maris gad una. et super terminum gad a plaga austri in meridie et erit finis de thamar usque ad aquas contradictionis cades. hereditas contra mare magnum. Hec est terra quam mittetis in sorte tribubus israhel. et he partitiones earum ait dominus deus. Et hi egressus civitatis. A plaga septentrionali quingentos et quattuor milia mensurabis. et porte civitatis in nominibus tribuum israhel. Porte tres a septentrione. porta ruben una. porta iuda una. porta levi una. Et ad plagam orientalem quingentos et quattuor milia. et porte tres. porta ioseph una. porta beniamin una. porta dan una. Et ad plagam meridianam quingentos et quattuor milia metieris. Et porte tres. porta symeon una. porta ysachar una. porta zabulon una. Et ad plagam occidentalem quingentos quattuor milia et porte eorum tres. porta gad una. porta aser una. porta neptalim una. Per circuitum decem et octo milia. Et nomen civitatis ex illa die. Dominus ibidem. Amen. Explicit ezechiel

Danihelem prophetam iuxta septuaginta interpretes domini salvatoris ecclesie non legunt utentes theodotionis editione. et hoc cur acciderit nescio. Sive enim quia sermo chaldaicus est. et quibusdam proprietatibus a nostro eloquio discrepat. noluerunt LXX interpretes easdem lingue lineas in translatione servare. sive sub nomine eorum ab alio nescio quo non satis chaldeam linguam sciente editus liber est. sive aliud quid cause extiterit ignorans. hoc unum affirmare possum quod multum a veritate discordet. et recto iudicio repudiatus est. Sciendum quippe est danielem maxime et esdram hebraicis quidem litteris. sed caldaico sermone conscriptos. et unam ieremie pericopen. iob quoque cum arabica lingua plurimam habere societatem. Denique et ego adolescentulus post quintilianum et tullii lectionem ac flores rhetoricos cum me in lingue huius pistrinum inclusissem. et multo sudore multoque tempore vix cepissem anhelantia stridentiaque verba resonare. et quasi per criptam ambulans rarum desuper lumen aspicere. et inpegi novissime in danielem. et tanto tedio affectus sum. ut desperatione subita omnem veterem laborem voluerim contempnere. Verum adhortante me quodam hebreo. et illud michi sua lingua crebrius ingerente labor omnia vincit improbus. qui michi videbar sciolus inter hebreos cepi rursum discipulus esse chaldaicus. Et ut verum fatear usque ad presentem diem magis possum sermonem chaldaicum legere et intellegere quam sonare. Hec ideo dixi ut difficultatem vobis danielis ostenderem. qui apud hebreos nec susanne habet hystoriam. nec ymnum trium puerorum. nec belis draconisque fabulas quas nos quia in toto orbe disperse sunt veru anteposito. easque iugulante subiecimus. ne videremur apud inperitos magnam partem voluminis detruncasse. Audivi ego quendam de preceptoribus iudeorum cum susanne derideret hystoriam. et a greco nescio quo diceret esse confictam illud opponere quod origeni quoque opposuit ethymologias istas ἀπὸ τοῦ σχίνου σχίσαι καὶ ἀπὸ τοῦ πρίνου πρίσαι de greco sermone descendere. Cuius rei nos intelligentiam nostris hanc possumus dare ut verbi gratia dicamus conuenio ab arbore ilice dixisse eum ilico pereas. et a lentisco in lentem comminuat te angelus vel non lente pereas aut lentus id est flexibilis ducaris ad mortem. sive aliud quid ab arboris nomine conveniens. Deinde tantum non fuisse otii tribus pueris cavillabatur ut in camino estuantis incendii metro luderent. et per ordinem ad laudem dei elementa omnia provocarent. aut quod miraculum divine aspirationis indicium esse. vel draconem interfectum offa picis. vel sacerdotum belis machinas deprehensas que magis prudentia sollertis viri. quam prophetali esset spiritu perpetrata. Cum vero ad abbacuc veniret. et de iudea in chaldeam raptum discoforum lectitaret. querebat exemplum ubi legissemus in toto veteri testamento quemquam sanctorum gravi volasse corpore. et in puncto hore tanta terrarum spacia transisse. Cui cum quidam e nostris satis promptulus ad loquendum ezechielem adduxisset in medium. et diceret eum de chaldea in iudeam fuisse translatum. derisit hominem. et ex ipso volumine demonstravit in spiritu se vidisse transpositum. Denique et apostolum nostrum videlicet ut eruditum virum. et qui legem ab hebreis didicisset. non fuisse ausum affirmare se in corpore raptum. sed dixisse sive in corpore sive extra corpus nescio deus scit. His et talibus argumentis apocrifas in libro fabulas arguebat. Super quare lectoris arbitrio iudicium relinquens illud ammoneo danielem non haberi apud hebreos inter prophetas. sed inter eos qui ἀγιόγραφα conscripserunt. In tres siquidem partes omnis ab eis scriptura dividitur. in legem. in prophetas. in agyografa. id est in quinque et octo. et XI. libros. De quo non est huius temporis disserere. Que autem ex hoc propheta immo contra hunc librum porfirius obiciat. testes sunt methodius. et eusebius. apollinaris qui multis versuum milibus eius vesanie respondentes. nescio an curioso lectori satis fecerint. Unde obsecro vos o paula et eustochium ut fundatis pro me preces ad dominum. quatinus quamdiu in hoc corpusculo sum. scribam aliquid gratum vobis utile ecclesie dignum posteris. Presentium quippe iudiciis non satis moveor. qui in utramque partem aut amore labuntur aut odio.

INCIPIT LIBER DANIELIS PROPHETE

ANNO TRICESIMO REGNI IOACHIM REGIS IUDA VENIT NABUCODONOSOR REX BABILONIS IN HIERUSALEM

et obsedit eam. Et tradidit dominus in manus eius regem iuda. et partem vasorum domus domini. et asportavit ea in terram sennaar in domo dei sui. et vasa intulit in domum thesauri dei sui. Et ait rex asphanaz preposito eunuchorum suorum. ut introduceret de filiis israhel et de semine regio et tyrannorum pueros in quibus nulla esset macula. decoros forma. et eruditos omni sapientia. cautos scientia et doctos disciplina. et qui possent stare in palatio regis. ut doceret eos litteras et linguam chaldeorum. Et constituit eis rex annonam per singulos dies de cibis suis. et de vino unde bibebat ipse. ut enutriti tribus annis postea starent in conspectu regis. Fuerunt ergo inter eos de filiis iuda. daniel. ananias. misahel. et azarias. Et imposuit eis prepositus eunuchorum nomina. danieli balthasar. et ananie sydrac. misaheli misac. et azarie abdenago. Proposuit autem daniel in corde suo ne pollueretur de mensa regis. neque de vino potus eius. et rogavit eunuchorum prepositum ne contaminaretur. Dedit autem deus danieli gratiam et misericordiam in conspectu principis eunuchorum. Et ait princeps eunuchorum ad danielem. Timeo ego dominum meum regem. qui constituit vobis cibum et potum. qui si viderit vultus vestros macilentiores pre ceteris adolescentibus coevis vestris. condempnabitis caput meum regi. Et dixit daniel ad malasar quem constituerat princeps eunuchorum super daniel. ananiam. azariam. et misahel. Tempta nos obsecro servos tuos. diebus decem. et dentur nobis legumina ad vescendum. et aqua ad bibendum. et contemplare vultus nostros. et vultus puerorum qui vescuntur cibo regio. et sicut videris facies cum servis tuis. Qui audito sermone huiuscemodi. temptavit eos diebus decem. Post dies autem decem apparuerunt vultus eorum meliores et corpulentiores pre omnibus pueris qui vescebantur cibo regio. Porro malasar tollebat cibaria et vinum potus eorum. dabatque eis legumina. Pueris autem his dedit deus scientiam et disciplinam in omni libro et sapientiam. danieli autem intelligentiam omnium visionum et somniorum. Completis itaque diebus post quos dixerat rex ut introducerentur. introduxit eos prepositus
52 eunuchorum in conspectu nabuchodonosor. Cumque locutus fuisset eis rex. non sunt inventi de universis tales ut daniel. ananias. misahel et azarias. Et steterunt in conspectu regis et omne verbum sapientie et intellectus quod sciscitatus est ab eis rex invenit in eis decuplum super cunctos ariolos et magos qui erant in universo regno eius. Fuit autem daniel usque ad annum primum cyri regis.

In anno secundo regni nabuchodonosor. vidit nabuchodonosor somnium. et conterritus est spiritus eius. et somnium eius fugit ab eo. Precepit ergo rex ut convocarentur arioli. et magi. et malefici. et chaldei. ut indicarent regi somnia sua. Qui cum venissent. steterunt coram rege. Et dixit ad eos rex. Vidi somnium. et mente confusus ignoro quid viderim. Responderuntque chaldei regi syriace. Rex in sempiternum vive. Dic somnium servis tuis. et interpretationem eius indicabimus. Et respondens rex ait chaldeis. Sermo recessit a me. Nisi indicaveritis michi somnium et coniecturam eius. peribitis vos. et domus vestre publicabuntur. Si autem somnium et coniecturam eius narraveritis. premia et dona et honorem multum accipietis a me. Somnium igitur et interpretationem eius indicate michi. Responderunt secundo atque dixerunt. Rex dicat somnium servis suis. et interpretationem illius indicabimus. Respondit rex et ait. Certe novi quia tempus redimitis. scientes quod recesserit a me sermo. Si ergo somnium non indicaveritis michi. una est de vobis sententia quod interpretationem quoque fallacem et deceptione plenam composueritis. ut loquamini michi donec

tempus pertranseat. Somnium itaque dicite michi ut sciam quod et interpretationem eius quoque vera loquamini. Respondentes ergo chaldei coram rege dixerunt. Non est homo super terram qui sermonem tuum rex possit implere. sed neque regum quisquam magnus et potens verbum huiuscemodi sciscitatur ab omni ariolo et mago. et chaldeo. Sermo enim quem tu rex queris gravis est. nec repperietur quisquam qui indicet illum in conspectu regis. exceptis diis quorum non est cum hominibus conversatio. Quo audito rex in furore et in ira magna precepit ut perirent omnes sapientes babilonis. Et egressa sententia sapientes interficiebantur. querebanturque daniel et socii eius ut perirent.

Tunc daniel requisivit de lege atque sententia ab arioch principe militie regis. qui egressus fuerat ad interficiendos sapientes babilonis. et interrogavit eum qui a rege acceperat potestatem quam ob causam tam crudelis sententia a facie regis esset egressa. Cumque rem indicasset arioch danieli. daniel ingressus rogavit regem ut tempus daret sibi ad solutionem indicandam regi. Et ingressus est domum suam. ananieque misaheli et azarie sociis suis indicavit negotium. ut quererent misericordiam a facie dei celi super sacramento isto. et non perirent daniel et socii eius cum ceteris sapientibus babilonis. Tunc danieli per visionem nocte misterium revelatum est. Et daniel benedixit deo celi. et locutus est. Sit nomen domini benedictum a seculo et usque in seculum. quia sapientia et fortitudo eius sunt. et ipse mutat tempora et etates. transfert regna atque constituit. dat sapientiam sapientibus et scientiam intelligentibus disciplinam. Ipse revelat profunda et abscondita. et novit in tenebris constituta. et lux cum eo est. Tibi deus patrum meorum confiteor atque laudo. quia sapientiam et fortitudinem dedisti michi. et nunc ostendisti michi que rogavimus te. quia sermonem regis aperuisti nobis. Post hec daniel ingressus ad arioch quem constituerat rex ut perderet sapientes babilonis. et sic ei locutus est. Sapientes babilonis ne perdas. Introduc me in conspectu regis. et solutionem regi enarrabo.

Tunc arioch festinans introduxit danielem ad regem et dixit ei. Inveni hominem de filiis transmigrationis iude. qui solutionem regi annuntiet. Respondit rex et dixit danieli cuius nomen erat baltasar. Putasne vere potes indicare michi somnium quod vidi et interpretationem eius? Et respondens daniel coram rege ait. Misterium quod rex interrogat sapientes. magi. et arioli et aruspices non queunt indicare regi. sed est deus in celo revelans misteria qui indicavit tibi rex nabugodonosor que ventura sunt novissimis temporibus. Somnium tuum. et visiones capitis tui in lectulo tuo huiuscemodi sunt. Tu rex cepisti cogitare in strato tuo quid esset futurum post hec. et qui revelat misteria ostendit tibi que ventura sunt. Michi quoque non in sapientia que est in me plusquam in cunctis viventibus sacramentum hoc revelatum est. sed ut interpretatio regi manifesta fieret. et cogitationes mentis tue scires. Tu rex videbas et ecce quasi statua una grandis. Statua illa magna et statura sublimis stabat contra te. et intuitus illius erat terribilis. Huius statue caput ex auro optimo erat. pectus autem et brachia de argento. Porro venter et femora ex ere. tibie autem ferree. pedum quedam pars erat ferrea. quedam autem fictilis. Videbas ita. donec abscisus est lapis sine manibus. et percussit statuam in pedibus eius ferreis et fictilibus. et comminuit eos. Tunc contrita sunt pariter ferrum. testa. es. et argentum et aurum. et redacta quasi in favillam estive aree. que rapta sunt vento. nullusque locus inventus est eis. Lapis autem qui percusserat statuam. factus est mons magnus. et implevit universam terram. Hoc est somnium.

Interpretationem quoque eius dicemus coram rege. Tu rex regum es. et deus celi regnum et fortitudinem et imperium. et gloriam dedit tibi. et omnia in quibus habitant filii hominum. et bestie agri volucresque celi dedit in manu tua. et sub dicione tua universa constituit. Tu ergo es caput aureum. et post hec consurget regnum aliud ereum quod imperabit universe terre. et regnum quartum erit velut ferrum. Quomodo ferrum comminuit et domat omnia. sic comminuet omnia hec et conteret. Porro quia vidisti pedum et digitorum partem teste figuli et partem ferream. regnum divisum erit. quod tamen de plantario ferri orietur. Secundum quod vidisti ferrum mixtum teste ex luto. et digitos pedum ex parte ferreos et ex parte fictiles. ex parte regnum erit solidum. et ex parte contritum. Quia autem vidisti ferrum mixtum teste ex luto. commiscebuntur quidem humano semine sed non adherebunt sibi. sic ferrum non potest misceri teste. In diebus autem regnorum illorum. suscitabit deus celi regnum quod in eternum non dissipabitur. et regnum eius populo alteri non dabitur. Comminuet autem et consumet omnia regna hec. et ipsum stabit in eternum secundum quod vidisti quod de monte abscisus est lapis sine manibus. et comminuit testam et ferrum. et es. et argentum et aurum. Deus magnus ostendit regi que futura sunt post hec. et verum est somnium et fidelis interpretatio eius. Tunc rex nabugodonosor cecidit in faciem suam. et danielem adoravit et hostias et incensum precepit ut sacrificarent ei. Loquens ergo rex danieli ait. Vere deus vester deus deorum est. et dominus regum et revelans misteria. qui potuisti aperire sacramentum hoc. Tunc rex danielem in sublime extulit. et munera magna et multa dedit ei. et constituit eum principem super omnes provincias babilonis. et prefectum magistratuum super omnes sapientes babilonis. Daniel autem postulavit a rege et constituit super opera provincie babilonis sydrac. mysac. et abdenago. Ipse autem daniel erat in foribus regis.

Nabugodonosor rex fecit statuam auream altitudine cubitorum lx. latitudine cubitorum sex. et statuit eam in campo duran provincie babilonis. Itaque nabugodonosor rex misit ad congregandos satrapas magistratus et iudices. duces et tyrannos prefectos omnesque principes regionum ut convenirent ad dedicationem statue quam erexerat nabugodonosor rex. Tunc congregati sunt satrape magistratus et iudices. duces et tyranni. et optimates qui erant in potestatibus constituti. et universi principes regionum ut convenirent ad dedicationem statue quam erexerat nabugodonosor rex. Stabant autem in conspectu statue quam posuerat nabugodonosor. et preco clamabat valenter. Vobis dicitur populis. tribubus et linguis. In hora qua audieritis sonitum tube et fistule et cythare sambuce. et psalterii. symphonie et universi generis musicorum. cadentes adorate statuam auream quam constituit nabugodonosor rex. Si quis autem non prostratus adoraverit. eadem hora mittetur in fornacem ignis ardentis. Post hec ergo statim ut audierunt omnes populi sonitum tube. fistule et cythare sambuce et psalterii symphonie. et omnis generis musicorum. cadentes omnes populi tribus et lingue adoraverunt statuam auream quam constituerat nabugodonosor rex. Statimque in ipso tempore accedentes viri chaldei accusaverunt iudeos. dixeruntque nabugodonosor regi. Rex in eternum vive. Tu rex posuisti decretum ut omnis homo qui audierit sonitum tube. fistule et cythare sambuce. et psalterii et symphonie et universi generis musicorum prosternat se et adoret statuam auream. si quis autem non procidens adoraverit. mittatur in fornacem ignis ardentis. Sunt ergo viri iudei quos constituisti super opera regionis babilonis. sydrac. mysac et abdenago. viri isti contempserunt rex decretum tuum. Deos tuos non colunt. et statuam auream quam erexisti non adorant.

Tunc nabugodonosor in furore et ira precepit ut adducerentur sydrac. mysac et abdenago. Qui confestim adducti sunt in conspectu regis. Pronuntiansque nabugodonosor rex ait. Verene sydrac mysac et abdenago deos meos non colitis. et statuam auream quam constitui non adoratis? Nunc ergo si estis parati. quacumque hora audieritis sonitum tube fistule. cythare sambuce et psalterii symphonie omnisque generis musicorum. prosternite vos et adorate statuam auream quam feci. Quod si non adoraveritis. eadem hora mittemini in fornacem ignis ardentis. Et quis est deus qui eripiat vos de manu mea. Respondentes sydrac mysac et abdenago dixerunt regi nabugodonosor. Non oportet nos de hac re respondere tibi. Ecce enim deus noster quem colimus. potest eripere nos de camino ignis ardentis. et de manibus tuis rex liberare. Quod si noluerit notum tibi sit quia deos tuos non colimus. et statuam auream quam erexisti non adoramus. Tunc nabugodonosor repletus est furore. et aspectus faciei illius immutatus est super sydrac. mysac et abdenago. et precepit ut succenderetur fornax septuplum quam succendi consueverat. et viris fortissimis de exercitu suo iussit ut ligatis manibus et pedibus sydrac. mysac et abdenago mitterent eos in fornacem ignis ardentis. Et confestim viri illi vincti cum braccis suis et thyaris. et calciamentis et vestibus missi sunt in medium fornacis ignis ardentis. Nam iussio regis urgebat. Fornax autem succensa erat nimis. Porro viros illos qui miserant sydrac. mysac et abdenago interfecit flamma ignis. Viri autem hi tres id est sydrac. mysac et abdenago ceciderunt in medio camini ignis ardentis colligati.

Que sequuntur. in hebraicis voluminibus non repperi.

Et ambulabant in medio flamme laudantes deum. et benedicentes domino. Stans autem azarias oravit sic. aperiensque os suum in medio ignis ait. Benedictus es domine deus patrum nostrorum et laudabilis. et gloriosum nomen tuum in secula. quia iustus es in omnibus que fecisti nobis. et universa opera tua vera. et vie tue recte. et omnia iudicia tua vera. Iudicia enim vera fecisti iuxta omnia que induxisti super nos. et super civitatem sanctam patrum nostrorum iherusalem. quia in veritate et in iudicio induxisti omnia hec propter peccata nostra. Peccavimus enim et inique egimus recedentes a te. et deliquimus in omnibus. et precepta tua non audivimus. nec observavimus. nec fecimus sicut preceperas nobis. ut bene nobis esset. Omnia ergo que induxisti super nos. et universa que fecisti nobis vero iudicio fecisti. et tradidisti nos in manibus inimicorum iniquorum et pessimorum prevaricatorumque. et regi iniusto et pessimo ultra omnem terram. Et nunc non possumus aperire os. Confusio et obprobrium facti sumus servis tuis. et his qui colunt te. Ne quesumus tradas nos in perpetuum propter nomen tuum. et ne dissipes testamentum tuum. neque auferas misericordiam tuam a nobis propter abraham dilectum tuum. et ysaac servum tuum. et israhel sanctum tuum quibus locutus es pollicens quod multiplicares semen eorum sicut stellas celi. et sicut arenam que est in litore maris. quia domine imminuti sumus plusquam omnes gentes. sumusque humiles in universa terra hodie propter peccata nostra. et non est in tempore hoc princeps et propheta. et dux. neque holocaustum. neque sacrificium. neque oblatio. neque incensum. neque locus primitiarum coram te ut possimus invenire misericordiam. sed in animo contrito et spiritu humilitatis suscipiamur. Sicut in holocausto arietum et taurorum. et sicut in milibus agnorum pinguium sic fiat sacrificium nostrum in conspectu tuo ut placeat tibi. quia non est confusio confidentibus in te. Et nunc sequimur in toto corde. et timemus te. et querimus faciem tuam. Ne confundas nos. sed fac nobiscum iuxta mansuetudinem tuam. et secundum multitudinem misericordie tue. et erue nos in mirabilibus tuis. et da gloriam nomini tuo domine. et confundantur omnes qui ostendunt servis tuis mala. Confundantur in omnipotentia tua. et robur eorum conteratur. et sciant quia tu es dominus deus solus et gloriosus super orbem terrarum.

Et non cessabant qui miserant eos ministri regis succendere fornacem napta et stuppa et pice et malleolis. et effundebatur flamma super fornacem cubitis xl. novem. et erupit et incendit quos repperit iuxta fornacem de chaldeis. Angelus autem domini descendit cum azaria et sociis eius in fornacem. et excussit flammam ignis de fornace. et fecit medium fornacis quasi ventum roris flantem. Flamma autem diffusa est super fornacem cubitis xl. novem. et incendit quos repperit iuxta fornacem de chaldeis ministros regis qui eam incendebant. Et non tetigit eos omnino ignis neque contristavit nec quicquam molestie intulit. Tunc hi tres quasi ex uno ore laudabant et glorificabant et benedicebant deum in fornace dicentes.

Benedictus es domine deus patrum nostrorum. et laudabilis et sup x.
exaltatus in secula. et benedictum nomen glorie tue sanctum. et laudabile et superexaltatum in omnibus seculis. Benedictus es in templo sancto glorie tue. et superlaudabilis. et superexaltatus in secula. Benedictus es in throno regni tui. et superlaudabilis et superexaltatus in secula. Benedictus es qui intueris abyssos. et sedes super cherubin. et laudabilis et superexaltatus in secula. Benedictus es in firmamento celi. et laudabilis et gloriosus in secula. Benedicite omnia opera domini domino. laudate et superexaltate eum in secula. Benedicite angeli domini domino. laudate et superexaltate eum in secula. Benedicite celi domino. laudate et superexaltate eum in secula. Benedicite aque omnes que super celos sunt domino. laudate et superexaltate eum in secula. Benedicite omnes virtutes domini domino. laudate et superexaltate eum in secula. Benedicite sol et luna domino. laudate et superexaltate eum in secula. Benedicite stelle celi domino. laudate et superexaltate eum in secula. Benedicite omnis ymber et

rus domino, laudate et superexaltate eum in secula. Benedicite omnis spiritus dei domino, laudate et superexaltate eum in secula. Benedicite ignis et estus domino, laudate et superexaltate eum in secula. Benedicite frigus et estas domino, laudate et superexaltate eum in secula. Benedicite rores et pruina domino, laudate et superexaltate eum in secula. Benedicite gelu et frigus domino, laudate et superexaltate eum in secula. Benedicite glacies et nives domino, laudate et superexaltate eum in secula. Benedicite noctes et dies domino, laudate et superexaltate eum in secula. Benedicite lux et tenebre domino, laudate et superexaltate eum in secula. Benedicite fulgura et nubes domino, laudate et superexaltate eum in secula. Benedicat terra dominum, laudet et superexaltet eum in secula. Benedicite montes et colles domino, laudate et superexaltate eum in secula. Benedicite universa germinantia in terra domino, laudate et superexaltate eum in secula. Benedicite fontes domino, laudate et superexaltate eum in secula. Benedicite maria et flumina domino, laudate et superexaltate eum in secula. Benedicite cete et omnia que moventur in aquis domino, laudate et superexaltate eum in secula. Benedicite omnes volucres celi domino, laudate et superexaltate eum in secula. Benedicite omnes bestie et pecora domino, laudate et superexaltate eum in secula. Benedicite filii hominum domino, laudate et superexaltate eum in secula. Benedicite sacerdotes domini domino, laudate et superexaltate eum in secula. Benedicite servi domini domino, laudate et superexaltate eum in secula. Benedicite spiritus et anime iustorum domino, laudate et superexaltate eum in secula. Benedicite sancti et humiles corde domino, laudate et superexaltate eum in secula. Benedicite Anania, Azaria, Misahel domino, laudate et superexaltate eum in secula, qui eripuit nos de medio ignis flamme, et de medio ignis eruit nos. Confitemini domino quoniam bonus, quoniam in seculum misericordia eius. Benedicite omnes religiosi domino deo deorum, laudate et confitemini ei, quia in omnia secula misericordia eius.

Hucusque non habetur in hebreo, et que posuimus de Theodotionis editione ab eruditis translata sunt.

Tunc Nabuchodonosor rex obstupuit et surrexit propere et ait optimatibus suis: Nonne tres viros misimus in medio ignis compeditos? Qui respondentes dixerunt: Vere rex. Respondit et ait: Ecce ego video viros quattuor solutos ambulantes in medio ignis, et nichil corruptionis in eis est, et species quarti similis filio dei. Tunc accessit Nabuchodonosor ad ostium fornacis ignis ardentis et ait: Sydrac, Misac et Abdenago servi dei excelsi, egredimini et venite. Statimque egressi sunt Sydrac, Misac et Abdenago de medio ignis. Et congregati satrape et magistratus et iudices et potentes regis contemplabantur viros illos, quoniam nichil potestatis habuisset ignis in corporibus eorum, et capillus capitis eorum non esset adustus, et sarabalia eorum non fuissent inmutata, et odor ignis non transisset per eos. Et erumpens Nabuchodonosor ait: Benedictus deus eorum Sydrac, Misac et Abdenago, qui misit angelum suum et eruit servos suos qui crediderunt in eum, et verbum regis inmutaverunt, et tradiderunt corpora sua ne servirent et ne adorarent omnem deum excepto deo suo. A me ergo positum est hoc decretum, ut omnis populus et tribus et lingua quecumque locuta fuerit blasphemiam contra deum Sydrac, Misac et Abdenago dispereat, et domus eius vastetur. Neque enim est alius deus qui possit ita salvare. Tunc rex promovit Sydrac, Misac et Abdenago in provincia Babilonis.

Nabuchodonosor rex omnibus populis, gentibus et linguis qui habitant in universa terra, pax vobis multiplicetur. Signa et mirabilia fecit apud me deus excelsus. Placuit ergo michi predicare signa eius, quia magna sunt, et mirabilia eius quia fortia, et regnum eius regnum sempiternum, et potestas eius in generatione et generationem. Ego Nabuchodonosor quietus eram in domo mea et florens in palacio meo. Somnium vidi quod perterruit me, et cogitationes mee in strato meo et visiones capitis mei conturbaverunt me. Et per me propositum est decretum ut introducerentur in conspectu meo cuncti sapientes Babilonis, et ut solutionem somnii indicarent michi. Tunc ingrediebantur magi, arioli, Chaldei et aruspices, et somnium narravi in conspectu eorum, et solutionem non indicaverunt michi, donec collega ingressus est in conspectu meo Daniel cui nomen Balthasar secundum nomen dei mei, qui habet spiritum deorum sanctorum in semet ipso. Et somnium coram eo locutus sum. Balthasar princeps ariolorum, quia ego scio quod spiritum deorum sanctorum habeas in te, et omne sacramentum non est inpossibile tibi, visiones somniorum meorum quas vidi et solutionem eorum narra. Visio capitis mei in cubili meo. Videbam, et ecce arbor in medio terre, et altitudo eius nimia. Arbor magna et fortis, et proceritas eius contingens celum. Aspectus illius erat usque ad terminos universe terre. Folia eius pulcherrima, et fructus eius nimius, et esca universorum in ea. Subter eam habitabant animalia et bestie, et in ramis eius conversabantur volucres celi, et ex ea vescebatur omnis caro. Videbam in visione capitis mei super stratum meum, et ecce vigil et sanctus de celo descendit, et clamavit fortiter et sic ait: Succidite arborem et precidite ramos eius, et excutite folia eius et dispergite fructus eius. Fugiant bestie que subter eam sunt et volucres de ramis eius. Verumtamen germen radicum eius in terra sinite, et alligetur vinculo ferreo et ereo in herbis que foris sunt, et rore celi tinguatur, et cum feris pars eius in herba terre. Cor eius ab humano commutetur, et cor fere detur ei, et septem tempora mutentur super eum. In sententia vigilum decretum est, et sermo sanctorum et petitio, donec cognoscant viventes quoniam dominatur excelsus in regno hominum, et cuicumque voluerit dabit illud, et humillimum hominem constituet super eum.

Hoc somnium vidi ego rex Nabuchodonosor. Tu ergo Balthasar interpretationem narra festinus, quia omnes sapientes regni mei non queunt solutionem dicere michi. Tu autem potes, quia spiritus deorum sanctorum in te est. Tunc Daniel cuius nomen Balthasar cepit intra semet ipsum tacitus cogitare quasi una hora, et cogitationes eius conturbabant eum. Respondens autem rex ait: Balthasar, somnium et interpretatio eius non conturbet te. Respondit Balthasar et dixit: Domine mi, somnium his qui te oderunt, et interpretatio eius hostibus tuis sit. Arborem quam vidisti sublimem atque robustam, cuius altitudo pertingit ad celum, et aspectus illius in omnem terram, et rami eius pulcherrimi, et fructus eius nimius, et esca omnium in ea, subter eam habitantes bestie agri, et in ramis eius commorantes aves celi, tu es rex qui magnificatus es et invaluisti, et magnitudo tua crevit et pervenit usque ad celum, et potestas tua in universe terre. Quod autem vidit rex vigilem et sanctum descendere de celo et dicere: Succidite arborem et dissipate illam, attamen germen radicum eius in terra dimittite, et vinciatur ferro et ere in herbis foris, et rore celi conspergatur, et cum feris sit pabulum eius, donec septem tempora commutentur super eum. Hec est interpretatio sententie altissimi que pervenit super dominum meum regem. Eicient te ab hominibus, et cum bestiis ferisque erit habitatio tua, et fenum ut bos comedes, et rore celi infunderis. Septem quoque tempora mutabuntur super te, donec scias quod dominetur excelsus super regnum hominum, et cuicumque voluerit det illud. Quod autem precepit ut relinqueretur germen radicum eius, id est arboris, regnum tuum tibi manebit, postquam cognoveris potestatem esse celestem. Quam ob rem rex consilium meum placeat tibi, et peccata tua elemosinis redime, et iniquitates tuas misericordiis pauperum. Forsitan ignoscet delictis tuis. Omnia venerunt super Nabuchodonosor regem. Post finem mensium duodecim in aula Babilonis deambulabat. Respondit rex et ait: Nonne hec est Babilon magna quam ego edificavi in domum regni in robore fortitudinis mee et in gloria decoris mei?

Cum adhuc sermo esset in ore regis, vox de celo ruit: Tibi dicitur Nabuchodonosor rex: Regnum transiit a te, et ab hominibus te eicient, et cum bestiis ferisque erit habitatio tua. Fenum quasi bos comedes, et septem tempora mutabuntur super te, donec scias quod dominetur excelsus in regno hominum, et cuicumque voluerit det illud. Eadem hora sermo completus est super Nabuchodonosor. Ex hominibus abiectus est, et fenum ut bos comedit, et rore celi corpus eius infectum est, donec capilli eius in similitudinem aquilarum crescerent, et ungues eius quasi avium.

Igitur post finem dierum ego Nabuchodonosor oculos meos ad celum levavi, et sensus meus redditus est michi, et altissimo benedixi, et viventem in sempiternum laudavi et glorificavi, quia potestas eius potestas sempiterna, et regnum eius in generatione et generationem. Et omnes habitatores terre apud eum in nichilum reputati sunt. Iuxta voluntatem enim suam facit tam in virtutibus celi quam in habitatoribus terre, et non est qui resistat manui eius et dicat ei: Quare fecisti? In ipso tempore sensus meus reversus est ad me, et ad honorem decoremque regni mei perveni, et figura reversa est ad me. Et optimates mei et magistratus mei requisierunt me, et in regno meo constitutus sum, et magnificentia amplior addita est michi. Nunc ergo ego Nabuchodonosor laudo et magnifico et glorifico regem celi, quia omnia opera eius vera, et vie eius iudicia, et gradientes in superbia potest humiliare.

Balthasar rex fecit grande convivium optimatibus suis mille, et unusquisque secundum suam bibebat etatem. Precepit ergo iam temulentus ut afferrentur vasa aurea et argentea que asportaverat Nabuchodonosor pater eius de templo quod fuerat in Hierusalem, ut biberent in eis rex et optimates eius, uxoresque eius et concubine. Tunc allata sunt vasa aurea que asportaverat de templo quod fuerat in Hierusalem, et biberunt in eis rex et optimates eius, et uxores et concubine. Bibebant vinum, et laudabant deos suos aureos et argenteos, et ereos, et ferreos, ligneosque et lapideos. In eadem hora apparuerunt digiti quasi manus hominis scribentis contra candelabrum in superficie parietis aule regie, et rex aspiciebat articulos manus scribentis. Tunc regis facies commutata est, et cogitationes eius conturbaverunt eum, et compages renum eius solvebantur, et genua eius ad se invicem collidebantur. Clamavit itaque rex fortiter ut introducerent magos, Chaldeos et aruspices. Et proloquens rex ait sapientibus Babilonis: Quicumque legerit scripturam hanc, et interpretationem eius manifestam michi fecerit, purpura vestietur, et torquem auream habebit in collo, et tercius in regno meo erit. Tunc ingressi omnes sapientes regis non potuerunt nec scripturam legere nec interpretationem indicare regi. Unde rex Balthasar satis conturbatus est, et vultus eius inmutatus est. Sed et optimates eius conturbabantur. Regina autem pro re que acciderat et optimatibus suis domum convivii ingressa est, et proloquens ait: Rex in eternum vive. Non te conturbent cogitationes tue, neque facies tua inmutetur. Est vir in regno tuo qui spiritum deorum sanctorum habet in se, et in diebus patris tui scientia et sapientia invente sunt in eo. Nam et rex Nabuchodonosor pater tuus principem magorum, incantatorum, Chaldeorum et aruspicum constituit eum, pater inquam tuus, o rex. Quia spiritus amplior et prudentia intelligentiaque et interpretatio somniorum et ostensio secretorum et solutio ligatorum invente sunt in eo, hoc est in Daniele, cui rex imposuit nomen Balthasar. Nunc itaque Daniel vocetur, et interpretationem eius narrabit.

Igitur introductus est Daniel coram rege. Ad quem prefatus rex ait: Tu es Daniel de filiis captivitatis Iude, quem adduxit pater meus de Iudea? Audivi de te quod spiritum deorum habeas, et scientia intelligentiaque ac sapientia ampliores invente sint in te. Et nunc ingressi sunt in conspectu meo sapientes magi ut scripturam hanc legerent et interpretationem eius indicarent
S3. michi, et nequiverunt sensum sermonis huius edicere michi. Porro ego audivi de te quod possis obscura interpretari et ligata dissolvere. Si ergo vales scripturam legere et interpretationem eius indicare michi, purpura vestieris, et torquem auream circa collum tuum habebis, et tercius in regno meo eris princeps. Ad que respondens Daniel coram rege ait: Munera tua sint tibi, et dona domus tue alteri da. Scripturam autem legam tibi rex, et interpretationem eius ostendam tibi. O rex, deus altissimus regnum et magnificentiam et gloriam et honorem dedit Nabuchodonosor patri tuo. Et propter magnificentiam quam dederat ei, universi populi, tribus et lingue tremebant et metuebant eum. Quos volebat interficiebat, et quos volebat percutiebat, et quos volebat exaltabat, et quos volebat humiliabat. Quando autem elevatum est cor eius, et spiritus illius obfirmatus est ad superbiam, depositus est de solio regni sui, et gloria eius ablata est, et a filiis hominum eiectus est. Sed et cor eius cum bestiis positum est, et cum onagris erat habitatio eius. Fenum quoque ut bos comedebat, et rore celi corpus eius infectum est, donec cognosceret quod potestatem haberet altissimus in regno hominum, et quemcumque voluerit suscitabit super illud.

Tu quoque filius eius Balthasar non humiliasti cor tuum, cum scires hec omnia, sed adversum dominatorem celi elevatus es, et vasa domus eius allata sunt coram te, et tu et optimates tui et uxores tue et concubine vinum bibistis in eis. Deos quoque aureos

et argenteos et aereos, ferreos ligneosque et lapideos, qui non vident neque audiunt neque sentiunt, laudasti; porro Deum qui habet flatum tuum in manu sua, et omnes vias tuas, non glorificasti. Idcirco ab eo missus est articulus manus, quae scripsit hoc quod exaratum est. Haec est autem scriptura quae digesta est: Mane, Thecel, Phares. Et haec est interpretatio sermonis. Mane: numeravit Deus regnum tuum, et complevit illud. Thecel: appensum est in statera, et inventus es minus habens. Phares: divisum est regnum tuum, et datum est Medis et Persis. Tunc iubente rege indutus est Daniel purpura, et circumdata est torques aurea collo eius, et praedicatum est de eo quod haberet potestatem tertius in regno eius.

Eadem nocte interfectus est Balthasar rex Chaldeus. Et Darius Medus successit in regnum, annos natus sexaginta duos. Placuit Dario, et constituit super regnum satrapas centum viginti, ut essent in toto regno. Et super eos principes tres, ex quibus Daniel unus erat, ut satrapae illis redderent rationem, et rex non sustineret molestiam. Igitur Daniel superabat omnes principes et satrapas, quia spiritus Dei amplior erat in eo. Porro rex cogitabat constituere eum super omne regnum. Unde principes et satrapae quaerebant occasionem ut invenirent Danieli ex latere regis; nullamque causam et suspicionem invenire potuerunt, eo quod fidelis esset, et omnis culpa et suspicio non inveniretur in eo. Dixerunt ergo viri illi: Non inveniemus Danieli huic aliquam occasionem, nisi forte in lege Dei sui. Tunc principes et satrapae surripuerunt regi, et sic locuti sunt ei: Dari rex, in aeternum vive. Consilium inierunt omnes principes regni, magistratus et satrapae, senatores et iudices, ut decretum imperatorium exeat et edictum, ut omnis qui petierit aliquam petitionem a quocumque deo et homine usque ad dies triginta, nisi a te rex, mittatur in lacum leonum. Nunc itaque rex confirma sententiam et scribe decretum, ut non immutetur quod statutum est a Medis et Persis, nec praevaricari cuiquam liceat. Porro rex Darius proposuit edictum et statuit.

xx. Quod cum Daniel comperisset, id est constitutam legem, ingressus est domum suam, et fenestris apertis in cenaculo suo contra Hierusalem, tribus temporibus in die flectebat genua sua, et adorabat confitebaturque coram Deo suo, sicut et antea facere consueverat. Viri ergo illi curiosius inquirentes invenerunt Danielem orantem et obsecrantem Deum suum. Et accedentes locuti sunt regi super edicto: Rex, numquid non constituisti ut omnis homo qui rogaret quemquam de diis et hominibus usque ad dies triginta, nisi a te rex, mitteretur in lacum leonum? Ad quos rex respondens ait: Verus sermo iuxta decretum Medorum atque Persarum, quod praevaricari non licet. Tunc respondentes dixerunt coram rege: Daniel de filiis captivitatis Iudae non curavit de lege tua, et de edicto quod constituisti, sed tribus temporibus per diem orat obsecratione sua. Quod verbum cum audisset rex, satis contristatus est, et pro Daniele posuit cor ut liberaret eum, et usque ad occasum solis laborabat ut erueret eum. Viri autem illi intellegentes regem, dixerunt ei: Scito rex quia lex Medorum est atque Persarum, ut omne decretum quod constituerit rex non liceat immutari. Tunc rex praecepit, et adduxerunt Danielem, et miserunt eum in lacum leonum. Dixitque rex Danieli: Deus tuus quem colis semper, ipse liberabit te. Allatusque est lapis unus, et positus est super os laci, quem obsignavit rex anulo suo et anulo optimatum suorum, ne quid fieret contra Danielem. Et abiit rex in domum suam, et dormivit incenatus, cibique non sunt allati coram eo, insuper et somnus recessit ab eo. Tunc rex primo diluculo consurgens festinus perrexit ad lacum leonum, appropinquansque lacui voce lacrimabili inclamavit, et affatus est eum: Daniel serve Dei viventis, Deus tuus cui tu servis semper, putasne valuit te liberare a leonibus? Et Daniel respondens regi ait: Rex, in aeternum vive. Deus meus misit angelum suum, et conclusit ora leonum, et non nocuerunt mihi, quia coram eo iustitia inventa est in me; sed et coram te rex delictum non feci. Tunc rex vehementer gavisus est super eo, et Danielem praecepit educi de lacu. Eductusque est Daniel de lacu, et nulla laesio inventa est in eo, quia credidit Deo suo. Iubente autem rege adducti sunt viri illi qui accusaverant Danielem, et in lacum leonum missi sunt, ipsi et filii eorum et uxores eorum, et non pervenerunt usque ad pavimentum laci, donec arriperent eos leones, et omnia ossa eorum comminuerunt. Tunc Darius rex scripsit universis populis, tribubus et linguis habitantibus in universa terra: Pax vobis multiplicetur. A me constitutum est decretum, ut in universo imperio et regno meo contremiscant et paveant Deum Danielis. Ipse est enim Deus vivens et aeternus in saecula, et regnum eius non dissipabitur, et potestas eius usque in aeternum. Ipse liberator atque salvator, faciens signa et prodigia et mirabilia in caelo et in terra, qui liberavit Danielem de lacu leonum. Porro Daniel perseveravit usque ad regnum Darii, regnumque Cyri Persae.

In anno primo Balthasar regis Babylonis Daniel somnium vidit; visio autem capitis eius in cubili suo, et somnium scribens brevi sermone comprehendit, summatimque perstringens ait: Videbam in visione mea nocte, et ecce quattuor venti caeli pugnabant in mari magno. Et quattuor bestiae grandes ascendebant de mari, diversae inter se. Prima quasi leaena, et alas aquilae habebat. Aspiciebam donec evulsae sunt alae eius, et sublata est de terra, et super pedes quasi homo stetit, et cor eius datum est ei. Et ecce bestia alia similis urso in parte stetit, et tres ordines erant in ore eius et in dentibus eius, et sic dicebant ei: Surge, comede carnes plurimas. Post haec aspiciebam, et ecce alia quasi pardus, et alas habebat quattuor super se quasi avis, et quattuor capita erant in bestia, et potestas data est ei. Post haec aspiciebam in visu noctis, et ecce bestia quarta terribilis atque mirabilis et fortis nimis. Dentes ferreos habebat magnos, comedens atque comminuens, et reliqua pedibus suis conculcans. Dissimilis autem erat ceteris bestiis quas videram ante eam, et habebat cornua decem. Considerabam cornua, et ecce cornu aliud parvulum ortum est de medio eorum, et tria de cornibus primis evulsa sunt a facie eius. Et ecce oculi quasi oculi hominis erant in cornu isto, et os loquens ingentia.

Aspiciebam donec throni positi sunt, et antiquus dierum sedit. Vestimentum eius quasi nix candidum, et capilli capitis eius quasi lana munda. Thronus eius flammae ignis, rotae eius ignis accensus. Fluvius igneus rapidusque egrediebatur a facie eius. Milia milium ministrabant ei, et decies milies centena milia assistebant ei. Iudicium sedit, et libri aperti sunt. Aspiciebam propter vocem sermonum grandium quos cornu illud loquebatur, et vidi quoniam interfecta esset bestia, et perisset corpus eius, et traditum esset ad comburendum igni. Aliarum quoque bestiarum ablata esset potestas, et tempora vitae constituta essent eis usque ad tempus et tempus.

Aspiciebam ergo in visione noctis, et ecce cum nubibus caeli quasi filius hominis veniebat, et usque ad antiquum dierum pervenit, et in conspectu eius obtulerunt eum. Et dedit ei potestatem et honorem et regnum, et omnes populi, tribus et linguae ipsi servient. Potestas eius potestas aeterna quae non auferetur, et regnum eius quod non corrumpetur. Horruit spiritus meus. Ego Daniel territus sum in his, et visiones capitis mei conturbaverunt me. Accessi ad unum de assistentibus, et veritatem quaerebam ab eo de omnibus his. Qui dixit mihi interpretationem sermonum, et docuit me: Hae quattuor bestiae magnae quattuor regna consurgent de terra. Suscipient autem regnum sancti Dei altissimi, et obtinebunt regnum usque in saeculum et saeculum saeculorum. Post hoc volui diligenter discere de bestia quarta, quae erat dissimilis valde ab omnibus et terribilis nimis; dentes et ungues eius ferrei; comedebat et comminuebat, et reliqua pedibus suis conculcabat; et de cornibus decem quae habebat in capite, et de alio quod ortum fuerat, ante quod ceciderant tria cornua, et de cornu illo quod habebat oculos et os loquens grandia, et maius erat ceteris. Aspiciebam, et ecce cornu illud faciebat bellum adversus sanctos, et praevalebat eis, donec venit antiquus dierum, et iudicium dedit sanctis excelsi, et tempus advenit, et regnum obtinuerunt sancti. Et sic ait: Bestia quarta regnum quartum erit in terra, quod maius erit omnibus regnis, et devorabit universam terram, et conculcabit et comminuet eam. Porro cornua decem ipsius regni decem reges erunt, et alius consurget post eos, et ipse potentior erit prioribus, et tres reges humiliabit. Et sermones contra excelsum loquetur, et sanctos altissimi conteret, et putabit quod possit mutare tempora et leges; et tradentur in manu eius usque ad tempus et tempora et dimidium temporis. Et iudicium sedebit ut auferatur potentia, et conteratur et dispereat usque in finem. Regnum autem et potestas et magnitudo regni quae est subter omne caelum detur populo sanctorum altissimi, cuius regnum sempiternum est, et omnes reges servient ei et oboedient. Ego Daniel multum cogitationibus meis conturbabar, et facies mea mutata est in me; verbum autem in corde meo conservavi.

Anno tertio regni Balthasar regis visio apparuit mihi. Ego Daniel, post id quod videram in principio, vidi in visione mea, cum essem in Susis castro, quod est in Elam regione; vidi autem in visione esse me super portam Ulai. Et levavi oculos meos et vidi, et ecce aries unus stabat ante paludem, habens cornua excelsa, et unum excelsius altero atque succrescens. Postea vidi arietem cornibus ventilantem contra occidentem, et contra aquilonem, et contra meridiem, et omnes bestiae non poterant resistere ei, neque liberari de manu eius; fecitque secundum voluntatem suam, et magnificatus est. Et ego intellegebam. Ecce autem hircus caprarum veniebat ab occidente super faciem totius terrae, et non tangebat terram. Porro hircus habebat cornu insigne inter oculos suos. Et venit usque ad arietem illum cornutum quem videram stantem ante portam, et cucurrit ad eum in impetu fortitudinis suae. Cumque appropinquasset prope arietem, efferatus est in eum, et percussit arietem, et comminuit duo cornua eius, et non poterat aries resistere ei. Cumque eum misisset in terram, conculcavit, et nemo quibat liberare arietem de manu eius. Hircus autem caprarum magnus factus est nimis. Cumque crevisset, fractum est cornu magnum, et orta sunt cornua quattuor subter illud per quattuor ventos caeli. De uno autem ex eis egressum est cornu unum modicum, et factum est grande contra meridiem, et contra orientem, et contra fortitudinem. Et magnificatum est usque ad fortitudinem caeli, et deiecit de fortitudine et de stellis, et conculcavit eas. Et usque ad principem fortitudinis magnificatum est, et ab eo tulit iuge sacrificium, et deiecit locum sanctificationis eius. Robur autem datum est ei contra iuge sacrificium propter peccata, et prosternetur veritas in terra, et faciet et prosperabitur. Et audivi unum de sanctis loquentem, et dixit unus sanctus alteri nescio cui loquenti: Usquequo visio, et iuge sacrificium, et peccatum desolationis quae facta est, et sanctuarium et fortitudo conculcabitur? Et dixit ei: Usque ad vesperam et mane duo milia trecenti, et mundabitur sanctuarium.

Factum est autem, cum viderem ego Daniel visionem, et quaererem intellegentiam, ecce stetit in conspectu meo quasi species viri. Et audivi vocem viri inter Ulai, et clamavit et ait: Gabriel, fac intellegere istum visionem. Et venit et stetit iuxta ubi ego stabam. Cumque venisset, pavens corrui in faciem meam. Et ait ad me: Intellege fili hominis, quoniam in tempore finis complebitur visio. Cumque loqueretur ad me, collapsus sum pronus in terram. Et tetigit me, et statuit me in gradu meo, dixitque mihi: Ego ostendam tibi quae futura sunt in novissimo maledictionis, quoniam habet tempus finem suum. Aries quem vidisti habentem cornua, rex Medorum est atque Persarum. Porro hircus caprarum rex Graecorum est, et cornu grande quod erat inter oculos eius, ipse est rex primus. Quod autem fracto illo surrexerunt quattuor pro eo, quattuor reges de gente eius surgent, sed non in fortitudine eius. Et post regnum eorum, cum creverint iniquitates, consurget rex impudens facie, et intellegens propositiones. Et roborabitur fortitudo eius, sed non in viribus suis. Et supra quam credi potest universa vastabit, et prosperabitur et faciet. Et interficiet robustos et populum sanctorum secundum voluntatem suam, et dirigetur dolus in manu eius. Et cor suum magnificabit, et in copia rerum omnium occidet plurimos. Et contra principem principum consurget, et sine manu conteretur. Et visio vespere et mane quae dicta est vera est. Tu ergo signa visionem, quia post dies multos erit. Et ego Daniel langui, et aegrotavi per dies. Cumque surrexissem, faciebam opera regis, et stupebam ad visionem, et non erat qui interpretaretur.

In anno primo Darii filii Assueri de semine Medorum, qui imperavit super regnum Chaldaeorum, anno uno regni eius, ego Daniel intellexi in libris numerum annorum, de quo factus est sermo Domini ad Hieremiam prophetam, ut complerentur desolationis Hierusalem septuaginta anni. Et posui faciem meam ad Dominum Deum meum rogare et deprecari in ieiuniis, sacco et cinere. Et oravi Dominum Deum meum, et con

fessus sum et dixi. Obsecro domine deus noster magne et terribilis cu-
stodiens pactum et misericordiam diligentibus te et custodientibus
mandata tua. peccavimus iniquitatem fecimus. impie egimus et
recessimus et declinavimus a mandatis tuis ac iudiciis. Non
obedivimus servis tuis prophetis qui locuti sunt in nomine tuo re-
gibus nostris. principibus nostris. patribus nostris. omnique populo terre. Tibi
domine iusticia. nobis autem confusio faciei sicut est hodie viro iuda
et habitatoribus hierusalem. et omni israhel. his qui prope sunt et his qui
procul in universis terris ad quas eiecisti eos propter iniquitates eorum in
quibus peccaverunt in te domine. Nobis confusio faciei. regibus
nostris. principibus nostris. et patribus nostris qui peccaverunt. tibi autem domino
deo nostro misericordia et propitiatio. quia recessimus a te et non audivimus
vocem domini dei nostri ut ambularemus in lege eius. quam posuit
nobis per servos suos prophetas. et omnis israhel prevaricati sunt legem
tuam. et declinaverunt ne audirent vocem tuam. et stillavit super
nos maledictio et detestatio que scripta est in libro moysi servi
dei. quia peccavimus ei. et statuit sermones suos quos locutus est
super nos. et super principes nostros qui iudicaverunt nos. ut superadduceret
in nos malum magnum. quale numquam fuit sub omni celo. secundum quod
factum est in hierusalem. sicut scriptum est in lege moysi. Omne malum
hoc venit super nos. et non rogavimus faciem tuam domine deus noster ut
reverteremur ab iniquitatibus nostris et cogitaremus veritatem tuam. Et
vigilavit dominus super malicia. et adduxit eam super nos.
Iustus dominus deus noster in omnibus operibus suis que fecit. Non enim
audivimus vocem eius. Et nunc domine deus noster qui eduxisti populum
tuum de terra egypti in manu forti. et fecisti tibi nomen secundum
diem hanc. peccavimus iniquitatem fecimus domine in omnem
iusticiam tuam. Avertatur obsecro ira tua et furor tuus a civi-
tate tua hierusalem. et monte sancto tuo. Propter peccata enim nostra et
iniquitates patrum nostrorum hierusalem et populus tuus in opprobrium sunt
omnibus per circuitum nostrum. Nunc ergo exaudi domine deus noster orationem
servi tui et preces eius. et ostende faciem tuam super sanctuarium tuum quod
desertum est. Propter temet ipsum inclina deus meus aurem tuam
et audi. aperi oculos tuos et vide desolationem nostram. et civita-
tem super quam invocatum est nomen tuum. Neque enim in iustifica-
tionibus nostris prosternimus preces ante faciem tuam. sed in miseratio-
nibus tuis multis. Exaudi domine. placare domine. attende
et fac. Ne moreris propter temet ipsum deus meus. quia nomen tuum
invocatum est super civitatem. et super populum tuum.

Cumque adhuc loquerer et orarem. et confiterer peccata mea
et peccata populi mei israhel. ut prosternerem preces meas in conspectu
dei mei pro monte sancto dei mei. adhuc me loquente in oratione mea.
ecce vir gabriel quem videram in visione a principio cito volans
tetigit me in tempore sacrificii vespertini. et docuit me. et lo-
cutus est mihi et dixit. Daniel nunc egressus sum ut doce-
rem te. et intelligeres. Ab exordio precum tuarum egressus
est sermo. ego autem veni ut indicarem tibi. quia vir deside-
riorum es. Tu autem animadverte sermonem. et intellige visionem.
Septuaginta ebdomade abbreviate sunt super populum tuum.
et super urbem sanctam tuam. ut consummetur prevaricatio. et finem
accipiat peccatum. et deleatur iniquitas. et adducatur iusticia
sempiterna. et impleatur visio et prophetia. et ungatur sanctus sanctorum.
Scito ergo et animadverte. Ab exitu sermonis ut iterum edificetur
hierusalem usque ad christum ducem. ebdomade sunt septem. et ebdomade
lx. due erunt. Et rursus edificabitur platea et muri in an-
gustia temporum. et post ebdomadas lx. duas occidetur christus. et non
erit eius populus qui eum negaturus est. et civitatem et sanctuarium
dissipabit populus cum duce venturo. et finis eius vastitas. et post
finem belli statuta desolatio. Confirmabit autem pactum mul-
tis ebdomada una. et in dimidio ebdomade deficiet hostia
et sacrificium. et in templo erit abhominatio desolationis. et
usque ad consummationem et finem perseverabit desolatio.

Anno tercio regni cyri regis persarum verbum revelatum est danieli
cognomento baltasar et verum verbum. et fortitudo magna.
intellexitque sermonem. Intelligentia est enim opus in visione.
In diebus illis ego daniel lugebam trium ebdomadarum diebus. pa-
nem desiderabilem non comedi. et caro et vinum non introierunt
in os meum. sed neque unguento unctus sum. donec complerentur
trium ebdomadarum dies. Die autem xx. et iiii. mensis primi.
eram iuxta fluvium magnum qui est tygris. et levavi oculos
meos et vidi. et ecce vir unus vestitus lineis. et renes eius
accincti auro obrizo. et corpus eius quasi chrisolitus. et facies
eius velut species fulguris. et oculi eius ut lampas ardens. et bra-
chia eius et que deorsum usque ad pedes quasi species eris candentis.
et vox sermonum eius ut vox multitudinis. Vidi autem ego da-
niel solus visionem. Porro viri qui erant mecum non viderunt.
sed terror nimius irruit super eos. et fugerunt in absconditum. ego
autem relictus sum solus. et vidi visionem hanc grandem. Et non
remansit in me fortitudo. sed et species mea immutata est in me.
et emarcui. nec habui quicquam virium. Et audivi vocem
sermonum eius. et audiens iacebam consternatus super faciem meam.
vultusque meus herebat terre. Et ecce manus tetigit me. et erexit
me super genua mea et super articulos manuum mearum. et dixit
ad me. Daniel vir desideriorum intellige verba que ego loquor ad
te. et sta in gradu tuo. Nunc enim missus sum ad te. Cumque
dixisset mihi sermonem istum. steti tremens. Et ait ad me.
Noli timere daniel quia ex die primo quo posuisti cor tuum ad
intelligendum ut te affligeres in conspectu dei tui. exaudita
sunt verba tua. et ego veni propter sermones tuos. Princeps autem
persarum restitit mihi xx. et uno diebus. et ecce michael unus de
principibus primis venit in adiutorium meum. et ego remansi
ibi iuxta regem persarum. Veni autem ut docerem te que ventura
sunt populo tuo in novissimis diebus: quia adhuc visio in dies. Et
cumque loqueretur mihi huiuscemodi verbis. deieci vultum meum
ad terram. et tacui. Et ecce quasi similitudo filii hominis
tetigit labia mea. Et aperiens os meum locutus sum. et dixi
ad eum qui stabat contra me. Domine in visione tua dissolute
sunt compages mee. et nichil in me remansit virium.
Et quomodo poterit servus domini mei loqui cum domino meo?
Nichil remansit in me virium. sed et alitus meus intercluditur.
Rursum ergo tetigit me quasi visio hominis. et confortavit
me et dixit. Noli timere vir desideriorum. Pax tibi. Confor-
tare et esto robustus. Cumque loqueretur mecum. convalui et dixi.
Loquere domine mi quia confortasti me. Et ait. Numquid scis
quare venerim ad te? Et nunc revertar ut prelier adversus
principem persarum. Cum enim egrederer. apparuit princeps
grecorum veniens. Verumtamen annunciabo tibi quod expressum
est in scriptura veritatis. et nemo est adiutor meus in omni-
bus nisi michael princeps vester. Ego autem ab anno primo darii
medi stabam ut confortaretur et roboraretur. Et nunc veritatem
annunciabo tibi.

Ecce adhuc tres reges stabunt in persida. et quartus ditabitur
opibus nimiis super omnes. et cum invaluerit divitiis suis con-
citabit omnes adversum regnum grecie. Surget vero rex fortis
et dominabitur potestate multa. et faciet quod placuerit ei.
Et cum steterit conteretur regnum eius et dividetur in iiii. ventos celi.
sed non in posteros eius neque secundum potentiam illius qua do-
minatus est. Lacerabitur enim regnum eius etiam in exteros ex-
ceptis his. Et confortabitur rex austri. et de principibus eius
prevalebit super eum. et dominabitur ditione. Multa enim
dominatio eius. Et post finem annorum federabuntur. filiaque re-
gis austri veniet ad regem aquilonis facere amiciciam
et non obtinebit fortitudinem brachii nec stabit semen eius. et tradetur
ipsa et qui adduxerunt eam adolescentes eius. et qui confor-
tabant eam in temporibus suis. Et stabit de germine radicum
eius plantatio. et veniet cum exercitu et ingredietur provinciam
regis aquilonis. et abutetur eis et obtinebit. insuper et deos
eorum et sculptilia vasa quoque preciosa argenti et auri captiva
ducet in egyptum. Ipse prevalebit adversum regem aquilonis.
et intrabit in regnum rex austri. et revertetur ad terram suam.
Filii autem eius provocabuntur et congregabunt multitudinem exer-
cituum plurimorum. Et veniet properans et inundans. et rever-
tetur et concitabitur et congredietur cum robore eius. Et provo-
catus rex austri egredietur et pugnabit adversum regem aquilo-
nis. et preparabit multitudinem nimiam. Et dabitur multitudo in
manus eius. et capiet multitudinem et exaltabitur cor eius. et
deiciet multa milia sed non prevalebit.

Convertetur enim rex aquilo et preparabit multitudinem multo
maiorem quam prius. et in fine temporum annorumque veniet pro-
perans cum exercitu magno et opibus nimiis. Et in tempo-
ribus illis multi consurgent adversus regem austri. filii quoque pre-
varicatorum populi tui extollentur. ut impleant visionem et corruent.
Et veniet rex aquilonis et comportabit aggerem. et capiet
urbes munitissimas. et brachia austri non sustinebunt. Et con-
surgent electi eius ad resistendum. et non erit fortitudo. Et
faciet veniens post eum iuxta placitum suum. et non erit qui stet
contra faciem eius. Et stabit in terra inclita. et consumetur in
manu eius. Et ponet faciem suam ut veniat et teneat uni-
versum regnum eius. et recta faciet cum eo. et filiam femina-
rum dabit ei ut evertat illud. Et non stabit nec illius erit. Et
convertet faciem suam ad insulas et capiet multas. et ces-
sare faciet principem opprobrii sui. et opprobrium eius convertetur in eum.
Et convertet faciem suam ad imperium terre sue. et impinget
et corruet et non invenietur. Et stabit in loco eius vilissimus.
et indignissimus decore regio. et in paucis diebus conteretur
non in furore neque in prelio. Et stabit in loco eius despectus. et non
tribuetur ei honor regius. et veniet clam et obtinebit regnum
in fraudulentia. et brachia pugnatorum expugnabuntur a facie
eius. et conterentur. insuper et dux federis. Et post amici-
cias cum eo faciet dolum. et ascendet et superabit in modico
populo. et habundantes et uberes urbes ingredietur. et faciet
que non fecerunt patres eius. et patres patrum eius. Rapinas
et predam et divicias eorum dissipabit. et contra firmissimas
cogitationes inibit. et hoc usque ad tempus.

Et concitabitur fortitudo eius. et cor eius adversus regem austri
in exercitu magno. et rex austri provocabitur ad bellum multis
auxiliis et fortibus nimis. Et non stabunt quia inibunt adversus
eum consilia. Et comedentes panem cum eo conterent eum.
exercitusque eius opprimetur. et cadent interfecti plurimi. Duorum
quoque regum cor erit ut malefaciant. et ad mensam unam mendacium
loquentur. Et non proficient quia adhuc finis in aliud
tempus. Et revertetur in terram suam cum opibus multis. et
cor eius adversus testamentum sanctum. et faciet et revertetur
in terram suam. Statuto tempore revertetur et veniet ad austrum.
et non erit priori simile novissimum. Et venient super eum trie-
res et romani et percutietur. Et revertetur et indignabitur contra
testamentum sanctuarii. et faciet. reverteturque et cogitabit adver-
sum eos qui dereliquerunt testamentum sanctuarii. Et brachia ex
eo stabunt et polluent sanctuarium fortitudinis. et auferent
iuge sacrificium. et dabunt abhominationem in desolationem
et impii in testamentum simulabunt fraudulenter.

Populus autem sciens deum suum obtinebit et faciet. et docti in
populo docebunt plurimos. et ruent in gladio et in flamma
et in captivitate et in rapina dierum. Cumque corruerint
sublevabuntur auxilio parvulo. Et applicabuntur eis pluri-
mi fraudulenter. et de eruditis ruent ut conflentur et eligantur
et dealbentur usque ad tempus prefinitum. quia adhuc tempus
aliud erit. Et faciet iuxta voluntatem suam rex. et elevabitur
et magnificabitur adversum omnem deum deorum loquetur magni-
54 fica. et diriget donec impleatur iracundia. Perpetrata est
quippe diffinitio. Et deum patrum suorum non reputabit. et erit in
concupiscentiis feminarum. nec quemquam deorum curabit. quia
adversum universa consurget. Deum autem maozim in loco
suo venerabitur. et deum quem ignoraverunt patres eius colet.
auro et argento et lapide precioso rebusque preciosis. Et fa-
ciet ut muniat maozim cum deo alieno quem cognovit. et mul-
tiplicabit gloriam. et dabit eis potestatem in multis. et terram
dividet gratuito. Et tempore prefinito preliabitur adversus eum
rex austri. et quasi tempestas veniet contra illum rex aquilonis in
curribus et in equitibus et in classe magna. et ingredietur terras
et conteret et pertransiet. et introibit in terram gloriosam. et multe
corruent. Hee autem sole salvabuntur de manu eius. edom et moab.
et principium filiorum ammon. Et mittet manum suam in terras
et terra egypti non effugiet. Et dominabitur thesaurorum auri et
argenti. et in omnibus preciosis egypti. per lybiam quoque et ethy-
opiam transibit. Et fama turbabit eum ab oriente et ab
aquilone et veniet in multitudine magna ut conterat et interficiat
plurimos. Et figet tabernaculum suum apedno inter maria super
montem inclitum et sanctum. et veniet usque ad summitatem eius.
et nemo auxiliabitur ei.

In tempore illo consurget michael princeps magnus qui
stat pro filiis populi tui. et veniet tempus quale non fuit ex

ex quo gentes esse ceperunt usque ad tempus illud. Et in tempore illo salvabitur populus tuus, omnis qui inventus fuerit scriptus in libro. Et multi de his qui dormiunt in terre pulvere evigilabunt, alii in vitam eternam, et alii in obprobrium ut videant semper. Qui autem docti fuerint fulgebunt quasi splendor firmamenti, et qui ad iustitiam erudiunt multos quasi stelle in perpetuas eternitates. Tu autem Daniel claude sermones et signa librum usque ad tempus statutum. Pertransibunt plurimi, et multiplex erit scientia. Et vidi ego Daniel, et ecce quasi alii duo stabant, unus hinc super ripam fluminis, et alius inde ex altera ripa fluminis. Et dixi viro qui indutus erat lineis, qui stabat super aquas fluminis: Usquequo finis horum mirabilium? Et audivi virum qui indutus erat lineis, qui stabat super aquas fluminis, cum elevasset dexteram et sinistram suam in celum, et iurasset per viventem in eternum, quia in tempus et tempora et dimidium temporis. Et cum completa fuerit dispersio manus populi sancti, complebuntur universa hec. Et ego audivi et non intellexi. Et dixi: Domine mi, quid erit post hec? Et ait: Vade Daniel, quia clausi signatique sunt sermones usque ad tempus prefinitum. Eligentur et dealbabuntur, et quasi ignis probabuntur multi, et impie agent impii, neque intelligent omnes impii. Porro docti intelligent. Et a tempore cum ablatum fuerit iuge sacrificium, et posita fuerit abhominatio in desolationem, dies mille ducenti nonaginta. Beatus qui expectat et pervenit ad dies mille trecentos XXX quinque. Tu autem Daniel vade ad prefinitum, et requiesces et stabis in sorte tua in fine dierum.

Hucusque Danielem de hebraico volumine legimus. Cetera que secuntur usque in fine libri de Theodotionis editione

E … teratur in Babilone, et nomen ei Ioachim. Et accepit uxorem Susannam filiam Helchie pulchram nimis et timentem Dominum. Parentes autem illius cum essent iusti, erudierunt filiam suam secundum legem Moysi. Erat autem Ioachim dives valde, et erat ei pomerium vicinum domui sue, et ad ipsum confluebant Iudei eo quod esset honorabilior omnium. Et constituti sunt duo senes iudices in anno illo, de quibus locutus est Dominus: quia egressa est iniquitas de Babilone a senibus iudicibus qui videbantur regere populum. Isti frequentabant domum Ioachim, et veniebant ad eos omnes qui habebant iudicia. Cum autem populus revertisset per meridiem, ingrediebatur Susanna et deambulabat in pomerio viri sui. Et videbant eam senes cotidie ingredientem et deambulantem, et exarserunt in concupiscentiam eius. Et everterunt sensum suum, et declinaverunt oculos suos ut non viderent celum, neque recordarentur iudiciorum iustorum. Erant ergo ambo vulnerati amore eius, nec indicaverunt sibi vicissim dolorem suum. Erubescebant enim indicare concupiscentiam suam, volentes concumbere cum ea. Et observabant cotidie sollicitius videre eam. Dixitque alter ad alterum: Eamus domum, quia prandii hora est. Et egressi recesserunt a se. Cumque revertissent, venerunt in unum, et sciscitantes ab invicem causam, confessi sunt concupiscentiam suam, et tunc in commune statuerunt tempus quando eam possent invenire solam. Factum est autem cum observarent diem aptum, ingressa est aliquando sicut heri et nudius tertius cum duabus solis puellis, voluitque lavari in pomerio; estus quippe erat. Et non erat ibi quisquam preter duos senes absconditos, et contemplantes eam. Dixit ergo puellis: Afferte mihi oleum et smigmata, et ostia pomerii claudite, ut laver. Et fecerunt sicut preceperat, clauseruntque ostia pomerii, et egresse sunt per posticum ut afferrent que iusserat; nesciebantque senes intus esse absconditos. Cum autem egresse essent puelle, surrexerunt duo senes et accurrerunt ad eam et dixerunt: Ecce ostia pomerii clausa sunt, et nemo nos videt, et in concupiscentia tui sumus; quam ob rem assentire nobis et commiscere nobiscum. Quod si nolueris, dicemus testimonium contra te quod fuerit tecum iuvenis, et ob hanc causam emiseris puellas a te. Ingemuit Susanna et ait: Angustie mihi sunt undique; si enim hoc egero, mors mihi est, si autem non egero, non effugiam manus vestras. Sed melius est mihi absque opere incidere in manus vestras quam peccare in conspectu Domini. Et exclamavit voce magna Susanna; exclamaverunt autem et senes adversus eam. Et cucurrit unus et aperuit ostia pomerii. Cum ergo audissent clamorem in pomerio famuli domus, irruerunt per posticum ut viderent quidnam esset. Postquam autem senes locuti sunt, erubuerunt servi vehementer, quia numquam dictus fuerat sermo huiuscemodi de Susanna. Et facta est dies crastina.

Cumque venisset populus ad virum eius Ioachim, venerunt et duo presbiteri pleni iniqua cogitatione adversus Susannam ut interficerent eam. Et dixerunt coram populo: Mittite ad Susannam filiam Helchie uxorem Ioachim. Et statim miserunt. Et venit cum parentibus et filiis et universis cognatis suis. Porro Susanna erat delicata nimis et pulchra specie. At iniqui illi iusserunt ut discooperiretur (erat enim cooperta), ut vel sic satiarentur decore eius. Flebant igitur sui et omnes qui noverant eam. Consurgentes autem duo presbiteri in medio populi posuerunt manus suas super caput eius. Que flens suspexit ad celum; erat enim cor eius fiduciam habens in Domino. Et dixerunt presbiteri: Cum deambularemus in pomerio soli, ingressa est hec cum duabus puellis, et clausit ostia pomerii, et dimisit a se puellas. Venitque ad eam adolescens qui erat absconditus, et concubuit cum ea. Porro nos cum essemus in angulo pomerii, videntes iniquitatem cucurrimus ad eos, et vidimus eos pariter commisceri. Et illum quidem non quivimus comprehendere, quia fortior nobis erat, et apertis ostiis exilivit. Hanc autem cum apprehendissemus, interrogavimus quisnam esset adolescens, et noluit indicare nobis. Huius rei testes sumus. Credidit eis multitudo quasi senibus populi et iudicibus, et condempnaverunt eam ad mortem.

Exclamavit autem voce magna Susanna et dixit: Deus eterne, qui absconditorum es cognitor, qui nosti omnia antequam fiant, tu scis quoniam falsum contra me tulerunt testimonium, et ecce morior, cum nichil horum fecerim que isti malitiose composuerunt adversum me. Exaudivit autem Dominus vocem eius. Cumque duceretur ad mortem, suscitavit Dominus spiritum sanctum pueri iunioris cuius nomen Daniel, et exclamavit voce magna: Mundus ego sum a sanguine huius. Et conversus omnis populus ad eum dixit: Quis est iste sermo quem tu locutus es? Qui cum staret in medio eorum ait: Sic fatui filii Israel, non iudicantes neque quod verum est cognoscentes, condempnastis filiam Israel. Revertimini ad iudicium, quia falsum testimonium locuti sunt adversus eam. Reversus est ergo populus cum festinatione. Et dixerunt ei senes: Veni et sede in medio nostrum, et indica nobis, quia tibi dedit Deus honorem senectutis. Et dixit ad eos Daniel: Separate eos ab invicem procul, et diiudicabo eos. Cum ergo divisi essent alter ab altero, vocavit unum de eis et dixit ad eum: Inveterate dierum malorum, nunc venerunt peccata tua que operabaris prius, iudicans iudicia iniusta, innocentes opprimens et dimittens noxios, dicente Domino: Innocentem et iustum non interficies. Nunc ergo si vidisti eam, dic sub qua arbore videris eos loquentes sibi. Qui ait: Sub ilice. Dixit autem Daniel: Recte mentitus es in caput tuum. Ecce enim angelus Domini accepta sententia ab eo scindet te medium. Et amoto eo iussit venire alium, et dixit ei: Semen Chanaan et non Iuda, species decepit te, et concupiscentia subvertit cor tuum. Sic faciebatis filiabus Israel, et ille timentes loquebantur vobis, sed non filia Iuda sustinuit iniquitatem vestram. Nunc ergo dic mihi sub qua arbore comprehenderis eos loquentes sibi. Qui ait: Sub lentisco. Dixit autem ei Daniel: Recte mentitus es et tu in caput tuum. Manet enim angelus Domini gladium habens, ut secet te medium et interficiat vos. Exclamavit itaque omnis cetus voce magna, et benedixerunt Deo qui salvat sperantes in se. Et consurrexerunt adversus duos presbiteros (convicerat enim eos Daniel ex ore suo falsum dixisse testimonium), feceruntque eis sicut male egerant adversus proximum, ut facerent secundum legem Moysi; et interfecerunt eos, et salvatus est sanguis innoxius in die illa. Helcias autem et uxor eius laudaverunt Deum pro filia sua Susanna cum Ioachim marito eius et cognatis omnibus, quia non esset inventa in ea res turpis. Daniel autem factus est magnus in conspectu populi a die illa et deinceps.

Et rex Astiages appositus est ad patres suos, et suscepit Cyrus Perses regnum eius. Erat quoque Daniel conviva regis et honoratus super omnes amicos eius. Erat quoque idolum nomine Bel apud Babilonios, et impendebantur in eo per dies singulos simile artabe XII et oves XL, vinique amphore sex. Rex quoque colebat eum et ibat per singulos dies adorare eum. Porro Daniel adorabat Deum suum. Dixitque ei rex: Quare non adoras Bel? Qui respondens ait ei: Quia non colo idola manufacta, sed viventem Deum qui creavit celum et terram et habet potestatem omnis carnis. Et dixit ad eum rex: Non tibi videtur esse Bel vivens Deus? Et ait Daniel arridens: Ne erres, rex; iste enim intrinsecus luteus est et forinsecus ereus, neque comedit aliquando. Et iratus rex vocavit sacerdotes eius et ait eis: Nisi dixeritis mihi quis est qui comedat impensas has, moriemini. Si autem ostenderitis quoniam Bel comedat hec, morietur Daniel, quia blasphemavit in Bel. Et dixit Daniel regi: Fiat iuxta verbum tuum. Erant autem sacerdotes Bel LXX, exceptis uxoribus et parvulis et filiis. Et venit rex cum Daniele in templum Bel. Et dixerunt sacerdotes Bel: Ecce nos egredimur foras, et tu, rex, pone escas et vinum misce et claude ostium et signa anulo tuo; et cum ingressus fueris mane, nisi inveneris omnia comesta a Bel, morte moriemur, vel Daniel qui mentitus est adversum nos. Contempnebant autem quia fecerant sub mensa absconditum introitum, et per illum ingrediebantur semper et devorabant ea. Factum est igitur postquam egressi sunt illi, et rex posuit cibos ante Bel, precepit Daniel pueris suis et attulerunt cinerem, et cribravit per totum templum coram rege, et egressi clauserunt ostium, et signantes anulo regis abierunt. Sacerdotes autem ingressi sunt nocte iuxta consuetudinem suam, et uxores et filii eorum, et comederunt omnia et biberunt. Surrexit autem primo diluculo rex et Daniel cum eo. Et ait rex: Salvane sunt signacula, Daniel? Qui respondit: Salva, rex. Statimque cum aperuisset ostium, intuitus rex mensam exclamavit voce magna: Magnus es, Bel, et non est apud te dolus quisquam. Et risit Daniel et tenuit regem ne ingrederetur intro, et dixit: Ecce pavimentum, animadverte cuius vestigia sunt hec. Et dixit rex: Video vestigia virorum et mulierum et infantum. Et iratus est rex. Tunc apprehendit sacerdotes et uxores et filios eorum, et ostenderunt ei abscondita ostiola per que ingrediebantur et consumebant que erant super mensam. Occidit ergo illos rex, et tradidit Bel in potestatem Danielis, qui subvertit eum et templum eius.

Et erat draco magnus in loco illo, et colebant eum Babilonii. Et dixit rex Danieli: Ecce nunc non potes dicere quia iste non sit deus vivens; adora ergo eum. Dixitque Daniel: Dominum Deum meum adoro, quia ipse est Deus vivens; iste autem non est deus vivens. Tu autem, rex, da mihi potestatem, et interficiam draconem absque gladio et fuste. Et ait rex: Do tibi. Tulit ergo Daniel picem et adipem et pilos, et coxit pariter, fecitque massas, et dedit in os draconis, et disruptus est draco. Et dixit: Ecce quem colebatis. Quod cum audissent Babilonii, indignati sunt vehementer, et congregati adversum regem dixerunt: Iudeus factus est rex; Bel destruxit, draconem interfecit, et sacerdotes occidit.

Et dixerunt cum venissent ad regem: Trade nobis Danielem, alioquin interficiemus te et domum tuam. Vidit ergo rex quod irruerent in eum vehementer, et necessitate compulsus tradidit eis Danielem. Qui miserunt eum in lacum leonum, et erat ibi diebus sex. Porro in lacu erant leones VII, et dabantur eis cotidie duo corpora et due oves, et tunc non data sunt eis, ut devorarent Danielem. Erat autem Abacuc propheta in Iudea, et ipse coxerat pulmentum et intriverat panes in alveolo, et ibat in campum ut ferret messoribus. Dixitque angelus Domini ad Abacuc: Fer prandium quod habes in Babilonem Danieli, qui est in lacu leonum. Et dixit Abacuc: Domine, Babilonem non vidi, et lacum nescio. Et apprehendit eum angelus Domini in vertice eius et portavit eum capillo capitis sui, posuitque eum in Babilone supra lacum in impetu spiritus sui. Et clamavit Abacuc dicens: Daniel serve Dei, tolle prandium quod misit tibi Deus. Et ait Daniel: Recordatus es mei, Deus, et non dereliquisti diligentes te. Surgensque Daniel comedit. Porro angelus Domini restituit Abacuc confestim in loco suo. Venit ergo rex die septimo ut lugeret Danielem, et venit ad lacum et introspexit, et ecce Daniel sedens. Et exclamavit voce magna rex dicens: Magnus es, Domine Deus Danielis. Et extraxit eum de lacu leonum. Porro illos qui perditionis eius causa fuerant intromisit in lacum, et devorati sunt in momento coram eo.

Explicit liber Danielis.

NON IDEM ORDO EST DUODECIM PROPHEtarum apud hebreos qui et apud nos. Unde secundum id quod ibi legitur, hic quoque disposita sunt. Osee commaticus est, et quasi per sententias loquens. Iohel planus in principiis, et in fine obscurior. Et usque ad Malachiam habet singuli proprietates suas, quem Esdram scribam legisque doctorem Hebrei autumant. Et quia longum est nunc de omnibus dicere, hoc tantum vos o Paula et Eustochium admonitas scire volo, unum librum esse duodecim prophetarum, et Osee cynxronon Ysaie. Malachiam vero Aggei et Zacharie fuisse temporibus. In quibus autem tempus non prefertur in titulo, sub illis eos regibus prophetasse sub quibus et hi qui ante eos habent titulos prophetarum. Duplex apud hebreos de his IIII versibus qui a capite prenotati sunt sententia est. Plerique enim dicunt quod ab Esdra scriba in omnibus prophetis sic fuerit titulatum, ut prescripto cuiusque nomine prophete cuius sit sequens noscatur. Ipse autem Esdras qui ultimus prophetarum scribit Malachie nomine. Alii vero dicunt quod ab ipsis prophetis per spiritum sanctum ut cetera sint conscripta.

INCIPIT LIBER OSEE.

VERBUM QUOD FACTUM EST AD OSEE filium Beeri in diebus Ozie, Ioathan, Achaz, Ezechie regum Iuda, et in diebus Hieroboam filii Ioas regis Israhel. Principium loquendi domino in Osee. Et dixit dominus ad Osee: Vade sume tibi uxorem fornicationum et fac filios fornicationum, quia fornicans fornicabitur terra a domino. Et abiit et accepit Gomer filiam Debelaim. Et concepit et peperit filium. Et dixit dominus ad eum: Voca nomen eius Iezrahel, quoniam adhuc modicum et visitabo sanguinem Iezrahel super domum Hieu, et quiescere faciam regnum domus Israhel. Et in die illa conteram arcum Israhel in valle Iezrohel. Et concepit adhuc et peperit filiam. Et dixit ei: Voca nomen eius Absque misericordia, quia non addam ultra misereri domui Israhel, sed oblivione obliviscar eorum. Et domui Iuda miserebor, et salvabo eos in domino deo suo, et non salvabo eos in arcu et gladio et in bello, et in equis et in equitibus. Et ablactavit eam que erat Absque misericordia. Et concepit et peperit filium. Et dixit: Voca nomen eius Non populus meus, quia vos non populus meus et ego non ero vester deus.

Et erit numerus filiorum Israhel quasi arena maris que sine mensura est et non numerabitur. Et erit in loco ubi dicetur eis Non populus meus vos, dicetur eis Filii dei viventis. Et congregabuntur filii Iuda et filii Israhel pariter, et ponent sibimet caput unum, et ascendent de terra, quia magnus dies Iezrohel. Dicite fratribus vestris Populus meus, et sorori vestre Misericordiam consecuta. Iudicate matrem vestram iudicate, quoniam ipsa non uxor mea et ego non vir eius. Auferat fornicationes suas a facie sua, et adulteria sua de medio uberum suorum, ne forte expoliem eam nudam, et statuam eam secundum diem nativitatis sue, et ponam eam quasi solitudinem, et statuam eam quasi terram inviam, et interficiam eam siti. Et filiorum eius non miserebor, quoniam filii fornicationum sunt, quia fornicata est mater eorum, confusa est que concepit eos, quia dixit: Vadam post amatores meos qui dant michi panes et aquas meas, lanam meam et linum meum, oleum meum et potum meum. Propter hoc ecce ego sepiam viam tuam spinis, et sepiam eam maceria, et semitas suas non inveniet. Et sequetur amatores suos et non apprehendet eos, et queret eos et non inveniet. Et dicet: Vadam et revertar ad virum meum priorem, quia michi bene erat tunc magis quam nunc. Et hec nescivit quia ego dedi ei frumentum et vinum et oleum, et argentum multiplicavi ei et aurum que fecerunt Baal.

Idcirco convertar et sumam frumentum meum in tempore suo et vinum meum in tempore suo, et liberabo lanam meam et linum meum que operiebant ignominiam eius. Et nunc revelabo stultitiam eius in oculis amatorum eius, et vir non eruet eam de manu mea. Et cessare faciam omne gaudium eius, sollempnitates eius, et neomeniam eius, sabbatum eius et omnia festa tempora eius. Et corrumpam vineam eius et ficum eius de quibus dixit: Mercedes hee mee sunt, quas dederunt michi amatores mei. Et ponam eam in saltum, et comedet illam bestia agri. Et visitabo super eam dies Baalim quibus accendebat incensum, et ornabatur inaure sua et monili suo, et ibat post amatores suos, et mei obliviscebatur, dicit dominus. Propter hoc ecce ego lactabo eam, et ducam eam in solitudinem, et loquar ad cor eius. Et dabo ei vinitores eius ex eodem loco, et vallem Achor ad aperiendam spem. Et canet ibi iuxta dies iuventutis sue, et iuxta dies ascensionis sue de terra Egypti. Et erit in die illo, ait dominus, vocabit me Vir meus, et non vocabit me ultra Baalim. Et auferam nomina Baalim de ore eius, et non recordabitur ultra nominis eorum. Et percutiam eis fedus in die illa cum bestia agri et cum volucre celi et cum reptili terre, et arcum et gladium et bellum conteram de terra, et dormire eos faciam fiducialiter.

Et sponsabo te michi in sempiternum, et sponsabo te michi in iusticia et iudicio et in misericordia et miserationibus. Sponsabo te michi in fide, et scies quia ego dominus. Et erit in die illa, exaudiam, dicit dominus, exaudiam celos, et illi exaudient terram. Et terra exaudiet triticum et vinum et oleum, et hec exaudient Iezrahel. Et seminabo eam michi in terram, et miserebor eius que fuit Absque misericordia. Et dicam Non populo meo: Populus meus es tu. Et ipse dicet: Deus meus es tu.

Et dixit dominus ad me: Adhuc vade, dilige mulierem dilectam amico et adulteram, sicut diligit dominus filios Israhel, et ipsi respectant ad deos alienos et diligunt vinacia uvarum. Et fodi eam michi quindecim argenteis et choro hordei et dimidio choro hordei. Et dixi ad eam: Dies multos expectabis me. Non fornicaberis et non eris viro, sed et ego expectabo te. Quia dies multos sedebunt filii Israhel sine rege et sine principe et sine sacrificio et sine altari et sine ephod et sine theraphim. Et post hec revertentur filii Israhel et querent dominum deum suum et David regem suum, et pavebunt ad dominum et ad bonum eius in novissimo dierum. Audite verbum domini filii Israhel, quia iudicium domino cum habitatoribus terre. Non est enim veritas, et non est misericordia, et non est scientia dei in terra. Maledictum et mendacium et homicidium et furtum et adulterium inundaverunt, et sanguis sanguinem tetigit.

Propter hoc lugebit terra, et infirmabitur omnis qui habitat in ea, in bestia agri et in volucre celi. Sed et pisces maris congregabuntur. Verumtamen unusquisque non iudicet, et non arguatur vir. Populus enim tuus sicut hi qui contradicunt sacerdoti. Et corrues hodie, et corruet etiam propheta tecum. Nocte tacere feci matrem tuam. Conticuit populus meus, eo quod non habuerit scientiam. Quia tu scientiam repulisti, repellam te ne sacerdotio fungaris michi. Et oblita es legis dei tui, obliviscar filiorum tuorum et ego. Secundum multitudinem eorum sic peccaverunt michi. Gloriam eorum in ignominiam commutabo. Peccata populi mei comedent, et ad iniquitatem eorum sublevabunt animas eorum. Et erit sicut populus sic sacerdos. Et visitabo super eum vias eius, et cogitationes eius reddam ei. Et comedent et non saturabuntur. Fornicati sunt et non cessaverunt, quoniam dominum dereliquerunt in non custodiendo. Fornicatio et vinum et ebrietas aufert cor. Populus meus in ligno suo interrogavit, et baculus eius annuntiavit ei. Spiritus enim fornicationum decepit eos, et fornicati sunt a deo suo. Super capita montium sacrificabant, et super colles accendebant thymiama, subtus quercum et populum et terebintum, quia bona erat umbra eius.

Ideo fornicabuntur filie vestre, et sponse vestre adultere erunt. Non visitabo super filias vestras cum fuerint fornicate, et super sponsas vestras cum adulteraverint, quoniam ipsi cum meretricibus versabantur et cum effeminatis sacrificabant, et populus non intelligens vapulabit. Si fornicaris tu Israhel, non delinquat saltem Iuda. Et nolite ingredi in Galgala, et ne ascenderitis in Bethaven, neque iuraveritis Vivit dominus. Quoniam sicut vacca lasciviens declinavit Israhel. Nunc pascet eos dominus quasi agnum in latitudine. Particeps ydolorum Effraim, dimitte eum. Separatum est convivium eorum. Fornicatione fornicati sunt, dilexerunt afferre ignominiam protectores eius. Ligavit spiritus eum in alis suis, et confundentur a sacrificiis suis. Audite hoc sacerdotes, et attendite domus Israhel, et domus regis auscultate, quia vobis iudicium est, quoniam laqueus facti estis speculationi et rete expansum super Thabor. Et victimas declinastis in profundum, et ego eruditor omnium eorum. Ego scio Effraim, et Israhel non est absconditus a me, quia nunc fornicatus est Effraim, contaminatus est Israhel.

Non dabunt cogitationes suas ut revertantur ad dominum deum suum, quia spiritus fornicationis in medio eorum, et dominum non cognoverunt. Et respondebit arrogantia Israhel in facie eius, et Israhel et Effraim ruent in iniquitate sua. Ruet etiam Iudas cum eis. In gregibus suis et in armentis suis vadent ad querendum dominum et non invenient. Ablatus est ab eis. In domino prevaricati sunt, quia filios alienos genuerunt. Nunc devorabit eos mensis cum partibus suis. Clangite bucina in Gabaa, tuba in Rama, ululate in Bethaven, post tergum tuum Beniamin. Effraim in desolatione erit in die correptionis. In tribubus Israhel ostendi fidem. Facti sunt principes Iuda quasi assumentes terminum. Super eos effundam quasi aquam iram meam. Calumniam patiens Effraim fractus iudicio, quoniam cepit abire post sordes. Et ego quasi tinea Effraim, et quasi putredo domui Iuda. Et vidit Effraim languorem suum, et Iudas vinculum suum. Et abiit Effraim ad Assur, et misit ad regem ultorem. Et ipse non poterit sanare vos, nec solvere poterit a vobis vinculum. Quoniam ego quasi leena Effraim, et quasi catulus leonis domui Iuda. Ego capiam et vadam, tollam et non est qui eruat. Vadens revertar ad locum meum donec deficiatis et queratis faciem meam.

In tribulatione sua mane consurgent ad me. Venite et revertamur ad dominum, quia ipse cepit et sanabit nos, percutiet et curabit nos. Vivificabit nos post duos dies, in die tertia suscitabit nos. Sciemus sequemurque ut cognoscamus dominum. Quasi diluculum preparatus est egressus eius, et veniet nobis quasi ymber temporaneus et serotinus terre. Quid faciam tibi Effraim? quid faciam tibi Iuda? Misericordia vestra quasi nubes matutina, et quasi ros mane pertransiens. Propter hoc dolavi in prophetis, occidi eos in verbis oris mei, et iudicia mea quasi lux egredientur. Quia misericordiam volui et non sacrificium, et scientiam dei plusquam holocausta. Ipsi autem sicut Adam transgressi sunt pactum, ibi prevaricati sunt in me. Galaad civitas operantium ydolum, supplantata sanguine. Et quasi fauces virorum latronum, particeps sacerdotum in via interficientium pergentes de Sichem, quia scelus operati sunt. In domo Israhel vidi horrendum, ibi fornicationes Effraim, contaminatus est Israhel. Sed et Iuda pone messem tibi, cum convertero captivitatem populi mei. Cum sanare vellem Israhel, revelata est iniquitas Effraim et malicia Samarie, quia operati sunt mendacium. Nunc circumdederunt eos adinventiones sue, coram facie mea facte sunt.

In malicia sua letificaverunt regem, et in mendaciis suis principes. Omnes adulterantes quasi clibanus succensus a coquente. Quievit paululum civitas a commixtione fermenti, donec fermentaretur totum. Dies regis nostri. Ceperunt principes furere a vino. Extendit manum suam cum illusoribus, quia applicuerunt quasi clibanum

cor suum cum insidiaretur eis. Tota nocte dormivit coquens
eos. mane ipse succensus quasi ignis flamme. Omnes calefacti
sunt quasi clibanus. et devoraverunt iudices suos. Omnes re
ges eorum ceciderunt. non est qui clamet in eis ad me. Effraim
in populis ipse commiscebatur. effraim factus est subcinericius qui non
reversatur. Comederunt alieni robur eius. et ipse nescivit. sed et
cani effusi sunt in eo. et ipse ignoravit.
Et humiliabitur superbia israhel in faciem eius. Nec reversi sunt ad dominum
deum suum. et non quesierunt eum in omnibus his. Et factus est effraim
quasi columba seducta non habens cor. Egyptum invocabant ad
assyrios abierunt. et cum profecti fuerint expandam super eos
rete meum. et quasi volucrem celi detraham eos. Cedam eos
secundum auditionem cetus eorum. Ve eis. quoniam recesserunt a me. Vasta
buntur quia prevaricati sunt in me. Et ego redemi eos. et ipsi lo
cuti sunt contra me mendacia. Et non clamaverunt ad me in corde
suo. sed ululabant in cubilibus suis. Super triticum et vinum rumi
nabant. Recesserunt a me et ego erudivi eos. et confortavi
brachia eorum. et in me cogitaverunt maliciam. Reversi sunt ut
essent absque iugo. facti sunt quasi arcus dolosus. Cadent
in gladio principes eorum. a furore lingue sue. Ista subsan
natio eorum in terra egypti. In gutture tuo sit tuba. quasi aquila
super domum domini. pro eo quod transgressi sunt fedus meum. et
legem meam prevaricati sunt. Me invocabunt deus meus. cognovimus
te israhel. Proiecit israhel bonum. inimicus persequetur eum. Ipsi
regnaverunt et non ex me. principes extiterunt et non cognovi.
Argentum suum et aurum suum fecerunt sibi ydola ut interirent.
Proiectus est vitulus tuus samaria. iratus est furor meus in eis.
Usquequo non poterunt emundari. Quia ex israhel et ipse est.
Artifex fecit illum. et non est deus. quoniam in aranearum telas erit
vitulus samarie. quia ventum seminabunt. et turbinem metent.
Culmus stans. non est in eis germen. non faciet farinam. Quod
et si fecerit. alieni comedent eam. Devoratus est israhel. Nunc
factus est in nationibus quasi vas inmundum. quia ipsi ascen
derunt ad assur. Onager solitarius sibi effraim. munera
dederunt amatoribus. sed et cum mercede conduxerint nationes.
Nunc congregabo eos et quiescent paulisper ab onere regis
et principum. quia multiplicavit effraim altaria ad pec
candum. facte sunt ei are in delictum. Scribam ei multiplices
leges meas. que velut aliene computate sunt. Hostias affe
rent. immolabunt carnes. et comedent. Dominus non sus
cipiet eas. Nunc recordabitur iniquitates eorum. et visita
bit peccata eorum. Ipsi in egyptum revertentur. Et oblitus est
israhel factoris sui. et edificavit delubra. et iudas multiplica
vit urbes munitas. Et mittam ignem in civitates eius. et devora
bit edes illius. Noli letari israhel. noli exultare sicut populi. quia
fornicatus es a deo tuo. Dilexisti mercedem. super omnes areas tri
tici. Area et torcular non pascet eos. et vinum mentietur eis.
Non habitabunt in terra domini.
Reversus est effraim in egyptum. et in assyriis pollutum comedit.
Non libabunt domino vinum. et non placebunt ei. Sacrificia
eorum quasi panis lugentium. Omnes qui comedunt eum conta
minabuntur. quia panis eorum anime ipsorum. Non intrabit
in domum domini. Quid facietis in die sollempni. in die festivi
tatis domini. Ecce enim profecti sunt a vastitate. Egyptus con
gregabit eos. memphis sepeliet eos. Desiderabile argen
tum eorum urtica hereditabit. lappa in tabernaculis eorum. Vene
runt dies visitationis. venerunt dies retributionis. Scitote
israhel stultum. prophetam insanum virum spiritalem. Propter multitudi
nem iniquitatis tue. et multitudo amentie. Speculator
effraim cum deo meo propheta. Laqueus ruine factus est super
omnes vias eius. insania in domo dei eius. Profunde peccave
runt. sicut in diebus gabaa. Recordabitur iniquitatis eorum. et vi
sitabit peccata eorum. Quasi uvas in deserto inveni israhel. quasi
prima poma ficulnee in cacumine eius vidi patres eorum. Ipsi
autem intraverunt ad beelfegor. et abalienati sunt in confusi
one. et facti sunt abhominabiles sicut ea que dilexerunt.
Effraim quasi avis avolavit gloria eorum a partu. et ab utero et a
conceptu. Quod si enutrierint filios suos absque liberis eos
faciam in hominibus. Sed et ve eis. cum recessero ab eis. Effraim
ut vidi tyrus erat fundata in pulchritudine. effraim edu
cet ad interfectionem filios suos. Da eis domine. Quid dabis
eis. Da eis vulvam sterilem sine liberis. et ubera arentia.
Omnes nequitie eorum in galgal. quia ibi exosos habui eos.
Propter maliciam adinventionum eorum de domo mea eiciam eos. non
addam ut diligam eos. Omnes principes eorum recedentes.
Percussus est effraim radix eorum et siccata est. fructum nequaquam fa
cient. Quod et si genuerint interficiam amantissima uteri
eorum. Abiciet eos deus meus. quia non audierunt eum. et erunt
vagi in nationibus. Vitis frondosa israhel. fructus adequatus est
ei. secundum multitudinem fructus sui multiplicavit altaria. iuxta
ubertatem terre sue exuberavit simulachris. Divisum est cor
eorum. nunc interibunt. Ipse confringet simulachra eorum.
depopulabitur aras eorum. quia nunc dicent. Non est rex
nobis. non enim timemus dominum. Et rex quid faciet nobis.
Loquimini verba. visiones inutiles. et ferietis fedus. et
germinabit quasi amaritudo. Iudicium super sulcos agri.
Vaccas bethaven coluerunt habitatores samarie. quia
luxit super eum populus eius. et editui super eum exultaverunt in
gloria eius. quia migravit ab eo. Siquidem et ipse in assur
delatus est. munus regi ultori. Confusio effraim capiet. et
confundetur israhel in voluntate sua. Transire fecit samaria regem
suum. quasi spumam super faciem aque. et disperdentur excelsa
ydoli peccatum israhel. Lappa et tribulus ascendent super aras
eorum. Et dicent montibus operite nos. et collibus cadite super nos. Ex
diebus gabaa peccavit israhel. ibi steterunt. Non comprehendet
eos in gabaa prelium super filios iniquitatis. iuxta desiderium meum
corripiam eos.
Congregabuntur super eos populi. cum corripientur propter duas iniquitates
suas. Effraim vitula docta diligere trituram. et ego transivi
super pulchritudinem colli eius. Ascendam super effraim. Arabit iu
das. confringet sibi sulcos iacob. Seminate vobis in verita
te iusticiam. et metite in ore misericordie. et innovate vobis novale.
Tempus autem requirendi dominum cum venerit. qui docebit vos iu
sticiam. Iniquitatem arastis. impietatem messuistis. comedi
stis fructum mendacii. quia confisus es in viis tuis. in mul
titudine fortium tuorum. Consurget tumultus in populo tuo.
et omnes munitiones tue vastabuntur. sicut vastatus est salmana
a domo eius. ierobaal qui iudicabit baal in die prelii matre
super filios allisa. Sic fecit vobis bethel a facie malicie nequi
tiarum vestrarum. Sicut mane transit pertransiit rex israhel. quia puer
israhel et dilexi eum. et ex egypto vocavi filium meum. Vocave
runt eos. sic abierunt a facie eorum. Baalim immolabant et
simulachris sacrificabant. et ego quasi nutricius effraim por
tabam eos in brachiis meis. et nescierunt quod curarem eos.
In funiculis adam traham eos. in vinculis caritatis.
Et ero eis quasi exaltans iugum super maxillas eorum. et declinavi
ad eum ut vesceretur. Non revertetur in terram egypti. et assur
ipse rex eius. Quoniam noluerunt converti. cepit gladius in civita
tibus eius. et consumet electos eius. et comedet capita eorum. Et
populus meus pendebit ad reditum meum. iugum autem imponetur eis si
mul quod non auferetur. Quomodo dabo te effraim. expugna
bo te protegam te israhel. Quomodo dabo te. Sicut adama po
nam te. ut seboim. Conversum est in me cor meum. pariter con
turbata est penitudo mea. Non faciam furorem ire mee. et
non convertar ut disperdam effraim. quoniam ego deus et non homo in
medio tui sanctus. et non ingrediar civitatem. Post dominum ambu
labunt quasi leo rugiet. quia ipse rugiet. et formidabunt filii ma
ris. Et avolabunt quasi avis ex egypto. et quasi columba de
terra assyriorum. et collocabo eos in domibus suis dicit dominus deus.
Circumdedit me in negatione sua effraim. et in dolo domus
israhel. iudas autem testis descendit cum deo. et cum sanctis fidelibus.
Effraim pascit ventum. et sequitur estum. Tota die mendacium
et vastitatem multiplicat. et fedus cum assyriis iniit. et
oleum in egyptum ferebat. Iudicium ergo domini cum iuda.
et visitatio super iacob. Iuxta vias eius. et iuxta adinventio
nes eius reddet ei. In utero supplantavit fratrem suum. et in
fortitudine sua directus est cum angelo. et invaluit ad ange
lum et confortatus est. Flevit et rogavit eum. In bethel invenit
eum. et ibi locutus est nobiscum. Et dominus deus exercituum
dominus memoriale eius. Et tu ad dominum deum tuum converte
ris. misericordiam et iudicium custodi. et spera in deo tuo semper.
Chanaan in manu eius statera dolosa. calumniam dilexit.
Et dixit effraim. Verumtamen dives effectus sum. inveni ydo
lum michi. Omnes labores mei non invenient michi. iniqui
tatem quam peccavi. Et ego dominus deus tuus ex terra egypti.
Adhuc sedere te faciam in tabernaculis sicut in diebus festivi
tatis. Et locutus sum super prophetas. et ego visionem multipli
cavi. et in manu prophetarum assimilatus sum. Si galaad ydo
lum. tamen frustra erant in galgal bubus immolantes. Nam
et altaria eorum quasi acervi super sulcos agri. Fugit iacob in re
gionem syrie. et servivit israhel in uxore. et in uxore servavit.
In propheta autem eduxit dominus israhel de egypto. et in propheta ser
vatus est. Ad iracundiam me provocavit effraim in amaritu
dinibus suis. et sanguis eius super eum veniet. et obprobrium eius re
stituet dominus deus suus.
Loquente effraim horror invasit israhel. et deliquit in baal et
mortuus est. Et nunc addiderunt ad peccandum. feceruntque
sibi conflatile de argento suo. quasi similitudinem ydolorum. fa
ctura artificum totum est. His ipsi dicunt immolate homi
nes. vitulos adorantes. Idcirco erunt quasi nubes matutina.
et sicut ros matutinus preteriens. Sicut pulvis turbine raptus
ex area. et sicut fumus de fumario. Ego autem dominus deus
tuus qui eduxi te de terra egypti. et deum absque me nescies. et
salvator non est preter me. Ego cognovi te in deserto. in terra
solitudinis. Iuxta pascua sua adimpleti sunt. et saturati sunt
et levaverunt cor suum. et obliti sunt mei. Et ero eis quasi le
ena et sicut pardus in via assyriorum. Occurram eis quasi ursa
raptis catulis. et dirumpam interiora iecoris eorum. et consumam
eos ibi quasi leo. bestia agri scindet eos. Perditio tua israhel.
tantummodo in me auxilium tuum. Ubi est rex tuus. Ma
xime nunc salvet te in omnibus urbibus tuis. et iudices tui de
quibus dixisti. da michi reges et principes. Dabo tibi regem in furo
re meo. et auferam in indignatione mea. Colligata est iniquitas
effraim. absconditum peccatum eius. Dolores parturientis
venient ei. ipse filius non sapiens. Nunc enim non stabit in con
tritione filiorum. de manu mortis liberabo eos. de morte rede
mam eos. Ero mors tua o mors. ero morsus tuus o inferne.
Consolatio abscondita est ab oculis meis. quia ipse inter
fratres dividet. Adducet urentem ventum dominus de deser
to ascendentem. et siccabit venas eius. et desolabit fontem eius.
et ipse diripiet thesaurum omnis vasis desiderabilis.
Pereat samaria. quia ad amaritudinem concitavit dominum suum.
In gladio pereant. parvuli eorum elidantur. et fete eius discindantur. Con
vertere israhel ad dominum deum tuum. quoniam corruisti in iniquitate tua.
Tollite verba et convertimini ad dominum et dicite ei. Omnem
aufer iniquitatem et accipe bonum. et reddemus vitulos labi
orum nostrorum. Assur non salvabit nos. super equos non ascendemus.
nec dicemus ultra dii opera manuum nostrarum. quia eius qui in te est
misereberis pupilli. Sanabo contritiones eorum. diligam eos spontanee.
quia aversus est furor meus ab eis. Ero quasi ros. israhel germinabit
quasi lilium. et erumpet radix eius ut libani. Ibunt rami eius.
et erit quasi oliva gloria eius. et odor eius ut libani. Convertentur seden
tes in umbra eius. vivent tritico. et germinabunt quasi vinea. memo
riale eius sicut vinum libani. Effraim quid michi ultra ydola.
Ego exaudiam. et dirigam eum. Ego ut abietem virentem. ex me
fructus tuus inventus est. Quis sapiens et intelliget ista.
Intelligens et sciet hec. Quia recte vie domini. et iusti am
bulabunt in eis. prevaricatores vero corruent in eis.

IOHEL FILIUS PHATUHEL DESCRIBIT

terram duodecim tribuum. eruca. bruco. locusta. rubigine
vastantibus consumptam. et post eversionem prioris popu
li effusuri spiritum sanctum super servos dei et ancillas. id est centum XX
credentium nomina. et effusuri in cenaculo syon. Qui centum
XX. ab uno usque ad quinque paulatim et per incrementa surgen
tes. XV. graduum numerum efficiunt. qui in psalterio my
stice continentur. Ex tribus ergo generibus rethorum hic sumuntur
principia. et tres sunt argumentorum partes. ex quibus incipere
solet omnis orator. Aut enim docibilis aut benivolus.
aut attentus auditor debet effici. Hic ergo propheta recte a mag
nitudinis clade sumens principium. eosque qui audituri erant
volens ad penitentiam provocare reddit intentos ammirans futuri

malum, ut considerantes venture cladis asperitatem citius arripiant penitentiam. In hoc propheta idcirco nec reges nec tempora sunt prenotata, quia hisdem temporibus ac regibus quibus et Osee prophetavit. Iohel interpretatur incipiens, aut domini descensus. Tropologice hoc est quod qui ostium dei et scientiam dei habuerit apertam recte incipit prophetare. Iohel qui interpretatur dominus deus, sive incipiens deo, vel fuit dei. Hoc enim eius vocabulo resonat. Hic ad Iudam tantum et ad Hierusalem vaticinium profert, atque in principio sui voluminis post voluptuosa convivia Hierusalem ad luctum provocat, excidiumque ei pronunciat. Predicat quoque vocationem gentium et super congregatos credentes superventurum spiritum sancti. Prophetavit autem sub Ioatham rege Iuda, quando et Micheas. Iohel de tribu Ruben natus in agro Bethoron, ubi etiam in pace mortuus est atque sepultus. Sanctus Iohel aput Hebreos post Osee ponitur. Et sicut ibi sub nomine Effraim ad decem tribus conferuntur vaticinia, que vel Samaria, vel Israhel sepe memorantur. Sed in hoc propheta omne quod dicitur ad tribum Iuda et ad Hierusalem pertinere credendum est; et nulla omnino Israhelis id est decem tribuum in hoc fieri mentione. Tempora quoque quibus propheta vixit eadem debemus accipere que in Osee legimus, videlicet Ozie, Ioatham, Achaz et Ezechie regum Iuda, et in diebus Hieroboam filii Ioas regis Israhel. Porro factum esse sermonem domini ad meritum eius refertur, cum sic non ad conditionem que fieri dicitur ut alibi legimus. Dominus factus est mihi in salutem. Auditus autem in scripturis sanctis non est iste qui aurem sonat, sed qui in corde percipitur; iuxta illud quod dominus loquitur in evangelio: Qui habet aures audiendi audiat. Quod autem dicit ENOTISASTHE, et latine sonat auribus percipite, proprie non aurium sed cordis percipitur. Qui senes sunt et celestes audiunt spiritaliter; qui autem habitant in terra appellantur terreni, qui auribus percipiunt. Ubicumque autem hec duo verba iuncta ponuntur, non ad simplicem tantum verborum sonitum, sed ad reconditam quoque dictorum intelligentiam pertinere. In Genesi Lamech loquitur ad uxores suas Ada et Sella: Audite verba mea uxores Lamech, auribus percipite sermones meos, quia occidi virum in vulnus meum, et iuvenem in livore meum. Et Ysaias: Audite celi, et auribus percipe terra.

INCIPIT LIBER IOHEL.

VERBUM DOMINI QUOD FACTUM EST AD IOHEL

filium Phatuel. Audite hoc senes et auribus percipite omnes habitatores terre. Si factum est istud in diebus vestris, aut in diebus patrum vestrorum. Super hoc filiis vestris narrate, et filii vestri filiis suis, et filii eorum generationi altere. Residuum eruce comedit locusta, et residuum bruci comedit rubigo. Expergiscimini ebrii et flete, et ululate omnes qui bibitis vinum in dulcedine, quia periit ab ore vestro. Gens enim ascendit super terram meam fortis et innumerabilis. Dentes eius ut dentes leonis, et molares eius ut catuli leonis. Posuit vineam meam in desertum, et ficum meam decorticavit. Nudans spoliavit eam et proiecit, albi facti sunt rami eius. Plange quasi virgo accincta sacco super virum pubertatis sue. Periit sacrificium et libatio de domo domini. Luxerunt sacerdotes ministri domini. Depopulata est regio, luxit humus, quoniam devastatum est triticum. Confusum est vinum et elanguit oleum, confusi sunt agricole, ululaverunt vinitores super frumento et hordeo, quia periit messis agri. Vinea confusa est, et ficus elanguit. Malogranatum et palma, et malum et omnia ligna agri aruerunt, quia confusum est gaudium a filiis hominum. Accingite vos, et plangite sacerdotes, ululate ministri altaris. Ingredimini cubate in sacco ministri domini mei, quoniam interiit de domo domini dei vestri sacrificium et libatio. 7

Sanctificate ieiunium, convocate cetum, congregate senes omnes habitatores terre in domo domini dei vestri, et clamate ad dominum: A a a diei, quia prope est dies domini, et quasi vastitas a potente veniet. Numquid non coram oculis vestris alimenta perierunt de domo dei nostri letitia et exultatio? Computruerunt iumenta in stercore suo, demolita sunt horrea, dissipate sunt apothece, quoniam confusum est triticum. Quid ingemuit animal? Mugierunt greges armenti, quia non est pascua eis, sed et greges pecorum disperierunt. Ad te domine clamabo, quia ignis comedit speciosa deserti, et flamma succendit omnia ligna regionis. Sed et bestie agri quasi bestia sitiens ymbre suspexerunt ad te, quoniam exsiccati sunt fontes aquarum, et ignis devoravit speciosa deserti. Canite tuba in Syon, ululate in monte sancto meo, conturbentur omnes habitatores terre, quia venit dies domini, quia prope est. Dies tenebrarum et caliginis, dies nubis et turbinis, quasi expansum super montes. Populus multus et fortis, similis ei non fuit a principio, et post eum non erit usque in annos generationis et generationis. Ante faciem eius ignis vorans, et post eum exurens flamma. Quasi hortus voluptatis terra coram eo, et post eum solitudo deserti, nec est qui effugiat eum. Quasi aspectus equorum aspectus eorum, et quasi equites sic current. Sicut sonitus quadrigarum super capita montium exilient, sic sonitus flamme ignis devorantis stipulam, vel ut populus fortis preparatus ad prelium. A facie eius cruciabuntur populi, omnes vultus redigentur in ollam. Sicut fortes current, et quasi viri bellatores ascendent murum. Viri in viis suis gradientur, et non declinabunt a semitis suis. Unusquisque fratrem suum non coartabit, singuli in calle suo ambulabunt. Sed et per fenestras cadent et non demolientur. Urbem ingredientur, in muro current, domos conscendent, et per fenestras intrabunt quasi fur. A facie eius contremuit terra, moti sunt celi, sol et luna obtenebrati sunt, et stelle retraxerunt splendorem suum. Et dominus dedit vocem suam ante faciem exercitus sui, quia multa sunt nimis castra eius, quia fortia et facientia verbum eius. Magnus enim dies domini et terribilis valde, et quis sustinebit eum?

Nunc ergo dicit dominus, convertimini ad me in toto corde vestro, in ieiunio et fletu, et planctu. Et scindite corda vestra et non vestimenta vestra, et convertimini ad dominum deum vestrum, quia benignus et misericors est, patiens et multe misericordie, et prestabilis super malicia. Quis scit si convertatur et ignoscat, et relinquat post se benedictionem, sacrificium et libamen domino deo nostro? Canite tuba in Syon, sanctificate ieiunium, vocate cetum, congregate populum, sanctificate ecclesiam, coadunate senes, congregate parvulos et sugentes ubera. Egrediatur sponsus de cubili suo, et sponsa de thalamo suo. Inter vestibulum et altare plorabunt sacerdotes ministri domini, et dicent: Parce domine, parce populo tuo, et ne des hereditatem tuam in obprobrium, ut dominentur eis nationes. Quare dicunt in populis: Ubi est deus eorum? Zelatus est dominus terram suam, et pepercit populo suo. Et respondit dominus et dixit populo suo: Ecce ego mittam vobis frumentum et vinum et oleum, et replebimini eis, et non dabo vos ultra obprobrium in gentibus. Et eum qui ab aquilone est procul faciam a vobis, et expellam eum in terram inviam et desertam. Faciem eius contra mare orientale, et extremum eius ad mare novissimum. Et ascendet fetor eius, et ascendet putredo eius, quia superbe egit. Noli timere terra, exulta et letare, quoniam magnificavit dominus ut faceret. Nolite timere animalia regionis, quia germinaverunt speciosa deserti, quia lignum attulit fructum suum. Ficus et vinea dederunt virtutem suam.

Et filii Syon exultate et letamini in domino deo vestro, quia dedit vobis doctorem iusticie, et descendere faciet ad vos ymbrem matutinum et serotinum in principio. Et implebuntur aree frumento, et redundabunt torcularia vino et oleo. Et reddam vobis annos quos comedit locusta, bruchus et rubigo, et eruca, fortitudo mea magna quam misi in vos. Et comedetis vescentes et saturabimini, et laudabitis nomen domini dei vestri qui fecit vobiscum mirabilia. Et non confundetur populus meus in sempiternum. Et scietis quia in medio Israhel ego sum. Et ego dominus deus vester, et non est amplius, et non confundetur populus meus in eternum.

Et erit post hec effundam spiritum meum super omnem carnem, et prophetabunt filii vestri et filie vestre. Senes vestri somnia somniabunt, et iuvenes vestri visiones videbunt. Sed et super servos meos et super ancillas meas in diebus illis effundam spiritum meum. Et dabo prodigia in celo et in terra, sanguinem et ignem et vaporem fumi. Sol convertetur in tenebras, et luna in sanguinem, antequam veniat dies domini magnus et horribilis. Et erit omnis quicumque invocaverit nomen domini salvus erit, quia in monte Syon et in Hierusalem erit salvatio, sicut dixit dominus, et in residuis quos dominus vocaverit. Quia ecce in diebus illis et in tempore illo, cum convertero captivitatem Iuda et Hierusalem, congregabo omnes gentes et deducam eas in vallem Iosaphat, et disceptabo cum eis ibi super populo meo et hereditate mea Israhel, quos disperserunt in nationibus, et terram meam diviserunt. Et super populum meum miserunt sortem. Et posuerunt puerum in prostibulum, et puellam vendiderunt pro vino ut biberent. Verum quid mihi et vobis Tyrus et Sydon et omnis terminus Palestinorum? Numquid ultionem vos reddetis mihi? Et si ulciscimini vos contra me, cito velociter reddam vicissitudinem vobis super caput vestrum.

Argentum enim meum et aurum tulistis, et desiderabilia mea et pulcherrima intulistis in delubra vestra. Et filios Iuda et filios Hierusalem vendidistis filiis Grecorum, ut longe faceretis eos de finibus suis. Ecce ego suscitabo eos de loco in quo vendidistis eos, et convertam retributionem vestram in caput vestrum. Et vendam filios vestros et filias vestras in manibus
56. filiorum Iuda, et venundabunt eos Sabeis genti longinque, quia dominus locutus est. Clamate hoc in gentibus, sanctificate bellum, suscitate robustos. Accedant, ascendant omnes viri bellatores. Concidite aratra vestra in gladios, et ligones vestros in lanceas. Infirmus dicat quia fortis ego sum. Erumpite et venite omnes gentes de circuitu et congregamini. Ibi occumbere faciet dominus robustos tuos. Consurgant et ascendant gentes in vallem Iosaphat, quia ibi sedebo ut iudicem omnes gentes in circuitu. Mittite falces, quoniam maturavit messis. Venite et descendite, quia plenum est torcular, exuberant torcularia, quia multiplicata est malicia eorum. Et populi mei in valle concisionis. Sol et luna obtenebrati sunt, et stelle retraxerunt lumen suum. Et dominus de Syon rugiet, et de Hierusalem dabit vocem suam. Et movebuntur celi et terra, et dominus spes populi sui, et fortitudo filiorum Israhel. Et scietis quia ego dominus deus vester habitans in Syon, in monte sancto meo. Et erit Hierusalem sancta, et alieni non transibunt per eam amplius. Et erit in die illa stillabunt montes dulcedinem, et colles fluent lacte. Et per omnes rivos Iuda ibunt aque, et fons de domo domini egredietur, et irrigabit torrentem spinarum. Egyptus in desolatione erit, et Ydumea in desertum perditionis, pro eo quod inique egerunt in filios Iuda, et effuderunt sanguinem innocentem in terra sua. Et Iudea in eternum habitabitur, et Hierusalem in generatione et generationem. Et mundabo sanguinem eorum quem non mundaveram, et dominus commorabitur in Syon.

Explicit liber Iohel.

AMOS PASTOR ET RUSTICUS. ET RU
bor. ora distringens paucis uerbis explicari n potest.
Quis enim digne exprimat tria & iiii. scelera damasci. gaze. tyri. ydume. filior ammon. & moab & in septimo gradu iude & isrl. Hic loquitur ad uaccas pingues que erant in monte samarie. & ruituram domu maiorem minoremq; testatur. Ipse cernit factore locuste. & stantem dominu sup murum litum & adamantinum & uncinum pomor. & adtrahente supplicia peccatorib; & famem in tra. & n famem panis. neq; sitim aque sed audiendi uerbum di. Ozias rex cum religione dei sollicite emularetur. nimio religionis amore puocatus contra pceptum legis moysi. arrepto thuribulo. ut hystoria lib secdi paralipomenon ostendit. sacerdotale officiu psumere conatus e. Ob eam rem terremotum in templo di exortu constat. cuius etiam zacharias ppha meminit. Ante hunc itaq; terremotum amos ppha temporib; p dicti regis & temporib; hieroboam filii ioas regis isrl. iras gentes que lectione compheuse sunt. ad eas causas qs memorauit. futura denunciat. Et quia de ppha insequentib; ait. tribus impietatib; & sup iiii. non conuertam eum. tcio peccator indulgentia deum dare posse significabat. que quarto eadem peccata admittentib; nec penitentiam nec indulgentiam daturum enunciat. Nam pignus similitudinem que in p dictas gentes inmittendum p dixit. graue quamq; inreuocabile. diuina ad subuersionem earunde ciuitatum pcessuram uoluit demonstrare.

INCP. LIB. AMOS.

VERBA AMOS QUI FUIT IN PASTORALIBUS

de thecue que uidit sup isrl in dieb; ozie regis iuda. & in dieb; hieroboam filii ioas regis isrl. ante duos annos terremot. Et dixit. Dominus de syon rugiet. & de hierlm dabit uoce suam. Et luxerunt speciosa pastor. & exsiccat est uertex carmeli. Hec dicit dominus ds. Sup trib; scelerib; damasci & sup iiii. non conuertam eum. eo qd triturauerint in plaustris ferreis galaad. Et mittam ignem in domum azahel. & deuorabit domum benadab. Et conteram uecte damasci. & disp dam habitatores de campo ydoli. & tenente sceptru de domo uoluptatis. Et transferet ppls syrie cyrenen dicit dominus. Hec dicit dominus. Sup trib; scelerib; gaze & sup iiii. non conuertam eum. eo qd transtulerit captiuitatem pfecta ut concluderet eam in ydumea. Et mittam ignem in muru gaze & deuorabit edes ei. & disp dam habitatore de azoto. & tenente sceptru de ascalone. Et conuertam manum mea sup accaron. & pibunt reliquie philistinor. dicit dominus ds. Hec dicit dominus ds. Sup trib; scelerib; tyri & sup iiii. non conuertam eum. eo qd concluserunt captiuitate pfecta in ydumea. & n sunt recordati federis domini. Et mittam igne in muru tyri. & deuorabit edes ei. Hec dicit dominus. Sup trib; scelerib; edom & sup iiii. n conuertam eum. eo qd psecutus sit in gladio fratrem suum & uiolauerit misericordiam ei. & tenuerit ultra furore suu. & indignatione sua seruauerit usq; in finem. Mittam ignem in theman. & deuorabit edes bosre. Hec dic dns. Sup trib; scelerib; filior ammon & sup iiii. non conuertam eum. eo qd dissecuerit pgnantes galaad ad dilatandum terminum suum. Et succenda ignem in murum rabath. & deuorabit edes eius in ululatu in die belli. & i turbine i die commotionis. Et ibit melchom in captiuitate. ipse & principes ei simul dicit dns. Hec dicit dns. Sup trib; scelerib; moab & sup iiii. non conuerta eu. eo qd incendit ossa regis ydumee usq; ad cinere. Et mitta igne i moab. & deuorabit edes carioth. & morietur in sonitu moab. & i clangore tube. Et dispda iudice de medio ei. & oms pncipes eius intficiam cu eo dic dns. Hec dic dns. Sup trib; scelerib; iuda & sup iiii. non conuertam eu. eo qd abiecerint lege dni. & mandata ei non custodierint. Deceperunt enim eos ydola sua. post que abierat patres eor. Et mitta igne in iuda. & deuorabit hierlm. Hec dic dns. Sup trib; scelerib; isrl & sup iiii. non conuertam eu. pro eo qd uendiderit argento iustum. & pauperem p calciamentis. Qui conterunt sup puluere terre capita paupum. & uia humilium declinant. Et filius ac pat ei ierunt ad puellam ut uiolarent nom scm meu. & sup uestimtis pignerati accubuerunt iuxta omne altare. & uinu dampnator bibebant in domo domini.

Ego au extminaui amorreu a facie eor. cui altitudo cedror altitudo ei. & fortis ipse quasi quercus. Et contriui fructu ei de sup. & radices eius subt. Ego sum qui ascendere uos feci de terra egypti. & eduxi uos in deserto xl. annis. ut pos

sideretis tram amorrei. Et suscitaui de filiis uris pphas & de iuuenib; uris nazareos. Numqd n ita e filii isrl dicit dominus. Et ppinabitis nazareis uinu. & prophetis mandabitis dicentes. ne pphetetis. Ecce ego stridebo sup uos sicut stridet plaustrum onustum feno. & pibit fuga a ueloce. & fortis n obtinebit uirtute sua. Et robustus n saluabit animam suam. & tenens arcu non stabit. Et uelox pedib; non saluabitur. & ascensor equi non saluabit animam sua. Et robustus corde inter fortes. nudus effugiet in die illa dicit dns.

Audite uerbum qd locutus e dns sup uos filii isrl. sup omni cognatione quam eduxi de tra egypti dicens. Tantummo uos cognoui ex omnib; cognationib; tre. idcirco uisitabo sup uos omnes iniquitates uras. Numqd ambulabunt duo pariter. nisi conuenerit eis. Numqd rugiet leo in saltu. nisi habuerit p dam. Numqd dabit catulus leonis uoce suam de cubili suo. nisi aliquid apphenderit. Numqd cadet auis in laqueu tre absq; aucupe. Numqd auferetur laqueus de tra an qua quid ceperit. Si clanget tuba in ciuitate. & ppls non expauescet. Si erit malum in ciuitate qd dominus n fecit. Quia non faciet dominus ds uerbum nisi reuelauerit secretum suum ad seruos suos pphas. Leo rugiet. & qs n timebit. Dominus ds locutus est. quis n prophetabit. Audite in edib; azoti. & in edib; terre egypti. & dicite. Congregamini sup montes samarie & uidete insanias multas in medio eius. & calumnia patientes in penetralib; eius. Et nescierunt facere rectum dicit dominus ds. thesaurizantes iniquitatem & rapinas in edib; suis. Propterea hec dicit dominus ds. Tribulabitur & circuiet tra. & detrahet ex te fortitudo tua. & diripient edes tue.

Hec dicit dominus. Quomodo si eruat pastor de ore leonis duo crura. aut extremum auricule. sic eruent filii israhel qui habitant in samaria in plaga lectuli. & in damasco grabbati. Audite & contestamini domum iacob dicit dominus ds exercituum. quia in die cu uisitare cepero preuaricationes isrl. & eum uisitabo & sup altaria bethel & amputabunt cornua altaris & cadent in tra. Et pcutiam domum hyemalem cu domo estiua. & pibunt domus eburnee. & dissipabunt edes multe dicit dominus. Audite uerbum hoc uacce pingues que estis in monte samarie. que calumnia facitis egenis & confringitis paupes. que dicitis dominis uris. afferte & bibemus. Iurauit dominus ds in sco suo. quia ecce dies ueniunt sup uos. & eleuabunt uos in contis. & reliquias uras in ollis feruentib;. & p aperturas exibitis altera contra alteram & piciemini in armon dicit dominus. Venite ad bethel & impie agite. ad galgalam & multiplicate puaricatione. Et afferte mane uictimas uras trib; dieb; decimas uras & sacrificate de fermento laudem & uocate uoluntarias oblationes & annunciate. Sic enim uoluistis filii isrl dicit dominus. Unde & ego dedi

uob stupore dentium. in cunctis urbib; uris. & indigentia panum in omnib; locis uris. & n estis reuersi ad me dicit dns. Ego qq; phibui a uob ymbrem cum adhuc tres mses sup essent usq; ad messem. & plui sup ciuitate una. & sup ciuitate alteram non plui. Pars una conpluta e. & pars sup qua n plui aruit. Et uenerunt due & tres ciuitates ad ciuitatem una ut biberent aqua & n sunt satiate. & n redistis ad me dic dominus. Pcussi uos in uento urente & in rubigine. multitudine hortor uineas & oliueta. & n redistis ad me dic dominus. Misi in uos morte in uia egypti. pcussi i gladio iuuenes uros. usq; ad captiuitate equor uror. & ascendere feci putredine castror in nares uras. & n redistis ad me dicit dominus. Subuerti uos sicut subuertit ds sodomam & gomorram. & quasi torris facti estis de incendio. & n redistis ad me dic dominus. Quapp hec faciam t isrl. Postqua au hec fecero tibi. ppare in occursum di tui isrl. quia ecce formans montes & creans uentum. & annuncians homini eloquium suum. faciens matutina nebula. & gradiens sup excelsa tre. dominus ds exercituu nom eius.

Audite uerbum istud qd ego leuo sup uos planctum. Domus isrl cecidit. & n adiciet ut resurgat. Virgo isrl piecta est in tram suam. n est qui suscitet eam. quia hec dicit dns ds. Urbs de qua egrediebantur mille. relinquentur in ea centum. & de qua egrediebantur centum. relinquentur in ea x. i domo isrl. quia hec dicit dominus ds domui isrl.

Querite me & uiuetis. & nolite querere bethel. & in galgala nolite intrare. & in bersabee non transibitis. quia galgala captiua ducetur. & bethel erit inutilis. Querite dnm & uiuite. ne forte comburatur ut ignis. domus ioseph. & deuorabit. & non erit qui extinguat bethel. Qui conuertitis in absinthiu iudicium. & iusticiam in tra relinquitis. facientes arcturum & orionem. & conuertentem in mane tenebras. & die nocte mutantem. Qui uocat aquas maris. & effundit eas sup facie tre. dominus nom eius. Qui subridet uastitate sup robustum. & depopulatione sup potentem affert. Odio habuerunt i porta corripientem. & loquente pfecte abhominati sunt. Idcirco p eo qd diripiebatis pauperem. & preda electa tollebatis ab eo. domos quadrato lapide edificabitis. & n habitabitis i eis. Uineas amantissimas plantabitis. & non bibetis uinum earum. quia cognoui multa scelera ura. & fortia peccata ura. Hostes iusti accipientes munus. & paupes in porta deprimentes. Ideo prudens in tempore illo tacebit. quia tempus malum est. Querite bonum & non malum ut uiuatis. & erit domin ds exercituum uobiscum. Sicut dixistis. Odite malum. & diligite bonum. & constituite in porta iudicium. si forte misereatur domin ds exercituum reliquiis isrl & ioseph.

Propterea hec dicit dominus exercituum dominator in omnib; plateis planctus. & in cunctis que foris sunt ve ve. & uocabunt agricolam ad luctum. & ad planctum eos qui sciunt plangere. & in omnib; uiis erit planctus. quia ptransibo in medio tui dicit dns. Ve desiderantib; diem domini. Ad quid ea uobis. Dies dni ista. tenebre & n lux. Quo si fugiat uir a facie leonis. & occurrat ei ursus & ingrediatur domum. & innitatur manu sua sup parietem. & mordeat eum coluber. Numqd non tenebre dies domini & n lux. Et caligo & n splendor in ea. Odi &

pirei festiuitates uestras. & non capiam odorem cetuum uestrorum. Quod si attuleritis michi holocaustomata. & munera uestra non suscipiam. & uota pinguium uestrorum non respiciam. Aufer a me tumultum carminum tuorum. & cantica lyre tue non audiam. Et reuelabitur quasi aqua iudicium. & iusticia quasi torrens fortis. Numquid hostias & sacrificium obtulistis michi in deserto xl annis domus israel. Et portastis tabernaculum moloch ydolo uestro. & ymaginem ydolorum uestrorum. & sydus dei uestri que fecistis uobis. & migrare uos faciam trans damascum dixit dominus deus exercituum nomen eius. Ve qui opulenti estis in syon. & confiditis in monte samarie. Optimates capita populorum ingredientes pompatice domus israel. Transite in chalanne & uidete. & inde in emath magnam. & descendite in geth palestinorum. & ad optima queque regna horum. Si latior terminus eorum termino uestro est. qui separati estis in diem malum. & appropinquatis solio iniquitatis. Qui dormitis in lectis eburneis. & lasciuitis in stratis uestris. Qui comeditis agnum de grege. & uitulos de medio armenti. qui canitis ad uocem psalterii. sicut dauid. putauerunt se habere uasa cantici bibentes in fialis uinum. & optimo unguento delibuti. et nichil patiebantur super contritione ioseph.

Quapropter nunc migrabunt in capite transmigrantium. & auferetur factio lasciuientium. Iurauit dominus deus in anima sua. dicit dominus deus exercituum. detestor ego superbiam iacob. & domus eius odi. & tradam ciuitatem cum habitatoribus suis. Quod si reliqui fuerint x. uiri in domo una. & ipsi morientur. & tollet eum propinquus suus & comburet eum. ut efferat ossa de domo. Et dicet ei qui in penetrabilibus domus est. Numquid adhuc est penes te? Et respondebit. Finis est. Et dicet ei. Tace & non recorderis nominis domini. quia ecce dominus mandauit. & percutiet domum maiorem ruinis. & domum minorem scissionibus. Numquid currere queunt in petris equi. aut arari potest in bubalis? Quoniam conuertistis in amaritudinem iudicium. & fructum iusticie in absinthium qui letamini in nichili. qui dicitis numquid non in fortitudine nostra assumpsimus nobis cornua? Et ecce ego suscitabo super uos domus israel dicit dominus deus exercituum gentem & conteret uos ab introitu emath. usque ad torrentem deserti. Hec ostendit michi dominus deus. Et ecce fictor lucuste in principio germinantium serotini ymbris. & ecce serotinus post tonsorem gregis. Et factum est cum consummasset comedere herbam terre. & dixi. Domine deus propicius esto obsecro. Quis suscitabit iacob quia paruulus est? Misertus est dominus super hoc. Non erit dixit dominus deus.

Hec ostendit michi dominus deus. Et ecce uocabat iudicium ad ignem dominus deus. & deuorabit abyssum multam. & comedet simul partem. Et dixi. Domine deus quiesce obsecro. Quis suscitabit iacob quia paruulus est? Misertus est dominus super hoc. Sed & istud non erit dixit dominus deus. Hec ostendit michi dominus. Et ecce dominus stans super murum litum. & in manu eius trulla cementarii. Et dixit dominus ad me. Quid tu uides amos? Et dixi. Trullam cementarii. Et dixit ad me. Ecce ego ponam trullam in medio populi mei israel. & adiciam ultra superinducere eum. & demolientur excelsa ydoli. & sanctificationes israel desolabuntur. & consurgam super domum hieroboam in gladio. Et misit amasias sacerdos bethel ad hieroboam regem israel dicens. Rebellauit contra te amos in medio domus israel. non poterat terra sustinere uniuersos sermones eius. Hec enim dicit amos. In gladio morietur hieroboam. & israel captiuus migrabit de terra sua. Et dixit amasias ad amos. Qui uides gradere fuge in terram iuda. & comede ibi panem & ibi prophetabis. & in bethel non adicies ultra ut prophetes. quia sanctificatio regis est. & domus regni est. Et respondit amos & dixit ad amasiam. Non sum propheta. non sum filius prophete. sed armentarius ego sum uellicans sychomoros. et tulit me dominus cum sequerer gregem. Et dixit ad me dominus. Vade propheta ad populum meum israel. Et nunc audi uerbum domini.

Tu dicis non prophetabis super israel. & non stillabis super domum ydoli. Propter hoc hec dicit dominus deus. Uxor tua in ciuitate fornicabitur. & filii tui & filie in gladio cadent. & humus tua in funiculo metietur. & tu in terra polluta morieris. & israel captiuus migrabit de terra sua. Hec ostendit michi dominus deus. Et ecce uncinus pomorum. Et dixit dominus. Quid tu uides amos? Et dixi. Uncinum pomorum. Et dixit dominus ad me. Venit finis super populum meum israel. Non adiciam ultra ut pertranseam eum. & stridebunt cardines templi. In die illa dicit dominus deus multi morientur. in omni loco proicietur silentium.

Audite hoc qui conteritis pauperem. & deficere facitis egenos dicentes. Quando transibit messis. & uenundabimus merces? Et sabbatum. & aperiemus frumentum ut imminuamus mensuram. & augeamus siclum. & supponamus stateras dolosas. Ut possideamus in argento egenos. & pauperes pro calciamentis. & quisquilias frumenti uendamus. Iurauit dominus in superbia iacob. si oblitus fuero usque ad finem omnia opera eorum. Numquid non super isto non commouebitur terra. & lugebit omnis habitator eius? Et ascendet quasi fluuius uniuersus & eicietur. & defluet quasi riuus egypti. Et erit in die illa dicit dominus. & occidet sol meridie. & tenebrescere faciam terram in die luminis. Et conuertam festiuitates uestras in luctum. & omnia cantica uestra in planctum. Et inducam super omne dorsum uestrum saccum. & super omne caput caluicium. et ponam eam quasi luctum unigeniti. & nouissima eius quasi diem amarum.

Ecce dies ueniunt dicit dominus. & mittam famem in terram. non famem panis neque sitim aque. sed audiendi uerbum domini. Et commouebuntur a mari usque ad mare. & ab aquilone usque ad orientem. circuibunt querentes uerbum domini & non inuenient. In die illa deficient uirgines pulchre & adolescentes in siti. qui iurant in delicto samarie & dicunt. Viuit deus tuus dan. & uiuit uia bersabee. & cadent & non resurgent ultra. Vidi dominum stantem super altare & dixit. Percute cardinem. & commoueantur superliminaria. Auaricia enim in capite omnium. & nouissimum eorum gladio interficiam. Non erit fuga eis. fugiet & non saluabitur ex eis qui fugerit. Si descenderint usque ad infernum. inde manus mea educet eos. Et si ascenderint usque ad celum. inde detraham eos. Et si absconsi fuerint in uertice carmeli. inde scrutans auferam eos. Et si celauerint se ab oculis meis in profundo maris. ibi mandabo serpenti & mordebit eos. Et si abierint in captiuitatem coram inimicis suis. ibi mandabo gladio & occidet eos. & ponam oculos meos super eos in malum & non in bonum. Et dominus deus exercituum qui tangit terram & tabescet. & lugebunt omnes habitantes in ea. Et ascendet sicut riuus omnis. & effluet sicut fluuius egypti. Qui edificat in celo ascensionem suam. & fasciculum suum super terram fundauit. Qui uocat aquas maris. & effundit eas super faciem terre dominus nomen eius. Numquid non ut filii ethyopum uos estis michi filii israel ait dominus deus? Numquid non israel ascendere feci de terra egypti. & palestinos de capadocia & syros de cyrenen? Ecce oculi domini dei super regnum peccans. & conteram illud a facie terre. Verumtamen conterens non conteram iacob dicit dominus.

Ecce enim ego mandabo & concutiam in omnibus gentibus domum israel. sicut concutitur triticum in cribro. & non cadet lapillus super terram. In gladio morientur omnes peccatores populi mei. qui dicunt non appropinquabit. & non ueniet super nos malum. In die illo suscitabo tabernaculum dauid quod cecidit. & reedificabo aperturas murorum eius. & que corruerant instaurabo. & non reedificabo eum sicut in diebus antiquis. ut possideant reliquias ydumee & omnes nationes eo quod inuocatum sit nomen meum super eos dicit dominus faciens hec. Ecce dies ueniunt dicit dominus. & comprehendet arator messorem. & calcator uue mittentem semen. & stillabunt montes dulcedinem. & omnes colles culti erunt. Et conuertam captiuitatem populi mei israel. & edificabunt ciuitates desertas. & habitabunt in eis. & plantabunt uineas. & bibent uinum earum. & facient hortos. & comedent fructus eorum. Et plantabo eos super humum suam. & non euellam eos ultra de terra sua quam dedi eis. dicit dominus deus tuus. Explicit liber Amos

ABDIAS QUI INTERPRETATUR SERUUS DOMINI pertonat contra edom & sanguineum terrenumque fratrem iacob semper emulum hasta percutit spiritali. Iacob patriarcha fratrem habuit esau. qui ob rubrum corporis sui edom hebrea lingua appellatus est. quod latine sanguineus dicitur. Iste memoratum fratrem suum qui israel nomen acceperat. grauium odio commotus interimere conatus est. Qua de causa omnes qui populum israel id est filios patriarche iacob predicti esau odium imitati persecuti sunt edom appellantur. & quia populus israel de captiuitate chaldeorum per cyrum regem persarum nutu dei reuocatus in hierusalem. ab alio regno grauiter afflictus atque oppressus est. ideo hoc regnum quod more esau predictum populum persecutus est. per denuntiationem abdie prophete increpatur: quia de tanti dei indignatione securus: sua uirtute populum superatum gloriabatur. De quo regno olim per dauid in psalmo centesimo xxx. sexto dictum est. Memento domine filiorum edom in die hierusalem. Que tamen reliqua lectione comprehensa. futurum in gentes iudicium ob causas lectione comprehensas regnum dei in populum israel significat. Hebrei hunc esse dicunt qui sub rege samarie achab. et impiissima iezabel pauit centum prophetas in specubus: qui non curuauerunt genua ante baal. & de septem milibus erat quos helyas arguitur ignorasse. Sepulchrum quoque eius usque hodie cum uasis oleo elysei prophete. & baptiste iohannis in sebastia ueneratione habetur. que olim samaria dicebatur. Hanc herodes antipatris filius in honore augusti cesaris. greco nomine uocauit augustam. Hic ergo quia c. prophetas saluauerat. accepit gratiam prophetalem. & de duce exercitus fuit dux gedie. Tunc in samaria porti rege pauerat. nunc in toto orbe christi pascit ecclesiam. Et sicut stephanus coronam meruit passionis. ita hic seruus domini est appellatus quia abdias seruus in nostro sonat eloquio.

INCIPIT LIBER ABDIE.

VISIO ABDIE. HEC DICIT
57. DOMINUS ad edom. Auditum audiuimus a domino. & legatum ad gentes misit. Surgite & consurgamus aduersus eum in prelium. Ecce paruulum te dedi in gentibus: contemptibilis tu es ualde. Superbia cordis tui extulit te. habitantem in scissuris petrarum exaltantem solium suum. Qui dicis in corde tuo. quis detrahet me in terram? Si exaltatus fueris ut aquila. & si inter sydera posueris nidum tuum. inde detraham te dicit dominus. Si fures introissent ad te: si latrones per noctem quomodo conticuisses? Nonne furati essent sufficientia sibi? Si uindemiatores introissent ad te. numquid saltem racemos reliquissent tibi? Quomodo scrutati sunt esau. inuestigauerunt abscondita eius. usque ad terminum emiserunt te. Omnes uiri federis tui illuserunt tibi. inualuerunt aduersum te uiri pacis tue. Qui comedunt tecum. ponent insidias subter te. non est prudentia in eo. Numquid non in die illa dicit dominus perdam sapientes de ydumea. & prudentiam de monte esau? Et timebunt fortes tui a meri-

die ut intereat vir de monte Esau. Propter interfectionem et propter iniquitatem in fratrem tuum Iacob operiet te confusio, et peribis in eternum. In die cum stares adversus eum, quando capiebant alieni exercitum eius, et extranei ingrediebantur portas eius, et super Hierusalem mittebant sortem, tu quoque eras quasi unus ex eis. Et non despicies in die fratris tui, in die peregrinationis eius, et non letaberis super filios Iuda, in die perditionis eorum. Et non magnificabis os tuum in die angustie, neque ingredieris portam populi mei in die ruine eorum, neque despicias et tu in malis eius in die vastitatis illius. Et non emitteris adversus exercitum eius in die vastitatis illius, neque stabis in exitibus ut interficias eos qui fugerint, et non concludes reliquos eorum in die tribulationis. Quoniam iuxta est dies domini super omnes gentes. Sicut enim fecisti fiet tibi, retributionem tuam convertet in caput tuum. Quando enim bibistis super montem sanctum meum bibent omnes gentes iugiter, et bibent et absorbebunt, et erunt quasi non sint. Et in monte Syon erit salvatio, et erit sanctus. Et possidebit domus Iacob eos qui se possederant. Et erit domus Iacob ignis, et domus Ioseph flamma, et domus Esau stipula, et succendentur in eis et devorabunt eos, et non erunt reliquie domus Esau, quia dominus locutus est. Et hereditabunt hii qui ad austrum montem Esau, et qui in campestribus Philistiim, et possidebunt regionem Effraim, et regionem Samarie. Et Beniamin possidebit Galaad, et transmigratio exercitus eius filiorum Israel, omnia regna Chananeorum usque ad Sarapham. Et transmigratio Hierusalem que in Bosforo est, possidebit civitates austri. Et ascendent salvatores in montem Syon iudicare montem Esau, et erit domino regnum. Explicit liber Abdie.

IONAS COLUMBA PULCHERRIMA naufragio suo domini passionem prefigurans, mundum ad penitentiam revocat, et sub nomine Ninive salutem gentibus nuntiat. Ionam sancti Hebrei affirmant filium mulieris vidue Sareptene quem Helyas propheta mortuum suscitavit, matre postea dicente ad eum: Nunc cognovi quia vir dei es tu, et verbum dei in ore tuo veritas. Et ob hanc causam etiam ipsum puerum sic vocatum Amathi. Amathi enim in nostra lingua veritatem sonat. Ex eo quod verum Helyas locutus est, ille qui suscitatus est filius esse dicitur veritatis. Ideo de veritate columba nascitur, quia Ionas columba sonat. In condempnatione autem Israel Ionas ad gentes mittitur, quod Ninive agente penitentiam illi in malicia perseverent. Temporibus quippe Ieroboe regis Israel qui deo derelicto cum populo suo in Samaria ydolis sacrificaverat Ionam prophetam fuisse hystoria quarti libri regum indicat. Cum prophetia illuminante peccatores civitatis Ninive dei misericordiam consecutos videret, ne falsa predicare videretur, ad denunciandum interitum eiusdem civitatis ire nolebat. Nam sic dominus ad Abraham de impietate Sodomorum locutus est: Clamor Sodomorum et Gomorreorum pervenit ad me. Ita et de Ninive dicitur, eo quod ascenderet clamor malicie eius ad eum. Et quia sententia dei de Sodomis facta Ninive revocata est, ita et Ionas adversus Niniven placatam revocari nolebat, divine dispensationis ignarus, qui salutem hominum ad se convertentium magis vult quam interitum. Hoc illi accidit quod sancto Elyseo quod filium Sunamitis mulieris mortuum ignorabat. Et ideo aspectum dei fugere se Ionas putabat. Humanum aliquid passus dicente David: Quo ibo a spiritu tuo, et a facie tua quo fugiam.

INCIPIT LIBER IONE.

ET FACTUM EST VERBUM DOMINI AD IONAM filium Amathi dicens: Surge et vade in Niniven civitatem magnam, et predica in ea, quia ascendit clamor malicie eius coram me. Et surrexit Ionas ut fugeret in Tharsis a facie domini. Et descendit Ioppen, et invenit navem euntem in Tharsis, et dedit naulum eius, et descendit in eam, ut iret cum eis in Tharsis a facie domini. Dominus autem misit ventum magnum in mare, et facta est tempestas magna in mari, et navis periclitabatur. Conterriti timuerunt valde, et clamaverunt viri ad deum suum. Et miserunt vasa que erant in navi in mare, ut alleviaretur ab eis. Et Ionas descendit ad interiora navis, et dormiebat sopore gravi. Et accessit ad eum gubernator et dixit ei: Quid tu sopore deprimeris? Surge invoca deum tuum, si forte recogitet deus de nobis, et non pereamus. Et dixit vir ad collegam suum: Venite et mittamus sortes, et sciamus quare hoc malum sit nobis. Et miserunt sortes, et cecidit sors super Ionam. Et dixerunt ad eum: Indica nobis cuius causa malum istud sit nobis. Quod est opus tuum, et que terra tua, et quo vadis, vel ex quo populo es tu? Et dixit ad eos: Hebreus ego sum, et dominum deum celi ego timeo, qui fecit mare et aridam.

Et timuerunt viri timore magno, et dixerunt ad eum: Quid hoc fecisti? Cognoverunt enim viri quod a facie domini fugeret, quia indicaverat eis Ionas. Et dixerunt ad eum: Quid faciemus tibi, et cessabit mare a nobis? Quia mare ibat et intumescebat. Et dixit ad eos: Tollite me et mittite in mare, et cessabit mare a vobis. Scio enim ego quoniam propter me tempestas grandis hec venit super vos. Et remigabant viri ut reverterentur ad aridam et non valebant, quia mare ibat et intumescebat super eos. Et clamaverunt ad dominum et dixerunt: Quesumus domine, ne pereamus in anima viri istius, et ne des super nos sanguinem innocentem, quia tu domine sicut voluisti fecisti. Et tulerunt Ionam, et miserunt in mare. Et stetit mare a fervore suo. Et timuerunt viri timore magno dominum, et immolaverunt hostias domino, et voverunt vota. Et preparavit dominus piscem grandem ut deglutiret Ionam. Et erat Ionas in ventre piscis tribus diebus et tribus noctibus.

Et oravit Ionas ad dominum deum suum de ventre piscis et dixit: Clamavi de tribulatione mea ad dominum et exaudivit me, de ventre inferi clamavi et exaudisti vocem meam. Et proiecisti me in profundum in corde maris, et flumen circumdedit me. Omnes gurgites tui et fluctus tui super me transierunt. Et ego dixi: Abiectus sum a conspectu oculorum tuorum. Verumtamen rursus videbo templum sanctum tuum. Circumdederunt me aque usque ad animam. Abyssus vallavit me, et pelagus operuit caput meum. Ad extrema montium descendi, terre vectes concluserunt me in eternum. Et sublevabis de corruptione vitam meam domine deus meus. Cum angustiaretur in me anima mea, recordatus sum domini, ut veniat ad te oratio mea, ad templum sanctum tuum. Qui custodiunt vanitates frustra misericordiam suam derelinquunt. Ego autem in voce laudis immolabo tibi, quecumque vovi reddam pro salute domino. Et dixit dominus pisci, et evomuit Ionam in aridam.

Et factum est verbum domini ad Ionam secundo dicens: Surge et vade in Niniven civitatem magnam, et predica in ea predicationem quam ego loquor ad te. Et surrexit Ionas, et abiit in Niniven iuxta verbum domini. Et Ninive erat civitas magna itinere dierum trium. Et cepit Ionas introire civitatem itinere diei unius, et clamavit et dixit: Adhuc xl dies et Ninive subvertetur. Et crediderunt viri Ninivite in deum, et predicaverunt ieiunium, et vestiti sunt saccis a maiore usque ad minorem. Et pervenit verbum ad regem Ninive, et surrexit de solio suo, et abiecit vestimentum suum a se, et indutus est sacco, et sedit in cinere. Et clamavit et dixit: In Ninive ex ore regis et principum eius dicens: Homines et iumenta et boves et pecora non gustent quicquam, nec pascantur, et aquam non bibant. Et operiantur saccis homines et iumenta, et clament ad dominum in fortitudine, et convertatur vir a via sua mala, et ab iniquitate que est in manibus eorum. Quis scit si convertatur et ignoscat deus, et revertatur a furore ire sue et non peribimus?

Et vidit deus opera eorum quia conversi sunt de via sua mala, et misertus est deus super malicia quam locutus fuerat ut faceret eis, et non fecit. Et afflictus est Ionas afflictione magna, et iratus est. Et oravit ad dominum et dixit: Obsecro domine, numquid non hoc est verbum meum, cum adhuc essem in terra mea? Propter hoc preoccupavi ut fugerem in Tharsis. Scio enim quia tu deus clemens et misericors es, patiens et multe miserationis et ignoscens super malicia. Et nunc domine tolle queso animam meam a me, quia melior est mihi mors quam vita. Et dixit dominus: Putasne bene irasceris tu? Et egressus est Ionas de civitate, et sedit contra orientem civitatis, et fecit sibimet ibi umbraculum, et sedebat subter illud in umbra, donec videret quid accideret civitati.

Et preparavit dominus deus ederam et ascendit super caput Ione ut esset umbra super caput eius, et protegeret eum. Laboraverat enim. Et letatus est Ionas super edera letitia magna. Et preparavit deus vermem ascensu diluculi in crastinum, et percussit ederam et exaruit. Et cum ortus fuisset sol, precepit dominus vento calido et urenti, et percussit sol super caput Ione, et estuabat. Et petivit anime sue ut moreretur, et dixit: Melius est mihi mori quam vivere. Et dixit dominus ad Ionam: Putasne bene irasceris tu super ederam? Et dixit: Bene irascor ego usque ad mortem. Et dixit dominus: Tu doles super ederam in qua non laborasti ut cresceret, que sub una nocte nata est et sub una nocte periit. Et ego non parcam Ninive civitati magne, in qua sunt plus quam cxx milia hominum qui nesciunt quid sit inter dexteram et sinistram suam, et iumenta multa. Explicit liber Ione.

MICHEAS DE MORASTHI coheres Christi vastationem annunciat filie latronis, et obsidionem ponit contra eam, quia maxillam percusserat iudicis Israel. Temporibus Ioatham, et Achaz, et Ezechie regum Iuda Micheam ad hanc prophetiam spiritu sancto repletum fuisse lectio ipsa demonstrat. Sed et de supradicto numero regum Ioatham et Ezechiam deo ob religionem placuisse hystoria libri iiii regum et secundi paralipomenon indicat. Achaz vero derelicto deo ydola Samarie et Syrie quibus et filios suos in sacrificium igni comburendos obtulit consuluisse constat. Quam ob rem deus quia reges Israel et Iuda memoratorum symulachrorum superstitione fefellerat increpans, indignationem suam in eam processuram comminatus est populo Israel prevaricatori et principibus eius, qui eundem populum in fallaci suasione ad colenda ydola impulerat, verbis in sequentibus captivitatem et interitum affuturum denunciat.

INCIPIT LIBER MICHEE

VERBUM QUOD FACTUM EST AD MICHEAM

morasthiten in diebus ioatham. achaz & ezechie regum iuda
quod vidit super samariam & hierusalem. Audite populi omnes. & at
tendat terra & plenitudo eius. & sit dominus deus vobis in testem.
Dominus de templo sancto suo. quia ecce dominus egredietur de
loco sancto suo. & descendet & calcabit super excelsa terre. & con
sumentur montes subtus eum. & valles scindentur sicut cera a facie
ignis. sicut aque que decurrunt in preceps. In scelere iacob omne
istud. & in peccatis domus israel. Quod scelus iacob. nonne
samaria? Que excelsa iude. nonne hierusalem? Et ponam
samariam quasi acervum lapidum in agro cum plantatur vinea.
& detraham in vallem lapides eius. & fundamenta eius revela
bo. & omnia sculptilia eius concidentur. & omnes mercedes
eius comburentur igni. & omnia ydola eius ponam in perditionem. quia
de mercedibus meretricis congregata sunt. usque ad merce
dem meretricis revertentur. Super hoc plangam & ululabo.
vadam spoliatus & nudus. Faciam planctum velut draconum.
& luctum quasi strucionum. quia desperata est plaga eius.
quia venit usque ad iudam. Tetigit portam populi mei usque ad hie
rusalem. In geth nolite annunciare. lacrimis ne ploretis.
In domo pulveris pulvere vos conspergite. & transite vobis
habitatio pulchra confusa ignominia. non est egressa que habitat
in exitu. Planctum domus. domus vicina accipiet ex vobis
que stetit sibimet. quia infirmata est in bonum. que habitat
in amaritudinibus. quia descendit malum a domino in portam hierusalem.
tumultus quadrige stuporis habitanti lachis. Principium pecca
ti est filie syon. quia in te inventa sunt scelera israel. Propterea da
bit emissarios super hereditatem geth. domus mendacii in de
ceptionem regibus israel. Adhuc heredem adducam tibi que habitas
in maresa. usque ad odollam veniet gloria israel. Decalvare & ton
dere super filios deliciarum tuarum. dilata calvicium tuum sicut aquila
quoniam captivi ducti sunt ex te.
Ve qui cogitatis inutile. & operamini malum in cubilibus vestris. In lu
ce matutina faciunt illud. quoniam contra deum est manus eorum. Et
concupierunt agros. & violenter tulerunt. domos rapuerunt. & ca
lumniabantur virum & domum eius. & virum & hereditatem
eius. Ideo hec dicit dominus deus. Ecce ego cogito super familiam
istam malum unde non auferetis colla vestra. & non ambulabitis su
perbi. quoniam tempus pessimum est. In die illa sumetur super vos pa
rabola. & cantabitur canticum cum suavitate dicentium. Depo
pulatione devastati sumus. pars populi mei commutata est.
Quomodo recedet a me cum revertatur qui regiones nostras
dividat? Propterea non erit tibi mittens funiculum sortis
in cetu domini o israhel. Ne loquamini loquentes non stillabit
super istos. & non comprehendet confusio. Dicit domus iacob.
Numquid abbreviatus est spiritus domini. aut tales cogitationes
eius? Nonne verba mea bona sunt. cum eo qui recte graditur?
Et econtrario populus meus in adversarium consurrexit. Desuper
tunica pallium sustulistis. & eos qui simpliciter transiebant
convertistis in bellum. Mulieres populi mei eiecistis de domo
deliciarum suarum. a parvulis earum tulistis laudem meam
in perpetuum. Surgite & ite quia non habetis hic requiem. Propter
inmunditiam eius corrumpetur putredine pessima. Utinam
non essem vir habens spiritum. & mendacium potius loquerer.
Stillabo tibi in vinum & in ebrietatem. & erit super quem stilla
bitur populus iste. Congregatione congregabo iacob. totum
te. In unum conducam reliquias israel. Pariter ponam illum
quasi gregem in ovili quasi pecus in medio caularum tumultua
buntur in multitudine hominum. Ascendet enim pandens
iter ante eos. Dividentes transibunt portam. & egredientur
per eam. Et transibit rex eorum coram eis. & dominus in capite
eorum. Et dixi. Audite principes iacob & duces domus israel. 58.
Numquid non vestrum est scire iudicium? Qui odio habetis bo
num. & diligitis malum. qui violenter tollitis pelles eorum de
super eis. & carnem eorum desuper ossibus eorum. Qui comederunt carnem
populi mei. & pellem eorum desuper excoriaverunt. & ossa eorum
confregerunt. & conciderunt sicut in lebete. & quasi carnem
in medio olle.
Tunc clamabunt ad dominum & non exaudiet eos. & abscondet
faciem suam ab eis in tempore sicut nequiter egerunt in adinven
tionibus suis. Hec dicit dominus super prophetas qui seducunt populum
meum. qui mordent dentibus suis & predicant pacem. & si quis
non dederit in ore eorum quippiam. sanctificant super eum prelium. Propter
ea nox vobis pro visione erit. & tenebre pro divinatione. Et oc
cumbet sol super prophetas & obtenebrabitur super eos dies. & con
fundentur qui vident visiones. & confundentur divini. & operient
vultus suos omnes quia non est responsum dei. Verumtamen ego
repletus sum fortitudine spiritus domini iudicio & virtute. ut
annunciem iacob scelus suum. & israel peccatum suum. Audite hoc
principes domus iacob. & iudices domus israel. qui abhominamini iu
dicium & omnia recta pervertitis. qui edificatis syon in sanguinibus.
& hierusalem in iniquitate. Principes eius in muneribus iudicabant. &
sacerdotes eius in mercede docebant. & prophete eius in pecunia divinabant.
& super dominum requiescebant dicentes. Numquid non dominus in medio
nostrum? Non venient super nos mala. Propter hoc causa vestri
syon quasi ager arabitur. & hierusalem quasi acervus lapidum erit
& mons templi in excelsa silvarum. Et erit in novissimo dierum
mons domus domini preparatus in vertice montium. & sublimis super
colles. & fluent ad eum gentes. & properabunt gentes dicentes.
Venite ascendamus ad montem domini. & ad domum dei iacob
& docebit nos de viis suis. & ibimus in semitis eius. quia de syon
exibit lex & verbum domini de hierusalem. Et iudicabit inter po
pulos multos. & corripiet gentes fortes. usque in longinquum.
Et concident gladios suos in vomeres. & hastas suas in ligo
nes. Non sumet gens adversus gentem gladium. & non discent
ultra belligerare. Et sedebit subter vineam suam. & subter ficum
suam. & non erit qui deterreat. quia dominus exercituum locutus est.
Quia omnis populi ambulabit unusquisque in nomine dei sui. nos autem
ambulabimus in nomine domini dei nostri in eternum & ultra.
In die illa dicit dominus congregabo claudicantem & eam quam e
ieceram colligam. & eam quam afflixeram consolabor. Et po
nam claudicantem in reliquias. & eam que laboraverat in gentem
robustam. Et regnabit dominus super eos in monte syon. ex hoc
nunc & usque in eternum. Et tu turris gregis nebulosa filie syon
usque ad te veniet. & veniet potestas prima regnum filie hierusalem.
Nunc quare merore contraheris? Numquid rex non est tibi. aut
consiliarius tuus periit quia comprehendit te dolor sicut parturientem?
Dole & satage filia syon quasi parturiens. quia nunc egredieris de
civitate & habitabis in regione. & venies usque ad babilonem.
Ibi liberaberis. ibi redimet te dominus de manu inimicorum tuorum.
Et nunc congregate sunt super te gentes multe que dicunt lapidetur. &
aspiciat in syon oculus noster. Ipsi autem non cognoverunt cogitationes
domini. & non intellexerunt consilium eius. quia congregavit eos quasi fe
num aree. Surge & tritura filia syon. quia cornu tuum ponam
ferreum. & ungulas tuas ponam ereas. & comminues populos mul
tos. Et interficiam domino rapinas eorum. & fortitudinem eorum domino
universe terre. Nunc vastaberis filia latronis. obsidionem posuerunt
super nos. in virga percutient maxillam iudicis israel. Et tu bethleem
effrata. parvula es in milibus iuda. ex te michi egredietur qui sit dominator
in israel. & egressus eius ab initio a diebus eternitatis. Propter hoc dabit
dominus eos usque ad tempus in quo parturiens pariet. & reliquie
fratrum eius convertentur ad filios israel. & stabit. & pascet in fortitudi
ne domini. in sublimitate nominis domini dei sui. Et convertentur quia
nunc magnificabitur usque ad terminos terre. & erit iste pax. Assirius
cum venerit in terram nostram. & cum calcaverit in finibus nostris. Et erunt
reliquie iacob in medio populorum multorum. quasi ros a domino. & quasi
stille super herbam que non expectant virum. & non prestolantur filios
hominum. Et erunt reliquie iacob in gentibus in medio populorum
multorum. quasi leo in iumentis silvarum. & quasi catulus leonis in
gregibus pecorum. qui cum transierit & conculcaverit &
ceperit. non est qui eruat. Et exaltabitur manus tua super hostes tuos.
& omnes inimici tui interibunt.
Et erit in die illa dicit dominus. auferam equos tuos de medio tui. &
disperdam quadrigas tuas. & perdam civitates terre tue. & destru
am omnes munitiones tuas. Et auferam maleficia de manu tua.
& divinationes non erunt in te. Et perire faciam sculptilia tua
& statuas tuas de medio tui. & non adorabunt ultra opera manuum
tuarum. Et evellam lucos tuos de medio tui. & conteram civi
tates tuas. & faciam in furore & in indignatione ultionem in omnibus
gentibus que non audierunt. Audite que dominus loquitur. Surge con
tende iudicio adversus montes. & audiant colles vocem tuam. Audi
ant montes iudicium domini. & fortia fundamenta terre. quia iudicium domini
cum populo suo. & cum israel diiudicabitur. Popule meus quid feci tibi. &
quid molestus fui tibi? Responde michi. Quia eduxi te de terra egyp
ti. & de domo servientium liberavi te. & misi ante faciem tuam moysen
& aaron & mariam. Popule meus memento queso quid cogitaverit
balac rex moab. & quid responderit ei balaam filius beor de
sethim usque ad galgalam ut cognosceres iusticiam domini. Quid
dignum offeram domino? Curvabo genua deo excelso?
Numquid offeram ei holocaustomata. & vitulos anniculos?
Numquid placari potest in milibus arietum. aut in multis milibus hir
corum pinguium? Numquid dabo primogenitum meum pro scelere meo.
fructum ventris mei pro peccato anime mee? Indicabo tibi o homo
quid sit bonum. & quid dominus requirat a te. Utique facere iu
dicium & diligere misericordiam. & sollicitum ambulare cum deo tuo.
Vox domini ad civitatem clamat. & salus erit timentibus nomen eius.
Audite tribus & quis approbabit illud. Adhuc ignis in
domo impii. & thesauri iniquitatis & mensura minor ire plena.
Numquid iustificabo stateram impiam. & saccelli pondera dolosa. in
quibus divites eius repleti sunt iniquitate. & habitantes in ea loque
bantur mendacium. & lingua eorum fraudulenta in ore ipsorum.
Et ego incipiam percutere perditione super peccatis tuis. Tu comedes
& non saturaberis. & humiliatio tua in medio tui. & apprehendes
& non salvabis. & quos salvaveris in gladium dabo. Tu seminabis &
non metes. tu calcabis olivam & non ungueris oleo. & mustum. & non
bibes vinum. Et custodisti precepta amri. & omne opus domus achab
& ambulasti in voluptatibus eorum. ut darem te in perditionem. & habi
tantes in ea in sibilum. & obprobrium populi mei portabitis. Ve michi
quia factus sum sicut qui colligit in autumpno racemos vindemie. Non
est botrus ad comedendum. precoquas ficus desideravit anima mea.
Periit sanctus de terra. & rectus in hominibus non est. Omnes in sanguine
insidiantur. vir fratrem suum venatur ad mortem. malum manuum suarum
dicunt bonum. Princeps postulat. & iudex in reddendo est. & magnus
locutus est desiderium anime sue. & conturbaverunt eam. Qui optimus
in eis est. quasi paliurus. & qui rectus quasi spina de sepe. Dies specu
lationis tue. visitatio tua venit. nunc erit vastitas eorum. Nolite cre
dere amico. & nolite confidere in duce. Ab ea que dormit in sinu
tuo custodi claustra oris tui. quia filius contumeliam facit patri. fi
lia consurgit adversus matrem suam. & nurus contra socrum suam.
inimici hominis domestici eius. Ego autem ad dominum aspiciam. & expe
ctabo deum salvatorem meum. Audiet me deus meus. Ne leteris in
imica mea super me quia cecidi. consurgam. cum sedero in tenebris. dominus
lux mea est. Iram domini portabo. quia peccavi ei. donec iudicet causam
meam. & faciat iudicium meum. Educet me in lucem. videbo iusticiam
eius. Et aspiciet inimica mea & operietur confusione que dicit ad
me ubi est deus tuus? Oculi mei videbunt eam. nunc erit in concul
catione ut lutum platearum. Dies ut edificentur macerie tue.
In die illa longe fiet lex. in die illa & usque ad te veniet assur &
usque ad civitates munitas. & a civitatibus munitis usque ad flumen
& ad mare de mari. & ad montem de monte. Et erit terra in de
solatione propter habitatores suos. & propter fructum cogitationum eorum.
Pasce populum tuum in virga tua. gregem hereditatis tue. ha

bitantes solos in saltu, in medio carmeli. Pascent basan & galaad iuxta dies antiquos. Secundum diem egressionis tue de terra egypti. ostendam ei mirabilia. Videbunt gentes & confundentur super omni fortitudine sua. Ponent manum super os. aures eorum surde erunt. Lingent puluerem sicut serpens, uelut reptilia terre perturbabuntur de edibus suis. Dominum deum nostrum desiderabunt & timebunt te. Quis deus similis tui qui aufers iniquitatem & transis peccatum reliquiarum hereditatis tue. Non inmittet ultra furorem suum qui uolens misericordiam est. reuertetur & miserebitur nostri. Deponet iniquitates nostras. & proiciet in profundum maris omnia peccata nostra. Dabis ueritatem iacob. misericordiam abraham que iurasti patribus nostris a diebus antiquis.

NAVM CONSOLATOR ORBIS INCREPAT ciuitatem sanguinum. & post euersionem illius loquitur. ecce super montes pedes euangelizantis. annunciantis pacem. Naum propheta ante aduentum regis assyriorum qui populum israhel captiuum in suam regionem transtulerat. fuisse hebreorum traditio confirmat. Siquidem in fine huius lectionis predicti regis aduentum ideo propheta annunciare monstratur. Sed cum habitatores niniue iona inter eam ciuitatis predicante ne diuina ira denunciatam interitum sustinerent peccatorum & impietatis penitentia egissent. accepta dei misericordia grauioribus se criminibus inquinare ceperunt. Qua de causa memoratus propheta spiritu sancto plenus iudicium dei annuncians ita est locutus. Deus zelans & ulciscens dominus. Ita enim x. tribus ab assyrius ducte fuerant in captiuitatem sub ezechia rege iuda. sub quo etiam ne in consolatione populi transmigrantis ad iustum niniuen uisio cernitur. Nec erat parua consolatio tam his qui assyriis seruiebant quam reliquis qui sub ezechia de tribu iuda & beniamin ab hisdem hostibus insidiabantur ut audirent assyrios quoque a chaldeis esse capiendos. sic in consequentibus libri huius demonstrabitur. Sciendum autem quod niniue interpretatione lingua de hebreo speciosa sonat. Speciosus autem hic mundus dicitur. Unde & apud grecos ΚΟϹΜΟϹ ab ornatu nomen accepit. Et quicquid nunc ad iustum niniue dicitur. de mundo figuraliter predicatur. Qua ob causam & assumptio quam septuaginta interpretes ΛΗΜΜΑ apud hebreos massa ponitur, id est graue onus. & quod eam aduersus quam prophetat premat nec sinat leuare ceruicem. simulque hoc attendendum quod hec ipsa assumptio uel onus. uel pondus prophete uisio fuit. Non enim loquitur in extasi ut montanus & priscilla. maximilla quidem delirant. sed quod prophetat liber est uisionis intelligens. Vniuersa que loquitur & pondus ostium faciens suo populo uisionem. De consummatione utique mundi secundum anagogen in consolatione sanctorum prophetia texitur. ut quicumque in mundo uident quasi preterita & caduca contempnant. & preparent se ad iudicii diem ubi ultor ad iustum uiros assyrios futurus est dominus.

INCIPIT LIBER NAVM

ONUS NINIVE LIBER VISIONIS naum helcesei. Deus emulator & ulciscens dominus. ulciscens dominus & habens furorem. Vlciscens dominus in hostes suos. & irascens ipse inimicis suis. Dominus patiens & magnus in fortitudine & mundans non faciet innocentem. Dominus in tempestate & turbine uie eius. & nebule puluis pedum eius. increpans mare & exsiccans illud. & omnia flumina ad desertum adducens. Infirmatus est basan & carmelus & flos libani elanguit. Montes commoti sunt ab eo. & colles desolati sunt. Et contremuit terra a facie eius. & orbis. & omnes habitantes in eo. Ante faciem indignationis eius quis stabit. & quis resistet in ira furoris eius. Indignatio eius effusa est ut ignis. ut petre dissolute sunt ab eo. Bonus dominus & confortans in die tribulationis. & sciens sperantes in se. Et in diluuio pretereunte consummationem faciet loci eius. & inimicos eius persequentur tenebre. Quid cogitatis contra dominum. Consummationem ipse faciet. Non consurget duplex tribulatio quia sicut spine se inuicem complectuntur sic conuiuium eorum pariter potantium. & consumentur quasi stipula ariditate plena. Ex te exibit cogitans contra dominum maliciam. mente pertractans preuaricationem.

Hec dicit dominus. Si perfecti fuerint & ita plures. sic quoque attondentur & pertransibunt. Afflixi te. & non affligam te ultra. Et nunc conteram uirgam eius de dorso tuo. & uincula tua dirumpam. Et precipiet super te dominus. non seminabitur ex nomine tuo amplius de domo dei tui. interficiam sculptile & conflatile. ponam sepulchrum tuum quia inhonoratus es. Ecce super montes pedes euangelizantis & annunciantis pacem. Celebra iuda festiuitates tuas & redde uota tua quia non adiciet ultra ut pertranseat in te belial uniuersus interiit. Ascendit qui dispergat coram te: qui custodiat obsidionem. Contemplare uiam. conforta lumbos. robora uirtutem ualde. quia reddidit dominus superbiam iacob sicut superbiam israhel. quia uastatores dissipauerunt eos. & propagines eorum corruperunt. Clipeus fortium eius igneus. uiri exercitus eius in coccineis. Igneus habene currus. in die preparationis eius. & agitatores consopiti sunt. In itineribus conturbate sunt quadrige eius. collisi sunt in plateis. Aspectus eorum quasi lampades, quasi fulgura discurrentia. Recordabitur fortium suorum. ruent in itineribus suis. Velociter ascendent muros eius. & preparabitur umbraculum. Porte fluminum aperte sunt, & templum usque ad solum dirutum. Et miles captiuus abductus est. & ancille eius minabantur gementes ut columbe murmurantes in cordibus suis. Et niniue quasi piscina aquarum aque eius. ipsi uero fugerunt. State. state. & non est qui reuertatur. Diripite argentum. diripite aurum. & non est finis diuitiarum ex omnibus uasis desiderabilibus. Dissipata. & scissa. & dilacerata. & cor tabescens. & dissolutio geniculorum & defectio in cunctis renibus; & facies omnium sicut nigredo olle. Vbi est habitaculum leonum. & pascua catulorum leonum. Ad quam iuit leo ut ingrederetur illuc catulus leonis & non est qui exterreat. Leo cepit sufficienter catulis suis. & necauit leenis suis. Et impleuit preda speluncas suas. & cubile suum rapina.

Ecce ego ad te dicit dominus exercituum. & succendam usque ad fumum quadrigas tuas. & leunculos tuos comedet gladius. Et exterminabo de terra predam tuam. & non audietur ultra uox nunciorum tuorum. Ve ciuitas sanguinum uniuersa mendacii dilaceratione plena. non recedet a te rapina. Vox flagelli. & uox impetus rote. & equi frementis. & quadrige feruentis. & equitis ascendentis. & micantis gladii. & fulgurantis haste. & multitudinis interfecte; & grauis ruine. nec est finis cadauerum. Et corruent in corporibus suis. propter multitudinem fornicationum meretricis speciose & grate. & habentis maleficia que uendidit gentes in fornicationibus suis. & familias in maleficiis suis. Ecce ego ad te dicit dominus exercituum. & reuelabo pudenda tua in facie tua. & ostendam gentibus nuditatem tuam. & regnis ignominiam tuam. Et proiciam super te abhominationes. & contumeliis te afficiam. Et ponam te in exemplum. & erit omnis qui uiderit te resiliet a te & dicet. Vastata est niniue; Quis commouebit super te caput. Vnde queram consolatorem tibi. Numquid melior es alexandria populorum que habitat in fluminibus. Aqua in circuitu eius. cuius diuitie mare. Aque muri eius. ethyopia fortitudo eius. & egyptus. & non est finis. Africa & libies fuerunt in auxilio tuo. sed & ipsa in transmigrationem ducta est in captiuitate. Paruuli eius elisi sunt in capite omnium uiarum. & super inclitos eius miserunt sortem. & omnes optimates eius confixi sunt in compedibus. Et tu ergo inebriaberis & eris despecta. & tu queres auxilium ab inimico. Omnes munitiones tue sicut ficus cum grossis suis. si concusse fuerint cadent in os comedentis. Ecce populus tuus in mulieres in medio tui inimicis tuis. Adapertione pandentur porte terre tue. deuorabit ignis uectes tuos. Aquam propter obsidionem hauri tibi. extrue munitiones tuas. Intra in lutum & calca subigens. tene laterem. Ibi comedet te ignis. peribis gladio. deuorabit te ut bruchus. congregare ut bruchus. multiplicare ut locusta. Plures fecisti negociationes tuas. quam stelle sunt celi. Bruchus expansus est. & auolauit. Custodes tui quasi locuste. & paruuli tui quasi locuste locustarum que consident in sepibus in die frigoris. Sol ortus est & auolauerunt. & non est cognitus locus earum ubi fuerint. Dormitauerunt pastores tui rex assur: sepelientur principes tui. Latitauit populus tuus in montibus: & non est qui congreget. Non est obscura contritio tua. pessima est plaga tua. Omnes qui audierunt auditionem tuam compresserunt manum super te; quia super quem non transiit malicia tua semper. Explicit liber naum.

ABBACVC LVCTATOR FORTISSIMVS stat super custodiam suam. & gradum figit super munitionem ut christum in cruce contempletur & dicat. Operuit celos gloria eius. & laudis eius plena est terra. Splendor eius ut lux erit. cornua in manibus eius. ibi abscondita est fortitudo eius. Abbacuc propheta amplexans quod uel ex eo quod amabilis domini fuit. uocatur amplexatio. uel quod in certamen cum deo congreditur; amplexantis id est luctantis sortitur uocabulum. Nullus enim tam audaci uoce ausus est deum ad disceptationem iusticie prouocare cur in rebus humanis & mundi istius tanta rerum uersetur iniquitas. Hic in principio uoluminis sui describit diabolum cum membris suis. in fine uero pronunciat aduentum passionemque domini saluatoris. Nam de quo alio quam de christi aduentu qui futurus fuerat intelligitur dicere. Et respondit dominus ad me & dixit michi. Scribe uisum in buxo aperte ita ut assequatur ea qui legit. quia adhuc uisio ad tempus ostendetur in fine & non mentietur. Si tardauerit sustine eam. quia ueniens ueniet & non morabitur. De passione autem in cantico eiusdem domino dicit. Domine audiui auditionem tuam & timui. domine consideraui opera tua & expaui. Quid enim hoc est nisi per cognita noue ac repentine salutis hominum ineffabilis ammiratio. In medio duorum animalium cognosceris. quid est nisi aut duorum testamentorum; aut in medio duorum latronum. aut in medio moysi & helye cum illo in monte sermocinantium. Dum adpropinquauerint anni nosceris. in aduentu temporis ostenderis. Quod autem dixit cornua in manibus eius. quid est nisi tropheum crucis. Vocabulum autem saluatoris hic propheta proprie ponit dicens. Ego autem in domino exultabo. gaudebo in deo ihesu meo. quod est nobis amicum & dulce. & annunciare. & predicare.

INCIPIT LIBER ABBACVC

O NUS·
QD·
VIDIT·
ABBA
CUC·PPHA·

Usq; q° domine clamabo & non exaudies. Vociferabor
ad te uim patiens. & non saluabis. Quare ostendisti m
iniquitatem & laborē uidere p̄dam & iniusticia cont̄ me.
Et factum est iudicium & contradictio potentior. Pp̄t
hoc laceraca est lex. & n̄ puenit usq; ad finē iudicium. q̄a
impius p̄ualet aduersus iustum. pp̄tea egredietur iudicium
p̄uersum. Aspicite in gentib; & uidete. & ammiramini &
obstupescite. quia opus factum est in dieb; uris q̄d nemo cre
det cum narrabitur. Quia ecce ego suscitabo chaldeos gentē
amaram & uelocē ambulantē sup̄ latitudinē t̄re. ut possideat
at tabernacula n̄ sua. Horribilis & terribilis est. ex semet ipsa
iudicium & onus ei egredietur. Leuiores pardis equi ei. & ue
lociores lupis uespertinis. & diffundent̄ equites ei. Equites
namq; eius de longe uenient. uolabunt quasi aq̄la festinans
ad comedendum. Omnes ad p̄dam uenient. facies eor̄ uent̄
urens. Et congregabit quasi arena captiuitatē. & ipse de re
gib; triumphabit. & tyranni ridiculi ei erūt. Ipse sup̄ omnē mu
nitionē ridebit. & comportabit aggerē & capiet eam. Tunc
mutabit̄ sp̄c ipse. & p̄transibit & corruet. Hec est fortitudo
ei di sui. Numquid n̄ tu a principio domine ds m̄s. sc̄e m̄s. & no
moriem̄. Domine in iudicium posuisti eum & forte. ut cor
riperes fundasti eum. Mundi sunt oculi tui ne uideant malū. &
respicere ad iniquitatē n̄ poteris. Quare n̄ respicis sup̄ iniq; age
ntes. & taces deuorante impio iustiore se. & facies homines q̄si
pisces maris. & quasi reptile n̄ habens p̄ncipem. Totum in
hamo subleuauit. traxit illud in sagena sua. & congregauit in rete
suum. Sup hoc letabit̄ & exultabit. pp̄tea immolabit sagene sue.
& sacrificabit reti suo. quia in ipsis incrassata est pars ei. & cib;
eius electus. Propt̄ hoc ergo expandit sagenam suam. & semp̄
interficere gentes non cessat.

Sup custodiam meā stabo. & figam gradum sup̄ munitionē & c̄
templabor ut uideam q̄d dicatur m̄. Et quid respondeā ad ar
guentem me. Et resp̄ m̄ domin̄ & dixit. Scribe uisum &
explana eum sup̄ tabulas. ut p̄curat qui legerit eum. quia
adhuc uisus p̄cul apparet̄ in finem & n̄ mentiet̄. Si moram
fecerit expecta eum. quia ueniens ueniet & n̄ tardabit. Ecce
qui incredulus est non erit recta anima ei in semet ipso. iust̄
aūt ex fide uiuet. Et quom̄ uinū potantē decipit. sic erit uir
supbus & n̄ decorabitur. qui dilatauit quasi infernus animā
suam. & ipse quasi mors & n̄ adimplet̄. Et congregabit ad se
om̄s gentes. & coaceruabit ad se om̄s pp̄los. Numquid n̄ omnes
isti sup̄ eum parabolam sument. & loquela enigmatū eius.
Et dicet̄. Ve ei qui multiplicat n̄ sua. Usq; q° aggrauat cont̄
se densum lutum. Numquid n̄ repente consurgent q̄ mordeant
te. & suscitabunt̄ lacerantes te. & eris in rapinam eis.
Quia tu spoliasti gentes multas. spoliabunt te omnes q̄ reliqui
fuerint de pp̄lis. pp̄t sanguinē hominis & iniquitatē terre
ciuitatis & omnium habitantium in ea. Ve qui congregat auaricia
malam domui sue. ut sit in excelso nidus ei. & liberari
se putat de manu mali. Cogitasti confusionē domui tue. conci
disti pp̄los multos. & peccauit anima tua. quia lapis de parie
te clamabit. & lignum q̄d int̄ iuncturas edificior̄ est. respondebit.
Ve qui edificat ciuitatē in sanguinib; & p̄parat urbē
in iniquitate. Numquid n̄ hec a domino sunt exercituum. La
borabunt enim pp̄li in multo igni. & gentes in uacuū & deficient.
quia replebit̄ terra ut cognoscant glām domini. quasi aque operi
entes mare. Ve q̄ potum dat amico suo mittens fel suum & in
ebrians. ut aspiciat nuditatē ei. Repletus es ignominia p̄ gl̄a.
Bibe tu q̄q; & consopire. circumdabit te calix dextere domini. 7
uomit̄ ignominie sup̄ glām tuā. q̄a iniquitas lybani operiet te. 7
uastitas animalium de t̄rebit te. de sanguinib; hominum & in
iquitate t̄re & ciuitatis. & omniū habitantiū in ea. Quid p̄dest
sculptile. quia sculpsit illud fictor suus. conflatile & ymaginem
falsam. quia sp̄auit in figmento fictor ei. ut faceret symulachra
muta. Ve qui dicit ligno expergiscere. surge lapidi tacenti. Nu
q̄d ipse docere poterit. Ecce ipse coop̄tus ē auro & argento. &
omnis sp̄c n̄ est in uisceribus ei. Dominus aūt in templo sc̄o suo.
sileat a facie eius omnis terra.

Domine audiui auditionē tuam & timui. Domine opus tuū. in me
dio annor̄ uiuifica illud. In medio annor̄ notum facies. cum
irat̄ fueris misericordie recordaberis. Ds ab austro ueniet. 7
scs de monte pharan. Operuit celos gl̄a eius. & laudis ei plena
est t̄ra. Splendor eius ut lux erit. cornua in manib; eius. Ibi
abscondita est fortitudo eius. an̄ faciem eius ibit mors. Egre
dietur diabolus ante pedes ei. Stetit & mensus est t̄ram. Aspexit 7
dissoluit gentes. & contriti sunt montes s̄cli. Incuruati st̄ col
les mundi. ab itinerib; ēternitatis ei. P̄ iniquitate uidi tentoria
ethyopie. turbabunt̄ pelles t̄re madian. Numquid in fluminibus
iratus es dne. aut in fluminib; furor tuus. uel in mari indignatio
tua. Qui ascendes sup̄ equos tuos. & quadrige tue saluatio.
Suscitans suscitabis arcum tuum. iuramenta tribub; que locutus es.
Fluuios scindes t̄re. uiderunt te & doluerunt montes. gurges
aquarum transiit. Dedit abyssus uocē suam. altitudo manus
suas leuabit. Sol & luna steterunt i habitaculo suo. in luce sa
gittarum tuarum ibunt in splendore fulgurantis haste tue. In
fremitu conculcabis t̄ram. in furore obstupefacies gentes. Egres
sus es in salutem populi tui. in salutem cum xp̄o tuo. Percussisti
caput de domo impii. denudasti fundamentum usq; ad collū.
Maledixisti sceptris ei. capiti bellator̄ ei. uenientib; ut turbo
ad dispgendum me. Exultatio eor̄ sicut eius. qui deuorat paupem
in abscondito. Uiam fecisti in mari equis tuis. in luto aq̄rum
multarū. Audiui & conturbat̄ est uenter m̄s. a uoce contremue
runt labia mea. Ingrediat̄ putredo in ossib; meis. & subt̄ me sca
teat. Ut requiescam in die tribulationis. ut ascendam ad pp̄lm
accinctum nr̄m. Ficus enim n̄ florebit. & n̄ erit germ̄ i uineis.
Mentiet̄ opus oliue. & arua n̄ afferent cibum. Abscidet̄
de ouili pecus. & n̄ erit armentum in p̄sepib;. Ego aūt i dn̄o
gaudebo. & exultabo in dō ihū meo. Ds dominus fortitudo
mea. & ponet pedes meos quasi ceruor̄. Et sup̄ excelsa mea
deducet me uictor in psalmis canentem. Expl̄ lib abbacuc.

SOPHONIAS SPECULATOR ET ARCHANOR̄
dei cognitor. audiuit clamorem a porta piscium. &
eiulatum a secda. & contritionē a collib;. Indicat q̄q;
ululatum habitatorib; pile. quia conticuit omis pp̄ls
chanaan. dispsi sunt uniūsi qui inuoluti sunt argento.
Tradunt hebrei cuiuscumq; prophete pat aut auus po
nat̄ in titulo. ipsos q̄q; pp̄has fuisse. Unde & amos un
de xii. pp̄his qui dixit non sum pp̄ha nec filius pp̄hete
sed pastor caprarum uellicans sicamina. patris nomi non
habere. Hoc fuerum est. sophonias pp̄heta qui genera
tione ut ita dicam pp̄hetica. & glosa maior̄ suor̄ stir
pe generatus est. & sub iosia rege iuda p̄dicauit. Ha
buit enim patrē chusi. auum godolia. p̄ auum amasiam.
atauum ezechiam. Et talem auriga uelut extremus
auriga compleuit. Nam sophonie alii speculam. alii ar
chanum domini transtulerunt. Siue ergo specula. siue
absconditum domini int̄p̄tetur. utrumq; pp̄he conuenit.
Dicat̄ ergo & ezechieli. Fili hominis. speculatorē te posui
domui isrl̄. Iste ergo ē pp̄ha qui erat in specula & in sub
limib; constitutus. & nouerat mysteria domini. Filius erat
chusi q̄ int̄p̄tatur humilitas. habebat auum godolia
qui dicit̄ magnitudo domini. & p̄ auum amasiam q̄ &
ipse uertit̄ in sermone domini. atauū ezechi[illegible], q̄ sonat
fortitudinem domini. De fortitudine naq; nat̄ est sermo
domini. & de sermone dn̄i nata est magnitudo domini.
& de magnitudine domini nata est humilitas. ut cū ue
nerit aliquis ad pfectum dicat quia non sum dign̄ uo
cari ap̄ls. & illud in psalmis. Domine n̄ est exaltatum
cor meum. neq; elati sunt oculi mei. Iosiam regem iuda
cuius temporib; sophonias pp̄hasse inuenit. de omnib;
regib; iude placuisse. hystoria quarti libri regum. 7 scdi
paralipomenon demonstrat. Is omnia symulachra que
pat suus ammon. 7 auus suus manasses in templo dei
collocauerant deiecta comminuisse demonstrat. In q°
etiā serpente eneum a moyse factum. cuius errore indu
ctus populus supstitione ydolor̄ detinebat̄ ad miserat.
idem pascha etiam in tutissimis temporib; memorauit
reges que uentura erant ostendens gentib; quidem
lectione comp̄hensis affuturū iudicium. pp̄lo ū isrl̄ ad
salutem. & ciuitatib; hierlm̄ restaurationem tē tempo
rib; tribuendam textu lectionis denunciauit.

INCP̄ LIB· SOPHONIE·

VERBŪ
DOMINI
QUOD
FACTŪ
Ē· AD

sophoniam filium chusi. filii godolie. filii amasie. filii eze
chie in dieb; iosie filii ammon regis iude. Congregans con
gregabo omnia a facie t̄re. dicit dominus. congregans homi
59. nem & pecus. congregans uolatilia celi. & pisces maris. &
ruine impior̄ erunt. & dispdam homines a facie t̄re dicit
dominus. & extendam manum meā sup iudam. & sup om̄s
habitatores hierlm̄. Et dispdam de hoc loco reliquias baal
& nomina edituor̄ cum sacerdotib;. & eos qui adorant sup
tecta militiā celi. & adorant & iurant in domino. & iurant
in melchom. & qui auertunt̄ de post tergum domini. & qui
n̄ quesiere dnm. nec inuestigauerunt eū. Silete a facie dn̄i
di. quia iuxta ē dies domini. quia p̄parauit dn̄s hostiam. 7
sc̄ificauit uocatos suos. Et erit in die hostie domini. uisita
bo sup principes & sup filios regis. & sup omnes q̄ induti
sunt ueste p̄egrina. & uisitabo sup omnē qui arrogant̄ i
greditur sup limen in die illa. qui complent domū domini di
sui iniquitate & dolo. Et erit in die illa dic dominus uox
clamoris a porta piscium. & ululat̄ a secda. & contritio mag
na a collib;. Ululate habitatores pile. conticuit omnis pp̄ls
chanaan. disperiunt om̄s inuoluti argento. Et erit in tempe
illo scrutabor hierlm̄ in lucernis. & uisitabo sup uiros defixos
in fecib; suis. qui dicunt in cordib; suis n̄ faciet bene dominus.
& n̄ faciet male. Et erit fortitudo eor̄ in direptionē. 7 dom̄
eor̄ in desertū. Et edificabit domos & n̄ habitabit in eis. &
plantabit uineas. & n̄ bibent uinū earum. Iuxta est dies domini
magnus. iuxta & uelox nimis.

Vox diei domini amara. tribulabit̄ ibi fortis. Dies ire dies illa

dies tribulationis et angustie, dies calamitatis et miserie, dies tenebrarum et caliginis, dies nebule et turbinis, dies tube et clangoris super civitates munitas et super angulos excelsos. Et tribulabo homines et ambulabunt ut ceci, quia domino peccaverunt. Et effundetur sanguis eorum sicut humus, et corpus eorum sicut stercora. Sed et argentum eorum et aurum eorum non poterit liberare eos in die ire furoris domini. In igne zeli eius devorabitur omnis terra, quia consummationem cum festinatione faciet cunctis habitantibus terram. Convenite, congregamini gens non amabilis, priusquam pariat iussio quasi pulverem transeuntem diem, antequam veniat super vos ira furoris domini, antequam veniat super vos dies indignationis eius. Querite dominum omnes mansueti terre, qui iudicium eius estis operati. Querite iustum, querite mansuetum, si quomodo abscondamini in die furoris domini. Quia gaza destructa erit, et ascalon in desertum. Azotum in meridie eicient, et accaron eradicabitur.

Ve qui habitatis funiculum maris, gens perditorum. Verbum domini super vos chanaan terra philistinorum, et disperdam te ita ut non sit habitator. Et erit funiculus maris requies pastorum et caule pecorum. Et erit funiculus eius qui remanserit de domo iuda. Ibi pascentur in domibus ascalonis, ad vesperam requiescent, quia visitabit eos dominus deus ipsorum, et avertet captivitatem eorum. Audivi obprobrium moab, et blasphemias filiorum ammon, que exprobraverunt populo meo, et magnificati sunt super terminos eorum. Propterea vivo ego dicit dominus deus exercituum deus israhel, quia moab ut sodoma erit, et filii ammon quasi gomorra, siccitas spinarum et acervi salis, et desertum usque in eternum. Reliquie populi mei diripient illos, et residui gentis mee possidebunt eos. Hoc eis proveniet pro superbia sua, quia blasphemaverunt, et magnificati sunt super populum domini exercituum. Horribilis super eos dominus, et attenuabit omnes deos terre. Et adorabunt eum vir de loco suo, omnes insule gentium. Sed et vos ethyopes interfecti gladio meo eritis. Et extendet manum suam super aquilonem, et perdet assur. Et ponet speciosam in solitudinem, et in invium, et quasi desertum. Et accubabunt in medio eius greges, omnes bestie gentium. Et onocrotalus et ericius in liminibus eius morabuntur. Vox cantantis in fenestra, corvus in superliminari, quoniam attenuabo robur eius.

Hec est civitas gloriosa habitans in confidentia, que dicebat in corde suo. Ego sum, et extra me non est amplius. Quomodo facta est in desertum cubile bestie? Omnis qui transit per eam sibilabit, et movebit caput suum. Ve provocatrix et redempta civitas. Columba non audivit vocem, et non suscepit disciplinam. In domino non est confisa, ad deum suum non appropinquavit. Principes eius in medio eius quasi leones rugientes, iudices eius lupi vespere, non relinquebant in mane. Prophete eius vesani, viri infideles. Sacerdotes eius polluerunt sanctum, iniuste egerunt contra legem. Dominus iustus in medio eius, non faciet iniquitatem. Mane mane iudicium suum dabit in luce, et non abscondetur. Nescivit autem iniquus confusionem. Disperdidi gentes, et dissipati sunt anguli earum. Desertas feci vias eorum, dum non est qui transeat. Desolate sunt civitates eorum, non remanente viro, neque ullo habitatore. Dixi. Attamen timebis me, suscipies disciplinam, et non peribit habitaculum eius propter omnia in quibus visitavi eam. Verumtamen diluculo consurgentes, corruperunt omnes cogitationes suas.

Quapropter expecta me dicit dominus in die resurrectionis mee in futurum, quia iudicium meum ut congregem gentes et colligam regna, et effundam super eos indignationem meam, omnem iram furoris mei. In igne enim zeli mei devorabitur omnis terra. Quia tunc reddam populis labium electum, ut invocent omnes in nomine domini, et serviant ei humero uno. Ultra flumina ethyopie, inde supplices mei filii dispersorum meorum deferent munus mihi. In die illa non confunderis super cunctis adinventionibus tuis, quibus prevaricata es in me, quia tunc auferam de medio tui magniloquos superbie tue, et non adicies exaltari amplius in monte sancto meo. Et derelinquam in medio tui pauperem et egenum, et sperabunt in nomine domini. Reliquie israhel non facient iniquitatem, nec loquentur mendacium, et non invenietur in ore eorum lingua dolosa. Quoniam ipsi pascentur et accubabunt, et non erit qui exterreat. Lauda filia syon, iubila israhel, letare et exulta in omni corde filia hierusalem. Abstulit dominus iudicium tuum, avertit inimicos tuos. Rex israhel dominus in medio tui, non timebis malum ultra. In die illa dicetur israhel: noli timere; syon non dissolvantur manus tue. Dominus deus tuus in medio tui fortis, ipse salvabit. Gaudebit super te in letitia, silebit in dilectione tua, et exultabit super te in laude. Nugas qui a lege recesserant congregabo, quia ex te erant, ut non ultra habeas super eis obprobrium. Ecce ego interficiam omnes qui afflixerunt te in tempore illo, et salvabo claudicantem, et eam que eiecta fuerat congregabo, et ponam eos in laudem et in nomen in omni terra confusionis eorum. In tempore illo quo adducam vos, et in tempore quo congregabo vos. Dabo enim vos in nomen et in laudem omnibus populis terre, cum convertero captivitatem vestram coram oculis vestris dicit dominus omnipotens. Explicit liber Sophonie.

AGGEUS FERTUR FESTUS VEL LETUS qui seminavit in lacrimis ut in gaudio meteret. Destructum templum reedificat, deumque patrem inducit loquentem: Adhuc modicum, et ego commovebo celum et terram, mare et aridam, et movebo omnes gentes, et veniet desideratus cunctis gentibus. Hieremias propheta ob causam periurii sedechie regis, ut hystoria libri secundi paralipomenon indicat, qui fidem promissam nabuchodonosor regi chaldeorum non servaverat, populum israhel refert cum memorato rege hierusalem expugnata captivum in babilonia fuisse perductum. Sed commemoratus populus multis temporibus ydolis serviendo etiam in effusione sanguinis innocentium se graviter impiasse, volens deus generationem universam eiusdem populi ob causas memoratas penitus deperire, lxx annorum captivitatem eundem populum in regno chaldeorum statuit sustinere. Hac ratione ut completo numero annorum novus populus a memoratis peccatis ad renovationem hierusalem perveniret. Sexagesimo itaque anno secundo rege chaldeorum sub quo tunc adhuc octo anni ad regnandum restabant, quod etiam sexta visio danielis ostendit, propter causam sacrilegii que in eadem visione continetur fuisse extinctum, darium qui medis imperabat ut septima visio danielis ostendit, memoratique regni successor cuius primo anno regni ut decima visio manifestat, daniel supputatis annis videns appropinquare tempus reversionis que per hieremiam fuerat promissa, erat tam pro se quam pro populo, eandem promissionem a deo postulat impleri. Cui per gabrielem angelum in eadem visione iuxta preces eiusdem universa completa deus dixit. Nam moriente dario rege medorum, et succedente in regno cyro rege persarum, promissione dei completa, per eundem regem populum israhel hierusalem reductum hystoria secundi libri paralipomenon et initium esdre prophete confirmant. Cumque a populo israhel et senioribus templum dei edificari cepisset, mortuo cyro rege ac regnante dario rege persarum qui memorato successerat, vicine gentes civitatis hierusalem ut idem esdras refert restaurationem templi et civitatis resistendo impedire ceperunt. Qua ratione detentus populus israhel reparationem supradicti templi domini necdum iuxta promissionem concessam esse credebat. Propter quod in secundo anno regni memorati darii regis persarum aggeus propheta a deo missus, zorobabel qui de tribu erat iuda, qui potestatem regni susceperat ut erat et hierusalem, filiumque iosedech summum sacerdotem ammonet, et ut tradunt completo numero annorum tempus restaurationis hierusalem advenisse. Hoc etiam addito ne incredulitatem populi vellent imitari, de quo deus per eum dixerat: populus hic dicit nondum venit tempus ut edificetur domus dei. Omnia autem que in textu huius prophete continentur, reversionem populi, edificationem templi, renovationem civitatis, observantiam sacerdotalem, et interitum regnorum et terrarum significant.

INCIPIT LIBER AGGEI

IN ANNO SECUNDO DARII REGIS PERSARUM in mense sexto, in die una mensis, factum est verbum domini in manu aggei prophete ad zorobabel filium salathiel ducem iuda, et ad ihesum filium iosedech sacerdotem magnum dicens. Hec ait dominus exercituum dicens. Populus iste dicit: nondum venit tempus domus domini edificande. Et factum est verbum domini in manu aggei prophete dicens. Numquid tempus vobis est ut habitetis in domibus laqueatis, et domus ista deserta? Et nunc hec dicit dominus exercituum. Ponite corda vestra super vias vestras. Seminastis multum, et intulistis parum. Comedistis et non estis satiati. Bibistis et non estis inebriati. Operuistis vos et non estis calefacti. Et qui mercedes congregavit, misit eas in sacculum pertusum. Hec dicit dominus exercituum. Ponite corda vestra super vias vestras. Ascendite in montem, portate lignum, et edificate domum, et acceptabilis mihi erit, et glorificabor dicit dominus. Respexistis ad amplius, et ecce factum est minus, et intulistis in domum, et exsufflavi illud. Quam ob causam dicit dominus deus exercituum? Quia domus mea deserta est, et vos festinatis unusquisque in domum suam. Propter hoc super vos prohibiti sunt celi ne darent rorem, et terra prohibita est ne daret germen suum. Et vocavi siccitatem super terram, et super montes, et super triticum, et super vinum, et super oleum, et quecumque profert humus, et super homines et super iumenta, et super omnem laborem manuum.

Et audivit zorobabel filius salathiel, et ihesus filius iosedech sacerdos magnus, et omnes reliquie populi vocem domini dei sui et verba aggei prophete sicut misit eum dominus deus eorum ad ipsos. Et timuit populus a facie domini. Et dixit aggeus nuntius domini populo dicens. Ego vobiscum sum dicit dominus. Et suscitavit dominus spiritum zorobabel filii salathiel ducis iuda et spiritum ihesu filii iosedech sacerdotis magni, et spiritum reliquorum de omni populo, et ingressi sunt et faciebant opus in domo domini exercituum dei sui. In die vicesima et quarta mensis in sexto mense, in anno secundo darii regis. Et in septimo mense, vicesima et prima mensis factum est verbum domini in manu aggei prophete dicens. Loquere ad zorobabel filium salathiel ducem iuda, et ad ihesum filium iosedech sacerdotem magnum, et ad reliquos populi dicens. Quis in vobis est derelictus qui vidit domum istam in gloria sua prima? Et quid vos videtis hanc nunc? Numquid non ita est quasi non sit in oculis vestris? Et nunc confortare zorobabel dicit dominus, et confortare ihesu fili iosedech sacerdos magne, et confortare omnis populus terre dicit dominus exercituum, et facite quoniam ego vobiscum sum dicit dominus exercituum. Verbum quod placui vobiscum cum egrederemini de terra egypti, et spiritus meus erit in medio vestrum. Nolite timere, quia hec dicit dominus exercituum. Adhuc unum modicum est, et ego commovebo celum et terram, mare et aridam, et movebo omnes gentes, et veniet desideratus cunctis gentibus, et implebo domum istam gloria dicit dominus exercituum. Meum est argentum et meum est aurum, dicit dominus exercituum. Magna erit gloria domus istius novissime plusquam prime dicit dominus exercituum. Et in loco isto dabo pacem dicit dominus exercituum.

In vicesima et quarta noni mensis, in anno secundo darii regis, factum est verbum domini ad aggeum prophetam dicens. Hec dicit dominus exercituum. Interroga sacerdotes legem dicens. Si tulerit homo carnem sanctificatam in ora vestimenti sui, et tetigerit de summitate eius panem aut pulmentum aut vinum aut oleum aut omnem cibum, numquid sanctificabitur? Respondentes autem sacerdotes dixerunt. Non. Et dixit aggeus. Si tetigerit pollutus in anima ex omnibus his, numquid contaminabitur? Et responderunt sacerdotes et dixerunt. Contaminabitur. Et respondit aggeus et dixit. Sic populus iste, et sic gens ista ante faciem meam dicit dominus, et sic omne opus manuum eorum, et omnia que ibi obtulerunt contaminata erunt. Et nunc ponite corda vestra a die hac et supra. Antequam poneretur lapis super lapidem in domo domini, cum accederetis ad acervum viginti modiorum et fierent decem, intraretis ad torcular ut exprimeretis quinquaginta lagenas, et fiebant viginti. Percussi vos vento urente et aurugine et grandine omnia opera manuum vestrarum, et non fuit in vobis qui reverteretur ad me dicit dominus. Ponite corda vestra ex die ista et in futurum, a die vicesima et quarta noni mensis, a die qua fundamenta templi iacta sunt domini, ponite super cor vestrum. Numquid iam semen in germine est, et adhuc vinea et ficus et malogranatum et lignum olive non floruit? Ex die ista benedicam. Et factum est verbum domini

secundo ad aggeum in xx et quarta mensis dicens. Loquere ad Zorobabel regem iuda dicens. Ego movebo celos pariter et terram et subvertam solium regnorum, et conteram fortitudinem regni gentium, et subvertam quadrigam et ascensorem eius. et descendent equi et ascensores eorum. vir in gladio fratris sui. In die illa dicit dominus exercituum assumam te Zorobabel fili salathiel serve meus dicit dominus. et ponam te quasi signaculum quia te elegi dicit dominus exercituum. Explicit liber Aggei.

ZACHARIAS MEMOR DOMINI SUI. MULtiplex in prophetia. ihesum in vestibus sordidis. et lapide oculorum vii. candelabrorum quoque aureorum cum totidem lucernis quot oculis. duas quoque olivas a sinistris lampadis cernit et dextris. Et post equos rufos. varios. albos. et nigros. et dissipatas quadrigas ex effraim. et equum de hierusalem. pauperem regem vaticinetur et predicet sedentem super pullum filium asine subiugalis. Secundo anno darii regis medorum aggeum et zachariam prophetasse lectiones eorum demonstrant. Sed hac de causa aggeus zacharie in ordine prophetarum prelatus videtur quod eum duobus mensibus ut prædictorum lectiones ostendunt in prophetia precessisse invenitur. Ad restaurationem etiam templi precepto dei populum animasse esdras refert dicens. In secundo anno darii regis prophetaverunt aggeus et zacharias filius addo prophete super iudeos qui erant in iudea et in hierusalem in nomine israhel super eos. Tunc surrexerunt zorobabel filius salathiel. et ihesus filius iosedech et principes eius. et inchoaverunt edificare domum dei que est in hierusalem. Quibus cum aderant prophete ex hortatione sua adiuverunt eos. Nam et populum israhel ab imitatione patrum delictorum per suam commonitionem idem propheta cupiens revocare. verbis lectione comprehensus est. Vidi nocte et ecce vir ascenderat super equum rubeum et cetera. Videt propheta virum equo rubeo sedentem et stantem in medio myrteti umbrosi. cuius visionis hec solutio est. Vir ascendens equum rubeum licet angelus intelligatur. tamen quia predicti coloris equum ascendere visus est vindictam sanguinis in ea gente significat offerenda quoque populum israhel in captivitate redigerunt. Stantem vero in medio myrteti umbrantis quod dixit. letitiam populo affuturam per myrteti significationem voluit designare. Eiusdem ligni moyses in levitico cum faceret mentionem ait. Accipietis die prima fructus ligni speciosi ut letitiam populi de bene olentis ligni speciosi umbraculum demonstraret. Sed hanc visionem et liberationem populi. et vindictam de adversariis futuram demonstrat. Ob hoc nocte se propheta vidisse memorat. quia populum israhel in prima liberatione de terra egypti nocte discessisse constabat. Cuius exempli presens populus aliquam partem in se retinere videbatur. Liberatio eiusdem ac reditus captivitatis de terra chaldeorum prophete est revelata.

INCIPIT LIBER ZACHARIE

IN MENSE OCTAVO IN ANNO SECUNDO darii. factum est verbum domini ad zachariam filium barachie filium addo prophetam dicens. Iratus est dominus super patres vestros iracundia magna. Et dices ad eos. Hec dicit dominus deus exercituum. Convertimini ad me ait dominus exercituum. et convertar ad vos. dicit dominus exercituum. Ne sitis sicut patres vestri. ad quos clamabant prophete priores dicentes. Hec dicit dominus exercituum. Convertimini de viis vestris malis. et de cogitationibus pessimis. Et non audierunt neque attenderunt ad me dicit dominus. Patres vestri ubi sunt et prophete? Numquid in sempiternum vivent? Verumtamen verba mea et legitima mea que mandavi servis meis prophetis. numquid non comprehenderunt patres vestros? Et conversi sunt et dixerunt. Sicut cogitavit dominus exercituum facere nobis secundum vias nostras. et secundum adinventiones nostras. fecit nobis. In die xx et iiii undecimi mensis sabath in anno secundo darii regis. factum est verbum domini ad zachariam filium barachie filium addo prophetam dicens. Vidi per noctem. et ecce vir ascendens super equum rufum. et ipse stabat inter myrteta que erant in profundo. et post eum equi rufi et albi. Et dixi. Quid sunt isti domine mi? Et dixit ad me angelus qui loquebatur in me. Ego ostendam tibi quid sint hec. Et respondit vir qui stabat inter myrteta et dixit. Isti sunt quos misit dominus ut perambularent terram. Et responderunt angelo domini qui stabat inter myrteta et dixerunt. Perambulavimus terram. et ecce omnis terra habitatur et quiescit. Et respondit angelus domini et dixit. Domine exercituum usque quo tu non misereberis hierusalem et urbium iuda quibus iratus es? Iste iam septuagesimus annus est. Et respondit dominus angelo qui loquebatur in me verba bona verba consolatoria. Et dixit ad me angelus qui loquebatur in me. Clama dicens. Hec dicit dominus exercituum. Zelatus sum hierusalem et syon zelo magno. et ira magna. Ego irascor super gentes opulentas. quia ego iratus sum parum. ipsi vero adiuverunt in malum. Propterea hec dicit dominus. Revertar ad hierusalem in misericordiis. domus mea edificabitur in ea. dicit dominus exercituum. et perpendiculum extendetur super hierusalem. Adhuc clama dicens. Hec dicit dominus exercituum. Adhuc fluent civitates mee bonis. et consolabitur dominus adhuc syon. et eliget adhuc hierusalem. Et levavi oculos meos et vidi. et ecce iiii cornua. Et dixi ad angelum qui loquebatur in me: Quid sunt hec domine mi? Et dixit ad me. Hec sunt cornua que ventilaverunt iudam et israhel. et hierusalem. Et ostendit mihi dominus iiii fabros. Et dixi. Quid isti veniunt facere? Qui ait. Hec sunt cornua que ventilaverunt iudam per singulos viros. et nemo eorum levavit caput suum. Et venerunt isti deterrere ea. ut deiciant cornua gentium que levaverunt cornu super terram iuda ut dispergerent eam. Et levavi oculos meos et vidi. et ecce vir et in manu eius funiculus mensorum. Et dixi. Quo tu vadis? Et dixit ad me. Ut metiar hierusalem. et videam quanta sit latitudo eius. et quanta longitudo eius. Et ecce angelus qui loquebatur in me egrediebatur et alius angelus egrediebatur in occursum eius. et dixit ad eum. Curre et loquere ad puerum istum dicens. Absque muro habitabitur hierusalem pre multitudine hominum et iumentorum in medio eius. et ego ero ei ait dominus murus ignis in circuitu. et in gloria ero in medio eius. O fugite de terra aquilonis dicit dominus quoniam in iiii ventos celi dispersi vos dicit dominus. ex iiii ventis colligam vos. O syon fuge que habitas apud filiam babilonis quia hec dicit dominus exercituum. Post gloriam misit me ad gentes que expoliaverunt vos. Qui enim tetigerit vos. tangit pupillam oculi mei. quia ecce ego levo manum meam super eos. et erunt preda his qui serviebant sibi. et cognoscetis quia dominus exercituum misit me.

Lauda et letare filia syon. quia ecce ego venio et habitabo in medio tui dicit dominus. Et applicabuntur gentes multe ad dominum in die illa. et erunt mihi in populum. Et habitabo in medio tui. et scies quia dominus exercituum misit me ad te. Et possidebit dominus iudam partem suam in terra sanctificata. et eliget adhuc hierusalem. Sileat omnis caro a facie domini. quia consurrexit de habitaculo sancto suo. Et ostendit mihi ihesum sacerdotem magnum stantem coram angelo domini. et sathan stabat a dextris eius. ut adversaretur ei. Et dixit dominus ad sathan. Increpet in te dominus sathan. et increpet dominus in te qui elegit hierusalem. Numquid non iste torris est erutus de igne? Et ihesus erat indutus vestibus sordidis. et stabat ante faciem angeli. Qui respondit et ait ad eos qui stabant coram se dicens. Auferte vestimenta sordida ab eo. Et dixit ad eum. Ecce abstuli a te iniquitatem tuam. et indui te mutatoriis. Et dixit. Ponite cydarim mundam super caput eius. Et posuerunt cydarim mundam super caput eius. et induerunt eum vestibus. Et angelus domini stabat. Et contestabatur angelus domini ihesum dicens. Hec dicit dominus exercituum. Si in viis meis ambulaveris. et custodiam meam custodieris. tu quoque iudicabis domum meam. et custodies atria mea. et dabo tibi ambulantes de his. qui nunc hic adsistunt. Audi ihesu sacerdos magne tu. et amici tui qui habitant coram te. quia viri portendentes sunt. Ecce enim ego adducam servum meum orientem. quia ecce lapis quem dedi coram ihesu super lapidem unum septem oculi sunt. Ecce ego celabo sculpturam eius. ait dominus exercituum. et auferam iniquitatem terre illius in die una. In die illa dicit dominus exercituum. vocabit amicum suum subter vineam et subter ficum. Et reversus est angelus qui loquebatur in me et suscitavit me quasi virum qui suscitatur de somno suo. Et dixit ad me. Quid tu vides? Et dixi. Vidi et ecce candelabrum aureum totum. et lampas eius super caput ipsius. et septem lucerne eius super illud. et septem infusoria lucernis que erant super caput illius. et due olive super illud. una a dextris. et una a sinistris eius. Et respondi et aio ad angelum qui loquebatur in me dicens. Quid sunt hec domine mi? Et respondit angelus qui loquebatur in me. et dixit ad me. Numquid nescis quid sunt hec? Et dixi. Non domine mi. Et respondit et ait ad me dicens. Hoc est verbum domini ad zorobabel dicens. Non in exercitu nec in robore sed in spiritu meo dicit dominus exercituum. Quis tu mons magne coram zorobabel in planum? Et educet lapidem primarium. et exequabit gratiam gratie eius.

Et factum est verbum domini ad me dicens. Manus zorobabel fundaverunt domum istam. et manus eius perficient eam. et scietis quia dominus misit me ad vos. Quis enim despexit dies parvos? Et letabuntur et videbunt lapidem stanneum in manu zorobabel. Septem isti oculi domini qui discurrunt in universam terram. Et respondi et dixi ad eum. Quid sunt due olive iste ad dexteram candelabri. et ad sinistram eius? Et respondi secundo et dixi ad eum. Quid sunt due spice olivarum. que sunt iuxta duo rostra aurea in quibus sunt suffusoria ex auro? Et ait ad me dicens. Numquid nescis quid sunt hec? Et dixi. Non domine mi. Et dixit ad me. Isti sunt duo filii olei splendoris. qui assistunt dominatori universe terre. Et conversus sum et levavi oculos meos et vidi. et ecce volumen. Et dixit ad me. Quid tu vides? Et dixi. Ecce ego video volumen volans. Longitudo eius xx cubitorum. et latitudo eius x cubitorum. Et dixit ad me. Hec est maledictio que egreditur super faciem omnis terre. quia omnis fur sicut ibi scriptum est iudicabitur. et omnis iurans ex hoc similiter iudicabitur. Educam illud dicit dominus exercituum et veniet ad domum furis et ad domum iurantis in nomine meo mendaciter. et commorabitur in medio domus eius. et consumet eam et ligna eius. et lapides eius. Et egressus est angelus qui loquebatur in me et dixit ad me. Leva oculos tuos et vide. Quid est hoc quod egreditur? Et dixi. Quidnam est? Et ait. Hec est amfora egrediens. Et dixit. Hec est oculus eorum in universa terra. Et ecce talentum plumbi portabatur. et ecce mulier una sedens in medio amfore. Et dixit. Hec est impietas. Et proiecit eam in medio amfore. et misit massam plumbeam in os eius. Et levavi oculos meos et vidi. et ecce due mulieres egredientes. et spiritus in alis earum. Et habebant alas quasi alas milui. et levaverunt amforam inter terram et celum. Et dixi ad angelum qui loquebatur in me. Quo iste deferunt amforam? Et dixit ad me. Ut edificetur ei domus in terra sennaar. et stabiliatur. et ponatur ibi super basim suam. Et conversus sum et

60. levavi oculos meos et vidi. et ecce iiii quadrige egredientes de medio duorum montium. et montes. montes erei. In quadriga prima equi rufi. et in quadriga secunda equi nigri. et in quadriga tercia equi albi. et in quadriga iiii equi varii fortes. Et respondi et dixi ad angelum qui loquebatur in me. Quid sunt hec domine mi? Et respondit angelus et ait ad me. Isti sunt iiii venti celi qui egrediuntur ut stent coram dominatore universe terre. In qua erant equi nigri egrediebantur in terram aquilonis. et albi egressi sunt post eos. varii et rufi egressi sunt ad terram austri. Qui autem erant robustissimi exierunt et querebant ire et discurrere per omnem terram. Et dixit. Ite et perambulate terram. Et perambulaverunt eam. Et vocavit me. et locutus est ad me dicens. Ecce qui egrediuntur in terram aquilonis. requiescere fecerunt spiritum meum in terra aquilonis.

Et factum est verbum domini ad me dicens. Sume a transmigratione abaldai. et a tobia. et ab idaia. et venies tu in die illa. et intrabis in domum iosie filii sophonie qui venerunt de babilone. et sumes argentum et aurum. et facies coronas et pones in capite ihesu filii iosedech sacerdotis magni. et loqueris ad eum dicens. Hec ait dominus exercituum dicens. Ecce vir oriens nomen eius. et subter eum orietur. Et edificabit templum domino. et ipse extruet templum domino. et ipse portabit gloriam. et sedebit et dominabitur super solio suo. Et erit sacerdos super solio suo. et consilium pacis erit inter duos illos. Et corone erunt helem. et tobie et idaie. et hen filio sophonie memoriale in templo domini. Et qui procul sunt venient et edificabunt in templo domini. et scietis quia dominus exercituum misit me ad vos. Erit autem hoc si auditu audieritis

vocem domini dei vivi. Et factum est in anno quarto darii regis. factum est verbum domini ad Zachariam in quarta nonmensis qui est casleu. Et miserunt ad domum dei Sarasar et Rogomellech et viri qui erant cum eo ad deprecandam faciem domini. ut dicerent sacerdotibus domus domini exercituum et prophetis loquentes. Numquid flendum michi est in mense quinto. vel sanctificare me debeo sicut feceram iam multis annis?

Et factum est verbum domini exercituum ad me dicens. Loquere ad omnem populum terre. et ad sacerdotes dicens. Cum ieiunaretis et plangeretis in quinto et in septimo mense per hos lxx. annos. numquid ieiunium ieiunastis michi? Et cum comederetis et biberetis. numquid non vobis comedistis et bibistis? Numquid non sunt verba que locutus est dominus in manu prophetarum priorum cum adhuc hierusalem habitaretur et opulenta esset et ipsa et urbes in circuitu eius. et ad austrum. et in campestribus habitaretur? Et factum est verbum domini ad Zachariam dicens. Hec dicit dominus exercituum. Iudicium verum iudicate. et misericordiam et miserationes facite. unusquisque cum fratre suo. Et viduam et pupillum. et advenam. et pauperem nolite calumniari. et malum vir fratri suo non cogitet in corde suo. Et noluerunt attendere et averterunt scapulam recedentes. et aures suas aggravaverunt ne audirent et cor suum posuerunt ut adamantem ne audirent legem et verba que misit dominus exercituum in spiritu suo per manum prophetarum priorum. Et facta est indignatio magna a domino exercituum. Et factum est sicut locutus sum et non audierunt. Sic clamabunt et non exaudiam dicit dominus exercituum. Et dispersi eos per omnia regna que nesciunt. et terra desolata est ab eis. eo quod non esset transiens et revertens. et posuerunt terram desiderabilem in desertum. Et factum est verbum domini exercituum ad me dicens. Hec dicit dominus exercituum. Zelatus sum syon zelo magno. et indignatione magna zelatus sum eam. Hec dicit dominus exercituum. Reversus sum ad syon. et habitabo in medio hierusalem. Et vocabitur hierusalem civitas veritatis. et mons domini exercituum. mons sanctificatus. Hec dicit dominus exercituum. Adhuc habitabunt senes et anus in plateis hierusalem. et viri baculus in manu eius pre multitudine dierum. Et platee civitatis complebuntur infantibus et puellis ludentibus in plateis eius. Hec dicit dominus exercituum. Si difficile videbitur in oculis reliquiarum populi huius in diebus illis. numquid in oculis meis difficile erit dicit dominus exercituum? Hec dicit dominus exercituum. Ecce ego salvabo populum meum de terra orientis. et de terra occasus solis. et adducam eos. et habitabunt in medio hierusalem. et erunt michi in populum. et ego ero eis in deum. in veritate et iustitia.

Hec dicit dominus exercituum. Confortentur manus vestre qui auditis in diebus his sermones istos per os prophetarum in die qua fundata est domus domini exercituum. ut templum edificaretur. Siquidem ante dies illos merces hominum non erat. nec merces iumentorum erat neque introeunti et exeunti pax pre tribulatione. et dimisi omnes homines unumquemque contra proximum suum. Nunc autem non iuxta dies priores ego faciam reliquiis populi huius dicit dominus exercituum. sed semen pacis erit. Vinea dabit fructum suum. et terra dabit germen suum. et celi dabunt rorem suum. Et possidere faciam reliquias populi huius universa hec. Et erit sicut eratis maledictio in gentibus domus iuda et domus israhel. sic salvabo vos et eritis benedictio. Nolite timere confortentur manus vestre. quia hec dicit dominus exercituum. Sicut cogitavi ut affligerem vos cum ad iracundiam me provocassent patres vestri dicit dominus et non sum misertus sic conversus cogitavi in diebus istis ut benefaciam hierusalem et domui iuda. Nolite timere. Hec sunt verba que facietis. Loquimini veritatem unusquisque cum proximo suo. veritatem et iudicium pacis iudicate in portis vestris. et unusquisque malum contra amicum suum ne cogitetis in cordibus vestris. et iuramentum mendax ne diligatis. Omnia enim hec sunt que odi dicit dominus. Et factum est verbum domini exercituum ad me dicens. Hec dicit dominus exercituum. Ieiunium quarti. et ieiunium quinti. et ieiunium septimi. et ieiunium decimi. erit domui iuda in gaudium et leticiam. et in sollempnitates preclaras. Veritatem tantum et pacem diligite. Hec dicit dominus exercituum. Usque quo veniant populi et habitent in civitatibus multis. et vadant habitatores unus ad alterum dicentes. eamus et deprecemur faciem domini. et queramus dominum exercituum. Vadam etiam ego. et venient populi multi et gentes robuste ad querendum dominum exercituum in hierusalem. et deprecandam faciem domini. Hec dicit dominus exercituum. In diebus illis in quibus apprehendent x. homines ex omnibus linguis gentium. apprehendent fimbriam viri iudei dicentes. Ibimus vobiscum. Audivimus enim quoniam deus vobiscum est. Onus verbi domini in terra adrahe et damasci requiei eius. quia domini est oculus hominis. et omnium tribuum israhel. Emath quoque in terminis eius. et tyrus et sydon. Assumpserunt quippe sibi sapientiam valde. Et edificavit tyrus munitionem suam. et coacervavit argentum quasi humum. et aurum ut lutum platearum. Ecce dominus possidebit eam. et percutiet in mari fortitudinem eius. et hec igni devorabitur. Videbit ascalon et timebit. et gaza dolebit nimis. et accaron quoniam confusa est spes eius. Et peribit rex de gaza. et ascalon non habitabitur. et sedebit separator in azoto. Et disperdam superbiam philistinorum. et auferam sanguinem eius de ore eius. et abhominationes eius de ore eius. et abhominationes eius de medio dentium eius. Et relinquetur etiam ipse deo nostro. et erit quasi dux in iuda. et accaron quasi iebuseus. Et circumdabo domum meam ex his qui militant michi euntes. et revertentes. et non transibit super eos ultra exactor. quia nunc vidi in oculis meis. Exulta satis filia syon. iubila filia hierusalem. ecce rex tuus veniet tibi. iustus et salvator. Ipse pauper et ascendens super asinum. et super pullum filium asine. Et disperdam quadrigam ex effraim. et equum de hierusalem. et dissipabitur arcus belli. Et loquetur pacem gentibus et potestas eius a mari usque ad mare. et a fluminibus usque ad fines terre.

Tu quoque in sanguine testamenti tui emisisti vinctos tuos de lacu in quo non erat aqua.

Convertimini ad munitionem vincti spei. hodie quoque annuntians duplicia reddam tibi. quoniam extendi michi iudam quasi arcum. implevi terram effraim. Et suscitabo filios tuos syon super filios tuos grecia. et ponam te quasi gladium fortium. et dominus deus super eos videbitur. Et exibit ut fulgur iaculum eius. et dominus deus in tuba canet. et vadet in turbine austri. Dominus exercituum proteget eos. et devorabunt et subicient lapidibus funde. Et bibentes inebriabuntur quasi vino. et replebuntur ut fiale. et quasi cornua altaris. Et salvabit eos dominus deus eorum in die illa. ut gregem populi sui. quia lapides sancti elevabuntur super terram eius. Quid enim bonum eius est. et quid pulchrum est eius nisi frumentum electorum et vinum germinans virgines? Petite a domino pluviam in tempore serotino. et dominus faciet nives et pluviam ymbris dabit eis singulis herbam in agro. quia simulacra locuta sunt inutile. et divini viderunt mendacium. et somniatores frustra locuti sunt. vane consolabantur. Idcirco adducti sunt quasi grex. affligentur quia non est eis pastor. Super pastores iratus est furor meus. et super hyrcos visitabo. quia visitabit dominus exercituum gregem suum domum iuda. et posuit eos quasi equum glorie sue in bello. Ex ipso angulus. ex ipso paxillus. et ex ipso arcus prelii. et ex ipso egredietur omnis exactor simul. Et erunt quasi fortes conculcantes lutum viarum in prelio. et bellabunt quia dominus cum eis. Et confundentur ascensores equorum. et confortabo domum iuda. et domum ioseph salvabo. Et convertam eos quia miserebor eorum. et erunt sicut fuerunt quando non proieceram eos. Ego enim dominus deus eorum. et exaudiam eos. et erunt quasi fortes effraim. et letabitur cor eorum quasi a vino. Et filii eorum videbunt et letabuntur. et exultabit cor eorum in domino. Sibilabo eis et congregabo illos. quia redemi eos. Et multiplicabo eos sicut ante fuerant multiplicati. et seminabo eos in populis. et de longe recordabuntur mei. Et vivent cum filiis suis et revertentur. et reducam eos de terra egypti. et de assyriis congregabo eos. et ad terram galaad et lybani adducam eos. et non invenietur eis locus. Et transibit in maris freto. et percutiet in mari fluctus. et confundentur omnia profunda fluminis. et humiliabitur superbia assur. et sceptrum egypti recedet. Confortabo eos in domino. et in nomine eius ambulabunt dicit dominus. Aperi lybane portas tuas. et comedat ignis cedros tuas. Ulula abies quia cecidit cedrus. quoniam magnifici vastati sunt. Ululate quercus basan. quoniam succisus est saltus munitus. Vox ululatus pastorum. quia vastata est magnificentia eorum. Vox rugitus leonum. quoniam vastata est superbia iordanis.

Hec dicit dominus deus. Pasce pecora occisionis que qui possederant occidebant et non dolebant. et vendebant ea dicentes. Benedictus dominus. divites facti sumus. Et pastores eorum non parcebant eis. et ego non parcam ultra habitantes in terra dicit dominus. Ecce ego tradam homines unumquemque in manu proximi sui. et in manu regis sui. et concident terram. et non eruam de manu eorum. et pascam pecus occisionis propter hoc o pauperes gregis. Et assumpsi michi duas virgas. unam vocavi decorem. et alteram vocavi funiculum. et pavi gregem. Et succidi tres pastores in mense uno. et contracta est anima mea in eis. siquidem et anima eorum variavit in me et dixi. Non pascam vos. Quod moritur moriatur. et quod succiditur succidatur. et reliqui devorent unusquisque carnem proximi sui. Et tuli virgam meam que vocabatur decus. et abscidi eam ut irritum facerem fedus meum quod percussi cum omnibus populis. et in irritum deductum est in die illa. Et cognoverunt sic pauperes gregis qui custodiunt michi quia verbum domini est. et dixi ad eos. Si bonum est in oculis vestris afferte mercedem meam et si non quiescite. Et appenderunt mercedem meam xxx. argenteos. Et dixit dominus ad me. Proice illud ad statuarium decorum pretium quo appretiatus sum ab eis. Et tuli xxx. argenteos et proieci eos in domo domini ad statuarium. Et preccidi virgam meam secundam que appellabatur funiculus ut dissolverem germanitatem inter iudam et israhel. Et dixit dominus ad me. Adhuc sume tibi vasa pastoris stulti. quia ecce suscitabo pastorem in terra qui derelicta non visitabit et dispersa non queret. et contritum non sanabit et id quod stat non enutriet. et carnes pinguium comedet. et ungulas eorum dissolvet. O pastor et ydolum derelinquens gregem. gladius super brachium eius. et super oculum dextrum eius. Brachium eius ariditate siccabitur. et oculus eius dexter tenebrescens obscurabitur. Onus verbi domini super israhel. Et dixit dominus extendens celum et fundans terram. et fingens spiritum hominis in eo. Ecce ego ponam hierusalem superliminare crapule omnibus populis in circuitu. sed et iuda erit in obsidione contra hierusalem. Et erit in die illa ponam hierusalem lapidem oneris cunctis populis. Omnes qui levabunt eam. concisione lacerabuntur. et colligentur adversus eam omnia regna terre. In die illa dicit dominus percutiam omnem equum in stupore et ascensorem eius in amentia. Et super domum iuda aperiam oculos meos. et omnem equum populorum percutiam cecitate. et dicent duces iuda in corde suo. Confortentur michi habitatores hierusalem in domino exercituum deo eorum. In die illa ponam duces iuda sicut caminum ignis in lignis. et sicut facem ignis in fenno. et devorabit ad dexteram et ad sinistram omnes populos in circuitu. Et habitabit hierusalem rursum in loco suo in hierusalem. et salvabit dominus tabernacula iuda sicut in principio ut non magnifice glorietur domus david. et gloria habitantium hierusalem contra iudam. In die illa proteget dominus habitatores hierusalem. Et erit qui offenderit ex eis in die illa quasi david. et domus david quasi dei. sicut angelus domini in conspectu eius. Et erit in die illa queram conterere omnes gentes que veniunt contra hierusalem. Et effundam super domum david et super habitatores hierusalem spiritum gratie et precum. Et aspicient ad me quem confixerunt. et plangent eum planctu quasi super unigenitum. et dolebunt super eum ut doleri solet in morte primogeniti. In die illa magnus erit planctus in hierusalem. sicut planctus adremon in campo mageddon. et planget terra familie et familie seorsum. Familie domus david seorsum. et mulieres eorum seorsum. Familie domus nathan seorsum. et mulieres eorum seorsum. Familie domus levi seorsum. et mulieres eorum seorsum. Familie domus semei seorsum. et mulieres eorum seorsum. Omnes familie reliquie familie. et familie seorsum. et mulieres eorum seorsum. In die illa erit fons patens domui david et habitatoribus hierusalem in ablutione peccatoris et menstruate. Et erit in die illa dicit dominus exercituum disperdam ydolorum nomina de terra. et non recordabuntur et non memorabuntur ultra. et pseudoprophetas. et spiritum immundum auferam de terra. Et erit cum prophetaverit quispiam ultra. dicent ei pater eius et mater eius qui genuerunt eum. Non vives. quia mendacium locutus es in nomine domini. Et configent eum pater eius et mater eius qui genuerunt eum. cum prophetaverit. Et erit in die illa confundentur prophete unusquisque ex visione sua cum prophetaverit. nec palliabuntur pallio saccineo ut mentiantur sed dicet. Non sum propheta. homo agricola ego sum quoniam adam exemplum meum ab adolescentia mea. Et dicetur ei. Quid sunt plage iste in medio manuum tuarum? Et dicet. His plagatus sum in medio eorum qui diligebant me. Framea suscitare super pastorem meum. et super virum coherentem michi. dicit dominus exercituum. Percute pastorem. et dispergentur oves. Et convertam manum meam ad parvulos. et erunt in omni terra dicit dominus. Partes due in ea dispergentur et deficient. et tertia pars relinquetur in ea. Et ducam tertiam

partem per ignem. & uram eos sicut uritur argentum. & probabo eos
sic probatur aurum. Ipse uocabit nomen meum & ego exaudiam
eum. Dicam populus meus es. & ipse dicet dominus deus meus. Ecce
dies ueniunt dicit dominus. & diuidentur spolia tua in medio tui.
Et congregabo omnes gentes ad hierusalem in prelium. & capietur ciuitas
& uastabuntur domus. & mulieres uiolabuntur. Et egredietur
media pars ciuitatis in captiuitate. & reliquum populi non
auferetur ex urbe. Et egredietur dominus & preliabitur contra gentes
illas. sic preliatus est in die certaminis. Et stabunt pedes eius in
die illa super montem oliuarum qui est contra hierusalem ad orientem.
& scindetur mons oliuarum ex media parte sui ad orientem. &
occidentem prerupto grandi ualde. Et separabitur medium ad aquilo
nem. & medium eius ad meridiem. & fugietis ad uallem montium
eorum. quoniam coniungetur uallis montium usque ad proximum. & fugie
tis sicut fugistis a facie terremotus in diebus ozie regis iuda.
Et ueniet dominus deus meus. omnesque sancti cum eo. Et erit in die illa
& non erit lux. sed frigus & gelu. & erit dies una que nota est
domino. non dies neque nox. & in tempore uespere erit lux. Et
erit in die illa exibunt aque uiue de hierusalem. medium earum ad
mare orientale. & medium earum ad mare nouissimum. In esta
te & hyeme erunt. & erit dominus rex super omnem terram.
In die illa erit dominus unus. & erit nomen eius unum. Et re
uertetur omnis terra usque ad desertum de colle remon ad austrum
hierusalem. & exaltabitur. & habitabit in loco suo a porta beni
amin usque ad locum porte prioris usque ad portam angulorum. &
a turre ananehel usque ad torcularia regis. Et habitabunt in ea
& anathema non erit amplius. sed sedebit hierusalem secura. Et hec
erit plaga qua percutiet dominus omnes gentes que pugnauerunt
aduersus hierusalem. Tabescet caro uniuscuiusque stantis super
pedes suos. & oculi eius contabescent in foraminibus suis. &
lingua eorum contabescet in ore ipsorum. In die illo erit tumultus do
mini magnus in eis. & apprehendet uir manum proximi sui. & con
seretur manus eius super manum proximi sui. Sed & iudas pugna
bit contra hierusalem. & congregabuntur diuitie omnium gentium
in circuitu. aurum & argentum. & uestes multe satis. Et sic
erit ruina equi & muli. & cameli & asini. & omnium iumen
torum que fuerint in castris illis. sicut ruina hec. Et omnes qui
reliqui fuerint de uniuersis gentibus que uenerunt contra hierusalem
ascendent ab anno in annum ut adorent dominum exercituum
regem. & celebrent festiuitatem tabernaculorum. Et erit quod non
ascenderit de familiis terre ad hierusalem ut adoret dominum exercituum. non
erit super eos ymber. Quod si & familia egypti non ascenderit &
non uenerit. nec super eos erit. sed erit ruina qua percutiet dominus
omnes gentes que non ascenderint ad celebrandam festiuitatem tab
naculorum. Hoc autem erit peccatum egypti. & hoc peccatum omnium
gentium que non ascenderint ad celebrandam festiuitatem tabernaculorum.
In die illa erit quod super frenum equi est sanctum domino. & erunt lebetes
in domo domini quasi fiale coram altari. Et erit omnis lebes in
hierusalem & in iuda sanctificatus domino exercituum. & uenient omnes
immolantes & sument ex eis. & coquent in eis. & non erit mer
cator ultra in domo domini exercituum in die illo.

MALACHIAS LATINE INTERPRETATUR
angelus domini. id est nuntius. Quicquid enim loquebatur
quasi a domino esset mandatum. ita credebatur. Et inde ita eius
nomen lxx transtulerunt dicentes. Assumptio uerbi domini
super israhel in manu angeli eius. Prophetauit autem nouissimus in
hierusalem. quando & aggeus. Malachias in fine omnium propheta
rum de abiectione israhel & uocatione gentium. Non est
mihi uoluntas in uobis dicit dominus exercituum. & munus
non suscipiam de manu uestra. Ab ortu enim solis usque ad occasum
magnum est nomen meum in gentibus: & in omni loco sacrificatur. Deus
per moysen populo israhel preceperat sacerdotes tabernaculi sui omni cor
porali uitio liberos hostias omni uitio uacuas sibi offerre quibus
legem suam ad regendum populum ob hoc dederat. ut per sacrificiorum
oblationem in eminentia dei & hominum facti populum preceptis celestibus
facerent obedire. Unde sacerdotes angelos dei esse hoc loco scrip
tura testatur. Sed quia tanti muneris gratiam contempnentes.
supradictus populus ac sacerdotes sacrificia uitio detur pata ipsi
criminibus atque impietatibus maculati deo offerre ceperunt. Ideo per
malachiam prophetam deus populum israhel increpans ait. Dilexi uos dicit dominus.
Et dixistis. In quo dilexisti nos? Nonne frater erat esau iacob dicit dominus.
& dilexi iacob. esau autem odio habui? Esau itaque frater iacob non inique
aut spontanea uoluntate odio habitum a deo. et sine merito gratie iacob
dilectum manifestum est. cum secundum prescientia sua esau quidem effusione fraterni
sanguinis concupiscere. iacob autem sui cognitione obseruanda lege
desiderare cognosceret. Cuius rei gratia supradicto usus exemplo est
deus dicens. Iacob dilexi. esau autem odio habui. Quamuis ex operibus memora
torum quorum liber geneseos meminit. in quo uterque eorum futurus erat propositum
manifeste constare cernitur scriptum est crescunt pueri. et erat esau homo agrestis
sciens uenari. iacob autem homo simplex manens in tabernaculo. Nam & re
liqua que lectione comprehensa sunt: preuaricatione populi israhel in obseruandis
sacrificiis dei increpationeque in eundem quod deos alienos coluerint
significant.

INCIPIT LIBER MALACHIE.

ONUS VERBI DOMINI AD ISRAHEL IN MANU
malachie prophete. Dilexi uos dicit dominus. Et dixistis. In quo dile
xisti nos? Nonne frater erat esau iacob. dicit dominus. & di
lexi iacob. esau autem odio habui? Et posui seyr montes eius
in solitudinem. & hereditatem eius in dracones deserti. Quod si di
xerit ydumea destructa sumus. sed reuertentes edificabimus que
deserta sunt. Hec dicit dominus exercituum. Isti edificabunt &
ego destruam. & uocabuntur terminus impietatis. & populus cui iratus
est dominus usque in eternum. Et oculi uestri uidebunt. & uos dicetis.
Magnificetur dominus super terminum israhel. Filius honorat patrem.
& seruus dominum suum timebit. Si ergo pater ego sum. ubi est honor meus?
Et si dominus ego sum. ubi est timor meus? Dicit dominus exerc.
ad uos o sacerdotes. qui despicitis nomen meum. Et dixistis. In quo
despeximus nomen tuum? Offertis super altare meum panem pol
lutum. Et dicitis. In quo polluimus te? In eo quod dicitis mensa
domini despecta est. Si offeratis cecum ad immolandum. nonne
malum est? Offer illud duci tuo si placuerit ei. aut si susce
perit faciem tuam. dicit dominus exerc. Et nunc deprecamini uultum
domini ut misereatur uestri. de manu enim uestra factum est hoc. si quo
modo suscipiat facies uestras dicit dominus exerc. Quis est ex uobis qui
claudat ostia. & incendat altare meum gratuito? Non est
mihi uoluntas in uobis dicit dominus exerc. & munus non suscipiam de
manu uestra. Ab ortu enim solis usque ad occasum magnum est nomen
meum in gentibus: & in omni loco sacrificatur & offertur nomini meo
oblatio munda. quia magnum est nomen meum in gentibus: dicit dominus
exerc. Et uos polluistis illud. in eo quod dicitis. mensa domini conta
minata est. & quod superponitur contemptibile est. cum igne qui
illud deuorat. Et dixistis. Ecce de labore. Et exsufflastis
illud dicit dominus exerc. Et intulistis de rapinis claudum et langui
dum. & intulistis munus. Numquid suscipiam illud de manu uestra
dicit dominus? Maledictus dolosus qui habet in grege suo mascu
lum. & uotum faciens immolat debile domino. quia rex magnus
ego dicit dominus exerc. & nomen meum horribile in gentibus:
Et nunc ad uos mandatum hoc o sacerdotes. Si nolueritis audire
& si nolueritis ponere super cor ut detis gloriam nomini meo ait
dominus exerc. mittam in uos egestatem & maledicam benedictionibus
omnibus uestris. & maledicam illis. quoniam non posuistis super cor. Ecce
ego proiciam uobis brachium. & dispergam super uultum uestrum stercus
sollempnitatum uestrarum. Et assumet uos secum. & scietis quia
misi ad uos mandatum istud ut esset pactum meum cum leui
dicit dominus exercituum. Pactum meum fuit cum eo uite &
pacis. & dedi ei timorem & timuit me. a facie nominis mei paue
bat. Lex ueritatis fuit in ore eius. & iniquitas non est inuenta in
labiis eius. In pace & in equitate ambulauit mecum. & multos
auertit ab iniquitate. Labia enim sacerdotis custodiunt scien
tiam. & legem requirent ex ore eius: quia angelus domini exercituum est.
Uos autem recessistis de uia. & scandalizastis plurimos in lege.
Irritum fecistis pactum leui dicit dominus exerc. Propter quod & ego dedi
uos contemptibiles & humiles omnibus populis. sicut non seruastis uias
meas. & accepistis faciem in lege. Numquid non pater unus omnium nostrum?
Numquid non deus unus creauit nos? Quare ergo despicit unusquisque
nostrum fratrem suum uiolans pactum patrum nostrorum? Transgressus
est iuda. & abhominatio facta est in israhel. & in hierusalem. quia conta
minauit iuda sanctificationem domini. quam dilexit. & habuit filiam
dei alieni. Disperdat dominus uirum qui fecerit hoc. magistrum
& discipulum de tabernaculis iacob. & offerentem munus domino exerc.
Et hoc rursum fecistis. Operiebatis lacrimis altare domini. fletu et
mugitu. ita ut ultra non respiciam ad sacrificium. nec accipiam placabi
le quid de manu uestra. Et dixistis. Quam ob causam? Quia dominus
testificatus est inter te & uxorem pubertatis tue. quam tu despexisti. Et hec
particeps tua. & uxor federis tui. Nonne unus fecit. & residuum
spiritus eius est? Et quid unus querit nisi semen dei? Custodite ergo spiritum
uestrum. & uxorem adolescentie tue noli despicere. Cum odio habue
ris dimitte dicit dominus deus israhel. Operiet autem iniquitas uestimentum
eius. dicit dominus exercituum. Custodite spiritum uestrum. & nolite despicere.
Laborare fecistis dominum in sermonibus uestris. Et dixistis. In quo
eum laborare fecimus? In eo cum diceretis. omnis qui facit malum bonus
est in conspectu domini. & tales ei placent. Aut certe ubi est deus
iudicii?
Ecce ego mittam angelum meum. & preparabit uiam ante faciem meam.
Et statim ueniet ad templum suum dominator quem uos quer
itis. & angelus testamenti quem uos uultis. Ecce uenit dicit dominus
exercituum. Et quis poterit cogitare diem aduentus eius?
Et quis stabit ad uidendum eum? Ipse enim quasi ignis conflans.
& quasi herba fullonum. Et sedebit conflans et emundans argen
tum. & purgabit filios leui. Et colabit eos quasi aurum. et quasi argen
tum. & erunt domino offerentes sacrificia in iustitia. Et placebit domino
sacrificium iuda & hierusalem. sicut dies seculi. & sicut anni antiqui. Et ac
cedam ad uos in iudicio. et ero testis uelox maleficis. & periuris. et adul
61 teris. & qui calumniantur mercedem mercennarii. & humiliant uiduas
& pupillos. & opprimunt peregrinum. nec timuerunt me dicit dominus exerc.
Ego enim dominus & non mutor: & uos filii iacob non estis consumpti.
A diebus enim patrum uestrorum recessistis a legitimis meis: & non custodi
stis. Reuertimini ad me & ego reuertar ad uos. dicit dominus exerc.
Et dixistis. In quo reuertemur? Si affigit homo deum. quia uos con
figitis me. Et dixistis. In quo confiximus te? In decimis & in pri
mitiis. & in penuria. Uos maledicti estis. & uos configitis gens
tota. Inferte omnem decimam in horreum. & sit cibus in domo mea
& probate me super hoc dicit dominus. Si non aperuero uobis cataractas celi et
effudero uobis benedictionem usque ad habundantiam. & increpauero
pro uobis deuorantem & non corrumpet fructum terre uestre. nec erit sterilis
uinea in agro dicit dominus exerc. Et beatos uos dicent omnes gentes.
Eritis enim uos terra desiderabilis. dicit dominus exercituum. Inualuerunt su
per me uerba dicit dominus. Et dixistis. Quid locuti sumus contra te?
Dixistis. Uanus est qui seruit deo. Et quid emolumentum quia custo
diuimus precepta eius? & quia ambulauimus tristes coram domino exercituum?
Ergo nunc beatos dicimus arrogantes. Siquidem edificati sunt
facientes impietatem. & temptauerunt deum. & salui facti sunt. Tunc locuti
sunt timentes dominum. unusquisque cum proximo suo. Et attendit dominus
& audiuit. & scriptus est liber monimenti coram eo timentibus dominum. & co
gitantibus nomen eius. Et erunt mihi ait dominus exerc. in die qua ego facio
in peculium. & parcam eis sicut parcit uir filio suo seruienti sibi. Et
conuertimini. & uidebitis quid sit inter iustum & impium. & inter serui
entem deo & non seruientem. Ecce enim dies ueniet succensa quasi caminus.
& erunt omnes superbi & omnes facientes impietatem stipula. & inflamma
bit eos dies ueniens dicit dominus exercituum. que non relinquet eis radicem
& germen. Et orietur uobis timentibus nomen meum sol iustitie. & sanitas in
pennis eius. Et egrediemini et salietis sicut uituli de armento. et calcabitis im
pios cum fuerint cinis sub planta pedum uestrorum. in die qua ego facio dicit dominus exerc.
Mementote legis moysi serui mei. quam mandaui ei in oreb ad omnem israhel pre
cepta & iudicia. Ecce ego mittam uobis helyam prophetam antequam ueniat dies domini
magnus et horribilis. et conuertet cor patrum ad filios. & cor filiorum ad patres
eorum. ne forte ueniam & percutiam terram anathemate. Explicit liber malachie.

Liber: ioh

COGOR PER SINGULOS SCRIPTURAE divinae libros adversariorum respondere maledictis, qui interpretationem meam reprehensione LXX interpretum criminantur; quasi non et apud Grecos Aquila, Symmachus, Theodotion vel verbum e verbo, vel sensum de sensu, vel ex utroque commixtum et medie temperatum genus translationis expresserint. Et omnia veteris instrumenti volumina Origenes obelis asteriscisque distinxerit, quos vel additos vel de Theodotione sumptos translationi antiquae inseruit, probans defuisse quod additum est. Discant igitur obtrectatores mei recipere in toto quod in partibus susceperunt, aut interpretationem meam cum asteriscis suis radere. Neque enim fieri potest, ut quos plura intermisisse susceperint, non eosdem etiam errasse fateantur, praecipue in Iob, cui si ea quae sub asteriscis addita sunt subtraxeris, pars maxima voluminis detruncabitur. Hoc dumtaxat et apud Grecos. Ceterum apud Latinos ante eam translationem quam sub asteriscis et obelis nuper edidimus, septingenti ferme aut octingenti versus sunt, ut decurtatus et laceratus corrosusque liber foeditatem sui publice legentibus praebeat. Haec autem translatio nullum de veteribus sequitur interpretem, sed ex ipso hebraico arabicoque sermone et interdum syro nunc verba, nunc sensum, nunc simul utrumque resonabit. Obliquus enim etiam apud Hebreos liber fertur et lubricus, et quod Greci rethores vocant ECXIMATIOMENOC, dumque aliud loquitur, aliud agit; ut si velis anguillam aut murenulam strictis tenere manibus, quanto fortius presseris, tanto citius elabitur. Memini me ob intellegentiam huius voluminis Lyddaeum quendam praeceptorem, qui apud Hebreos primus haberi putabatur, non parvis redemisse nummis; cuius doctrina an aliquid profecerim nescio. Hoc unum scio, non potuisse me interpretari nisi quod antea intellexeram. A principio itaque voluminis usque ad verba Iob apud Hebreos prosa oratio est. Porro a verbis Iob in quibus ait: Pereat dies in qua natus sum, et nox in qua dictum est, conceptus est homo, usque ad eum locum ubi ante finem voluminis scriptum est: Idcirco ipse me reprehendo et ago penitentiam in favilla et cinere, exametri versus sunt, dactilo spondeoque currentes; et propter linguae ydioma crebro recipientes et alios pedes, non earundem sillabarum sed eorundem temporum. Interdum quoque rithmus ipse dulcis et tinnulus fertur numeris lege solutis, quod metrici magis quam simplex lector intellegit. A supradicto autem versu usque ad finem libri parvum comma quod remanet prosa oratione contexitur. Quod si cui videtur incredulum metra scilicet esse apud Hebreos, et in morem nostri Flacci Graecique Pindari et Alchei et Saffo vel Psalterium vel Lamentationes Hieremiae vel omnia scripturarum cantica comprehendi, legat Phylonem, Iosephum, Origenem, Cesariensem Eusebium, et eorum testimonio me verum dicere comprobabit. Audiant quapropter canes mei idcirco me in hoc volumine laborasse, ut non interpretationem antiquam reprehenderem, sed ut ea quae in illa sunt aut obscura aut omissa aut certe scriptorum vitio depravata manifestiora nostra interpretatione fierent; qui et hebreum sermonem ex parte didicimus, et in latino pene ab ipsis cunabulis inter grammaticos et rethores et philosophos detriti sumus. Quod si apud Grecos post LXX editionem, iam Christi evangelio coruscante, Iudeus Aquila et Symmachus ac Theodotion iudaizantes heretici sunt recepti, qui multa mysteria salvatoris subdola interpretatione celarunt, et tamen in exemplo habentur apud ecclesias et explanantur ab ecclesiasticis viris; quanto magis ego Christianus de parentibus Christianis et vexillum crucis in mea fronte portans, cuius studium fuit omissa repetere, et depravata corrigere, et sacramenta ecclesiae puro et fideli aperire sermone, vel a fastidiosis vel a malignis lectoribus non debeo reprobari. Habeant qui volunt veteres libros vel in membranis purpureis auro argentoque descriptos, vel uncialibus ut vulgo aiunt litteris onera magis exarata quam codices, dummodo mihi meisque permittant pauperes habere scedulas, et non tam pulchros codices quam emendatos. Utraque editio et LXX iuxta Grecos, et mea iuxta Hebreos, in latinum meo labore translata est. Eligat unusquisque quod vult, et studiosum me magis quam malivolum probet.

INCIPIT LIBER IOB

VIR ERAT IN TERRA HUS NOMINE IOB. ET ERAT VIR ILLE SIMPLEX ET RECTUS ac timens deum et recedens a malo. Natique sunt ei septem filii et tres filiae. Et fuit possessio eius septem milia ovium et tria milia camelorum, quingenta quoque iuga boum et quingentae asinae, ac familia multa nimis. Eratque vir ille magnus inter omnes orientales. Et ibant filii eius et faciebant convivium per domos, unusquisque in die suo. Et mittentes vocabant tres sorores suas, ut comederent et biberent cum eis. Cumque in orbem transissent dies convivii, mittebat ad eos Iob et sanctificabat illos; consurgensque diluculo offerebat deo holocausta per singulos. Dicebat enim: Ne forte peccaverint filii mei et benedixerint deo in cordibus suis. Sic faciebat Iob cunctis diebus. Quadam autem die cum venissent filii dei ut assisterent coram domino, affuit inter eos etiam sathan. Cui dixit dominus: Unde venis? Qui respondens ait: Circuivi terram et perambulavi eam. Dixitque dominus ad eum: Numquid considerasti servum meum Iob, quod non sit similis ei in terra, homo simplex et rectus et timens deum et recedens a malo? Cui respondens sathan ait: Numquid frustra Iob timet deum? Nonne tu vallasti eum ac domum eius universamque substantiam eius per circuitum? Operibus manuum eius benedixisti, et possessio eius crevit in terra. Sed extende paululum manum tuam et tange cuncta quae possidet, nisi in faciem benedixerit tibi. Dixit ergo dominus ad sathan: Ecce universa quae habet in manu tua sunt, tantum in eum ne extendas manum tuam. Egressusque est sathan a facie domini. Cum autem quadam die filii et filiae eius comederent et biberent vinum in domo fratris sui primogeniti, nuntius venit ad Iob qui diceret: Boves arabant et asinae pascebantur iuxta eas, et irruerunt Sabei, tuleruntque omnia, et pueros percusserunt gladio, et evasi ego solus ut nuntiarem tibi. Cumque adhuc ille loqueretur, venit alter et dixit: Ignis dei descendit de caelo et tactas oves puerosque consumpsit, et effugi ego solus ut nuntiarem tibi. Sed et illo adhuc loquente venit alius et dixit: Chaldei fecerunt tres turmas et invaserunt camelos et tulerunt eos, necnon et pueros percusserunt gladio, et ego fugi solus ut nuntiarem tibi. Ille adhuc loquebatur, et ecce alius intravit et dixit: Filiis tuis et filiabus vescentibus et bibentibus vinum in domo fratris sui primogeniti, repente ventus vehemens irruit a regione deserti et concussit quattuor angulos domus, quae corruens oppressit liberos tuos et mortui sunt, et effugi ego solus ut nuntiarem tibi. Tunc surrexit Iob et scidit vestimenta sua, et tonso capite corruens in terram adoravit et dixit: Nudus egressus sum de utero matris meae, nudus revertar illuc. Dominus dedit, dominus abstulit; sic domino placuit ita factum est; sit nomen domini benedictum. In omnibus his non peccavit Iob labiis suis, neque stultum quid contra deum locutus est.

Factum est autem cum quadam die venissent filii dei et starent coram domino, venisset quoque sathan inter eos et staret in conspectu eius, ut diceret dominus ad sathan: Unde venis? Qui respondens ait: Circuivi terram et perambulavi eam. Et dixit dominus ad sathan: Numquid considerasti servum meum Iob, quod non sit ei similis in terra, vir simplex et rectus ac timens deum ac recedens a malo, et adhuc retinens innocentiam? Tu autem commovisti me adversus eum, ut affligerem eum frustra. Cui respondens sathan ait: Pellem pro pelle, et cuncta quae habet homo dabit pro anima sua. Alioquin mitte manum tuam et tange os eius et carnem, et tunc videbis quod in faciem benedicat tibi. Dixit ergo dominus ad sathan: Ecce in manu tua est, verumtamen animam illius serva. Egressus igitur sathan a facie domini percussit Iob ulcere pessimo a planta pedis usque ad verticem eius. Qui testa saniem radebat sedens in sterquilinio. Dixit autem illi uxor sua: Adhuc tu permanes in simplicitate tua? Benedic deo et morere. Qui ait ad illam: Quasi una de stultis mulieribus locuta es. Si bona suscepimus de manu domini, mala autem quare non sustineamus? In omnibus his non peccavit Iob labiis suis. Igitur audientes tres amici Iob omne malum quod accidisset ei, venerunt singuli de loco suo, Elyfaz Themanites et Baldad Suites et Sophar Naamites. Condixerant enim ut pariter venientes visitarent eum et consolarentur. Cumque elevassent procul oculos suos, non cognoverunt eum, et exclamantes ploraverunt, scissisque vestibus sparserunt pulverem super caput suum in caelum. Et sederunt cum eo in terra septem diebus et septem noctibus, et nemo loquebatur ei verbum; videbant enim dolorem eius vehementem.

Post haec aperuit Iob os suum et maledixit diei suo, et locutus est: Pereat dies in qua natus sum, et nox in qua dictum est: Conceptus est homo. Dies ille vertatur in tenebras, non requirat eum deus desuper, et non illustretur lumine. Obscurent eum tenebrae et umbra mortis, occupet eum caligo et involvatur amaritudine. Noctem illam tenebrosus turbo possideat, non computetur in diebus anni nec numeretur in mensibus. Sit nox illa solitaria nec laude digna. Maledicant ei qui maledicunt diei, qui parati sunt suscitare leviathan. Obtenebrentur stellae caligine eius; expectet lucem et non videat, nec ortum surgentis aurorae. Quia non conclusit ostia ventris qui portavit me, nec abstulit mala ab oculis meis. Quare non in vulva mortuus sum, egressus ex utero non statim perii? Quare exceptus genibus? Cur lactatus uberibus? Nunc enim dormiens silerem et somno meo requiescerem cum regibus et consulibus terrae, qui aedificant sibi solitudines, aut cum principibus qui possident aurum et replent domos suas argento; aut sicut abortivum absconditum non subsisterem, vel qui concepti non viderunt lucem. Ibi impii cessaverunt a tumultu, et ibi requieverunt fessi robore. Et quondam vincti pariter sine molestia non audierunt vocem exactoris. Parvus et magnus ibi sunt, et servus liber a domino suo. Quare data est misero lux, et vita his qui in amaritudine animae sunt? Qui expectant mortem et non venit, quasi effodientes thesaurum, gaudentque vehementer cum invenerint sepulchrum; viro cuius abscondita est via, et circumdedit eum deus tenebris. Antequam comedam suspiro, et quasi inundantes aquae sic rugitus meus. Quia timor quem timebam evenit mihi, et quod verebar accidit. Nonne dissimulavi? Nonne silui? Nonne quievi? Et venit super me indignatio tua.

Respondens autem Elyfaz Themanites dixit: Si coeperimus loqui tibi, forsitan moleste accipies; sed conceptum sermonem tenere quis poterit? Ecce docuisti multos, et manus lassas roborasti. Vacillantes confortaverunt sermones tui, et genua trementia confortasti. Nunc autem venit super te plaga et defecisti; tetigit te et conturbatus es. Timor tuus, fortitudo tua, patientia tua et perfectio viarum tuarum? Recordare obsecro te, quis umquam innocens periit, aut quando recti deleti sunt? Quin pot

uidi eos qui operantur iniquitatem et seminant dolores et metunt eos, flante deo perisse, et spiritu irę eius esse consumptos. Rugitus leonis et uox leene et dentes catulorum leonum contriti sunt. Tigris periit eo quod non haberet predam, et catuli leonis dissipati sunt. Porro ad me dictum est uerbum absconditum, et quasi furtiue suscepit auris mea uenas susurri eius. In horrore uisionis nocturne quando solet sopor occupare homines, pauor tenuit me et tremor, et omnia ossa mea perterrita sunt. Et cum spiritus me presente transiret, inhorruerunt pili carnis meę. Stetit quidam cuius non agnoscebam uultum, ymago coram oculis meis, et uocem quasi aure lenis audiui. Numquid homo dei comparatione iustificabitur, aut factore suo purior erit uir? Ecce qui seruiunt ei non sunt stabiles, et in angelis suis repperit prauitatem; quanto magis hii qui habitant domos luteas, qui terrenum habent fundamentum, consumentur uelut a tinea? De mane usque ad uesperam succidentur, et quia nullus intelligit, in eternum peribunt. Qui autem reliqui fuerint auferentur ex eis; morientur et non in sapientia. Uoca ergo si est qui tibi respondeat, et ad aliquem sanctorum conuertere. Uirum stultum interficit iracundia, et paruulum occidit inuidia. Ego uidi stultum firma radice, et maledixi pulchritudini eius statim. Longe fient filii eius a salute, et conterentur in porta, et non erit qui eruat. Cuius messem famelicus comedet, et ipsum rapiet armatus, et bibent sitientes diuitias eius. Nichil in terra sine causa fit, et de humo non orietur dolor. Homo ad laborem nascitur, et auis ad uolandum. Quam ob rem ego deprecabor dominum, et ad deum ponam eloquium meum, qui facit magna et inscrutabilia, et mirabilia absque numero. Qui dat pluuiam super faciem terrę, et irrigat aquis uniuersa. Qui ponit humiles in sublime, et merentes erigit in sospitate. Qui dissipat cogitationes malignorum, ne possint manus eorum implere quod ceperant. Qui apprehendit sapientes in astutia eorum, et consilium prauorum dissipat. Per diem incurrent tenebras, et quasi in nocte sic palpabunt in meridie. Porro saluum faciet egenum a gladio oris eorum, et de manu uiolenti pauperem. Et erit egeno spes, iniquitas autem contrahet os suum. Beatus homo qui corripitur a deo; increpationem ergo domini ne reprobes. Quia ipse uulnerat et medetur, percutit, et manus eius sanabunt. In sex tribulationibus liberabit te, et in septima non tanget te malum. In fame eruet te de morte, et in bello de manu gladii. A flagello linguę absconderis, et non timebis calamitatem cum superuenerit. In uastitate et fame ridebis, et bestiam terrę non formidabis. Sed cum lapidibus regionum pactum tuum, et bestię terrę pacificę erunt tibi. Et scies quod pacem habeat tabernaculum tuum, et uisitans speciem tuam non peccabis. Scies quoque quoniam multiplex erit semen tuum, et progenies tua quasi herba terrę. Ingredieris in abundantia sepulchrum, sicut infertur aceruus in tempore suo. Ecce hoc ut inuestigauimus ita est; quod auditum mente pertracta.

Respondens autem iob dixit. Utinam appenderentur peccata mea quibus iram merui, et calamitas quam patior in statera. Quasi arena maris hec grauior appareret; unde et uerba mea dolore sunt plena, quia sagittę domini in me sunt, quarum indignatio ebibit spiritum meum, et terrores domini militant contra me. Numquid rugiet onager cum habuerit herbam, aut mugiet bos cum ante presepe plenum steterit? Aut poterit comedi insulsum quod non est sale conditum? Aut potest aliquis gustare quod gustatum affert mortem? Que prius tangere nolebat anima mea, nunc pre angustia cibi mei sunt. Quis det ut ueniat petitio mea, et quod expecto tribuat mihi deus? Et qui cepit ipse me conterat, soluat manum suam et succidat me? Et hec mihi sit consolatio, ut affligens me dolore non parcat, nec contradicam sermonibus sancti. Que est enim fortitudo mea ut sustineam, aut quis finis meus ut patienter agam? Nec fortitudo lapidum fortitudo mea, nec caro mea enea est. Ecce non est auxilium michi in me, et necessarii quoque mei recesserunt a me. Qui tollit ab amico suo misericordiam, timorem domini derelinquit. Fratres mei preterierunt me sicut torrens qui raptim transit in conuallibus. Qui timent pruinam, irruet super eos nix. Quo tempore fuerint dissipati, peribunt; et ut incaluerint, soluentur de loco suo. Inuolute sunt semite gressuum eorum; ambulabunt in uacuum et peribunt. Considerate semitas theman, itinera saba, et expectate paulisper. Confusi sunt quia speraui; uenerunt quoque usque ad me, et pudore cooperti sunt. Nunc uenistis, et modo uidentes plagam meam timetis. Numquid dixi: afferte mihi, et de substantia uestra donate mihi? Uel liberate me de manu hostis, et de manu robustorum eruite me? Docete me et ego tacebo, et si quid forte ignoraui instruite me. Quare detraxistis sermonibus ueritatis, cum e uobis nullus sit qui possit arguere me? Ad increpandum tantum eloquia concinnatis, et in uentum uerba profertis. Super pupillum irruitis, et subuertere nitimini amicum uestrum. Uerumtamen quod cogitastis explete. Prebete aurem, et uidete an mentiar. Respondete obsecro absque contentione, et loquentes id quod iustum est iudicate. Et non inuenietis in lingua mea iniquitatem, nec in faucibus meis stultitia personabit. Militia est uita hominis super terram, et sicut dies mercennarii dies eius. Sicut seruus desiderat umbram, et sicut mercennarius prestolatur finem operis sui, sic et ego habui menses uacuos, et noctes laboriosas enumeraui mihi. Si dormiero dico: quando consurgam? et rursus expectabo uesperam, et replebor doloribus usque ad tenebras. Induta est caro mea putredine et sordibus pulueris; cutis mea aruit et contracta est. Dies mei uelocius transierunt quam a texente tela succiditur, et consumpti sunt absque ulla spe. Memento quia uentus est uita mea, et non reuertetur oculus meus ut uideat bona. Nec aspiciet me uisus hominis; oculi tui in me, et non subsistam. Sicut consumitur nubes et pertransit, sic qui descenderit ad inferos non ascendet, nec reuertetur ultra in domum suam, neque cognoscet eum amplius locus eius. Quapropter et ego non parcam ori meo; loquar in tribulatione spiritus mei, confabulabor cum amaritudine animę meę. Numquid mare sum ego aut cetus, quia circumdedisti me carcere? Si dixero: consolabitur me lectulus meus, et releuabitur loquens mecum in strato meo, terrebis me per somnia, et per uisiones horrore concuties. Quam ob rem elegit suspendium anima mea, et mortem ossa mea. Desperaui; nequaquam ultra iam uiuam. Parce mihi, nichil enim sunt dies mei. Quid est homo quia magnificas eum, aut quia ponis erga eum cor tuum? Uisitas eum diluculo, et subito probas illum. Usquequo non parcis mihi, nec dimittis me ut gluttiam saliuam meam? Peccaui. Quid faciam tibi, o custos hominum? Quare posuisti me contrarium tibi, et factus sum mihimet ipsi grauis? Cur non tollis peccatum meum, non aufers iniquitatem meam? Ecce nunc in puluere dormiam, et si mane me quesieris non subsistam.

Respondens autem baldad suites dixit. Usquequo loqueris talia, et spiritus multiplex sermonis oris tui? Numquid deus supplantat iudicium et omnipotens subuertit quod iustum est? Etiam si filii tui peccauerunt ei, et dimisit eos in manu iniquitatis suę, tu tamen si diluculo consurrexeris ad deum, et omnipotentem fueris deprecatus, si mundus et rectus incesseris, statim euigilabit ad te, et pacatum reddet habitaculum iustitię tuę, in tantum ut priora tua fuerint parua, et nouissima tua multiplicentur nimis. Interroga enim generationem pristinam, et diligenter inuestiga patrum eorum memoriam. Hesterni quippe sumus et ignoramus, quoniam sicut umbra dies nostri sunt super terram. Et ipsi docebunt te, loquentur tibi, et de corde suo proferent eloquia. Numquid uirescere potest scirpus absque humore, aut crescere carectum sine aqua? Cum adhuc sit in flore nec carpatur manu, ante omnes herbas arescit. Sic uie omnium qui obliuiscuntur deum, et spes ypocrite peribit. Non ei placebit uecordia sua, et sicut tela aranearum fiducia eius. Innitetur super domum suam et non stabit, fulciet eam et non consurget. Humectus uidetur antequam ueniat sol, et in ortu suo germen eius egredietur. Super aceruum petrarum radices eius densabuntur, et inter lapides commorabuntur. Si absorbuerit eum de loco suo, negabit eum et dicet: non noui te. Hec est enim leticia uię eius, ut rursum de terra alii germinentur. Deus non proiciet simplicem, nec porriget manum malignis, donec impleatur risu os tuum, et labia tua iubilo. Qui oderunt te induentur confusione, et tabernaculum impiorum non subsistet.

Et respondens iob ait. Vere scio quod ita sit, et quod non iustificetur homo compositus deo. Si uoluerit contendere cum eo, non poterit ei respondere unum pro mille. Sapiens corde est et fortis robore; quis restitit ei et pacem habuit? Qui transtulit montes et nescierunt hii quos subuertit in furore suo. Qui commouet terram de loco suo, et columpne eius concutiuntur. Qui precipit soli et non oritur, et stellas claudit quasi sub signaculo. Qui extendit celos solus, et graditur super fluctus maris. Qui facit arcturum et oriona et hyadas et interiora austri. Qui facit magna et incomprehensibilia et mirabilia quorum non est numerus. Si uenerit ad me non uidebo; si abierit non intelligam. Si repente interroget, quis respondebit ei? uel quis dicere potest: cur ita facis? Deus cuius resistere nemo potest, et sub quo curuantur qui portant orbem. Quantus ergo sum ego ut respondeam ei, et loquar uerbis meis cum eo? Qui etiam si habuero quippiam iustum non respondebo, sed meum iudicem deprecabor. Et cum inuocantem exaudierit me, non credo quod exaudierit uocem meam. In turbine enim conteret me, et multiplicabit uulnera mea etiam sine causa. Non concedit requiescere spiritum meum, et implebit me amaritudinibus. Si fortitudo queritur, robustissimus est; si equitas iudicii, nemo pro me audet testimonium dicere. Si iustificare me uoluero, os meum condempnabit me; si innocentem ostendero, prauum me comprobabit. Etiam si simplex fuero, hoc ipsum ignorabit anima mea, et tedebit me uitę meę. Unum est quod locutus sum, et innocentem et impium ipse consumit. Si flagellat, occidat semel, et non de penis innocentium rideat. Terra data est in manus impii; uultum iudicum eius operit. Quod si non ille est, quis ergo est? Dies mei uelociores fuerunt cursore; fugerunt et non uiderunt bonum. Pertransierunt quasi naues poma portantes, sicut aquila uolans ad escam. Cum dixero: nequaquam ita loquar, commuto faciem meam et dolore torqueor. Uerebar omnia opera mea, sciens quod non parceres delinquenti. Si autem et sic impius sum, quare frustra laboraui? Si lotus fuero quasi aquis niuis, et fulserint uelut mundissime manus meę, tamen sordibus intingues me, et abhominabuntur me uestimenta mea. Neque enim uiro qui similis mei est respondebo, nec qui mecum in iudicio ex equo possit audiri. Non est qui utrumque ualeat arguere, et ponere manum suam in ambobus. Auferat a me uirgam suam, et pauor eius non me terreat. Loquar et non timebo eum; neque enim possum metuens respondere. Tedet animam meam uitę meę; dimittam aduersum me eloquium meum; loquar in amaritudine animę meę. Dicam deo: noli me condempnare; indica mihi cur me ita iudices. Numquid bonum tibi uidetur si calumnieris et opprimas me opus manuum tuarum, et consilium impiorum adiuues? Numquid oculi carnei tibi sunt, aut sicut uidet homo et tu uidebis? Numquid sicut hominis dies tui, et anni tui sicut humana sunt tempora, ut queras iniquitatem meam et peccatum meum scruteris? Et scias quia nichil impium fecerim, cum sit nemo qui de manu tua possit eruere. Manus tue plasmauerunt me et fecerunt me totum in circuitu, et sic repente precipitas me? Memento queso quod sicut lutum feceris me, et in puluerem reduces me. Nonne sicut lac mulsisti me, et sicut caseum me coagulasti? Pelle et carnibus uestisti me, ossibus et neruis compegisti me. Uitam et misericordiam tribuisti mihi, et uisitatio tua custodiuit spiritum meum. Licet hec celes in corde tuo, tamen scio quia uniuersorum memineris. Si peccaui et ad horam pepercisti mihi, cur ab iniquitate mea mundum me esse non pateris? Et si impius fuero, ue mihi est; et si iustus, non leuabo caput saturatus afflictione et miseria. Et propter superbiam quasi leenam
68. capies me, reuersusque mirabiliter me crucias. Instauras testes tuos contra me, et multiplicas iram tuam aduersum me, et pene militant in me. Quare de uulua eduxisti me? qui utinam consumptus essem ne oculus me uideret. Fuissem quasi non essem, de utero translatus ad tumulum. Numquid non paucitas dierum meorum finietur breui? Dimitte ergo me ut plangam paululum dolorem meum, antequam uadam et non reuertar ad terram tenebrosam et opertam mortis caligine. Terra miserie et tenebrarum, ubi umbra mortis et nullus ordo, et sempiternus horror inhabitans.

Respondens autem sophar naamathites ait. Numquid qui multa loquitur non audiet? aut uir uerbosus iustificabitur? Tibi soli tacebunt homines, et cum ceteros irriseris a nullo confutaberis? Dixisti enim: purus est sermo meus, et mundus sum in conspectu tuo. Atque utinam deus loqueretur tecum, et aperiret labia sua tibi, ut ostenderet tibi secreta sapientię, et quod multiplex esset lex eius, et intelligeres quod multo minora exigaris ab eo quam meretur iniquitas tua. Forsitan uestigia dei comprehendes, et usque ad perfectum omnipotentem repperies? Excelsior celo est, et quid facies? Profundior inferno, et unde cognosces? Longior terra mensura eius, et latior mari. Si subuerterit omnia uel in unum coartauerit, quis contradicet ei? uel quis dicere ei potest: cur ita facis? Ipse enim nouit hominum uanitatem, et uidens iniquitatem nonne considerat? Uir uanus in superbia erigitur, et tamquam pullum onagri se liberum natum putat. Tu autem firmasti cor tuum, et expandisti ad eum manus tuas. Si iniquitatem que est in manu tua abstuleris a te, et non remanserit in tabernaculo tuo iniustitia, tunc leuare

poteris faciem tuam absque macula, et eris stabilis et non timebis. Miseriae quoque oblivisceris, et quasi aquarum quae praeterierunt recordaberis. Et quasi meridianus fulgor consurget tibi ad vesperam, et cum te consumptum putaveris, orieris ut lucifer. Et habebis fiduciam proposita tibi spe, et defossus securus dormies. Requiesces et non erit qui te exterreat, et deprecabuntur faciem tuam plurimi. Oculi autem impiorum deficient, et effugium peribit ab eis, et spes eorum abominatio animae.

Respondens autem Iob dixit: Ergo vos estis soli homines, et vobiscum morietur sapientia? Et mihi est cor sicut et vobis, nec inferior vestri sum; quis enim haec quae nostis ignorat? Qui deridetur ab amico suo sicut ego, invocabit Deum et exaudiet eum; deridetur enim iusti simplicitas. Lampas contempta apud cogitationes divitum, parata ad tempus statutum. Abundant tabernacula praedonum, et audacter provocant Deum, cum ipse dederit omnia in manus eorum. Nimirum interroga iumenta et docebunt te, et volatilia caeli et indicabunt tibi. Loquere terrae et respondebit tibi, et narrabunt pisces maris. Quis ignorat quod omnia haec manus Domini fecerit? In cuius manu anima omnis viventis, et spiritus universae carnis hominis. Nonne auris verba diiudicat, et fauces comedentis saporem? In antiquis est sapientia, et in multo tempore prudentia. Apud ipsum est sapientia et fortitudo, ipse habet consilium et intellegentiam. Si destruxerit, nemo est qui aedificet; si incluserit hominem, nemo est qui aperiat. Si continuerit aquas, omnia siccabuntur; et si emiserit eas, subvertent terram. Apud ipsum est fortitudo et sapientia; ipse novit et decipientem et eum qui decipitur. Adducit consiliarios in stultum finem, et iudices in stuporem. Balteum regum dissolvit, et praecingit fune renes eorum. Ducit sacerdotes inglorios, et optimates supplantat. Commutans labium veracium, et doctrinam senum auferens. Effundit despectionem super principes, et eos qui oppressi fuerant relevans. Qui revelat profunda de tenebris, et producit in lucem umbram mortis. Qui multiplicat gentes et perdit eas, et subversas in integrum restituit. Qui immutat cor principum populi terrae, et decipit eos ut frustra incedant per invium. Palpabunt quasi in tenebris et non in luce, et errare eos faciet quasi ebrios. Ecce omnia vidit oculus meus, et audivit auris mea, et intellexi singula. Secundum scientiam vestram et ego novi, nec inferior vestri sum. Sed tamen ad Omnipotentem loquar, et disputare cum Deo cupio, prius vos ostendens fabricatores mendacii et cultores perversorum dogmatum. Atque utinam taceretis, ut putaremini esse sapientes. Audite ergo correptiones meas, et iudicium labiorum meorum attendite. Numquid Deus indiget vestro mendacio, ut pro illo loquamini dolos? Numquid faciem eius accipitis, et pro Deo iudicare nitimini? Aut placebit ei quem celare nihil potest? Aut decipietur ut homo vestris fraudulentiis? Ipse vos arguet, quia in abscondito faciem eius accipitis. Statim ut se commoverit, turbabit vos, et terror eius irruet super vos. Memoria vestra comparabitur cineri, et redigentur in lutum cervices vestrae. Tacete paulisper ut loquar quodcumque mihi mens suggesserit. Quare lacero carnes meas dentibus meis, et animam meam porto in manibus meis? Etiam si occiderit me, in ipso sperabo; verumtamen vias meas in conspectu eius arguam. Et ipse erit salvator meus; non enim veniet in conspectu eius omnis hypocrita. Audite sermonem meum, et aenigmata percipite auribus vestris. Si fuero iudicatus, scio quod iustus inveniar. Quis est qui iudicetur mecum? Veniat. Quare tacens consumor? Duo tantum ne facias mihi, et tunc a facie tua non abscondar. Manum tuam longe fac a me, et formido tua non me terreat. Voca me et ego respondebo tibi, aut certe loquar et tu responde mihi. Quantas habeo iniquitates et peccata? Scelera mea et delicta ostende mihi. Cur faciem tuam abscondis, et arbitraris me inimicum tuum? Contra folium quod vento rapitur ostendis potentiam tuam, et stipulam siccam persequeris. Scribis enim contra me amaritudines, et consumere me vis peccatis adulescentiae meae. Posuisti in nervo pedem meum, et observasti omnes semitas meas, et vestigia pedum meorum considerasti. Qui quasi putredo consumendus sum, et quasi vestimentum quod comeditur a tinea. Homo natus de muliere, brevi vivens tempore, repletur multis miseriis. Qui quasi flos egreditur et conteritur, et fugit velut umbra, et numquam in eodem statu permanet. Et dignum ducis super huiuscemodi aperire oculos tuos, et adducere eum tecum in iudicium? Quis potest facere mundum de inmundo conceptum semine? Nonne tu qui solus es? Breves dies hominis sunt, numerus mensium eius apud te est; constituisti terminos eius, qui praeteriri non poterunt. Recede paululum ab eo ut quiescat, donec optata veniat sicut mercennarii dies eius. Lignum habet spem: si praecisum fuerit, rursum virescit, et rami eius pullulant. Si senuerit in terra radix eius, et in pulvere emortuus fuerit truncus illius, ad odorem aquae germinabit, et faciet comam quasi cum primum plantatum est. Homo vero cum mortuus fuerit et nudatus atque consumptus, ubi quaeso est? Quomodo si recedant aquae de mari, et fluvius vacuefactus arescat, sic homo cum dormierit non resurget; donec atteratur caelum non evigilabit, nec consurget de somno suo. Quis mihi hoc tribuat ut in inferno protegas me, et abscondas me donec pertranseat furor tuus, et constituas mihi tempus in quo recorderis mei? Putasne mortuus homo rursum vivat? Cunctis diebus quibus nunc milito, exspecto donec veniat inmutatio mea. Vocabis me, et ego respondebo tibi; operi manuum tuarum porriges dexteram. Tu quidem gressus meos dinumerasti, sed parce peccatis meis. Signasti quasi in sacculo delicta mea, sed curasti iniquitatem meam. Mons cadens defluit, et saxum transfertur de loco suo. Lapides excavant aquae, et alluvione paulatim terra consumitur; et hominem ergo similiter perdes. Roborasti eum paululum, ut in perpetuum transiret; inmutabis faciem eius, et emittes eum. Sive nobiles fuerint filii eius sive ignobiles, non intelleget. Attamen caro eius dum vivet dolebit, et anima illius super semetipso lugebit.

Respondens autem Eliphaz Themanites dixit: Numquid sapiens respondebit quasi in ventum loquens, et implebit ardore stomachum suum? Arguis verbis eum qui non est aequalis tui, et loqueris quod tibi non expedit. Quantum in te est, evacuasti timorem, et tulisti preces coram Deo. Docuit enim iniquitas tua os tuum, et imitaris linguam blasphemantium. Condemnabit te os tuum et non ego, et labia tua respondebunt tibi. Numquid primus homo tu natus es, et ante colles formatus? Numquid consilium Dei audisti, et inferior te erit sapientia eius? Quid nosti quod ignoramus? Quid intellegis quod nescimus? Et senes et antiqui sunt in nobis, multo vetustiores quam patres tui. Numquid grande est ut consoletur te Deus? Sed verba tua prava hoc prohibent. Quid te elevat cor tuum, et quasi magna cogitans attonitos habes oculos? Quid tumet contra Deum spiritus tuus, ut proferas de ore huiuscemodi sermones? Quid est homo ut inmaculatus sit, et ut iustus appareat natus de muliere? Ecce inter sanctos eius nemo inmutabilis, et caeli non sunt mundi in conspectu eius. Quanto magis abominabilis et inutilis homo, qui bibit quasi aquam iniquitatem? Ostendam tibi, audi me; quod vidi narrabo tibi. Sapientes confitentur, et non abscondunt patres suos, quibus solis data est terra, et non transivit alienus per eos. Cunctis diebus suis impius superbit, et numerus annorum incertus est tyrannidis eius. Sonitus terroris semper in auribus eius, et cum pax sit ille insidias suspicatur. Non credit quod reverti possit de tenebris ad lucem, circumspectans undique gladium. Cum se moverit ad quaerendum panem, novit quod paratus sit in manu eius tenebrarum dies. Terrebit eum tribulatio, et angustia vallabit eum, sicut regem qui praeparatur ad bellum. Tetendit enim adversus Deum manum suam, et contra Omnipotentem roboratus est. Cucurrit adversus eum erecto collo, et pingui cervice armatus est. Operuit faciem eius crassitudo, et de lateribus eius arvina dependet. Habitabit in civitatibus desolatis, et in domibus desertis quae in tumulos sunt redactae. Non ditabitur, nec perseverabit substantia eius, nec mittet in terra radicem suam. Non recedet de tenebris; ramos eius arefaciet flamma, et auferetur spiritu oris sui. Non credat frustra errore deceptus quod aliquo pretio redimendus sit. Antequam dies eius impleantur peribit, et manus eius arescet. Laedetur quasi vinea in primo flore botrus eius, et quasi oliva proiciens florem suum. Congregatio enim hypocritae sterilis, et ignis devorabit tabernacula eorum qui munera libenter accipiunt. Concepit dolorem et peperit iniquitatem, et uterus eius praeparat dolos.

Respondens autem Iob dixit: Audivi frequenter talia; consolatores onerosi omnes vos estis. Numquid habebunt finem verba ventosa? Aut aliquid tibi molestum est si loquaris? Poteram et ego similia vestri loqui, atque utinam esset anima vestra pro anima mea. Consolarer et ego vos sermonibus, et moverem caput meum super vos. Roborarem vos ore meo, et moverem labia mea quasi parcens vobis. Sed quid agam? Si locutus fuero, non quiescet dolor meus; et si tacuero, non recedet a me. Nunc autem oppressit me dolor meus, et in nihilum redacti sunt omnes artus mei. Rugae meae testimonium dicunt contra me, et suscitatur falsiloquus adversus faciem meam contradicens mihi. Collegit furorem suum in me, et comminans mihi infremuit contra me dentibus suis; hostis meus terribilibus oculis me intuitus est. Aperuerunt super me ora sua, et exprobrantes percusserunt maxillam meam, satiati sunt poenis meis. Conclusit me Deus apud iniquum, et manibus impiorum me tradidit. Ego ille quondam opulentus repente contritus sum; tenuit cervicem meam, confregit me, et posuit sibi quasi in signum. Circumdedit me lanceis suis, convulneravit lumbos meos, non pepercit, et effudit in terra viscera mea. Concidit me vulnere super vulnus, irruit in me quasi gigas. Saccum consui super cutem meam, et operui cinere carnem meam. Facies mea intumuit a fletu, et palpebrae meae caligaverunt. Haec passus sum absque iniquitate manus meae, cum haberem mundas ad Deum preces. Terra ne operias sanguinem meum, neque inveniat locum in te latendi clamor meus. Ecce enim in caelo testis meus, et conscius meus in excelsis. Verbosi amici mei, ad Deum stillat oculus meus. Atque utinam sic iudicaretur vir cum Deo, quomodo iudicatur filius hominis cum collega suo. Ecce enim breves anni transeunt, et semitam per quam non revertar ambulo. Spiritus meus attenuabitur, dies mei breviabuntur, et solum mihi superest sepulchrum. Non peccavi, et in amaritudinibus moratur oculus meus. Libera me et pone me iuxta te, et cuiusvis manus pugnet contra me. Cor eorum longe fecisti a disciplina, et propterea non exaltabuntur. Praedam pollicetur sociis, et oculi filiorum eius deficient. Posuit me quasi in proverbium vulgi, et exemplum sum coram eis. Caligavit ab indignatione oculus meus, et membra mea quasi in nihilum redacta sunt. Stupebunt iusti super hoc, et innocens contra hypocritam suscitabitur. Et tenebit iustus viam suam, et mundis manibus addet fortitudinem. Igitur vos omnes convertimini et venite, et non inveniam in vobis ullum sapientem. Dies mei transierunt, cogitationes meae dissipatae sunt, torquentes cor meum. Noctem verterunt in diem, et rursum post tenebras spero lucem. Si sustinuero, infernus domus mea est, et in tenebris stravi lectulum meum. Putredini dixi: Pater meus es; mater mea et soror mea, vermibus. Ubi est ergo nunc praestolatio mea, et patientiam meam quis considerat? In profundissimum infernum descendent omnia mea; putasne saltem ibi erit requies mihi?

Respondens autem Baldad Suhites dixit: Usque ad quem finem verba iactabitis? Intellegite prius, et sic loquamur. Quare reputati sumus ut iumenta, et sorduimus coram vobis? Qui perdis animam tuam in furore tuo, numquid propter te derelinquetur terra, et transferentur rupes de loco suo? Nonne lux impii extinguetur, nec splendebit flamma ignis eius? Lux obtenebrescet in tabernaculo illius, et lucerna quae super eum est extinguetur. Artabuntur gressus virtutis eius, et praecipitabit eum consilium suum. Inmisit enim in rete pedes suos, et in maculis eius ambulat. Tenebitur planta illius laqueo, et exardescet contra eum sitis. Abscondita est in terra pedica eius, et decipula illius super semitam. Undique terrebunt eum formidines, et involvent pedes eius. Attenuetur fame robur eius, et inedia invadat costas illius. Devoret pulchritudinem cutis eius, consumat brachia illius primogenita mors. Avellatur de tabernaculo suo fiducia eius, et calcet super eum quasi rex interitus. Habitent in tabernaculo illius socii eius qui non est; aspergatur in tabernaculo eius sulphur. Deorsum radices eius siccentur, sursum autem atteratur messis eius. Memoria illius pereat de terra, et non celebretur nomen eius in plateis. Expellet eum de luce in tenebras, et de orbe transferet eum. Non erit semen eius neque progenies in populo suo, nec ullae reliquiae in regionibus eius. In die eius stupebunt novissimi, et primos invadet horror. Haec sunt ergo tabernacula iniqui, et iste locus eius qui ignorat Deum.

Respondens autem Iob dixit: Usquequo affligitis animam meam, et atteritis me sermonibus? En decies confunditis me, et non erubescitis opprimentes me. Nempe et si ignoravi, mecum erit ignorantia mea. At vos contra me erigimini, et arguitis me obprobriis meis. Saltem nunc intellegite quia Deus non aequo iudicio adflixerit me, et flagellis suis me cinxerit. Ecce clamabo vim patiens, et nemo exaudiet; vociferabor et non est qui iudicet. Semitam meam circumsepsit, et transire non possum, et in calle meo tenebras posuit. Expoliavit me gloria

mea. et abstulit coronam de capite meo. Destruxit me undique et pereo. et quasi evulse arbori abstulit spem meam. Iratus est contra me furor eius. et sic me habuit quasi hostem suum. Simul venerunt latrones eius. et fecerunt sibi viam per me. et obsederunt in gyro tabernaculum meum. Fratres meos longe fecit a me. et noti mei quasi alieni recesserunt a me. Dereliquerunt me propinqui mei. et qui me noverant obliti sunt mei. Inquilini domus mee et ancille mee sicut alienum habuerunt me. et quasi peregrinus fui in oculis eorum. Servum meum vocavi et non respondit. ore proprio deprecabar illum. Halitum meum exhorruit uxor mea. et orabam filios uteri mei. Stulti quoque despiciebant me. et cum ab eis recessissem detrahebant michi. Abhominati sunt me quondam consiliarii mei. et quem maxime diligebam aversatus est me. Pelli mee consumptis carnibus adhesit os meum. et derelicta sunt tantummodo labia circa dentes meos. Miseremini mei. miseremini mei saltem vos amici mei. quia manus domini tetigit me. Quare persequimini me sicut deus. et carnibus meis saturamini? Quis michi tribuat ut scribantur sermones mei? Quis michi det ut exarentur in libro stilo ferreo. et plumbi lamina. aut celte sculpantur in silice? Scio enim quod redemptor meus vivit. et in novissimo de terra surrecturus sum. et rursum circumdabor pelle mea. et in carne mea videbo deum. Quem visurus sum ego ipse et oculi mei conspecturi sunt et non alius. Reposita est hec spes mea in sinu meo. Quare ergo nunc dicitis persequamur eum. et radicem verbi inveniamus contra eum? Fugite ergo a facie gladii. quoniam ultor iniquitatum gladius est. et scitote esse iudicium.

Respondens autem Sophar naamathites ait. Idcirco cogitationes mee varie succedunt sibi. et mens in diversa rapitur. Doctrinam qua me arguis audiam. et spiritus intelligentie mee respondebit michi. Hoc scio a principio ex quo positus est homo super terram. quod laus impiorum brevis est. et gaudium ypocrite ad instar puncti. Si ascenderit in celum superbia eius. et caput eius nubes tetigerit. quasi sterquilinium in fine perdetur. et qui eum viderant dicent. Ubi est? Velut somnium avolans non invenietur. transiet sicut visio nocturna. Oculus qui eum viderat non videbit. neque ultra intuebitur eum locus suus. Filii eius atterentur egestate. et manus illius reddent ei dolorem suum. Ossa eius implebuntur viciis adolescentie eius. et cum eo in pulvere dormient. Cum enim dulce fuerit in ore eius malum. abscondet illud sub lingua sua. Parcet illi et non derelinquet illud. et celabit in gutture suo. Panis eius in utero illius. vertetur in fel aspidum intrinsecus. Divitias quas devoravit evomet. de ventre illius extrahet eas deus. Caput aspidum suget. et occidet eum lingua vipere. Non videat rivulos fluminis torrentes mellis et butyri. Luet que fecit omnia. nec tamen consumetur. Iuxta multitudinem adinventionum suarum. sic et sustinebit. quoniam confringens nudavit pauperes. domum rapuit et non edificavit eam. Nec est satiatus venter eius. Et cum habuerit que cupierat. possidere non poterit. Non remansit de cibo eius. et propterea nichil remanebit de bonis eius. Cum satiatus fuerit arctabitur. estuabit et omnis dolor irruet in eum. Utinam impleatur venter eius. ut emittat in eum iram furoris sui. et pluat super illum bellum suum. Fugiet arma ferrea. et irruet in arcum ereum. Eductus et egrediens de vagina sua. et fulgurans in amaritudine sua vadit. Vadent et venient super eum horribiles. omnes tenebre abscondite sunt in occultis eius. Devorabit eum ignis qui non succenditur. et affligetur relictus in tabernaculo suo. Revelabunt celi iniquitatem eius. et terra consurget adversus eum. Apertum erit germen domus illius. detrahetur in die furoris domini. Hec est pars hominis impii a deo. et hereditas eius a domino.

Respondens autem Iob dixit. Audite queso sermones meos. et agite penitentiam. Sustinete me ut et ego loquar. et post mea si videbitur verba ridete. Numquid contra hominem disputatio mea est. ut merito non debeam contristari? Attendite me et obstupescite. et superponite digitum ori vestro. et ego quando recordatus fuero pertimesco. et concutit carnem meam tremor. Quare ergo impii vivunt. sublevati sunt confortatique divitiis? Semen eorum permanet coram eis. propinquorum turba. et nepotum in conspectu eorum. Domus eorum secure sunt et pacate. et non est virga dei super illos. Bos eorum concepit et non abortivit. vacca peperit et non est privata fetu suo. Egrediuntur quasi greges parvuli eorum. et infantes eorum exultant lusibus. tenent tympanum et cytharam. et gaudent ad sonitum organi. Ducunt in bonis dies suos. et in puncto ad inferna descendunt. qui dixerunt deo recede a nobis. scientiam viarum tuarum nolumus. Quis est omnipotens ut serviamus ei? et quid nobis prodest si oraverimus eum? Verumtamen quia non sunt in manu eorum bona sua. consilium eorum longe sit a me. Quotiens lucerna impiorum extinguetur. et superveniet eis inundatio. et dolores dividet furoris sui. Erunt sicut palee ante faciem venti. et sicut favilla quam turbo dispergit. Deus servabit filiis illius dolorem patris. et cum reddiderit tunc sciet. Videbunt oculi eius interfectionem suam. et de furore omnipotentis bibet. Quid enim ad eum pertinet de domo sua post se. et si numerus mensium eius dimidietur? Numquid deum quispiam docebit scientiam. qui excelsos iudicat? Iste moritur robustus et sanus. dives et felix. Viscera eius plena sunt adipe. et medullis ossa illius irrigantur. Alius vero moritur in amaritudine anime absque ullis opibus. et tamen simul in pulvere dormient. et vermes operient eos. Certe novi cogitationes vestras. et sententias contra me iniquas. Dicitis enim. Ubi est domus principis. et ubi sunt tabernacula impiorum? Interrogate quemlibet de viatoribus. et hec eadem illum intelligere cognoscetis. quia in diem perditionis servatur malus. et ad diem furoris ducetur. Quis arguet coram eo viam eius. et que fecit quis reddet illi? Ipse ad sepulchra ducetur. et in congerie mortuorum vigilabit. Dulcis fuit glareis cocyti. et post se omnem hominem trahet. et ante se innumerabiles. Quomodo ergo consolamini me frustra. cum responsio vestra repugnare ostensa sit veritati?

Respondens autem Eliphaz themanites dixit. Numquid deo comparari potest homo. etiam cum perfectus fuerit scientie? Numquid prodest deo si iustus fueris? aut quid ei confers si immaculata fuerit via tua? Numquid timens te arguet. et veniet tecum in iudicium. et non propter maliciam tuam plurimam. et infinitas iniquitates tuas? Abstulisti enim pignus fratrum tuorum sine causa. et nudos spoliasti vestibus. Aquam lasso non dedisti. et esurienti subtraxisti panem. In fortitudine brachii tui possidebas terram. et potentissimus obtinebas eam. Viduas dimisisti vacuas. et lacertos pupillorum comminuisti. Propterea circumdatus es laqueis. et non turbat te formido subitanea. et putabas te tenebras non visurum. et impetu aquarum inundantium non oppressum iri. An cogitas quod deus excelsior celo sit. et super stellarum verticem sublimetur? Et dicis. Quid enim novit deus? et quasi per caliginem iudicat. Nubes latibulum eius. nec nostra considerat. et circa cardines celi perambulat. Numquid semitam seculorum custodire cupis. quam calcaverunt viri iniqui? Qui sublati sunt ante tempus suum. et fluvius subvertit fundamentum eorum. qui dicebant deo recede a nobis. et quasi nichil possit facere omnipotens estimabant eum. cum ille implesset domus eorum bonis. quorum sententia procul sit a me. Videbunt iusti et letabuntur. innocens subsannabit eos. Nonne succisa est erectio eorum. et reliquias eorum devorabit ignis? Acquiesce ergo ei. et habeto pacem. et per hec habebis fructus optimos. Suscipe ex ore illius legem. et pone sermones eius in corde tuo. Si reversus fueris ad omnipotentem edificaberis. et longe facies iniquitatem a tabernaculo tuo. Dabit pro terra silicem. et pro silice torrentes aureos. Eritque omnipotens contra hostes tuos. et argentum coacervabitur tibi. Tunc super omnipotentem deliciis afflues. et elevabis ad deum faciem tuam. Rogabis eum et exaudiet te. et vota tua reddes. Decernes rem et veniet tibi. et in viis tuis splendebit lumen. Qui enim humiliatus fuerit erit in gloria. et qui inclinaverit oculos suos ipse salvabitur. Salvabitur innocens. salvabitur autem in munditia manuum suarum.

Respondens autem Iob dixit. Nunc quoque in amaritudine est sermo meus. et manus plage mee aggravata est super gemitum meum. Quis michi tribuat ut cognoscam et inveniam illum. et veniam usque ad solium eius? Ponam coram eo iudicium. et os meum replebo increpationibus. ut sciam verba que michi respondeat. et intelligam quid loquatur michi. Nolo multa fortitudine contendat mecum. nec magnitudinis sue mole me premat. Equitatem proponat contra me. et perveniat ad victoriam iudicium meum. Si ad orientem iero non apparet. et si ad occidentem non intelligam eum. Si ad sinistram quid agam? non apprehendam eum. Si me vertam ad dexteram non videbo illum. Ipse vero scit viam meam. et probabit me quasi aurum quod per ignem transit. Vestigia eius secutus est pes meus. Viam eius custodivi. et non declinavi ex ea. A mandatis labiorum eius non recessi. et in sinu meo abscondi verba oris eius. Ipse enim solus est. et nemo potest avertere cogitationem eius. et anima eius quodcumque voluit hoc fecit. Cum expleverit in me voluntatem suam. et alia multa similia presto sunt ei. Et idcirco a facie eius turbatus sum. et considerans eum timore sollicitor. Deus mollivit cor meum. et omnipotens conturbavit me. Non enim perii propter imminentes tenebras. nec faciem meam operuit caligo. Ab omnipotente non sunt abscondita tempora. qui autem noverunt eum. ignorant dies illius. Alii terminos transtulerunt. diripuerunt greges. et paverunt eos. Asinum pupillorum abegerunt. et abstulerunt pro pignore bovem vidue. Subverterunt pauperum viam. et oppresserunt pariter mansuetos terre. Alii quasi onagri in deserto egrediuntur ad opus suum. vigilantesque ad predam. preparant panem liberis. Agrum non suum demetunt. et vineam eius quem vi oppresserint vindemiant. Nudos dimittunt homines vestimenta tollentes. quibus non est operimentum in frigore. quos ymbres montium rigant. et non habentes velamen amplexantur lapides. Vim fecerunt depredantes pupillos. et vulgum pauperem spoliaverunt. Nudis et incedentibus absque vestitu. et esurientibus tulerunt spicas. Inter acervos eorum meridiati sunt. qui calcatis torcularibus sitiunt. De civitatibus fecerunt viros gemere. et anime vulneratorum clamabunt. et deus inultum abire non patitur. Ipsi fuerunt rebelles lumini. nescierunt vias eius. nec reversi sunt per semitas illius. Mane primo consurgit homicida. interficit egenum et pauperem. per noctem vero erit quasi fur. Oculus adulteri observat caliginem dicens. Non me videbit oculus. et operiet vultum suum. Perfodit in tenebris domos. sicut in die condixerant sibi. et ignoraverunt lucem. Si subito apparuerit aurora. arbitrantur umbram mortis. et sic in tenebris quasi in luce ambulant. Levis est super faciem aque. Maledicta sit pars eius in terra. nec ambulet per viam vinearum. Ad nimium calorem transeat ab aquis nivium. et usque ad inferos peccatum illius. Obliviscatur eius misericordia. dulcedo illius vermes. Non sit in recordatione sed conteratur quasi lignum infructuosum. Pavit enim sterilem. et que non parit. et

65

vidue bene non fecit. non credet vite sue. Dedit ei deus locum penitentie. et ille abutitur eo in superbia. Oculi autem eius sunt in viis illius. Elevati sunt ad modicum et non subsistent. et humiliabuntur sicut omnia et auferentur. et sicut summitates spicarum conterentur. Quod si non est ita. quis me potest arguere esse mentitum. et ponere ante deum verba mea?

Respondens autem Baldad suites dixit. Potestas et terror apud eum est. qui facit concordiam in sublimibus suis. Numquid est numerus militum eius. et super quem non surget lumen illius? Numquid iustificari potest homo comparatus deo. aut apparere mundus natus de muliere? Ecce etiam luna non splendet. et stelle non sunt munde in conspectu eius. quanto magis homo putredo et filius hominis vermis?

Respondens autem Iob dixit. Cuius adiutor es? Numquid imbecillis? et sustentas brachium eius qui non est fortis? Cui dedisti consilium? Forsitan illi qui non habet sapientiam. et prudentiam tuam ostendisti plurimam. Quem docere voluisti? Nonne eum qui fecit spiramentum? Ecce gygantes gemunt sub aquis. et qui habitant cum eis. Nudus est infernus coram illo. et nullum est operimentum perditioni. Qui extendit aquilonem super vacuum. et appendit terram super nichilum. Qui ligat aquas in nubibus suis. et non erumpunt pariter deorsum. Qui tenet vultum solii sui. et expandit super illud nebulam suam. Terminum circumdedit aquis. usque dum finiantur lux et tenebre. Columne celi contremiscunt. et pavent ad nutum eius. In fortitudine illius repente maria congregata sunt. et prudentia eius percussit superbum. Spiritus eius ornavit celos. et obstetricante manu eius eductus est coluber tortuosus. Ecce hec ex parte dicta sunt viarum eius. et cum vix parvam stillam sermonis eius audierimus. quis poterit tonitruum magnitudinis illius intueri?

Addidit quoque Iob assumens parabolam istam et dixit. Vivit deus qui abstulit XX.
iudicium meum. et omnipotens qui ad amaritudinem adduxit animam meam. quia donec superest halitus in me. et spiritus dei in naribus meis. non loquentur labia mea iniquitatem. nec lingua mea meditabitur mendacium. Absit a me ut iustos vos esse iudicem. Donec deficiam non recedam

ab innocentia mea. Et iustificationem meam quam cepi non deseram. Neque enim reprehendit me cor meum in omni vita mea. Sit ut impius inimicus meus. et adversarius meus quasi iniquus. Quae enim spes est hypocritae si avare rapiat. et non liberet Deus animam eius. Numquid clamorem eius audiet Deus. cum venerit super illum angustia? Aut poterit in omnipotente delectari. et invocare Deum in omni tempore? Docebo vos per manum Dei quae omnipotens habeat. nec abscondam. Ecce vos omnes nostis. et quid sine causa vana loquimini? Haec est pars hominis impii apud Deum. et hereditas violentorum. quam ab omnipotente suscipient. Si multiplicati fuerint filii eius in gladio erunt. et nepotes eius non saturabuntur pane. Qui reliqui fuerint ex eo sepelientur in interitu. et viduae illius non plorabunt. Si comportaverit quasi terram argentum. et sicut lutum praeparaverit vestimenta. praeparabit quidem. sed iustus vestietur illis. et argentum innocens dividet. Aedificavit sicut tinea domum suam. et sicut custos fecit umbraculum. Dives cum dormierit nihil secum afferet. aperiet oculos suos et nihil inveniet. Apprehendet eum quasi aqua inopia. nocte opprimet eum tempestas. Tollet eum ventus urens. et auferet. et velut turbo rapiet eum de loco suo. Et mittet super eum et non parcet. De manu eius fugiens fugiet. Stringet super eum manus suas. et sibilabit super illum intuens locum eius. Habet argentum venarum suarum principia. et auro locus est in quo conflatur. Ferrum de terra tollitur. et lapis solutus calore in aes vertitur. Tempus posuit tenebris. et universorum finem ipse considerat. Lapidem quoque caliginis et umbram mortis dividit torrens a populo peregrinante eos quos oblitus est pes egentis hominum et invios. Terra de qua oriebatur panis in loco suo igne subversa est. Locus sapphiri lapides eius. et glebae illius aurum. Semitam ignoravit avis. nec intuitus est eam oculus vulturis. Non calcaverunt eam filii institorum. nec pertransivit per eam leaena. Ad silicem extendit manum suam. subvertit a radicibus montes. In petris rivos excidit. et omne pretiosum vidit oculus eius. Profunda quoque fluviorum scrutatus est. et abscondita produxit in lucem. Sapientia vero ubi invenitur? Quis est locus intelligentiae? Nescit homo pretium eius. nec invenitur in terra suaviter viventium. Abyssus dicit non est in me. et mare loquitur non est mecum. Non dabitur aurum obrizum pro ea. nec appendetur argentum in commutatione eius. Non conferetur tinctis Indiae coloribus. nec lapidi sardonicho pretiosissimo vel sapphiro. Non adaequabitur ei aurum vel vitrum. nec commutabuntur pro ea vasa auri excelsa et eminentia. et non memorabuntur comparatione eius. Trahitur autem sapientia de occultis. et non adaequabitur ei topazium de Aethiopia. nec tincturae mundissimae componetur. Unde ergo sapientia venit? Et quis est locus intelligentiae? Abscondita est ab oculis omnium viventium. volucres quoque caeli latet. Perditio et mors dixerunt. Auribus nostris audivimus famam eius. Deus intelligit viam eius. et ipse novit locum illius. Ipse enim fines mundi intuetur. et omnia quae sub caelo sunt respicit. Qui fecit ventis pondus. et aquas appendit in mensura. Quando ponebat pluviis legem. et viam procellis sonantibus. tunc vidit illam et enarravit. et praeparavit et investigavit. Et dixit homini. Ecce timor Domini ipsa est sapientia. et recedere a malo intelligentia.

A

Addidit quoque Iob assumens parabolam suam et dixit. Quis mihi tribuat ut sim iuxta menses pristinos. secundum dies quibus Deus custodiebat me? Quando splendebat lucerna eius super caput meum. et ad lumen eius ambulabam in tenebris. Sicut fui in diebus adolescentiae meae. quando secreto Deus erat in tabernaculo meo. Quando erat omnipotens mecum. et in circuitu meo pueri mei. Quando lavabam pedes meos butyro. et petra fundebat mihi rivos olei. Quando procedebam ad portam civitatis. et in platea parabant cathedram mihi. Videbant me iuvenes et abscondebantur. et senes assurgentes stabant. Principes cessabant loqui. et digitum superponebant ori suo. Vocem suam cohibebant duces. et lingua eorum gutturi suo adhaerebat. Auris audiens beatificabat me. et oculus videns testimonium reddebat mihi. quod liberassem pauperem vociferantem. et pupillum cui non esset adiutor. Benedictio perituri super me veniebat. et cor viduae consolatus sum. Iustitia indutus sum. et vestivit me sicut vestimento et diademate iudicio meo. Oculus fui caeco. et pes claudo. Pater eram pauperum. et causam quam nesciebam diligentissime investigabam. Conterebam molas iniqui. et de dentibus illius auferebam praedam. Dicebamque. in nidulo meo moriar. et sicut palma multiplicabo dies. Radix mea aperta est secus aquas. et ros morabitur in messione mea. Gloria mea semper innovabitur. et arcus meus in manu mea instaurabitur. Qui me audiebant expectabant sententiam meam. et intenti tacebant ad consilium meum. Expectabant me sicut pluviam. et os suum aperiebant quasi ad imbrem serotinum. Si quando ridebam ad eos non credebant. et lux vultus mei non cadebat in terram. Si voluissem ire ad eos. sedebam primus. Cumque sederem quasi rex circumstante exercitu. eram tamen maerentium consolator. Nunc autem derident me iuniores tempore. quorum non dignabar patres ponere cum canibus gregis mei. Quorum virtus manuum suarum erat mihi pro nihilo. et vita ipsa putabantur indigni. Egestate et fame steriles qui rodebant in solitudine squalentes calamitate et miseria. Et mandebant herbas et arborum cortices. et radix iuniperorum erat cibus eorum. Qui de convallibus ista rapientes. cum singula reperissent. cum clamore currebant. In desertis habitabant torrentium. et in cavernis terrae vel super glaream. Qui inter huiuscemodi laetabantur. et esse sub sentibus delicias computabant. Filii stultorum et ignobilium. et in terra penitus non parentes. Nunc in eorum canticum versus sum. et factus sum eis in proverbium. Abominantur me. et longe fugiunt a me. et faciem meam conspuere non verentur. Pharetram enim suam aperuit et afflixit me. et frenum posuit in os meum. Ad dexteram orientis calamitates meae illico surrexerunt. pedes meos subverterunt. et oppresserunt quasi fluctibus semitis suis. Dissipaverunt itinera mea. insidiati sunt mihi et praevaluerunt. et non fuit qui ferret auxilium. Quasi rupto muro et aperta ianua irruerunt super me. et ad meas miserias devoluti sunt. Redactus sum in nihilum. abstulit quasi ventus desiderium meum. et velut nubes pertransiit salus mea. Nunc autem in memetipso marcescit anima mea. et possident me dies afflictionis. Nocte os meum perforatur doloribus. et qui me comedunt non dormiunt. In multitudine eorum consumitur vestimentum meum. et quasi capitio tunicae succinxerunt me. Comparatus sum luto. et assimilatus sum favillae et cineri. Clamo ad te. et non exaudis me. Sto. et non respicis me. Mutatus es mihi in crudelem. et in duritia manus tuae adversaris mihi. Elevasti me. et quasi super ventum ponens elisisti me valide. Scio quia morti trades me. ubi constituta est domus omni viventi. Verumtamen non ad consumptionem eorum emittis manum tuam. et si corruerint ipse salvabis. Flebam quondam super eo qui afflictus erat. et compatiebatur anima mea pauperi. Expectabam bona. et venerunt mihi mala. Praestolabar lucem. et eruperunt tenebrae. Interiora mea efferbuerunt absque ulla requie. praevenerunt me dies afflictionis. Maerens incedebam sine furore. consurgens in turba clamabam. Frater fui draconum. et socius struthionum. Cutis mea denigrata est super me. et ossa mea aruerunt prae caumate. Versa est in luctum cithara mea. et organum meum in vocem flentium. Pepigi foedus cum oculis meis. ut ne cogitarem quidem de virgine. Quam enim partem haberet in me Deus desuper. et hereditatem omnipotens de excelsis? Numquid non perditio est iniquo. et alienatio operantibus iniustitiam? Nonne ipse considerat vias meas. et cunctos gressus meos dinumerat? Si ambulavi in vanitate. et festinavit in dolo pes meus. appendat me in statera iusta. et sciat Deus simplicitatem meam. Si declinavit gressus meus de via. et si secutum est oculos meos cor meum. et in manibus meis adhaesit macula. seram et alius comedat. et progenies mea eradicetur. Si deceptum est cor meum super muliere. et si ad ostium amici mei insidiatus sum. scortum alterius sit uxor mea. et super illam incurventur alii. Hoc enim nefas est. et iniquitas maxima. Ignis est usque ad perditionem devorans. et omnia eradicans genimina. Si contempsi subire iudicium cum servo meo et ancilla mea. cum disceptarent adversum me. Quid enim faciam cum surrexerit ad iudicandum Deus. et cum quaesierit quid respondebo ei? Numquid non in utero fecit me qui et illum operatus est. et formavit in vulva unus? Si negavi quod volebant pauperibus. et oculos viduae expectare feci. Si comedi buccellam meam solus. et non comedit pupillus ex ea. quia ab infantia mea crevit mecum miseratio. et de utero matris meae egressa est mecum. Si despexi pereuntem eo quod non habuerit indumentum. et absque operimento pauperem. Si non benedixerunt mihi latera eius. et de velleribus ovium mearum calefactus est. Si levavi super pupillum manum meam. etiam cum viderem me in porta superiorem. humerus meus a iunctura sua cadat. et brachium meum cum suis ossibus confringatur. Semper enim quasi tumentes super me fluctus timui Deum. et pondus eius ferre non potui. Si putavi aurum robur meum. et obrizo dixi fiducia mea. Si laetatus sum super multis divitiis meis. et quia plurima reperit manus mea. Si vidi solem cum fulgeret. et lunam incedentem clare. et laetatum est in abscondito cor meum. et osculatus sum manum meam ore meo. quae est iniquitas maxima. et negatio contra Deum altissimum. Si gavisus sum ad ruinam eius qui me oderat. et exultavi quod invenisset eum malum. Non enim dedi ad peccandum guttur meum. ut expeterem maledicens animam eius. Si non dixerunt viri tabernaculi mei. quis det de carnibus eius ut saturemur? Foris non mansit peregrinus. ostium meum viatori patuit. Si abscondi quasi homo peccatum meum. et celavi in sinu meo iniquitatem meam. Si expavi ad multitudinem nimiam. et despectio propinquorum terruit me. et non magis tacui. nec egressus sum ostium. Quis mihi tribuat auditorem. ut desiderium meum omnipotens audiat. et librum scribat ipse qui iudicat. ut in humero meo portem illum. et circumdem illum quasi coronam mihi. Per singulos gradus meos pronuntiabo illum. et quasi principi offeram eum. Si adversum me terra mea clamat. et cum ipsa sulci eius deflent. si fructus eius comedi absque pecunia. et animam agricolarum eius afflixi. pro frumento oriatur mihi tribulus. et pro hordeo spina. Finita sunt verba Iob.

O

Omiserunt autem tres viri isti respondere Iob. eo quod iustus sibi videretur. Et iratus indignatusque est Heliu filius Barachel Buzites de cognatione Ram. iratus est autem adversum Iob. eo quod iustum se esse diceret coram Deo. Porro adversum amicos eius indignatus est. eo quod non invenissent responsionem rationabilem. sed tantummodo condemnassent Iob. Igitur Heliu expectavit Iob loquentem. eo quod seniores essent qui loquebantur. Cum autem vidisset quod tres respondere non potuissent. iratus est vehementer.

R

Respondensque Heliu filius Barachel Buzites ait. Iunior sum tempore. vos autem antiquiores. idcirco demisso capite veritus sum vobis indicare meam sententiam. Sperabam enim quod aetas prolixior loqueretur. et annorum multitudo doceret sapientiam. Sed ut video spiritus est in hominibus. et inspiratio omnipotentis dat intelligentiam. Non sunt longaevi sapientes. nec senes intelligunt iudicium. Ideo dicam. Audite me. ostendam vobis etiam ego meam sapientiam. Expectavi enim sermones vestros. audivi prudentiam vestram. donec disceptaremini sermonibus. Et donec putabam vos aliquid dicere considerabam. sed ut video non est qui arguere possit Iob. et respondere ex vobis sermonibus eius. Ne forte dicatis. invenimus sapientiam. Deus proiecit eum non homo. Nihil locutus est mihi. et ego non secundum vestros sermones respondebo illi. Extimuerunt. nec responderunt ultra. abstulerunt a se eloquia. Quoniam igitur expectavi. et non sunt locuti. steterunt nec responderunt ultra. Respondebo et ego partem meam. et ostendam scientiam meam. Plenus sum enim sermonibus. et coartat me spiritus uteri mei. En venter meus quasi mustum absque spiraculo. quod lagunculas novas dirumpit. Loquar et respirabo paululum. aperiam labia mea. et respondebo. Non accipiam personam viri. et Deum homini non aequabo. Nescio enim quamdiu subsistam. et si post modicum tollat me factor meus. Audi igitur Iob eloquia mea. et omnes sermones meos ausculta. Ecce aperui os meum. loquatur lingua mea in faucibus meis. Simplici corde mei sermones. et sententiam labia mea pura loquentur. Spiritus Dei fecit me. et spiraculum omnipotentis vivificavit me. Si potes responde mihi. et adversus faciem meam consiste. Ecce et me sicut et te fecit Deus. et de eodem quoque luto ego formatus sum. Verumtamen miraculum meum non te terreat. et eloquentia mea non sit tibi gravis. Dixisti ergo in auribus meis. et vocem verborum audivi. Mundus sum ego absque delicto. et immaculatus. et non est iniquitas in me. Quia querelas in me repperit. ideo arbitratus est me inimicum sibi. Posuit in nervo pedes meos. custodivit omnes semitas meas. Hoc est ergo in quo non es iustificatus. Respondebo tibi. quia maior sit Deus homine. Adversus eum contendis. quod non ad omnia verba responderit. Semel loquitur Deus. et secundo idipsum non repetit. Per somnium in visione nocturna. quando irruit sopor super homines. et dormiunt in lectulo. tunc aperit aures virorum. et erudiens eos instruit disciplina. ut avertat hominem ab his quae facit. et liberet

eum de superbia, eruens animam eius a corruptione, et vitam illius ut non transeat in gladium. Increpat quoque per dolorem in lectulo, et omnia ossa eius marcescere facit. Abominabilis ei fit in vita sua panis, et animae illius cibus ante desiderabilis. Tabescet caro eius, et ossa quae tecta fuerant nudabuntur. Appropinquavit corruptioni anima eius, et vita illius mortiferis. Si fuerit pro eo angelus loquens, unus de millibus, ut annuntiet hominis aequitatem, miserebitur eius et dicet: Libera eum ut non descendat in corruptionem: inveni in quo ei propitier. Consumpta est caro eius a suppliciis: revertatur ad dies adolescentiae suae. Deprecabitur Deum, et placabilis ei erit: et videbit faciem eius in iubilo, et reddet homini iustitiam suam. Respiciet homines, et dicet: Peccavi, et vere deliqui, et ut eram dignus non recepi. Liberavit animam suam ne pergeret in interitum, sed vivens lucem videret. Ecce haec omnia operatur Deus tribus vicibus per singulos, ut revocet animas eorum a corruptione, et illuminet luce viventium. Attende Iob, et audi me: et tace, dum ego loquor. Si autem habes quod loquaris, responde mihi: loquere. Volo enim te apparere iustum. Quod si non habes, audi me: tace, et docebo te sapientiam.

Pronuntians itaque Eliu, etiam haec locutus est: Audite sapientes verba mea, et eruditi auscultate me. Auris enim verba probat, et guttur escas gustu diiudicat. Iudicium eligamus nobis, et inter nos videamus quid sit melius. Quia dixit Iob: Iustus sum, et Deus subvertit iudicium meum. In iudicando enim me mendacium est: violenta sagitta mea absque ullo peccato. Quis est vir ut est Iob, qui bibit subsannationem quasi aquam? Qui graditur cum operantibus iniquitatem, et ambulat cum viris impiis? Dixit enim: Non placebit vir Deo, etiam si cucurrerit cum eo. Ideo viri cordati audite me: absit a Deo impietas, et ab Omnipotente iniquitas. Opus enim hominis reddet ei, et iuxta vias singulorum restituet eis. Vere enim Deus non condemnabit frustra, nec Omnipotens subvertet iudicium. Quem constituit alium super terram? aut quem posuit super orbem quem fabricatus est? Si direxerit ad eum cor suum, spiritum illius et flatum ad se trahet. Deficiet omnis caro simul, et homo in cinerem revertetur. Si habes ergo intellectum, audi quod dicitur, et ausculta vocem eloquii mei. Numquid qui non amat iudicium, sanari potest? Et quomodo tu eum qui iustus est, in tantum condemnas? Qui dicit regi: Apostata; qui vocat duces impios; qui non accipit personas principum, nec cognovit tyrannum cum disceptaret contra pauperem: opus enim manuum eius sunt universi. Subito morientur, et in media nocte turbabuntur populi, et pertransibunt, et auferent violentum absque manu. Oculi enim eius super vias hominum, et omnes gressus eorum considerat. Non sunt tenebrae, et non est umbra mortis, ut abscondantur ibi qui operantur iniquitatem. Neque enim ultra in hominis potestate est ut veniat ad Deum in iudicium. Conteret multos innumerabiles, et stare faciet alios pro eis. Novit enim opera eorum: et idcirco inducet noctem, et conterentur. Quasi impios percussit eos in loco videntium. Qui quasi de industria recesserunt ab eo, et omnes vias eius intelligere noluerunt: ut pervenire facerent ad eum clamorem egeni, et audiret vocem pauperum. Ipso enim concedente pacem, quis est qui condemnet? Ex quo absconderit vultum, quis est qui contempletur eum? Et super gentem et super omnes homines? Qui regnare facit hominem hypocritam propter peccata populi? Quia ergo ego locutus sum ad Deum, te quoque non prohibeo. Si erravi, tu doce me: si iniquitatem locutus sum, ultra non addam. Numquid a te Deus expetit eam, quia displicuit tibi? Tu enim coepisti loqui, et non ego: quod si quid nosti melius, loquere. Viri intelligentes loquantur mihi, et vir sapiens audiat me. Iob autem stulte locutus est, et verba illius non sonant disciplinam. Propterea probetur Iob usque ad finem: ne desinas ab homine iniquitatis. Quia addit super peccata sua blasphemiam, inter nos interim constringatur: et tunc ad iudicium provocet sermonibus suis Deum.

Igitur Eliu haec rursum locutus est: Numquid aequa tibi videtur tua cogitatio, ut diceres: Iustior Deo sum? Dixisti enim: Non tibi placet quod rectum est: vel quid tibi proderit si ego peccavero? Itaque ego respondebo sermonibus tuis, et amicis tuis tecum. Suspice caelum et intuere, et contemplare aethera quod altior te sit. Si peccaveris, quid ei nocebis? Et si multiplicatae fuerint iniquitates tuae, quid facies contra eum? Porro si iuste egeris, quid donabis ei, aut quid de manu tua accipiet? Homini qui similis tui est, nocebit impietas tua: et filium hominis adiuvabit iustitia tua. 64
Propter multitudinem calumniatorum clamabunt, et eiulabunt propter vim brachii tyrannorum. Et non dixit: Ubi est Deus qui fecit me, qui dedit carmina in nocte? Qui docet nos super iumenta terrae, et super volucres caeli erudit nos? Ibi clamabunt, et non exaudiet, propter superbiam malorum. Non ergo frustra audiet Deus, et Omnipotens singulorum causas intuebitur. Etiam cum dixeris: Non considerat, iudicare coram eo, et expecta eum. Nunc enim non infert furorem suum, nec ulciscitur scelus valde. Ergo Iob frustra aperit os suum, et absque scientia verba multiplicat.

Addens quoque Eliu, haec locutus est: Sustine me paululum, et indicabo tibi: adhuc enim habeo quod pro Deo loquar. Repetam scientiam meam a principio, et operatorem meum probabo iustum. Vere enim absque mendacio sermones mei, et perfecta scientia probabitur tibi. Deus potentes non abiicit, cum et ipse sit potens: sed non salvat impios, et iudicium pauperibus tribuit. Non auferet a iusto oculos suos, et reges in solio collocat in perpetuum, et illi eriguntur. Et si fuerint in catenis, et vinciantur funibus paupertatis: indicabit eis opera eorum, et scelera eorum quia violenti fuerunt. Revelabit quoque aurem eorum, ut corripiat: et loquetur ut revertantur ab iniquitate. Si audierint et observaverint, complebunt dies suos in bono, et annos suos in gloria. Si autem non audierint, transibunt per gladium, et consumentur in stultitia. Simulatores et callidi provocant iram Dei, neque clamabunt cum vincti fuerint. Morietur in tempestate anima eorum, et vita eorum inter effeminatos. Eripiet de angustia sua pauperem, et revelabit in tribulatione aurem eius. Igitur salvabit te de ore angusto latissimo, et non habentis fundamentum subter se: requies autem mensae tuae erit plena pinguedine. Causa tua quasi impii iudicata est: causam iudiciumque recipies. Non ergo te superet ira ut aliquem opprimas: nec multitudo donorum inclinet te. Depone magnitudinem tuam absque tribulatione, et omnes robustos fortitudine. Ne protrahas noctem, ut ascendant populi pro eis. Cave ne declines ad iniquitatem: hanc enim coepisti sequi post miseriam. Ecce Deus excelsus in fortitudine sua, et nullus ei similis in legislatoribus. Quis poterit scrutari vias eius? Aut quis potest ei dicere: Operatus es iniquitatem? Memento quod ignores opus eius, de quo cecinerunt viri. Omnes homines vident eum, unusquisque intuetur procul. Ecce Deus magnus vincens scientiam nostram: numerus annorum eius inaestimabilis. Qui aufert stillas pluviae, et effundit imbres ad instar gurgitum, qui de nubibus fluunt quae praetexunt cuncta desuper. Si voluerit extendere nubes quasi tentorium suum, et fulgurare lumine suo desuper, cardines quoque maris operiet. Per haec enim iudicat populos, et dat escas multis mortalibus. In manibus abscondit lucem, et praecipit ei ut rursus adveniat. Annuntiat de ea amico suo quod possessio eius sit, et ad eam possit ascendere. Super hoc expavit cor meum, et emotum est de loco suo. Audite auditionem in terrore vocis eius, et sonum de ore illius procedentem. Subter omnes caelos ipse considerat, et lumen illius super terminos terrae. Post eum rugiet sonitus, tonabit voce magnitudinis suae: et non investigabitur, cum audita fuerit vox eius. Tonabit Deus in voce sua mirabiliter, qui facit magna et inscrutabilia. Qui praecipit nivi ut descendat super terram, et hiemis pluviis, et imbri fortitudinis suae. Qui in manu omnium hominum signat, ut noverint singuli opera sua. Ingredietur bestia latibulum, et in antro suo morabitur. Ab interioribus egredietur tempestas, et ab Arcturo frigus. Flante Deo concrescit gelu, et rursum latissimae funduntur aquae. Frumentum desiderat nubes, et nubes spargunt lumen suum. Quae lustrant per circuitum, quocumque eas voluntas gubernantis duxerit, ad omne quod praeceperit illis super faciem orbis terrarum: sive in una tribu, sive in terra sua, sive in quocumque loco misericordiae suae eas iusserit inveniri. Ausculta haec Iob: sta, et considera mirabilia Dei. Numquid scis quando praeceperit Deus pluviis ut ostenderent lucem nubium eius? Numquid nosti semitas nubium magnas, et perfectas scientias? Nonne vestimenta tua calida sunt, cum perflata fuerit terra austro? Tu forsitan cum eo fabricatus es caelos, qui solidissimi quasi aere fusi sunt. Ostende nobis quid dicamus illi: nos quippe involvimur tenebris. Quis narrabit ei quae loquor? Etiam si locutus fuerit homo, devorabitur. At nunc non vident lucem: subito aer cogetur in nubes, et ventus transiens fugabit eas. Ab aquilone aurum venit, et ad Deum formidolosa laudatio. Digne eum invenire non possumus: magnus fortitudine, et iudicio, et iustitia, et enarrari non potest. Ideo timebunt eum viri, et non audebunt contemplari omnes qui sibi videntur esse sapientes.

Respondens autem Dominus Iob de turbine, dixit: Quis est iste involvens sententias sermonibus imperitis? Accinge sicut vir lumbos tuos: interrogabo te, et responde mihi. Ubi eras quando ponebam fundamenta terrae? Indica mihi, si habes intelligentiam. Quis posuit mensuras eius, si nosti? Vel quis tetendit super eam lineam? Super quo bases illius solidatae sunt? Aut quis demisit lapidem angularem eius, cum me laudarent simul astra matutina, et iubilarent omnes filii Dei? Quis conclusit ostiis mare, quando erumpebat quasi de vulva procedens? Cum ponerem nubem vestimentum eius, et caligine illud quasi pannis infantiae obvolverem? Circumdedi illud terminis meis, et posui vectem et ostia: et dixi: Usque huc venies, et non procedes amplius, et hic confringes tumentes fluctus tuos. Numquid post ortum tuum praecepisti diluculo, et ostendisti aurorae locum suum? Et tenuisti concutiens extrema terrae, et excussisti impios ex ea? Restituetur ut lutum signaculum, et stabit sicut vestimentum. Auferetur ab impiis lux sua, et brachium excelsum confringetur. Numquid ingressus es profunda maris, et in novissimis abyssi deambulasti? Numquid apertae tibi sunt portae mortis, et ostia tenebrosa vidisti? Numquid considerasti latitudinem terrae? Indica mihi, si nosti omnia, in qua via lux habitet, et tenebrarum quis locus sit: ut ducas unumquodque ad terminos suos, et intelligas semitas domus eius. Sciebas tunc quod nasciturus esses, et numerum dierum tuorum noveras? Numquid ingressus es thesauros nivis, aut thesauros grandinis aspexisti, quae praeparavi in tempus hostis, in diem pugnae et belli? Per quam viam spargitur lux, dividitur aestus super terram? Quis dedit vehementissimo imbri cursum, et viam sonantis tonitrui, ut plueret super terram absque homine in deserto, ubi nullus mortalium commoratur; ut impleret inviam et desolatam, et produceret herbas virentes? Quis est pluviae pater? Vel quis genuit stillas roris? De cuius utero egressa est glacies? Et gelu de caelo quis genuit? In similitudinem lapidis aquae durantur, et superficies abyssi constringitur. Numquid coniungere valebis micantes stellas Pleiadas, aut gyrum Arcturi poteris dissipare? Numquid producis Luciferum in tempore suo, et vesperum super filios terrae consurgere facis? Numquid nosti ordinem caeli, et pones rationem eius in terra? Numquid elevabis in nebula vocem tuam, et impetus aquarum operiet te? Numquid mittes fulgura, et ibunt, et revertentia dicent tibi: Adsumus? Quis posuit in visceribus hominis sapientiam? Vel quis dedit gallo intelligentiam? Quis enarrabit caelorum rationem, et concentum caeli quis dormire faciet? Quando fundebatur pulvis in terra, et glebae compingebantur? Numquid capies leaenae praedam, et animam catulorum eius implebis, quando cubant in antris, et in specubus insidiantur? Quis praeparat corvo escam suam, quando pulli eius ad Deum clamant, vagantes eo quod non habeant cibos? Numquid nosti tempus partus ibicum in petris, vel parturientes cervas observasti? Dinumerasti menses conceptus earum, et scisti tempus partus earum? Incurvantur ad fetum, et pariunt, et rugitus emittunt. Separantur filii earum, et pergunt ad pastum: egrediuntur, et non revertuntur ad eas. Quis dimisit onagrum liberum, et vincula eius quis solvit? Cui dedi in solitudine domum, et tabernacula eius in terra salsuginis. Contemnit multitudinem civitatis, clamorem exactoris non audit. Circumspicit montes pascuae suae, et virentia quaeque perquirit. Numquid volet rhinoceros servire tibi, aut morabitur ad praesepe tuum? Numquid alligabis rhinocerota ad arandum loro tuo? Aut confringet glebas vallium post te? Numquid fiduciam habebis in magna fortitudine eius, et derelinques ei labores tuos? Numquid credes illi quod reddat sementem tibi, et aream tuam congreget? Penna struthionis similis est pennis herodii et accipitris. Quando derelinquit ova sua in terra, tu forsitan

in pulvere calefacies ea? Obliviscitur quod pes conculcet ea, aut bestiae agri conterant. Duratur ad filios suos quasi non sint sui, frustra laboravit nullo timore cogente. Privavit enim eam Deus sapientia, nec dedit ei intelligentiam. Cum tempus fuerit, alas suas erigit, deridet equum et ascensorem eius. Numquid praebebis equo fortitudinem, aut circumdabis collo eius hinnitum? Numquid suscitabis eum quasi locustam? Gloria narium eius terror. Terram ungula fodit, exultat audacter, in occursum pergit armatis. Contemnit pavorem, nec cedit gladio. Super ipsum sonabit pharetra, vibrabit hasta et clipeus. Fervens et fremens sorbet terram, nec reputat tubae sonare clangorem. Ubi audierit bucinam, dicit: Vah. Procul odoratur bellum, exhortationem ducum, et ululatum exercitus. Numquid per sapientiam tuam plumescit accipiter, expandens alas suas ad austrum? Aut ad praeceptum tuum elevabitur aquila, et in arduis ponet nidum suum? In petris manet, et in praeruptis silicibus commoratur, atque inaccessis rupibus. Inde contemplatur escam, et de longe oculi eius prospiciunt. Pulli eius lambent sanguinem, et ubicumque cadaver fuerit, statim adest.

Et adiecit dominus et locutus est ad Iob: Numquid qui contendit cum Deo tam facile conquiescit? Utique qui arguit Deum debet respondere ei. Respondens autem Iob Domino dixit: Qui leviter locutus sum, respondere quid possum? Manum meam ponam super os meum. Unum locutus sum quod utinam non dixissem, et alterum quibus ultra nichil addam.

Respondens autem dominus Iob de turbine dixit: Accinge sicut vir lumbos tuos; interrogabo te, et indica mihi. Numquid irritum facies iudicium meum, et condemnabis me ut tu iustificeris? Et si habes brachium sicut Deus, et si voce simili tonas? Circumda tibi decorem, et in sublime erigere, et esto gloriosus, et speciosis induere vestibus. Disperge superbos in furore tuo, et respiciens omnem arrogantem humilia. Respice cunctos superbos, et confunde eos, et contere impios in loco suo. Absconde eos in pulvere simul, et facies eorum demerge in foveam, et ego confitebor quod salvare te possit dextera tua. Ecce behemoth quem feci tecum, fenum quasi bos comedet. Fortitudo eius in lumbis eius, et virtus illius in umbilico ventris eius. Constringit caudam suam quasi cedrum, nervi testiculorum eius perplexi sunt. Ossa eius velut fistula aeris, cartilago illius sicut lamine ferree. Ipse principium est viarum Dei; qui fecit eum applicabit gladium eius. Huic montes herbas ferunt; omnes bestiae agri ludunt ibi. Sub umbra dormit in secreto calami et locis humentibus. Protegunt umbrae umbram eius, circumdabunt eum salices torrentis. Ecce absorbebit fluvium et non mirabitur; habet fiduciam quod influat Iordanis in os eius. In oculis eius quasi hamo capiet eum, et in sudibus perforabit nares eius. An extrahere poteris leviathan hamo, et fune ligabis linguam eius? Numquid pones circulum in naribus eius, et armilla perforabis maxillam eius? Numquid multiplicabit ad te preces, aut loquetur tibi mollia? Numquid feriet tecum pactum, et accipies eum servum sempiternum? Numquid illudes ei quasi avi, aut ligabis eum ancillis tuis? Concident eum amici, divident eum negociatores? Numquid implebis sagenas pelle eius, et gurgustium piscium capite eius? Pone super eum manum tuam, et memento belli, nec ultra addas loqui. Ecce spes eius frustrabitur eum, et videntibus cunctis praecipitabitur. Non quasi crudelis suscitabo eum. Quis enim potest resistere vultui meo? Quis ante dedit mihi ut reddam ei? Omnia quae sub caelo sunt mea sunt. Non parcam ei, et verbis potentibus et ad deprecandum compositis. Quis revelavit faciem indumenti eius? Et in medium oris eius quis intrabit? Portas vultus eius quis aperiet? Per gyrum dentium eius formido. Corpus illius quasi scuta fusilia, et compactum squamis se prementibus. Una uni coniungitur, et ne spiraculum quidem incedit per eas. Una alteri adherebunt, et tenentes se nequaquam separabuntur. Sternutatio illius splendor ignis, et oculi eius ut palpebrae diluculi. De ore eius lampades procedunt, sicut taedae ignis accensae. De naribus eius procedit fumus, sicut ollae succensae atque ferventis. Halitus eius prunas ardere facit, et flamma de ore eius egreditur. In collo eius morabitur fortitudo, et faciem eius praecedit egestas. Membra carnium eius cohaerentia sibi. Mittet contra eum fulmina, et ad locum alium non ferentur. Cor eius indurabitur quasi lapis, et stringetur quasi malleatoris incus. Cum sublatus fuerit, timebunt angeli, et territi purgabuntur. Cum apprehenderit eum gladius, subsistere non poterit, neque hasta neque thorax. Reputabit enim quasi paleas ferrum, et quasi lignum putridum aes. Non fugabit eum vir sagittarius; in stipulam versi sunt ei lapides fundae. Quasi stipulam estimabit malleum, et deridebit vibrantem hastam. Sub ipso erunt radii solis, sternet sibi aurum quasi lutum. Fervescere faciet quasi ollam profundum mare, et ponet quasi cum unguenta bulliunt. Post eum lucebit semita, estimabit abyssum quasi senescentem. Non est super terram potestas quae comparetur ei, qui factus est ut nullum timeret. Omne sublime videt, ipse est rex super universos filios superbiae.

xxx. Respondens autem Iob Domino dixit: Scio quia omnia potes, et nulla te latet cogitatio. Quis est iste qui celat consilium absque scientia? Ideo insipienter locutus sum, et quae ultra modum excederent scientiam meam. Audi, et ego loquar; interrogabo te, et responde mihi. Auditu auris audivi te, nunc autem oculus meus videt te. Idcirco ipse me reprehendo, et ago penitentiam in favilla et cinere. Postquam autem locutus est Dominus verba haec ad Iob, dixit ad Eliphaz Themanitem: Iratus est furor meus in te et in duos amicos tuos, quoniam non estis locuti coram me rectum, sicut servus meus Iob. Sumite ergo vobis vii. tauros et vii. arietes, et ite ad servum meum Iob, et offerte holocaustum pro vobis. Iob autem servus meus orabit pro vobis; faciem eius suscipiam, ut non vobis imputetur stultitia; neque enim locuti estis coram me recta, sicut servus meus Iob. Abierunt ergo Eliphaz Themanites, et Baldad Suites, et Sophar Naamathites, et fecerunt sicut locutus fuerat ad eos Dominus, et suscepit Dominus faciem Iob. Dominus quoque conversus est ad penitentiam Iob, cum oraret ille pro amicis suis. Et addidit Dominus omnia quaecumque fuerant Iob duplicia. Venerunt autem ad eum omnes fratres sui, et universae sorores suae, et cuncti qui noverant eum prius, et comederunt cum eo panem in domo eius, et moverunt super eum caput, et consolati sunt eum super omni malo quod intulerat Dominus super eum, et dederunt ei unusquisque ovem unam et inaurem auream unam. Dominus autem benedixit novissimis Iob magis quam principio eius, et facta sunt ei xiiii. milia ovium, et sex milia camelorum, et mille iuga boum, et mille asinae. Et fuerunt ei vii. filii et tres filiae. Et vocavit nomen unius Diem, et nomen secundae Cassiam, et nomen tertiae Cornustibii. Non sunt autem inventae mulieres tam speciosae sicut filiae Iob in universa terra. Deditque eis pater suus hereditatem inter fratres earum. Vixit autem Iob post haec c. xl. annis, et vidit filios suos et filios filiorum suorum usque ad quartam generationem, et mortuus est senex et plenus dierum. Explicit liber Iob.

VIGINTI DUAS ESSE LITTERAS apud Hebreos Syrorum quoque lingua et Chaldeorum testatur, quae hebreae magna ex parte confinis est. Nam et ipsi xxii. elementa habent eodem sono, sed diversis caracteribus. Samaritani etiam pentateuchum Moysi totidem litteris scriptitant, figuris tantum et apicibus discrepantes. Certumque est Esdram scribam legisque doctorem post captam Hierosolimam et instaurationem templi sub Zorobabel alias litteras repperisse quibus nunc utimur, cum ad illud usque tempus idem Samaritanorum et Hebreorum caracteres fuerint. In libro Numerorum haec eadem supputatio sub Levitarum ac sacerdotum censu mystice ostenditur. Et nomen Domini tetragrammaton in quibusdam grecis voluminibus usque hodie antiquis expressum litteris invenimus. Sed et psalmi xxxvi. et centesimus x. xi. et centesimus octavus decimus et centesimus quadragesimus iiii., quamquam diverso scribantur metro, tamen eiusdem numeri texuntur alfabeto. Et Hieremiae lamentationes et oratio eius, Salomonis quoque in fine Proverbia ab eo loco in quo ait: Mulierem fortem quis inveniet, hisdem alfabetis vel incisionibus supputantur. Porro quinque litterae duplices apud Hebreos sunt: caph, mem, nun, phe, sade. Aliter enim per has scribunt principia medietatesque verborum, aliter fines. Unde et quinque a plerisque libri duplices estimantur: Samuel, Malachim, Dabreiamin, Esdras, Hieremias cum Cynoth, id est Lamentationibus suis. Quomodo igitur xxii. elementa sunt per quae scribimus hebraice omne quod loquimur, et eorum initiis vox humana comprehenditur, ita xxii. volumina supputantur, quibus quasi litteris et exordiis in Dei doctrina tenera adhuc et lactans viri iusti eruditur infantia. Primus apud eos liber vocatur Bresith, quem nos Genesim dicimus; secundus Ellesmoth, qui Exodus appellatur; tercius Vagecra, id est Leviticus; quartus Vagedaber, quem Numerum vocamus; quintus Helleabdarim, qui Deuteronomium praenotatur. Hi sunt quinque libri Moysi, quos Torath, id est Legem, appellant. Secundum prophetarum ordinem faciunt, et incipiunt ab Iosue filio Nave, qui apud eos Iosue Bennum dicitur. Deinde subtexunt Sobthim, id est Iudicum librum; et in eundem compingunt Ruth, quia in diebus iudicum facta narratur historia. Tercius sequitur Samuel, quem nos Regnorum primum et secundum dicimus. Quartus Malachim, id est Regum, qui tercio et quarto Regnorum volumine continetur. Meliusque est multo Malachim, id est Regum, quam Malachot, id est Regnorum, dicere. Non enim multarum gentium regna describit, sed unius israhelitici populi, qui tribubus xii. continetur. Quintus est Ysaias, sextus Hieremias, septimus Ezechiel, octavus liber xii. prophetarum, qui apud illos vocatur Thereasra. Tercius ordo agiografa possidet. Et primus liber incipit ab Iob, secundus a David, quem quinque incisionibus et uno psalmorum volumine comprehendunt. Tercius Salomon, tres libros habens: Proverbia, quae illi Parabolas, id est Masloth, appellant; quartus Ecclesiasten, id est Coeleth; quintus Canticum canticorum, quem titulo Syrasirim praenotant. Sextus est Daniel; septimus Dabreiamin, id est Verba dierum, quod significantius chronicon totius divinae historiae possumus appellare, qui liber apud nos Paralipomenon primus et secundus inscribitur. Octavus Esdras, qui et ipse similiter apud grecos et latinos in duos libros divisus est. Nonus Hester. Atque ita fiunt pariter veteris legis libri xxii., id est Moysi v., prophetarum viii., agiograforum viiii. Quamquam nonnulli Ruth et Cynoth inter agiografa scriptitent, et libros hos in suo putent numero supputandos, ac per hoc esse priscae legis libros xxiiii., quos sub numero xxiiii. seniorum Apocalipsis Iohannis inducit adorantes agnum et coronas suas prostratis vultibus offerentes, stantibus coram iiii. animalibus, oculatis retro et ante, id est in praeteritum et in futurum respicientibus, et indefessa voce clamantibus: Sanctus, sanctus, sanctus, Dominus Deus omnipotens, qui erat et qui est et qui venturus est. Hic prologus scripturarum quasi galeatum principium omnibus libris quos de hebreo vertimus in latinum convenire potest, ut scire valeamus quicquid extra hos est inter apocrifa seponendum. Igitur Sapientia quae vulgo Salomonis inscribitur, et Iesu filii Syrach liber, et Iudith, et Tobias, et Pastor non sunt in canone. Machabeorum primum librum hebraicum repperi; secundus grecus est, quod ex ipsa frasi probari potest. Quae cum ita se habeant, obsecro te, lector, ne laborem meum reprehensionem estimes antiquorum. In tabernaculo Dei offert unusquisque quod potest: alii aurum et argentum et lapides pretiosos, alii byssum et purpuram et coccum offerunt et iacinctum; nobiscum bene agitur si obtulerimus pelles et caprarum pilos. Et tamen apostolus contemptibiliora nostra magis necessaria iudicat. Unde et tota illa tabernaculi pulchritudo, et per singulas species ecclesiae praesentis futuraeque distinctio pellibus tegitur et ciliciis, ardoremque solis et iniuriam ymbrium ea quae viliora sunt prohibent. Lege ergo primum Samuel et Malachim meum; meum, inquam, meum. Quicquid enim crebrius vertendo et emendando sollicitius et didicimus et tenemus, nostrum est. Et cum intellexeris quod antea nesciebas, vel interpretem me estimato, si gratus es, vel ΠΑΡΑΦΡΑCΤΗΝ, si ingratus, quamquam mihi omnino conscius non sim mutasse me quippiam de hebraica veritate. Certe si incredulus es, lege grecos codices et latinos et confer cum his opusculis, et ubicumque inter se videris discrepare, interroga quemlibet Hebreorum cui magis accommodare debeas fidem; et si nostra firmaverit, puto quod eum non estimes coniectorem, ut in eodem loco similiter mecum divinaverit. Sed et vos famulas Christi rogo, quae Domini discumbentis pretiosissimo fidei myrro unguitis caput, quae nequaquam salvatorem queritis in sepulchro, quibus iam ad Patrem Christus ascendit, ut contra latrantes canes qui adversum me rabido ore deseviunt orationum vestrarum clipeos opponatis. Ego sciens humilitatem meam illius sententiae semper recordabor: Dixi custodiam u. m. u. n. d. i. l. m. Posui ori m. c. cum c. p. a. m. Obmutui et humiliatus sum et silui a bonis.

IN NOMINE DOMINI INCIPIT LIBER REGUM QUI DICITUR MALACHIM MALAC

FVIT·VIR·VNVS·
DE·RAMATHAIM
SOPHIM·DE·MON
TE·EFFRAIM·ET
NOMEN·EIVS·ELCH
ANA·FILIVS·HIE
ROBOAM·FILII·HELIV
FILII·THAV·FILII·
SVPH·EFFRATEVS·
ET·HABVIT·DVAS
VXORES·NOMEN
VNI·ANNA·ET·N
SCDE·FENENNA·
FVERVNTQVE·FENEN
NE·FILII·ANNE·
AVTEM·NON·ERANT·
LIBERI·ET·ASCEN
DEBAT·VIR·ILLE·
DE·CIVITATE·
SVA·STATVTIS·
65. DIEBVS·VT·AD
ORARET·ET·SA
CRIFICARET·DO
MINO·EXERCITVVM·
IN·SYLO·ERANT
AVTEM·IBI·DVO·FI
LII·HELI·OFNI·ET·

Quatuor libri reg

fineës sacerdotes domini. Venit ergo dies et immolavit Elchana. deditque Fenennae uxori suae et cunctis filiis eius et filiabus partes. Annae autem dedit partem unam tristis. quia Annam diligebat. Dominus autem concluserat vulvam eius. Affligebat quoque eam aemula eius. et vehementer angebat. in tantum ut exprobraret. quod conclusisset dominus vulvam eius. Sicque faciebat per singulos annos. Cumque redeunte tempore ascenderent templum domini. et sic provocabat eam. Porro illa flebat et non capiebat cibum. Dixit ergo Elchana vir suus. Anna cur fles. et quare non comedis. et quam ob rem affligitur cor tuum. Numquid non ego melior sum tibi quam decem filii. Surrexit autem Anna postquam comederat in Sylo et biberat et Heli sacerdote sedente super sellam ante postes templi domini. cum esset Anna amaro animo. oravit dominum flens largiter. et votum vovit dicens. Domine exercituum si respiciens videris afflictionem famulae tuae. et recordatus mei fueris. nec oblitus ancillae tuae. dederisque servae tuae sexum virilem. dabo eum domino omnibus diebus vitae eius. et novacula non ascendet super caput eius. Factum est autem cum illa multiplicaret preces coram domino. ut Heli observaret os eius. Porro Anna loquebatur in corde suo. tantumque labia illius movebantur. et vox penitus non audiebatur. Estimabat ergo eam Heli temulentam. dixitque ei. Usquequo ebria eris. Digere paulisper vinum quo mades. Respondens Anna dixit. Nequaquam domine mi. Nam mulier infelix nimis ego sum. vinumque et omne quod inebriari potest non bibi. sed effudi animam meam in conspectu domini. Ne reputes ancillam tuam quasi unam de filiabus Belial. quia ex multitudine laboris mei et meroris locuta sum usque in presens. Tunc Heli ait ei. Vade in pace. et deus Israhel det tibi petitionem quam rogasti eum. Et illa dixit. Utinam inveniat ancilla tua gratiam in oculis tuis. Et abiit mulier in viam suam et comedit. vultusque illius amplius non sunt in diversa mutati. Et surrexerunt mane. et adoraverunt coram domino. reversique sunt et venerunt in domum suam in Ramatha. Cognovit autem Elchana Annam uxorem suam. et recordatus est eius dominus. Et factum est post circulum dierum. concepit Anna et peperit filium. vocavitque nomen eius Samuel. eo quod a domino postulasset eum. Ascendit autem Elchana et omnis domus eius. ut immolaret domino hostiam sollempnem et votum suum. et Anna non ascendit. Dixit enim viro suo. Non vadam donec ablactetur infans. et ducam eum. et appareat in conspectu domini. et maneat ibi iugiter. Et ait ei Elchana vir suus. Fac quod bonum tibi videtur. et mane donec ablactes eum. precorque ut impleat dominus verbum suum. Mansit ergo mulier et lactavit filium suum. donec amoveret eum a lacte. Et adduxit eum secum postquam ablactaverat in vitulis tribus. et tribus modiis farinae. et amphora vini. et adduxit eum ad domum domini in Sylo. Puer autem erat adhuc infantulus. et immolaverunt vitulum. et obtulerunt puerum Heli. Et ait Anna. Obsecro mi domine. vivit anima tua. ego sum illa mulier quae steti coram te hic orans pro puero isto. Oravi. et dedit mihi dominus petitionem meam quam postulavi eum. Idcirco ego commodavi eum domino cunctis diebus quibus accommodatus erit domino. Et adoraverunt ibi dominum. et oravit Anna et ait.

Exultavit cor meum in domino. et exaltatum est cornu meum in deo meo. Dilatatum est os meum super inimicos meos. quia laetata sum in salutari tuo. Non est sanctus ut est dominus. neque enim est alius extra te. et non est fortis sicut deus noster. Nolite multiplicare loqui sublimia. gloriantes. Recedant vetera de ore vestro. quia deus scientiarum dominus est. et ipsi preparantur cogitationes. Arcus fortium superatus est. et infirmi accincti sunt robore. Repleti prius pro panibus se locaverunt. et famelici saturati sunt. Donec sterilis peperit plurimos. et quae multos habebat filios infirmata est. Dominus mortificat et vivificat. deducit ad inferos et reducit. Dominus pauperem facit et ditat. humiliat et sublimat. Suscitans de pulvere egenum. et de stercore erigens pauperem. Ut sedeat cum principibus. et solium gloriae teneat. Domini enim sunt cardines terrae. et posuit super eos orbem. Pedes sanctorum suorum servabit. et impii in tenebris conticescent. quia non in fortitudine sua roborabitur vir. Dominum formidabunt adversarii eius. et super ipsos in caelis tonabit. Dominus iudicabit fines terrae. et dabit imperium regi suo. et sublimabit cornu christi sui. Et abiit Elchana in Ramatha. in domum suam.

Puer autem erat minister in conspectu domini ante faciem Heli sacerdotis. Porro filii Heli filii Belial nescientes dominum neque officium sacerdotum ad populum. sed quicumque immolasset victimam. veniebat puer sacerdotis dum coquerentur carnes. et habebat fuscinulam tridentem in manu sua. et mittebat eam in lebetem vel in caldariam. aut in ollam sive in cacabum. et omne quod levabat fuscinula tollebat sacerdos sibi. Sic faciebant universo Israheli venientium in Sylo. Etiam antequam adolerent adipem. veniebat puer sacerdotis. et dicebat immolanti. Da mihi carnem ut coquam sacerdoti. non enim accipiam a te carnem coctam sed crudam. Dicebatque illi immolans. Incendatur primum iuxta morem hodie adeps. et tolle tibi quantumcumque desiderat anima tua. Qui respondens aiebat ei. Nequaquam. Nunc enim dabis. alioquin tollam vi. Erat autem peccatum puerorum grande nimis coram domino. quia detrahebant homines sacrificio domini. Samuel autem ministrabat ante faciem domini. erat puer accinctus ephod lineo. Et tunicam parvam faciebat ei mater sua. quam afferebat statutis diebus ascendens cum viro suo ut immolaret hostiam sollempnem. Et benedixit Heli Elchanae et uxori eius. Dixitque illi. Reddat tibi dominus semen de muliere hac pro fenore quod commodasti domino. Et abierunt in locum suum. Visitavit ergo dominus

Annam. et concepit et peperit tres filios et duas filias. et magnificatus est puer Samuel apud dominum.

Heli autem erat senex valde. et audiebat omnia quae faciebant filii sui universo Israheli. et quomodo dormiebant cum mulieribus quae observabant ad ostium tabernaculi. et dixit eis. Quare facitis res huiuscemodi quas ego audio res pessimas ab omni populo. Nolite filii mei. Non est enim bona fama quam ego audio ut transgredi faciatis populum domini. Si peccaverit vir in virum placari ei potest deus. Si autem in dominum peccaverit vir. quis orabit pro eo. Et non audierunt vocem patris sui. quia voluit dominus occidere eos. Puer autem Samuel proficiebat et crescebat et placebat tam deo quam hominibus. Venit autem vir dei ad Heli et ait ad eum. Haec dicit dominus. Numquid non aperte revelatus sum domui patris tui. cum esset in Egypto in domo Pharaonis. et elegi eum ex omnibus tribubus Israhel mihi in sacerdotem ut accederet ad altare meum. et adoleret mihi incensum. et portaret ephod coram me. et dedi domui patris tui omnia de sacrificiis filiorum Israhel. Quare calce abiecistis victimam meam. et munera mea quae praecepi ut offerrentur in templo. et honorasti filios tuos magis quam me. ut comederetis primitias omnis sacrificii Israhel populi mei. Propterea ait dominus deus Israhel. Loquens locutus sum ut domus tua et domus patris tui ministraret in conspectu meo usque in sempiternum. Nunc autem dicit dominus. Absit hoc a me. sed quicumque honorificaverit me glorificabo eum. Qui autem contemnunt me. erunt ignobiles. Ecce dies veniunt. et praecidam brachium tuum. et brachium domus patris tui ut non sit senex in domo tua. et videbis aemulum tuum in templo in universis prosperis Israhel. et non erit senex in domo tua omnibus diebus. Verumtamen non auferam virum penitus ex te ab altari meo. sed ut deficiant oculi tui et tabescat anima tua. et pars magna domus tuae morietur. cum ad virilem aetatem venerit. Hoc autem erit tibi signum quod venturum est duobus filiis tuis Ofni et Finees. in die una morientur ambo. et suscitabo mihi sacerdotem fidelem. qui iuxta cor meum et animam meam faciat. Et aedificabo ei domum fidelem et ambulabit coram christo meo cunctis diebus. Futurum est autem. ut quicumque remanserit in domo tua veniat ut oretur pro eo. et offerat nummum argenteum et tortam panis dicatque. Dimitte me obsecro ad unam partem sacerdotalem ut comedam buccellam panis.

Puer autem Samuel ministrabat domino coram Heli. et sermo domini erat pretiosus. In diebus illis non erat visio manifesta. Factum est ergo in die quadam Heli iacebat in loco suo. et oculi eius caligaverant. nec videre poterat lucernam dei antequam extingueretur. Samuel autem dormiebat in templo domini. ubi erat archa dei. Et vocavit dominus Samuel. Qui respondens ait. Ecce ego. Et cucurrit ad Heli. et dixit ei. Ecce ego. vocasti enim me. Qui dixit. Non vocavi te. Revertere et dormi. Et abiit et dormivit. Et adiecit dominus vocare rursum Samuel. Consurgensque Samuel abiit ad Heli. et dixit. Ecce ego. quia vocasti me. Qui respondit. Non vocavi te fili mi. revertere et dormi. Porro Samuel necdum sciebat dominum. neque revelatus fuerat ei sermo domini. Et adiecit dominus et vocavit adhuc Samuel tertio. Qui consurgens abiit ad Heli. et dixit. Ecce ego. quia vocasti me. Intellexit ergo Heli quia dominus vocaret puerum. et ait ad Samuel. Vade et dormi. Et si deinceps vocaverit te dices. Loquere domine. quia audit servus tuus. Abiit ergo Samuel et dormivit in loco suo. et venit dominus et stetit et vocavit sicut vocaverat secundo. Samuel. Samuel. Et ait Samuel. Loquere domine. quia audit servus tuus. Et dixit dominus ad Samuel. Ecce ego facio verbum in Israhel. quod quicumque audierit tinnient ambae aures eius. In die illo suscitabo adversum Heli omnia quae locutus sum super domum eius. incipiam et complebo. Praedixi enim ei quod iudicaturus essem domum eius in aeternum propter iniquitatem eo quod noverat indigne agere filios suos et non corripuit eos. Idcirco iuravi domui Heli quod non expietur iniquitas domus eius victimis et muneribus usque in aeternum. Dormivit autem Samuel usque mane. Aperuitque ostia domus domini Samuel. et timebat indicare visionem Heli. Vocavit ergo Heli Samuelem et dixit. Samuel fili mi. Qui respondens ait. Presto sum. Et interrogavit eum. Quis est sermo quem locutus est dominus ad te. Oro te ne celaveris me. Haec faciat tibi deus et haec addat. si absconderis a me sermonem ex omnibus verbis quae dicta sunt tibi. Indicavit itaque Samuel universos sermones et non abscondit ab eo. Et ille respondit. Dominus est. quod bonum est in oculis suis faciat. Crevit autem Samuel. et dominus erat cum eo. et non cecidit ex omnibus verbis eius in terram. Et cognovit universus Israhel a Dan usque Bersabee. quod fidelis Samuel propheta esset domini. Et addidit dominus ut appareret in Sylo. quoniam revelatus fuerat dominus Samueli in Sylo iuxta verbum domini. Et evenit sermo Samuelis universo Israheli.

Et factum est in diebus illis. convenerunt Philistiim ad pugnam. Egressusque est Israhel obviam Philistiim in proelium. et castrametatus est iuxta lapidem Adiutorii. Porro Philistiim venerunt in Afech. et instruxerunt aciem contra Israhel. Inito autem certamine terga vertit Israhel Philisteis. et caesa sunt in illo certamine passim per agros quasi quattuor milia virorum. et reversus est populus ad castra. Dixeruntque maiores natu de Israhel. Quare percussit nos dominus hodie coram Philistiim. Afferamus ad nos de Sylo archam foederis domini. et veniat in medium nostri ut salvet nos de manu inimicorum nostrorum. Misit ergo populus in Sylo. et tulerunt inde archam foederis domini exercituum sedentis super cherubim. eratque duo filii Heli cum archa foederis domini Ofni et Finees. Cumque venisset archa foederis domini in castra. vociferatus est omnis Israhel clamore grandi et personuit terra. Et audierunt Philistiim vocem clamoris dixeruntque. Quaenam est haec vox clamoris magni in castris Hebreorum. Et cognoverunt quod archa domini venisset in castra. Timueruntque Philistiim dicentes. Venit deus in castra. Et ingemuerunt dicentes. Vae nobis. non enim fuit tanta exultatio heri et nudius tertius. Vae nobis. Quis nos salvabit de manu deorum sublimium istorum. Hi sunt dii qui percusserunt Egyptum omni plaga in deserto. Confortamini et estote viri Philistiim. ne serviatis Hebreis sicut illi servierunt nobis. Confortamini et bellate. Pugnaverunt ergo Philistiim et caesus est Israhel. et fugit unusquisque in tabernaculum suum. Et facta est plaga magna nimis. et ceciderunt de Israhel XXX milia peditum. et archa dei capta est. duo quoque filii Heli mortui sunt Ofni et Finees.

Currens autem vir de Beniamin ex acie venit in Sylo in die illo scissa veste. et conspersus pulvere caput. Cumque ille venisset. Heli sedebat super sellam contra viam expectans. Erat enim cor eius pavens pro archa domini. Vir autem ille postquam ingressus est nuntiavit urbi. et ululavit omnis civitas. Et audivit Heli sonitum clamoris. dixitque. Quis est hic sonitus tumultus huius. At ille festinavit et venit. et nuntiavit Heli. Heli autem erat nonaginta et octo annorum. et oculi eius caligaverant et videre non poterat. Et dixit ad Heli. Ego sum qui veni de proelio. et ego qui de acie fugi hodie. Cui ille ait. Quid actum est fili mi. Respondens autem qui nuntiabat. Fugit inquit Israhel coram Philistiim. et ruina magna facta est in populo. insuper et duo filii tui mortui sunt Ofni et Finees. et archa dei capta est.

Cumque ille nominasset archam dei cecidit de sella retrorsum iuxta ostium. et fractis cervicibus mortuus est. Senex enim erat vir et grandaevus. et ipse iudicavit Israhel XL annis. Nurus autem eius uxor Finees pregnans erat vicinaque partui. Et audito nuntio quod capta esset archa dei. et mortuus esset socer eius. et vir suus. incurvavit se et peperit. Irruerant enim in eam dolores

subiti. In ipso autem momento mortis eius, dixerunt ei quae stabant circa eam: Ne timeas, quia filium peperisti. Quae non respondit eis, neque animadvertit. Et vocavit puerum hiccabod dicens: Translata est gloria dei de israhel, quia capta est archa dei. Et pro socero suo et pro viro suo ait: Translata est gloria dei ab israhel, eo quod capta esset archa dei.

Philistiim autem tulerunt archam dei, et asportaverunt eam a lapide adiutorii in azotum. Tuleruntque philistiim archam dei, et intulerunt eam in templum dagon, et statuerunt eam iuxta dagon. Cumque surrexissent diluculo azotii altera die, ecce dagon iacebat pronus in terra ante archam dei. Et tulerunt dagon, et restituerunt in locum suum. Rursumque mane die altero consurgentes, invenerunt dagon iacentem super faciem suam in terra coram archa domini. Caput autem dagon et duae palmae manuum eius abscisae erant super limen. Porro dagon truncus solus remanserat in loco suo. Propter hanc causam non calcant sacerdotes dagon et omnes qui ingrediuntur templum eius super limen dagon in azoto usque in hodiernum diem. Aggravata est autem manus domini super azotios, et demolitus est eos. Et ebullierunt villae et agri in medio regionis illius, et nati sunt mures, et facta est confusio mortis magnae in civitate. Et percussit eos in secretiori parte natium azotum et fines eius. Et percussit eos passione quam greci phenisium vocant. Videntes autem azotii huiuscemodi plagam, dixerunt: Non maneat archa dei israhel apud nos, quia dura est manus eius super nos, et super dagon deum nostrum. Et mittentes congregaverunt omnes satrapas philistinorum ad se, et dixerunt: Quid faciemus de archa dei israhel? Responderuntque gethei: Circumducatur archa dei israhel. Et circumduxerunt archam dei israhel. Illis autem circumducentibus eam, fiebat manus domini super singulas civitates interfectionis magnae nimis, et percutiebat viros uniuscuiusque urbis a parvo usque ad maiorem, et computrescebant prominentes extales eorum. Inieruntque getheii consilium, et fecerunt sibi sedes pellicias. Et miserunt archam dei in accaron. Cumque venisset archa dei in accaron, conclamaverunt accaronitae dicentes: Adduxerunt ad nos archam dei israhel, ut interficiat nos et populum nostrum. Miserunt itaque, et congregaverunt omnes satrapas philistinorum, qui dixerunt: Dimittite archam dei israhel, et revertatur in locum suum, et non interficiat nos cum populo nostro. Fiebat enim pavor mortis in singulis urbibus, et gravissima valde manus dei. Viri quoque qui mortui non fuerant, percutiebantur in secretiori parte natium, et ascendebat ululatus uniuscuiusque civitatis clamor in caelum.

Fuit ergo archa domini in regione philistinorum septem mensibus. Et vocaverunt philistiim sacerdotes et divinos dicentes: Quid faciemus de archa dei? Indicate nobis quomodo remittamus eam in locum suum. Qui dixerunt: Si remittitis archam dei israhel, nolite dimittere eam vacuam, sed quod debetis reddite ei pro peccato, et tunc curabimini, et scietis quare non recedat manus eius a vobis. Qui dixerunt: Quid est quod pro delicto reddere debeamus ei? Responderuntque illi: Iuxta numerum provinciarum philistinorum quinque anos aureos facietis, et quinque mures aureos, quia plaga una fuit omnibus vobis et satrapis vestris. Facietisque similitudines anorum vestrorum, et similitudinem murium qui demoliti sunt terram, et dabitis deo israhel gloriam, si forte relevet manum suam a vobis, et a diis vestris, et a terra vestra. Quare gravatis corda vestra, sicut gravavit aegyptus et pharao cor suum? Nonne postquam percussus est, tunc dimisit eos, et abierunt? Nunc ergo arripite et facite plaustrum novum, et duas vaccas fetas quibus non est impositum iugum iungite in plaustro, et recludite vitulos earum domi. Tolletisque archam domini, et ponetis in plaustro, et vasa aurea quae exsolvistis ei pro delicto ponetis in capsellam ad latus eius, et dimittite eam ut vadat. Et aspicietis: et si quidem per viam finium suorum ascenderit contra bethsames, ipse fecit vobis hoc malum grande; sin autem minime, sciemus quia nequaquam manus eius tetigit nos, sed casu accidit. Fecerunt ergo illi hoc modo, et tollentes duas vaccas quae lactabant vitulos, iunxerunt ad plaustrum, vitulosque earum concluserunt domi. Et posuerunt archam dei super plaustrum novum, et capsellam quae habebat mures aureos, et similitudines anorum. Ibant autem in directum vaccae per viam quae ducit bethsames, et iter unum gradiebantur pergentes et mugientes, et non declinabant neque ad dexteram neque ad sinistram. Sed et satrapae philistinorum sequebantur usque ad terminos bethsames. Porro bethsamitae metebant triticum in valle. Et elevantes oculos viderunt archam dei, et gavisi sunt cum vidissent. Et plaustrum venit in agrum iosue bethsamitae, et stetit ibi. Erat autem ibi lapis magnus, et conciderunt ligna plaustri, vaccasque imposuerunt super ea in holocaustum domino. Levitae autem deposuerunt archam dei, et capsellam quae erat iuxta eam in qua erant vasa aurea, et posuerunt super lapidem grandem. Viri autem bethsamitae obtulerunt holocausta et immolaverunt victimas in die illa domino. Et quinque satrapae philistinorum viderunt, et reversi sunt in accaron in die illa. Hi sunt autem ani aurei quos reddiderunt philistei pro delicto domino: Azotus unum, Gaza unum, Ascalon unum, Geth unum, Accaron unum. Et mures aureos secundum numerum urbium philistiim quinque provinciarum, ab urbe murata usque ad villam quae erat absque muro, et usque ad abel magnum, super quem posuerunt archam domini, quae erat usque in illa die in agro iosue bethsamitis. Percussit autem de viris bethsamitibus, eo quod vidissent archam domini, et percussit de populo septuaginta viros, et quinquaginta milia plebis. Luxitque populus, eo quod percussisset dominus plebem plaga magna. Et dixerunt viri bethsamitae: Quis poterit stare in conspectu domini dei sancti huius? Et ad quem ascendet a nobis? Miseruntque nuntios ad habitatores cariathiarim dicentes: Reduxerunt philistei archam domini, descendite et reducite eam ad vos.

Venerunt ergo viri cariathiarim, et reduxerunt archam domini, et intulerunt eam in domum aminadab in gabaa. Eleazarum autem filium eius sanctificaverunt ut custodiret archam domini.

Et factum est ex qua die mansit archa in cariathiarim, multiplicati sunt dies. Erat quippe iam annus vicesimus, et requievit omnis domus israhel post dominum. Ait autem samuel ad universam domum israhel dicens: Si in toto corde vestro revertimini ad dominum, auferte deos alienos de medio vestri, et astaroth, et praeparate corda vestra domino, et servite illi soli, et eruet vos de manu philistinorum. Abstulerunt ergo filii israhel baalim et astaroth, et servierunt domino soli. Dixit autem samuel: Congregate universum israhel in masphat, ut orem pro vobis dominum. Et convenerunt in masphat, hauseruntque aquam et effuderunt in conspectu domini, et ieiunaverunt in die illa, et dixerunt: Ibi peccavimus domino. Iudicavitque samuel filios israhel in masphat.

Et audierunt philistiim quod congregati essent filii israhel in masphat, et ascenderunt satrapae philistinorum ad israhel. Quod cum audissent filii israhel, timuerunt a facie philistinorum, dixeruntque ad samuel: Ne cesses pro nobis clamare ad dominum deum nostrum, ut salvet nos de manu philistinorum. Tulit autem samuel agnum unum lactentem, et obtulit holocaustum integrum domino. Et clamavit samuel ad dominum pro israhel, et exaudivit eum dominus. Factum est ergo cum samuel offerret holocaustum, philisteos inire proelium contra israhel. Intonuit autem dominus fragore magno in die illa super philisteos, et exterruit eos, et caesi sunt a filiis israhel. Egressique viri israhel de masphat persecuti sunt philisteos, et percusserunt eos usque ad locum qui erat subter bethchar. Tulit autem samuel lapidem unum, et posuit eum inter masphat et inter sen, et vocavit nomen loci illius lapis adiutorii. Dixitque: Hucusque auxiliatus est nobis dominus. Et humiliati sunt philistei, nec apposuerunt ultra ut venirent in terminos israhel. Facta est itaque manus domini cunctis diebus samuelis super philisteos. Et redditae sunt urbes quas tulerant philistiim ab israhel ab accaron usque geth et terminos suos. Liberavitque dominus israhel de manu philistinorum, eratque pax inter israhel et amorreum. Iudicabat quoque samuel israhel cunctis diebus vitae suae. Et ibat per singulos annos circumiens bethel, et galgala, et masphat, et iudicabat israhelem in supradictis locis. Revertebaturque in ramatha, ibi enim erat domus eius, et ibi iudicabat israhelem. Aedificavit etiam ibi altare domino.

Factum est autem cum senuisset samuel, posuit filios suos iudices israhel. Fuitque nomen filii eius primogeniti iohel, et nomen secundi abia, iudicum in bersabee. Et non ambulaverunt filii illius in viis eius, sed declinaverunt post avaritiam, acceperuntque munera, et perverterunt iudicium. Congregati ergo universi maiores natu de israhel venerunt ad samuel in ramatha, dixeruntque ei: Ecce tu senuisti, et filii tui non ambulant in viis tuis. Constitue nobis regem ut iudicet nos, sicut et universae habent nationes. Displicuitque sermo in oculis samuelis, eo quod dixissent: Da nobis regem ut iudicet nos. Et oravit samuel ad dominum. Dixit autem dominus ad samuelem: Audi vocem populi in omnibus quae loquuntur tibi. Non enim te abiecerunt, sed me ne regnem super eos. Iuxta omnia opera sua quae fecerunt a die qua eduxi eos de aegypto usque ad diem hanc, sicut dereliquerunt me et servierunt diis alienis, sic faciunt etiam tibi. Nunc ergo audi vocem eorum. Verumtamen contestare eos, et praedices ius regis qui regnaturus est super eos. Dixit itaque samuel omnia verba domini ad populum qui petierant a se regem.

Et ait: Hoc erit ius regis qui imperaturus est vobis: Filios vestros tollet, et ponet in curribus suis. Facietque sibi equites et praecursores quadrigarum suarum, et constituet sibi tribunos et centuriones, et aratores agrorum suorum, et messores segetum, et fabros armorum et curruum suorum. Filias quoque vestras faciet sibi unguentarias et focarias et panificas. Agros quoque vestros et vineas et oliveta optima tollet, et dabit servis suis. Sed et segetes vestras et vinearum reditus addecimabit, ut det eunuchis et famulis suis. Servos etiam vestros et ancillas et iuvenes optimos et asinos auferet, et ponet in opere suo. Greges quoque vestros addecimabit, vosque eritis ei servi. Et clamabitis in die illa a facie regis vestri quem elegistis vobis, et non exaudiet vos dominus in die illa, quia petistis vobis regem. Noluit autem populus audire vocem samuelis, sed dixerunt: Nequaquam. Rex enim erit super nos, et erimus nos quoque sicut omnes gentes, et iudicabit nos rex noster, et egredietur ante nos, et pugnabit bella pro nobis. Et audivit samuel omnia verba populi, et locutus est ea in auribus domini. Dixit autem dominus ad samuelem: Audi vocem eorum, et constitue super eos regem. Et ait samuel ad viros israhel: Vadat unusquisque in civitatem suam.

Et erat vir de beniamin nomine cis, filius abiel, filii seror, filii bechora, filii aphia, filii viri iemini, fortis robore. Et erat ei filius vocabulo saul, electus et bonus, et non erat vir de filiis israhel melior illo. Ab humero et sursum eminebat super omnem populum. Perierant autem asinae cis patris saul. Et dixit cis ad saul filium suum: Tolle tecum unum de pueris, et exsurgens vade et quaere asinas. Qui cum transissent per montem effraim, et per terram salisa, et non invenissent, transierunt etiam per terram salim, et non erant. Sed et per terram iemini, et minime reppererunt. Cum autem venissent in terram suph, et non invenissent, dixit saul ad puerum qui erat cum eo: Veni, et revertamur, ne forte dimiserit pater meus asinas et sollicitus sit pro nobis. Qui ait: Ecce est vir dei in civitate hac, vir nobilis; omne quod loquitur, absque ambiguitate venit. Nunc ergo eamus illuc, si forte indicet nobis de via nostra propter quam venimus. Dixitque saul ad puerum suum: Ecce ibimus. Quid feremus ad virum dei? Panis defecit in sitarciis nostris, et sportulam non habemus ut demus homini dei, nec quicquam aliud. Rursum puer respondit sauli, et ait: Ecce inventa est in manu mea quarta pars stateris argenti; demus homini dei, ut indicet nobis viam nostram. Olim in israhel sic loquebatur unusquisque vadens consulere dominum: Venite, et eamus ad videntem. Qui enim propheta dicitur hodie, vocabatur olim videns. Et dixit saul ad

66. puerum suum: Optimus sermo tuus; veni, eamus. Et ierunt in civitatem in qua erat vir dei. Cumque ascenderent clivum civitatis, invenerunt puellas egredientes ad hauriendam aquam, et dixerunt eis: Num hic est videns? Quae respondentes dixerunt eis: Hic est; ecce ante te, festina nunc. Hodie enim venit in civitatem, quia sacrificium est hodie populi in excelso. Ingredientes urbem statim invenietis eum, antequam ascendat excelsum ad vescendum. Neque enim comesurus est populus donec ille veniat, quia ille benedicet hostiae, et deinceps comedunt qui vocati sunt. Nunc ergo conscendite, quia hodie reperietis eum. Et ascenderunt in civitatem. Cumque illi ambularent in medio urbis, apparuit samuel egrediens obviam eis, ut ascenderet in excelsum. Dominus autem revelaverat auriculam samuelis ante unam diem quam veniret saul, dicens: Hac ipsa quae nunc est hora, cras mittam ad te virum de terra beniamin, et unges eum ducem super populum meum israhel, et salvabit populum meum de manu philistinorum, quia respexi populum meum. Venit enim clamor eorum ad me. Cumque aspexisset samuel saulem, dominus ait ei: Ecce vir quem dixeram tibi; iste dominabitur populo meo. Accessit autem saul ad samuelem in medio portae et ait: Indica oro mihi ubi est domus videntis. Et respondit samuel sauli dicens: Ego sum videns. Ascende ante me in excelsum, ut comedatis mecum hodie, et dimittam te mane; et omnia quae sunt in corde tuo indicabo tibi. Et de asinis quas perdidisti nudius tertius, ne sollicitus sis, quia inventae sunt. Et cuius erunt optima quaeque israhel? Nonne tibi et omni domui patris tui? Respondens autem saul ait: Numquid non filius iemini ego sum, de minima tribu israhel, et cognatio mea novissima inter omnes cognationes de tribu beniamin? Quare ergo locutus es mihi sermonem istum?

Assumens itaque samuel saulem et puerum eius, introduxit eos in tri

triclinium et dedit eis locum in capite eorum qui fuerant inuitati. Erant autem quasi triginta uiri. Dixitque samuel coco: Da partem quam dedi tibi et praecepi ut reponeres seorsum apud te. Leuauit autem cocus armum et posuit ante saul. Dixitque samuel: Ecce quod remansit pone ante te et comede, quia de industria seruatum est tibi, quando populum uocaui. Et comedit saul cum samuele in die illa. Et descenderunt de excelso in oppidum, et locutus est cum saul in solario. Strauitque saul et dormiuit. Cumque mane surrexissent, et iam mane illucesceret, uocauit samuel saul in solarium dicens: Surge ut dimittam te. Et surrexit saul, egressique sunt ambo, ipse uidelicet et samuel. Cumque descenderent in extrema parte ciuitatis, samuel dixit ad saul: Dic puero ut antecedat nos et transeat; tu autem subsiste paulisper, ut indicem tibi uerbum domini.

Tulit autem samuel lenticulam olei et effudit super caput eius, et deosculatus eum ait: Ecce unxit te dominus super hereditatem suam in principem, et liberabis populum eius de manibus inimicorum eius qui in circuitu eius sunt, quia unxit te deus in principem. Cumque abieris hodie a me, inuenies duos uiros iuxta sepulchrum rachel in finibus beniamin in meridie salientes magnas foueas, dicentque tibi: Inuentae sunt asinae ad quas ieras perquirendas, et intermissis pater tuus asinis sollicitus est pro uobis et dicit: Quid faciam de filio meo? Cumque abieris inde et ultra transieris, et ueneris ad quercum thabor, inuenient te ibi tres uiri ascendentes ad deum in bethel, unus portans tres hedos, et alius tres tortas panis, et alius portans lagenam uini. Cumque te salutauerint, dabunt tibi duos panes, et accipies de manu eorum. Post haec uenies in collem domini, ubi est statio philistinorum. Et cum ingressus fueris ibi urbem, obuium habebis gregem prophetarum descendentium de excelso, et ante eos psalterium et tympanum et tibiam et citharam, ipsosque prophetantes. Et insiliet in te spiritus domini, et prophetabis cum eis, et mutaberis in uirum alium. Quando ergo euenerint signa haec omnia tibi, fac quaecumque inuenerit manus tua, quia dominus tecum est. Et descendes ante me in galgala. Ego quippe descendam ad te, ut offeras oblationem et immoles uictimas pacificas. Septem diebus expectabis donec ueniam ad te et ostendam tibi quid facias. Itaque cum auertisset humerum suum ut abiret a samuele, inmutauit ei deus cor aliud, et uenerunt omnia signa haec in die illa. Veneruntque ad praedictum collem, et ecce cuneus prophetarum obuius ei. Et insiliuit super eum spiritus domini, et prophetauit in medio eorum. Videntes autem omnes qui nouerant eum heri et nudius tertius quod esset cum prophetis et prophetaret, dixerunt ad inuicem: Quaenam res accidit filio cis? Numquid et saul inter prophetas? Responditque alius ad alium dicens: Et quis pater eius? Propterea uersum est in prouerbium: Num et saul inter prophetas? Cessauit autem prophetare, et uenit ad excelsum. Dixit autem patruus saul ad eum et ad puerum eius: Quo abistis? Qui responderunt: Quaerere asinas. Quas cum non repperissemus, uenimus ad samuelem. Et dixit ei patruus suus: Indica mihi quid dixerit tibi samuel. Et ait saul ad patruum suum: Indicauit nobis quia inuentae essent asinae. De sermone autem regni non indicauit ei quem locutus fuerat ei samuel. Et conuocauit samuel populum ad dominum in masphat, et ait ad filios israhel: Haec dicit dominus deus israhel: Ego eduxi israhel de aegypto, et erui uos de manu aegyptiorum et de manu omnium regum qui affligebant uos. Vos autem proiecistis hodie dominum deum uestrum, qui solus saluauit uos de uniuersis malis et tribulationibus uestris, et dixistis: Nequaquam, sed regem constitue super nos. Nunc ergo state coram domino per tribus uestras et per familias. Et applicuit samuel omnes tribus israhel, et cecidit sors tribus beniamin. Et applicuit tribum beniamin et cognationes eius, et cecidit cognatio metri, et peruenit usque ad saul filium cis. Quaesierunt ergo eum, et non est inuentus. Et consuluerunt post haec dominum utrumnam uenturus esset illuc. Responditque dominus: Ecce absconditus est domi. Cucurrerunt itaque et tulerunt eum inde. Stetitque in medio populi, et altior fuit uniuerso populo ab humero et sursum. Et ait samuel ad omnem populum: Certe uidetis quem elegit dominus, qui non sit similis ei in omni populo. Et clamauit cunctus populus et ait: Viuat rex. Locutus est autem samuel ad populum legem regni, et scripsit in libro, et reposuit coram domino. Et dimisit samuel omnem populum singulos in domum suam. Sed et saul abiit in domum suam in gabaath, et abiit cum eo pars exercitus, quorum tetigerat deus corda. Filii uero belial dixerunt: Num saluare nos poterit iste? Et despexerunt eum, et non attulerunt ei munera. Ille uero dissimulabat se audire.

Et factum est quasi post mensem, ascendit naas ammonites et pugnare coepit contra iabes galaad. Dixeruntque omnes uiri iabes ad naas: Habeto nos foederatos, et seruiemus tibi. Et respondit ad eos naas ammonites: In hoc feriam uobiscum foedus, ut eruam omnium uestrum oculos dextros, ponamque uos obprobrium in uniuerso israhel. Et dixerunt ad eum seniores iabes: Concede nobis septem dies, ut mittamus nuntios ad uniuersos terminos israhel; et si non fuerit qui defendat nos, egrediemur ad te. Venerunt ergo nuntii in gabaath saulis, et locuti sunt uerba audiente populo. Et leuauit omnis populus uocem suam et fleuit. Et ecce saul ueniebat sequens boues de agro, et ait: Quid habet populus quod plorat? Et narrauerunt ei uerba uirorum iabes. Et insiliuit spiritus domini in saul cum audisset uerba haec, et iratus est furor eius nimis. Et assumens utrumque bouem concidit in frusta, misitque in omnes terminos israhel per manus nuntiorum dicens: Quicumque non exierit secutusque fuerit saul et samuelem, sic fiet bubus eius. Inuasit ergo timor domini populum, et egressi sunt quasi uir unus. Et recensuit eos in bezech. Fueruntque filiorum israhel trecenta milia, uirorum autem iuda triginta milia. Et dixerunt nuntiis qui uenerant: Sic dicetis uiris qui sunt in iabes galaad: Cras erit uobis salus cum incaluerit sol. Venerunt ergo nuntii et annuntiauerunt uiris iabes, qui laetati sunt et dixerunt: Mane exibimus ad uos, et facietis nobis omne quod placuerit uobis. Et factum est cum uenisset dies crastinus, constituit saul populum in tres partes. Et ingressus est media castra in uigilia matutina, et percussit ammon usque dum incalesceret dies. Reliqui autem dispersi sunt ita ut non relinquerentur in eis duo pariter. Et ait populus ad samuelem: Quis est iste qui dixit: Saul non regnabit super nos? Date uiros, et interficiemus eos. Et ait saul: Non occidetur quisquam in die hac, quia hodie fecit dominus salutem in israhel. Dixit autem samuel ad populum: Venite et eamus in galgala, et innouemus ibi regnum. Et perrexit omnis populus in galgala, et fecerunt ibi regem saul coram domino in galgala, et immolauerunt ibi uictimas pacificas coram domino. Et laetatus est saul et cuncti uiri israhel nimis.

Dixit autem samuel ad uniuersum israhel: Ecce audiui uocem uestram iuxta omnia quae locuti estis ad me, et constitui super uos regem. Et nunc rex graditur ante uos. Ego autem senui et incanui; porro filii mei uobiscum sunt. Itaque conuersatus coram uobis ab adolescentia mea usque ad hanc diem, ecce praesto sum. Loquimini de me coram domino et christo eius, utrum bouem cuiusquam tulerim aut asinum, si quempiam calumniatus sum, si oppressi aliquem, si de manu cuiusquam munus accepi, et contemnam illud hodie restituamque uobis. Et dixerunt: Non es calumniatus nos, neque oppressisti, neque tulisti de manu alicuius quippiam. Dixitque ad eos: Testis dominus aduersum uos, et testis christus eius in die hac, quia non inueneritis in manu mea quippiam. Et dixerunt: Testis. Et ait samuel ad populum: Dominus qui fecit moysen et aaron et eduxit patres nostros de terra aegypti adest. Nunc ergo state ut iudicio contendam aduersum uos coram domino de omnibus misericordiis domini quas fecit uobiscum et cum patribus uestris. Quomodo ingressus est iacob in aegyptum, et clamauerunt patres nostri ad dominum, et misit dominus moysen et aaron et eduxit patres uestros ex aegypto, et collocauit eos in loco hoc. Qui obliti sunt domini dei sui, et tradidit eos in manu sisarae magistri militiae asor, et in manu philistinorum, et in manu regis moab, et pugnauerunt aduersus eos. Postea autem clamauerunt ad dominum et dixerunt: Peccauimus quia dereliquimus dominum et seruiuimus baalim et astaroth. Nunc ergo erue nos de manu inimicorum nostrorum, et seruiemus tibi. Et misit dominus hierobaal et badan et barach et iepte, et eruit uos de manu inimicorum uestrorum per circuitum, et habitastis confidenter. Videntes autem quod naas rex filiorum ammon uenisset aduersum uos, dixistis mihi: Nequaquam, sed rex imperabit nobis, cum dominus deus uester regnaret in uobis. Nunc ergo praesto est rex uester quem elegistis et petistis. Ecce dedit uobis dominus regem. Si timueritis dominum et seruieritis ei, et audieritis uocem eius, et non exasperaueritis os domini, eritis et uos et rex qui imperat uobis sequentes dominum deum uestrum. Si autem non audieritis uocem domini, sed exasperaueritis sermonem domini, erit manus domini super uos et super patres uestros. Sed et nunc state et uidete rem istam grandem quam facturus est dominus in conspectu uestro. Numquid non messis tritici est hodie? Inuocabo dominum et dabit uoces et pluuias, et scietis et uidebitis quia grande malum feceritis uobis in conspectu domini, petentes super uos regem. Et clamauit samuel ad dominum, et dedit dominus uoces et pluuias in die illa. Et timuit omnis populus nimis dominum et samuelem. Dixitque uniuersus populus ad samuelem: Ora pro seruis tuis ad dominum deum tuum, ut non moriamur. Addidimus enim uniuersis peccatis nostris malum, ut peteremus nobis regem. Dixit autem samuel ad populum: Nolite timere. Vos fecistis uniuersum malum hoc; uerumtamen nolite recedere a tergo domini, sed seruite domino in omni corde uestro. Et nolite declinare post uana quae non proderunt uobis neque eruent uos, quia uana sunt. Et non derelinquet dominus populum suum propter nomen suum magnum, quia iurauit dominus uos facere sibi populum. Absit autem a me hoc peccatum in domino ut cessem orare pro uobis, et docebo uos uiam bonam et rectam. Igitur timete dominum et seruite ei in ueritate ex toto corde uestro. Vidistis enim magnifica quae in uobis gesserit. Quod si perseueraueritis in malitia, et uos et rex uester pariter peribitis. Filius unius anni erat saul cum regnare coepisset, duobus autem annis regnauit super israhel. Et elegit sibi saul tria milia de israhel. Et erant cum saule duo milia in machmas et in monte bethel, mille autem cum ionatha in gabaa beniamin. Porro ceterum populum remisit unumquemque in tabernacula sua.

Et percussit ionathas stationem philistinorum quae erat in gabaa. Quod cum audissent philistiim, saul cecinit bucina in omni terra dicens: Audiant hebraei. Et uniuersus israhel audiuit huiuscemodi famam: Percussit saul stationem philistinorum, et erexit se israhel aduersus philistiim. Clamauit ergo populus post saul in galgala. Et philistiim congregati sunt ad proeliandum contra israhel, triginta milia curruum et sex milia equitum, et reliquum uulgus sicut arena quae est in litore maris plurima. Et ascendentes castrametati sunt in machmas ad orientem bethauen. Quod cum uidissent uiri israhel se in arto positos, afflictus enim erat populus, absconderunt se in speluncis et in abditis, in petris quoque et in antris et in cisternis. Hebraei autem transierunt iordanem in terram gad et galaad. Cumque adhuc esset saul in galgala, uniuersus populus perterritus est qui sequebatur eum. Et expectauit septem diebus iuxta placitum samuelis, et non uenit samuel in galgala, dilapsusque est populus ab eo. Ait ergo saul: Afferte mihi holocausta et pacifica. Et obtulit holocaustum. Cumque complesset offerens holocaustum, ecce samuel ueniebat. Et egressus est saul obuiam ei ut salutaret eum. Locutusque est ad eum samuel: Quid fecisti? Respondit saul: Quia uidi quod dilaberetur populus a me, et tu non ueneras iuxta placitos dies, porro philistiim congregati fuerant in machmas, dixi: Nunc descendent philistiim ad me in galgala, et faciem domini non placaui. Necessitate compulsus obtuli holocaustum. Dixitque samuel ad saul: Stulte egisti, nec custodisti mandata domini dei tui quae praecepit tibi. Quod si non fecisses, iam nunc praeparasset dominus regnum tuum super israhel in sempiternum. Sed nequaquam regnum tuum ultra consurget. Quaesiuit dominus sibi uirum iuxta cor suum, et praecepit ei dominus ut esset dux super populum suum, eo quod non seruaueris quae praecepit dominus. Surrexit autem samuel et ascendit de galgalis in gabaa beniamin. Et reliqui populi ascenderunt post saul obuiam populo qui expugnabant eos uenientes ex galgala in gabaa in colle beniamin. Et recensuit saul populum qui inuenti fuerant cum eo quasi sescentos uiros. Et saul et ionathan filius eius, populusque qui inuentus fuerat cum eis, castra metati sunt in gabaa beniamin. Porro philistiim consederant in machmas. Et egressi sunt ad praedandum de castris philistiim tres cunei. Vnus cuneus pergebat contra uiam ephra ad terram sual. Porro alius ingrediebatur per uiam bethoron. Tertius autem uerterat se ad iter termini imminentis ualli seboim contra desertum. Porro faber ferrarius non inueniebatur in omni terra israhel. Cauerant enim philistiim ne forte facerent hebraei gladium aut lanceam. Descendebat ergo omnis israhel ad philistiim, ut exacueret unusquisque uomerem suum et ligonem et securim et sarculum. Retunsae itaque erant acies uomerum et ligonum et tridentum et securium usque ad stimulum corrigendum. Cumque uenisset dies proelii, non est inuentus ensis et lancea in manu totius populi qui erat cum saul et cum ionatha, excepto saul et ionatha filio eius. Egressa est autem statio philistiim ut transcenderet in machmas.

Et accidit quadam die ut diceret ionathas filius saul ad adoles-

centem armigerum suum. Veni & transeamus ad stationem philistiim. que e trans locum illum. Patri autem suo hoc ipsu n indicauit. Porro saul morabat in extrema parte gabaa sub malo granato que erat i agro. & erat pplo cum eo quasi sexcen torum uiror. & achimaas filius achitob fris hicabod filii finees qui ortus fuerat ex heli sacerdote di in silo portabat ephod.
Sed & ppls ignorabat q isset ionathas. Erat autem inter ascensus p quos nitebat ionathas transire ad stationem philistinorum eminentes petre ex utraq: parte. & quasi in modum dentium scopuli hinc & inde prerupti. nomen uni boses. & nomen alteri sene: Unus scopulus pminens ad aquilone ex aduerso machmas. & alter ad meridie contra gabaa. Dixit autem ionathas ad adolescentem armigerum suum. Veni transeamus ad stationem incircumcisorum hor si forte faciat dominus pro nob. quia n est domino difficile saluare uel in multis. uel in paucis. Dixit q: ei armiger suus. Fac omnia que placent animo tuo. Pge quo cupis & ero tecum ubicumq: uolueris.
Et ait ionathas. Ecce nos transimus ad uiros istos. Cumq: adppinquauerimus eis. si talit locuti fuerint ad nos. manete donec ueniamus ad uos. stemus in loco nro nec ascendamus ad eos. Si autem dixerint ascendite ad nos ascendamus quia tradidit eos dns in manib: nris. Hoc erit nob signum. Apparuit g uterq: stationi philistinorum. Dixeruntq: philistiim. En hebrei egrediuntur de cauernis in quib: absconditi fuerant. Et locuti sunt uiri de statione ad ionathan. & ad armigerum suum dixerunt q: Ascendite ad nos. & ostendemus uob rem. Et ait ionathas ad armigerum suum. Ascendamus. Sequere me. tradidit enim eos dominus in manus isrl. Ascendit autem ionathas reptans manib: & pedib: & armiger ei post eum. Et cum uidissent faciem ionathe alii cadebant ante ionathan. alios interficiebat armiger ei sequens eu. Et facta e plaga prima. qua pcussit ionathas & armiger eius. quasi xx uiror in media parte agri. qua par boum in die arare consueuit.
Et factum est miraculum in castris p agros. Sed & omnis ppls stationis eorum qui ierant ad predandum obstupuit. & conturbata sunt castra. Et accidit quasi miraculum a deo. Et respexerunt speculatores saul qui erant in gabaa beniamin. & ecce multitudo pstrata. & huc illucq: diffugiens. Et ait saul pplo qui erat cum eo. Requirite & uidete quis abierit ex nobis. Cumq: requisissent. repertum est n adesse ionathan & armigerum eius.
Et ait saul ad achiam. Applica archa di. Erat enim ibi archa di in die illa cum filiis isrl. Cumq: loqueret saul ad sacerdotem. tumult magnus exortus est in castris philistinorum. Crescebatq: paulatim. & clarius reboabat. Et ait saul ad sacerdotem. Contrahe manu tua. Conclamauit g saul & omis ppls q erat cum eo. & uenerunt usq: ad locum certaminis. Et ecce uersus fuerat gladius uniuscuiusq: ad pximum suu. & cedes magna nimis. Sed & hebrei q fuerant cum philistiim heri & nudius tertius ascenderantq: cum eis in castris. reuersi sunt ut essent cu isrl qui erant cum saul & ionatha. Omis qq: isrlite qui se absconderant in monte effraim audientes q d fugissent philistiim. sociauerunt se cum suis in prelio. Et erant cum saul q si decem milia uiror. & saluauit dominus in die illa isrl. Pugna autem puenit usq: ad bethauen. & uir isrl sociat e sibi in die illa. Adiurauit autem saul pplm dicens. Maledictus uir qui comederit pane usq: ad uespam. donec ulciscar de inimicis meis. Et n manducauit uniuersus ppls pane. Omneq: terre uulgus uenit in saltum i q erat mel sup facie agri. Ingressus est itaq: ppls saltum. & apparuit fluens mel. Nullusq: applicuit manum ad os suum. timebat enim ppls iuramentum. Porro ionathas n audierat cu adiuraret pater ei pplm. Extenditq: summitate uirgule qua habebat in manu. & intinxit in fauum mellis. & conuertit manu sua ad os suum. & illuminati sunt oculi ei. Respondensq: unus de pplo ait. Iure iurando constrinxit pat tuus pplm dicens. Maledictus qui comederit pane hodie. Defecerat autem ppls. Dixitq: ionathan. Turbauit pat meus terram. Vidistis ipsi quia illuminati sunt oculi mei. eo q d gustauerim paululu de melle isto. quanto magis si comedisset ppls de preda inimicor suor qua reppit. Nonne maior plaga facta esset in philistiim.
Pcusserunt g in die illa philisteos a machmas usq: in haialon. Defatigat e st autem ppls nimis. & uersus ad predam tulit oues & boues & uitulos & mactauerunt in terra. comeditq: ppls cu sanguine. Nunciauerunt autem saul dicentes. q d ppls peccasset domino comedentes cu sanguine. Qui ait. Preuaricati estis. Voluite ad me iam nunc saxum grande. Et dixit saul. Dispgimini in uulgus & dicite eis. ut adducat ad me unusquisq: boue suum & arietem. & occidite sup istud & uescimini. & n peccabitis domino comedentes cu sanguine. Adduxit itaq: omis ppls unusquisq: boue in manu sua usq: ad nocte. & occiderunt ibi.
Edificauit autem saul altare domino. tuncq: primu cepit edificare altare domini. Et dixit saul. Irruamus sup philistiim nocte. & uastemus eos usq: dum illucescat mane nec relinquam ex eis uiru. Dixitq: ppls. Omne q d bonum uidetur in oculis tuis fac. Et ait sacerdos. Accedamus huc ad dnm. Et consuluit saul dnm dicens. Num psequar philistiim. si trades eos in manu isrl.
Et n respondit ei in die illa. Dixitq: saul. Applicate huc uniuersos angulos ppli. & scitote & uidete p quem acciderit peccatum hoc hodie. Viuit dominus saluator isrl. quia si p ionathan filium meu factum e. absq: retractatione morietur. Ad quod nullus contradixit ei de omi pplo. Et ait ad uniuersum isrl. Separamini uos in parte unam. & ego cum ionatha filio meo ero in parte altera. Respondit q: ppls ad saul. Q d bonu uidetur in oculis tuis fac. Et dixit saul ad dnm. Domine ds isrl da iudicium. Quid est q d n responderis seruo tuo hodie. Si in me aut in ionatha filio meo est hec iniquitas. da ostensione. aut si hec est in pplo tuo hec iniquitas. da scitatem. Et depḥensus e ionathas & saul. Populus autem exiuit. Et ait saul. Mittite sortem int me & ionathan filium meu. Et captus est ionathas. Dixit autem saul ad ionathan. Indica m quid feceris. Et indicauit ei ionathas & ait. Gustans gustaui in summitate uirge que erat in manu mea paululum mellis. & ecce ego morior. Et ait saul. Hec faciat m ds & hec addat quia morte morieris ionatha. Dixitq: ppls ad saul. Ergone ionathas morietur q fecit salute hanc magna in isrl. Hoc nefas est. Viuit dominus si ceciderit capillus de capite ei in terram. quia cu deo opat est hodie. Liberauit g ppls ionathan ut n moreretur. Recessitq: saul nec psecutus e philistiim. Porro philistiim abierunt i loca sua.
Et saul confirmato in regno sup isrl pugnabat p circuitu aduersus omnes inimicos ei. contra moab & filios ammon & edom. & reges soba. & philisteos. & quocumq: se uerterat superabat. Congregatoq: exercitu pcussit amalech. & eruit isrl de manu uastator ei. Fuerunt autem filii saul ionathas. & iesui. & melchisua. Nomina duaru filiarum ei. nomen primogenite merob. & nomen minoris michol. Et nomen uxoris saul achinoem filia achimaas. Et nomen principis milicie eius abner filius ner patruelis saul. Porro cis fuerat pat saul. & ner pat abner filius abiel. Erat autem bellum potens aduersum philisteos omnib: dieb: uite saul. nam quecumq: uiderat saul uirum fortem & aptum ad prelium. sociabat eum sibi. Et dixit samuel ad saul. Me misit dominus ut ungere te in rege sup pplm eius isrl. Nunc g audi uocem domini.
Hec dicit dominus exercituum. Recensui quecumq: fecit amalech israheli. quomodo restitit ei in uia cum ascenderet de egypto. Nunc g uade & pcute amalech. & demolire uniuersa ei. Non parcas ei. & n concupisces ex rebus ipsius aliquid sed interfice a uiro usq: ad mulierem. & paruulum usq: ad lactentem. boue & oue. camelu & asinum. Precepit itaq: saul pplo & recensuit eos quasi agnos ducenta milia peditum. & decem milia uiror iuda. Cumq: uenisset saul ad ciuitate amalech. tetendit insidias in torrente: Dixitq: saul cyneo. Abite recedite atq: discedite ab amalech ne forte inuoluam te cum eo. Tu enim fecisti misericordiam cu omib: filiis isrl cum ascenderent de egypto. Et recessit cyneus de medio amalech. Pcussitq: saul amalech ab euilach donec ueniret assur que est e regione egypti. & appḥendit agag rege amalech uiuum. omne autem uulgus interfecit i ore gladii. Et pepercit saul & ppls agag & optimis gregib: ouium & armentor & uestib: & arietib: & uniuersis que pulchra erant. nec uoluerunt disperdere ea. quicq d u uile fuit & reprobum. hoc demoliti sunt.

Factum est autem uerbum domini ad samuel dicens. Penitet me q d constituerim saul rege quia dereliquit me & uerba mea ope n impleuit. Contristatusq: est samuel. & clamauit ad dominum tota nocte. Cumq: de nocte surrexisset samuel ut iret ad saul mane. nunciatum est samueli q d uenisset saul in carmelo. & erexisset ibi fornicem triumphalem: & reuersus transisset & descendisset q: in galgala. Venit g samuel ad saul. & saul offerebat holocaustum domino de initiis predarum quas attulerat ex amalech. Et cum uenisset samuel ad saul. dixit ei saul. Benedictus tu domino. impleui uerbu domini. Dixitq: samuel. Et que est hec uox gregum que resonat in aurib: meis & armentor qua ego audio. Et ait saul. De amalech adduxerunt ea. Pepercit enim ppls melioribus ouib: & armentis ut immolarentur domino. reliqua u occidim. Ait autem samuel ad saul. Sine me & indicabo t que locut sit dominus ad me nocte. Dixitq: ei. Loquere. Et ait samuel. Nonne cum paruulus esses in oculis tuis. caput in tribub: isrl fact es. Vnxitque te dominus in rege sup isrl. & misit te dominus in uia & ait. Vade interfice peccatores amalech. & pugnabis contra eos usq: ad internitione eor. Quare n audisti uoce domini sed uersus es ad predam. & fecisti malum in oculis domini. Et ait saul ad samuelem. Immo audiui uoce domini & ambulaui in uia p qua misit me dominus. & adduxi agag rege amalech. & amalech interfeci. Tulit autem ppls de preda oues & boues primicias eor que cesa sunt. ut immolaret domino do suo i galgalis. Et ait samuel. Numquid uult ds holocausta & uictimas. & n potius obediat uoci domini. Melior est enim obedientia quam uictime. & auscultare mag quam offerre adipe arietu. quoniam quasi peccatum ariolandi est repugnare. & quasi scelus ydolatrie nolle acquiescere. Pro eo g q d abiecisti sermone domini. abiecit te dominus ne sis rex. Dixitq: saul ad samuele. Peccaui quia puaricat sum sermone domini. & uerba tua. timens pplm & obediens uoci eor. Sed nunc porta queso peccatum meum. & reuertere mecum ut adorem dominum. Et ait samuel ad saul. Non reuertar tecum quia piecisti sermone domini. & piecit te dominus ne sis rex sup isrl. Et conuersus e samuel ut abiret. Ille autem appḥendit summitate pallii ei. que scissa est. Et ait ad eum samuel. Scidit dominus regnum isrl a te hodie. & tradidit illud pximo tuo meliori te. Porro triumphator in isrl n parcet. & penitudine n flectetur. neq: enim e homo ut agat penitentiam. At ille ait. Peccaui. sed nunc honora me coram senorib: ppli mei. & coram isrl & reuertere mecu ut adore dnm dm tuum. Reuersus g samuel secut est saulem & adorauit dominu. Dixitq: samuel. Adducite ad me agag rege amalech. Et oblat e agag pinguissimus tremens. Et dixit agag. Sicine separat amara mors. Et ait samuel. Sic fecit absq: liberis mulieres gladius tuus. sic absq: liberis erit int mulieres mat tua. Et in frusta concidit eum samuel cora dno i galgalis. Abiit autem samuel in ramatha. saul u ascendit in domu i gabaath. Et n uidit ultra samuel saul usq: ad diem mortis sue. Verumtamen lugebat samuel saul. quia dominu penitebat q d constituisset sup isrl. Dixit dominus ad samuel. Usq: quo tu luges saul cum ego piecerim eum ne regnet sup isrl. Imple cornu tuum oleo. & ueni ut mittam te ad ysai bethleemitem. puidi enim in filiis ei m regem. Et ait samuel. Quomodo uadam. Audiet enim saul & interficiet me. Et ait dns. Vitulum de armento tolles in manu tua. & dices. Ad immolandum domino ueni. Et uocabis ysai ad uictima. & ego ostendam
67. tibi quid facias. & ungues quemcumq: monstrauero t. Fecit g samuel. sicut locut est ei dominus. Venitq: in bethleem & ammirati sunt seniores ciuitatis. occurrentesq: ei dixerunt. Pacificusne est ingressus tuus. Et ait. Pacificus. Ad immolandum domino ueni. Sanctificamini. uenite mecu ut immolem. Sanctificauit g ysai & filios eius. & uocauit eos ad sacrificium. Cumq: ingressi essent uidit heliab & ait. Num coram domino est xpc ei. Et dixit dominus ad samuel. Ne respicias uultum eius. neq: altitudine stature ei. qm abieci eum. nec iuxta intuitum hominis iudico. Homo enim uidet ea que parent. dominus autem intuet cor. Et uocauit ysai aminadap. & adduxit eum coram samuel. Qui dixit. Nec hunc elegit dns. Adduxit autem ysai semmaa. de quo ait. Etiam hunc non elegit dominus. Adduxit itaq: ysai septe filios suos cora samuel. Et ait samuel ad ysai. Non elegit dominus ex istis. Dixitq: samuel ad ysai. Numquid iam completi sunt filii. Qui respondit. Adhuc reliquus e paruulus. & pascit oues. Et ait samuel. Mitte & adduc eum. Neq: enim discumbemus priusquam ille huc ueniat ad immolandum domino. Misit g & adduxit eu.

Erat autem rufus et pulcher aspectu decoraque facie. Et ait dominus.
Surge et unge eum. ipse est enim. Tulit ergo samuel cornu
olei. et unxit eum in medio fratrum eius. et directus est spiritus domini
in david in die illa et in reliquum. Surgensque samuel abiit in
ramatha. Spiritus autem domini recessit a saul. et exagitabat eum spiritus
nequam a domino. Dixeruntque servi saul ad eum. Ecce spiritus dei malus
exagitat te. iubeat dominus noster et servi tui qui coram te sunt. ut
querant hominem scientem psallere cythara. ut quando te arripu-
erit spiritus domini malus psallat manu sua et levius feras. Et ait
saul ad servos suos. Providete ergo mihi aliquem bene psallentem et ad-
ducite eum ad me. Et respondens unus de pueris ait. Ecce
vidi filium ysai bethleemitem scientem psallere. et fortissimum
robore. et virum bellicosum et prudentem in verbis. et virum
pulchrum. et dominus est cum eo. Misit ergo saul nuntios ad
ysai dicens. Mitte ad me david filium tuum qui est in pascuis.
Tulitque ysai asinum plenum panibus et lagenam vini. et hedum
de capris unum. et misit per manum david filii sui sauli. Et venit
david ad saul. et stetit coram eo. At ille dilexit eum nimis. et
factus est eius armiger. Misitque saul ad ysai dicens. Stet david
in conspectu meo. invenit enim gratiam in oculis meis. Igitur
quandocumque spiritus dei malignus arripiebat saul. tollebat david
cytharam et percutiebat manu sua. et refocilabatur saul. et levius
habebat. recedebat enim spiritus malus ab eo.

Congregantes vero philistiim agmina in prelium. convenerunt in sochot
iude. et castrametati sunt inter sochot et azecha in finibus domim.
Porro saul et viri israhel congregati venerunt in valle therebinti. et
direxerunt aciem ad pugnandum contra philistiim. Et philistiim
stabant super montem ex parte hac. et israhel stabat super montem ex
altera parte. vallisque erat inter eos. Et egressus est vir spurius de
castris philistinorum nomine goliad de geth altitudinis sex
cubitorum et palmo. et cassis erea super caput eius. et lorica ha-
mata induebatur. Porro pondus lorice eius quinque milia sy-
clorum eris erat. et ocreas ereas habebat in cruribus et clipeus
ereus tegebat humeros eius. Hastile autem haste eius erat quasi liciatorium
texentium. Ipsum autem ferrum haste eius sexcentos syclos habebat
ferri. et armiger eius antecedebat eum. Stansque clama-
bat adversus phalangas israhel. et dicebat eis. Quare venistis
parati ad prelium? Numquid non ego sum philisteus. et vos
servi saul? Eligite ex vobis virum. et descendat ad singu-
lare certamen. Si quiverit pugnare mecum et percusserit me. erimus
vobis servi. Si autem ego prevaluero. et percussero eum. vos servi
eritis. et servietis nobis. Et aiebat philisteus. Ego exprobra-
vi agminibus israhel hodie. Date mihi virum. et ineat mecum sin-
gulare certamen. Audiens autem saul et omnes viri israhelite ser-
mones philistei huiuscemodi. stupebant et metuebant nimis.
David autem filius erat viri effratei. de quo supra dictum est de
bethleem iuda. cui nomen erat ysai. qui habebat octo filios.
et erat vir in diebus saul senex et grandevus inter viros. Abierunt
autem tres filii eius maiores post saul in prelium. et nomina trium
filiorum eius qui perrexerant ad bellum eliab primogenitus. et secundus
aminadap. tercius semmaa. David autem erat minimus.
Tribus ergo maioribus secutis saulem. abiit david et reversus
est a saul ut pasceret gregem patris sui in bethleem. Proce-
debat vero philisteus mane et vespere et stabat xl. diebus.
Dixit autem ysai ad david filium suum. Accipe fratribus tuis
ephi polente. et decem panes istos et curre in castra ad fratres
tuos. et decem formellas casei. Has deferes ad tribunum
et fratres tuos visitabis si recte agant. et cum quibus ordinati
sunt disce. Saul autem et illi et omnes filii israhel in valle there-
binti pugnabant adversus philistiim. Surrexit itaque david
mane. et commendavit gregem custodi. et onustus abiit sicut
preceperat ysai. et venit ad locum magala et ad exercitum qui
egressus ad pugnam vociferatus erat in certamine. Direxerat enim
aciem israhel. Sed et philistiim ex adverso fuerant preparati. Derelin-
quens ergo david vasa que attulerat sub manu custodis ad sarcinas
cucurrit ad locum certaminis. et interrogabat si omnia recte age-
rentur erga fratres suos. Cumque adhuc ille loqueretur eis. apparuit
vir ille spurius ascendens goliad nomine philisteus de geth
ex castris philistinorum. Et loquente eo hec eadem verba audivit
david. Omnes autem israhelite cum vidissent virum fugerunt a facie eius timentes
eum valde. Et dixit unus quispiam de israhel. Num vidistis
hunc virum qui ascendit? Ad exprobrandum enim israhel ascendit. Virum
ergo qui percusserit eum ditabit rex divitiis magnis. et filiam suam
dabit ei. et domum patris eius faciet absque tributo in israhel. Et
ait david ad viros qui stabant secum dicens. Quid dabitur viro
qui percusserit philisteum hunc. et tulerit obprobrium de israhel?
Quis est enim hic philisteus incircumcisus qui exprobravit acies
dei viventis? Respondit autem ei populus eundem sermonem dicens. Hec
dabuntur viro qui percusserit eum. Quod cum audisset eliab frater eius
maior loquente eo cum aliis. iratus est contra david et ait. Quare
venisti. et quare reliquisti paucula oves illas in deserto?
Ego novi superbiam tuam. et nequiciam cordis tui. quia ut videres
prelium descendisti. Et dixit david. Quid feci? Numquid non ver-
bum est? Et declinavit paululum ab eo ad alium. dixitque eun-
dem sermonem. Et respondit ei populus verbum sicut et prius. Audita
sunt autem verba que locutus est david. et annunciata in conspec-
tu saul. Ad quem cum fuisset adductus. locutus est ei. Non conci-
dat cor cuiusquam in eo. ego servus tuus vadam et pugnabo adversus
philisteum. Et ait saul ad david. Non vales resistere philisteo
isti. nec pugnare adversus eum quia puer es. hic autem vir bellator
ab adolescentia sua.

Dixitque david ad saul. Pascebat servus tuus patris sui gregem. et ve-
niebat leo vel ursus. tollebatque arietem de medio gregis. et seque-
bar eos et percutiebam. eruebamque de ore eorum. Et illi consurge-
bant adversum me. et apprehendebam mentum eorum et suffocabam
interficiebamque eos. Nam leonem et ursum interfeci ego servus tuus.
Erit igitur et philisteus iste incircumcisus quasi unus ex eis. quia ausus
est maledicere exercitum dei viventis. Dominus qui eruit me
de manu leonis. et de manu ursi. ipse liberabit me de manu
philistei huius. Dixit autem saul ad david. Vade et dominus tecum sit.
Et induit david saul vestimentis suis. et imposuit galeam eream
super caput eius. et vestivit eum lorica. Accinctus ergo david gladio eius
super vestem suam. cepit temptare si armatus posset incedere. Non enim
habebat consuetudinem. Dixitque david ad saul. Non possum sic
incedere. quia nec usum habeo. Et deposuit ea. et tulit baculum
suum quem semper habebat in manibus. et elegit sibi quinque limpidis-
simos lapides de torrente. et misit eos in peram pastoralem quam
habebat secum. et fundam manu tulit et processit adversus phili-
steum. Ibat autem philisteus incedens et appropinquans adversum david.
et armiger eius ante eum. Cumque inspexisset philisteus et vidis-
set david. despexit eum. Erat enim adolescens rufus et pulcher
aspectu. Et dixit philisteus ad david. Numquid ego canis sum quod
tu venis ad me cum baculo? Et maledixit philisteus david in diis
suis. Dixitque ad david. Veni ad me. et dabo carnes tuas vola-
tilibus celi. et bestiis terre. Dixit autem david ad philisteum. Tu venis ad
me cum gladio et hasta et clipeo. ego autem venio ad te in nomine
domini exercituum dei agminum israhel. quibus exprobrasti hodie.
Et dabit te dominus in manu mea. et percutiam te. et auferam
caput tuum a te. Et dabo cadavera philistiim hodie volati-
libus celi et bestiis terre. ut sciat omnis terra quia est dominus deus in israhel.
et noverit universa ecclesia quia non in gladio nec in hasta salvat
dominus. Ipsius est enim bellum. et tradet vos in manus nostras.
Cum ergo surrexisset philisteus et veniret et appropinquaret
contra david. festinavit david et cucurrit ad pugnam ex adverso
philistei. Et misit manum suam ad peram. tulitque unum lapidem
et funda iecit. Et circumducens percussit philisteum in fronte.
et infixus est lapis in fronte eius. et cecidit in faciem suam super
terram. Prevaluitque david adversus philisteum in funda et lapide.
percussumque philisteum interfecit. Cumque gladium non haberet
in manu david. cucurrit et stetit super philisteum et tulit gla-
dium eius et eduxit de vagina sua. et interfecit eum. precidit que
caput eius. Videntes autem philistiim quod mortuus esset fortissimus
eorum. fugerunt. Et consurgentes viri israhel et iuda vociferati sunt
et persecuti sunt philisteos usque dum venirent in vallem et usque
dum venirent ad portas accaron. Cecideruntque vulnerati de
philistiim in via sarim usque geth et usque accaron. Et rever-
tentes filii israhel postquam persecuti fuerant philisteos. invaserunt castra
eorum. Assumens autem david caput philistei attulit illud in hierusalem.
arma vero eius posuit in tabernaculo suo. Eo autem tempore quo viderat
saul david egredientem contra philisteum. ait ad abner principem
milicie. De qua stirpe descendit hic adolescens abner?
Dixitque abner. Vivit anima tua rex si novi. Et ait rex. Interro-
ga tu cuius filius sit puer. Cumque regressus esset david percusso phi-
listeo. tulit eum abner et introduxit coram saul. caput phi-
listei habentem in manu. Et ait saul ad eum. De qua progenie
es o adolescens? Dixitque david. Filius servi tui ysai bethleemite
ego sum. Et factum est cum complesset loqui ad saul. anima
ionathe colligata est anime david. et dilexit eum ionathas quasi
animam suam. Tulitque saul david in die illa. et non concessit ei ut reverteretur in domum patris sui.
Inierunt autem ionathas et david fedus. diligebat enim eum quasi animam
suam. Nam expoliavit se ionathas tunica qua erat vestitus et
dedit eam david. et reliqua vestimenta sua usque ad gladium et ar-
cum suum. et usque ad balteum. Egrediebatur quoque david ad omnia
quecumque misisset eum saul. et prudenter se agebat. Posuitque
eum saul super viros belli. et acceptus erat in oculis universi populi ma-
ximeque in conspectu servorum saul. Porro cum reverteretur percus-
so philisteo david. et ferret caput eius in hierusalem. egresse sunt
mulieres de universis urbibus israhel cantantes chorosque ducentes in
occursum saul regis. in tympanis leticie et in sistris. Precinebant
mulieres ludentes atque dicentes. Percussit saul mille. et david
decem milia. Iratus est autem saul nimis. et displicuit in oculis eius
iste sermo. Dixitque. Dederunt david decem milia. et mihi dederunt mille.
Quid ei super est nisi solum regnum? Non rectis ergo oculis saul
aspiciebat david ex illa die et deinceps. Post diem autem alteram
invasit spiritus dei malus saul. et prophetabat in medio domus sue.
David autem psallebat manu sua sicut per singulos dies. Tenebatque
saul lanceam. et misit eam putans quod configere posset david
cum pariete. Et declinavit a facie eius secundo. Et timuit saul david.
eo quod esset dominus cum eo. et a se recessisset. Amovit ergo eum
saul a se. et fecit eum tribunum super mille viros. et egrediebatur
et intrabat in conspectu populi. In omnibus quoque viis suis david
prudenter agebat. et dominus erat cum eo. Vidit itaque saul
quod prudens esset nimis. et cepit cavere eum. Omnis autem israhel et
iuda diligebat david. ipse enim egrediebatur et ingrediebatur
ante eos. Dixit autem saul ad david. Ecce filia mea maior merob
ipsam dabo tibi uxorem. tantummodo esto vir fortis. et preliare bel-
la domini. Saul autem reputabat dicens. Non sit manus mea
in eo. sed sit super eum manus philistinorum. Ait autem david ad
saul. Quis ego sum aut que est vita mea. aut cognatio mea in
israhel. ut fiam gener regis?

Factum est autem tempus cum deberet dari merob filia saul david.
data est hadriel molatite uxor. Dilexit michol filia saul al-
tera david. et nunciatum est saul et placuit ei. Dixitque saul.
Dabo eam illi ut fiat ei in scandalum. et sit super eum manus philisti-
norum. Dixit ergo saul ad david. In duabus rebus gener meus eris ho-
die. Et mandavit saul servis suis. Loquimini ad david
clam dicentes. Ecce places regi. et omnes servi eius diligunt te.
nunc ergo esto gener regis. Et locuti sunt servi saul in auribus david
omnia verba hec. Et ait david. Num parum vobis videtur generum
esse regis? Ego autem sum vir pauper et tenuis. Et renuncia-
verunt regi dicentes. Huiuscemodi verba locutus est david.
Dixit autem saul. Sic loquimini ad david. Non habet rex
necesse sponsalia. nisi tantum centum preputia philistinorum. ut
fiat ultio de inimicis regis. Porro saul cogitabat tradere
david in manibus philistinorum. Cumque renunciassent servi eius david
verba que dixerat saul. placuit sermo in oculis david. ut fieret
gener regis. Et post dies paucos surgens david abiit cum
viris qui cum eo erant. et percussit ex philistiim ducentos
viros et attulit preputia eorum et annumeravit ea regi ut
esset gener regis. Dedit itaque ei saul michol filiam suam
uxorem. Et vidit saul et intellexit quia dominus esset cum david.
Michol autem filia saul diligebat eum. Et saul magis cepit
timere david. Factusque est saul inimicus david cunctis diebus. Et
egressi sunt principes philistinorum. A principio autem egres-
sionis eorum prudentius se agebat david quam omnes servi saul. et
celebre factum est nomen eius nimis. Locutus est autem saul
ad ionathan filium suum. et ad omnes servos suos ut occide-
rent david. Porro ionathas filius saul diligebat david valde.
et indicavit ionathas david dicens. Querit saul pater meus
occidere te. Quapropter observa te mane. et manebis clam et
absconderis. Ego autem egrediens stabo iuxta patrem meum in
agro ubicumque fuerit. et ego loquar de te ad patrem meum.

et quodcumque videro nuntiabo tibi. Locutus est ergo Ionathas de David bona ad Saul patrem suum, dixitque ad eum: Ne pecces rex in servum tuum David, quia non peccavit tibi, et opera eius bona sunt tibi valde. Et posuit animam suam in manu sua, et percussit Philisteum, et fecit Dominus salutem magnam universo Israheli. Vidisti et letatus es. Quare ergo peccas in sanguine innoxio, interficiens David qui est absque culpa? Quod cum audisset Saul, placatus voce Ionathe iuravit: Vivit Dominus, quia non occidetur. Vocavit itaque Ionathas David, et indicavit ei omnia verba hec. Et introduxit Ionathas David ad Saul, et fuit ante eum sicut fuerat heri et nudius tertius.

Motum est autem rursum bellum, et egressus David pugnabat adversum Philisteum, percussitque eos plaga magna, et fugerunt a facie eius. Et factus est spiritus Dei malus in Saul. Sedebat autem in domo sua et tenebat lanceam. Porro David psallebat in manu sua. Nisusque est Saul configere lancea David in pariete. Et declinavit David a facie Saul. Lancea autem casso vulnere perlata est in parietem, et David fugit et salvatus est nocte illa. Misit ergo Saul satellites suos nocte in domum David ut custodirent eum, et interficeretur mane. Quod cum annuntiasset David Michol uxor sua, dicens: Nisi salvaveris te nocte hac, cras morieris, deposuit eum per fenestram. Porro ille aufugit atque salvatus est. Tulit autem Michol statuam et posuit eam super lectum, et pellem pilosam caprarum posuit ad caput eius, et operuit eam vestimentis. Misit autem Saul apparitores qui raperent David, et responsum est quod egrotaret. Rursumque misit Saul nuntios ut viderent David, dicens: Afferte eum ad me in lecto, ut occidatur. Cumque venissent nuntii, inventum est simulachrum super lectum, et pelles caprarum ad caput eius. Dixitque Saul ad Michol: Quare sic illusisti michi, et dimisisti inimicum meum ut fugeret? Et respondit Michol ad Saul: Quia ipse locutus est michi: Dimitte me, alioquin interficiam te. David autem fugiens salvatus est, et venit ad Samuhel in Ramatha, et nuntiavit ei omnia que fecerat sibi Saul. Et abierunt ipse et Samuhel, et morati sunt in Naioth. Nuntiatum est autem Saul a dicentibus: Ecce David in Naioth in Rama. Misit ergo Saul lictores ut raperent David. Qui cum vidissent cuneum prophetarum vaticinantium, et Samuhel stantem super eos, factus est etiam in illis spiritus Domini, et prophetare ceperunt etiam ipsi. Quod cum nuntiatum esset Sauli, misit alios nuntios; prophetaverunt autem et illi. Et rursum Saul misit tertios nuntios, qui et ipsi prophetaverunt. Et iratus iracundia Saul, abiit etiam ipse in Ramatha, et venit usque ad cisternam magnam que est in Socoth, et interrogavit et dixit: In quo loco sunt Samuhel et David? Dictumque est ei: Ecce in Naioth sunt in Ramatha. Et abiit in Naioth in Ramatha, et factus est etiam super eum spiritus Domini, et ambulabat ingrediens et prophetabat usque dum veniret in Naioth in Rama. Et expoliavit se etiam ipse vestimentis suis, et prophetavit cum ceteris coram Samuhel. Et cecidit nudus tota die illa et nocte. Unde et exivit proverbium: Num et Saul inter prophetas? Fugit autem David de Naioth que est in Rama, veniensque locutus est coram Ionathan: Quid feci? Que est iniquitas mea, et quod peccatum meum in patrem tuum, quia querit animam meam? Qui dixit ei: Absit, non morieris. Neque enim faciet pater meus quicquam grande vel parvum, nisi prius indicaverit michi. Hunc ergo celavit me sermonem pater meus tantummodo? Nequaquam erit istud. Et iuravit rursum David. Et ille ait: Scit profecto pater tuus quia inveni gratiam in oculis tuis, et dicet: Nesciat hoc Ionathas, ne forte tristetur. Quinimmo vivit Dominus et vivit anima tua, quia uno tantum (ut ita dicam) gradu ego morsque dividimur. Et ait Ionathas ad David: Quodcumque dixerit michi anima tua faciam tibi. Dixit autem David ad Ionathan: Ecce kalende sunt crastino, et ego ex more sedere soleo iuxta regem ad vescendum. Dimitte ergo me ut abscondar in agro usque ad vesperam diei tertie. Si respiciens requisierit me pater tuus, respondebis ei: Rogavit me David ut iret celeriter in Bethleem civitatem suam, quia victime sollempnes ibi sunt universis contribulibus suis. Si dixerit: Bene, pax erit servo tuo. Si autem fuerit iratus, scito quia completa est malitia eius. Fac ergo misericordiam in servum tuum, quia fedus Domini me famulum tuum tecum inire fecisti. Si autem est in me aliqua iniquitas, tu interfice me, et ad patrem tuum ne introducas me. Et ait Ionathas: Absit hoc a te. Neque enim fieri potest ut si certe cognovero completam esse patris mei malitiam contra te, non annuntiem tibi. Responditque David ad Ionathan: Quis renuntiabit michi si quid forte responderit tibi pater tuus dure de me? Et ait Ionathas ad David: Veni et egrediamur in agrum. Cumque exissent in agrum ambo, ait Ionathas ad David: Domine Deus Israhel, si investigavero sententiam patris mei crastino vel perendie, et aliquid boni fuerit super David, et non statim misero ad te et notum tibi fecero, hec faciat Dominus Ionathan et hec augeat. Si autem perseveraverit patris mei malitia adversum te, revelabo aurem tuam et dimittam te ut vadas in pace, et sit Dominus tecum sicut fuit cum patre meo. Et si vixero, facies michi misericordiam Domini; si vero mortuus fuero, non auferes misericordiam tuam a domo mea usque in sempiternum. Aut si non fecero, quando eradicaverit Dominus inimicos David unumquemque de terra, auferat Ionathas de domo tua, et requirat Dominus de manu inimicorum David.

68. Pepigit ergo Ionathas fedus cum domo David. Et addidit Ionathas deierare David, eo quod diligeret illum. Sicut animam enim suam, ita diligebat eum. Dixitque ad eum Ionathas: Cras kalende sunt, et requireris. Requiretur enim sessio tua usque perendie. Descendes ergo festinus, et venies in locum ubi celandus es in die qua operari licet, et sedebis iuxta lapidem cui nomen est Ezel. Et ego tres sagittas mittam iuxta eum, et iaciam quasi exercens me ad signum. Mittam quoque et puerum dicens ei: Vade et affer michi sagittas. Si dixero puero: Ecce sagitte intra te sunt, tolle eas, tu veni ad me, quia pax tibi est et nichil mali est, vivit Dominus. Si autem sic locutus fuero: Ecce sagitte ultra te sunt, vade, quia dimisit te Dominus. De verbo autem quod locuti sumus ego et tu, sit Dominus inter me et te usque in sempiternum. Absconditus est ergo David in agro. Et venerunt kalende, et sedit rex ad comedendum panem. Cumque sedisset rex super cathedram suam secundum consuetudinem, que erat iuxta parietem, surrexit Ionathas, et sedit Abner ex latere Saul, vacuusque apparuit locus David. Et non est locutus Saul quicquam in die illa. Cogitabat enim quod forte evenisset ei ut non esset mundus nec purificatus. Cumque illuxisset dies secunda post kalendas, rursum apparuit vacuus locus David. Dixitque Saul ad Ionathan filium suum: Cur non venit filius Ysai nec heri nec hodie ad vescendum? Et respondit Ionathas Sauli: Rogavit me obnixe ut iret in Bethleem, et ait: Dimitte me, quia sacrificium sollempne est in civitate; unus de fratribus accersivit me. Nunc ergo si inveni gratiam in oculis tuis, vadam cito et videbo fratres meos. Ob hanc causam non venit ad mensam regis. Iratus autem Saul adversum Ionathan dixit ei: Fili mulieris ultro virum rapientis, numquid ignoro quia diligis filium Ysai in confusionem tuam, et in confusionem ignominiose matris tue? Omnibus enim diebus quibus filius Ysai vixerit super terram, non stabilieris tu neque regnum tuum. Itaque iam nunc mitte et adduc eum ad me, quia filius mortis est. Respondens autem Ionathas Sauli patri suo ait: Quare moritur? Quid fecit? Et arripuit Saul lanceam ut percuteret eum. Et intellexit Ionathas quod diffinitum esset a patre suo ut interficeret David. Surrexit ergo Ionathas a mensa in ira furoris, et non comedit in die kalendarum secunda panem. Contristatus est enim super David, eo quod confudisset eum pater suus. Cumque illuxisset mane, venit Ionathas in agrum iuxta placitum David, et puer parvulus cum eo. Et ait ad puerum suum: Vade et affer michi sagittas quas iacio. Cumque puer cucurrisset, iecit aliam sagittam trans puerum. Venit itaque puer ad locum iaculi quod miserat Ionathas, et clamavit Ionathas post tergum pueri et ait: Ecce ibi sagitta porro ultra te est. Clamavitque iterum Ionathas post tergum pueri dicens: Festina velociter, ne steteris. Collegit autem puer Ionathe sagittas et attulit ad dominum suum, et quid ageretur penitus ignorabat; tantummodo enim Ionathas et David rem noverant. Dedit ergo Ionathas arma sua puero et dixit ei: Vade, defer in civitatem. Cumque abisset puer, surrexit David de loco qui vergebat ad austrum, et cadens pronus in terram adoravit tercio; et osculantes alterutrum fleverunt pariter, David autem amplius. Dixit ergo Ionathas ad David: Vade in pace. Quecumque iuravimus ambo in nomine Domini, dicentes: Dominus sit inter me et te, et inter semen meum et semen tuum usque in sempiternum. Et surrexit David et abiit; sed et Ionathas ingressus est civitatem.

Venit autem David in Nobe ad Achimelech sacerdotem. Et obstupuit Achimelech eo quod venisset David, et dixit ei: Quare tu solus, et nullus est tecum? Et ait David ad Achimelech sacerdotem: Rex precepit michi sermonem et dixit: Nemo sciat rem propter quam a me missus es, et cuiusmodi tibi precepta dederim. Nam et pueris condixi in illum et illum locum. Nunc ergo si quid habes ad manum, vel quinque panes da michi, aut quicquid inveneris. Et respondens sacerdos ad David ait ei: Non habeo panes laicos ad manum, sed tantum panem sanctum. Si mundi sunt pueri, maxime a mulieribus? Et respondit David sacerdoti et dixit ei: Et quidem si de mulieribus agitur, continuimus nos ab heri et nudiustertius quando egrediebamur, et fuerunt vasa puerorum sancta. Porro via hec polluta est, sed et ipsa hodie sanctificabitur in vasis. Dedit ergo ei sacerdos sanctificatum panem. Neque enim erat ibi panis, nisi tantum panes propositionis qui sublati fuerant a facie Domini, ut ponerentur panes calidi. Erat autem ibi vir quidam de servis Saul in die illa intus in tabernaculo Domini, et nomen eius Doech Ydumeus, potentissimus pastorum Saul. Dixit autem David ad Achimelech: Si habes hic ad manum hastam aut gladium? quia gladium meum et arma mea non tuli mecum; sermo enim regis urgebat. Et dixit sacerdos: Gladius Goliad Philistei, quem percussisti in valle Therebinti, est involutus pallio post ephod. Si istum vis tollere, tolle; neque enim alius hic absque eo. Et ait David: Non est huic alter similis; da michi eum. Surrexit itaque David et fugit a facie Saul, et venit ad Achis regem Geth. Dixeruntque servi Achis ad eum, cum vidissent David: Numquid non iste est David rex terre? Nonne huic cantabant per choros dicentes: Percussit Saul mille, et David decem milia? Posuit autem David sermones istos in corde suo, et extimuit valde a facie Achis regis Geth. Et immutavit os suum coram eis, et collabebatur inter manus eorum, et impingebat in ostia porte, defluebantque salive eius in barbam. Et ait Achis ad servos suos: Vidistis hominem insanum; quare adduxistis eum ad me? An desunt nobis furiosi, quod introduxistis istum ut fureret me presente? Dimittite illum hinc, et ne ingrediatur domum meam. Abiit ergo inde David et fugit in speluncam Odollam. Quod cum audissent fratres eius et omnis domus patris eius, descenderunt ad eum illuc. Et convenerunt ad eum omnes qui erant in angustia constituti, et oppressi ere alieno, et amaro animo, et factus est eorum princeps; fueruntque cum eo quasi quadringenti viri. Et profectus est David inde in Masphat que est Moab, et dixit ad regem Moab: Maneat, oro, pater meus et mater mea vobiscum, donec sciam quid faciat michi Deus. Et reliquit eos ante faciem regis Moab, manseruntque apud eum cunctis diebus quibus David fuerat in presidio. XXX.

Dixitque Gad propheta ad David: Noli manere in presidio; proficiscere et vade in terram Iuda. Et profectus est David, et venit in saltum Areth. Et audivit Saul quod apparuisset David et viri qui erant cum eo. Saul autem cum maneret in Gabaa, et esset in nemore quod est in Rama, hastam manu tenens, cunctique servi eius circumstarent eum, ait ad servos suos qui assistebant ei: Audite, filii Iemini: Numquid omnibus vobis dabit filius Ysai agros et vineas, et universos vos faciet tribunos et centuriones, quia coniurastis omnes adversum me, et non est qui michi renuntiet, maxime cum et filius meus iunxerit fedus cum filio Ysai? Non est qui vicem meam doleat ex vobis, nec qui annuntiet michi, eo quod suscitaverit filius meus servum meum adversum me, insidiatorem michi usque hodie. Respondens autem Doech Ydumeus, qui assistebat et erat primus inter servos Saul: Vidi, inquit, filium Ysai in Nobe apud Achimelech filium Achitob sacerdotem, qui consuluit pro eo Dominum, et cibaria dedit ei, sed et gladium Goliad Philistei dedit ei. Misit ergo rex Saul ad accersiendum Achimelech filium Achitob sacerdotem, et omnem domum patris eius sacerdotum qui erant in Nobe, qui venerunt universi ad regem. Et ait Saul ad Achimelech: Audi, fili Achitob. Qui respondit: Presto sum, domine. Dixitque ad eum Saul: Quare coniurastis adversum me, tu et filius Ysai, et dedisti ei panes et gladium, et consuluisti pro eo Dominum, ut consurgeret adversum me insidiator usque hodie permanens? Respondensque Achimelech regi ait: Et quis in omnibus servis tuis sicut David fidelis, et gener regis, et pergens ad imperium tuum, et gloriosus in domo tua? Num hodie cepi consulere pro eo Dominum? Absit hoc a me. Non suspicetur rex adversum servum suum rem huiuscemodi in universa domo patris mei; non enim scivit servus tuus quicquam super hoc negotio vel modicum vel grande. Dixitque rex Saul: Morte morieris, Achimelech, tu et omnis domus patris tui. Et ait rex emissariis qui

circumstabant eum. Convertimini et interficite sacerdotes domini, nam manus eorum cum David est; scientes quod fugisset et non indicaverunt mihi. Noluerunt autem servi regis extendere manum suam in sacerdotes domini. Et ait rex ad Doek: Convertere tu, et irrue in sacerdotes domini. Conversusque Doek ydumeus irruit in sacerdotes et trucidavit in die illa octoginta quinque viros vestitos ephod lineo. Nobe autem civitatem sacerdotum percussit in ore gladii, viros et mulieres, parvulos et lactentes, bovem et asinum, et ovem in ore gladii. Evadens autem unus filius Achimelech filii Achitob, cuius nomen erat Abiathar, fugit ad David, et annunciavit ei quod occidisset Saul sacerdotes domini. Et ait David ad Abiathar: Sciebam in die illa quod, cum ibi esset Doek ydumeus, procul dubio adnunciaret Saul. Ego sum reus omnium animarum domus patris tui. Mane mecum, ne timeas. Si quis quesierit animam tuam, querat et animam meam, mecumque servaberis. Et annunciaverunt David dicentes: Ecce philistiim oppugnant ceila, et diripiunt areas.

Consuluit igitur David dominum dicens: Num vadam et percutiam philisteos istos? Et ait dominus ad David: Vade et percuties philisteos, et salvabis ceila. Et dixerunt viri qui erant cum David ad eum: Ecce nos hic in iudea consistentes timemus; quanto magis si ierimus in ceila adversus agmina philistinorum? Rursum David consuluit dominum. Qui respondens ait: Surge et vade in ceila; ego enim tradam philisteos in manu tua. Abiit David et viri eius in ceila, et pugnavit adversum philisteos, et abegit iumenta eorum, et percussit eos plaga magna, et salvavit David habitatores ceile. Porro eo tempore quo fugerat Abiathar filius Achimelech ad David in ceila, ephod secum habens descenderat. Nunciatum est autem Saul quod David venisset in ceila. Et ait Saul: Tradidit eum dominus in manus meas. Conclususque est, ingressus urbem in qua porte et sere sunt. Et precepit Saul omni populo ad pugnam descendere in ceila, ut obsiderent David et viros eius. Quod cum rescisset David quia prepararet ei Saul insidias, dixit ad Abiathar sacerdotem: Applica ephod. Et ait David: Domine deus israel, audivit famam servus tuus quod disponat Saul venire ad ceila ut evertat urbem propter me. Si tradent me viri ceile in manus eius? et si descendet Saul sicut audivit servus tuus? domine deus israel, indica servo tuo. Et ait dominus: Descendet. Dixitque rursum David: Si tradent me viri ceile et viros qui mecum sunt in manus Saul? Dixitque dominus: Tradent. Surrexit ergo David et viri eius quasi sexcenti, et egressi de ceila huc atque illuc vagabantur incerti. Nunciatumque est Saul quod fugisset David de ceila et salvatus esset; quam ob rem dissimulavit exire. Morabatur autem David in deserto in locis firmissimis, mansitque in monte solitudinis ziph in monte opaco. Querebat tamen eum Saul cunctis diebus, et non tradidit eum dominus in manus eius. Et vidit David quod egressus esset Saul ut quereret animam eius. Porro David erat in deserto ziph in silva. Et surrexit Ionathas filius Saul et abiit ad David in silva, et confortavit manus eius in deo. Dixitque ei: Ne timeas, neque enim inveniet te manus Saul patris mei, et tu regnabis super israel, et ego ero tibi secundus. Sed et Saul pater meus scit hoc. Percussit ergo uterque fedus coram domino. Mansitque David in silva; Ionathas autem reversus est in domum suam. Ascenderunt autem ziphei ad Saul in gabaa dicentes: Nonne ecce David latitat apud nos in locis tutissimis in silvis in colle achile, que est ad dexteram deserti? Nunc ergo, sicut desideravit anima tua ut descenderes, descende; nostrum autem erit ut tradamus eum in manus regis. Dixitque Saul: Benedicti vos domino, quia doluistis vicem meam. Abite ergo et diligentius preparate, et curiosius agite, et considerate ubi sit pes eius, vel quis viderit eum ibi; recogitat enim de me quod callide insidier ei. Considerate et videte omnia latibula eius in quibus absconditur, et revertimini ad me ad rem certam, ut vadam vobiscum. Quod si etiam se abstruserit, perscrutabor eum in cunctis milibus iuda. At illi surgentes abierunt in ziph ante Saul. David autem et viri eius erant in deserto maon in campestribus, ad dexteram hiesimuth. Iuit ergo Saul et socii eius ad querendum eum. Et nunciatum est David, statimque descendit ad petram, et versabatur in deserto maon. Quod cum audisset Saul, persecutus est David in deserto maon. Et ibat Saul ad latus montis ex parte una; David autem et viri eius erant in latere montis ex parte altera. Porro David desperabat se posse evadere a facie Saul. Itaque Saul et viri eius in modum corone cingebant David et viros eius ut caperent eos. Et nuncius venit ad Saul dicens: Festina et veni, quia infuderunt se philistei super terram. Reversus est ergo Saul desistens persequi David, et perrexit in occursum philistinorum; et fugerunt philistiim. Propter hoc vocaverunt locum illum petram dividentem. Ascendit ergo David inde, et habitavit in locis tutissimis engaddi. Assumens ergo Saul tria milia virorum electorum ex omni israel, perrexit ad investigandum David et viros eius, etiam super abruptissimas petras que solis ibicibus pervie sunt. Et venit ad caulas ovium que se offerebant vianti. Eratque ibi spelunca, quam ingressus est Saul ut purgaret ventrem. Porro David et viri eius in interiori parte spelunce latebant. Et dixerunt servi David ad eum: Ecce dies de qua locutus est dominus ad te: Ego tradam tibi inimicum tuum, ut facias ei sicut placuerit in oculis tuis. Surrexit ergo David et precidit oram clamidis Saul silenter. Post hec percussit cor suum David eo quod abscidisset oram clamidis Saul. Dixitque ad viros suos: Propicius mihi sit dominus ne faciam hanc rem domino meo christo domini, ut mittam manum meam in eum, quia christus domini est. Vivit dominus, quia nisi dominus percusserit eum, aut dies eius venerit ut moriatur, aut descendens in prelium perierit, propicius mihi sit dominus ut non mittam manum meam in christum domini. Et confregit David viros suos sermonibus, et non permisit eos ut consurgerent in Saul. Porro Saul surgens de spelunca pergebat cepto itinere. Surrexit autem et David post eum. Et egressus de spelunca clamavit post tergum Saul dicens: Domine mi rex. Et respexit Saul post se. Et inclinans se David pronus in terram adoravit, dixitque ad Saul: Quare audis verba hominum loquentium: David querit malum adversum te? Ecce hodie viderunt oculi tui quod tradiderit te dominus in manu mea in spelunca, et cogitavi ut occiderem te, sed pepercit tibi oculus meus. Dixi enim: Non extendam manum meam in dominum meum, quia christus domini est. Quin potius, pater mi, vide et cognosce oram clamidis tue, nolui extendere manu tua in te. Animadverte et vide quia non est in manu mea malum neque iniquitas, neque peccavi in te. Tu autem insidiaris anime mee ut auferas eam. Iudicet dominus inter me et te, et ulciscatur me dominus ex te; manus autem mea non sit in te. Sicut et in proverbio antiquo dicitur: Ab impiis egredietur impietas. Manus ergo mea non sit in te. Quem persequeris, rex israel? quem persequeris? Canem mortuum persequeris, et pulicem unum. Sit dominus iudex inter me et te; et videat et iudicet causam meam, et eruat me de manu tua. Cum autem complesset David loquens sermones huiuscemodi ad Saul, dixit Saul: Numquid vox tua hec est, fili mi David? Et elevavit Saul vocem suam et flevit, dixitque ad David: Iustior tu es quam ego. Tu enim tribuisti mihi bona, ego autem reddidi tibi mala. Et tu indicasti mihi hodie que feceris mihi bona, quomodo tradiderit me dominus in manu tua, et non occideris me. Quis enim cum invenerit inimicum suum dimittet eum in via bona? Sed dominus reddat tibi vicissitudinem hanc pro eo quod operatus es in me. Et nunc scio quia certissime regnaturus sis, et habiturus in manu tua regnum israel. Iura michi in domino ne deleas semen meum post me, neque auferas nomen meum de domo patris mei. Et iuravit David Sauli. Abiit ergo Saul in domum suam, et David et viri eius ascenderunt ad tutiora loca.

Mortuus est Samuel, et congregatus est universus israel, et planxerunt eum, et sepelierunt eum in domo sua in ramatha. Consurgensque David descendit in desertum pharan. Erat autem vir quispiam in solitudine maon, et possessio eius in carmelo, et homo ille magnus nimis. Erantque ei oves tria milia, et mille capre. Et accidit ut tonderetur grex eius in carmelo. Nomen autem viri illius nabal, et nomen uxoris eius abigail. Eratque mulier illa prudentissima et speciosa. Porro vir eius durus et pessimus et malitiosus. Erat autem de genere caleph. Cum ergo audisset David in deserto quod tonderet nabal gregem suum, misit decem iuvenes et dixit eis: Ascendite in carmelum, et venietis ad nabal, et salutabitis eum ex nomine meo pacifice, et dicetis: Sit fratribus meis et tibi pax, et domui tue, et omnibus quecumque habes sit pax. Et multis annis salvos faciens tuos et omnia tua. Audivi quod tonderent pastores tui oves qui erant nobiscum in deserto; numquam eis molesti fuimus, nec aliquando defuit eis quicquam de grege omni tempore quo fuerunt nobiscum in carmelo. Interroga pueros tuos et indicabunt tibi. Nunc ergo inveniant pueri tui gratiam in oculis tuis; in die enim bona venimus. Quodcumque invenerit manus tua da servis tuis et filio tuo David. Cumque venissent pueri David, locuti sunt ad nabal omnia verba hec ex nomine David, et siluerunt. Respondens autem nabal pueris David ait: Quis est David? et quis est filius ysai? Hodie increverunt servi qui fugiunt dominos suos. Tollam ergo panes meos et aquas meas, et carnes pecorum meorum que occidi tonsoribus meis, et dabo viris quos nescio unde sint? Regressi sunt itaque pueri David per viam suam, et reversi venerunt et nunciaverunt ei omnia verba nabal que dixerat. Et ait David pueris suis: Accingatur unusquisque gladio suo. Et accincti sunt singuli gladiis suis. Accinctusque est et David ense suo, et secuti sunt David quasi quadringenti viri. Porro ducenti remanserunt ad sarcinas. Abigail autem uxori nabal nunciavit unus de pueris dicens: Ecce misit David de deserto nuntios ut benediceret domino nostro, et aversatus est eos. Homines isti boni satis fuere nobis, et non molesti, nec quicquam aliquando periit omni tempore quo fuimus conversati cum eis in deserto. Pro muro erant nobis tam in nocte quam in die, omnibus diebus quibus pavimus apud eos greges. Quam ob rem considera et recogita quid facias, quia completa est malicia adversus virum tuum et adversus domum tuam; et ipse filius est belial, ita ut nemo possit ei loqui. Festinavit ergo abigail et tulit ducentos panes, et duos utres vini, et quinque arietes coctos, et tulit quinque sata polente, et centum ligaturas uve passe, et ducentas massas caricarum, et imposuit super asinos. Dixitque pueris suis: Precedite me; ecce ego post tergum sequar vos. Viro autem suo nabal non indicavit. Cum ergo ascendisset asinum et descenderet ad radices montis, David et viri eius descendebant in occursum eius. Quibus et illa occurrit. Et ait David: Vere frustra servavi omnia que huius erant in deserto, et non periit quicquam ex his que ad eum pertinebant; et reddidit mihi malum pro bono. Hec faciat deus inimicis David et hec addat, si reliquero de omnibus que ad eum pertinent usque mane mingentem ad parietem. Cum autem vidisset abigail David, festinavit et descendit de asino, et procidit coram David super faciem suam, et adoravit super terram, et cecidit ad pedes eius et dixit: In me sit, domine mi, hec iniquitas. Loquatur obsecro ancilla tua in auribus tuis, et audi verba famule tue. Ne ponat obsecro dominus meus rex cor suum super virum istum iniquum nabal, quia secundum nomen suum stultus est, et est stulticia cum eo. Ego autem ancilla tua non vidi pueros tuos, domine mi, quos misisti. Nunc ergo, domine mi, vivit dominus et vivit anima tua, qui prohibuit te ne venires in sanguine, et salvavit manum tuam tibi. Et nunc fiant sicut nabal inimici tui, et qui querunt domino meo malum. Quapropter suscipe benedictionem hanc quam attulit ancilla tua tibi domino meo, et da pueris tuis qui sequuntur te dominum meum. Aufer iniquitatem famule tue. Faciens enim faciet dominus tibi domino meo domum fidelem, quia prelia domini, domine mi, tu preliaris. Malicia ergo non inveniatur in te omnibus diebus vite tue. Si enim surrexerit aliquando homo persequens te et querens animam tuam, erit anima domini mei custodita quasi in fasciculo viventium apud dominum deum tuum. Porro anima inimicorum tuorum rotabitur quasi in impetu et circulo funde. Cum ergo fecerit tibi dominus, domino meo, omnia que locutus est bona de te, et constituerit te ducem super israel, non erit tibi hoc in singultum et in scrupulum cordis domino meo, quod effuderis sanguinem innoxium, aut ipse te ultus fueris. Et cum benefecerit dominus domino meo, recordaberis ancille tue, et tu benefacies ei. Et ait David ad abigail: Benedictus dominus deus israel qui misit te hodie in occursum meum, et benedictum eloquium tuum, et benedicta tu que prohibuisti me hodie ne irem ad sanguinem et ulciscerer me manu mea. Alioquin vivit dominus deus israel qui prohibuit me malum facere tibi, nisi cito venisses in occursum mihi, non remansisset de nabal usque ad lucem matutinam mingens ad parietem. Suscepit ergo David de manu eius omnia que attulerat ei. Dixitque ei: Vade pacifice in domum tuam; ecce audivi vocem tuam et honoravi faciem tuam. Venit autem abigail ad nabal. Et ecce erat ei convivium in domo eius quasi convivium regis, et cor nabal iocundum. Erat enim ebrius nimis. Et non indicavit ei verbum pusillum vel grande usque mane. Diluculo autem, cum digessisset vinum nabal, indicavit ei uxor sua verba hec, et emortuum est cor eius intrinsecus, et factum est quasi lapis. Cumque pertransissent decem dies, percussit dominus nabal et mortuus est. Quod cum audisset David mortuum nabal, ait: Benedictus dominus qui iudicavit causam

Mobilprobrii mei de manu nabal. & servum suum custodivit a malo
& maliciam nabal reddidit dominus in caput eius.
Misit ergo dd & locutus est ad abigail ut sumeret eam sibi in uxorem.
Et venerunt pueri dd ad abigail in carmelum & locuti sunt ad eam dicen
tes. David misit nos ad te ut accipiat te sibi in uxorem. Que con
surgens adoravit prona in terram & ait. Ecce famula tua sit in an
cillam ut lavet pedes servorum domini mei. Et festinavit & sur
rexit abigail & ascendit super asinum. & quinque puelle ierunt se
cum pedisseque eius. & secuta est nuntios dd. & facta est illi uxor.
Sed & achinoem accepit dd de iezrahel. & fuit utraque uxor eius.
Saul autem dedit michol filiam suam uxorem dd falti filio lais
qui erat de gallim. Et venerunt ziphei ad saul in gabaa dicentes.
Ecce dd absconditus est in colle achile. que est ex adverso solitu
dinis. Et surrexit saul & descendit in desertum ziph. & cum
eo tria millia virorum de electis isrl. ut quereret dd in deserto ziph.
Et castrametatus est saul in gabaa achile. que est ex adverso so
litudinis in via. David autem habitabat in deserto. Videns autem quod
venisset saul post se in desertum. misit exploratores & didicit
quod venisset certissime. Et surrexit dd clam. & venit ad locum
ubi erat saul. Cumque vidisset locum in quo dormiebat saul. et
abner princeps militie eius. & saulem dormientem in tentorio. &
reliquum vulgus per circuitum eius. ait dd ad achimelech etheum
& ad abisai filium sarvie fratrem ioab dicens. Quis descendet
mecum ad saul in castra? Dixitque abisai. Ego descendam tecum.
Venerunt ergo dd & abisai ad populum nocte & invenerunt saul ia
centem & dormientem in tentorio. & hastam fixam in terram
ad caput eius. abner autem & populum dormientes in circuitu eius. Dixitque
abisai ad dd. Conclusit deus hodie inimicum tuum in manus
tuas. Nunc ergo perfodiam eum lancea in terra semel. & secundo opus
non erit. Et dixit dd ad abisai. Ne interficias eum. Quis enim
extendet manum suam in christum domini & innocens erit?
Et dixit dd. Vivit dominus quia nisi dominus percusserit eum. aut dies
eius venerit ut moriatur. aut in prelio descendens perierit. propitius mihi
sit dominus ne extendam manum meam in christum domini. Nunc ergo
tolle hastam que est ad caput eius. & sciphum aque & abeamus.
Tulit ergo dd hastam & sciphum aque qui erat ad caput saul &
abierunt. Et non erat quisquam qui videret & intelligeret &
vigilaret sed omnes dormiebant quia sopor domini irruerat
super eos. Cumque transisset dd ex adverso. & stetisset in vertice
montis de longe. & esset grande intervallum inter eos. clama
vit david ad populum & ad abner filium ner dicens. Nonne re
spondebis abner? Et respondens abner ait. Quis es tu
qui clamas & inquietas regem? Et ait dd ad abner. Numquid
non vir tu es? Et quis alius similis tui in isrl? Quare ergo non
custodisti dominum tuum regem? Ingressus est enim unus de
turba. ut interficeret regem dominum tuum. Non est hoc bonum quod
fecisti. Vivit dominus quia filii mortis estis vos. qui non custo
distis dominum vestrum christum domini. Nunc ergo vide ubi sit hasta
regis. & ubi sciphus aque qui erat ad caput eius. Cognovit autem
saul vocem dd & dixit. Numquid vox tua hec est fili mi david?
Et ait dd. Vox mea domine mi rex. Et ait. Quam ob causam
persequitur dominus servum suum? Quid feci? Aut quod
est in manu mea malum? Nunc ergo audi oro domine mi rex
verba servi tui. Si dominus incitat te adversum me. odoretur
sacrificium. Si autem filii hominum maledicti sunt in conspectu domini
qui eiecerunt me hodie ut non habitem in hereditate domini di
centes vade servi diis alienis. Et nunc effundatur sanguis meus
in terra coram domino. quia egressus est rex isrl ut quereret pulicem
unum. sicut persequitur perdix in montibus. Et ait saul. Peccavi. re
vertere fili mi david. Nequaquam enim ultra male faciam tibi. eo quod
preciosa fuerit anima mea in oculis tuis hodie. Apparet quod
stulte egerim. & ignoraverim multa nimis. Et respondens
dd ait. Ecce hasta regis. transeat unus de pueris & tollat
eam. Dominus autem retribuet unicuique secundum iusticiam suam et fidem.
Tradidit enim te dominus in manum meam. & nolui levare manum
meam in christum domini. Et sicut magnificata est anima tua hodie in
oculis meis. sic magnificetur anima mea in oculis domini. & libe
ret me de omni angustia. Ait ergo saul ad dd. Benedictus tu
fili mi dd. Et quidem faciens facies. & potens poteris. Abiit
autem dd in viam suam. & saul reversus est in locum suum.
Et ait david in corde suo. Aliquando incidam uno die in manus
saul. Nonne melius est ut fugiam & salver in terra philistinorum. ut
desperet saul. cesetque me querere in cunctis finibus isrl?
Fugiam ergo manus eius. Et surrexit dd & abiit ipse & sexcen
ti viri cum eo. ad achis filium maoch regem geth. & habitavit
dd cum achis in geth & viri eius & domus eius. & due uxores
eius achinoem iezrahelites. & abigail uxor nabal carmeli.
Et nuntiatum est saul quod fugisset dd in geth. & non addi
dit ultra querere eum. Dixit autem dd ad achis. Si inveni
gratiam in oculis tuis. detur michi locus in una urbium regionis hu
ius ut habitem ibi. Cur enim manet servus tuus in civitate regis
tecum? Dedit itaque ei achis in die illa siceleg. Propter quam
causam facta est siceleg regum iuda usque in diem hanc. Fuit autem
numerus dierum quibus habitavit dd in regione philistinorum iiii
mensium. Et ascendit dd & viri eius. & agebant predas de gessuri. 69.
& de gedri. & de amalechitis. Hii enim pagi habitabantur in
terra antiquitus euntibus sur usque ad terram egypti. Et percutiebat
dd omnem terram. nec relinquebat viventem virum ac mulierem. Tol
lensque oves & boves & asinos & camelos revertebatur & ve
niebat ad achis. Dicebat autem ei achis. In quem irruisti hodie?
Respondebat dd. Contra meridiem iude. & contra meridiem
hieramel. & contra meridiem ceni. Virum & mulierem non vivifi
cabat dd nec adducebat in geth dicens. ne forte loquantur adversum
me. Hoc fecit dd & hoc erat decretum illi omnibus diebus quibus
habitavit in regione philistinorum. Credidit ergo ei achis dicens.
Multa mala operatus est contra populum suum isrl. erit ergo mihi servus
sempiternus.
Factum est autem in diebus illis congregaverunt philistim agmina sua
ut prepararentur ad bellum contra isrl. Dixitque achis ad dd.
Sciens nunc scito quia mecum egredieris in castris tu & viri tui.
Dixitque dd ad achis. Nunc scies que facturus est servus tuus.
Et ait achis ad dd. Et ego custodem capitis mei ponam te
cunctis diebus. Samuel autem mortuus est. planxitque eum omnis
isrl. & sepelierunt eum in ramatha in urbe sua. & saul abstu
lit magos & ariolos de terra. Congregatique sunt philistim
& venerunt & castrametati sunt in sunam. Congregavit
autem & saul universum isrl. & venit in gelboe. Et vidit saul
castra philistim & timuit. & expavit cor eius nimis. Consulu
itque dominum & non respondit ei. neque per somnia neque per sacerdo
tes. neque per prophetas. Dixitque saul servis suis. Querite mihi
mulierem habentem pythonem. & vadam ad eam & sciscitabor
per illam. Et dixerunt servi eius ad eum. Est mulier habens pytho
nem in endor. Mutavit ergo habitum suum. vestitusque aliis vestimen
tis. & abiit ipse & duo viri cum eo. Veneruntque ad mulierem nocte et
ait. Divina mihi in pythone. & suscita michi quem dixero tibi. Et ait
mulier ad eum. Ecce tu nosti quanta fecerit saul. & quomodo
eraserit magos & ariolos de terra. Quare ergo insidiaris anime mee
ut occidar? Et iuravit ei saul in domino dicens. Vivit dominus
quia non eveniet tibi quicquam mali propter hanc rem. Dixitque ei mulier.
Quem suscitabo tibi? Qui ait. Samuelem suscita michi. Cum autem
vidisset mulier samuelem. exclamavit voce magna & dixit ad
saul. Quare imposuisti mihi? Tu es enim saul. Dixitque ei rex.
Noli timere. Quid vidisti? Et ait mulier ad saul. Deos
vidi ascendentes de terra. Dixitque ei. Qualis est forma eius?
Que ait. Vir senex ascendit. & ipse amictus est pallio. Et intel
lexit saul quod samuel esset. & inclinavit se super faciem suam in
terra. & adoravit. Dixit autem samuel ad saul. Quare inquietasti
me ut suscitarer? Et ait saul. Coartor nimis. Siquidem
philistim pugnant adversum me. & deus recessit a me. & exau
dire me noluit neque in manu prophetarum neque per somnia. Voca
vi ergo te ut ostenderes mihi quid faciam. Et ait samuel. Quid in-
terrogas me cum dominus recesserit a te. & transierit ad emulum
tuum? Faciet enim tibi dominus sicut locutus est in manu mea. & scindet
regnum de manu tua. & dabit illud proximo tuo dd. quia non
obedisti voci domini. neque fecisti iram furoris eius in amalech.
Idcirco quod pateris fecit tibi dominus hodie. & dabit dominus
etiam isrl tecum in manus philistim. Cras autem tu & filii tui mecum
eritis. Sed & castra isrl tradet dominus in manus philistim.
Statimque saul cecidit porrectus in terram. Extimuerat enim
verba samuelis & robur non erat in eo. quia non comederat pa
nem tota die illa. Ingressa est itaque mulier ad saul. Contur
batus enim erat valde. Dixitque ad eum. Ecce obedivit ancil
la tua voci tue. & posui animam meam in manu tua. & au
divi sermones tuos quos locutus es ad me. Nunc ergo & tu
audi vocem ancille tue. ut ponam coram te buccellam panis
& comedens convalescas. & possis iter agere. Qui renuit
& ait. Non comedam. Coegerunt autem eum servi sui et mulier.
& tandem audita voce eorum surrexit de terra & sedit super le
ctum. Mulier autem illa habebat vitulum pascualem in domo.
& festinavit & occidit eum. Tollensque farinam miscuit eam.
& coxit azimam & posuit ante saul & ante servos eius.
Qui cum comedissent. surrexerunt & ambulaverunt per
totam noctem illam.
Congregata sunt ergo philistim universa agmina in afech. sed &
israhel castrametatus est super fontem qui erat in iezrahel. sed
& satrape quidem philistim incedebant in centuriis et millibus.
David autem & viri eius erant in novissimo agmine cum achis.
Dixeruntque principes philistim ad achis. Quid sibi volunt
hebrei isti? Et ait achis ad principes philistim. Num ig
noratis dd qui fuit servus saul regis isrl. & est apud me
multis diebus vel annis. & non inveni in eo quicquam ex die qua trans
fugit ad me usque ad diem hanc? Irati sunt autem adversus eum
principes philistim & dixerunt ei. Revertatur vir & sede
at in loco suo in quo constituisti eum. & non descendat nobiscum
in prelium. & non sit consiliarius noster. ne fiat nobis adversarius cum pre
liari ceperimus. Quomodo enim aliter placare poterit dominum
suum nisi in capitibus nostris? Nonne iste est dd cui cantabant
in choris dicentes percussit saul in millibus suis. & dd in decem mi
libus suis? Vocavit ergo achis dd & ait ei. Vivit dominus quia
rectus es tu & bonus in conspectu meo. & exitus tuus et introitus
tuus mecum est in castris & non inveni in te quicquam mali ex
die qua venisti ad me usque ad diem hanc. sed satrapis non places.
Revertere ergo & vade in pace. & non offendas oculos satrapa
rum philistim. Dixitque dd ad achis. Quid enim feci aut quid in
venisti in me servo tuo a die qua fui in conspectu tuo usque in diem
hanc ut non veniam & pugnem contra inimicos domini mei regis?
Respondens autem achis locutus est ad dd. Scio quia bonus es
in oculis meis sicut angelus dei. sed principes philistim dixerunt non
ascendet nobiscum in prelium. Igitur consurge mane tu & servi
domini tui qui venerunt tecum. & cum de nocte surrexeritis &
ceperit dilucescere pergite. Surrexit itaque de nocte dd ipse &
viri eius ut proficiscerentur mane & reverterentur ad terram philistim.
Philistim autem ascenderunt in iezrahel. Cumque venisset dd &
viri eius in siceleg die tercia amalech impetum fecerant ex parte
australi in siceleg & succenderunt eam igni. & captivas duxe
rant mulieres ex ea a minimo usque ad magnum & non interfecerant
quemquam sed secum duxerant. & pergebant itinere suo. Cum ergo
venisset dd & viri eius ad civitatem & invenissent eam succen
sam igni. & uxores suas & filios suos & filias ductas esse
captivas. levaverunt dd & populus qui erat cum eo voces suas.
& planxerunt donec deficerent in eis lacrime. Siquidem &
due uxores dd captive ducte fuerant achinoem iezrahelites &
abigail uxor nabal carmeli. & contristatus est dd valde. Vo
lebat enim eum populus lapidare: quia amara erat anima uniuscuiusque
viri super filiis suis & filiabus. Confortatus est dd in domino. et ait
ad abiathar sacerdotem filium achimelech. Applica ad me ephod.
Et applicavit abiathar ephod ad dd. Et consuluit dd dominum dicens.
Persequar an non latrunculos istos. & comprehendam eos? Dixitque
ei. Persequere. absque dubio enim comprehendes eos. & excuties
predam. Abiit ergo dd ipse & sexcenti viri qui erant cum eo. & vene
runt usque ad torrentem besor. & lassi quidam substiterunt. Perse
cutus est autem dd ipse & quadringenti viri. Substiterant enim
ducenti qui lassi transire non poterant torrentem besor. Et invene
runt virum egyptium in agro. & adduxerunt eum ad dd. dede
runtque ei panem ut comederet. & biberet aquam. sed & fragmen
masse caricarum. & duas ligaturas uve passe. Que cum come
disset reversus est spiritus eius. & refocillatus est. Non enim comede
rat panem neque biberat aquam tribus diebus & tribus noctibus. Dixit
itaque ei dd. Cuius es tu vel unde. & quo pergis? Qui ait. Puer
egyptius ego sum. servus viri amalechite. Dereliquit autem me dominus
meus. quia egrotare cepi nudiustercius. Siquidem nos erupimus ad au
stralem partem cerethi & contra iudam & ad meridiem caleb &

Siceleg succendimus igni. Dixitque ei David: Potes me ducere ad istum cuneum? Qui ait: Iura mihi per Deum quod non me occidas, et non tradas me in manus domini mei, et ducam te ad cuneum istum. Et iuravit David. Qui cum duxisset eum, ecce illi discumbebant super faciem universae terrae comedentes et bibentes et quasi festum diem celebrantes pro cuncta praeda et spoliis quae ceperant de terra Philisthim et de terra Iuda. Et percussit eos David a vespere usque ad vesperam alterius diei, et non evasit ex eis quisquam, nisi quadringenti viri adolescentes qui ascenderant camelos et fugerant. Eruit ergo David omnia quae tulerant Amalechitae, et duas uxores suas eruit. Nec defuit quisquam a parvo usque ad magnum tam de filiis quam de filiabus, et de spoliis et quaecumque rapuerant, omnia reduxit David. Et tulit universos greges et armenta, et minavit ante faciem suam. Dixeruntque: Haec est praeda David. Venit autem David ad ducentos viros qui lassi substiterant nec sequi poterant David, et residere eos iusserat in torrente Besor. Qui egressi obviam David et populo qui erat cum eo. Accedens autem David ad populum salutavit eos pacifice. Respondensque omnis vir pessimus et iniquus qui erat cum David dixit: Quia non venerunt nobiscum, non dabimus eis quicquam de praeda quam eruimus, sed sufficiat unicuique uxor sua et filii. Quos cum acceperint, recedant. Dixit autem David: Non sic facietis fratres mei de his quae tradidit nobis Dominus et custodivit nos, et dedit latrunculos qui eruperant adversum nos in manus nostras. Nec audiet vos quisquam super sermone hoc. Aequa enim pars erit descendentis ad proelium et remanentis ad sarcinas, et similiter divident. Et factum est hoc ex illa die et deinceps constitutum et praefinitum et quasi lex in Israel usque in hanc diem. Venit igitur David in Siceleg, et misit dona de praeda senioribus Iuda proximis suis dicens: Accipite benedictionem de praeda hostium Domini. His qui erant in Bethel, et qui in Ramoth ad meridiem, et qui in Iether, et qui in Aroer, et qui in Sephamoth, et qui in Esthamo, et qui in Rachal, et qui in urbibus Ierameel, et qui in urbibus Ceni, et qui in Arama, et qui in lacu Asan, et qui in Athach, et qui in Hebron, et reliquis qui erant in his locis in quibus commoratus fuerat David ipse et viri eius.

Philisthim autem pugnabant adversum Israel, et fugerunt viri Israel ante faciem Philisthim, et ceciderunt interfecti in monte Gelboe. Irrueruntque Philisthim in Saul et in filios eius, et percusserunt Ionathan et Abinadab et Melchisua filios Saul. Totumque pondus proelii versum est in Saul, et consecuti sunt eum sagittarii, et vulneratus est vehementer a sagittariis. Dixitque Saul ad armigerum suum: Evagina gladium tuum et percute me, ne forte veniant incircumcisi isti et interficiant me illudentes mihi. Et noluit armiger eius, fuerat enim nimio terrore perterritus. Arripuit itaque Saul gladium et irruit super eum. Quod cum vidisset armiger eius, videlicet quod mortuus esset Saul, irruit etiam ipse super gladium suum, et mortuus est cum eo. Mortuus est ergo Saul et tres filii eius et armiger eius et universi viri eius in die illa pariter. Videntes autem filii Israel qui erant trans vallem et trans Iordanem quod fugissent filii Israhelitae et quod mortuus esset Saul et filii eius, reliquerunt civitates suas et fugerunt, veneruntque Philisthim et habitaverunt ibi. Facta autem die altera venerunt Philisthim ut spoliarent interfectos, et invenerunt Saul et tres filios eius iacentes in monte Gelboe. Et praeciderunt caput Saul, et expoliaverunt eum armis, et miserunt in terram Philisthinorum per circuitum ut annuntiaretur in templo idolorum et in populis. Et posuerunt arma eius in templo Astaroth, corpus vero eius suspenderunt in muro Bethsan. Quod cum audissent habitatores Iabes Galaad quaecumque fecerant Philisthim Saul, surrexerunt omnes viri fortissimi et ambulaverunt tota nocte, et tulerunt cadaver Saul et cadavera filiorum eius de muro Bethsan, veneruntque Iabes et combusserunt ea ibi. Et tulerunt ossa eorum et sepelierunt in nemore Iabes, et ieiunaverunt septem diebus.

EXPLICIT LIBER PRIMUS.

INCIPIT LIBER II.

FACTUM EST AUTEM POSTQUAM MORTUUS est Saul, ut David reverteretur a caede Amalech, et maneret in Siceleg duos dies. In die autem tertia apparuit homo veniens de castris Saul, veste conscissa et pulvere aspersus caput. Et ut venit ad David, cecidit super faciem suam et adoravit. Dixitque ad eum David: Unde venis? Qui ait ad eum: De castris Israel fugi. Et dixit ad eum David: Quod est verbum quod factum est? Indica mihi. Qui ait: Fugit populus de proelio, et multi corruentes e populo mortui sunt, sed et Saul et Ionathas filius eius interierunt. Dixitque David ad adolescentem qui nuntiabat ei: Unde scis quia mortuus est Saul et Ionathas filius eius? Et ait adolescens qui narrabat ei: Casu veni in montem Gelboe, et Saul incumbebat super hastam suam. Porro currus et equites appropinquabant ei. Et conversus post tergum suum, vidensque me vocavit. Cui cum respondissem Adsum, dixit mihi: Quisnam es tu? Et aio ad eum: Amalechites sum. Et locutus est mihi: Sta super me et interfice me, quoniam tenent me angustiae, et adhuc tota anima mea in me est. Stansque super eum occidi illum. Sciebam enim quia vivere non poterat post ruinam. Et tuli diadema quod erat in capite eius et armillam de brachio illius, et attuli ad dominum meum huc. Apprehendens autem David vestimenta sua scidit, omnesque viri qui erant cum eo, et planxerunt et fleverunt et ieiunaverunt usque ad vesperam super Saul et super Ionathan filium eius et super populum Domini et super domum Israel, quod corruissent gladio. Dixitque David ad iuvenem qui nuntiaverat ei: Unde es tu? Qui respondit: Filius hominis advenae Amalechitae ego sum. Et ait ad eum David: Quare non timuisti mittere manum tuam ut occideres christum Domini? Vocansque David unum de pueris suis ait: Accedens irrue in eum. Qui percussit illum et mortuus est. Et ait ad eum David: Sanguis tuus super caput tuum, os enim tuum locutum est adversum te dicens: Ego interfeci christum Domini.

Planxit autem David planctum huiuscemodi super Saul et super Ionathan filium eius, et praecepit ut docerent filios Iuda planctum, sicut scriptum est in libro iustorum. Inclyti Israel super montes tuos interfecti sunt. Quomodo ceciderunt fortes? Nolite annuntiare in Geth, neque annuntietis in compitis Ascalonis, ne forte laetentur filiae Philisthim, ne exultent filiae incircumcisorum. Montes Gelboe, nec ros nec pluvia veniant super vos, neque sint agri primitiarum, quia ibi abiectus est clypeus fortium, clypeus Saul, quasi non esset unctus oleo. A sanguine interfectorum, ab adipe fortium, sagitta Ionathae numquam rediit retrorsum, et gladius Saul non est reversus inanis. Saul et Ionathas amabiles et decori in vita sua, in morte quoque non sunt divisi. Aquilis velociores, leonibus fortiores. Filiae Israel super Saul flete, qui vestiebat vos coccino in deliciis, qui praebebat ornamenta aurea cultui vestro. Quomodo ceciderunt fortes in proelio? Ionathas in excelsis tuis occisus est. Doleo super te frater mi Ionatha, decore nimis, et amabilis super amorem mulierum. Sicut mater unicum amat filium suum, ita ego te diligebam. Quomodo ceciderunt robusti et perierunt arma bellica?

Igitur post haec consuluit David Dominum dicens: Num ascendam in unam de civitatibus Iuda? Et ait Dominus ad eum: Ascende. Dixitque David: Quo ascendam? Et respondit ei: In Hebron. Ascendit ergo David et duae uxores eius, Achinoam Iezrahelites et Abigail uxor Nabal Carmeli. Sed et viros qui erant cum eo duxit David singulos cum domo sua, et manserunt in oppidis Hebron. Veneruntque viri Iuda et unxerunt ibi David ut regnaret super domum Iuda. Et nuntiatum est David quod viri Iabes Galaad sepelissent Saul. Misit ergo David nuntios ad viros Iabes Galaad dixitque ad eos: Benedicti vos Domino, qui fecistis misericordiam hanc cum domino vestro Saul et sepelistis eum. Et nunc retribuet quidem vobis Dominus misericordiam et veritatem, sed et ego reddam gratiam eo quod fecistis verbum istud. Confortentur manus vestrae, et estote filii fortitudinis. Licet enim mortuus sit dominus vester Saul, tamen me unxit domus Iuda in regem sibi.

Abner autem filius Ner princeps exercitus Saul tulit Isboseth filium Saul, et circumduxit eum per castra, regemque constituit super Galaad et super Iessuri et super Iezrahel et super Ephraim et super Beniamin et super Israel universum. Quadraginta annorum erat Isboseth filius Saul cum regnare coepisset super Israel, et duobus annis regnavit. Sola autem domus Iuda sequebatur David. Et fuit numerus dierum quos commoratus est David imperans in Hebron super domum Iuda septem annorum et sex mensium. Egressusque est Abner filius Ner et pueri Isboseth filii Saul de castris in Gabaon. Porro Ioab filius Sarviae et pueri David egressi sunt, et occurrerunt eis iuxta piscinam Gabaon. Et cum in unum convenissent, e regione sederunt, hi ex una parte piscinae et illi ex altera. Dixitque Abner ad Ioab: Surgant pueri et ludant coram nobis. Et respondit Ioab: Surgant. Surrexerunt ergo et transierunt numero duodecim de Beniamin ex parte Isboseth filii Saul, et duodecim de pueris David. Apprehensoque unusquisque capite comparis sui defixit gladium in latus contrarii, et ceciderunt simul. Vocatumque est nomen loci illius Ager robustorum in Gabaon. Et ortum est bellum durum satis in die illa, fugatusque est Abner et viri Israel a pueris David. Erant autem ibi tres filii Sarviae, Ioab et Abisai et Asael. Porro Asael cursor velocissimus fuit, quasi unus de capreis quae morantur in silvis. Persequebatur autem Asael Abner, et non declinavit ad dexteram neque ad sinistram omittens persequi Abner. Respexit itaque Abner post tergum suum et ait: Tu es Asael? Qui respondit: Ego sum. Dixitque ei Abner: Vade ad dexteram sive ad sinistram, et apprehende unum de adolescentibus et tolle tibi spolia eius. Noluit autem Asael omittere quin urgeret eum. Rursumque locutus est Abner ad Asael: Recede, noli me sequi, ne compellar confodere te in terram, et levare non potero faciem meam ad Ioab fratrem tuum. Qui audire contempsit, et noluit declinare. Percussit ergo eum Abner aversa hasta in inguine et transfodit, et mortuus est in eodem loco. Omnesque qui transibant per locum in quo ceciderat Asael et mortuus erat, subsistebant. Persequentibus autem Ioab et Abisai fugientem Abner, sol occubuit, et venerunt usque ad collem aquaeductus qui est ex adverso vallis, itineris deserti in Gabaon. Congregatique sunt filii Beniamin ad Abner, et conglobati in unum steterunt in summitate tumuli unius. Et exclamavit Abner ad Ioab et ait: Num usque ad internecionem tuus mucro desaeviet? An ignoras quod periculosa sit desperatio? Usquequo non dicis populo ut omittat persequi fratres suos? Et ait Ioab: Vivit Dominus, si locutus fuisses, mane recessisset populus persequens fratrem suum. Insonuit ergo Ioab buccina, et stetit omnis exercitus, nec persecuti sunt ultra Israel, neque inierunt certamen. Abner autem et viri eius abierunt per campestria tota nocte illa, et transierunt Iordanem, et lustrata omni Bethoron venerunt ad castra. Porro Ioab reversus omisso Abner congregavit omnem populum, et defuerunt de pueris David decem et novem viri excepto Asael. Servi autem David percusserunt de Beniamin et de viris qui erant cum Abner trecentos sexaginta qui et mortui sunt. Tuleruntque Asael et sepelierunt eum in sepulchro patris sui in Bethleem. Et ambulaverunt tota nocte Ioab et viri qui erant cum eo, et in ipso crepusculo pervenerunt in Hebron.

Facta est ergo longa concertatio inter domum Saul et inter domum David, David proficiens et semper seipso robustior, domus autem Saul decrescens cotidie. Natique sunt filii David in Hebron. Fuitque primogenitus eius Amnon de Achinoam Iezrahelitide, et post eum Cheldab de Abigail uxore Nabal Carmeli. Porro tertius Absalom filius Maacha filiae Tholomei regis Gessur. Quartus autem Adonias filius Aggith. Et quintus Saphatias filius Abital. Sextus quoque Iethraam de Egla uxore David. Hi nati sunt David in Hebron.

Cum ergo esset proelium inter domum Saul et domum David, Abner filius Ner regebat domum Saul. Fuerat autem Saul concubina nomine Respha filia Aia. Dixitque Isboseth ad Abner: Quare ingressus es ad concubinam patris mei? Qui iratus nimis propter verba Isboseth ait: Numquid caput canis ego sum adversum Iudam hodie? Ipse enim feci hec

qui fecerim misericordiam super domum saul patris tui. et super fratres et proximos eius. et non tradidi te in manu dauid. et tu requisisti in me quod argueres pro muliere hodie. Hec faciat deus abner et hec addat ei, nisi quomodo iurauit dominus dauid sic faciam cum eo. ut transferatur regnum de domo saul. et eleuetur thronus dauid super israhel et super iudam. a dan usque bersabee. Et non potuit ei respondere quicquam. quia metuebat illum. Misit ergo abner nuncios ad dauid pro se dicentes. Cuius est terra? Et ut loquerentur. Fac mecum amicitias. et erit manus mea tecum. et reducam ad te uniuersum israhel. Qui ait. Optime ego faciam tecum amicitias. sed unam rem peto a te dicens. Non uidebis faciem meam antequam adduxeris michol filiam saul. et sic uenies et uidebis me. Misit autem dauid nuncios ad isboseth filium saul dicens. Redde uxorem meam michol quam despondi mihi centum preputiis philistiim. Misit ergo isboseth et tulit eam a uiro suo falti filio lais. Sequebaturque eam uir suus plorans usque baurim. Dixitque ad eum abner. Vade reuertere. Qui et reuersus est.

Sermonem quoque intulit abner ad seniores israhel dicens. Tam heri quam nudius tercius querebatis dauid ut regnaret super uos. Nunc ergo facite quoniam dominus locutus est ad dauid dicens. In manu serui mei dauid saluabo populum meum israhel de manu philistiim et omnium inimicorum eius. Locutus est autem abner etiam ad beniamin. et abiit ut loqueretur ad dauid in hebron, omnia que placuerant israheli et uniuerso beniamin. Venitque ad dauid in hebron cum xx. uiris. Et fecit dauid abner et uiris eius qui uenerant cum eo conuiuium. Et dixit abner ad dauid. Surgam ut congregem ad te dominum meum regem omnem israhel. et ineam tecum fedus et imperes omnibus sicut desiderat anima tua. Cum ergo deduxisset dauid abner et ille isset in pace. statim pueri dauid et ioab uenerunt cesis latronibus cum preda magna nimis. Abner autem non erat cum dauid in hebron quia iam dimiserat eum et profectus fuerat in pace. et ioab et omnis exercitus qui erat cum eo postea uenerant.

Nunciatum est itaque ioab a narrantibus. Venit abner filius ner ad regem. et dimisit eum in pace. Et ingressus est ioab ad regem et ait. Quid fecisti? Ecce uenit abner ad te: quare dimisisti eum? et abiit et recessit? Ignoras abner filium ner. quoniam ad hoc uenit ut deciperet te et sciret exitum tuum et introitum tuum. et nosset omnia que agis? Egressus itaque ioab a dauid misit nuncios post abner et reduxit eum a cisterna syra ignorante dauid. Cumque rediisset abner in hebron seorsum abduxit eum ioab ad medium porte ut loqueretur ei in dolo. Et percussit illum ibi in inguine et mortuus est in ultionem sanguinis asael fratris eius. Quod cum audisset dauid rem gestam ait. Mundus ego sum et regnum meum apud dominum usque in sempiternum a sanguine abner filii ner. et ueniat super caput ioab. et super omnem domum patris eius. Nec deficiat de domo ioab fluxum seminis sustinens et leprosus tenens fusum et cadens gladio et indigens pane. Igitur ioab et abisay frater eius interfecerunt abner eo quod occidisset asael fratrem eorum in gabaon in prelio.

Dixit autem dauid ad ioab et ad omnem populum qui erat cum eo. Scindite uestimenta uestra et accingimini saccis. et plangite ante exequias abner. Porro rex dauid sequebatur feretrum. Cumque sepelissent abner in hebron. leuauit rex dauid uocem suam. et fleuit super tumulum abner: flebat autem et omnis populus. Plangensque rex abner ait. Nequaquam ut mori solent ignaui mortuus est abner. manus tue non sunt ligate. et pedes tui non sunt compedibus aggrauati. sed sicut solent cadere coram filiis iniquitatis corruisti. Congeminansque omnis populus fleuit super eum. Cumque uenisset uniuersa multitudo cibum capere cum dauid clara adhuc die. iurauit dauid dicens. Hec faciat mihi deus et hec addat. si ante occasum solis gustauero panem uel aliud quicquam. Omnisque populus audiuit et placuerunt eis cuncta que fecit rex in conspectu totius populi. Et cognouit omne uulgus et uniuersus israhel in die illa quoniam non actum fuisset a rege ut occideretur abner filius ner. Dixit quoque rex ad seruos suos. Num ignoratis quia princeps et maximus cecidit hodie in israhel? Ego autem adhuc delicatus et unctus rex. Porro uiri isti filii saruie duri mihi sunt. retribuat dominus facienti malum iuxta maliciam suam. Audiuit autem filius saul quod cecidisset abner in hebron. et dissolute sunt manus eius. omnisque israhel perturbatus est. Duo autem uiri principes latronum erant filio saul. nomen uni banaa. et nomen alteri rechab filii remmon berothite de filiis beniamin. Siquidem et beroth reputata est in beniamin. Et fugerunt berothite in gethaim. fueruntque ibi aduene usque ad tempus illud. Erat autem ionathe filio saul filius debilis pedibus. Quinquennis enim fuit quando uenit nuncius de saul et ionathan ex iezrahel. Tollensque eum nutrix sua fugit. Cumque festinaret ut fugeret. cecidit et claudus effectus est. Habuitque uocabulum miphiboseth. Venientes igitur filii remmon berothite rechab et banaa ingressi sunt feruente die domum isboseth qui dormiebat super stratum suum meridie. et ostiaria domus purgans triticum obdormiuit. Ingressi sunt autem domum. et assumentes spicas tritici latenter ingressi sunt et percusserunt in inguine rechab et banaa frater eius et fugerunt. Cum autem ingressi fuissent domum ille dormiebat super lectum suum in conclaui. et percutientes interfecerunt eum. Sublatoque capite eius abierunt per uiam deserti tota nocte. et attulerunt caput isboseth ad dauid in hebron. Dixeruntque ad regem. Ecce caput isboseth filii saul. inimici tui qui querebat animam tuam. et dedit dominus domino nostro regi ultionem hodie de saul et de semine eius. Respondens autem dauid rechab et banaa fratri eius filiis remmon berothite dixit ad eos. Viuit dominus qui eruit animam meam de omni angustia. quoniam eum qui annunciauerat mihi et dixerat mortuus est saul qui putabat se prospera nunciare tenui et occidi eum in siceleg cui oportebat mercedem me dare pro nuncio. quanto magis nunc cum homines impii interfecerint uirum innoxium in domo sua super lectum suum, non queram sanguinem eius de manu uestra. et auferam uos de terra? Precepit itaque dauid pueris et interfecerunt eos. Precidentesque manus et pedes eorum suspenderunt eos super piscinam in hebron. caput autem isboseth tulerunt et sepelierunt in sepulchro abner in hebron.

Et uenerunt uniuerse tribus israhel ad dauid in hebron dicentes. Ecce nos os tuum et caro tua sumus. Sed heri et nudius tercius cum esset saul rex super nos. tu eras educens et reducens israhel. Dixit autem dominus ad te. Tu pasces populum meum israhel. et tu eris dux super israhel. Venerunt quoque et senes de israhel ad regem in hebron. et percussit cum eis rex dauid fedus in hebron coram domino. unxeruntque dauid regem super israhel.

Filius xxx. annorum erat dauid cum regnare cepisset. et xl. annis regnauit. In hebron regnauit super iudam septem annis et sex mensibus. In hierusalem autem regnauit xxxiii annis super omnem israhel et iudam. Et abiit rex et omnes uiri qui erant cum eo in hierusalem ad iebuseum habitatorem terre. Dictumque est ad dauid ab eis. Non ingredieris huc nisi abstuleris cecos et claudos dicentes. Non ingredietur dauid huc. Cepit autem dauid arcem syon. hec est ciuitas dauid. Proposuerat enim dauid in die illa premium. qui percussisset iebuseum et tetigisset domatum fistulas et abstulisset claudos et cecos odientes animam dauid. Idcirco dicitur in prouerbio. cecus et claudus non intrabunt in templum. Habitauit autem dauid in arce. et uocauit eam ciuitatem dauid. et edificauit per gyrum a mello et intrinsecus. Et ingrediebatur proficiens atque succrescens. et dominus deus exercituum erat cum eo. Misit quoque hyram rex tyri nuncios ad dauid. et ligna cedrina et artifices lignorum artificesque lapidum ad parietes. et edificauerunt domum dauid. Et cognouit dauid quoniam confirmasset eum dominus regem super israhel. et quoniam exaltasset regnum eius super populum suum israhel. Accepit ergo dauid adhuc concubinas et uxores de hierusalem, postquam uenerat de hebron. Natique sunt dauid et alii filii et filie. Et hec nomina eorum qui nati sunt ei in hierusalem. Samua et sobab et nathan. et salomon. et ibaar. et helysua. et nefeth. et iafia. et helysama. et helyda. et helyfeleth.

Audierunt ergo philistiim quod unxissent dauid super israhel. et ascenderunt uniuersi ut quererent dauid. Quod cum audisset dauid descendit in presidium. Philistiim autem diffusi sunt in ualle raphaim. Et consuluit dauid dominum dicens. Si ascendam ad philisteos. et si dabis eos in manu mea? Et dixit dominus ad dauid. Ascende. quia tradens tradam philistiim in manus tuas. Venit ergo dauid in baalfarasim. et percussit eos ibi et dixit. Diuisit dominus inimicos meos coram me sicut diuiduntur aque. Propterea uocatum est nomen loci illius baalfarasim. Et reliquerunt ibi sculptilia sua. que tulit dauid et uiri eius. Et addiderunt adhuc philistiim ut ascenderent et diffusi sunt in ualle raphaim. Consuluit autem dauid dominum dicens. Si ascendam contra philisteos. et si trades eos in manus meas? Qui respondit. Non ascendas obuiam eis. sed gyra post tergum eorum. et uenies ad eos ex aduerso pirorum. Et cum audieris sonitum gradientis in cacumine pirorum tunc inibis prelium quia tunc egredietur dominus ante faciem tuam ut percutiat castra philistiim. Fecit itaque dauid sicut preceperat ei dominus. et percussit philistiim de gabaa usque dum uenias gezer. Congregauit autem rursum dauid omnes electos ex israhel xxx milia. Surrexitque et abiit uniuersus populus qui erat cum eo de uiris iuda. ut adducerent archam dei super quam inuocatum est nomen domini exercituum sedentis super cherubin super eam. Et imposuerunt archam dei super plaustrum nouum. tuleruntque eam de domo aminadab qui erat in gabaa. Oza autem et ahio filii aminadab minabant plaustrum nouum. Cumque tulissent eam de domo aminadab qui erat in gabaa custodiens archam dei ahio precedebat archam. Dauid autem et omnis israhel ludebant coram domino in omnibus lignis fabrefactis. et cytharis. et lyris. et tympanis. et sistris. et cymbalis.

Postquam autem uenerunt ad aream nachor: extendit oza manum ad archam domini et tenuit eam. quoniam calcitrabant boues et declinauerant eam. Iratusque est indignatione dominus contra ozam et percussit eum super temeritate qui mortuus est ibi iuxta archam dei. Contristatus est autem dauid eo quod percussisset dominus ozam. et uocatum est nomen loci illius percussio oze usque ad diem hanc. Et extimuit dauid dominum in die illa dicens. Quomodo ingredietur ad me archa dei? Et noluit diuertere ad se archam domini in ciuitatem dauid. sed diuertit eam in domo obededom gethei. Et habitauit archa domini in domo obededom gethei tribus mensibus. Et benedixit dominus obededom. et omnem domum eius. Nunciatumque est regi dauid quia benedixisset dominus obededom et omnia eius propter archam domini. Dixitque dauid. Ibo et reducam archam dei cum benedictione in domum meam.

Abiit ergo dauid et adduxit archam dei de domo obededom gethei in ciuitatem dauid cum gaudio. Et erant cum dauid septem chori, et uictima uituli. Cumque transcendissent qui portabant archam domini sex passus immolabant bouem et arietem. Et dauid percutiebat in organis et saltabat totis uiribus ante dominum. Porro dauid accinctus erat ephod lineo. et dauid et omnis domus israhel deducebant archam testamenti domini in iubilo. et in clangore bucine. Cumque intrasset archa domini in ciuitatem dauid. michol filia saul prospiciens per fenestram uidit regem dauid subsilientem atque saltantem coram domino. et despexit eum in corde suo. Et introduxerunt archam dei. et posuerunt eam in loco suo in medio tabernaculi quod

70. tetenderat ei dauid. Et obtulit dauid holocausta coram domino et pacifica. Cumque complesset offerens holocausta et pacifica. benedixit populo in nomine domini exercituum. Et partitus est uniuerse multitudini israhel tam uiro quam mulieri singulis collyridam panis unam. et assaturam bubale carnis unam. et similam frixam oleo. Et abiit omnis populus unusquisque in domum suam.

Reuersus est dauid ut benediceret domui sue. et egressa michol filia saul in occursum dauid et dixit ei. Quam gloriosus fuit hodie rex israhel discooperiens se ante ancillas seruorum suorum. et nudatus est quasi si nudetur unus de scurris. Dixitque dauid ad michol. Viuit dominus quia ludam ante dominum qui elegit me potius quam patrem tuum. et quam omnem domum eius. et precepit mihi ut essem rex super populum domini israhel. et ludam. et uilior fiam plusquam factus sum. et ero humilis in oculis meis. et cum ancillis de quibus locuta es gloriosior apparebo. Igitur michol filie saul non est natus filius usque in die mortis sue.

Factum est autem cum sedisset rex in domo sua. et dominus dedisset ei requiem undique ab uniuersis inimicis suis. dixit ad nathan prophetam. Vides ne quod ego habitem in domo cedrina. et archa dei posita sit in medio pellium? Dixitque nathan ad regem. Omne quod est in corde tuo uade fac. quia dominus tecum est. Factum est autem in nocte illa. et ecce sermo domini ad nathan dicens. Vade et loquere ad seruum meum dauid. Hec dicit dominus. Numquid tu edificabis mihi domum ad habitandum? Neque enim habitaui in domo ex die qua eduxi filios israhel de terra egypti usque in diem hanc. sed ambulabam in tabernaculo et in tentorio per cuncta loca que transiui cum omnibus filiis israhel. Numquid loquens locutus sum ad unam de tribubus israhel cui precepi ut pasceret populum meum israhel dicens. quare non edificastis mihi domum cedrinam? Et nunc hec dices seruo meo dauid. Hec dicit dominus exercituum.

Ego te tuli de pascuis sequentem greges ut esses dux sup po
pulum meum isrl. & fui tecum in omnib; ubicumq; ambulasti.
& interfeci uniuersos inimicos tuos a facie tua. Feciq; tibi nom
grande iuxta nomen magnorum qui sunt in terra. Et ponam locum pplo
meo isrl. & plantabo eum. & habitabit sub eo. & non turbabitur
amplius. nec addent filii iniquitatis ut affligant eum sic prius
ex die quo constitui iudices sup populum meum isrl. Et requiem
dabo tibi ab omnib; inimicis tuis. predicatq; tibi dominus. quod
domum faciat tibi dns. Cumq; completi fuerint dies tui. &
dormieris cum patrib; tuis. suscitabo semen tuum post te. qd
egredietur ex utero tuo. & firmabo regnum ei. Ipse edificabit
domum nomini meo. & stabiliam thronum regni eius usq; in sem
piternum. Ego ero ei in patrem. & ipse erit michi in filium. Qui
si inique aliquid gesserit arguam eum in uirga uirorum. & in pla
gis filiorum hominum. misericordiam autem meam non auferam ab eo. sic
abstuli a saul quem amoui a facie mea. Et fidelis erit domus tua.
& regnum tuum usq; in eternum ante faciem meam. & thronus
tuus firmus iugiter. Secundum omnia uerba hec. & iuxta omnem
uisionem istam. sic locutus est nathan ad dd. Ingressus est autem rex
dd. & sedit coram domino & dixit. Quis ego sum domine ds.
& que domus mea. quia adduxisti me huc usq; Sed & hoc
parum uisum est in conspectu tuo domine ds meus quia dilexisti
me. nisi loquereris etiam de domo serui tui in longinquum.
Ista est lex adam domine ds. Quid ergo addere poterit ad
huc dd ut loquatur ad te. Tu enim scis seruum tuum dne
ds. propter uerbum tuum. & secundum cor tuum fecisti omnia magna
lia hec. ita ut notum faceres seruo tuo. Idcirco magnificatus
es domine ds. quia non est similis tui. neq; est ds extra te in
omnib; que audiuimus auribus nris. Nec est autem ut ppls tuus
isrl gens in terra. propter quam iuit dominus ut redimeret eam sibi
in populum. & poneret sibi nomen. faceretq; ei magnalia &
horribilia sup terram. a facie ppli tui quem redemisti tibi ex egypto
pro gentem & deum eius. & firmasti tibi pplm isrl in pplm
sempiternum. Et tu domine factus es eis in deum. Nunc
ergo domine ds uerbum quod locutus es sup seruum tuum & super
domum eius. suscita in sempiternum. & fac sicut locutus es. ut magni
ficetur nomen tuum in sempiternum atq; dicatur. Dominus ex
ercituum ds sup isrl. & domus serui tui dd erit stabilita
coram domino. quia tu domine exercituum ds isrl reuelasti
auriculam serui tui dicens. domum edificabo tibi. Propterea in
uenit seruus tuus cor suum ut oraret te oratione hac. Nunc
ergo domine ds tu es ds. & uerba tua erunt uera. Locutus es enim
ad seruum tuum bona hec. Incipe ergo & benedic domui serui tui.
ut sit in sempiternum coram te. quia tu domine ds locutus es. &
benedictione tua benedicetur domus serui tui in sempiternum.

Factum est autem post hec percussit dd philistiim. & humiliauit
eum. Et tulit dd frenum tributi de manu philistiim. & percussit
moab. & mensus est funiculo coequans terre. Mensus est autem
duos funiculos. unum ad occidendum. & unum ad uiuificandum.
Factusq; est moab dd seruiens sub tributo. Et percussit dd ad
adiazer filium roab regem soba. quando profectus est ut domina
retur sup flumen eufraten. Et captis dd ex parte eius mille sep
tingentis equitib; & xx milib; peditum. subneruauit omnes
iugales curruum. Dereliquit autem ex eis centum currus. Ve
nit quoq; syria damasci. ut presidium ferret adadieher regi
soba. Et percussit dd de syria xx duo milia uirorum. Et
posuit dd presidium in syria damasci. factaq; est syria dd ser
uiens sub tributo. Seruauitq; dominus dd in omnib; ad que
cumq; profectus est. Et tulit dd arma aurea & torques que
habebant serui adadieher. & detulit eam hierlm. & de bethe
& de beroth. ciuitatib; adadiaher tulit rex dd es multum nimis.
de quo fecit salomon omnia uasa erea in templo.

Audiuit autem thou rex emath quod percussisset dd omne robur adad
ieher. & misit thou ioram filium suum ad regem dd ut salutaret
eum congratulans & gratias ageret. eo quod expugnasset adadieher
& percussisset eum. Hostis quippe erat thou adadieher & in
manu eius erant uasa argentea. & uasa aurea & erea. Que &
ipsa sanctificauit rex dd domino cum argento & auro. que sancti
ficauerat de uniuersis gentib; quas subegerat de syria & moab
& filiis ammon. & philistiim. & amalech. & de manib; ad
adieher filii roab regis soba. Fecitq; sibi dd nomen cum reuerte
retur capta syria in ualle salinarum cesis xii. & in gebelemath
xx iiii milib; & posuit in ydumea custodes statuitq; presidium.
Et facta est uniuersa ydumea seruiens dd. Et seruauit dns
ds dd in omnib; ad quecumq; profectus est. & regnauit dd sup
omnem isrl. Faciebat quoq; dd iudicium & iustitiam omni pplo suo.
Ioab autem filius saruie erat sup exercitum. Porro iosaphat fili
ahilud erat a commentariis. & sadoch filius achitob. & abime
lech filius abiathar sacerdotes. & saraia scriba. Banaias autem
filius ioiade sup cerethi & felethi.

Filii autem dd sacerdotes erant. Et dixit dd. Putasne est aliquis
qui remanserit de domo saul. ut faciam cum eo misericordiam propter
ionathan. Erat autem de domo saul seruus nomine siba. Quem
cum aduocasset ad se rex dixit ei. Tune es siba. Et ille
respondit. Ego sum seruus tuus. Et ait rex. Num sup est aliquis
de domo saul ut faciam cum eo misericordiam dei. Dixitq; siba
regi. Superest filius ionathe debilis pedib; Ubi inquit est.
Et siba ad regem. Ecce ait in domo est machir filii amihel
lodobar. Misit ergo rex dd & tulit eum de domo machir filii
amihel de lodobar. Cum autem uenisset misiboseth filius
ionathan filii saul ad dd. corruit in faciem suam. & adorauit.
Dixitq; dd. Misiboseth. Qui respondit. Adsum seruus tuus.
Et ait dd. Ne timeas. quia faciens faciam in te misericordiam
propter ionathan patrem tuum. & restituam tibi omnes agros saul
patris tui. & tu comedes panem in mensa mea semper. Qui ado
rans eum ait. Quis ego sum seruus tuus. quoniam respexisti sup
canem mortuum similem mei. Vocauit itaq; rex siba puerum
saul & dixit ei. Omnia quecumq; fuerunt saul & uniuersam
domum eius. dedi filio domini tui. Operare ergo ei terram tu & filii
tui. & serui tui. & inferes filio domini tui cibos ut alatur.
Misiboseth autem filius domini tui comedet panem semper
sup mensam meam. Erant autem siba quindecim filii & xx serui.
Dixitq; siba ad regem. Sicut iussisti domine mi rex seruo tuo.
sic faciet seruus tuus. & misiboseth comedat sup mensam
tuam. quasi unus de filiis regis. Habebat autem misiboseth
filium paruulum nomine micha. Omnis ergo cognatio domus

siba seruiebat misiboseth. Porro misiboseth habitabat
in hierlm quia de mensa regis iugiter uescebatur. & erat claudus utroq; pede.

Factum est autem post hec ut moreretur rex filiorum ammon. & reg
naret anon filius eius pro eo. Dixitq; dd. Faciam misericordiam cum anon
filio naas. sicut fecit pater eius mecum misericordiam. Misit ergo dd con
solans eum per seruos suos sup patris interitu. Cum autem uenissent
serui dd in terra filiorum ammon. dixerunt principes filiorum
ammon ad anon dominum suum. Putas quod propter honorem patris tui dd
miserit ad te consolatores. & non ideo ut inuestigaret & explo
raret ciuitatem & euerteret eam misit dd seruos suos ad te.
Tulit itaq; anon seruos dd. rasitq; dimidiam partem barbe eorum
& precidit uestes eorum medias usq; ad nates. & dimisit eos. Quod
cum nunciatum esset dd. misit in occursum eorum. Erant enim uiri
confusi turpiter ualde. & mandauit eis dd dicens. Manete in hie
richo donec crescant barbe uestre. & tunc reuertimini. Videntes
autem filii ammon quod iniuriam fecissent dd. miserunt & conduxerunt
mercede syrum roob. & syrum soba xx milia peditum. & a rege
maacha mille uiros. & abistob xii milia uirorum. Quod cum audisset
dd. misit ioab & omnem exercitum bellatorum. Egressi sunt ergo filii
ammon. & direxerunt aciem ante ipsum introitum porte. Syrus
autem soba. & roob. & istob. & maacha seorsum erant in campo.
Videns ergo ioab quod preparatum esset aduersum se prelium. & ex aduerso
& post tergum. elegit ex omnib; electis isrl. & instruxit aciem
contra syrum. Reliquam autem partem ppli tradidit abisay fratri suo.
Qui direxit aciem aduersum filios ammon. Et ait ioab. Si preua
luerint aduersum me syri. eris michi in adiutorium. Si autem filii
ammon preualuerint aduersum te auxiliabor tibi. Esto uir fortis
& pugnemus pro pplo nro & ciuitate dei nri. dominus autem faciet
quod bonum est in conspectu suo. Iniit autem ioab & ppls eius qui erat
cum eo certamen contra syros. qui statim fugerunt a facie eius. Filii
autem ammon uidentes quod fugissent syri. fugerunt & ipsi a facie
abisay. & ingressi sunt ciuitatem. Reuersusq; est ioab a filiis ammon
& uenit in hierlm. Videntes ergo syri quod corruissent coram isrl.
congregati sunt pariter. Miseruntq; adadieher & eduxerunt
syros qui erant trans flumen. & adduxit exercitum eorum. Sobach
autem magister militie adadieher erat princeps eorum. Quod cum nunci
atum esset dd. contraxit omnem isrl & transiuit iordanem.
ueniitq; in helema. Et direxerunt aciem syri ex aduerso dd. &
pugnauerunt contra eum. fugeruntq; syri a facie isrl. & occidit
dd de syris septingentos currus. & xl milia equitum. & sobach
principem militie percussit. qui statim mortuus est. Videntes
autem uniuersi reges qui erant in presidio adadieher uictos se ab isrl.
expauerunt & fugerunt l octo milia coram isrl. feceruntq; pacem
cum isrl. & seruierunt eis. Timueruntq; syri auxilium prebere filiis ammon.

Factum est autem uertente anno. eo tempore quo solent reges ad bel
la procedere. misit dd ioab & seruos suos cum eo & uniuersum
isrl. & uastauerunt filios ammon. & obsederunt rabath.
Dauid autem remansit in hierlm. Dum hec agerentur accidit ut sur
geret dd de stratu suo post meridiem. & deambularet in solario
domus regie. Viditq; mulierem se lauantem ex aduerso sup sola
rium suum. Erat autem mulier pulchra ualde. Misit ergo rex &
requisiuit que esset mulier. Nunciatumq; est ei quod ipsa esset beth
sabee filia helam uxor urie ethei. Missis itaq; nunciis dd
tulit eam. Que cum ingressa esset ad eum. dormiuit cum ea.
statimq; sanctificata est ab inmunditia sua. & reuersa est
domum suam concepto fetu. Mittensq; nunciauit dd &
ait. Concepi. Misit autem dd ad ioab dicens. Mitte ad me
uriam etheum. Misitq; urias ad dd. Et uenit urias ad
dd. Quesiuitq; dd quam recte ageret ioab & ppls. & quomodo
administraretur bellum. Et dixit dd ad uriam. Vade in do
mum tuam. & laua pedes tuos. Egressus est urias de domo
regis. secutusq; est eum cibus regius. Dormiuit autem urias ante
portam domus regis cum aliis seruis domini sui. & non descen
dit in domum suam. Et nunciatum est dd a dicentib; Non
iuit urias ad domum suam. Et ait dd ad uriam. Numquid
non de uia longinqua uenisti. Quare non descendisti in domum
tuam. Et ait urias ad dd. Archa & isrl & iuda ha
bitant in papilionib; & dominus meus ioab & serui domini mei
sup faciem terre manent. & ego ingrediar domum meam. ut co
medam & bibam & dormiam cum uxore mea. Per salutem tuam &
per salutem anime tue. quod non faciam hanc rem. Ait ergo dd ad uriam.
Mane hic etiam hodie. & cras dimittam te. Mansit itaq; urias
in hierlm in die illa & altera. Et uocauit illum dd ut come
deret coram se & biberet. & inebriauit eum. Qui egressus
uespere dormiuit in stratu suo cum seruis domini sui. &
in domum suam non descendit. Factum est ergo mane. & scripsit dd
epistolam ad ioab misitq; per manum urie scribens in epistola. Po
nite uriam ex aduerso belli ubi fortissimum prelium est. & dereli
quite eum. ut percussus intereat. Igitur cum ioab obsideret
urbem. posuit uriam in loco ubi sciebat esse uiros fortissimos.
Egressiq; uiri de ciuitate bellabant aduersum ioab. & ceciderunt
de pplo seruorum dd. & mortuus est etiam urias etheus. Mi
sit itaq; ioab. & nunciauit regi omnia uerba prelii. Precepitq;
nuncio dicens. Cum compleueris uniuersos sermones belli ad
regem. si eum uideris indignari. & dixerit quare accessistis
ad murum ut preliaremini. an ignorabatis quod multa desup
ex muro tela mittantur. Quis percussit abimelech filium
hierobaal. Nonne mulier misit sup eum fragmen mole de
muro & interfecit eum in thebes. Dices. Etiam seruus
tuus urias etheus occubuit. Abiit ergo nuncius & narrauit
dd omnia que preceperat ioab. Et dixit nuncius ad dd. Preua
luerunt aduersum nos uiri. & egressi sunt aduersum nos in agrum.
Nos autem facto impetu persecuti eos sumus usq; ad portam ciuita
tis. & direxerunt iacula sagittarii ad seruos tuos ex muro
desup. mortuiq; sunt de seruis regis. Quin etiam seruus tuus
urias etheus mortuus est. Et dixit dd ad nuncium. Hec
dices ioab. Non te frangat ista res. Varius enim est euentus
prelii. & nunc hunc. nunc illum consumit gladius. Conforta bella
tores tuos aduersum urbem ut destruas eam. & exhortare eos.
Audiuit autem uxor urie quod mortuus esset urias uir suus. &
planxit eum. Transactoq; luctu. misit dd & introduxit
eam in domum suam. & facta est ei uxor peperitq; ei filium. Et
displicuit uerbum hoc quod fecerat dd coram domino.

Misit ergo dominus nathan ad dd. Qui cum uenisset ad eum dixit
ei. Responde michi iudicium. Duo uiri erant in ciuitate una. unus
diues. & alter pauper. Diues habebat oues & boues pluri

mos valde. pauper autem non habebat omnino praeter unam ovem parvulam
quam emerat et nutrierat. et quae creverat apud eum cum filiis eius
simul de pane illius comedens et de calice illius bibens. et in sinu
illius dormiens. eratque illi sicut filia. Cum autem peregrinus quidam
venisset ad divitem. parcens ille sumere de ovibus et bubus suis ut
exhiberet convivium peregrino illi qui venerat ad se. tulit ovem
pauperis. et praeparavit cibos homini qui venerat ad se. Iratus autem
indignatione David adversus hominem illum nimis. dixit ad Nathan.
Vivit dominus quia filius mortis est vir qui fecit hoc. Ovem
reddet in quadruplum. eo quod fecerit verbum istud. et non pepercerit.
Dixit autem Nathan ad David. Tu es ille vir qui fecisti hanc rem. Haec dicit
dominus deus Israel. Ego unxi te in regem super Israel. et ego erui te de
manu Saul. et dedi tibi domum domini tui. et uxores domini tui in
sinu tuo. dedique tibi domum Israel et Iuda. Et si parva sunt ista.
adiciam tibi multo maiora. Quare ergo contempsisti verbum domini. ut fa
ceres malum in conspectu meo. Uriam Ettheum percussisti
gladio. et uxorem illius accepisti in uxorem. et interfecisti eum gla
dio filiorum Ammon. Quam ob rem non recedet gladius de domo tua
usque in sempiternum. eo quod despexeris me et tuleris uxorem Uriae
Ethei ut esset uxor tua. Itaque haec dicit dominus. Ecce ego suscita
bo super te malum de domo tua. et tollam uxores tuas in oculis tuis.
et dabo proximo tuo. et dormiet cum uxoribus tuis in oculis solis
huius. Tu enim fecisti abscondite. ego autem faciam verbum istud in con
spectu omnis Israel et in conspectu solis. Et dixit David ad Nathan.
Peccavi domino. Dixitque Nathan ad David. Dominus quoque transtu
lit peccatum tuum. non morieris. Veruntamen quoniam blasphemare feci
sti inimicos nomen domini propter verbum hoc. filius qui natus est tibi
morte morietur. Et reversus est Nathan in domum suam. Percussitque
dominus parvulum quem pepererat uxor Uriae David. et desperatus est.
Deprecatusque est dominum David pro parvulo. et ieiunavit David ieiunio. et
ingressus seorsum iacuit super terram. Venerunt autem seniores domus
eius. cogentes eum ut surgeret de terra. Qui noluit neque comedit
cum eis cibum. Accidit autem die septima ut moreretur infans. timu
eruntque servi David nuntiare ei quod mortuus esset parvulus. Di
xerunt enim. Ecce cum parvulus adhuc viveret loquebamur ei
et non audiebat vocem nostram. quanto magis si dixerimus mortuus est
puer se affliget. Cum ergo audisset David servos suos mussitan
tes. intellexit quod mortuus esset infantulus. dixitque ad servos
suos. Num mortuus est puer. Qui responderunt ei. Mortuus
est. Surrexit ergo David de terra. et lotus unctusque est. Cumque
mutasset vestem ingressus est domum domini. et adoravit
et venit in domum suam. Petivitque ut ponerent ei panem. et co
medit. Dixeruntque ei servi sui. Quis est sermo quem fecisti.
Propter infantem cum adhuc viveret et ieiunabas et flebas.
mortuo autem puero surrexisti et comedisti panem. Qui ait.
Propter infantem cum adhuc viveret ieiunavi et flevi. Dicebam
enim. Quis scit si forte donet eum mihi dominus ut vivat infans.
Nunc autem quia mortuus est quare ieiunem. Numquid potero
revocare eum amplius. Ego vadam magis ad eum. ille vero non re
vertetur ad me. Et consolatus est David Bethsabee uxorem suam.
ingressusque ad eam dormivit cum ea. quae genuit filium. et voca
vit nomen eius Salomon. et dominus dilexit eum. Misitque eum
in manu Nathan prophete et vocavit nomen eius amabilis domino. eo
quod diligeret eum dominus. Igitur pugnabat Ioab contra Rabath
regem filiorum Ammon. et expugnabat urbem regiam. Misitque
Ioab nuntios ad David dicens. Dimicavi adversum Rabath et ca
pienda est urbs aquarum. Nunc ergo congrega reliquam partem populi
et obside civitatem et cape eam. ne cum a me vastata fuerit urbs. no
mini meo ascribatur victoria. Congregavit itaque David omnem populum. et
profectus est adversus Rabath. Cumque dimicasset cepit eam. et tulit di
adema regis eorum de capite eius pondo auri talentum habens gemmas
pretiosissimas. et impositum est super caput David. Sed et praedam civi
tatis asportavit multam valde. Populum quoque eius adducens ser
ravit. et circumegit super eos ferrata carpenta. divisitque cultris
et transduxit in typo laterum. Sic fecit universis civitatibus filiorum
Ammon. et reversus est David et omnis exercitus in Ierusalem.
Factum est autem post haec ut Absalon filii David haberet sororem specio
sissimam nomine Thamar. et adamaret eam Ammon filius David. et de
periret propter eam valde. ita ut egrotaret propter amorem eius. quia cum esset
virgo. difficile ei videbatur ut quippiam inhoneste ageret cum ea.
Erat autem Ammon amicus nomine Ionadab filius Semmaa fratris David
vir prudens valde. Qui dixit ad eum. Quare sic attenuaris macie
fili regis per singulos dies. Cur non indicas mihi. Dixitque ei
Ammon. Thamar sororem Absalon fratris mei amo. Cui respondit
Ionadab. Cuba super lectum tuum. et languorem simula. Cumque
venerit pater tuus ut visitet te dicito ei. Veniat oro Thamar soror
mea ut det mihi cibum. et faciat pulmentum. et comedam de ma
nu eius. Accubuit itaque Ammon. et quasi egrotare cepit. Cumque
venisset rex ad visitandum eum. ait Ammon ad regem. Veniat obse 73
cro Thamar soror mea ut det mihi cibum. et faciat in oculis meis
duas sorbitiunculas. et cibum capiam de manu eius. Misit ergo David
ad Thamar domum dicens. Veni in domum fratris tui Ammon. et fac
ei pulmentum. Venitque Thamar in domum Ammon fratris sui. Ille
autem iacebat. Quae tollens farinam commiscuit et liquefaciens in
oculis eius. coxit sorbitiunculas. tollensque quod coxerat effudit et
posuit coram eo. et noluit comedere. Dixitque Ammon. Eicite
universos a me. Cumque eiecissent omnes. dixit Ammon ad Thamar.
Infer cibum in conclave ut vescar de manu tua. Tulit ergo Thamar
sorbitiunculas quas fecerat et intulit ad Ammon fratrem suum in con
clavi. Cumque obtulisset cibum apprehendit eam. et ait. Veni
cuba mecum soror mea. Quae respondit ei. Noli frater mi opprimere
me. neque enim hoc fas est in Israel. Noli frater mi noli facere stul
titiam hanc. Ego enim ferre non potero obprobrium meum. et tu
eris quasi unus de insipientibus in Israel. quin potius loquere ad regem.
et non negabit me tibi. Noluit autem acquiescere precibus eius. sed praeva
lens viribus. oppressit eam. et cubavit cum illa. et exosam eam habuit
Ammon magno odio nimis. ita ut maius esset odium quo oderat eam
amore quo ante dilexerat. Dixitque ei Ammon. Surge et vade.
Quae respondit ei. Maius est hoc malum quod nunc agis adversum me.
quam quod ante fecisti expellens me. Et noluit audire eam. sed
vocato puero qui ministrabat ei dixit. Eice hanc a me foras.
et claude ostium post eam. Quae induta erat talari tunica.
Huiuscemodi enim filiae regis virgines vestibus utebantur. Eiecit itaque
eam minister illius foras. clausitque fores post eam. Quae aspergens
cinerem capiti suo. scissa talari tunica. impositisque manibus super
caput suum. ibat ingrediens et clamans. Dixit autem ei Absalon fra

ter suus. Numquid Ammon frater tuus concubuit tecum. Sed nunc
soror tace frater tuus est. neque affligas cor tuum pro re hac. Mansit
itaque Thamar contabescens in domo Absalon fratris sui. Cum autem
audisset David rex verba haec contristatus est valde. et noluit con
tristare spiritum Ammon filii sui quia diligebat eum. quia primogenitus
erat ei. Porro non est locutus Absalon ad Ammon nec bonum nec malum.
Oderat enim Absalon Ammon. eo quod violasset Thamar sororem suam.
Factum est autem post tempus biennii ut tonderentur oves Absalon
in Baalasor quae est iuxta Effraim. et convocavit Absalon omnes
filios regis. Venitque ad regem. et ait ad eum. Ecce tondentur
oves servi tui. veniat oro rex cum servis suis ad servum suum.
Dixitque rex ad Absalon. Noli fili mi. noli rogare ut veniamus
omnes et gravemus te. Cum autem cogeret eum et noluisset
ire. benedixitque ei. Et ait Absalon. Si non vis venire. veni
at obsecro saltem Ammon frater meus. Dixitque ad eum rex. Non est
necesse ut vadat tecum. Coegit itaque eum Absalon. et dimisit
cum eo Ammon. et universos filios regis. Feceratque Absalon con
vivium. quasi convivium regis. Praeceperat autem Absalon pueris
suis dicens. Observate cum temulentus fuerit Ammon vino. et
dixero vobis percutite eum et interficite. Nolite timere. Ego enim
sum qui praecipio vobis. roboramini et estote viri fortes. Fecerunt
ergo pueri Absalon adversum Ammon sicut praeceperat eis Absalon. et
percusserunt Ammon qui et mortuus est. Surgentesque omnes filii
regis ascenderunt singuli mulas suas et fugerunt. Cumque adhuc
pergerent in itinere. fama pervenit ad David dicens. Percussit Ab
salon omnes filios regis. et non remansit ex eis saltem unus.
Surrexit itaque rex et scidit vestimenta sua. et cecidit super terram.
et omnes servi ipsius qui assistebant ei. sciderunt vestimenta sua.
Respondens autem Ionadab filius Semmaa fratris David dixit. Ne esti
met dominus meus rex quod omnes pueri filii regis occisi sint. Ammon
solus mortuus est. quoniam odio Absalon erat positus ex die qua
oppressit Thamar sororem eius. Nunc ergo ne ponat dominus meus rex
super cor suum verbum istud dicens. omnes filii regis occisi sunt. quia
Ammon solus mortuus est. Fugit autem Absalon. Elevavit
puer speculator oculos suos. et aspexit. et ecce populus multus
veniebat per iter devium ex latere montis. Dixit autem Ionadab
ad regem. Ecce filii regis assunt. iuxta verbum servi tui. sic factum
est. Cumque cessasset loqui apparuerunt filii regis. et intran
tes levaverunt vocem suam et fleverunt. Sed et rex et omnes
servi eius fleverunt planctu magno nimis. Porro Absalon fu
giens abiit ad Tholomai filium Amiur regem Gessur. Luxit
igitur David filium suum multis diebus. Absalon autem cum fugisset
et venisset in Gessur. fuit ibi tribus annis. Cessavitque rex David
persequi Absalon. eo quod consolatus esset super Ammon interitu. In
telligens autem Ioab filius Sarvie quod cor regis versum esset ad Ab
salon. misit Thecuam. et tulit inde mulierem sapientem. dixitque
ad eam. Lugere te simula. et induere veste lugubri. et ne
unguaris oleo ut sis quasi mulier plurimo iam tempore lugens
mortuum. et ingredieris ad regem et loqueris ad eum sermo
nes huiuscemodi. Posuit autem Ioab verba in ore eius. Itaque
cum ingressa fuisset mulier Thecuites ad regem. cecidit coram eo
super terram. et adoravit et dixit. Salva me rex. Et ait ad eam
rex. Quid causae habes. Quae respondit. Heu mulier vidua
ego sum. Mortuus est vir meus. et ancillae tuae erant duo filii
qui rixati sunt adversum se in agro. nullusque erat qui eos prohi
bere posset. et percussit alter alterum. et interfecit eum. Et ecce
consurgens universa cognatio adversum ancillam tuam dicit.
Trade eum qui percussit fratrem suum. ut occidamus eum pro anima
fratris sui quem interfecit. et deleamus heredem. Et quaerunt ex
tinguere scintillam meam quae relicta est. ut non sit super viro meo
nomen et reliquiae super terram. Et ait rex ad mulierem. Vade
in domum tuam. et ego iubebo pro te. Dixitque mulier Thecuites
ad regem. In me domine mi rex sit iniquitas. et in domum
patris mei. rex autem et thronus eius sit innocens. Et ait rex.
Qui contradixerit tibi adduc eum ad me. et ultra non addet
ut tangat te. Quae ait. Recordetur dominus deus suus. ut non multi
plicentur proximi sanguinis ad ulciscendum. et nequaquam inter
ficient filium meum. Qui ait. Vivit dominus quia non cadet de
capillis filii tui super terram. Dixit ergo mulier. Loquatur ancilla
tua ad dominum meum regem verbum. Et ait. Loquere. Dixitque mulier.
Quare cogitasti huiuscemodi rem contra populum dei. Et locutus est
rex verbum istud ut peccet. et non reducat eiectum suum. Omnes
morimur. et quasi aquae dilabimur quae non revertuntur. nec vult deus peri
re animam. sed retractat cogitans ne penitus pereat qui abiectus est.
Nunc ergo veni ut loquar ad dominum meum regem verbum hoc praesen
te populo. Et dixit ancilla tua. Loquar ad regem si quomodo faciat
verbum rex ancillae suae. Et audivit rex verba ut liberaret ancil
lam suam de manu omnium qui volebant simul de hereditate
domini delere me et filium meum. Dicat ergo ancilla tua ut fiat
verbum domini mei regis sicut sacrificium. sicut enim angelus domini
sic est dominus meus rex. ut nec benedictione nec maledictione
moveatur. Unde et dominus deus tecum est. Et respondens rex dixit
ad mulierem. Ne abscondas a me verbum quod te interrogo. Dixitque
mulier. Loquere domine mi rex. Et ait rex. Numquid manus
Ioab tecum est in omnibus istis. Respondit mulier et ait. Per
salutem animae tuae domine mi rex. nec ad dexteram nec ad sinistram
est ex omnibus his quae locutus est dominus meus rex. Servus enim
tuus Ioab ipse praecepit mihi. et ipse posuit in os ancillae tuae omnia
verba haec. ut verterem figuram sermonis huius. Servus enim
tuus Ioab praecepit istud. Tu autem domine mi rex sapiens es sicut
habet sapientiam angelus dei. ut intelligas omnia super terram. Et
ait rex ad Ioab. Ecce placatus feci verbum tuum. vade ergo et revoca
puerum Absalon. Cadensque Ioab super faciem suam in terram. adoravit et
benedixit regi. Et dixit Ioab. Hodie intellexit servus tuus
quia inveni gratiam in oculis tuis domine mi rex. fecisti enim ser
monem servi tui. Surrexit ergo Ioab et abiit in Gessur. et adduxit
Absalon in Ierusalem. Dixit autem rex. Revertatur in domum suam.
et faciem meam non videat. Reversus est itaque Absalon in domum suam.
et faciem regis non vidit.
Porro sicut erat Absalon. non erat vir pulchrior in omni Israel. et decorus
nimis. A vestigio pedis usque ad verticem non erat in eo ulla macula.
Et quando tondebat capillos. semel autem in anno tondebatur quia
gravabat eum cesaries. ponderabat capillos capitis sui ducentis
siclis pondere publico. Nati sunt autem Absalon filii tres et filia
una nomine Thamar eleganti forme. Mansitque Absalon in Hie
rusalem duobus annis. et faciem regis non vidit. Misit itaque ad Ioab

ut mitteret eum ad regem. qui noluit uenire ad eu. Cumq;
secundo misisset & ille noluisset uenire. dixit seruis suis. Scitis
agrum ioab iuxta agrum meum habentem messem hordei.
Ite ergo & succendite eum igni. Succenderunt ergo serui absalon sege
tem igni. & uenientes serui ioab scissis uestib; suis dixerunt.
Succenderunt serui absalon partem agri igni. Surrexitq; ioab
& uenit ad absalon in domum eius & dixit. Quare succenderunt
serui tui segetem meam igni. Et resp absalon ad ioab. Mi
si ad te obsecrans ut uenires ad me ut mitterem te ad regem & di
ceres ei. Quare ueni de gessur. Melius mihi erat ibi esse.
Obsecro ergo ut uideam faciem regis. Quod si memor est iniquitatis
meę. interficiat me. Ingressus ioab ad regem nunciauit ei. Vo
catusq; absalon intrauit ad regem. & adorauit sup faciem terrę co
ram eo. Osculatusq; est rex absalon.

Igitur post hec fecit sibi absalon currus & equites. & L. uiros
qui precederent eum. Et mane surgens absalon stabat iuxta
introitum portę mura. & omnem uirum qui habebat negocium
ut ueniret ad regis iudicium. uocabat ad se absalon & dicebat.
De qua ciuitate es tu. Qui respondens aiebat. Ex una
tribu isrl ego sum seruus tuus. Respondebatq; ei absalon.
Videntur mihi sermones tui boni & iusti. sed non est qui te audiat
constitutus a rege. Dicebatq; absalon. Quis me constituat iu
dicem sup terram. ut ad me ueniant qui habent negocium & iuste
iudicem. Sed & cum accederet homo ut salutaret illum.
extendebat manum & apprehendens osculabatur eum. Facie
batq; hoc omni isrl qui ueniebat ad iudicium ut audiretur a
rege. & sollicitabat corda uirorum isrl. Post IIII. autem annos
dixit absalon ad regem dd. Vadam & reddam uota mea que
uoui domino in ebron. Vouens enim uouit seruus tuus. cum esset
in gessur syrię dicens. si reduxerit me dominus in hierlm. sac
rificabo domino. Dixitq; ei rex dd. Vade in pace. Et surrexit
& abiit in ebron. Misit autem absalon exploratores in uniuer
sas trib; isrl dicens. Statim ut audieritis clangorem tube
dicetis. Regnabit absalon in ebron. Porro cum absalone ie
runt ducenti uiri. de hierlm uocati. omnes simplici corde.
causam penitus ignorantes. Accersiuit quoq; absalon achitofel
gilonitem consiliarium dd. de ciuitate sua gilon. Cumq; immo
laret uictimas. facta est coniuratio ualida. populusq; consurgens
augebatur cum absalon. Venit igitur nuncius ad dauid dicens. Toto
corde uniuersus isrl sequitur absalon. Et ait dd seruis suis
qui erant cum eo in hierlm. Surgite & fugiamus. neq; enim erit
nob refugium a facie absalon. Festinate egredi. ne forte ue
niens occupet nos. & impellat sup nos ruinam. & percutiat
ciuitatem in ore gladii. Dixeruntq; serui regis ad eum. Omnia
quecumq; preceperit dominus noster rex libenter exequimur serui tui.
Egressus est ergo rex. & uniuersa domus eius pedib; suis. Et derel
iquit rex decem mulieres concubinas ad custodiendam domum.
Egressusq; est rex & omnis isrl pedib; suis. Stetit procul a do
mo. Et uniuersi serui eius ambulabant iuxta eum. & legiones
cerethi & felethi. & omnes gethei pugnatores ualidi sexcenti
uiri qui secuti eum fuerant de geth. precedebant regem. Dixit
autem rex ad ethai etheum. Cur uenis nobiscum. Reuertere
& habita cum rege quia peregrinus es. & egressus de loco tuo.
Heri uenisti. & hodie compelleris nobiscum egredi. Ego autem
uadam quo iturus sum. Reuertere & reduc fratres tuos. & dns
faciat tecum misericordiam & ueritatem. quia ostendisti gratiam &
fidem. Et resp ethai regi dicens. Viuit dominus & uiuit
dominus meus rex. quia in quocumq; loco fueris domine mi rex
siue in morte siue in uita. ibi erit seruus tuus. Et ait dd
regi ethai. Veni & transi. Et transiuit ethai etheus & rex.
& omnes uiri qui cum eo erant. & reliqua multitudo. Omnisq;
flebant uoce magna. & uniuersus populus transiebat. Rex
quoq; transgrediebatur torrentem cedron. & cunctus populus ince
debat contra uiam oliue que respicit ad desertum. Venit autem
& sadoch & uniuersi leuitę cum eo portantes archam federis
domini a bethleem. & deposuerunt archam di. Et ascen
dit abiathar donec expletus est omnis populus qui egressus fuerat
de ciuitate. Et dixit rex ad sadoch. Reporta archam dei in
urbem. Si inuenero gratiam in oculis domini. reducet me & osten
det eam mihi. & tabernaculum suum. Si autem dixerit mihi non places.
presto sum. faciat quod bonum est coram se. Et dixit rex ad sadoch
sacerdotem. O uidens reuertere in ciuitatem in pace. & achimaas
filius tuus. & ionathas filius abiathar duo filii uestri sint uobiscum.
ecce ego abscondar in campestrib; deserti. donec ueniat ser
mo a uob indicans mihi. Reportauerunt ergo sadoch & abiathar
archam dei in hierlm. & manserunt ibi. Porro dd ascende
bat cliuum oliuarum. ascendens & flens operto capite & nudis
pedib; incedens. Sed & omnis populus qui erat cum eo. operto ca
pite incedebat plorans. Nunciatum est autem dd quod & achitofel
esset in coniuratione cum absalon. Dixitq; dd. Infatua dne
queso consilium achitofel. Cumq; ascenderet dd summitatem
montis in quo adoraturus erat dnm. ecce occurrit ei chusai ara
chites scissa ueste & terra pleno capite. & dixit ei dd. Si uene
ris mecum eris mihi oneri. Si autem in ciuitatem reuerteris & dixe
ris absalon seruus tuus sum rex. sicut fui seruus patris tui.
sic ero seruus tuus. dissipabis consilium achitofel. Habes
autem tecum sadoch & abiathar sacerdotes. Et omne uerbum
quodcumq; audieris de domo regis indicabis sadoch & abia
thar sacerdotib;. Sunt autem cum eis duo filii eorum achimaas
filius sadoch. & ionathas filius abiathar. & mittetis per eos
ad me omne uerbum quodcumq; audieritis. Veniente ergo chu
sai amico dd in ciuitatem. absalon quoq; ingressus est in hierlm.
Cumq; dd transisset paululum montis uerticem. apparuit siba
puer mifiboseth in occursum eius. cum duob; asinis qui onerati
erant ducentis panib; & centum alligaturis uuę passę. & centum
massis palmarum. & duob; utrib; uini. Et dixit rex sibę.
Quid sibi uolunt hec. Resp siba. Asini domestici regis
ut sedeant & palatia ad uescendum pueri tui. uinum autem ut bibat
si quis defecerit in deserto. Et ait rex. Vbi est filius domini
tui. Resp siba regi. Remansit in hierlm dicens. Hodie
restituet mihi domus israhel regnum patris mei. Et ait rex sibę.
Tua sint omnia que fuerunt mifiboseth. Dixitq; siba. Oro
ut inueniam gratiam coram te domine mi rex. Venit ergo rex dd
usq; bahurim. & ecce egrediebatur inde uir de cognatione saul
nomine semei filius gera. Procedebat egrediens & maledice
bat. mittebatq; lapides contra dd. & contra uniuersos seruos
regis dd. Omnis autem populus & uniuersi bellatores a dextro & sinis
tro latere regis incedebant. Ita autem loquebatur semei cum male
diceret regi. Egredere egredere uir sanguinum & uir belial. red
didit tibi dominus uniuersum sanguinem domus saul. quoniam inuasisti
regnum pro eo. & dedit dominus regnum in manu absalon filii tui.
Et ecce te premunt mala tua. quoniam uir sanguinum es. Dixit autem abisai
filius saruię regi. Quare maledicit canis hic mortuus dno meo
regi. Vadam & amputabo caput eius. Et ait rex. Quid mihi
& uobis est filii saruię. Dimittite eum ut maledicat. dominus
enim precepit ei ut malediceret dd. Et quis est qui audeat dicere
quare sic fecerit. Et ait rex ad abysai & uniuersis seruis suis.
Ecce filius meus qui egressus est de utero meo querit animam meam. quanto
magis hic filius iemini. Dimittite eum ut maledicat iuxta
preceptum domini. si forte respiciat dominus afflictionem meam
& reddat mihi benedictionem pro maledictione hac hodierna. Am
bulabat itaq; dd & socii eius per uiam cum eo. semei autem per iugum
montis ex latere contra illum gradiebatur. maledicens & mittens
lapides contra eum. terramq; spargens. Venit itaq; rex & uniuersus
populus cum eo lassus. & refocillati sunt ibi. Absalon autem & omnis
populus ingressi sunt hierlm. sed & achitofel cum eo. Cum autem uenisset
chusai arachites amicus dd ad absalon. locutus est ad eum. Salue
rex. salue rex. Ad quem absalon. Hec est inquit gratia tua ad ami
cum tuum. Quare non isti cum amico tuo. Resp chusai ad
absalon. Nequaquam quia illius ero quem elegit dominus & omnis
populus isrl. & cum eo manebo. Sed ut & hoc inferam cui ego
seruiturus sum. Nonne filio regis. Sicut parui patri tuo. sic parebo & tibi.
Dixit autem absalon ad achitofel. Inite consilium quid agere debeamus.
Et ait achitofel ad absalon. Ingredere ad concubinas patris tui.
ut cum audierit omnis isrl quod fedaueris patrem tuum. roborentur
manus eorum tecum. Tetenderunt ergo tabernaculum absalon in solario.
ingressusq; est ad concubinas patris sui coram uniuerso isrl. Consilium
autem quod dabat in dieb; illis quasi si quis consuleret dnm. sic erat
omne consilium achitofel. & cum esset cum dd. & cum esset cum
absalon. Dixit ergo achitofel ad absalon. Eligam mihi XII. milia uirorum.
& consurgens persequar dd hac nocte. & irruens sup eum quippe qui
lassus est. & solutis manib; percutiam eum. Cumq; fugerit omnis po
pulus qui cum eo est. percutiam regem desolatum. & reducam uniuersum
populum. quomodo apes reuerti solent. Vnum enim uirum tu queris.
& omnis populus erit in pace. Placuitq; sermo eius absalon. & cunctis
maiorib; natu isrl. Ait autem absalon. Vocate chusai arachitem. &
audiamus quid etiam ipse dicat. Cumq; uenisset chusai ad absa
lon. ait absalon ad eum. Huiuscemodi sermonem locutus est achitofel.
facere debemus annon. Quod das consilium. Et dixit chusai ad
absalon. Non bonum consilium quod dedit achitofel hac uice. Et
rursum intulit chusai. Tu nosti patrem tuum & uiros qui cum eo sunt
esse fortissimos & amaro animo ueluti si ursa raptis catulis in sal
tu seuiat. Sed & pater tuus uir bellator est. nec morabitur cum populo.
Forsitan nunc latitat in foueis. aut in uno quo uoluerit loco.
& cum ceciderit unusquilibet in principio. audiet quicumq; au
dierit & dicet. Facta est plaga in populo qui sequebatur absalon. & for
tissimus quoq; cuius cor est quasi leonis pauore soluetur. Scit enim
omnis populus isrl fortem esse patrem tuum. & robustos omnes qui
cum eo sunt. Sed hoc mihi rectum uidetur esse consilium. Congre
getur ad te uniuersus isrl a dan usq; bersabee quasi arena maris
innumerabilis. & tu eris in medio eorum. Et irruemus sup eum
quocumq; loco fuerit inuentus. & operiemus eum sicut cadere solet
ros sup terram. & non relinquemus de uiris qui cum eo sunt ne unum
quidem. Quod si urbem aliquam fuerit ingressus. circumdabit omnis
isrl ciuitati illi funes. & trahemus eam in torrentem. ut non rep
periatur nec calculus quidem ex ea. Dixitq; absalon & omnis uir isrl.
Melius est consilium chusai arachitę consilio achitofel. Do
mini autem nutu dissipatum est consilium achitofel utile. ut indu
ceret dominus sup absalon malum. Et ait chusai sadoch &
abiathar sacerdotib;. Hoc & hoc consilium dedit achitofel
absalon & senioribus isrl. & ego tale & tale dedi consilium.
Nunc ergo mittite cito & nunciate dd dicentes. Ne moreris
nocte hac in campestrib; deserti. sed absq; dilatione trans
gredere ne forte absorbeatur rex. & omnis populus qui cum eo est.
Ionathas autem & achimaas stabant iuxta fontem rogel. Abiit
ancilla & nunciauit eis. & illi profecti sunt. ut referrent
ad regem dd nuncium. Non enim poterant uideri aut introire
ciuitatem. Vidit autem eos quidam puer. & indicauit absalon. Illi
uero concito gradu ingressi sunt domum cuiusdam uiri in bahurim qui habe
bat puteum in uestibulo suo. & descenderunt in eum. Tulit autem
mulier & expandit uelamen sup os putei quasi siccans ptisa
nas. & sic latuit res. Cumq; uenissent serui absalon ad mulie
rem in domum dixerunt. Vbi est achimaas & ionathas.
Resp eis mulier. Transierunt festinantes. gustata paululum
aqua. At hi qui querebant cum non inuenissent reuersi sunt in hierlm.
Cumq; abissent ascenderunt illi de puteo. & pergentes nunci
auerunt regi dd & dixerunt. Surgite transite cito fluuium.
quia huiuscemodi dedit consilium contra uos achitofel.
Surrexit ergo dd & omnis populus qui erat cum eo & transierunt ior
danem donec dilucesceret. & ne unus quidem residuus fuit qui non
transisset fluuium. Porro achitofel uidens quod non fuisset factum
consilium suum. strauit asinum suum & surrexit & abiit in do
mum suam. & in ciuitatem suam. Et disposita domo sua suspen
dio interiit. & sepultus est in sepulchro patris sui. Dauid autem
uenit in castra. & absalon transiuit iordanem ipse & omnis uiri
isrl cum eo. Amasa uero constituit absalon pro ioab sup exercitum.
Amasa autem erat filius uiri qui uocabatur iethra de iesreli. qui in
gressus est ad abigail filiam naas sororem saruię que fuit mater
ioab. Et castra metatus est isrl cum absalon in terra galaad. Cumq;
uenisset dd in castra madian. sobi filius naas de rabbath filiorum
ammon. & machir filius amihel de lodobar. & berzellai ga
laadites de rogelim. obtulerunt ei stratoria. & tapetia. & ua
sa fictilia. frumentum. & hordeum. & farinam. polentam & fabam
lentem & frixum cicer. & mel. & butyrum. oues & pingues uitu
los. dederuntq; dd & populo qui cum eo erat ad uescendum. Sus
picati enim sunt populum fame & siti fatigari in deserto. Igitur considerato
dd populo suo. constituit sup eum tribunos & centuriones. &
dedit tertiam partem populi sub manu ioab. & tertiam sub manu abi
sai. & tertiam sub manu ethai qui erat de geth. Dixitq; rex ad populum. Egrediar & ego uobiscum.
Et resp populus. Non exibis. Siue enim fugerimus. non magnopere
ad eos de nob pertinebit. siue media pars ceciderit e nobis non satis
curabitur. quia tu unus pro decem milib; computaris. Melius est ergo

uesis nobis in urbe presidio. Ad quos rex ait. Quod uobis rectum
uidetur hoc faciam. Stetit ergo rex iuxta portam. egrediebaturque po
pulus per turmas suas. centeni et milleni. Et precepit rex ioab
et abisay et ethai dicens. Seruate mihi puerum absalon. Et
omnis populus audiebat precipientem regem cunctis principibus pro absa
lon. Itaque egressus est populus in campum contra israel. Et factum
est prelium in saltu effraim. et cesus est ibi populus israel ab exercitu dauid.
factaque est plaga magna in die illa xx. milium. Fuit autem ibi pre
lium dispersum super faciem omnis terre. et multo plures erant quos
saltus consumpserat de populo quam hi quos uorauerat gladius
in die illa. Accidit autem ut occurreret absalon seruis dauid sedens
mulo. Cumque ingressus fuisset mulus subter condensam quercum
et magnam. adhesit caput eius quercui. Et illo suspenso inter
celum et terram. mulus cui sederat pertransiit. Uidit autem hoc
quispiam. et nuntiauit ioab dicens. Uidi absalon pendere
in quercu. Et ait ioab uiro qui nuntiauerat ei. Si uidisti.
quare non confodisti eum cum terra. et ego dedissem tibi decem
argenti siclos. et unum balteum? Qui dixit ad ioab. Si
appenderes in manibus meis mille argenteos. nequaquam mit
terem manum meam in filium regis. Audientibus enim nobis pre
cepit rex tibi et abisay et ethay dicens. Custodite mihi puerum
absalon. Sed et si fecissem contra animam meam audacter. nequaquam
hoc latere potuisset. et tu stares ex aduerso. Et ait ioab.
Non sicut tu uis. sed ego aggrediar eum coram te. Tulit ergo ioab
tres lanceas in manu sua. et infixit eas in corde absalon.
Cumque adhuc palpitaret herens quercui, cucurrerunt decem
iuuenes armigeri ioab. et percutientes interfecerunt eum. Cecinit
autem ioab bucina. et retinuit populum ne persequeretur fugientem israel
uolens parcere multitudini. Et tulerunt absalon et proiecerunt
eum in saltu in foueam grandem. et comportauerunt super eum acer
uum lapidum magnum nimis. Omnis autem israel fugit in taberna
cula sua. Porro absalon erexerat sibi cum adhuc uiueret ti
tulum qui est in ualle regis. Dixerat enim. Non habeo filium.
et hoc erit monimentum nominis mei. Uocauitque titulum nomine
suo. et appellatur manus absalon usque ad hanc diem. Achimaas
autem filius sadoch ait. Curram et nuntiabo regi quia iudicium
fecerit ei dominus de manu inimicorum eius. Ad quem ioab dixit.
Non eris nuntius in hac die. sed nuntiabis in alia. Hodie
nolo te nuntiare. filius enim regis mortuus est. Et ait ioab
chusi. Uade et nuntia regi que uidisti. Adorauit chusi ioab
et cucurrit. Rursus autem achimaas filius sadoch dixit ad
ioab. Quid impedit si etiam ego curram post chusi? Dixitque
ei ioab. Quid uis currere fili mi? Ueni huc. non eris boni nun
tii baiulus. Qui respondit. Quid enim si cucurrero? Et ait ei. Curre.
Currens ergo achimaas per uiam compendii transiuit chusi. Dauid
autem sedebat inter duas portas. Speculator uero qui erat in fastigio
porte super murum. eleuans oculos uidit hominem currentem solum.
et exclamans indicauit regi. Dixitque rex. Si solus est. bonus
est nuntius in ore eius. Properante autem illo et accedente propius.
uidit speculator hominem alterum currentem. et uociferans in culmi
ne ait. Apparet mihi homo alter currens solus. Dixitque rex.
Et iste bonus est nuntius. Speculator autem. Contemplor, ait, cur
sum prioris quasi cursum achimaas filii sadoch. Et ait rex.
Uir bonus est. et nuntium bonum portans uenit. Clamans autem
achimaas dixit ad regem. Salue rex. Et adorans regem coram eo
pronus in terram ait. Benedictus dominus deus tuus. qui conclusit ho
mines qui leuauerunt manus suas contra dominum meum regem. Et ait
rex. Estne pax puero absalon? Dixitque achimaas. Uidi tu
multum magnum cum mitteret ioab seruus tuus o rex seruum
tuum. nescio aliud. Ad quem rex. Transi ait et sta hic. Cumque
transisset et staret. apparuit chusi. et ueniens ait. Bonum apor
to nuntium domine mi rex. Iudicauit enim pro te dominus hodie
de manu omnium qui surrexerunt contra te. Dixit autem rex ad chusi.
Estne pax puero absalon? Cui respondens chusi. Fiant inquit sicut puer
absalon inimici domini mei regis. et uniuersi qui consurgunt aduersus
eum in malum. Contristatus itaque rex ascendit cenaculum porte et fle
uit. et sic loquebatur uadens. Fili mi absalon. Absalon fili mi.
Quis mihi det ut ego moriar pro te? Absalon fili mi. fili mi absa
lon. Nuntiatum est autem ioab quod rex fleret et lugeret filium suum.
et uersa est uictoria in luctum in die illa omni populo. Audiuit enim
populus in die illa dici. Dolet rex super filio suo. Et declinauit po
pulus in die illa ingredi ciuitatem. quomodo declinare solet populus
uersus et fugiens de prelio. Porro rex operuit caput suum. et cla
mabat uoce magna dicens. Fili mi absalon, absalon fili mi. Ingressus
ergo ioab ad regem in domum dixit. Confudisti hodie uultus omnium
seruorum tuorum qui saluam fecerunt animam tuam. et animam filiorum
tuorum et filiarum tuarum. et animam uxorum tuarum. et animam concu
binarum tuarum. Diligis odientes te. et odio habes diligen
tes te. et ostendisti hodie quia non curas de ducibus tuis. et de ser
uis tuis. Et uere cognoui modo quia si absalon uiueret. et nos
omnes occubuissemus tunc placeret tibi. Nunc ergo surge et procede
et alloquens satisfac seruis tuis. Iuro enim tibi per dominum quod si non
exieris. ne unus quidem remansurus sit tecum nocte hac. et peius
erit hoc tibi. quam omnia mala que uenerunt super te ab adolescen
tia tua usque in presens.
Surrexit igitur rex et sedit in porta. Et omni populo nuntiatum est
quod rex sederet in porta. uenitque uniuersa multitudo coram rege.
israel autem fugit in tabernacula sua. Omnisque populus certabat in
cunctis tribubus israel dicens. Rex liberauit nos de manu
inimicorum nostrorum. ipse saluauit nos de manu philistinorum. et nunc
fugit de terra propter absalon. Absalon autem quem unximus super
nos. mortuus est in bello. Usquequo siletis et non reducitis regem?
Et consilium totius israel uenit ad regem. Rex uero dauid misit
ad sadoch et abiathar sacerdotes domini dicens. Loquimini
ad maiores natu iuda dicentes. Cur uenitis nouissimi ad
reducendum regem in domum suam. Sermo autem omnis israel
peruenerat ad regem in domo eius ... quia dixerat
rex. Hec dicetis ad populum. Fratres mei uos. os meum et caro mea
uos. quare nouissimi reducitis regem? Et amase dicite.
Nonne os meum es et caro mea? Hec faciat mihi deus et hec
addat. si non magister militie fueris coram me omni tempore
pro ioab. Et inclinauit cor omnium uirorum iuda quasi uiri unius.
miseruntque ad regem dicentes. Reuertere tu et omnes serui tui.
Et reuersus est rex et uenit usque ad iordanem. Et omnis
iuda uenit usque in galgala ut occurreret regi. ut transduceret
eum iordanem. Festinauit autem semei filius gera filii iemini.
de bahurim. et descendit cum uiris iuda in occursum regis dauid
cum mille uiris de beniamin. Et siba puer de domo saul.
et xv. filii eius. ac xx. serui erant cum eo. Et irrumpentes
iordanem ante regem transierunt uada ut traducerent domum
regis. et facerent iuxta iussionem eius. Semei autem filius gera pro
stratus coram rege cum iam transisset iordanem. dixit ad eum.
Ne reputes mihi domine iniquitatem. neque memineris iniuriarum
serui tui in die qua egressus es domine mi rex de hierusalem.
neque ponas rex in corde tuo. Agnosco enim seruus tuus pec
catum meum. et idcirco hodie primus ueni de omni domo ioseph
descendique in occursum domini mei regis. Respondens uero abi
say filius saruie dixit. Numquid pro his uerbis non occidetur semei
qui maledixit christo domini? Et ait dauid. Quid mihi et uobis
filii saruie? Cur efficimini mihi in sathan hodie? Ergone
hodie interficietur uir in israel? An ignoro hodie me factum re
gem super israel? Et ait rex semei. Non morieris. Iurauitque
ei. Mifiboseth quoque filius ionathe filii saul descendit in occur
sum regis non lotis pedibus et intonsa barba. uestesque eius non
lauerat. a die qua egressus fuerat rex. usque ad diem reuersionis
eius in pace. Cumque hierusalem occurrisset ei. dixit ei. Quare non ueni
sti mecum mifiboseth? Qui respondens ait. Domine mi
rex. seruus meus contempsit me. Dixique ei ego famulus tuus
ut sterneret mihi asinum. et ascendens abirem cum rege.
Claudus enim sum seruus tuus. Insuper et accusauit me seruum
tuum ad te dominum meum regem. Tu autem domine mi rex sicut
angelus dei fac quod placitum est tibi. Neque enim fuit domus patris
mei nisi morti obnoxia domino meo regi. tu autem posuisti me
seruum tuum inter conuiuas mense tue. Quid ergo habeo iuste que
rele. aut quid possum ultra uociferari ad regem? Ait rex.
Quid ultra loqueris? Fixum est quod locutus sum. tu et siba
diuidite possessiones. Respondit mifiboseth regi. Etiam cuncta
accipiat postquam reuersus est dominus meus rex pacifice in domum
suam. Berzellai quoque galaadites descendens de rogelim traduxit
regem iordanem. paratus etiam ultra fluuium prosequi eum. Erat autem
berzellai galaadites senex ualde id est octogenarius. et ipse pre
bebat alimenta regi. cum moraretur in castris. Fuit quippe ui
diues nimis. Dixitque rex ad berzellai. Ueni mecum ut requiescas
securus mecum in hierusalem. Et ait berzellai ad regem. Quot sunt
dies annorum uite mee. ut ascendam cum rege in hierusalem? Octo
genarius sum hodie. Numquid uigent sensus mei ad discer
nendum suaue ac amarum. aut delectare potest seruum tuum
cibus ac potus. uel audire ultra possum uocem cantorum atque
cantatricum? Quare seruus tuus sit oneri domino meo?
Paululum procedam famulus tuus ab iordane tecum. Nec
indigeo hac uicissitudine. sed obsecro seruus tuus ut reuer
tar et moriar in ciuitate mea. et sepeliar iuxta sepulch
rum patris mei et matris mee. Est autem seruus tuus cha
maam ipse uadat tecum domine mi rex. et fac ei quod bonum tibi
uidetur. Dixitque rex. Mecum transeat chamaam. et ego faciam
ei quicquid tibi placuerit. et omne quod petieris a me impetra
bis. Cumque transisset uniuersus populus et rex iordanem. os
culatus est rex berzellai et benedixit ei. et ille reuersus est in
locum suum. Transiuit ergo rex in galgala. et chamaam cum eo.
Omnis autem populus iuda traduxerunt regem. et media tantum
pars affuerat de populo israel. Itaque omnis uiri israel concurrentes
ad regem dixerunt ei. Quare furati sunt fratres nostri uiri iuda. et
traduxerunt regem et domum eius iordanem. omnisque uiros dauid cum eo?
Et respondit omnis uir iuda ad uiros israel. Quia propior est mihi rex.
Cur irasceris super hac re? Numquid comedimus aliquid ex rege.
aut munera nobis data sunt? Et respondit uir israel ad uiros iuda
et ait. Decem partibus ego maior sum apud regem. et primogenitus
ego sum. magisque ad me pertinet dauid quam ad te. Cur mihi fecis
ti iniuriam. et non mihi nuntiatum est priori ut reducerem regem meum?
Durius autem responderunt uiri iuda uiris israel.
Accidit quoque ut ibi esset uir belial nomine siba filius bochri xxx.
uir iemineus. et cecinit bucina et ait. Non est nobis pars in dauid.
neque hereditas in filio isay. Reuertere in tabernacula tua israel.
Et separatus est omnis israel a dauid. secutusque est siba filium bochri.
Uiri autem iuda adheserunt regi suo. a iordane usque in hierusalem. Cumque
uenisset rex in domum suam in hierusalem. tulit decem mulieres con
cubinas quas dereliquerat ad custodiendam domum. et tradi
dit eas in custodiam. alimenta eis prebens. Et non est ingressus ad
eas. sed erant clause usque ad diem mortis sue in uiduitate ui
uentes. Dixit autem rex amase. Conuoca mihi omnes uiros iuda in
diem tertium. et tu adesto presens. Abiit ergo amasa ut con
uocaret iuda. et moratus est extra placitum quod ei constituerat
rex. Ait autem dauid ad abisay. Nunc magis afflicturus est nos
siba filius bochri quam absalon. Tolle ergo seruos domini tui et
persequere eum ne forte inueniat ciuitates munitas. et effugiat
nos. Egressi sunt ergo uiri cum eo ioab. cerethi quoque et felethi. et
omnes robusti exierunt de hierusalem ad persequendum siba filium
bochri. Cumque illi essent iuxta lapidem grandem qui est in ga
baon. amasa ueniens occurrit eis. Porro ioab uestitus erat tu
nica stricta ad mensuram habitus sui. et desuper accinctus gladio de
pendente usque ad ilia in uagina qui fabrefactus leui motu egre
di poterat et percutere. Dixitque ioab ad amasa. Salue mi frater.
Et tenuit manu dextera mentum amase quasi osculans eum. Por
ro amasa non obseruauit gladium quem habebat ioab. Qui per
cussit eum in latere. et effudit intestina eius in terram. nec secun
dum uulnus apposuit. Ioab autem et abisay frater eius persecuti sunt siba
filium bochri. Interea quidam uiri cum stetissent iuxta cadauer
amase de sociis ioab dixerunt. Ecce qui esse uoluit pro ioab co
mes dauid. Amasa autem conspersus sanguine iacebat in media uia.
Uidit hoc quidam uir quod subsisteret omnis populus ad uidendum
eum. et amouit amasam de uia in agrum. operuitque eum uestimento
ne subsisterent transeuntes propter eum. Amoto ergo illo de uia.
transiebat omnis uir sequens ioab ad persequendum siba filium bo
chri. Porro ille transierat per omnes tribus israel in abela. et in bet
macha. omnesque electi congregati fuerant ad eum. Uenerunt itaque
et oppugnabant eum in abella. et in beth macha. et circumdede
runt municionibus ciuitatem. et obsessa est urbs. Omnis autem turba
que erat cum ioab. moliebatur destruere muros. Et exclamauit
mulier sapiens de ciuitate. Audite audite. dicite ioab. Ap
propinqua huc et loquar tecum. Qui cum accessisset ad eam. ait illi.
Tu es ioab? Et ille respondit. Ego. Ad quem locuta est. Audi ser
mones ancille tue. Et respondit. Audio. Rursumque illa. Sermo quo

dicebatur in veteri proverbio: Qui interrogant, interrogent in Abela, et sic perficiebant. Nonne ego sum quae respondeo veritatem Israhel, et tu quaeris subvertere civitatem et evertere matrem in Israhel? Quare praecipitas hereditatem Domini? Respondensque Ioab ait: Absit, absit hoc a me. Non praecipito neque demolior. Non sic se habet res. Sed homo de monte Effraim, Siba filius Bochri cognomine, levavit manum suam contra regem David. Tradite illum solum, et recedemus a civitate. Et ait mulier ad Ioab: Ecce caput eius mittetur ad te per murum. Ingressa est ergo ad omnem populum et locuta est eis sapienter. Qui abscisum caput Siba filii Bochri proiecerunt ad Ioab. Et ille cecinit tuba, et recesserunt ab urbe unusquisque in tabernacula sua. Ioab autem reversus est in Hierusalem ad regem. Fuit autem Ioab super omnem exercitum Israhel. Banaias autem filius Ioiade super Cerethaeos et Feletheos. Aduram vero super tributa. Porro Iosaphat filius Ahilud a commentariis. Saias autem scriba. Sadoch vero et Abiathar sacerdotes. Hyra autem Hyagarites erat sacerdos David. Facta est quoque fames in diebus David tribus annis iugiter. Et consuluit David oraculum Domini. Dixitque Dominus: Propter Saul et domum eius est, et sanguinem, quia occidit Gabaonitas. Vocatis autem Gabaonitis rex dixit ad eos. Porro Gabaonitae non sunt de filiis Israhel, sed reliquiae Amorreorum. Filii quippe Israhel iuraverant eis ne perimerent eos, et voluit Saul percutere eos zelo quasi pro filiis Israhel et Iuda. Dixit ergo David ad Gabaonitas: Quid faciam vobis, et quod erit vestri piaculum, ut benedicatis hereditati Domini? Dixeruntque ei Gabaonitae: Non est nobis super argento et auro questio, sed contra Saul et contra domum eius, neque volumus ut interficiatur homo de Israhel. Ad quos rex ait: Quid ergo vultis ut faciam vobis? Qui dixerunt regi: Virum qui adtrivit nos et oppressit inique, ita delere debemus ut ne unus quidem residuus sit de stirpe eius in cunctis finibus Israhel. Dentur nobis septem viri de filiis eius ut crucifigamus eos Domino in Gabaath Saul quondam electi Domini. Et ait rex: Ego dabo. Pepercitque rex Mifiboseth filio Ionathae filii Saul propter iusiurandum Domini quod fuerat inter David et inter Ionathan filium Saul. Tulit itaque rex duos filios Respha filiae Achia quos peperit Sauli, Armoni et Mifiboseth, et quinque filios Michol filiae Saul quos genuerat Adrieli filio Berzellai qui fuit de Molathi, et dedit eos in manu Gabaonitarum, qui crucifixerunt eos in monte coram Domino. Et ceciderunt hii septem simul occisi in diebus messis primis, incipiente messione hordei. Tollens autem Respha filia Achia cilicium substravit sibi supra petram ab initio messis donec stillaret super eos aqua de caelo, et non dimisit aves lacerare eos per diem, neque bestias per noctem. Et nuntiata sunt David quae fecerat Respha filia Achia concubina Saul. Et abiit David et tulit ossa Saul et ossa Ionathan filii eius a viris Iabes Galaad qui furati fuerant ea de platea Bethsam, in qua suspenderant eos Philistei cum interfecissent Saul in Gelboe; et asportavit inde ossa Saul et ossa Ionathan filii eius. Et colligentes ossa eorum qui affixi fuerant, sepelierunt ea cum ossibus Saul et Ionathan filii eius in terra Beniamin in latere in sepulchris patris sui. Feceruntque omnia quae praeceperat rex, et repropitiatus est Dominus terrae post haec.

Factum est autem rursum proelium Philistinorum adversum Israhel. Et descendit David et servi eius cum eo et pugnabant contra Philistiim. Deficiente autem David, Iesbidenob qui fuit de genere Arafa, cuius ferrum hastae trecentas uncias appendebat, et accinctus erat ense novo, nisus est percutere David. Praesidioque ei fuit Abisai filius Sarviae, et percussum Philistheum interfecit. Tunc iuraverunt viri David dicentes: Iam non egredieris nobiscum in bellum, ne extinguas lucernam in Israhel. Secundum quoque fuit bellum in Gob contra Philisteos; tunc percussit Sobochai de Usathi Seph de stirpe Arafa de genere gigantum. Tertium quoque fuit in Gob contra Philisteos, in quo percussit Adeodatus filius Saltus Polimitarius Bethleemites Goliad Gettheum, cuius hastile hastae erat quasi liciatorium texentium. Quartum bellum fuit in Geth, in quo fuit vir excelsus qui senos in manibus pedibusque habebat digitos, id est XXIIII, et erat de origine Arafa. Et blasphemavit Israhel. Percussit autem eum Ionathan filius Semmaa fratris David. Hii IIII nati sunt de Arafa in Geth, et ceciderunt in manu David et servorum eius.

Locutus est autem David Domino verba carminis huius in die qua liberavit eum Dominus de manu omnium inimicorum suorum et de manu Saul, et ait: Dominus petra mea et robur meum et salvator meus. Deus meus fortis meus, sperabo in eum. Scutum meum et cornu salutis meae, elevator meus et refugium meum. Salvator meus, de iniquitate liberabis me. Laudabilem invocabo Dominum, et ab inimicis meis salvus ero. Quia circumdederunt me contritiones mortis, torrentes Belial terruerunt me. Funes inferi circumdederunt me, praevenerunt me laquei mortis. In tribulatione mea invocavi Dominum, et ad Deum meum clamabo. Et exaudivit de templo suo vocem meam, et clamor meus veniet ad aures eius. Commota est et contremuit terra, et fundamenta montium concussa sunt et quassata, quoniam iratus est eis. Ascendit fumus de naribus eius, et ignis de ore eius vorabit; carbones succensi sunt ab eo. Et inclinavit caelos et descendit, et caligo sub pedibus eius. Et ascendit super Cherubim et volavit, et lapsus est super pinnas venti. Posuit tenebras in circuitu eius latibulum suum, cribrans aquas de nubibus caelorum. Prae fulgore in conspectu eius succensi sunt carbones ignis. Tonabit de caelo Dominus, et excelsus dedit vocem suam. Misit sagittas suas et dissipavit eos, fulgura et consumpsit eos. Et apparuerunt effusiones maris, et revelata sunt fundamenta orbis ab increpatione Domini, ab inspiratione spiritus furoris eius. Misit de excelso et assumpsit me, et extraxit me de aquis multis. Liberavit me ab inimico meo potentissimo, et ab his qui oderant me, quoniam robustiores me erant. Praevenit me in die afflictionis meae, et factus est Dominus firmamentum meum. Et eduxit me in latitudinem; liberavit me quia complacui ei. Retribuet mihi Dominus secundum iustitiam meam, et secundum munditiam manuum mearum reddet mihi. Quia custodivi vias Domini, et non egi impie a Deo meo. Omnia enim iudicia eius in conspectu meo, et praecepta eius non amovi a me. Et ero perfectus cum eo, et custodiam me ab iniquitate mea. Et restituet mihi Dominus secundum iustitiam meam, et secundum munditiam manuum mearum in conspectu oculorum eius. Cum sancto sanctus eris, et cum robusto robustus, perfectus. Cum electo electus eris, et cum perverso perverteris. Et populum pauperem salvum facies, oculisque tuis excelsos humiliabis. Quia tu lucerna mea, Domine, et tu Domine illuminabis tenebras meas. In te enim curram accinctus, in Domino transiliam murum. Deus meus inmaculata via eius, eloquium Domini igne examinatum; scutum est omnium sperantium in se. Quis est Deus praeter Dominum, aut quis fortis praeter Deum nostrum? Deus qui accinxit me fortitudine, et complanavit perfectam viam meam. Coaequans pedes meos cervis, et super excelsa statuens me. Docens manus meas ad proelium, et componens quasi arcum aereum brachia mea. Dedisti mihi clipeum salutis meae, et mansuetudo mea multiplicavit me. Dilatabis gressus meos subter me, et non deficient tali mei. Persequar inimicos meos et conteram, et non convertar donec consumam eos. Consumam eos et confringam ut non consurgant; cadent sub pedibus meis. Accinxisti me fortitudine ad proelium; incurvasti resistentes mihi sub me. Inimicos meos dedisti mihi dorsum, odientes me et disperdam eos. Clamabunt et non erit qui salvet; ad Dominum, et non exaudiet eos. Delebo eos ut pulverem terrae; quasi lutum platearum comminuam eos atque confringam. Salvabis me a contradictionibus populi mei; custodies in caput gentium. Populus quem ignoro serviet mihi. Filii alieni resistent mihi; auditu auris oboedient mihi. Filii alieni defluxerunt et contrahentur in angustiis suis. Vivit Dominus et benedictus Deus meus, et exaltabitur Deus fortis salutis meae. Deus qui das vindictas mihi, et deicis populos sub me. Qui educis me ab inimicis meis, et a resistentibus mihi elevas me; a viro iniquo liberabis me. Propterea confitebor tibi in gentibus, et nomini tuo cantabo. Magnificans salutes regis sui, et faciens misericordiam christo suo David, et semini eius usque in sempiternum. Haec autem sunt verba novissima. Dixit rex David filius Isai. Dixit vir cui constitutum est de christo Dei Iacob, egregius psaltes Israhel. Spiritus Domini locutus est per me, et sermo eius per linguam meam. Dixit Deus Israhel, mihi locutus est fortis Israhel. Dominator hominum iustus, dominator in timore Dei. Sicut lux aurorae oriente sole mane absque nubibus rutilat, et sicut pluviis germinat herba de terra. Nec tanta est domus mea apud Deum ut pactum aeternum iniret mecum, firmum in omnibus atque munitum. Cuncta enim salus mea et omnis voluntas, nec est quicquam ex ea quod non germinet. Praevaricatores autem quasi spinae evellentur universi, quae non tolluntur manibus. Et si quis tangere eas voluerit, armabitur ferro et ligno lanceato, igneque succensae comburentur ad nihilum. Haec nomina fortium David. Sedens in cathedra sapientissimus princeps inter tres, ipse est quasi tenerrimus ligni vermiculus, qui octingentos interfecit impetu uno. Post hunc Eleazar filius patrui eius Ahohites inter tres fortes qui erant cum David quando exprobraverunt Philistiim, et congregati sunt illuc in proelium. Cumque ascendissent viri Israhel, ipse stetit et percussit Philisteos donec deficeret manus eius et obrigesceret cum gladio. Fecitque Dominus salutem magnam in die illa, et populus qui fugerat reversus est ad caesorum spolia detrahenda. Et post hunc Semma filius Age de Arari. Et congregati sunt Philistiim in statione; erat quippe ager ibi plenus lente. Cumque fugisset populus a facie Philistiim, stetit ille in medio agri et tuitus est eum, percussitque Philisteos, et fecit Dominus salutem magnam. Necnon et ante descenderant tres qui erant principes inter XXX, et venerant tempore messis ad David in speluncam Odollam. Castra autem Philistiim erant posita in valle gigantum. Et David erat in praesidio. Porro statio Philistinorum tunc erat in Bethleem. Desideravit ergo David aquam de lacu et ait: Si quis mihi daret potum aquae de cisterna quae est in Bethleem iuxta portam. Irruperunt ergo tres fortes castra Philistinorum, et hauserunt aquam de cisterna Bethleem quae erat iuxta portam, et attulerunt ad David. At ille noluit bibere, sed libavit eam Domino dicens: Propitius mihi sit Dominus ne faciam hoc. Num sanguinem hominum istorum qui profecti sunt et animarum periculum bibam? Noluit ergo bibere. Haec fecerunt tres robustissimi. Abisai quoque frater Ioab filius Sarviae princeps erat de tribus. Ipse est qui elevavit hastam suam contra trecentos quos interfecit, et nominatus inter tribus, et inter tres nobilior, eratque eorum princeps, sed usque ad primos tres non pervenerat. Et Banaias filius Ioiade viri fortissimi magnorum operum de Capsahel; ipse percussit duos leones Moab, et ipse descendit et percussit leonem in media cisterna diebus nivis. Ipse quoque interfecit virum Aegyptium virum dignum spectaculo habentem in manu hastam. Itaque cum descendisset ad eum in virga, vi extorsit hastam de manu Aegyptii et interfecit eum hasta sua. Haec fecit Banaias filius Ioiade, et ipse nominatus inter tres robustos, qui erant inter XXX nobiliores; verumtamen usque ad tres primos non pervenerat. Fecitque eum David sibi auricularium a secreto. Asahel frater Ioab inter XXX. Eleanan filius patrui eius de Bethleem. Semma de Arari. Helica de Arodi. Helas de Feldi. Hyra filius Achis de Thecua. Abiezer de Anathot. Mannai de Usathi. Selmon Ahothites. Maharai Netophathites. Eled filius Banaa et ipse Netophathites. Hittai filius Ribai de Gabaath filiorum Beniamin. Banai Afrathonites. Heddai de torrente Gaas. Abialbon Arbathites. Azmaveth de Beromi. Eliaba de Salaboni. Filii Iassen Ionathan et Ara. Semma de Orodi. Haiam filius Sarar Arorites. Helifeleth filius Aasbai filii Maachathi. Heliam filius Achitofel Gelonites. Esrai de Carmelo. Farai de Arbi. Igaal filius Nathan de Soba. Bonni de Gaddi. Selech de Ammoni. Naharai Berothites, armiger Ioab filii Sarviae. Hyrai Ietrites. Gareb et ipse Ietrites. Urias Etheus. Omnes XXXVII.

Et addidit furor Domini irasci contra Israhel, commovitque David in eis dicentem: Vade, numera Israhel et Iudam. Dixitque rex ad Ioab principem exercitus sui: Perambula omnes tribus a Dan usque Bersabee, et numerate populum ut sciam numerum eius. Dixitque Ioab regi: Adaugeat Dominus Deus tuus ad populum tuum quantus nunc est, iterumque centuplicet in conspectu domini mei regis. Sed quid sibi dominus meus rex vult in re huiuscemodi? Obtinuit autem sermo regis verba Ioab et principum exercitus. Egressusque est Ioab et principes militum regis ut numerarent populum Israhel. Cumque pertransissent Iordanem venerunt in Aroer ad dexteram urbis quae est in valle Gad, et per Iazer transierunt in Galaad et in terram inferiorem Hodsi, et venerunt in Dan silvestria. Circumeuntesque iuxta Sidonem transierunt prope moenia Tyri et omnem terram Evei et Chananei, veneruntque ad meridiem Iuda in Bersabee. Et lustrata universa terra affuerunt post novem menses et XX dies in Hierusalem. Dedit ergo Ioab numerum descriptionis populi regi, et inventa sunt de Israhel octingenta milia virorum fortium qui educerent gladium

et de iuda quingenta milia pugnatorum. Percussit autem cor David eum postquam numeratus est populus. Et dixit David ad dominum. Peccavi valde in hoc facto, sed precor domine ut transferas iniquitatem servi tui, quia stulte egi nimis. Surrexit itaque David mane, et sermo domini factus est ad Gad prophetam et videntem David dicens. Vade et loquere ad David. Hec dicit dominus. Trium tibi datur optio, elige unum quod volueris ex his ut faciam tibi. Cumque venisset Gad ad David, nuntiavit ei dicens. Aut septem annis veniet tibi fames in terra tua, aut tribus mensibus fugies adversarios tuos et illi persequentur, aut certe tribus diebus erit pestilentia in terra tua. Nunc ergo delibera et vide quem respondeam ei qui me misit sermonem. Dixit autem David ad Gad. Artor undique nimis, sed melius est ut incidam in manus domini, multe enim sunt misericordie eius, quam in manu hominis. Inmisitque dominus pestilentiam in Israhel de mane usque ad tempus constitutum, et mortui sunt ex populo a Dan usque Bersabee septuaginta milia virorum. Cumque extendisset manum angelus domini super Hierusalem ut disperderet eam, misertus est dominus super afflictione, et ait angelo percutienti. Sufficit, nunc contine manum tuam. Erat autem angelus domini iuxta aream Areuna Iebusei. Dixitque David ad dominum cum vidisset angelum cedentem populum. Ego sum qui peccavi, ego inique egi. Isti qui oves sunt quid fecerunt? Vertatur obsecro manus tua contra me et contra domum patris mei. Venit autem Gad ad David in die illa et dixit ei. Ascende et constitue domino altare in area Areuna Iebusei. Et ascendit David iuxta sermonem Gad quem preceperat ei dominus. Conspiciensque Areuna animadvertit regem et servos eius transire ad se. Et egressus adoravit regem prono vultu in terram, et ait. Quid cause est ut veniat dominus meus rex ad servum suum? Cui David ait. Ut emam a te aream et edificem altare domino, et cesset interfectio que grassatur in populo. Et ait Areuna ad David. Accipiat et offerat dominus meus rex sicut ei placet. Habes boves in holocaustum et plaustrum et iuga boum in usum lignorum. Omnia dedit Areuna regi. Dixitque Areuna ad regem. Dominus deus tuus suscipiat votum tuum. Cui respondens rex ait. Nequaquam ut vis, sed emam pretio a te, et non offeram domino deo meo holocaustum gratuitum. Emit ergo aream et boves argenti siclis quinquaginta, et edificavit ibi altare domino, et obtulit holocausta et pacifica. Et propitiatus est dominus terre, et cohibita est plaga ab Israhel.

INCIPIT · LIBER · III ·

ET · REX · DAVID · SENUERAT · habebatque etatis plurimos dies. Cumque operiretur vestibus non calefiebat. Dixerunt ergo servi sui. Queramus domino nostro regi adolescentulam virginem, et stet coram rege et foveat eum, dormiatque in sinu eius, et calefaciat dominum nostrum regem. Quesierunt igitur adolescentulam speciosam in omnibus finibus Israhel, et invenerunt Abisag Sunamitem, et adduxerunt eam ad regem. Erat autem puella pulchra nimis, dormiebatque cum rege et ministrabat ei. Rex vero non cognovit eam. Adonias autem filius Aggith elevabatur dicens. Ego regnabo. Fecitque sibi currum et equites, et quinquaginta viros qui ante eum currerent. Nec corripuit eum pater suus aliquando dicens. Quare hoc fecisti? Erat autem pulcher valde, secundus natu post Absalon. Et sermo ei cum Ioab filio Sarvie et cum Abiathar sacerdote, qui adiuvabant partes Adonie. Sadoch vero sacerdos et Banaias filius Ioiade et Nathan propheta et Semei et Cerethi et robur exercitus David non erat cum Adonia. Immolatis ergo Adonias arietibus et vitulis et universis pinguibus iuxta lapidem Hoelech qui erat vicinus fonti Rogel, vocavit universos fratres suos filios regis, et viros Iuda servos regis. Nathan autem prophetam et Banaiam et robustos quosque et Salomonem fratrem suum non vocavit. Dixit itaque Nathan ad Bethsabee matrem Salomonis. Num audisti quod regnaverit Adonias filius Aggith, et dominus noster David hoc ignorat? Nunc ergo veni, accipe a me consilium, et salva animam tuam filiique tui Salomonis. Vade et ingredere ad regem David, et dicito ei. Nonne tu domine mi rex iurasti mihi ancille tue dicens. Salomon filius tuus regnabit post me, et ipse sedebit in solio meo? Quare ergo regnat Adonias? Et adhuc ibi te loquente cum rege, ego veniam post te et complebo sermones tuos. Ingressa est itaque Bethsabee ad regem in cubiculum. Rex autem senuerat nimis, et Abisag Sunamitis ministrabat ei. Inclinavit se Bethsabee et adoravit regem. Ad quam rex. Quid tibi inquit vis? Que respondens ait. Domine mi, tu iurasti per dominum deum tuum ancille tue: Salomon filius tuus regnabit post me, et ipse sedebit in solio meo. Et ecce nunc Adonias regnat, te domine mi rex ignorante. Mactavit boves et pinguia queque et arietes plurimos, et vocavit omnes filios regis, Abiathar quoque sacerdotem et Ioab principem militie, Salomonem autem servum tuum non vocavit. Veruntamen domine mi rex in te oculi respiciunt totius Israhel, ut indices eis qui sedere debeat in solio tuo domine mi rex post te. Eritque cum dormierit dominus meus rex cum patribus suis, ego et filius meus Salomon peccatores. Adhuc illa loquente cum rege, Nathan propheta venit. Et nuntiaverunt regi dicentes. Adest Nathan propheta. Cumque introisset ante conspectum regis et adorasset eum pronus in terram, dixit Nathan. Domine mi rex, tu dixisti: Adonias regnet post me, et ipse sedebit super thronum meum? Quia descendit hodie et immolavit boves et pinguia et arietes plurimos, et vocavit universos filios regis et principes exercitus, Abiathar quoque sacerdotem. Illisque vescentibus et bibentibus coram eo et dicentibus: Vivat rex Adonias, me servum tuum et Sadoch sacerdotem et Banaiam filium Ioiade et Salomonem servum tuum non vocavit. Numquid a domino meo rege exivit hoc verbum, et mihi non indicasti servo tuo quis sessurus esset super thronum domini mei regis post eum? Et respondit rex David dicens. Vocate ad me Bethsabee. Que cum fuisset ingressa coram rege et stetisset coram eo, iuravit rex et ait. Vivit dominus qui eruit animam meam de omni angustia, quia sicut iuravi tibi per dominum deum Israhel dicens: Salomon filius tuus regnabit post me, et ipse sedebit super solium meum pro me, sic faciam hodie. Submissoque Bethsabee in terram vultu adoravit regem dicens. Vivat dominus meus rex in eternum. Dixit quoque rex David. Vocate mihi Sadoch sacerdotem et Nathan prophetam et Banaiam filium Ioiade. Qui cum ingressi fuissent coram rege, dixit ad eos rex. Tollite vobiscum servos domini vestri, et imponite Salomonem filium meum super mulam meam, et ducite eum in Gyon, et ungat eum ibi Sadoch sacerdos et Nathan propheta in regem super Israhel, et canetis bucina atque dicetis: Vivat rex Salomon. Et ascendetis post eum, et veniet et sedebit super solium meum, et ipse regnabit pro me, illique precipiam ut sit dux super Israhel et super Iudam. Et respondit Banaias filius Ioiade regi dicens. Amen. Sic loquatur dominus deus domini mei regis. Quomodo fuit dominus cum domino meo rege, sic sit cum Salomone, et sublimius faciat solium eius a solio domini mei regis David. Descendit ergo Sadoch sacerdos et Nathan propheta et Banaias filius Ioiade et Cerethi et Felethi, et imposuerunt Salomonem super mulam regis David, et adduxerunt eum in Gyon. Sumpsitque Sadoch sacerdos cornu olei de tabernaculo et unxit Salomonem. Et cecinerunt bucina, et dixit omnis populus. Vivat rex Salomon. Et ascendit universa multitudo post eum, et populus canentium tibiis et letantium gaudio magno, et insonuit terra a clamore eorum. Audivit autem Adonias et omnes qui invitati fuerant ab eo, iamque convivium finitum erat. Sed et Ioab audita voce tube ait. Quid sibi vult clamor civitatis tumultuantis? Adhuc illo loquente, Ionathas filius Abiathar sacerdotis venit. Cui dixit Adonias. Ingredere, quia vir fortis es et bona nuntians. Responditque Ionathas Adonie. Nequaquam. Dominus enim rex noster David regem constituit Salomonem. Misitque cum eo Sadoch sacerdotem et Nathan prophetam et Banaiam filium Ioiade et Cerethi et Felethi, et imposuerunt eum super mulam regis. Unxeruntque eum Sadoch sacerdos et Nathan propheta regem in Gyon, et ascenderunt inde letantes, et insonuit civitas. Hec est vox quam audistis. Sed et Salomon sedet super solium regni. Et ingressi servi regis benedixerunt domino nostro regi David dicentes. Amplificet deus nomen Salomonis super nomen tuum, et magnificet thronum eius super thronum tuum. Et adoravit rex super lectulo suo. Insuper et hec locutus est. Benedictus dominus deus Israhel, qui dedit hodie sedentem in solio meo videntibus oculis meis. Territi sunt ergo et surrexerunt omnes qui invitati fuerant ab Adonia, et ivit unusquisque in viam suam. Adonias autem timens Salomonem surrexit et abiit in tabernaculum domini, tenuitque cornu altaris. Et nuntiaverunt Salomoni dicentes. Ecce Adonias timens regem Salomonem tenet cornu altaris dicens. Iuret mihi hodie rex Salomon quod non interficiat servum suum gladio. Dixitque Salomon. Si fuerit vir bonus, non cadet nec unus quidem capillus eius in terram. Si autem malum inventum fuerit in eo, morietur. Misit ergo rex Salomon et eduxit eum ab altari, et ingressus adoravit regem Salomonem. Dixitque ei Salomon. Vade in domum tuam.

Appropinquaverunt autem dies David ut moreretur, precepitque Salomoni filio suo dicens. Ego ingredior viam universe terre. Confortare et esto vir, et observa custodias domini dei tui, ut ambules in viis eius, et custodias cerimonias eius et precepta eius et iudicia et testimonia eius sicut scriptum est in lege Moysi, ut intelligas omnia que facis, et quocumque te verteris, et confirmet dominus sermones suos quos locutus est de me dicens. Si custodierint filii tui vias suas, et ambulaverint coram me in veritate, et in omni corde suo et in omni anima sua, non auferetur tibi vir de solio Israhel. Tu quoque nosti que fecerit mihi Ioab filius Sarvie, que fecerit duobus principibus exercitus Israhel, Abner
73 filio Ner et Amase filio Iether, quos occidit, et effudit sanguinem belli in pace, et posuit cruorem prelii in balteo suo qui erat circa lumbos suos, et in calciamento suo quod erat in pedibus eius. Facies ergo iuxta sapientiam tuam, et non deduces canitiem eius pacifice ad inferos. Sed et filiis Berzellai Galaaditis reddes gratiam, eruntque comedentes in mensa tua. Occurrerunt enim mihi quando fugiebam a facie Absalon fratris tui. Habes quoque apud te Semei filium Gera filii Iemini de Baurim, qui maledixit mihi maledictione pessima quando ibam ad castra. Sed quia descendit mihi in occursum cum transirem Iordanem, et iuravi ei per dominum dicens: Non te interficiam gladio, tu noli pati eum esse innoxium. Vir autem sapiens es, et scies quid facias ei, deducesque canos eius cum sanguine ad infernum. Dormivit ergo David cum patribus suis, et sepultus est in civitate David. Dies autem quibus regnavit David super Israhel xl. anni sunt. In Hebron regnavit vii annis, in Hierusalem xxxiii. Salomon autem sedit super thronum David patris sui, et firmatum est regnum eius nimis.

Et ingressus est Adonias filius Aggith ad Bethsabee matrem Salomonis. Que dixit ei. Pacificusne est ingressus tuus? Qui respondit. Pacificus. Addiditque. Sermo mihi est ad te. Cui ait. Loquere. Et ille. Tu inquit nosti quia meum erat regnum, et me preposuerat omnis Israhel sibi in regem, sed translatum est regnum et factum est fratris mei, a domino enim constitutum est ei. Nunc ergo petitionem unam deprecor a te: ne confundas faciem meam. Que dixit ad eum. Loquere. Et ille ait. Precor ut dicas Salomoni regi, neque enim negare tibi quicquam potest, ut det mihi Abisag Sunamitem uxorem. Et ait Bethsabee. Bene, ego loquar pro te regi. Venit ergo Bethsabee ad regem

salomonem ut loqueretur ei pro adonia. Et surrexit rex in occursum eius adoravitque eam. et sedit super thronum suum. Positusque est thronus matri regis. Que sedit ad dexteram eius. dixitque ei. Petitionem unam parvulam ego deprecor a te. ne confundas faciem meam. Dixitque ei rex. Pete mater mi. neque enim fas est ut avertam faciem tuam. Que ait. Detur abisag sunamitis adonie fratri tuo uxor. Responditque rex salomon. et dixit matri sue. Quare postulas abisag sunamitem adonie? Postula ei et regnum. Ipse enim est frater meus maior. et habet abiathar sacerdotem. et ioab filium sarvie. Iuravit itaque rex salomon per dominum dicens. Hec faciat mihi deus et hec addat. quia hodie occidetur adonias. Misitque rex salomon per manum banaie filii ioiade. qui interfecit eum et mortuus est. Abiathar quoque sacerdoti dixit rex. Vade in anathot ad agrum tuum. Et quidem vir mortis es. sed hodie te non interficiam quia portasti archam domini dei coram david patre meo. et sustinuisti laborem in omnibus in quibus laboravit pater meus. Eiecit ergo salomon abiathar ut non esset sacerdos domini ut impleretur sermo domini. quem locutus est super domum hely in sylo. Venit autem nuntius ad salomonem quod ioab declinasset post adoniam. et post salomonem non declinasset. Fugit ergo ioab in tabernaculum domini. et apprehendit cornu altaris. Nuntiatumque est regi salomoni quod fugisset ioab in tabernaculum domini. et esset iuxta altare. Misitque salomon banaiam filium ioiade dicens. Vade interfice eum. Venit banaias ad tabernaculum domini et dixit ei. Hec dicit rex. Egredere. Qui ait. Non egrediar sed hic moriar. Renuntiavit banaias regi salomoni dicens. Hec locutus est ioab. et hec respondit mihi. Dixitque ei rex. Fac sicut locutus est. et interfice eum et sepeli. et amovebis sanguinem innocentem qui effusus est a ioab a me. et a domo patris mei. Et reddat dominus sanguinem super caput eius. quia interfecit duos viros iustos melioresque se. et occidit eos gladio david patre meo ignorante. abner filium ner principem militie. et amasa filium iethra principem exercitus iuda. Et revertetur sanguis illorum in caput ioab. et in caput seminis eius in sempiternum. david autem et semini eius et domui eius. et throno illius sit pax usque in eternum a domino. Ascendit itaque banaias filius ioiade et aggressus eum interfecit. sepultusque est in domo sua in deserto. Et constituit rex banaia filium ioiade pro eo super exercitum. et sadoch sacerdotem posuit pro abiathar. Misitque rex et vocavit semei dixitque ei. Edifica tibi domum in hierusalem et habita ibi. et non egredieris inde huc atque illuc. Quacumque autem die egressus fueris et transieris torrentem cedron. scito te interficiendum. sanguis tuus erit super caput tuum. Dixitque semei regi. Bonus est sermo regis. Sicut locutus est dominus meus rex. sic faciet servus tuus. Habitavit autem semei in hierusalem diebus multis.

Factum est autem post annos tres ut fugerent servi semei ad achis filium maacha regem geth. Et surrexit semei et stravit asinum suum. ivitque in geth ad achis ad requirendos servos suos. et adduxit eos de geth. Nuntiatum est autem salomoni quod isset semei in geth de hierusalem et redisset. Et mittens vocavit eum dixitque illi. Nonne testificatus sum tibi per dominum et predixi tibi quacumque die egressus ieris huc atque illuc. scito te esse moriturum. Et respondisti michi bonus est sermo quem audivi. Quare ergo non custodisti iusiurandum domini et preceptum quod preceperam tibi? Dixitque rex ad semei. Tu nosti omne malum cuius est conscium cor tuum quod fecisti patri meo. Reddidit dominus malitiam tuam in caput tuum. et rex salomon benedictus. et thronus david erit fidelis coram domino usque in sempiternum. Iussit itaque rex banaie filio ioiade qui egressus percussit eum et mortuus est.

Confirmatum est ergo regnum in manu salomonis. et affinitate coniunctus est pharaoni regi egypti. Accepit namque filiam eius et adduxit in civitatem david. donec compleret edificans domum suam et domum domini. et murum hierusalem per circuitum. Attamen populus immolabat in excelsis. non enim edificatum erat templum nomini domini usque in diem illum. Dilexit autem salomon dominum ambulans in preceptis david patris sui. excepto quod in excelsis immolabat. et accendebat thimiamata. Abiit itaque in gabaon ut immolaret ibi. illud quippe erat excelsum maximum. Mille hostias in holocaustum obtulit salomon super altare in gabaon. Apparuit autem dominus salomoni per somnium nocte dicens. Postula quod vis ut dem tibi. Et ait salomon. Tu fecisti cum servo tuo david patre meo misericordiam magnam sicut ambulavit in conspectu tuo in veritate et iustitia. et recto corde tecum. Custodisti ei misericordiam tuam grandem. et dedisti ei filium sedentem super thronum eius. sicut est hodie. Et nunc domine deus tu regnare fecisti servum tuum pro david patre meo. Ego autem sum puer parvulus et ignorans egressum et introitum meum. Et servus tuus in medio populi est quem elegisti. populi infiniti qui numerari et supputari non potest pre multitudine. Dabis ergo servo tuo cor docibile ut iudicare possit populum tuum. et discernere inter malum et bonum. Quis enim poterit iudicare populum istum. populum tuum hunc multum? Placuit ergo sermo coram domino quod salomon rem huiuscemodi postulasset. Et dixit dominus salomoni. Quia postulasti verbum hoc. et non petisti tibi dies multos. nec divitias. aut animas inimicorum tuorum. sed postulasti tibi sapientiam ad discernendum iudicium. ecce feci tibi secundum sermones tuos. et dedi tibi cor sapiens et intelligens in tantum ut nullus ante te similis tui fuerit. nec post te surrecturus sit. Sed et hec que non postulasti dedi tibi. divitias scilicet et gloriam ut nemo fuerit similis tui in regibus cunctis retro diebus. Si autem ambulaveris in viis meis. et custodieris precepta mea et mandata mea. sicut ambulavit pater tuus. longos faciam dies tuos. Igitur evigilavit salomon. et intellexit quod esset somnium. Cumque venisset hierusalem. stetit coram archa federis domini et obtulit holocausta. et fecit victimas pacificas et grande convivium universis famulis suis. Tunc venerunt due mulieres meretrices ad regem. steteruntque coram eo. Quarum una ait. Obsecro mi domine. Ego et mulier hec habitabam in domo una. et peperi apud eam in cubiculo. Tercia autem die postquam ego peperi. peperit et hec. et eramus simul. nullusque alius in domo nobiscum. exceptis nobis duabus. Mortuus est autem filius mulieris huius nocte. dormiens quippe oppressit eum. Et consurgens intempeste noctis silentio. tulit filium meum de latere meo ancille tue dormientis et collocavit in sinu suo. suum autem qui erat mortuus posuit in sinu meo. Cumque surrexissem mane ut darem lac filio meo. apparuit mortuus. Quem diligentius intuens clara luce deprehendi non esse meum quem genueram. Responditque alia mulier. Non est ita. sed filius tuus mortuus est; meus autem vivit. E contrario illa dicebat. Mentiris. filius quippe meus vivit. et filius tuus mortuus est. Atque in hunc modum contendebant coram rege. Et rex ait. Hec dicit filius meus vivit. et filius tuus mortuus est. et ista respondet non. sed filius tuus mortuus est meus autem vivit. Dixit ergo rex. Afferte mihi gladium. Cumque attulissent gladium coram rege. dividite inquit infantem vivum in duas partes et date dimidiam partem uni. et dimidiam partem alteri. Dixit autem mulier cuius filius erat vivus ad regem. commota sunt quippe viscera eius super filio suo. Obsecro domine. date illi infantem vivum. et nolite interficere eum. E contrario illa dicebat. Nec mihi nec tibi sit; sed dividatur. Respondens rex ait. Date huic infantem vivum. et non occidatur. Hec est enim mater eius. Audivit itaque omnis israhel iudicium quod iudicasset rex. et timuerunt regem. videntes sapientiam dei esse in eo ad faciendum iudicium.

Erat autem rex salomon regnans super omnem israhel. et hii principes quos habebat. azarias filius sadoch sacerdotis. helyoreph et achia filii sesa scribe. iosaphat filius ahilud a commentariis. banaias filius ioiade super exercitum. sadoch autem et abiathar sacerdotes. azarias filius nathan super eos qui assistebant regi. zabud filius nathan sacerdos amicus regis. et ahiasar prepositus domus. et adoniram filius abda super tributa. Habebat autem salomon xii prefectos super omnem israhel. qui prebebant annonam regi et domui eius. Per singulos enim menses in anno. singuli necessaria ministrabant. Et hec nomina eorum. Benhur in monte effraym. bendechar in macces. et in salebim. et in bethsames. et helon. et bethanan. benesed in araboth. ipsius erat socco. et omnis terra epher. Benabinadab cuius omnis nephtad. dor thafeth filiam salomonis habebat uxorem. Bena filius ahilud regebat thanac et mageddo. et universam bethsan. que est iuxta sarthana subter iezrahel a bethsan usque abelmeula e regione iecmaan. Bengaber in ramoth galaad habebat avothiair filii manasse in galaad. ipse preerat in omni regione argob que est in basan. sexaginta civitatibus magnis atque munitis que habebant seras ereas. Achinadab filius addo preerat in manaim. achimaas in neptalim. sed et ipse habebat basmath filiam salomonis in coniugio. Baana filius husi in aser et in baloth. iosaphat filius pharue in ysachar. Semei filius hela in beniamin. gaber filius uri in terra galaad. in terra seon regis amorrei. et og regis basan super omnia que erant in illa terra. Iuda et israhel innumerabiles sicut arena maris in multitudine comedentes et bibentes atque letantes.

Salomon autem erat in ditione sua habens omnia regna a flumine terre philistum usque ad terminum egypti offerentium sibi munera. et servientium cunctis diebus vite eius. Erat autem cibus salomonis per dies singulos xxx chori simile. et lx chori farine. decem boves pingues. et xx boves pascuales. et centum arietes. excepta venatione cervorum. caprearum. atque bubalorum et avium altilium. Ipse enim obtinebat omnem regionem que erat trans flumen quasi a thapsa usque gazam. et cunctos reges illarum regionum. et habebat pacem ex omni parte in circuitu. Habitabatque iuda et israhel absque timore ullo. unusquisque sub vite sua. et sub ficu sua a dan usque bersabee cunctis diebus salomonis. Et habebat salomon xl milia presepia equorum curruum. et xii milia equestrium. nutriebantque eos supra dicti regis prefecti. Sed et necessaria mense regis salomonis cum ingenti cura prebebant in tempore suo. Hordeum quoque et paleas equorum et iumentorum deferebant in locum ubi erat rex iuxta tempus constitutum sibi. Dedit quoque deus sapientiam salomoni et prudentiam multam nimis. et latitudinem cordis quasi arenam que est in litore maris. Et precedebat sapientia salomonis sapientiam omnium orientalium et egyptiorum et erat sapientior cunctis hominibus: sapientior ethan iezrahelite. et eman. et chalcal. et dorda filiis maol. et erat nominatus in universis gentibus per circuitum. Locutusque est salomon tria milia parabolarum. et fuerunt carmina eius quinque milia. Et disputavit super lignis a cedro que est in libano usque ad ysopum que egreditur de pariete. et disseruit de iumentis et volucribus et reptilibus et piscibus. Et veniebant de cunctis populis ad audiendam sapientiam salomonis. et ab universis regionibus terre. qui audiebant sapientiam eius. Misit quoque hyram rex tyri servos suos ad salomonem. Audivit enim quod ipsum unxissent regem pro patre eius. quia amicus fuerat hyram david omni tempore. Misit autem et salomon ad hyram dicens. Tu scis voluntatem patris mei david. et quia non potuerit edificare domum nomini domini dei sui propter bella imminentia per circuitum. donec daret eos dominus sub vestigio pedum eius. Nunc autem requiem dedit dominus deus meus mihi per circuitum. et non est sathan neque occursus malus. Quam obrem cogito edificare templum nomini domini dei mei sicut locutus est dominus deus david patri meo dicens. Filius tuus quem dabo pro te super solium tuum. ipse edificabit domum nomini meo. Precipe ergo ut precidant mihi cedros de libano. et servi mei sint cum servis tuis. mercedem autem servorum tuorum dabo quamcumque petieris. Scis enim quia non est in populo meo vir qui noverit ligna cedere sicut sydonii. Cum ergo audisset hyram verba salomonis. letatus est valde et ait. Benedictus dominus deus hodie qui dedit david filium sapientissimum super populum hunc plurimum. Et misit hyram ad salomonem dicens. Audivi quecumque mandasti mihi. ego faciam omnem voluntatem tuam in lignis cedrinis et abiegnis. Servi mei deponent ea de libano ad mare. et ego componam ea in ratibus in mari usque ad locum quem significaveris mihi. et applicabo ea ibi. et tu tolles ea. prebebisque necessaria mihi. ut detur cibus domui mee. Itaque hyram dabat salomoni ligna cedrina et ligna abiegna. iuxta omnem voluntatem eius. Salomon autem prebebat hyram xx milia chororum tritici in cibum domui eius. et xx choros purissimi olei. Hec tribuebat salomon hyram per singulos annos. Dedit quoque dominus sapientiam salomoni sicut locutus est ei. Et erat pax inter hyram et salomonem. et percusserunt fedus ambo. Elegitque rex salomon operarios de omni israhel. et erat indictio xxx milia virorum. mittebatque eos in libano

x. milia per menses singulos vicissim. ita ut duobus mensibus essent in domibus suis. Et adoniram erat super huiuscemodi indictione. Fueruntque salomoni lxx. milia eorum qui onera portabant & lxxx. milia lathomorum in monte absque prepositis qui preerant singulis operibus trium milium numero. & trecentorum precipientium populo. & his qui faciebant opus. Precepitque rex ut tollerent lapides grandes. lapides preciosos in fundamentum templi & quadrarent eos. quos dolaverunt cementarii salomonis. & cementarii hyram. Porro biblii preparaverunt ligna & lapides ad edificandam domum.

Factum est autem quadringentesimo & octogesimo anno egressionis filiorum israhel de terra egypti. in anno quarto mense zio. ipse est mensis secundus regis salomonis super israhel. edificare cepit domum domino. Domus autem quam edificabat rex salomon domino. habebat lx. cubitos in longitudinem. & xx. cubitos in latitudine. & xxx. cubitos in altitudine. Et porticus erat ante templum xx. cubitorum longitudinis. iuxta mensuram latitudinis templi. & habebat x. cubitos latitudinis ante faciem templi. Fecitque in templo fenestras obliquas. & edificavit super parietem templi tabulata per girum in parietibus domus per circuitum templi & oraculi. & fecit latera in circuitu. Tabulatum quod subter erat quinque cubitos habebat altitudinis. & medium tabulatum vi. habens cubitos latitudinis. Trabes autem posuit in domo per circuitum forinsecus. ut non hererent muris templi. Domus autem cum edificaretur lapidibus dedolatis atque perfectis edificata est. & malleus & securis & omne ferramentum non sunt audita in domo cum edificaretur. Ostium lateris medii in pariete erat domus dextre. & per cocleam ascendebant in medium cenaculum. & a medio in tercium. Et edificavit domum. & consummavit eam. Texit quoque domum laquearibus cedrinis. & edificavit tabulatum super omnem domum. v. cubitis latitudinis. & operuit domum lignis cedrinis.

Et factus est sermo domini ad salomonem dicens. Domus hec quam edificas. si ambulaveris in preceptis meis. & iudicia mea feceris. & custodieris omnia mandata mea gradiens per ea. firmabo sermonem meum tibi quem locutus sum ad david patrem tuum. & habitabo in medio filiorum israhel. & non derelinquam populum meum israhel. Igitur edificavit salomon domum & consummavit eam. & edificavit parietes domus intrinsecus tabulatis cedrinis. A pavimento domus usque ad summitatem parietum. & usque ad laquearia operuit lignis intrinsecus. & texit pavimentum domus tabulatis abiegnis. Edificavitque xx. cubitorum ad posteriorem partem templi tabulata cedrina. a pavimento usque ad superiora. & fecit interiorem domum oraculi in sanctum sanctorum. Porro xl. cubitorum erat ipsum templum pro foribus oraculi. & cedro omnis domus intrinsecus vestiebatur. habens tornaturas suas & iuncturas fabrefactas & celaturas eminentes. Omnia cedrinis tabulis vestiebantur. nec omnino lapis apparere poterat in pariete. Oraculum autem in medio domus in interiori parte fecerat. ut poneret ibi archam federis domini. Porro oraculum habebat xx. cubitos longitudinis. & xx. cubitos latitudinis. & xx. cubitos altitudinis. & operuit illud atque vestivit auro purissimo. Sed & altare vestivit cedro. Domum quoque ante oraculum operuit auro purissimo. & affixit lamminas clavis aureis. Nichil erat in templo quod non auro tegeretur. Sed & totum altare oraculi texit auro. & fecit in oraculo duo cherubim de lignis olivarum x. cubitorum altitudinis. Quinque cubitorum ala cherub una. & v. cubitorum ala cherub altera. id est x. cubitos habentes a summitate ale usque ad ale alterius summitatem. Decem quoque cubitorum erat cherub. secundus in mensura pari. & opus unum erat in duobus cherubim. id est altitudinem habebat unus cherub x. cubitorum. & similiter cherub secundus. Posuitque cherubim in medio templi interioris. Extendebant autem alas suas cherubim. & tangebat ala una parietem. & ala cherubin secundi tangebat parietem alterum. ale autem altere in media parte templi se invicem contingebant. Texit quoque cherubim auro. & omnes parietes templi per circuitum sculpsit variis celaturis & torno. & fecit in eis cherubim & palmas & picturas varias quasi prominentes de pariete & egredientes. Sed & pavimentum domus texit auro intrinsecus. & extrinsecus. Et in ingressu oraculi fecit ostiola de lignis olivarum. postesque angulorum v. & duo ostia de lignis olivarum. & sculpsit in eis picturam cherubim & palmarum species. & anaglifa valde prominentia. & texit ea auro. & operuit tam cherubim quam palmas & cetera auro. Fecitque in introitu templi postes de lignis olivarum quadrangulatos. & duo ostiola de lignis abiegnis altrinsecus. Et utrumque ostium duplex erat. & se invicem tenens aperiebatur. Et sculpsit cherubim & palmas & celaturas valde eminentes. operuitque omnia lamminis opere quadro ad regulam. Et edificavit atrium interius tribus ordinibus lapidum politorum. & uno ordine lignorum cedri.

74

Anno iiii. fundata est domus domini in mense zio. in anno xi. mense bul. ipse est mensis octavus. perfecta est domus in omni opere suo. & in universis utensilibus. edificavitque eam annis vii. Domum autem suam edificavit salomon xiii. annis. & ad perfectum usque perduxit. Edificavitque domum saltus libani c. cubitorum longitudinis. & l. cubitorum latitudinis. & xxx. cubitorum altitudinis. & iiii. deambulatoria inter columnas cedrinas. Ligna quippe cedrina exciderat in columnas. & tabulatis cedrinis vestivit totam cameram. que xl.v. columnis sustentabatur. Unus autem ordo habebat columnas xv. contra se invicem positas. & e regione se respicientes equali spacio inter columnas. & super columnas quadrangulata ligna in cunctis equalia. Et porticum columnarum fecit l. cubitorum longitudinis. & xxx. cubitorum latitudinis. & alteram porticum in facie maioris porticus. & columnas & epistilia super columnas fecit. Porticum quoque solii in qua tribunal est fecit. & texit lignis cedrinis a pavimento usque ad summitatem. & domuncula in qua sedebatur ad iudicandum. erat in media porticu simili opere. Domum quoque fecit filie pharaonis quam uxorem duxerat salomon tali opere quali et hanc porticum. omnia lapidibus preciosis qui ad normam quandam atque mensuram tam intrinsecus quam extrinsecus serrati erant a fundamento usque ad summitatem parietum. & intrinsecus usque ad atrium maius. Fundamenta autem de lapidibus preciosis. lapidibus magnis x. sive viii cubitorum. & desuper lapides preciosi equalis mensure secti erant. similiterque de cedro. Et atrium maius rotundum trium ordinum de lapidibus sectis. & unius ordinis dolate cedri. nec non & in atrio domus domini interiori & in porticu domus.

Misitque rex salomon & tulit hyram de tyro filium mulieris vidue de tribu neptalim de patre tyrio artificem erarium plenum sapientia & intelligentia & doctrina ad faciendum omne opus ex ere. Qui cum venisset ad regem salomonem. fecit omne opus eius. Et finxit duas columnas ereas x. & viii. cubitorum altitudinis columnam unam. & linea xii. cubitorum ambiebat columnam utramque. Duo quoque capitella fecit que ponerentur super capita columnarum fusilia ex ere. Quinque cubitorum altitudinis capitellum unum. & v. cubitorum altitudinis capitellum alterum. & quasi in modum retis & cathenarum sibi invicem miro opere contextarum. Utrumque capitellum columnarum fusile erat. Septena versuum retiacula in capitello uno. & septena retiacula in capitello altero. Et perfecit columnas & duos ordines per circuitum retiaculorum singulorum ut tegerent capitella que erant super summitatem malogranatorum. Eodem modo fecit & capitello secundo. Capitella autem que erant super capita columnarum quasi opere lilii fabrefacta erant in porticu iiii. cubitorum. Et rursum alia capitella in summitate columnarum desuper iuxta mensuram columne contra retiacula. Malogranatorum autem ducenti ordines erant in circuitu capitelli secundi. Et statuit duas columnas in porticu templi. Cumque statuisset columnam dexteram vocavit eam nomine iachim. id est firmitas. Similiter erexit columnam secundam. & vocavit nomen eius booz id est in robore. Et super capita columnarum opus in modum lilii posuit. perfectumque est opus columnarum. Fecitque quoque mare fusile x. cubitorum a labio usque ad labium rotundum in circuitu. v. cubitorum altitudo eius. Et resticula xxx. cubitorum cingebat illud per circuitum. & sculptura subter labium circuibat illud x. cubitis ambiens mare. Duo ordines sculpturarum histriatarum erant fusiles. & stabant super xii. boves. E quibus tres respiciebant ad aquilonem. & tres ad occidentem. & tres ad meridiem. & tres ad orientem. & mare desuper eos desuper erat. quorum posteriora universa intrinsecus latitabant. Grossitudo autem luteris trium unciarum erat. labiumque eius quasi labium calicis. & folium repandi lilii duo milia batos capiebat. Et fecit bases x. eneas iiii. cubitorum longitudinis bases singulas. & iiii. cubitorum latitudinis. & trium cubitorum altitudinis. Et ipsum opus basium interrasile erat. & sculpture inter iuncturas & inter coronulas & plectas leones & boves & cherubim. & in iuncturis similiter desuper. & subter leones & boves quasi lora ex ere dependentia. Et iiii. rote per bases singulas. & axes erei. & per iiii. partes quasi humeruli subter luterem fusiles contra se invicem respectantes. Os quoque luteris intrinsecus erat in capitis summitate. & quod forinsecus apparebat unius cubiti erat totum rotundum. pariterque habebat unum cubitum & dimidium. In angulis autem columnarum varie celature erant. & media inter columnas quadrata non rotunda erant. Quatuor quoque rote que per iiii. angulos basis erant coherebant subter basim. Una rota habebat altitudinis cubitum & semis. Tales autem rote erant quales solent in curru fieri. & axes earum & radii. & canti. & modioli. omnia fusilia. Nam & humeruli illi iiii. per singulos angulos basis uni ex ipsa basi fusiles & coniuncti erant. In summitate basis erat quedam rotunditas unius & dimidii cubiti. ita fabrefacta. ut luter desuper posset inponi. habens celaturas suas. & sculpturas varias ex semet ipsa. Sculpsit quoque in tabulatis illis que erant ex ere & in angulis cherubim. & leones & palmas quasi in similitudinem stantis hominis. ut non celata sed apposita per circuitum viderentur. In hunc modum fecit x. bases fusura una. & mensura sculpturaque consimili. Fecit quoque x. luteres eneos. Quadraginta batos capiebat luter unus. eratque iiii. cubitorum. singulosque luteres per singulas. id est x. bases posuit. Et constituit x. bases v. ad dexteram partem. & v. ad sinistram. mare autem posuit ad dexteram partem templi contra orientem ad meridiem. Fecit quoque hyram lebetes & scutras & hamulas & perfecit omne opus regis salomonis in templo domini columnas duas & funiculos capitellorum super capita columnarum duos. & retiacula duo ut operirent duos funiculos qui erant super capita columnarum. & malogranatorum quadringenta in duobus retiaculis. Duo versus malogranatorum in retiaculis singulis ad operiendos funiculos capitellorum qui erant super capita columnarum. & bases x. et luteres x. super bases. & mare unum. & boves xii. subter mare. et lebetes & scutras & hamulas. Omnia vasa que fecit hyram regi salomoni in domo domini de auricalco erant. & in campestri regione iordanis fudit ea rex in argillosa terra inter socoth & sarthan. Et posuit salomon omnia vasa in templo domini. Propter multitudinem autem nimiam non erat pondus eris. Fecitque salomon omnia vasa in domo domini. altare aureum & mensam super quam ponerentur panes propositionis auream. & candelabra aurea. quinque ad dexteram. & v. ad sinistram contra oraculum ex auro purissimo & quasi lilii flores. & lucernas desuper aureas. & forcipes aureos. & ydrias. & fuscinulas. & fialas. et mortariola. & thuribula. de auro purissimo. Et cardines ostiorum domus interioris sancti sanctorum. & ostiorum domus templi ex auro erant. Et perfecit omne opus quod faciebat salomon in domo domini. & intulit que sanctificaverat david pater suus argentum & aurum. & vasa. reposuitque in thesauris domus domini.

Tunc congregati sunt omnes maiores natu israhel cum principibus tribuum. & duces familiarum filiorum israhel ad regem salomonem in ierusalem ut deferrent archam federis domini de civitate david id est de syon. Convenitque ad regem salomonem universus israhel in mense bethanim in sollempni die. ipse est mensis septimus. Veneruntque cuncti senes ex israhel. & tulerunt sacerdotes archam. & portaverunt archam domini & tabernaculum federis. & omnia vasa sanctuarii que erant in tabernaculo. & ferebant ea sacerdotes & levite. Rex autem salomon & omnis multitudo israhel que convenerat ad eum gradiebatur cum illo ante archam. & immolabant oves & boves absque estimatione & numero. Et intulerunt sacerdotes archam federis domini in locum suum in oraculum templi in sanctum sanctorum subter alas cherubim. Siquidem cherubim expandebant alas suas super locum arche. & protegebant archam. & vectes eius desuper. Cumque eminerent vectes. & apparerent summitates eorum foris sanctuarii ante oraculum non apparebant ultra extrinsecus. qui & fuerunt ibi usque in presentem diem. In archa autem non est aliud nisi due tabule lapidee quas posuerat in ea moyses in oreb. quando pepigit fedus dominus cum filiis israhel. cum egrederentur de terra egypti. Factum est autem cum exissent sacerdotes de sanctuario. nebula implevit domum domini. & non poterant sacerdotes stare & ministrare propter nebulam. impleverat enim gloria domini domum domini. Tunc ait salomon.

Dominus dixit ut habitaret in nebula. Edificans edificaui domum in habitaculum tuum. firmissimum solium tuum in sempiternum. Convertitque rex faciem suam. & benedixit omni ecclesie isrl. Omnis enim ecclesia isrl stabat. Et ait salomon. Benedictus dominus ds isrl qui locutus est ore suo ad dd patrem meum & in manibus eius perfecit dicens a die qua eduxi populum meum isrl de egypto non elegi civitatem de universis tribubus isrl ut edificaretur domus & esset nomen meum ibi. sed elegi dd ut esset super populum meum isrl. Voluitque pater meus edificare domum nomini di isrl & ait dominus ad dd patrem meum. Quod cogitasti in corde tuo edificare domum nomini meo bene fecisti. hoc ipsum mente pertractans. Verumtamen tu non edificabis mihi domum. sed filius tuus qui egredietur de renibus tuis. ipse edificabit domum nomini meo. Confirmavit autem dominus sermonem suum quem locutus est: steti que pro dd patre meo. & sedi super thronum isrl sicut locutus est dns. Et edificavi domum nomini dni di isrl. & constitui ibi locum arche in qua fedus est domini di isrl quod percussit cum patribus nris quando egressi sunt de terra egypti.

Stetit autem salomon ante altare domini in conspectu ecclesie isrl. & expandit manus suas ad celum & ait. Domine ds isrl non est similis tui ds in celo desuper. & super terram deorsum. qui custodis pactum & misericordiam servis tuis. qui ambulant coram te in toto corde suo. qui custodisti dd servo tuo patri meo que locutus es ei ore locutus es & manibus perfecisti ut hec dies probat. Nunc igitur domine ds isrl. conserva famulo tuo dd patri meo que locutus es ei dicens non auferetur de te coram me vir qui sedeat super thronum isrl ita tamen si custodierint filii tui viam suam ut ambulent coram me sicut tu ambulasti in conspectu meo. Et nunc domine ds isrl firmentur verba tua que locutus es servo tuo dd patri meo. Ergone putandum est quod vere ds habitet super terram? Si enim celi & celi celorum te capere non possunt. quanto magis domus hec quam edificavi tibi? Sed respice ad orationem servi tui & ad preces eius. Domine ds meus audi ymnum & orationem quam servus tuus orat coram te hodie. ut sint oculi tui aperti super domum hanc nocte & die. super domum de qua dixisti erit nomen meum ibi. ut exaudias orationem quam orat ad te servus tuus in loco isto. ut exaudias deprecationem servi tui & populi tui isrl. quodcumque oraverint in loco isto. & exaudies in loco habitaculi tui in celo. & cum exaudieris propitius eris. Si peccaverit homo in proximum suum. & habuerit aliquod iuramentum quo teneatur astrictus. & venerit propter iuramentum coram altari tuo in domum tuam. tu exaudies in celo & facies & iudicabis servos tuos condemnans impium. & reddens viam suam super caput eius. iustificansque iustum & retribuens ei secundum iustitiam suam. Si fugerit populus tuus isrl inimicos suos quia peccaturus est tibi. & agentes penitentiam & confitentes nomini tuo venerint & oraverint & deprecati fuerint in hac domo. exaudi eos in celo. & dimitte peccatum populi tui isrl. & reduces eos in terram quam dedisti patribus eorum. Si clausum fuerit celum & non pluerit propter peccata eorum. & orantes in loco isto penitentiam egerint nomini tuo. & a peccatis suis conversi fuerint propter afflictionem suam. exaudi eos in celo & dimitte peccata servorum tuorum & populi tui isrl. & ostende eis viam bonam per quam ambulent & da pluviam super terram tuam quam dedisti populo tuo in possessionem. Fames si oborta fuerit in terra. aut pestilentia. aut corruptus aer. aut erugo. locusta. rubigo. & afflixerit eum. & inimicus eius portas obsidens. omnis plaga. universa infirmitas. cuncta devotatio. & imprecatio que acciderit omni homini de populo tuo isrl. si quis cognoverit plagam cordis sui. & expanderit manus suas in domo hac. tu exaudies in celo in loco habitationis tue. & repropitiaberis & facies ut des unicuique secundum omnes vias suas. sicut videris cor eius. quia tu nosti solus cor omnium filiorum hominum. ut timeant te cunctis diebus quibus vivunt super faciem terre quam dedisti patribus nris. Insuper & alienigena qui non est de populo tuo isrl. cum venerit quoque & oraverit in loco hoc. tu exaudies in celo in firmamento habitaculi tui. & facies omnia pro quibus invocaverit te alienigena. ut discant universi populi terrarum nomen tuum timere sicut populus tuus isrl. & probent quia nomen tuum invocatum est super domum hanc quam edificavi. Si egressus fuerit populus tuus ad bellum contra inimicos suos per viam quocumque miseris eos. orabunt te contra viam civitatis quam elegisti & contra domum quam edificavi nomini tuo. tu exaudies in celo orationes eorum & preces. & facies iudicium eorum. Quod si peccaverint tibi. non est enim homo qui non peccet. & iratus tradideris eos inimicis suis. & captivi ducti fuerint in terram inimicorum suorum longe vel prope & egerint penitentiam in corde suo in loco captivitatis. & conversi deprecati te fuerint in captivitate sua dicentes. peccavimus. inique egimus. impie gessimus. & reversi fuerint ad te in universo corde suo. & tota anima sua in terra inimicorum suorum ad quam captivi ducti fuerint. & oraverint te contra viam terre sue quam dedisti patribus eorum. & civitatis quam elegisti & templi quod edificavi nomini tuo. exaudies in celo in firmamento solii tui orationem eorum & preces. & facies iudicium eorum. & propitiaberis populo tuo qui peccavit tibi. & omnibus iniquitatibus eorum quibus prevaricati sunt in te. & dabis misericordiam coram eis qui eos captivos habuerint ut misereantur eis. Populus enim tuus est & hereditas tua quos eduxisti de terra egypti de medio fornacis ferree. ut sint oculi tui aperti ad deprecationem servi tui & populi tui isrl. & exaudies eos in universis pro quibus invocaverint te. Tu enim separasti eos tibi in hereditatem de universis populis terre sicut locutus es per moysen servum tuum. quando eduxisti patres nros de egypto domine ds.

Factum est autem cum complesset salomon orans dnm omnem orationem & deprecationem hanc. surrexit de conspectu altaris dni. Utrumque genu in terram fixerat. & manus expanderat ad celum. Stetit ergo & benedixit omni ecclesie isrl voce magna dicens. Benedictus dominus ds qui dedit requiem populo suo isrl. iuxta omnia que locutus est. Non cecidit nec unus quidem sermo de omnibus bonis que locutus est per moysen servum suum. Sit dominus ds nr nobiscum sicut fuit cum patribus nris non derelinquens nos neque proiciens. sed inclinet corda nra ad se. ut ambulemus in viis eius. & custodiamus mandata eius & cerimonias & iudicia quecumque mandavit patribus nris. & sint sermones mei isti quibus deprecatus sum coram domino appropinquantes domino do nro die ac nocte. ut faciat iudicium servo tuo & populo tuo isrl per singulos dies. & sciant omnes populi terre quia dominus ipse est ds. & non est ultra absque eo. Sit quoque cor nrm perfectum cum domino do nro ut ambulemus in decretis eius & custodiamus mandata eius sicut hodie. Igitur rex & omnis isrl cum eo immolabant victimas coram domino. Mactavitque salomon hostias pacificas quas immolavit domino boum xx. duo milia. & ovium c. xx. milia. & dedicaverunt templum domini rex & filii isrl. In die illa sanctificavit rex medium atrii quod erat ante domum domini. Fecit quippe ibi holocaustum & sacrificium & adipem pacificorum quia altare eneum quod erat coram domino minus erat & capere non poterat holocausta & sacrificium & adipem pacificorum. Fecit ergo salomon in tempore illo festivitatem celebrem. & omnis isrl cum eo multitudo magna. ab introitu emath usque ad rivum egypti coram domino deo nro septem diebus & septem diebus: id est xiiii. diebus: & in die octava dimisit populos. Qui benedicentes regi. profecti sunt in tabernacula sua letantes & alacri corde. super omnibus bonis que fecerat dns dd servo suo. & isrl populo suo.

Factum est autem cum perfecisset salomon edificium domus domini. & edificium regis. & omne quod optaverat & voluerat facere. apparuit ei dominus secundo sicut apparuerat ei in gabaon. Dixitque dns ad eum. Exaudivi orationem tuam & deprecationem tuam. qua deprecatus es coram me. Sanctificavi domum hanc quam edificasti ut ponerem ibi nomen meum in sempiternum. & erunt oculi mei & cor meum ibi cunctis diebus. Tu quoque si ambulaveris coram me sicut ambulavit pater tuus in simplicitate cordis & equitate. & feceris omnia que precepi tibi. & legitima mea & iudicia mea servaveris ponam thronum regni tui super isrl in sempiternum. sicut locutus sum dd patri tuo dicens. non auferetur de genere tuo vir de solio isrl. Si autem aversione aversi fueritis vos & filii vri non sequentes me nec custodientes mandata mea & cerimonias quas proposui vobis. sed abieritis & colueritis deos alienos & adoraveritis eos. auferam isrl de superficie terre quam dedi eis. & templum quod sanctificavi nomini meo proiciam a conspectu meo. eritque isrl in proverbium & in fabulam cunctis populis. & domus hec erit in exemplum. Omnis qui transierit per eam stupebit. & sibilabit & dicet. Quare fecit sic dominus terre huic. & domui huic. Et respondebunt. Quia dereliquerunt dnm dm suum qui eduxit patres eorum de terra egypti. & secuti sunt deos alienos. & adoraverunt eos & coluerunt. idcirco induxit dominus super eos omne malum hoc. Expletis autem annis xx. postquam edificaverat salomon duas domus. id est domum domini & domum regis. hyram rege tyri prebente salomoni ligna cedrina & abiegna & aurum iuxta omne quod opus habuerat. tunc dedit salomon hyram xx. oppida in terra galilee. Egressusque est hyram de tyro ut videret oppida que dederat ei salomon. & non placuerunt ei & ait. Hecine sunt civitates quas dedisti mihi frater? Et appellavit eas terram chabul. usque in diem hanc. Misit quoque hyram ad regem centum xx. talenta auri. Hec est summa expensarum quam obtulit rex salomon ad edificandam domum domini. & domum suam & mello & murum hierlm. & eser. & mageddo & gazer. Pharao rex egypti ascendit & cepit gazer succenditque eam igni. Et chananeum qui habitabat in civitate interfecit. & dedit eam in dotem filie sue uxori salomonis. Edificavit ergo salomon gazer & bethoron inferiorem. & baalath & palmiram in terra solitudinis. & omnes vicos qui ad se pertinebant. & que erant absque muro munivit & civitates curruum. & civitates equitum. & quodcumque ei placuit ut edificaret in hierlm & in libano. & in omni terra potestatis sue. Universum populum qui remanserat de amorreis. & ethei & ferezeis. & eveis. & iebuseis qui non sunt de filiis isrl. horum filios qui remanserant in terra. quos scilicet non potuerant filii isrl exterminare fecit salomon tributarios usque in diem hanc. De filiis autem isrl non constituit salomon servire quemquam. sed erant viri bellatores & ministri eius. & principes eius. duces & prefecti curruum & equorum. Erant autem principes super omnia opera salomonis prepositi quingenti quinquaginta qui habebant subiectum populum. & statutis operibus imperabant. Filia autem pharaonis ascendit de civitate dd in domum suam quam edificaverat ei salomon. Tunc edificavit mello. Offerebat quoque salomon tribus vicibus per annos singulos holocausta & pacificas victimas super altare quod edificaverat domino. & adolebat thymiama coram domino. perfectumque est templum. Classem quoque fecit rex salomon in asiongaber que est iuxta haylam in litore maris rubri in terra ydumee. Misitque hyram in classe illa servos suos nauticos & gnaros maris. cum servis salomonis. Qui cum venissent in ophir sumptum inde aurum quadringentorum xx. talentorum detulerunt ad regem salomonem.

Sed & regina saba audita fama salomonis in nomine domini venit temptare eum in enigmatibus. Et ingressa hierlm cum multo comitatu. & divitiis. camelis portantibus aromata & aurum infinitum nimis. & gemmas preciosas. venit ad salomonem. & locuta est universa que habebat in corde suo. Et docuit eam salomon omnia verba que proposuerat. Non fuit sermo qui regem posset latere. & non responderet ei. Videns autem regina saba omnem sapientiam salomonis. & domum quam edificaverat & cibos mense eius & habitacula servorum. & ordinem ministrantium. vestesque eorum. & pincernas. & holocausta que offerebat in domo domini. non habebat ultra spiritum. Dixitque ad regem. Verus est sermo quem audivi in terra mea super sermonibus tuis & super sapientia. & non credebam [nun]tiantibus narrantibus mihi. donec ipsa venissem & vidissem oculis meis & probassem quod media pars nunciata mihi non fuerit. Maior est sapientia tua quam rumor quem audivi. Beati viri tui. & beati servi tui qui stant coram te semper & audiunt sapientiam tuam. Sit dominus ds tuus benedictus cui complacuisti. & posuit te super thronum isrl. eo quod dilexerit dominus ds isrl in sempiternum & constituit te regem ut faceres iudicium & iustitiam. Dedit ergo regi c. xx. talenta auri & aromata multa nimis. & gemmas preciosas. Non sunt allata ultra aromata tam multa quam ea que dedit regina saba regi salomoni. Sed & classis hyram que portabat de ophir aurum. attulit ex ophir ligna thyina multa nimis. & gemmas preciosas. Fecitque rex de lignis thyinis fulchra & domus domini. & domus regie & cytharas lyrasque cantoribus. Non sunt allata huiuscemodi ligna thyina neque visa usque in presentem diem. Rex autem salomon dedit regine saba omnia que voluit & expetivit ab eo exceptis his que ultro obtulerat ei munere regio. Que reversa est & abiit in terram suam cum servis suis.

Erat autem pondus auri quod offerebatur salomoni per annos singulos sexcentorum lx. sex talentorum auri. excepto eo quod afferebant viri qui super vectigalia sunt. & negociatores universique scruta vendentes. & omnes reges arabie. ducesque terre. Fecitque rex salomon ducenta scuta de auro puro. Sexcentos auri siclos dedit in laminas scuti unius. & trecentas peltas ex auro probato.

Trecente mine auri unam peltam vestiebant, posuitque eas rex in domo silve Libani. Fecit etiam rex Salomon thronum de ebore grandem, et vestivit eum auro fulvo nimis. Qui habebat VI gradus. Et summitas throni rotunda erat in parte posteriori. Et due manus hinc atque inde tenentes sedile. Et duo leones stabant iuxta manus singulas. Et XII leunculi stantes super VI gradus hinc atque inde. Non est factum tale opus in universis regnis. Sed et omnia vasa de quibus potabat rex Salomon erant aurea. Et universa supellex domus saltus Libani de auro purissimo. Non erat argentum nec alicuius precii putabatur in diebus Salomonis, quia classis regis per mare cum classe Hyram semel per tres annos ibat in Tharsis, deferens inde aurum et argentum, dentes elefantorum et simias et pavos. Magnificatus est ergo rex Salomon super omnes reges terre divitiis et sapientia. Et universa terra desiderabat vultum Salomonis ut audiret sapientiam eius, quam dederat deus in corde eius. Et singuli deferebant ei munera, vasa argentea et aurea, vestesque et arma bellica, aromata quoque et equos et mulos per annos singulos. Congregavitque Salomon currus et XII milia equitum, et disposuit eos per civitates munitas et cum rege in Hierusalem. Fecitque ut tanta habundantia esset argenti in Hierusalem quanta lapidum, et cedrorum prebuit multitudinem quasi sicomoros que nascuntur in campestribus. Et educebantur equi Salomoni de Egypto, et de Choa. Negociatores enim regis emebant de Choa, et statuto precio perducebant. Egrediebatur autem quadriga ex Egypto sexcentis siclis argenti, et equus CL. Atque in hunc modum cuncti reges Cetheorum et Syrie equos venundabant.

Rex autem Salomon amavit mulieres alienigenas multas, filiam quoque Pharaonis et Moabitidas, et Ammonitidas, Ydumeas et Sydonias, et Etheas, de gentibus super quibus dixit dominus filiis Israel: Non ingrediemini ad eas, neque de illis ingredientur ad vestras. Certissime enim avertent corda vestra ut sequamini deos earum. His itaque copulatus est Salomon ardentissimo amore; fueruntque ei uxores quasi regine septingente, et concubine trecente, et averterunt mulieres cor eius. Cumque iam esset senex, depravatum est per mulieres cor eius, ut sequeretur deos alienos. Nec erat cor eius perfectum cum domino deo suo sicut cor David patris eius. Sed colebat Salomon Astarthen deam Sydoniorum, et Chamos deum Moabitarum, et Moloch ydolum Ammonitarum. Fecitque Salomon quod non placuerat coram domino, et non adimplevit ut sequeretur dominum sicut David pater eius. Tunc edificavit Salomon fanum Chamos ydolo Moab in monte qui est contra Hierusalem, et Moloch ydolo filiorum Ammon. Atque in hunc modum fecit universis uxoribus suis alienigenis que adolebant thura et immolabant diis suis.

Igitur iratus est dominus Salomoni quod aversa esset mens eius a domino deo Israel qui apparuerat ei secundo, et preceperat de verbo hoc ne sequeretur deos alienos, et non custodivit que mandaverat ei dominus. Dixit itaque dominus Salomoni: Quia habuisti hoc apud te, et non custodisti pactum meum et precepta mea que mandavi tibi, disrumpens scindam regnum tuum, et dabo illud servo tuo. Veruntamen in diebus tuis non faciam propter David patrem tuum; de manu filii tui scindam illud. Nec totum regnum auferam, sed unam tribum dabo filio tuo, propter David servum meum et Hierusalem quam elegi. Suscitavit autem dominus adversarium Salomoni Adad Ydumeum de semine regio qui erat in Edom. Cum enim esset David in Ydumea, et ascendisset Ioab princeps militie ad spoliandos eos qui fuerant interfecti, et occidisset omne masculinum in Ydumea, sex enim mensibus ibi moratus est Ioab et omnis Israel donec interimeret omne masculinum in Ydumea, fugit Adad ipse et viri Ydumei de servis patris eius cum eo, ut ingrederentur Egyptum. Erat autem Adad puer parvulus. Cumque surrexissent de Madian, venerunt in Faran. Tuleruntque secum viros de Faran, et introierunt Egyptum ad Pharaonem regem Egypti. Qui dedit ei domum et cibos constituit et terram delegavit. Et invenit Adad gratiam coram Pharaone valde, in tantum ut daret ei uxorem sororem uxoris sue germanam Tafnes regine. Genuitque ei soror Tafnes Genabath filium, et nutrivit eum Tafnes in domo Pharaonis. Eratque Genabath habitans apud Pharaonem cum filiis eius. Cumque audisset Adad in Egypto dormisse David cum patribus suis et mortuum esse Ioab principem militie, dixit Pharaoni: Dimitte me ut vadam in terram meam. Dixitque ei Pharao: Qua enim re apud me indiges, ut queras ire ad terram tuam? At ille respondit: Nulla. Sed obsecro te ut dimittas me. Suscitavit quoque ei deus adversarium Razon filium Elyada qui fugerat Adadezer regem Soba dominum suum, et congregavit contra eum viros, et factus est princeps latronum cum interficeret eos David. Abieruntque Damascum et habitaverunt ibi, et constituerunt eum regem in Damasco. Eratque adversarius Israel cunctis diebus Salomonis. Et hoc est malum Adad et odium contra Israel; regnavitque in Syria. Hieroboam quoque filius Nabath Effrateus de Sareda servus Salomonis, cuius mater erat nomine Sarva mulier vidua, levavit manum suam contra regem. Et hec est causa rebellionis adversum eum, quia Salomon edificavit Mello, et coequavit voraginem civitatis David patris sui. Erat autem Hieroboam vir fortis et potens. Vidensque Salomon adolescentem bone indolis et industrium, constituerat eum prefectum super tributa universe domus Ioseph.

XX. Factum est ergo in tempore illo ut Hieroboam egrederetur de Hierusalem, et inveniret eum Ahias Salonites propheta in via opertus pallio novo. Erant enim duo tantum in agro. Apprehendensque Ahias pallium suum novum quo opertus erat scidit in XII partes, et ait ad Hieroboam: Tolle tibi X scissuras. Hec enim dicit dominus deus Israel: Ecce ego scindam regnum de manu Salomonis, et dabo tibi X tribus. Porro una tribus remanebit ei propter servum meum David et Hierusalem civitatem quam elegi ex omnibus tribubus Israel; eo quod dereliquerit me et adoraverit Astarthen deam Sydoniorum, et Chamos deum Moab, et Moloch deum filiorum Ammon, et non ambulaverit in viis meis ut faceret iustitiam coram me, et precepta mea, et iudicia mea sicut David pater eius. Nec auferam omne regnum de manu eius, sed ducem ponam eum cunctis diebus vite sue propter David servum meum quem elegi, qui custodivit precepta et mandata mea. Auferam enim regnum de manu filii eius et dabo tibi X tribus. Filio autem eius dabo tribum unam, ut remaneat lucerna David servo meo cunctis diebus coram me in Hierusalem civitate quam elegi ut esset nomen meum ibi. Te autem assumam, et regnabis super omnia que desiderat anima tua, erisque rex super Israel. Si igitur audieris omnia que precepero tibi, et ambulaveris in viis meis, et feceris quod rectum est coram me, custodiens mandata mea et precepta mea sicut fecit David servus meus, ero tecum et edificabo tibi domum fidelem, quomodo edificavi David, et tradam tibi Israel. Et affligam semen David super hoc, veruntamen non cunctis diebus. Voluit ergo Salomon interficere Hieroboam. Qui surrexit et aufugit in Egyptum ad Susac regem Egypti, et fuit in Egypto usque ad mortem Salomonis. Reliqua autem verborum Salomonis et omnia que fecit et sapientia eius, ecce universa scripta sunt in libro verborum dierum Salomonis. Dies autem quos regnavit Salomon in Hierusalem super omnem Israel XL anni sunt. Dormivitque Salomon cum patribus suis, et sepultus est in civitate David patris sui. Regnavitque Roboam filius eius pro eo. Venit autem Roboam in Sichem. Illuc enim congregatus erat omnis Israel ad constituendum eum regem.

At vero Hieroboam filius Nabath cum esset profugus in Egypto a facie regis Salomonis, audita morte eius reversus est de Egypto. Miseruntque et vocaverunt eum. Venit ergo Hieroboam et omnis multitudo Israel, et locuti sunt ad Roboam dicentes: Pater tuus durissimum iugum imposuit nobis. Tu itaque nunc imminue paululum de imperio patris tui durissimo, et de iugo gravissimo quod imposuit nobis, et serviemus tibi. Qui ait eis: Ite usque ad diem tertium, et revertimini ad me. Cumque abisset populus, iniit consilium rex Roboam cum senibus qui assistebant coram Salomone patre eius dum adhuc viveret, et ait: Quod datis consilium ut respondeam populo huic? Qui dixerunt ei: Si obedieris hodie populo huic et servieris, et petitioni eorum cesseris, locutusque fueris ad eos verba lenia, erunt tibi servi cunctis diebus. Qui dereliquit consilium senum quod dederant ei, et adhibuit adolescentes qui nutriti fuerant cum eo et assistebant ei, dixitque ad eos: Quod mihi datis consilium ut respondeam populo huic qui dixerunt mihi: Levius fac iugum quod imposuit pater tuus super nos? Et dixerunt ei iuvenes qui nutriti fuerant cum eo: Sic loquere populo huic qui locuti sunt ad te dicentes: Pater tuus aggravavit iugum nostrum, tu releva nos. Sic loqueris ad eos: Minimus digitus meus grossior est dorso patris mei. Et nunc pater meus posuit super vos iugum grave, ego addam super iugum vestrum. Pater meus cecidit vos flagellis, ego autem cedam vos scorpionibus. Venit ergo Hieroboam et omnis populus ad Roboam die tertia, sicut locutus fuerat rex dicens: Revertimini ad me die tertia. Responditque rex populo dura, derelicto consilio seniorum quod dederant ei, et locutus est eis secundum consilium iuvenum dicens: Pater meus aggravavit iugum vestrum, ego autem addam iugo vestro. Pater meus cecidit vos flagellis, et ego cedam vos scorpionibus. Et non acquievit rex populo, quia aversatus fuerat eum dominus, ut suscitaret verbum suum quod locutus fuerat in manu Ahie Salonite ad Hieroboam filium Nabath. Videns itaque populus quod noluisset eos audire rex, respondit ei dicens: Que nobis pars cum David, vel que hereditas in filio Ysai? Revertere in tabernacula tua Israel. Nunc vide domum tuam David. Et abiit Israel in tabernacula sua. Super filios autem Israel quicumque habitabant in civitatibus Iuda regnavit Roboam. Misit ergo rex Roboam Aduram qui erat super tributa, et lapidavit eum omnis Israel et mortuus est. Porro rex Roboam festinus ascendit currum et fugit in Hierusalem. Recessitque Israel a domo David usque in presentem diem.

Factum est autem cum audisset omnis Israel quod reversus esset Hieroboam, miserunt et vocaverunt eum congregato cetu, et constituerunt eum regem super omnem Israel. Nec secutus est quisquam domum David preter tribum Iuda solam. Venit autem Roboam Hierusalem et congregavit universam domum Iuda et tribum Beniamin, centum octoginta milia electorum virorum et bellatorum, ut pugnaret contra domum Israel et reduceret regnum Roboam filio Salomonis.

Factus est autem sermo domini ad Semeiam virum dei dicens: Loquere ad Roboam filium Salomonis regem Iuda, et ad omnem domum Iuda et Beniamin, et reliquos de populo dicens: Hec dicit dominus: Non ascendetis nec bellabitis contra fratres vestros filios Israel. Revertatur vir in domum suam; a me enim factum est verbum hoc. Audierunt sermonem domini, et reversi sunt de itinere sicut eis preceperat dominus.

Edificavit autem Hieroboam Sichem in monte Effraim, et habitavit ibi. Et egressus inde edificavit Fanuel. Dixitque Hieroboam in corde suo: Nunc revertetur regnum ad domum David si ascenderit populus iste ut faciat sacrificia in domo domini in Hierusalem. Et convertetur cor populi huius ad dominum suum Roboam regem Iuda, interficientque me et revertentur ad eum. Et excogitato consilio fecit duos vitulos aureos, et dixit eis: Nolite ultra ascendere Hierusalem. Ecce dii tui Israel qui eduxerunt te de terra Egypti. Posuitque unum in Bethel, et alterum in Dan. Et factum est verbum hoc in peccatum. Ibat enim populus ad adorandum vitulum usque in Dan. Et fecit fana in excelsis, et sacerdotes de extremis populi qui non erant de filiis Levi. Constituitque diem sollempnem quintadecima die mensis, in similitudinem sollempnitatis que celebratur in Iuda. Et ascendens altare similiter fecit in Bethel ut immolaret vitulis quos fabricatus erat. Constituitque in Bethel sacerdotes excelsorum que fecerat. Et ascendit super alta-
75. re quod extruxerat in Bethel quintadecima die mensis octavi, quem finxerat de corde suo. Et fecit sollempnitatem filiis Israel, et ascendit super altare ut adoleret incensum. Et ecce vir dei venit de Iuda in sermone domini in Bethel, et invenit Hieroboam stantem super altare et thus iacientem. Et exclamavit contra altare in sermone domini et ait: Altare altare, hec dicit dominus: Ecce filius nascetur domui David Iosias nomine, et immolabit super te sacerdotes excelsorum qui nunc in te thura succendunt, et ossa hominum incendet super te. Deditque in die illa signum dicens: Hoc erit signum quod locutus est dominus. Ecce altare scindetur et effundetur cinis qui in eo est. Cumque audisset rex sermonem hominis dei quem inclamaverat contra altare in Bethel, extendit manum suam de altari dicens: Apprehendite eum. Et exaruit manus eius quam extenderat contra eum, nec valuit contrahere eam ad se. Altare quoque scissum est, et effusus cinis de altari iuxta signum quod predixerat vir dei in sermone domini. Et ait rex ad virum dei: Deprecare faciem domini dei tui, et ora pro me ut restituatur manus mea mihi. Oravitque vir dei faciem domini, et reversa est manus eius ad eum, et facta est sicut prius fuerat. Locutus est autem rex ad virum dei: Veni mecum domum ut prandeas, et dabo tibi munera. Responditque vir dei ad regem: Si dederis mihi mediam partem domus tue, non veniam tecum nec comedam panem, neque bibam aquam in loco isto. Sic enim mandatum est mihi in sermone domini precipientis: Non comedes panem neque bibes aquam, neque reverteris per viam qua venisti. Abiit ergo per aliam viam, et non est reversus per iter quo venerat in Bethel.

Prophetes autem quidam senex habitabat in Bethel, ad quem venit filius suus et narravit ei omnia opera que fecerat vir dei in die illa in Bethel, et verba que locutus fuerat ad regem, et narraverunt patri suo. Et dixit eis pater suus: Per quam viam abiit? Ostenderunt ei filii sui viam per quam abierat vir dei qui venerat de Iuda. Et ait filiis suis: Sternite

in asinum. Qui cum strauissent ascendit & abiit post uirum
dei. & inuenit eum sedentem subter therebintum & ait ei. Tu ne es
uir dei qui uenisti de iuda? Respondit ille. Ego sum. Dixitque ad
eum. Veni mecum domum ut comedas panem. Qui ait. Non
possum reuerti neque uenire tecum. nec comedam panem nec bibam
aquam in loco isto. quia locutus est dominus ad me in sermone domini
dicens. Non comedes panem & non bibes aquam ibi. nec reuerteris
per uiam qua ieris. Qui ait illi. Et ego propheta sum similis tui. &
angelus domini locutus est mihi in sermone domini dicens. Reduc eum
tecum in domum tuam. & comedat panem & bibat aquam. Fefellit
autem eum. & reduxit secum. Comedit ergo panem in domo eius & bi
bit aquam. Cumque sederent ad mensam factus est sermo domini
ad prophetam qui reduxerat eum. & exclamauit ad uirum dei qui uene
rat de iuda dicens. Hec dicit dominus. Quia inobediens fui
sti ori domini. & non custodisti mandatum quod precepit tibi dominus deus
tuus. & reuersus es & comedisti panem & bibisti aquam in loco
isto in quo preceperat tibi ne comederes nec biberes aquam. non in
feretur cadauer tuum in sepulchrum patrum tuorum. Cumque co
medisset & bibisset strauit asinum suum prophete quem re
duxerat. Qui cum abisset inuenit eum leo in uia & occidit.
Et erat cadauer eius proiectum in itinere. Asinus autem stabat iuxta
illum. & leo stabat iuxta cadauer. Et ecce uiri transeuntes
uiderunt cadauer proiectum in uia. & leonem stantem iuxta cadauer
& uenerunt & diuulgauerunt in ciuitate in qua prophetes senex
ille habitabat. Quod cum audisset propheta ille. qui reduxerat
eum de uia ait. Vir dei est qui inobediens fuit ori domini. &
tradidit eum dominus leoni & confregit eum & occidit iuxta
uerbum domini quod locutus est ei. Dixitque ad filios suos. Sternite
mihi asinum. Qui cum strauissent & ille abisset. inuenit ca
dauer eius proiectum in uia. & asinum & leonem stantes iuxta ca
dauer. Et non comedit leo de cadauere. nec lesit asinum. Tulit
ergo prophetes cadauer uiri dei. & posuit illum super asinum. & re
uersus intulit in ciuitatem prophetes senex ut plangeret eum. Et
posuit cadauer eius in sepulchro suo. & planxerunt eum. Heu heu frater.
Cumque planxisset eum. dixit ad filios suos. Cum mortuus
fuero sepelite me in sepulchro in quo uir dei sepultus est. iuxta
ossa eius ponite ossa mea. Profecto enim ueniet sermo quem pre
dixit in sermone domini contra altare quod est in bethel. & contra
omnia fana excelsorum que sunt in urbibus samarie.

Post hec uerba non est reuersus hieroboam de uia sua pessima
sed e contrario fecit de nouissimis populi sacerdotes excelsorum.
Quicumque uolebat implebat manum suam. & fiebat sacerdos
excelsorum. Et propter hanc causam peccauit domus hieroboam
& euersa est & deleta de superficie terre. In tempore illo egro
tauit abia filius hieroboam. Dixitque hieroboam uxori sue. Surge
& commuta habitum ne cognoscaris quod sis uxor hieroboam
& uade in sylo ubi est ahia propheta. qui locutus est mihi quod reg
naturus essem super populum israhel. Tolle quoque in manu tua x. pa
nes. & crustulam & uas mellis. & uade ad illum. ipse indica
bit tibi quid euenturum sit huic puero. Fecit ut dixerat uxor
hieroboam. & consurgens abiit in sylo. & uenit in domum ahie.
At ille non poterat uidere quia caligauerant oculi eius pre senectute.
Dixit autem dominus ad ahiam. Ecce uxor hieroboam ingreditur
ut consulat te super filio suo qui egrotat. Hec & hec loqueris ei.
Cum ergo illa intraret & dissimularet se esse que erat audiuit
ahia sonitum pedum introeuntis per ostium & ait. Ingredere
uxor hieroboam. Quare aliam te esse simulas? Ego autem missus
sum ad te durus nuncius. Vade & dic hieroboam. Hec dicit
dominus deus israhel. Quia exaltaui te de medio populi. & dedi
te ducem super populum meum israhel. & scidi regnum domus dauid. &
dedi tibi. & non fuisti sicut seruus meus dauid qui custodiuit mandata
mea & secutus est me in toto corde suo faciens quod placitum esset in
conspectu meo. sed operatus es male super omnes qui fuerunt ante te.
& fecisti tibi deos alienos & conflatiles ut me ad iracundiam prouo
cares. & me proiecisti post corpus tuum. idcirco ecce ego inducam
mala super domum hieroboam. & percutiam de hieroboam mingen
tem ad parietem. & clausum & nouissimum in israhel. & mundabo
reliquias domus hieroboam. sicut mundari solet fimus usque
ad purum. Qui mortui fuerint de hieroboam in ciuitate come
dent eos canes. qui autem mortui fuerint in agro. uorabunt eos aues
celi quia dominus locutus est. Tu ergo surge & uade in domum tuam.
& in ipso introitu pedum tuorum in urbem morietur puer. & plan
get eum omnis israhel & sepeliet. Iste enim solus inferetur de
hieroboam in sepulchrum. quia inuentus est super eo sermo bonus
ad dominum deum israhel in domo hieroboam. Constituet autem sibi dominus
regem qui percutiat domum hieroboam in hac die & in hoc tempore.
Et percutiet dominus deus israhel sicut solet moueri harundo
in aqua. & euellet israhel de terra bona hac quam dedit patribus eorum.
& uentilabit eos trans flumen quia fecerunt sibi lucos ut ir
ritarent dominum. Et tradet dominus israhel propter peccata
hieroboam qui peccauit & peccare fecit israhel. Surrexit itaque
uxor hieroboam. & abiit & uenit in thersa. Cumque illa
ingrederetur limen domus. puer mortuus est & sepelierunt
eum. Et planxit eum omnis israhel iuxta sermonem domini.
quem locutus est in manu ahie prophete. Reliqua autem uerborum
hieroboam quomodo pugnauerit. & quomodo regnauerit
ecce scripta sunt in libro uerborum dierum regum israhel. Dies
autem quibus regnauit hieroboam xx. & duo anni sunt. Et
dormiuit hieroboam cum patribus suis. regnauitque nabach
filius eius pro eo.

Porro roboam filius salomonis regnauit in iuda. Quadraginta
& unius anni erat roboam cum regnare cepisset. & x. & vii annis
regnauit in hierusalem ciuitate quam elegit dominus ut poneret nomen
suum ibi ex omnibus tribubus israhel. Nomen autem matris eius naamanites.
Et fecit iuda malum coram domino. & irritauerunt eum in omnibus
que fecerant patres eorum. & in peccatis suis que peccauerunt. Edifi
cauerunt enim & ipsi sibi aras & statuas & lucos super omnem collem
excelsum. & subter omnem arborem frondosam. Sed & effeminati
fuerunt in terra. feceruntque omnes abhominationes gentium. quas at
triuit dominus deus ante faciem filiorum israhel. In quinto autem anno regni
roboam. ascendit susac rex egypti in hierusalem. & tulit thesauros
domus domini. & thesauros regios. & uniuersa diripuit. scuta quoque
aurea que fecerat salomon. pro quibus fecit rex roboam scuta erea. &
tradidit ea in manu ducum scutariorum & eorum qui excubabant ad ostium
domus regis. Cumque ingrederetur rex in domum domini. portabant
ea qui preeundi habebant officium. & postea reportabant ad arma
tarium scutariorum. Reliqua autem sermonum roboam & omnia que
fecit ecce scripta sunt in libro uerborum dierum regum iuda. Fuitque bellum
inter roboam & hieroboam cunctis diebus. Dormiuitque roboam
cum patribus suis. & sepultus est cum eis in ciuitate dauid. Nomen autem matris
eius naamanites. Et regnauit abia filius eius pro eo.

Igitur in octauo decimo anno regni hieroboam filii nabach regnauit abia
super iudam. Tribus annis regnauit in hierusalem. Nomen matris eius maacha
filia absalon. Ambulauitque in omnibus peccatis patris sui que fecerat
ante eum. nec erat cor eius perfectum coram domino deo suo sicut cor dauid
patris eius. Sed propter dauid dedit ei dominus deus suus lucernam in hie
rusalem ut suscitaret filium eius post eum. & statueret hierusalem.
eo quod fecisset dauid rectum in oculis domini. & non declinasset ab omnibus
que preceperat ei cunctis diebus uite sue. excepto sermone urie ethei.
Attamen bellum fuit inter hieroboam & abiam omni tempore uite
eius. Reliqua autem sermonum abia. & omnia que fecit. nonne hec scripta
sunt in libro uerborum dierum regum iuda? Fuitque prelium inter abiam
& inter hieroboam. Et dormiuit abia cum patribus suis. & sepelierunt
eum in ciuitate dauid. regnauitque asa filius eius pro eo.

In anno xx. hieroboam regis israhel. regnauit asa rex iuda. & xl. i.
anno regnauit in hierusalem. Nomen matris eius maacha filia absalon.
Et fecit asa rectum ante conspectum domini sicut dauid pater eius. & abstulit
effeminatos de terra. purgauitque uniuersas sordes ydolorum que fecerant
patres eorum. insuper & maacham matrem suam amouit ne esset princeps
in sacris priapi. & in luco eius quem consecrauerat. Subuertitque
specum eius. & confregit symulachrum turpissimum. & combussit in
torrente cedron. excelsa autem non abstulit. Uerumtamen cor asa perfe
ctum erat cum domino deo suo cunctis diebus uite sue. Et intulit
ea que sanctificauerat pater suus & uouerat in domum domini argen
tum & aurum & uasa. Bellum autem erat inter asa & baasa regem
israhel cunctis diebus uite eorum. Ascendit quoque baasa rex israhel in iudeam
& edificauit rama. ut non posset quispiam egredi uel ingredi de parte
asa regis iude. Tollens itaque asa omne argentum & aurum quod re
manserat in thesauris domus domini. in thesauris domus regie.
dedit illud in manus seruorum suorum. & misit ad benadab filium
tabremmon filii ezion regem syrie qui habitabat in damasco dicens.
Fedus est inter me & te. & inter patrem meum & patrem tuum. Ideo misi
tibi munera argentum & aurum. & peto ut uenias. & irritum
facias fedus quod habes cum baasa rege israhel. & recedat a me. Ad
quiescens benadab regi asa misit principes exercitus sui in ciuitates
israhel. & percusserunt ahion. & dan. & abel & domum maacha.
& uniuersam cenneroth. omnem scilicet terram neptalim. Quod
cum audisset baasa intermisit edificare rama. & reuersus est
in thersa. Rex autem asa nuncium misit in omnem iudam dicens. Nemo
sit excusatus. Et tulerunt lapides rama & ligna eius. quibus
edificauerat baasa. & extruxit de eis rex asa gabaa beniamin
& masfa. Reliqua autem omnium sermonum asa. & uniuerse for
titudines eius. & cuncta que fecit & ciuitates quas extruxit nonne
hec scripta sunt in libro uerborum dierum regum iuda? Uerumtamen
in tempore senectutis sue doluit pedes. & dormiuit cum patribus
suis. & sepultus est cum eis in ciuitate dauid patris sui. regnauitque
iosaphat filius eius pro eo.

Nadab uero filius hieroboam regnauit super israhel anno secundo asa regis
iuda. Regnauitque super israhel duobus annis. & fecit quod malum est
in conspectu domini. & ambulauit in uiis patris sui. & in peccatis
eius quibus peccare fecit israhel. Insidiatus est autem ei baasa filius ahia
de domo ysachar & percussit eum in gebbethon que est urbs
philistinorum. Siquidem nadab & omnis israhel obsidebant gebbethon.
Interfecit ergo illum baasa in anno tertio asa regis iuda. & regna
uit pro eo. Cumque regnasset. percussit omnem domum hieroboam
non dimisit ne unam quidem animam de semine eius. donec deleret
eum. iuxta uerbum domini quod locutus fuerat in manu serui
sui ahie salonitis. propter peccata hieroboam que peccauerat &
quibus peccare fecerat israhel. & propter delictum quo irritauerat do
minum deum israhel. Reliqua autem sermonum nadab & omnia que
operatus est. nonne hec scripta sunt in libro uerborum dierum regum
israhel? Fuitque bellum inter asa & baasa regem israhel cunctis diebus uite eorum.

Anno tertio asa regis iuda. regnauit baasa filius ahia super omnem
israhel in thersa. xx. & iiii annis. & fecit malum coram domino
ambulauitque in uia hieroboam & in peccatis eius quibus peccare
fecit israhel. Factus est autem sermo domini ad hieu filium anani contra
baasa dicens. Pro eo quod exaltaui te de puluere. & posui ducem
super populum meum israhel. tu autem ambulasti in uia hieroboam. & pec
care fecisti populum meum israhel ut me irritares in peccatis eorum. ecce
demetam posteriora baasa & posteriora domus eius. & faciam do
mum tuam sicut domum hieroboam filii nabath. Qui mortuus fu
erit de baasa in ciuitate comedent eum canes. & qui mortuus fu
erit in regione comedent eum uolucres celi. Reliqua autem sermo
num baasa & quecumque fecit & prelia eius. nonne hec scripta
sunt in libro uerborum dierum regum israhel? Dormiuit ergo baasa
cum patribus suis. sepultusque est in thersa. & regnauit hela filius eius pro eo.

Cum autem in manu hieu filii anani prophete uerbum domini factum
esset contra baasa & contra domum eius. & contra omne malum
quod fecerat coram domino ad irritandum eum in operibus manuum suarum
ut fieret sicut domus hieroboam. ob hanc causam occidit eum hoc
est hieu filium anani prophetam. Anno xx. vi. asa regis iuda.
regnauit hela filius baasa super israhel in thersa duobus annis. Et
rebellauit contra eum seruus suus zamri dux medie partis equitum.
Erat autem hela in thersa bibens & temulentus in domo arsa prefe
cti thersa. Irruens ergo zamri percussit & occidit eum. anno xx vii.
asa regis iuda & regnauit pro eo. Cumque regnasset & sedisset
super solium eius. percussit omnem domum baasa & non dereliquit
ex eo mingentem ad parietem propinquos & amicos. Deleuitque
zamri omnem domum baasa. iuxta uerbum domini quod locutus
fuerat ad baasa in manu hieu prophete propter uniuersa peccata ba
asa & peccata hela filii eius. qui peccauerunt & peccare fecerunt israhel.
prouocantes dominum deum israhel in uanitatibus suis. Reliqua autem
sermonum hela. & omnia que fecit. nonne hec scripta sunt in libro
uerborum dierum regum israhel?

Anno xx. & vii. asa regis iuda regnauit zamri vii. diebus in thersa.
Porro exercitus obsidebat gebbethon urbem philistinorum.
Cumque audisset rebellasse zamri & occidisse regem. fecit
sibi regem omnis israhel amri qui erat princeps militie super israhel
in die illa in castris. Ascendit ergo amri & omnis israhel cum eo
de gebbethon. & obsidebant thersa. Uidens autem zamri quod ex
pugnanda esset ciuitas. ingressus est palatium & succendit se cum
domo regia. & mortuus est in peccatis suis que peccauerat fa

ciens malum coram domino ambulans in uia hieroboam & in pec
catis eius qui peccare fecit isrl. Reliqua autem sermonum zamri et
insidiarum & tyrannidis. nonne hec scripta sunt in libro uerborum
dierum regum isrl.

Tunc diuisus est ppls isrl in duas partes. Media pars ppli seque
batur thebni filium gineth ut constitueret eum regem. & media pars
amri. Preualuit autem ppls qui erat cum amri ppto qui sequebatur thebni fi
lium gineth. mortuusque est thebni. & regnauit amri. Anno xxx
primo asa regis iuda regnauit amri super israhel xii. annis. In thersa
regnauit sex annis. emitque montem samarie a somer duobus talentis ar
genti & edificauit eum. Et uocauit nomen ciuitatis quam extruxerat
nomine somer: id est montem domini. uel montem samarie. Fecit autem amri
malum in conspectu domini. & operatus est nequiter super omnes qui fuerunt
ante eum. ambulauitque in omni uia hieroboam filii nabath & in pec
catis eius quibus peccare fecerat isrl ut irritaret dominum deum isrl in uani
tatibus suis. Reliqua autem sermonum amri. & prelia eius que gessit
nonne hec scripta sunt in libro uerborum dierum regum isrl. Et dor
miuit amri cum patribus suis & sepultus est in samaria. regnauitque
achab filius eius pro eo.

Achab uero filius amri regnauit super isrl anno xxx°. & viii asa regis
iuda. Et regnauit achab filius amri super isrl in samaria xx. et
duobus annis. Et fecit achab filius amri malum in conspectu domini
super omnes qui fuerunt ante eum. Nec suffecit ei ut ambularet in pecca
tis hieroboam filii nabath. insuper duxit uxorem iezabel filiam
methbaal regis sydoniorum. & abiit & seruiuit baal & adorauit
eum. Et posuit aram baal in templo baal quod edificauerat in sa
maria. & plantauit lucum. Et addidit achab in opere suo irri
tare dominum deum isrl super omnes reges qui fuerunt ante eum. In
diebus eius edificauit ahiel de bethel iericho. In abiram primitiuo
suo edificauit eam. & in segub nouissimo suo posuit portas eius. iuxta
uerbum domini quod locutus fuerat in manu iosue filii nun.

Et dixit helyas thesbites de habitatoribus galaad ad achab. Viuit
dominus deus isrl in cuius conspectu sto. si erit annis his ros et pluuia
nisi iuxta oris mei uerba. Et factum est uerbum domini ad eum dicens.
Recede hinc & uade contra orientem. & abscondere in torrente
carith qui est contra iordanem. Et ibi de torrente bibes. coruisque
precepi ut pascant te. Abiit ergo & fecit iuxta uerbum domini.
Cumque abisset. sedit in torrente carith qui est contra iordanem.
Corui quoque deferebant ei panem et carnes mane. similiter panem &
carnes uespere. & bibebat de torrente. Post dies autem siccatus est
torrens. non enim pluerat super terram.

Factus est ergo sermo domini ad eum dicens. Surge & uade in sarepta
sydoniorum & manebis ibi. precepi enim ibi mulieri uidue ut pascat
te. Surrexit. & abiit in sarepta. Cumque uenisset ad portam
ciuitatis. apparuit ei mulier uidua colligens ligna. Et uocauit
eam. dixitque ei. Da mihi paululum aque in uase ut bibam. Cumque illa
pergeret ut afferret: clamauit post tergum eius dicens. Affer michi
obsecro & buccellam panis in manu tua. Que respondit. Viuit dominus
deus tuus quia non habeo panem nisi quantum pugillus potest capere fa
rine in ydria. & paululum olei in lechito. En colligo duo ligna ut
ingrediar ut faciam illud & filio meo ut comedamus & moriamur.
Ad quam helyas ait. Noli timere. sed uade & fac sicut dixisti.
Verumtamen michi primum fac de ipsa farinula subcinericium panem
paruulum & affer ad me. tibi autem & filio tuo facies postea. Hec
enim dicit dominus deus isrl. Ydria farine non deficiet nec lechi
tus olei minuetur usque ad diem qua daturus est dominus pluuiam super
faciem terre. Que abiit & fecit iuxta uerbum helye. & comedit
ipse & illa & domus eius. Et ex illa die ydria farine non defecit
& lechitus olei non est imminutus. iuxta uerbum domini quod locutus
fuerat in manu helye.

Factum est autem post uerba hec. egrotauit filius mulieris matris
familie. & erat languor fortissimus. ita ut non remaneret in eo halitus.
Dixit ergo ad helyam. Quid michi & tibi uir dei. Ingressus es ad
me. ut rememorarentur iniquitates mee & interficeres filium meum.
Et ait ad eam helyas. Da michi filium tuum. Tulitque eum de sinu
illius. & portauit in cenaculum ubi ipse manebat & posuit
super lectum suum. & clamauit ad dominum & dixit. Domine deus meus
etiam ne uiduam apud quam ego utcumque sustentor afflixisti ut interficeres
filium eius. Et expandit se atque mensus est super puerum tribus
uicibus: clamauitque ad dominum & ait. Domine deus meus. reuertatur
oro anima pueri huius in uiscera eius. Exaudiuit dominus uocem
helye. & reuersa est anima pueri intra eum. & reuixit. Tulitque
helyas puerum & deposuit eum de cenaculo in inferiorem domum.
& tradidit matri sue & ait illi. En uiuit filius tuus. Dixitque
mulier ad helyam. Nunc in isto cognoui quoniam uir dei es tu. & uer
bum domini in ore tuo uerum est.

Post dies multos uerbum domini factum est ad helyam in anno tercio.
dicens. Vade & ostende te achab ut dem pluuiam super faciem terre.
Iuit ergo helyas ut ostenderet se achab. Erat autem fames uehemens
in samaria. Vocauitque achab abdiam dispensatorem domus sue.
Abdias autem timebat dominum ualde. Nam cum interficeret iezha
bel prophetas domini. tulit ille centum prophetas & abscondit eos quinqua
genos in spelunca. & pauit eos pane & aqua. Dixit ergo achab
ad abdiam. Vade in terram ad uniuersos fontes aquarum. & in
cunctas ualles si forte inuenire possimus herbam & saluare
equos & mulos. & non penitus iumenta intereant. Diuiseruntque sibi re
giones. & circuierunt eas. Achab ibat per uiam unam. & abdias
per uiam alteram seorsum. Cumque esset abdias in uia. helyas occurrit
ei. Qui cum cognouisset eum. cecidit in faciem suam & ait. Num
tu domine mi es helyas. Cui ille respondit. Ego. Et dixit.
Vade dic domino tuo. Adest helyas. Et ille. Quid inquit peccaui
quoniam tradis me seruum tuum in manu achab ut interficiat me.
Viuit dominus deus tuus non est gens aut regnum quo non miserit dominus
meus te requirens. Et respondentibus cunctis non est hic. adiu
rauit regna singula & gentes eo quod minime reppereris. et nunc
dicis michi uade & dic domino tuo adest helyas. Cumque re
cessero a te spiritus domini asportabit te in locum quem ignoro. &
ingressus nunciabo achab & non inueniens te interficiet me.
Seruus autem tuus timet dominum ab infantia sua. Numquid non in
dicatum est tibi domino meo quid fecerim cum interficeret iezha
bel prophetas domini quod absconderim de prophetis domini centum uiros
quinquagenos & quinquagenos in speluncis. & pauerim eos pane et aqua
& nunc tu dicis uade & dic domino tuo adest helyas ut interficiat me.
Et dixit helyas. Viuit dominus exercituum ante cuius uultum sto. quia ho
die apparebo ei. Abiit ergo abdias in occursum achab & indicauit ei. Ve
nitque achab in occursum helye. & cum uidisset eum ait. Tune es ille qui con
turbas isrl. Et ille ait. Non ego turbaui isrl sed tu & domus
patris tui qui dereliquistis mandata domini & secuti estis baalim.
Verumtamen nunc mitte & congrega ad me uniuersum isrl in monte
carmeli. & prophetas baal quingentos l. prophetasque lucorum quadrin
gentos qui comedunt de mensa iezhabel. Misit achab ad omnes
filios isrl. & congregauit prophetas in monte carmeli. Accedens
autem helyas ad omnem populum ait. Usquequo claudicatis in duas partes.
Si dominus est deus. sequimini eum. si autem baal sequimini eum.
Et non respondit ei ppls uerbum. Et ait rursum helyas ad populum. Ego
remansi propheta solus. prophete autem baal quadringenti & l. uiri sunt.
Dentur uobis duo boues. & illi eligant bouem unum. & in frusta ce
dentes ponant super ligna. ignem autem non subponant. & ego faciam
bouem alterum & imponam super ligna. ignemque non subponam. Inuo
cate nomina deorum uestrorum. & ego inuocabo nomen domini dei mei
& deus qui exaudierit per ignem. ipse sit deus. Respondens omnis po
pulus ait. Optima propositio quam locutus est helyas. Dixit ergo he
lyas prophetis baal. Eligite bouem unum uobis. & facite primi quia
uos plures estis. & inuocate nomina deorum uestrorum. ignemque non subpo
natis. Qui cum tulissent bouem quem dederat eis. fecerunt & in
uocabant nomen baal de mane usque ad meridie dicentes. Baal
exaudi nos. Et non erat uox neque qui responderet. Transiliebantque
altare quod fecerant. Cumque iam esset meridies. illudebat eis he
lyas dicens. Clamate uoce maiore. Deus enim est. & forsitan
loquitur aut in diuersorio est. aut in itinere. aut certe dormit
ut excitetur. Clamabant ergo uoce magna. & incidebant se iuxta
ritum suum cultris & lanceolis. donec perfunderentur sanguine.
Postquam autem transiit meridies & illis prophetantibus uenerat tempus
quo sacrificium offerri solet. nec audiebatur uox. neque aliquis
respondebat. neque attendebat orantes. dixit helyas omni populo.
Venite ad me. Et accedente ad se populo curauit altare domini
quod destructum erat: & tulit xii. lapides iuxta numerum
tribuum filiorum iacob. ad quem factus est sermo domini dicens.
isrl erit nomen tuum. & edificauit ex lapidibus altare in nomine
domini. Fecitque aqueductum quasi per duas aratiunculas in cir
cuitu altaris. & composuit ligna diuisitque per membra bouem
& posuit super ligna & ait. Implete iiii. ydrias aqua. &
fundite super holocaustum. & super ligna. Rursumque dixit.
Etiam secundo hoc facite. Qui cum fecissent & secundo ait. Etiam
tercio id ipsum facite. Feceruntque & tercio. & currebant aque
circa altare. & fossa aqueductus repleta est.

Cumque iam tempus esset ut offerretur holocaustum. accedens he
lyas propheta ait. Domine deus abraham. ysaac. & isrl. ho
die ostende quia tu es deus isrl & ego seruus tuus. & iuxta pre
ceptum tuum feci omnia uerba hec. Exaudi me domine ex
audi me. ut discat ppls iste quia tu es dominus deus. & tu con
uertisti cor eorum iterum. Cecidit autem ignis a domino de celo. &
deuorauit holocaustum & ligna. & lapides. puluerem quoque et
aquam que erat in aqueductu lambens. Quod cum uidisset omnis
ppls cecidit in faciem suam & ait. Dominus ipse est deus. dominus
ipse est deus. Dixitque autem helyas ad eos. Apprehendite prophetas
baal. & ne unus quidem fugiat ex eis. Quos cum comprehendis
sent. duxit eos helyas ad torrentem cyson. & interfecit eos ibi.
Et ait helyas ad achab. Ascende comede & bibe. quia sonus
multe pluuie est. Ascendit achab ut comederet & biberet.
Helyas autem ascendit in uerticem carmeli. & pronus in terram posu
it faciem suam inter genua sua. & dixit ad puerum suum. Ascende
& prospice contra mare. Qui cum ascendisset & contemplatus
esset ait. Non est quicquam. Et rursum ait illi. Reuertere
septem uicibus. In septima autem uice ecce nubecula parua quasi uesti
gium hominis ascendebat de mari. Qui ait. Ascende & dic
achab. Iunge currum tuum & ascende. ne occupet te pluuia.
Cumque se uerteret huc atque illuc. ecce celi contenebrati sunt
& nubes & uentus. & facta est pluuia grandis. Ascendens
itaque achab abiit iezrahel. Et manus domini facta est super
helyam. accinctisque lumbis currebat ante achab donec ue
niret in iezrahel. Nunciauit autem achab iezhabel omnia que
fecerat helyas. & quomodo occidisset uniuersos prophetas gladio.
Misitque iezhabel nuncium ad helyam dicens. Hec faciant
michi dii & hec addant. nisi hac hora cras posuero animam
tuam sicut animam unius ex illis. Timuit ergo helyas & fugiens abiit
quocumque eum ferebat uoluntas. Venitque in bersabee iuda. &
dimisit ibi puerum suum. & perrexit in desertum uiam unius diei.
Cumque uenisset & sederet subter unam iuniperum. petiuit ani
me sue ut moreretur & ait. Sufficit michi domine. tolle queso animam
76. meam. Neque enim melior sum quam patres mei. Proiecitque se.
& obdormiuit in umbra iuniperi. Et ecce angelus domini tetigit eum.
& dixit ei. Surge & comede. Respexit. & ecce ad caput suum
subcinericius panis & uas aque. Comedit ergo & bibit. & rur
sum obdormiuit. Reuersusque est angelus domini secundo. & tetigit
eum. dixitque illi. Surge comede. grandis enim tibi restat uia.
Qui cum surrexisset comedit & bibit. & ambulauit in for
titudine cibi illius xl. diebus & xl. noctibus usque ad montem dei
oreb. Cumque uenisset illuc mansit in spelunca.

Et ecce sermo domini ad eum dixitque illi. Quid hic agis helya.
At ille respondit. Zelo zelatus sum pro domino deo exercituum. quia
dereliquerunt pactum domini filii isrl. Altaria tua destruxe
runt & prophetas tuos occiderunt gladio. & derelictus sum ego
solus. & querunt animam meam ut auferant eam. Et ait ei. Egre
dere & sta in monte coram domino. Et ecce dominus transit.
& spiritus grandis & fortis. subuertens montes & conterens petras.
ante dominum. non in spiritu dominus. Et post spiritum commotio. non in
commotione dominus. Et post commotionem ignis. non in igne
dominus. Et post ignem sibilus aure tenuis. Quod cum audisset
helyas operuit uultum suum pallio & egressus stetit in ostio spe
lunce. Et ecce uox ad eum dicens. Quid hic agis helya. Et ille
respondit. Zelo zelatus sum pro domino deo exercituum. quia dereli
querunt pactum tuum filii isrl. Altaria tua destruxerunt et prophetas
tuos occiderunt gladio. & derelictus sum ego solus. & querunt
animam meam ut auferant eam. Et ait dominus ad eum. Vade &
reuertere in uiam tuam per desertum in damascum. Cumque perueneris illuc.
ungues azahel regem super syriam & hieu filium namsi ungues
regem super isrl. Helyseum autem filium saphat qui est de abelmaula
ungues prophetam pro te. Et erit quicumque fugerit gladium azahel. occi
det eum hieu. et qui fugerit gladium hieu interficiet eum helyseus. Et
derelinquam michi in isrl vii. milia uirorum quorum genua non sunt incuruata ante baal. &
omne os quod non adorauerit eum osculans manum.

Profectus ergo inde repperit Helyseum filium Saphat arantem in xii. iugis boum. & ipse in xii. iugis boum arantibus unus erat. Cumque venisset Helyas ad eum, misit pallium suum super illum. Qui statim relictis bubus cucurrit post Helyam & ait. Osculer oro te patrem meum & matrem meam. & sic sequar te. Dixitque ei. Vade & revertere. quod enim meum erat feci tibi. Reversus autem ab eo tulit par boum & mactavit illud. & in aratro boum coxit carnes. & dedit populo & comederunt. Consurgensque abiit & secutus est Helyam & ministrabat ei.

Porro Benadab rex Syrie congregavit omnem exercitum suum. & xxx. duos reges secum. & equos & currus. Et ascendens pugnabat contra Samariam. & obsidebat eam. mittensque nuntios ad Achab regem Israhel in civitatem ait. Hec dicit Benadab. Argentum tuum. & aurum tuum meum est. uxores tue & filii tui optimi mei sunt. Responditque rex Israhel. Iuxta verbum tuum domine mi rex. tuus sum ego & omnia mea. Revertentesque nuntii dixerunt. Hec dicit Benadab qui misit nos ad te. Argentum tuum & aurum tuum & uxores tuas. & filios tuos dabis mihi. Cras igitur eadem hora mittam servos meos ad te & scrutabuntur domum tuam & domum servorum tuorum. & omne quod eis placuerit ponent in manibus suis & auferent. Vocavit autem rex Israhel omnes seniores terre. & ait. Animadvertite & videte. quoniam insidietur nobis. Misit enim ad me pro uxoribus meis. & filiis. & pro argento & auro. & non abnui. Dixeruntque omnes maiores natu. & universus populus ad eum. Non audias. neque acquiescas illi. Respondit itaque nuntiis Benadab. Dicite domino meo regi. Omnia propter que misisti ad me servum tuum in initio faciam. hanc autem rem facere non possum. Reversique nuntii retulerunt ei. Qui remisit & ait. Hec faciant mihi dii & hec addant. si suffecerit pulvis Samarie pugillis omnis populi qui sequitur me. Et respondens rex Israhel ait. Dicite ei. Non glorietur accinctus eque ut discinctus. Factum est autem cum audisset verbum istud. bibebat ipse & reges in umbraculis. & ait servis suis. Circumdate civitatem. Et circumdederunt eam. Et ecce propheta unus accedens ad Achab regem Israhel ait. Hec dicit dominus. Certe vidisti omnem multitudinem hanc nimiam? Ecce ego tradam eam in manu tua hodie. ut scias quia ego sum dominus. Et ait Achab. Per quem? Dixitque ei. Per pedissequos principum provinciarum. Et ait. Quis incipiet preliari? Et ille dixit. Tu. Recensuit ergo pueros principum provinciarum & repperit numerum ducentorum xxx. duum. Et post eos recensuit populum omnes filios Israhel vii. milia. & egressi sunt meridie. Benadab autem bibebat temulentus in umbraculo suo. & reges xxx. duo cum eo. qui ad auxilium eius venerant. Egressi sunt autem pueri provinciarum principum in prima fronte. Misit itaque Benadab qui nuntiaverunt ei dicentes. Viri egressi sunt de Samaria. At ille. Sive ait pro pace veniunt, apprehendite eos vivos. sive ut prelientur. vivos eos accipite. Egressi sunt ergo pueri provinciarum. ac reliquus exercitus sequebatur. & percussit unusquisque virum qui contra se venerat. Fugeruntque Syri. & persecutus est eos Israhel. Fugit quoque Benadab rex Syrie in equo cum equitibus. Nec non et egressus rex Israhel percussit equos & currus. & percussit Syriam plaga magna.

Accedens autem propheta ad regem Israhel ait. Vade & confortare. & scito & vide quid facias. Sequenti enim anno rex Syrie ascendet contra te. Servi vero Syrie dixerunt ei. Dii montium sunt dii eorum. & ideo superaverunt nos. Sed melius est ut pugnemus contra eos in campestribus & obtinebimus eos. Tu ergo hoc fac. Amove reges singulos ab exercitu suo. & pone principes pro eis. & instaura numerum militum qui ceciderunt de tuis. & equos secundum equos pristinos & currus secundum currus quos ante habuisti. & pugnabimus contra eos in campestribus & videbis quod obtinebimus eos. Credidit consilio eorum & fecit ita. Igitur postquam annus transierat. recensuit Benadab Syros. & ascendit in Affech ut pugnaret contra Israhel. Porro filii Israhel recensiti sunt. & acceptis cibariis profecti sunt ex adverso castraque metati contra eos quasi duo parvi greges caprarum. Syri autem repleverunt terram. Et accedens unus vir dei. dixit ad regem Israhel. Hec dicit dominus. Quia dixerunt Syri deus montium est dominus & non est deus vallium. dabo omnem multitudinem grandem hanc in manu tua. & scietis quia ego sum dominus. Dirigebant septem diebus ex adverso hii atque illi acies. Septima autem die commissum est bellum. percusseruntque filii Israhel de Syris centum milia peditum in die una. Fugerunt autem qui remanserant in Affech in civitatem & cecidit murus super xx. vii. milia hominum qui remanserant. Porro Benadab fugiens ingressus est civitatem in cubiculo quod erat intra cubiculum. Dixeruntque ei servi sui. Ecce audivimus quod reges Israhel clementes sint. Ponamus itaque saccos in lumbis nostris. & funiculos in capitibus nostris. & egrediamur ad regem Israhel. forsitan salvabit animas nostras. Accinxerunt saccis lumbos suos. & posuerunt funiculos in capitibus suis. veneruntque ad regem Israhel & dixerunt. Servus tuus Benadab dicit. Vivat oro te anima mea. Et ille ait. Si adhuc vivit frater meus est. Quod acceperunt viri pro omine. & festinantes rapuerunt verbum ex ore eius. atque dixerunt. Frater tuus Benadab vivit. Et dixit eis. Ite & adducite eum. Egressus est ergo ad eum Benadab. & levavit eum in currum suum. Qui dixit ei. Civitates quas tulit pater meus a patre tuo reddam. & plateas fac tibi in Damasco. sicut fecit pater meus in Samaria. & ego federatus recedam a te. Pepigit ergo fedus & dimisit eum. Tunc vir quidam de filiis prophetarum dixit ad socium suum in sermone domini. Percute me. At ille noluit percutere. Cui ait. Quia noluisti audire sermonem domini. ecce recedes a me & percutiet te leo. Cumque paululum recessisset ab eo. invenit eum leo atque percussit. Sed & alterum inveniens virum dixit ei. Percute me. Qui percussit eum & vulneravit. Abiit ergo propheta & occurrit regi in via. & mutavit aspersione pulveris os. & oculos suos. Cumque rex transisset. clamavit ad regem & ait. Servus tuus egressus est ad preliandum comminus. Cumque fugisset vir unus adduxit eum ad me quidam & ait. Custodi virum istum. Qui si lapsus fuerit. erit anima tua pro anima eius. aut talentum argenti appendes. Dum autem ego turbatus huc illucque me verterem. subito non comparuit. Et ait rex Israhel ad eum. Hoc est iudicium tuum quod ipse decrevisti. At ille statim abstersit pulverem de facie sua. & cognovit eum rex Israhel quod esset de prophetis. Qui ait ad eum. Hec dicit dominus. Quia dimisisti virum dignum morte de manu tua. erit anima tua pro anima eius. & populus tuus pro populo eius. Reversus est ergo rex Israhel in domum suam audire contempnens. & furibundus venit in Samariam.

Post verba autem hec tempore illo vinea erat Naboth Iezrahelite qui erat in Israhel iuxta palacium regis Samarie. Locutus est ergo Achab ad Naboth dicens. Da mihi vineam tuam ut faciam mihi hortum holerum. quia vicina est & prope domum meam. daboque tibi pro ea vineam meliorem. aut si tibi commodius putas argenti precium quanto digna est dabo. Cui respondit Naboth. Propicius mihi sit dominus ne dem hereditatem patrum meorum tibi. Venit ergo Achab in domum suam indignans & frendens super verbum quod locutus fuerat ad eum Naboth Iezrahelites dicens. non dabo tibi hereditatem patrum meorum. proiciensque se avertit faciem suam ad parietem & non comedit panem. Ingressa est autem ad eum Iezabel uxor sua dixitque ei. Quid est hoc unde anima tua contristata est. & quare non comedis panem? Qui respondit ei. Locutus sum Naboth Iezrahelite & dixi ei. Da mihi vineam tuam accepta pecunia. aut si tibi placet dabo vineam pro ea. Et ille ait. Non dabo tibi vineam meam. Dixit ergo ad eum Iezabel uxor eius. Grandis auctoritatis es. & bene regis regnum Israhel. Surge & comede panem. & equo esto animo. ego dabo tibi vineam Naboth Iezrahelite. Scripsit itaque litteras ex nomine Achab & signavit eas anulo eius. & misit ad maiores natu & optimates qui erant in civitate eius. & habitabant cum Naboth. Litterarum autem erat ista sententia. Predicate ieiunium & sedere facite Naboth inter primates populi. & submittite duos viros belial contra eum. & falsum testimonium dicant. Benedixit deum & regem. Et educite eum & lapidate. sicque moriatur. Fecerunt ergo cives eius maiores natu & optimates qui habitabant cum eo sicut preceperat eis Iezabel. & sicut scriptum erat in litteris quas miserat ad eos. Predicaverunt ieiunium & sedere fecerunt Naboth inter primos populi. Et adductis duobus viris filiis diaboli. fecerunt eos sedere contra eum. At illi scilicet ut viri diabolici dixerunt contra eum testimonium coram multitudine. Benedixit Naboth deum & regem. Quam ob rem eduxerunt eum extra civitatem & lapidibus interfecerunt. Miseruntque ad Iezabel dicentes. Lapidatus est Naboth & mortuus est. Factum est autem cum audisset Iezabel lapidatum Naboth & mortuum. locuta est ad Achab. Surge & possideto vineam Naboth Iezrahelite qui noluit tibi acquiescere & dare eam accepta pecunia. Non enim vivit Naboth sed mortuus est. Quod cum audisset Achab videlicet mortuum Naboth. surrexit & descendit in vineam Naboth Iezrahelite ut possideret eam.

Factus est ergo sermo domini ad Helyam Thesbiten dicens. Surge & descende in occursum Achab regis Israhel qui est in Samaria. Ecce ad vineam Naboth descendit ut possideret eam. & loqueris ad eum & dices. Hec dicit dominus. Occidisti. insuper & possedisti. Et post hec addes. Hec dicit dominus. In loco hoc in quo linxerunt canes sanguinem Naboth. lambent quoque tuum sanguinem. Et ait Achab ad Helyam. Num invenisti me inimicum tibi? Qui dixit. Inveni. Eo quod venundatus sis ut faceres malum in conspectu domini. ecce ego inducam super te malum & demetam posteriora tua. & interficiam de Achab mingentem ad parietem. & clausum & ultimum in Israhel. & dabo domum tuam sicut domum Hieroboam filii Nabath. & sicut domum Baasa filii Ahia. quia egisti ut me ad iracundiam provocares. & peccare fecisti Israhel. Sed & de Iezabel locutus est dominus dicens. Canes comedent Iezabel in agro Iezrahel. Si mortuus fuerit Achab in civitate comedent eum canes. Si autem mortuus fuerit in agro. comedent eum volucres celi. Igitur non fuit alter talis ut Achab qui venundatus est ut faceret malum in conspectu domini. Concitavit enim eum Iezabel uxor sua. & abhominabilis factus est in tantum ut sequeretur ydola que fecerant Amorrei. quos consumpsit dominus a facie filiorum Israhel. Itaque cum audisset sermones istos scidit vestem suam. & operuit cilicio carnem suam. ieiunavitque & dormivit in sacco. & ambulavit demisso capite. Factus est autem sermo domini ad Helyam Thesbiten dicens. Nonne vidisti Achab humiliatum coram me? Quia ergo humiliatus est mei causa. non inducam malum in diebus eius. sed in diebus filii sui inferam malum domui. Transierunt ergo tres anni absque bello inter Syriam & Israhel. In anno autem tercio descendit Iosaphat rex Iuda ad regem Israhel. Dixitque rex Israhel ad servos suos. Ignoratis quod nostra sit Ramoth Galaad. & negligimus eam tollere de manu regis Syrie. Et ait ad Iosaphat. Venies ne mecum ad preliandum in Ramoth Galaad? Dixitque Iosaphat ad regem Israhel. Sicut ego sum. ita & tu. Populus meus & populus tuus unum sunt. & equites mei. & equites tui. Dixitque Iosaphat ad regem Israhel. Quere oro te hodie sermonem domini. Congregavit ergo rex Israhel prophetas quadringentos circiter viros. & ait ad eos. Ire debemus in Ramoth Galaad ad bellandum an quiescere? Qui responderunt. Ascende & dabit eam dominus in manu regis. Dixit autem Iosaphat. Non est hic propheta domini quispiam. ut interrogemus per eum? Et ait rex Israhel ad Iosaphat. Remansit vir unus per quem possumus interrogare dominum. sed ego odi eum quia non prophetat michi bonum sed malum. Micheas filius Iemla. Cui Iosaphat ait. Ne loquaris ita rex. Vocavit ergo rex Israhel eunuchum quendam & dixit ei. Festina adducere Micheam filium Iemla. Rex autem Israhel & Iosaphat rex Iuda sedebant unusquisque in solio suo. vestiti cultu regio in area iuxta ostium porte Samarie. & universi prophete prophetabant in conspectu eorum. Fecit quoque sibi Sedechias filius Chanaana cornua ferrea & ait. Hec dicit dominus. His ventilabis Syriam. donec deleas eam. Omnesque prophete similiter prophetabant dicentes. Ascende in Ramoth Galaad & vade prospere. & tradet dominus in manu regis inimicos eius. Nuntius vero qui ierat ut vocaret Micheam. locutus est ad eum dicens. Ecce sermones prophetarum ore uno bona regi predicant. Sit ergo & sermo tuus similis eorum & loquere bona. Cui Micheas ait. Vivit dominus. quia quodcumque dixerit mihi dominus hoc loquar. Venit itaque ad regem. & ait illi rex. Michea. ire debemus in Ramoth Galaad ad preliandum an cessare? Cui ille respondit. Ascende & vade prospere. & tradet dominus in manu regis. Dixit autem ad eum rex. Iterum atque iterum adiuro te ut non loquaris michi nisi quod verum est in nomine domini. Et ille ait. Vidi cunctum Israhel in montibus dispersum quasi oves non habentes pastorem. Et ait dominus. Non habent dominum isti. revertatur unusquisque in domum suam in pace. Dixit ergo rex Israhel ad Iosaphat regem Iuda. Numquid non dixi tibi non prophetat mihi bonum sed semper malum? Ille vero addens ait. Propterea audi sermonem domini. Vidi dominum sedentem super solium suum. & omnem exercitum celi assistentem ei. a dextris & a sinistris. Et ait dominus. Quis decipiet Achab regem Israhel ut ascendat & cadat in Ramoth Galaad? Et dixit unus verba huiuscemodi. & alius aliter.

Egressus est autem spiritus et stetit coram Domino et ait: Ego decipiam eum. Cui locutus est Dominus: In quo? Et ille ait: Egrediar et ero spiritus mendax in ore omnium prophetarum eius. Et dixit Dominus: Decipies et praevalebis; egredere et fac ita. Nunc igitur ecce dedit Dominus spiritum mendacem in ore omnium prophetarum tuorum qui hic sunt, et Dominus locutus est contra te malum. Accessit autem Sedechias filius Chanaana et percussit Micheam in maxillam et dixit: Mene ergo dimisit spiritus Domini et locutus est tibi? Et ait Micheas: Visurus es in die illa, quando ingredieris cubiculum intra cubiculum ut abscondaris. Et ait rex Israhel: Tollite Micheam et maneat apud Amon principem civitatis et apud Ioas filium Amalech, et dicite eis: Haec dicit rex: Mittite virum istum in carcerem et sustentate eum pane tribulationis et aqua angustiae donec revertar in pace. Dixitque Micheas: Si reversus fueris in pace, non est Dominus locutus in me. Et ait: Audite populi omnes.

Ascendit itaque rex Israhel et Iosaphat rex Iuda in Ramoth Galaad. Dixitque rex Israhel ad Iosaphat: Sume arma et ingredere proelium et induere vestibus tuis. Porro rex Israhel mutavit habitum suum et ingressus est bellum. Rex autem Syriae praeceperat principibus curruum triginta duobus dicens: Non pugnabitis contra minorem et maiorem quempiam, nisi contra regem Israhel solum. Cum ergo vidissent principes curruum Iosaphat, suspicati sunt quod ipse esset rex Israhel, et impetu facto pugnabant contra eum. Et exclamavit Iosaphat. Intellexeruntque principes curruum quod non esset rex Israhel et cessaverunt ab eo. Unus autem quidam tetendit arcum in incertum sagittam dirigens, et casu percussit regem Israhel inter pulmonem et stomachum. At ille dixit aurigae suo: Verte manum tuam et eice me de exercitu, quia graviter vulneratus sum. Commissum est ergo proelium in die illa, et rex Israhel stabat in curru suo contra Syros, et mortuus est vespere. Fluebat autem sanguis plagae in sinum currus, et praeco personuit in universo exercitu antequam sol occumberet dicens: Unusquisque revertatur in civitatem et in terram suam. Mortuus est autem rex et perlatus est in Samariam. Sepelieruntque eum in Samaria, et laverunt currum in piscina Samariae, et linxerunt canes sanguinem eius et habenas laverunt iuxta verbum Domini quod locutus fuerat. Reliqua vero sermonum Achab et universa quae fecit et domus eburneae quam aedificavit cunctarumque urbium quas exstruxit, nonne haec scripta sunt in libro verborum dierum regum Israhel? Dormivit ergo Achab cum patribus suis, et regnavit Ochozias filius eius pro eo.

Iosaphat vero filius Asa regnare coeperat super Iudam anno quarto Achab regis Israhel. Triginta et quinque annorum erat cum regnare coepisset, et viginti quinque annis regnavit in Hierusalem. Nomen matris eius Azuba filia Salai. Et ambulavit in omni via Asa patris sui et non declinavit ex ea, et fecit quod rectum erat in conspectu Domini. Verumtamen excelsa non abstulit; adhuc enim populus sacrificabat et adolebat incensum in excelsis. Pacemque habuit Iosaphat cum rege Israhel. Reliqua autem verborum Iosaphat et opera eius quae gessit et proelia, nonne haec scripta sunt in libro verborum dierum regum Iuda? Sed et reliquias effeminatorum qui remanserant in diebus Asa patris eius abstulit de terra. Nec erat tunc rex constitutus in Edom. Rex vero Iosaphat fecerat classes in mari quae navigarent in Ophir propter aurum, et ire non potuerunt quia confractae sunt in Asiongaber. Tunc ait Ochozias filius Achab ad Iosaphat: Vadant servi mei cum servis tuis in navibus. Et noluit Iosaphat. Dormivitque cum patribus suis et sepultus est in civitate David patris sui, regnavitque Ioram filius eius pro eo. Ochozias autem filius Achab regnare coeperat super Israhel in Samaria anno septimo decimo Iosaphat regis Iuda, regnavitque super Israhel duobus annis. Et fecit malum in conspectu Domini et ambulavit in via patris sui et matris suae et in via Hieroboam filii Nabath qui peccare fecit Israhel. Servivit quoque Baal et adoravit eum, et irritavit Dominum Deum Israhel iuxta omnia quae fecerat pater eius.

INCIPIT LIBER IIII

PREVARICATUS EST AUTEM MOAB IN Israhel postquam mortuus est Achab. Ceciditque Ochozias per cancellos cenaculi sui quod habebat in Samaria et aegrotavit, misitque nuntios dicens ad eos: Ite, consulite Beelzebub deum Accaron, utrum vivere queam de infirmitate mea hac. Angelus autem Domini locutus est ad Heliam Thesbiten dicens: Surge et ascende in occursum nuntiorum regis Samariae et dices ad eos: Numquid non est Deus in Israhel, ut eatis ad consulendum Beelzebub deum Accaron? Quam ob rem haec dicit Dominus: De lectulo super quem ascendisti non descendes, sed morte morieris. Et abiit Helias. Reversique sunt nuntii ad Ochoziam. Qui dixit eis: Quare reversi estis? At illi responderunt ei: Vir occurrit nobis et dixit ad nos: Ite et revertimini ad regem qui misit vos, et dicetis ei: Haec dicit Dominus: Numquid quia non erat Deus in Israhel mittis ut consulatur Beelzebub deus Accaron? Idcirco de lectulo super quem ascendisti non descendes, sed morte morieris. Qui dixit eis: Cuius figurae et habitus est vir qui occurrit vobis et locutus est verba haec? At illi dixerunt: Vir pilosus et zona pellicia accinctus renibus. Qui ait: Helias Thesbites est. Misitque ad eum quinquagenarium principem et quinquaginta qui erant sub eo. Qui ascendit ad eum sedentique in vertice montis ait: Homo Dei, rex praecepit ut descendas. Respondensque Helias dixit quinquagenario: Si homo Dei sum, descendat ignis de caelo et devoret te et quinquaginta tuos. Descendit itaque ignis de caelo et devoravit eum et quinquaginta qui erant cum eo. Rursum misit ad eum principem quinquagenarium alterum et quinquaginta cum eo. Qui locutus est illi: Homo Dei, haec dicit rex: Festina, descende. Respondens Helias ait: Si homo Dei sum, descendat ignis de caelo et devoret te et quinquaginta tuos. Descendit ergo ignis de caelo et devoravit eum et quinquaginta eius. Iterum misit principem quinquagenarium tertium et quinquaginta qui erant cum eo. Qui cum venisset, curvavit genua contra Heliam et precatus est eum et ait: Homo Dei, noli despicere animam meam et animas servorum tuorum qui mecum sunt. Ecce descendit ignis de caelo et devoravit duos principes quinquagenarios primos et quinquagenos viros qui cum eis erant. Sed nunc obsecro ut miserearis animae meae. Locutus est autem angelus Domini ad Heliam dicens: Descende cum eo, ne timeas. Surrexit igitur et descendit cum eo ad regem et locutus est ei: Haec dicit Dominus: Quia misisti nuntios ad consulendum Beelzebub deum Accaron, quasi non esset Deus in Israhel a quo posses interrogare sermonem, ideo de lectulo super quem ascendisti non descendes, sed morte morieris. Mortuus est autem iuxta sermonem Domini quem locutus est Helias, et regnavit Ioram frater eius pro eo anno secundo Ioram filii Iosaphat regis Iuda. Non enim habebat filium. Reliqua autem sermonum Ochoziae quae operatus est, nonne haec scripta sunt in libro verborum dierum regum Israhel?

Factum est autem cum levare vellet Dominus Heliam per turbinem in caelum, ibant Helias et Heliseus de Galgalis. Dixitque Helias ad Heliseum: Sede hic, quia Dominus misit me usque in Bethel. Et ait Heliseus: Vivit Dominus et vivit anima tua, quia non derelinquam te. Cumque descendissent Bethel, egressi sunt filii prophetarum qui erant in Bethel ad Heliseum et dixerunt ei: Numquid nosti quia hodie Dominus tollet dominum tuum a te? Qui respondit: Et ego novi; silete. Dixit autem Helias ad Heliseum: Sede hic, quia Dominus misit me in Hiericho. Et ille ait: Vivit Dominus et vivit anima tua, quia non derelinquam te. Ierunt ergo ambo pariter, et quinquaginta viri de filiis prophetarum secuti sunt, qui et steterunt contra longe. Illi autem ambo stabant super Iordanem. Tulitque Helias pallium suum et involvit illud et percussit aquas, quae divisae sunt in utramque partem, et transierunt ambo per siccum. Cumque transissent, Helias dixit ad Heliseum: Postula quod vis ut faciam tibi antequam tollar a te. Dixitque Heliseus: Obsecro ut fiat duplex spiritus tuus in me. Qui respondit: Rem difficilem postulasti. Attamen si videris me quando tollar a te, erit quod petisti; si autem non videris, non erit. Cumque pergerent et incedentes sermocinarentur, ecce currus igneus et equi ignei diviserunt utrumque, et ascendit Helias per turbinem in caelum. Heliseus autem videbat et clamabat: Pater mi, pater mi, currus Israhel et auriga eius. Et non vidit eum amplius. Apprehenditque vestimenta sua et scidit illa in duas partes. Et levavit pallium Heliae quod ceciderat ei, reversusque stetit super ripam Iordanis, et pallio Heliae quod ceciderat ei percussit aquas, et non sunt divisae. Et dixit: Ubi est Deus Heliae etiam nunc? Percussitque aquas, et divisae sunt huc atque illuc, et transiit Heliseus. Videntes autem filii prophetarum qui erant in Hiericho de contra, dixerunt: Requievit spiritus Heliae super Heliseum. Et venientes in occursum eius adoraverunt eum proni in terram, dixeruntque illi: Ecce cum servis tuis sunt quinquaginta viri fortes qui possunt ire et quaerere dominum tuum, ne forte tulerit eum spiritus Domini et proiecerit eum in uno montium aut in una vallium. Qui ait: Nolite mittere. Coegeruntque eum donec acquiesceret eis et diceret: Mittite. Et miserunt quinquaginta viros. Qui cum quaesissent tribus diebus, non invenerunt. Et reversi sunt ad eum; at ille habitabat in Hiericho, dixitque eis: Numquid non dixi vobis: Nolite mittere?

Dixerunt quoque viri civitatis ad Heliseum: Ecce habitatio civitatis huius optima est, sicut tu ipse domine perspicis, sed aquae pessimae sunt et terra sterilis. At ille ait: Afferte mihi vas novum et mittite in illud sal. Quod cum attulissent, egressus est ad fontem aquarum et misit in illum sal et ait: Haec dicit Dominus: Sanavi aquas has, et non erit in eis ultra mors neque sterilitas. Sanatae sunt ergo aquae usque in diem hanc iuxta verbum Helisei quod locutus est.

Ascendit autem inde Bethel. Cumque ascenderet per viam, pueri parvi egressi sunt de civitate et illudebant ei dicentes: Ascende calve, ascende calve. Qui cum respexisset, vidit eos et maledixit eis in nomine Domini. Egressique sunt duo ursi de silva et laceraverunt ex eis quadraginta duos pueros. Abiit autem inde in montem Carmeli, et inde reversus est Samariam.

77. Ioram vero filius Achab regnavit super Israhel in Samaria anno octavo decimo Iosaphat regis Iudae. Regnavitque duodecim annis et fecit malum coram Domino, sed non sicut pater suus et mater. Tulit enim statuas Baal quas fecerat pater eius. Verumtamen in peccatis Hieroboam filii Nabath, qui peccare fecit Israhel, adhaesit nec recessit ab eis.

Porro Mesa rex Moab nutriebat pecora multa et solvebat regi [illegible] Israhel centum milia agnorum et centum milia arietum cum velleribus suis. Cumque mortuus fuisset Achab, praevaricatus est foedus quod habebat cum rege Israhel. Egressus est ergo rex Ioram in die illa de Samaria et recensuit universum Israhel, misitque ad Iosaphat dicens: Rex Moab recessit a me; veni mecum contra Moab ad proelium. Qui [illegible] respondit: Ascendam. Qui meus est, tuus est; populus meus, [illegible] et equites mei equites tui. Dixitque: Per quam viam ascendemus? At ille respondit: Per desertum Idumaeae. Perrexerunt igitur rex Israhel et rex Iuda et rex Edom, et circuierunt viam septem dierum, nec erat aqua exercitui et iumentis quae sequebantur eos. Dixitque rex Israhel: Heu heu heu, congregavit nos Dominus tres reges ut traderet in manus Moab. Et ait Iosaphat: Estne hic propheta Domini, ut deprecemur Dominum per eum? Et respondit unus de servis regis Israhel: Est hic Heliseus filius Saphat, qui fundebat aquam super manus Heliae. Et ait Iosaphat: Est apud eum sermo Domini. Descenditque ad eum rex Israhel et Iosaphat rex Iuda et rex Edom. Dixit autem Heliseus ad regem Israhel: Quid mihi et tibi est? Vade ad prophetas patris tui et matris tuae. Et ait illi rex Israhel: Quare congregavit Dominus tres reges hos ut traderet eos in manus Moab? Dixit autem Heliseus: Vivit Dominus exercituum in cuius conspectu sto, quod si non vultum Iosaphat regis Iudae erubescerem, nec attendissem quidem te nec respexissem. Nunc autem adducite mihi psalten. Cumque caneret psaltes, facta est super eum manus Domini, et ait: Haec dicit Dominus: Facite

alveum torrentis huius fossas et fossas. Haec enim dicit dominus: Non videbitis ventum neque pluviam, et alveus iste replebitur aquis, et bibetis vos et familiae vestrae et iumenta vestra. Parumque est hoc in conspectu domini; insuper etiam tradet Moab in manus vestras. Et percutietis omnem civitatem munitam, et omnem urbem electam, et universum lignum fructiferum succidetis, cunctosque fontes aquarum obturabitis, et omnem agrum egregium operietis lapidibus. Factum est igitur mane quando sacrificium offerri solet, et ecce aquae veniebant per viam Edom, et repleta est terra aquis. Universi autem Moabitae audientes quod ascendissent reges ut pugnarent adversum eos, convocaverunt omnes qui accincti erant baltheo desuper, et steterunt in terminis. Primoque mane surgentes, et orto iam sole ex adverso aquarum, viderunt Moabitae e contra aquas rubras quasi sanguinem, dixeruntque: Sanguis est gladii. Pugnaverunt reges contra se, et caesi sunt mutuo. Nunc perge ad praedam Moab. Perrexeruntque in castris Israhel. Porro consurgens Israhel percussit Moab. At illi fugerunt coram eis. Venerunt igitur qui vicerant, et percusserunt Moab, et civitates destruxerunt, et omnem agrum optimum mittentes singuli lapides repleverunt, et universos fontes aquarum obturaverunt, et omnia ligna fructifera succiderunt, ita ut muri tantum fictiles remanerent; et circumdata est civitas a fundibulariis, et magna ex parte percussa. Quod cum vidisset rex Moab, praevaluisse videlicet hostes, tulit secum septingentos viros educentes gladium ut irrumperent ad regem Edom, et non potuerunt. Arripiensque filium suum primogenitum qui regnaturus erat pro eo, obtulit holocaustum super murum. Et facta est indignatio magna in Israhel, statimque recesserunt ab eo et reversi sunt in terram suam.

Mulier autem quaedam de uxoribus prophetarum clamabat ad Helyseum dicens: Servus tuus vir meus mortuus est, et tu nosti quia servus tuus fuit timens dominum; et ecce creditor venit ut tollat duos filios meos ad serviendum sibi. Cui dixit Helyseus: Quid vis ut faciam tibi? Dic mihi, quid habes in domo tua? At illa respondit: Non habeo ancilla tua quicquam in domo mea nisi parum olei quo ungar. Cui ait: Vade, pete mutuo ab omnibus vicinis tuis vasa vacua non pauca, et ingredere et claude ostium cum intrinsecus fueris tu et filii tui, et mitte inde in omnia vasa haec, et cum plena fuerint tolles. Ivit itaque mulier, et clausit ostium super se et super filios suos. Illi afferebant vasa, et illa infundebat. Cumque plena fuissent vasa, dixit ad filium suum: Affer mihi adhuc vas. Et ille respondit: Non habeo. Stetitque oleum. Venit autem illa, et indicavit homini dei. Et ille: Vade, inquit, vende oleum, et redde creditori tuo; tu autem et filii tui vivite de reliquo.

Facta est autem quaedam dies, et transiebat Helyseus per Sunam. Erat autem ibi mulier magna quae tenuit eum ut comederet panem. Cumque frequenter inde transiret, divertebat ad eam ut comederet panem. Quae dixit ad virum suum: Animadverto quod vir dei sanctus est iste qui transit per nos frequenter. Faciamus ergo cenaculum parvum, et ponamus ei in eo lectulum, et mensam, et sellam, et candelabrum, ut cum venerit ad nos maneat ibi. Facta est ergo dies quaedam, et veniens divertit in cenaculum, et requievit ibi. Dixitque ad Iezi puerum suum: Voca Sunamitem istam. Qui cum vocasset illam, et illa stetisset coram eo, dixit ad puerum: Loquere ad eam: Ecce sedule in omnibus ministrasti nobis; quid vis ut faciam tibi? Numquid habes negotium, et vis ut loquar regi sive principi militiae? Quae respondit: In medio populi mei habito. Et ait: Quid ergo vult ut faciam ei? Dixitque Iezi: Ne quaeras; filium enim non habet, et vir eius senex est. Praecepit itaque ut vocaret eam. Quae cum vocata fuisset, et stetisset ad ostium, dixit ad eam: In tempore isto et in hac eadem hora, si vita comes fuerit, habebis in utero filium. At illa respondit: Noli quaeso domine mi vir dei, noli mentiri ancillae tuae. Et concepit mulier et peperit filium in tempore et in hora eadem qua dixerat Helyseus. Crevit autem puer. Et cum esset quaedam dies, et egressus esset ad patrem suum ad messores, ait patri suo: Caput meum doleo, caput meum doleo. At ille dixit puero: Tolle et duc eum ad matrem suam. Qui cum tulisset et duxisset eum ad matrem suam, posuit eum illa super genua sua usque ad meridiem, et mortuus est. Ascendit autem et collocavit eum super lectum hominis dei, et clausit ostium, et egressa vocavit virum suum et ait: Mitte mecum obsecro unum de pueris et asinam, ut excurram usque ad hominem dei, et revertar. Et ait illi: Quam ob causam vadis ad eum? Hodie non sunt kalendae neque sabbatum. Quae respondit: Vadam. Stravitque asinam, et praecepit puero: Mina et propera; ne mihi moram facias in eundo; et hoc age quod praecipio tibi. Profecta est igitur, et venit ad virum dei in montem Carmeli. Cumque vidisset eam vir dei de contra, ait ad Iezi puerum suum: Ecce Sunamitis illa. Vade ergo in occursum eius et dic ei: Recte ne agitur circa te, et circa virum tuum, et circa filium tuum? Quae respondit: Recte. Cumque venisset ad virum dei in montem, apprehendit pedes eius. Et accessit Iezi ut amoveret eam. Et ait homo dei: Dimitte eam; anima enim eius in amaritudine est, et dominus celavit a me et non indicavit mihi. Quae dixit illi: Numquid petivi filium a domino meo? Numquid non dixi tibi: Ne illudas me? Et ille ait ad Iezi: Accinge lumbos tuos et tolle baculum meum in manu tua, et vade. Si occurrerit tibi homo, non salutes eum; et si salutaverit te quispiam, non respondeas ei; et pones baculum meum super faciem pueri. Porro mater pueri ait: Vivit dominus et vivit anima tua, non dimittam te. Perrexit ergo et secutus est eam. Iezi autem praecesserat eos, et posuerat baculum super faciem pueri, et non erat vox neque sensus. Reversusque est in occursum eius, et nuntiavit ei dicens: Non surrexit puer. Ingressus est ergo Helyseus domum, et ecce puer mortuus iacebat in lectulo eius. Ingressusque clausit ostium super se et super puerum, et oravit ad dominum. Et ascendit et incubuit super puerum. Posuitque os suum super os eius, et oculos suos super oculos eius, et manus suas super manus eius, et incurvavit se super eum, et calefacta est caro pueri. At ille reversus deambulavit in domo semel huc atque illuc. Et ascendit et incubuit super eum, et oscitavit puer septies, aperuitque oculos. Et ille vocavit Iezi et dixit ei: Voca Sunamitem hanc. Quae vocata ingressa est ad eum. Cui ait: Tolle filium tuum. Venit illa et corruit ad pedes eius, et adoravit super terram; tulitque filium suum et egressa

Et Helyseus reversus est in Galgala. Erat autem fames in terra, et filii prophetarum habitabant coram eo. Dixitque uni de pueris suis: Pone ollam grandem, et coque pulmentum filiis prophetarum. Et egressus est unus in agrum ut colligeret herbas agrestes; invenitque quasi vitem silvestrem, et collegit ex ea colocynthidas agri, et implevit pallium suum; et reversus concidit in ollam pulmenti. Nesciebat enim quid esset. Infuderunt ergo sociis ut comederent. Cumque gustassent de coctione, exclamaverunt dicentes: Mors in olla vir dei. Et non potuerunt comedere. At ille: Afferte, inquit, farinam. Cumque tulissent, misit in ollam, et ait: Infunde turbae, et comedant. Et non fuit quicquam amplius amaritudinis in olla.

Vir autem quidam veniebat de Balsalisa deferens viro dei panes primitiarum, et viginti panes hordeaceos, et frumentum novum in pera sua. At ille dixit: Da populo ut comedat. Responditque ei minister eius: Quantum est hoc ut apponam coram centum viris? Rursum ille: Da hoc populo ut comedat. Haec enim dicit dominus: Comedent et supererit. Posuit itaque coram eis. Qui comederunt, et superfuit iuxta verbum domini.

Naaman princeps militiae regis Syriae erat vir magnus apud dominum suum et honoratus. Per illum enim dedit dominus salutem Syriae. Erat autem vir fortis et dives, sed leprosus. Porro de Syria egressi fuerant latrunculi, et captivam duxerant de terra Israhel puellam parvulam, quae erat in obsequio uxoris Naaman. Quae ait ad dominam suam: Utinam fuisset dominus meus ad prophetam qui est in Samaria; profecto curasset eum a lepra quam habet. Ingressus est itaque Naaman ad dominum suum, et nuntiavit ei dicens: Sic et sic locuta est puella de terra Israhel. Dixitque ei rex Syriae: Vade, et mittam litteras ad regem Israhel. Qui cum profectus esset, et tulisset secum decem talenta argenti, et sex milia aureos, et decem mutatoria vestimentorum, detulit litteras ad regem Israhel in haec verba: Cum acceperis epistolam hanc, scito quod miserim ad te Naaman servum meum, ut cures eum a lepra sua. Cumque legisset rex Israhel litteras, scidit vestimenta sua et ait: Numquid deus sum, ut occidere possim et vivificare, quia iste misit ad me ut curem hominem a lepra sua? Animadvertite et videte, quod occasiones quaerat adversum me. Quod cum audisset Helyseus vir dei, scidisse videlicet regem Israhel vestimenta sua, misit ad eum dicens: Quare scidisti vestimenta tua? Veniat ad me, et sciat prophetam esse in Israhel. Venit ergo Naaman cum equis et curribus, et stetit ad ostium domus Helysei. Misitque ad eum Helyseus nuntium dicens: Vade et lavare septies in Iordane, et recipiet sanitatem caro tua, atque mundaberis. Iratus Naaman recedebat dicens: Putabam quod egrederetur ad me, et stans invocaret nomen domini dei sui, et tangeret manu sua locum leprae, et curaret me. Numquid non meliores sunt Abana et Farfar fluvii Damasci omnibus aquis Israhel, ut laver in eis et munder? Cumque vertisset se et abiret indignans, accesserunt ad eum servi sui, et locuti sunt ei: Pater, et si rem grandem dixisset tibi propheta, certe facere debueras; quanto magis quia nunc dixit tibi: Lavare et mundaberis? Descendit et lavit in Iordane septies iuxta sermonem viri dei, et restituta est caro eius sicut caro pueri parvuli, et mundatus est a lepra. Reversusque ad virum dei cum universo comitatu suo, venit et stetit coram eo et ait: Vere scio quod non sit deus in universa terra, nisi tantum in Israhel. Obsecro itaque ut accipias benedictionem a servo tuo. At ille respondit: Vivit dominus ante quem sto, quia non accipiam. Cumque vim faceret, penitus non acquievit. Dixitque Naaman: Ut vis; sed obsecro concede mihi servo tuo ut tollam onus duorum burdonum de terra. Non enim faciet ultra servus tuus holocaustum aut victimas diis alienis nisi domino. Hoc autem solum est de quo depreceris dominum pro servo tuo: quando ingredietur dominus meus templum Remmon ut adoraret, et illo innitente super manum meam si adoravero in templo Remmon, adorante eo in eodem loco, ut ignoscat mihi dominus pro servo tuo in hac re. Qui dixit ei: Vade in pace. Abiit ergo ab eo electo terrae tempore. Dixitque Iezi puer viri dei: Pepercit dominus meus Naaman Syro isti, ut non acciperet ab eo quae attulit. Vivit dominus, quia curram post eum, et accipiam ab eo aliquid. Et secutus est Iezi post tergum Naaman. Quem cum vidisset ille currentem ad se, desiluit de curru in occursum eius et ait: Rectene sunt omnia? Et ille: Recte. Dominus meus misit me ad te dicens: Modo venerunt ad me duo adolescentes de monte Effraim ex filiis prophetarum; da eis talentum argenti, et vestes mutatorias duplices. Dixitque Naaman: Melius est ut accipias duo talenta. Et coegit eum, ligavitque duo talenta argenti in duobus saccis, et duplicia vestimenta, et imposuit duobus pueris suis, qui et portaverunt coram eo. Cumque venisset iam vesperi, tulit de manu eorum et deposuit in domo, dimisitque viros, et abierunt. Ipse autem ingressus stetit coram domino suo. Et dixit Helyseus: Unde venis Iezi? Qui respondit: Non ivit servus tuus quoquam. At ille ait: Nonne cor meum in praesenti erat quando reversus est homo de curru suo in occursum tuum? Nunc igitur accepisti argentum et accepisti vestes ut emas oliveta et vineas, et oves et boves, et servos et ancillas. Sed et lepra Naaman adhaerebit tibi et semini tuo usque in sempiternum. Et egressus est ab eo leprosus quasi nix.

Dixerunt autem filii prophetarum ad Helyseum: Ecce locus in quo habitamus coram te angustus est nobis. Eamus usque ad Iordanem, et tollant singuli de silva materias singulas, ut aedificemus nobis ibi domum ad habitandum. Qui dixit: Ite. Et ait unus ex illis: Veni ergo et tu cum servis tuis. Respondit: Ego veniam. Et abiit cum eis. Cumque venissent ad Iordanem, caedebant ligna. Accidit autem ut cum unus materiam succidisset, caderet ferrum securis in aquam. Exclamavitque ille et ait: Heu heu heu domine mi, et hoc ipsum mutuo acceperam. Dixit autem homo dei: Ubi cecidit? At ille monstravit ei locum. Praecidit ergo lignum et misit illuc, natavitque ferrum. Et ait: Tolle. Qui extendit manum et tulit illud.

Rex autem Syriae pugnabat contra Israhel, consiliumque iniit cum servis suis dicens: In loco illo et illo ponamus insidias. Misit itaque vir dei ad regem Israhel dicens: Cave ne transeas in loco illo, quia ibi Syri in insidiis sunt. Misit rex Israhel ad locum quem dixerat ei vir dei, et praeoccupavit eum, et observavit se ibi non semel neque bis. Conturbatumque est cor regis Syriae pro hac re, et convocatis servis suis ait: Quare non indicatis mihi quis proditor mei sit apud regem Israhel? Dixitque unus servorum eius: Nequaquam domine mi rex, sed Helyseus propheta qui est in Israhel indicat regi Israhel omnia

uerba que locutus fueris in conclaui tuo. Dixit eis. Ite et uidete ubi sit, ut mittam et capiam eum. Annunciaueruntque ei dicentes. Ecce in dothaim. Misit ergo illuc equos et currus et robur exercitus. Qui cum uenissent nocte, circumdederunt ciuitatem. Consurgens autem diluculo minister uiri dei egressus est, uiditque exercitum in circuitu ciuitatis et equos et currus. Nunciauitque ei dicens. Heu heu heu domine mi quid faciemus? At ille respondit. Noli timere plures enim nobiscum sunt quam cum illis. Cumque orasset helyseus ait. Domine aperi oculos huius ut uideat. Et aperuit dominus oculos pueri. et uidit et ecce mons plenus equorum et curruum igneorum in circuitu helysei. Hostes uero descenderunt ad eum. Porro helyseus orauit dominum dicens. Percute obsecro te gentem hanc cecitate. Percussitque eos dominus ne uiderent iuxta uerba helysei. Dixit autem ad eos helyseus. Non est hec uia. nec est ista ciuitas. Sequimini me et ostendam uobis uirum quem queritis. Duxit ergo eos in samariam. Cumque ingressi fuissent samariam, dixit helyseus. Domine aperi oculos istorum ut uideant. Aperuitque dominus oculos eorum. et uiderunt se esse in medio samarie. Dixitque rex ad helyseum cum uidisset eos. Numquid percutiam eos pater mi? At ille ait. Non percuties. Neque enim cepisti eos in gladio et arcu tuo ut percutias. sed pone panem et aquam coram eis, ut comedant et bibant et uadant ad dominum suum. Appositaque est eis ciborum magna preparatio. et comederunt et biberunt, et dimisit eos. Abieruntque ad dominum suum. et ultra non uenerunt latrunculi syrie in terram israel.

Factum est autem post hec congregauit benadab rex syrie uniuersum exercitum suum. et ascendit et obsidebat samariam. Factaque est fames magna in samaria. et tamdiu obsessa est donec uenundaretur caput asini octoginta argenteis. et quarta pars cabi stercoris columbarum quinque argenteis. Cumque rex israel transiret per murum. mulier exclamauit ad eum dicens. Salua me domine mi rex. Qui ait. Non te saluet dominus. Unde saluare te possum. de area. aut de torculari? Dixitque ad eam rex. Quid tibi uis? Que respondit. Mulier ista dixit michi. Da filium tuum ut comedamus eum hodie. et filium meum comedemus cras. Coximus ergo filium meum et comedimus. Dixique ei die altera. Da filium tuum ut comedamus eum. Que abscondit filium suum. Quod cum audisset rex israel scidit uestimenta sua et transiebat per murum. Viditque omnis populus cilicium quo uestitus erat ad carnem intrinsecus. Et ait rex. Hec faciat michi deus et hec addat si steterit caput helysei filii saphat super eum hodie. Helyseus autem sedebat in domo sua. et senes israel sedebant cum eo. Premisit itaque uirum. et antequam ueniret nuncius ille dixit ad senes. Numquid scitis quod miserit filius homicide hic ut precidatur caput meum? Uidete ergo cum uenerit nuncius claudite ostium. et non sinatis eum introire. Ecce enim sonitus pedum domini eius post eum est. Adhuc illo loquente eis, apparuit nuncius qui ueniebat ad eum et ait. Ecce tantum malum a domino est: quid amplius expectabo a domino? Dixit autem helyseus. Audite uerbum domini. Hec dicit dominus. In tempore hoc cras modius simile uno statere erit. et duo modii hordei statere uno in porta samarie. Respondens unus de ducibus super cuius manum rex incumbebat homini dei ait. Si dominus fecerit etiam cataractas in celo aperiri, numquid poterit esse quod loqueris? Qui ait. Uidebis oculis tuis. et inde non comedes.

Quattuor ergo erant uiri leprosi iuxta introitum porte samarie qui dixerunt ad inuicem. Quid hic esse uolumus donec moriamur? Siue ingredi uoluerimus ciuitatem fame moriemur: siue manserimus hic moriendum nobis est. Uenite ergo et transfugiamus ad castra syrie. Si pepercerint nobis uiuemus. si autem occidere uoluerint, nichilominus moriemur. Surrexerunt ergo uespere ut uenirent ad castra syrie. Cumque uenissent ad principium castrorum syrie, nullum ibidem repperrerunt. Siquidem dominus sonitum audire fecerat in castris syrie curruum et equorum et exercitus plurimi. Dixeruntque ad inuicem. Ecce mercede conduxit aduersum nos rex israel reges ethteorum et egyptiorum. et uenerunt super nos. Surrexerunt ergo et fugerunt in tenebris et dereliquerunt tentoria sua et equos. et mulos. et asinos in castris. fugeruntque animas suas tantum saluare cupientes. Igitur cum uenissent leprosi illi ad principium castrorum. ingressi sunt unum tabernaculum. et comederunt et biberunt. tuleruntque inde aurum et argentum. et uestes. et abierunt et absconderunt. Et rursum reuersi sunt ad aliud tabernaculum, et inde similiter auferentes absconderunt. Dixeruntque ad inuicem. Non recte facimus. hec enim dies boni nuncii est. Si tacuerimus et noluerimus nunciare usque mane sceleris arguemur. Uenite eamus et nunciemus in aula regis. Cumque uenissent ad portam ciuitatis, narrauerunt eis dicentes. Iuimus ad castra syrie et nullum ibidem repperimus hominem: nisi equos et asinos alligatos. et fixa tentoria. Ierunt ergo portarii. et nunciauerunt in palacio regis intrinsecus. Qui surrexit nocte. et ait ad seruos suos. Dico uobis quid fecerint nobis syrii. Sciunt quia fame laboramus. et idcirco egressi sunt de castris. et latitant in agris dicentes. Cum egressi fuerint de ciuitate capiemus eos uiuos. et tunc ciuitatem ingredi poterimus. Respondens autem unus seruorum eius ait. Tollamus quinque equos qui remanserunt in urbe quia ipsi sunt tantum in uniuersa multitudine israel. alii enim consumpti sunt et mittentes explorare poterimus. Adduxerunt ergo duos equos. misitque rex ad castra syrorum dicens. Ite et uidete. Qui abierunt post eos usque ad iordanem. Ecce autem omnis uia plena erat uestibus et uasis que proiecerant syrii cum turbarentur. Reuersique nuncii indicauerunt regi. Et egressus populus diripuit castra syrie. Factusque est modius simile statere uno iuxta uerbum domini. Porro rex ducem illum in cuius manu incumbebat constituit ad portam. quem conculcauit turba in introitu porte et mortuus est iuxta quod locutus fuerat uir dei quando descenderat rex ad eum. Factumque est secundum sermonem uiri dei quem dixerat regi quando ait. Duo modii hordei statere uno erunt. et modius simile statere uno. hoc eodem tempore cras in porta samarie. quando responderat dux ille uiro dei et dixerat. Etiam si dominus fecerit cataractas in celo numquid fieri poterit quod loqueris? Et dixit ei. Uidebis oculis tuis et inde non comedes. Euenit ergo ei sicut predictum fuerat. et conculcauerunt eum populi in porta. et mortuus est.

Helyseus autem locutus est ad mulierem cuius uiuere fecerat filium dicens. Surge et uade tu et domus tua. et peregrinare ubicumque repperis. uocauit enim dominus famem. et ueniet super terram septem annis. Que surrexit et fecit iuxta uerbum hominis dei. Et uadens cum domo sua peregrinata est in terra philistiim diebus multis. Cumque finiti essent septem anni reuersa est mulier de terra philistiim. et egressa est ut interpellaret regem pro domo sua. et agris suis. Rex autem loquebatur cum iezi puero uiri dei dicens. Narra michi omnia magnalia que fecit helyseus. Cumque narraret ille regi quomodo mortuum suscitasset. apparuit mulier cuius uiuificauerat filium, clamans ad regem pro domo sua et pro agris suis. Dixitque iezi. Domine mi rex. hec est mulier. et hic est filius eius quem suscitauit helyseus. Et interrogauit rex mulierem. que narrauit ei uera esse. Deditque ei rex eunuchum unum dicens. Restitue ei omnia que sua sunt. et uniuersos redditus agrorum a die qua dereliquit terram usque in presens.

Uenit quoque helyseus damascum. et benadab rex syrie egrotabat. Nunciaueruntque ei dicentes. Uenit uir dei huc. Et ait rex ad azahel. Tolle tecum munera et uade in occursum uiri dei. et consule dominum per eum dicens. Si euadere potero de infirmitate mea hac. Dixitque ei helyseus. Uade et dic ei. Sanaberis. Porro ostendit michi dominus quia morte morietur. Stetitque cum eo et conturbatus est usque ad suffusionem uultus. Fleuitque uir dei. Cui azahel ait. Quare dominus meus flet? At ille respondit. Quia scio que facturus sis filiis israel mala. Ciuitates eorum munitas igni succendes. et iuuenes eorum interfices gladio. et paruulos eorum elides. et pregnantes diuides. Dixitque azahel. Quid enim sum seruus tuus canis, ut faciam rem istam magnam? Et ait helyseus. Ostendit michi dominus te regem syrie fore. Qui cum recessisset ab helyseo. uenit ad dominum suum. Qui ait ei. Quid tibi dixit helyseus? At ille respondit. Dixit michi. Recipies sanitatem. Cumque uenisset dies altera. tulit stragulum et infudit aquam. et expandit super faciem eius. Quo mortuo. regnauit azahel pro eo.

Anno quinto ioram filii achab regis israel. et iosaphat regis iuda. regnauit ioram filius iosaphat rex iuda. Triginta duorum annorum erat cum regnare cepisset. et octo annis regnauit in hierusalem. ambulauitque in uiis regum israel. sicut ambulauit domus achab. Filia enim achab erat uxor eius. et fecit quod malum est coram domino. Noluit autem dominus disperdere iudam propter dauid seruum suum sicut pollicitus fuerat illi ut daret ei lucernam et filiis eius cunctis diebus. In diebus eius recessit edom ne esset sub iuda. et constituit sibi regem. Uenitque ioram seyra. et omnes currus cum eo. Et surrexit nocte percussitque ydumeos qui eum circumdederant. et principes curruum. Populus autem fugit in tabernacula sua. Recessit ergo edom ne esset sub iuda. usque ad diem hanc. Tunc recessit et lobna in tempore illo. Reliqua autem sermonum ioram et uniuersa que fecit, nonne hec scripta sunt in libro uerborum dierum regum iuda? Et dormiuit ioram cum patribus suis. sepultusque est cum eis in ciuitate dauid. et regnauit ahazias filius eius pro eo.

Anno duodecimo ioram filii achab regis israel regnauit ahazias filius ioram regis iuda. Uiginti duorum annorum erat ahazias cum regnare cepisset. et anno uno regnauit in hierusalem. Nomen matris eius athalia filia amri regis israel. Et ambulauit in uiis domus achab. et fecit quod malum est coram domino. sicut domus achab. Gener enim domus achab fuit. Abiit quoque cum ioram filio achab ad preliandum contra azahel regem syrie in ramoth galaad. et uulnerauerunt syri ioram. Qui reuersus est ut curaretur in iezrahel. quia uulnerauerunt eum syri in ramoth preliantem contra azahel regem syrie. Porro ahazias filius ioram rex iuda descendit inuisere ioram filium achab in iezrahel quia egrotabat.

Helyseus autem propheta uocauit unum de filiis prophetarum et ait illi. Accinge lumbos tuos. et tolle lenticulam olei hanc in manu tua. et uade in ramoth galaad. Cumque ueneris illuc. uidebis hieu filium iosaphat filii namsi. et ingressus suscitabis eum de medio fratrum suorum. et introduces in interius cubiculum. tenensque lenticulam olei. fundes super caput eius et dices. Hec dicit dominus. Unxi te regem super israel. Aperiesque ostium et fugies. et non ibi subsistes. Abiit ergo adolescens puer prophete in ramoth galaad. et ingressus est illuc. Ecce autem principes exercitus sedebant et ait. Uerbum michi est ad te o princeps. Dixitque hieu. Ad quem ex omnibus nobis? Et ille dixit. Ad te o princeps. Et surrexit et ingressus est cubiculum. At ille effudit oleum super caput eius et ait. Hec dicit dominus deus israel. Unxi te regem super populum domini israel. et percuties domum achab domini tui. ut ulciscar sanguinem seruorum meorum prophetarum. et sanguinem omnium seruorum domini [illegible] de manu iezabel. perdamque omnem domum achab. et [illegible] de achab mingentem ad parietem. et clausum [illegible] nouissimum in israel. Et dabo domum achab sicut domum hieroboam filii nabath. et sicut domum baasa filii [illegible]. Iezabel quoque comedent canes in agro iezrahel [illegible] qui sepeliat eam. Aperuitque ostium et fugit. Hieu autem egressus est ad seruos domini sui. Qui dixerunt ei. Rectene sunt omnia? Quid uenit insanus iste ad te? Qui ait eis. Nostis hominem et quid locutus sit. At illi responderunt. Falsum est. Sed magis narra nobis. Qui ait eis. Hec et hec locutus est michi. Et ait. Hec dicit dominus. Unxi te regem super israel. Festinauerunt itaque et unusquisque tollens pallium suum posuerunt sub pedibus eius in similitudinem tribunalis et cecinerunt tuba atque dixerunt. Regnabit hieu. Coniurauit ergo hieu filius iosaphat filii namsi contra ioram. Porro ioram obsederat ramoth galaad ipse et omnis israel contra azahel regem syrie. et reuersus fuerat ut curaretur in iezrahel propter uulnera quia percusserant eum syri preliantem contra azahel regem syrie. Dixitque hieu. Si placet uobis nemo egrediatur profugus de ciuitate ne uadat et nunciet in iezrahel. Et ascendit et profectus est in iezrahel. Ioram enim egrotabat ibi. et ahazias rex iuda descenderat ad uisitandum ioram. Igitur speculator qui stabat super turrem iezrahel uidit globum hieu uenientis et ait. Uideo ego globum. Dixitque ioram. Tolle currum et mitte in occursum eorum. et dicat uadens. Rectene sunt omnia? Abiit igitur qui ascenderat currum in occursum ei et ait. Hec dicit rex. Pacatane sunt omnia? Dixitque ei hieu. Quid tibi et paci? Transi et sequere me. Nunciauit quoque speculator dicens. Uenit nuncius ad eos et non reuertitur. Misit etiam currum equorum secundum. Uenitque ad eos et ait. Hec dicit rex. Numquid pax est? Et ait hieu. Quid tibi et paci? Transi et sequere me. Nunciauit autem speculator dicens. Uenit usque ad eos. et non reuertitur. Est autem incessus

78.

quasi incessus hieu filii namsi. Preceps enim graditur. Et ait ioram. Iunge currum. Iunxeruntque currum eius. Et egressus est ioram rex isrl. & azias rex iuda singuli in curribus suis. Egressique sunt in occursum hieu & inuenerunt eum in agro naboth iezrahelitis. Cumque uidisset ioram hieu dixit. Pax est hieu? At ille respondit. Que pax? Adhuc fornicationes iezabel matris tue & ueneficia eius multa uigent. Conuertit autem ioram manum suam. & fugiens ait ad aziam. Insidie azia. Porro hieu tetendit arcum manu. & percussit ioram inter scapulas. & egressa est sagitta per cor eius. Statimque corruit in curru suo. Dixitque hieu ad adcher ducem. Tolle, proice eum in agro naboth iezrahelite. Memini enim quando ego & tu sedentes in curru sequebamur patrem huius quod dominus hoc onus leuauerit super eum dicens. Si non pro sanguine naboth & pro sanguine filiorum eius quem uidi heri ait dominus. reddam tibi in agro isto dicit dominus. Nunc ergo tolle & proice eum in agro iuxta uerbum domini. Azias autem rex iuda uidens hoc fugit per uiam domus horti. Persecutus est eum hieu & ait. Etiam hunc percutite in curru suo in ascensu gaber que est iuxta ieblaam. Qui fugit in mageddo, & mortuus est ibi. Et imposuerunt eum serui eius super currum suum. & tulerunt in hierusalem. sepelieruntque in sepulchro cum patribus suis in ciuitate dd.

XX. Anno xi. ioram filii achab regis isrl. achazias super iudam regnauit. Venit hieu in iezrahel. Porro iezabel introitu eius audito, depinxit oculos suos stibio, & ornauit caput suum. & respexit per fenestram ingredientem hieu per portam & ait. Numquid pax esse potest zambri qui interfecit dominum suum? Leuauitque hieu faciem suam ad fenestram & ait. Que est ista? Et inclinauerunt se ad eum duo uel tres eunuchi & dixerunt. Hec est iezabel. At ille dixit. Precipitate eam deorsum. Et precipitauerunt eam. aspersusque est sanguine paries, et equorum ungulae, qui conculcauerunt eam. Cumque ingressus esset ut comederet biberetque ait. Ite uidete maledictam illam & sepelite eam. quia filia regis est. Cumque issent ut sepelirent eam, non inuenerunt nisi caluariam & pedes & summam manus. reuersique nuntiauerunt ei. Et ait hieu. Sermo domini est quem locutus est per seruum suum helyam thesbiten dicens. In agro iezrahel comedent canes carnes iezabel. Et erunt carnes iezabel sicut stercus super faciem terre in agro iezrahel. ita ut pretereuntes dicant. Hecine est illa iezabel?

Erant autem achab septuaginta filii in samaria. Scripsit ergo hieu litteras & misit in samaria ad optimates ciuitatis. & ad maiores natu. & ad nutricios achab dicens. Statim ut acceperitis litteras has qui habetis filios domini uestri. & currus & equos. & ciuitates firmas. & arma, eligite meliorem & eum qui uobis placuerit de filiis domini uestri. & ponite eum super solium patris sui. & pugnate pro domo domini uestri. Timuerunt illi uehementer & dixerunt. Ecce duo reges non potuerunt stare coram eo. & quomodo nos ualebimus resistere? Miserunt ergo prepositi domus. & prefecti ciuitatis. & maiores natu. & nutricii ad hieu dicentes. Serui tui sumus. quecumque iusseris faciemus. nec constituemus regem. Quecumque tibi placent fac. Scripsit autem eis secundo litteras dicens. Si mei estis. & obedietis mihi. Tollite capita filiorum domini uestri. & uenite ad me hac eadem hora in iezrahel. Porro filii regis septuaginta uiri apud optimates ciuitatis nutriebantur. Cumque uenissent littere ad eos, tulerunt omnes filios regis. & occiderunt septuaginta uiros. & posuerunt capita in cophinis. & miserunt ad eum in iezrahel. Venit autem nuntius ad eum. & indicauit ei dicens. Attulerunt capita filiorum regis. Qui respondit. Ponite ea ad duos aceruos iuxta introitum porte usque mane. Cumque diluxisset. ingressus est & stans dixit ad omnem populum. Iusti estis. Si ego coniuraui contra dominum meum. quis percussit omnes hos? Videte ergo nunc quoniam non cecidit de sermonibus domini in terram. quos locutus est dominus super domum achab. & dominus fecit quod locutus est in manu serui sui helye. Percussit ergo hieu omnes qui reliqui erant de domo achab in iezrahel. & uniuersos optimates eius & notos. & sacerdotes. donec non remanerent ex eo reliquie. Et surrexit. & uenit in samariam. Cumque uenisset ad camaram pastorum in uia, inuenit fratres achazie regis iuda. Dixitque ad eos. Quinam estis uos? At illi responderunt. Fratres achazie sumus. & descendimus ad salutandos filios regis. & filios regine. Qui ait. Comprehendite eos uiuos. Quos cum comprehendissent uiuos. iugulauerunt eos in cysterna iuxta camaram xl. duos uiros. & non reliquit ex eis quemquam. Cumque abisset inde inuenit ionadap filium rechab in occursum sibi & benedixit ei. & ait ad eum. Numquid est cor tuum rectum. sicut cor meum cum corde tuo? Et ait ionadap. Est. Si est inquit da mihi manum tuam. Qui dedit ei manum suam. At ille leuauit eum ad se in currum. Dixitque ad eum. Veni mecum. & uide zelum meum pro domino. Et inpositum curru suo duxit in samariam. & percussit omnes qui reliqui fuerant de achab in samaria usque ad unum. iuxta uerbum domini quod locutus est per helyam. Congregauit ergo hieu omnem populum dixitque ad eum. Achab coluit baal parum. ego autem colam eum amplius. Nunc igitur omnes prophetas baal & uniuersos seruos eius. & cunctos sacerdotes eius uocate ad me. nullus sit qui non ueniat. sacrificium enim grande mihi est baal. Quicumque defuerit non uiuet. Porro hieu faciebat hoc insidiose, ut disperderet cultores baal. Dixitque. Sanctificate diem sollennem baal. Vocauitque & misit in omnes terminos isrl. & uenerunt cuncti serui baal. Non fuit residuus ne unus quidem qui non ueniret. Et ingressi sunt templum baal. & repleta est domus baal a summo usque ad summum. Dixitque his qui erant super uestes. Proferte uestimenta uniuersis seruis baal. Et protulerunt eis uestes. Ingressusque hieu & ionadap filius rechab templum baal. ait cultoribus baal. Perquirite & uidete ne quis forte sit uobiscum de seruis domini sed ut sint soli serui baal. Ingressi sunt ergo ut facerent uictimas & holocausta. Hieu autem preparauerat sibi foris octoginta uiros. & dixerat eis. Quicumque fugerit de hominibus istis quos ego adduxero in manus uestras. anima eius erit pro anima illius. Factum est autem cum completum esset holocaustum. precepit hieu militibus & ducibus suis. Ingredimini & percutite eos. nullusque euadat.

Percusseruntque eos in ore gladii. & proiecerunt milites & duces. & ierunt in ciuitatem templi baal. & protulerunt statuam de templo baal, & combusserunt & comminuerunt eam. Destruxerunt edem baal, & fecerunt pro ea latrinas usque ad diem hanc. Deleuitque hieu baal de isrl. Verumtamen a peccatis hieroboam filii nabath qui peccare fecit isrl non recessit. nec dereliquit uitulos aureos qui erant in bethel & in dan.

Dixit autem dominus ad hieu. Quia studiose fecisti quod rectum erat & placebat in oculis meis. & omnia que erant in corde meo fecisti contra domum achab. filii tui usque ad quartam generationem sedebunt super thronum isrl. Porro hieu non custodiuit ut ambularet in lege domini dei isrl in toto corde suo. Non enim recessit a peccatis hieroboam qui peccare fecit isrl. In diebus illis cepit dominus tedere super isrl. Percussitque eos azahel in uniuersis finibus isrl a iordane contra orientalem plagam. omnem terram galaad & gad. & ruben. & manasse. ab aroer que est super torrentem arnon. & galaad & basan. Reliqua autem uerborum hieu. & omnia que fecit & fortitudo eius. nonne hec scripta sunt in libro uerborum dierum regum isrl? Et dormiuit hieu cum patribus suis. sepelieruntque eum in samaria. & regnauit ioachaz filius eius pro eo. Dies autem quibus regnauit hieu super isrl. XXVIII. & octo anni sunt in samaria.

Athalia uero mater achazie uidens mortuum filium suum. surrexit & interfecit omne semen regium. Tollens autem iosaba filia regis ioram soror achazie ioas filium achazie. furata est eum de medio filiorum regis qui interficiebantur & nutricem eius de triclinio. & abscondit eum a facie athalie ut non interficeretur. Eratque cum ea in domo domini clam sex annis. Porro athalia regnauit super terram. Anno autem septimo misit ioiada,

& assumens centuriones & milites introduxit ad se in templum domini. Pepigitque cum eis fedus. & adiurans eos in domo domini. ostendit eis filium regis. Et precepit illis dicens. Iste est sermo quem facere debetis. Tercia pars uestrum introeat sabbato. & obseruet excubias domus regis. tercia autem pars sit ad portam syris. & tercia pars ad portam que est post habitaculum scutariorum. & custodietis excubias domus messa. Duo uero partes e uobis omnes egredientes sabbato custodiant excubias domus domini circa regem. & uallabitis eum habentes arma in manibus uestris. Si quis autem ingressus fuerit septum templi interficiatur. eritisque cum rege introeunte & egrediente. Et fecerunt centuriones iuxta omnia que preceperat eis ioiada sacerdos. Et assumentes singuli uiros suos qui ingrediebantur sabbatum cum his qui egrediebantur e sabbato. uenerunt ad ioiadam sacerdotem. Qui dedit eis hastas & arma regis dd que erant in domo domini. Et steterunt singuli habentes arma in manu sua. a parte templi dextra usque ad partem sinistram altaris & edis circum regem. Produxitque filium regis. & posuit super eum diadema & testimonium. Feceruntque eum regem & unxerunt. & plaudentes manu dixerunt. Viuat rex.

Audiuit autem athalia uocem concurrentis populi. & ingressa ad turbas in domum domini. uidit regem stantem super tribunal iuxta morem. & cantores & tubas prope eum. omnemque populum terre letantem & canentem tubis. & scidit athalia uestimenta sua. clamauitque. Coniuratio, coniuratio. Precepit autem ioiada centurionibus qui erant super exercitum & ait eis. Educite eam extra consepta templi. & quicumque eam secutus fuerit gladio feriatur. Dixerat enim sacerdos. Non occidatur in templo domini. Imposueruntque ei manus & impinxerunt eam per uiam introitus equorum iuxta palatium. & interfecta est ibi.

Pepigit ergo ioiada fedus inter dominum & inter regem. & inter populum ut esset populus domini. & inter populum & regem. Ingressusque est omnis populus terre templum baal. & destruxerunt aras eius, & ymagines contriuerunt ualide. Mathan quoque sacerdotem baal occiderunt coram altari. & posuit sacerdos custodias in domo domini. Tulitque centuriones. & cerethi & phelethi legiones & omnem populum terre, deduxeruntque regem de domo domini. & uenerunt per uiam porte scutariorum in palatium. & sedit super thronum regum. Letatusque est omnis populus terre, & ciuitas conquieuit. Athalia autem occisa est gladio in domo regis. Septem annorum erat ioas cum regnare cepisset. Anno autem septimo hieu regnauit ioas. Quadraginta annis regnauit in hierusalem, nomen matris eius sebia de bersabee. Fecitque ioas rectum coram domino cunctis diebus quibus docuit eum ioiada sacerdos. uerumtamen excelsa non abstulit. Adhuc populus immolabat & adolebat in excelsis incensum. Dixitque ioas ad sacerdotes. Omnem pecuniam sanctorum que illata fuerit in templum domini a pretereuntibus que offertur pro precio anime, & quam sponte & arbitrio cordis sui inferunt in templum domini, accipiant illam sacerdotes iuxta ordinem suum. & instaurent sartatecta templi si quid necessarium uiderint instauratione. Igitur usque ad uicesimum tercium annum regis ioas non instaurauerunt sacerdotes sartatecta templi. Vocauitque rex ioas ioiada pontificem & sacerdotes dicens eis. Quare sartatecta non instauratis templi? Nolite ergo amplius accipere pecuniam iuxta ordinem uestrum. sed ad instaurationem templi reddite eam. Prohibitique sunt sacerdotes ultra accipere pecuniam a populo. & instaurare sartatecta domus. Et tulit ioiada pontifex gazophilacium. aperuitque foramen desuper. & posuit illud iuxta altare ad dexteram ingredientium domum domini. Mittebantque in eo sacerdotes qui custodiebant ostia omnem pecuniam que deferebatur ad templum domini. Cumque uiderent nimiam pecuniam in gazophilacio. ascendebat scriba regis & pontifex. effundebantque & numerabant pecuniam que inueniebatur in domo domini. & dabant eam iuxta numerum atque mensuram in manus eorum qui preerant cementariis domus domini. Qui impendebant eam in fabris lignorum & in cementariis his qui operabantur in domo domini, & sartatecta faciebant. & in his qui cedebant saxa. & ut emerent ligna & lapides qui excidebantur. ita ut impleretur instauratio domus domini in uniuersis que indigebant expensa ad muniendam domum. Verumtamen non fiebant ex eadem pecunia hydrie templi domini. & fuscinula. & thuribula. & tube omne uas aureum & argenteum de pecunia que inferebatur in templum domini. his enim qui faciebant opus dabatur ut instauraretur templum domini. Et non fiebat ratio his omnibus qui accipiebant pecuniam ut distribuerent eam artificibus. sed in fide tractabant eam. Pecuniam uero pro delicto & pecuniam pro peccatis non inferebant in templum domini. quia sacerdotum erat.

Tunc ascendit azahel rex syrie et pugnabat contra geth, cepitque eam. Et direxit faciem suam ut ascenderet in hierusalem. Quam ob rem tulit ioas rex iuda omnia sanctificata que consecraverat iosaphat et ioram et achazias patres eius reges iuda, et que ipse obtulerat, et universum argentum quod inveniri potuit in thesauris templi domini, et in palatio regis. Misitque azaheli regi syrie, et recessit ab hierusalem. Reliqua autem sermonum ioas, et universa que fecit, nonne hec scripta sunt in libro verborum dierum regum iuda? Surrexerunt autem servi eius, et coniuraverunt inter se, percusseruntque ioas in domo mello in descensu sela. Iozachar namque filius semaath, et iozabath filius somer servi eius percusserunt eum, et mortuus est. Et sepelierunt eum cum patribus suis in civitate david, regnavitque amasias filius eius pro eo.

Anno vicesimo tercio ioas filii achazie regis iude regnavit ioachaz filius hieu super israhel in samaria decem et septem annis. Et fecit malum coram domino. Secutusque est peccata hieroboam filii nabath qui peccare fecit israhel, et non declinavit ab eis. Iratusque est furor domini contra israhel, et tradidit eos in manu azahelis regis syrie, et in manu benadab filii azahel cunctis diebus. Deprecatus est autem ioachaz faciem domini, et audivit eum dominus. Vidit enim angustiam israhel qua attriverat eos rex syrie, et dedit dominus israhel salvatorem, et liberatus est de manu regis syrie. Habitaveruntque filii israhel in tabernaculis suis sicut heri et nudius tercius. Verumtamen non recesserunt a peccatis hieroboam qui peccare fecit israhel, in ipsis ambulaverunt. Siquidem et lucus permansit in samaria. Et non derelicti sunt de populo ioachaz nisi quinquaginta equites, et decem currus, et decem milia peditum. Interfecerat enim eos rex syrie, et redigerat quasi pulverem in trituram aree. Reliqua autem sermonum ioachaz et universa que fecit, sed et fortitudo eius, nonne hec scripta sunt in libro verborum dierum regum israhel? Dormivitque ioachaz cum patribus suis, et sepelierunt eum in samaria, regnavitque ioas filius eius pro eo.

Anno tricesimo septimo ioas regis iude, regnavit ioas filius ioachaz super israhel in samaria sedecim annis. Et fecit quod malum est in conspectu domini. Non declinavit ab omnibus peccatis hieroboam filii nabath qui peccare fecit israhel, in ipsis ambulavit. Reliqua autem sermonum ioas, et universa que fecit, sed et fortitudo eius quomodo pugnaverit contra amasiam regem iuda, nonne hec scripta sunt in libro verborum dierum regum israhel? Et dormivit ioas cum patribus suis. Hieroboam autem sedit super solium eius. Porro ioas sepultus est in samaria cum regibus israhel.

Helyseus autem infirmitate egrotabat qua et mortuus est. Descenditque ad eum ioas rex israhel, et flebat coram eo. Dicebatque: Pater mi, pater mi, currus israhel et auriga eius. Et ait illi helyseus: Affer arcum et sagittas. Cumque attulisset ad eum arcum et sagittas, dixit ad regem israhel: Pone manum tuam super arcum. Et cum posuisset ille manum suam, superposuit helyseus manus suas manibus regis, et ait: Aperi fenestram orientalem. Cumque aperuisset, dixit helyseus: Iace sagittam. Et iecit. Et ait helyseus: Sagitta salutis domini, et sagitta salutis contra syriam, percutiesque syriam in affech, donec consumas eam. Et ait: Tolle sagittas. Qui cum tulisset, rursum dixit ei: Percute iaculo terram. Et cum percussisset tribus vicibus, et stetisset, iratus est contra eum vir dei, et ait: Si percussisses quinquies aut sexies sive septies, percussisses syriam usque ad consummationem. Nunc autem tribus vicibus percuties eam.

Mortuus est ergo helyseus, et sepelierunt eum. Latrunculi quoque de moab venerunt in terram in ipso anno. Quidam autem sepelientes hominem viderunt latrunculos, et proiecerunt cadaver in sepulchrum helysei. Quod cum tetigisset ossa helysei, revixit homo, et stetit super pedes suos. Igitur azahel rex syrie afflixit israhel cunctis diebus ioachaz. Et misertus est dominus eorum, et reversus est ad eos propter pactum suum quod habebat cum abraham, et ysaac, et iacob. Et noluit disperdere eos, neque proicere penitus usque in presens tempus. Mortuus est autem azahel rex syrie, et regnavit benadap filius eius pro eo. Porro ioas filius ioachaz tulit urbes de manu benadap filii azahel quas tulerat de manu ioachaz patris sui iure prelii. 79. Tribus vicibus percussit eum ioas, et reddidit civitates israheli.

Anno secundo ioas filii ioachaz regis israhel, regnavit amasias filius ioas regis iude. XX. quinque annorum erat cum regnare cepisset, XX. autem et novem annis regnavit in hierusalem. Nomen matris eius ioaden de israhel. Et fecit rectum coram domino, verumtamen non ut david pater eius. Iuxta omnia que fecit ioas pater suus fecit, nisi hoc tantum quod excelsa non abstulit. Adhuc enim populus immolabat et adolebat in excelsis. Cumque obtinuisset regnum, percussit servos suos qui interfecerant regem patrem eius. Filios autem eorum qui occiderant non occidit, iuxta quod scriptum est in libro legis moysi, sicut precepit dominus dicens: Non morientur patres pro filiis, neque filii morientur pro patribus, sed unusquisque in peccato suo morietur. Ipse percussit edom in valle salinarum decem milia, et apprehendit petram in prelio, xl. vocavitque nomen eius iecthel usque in presentem diem.

Tunc misit amasias nuntios ad ioas filium ioachaz filii hieu regis israhel dicens: Veni et videamus nos. Remisitque ioas rex israhel ad amasiam regem iuda dicens: Carduus libani misit ad cedrum que est in libano dicens: Da filiam tuam filio meo uxorem. Transieruntque bestie saltus que sunt in libano, et conculcaverunt carduum. Percutiens invaluisti super edom, et sublevavit te cor tuum. Contentus esto gloria, et sede in domo tua. Quare provocas malum ut cadas tu, et iuda tecum? Et non acquievit amasias. Ascenditque ioas rex israhel, et viderunt se ipse et amasias rex iuda in bethsames oppido iude. Percussusque est iuda coram israhel, et fugerunt unusquisque in tabernacula sua. Amasiam vero regem iuda filium ioas filii ioachaz cepit ioas rex israhel in bethsames, et adduxit eum in hierusalem. Et interrupit murum hierusalem a porta effraim usque ad portam anguli quadringentis cubitis. Tulitque omne aurum et argentum et universa vasa que inventa sunt in domo domini et in thesauris regis, et obsides, et reversus est in samariam. Reliqua autem verborum ioas que fecit, et fortitudo eius qua pugnavit contra amasiam regem iuda, nonne hec scripta sunt in libro verborum dierum regum israhel? Dormivitque ioas cum patribus suis, et sepultus est in samaria cum regibus israhel, et regnavit hieroboam filius eius pro eo.

Vixit autem amasias filius ioas rex iuda postquam mortuus est ioas filius ioachaz regis israhel viginti quinque annis. Reliqua autem sermonum amasie, nonne hec scripta sunt in libro verborum dierum regum iuda? Factaque est contra eum coniuratio in hierusalem. At ille fugit in lachis. Miseruntque post eum in lachis, et interfecerunt eum ibi, et asportaverunt eum in equis, sepultusque est in hierusalem cum patribus suis in civitate david. Tulit autem universus populus iude azariam annos natum sedecim, et constituerunt eum regem pro patre eius amasia. Ipse edificavit ahilam et restituit eam iude, postquam dormivit rex cum patribus suis.

Anno quintodecimo amasie filii ioas regis iuda, regnavit hieroboam filius ioas regis israhel in samaria xl. et uno anno. Et fecit quod malum est coram domino, et non recessit ab omnibus peccatis hieroboam filii nabath qui peccare fecit israhel. Ipse restituit terminos israhel ab introitu emath usque ad mare solitudinis, iuxta sermonem domini dei israhel quem locutus est per servum suum ionam filium amathi prophetam qui erat de geth que est in ophir. Vidit enim dominus afflictionem israhel amaram nimis, et quod consumpti essent usque ad clausos carceris, et extremos, et non esset qui auxiliaretur israhel. Nec locutus est dominus ut deleret nomen israhel sub celo, sed salvavit eos in manu hieroboam filii ioas. Reliqua autem sermonum hieroboam, et universa que fecit, et fortitudo eius qua preliatus est, et quomodo restituit damascum et emath iude in israhel, nonne hec scripta sunt in libro verborum dierum regum israhel? Dormivitque hieroboam cum patribus suis regibus israhel, et regnavit azarias filius eius pro eo.

Anno vicesimo septimo hieroboam regis israhel regnavit azarias filius amasie regis iude. Sedecim annorum erat cum regnare cepisset, et quinquaginta duobus annis regnavit in hierusalem. Nomen matris eius iecelia de hierusalem. Fecitque quod placitum erat coram domino, iuxta omnia que fecerat amasias pater eius. Verumtamen non est demolitus excelsa. Adhuc enim populus sacrificabat et adolebat incensum in excelsis. Percussit autem dominus regem et fuit leprosus usque in diem mortis sue, et habitabat in domo libera seorsum. Ioatham vero filius regis gubernabat palatium, et iudicabat populum terre. Reliqua autem sermonum azarie et universa que fecit, nonne hec scripta sunt in libro verborum dierum regum iuda? Et dormivit azarias cum patribus suis, sepelieruntque eum cum maioribus suis in civitate david, et regnavit ioatham filius eius pro eo.

Anno XXX. octavo azarie regis iude regnavit zacharias filius hieroboam super israhel in samaria septem mensibus, et fecit quod malum est coram domino, sicut fecerant patres eius, et non recessit a peccatis hieroboam filii nabath qui peccare fecit israhel. Coniuravit autem contra eum sellum filius iabes, percussitque eum palam et interfecit, regnavitque pro eo. Reliqua autem verborum zacharie, nonne hec scripta sunt in libro verborum dierum regum israhel? Iste est sermo domini quem locutus est ad hieu dicens: Filii tui usque ad quartam generationem sedebunt de te super thronum israhel. Factumque est ita.

Sellum filius iabes regnavit XXX. nono anno azarie regis iude, regnavit autem uno mense in samaria. Et ascendit manahen filius gaddi de thersa, venitque in samariam, et percussit sellum filium iabes in samaria, et interfecit eum, regnavitque pro eo. Reliqua autem verborum sellum et coniuratio eius per quam tetendit insidias, nonne hec scripta sunt in libro verborum dierum regum israhel? Tunc percussit manahen tapsam et omnes qui erant in ea, et terminos eius de thersa. Noluerant enim aperire ei, et interfecit omnes pregnantes eius, et scidit eas.

Anno XXX. nono azarie regis iude regnavit manahen filius gaddi super israhel decem annis in samaria. Fecitque quod erat malum coram domino, non recessit a peccatis hieroboam filii nabath qui peccare fecit israhel cunctis diebus eius. Veniebat phul rex assyriorum in thersa, et dabat manahen phul mille talenta argenti ut esset ei in auxilium, et firmaret regnum eius. Indixitque manahen argentum super israhel cunctis potentibus et divitibus ut daret regi assyriorum quinquaginta siclos argenti per singulos. Reversusque est rex assyriorum, et non est moratus in thersa. Reliqua autem sermonum manahem et universa que fecit, nonne hec scripta sunt in libro verborum dierum regum israhel? Et dormivit manahen cum patribus suis, regnavitque faceia filius eius pro eo.

Anno quinquagesimo azarie regis iude regnavit faceia filius manahen super israhel in samaria biennio. Fecitque quod erat malum coram domino, non recessit a peccatis hieroboam filii nabath qui peccare fecit israhel. Coniuravit autem adversum eum facee filius romelie dux eius, et percussit eum in samaria in turre domus regie iuxta argob et iuxta arin, et cum eo quinquaginta viros de filiis galaaditarum, et interfecit eum, regnavitque pro eo. Reliqua autem sermonum faceie et universa que fecit, nonne hec scripta sunt in libro verborum dierum regum israhel?

Anno quinquagesimo secundo azarie regis iude regnavit facee filius romelie super israhel in samaria viginti annis. Et fecit quod malum erat coram domino, et non recessit a peccatis hieroboam filii nabath qui peccare fecit israhel. In diebus facee regis israhel venit teglathfalasar rex assur, et cepit aion et abel, et domum maacha, et ianoe, et cedes, et asor, et galaad, et galileam, universam terram neptalim, et transtulit eos in assyrios. Coniuravit autem et tetendit insidias osee filius hela contra facee filium romelie, et percussit eum, et interfecit, regnavitque pro eo XX. anno ioatham filii ozie. Reliqua autem sermonum facee et universa que fecit, nonne hec scripta sunt in libro verborum dierum regum israhel?

Anno secundo facee filii romelie regis israhel, regnavit ioatham filius ozie regis iuda. Viginti quinque annorum erat cum regnare cepisset, et sedecim annis regnavit in hierusalem. Nomen matris eius hierusa filia sadoch. Fecitque quod erat placitum coram domino, iuxta omnia que fecerat ozias pater suus operatus est. Verumtamen excelsa non abstulit. Adhuc populus immolabat et adolebat incensum in excelsis. Ipse edificavit portam domus domini sublimissimam. Reliqua autem sermonum ioatham et universa que fecit, nonne hec scripta sunt in libro verborum dierum regum iuda? In diebus illis cepit

Anno septimo decimo Facee filii romelie regnavit achaz filius ioatham super iudam. Viginti annorum erat achaz cum regnare cepisset: et sedecim annis regnavit in hierusalem. Non fecit quod erat placitum in conspectu domini dei sui. sicut david pater eius. sed ambulavit in via regum israhel. insuper et filium suum consecravit transferens per ignem secundum ydola gentium. que dissipavit dominus coram filiis israhel. Immolabat quoque victimas. et adolebat incensum in excelsis. et collibus: et sub omni ligno frondoso. Tunc ascendit rasin rex syrie. et facee filius romelie rex israhel in hierusalem ad preliandum. Cumque obsiderent achaz. non valuerunt superare eum. In tempore illo restituit rasin rex syrie ahylam syrie. et eiecit iudeos de ahylam. et ydumei et syri venerunt in ahylam et habitaverunt ibi usque in hanc diem. Misit autem rex achaz nuncios ad teglathfalasar regem assyriorum dicens. Servus tuus. et filius tuus ego sum. Ascende et salvum me fac de manu regis syrie. et de manu regis israhel qui consurrexerunt adversum me. Et cum collegisset argentum et aurum quod inveniri potuit in domo domini. et in thesauris regis. misit regi assyriorum munera. Qui et adquievit voluntati eius. Ascendit autem rex assyriorum in damascum et vastavit eam. et transtulit habitatores eius cyrenen. rasin autem interfecit. Perrexitque rex achaz in occursum teglathfalasar regi assyriorum in damascum. Cumque vidisset altare damasci rex achaz, misit uriam sacerdotem. exemplar eius et similitudinem iuxta omne opus eius. Extruxitque urias sacerdos altare iuxta omnia que preceperat rex achaz de damasco ita fecit urias sacerdos donec veniret rex achaz de damasco. Cumque venisset rex de damasco. vidit rex altare et veneratus est illud. Ascenditque et immolavit holocausta et sacrificium suum et libavit libamina. effudit sanguinem pacificorum que obtulerat super altare. Porro altare ereum quod erat coram domino transtulit de facie templi. et de loco altaris. et de loco templi domini. posuitque illud ex latere altaris ad aquilonem. Precepit quoque rex achaz urie sacerdoti dicens. Super altare maius offer holocaustum matutinum. et sacrificium vespertinum. et holocaustum regis et sacrificium eius. et holocaustum universi populi terre. et sacrificia eorum. et libamina eorum. et omnem sanguinem holocausti. et universum sanguinem victime super illum effundes. Altare vero ereum erit paratum ad voluntatem meam. Fecit igitur urias sacerdos iuxta omnia que preceperat ei achaz. Tulit autem rex achaz celatas bases et luterem qui erat desuper. et mare deposuit de bubus ereis qui sustentabant illud. et posuit super pavimentum stratum lapide. Musach quoque sabbati quod edificaverat in templo. et ingressum regis exterius. convertit in templum domini propter regem assyriorum. Reliqua autem verborum achaz. et omnia que fecit. nonne hec scripta sunt in libro verborum dierum regum iuda? Dormivitque achaz cum patribus suis. et sepultus est cum eis in civitate david. et regnavit ezechias filius eius pro eo.

Anno duodecimo achaz regis iuda regnavit osee filius hela in samaria super israhel novem annis. Fecitque malum coram domino sed non sicut reges israhel qui ante eum fuerant. Contra hunc ascendit salmanasar rex assyriorum. et factus est ei osee servus. reddebatque ei tributa. Cumque deprehendisset rex assyriorum osee quod rebellare nisus misisset nuncios ad sua regem egypti ne prestaret tributa regi assyriorum sicut singulis annis solitus erat: obsedit eum. et vinctum misit in carcerem. Pervagatusque est omnem terram. et ascendens samariam obsedit eam tribus annis.

Anno autem nono osee cepit rex assyriorum samariam. et transtulit israhel in assyrios posuitque eos in alla et in abor iuxta fluvium gozan in civitatibus medorum. Factum est autem cum peccassent filii israhel domino deo suo qui eduxit eos de terra egypti de manu pharaonis regis egypti coluerunt deos alienos et ambulaverunt iuxta ritum gentium quas consumpserat dominus in conspectu filiorum israhel. et regum israhel. quia similiter fecerant. et irritaverunt filii israhel verbis non rectis dominum deum suum et edificaverunt sibi excelsa in cunctis urbibus suis. a turre custodum. usque ad civitatem munitam. Feceruntque sibi statuas et lucos in omni colle sublimi. et subter omne lignum nemorosum. et adolebant ibi incensum super aras in morem gentium quas transtulerat dominus a facie eorum. Feceruntque verba pessima irritantes dominum. et coluerunt inmunditias de quibus preceperat dominus ne facerent verbum hoc. et testificatus est dominus in israhel et in iuda per manum omnium prophetarum et videntium dicens. Revertimini a viis vestris pessimis et custodite precepta mea et cerimonias iuxta omnem legem quam precepi patribus vestris et sicut misi ad vos in manu servorum meorum prophetarum. Qui non audierunt sed induraverunt cervicem suam iuxta cervicem patrum suorum qui noluerunt obedire domino deo suo. et abiecerunt legitima eius et pactum quod pepigit cum patribus eorum et testificationes quibus contestatus est eos dominus. secutique sunt vanitates et vane egerunt. et secuti sunt gentes que erant per circuitum eorum. super quibus preceperat dominus eis ut non facerent sicut et illi faciebant. Et dereliquerunt omnia precepta domini dei sui feceruntque sibi duos conflatiles vitulos et lucos et adoraverunt universam militiam celi. servieruntque baal. et consecrabant eis filios suos et filias suas per ignem et divinationibus inserviebant et auguriis. et tradiderunt se ut facerent malum coram domino et irritaverunt eum. Iratusque est dominus vehementer israheli et abstulit eos de conspectu suo et non remansit nisi tribus iuda tantummodo. Sed nec ipse iuda custodivit mandata domini dei sui. verumtamen ambulavit in erroribus israhel quos operatus fuerat. Proiecitque dominus omne semen israhel et afflixit eos. et tradidit in manu diripientium donec proiceret eos a facie sua ex eo iam tempore quo scissus est israhel a domo david. et constituerunt sibi regem hieroboam filium nabath. Separavit enim hieroboam israhel a domino. et peccare eos fecit peccatum magnum. Et ambulaverunt filii israhel in universis peccatis hieroboam que fecerat. non recesserunt ab eis usque quo auferret dominus israhel a facie sua. sicut locutus fuerat in manu omnium servorum suorum prophetarum. Translatusque est israhel de terra sua in assyrios usque in diem hanc, adduxit autem rex assyriorum de babilone et de chuta et de auat et de emath. et de sepharvaim. et collocavit eos in civitatibus samarie pro filiis israhel. Qui possederunt samariam. et habitaverunt in urbibus eius. Cumque ibi habitare cepissent. non timebant dominum. Et immisit in eos dominus leones qui interficiebant eos. Nunciatumque est regi assyriorum et dictum. Gentes quas transtulisti et habitare fecisti in civitatibus samarie ignorant legitima dei terre. et immisit dominus in eos leones. et ecce interficiunt eos. eo quod ignorent ritum dei terre. Precepit autem rex assyriorum dicens. Ducite illuc unum de sacerdotibus quos inde captivos adduxistis. et vadat et habitet cum eis. et doceat eos legitima dei terre. Igitur cum venisset unus de sacerdotibus his qui captivi ducti fuerant de samaria habitavit in bethel. et docebat eos quomodo colerent dominum. Et unaquaque gens fabricata est deum suum. Posueruntque eos in fanis excelsis que fecerant samaritę. gens et gens in urbibus suis in quibus habitabant. Viri autem babilonii fecerunt sochotbenoth. viri autem chuthei fecerunt nergel. et viri de emath fecerunt asima. Porro evei fecerunt nebaas et tharthac. Hii autem qui erant de sepharvaim comburebant filios suos igni adramelech et anamelech diis sepharvaim. et nichilominus colebant dominum. Fecerunt autem sibi de novissimis populi sacerdotes excelsorum. et ponebant eos in fanis sublimibus. Et cum dominum colerent. diis quoque suis serviebant iuxta consuetudinem gentium. de quibus translati fuerant samariam. Usque in presentem diem morem sequuntur antiquum non timent dominum. neque custodiunt cerimonias eius et iudicia. et legem. et mandatum quod preceperat dominus filiis iacob quem cognominavit israhel. et percusserat cum eis pactum et mandaverat eis dicens. Nolite timere deos alienos. et non adoretis eos neque colatis. et non immoletis eis. sed dominum deum vestrum qui eduxit vos de terra egypti in fortitudine magna et in brachio extento. ipsum timete. illum adorate. et illi immolate. Cerimonias quoque et iudicia. et legem. et mandatum quod scripsit vobis. custodite ut faciatis cunctis diebus: et non timeatis deos alienos. Et pactum quod pepigit vobiscum nolite oblivisci. nec colatis deos alienos sed dominum deum vestrum timete et ipse eruet vos de manu omnium inimicorum vestrorum. Illi vero non audierunt. sed iuxta consuetudinem suam pristinam perpetrabant. Fuerunt igitur gentes iste timentes quidem dominum. sed nichilominus ydolis suis servientes. Nam et filii eorum et nepotes sicut fecerunt patres sui. ita faciunt usque in presentem diem.

Anno tercio osee filii hela regis israhel regnavit ezechias filius achaz regis iuda. Viginti quinque annorum erat cum regnare cepisset: et viginti novem regnavit in hierusalem. nomen matris eius abra filia zacharie. Fecitque quod erat bonum in conspectu domini iuxta omnia que fecerat david pater suus. Ipse dissipavit excelsa et contrivit statuas. et succidit lucos. confregitque serpentem eneum quem fecerat moyses. Siquidem usque ad illud tempus filii israhel adolebant incensum. vocavitque eum nohestan. et in domino deo israhel speravit. Itaque post eum non fuit similis ei de cunctis regibus iuda. sed neque in his qui ante eum fuerunt. Et adhesit domino. et non recessit a vestigiis eius. fecitque mandata eius. que preceperat dominus moysi. Unde et erat dominus cum eo. et in cunctis ad que procedebat sapienter se agebat. Rebellavit quoque contra regem assyriorum. et non servivit ei. Ipse percussit philisteos usque gazam. et omnes terminos eorum a turre custodum usque ad civitatem munitam.

Anno quarto regis ezechie qui erat annus septimus osee filii hela regis israhel. ascendit salmanasar rex assyriorum samariam. et oppugnavit eam et cepit. Nam post annos tres. anno sexto ezechie id est nono anno osee regis israhel capta est samaria. Et transtulit rex assyriorum israhel in assyrios. Collocavitque eos in ala et in abor fluviis gozam in civitatibus medorum. quia non audierunt vocem domini dei sui. sed preterierunt pactum eius. Omnia que preceperat moyses servus domini non audierunt neque fecerunt.

Anno quartodecimo ezechie ascendit sennacherib rex assyriorum ad universas civitates iuda munitas. et cepit eas. Tunc misit ezechias rex iuda nuncios ad regem assyriorum lachis dicens. Peccavi recede a me. et omne quod imposueris michi feram. Indixit itaque rex assyriorum ezechie regi iuda trecenta talenta argenti. et xxx. talenta auri. Deditque ezechias omne argentum quod repertum fuerat in domo domini. et in thesauris regis. In tempore illo confregit ezechias valvas templi domini. et laminas auri quas ipse affixerat. et dedit eas regi assyriorum. Misit autem rex assyriorum tarthan et rabsacen. et rabsaris de lachis ad ezechiam regem cum manu valida in hierusalem. Qui cum ascendissent venerunt in hierusalem. et steterunt iuxta aqueductum piscine superioris que est in via agri fullonis vocaveruntque regem. Egressus est autem ad eos eliachim filius elchie prepositus domus et sobna scriba. et ioahe filius asaphi a commentariis. Dixitque ad eos rabsaces. Loquimini ezechie. Hec dicit rex magnus rex assyriorum. Que est ista fiducia qua niteris? Forsitan inisti consilium ut prepares te ad prelium. In quo confidis ut audeas rebellare? An speras in baculo harundineo atque confracto egypto? Super quem si incubuerit homo comminutus ingredietur manum eius et perforabit eam. sic est pharao rex egypti omnibus qui confidunt in eum. Quod si dixeritis michi in domino deo nostro habemus fiduciam: nonne iste est cuius abstulit ezechias excelsa et altaria. et precepit iude et hierusalem. ante altare hoc adorabitis in hierusalem? Nunc igitur transite ad dominum meum regem assyriorum. et dabo vobis duo milia equorum. et videte an habere valeatis ascensores eorum. Et quomodo potestis resistere ante unum satrapam de servis domini mei minimis? An fiduciam habeas in egypto propter currus et equites? Numquid sine domini voluntate ascendi ad locum istum ut demolirer eum? Dominus dixit michi. Ascende ad terram hanc et demolire eam. Dixerunt autem eliachim filius elchie et sobna et ioahe rabsaci. Precamur ut loquaris nobis servis tuis syriace siquidem intelligimus hanc linguam. et non loquaris nobis iudaice audiente populo qui est super murum. Responditque eis rabsaces dicens. Numquid ad dominum tuum et ad te misit me dominus meus ut loquerer sermones hos. et non ad viros qui sedent super murum ut comedant stercora sua et bibant urinam suam vobiscum? Stetit itaque rabsaces et clamavit voce magna iudaice et ait. Audite verba regis magni. regis assyriorum. Hec dicit rex. Non vos seducat ezechias. non enim poterit vos eruere de manu mea. neque fiduciam vobis tribuat super domino dicens. eruens liberabit nos dominus et non

dabitur ciuitas hec in manu regis assyriorum. Nolite audire
ezechiam. Hec enim dicit rex assyriorum. Facite mecum quod
uobis est utile & egredimini ad me. & comedat unusquisque
de uinea sua. & de ficu sua. & bibetis aquas de cisternis
uestris. donec ueniam & transferam uos in terram que similis
terre uestre est. in terram fructiferam & fertilem uini. terram panis
& uinearum. terram oliuarum & olei & mellis. & uiuetis
& non moriemini. Nolite audire ezechiam qui uos decipit dicens.
Dominus liberabit nos. Numquid liberauerunt dii gentium
terram suam de manu regis assyriorum? Ubi est emath &
arphat? ubi est deus sepharuaim. ana. & aua? Numquid
liberauerunt samariam de manu mea? Quinam illi sunt
in uniuersis diis terrarum qui eruerunt regionem suam
de manu mea ut possit dominus eruere hierusalem de manu
mea? Tacuit itaque populus. & non respondebat ei quicquam.
Siquidem preceptum regis acceperant ut non responderent ei.
Uenitque eliachim filius elchie prepositus domus. & sobna
scriba & ioahe filius asaph a commentariis ad ezechiam
scissis uestibus: & nuntiauerunt ei uerba rabsacis. Que cum
audisset rex ezechias scidit uestimenta sua & opertus est
sacco. ingressusque est domum domini. & misit eliachim prepo-
situm domus. & sobnam scribam. & senes de sacerdotibus
opertos saccis ad ysaiam prophetam filium amos. Qui dixerunt.
Hec dicit ezechias. Dies tribulationis & increpationis
& blasphemie dies iste. Uenerunt filii usque ad partum. &
uires non habet parturiens. si forte audiat dominus deus tuus
uniuersa uerba rabsacis quem misit rex assyriorum dominus
suus ut exprobraret deo uiuenti & argueret uerbis que audi-
uit dominus deus tuus. & fac orationem pro reliquiis que reperte
sunt. Uenerunt autem serui regis ezechie ad ysaiam. dixitque eis
ysaias. Hec dicetis domino uestro. Hec dicit dominus. Noli
timere a facie sermonum quos audisti quibus blasphema-
uerunt pueri regis assyriorum me. Ecce ego immittam ei spiritum
& audiet nuntium & reuertetur in terram suam. & deiciam
eum gladio in terra sua. Reuersus est ergo rabsaces. & inuenit
regem assyriorum expugnantem lobnam. Audierat enim
quod recessisset de lachis. Cumque audisset de tharacha
rege ethiopie dicentes. ecce egressus est ut pugnet aduer-
sum te & iret contra eum. misit nuntios ad ezechiam dicens.
Hec dicite ezechie regi iude. Non te seducat deus tuus in quo
habes fiduciam. neque dicas non tradetur hierusalem in manu regis
assyriorum. Tu enim ipse audisti que fecerunt reges assy-
riorum uniuersis terris. quomodo uastauerunt eas. Num ergo solus
poteris liberari? Numquid liberauerunt dii gentium sin-
gulos quos uastauerunt patres mei gozan uidelicet & a-
ran. & reseph & filios eden qui erant in thalassar?
Ubi est rex emath. & rex arphat. & rex ciuitatis sepharua-
im. ana. & aua? Itaque cum accepisset ezechias litteras
de manu nuntiorum & legisset eas ascendit in domum domini
& expandit eas coram domino. & orauit in conspectu eius
dicens. Domine deus israel qui sedes super cherubin. tu es deus solus
regum omnium terre. tu fecisti celum & terram. inclina aurem
tuam & audi. Aperi domine oculos tuos & uide. & audi
omnia uerba sennacherib qui misit ut exprobraret nobis
deum uiuentem. Uere domine dissipauerunt reges assyriorum
gentes & terras omnium. & miserunt deos eorum in ignem. non enim
erant dii sed opera manuum hominum. ex ligno & lapide. et
perdiderunt omnes. Nunc ergo domine deus noster saluos nos
fac de manu eius. ut sciant omnia regna terre: quia tu es dominus
deus solus. Misit itaque ysaias filius amos ad ezechiam dicens.
Hec dicit dominus deus israel. Que deprecatus es me super
sennacherib regem assyriorum audiui. Iste est sermo quem
locutus est dominus de eo. Spreuit te & subsannauit te
uirgo filia syon. post tergum tuum caput mouit filia hieru-
salem. Cui exprobrasti & quem blasphemasti. contra quem ex-
altasti uocem & eleuasti in excelsum oculos tuos? contra
sanctum israel. Per manum seruorum tuorum exprobrasti domino
& dixisti. In multitudine curruum meorum ascendi excelsa
montium. in summitate libani. succidi cedros eius. electas abi-
etes eius. & ingressus sum usque ad terminos eius. Saltum carme-
li eius ego succidi. & bibi aquas alienas. & siccaui uestigiis
pedum meorum omnes aquas clausas. Numquid non audisti quid
ab initio fecerim? Ex diebus antiquis plasmaui illud. et nunc
adduxi. eruntque in ruinam collium pugnantium ciuitates
munite. & qui sedent in eis humiles manu. contremuerunt
& confusi sunt. Facti sunt quasi fenum agri & uirens
herba tectorum. que arefacta est antequam ueniret ad maturi-
tatem. Habitaculum tuum & egressum tuum. & introitum
tuum. & uiam tuam ego presciui. & furorem tuum contra me.
Insanisti in me. & superbia tua ascendit in aures meas.
Ponam itaque circulum in naribus tuis. & chamum in labiis
tuis. & reducam te in uiam per quam uenisti. Tibi autem ezechia
hoc erit signum. Comede hoc anno que reppereris. in
secundo autem anno que sponte nascuntur. Porro anno tercio
seminate & metite. plantate uineas. & comedite fru-
ctum earum. Et quodcumque reliquum fuerit de domo
iuda mittet radicem deorsum. & faciet fructum sursum.
De hierusalem quippe egredientur reliquie. & quod saluetur de
monte syon. Zelus domini exercituum faciet hoc.
Quamobrem hec dicit dominus de rege assyriorum. Non
ingredietur urbem hanc. nec mittet in eam sagittam. nec
occupabit eam clypeus. nec circumdabit eam munitio.
Per uiam qua uenit reuertetur. & ciuitatem hanc non ingredietur
dicit dominus. Protegam urbem hanc. & saluabo eam
propter me. & propter dauid seruum meum. Factum est igitur in
nocte illa uenit angelus domini & percussit castra assyriorum
centum octoginta quinque milia. Cumque diluculo surrexis-
set. uidit omnia corpora mortuorum. & recedens abiit. Et
reuersus est sennacherib rex assyriorum & mansit in niniue.
Cumque adoraret in templo nesrach deum suum. adramme-
lech & sarasar filii eius percusserunt eum gladio. fugeruntque
in terram armeniorum. & regnauit asaraddon filius eius pro eo.
In diebus illis egrotauit ezechias usque ad mortem. & uenit
ad eum ysaias filius amos propheta dixitque ei. Hec dicit dominus.
Dispone domui tue. morieris enim & non uiues. Qui conuer-
tit faciem suam ad parietem. & orauit dominum dicens. Ob-
secro domine memento quomodo ambulauerim coram te
in ueritate & in corde perfecto. & quod placitum est coram te
fecerim. Fleuit itaque ezechias fletu magno. & antequam
egrederetur ysaias mediam partem atrii. factus est sermo
domini ad eum dicens. Reuertere & dic ezechie duci po-
puli mei. Hec dicit dominus deus dauid patris tui. Audiui
orationem tuam. & uidi lacrimam tuam. & ecce sanaui te.
Die tercio ascendes templum domini. & addam diebus tuis
quindecim annos. Sed & de manu regis assyriorum libe-
rabo te & ciuitatem hanc. & protegam urbem istam propter
me & propter dauid seruum meum. Dixitque ysaias. Affer-
te massam ficorum. Quam cum attulissent & posuissent
super ulcus eius. curatus est. Dixit autem ezechias ad ysaiam.
Quod erit signum quia dominus me sanabit. & quia ascen-
surus sum die tercio templum domini? Cui ait ysaias.
Hoc erit signum a domino quod facturus sit dominus ser-
monem quem locutus est. Uis ut ascendat umbra decem
lineis. an ut reuertatur totidem gradibus? Et ait ezechias.
Facile est umbram crescere decem lineis. nec hoc uolo ut
fiat. sed ut reuertatur retrorsum decem gradibus. Inuocauit
itaque ysaias propheta dominum & reduxit umbram per lineas
quibus iam descenderat in horologium achaz retrorsum
decem gradibus.
In tempore illo misit berodach baladan filius baladan
rex babiloniorum litteras & munera ad ezechiam. audie-
rat enim quod egrotasset ezechias. Letatus est autem in ad-
uentu eorum ezechias. & ostendit eis domum aromatum. et
aurum. & argentum. & pigmenta uaria. unguenta
quoque & domum uasorum suorum. & omnia que habere poterat
in thesauris suis. non fuit quod non monstraret eis ezechias
in domo sua. & in omni potestate sua. Uenit autem ysaias
propheta ad regem ezechiam dixitque ei. Quid dixerunt uiri
isti. aut unde uenerunt ad te? Cui ait ezechias.
De terra longinqua uenerunt ad me: de babilone. At
ille respondit. Quid uiderunt in domo tua? Ait eze-
chias. Omnia quecumque sunt in domo mea uiderunt.
nichil est quod non monstrauerim eis in thesauris meis.
Dixit itaque ysaias ezechie. Audi sermonem domini.
Ecce dies uenient & auferentur omnia que sunt in domo
tua. & que condiderunt patres tui usque in diem hanc
in babilonem. non remanebit quicquam ait dominus.
Sed & de filiis tuis qui egredientur ex te quos generabis
tollentur. & erunt eunuchi in palacio regis babilonis.
Dixit ezechias ad ysaiam. Bonus sermo domini
quem locutus est. fiat tantum pax & ueritas
in diebus meis. Reliqua autem sermonum ezechie et omnis
fortitudo eius. & quomodo fecit piscinam & aque-
ductum. & introduxit aquas in ciuitatem. nonne hec
scripta sunt in libro uerborum dierum regum iuda?
Dormiuitque ezechias cum patribus suis. & regnauit
manasses filius eius pro eo.
Duodecim annorum erat manasses quando regnare cepisset:
& quinquaginta quinque annis regnauit in hierusalem.
nomen matris eius apsiba. Fecitque malum in conspectu
domini iuxta ydola gentium que deleuit dominus a
facie filiorum israel. Conuersusque est & edificauit excelsa
que dissipauerat ezechias pater eius. & erexit aras
baal. & fecit lucos sicut fecerat achab rex israel. & adora-
uit omnem miliciam celi & coluit eam. Extruxitque aras
in domo domini de qua dixit dominus in hierusalem ponam
nomen meum. & extruxit altaria uniuerse milicie celi. in du-
obus atriis templi domini. & transduxit filium suum
per ignem. & ariolatus est. & obseruauit auguria. &
fecit phitones. & aruspices multiplicauit ut faceret
malum coram domino. & irritaret eum. Posuit quoque
ydolum luci quod fecerat in templo domini. super quo
locutus est dominus ad dauid. & ad salomonem filium eius
dicens. In templo hoc & in hierusalem quam elegi de cunctis
tribubus israhel ponam nomen meum in sempiternum
& ultra non faciam commoueri pedem israel de terra
quam dedi patribus eorum. sic tamen si custodierint omnia
opera que precepi eis. & uniuersam legem quam mandauit
eis seruus meus moyses. Illi uero non audierunt sed
80. seducti sunt a manasse ut facerent malum super gentes
quas contriuit dominus a facie filiorum israel. Locutusque
est dominus in manu seruorum suorum prophetarum dicens. Quia
fecit manasses rex iuda abhominationes istas pessimas
super omnia que fecerunt amorrei ante eum. & peccare
fecit etiam iudam in inmundiciis suis. Propterea hec dicit
dominus deus israel. Ecce ego inducam mala super hierusalem
& iudam. ut quicumque audierit tinniant ambe aures
eius. Et extendam super hierusalem funiculum samarie et
pondus domus achab. & delebo hierusalem sicut deleri solent
tabule. Delens uertam & ducam crebrius stilum super
faciem eius. Dimittam uero reliquias hereditatis mee. & tra-
dam eas in manus inimicorum eius. eruntque in uastitatem & in
rapinam cunctis aduersariis suis. eo quod fecerint malum coram
me: & perseuerauerint irritantes me ex die qua egressi sunt
patres eorum ex egypto usque in diem hanc. Insuper & sangui-
nem innoxium fudit manasses multum nimis. donec imple-
ret hierusalem usque ad os. absque peccatis suis quibus peccare
fecit iudam ut faceret malum coram domino. Reliqua autem
uerborum manasse & uniuersa que fecit & peccatum eius quod
peccauit. nonne hec scripta sunt in libro uerborum dierum
regum iuda? Dormiuitque manasses cum patribus suis
& sepultus est in horto domus sue. & regnauit amon
filius eius pro eo.
Uiginti & duorum annorum erat ammon cum regnare cepisset. &
duobus annis regnauit in hierusalem. nomen matris eius mesalemeth
filia arus de getheba. Fecitque malum in conspectu domini.
sicut fecerat manasses pater eius. & ambulauit in omni uia per
quam ambulauit pater eius. Seruiuitque inmundiciis quibus
seruierat pater suus. & adorauit eas. & dereliquit dominum
deum patrum suorum & non ambulauit in uia domini. Tetende-
runtque ei insidias serui sui. & interfecerunt regem in domo sua.
Percussit autem populus terre omnes qui coniurauerant contra regem ammon

& constituerunt sibi regem Iosiam filium eius pro eo. Reliqua autem sermonum Amnon que fecit, nonne hec scripta sunt in libro verborum dierum regum Iuda? Dormivitque cum patribus suis, et sepelierunt eum in sepulchro suo in horto Aza. Et regnavit Iosias filius eius pro eo. Octo annorum erat Iosias cum regnare coepisset, et xxx^a uno anno regnavit in Hierusalem. Nomen matris eius Idida filia Fadaye de Besachat. Fecitque quod placitum erat coram Domino, et ambulavit per omnes vias David patris sui; non declinavit ad dexteram sive ad sinistram.

Anno autem octavo decimo regis Iosie misit rex Saphan filium Asla filii Messulam scribam templi Domini, dicens: Vade ad Helciam sacerdotem magnum, ut confletur pecunia que illata est in templum Domini, quam collegerunt ianitores a populo, deturque fabris per prepositos domus Domini; qui et distribuant eam his qui operantur in templo Domini ad instaurandas sartatecta templi, tignariis videlicet et cementariis, et his qui interrupta componunt, et ut emantur ligna et lapides de lapidicinis ad instaurandum templum Domini. Verumtamen non supputetur eis argentum quod accipiunt, sed in potestate habeant et in fide. Dixit autem Helcias pontifex ad Saphan scribam: Librum legis repperi in domo Domini. Deditque Helcias volumen Saphan, qui et legit illud. Venit quoque Saphan scriba ad regem, et renuntiavit ei quod preceperat, et ait: Conflaverunt servi tui pecuniam que reperta est in domo Domini, et dederunt ut distribueretur fabris a prefectis operum templi Domini. Narravitque Saphan scriba regi dicens: Librum dedit mihi Helcias sacerdos. Quem cum legisset Saphan coram rege, et audisset rex verba legis Domini, scidit vestimenta sua, et precepit Helcie sacerdoti et Aicham filio Saphan, et Achobor filio Micha, et Saphan scribe, et Asie servo regis, dicens: Ite et consulite Dominum super me et super populo et super omni Iuda de verbis voluminis istius quod inventum est. Magna enim ira Domini succensa est contra nos, quia non audierunt patres nostri verba libri huius, ut facerent omne quod scriptum est nobis. Ierunt itaque Helcias sacerdos et Aicham et Achobor et Saphan et Asia ad Oldam prophetissam uxorem Sellum filii Thecue filii Araas custodis vestium, que habitabat in Hierusalem in secunda, locutique sunt ad eam. Et illa respondit eis: Hec dicit Dominus Deus Israel: Dicite viro qui misit vos ad me: Hec dicit Dominus: Ecce ego adducam mala super locum hunc et super habitatores eius, omnia verba legis que legit rex Iuda, quia dereliquerunt me et sacrificaverunt diis alienis, irritantes me in cunctis operibus manuum suarum, et succendetur indignatio mea in loco hoc et non extinguetur. Regi autem Iuda qui misit vos ut consuleretis Dominum, sic dicetis: Hec dicit Dominus Deus Israel: Pro eo quod audisti verba voluminis, et perterritum est cor tuum, et humiliatus es coram Domino, auditis sermonibus contra locum istum et habitatores eius, quod videlicet fierent in stuporem et in maledictum, et scidisti vestimenta tua et flevisti coram me, et ego audivi, ait Dominus. Idcirco colligam te ad patres tuos, et colligeris ad sepulchrum tuum in pace, ut non videant oculi tui mala que inducturus sum super locum istum. Et renuntiaverunt regi quod dixerat. Qui misit, et congregati sunt ad eum omnes senes Iuda et Hierusalem. Ascenditque rex templum Domini, et omnes viri Iuda universique qui habitabant in Hierusalem cum eo, sacerdotes et prophete et omnis populus a parvo usque ad magnum; legitque cunctis audientibus omnia verba libri federis qui inventus est in domo Domini. Stetitque rex super gradum, et percussit fedus coram Domino ut ambularent post Dominum et custodirent precepta eius et testimonia et cerimonias in omni corde et in tota anima, et suscitarent verba federis huius que scripta erant in libro illo. Adquievitque populus pacto. Et precepit rex Helcie pontifici et sacerdotibus secundi ordinis et ianitoribus ut proicerent de templo Domini omnia vasa que facta fuerant Baal et in luco et universe militie celi; et conbussit ea foris Hierusalem in convalle Cedron, et tulit pulverem eorum in Bethel. Et delevit aruspices quos posuerant reges Iuda ad sacrificandum in excelsis per civitates Iuda et in circuitu Hierusalem, et eos qui adolebant incensum Baal et soli et lune et xii signis et omni militie celi. Et efferri fecit lucum de domo Domini foras Hierusalem in valle Cedron, et conbussit eum ibi et redegit in pulverem, et proiecit super sepulchra vulgi. Destruxitque ediculas effeminatorum que erant in domo Domini, pro quibus mulieres texebant quasi domunculas luci. Congregavitque sacerdotes de civitatibus Iuda, et contaminavit excelsa ubi sacrificabant sacerdotes, de Gabaa usque Bersabee. Et destruxit aras portarum in introitu ostii Iosue principis civitatis, quod erat ad sinistram porte civitatis. Verumtamen non ascendebant sacerdotes excelsorum ad altare Domini in Hierusalem, sed tantum comedebant azima in medio fratrum suorum. Contaminavit quoque Thofeth, quod est in convalle filii Ennom, ut nemo consecraret filium suum aut filiam per ignem Moloch. Abstulit quoque equos quos dederant reges Iude soli in introitu templi Domini iuxta exedram Nathanmelech eunuchi, qui erat in Farurim; currus autem solis conbussit igni. Altaria quoque que erant super tecta cenaculi Achaz, que fecerant reges Iuda, et altaria que fecerat Manasses in duobus atriis templi Domini destruxit rex, et cucurrit inde, et dispersit cinerem eorum in torrentem Cedron. Excelsa quoque que erant in Hierusalem ad dexteram partem montis Offensionis, que edificaverat Salomon rex Israel Astaroth idolo Sidoniorum, et Chamos offensioni Moab, et Melcham abhominationi filiorum Ammon, polluit rex. Et contrivit statuas et succidit lucos, replevitque loca eorum ossibus mortuorum. Insuper et altare quod erat in Bethel, et excelsum quod fecerat Hieroboam filius Nabath qui peccare fecit Israel, et altare illud et excelsum destruxit atque conbussit et comminuit in pulverem, succenditque etiam lucum. Et conversus Iosias vidit ibi sepulchra que erant in monte; misitque et tulit ossa de sepulchris, et conbussit ea super altare, et polluit illud iuxta verbum Domini quod locutus est vir Dei qui predixerat verba hec. Et ait: Quis est titulus iste quem video? Responderuntque ei cives illius urbis: Sepulchrum est hominis Dei qui venit de Iuda et predixit verba hec que fecisti super altare Bethel. Et ait: Dimittite eum, nemo commoveat ossa eius. Et intacta manserunt ossa illius cum ossibus prophete qui venerat de Samaria. Insuper et omnia fana excelsorum que erant in civitatibus Samarie, que fecerant reges Israel ad irritandum Dominum, abstulit Iosias, et fecit eis secundum omnia opera que fecerat in Bethel. Et occidit universos sacerdotes excelsorum qui erant ibi super altaria, et conbussit ossa humana super ea; reversusque est in Hierusalem. Et precepit omni populo dicens: Facite phase Domino Deo vestro secundum quod scriptum est in libro federis huius. Nec enim factum est phase tale a diebus iudicum qui iudicaverunt Israel et omnium dierum regum Israel et regum Iuda, sicut in xviii anno regis Iosie factum est phase istud Domino in Hierusalem. Sed et phitones et ariolos et figuras ydolorum et inmunditias abhominationesque que fuerant in terra Iuda et Hierusalem abstulit Iosias, ut statueret verba legis que scripta sunt in libro quem invenit Helcias sacerdos in templo Domini. Similis illi non fuit ante eum rex qui converteretur ad Dominum in toto corde suo et in tota anima sua et in universa virtute sua iuxta omnem legem Moysi, neque post eum surrexit similis illi. Verumtamen non est aversus Dominus ab ira furoris sui magni, quo iratus est furor eius contra Iudam, propter irritationes quibus provocaverat eum Manasses. Dixit itaque Dominus: Etiam Iudam auferam a facie mea, sicut abstuli Israel, et proiciam civitatem hanc quam elegi Hierusalem, et domum de qua dixi: Erit nomen meum ibi. Reliqua autem verborum Iosie et universa que fecit, nonne hec scripta sunt in libro verborum dierum regum Iuda? In diebus illis ascendit Pharao Nechao rex Egypti contra regem Assyriorum ad flumen Eufraten; et abiit rex Iosias in occursum eius, et occisus est in Mageddo. Et portaverunt eum servi sui mortuum de Mageddo et pertulerunt in Hierusalem, et sepelierunt eum in sepulchro suo.

Tulitque populus terre Ioachaz filium Iosie, et unxerunt eum, et constituerunt eum regem pro patre suo. Viginti trium annorum erat Ioachaz cum regnare coepisset, et tribus mensibus regnavit in Hierusalem. Nomen matris eius Amithal filia Hieremie de Lobna. Et fecit malum coram Domino iuxta omnia que fecerant patres eius. Vinxitque eum Pharao Nechao in Rebla, que est in terra Emath, ne regnaret in Hierusalem; et inposuit mulctam terre centum talentis argenti et talento auri. Regemque constituit Pharao Nechao Eliachim filium Iosie pro Iosia patre eius, vertitque nomen eius Ioachim. Porro Ioachaz tulit et duxit in Egyptum. Argentum autem et aurum dedit Ioachim Pharaoni, cum indixisset terre per singulos, ut conferretur iuxta preceptum Pharaonis; et unumquemque secundum vires suas exegit, tam argentum quam aurum de populo terre, ut daret Pharaoni Nechao.

Viginti quinque annorum erat Ioachim cum regnare coepisset, et xi annis regnavit in Hierusalem. Nomen matris eius Zebida filia Fadaye de Ruma. Et fecit malum coram Domino iuxta omnia que fecerant patres eius.

In diebus illius ascendit Nabuchodonosor rex Babilonis, et factus est ei Ioachim servus tribus annis; et rursum rebellavit contra eum. Inmisitque ei Dominus latrunculos Chaldeorum et latrunculos Syrie et latrunculos Moab et latrunculos filiorum Ammon, et inmisit eos in Iudam ut disperderent eum, iuxta verbum Domini quod locutus fuerat per servos suos prophetas. Factum est autem hoc per verbum Domini contra Iudam, ut auferret eum coram se propter peccata Manasse universa que fecit, et propter sanguinem innoxium quem effudit, et implevit Hierusalem cruore innocentium; et ob hanc rem noluit Dominus propitiari. Reliqua autem sermonum Ioachim et universa que fecit, nonne hec scripta sunt in libro verborum dierum regum Iuda? Et dormivit Ioachim cum patribus suis, et regnavit Ioachin filius eius pro eo. Et ultra non addidit rex Egypti ut egrederetur de terra sua; tulerat enim rex Babilonis a rivo Egypti usque ad flumen Eufraten omnia que fuerant regis Egypti.

Decem et viii annorum erat Ioachin cum regnare coepisset, et tribus mensibus regnavit in Hierusalem. Nomen matris eius Naestha filia Elnathan de Hierusalem. Et fecit malum coram Domino iuxta omnia que fecerat pater eius. In tempore illo ascenderunt servi Nabuchodonosor regis Babilonis in Hierusalem, et circumdata est urbs munitionibus. Venitque Nabuchodonosor rex Babilonis ad civitatem cum servi eius obpugnarent eam. Egressusque est Ioachin rex Iuda ad regem Babilonis, ipse et mater eius et servi eius et principes eius et eunuchi eius; et suscepit eum rex Babilonis anno octavo regni sui. Et protulit inde omnes thesauros domus Domini et thesauros domus regie, et concidit omnia vasa aurea que fecerat Salomon rex Israel in templo Domini iuxta verbum Domini. Et transtulit omnem Hierusalem et universos principes et omnes fortes exercitus, x milia, in captivitatem, et omnem artificem et clusorem, nihilque relictum est exceptis pauperibus populi terre. Transtulit quoque Ioachin in Babilonem, et matrem regis et uxores regis et eunuchos eius; et iudices terre duxit in captivitatem de Hierusalem in Babilonem, et omnes viros robustos vii milia, et artifices et clusores mille, omnes viros fortes et bellatores; duxitque eos rex Babilonis captivos in Babilonem. Et constituit Mathaniam patruum eius pro eo, inposuitque nomen ei Sedechiam. Vicesimum et primum annum habebat etatis Sedechias cum regnare coepisset, et xi annis regnavit in Hierusalem. Nomen matris eius erat Amithal filia Hieremie de Lobna. Et fecit malum coram Domino iuxta omnia que fecerat Ioachim. Irascebatur enim Dominus contra Hierusalem et contra Iudam, donec proiceret eos a facie sua. Recessitque Sedechias a rege Babilonis.

Factum est autem anno nono regni eius, mense decimo, decima mensis, venit Nabuchodonosor rex Babilonis ipse et omnis exercitus eius in Hierusalem, et circumdederunt eam, et extruxerunt in circuitu eius munitiones. Et clausa est civitas atque vallata usque ad xi annum regis Sedechie, nona mensis. Prevaluitque fames in civitate, nec erat panis populo terre. Et interrupta est civitas, et omnes viri bellatores nocte fugerunt per viam porte que est inter duplicem murum ad hortum regis, porro Chaldei obsidebant in circuitu civitatem. Fugit itaque Sedechias per viam que ducit ad campestria solitudinis; et persecutus est exercitus Chaldeorum regem, conprehenditque eum in planitie Hiericho; et omnes bellatores qui erant cum eo dispersi sunt et reliquerunt eum. Adprehensum ergo regem duxerunt ad regem Babilonis in Reblatha, qui locutus est cum eo iudicium. Filios autem Sedechie occidit coram eo, et oculos eius effodit, vinxitque eum catenis, et adduxit in Babilonem. Mense quinto, vii die mensis, ipse est annus nonus decimus regis Babilonis, venit Nabuzardan princeps exercitus servus regis Babilonis in Hierusalem, et succendit domum Domini et domum regis et domus Hierusalem, omnemque domum conbussit igni. Et muros Hierusalem in circuitu destruxit omnis exercitus Chaldeorum qui erat cum principe militum. Reliquam autem populi partem que remanserat in civitate, et perfugas qui transfugerant ad regem Babilonis, et reliquum vulgus, transtulit Nabuzardan princeps militie. Et de pauperibus terre reliquit vinitores et agricolas. Columnas autem ereas que erant in templo Domini, et bases, et mare ereum quod erat in domo Domini, confregerunt Chaldei, et transtulerunt es omne in Babilonem. Ollas quoque ereas et trullas et tridentes et sciphos et mortariola et omnia vasa erea in quibus ministrabant tulerunt; necnon et thuribula et fialas, que aurea aurea, et que argentea argentea, tulit princeps militie, id est columnas duas, mare unum, et bases quas fecerat Salomon in templo Domini. Non erat pondus eris omnium vasorum.

Reliquum require in volumine Hieremie ante verba Baruch.

INCIPIT PREFACIO EVSEBII HIERONIMI AD SOFRONIVM DISCIPVLVM IN LIBRO PSALMORVM QVOD DICITVR NABLVM

SCIO QVOSDAM PVTARE PSALTERIVM in quinque libros esse divisum, ut ubicumque apud septuaginta scriptum est genoito genoito, id est fiat fiat, finis librorum sit, pro quo in hebreo legitur amen amen. Nos autem hebreorum auctoritatem secuti, et maxime apostolorum qui semper in novo testamento psalmorum librum nominant, unum volumen asserimus. Psalmos quoque omnis eorum testantur auctorum, qui ponuntur in titulis. David scilicet et asaph et ydithun filiorum chore, eman ezrahite, moysi et salomonis et reliquorum quos esdras uno volumine comprehendit. Si enim amen fideliter pro quo aquila transtulit pepistomenos in fine tantum librorum ponitur, et non dum aut in exordio aut in calce sermonis sive sententie. Numquam et salvator in evangelio loqueretur amen amen dico vobis. Et pauli epistole in medio illud opere continerent. Moyses quoque et hieremias et ceteri in hunc modum multos haberent libros qui in mediis voluminibus suis amen frequenter interserunt. Sed et numerus viginti duorum hebreorum librorum et misteriorum eiusdem numeri commutabitur. Nam et titulus ipse hebraicus sephartallim, quod interpretatur volumen ymnorum, apostolice auctoritati congruens, non plures libros sed unum volumen ostendit. Quia igitur nuper cum hebreo disputans, que dominus pro domino salvatore de psalmis testimonia protulisti, volensque illud eludere, per sermones pene singulos asserebat non ita haberi in hebreo, ut tu de septuaginta interpretibus opponebas. Studiosissime postulasti ut post aquilam simachum et theodotionem novam editionem latino sermone transferre. Aiebas enim te magis interpretum varietate turbari. Et amore quo laboras vel translatione vel iudicio meo esse contentum. Unde impulsus a te, cui et que non possum negare, rursum me obtrectatorum latratibus tradidi, maluique te vires potius meas quam voluntatem in amicitia querere. Certe confidenter dicam, et multos huius operis testes suscitabo, me nichil dumtaxat scientem de hebraica veritate mutasse. Sicubi ergo editio mea a veteribus discrepaverit, interroga quemlibet hebreorum et liquido pervidebis me ab emulis frustra lacerari, qui malunt contempnere videri preclara quam discere perversissimi homines. Nam cum semper novas expectant voluptates et gule eorum vicina maria non sufficiunt, cur in solo studio scripturarum veteri sapore contenti sunt? Nec hoc dico quo predecessores meos mordeam, aut quicquam de his arbitrer detrahendum, quorum translationem diligentissime emendatam olim mee lingue hominibus dederim. Sed quod aliud sit in ecclesiis Christo credentium psalmos legere, aliud iudeis singula verba calumpniantibus respondere. Quod opusculum meum si in grecum, ut polliceris, transtuleris ΑΝΤΙ ΙΤΟΝ ΙΡΗΤΟΓΑΝ ΥΠΟ ΤΟΝ ΥΗ et imperitie mee doctissimos quoque testes facere, dicam tibi illud oratianum: in silvam ne ligna feras. Nisi quod habeo solamen, si in labore communi intelligam michi et laudem et vituperationem valere in domino ihesu et in commissis mee. Explicit prefacio.

[PRO]LOGVS.

IN hebreo libro psalmorum tituli sicut numeri adiecti sunt. Prologus. Descripti sunt omnes et divisi quidem quidam autem communica sed quidam autem divisi. Quippe primus et secundus communicat secundum iuxta hebreum. Et iterum sexagesimus septimus communicet est apud nos in hebraico autem parati sunt in duos. In quinque autem libros dividunt hebrei psalmorum libros. Quorum quidem primum a beatus vir usque ad finem quadragesimi. Secundum autem quemadmodum desiderat cervus ad fontes aquarum usque ad septuagesimi finem. Tercium vero quam bonus israel usque ad octogesimum octavum. Quartum autem domine refugium factus es usque ad centesimum quintum. Quintum vero confitemini domino usque ad novissimum. Observandum autem quia non secundum hystorias que temporum psalmorum compositus sit ordo. Commutat est vero minus multum temporibus sicut liber regnorum declarat. Multa enim ydolorum cultura obprimentis iudeorum gente oblivione inferebat paternarum scripturarum, ut nec pareret liber moysi legis, neque memoria patrum pietatis salva haberetur apud eos. Sic ergo et prophetas interfecerunt redarguentes illorum impietates, et horum causa primum assyriorum tradita sunt captivitati. Nichil ergo mirabile sub huiusmodi constitutione, et que inlata sunt in libro psalmorum deciderunt oblivioni longis tradita temporibus. Post hec autem sive esdram sive quendam virum prophetarum circa congregationem eorum festinasse cum ceteris, et librum psalmorum coadunasse, non liquide invenientes omnes, sed per varia tempora. Taxare autem in primis qui priores inventi sunt, propter quod nec ipsi ut david in ordine iacere omnes. Deinde autem et filiorum chore, et asaph et salomonis, et moysi, et ethan, et eman, et ydithun. Item vero ipsius david invenientes mixtim in libro textatos, non secundum quibus dicti sunt temporibus, sed quibus inventi. Hinc etiam provenit ut qui temporibus erant novissimi, et qui temporibus erant primi, postea inventi secundo ordinarentur loco. Ipsum autem invenies factum et in prophetis. Libri psalmorum hec est divisio, ipsorum sic certa scribentium diligentissima exempla priorum, et ipsum hebraicum continent per se sonare. Quorum sunt psalmi sine inscriptione xvii. Suprascripti c.xxx.iii. Suprascriptorum divisio. Ipsi david lxxii. Filiis chore xi. Asaph xii. Ethan i. Eman i. et Moysi i. Salomonis ii. Sine nomine xvii. Alleluia ci. xvii. Pro torcularibus iii. Graduum xv. Sunt autem sine nomine qui tantum supscriptiones quidem habent, non tamen significant cuius sint, xvii. Simul cl. Non sic accipiat quis, quia omnes sint psalmi david sed aliorum prophetarum ad psallendam prophetarum. Propter quod hec omnis scriptura, quia apud hebreos psalterii nomen est ipsius david supra scribitur, sed individue liber psalmorum nominatur. Sicut dicebat quidam, quia exametro sicut scriptum est canticum deuteronomii apud hebreos trimetro vero et tetrametro scripti sunt psalmi versu. Ergo qui apud hebreos alii sunt qui apud nos ipsi david iii. iiii. v. vii. viii. viiii. x. xi. xii. xiii. xiiii. xv. xvi. xvii. xviii. xviiii. xx. xxi. xxii. xxiii. xxiiii. xxv. xxvi. xxvii. xxviii. xxviiii. xxx. xxxi. xxxii. xxxiii. xxxiiii. xxxv. xxxvi. xxxvii. xxxviii. xxxviiii. xl. xli. xlii. xliii. xliiii. xlv. xlvi. xlvii. xlviii. xlviiii. cii. cvii. cviii. cxxxi. cxxxiii. cxxxvi. cxxxvii. cxxxviii. cxxxviiii. cxl. cxli. cxlii. cxliii. cxliiii. simul lxxii. Non suprascripti, primus vero xxxii. xlii. lxxx. c. cxii. cxiii. cxiiii. cxv. cxvi. cxvii. cxviii. ciii. cxv. cxxxvi. cxlvii. simul xvii. Filiis chore xli. xliii. xliiii. xlv. xlvi. xlvii. xlviii. xlviiii. lxxxiiii. lxxxiiii. lxxxvi. lxxxviii. simul xi. Sine nomine qui tantum suprascriptiones habent non tamen significant cuius sint: lxv. lxvi. xli. xcviii. ci. cxviii. cxx. cxxii. cxxiiii. cxxv. cxxvii. cxxviii. cxxxviiii. cxxxxi. cxxxxii. simul cum xvii. Alleluia ci. ciiii. cv. cvi. cx. cxi. cxii. cxiii. cxiiii. cxvi. cxvii. cxxxiiii. cxxxv. cxlv. cxlvi. cxlvii. cxlviii. cl. simul xvii. Ethan lxxxviii. Salomonis lxxi. cxxvi. Asaph xlviiii. lxxii. lxxiii. lxxiiii. lxxv. lxxvi. lxxvii. lxxviii. lxxviiii. lxxx. lxxxi. lxxxii. simul xii. Moysi lxxxviii. Sunt omnes simul psalmi cl. Pro torcularibus iii. et graduum xv. Pro nominibus positi sunt extra cl non sunt. In quibus psalmis in suprascriptionibus eorum obulus iacet, hec pene solos lxx inferunt. Neque vero apud ceteros inveniuntur asteriscis obulus. Contra adiacentia in hebraico et apud ceteros non sunt inventa penes lxx et theodotionem adiecimus cum asteriscis. Quanta vero apud memoratos lxx aut theodotionem invenimus, neque ante in hebraico, neque apud ceteros obolos supposuimus. De supradictis vero quia secundum quandam dispensationem lxx interpretati sunt. De morte filii. Pro occultis filii. Sicut ergo eduxit prius terra quadrupedia, et que ex ea generata sunt, et sicut quedam parte locum primum, sic ante salvatoris adventum dispensata est interpretatio scripturarum propter ptholomeum, et cum interpretate sunt sub apostolis, quoniam erat impossibile propter infidelitatem de Christo prophetari novum. Confitebor tibi in toto corde meo, pro eo quod gratias ago. Narrabo omnia mirabilia tua. Moyses non omnia erat possibilis narrare, sed ex parte ea mirabilia que in egypto. Christus autem et que super celestia, in avertendo inimicum meum retrorsum. Diabolus erat inimicus qui humanum genus obtinebat. Increpasti gentes periit impius diabolus. Quomodo annunciem laudes tuas in portis filie syon. Civitati dividentes celestis hierusalem filii syon lxxviii. Domine refugium factus es nobis in generatione et generationem. Refugium secundum generationem fuit enoch in die abraham et reliqua terra habens apud se absconditos montes, novissime quando sic ea demonstravit aquarum secundum tempora terrarum de eiudante et demonstrati sunt montes, et dixisti convertimini filii hominum, de gentium vocatione, quia mille anni que fecit moysi mane sicut herba transeat que secundum david et salomonem vespere decidat. De consummationibus desolationum hierusalem hec moyses propheta in spe deuse. Principium psalmorum david secundum hystoriam que in libro regnorum continetur cxliii. Adversus goliath cum steterit lviii. cum misit saul et custodivit domum eius ut interficeret eum, lvi. cum fugeret a facie saul in speluncam, xxxiiii. cum venit ad achimelech sacerdotem et commutavit vultum suum coram abimelech rege et dimisit eum et abiit, cxli. cum fugit de geth, et venit in speluncam odollam li. Cum venit doech ydumeus et annunciavit saul et dixit ei venit david in domum abimelech, lxii. cum esset in deserto iudee, liii. Cum venerunt zifei et dixerunt sauli nonne ecce david absconditus est penes nos, lx. Quando tenuerunt eum allophili in geth, xxvi. Post mortem saul priusquam ungeretur in regem xlv. Cum domus edificata est post captivitatem et archa domini reducta est, xxviii. In consummatione tabernaculi in quo archa posita est, xxviiii. In dedicatione domus, lviii. Cum ioab percussisset mesopotamiam syrie et syriam sobe et valle salinarum, xxl. Cum venit ad eum nathan propheta et intravit ad bethsabee, iii. cum fugeret a facie absalon filii sui, vii. Pro verbis chusi filii gemini, cxlii. cum eum persequeretur absalon filius suus, xvii. In die qua liberavit eum dominus de manu omnium inimicorum suorum et de manu saul. Explicit prologus.

83

INCIPIT LIBER PSALMORVM

BEATVS VIR QVI NON ABIIT

Psalt

in consilio impiorum, et in uia peccatorum non stetit, et in cathedra derisorum non sedit. Sed in lege domini uoluntas eius, et in lege eius meditabitur die ac nocte. Et erit tamquam lignum quod transplantatum est iuxta riuos aquarum, quod fructum suum dabit in tempore suo. Et folium eius non defluet, et omne quod fecerit prosperabitur. Non sic impii, sed tamquam puluis quem proicit uentus. Propterea non resurgent impii in iudicio, neque peccatores in congregatione iustorum. Quoniam nouit dominus uiam iustorum, et iter peccatorum peribit.

Quare turbabuntur gentes, et tribus meditabuntur inania? Consurgent reges terrae, et principes tractabunt pariter aduersus dominum, et aduersus christum eius. Disrumpamus uincula eorum, et proiciamus a nobis laqueos eorum. Habitator caeli deridebit, dominus subsannabit eos. Tunc loquetur ad eos in ira sua, et in furore suo conturbabit eos. Ego autem orditus sum regem meum super Syon montem sanctum meum. Adnuntiabo dei praeceptum: dominus dixit ad me: filius meus es tu, ego hodie genui te. Postula a me et dabo tibi gentes hereditatem tuam, et possessionem tuam terminos terrae. Pasces eos in uirga ferrea, et ut uas figuli confringes eos. Nunc ergo reges intellegite, erudimini iudices terrae. Seruite domino in timore, et exultate in tremore. Adorate pure, ne forte irascatur et pereatis de uia. Cum exarserit post paululum furor eius, beati omnes qui sperant in eo.

Psalmus Dauid cum fugeret a facie Absalon filii sui.

Domine quare multiplicati sunt hostes mei, multi consurgunt aduersum me. Multi dicunt animae meae: non est salus huic in deo semper. Tu domine clypeus circa me, gloria mea et exaltans caput meum. Voce mea ad dominum clamabo, et exaudiuit me de monte sancto suo semper. Ego dormiui et soporatus sum et euigilaui, quia dominus sustentauit me. Non timebo milia populi qui circumdederunt me. Surge domine, saluum me fac deus meus, quia percussisti omnium inimicorum meorum maxillam, dentes impiorum confregisti. Domini est salus, et super populum tuum benedictio tua semper.

Victori in psalmis canticum Dauid.

Inuocantem me exaudi me deus iustitiae meae, in tribulatione dilatasti me. Miserere mei, et exaudi orationem meam. Filii uiri usquequo incliti mei ignominiose diligitis uanitatem, quaerentes mendacium semper? Et cognoscite quoniam mirabilem reddidit dominus sanctum suum, dominus exaudiet me cum clamauero ad eum. Irascimini et nolite peccare, loquimini in cordibus uestris super cubilia uestra, et tacete semper. Sacrificate sacrificium iustitiae, et fidite in domino. Multi dicunt: quis ostendit nobis bonum? Leua super nos lumen uultus tui domine. Dedisti laetitiam in corde meo, in tempore frumenti et uini eorum multiplicati sunt. In pace simul dormiam et requiescam, quia tu domine specialiter securum habitare fecisti me.

Victor super hereditatibus canticum Dauid.

Verba mea auribus percipe domine, intellege murmur meum. Adtende ad uocem clamoris mei, rex meus et deus meus, quia te deprecor. Domine mane audies uocem meam, mane praeparabor ad te et contemplabor. Quoniam non es deus uolens iniquitatem, nec habitabit iuxta te malignus. Non stabunt iniqui in conspectu oculorum tuorum. Odisti omnes operantes iniquitatem, perdes loquentes mendacium. Virum sanguinum et dolosum abhominabitur dominus, ego autem in multitudine misericordiae tuae introibo in domum tuam, adorabo in templo sancto tuo in timore tuo. Domine deduc me in iustitia tua propter insidiatores meos, dirige ante faciem tuam uiam meam. Non est enim in ore eorum rectum, interiora eorum insidiae. Sepulchrum patens guttur eorum, lingua sua lenificant. Condempna eos deus, decidant a consiliis suis. Iuxta multitudinem scelerum eorum expelle eos, quoniam prouocauerunt te. Et laetentur omnes qui sperant in te, in perpetuum laudabunt. Et proteges eos, et laetabuntur in te qui diligunt nomen tuum. Quia tu benedices iusto domine, ut scuto placabilitatis coronabis eum.

Victor in psalmis super octaua canticum Dauid.

Domine ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me. Miserere mei domine, quoniam conturbata sunt ossa mea. Et anima mea turbata est ualde, et tu domine usquequo? Conuertere domine, eripe animam meam, salua me propter misericordiam tuam. Quoniam non est in morte recordatio tui, in inferno quis confitebitur tibi? Laboraui in gemitu meo, natare faciam tota nocte lectum meum, lacrimis meis stratum meum rigabo. Caligauit prae amaritudine oculus meus, consumptus sum ab uniuersis hostibus meis. Recedite a me omnes qui operamini iniquitatem, quia exaudiuit dominus uocem fletus mei. Audiuit dominus deprecationem meam, dominus orationem meam suscepit. Confundantur et conturbentur uehementer omnes inimici mei, reuertantur et confundantur subito.

Pro ignoratione Dauid quod cecinit domino super uerba Aethiopis filii Gemini.

Domine deus meus in te speraui, salua me ab omnibus persequentibus et libera me. Ne forte capiat ut leo animam meam, lacerans et non sit qui eruat. Domine deus meus si feci istud, si est iniquitas in manibus meis. Si reddidi retribuentibus mihi malum, et dimisi hostes meos uacuos. Persequatur inimicus animam meam et adprehendat, et conculcet in terra uitam meam, et gloriam meam in puluere conlocet semper. Surge domine in furore tuo, eleuare in indignatione super hostes meos, et consurge ad me in iudicio quod mandasti. Et congregatio tribuum circumdabit te, et per eam in altum reuertere. Dominus iudicabit populos, iudica me domine secundum iustitiam meam, et secundum simplicitatem quae est in me. Consumetur malitia impiorum, et confirmetur iustus. Probator cordis et renum deus iustus. Clypeus meus in deo, qui saluat rectos corde. Deus iudex iustus et fortis, comminans tota die. Conuersus gladium suum acuet, arcum suum tetendit et parauit illum. Et in ipso parauit uasa mortis, sagittas suas ad comburendum operatus est. Ecce parturiit iniquitatem, et concepto dolore peperit mendacium. Lacum aperuit et effodit eum, et incidit in interitum quem operatus est. Reuertetur dolor suus in caput eius, et super uerticem eius iniquitas sua descendet. Confitebor domino secundum iustitiam eius, et psallam nomini domini altissimi.

Victori pro torcularibus psalmus Dauid.

Domine dominator noster, quam grande est nomen tuum in uniuersa terra, qui posuisti gloriam tuam super caelos. Ex ore infantium et lactantium fundasti laudem propter aduersarios tuos, ut quiescat inimicus et ultor. Videbo enim caelos tuos opera digitorum tuorum, lunam et stellas quae tu fundasti. Quid est homo quia recordaris eius, uel filius hominis quoniam uisitas eum? Minues eum paulominus a deo, gloria et decore coronabis eum. Dabis ei potestatem super opera manuum tuarum, cuncta posuisti sub pedibus eius. Oues et armenta omnia, insuper et animalia agri. Aues caeli et pisces maris, qui perambulant [illegible] maris. Domine dominator noster, quam grande est nomen tuum in uniuersa terra.

Victori super morte filii canticum Dauid.

Confitebor domino in toto corde meo, narrabo omnia mirabilia tua. Laetabor et exultabo in te, cantabo nomini tuo altissime. Cum ceciderint inimici mei retrorsum, et corruerint et perierint a facie tua. Fecisti enim iudicium meum et causam meam, sedisti super solium iudex iustitiae. Increpasti gentes, perdidisti impium, nomen eorum delesti in sempiternum et iugiter. Inimici completae sunt solitudines in finem, et ciuitates subuertisti, periit memoria eorum cum ipsis. Dominus autem in sempiternum sedebit, stabiliuit ad iudicandum solium suum. Et ipse iudicabit orbem in iustitia, iudicabit populos in aequitatibus. Et erit dominus eleuatio oppresso, eleuatio oportuna in angustia. Et confidant in te qui nouerunt nomen tuum, quoniam non dereliquisti quaerentes te domine. Cantate domino habitatori Syon, adnuntiate in populis cogitationes eius. Quoniam quaerens sanguinem eorum recordatus est, non est oblitus clamoris pauperum. Miserere mei domine, uide adflictionem meam de inimicis meis, qui exaltat me de portis mortis. Vt narrem omnes laudes tuas in portis filiae Syon, exultabo in salutari tuo. Demersae sunt gentes in interitum quem fecerunt, in rete quod absconderunt pes eorum. Agnitus est dominus iudicium faciens, in opere manuum suarum corruit impius. Sonitu sempiterno. Conuertantur impii in infernum, omnes gentes quae obliuiscuntur deum. Quoniam non in sempiternum obliuioni erit pauper, expectatio pauperum non peribit in perpetuum. Surge domine, non confortetur homo, iudicentur gentes ante faciem tuam. Pone domine terrorem eis, sciant gentes homines esse se. Quare domine stas a longe, despicis in temporibus angustiae? In superbia impii ardet pauper, capiantur in sceleribus quae cogitauerunt. Quia laudabit impius in desiderio animae suae, et auarus applaudens sibi blasphemauit dominum. Impius secundum altitudinem furoris sui non requiret, nec est deus in omnibus cogitationibus eius. Parturiunt uiae eius in omni tempore, longe sunt iudicia tua a facie eius, omnes inimicos suos despicit. Loquitur in corde suo: non mouebor in generatione et generationem ero sine malo. Maledictione os eius plenum est et dolis et auaritia, sub lingua eius dolor et iniquitas. Sedet insidians iuxta uestibula, in absconditis ut interficiat innocentem, oculi eius robustos tuos circumspiciunt. Insidiatur in abscondito quasi leo in cubili. Insidiatur ut rapiat pauperem, rapiet pauperem cum adtraxerit eum ad rete suum. Et confractum subiciet, et ruet in uiribus suis ualenter. Dixit in corde suo: oblitus est deus, abscondit faciem suam, non respiciet in perpetuum. Surge domine, leua manum tuam, ne obliuiscaris pauperum. Quare blasphemat impius dominum, dicens in corde suo quod non requiras? Vides quoniam tu laborem et furorem respicis, ut detur in manu tua. Tibi relinquunt fortes tui, pupillo tu eris factus adiutor. Contere brachium impii et maligni, quaeres impietatem eius et non inuenies. Dominus rex saeculi et aeternitatis, perierunt gentes de terra eius. Desiderium pauperum audiuit dominus, praeparasti cor eorum ut audiat auris tua. Vt iudices pupillum et oppressum, et nequaquam ultra superbiat homo de terra.

Victori Dauid.

.x. In domino speraui, quomodo dicitis animae meae: transuola in montem sicut passer. Quia ecce inimici tetenderunt arcum, posuerunt sagittam suam super neruum, ut sagittent in abscondito rectos corde. Quia leges dissipatae sunt, iustus quid operatus est? Dominus in templo sancto suo, dominus in caelo thronus eius. Oculi eius uident, palpebrae eius probant filios hominum. Dominus iustum probat, impium autem et diligentem iniquitatem odit anima eius. Pluet super peccatores laqueos, ignis et sulphur et spiritus tempestatum pars calicis eorum. Quoniam iustus dominus iustitias dilexit, rectum uidebit facies eius.

Victori pro octaua canticum Dauid.

Salua me domine quoniam defecit sanctus, quoniam inminuti sunt fideles a filiis hominum. Frustra loquuntur unusquisque proximo suo, labium dolosum in corde et corde locuti sunt. Disperdat dominus omnia labia dolosa, linguam magniloquam. Qui dixerunt: linguam nostram roborabimus, labia nostra nobiscum sunt, quis dominus noster est? Propter uastitatem inopum et gemitum pauperum nunc consurgam, dicit dominus, ponam in salutari auxilium eorum. Eloquia domini eloquia munda, argentum igne probatum, separatum a terra, colatum septuplum. Tu domine custodies ea, seruabis nos a generatione hac in aeternum. In circuitu impii ambulant, cum exaltati fuerint uilissimi filii hominum.

Victori canticum Dauid.

Vsquequo domine obliuisceris me penitus, usquequo abscondes faciem tuam a me? Vsquequo ponam consilium in anima mea, dolorem in corde meo per diem? Vsquequo exaltabitur inimicus meus super me? Conuertere, exaudi me domine deus meus, illumina oculos meos ne umquam obdormiam in morte. Ne quando dicat inimicus meus: praeualui aduersus eum. Ego autem in misericordia tua confido, exultauit cor meum in salutari tuo, cantabo domino quod reddiderit mihi.

Victori Dauid.

Dixit stultus in corde suo: non est deus. Corrupti sunt et abhominabiles facti sunt in studiis, non est qui faciat bonum. Dominus de caelo prospexit super filios hominum, ut uideat si est intellegens aut requirens deum. Omnes recesserunt simul, conglutinati sunt, non est qui faciat bonum, non est usque ad unum. Nonne cognoscent omnes qui operantur iniquitatem, qui deuorant populum meum ut cibum panis? Dominum non inuocauerunt. Ibi trepidabunt formidine, quoniam dominus in generatione iusta est. Consilium pauperis confudistis, quia dominus spes eius est. Quis dabit ex Syon salutem Israhel, quando reduxerit dominus captiuitatem populi sui, exultabit Iacob et laetabitur Israhel.

Canticum Dauid.

Domine quis peregrinabitur in tabernaculo tuo, et quis habitabit in monte sancto tuo? Qui ingreditur sine macula, et operatur iustitiam, loquitur ueritatem in corde suo. Qui non est facilis in lingua sua, nec fecit amico suo malum, et opprobrium non sustinuit super uicino suo. Despicitur oculis eius improbus, timentes autem dominum glorificat, iurat ut se adfligat et non mutat. Pecuniam suam non dedit ad usuram, et munera aduersus innoxium non accepit. Qui facit haec non mouebitur in aeternum.

Humilis et simplicis.

Custodi me domine, quoniam speraui in te. Dicens domino: deus meus es tu, bene mihi non est sine te. Sanctis qui in terra sunt et magnificis, omnis uoluntas mea in eis. Multiplicabuntur idola eorum, post tergum sequentium. Non libabo libamina eorum de sanguine, neque adsumam nomina eorum in labiis meis. Dominus pars hereditatis meae et calicis mei, tu possessor sortis meae. Lineae ceciderunt mihi in pulcherrimis, et tu hereditas speciosissima mea est. Benedicam domino qui dedit consilium mihi, insuper et noctibus erudierunt me renes mei. Proponebam dominum in conspectu meo semper, quoniam a dextris est mihi ne commouear. Propterea laetatum est cor meum et exultauit gloria mea, et caro mea habitabit confidenter. Non enim derelinques animam meam in inferno, nec dabis sanctum tuum uidere corruptionem. Ostendes mihi semitas uitae, plenitudinem laetitiarum ante uultum tuum, decores in dextera tua aeternos.

Oratio Dauid.

Audi deus iustum, intende deprecationem meam. Auribus percipe orationem meam absque labiis mendacibus. De uultu tuo iudicium meum procedat, oculi tui uideant aequitates. Probasti cor meum et uisitasti nocte, conflasti me et non inuenisti cogitationes meas transire os meum in opera hominum. Propter uerbum labiorum tuorum ego obseruaui uias latronis. Sustenta gressus meos in callibus tuis, et non labentur uestigia mea. Ego inuocabo te quoniam exaudisti me deus, inclina aurem tuam, audi eloquium meum. Mirabilem fac misericordiam tuam, saluator sperantium a resistentibus dexterae tuae. Custodi me quasi pupillam oculi, in umbra alarum tuarum protege me a facie impiorum uastantium me. Inimici mei animam meam circumdederunt, adipe suo concluserunt, et ore locuti sunt superbe. Incedentes aduersum me nunc circumdederunt me, oculos suos posuerunt declinare in terram. Similitudo eius quasi leonis desiderantis

predam. & quasi catulus leonis sedens in absconditis. Surge domine preveni faciem eius. incurva eum. salva animam meam ab impio qui est gladius tuus. Viris manus tue domine qui mortui sunt in profundo quorum pars in vita. et quorum de absconditis tuis replesti ventrem. qui saturabuntur filiis & dimittent reliquias suas parvulis eorum. Ego in iusticia videbo faciem tuam. replebor cum evigilavero similitudine tua. ✝ victori servo domini david qui locutus est domino verba cantici huius in die qua liberavit eum dominus de manu omnium inimicorum suorum & de manu saul. & ait.

Diligam te domine fortitudo mea. dominus petra mea & refugium meum et salvator meus. Deus meus fortis meus. sperabo in eum. scutum meum et cornu salutis mee et susceptor meus. Laudatum invocabo dominum. & ab inimicis meis salvus ero. Circumdederunt me funes mortis. & torrentes diaboli terruerunt me. funes inferni circumdederunt me. prevenerunt me laquei mortis. In tribulatione invocabo dominum. & ad deum meum clamabo. & exaudiet de templo sancto suo vocem meam. & clamor meus ante faciem eius veniet in aures eius. Commota est & contremuit terra. & fundamenta montium concussa sunt & conquassata sunt quoniam iratus est. Ascendit fumus de furore eius. & ignis de ore eius devorans. carbones succensi sunt ab eo. Inclinavit celos & descendit. & caligo sub pedibus eius. Et ascendit super cherubin & volavit. volavit super pennas venti. Posuit tenebras latibulum suum in circuitu eius. tabernaculum eius. tenebrosas aquas in nubibus aeris. Pre fulgore in conspectu eius nubes transierunt. grando & carbones ignis. Intonuit de celis dominus. & altissimus dedit vocem suam. grando & carbones ignis. Et misit sagittas suas & dissipavit eos. fulgura multiplicavit & conturbavit eos. Et apparuerunt effusiones aquarum. & revelata sunt fundamenta orbis terre. Ab increpatione tua domine. ab inspiratione spiritus furoris tui. Misit de alto & accepit. & extraxit me de aquis multis. Liberavit me de inimicis meis potentissimis. & de his qui oderunt me. quoniam robustiores me erant. Prevenerunt me in die afflictionis mee. & factus est dominus firmamentum meum. Et eduxit me in latitudinem. liberavit me quoniam placui ei. Retribuet mihi dominus secundum iusticiam meam. & secundum munditiam manuum mearum reddet mihi. Quia custodivi vias domini. nec impie egi a deo meo. Omnia enim iudicia eius in conspectu meo. & precepta eius non amovi a me. Et fui immaculatus cum eo. & custodivi me ab iniquitate mea. Et retribuit mihi dominus secundum iusticiam meam. & secundum iusticiam manuum mearum in conspectu oculorum eius. Cum sancto sanctus eris. & cum viro innocente innocenter ages. Cum electo electus eris. & cum perverso perverteris. Quia tu populum pauperem salvabis. & oculos excelsos humiliabis. Quia tu illuminas lucernam meam domine. deus meus illuminabis tenebras meas. In te enim curro accinctus. in deo meo transiliam murum. Deus immaculata via eius. eloquium domini igne examinatum. scutum est omnium sperantium in se. Quis enim deus preter te domine. & quis fortis preter deum nostrum. Deus qui accingit me fortitudine. & posuit immaculatam viam meam. Coequans pedes meos cervis. & super excelsa statuens me. Docens manus meas ad prelium. et componens quasi arcum ereum brachia mea. Dedisti mihi clypeum salutis tue. & dextera tua confortavit me. & mansuetudo tua multiplicavit me. Dilatasti gressus meos subter me. & non defecerunt tali mei. Persequar inimicos meos & apprehendam. & non revertar donec consumam eos. Confringam eos & non poterunt surgere. cadent sub pedibus meis. Accinxisti me fortitudine ad prelium. incurvabis resistentes mihi subter me. Inimicorum meorum dedisti mihi dorsum. & odientes me disperdidisti. Clamabunt & non erit qui salvet. ad dominum & non exaudiet eos. Delebo eos ut pulverem ante faciem venti. ut lutum platearum conteram eos. Salvabis me a contradictionibus populi. pones me in caput gentium. Populus quem ignoravi serviet mihi. in auditione auris obaudiet mihi. filii alieni mentientur mihi. filii alieni defluent & contrahentur in angustiis suis. Vivit dominus & benedictus deus meus. & exaltabitur deus salutis mee. Deus qui das ultiones mihi. & congregans populos subter me. Qui servas me ab inimicis meis. & a resistentibus mihi. Elevas me a viro iniquo libera me. Propterea confitebor tibi in gentibus domine. & nomini tuo cantabo. Magnificanti salutes regis sui. & facienti misericordiam christo suo david. & semini eius usque in eternum. ✝ victori canticum david. ✝

Celi enarrant gloriam dei. & opus manuum eius annunciat firmamentum. Dies diei eructat verbum. & nox nocti indicat scientiam. Non est sermo & non sunt verba. quibus non audiatur vox eorum. In omnem terram exivit sonus eorum & in fines orbis verba eorum. soli posuit tabernaculum in eis. Et ipse tamquam sponsus procedens de thalamo suo. exultavit ut fortis ad currendam viam. A summitate celi egressus eius. & cursus eius usque ad summitatem illius. nec est qui se abscondat a calore eius. Lex domini immaculata convertens animas. testimonium domini fidele sapientiam prestans parvulis. Precepta domini recta. letificantia corda. Mandatum domini lucidum illuminans oculos. Timor domini mundus perseverans in seculum. iudicia domini vera iustificata in semet ipsis. Desiderabilia super aurum & lapidem preciosum multum. & dulciora super mel & favum redundantem. Unde & servus tuus docebitur ea. in custodiendis eis fructus multus. Errores quis intelligit. ab occultis munda me. Ab superbis quoque libera servum tuum. si non fuerint dominati mei. tunc immaculatus ero. & mundabor a delicto maximo. Sint placentes sermones oris mei. meditatio cordis mei in conspectu tuo. domine fortitudo mea et redemptor meus. ✝

victori canticum david. ✝

Exaudiat te dominus in die tribulationis. protegat te nomen dei iacob. Mittat tibi auxilium de sancto. & de syon roboret te. Memor sit omnis sacrificii tui. & holocaustum tuum pingue fiat semper. Det tibi secundum cor tuum. & omnem voluntatem tuam impleat. Laudabimus in salutari tuo. & in nomine domini dei nostri ducemus choros. impleat dominus omnes petitiones tuas. Nunc scio quoniam salvabit dominus christum suum. ✝ exaudiet eum de celo sancto suo. in fortitudine salus dextere eius. Hi in curribus & hi in equis. nos autem in nomine domini dei nostri recordabimur. Ipsi incurvati sunt & ceciderunt. nos autem surreximus & erecti sumus. Domine salva regem. exaudi nos in die qua invocaverimus te. ✝

victori canticum david. ✝

Domine in fortitudine tua letabitur rex. & in salutari tuo exultabit vehementer. Desiderium cordis eius dedisti ei. et voluntatem labiorum eius non fraudasti eum semper. Quoniam prevenies eum benedictionibus bonitatis. pones in capite eius coronam de lapide precioso. Vitam petiit & dedisti ei. longitudinem dierum in seculum & in eternum. Magna gloria eius in salutari tuo. gloriam & decorem impones super eum. Pones enim eum in benedictionem sempiternam. & exhilarabis eum leticia apud vultum tuum. Quia rex confidit in domino. & in misericordia excelsi non decipietur. Inveniet manus tua omnes inimicos tuos. & dextera tua inveniet odientes te. Pones eos ut clybanum ignis in tempore vultus tui. Dominus in furore suo precipitabit eos. & devorabit eos ignis. Fructum eorum de terra perdes. & semen eorum a filiis hominum. Quia declinaverunt super te malum. cogitaverunt scelus quod non potuerunt. Quia pones eos humerum. funes tuos firmabis. firmabis contra facies eorum. Exaltare domine in fortitudine tua. cantabimus et psallemus virtutes tuas. ✝ pro cervo matutino canticum david. ✝

Deus deus meus quare dereliquisti me. longe a salute mea verba rugitus mei. Deus meus clamabo per diem & non exaudies. & nocte & non est silentium mihi.

Et tu sancte habitator laus israhel. In te speraverunt patres nostri. confisi sunt & salvasti eos. Ad te clamaverunt & salvi facti sunt. in te confisi sunt et non sunt confusi. Ego autem sum vermis & non homo. obprobrium hominum & despectio plebis. Omnes videntes me subsannabant me. dimittebant labium movebant caput. Confugit ad dominum salvet eum. liberet eum quoniam vult eum. Tu autem propugnator meus ex utero. fiducia mea ab uberibus matris mee. In te proiectus sum ex vulva. de ventre matris mee deus meus es tu. Ne longe facias a me. quoniam tribulatio proxima est. quoniam non est adiutor. Circumdederunt me vituli multi. tauri pingues vallaverunt me. Aperuerunt super me os suum. sicut leo capiens & rugiens. Sicut aqua effusus sum. & separata sunt omnia ossa mea. Factum est cor meum sicut cera liquescens. in medio ventris mei. Aruit velut testa fortitudo mea. & lingua mea adhesit faucibus meis. & in pulverem mortis deduxisti me. Circumdederunt me venatores. consilium pessimorum vallavit me. Vinxerunt manus meas & pedes meos. dinumeravi omnia ossa mea. que ipsi respicientes viderunt me. Diviserunt vestimenta sibi. & super vestimentum meum miserunt sortem. Tu autem domine ne longe facias. fortitudo mea in auxilium meum festina. Erue a gladio animam meam. & de manu canis solitariam meam. Salva me ex ore leonis. & de cornibus unicornium exaudi me. Narrabo nomen tuum fratribus meis. in medio ecclesie laudabo te. Qui timetis dominum laudate eum. omne semen iacob glorificate eum. & metuat eum universum semen israhel. Quoniam non despexit neque contempsit modestiam pauperis. & cum clamaret ad eum exaudivit. Comedent mites & saturabuntur. laudabunt dominum querentes eum. vivet cor vestrum in sempiternum. Recordabuntur & convertentur ad dominum universi fines terre. & adorabunt coram te universe nationes gentium. Quia domini est regnum. & dominabitur gentium. Comederunt et adoraverunt omnes pingues terre. ante faciem eius curvabunt genu suum. omnes qui descendunt in pulverem. & anima eius non vivet. Semen serviet ei. narrabitur domino generatio seculi. Venient & annunciabunt iusticiam eius populo qui nascetur quem fecit dominus. ✝ canticum david. ✝

Dominus pascet me & nichil michi deerit. & in loco virentium ibi me collocabit. super aquas refectionis enutrivit me. Animam meam refecit. duxit me per semitas iusticie propter nomen suum. Sed & si ambulavero in valle mortis. non timebo malum quoniam tu mecum es. virga tua & baculus tuus. ipsa consolabuntur me. Pones coram me mensam. ex adverso hostium meorum. Impinguasti oleo caput meum. & calix meus inebrians. Sed et benignitas & misericordia subsequetur me. omnibus diebus vite mee. Et habitabo in domo domini in longitudine dierum. ✝ canticum david. ✝

Domini est terra & plenitudo eius. orbis & habitatores eius. Quia ipse super maria fundavit eum. & super flumina stabilivit eum. Quis ascendet in montem domini. & quis stabit in monte sancto eius. Innocens manibus et mundo corde. qui non exaltavit frustra animam suam. et non iuravit dolose. Accipiet benedictionem a domino. & iusticiam a deo salutari suo. Hec est generatio querentium dominum. querentium faciem tuam iacob semper. Levate porte capita vestra. & erigimini ianue sempiterne. & ingredietur rex glorie. Quis est iste rex glorie. dominus fortis & potens. dominus potens in prelio. Levate capita vestra porte. & erigite ianue sempiterne & ingredietur rex glorie. Quis est iste rex glorie. dominus exercituum ipse est rex glorie semper. ✝ canticum david. ✝

Alef Ad te domine levavi animam meam. Beth deus meus in te fisus sum. non confundar. nec letentur inimici mei. Sed universi qui sperant in te non confundentur. confundentur qui iniqua gerunt frustra. Gimel Vias tuas domine ostende mihi. & semitas tuas doce me.
delech Deduc me in veritate tua & doce me. quia tu es deus salvator meus. te expectavi tota die.
he Recordare miserationum tuarum domine. & misericordiarum
vau tuarum que a sempiterno sunt. Peccatorum adolescentie mee & scelerum meorum ne memineris. secundum misericordiam tuam recordare mei propter bonitatem tuam domine.
Zayn Bonus & rectus dominus. propterea docebit peccatores in via.
heth Deducet mansuetos in iudicio. & docebit modestos viam suam. Omnes Thet semite domini misericordia & veritas. his qui servant pactum eius & testificationem eius.
Sod Propter nomen tuum domine propiciare iniquitati mee: quoniam
caph grandis est. Quis est iste vir timens dominum. quem docebit in via quam eligerit.
Aph Anima eius in bono morabitur. & semen eius hereditabit terram. Secretum Lamed
mem domini timentibus eum. & pactum suum ostendit eis. Oculi mei semper
mem ad dominum. quoniam ipse educet de rete pedes meos. Respice in me et miserere
cof mei. quoniam solus & pauper sum ego. Tribulationes cordis mei multiplicate
Res sunt. de angustiis meis erue me. Vide afflictionem meam & laborem meum.
Sin & porta omnia peccata mea. Vide inimicos meos quoniam multiplicati sunt.
& odio iniquo oderunt me. Custodi animam meam & libera me. non confundar Tau
quoniam speravi in te. Simplicitas & equitas servabunt me. quia expectavi te. hothe (?)
fe Redime deus israhel ex omnibus angustiis suis. ✝ canticum david. ✝

Iudica me deus quoniam ego in simplicitate mea ambulavi. & in domino confidens non deficiam. Proba me domine & tempta me. ure renes meos & cor meum. Quia misericordia tua in conspectu oculorum meorum est. & ambulabo in veritate tua. Non sedi cum viris vanitatis. & cum superbis non ingrediar. Odivi ecclesiam pessimorum. & cum impiis non sedebo. Lavabo in innocentia manus meas. & circuibo altare tuum domine. Ut clarum voce predicem laudem. et narrem
82. omnia mirabilia tua. Domine dilexi habitaculum domus tue. & locum tabernaculi glorie tue. Non auferas cum peccatoribus animam meam. cum viris sanguinum vitam meam. In quorum manibus iniquitates sunt. dextera eorum repleta est muneribus. Ego autem in simplicitate mea gradiar. redime me & miserere mei. Pes meus stetit in recto. in ecclesiis benedicam domino. ✝ canticum david.

Dominus lux mea & salutare meum. quem timebo. Dominus fortitudo vite mee. quem formidabo. Dum appropinquarent michi maligni. ut comederent carnem meam. Hostes mei & inimici mei. ipsi impegerunt et ceciderunt. Si steterint adversum me castra. non timebit cor meum. Si surrexerit contra me bellum. in hoc ego confidam. Unum petii a domino hoc requiram. ut inhabitem in domo domini omnibus diebus vite mee. Ut videam pulchritudinem domini. & attendam templum eius. Abscondet enim me in umbra sua. in die pessima. abscondet me in secreto tabernaculi sui. in petra exaltabit me. Tunc quoque exaltabit caput meum super inimicos meos qui sunt in circuitu meo. Et immolabo in tabernaculo eius hostias iubili. cantabo & psallam domino. Audi domine vocem meam invocantis. miserere mei & exaudi me. Tibi dixit cor meum quesivit vultus meus. faciem tuam domine requiram. Ne abscondas faciem tuam a me. ne declines a servo tuo in furore tuo. Auxilium meum fuisti ne derelinquas me. & ne derelinquas me deus salvator meus. Pater enim meus & mater mea dereliquerunt. dominus autem collegit me. Ostende mihi domine viam tuam. & deduc me in semita recta propter insidiatores meos. Ne tradas me domine anime tribulantium me. quoniam surrexerunt contra me testes falsi et apertum mendacium. Ego autem credo quod videam bona domini. in terra viventium. Expecta dominum & confortare. & roboretur cor tuum & sustine dominum. ✝ canticum david. ✝

Ad te domine fortis meus. ne obsurdescas mihi. Ne forte taceas mihi. et par es his qui descendunt in lacum. Audi domine deprecationem meam dum clamavero ad te. cum levavero manus meas ad oraculum sanctum tuum. Ne tradas me cum impiis & cum operantibus iniquitatem. qui loquuntur pacem cum amicis suis. & est malum in corde eorum. Da eis secundum opus suum. & secundum mala adinventionum suarum. Iuxta opus manuum suarum da eis. redde retributionem suam illis. Quoniam non intellexerunt in opera domini & op

manuum eius destrues eos et non edificabis. Benedictus dominus quia exaudivit
vocem deprecationis meae. Dominus fortitudo mea et scutum meum. in ipso
confisum est cor meum. et habui adiutorium. Gavisum est cor meum. et in cantico
meo confitebor illi. Dominus fortitudo mea et robur meum. salutarium christi
sui est. Salvum fac populum tuum et benedic hereditati tuae. et pasce eos et salva
eos usque in sempiternum. canticum david.
Afferte domino filios arietum. afferte domino gloriam et imperium. Afferte
domino gloriam nomini eius. adorate dominum in decore sancto. Vox domini super
aquas deus gloriae intonuit. dominus super aquas multas. Vox domini in for-
titudine. vox domini in decore. Vox domini confringentis cedros. et con-
fringet dominus cedros lybani. Et disperget eos quasi vitulum lybani. et
sarion quasi filius rinocerotis. Vox domini intercidens flammam ignis. vox
domini parturire faciens desertum. parturire faciet dominus desertum cades.
Vox domini obstetricantis cervus. et revelans saltus. in templo eius omnis loquetur
gloriam. Dominus diluvium inhabitat. et sedebit dominus rex in aeternum. Dominus
fortitudinem populo suo dabit. dominus benedicet populum suum in pace. psalmus
Exaltabo te domine quoniam salvasti me. et non dele- cantici pro dedicatione domus david.
ctasti inimicos meos super me. Domine deus meus. clamavi ad te et sanasti me.
Domine eduxisti de inferno animam meam. vivificasti me ne descenderem in
lacum. Cantate domino sancti eius. et confitemini memoriae sanctitatis eius.
Quoniam ad momentum est ira eius. et vita in propitiatione eius. Ad vesperum
commorabitur fletus. et in matutino laus. Ego autem dixi in habundantia mea.
non commovebor in aeternum. Domine in voluntate tua statuisti. honori meo
fortitudinem. abscondisti faciem tuam. et factus sum conturbatus. Ad te domine
clamabo. et ad dominum meum deprecabor. Quae est utilitas in sanguine meo.
dum descendo in corruptionem. Numquid confitebitur tibi pulvis. aut ad-
nuntiabit veritatem tuam. Audi domine et miserere mei. domine esto ad-
iutor meus. Convertisti planctum meum in gaudium mihi. scidisti saccum meum et
accinxisti me laetitia. Ut laudet te gloria mea et non taceat. domine deus meus in
sempiternum confitebor tibi. victori canticum david.
XXX. In te domine speravi non confundar in aeternum. in iustitia tua salva me. Inclina
ad me aurem tuam et salva me. Esto mihi in lapidem fortissimum et in domum
munitam ut salves me. Quia petra mea et munitio mea tu es. et propter nomen
tuum dux mihi eris et enutries me. Et educes me de rete quod absconderunt mihi.
quia tu fortitudo mea es. In manu tua commendabo spiritum meum. redemisti
me domine deus veritatis. Odisti custodientes vanitates frustra. ego autem in
domino confisus sum. Exultabo et laetabor in misericordia tua. quia vi-
disti afflictionem meam. cognovisti tribulationes animae meae. Miserere mihi
domine quoniam tribulor. caligavit in furore oculus meus. anima mea et venter meus.
Quia consumpta est in merore vita mea. et anni mei in gemitu. Infirmata
est in iniquitate fortitudo mea. et ossa mea conturbata sunt. Apud omnes ho-
stes meos factus sum opprobrium et vicinis meis nimis. et timor notis
meis qui videbant me in plateis fugiebant a me. Oblivioni traditus sum
quasi mortuus a corde. factus sum sicut vas perditum. Audivi enim oppro-
brium multorum congregationes in circuitu. Ut inirent consilium adversum
me. et ut auferrent animam meam cogitaverunt. Ego autem in te speravi domine.
dixi deus meus es tu in manibus tuis tempora mea. libera me de manu inimicorum
meorum et persequentium me. Illumina faciem tuam super servum tuum. salva me
in misericordia tua. Domine non confundar quoniam invocavi te. confundantur impii
taceant in inferno. Muta fiant labia mendacii. quae locuntur contra iustum
iniquitatem in superbia et despectione. Quam multa est bonitas tua. quam abs-
condisti timentibus te. operatus es sperantibus in te in conspectu filiorum hominum.
Abscondes eos in protectione vultus tui a duritia virorum. absconde eos in
umbra a contradictione linguarum. Benedictus deus. qui mirabilem fecit
misericordiam suam in civitate munita. Ego autem dixi in stupore meo. proiectus
sum de conspectu oculorum eius. Ergone exaudisti vocem deprecationis
meae. cum clamarem ad te. Diligite dominum omnes sancti eius. fideles servat
dominus et retribuit his qui satis operantur superbia. Confortamini et robo-
retur cor vestrum omnes qui expectatis dominum. canticum david.
Beatus cui dimissa est impietas. et absconditum est peccatum. Beatus homo
cui non imputabit dominus iniquitatem. nec est in spiritu eius dolus. Quia
tacui inveteraverunt ossa mea. in rugitu meo tota die. Die enim et nocte
gravata est super me manus tua. versatus sum in miseria mea cum exardes-
ceret aestus graviter. Peccatum meum notum facio tibi. et iniquitatem meam
non abscondi. Dixi confitebor scelus meum domino. et tu dimisisti iniqui-
tatem peccati mei semper. Pro hac orat omnis sanctus ad te. ad tempus quo inve-
neris. Et cum inundaverint aquae multae. ad illum non accedent. Tu es
protectio mea ab hoste custodies me. laus mea salvans circumdans me semper.
Docebo te et monstrabo tibi viam per quam ambules. cogitabo de te
oculo meo. Nolite fieri sicut equus et mulus. in quibus non est intellegen-
tia. In chamo et freno maxillas eorum constringe. qui non accedunt ad te.
Multa dolores impii. confidentem in domino misericordia circumdabit.
Laetamini in domino et exultate iusti. laudate omnes recti corde. psalmus david.
Laudate iusti dominum. rectos decet laudatio. Confitemini domino
in cythara. in psalterio decacordo cantate ei. Cantate ei canticum novum.
bene psallite in iubilo. Quia rectum est verbum domini. et omnia opera eius
in fide. Diligit iustitiam et iudicium. misericordia domini plena est terra.
Verbo domini caeli firmati sunt. et spiritu oris eius omnis virtus eorum.
Congregans quasi in utre aquas maris. ponens in thesauris abyssos.
Timeat dominum omnis terra. ipsum formident universi habitatores orbis.
Quia ipse dixit et factum est. ipso praecipiente steterunt. Dominus solvit
consilium gentium. irritas facit cogitationes populorum. Consilium
domini in aeternum stetit. cogitationes cordis eius in generatione et
generationem. Beata gens cuius dominus deus eius. populus quem elegit in
hereditatem sibi. De caelo prospexit dominus. vidit omnes filios hominum.
De firmissimo solio suo. prospexit super omnes habitatores terrae.
Fingens pariter corda eorum. intellegens omnia opera eorum. Non salvatur rex
in multitudine exercitus. nec fortis liberabitur in multiplicatione vir-
tutis. Fallax equus ad salutem. in multitudine roboris sui non salvabitur.
Ecce oculi domini super timentes eum. et expectantes misericordiam eius.
Ut eruat de morte animas eorum. vivificet eos in fame. Anima nostra
expectabit dominum. auxilium nostrum et clypeus noster est. In ipso enim lae-
tabitur cor nostrum. quia in nomine sancto eius speravimus. Fiat misericordia
tua domine super nos. sicut expectavimus te. david quando
commutavit os suum coram abimelech et eiecit eum et abiit.
Benedicam dominum in omni tempore. semper laus eius in ore meo. Alef
In domino laudabitur anima mea. audiant mites et laetentur. Beth
Magnificate dominum mecum. et exaltemus nomen eius pariter. Gimel
Quaesivi dominum et audivit me. et ex omnibus angustiis liberavit me. deleth
Respicite ad eum et confluite. et vultus vestri non confundentur. he
Hic pauper clamavit et dominus exaudivit. et de omnibus tribulationibus zay
salvabit eum. Circumdat angelus domini in gyro timentes eum. et het
eruet eos. Gustate et videte quoniam bonus dominus. beatus vir qui sperat in eo. Teth
Timete dominum sancti eius. quoniam non est inopia timentibus eum. ioth
Divites indiguerunt et esurierunt. quaerentes autem dominum non deficient omni caf
Lamech bono. Venite filii audite me. timorem domini docebo vos. Quis est homo mem
qui vult vitam. diligens dies videre bonos. Custodi linguam tuam a malo. nun
et labia tua ne loquantur dolum. Recede a malo et fac bonum. quaere pa- Samech
cem et persequere eam. Oculi domini ad iustos. et aures eius ad clamorem eorum. ain
Vultus autem domini super facientes mala. ut perdat de terra memoriam eorum. fe
Clamaverunt iusti et dominus exaudivit. et ex omnibus tribulationibus Sade
eorum liberavit eos. Iuxta est dominus contritis corde. et confractos spiritu cof
salvabit. Multae tribulationes iustorum. et ex omnibus illis liberavit eum Res
dominus. Custodit dominus omnia ossa eius. unum ex his non confrin- Sin
getur. Interficiet impium malitia. et odientes iustum culpabuntur. Redimet tau
dominus animas servorum suorum. et non peccabunt sperantes in eo. canticum david.
Iudica domine adversarios meos. pugna contra impugnantes me. Appre-
hende scutum et clypeum. et surge in adiutorium mihi. Evagina gladium
et praeoccupa ex adverso sequentes me. dic animae meae salus tua ego sum.
Confundantur et revereantur qui quaerunt animam meam. convertantur re-
trorsum et confundantur qui cogitant malum mihi. Fiant sicut pulvis ante faciem
venti. et angelus domini impellat. Fiat via eorum tenebrae et lubricum. et angelus
domini persequatur eos. Quia frustra absconderunt mihi insidias retis sui. sine causa
foderunt foveam animae meae. Veniat ei calamitas quam ignorat. et rete suum
quod abscondit comprehendat eum. et cadat in laqueum. Anima autem mea ex-
ultabit in domino. et laetabitur in salutare suo. Omnia ossa mea dicent domine quis
similis tui. eripiens inopem a validiore et pauperem ac mendicum a violento.
Surgentes testes iniqui. quae nesciebam interrogabant me. Reddebant mihi
mala pro bonis. sterilitatem animae meae. Ego autem cum infirmarer. ab eis
induebar cilicio. humiliabam in ieiunio animam meam. et oratio mea in sinu
meo revertebatur. Quasi ad amicum. quasi ad fratrem meum sic ambulabam. quasi
lugens mater tristis sic incurvabar. Et in infirmitate mea laetabantur et con-
gregabantur. collecti sunt adversum me venientes. et nesciebam scindentes et
non tacentes. In simulatione verborum fictorum. frendebant contra me dentibus
suis. Domine quando videbis converte animam meam a calamitatibus suis a leonibus
solitariam meam. Confitebor tibi in ecclesia grandi. in populo forti laudabo te.
Non laetentur super me inimici mei mendaces. odientes frustra conhibentes oculis.
Non enim pacem loquebantur sed in rapina terrae verba fraudulenta cogitabant.
Et dilataverunt super me os suum. dixerunt vah vah viderunt oculi nostri. Vidi-
sti domine ne taceas. domine ne elongeris a me. Consurge et vigila in iudi-
cio meo. deus meus et dominus in causam meam. Iudica me secundum iustitiam meam domine
deus meus. ne insultent mihi. Nec dicant in corde suo vah vah animae nostrae. nec dicant
absorbuimus eum. Confundantur et revereantur pariter. qui laetantur in afflic-
tione mea. Induantur confusione et verecundia. qui magnificantur super me.
Laudent et laetentur qui volunt iustitiam meam. et dicant semper magnificetur do-
minus qui volunt pacem servi eius. Et lingua mea meditabitur iustitiam tuam
tota die laudem tuam. victori sermo domini david.
Dixit iniustus impii in medio cordis eius. non est timor dei ante oculos eius.
Quoniam dolose egit adversus eum in oculis eius. ut inveniret iniquitatem
suam ad odiendum. Verba oris eius iniquitas et dolus. cessavit cogitare
ut bene faceret. Iniquitatem cogitavit in cubili suo. stetit in via non bona. ma-
lum non abiecit. Domine in caelo misericordia tua. fides tua usque ad nubes. Iusti-
tia tua quasi montes. iudicium tuum abyssus multa. homines et iumenta
salvos facies domine. Quam speciosa misericordia tua deus. et filii adam in umbra
alarum tuarum sperabunt. Inebriabuntur de pinguedine domus tuae. et tor-
rente deliciarum tuarum potabis eos. Quoniam apud te est fons vitae. et in lumi-
ne tuo videbimus lumen. Attrahe misericordiam tuam scientibus te. et iustitiam
tuam rectis corde. Non veniat mihi pes superbiae. et manus impiorum non me
moveat. Ibi ceciderunt operantes iniquitatem. expulsi sunt nec potuerunt fugere.
Noli contendere cum malignis. canticum david. Alef
neque aemulatus fueris facientes iniquitatem. Quoniam sicut herba cito ares- Beth
cent et sicut holus viride marcescent. Spera in domino et fac bonum. per- Gimel
egrinare in terra. et pascere fide. Delectare in domino. et dabit tibi delech
petitiones cordis tui. Solve super dominum viam tuam. et confide in eo. et ipse he
faciet. Et educet sicut lumen iustitiam tuam. et iudicium tuum sicut meridie. vau
Tace domino expecta eum noli contendere adversus eum qui prosperatur in zay
via sua adversus virum qui facit quae cogitat. Sine iram et derelinque het
furorem. noli contendere ut malum facias. Quoniam qui malefaciunt toth
interibunt. expectantes autem dominum ipsi hereditabunt terram. Adhuc enim mo- caf
dicum et non erit impius. et cogitabis de loco eius et non subsistet. Mites Lamech
autem hereditabunt terram. et delectabuntur in multitudine pacis. Cogitat impius mem
de iusto. et fremet adversus eum dentibus suis. Dominus deridebit eum. num
quia videt quod veniet dies eius. Gladium evaginaverunt impii tetenderunt Samech
arcum suum ut deiciant egenum et pauperem. et interficiant rectos via.
Gladii eorum introeant in corda eorum. et arcus eorum confringatur. Melius parum ain. fe
iusto. quam divitiae peccatorum multae. Quia brachia impiorum confringentur. Sade
sublevat autem iustos dominus. Novit dominus dies immaculatorum et hereditas cof
eorum aeterna erit. Non confundentur in tempore malo. et in diebus famis satura- Res
buntur. Quia impii peribunt. et inimici domini gloriantes ut [illegible] con-
sumentur. sicut fumus consumunt. Fenus accipit impius et non reddet. iustus
autem donat et tribuit. Quia qui benedicti fuerint a deo hereditabunt terram
et qui maledicti interibunt. A domino gressus viri firmantur. et viam eius volet.
Cum ceciderit non allidetur. quia dominus sustentat manum eius. Puer fui et de-
senui. et non vidi iustum derelictum. nec semen eius quaerens panem.
Tota die donat et commodat. et semen eius in benedictione. Recede
a malo et fac bonum. et habita in sempiternum. Quia dominus diligit iu-
dicium et non derelinquet sanctos suos in aeternum custodientur. et semen im-
piorum peribit. Iusti hereditabunt terram. et inhabitabunt in saeculum super eam. Os
iusti meditabitur sapientiam. et lingua eius loquetur iudicium. Lex dei eius
in corde ipsius. non deficient gressus eius. Considerat impius iustum. et quaerit
ut occidat eum. Dominus non derelinquet eum in manus eius. et non condem-
pnabit eum cum iudicatur. Expecta dominum et custodi viam eius et exaltabit
te ut possideas terram cum interibunt impii videbis. Vidi impium robustum
et fortissimum sicut indigenam virentem. Et transivi et ecce non erat. et quaesivi
eum et non est inventus. Custodi simplicitatem et vide rectum. quia erit in ae-
ternum viro pax. Praevaricatores autem interibunt pariter. et novissima impiorum
peribunt. Salus iustorum a domino. fortitudo eorum in tempore tribulationis.
Et adiuvabit eos dominus. et salvabit eos. et eripiet eos ab impiis et
salvabit eos. quia speraverunt in eo. canticum david in commemoratione.
Domine ne in ira tua arguas me. neque in furore tuo corripias me. Quia sa-
gittae tuae infixae sunt mihi. et confirmasti super me manum tuam. Non est sanitas in carne
mea a facie indignationis tuae. non est pax ossibus meis a facie peccatorum meorum.
Quia iniquitates meae transierunt super caput meum. quasi onus grave ag-
gravatae sunt. Computruerunt et tabuerunt cicatrices meae a facie insipien-
tiae meae. Afflictus sum et curvatus sum nimis. tota die merens ambu-
labam. Quia lumbi mei repleti sunt ignominia. et non est sanitas in
carne mea. Et vigilavi et afflictus sum nimis. rugiebam a gemitu cordis
mei. Domine in conspectu tuo omne desiderium meum. et gemitus
meus a te non est absconditus. Cor meum fluctuans dereliquit me fortitudo
mea. et lux oculorum meorum ipsa non est mecum. Kari mei et amici mei.
quasi contra lepram meam steterunt. et vicini mei longe steterunt.
Et irruebant quaerentes animam meam. et investigantes mala mihi loquebantur.

insidias et dolos tota die meditabantur. Ego autem quasi surdus non audiebam, et quasi mutus non aperiens os suum. Et eram quasi homo non audiens, nec habens in ore suo redargutiones. Te enim domine expectabam, tu exaudies domine deus meus. Quia dixi ne forte insultent mihi, et cum vacillarent pedes mei super me magnificati sunt. Quia ego ad plagas paratus sum, et dolor meus contra me est semper. Quia iniquitatem meam annuntio, et contristor pro peccato meo. Inimici autem mei viventes confortati sunt, et multiplicati sunt odientes me mendaciter. Et qui reddunt malum pro bono adversabantur mihi, quia sequebar bonum. Non derelinquas me domine deus meus, ne elongeris a me. Festina in auxilium meum, domine deus salutis meae.

Pro victoria Idithun canticum David.

Dixi custodiam vias meas, ne peccem in lingua mea. Custodiam os meum silentio, donec est impius contra me. Obmutui silentio, tacui de bono, et dolor meus conturbatus est. Incaluit cor meum in medio mei, in meditatione mea incensus sum igne. Locutus sum in lingua mea. Ostende mihi finem meum, et mensuram dierum meorum quae sit, ut sciam quid mihi desit. Ecce breves posuisti dies meos, et vita mea quasi non sit in conspectu tuo. Omnis vanitas omnis homo subsistens. Tantum in imagine ambulat homo, tantum frustra conturbatur. Congregat et ignorat cui dimittat ea. Nunc ergo quid expecto domine? Praestolatio mea tu es. Ab omnibus iniquitatibus meis libera me, obprobrium stulto ne ponas me. Obmutui et non aperui os meum, quia tu fecisti. Tolle a me plagas tuas, a contentione manus tuae ego consumptus sum. In increpationibus pro iniquitate corripuisti virum. Et posuisti quasi tineam desiderabilia eius, verumtamen vanitas omnis homo. Audi orationem meam domine, et clamorem meum exaudi, lacrimam advena ego sum apud te et peregrinus sicut omnes patres mei. Parce mihi ut rideam antequam vadam et non subsistam.

Pro victoria David canticum.

Expectans expectavi dominum et inclinavit se ad me et audivit clamorem meum. Et eduxit me de lacu sonitus, de luto caeni, et statuit supra petram pedes meos, stabilivit gressus meos, et dedit in ore meo canticum novum, laudem deo nostro. Videbunt multi et timebunt et sperabunt in domino. Beatus vir qui posuit dominum confidentiam suam et non est aversus ad superbias pompasque mendacii. Multa fecisti tu domine deus meus mirabilia tua, et cogitationes tuas pro nobis. Non invenitur ordo ante te; si narrare voluero et numerare, plura sunt quam ut narrari queant. Victima et oblatione non indiguisti, aures fodisti mihi, holocaustum etiam pro peccato non petisti. Tunc dixi ecce venio, in volumine libri scriptum est de me. Ut facerem placitum tibi deus meus volui, et legem tuam in medio ventris mei. Annuntiavi iustitiam tuam in ecclesia multa, ecce labia mea non prohibebo, domine tu nosti. Iustitiam tuam non abscondi in medio cordis mei, fidem tuam et salutare tuum dixi, non abscondi misericordiam tuam et veritatem tuam in ecclesia multa. Tu autem domine non prohibebis misericordias tuas a me, misericordia tua et veritas tua iugiter servabunt me. Circumdederunt enim me mala quorum non est numerus, comprehenderunt me iniquitates meae et non potui videre. Plures factae sunt quam capilli capitis mei, et cor meum dereliquit me. Placeat tibi domine ut liberes me, domine ad adiuvandum me festina. Confundantur et revereantur simul quaerentes animam meam ut auferant eam. Convertantur retrorsum et confundantur qui volunt mihi mala. Vastentur post confusionem suam qui dicunt mihi va va. Gaudeant et laetentur in te qui quaerunt te. Dicant semper magnificetur dominus qui diligunt salutare tuum. Ego autem sum egenus et pauper, dominus sollicitus erit pro me. Auxilium meum et salutare meum tu, deus meus ne moreris.

Pro victoria canticum David.

xl Beatus qui cogitat de paupere, in die mala liberabit eum dominus. Dominus custodiet eum et vivificabit eum, et beatus erit in terra, et non dabis eum in animam inimicorum suorum. Dominus confortabit eum in lecto infirmitatis, totum stratum eius versasti in aegrotatione sua. Ego dixi domine miserere mei, sana animam meam quia peccavi tibi. Inimici loquuntur mala mihi, quando morietur et peribit nomen eius. Et si veniebat ut videret, vana loquebatur; cor eius congregabat iniquitatem sibi, et egrediens foras detrahebat. Simul adversum me murmurabant omnes odientes me, cogitabant contra me malum mihi. Verbum diaboli infundebatur sibi; qui dormivit non addet ut resurgat. Sed et homo pacificus meus, in quo habui fiduciam, qui manducabat panem meum, levavit contra me plantam. Tu autem domine miserere mei et leva me, et reddam eis. In hoc cognovi quod volueris me, quia non insultabit inimicus meus mihi. Ego autem in simplicitate mea adiutus sum a te, et statues me ante faciem tuam in perpetuum. Benedictus dominus deus Israhel a saeculo et usque in saeculum amen amen.

Pro victoria doctissimum filiorum Core.

Sicut areola praeparata ad irrigationes aquarum, sic anima mea praeparata est ad te deus. Sitivit anima mea ad deum fortem viventem: quando veniam et parebo ante faciem dei? Fuerunt mihi lacrimae meae panes per diem et noctem, cum diceretur mihi tota die ubi est deus tuus. Horum recordatus sum et effudi in me animam meam, quia veniam ad umbraculum, tacebo usque ad domum dei, in voce laudis et confessionis multitudinis festa celebrantis. Quare incurvaris anima mea, expecta dominum quia adhuc confitebor ei, salutaribus vultus eius. Deus meus in me ipso anima mea incurvatur, propterea recordabor tui de terra Iordanis et Hermoniim de monte minimo. Abyssus abyssum invocat in voce cataractarum tuarum, omnes gurgites tui et fluctus tui super me transierunt. Per diem mandavit dominus misericordiam suam, et in nocte canticum eius mecum, oratio deo vitae meae. Dicam deo petra mea, quare oblitus es mei? Quare tristis incedo, affligente inimico? Dum me interficerent in ossibus meis exprobraverunt mihi hostes mei, dicentes ad me tota die ubi est deus tuus. Quare incurvaris anima mea, aut quare conturbas me? Expecta dominum quia adhuc confitebor ei, salutaribus vultus mei et deo meo.

Canticum David.

Iudica me deus et discerne causam meam de gente non sancta; a viro iniquo et doloso salva me. Tu enim deus fortitudo mea; quare proiecisti me? Quare tristis incedo, affligente me inimico? Mitte lucem tuam et veritatem tuam, ipsa deducent me et introducent ad montem sanctum tuum et ad tabernacula tua. Et introibo ad altare dei, ad deum laetitiae et exultationis meae, et confitebor tibi in cithara deus deus meus. Quare incurvaris anima mea, et quare conturbas me? Expecta dominum quia adhuc confitebor ei, salutaribus vultus mei et deo meo.

Pro victoria filiorum Core eruditionis.

Deus auribus nostris audivimus, patres nostri annuntiaverunt nobis opus quod operatus es in diebus eorum, in diebus antiquis. Tu manu tua gentes delesti, et plantasti eos; afflixisti populos et emisisti eos. Non enim in gladio suo possederunt terram, neque brachium eorum salvavit eos, sed dextera tua et brachium tuum et lux vultus tui, quia placuisti eis. Tu es ipse rex meus deus, praecipe salutes Iacob. In te hostes nostros ventilabimus, in nomine tuo conculcabimus adversarios nostros. Non enim in arcu meo confido, neque gladius meus salvabit me. Quia salvasti nos de hostibus nostris, et eos qui oderunt nos confudisti. In deo laudabimur tota die, et in nomine tuo confitebimur in aeternum semper. Verum tu confudisti et proiecisti nos, et non egredieris deus in exercitibus nostris. Vertisti terga nostra hosti, et qui oderunt nos diripiebant sibi. Dedisti nos tamquam gregem ad vorandum, et in gentibus dispersisti nos. Vendidisti populum tuum sine pretio, nec grandis fuit commutatio eorum. Posuisti nos obprobrium vicinis nostris, subsannationem et irrisum his qui sunt in circuitu nostro. Posuisti nos similitudinem gentibus, commotionem capitis in tribubus. Tota die confusio mea contra me, et ignominia faciei meae operuit me, a voce exprobrantis et blasphemantis, a facie inimici et ultoris. Omnia haec venerunt super nos, nec obliti sumus tui, nec mentiti sumus in pacto tuo. Non est reversum retro cor nostrum, nec declinaverunt gressus nostri a semita tua. Quoniam deiecisti nos in loco draconum et operuisti nos umbra mortis. Si obliti sumus nominis dei nostri et expandimus manus nostras ad deum alienum, numquid non deus investigabit istud? Ipse enim novit cogitationes cordis. Quoniam propter te mortificati sumus tota die, reputati sumus ut grex occisionis. Consurge quare dormitas domine, vigila, quare proicis nos in sempiternum? Quare faciem tuam abscondis, oblivisceris afflictionis et oppressionis nostrae? Quoniam incurvata est in pulvere anima nostra, adhesit terrae venter noster. Surge, auxiliare nobis, et redime nos propter misericordiam tuam.

Victoria pro liliis filiorum Core eruditionis canticum amantissimum.

Eructavit cor meum verbum bonum, dico ego opera mea regi. Lingua mea stilus scribae velocis. Decore pulchrior es filiis hominum, effusa est gratia in labiis tuis, propterea benedixit te deus in aeternum. Accingere gladio tuo super femur, potentissime, gloria tua et decore tuo. Decore tuo ascende prospere propter verbum veritatis et mansuetudinem iustitiae, et docebit te terribilia dextera tua. Sagittae tuae acutae, in corde inimicorum regis; populi sub te cadent. Thronus tuus deus in saeculum et in aeternum, sceptrum aequitatis sceptrum regni tui. Dilexisti iustitiam et odisti iniquitatem, propterea unxit te deus deus tuus oleo exultationis prae participibus tuis. Myrra et stacten et cassia in cunctis vestimentis tuis, de domibus eburneis quibus laetificaverunt te. Filiae regum in honore tuo, stetit coniunx in dextera tua in diademate aureo. Audi filia et vide et inclina aurem tuam, et obliviscere populi tui et domus patris tui. Et concupiscet rex decorem tuum, quia ipse est dominus deus tuus et adora eum. Et filia fortissimi in muneribus faciem tuam deprecabuntur principes populi. Omnis gloria filiae regis intrinsecus, fasciis aureis vestita est. In scutulatis ducetur ad regem, virgines sequentur eam, amicae eius ducentur tibi. Ducentur in laetitiis et exultatione, ingredientur thalamum regis. Pro patribus tuis erunt filii tibi, pones eos principes in universa terra. Propterea populi confitebuntur tibi in saeculum et in aeternum.

Victori filiorum Core pro iuventutibus canticum.

Deus noster spes et fortitudo, auxilium in tribulationibus inventus es valde. Ideo non timebimus cum fuerit translata terra, et concussi montes in corde maris. Sonantibus et tumentibus gurgitibus eius, et agitatis in montibus in potentia eius semper. Fluminis divisiones eius laetificant civitatem dei, sanctum tabernaculum altissimi. Deus in medio eius non commovebitur, auxiliabitur ei deus in ipso ortu matutino. Conturbatae sunt gentes, concussa sunt regna, dedit vocem suam, prostrata est terra. Dominus exercituum nobiscum, protector noster deus Iacob. Venite et videte opera domini, quantas posuerit solitudines in terra. Compescens bella usque ad extremum terrae, arcum confringet et concidet hastam, plaustra comburet igni. Cessate et cognoscite quoniam ego sum deus; exaltabor in gentibus, et exaltabor in terra. Dominus exercituum nobiscum, fortitudo nostra deus Iacob semper.

Victori filiorum Core canticum.

Omnes populi plaudite manibus, iubilate deo in voce laudis. Quoniam dominus altissimus terribilis, rex magnus super omnem terram. Subiecit populos subter nos, et tribus sub pedibus nostris. Elegit nobis hereditatem suam, gloriam Iacob quam dilexit semper. Ascendit deus in iubilatione, dominus in voce bucinae. Canite deo canite, canite regi nostro canite. Quia rex universae terrae deus, canite erudite. Regnavit deus super gentes, deus sedit super thronum sanctum suum. Principes populorum congregati sunt populus dei Abraham, quia dei scuta terrae vehementer elevata sunt.

Canticum psalmi filiorum Core.

Magnus dominus et laudabilis nimis in civitate dei nostri, in monte sancto eius. Specioso germini gaudio universae terrae mons Sion, latera aquilonis, civitatis regis magni. Deus in domibus eius agnitus est in auxiliando. Quia ecce reges congregati sunt, venerunt simul. Ipsi videntes sic obstupuerunt, conturbati sunt et admirati sunt. Horror possedit eos ibi, dolor quasi parturientis. In vento urente confringes naves Tharsis. Sicut audivimus sic et vidimus in civitate domini exercituum, in civitate dei nostri; deus fundavit eam usque in aeternum semper. Aestimavimus deus misericordiam tuam in medio templi tui. Secundum nomen tuum deus, sic et laus tua usque in extremum terrae; iustitia plena est dextera tua. Laetetur mons Sion, exultent filiae Iudae propter iudicia tua. Circumdate Sion et circuite eam, numerate turres eius. Ponite cor vestrum in moenibus, separate palatia eius, ut narretis in generatione novissima, quia iste deus deus noster in saeculum et in perpetuum; ipse erit dux noster in mortem.

Victori filiorum Core canticum.

Audite hoc omnes populi, auribus percipite universi habitatores occidentis. Nunc filii Adam cum filiis singulorum, simul dives et pauper. Os meum loquetur sapientias, et meditatio cordis mei prudentias. Inclinabo ad parabolam aurem meam, aperiam in cithara aenigma meum. Quare timebo in diebus malis? Iniquitas calcanei mei circumdabit me. Qui fortitudinem habent in fortitudine sua, et in multitudine divitiarum suarum superbiunt. Fratrem non redimens redimet vir, nec dabit deo propitiationem pro eo. Et pretium redemptionis animae eorum. Sed quiescet in saeculum et vivet adhuc in aeternum, et non videbit interitum cum viderit sapientes morientes. Simul insipiens et stultus peribunt, et relinquent alienis divitias suas. Interiora sua domus suas in saeculo, tabernacula sua in generatione et generatione. Et homo in honore non commorabitur, assimilabitur iumentis et aequatus est. Haec est via insipientiae eorum, et postea in ore suo currunt semper. Quasi greges in inferno positi sunt, mors depascet eos, et subicient eos recti in matutino, et figura eorum conteretur in inferno post habitaculum suum. Verumtamen deus liberabit animam meam de manu inferi, cum assumpserit me semper. Noli timere cum ditatus fuerit vir, cum multiplicata fuerit gloria domus eius. Neque enim moriens tollet omnia, neque descendet post eum gloria eius. Quia animae suae in vita sua benedicet, laudabunt te cum bene feceris tibi. Introibit usque ad generationem patrum suorum, usque in sempiternum non videbit lucem. Homo cum in honore esset non intellexit, comparatus est iumentis et silebit.

Canticum Asaph.

Fortis deus dominus locutus est et vocavit terram, congregavit ab ortu solis usque ad occasum eius. De Sion perfecta decore deus apparuit. Veniet deus noster et non tacebit, ignis ante faciem eius devorabit, et in circuitu eius tempestas valida. Vocavit caelum desursum et terram ut iudicaret populum suum. Congregate mihi sanctos meos, qui ferierunt pactum meum in sacrificio. Et annuntiabunt caeli iustitiam eius, quoniam deus iudex est ipse semper. Audi populus meus et loquar, Israhel, et contestabor te; deus deus tuus ego sum. Non propter victimas tuas arguam te, et holocausta tua coram me sunt semper. Non accipiam de domo tua vitulum, neque de gregibus tuis hircos. Mea sunt enim omnia animalia silvarum, pecudes in montibus milium. Scio omnes aves montium, et universitas agri mecum est. Si esuriero non dicam tibi; meus est enim orbis terrae et plenitudo eius. Numquid comedam carnes taurorum, aut sanguinem hircorum bibam? Immola deo laudem, et redde altissimo vota tua. Et invoca me in die tribulationis; liberabo te et glorificabis me. Impio autem dixit deus: quid tibi est cum narratione praeceptorum meorum, et assumis pactum meum in ore tuo? Qui odisti disciplinam et proiecisti verba mea post te. Qui videbas furem consentiebas ei, et cum adulteris erat pars tua. Os tuum dimisisti ad malitiam, et lingua tua concinnavit dolum. Sedens adversus fratrem tuum loquebaris, et adversus filium matris tuae fabricabas obprobrium. Haec fecisti et tacui; existimasti futurum me similem tui; arguam te et proponam ea ante oculos tuos. Intellegite hoc qui obliviscimini

dm. ne forte capiam & non sit qui liberet. Qui immolat confessionem glorifi-
cat me. & qui ordinat viam ostendam ei salutare dī. ./ *canticum david cum*
venisset ad eum nathan propheta quando ingressus est ad bethsabee. ./
l. Miserere mei dś secundum misericordiam tuam. iuxta
multitudinem miserationum tuarum dele iniquitates meas. Multum lava
me ab iniquitate mea. & peccato meo munda me. Quoniam iniquitates meas
ego cognovi. & peccatum meum contra me est semp. Tibi soli peccavi & malum
coram te feci. ut iustificeris in sermonibus tuis & vincas cum iudicaris. Ecce in
iniquitate conceptus sum. & in peccato peperit me mater mea. Ecce enim ve-
ritatem dilexisti. absconditum & archanum sapientiae manifestasti michi.
Asperges me ysopo & mundabor. lavabis me & super nivem dealbabor.
Auditum michi facies gaudium & letitiam & exultent ossa quae confregisti.
Absconde faciem tuam a peccatis meis. & omnes iniquitates meas dele.
Cor mundum crea michi dś. & spiritum stabilem renova in visceribus meis.
Ne proicias me a facie tua. & spiritum sanctum tuum ne auferas a me. Redde
michi letitiam salutaris tui. & spiritu potenti confirma me. Docebo iniquos
vias tuas. & peccatores ad te revertentur. Libera me de sanguinibus dś dś salu-
tis mee. laudabit lingua mea iustitias tuas. Domine labia mea aperies. & os
meum annuntiabit laudem tuam. Non enim vis victimam ut feram. nec ho-
locaustum tibi placet. Sacrificium dei spiritus contribulatus. cor contritum & hu-
miliatum dś non despicies. Benefac domine in voluntate tua syon. & edifi-
centur muri hierusalem. Tunc suscipies sacrificium iustitiae oblationes & holocau-
sta. tunc imponent super altare tuum vitulos. ./ *victori erudicio david*
cum venisset doec ydumeus & annuntiasset sauli dicens ei. venit david
Quid gloriaris in malitia potens misericordia dī tota *in domum achimelech. ./*
est die. Insidias cogitat lingua tua. quasi novacula acuta faciens dolum.
Dilexisti malitiam quam bonum, mendacium magis quam loqui iustitiam. Dilexi-
sti omnia verba ad devorandum. lingua dolosa. Sed dś destruet te in sem-
piternum. terrebit & evellet te de tabernaculo tuo. & eradicabit te de terra
viventium semp. Videbunt iusti & timebunt. & super eum ridebunt.
Ecce vir qui non posuit dm fortitudinem suam. Sed speravit in multitudine di-
vitiarum suarum. confortatus est in insidiis. Ego autem sicut oliva virens in domo dī.
speravi in misericordia dī in aeternum & iugiter. Confitebor tibi domine in aeternum quia
fecisti. & expectabo nomen tuum quia bonum in conspectu sanctorum tuorum. ./
Dixit stultus in corde suo non est dś. *victori per chorum eruditi david.*
corrupti sunt & abhominabiles facti sunt in iniquitate non est qui faciat
bonum. Dominus de celo prospexit super filios hominum. ut videret si est
intelligens requirens dm. Omnes aversi sunt pariter adheserunt non est qui faciat
bonum non est usque ad unum. Numquid non cognoverunt qui operantur
iniquitatem qui comedunt populum meum ut cibum panis. dm non invocaverunt.
Ibi timuerunt timore ubi non erat timor. Quia dś dispersit ossa circumdantium
te. confunderis quia dś proiecit eos. Quis dabit ex syon salutare isrl. cum
reduxerit dś captivitatem populi sui. exultabit iacob & letabitur israhel. ./
victori in psalmis eruditi dd quando venerunt zifei & dixerunt saul. nonne
Deus in nomine tuo salvum me fac. *david absconditus est apud nos. ./*
& in fortitudine tua ulciscere me. Ds exaudi orationem meam. auribus per-
cipe verba oris mei. Quia alieni insurrexerunt adversum me & fortes quae-
sierunt animam meam & non proposuerunt dm in conspectu suo semp. Ecce dś
auxiliatur mihi. dominus sustentans animam meam. Reddet malum insidiatoribus
meis. in veritate tua disperde eos. Voluntarie sacrificabo tibi. confitebor
nomini tuo domine quia bonum est. Quia ex omni tribulatione eripuisti me.
& in inimicos meos vidit oculus meus. ./ *victori in psalmis eruditi david. ./*
Exaudi dś orationem meam & ne despexeris deprecationem meam. intende mi-
hi exaudi me. Humiliatus sum in meditatione mea. & conturbatus sum a voce
inimici a facie persequentis inimici. Quoniam proiecerunt super me iniquitatem &
in furore adversabantur mihi. Cor meum doluit in visceribus meis. & terrores
mortis ceciderunt super me. Timor & tremor venerunt super me. & cooperuit me
caligo. Et dixi. quis dabit mihi pennas sicut columbe. ut volem & requiescam.
Ecce procul abeam. & commorer in deserto semp. Festinabo ut salver a spiritu
tempestatis & turbinis. Precipita domine divide linguas eorum. quoniam
vidi iniquitatem & contradictionem in civitate. die & nocte circumeunt eam
muros eius. Scelus & dolor in medio eius. insidie in medio eius. & non recedet
de plateis eius damnum & fraudulentia. Non enim inimicus exprobra-
vit michi ut sustineam. neque is qui me oderat super me magnificatus est. ut
absconderer ab eo. Sed tu homo unanimis meus. dux meus & notus meus.
Qui simul habuimus dulce secretum. in domo dei ambulavimus cum terrore.
Veniat mors super illos & descendant in infernum viventes. quia nequitiae
in congregatione eorum & in medio eorum. Ego ad dm clamabo. & dns
salvabit me. Vespere mane & meridie loquar & resonabo & exaudiet
vocem meam. Redemit in pace animam meam ab appropinquantibus mihi. multi
enim fuerunt adversum me. Exaudiet dś & humiliabit eos. qui iudex
est ab initio. non enim mutantur neque timent dm semp. Extendit manum
suam ad pacifica sua. contaminavit pactum suum. Nitidum butyro os
eius pugnat autem cor illius. molliores sermones eius oleo cum sint
lancee. Proice super dm caritatem tuam & ipse te enutriet. non dabit
in aeternum fluctuationem iusto. Tu autem dś deduces eos in puteum interitus.
viri sanguinum & dolosi non dimidiabunt dies suos. ego autem fiduciam habeo in te. ./
victori pro columba muta eo quod procul abierit david humilis & simplex
Miserere mei dś quia conculcavit me *quando tenuerunt eum palestini in geth. ./*
homo. tota die pugnans tribulavit me. Conculcaverunt me inimici
mei tota die. quia multi pugnant contra me altissime. Quacumque die
territus fuero. ego in te confidam. In deo laudabo verbum. in deo spe-
ravi non timebo quid faciat mihi caro. Tota die sermonibus me affligebant.
contra me omnes cogitationes eorum in malum. Congregabantur abscon-
dite plantas meas observabant expectantes animam meam. Quia
nullus est salvus ne eis. in furore populos detrahe dś. Secretiora
mea numerasti pone lacrimam meam in conspectu tuo sed non in enarratione
tua. Tunc convertentur inimici mei retrorsum in quacumque die invoca-
vero te: hoc scio quia dś meus es. In deo laudabo verbum & in domino predi-
cabo sermonem. In deo speravi non timebo quid faciat mihi homo. In me sunt
dś vota tua. reddam gratiarum actiones tibi. Quia liberasti animam
meam de morte & pedes meos de lapsu. ut ambulem coram deo in lumi-
ne viventium. ./ *pro victoria ut non disperdas david humilem & simpli-*
cem quando fugit a facie saul in speluncam. ./
Miserere mei dś miserere mei. quia in te speravit anima mea. Et in umbra
alarum tuarum sperabo. donec transeant insidie. Invocabo dm altissi-
mum. dm ultorem meum. Mittet de celo & salvabit me. exprobravit con-
culcantes me. mittet dś misericordiam suam & veritatem suam semp. Anima
mea in medio leonum dormivit ferocientium. Filii hominum dentes eorum
lancee & sagitte. & lingua eorum gladius acutus. Exaltare super celos
dś & in omni terra gloria tua. Rete paraverunt gressibus meis. adin-
curvandam animam meam. Foderunt ante me foveam & ceciderunt
in medio eius. Paratum cor meum dś paratum cor meum. cantabo &
psallam. Surge gloria mea surge psalterium & cythara. surgam mane.
Confitebor tibi in populis domine. cantabo tibi. cantabo tibi in gentibus:
Quia magna usque ad celos misericordia tua. & usque ad nubes veritas

tua. Exaltare super celos dś. & in omni terra gloria tua. ./
victori ut non disperdat david humilem & simplicem. ./
Si vere utique iustitiam loquimini. recta iudicate filii hominum. Etenim
in corde iniquitates operamini in terra. iniquitates manus vestras appenditis.
Alienati sunt peccatores a vulva. erraverunt ab utero. loquentes men-
dacium. Furor eorum sicut similitudo serpentis. sicut reguli surdi obturantis
aures suas. Ut non audiat vocem murmurantium neque incantatoris incan-
tationes callidas. Deus excute dentes eorum in ore ipsorum. molas leonum confrin-
ge domine. Dissolvantur quasi aque quae defluunt. intendat arcum suum
donec conterantur. Quasi vermis tabefactus pertranseant. quasi abor-
tivum mulieris quod non vidit solem. Antequam crescant spinae vestrae in ram-
num. quasi viventes quasi in ira tempestatis rapiet eos. Letabitur
iustus cum viderit ultionem. pedes suos lavabit in sanguine impii.
Et dicet homo vere est fructus iusto. vere est dś iudicans in terra. ./
victori ut non disperdat david humilem & simplicem quando misit saul
& custodierunt domum ut occideret eum. ./
Erue me de inimicis meis dś meus. & a resistentibus mihi protege me. Libera me ab
operantibus iniquitatem. & a viris sanguinum salva me. Quia ecce insidiati sunt
animae meae: congregantur adversum me fortissimi absque iniquitate mea & absque
peccato meo domine. Nequaquam & illi currunt & preparantur. surge ex
adverso pro me & respice. Tu domine dś exercituum dś isrl evigila ut visi-
tes omnes gentes. Non miserearis universis qui operantur iniquitatem semp.
Revertantur ad vesperam & latrent ut canes. & circumeant civitatem. Ecce
loquuntur in ore suo & gladius in labiis quasi nemo audiat. Tu autem deride-
bis eos. subsannabis omnes gentes. Fortitudinem meam ad te servabo. quia
tu dś elevator meus. Dś misericordia mea preveniet me. dś ostendit michi
in insidiatoribus meis. Ne occidas eos ne forte obliviscatur populus meus. disperge
eos in fortitudine tua. & destrue eos protector meus domine. In peccato
oris sui in sermone labiorum suorum. & capiantur in superbia sua. maledictionem
& mendacium narrantes. Consume in furore consume ut non subsistant &
sciant quia dś dominabitur iacob in finibus terrae semp. Et convertantur ad
vesperam & latrent ut canes. & circumeant civitatem. Ipsi vagabuntur ut come-
dant. & cum saturati non fuerint murmurabunt. Ego autem cantabo imperium tuum.
& laudabo mane misericordiam tuam. Quia factus es fortitudo mea & refugium
meum. in die tribulationis mee. Virtutem meam tibi cantabo quia adiutor
meus es. fortitudo mea misericordia mea. ./ *victori pro liliis testimonium*
humilis & perfecti david ad docendum quando expugnavit syriam meso-
potamie saba & reversus est ioab & percussit edom in valle salinarum xii milia. ./
Deus proiecisti nos & scidisti. iratus es convertisti nos. Commovisti terram & dirupisti
eam. sana contritiones quia commota est. Ostendisti populo tuo duritiam. potasti
nos vino consopiente. Dedisti metuentibus te signum. ut fugerent a facie arcus.
Ut liberentur amici tui. salva dextera tua & exaudi me. Dś locutus est in
sancto suo. letabor & dividam sycimam. & convallem sochoth dimetiar. Meus est
galaad & meus est manasses & effraym fortitudo capitis mei. Iuda legifer
meus. moab olla spei meae. Super ydumeam incedam calciamento meo. in palesti-
na federata est. Quis deducet me ad civitatem munitam. quis deducet me usque
in ydumeam. Nonne tu dś qui proiecisti nos. non egredieris dś in exercitibus
nostris. Da nobis auxilium de tribulatione: vana est salus ab homine.
lx. In deo faciemus virtutem. & ipse conculcabit tribulantes nos. ./ *victori in psalmis dd. ./*
Exaudi dś laudem meam. intende orationi meae. De novissimo terrae ad te clamabo,
cum triste fuerit cor meum. Dum fortis elevabitur adversum me. tu eris ductor meus.
Fuisti spes mea. turris munitissima a facie inimici. Habitabo in tabernacu-
lo tuo iugiter. sperabo in protectione alarum tuarum semp. Tu enim dś exaudisti ora-
tionem meam. dedisti hereditatem timentibus nomen tuum. Dies super dies regis adi-
cies annos eius. donec est generatio & generatio. Sedebit semp ante faciem
dī. misericordia & veritas servabunt eum. Sic cantabo nomini tuo iugiter.
reddens vota mea per singulos dies. ./ *victori pro ydithun canticum. ./*
Attamen apud dm silebit anima mea. ex eo salus mea. Attamen ipse fortis
meus. & salus mea. fortitudo mea. non commovebor amplius. Usquequo in-
sidiamini contra virum interficitis omnes sicut murus inclinatus & maceria
corruens. Partem eius cogitaverunt repellere. placuit sibi mendacium
ore suo singuli benedicunt. & corde suo maledicunt semp. Verumtamen dm ta-
ceat anima mea. ab ipso enim prestolatio mea. Ipse est fortitudo mea & salus
mea. susceptor meus non timebo. In deo salutare meum & gloria mea. robur forti-
tudinis meae salus mea in deo. Sperate in eo omni tempore populi effundite coram
eo corda vestra. dś spes nostra est semp. Veruntamen vanitas filii adam. mendacium filii
viri in stateris dolosis fraudulenter agunt simul. Nolite confidere in calum-
pnia & in rapina ne frustremini. divitiae si fuerint ne apponatis cor. Unum
locutus est dś duo haec audivi quia imperium dī est. Et tibi domine misericor-
dia reddes unicuique secundum opus suum. ./ *canticum david cum esset in deserto iuda. ./*
Deus fortitudo mea tibi. de luce consurgam ad te. Sitivit anima mea desideravit
te caro mea. in terra invia & conficiente ac sine aqua. Sic in sancto apparui
tibi ut viderem fortitudinem tuam. & gloriam tuam. Melior enim est misericordia
tua quam vita. labia mea laudabunt te. Sic benedicam te in vita mea. in nomine
tuo levabo manus meas. Quasi adipe & pinguedine impleatur anima mea. &
labiis laudantibus canet os meum. Recordans tui in cubili meo. per singulas
vigilias meditabor tibi. Quia fuisti auxilium meum. & in umbra alarum
tuarum laudabo. Adhesit anima mea post te. me suscepit dextera tua.
Ipsi vero interficere querunt animam meam. ingredientur in extrema terrae. Congre-
gentur in manus gladii. pars vulpium erunt. Rex autem letabitur in deo. laudabitur
omnis qui iurat in eo. Quia obstruetur os loquentium mendacium. ./
Audi dś vocem meam loquentis. a timore inimici serva *victori canticum dd. ./*
animam meam. Absconde me a consilio malignantium. a tumultu operantium
iniquitatem. Qui exacuerunt quasi gladium linguam suam. intenderunt sagittam
suam verbum amarissimum. Ut sagittarent in absconditis simplicem: subito
sagittabunt eum & non timebunt. Confortaverunt sibi sermonem pessimum. narra-
verunt ut absconderent laqueos. dixerunt quis videbit eos. Scrutati
sunt iniquitates. defecerunt scrutantes scrutinio. cogitationibus singu-
lorum & corde profundo. Sagittabit eos dś iaculo repentino. inferentur
plage eorum. Et corruent in semetipsos plagis suis. fugient omnes qui viderint
eos. Et timebunt omnes homines. & annuntiabunt opus dī. & opera
eius intelligent. Letabitur iustus in domino & sperabit in eo. & exultabunt
omnes recti corde. ./ *victori david canticum. ./*
Tibi silet laus dś in syon. & tibi reddetur votum. Exaudi orationem meam. donec
ad te omnis caro veniat. Verba iniquitatum prevaluerunt adversum me: scele-
ribus nostris tu propitiaberis. Beatus quem elegeris & susceperis. habitabit in
atriis tuis. Replebimur in bonis domus tuae. sanctificatione templi tui.
Terribilis in iustitia exaudi nos dś salutaris tus. Confidentia omnium finium
terrae & maris longinqui. Preparans montes in virtute tua accinctus for-
titudine. Compescens sonitum maris fremitum fluctuum eius & multitudinem
eius. Et timebunt qui habitant in extremis a signis tuis. egressus matu-
tini & vespere laudantes facies. Visitasti terram & irrigasti eam. ubertate ditasti eam.
Rivus dī plenus aqua. preparabis frumentum eorum quia sic fundasti eam. Sulcos
eius inebria. multiplica fruges eius. stillicidiis irrigata. & germen eius benedic.
Solvetur annus in bonitate tua. & vestigia tua rorabunt pinguedine.
Pinguescent pascua deserti. & exultatione colles accingentur. Vestientur agni

In greges. et valles plene erunt frumento coequabunt et canent.

Iubilate deo omnis terra. cantate gloriam nomini eius. *victori canticum dd.*

Date gloriam laudi eius. dicite deo quam terribile opus tuum. In multitudine fortitudinis tue mentientur tibi inimici tui. Omnis terra adoret te et cantet tibi. canet nomini tuo semper. Venite et videte opera domini. terribilia consilia super filios hominum. Convertit mare in aridam in flumine pertransibunt pede. ibi letabimur in eo. Qui dominatur in fortitudine sua a seculo. oculi eius gentes aspiciunt. Qui increduli sunt non exaltentur in semet ipsis semper. Benedicite populi deum. et auditam facite vocem laudis eius. Qui posuit animam nostram in vita. et non dedit in commotionem pedes nostros. Probasti enim nos deus. igne nos conflasti sicut conflatur argentum. Induxisti nos in obsidione. posuisti stridorem in dorso nostro. imposuisti homines super capita nostra. Transivimus per ignem et aquam. et induxisti nos in refrigerium. Ingrediar domum tuam in holocaustis. reddam tibi vota mea. que promiserunt labia mea. et locutum os meum cum tribularer. Holocausta medullata offeram tibi cum incenso et arietibus; faciam boves cum hyrcis semper. Venite audite et narrabo omnes qui timetis deum. quanta fecit anime mee. Ipsum ore meo vocavi. et exaltavi in lingua mea. Iniquitatem si vidi in corde meo. non exaudiet dominus. Ideo exaudivit dominus. et attendit vocem deprecationis mee. Benedictus deus. qui non abstulit orationem meam. et misericordiam suam a me. *victori in psalmis canticum carminis*

Deus misereatur nostri et benedicat nos. illustret faciem suam super nos semper. Ut nota sit in terra via tua. in universis gentibus salus tua. Confiteantur tibi populi deus. confiteantur tibi populi omnes. Letentur et laudent gentes. quia iudicas populos in equitate. et gentium que in terra sunt doctores sempiternos semper. Confiteantur tibi populi omnes. confiteantur tibi populi omnes. Terra dedit germen suum. benedicat nobis dominus deus noster. Benedicat nobis deus. et metuant eum omnes fines terre. *victori in psalmis David canticum.*

Exurgat deus et dissipentur inimici eius. et fugiant qui oderunt eum a facie eius. Sicut deficit fumus deficiant. sicut tabescit cera a facie ignis. sic pereant impii a facie dei. Iusti autem letentur et exultent in conspectu dei et delectentur. Cantate deo canite nomini eius. preparate viam ascendenti per deserta. In domino nomen eius et exultate coram eo. patri pupillorum et defensori viduarum. Deus in habitaculo sancto suo. deus habitare facit solitarios in domo. Educit vinctos in fortitudine. increduli autem habitaverunt in siccitatibus. Deus cum egredereris ante populum tuum. et ambulares per desertum. Terra commota est et celi stillaverunt a facie dei. et Synai a facie dei israhel. Pluviam voluntariam elevasti deus hereditati tue. laboranti tu confortasti. Animalia tua habitaverunt in ea. preparasti in bonitate tua pauperi deus. Domine dabis sermonem annuntiantibus fortitudinis plurime. Reges exercituum foederabuntur. et pulchritudo domus dividet spolia. Si dormieritis inter medios terminos penne columbe deargentate et posteriora eius in virore auri. Dum discernit omnipotens reges in ea. nive dealbabuntur in Selmon. Mons dei mons pinguis. mons excelsus. mons pinguis. Quare contenditis montes excelsi adversum montem quem dilexit deus ut habitaret in eo. siquidem dominus confidet. Currus dei innumerabilis milia annuntiantium. dominus in eis in Synay in sancto. Ascendisti in excelsum. captivam duxisti captivitatem. accepisti dona in hominibus; insuper et non credentes habitare dominum deum. Benedictus dominus per singulos dies. portabit nos deus salutis nostre semper. Deus noster deus salvans. et domini dei mortis egressus. Verumtamen confringet capita inimicorum suorum verticem crinitum ambulantis in delictis suis. Dixit dominus ex Basan convertam. convertam de profundis maris. Ut calcet pes tuus in sanguine lingua canum tuorum ex inimicis a temet ipso. Viderunt itinera tua. itinera dei mei regis in sancto. Precesserunt cantatores eos qui post tergum psallebant. in medio puellarum tympanistriarum. In ecclesiis benedicite deum. dominum de fontibus israhel. Ibi beniamin parvulus. continens eos. principes iuda in purpura sua. principes Zabulon principes Neptalim. Precepit deus tuus de fortitudine tua. conforta deus hoc quod operatus es in nobis. De templo tuo quod est in Ierusalem. tibi offerent reges munera. Increpa bestiam calami. congregatio fortium in vaccis populorum. calcantium rotas argenteas. dispergere populos qui bella volunt. Afferant velociter ex Egypto. Ethiopia festinet dare manus deo. Regna terre cantate deo. psallite domino semper. Qui ascendit super celum celi ab oriente. ecce dabit voci sue vocem fortitudinis. Date gloriam deo super israhel. magnificentia eius et fortitudo eius in nubibus. Terribilis deus de sanctuario suo. deus israhel ipse dabit fortitudinem et robur populo suo benedictus deus. *victori pro liliis David.*

Salvum me fac deus. quoniam venerunt aque usque ad animam meam. Infixus sum in limo profundi. et non possum subsistere. Veni in profundum aquarum. et flumen operuit me. Laboravi clamans. exasperatum est guttur meum. defecerunt oculi mei expectantes deum meum. Multiplicati sunt super capillos capitis mei. qui oderunt me gratis. Confortati sunt qui persequebantur me iniuste. que non rapueram tunc reddebam. Deus tu scis stulticiam meam. et peccata mea a te non sunt abscondita. Non confundantur in me expectantes te domine deus exercituum. Non revereantur super me qui querunt te deus israhel. Quia propter te portavi obprobrium. operuit confusio faciem meam. Alienus factus sum fratribus meis. et peregrinus filiis matris mee. Quia zelus domus tue comedit me. et obprobrium exprobrantium tibi cecidit super me. Et flevi in ieiunio animam meam. et factum est in obprobrium mihi. Et posui vestimentum meum saccum. et factus sum eis in parabolam. Contra me loquebantur qui sedebant in porta. et cantabant bibentes vinum. Mea autem oratio ad te domine. tempus reconciliationis est. Deus in multitudine misericordie tue exaudi me in veritate salutis tue. Erue me de luto ut non infigar. libera me ab his qui oderunt me et de profundis aquarum. Non operiat me fluctus aque. neque absorbeat me profundum. et non coronet super me puteus os suum. Exaudi me domine quoniam bona est misericordia tua. secundum multitudinem miserationum tuarum respice in me. Et ne abscondas faciem tuam a servo tuo. quoniam tribulor cito exaudi me. Accede ad animam meam et redime eam. propter inimicos meos redime me. Tu scis obprobrium et confusionem et ignominiam meam. contra te sunt omnes hostes mei. Obprobrio contritum est cor meum et desperatus sum. Et expectavi qui contristaretur et non fuit. et consolantes et non inveni. Et dederunt in escam meam fel. et in siti mea potaverunt me aceto. Sit mensa eorum coram eis in laqueum. et in retributiones et ad corruendum. Contenebrentur oculi eorum ne videant. et dorsum eorum semper incurva. Effunde super eos indignationem tuam. et ira furoris tui comprehendat eos. Fiat commoratio eorum deserta. et in tabernaculis eorum non sit qui inhabitet. Quia quem tu percussisti persecuti sunt. et ut affligerent vulneratos tuos narrabunt. Da iniquitatem super iniquitatem eorum. et non veniant in iusticia tua. Deleantur de libro viventium. et cum iustis non scribantur. Ego autem pauper et dolens. salus tua deus suscipiet me. Laudabo nomen dei cum cantico. et magnificabo eum in confessione. Et placebit domino super vitulum novellum. cornua producentem et ungulas. Videntes mansueti letabuntur. qui queritis deum vivet anima vestra. Quia exaudivit pauperes dominus. et vinctos suos non despexit. Laudent eum celi et terra. et omne quod movetur in eis. Quia dominus salvabit Syon. et edificabuntur civitates iuda. et habitabunt ibi et possidebunt eam. Et semen servorum eius possidebit eam. et qui diligunt nomen eius habitabunt in ea. *victori David ad recordandum.*

Deus ut liberes me. domine in auxilium meum festina. Confundantur et erubescant. qui querunt animam meam. Convertantur retrorsum et erubescant qui volunt mala mea. Revertantur confusionis sue ad vestigium. qui dicunt mihi vah vah. Gaudeant et letentur in te omnes qui querunt te. et dicant semper magnificetur dominus qui diligunt salutare tuum. Ego autem egenus et pauper. deus festina pro me. Auxilium meum et salvator meus tu domine ne moreris. *psalmus David*

lxx. In te domine speravi non confundar in eternum. In iusticia tua erue me et libera me. inclina aurem tuam et salva me. Esto mihi robustum habitaculum ut ingrediar iugiter. precepisti ut liberes me. quia petra et refugium meum es tu. Deus meus salva me de manu impii. et de manu iniqui et nocentis. Quia tu es expectatio mea domine deus. fiducia mea ab adolescentia mea. A te sustentatus sum ex utero. de ventre matris mee tu es protector meus. in te laus mea semper. Quasi portentum factus sum multis. et tu spes mea fortissima. Impleatur os meum laude tua tota die magnitudine tua. Ne proicias me in tempore senectutis. cum defecerit fortitudo mea ne derelinquas me. Quia dixerunt inimici mei mihi. et qui observabant animam meam inierunt consilium pariter. Dicentes deus dereliquit eum. persequimini et comprehendite eum. quia non est qui eripiat. Deus ne elongeris a me. deus meus ad auxilium meum festina. Confundantur et consumantur adversarii anime mee. Operiantur obprobrio et confusione qui querunt mala mihi. Ego autem iugiter expectabo. et adiciam super omnes laudationes tuas. Os meum narrabit iusticiam tuam. tota die salutare tuum. quia non cognovi litteraturas. Ingrediar in fortitudine domini dei. recordabor iusticie tue solius. Deus docuisti me ab adolescentia mea. et usque nunc annuntiabo mirabilia tua. Insuper et usque ad senectutem et canos deus ne derelinquas me. Donec annuntiem brachium tuum. generationi cunctisque venturis fortitudinem tuam. Et iusticiam tuam deus usque in excelsum. quanta fecisti magnalia deus quis similis tibi. Qui ostendisti nobis tribulationes plurimas et malas. Et conversus vivificabis nos. et de abyssis terre rursus educes nos. Multiplicabis magnitudinem meam. et conversus consolaberis me. Ego autem confitebor tibi in vasis psalmi veritatem tuam deus meus. cantabo tibi in cythara sancte israhel. Exultabunt labia mea cum cantavero tibi. et anima mea quam redemisti. Insuper et lingua mea tota die meditabitur iusticiam tuam. quia confusi et dehonestati querentes malum mihi. *Salomonis psalmus.*

Deus iudicium tuum regi da. et iusticiam tuam filio regis. Iudicabit populum tuum in iusticia. et pauperes tuos in iudicio. Assument montes pacem populo tuo. et colles iusticiam. Iudicabit pauperes populi. salvabit filios pauperum. et humiliabit calumniatorem. Et timebunt te quamdiu erit sol. et ultra lunam in generatione generationum. Descendet ut pluvia super vellus. et ut stille irrorantes terram. Permanebit in diebus eius iusticia et multitudo pacis. donec non sit luna. Et dominabitur a mari usque ad mare. et a flumine usque ad terminos orbis terre. Ante eum procident Ethiopes. et inimici eius pulverem lingent. Reges Tharsis et insule munera offerent. reges Arabie et Saba tributum conferent. Et adorabunt eum omnes reges. omnes nationes servient ei. Quia eruet pauperem a potente. et inopem cui non est adiutor. Parcet inopi et pauperi. et animas pauperum salvabit. Ab usura et iniquitate redimet animas eorum. et preciosus erit sanguis eorum coram oculis eius. Et vivet et dabitur ei de auro Saba. et orabit de eo. tota die benedicet ei. Erit memorabile triticum in terra in capite montium. et elevabitur sicut Libanus fructus eius. et florebunt de civitate sicut fenum terre. Erit nomen eius in eternum. ultra solem perseverabit nomen eius. Et benedicentur in eo omnes gentes. et beatificabunt eum. Benedictus dominus deus israhel. qui facit mirabilia solus. Et benedictum nomen glorie eius in sempiternum. et implebitur gloria eius universa terra amen amen. *complete sunt orationes David filii Ysai.*

Canticum Asaph. Attamen bonus est israhel deus his qui mundo sunt corde. Mei autem pene vacillaverunt pedes. pene effusi sunt gressus mei. Quia emulatus sum contra iniquos. pacem impiorum videns. Quia non cogitaverunt de morte sua. et firma sunt vestibula eorum. In labore hominum non sunt. et cum hominibus non flagellabuntur. Ideo circumdedit eos superbia. circumdederunt iniquitates sibi. Processerunt a pinguedine oculi eorum. transierunt cogitationes cordis. Irriserunt et locuti sunt in malicia calumpniam de excelso loquentes. Posuerunt in celum os suum. et lingua eorum deambulavit in terra. Propterea convertetur populus eius hic. et quis plenus invenietur in eis. Et dixerunt quomodo novit deus. et si est scientia in excelso. Ecce isti impii et habundantes in seculo. multiplicaverunt divitias. Ergone frustra mundavi cor meum. et lavi in innocentia manus meas. Et fui flagellatus tota die. et increpatio mea in matutinis. Et dixi si narravero sic. ecce generationem filiorum tuorum reliqui. Et cogitavi ut intelligerem. istud labor est in oculis meis. Donec venirem ad sanctuarium dei. et intelligam in novissimo eorum. Verumtamen in lubrico posuisti eos. deiecisti eos ad interitum. Quomodo vastati sunt subito defecerunt. consumpti sunt quasi non sint. Quasi somnium evigilantis domine. in civitate imaginem illorum ad nihilum rediges. Quia concitatum est cor meum. et renes mei resoluti sunt. Et ego insipiens et nescius. quasi iumentum factus sum apud te. Et eram semper tecum. et tenebas manum dextere mee. In consilio tuo deduces me. et postea in gloria suscipies me. Quid mihi est in celo. et tecum nolui in terra. Consumpta est caro mea et cor meum. robur cordis mei et pars mea deus in eternum. Quia ecce qui elongant se a te peribunt. perdidisti omnem fornicantem abs te. Mihi autem appropinquare deo bonum est. posui in domino deo spem meam. Ut narrem omnes annuntiationes tuas. *psalmus.*

Ut quid deus repulisti in finem. fumavit furor tuus in gregem pascue tue. Recordare congregationis tue. quam possedisti ab initio. Et redemisti virgam hereditatis tue. montem Syon in quo habitasti. Sublimitas pedum tuorum dissipata est usque ad finem. omnia mala egit inimicus in sanctuario. Fremuerunt hostes tui in medio pacti tui posuerunt signa sua. Signa manifesta in introitu. desuper in saltu lignorum secures. Et nunc sculpturas eius pariter bipenne et dolabris deraserunt. Miserunt igni sanctuarium tuum. in terra contaminaverunt tabernaculum nominis tui. Dixerunt in cordibus suis posteri eorum simul incenderunt omnes sollempnitates dei in terra. Signa nostra non vidimus. non est ultra propheta. et non est nobiscum qui sciat usque quo. Usque quo deus exprobrabit adversarius. blasphemabit inimicus nomen tuum in finem. Quare convertis manum tuam et dexteram tuam. a medio sinu tuo consumens. Deus autem rex meus ab initio. operatur salutes in medio terre. Tu dissipasti in fortitudine tua mare. contrivisti capita draconum in aquis. Tu confregisti capita Leviathan. et dedisti eum in escam populo Ethiopum. Tu disrupisti fontes et torrentes. tu siccasti flumina fortia. Tuus est dies et tua est nox. tu ordinasti luminaria et solem. Tu statuisti omnes terminos terre. estatem et hyemem tu plasmasti. Memor esto huius inimicus exprobravit domino. et populus insipiens blasphemavit nomen tuum. Ne tradas bestiis animam eruditam lege tua. vite pauperum tuorum ne obliviscaris in perpetuum. Respice ad pactum tuum. quia repleta sunt tenebris terre habitationes iniquitatis. Non revertatur confractus confusus. egenus et pauper laudabunt nomen tuum. Surge domine iudica causam tuam. memento obprobrii tui ab insipiente tota die. Ne obliviscaris vocis hostium tuorum. sonitus adversariorum tuorum ascendit iugiter. *victori ne disperdas. psalmus Asaph.*

84.

Confitebimur tibi deus confitebimur iuxta nomen tuum narrabo mirabilia tua. Cum accepero tempus ego recta iudicabo. Dissolvetur terra cum habitatoribus suis. ego appendi columnas eius semper. Dixi iniquis: agentibus nolite inique agere. et impiis nolite exaltare cornu. Nolite exaltare cornu vestrum in excelso. loquentes in cervice veteri. Quia

neque ab oriente, neque ab occidente, neque a solitudine montium. Sed deus iudex. hunc humiliabit et hunc exaltabit. Quia calix in manu domini est et uino meraco ad plenum mixtus et propinauit ex eo. Verumtamen feces eius potabunt omnes bibentes impii terre. Ego autem adnuntiabo in sempiternum, cantabo deo iacob. Et omnia cornua impiorum confringam, et exaltabuntur cornua iusti.

Cognoscetur in iudea deus. *uictori psalmus canticum asaph carminis.* et in israhel magnum nomen eius. Et fuit in salem tabernaculum eius, et habitaculum eius in syon. Ibi confregit uolatilia arcus, scutum et gladium et bellum semper. Lumen tu es magnifice a montibus captiuitatis. Expoliati sunt superbi corde, dormitauerunt somnum suum, et non inuenerunt omnes uiri exercitus manus suas. Ab increpatione tua deus iacob, consopitus est currus et equus. Terribilis es et quis stabit aduersum te, ex tunc ira tua. De celo annuntiabis iudicium, terra timens tacebit. Cum surrexerit ad iudicandum deus, ut saluos faciat omnes mites terre semper. Quia meror hominis confitebitur tibi, reliquias meroris accingeris. Vouete et reddite domino deo uestro omnes qui in circuitu eius, offerte dona terribili. Qui aufert spiritum principum, terribili regibus terre.

Voce mea ad dominum clamaui, uoce mea *uictori super ydithun psalmus asaph.* ad deum et exaudiuit me. In die tribulationis mee dominum requisiui, manus mea nocte extenditur et non quiescit. Noluit consolari anima mea, recordans dei conturbabar. Loquar in memetipso, et deficiebat spiritus meus semper. Prohibebam uigilias oculorum meorum, stupebam et non loquebar. Recogitabam dies antiquos, et annos seculi. Recordabar psalmorum meorum in nocte, cum corde meo loquebar, et scrutabar spiritum meum. Ergone in eternum proiciet deus, et non repropitiabitur ultra. Ergone complebit in finem misericordiam suam, consummabit uerbum de generatione et generatione. Numquid oblitus est misereri deus, aut comple[b]it in furore misericordias suas semper. Et dixi inbecillitas mea est, hec commutatio dextere excelsi. Et meditabor in omni opere tuo, et adinuentiones tuas loquar. Deus in sanctitate uia tua, quis deus magnus ut deus. Tu es deus faciens mirabilia, ostendes in populis potentiam tuam. Redemisti in brachio tuo populum tuum filios iacob et ioseph semper. Viderunt te aque deus, uiderunt te aque parturierunt, et conturbate sunt abyssi. Excusserunt aquas nubila, uocem dederunt nubes, sagitte tue discurrebant. Vox tonitrui tui in rota, apparuerunt fulgura tua orbi, concussa et commota est terra. In mari uia tua, et semite tue in aquis multis, et uestigia tua non sunt agnita. Deduxisti quasi greges populum tuum in manu moysi et aaron. *eruditio asaph.*

Ausculta populus meus legem meam, inclinate aurem uestram ad uerba oris mei. Aperiam in parabola os meum, loquar enigmata antiqua. Que audiuimus et cognouimus, et patres nostri narrauerunt nobis. Non sunt abscondita a filiis eorum, a generatione sequenti. Narrantes laudes domini et potentiam eius, et mirabilia eius que fecit. Statuit contestationem in iacob, et legem posuit in israhel, que mandauit patribus nostris ut docerent filios suos. Vt cognosceret generatio subsequens, filii nascituri surgerent, et narrarent filiis suis. Vt ponerent in deo spem suam, et non obliuiscerentur cogitationum dei, et mandata eius custodirent. Et non fierent sicut patres eorum, generatio declinans et prouocans, generatio que non preparauit cor suum, et non credidit deo spiritus eius. Filii effraim intendentes et mittentes arcum, terga uerterunt in die belli. Non custodierunt pactum dei sui, et in lege eius noluerunt ingredi. Et obliti sunt cogitationum eius, et mirabilium eius que ostendit eis. Coram patribus eorum fecit mirabilia, in terra egypti et in regione thaneos. Diuisit mare et transduxit eos, et stare fecit aquas quasi aceruum. Et duxit eos in nube per diem, et tota nocte in lumine ignis. Scidit petram in deserto, et potum dedit quasi de abyssis magnis. Et eduxit riuos de petra, et elicuit quasi flumina aquas. Et addiderunt ultra peccare ei, et prouocauerunt excelsum in inuio. Et temptauerunt in cordibus suis, postulantes animę sue cibum. Et loquentes contra deum dicebant, numquid poterit deus ponere mensam in solitudine. Ecce percussit petram et fluxerunt aque, et torrentes inundauerunt. Numquid et panem poterit dare, aut preparare carnem populo suo. Ideo audiuit dominus et distulit, et ignis accensus est in iacob, et furor ascendit in israhel. Quia non crediderunt deo, nec habuerunt fiduciam in salutari eius. Et precepit nubibus desuper, et portas celi aperuit. Et pluit super eos manna ut comederent, et triticum celi dedit eis. Panem fortium comedit uir, cibaria misit illis in saturitate. Transtulit eurum de celo, et induxit in fortitudine sua affricum. Et pluit super eos quasi puluerem carnes, et quasi arenam maris uolatilia pennata. Et ceciderunt in medio castrorum eius, in circuitu tabernaculorum eius. Et comederunt et saturati sunt nimis, et desiderium eorum attulit eis. Non indiguerunt de cupiditate sua, cum adhuc cibus esset in ore eorum. Furor quoque dei ascendit super eos, et occidit pingues eorum, et electos israhel incuruauit. In omnibus his peccauerunt ultra, et non crediderunt in mirabilibus eius. Et consumpsit in uanitate dies eorum, et annos eorum uelociter. Si occidebat eos tunc querebant eum, et conuertebantur ad eum et diluculo consurgebant. Et recordabantur quia deus fortitudo eorum, et deus excelsus redemptor eorum. Et lactauerunt eum in ore suo, et lingua sua mentiti sunt ei. Cor autem eorum non erat firmum cum eo, nec permanserunt in pacto eius. Ipse autem misericors, propitiabitur iniquitati et non disperdet. Multumque auertit iram suam, et non suscitauit furorem suum. Recordatus est quia caro essent, spiritus uadens et non reuertens. Quotiens prouocauerunt eum in deserto, afflixerunt eum in solitudine. Et conuersi sunt et temptauerunt deum, et sanctum israhel concitauerunt. Non sunt recordati manus eius, die qua redemit eos de tribulatione. Qui fecit in egypto signa sua, et ostenta sua in regione thaneos. Qui conuertit in sanguinem fluuios eorum, et riuos eorum ne biberent. Qui immisit in eis omne genus muscarum ut comederent eos, et ranas ut disperderent eos. Qui dedit bruco germen eorum, et labores eorum locuste. Qui occidit grandine uineas eorum, et sicomoros eorum frigore. Qui tradidit grandini pascua eorum, et iumenta eorum uolucribus. Qui misit in eos iram furoris sui, indignationem et comminationem et angustiam, immissionem angelorum malorum. Parauit semitam furoris sui, non pepercit morti animę eorum, et animalia eorum morti tradidit. Et percussit omne primogenitum in egypto, principium partus in tabernaculis cham. Et tulit uelut oues populum suum, et minauit eos sicut gregem in deserto. Et duxit eos cum fiducia absque timore, inimicos autem eorum operuit mare. Et adduxit eos ad terminum sanctificationis sue, montem istum quem possedit dextera eius. Et eiecit a facie eorum gentes, et possidere eos fecit funiculo hereditatis, et collocauit in tabernaculis eorum tribus israhel. Et temptauerunt et prouocauerunt deum excelsum, et testimonia eius non custodierunt. Et auersi sunt et preuaricati sunt ut patres eorum, incuruati sunt quasi arcus mendax. Et prouocauerunt eum in excelsis suis, et in sculptilibus suis ad emulationem eum concitauerunt. Audiuit dominus et distulit, et proiecit uehementer israhel. Et reliquit tabernaculum sylo, tentorium suum quod collocauit inter homines. Et tradidit in captiuitatem fortitudinem eorum, et decorem suum in manu hostis. Et conclusit in gladio populum suum, et in hereditatem suam distulit. Iuuenes eorum deuorauit ignis, et uirgines eorum non sunt lamentate. Sacerdotes eorum in gladio ceciderunt, et uidue eorum non sunt flete. Et euigilauit quasi dormiens dominus, tamquam fortis post crapulam uini. Et percussit hostes suos retrorsum, obprobrium sempiternum dedit eos. Et proiecit tabernaculum ioseph, et tribum effraim non elegit. Sed elegit tribum iuda, montem syon quem dilexit. Et edificauit in similitudine mono-

cerotis sanctuarium suum, quasi terram quam fundauit in eternum. Et elegit dauid seruum suum, et sustulit eum de gregibus ouium. Sequentes fetas adduxit eum, ut pasceret iacob populum suum, et israhel hereditatem eius. Qui pauit eos in simplicitate cordis sui, et prudentia manuum suarum duxit eos. *canticum asaph.*

Deus uenerunt gentes in hereditatem tuam, polluerunt templum sanctum tuum, posuerunt hierusalem in aceruum lapidum. Dederunt cadauera seruorum tuorum escas auibus celi, carnes sanctorum tuorum bestiis terre. Effuderunt sanguinem eorum quasi aquam in circuitu hierusalem, et non erat qui sepeliret. Facti sumus obprobrium uicinis nostris, subsannatio et derisio his qui in circuitu nostro sunt. Vsquequo domine irasceris in finem, ardebit quasi ignis zelus tuus. Effunde furorem tuum in gentes que te non cognouerunt, et super regna que nomen tuum non inuocauerunt. Quia comederunt iacob, et decorem eius desolauerunt. Ne recorderis iniquitatum nostrarum ueterum, cito anticipent nos misericordie tue, quia attenuati sumus nimis. Auxiliare nobis deus salutaris noster, propter gloriam nominis tui, et libera nos, et propitiare peccatis nostris propter nomen tuum. Quare dicunt gentes ubi est deus eorum, nota fiat in gentibus ante oculos nostros ultio sanguinis seruorum tuorum qui effusus est. Ingrediatur coram te gemitus uincti, in magnitudine brachii tui derelinque filios interfectionis. Et redde uicinis nostris septuplum in sinu eorum, obprobrium suum quod exprobrauerunt tibi domine. Nos autem populus tuus et oues pascue tue, confitebimur tibi in seculum, in generatione et generatione narrabimus laudes tuas. *pro liliis testimonium asaph.*

Qui pascis israhel ausculta, qui ducis quasi gregem ioseph, qui sedes super cherubin ostendere. Ante effraim beniamin et manasse suscita fortitudinem tuam et ueni ut saluos facias nos. Deus conuerte nos, et ostende faciem tuam et salui erimus. Domine deus exercituum, quousque fumabis ad orationem serui tui. Cibabis nos pane flebili, et potabis nos lacrimis triplici. Posuisti nos contentionem uicinis nostris, et inimici nostri subsannauerunt nos. Deus exercituum conuerte nos, et ostende faciem tuam et salui erimus. Vineam de egypto tulisti, eiecisti gentes et plantasti eam. Preparasti ante faciem eius, et stabilisti radices eius et impleuit terram. Operti sunt montes umbra eius, et rami eius cedri dei. Extendit comas suas usque ad mare, et usque ad flumen germina sua. Quare dissipasti maceriam eius, et uindemiauerunt eam omnes qui transeunt per uiam. Vastauit eam aper de silua, et omnes bestie agri depaste sunt eam. Deus exercituum conuertere obsecro, respice de celo et uide et uisita uineam hanc. Et radicem quam plantauerat dextera tua, et filium quem confirmasti tibi. Fiat manus tua super uirum dextere tue, et super filium hominis quem confirmasti tibi. Et non recedimus a te, uiuificabis nos et nomen tuum inuocabimus. Domine deus exercituum conuerte nos, et ostende faciem tuam et salui erimus. *uictori in torcularibus.*

lxxx Laudate dominum fortitudinem nostram, iubilate deo iacob. Assumite carmen et date tympanum, cytharam decoram cum psalterio. Clangite in neomenia bucina, et in medio mense die sollempnitatis nostre. Quia legitimum israhel est, et testimonium dei iacob. Testimonium in ioseph posuit eum, cum egrederetur de terra egypti, labium quod nesciebam audiui. Amoui ab onere humerum eius, manus eius a cophino recesserunt. In tribulatione inuocasti et eruti te, exaudiui te in abscondito tonitrui, probaui te super aquam contradictionis semper. Audi populus meus et contestabor te, israhel si audieris me. Non sit in te deus alienus, et non adores deum peregrinum. Ego sum dominus deus tuus qui eduxi te de terra egypti, dilata os tuum et implebo illud. Et non audiuit populus meus uocem meam, et israhel non credidit mihi. Et dimisi eum in prauitate cordis sui, et ambulabit in consiliis suis. Vtinam populus meus audisset me, et israhel in uiis meis ambulasset. Quasi nihilum inimicos eius humiliassem, et super hostes eorum misissem manum meam. Qui oderunt dominum negabant eum, et erit tempus eorum in seculum. Et cibauit eos ex adipe frumenti, et de petra melle saturauit eos.

Deus stetit in cetu dei, in medio deorum iudicat. Vsquequo iudicatis iniquitatem, et facies impiorum suscipitis semper. Iudicate pauperi et egeno, pupillo et inopi iustificate. Saluate inopem et pauperem, et de manu impiorum liberate. Non cognoscunt neque intellegunt, in tenebris ambulant, mouebuntur omnia fundamenta terre. Ego dixi dii estis, et filii excelsi omnes. Ergo quasi adam moriemini, et quasi unus de principibus cadetis. Surge deus iudica terram, quoniam hereditabis in omnibus gentibus. *canticum psalmi asaph.*

Deus ne taceas tibi, ne sileas et ne quiescas deus. Quia ecce inimici tui tumultuati sunt, et qui oderunt te leuauerunt caput. Contra populum tuum inierunt consilium, et inierunt consilium aduersum arcanum tuum. Dixerunt uenite et conteramus eos de gente, et non sit memoria nominis israhel ultra. Quoniam tractauerunt pariter, contra te foedus pepigerunt. Tabernacula ydumee et hysmahelitarum, moab et agareni. Gebal et amon et amalech, palestina cum habitatoribus tyri. Sed et assur uenit cum eis, facti sunt in brachium filiis loth semper. Fac illis sicut madian et sisare, et sicut iabin in torrente cyson. Contriti sunt in endor, facti sunt quasi sterquilinium terre. Pone duces eorum sicut oreb et zeb, et zebee et salmana omnes principes eorum. Qui dixerunt possideamus nobis pulchritudinem dei. Deus meus pone eos ut rotam, quasi stipulam ante faciem uenti. Quomodo ignis comburit siluam, et sicut flamma comburens montes. Sic persequeris eos in tempestate tua, et in turbine tuo conturbabis eos. Imple facies eorum ignominia, et querent nomen tuum domine. Confundantur et conturbentur usque in seculum, et erubescant et pereant. Et sciant quia nomen tibi dominus, tu solus excelsus super omnem terram. *uictori pro torcularibus filiorum chore canticum.*

Quam dilecta tabernacula tua domine exercituum. Desiderat et defecit anima mea in atria domini, cor meum et caro mea laudabunt deum uiuentem. Siquidem et passer inuenit domum, et auis nidum sibi ubi reponat pullos suos. Altaria tua domine exercituum, rex meus et deus meus. Beati qui habitant in domo tua, adhuc laudabunt te semper. Beatus homo cuius fortitudo est in te, semite in corde eius. Transeuntes in ualle fletus, fontem ponent eam, benedictione quoque amicietur doctor. Ibunt de fortitudine in fortitudinem, parebunt apud deum in syon. Domine deus exercituum exaudi orationem meam, ausculta deus iacob semper. Clypeus noster uide deus, et respice faciem christi tui. Quoniam melior est dies in atriis tuis super milia, elegi abiectus esse in domo dei mei magis quam habitare in tabernaculis impietatis. Quia sol et scutum dominus deus, gratiam et gloriam dabit dominus. Non prohibebit bonum ab his qui ambulant in perfectione. Domine exercituum, beatus homo qui confidit in te. *uictori filiorum chore canticum.*

Placatus es domine terre tue, reduxisti captiuitatem iacob. Remisisti iniquitatem populo tuo, operuisti omnia peccata eorum semper. Continuisti omnem indignationem tuam, conuersus es ab ira furoris tui. Conuerte nos deus iesu noster, et solue iram tuam a nobis. Numquid in eternum irasceris nobis, extendes iram tuam in generatione et generationem. Nonne tu conuersus uiuificabis nos, et populus tuus letabitur in te. Ostende nobis domine misericordiam tuam, et salutare tuum da nobis. Audiam quid loquatur deus dominus. loquetur enim pacem ad populum suum, et ad sanctos suos ut non conuertantur ad stultitiam. Verumtamen prope est his qui timent eum salutare eius, ut habitet gloria in terra nostra. Misericordia et ueritas occurrerunt, iustitia et pax deosculate sunt. Veritas de terra orta est, et iustitia de celo prospexit. Sed et dominus dabit bonum, et terra nostra dabit fructum suum. Iustitia ante eum ambulabit et ponet in uia gressus suos. *oratio dauid.*

Inclina domine aurem tuam et exaudi me, quia egenus et pauper ego sum. Custodi animam meam quia sanctus sum, saluum fac seruum tuum deus meus qui sperat

fideles tuae. Miserere mei domine quoniam ad te clamavi tota die. Laetifica animam servi tui, quia ad te domine animam meam levavi. Quoniam tu domine suavis et mitis, et multae misericordiae omnibus invocantibus te. Auribus percipe domine orationem meam, et intende voci deprecationis meae. In die tribulationis meae clamavi ad te, quia exaudisti me. Non est similis tui in diis domine, et non est secundum opera tua. Omnes gentes quascumque fecisti venient et adorabunt coram te domine, et glorificabunt nomen tuum. Quoniam magnus es tu et faciens mirabilia, tu es deus solus. Deduc me domine in via tua et ingrediar in veritate tua, laetetur cor meum ut timeat nomen tuum. Confitebor tibi domine deus meus in toto corde meo, et glorificabo nomen tuum in aeternum. Quia misericordia tua magna est super me, et eruisti animam meam ex inferno inferiori. Deus iniqui insurrexerunt super me, et synagoga potentium quaesierunt animam meam, et non proposuerunt te in conspectu suo. Et tu domine deus miserator et misericors, patiens et multae misericordiae et verax. Respice in me et miserere mei, da imperium tuum puero tuo, et salvum fac filium ancillae tuae. Fac mecum signum in bonum, ut videant qui oderunt me et confundantur, quoniam tu domine adiuvisti me et consolatus es me.

Fundamenta eius in montibus sanctis. *Filiorum Chore psalmus cantici.* Diligit dominus portas Sion super omnia tabernacula Iacob. Gloriosa dicta sunt de te civitas dei. Memor ero Raab et Babylonis scientium me. Ecce alienigenae et Tyrus et populus Aethiopum hii fuerunt illic. Numquid Sion dicet homo et homo natus est in ea, et ipse fundavit eam altissimus. Dominus narrabit in scripturis populorum et principum horum qui fuerunt in ea. Sicut laetantium omnium habitatio est in te.

Canticum carminis filiis Chore in finem pro Maeleth ad respondendum intellectus Eman Ezrahitae.

Domine deus salutis meae in die clamavi et nocte coram te. Intret in conspectu tuo oratio mea, inclina aurem tuam ad precem meam. Quia repleta est malis anima mea, et vita mea inferno appropinquavit. lxxx Aestimatus sum cum descendentibus in lacum, factus sum sicut homo sine adiutorio, inter mortuos liber. Sicut vulnerati dormientes in sepulchris, quorum non es memor amplius, et ipsi de manu tua repulsi sunt. Posuerunt me in lacu inferiori, in tenebrosis et in umbra mortis. Super me confirmatus est furor tuus, et omnes fluctus tuos induxisti super me. Longe fecisti notos meos a me, posuerunt me abominationem sibi. Traditus sum et non egrediebar, oculi mei languerunt prae inopia. Clamavi ad te domine tota die, expandi ad te manus meas. Numquid mortuis facies mirabilia, aut medici suscitabunt et confitebuntur tibi. Numquid narrabit aliquis in sepulchro misericordiam tuam, et veritatem tuam in perditione. Numquid cognoscentur in tenebris mirabilia tua, et iustitia tua in terra oblivionis. Et ego ad te domine clamavi, et mane oratio mea praeveniet te. Ut quid domine repellis orationem meam, avertis faciem tuam a me. Pauper sum ego et in laboribus a iuventute mea, exaltatus autem humiliatus sum et conturbatus. In me transierunt irae tuae, et terrores tui conturbaverunt me. Circumdederunt me sicut aqua tota die, circumdederunt me simul. Elongasti a me amicum et proximum, et notos meos a miseria.

Misericordias domini in aeternum cantabo. *Intellectus Ethan Ezrahitae.* In generatione et generationem annuntiabo veritatem tuam in ore meo. Quoniam dixisti in aeternum misericordia aedificabitur in caelis, praeparabitur veritas tua in eis. Disposui testamentum electis meis, iuravi David servo meo. Usque in aeternum praeparabo semen tuum, et aedificabo in generationem et generationem sedem tuam. Confitebuntur caeli mirabilia tua domine, etenim veritatem tuam in ecclesia sanctorum. Quoniam quis in nubibus aequabitur domino, similis erit domino in filiis dei. Deus qui glorificatur in consilio sanctorum, magnus et terribilis super omnes qui in circuitu eius sunt. Domine deus virtutum quis similis tibi, potens es domine et veritas tua in circuitu tuo. Tu dominaris potestatis maris, motum autem fluctuum eius tu mitigas. Tu humiliasti sicut vulneratum superbum, in brachio virtutis tuae dispersisti inimicos tuos. Tui sunt caeli et tua est terra, orbem terrae et plenitudinem eius tu fundasti. Aquilonem et mare tu creasti. Thabor et Hermon in nomine tuo exultabunt. Tuum brachium cum potentia. Firmetur manus tua et exaltetur dextera tua. Iustitia et iudicium praeparatio sedis tuae. Misericordia et veritas praecedent faciem tuam. Beatus populus qui scit iubilationem. Domine in lumine vultus tui ambulabunt, et in nomine tuo exultabunt tota die, et in iustitia tua exaltabuntur. Quoniam gloria virtutis eorum tu es, et in beneplacito tuo exaltabitur cornu nostrum. Quia domini est assumptio nostra, et sancti Israel regis nostri. Tunc locutus es in visione sanctis tuis et dixisti, posui adiutorium in potentem, et exaltavi electum de plebe mea. Inveni David servum meum, oleo sancto meo unxi eum. Manus enim mea auxiliabitur ei, et brachium meum confortabit eum. Nihil proficiet inimicus in eo, et filius iniquitatis non apponet nocere ei. Et concidam a facie ipsius inimicos eius, et odientes eum in fugam convertam. Et veritas mea et misericordia mea cum ipso, et in nomine meo exaltabitur cornu eius. Et ponam in mari manum eius, et in fluminibus dexteram eius. Ipse invocabit me, pater meus es tu, deus meus et susceptor salutis meae. Et ego primogenitum ponam illum, excelsum prae regibus terrae. In aeternum servabo illi misericordiam meam, et testamentum meum fidele ipsi. Et ponam in saeculum saeculi semen eius, et thronum eius sicut dies caeli. Si autem dereliquerint filii eius legem meam, et in iudiciis meis non ambulaverint. Si iustitias meas profanaverint, et mandata mea non custodierint. Visitabo in virga iniquitates eorum, et in verberibus peccata eorum. Misericordiam autem meam non dispergam ab eo, neque nocebo in veritate mea. Neque profanabo testamentum meum, et quae procedunt de labiis meis non faciam irrita. Semel iuravi in sancto meo, si David mentiar, semen eius in aeternum manebit. Et thronus eius sicut sol in conspectu meo, et sicut luna perfecta in aeternum, et testis in caelo fidelis. Tu vero repulisti et despexisti, distulisti christum tuum. Evertisti testamentum servi tui, profanasti in terra sanctuarium eius. Destruxisti omnes sepes eius, posuisti firmamentum eius formidinem. Diripuerunt eum omnes transeuntes viam, factus est opprobrium vicinis suis. Exaltasti dexteram deprimentium eum, laetificasti omnes inimicos eius. Avertisti adiutorium gladii eius, et non es auxiliatus ei in bello. Destruxisti eum ab emundatione, et sedem eius in terram collisisti. Minorasti dies temporis eius, perfudisti eum confusione. Usque quo domine avertis in finem, exardescet sicut ignis ira tua. Memorare quae mea substantia, numquid enim vane constituisti filios hominum. Quis est homo qui vivet et non videbit mortem, eruet animam suam de manu inferi. Ubi sunt misericordiae tuae antiquae domine, sicut iurasti David in veritate tua. Memor esto domine opprobrii servorum tuorum, quod continui in sinu meo multarum gentium. Quod exprobraverunt inimici tui domine, quod exprobraverunt commutationem christi tui. Benedictus dominus in aeternum, fiat fiat.

Domine refugium factus es nobis. *Oratio Moysi hominis dei.* A generatione in generationem. Priusquam montes fierent aut formaretur terra et orbis, a saeculo et usque in saeculum tu es deus. Ne avertas hominem in humilitatem, et dixisti convertimini filii hominum. Quoniam mille anni ante oculos tuos, tamquam dies hesterna quae praeteriit. Et custodia in nocte, quae pro nihilo habentur eorum anni erunt. Mane sicut herba transeat, mane floreat et transeat, vespere decidat induret et arescat. Quia defecimus in ira tua, et in furore tuo turbati sumus. Posuisti iniquitates nostras in conspectu tuo, saeculum nostrum in illuminatione vultus tui. Quoniam omnes dies nostri defecerunt, et in ira tua defecimus. Anni nostri sicut aranea meditabuntur. Dies annorum nostrorum

in ipsis septuaginta anni. Si autem in potentatibus octoginta anni, et amplius eorum labor et dolor. Quoniam supervenit mansuetudo, et corripiemur. Quis novit potestatem irae tuae, et prae timore tuo iram tuam dinumerare. Dexteram tuam sic notam fac, et eruditos corde in sapientia. Convertere domine usquequo, et deprecabilis esto super servos tuos. Repleti sumus mane misericordia tua, et exultavimus et delectati sumus omnibus diebus nostris. Laetati sumus pro diebus quibus nos humiliasti, annis quibus vidimus mala. Respice in servos tuos et in opera tua, et dirige filios eorum. Et sit splendor domini dei nostri super nos, et opera manuum nostrarum dirige super nos, et opus manuum nostrarum dirige.

Qui habitat in adiutorio altissimi, in protectione dei caeli commorabitur. Dicet domino susceptor meus es tu et refugium meum, deus meus sperabo in eum. Quoniam ipse liberavit me de laqueo venantium, et a verbo aspero. Scapulis suis obumbrabit tibi, et sub pennis eius sperabis. Scuto circumdabit te veritas eius. Non timebis a timore nocturno, a sagitta volante in die, a negotio perambulante in tenebris, ab incursu et daemonio meridiano. Cadent a latere tuo mille et decem milia a dextris tuis, ad te autem non appropinquabit. Verumtamen oculis tuis considerabis, et retributionem peccatorum videbis. Quoniam tu es domine spes mea, altissimum posuisti refugium tuum. Non accedet ad te malum, et flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo. Quoniam angelis suis mandavit de te, ut custodiant te in omnibus viis tuis. In manibus portabunt te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum. Super aspidem et basiliscum ambulabis, et conculcabis leonem et draconem. Quoniam in me speravit liberabo eum, protegam eum quoniam cognovit nomen meum. Clamabit ad me et ego exaudiam eum, cum ipso sum in tribulatione, eripiam eum et glorificabo eum. Longitudine dierum replebo eum, et ostendam illi salutare meum. *Psalmus cantici in diem sabbati.*

Bonum est confiteri domino, et psallere nomini tuo altissime. Ad annuntiandum mane misericordiam tuam, et veritatem tuam per noctem. In decachordo psalterio, cum cantico in cithara. Quia delectasti me domine in factura tua, et in operibus manuum tuarum exultabo. Quam magnificata sunt opera tua domine, nimis profundae factae sunt cogitationes tuae. Vir insipiens non cognoscet, et stultus non intelleget haec. Cum exorti fuerint peccatores sicut faenum, et apparuerint omnes qui operantur iniquitatem, ut intereant in saeculum saeculi. Tu autem altissimus in aeternum domine. Quoniam ecce inimici tui domine, quoniam ecce inimici tui peribunt, et dispergentur omnes qui operantur iniquitatem. Et exaltabitur sicut unicornis cornu meum, et senectus mea in misericordia uberi. Et despexit oculus meus inimicos meos, et in insurgentibus in me malignantibus audiet auris mea. Iustus ut palma florebit, sicut cedrus Libani multiplicabitur. Plantati in domo domini, in atriis domus dei nostri florebunt. Adhuc multiplicabuntur in senecta uberi, et bene patientes erunt. Ut annuntient quoniam rectus dominus deus noster, et non est iniquitas in eo.

Dominus regnavit decorem indutus est, indutus est dominus *Psalmus David.* fortitudinem et praecinxit se. Etenim firmavit orbem terrae qui non commovebitur. Parata sedes tua ex tunc, a saeculo tu es. Elevaverunt flumina domine, elevaverunt flumina vocem suam. Elevaverunt flumina fluctus suos, a vocibus aquarum multarum. Mirabiles elationes maris, mirabilis in altis dominus. Testimonia tua credibilia facta sunt nimis, domum tuam decet sanctitudo domine in longitudinem dierum. *Psalmus David.*

Deus ultionum dominus, deus ultionum libere egit. Exaltare qui iudicas terram, redde retributionem superbis. Usque quo peccatores domine, usque quo peccatores gloriabuntur. Effabuntur et loquentur iniquitatem, loquentur omnes qui operantur iniustitiam. Populum tuum domine humiliaverunt, et hereditatem tuam vexaverunt. Viduam et advenam interfecerunt, et pupillos occiderunt. Et dixerunt non videbit dominus, nec intelleget deus Iacob. Intellegite insipientes in populo, et stulti aliquando sapite. Qui plantavit aurem non audiet, aut qui finxit oculum non considerat. Qui corripit gentes non arguet, qui docet hominem scientiam. Dominus scit cogitationes hominum, quoniam vanae sunt. Beatus homo quem tu erudieris domine, et de lege tua docueris eum. Ut mitiges ei a diebus malis, donec fodiatur peccatori fovea. Quia non repellet dominus plebem suam, et hereditatem suam non derelinquet. Quoadusque iustitia convertatur in iudicium, et qui iuxta illam omnes qui recto sunt corde. Quis consurget mihi adversus malignantes, aut quis stabit mecum adversus operantes iniquitatem. Nisi quia dominus adiuvit me, paulo minus habitasset in inferno anima mea. Si dicebam motus est pes meus, misericordia tua domine adiuvabat me. Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo, consolationes tuae laetificaverunt animam meam. Numquid adhaeret tibi sedes iniquitatis, qui fingis laborem in praecepto. Captabunt in animam iusti, et sanguinem innocentem condemnabunt. Et factus est mihi dominus in refugium, et deus meus in adiutorium spei meae. Et reddet illis iniquitatem ipsorum, et in malitia eorum disperdet eos, disperdet eos dominus deus noster. *Psalmus David.*

Venite exultemus domino, iubilemus deo salutari nostro. Praeoccupemus faciem eius in confessione, et in psalmis iubilemus ei. Quoniam deus magnus dominus, et rex magnus super omnes deos. Quia in manu eius sunt omnes fines terrae, et altitudines montium ipsius sunt. Quoniam ipsius est mare et ipse fecit illud, et siccam manus eius formaverunt. Venite adoremus et procidamus ante deum, ploremus coram domino qui fecit nos. Quia ipse est dominus deus noster, nos autem populus pascuae eius et oves manus eius. Hodie si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra. Sicut in irritatione secundum diem temptationis in deserto, ubi temptaverunt me patres vestri, probaverunt et viderunt opera mea. Quadraginta annis offensus fui generationi illi, et dixi semper hi errant corde. Et isti non cognoverunt vias meas, ut iuravi in ira mea, si introibunt in requiem meam. *Psalmus David.*

Cantate domino canticum novum, cantate domino omnis terra. Cantate domino et benedicite nomini eius, annuntiate de die in diem salutare eius. Annuntiate inter gentes gloriam eius, in omnibus populis mirabilia eius. Quoniam magnus dominus et laudabilis nimis, terribilis est super omnes deos. Quoniam omnes dii gentium daemonia, dominus autem caelos fecit. Confessio et pulchritudo in conspectu eius, sanctimonia et magnificentia in sanctificatione eius. Afferte domino patriae gentium, afferte domino

85.

gloriam et honorem, afferte domino gloriam nomini eius. Tollite hostias et introite in atria eius, adorate dominum in atrio sancto eius. Commoveatur a facie eius universa terra, dicite in gentibus quia dominus regnavit. Etenim correxit orbem terrae qui non commovebitur, iudicabit populos in aequitate. Laetentur caeli et exultet terra, commoveatur mare et plenitudo eius, gaudebunt campi et omnia quae in eis sunt. Tunc exultabunt omnia ligna silvarum a facie domini quia venit, quoniam venit iudicare terram. Iudicabit orbem terrae in aequitate, et populos in veritate sua.

Dominus regnavit exultet terra, laetentur insulae multae. *Psalmus David.* Nubes et caligo in circuitu eius, iustitia et iudicium correctio sedis eius. Ignis ante ipsum praecedet, et inflammabit in circuitu inimicos eius. Illuxerunt fulgura eius orbi terrae, vidit et commota est terra. Montes sicut cera fluxerunt a facie domini, a facie domini omnis terra. Annuntiaverunt caeli iustitiam eius, et viderunt omnes populi gloriam eius. Confundantur omnes qui adorant sculptilia, et qui gloriantur in simulacris suis. Adorate eum omnes angeli eius, audivit et laetata est Sion. Et exultaverunt filiae Iudae propter iudicia tua domine. Quoniam tu dominus altissimus super omnem terram, nimis exaltatus es super omnes deos. Qui diligitis dominum odite malum, custodit dominus animas sanctorum suorum, de manu peccatoris liberabit eos. Lux orta est iusto, et rectis corde laetitia. Laetamini iusti in domino, et confitemini memoriae sanctificationis eius. *Psalmus David.*

Cantate domino canticum novum, quia mirabilia fecit. Salvabit sibi

dextera eius et brachium sanctum eius. Notum fecit dominus salutare suum, in conspectu gentium revelavit iustitiam suam. Recordatus est misericordie sue et veritatis sue domui Israhel. Iubilate deo omnis terra, vociferamini et laudate et canite. Cantate deo in cythara, in cythara carminis. In tubis et clangore bucine, iubilate coram rege domino. Donec mare et plenitudo eius, orbis et habitatores eius. Flumina plaudent manibus, simul laudabunt. Ante dominum quia venit iudicare, iudicabit orbem in iustitia et populos in equitatibus.

psalmus.

Dominus regnavit commoveantur populi, sessor cherubin concutiatur terra. Dominus in Syon magnus et excelsus super omnes populos. Confiteantur nomini tuo magno et terribili sanctoque. Imperium regis iudicium diligit. Tu fundasti equitates, iudicium et iustitiam in Iacob tu fecisti. Exaltate dominum deum nostrum et adorate scabellum pedum eius, quoniam sanctum est. Moyses et Aaron in sacerdotibus eius, et Samuel in his qui invocant nomen eius. Invocabant dominum et ipse exaudiebat eos, in columna nubis loquebatur ad eos. Custodiebant testimonia eius et preceptum quod dedit illis. Domine deus noster tu exaudisti eos, domine propitius fuisti eis et ultor in commutationibus eorum. Exaltate dominum deum nostrum et adorate in monte sancto eius, quoniam sanctus dominus deus noster.

Iubilate deo omnis terra, servite domino in letitia. canticum in gratiarum actione.

Ingredimini coram eo in laude. Scitote quoniam dominus ipse est deus. Ipse fecit nos et ipsius sumus, populus eius et grex pascue eius. Ingredimini portas eius in gratiarum actione, atria eius in laude. Confitemini benedicite nomini eius, quia bonus dominus, in sempiternum misericordia eius, et usque in generationem et generationem fides eius.

canticum David.

Misericordiam et iudicium cantabo tibi domine, psallam. Erudiar in via perfecta, quando venies ad me. Perambulabam in simplicitate cordis mei in medio domus mee. Non proponebam coram oculis meis verba belial, facientem declinationem odivi, nec adhesit mihi. Cor pravum recedet a me, malum nesciam. Loquentem in abscondito contra proximum suum hunc interficiebam. Superbo oculis et alto corde, cum hoc esse non potero. Oculi mei ad fideles terre ut habitent mecum, ambulans in via simplici hic ministrabat mihi. Non habitabit in medio domus mee faciens malum, loquens mendacium non placebit in conspectu oculorum meorum. Mane perdam omnes impios terre, ut interficiam de civitate domini universos qui operantur iniquitatem.

oratio pauperis cum sollicitus fuerit et coram domino fuderit precem suam.

c. Domine exaudi orationem meam et clamor meus ad te veniat. Ne abscondas faciem tuam a me. In die tribulationis mee inclina ad me aurem tuam, in quacumque die invocavero te velociter exaudi me. Quoniam consumpti sunt sicut fumus dies mei, et ossa mea quasi frixa contabuerunt. Percussum est quasi fenum et arefactum est cor meum, quia oblitus sum comedere panem meum. A voce gemitus mei adhesit os meum carni mee. Assimilatus sum pellicano deserti, factus sum quasi bubo solitudinum. Vigilavi et fui sicut avis solitaria super tectum. Tota die exprobrabant me inimici mei, exultantes per me iurabant. Quia cinerem sicut panem comedi, et potum meum cum fletu miscebam. A facie indignationis et ire tue, quia elevasti et allisisti me. Dies mei quasi umbra inclinati sunt, et ego quasi fenum arui. Tu autem domine in eternum permanes, et memoriale tuum in generatione et generationem. Tu exurgens misereberis Syon, quia tempus est ut miserearis eius, quia venit tempus. Quoniam placatos fecerunt servi tui lapides eius, et pulverem eius miserabilem. Et timebunt gentes nomen domini, et universi reges terre gloriam tuam. Quia edificavit dominus Syon, apparuit in gloria sua. Respexit ad orationem vacui, et non despexit orationem eorum. Scribantur hec in generationem novissimam, et populus qui creabitur laudabit dominum. Quoniam prospexit de excelso sanctuario suo, dominus de celo terram contemplatus est. Ut audiret gemitum vincti, ut solveret filios mortis. Ut narraretur in Syon nomen domini, et laudatio eius in Hierusalem. Dum congregati fuerint populi simul et regna ut serviant domino. Afflixit in via fortitudinem meam, adbreviavit dies meos. Dicam deus meus ne rapias me in dimidio dierum meorum, in generatione generationum anni tui. In principio terram fundasti, et opus manuum tuarum sunt celi. Ipsi peribunt, tu autem stabis, et omnes quasi vestimentum atterentur, et quasi pallium mutabis eos et mutabuntur. Tu autem ipse es, et anni tui non deficient. Filii servorum tuorum habitabunt, et semen eorum ante faciem tuam dirigetur.

Benedic anima mea domino, et omnia viscera mea nomini sancto eius. psalmus David.

Benedic anima mea domino, et noli oblivisci omnes retributiones eius. Qui propitiatur cunctis iniquitatibus meis, et sanat omnes infirmitates meas. Qui redemit de corruptione vitam meam, et coronat me in misericordia et miserationibus. Qui replet bonis ornamentum tuum, innovabitur sicut aquile iuventus tua. Faciens iustitias dominus, et iudicium cunctis qui calumniam sustinent. Notas fecit vias suas Moysi, filiis Israhel cogitationes suas. Misericors et clemens dominus, patiens et multe miserationis. Non in sempiternum iudicabit, neque in sempiternum irascetur. Quantum enim excelsius est celum a terra, tantum confortata est misericordia eius super timentes eum. Quantum longe est oriens ab occidente, tantum longe fecit a nobis scelera nostra. Sicut miseretur pater filiorum, misertus est dominus timentibus se. Ipse enim novit plasmationem nostram, recordatus est quia pulvis sumus. Homo quasi herba dies eius, sicut flos agri florebit. Quia spiritus pertransibit eum et non subsistet, et non cognoscet eum ultra locus eius. Misericordia autem domini ab eterno et usque in eternum super timentes eum, et iustitia eius in filios filiorum. His qui custodiunt pactum eius, et recordantur preceptorum eius ad faciendum ea. Dominus in celo stabilivit thronum suum, et regnum eius omnium dominabitur. Benedicite domino omnes angeli eius, fortes robore facientes verbum eius, obedientes voci sermonum eius. Benedicite domino omnis exercitus eius, ministri eius qui facitis placitum illius. Benedicite domino universa opera eius, in omnibus locis potestatis eius. Benedic anima mea domino. ps.

Benedic anima mea domino, domine deus meus magnificatus es nimis. Gloria et decore indutus es, amictus luce quasi vestimento. Extendens celos ut pellem, qui tegis aquis cenacula eius. Qui ponit nubes currum suum, qui ambulat super pennas ventorum. Qui facit angelos suos spiritus, et ministros suos ignem urentem. Qui fundasti terram super bases suas, non commovebitur in seculum et seculi. Abysso quasi vestimento operuisti eam, super montes stabunt aque. Ab increpatione tua fugient, a voce tonitrui tui formidabunt. Ascendunt montes et descendunt campi, ad locum quem fundasti eis. Terminum posuisti quem non transibunt, nec revertentur operire terram. Qui emittit fontes in convallibus, ut medios montes ambulent. Et bibant animalia regionum, et reficiant onagri sitim suam. Super ea volucres celi morabuntur, de medio nemorum dabunt vocem suam. Qui irrigat montes de cenaculis suis, de fructu operum tuorum implebitur terra. Germinans herbam iumentis, et fenum servituti hominum. Ut educat panem de terra, et vinum letificet cor hominis. Ad exhilarandum faciem in oleo, panis autem cor hominis roborat. Saturabuntur ligna domini, et cedri Libani quas plantavit. Ibi aves nidificabunt, milvi abies domus eius. Montes excelsi cervis, petra refugium cuniculis. Fecit lunam in tempora, sol cognovit occubitum suum. Posuit tenebras et facta est nox, in ipsa movebuntur omnes bestie silve. Leones rugientes ad predam, et querentes a deo escam sibi. Oriente sole recedent, et in speluncis suis cubabunt. Egredietur homo ad opus suum, et ad servitutem suam usque ad vesperam. Quam magnificata sunt opera tua domine, omnia in sapientia fecisti, impleta est terra possessione tua. Hoc mare magnum et latum manibus, ibi reptilia innumerabilia, animalia parva cum grandibus. Ibi naves pertransibunt, Leviathan istum plasmasti ut illuderet ei. Omnia a te sperant ut des cibum eis in tempore suo. Dante te illis colligent, aperiente te manum tuam implebuntur bono. Abscondes vultum tuum et turbabuntur, auferes spiritum eorum et deficient et in pulverem suum revertentur. Emittes spiritum tuum et creabuntur, et instaurabis faciem terre. Sit gloria domini in sempiternum, letabitur dominus in operibus suis. Qui respicit terram et tremet, tangit montes et fumabunt. Cantabo domino in vita mea, psallam deo quamdiu sum. Placeat ei eloquium meum, ego autem letabor in domino. Deficiant peccatores de terra, et impii ultra non sint. Benedic anima mea domino.

Confitemini domino et invocate nomen eius, notas facite populis Alleluia. cogitationes eius. Cantate ei et psallite ei, loquimini universa mirabilia eius. Exultate in nomine sancto eius, letetur cor querentium dominum. Querite dominum et virtutem eius, querite faciem eius iugiter. Recordamini mirabilium eius que fecit, signorum et iudiciorum eius. Semen Abraham servi eius, filii Iacob electi eius. Ipse dominus deus noster, in universa terra iudicia eius. Recordatus est in seculum pacti sui, verbi quod mandavit in mille generationes. Quod pepigit cum Abraham, et iuramenti sui cum Ysaac. Et firmavit illud cum Iacob in lege, Israhel in pactum sempiternum. Dicens tibi dabo terram Chanaan, funiculum hereditatis vestre. Cum essent viri pauci et advene in ea. Et transierunt de gente in gentem, et de regno ad populum alterum. Non dimisit hominem ut noceret eis, et corripuit pro eis reges. Nolite tangere christos meos, et in prophetis meis nolite affligere. Et vocavit famem super terram, et omnem virgam panis contrivit. Misit ante faciem eorum virum, in servum venundatus est Ioseph. Afflixerunt in compede pedes eius, ferrum venit anima eius. Usque ad tempus quo veniret verbum eius, eloquium domini probavit eum. Misit rex et solvit eum, princeps populorum et dimisit eum. Posuit eum dominum domus sue, et principem omnis possessionis sue. Ut erudiret principes eius secundum voluntatem suam, et senes eius sapientiam doceret. Et ingressus est Israhel in Egyptum, et Iacob advena fuit in terra Cham. Et crescere fecit populum suum nimis, et roboravit eum super hostes eius. Convertit cor eorum ut odio haberent populum eius, et dolose agerent contra servos illius. Misit Moysen servum suum, Aaron quem elegit sibi. Posuit in eis verba signorum suorum, et portentorum in terra Cham. Misit tenebras et contenebravit, et non fuerunt increduli verbis eius. Commutavit aquas eorum in sanguinem, et occidit pisces eorum. Ebullivit terra eorum ranas in cubilibus regum eorum. Dixit et venit musca omnimoda, sciniphes in omnibus terminis eorum. Dedit pluvias eorum in grandinem, ignem flammantem in terra eorum. Percussit vineas eorum et ficus eorum, et confregit lignum finium eorum. Dixit et venit lucusta et bruchus, cuius non erat numerus. Et comedit omne fenum terre eorum, et devoravit fructum terre eorum. Et percussit omne primogenitum in terra eorum, et primitias universi partus eorum. Et eduxit eos cum argento et auro, et non erat in tribubus eorum infirmus. Letata est Egyptus cum egrederentur, quia irruit timor eorum super eos. Expandit nubem in tentorium, et ignem ut luceret nocte. Petierunt et adduxit ortygometram, et pane celesti saturavit eos. Aperuit petram et fluxerunt aque, cucurrerunt in arido flumina. Quia recordatus est verbi sancti sui, cum Abraham servo suo. Et eduxit populum suum in letitia, in laude electos suos. Et dedit eis terram gentium, et labores tribuum possederunt. Ut custodiant cerimonias eius, et leges eius [illegible]

Confitemini domino quoniam bonus, quoniam in eternum misericordia eius. Alleluia. Quis loquetur fortitudines domini, auditas faciet omnes laudes eius. Beati qui custodiunt iudicium et faciunt iustitiam in omni tempore. Recordare mei domine in propitiatione populi tui. Ut videam bona electorum tuorum, et leter in letitia gentis tue, et exultem cum hereditate tua. Peccavimus cum patribus nostris, inique fecimus, impie egimus. Patres nostri non intellexerunt mirabilia tua, non sunt recordati multitudinis misericordie tue. Et ad iracundiam provocaverunt super mare in mari rubro. Salvavit autem eos propter nomen suum, ut ostenderet fortitudinem suam. Et comminatus est mari rubro et aruit, et transduxit eos per abyssos quasi in deserto. Et salvavit eos de manu odientium, et redemit eos de manu inimici. Et operuit aqua hostes eorum, unus de ipsis non remansit. Et crediderunt verbis eius, et cecinerunt laudes eius. Cito obliti sunt operum illius, nec expectaverunt voluntatem illius. Et desideraverunt desiderium in deserto, et temptaverunt deum in solitudine. Dedit quoque eis petitionem ipsorum, et misit tenuitatem in animas eorum. Et zelati sunt Moysen in castris, Aaron sanctum domini. Aperta est terra et devoravit Dathan, et operuit synagogam Abyron. Et succensus est ignis in synagoga eorum, flamma exussit impios. Fecerunt vitulum in Choreb, et adoraverunt conflatile. Et mutaverunt gloriam suam in similitudinem bovis comedentis fenum. Obliti sunt deum salvatorem suum, qui fecit magnalia in Egypto. Mirabilia in terra Cham, terribilia super mare rubrum. Dixit quoque ut contereret eos, nisi Moyses electus eius stetisset in confractione in conspectu eius, ut converteret indignationem eius ne interficeret. Et despexerunt terram desiderabilem, nec crediderunt sermonibus eius. Et murmuraverunt in tabernaculis suis, non audierunt vocem domini. Et elevavit manus suas super eos, ut deiceret eos in deserto. Et ut deiceret semen eorum in gentibus, et dispergeret eos in terris. Et consecrati sunt Beelfegor, et comederunt victimas mortuorum. Et concitaverunt eum in studiis eorum, et percussit eos plaga. Stetit autem Finees et exoravit, et est retenta percussio. Et reputatum est ei in iustitiam in generatione et generationem usque in sempiternum. Et provocaverunt super aquam contradictionis, et afflictus est Moyses propter eos. Quia provocaverunt spiritum eius, et precepit labiis suis. Non exterminaverunt populos quos dixit dominus eis. Et commixti sunt in gentibus, et didicerunt opera eorum. Et servierunt sculptilibus eorum, et factum est eis in scandalum. Et immolaverunt filios suos et filias suas demoniis. Et effuderunt sanguinem innocentem, sanguinem filiorum suorum et filiarum suarum, quas immolaverunt sculptilibus Chanaan. Adulterata est terra per sanguinem, et polluerunt eam in operibus suis, et fornicati sunt in studiis ipsorum. Iratus est itaque furor domini in populum suum, et abhominatus est hereditatem suam. Et dedit eos in manu gentium, et dominati sunt eorum qui oderunt eos. Et afflixerunt eos inimici eorum, et humiliati sunt sub manibus eorum. Multis vicibus liberavit eos, ipsi autem provocabant eum in consilio suo, et humiliati sunt propter iniquitates suas. Et vidit tribulationem eorum, cum audiret eos rogantes. Et recordatus est pacti sui cum eis, et penituit eum secundum multitudinem misericordie sue. Et dedit eos in misericordias coram omnibus qui ceperant eos. Salva nos domine deus noster, et congrega nos de nationibus. Ut confiteamur nomini sancto tuo, et cantemus laudantes. Benedictus dominus deus Israhel a seculo usque in seculum, et dicet omnis populus amen amen.

Confitemini domino quoniam bonus, quoniam in eternum misericordia eius. Alleluia. Dicant qui redempti sunt a domino, quos redemit de manu hostis. De terris congregavit eos, ab oriente et occidente, ab aquilone et mari. Erraverunt in solitudine in deserto via, civitatem quam habitarent non repererunt. Esurientes et sitientes, anima eorum in ipsis deficiebat. Et clamaverunt ad dominum in tribulatione sua, et de afflictionibus eorum eripuit eos. Et duxit illos per viam rectam, ut venirent in civitatem habitabilem. Confiteantur domino misericordie eius, et mirabilia eius filiis hominum. Quia satiavit animam vacuam, et animam esurientem implevit bonis. Habitantes in umbra

morans, alligatos in inopia et ferro. Quia provocaverunt sermonem domini, et consilium altissimi irritaverunt. Et humiliavit in labore cor eorum, ceciderunt et non erat qui adiuvaret. Et clamaverunt ad dominum in tribulatione sua, et de angustiis eorum liberavit eos. Et eduxit eos de tenebris et umbra mortis, et vincula eorum disrupit. Confiteantur domino misericordiae eius, et mirabilia eius filiis hominum. Quia contrivit portas aereas, et vectes ferreos confregit. Stultos propter viam sceleris eorum, et propter iniquitates afflictos. Omnem escam abhominata est anima eorum, et accesserunt ad portas mortis. Et clamaverunt ad dominum in tribulatione sua, et de angustiis eorum salvavit eos. Misit verbum suum et sanavit eos, et salvavit eos de interitu. Confiteantur domino misericordiam eius, et mirabilia eius filiis hominum. Et immolent hostias gratiarum, et narrent opera eius in laude. Qui descendunt in mare in navibus, facientes opus in aquis multis. Ipsi viderunt opera domini, et mirabilia eius in profundo. Dixit et surrexit ventus tempestatis, et elevavit gurgites eius. Ascendunt in caelum et descendunt in abyssos, anima eorum in afflictione consumpta est. Obstupuerunt et intremuerunt quasi ebrius, et universa sapientia eorum devorata est. Clamaveruntque ad dominum in tribulatione sua, et de angustia eduxit eos. Statuit turbinem in tranquillitatem, et silebunt fluctus eius. Laetabuntur quia quieverunt, et deducet eos ad portum quem voluerunt. Confiteantur domino misericordiam eius et mirabilia eius filiis hominum. Et exaltent eum in ecclesia populi, et in cathedra seniorum laudent eum. Posuit flumina in desertum, et fontes aquarum in sitim. Terram fructiferam in salsuginem, prae malitia habitatorum eius. Ponens desertum in paludes. Et collocabit esurientes, fundabuntque urbes ad habitandum. Et serent agros et plantabunt vineas, et facient fruges germina. Et benedicet eis et multiplicabuntur nimis, et pecora eorum non imminuentur. Imminuti sunt autem et afflicti, propter angustiam mali et doloris. Et effundet despectionem super principes, et errare eos faciet in solitudine. Et sublevabit pauperem de inopia, et ponet quasi gregem familias. Videbunt recti et laetabuntur, et omnis iniquitas contrahet os suum. Quis sapiens et custodiet haec, et intelliget misericordias domini.

canticum psalmi David.

Paratum cor meum deus, cantabo et psallam, sed et gloria mea. Consurge psalterium et cythara, consurgam mane. Confitebor tibi in populis domine, et cantabo te in nationibus. Quam magna super caelos misericordia tua, et usque ad aethera veritas tua. Exaltare super caelos deus, et super omnem terram gloria tua. Ut liberentur dilecti tui, salvum fac dextera tua et exaudi me. Deus locutus est in sanctuario suo, gaudebo, dividam sicimam. Meus est galaad et meus est manasses, et effraim susceptio capitis mei. Iuda rex meus, moab lebes spei meae. Super idumeam ponam calciamentum meum, cum philistim foederabor. Quis deducet me in civitatem circumstantiae, aut quis deducet me usque in idumeam. Nonne tu deus qui proieceras nos, et non exieras deus in exercitibus nostris. Da nobis auxilium in tribulatione, vana est enim salus ab homine. In deo erimus fortes, et ipse conculcabit hostes nostros.

pro victoria David canticum.

Deus laudem meam ne tacueris, quia os impii et dolosi contra me apertum est. Locuti sunt de lingua mendacium, verbis odii circumdederunt me, et expugnaverunt me frustra. Pro eo quod eos diligebam adversabantur mihi, ego autem orabam. Et posuerunt contra me malum pro bono, et odium pro dilectione. Constitue super eum impium, et satan stet a dextris eius. Cum fuerit iudicatus exeat condempnatus, et oratio eius fiat in peccatum. Fiant dies eius pauci, et episcopatum eius accipiat alter. Sint filii eius pupilli, et uxor eius vidua. Instabiles vagentur liberi eius, et mendicent et quaerantur in parietinis suis. Scrutetur exactor quicquid est eius, et diripiant alieni laborem eius. Non sit qui ei misereatur, nec qui clemens sit in pupillis eius. Fiat novissimum eius interitui, in generatione altera deleatur nomen eius. Recordetur iniquitas patrum eius in memoria apud dominum, et iniquitas matris eius non deleatur. Sit contra dominum semper, et intereat de terra memoria eorum. Pro eo quod non est recordatus facere misericordiam, et persecutus est virum inopem et pauperem, et compunctum corde ut interficeret. Dilexit maledictionem que veniet ei, et noluit benedictionem que elongabitur ab eo. Et induatur maledictione quasi vestimento suo, et ingredietur quasi aqua in visceribus eius, et quasi oleum in ossibus eius. Sit ei quasi pallium quo circumdatur, et quasi cingulum quo semper cingitur. Haec est retributio qui adversantur a domino, et qui loquuntur mala contra animam meam. Tu autem domine deus fac mecum propter nomen tuum, quoniam bona est misericordia tua. Libera me quia egenus et pauper sum, et cor meum vulneratum est intrinsecus. Quasi umbra cum inclinatur abductus sum, et excussus quasi lucusta. Genua mea vacillaverunt a ieiunio, et caro mea immutata est absque oleo. Et ego obprobrium factus eis, viderunt me et moverunt caput suum. Adiuva me domine deus meus, salva me secundum misericordiam tuam. Et sciant quia manus tua haec, et tu domine fecisti ea. Maledicent illi et tu benedices, restiterunt et confundantur, servus autem tuus laetabitur. Induantur adversarii mei confusione, et operiantur quasi pallio confusione sua. Confitebor domino vehementer in ore meo, et in medio populorum laudabo eum. Quoniam stabit a dextris pauperis, ut salvet a iudicibus animam meam.

canticum David.

Dixit dominus domino meo sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Virgam fortitudinis tuae emittet dominus ex syon, dominare in medio inimicorum tuorum. Populi tui spontanei erunt in die fortitudinis tuae in montibus sanctis. Quasi de vulva orietur tibi ros adolescentiae tuae. Iuravit dominus et non penitebit eum, tu es sacerdos in aeternum secundum ordinem melchisedech. Dominus a dextris tuis percussit in die furoris sui reges. Iudicabit in gentibus, implebit valles, percutiet caput in terra multa. De torrente in via bibet, propterea exaltabit caput.

Alleluia.

Confitebor tibi domine in toto corde meo, in consilio iustorum et congregatione. Magna opera domini, exquirenda cunctis voluntatibus eius. Gloria et decor opus eius, et iustitia eius perseverans semper. Memoriam fecit mirabilium suorum, misericors et clemens dominus. Escam dedit timentibus se, memor erit in sempiternum pacti sui. Fortitudinem operum suorum annunciavit populo suo, ut daret eis hereditatem gentium. Opus manuum eius veritas et iudicium, fidelia omnia praecepta eius. Firmata in sempiternum in saeculum, facta in veritate et aequitate. Redemptionem misit populo suo, mandavit in aeternum pactum suum, sanctum et terribile nomen eius. Principium sapientiae timor domini, doctrina bona omnibus facientibus ea, laus eius perseverans in saeculum.

Beatus vir qui timet dominum, in mandatis eius volet nimis. Alleluia.

Potens in terra erit semen eius, generatio iustorum benedicetur. Substantia et divitiae in domo eius, et iustitia eius perseverat semper. Ortum est in tenebris lumen rectis, clemens misericors et iustus. Bonus vir clemens et fenerans, dispensabit verba sua in iudicio. Quia in aeternum non commovebitur, in memoria sempiterna erit iustus. Ab auditu malo non timebit, paratum cor eius confidens in domino. Firmatum cor eius non timebit donec aspiciat in hostibus suis. Dispersit dedit pauperibus, iustitia eius permanet in aeternum, cornu eius exaltabitur in gloria. Impius videbit et irascetur, dentibus suis frendet et tabescet, desiderium impiorum peribit.

Alleluia.

Laudate servi dominum, laudate nomen domini. Sit nomen domini benedictum amodo et usque in sempiternum. A solis ortu usque ad occasum laudabile nomen domini. Excelsus super gentes dominus, et super caelos gloria eius. Quis ut dominus deus noster qui in excelsis habitans. Humilia respicit in caelo et in terra. Suscitans de terra inopem, et de stercore elevat pauperem. Ut eum sedere faciat cum principibus populi sui. Qui collocat sterilem in domo, matrem filiorum laetantem.

Alleluia.

Cum egrederetur israhel de aegypto, domus iacob de populo barbaro. Factus est iudas in sanctificatione eius, israhel potestas eius. Mare vidit et fugit, iordanis conversus est retrorsum. Montes subsilierunt quasi arietes, et colles quasi filii gregis. Quid tibi est mare quod fugisti, iordanis conversus es retrorsum. Montes subsilistis ut arietes, et colles quasi filii gregis. A facie domini contremuit terra, a facie dei iacob. Qui convertit petram in paludes aquarum, silicem in fontes aquarum. Non nobis domine non nobis, sed nomini tuo da gloriam, et veritate tua. Ne dicant gentes ubi est deus eorum. Deus autem noster in caelo, universa quae voluit fecit. Idola gentium argentum et aurum, opus manuum hominum. Os habent et non loquentur, oculos habent et non videbunt. Aures habent et non audient, nasum habent et non odorabunt. Manus habent et non palpabunt, pedes habent et non ambulabunt, non sonabunt in gutture suo. Similes illis fiant qui faciunt ea, et omnis qui confidit in eis. Israhel confide in domino, auxiliator et protector eorum est. Domus aaron confidite in domino, auxiliator et protector eorum est. Timentes dominum confidite in domino, auxiliator et protector eorum est. Dominus recordatus est nostri et benedicet, benedicet domum israhel, benedicet domum aaron. Benedicet timentibus dominum, parvis et magnis. Addat dominus super vos, super vos et super filios vestros. Benedicti vos domino, qui fecit caelum et terram. Caelum caelorum domino, terram autem dedit filiis hominum. Non mortui laudabunt dominum, nec omnes qui descendunt in silentium. Sed nos benedicimus domino amodo et usque in aeternum.

Dilexi quoniam exaudivit dominus vocem deprecationis meae. Alleluia.

Quia inclinavit aurem suam mihi, et in diebus meis invocabo te. Circumdederunt me funes mortis, et munitiones inferni invenerunt me. Angustiam et dolorem repperi, et nomen domini invocabo. Obsecro domine salva animam meam. Clemens dominus et iustus, et deus misericors. Custodit parvulos dominus, attenuatus sum et salvavit me. Revertere anima mea in requiem tuam, quia dominus reddidit tibi. Quia eripuit animam meam de morte, oculos meos a lacrimis, pedes meos ab offensa. Deambulabo coram domino in terris viventium.

Alleluia.

Credidi propter quod locutus sum, ego afflictus sum nimis. Ego dixi in stupore meo, omnis homo mendax. Quid reddam domino, pro omnibus quae tribuit mihi. Calicem salutaris accipiam, et nomen domini invocabo. Vota mea domino reddam coram omni populo eius. Gloriosa in conspectu domini mors sanctorum eius. Obsecro domine ego servus tuus, ego servus tuus et filius ancillae tuae, dirupisti vincula mea. Tibi immolabo hostiam laudis, et in nomine domini invocabo. Vota mea reddam in conspectu omnis populi eius. In atriis domus domini in medio tui hierusalem.

Alleluia.

Laudate dominum omnes gentes, collaudate eum universi populi. Quia confortata est super nos misericordia eius, et veritas domini manet in aeternum. Alleluia.

Confitemini domino quoniam bonus, quoniam in aeternum misericordia eius. Dicat nunc israhel, quoniam in aeternum misericordia eius. Dicat nunc domus aaron, quoniam in aeternum misericordia eius. Dicant nunc qui timent dominum, quoniam in aeternum misericordia eius. Cum tribularer invocabo dominum, et exaudivit me in latitudine dominus. Dominus meus est, non timebo quid faciat mihi homo. Dominus mihi adiutor, et ego despiciam odientes me. Melius est sperare in domino, quam sperare in homine; melius est sperare in domino, quam sperare in principibus. Omnes gentes circumdederunt me, et in nomine domini ultus sum eas. Circumdederunt me et obsederunt me, et in nomine domini ultus sum eas. Circumdederunt me quasi apes, et extinctae sunt quasi ignis spinarum, in nomine domini quia ultus sum eas. Inpulsus pellebar ut caderem, et dominus sustentavit me. Fortitudo mea et laus mea dominus, factus est mihi in salutem. Vox laudis et salutis in tabernaculis iustorum, dextera domini fecit fortitudinem. Dextera domini excelsa. Non moriar sed vivam, et narrabo opera domini. Corripiens arguit me dominus, et morti non tradidit me. Aperite mihi portas iustitiae, ingressus in eas confitebor domino. Haec porta domini, iusti intrabunt in eam. Confitebor tibi domine quia exaudisti me, et factus es mihi in salutem. Lapidem quem reprobaverunt aedificantes, hic factus est in caput anguli. A domino factum est istud, et hoc est mirabile in oculis nostris. Haec est dies quam fecit dominus, exultemus et laetemur in ea. Obsecro domine salva obsecro, prosperare obsecro. Benedictus qui venit in nomine domini, benediximus vobis de domo domini. Deus dominus et apparuit nobis. Frequentate sollemnitatem in frondosis usque ad cornua altaris. Deus meus es tu et confitebor tibi, deus meus et exaltabo te. Confitemini domino quoniam bonus, quoniam in aeternum misericordia eius.

Alef. Alef.

Beati inmaculati in via, qui ambulant in lege domini. Beati qui custodiunt testimonia eius, in toto corde exquirunt eum. Non enim qui operantur iniquitatem, in viis eius ambulaverunt. Tu mandasti praecepta tua custodiri nimis. Utinam dirigantur viae meae, ad custodienda praecepta tua. Tunc non confundar, cum prospexero ad omnia mandata tua. Confitebor tibi in directione cordis mei, cum didicero iudicia iustitiae tuae. Praecepta tua custodiam, non derelinquas me nimis.

Beth.

In quo corriget iunior semitam suam, cum custodierit verba tua. In toto corde meo exquisivi te, ne errare me facias a mandatis tuis. Benedictus es domine, doce me praecepta tua. In labiis meis narravi omnia iudicia oris tui. In via testimoniorum tuorum laetatus sum, quasi in omnibus divitiis. In praeceptis tuis meditabor, et contemplabor semitas tuas. In iustitiis tuis delectabor, non obliviscar verba tua.

Gimel.

Retribue servo tuo, vivam et custodiam verba tua. Revela oculos meos, et videam mirabilia de lege tua. Advena ego sum in terra, ne abscondas a me mandata tua. Desideravit anima mea desiderare iudicia tua in omni tempore. Increpasti superbos, maledicti qui declinant a mandatis tuis. Aufer a me obprobrium et contemptum, quia testimonia tua custodivi. Etenim sederunt principes adversum me loquebantur, servus autem tuus meditabitur praecepta tua. Sed et testimonia tua voluntas mea, quasi viri amicissimi mei.

Deleth.

Adhesit pulveri anima mea, vivifica me iuxta verbum tuum. Vias meas exposui et exaudisti me, doce me iustitias tuas. Viam praeceptorum tuorum fac me intellegere, et loquar in mirabilibus tuis. Destillavit anima mea prae tristitia, serva me iuxta eloquium tuum. Viam mendacii aufer a me, et legem tuam dona mihi. Viam fidei elegi, iudicia tua proponebam. Adhesi testimoniis tuis domine, ne confundas me. Viam mandatorum tuorum curram, quoniam dilatasti cor meum.

He.

Ostende mihi domine viam praeceptorum tuorum, et custodiam eam per vestigium. Doce me et observabo legem tuam, et custodiam in toto corde meo. Deduc me in semitam mandatorum tuorum, quia ipsam volui. Inclina cor meum ad testimonia tua, et non ad avaritiam. Averte oculos meos ne videant vanitatem, in via tua vivifica me. Suscita servo tuo eloquium tuum in timore tuo. Averte obprobrium quod reveritus sum, iudicia tua bona. Ecce desideravi praecepta tua, in iustitia tua vivifica me.

Vau.

Et veniant mihi misericordiae tuae domine, salus tua iuxta eloquium tuum. Et respondebo exprobrantibus mihi sermonem, quia speravi in sermone tuo. Et ne auferas

de ore meo verbum veritatis usque nimis, quia iudicia tua expectavi. Et custodiam legem tuam semper iugiter, in sempiternum et ultra. Et ambulabo in spacioso, quia precepta tua quesivi. Et loquebar in testimoniis tuis coram regibus et non confundebar. Et meditabar in mandatis tuis que dilexi. Et levabo manus meas ad mandata tua que dilexi, et loquar in preceptis tuis. Zay.

Memento sermonis servo tuo, quia me sperare fecisti. Hec est consolatio mea in afflictione mea, quia eloquium tuum vivificavit me. Superbi deridebant me nimis, a lege tua non declinavi. Recordatus sum iudiciorum tuorum a seculo domine, et delectatus sum. Horror obtinuit me ab impiis, qui derelinquunt legem tuam. Carmina erant michi precepta tua, in domo peregrinationis mee. Recordatus sum in nocte nominis tui domine, et custodivi legem tuam. Hec facta est michi, quia iustificationes tuas custodivi. Heth.

Pars mea domine, dixi custodire verbum tuum. Deprecatus sum vultum tuum in corde meo, miserere mei secundum eloquium tuum. Recogitavi vias meas, et converti pedes meos ad testimonia tua. Festinavi et non neglexi, custodire mandata tua. Funes impiorum implicaverunt me, legem tuam non sum oblitus. Media nocte surgebam ad confitendum tibi, super iudicia iustificationis tue. Particeps ego sum omnium timentium te, et custodium precepta tua. Misericordia tua domine completa est terra, precepta tua doce me. Teth.

Bene fecisti servo tuo domine, secundum verbum tuum. Bonum sermonem et scientiam doce me, quia mandatis tuis credidi. Antequam audirem ego ignoravi, nunc autem eloquium tuum custodivi. Bonus tu et beneficus, doce me precepta tua. Applicabant michi mendacium superbi, ego autem in toto corde servabam precepta tua. Incrassatum est velut adeps cor eorum, ego in lege tua delectabor. Bonum michi quia afflictus sum, ut discerem precepta tua. Melior michi lex oris tui, super milia auri et argenti. Ioth.

Manus tue fecerunt me et firmaverunt me, doce me et discam mandata tua. Qui timent te videbunt me et letabuntur, quia sermonem tuum expectavi. Scio domine quia iustum iudicium tuum, et vere afflixisti me. Sit obsecro misericordia tua in consolatione mea, sicut locutus es servo tuo. Veniant misericordie tue michi, quia lex tua delectatio mea est. Confundantur superbi quoniam inique contriverunt me, ego autem loquar in preceptis tuis. Revertantur michi qui timent te, et qui sciunt testimonium tuum. Fiat cor meum perfectum in preceptis tuis, ut non confundar. Caph.

Defecit in salutari tuo anima mea, verbum tuum expectavi. Consumpti sunt oculi mei in verbum tuum dicentes, quando consolaberis me. Et cum essem quasi uter in pruina, precepta tua non sum oblitus. Quot sunt dies servi tui, quando facies in persequentibus me iudicium. Foderunt michi superbi foveas, que non erant secundum legem tuam. Omnia mandata tua veritas, falso persecuti sunt me, auxiliare michi. Paulominus consummaverunt me in terra, ego autem non dimisi precepta tua. Secundum misericordiam tuam vivifica me, et custodiam testimonia oris tui. Lamech.

In eternum domine, verbum tuum permanet in celo. In generatione et generatione fides tua, fundasti terram et stat. Iudicio tuo stant usque in hodie, quia omnia serviunt tibi. Nisi quod lex tua delectatio mea est, tunc forsitan perissem in afflictione mea. In sempiternum non obliviscar preceptorum tuorum, quia per ipsum vivificasti me. Tuus sum ego salva me, quia precepta tua quesivi. Me expectaverunt impii ut perderent me, testimonium tuum considerabo. Omni consummationi vidi finem, latum mandatum tuum nimis. Mem.

Quomodo dilexi legem tuam domine, tota die meditatio mea est. Super inimicos meos instruxisti me mandatis tuis, quia in sempiternum hoc est michi. Super omnes qui docebant me eruditus sum, quia testimonia tua meditatio mea est. Super senes intellexi, quia precepta tua servavi. Ab omni semita mala prohibui pedes meos, ut custodiam verba tua. A iudiciis tuis non recessi, quia tu illuminasti me. Quam dulce gutturi meo eloquium tuum, super mel ori meo. Precepta tua conservabam, propterea odivi omnem semitam mendacii. Nun.

Lucerna pedi meo verbum tuum, et lux semite mee. Iuravi et perseverabo, ut custodiam iudicia iustitie tue. Afflictus sum usque nimis domine, vivifica me iuxta verbum tuum. Voluntaria oris mei complaceant tibi domine, et secundum iustitiam tuam doce me. Anima mea in manu mea semper, et legis tue non sum oblitus. Posuerunt impii laqueum michi, et a preceptis tuis non oberravi. Hereditas mea testimonia tua in eternum, quia gaudium cordis mei sunt. Inclinavi cor meum ut facerem iustificationes tuas, propter eternam retributionem. Samech.

Tumultuosos odi, et legem tuam dilexi. Protectio mea et scutum meum tu es, verbum tuum expectavi. Recedite a me maligni, et custodiam mandata dei mei. Conserva me secundum verbum tuum et vivam, et noli me confundere ab expectatione mea. Auxiliare michi et salvus ero, et delectabor in preceptis tuis iugiter. Abiecisti omnes qui aversantur precepta tua, quia mendax cogitatio eorum. Quasi scoriam computasti omnes impios terre, propterea dilexi testimonia tua. Horripilavit a timore tuo caro mea, et iudicia tua timui. Ayn.

Feci iudicium et iustitiam, ne derelinquas me his qui calumniantur me. Sponde pro servo tuo in bono, non calumnientur me superbi. Oculi mei defecerunt in salutare tuum, et in eloquium iustitie tue. Fac cum servo tuo iuxta misericordiam tuam, et precepta tua doce me. Servus tuus sum ego, instrue me, et cognoscam testimonia tua. Tempus est ut facias domine, prevaricati sunt legem tuam. Propterea dilexi mandata tua, super aurum et topazion. Propterea universa precepta tua dilexi, omnem semitam mendacii odio habui. Fe.

Mirabilia testimonia tua, idcirco custodivit ea anima mea. Ostium sermonum tuorum lucidum, docet parvulos. Os meum aperui et suspiravi, quia mandata tua desiderabam. Respice ad me et miserere mei, iuxta iudicium diligentium nomen tuum. Gressus meos firma in sermone tuo, et non dominetur mei universa iniquitas. Redime me a calumpnia hominis, et custodiam precepta tua. Vultum tuum ostende super servum tuum, et doce me precepta tua. Rivi aquarum fluebant de oculis meis, quia non custodierunt legem tuam. Sade.

Iustus es domine, et rectum iudicium tuum. Precepisti iustitiam testimonii tui, et veritatem nimis. Consumpsit me zelus meus, quia obliti sunt verborum tuorum hostes mei. Probatus sermo tuus nimis, et servus tuus dilexit illud. Parvulus ego sum et contemptibilis, sed precepta tua non sum oblitus. Iustitia tua iustitia sempiterna, et lex tua veritas. Tribulatio et angustia invenerunt me, mandata tua voluntas mea. Iusta testimonia tua semper, doce me et vivam. Coph.

Clamavi in toto corde meo, exaudi me domine, precepta tua custodiam. Invocavi te salvum me fac, et custodiam testimonia tua. Surgebam adhuc in tenebris et clamabam, verbum tuum expectans. Preveniebant oculi mei vigilias, ut meditarer in sermonibus tuis. Vocem meam audi iuxta misericordiam tuam domine, secundum iudicium tuum vivifica me. Appropinquaverunt persecutores mei sceleri, et a lege tua procul facti sunt. Prope es tu domine, et omnia mandata tua veritas. Principio cognovi de testimoniis tuis, quia in eternum fundaveris ea. Res.

Vide afflictionem meam et eripe me, quia legis tue non sum oblitus. Iudica causam meam et redime me, in sermone tuo vivifica me. Longe est ab impiis salus, quia precepta tua non custodierunt. Misericordie tue multe domine, iuxta iudicia tua vivifica me. Multi qui persequuntur me et affligunt me, a testimoniis tuis non declinavi. Vidi prevaricatores tuos et merebam, quia verbum tuum non custodierunt. Vide quia precepta tua dilexi domine, iuxta misericordiam tuam vivifica me. Caput verborum tuorum veritas, et in sempiternum omne iudicium iustitie tue. Syn.

Principes persecuti sunt me sine causa, a verbo autem tuo timuit cor meum. Gaudens ego sum in eloquio tuo, sicut qui invenit spolia multa. Mendacium odio habui et detestatus sum, legem autem tuam dilexi. Septies in die laudavi te, super iudicia iustitie tue. Pax multa diligentibus legem tuam, et non est illis scandalum. Expectavi salutare tuum domine, et mandata tua dilexi. Custodivit anima mea testimonia tua, et dilexi ea nimis. Custodivi precepta tua et testimonia tua, quia omnes vie mee in conspectu tuo. Tau.

Ingrediatur laus mea coram te domine, secundum verbum tuum doce me. Veniat deprecatio mea ante vultum tuum, secundum eloquium tuum libera me. Fundant labia mea ymnum, docebis enim me precepta tua. Loquetur lingua mea sermonem tuum, quia mandata tua iusta. Sit manus tua auxiliatrix mea, quia precepta tua elegi. Desideravi salutare tuum domine, et lex tua voluntas mea. Vivet anima mea et laudabit te, et iudicia tua auxiliabuntur michi. Erravi quasi ovis perdita, quere servum tuum, quia mandatorum tuorum non sum oblitus.

Ad dominum in tribulatione mea clamavi, et exaudivit me. Cantici graduum. Domine libera animam meam a labio mendacii, et a lingua dolosa. Quid detur tibi aut quid apponatur tibi, ad linguam dolosam. Sagitte potentis acute, cum carbonibus iuniperorum. Heu michi quia peregrinatio mea prolongata est, habitavi cum tabernaculis cedar. Multum peregrinata est anima mea, cum odientibus pacem. Ego pacifica loquebar, et illi bellabant.

Levavi oculos meos in montes, unde veniet auxilium michi. Cantici grad. Auxilium meum a domino, factore celi et terre. Non det in commotionem pedem tuum, neque dormitet qui custodit te. Ecce non dormitabit neque dormiet qui custodit Israel. Dominus custodit te, dominus protectio tua, super manum dexteram tuam. Per diem sol non uret te, neque luna per noctem. Dominus custodiet te ab omni malo, custodiat animam tuam dominus. Dominus custodiat exitum tuum et introitum tuum, amodo et usque in eternum.

Letatus sum in his que dixerunt michi, in domum domini ibimus. Cantici grad. Stantes erant pedes nostri, in atriis tuis Hierusalem. Hierusalem que edificatur ut civitas, cuius participatio eius simul. Quia ibi ascenderunt tribus, tribus domini, testimonium Israel ad confitendum nomini domini. Quia ibi sederunt sedes in iudicio, sedes domui David. Rogate pacem Hierusalem, sit bene his qui diligunt te. Sit pax in muris tuis, et habundantia in domibus tuis. Propter fratres meos et amicos meos, loquebar pacem tibi. Propter domum domini dei nostri, inquiram bona tibi. Canticum graduum.

Ad te levavi oculos meos, qui habitas in celis. Ecce sicut oculi servorum ad manum dominorum suorum, sicut oculi ancille in manibus domine sue, ita oculi nostri ad dominum deum nostrum, donec misereatur nostri. Miserere nostri domine miserere nostri, quia multum repleti sumus despectione. Multum repleta est anima nostra, obprobrium habundantium et despectio superborum. Cant. g.

Nisi dominus fuisset in nobis, dicat nunc Israel. Nisi dominus fuisset in nobis, cum exsurgerent super nos homines. Forsitan vivos absorbuissent nos, cum irasceretur furor eorum super nos. Forsitan aque circumdedissent nos, torrens transisset animam nostram. Forsitan transisset super animam nostram aque superbe. Benedictus dominus, qui non dedit nos in predam dentibus eorum. Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantium, laqueus contritus est et nos liberati sumus. Auxilium nostrum in nomine domini, qui fecit celum et terram.

Qui confidunt in domino sicut mons Syon, non commovebitur (cantici grad.) in eternum habitabilis. Hierusalem montes in circuitu eius, et dominus in circuitu populi sui, amodo et usque in eternum. Quia non requiescet virga impietatis super sortem iustorum, ut non mittant iusti ad iniquitatem manus suas. Benefac domine bonis et rectis corde. Qui autem declinant ad pravitates suas, deducet eos dominus cum his qui operantur iniquitatem, pax super Israel.

In convertendo dominus captivitatem Syon, facti sumus (cant. graduum.) sicut somniantes. Tunc implebitur risu os nostrum, et lingua nostra laude. Tunc dicent in gentibus, magnificavit dominus facere cum istis. Magnificavit dominus facere nobiscum, facti sumus letantes. Converte domine captivitatem nostram, sicut rivos in austro. Qui seminant in lacrimis, in exultatione metent. Qui ambulans ibat et flebat portans ad seminandum sementem, veniens veniet in exultatione portans manipulos suos. Cant. g.

Nisi dominus edificaverit domum, in vanum laboraverunt qui edificant eam. Nisi dominus custodierit civitatem, frustra vigilat qui custodit eam. Frustra vobis est de mane surgere, postquam sederitis qui manducatis panem doloris, sic dabit diligentibus se somnum. Ecce hereditas domini filii, merces fructus ventris. Sicut sagitte in manu potentis, ita filii iuventutis. Beatus vir qui implevit pharetram suam ex ipsis, non confundetur cum loquetur inimicis suis in porta. Canticum graduum.

Beati omnes qui timent dominum, qui ambulant in viis eius. Labores manuum tuarum cum comederis, beatus es et bene tibi erit. Uxor tua sicut vitis fructifera in penetrabilibus domus tue. Filii tui sicut germina olivarum, in circuitu mense tue. Ecce sic benedicetur vir, qui timet dominum. Benedicat tibi dominus ex Syon, et videas bona Hierusalem. Et videas filios filiorum tuorum, pacem super Israel. Canticum graduum.

Sepe expugnaverunt me ab adolescentia mea, sed non potuerunt michi. Super cervicem meam arabant arantes, prolongaverunt sulcum suum. Dominus iustus concidit laqueos impiorum. Confundantur et revertantur retrorsum omnes qui oderunt Syon. Fiant sicut fenum tectorum, quod statim ut viruerit arescit. De quo non implevit manum suam messor, et sinum suum manipulos faciens. De quo non dixerunt transeuntes, benedictio domini super vos, benediximus vobis in nomine domini. Canticum graduum.

De profundis clamavi ad te domine, domine exaudi vocem meam. Fiant aures tue intendentes, ad vocem deprecationis mee. Si iniquitates observaveris domine, domine quis sustinebit. Quia tecum est propitiatio, cum terribilis sis. Sustinui dominum, sustinuit anima mea verbum, expectavit anima mea dominum. A vigilia matutina usque ad vigiliam matutinam, expectet Israel dominum. Quia apud dominum misericordia, et multa apud eum redemptio. Et ipse redimet Israel, de omnibus iniquitatibus eius. Cant. grad.

Domine non est exaltatum cor meum, neque elati sunt oculi mei. Neque ambulavi in magnis, et in mirabilibus super me. Si non proposui et silere feci animam meam. Sicut ablactatus super matre sua, ita ablactata super me anima mea. Expectet Israel dominum, amodo et usque in eternum. Cant. grad.

Memento domine David, et omnis afflictionis eius. Qui iuravit domino, votum vovit deo Iacob. Si introiero in tabernaculum domus mee, si ascendero super lectum strati mei. Si dedero somnum oculis meis, et palpebris meis dormitationem. Donec inveniam locum domino, tabernaculum deo Iacob. Ecce audivimus illud in Eufrata, invenimus illud in regione saltus. Introeamus in tabernacula eius, adoremus scabellum pedum eius. Surge domine in requiem tuam, tu et archa fortitudinis tue. Sacerdotes tui induantur iustitia, et sancti tui laudent. Propter David servum

tuum. ne avertas faciem christi tui. Iuravit dominus david veritatem et non avertet ab ea. de fructu ventris tui ponam super sedem tuam. Si custodierint filii tui legem meam et pactum meum. et testimonia mea haec que docuero eos. et filii eorum super thronum tuum sedebunt usque in eternum. Quia elegit dominus syon. desideravit eam in habitaculum sibi. Hec est requies mea in sempiternum. hic habitabo quoniam desideravi eam. Generationes eius benedicens benedicam. pauperes eius saturabo pane. Sacerdotes eius induam salutari. et sancti eius laude laudabunt. Ibi oriri faciam cornu david. paravi lucernam christo meo. Inimicos eius induam confusione. super ipsum autem florebit diadema meum.

canticum graduum.

Ecce quam bonum et quam iocundum. habitare fratres in unum. Sicut unguentum optimum in capite. quod descendit in barbam barbam aaron. quod descendit super oram vestimenti eius. Sicut ros hermon qui descendit super montem syon. Quia ibi mandavit dominus benedictionem. et vitam usque in eternum.

Cant.

Ecce nunc benedicite dominum. omnes servi domini. Qui statis in domo domini in noctibus: Levate manus vestras ad sanctum. et benedicite dominum. Benedicat tibi dominus ex syon. factor celi et terre.

Alleluia.

Laudate nomen domini. laudate servi dominum. Qui statis in domo domini. in atriis domus dei nostri. Laudate dominum quia bonus dominus. cantate nomini eius quia decorus. Quia iacob elegit sibi dominus israel in peculium sibi. Quia ego cognovi quod magnus dominus. et dominator noster pre omnibus diis. Omnia que voluit dominus fecit in celo et in terra in mari et in abyssis. Levans nubes de summitatibus terre. fulgura in pluviam fecit. educens ventum de thesauris suis. Qui percussit primitiva egypti. ab homine usque ad pecus. Misit signa et portenta in medio tui egypte. in pharaonem et in cunctos servos eius. Qui percussit gentes multas. et occidit reges fortes. Seon regem amorreorum et og regem basan. et omnia regna chanaan. Et dedit terram eorum hereditatem. hereditatem israel populo suo. Domine nomen tuum in eternum. domine memoriale tuum in generatione et generatione. Quia iudicabit dominus populum suum. et in servis suis erit placabilis. Ydola gentium argentum et aurum. opera manuum hominum. Os habent et non loquentur. oculos habent et non videbunt. Aures habent et non audient. sed nec est spiritus in ore eorum. Similes illis fiant qui faciunt ea. et omnis qui confidit in eis. Domus israel benedicite domino. domus aaron benedicite domino. Domus levi benedicite domino. timentes dominum benedicite domino. Benedictus dominus ex syon. qui habitat in hierusalem.

Alleluia.

Confitemini domino quoniam bonus. quoniam in eternum misericordia eius. Confitemini deo deorum. quoniam. Confitemini domino dominorum. quoniam. Qui facit mirabilia magna solus. quoniam. Qui fecit celos in simplicitate. quoniam. Qui firmavit terram super aquas. quoniam. Qui fecit luminaria magna. quoniam. Solem in potestatem diei. quoniam. Lunam et stellas in potestatem noctis. quoniam. Qui percussit egyptum cum primitivis eorum. quoniam. Et eduxit israel de medio eorum. quoniam. Et concussit pharaonem et exercitum eius in mari rubro. quoniam. Qui traduxit populum suum per desertum. quoniam. Qui percussit reges magnos. quoniam. Et occidit reges potentes. quoniam. Seon regem amorreorum. quoniam. Et og regem basan. quoniam. Et dedit terram eorum hereditatem. quoniam. Hereditatem israel servo suo. quoniam. Quia in humilitate nostra memor fuit nostri. quoniam. Qui eripuit nos de tribulationibus nostris. quoniam. Qui dat escam omni carni. quoniam. Confitemini deo celorum. quoniam in eternum misericordia eius.

psalmus david.

Super flumina babilonis ibi sedimus et flevimus. cum recordaremur syon. Super salices in medio eius. suspendimus cytharas nostras. Quia ibi interrogabant nos qui captivos duxerunt nos. verba canticorum. Et qui affligebant nos leticiam: cantate nobis de canticis syon. Quomodo cantabimus canticum domini in terra aliena. Si oblitus fuero tui hierusalem. in oblivione sit dextera mea. Adhereat lingua mea gutturi meo. si non recordatus fuero tui. si non preposuero hierusalem in principio leticie mee. Memento domine filiorum edom diem hierusalem. dicentium evacuate evacuate usque ad fundamentum. Filia babilonis vastata. beatus qui retribuet tibi vicissitudinem quam retribuisti nobis. Beatus qui tenebit et allidet parvulos suos ad petram.

psalmus david.

Confitebor tibi domine in toto corde meo. in conspectu angelorum psallam tibi. adorabo ad templum sanctum tuum et confitebor nomini tuo. Super misericordia tua et veritate tua. quia magnificasti super omne nomen sanctum. In die qua invocabo exaudies me. dilatabis anime mee fortitudinem. Confiteantur tibi domine omnes reges terre: quia audierunt eloquia oris tui. Et cantent in viis domini. quia magna est gloria domini. Quia excelsus dominus et humilia respicit. et excelsa a longe cognoscit. Si ambulavero in medio tribulationis vivificabis me. et super furorem inimicorum meorum mittes manum tuam. et salvabit me dextera tua. Dominus operabitur pro me. domine misericordia tua in eternum ne dimittas.

pro victoria david canticum.

Domine investigasti me et cognovisti me. tu cognovisti sessionem meam et resurrectionem meam. intellexisti cogitationem meam a longe. Semitam meam et accubitationem meam vestigasti. et omnes vias meas intellexisti. quia non est eloquium in lingua mea. Ecce domine nosti omnia retrorsum. et ante formasti me super manum tuam. Mirabilior est scientia tua a me: excelsior est et non potero ad eam. Quo ibo a spiritu tuo. et quo a facie tua fugiam. Si ascendero in celum ibi es. si iacuero in infernum ades. Si sumpsero pennas meas diluculo. et habitavero in novissima maris. Et ibi manus tua deducet me. et tenebit me dextera tua. Si dixero forte tenebre operient me. et nox quoque erit lux circa me: Nec tenebre habent tenebras apud te. et nox quasi dies lucet: similes sunt tenebre et lux. Quoniam tu possedisti renes meos. orsus es me in utero matris mee. Confitebor tibi quia terribiliter magnificasti me: mirabilia opera tua et anima mea novit nimis. Non sunt operta ossa mea a te. quibus factus sum in occulto et ymaginatus sum in novissimis terre. Informem me adhuc viderunt oculi tui. et in libro tuo omnes scribentur. dies formati sunt et non est una in eis. Michi autem quam honorabiles facti sunt amici tui deus. quam fortes principes eorum. Dinumerabo eos et arena plures erunt. evigilavi et adhuc tecum sum. Si occideris deus impium. viri sanguinum declinate a me. Quia contradicent tibi scelerate: elati sunt frustra adversarii tui. Nonne odientes te domine odivi. et contra adversarios tuos distabui. Perfecto odio oderam illos. inimici facti sunt michi. Scrutare me deus et cognosce cor meum. proba me et scito semitam meam. Et vide si via idoli in me est. et deduc me in via eterna.

pro victoria canticum david.

Eripe me domine ab homine malo. a viro iniquo serva me. Qui cogitaverunt malitias in corde. tota die versati sunt in preliis. Exacuerunt linguam suam quasi serpens. venenum aspidum sub labiis eorum. semper. Custodi me domine de manibus impii. a viro iniquitatum serva me: qui cogitaverunt supplantare gressus meos. Absconderunt superbi laqueum michi. et funibus extenderunt rete. iuxta semitam offendiculum posuerunt michi semper. Dixi domino deus meus es tu. exaudi domine vocem deprecationis mee. Domine deus fortitudo salutis mee: protexisti caput meum in die belli. Ne des domine desiderium impii. scelera eius ne effundantur et eleventur semper. Amaritudo convivarum meorum labor labiorum eorum operiet eos. Cadent super eos carbones igne deiciet eos in foveas. ut non consurgant. Vir linguosus non dirigetur in terra. virum iniquum mala capient in interitu. Scio quod dominus faciet causam inopis. iudicia pauperum. Sed tamen iusti confitebuntur nomini tuo. et habitabunt recti cum vultu tuo.

Domine clamavi ad te festina michi. et exaudi vocem meam clamantem ad te: Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo. elevatio manuum mearum sacrificium vespertinum. Pone domine custodiam ori meo. serva ostium labiorum meorum. Non declines cor meum in verbum malum. volvere cogitationes impias. cum viris operantibus iniquitatem. neque comedere in deliciis eorum. Corripiat me in misericordia et arguat me. oleum amaritudinis non impinguet caput meum. Quia adhuc et oratio mea pro malitiis eorum. sublati sunt in petram iudices eorum. et audient verba mea quoniam decora sunt. Sicut agricola cum scindit terram. sic dissipata sunt ossa nostra in ore inferni. Quia ad te domine deus oculi mei. in te speravi ne evacues animam meam. Custodi me de manibus laquei quem posuerunt michi. et de offendiculo operantium iniquitatem. Incidant in rete eius impii. simul autem ego transibo.

eruditio david cum esset in spelunca oratio.

Voce mea ad dominum clamavi. voce mea ad dominum deprecatus sum. Effundam in conspectu eius eloquium meum. tribulationem meam coram illo annuntiabo. Cum anxiatus fuerit in me spiritus meus. tu cognovisti semitam meam. in via hac qua ambulabo absconderunt laqueum michi. Respice ad dexteram et vide: quod non sit qui cognoscat me: Periit fuga a me. non est qui querat animam meam. Clamavi ad te domine. dixi tu es spes mea. pars mea in terra viventium. Ausculta deprecationem meam. quia infirmatus sum. Libera me a persequentibus me. quia confortati sunt super me. Educ de carcere animam meam. ut confiteatur nomini tuo. In me coronabunt iusti. cum retribueris michi.

canticum david.

Domine exaudi orationem meam. ausculta deprecationem meam. in veritate tua exaudi me in tua iustitia. Et non venias ad iudicium cum servo tuo. quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis vivens. Persecutus est enim inimicus animam meam. confregit in terra vitam meam. posuit me in obscuris quasi mortuos antiquos. Et anxius fuit in me spiritus meus in medio mei sollicitum fuit cor meum. Recordatus dierum antiquorum. meditabor omnia opera tua. facta manuum tuarum loquebar semper. Expandi manus meas ad te anima mea quasi terra sitiens ad te. Cito exaudi me domine. defecit spiritus meus. ne abscondas faciem tuam a me. et comparabor descendentibus in lacum. Fac me audire mane misericordiam tuam. quia in te confido. Nota fac michi viam in qua ambulo. quia ad te levavi animam meam. Libera me de inimicis meis domine ad te protectus sum. Doce me ut faciam voluntatem tuam quia deus meus es tu. spiritus tuus bonus deducet me in via recta. Propter nomen tuum domine vivificabis me in iustitia tua. educes de angustiis animam meam. Et in misericordia tua dissipabis inimicos meos. et perdes omnes ligantes animam meam. ego enim sum servus tuus.

cant. david.

Benedictus dominus fortis meus. qui docet manus meas ad prelium. digitos meos ad bellum. Misericordia mea et fortitudo mea. auxiliator meus et salvator meus. Scutum meum et in ipso speravi. qui subicit populos michi. Domine quid est homo quia cognoscis eum. filius hominis quia computas eum. Homo vanitati assimilatus est. dies eius quasi umbra pertransiens. Domine inclina celos tuos et descende. tange montes et fumigabunt. Mica fulmina et dissipa eos. mitte sagittam tuam et interfice eos. Extende manum tuam de excelso. libera me et erue me de aquis multis. de manu filiorum alienorum. Quorum os locutum est vanitatem. et dextera eorum dextera mendacii. Deus canticum novum cantabo tibi. in psalterio decacordo psallam tibi. Qui das salutem regibus: qui eruit david servum suum de gladio maligno. Libera me et erue me de manu filiorum alienorum quorum os locutum est vanitatem. et dextera eorum dextera iniquitatis. Et sunt filii nostri quasi plantatio crescens in adolescentia sua. Filie nostre quasi anguli ornati. ad similitudinem templi. Promptuaria nostra plena. et superfluentia ex hoc in illud. Pecora nostra in milibus innumerabilia. in compitis nostris tauri nostri pingues. Non est interruptio. et non est egressus. et non est ululatus in plateis nostris. Beatus populus cuius talia sunt. beatus populus cuius dominus deus suus.

ymnus david.

Exaltabo te deus meus rex. et benedicam nomini tuo in eternum et ultra. In omni die benedicam tibi. et laudabo nomen tuum in sempiternum et ultra. Magnus dominus et laudabilis nimis. et magnificentie eius non est investigatio. Generatio ad generationem laudabunt opera tua. et fortitudines tuas narrabunt. Decorem glorie magnitudinis tue: et verba mirabilium tuorum loquar. Et fortitudinem horribilium tuorum loquentur. et magnitudines tuas narrabo. Memoriam multe bonitatis tue loquentur. et iustitias tuas narrabunt. Clemens et misericors dominus. patiens et multe miserationis. Bonus dominus omnibus: et misericordie eius super universa opera eius. Confiteantur tibi domine omnia opera tua. et sancti tui benedicant tibi. Gloriam regni tui dicent. et fortitudines tuas loquentur. Ut notas faciant filiis adam potentias tuas. et gloriam decoris regni tui. Regnum tuum regnum omnium seculorum. et potestas tua in omni generatione et generatione. Sustentat dominus omnes corruentes. et erigit omnes iacentes. Oculi omnium in te sperant. et tu das escam illis in tempore suo. Aperis tu manus tuas et imples omne animal benedictione. Iustus dominus in omnibus viis suis. et sanctus in omnibus operibus suis. Iuxta est dominus omnibus invocantibus se in veritate. Placitum timentium se faciet. et clamorem eorum audiet. et salvabit eos. Custodit dominus omnes diligentes se. et universos impios conteret. Laudem domini loquetur os meum. et benedicat omnis caro nomini sancto eius.

Alleluia.

Lauda anima mea dominum. laudabo dominum in vita mea. cantabo deo meo quamdiu sum. Nolite confidere in principibus: nec in filiis hominum quibus non est salus. Egredietur spiritus eius et revertetur in humum suam. In illa die peribunt omnes cogitationes eius. Beatus cuius deus iacob auxiliator eius. spes eius in domino deo suo. Qui fecit celos et terram. mare et omnia que in eis sunt. et custodit veritatem in sempiternum. Qui facit iudicium calumniam sustinentibus: et dat panem esurientibus: Dominus solvit vinctos. dominus illuminat cecos. Dominus erigit allisos. dominus diligit iustos. Dominus custodit advenas. pupillum et viduam suscipiet. et vias peccatorum conteret. Regnabit dominus in eternum. deus tuus syon in generatione et generatione.

Alleluia.

Laudate dominum quoniam bonus est. canticum deo nostro quia decorum est pulchra laudatio. Edificat hierusalem dominus. et eiectos israel congregabit. Qui sanat contritos corde. et alligat plagas eorum. Qui numerat

87. multitudinem stellarum. et omnibus nomina sua vocat. Magnus dominus noster et multe fortitudinis eius. et prudentie eius non est numerus. Suscipiens mansuetos dominus. humilians autem impios usque ad terram. Cantate domino in confessione. cantate deo nostro in cythara. Qui operit celum nubibus: et parat terre pluviam. et oriri facit in montibus germina. Qui dat iumentis escam ipsorum. filiis corvorum clamantibus: Non est in fortitudine equi voluntas eius. nec in tibiis viri placet ei. Placet domino his qui timent eum. et expectantibus misericordiam eius.

Alleluia.

Lauda hierusalem dominum. lauda deum tuum syon. Qui confortavit vectes portarum tuarum. benedixit filiis tuis in medio tui. Qui posuit omnem terminum tuum pacem. et adipe frumenti satiavit te. Qui emittit eloquium suum terre. velociter currit verbum eius. Qui dat nivem sicut lanam. pruinam quasi cinerem spargit. Proicit glaciem suam quasi buccellas. ante faciem frigoris eius quis stabit. Mittet verbum suum et liquefaciet ea. spirabit spiritus eius. et fluent aque. Quia annuntiat verbum suum iacob. precepta sua et iudicia sua israel. Non fecit taliter omni genti. et iudicia eius non cognoscent.

Alleluia.

Laudate dominum de celis. laudate eum in excelsis. Laudate eum omnes angeli eius. laudate eum omnes exercitus eius. Laudate eum sol et luna. laudate eum omnes stelle luminis. Laudate eum celi celorum. et aque que super celos sunt. Laudent nomen domini quoniam ipse mandavit et creata sunt. Et statuit ea in seculum et in seculum. preceptum dedit et non preteribit. Laudate

libri Sapie

dominum de terra, dracones et omnes abyssi. Ignis, grando, nix, glacies, ventus turbo, quae faciunt verbum eius. Montes et omnes colles, ligna fructifera et universae cedri. Bestiae et universa pecora, reptilia et aves volantes. Reges terrae et omnes populi, principes et omnes iudices terrae. Iuvenes et virgines, senes cum iunioribus laudent nomen domini, quia exaltatum est nomen eius solius. Confessio eius super caelum et terram, et exaltavit cornu populi sui. Laus omnibus sanctis eius, filiis Israhel, populo appropinquanti sibi. Alleluia.

Cantate domino canticum novum, laus eius in ecclesia sanctorum. Laetetur Israhel in eo qui fecit eum, et filii Sion exultent in rege suo. Laudent nomen eius in choro, in tympano et cythara cantent ei. Quia beneplacitum est domino in populo suo, et exaltabit mansuetos in salutem. Exultabunt sancti in gloria, laetabuntur in cubilibus suis. Exultationes dei in gutture eorum, et gladii ancipites in manibus eorum. Ad faciendam vindictam in nationibus, increpationes in populis. Ad alligandos reges eorum in compedibus, et nobiles eorum in manicis ferreis. Ut faciant in eis iudicium conscriptum; gloria haec est omnibus sanctis eius. Alleluia.

Laudate dominum in sanctis eius, laudate eum in firmamento virtutis eius. Laudate eum in virtutibus eius, laudate eum secundum multitudinem magnitudinis eius. Laudate eum in clangore bucinae, laudate eum in psalterio et cythara. Laudate eum in tympano et choro, laudate eum in cordis et organo. Laudate eum in cymbalis sonantibus, laudate eum in cymbalis iubilationis: omne quod spirat laudet dominum.

PROLOGUS IN LIBRO PROVERBIORUM SALOMONIS QUI DICITUR MASLOTH

IUNGAT EPISTOLA QUOS IUNGIT SACERDOTIUM, immo carta non dividat quos Christi nectit amor. Commentarios in Osee, Amos, Zachariam, Malachiamque ut poscitis scripsissem, si licuisset prae valitudine. Mittitis solacia sumptuum, notarios nostros et librarios sustentatis, ut vobis potissimum nostrum desudet ingenium. Et ecce ex latere frequens turba diversa poscentium, quasi aut aequum sit me vobis esurientibus aliis laborare, aut in ratione dati et accepti cuiquam praeter vos obnoxius sim. Itaque longa aegrotatione fractus, ne penitus hoc anno reticerem et apud vos mutus essem, tridui hoc opus nomini vestro consecravi, interpretationem videlicet trium Salomonis voluminum: Masloth, quas Hebraei Parabolas, vulgata editio Proverbia vocat; Coeleth, quod graece Ecclesiasten, latine Contionatorem possumus dicere; Sirasirim, quod in nostra lingua vertitur Canticum canticorum. Fertur et panarethos Ihesu filii Syrach liber, et alius pseudographus qui Sapientia Salomonis inscribitur. Quorum priorem hebraicum repperi, non Ecclesiasticum ut apud Latinos, sed Parabolas praenotatum, cui iuncti erant Ecclesiastes et Canticum canticorum, ut similitudinem Salomonis non solum librorum numero, sed etiam materiarum genere coaequaret. Secundus apud Hebraeos nusquam est, quia et ipse stilus graecam eloquentiam redolet; et nonnulli scriptorum veterum hunc esse Iudaei Filonis affirmant. Sicut ergo Iudith et Tobi et Machabeorum libros legit quidem ecclesia, sed inter canonicas scripturas non recipit, sic et haec duo volumina legat ad aedificationem plebis, non ad auctoritatem ecclesiasticorum dogmatum confirmandam. Si cui sane LXX interpretum magis editio placet, habet eam a nobis olim emendatam. Neque enim sic nova cudimus ut vetera destruamus. Et tamen cum diligentissime legerit, sciat magis nostra intellegi, quae non in tertium vas transfusa coacuerint, sed statim de prelo purissime commendata testae suum saporem servaverint. EXPLICIT PROLOGUS.

HIC LIBER HABET CAPITULA LXI. VERSUS DCCXL.

PARABOLAE SALOMONIS FILII DAVID REGIS ISRAHEL AD

sciendam sapientiam et disciplinam, ad intellegenda verba prudentiae, et suscipiendam eruditionem doctrinae, iustitiam et iudicium et aequitatem, ut detur parvulis astutia, adolescenti scientia et intellectus. Audiens sapiens sapientior erit, et intellegens gubernacula possidebit. Animadvertet parabolam et interpretationem, verba sapientium et aenigmata eorum. Timor domini principium sapientiae. Sapientiam atque doctrinam stulti despiciunt. Audi fili mi disciplinam patris tui, et ne dimittas legem matris tuae, ut addatur gratia capiti tuo, et torques collo tuo.

Fili mi si te lactaverint peccatores, ne adquiescas eis. Si dixerint: Veni nobiscum, insidiemur sanguini, abscondamus tendiculas contra insontem frustra; deglutiamus eum sicut infernus viventem, et integrum quasi descendentem in lacum. Omnem pretiosam substantiam reperiemus, implebimus domos nostras spoliis. Sortem mitte nobiscum, marsuppium unum sit omnium nostrum.

Fili mi ne ambules cum eis, prohibe pedem tuum a semitis eorum. Pedes enim illorum ad malum currunt, et festinant ut effundant sanguinem. Frustra autem iacitur rete ante oculos pennatorum. Ipsi quoque contra sanguinem suum insidiantur, et moliuntur fraudes contra animas suas. Sic semitae omnis avari animas possidentium rapiunt.

Sapientia foris praedicat, in plateis dat vocem suam. In capite turbarum clamitat, in foribus portarum urbis profert verba sua dicens: Usquequo parvuli diligitis infantiam, et stulti ea quae sibi sunt noxia cupient, et imprudentes odibunt scientiam? Convertimini ad correptionem meam; en proferam vobis spiritum meum, et ostendam verba mea. Quia vocavi et renuistis, extendi manum meam et non fuit qui aspiceret. Despexistis omne consilium meum, et increpationes meas neglexistis.

Ego quoque in interitu vestro ridebo, et subsannabo cum vobis quod timebatis advenerit. Cum inruerit repentina calamitas, et interitus quasi tempestas ingruerit, quando venerit super vos tribulatio et angustia. Tunc invocabunt me et non exaudiam, mane consurgent et non invenient me, eo quod exosam habuerint disciplinam, et timorem domini non susceperint, nec adquieverint consilio meo, et detraxerint universae correptioni meae. Comedent igitur fructus viae suae, suisque consiliis saturabuntur. Aversio parvulorum interficiet eos, et prosperitas stultorum perdet illos. Qui autem me audierit absque terrore requiescet, et abundantia perfruetur malorum timore sublato.

Fili mi si susceperis sermones meos, et mandata mea absconderis penes te, ut audiat sapientiam auris tua, inclina cor tuum ad cognoscendam prudentiam. Si enim sapientiam invocaveris, et inclinaveris cor tuum prudentiae, si quaesieris eam quasi pecuniam, et sicut thesauros effoderis illam, tunc intelleges timorem domini, et scientiam dei invenies. Quia dominus dat sapientiam, et ex ore eius scientia et prudentia. Custodiet rectorum salutem, et proteget gradientes simpliciter, servans semitas iustitiae, et vias sanctorum custodiens. Tunc intelleges iustitiam et iudicium, et aequitatem et omnem semitam bonam. Si intraverit sapientia cor tuum, et scientia animae tuae placuerit, consilium custodiet te, et prudentia servabit te, ut eruaris de via mala, ab homine qui perversa loquitur, qui relinquunt iter rectum, et ambulant per vias tenebrosas, qui laetantur cum male fecerint, et exultant in rebus pessimis; quorum viae perversae et infames gressus eorum. Ut eruaris a muliere aliena, et ab extranea quae mollit sermones suos, et relinquit ducem pubertatis suae, et pacti dei sui oblita est. Inclinata est enim ad mortem domus eius, et ad inferos semitae ipsius. Omnes qui ingrediuntur ad eam non revertentur, nec adprehendent semitas vitae. Ut ambules in via bona, et calles iustorum custodias. Qui enim recti sunt habitabunt in terra, et simplices permanebunt in ea. Impii vero de terra perdentur, et qui inique agunt auferentur ex ea.

Fili mi ne obliviscaris legis meae, et praecepta mea custodiat cor tuum. Longitudinem enim dierum et annos vitae et pacem adponent tibi. Misericordia et veritas non te deserant; circumda eas gutturi tuo, et describe in tabulis cordis tui, et invenies gratiam et disciplinam bonam coram deo et hominibus.

Habe fiduciam in domino ex toto corde tuo, et ne innitaris prudentiae tuae. In omnibus viis tuis cogita illum, et ipse diriget gressus tuos. Ne sis sapiens apud temet ipsum; time deum et recede a malo. Sanitas quippe erit in umbilico tuo, et inrigatio ossium tuorum. Honora dominum de tua substantia, et de primitiis omnium frugum tuarum, et implebuntur horrea tua saturitate, et vino torcularia redundabunt.

Disciplinam domini fili mi ne abicias, nec deficias cum ab eo corriperis. Quem enim diligit dominus corripit, et quasi pater in filio conplacet sibi. Beatus homo qui invenit sapientiam, et qui adfluit prudentia. Melior est adquisitio eius negotiatione argenti et auri primi et purissimi fructus eius. Pretiosior est cunctis opibus, et omnia quae desiderantur huic non valent conparari. Longitudo dierum in dextera eius, et in sinistra illius divitiae et gloria. Viae eius viae pulchrae, et omnes semitae illius pacificae. Lignum vitae est his qui adprehenderint eam, et qui tenuerit eam beatus. Dominus sapientia fundavit terram, stabilivit caelos prudentia. Sapientia illius eruperunt abyssi, et nubes rore concrescunt.

Fili mi ne effluant haec ab oculis tuis. Custodi legem atque consilium, et erit vita animae tuae, et gratia faucibus tuis. Tunc ambulabis fiducialiter in via tua, et pes tuus non inpinget. Si dormieris non timebis, quiesces et suavis erit somnus tuus. Ne paveas repentino terrore, et inruentes tibi potentias impiorum. Dominus enim erit in latere tuo, et custodiet pedem tuum ne capiaris. Noli prohibere benefacere eum qui potest; si vales et ipse benefac. Ne dicas amico tuo: Vade et revertere, et cras dabo tibi, cum statim possis dare. Ne moliaris amico tuo malum, cum ille in te habeat fiduciam. Non contendas adversus hominem frustra, cum ipse tibi nihil mali fecerit. Ne aemuleris hominem iniustum, nec imiteris vias eius, quia abominatio domini est omnis inlusor, et cum simplicibus sermocinatio eius. Egestas a domino in domo impii, habitacula autem iustorum benedicentur. Ipse deludet inlusores, et mansuetis dabit gratiam. Gloriam sapientes possidebunt, stultorum exaltatio ignominia.

Audite filii disciplinam patris, et adtendite ut sciatis prudentiam. Donum bonum tribuam vobis, legem meam ne derelinquatis. Nam et ego filius fui patris mei tenellus, et unigenitus coram matre mea, et docebat me atque dicebat: Suscipiat verba mea cor tuum, custodi praecepta mea et vives. Posside sapientiam, posside prudentiam; ne obliviscaris neque declines a verbis oris mei. Ne dimittas eam et custodiet te; dilige eam et servabit te. Principium sapientiae posside sapientiam, et in omni possessione tua adquire prudentiam. Adripe illam et exaltabit te, glorificaberis ab ea cum eam fueris amplexatus. Dabit capiti tuo augmenta gratiarum, et corona inclita proteget te.

Audi fili mi et suscipe verba mea, ut multiplicentur tibi anni vitae. Viam sapientiae monstrabo tibi, ducam te per semitas aequitatis. Quas cum ingressus fueris, non artabuntur gressus tui, et currens non habebis offendiculum. Tene disciplinam, ne dimittas eam; custodi illam, quia ipsa est vita tua. Ne delecteris semitis impiorum, nec tibi placeat malorum via. Fuge ab ea, nec transeas per illam; declina et desere eam. Non enim dormiunt nisi malefecerint, et rapitur somnus ab eis nisi subplantaverint. Comedunt panem impietatis, et vinum iniquitatis bibunt. Iustorum autem semita quasi lux splendens procedit et crescit usque ad perfectam diem. Via impiorum tenebrosa, nesciunt ubi corruant.

Fili mi, ausculta sermones meos, et ad eloquia mea inclina aurem tuam.

Ne recedant ab oculis tuis, custodi ea in medio cordis tui. Vita enim sunt invenientibus ea, et universae carni sanitas. Omni custodia serva cor tuum, quia ex ipso vita procedit. Remove a te os pravum, et detrahentia labia sint procul a te. Oculi tui recta videant, et palpebrae tuae praecedant gressus tuos. Dirige semitam pedibus tuis, et omnes viae tuae stabilientur. Ne declines ad dexteram neque ad sinistram, averte pedem tuum a malo. Vias enim quae a dextris sunt novit Dominus; perversae vero sunt quae a sinistris sunt. Ipse autem rectos faciet cursus tuos, itinera autem tua in pace producet.

Fili mi, attende ad sapientiam meam, et prudentiae meae inclina aurem tuam, ut custodias cogitationes, et disciplinam labia tua conservent. Favus enim distillans labia meretricis, et nitidius oleo guttur eius; novissima autem illius amara quasi absinthium, et acuta quasi gladius biceps. Pedes eius descendunt in mortem, et ad inferos gressus illius penetrant. Per semitam vitae non ambulant, vagi sunt gressus eius et investigabiles. Nunc ergo, fili mi, audi me, et ne recedas a verbis oris mei. Longe fac ab ea viam tuam, et ne appropinques foribus domus eius. Ne des alienis honorem tuum, et annos tuos crudeli; ne forte impleantur extranei viribus tuis, et labores tui sint in domo aliena, et gemas in novissimis, quando consumpseris carnes et corpus tuum, et dicas: Cur detestatus sum disciplinam, et increpationibus non adquievit cor meum, nec audivi vocem docentium me, et magistris non inclinavi aurem meam? Paene fui in omni malo, in medio ecclesiae et synagogae. Bibe aquam de cisterna tua, et fluenta putei tui. Deriventur fontes tui foras, et in plateis aquas tuas divide. Habeto eas solus, nec sint alieni participes tui. Sit vena tua benedicta, et laetare cum muliere adolescentiae tuae. Cerva carissima et gratissimus hinnulus; ubera eius inebrient te omni tempore, et in amore eius delectare iugiter. Quare seduceris, fili mi, ab aliena, et foveris in sinu alterius? Respicit Dominus vias hominis, et omnes gressus illius considerat. Iniquitates suae capiunt impium, et funibus peccatorum suorum constringitur. Ipse morietur, quia non habuit disciplinam, et in multitudine stultitiae suae decipietur.

Fili mi, si spoponderis pro amico tuo, defixisti apud extraneum manum tuam, illaqueatus es verbis oris tui, et captus propriis sermonibus. Fac ergo quod dico, fili mi, et temet ipsum libera, quia incidisti in manus proximi tui. Discurre, festina, suscita amicum tuum; ne dederis somnum oculis tuis, nec dormitent palpebrae tuae. Eruere quasi dammula de manu, et quasi avis de insidiis aucupis. Vade ad formicam, o piger, et considera vias eius, et disce sapientiam. Quae cum non habeat ducem, nec praeceptorem, nec principem, parat aestate cibum sibi, et congregat in messe quod comedat. Usquequo, piger, dormies? Quando consurges e somno tuo? Paululum dormies, paululum dormitabis, paululum conseres manus ut dormias, et veniet tibi quasi viator egestas, et pauperies quasi vir armatus. Si vero impiger fueris, veniet ut fons messis tua, et egestas longe fugiet a te. Homo apostata, vir inutilis, graditur ore perverso, annuit oculis, terit pede, digito loquitur, pravo corde machinatur malum, et in omni tempore iurgia seminat. Huic extemplo veniet perditio sua, et subito conteretur, nec habebit ultra medicinam.

Sex sunt quae odit Dominus, et septimum detestatur anima eius: oculos sublimes, linguam mendacem, manus effundentes innoxium sanguinem, cor machinans cogitationes pessimas, pedes veloces ad currendum in malum, proferentem mendacia testem fallacem, et eum qui seminat inter fratres discordias.

Conserva, fili mi, praecepta patris tui, et ne dimittas legem matris tuae. Liga ea in corde tuo iugiter, et circumda gutturi tuo. Cum ambulaveris, gradiantur tecum; cum dormieris, custodiant te, et evigilans loquere cum eis; quia mandatum lucerna est, et lex lux, et via vitae increpatio disciplinae,

Ut custodiant te a muliere mala, et a blanda lingua extraneae. Non concupiscat pulchritudinem eius cor tuum, nec capiaris nutibus illius. Pretium enim scorti vix unius est panis; mulier autem viri pretiosam animam capit. Numquid abscondere potest homo ignem in sinu suo, ut vestimenta illius non ardeant? aut ambulare super prunas, et non comburentur plantae eius? Sic qui ingreditur ad mulierem proximi sui, non erit mundus cum tetigerit eam. Non grandis est culpa cum quis furatus fuerit; furatur enim ut esurientem impleat animam. Deprehensus quoque reddet septuplum, et omnem substantiam domus suae tradet, et liberabitur. Qui autem adulter est, propter cordis inopiam perdet animam suam. Turpitudinem et ignominiam congregat sibi, et opprobrium eius non delebitur; quia zelus et furor viri non parcet in die vindictae, nec acquiescet cuiusquam precibus, nec suscipiet pro redemptione dona plurima.

Fili mi, custodi sermones meos, et praecepta mea reconde tibi. Serva mandata mea, et vives, et legem meam quasi pupillam oculi tui. Liga eam in digitis tuis, scribe illam in tabulis cordis tui. Dic sapientiae: Soror mea es, et prudentiam voca amicam tuam, ut custodiat te a muliere extranea, et ab aliena quae verba sua dulcia facit. De fenestra enim domus meae per cancellos prospexi, et video parvulos. Considero vecordem iuvenem, qui transit per plateam iuxta angulum, et prope viam domus illius graditur in obscuro, advesperascente die, in noctis tenebris et caligine. Et ecce mulier occurrit illi ornatu meretricio praeparata ad capiendas animas, garrula et vaga, quietis impatiens, nec valens in domo consistere pedibus suis; nunc foris, nunc in plateis, nunc iuxta angulos insidians. Apprehensumque deosculatur iuvenem, et procaci vultu blanditur, dicens: Victimas pro salute debui; hodie reddidi vota mea. Idcirco egressa sum in occursum tuum, desiderans te videre, et repperi. Intexui funibus lectulum meum, stravi tapetibus pictis ex Aegypto. Aspersi cubile meum murra, et aloe, et cinnamomo. Veni, inebriemur uberibus, et fruamur cupitis amplexibus donec illucescat dies. Non est enim vir in domo sua; abiit via longissima. Sacculum pecuniae secum tulit; in die plenae lunae reversurus est domum suam. Irretivit eum multis sermonibus, et blanditiis labiorum protraxit illum. Statim eam sequitur quasi bos ductus ad victimam, et quasi agnus lasciviens, et ignorans quod ad vincula stultus trahatur, donec transfigat sagitta iecur eius; velut si avis festinet ad laqueum, et nescit quia de periculo animae illius agitur. Nunc ergo, fili mi, audi me, et attende verbis oris mei. Ne abstrahatur in viis illius mens tua, neque decipiaris semitis eius. Multos enim vulneratos deiecit, et fortissimi quique interfecti sunt ab ea. Viae inferi domus eius, penetrantes in interiora mortis. Numquid non sapientia clamitat, et prudentia dat vocem suam? In summis excelsisque verticibus supra viam, in mediis semitis stans, iuxta portas civitatis, in ipsis foribus loquitur, dicens: O viri, ad vos clamito, et vox mea ad filios hominum. Intellegite, parvuli, astutiam, et insipientes, animadvertite. Audite, quia de rebus magnis locutura sum, et aperientur labia mea ut recta praedicent. Veritatem meditabitur guttur meum, et labia mea detestabuntur impium. Iusti sunt omnes sermones mei, non est in eis pravum quid neque perversum. Recti sunt intellegentibus, et aequi invenientibus scientiam.

Accipite disciplinam meam, et non pecuniam; doctrinam magis quam aurum eligite. Melior est enim sapientia cunctis pretiosissimis, et omne desiderabile ei non potest comparari. Ego sapientia habito in consilio, et eruditis intersum cogitationibus. Timor Domini odit malum. Arrogantiam et superbiam et viam pravam et os bilingue detestor.

Meum est consilium et aequitas, mea prudentia, mea est fortitudo. Per me reges regnant, et legum conditores iusta decernunt. Per me principes imperant, et potentes decernunt iustitiam. Ego diligentes me diligo, et qui mane vigilant ad me invenient me. Mecum sunt divitiae et gloria, opes superbae et iustitia. Melior est fructus meus auro et lapide pretioso, et genimina mea argento electo. In viis iustitiae ambulo, in medio semitarum iudicii, ut ditem diligentes me, et thesauros eorum repleam.

Dominus possedit me in initio viarum suarum, antequam quicquam faceret a principio. Ab aeterno ordinata sum, et ex antiquis, antequam terra fieret. Necdum erant abyssi, et ego iam concepta eram; necdum fontes aquarum eruperant; necdum montes gravi mole constiterant; ante colles ego parturiebar. Adhuc terram non fecerat, et flumina, et cardines orbis terrae. Quando praeparabat caelos, aderam; quando certa lege et gyro vallabat abyssos; quando aethera firmabat sursum, et librabat fontes aquarum; quando circumdabat mari terminum suum, et legem ponebat aquis ne transirent fines suos; quando appendebat fundamenta terrae, cum eo eram cuncta componens, et delectabar per singulos dies, ludens coram eo omni tempore, ludens in orbe terrarum, et deliciae meae esse cum filiis hominum. Nunc ergo, filii, audite me: Beati qui custodiunt vias meas. Audite disciplinam, et estote sapientes, et nolite abicere eam. Beatus homo qui audit me, et qui vigilat ad fores meas cotidie, et observat ad postes ostii mei. Qui me invenerit inveniet vitam, et hauriet salutem a Domino. Qui autem in me peccaverit laedet animam suam. Omnes qui me oderunt diligunt mortem.

Sapientia aedificavit sibi domum, excidit columnas septem. Immolavit victimas suas, miscuit vinum, et proposuit mensam suam. Misit ancillas suas ut vocarent ad arcem et ad moenia civitatis: Si quis est parvulus, veniat ad me. Et insipientibus locuta est: Venite, comedite panem meum, et bibite vinum quod miscui vobis. Relinquite infantiam, et vivite, et ambulate per vias prudentiae. Qui erudit derisorem, ipse sibi iniuriam facit; et qui arguit impium, generat maculam sibi. Noli arguere derisorem, ne oderit te; argue sapientem, et diliget te. Da sapienti occasionem, et addetur ei sapientia; doce iustum, et festinabit accipere.

Principium sapientiae timor Domini, et scientia sanctorum prudentia. Per me enim multiplicabuntur dies tui, et addentur tibi anni vitae. Si sapiens fueris, tibimet ipsi eris; si autem illusor, solus portabis malum. Mulier stulta et clamosa, plenaque illecebris, et nihil omnino sciens, sedit in foribus domus suae super sellam in excelso urbis loco, ut vocaret transeuntes per viam et pergentes itinere suo: Qui est parvulus, declinet ad me. Et vecordi locuta est: Aquae furtivae dulciores sunt, et panis absconditus suavior. Et ignoravit quod ibi sint gigantes, et in profundis inferni convivae eius.

Filius sapiens laetificat patrem; filius vero stultus maestitia est matri suae. Non proderunt thesauri impietatis, iustitia vero liberabit a morte. Non affliget Dominus fame animam iusti, et insidias impiorum subvertet. Egestatem operata est manus remissa; manus autem fortium divitias parat. Qui congregat in messe filius sapiens est; qui autem stertit aestate filius confusionis. Benedictio Domini super caput iusti; os autem impiorum operit iniquitatem. Memoria iusti cum laudibus, et nomen impiorum putrescet. Sapiens corde praecepta suscipit; stultus caeditur labiis. Qui ambulat simpliciter ambulat confidenter; qui autem depravat vias suas manifestus erit. Qui annuit oculo dabit dolorem; stultus labiis verberabitur. Vena vitae os iusti, et os impiorum operit iniquitatem. Odium suscitat rixas, et universa delicta operit caritas. In labiis sapientis invenitur sapientia, et virga in dorso eius qui indiget corde. Sapientes abscondunt scientiam; os autem stulti confusioni proximum est. Substantia divitis urbs fortitudinis eius; pavor pauperum egestas eorum. Opus iusti ad vitam, fructus autem impii ad peccatum. Via vitae custodienti disciplinam; qui autem increpationes relinquit errat. Abscondunt odium labia mendacia; qui profert contumeliam insipiens est. In multiloquio peccatum non deerit; qui autem moderatur labia sua prudentissimus est. Argentum electum lingua iusti; cor impiorum pro nihilo. Labia iusti erudiunt plurimos; qui autem indocti sunt in cordis egestate morientur. Benedictio Domini divites facit, nec sociabitur eis afflictio. Quasi per risum stultus operatur scelus; sapientia autem est viro prudentia. Quod timet impius veniet super eum; desiderium suum iustis dabitur. Quasi tempestas transiens non erit impius; iustus autem quasi fundamentum sempiternum. Sicut acetum dentibus et fumus oculis, sic piger his qui miserunt eum. Timor Domini apponet dies, et anni impiorum breviabuntur. Expectatio iustorum laetitia; spes autem impiorum peribit. Fortitudo simplicis via Domini, et pavor his qui operantur malum. Iustus in aeternum non commovebitur; impii autem non habitabunt super terram. Os iusti parturiet sapientiam; lingua pravorum peribit. Labia iusti considerant placita, et os impiorum perversa.

Statera dolosa abominatio est apud Dominum, et pondus aequum voluntas eius. Ubi fuerit superbia, ibi erit et contumelia; ubi autem humilitas, ibi et sapientia. Simplicitas iustorum diriget eos, et supplantatio perversorum vastabit illos. Non proderunt divitiae in die ultionis; iustitia autem liberabit a morte. Iustitia simplicis diriget viam eius, et in impietate sua corruet impius. Iustitia rectorum liberabit eos, et in insidiis suis capientur iniqui. Mortuo homine impio nulla erit ultra spes, et expectatio sollicitorum peribit. Iustus de angustia liberatus est, et tradetur impius pro eo. Simulator ore decipit amicum suum; iusti autem liberabuntur scientia. In bonis

88.

iustorum exultabit civitas, et in perditione impiorum erit laudatio. Benedictione iustorum exaltabitur civitas, et ore impiorum subvertetur. Qui despicit amicum suum indigens corde est; vir autem prudens tacebit. Qui ambulat fraudulenter revelat arcana; qui autem fidelis est celat amici commissum. Ubi non est gubernator, populus corruet; salus autem ubi multa consilia. Affligetur malo qui fidem facit pro extraneo; qui autem cavet laqueos securus erit. Mulier gratiosa inveniet gloriam, et robusti habebunt divitias. Benefacit animae suae vir misericors; qui autem crudelis est, etiam propinquos abicit. Impius facit opus instabile; seminanti autem iustitiam merces fidelis.

Clementia praeparat vitam, et sectatio malorum mortem. Abominabile Domino cor pravum, et voluntas eius in his qui simpliciter ambulant. Manus in manu non erit innocens malus; semen autem iustorum salvabitur. Circulus aureus in naribus suis, mulier pulchra et fatua. Desiderium iustorum omne bonum est; praestolatio impiorum furor.

Alii dividunt propria et ditiores fiunt; alii rapiunt non sua, et semper in egestate sunt. Anima quae benedicit impinguabitur, et qui inebriat ipse quoque inebriabitur. Qui abscondit frumenta maledicetur in populis; benedictio autem super caput vendentium. Bene consurgit diluculo qui quaerit bona; qui autem investigator malorum est opprimetur ab eis. Qui confidit in divitiis suis corruet; iusti autem quasi virens folium germinabunt. Qui conturbat domum suam possidebit ventos, et qui stultus est serviet sa

pretium. Fructus iusti lignum vitae, et qui suscipit animas sapiens est. Si iustus in terra recipit, quanto magis impius et peccator.

Qui diligit disciplinam, diligit scientiam; qui autem odit increpationes insipiens est. Qui bonus est hauriet gratiam a domino; qui autem confidit in cogitationibus suis impie agit. Non roborabitur homo ex impietate, et radix iustorum non commovebitur. Mulier diligens corona est viro suo, et putredo in ossibus eius quae confusione res dignas gerit. Cogitationes iustorum iudicia, et consilia impiorum fraudulenta. Verba impiorum insidiantur sanguini, os iustorum liberabit eos. Verte impios et non erunt, domus autem iustorum permanebit. Doctrina sua noscetur vir, qui autem vanus et excors est patebit contemptui. Melior est pauper et sufficiens sibi, quam gloriosus et indigens pane. Novit iustus animas iumentorum suorum, viscera autem impiorum crudelia. Qui operatur terram suam satiabitur panibus, qui autem sectatur otium stultissimus est. Desiderium impii monumentum est pessimorum, radix autem iustorum proficiet.

Propter peccata labiorum ruina proximat malo, effugiet autem iustus de angustia. De fructu oris sui unusquisque replebitur bonis, et iuxta opera manuum suarum retribuetur ei. Via stulti recta in oculis eius, qui autem sapiens est audit consilia. Fatuus statim indicat iram suam, qui autem dissimulat iniuriam callidus est. Qui quod novit loquitur index iustitiae est, qui autem mentitur testis est fraudulentus. Est qui promittit et quasi gladio pungitur conscientiae, lingua autem sapientium sanitas est. Labium veritatis firmum erit in perpetuum, qui autem testis est repentinus concinnat linguam mendacii. Dolus in corde cogitantium mala, qui autem pacis ineunt consilia sequitur eos gaudium. Non contristabit iustum quicquid ei acciderit, impii autem replebuntur malo. Abhominatio est domino labia mendacia, qui autem fideliter agunt placent ei. Homo versutus celat scientiam, et cor insipientium provocat stultitiam. Manus fortium dominabitur, quae autem remissa est tributis serviet. Meror in corde viri humiliabit eum, et sermone bono laetificabitur. Qui negligit damnum propter amicum iustus est, iter autem impiorum decipiet eos. Non inveniet fraudulentus lucrum, et substantia hominis erit auri pretium. In semita iustitiae vita, iter autem devium ducit ad mortem. Filius sapiens doctrina patris, qui autem illusor est non audit cum arguitur. De fructu oris sui homo satiabitur bonis, anima autem praevaricatorum iniqua.

Qui custodit os suum custodit animam suam, qui autem inconsideratus est ad loquendum sentiet mala. Vult et non vult piger, anima autem operantium impinguabitur. Verbum mendax iustus detestabitur, impius autem confundit et confundetur. Iustitia custodit innocentis viam, impietas autem peccatorem supplantat. Est quasi dives cum nihil habeat, et est quasi pauper cum in multis divitiis sit. Redemptio animae viri divitiae suae, qui autem pauper est increpationem non sustinet. Lux iustorum laetificat, lucerna autem impiorum extinguetur. Inter superbos semper iurgia sunt, qui autem agunt cuncta consilio reguntur sapientia. Substantia festinata minuetur, quae autem paulatim colligitur manu multiplicabitur. Spes quae differtur affligit animam, lignum vitae desiderium veniens. Qui detrahit alicui rei, ipse se in futurum obligat, qui autem timet praeceptum in pace versabitur. Lex sapientis fons vitae, ut declinet a ruina mortis. Doctrina bona dabit gratiam, in itinere contemptorum vorago. Astutus omnia agit cum consilio, qui autem fatuus est aperit stultitiam. Nuntius impii cadet in malum, legatus fidelis sanitas. Egestas et ignominia ei qui deserit disciplinam, qui autem adquiescit arguenti glorificabitur. Desiderium si compleatur delectat animam, detestantur stulti eos qui fugiunt mala. Qui cum sapientibus graditur sapiens erit, amicus stultorum efficietur similis. Peccatores persequitur malum, et iustis retribuentur bona. Bonus relinquit heredes filios et nepotes, et custoditur iusto substantia peccatoris. Multi cibi in novalibus patrum, et aliis congregantur absque iudicio. Qui parcit virgae odit filium suum, qui autem diligit illum instanter erudit. Iustus comedit et replet animam suam, venter autem impiorum insaturabilis.

Sapiens mulier aedificat domum suam, insipiens extructam quoque destruet manibus suis. Ambulans recto itinere et timens deum, despicitur ab eo qui infami graditur via. In ore stulti virga superbiae, labia sapientium custodiunt eos. Ubi non sunt boves praesepe vacuum est, ubi autem plurimae segetes, ibi manifesta fortitudo bovis. Testis fidelis non mentitur, profert mendacium dolosus testis. Quaerit derisor sapientiam et non invenit, doctrina prudentium facilis. Vade contra virum stultum et nescit labia prudentiae sapientia. Callidi est intelligere viam suam, et imprudentia stultorum errans. Stultus illudet peccatum, inter iustos morabitur gratia. Cor quod novit amaritudinem animae suae, in gaudio eius non miscebitur extraneus. Domus impiorum delebitur, tabernacula iustorum germinabunt. Est via quae videtur homini iusta, novissima autem eius deducunt ad mortem. Risus dolore miscebitur, et extrema gaudii luctus occupat. Viis suis implebitur stultus, et super eum erit vir bonus. Innocens credit omni verbo, astutus considerat gressus suos. Sapiens timet et declinat a malo, stultus transilit et confidit. Impatiens operabitur stultitiam, et vir versutus odiosus est. Possidebunt parvuli stultitiam, et expectabunt astuti scientiam. Iacebunt mali ante bonos, et impii ante portas iustorum. Etiam proximo suo pauper odiosus erit, amici vero divitum multi. Qui despicit proximum suum peccat, qui autem miseretur pauperis beatus erit. Qui credit in domino misericordiam diligit. Errant qui operantur malum. Misericordia et veritas praeparant bona. In omni opere bono erit abundantia, ubi autem verba sunt plurima ibi frequenter egestas. Corona sapientium divitiae eorum, fatuitas stultorum imprudentia. Liberat animas testis fidelis, et profert mendacia versipellis. In timore domini fiducia fortitudinis, et filiis eius erit spes. Timor domini fons vitae, ut declinet a ruina mortis. In multitudine populi dignitas regis, et in paucitate plebis ignominia principis. Qui patiens est multa gubernatur prudentia, qui autem impatiens est exaltat stultitiam suam. Vita carnium sanitas cordis, putredo ossium invidia. Qui calumniatur egentem exprobrat factori eius, honorat autem eum qui miseretur pauperis. In malitia sua expelletur impius, sperat autem iustus in morte sua. In corde prudentis requiescit sapientia, et indoctos quosque erudiet.

Iustitia elevat gentem, miseros autem facit populos peccatum. Acceptus est regi minister intelligens, iracundiam eius inutilis sustinebit. Responsio mollis frangit iram, sermo durus suscitat furorem. Lingua sapientium ornat scientiam, os fatuorum ebullit stultitiam. In omni loco oculi domini contemplantur bonos et malos. Lingua placabilis lignum vitae, quae autem immoderata est conteret spiritum. Stultus irridet disciplinam patris sui, qui autem custodit increpationes astutior fiet. Domus iusti plurima fortitudo, et in fructibus impii conturbatio. Labia sapientium disseminabunt scientiam, cor stultorum dissimile erit. Victimae impiorum abhominabiles domino, vota iustorum placabilia. Abhominatio est domino via impii, qui sequitur iustitiam diligitur ab eo. Doctrina mala deserenti viam vitae, qui increpationes odit morietur. Infernus et perditio coram domino, quanto magis corda filiorum hominum. Non amat pestilens eum qui se corripit, nec ad sapientes graditur. Cor gaudens exhilarat faciem, in merore animi deicitur spiritus. Cor sapientis quaerit doctrinam, et os stultorum pascitur imperitia. Omnes dies pauperis mali, secura mens quasi iuge convivium. Melius est parum cum timore domini quam thesauri magni et insatiabiles.

Melius est vocari ad holera cum caritate, quam ad vitulum saginatum cum odio. Vir iracundus provocat rixas, qui patiens est mitigat suscitatas. Iter impiorum quasi sepis spinarum, via iustorum absque offendiculo. Filius sapiens laetificat patrem, et stultus homo despicit matrem. Stultitia gaudium stulto, et vir prudens dirigit gressus suos. Dissipantur cogitationes ubi non est consilium, ubi vero plures sunt consiliarii confirmantur. Laetatur homo in sententia oris sui, et sermo opportunus est optimus. Semita vitae super eruditum, ut declinet de inferno novissimo. Domum superborum demolietur dominus, et firmos facit terminos viduae.

Abhominatio domini cogitationes malae, et purus sermo pulcherrimus firmabitur ab eo. Conturbat domum suam qui sectatur avaritiam, qui autem odit munera vivet. Mens iusti meditabitur obedientiam, os impiorum redundat malis. Longe est dominus ab impiis, et orationes iustorum exaudiet. Lux oculorum laetificat animam, fama bona impinguat ossa. Auris quae audit increpationes vitae, in medio sapientium commorabitur. Qui abicit disciplinam despicit animam suam, qui autem adquiescit increpationibus possessor est cordis. Timor domini disciplina sapientiae, et gloriam praecedit humilitas. Hominis est animum praeparare, et domini gubernare linguam. Omnes viae hominum patent oculis eius, spirituum ponderator est dominus. Revela domino opera tua, et dirigentur cogitationes tuae. Universa propter semet ipsum operatus est dominus, impium quoque ad diem malum. Abhominatio domini est omnis arrogans, etiam si manus ad manum fuerit non est innocens. Misericordia et veritate redimitur iniquitas, et in timore domini declinatur a malo. Cum placuerint domino viae hominis inimicos quoque eius convertet ad pacem. Melius est parum cum iustitia, quam multi fructus cum iniquitate. Cor hominis disponit viam suam, sed domini est dirigere gressus eius. Divinatio in labiis regis, in iudicio non errabit os eius. Pondus et statera iudicia domini sunt, et opera eius omnes lapides sacculi. Abhominabiles regi qui agunt impie, quoniam iustitia firmatur solium. Voluntas regum labia iusta, qui recta loquitur diligetur. Indignatio regis nuntius mortis, et vir sapiens placabit eam. In hilaritate vultus regis vita, et clementia eius quasi imber serotinus. Posside sapientiam quia auro melior est, et adquire prudentiam quia pretiosior est argento. Semita iustorum declinat mala, custos animae suae servat viam suam. Contritionem praecedit superbia, et ante ruinam exaltatur spiritus. Melius est humiliari cum mitibus, quam dividere spolia cum superbis. Eruditus in verbo reperiet bona, et qui in domino sperat beatus est. Qui sapiens corde est appellabitur prudens, et qui dulcis eloquio maiora reperiet. Fons vitae eruditio possidentis, doctrina stultorum fatuitas. Cor sapientis erudiet os eius, et labiis illius addet gratiam. Favus mellis verba composita, dulcedo animae et sanitas ossium. Est via quae videtur homini recta, et novissimum eius ducit ad mortem. Anima laborantis laborat sibi, quia compulit eum os suum. Vir impius fodit malum, et in labiis eius ignis ardescit. Homo perversus suscitat lites, et verbosus separat principes. Vir iniquus lactat amicum suum, et ducit eum per viam non bonam. Qui attonitis oculis cogitat prava, mordens labia sua perficit malum. Corona dignitatis senectus, quae in viis iustitiae reperietur. Melior est patiens viro forti, et qui dominatur animo suo expugnatore urbium. Sortes mittuntur in sinum, sed a domino temperantur. Melior est buccella sicca cum gaudio, quam domus plena victimis cum iurgio. Servus sapiens dominabitur filiis stultis, et inter fratres hereditatem dividet. Sicut igne probatur argentum et aurum camino, ita corda probat dominus. Malus obedit linguae iniquae, et fallax obtemperat labiis mendacibus. Qui despicit pauperem exprobrat factori eius, et qui ruina laetatur alterius non erit impunitus. Corona senum filii filiorum, et gloria filiorum patres eorum. Non decent stultum verba composita, nec principem labium mentiens. Gemma gratissima expectatio praestolantis, quocumque se verterit prudenter intelligit. Qui celat delictum quaerit amicitias, qui altero sermone repetit separat foederatos.

Plus proficit correptio apud prudentem, quam centum plagae apud stultum. Semper iurgia quaerit malus, angelus autem crudelis mittetur contra eum. Expedit magis ursae occurrere raptis fetibus, quam fatuo confidenti sibi in stultitia sua. Qui reddit mala pro bonis, non recedet malum de domo eius. Qui dimittit aquam caput est iurgiorum, et antequam patiatur contumeliam iudicium deserit. Qui iustificat impium, et qui condemnat iustum, abhominabilis est uterque apud deum. Quid prodest habere divitias stultum, cum sapientiam emere non possit? Omni tempore diligit qui amicus est, et frater in angustiis comprobatur. Homo stultus plaudet manibus cum spoponderit pro amico suo. Qui meditatur discordias diligit rixas, et qui exaltat ostium quaerit ruinam. Qui perversi cordis est non inveniet bonum, et qui vertit linguam incidet in malum. Natus est stultus in ignominiam suam, sed nec pater in fatuo laetabitur. Animus gaudens aetatem floridam facit, spiritus tristis exsiccat ossa. Munera de sinu impius accipit, ut pervertat semitas iudicii. In facie prudentis lucet sapientia, oculi stultorum in finibus terrae. Ira patris filius stultus, et dolor matris quae genuit eum. Non est bonum damnum inferre iusto, nec percutere principem qui recta iudicat. Qui moderatur sermones suos doctus et prudens est, et pretiosi spiritus vir eruditus. Stultus quoque si tacuerit sapiens reputabitur, et si compresserit labia sua intelligens. Occasiones quaerit qui vult recedere ab amico, omni tempore erit exprobrabilis. Non recipit stultus verba prudentiae, nisi ea dixeris quae versantur in corde eius. Impius cum in profundum venerit peccatorum contemnit, sed sequitur eum ignominia et obprobrium. Aqua profunda verba ex ore viri, et torrens redundans fons sapientiae. Accipere personam impii in iudicio non est bonum, ut declines a veritate iudicii. Labia stulti immiscent se rixis, et os eius iurgia provocat. Os stulti contritio eius, et labia ipsius ruina animae eius. Verba bilinguis quasi simplicia, et ipsa perveniunt usque ad interiora ventris. Qui mollis et dissolutus est in opere suo frater est sua opera dissipantis. Turris fortissima nomen domini, ad ipsum currit iustus et exaltabitur. Substantia divitis urbs roboris eius, et quasi murus validus circumdans eum. Antequam conteratur exaltatur cor hominis, et antequam glorificetur humiliatur. Qui prius respondet quam audiat, stultum se esse demonstrat et confusione dignum. Spiritus viri sustentat imbecillitatem suam, spiritum vero ad irascendum facilem quis poterit sustinere? Cor prudens possidebit scientiam, et auris sapientium quaerit doctrinam. Donum hominis dilatat viam eius, et ante principes spatium ei facit. Iustus prior est accusator sui, venit amicus eius et investigabit eum. Contradictiones comprimit sors, et inter potentes quoque diiudicat. Frater qui adiuvatur a fratre quasi civitas firma, et iudicia quasi vectes urbium. De fructu oris viri replebitur venter eius, et genimina labiorum illius saturabunt eum. Mors et vita in manu linguae, qui diligunt eam comedent fructus eius.

Qui invenit mulierem bonam invenit bonum, et hauriet iocunditatem a domino. Cum obsecrationibus loquitur pauper, et dives effabitur rigide. Vir amicabilis ad societatem magis amicus erit quam frater. Melior est pauper qui ambulat in simplicitate sua, quam dives torquens labia sua et insipiens. Ubi non est scientia animae non est bonum, et qui festinus est pedibus offendet.

Stulticia hominis supplantat gressus eius. et contra deum fervet animo suo. Divitie addunt amicos plurimos. a paupere autem et hii quos habuit separantur. Testis falsus non erit impunitus. et qui loquitur mendacia non effugiet. Multi colunt personam potentis. et amici sunt dona tribuentis. Fratres hominis pauperis oderunt eum. insuper et amici procul recesserunt ab eo. Qui tantum verba sectatur nichil habebit. qui autem possessor est mentis diligit animam suam. et custos prudentie inveniet bona. Testis falsus non erit impunitus. et qui loquitur mendacia peribit. Non decent stultum delicie: nec servum dominari principibus. Doctrina viri per patientiam noscitur. et gloria eius est iniqua pretergredi. Sicut fremitus leonis. ita et regis ira. et sicut ros super herba. ita et hylaritas eius. Dolor patris filius stultus. et tecta iugiter perstillantia. litigiosa mulier. Domus et divitie dantur a parentibus; a domino autem proprie uxor prudens. Pigredo immittit soporem: et anima dissoluta esuriet. Qui custodit mandatum. custodit animam suam. qui autem negligit vias suas mortificabitur.

Feneratur domino qui miseretur pauperis. et vicissitudinem suam reddet ei. Erudi filium tuum ne desperes. ad interfectionem autem eius ne ponas animam tuam. Qui impatiens est sustinebit dampnum. et cum rapuerit aliud apponet. Audi consilium et suscipe disciplinam. ut sis sapiens in novissimis tuis. Multe autem cogitationes in corde viri. voluntas domini permanebit. Homo indigens misericors est. et melior est pauper quam vir mendax. Timor domini ad vitam. et in plenitudine morabitur absque visitatione pessima. Abscondit piger manum suam sub ascella. nec ad os suum applicat eam. Pestilente flagellato stultus sapientior erit. Si autem corripueris sapientem. intelliget disciplinam. Qui affligit patrem et fugit matrem. ignominiosus est et infelix. Non cesses fili audire doctrinam. nec ignores sermones scientie. Testis iniquus deridet iudicium. et os impiorum devorat iniquitatem. Parata sunt derisoribus iudicia. et mallei percutientes stultorum corporibus. Luxuriosa res vinum. et tumultuosa ebrietas. quicumque his delectatur non erit sapiens. Sicut rugitus leonis ita et terror regis. qui provocat eum. peccat in animam suam. Honor est homini qui separat se a contentionibus; omnes autem stulti miscentur contumeliis. Propter frigus piger arare noluit. mendicabit ergo estate et non dabitur ei. Sicut aqua profunda sic consilium in corde viri. sed homo sapiens exhauriet illud. Multi homines misericordes vocantur. virum autem fidelem quis inveniet? Iustus qui ambulat in simplicitate sua. beatos post se filios derelinquet. Rex qui sedet in solio iudicii. dissipat omne malum intuitu suo.

Quis potest dicere mundum est cor meum. purus sum a peccato? Pondus et pondus. mensura et mensura. utrumque abhominabile est ante deum. Ex studiis suis intelligitur puer. si munda et si recta sint opera eius. Aurem audientem. et oculum videntem. dominus fecit utrumque. Noli diligere sompnum. ne te egestas opprimat. aperi oculos tuos et saturare panibus. Malum est malum est. dicit omnis emptor: et cum recesserit tunc gloriabitur. Aurum et multitudo gemmarum. et vas preciosum labia scientie. Tolle vestimentum eius qui fideiussor extitit alieni. et pro extraneis aufer pignus ab eo. Suavis est homini panis mendacii. et postea implebitur os eius calculo. Cogitationes consiliis roborabuntur. et gubernaculis tractanda sunt bella. Et qui revelat mysteria. et ambulat fraudulenter. et dilatat labia sua ne commiscearis. Qui maledicit patri suo et matri. extinguetur lucerna eius in mediis tenebris. Hereditas ad quam festinatur in principio. in novissimo benedictione carebit. Ne dicas reddam malum pro malo. expecta dominum et liberabit te.

Abhominatio est apud deum pondus et pondus. statera dolosa non est bona. A domino diriguntur gressus viri. Quis autem hominum intelligere potest viam suam? Ruina est homini devotare sanctos. et post vota retractare. Dissipat impios rex sapiens. et incurvat super eos fornicem. Lucerna domini spiraculum hominis. que investigat omnia secreta ventris. Misericordia et veritas custodiunt regem. et roboratur clementia thronus eius. Exultatio iuvenum fortitudo eorum. et dignitas senum canicies. Livor vulneris absterget mala. et plage in secretioribus ventris. Sicut divisiones aquarum. ita cor regis in manu domini. quocumque voluerit inclinabit illud. Omnis via viri recta sibi videtur. appendit autem corda dominus.

Facere misericordiam et iudicium. placent magis domino quam victime. Exultatio oculorum et dilatatio cordis. lucerna impiorum peccatum. Cogitationes robusti semper in habundantia. omnis autem piger semper in egestate est. Qui congregat thesauros lingua mendacii. vanus et excors est. et impingetur ad laqueos mortis. Rapine impiorum detrahent eos. qui noluerunt facere iudicium. Perversa via viri aliena est. qui autem mundus est. rectum opus eius. Melius est sedere in angulo domatis. quam cum muliere litigiosa. et in domo communi. Anima impii desiderat malum. non miserebitur proximo suo. Mulctato pestilente sapientior erit parvulus. et si sectetur sapientem sumet scientiam. Excogitat iustus de domo impii. et detrahet impios a malo. Qui obturat aurem suam ad clamorem pauperis. et ipse clamabit et non exaudietur. Munus absconditum extinguet iras. et donum in sinu indignationem maximam. Gaudium iusto est facere iudicium. et pavor operantibus iniquitatem. Vir qui erraverit a via doctrine; in cetu gigantum commorabitur. Qui diligit epulas in egestate erit. et qui amat vinum et pinguia non ditabitur. Pro iusto datur impius. et pro rectis iniquus. Melius est habitare in terra deserta. quam cum muliere rixosa et iracunda.
89
Thesaurus desiderabilis et oleum in habitaculo iusti. et imprudens homo dissipabit illud. Qui sequitur iusticiam et misericordiam. inveniet vitam et gloriam. Civitatem fortium ascendit sapiens. et destruet robur fiducie eius. Qui custodit os suum et linguam suam. custodit ab angustiis animam suam.

Superbus et arrogans vocatur indoctus. qui in ira operatur superbiam. Desideria occidunt pigrum. noluerunt enim quicquam manus eius operari. Tota die concupiscit et desiderat; qui autem iustus est tribuet et non cessabit. Hostie impiorum abhominabiles. que offeruntur ex scelere. Testis mendax peribit. vir obediens loquetur victoriam. Vir impius procaciter obfirmat vultum suum. qui autem rectus est corrigit viam suam. Non est sapientia et non est prudentia. non est consilium contra dominum. Equus paratur ad diem belli. dominus autem salutem tribuet. Melius est nomen bonum quam divitie multe; aurum et argentum gratia bona. Dives et pauper obviaverunt sibi. utriusque operator est dominus. Callidus vidit malum et abscondit se. innocens pertransiit. et afflictus est dampno. Finis modestie timor domini. divitie et gloria et vita. Arma et gladii in via perversi. custos autem anime sue longe recedit ab eis. Proverbium est: Adolescens iuxta viam suam etiam cum senuerit non recedet ab ea. Dives pauperibus imperat. et qui accipit mutuum servus est fenerantis. Qui seminat iniquitatem metet mala. et virga ire sue consummabitur. Qui pronus est ad misericordiam benedicetur. de panibus enim suis dedit pauperi. Eice derisorem. et exibit cum eo iurgium. cessabuntque cause et contumelie. Qui diligit cordis munditiam. propter gratiam labiorum suorum habebit amicum regem. Oculi domini custodiunt scientiam. et supplantantur verba iniqui. Dicit piger. Leo est foris. in medio platearum occidendus sum. Fovea profunda os aliene. cui iratus est dominus incidet in eam. Stulticia colligata est in corde pueri. et virga discipline fugabit eam. Qui calumpniatur pauperem ut augeat divitias suas. dabit ipse ditiori et egebit. Inclina aurem tuam. et audi verba sapientium: appone autem cor ad doctrinam meam. que pulchra erit tibi cum servaveris eam in ventre tuo. et redundabit in labiis tuis. ut sit in domino fiducia tua. Unde et ostendi tibi eam hodie. Ecce descripsi eam tibi tripliciter in cogitationibus et scientia. ut ostenderem tibi firmitatem et eloquia veritatis. respondere ex his illis qui miserunt te. Non facias violentiam pauperi. quia pauper est. neque conteras egenum in porta. quia dominus iudicabit causam eius. et configet eos qui confixerunt animam eius.

Noli esse amicus homini iracundo. neque ambules cum viro furioso. ne forte discas semitas eius. et sumas scandalum anime tue. Noli esse cum his qui defigunt manus suas. et qui vades se offerunt pro debitis. Si autem non habes unde restituas. quid cause est ut tollat operimentum de cubili tuo. Ne transgrediaris terminos antiquos quos posuerunt patres tui. Vidisti virum velocem in opere suo. ante reges stabit. nec erit ante ignobiles. Quando sederis ut comedas cum principe. diligenter attende que posita sunt ante faciem tuam. et statue cultrum in gutture tuo. si tamen habes potestatem in animam tuam. Ne desideres de cibis eius. in quo est panis mendacii. Noli laborare ut diteris. sed prudentie tue pone modum. Ne erigas oculos tuos ad opes. quas habere non potes. quia facient sibi pennas quasi aquile. et avolabunt in celum. Ne comedas cum homine invido. et ne desideres cibos eius. qui in similitudinem arioli et coniectoris estimat quod ignorat. Comede et bibe dicet tibi. et mens eius non est tecum. Cibos quos comederas evomes. et perdes pulchros sermones tuos. In auribus insipientium ne loquaris. quia despicient doctrinam eloquii tui. Non attingas terminos parvulorum. et agrum pupillorum non introeas. Propinquus enim eorum fortis est; et ipse iudicabit contra te causam illorum. Ingrediatur ad doctrinam cor tuum. et aures tue ad verba scientie. Noli subtrahere a puero disciplinam. Si enim percusseris eum virga non morietur. Tu virga percuties eum. et animam eius de inferno liberabis.

Fili mi si sapiens fuerit animus tuus. gaudebit tecum cor meum. Et exultabunt renes mei cum locuta fuerint rectum labia tua. Non emuletur cor tuum peccatores. sed in timore domini esto tota die: quia habebis spem in novissimo. et prestolatio tua non auferetur. Audi fili mi et esto sapiens. et dirige in via animum tuum. Noli esse in conviviis potatorum. nec in comessationibus eorum. qui carnes ad vescendum conferunt. quia vacantes potibus; et dantes symbola consumentur. et vestietur pannis dormitatio. Audi patrem tuum qui genuit te: et ne contempnas cum senuerit mater tua. Veritatem eme. et noli vendere sapientiam. et doctrinam. et intelligentiam. Exultat gaudio pater iusti. qui sapientem genuit letabitur in eo. Gaudeat pater tuus et mater tua. exultet que genuit te. Prebe fili cor tuum michi. et oculi tui vias meas custodiant. Fovea enim profunda est meretrix. et puteus angustus aliena. Insidiatur in via quasi latro. et quos incautos viderit interficiet. Cui ve? cuius patri ve? cui rixe? cui fovee? cui sine causa vulnera? cui suffusio oculorum? Nonne his qui morantur in vino. et student calicibus epotandis? Ne intuearis vinum quando flavescit: cum splenduerit in vitro color eius. Ingreditur blande sed in novissimo mordebit ut coluber: et sicut regulus venena diffundet. Oculi tui videbunt extraneas. et cor tuum loquetur perversa. Et eris sicut dormiens in medio mari. et quasi sopitus gubernator amisso clavo. Et dices. Verberaverunt me sed non dolui. traxerunt me: et ego non sensi. Quando evigilabo. et rursus vina reperiam?

Ne emuleris viros malos. nec desideres esse cum eis. quia rapinas meditatur mens eorum. et fraudes labia eorum loquuntur. Sapientia edificabitur domus. et prudentia roborabitur. In doctrina replebuntur cellaria. universa substantia preciosa et pulcherrima. Vir sapiens et fortis est. et vir doctus robustus et validus. Quia cum dispositione initur bellum. et erit salus ubi multa consilia sunt. Excelsa stulto sapientia. in porta non aperiet os suum. Qui cogitat mala facere. stultus vocabitur. Cogitatio stulti peccatum est. et abhominatio hominum detractor. Si desperaveris lassus in die angustie. imminuetur fortitudo tua. Erue eos qui ducuntur ad mortem. et qui trahuntur ad interitum. liberare ne cesses. Si dixeris vires non suppetunt. qui inspector est cordis ipse intelligit; et servatorem anime tue nichil fallit. reddetque homini iuxta opera sua. Comede fili mi mel quia bonum est. et favum dulcissimum gutturi tuo. Sic et doctrina sapientie anime tue; Quam cum inveneris habebis in novissimis spem. et spes tua non peribit. Ne insidieris et queras impietatem in domo iusti. neque vastes requiem eius. Septies enim cadet iustus et resurget; impii autem corruent in malum. Cum ceciderit inimicus tuus ne gaudeas. et in ruina eius ne exultet cor tuum. ne forte videat dominus et displiceat ei. et auferat ab eo iram suam. Ne contendas cum pessimis nec emuleris eos. quia non habent futurorum spem mali. et lucerna impiorum extinguetur. Time dominum fili mi et regem. et cum detractoribus ne commiscearis. quoniam repente consurget perditio eorum. et ruinam utriusque quis novit? Hec quoque sapientibus: Cognoscere personam in iudicio non est bonum. Qui dicunt impio iustus es. maledicent eis populi. et detestabuntur eum tribus. Qui arguunt laudabuntur. et super ipsos veniet benedictio. Labia deosculabitur qui recta verba respondet. Prepara foris opus tuum. et diligenter exerce agrum tuum. ut postea edifices domum tuam. Ne sis testis frustra contra proximum tuum. nec lacteas quemquam labiis tuis. Ne dicas. quomodo fecit michi sic faciam ei. reddam unicuique secundum opus suum.

Per agrum hominis pigri transivi. et per vineam viri stulti. et ecce totum repleverant urtice; operuerant superficiem eius spine; et maceria lapidum destructa erat. Quod cum vidissem posui in corde meo. et exemplo didici disciplinam. Usquequo piger dormis? Usquequo de sompno consurgis? Paululum dormies. paululum dormitabis. paululum manus conseres ut quiescas. et veniet quasi cursor egestas tua. et mendicitas quasi vir armatus. Hee quoque parabole salomonis quas transtulerunt viri ezechie regis iuda.

Gloria dei est celare verbum. et gloria regum investigare sermonem. Celum sursum. et terra deorsum. et cor regum inscrutabile. Aufer rubiginem de argento. et egredietur vas purissimum. Aufer impietatem de vultu regis. et firmabitur iusticia thronus eius. Ne gloriosus appareas coram rege. et in loco magnatorum ne steteris. Melius est enim ut dicatur tibi ascende huc. quam ut humilieris coram principe. Que viderunt oculi tui ne proferas in iurgio cito. ne postea emendare non possis. cum dehonestaveris amicum tuum. Causam tuam tracta cum amico tuo. et secretum extraneo ne reveles. ne forte insultet tibi cum audierit. et exprobrare non cesset. Gratia et amicicia liberant quas tibi serva. ne

exprobrabilis fias. Mala aurea in lectis argenteis, qui loquitur verbum in tempore suo. Inauris aurea et margaritum fulgens, qui arguit sapientem et aurem obedientem. Sicut frigus nivis in die messis, ita legatus fidelis ei qui misit eum, animam illius requiescere facit. Nubes et ventus et pluvie non sequentes, vir gloriosus et promissa non complens. Patientia lenietur princeps, et lingua mollis confringet duritiam. Mel invenisti: comede quod sufficit tibi, ne forte saturatus evomas illud. Subtrahe pedem tuum de domo proximi tui, ne quando satiatus oderit te. Iaculum et gladius et sagitta acuta, homo qui loquitur contra proximum suum falsum testimonium. Dens putridus et pes lassus, qui sperat super infideli in die angustie, et amittit pallium in die frigoris. Acetum in nitro qui cantat carmina cordi pessimo. Sicut tinea vestimento et vermis ligno, ita tristitia viri nocet cordi. Si esurierit inimicus tuus, ciba illum; si sitit, da ei aquam bibere. Prunas enim congregabis super caput eius, et Dominus reddet tibi. Ventus aquilo dissipat pluvias, et facies tristis linguam detrahentem. Melius est sedere in angulo domatis, quam cum muliere litigiosa et in domo communi. Aqua frigida anime sitienti, et nuntius bonus de terra longinqua. Fons turbatus pede et vena corrupta, iustus cadens coram impio. Sicut qui mel comedit multum non est ei bonum, sic qui scrutator est maiestatis opprimetur a gloria. Sicut urbs patens et absque murorum ambitu, ita vir qui non potest in loquendo cohibere spiritum suum. Quomodo nix in estate et pluvie in messe, sic indecens est stulto gloria. Nam sicut avis ad alta transvolans, et passer quolibet vadens, sic maledictum frustra prolatum in quempiam superveniet. Flagellum equo et camus asino, et virga in dorso inprudentium. Ne respondeas stulto iuxta stultitiam suam, ne efficiaris ei similis. Responde stulto iuxta stultitiam suam, ne sibi sapiens esse videatur. Claudus pedibus et iniquitatem bibens, qui mittit verba per nuntium stultum. Quomodo pulchras frustra habet claudus tibias, sic indecens est in ore stultorum parabola. Sicut qui mittit lapidem in acervum Mercurii, ita qui tribuit insipienti honorem. Quomodo si spina nascatur in manu temulenti, sic parabola in ore stultorum. Iudicium determinat causas, et qui inponit stulto silentium, iras mitigat. Sicut canis qui revertitur ad vomitum suum, sic inprudens qui iterat stultitiam suam. Vidisti hominem sapientem sibi videri? magis illo spem habebit stultus. Dicit piger: Leo in via, leena in itineribus. Sicut ostium vertitur in cardine suo, ita piger in lectulo suo. Abscondit piger manus sub ascella sua, et laborat si ad os suum eas converterit. Sapientior sibi videtur piger septem viris loquentibus sententias. Sicut qui adprehendit auribus canem, sic qui transit et inpatiens commiscebitur rixe alterius. Sicut noxius est qui mittit lanceas et sagittas in mortem, sic vir qui fraudulenter nocet amico suo, et cum fuerit deprehensus, dicit: Ludens feci. Cum defecerint ligna, extinguetur ignis, et susurrone subtracto iurgia conquiescent. Sicut carbones ad prunas et ligna ad ignem, sic homo iracundus suscitat rixas. Verba susurronis quasi simplicia, et ipsa perveniunt ad intima ventris. Quomodo si argento sordido ornare velis vas fictile, sic labia tumentia cum pessimo corde sociata. Labiis suis intellegitur inimicus, cum in corde tractaverit dolos. Quando submiserit vocem suam, ne credideris ei, quoniam septem nequitie sunt in corde illius. Qui operit odium fraudulenter, revelabitur malitia eius in concilio. Qui fodit foveam, incidet in eam, et qui volvit lapidem, revertetur ad eum. Lingua fallax non amat veritatem, et os lubricum operatur ruinas. Ne glorieris in crastinum, ignorans quid superventura pariat dies. Laudet te alienus et non os tuum, extraneus et non labia tua. Grave est saxum et onerosa arena, sed ira stulti utroque gravior. Ira non habet misericordiam nec erumpens furor, et impetum concitati ferre quis poterit? Melior est manifesta correptio quam amor absconditus. Meliora sunt vulnera diligentis quam fraudulenta odientis oscula. Anima saturata calcabit favum, anima esuriens et amarum pro dulce sumet. Sicut avis transmigrans de nido suo, sic vir qui derelinquit locum suum. Unguento et variis odoribus delectatur cor, et bonis amici consiliis anima dulcoratur. Amicum tuum et amicum patris tui ne dimiseris, et domum fratris tui ne ingrediaris in die afflictionis tue. Melior est vicinus iuxta quam frater procul. Stude sapientie, fili mi, et letifica cor meum, ut possis exprobranti respondere sermonem. Astutus videns malum absconditus est, parvuli transeuntes sustinuere dispendia. Tolle vestimentum eius qui fideiussor extitit pro extraneo, et pro alienis aufer ei pignus. Qui benedicit proximo suo voce grandi, de nocte consurgens, maledicenti similis erit. Tecta perstillantia in die frigoris, et litigiosa mulier comparantur. Qui retinet eam, quasi qui ventum teneat, et oleum dextere sue vocabit. Ferrum ferro acuitur, et homo exacuit faciem amici sui. Qui servat ficum, comedet fructus eius, et qui custos est domini sui, glorificabitur. Quomodo in aquis resplendent vultus prospicientium, sic corda hominum manifesta sunt prudentibus. Infernus et perditio non replentur, similiter et oculi hominum insatiabiles. Quomodo probatur in conflatorio argentum et in fornace aurum, sic probatur homo ore laudantis. Cor iniqui inquirit mala, cor autem rectum inquirit scientiam. Si contuderis stultum in pila, quasi tisanas feriente desuper pilo, non auferetur ab eo stultitia eius. Diligenter agnosce vultum pecoris tui, tuosque greges considera. Non enim habebis iugiter potestatem, sed corona tribuetur in generatione et generationem. Aperta sunt prata, et apparuerunt herbe virentes, et collecta sunt fena de montibus. Agni ad vestimentum tuum, et hedi ad agri pretium. Sufficiat tibi lac caprarum in cibos tuos, et in necessaria domus tue, et ad victum ancillis tuis. Fugit impius nemine persequente, iustus autem quasi leo confidens absque terrore erit. Propter peccata terre multi principes eius, et propter hominis sapientiam et horum scientiam que dicuntur, vita ducis longior erit. Vir pauper calumnians pauperes similis est imbri vehementi in quo paratur fames. Qui derelinquunt legem laudant impium, qui custodiunt succenduntur contra eum. Viri mali non cogitant iudicium, qui autem requirunt Dominum animadvertunt omnia. Melior est pauper ambulans in simplicitate sua, quam dives pravis itineribus. Qui custodit legem filius sapiens est, qui autem pascit comessatores confundit patrem suum. Qui coacervat divitias usuris et fenore liberali, in pauperes congregat eas. Qui declinat aurem suam ne audiat legem, oratio eius erit execrabilis. Qui decipit iustos in via mala, in interitu suo corruet, et simplices possidebunt bona eius. Sapiens sibi videtur vir dives, pauper autem prudens scrutabitur eum. In exultatione iustorum multa gloria est, regnantibus impiis ruine hominum. Qui abscondit scelera sua non dirigetur, qui autem confessus fuerit et reliquerit ea, misericordiam consequetur. Beatus homo qui semper est pavidus, qui vero mentis est dure corruet in malum. Leo rugiens et ursus esuriens, princeps impius super populum pauperem. Dux indigens prudentia multos opprimet per calumniam, qui autem odit avaritiam longi fient dies eius. Hominem qui calumniatur anime sanguinem, si usque ad lacum fugerit, nemo sustinet. Qui ambulat simpliciter salvus erit, qui perversis ingreditur viis concidet semel.

Qui operatur terram suam saturabitur panibus, qui autem sectatur otium replebitur egestate. Vir fidelis multum laudabitur, qui autem festinat ditari non erit innocens. Qui cognoscit in iudicio faciem non facit bene, iste et pro buccella panis deserit veritatem. Vir qui festinat ditari et aliis invidet, ignorat quod egestas superveniat ei. Qui corripit hominem, gratiam postea inveniet apud eum magis quam ille qui per lingue blandimenta decipit. Qui subtrahit aliquid a patre suo et a matre, et dicit hoc non esse peccatum, particeps homicide est. Qui se iactat et dilatat iurgia concitat, qui vero sperat in Domino sanabitur. Qui confidit in corde suo stultus est, qui autem graditur sapienter ipse salvabitur. Qui dat pauperi non indigebit, qui despicit deprecantem sustinebit penuriam. Cum surrexerint impii abscondentur homines, cum illi perierint multiplicabuntur iusti. Viro qui corripientem dura cervice contemnit, repentinus superveniet interitus, et eum sanitas non sequetur. In multiplicatione iustorum letabitur vulgus, cum impii sumpserint principatum gemet populus. Vir qui amat sapientiam letificat patrem suum, qui autem nutrit scorta perdet substantiam. Rex iustus erigit terram, vir avarus destruet eam. Homo qui blandis fictisque sermonibus loquitur amico suo, rete expandit gressibus eius. Peccantem virum iniquum involvet laqueus, et iustus laudabit atque gaudebit. Novit iustus causam pauperum, impius ignorat scientiam. Homines pestilentes dissipant civitatem, sapientes vero avertunt furorem. Vir sapiens si cum stulto contenderit, sive irascatur sive rideat, non inveniet requiem. Viri sanguinum oderunt simplicem, iusti autem querunt animam eius. Totum spiritum suum profert stultus, sapiens differt et reservat in posterum. Princeps qui libenter audit verba mendacii, omnes ministros habet impios. Pauper et creditor obviaverunt sibi, utriusque illuminator est Dominus. Rex qui iudicat in veritate pauperes, thronus eius in eternum firmabitur. Virga atque correptio tribuit sapientiam, puer autem qui dimittitur voluntati sue confundit matrem suam. In multiplicatione impiorum multiplicabuntur scelera, et iusti ruinas eorum videbunt. Erudi filium tuum et refrigerabit te, et dabit delicias anime tue. Cum prophetia defecerit dissipabitur populus, qui vero custodit legem beatus est. Servus verbis non potest erudiri, quia quod dicis intellegit et respondere contemnit. Vidisti hominem velocem ad loquendum? stultitia magis speranda est quam illius correptio. Qui delicate a pueritia nutrit servum suum, postea illum sentiet contumacem. Vir iracundus provocat rixas, et qui ad indignandum facilis est erit ad peccata pronior. Superbum sequitur humilitas, et humilem spiritu suscipiet gloria. Qui cum fure participat odit animam suam, adiurantem audit et non indicat. Qui timet hominem cito corruet, qui sperat in Domino sublevabitur. Multi requirunt faciem principis, et a Domino iudicium egreditur singulorum. Abominantur iusti virum impium, et abominantur impii eos qui in recta sunt via.

Verba congregantis filii vomentis. Visio quam locutus est vir cum quo est Deus, et qui Deo secum morante confortatus ait: Stultissimus sum virorum, et sapientia hominum non est mecum. Non didici sapientiam, et non novi scientiam sanctorum. Quis ascendit in celum atque descendit? Quis continuit spiritum in manibus suis? Quis colligavit aquas quasi in vestimento? Quis suscitavit omnes terminos terre? Quod nomen est eius, et quod nomen filii eius, si nosti? Omnis sermo Dei ignitus, clypeus est sperantibus in se. Ne addas quicquam verbis illius, et arguaris inveniarisque mendax. Duo rogavi te, ne deneges mihi antequam moriar. Vanitatem et verba mendacia longe fac a me, mendicitatem et divitias ne dederis mihi, tribue tantum victui meo necessaria, ne forte satiatus inliciar ad negandum et dicam: Quis est Dominus? et egestate conpulsus furer et periurem nomen Dei mei. Ne accuses servum ad dominum suum, ne forte maledicat tibi et corruas. Generatio que patri suo maledicit et que matri sue non benedicit, generatio que sibi munda videtur et tamen non est lota a sordibus suis, generatio cuius excelsi sunt oculi et palpebre eius in alta subrecte, generatio que pro dentibus gladios habet et commandit molaribus suis, ut comedat inopes de terra et pauperes ex hominibus. Sanguisuge due sunt filie dicentes: Affer, affer. Tria sunt insaturabilia, et quartum quod numquam dicit: Sufficit. Infernus, et os vulve, et terra que non satiatur aqua, ignis vero numquam dicit: Sufficit. Oculum qui subsannat patrem, et qui despicit partum matris sue, effodiant eum corvi de torrentibus, et comedant eum filii aquile.

Verba Lamuelis regis.

Tria sunt difficilia mihi, et quartum penitus ignoro. Viam aquile in celo, viam colubri super petram, viam navis in medio mari, et viam viri in adulescentia sua. Talis est et via mulieris adultere, que comedit et tergens os suum dicit: Non sum operata malum. Per tria movetur terra, et quartum non potest sustinere. Per servum cum regnaverit, per stultum cum saturatus fuerit cibo, per odiosam mulierem cum in matrimonio fuerit assumpta, et per ancillam cum heres fuerit domine sue. Quattuor sunt minima terre, et ipsa sunt sapientiora sapientibus. Formice populus infirmus, qui preparat in messe cibum sibi. Lepusculus plebs invalida, qui collocat in petra cubile suum. Regem locusta non habet, et egreditur universa per turmas. Stellio manibus nititur, et moratur in edibus regis. Tria sunt que bene gradiuntur, et quartum quod incedit feliciter. Leo fortissimus bestiarum ad nullius pavebit occursum. Gallus succinctus lumbos, et aries, nec est rex qui resistat ei. Et qui stultus apparuit postquam elevatus est in sublime. Si enim intellexisset, ori inposuisset manum. Qui autem fortiter premit ubera ad eliciendum lac, exprimit butyrum, et qui vehementer emungit elicit sanguinem, et qui provocat iras producit discordias.

Verba Lamuelis regis.

Visio qua erudivit eum mater sua. Quid dilecte mi, quid dilecte uteri mei, quid dilecte votorum meorum? Ne dederis mulieribus substantiam tuam, et divitias tuas ad delendos reges. Noli regibus, o Lamuel, noli regibus dare vinum, quia nullum secretum est ubi regnat ebrietas, ne forte bibant et obliviscantur iudiciorum, et mutent causam filiorum pauperis. Date siceram merentibus, et vinum his qui amaro sunt animo. Bibant et obliviscantur egestatis sue, et doloris sui non recordentur amplius. Aperi os tuum muto, et causis omnium filiorum qui pertranseunt. Aperi os tuum, decerne quod iustum est, et iudica inopem et pauperem. Alef. Mulierem fortem quis inveniet? Procul et de ultimis finibus pretium eius. Beth. Confidit in ea cor viri sui, et spoliis non indigebit. Gimel. Reddet ei bonum et non malum omnibus diebus vite sue. Deleth. Quesivit lanam et linum, et operata est consilio manuum suarum. He. Facta est quasi navis institoris, de longe portans panem suum. Vav. Et de nocte surrexit, deditque predam domesticis suis, et cibaria ancillis suis. Zai. Consideravit agrum et emit eum, de fructu manuum suarum plantavit vineam. Heth. Accinxit fortitudine lumbos suos, et roboravit brachium suum. Teth. Gustavit et vidit quia bona est negotiatio eius, non extinguetur in nocte lucerna eius. Ioth. Manum suam misit ad fortia, et digiti

eius apprehenderunt fusum. caph. Manum suam aperuit inopi. &
palmas suas extendit ad pauperem. lamech. Non timebit domui suę
a frigore nivis. Omnes enim domestici eius vestiti sunt duplicibus. mem.
Stragulatam vestem fecit sibi. byssus & purpura indumentum eius. nun.
Nobilis in portis vir eius. quando sederit cum senatoribus terrę. Samech.
Syndonem fecit et vendidit. & cingulum tradidit chananeo. Ayn.
Fortitudo & decor indumentum eius. & ridebit in die novissimo. phe.
Os suum aperuit sapientię. & lex clementię in lingua eius. Sadhe. Con
sideravit semitas domus suę. & panem otiosa non comedit. coph. Sur
rexerunt filii eius & beatissimam prędicaverunt. vir eius & laudavit eam.
Res. Multę filię congregaverunt divitias. tu supergressa es universas.
Syn. Fallax gratia & vana est pulchritudo. mulier timens dominum ipsa lau
dabitur. thau. Date ei de fructu manuum suarum. & laudent eam in portis
opera eius.

EXPLICIT LIBER PROVERBIORUM SALOMONIS.

INCIPIT LIBER ECCLESIASTES QUI DICITUR COELETH

HIC LIBER HABET XXX CAPITULA VERS. D. CCC.

VERBA ECCLESIASTES FILII DAVID REGIS ISRAHEL.

Vanitas vanitatum dixit ecclesiastes. vanitas vanitatum. & omnia
vanitas. Quid habet amplius homo de universo labore suo. quod la
borat sub sole. Generatio prȩterit & generatio advenit. terra autem in ȩter
num stat.
Oritur sol & occidit. & ad locum suum revertitur. ibique renascens gyrat per
meridiem. & flectitur ad aquilonem. Lustrans universa in circuitu pergit spiritus.
& in circulos suos revertitur. Omnia flumina intrant in mare. & mare non
redundat. Ad locum unde exeunt flumina revertuntur. ut iterum fluant.
Cunctȩ res difficiles. non potest eas homo explicare sermone. Non satu
ratur oculus visu. nec auris auditu. Quid est quod fuit. Ipsum quod futurum
est. Quid est quod factum est. Ipsum quod faciendum est. Nichil
sub sole novum. nec valet quisquam dicere. ecce hoc recens est. Iam enim prȩ
cesserunt in seculis. quȩ fuerunt ante nos. Non est priorum memoria. sed
nec eorum quidem quȩ postea futura sunt. erit recordatio apud eos qui futuri sunt
in novissimo. Ego ecclesiastes fui rex israhel in hierusalem. & proposui in animo
meo querere & investigare sapienter de omnibus quȩ fiunt sub sole.
Hanc occupationem pessimam dedit deus filiis hominum. ut occuparentur
in ea. Vidi quȩ fiunt cuncta sub sole. & ecce universa vanitas & afflictio
spiritus. Perversi difficile corriguntur. & stultorum infinitus est numerus. Locutus
sum in corde meo dicens. Ecce magnus effectus sum. & prȩcessi sapientia
omnes qui fuerunt ante me in hierusalem. & mens mea contemplata
est multa sapienter & didici. dedique cor meum ut scirem prudentiam
atque doctrinam. erroresque & stultitiam. Et agnovi quod in his quoque esset
labor & afflictio spiritus.
Eo quod in multa sapientia multa sit indignatio. & qui addit scientiam
addit et laborem. Dixi ego in corde meo. Vadam & affluam deliciis
& fruar bonis. Et vidi quoque hoc esse vanitas. Risum reputavi
errorem. & gaudio dixi. Quid frustra deciperis. Cogitavi
in corde meo abstrahere a vino carnem meam. ut animum meum trans
ferrem ad sapientiam. devitaremque stultitiam. donec viderem quid esset
utile filiis hominum. quo facto opus est sub sole. numero dierum vitȩ suȩ.
Magnificavi opera mea. edificavi michi domos. plantavi vineas. feci hortos
& pomeria. & consevi ea cuncti generis arboribus. & extruxi michi piscinas
aquarum. ut irrigarem silvam lignorum germinantium. possedi servos &
ancillas. multamque familiam habui. armenta quoque & magnos ovium
greges ultra omnes qui fuerunt ante me in hierusalem. Coacervavi michi
argentum & aurum & substantias regum ac provinciarum. Feci michi canto
res & cantatrices & delicias filiorum hominum sciphos & urceos in ministe
rio ad vina fundenda. & supergressus sum opibus meis omnes qui fuerunt
ante me in hierusalem. Sapientia quoque perseveravit mecum. & omnia quȩ
desideraverunt oculi mei non negavi eis. Nec prohibui cor meum quin
omni voluptate frueretur. & oblectaret se in his quȩ paraveram. & hanc
ratus sum partem meam si uterer labore meo. Cumque convertissem
me ad universa opera quȩ fecerant manus meȩ. & ad labores in quibus
frustra desudaveram. vidi in omnibus vanitatem & afflictionem animi. et nichil
permanere sub sole. Transivi ad contemplandam sapientiam. erroresque &
stultitiam. Quid est inquam homo. ut sequi possit regem factorem suum.
Et vidi quia tantum precederet sapientia stultitiam. quantum differt lux
a tenebris. Sapientis oculi in capite eius. stultus in tenebris ambulat.
Et didici quod unus utriusque esset interitus. & dixi in corde meo. Si unus
& stulti & meus occasus erit. quid michi prodest quod maiorem sapientiȩ
dedi operam. Locutusque cum mente mea animadverti quod hoc quoque esset
vanitas. Non enim erit memoria sapientis similiter ut stulti in perpetuum.
& futura tempora oblivione cuncta pariter opprient. Moritur doctus
similiter ut indoctus. & idcirco tȩduit me vitȩ meȩ. Videns mala esse uni
versa sub sole. & cuncta vanitatem. atque afflictionem spiritus. Rursum de
testatus sum omnem industriam meam. & quȩ studiosissime sub sole laboravi.
habiturus heredem post me. quem ignoro utrum sapiens an stultus
futurus sit. & dominabitur in laboribus meis in quibus desudavi et sollicitus
fui. Et est quicquam tam vanum. Unde cessavi renuntiavitque cor
meum ultra laborare sub sole. Nam cum alius laboret in sapientia et
doctrina. & sollicitudine. homini otioso quȩsita dimittit. Et hoc
vanitas & magnum malum. Quid enim proderit homini de universo la
bore suo & afflictione spiritus quȩ sub sole cruciatus est. Cuncti dies ei
doloribus & ȩrumnis pleni sunt. nec per noctem mente requiescit. Nonne
melius est comedere & bibere. & ostendere animȩ suȩ bona de laboribus
suis. Et hoc de manu dei est. Quis ita devorabit & deliciis affluet ut
ego. Homini bono in conspectu suo dedit deus sapientiam & scientiam
& leticiam. Peccatori autem dedit afflictionem & curam superfluam. ut addat
& congreget. & tradat ei qui placuit deo. Sed & hoc vanitas. & cassa
sollicitudo mentis. Omnia tempus habent. & suis spatiis transeunt
universa sub celo. Tempus nascendi. & tempus moriendi. tempus plan
tandi. & tempus evellendi quod plantatum est. Tempus occidendi & tempus
sanandi. tempus destruendi. & tempus edificandi. tempus flendi et tempus
ridendi. tempus plangendi & tempus saltandi. tempus spargendi la
pides. & tempus colligendi. tempus amplexandi. & tempus longe fi
eri ab amplexibus. tempus acquirendi & tempus perdendi. tempus custo
diendi. & tempus abiciendi. tempus scindendi. & tempus consuendi.
tempus tacendi. & tempus loquendi. tempus dilectionis. et tempus odii.
tempus belli. & tempus pacis. Quid habet homo amplius de labo
re suo. Vidi afflictionem quam dedit deus filiis hominum ut distendantur
in ea. Cuncta fecit bona in tempore suo. & mundum tradidit disputa
tioni eorum. ut non inveniat homo opus quod operatus est deus ab initio usque in
finem. Et cognovi quod non esset melius nisi letari & bene facere in vita
sua. Omnis enim homo qui comedit & bibit & videt bonum de labore
suo. hoc donum dei est. Didici quod omnia opera quȩ fecit deus perseverent
in perpetuum. Non possumus eis quicquam addere. nec auferre quȩ fecit deus
ut timeatur. Quod factum est ipsum permanet. quȩ futura sunt iam fuerunt.
& deus instaurat quod abiit. Vidi sub sole in loco iudicii impietatem. &
in loco iustitiȩ iniquitatem. Et dixi in corde meo. Iustum & impium iudica
bit deus. & tempus omni rei tunc erit. Dixi in corde meo de filiis hominum.
ut probaret eos deus. & ostenderet similes esse bestiis.
Idcirco unus interitus est hominis & iumentorum. & equa utriusque conditio.
Sicut moritur homo. sic & illa moriuntur. Similiter spirant omnia. & nichil
habet homo iumento amplius. Cuncta subiacent vanitati. & omnia pergunt
ad unum locum. De terra facta sunt. & in terram pariter revertentur.
Quis novit si spiritus filiorum adam ascendat sursum. & si spiritus iumentorum descen
dat deorsum. Et deprehendi nichil esse melius quam letari hominem
in opere suo. & hanc esse partem illius. Quis enim eum adducet. ut post
se futura cognoscat. Verti me ad alia. & vidi calumnias quȩ sub sole
geruntur. & lacrimas innocentium. & consolatorem neminem. nec posse
resistere eorum violentiȩ cunctorum auxilio destitutos. Et laudavi magis
mortuos quam viventes. & feliciorem utroque iudicavi. qui necdum natus est.
nec vidit mala quȩ sub sole fiunt. Rursum contemplatus sum omnes labo
res hominum & industrias. animadverti patere invidiȩ proximi. Et
in hoc ergo vanitas & cura superflua est. Stultus complicat manus suas. &
comedit carnes suas dicens. Melior est pugillus cum requie quam ple
na utraque manus cum labore. & afflictione animi. Considerans reperi
aliam vanitatem sub sole.
Unus est & secundum non habet. non filium non fratrem. & tamen laborare non cessat.
nec satiantur oculi eius divitiis. nec recogitat dicens. Cui laboro & fraudo
animam meam bonis. In hoc quoque vanitas est. & afflictio pessima. Melius
est ergo duos simul esse quam unum. habent enim emolumentum societatis suȩ.
Si unus ceciderit. ab altero fulcietur. Vȩ soli quia cum ceciderit non habet
sublevantem. Et si dormierint duo. fovebuntur mutuo. Unus quomodo ca
lefiet. Et si quispiam prevaluerit contra unum. duo resistunt ei.
Funiculus triplex difficile rumpitur. Melior est puer pauper & sapiens rege
sene & stulto. qui nescit prȩvidere in posterum. quod & de carcere catenisque
interdum quis egrediatur ad regnum. & alius natus in regno inopia consumatur.
Vidi cunctos viventes qui ambulant sub sole cum adolescente secundo
qui consurget pro eo. Infinitus est numerus populi omnium qui fuerunt
ante eum. & qui postea futuri sunt non letabuntur in eo. Sed & hoc vani
tas & afflictio spiritus. Custodi pedem tuum ingrediens domum dei. & appro
pinqua ut audias. Multo enim melior est obedientia quam stultorum victimȩ
90. qui nesciunt quid faciunt mali. Ne temere quid loquaris neque cor tuum
sit velox ad proferendum sermonem coram domino. Deus enim in celo &
tu super terram. idcirco sint pauci sermones tui. Multas curas sequuntur
somnia. & in multis sermonibus invenietur stultitia.
Si quid vovisti domino ne moreris reddere. displicet enim infidelis &
stulta promissio. sed quodcumque voveris redde. multoque melius est non vove
re. quam post votum promissa non reddere. Ne dederis os tuum ut peccare
facias carnem tuam. neque dicas coram angelo non est providentia. ne forte iratus deus
sup sermones tuos. dissipet cuncta opera manuum tuarum. Ubi multa
sunt somnia. plurimȩ vanitates & sermones innumeri. Tu vero deum
time. Si videris calumnias egenorum. & violenta iudicia. et subver
tami iustitiam in provincia. non mireris super hoc negotio. quia excelso
alius excelsior est. Et super hos quoque eminentiores sunt alii. et insuper
universȩ terrȩ rex imperat servienti.
Avarus non implebitur pecunia. & qui amat divitias fructum non capiet
ex eis. Et hoc ergo vanitas. Ubi multȩ sunt opes. multi & qui comedunt
eas. Et quid prodest possessori nisi quod cernit divitias oculis suis.
Dulcis est somnus operanti. parum sive multum comedat. saturitas autem divitis
non sinit dormire eum. Est & alia infirmitas pessima quam vidi sub sole.
Divitiȩ conservatȩ in malum domini sui. pereunt enim in afflictione pessi
ma. Generavit filium qui in summa egestate erit. Sicut egressus est
nudus de utero matris suȩ sic revertetur. & nichil auferet secum de la
bore suo. Miserabilis prorsus infirmitas. Quomodo venit sic revertetur.
Quid ergo prodest ei. quod laboravit in ventum. Cunctis diebus vitȩ
suȩ comedit in tenebris. & in curis multis & in ȩrumna atque tristitia.
Hoc itaque visum est michi bonum ut comedat quis & bibat & fruatur leticia.

et de labore suo quod laborat ipse sub sole numero dierum vitae suae quos dedit ei deus. Et haec est pars illius. Et omni homini cui dedit deus divitias atque substantiam potestatemque tribuit ei ut comedat ex eis et fruatur parte sua, et laetetur de labore suo. hoc est donum dei. Non enim satis recordabitur dierum vitae suae, eo quod deus occupet deliciis cor eius. Est et aliud malum quod vidi sub sole: et quidem frequens apud homines. Vir cui dedit deus divitias et substantiam et honorem, et nihil deest animae eius ex omnibus quae desiderat, nec tribuit ei deus potestatem ut comedat ex eo, sed homo extraneus vorabit illud. Hoc vanitas et magna miseria est. Si genuerit quispiam centum liberos, et vixerit multos annos, et plures dies aetatis habuerit, et anima illius non utatur bonis substantiae suae, sepulturaque careat, de hoc ego pronuntio quod melior illo sit abortivus. Frustra enim venit et pergit ad tenebras, et oblivione delebitur nomen eius. Non vidit solem neque cognovit distantiam boni et mali. Etiam si duobus milibus annis vixerit et non fuerit perfruitus bonis, nonne ad unum locum properant omnia. Omnis labor hominis in ore eius, sed anima illius non implebitur. Quid habet amplius sapiens a stulto. Et quid pauper nisi pergat illuc ubi est vita. Melius est videre quod cupias, quam desiderare quod nescias. Sed et hoc vanitas est, et praesumptio spiritus. Qui futurus est iam vocatum est nomen eius et scitur quod homo sit, et non possit contra fortiorem se in iudicio contendere. Verba sunt plurima, multamque in disputando habentia vanitatem.

Quid necesse est homini maiora se quaerere, cum ignoret quid conducat sibi in vita sua, numero dierum peregrinationis suae, et tempore quod velut umbra praeterit. Aut quis ei poterit indicare quid post eum futurum sit sub sole. Melius est nomen bonum quam unguenta pretiosa, et dies mortis die nativitatis. Melius est ire ad domum luctus quam ad domum convivii. In illa enim finis cunctorum admonetur hominum, et vivens cogitat quid futurus sit. Melior est ira risu, quia per tristitiam vultus corrigitur animus delinquentis. Cor sapientium ubi tristitia est, et cor stultorum ubi laetitia. Melius est a sapiente corripi, quam stultorum adulatione decipi. quia sicut sonitus spinarum ardentium sub olla, sic risus stulti. Sed et hoc vanitas. Calumnia conturbat sapientem, et perdet robustum cor illius. Melior est finis orationis quam principium. melior patiens arrogante.

Ne velox sis ad irascendum, quia ira in sinu stulti requiescit. Ne dicas quid putas causae est quod priora tempora meliora fuere quam nunc sunt. Stulta est enim huiuscemodi interrogatio. Utilior est sapientia cum divitiis, et magis prodest videntibus solem. Sicut enim protegit sapientia, sic protegit pecunia. Hoc autem plus habet eruditio et scientia, quod vitam tribuunt possessori suo. Considera opera dei quod nemo possit corrigere quem ille despexerit. In die bona fruere bonis, et malam diem praecave. Sicut enim hanc, sic et illam fecit deus, ut non inveniat homo contra eum iustas querimonias. Haec quoque vidi in diebus vanitatis meae. Iustus perit in sua iustitia, et impius multo vivit tempore in malitia sua. Noli esse iustus multum, neque plus sapias quam necesse est, ne obstupescas. Ne impie agas multum, et noli esse stultus, ne moriaris in tempore non tuo. Bonum est te sustentare iustum, sed et ab illo ne subtrahas manum tuam, quia qui deum timet nihil neglegit. Sapientia confortavit sapientem, super decem principes civitatis. Non est homo iustus super terram, qui faciat bonum et non peccet. Sed et cunctis sermonibus qui dicuntur ne accommodes cor tuum, ne forte audias servum tuum maledicentem tibi. Scit enim tua conscientia, quia et tu crebro maledixisti aliis. Cuncta temptavi in sapientia. Dixi sapiens efficiar, et ipsa longius recessit a me, multo magis quam erat. Et alta profunditas quis inveniet eam. Lustravi universa animo meo, ut scirem et considerarem sapientiam et rationem, et ut cognoscerem impietatem stulti, et errorem imprudentium. et inveni amariorem morte mulierem quae laqueus venatorum est et sagena cor eius, vincula sunt manus illius. Qui placet deo, effugiet eam. qui autem peccator est, capietur ab illa. Ecce hoc inveni dixit ecclesiastes, unum et alterum, ut invenirem rationem quam adhuc quaerit anima mea et non inveni. Virum de mille unum repperi, mulierem ex omnibus non inveni. Solummodo hoc inveni, quod fecerit deus hominem rectum, et ipse se infinitis miscuerit quaestionibus. Quis talis ut sapiens est. Et quis cognovit solutionem verbi.

Sapientia hominis lucet in vultu eius, et potentissimus faciem illius commutabit. Ego os regis observo, et praecepta iuramenti dei. Ne festines recedere a facie eius, neque permaneas in opere malo. Quia omne quod voluerit faciet, et sermo eius potestate plenus est. Nec dicere ei quisquam potest, quare ita facis. Qui custodit praeceptum, non experietur quicquam mali. Tempus et responsionem cor sapientis intellegit. Omni negotio tempus est, et opportunitas. et multa hominis afflictio, quia ignorat praeterita, et futura nullo scire potest nuntio. Non est in hominis dicione prohibere spiritum, nec habet potestatem in die mortis, nec sinitur quiescere ingruente bello, neque salvabit impietas impium. Omnia haec consideravi, et dedi cor meum in cunctis operibus quae fiunt sub sole. Interdum dominatur homo homini in malum suum. Vidi impios sepultos, qui etiam cum viverent in loco sancto erant, et laudabantur in civitate quasi iustorum operum. Sed et hoc vanitas est.

Etenim quia non profertur cito contra malos sententia, absque ullo timore filii hominum perpetrant mala. Attamen ex eo quod centies facit malum et patientia sustentatur, ego cognovi quod erit bonum timentibus deum, qui verentur faciem eius. Non sit bonum impio nec prolongentur dies eius, sed quasi umbra transeant qui non timent faciem domini. Est et alia vanitas quae fit super terram.

Sunt iusti quibus multa proveniunt quasi opera egerint impiorum, et sunt impii qui ita securi sunt quasi iustorum facta habeant. Sed et hoc vanissimum iudico. Laudavi igitur laetitiam quod non esset homini bonum sub sole nisi quod comederet et biberet atque gauderet, et hoc solum secum afferret de labore suo in diebus vitae suae quos dedit ei deus sub sole. Et apposui cor meum ut scirem sapientiam et intellegerem distentionem. Est homo qui diebus ac noctibus somnum oculis non capit. Et intellexi quod omnium operum dei nullam possit homo invenire rationem eorum quae fiunt sub sole. Et quanto plus laboraverit ad quaerendum, tanto minus inveniat. Etiam si dixerit sapiens se nosse, non poterit repperire. Omnia haec tractavi in corde meo, ut curiose intellegerem.

Sunt iusti atque sapientes, et opera eorum in manu dei, et tamen nescit homo utrum amore an odio dignus sit. Sed omnia in futurum servantur incerta, eo quod universa aeque eveniant, iusto et impio, bono et malo, mundo et inmundo, immolanti victimas, et sacrificia contemnenti. Sicut bonus sic et peccator, ut periurus, ita et ille qui verum deierat. Hoc est pessimum inter omnia quae sub sole fiunt, quia eadem cunctis eveniunt. Unde et corda filiorum hominum implentur malitia, et contemptu in vita sua, et post haec ad inferos deducentur. Nemo est qui semper vivat, et qui huius rei habeat fiduciam. Melior est canis vivus leone mortuo. Viventes enim sciunt se esse morituros, mortui vero nihil noverunt amplius. Nec habent ultra mercedem, quia oblivioni tradita est memoria eorum. Amor quoque et odium et invidia simul perierunt, nec habent partem in hoc saeculo et in opere quod sub sole geritur. Vade ergo et comede in laetitia panem tuum, et bibe cum gaudio vinum tuum, quia deo placent opera tua. Omni tempore sint vestimenta tua candida, et oleum de capite tuo non deficiat. Perfruere vita cum uxore quam diligis cunctis diebus instabilitatis tuae, qui dati sunt tibi sub sole omni tempore vanitatis tuae. Haec est enim pars tua in vita et in labore tuo quo laboras sub sole. Quodcumque potest manus tua facere instanter operare, quia nec opus nec ratio nec scientia nec sapientia erunt apud inferos quo tu properas. Verti me ad aliud, et vidi sub sole nec velocium esse cursum, nec fortium bellum, nec sapientium panem, nec doctorum divitias, nec artificum gratiam, sed tempus casumque in omnibus. Nescit homo finem suum, sed sicut pisces capiuntur hamo, et sicut aves comprehenduntur laqueo, sic capiuntur homines tempore malo, cum eis extemplo supervenerit. Hanc quoque vidi sub sole sapientiam, et probavi maximam. Civitas parva et pauci in ea viri, venit contra eam rex magnus et vallavit eam, extruxitque munitiones per gyrum, et perfecta est obsidio. Inventusque est in ea vir pauper et sapiens, et liberavit urbem per sapientiam suam, et nullus deinceps recordatus est hominis illius pauperis. Et dicebam ego meliorem esse sapientiam quam fortitudinem. Quomodo ergo sapientia pauperis contempta est, et verba eius non sunt audita. Verba sapientium audiuntur in silentio, plus quam clamor principis inter stultos. Melior est sapientia quam arma bellica, et qui in uno peccaverit multa bona perdet.

Muscae morientes perdunt suavitatem unguenti. Pretiosior sapientia est et gloria parva ad tempus stultitia. Cor sapientis in dextera eius, et cor stulti in sinistra illius. Sed et in via stultus ambulans, cum ipse insipiens sit, omnes stultos aestimat. Si spiritus potestatem habentis ascenderit super te, locum tuum ne dimiseris, quia curatio cessare faciet peccata maxima. Est et malum quod vidi sub sole, quasi per errorem egrediens a facie principis, positum stultum in dignitate sublimi, et divites sedere deorsum. Vidi servos in equis, et principes ambulantes quasi servos super terram.

Qui fodit foveam incidit in eam, et qui dissipat sepem, mordebit eum coluber. Qui transfert lapides affligetur in eis, et qui scindit ligna vulnerabitur ab eis. Si retusum fuerit ferrum et hoc non ut prius sed hebetatum fuerit, multo labore exacuetur, et post industriam sequitur sapientia.

Si mordeat serpens in silentio, nihil eo minus habet qui occulte detrahit. Verba oris sapientis gratia, et labia insipientis praecipitabunt eum. Initium verborum eius stultitia, et novissimum oris illius error pessimus. Stultus verba multiplicat. Ignorat homo quid ante se fuerit, et quid post futurum est, quis illi poterit indicare. Labor stultorum affliget eos, qui nesciunt in urbem pergere. Vae tibi terra cuius rex puer est, et cuius principes vescuntur mane.

Beata terra cuius rex nobilis est, et cuius principes vescuntur in tempore suo ad reficiendum et non ad luxuriam. In pigritiis humiliabitur contignatio, et in infirmitate manuum perstillabit domus. In risu faciunt panem et vinum, ut epulentur bibentes.

Et pecuniae oboediunt omnia. In cogitatione tua regi ne detrahas, et in secreto cubiculi tui ne maledixeris diviti, quia aves caeli portabunt vocem tuam, et qui habet pennas annuntiabit sententiam.

Mitte panem tuum super transeuntes aquas, quia post multa tempora invenies illum. Da partes septem necnon et octo, quia ignoras quid futurum sit mali super terram. Si repletae fuerint nubes, imbrem super terram effundent. Si ceciderit lignum ad austrum aut ad aquilonem, in quocumque loco ceciderit ibi erit. Qui observat ventum non seminat, et qui considerat nubes numquam metet. Quomodo ignoras quae sit via spiritus, et qua ratione compingantur ossa in ventre praegnatis, sic nescis opera dei, qui fabricator est omnium. Mane semina semen tuum, et vespere ne cesset manus tua, quia nescis quid magis oriatur hoc an illud, et si utrumque simul, melius erit. Dulce lumen et delectabile est oculis videre solem. Si annis multis vixerit homo, et in his omnibus laetatus fuerit, meminisse debet tenebrosi temporis et dierum multorum, qui cum venerint vanitatis arguentur praeterita. Laetare ergo iuvenis in adolescentia tua, et in bono sit cor tuum in diebus iuventutis tuae, et ambula in viis cordis tui, et in intuitu oculorum tuorum. Et scito quod pro omnibus his adducet te deus in iudicium.

Aufer iram a corde tuo, et amove malitiam a carne tua. Adolescentia enim et voluptas vana sunt.

Memento creatoris tui in diebus iuventutis tuae, antequam veniat tempus afflictionis et appropinquent anni de quibus dicas non mihi placent. antequam tenebrescat sol, et lumen, et luna et stellae, et revertantur nubes post pluviam. Quando commovebuntur custodes domus, et nutabunt viri fortissimi, et otiosae erunt molentes in minuto numero, et tenebrescent videntes per foramina, et claudent ostia in platea in humilitate vocis molentis, et consurgent ad vocem volucris, et obsurdescent omnes filiae carminis. Excelsa quoque timebunt et formidabunt in via, florebit amygdalum, inpinguabitur locusta, dissipabitur capparis. Quoniam ibit homo in domum aeternitatis suae, et circuibunt in platea plangentes.

Antequam rumpatur funiculus argenteus, et recurrat vitta aurea, et conteratur hydria super fontem, et confringatur rota super cisternam, et revertatur pulvis in terram suam unde erat, et spiritus redeat ad deum qui dedit illum. Vanitas vanitatum dixit ecclesiastes, et omnia vanitas. Cumque esset sapientissimus ecclesiastes, docuit populum et enarravit quae fecerat, et investigans composuit parabolas multas. Quaesivit verba utilia, et conscripsit sermones rectissimos ac veritate plenos. Verba sapientium sicut stimuli, et quasi clavi in altum defixi, quae per magistrorum consilium data sunt a pastore uno. His amplius fili mi ne requiras. Faciendi plures libros nullus est finis, frequensque meditatio carnis afflictio est.

Finem loquendi omnes pariter audiamus. Deum time et mandata eius observa. Hoc est enim omnis homo, et cuncta quae fiunt adducet deus in iudicium, pro omni errato sive bonum sive malum.

EXPLICIT LIBER ECCLESIASTES.

INCIPIUNT CANTICA CANTICORUM QUOD DICITUR SYRASYRIM

O SCV LETVR ME OSCVLO ORIS SVI QVIA MELIORA SVNT VBERA TVA VINO FRAGLANTIA

unguentis optimis. Oleum effusum nomen tuum. ideo adolescen
tule dilexerunt te. Vox ecclesie ad xpm. Trahe me post te. curremus
simul in odorem unguentorum tuorum. Vox sponse ad adolescentulas. Introduxit me
rex in cellaria sua. Exultabimus et letabimur in te. memores ube
rum tuorum super uinum. Recti diligunt te. Vox synagoge. Nigra sum sed
formosa filie hierusalem sicut tabernacula cedar. sicut pelles salomonis. Vox
sponse. Nolite me considerare quod fusca sim. quia decolorauit me sol. Filii
matris mee pugnauerunt contra me. posuerunt me custodem in uineis.
uineam meam non custodiui. Vox ecclesie ad xpm. Indica mihi quem diligit
anima mea ubi pascas. ubi cubes in meridie. ne uagari incipiam post gre
ges sodalium tuorum. Vox xpi ad ecclesiam. Si ignoras te o pulchra inter
mulieres. egredere et abi post uestigia gregum. et pasce hedos tuos
iuxta tabernacula pastorum. Equitatui meo in curribus pharaonis as
similaui te amica mea. Pulchre sunt gene tue sicut turturis. collum tuum
sicut monilia. Vox amicorum. Murenulas aureas faciemus tibi. uermicu
latas argento. Vox ecclesie de xpo. Cum esset rex in accubitu suo. nardus
mea dedit odorem suum. Fasciculus mirre dilectus meus mihi. inter ubera
mea commorabitur. Botrus cypri dilectus meus michi. in uineis engaddi.
Vox xpi. Ecce tu pulchra es amica mea. ecce tu pulchra. oculi tui
columbarum. Vox ecclesie. Ecce tu pulcher es dilecte mi. et decorus.
Lectulus noster floridus. tigna domorum nostrarum cedrina. laquearia nostra
cypressina. Vox xpi. Ego flos campi. et lilium conuallium. Sicut lilium
inter spinas. sic amica mea inter filias. Vox ecclesie. Sicut malum inter
ligna siluarum. sic dilectus meus inter filios. Sub umbra illius quem desi
derabam sedi. et fructus illius dulcis gutturi meo. Introduxit me rex
in cellam uinariam. ordinauit in me caritatem. Fulcite me floribus sti
pate me malis. quia amore langueo. Leua eius sub capite meo. et dex
tera illius amplexabitur me. Vox xpi. Adiuro uos filie hierusalem per capreas
ceruosque camporum. ne suscitetis neque euigilare faciatis dilectam quoadusque
ipsa uelit. Vox dilecti. Ecce iste uenit saliens in montibus transiliens colles.
Similis est dilectus meus capree hinnuloque ceruorum. En ipse stat post parie
tem nostrum. respiciens per fenestras. prospiciens per cancellos. Et dilectus meus
loquitur mihi. Surge propera amica mea. columba mea. formosa mea et ueni.
Iam enim hyemps transiit. ymber abiit et recessit. Flores appar
uerunt in terra nostra. tempus putationis aduenit. Vox turturis audita est
in terra nostra. Ficus protulit grossos suos. uinee florentes dederunt odorem.
Vox xpi. Surge amica mea speciosa mea et ueni. columba mea in fo
raminibus petre. in cauerna macerie. Ostende mihi faciem tuam. sonet uox tua
in auribus meis. Vox enim tua dulcis. et facies tua decora. Vox aduersus here
ticos. Capite nobis uulpes paruulas. que demoliuntur uineas. nam uinea nostra
floruit. Vox ecclesie. Dilectus meus mihi et ego illi qui pascitur inter lilia donec as
piret dies et inclinentur umbre. Reuertere similis esto dilecte mi capree
aut hinnulo ceruorum super montes bethel. Vox ecclesie de gentibus. In lectu
lo meo per noctes quesiui quem diligit anima mea. quesiui illum et non inueni.
Surgam et circuibo ciuitatem per uicos et plateas. queram quem diligit
anima mea. Inuenerunt me uigiles qui custodiunt ciuitatem. Ecclesia
de xpo dicit. Num quem dilexit anima mea uidistis? Paululum cum
pertransissem eos. inueni quem diligit anima mea. Tenui eum nec dimittam.
donec introducam illum in domum matris mee. et in cubiculum genetricis mee.
Sponsus ad amicos. Adiuro uos filie hierusalem per capreas ceruosque camporum. ne
suscitetis neque euigilare faciatis dilectam. donec ipsa uelit. Synagoga
de ecclesia. Que est ista que ascendit per desertum sicut uirgula fumi. ex aro
matibus mirre et thuris. et uniuersi pulueris pigmentarii. Vox ecclesie.
En lectulum salomonis sexaginta fortes ambiunt ex fortissimis israel
omnes tenentes gladios. et ad bella doctissimi. Vniuscuiusque ensis super
femur suum. propter timores nocturnos. Ferculum fecit sibi salomon de
lignis libani. De xpo dicit. Columnas eius fecit argenteas. reclinatorium
aureum. ascensum purpureum. media caritate constrauit. propter filias hierusalem.
Vox ecclesie de xpo. Egredimini et uidete filie syon regem salomonem
in diademate quo coronauit eum mater sua in die desponsationis illius. et in die
leticie cordis eius. Xpc ecclesie dicit. Quam pulchra es amica mea. quam pulchra
es oculi tui columbarum. absque eo quod intrinsecus latet. Capilli tui sicut
greges caprarum. que ascenderunt de monte galaad. Dentes tui sicut greges
tonsarum. que ascenderunt de lauachro. Omnes gemelli fetibus et sterilis non
est inter eas. Sicut uitta coccinea labia tua. et eloquium tuum dulce.
Sicut fragmen mali punici. ita gene tue. absque eo quod intrinsecus latet.
Sicut turris dauid collum tuum. que edificata est cum propugnaculis. Mille
clipei pendent ex ea. omnis armatura fortium. Duo ubera tua sicut duo
hinnuli capree gemelli. qui pascuntur in liliis. donec aspiret dies et inclinentur
umbre. Sponsus de sponsa dicit. Vadam ad montem mirre. et ad collem thuris.
Sponsus ad sponsam. Tota pulchra es amica mea. et macula non est in te.
Veni de libano sponsa mea. ueni de libano ueni. Coronaberis de capite
amana. de uertice sanir et hermon. de cubilibus leonum. de montibus par
dorum. Vulnerasti cor meum soror mea sponsa. uulnerasti cor meum in uno
oculorum tuorum. et in uno crine colli tui. Quam pulchre sunt mamme tue so
ror mea sponsa. Pulchriora ubera tua uino. et odor unguentorum super omnia
aromata. Fauus distillans labia tua sponsa. mel et lac sub lingua tua et
odor uestimentorum tuorum sicut odor thuris. Hortus conclusus soror mea spon
sa. hortus conclusus fons signatus. Emissiones tue paradysus malorum puni
corum cum pomorum fructibus. Cypri cum nardo. nardus et crocus. fistula et cina
momum cum uniuersis lignis libani. myrra et aloe cum uniuersis primis ung
uentis. Fons hortorum. puteus aquarum uiuentium. que fluunt impetu de li
bano. Xpc gentes conuocat. Surge aquilo et ueni auster. perfla hortum meum.
et fluent aromata illius. Ecclesia de xpo dicit. Veniat dilectus meus in hortum
suum. ut comedat fructum pomorum suorum. Xpc dicit. Veni in hortum meum
soror mea sponsa. messui myrram meam cum aromatibus meis. Comedi fauum
cum melle meo. bibi uinum meum cum lacte meo. Comedite amici mei. bi
bite et inebriamini karissimi. Ego dormio. et cor meum uigilat. Ecclesia dicit.
Vox dilecti mei pulsantis. Aperi michi soror mea. amica mea. columba
mea. immaculata mea. quia caput meum plenum est rore. et cincinni mei
guttis noctium. Sponsa ad se ipsam. Expoliaui me tunica mea. quomodo in
duar illam? Laui pedes meos. quomodo inquinabo illos? Vox ecclesie ad xpm.
Dilectus meus misit manum suam per foramen. et uenter meus intremuit ad tactum
eius. Sponsa ad semet ipsa. Surrexi ut aperirem dilecto meo. Manus mee
stillauerunt myrram. et digiti mei pleni myrra probatissima. Pessulum
ostii mei aperui dilecto meo. at ille declinauerat atque transierat. Anima
mea liquefacta est ut dilectus locutus est. Quesiui et non inueni illum uocaui
et non respondit michi. Inuenerunt me custodes qui circueunt ciuitatem. per
cusserunt me et uulnerauerunt me. tulerunt pallium meum custodes murorum.
Adiuro uos filie hierusalem. si inueneritis dilectum meum. ut annuncietis ei
quia amore langueo. Vox synagoge. Qualis est dilectus tuus ex dilecto.
o pulcherrima mulierum? Qualis est dilectus tuus ex dilecto. quia sic
adiurasti nos? Vox ecclesie de xpo. Dilectus meus candidus et rubicundus.
electus ex milibus. Caput eius aurum optimum. come eius sicut elate
palmarum. nigre quasi coruus. Oculi eius sicut columbe super riuos aquarum
que lacte sunt lote. et resident iuxta fluenta plenissima. Gene illius
sicut areole aromatum. consite a pigmentariis. Labia eius lilia distil
lantia myrram primam. Manus illius tornatiles auree plene iacin
tis. uenter eius eburneus distinctus saphiris. Crura illius columne
marmoree. que fundate sunt super bases aureas. Species eius ut liba
ni. electus ut cedri. Guttur illius suauissimum. et totus desiderabilis.
Talis est dilectus meus. et iste est amicus meus filie hierusalem. Vox synagoge ad ecclesiam.
Quo abiit dilectus tuus. o pulcherrima mulierum? Quo declinauit di
lectus tuus? et queremus eum tecum. Vox ecclesie. Dilectus meus descendit
in hortum suum ad areolam aromatum. ut pascatur in hortis. et lilia colligat.
Ego dilecto meo et dilectus meus mihi. qui pascitur inter lilia. Vox xpi ad ecclesiam.
Pulchra es amica mea. suauis et decora sicut hierusalem. terribilis ut castrorum
acies ordinata. Auerte oculos tuos a me. quia ipsi me auolare fecerunt.
Capilli tui sicut greges caprarum. que apparuerunt de galaad. Dentes
tui sicut greges ouium. que ascenderunt de lauachro. Omnes gemellis fe
tibus et sterilis non est in eis. Sicut uitta coccinea labia tua. et eloquium tuum
dulce. Sicut cortex mali punici sic gene tue absque occultis tuis. Sexa
ginta sunt regine. et octoginta concubine. et adolescentularum non est
numerus. Vox xpi ad ecclesiam. Vna est columba mea perfecta mea. una est
matris sue. electa genetricis sue. Viderunt illam filie et beatissimam
predicauerunt. regine et concubine. et laudauerunt eam. Que est ista que
progreditur quasi aurora consurgens. pulchra ut luna electa ut sol. terribilis
ut castrorum acies ordinata. Vox ecclesie ad synagogam. Descendi in hortum nucum
ut uiderem poma conuallium. et inspicerem si floruissent uinee et germinas
sent mala punica. Nesciui. anima mea conturbauit me propter quadrigas am
minadab. Synagoga dicit. Reuertere reuertere sunamitis. reuertere reuer
tere ut intueamur te. Vox synagoge. Quid uidebis in sunamite nisi cho
ros castrorum? Vox xpi ad ecclesiam. Quam pulchri sunt gressus tui in calciamentis
filia principis. Iunctura feminum tuorum sicut monilia. que fabricata sunt
manu artificis. Vmbilicus tuus crater tornatilis. numquam indigens poculis.
Venter tuus sicut aceruus tritici. uallatus liliis. Duo ubera tua sicut duo
hinnuli gemelli capree. Collum tuum sicut turris eburnea. Oculi tui sicut
piscine in esebon que sunt in porta filie multitudinis. Nasus tuus sicut
turris libani. que respicit contra damascum. Caput tuum ut carmelus et
come capitis tui sicut purpura regis uincta canalibus. Quam pulchra es et quam
decora. carissima in deliciis. Statura tua assimilata est palme. et ubera
tua botris. Dixi. Ascendam in palmam. et apprehendam fructus eius.
Et erunt ubera tua sicut botri uinee. et odor oris tui sicut malorum. Guttur
tuum sicut uinum optimum. Ecclesia de xpo dicit. Dignum dilecto meo ad
potandum. labiisque et dentibus illius ruminandum. Ego dilecto meo
et ad me conuersio eius. Veni dilecte mi egrediamur in agrum commoremur
in uillis. Mane surgamus ad uineas. uideamus si floruit uinea. si flores
fructus parturiunt. si floruerunt mala punica. ibi dabo tibi ubera mea.
Mandragore dederunt odorem in portis nostris. Omnia poma noua et
uetera dilecte mi seruaui tibi. Quis mihi det te fratrem meum sugentem ubera ma
tris mee. ut inueniam te foris et deosculer et iam me nemo despiciat.
Apprehendam te et ducam te in domum matris mee. et in cubiculum genetricis
mee. ibi me docebis. et dabo tibi poculum ex uino condito. et mustum ma
lorum granatorum meorum. Leua eius sub capite meo. et dextera illius amplexa
bitur me. Ecclesia ad synagogam. Adiuro uos filie hierusalem. ne suscitetis neque eui
gilare faciatis dilectam donec ipsa uelit. Respondit synagoga ad ecclesiam.
Que est ista que ascendit de deserto deliciis affluens. innixa super dilectum
suum. Sub arbore malo suscitaui te. ibi corrupta est mater tua. ibi uiolata est genitrix
tua. Ecclesia ad xpm. Pone me ut signaculum super cor tuum. ut signaculum
super brachium tuum. quia fortis est ut mors dilectio. dura sicut infernus emulatio.
Lampades eius lampades ignis atque flammarum. Aque multe non potuerunt
extinguere caritatem. nec flumina obruent illam. Si dederit homo omnem
substantiam domus sue pro dilectione. quasi nichil despiciet eam. Soror nostra
paruula. et ubera non habet. Quid faciemus sorori nostre in die qua
alloquenda est? Si murus est edificemus super eum propugnacula ar
gentea. Si ostium est compingamus illud tabulis cedrinis. Respondit ecclesia.
Ego murus et ubera mea sicut turris. ex quo facta sum coram eo quasi pacem
reperiens. Synagoga ecclesie dicit. Vinea fuit pacifico in ea que habet populos.
tradidit eam custodibus. Vir affert pro fructu eius mille argenteos. Xpc dicit.
Vinea mea coram me est. Mille tui pacifici. et ducenti his qui custodiunt
fructus eius. Ecclesia xpo dicit. Que habitas in hortis amici auscultant. fac me
audire uocem tuam. Fuge dilecte mi et assimilare capree hinnuloque ceruorum
super montes aromatum.

EXPLICIT SYRASYRIS.

INCIPIT LIBER SAPIENTIE SALOMONIS

ÿs. I. DCC · XIIII. AN. XL · VIII

DILIGITE IUSTICIAM QUI IUDICATIS TERRAM. SENTITE DE DOMINO IN
bonitate, et in simplicitate cordis querite illum. Quoniam invenitur
ab his qui non temptant illum. apparet autem his qui fidem habent in illum.
Perverse enim cogitationes separant a deo. probata autem virtus corripit insipientes,
quoniam in malivolam animam non introibit sapientia. nec habitabit
in corpore subdito peccatis. Sanctus enim spiritus discipline effugiet fictum.
et auferet se a cogitationibus que sunt sine intellectu. et corripietur a
superveniente iniquitate. Benignus est enim spiritus sapientie. et non libe-
rabit maledictum a labiis suis. Quoniam renum illius testis est deus et cordis
eius scrutator est verus. et lingue eius auditor. quoniam spiritus domini replevit
orbem terrarum. et hoc quod continet omnia scientiam habet vocis. Propter
hoc qui loquitur iniqua non potest latere, nec preteriet illum corripiens
iudicium. In cogitationibus enim impii interrogatio erit. sermonum autem illius
auditio ad deum veniet. ad correptionem iniquitatum illius. quoniam auris
zeli audit omnia. et tumultus murmurationum non abscondetur.
Custodite ergo vos a murmuratione que nichil prodest, et a detractione par-
cite lingue. quoniam sermo obscurus in vacuum non ibit. Os autem quod mentitur occi-
dit animam. Nolite zelare mortem in errore vite vestre, neque adquiratis
perditionem in operibus manuum vestrarum. quoniam deus mortem non fecit. nec letatur in
perditione vivorum. Creavit enim ut essent omnia. et sanabiles fecit natio-
nes orbis terrarum. Non est in illis medicamentum exterminii. nec inferorum
regnum in terra. Iusticia enim perpetua est et immortalis. Iniu-
sticia autem mortis est acquisitio. Impii autem manibus et verbis accersierunt
illam. et estimantes illam amicam defluxerunt et sponsionem posuerunt
ad illam. quoniam digni sunt qui sint ex parte illius.
Dixerunt enim apud se non recte cogitantes. Exiguum et cum tedio
est tempus vite nostre, et non est refrigerium in fine hominis. et non est ag-
nitus qui reversus sit ab inferis. quia ex nichilo nati sumus. et post hoc
erimus tamquam si non fuerimus. quoniam fumus flatus est in naribus nostris. et
sermo scintilla ad commovendum cor nostrum. qua extincta cinis erit cor-
pus nostrum, et spiritus diffundetur tamquam mollis aer. et transiet vita nostra
tamquam vestigium nubis. et sicut nebula dissolvetur que fugata est
a radiis solis, et a calore illius aggravata. et nomen nostrum oblivionem
accipiet per tempus. et nemo memoriam habebit operum nostrorum.
Umbre enim transitus est tempus nostrum. et non est reversio finis nostri
quoniam consignata est et nemo revertitur. Venite ergo et fruamur bo-
nis que sunt, et utamur creatura tamquam in iuventute celeriter. Vino
precioso et unguentis nos impleamus. et non pretereat nos flos tem-
poris. Coronemus nos rosis antequam marcescant. nullum pratum sit
quod non pertranseat luxuria nostra. Nemo nostrum sit exsors luxurie nostre.
ubique relinquamus signa leticie. quoniam hec est pars nostra, et hec est sors.
Opprimamus pauperem iustum, et non parcamus vidue. nec veterani reve-
reamur canos, multi temporis. Sit autem fortitudo nostra lex iniusticie.
Quod enim infirmum est inutile invenitur. Circumveniamus ergo iustum.
quoniam inutilis est nobis. et contrarius est operibus nostris. et inproperat nobis
peccata legis. et diffamat in nos peccata discipline nostre. Promittit se
scientiam dei habere. et filium dei se nominat. Factus est nobis in traduc-
tionem cogitationum nostrarum. Gravis est nobis etiam ad videndum. quoniam dis-
similis est aliis vita illius. et immutate sunt vie eius. Tamquam nugaces
estimati sumus ab illo. et abstinet se a viis nostris tamquam ab inmunditiis.
et prefert novissima iustorum. et gloriatur patrem se habere deum. Videamus
ergo si sermones illius veri sint. et temptemus que ventura sunt illi, et sciemus
que erunt novissima illius. Si enim est verus dei filius suscipiet illum.
et liberabit eum de manu contrariorum. Contumelia et tormento in-
terrogemus eum, ut sciamus reverentiam illius. et probemus patientiam eius.

Morte turpissima condempnemus eum. Erit enim ei respectus ex sermo-
nibus illius. Hec cogitaverunt et erraverunt. Excecavit enim illos ma-
licia eorum, et nescierunt sacramenta dei. neque speraverunt mercedem iusticie.
nec iudicaverunt honorem animarum sanctarum. quoniam deus creavit hominem
inexterminabilem. et ad ymaginem sue similitudinis, creavit illum. Invi-
dia autem diaboli mors introivit in orbem terrarum. Imitantur autem illum qui
sunt ex parte illius.
Iustorum autem anime in manu dei sunt. et non tanget illos tormentum mortis.
Visi sunt oculis insipientium mori, et estimata est afflictio exitus illorum.
et a nobis quod abierunt iter exterminium. et quod a nobis est iter exter-
minii. illi autem sunt in pace. Et si coram hominibus tormenta passi sunt
spes illorum immortalitate plena est. In paucis vexati in multis bene
disponentur. quoniam deus temptavit illos. et invenit illos dignos se. Tamquam
aurum in fornace probavit eos. et quasi holocausta hostie accepit illos.
et in tempore erit respectus illorum. Fulgebunt iusti, et tamquam scintille
in harundineto discurrent. Iudicabunt nationes et dominabuntur
populis. et regnabit dominus illorum in perpetuum. Qui confidunt in domino
intelligent veritatem. et fideles in dilectione acquiescent illi. quoniam donum
et pax est electis dei.
Impii autem secundum que cogitaverunt correptionem habebunt. qui neglexerunt
iustum. et a domino recesserunt. Sapientiam enim et disciplinam qui abicit
infelix est. et vacua est spes illorum. et labores sine fructu, et inhabita-
bilia opera illorum sunt. Mulieres eorum insensate sunt. et nequissimi filii eorum.
Maledicta creatura illorum. quoniam felix sterilis et incoinquinata que nescivit
thorum in delicto, habebit fructum in respectione animarum sanctarum. et
spado qui non operatus est per manus suas iniquitatem, nec cogitavit adversus
deum nequissima. Dabitur enim illi fidei donum electum. et sors in templo
dei acceptissima. Bonorum enim laborum gloriosus est fructus, et que non concidat radix sapientie.
Filii autem adulterorum in consummatione erunt. et ab iniquo thoro semen ex-
terminabitur. Et si quidem longe vite erunt in nichilum computabuntur, et sine
honore erit novissima senectus eorum. Et si celerius defuncti fuerint non
habebunt spem. nec in die agnitionis allocutionem. Nationes enim
inique dire sunt consummationis. O quam pulchra est casta generatio
cum caritate. Immortalis est enim memoria illius. quoniam et apud deum
nota est et apud homines. Cum presens est imitantur illam. et desiderant
eam cum se eduxerit. et in perpetuum coronata triumphat, incoinquinatorum
certaminum premium vincens. Multigena autem impiorum multitudo non erit
utilis. et spuria vitulamina non dabunt radices altas. nec stabile firma-
mentum collocabunt. Et si in ramis in tempore germinaverint, infirmiter
posita a vento commovebuntur, et a nimietate ventorum eradicabuntur. Con-
fringentur enim rami inconsummati. et fructus eorum inutiles et acerbi ad
manducandum. et ad nichilum apti. Ex iniquis enim omnes filii qui nascuntur
testes sunt nequicie adversus parentes in interrogatione sua.
Iustus autem si morte preoccupatus fuerit, in refrigerio erit. Senectus enim venera-
bilis est non diuturna, neque numero annorum computata. Cani sunt autem
sensus hominis. et etas senectutis vita inmaculata. Placens deo factus dilectus.
et vivens inter peccatores translatus est. Raptus est ne malicia mutaret intel-
lectum illius, aut ne fictio deciperet animam illius. Fascinatio enim nugaci-
tatis obscurat bona. et inconstantia concupiscentie transvertit sensum
sine malicia. Consummatus in brevi, explevit tempora multa. Placi-
ta erat deo anima eius. Propter hoc properavit educere illum de medio iniquitatum.
Populi autem videntes et non intelligentes nec ponentes in precordiis talia.
quoniam gratia dei et misericordia in sanctos eius. et respectus in electos illius.
Condempnat autem iustus mortuus vivos impios. et iuventus celerius consum-
mata, longam vitam iniusti. Videbunt enim finem sapientis. et non intel-
ligent quid cogitaverit de illo deus. et quare munierit illum dominus.
Videbunt enim et contempnent illum. illos autem dominus irridebit. et erunt
post hec decidentes sine honore. et in contumelia inter mortuos in perpe-
tuum. quoniam disrumpet illos inflatos sine voce. et commovebit illos a
fundamentis. et usque ad supremum desolabuntur. Et erunt gemen-
tes. et memoria illorum peribit. Venient in cogitatione peccatorum suorum
timidi. et traducent illos ex adverso iniquitates ipsorum.
Tunc stabunt iusti in magna constantia adversus eos qui se angustia-
verunt. et qui abstulerunt labores illorum. Videntes turbabuntur timo-
re horribili. et mirabuntur in subitatione insperate salutis, gemen-
tes pre angustia spiritus. dicentes intra se penitentiam agentes. et pre angu-
stia spiritus gementes. Hi sunt quos habuimus aliquando in derisum. et in
similitudinem improperii. Nos insensati vitam illorum estimabamus insa-
niam. et finem illorum sine honore. Ecce quomodo computati sunt inter fi-
lios dei, et inter sanctos sors illorum est. Ergo erravimus a via veritatis.
et iusticie lumen non luxit nobis. et sol intelligentie non est ortus nobis.
Lassati sumus in via iniquitatis et perditionis. et ambulavimus vias dif-
ficiles. viam autem domini ignoravimus. Quid nobis profuit superbia. aut
quid divitiarum iactantia contulit nobis. Transierunt omnia illa
tamquam umbra. et tamquam nuntius percurrens. et tamquam navis que per-
transit fluctuantem aquam. cuius cum preterierit non est vestigium inveni-
re. neque semitam carine illius in fluctibus. aut tamquam avis que transvolat in
aere. nullum invenitur argumentum itineris illius. sed tantum sonitus
alarum verberans levem ventum. et scindens per vim itineris aerem,
commotis alis transvolavit. et post hec nullum signum invenitur
itineris illius. aut tamquam sagitta emissa in locum destinatum divisus
aer continuo in se reclusus est, ut ignoretur transitus illius. Sic et nos
nati continuo desivimus esse. et virtutis quidem nullum signum valuimus
ostendere, in malignitate autem nostra consumpti sumus. Talia dixerunt
in inferno hi qui peccaverunt. quoniam spes impii quasi lanugo est que a vento
tollitur. et tamquam spuma gracilis. que a procella dispergitur, et tamquam
fumus qui a vento diffusus est, et tamquam memoria hospitis unius diei pretereuntis.
Iusti autem in perpetuum vivent. et apud dominum est merces eorum. et cogita-
tio eorum apud altissimum. Ideo accipient regnum decoris, et diade-
ma speciei de manu domini. quoniam dextera sua teget eos, et brachio sancto
suo defendet illos. Et accipiet armaturam zelus illius, et armabit
creaturam ad ultionem inimicorum. Induet pro thorace iusticiam, et accipiet
pro galea iudicium certum. Sumet scutum inexpugnabile equitatem.
acuet autem duram iram in lanceam. et pugnabit cum illo orbis terrarum
contra insensatos. Ibunt directe emissiones fulgurum. et tamquam
a bene curvato arcu nubium exterminabuntur. et ad certum locum in-
silient. et a petrosa ira plene mittentur grandines. excandescet
contra illos aqua maris. et flumina concurrent duriter. Contra
illos stabit spiritus virtutis. et tamquam turbo venti dividet illos. et
ad heremum perducet omnem terram iniquitas eorum. et malignitas evertet
sedes potentium. Melior est sapientia quam vires, et vir prudens magis quam fortis.
Audite ergo reges et intelligite. discite iudices finium terre. Prebete aures
vos qui continetis multitudines. et placetis vobis in turbis nationum. quoniam
data est a domino potestas vobis. et virtus ab altissimo. qui interrogabit opera vestra
et cogitationes scrutabitur. Quoniam cum essetis ministri regni illius, non
recte iudicastis. neque custodistis legem iusticie. neque secundum voluntatem dei am-

...bulastis. Horrende et cito apparebit vobis, quoniam iudicium durissimum his qui presunt fiet. Exiguo enim conceditur misericordia; potentes autem potenter tormenta patientur. Non enim subtrahet personam cuiusquam Dominus, nec verebitur magnitudinem cuiusquam, quoniam pusillum et magnum ipse fecit, et equaliter cura est illi de omnibus. Fortioribus autem fortior instat cruciatio. Ad vos ergo reges sunt hi sermones mei, ut discatis sapientiam et non excidatis. Qui enim custodierint iusticiam iuste iustificabuntur, et qui didicerint ista invenient quid respondeant.

Concupiscite ergo sermones meos, diligite illos et habebitis disciplinam. Clara est et que numquam marcescit sapientia, et facile videtur ab his qui diligunt eam, et invenitur ab his qui querunt illam. Preoccupat qui se concupiscunt, ut illis se prior ostendat. Qui de luce vigilaverit ad illam non laborabit; assidentem enim illam foribus suis inveniet. Cogitare ergo de illa sensus est consummatus, et qui vigilaverit propter illam cito erit securus. Quoniam dignos se ipsa circuit querens, et in viis suis ostendit se illis hylariter, et in omni providentia occurrit illis. Initium enim illius verissima est discipline concupiscentia. Cura ergo discipline dilectio est, et dilectio custodia legum illius est. Custoditio autem legum consummatio incorruptionis est.

Incorruptio autem facit esse proximum Deo. Concupiscentia itaque sapientie deducit ad regnum perpetuum. Si ergo delectamini sedibus et sceptris, o reges populi, diligite sapientiam ut in perpetuum regnetis. Diligite lumen sapientie, omnes qui preestis populis. Quid est autem sapientia et quemadmodum facta sit referam, et non abscondam a vobis sacramenta Dei, sed ab initio nativitatis investigabo, et ponam in lucem scientiam illius, et non preteribo veritatem, neque cum invidia tabescente iter habebo, quoniam talis homo non erit particeps sapientie. Multitudo autem sapientium sanitas est orbis terrarum, et rex sapiens populi stabilimentum est. Ergo accipite disciplinam per sermones meos, et proderit vobis.

Sum quidem et ego mortalis homo similis omnibus, et ex genere terreno illius qui prior factus est; et in ventre matris figuratus sum caro. Decem mensium tempore coagulatus sum in sanguine, ex semine hominis et delectamento somni conveniente. Et ego natus accepi communem aerem, et in similiter factam decidi terram, et primam vocem similem omnibus emisi plorans. In involumentis nutritus sum et curis magnis. Nemo enim ex regibus aliud habuit nativitatis initium. Unus ergo est introitus omnibus ad vitam, et similis exitus.

Propter hoc optavi, et datus est michi sensus, et invocavi, et venit in me spiritus sapientie; et preposui illam regnis et sedibus, et divitias nichil esse duxi in comparatione illius. Nec comparavi illi lapidem preciosum, quoniam omne aurum in comparatione illius arena est exigua, et tamquam lutum estimabitur argentum in conspectu illius. Super salutem et speciem dilexi illam, et proposui pro luce habere illam, quoniam inextinguibile est lumen illius. Venerunt autem michi omnia bona pariter cum illa, et innumerabilis honestas per manus illius. Et letatus sum in omnibus, quoniam antecedebat me ista sapientia, et ignorabam quoniam omnium horum mater est. Quam sine fictione didici, et sine invidia communico, et honestatem illius non abscondo. Infinitus enim thesaurus est hominibus, quo qui usi sunt participes facti sunt amicitie Dei, propter discipline dona commendati. Michi autem dedit Deus dicere ex sententia et presumere digna horum que michi dantur, quoniam ipse sapientie dux est, et sapientium emendator. In manu enim illius et nos et sermones nostri, et omnis sapientia, et operum scientia et disciplina. Ipse enim dedit michi horum que sunt scientiam veram, ut sciam dispositionem orbis terrarum et virtutes elementorum, initium et consummationem et medietatem temporum, vicissitudinum permutationes, et consummationes omnium horarum, mutationes et divisiones temporum, anni cursus et stellarum dispositiones, naturas animalium et iras bestiarum, vim ventorum et cogitationes hominum, differentias virgultorum et virtutes radicum, et quecumque sunt absconsa et inprovisa didici. Omnium enim artifex docuit me sapientia. Est enim in illa spiritus intelligentie, sanctus, unicus, multiplex, subtilis, mobilis, disertus, incoinquinatus, certus, suavis, amans bonum, acutus, qui nichil vetat benefacere, humanus, benignus, stabilis, certus, securus, omnem habens virtutem, omnia prospiciens, et qui capiat omnes spiritus, intelligibilis, mundus, subtilis. Omnibus enim mobilibus mobilior est sapientia.

Attingit autem ubique propter suam munditiam. Vapor est enim virtutis Dei, et emanatio quedam est claritatis omnipotentis Dei sincera, et ideo nichil inquinatum in illam incurrit. Candor enim est lucis eterne, et speculum sine macula Dei maiestatis, et ymago bonitatis illius. Et cum sit una, omnia potest, et in se permanens omnia innovat, et per nationes in animas sanctas se transfert, amicos Dei et prophetas constituit. Neminem enim diligit Deus, nisi eum qui cum sapientia inhabitat. Est enim hec speciosior sole, et super omnem stellarum dispositionem luci comparata invenitur prior. Illi enim succedit nox;

sapientiam autem non vincit malicia. Attingit ergo a fine usque ad finem fortiter, et disponit omnia suaviter. Hanc amavi et exquisivi eam a iuventute mea, et quesivi sponsam michi eam assumere, et amator factus sum forme illius. Generositatem illius glorificat, contubernium habens Dei. Sed et omnium dominus dilexit illam. Doctrix enim est discipline Dei, et electrix operum illius. Et si divitie appetuntur in vita, quid sapientia locupletius, que omnia operatur? Si autem sensus operatur, quis horum que sunt magis quam illa est artifex? Et si iusticiam quis diligit, labores huius magnas habent virtutes. Sobrietatem enim et sapientiam docet, et iusticiam et virtutem, quibus utilius nichil est in vita hominibus. Et si multitudinem scientie desiderat quis, scit preterita et de futuris estimat. Scit versutias sermonum et dissolutiones argumentorum; signa et monstra scit antequam fiant, et eventus temporum et seculorum. Proposui ergo hanc adducere michi ad convivendum, sciens quoniam communicabit mecum de bonis, et erit allocutio cogitationis et tedii mei. Habebo propter hanc claritatem ad turbas, et honorem apud seniores iuvenis; et acutus inveniar in iudicio, et in conspectu potentium admirabilis ero, et facies principum mirabuntur me. Tacentem me sustinebunt, et loquentem me respicient, et sermocinante me plura, manus ori suo inponent. Preterea habebo per hanc immortalitatem, et memoriam eternam his qui post me futuri sunt relinquam. Disponam populos, et nationes michi erunt subdite. Timebunt me audientes reges horrendi; in multitudine videbor bonus, et in bello fortis. Intrans in domum meam conquiescam cum illa; non enim habet amaritudinem conversatio illius, nec tedium convictus illius, sed leticiam et gaudium. Hec cogitans apud me, et commemorans in corde meo, quoniam immortalis est in cogitatione sapientie, et in amicicia illius delectatio bona, et in operibus manuum illius honestas sine defectione, et in certamine loquele illius sapientia, et preclaritas in communicatione sermonum ipsius, circuibam querens ut michi illam assumerem. Puer autem eram ingeniosus, et sortitus sum animam bonam.

Et cum essem magis bonus, veni ad corpus incoinquinatum. Et ut scivi quoniam aliter non possum esse continens, nisi Deus det, et hoc ipsum erat sapientie scire cuius esset hoc donum, adii Dominum et deprecatus sum illum, et dixi ex totis precordiis meis:

Deus patrum meorum et Domine misericordie, qui fecisti omnia verbo tuo, et sapientia tua constituisti hominem, ut dominaretur creature que a te facta est, ut disponat orbem terrarum in equitate et iusticia, et in directione cordis iudicium iudicet, da michi sedium tuarum assistricem sapientiam, et noli me reprobare a pueris tuis; quoniam ego servus tuus sum, et filius ancille tue, homo infirmus et exigui temporis, et minor ad intellectum iudicii et legum. Et si quis erit consummatus inter filios hominum, si aufugerit ab illo sapientia tua, in nichilum computabitur. Tu autem me elegisti regem populo tuo, et iudicem filiorum tuorum et filiarum tuarum; et dixisti edificare templum in monte sancto tuo, et in civitate habitationis tue altare, similitudinem tabernaculi sancti tui, quod preparasti ab initio; et tecum sapientia que novit opera tua, que et affuit tunc cum orbem terrarum faceres, et sciebat quid placitum esset oculis tuis, et quid directum in preceptis tuis. Mitte illam de celis sanctis tuis, et de sede magnitudinis tue, ut mecum sit et mecum laboret, ut sciam quid acceptum sit apud te. Scit enim illa omnia et intelligit, et deducet me in operibus meis sobrie, et custodiet me in sua potentia. Et erunt accepta opera mea, et disponam populum tuum iuste, et ero dignus sedium patris mei. Quis enim hominum poterit scire consilium Dei? aut quis poterit cogitare quid velit Dominus? Cogitationes enim mortalium timide, et incerte providentie nostre. Corpus enim quod corrumpitur aggravat animam, et deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem. Et difficile estimamus que in terra sunt, et que in prospectu sunt invenimus cum labore. Que in celis sunt autem quis investigabit? Sensum autem tuum quis sciet, nisi tu dederis sapientiam, et miseris spiritum sanctum tuum de altissimis? Et sic correcte sunt semite eorum qui in terris sunt, et que tibi placent didicerunt homines.

Nam per sapientiam sanati sunt quicumque placuerunt tibi, Domine, a principio. Hec illum qui primus formatus est a Deo pater orbis terrarum, cum solus esset creatus, custodivit, et eduxit illum a delicto suo, et dedit illi virtutem continendi omnia. Ab hac ut recessit iniustus in ira sua, per iram homicidii fraterni deperiit. Propter quod cum aqua deleret terram, sanavit sapientia, per contemptibile lignum iustum gubernans. Hec et in consensu nequitie cum se nationes contulissent, scivit iustum et conservavit sine querela Deo, et in filii misericordia fortem custodivit. Hec iustum a pereuntibus impiis fugientem liberavit, descendente igne in Pentapoli, quibus in testimonium nequitie fumigabunda constat terra, et incerto tempore fructus habentes arbores, et incredibilis anime memoria stans figmentum salis. Sapientiam enim pretereuntes non tantum in hoc lapsi sunt ut ignorarent bona, sed et insipientie sue reliquerunt hominibus memoriam, ut in his que peccaverunt nec latere potuissent. Sapientia autem hos qui se observant a doloribus liberavit. Hec autem profugum ire fratris iustum deduxit per vias rectas, et ostendit illi regnum Dei, et dedit illi scientiam sanctorum; honestavit illum in laboribus, et complevit labores illius. In fraude circumvenientium illum affuit illi, et honestum fecit illum. Custodivit eum ab inimicis, et a seductoribus tutavit eum, et certamen forte dedit illi ut vinceret, et sciret quoniam omnium potentior est sapientia. Hec venditum iustum non dereliquit, sed a peccatoribus liberavit eum; descenditque cum illo in foveam, et in vinculis non dereliquit eum, donec afferret illi sceptrum regni, et potentiam adversus eos qui eum deprimebant; et mendaces ostendit qui maculaverunt eum, et dedit illi claritatem eternam.

Hec populum iustum et semen sine querela liberavit a nationibus que illum comprimebant. Intravit in animam servi Domini, et stetit contra reges horrendos in portentis et signis. Et reddidit iustis mercedem laborum suorum, et deduxit illos in via mirabili, et fuit illis in velamento diei, et in luce stellarum per noctem. Et transtulit illos per mare rubrum, et transvexit eos per aquam nimiam. Inimicos autem illorum demersit in mare, et ab altitudine inferorum eduxit eos. Ideo iusti tulerunt spolia impiorum, et decantaverunt, Domine, nomen sanctum tuum, et victricem manum tuam laudaverunt pariter. Quia sapientia aperuit os mutorum, et linguas infantium fecit disertas.

Direxit opera illorum in manibus prophete sancti. Iter fecerunt per deserta que non habitabantur, et in locis desertis fixerunt casas. Steterunt contra hostes, et de inimicis se vindicaverunt. Sitierunt et invocaverunt te, Domine, et data est illis de petra altissima aqua, et requies sitis de lapide duro. Per que enim pene passi sunt inimici eorum, a defectione potus sui, et cum abundarent filii Israel letati sunt, per hec cum illis deessent bene cum illis actum est. Nam pro fonte quidem sempiterni fluminis humanum sanguinem dedisti iniustis. Qui cum minuerentur in traductione infantum occisorum, dedisti illis abundantem aquam insperate, ostendens per sitim que tunc fuit quemadmodum tuos exaltares, et adversarios illorum necares. Cum enim temptati sunt, et quidem cum misericordia disciplinam accipientes, scierunt quemadmodum cum ira iudicati impii tormenta paterentur. Hos quidem tamquam pater monens probasti, illos autem tamquam durus rex interrogans condempnasti. Absentes enim et presentes similiter torquebantur. Duplex enim illos acceperat tedium, et gemitus cum memoria preteritorum. Cum enim audirent per sua tormenta bene secum agi, commemorati sunt Dominum, admirantes in finem exitus. Quem enim in expositione prava proiectum deriserunt, in finem eventus mirati sunt, non similiter iustis sitientes. Pro cogitationibus autem insensatis iniquitatis illorum.

Quod quidam errantes colebant mutos serpentes et bestias supervacuas, inmisisti illis multitudinem mutorum animalium in vindictam, ut scirent quia per que peccat quis, per hec et torquetur. Non enim impossibilis erat omnipotens manus tua, que creavit orbem terrarum ex materia invisa, inmittere illis multitudinem ursorum, aut audaces leones, aut novi generis ira plenas et ignotas bestias, aut vaporem igneum spirantes, aut odorem fumi proferentes, aut horrendas ab oculis scintillas emittentes; quarum non solum lesura poterat illos exterminare, sed et aspectus per timorem occidere. Sed et sine his uno spiritu occidi poterant, persecutionem passi ab ipsis factis suis, et dispersi per spiritum virtutis tue. Sed omnia in mensura et numero et pondere disposuisti. Multum enim valere tibi soli superat semper, et virtuti brachii tui quis resistet?

Quoniam tamquam momentum statere, sic est ante te orbis terrarum, et tamquam gutta roris antelucani, que descendit in terram. Sed misereris omnium, quia omnia potes, et dissimulas peccata hominum propter penitentiam. Diligis enim omnia que sunt, et nichil odisti eorum que fecisti. Nec enim odiens aliquid constituisti aut fecisti. Quomodo autem posset aliquid permanere, nisi tu voluisses? aut quod a te vocatum non esset, conservaretur? Parcis autem omnibus, quoniam tua sunt, Domine, qui animas amas.

Quam bonus et suavis est, Domine, spiritus tuus in nobis! Ideoque hos qui exerrant partibus corripis, et de quibus peccant ammones et alloqueris.

ut relicta malitia credant in te domine. Illos enim antiquos inhabitatores terrae sanctae tuae, quos exhorruisti, quoniam odibilia tibi opera faciebant per medicamina et sacrificia iniusta, filiorum suorum necatores sine misericordia, et comestores viscerum hominum, et devoratores sanguinis a medio sacramento tuo, et auctores parentes animarum inauxiliatarum voluisti perdere per manus parentum nostrorum, ut dignam perciperent peregrinationem puerorum dei, quae tibi omnium carior est terra. Sed et his tamquam hominibus pepercisti, et misisti antecessores exercitus tui vespas, ut illos paulatim exterminarent. Non quia impotens eras in bello subicere impios iustis, aut bestiis saevis, aut verbo duro simul exterminare, sed partibus iudicans dabas locum paenitentiae, non ignorans quoniam nequa est natio eorum, et naturalis malitia ipsorum. Et quia non poterat mutari cogitatio illorum in perpetuum. Semen enim erat maledictum ab initio, nec timens aliquem veniam dabas peccatis eorum. Quis enim dicet tibi quid fecisti? Aut quis stabit contra iudicium tuum? Aut quis in conspectu tuo veniet vindex iniquorum hominum? Aut quis tibi imputabit si nationes perierint quas tu fecisti? Non enim est alius deus quam tu, cui cura est de omnibus, ut ostendas quoniam non iniuste iudicas iudicium. Neque rex neque tyrannus in conspectu tuo inquirent de his quos perdidisti. Cum sis ergo iustus, iuste omnia disponis. Ipsum quoque qui non debet puniri condemnas, et exterum aestimas a tua virtute. Virtus enim tua iustitiae initium est, et ob hoc quod omnium dominus es, omnibus te parcere facis. Virtutem enim ostendis tu, qui non crederis esse in virtute consummatus, et hos qui te nesciunt audacia traducis. Tu autem dominator virtutis cum tranquillitate iudicas, et cum magna reverentia disponis nos. Subest enim tibi cum volueris posse. Docuisti autem populum tuum per talia opera, quoniam oportet iustum esse et humanum. Et bonae spei fecisti filios tuos.

Quoniam iudicans das locum in peccatis paenitentiae. Si enim inimicos servorum tuorum et debitos morti cum tanta cruciasti attentione, et liberasti dans tempus et locum per quae possint mutari a malitia. Cum quanta diligentia iudicasti filios tuos, quorum parentibus iuramenta et conventiones dedisti bonarum promissionum? Cum ergo nobis disciplinam das, inimicos nostros multipliciter flagellas.

Ut bonitatem tuam cogitemus iudicantes, et cum de nobis iudicatur, speremus misericordiam tuam. Unde et illis qui in vita sua insensate et iniuste vixerunt, per haec quae coluerunt, dedisti summa tormenta. Etenim in erroris via diutius erraverunt, deos aestimantes haec quae in animalibus sunt supervacua, infantium insensatorum more viventes. Propter hoc tamquam pueris insensatis iudicium in derisum dedisti. Qui autem ludibriis et increpationibus non correpti sunt, dignum dei iudicium experti sunt. In his enim quae patiebantur moleste ferebant, in quibus patientes indignabantur. Per haec quos putabant deos, in ipsis cum exterminarentur, videntes illum quem olim negabant se nosse, deum verum agnoverunt. Propter quod et finis condemnationis eorum venit super illos.

Vani sunt autem omnes homines in quibus non subest scientia dei, et de his quae videntur bona non potuerunt intellegere eum qui est, neque operibus attendentes agnoverunt quis esset artifex. Sed aut ignem, aut spiritum, aut citatum aerem, aut gyrum stellarum, aut nimiam aquam, aut solem, aut lunam, rectores orbis terrarum deos putaverunt. Quorum si specie delectati deos putaverunt, sciant quanto his dominator eorum speciosior est. Speciei enim generator haec omnia constituit. Aut si virtutem et opera eorum mirati sunt, intellegant ab illis quoniam qui haec constituit fortior est illis. A magnitudine enim speciei et creaturae cognoscibiliter poterit horum creator videri. Sed tamen adhuc in his minor est querela. Et hi enim fortassis errant, deum quaerentes et volentes invenire. Etenim cum in operibus illius conversentur inquirunt, et persuasum habent quoniam bona sunt quae videntur. Iterum autem nec his debet ignosci. Si enim tantum potuerunt scire ut possent aestimare saeculum, quomodo huius dominum non facilius invenerunt?

Infelices autem sunt, et inter mortuos spes illorum est, qui appellaverunt deos opera manuum hominum, aurum et argentum artis inventionem, et similitudines animalium, aut lapidem inutilem opus manus antiquae. Aut si quis artifex faber de silva lignum rectum secaverit, et huius docte eradat omnem corticem, et arte sua usus diligenter fabricet vas utile in conversationem vitae, reliquiis autem eius operis ad praeparationem escae abutatur, et reliquum horum quod ad nullum usum facit, lignum curvum et verticibus plenum, sculpat diligenter per vacuitatem suam, et per scientiam artis suae figuret illud, et adsimilet illud imagini hominis, aut alicui ex animalibus illud comparet, perliniens rubrica et rubicundum faciens fuco colorem illius, et omnem maculam quae in illo est perliniens, et faciat ei dignam habitationem in pariete ponens illud, et confirmans ferro ne forte cadat, prospiciens illi, sciens quoniam non potest se adiuvare; imago enim est, et opus est illi adiutorium. Et de substantia sua et de filiis suis et de nuptiis votum faciens inquirit. Non erubescit loqui cum illo qui sine anima est.

Et pro sanitate quidem infirmum deprecatur, et pro vita mortuum rogat, et in adiutorium inutilem invocat, et de itinere petit ab eo qui ambulare non potest, et de adquirendo et de operando et de omnium rerum eventu petit ab eo qui in omnibus est inutilis. Iterum alius navigare cogitans, et per feroces fluctus iter facere incipiens, ligno portante se fragilius lignum invocat. Illud enim cupiditas acquirendi excogitavit, et artifex sapientia fabricavit sua. Tua autem pater gubernat providentia, quoniam dedisti et in mari viam, et inter fluctus semitam firmissimam, ostendens quoniam potens es ex omnibus salvare, etiam si sine rate aliquis adeat mare. Sed ut non essent vacua sapientiae tuae opera, propter hoc etiam et exiguo ligno credunt homines animas suas, et transeuntes mare per ratem liberati sunt. Ab initio enim cum perirent superbi gigantes, remissum sibi semen nativitatis, quae manu tua erat gubernata. Benedictum est enim lignum per quod fit iustitia. Per manus autem quod fit idolum maledictum est et ipsum, et qui fecit illud. Quia ille quidem operatus est; illud autem cum esset fragile, deus cognominatus est. Similiter autem odio sunt deo impius et impietas eius. Etenim quod factum est cum illo qui fecit tormenta patietur. Propter hoc et in idolis nationum non erit respectus, quoniam creaturae dei in odium factae sunt, et in temptationes animis hominum, et in muscipulam pedibus insipientium. Initium enim fornicationis est exquisitio idolorum, et adinventio illorum corruptio vitae est. Neque enim erant ab initio, neque erunt in perpetuum. Supervacuitas enim hominum haec advenit in orbem terrarum, et ideo brevis illorum finis inventus est. Acerbo enim luctu dolens pater, cito sibi rapti filii fecit imaginem, et illum qui tunc quasi homo mortuus fuerat, nunc quasi deum colere coepit, et constituit inter servos suos sacra et sacrificia. Deinde interveniente tempore convalescente iniqua consuetudine, hic error tamquam lex custoditus est, et tyrannorum imperio colebantur figmenta. Hos quos in palam honorare non poterant homines propter quod longe essent, e longinquo figura illorum allata, evidentem imaginem regis quem honorare volebant fecerunt, ut illum qui aberat tamquam praesentem colerent sua sollicitudine. Provexit autem ad horum culturam et hos qui ignorabant artificis eximia

diligentia. Ille enim volens placere illi qui se assumpsit, elaboravit arte sua ut similitudinem in melius figuraret. Multitudo autem hominum abducta per speciem operis, eum qui ante tempus tamquam homo honoratus fuerat, nunc deum existimaverunt. Et haec fuit vitae humanae deceptio, quoniam aut affectui aut regibus deservientes homines incommunicabile nomen lapidibus et lignis imposuerunt. Et non sufficerat errasse eos circa dei scientiam, sed et in magno viventes inscientiae bello tot et tam magna mala pacem appellant. Aut enim filios suos sacrificantes, aut obscura sacrificia facientes, aut insaniae plenas vigilias agentes, neque vitam neque nuptias iam mundas custodiunt, sed alius alium per invidiam occidit, aut adulterans contristat. Et omnia commixta sunt, sanguis, homicidium, furtum et fictio, corruptio, infidelitas, turbatio et periurium, tumultus, bonorum domini immemoratio, animarum inquinatio, nativitatis immutatio, nuptiarum inconstantia, inordinatio moechiae et impudicitiae. Infandorum enim idolorum cultura omnis mali causa est, et initium et finis. Aut enim dum laetantur insaniunt, aut certe vaticinantur falsa, aut vivunt iniuste, aut peierant cito. Dum enim confidunt in idolis quae sine anima sunt, male iurantes noceri se non sperant. Utraque ergo illis evenient digne, quoniam male senserunt de deo, attendentes idolis, et iuraverunt iniuste in dolo, contemnentes iustitiam. Non enim iuratorum est virtus, sed peccantium poena. Perambulat semper iniustorum praevaricationem.

Tu autem domine deus noster suavis et verus es, patiens et in misericordia disponens omnia. Etenim si peccaverimus tui sumus, scientes magnitudinem tuam. Et si non peccaverimus, scimus quoniam apud te sumus computati. Nosse enim te consummata iustitia est, et scire iustitiam et virtutem tuam radix est immortalitatis.

Non enim in errorem induxit nos hominum malae artis excogitatio, nec umbra picturae labor sine fructu, effigies sculpta per varios colores, cuius aspectus insensato dat concupiscentiam, et diligit mortuae imaginis effigiem sine anima. Malorum amatores digni sunt qui spem habeant in talibus, et qui faciunt illos, et qui diligunt, et qui colunt. Sed et figulus mollem terram premens laboriose fingit ad usus nostros unumquodque vas, et de eodem luto fingit quae munda sunt in usum vasa, similiter et quae his sunt contraria. Horum autem vasorum quis sit usus, iudex est figulus. Et cum labore vano deum fingit de eodem luto, ille qui paulo ante de terra factus fuerat, et post pusillum reducit se unde acceptus est, repetitus debitum animae quam habebat. Sed illi est cura non quia laboraturus est, nec quoniam brevis vita illi est, sed concertatur aurificibus et argentariis, sed et aerarios imitatur, et gloriam praefert quoniam res supervacuas fingit. Cinis est enim cor eius, et terra supervacua spes illius, et luto vilior vita illius, quoniam ignoravit qui se finxit, et qui inspiravit illi animam quae operatur, et qui insufflavit spiritum vitalem. Sed et aestimaverunt lusum esse vitam nostram, et conversationem vitae compositam ad lucrum, et oportere undecumque etiam ex malo acquirere. Hic enim scit se super omnes delinquere, qui ex terrae materia vasa et sculptilia fingit. Omnes enim insipientes et infelices supra modum animae superbi sunt, inimici populi tui et imperantes illi,

quoniam omnia idola nationum existimaverunt deos, quibus neque oculorum usus est ad videndum, nec nares ad percipiendum spiritum, neque aures ad audiendum, neque digiti manuum ad tractandum, sed et pedes eorum pigri ad ambulandum. Homo enim fecit illos, et qui spiritum mutuatus est is finxit illos. Nemo enim sibi similem homo poterit deum fingere. Cum sit enim mortalis, mortuum fingit manibus iniquis. Melior est enim ipse his quos colit, quia ipse quidem vixit cum esset mortalis, illi autem numquam. Sed et animalia miserrima colunt. Insensata enim comparata his sunt aliis deteriora. Sed nec aspectu aliquis ex his animalibus bona potest conspicere. Effugerunt autem dei laudem et benedictionem eius.

Propter haec et per his similia passi sunt digne tormenta, et per multitudinem bestiarum exterminati sunt, pro quibus tormentis bene disposuisti populum tuum, quibus dedisti concupiscentiam delectamenti sui, novum saporem escam parans eis ortygometram, ut illi quidem concupiscentes escam propter ea quae illis ostensa et missa sunt, etiam a necessaria concupiscentia averterentur. Hi autem in brevi inopes facti, novam gustaverunt escam. Oportebat enim illis quidem sine excusatione supervenire interitum exercentibus tyrannidem, his autem tantum ostendere quemadmodum inimici illorum exterminabantur. Etenim cum supervenit illis saeva bestiarum ira, morsibus perversorum colubrorum exterminabantur. Sed non in perpetuum ira tua permansit, sed ad correptionem in brevi turbati sunt, signum habentes salutis ad commemorationem mandati legis tuae. Qui enim conversus est non per hoc quod videbat sanabatur, sed per te omnium salvatorem. In hoc autem ostendisti inimicis nostris, quia tu es qui liberas ab omni malo. Illos enim locustarum et muscarum occiderunt morsus, et non est inventa sanitas animae illorum, quia digni erant ab huiusmodi exterminari. Filios autem tuos nec draconum venenatorum vicerunt dentes.

Misericordia enim tua adveniens sanabat illos. In memoria enim sermonum tuorum examinabantur et velociter salvabantur, ne in altam incidentes oblivionem non possent tuo uti adiutorio. Etenim neque herba neque malagma sanavit illos, sed tuus domine sermo qui sanat omnia.

Tu enim domine vitae et mortis habes potestatem, et deducis usque ad portas mortis et reducis. Homo autem occidit quidem per malitiam animam suam, et cum exierit spiritus non revertetur, nec revocabit animam quae recepta est. Sed tuam manum effugere impossibile est.

Negantes enim nosse te impii per fortitudinem brachii tui flagellati sunt, novis aquis et grandinibus et pluviis persecutionem passi sunt, et per ignem consumpti. Quod enim mirabile erat, in aqua quae omnia extinguit plus ignis valebat. Vindex est enim orbis iustorum. Quodam enim tempore mansuetabatur ignis, ne comburerentur quae ad impios missa erant animalia, sed ut ipsi videntes scirent quoniam dei iudicio patiuntur persecutionem. Et quodam tempore in aqua supra virtutem ignis exardebat undique, ut iniquae terrae nationem exterminaret. Pro quibus angelorum esca nutristi populum tuum.

Et paratum panem de caelo praestitisti illis sine labore, omne delectamentum in se habentem, et omnis saporis suavitatem. Substantia enim tua dulcedinem tuam quam in filios habes ostendebat, et deserviens uniuscuiusque voluntati, ad quod quisque volebat convertebatur. Nix autem et glacies sustinebant vim ignis et non tabescebant, ut scirent quoniam fructus inimicorum exterminabat ignis ardens in grandine et pluvia coruscans. Hoc autem iterum ut nutrirentur iusti, etiam suae virtutis oblitus est. Creatura enim tibi factori deserviens, excandescit in tormentum adversus iniustos, et lenior fit ad benefaciendum pro his qui in te confidunt. Propter hoc et tunc in omnia transfigurata, omnium nutrici gratiae tuae deserviebat, ad voluntatem horum qui a te desiderabant.

Ut scirent filii tui quos dilexisti domine, quoniam non nativitatis fructus pascunt homines, sed sermo tuus hos qui in te crediderint conservat. Quod enim ab igne non poterat exterminari, statim ab exiguo radio solis calefactum tabescebat, ut notum omnibus esset quoniam oportet praevenire solem ad bene

dictionem tuam. & ad orientem lucis adorare. Ingrati enim spes tamquam hybernalis glacies tabescet. & disperiet tamquam aqua supervacua.

Magna enim sunt iudicia tua domine. & inenarrabilia verba tua. Propter hoc indisciplinatae animae erraverunt. Dum enim persuasum habent iniqui posse dominari nationi sanctae; vinculis tenebrarum & longae noctis compediti. inclusi sub tectis fugitivi perpetuae providentiae iacuerunt. Qui dum putant se latere in obscuris peccatis. tenebroso oblivionis velamento dispersi sunt. paventes horrende; & cum admiratione nimia perturbati. Neque enim quae continebat illos spelunca. sine timore custodiebat. quoniam sonitus descendens perturbabat illos. & personae tristes illis apparentes. pavorem illis praestabant. Et ignis quidem nulla vi poterat illis lumen praebere; nec syderum limpidae flammae illuminare poterant illam noctem horrendam.

Apparebat autem illis subitaneus ignis. timore plenus. & timore perculsi illius quae non videbatur faciei. aestimabant deteriora esse quae videbantur. & magicae artis appositi erant derisus. & sapientiae gloriae correptio cum contumelia. Illi enim qui promittebant timores & turbationes expellere se ab anima languente. transitu animalium & serpentium sibilatione commoti tremebundi peribant. & aerem quem nulla ratione quis effugere posset; negantes se videre. Cum sit enim timida nequitia. dat testimonium condempnationis. Semper enim praesumit saeva conturbata conscientia. Nichil enim est timor. nisi proditio cogitationis auxiliorum. & dum ab intro minor est expectatio. maiorem computat scientiam eius causae de qua tormentum praestat. Illi autem qui impotentem vere noctem; & ab infimis & ab altissimis inferis supervenientem eundem somnum dormientes. aliquando monstrorum exagitabantur timore. aliquando animae deficiebant traductione. Subitaneus enim illis & insperatus timor supervenerat. Deinde si quisquam ex illis decidisset. custodiebatur in carcere sine ferro reclusus. Si enim rusticus quis erat aut pastor aut agricola. horum operarius praeoccupatus esset. ineffugabilem sustinebat necessitatem. Una enim cathena tenebrarum omnes erant colligati. sive spiritus sibilans. aut inter spissos ramos avium sonus suavis. aut vis aquae decurrentis nimium. aut sonus validus praecipitatarum petrarum. aut ludentium animalium cursus invisus. aut mugientium valida bestiarum vox. aut resonans de altissimis montibus echo. deficientes faciebant illos prae timore. Omnis enim orbis terrarum limpido illuminabatur lumine. & non impeditis operibus continebatur. Solis autem illis superposita erat gravis nox. ymago tenebrarum quae superventura illis erat. Ipsi ergo sibi erant graviores tenebris.

Sanctis autem tuis maxima erat lux. & horum quidem vocem audiebant sed figuram non videbant. Et quia non & ipsi eadem passi erant magnificabant. & qui ante laesi erant non laedebantur gratias agebant. & ut esset differentia. te domine petebant. Propter quod ignis ardentem columnam ducem habuerunt ignotae viae. & solem sine laesura boni hospitii praestitisti. Digni quidem illi carere luce & pati carcerem tenebrarum. qui inclusos custodiebant filios tuos. per quos incipiebat incorruptum legis lumen saeculo dari. Cogitarent iustorum occidere infantes & uno exposito filio & liberato in traductione illorum multitudinem filiorum abstulisti. & pariter illos perdidisti in aqua valida. Illa enim nox ante cognita est a patribus nostris. ut vere scientes quibus iuramentis crediderunt animaequiores essent. Suscepta est autem a populo tuo sanitas quidem iustorum.

Iniustorum autem exterminatio. Sicut enim laesisti adversarios. sic nos provocans magnificasti. Absconse enim sacrificabant iusti pueri bonorum. & iustitiae legem in concordiam disposuerunt. Similiter bona & mala percepturos iustos patrias decantantes laudes. Resonabat autem inconveniens inimicorum vox. & flebilis audiebatur planctus ploratorum infantium. Simili autem poena servus cum domino afflictus. & popularis homo regi est similia passus. Similiter ergo omnes uno nomine mortis mortuos habebant innumerabiles. nec enim ad sepeliendum vivi sufficiebant. quoniam uno momento quae erat praeclarior natio illorum exterminata est. De omnibus enim non credentes propter veneficia tunc cum factum sit exterminium primogenitorum. spoponderunt populum dei se esse. Cum enim quietum silentium contineret omnia. & nox in suo cursu medium iter haberet; omnipotens sermo tuus exiliens de caelo a regalibus sedibus; durus debellator in mediam exterminii terram prosilivit gladius acutus insimulatum imperium tuum portans. & stans replevit omnia morte; & usque ad caelum attingebat stans in terra. Tunc continuo visus somniorum malorum turbaverunt illos. & timores supervenerunt insperati. & alius alibi proiectus semivivus. propter quam moriebatur causam demonstrabat mortis. Visiones enim quae illos turbaverunt. haec praemonebant. ne inscii quare mala patiebantur perirent. Tetigit autem tunc & iustos temptatio mortis. & commotio in heremo facta est multitudinis. Sed non diu permansit ira tua.

Properans enim homo sine querela. deprecari pro populis. proferens servitutis suae scutum. orationem. & per incensum deprecationem allegans. restitit irae; & finem imposuit necessitati. ostendens quoniam tuus esset famulus. Vicit autem turbas non in virtute corporis. nec armatura potentiae; sed verbo illum qui se vexabat subiecit iuramenta parentum. & testamentum commemorans.

Cum enim iam acervatim cecidissent super alterutrum mortui. interstitit & amputavit impetum. & divisit illam quae ad vivos ducebat viam. 93. In veste enim poderis quam habebat totus erat orbis terrarum. & parentum magnalia in quatuor ordinibus lapidum erant sculpta. & magnificentia tua in diademate capitis illius erat scripta. His autem cessit qui exterminabat & haec extimuit. Erat enim sola temptatio irae sufficiens. Impiis autem usque in novissimum sine misericordia ira supervenit. Praesciebat enim & futura illorum quoniam ipsi cum permisissent ut se educerent. & cum magna sollicitudine praemisissent illos. consequebantur illos paenitentia acti. adhuc enim inter manus habentes luctum. & deplorantes ad monumenta mortuorum. aliam sibi assumpserunt cogitationem inscientiae; & quos rogantes proiecerant. hos tamquam fugitivos persequebantur. Ducebat enim illos ad hunc finem digna necessitas. & horum quae acciderant commemorationem amittebant ut quae deerant tormentis repleret punitio. Et populus quidem tuus mirabiliter transiret; illi autem novam mortem invenirent. Omnis enim creatura ad suum genus ab initio refigurabatur. deserviens tuis praeceptis ut pueri tui custodirentur illaesi. Nam nubes castra eorum obumbrabat. & ex aqua quae erat ante arida terra apparuit. & in mari rubro via sine impedimento. & campus germinans de profundo nimio. per quem omnis natio transivit. quae tegebatur tua manu. videntes tua mirabilia & monstra. Tamquam equi enim depaverunt. & tamquam agni exultaverunt magnificantes te domine. qui liberasti illos. Memores enim erant adhuc eorum quae in incolatu illorum facta fuerant. quemadmodum pro natione animalium eduxit terra muscas. & pro piscibus eructavit fluvius multitudinem ranarum. Novissime autem viderunt novam creaturam avium. cum adducti concupiscentia postulaverunt escas epulationis.

In allocutione enim desiderii ascendit illis de mari ortigometra. & vexationes peccatoribus supervenerunt non sine illis quae ante facta erant argumentis per vim fluminum. Iuste enim patiebantur. secundum suas nequitias. Etenim detestabiliorem inhospitalitatem instituerunt. Alii quidem ignotos non recipiebant advenas. alii autem bonos hospites in servitutem accipiebant. Et non solum hoc sed & alius quidam respectus erat illorum. quoniam inviti recipiebant extraneos. Qui autem cum laetitia receperunt hos qui eisdem usi erant iustitiis. saevissimis afflixerunt doloribus. Percussi sunt autem caecitate sicut illi in foribus iusti. cum subitaneis cooperti essent tenebris. unusquisque ostii sui transitum quaerebat. In se enim elementa convertuntur. sicut in organo qualitatis sonus immutatur. & omnia sonum suum custodiunt. Unde & aestimari ex ipso certo visu potest. Agrestia enim in aquatica convertebantur. & quaecumque erant natantia in terram transiebant. Ignis in aqua valebat supra suam virtutem; & aqua extinguentis naturae obliviscebatur. Flammae econtrario corruptibilium animalium non vexaverunt carnes coambulantium. nec dissolvebant illam quae facile dissolvebatur; sicut glacies bonam escam. In omnibus enim domine magnificasti populum tuum & honorasti. & non despexisti in omni tempore & in omni loco assistens eis.

PROLOGUS IN LIBRUM IHESU FILII SYRAKH

MULTORUM NOBIS ET MAGNORUM per legem & prophetas aliosque qui secuti sunt illos sapientia demonstrata. in quibus oportet laudare israhel. doctrinae & sapientiae causa. quia non solum ipsos loquentes necesse est peritos. sed etiam extraneos posse & dicentes & scribentes doctissimos fieri. Avus meus ihesus postquam se amplius ad diligentiam lectionis legis & prophetarum. & aliorum librorum qui nobis a parentibus nostris traditi sunt. voluit & ipse scribere aliquid horum quae ad doctrinam & sapientiam pertinent. ut desiderantes discere & illorum periti facti magis magisque attendant animo ad legitimam vitam. & confirmentur. Hortor itaque venire vos cum benivolentia & attentione & studio. lectionem facere. & veniam habere in illis in quibus videmur sequentes ymaginem sapientiae; & deficere in verborum compositione. Nam deficiunt verba hebraica. quando translata fuerint ad alteram linguam. Non solum autem haec. sed & ipsa lex & prophetae ceteraque librorum non parvam habent differentiam. quando inter se dicuntur. Nam in octavo & tricesimo anno temporibus ptholomei & euergetis regis. postquam perveni in egyptum. & cum multum temporis ibi fecissem. inveni libros ibi relictos. non parvae neque contempnendae doctrinae. Itaque bonum & necessarium putavi & ipse aliquam addere diligentiam & laborem interpretandi. Istum librum & multa vigilia attuli doctrinam in spatio temporis. ad illa quae ad finem ducunt. librum dare & illis qui volunt animum intendere & discere quemadmodum oporteat instituere mores. qui secundum legem domini proposuerunt vitam agere.

HIC LIBER HABET C.XX CAPITULA. VERSUS DUO MILIA OCTINGENTOS.

OMNIS SAPIENTIA A DOMINO DEO EST ET CUM ILLO FUIT SEMPER ET EST ANTE AEVUM.

Arenam maris. & pluviae guttas. & dies saeculi quis dinumeravit? Altitudinem caeli. & latitudinem terrae. & profundum abyssi quis mensus est? Sapientiam dei praecedentem omnia quis investigavit? Prior omnium

creata est sapientia, et intellectus prudentiae ab aevo. Fons sapientiae verbum Dei in excelsis, et ingressus illius mandata aeterna. Radix sapientiae cui revelata est, et astutias illius quis agnovit? Disciplina sapientiae cui revelata est et manifestata, et multiplicationem ingressus illius quis intellexit? Unus est creator altissimus omnipotens, rex potens et metuendus nimis, sedens super thronum illius, et dominans Deus. Ipse creavit illam Spiritu sancto, et vidit et dinumeravit et mensus est. Et effudit illam super omnia opera sua, et super omnem carnem secundum datum suum, et praebet illam diligentibus se. Timor Domini gloria et gloriatio, et laetitia, et corona exultationis. Timor Domini delectabit cor, et dabit laetitiam et gaudium in longitudine dierum. Timenti Dominum bene erit in extremis, et in die defunctionis suae benedicetur. Dilectio Dei honorabilis sapientia. Quibus autem apparuerit in visu, diligunt eam in visione, et in agnitione magnalium suorum.

Initium sapientiae timor Domini, et cum fidelibus in vulva concreatus est, et cum electis feminis graditur, et cum iustis et fidelibus agnoscitur. Timor Domini scientiae religiositas. Religiositas custodiet et iustificabit cor, iucunditatem atque gaudium dabit. Timenti Deum bene erit, et in diebus consummationis illius benedicetur. Plenitudo sapientiae timere Dominum, et plenitudo a fructibus illius. Omnem domum illius implebit a generationibus, et receptacula a thesauris illius. Corona sapientiae timor Domini, replens pacem et salutis fructum; et vidit et dinumeravit eam. Utraque autem sunt dona Dei. Scientiam et intellectum prudentiae sapientia compartietur, et gloriam tenentium se exaltat. Radix sapientiae est timere Dominum, rami enim illius longaevi. In thesauris sapientiae intellectus, et scientiae religiositas; execratio autem peccatoribus sapientia. Timor Domini expellit peccatum; nam qui sine timore est non poterit iustificari. Iracundia enim animositatis illius subversio illius est. Usque in tempus sustinebit patiens, et postea redditio iucunditatis. Bonus sensus usque in tempus abscondet verba illius, et labia multorum enarrabunt sensum illius. In thesauris sapientiae significatio disciplinae; execratio autem peccatori cultura Dei.

Fili, concupiscens sapientiam, conserva iustitiam, et Deus praebebit illam tibi. Sapientia enim et disciplina timor Domini, et quod beneplacitum est illi, fides et mansuetudo, et adimplebit thesauros illius. Ne fueris incredibilis timori Domini, et ne accesseris ad illum duplici corde. Ne fueris hypocrita in conspectu hominum, et non scandalizeris labiis tuis. Attende in illis, ne forte cadas, et adducas animae tuae inhonorationem, et revelet Deus absconsa tua, et in medio synagogae elidat te, quoniam accessisti maligne ad Dominum, et cor tuum plenum est dolo et fallacia.

Fili, accedens ad servitutem Dei, sta in iustitia et timore, et praepara animam tuam ad temptationem. Deprime cor tuum et sustine; inclina aurem tuam et excipe verba intellectus, et ne festines in tempore obductionis. Sustine sustentationes Dei; coniungere Deo et sustine, ut crescat in novissimo vita tua. Omne quod tibi applicitum fuerit accipe, et in dolore sustine, et in humilitate tua patientiam habe, quoniam in igne probatur aurum et argentum, homines vero receptabiles in camino humiliationis. Crede Deo et recuperabit te, et dirige viam tuam, et spera in illum. Serva timorem illius, et in illo veterasce.

Metuentes Dominum, sustinete misericordiam eius, et non deflectatis ab illo ne cadatis. Qui timetis Dominum, credite illi, et non evacuabitur merces vestra. Qui timetis Dominum, sperate in illum, et in oblectatione veniet vobis misericordia. Qui timetis Dominum, diligite illum, et illuminabuntur corda vestra. Respicite, filii, nationes hominum, et scitote quia nullus speravit in Domino et confusus est. Quis permansit in mandatis eius et derelictus est? Aut quis invocavit illum et despexit eum? Quoniam pius et misericors est Deus, et remittet in tempore tribulationis peccata, et protector est omnibus exquirentibus se in veritate. Vae duplici corde et labiis scelestis et manibus malefacientibus, et peccatori terram ingredienti duabus viis.

Vae dissolutis corde qui non credunt Deo, ideo non protegentur ab eo. Vae his qui perdiderunt substantiam, qui dereliquerunt vias rectas et diverterunt in vias pravas. Et quid facient cum inspicere coeperit Dominus? Qui timent Dominum non erunt incredibiles verbo illius, et qui diligunt eum conservabunt viam illius. Qui timent Dominum inquirent quae beneplacita sunt illi, et qui diligunt eum replebuntur lege ipsius. Qui timent Dominum praeparabunt corda sua, et in conspectu illius sanctificabunt animas suas. Qui timent Dominum custodiunt mandata illius, et patientiam habebunt usque ad inspectionem illius, dicentes: Si paenitentiam non egerimus, incidemus in manus Dei, et non in manus hominum. Secundum magnitudinem illius, sic et misericordia ipsius cum ipso est. Filii sapientiae ecclesia iustorum, et natio illorum obedientia et dilectio. Iudicium patris audite, filii dilecti, et sic facite ut salvi sitis. Deus enim honoravit patrem in filiis, et iudicium matris exquirens firmavit in filios. Qui diligit Deum exorabit pro peccatis, et continebit se ab illis, et in oratione dierum exaudietur. Et sicut qui thesaurizat, ita et qui honorificat matrem suam.

Qui honorat patrem iucundabitur in filiis, et in die orationis suae exaudietur. Qui honorat patrem suum vita vivet longiore, et qui obedit patri refrigerabit matrem. Qui timet Dominum honorat parentes, et quasi dominis serviet his qui se genuerunt. In opere et sermone et omni patientia honora patrem tuum, ut superveniat tibi benedictio a Deo, et benedictio illius in novissimo maneat. Benedictio patris firmat domos filiorum, maledictio autem matris eradicat fundamenta. Ne glorieris in contumelia patris tui; non est enim tibi gloria sed confusio. Gloria enim hominis ex honore patris sui, et dedecus filii pater sine honore. Fili, suscipe senectam patris tui, et ne contristes eum in vita illius. Et si defecerit sensu, veniam da, et ne spernas eum in virtute tua. Elemosina enim patris non erit in oblivione. Nam pro peccato matris restituetur tibi bonum, et in iustitia aedificabitur tibi. Et in die tribulationis commemorabitur tui, et sicut in sereno glacies solventur tua peccata. Quam malae famae est qui relinquit patrem, et est maledictus a Deo qui exasperat matrem.

Fili, in mansuetudine opera tua perfice, et super hominum gloriam diligeris. Quanto magnus es, humilia te in omnibus, et coram Deo invenies gratiam; quoniam magna potentia Dei solius, et ab humilibus honoratur. Altiora te ne quaesieris, et fortiora te ne scrutatus fueris; sed quae praecepit tibi Deus, illa cogita semper, et in pluribus operibus eius ne fueris curiosus. Non est enim tibi necessarium ea quae abscondita sunt videre oculis tuis. In supervacuis rebus noli scrutari multipliciter, et in pluribus operibus eius non eris curiosus. Plurima enim super sensum hominum ostensa sunt tibi. Multos enim supplantavit suspicio illorum, et in vanitate detinuit sensus illorum. Cor durum male habebit in novissimo, et qui amat periculum in illo peribit. Cor ingrediens duas vias non habebit requiem, et pravicordius in illis scandalizabitur. Cor nequam gravabitur in doloribus, et peccator adiciet ad peccandum. Synagogae superborum non est sanitas; frutex enim peccatorum eradicabitur illis, et non intellegetur. Cor sapientis intellegitur in sapientia, et auris bona audiet cum omni concupiscentia sapientiam. Sapiens cor et intelligibile abstinebit se a peccatis, et in operibus iustitiae successus habebit. Ignem ardentem extinguit aqua, et elemosina resistit peccatis; et Deus prospector eius qui reddit gratiam, meminit in posterum, et in tempore casus sui inveniet firmamentum.

Fili, elemosinam pauperis ne defraudes, et oculos tuos ne transvertas a paupere. Animam esurientem ne despexeris, et non exasperes pauperem in inopia sua. Cor inopis ne afflixeris, et non protrahas datum angustianti. Rogationem tribulati ne abicias, et non avertas faciem tuam ab egeno. Ab inope ne avertas oculos propter iram, et non relinquas quaerentibus tibi retro maledicere. Maledicentis enim tibi in amaritudine animae exaudietur deprecatio illius; exaudiet autem illum qui fecit eum. Congregationi pauperum affabilem te facito, et presbytero humilia animam tuam, et magnato humilia caput tuum. Declina pauperi sine tristitia aurem tuam, et redde debitum tuum, et responde pacifica in mansuetudine. Libera eum qui iniuriam patitur de manu superbi, et non acide feras in anima tua.

In iudicando esto pupillis misericors ut pater, et pro viro matri illorum; et eris tu velut filius altissimi obediens, et miserebitur tui magis quam mater.

Sapientia filiis suis vitam inspirat, et suscipit exquirentes se, et praeibit in via iustitiae. Et qui illam diligit, diligit vitam, et qui vigilaverint ad illam complectentur placorem eius. Qui tenuerint illam vitam hereditabunt, et quo introibit benedicet Deus. Qui serviunt ei obsequentes erunt sancto, et eos qui diligunt illam diligit Deus. Qui audit illam iudicat gentes, et qui intuetur illam permanebit confidens. Si crediderit ei hereditabit illam, et erunt in confirmatione creaturae illorum, quoniam in temptatione ambulat cum eo, et in primis eligit eum. Timorem et metum et probationem inducet super illum, et cruciabit illum in tribulatione doctrinae suae, donec temptet illum in cogitationibus illius, et credat animae illius. Et firmabit illum, et iter adducet directum ad illum, et laetificabit illum, et denudabit absconsa sua illi, et thesaurizabit super illum scientiam et intellectum iustitiae. Si autem oberraverit, derelinquet eum, et tradet eum in manus inimici sui.

Fili, conserva tempus, et devita a malo. Pro anima tua non confundaris dicere verum. Est enim confusio adducens peccatum, et est confusio adducens gloriam et gratiam. Ne accipias faciem adversus faciem tuam, nec adversus animam tuam mendacium. Non reverearis proximum tuum in casu suo, nec retineas verbum in tempore salutis. Non abscondas sapientiam tuam in decore eius. In lingua enim agnoscitur sapientia, et sensus, et scientia, et doctrina in verbo sensati, et firmamentum in operibus iustitiae. Non contradicas verbo veritatis ullo modo, et de mendacio ineruditionis tuae confundere. Non confundaris confiteri peccata tua, et ne subicias te omni homini pro peccato. Noli resistere contra faciem potentis, nec coneris contra ictum fluvii. Pro iustitia agonizare pro anima tua, et usque ad mortem certa pro iustitia, et Deus expugnabit pro te inimicos tuos. Noli citatus esse in lingua tua, et inutilis et remissus in operibus tuis. Noli esse sicut leo in domo tua, evertens domesticos tuos, et opprimens subiectos tibi. Non sit porrecta manus tua ad accipiendum, et ad dandum collecta.

Noli attendere ad possessiones iniquas, et ne dixeris: Est mihi sufficiens vita. Nihil enim proderit in tempore vindictae et obductionis. Non sequaris concupiscentiam cordis tui, et ne dixeris: Quomodo potui? aut quis me subiciet propter facta mea? Deus enim vindicans vindicabit. Ne dixeris: Peccavi, et quid accidit mihi triste? Altissimus enim est patiens redditor. De propitiato peccato noli esse sine metu, neque adicias peccatum super peccatum. Et dicas: Miseratio Domini magna est, multitudinis peccatorum meorum miserebitur. Misericordia enim et ira ab illo cito proximant, et in peccatores respicit ira illius.

Non tardes converti ad Dominum, et ne differas de die in diem. Subito enim veniet ira illius, et in tempore vindictae disperdet te. Noli anxius esse in divitiis iniustis; nihil enim proderunt tibi in die obductionis et vindictae. Non ventiles te in omnem ventum, et non eas in omnem viam. Sic enim peccator probatur duplici lingua. Esto firmus in via Domini, et in veritate sensus tui, et scientia, et prosequatur te verbum pacis et iustitiae. Esto mansuetus ad audiendum verbum Dei ut intellegas, et cum sapientia proferes responsum verum. Si est tibi intellectus, responde proximo tuo; sin autem, sit manus tua super os tuum, ne capiaris in verbo indisciplinato et confundaris. Honor et gloria in sermone sensati; lingua vero imprudentis subversio est ipsius. Non appelleris susurro, et lingua tua capiaris et confundaris. Super furem enim est confusio et paenitentia, et denotatio pessima super bilinguem; susurratori autem odium et inimicitia et contumelia. Iustifica pusillum et magnum similiter. Noli fieri pro amico inimicus proximo; improperium enim et contumeliam malus hereditabit, et omnis peccator invidus et bilinguis. Non te extollas in cogitatione animae tuae velut taurus, ne forte elidatur virtus tua per stultitiam, et folia tua comedat, et fructus tuos perdat, et relinquaris velut lignum aridum in eremo. Anima enim nequam disperdet qui se habet, et in gaudium inimici dat illum, et deducet in sortem impiorum.

Verbum dulce multiplicat amicos, et mitigat inimicos, et lingua eucharis gratiosa in bono homine abundabit. Multi pacifici sint tibi, et consiliarius tibi sit unus de mille. Si possides amicum, in temptatione posside eum, et non facile credas illi. Est enim amicus secundum tempus suum, et non permanebit in die tribulationis. Et est amicus qui convertitur ad inimicitiam, et est amicus qui odium et rixam et convicia denudabit.

Est autem amicus socius mensae, et non permanebit in die necessitatis. Amicus si permanserit fixus, erit tibi quasi coaequalis, et in domesticis tuis fiducialiter aget. Si humiliaverit se contra te, et a facie tua absconderit se, unanimem habebis amicitiam bonam. Ab inimicis tuis attende, separare ab inimicis tuis. Amicus fidelis protectio fortis; qui autem invenit illum invenit thesaurum. Amico fideli nulla est comparatio, et non est digna ponderatio auri et argenti contra bonitatem fidei illius. Amicus fidelis medicamentum vitae et immortalitatis, et qui metuunt Dominum invenient illum. Qui timet Dominum aeque habebit amicitiam bonam, quoniam secundum eum erit amicus illius.

Fili, a iuventute tua excipe doctrinam, et usque ad canos invenies sapientiam. Quasi is qui arat et seminat accede ad illam, et sustine bonos fructus illius. In opere enim ipsius exiguum laborabis, et cito edes de generationibus illius. Quam aspera est nimium sapientia indoctis hominibus, et non permanebit in illa excors. Quasi lapidis virtus probatio erit in illis, et non demorabuntur proicere illam. Sapientia enim doctrinae secundum nomen est eius, et non est multis manifestata. Quibus autem agnita est, permanet usque ad conspectum Dei.

Audi, fili, et accipe consilium intellectus, et ne abicias consilium meum. Inice pedem tuum in compedes illius, et in torques illius collum tuum.

Subice humerum tuum et porta illam, et ne acedieris vinculis illius. In omni animo tuo accede ad illam, et in omni virtute tua serva vias eius. Investiga illam, et manifestabitur tibi, et continens factus ne derelinquas eam. In novissimis enim invenies requiem in ea, et convertetur tibi in oblectationem. Et erunt tibi compedes eius in protectionem fortitudinis, et in bases virtutis, et torques illius in stolam gloriae. Decor enim vitae est in illa, et vincula illius alligatura salutaris. Stolam gloriae indues eam, et coronam gratulationis superpones tibi. Fili si attenderis michi disces ea, et si accommodaveris animum tuum sapiens eris. Si inclinaveris aurem tuam excipies doctrinam, et si dilexeris audire sapiens eris. In multitudine presbiterorum prudentium sta, et sapientiae illorum ex corde coniungere, ut omnem narrationem dei possis audire, et proverbia laudis non effugiant a te. Et si audieris sensatum, evigila ad illum, et gradus ostiorum illius exterat pes tuus. Cogitatum tuum in preceptis habe dei, et in mandatis illius maxime assiduus esto. Et ipse dabit tibi cor, et concupiscentia sapientiae dabitur tibi.

Noli facere mala, et non te apprehendent. Discede ab iniquo, et deficient mala abs te. Non semines mala in sulcis iniusticiae, et non metes ea in septuplum. Noli querere ab homine ducatum, neque a rege cathedram honoris.

Non te iustifices ante dominum, quoniam agnitor cordis ipse est; et penes regem noli velle videri sapiens. Noli querere fieri iudex, nisi valeas virtute irrumpere iniquitates, ne forte extimescas faciem potentis, et ponas scandalum in agilitate tua. Non pecces in multitudine civitatis, nec te immittas in populum, neque alliges duplicia peccata. Nec enim in uno eris inmunis. Noli esse pusillanimis in anima tua. Exorare et facere elemosinam non despicias. Ne dicas: In multitudine munerum meorum respiciet deus, et offerente me deo altissimo suscipiet munera mea. Non irrideas hominem in amaritudine animae; est enim qui humiliat et exaltat circumspector deus.

Noli arare mendacium adversus fratrem tuum, neque in amicum similiter facias. Noli velle mentiri omne mendacium, assiduitas enim illius non est bona. Noli verbosus esse in multitudine presbiterorum, et non iteres verbum in oratione tua. Non oderis laboriosa opera, et rusticationem ab altissimo creatam. Non te reputes in multitudine indisciplinatorum. Memento irae, quoniam non tardabit. Humilia valde spiritum tuum, quoniam vindicta carnis impii ignis et vermis. Noli prevaricari in amicum pecuniam differentem, neque fratrem carissimum auro spreveris. Noli discedere a muliere sensata et bona, quam sortitus es in timore dei; gratia enim verecundiae illius super aurum.

Non ledas servum operantem in veritate, neque mercennarium dantem animam suam. Servus sensatus sit tibi dilectus quasi anima tua; non defraudes illum libertate, neque inopem derelinquas illum. Pecora tibi sunt, attende illis, et si sunt utilia perseverent apud te.

Filii tibi sunt, erudi illos, et curva illos a pueritia illorum. Filiae tibi sunt, serva corpus illarum, et non ostendas hylarem faciem tuam ad illas. Trade filiam, et grande opus perfeceris, et homini sensato da illam. Mulier si est tibi secundum animam tuam, ne proicias illam, et odibili non credas te in toto corde.

Honora patrem tuum, et gemitus matris tuae ne obliviscaris. Memento quoniam nisi per illos non fuisses, et retribue illis quomodo et illi tibi.

In tota anima tua time dominum, et sacerdotes illius sanctifica. In omni virtute tua dilige eum qui fecit te, et ministros eius non derelinquas. Honora dominum ex tota anima tua, et honorifica sacerdotes, et propurga te cum brachiis. Da illis partem sicut mandatum est tibi primitiarum et purgationis, et de neglegentia tua purga te cum paucis. Datum brachiorum tuorum et sacrificium sanctificationis offeres domino, et initia sanctorum. Et pauperi porrige manum tuam, ut perficiatur propitiatio et benedictio tua. Gratia dati in conspectu omnis viventis,

et mortuo non prohibeas gratiam. Non desis plorantibus in consolatione, et cum lugentibus ambula. Non te pigeat visitare infirmum, ex his enim in dilectione firmaberis. In omnibus operibus tuis memorare novissima tua, et in eternum non peccabis.

Non litiges cum homine potente, ne forte incidas in manus illius. Non contendas cum viro locuplete, ne forte contra consistat litem tibi. Multos enim perdidit aurum et argentum, et usque cor regum extendit et convertit. Non litiges cum homine linguato, et non strues in ignem eius ligna. Non communices homini indocto, ne male de progenie tua loquatur. Ne despicias hominem avertentem se a peccato, neque improperes ei. Memento quoniam in correptione omnes sumus, ne spernas hominem in sua senectute, etenim ex nobis senescunt.

Noli de morte inimici tui gaudere, sciens quoniam omnes morimur, et in gaudium nolumus venire. Ne despicias narrationem presbiterorum sapientium, et in proverbiis illorum conversare. Ab ipsis enim disces doctrinam intellectus, et servire magnatis sine querela. Non te pretereat narratio seniorum, ipsi enim didicerunt a patribus suis. Quoniam ab ipsis disces intellectum, et in tempore necessitatis dabis responsum. Non incendas carbones peccatorum arguens eos, et ne incendaris flamma ignis peccatorum illorum.

Ne contra faciem stes contumeliosi, ne sedeat quasi insidiator ori tuo. Noli fenerari homini fortiori te; quod si feneraveris, quasi perditum habe. Non spondeas super virtutem tuam; quod si spoponderis, quasi restituens cogita. Non iudices contra iudicem, quoniam secundum quod dignum est iudicat. Cum audace non eas in via, ne forte gravet mala sua in te. Ipse enim secundum vo-
94.
luntatem suam vadit, et simul cum stulticia illius peribis. Cum iracundo non facies rixam, et cum audace non eas in desertum, quoniam quasi nichil est ante illum sanguis, et ubi non est adiutorium elidet te. Cum fatuis ne consilium habeas, non enim poterunt diligere nisi quae ipsis placent. Coram extraneo ne facias consilium, nescis enim quid pariat. Non omni homini cor tuum manifestes, ne forte inferat tibi gratiam falsam, et convicietur tibi.

Non zeles mulierem sinus tui, ne ostendat super te maliciam doctrinae nequam. Non des mulieri potestatem animae tuae, ne ingrediatur in virtute tua, et confundaris. Ne respicias mulierem malivolam, ne forte incidas in laqueos illius. Cum saltatrice ne assiduus sis, nec audias illam, ne forte pereas in efficacia illius. Virginem ne conspicias, ne forte scandalizeris in decore illius. Non des fornicariis animam tuam in ullo, ne perdas te et hereditatem tuam. Noli circumspicere in vicis civitatis, nec oberraveris in plateis illius. Averte faciem tuam a muliere compta, et ne circumspicias speciem alienam. Propter speciem enim mulieris multi perierunt, et ex hoc concupiscentia quasi ignis exardescit. Omnis mulier quae est fornicaria quasi stercus in via conculcabitur. Speciem mulieris alienae multi admirati reprobi facti sunt. Colloquium enim illius quasi ignis exardescit. Cum aliena muliere ne sedeas omnino, nec accumbas cum ea super cubitum. Et non altercaris cum illa in vino, ne forte declinet cor tuum in illa, et in sanguine tuo labaris in perditionem.

Ne derelinquas amicum antiquum, novus enim non erit similis illi. Vinum novum amicus novus, veterascet et cum suavitate bibes illud. Non zeles gloriam et opes peccatoris, non enim scis quae futura sit illius subversio.

Non placeat tibi iniuria iniustorum, sciens quoniam usque ad inferos non placebit impius. Longe abesto ab homine potestatem habente occidendi, et non suspicaberis timorem mortis. Et si accesseris ad illum, noli aliquid committere, ne forte auferat vitam tuam. Communionem mortis scito, quoniam in medio laqueorum ingredieris, et super dolentium arma ambulabis. Secundum virtutem tuam cave te a proximo tuo, et cum sapientibus et prudentibus tracta.

Viri iusti sint tibi convivae, et in timore dei sit tibi gloriatio. Et in sensu sit tibi cogitatus dei, et omnis narratio tua in preceptis altissimi. In manibus artificum opera laudabuntur, et princeps populi in sapientia sermonis sui, in sensu vero seniorum verbum. Terribilis est in civitate sua homo linguosus, et temerarius in verbo suo odibilis erit.

Iudex sapiens iudicabit populum suum, et principatus sensati stabilis erit. Secundum iudicem populi sic et ministri eius, et qualis rector est civitatis, tales et inhabitantes in ea. Rex insipiens perdet populum suum, et civitates inhabitabuntur per sensum prudentium. In manu dei potestas terrae, et execrabilis omnis iniquitas gentium, et utilem rectorem in tempus suscitabit super illam. In manu dei potestas hominis, et super faciem scribae inponet honorem suum. Omnis iniuriae proximi ne memineris, et nichil agas in operibus iniuriae. Odibilis coram deo est et hominibus superbia, et execrabilis omnis iniquitas gentium. Regnum a gente in gentem transfertur propter iniusticias et iniurias et contumelias et diversos dolos.

Avaro autem nichil est scelestius. Quid superbit terra et cinis? Nichil est iniquius quam amare pecuniam; hic enim animam suam venalem habet, quoniam in vita sua proiecit intima sua. Omnis potentatus brevis vita. Languor prolixior gravat medicum; brevem languorem precidit medicus. Sic et rex hodie est et cras morietur. Cum enim morietur homo, hereditabit serpentes et bestias et vermes.

Initium superbiae hominis apostatare a deo, quoniam ab eo qui fecit illum recessit cor eius. Quoniam initium peccati est omnis superbia; qui tenuerit illam adimplebitur maledictis, et subvertet eos in finem. Propterea exhonoravit dominus conventus malorum, et destruxit eos usque in finem. Sedes ducum superborum destruxit deus, et sedere fecit mites pro eis. Radices gentium superbarum arefecit deus, et plantavit humiles ex ipsis gentibus. Terras gentium evertit dominus, et perdidit eas usque ad fundamentum. Arefecit ex ipsis et disperdidit illos, et cessare fecit memoriam eorum a terra. Perdidit deus memoriam superborum, et reliquit memoriam humilium sensu. Non est creata hominibus superbia, neque iracundia nationi mulierum. Semen hominum honorabitur hoc quod timet deum; semen autem hoc exhonorabitur quod preterit mandata domini. In medio fratrum rector illorum in honore; et qui timent dominum erunt in oculis suis. Gloria divitum honoratorum et pauperum timor domini est. Noli despicere hominem iustum pauperem, et noli magnificare virum peccatorem divitem. Magnus est iudex et potens est in honore, et non est maior illo qui timet dominum. Servo sensato liberi servient, et vir prudens et disciplinatus non murmurabit correptus, et inscius non honorabitur. Noli te extollere in faciendo opere tuo, et noli cunctari in tempore angustiae. Melior est qui operatur et habundat in omnibus, quam qui gloriatur et eget pane.

Fili in mansuetudine serva animam tuam, et da illi honorem secundum meritum suum. Peccantem in animam suam quis iustificabit, et quis honorificabit exhonorantem animam suam? Pauper gloriatur per disciplinam et timorem suum, et est homo qui honorificatur propter substantiam suam. Qui autem gloriatur in paupertate, quanto magis in substantia? Et qui gloriatur in substantia, paupertatem vereatur.

Sapientia humiliati exaltabit caput illius, et in medio magnatorum consedere illum faciet. Non laudes virum in specie sua, neque spernas hominem in visu suo. Brevis in volatilibus est apis, et initium dulcoris habet fructus illius. In vestitu ne glorieris umquam, nec in die honoris tui extollaris, quoniam mirabilia opera altissimi solius, et gloriosa et absconsa et invisa opera illius. Multi tyranni sederunt in throno, et insuspicabilis portavit diadema. Multi potentes oppressi sunt valide, et gloriosi traditi sunt in manus alterorum. Priusquam interroges ne vituperes quemquam, et cum interrogaveris corripe iuste. Priusquam audias ne respondeas verbum, et in medio seniorum ne adicias loqui. De ea re quae te non molestat ne certeris, et in iudicio peccantium ne consistas. Fili ne in multis sint actus tui, et si dives fueris non eris inmunis a delicto. Si enim secutus fueris non apprehendes, et non effugies si precucurreris. Est homo laborans et festinans et dolens impius, et tanto magis non habundat. Est homo marcidus et egens recuperatione, plus deficiens virtute et habundans paupertate, et oculus dei respexit illum in bono, et erexit illum ab humilitate ipsius, et exaltavit caput eius, et mirati sunt in illo multi, et honoraverunt deum. Bona et mala, vita et mors, paupertas et honestas a deo sunt. Datio dei permanet iustis, et profectus illius successus habebit in eternum. Est qui locupletatur parce agendo, et haec pars mercedis illius in eo quod dicit: Inveni requiem michi, et nunc manducabo de bonis meis solus; et nescit quod tempus preteriat, et relinquat omnia aliis et morietur. Sta in testamento tuo, et in illo colloquere, et in opere mandatorum tuorum veterasce. Ne manseris in operibus peccatorum; confide autem in deo et mane in loco tuo. Facile est enim in oculis dei subito honestare pauperem. Benedictio dei in mercedem iusti festinat, et in hora veloci processus illius fructificat. Ne dicas: Quid est michi opus, et quae erunt michi ex hoc bona? Ne dicas: Sufficiens michi sum, et quid ex hoc pessimabor?

In die bonorum ne inmemor sis malorum, et in die malorum ne inmemor sis bonorum. Quoniam facile est coram deo in die obitus retribuere unicuique secundum vias suas. Malicia horae oblivionem facit luxuriae magnae, et in fine hominis denudatio operum illius. Ante mortem ne laudes hominem quemquam, quoniam in filiis suis agnoscitur vir. Non omnem hominem inducas in domum tuam, multae enim insidiae sunt dolosi. Sicut enim eructant precordia fetentium, et sicut perdix inducitur in caveam, et ut caprea in laqueum, sic et cor superborum, et sicut prospector videns casum proximi sui. Bona enim in mala convertens insidiatur, et electis inponet maculam. A scintilla una augetur ignis, et ab uno doloso augetur sanguis; homo vero peccator sanguini insidiatur. Attende tibi a pestifero, fabricat enim mala, ne forte inducat super te subsannationem in perpetuum. Admitte ad te alienigenam, et subvertet te in turbine, et abalienabit te a tuis propriis.

Si benefeceris, scito cui feceris, et erit gratia in bonis tuis multa. Benefac iusto, et invenies retributionem magnam, et si non ab ipso, certe a domino. Non enim est ei bene qui assiduus est in malis, et elemosinam non danti; quoniam et altissimus odio habet peccatores, et misertus est penitentibus. Da misericordi, et ne suscipias peccatorem; et impiis et peccatoribus reddet vindictam, custodiens eos in diem vindictae. Da bono, et non receperis peccatorem. Benefac humili, et non dederis impio; prohibe panes illi dari, ne in ipsis potentior te fiat. Nam duplicia mala invenies in omnibus malis, quoniam et altissimus odio habet peccatores, et impiis reddet vindictam.

Non agnoscetur in bonis amicus, et non abscondetur in malis inimicus. In bonis viri inimici illius in tristicia, et in malicia illius amicus agnitus est. Non credas inimico tuo in eternum, sicut enim eramentum eruginat nequitia illius. Et si humiliatus vadat curvus, abice animum tuum et custodi te ab illo. Non statuas illum penes te, nec sedeat ad dexteram tuam, ne conversus stet in loco tuo, ne forte conversus in locum tuum inquirat cathedram tuam, et in novissimo cognoscas verba mea, et in sermonibus meis stimuleris.

Quis miserebitur incantatori a serpente percusso, et omnibus qui appropiant bestiis? Sic et qui comitatur cum viro iniquo, et obvolutus est in peccatis eius. Una hora tecum permanebit, si autem declinaveris non supportabit. In labiis suis indulcat inimicus, et in corde suo insidiatur ut subvertat te in foveam. In oculis suis lacrimatur inimicus, et si invenerit tempus non satiabitur sanguine. Et si occurrerint tibi mala, invenies eum illic priorem. In oculis suis lacrimatur inimicus, et quasi adiuvans suffodiet plantas tuas. Caput suum movebit et plaudet manu, et multa susurrans commutabit vultum suum.

Qui tetigerit picem inquinabitur ab ea, et qui communicaverit superbo induet superbiam. Pondus super se tollet qui honestiori se communicat, et ditiori te ne socius fueris. Quid communicabit caccabus ad ollam? quando enim se colliserint confringetur. Dives iniuste egit et fremebit, pauper autem laesus tacebit. Si largitus fueris assumet te, et si non habueris derelinquet te. Si habes convivabitur tecum, et evacuabit te, et ipse non dolebit super te. Si necessarius illi fueris supplantabit te, et subridens spem dabit narrans tibi bona, et dicet: quid opus est tibi? Et confundet te in cibis suis, donec te exinaniat bis et ter, et in novissimo deridebit te, postea videns derelinquet te, et caput suum movebit ad te. Humiliare Deo et expecta manus eius. Attende ne seductus in stultitiam humilieris. Noli esse humilis in sapientia tua, ne humiliatus in stultitiam seducaris. Advocatus a potentiore discede, ex hoc enim magis te advocabit. Ne improbus sis ne impingaris, et ne longe sis ab eo ne eas in oblivionem. Ne retineas ex aequo loqui cum illo, nec credas multis verbis illius; ex multa enim loquella temptabit te, et subridens interrogabit te de absconditis tuis. Immitis animus illius conservabit verba tua, et non parcet de malitia et de vinculis. Cave tibi et attende diligenter auditui tuo, quoniam cum subversione tua ambulas. Audiens vero illa quasi in somnis vide, et vigilabis. Omni vita tua dilige Deum, et invoca illum in salute tua. Omne animal diligit simile sibi, sic et omnis homo proximum sibi. Omnis caro ad similem sibi coniungetur, et omnis homo simili sibi sociabitur. Si communicabit lupus agno aliquando, sic peccator iusto. Quae communicatio sancto homini ad canem? aut quae pars bona diviti ad pauperem? Venatio leonis onager in heremo, sic pascua sunt divitum pauperes. Et sicut abominatio est superbo humilitas, sic execratio divitis pauper. Dives commotus confirmatur ab amicis, humilis autem cum ceciderit expelletur et a notis. Diviti decepto multi recuperatores, locutus est superbe et iustificaverunt illum. Humilis deceptus insuper et arguitur, locutus est sensate et non est datus ei locus. Dives locutus est et omnes tacuerunt, et verbum illius usque ad nubes perducent. Pauper locutus est et dicunt: quis est hic? Et si offenderit subvertent illum. Bona est substantia cui non est peccatum in conscientia, et nequissima paupertas in ore impii. Cor hominis immutat faciem illius, sive in bona sive in mala. Vestigium cordis boni et faciem bonam difficile invenies et cum labore.

Beatus vir qui non est lapsus verbo ex ore suo, et non est stimulatus in tristitia delicti. Felix qui non habuit animi sui tristitiam, et non excidit a spe sua. Viro cupido et tenaci sine ratione est substantia, et homini livido ad quid aurum? Qui acervat ex animo suo iniuste aliis congregat, et in bonis illius alius luxuriabitur. Qui sibi nequam est cui alii bonus erit? et non iocundabitur in bonis suis. Qui sibi invidet nihil est illo nequius, et haec redditio est malitiae illius, et si bene fecerit ignoranter et non volens facit, et in novissimo manifestat malitiam suam. Nequam est oculus lividi, et avertens faciem et despiciens animam suam. Insatiabilis oculus cupidi in parte iniquitatis, non satiabitur donec consumat arefaciens animam suam. Oculus malus ad mala, et non satiabitur pane, et indigens et in tristitia erit super mensam suam.

Fili, si habes benefac tecum, et Deo dignas oblationes offer. Memor esto quoniam mors non tardat, et testamentum inferorum quia demonstratum est tibi. Testamentum enim huius mundi morte morietur. Ante mortem benefac amico tuo, et secundum vires tuas exporrigens da pauperi. Non defrauderis a die bono, et particula boni doni non te praetereat. Nonne aliis relinques dolores et labores tuos in divisione sortis? Da et accipe et iustifica animam tuam. Ante obitum tuum operare iustitiam, quoniam non est apud inferos invenire cibum. Omnis caro sicut faenum veterascet, et sicut folium fructificans in arbore viridi. Alia generantur et alia deiciuntur, sic generatio carnis et sanguinis: alia finitur et alia nascitur. Omne opus corruptibile in fine deficiet, et qui illud operatur ibit cum ipso. Et omne opus electum iustificabitur, et qui operatur illud honorabitur in illo. Beatus vir qui in sapientia sua morabitur, et qui in iustitia sua meditabitur, et in sensu cogitabit circumspectionem Dei. Qui excogitat vias illius in corde suo, et in absconditis suis intelligens, vadens post illam quasi investigator, et in viis illius consistens. Qui respicit per fenestras illius, et in ianuis illius audiens. Qui requiescit iuxta domum illius, et in parietibus illius figens palum. Statuet casulam suam ad manus illius, et requiescent in casula illius bona per aevum. Statuet filios suos sub tegmine illius, et sub ramis eius morabitur. Protegetur sub tegmine illius a fervore, et in gloria eius requiescet.

Qui timet Deum faciet illud, et qui continens est iustitiae apprehendet illam. Et obviabit illi quasi mater honorificata, et quasi mulier a virginitate suscipiet illum. Cibabit illum pane vitae et intellectus, et aqua sapientiae salutaris potabit illum. Et firmabitur in illo et non flectetur, et continebit illum et non confundetur, et exaltabit illum apud proximos suos. Et in medio ecclesiae aperiet os eius, et implebit eum spiritu sapientiae et intellectus, et stola gloriae vestiet eum. Iocunditatem et exultationem thesaurizabit super illum, et nomine aeterno hereditabit illum. Homines stulti non apprehendent illam, et homines sensati obviabunt illi. Homines stulti non videbunt illam, longe enim abest a superbia et dolo. Viri mendaces non erunt illius memores, et viri veraces invenientur in illa, et successum habebunt usque ad inspectionem Dei. Non est speciosa laus in ore peccatoris, quoniam a Deo profecta est sapientia. Sapientiae enim Dei astabit laus, et in ore fideli abundabit, et dominator dabit eam illi. Non dixeris per Deum abest, quae enim odit ne feceris. Non dicas ille me implanavit, non enim necessarii sunt ei homines impii. Omne execramentum erroris odit Dominus, et non erit amabile timentibus illum.

Deus ab initio constituit hominem, et reliquit illum in manu consilii sui. Adiecit mandata et praecepta sua, si volueris mandata conservare conservabunt te, et in perpetuum fidem placitam facere. Apposuit tibi aquam et ignem, ad quod volueris porrige manum tuam. Ante hominem vita et mors, bonum et malum; quod placuerit ei dabitur illi. Quoniam multa sapientia Dei, et fortis in potentia, videns omnes sine intermissione. Oculi Domini ad timentes eum, et ipse agnoscit omnem operam hominis. Nemini mandavit impie agere, et nemini dedit spatium peccandi. Non enim concupiscit multitudinem filiorum infidelium et inutilium.

Ne iocunderis in filiis impiis si multiplicentur, nec oblecteris super ipsis si non est timor Dei in illis. Non credas vitae illorum, et ne respexeris in labores illorum. Melior est enim unus timens Deum quam mille filii impii. Et utile est mori sine filiis quam relinquere filios impios. Ab uno sensato inhabitabitur patria, a tribu impiorum deseretur. Multa alia vidit oculus meus, et fortiora horum audivit auris mea. In synagoga peccantium exardebit ignis, et in gente incredibili exardescet ira. Non exoraverunt pro peccatis suis antiqui gigantes, qui destructi sunt confidentes suae virtuti. Et non pepercit peregrinationi illorum, et execratus est illos prae superbia verbi illorum. Non misertus est illis, gentem totam perdens et extollentem se in peccatis suis. Et sicut sexcenta milia peditum qui congregati sunt in duritia cordis sui; et si unus fuisset cervicatus, mirum si fuisset immunis. Misericordia enim et ira est cum illo, potens exoratio et effundens iram. Secundum misericordiam suam sic correptio illius hominem secundum opera sua iudicat. Non effugiet in rapina peccator, et non retardabit sufferentia misericordiam facientis. Omnis misericordia faciet locum unicuique secundum meritum operum suorum, et secundum intellectum peregrinationis ipsius. Non dicas a Deo abscondar, et ex summo quis mei memorabitur? In populo magno non agnoscar, quae est enim anima mea in tam inmensa creatura? Ecce caelum et caeli caelorum, abyssus et universa terra, et quae in eis sunt in conspectu illius commovebuntur. Montes simul et colles et fundamenta terrae, cum conspexerit illa Deus, tremore concutientur. Et in omnibus his insensatum est cor, et omne cor intellegitur ab illo. Et vias illius quis intellegit, et procellam quam nec oculus videbit hominis? Nam plurima opera illius sunt in absconsis; sed opera iustitiae eius quis annuntiabit? aut quis sustinebit? Longe enim est testamentum a quibusdam, et interrogatio hominum in consummatione est. Qui minoratur corde cogitat inania, et vir inprudens et errans cogitat stulta. Audi me fili, et disce disciplinam sensus, et in verbis meis adtende in corde tuo. Et dicam in aequitate disciplinam, et scrutabor enarrare sapientiam. Et in verbis meis attende in corde tuo, et dico in aequitate spiritus virtutes quas posuit Deus in opera sua ab initio, et in veritate enuntio scientiam eius. In iudicio Dei opera eius ab initio, et ab institutione ipsorum distinxit partes illorum, et initia ipsorum in gentibus suis. Ornavit in aeternum opera illorum, nec esurierunt nec laboraverunt, et non destiterunt ab operibus suis. Unusquisque proximum sibi non angustiabit usque in aeternum. Non sis incredibilis verbo illius. Post haec Deus in terram respexit, et implevit illam bonis suis. Anima omnis vitalis denuntiavit ante faciem ipsius, et in ipsam iterum reversio illorum.

Creavit de terra hominem, et secundum imaginem suam fecit illum, et iterum convertit illum in ipsam, et secundum se vestivit illum virtute. Numerum dierum et tempus dedit illi, et potestatem dedit illis eorum quae sunt super terram. Posuit timorem illius super omnem carnem, et dominatus est bestiarum et volatilium. Creavit ex ipso adiutorium simile sibi, consilium et linguam et oculos et aures et cor dedit illis excogitandi, et disciplina intellectus replevit illos. Creavit illis scientiam spiritus, sensu implevit cor illorum, et mala et bona ostendit illis. Posuit oculum illorum super corda illorum, ostendere illis magnalia operum suorum, ut nomen sanctificationis collaudent, et gloriari in mirabilibus illius, ut magnalia enarrent operum eius. Addidit illis disciplinam, et legem vitae hereditavit illos. Testamentum aeternum constituit cum illis, et iustitiam et iudicia sua ostendit illis. Et magnalia honoris eius vidit oculus illorum, et honorem vocis audierunt aures illorum, et dixit illis: attendite ab omni iniquo. Et mandavit illis unicuique de proximo. Viae illorum coram ipso sunt semper, non sunt absconsae ab oculis ipsius. In unamquamque gentem praeposuit rectorem, et pars Dei Israhel facta est manifesta. Et omnia opera illorum velut sol in conspectu Dei, et oculi eius sine intermissione inspicientes in viis eorum. Non sunt absconsa testamenta per iniquitatem eorum, et omnes iniquitates eorum in conspectu Dei. Elemosyna viri quasi signaculum cum ipso, et gratiam hominis quasi pupillam conservabit. Et postea resurget et retribuet illis retributionem unicuique in caput ipsorum, et convertet in interiores partes terrae. Paenitentibus autem dedit viam iustitiae, et confirmavit deficientes sustinere, et destinavit illis sortem veritatis.

Convertere ad Dominum et relinque peccata tua. Precare ante faciem Domini et minue offendicula. Revertere ad Dominum et avertere ab iniustitia tua, et nimis odito execrationem, et cognosce iustitias et iudicia Dei, et sta in sorte propositionis et orationis altissimi Dei. In partes vade saeculi sancti cum vivis et dantibus confessionem Deo.

Non demoreris in errore impiorum, ante mortem confitere. A mortuo quasi nihil perit confessio. Confiteberis vivens, vivus et sanus confiteberis, et laudabis Deum, et gloriaberis in miserationibus illius. Quam magna misericordia Domini et propitiatio illius convertentibus ad se. Nec enim omnia possunt esse in hominibus, quoniam non est immortalis filius hominis, et in vanitate malitiae placuerunt. Quid lucidius sole? et hic deficiet. Aut quid nequius quam quod excogitavit caro et sanguis? et hoc arguetur. Virtutem altitudinis caeli ipse conspicit, et omnes homines terra et cinis.

Qui vivit in aeternum creavit omnia simul. Deus solus iustificabitur, et manet invictus rex in aeternum. Quis sufficit enarrare opera illius? Quis enim investigabit magnalia eius? Virtutem autem magnitudinis eius quis enuntiabit? aut quis adiciet enarrare misericordiam eius? Non est minuere neque adicere, nec est invenire magnalia Dei. Cum consummaverit homo tunc incipiet, et cum quieverit aporiabitur. Quid est homo, et quae est gratia illius? et quid bonum aut quid nequam illius? Numerus dierum hominum ut multum centum anni; quasi gutta aquae maris deputati sunt, et sicut calculus harenae, sic exigui anni in die aevi. Propter hoc patiens est Deus in illis, et effundit super eos misericordiam suam. Vidit praesumptionem cordis eorum quoniam mala est, et cognovit subversionem illorum quoniam nequa est. Ideo adimplevit propitiationem suam in illis, et ostendit illis viam aequitatis. Miseratio hominis circa proximum suum, misericordia autem Dei super omnem carnem. Qui misericordiam habet docet et erudit quasi pastor gregem suum. Miseretur excipientis doctrinam miserationis, et qui festinat in iudiciis eius.

Fili, in bonis non des querellam, et in omni dato non des tristitiam verbi mali. Nonne ardorem refrigerabit ros? sic et verbum melius quam datum. Nonne ecce verbum super datum bonum? sed utraque cum homine iustificato. Stultus acriter improperabit, et datus indisciplinati tabescere facit oculos. Ante iudicium para iustitiam tibi, et antequam loquaris disce. Ante languorem adhibe medicinam, et ante iudicium interroga te ipsum, et in conspectu Dei invenies propitiationem. Ante languorem humilia te, et in tempore infirmitatis ostende conversationem tuam.

Non impediaris orare semper, et ne verearis usque ad mortem iustificari, quoniam merces Dei manet in aeternum. Ante orationem praepara animam tuam, et noli esse quasi homo qui temptat Deum. Memento irae in die consummationis, et tempus retributionis in conversatione faciei. Memento paupertatis in die habundantiae, et necessitatis paupertatis in die divitiarum. A mane usque ad vesperum inmutabitur tempus, et haec omnia citata in oculis Dei. Homo sapiens in omnibus metuet, et in diebus delictorum attendet ab inertia. Omnis astutus agnoscit sapientiam, et invenienti eam dabit confessionem. Sensati in verbis et ipsi sapienter egerunt, et intellexerunt veritatem et iustitiam, et imploraverunt proverbia et iudicia.

Post concupiscentias tuas non eas, et a voluntate tua avertere. Si praestes animae tuae concupiscentias eius, faciet te in gaudium inimicis tuis. Ne oblecteris in turbis nec in modicis, adsidua est enim commissio illorum. Non fueris mediocris in contentione ex fenore, et non est tibi nihil in sacculo. Eris enim invidus vitae tuae.

Operarius ebriosus non locupletabitur, et qui spernit modica paulatim decidet.

Vinum et mulieres apostatare faciunt sapientes, et arguunt sensatos. Et qui se iungit fornicariis erit nequam. Putredo et vermes hereditabunt illum, et extolletur in exemplum maius, et tolletur de numero anima eius. Qui credit cito levis corde est, et minorabitur; et qui delinquit in animam suam insuper habebitur. Et qui gaudet iniquitati denotabitur; et qui odit correptionem minuetur vita; et qui odit loquacitatem extinguit maliciam. Qui peccat in animam suam penitebit; et qui iocundatur malicia denotabitur. Ne iteres verbum nequam et durum, et non minoraberis.

Amico et inimico noli narrare sensum tuum; et si est tibi delictum noli denudare. Audiet enim te et custodiet te, et quasi defendens peccatum odiet te, et sic aderit tibi semper. Audisti verbum adversus proximum tuum? commoriatur in te, fidens quoniam non te dirumpet. A facie verbi parturit fatuus, tamquam gemitus partus infantis. Sagitta infixa femori carnis, sic verbum in corde stulti. Corripe amicum ne forte non intellexerit, et dicat: Non feci; aut si fecerit, ne iterum addat facere. Corripe proximum ne forte non dixerit; et si dixerit, ne forte iteret. Corripe amicum, sepe enim fit commissio; et non omni verbo credas. Est qui labitur lingua sua, sed non ex animo. Quis est enim qui non deliquerit in lingua sua?

Corripe proximum antequam comminteris, et da locum timori Altissimi. Quia omnis sapientia timor Domini, et in illa timere Deum, et in omni sapientia dispositio legis. Et non est sapientia nequitie disciplina, et non est cogitatus peccatorum prudentia. Est nequitia et in ipsa execratio, et est insipiens qui minuitur sapientia. Melior est homo qui deficit sapientia et deficiens sensu in timore, quam qui habundat sensu et transgreditur legem Altissimi. Est sollertia certa et ipsa iniqua. Et est qui emittit verbum certum enarrans veritatem. Est qui nequiter humiliat se, et interiora eius plena sunt dolo; et est iustus qui se nimium submittit a multa humilitate. Et est iustus qui inclinat faciem et fingit non videre se quod ignoratum est; et si ab inbecillitate virium vetetur peccare, si invenerit tempus malefaciendi malefaciet. Ex visu cognoscitur vir, et ab occursu faciei cognoscitur sensatus. Amictus corporis et risus dentium et ingressus hominis enuntiant de illo. Est correptio mendax in ira contumeliosi; et est iudicium quod non probatur esse bonum; et est tacens, et ipse est prudens.

Quam bonum est arguere quam irasci, et confitentem in oratione non prohibere. Concupiscentia spadonis devirginavit iuvenculam, sic qui facit per vim iudicium iniquum. Quam bonum est correptum manifestare penitentiam; sic enim effugies voluntarium peccatum. Est tacens qui invenitur sapiens, et est odibilis qui procax est ad loquendum. Est autem tacens non habens sensum loquele; et est tacens sciens tempus apti temporis. Homo sapiens tacebit usque ad tempus; lascivus autem et inprudens non servabit tempus. Qui multis utitur verbis ledet animam suam, et qui potestatem sibi assumit iniuste odietur. Est processio in malis viro indisciplinato, et est inventio in detrimentum. Est datum quod non est bonum, et est datum cuius retributio duplex est. Est propter gloriam minoratio, et est qui ab humilitate levabit caput. Est qui multa redimat modico pretio, et restituens ea in septuplum. Sapiens in verbis seipsum amabilem facit; gratie autem fatuorum effundentur. Datus insipientis non erit utilis tibi; oculi enim illius septemplices sunt. Exigua dabit et multa inproperabit, et apertio oris illius inflammatio est. Hodie feneratur quis et cras expetit; et odibilis homo huiusmodi. Fatuo non erit amicus, et non erit gratia bonis illius. Qui enim edunt panem illius false lingue sunt. Quotiens et quanti irridebunt eum! Neque enim quod habendum erat directo sensu distribuit; similiter et quod non erat habendum. Lapsus false lingue quasi in pavimento cadens; sic casus malorum festinanter veniet. Homo acharis quasi fabula vana, in ore indisciplinatorum assidua erit. Ex ore fatui reprobabitur parabola; non enim dicit illam in tempore suo. Est qui vetatur peccare ab inopia, et in requie sua stimulabitur. Est qui perdit animam suam pre confusione, et ab inprudenti persona perdet eam; persone autem acceptione perdet se.

Est qui pre confusione promittit amico, et lucratus est eum inimicum gratis. Obprobrium nequam in homine mendacium, et in ore indisciplinatorum assidue erit. Potior fur quam assiduitas viri mendacis; perditionem autem ambo hereditabunt. Mores hominum mendacium sine honore, et confusio illorum cum ipsis sine intermissione.

Sapiens in verbis producet seipsum, et homo prudens placebit magnatis. Qui operatur terram suam exaltabit acervum frugum; et qui operatur iustitiam ipse exaltabitur; qui vero placet magnatis effugiet iniquitatem. Xenia et dona excecant oculos iudicum, et quasi mutus in ore avertit correptiones eorum. Sapientia absconsa et thesaurus invisus, que utilitas in utrisque? Melior est qui celat insipientiam suam quam homo qui abscondit sapientiam suam.

Fili, peccasti? non adicias iterum, sed et de pristinis deprecare ut tibi dimittantur. Quasi a facie colubri fuge peccata; et si accesseris ad illa, suscipient te. Dentes leonis dentes eius, interficientes animas hominum. Quasi romphea bis acuta omnis iniquitas; plage illius non est sanitas. Obiurgatio et iniurie adnullabunt substantiam; et domus que nimis locuples est adnullabitur superbia; sic substantia superbi eradicabitur. Deprecatio pauperis ex ore usque ad aures veniet, et iudicium festinato adveniet illi. Qui odit correptionem vestigium est peccatoris; et qui timet Deum convertetur ad cor suum. Notus a longe potens lingua audaci, et sensatus scit labi se ab illo. Qui edificat domum suam inpendiis alienis quasi qui colligit lapides suos in hyeme.

Stuppa collecta synagoga peccantium, et consummatio illorum flamma ignis. Via peccantium conplanata lapidibus, et in fine illorum inferi et tenebre et pene. Qui custodit iustitiam continebit sensum eius. Consummatio timoris Dei sapientia et sensus. Non erudietur qui non est sapiens in bono. Est autem insipientia que habundat in malo, et non est sensus ubi est amaritudo. Sapientia sapientis tamquam inundatio habundabit, et consilium illius sicut fons vite permanet. Cor fatui quasi vas confractum, et omnem sapientiam non tenebit. Verbum sapiens quodcumque audierit scius laudabit et ad se adiciet. Audivit luxuriosus et displicebit ei, et proiciet illud post dorsum suum. Narratio fatui quasi sarcina in via; nam in labiis sensati invenietur gratia. Os prudentis queritur in ecclesia, et verba illius cogitabunt in cordibus suis. Tamquam domus exterminata, sic fatuo sapientia; et scientia insensati inenarrabilia verba. Compedes in pedibus stulto doctrina, et quasi vincula manuum super manum dextram.

Fatuus in risu exaltat vocem suam; vir autem sapiens vix tacite ridebit. Ornamentum aureum prudenti doctrina, et quasi brachiale in brachio dextro. Pes fatui facilis in domum proximi, et homo peritus confundetur a persona potentis. Stultus a fenestra respiciet in domum; vir autem eruditus foris stabit. Stultitia hominis auscultare per ostium; et prudens gravabitur contumelia. Labia inprudentium stulta narrabunt; verba autem prudentium statera ponderabuntur. In ore fatuorum cor illorum, et in corde sapientium os illorum. Dum maledicit impius diabolum, maledicit ipse animam suam. Susurro coinquinabit animam suam, et in omnibus odietur; et qui manserit odiosus erit; tacitus et sensatus honorabitur.

In lapide luteo lapidatus est piger, et omnes loquentur super aspernationem illius. De stercore boum lapidatus est piger, et omnis qui tetigerit eum excutiet manus. Confusio patris est de filio indisciplinato; filia autem fatua in deminoratione fiet. Filia prudens hereditas viro suo; nam que confundit in contumeliam fit genitoris. Patrem et virum confundit audax, et ab impiis non minorabitur; ab utrisque autem inhonorabitur. Musica in luctu inportuna narratio; flagella et doctrina in omni tempore sapientie. Qui docet fatuum quasi qui conglutinat testam.

Qui narrat verbum non audienti quasi qui excitat dormientem de gravi somno. Qui enumerat stulto in fine dicet: Quis est hic? Supra mortuum plora, defecit enim lux eius; et super fatuum plora, defecit enim sensus. Modicum plora super mortuum, quoniam requievit; nequissimi enim nequissima vita super mortem fatui. Luctus mortui septem dies; fatui autem et impii omnes dies vite illorum. Cum stulto ne multum loquaris, et cum insensato ne abieris. Serva te ab illo ut non molestiam habeas, et non coinquinaberis in peccato illius. Deflecte ab illo et invenies requiem, et non accediaberis in stultitiam illius. Super plumbum quid gravabitur? et quod illi aliud nomen quam fatuus? Arenam et salem et massam ferri facilius est portare quam hominem inprudentem et fatuum et impium. Loramentum ligneum colligatum in fundamento edificii non dissolvetur; sic et cor confirmatum in cogitatione consilii. Cogitatus sensati in omni tempore nec metu depravabitur. Sicut pali in excelsis et cementa sine inpensa posita contra faciem venti non permanebunt, sic et cor timidum in cogitatione stulti contra impetum timoris non resistet. Sicut cor trepidum in cogitatione fatui omni tempore non metuet, sic et qui in preceptis Dei permanet semper. Pungens oculum deducet lacrimas, et qui pungit cor profert sensum.

Mittens lapidem in volatilia deiciet illa; sic et qui conviciatur amico dissolvit amicitiam. Ad amicum etsi produxeris gladium, non desperes; est enim regressus ad amicum. Si aperueris os triste, non timeas; est enim concordatio, excepto convicio et inproperio et superbia et mysterii revelatione et plaga dolosa; in his omnibus effugiet amicus. Fidem posside cum amico in paupertate illius, ut et in bonis illius leteris. In tempore tribulationis illius permane illi fidelis, ut et in hereditate illius coheres sis. Ante ignem camini vapor et fumus ignis inaltatur; sic et ante sanguinem maledicta et contumelie et mine. Amicum salutare non confundar, et a facie illius non abscondar; et si mala mihi evenerint per illum, sustinebo. Omnis qui audiet cavebit se ab eo. Quis dabit ori meo custodiam, et supra labia mea signaculum certum, ut non cadam ab ipsis, et lingua mea perdat me?

Domine pater et dominator vite mee, ne derelinquas me in consilio illorum, nec sinas me cadere in illa. Quis superponet in cogitatu meo flagella, et in corde meo doctrinam sapientie, ut ignorationibus eorum non parcant mihi, et non appareant delicta illorum, ne adincrescant ignorantie mee et multiplicentur delicta mea, et peccata mea habundent, et incidam in conspectu adversariorum, et gaudeat inimicus meus? Domine pater et Deus vite mee, ne derelinquas me in cogitatu illorum. Extollentiam oculorum meorum ne dederis mihi, et omne desiderium averte a me. Aufer a me ventris concupiscentias, et concubitus concupiscentie ne apprehendant me, et anime inreverenti et infrunite ne tradas me. Doctrinam oris audite filii; et qui custodierit illam non periet labiis suis, nec scandalizabitur in operibus nequissimis. In vanitate sua apprehenditur peccator, et superbi et maledici scandalizabuntur in illis. Iurationi non assuescat os tuum; multi enim casus in illa. Nominatio vero Dei non sit assidua in ore tuo, et nominibus sanctorum non admiscearis, quoniam non eris inmunis ab eis.

Sicut enim servus interrogatus assidue a livore non minuitur, sic omnis iurans et nominans in toto a peccato non purgabitur. Vir multum iurans implebitur iniquitate, et non discedet a domo illius plaga. Et si frustraverit, delictum illius super ipsum erit; et si dissimulaverit, delinquet dupliciter; et si in vacuum iuraverit, non iustificabitur; replebitur enim retributione domus illius. Est et alia loquela contraria morti; non inveniatur in hereditate Iacob. Etenim a misericordibus omnia hec auferentur, et in delictis non volutabuntur. Indisciplinate loquele non assuescat os tuum; est enim in illa verbum peccati. Memento patris et matris tue; in medio enim magnatorum consistis, ne forte obliviscatur te Deus in conspectu illorum, et assiduitate tua infatuatus inproperium patiaris, et malueris non nasci, et diem nativitatis tue maledicas. Homo assuetus in verbis inproperii in omnibus diebus suis non erudietur. Duo genera habundant in peccatis, et tertium adducit iram et perditionem. Anima calida quasi ignis ardens non extinguetur donec aliquid deglutiat; et homo nequam in ore carnis sue non desinet donec incendat ignem. Homini fornicario omnis panis dulcis; non fatigabitur transgrediens usque ad finem.

Omnis homo qui transgreditur lectum suum contempnens in animam suam et dicens: Quis me videt? Tenebre circumdant me et parietes cooperiunt me, et nemo circumspicit me; quem vereor? Delictorum meorum non memorabitur Altissimus. Et non intellegit quoniam omnia videt oculus eius, quoniam expellit a se timorem Dei huiusmodi hominis timor, et oculi hominum timentes illum; et non cognovit quoniam oculi Domini multo plus lucidiores sunt super solem, circumspicientes omnes vias hominum et profundum abyssi, et hominum corda intuentes in absconditas partes. Domino enim Deo antequam crearentur omnia sunt agnita; sic et post perfectum respicit omnia. Hic in plateis civitatis vindicabitur, et quasi pullus equinus fugabitur; et ubi non speravit apprehendetur. Et erit dedecus omnibus eo quod non intellexerit timorem Domini. Sic et mulier omnis relinquens virum suum
95. et statuens hereditatem ex alieno matrimonio. Primo enim in lege Altissimi incredibilis fuit; et secundo virum suum dereliquit; tertio in adulterio fornicata est, et ex alio viro filios statuit sibi. Hec in ecclesiam adducetur, et in filios eius respicietur. Non tradent filii eius radices, et rami eius non dabunt fructum. Derelinquet in maledictum memoriam illius, et dedecus illius non delebitur. Et agnoscent qui derelicti sunt quoniam nichil melius quam timor Domini, et nichil dulcius quam respicere in mandatis Dei. Gloria magna est sequi Dominum; longitudo enim dierum assumetur ab eo.

Sapientia laudabit animam suam, et in Deo honorabitur, et in medio populi sui gloriabitur; et in ecclesiis Altissimi aperiet os suum, et in conspectu virtutis illius gloriabitur. In medio populi exaltabitur, et in plenitudine sancta admirabitur. Et in multitudine electorum habebit laudem, et inter benedictos benedicetur, dicens: Ego ex ore Altissimi prodivi primogenita ante omnem creaturam. Ego feci in celis ut oriretur lumen indeficiens, et sicut nebula texi omnem terram. Ego in altissimis habitavi, et thronus meus in columpna nubis. Gyrum celi circuivi sola, et in profundum abyssi penetravi, et in fluctibus maris ambulavi, et in omni terra steti, et in omni populo et in omni gente primatum habui, et omnium excellentium et humilium corda virtute calcavi. Et in his omnibus requiem quesivi, et in hereditate Domini morabor. Tunc precepit et dixit mihi creator omnium, et qui creavit me requievit in tabernaculo meo, et dixit mihi: In Iacob inhabita, et in Israhel hereditare, et in electis meis mitte radices. Ab initio et ante secula creata sum, et usque ad futurum seculum non desinam, et in habitatione sancta coram ipso ministravi.

Et sic in syon firmata sum. & in ciuitate sanctificata similiter requieui. &
in hierusalem potestas mea. Et radicaui in populo honorificato. & in parte dei
mei hereditas illius. & in plenitudine sanctorum detentio mea. Quasi cedrus
exaltata sum in lybano. & quasi cypressus in monte syon. & quasi palma
exaltata sum in cades. & quasi plantatio rose in hiericho. Quasi oliua spe
ciosa in campis. & quasi platanus exaltata sum iuxta aquam in plateis. Sicut
cynamomum & balsamum aromatizans odorem dedi. Quasi myrra elec
ta dedi suauitatem odoris. & quasi storax & galbanus. & ungula & gutta.
& quasi lybanus non incisus uaporaui habitationem meam. & quasi balsamum
non mixtum odor meus. Ego quasi terebintus extendi ramos meos. & rami
mei honoris & gratie. Ego quasi uitis fructificaui suauitatem odoris. &
flores mei fructus honoris & honestatis. Ego mater pulchre dilectionis
& timoris & agnitionis & sancte spei. In me gratia omnis uie & uerita
tis. in me omnis spes uite & uirtutis. Transite ad me omnes qui concupis
citis me. & a generationibus meis implemini. Spiritus enim meus super mel dul
cis. & hereditas mea super mel & fauum. Memoria mea in generatione
seculorum. Qui edunt me adhuc esurient. & qui bibunt me adhuc siti
ent. Qui audit me non confundetur. & qui operantur in me non peccabunt. & qui
elucidant me uitam eternam habebunt. Hec omnia liber uite & testa
mentum altissimi. & agnitio ueritatis. Legem mandauit moyses in precep
tis iusticiarum. & hereditatem domui iacob & israel. Promissiones po
suit dauid puero suo. excitare regem ex ipso fortissimum in throno ho
noris sedentem in sempiternum. Qui implet quasi phison sapientiam. &
quasi tygris in diebus nouorum. qui adimplet quasi eufrates sensum. qui
multiplicat quasi iordanis in tempore messis. qui mittit disciplinam
sicut lucem & assistens quasi geon in die uindemie. qui perficit primus scire
ipsam. & infirmior non inuestigabit eam. A mari enim habundabit
cogitatio eius. & consilium eius in abysso magna. Ego sapientia effu
di flumina. ego quasi trames aque inmense defluo. Ego quasi fluuii
dorix. & sicut aqueductus exiui de paradyso. Dixi. Rigabo
hortum meum plantationum. & inebriabo partus mei fructum. Et ecce
factus est mihi trames habundans. & fluuius meus propinquauit ad mare.
quoniam doctrinam quasi antelucanum illuminabo omnibus & enarrabo illam
usque in longinquum. Penetrabo inferiores partes terre. & inspiciam omnes
dormientes. & illuminabo omnes sperantes in domino. Adhuc doctri
nam quasi prophetiam effundam & relinquam illam querentibus sapientiam.
& non desinam in progenies illorum usque in euum sanctum. Videte quoniam non soli
mihi laboraui. sed omnibus exquirentibus ueritatem.

In tribus placitum est spiritui meo. que sunt probata coram deo & hominibus; con
cordia fratrum & amor proximorum. & uir & mulier sibi consentientes.
Tres species odiuit anima mea. & aggrauor ualde anime illorum. pau
perem superbum. & diuitem mendacem; & senem fatuum & insensatum.
Que in iuuentute tua non congregasti. quomodo inuenies ea in senectu
te tua? Quam speciosum canicie iudicium. & presbiteris cogno
scere consilium. Quam gloriosa ueteranis sapientia. & gloriosis intellectus
& consilium. Corona senum multa peritia. & gloria illorum timor dei.
Nouem insuspicabilia cordis magnificaui. & decimum dicam in lingua
hominibus. Homo qui iocundatur in filiis uiuens & uidens subuersi
onem inimicorum. Beatus qui habitat cum muliere sensata. & qui lin
gua sua non est lapsus. & qui non seruiuit indignis se. Beatus qui inuenit
amicum uerum. & qui enarrat iusticiam auri audienti. Quam magnus
qui inuenit sapientiam & scientiam. sed non est super timentem dominum. Timor
dei super omnia super posuit. Beatus cui donatum est habere timorem
dei. qui tenet illum cui assimilabitur? Timor dei initium dilecti
onis eius. fidei autem initium adglutinandum est ei.

Omnis plaga tristicia cordis est. & omnis malicia nequitia mulieris
est. & omnem plagam & non plagam uidebit cordis. & omnem nequitiam.
& non nequitiam mulieris. & omnem obductum & non obductum odientium.
& omnem uindictam & non uindictam inimicorum. Non est caput nequi
us super caput colubri. & non est ira super iram mulieris. Commorari leoni &
draconi placebit. quam habitare cum muliere nequam. Nequitia muli
eris immutat faciem eius. & obcecat uultum suum tamquam ursus. & quasi
saccum ostendit se in medio proximorum eius. & audiens suspirauit mo
dicum. Breuis omnis malicia super maliciam mulieris. sors peccatorum
cadet super illam. ascensus arenosus in pedibus ueterani. sic mulier lin
guata homini quieto. Ne respicias in mulieris speciem. & non concu
piscas mulierem in specie. Mulieris ira & irreuerentia. confusio mag
na. Mulier si primatum habeat. contraria est uiro suo. Cor humile
& facies tristis. & plaga mortis mulier nequam. Manus debiles &
genua dissoluta. mulier que non beatificat uirum suum. A muliere
initium factum est peccati. & per illam omnes morimur. Non des aque
tue exitum nec modicum. nec mulieri nequam ueniam prodeundi. Si non
ambulauerit ad manum tuam. confundet te in conspectu inimicorum.
A carnibus tuis abscide illam. ne semper te abutatur.

Mulieris bone beatus uir. numerus [illegible] enim annorum illorum duplex. Mulier
fortis oblectat uirum suum. & annos uite illius in pace implebit.
Pars bona mulier bona. in parte bona timentium dominum. dabitur uiro
pro factis bonis. Diuitis autem & pauperis cor bonum in omni tempore.
uultus illorum hylaris. A tribus timuit cor meum. & in quarto facies mea
metuit. delaturam ciuitatis. & collectionem populi. & calumniam menda
cem. super mortem omnia grauia. dolor cordis & luctus. mulier zelotipa.
In muliere zelotipa flagellum lingue; omnibus communicans. Sicut
boum iugum quod mouetur. ita & mulier nequam. qui tenet illam quasi qui
apprehendit scorpionem. Mulier ebriosa ira magna. & contumelia &
turpitudo illius non tegetur. Fornicatio mulieris in extollentia oculorum.
& in palpebris illius agnoscetur. In filia non auertente se firma custodiam. ne
inuenta occasione utatur se. Ab omni irreuerentia oculorum eius caue. & ne mi
reris si te neglexerit. Sicut uiator sitiens ad fontem os aperiet. & ab omni
aqua proxima bibet. & contra omnem palum sedebit. & contra omnem
sagittam aperiet pharetram donec deficiat. Gratia mulieris sedule dele
ctabit uirum suum. & ossa illius impinguabit. Disciplina illius datum
dei. Mulier sensata & tacita. non est inmutatio erudite anime.
Gratia super gratiam. mulier sancta & pudorata. Omnis autem ponderatio non
est digna continentis anime. Sicut sol oriens mundo in altissimis dei.
sic mulieris bone species in ornamentum domus eius. lucerna splendens
super candelabrum sanctum. & species faciei super etatem [illegible] stabilem. Columne
auree super bases argenteas. & pedes firmi super plantas stabilis mu
lieris. Fundamenta eterna supra petram solidam [illegible]. & mandata dei in corde
mulieris sancte. In duobus contristatum [illegible] cor meum. & in tertio iracundia
mihi aduenit. uir bellator deficiens per inopiam. & uir sensatus contemptus.
& qui transgreditur de iusticia ad peccatum. Deus parauit eum ad rom
pheam. Due species difficiles & periculose mihi apparuerunt. Difficile
exuitur negocians a negligentia. & non iustificabitur caupo a peccatis labiorum.
Propter inopiam multi deliquerunt. & qui querit locupletari auertit
oculum suum. Sicut in medio compaginis lapidum palus figitur. sic & inter me
dium uenditionis & emptionis angustiabitur peccatum. conteretur
cum delinquente delictum. Si non in timore domini tenueris te in
stanter. cito subuertetur domus tua. Sicut in percussura cribri remanebit
puluis & stercus. sic aporia hominis in cogitatu illius. Vasa figuli
probat fornax. & homines iustos temptatio tribulationis. Sicut
rusticatio de ligno ostendit fructum illius. sic uerbum ex cogitatu cor
dis hominis. Ante sermonem non laudes uirum. hec enim temptatio
est hominum. Si quesieris iusticiam apprehendes illam. & indues quasi po
derem honoris. & inhabitabis cum ea. & proteget te in sempiternum. & in
die agnitionis inuenies firmamentum. Volatilia ad sibi similia conueniunt.
& ueritas ad eos qui operantur illam reuertetur. Leo uenationi insidiatur semper.
sic peccata operantibus iniquitates. Homo sanctus in sapientia manet sicut
sol. nam stultus sicut luna mutatur. In medio insensatorum serua uerbum tem
pori. in medio autem cogitantium assiduus esto. Narratio peccantium
odiosa. & risus illorum in delictis peccati. Loquela multum iurans horri
pilationem capiti statuet. & irreuerentia ipsius obturatio aurium.
Effusio sanguinis in rixa superborum. & maledictio illorum auditus grauis.

Qui denudat archana amici perdit fidem. & non inueniet amicum ad ani
mum suum. Dilige proximum. & coniungere cum illo fide. Quod si denudaue
ris absconsa illius. non sequeris post eum. Sicut enim homo qui perdit amicum
suum. sic qui perdit amicitiam proximi sui. Et sicut qui dimittit auem de
manu sua. sic dereliquisti proximum tuum. & non eum capies. Non illum
sequeris quoniam longe abest. effugit enim quasi caprea de laqueo. quoniam uul
nerata est anima eius. Vltra eum non poteris colligare. Maledicti est
concordatio. denudare autem amici mysteria desperatio est anime infelicis.
Annuens oculo fabricat iniqua. & nemo eum abiciet. In conspectu
oculorum tuorum condulcabit os suum. Super sermones tuos ammirabitur.
nouissime autem peruertet os suum. & in uerbis tuis dabit scandalum.
Multa audiui & non coequaui ei. & dominus odiet illum. Qui in
altum mittit lapidem. super caput eius cadet. & plaga dolosa dolosi diui
det uulnera. & qui foueam fodit incidet in illam. & qui statuit lapi
dem proximo. offendet in eo. Qui laqueum alii ponit. peribit in illo.
Facienti nequissimum consilium. super ipsum deuoluetur. & non agnoscet unde
adueniet illi. Illusio & improperium superborum. & uindicta sicut leo in
sidiabitur illi. Laqueo peribunt qui oblectantur casu iustorum. dolor autem
consumet illos. antequam moriantur. Ira & furor utraque execrabilia
& uir peccator continens erit illorum.

Qui uindicari uult a deo inueniet uindictam. & peccata illius seruans
seruabit. Relinque proximo tuo nocenti te. & tunc deprecanti tibi pec
cata soluentur. Homo homini seruat iram. & a deo querit medelam;
in hominem similem sibi non habet misericordiam. & de peccatis suis deprecatur
ipse dum caro sit reseruat iram. & propitiationem petit a deo. quis exo
rabit pro delictis illius? Memento nouissimorum. & desine inimi
cari. Tabitudo enim & mors imminet in mandatis. Memorare
timorem dei. & non irascaris proximo. Memorare testamenti altissimi. &
despice ignorantiam proximi. Abstine te a lite. & minues peccata.
Homo enim iracundus incendit litem. & uir peccator turbabit amicos.
& in medio pacem habentium immittit inimiciciam. Secundum enim ligna
silue. sic ignis exardescit. & secundum uirtutem hominis. sic iracundia
illius erit. & secundum substantiam suam. exaltabit iram suam. Certamen
festinatum incendit ignem. & lis festinans effundet sanguinem.
& lingua testificans adducit mortem. Si sufflaueris quasi ignis
exardebit. & si expueris super illa extinguetur. Vtraque ex ore
proficiscuntur.

Susurro & bilinguis maledictus. Multos enim turbabit pacem
habentes. Lingua tertia multos commouit. & dispersit illos a gen
te in gentem. Ciuitates muratas diuitum destruxit. & domos magna
torum effodit. Virtutes populorum concidit. & gentes fortes dissoluit.
Lingua tertia mulieres uiratas eiecit. & priuauit illas de laboribus suis.
Qui respicit illam non habebit requiem. nec habebit amicum in quo
requiescat. Flagelli plaga liuorem facit. plaga autem lingue commi
nuet ossa. Multi ceciderunt in ore gladii. sed non sic quasi qui ceciderunt
per linguam suam. Beatus qui tectus est a lingua nequam. qui in iracundiam illius
non transiuit. & qui non attraxit iugum eius. & in uinculis illius non est ligatus.
Iugum enim illius iugum ferreum est. & uinculum illius uinculum ereum est.
Mors illius mors nequissima est. & utilis potius infernus quam illa est.
Perseuerantia illius non permanebit. sed obtinebit uias iniustorum. in flamma
sua non comburet iustos. Qui derelinquunt deum incident in illam. & ex
ardebit in illis & non extinguetur. & immittetur in illos quasi leo. & quasi
pardus ledet illos. Sepi aures tuas spinis. & noli audire linguam
nequam. & ori tuo facito ostia. & seras auribus tuis. Aurum tuum & argen
tum tuum confla. & uerbis tuis facito stateram. & frenos ori tuo
rectos. & attende ne forte labaris in lingua. & cadas in conspectu ini
micorum insidiantium tibi. & sit casus tuus insanabilis in mortem.

Qui facit misericordiam feneratur proximo suo. & qui preualet manu mandata
seruat. Fenerare proximo tibi. in tempore necessitatis illius. & iterum
redde proximo in tempore suo. Confirma uerbum & fideliter age cum
illo. & in omni tempore inuenies quod tibi necessarium est. Multi quasi
inuentionem estimauerunt fenus. & prestiterunt molestiam his qui se
adiuuerunt. Donec accipiant osculantur manus dantis. & in promissi
onibus humiliant uocem suam. & in tempore redditionis postulabit tempus.
& loquetur uerba tedii. & murmurationum. & tempus causabitur.
Si autem potuerit reddere aduersabitur. sodalem uix reddet dimidium. & com
putabit illud quasi inuentionem. sin autem fraudabit illum pecunia sua. &
possidebit illum inimicum gratis. Conuicia & maledicta reddet illi.
& pro honore & beneficio reddet illi contumeliam. Multi non causa
nequitie non feneraverunt. sed fraudari gratis timuerunt. Veruntamen
super humilem animo fortior esto. & pro elemosina non trahas illum.
Propter mandatum assume pauperem. & propter inopiam eius ne dimittas
eum uacuum. Perde pecuniam propter fratrem & amicum. & non abscon
das illam sub lapide in perditionem. Pone thesaurum tuum in preceptis
altissimi. & proderit tibi magis quam aurum.

Conclude elemosinam in corde pauperis. & hec pro te exorabit ab omni malo.
Elemosina uiri quasi sacculum cum ipso. & gratiam hominis quasi pupillam
conseruabit. & postea resurget. & retribuet illis retributionem uni
cuique in caput illorum. Super scutum potentis & super lanceam aduersus inimi
cum tuum pugnabit. Vir bonus fidem facit pro proximo suo. & qui perdiderit
confusionem derelinquet sibi. Gratiam fideiussoris ne obliuiscaris.
dedit enim pro te animam suam. Repromissorem fugit peccator & immundus.
Bona repromissoris sibi ascribit peccator. & ingratus sensu derelin
quet liberantem se. Vir repromittit de proximo suo. & cum perdiderit
reuerentiam relinquetur ab eo. Repromissio nequissima multos perdidit
dirigentes. & commouit illos quasi fluctus maris. Viros potentes gy
rans migrare fecit. & uagati sunt in gentibus alienis. Peccator trans
grediens mandata domini incidet in promissionem nequam. & qui conatur
multa agere incidet in iudicium. Recupera proximum secundum uirtutem tuam.
& attende tibi ne incidas.

Initium vitae hominis aqua et panis et vestimentum et domus protegens turpitudinem. Melior est victus pauperis sub tegmine asserum quam epulae splendidae in peregre sine domicilio. Minimum pro magno placeat tibi, et improperium peregrinationis non audies. Vita nequam hospitandi de domo in domum, et ubi hospitabitur non fiducialiter aget, nec aperiet os. Hospitabitur et pascet et potabit ingratos, et ad haec amara audiet. Transi hospes et orna mensam, et quae in manu habes ciba ceteros. Exi a facie honoris amicorum meorum, necessitudine domus meae hospitio mihi factus est frater. Gravia haec homini habenti sensum, correptio domus et improperium feneratoris.

Qui diligit filium suum assiduat illi flagella, ut laetetur in novissimo suo, et non palpet proximorum ostia. Qui docet filium suum laudabitur in illo, et in medio domesticorum in illo gloriabitur. Qui docet filium suum in zelum mittit inimicum, et in medio amicorum gloriabitur in illo. Mortuus est pater illius, et quasi non est mortuus, similem enim reliquit sibi post se. In vita sua vidit et laetatus est in illo, in obitu suo non est contristatus, nec confusus est coram inimicis. Reliquit enim defensorem domus contra inimicos, et amicis reddentem gratiam. Pro animabus filiorum colligabit vulnera sua, et super omnem vocem turbabuntur viscera eius. Equus indomitus evadit durus, et filius remissus evadit praeceps. Lacta filium et paventem te faciet, lude cum eo et contristabit te. Non corrideas illi ne doleas, et in novissimo obstupescent dentes tui. Non des illi potestatem in iuventute, et ne despicias cogitatus illius. Curva cervicem eius in iuventute, et tunde latera illius dum infans est, ne forte induret et non credat tibi, et erit tibi dolor animae. Doce filium tuum et operare in illo, ne in turpitudinem illius offendas.

Melior est pauper sanus et fortis viribus quam dives inbecillis et flagellatus malitia. Salus animae in sanctitate iustitiae, et melior omni auro et argento, et corpus validum quam census inmensus. Non est census super censum salutis corporis, et non est oblectatio super cordis gaudium. Melior est mors quam vita amara, et requies aeterna quam languor perseverans. Bona abscondita in ore clauso, quasi appositiones epularum circumpositae sepulchro. Quid proderit libatio idolo? nam nec manducabit nec odorabit. Sic qui effugatur a Domino, portans mercedes iniquitatis, videns oculis et ingemiscens, sicut spado complectens virginem et suspirans. Tristitiam non des animae tuae, et non affligas temet ipsum in consilio tuo. Iocunditas cordis haec est vita hominis, et thesaurus sine defectione sanctitatis, et exultatio viri est longevitas. Miserere animae tuae placens Deo, et contine et congrega cor tuum in sanctitate eius, et tristitiam longe expelle a te. Multos enim occidit tristitia, et non est utilitas in illa. Zelus et iracundia minuunt dies, et ante tempus senecta adducet cogitatus. Splendidum cor bonum in epulis, epulae enim illius diligenter fiunt.

Vigilia honestatis tabefaciet carnes, et cogitatus illius auferet somnum. Cogitatus praescientiae avertit sensum, et infirmitas gravis sobriam facit animam. Laboravit dives in congregatione substantiae, et in requie sua replebitur bonis suis. Laboravit pauper in diminutione victus, et in fine inops fit. Qui aurum diligit non iustificabitur, et qui insequitur consumptionem replebitur ex ea. Multi dati sunt in auri casus, et facta est in specie ipsius perditio illorum. Lignum offensionis est aurum sacrificantium. Vae illis qui sectantur illud, et omnis inprudens deperiet in illo. Beatus vir dives qui inventus est sine macula, et qui post aurum non abiit nec speravit in pecunia thesauris. Quis est hic? et laudabimus eum, fecit enim mirabilia in vita sua. Qui probatus est in illo et perfectus est, et erit illi gloria aeterna. Qui potuit transgredi et non est transgressus, et facere mala et non fecit. Ideo stabilita sunt bona illius in Domino, et elemosinas illius enarrabit omnis ecclesia sanctorum.

Supra mensam magnam sedisti, non aperias super illam faucem tuam prior. Non dicas sic: Multa sunt quae super illam sunt. Memento quoniam malus oculus nequam. Nequius oculo quid creatum est? Ideo ab omni facie sua lacrimabitur cum viderit. Ne extendas manum tuam prior, et invidia contaminatus erubescas. Ne comprimaris in convivio. Intellege proximi tui ex te ipso. Utere quasi homo frugi his quae tibi apponuntur, et ne cum manducas multum odio habearis. Cessa prior causa disciplinae, et noli nimius esse ne forte offendas. Et si in medio multorum sedisti, prior illis non extendas manum tuam, nec prior poscas bibere. Quam sufficiens est homini erudito vinum exiguum, et in dormiendo non laborabis ab illo, et non senties dolorem. Vigilia et cholera et tortura viro infruniti, somnus sanitatis in homine parco. Dormiet usque mane, et anima illius cum ipso delectabitur. Et si coactus fueris in edendo multum, surge in medio et vome, et refrigerabit te, et non adduces corpori tuo infirmitatem. Audi me fili et ne spernas me, et in novissimo invenies verba mea. In omnibus operibus tuis esto velox, et omnis infirmitas non occurret tibi. Splendidum in panibus benedicent labia multorum, et testimonium veritatis illius fidele. In nequissimo pane murmurabit civitas, et testimonium nequitiae illius verum est. Diligentes in vino noli provocare, multos enim exterminavit vinum. Ignis probat ferrum durum, sic vinum corda superborum arguet in ebrietate potatum. Aequa vita hominibus vinum in sobrietate, si bibas illud moderate, eris sobrius. Quae est vita quae minuitur vino? Quid defraudat vitam mors?

Vinum in iocunditate creatum est, non in ebrietate, ab initio. Exultatio animae et cordis vinum moderate potatum. Sanitas est et corpori et animae sobrius potus. Vinum multum potatum irritationem et iram et ruinas multas facit. Amaritudo animae vinum multum potatum. Ebrietatis animositas inprudentis offensio, minorans virtutem et faciens vulnera. In convivio vini non arguas proximum, et non despicias illum in iocunditate illius. Verbum improperii non dicas illi, et non premas illum in repetendo.

Rectorem te posuerunt, noli extolli; esto in illis quasi unus ex ipsis. Curam illorum habe, et sic considera, et omni cura tua explicata recumbe, ut laeteris propter eos, et ornamentum gratiae accipias coronam, et dignationem consequaris corrogationis. Loquere maior natu, decet enim te primum verbum diligenti scientia, et non impedias musicam. Ubi auditus non est, non effundas sermonem, et inportune noli extolli in sapientia tua. Gemmula carbunculi in ornamento auri, et comparatio musicorum in convivio vini. Sicut in confabricatione auri signum est smaragdi, sic numerus musicorum in iocundo et moderato vino. Audi tacens, et pro reverentia accedet tibi bona gratia. Adulescens loquere in tua causa vix. Si bis interrogatus fueris, habeat caput responsum tuum. In multis esto quasi inscius, et audi tacens simul et quaerens. In medio magnatorum non praesumas, et ubi sunt senes non multum loquaris. Ante grandinem praeibit coruscatio, et ante verecundiam praeibit gratia. Et pro reverentia accedet tibi bona gratia. Et hora surgendi non te trices. Praecurre autem in domum tuam, et illic avocare, et illic lude, et age conceptiones tuas, et non delinquas et verbo superbo. Super his omnibus benedicito Dominum qui fecit te, et inebriantem te ab omnibus bonis suis. Qui timet Dominum excipiet doctrinam eius, et qui vigilaverint ad illum invenient benedictionem. Qui quaerit legem replebitur ab ea, et qui insidiose agit scandalizabitur in ea. Qui timent Dominum invenient iudicium iustum, et iustitias quasi lumen accendent. Peccator homo vitabit correptionem, et secundum voluntatem suam inveniet comparationem. Vir consilii non disperdet intellegentiam, alienus et superbus non pertimescet timorem.

Etiam postquam fecit cum eo sine consilio, et suis insectationibus arguetur. Fili, sine consilio nihil facias, et post factum non paeniteberis. In via ruinae non eas, et non offendas in lapides. Ne credas te viae laboriosae, ne ponas animae tuae scandalum. A filiis tuis cave, et a domesticis tuis attende. In omni opere crede ex fide animae tuae, hoc est enim conservatio mandatorum. Qui credit Deo attendit in mandatis, et qui confidit in illo non minorabitur.

Timenti Dominum non occurrent mala, sed in temptatione Deus illum conservat, et liberabit a malis. Sapiens non odit mandata et iustitias, et non illidetur quasi in procella navis. Homo sensatus credit legi Dei, et lex illi fidelis. Qui interrogationem manifestat, parabit verbum, et sic deprecatus exaudietur, et conservabit disciplinam, et tunc respondebit. Praecordia fatui quasi rota carri, et quasi axis versatilis cogitatus illius. Equus emissarius sic et amicus subsannator, sub omni suprasedente hinnit. Quare dies diem superat, et iterum lux lucem, et annus annum a sole? A Domini scientia separati sunt, facto sole et praeceptum custodiente. Et inmutavit tempora et dies festos ipsorum, et in illis dies festos celebraverunt ad horam. Ex ipsis exaltavit et magnificavit Deus, et ex ipsis posuit in numerum dierum, et homines omnes de solo et ex terra, unde creatus est Adam. In multitudine disciplinae Dominus separavit eos, et inmutavit vias eorum. Ex ipsis benedixit et exaltavit, et ex his sanctificavit et ad se applicavit. Ex ipsis maledixit et humiliavit, et convertit ad separationem ipsorum. Quasi lutum figuli in manu ipsius, plasmare illud et disponere. Omnes viae eius secundum dispositionem eius. Sic homo in manu illius qui se fecit, et reddet illi secundum iudicium suum. Contra malum bonum est, et contra mortem vita, sic et contra virum iustum peccator. Et sic intuere in omnia opera Altissimi. Duo, duo, unum contra unum. Et ego novissimus evigilavi, et quasi qui colligit acinos post vindemiatores. In benedictione Dei et ipse speravi, et quasi qui vindemiat replevi torcular. Respicite quoniam non mihi soli laboravi, sed omnibus exquirentibus disciplinam. Audite me magnati et omnes populi, et rectores ecclesiarum auribus percipite. Filio et mulieri, fratri et amico non des potestatem super te in vita tua, et non dederis alii possessionem tuam, ne forte paeniteat te et deprecaris pro illis. Dum adhuc superes et aspiras, non inmutabit te omnis caro. Melius est enim ut filii tui te rogent quam te respicere in manus filiorum tuorum.

In omnibus operibus tuis praecedens esto. Ne dederis maculam in gloriam tuam. In die consummationis vitae tuae, et in tempore exitus tui distribue hereditatem tuam. Cibaria et virga et onus asino, panis et disciplina et opus servo. Operatur in disciplina et quaerit requiescere. Laxa manus illi, et quaerit libertatem. Iugum et lorum curvant collum, durum et servum inclinant operationes assiduae. Servo malivolo tortura et compedes, mitte illum in operationem, ne vacet. Multam enim malitiam docuit otiositas. In opere constitue eum, sic enim condecet illi. Quod si non obaudierit, curva illum compedibus, et non amplifices super omnem carnem. Verum sine iudicio nihil facias grave. Si est tibi servus fidelis, sit tibi quasi anima tua, quasi fratrem sic eum tracta, quoniam in sanguine animae comparasti eum. Si laeseris eum iniuste, in fugam convertetur, et si extollens discesserit, quem quaeras et in qua via illum quaeras nescis.

Vana spes et mendacium insensato viro, et somnia extollunt inprudentes. Quasi qui adprehendit umbram et persequitur ventum, sic et qui attendit ad visa mendacia. Hoc secundum hoc visio somniorum. Ante faciem hominis similitudo alterius hominis. Ab inmundo quid mundabitur? Et a mendace quid verum dicetur?

Divinatio erroris et auguria mendacia et somnia malefacientium vanitas est. Et sicut parturientis cor tuum fantasias patitur, nisi ab Altissimo missa fuerit visitatio, ne dederis illis cor tuum. Multos enim errare fecerunt somnia, et exciderunt sperantes in illis. Sine mendacio consummabitur verbum legis, et sapientia in ore fidelis conplanabitur. Qui non temptatus est quid scit? Vir in multis expertus cogitabit multa, et qui multa didicit enarrabit intellectum. Qui non est expertus pauca recognoscit, qui autem in multis factus est multiplicabit malitiam. Qui temptatus non est, qualia scit? Qui implanatus est abundabit nequitia. Multa vidi errando, et plurimas consuetudines. Aliquando usque ad mortem periclitatus sum horum causa, et liberatus sum gratia Dei.

Spiritus timentium Deum quaeretur, et in respectu illius benedicetur. Spes enim illorum in salvantem eos, et oculi Dei in diligentes se. Qui timet Dominum nihil trepidabit, et non pavebit, quoniam ipse est spes eius. Timentis Dominum beata est anima. Ad quem respicit, et quis est fortitudo eius? Oculi Domini super timentes eum, protector potentiae, firmamentum virtutis, tegimen ardoris et umbraculum meridiani. Deprecatio offensionis et adiutorium casus, exaltans animam et inluminans oculos, dans sanitatem et vitam in benedictionem.

Immolantis ex iniquo oblatio est maculata, et non sunt beneplacitae subsannationes iniustorum. Dominus solus sustinentibus se in via veritatis et iustitiae. Dona iniquorum non probat Altissimus, nec respicit in oblationibus iniquorum, nec in multitudine sacrificiorum eorum propitiabitur peccatis. Qui offert sacrificium de substantia pauperum, quasi qui victimat filium in conspectu patris sui.
90. Panis egentium vita pauperis est, qui defraudat illum homo sanguinis est. Qui aufert in sudore panem, quasi qui occidit proximum suum. Qui effudit sanguinem et qui defraudat mercedem mercennarii fratres sunt. Unus aedificans et unus destruens, quid prodest illis nisi labor? Unus orans et unus maledicens, cuius vocem exaudiet Deus? Qui baptizatur a mortuo et iterum tangit mortuum, quid proficit lavatio illius? Sic homo qui ieiunat in peccatis suis, et iterum eadem faciens, quid proficit humiliando se? Orationem illius quis exaudiet?

Qui conservat verbum multiplicat orationem. Sacrificium salutare est attendere mandatis, et discedere ab omni iniquitate. Et propitiationem litare sacrificii super iniustitias, et deprecatio pro peccatis recedere ab iniustitia. Retribuet gratiam qui offert similaginem, et qui facit misericordiam offert sacrificium. Beneplacitum est Domino recedere ab iniquitate, et deprecatio pro peccatis recedere ab iniustitia. Non apparebis ante conspectum Dei vacuus. Haec enim omnia propter mandatum Dei fiunt. Oblatio iusti inpinguat altare, et odor suavitatis est in conspectu Altissimi. Sacrificium iusti acceptum est, et memoriam eius non obliviscetur Dominus. Bono animo gloriam redde Deo, et non minuas primitias manuum tuarum. In omni dato hilarem fac vultum tuum, et in exultatione sanctifica decimas tuas. Da Altissimo secundum datum eius, et in bono oculo adinventionem facito manuum tuarum, quoniam Dominus retribuens est, et septies tantum reddet tibi. Noli offerre munera prava, non enim suscipiet illa. Et noli inspicere sacrificium iniustum, quoniam

dominus iudex est, et non est apud illum gloria personae. Non accipiet dominus personam pauperum, et precationem laesi exaudiet. Non despiciet preces pupilli, nec viduam, si effundat loquelam gemitus. Nonne lacrimae viduae ad maxillam descendunt, et exclamatio eius super deducentem eas? A maxilla enim ascendunt usque ad caelum, et dominus exauditor non delectabitur in illis. Qui adorat deum in oblectatione exaudietur, et precatio illius usque ad nubes propinquabit.

Oratio humiliantis se nubes penetrabit, et donec propinquet non consolabitur, et donec altissimus aspiciat non discedet. Et dominus non elongabit, sed iudicabit iustos, et faciet iudicium, et fortissimus non habebit in illis patientiam, ut contribulet dorsum ipsorum, et gentibus reddet vindictam, donec tollat plenitudinem superborum, et sceptra iniquorum contribulet; donec reddat hominibus secundum actus suos, et secundum opera Adae, et secundum praesumptionem illius. Donec iudicet iudicium plebis suae, et oblectabit iustos misericordia sua.

Speciosa misericordia dei in tempore tribulationis, quasi nubes pluviae in tempore siccitatis. Miserere nostri deus omnium, et respice nos, et ostende nobis lucem miserationum tuarum, et immitte timorem tuum super gentes quae non exquisierunt te, ut cognoscant quia non est deus nisi tu, ut enarrent magnalia tua. Eleva manum tuam super gentes alienas, ut videant potentiam tuam. Sicut enim in conspectu eorum sanctificatus es in nobis, sic in conspectu nostro magnificaberis in illis, ut cognoscant te sicut et nos agnovimus quoniam non est deus praeter te domine. Innova signa et immuta mirabilia. Glorifica manum et brachium dextrum. Excita furorem et effunde iram. Extolle adversarium et afflige inimicum. Festina tempus et memento finis, ut enarrent mirabilia tua. In ira flammae devoretur qui salvatur, et qui pessimant plebem tuam inveniant perditionem. Contere caput principum inimicorum dicentium: non est alius praeter nos. Congrega omnes tribus Iacob, et cognoscant quia non est deus nisi tu, ut enarrent magnalia tua, et hereditabis eos sicut ab initio.

Miserere plebi tuae super quam invocatum est nomen tuum, et Israhel quem coaequasti primogenito tuo. Miserere civitati sanctificationis tuae Hierusalem, civitati requiei tuae. Reple Syon inenarrabilibus verbis tuis, et gloria tua populum tuum. Da testimonium quia ab initio creaturae tuae sunt, et suscita praedicationes quas locuti sunt in nomine tuo prophetae priores. Da mercedem domine sustinentibus te, ut prophetae tui fideles inveniantur, et exaudi orationem servorum tuorum. Secundum benedictionem Aaron de populo tuo, et dirige nos in viam iustitiae, et sciant omnes qui habitant terram quia tu es deus conspector saeculorum. Omnem escam manducabit venter, et est cibus cibo melior. Fauces degustant cibum, et cor insensatum verba mendacia. Cor pravum dabit tristitiam, et homo peritus resistet illi. Omnem masculum excipiet mulier, et est filia melior filiae. Species mulieris exhilarat faciem viri sui, et super omnem concupiscentiam hominis superducit desiderium. Si est lingua curationis, et mitigationis et misericordiae, non est vir illius secundum filios hominum. Qui possidet mulierem bonam inchoat possessionem. Adiutorium secundum illum est, et columna ut requies. Ubi non est sepis, diripietur possessio, et ubi non est mulier, gemiscit egens. Cui credit qui non habet nidum, et deflectens ubicumque obscuraverit, quasi succinctus latro exsiliens de civitate in civitatem.

Omnis amicus dicet: et ego amicitiam copulavi, sed est amicus solo nomine amicus. Nonne tristitia inest usque ad mortem? Sodalis autem et amicus ad inimicitiam convertentur. O praesumptio nequissima, unde creata es cooperire aridam malitia et dolositate illius? Sodalis amico coniucundatur in oblectatione, et in tempore tribulationis adversarius erit. Sodalis amico condolet causa ventris, et contra hostem accipiet scutum. Non obliviscaris amici tui in animo tuo, et non immemor sis illius in opibus tuis. Noli consiliari cum socero tuo, et a zelantibus te absconde consilium. Omnis consiliarius prodit consilium, sed est consiliarius in semet ipso. A consiliario serva animam tuam. Prius scito quae sit illius necessitas, et ipse enim animo suo cogitabit, ne forte mittat sudem in terram, et dicat tibi: bona est via tua, et stet e contrario videre quid tibi eveniat.

Cum viro religioso tracta de sanctitate, et cum iniusto de iustitia, et cum muliere de his quae aemulatur, cum timido de bello, et cum negotiatore de traiectione, cum emptore de venditione, cum viro livido de gratiis agendis, cum impio de pietate, cum honesto de honestate, cum operario agri de omni opere, cum operario annuali de consummatione anni, cum servo pigro de multa operatione. Non attendas his in omni consilio.

Sed cum viro sancto assiduus esto. Quemcumque cognoveris observare timorem domini, cuius anima est secundum animam tuam, quicumque titubaverit in tenebris non condolebit tibi. Et cor boni consilii statue tecum. Non est enim tibi aliud pluris illo.

Anima viri sancti enuntiat aliquando vera, quam septem circumspectores sedentes in excelso ad speculandum. Et in his omnibus deprecare altissimum, ut dirigat in veritate viam tuam. Initium omnis operis verbum, et ante omnia opera verbum verax praecedat te, et ante omnem actum consilium stabile. Verbum nequam immutabit cor: quattuor partes oriuntur, bonum et malum, vita et mors, et dominatrix est illorum assidua lingua. Vir peritus multos erudivit, et animae suae suavis est.

Qui sophistice loquitur odibilis est; omni re defraudabitur. Non enim data est illi a domino gratia, omni enim sapientia defraudatus est. Est sapiens animae suae sapiens, et fructus sensus illius laudabilis. Vir sapiens plebem suam erudit, et fructus sensus illius fideles sunt. Sapiens in populo hereditabit honorem, et nomen illius erit vivens in aeternum. Vir sapiens implebitur benedictionibus, et videntes illum laudabit. Vita viri in numero dierum, dies autem Israhel innumerabiles sunt. Sapiens in populo hereditabit honorem, et nomen illius erit vivens in aeternum. Fili, in vita tua tempta animam tuam, et si fuerit nequam, non des illi potestatem. Non enim omnia omnibus expediunt, et non omni animae omne genus placet. Noli avidus esse in omni epulatione, et non effundas te super omnem escam. In multis enim escis erit infirmitas, et aviditas appropinquabit usque ad choleram. Propter crapulam multi obierunt, qui autem abstinens est adiciet vitam.

Honora medicum propter necessitatem, etenim illum creavit altissimus. A deo est enim omnis medela, et a rege accipiet donationem. Disciplina medici exaltabit caput illius, et in conspectu magnatorum collaudabitur. Altissimus creavit de terra medicinas, et vir prudens non abhorrebit illis. Nonne de ligno indulcata est aqua amara? Ad agnitionem hominum virtus illorum. Et dedit hominibus scientiam altissimus, honorari in mirabilibus suis. In his curans mitigabit dolorem, et unguentarius faciet pigmenta suavitatis, et unctiones conficiet sanitatis, et non consummabuntur opera eius. Pax enim dei super faciem terrae. Fili, in tua infirmitate non despicias te ipsum, sed ora dominum et ipse curabit te. Averte a delicto et dirige manus, et ab omni delicto munda cor tuum. Da suavitatem et memoriam similaginis, et impingua oblationem, et da locum medico, etenim illum dominus creavit, et non

discedat a te, quia opera eius sunt necessaria. Est enim tempus quando in manus eorum incurras. Ipsi vero dominum deprecabuntur ut dirigat requiem eorum et sanitatem propter conversationem eorum. Qui delinquit in conspectu eius qui fecit eum, incidet in manus medici.

Fili, in mortuum produc lacrimas, et quasi dira passus incipe plorare, et secundum iudicium contege corpus illius, et non despicias sepulturam illius. Propter delaturam autem amare fer luctum illius uno die, et consolare propter tristitiam, et fac luctum secundum meritum eius uno die vel duobus propter detractionem. A tristitia enim festinat mors, et cooperit virtutem, et tristitia cordis flectet cervicem. In abductione permanet tristitia, et substantia inopis secundum cor eius. Ne dederis in tristitia cor tuum, sed repelle eam a te, et memento novissimorum. Noli oblivisci, neque enim est conversio, et huic nihil proderis, et te ipsum pessimabis. Memor esto iudicii mei, sic enim erit et tuum: michi heri et tibi hodie. In requie mortui requiescere fac memoriam eius, et consolare illum in exitu spiritus sui. Sapientia scribae in tempore vacuitatis, et qui minoratur actu sapientiam percipiet. Qua sapientia replebitur qui tenet aratrum, et qui gloriatur in iaculo, stimulo boves agitat, conversatur in operibus eorum, et narratio eius in filiis taurorum. Cor suum dabit ad versandos sulcos, et vigilia eius in sagina vaccarum.

Sic omnis faber et architectus qui noctem tamquam diem transigit, qui sculpsit signacula sculptilia, et assiduitas eius variat picturam. Cor suum dabit in similitudinem picturae, et vigilia sua perficit opus. Sic faber ferrarius sedens iuxta incudem, et considerans opus ferri. Vapor ignis uret carnes eius, et in calore fornacis concertatur. Vox mallei innovat aurem eius, et contra similitudinem vasis oculi eius. Cor suum dabit in consummationem operum, et vigilia sua ornabit in perfectionem. Sic figulus sedens ad opus suum, convertens pedibus suis rotam, qui in sollicitudine positus est semper propter opus suum, et innumera est omnis operatio eius. In brachio suo formabit lutum, et ante pedes eius curvabit virtutem suam. Cor suum dabit ut consummet linitionem, et vigilia sua mundabit fornacem. Omnes hi in manibus suis speraverunt, et unusquisque in arte sua sapiens est. Sine his omnibus non aedificatur civitas, et non inhabitabunt nec inambulabunt, et in ecclesiam non transilient. Super sellam iudicis non sedebunt, et testamentum iudicii non intellegent, neque palam facient disciplinam et iudicium, et in parabolis non invenientur, sed creaturam aevi confirmabunt, et deprecatio illorum in operatione artis, accommodantes animam suam, et conquirentes in lege altissimi.

Sapientiam omnium antiquorum exquiret sapiens, et in prophetis vacabit. Narrationem virorum nominatorum conservabit, et in versutias parabolarum simul introibit. Occulta proverbiorum exquiret, et in absconditis parabolarum conversabitur. In medio magnatorum ministrabit, et in conspectu praesidis apparebit. In terram alienarum gentium pertransiet; bona enim et mala in hominibus temptabit. Cor suum tradet ad vigilandum diluculo ad dominum qui fecit illum, et in conspectu altissimi deprecabitur. Aperiet os suum in oratione, et pro delictis suis deprecabitur. Si enim dominus magnus voluerit, spiritu intellegentiae replebit illum, et ipse tamquam imbres mittet eloquia sapientiae suae, et in oratione confitebitur domino. Et ipse diriget consilium eius et disciplinam, et in absconditis suis consiliabitur. Ipse palam faciet disciplinam doctrinae suae, et in lege testamenti domini gloriabitur. Collaudabunt multi sapientiam eius, et usque in saeculum non delebitur. Non recedet memoria eius, et nomen eius requiretur a generatione in generationem. Sapientiam eius enarrabunt gentes, et laudem eius enuntiabit ecclesia. Si permanserit, nomen eius derelinquet plus quam mille, et si requieverit, proderit illi. Adhuc consiliabor ut enarrem, ut furore enim repletus sum. In voce dicit: obaudite me divini fructus, et quasi rosa plantata super rivos aquarum fructificate, et quasi Libanus odorem suavitatis habete. Florete flores quasi lilium, date odorem, et frondete in gratiam, et collaudate canticum, et benedicite dominum in operibus suis. Date nomini eius magnificentiam, et confitemini illi in voce labiorum vestrorum, in canticis labiorum et cytharis, et sic dicetis in confessione: Opera domini universa bona valde. In verbo eius stetit aqua sicut congeries, et in sermone oris illius sicut exceptoria aquarum, quoniam in praecepto illius placor fit, et non est minoratio in salute illius. Opera omnis carnis coram illo, et non est quicquam absconditum ab oculis eius. A saeculo usque in saeculum respicit, et nihil est mirabile in conspectu eius. Non est dicere: quid est hoc, aut quid est illud? Omnia enim in tempore suo quaerentur. Benedictio illius quasi fluvius inundavit, et quomodo cataclysmus aridam inebriavit, sic ira ipsius gentes quae non exquisierunt eum hereditabit.

Quomodo convertit aquas in siccitatem, et siccata est terra, et viae illius directae sunt, sic peccatoribus offensiones in ira eius. Bona bonis creata sunt ab initio, sic nequissimis bona et mala.

Initium necessariae rei vitae hominum aqua, ignis et ferrum, lac et panis similagineus, et mel, et botrus uvae, et oleum et vestimentum. Haec omnia sanctis in bonis, sic et impiis et peccatoribus in mala convertentur. Sunt spiritus qui ad vindictam creati sunt, et in furore suo confirmaverunt tormenta sua, in tempore consummationis effundent virtutem, et furorem eius qui fecit illos confundent. Ignis, grando, fames et mors, omnia haec ad vindictam creata sunt. Bestiarum dentes et scorpii et serpentes et rumphea vindicans in exterminium impios. In mandatis eius epulabuntur, et super terram in necessitate praeparabuntur, et in temporibus suis non praeterient verbum. Propterea ab initio confirmatus sum, et consiliatus sum et cogitavi, et scripta dimisi. Omnia opera domini bona, et omne opus hora sua subministrabit. Non est dicere: hoc illo nequius est, omnia enim in tempore suo comprobabuntur. Et nunc in omni corde et ore collaudate et benedicite nomen domini.

Occupatio magna creata est omnibus hominibus, et iugum grave super filios Adam, a die exitus de ventre matris eorum usque in diem sepulturae in matrem omnium. Cogitationes eorum et timores cordis, adinventio expectationis, et dies diffinitionis, residentes super sedem gloriosam usque ad humiliatum in terra et cinere, ab eo qui utitur iacintho et portat coronam usque ad eum qui operitur lino crudo. Furor, zelus, tumultus, fluctuatio et timor mortis, iracundia perseverans et contentio, et in tempore refectionis in cubili somnus noctis immutat scientiam eius. Modicum tamquam nihil in requie, et ab eo in somnis quasi in die respectus. Conturbatus est in visu cordis sui, tamquam qui evaserit in die belli. In tempore salutis suae exsurrexit, et admirans ad nullum timorem. Cum omni carne ab homine usque ad pecus, et super peccatores septuplum. Ad haec mors, sanguis, contentio et rumphea, oppressiones, fames, et contritio et flagella. Super iniquos creata sunt haec omnia, et propter illos factus est cataclysmus. Omnia enim quae de terra sunt in terram convertentur, et aquae omnes in mare convertentur. Omne munus et iniquitas delebitur, et fides in saeculum stabit. Substantiae iniustorum sicut fluvius siccabuntur, et sicut tonitruum magnum in pluvia personabit. In aperiendo manus suas laetabitur, sic praevaricatores in consummatione tabescent. Nepotes impiorum non multiplicabunt ramos, et radices immundae super cacumen petrae sonant. Super omnem aquam viriditas, et ad horam fluminis ante omne fenum evelletur.

Gratia sicut paradisus in benedictionibus, et misericordia in seculo permanet.
Vita sibi sufficientis operarii condulcabitur, et in ea invenies thesaurum. Filii
Edificatio civitatis confirmabit nomen, et super hec mulier immaculata com-
putabitur. Vinum et musica letificant cor, et super utraque dilectio sapien-
tie. Tybie et psalterium suavem faciunt melodiam, et super utraque lingua
suavis. Gratiam et speciem desiderabit oculus tuus, et super hec virides sationes.
Amicus et sodalis in tempore convenientes, et super utrosque mulier cum viro.
Fratres in adiutorium in tempore tribulationis, et super eos misericordia liberabit.
Aurum et argentum et constitutio pedum, et super utrumque consilium bene-
placitum. Facultates et virtutes exaltant cor, et super hec timor domini. Non
est in timore domini minoratio, et non est in eo querere adiutorium. Timor
domini sicut paradysus benedictionis, et super omnem gloriam operuerunt illum.
Fili, in tempore vite tue ne indigeas, melius est enim mori quam indigere.
Vir respiciens in mensam alienam, non est vita eius in cogitatione victus. Alit
animam suam cibis alienis. Vir autem disciplinatus et eruditus custodiet se. In ore
imprudentis condulcabitur inopia, et in ventre eius ignis ardebit.
O mors quam amara est memoria tua homini pacem habenti in substantiis suis.
Viro quieto et cuius vie directe sunt in omnibus, et adhuc valenti accipe-
re cibum. O mors bonum est iudicium tuum homini indigenti et qui minoratur
viribus, defecto etate, et cui de omnibus cura est, et incredibili qui perdit sapi-
entiam. Noli metuere iudicium mortis. Memento que ante te fuerunt, et
que superventura sunt tibi. Hoc iudicium a domino omni carni, et quid super-
veniet in beneplacito altissimi, sive decem, sive centum, sive mille anni. Non
est enim in inferno accusatio vite. Filii abhominationum fiunt filii pecca-
torum, et qui conversantur secus domos impiorum. Filiorum peccatorum periet he-
reditas, et cum semine illorum assiduitas obprobrii. De patre impio queruntur
filii, quoniam propter illum sunt in obprobrio. Ve vobis viri impii, qui dereliquistis
legem domini altissimi. Et si nati fueritis in maledictione nascemini. Et
si mortui fueritis in maledictione erit pars vestra. Omnia que de terra
sunt in terram convertentur, sic impii a maledicto in perditionem. Luctus ho-
minum in corpore ipsorum, nomen autem impiorum delebitur. Curam habe de
bono nomine, hoc enim magis permanebit tibi, quam mille thesauri
magni et preciosi. Bone vite numerus dierum, bonum autem nomen permane-
bit in evo. Disciplinam in pace conservate filii. Sapientia enim abscon-
dita et thesaurus invisus, que utilitas in utrisque? Melior est homo
qui abscondit stultitiam suam, quam homo qui abscondit sapientiam suam.
Verumtamen revereminí in his que procedunt de ore meo. Non est enim
bonum omnem reverentiam observare, et non omnia omnibus bene pla-
cent in fide.

Erubescite a matre et a patre de fornicatione, et a preside et potente de
mendacio, a principe et iudice de delicto, a synagoga et plebe de ini-
quitate. A socio et amico de iniusticia, de loco in quo habitas de fur-
to. De veritate dei et testamento, de discubitu in panibus, de obfuscatio-
ne dati et accepti. A salutantibus de silentio, a respectu mulieris for-
nicarie, et ab aversione vultus cognati. Ne avertas faciem a proximo
tuo, ab auferendo partem et non restituendo. Ne respicias mulierem
alieni viri, et ne scruteris ancillam eius, neque steteris ad lectum eius. Ab
amicis de sermonibus inproperii, et cum dederis ne inproperes.

Non duplices sermonem auditus de revelatione sermonis absconditi. Et eris
vere sine confusione, et invenies gratiam in conspectu omnium hominum.
Ne pro his omnibus confundaris, et ne accipias personam ut delinquas. De le-
ge altissimi et testamento, et de iudicio iustificare impium. De verbo
sociorum et viatorum, et de datione hereditatis amicorum. De equalitate sta-
tere et ponderum, de acquisitione multorum et paucorum. De corruptione
emptionis et negociatorum, et de multa disciplina filiorum, et servo pes-
simo latus sanguinare. Super mulierem nequam bonum est signum. Ubi manus
multe sunt claude, et quodcumque trades numera et appende. Datum
vero et acceptum omne describe.

De disciplina insensati et fatui, et de senioribus qui iudicantur ab adolescen-
tibus, et eris eruditus in omnibus, et probabilis in conspectu omnium vivorum.
Filia patris abscondita est vigilia, et sollicitudo eius aufert somnium,
ne forte in adolescentia sua adultera efficiatur, et commorata cum viro
odibilis fiat. Ne quando polluatur in virginitate sua, et in paternis suis
gravida inveniatur, ne forte cum viro commorata transgrediatur, aut
certe sterilis efficiatur. Super filiam luxuriosam confirma custodiam, ne quan-
do faciat te in obprobrium venire inimicis tuis. A detractione in civi-
tate et abiectione plebis, et confundat te in multitudine populi.
Omni homini noli intendere in specie, et in medio mulierum noli
commorari. De vestimentis enim procedit tinea, et a muliere nequitia iniqui-
tas viri. Melior est iniquitas viri quam benefaciens mulier, et mulier
confundens in obprobrium. Memor ero igitur operum domini, et que vidi an-
nunciabo. In sermonibus domini opera eius. Sol illuminans per omnia respe-
xit, et gloria domini plenum est opus eius.

Nonne dominus fecit sanctos enarrare omnia mirabilia eius, que confirma-
bit dominus omnipotens stabiliri in gloria sua? Abyssum et cor hominum
investigabit, et in astutia eorum excogitavit. Cognovit enim dominus
omnem scientiam, et inspexit in signum evi, annuncians que preterie-
runt et que superventura sunt, revelans vestigia occultorum. Non preterit
illum omnis cogitatus, et non abscondit se ab eo ullus sermo. Mag-
nalia sapientie sue decoravit, qui est ante seculum et usque in seculum.
neque adiectum est neque minuitur, et non eget alicuius consilio. Quam desi- 97
derabilia omnia opera eius, et tamquam scintilla que est considerare.
Omnia hec vivunt et manent in seculum, et in omni necessitate omnia
obaudiunt ei. Omnia duplicia unum contra unum, et non fecit quicquam
deesse. Uniuscuiusque confirmabit bona, et quis saciabitur videns gloriam eius?
Altitudinis firmamentum pulchritudo eius. Laus creature:
Species celi in visione glorie. Sol in aspectu annuncians in exitum, vas ammi-
rabile opus excelsi. In meridiano exurit terram, et in conspectu ardo-
ris eius quis poterit sustinere? Fornacem custodiens in operibus ardoris,
tripliciter sol exurens montes, radios igneos exsufflans, et refulgens ra-
diis suis obcecat oculos. Magnus dominus qui fecit illum, et in sermo-
nibus eius festinavit iter. Et luna in omnibus in tempore suo, ostensio tem-
poris et signum evi. A luna signum diei festi, luminare quod minuitur in
consummatione. Mensis secundum nomen eius est, crescens mirabiliter in con-
summatione. Vas castrorum in excelsis, in firmamento celi resplendens glo-
riose. Species celi gloria stellarum, mundum illuminans in excelsis dominus.
In verbis sancti stabunt ad iudicium, et non deficient in vigiliis suis. Vide
arcum et benedic qui fecit illum, valde speciosus est in splendore suo.
Gyravit celum in circuitu glorie sue, manus excelsi aperuerunt illum. Imperio
suo acceleravit nivem, et accelerat choruscationes emittere iudicii sui.
Propterea aperti sunt thesauri, et evolaverunt nebule sicut aves. In magni-
tudine sua posuit nubes, et confracti sunt lapides grandinis. In conspe-
ctu eius commovebuntur montes, et in voluntate eius aspirabit notus.
Vox tonitrui eius verberabit terram, tempestas aquilonis et congregatio
spiritus. Et sicut avis deponens ad sedendum aspergit nivem, et sicut locusta de-
mergens descensus eius. Pulchritudinem coloris eius ammirabitur oculus.
Et super ymbrem eius expavescet cor. Gelu sicut salem effundet super terram.
Et dum gelaverit fiet tamquam cacumina tribuli. Frigidus ventus aquilo
flavit, et gelavit cristallum ab aqua. Super omnem congregationem aquarum
requiescet, et sicut lorica induet se aquis. Et devorabit montes et exuret
desertum, et extinguet viride sicut ignem. Medicina omnium in festinatio-
ne nebule, ros obvians ab ardore venienti humilem efficiet eum. In sermo-
ne eius siluit ventus, cogitatione sua placabit abyssum, et plantavit illum
dominus ihesus. Qui navigant mare enarrant pericula eius, et audientes auribus
nostris ammirabimur. Illic preclara et mirabilia opera, varia genera bestia-
rum, et omnium pecorum et creatura beluarum. Propter ipsum confirmatus
est itineris finis, et in sermone eius composita sunt omnia. Multa
dicemus et deficiemus verbis. Consummatio autem sermonum ipse est.
In omnibus gloriantes valebimus aliquid. Ipse enim omnipotens super
omnia opera sua. Terribilis dominus et magnus vehementer, et mira-
bilis potentia ipsius. Glorificantes dominum quantumcumque potue-
ritis, supervalebit adhuc, et ammirabilis magnificentia eius. Benedicen-
tes dominum exaltate illum quantum potestis, maior est enim omni laude.
Exaltantes eum replemini virtute. Ne laboretis, non enim pervenietis.
Quis vidit eum et enarrabit? Quis magnificavit eum sicut est ab ini-
tio? Multa abscondita sunt maiora his. Pauca enim vidimus
operum eius. Omnia autem dominus fecit, et pie agentibus dedit sapientiam.

Laudemus viros gloriosos, et parentes nostros in generatione sua. Laus patrum.
Multam gloriam fecit dominus magnificentia sua a seculo. Dominantes
in potestatibus suis, homines magni virtute et prudentia sua prediti,
nunciantes in prophetis dignitatem prophetarum, et imperantes in presenti
populo, et virtute prudentie populis sanctissima verba. In peritia sua
requirentes modos musicos, et narrantes carmina scripturarum. Ho-
mines divites in virtute, pulchritudinis studium habentes, pacifican-
tes in domibus suis. Omnes isti in generationibus gentis sue gloriam ad-
epti sunt, et in diebus suis habentur in laudibus. Qui de illis nati sunt
reliquerunt nomen narrandi laudes eorum. Et sunt quorum non est memoria.
Perierunt quasi qui non fuerint, et nati sunt quasi non nati, et filii
ipsorum cum illis. Sed illi viri misericordie sunt, quorum pietates non defuerunt.
Et cum semine ipsorum permanet bona hereditas. Nepotes illorum sem in
testamentis stetit, et filii ipsorum propter illos. Usque in eternum manet sem-
en eorum, et gloria eorum non derelinquetur. Corpora ipsorum in pace sepulta sunt.
Et nomina eorum vivent in generationes et generationes. Sapientiam ipsorum
narrent populi, et laudem eorum nunciet ecclesia.

Enoch placuit deo, et translatus est in paradysum, ut det gentibus peniten-
tiam.

Noe inventus est perfectus et iustus, et in tempore iracundie factus est recon-
ciliatio. Ideo dimissum est reliquum terre, cum factum est diluvium.
Testamenta seculi posita sunt apud illum, ne deleri possit diluvio omnis caro.
Abraham magnus pater multitudinis gentium, et non est inventus similis illi,
qui conservavit legem excelsi, et fuit in testamento cum illo. In carne eius
stare fecit testamentum, et in temptatione inventus est fidelis. Ideo iure-
iurando dedit illi semen in gente sua, crescere illum quasi terre cumulum.
Et ut stellas exaltare semen eius, et hereditari illos a mari usque ad ma-
re, et a flumine usque ad terminos terre.

Et in ysaac eodem fecit modo, propter abraham patrem ipsius. Benedic-
tionem omnium gentium dedit illi, et testamentum suum confirmavit
super caput iacob. Agnovit eum in benedictionibus suis, et dedit illi
hereditatem, et divisit ei partem in tribubus xii. Et conservavit illi ho-
mines misericordie invenientes gratiam in oculis omnis carnis.

Dilectus deo et hominibus moyses, cuius memoria in benedictione est.
Similem illum fecit in gloria sanctorum, et magnificavit eum in timore inimi-
corum, et in verbis suis monstra placavit. Glorificavit eum in conspectu
regum, et iussit illi coram populo, et ostendit illi gloriam suam. In fide
et lenitate ipsius sanctum fecit illum, et elegit illum de omni carne. Au-
divit enim eum et vocem ipsius, et induxit illum in nube, et dedit illi
coram precepta, et legem vite et discipline. Docere iacob testamentum
et iudicia sua israhel.

Excelsum fecit aaron fratrem eius, et similem sibi de tribu levi. Statuit ei
testamentum eternum, et dedit illi sacerdotium gentis, et beatificavit
illum in gloria, et circumcinxit illum zona iusticie. Induit eum stola
glorie, et coronavit illum in vasis virtutis. Circumpedes et femoralia
et humerale posuit ei, et cinxit illum tintinnabulis aureis plurimis
in gyro, dare sonitum in incessu suo, auditum facere sonitum in templo,
in memoria filiis gentis sue. Stolam sanctam auro et iacincto et purpura
opus textile viri sapientis, iudicio et veritate prediti, torto cocco opus
artificis, gemmis preciosis figuratis in ligatura auri, et opere lapidarii
sculptis, in memoria secundum numerum tribuum israhel. Coronam auream
super mitram eius expressam signo sanctitatis, gloria honoris et opus virtutis,
desideria oculorum ornata. Sic pulchra ante ipsum non fuerunt talia usque
ad originem. Non induit est alienigena illis, sed tantum filii ipsius soli
et nepotes eius, per omne tempus. Sacrificia ipsius consumpta sunt igni
cotidie. Complevit moyses manus eius, et unxit illum oleo sancto. Fa-
ctum est illi in testamentum eternum, et semini eius sicut dies celi, fungi
sacerdotio et habere laudem et glorificare populum suum in nomine suo.
Ipsum elegit ab omni vivente offerre sacrificium deo, incensum et bonum
odorem in memoria placere pro populo suo. Et dedit illi in preceptis suis
potestatem in testamentis iudiciorum, docere iacob testimonia, et
in lege sua lucem dare israhel. Quia contra illum steterunt alieni, et
propter invidiam circumdederunt illum in deserto homines qui erant circa
dathan et abiron, congregatio chore in iracundia. Vidit dominus
deus et non placuit illi, et consumpti sunt in impetu iracundie. Fecit illis
monstra, et consumpsit illos in flamma ignis. Et addidit aaron glo-
riam, et dedit illi hereditatem, et primitias frugum terre divi-
sit illi. Panem ipsis in primis paravit in saturitate. Nam sacrificia
domini edent que dedit ipsi et semini eius. Ceterum in terra gentis
non hereditabit, et pars non est illi in gente, ipse enim pars eius
est et hereditas.

Phinees filius eleazari tercius in gloria est. Imitando ipsum in timo-
re domini, et stare in reverentia gentis, in bonitate et alacritate ani-
me sue placuit deo israhel. Ideo statuit ad illum testamentum pacis, prin-
cipem sanctorum et gentis sue, ut illi sit et semini eius sacerdotii digni-
tas in eternum. Et testamentum david regi filio iesse de tribu iuda,
hereditas ipsi et semini eius, ut daret sapientiam in cor nostrum, iudi-
care gentem suam in iusticia, ne abolerentur bona ipsorum, et gloriam
ipsorum in gentem eorum eternam fecit.

Fortis in bello ihesus nave successor moysi in prophetis, qui fuit magnus se-
cundum nomen suum, maximus in salute electorum dei, expugnare in-
surgentes hostes, ut consequeretur hereditatem israhel. Quam gloriam ad-
eptus est in tollendo manus suas, et iactando contra civitates
quis ante illum sic restitit. Nam hostes dominus ipse perducebat. Aut
non in iracundia eius impeditus est sol, et una dies facta est quasi duo?

Invocavit altissimum potentem in obpugnando inimicos undique. et audivit illum magnus et sanctus deus. in saxis grandinis virtutis valde fortis. Impetum fecit contra gentem hostilem. et in descensu perdidit contrarios. ut cognoscant gentes potentiam eius. quia contra dominum pugnare non est facile. et secutus est a tergo potentes. et in diebus moysi misericordiam fecit ipse et caleph filius iefonne stare contra hoste et prohibere gentem a peccatis. et perfringere murmur malicie. et ipsi duo constituti a periculo liberati sunt. a numero sexcentorum milium peditum. inducere illos in hereditatem in terram que manat lacte et melle. Et dedit dominus ipsi caleph fortitudinem et usque ad senectutem permansit illi virtus. ut ascenderet in excelsum terre locum. et semen ipsius obtinuit hereditatem ut viderent omnes filii israhel quia bonum est obsequi sancto deo. Et iudices singuli suo nomine quorum non est corruptum cor qui non aversi sunt a domino. ut sit memoria illorum in benedictione. et ossa eorum pullulent de loco suo. et nomen eorum permaneat in eternum. permanens ad filios illorum sanctorum virorum gloria.

[D]ilectus a deo samuel propheta domini renovavit imperium. et unxit principes in gente sua. in lege domini iudicavit congregationem. Et vidit dominus iacob. et in fide sua probatus est propheta. et cognitus est in verbis suis fidelis. quia vidit deum lucis. et invocavit dominum omnipotentem in impugnando hostes circumstantes undique in oblatione agni inviolati. Et intonuit de celo dominus in sonitu magno auditam fecit vocem suam. et contrivit principes tyriorum. et omnes duces philistiim. et ante tempus finis vite sue et seculi. testimonium perhibuit in conspectu domini et christi. Pecunias et usque ad calciamenta ab omni carne non accepit. et non accusavit illum homo. Et post hoc dormivit et notum fecit regi. et ostendit illi finem vite sue. et exaltavit vocem eius de terra in prophetia delere impietatem gentis.

[P]ost hec surrexit nathan propheta in diebus david. et quasi adeps separatus a carne.

[S]ic david a filiis israhel. Cum leonibus lusit quasi cum agnis. et in ursis similiter fecit sicut in agnis ovium. in iuventute sua. Numquid non occidit gygantem. et abstulit obprobrium de gente. In tollendo manum in saxo funde deiecit exultationem golie. ubi invocavit dominum omnipotentem. et dedit in dextera eius tollere hominem fortem in bello. et exaltare cornu gentis sue. sic in decem milibus glorificavit eum. et laudavit eum in benedictionibus domini. in offerendo illi coronam glorie. Contrivit enim inimicos undique. et exstirpavit philistiim contrarios. usque in hodiernum diem. Contrivit cornu ipsorum usque in eternum. in omni opere. Dedit confessionem sancto. excelso in verbo glorie. De omni corde suo laudavit dominum. et dilexit deum qui fecit illum. et dedit illi contra inimicos potentiam. et stare fecit cantores contra altare. et in sono eorum dulces fecit modos. Et dedit in celebrationibus decus. et ornavit tempora usque ad consummationem vite. ut laudarent nomen domini sanctum. et amplificarent mane dei sanctitatem. Christus purgavit peccata ipsius. et exaltavit in eternum cornu eius. et dedit illi testamentum regum. et sedem glorie in israhel. Post illum surrexit filius sensatus. et propter illum deiecit omnem potentiam inimicorum.

[S]alomon imperavit in diebus pacis. cum subiecit deus omnes hostes ut conderet domum in nomine suo. et pararet sanctitatem in sempiternum. quemadmodum eruditus est in iuventute sua. et impletus est quasi flumen sapientia. et terram retexit anima sua. et replesti in comparationibus enigmata. Ad insulas longe divulgatum est nomen tuum. et dilectus es in pace tua. In canticis et proverbiis et comparationibus et interpretationibus mirate sunt terre. et in nomine domini dei. cui est cognomen deus israhel. Collegisti quasi auricalcum aurum. et ut plumbum implesti argentum. et inclinasti femora tua mulieribus. Potestatem habuisti in corpore tuo. et dedisti maculam in gloria tua. et profanasti semen tuum inducere iracundiam ad liberos tuos. et incitari stultitiam tuam ut faceres imperium bipertitum. et ex effraim imperare imperium durum. Deus autem non derelinquet misericordiam suam et non corrumpet neque delebit opera sua. neque perdet a stirpe nepotes electi sui. et semen eius qui diligit dominum non corrumpet. Dedit autem reliquum iacob. et david de ipsa stirpe. et finem habuit salomon cum patribus suis. et reliquit post se de semine suo gentis stultitiam.

[E]t minuitum prudentia roboam qui avertit gentem consilio suo.

[E]t hieroboam filium nabath qui peccare fecit israhel. et dedit effraim viam peccandi. et plurima redundaverunt peccata ipsorum. Valde enim avertit eos a terra sua et quesivit omnes nequitias. usque dum perveniret ad illos defensio. et ab omnibus peccatis liberavit eos.

[E]t surrexit helyas propheta quasi ignis. et verbum ipsius quasi facula ardebat. Qui induxit in illos famem. et irritantes illum invidia sua pauci facti sunt. Non poterant enim sustinere precepta domini. Verbo domini continuit celum. et deiecit a se igne ter. Sic amplificatus est helyas in mirabilibus suis. Et quis potest similiter gloriari tibi. qui sustulisti mortuum ab inferis. de sorte mortis in verbo domini dei tui. Qui deiecisti reges ad perniciem. et confregisti facile potentiam ipsorum. et gloriosos de lecto suo. qui audis in syna iudicium et in oreb iudicia defensionis. qui ungis reges ad penitentiam. et prophetas facis successores post te. qui receptus es in turbine ignis. et in curru equorum igneorum. qui scriptus es in iudiciis temporum lenire iracundiam domini. conciliare cor patris ad filium. et restituere tribus iacob. Beati sunt qui te viderunt et in amicitia tua decorati sunt. Nam nos vita vivimus tantum. post mortem autem non erit tale nomen nostrum. Helyas qui in turbine tectus est. et in helyseo completus est spiritus eius. in diebus suis non pertimuit principem. et in potentia nemo vicit illum. nec superavit illum verbum aliquod. et mortuum prophetavit corpus eius. In vita sua fecit monstra. et in morte mirabilia operatus est. In omnibus istis non penituit populus. et non recesserunt a peccatis suis usque dum abiecti sunt de terra sua. et dispersi sunt in omnem terram. et relicta est gens perpauca. et princeps in domo david. Quidam ipsorum fecerunt quod placeret deo. alii autem multa commiserunt peccata.

[E]zechias munivit civitatem suam. et induxit in medium ipsius aquam. et fodit ferro rupem. et edificavit ad aquam puteum. In diebus suis ascendit sennacherib. et misit rabsacen. et abstulit manum suam contra illos. et extulit manum suam in syon. et superbus factus est potentia sua. Tunc mota sunt corda et manus ipsorum. et doluerunt quasi parturientes mulieres. et invocaverunt dominum misericordem. Et expandentes manus ad celum extulerunt. et sanctus dominus deus audivit cito vocem ipsorum. non est commemoratus peccatorum illorum. neque dedit illos inimicis suis. sed purgavit illos in manu ysaie sancti prophete. Subiecit castra assyriorum et contrivit illos angelus dei. Nam fecit ezechias quod placuit deo. et fortiter ivit in via david patris sui. quam mandaverat illi ysaias propheta magnus et fidelis in conspectu dei. In diebus suis retro rediit sol. et addidit regi vitam. Spiritu magno vidit ultima. et consolatus est lugentes in syon. usque in sempiternum ostendit futura. et abscondita antequam evenirent.

Memoria iosie

[I]n compositione odoris facta opus pigmentarii. In omni ore quasi mel indulcabitur eius memoria. et ut musica in convivio vini.

Ipse est directus divinitus in penitentiam gentis. et tulit abhominationes impietatis. et gubernavit ad dominum cor ipsius. et in diebus suis peccatorum corroboravit pietatem.

[P]reter david et ezechiam et iosiam omnes peccatum commiserunt. nam dereliquerunt legem potentes reges iude. et contempserunt timorem dei. Dereliquerunt enim regnum suum aliis. et gloriam suam alienigene genti. incenderunt electam sanctitatis civitatem.

[E]t desertas fecerunt vias ipsius in manu hieremie. Nam male tractaverunt illum qui a ventre matris consecratus est propheta. evertere et eruere et perdere. et iterum reedificare et renovare. Ezechiel qui vidit conspectum glorie. quam ostendit illi in curru cherubin. nam commemoratus est inimicorum in imbre. benefacere illis qui ostenderunt rectas vias. et duodecim prophetarum ossa pullulant de loco suo. Nam corroboraverunt iacob. et redemerunt se in fide virtutis. Quomodo amplificemus zorobabel. Nam et ipse quasi signum in dextera manu in israhel et ihesum iosedech. qui in diebus suis edificaverunt domum. et exaltaverunt templum sanctum domino paratum in gloriam sempiternam. et neemias in memoria multi temporis. qui erexit nobis muros eversos. et stare fecit portas et seras. qui erexit domos nostras. Nemo natus est in terra qualis enoch. nam et ipse receptus est a terra. et ioseph qui natus est homo princeps fratrum. firmamentum gentis. rector fratrum. stabilimentum populi. et ossa ipsius visitata sunt. et post mortem prophetaverunt. Seth et sem apud homines gloriam adepti sunt. et super omnem animam in origine adam.

[S]ymon onye filius sacerdos magnus qui in vita sua suffulsit domum. et in diebus suis corroboravit templum. Templi etiam altitudo ab ipso fundata est. duplex edificatio. et excelsi parietes templi. In diebus ipsius emanaverunt putei aquarum. et quasi mare adimpleti sunt supra modum. Qui curavit gentem suam. et liberavit eam a perditione. qui prevaluit amplificare civitatem. qui adeptus est gloriam in conversatione gentis. et ingressum domus et atrii amplificavit. Quasi stella matutina in medio nebule. et quasi luna plena in diebus suis lucet. et quasi sol refulgens. sic ille effulsit in templo dei. quasi arcus refulgens inter nebulas glorie. et quasi flos rosarum in diebus vernis. quasi lilia que sunt in transitu aque. et quasi thus redolens in diebus estatis. Quasi ignis effulgens. et thus ardens in igne. quasi vas auri solidum ornatum omni lapide precioso. quasi oliva pullulans et cypressus in altitudine se extollens. in accipiendo ipsum stolam glorie. et vestiri eum in consummatione virtutis. In ascensu altaris sancti gloriam dedit sanctitatis amictum. in accipiendo autem partes de manu sacerdotum. et ipse stans iuxta aram. Circa illum corona fratrum quasi plantatio cedri in monte lybano. sic circa illum steterunt quasi rami palme. et omnes filii aaron in gloria sua. Oblatio autem domini in manibus ipsorum. coram omni synagoga israhel. et consummatione fungens in ara. amplificare oblationem excelsi regis. Porrexit manum suam in libatione et libavit de sanguine uve. effudit in fundamento altaris odorem divinum excelso principi. Tunc exclamaverunt filii aaron in tubis productilibus sonaverunt. et auditam fecerunt magnam vocem in memoria coram deo.

Tunc omnis populus simul properaverunt et ceciderunt in faciem super terram adorare dominum deum suum. et dare preces deo omnipotenti excelso. et amplificaverunt psallentes in vocibus suis. et in magna domo auctus est sonus suavitatis plenus. Et rogavit populus dominum excelsum in prece usque dum perfectus est honor domini. et munus suum perfecerunt. Tunc descendens extulit manus suas in omnem congregationem filiorum israhel. dare gloriam deo a labiis suis. et in nomine ipsius gloriari. Et iteravit orationem suam. volens ostendere virtutem dei. Et nunc orate deum omnium. qui magna fecit in omni terra. qui auxit dies nostros a ventre matris nostre. et fecit nobiscum secundum suam misericordiam. Det nobis iocunditatem cordis. et fieri pacem in diebus nostris in israhel per dies sempiternos. credere israhel nobiscum esse misericordiam dei. ut liberet eos in diebus suis. Duas gentes odit anima mea. tertia autem non est gens quam oderim qui sedent in monte seyr. et philistiim et stultus populus qui habitabat in sychimis. Doctrinam sapientie et disciplinae scripsit in codice isto ihesus filius syrak hierosolimita. qui renovavit sapientiam de corde suo. Beatus qui in istis versatur bonis. qui ponit illa in corde suo. sapiens erit semper. Si enim hec fecerit ad omnia valebit. quia lux dei vestigium est eius.

Oratio ihesu filii syrak.

[C]onfitebor tibi domine rex et collaudabo te deum salvatorem meum. Confitebor nomini tuo magno. quoniam adiutor et protector factus es mihi. et liberasti corpus meum a perditione. a laqueo lingue inique. et a labiis operantium mendacium. et in conspectu astantium factus es mihi adiutor. et liberasti me secundum multitudinem misericordie nominis tui. a rugientibus preparatis ad escam. de manibus querentium animam meam. et de portis tribulationum que circumdederunt me. et a pressura flamme que circumdedit me. et in medio ignis non sum estuatus. de altitudine ventris inferi. et a lingua coinquinata. et a verbo mendacii. a rege iniquo. et a lingua iniusta. Laudabit usque ad mortem anima mea dominum. et vita mea appropinquans erat in inferno deorsum. Circumdederunt me undique. et non erat qui adiuvaret. Respiciens eram ad adiutorium hominum. et non erat. Memoratus sum misericordie tue domine. et operationis que a seculo est. quoniam eruis sustinentes te et liberas eos de manibus gentium. Exaltasti super terram habitationem meam. et pro morte defluenti deprecatus sum. Invocavi dominum patrem domini mei. ut non derelinquat me in die tribulationis mee. et in tempore superborum sine adiutorio. Laudabo nomen tuum assidue. et collaudabo illud in confessione et exaudita est oratio mea. Liberasti me de perditione. et eripuisti me de tempore iniquo. Propterea confitebor et laudem dicam tibi. et benedicam nomen domini. Cum adhuc iunior sum. priusquam oberrarem quesivi sapientiam palam in oratione mea. Ante templum postulabam pro illa. et usque in novissimis inquiram illam. et florebit tamquam precox uva. Letatum est cor meum in ea. ambulavit pes meus iter rectum. A iuventute mea investigabam eam. inclinavi modice aurem meam et excepi illam. Multam inveni in me ipso sapientiam. et multum profeci in ea. Danti mihi sapientiam dabo gloriam. Consiliatus sum enim ut facerem illam. Zelatus sum bonum. et non confundar. Colluctata est anima mea in illa. et faciendo eam confirmatus sum. Manus meas extendi in altum. et insipientiam eius luxit anima mea. Direxi ad illam. et in agnitione inveni eam. Possedi cum ipsis cor ab initio. propter hoc non derelinquar. Venter meus conturbatus est querendo illam propterea possidebo bonam possessionem. Dedit enim mihi dominus linguam mercedem meam. et in ipsa laudabo eum. Appropiate ad me indocti. et congregate vos in domo disciplinae. Quid adhuc retardatis. et quid dicitis in his. Anime vestre sitiunt vehementer. Aperui os meum et locutus sum. Comparate vobis sine argento. et collum vestrum subicite iugo. et suscipiat anima vestra disciplinam. In proximo est enim invenire eam. Videte oculis vestris quia modicum laboravi. et inveni mihi multam requiem. Assumite disciplinam in multo numero argenti. et copiosum aurum possidete in ea. Letetur anima vestra in misericordia eius. et non confundemini in laude ipsius. Operamini opus vestrum ante tempus. et dabit vobis mercedem vestram in tempore suo.

Et inclinavit salomon genua sua in conspectu totius ecclesie israel. & expandit ad celum manus suas & dixit. Domine deus israel non est similis tibi deus in celo sursum. neque in terra deorsum. qui custodis pactum tuum & misericordiam pueris tuis qui ambulant in conspectu tuo in toto corde. Servasti puero tuo david que locutus es illi. Locutus es ore tuo. & manu tua implesti. quasi dies iste. Et nunc domine deus israhel custodi puero tuo david patri meo. que locutus es illi dicens. Non deerit tibi vir a facie mea sedens in throno israel. verumtamen si custodierint filii tui legem meam ut in preceptis meis ambulent: sicut ambulaverunt in conspectu meo fideles. Et nunc domine deus credo ut me verbum quod locutus es puero tuo david. qui sit vere habitabit deus cum hominibus in terra. Si celum celi non sufficiunt tibi. quanto magis domus hec quam tibi edificavi. Sed respicias ad orationem servi tui. & precationem exaudias. domine placatione orationis quam puer tuus orat coram te hodie ut sint oculi tui super domum hanc die ac nocte. in locum quem dixisti invocari nomen tuum. & exaudias orationem quam puer tuus orat in hoc loco. & exaudias precationem pueri tui. & populi tui israel. Si oraverit quis in loco isto. & exaudies in loco habitationis tue de celo. ut exaudias & propitius sis si peccaverit tibi. ⁊ ⁊

oratio salomonis regis.

EXPLICIT LIBER IHESU FILII SYRAK. ⁊

INCIPIT PREFACIO HIERONIMI PRESBITERI IN LIBRO PARALIPOMENON IDEM VERBA DIERUM QUOD DICITUR DABREIAMIN.

SI SEPTUAGINTA INTERPRETUM PURA ET ut ab eis in grecum versa est editio permaneret. & superflue me chromati episcoporum sanctissime atque doctissime impelleres ut hebrea volumina latino sermone transferre. Quod enim semel aures hominum occupaverat & nascentis ecclesie roboraverat fidem. iustum erat etiam nostro silentio comprobari. Nunc vero cum pro varietate regionum diversa ferantur exemplaria. & germana illa antiqua que translatio corrupta sit atque violata. nostri arbitrii putas. aut e pluribus iudicare quod verum sit. aut novum opus in veteri opere condere. illudentibusque iudeis cornicum ut dicitur oculos configere. Alexandria & egyptus in septuaginta suis esicium laudat auctorem. Constantinopolis usque ad antiochiam. luciani martyris exemplaria probat. mediae inter has provincie palestinos codices legunt. quos ab origene elaboratos eusebius & pamphilus vulgaverunt. totusque orbis hac inter se trifaria varietate conpugnat. Et certe origenes non solum exempla composuit .iiii. editionum e regione singula verba describens ut unus dissentiens statim ceteris inter se consentientibus arguatur. sed quod maioris audacie est in editione .lxx. theodotionis editionem miscuit. asteriscis designans que minus fuerint. & virgulis que ex superfluo videbantur apposita. Si igitur aliis licuit non tenere quod semel susceperant. & post .lxx. cellulas que vulgo sine auctoritate iactantur singulas cellulas aperire. hocque ecclesiis legitur quod .lxx. nescierunt. cur me non suscipiant latini mei. qui inviolata editione veteri ita nova condidi. ut laborem meum hebreis. & quod his maius est apostolis auctoribus probem. Scripsi nuper librum de optimo genere interpretandi ostendens illa de evangelio. ex egypto vocavi filium meum. & quoniam nazareus vocabitur. & videbunt in quem conpunxerunt. & illud apostoli. que oculus non vidit nec auris audivit nec in cor hominis ascendit que preparavit deus diligentibus se. ceteraque his similia in hebreorum libris inveniri. Certe apostoli & evangeliste .lxx. interpretes noverant. & unde eis hec dicere. que .lxx. non habent. Christus deus noster utriusque testamenti conditor in evangelio secundum iohannem. qui credit inquit in me sicut dicit scriptura. flumina de ventre eius fluent aque vive. Utique scriptum est. quod salvator scriptum esse testatur. Ubi scriptum est. .lxx. non habent. apocrifa nescit ecclesia. Ad hebreos igitur revertendum est. unde & dominus loquitur. & discipuli exempla presumunt. Hec pace veterum loquor. & obtrectatoribus meis tantum respondeo. qui canino dente me rodunt. in publico detrahentes. legentes in angulis. iidem & accusatores & defensores cum in aliis probent quod in me reprobant. quasi virtus aut vitium non in rebus sit. sed cum auctore mutetur. Ceterum memini editionem .lxx. translatam olim de greco emendatam tribuisse me nostris. nec inimicum debere estimari eorum quos in conventu fratrum semper edissero. & quod nunc dabreiamin id est verba dierum interpretatus sum. idcirco feci ut inextricabiles nodos & silvam nominum que scriptorum confusa sunt vitio. sensuumque barbariem apertius. & per versuum cola digerere mihimet & ipsi. & meis iuxta hysmoenium canens. si aures surde sunt ceterorum. ⁊

ADAM SETH ENOS CAINAN malalehel. iared. enoch. Mathusalam. lamech. Noe. sem. cham. & iafeth. Filii iafeth gomer. magog. maday. & iavan. thubal. mosoch. & thiras. Porro filii gomer ascenez. & riphat. & thogorma. Filii autem iavan helysa. & tharsis. cethim. & dodanim. Filii cham chus. & mesraym. phut. & canaan. Filii autem chus saba. & evila. sabatha. & regma. & sabathaca. Porro filii regma. saba. & dadan. Chus autem genuit nemroth. Iste cepit esse potens in terra. Mesraym vero genuit ludym & anamym & laabim & nephthuym. Phetrusim quoque & casluym. de quibus egressi sunt philistiim & capthurim. Chanaan vero genuit sydonem primogenitum suum. etheum. iebuseumque; amorreum. & gergeseum. eveumque & araceum & asineum. aradium quoque & samareum. & emattheum. Filii sem elam & assur & arfaxat & lud & aram & hus & hul & gether & mosoch. Arfaxat autem genuit sala. qui & ipse genuit heber. Porro heber nati sunt duo filii nomen uni faleg quia in diebus eius divisa est terra. & nomen fratris eius iectan. Iectan autem genuit helmodad. & saleph. & asermoth & iare. adoram quoque. & uzal & decla. & ebal. & abimahel. & saba. necnon & ophir & evila & iobab. Omnes isti filii iectan. Sem & arfaxat sale. heber. faleg. ragau. serug. nachor. thare. abram. Iste est abraham. ⁊

Filii autem abraham ysaac & ysmahel. & he generationes eorum. Primogenitus ysmahelis nabaioth. & cedar. & abdeel. & mabsam. & masma. & duma. & massa. adad & thema. iathur. naphis & cedma. Hii sunt filii ysmahelis. Filii autem cethure concubine abraham quos genuit zamram. iecsan. madan & madian. iesboch. sue. Porro filii iecsan saba. & dadan. Filii autem madian effa & apher. & enoch & abida & heldaa. Omnes hii filii cethure. Genuit autem abraham ysaac. cuius fuerunt filii esau & israel. Filii esau eliphaz. rahuel. iehus. ielon. chore. Filii eliphaz theman. omar. sephu. gethem. cenez. thamna. amalech. Filii rahuel naath. zara. samma. meza. Filii seir lothan. sobal. sebeon. ana. dyson. eser. dysan. Filii lothan horri. humam. Soror autem lothan fuit thamna. Filii sobal alian & manaath & hebal & sephi. & onam. Filii sebeon aia & ana. Filii ana dyson. Filii dyson amaram. & eseban & iethran & charan. Filii eser balaan. & zavan. & iachan. Filii dysan hus & aram. Isti sunt reges qui imperaverunt in terra edom. antequam esset rex super filios israhel. Bale filius beor. & nomen civitatis eius denaba. Mortuus est autem bale. & regnavit pro eo iobab filius zare de bosra. Cumque iobab fuisset mortuus. regnavit pro eo husan de terra themanorum. Obiit quoque & husam. & regnavit pro eo adad filius badach qui percussit madian in terra moab. & nomen civitatis eius avith. Cumque & adad fuisset mortuus. regnavit pro eo semla de masreca. Sed & semla mortuus est & regnavit pro eo saul de rooboth. que iuxta amnem sita est. Mortuo quoque saul regnavit pro eo balaanan filius achobor. Sed & hic mortuus est & regnavit pro eo adad. cuius urbis nomen phou. Et appellata est uxor eius meezabel filia matred filie mezaab. Adad autem mortuo. duces pro regibus in edom esse ceperunt. ⁊

Dux thamna. dux alva. dux ietheth. dux oolibama. dux hela. dux phinon. dux cenez. dux theman. dux mabsar. dux medihel. dux hiram. Hii duces edom. Filii autem israel ruben. symeon. levi. iuda. ysachar & zabulon. dan. ioseph. beniamin. neptalim. gad. & aser. Filii iuda her & onan. sela. tres nati sunt de filia sue chananitidis. Fuit autem her primogenitus iuda malus coram domino. & occidit eum. Thamar autem nurus eius peperit ei fares & zara. Omnes ergo filii iuda quinque. Filii autem fares esrom & hamul. Filii quoque zare zambri & ethan & eman. chalchal quoque & darai. simulque quinque. Filii charmi achar qui conturbavit israhel & peccavit in furto anathematis. Filii ethan azarias. Filii autem esrom qui nati sunt ei ierameel & aram. & chalubi. Porro aram genuit aminadab. Aminadab autem genuit naasson principem filiorum iuda. Naasson quoque genuit salmon de quo ortus est booz. Booz vero genuit obeth. qui & ipse genuit ysai. Ysai autem genuit primogenitum heliab. secundum aminadab. tertium semaa. quartum nathanael. quintum raddai. sextum asom. septimum david. quorum sorores fuerunt sarvia. & abigail. Abigail autem genuit amasa cuius pater fuit iether ysmahelites. Chalubi vero filius esrom accepit uxorem nomine azuba de qua genuit ierioth. Fueruntque filii eius iesar & sobab & ardon. Cumque mortua esset azuba accepit uxorem chalubi efrata. que peperit ei hur. Porro hur genuit uri. & uri genuit beseleel. ⁊

Post hec ingressus est esrom ad filiam machir patris galaad. & accepit eam cum esset annorum .lx. que peperit ei segub. Sed & segub genuit iair. & possedit .xx. tres civitates in terra galaad. cepitque gessur & aram. oppida iair & chanath. & viculos eius .lx. civitatum. Omnes isti filii machir patris galaad. Cum autem mortuus esset esrom. ingressus est chalubi ad efrata. habuitque esrom uxorem abia. que peperit ei assur patrem thecue. Nati sunt autem filii ei ierameel primogenito esrom ram primogenitus eius & buna. & aram. & asom. & achia. Duxit quoque uxorem alteram ierameel nomine athara. que fuit mater onam. Sed & filii ram primogeniti ierameel fuerunt moos & iamin & achar. Onam autem habuit filios semei & iada. Filii autem semei nadab & abisur. Nomen vero uxoris abisur abiail que peperit ei ahobban & molid.
98. Filii autem nadab fuerunt saled & apphaim. Mortuus est autem saled absque liberis. Filius vero apphaim iesi. qui iesi genuit sesan. Porro sesan genuit oholi. Filii autem iada fratris semei iether & ionathan. Sed & iether mortuus est absque liberis. Porro ionathan genuit phaleth & ziza. Isti fuerunt filii ierameel. Sesan autem non habuit filios sed filias & servum egyptium nomine iera. Dedit que ei filiam suam uxorem. que peperit ei ethei. Ethei autem genuit nathan. & nathan genuit zabad. Zabad quoque genuit ophal. & ophal genuit obed. & obed genuit iehu. iehu genuit azariam. azarias genuit helles. helles genuit elasa. elasa genuit sesamoi. Sesamoi genuit sellum. sellum genuit iechamian. iechamian genuit elisama. Filii autem caleph fratris ierameel mosa primogenitus eius. ipse est pater ziph. & filii maresa patris ebron. Porro filii ebron chore & taphua. & recem & samma. Samma autem genuit raam patrem iercaam. & recem genuit semei. Filius semei maon. & maon pater bethsur. Effa autem concubina caleb peperit aram & mosa & gezez. Porro aram genuit gezem. Filii adai regom. & iothan & iesem. & phalech. & epha & saaph. Concubina autem caleb maacha peperit saber & tharana. Genuit autem saaph patrem madmena sue patrem machbena & patrem gabaa. Filia vero caleb fuit achsa. Hii erant filii caleb filii hur primogeniti ephrata. sobal pater cariathiarim. salma pater bethlehem. ariph pater bethgader. Fuerunt autem filii sobal patris cariathiarim qui videbat dimidium requietionum. & de cognatione cariathiarim iethrei & aphutei & semathei & maserei. Ex his egressi sunt saraitae & esthaolitae. Filii salma bethlehem & netophati coronae domus ioab. & dimidium requietionis sarai. cognationes quoque scribarum habitantium in iabes. canentes atque resonantes. & in tabernaculis commorantes. Hii sunt cinei qui venerunt de calore patris domus rechab. David vero hos habuit filios qui ei nati sunt in ebron. primogenitum amnon ex achinoe iezrahelitide. Secundum daniel de abigail carmelitide. Tertium absalon filium maacha filie pcholomei regis gessuri. Quartum adoniam filium

libri paralipomenon

Aggith. quintum Saphatiam ex Abital. sextum Iethraam de Egla uxore sua. Sex ergo nati sunt ei in Hebron ubi regnavit septem annis et sex mensibus. Triginta autem et tribus annis regnavit in Hierusalem. Porro in Hierusalem nati sunt ei filii Samaa et Sobab et Nathan et Salomon. Quattuor de Bethsabee filia Amihel. Iebaar quoque et Elisama et Elifalech et Noge et Iafeg et Iaphie necnon et Elisama et Eliade et Elifaleth novem. Omnes hi filii David absque filiis concubinarum. habueruntque sororem Thamar. Filius autem Salomonis Roboam cuius Abia filius genuit Asa. De hoc quoque natus est Iosafat pater Ioram. Qui Ioram genuit Ochoziam ex quo ortus est Ioas. et huius Amasias filius genuit Azariam. Porro Azarie filius Ioatham procreavit Achaz patrem Ezechie. de quo natus est Manasses. Sed et Manasses genuit Ammon patrem Iosie. Filii autem Iosie fuerunt primogenitus Iohannan. secundus Ioachim. tertius Sedechias. quartus Sellum. De Ioachim natus est Iechonias et Sedechias. Filii Iechonie fuerunt Asir. Salathiel. Melchiram. Fadaia. Semaser et Iecemia. Sama et Nadabia. De Fadaia orti sunt Zorobabel et Semei. Zorobabel genuit Mosollam. Ananiam. et Salomith sororem eorum. Asabal quoque et Ochol. et Barachiam et Asadiam Iosabesed quinque. Filius autem Ananie Phaltias pater Iesaie cuius filius Raphaia. huius quoque filius Arnan de quo natus est Abdia. cuius filius fuit Sechenia. Filius Sechenie Semeia. cuius filius Atthus. et Iegal. et Baria. et Naaria et Saphat et Seza sex numero. Filii Naarie Helionai. Ezechias et Ezricham tres. Filii Helionai Oduia et Heliasib et Pheleia. et Accub. et Iohanna. et Dalaia et Anani VII.

Filii Iuda Phares et Esrom. et Charmi et Hur et Sobal. Reaia vero filius Sobal genuit Ieth de quo nati sunt Achumai et Laad. Hee quoque cognationes Sarathi. Ista quoque stirps Ethan. Iezrahel Iesema et Iedebos. nomenque sororis eorum Asalelphuni. Fanuhel autem pater Gedor. et Ezer pater Osa. Isti sunt filii Hur primogeniti Effrata patris Bethleem. Assur vero patri Thecue erant due uxores Alaa et Naara. Peperit autem ei Naara Oozam et Epher et Themani et Ahastari. Isti sunt filii Naara. Porro filii Alaa Sereth et Isaar et Ethnan. Cos autem genuit Anob et Soboba et cognationem Arahel filii Arum. Fuit autem Iabes inclitus pre fratribus suis. et mater eius vocavit nomen eius Iabes dicens. quia in dolore peperi eum. Invocavit vero Iabes Deum Israhel dicens. Si benedicens benedixeris mihi et dilataveris terminos meos. et fuerit manus tua mecum. et feceris me a malicia non opprimi. et prestitit Deus que precatus est. Caleb autem frater Sue genuit Machir qui fuit pater Esthon. Porro Esthon genuit Bethrafa. et Phesse. et Tehinna patrem urbis Naas. Hi sunt viri Recha. Filii autem Cenez Othoniel et Saraia. Porro filii Othoniel Athath et Maonathi. Maonathi genuit Ophra. Saraias autem genuit Ioab patrem vallis artificum. Ibi quippe artifices erant. Filii vero Caleb filii Iefone Hir et Hela et Naham. Filii Hela Ienez. Filii quoque Iaalehel Ziph et Zipha. Thiria et Asrahel. Et filii Ezra Iether et Mered et Epher et Ialon. Genuitque Mariam et Sammai et Iesba patrem Esthamo. Uxor quoque eius Iudaia peperit Iared patrem Gedor. et Heber patrem Socho et Icuthiel patrem Zanoe. Hi autem filii Bethie filie Pharaonis quam accepit Mered. Et filii uxoris Odaie sororis Naham patris Ceila Garmi et Esthamo qui fuit de Machati. Filii quoque Symon Amnon et Rinna. Filius Anan et Thilon. Et filii Iesi Zoeth et Benzoeth. Filii Sela filii Iuda Her pater Lecha et Laada pater Maresa et cognationes domus operantium byssum in domo iuramenti. et qui stare fecit solem virique mendacii et securus et incendens qui principes fuerunt in Moab. et qui reversi sunt in Lehem. Hec autem verba vetera.

hi sunt figuli habitantes in plantationibus et in sepibus apud regem in operibus eius. commoratique sunt ibi. Filii Symeon Namuhel et Iamin. Iarib Zara. Saul. Sellum filius eius Mabsam filius eius. Masma filius eius. Filii Masma. Amuhel filius eius. Zacchur filius eius. Semei filius eius. Filii Semei sedecim. et filie sex. Fratres autem eius non habuerunt filios multos et universa cognatio non potuit adequare summam filiorum Iuda. Habitaverunt autem in Bersabee et Molada. et Asarsuhal et in Bala. et in Asom et in Tholad et in Bathuel et in Horma et in Siceleg. et in Bethmarchaboth. et in Asarsusim et in Bethbarai. et in Saarim. Hee civitates eorum usque ad regem David. Ville quoque eorum Etham. Ehen et Remmon et Thochen. et Asan civitates quinque. et universi viculi eorum per circuitum civitatum istarum usque ad Baal. Hec est habitatio eorum et sedium distributio. Mosobab quoque et Iemlech. et Iosa filius Amasie et Iohel et Iehu filius Iosabie filii Sarie filii Asihel et Helioenai et Iacoba et Sehaia et Asaia et Adihel et Ysimael et Banaia et Ziza filius Sephei filii Allon. Filii Idaia filii Semri. Filii Samaia. Isti sunt nominati principes in cognationibus suis. et in domo affinitatum suarum multiplicati sunt vehementer. et profecti sunt ut ingrederentur in Gador usque ad orientem vallis. et ut quererent pascua gregibus suis. et invenerunt pascuas uberes. et valde bonas. et terram latissimam et quietam et fertilem. in qua ante habitaverant de stirpe Cham. Hii ergo venerunt quos supra descripsimus nominatim in diebus Ezechie regis Iuda. et percusserunt tabernacula eorum. et habitatores qui inventi fuerant ibi. et deleverunt eos usque in presentem diem. habitaveruntque pro eis quoniam uberrimas ibidem pascuas repperrerunt. De filiis quoque Symeon abierunt in montem Seyr viri quingenti habentes principes Phaltiam et Naariam et Raphaiam. et Oziel filios Iesi. et percusserunt reliquias que evadere poterant Amalechitarum et habitaverunt ibi pro eis usque in diem hanc.

Filii quoque Ruben primogeniti Israhel. ipse quippe fuit primogenitus eius. Sed cum violasset thorum patris sui. data sunt primogenita eius filiis Ioseph filii Israhel et non est ille reputatus in primogenitum. Porro Iudas qui erat fortissimus inter fratres suos. de stirpe eius principes germinati sunt. Primogenita autem reputata sunt Ioseph. Filii ergo Ruben primogeniti Israhel Enoch et Phallu. Esrom et Charmi. Filii Iohel Samaia. filius eius Gog. filius eius Semei. filius eius Baal. filius eius Beera. quem captivum duxit Thelgathfallasar rex Assiriorum. et fuit princeps in tribu Ruben. Fratres autem eius et universa cognatio quando numerabantur per familias suas habuerunt principes Iehiel et Zachariam. Porro Baal filius Azaz filii Samma filii Iohel ipse habitavit in Aroher usque ad Nebo et Beelmeon. contra orientalem quoque plagam habitavit usque ad introitum heremi et flumen Eufraten. Multum quippe numerum iumentorum possidebat in terra Galaad. In diebus autem Saul preliati sunt contra Agarenos et interfecerunt illos. habitaveruntque pro eis in tabernaculis eorum in omni plaga que respicit ad orientem Galaad. Filii vero Gad e regione eorum habitaverunt in terra Basan usque Selcha. Iohel in capite et Saphan secundus. Ianai autem et Saphat in Basan. Fratres vero eorum secundum domos cognationum suarum Michael et Mosollam. et Sebe. et Iorai et Iachan et Zie. et Heber VII. Hi filii Abihahel filii Huri. filii Iaro. filii Galaad filii Michael. filii Iesesi. filii Iedo. filii Buz. Fratres quoque filii Abdiel filii Guni principes domus in familiis suis. et habitaverunt in Galaad et in Basan et in viculis eius et in cunctis suburbanis usque ad terminos Arnon. Omnes hi numerati sunt in diebus Ioathan regis Iuda. et in diebus Ieroboam regis Israhel.

Filii Ruben et Gad et dimidie tribus Manasse viri bellatores scuta portantes et gladios et tendentes arcum eruditique ad prelia quadraginta IIII milia. et septingenti LX. procedentes ad pugnam dimicaverunt contra Agarenos. Ituri vero et Naphis prebuerunt eis auxilium. traditique sunt in manus eorum Agareni et universi qui fuerant cum eis quia Dominum invocaverunt cum preliarentur et exaudivit eos eo quod credidissent in eum. ceperuntque omnia que possederant camelorum quinquaginta milia. asinos duo milia. et animas hominum centum milia. vulnerati enim multi corruerunt. fuit enim bellum Domini. habitaveruntque pro eis usque ad transmigrationem. Filii quoque dimidie tribus Manasse possederunt terram a finibus Basan usque Baal Hermon Sanir et montem Hermon. Ingens quippe eorum numerus erat. et hii fuerunt principes domus cognationis eorum Epher. et Iezi. et Elihel. et Ezrihel. et Hieremia. et Odoia. et Iedihel viri fortissimi et potentes. et nominati duces in familiis suis. Reliquerunt autem Deum patrum suorum et fornicati sunt post deos populorum terre quos abstulit Dominus coram eis. et suscitavit Deus Israhel spiritum Ful regis Assiriorum et spiritum Teglathfallasar regis Assur et transtulit Ruben et Gad. et dimidium tribus Manasse et adduxit eos in Ale et Abor et Ara et fluvium Gozan usque ad diem hanc.

Filii Levi Gerson. Caath Merari. Filii Caath Amram. Ysaar Ebron et Oziel. Filii Amram Aaron Moyses et Maria. Filii Aaron Nadab et Abiu. Eleazar et Ithamar. Eleazar genuit Finees. Finees genuit Abisue. Abisue vero genuit Bocci et Bocci genuit Ozi. Ozi genuit Zaraiam. Zaraias genuit Maraioth. Porro Maraioth genuit Amariam. et Amarias genuit Achitob. Achitob genuit Sadoch. et Sadoch genuit Achimaas. Achimaas genuit Azariam. Azarias genuit Iohannam. Iohannas genuit Azariam. Ipse est qui sacerdotio functus est in domo quam edificavit Salomon in Hierusalem. Genuit autem Azarias Amariam. et Amarias genuit Achitob. Achitob genuit Sadoch. et Sadoch genuit Sellum. Sellum genuit Helchiam. Helchias genuit Azariam. Azarias genuit Saraiam. et Saraias genuit Iosedech. Porro Iosedech egressus est quando transtulit Dominus Iudam et Hierusalem per manus Nabuchodonosor. Filii ergo Levi Gerson. Caath. et Merari. Et hec nomina filiorum Gerson. Lobni et Semei. Filii Caath Amram. et Ysaar. et Ebron. et Oziel. Filii Merari Mooli et Musi. Hee autem cognationes Levi secundum familias eorum. Gerson Lobni filius eius Iaath filius eius Zamma. filius eius Ioaa filius eius Addo. filius eius Zara. filius eius Iethrai filius eius. Filii Caath Aminadab filius eius Chore filius eius Asir. filius eius Elchana. filius eius Abiasaf. filius eius Asir. filius eius Taath. filius eius Uriel. filius eius Ozias. filius eius Saul filius eius. Filii Elchana Amasai. et Achimoth et Helcana. Filii Elchana Sophai filius eius Naath. filius eius Heliab filius eius. Ieroham filius eius. Elchana filius eius. Filii Samuel primogenitus Vasseni et Abia. Filii autem Merari Mooli. Lobeni filius eius. Semei filius eius. Oza filius eius. Samaa filius eius. Aggia filius eius. Asaia filius eius. Isti sunt quos constituit David super cantores domus Domini ex quo collocata est archa. et ministrabant coram tabernaculo testimonii canentes donec edificaret Salomon domum Domini in Hierusalem. Stabant autem iuxta ordinem suum in ministerio. Hii vero sunt qui assistebant cum filiis suis. De filiis Caath Eman cantor filius Iohel. filii Samuel. filii Elchana. filii Hieroam. filii Heli. filii Thau. filii Suph. filii Elchana. filii Maath. filii Amasai. filii Elchana filii Iohel. filii Azarie. filii Sophonie. filii Thaath. filii Asir. filii Abiasaph. filii Chore filii Isaar. filii Caath. filii Levi. filii Israhel. et fratres eius. Asaph qui stabat a dextris eius. Asaph filius Barachie filii Samaa. filii Michael. filii Basie. filii Melchie. filii Athanai. filii Zara. filii Adaia. filii Ethan. filii Zamma. filii Semei. filii Ieth. filii Gerson. filii Levi. Filii autem Merari fratres eorum ad sinistram. Ethan filius Chusi. filii Abdi. filii Maloch. filii Asabie. filii Amasie. filii Helchie. filii Amasai. filii Bonni. filii Somer. filii Mooli. filii Musi. filii Merari. filii Levi. Fratres quoque eorum Levite qui ordinati sunt in cunctum ministerium tabernaculi domus Domini. Aaron vero et filii eius adolebant incensum super altare holocausti. et super altare thymiamatis. in omne opus sancti sanctorum et ut precarentur pro Israhel iuxta omnia que preceperat Moyses servus Dei.

Hii autem sunt filii Aaron Eleazar. filius eius Finees. filius eius Abisue. filius eius Bocci. filius eius Ozi. filius eius Zaraia. filius eius Maraioth. filius eius Amaria. filius eius Achitob. filius eius Sadoch. filius eius Achimaas. filius eius. Et hec habitacula eorum per vicos atque confinia filiorum scilicet Aaron iuxta cognationes Caathitarum. Ipsi enim sorte contigerant. Dederunt igitur eis Ebron in terra Iuda et suburbana eius per circuitum. agros autem civitatis et villas Caleb filio Iefone. Porro filiis Aaron dederunt civitates ad confugiendum Ebron et Lobna. et suburbana eius. Iether quoque et Esthemo cum suburbanis suis. sed et Helenon et Dabir cum suburbanis suis. Asan quoque et Bethsames et suburbana eorum. De tribu autem Beniamin Gabee et suburbana eius. et Almath cum suburbanis suis Anathot quoque cum suburbanis suis. Omnes civitates tredecim per cognationes suas. Filiis autem Caath residuis de cognatione sua dederunt ex media tribu Manasse in possessionem urbes decem. Porro filiis Gerson per cognationes suas de tribu Ysachar et de tribu Aser. et de tribu Neptalim. et de tribu Manasse in Basan dederunt urbes quattuordecim. Filiis autem Merari per cognationes suas de tribu Ruben. et de tribu Gad. et de tribu Zabulon dederunt sorte civitates XII. Dederunt quoque filii Israhel Levitis civitates et suburbana earum. dederuntque per sortem ex tribu filiorum Iuda. et ex tribu filiorum Beniamin urbes has quas vocaverunt nominibus suis et ex his qui erant ex cognatione filiorum Caath. fueruntque civitates in terminis eorum de tribu Effraim. Dederunt ergo eis urbes ad confugiendum Sichem cum suburbanis suis in monte Effraim. et Gazer cum suburbanis suis. Hiecmaam quoque cum suburbanis suis. et Bethoron similiter necnon et Elon cum suburbanis suis et Gethremmon in eundem modum. Porro ex dimidia tribu Manasse Aner et suburbana eius. Balaam et suburbana illius. his videlicet qui de cognatione filiorum Caath reliqui erant. Filiis autem Gerson de cognatione dimidie tribus Manasse Gaulon in Basana. et Astaroth cum suburbanis suis. De tribu Ysachar Cedes et suburbana eius. et Daberet cum suburbanis suis. Ramoth quoque et suburbana illius. et Anem cum suburbanis suis. De tribu vero Aser Masal cum suburbanis suis et Abdon similiter. Asac quoque et suburbana eius. et Roob cum suburbanis suis. Porro de tribu Neptalim Cedes in Galilea. et suburbana eius. Amon cum suburbanis suis. et Cariathaim et suburbana eius. Filiis autem Merari residuis de tribu Zabulon Remmon et suburbana eius. et Thabor cum suburbanis suis. Trans Iordanem quoque ex adverso Iericho contra orientem Iordanis. De tribu Ruben Bosor in solitudine cum suburbanis suis. et Iassa. Cadmoth quoque et suburbana eius. et Miphaat cum suburbanis suis. Necnon et de tribu Gad Ramoth in Galaad et suburbana eius. Manaim cum suburbanis suis. Sed et Esebon cum suburbanis suis. Iezer cum suburbanis suis.

Porro filii Ysachar Thola et Phua. Iasub et Samaron quattuor. Filii Thola Ozi. et Raphaia et Ieriel. et Iemai et Iebsem. et Samuel principes per domos cognationum suarum. De stirpe Thola viri fortissimi numerati sunt in diebus David XX. duo milia sescenti. Filii Ozi Ezraia de quo nati sunt Michael et Obadia. et Iohel et Iesia quinque omnes principes. cumque eis per familias et populos suos accincti ad prelium viri fortissimi XXX. sex milia. Multas enim habuere uxores et filios. Fratres quoque eorum per omnem cognationem Ysachar robustissimi ad pugnandum octoginta septem milia numerati sunt. Filii Beniamin Bale et Bochor et Adiel. tres. Filii Bale Esbon et Ozi et Oziel. et Ierimoth et Uraia quinque principes familiarum et ad pugnandum robustissimi. Numerus autem eorum

uiginti duo milia. & xxx. iiii. Porro filii bochor. zamira & ioas & eliezer & elioenai & amri & ierimoth. & abia & anathoth & almatha. omnes hii filii bochor. Numerati sunt autem per familias suas principes cognationum ad bella fortissimi uiginti milia ducenti. Porro filii ledihel. balan. Filii autem balan. hieus & beniamin & aoth & channa & iohan & tharsis & ahisaar. Omnes hii filii adihel principes cognationum suarum uiri fortissimi decem & vii. milia ducenti ad prelium procedentes. Sephan quoque & phan filii hir. & hysim filii aser.

Filii autem neptalim iasihel & guni. & asar & sellum filii bale. Porro filii manasse ezrihel. Concubinaque eius syra peperit machir patrem galaad. Machir autem accepit uxores filiis suis apphan & sephan & habuit sororem nomine maacha. Nomen autem secundi salphaad. natęque sunt salphaad filię. Peperit maacha uxor machir filium. uocauitque nomen eius phares. Porro nomen fratris eius sares & filii eius ulam & recen. Filius autem ulam badam. Hii sunt filii galaad filii machir. filii manasse. Soror autem eius regina peperit uirum decorum & abiezer & moolla. Erant autem filii semida ahin & sichem & leci & aniam. Filii autem effraim sunt thala. bares filius eius. eladda filius eius & huius filius zabadh. & huius filius uthala. & huius filius eser & delech. Occiderunt autem eos uiri geth indigenę quia descenderant ut inuaderent possessiones eorum. Luxit igitur effraim pater eorum multis diebus; & uenerunt fratres eius ut consolarentur eum. Ingressusque est ad uxorem suam. Quę concepit & peperit filium & uocauit nomen eius beria. eo quod in malis domus eius ortus esset. Filia autem eius fuit sara quę ędificauit bethoron inferiorem & superiorem. & ozensaran. Porro filius eius repha & reseph & thale de quo ortus est than qui genuit laadon. Huius quoque filius ammiud genuit elisama. de quo ortus est nun qui habuit filium iosue. Possessio autem eorum & habitatio bethel cum filiabus suis contra orientem noran. ad occidentalem plagam gazer & filię eius. sichem quoque cum filiabus suis usque aza & filiabus eius. Iuxta quoque filios manasse bethsan & filias eius. thanach & filias eius. magedo & filias eius. dor & filias eius. in his habitauerunt filii ioseph filii israhel. Thamad & filias eius. mageddo & filias eius. Filii aser iomna & isua & isui. & baria. & sara soror eorum. Filii autem baria heber & melchiel. ipse est pater bersaith. Heber autem genuit iephlath & somer & hotham & suaa sororem eorum. Filii autem iephlat phosech camaal & sapha. Hii filii iephlat. Porro filius somer achi & rooga & iaba & aram. Filii autem helem fratris eius sapha & gemna & selles & amal. Filii sapha sue. arnapher & sual & beri & iamra. bosor & odor. & sama. & salusa. & iethran & bera. Filii iether iephone & faspha & ara. Filii autem olla arech & haniel & resia. Omnes hii filii aser principes cognationum electi atque fortissimi duces ducum. Numerus autem eorum ętatis quę apta esset ad bellum xx. vi. milia. Beniamin autem genuit bale primogenitum suum. asbaal secundum. & ohora tertium. nauaa quartum. & rapha quintum. Fueruntque filii bale addoar & gera. & abiud. Abisue quoque & neman. & ahoe. sed & gera & sefuphan & huram. Hii sunt filii ahoth principes cognationum habitantium in gabaa qui translati sunt in manath. Noom autem & ahia & gera & ipse transtulit eos. & genuit oza & ahiud. Porro saarim genuit in regione moab postquam dimisit usim & bara uxores suas. Genuit autem de edes uxore sua iobab & sebia. & mosa & molchom. iehus quoque & sechia & marma. Hii sunt filii eius principes in familiis eius. Mehusim uero genuit abitob & elfahal. Porro filii elfahal heber & misaam & samad. Hic ędificauit hono & loth. & filias eius. Baria autem & samma principes cognationum habitantium in ailon.

Hii fugauerunt habitatores geth. & aio. & sesac. & ierimoth. & zabadia. & aroth & heder. Michael quoque & iespha & ioaa filii baria. & zabadia & mosollam. & zeci. & heber. & iesamari. & iezlia & iobab. filii elphaal. iacym. & zecri. & zabdi. & elionai. & salathi. & elihel. & adai. & baraia. & samarath. filii semei. & iesphan. & heber. & elieb. & abdon. & zecri. & canan. & anania. & helam. & anathotia. & iefdaia. & fanuhel. filii sesac. samari. & sooria. & otholia. & iersia. & helia. & zecri filii ieroam. Hii patriarchę & cognationum principes qui habitauerunt in hierusalem. In gabaon autem habitauerunt abigabaon. & nomen uxoris eius maacha. Filiusque eius primogenitus abdon. & sur. & cis. & baal. & nadab. gedur quoque & ahio. & zacher. & macelloth genuit samaa. Habitaueruntque ex aduerso fratrum suorum in hierusalem cum fratribus suis. Ner autem genuit cis. & cis genuit saul. Porro saul genuit ionathan. & melchisue & aminadab. & iesbaal. Filius autem ionathan mifibaal. & mifibaal genuit micha. Filii micha phiton. & melech. & thara. & ahaz genuit ioada. & ioada genuit almoth & azmoth & zamri. Porro zamri genuit moosa & moosa genuit baana. cuius filius fuit rapharaia de quo ortus est elisa. qui genuit esel. Porro esel sex filii fuerunt his nominibus; ezricam. bochru. ysmahel. saria & abdia. anan. Omnes hii filii esel. Filii autem asech fratris eius ulam primogenitus eius. & hus secundus. & eliphales tertius. Fueruntque filii ulam uiri robustissimi. & magno robore tendentes arcum & multos habentes filios ac nepotes usque ad centum quinquaginta milia. Omnes hii filii beniamin. Uniuersus ergo israhel dinumeratus est. & summa eorum scripta est in libro regum israhel & iuda. translatique sunt in babilonem propter delictum suum. Qui autem habitauerunt primi in possessionibus & in urbibus suis israhel & sacerdotes & leuitę & nathinnei commorati sunt in hierusalem. de filiis iuda. & de filiis beniamin. De filiis quoque effraim & manasse. Othei filius amiud filius amri. filii omrai. filii boni. De filiis phares filii iuda. & de siloni asaia primogenitus & filii eius. De filiis autem zara yehihel & fratres eorum sexcenti nonaginta. Porro de filiis beniamin salo filius mosollam. filii odoia. filii asana. & iebonia filius hieroam. & helam filius ozi. filii mochori. & mosollam filius saphatię filii rauhel filii iebanię. & fratres eorum per familias suas nongenti quinquaginta sex. Omnes hii principes cognationum suarum. per domos patrum suorum.

De sacerdotibus autem ioiada ioiarib & iachin. Azarias quoque filius elchie filii mosollam. filii sadoch. filii maraioth. filii achitob. pontifex domus dei. Porro adaias filius ieroam. filii phasor. filii melchia. & masaia filius adihel filii zera. filii mosollam. filii mosollamoth. filii emmer. Fratres quoque eorum principes per familias suas mille septingenti lx. fortissimi robore ad faciendum opus ministerii in domo domini. De leuitis autem semeia filius asuph & filii ezricam filii asebia de filiis merari. Bacachar quoque carpentarius & galal. & mathania filius micha filii zechri. filii asaph & abdias filius semeię filii galaal filii ydithun. & barachia filius asa. filii elchana qui habitauit in atriis netophati. Ianitores autem sellum & acub & telmon. & ahiman. & fratres eorum. sellum princeps usque ad illud tempus. in porta regis ad orientem. obseruabant per uices suas de filiis leui. Sellum uero filius chore filii abiasaph cum fratribus suis & domo patris sui. Hii sunt chorite super opera ministerii custodes uestibulorum tabernaculi & familię eorum per uices castrorum domini custodientes introitum. Finees autem filius eleazari erat dux eorum coram domino. Porro zacharias filius mosollam ianitor portę tabernaculi testimonii. Omnes hii electi in ostiarios per portas ducenti xii. & descripti in uillis propriis. quos constituerunt dauid & samuel uidens in fide sua tam ipsos quam filios eorum in ostiis domus domini. & in tabernaculo

uicibus suis. Per iiii. uentos erant ostiarii. id est ad orientem. & ad occidentem. & ad aquilonem & ad austrum. Fratres autem eorum in uiculis morabantur & ueniebant in sabbatis suis. de tempore usque ad tempus. His iiii. leuitis creditus erat omnis numerus ianitorum. & erant super exedras & thesauros domus domini. Per gyrum quoque templi domini morabantur in custodiis suis. ut cum tempus fuisset. ipsi mane aperirent fores. De horum genere erant & super uasa ministerii. Ad numerum enim & inferebantur uasa & efferebantur. De ipsis & quibus credita erant utensilia sanctuarii preerant simile. & uino & oleo & thuri & aromatibus. Filii autem sacerdotum unguenta ex aromatibus conficiebant.

Et mathathias leuites primogenitus sellum chorite. prefectus erat eorum quę in sartagine frigebantur. Porro de filiis caath fratribus eorum super panes erant propositionis. ut semper nouos per singula sabbata prepararent. Hii sunt principes cantorum per familias leuitarum qui in exedris morabantur. ita ut die & nocte iugiter suo ministerio deseruirent. Capita leuitarum per familias suas principes manserunt in hierusalem. In gabaon autem commorati sunt pater gabaon iaihel. & nomen uxoris eius maacha. Filius primogenitus eius abdon. & sur. & cis. & baal. & ner. & nadab. gedor quoque & aio. & zacharias & macelloth. Porro macelloth genuit samaa. Isti habitauerunt e regione fratrum suorum in hierusalem cum fratribus suis. Ner autem genuit cis. & cis genuit saul. & saul genuit ionathan & melchisue & aminadab & isbaal. Filius autem ionathan misibaal. & misibaal genuit micha. Porro filii micha fiton. & melech & thara. Ahaz autem genuit iara. & iara genuit alamath & azmoth & zamri. Zamri genuit moosa. Moosa autem genuit baana cuius filius raphaia genuit elasa de quo ortus est esel. Porro esel sex filios habuit his nominibus: ezricam. bocru. ysmahel. saria. abadia. anan. hii filii esel.

Philistiim autem pugnabant contra israhel. fugeruntque uiri israhel palestinos. & ceciderunt uulnerati in monte gelboe. Cumque appropinquassent philistei philistei persequentes saul & filios eius. percusserunt ionathan & aminadab. & melchisue filios saul. Et adgrauatum est prelium contra saul. inueneruntque eum sagittarii & uulnerauerunt iaculis. & dixit saul ad armigerum suum. Euagina gladium tuum & interfice me. ne forte ueniant incircumcisi isti. & illudant mihi. Noluit autem armiger eius hoc facere. timore perterritus. Arripuit ergo saul ensem & irruit in eum. Quod cum uidisset armiger eius. uidelicet esse mortuum saul. irruit etiam ipse in gladium suum & mortuus est. Interiit ergo saul & tres filii eius. & omnis domus illius pariter concidit. Quod cum uidissent uiri israhel qui habitabant in campestribus: fugerunt & saul ac filii eius mortui. dereliquerunt urbes suas & huc illucque dispersi. ueneruntque philistiim. & habitauerunt in eis. Die igitur altero detrahentes philistiim spolia cesorum inuenerunt saul & filios eius iacentes in monte gelboe. Cumque spoliassent eum & amputassent caput armisque nudassent. miserunt in terram suam ut circumferretur & ostenderetur ydolorum templis & populis. arma autem eius consecrauerunt in fano dei sui. & caput affixerunt in templo dagon. Hoc cum audissent uiri iabes galaad omnia scilicet quę philistiim fecerant super saul. consurrexerunt singuli uirorum fortium & tulerunt cadauera saul & filiorum eius. attuleruntque ea in iabes & sepelierunt ossa eorum subter quercum quę erat in iabes. & ieiunauerunt vii. diebus. Mortuus est ergo saul propter iniquitates suas. eo quod preuaricatus sit mandatum domini quod preceperat & non custodierit illud. sed insuper etiam phitonissam consuluerit nec sperauerit in domino. propter quod & interfecit eum. & transtulit regnum eius ad dauid filium ysai. Congregatus est ergo omnis israhel ad dauid in hebron dicens. Os tuum sumus & caro tua. Heri quoque & nudiustertius cum adhuc regnaret saul tu eras qui educebas israhel & introducebas. Tibi enim dixit dominus deus tuus. Tu pasces populum meum israhel. & tu eris princeps super eum. Uenerunt ergo maiores natu israhel ad regem in hebron. & iniit dauid cum eis fedus coram domino. Unxeruntque eum regem super israhel iuxta sermonem domini quem locutus est in manu samuel. Abiit quoque dauid & omnis israhel in hierusalem. hęc est iebus ubi erant iebusei habitatores terrę. Dixeruntque qui habitabant in iebus ad dauid. Non ingredieris huc. Porro dauid cepit arcem syon. quę est ciuitas dauid. Dixitque: Omnis qui percusserit iebuseum in primis erit princeps & dux. Ascendit ergo primus ioab filius saruię & factus est princeps.

Habitauit autem dauid in arce & idcirco appellata est ciuitas dauid. ędificauitque urbem in circuitu a mello usque ad gyrum. ioab autem reliqua urbis extruxit. Proficiebatque dauid uadens & crescens. & dominus exercituum erat cum eo. Hii principes uirorum fortium dauid qui adiuuerunt eum ut rex fieret super omnem israhel. iuxta uerbum domini quod locutus est ad israhel. & iste numerus robustorum dauid. Iesbaam filius achamoni. princeps inter xxx. Iste leuauit hastam suam super trecentos uulneratos una uice; & post eum eleazar filius patrui eius ahohites qui erat inter tres potentes. Iste fuit cum dauid in afesdomim quando philistiim congregati sunt ad locum illum in prelium. & erat ager regionis illius plenus hordeo. fugeratque populus a facie philistinorum. Hii steterunt in medio agri. & defenderunt eum. Cumque percussissent philisteos. dedit dominus salutem magnam populo suo. Descenderunt autem tres de xxx principibus ad petram in qua erat dauid. ad speluncam odollam. quando philistiim castra metati sunt in ualle raphaim. Porro dauid erat in presidio. & statio philistinorum in bethlehem. Desiderauit ergo dauid & dixit. O si quis daret mihi aquam de cisterna bethlehem quę est

99 in porta. Tres ergo isti per media castra philistinorum perrexerunt & hauserunt aquam de cisterna bethlehem quę erat in porta & attulerunt ad dauid ut biberet. Qui noluit sed magis libauit illam domino dicens. Absit ut in conspectu dei mei hoc faciam ut sanguinem uirorum istorum bibam. quia in periculo animarum suarum attulerunt mihi aquam. & ob hanc causam noluit bibere. Hęc fecerunt tres robustissimi. Abisai quoque frater ioab ipse erat princeps trium, & iste leuauit hastam suam contra trecentos uulneratos. & ipse erat inter tres nominatissimus. inter tres secundos inclitus & princeps eorum. uerumtamen usque ad tres primos non peruenerat. Banaias filius ioiade uiri robustissimi qui multa opera perpetrarat de capsehel. ipse percussit duos arihel moab. & ipse descendit & interfecit leonem in media cisterna tempore niuis. & ipse percussit uirum egyptium cuius statura erat quinque cubitorum. & habebat lanceam ut liciatorium texentium. Descendit ergo ad eum cum uirga. & rapuit hastam quam tenebat manu. & interfecit eum hasta sua. Hec fecit banaia filius ioiade qui erat inter robustos nominatissimus. & inter xxx. primus. uerumtamen ad tres usque non peruenerat. Posuit autem eum dauid ad auriculam suam. Porro fortissimi uiri in exercitu asahel frater ioab. & eleanan filius patrui eius de bethlehem. semmoth arorites. helles phallonites. hiras filius acces thecuites. abiezer anathothites. sobbochai husathites. ylai ahohites. maharai netophatites. heled filius baana netophatites. ithai filius ribai de gabaath filiorum beniamin. banaia pharatonites. urai de torrente gaas. abihel arabathites. azmoth baromites. eliaba salabonites. filii asem gezonites. ionathan filius sage ararites. ahiam filius sachar ararites. elifal filius hur. epher mecherathites. ahia phellonites. esrai carmelites. noorai filius azbai. iohel frater nathan. Mibahar filius agarai. selech ammonites. noorai berothites armiger ioab filii saruię. Hira iethreus. gareb iethreus. urias etheus. zabad filius oholi. adina filius siza rubenites princeps rubenitarum. & cum eo xxx. hanan filius maacha. & iosaphat mathanites.

ozias astarotites. Samma & iahihel filii othan arorites. iedihel filii samri & ioha frater eius thesaites. elihel maanites & eribai & iosia filii elnaam & iethma moabites. elihel & obed & iasihel de mosabia. Hi quoque venerunt ad david in siceleg cum adhuc fugeret saul filium cis. qui erant fortissimi & egregii pugnatores tendentes arcum & utraque manu fundis saxa iacientes & dirigentes sagittas de fratribus saul ex beniamin. Princeps ahiezer & ioas filii samaa gabaathites & iaziel & phalech filii azmoth & baracha & hieu anathothites. samaias quoque gabaonites fortissimus inter xxx. & super xxx. Hieremias & iesihel & iohanan & iezbad gaderothites & eluzai & hierimuth & baalia & samaria & saphatia & araphites. elchana & iesia & azrahel & ioezer & iesbaam de careim. ioela quoque & zabadia filii hieroam de gedor. sed & de gaddi transfugerunt ad david cum lateret in deserto viri robustissimi & pugnatores optimi tenentes clipeum & hastam. Facies eorum quasi facies leonis & veloces quasi caprae in montibus. Ezer princeps & primus & obdias secundus. eliab tercius. masmana quartus. hieremias quintus. ethi sextus. elihel septimus. iohannan octavus. helzabad nonus. hieremias decimus. bachbanai undecimus. Hii de filiis gad principes exercitus. Novissimus centum militibus preerat & maximus mille.

Isti sunt qui transierunt iordanem mense primo quando inundare consuevit super ripas suas & omnes fugaverunt qui morabantur in convallibus ad orientalem plagam & ad occidentalem. Venerunt autem & de beniamin & de iuda ad presidium in quo morabatur david. Egressusque est david obviam eis & ait. Si pacifice venistis ad me ut auxiliemini michi, cor meum iungatur vobis. si autem insidiamini mihi pro adversariis meis cum ego iniquitatem in manibus non habeam, videat deus patrum nostrorum & iudicet. Spiritus vero induit abisai principem inter xxx. & ait. Tui sumus o david & tecum fili ysai. Pax pax tibi & pax adiutoribus tuis. Te enim adiuvat deus tuus. Suscepit ergo eos david & constituit eos principes turme. Porro de manasse transfugerunt ad david quando veniebat cum philistiim ut adversum saul pugnaret & non dimicavit cum eis. quia inito consilio remiserunt eum principes philistinorum dicentes. periculo capitis nostri revertetur ad dominum suum saul. quando igitur reversus est in siceleg, transfugerunt ad eum de manasse & nas & iozabaath & iedihel & michael & nas & iozabath & heliu & salathi principes milium in manasse. Hii prebuerunt auxilium david adversum latrunculos. Omnes enim erant viri fortissimi & facti sunt principes in exercitu. Sed & per singulos dies veniebant ad david ad auxiliandum ei usque dum fieret grandis numerus quasi exercitus dei. Iste est quoque numerus principum qui venerunt ad david cum esset in hebron ut transferrent regnum saul ad eum iuxta verbum domini. Filii iuda portantes clipeum & hastam sex milia octingenti expediti ad prelium. De filiis symeon fortissimorum ad pugnandum septem milia centum. De filiis levi iiii. milia sexcenti. Ioiada quoque princeps de stirpe aaron & cum eo tria milia septingenti. Sadoch etiam puer egregie indolis & domus patris eius principes xx. & duo. De filiis autem beniamin fratribus saul tria milia. Magna enim pars eorum adhuc sequebatur domum saul. Porro de filiis effraim xx. milia octingenti fortissimi robore viri nominati in cognationibus suis. Ex dimidia parte tribus manasse x. & viii. milia singuli per nomina sua venerunt ut constituerent regem david. De filiis quoque ysachar viri eruditi qui noverant singula tempora ad precipiendum quid facere deberet israel principes cc. Omnis autem reliqua tribus eorum consilium sequebatur. Porro de zabulon qui egrediebantur ad prelium & stabant in acie instructi armis bellicis L. milia venerunt in auxilium non in corde duplici. & de neptalim principes mille & cum eis instructi clipeo & hasta xxx. & vii. milia. De dan etiam preparati ad prelium xx. & viii. milia sexcentorum. Et de aser egredientes ad pugnam & in acie provocantes xl. milia. Trans iordanem autem de filiis ruben & de gad & dimidia parte tribus manasse instructi armis bellicis c. xx. milia.

Omnes isti viri bellatores & expediti ad pugnam cum corde perfecto venerunt in hebron ut constituerent regem david super universum israel. Sed & omnes reliqui israel uno corde erant ut rex fieret david super universum israel. Fueruntque ibi apud david tribus diebus comedentes & bibentes. Preparaverant enim eis fratres eorum. Sed & qui iuxta eos erant usque ad ysachar & zabulon & neptalim afferebant panes in asinis & camelis & mulis & bubus ad vescendum farinam palatas uvam passam oleum & vinum boves arietes ad omnem copiam. Gaudium quippe erat in israel. Iniit autem consilium david cum tribunis & centurionibus & universis principibus & ait ad omnem cetum israel. Si placet vobis & a domino deo nostro egreditur sermo quem loquor, mittamus ad fratres nostros reliquos in universas regiones israel & ad sacerdotes & levitas qui habitant in suburbanis urbium ut congregentur ad nos & reducamus archam dei nostri ad nos. Non enim requisivimus eam in diebus saul. Et respondit universa multitudo ut ita fieret. Placuerat enim sermo omni populo. Congregavit ergo david cunctum israel a sior egypti usque dum ingrediaris emath ut adduceret archam domini dei de cariathiarim. Et ascendit david & omnis vir israel ad collem cariathiarim que est in iuda ut afferret inde archam domini dei sedentis super cherubin ubi invocatum est nomen eius. Imposueruntque archam domini super plaustrum novum de domo aminadab. Oza autem & fratres eius minabant plaustrum. Porro david & universus populus ludebant coram domino omni virtute in canticis & cytharis & psalteriis & tympanis & cymbalis & tubis. Cum autem pervenissent ad aream chidon, tetendit manum suam oza ut sustentaret archam. Bos quippe lasciviens paululum inclinaverat eam. Iratus est itaque dominus contra ozam & percussit eum eo quod contigisset archam. & mortuus est ibi coram domino. Contristatusque est david eo quod divisisset dominus ozam & vocavit locum illum divisio oze usque in presentem diem. Et timuit deum tunc temporis dicens. Quomodo possum ad me introducere archam domini? Et ob hanc causam non eam adduxit ad se, hoc est in civitatem david, sed avertit in domum obededom gethei. Mansit ergo archa dei in domo obededom tribus mensibus. Et benedixit dominus domui eius & omnibus que habebat. Misit quoque hyram rex tyri nuntios ad david & ligna cedrina & artifices parietum lignorumque ut edificarent ei domum. Cognovitque david eo quod confirmasset eum dominus in regem super israel & sublevatum esset regnum suum super populum eius israel.

Accepit quoque david alias uxores in hierusalem genuitque filios & filias. Et hec nomina eorum qui nati sunt ei in hierusalem. Samma & sobab. nathan & salomon. geber & helisu & eliphalech. noga quoque & nassech & iaphie. elisama & baliada & eliphalech. Audientes autem philistiim eo quod unctus esset david in regem super universum israel, ascenderunt omnes ut quererent eum. Quod cum audisset david, egressus est obviam eis. Porro philistiim venientes diffusi sunt in valle raphaim. Consuluitque david dominum dicens. Si ascendam ad philisteos & si tradas eos in manu mea. Et dixit ei dominus. Ascende & tradam eos in manu tua. Cumque illi ascendissent in baalpharasim, percussit eos ibi david & ait. Divisit deus inimicos meos per manum meam sicut dividuntur aque. Et idcirco vocatum est nomen loci illius baalpharasim. Dereliqueruntque ibi deos suos, quos david iussit exuri. Alia etiam vice philistiim irruerunt & diffusi sunt in valle. Consuluitque rursum david deum & dixit ei deus. Non ascendes post eos. recede ab eis & venies contra eos ex adverso pirorum. Cumque audieris sonitum gradientis in cacumine pirorum, tunc egredieris ad bellum. Egressus est enim deus ante te ut percutiat castra philistiim. Fecit ergo david sicut preceperat ei deus & percussit castra philistinorum de gabaon usque ad gazera. Divulgatumque est nomen david in universis regionibus & dominus dedit pavorem eius super omnes gentes. Fecit quoque sibi domos in civitate david & edificavit locum arche dei tetenditque ei tabernaculum. Tunc dixit david. Illicitum est ut a quoquam portetur archa dei nisi a levitis quos elegit dominus ad portandum eam & ad ministrandum sibi usque in eternum. Congregavitque universum israel in hierusalem ut afferretur archa dei in locum suum quem preparaverat ei. necnon & filios aaron & levitas. De filiis caath huriel princeps fuit & fratres eius c. xx. De filiis merari asaias princeps & fratres eius cc. xx. De filiis gerson iohel princeps & fratres eius c. xxx. De filiis elisaphan semeias princeps & fratres eius cc. De filiis ebron elihel princeps & fratres eius octoginta. De filiis ozihel aminadab princeps & fratres eius c. xii.

Vocavitque david sadoch & abiathar sacerdotes & levitas huriel, asaia, iohel, semeiam, elihel & aminadab & dixit ad eos. Vos qui estis principes familiarum leviticarum sanctificamini cum fratribus vestris & afferte archam domini dei israel ad locum qui ei preparatus est. ne ut a principio quia non eratis presentes percussit nos dominus, sic & nunc fiat illicitum quid nobis agentibus. Sanctificati sunt ergo sacerdotes & levite ut portarent archam domini dei israel. Et tulerunt filii levi archam dei sicut preceperat moyses iuxta verbum domini in humeris suis in vectibus. Dixitque david principibus levitarum ut constituerent de fratribus suis cantores in organis musicorum, nablis videlicet & lyris & cymbalis ut resonaret in excelsum sonitus leticie. Constitueruntque levitas eman filium iohel & de fratribus eius asaph filium barachie. De filiis vero merari fratribus eorum ethan filium casaie. & cum eis fratres eorum in secundo ordine zachariam & ben & iaziel & semiramoth & iahiel & aihel & eliab & banaian & maasiam & mathathiam & eliphalu & macenia & obededon & iehiel ianitores. Porro cantores eman, asaph & ethan in cymbalis eneis concrepantes. Zacharias autem & oziel & semiramoth & iahiel & ham & eliab & maasias & banaias in nablis archana cantabant. Porro mathathias & eliphalu & macenias & obededom & iehiel & ozazin in cytharis pro octava canebant. & sinechion chonenias autem princeps levitarum prophetie preerat ad precinendam melodiam. Erat quippe valde sapiens. & barachias & elchana ianitores arche. Porro sebenias & iosaphat & nathanael & amasai & zacharias & banaias & eliezer sacerdotes clangebant tubis coram archa dei. & obededom & achias erant ianitores arche. Igitur david & omnes maiores natu israel & tribuni ierunt ad deportandum archam federis domini de domo obededom cum leticia. Cumque adiuvasset deus levitas qui portabant archam federis domini, immolabantur septem tauri & septem arietes. Porro david erat indutus stola byssina & universi levite qui portabant archam cantoresque & chonenias princeps prophetie inter cantores. David autem indutus erat ephod lineo. Universusque israel deducebant archam federis domini in iubilo & sonitu bucine & tubis & cymbalis & nablis & cytharis concrepantes. Cumque pervenisset archa federis domini usque ad civitatem david, michol filia saul prospiciens per fenestram vidit regem david saltantem atque ludentem & despexit eum in corde suo. Attulerunt igitur archam dei & constituerunt eam in medio tabernaculi quod tetenderat ei david & obtulerunt holocausta & pacifica coram deo. Cumque complesset david offerens holocausta & pacifica, benedixit populum in nomine domini. & divisit universis per singulos a viro usque ad mulierem tortam panis & partem assaturam carnis bubale & frixam oleo similam. Constituitque coram archa dei de levitis qui ministrarent & recordarentur operum eius & glorificarent atque laudarent dominum deum israel. asaph principem & secundum eius zachariam. Porro iahiel & semiramoth & iahiel & mathathiam & eliab & banaiam & obededom & iehiel super organa psalterii & lyras. asaph autem ut cymbalis personaret. banaias vero & iaziel sacerdotes canere tuba iugiter coram archa federis domini. In illo die fecit david principem ad confitendum domino asaph & fratres eius & ut psallerent domino dicentes.

Confitemini domino & invocate nomen eius. notas facite in populis adinventiones eius. Cantate ei & psallite ei & narrate omnia mirabilia eius. Laudate nomen sanctum eius. letetur cor querentium dominum. Querite dominum & virtutem eius. querite faciem eius semper. Recordamini mirabilium eius que fecit, signorum illius & iudiciorum oris eius. Semen israel servi eius, filii iacob electi eius. Ipse dominus deus noster in universa terra iudicia eius. Recordamini in sempiternum pacti eius, sermonis quem precepit in mille generationes, quod pepigit cum abraham & iuramenti illius cum ysaac. & statuit illud iacob in preceptum & israel in pactum sempiternum dicens. Tibi dabo terram chanaan funiculum hereditatis vestre. Cum essent numero pauci, parvi & coloni eius. Et transierunt de gente in gentem & de regno ad populum alterum. Non dimisit quemquam calumniari eos, sed increpavit pro eis reges. Nolite tangere christos meos & in prophetis meis nolite malignari. Cantate domino omnis terra. annuntiate de die in diem salutare eius. Narrate in gentibus gloriam eius, in cunctis populis mirabilia eius. Quia magnus dominus & laudabilis nimis, & horribilis super omnes deos. Omnes enim dii populorum ydola. dominus autem celos fecit. Confessio & magnificentia coram illo. fortitudo & gaudium in loco eius. Afferte domino familie populorum. afferte domino gloriam & imperium. date domino gloriam nomini eius. Levate sacrificium & venite in conspectu eius & adorate dominum in decore sancto. Commoveatur a facie illius omnis terra. ipse enim fundavit orbem immobilem. Letentur celi & exultet terra & dicant in nationibus. dominus regnavit. Tonet mare & plenitudo eius. exultent agri & omnia que in eis sunt. Tunc laudabunt ligna saltus coram domino, quia venit iudicare terram. Confitemini domino quoniam bonus, quoniam in eternum misericordia eius. & dicite. Salva nos deus salvator noster & congrega nos & eripe nos de gentibus ut confiteamur nomini sancto tuo & exultemus in carminibus tuis. Benedictus dominus deus israel ab eterno & usque in eternum. & dicat omnis populus amen & ymnum deo.

Dereliquit itaque ibi coram archa federis domini asaph & fratres eius ut ministrarent in conspectu arche iugiter per singulos dies & vices suas. Porro obededom & fratres eius sexaginta octo. & obededom filium idithun & osa constituit ianitores. Sadoch autem sacerdotem & fratres eius sacerdotes coram tabernaculo domini in excelso quod erat in gabaon ut offerrent holocausta domino super altare holocausti iugiter mane & vespere iuxta omnia que scripta sunt in lege domini quam precepit israheli. Et post eum eman & ydithun & reliquos electos unumquemque vocabulo suo ad confitendum domino quoniam in eternum misericordia eius. Eman quoque & ydithun canentes tubis & quatientes cymbala & omnia musicorum organa ad canendum deo. Filios autem ydithun fecit esse portarios. Reversusque est omnis populus in domum suam & david ut benediceret etiam domui sue. Cum autem habitaret david in domo sua, dixit ad nathan prophetam. Ecce ego habito in domo cedrina, archa autem federis domini sub pellibus est. Et ait nathan ad david. Omnia que in corde tuo sunt fac. deus enim tecum est. Igitur nocte illa factus est sermo domini ad nathan dicens. Vade & loquere david servo meo. Hec dicit dominus. Non edificabis tu mihi

domum ad habitandum. neque enim mansi in domo ex eo tempore quo eduxi israhel de egypto usque ad diem hanc. Sed fui semper mutans loca tabernaculi et in tentorio manens cum omni israhel. Numquid locutus sum saltem uni iudicum israhel quibus preceperam ut pascerent populum meum et dixi. quare non edificastis mihi domum cedrinam? Nunc itaque sic loqueris ad servum meum david. Hec dicit dominus exercituum. Ego tuli te cum in pascuis sequereris gregem ut esses dux populi mei israhel. et fui tecum quocumque perrexisti. et interfeci omnes inimicos tuos coram te. fecique tibi nomen quasi unius magnorum qui celebrantur in terra. et dedi locum populo meo israhel. Plantabitur et habitabit in eo. et ultra non commovebitur. nec filii iniquitatis atterent eos sicut a principio ex diebus quibus dedi iudices populo meo israhel. et humiliavi universos inimicos tuos. Annuntio ergo tibi quod edificaturus sit tibi dominus domum. Cumque impleveris dies tuos ut vadas ad patres tuos. suscitabo semen tuum post te quod erit de filiis tuis. et stabiliam regnum eius. Ipse edificabit mihi domum. et firmabo solium eius usque in eternum. Ego ero ei in patrem. et ipse erit mihi in filium. Et misericordiam meam non auferam ab eo sicut abstuli ab eo qui ante te fuit. et statuam eum in domo mea et in regno meo usque in sempiternum. et thronus eius erit firmissimus usque in perpetuum. Iuxta omnia verba hec et iuxta universam visionem istam sic locutus est nathan ad david. Cumque venisset rex david et sedisset coram domino dixit. Quis ego sum domine deus. et que domus mea ut prestares mihi talia? Sed et hoc parum visum est in conspectu tuo. et ideo locutus es super domum servi tui etiam in futurum. et fecisti me spectabilem super omnes homines domine deus. Quid ultra addere potest david cum ita glorificaveris servum tuum et cognoveris eum? Domine propter famulum tuum iuxta cor tuum fecisti omnem magnificentiam hanc. et nota esse voluisti universa magnalia. Domine non est similis tui. et non est alius deus absque te ex omnibus quos audivimus auribus nostris. Quis enim alius ut populus tuus israhel gens una in terra. ad quam perrexit deus ut liberaret et faceret populum sibi. et magnitudine sua atque terroribus eiceret nationes a facie eius quem de egypto liberaverat. Et posuisti populum tuum israhel tibi populum usque in eternum. et tu domine factus es deus eius. Nunc igitur domine sermo quem locutus es famulo tuo et super domum eius confirmetur in perpetuum. et fac sicut locutus es. Permaneatque et magnificetur nomen tuum usque in sempiternum. et dicatur. dominus exercituum deus israhel. et domus david servi eius permanens coram eo. Tu enim domine deus meus revelasti auriculam servi tui. ut edificares ei domum. et idcirco invenit servus tuus fiduciam ut oret coram te. Nunc ergo domine tu es deus. et locutus es ad servum tuum tanta beneficia. et cepisti benedicere domui servi tui ut sit semper coram te. Te enim domine benedicente benedicta erit in perpetuum.

Et factum est post hec ut percuteret david philistiim et humiliaret eos. et tolleret geth et filias eius de manu philistiim. percuteretque moab. et fierent moabite servi david offerentes ei munera. Eo tempore percussit david etiam adarezer regem soba regionis emath. quando perrexit ut dilataret imperium suum usque ad flumen eufraten. Cepit ergo david mille quadrigas eius et septem milia equitum. ac xx. milia virorum peditum. Subnervavitque omnes equos curruum. exceptis centum quadrigis quas reservavit sibi. Supervenit autem et syrus damascenus ut auxilium preberet adarezer regi soba. Sed et huius percussit david xx. duo milia virorum. Et posuit milites in damasco. ut syria quoque serviret sibi et offerret munera. Adiuvitque eum dominus in cunctis ad que perrexerat. Tulit quoque david pharetras aureas quas habuerant servi adarezer. et attulit eas in hierusalem. Necnon de thebath et chun urbibus adarezer eris plurimum. de quo fecit salomon mare eneum et columnas et vasa enea. Quod cum audisset thou rex emath. percussisse videlicet david omnem exercitum adarezer regis soba. misit aduram filium suum ad regem david. ut postularet ab eo pacem et congratularetur ei. quod percussisset et expugnasset adarezer. Adversarius quippe erat thou adarezer. Sed et omnia vasa aurea et argentea et enea consecravit rex david domino. cum argento et auro quod abstulerat ex universis gentibus. tam de ydumea et moab et filiis amon quam de philistiim et amalech. Abisai vero filius sarvie percussit edom in valle salinarum x. et viii. milia. et constituit in edom presidium ut serviret ydumea david. Salvavitque dominus david in omnibus ad que perrexerat. Regnavit ergo david super universum israhel. et faciebat iudicium atque iustitiam cuncto populo suo. Porro ioab filius sarvie erat super exercitum. et iosaphat filius ahilud a commentariis. Sadoc autem filius achitob et abimelech filius abiathar sacerdotes. et susa scriba. Banaias quoque filius ioiade super cerethi et phelethi. porro filii david primi ad manum regis.

Accidit autem ut moreretur naas rex filiorum amon. et regnaret filius eius pro eo. Dixitque david. faciam misericordiam cum anon filio naas. prestitit enim mihi pater eius gratiam. Misitque david nuntios ad consolandum eum super morte patris sui. Qui cum pervenissent in terram filiorum amon ut consolarentur anon. dixerunt principes filiorum amon ad anon. Tu forsitan putas quod david honoris causa in patrem tuum miserit qui consolentur te. nec animadvertis quod ut explorent et investigent et scrutentur terram tuam venerint ad te servi eius. Igitur anon pueros david decalvavit et rasit. et precidit tunicas eorum a natibus usque ad pedes. et dimisit eos. Qui cum abissent et hoc mandassent david. misit in occursum eorum. grandem enim contumeliam sustinuerant. et precepit ut manerent in iericho donec cresceret barba eorum. et tunc reverterentur. Videntes autem filii amon quod iniuriam fecissent david. tam anon quam reliquus populus miserunt mille talenta argenti ut conducerent sibi de mesopotamia et de syria macha et de soba currus et equites. Conduxeruntque xxx duo milia curruum. et regem macha cum populo eius. Qui cum venissent castrametati sunt e regione medaba. Filii quoque amon congregati de urbibus suis venerunt ad bellum. Quod cum audisset david misit ioab et omnem exercitum virorum fortium. Egressique filii amon direxerunt aciem iuxta portam civitatis. Reges autem qui ad auxilium eius venerant separatim in agro steterunt. Igitur ioab intellegens bellum et ex adverso et post tergum contra se fieri. elegit viros fortissimos de universo israhel. et perrexit contra syrum. Reliquam autem partem populi dedit sub manu abisai fratris sui. et perrexerunt contra filios amon. Dixitque. si vicerit me syrus auxilio eris mihi. si autem superaverint te filii amon ero tibi in presidium. Confortare et agamus viriliter pro populo nostro et pro urbibus dei nostri. dominus autem quod in conspectu suo bonum est faciet. Perrexit ergo ioab et populus qui cum eo erat contra syrum ad prelium. et fugavit eos. Porro filii amon videntes quod fugisset syrus. ipsi quoque fugerunt abisai fratrem eius et ingressi sunt civitatem. Reversusque est et ioab in hierusalem. Videns autem syria quod cecidisset coram israhel. misit nuntios et adduxit syrum qui erat trans flumen. Sophach autem princeps militie adarezer erat dux eorum. Quod cum nuntiatum esset david. congregavit universum israhel et transivit iordanem. irruitque in eos et direxit ex adverso aciem illis contra pugnantibus. Fugit autem syrus israhel. et interfecit david de syris septem milia curruum. et xl. milia peditum. et sophach exercitus principem. Videntes autem servi adarezer se ab israhel superari. transfugerunt ad david et servierunt ei. Noluitque ultra syria auxilium prebere filiis amon.

Factum est autem post anni circulum eo tempore quo solent reges ad bella procedere. congregavit ioab exercitum et robur militie. et vastavit terram filiorum amon. perrexitque et obsedit rabba. Porro david manebat in hierusalem. quando ioab percussit rabba et destruxit eam. Tulit autem david coronam melchom de capite eius. et invenit in ea auri pondo talentum. et pretiosissimas gemmas. fecitque sibi inde diadema. Manubias quoque urbis plurimas tulit. Populum autem qui erat in ea adduxit et

100

fecit super eos tribulas et trahas et ferrata carpenta transire. ita ut dissecarentur et contererentur. Sic fecit david cunctis urbibus filiorum amon. et reversus est cum omni populo in hierusalem.

Post hec initum est bellum in gazer adversus philisteos. in quo percussit sobochai usathites saphai de genere raphaim. et humiliavit eos. Aliud quoque bellum gestum est adversus philisteos. in quo percussit adeodatus filius saltus bethleemites fratrem goliath gethei. cuius haste lignum erat quasi liciatorium texentium. Sed et aliud bellum accidit in geth. in quo fuit homo longissimus habens digitos senos. id est simul xx.iiii. qui et ipse de arapha fuerat stirpe generatus. Hic blasphemavit israhel. et percussit eum ionathan filius samaa fratris david. Hii sunt filii rapham in geth qui ceciderunt in manu david et servorum eius. Consurrexit autem sathan contra israhel. et incitavit david ut numeraret israhel. Dixitque david ad ioab et ad principes populi. Ite et numerate israhel a bersabee usque ad dan. et afferte mihi numerum ut sciam. Dixitque ioab. Augeat dominus populum suum centuplum quam sunt. Nonne domine mi rex omnes servi tui sunt? Quare hoc querit dominus meus quod in peccatum reputetur israheli? Sed sermo regis magis prevaluit. Egressusque est ioab et circuivit universum israhel. et reversus est in hierusalem. Deditque david numerum eorum quos circuierat. et inventus est omnis numerus israhel mille milia et centum milia virorum educentium gladium. de iuda autem cccc. lxx. milia bellatorum. Nam levi et beniamin non numeravit. eo quod invitus exsequeretur regis imperium. Displicuit autem deo quod iussum erat. et percussit israhel. Dixitque david ad deum. Peccavi nimis ut hoc facerem. obsecro aufer iniquitatem servi tui. quia insipienter egi. Et locutus est dominus ad gad videntem david dicens. Vade et loquere ad david et dic ei. Hec dicit dominus. Trium tibi optionem do. unum quod volueris elige et faciam tibi. Cumque venisset gad ad david. dixit ei. Hec dicit dominus. Elige quod volueris. aut tribus annis famem. aut tribus mensibus te fugere hostes tuos et gladium eorum non posse evadere. aut tribus diebus gladium domini et pestilentiam versari in terra. et angelum domini interficere in universis finibus israhel. Nunc igitur vide quid respondeam ei qui misit me. Et ait david ad gad. Ex omni parte me angustie premunt. Sed melius mihi est ut incidam in manus domini. quia multe sunt miserationes eius quam in manus hominum. Misit itaque dominus pestilentiam in israhel. et ceciderunt de israhel lxx. milia virorum. Misit quoque angelum in hierusalem ut percuteret eam. Cumque percuteretur vidit dominus. et misertus est super magnitudine mali. et imperavit angelo qui percutiebat. Sufficit iam cesset manus tua. Porro angelus domini stabat iuxta aream ornan iebusei. Levansque david oculos suos vidit angelum domini stantem inter celum et terram. et evaginatum gladium in manu eius et versum contra hierusalem. Et ceciderunt tam ipse quam maiores natu vestiti ciliciis proni in terram. Dixitque david ad deum. Nonne ego sum qui iussi ut numeraretur populus? Ego qui peccavi. ego qui malum feci. iste grex quid commeruit? Domine deus meus vertatur obsecro manus tua in me et in domum patris mei. Populus autem tuus non percutiatur. Angelus autem domini precepit gad ut diceret david. ut ascenderet extrueretque altare domino deo in area ornan iebusei. Ascendit ergo david iuxta sermonem gad quem locutus ei fuerat ex nomine domini. Porro ornan cum suspexisset et vidisset angelum. quattuor filii eius cum eo absconderunt se. Nam eo tempore terebat in area triticum. Igitur cum veniret david ad ornan. conspexit eum ornan. et processit ei obviam de area. et adoravit eum pronus in terram. Dixitque ei david. Da mihi locum aree tue ut edificem in ea altare domino. ita ut quantum valet argenti accipias. et cesset plaga a populo. Dixit autem ornan ad david. Tolle et faciat dominus meus rex quodcumque ei placet. Sed et boves do in holocaustum. et tribulas in ligna. et triticum in sacrificium. omnia libens prebebo. Dixitque ei rex david. Nequaquam ita fiet. sed argentum dabo quantum valet. Neque enim tibi auferre debeo et sic offerre domino holocausta gratuita. Dedit ergo david ornan pro loco siclos auri iustissimi ponderis sexcentos. et edificavit ibi altare domino. obtulitque holocausta et pacifica. et invocavit dominum. et exaudivit eum in igne de celo super altare holocausti. Precepitque dominus angelo. et convertit gladium suum in vaginam. Protinus ergo david videns quod exaudisset eum dominus in area ornan iebusei immolavit ibi victimas. Tabernaculum autem domini quod fecerat moyses in deserto et altare holocaustorum ea tempestate erat in excelso gabaon. Et non prevaluit david ire ad altare ut ibi obsecraret deum. nimio enim fuerat timore perterritus videns gladium angeli domini. Dixitque david. Hec est domus domini. et hoc altare in holocaustum israhel. Et precepit ut congregarentur omnes proselyti de terra israhel. et constituit ex eis latomos ad cedendos lapides et poliendos ut edificaretur domus dei. Ferrum quoque plurimum ad clavos ianuarum. et ad commissuras atque iuncturas preparavit david. et eris pondus innumerabile. Ligna quoque cedrina non poterant estimari. que sydonii et tyrii deportaverant ad david. Et dixit david. Salomon filius meus puer parvulus est et delicatus. domus autem quam edificari volo domino talis esse debet ut in cunctis regionibus nominetur. Preparabo ergo ei necessaria. Et ob hanc causam ante mortem suam omnes preparavit impensas. Vocavitque salomonem filium suum. et precepit ei ut edificaret domum domino deo israhel. Dixitque david ad salomonem. Fili mi voluntatis mee fuit ut edificarem domum nomini domini dei mei. sed factus est sermo domini ad me dicens. Multum sanguinem effudisti. et plurima bella bellasti. Non poteris edificare domum nomini meo tanto effuso sanguine coram me. Filius qui nascetur tibi erit vir quietissimus. faciam enim eum requiescere ab omnibus inimicis suis per circuitum. et ob hanc causam pacificus vocabitur. et pacem et otium dabo in israhel cunctis diebus eius. Ipse edificabit domum nomini meo. et ipse erit mihi in filium. et ego ero illi in patrem. firmaboque solium regni eius super israhel in eternum. Nunc ergo fili mi sit dominus tecum. et prosperare et edifica domum domino deo tuo sicut locutus est de te. Det quoque tibi dominus prudentiam et sensum. ut regere possis israhel. et custodire legem domini dei tui. Tunc enim proficere poteris si custodieris mandata et iudicia que precepit dominus moysi ut doceret israhel. Confortare et viriliter age. ne timeas neque paveas. Ecce ego in paupertate mea preparavi impensas domus domini. auri talenta centum milia. et argenti mille milia talentorum. Eris vero et ferri non est pondus. vincitur enim numerus magnitudine. ligna et lapides preparavi ad universa impendia. Habes quoque plurimos artifices. latomos et cementarios. artificesque lignorum et omnium artium ad faciendum opus prudentissimos. in auro et argento et ere et ferro cuius non est numerus. Surge igitur et fac. et erit dominus tecum. Precepit quoque david cunctis principibus israhel ut adiuvarent salomonem filium suum. Cernitis inquiens quod dominus deus vester vobiscum sit. et dederit vobis requiem per circuitum. et tradiderit omnes inimicos vestros in manu vestra. et subiecta sit terra coram domino et coram populo eius. Prebete igitur corda vestra et animas vestras ut queratis dominum deum vestrum. et consurgite et edificate sanctuarium domino deo. ut introducatur archa federis domini et vasa domino consecrata in domum que edificatur nomini domini. Igitur david senex et plenus dierum regem constituit salomonem filium suum super israhel. et congregavit omnes principes israhel. et sacerdotes atque levitas. Numeratique sunt levite a xxx annis et supra. et inventa sunt xxx viii milia virorum. Ex his electi sunt et distributi in ministerium domus domini xx.iiii. milia. Prepositorum autem et iudicum vi. milia. Porro iiii. milia ianitores. et totidem psalterium canentes domino in organis que fecerat ad canendum.

Et distribuit eos david per vices filiorum levi. gerson videlicet et caath et merari. gersoni leedan et semei. filii leedan princeps iehiel et zethan et iohel tres. Isti principes familiarum leedan. Porro filii semei leeth et ziza.

et Iaus et Baria. Isti filii Semei IIII. Erat autem Leeth prior, Ziza secundus. Porro Iaus et Baria non habuerunt plurimos filios, et idcirco in una familia unaque domo computati sunt.

[F]ilii Caath: Amram et Ysaar, Cebron et Oziel, IIII. Filii Amram: Aaron et Moyses. Separatusque est Aaron ut ministraret in sancta sanctorum ipse et filii eius in sempiternum, et adoleret incensum Domino secundum ritum suum ac benediceret nomini eius in perpetuum. Moysi quoque hominis Dei filii adnumerati sunt in tribu Levi. Filii Moysi: Gersom et Eliezer. Filii Gersom: Subahel primus. Fuerunt autem filii Eliezer: Roboia primus; et non erant Eliezer filii alii. Filii Roboia multiplicati sunt nimis. Filii Ysaar: Salumith primus. Filii Cebron: Ieriau primus, Amarias secundus, Iahihel tertius, Iecmaan quartus. Filii Ozihel: Micha primus, Iesia secundus. Filii Merari: Mooli et Musi. Filii Mooli: Eleazar et Cis. Mortuus est autem Eleazar et non habuit filios sed filias, acceperuntque eas filii Cis fratres earum. Filii Musi: Mooli et Eder et Ierimuth, tres. Filii Levi in cognationibus et familiis suis, principes et numerum capitum singulorum qui faciebant opera ministerii domus Domini a XX annis et supra.

[D]ixit enim David: Requiem dedit Dominus Deus Israel populo suo, et habitationem Hierusalem usque in sempiternum. Nec erat officium Levitarum ut ultra portarent tabernaculum et omnia vasa eius ad ministrandum. Iuxta praecepta quoque David novissima supputabitur numerus filiorum Levi a XX annis et supra. Et erunt sub manu filiorum Aaron in cultum domus Domini in vestibulis et in exedris et in loco purificationis et sanctuario et universis operibus ministerii templi Domini. Sacerdotes autem super panes propositionis et ad simile sacrificium, ad laganum et azima et sartaginem, et ad ferventem similam, et super omne pondus atque mensuram. Levitae vero ut stent mane ad confitendum et canendum Domino, similiterque ad vesperam, tam in oblatione holocaustorum Domini quam in sabbatis et in kalendis et sollempnitatibus reliquis, iuxta numerum et cerimonias uniuscuiusque rei iugiter coram Domino. Et custodiant observationes tabernaculi foederis et ritum sanctuarii et observationem filiorum Aaron fratrum suorum, ut ministrarent in domo Domini. Porro filiis Aaron hae portiones erant. Filii Aaron: Nadab et Abiud et Eleazar et Ithamar.

[M]ortuus est autem Nadab et Abiud ante patrem suum absque liberis, sacerdotioque functus est Eleazar et Ithamar. Et divisit eos David, id est Sadoch de filiis Eleazar et Abimelech de filiis Ithamar, secundum vices suas et ministerium. Inventique sunt multo plures filii Eleazar in principibus viris quam filii Ithamar. Divisit autem eis, hoc est filiis Eleazar principes per familias XVI, et filiis Ithamar per familias et domos suas octo. Porro divisit utrasque inter se familias sortibus. Erant enim principes sanctuarii et principes Dei tam de filiis Eleazar quam de filiis Ithamar. Descripsitque eos Semeias filius Nathanahel scriba Levites coram rege et principibus, et Sadoch sacerdote et Abimelech filio Abiathar, principibus quoque familiarum sacerdotalium et leviticarum: unam domum quae ceteris praeerat Eleazar, et alteram domum quae sub se habebat ceteros Ithamar. Exivit autem sors prima Ioiarib, secunda Iedeie, tertia Arim, quarta Seorim, V Melchia, VI Maiman, VII Accos, VIII Abia, VIIII Iesu, X Sechenia, XI Eliasib, XII Iachim, XIII Oppha, XIIII Isbaal, XV Abelga, XVI Emer, XVII Phezera, XVIII Agabses, XVIIII Afecera, XX Zesel, XXI Iachim, XXII Gamul, XXIII Dalaiau, XXIIII Maziau.

[H]ae vices eorum secundum ministeria sua ut ingrediantur domum Domini, et iuxta ritum suum sub manu Aaron patris eorum, sicut praeceperat Dominus Deus Israel. Porro filiorum qui reliqui fuerunt de filiis Amram erat Subahel, et filius Subahel Iadeia. De filiis quoque Roboie princeps Iesias. Iesie vero filius Salemoth. Filius quoque Salemoth Iaadiath; filius quoque eius Ieriau primus, Amarias secundus, Iazihel III, Iecmoan IIII. Filius Ozihel Melcha; filius Micha Samir. Frater Micha Iesiae; filiusque Iesiae Zacharias. Filii Merari Mooli et Musi. Filius Musi Oziau et Beunon. Filii quoque Merari Oziau et Soem et Zacchur et Hebri. Porro Mooli filius Eleazar qui non habebat liberos. Filius vero Cis Ieramel. Filii Musi Mooli, Eder et Ierimuth. Isti filii Levi secundum domos familiarum suarum. Miseruntque et ipsi sortes contra fratres suos filios Aaron coram David rege et Sadoch et Abimelech et principibus familiarum sacerdotalium leviticarum tam maiores quam minores. Omnes sors aequaliter dividebat.

Igitur David et magistratus exercitus segregaverunt in ministerium filios Asaph et Eman et Ydithun qui prophetarent in psalteriis et cytharis et cymbalis secundum numerum suum dedicato sibi officio servientes. De filiis Asaph: Zacchur et Ioseph et Nathania et Asarela, filii Asaph sub manu Asaph prophetantes iuxta regem. Porro Ydithun filii Ydithun: Godolias, Sori, Iesaias, et Sabias, et Mathathias, sex sub manu patris sui Ydithun, qui in cythara prophetabant super confitentes et laudantes Dominum. Eman quoque filii Eman: Bocciau, et Mathania, Ozihel et Subahel, et Ierimuth, Ananias, Anani, Eliatha, Geddelthi, et Romemthiezer, et Iesbacasa, Mellothi, Othir, Maziioth.

[O]mnes isti filii Eman videntes regis in sermonibus Dei ut exaltaret cornu. Deditque Deus Eman filios XIIII et filias tres. Universi sub manu patris sui ad cantandum in templo Domini distributi erant, in cymbalis et psalteriis et cytharis in ministerio domus Domini iuxta regem: Asaph videlicet et Ydithun et Eman. Fuit autem numerus eorum cum fratribus suis qui erudiebant canticum Domini cuncti doctores CC et LXXX VIII. Miseruntque sortes per vices suas ex aequo tam maior quam minor, doctus pariter et indoctus. Egressaque est sors prima Ioseph, qui erat de Asaph. Secunda Godolie, ipsi et filiis eius et fratribus eius XII. Tercia Zacchur, filiis eius et fratribus eius XII. Quarta Isari, filiis et fratribus eius XII. Quinta Nathanie, filiis et fratribus eius XII. Sexta Bocciau, filiis et fratribus eius XII. Septima Esiaelech, filiis et fratribus eius XII. Octava Ysaie, filiis et fratribus eius XII. Nona Mathanie, filiis et fratribus eius XII. Decima Semeie, filiis et fratribus eius XII. XI Azarahel, filiis et fratribus eius XII. XII Asabie, filiis et fratribus eius XII. XIII Subahel, filiis et fratribus eius XII. XIIII Mathathie, filiis et fratribus eius XII. XV Ierimuth, filiis et fratribus eius XII. XVI Ananie, filiis et fratribus eius XII. XVII Iesbocase, filiis et fratribus eius XII. XVIII Anani, filiis et fratribus eius XII. XVIIII Mellothi, filiis et fratribus eius XII. XX Eliatha, filiis et fratribus eius XII. XXI Othir, filiis et fratribus eius XII. XXII Godolthi, filiis et fratribus eius XII. XXIII Machiud, filiis et fratribus eius XII. XXIIII Romemthiezer, filiis et fratribus eius XII.

[D]ivisiones autem ianitorum: De Chorites Meselemia filius Chore de filiis Asaph. Filii Meselemie: Zacharias primogenitus, Iadihel secundus, Zabadias tertius, Iathanahel quartus, Ahilam quintus, Iohanan sextus, Elioenai septimus. Filii autem Obededom: Semeias primogenitus, Iosabath secundus, Ioaa tertius, Sachar quartus, Nathanael quintus, Amihel sextus, Ysachar septimus, Phollathi octavus, quia benedixit illi Dominus. Semei autem filio eius nati sunt filii praefecti familiarum suarum. Erant enim viri fortissimi. Filii ergo Semei: Othni et Rafahel et Obedihel, Zabbad et fratres eius viri fortissimi, Heliu quoque et Samachias. Omnes hii de filiis Obededom, ipsi et filii et fratres eorum fortissimi ad ministrandum, LXII de Obededom. Porro Meselamie filii et fratres robustissimi, decem et octo. De Osa autem, id est de filiis Merari, Semri princeps. Non enim habuerat primogenitum, et idcirco posuerat eum pater eius in principem; Helchias secundus, Tabelias tertius, Zacharias quartus. Omnes hii filii et fratres Osa tredecim. Hii divisi sunt ianitores ut semper principes custodiarum sicut et fratres eorum ministrarent in domo Domini.

[M]issae sunt autem sortes ex aequo et parvis et magnis per familias suas in unaquaque portarum. Cecidit ergo sors orientalis Selemie. Porro Zacharie filio eius viro prudentissimo et erudito sorte contigit plaga septemtrionalis. Obededom vero et filiis eius ad austrum, in qua parte domus erat seniorum concilium. Sephima et Chosa ad occidentem iuxta portam quae ducit ad viam ascensionis, custodia contra custodiam. Ad orientem vero Levitae sex, et ad aquilonem IIII per diem, atque ad meridiem similiter in die IIII, et ubi erat concilium bini et bini. In cellulis quoque ianitorum ad occidentem IIII in via, binique per cellulas.

[H]ae sunt divisiones ianitorum filiorum Chore et Merari. Porro Achias erat super thesauros domus Domini ac vasa sanctorum. Filii Ledan filii Gerson. De Ledan principes familiarum Ledan et Gersoni et Iehihel. Filii Iehihel: Zathan et Iohel fratres eius super thesauros domus Domini. Praeerant Amramitis et Isaaritis et Hebronitis et Ozihelitis. Subahel autem filius Gerson filii Moysi praepositus thesauris. Fratres quoque eius Eliezer, cuius filius Raabia, et huius filius Iesaias, et huius filius Ioram, sed et huius filius Zechri, sed et huius filius Semelech. Ipse Semelech et fratres eius super thesauros sanctorum erant quae sanctificavit David rex et principes familiarum et tribuni et centuriones et duces exercitus de bellis et manubiis praeliorum quae consecraverant ad instaurationem et supellectilem templi Domini.

[H]aec autem omnia sanctificavit Samuel videns et Saul filius Cis et Abner filius Ner et Ioab filius Sarvie. Omnes quicumque sanctificaverant ea per manum Semelech et fratrum eius. Isaaritis vero praeerat Chonenias et filii eius ad opera forinsecus super Israel ad docendum et ad iudicandum eos. Porro de Hebronitis Asabias et fratres eius fortissimi viri mille septingenti praeerant Israel trans Iordanem contra occidentem in cunctis operibus Domini et in ministerium regis. Hebronitarum autem princeps fuit Ierias secundum familias et cognationes eorum. Quadragesimo anno regni David recensiti sunt et inventi viri fortissimi in Iazer Galaad. Fratresque eius robustioris aetatis duo milia septingenti principes familiarum. Praeposuit autem eos David rex Rubenitis et Gadditis et dimidie tribui Manasse in omne ministerium Dei et regis. Filii autem Israel secundum numerum suum principes familiarum tribuni et centuriones et praefecti qui ministrabant regi iuxta turmas suas ingredientes et egredientes per singulos menses in anno XXIIII milibus singuli praeerant. Primae turmae in primo mense Iesboam praeerat filius Zabadiel, et sub eo XXIIII milia.

[D]e filiis Phares princeps cunctorum principum in exercitu in mense primo. Secundi mensis habebat turmam Dudia Chorites, et post se alterum nomine Macelloth qui regebat partem exercitus XXIIII milium. Dux quoque turmae tertiae in mense tertio erat Banaias filius Ioiade sacerdos, et in divisione sua XXIIII milia. Ipse est Banaias fortissimus inter XXX et super XXX. Praeerat autem turmae ipsius Amisabath filius eius. Quartus mense quarto Asahel frater Ioab, et Zabadias filius eius post eum, et in turma eius XXIIII milia. Quintus mense V princeps Samaoth Iezerites, et in turma eius XXIIII milia. Sextus mense sexto Hira filius Acces Thecuites, et in turma eius XXIIII milia. Septimus mense VII Helles Phallonites de filiis Effraim, et in turma eius XXIIII milia. Octavus mense octavo Sobochai Asothites de stirpe Zarai, et in turma eius XXIIII milia. Nonus mense nono Abiezer Anathothites de stirpe Gemini, et in turma eius XXIIII milia. Decimus mense decimo Marai, et ipse Netophathites de stirpe Zarai, et in turma eius XXIIII milia. XI mense XI Banaias Pharatonithes de filiis Effraim, et in turma eius XXIIII milia. XII mense XII Oldai Netophathites de stirpe Gothonihel, et in turma eius XXIIII milia.

[P]orro tribubus praeerant Israel: Rubenitis dux Eliezer filius Zechri; Symeonitis dux Saphatias filius Maacha. Levitis Asabias filius Camuhel; Aaronitis Sadoch. Iuda Heliu frater David; Ysachar Amri filius Michael. Zabulonitis Iesmaias filius Abdie; Neptalitibus Ierimuth filius Ozrihel. Filiis Effraim Osee filius Ozaziu; et dimidie tribui Manasse Iohel filius Phadaie; et dimidie tribui Manasse in Galaad Addo filius Zacharie. Beniamin autem Iasiel filius Abner. Dan vero Ezriel filius Ieroam. Hii principes filiorum Israel. Noluit autem David numerare eos a XX annis inferius, quia dixerat Dominus ut multiplicaret Israel quasi stellas caeli. Ioab filius Sarvie coeperat numerare nec compleverat, quia super hoc ira irruerat in Israel. Et idcirco numerus eorum qui fuerant recensiti non est relatus in fastos regis David. Super thesauros autem regis fuit Azmoth filius Adihel. His autem thesauris qui erant in urbibus et in vicis et in turribus praesidebat Ionathan filius Ozie. Operi autem rustico et agricolis qui exercebant terram praeerat Ezri filius Chelub. Vinearumque cultoribus Semeias Ramathites. Cellis autem vinariis Zabadias Aphonites. Nam super olivetam et ficetam quae erant in campestribus Balanan Gederites. Super apothecas autem olei Ioas. Porro armentis quae pascebantur in Saron praepositus fuit Setrai Saronites, et super boves in vallibus Saphat filius Addi. Super camelos vero Ubil Ysmahelites, et super asinos Iadias Meronathites. Super oves quoque Iaziz Agarenus. Omnes hii principes substantiae regis David. Ionathan autem patruus David consiliarius, vir prudens et litteratus; ipse et Iahiel filius Achamoni erant cum filiis regis. Achitofel etiam consiliarius regis, et Chusi Arachites amicus regis. Post Achitofel fuit Ioiada filius Banaie et Abiathar. Princeps autem exercitus regis erat Ioab.

[C]onvocavit igitur David omnes principes Israel, duces tribuum et praepositos turmarum qui ministrabant regi, tribunos quoque et centuriones, qui praeerant substantiae et possessionibus regis, filiosque suos cum eunuchis et potentes et robustissimos quosque in exercitu Hierusalem. Cumque surrexisset rex et stetisset, ait: Audite me fratres mei et populus meus. Cogitavi ut aedificarem domum in qua requiesceret archa foederis Domini et scabellum pedum Dei nostri, et ad aedificandum omnia praeparavi. Deus autem dixit mihi: Non aedificabis domum nomini meo, eo quod sis vir bellator et sanguinem fuderis. Sed elegit Dominus Deus Israel me de universa domo patris mei ut essem rex super Israel in sempiternum. De Iuda enim elegit principes. Porro de domo Iuda domum patris mei, et de filiis patris mei placuit ei ut me eligeret regem super cunctum Israhel. Sed et de filiis meis, filios enim multos dedit mihi Dominus, elegit Salomonem filium meum ut sederet in throno regni Domini super Israel, dixitque mihi: Salomon filius tuus aedificabit domum meam et atria mea. Ipsum enim elegi mihi in filium, et ego ero ei in patrem, et firmabo regnum eius usque in aeternum, si perseveraverit facere praecepta mea et iudicia mea sicut et hodie. Nunc ergo coram universo coetu Israel audiente Domino Deo nostro custodite et perquirite cuncta mandata Domini Dei nostri ut possideatis terram bonam et relinquatis eam filiis vestris post vos usque in sempiternum. Tu autem Salomon fili mi, scito Deum patris tui et servi ei corde perfecto et animo voluntario.

[O]mnia enim corda scrutatur Dominus et universas mentium cogitationes intellegit. Si quaesieris eum, invenies; si autem dereliqueris illum, proiciet te in aeternum. Nunc ergo quia elegit te Dominus ut aedificares domum sanctuarii, confortare et perfice. Dedit autem David Salomoni filio suo descriptionem porticus et templi et cellariorum et cenaculi, cubiculorum in adytis, et domus propitiationis, necnon et omnium quae cogitaverat atriorum et exedrarum per circuitum in thesauros domus Domini et in thesauros sanctorum, divisionumque sacerdotalium et leviticarum in omnia opera domus Domini, et in universa vasa ministerii templi Domini. Aurum in pondere per singula vasa ministerii. Argenti quoque pondus pro vasorum et operum diversitate. Sed et ad candelabra aurea et ad lucernas eorum aurum pro mensura uniuscuiusque candelabri et lucernarum. Similiter et in candelabris argenteis et lucernis eorum pro diversitate mensurae pondus argenti tradidit. Aurum quoque dedit in mensas propositionis pro diversitate mensurae, similiter et argentum in alias mensas argenteas. Ad fuscinulas quoque et fialas et thuribula ex auro purissimo, et leunculos aureos pro qualitate mensurae pondus distribuit in leunculum et in leunculum.

[S]imiliter et leones argenteos diversum argenti pondus separavit. Altario

autem in quo adolebatur incensum, aurum purissimum dedit, ut ex ipso fieret
similitudo quadrige cherubin extendentium alas, et velantium archam
federis domini. Omnia inquit venerunt scripta manu domini ad me, ut intel
ligerem universa opera exemplaris.
Dixitque David salomoni filio suo. Viriliter age et confortare et fac. Ne time
as, et ne paveas. Dominus enim deus meus tecum erit, et non dimittet te nec
derelinquet, donec perficias omne opus ministerii domus domini.
Ecce divisiones sacerdotum et levitarum in omne opus ministerii domus domini
assistunt tibi, et parati sunt, et noverunt tam principes quam populus facere omnia
precepta tua. Locutusque est David rex ad omnem ecclesiam. Salomonem filium meum
unum elegit deus, adhuc puerum et tenellum. Opus enim grande est, neque
enim homini preparatur habitatio, sed deo. Ego autem totis viribus meis pre
paravi impensas domus dei mei. Aurum ad vasa aurea, et argentum in
argentea. Es in enea, ferrum in ferrea, ligna ad lignea, lapides onichi
nos et quasi stibinos et diversorum colorum, omnemque pretiosum lapidem, et marmor
parium habundantissime. Et super hec que obtuli in domum dei mei, de pe
culio meo, aurum et argentum do in templum dei mei, exceptis his que preparavi
in edem sanctam, tria milia auri de auro ophir, et vii. milia talentorum argenti
probatissimi ad deaurandos parietes templi, ut ubicumque opus est aurum
de auro, et ubicumque opus est argentum argentea opera fiant per manus artificum.
Et si quis sponte offert, impleat manum suam hodie, et offerat quod volu
erit domino.
Polliciti sunt itaque principes familiarum et proceres tribuum
israhel, tribuni quoque et centuriones, et principes possessionis regis.
Dederuntque in opera domus domini auri talenta .v. milia et solidos .x. milia, argen
ti talenta .x. milia, et eris talenta .x. et viii. milia, ferri quoque .c. milia talen
torum. Et apud quemcumque inventi sunt lapides dederunt in thesaurum
domus domini, per manum iehiel gersonitis. Letatusque est populus cum vota sponte
promitterent, quia corde toto offerebant ea domino. Sed et David rex letatus
est gaudio magno et benedixit domino coram universa multitudine et ait.
Benedictus es domine deus israhel patris nostri ab eterno in eternum. Tua est domine
magnificentia et potentia, et gloria atque victoria, et tibi laus. Cuncta
enim que in celo sunt et in terra, tua sunt. Tuum domine regnum, et tu es
super omnes principes. Tue divitie et tua est gloria. Tu dominaris omnium.
In manu tua virtus et potentia, in manu tua magnitudo et imperium omnium.
Nunc igitur deus noster confitemur tibi, et laudamus nomen tuum inclitum. Quis ego.
et quis populus meus, ut possimus tibi hec universa promittere? Tua sunt
omnia, et que de manu tua accepimus dedimus tibi. Peregrini enim sumus
coram te et advene, sicut omnes patres nostri. Dies nostri quasi umbra super
terram, et nulla est mora. Domine deus noster omnis hec copia quam paravimus
ut edificaretur domus nomini sancto tuo, de manu tua est, et tua sunt omnia.
Scio deus meus quod probes corda, et simplicitatem diligas. Unde et ego in sim
plicitate cordis mei letus obtuli universa hec, et populum tuum qui hic repertus
est vidi cum ingenti gaudio tibi offerre donaria. Domine deus abra
ham, ysaac et israhel patrum nostrorum, custodi in eternum hanc voluntatem
cordis eorum, et semper in veneratione tui mens ista permaneat. Salomoni
quoque filio meo da cor perfectum ut custodiat mandata tua et testimo
nia tua, et cerimonias tuas, et faciat universa, et edificet edem cuius
impensas paravi.
Precepit autem David universe ecclesie. Benedicite domino deo nostro. Et benedixit
omnis ecclesia domino deo patrum suorum, et inclinaverunt se et adorave
runt deum, et deinde regem. Immolaveruntque victimas domino, et ob
tulerunt holocausta die sequenti, tauros mille, et arietes mille, et agnos
mille cum libaminibus suis, et universo rite habundantissime in omnem
israhel. Et comederunt et biberunt coram domino in die illa cum grandi le
titia, et unxerunt secundo salomonem filium David. Unxerunt autem domino
in principem, et sadoch in pontificem. Seditque salomon super solium domini
in regem pro David patre suo, et cunctis placuit, et paruit illi omnis israhel.
Sed et universi principes et potentes et cuncti filii regis David dederunt
manum et subiecti fuerunt salomoni regi. Magnificavit ergo dominus
salomonem super omnem israhel, et dedit illi gloriam regni, qualem nullus
habuit ante eum rex israhel. Igitur David filius ysai regnavit super universum
israhel, et dies quibus regnavit super israhel fuerunt .xl. anni. In ebron reg
navit septem annis, et in hierusalem annis .xxx. tribus, et mortuus est in
senectute bona, plenus dierum et divitiis et gloria. Regnavitque salomon
filius eius pro eo. Gesta autem regis David priora et novissima scripta sunt
in libro samuelis videntis, et in libro nathan prophete, atque in volumine
gad videntis, universique regni eius et fortitudinis, et temporum que
transierunt sub eo, sive in israhel, sive in cunctis regnis terrarum.

INCIPIT LIBER II. PARALIPOMENON

101.

CONFORTATUS EST

igitur salomon filius David in regno suo, et dominus erat cum eo, et magnificavit eum in
excelsum. Precepitque salomon universo israheli, tribunis et centurionibus et
ducibus, et iudicibus omnis israhel, et principibus familiarum, et abiit cum universa
multitudine in excelsum gabaon, ubi erat tabernaculum federis domini, quod fecit
moyses famulus dei in solitudine. Archam autem dei adduxerat David de cariathiari
im in locum quem preparaverat ei, et ubi fixerat illi tabernaculum, hoc est in hierusalem.
Altare quoque eneum quod fabricatum fuerat beseleel filius uri filii ur, ibi erat coram
tabernaculo domini, quod et requisivit salomon et omnis ecclesia. Ascenditque
salomon ad altare eneum coram tabernaculo federis domini, et obtulit in eo mille
hostias. Ecce autem in ipsa nocte apparuit ei deus dicens. Postula a me quod vis
ut dem tibi. Dixitque salomon deo. Tu fecisti cum David patre meo misericordiam ma
gnam, et constituisti me regem pro eo. Nunc ergo domine deus impleatur sermo
tuus, quem pollicitus es David patri meo. Tu enim fecisti me regem super populum tuum
multum, qui tam innumerabilis est quam pulvis terre. Da mihi sapientiam et in
telligentiam, ut ingrediar coram populo tuo, et egrediar. Quis enim potest hunc
populum tuum digne qui tam grandis est iudicare? Dixit autem deus ad salomonem.
Quia hoc magis placuit cordi tuo, et non postulasti divitias et substantias
aut gloriam, neque animas eorum qui te oderant, sed nec dies vite plurimos, postulasti
autem sapientiam et scientiam, ut iudicare possis populum meum super quem constitui te re
gem, sapientia et scientia data sunt tibi. Divitias autem et substantiam et
gloriam dabo tibi, ita ut nullus in regibus nec ante te, nec post te fuerit similis
tui. Venit ergo salomon ab excelso gabaon in hierusalem coram tabernaculo fe
deris, et regnavit super israhel. Congregavitque sibi currus et equites, et facti
sunt ei mille quadringenti currus, et xii. milia equitum, et fecit eos esse in urbibus
quadrigarum, et cum rege in hierusalem. Prebuitque rex argentum et aurum in hie
rusalem quasi lapides, et cedros quasi sychomoros que nascuntur in campestribus
multitudine magna. Adducebantur autem ei equi de egypto et de thecua
a negociatoribus regis, qui ibant et emebant pretio quadrigam equorum sex
centis argenteis, et equum centum quinquaginta. Similiter de universis regnis ethoreorum et a regibus
syrie emptio celebrabatur. Decrevit autem salomon edificare domum nomini
domini et palatium sibi. Et numeravit lxx. milia virorum portantium
humeris, et lxxx. milia qui cederent lapides in montibus, prepositosque eorum
tria milia sexcentos. Misitque ad hyram regem tyri dicens. Sicut egisti
cum David patre meo, et misisti ei ligna cedrina ut edificaret sibi domum,
in qua et habitavit, sic fac mecum ut edificem domum nomini domini dei mei, et consecrem
eam ad adolendum incensum coram illo, et fumiganda aromata, et ad propo
sitionem panum sempiternam, et holocaustomata mane et vespere, sabbatis
quoque et neomeniis et sollempnitatibus domini nostri in sempiternum, que man
data sunt israheli. Domus autem quam edificare cupio, magna est. Magnus enim
deus noster super omnes deos. Quis ergo poterit prevalere, ut edificet ei dignam domum?
Si celum et celi celorum capere eum nequeunt, quantus ego sum, ut possim
ei edificare domum? Sed ad hoc tantum ut adoleatur incensum coram
illo. Mitte ergo mihi virum eruditum qui noverit operari in auro et argento, in
ere et ferro, purpura et coccino et iacincto, et qui sciat sculpere celaturas
cum his artificibus quos mecum habeo in iudea et hierusalem, quos preparavit pa
ter meus. Sed et ligna cedrina mitte mihi, et arbutina et pinea de libano. Scio enim
quod servi tui noverint cedere ligna de libano, et erunt servi mei cum servis
tuis, ut parentur mihi ligna plurima. Domus enim quam cupio edificare, mag
na est nimis et inclita. Preterea operariis qui cesuri sunt ligna servis tuis
dabo in cibaria tritici choros .xx. milia, et hordei choros totidem, olei
quoque sata .xx. milia. Dixit autem hyram rex tyri per litteras quas miserat salomoni.
Quia dilexit dominus populum suum, idcirco te regnare fecit super eum. Et
addidit dicens. Benedictus dominus deus israhel qui fecit celum et terram, qui
dedit David regi filium sapientem et eruditum et sensatum atque prudentem, ut
edificaret domum domino, et palatium sibi. Misi ergo tibi virum prudentem
et scientissimum hyram patrem meum, filium mulieris de filiabus dan
cuius pater tyrius fuit, qui novit operari in auro et argento et ere et
ferro et marmore et lignis, in purpura quoque et iacincto, et bysso et coc
cino, et qui sciat celare omnem sculpturam et adinvenire prudenter quodcumque
in opere necessarium est cum artificibus tuis, et cum artificibus domini mei
David patris tui. Triticum autem et hordeum et vinum et oleum que pollicitus es
domine mi, mitte servis tuis. Nos autem cedemus ligna de libano quot necessa
ria habueris, et applicabimus ea ratibus per mare in ioppe. Tuum erit trans
ferre ea in hierusalem. Numeravit ergo salomon omnes viros proselitos qui erant in
israhel post dinumerationem quam dinumeravit David pater eius, et inventa sunt
c. et l. milia, et tria milia sexcenti. Fecitque ex eis lxx. milia qui humeris
onera portarent, et lxxx. milia qui lapides in montibus cederent, tria
autem milia et sexcentos prepositos operum populi. Et cepit salomon edifica
re domum domini in hierusalem in monte moria qui demonstratus fuerat David
patri eius, in loco quem paraverat David in area ornan iebusei. Cepit autem
edificare mense secundo, anno quarto regni sui. Et hec sunt fundamenta que iecit
salomon ut edificaret domum domini. Longitudinis cubitos in mensu
ra prima lx. latitudinis cubitos .xx. Porticum vero ante frontem, que tende
batur in longum iuxta mensuram latitudinis domus cubitorum .xx. Porro al
titudo c. xx. cubitorum erat. Et deauravit eam intrinsecus auro purissimo.
Domum quoque maiorem texit tabulis ligneis abiegnis, et laminas auri
obrizi affixit per totum. Sculpsitque in ea palmas, et quasi catenulas
se invicem complectentes. Stravit quoque pavimentum templi pretiosissimo
marmore decore multo. Porro aurum erat probatissimum, de cuius
laminis texit domum, et trabes eius et postes, et parietes et ostia.
Et celavit cherubin in parietibus. Fecitque domum sancti sanctorum longitudine
iuxta latitudinem domus cubitorum .xx. et latitudine similiter .xx. cubi
torum, et laminis aureis texit eam quasi talentis sexcentis. Sed et cla
vos fecit aureos, ita ut singuli clavi singulos siclos quinquagenos
appenderent. Cenacula quoque texit auro. Fecit etiam in domo sancti
sanctorum cherubin duo opere statuario, et texit ea auro. Ale cherubin .xx.
cubitis extendebantur, ita ut una ala haberet cubitos quinque,
et tangeret parietem domus, et altera quinque cubitos habens, alam tan
geret alterius cherub. Similiter cherub alterius ala quinque habebat
cubitos, et tangebat parietem, et ala eius altera quinque cubitorum alam che
rub alterius contingebat. Igitur ale utriusque cherubin expanse erant,
et extendebantur per cubitos .xx. Ipsi autem stabant erectis pedibus, et facies
eorum versa erant ad exteriorem domum. Fecitque velum ex iacincto, purpura,
cocco et bysso, et intexuit ei cherubin. Ante fores etiam templi duas
columnas fecit, que .xxxv. et quinque cubitos habebant altitudinis. Porro
capita earum quinque cubitorum. Necnon et quasi catenulas in oraculo, et super
posuit eas capitibus columnarum, mala granata etiam centum, que catenu
lis interposuit. Ipsas quoque columnas posuit in vestibulo templi, unam a dex
tris, et alteram a sinistris. Eam que a dextris erat vocavit iachin, hoc
est firmitas, et que ad levam booz, hoc est in robore. Fecitque altare
eneum .xx. cubitorum longitudinis, et .xx. cubitorum latitudinis, et .x.
cubitorum altitudinis. Mare etiam fusile, .x. cubitis a labio usque ad labium
rotundum per circuitum. Quinque cubitos habebat altitudinis, et funiculus
.xxx. cubitorum ambiebat gyrum eius. Similitudo quoque boum erat subter illud,
et .x. cubitis quedam extrinsecus celatura quasi duobus versibus alvum
maris circuibant. Boves autem erant fusiles, et ipsum mare super .xii.

boves inpositum erat. quorum tres respiciebant ad aquilonem et alii tres ad occidentem porro tres alii meridiem et tres qui reliqui erant orientem mare habentes superpositum. Posteriora autem boum erant intrinsecus sub mari. Porro vastitas eius habebat mensuram palmi et labium illius erat quasi labium calicis vel repandi lilii. capiebatque mensuras tria milia metretas.

Fecit quoque concas x et posuit quinque a dextris et quinque a sinistris ut lavarent in eis omnia que in holocaustum oblaturi erant. Porro in mari sacerdotes lavabantur. Fecit autem et candelabra aurea x secundum speciem qua iussa erant fieri. et posuit ea in templo quinque a dextris et quinque a sinistris. Necnon et mensas x. posuitque eas in templo v a dextris et v a sinistris. fialas quoque aureas c. Fecit autem atrium sacerdotum. et basilicam grandem et ostia in basilica que texit ere. Porro mare posuit in latere dextro contra orientem ad meridiem. Fecit autem hyram lebetas et creagras et fialas. et complevit omne opus regis in domo dei. hoc est columnas duas et epistilia. et capita. et quasi quedam retiacula que capita tegerent super epistilia. mala granata quoque xl et retiacula duo. ita ut bini ordines malogranatorum singulis retiaculis iungerentur que protegerent epistilia et capita columnarum. Bases etiam fecit et conchas quas superposuit basibus. mare unum bovesque xii sub mari. et lebetas et creagras et fialas. Omnia vasa fecit salomoni hyram pater eius in domo domini ex ere mundissimo. In regione iordanis fudit ea rex in argillosa terra. inter socoth et saredatha. Fecit autem multitudinem vasorum innumerabilem. ita ut ignoraretur pondus eris. Fecitque salomon omnia vasa domus dei. et altare aureum et mensas. et super eas panes propositionis. candelabra quoque cum lucernis suis ut lucerent ante oraculum iuxta ritum ex auro purissimo. et florentia quedam et lucernas et forcipes aureos. Omnia de auro mundissimo facta sunt. timiamateria quoque et thuribula. et fialas et mortariola ex auro purissimo. et ostia celavit templi interioris. id est in sancta sanctorum. et ostia templi forinsecus. sicque completum est omne opus quod fecit salomon in domo domini. Intulit ergo salomon omnia que voverat david pater suus argentum et aurum et universa vasa posuit in thesauris domus dei.

Postquam congregavit maiores natu israel. et cunctos principes tribuum et capita familiarum de filiis israel in hierusalem ut adducerent archam federis domini de civitate david que est in syon. Venerunt ergo ad regem omnes viri israel in die sollempni mensis septimi. Cumque venissent cuncti seniores israel. portaverunt levite archam et intulerunt eam. et omnem paraturam tabernaculi. Porro vasa sanctuarii que in tabernaculo erant portaverunt sacerdotes cum levitis. Rex autem salomon et universus cetus israel et omnes qui fuerant congregati ante archam. immolabant arietes et boves absque ullo numero. Tanta enim erat multitudo victimarum. Et intulerunt sacerdotes archam federis domini in locum suum. id est ad oraculum templi in sancta sanctorum subter alas cherubin. ita ut cherubin expanderent alas suas super locum in quo posita erat archa. et ipsam archam tegerent cum vectibus suis. Vectium autem quibus portabatur archa quia paululum longiores erant. capita parebant ante oraculum. Si vero quis paululum fuisset extrinsecus. eos videre non poterat. Fuit itaque archa ibi usque in presentem diem. nihilque aliud erat in archa nisi due tabule quas posuerat moyses in oreb. quando legem dedit dominus filiis israel egredientibus ex egypto.

Egressis autem sacerdotibus de sanctuario. omnes enim sacerdotes qui ibi potuerant inveniri sanctificati sunt. nec adhuc illo tempore vices et ministeriorum ordo inter eos divisus erat. tam levite quam cantores. id est et qui sub asaph erant et qui sub eman. et qui sub idithun filii et fratres eorum vestiti bissinis. et cymbalis et psalteriis et citharis concrepabant stantes ad orientalem plagam altaris. cum eis sacerdotes c xx canentes tubis. Igitur cunctis pariter et tubis et voce et cymbalis et organis. et diversi generis musicorum concinentibus et vocem in sublime tollentibus longe sonitus audiebatur. ita ut cum dominum laudare cepissent et dicere. confitemini domino quoniam bonus. quoniam in seculum misericordia eius. impleretur domus dei nube. nec possent sacerdotes dei stare et ministrare propter caliginem. Compleverat enim gloria domini domum dei. Tunc salomon ait. Dominus pollicitus est ut habitaret in caligine. Ego autem edificavi domum nomini eius. ut habitaret ibi in perpetuum. Et convertit faciem suam et benedixit universe multitudini israel. nam omnis turba stabat intenta et ait. Benedictus dominus deus israel. quia quod locutus est david patri meo opere complevit dicens. A die qua eduxi populum meum de terra egypti. non elegi civitatem de cunctis tribubus israel ut edificaretur in ea domus nomini meo. neque elegi alium quemquam virum ut esset dux super populum meum israel. sed elegi hierusalem ut sit nomen meum in ea. et elegi david ut constituerem eum super populum meum israel. Cumque fuisset voluntatis david patris mei ut edificaret domum nomini domini dei israel. dixit dominus ad eum. Quia hec fuit voluntas tua ut edificares domum nomini meo. bene quidem fecisti habens huiuscemodi voluntatem. sed non tu edificabis domum. verum filius tuus qui egredietur de lumbis tuis. ipse edificabit domum nomini meo. Complevit ergo dominus sermonem suum quem locutus fuerat. et ego surrexi pro david patre meo et sedi super thronum israel sicut locutus est dominus. et edificavi domum nomini domini dei israel. et posui in ea archam in qua est pactum domini. quod pepigit cum filiis israel. Stetit ergo coram altare domini ex adverso universe multitudinis israel. et extendit manus suas. siquidem fecerat salomon basim eneam. et posuerat eam in medio basilice. habentem quinque cubitos longitudinis. et quinque latitudinis. et tres cubitos in altum. stetitque super eam et deinceps flexis genibus contra universam multitudinem israel. et palmis in celum levatis ait. Domine deus israel non est similis tui deus in celo et in terra. qui custodis pactum et misericordiam cum servis tuis qui ambulant coram te in toto corde suo. qui prestitisti servo tuo david patri meo quecumque locutus fueras ei. et que ore promiseras opere complesti. sicut et presens tempus probat. Nunc ergo domine deus israel imple servo tuo patri meo david quecumque locutus es dicens. non deficiet ex te vir coram me qui sedeat super thronum israel. ita tamen si custodierint filii tui vias suas. et ambulaverint in lege mea. sicut et tu ambulasti coram me.

Et nunc domine deus israel firmetur sermo tuus. quem locutus es servo tuo david. Ergone credibile est ut habitet deus cum hominibus super terram? Si celum et celi celorum non te capiunt quanto magis domus ista quam edificavi? Sed ad hoc tantum facta est ut respicias ad orationem servi tui. et obsecrationem eius. Domine deus meus. audias preces quas fundit famulus tuus coram te. ut aperias oculos tuos super domum istam diebus et noctibus. super locum in quo pollicitus es ut invocaretur nomen tuum. et exaudires orationem quam servus tuus orat in eo. Exaudi preces famuli tui. et populi tui israel. Quicumque oraverit in loco isto. et exaudi de habitaculo tuo. id est de celis. et propitiare. Si peccaverit quispiam in proximum suum. et iurare contra eum paratus venerit. seque maledicto constrinxerit coram altari in domo ista. tu exaudias de celo. et facies iudicium servorum tuorum. ita ut reddas iniquo viam suam in caput proprium. et ulciscaris iustum retribuens ei secundum iustitiam suam. Si superatus fuerit populus tuus israel ab inimicis. peccabunt enim tibi. et conversi egerint penitentiam. et obsecraverint nomen tuum. et fuerint deprecati in loco isto. tu exaudies de celo. et propitiare peccato populi tui israel. et reduces eos in terram quam dedisti eis. et patribus eorum. Si clauso celo et pluvia non fluxerit propter peccata populi et deprecati fuerint te in loco isto. et confessi nomini tuo. et conversi a peccatis suis cum eos afflixeris. exaudi de celo domine. et dimitte peccata servis tuis. et populo tuo israel. et doce eos viam bonam per quam ingrediantur et da pluviam terre quam dedisti populo tuo ad possidendum. Fames si orta fuerit in terra. et pestilentia erugo. et aurugo. et locusta et bruchus. et hostes vastatis regionibus portas obsederint civitatis. omnisque plaga et infirmitas presserit. si quis de populo tuo israel deprecatus fuerit cognoscens plagam et infirmitatem suam. et expanderit manus suas in domo hac. ut exaudias de celo de sublimi scilicet habitaculo. et propitiare et redde unicuique secundum vias suas. quas nosti eum habere in corde suo. Tu enim solus nosti corda filiorum hominum. ut timeant te et ambulent in viis tuis cunctis diebus quibus vivunt super faciem terre quam dedisti patribus nostris. Externum quoque qui non est de populo tuo israel. si venerit de terra longinqua propter nomen tuum magnum. et propter manum tuam robustam. et brachium tuum extentum. et adoraverit in loco isto. tu exaudies de celo firmissimo habitaculo tuo. et facies cuncta pro quibus invocaverit te ille peregrinus. ut sciant omnes populi terre nomen tuum et timeant te. sicut populus tuus israel. et cognoscant quia nomen tuum invocatum est super domum hanc quam edificavi.

Si egressus fuerit populus tuus ad bellum contra adversarios suos per viam in qua miseris eos. adorabunt te contra viam in qua civitas hec est quam elegisti. et domus quam edificavi nomini tuo. ut exaudias de celo preces eorum et obsecrationem et ulciscaris. Si autem peccaverint tibi. neque enim est homo qui non peccet. et iratus fueris eis. et tradideris eos hostibus. et captivos eos duxerint in terram longinquam vel certe que iuxta est. et conversi toto corde suo in terra ad quam captivi ducti fuerint egerint penitentiam. et deprecati te fuerint in terra captivitatis sue dicentes. peccavimus inique fecimus. et iniuste egimus. et reversi fuerint ad te in toto corde suo. et tota anima sua in terra captivitatis sue ad quam ducti sunt adorabunt te contra viam terre sue quam dedisti patribus eorum. et urbis quam elegisti. et domus quam edificavi nomini tuo. ut exaudias de celo hoc est de firmissimo habitaculo tuo preces eorum. et facias iudicium. et dimittas populo tuo quamvis peccatori. Tu es enim deus meus. Aperiantur queso oculi tui. et aures tue intente sint ad orationem que fit in loco isto. Nunc ergo consurge domine deus meus in requiem tuam. tu et archa fortitudinis tue. Sacerdotes tui domine deus induantur salute. et sancti tui letentur in bonis. Domine deus. ne averteris faciem christi tui. Memento misericordiarum david servi tui. Cumque complesset salomon fundens preces. ignis descendit de celo. et devoravit holocausta et victimas. et maiestas domini implevit domum. nec poterant sacerdotes ingredi templum domini. eo quod implesset maiestas domini templum domini. Sed et omnes filii israel videbant descendentem ignem et gloriam domini super domum. et corruentes proni in terram super pavimentum stratum lapide. et laudaverunt dominum quoniam bonus. quoniam in seculum misericordia eius. Rex autem et omnis populus immolaverunt victimas coram domino. Mactavit ergo salomon rex hostias boum xx duo milia. arietum c xx duo milia. et dedicavit domum dei rex et universus populus. Sacerdotes autem stabant in officiis suis et levite in organis carminum domini que fecit david rex ad laudandum dominum quoniam in eternum misericordia eius. hymnos david canentes per manus suas. Porro sacerdotes canebant tubis ante eos. cunctusque israel stabat.

Sanctificavit quoque salomon medium atrii ante templum domini. Obtulerat enim ibi holocausta et adipes pacificorum. quia altare eneum quod fecerat non poterat sustinere holocausta. et sacrificia et adipes. Fecit ergo salomon sollempnitatem in tempore illo septem diebus. et omnis israel cum eo. ecclesia magna valde ab introitu emath usque ad torrentem egypti. Fecitque die octavo collectam eo quod dedicasset altare septem diebus. et sollempnitatem celebrasset septem diebus. Igitur in die vicesimo tertio mensis septimi dimisit populum ad tabernacula sua letantes atque gaudentes super bono quod fecerat dominus david et salomoni et omni israhel populo suo. Complevitque salomon domum domini. et domum regis et omnia que disposuerat in corde suo ut faceret in domo domini et in domo sua. et prosperatus est. Apparuit autem ei dominus nocte et ait. Audivi orationem tuam. et elegi locum istum mihi in domum sacrificii. Si clausero celum et pluvia non fluxerit. et mandavero et precepero locuste ut devoret terram. et misero pestilentiam in populum meum. conversus autem populus meus super quos invocatum est nomen meum deprecatus me fuerit. et exquisierit faciem meam. et egerit penitentiam a viis suis pessimis. et ego exaudiam de celo et propitius ero peccatis eorum. et sanabo terram eorum. Oculi quoque mei erunt aperti et aures mee erecte ad orationem eius. qui in loco isto oraverit. Elegi enim et sanctificavi locum istum ut sit nomen meum ibi in sempiternum. et permaneant oculi mei. et cor meum ibi cunctis diebus. Tu quoque si ambulaveris coram me sicut ambulavit pater tuus david. et feceris iuxta omnia que precepi tibi. et iustitias meas iudiciaque servaveris. suscitabo thronum regni tui. sicut pollicitus sum david patri tuo dicens. non auferetur de stirpe tua vir qui sit princeps in israel. Si autem aversi fueritis et dereliqueritis leges meas. et precepta mea que proposui vobis. et abeuntes servieritis diis alienis. et adoraveritis eos. evellam vos de terra mea quam dedi vobis. et domum hanc quam edificavi nomini meo proiciam a facie mea. et tradam eam in parabolam et in exemplum cunctis populis. et domus ista erit in proverbium universis transeuntibus et dicent stupentes. Quare fecit dominus sic terre huic. et domui huic? Respondebuntque. Quia dereliquerunt dominum deum patrum suorum qui eduxit eos de terra egypti. et apprehenderunt deos alienos et adoraverunt eos et coluerunt. idcirco venerunt super eos universa mala hec.

Expletis autem xx annis postquam edificavit salomon domum domini et domum suam. et civitates quas dederat hyram salomoni edificavit et habitare fecit ibi filios israhel. Abiit quoque in emath suba et obtinuit eam. et edificavit palmyram in deserto. et alias civitates munitissimas edificavit in emath. extruxitque bethoron superiorem et bethoron inferiorem. civitates muratas habentes portas et vectes et seras. baalath etiam et omnes urbes firmissimas que fuerunt salomonis. cunctasque urbes quadrigarum. et urbes equitum. omnia quecumque voluit salomon atque disposuit edificavit in hierusalem et in libano. et in universa terra potestatis sue. Omnem populum qui derelictus fuerat de ettheis. et amorreis et ferezeis et eveis et iebuseis qui non erant de stirpe israel. de filiis eorum et de posteris quos non interfecerant subiugavit salomon in tributarios usque in diem hanc. Porro de filiis israel non posuit ut servirent operibus regis. Ipsi enim erant viri bellatores et duces primi. et principes quadrigarum et equitum eius. Omnes autem principes exercitus regis salomonis fuerunt ccl. qui erudiebant populum. Filiam vero pharaonis transtulit de civitate david in domum quam edificaverat ei. Dixit autem rex. Non habitabit uxor mea in domo david regis israel. eo quod sanctificata sit. quia ingressa est in eam archa domini. Tunc obtulit salomon holocausta domino super altare domini quod construxerat ante porticum. ut per singulos dies offerrent in eo iuxta preceptum moysi in sabbatis et in calendis. et festis diebus ter per annum id est in sollempnitate azimorum et in sollempnitate ebdomadarum. et in sollempnitate tabernaculorum. et con

stituit iuxta dispositionem David patris sui officia sacerdotum in ministeriis suis, et levitas in ordine suo, ut laudarent et ministrarent coram sacerdotibus iuxta ritum uniuscuiusque diei, et ianitores in divisionibus suis per portam et portam. Sic enim praeceperat David homo dei. Nec praetergressi sunt de mandatis regis, tam sacerdotes quam levitae ex omnibus quae praeceperat.

C et in custodiis thesaurorum omnes impensas praeparatas habuit Salomon ex eo die quo fundavit domum domini usque in diem quo perfecit eam. Tunc abiit Salomon in Asiongaber et in Aylath ad oram maris rubri, quae est in terra Edom. Misit autem ei Hyram per manus servorum suorum naves et nautas gnaros maris, et abierunt cum servis Salomonis in Ophir, tuleruntque inde quadringenta talenta auri, et attulerunt ad regem Salomonem. Regina quoque Saba cum audisset famam Salomonis, venit ut temptaret eum in aenigmatibus in Hierusalem cum magnis opibus et camelis qui portabant aromata et auri plurimum gemmasque pretiosas. Cumque venisset ad Salomonem, locuta est ei quaecumque erant in corde suo. Et exposuit ei Salomon omnia quae proposuerat, nec quicquam fuit quod non perspicuum fecerit. Quae postquam vidit, sapientiam scilicet Salomonis et domum quam aedificaverat, necnon et cibaria mensae eius et habitacula servorum et officia ministrorum eius et vestimenta eorum, pincernas quoque et vestes eorum, et victimas quas immolabat in domo domini, non erat prae stupore ultra in ea spiritus. Dixitque ad regem: Verus sermo quem audieram in terra mea de virtutibus et sapientia tua. Non credebam narrantibus, donec ipsa venissem et vidissent oculi mei, et probassem vix medietatem mihi sapientiae tuae fuisse narratam. Vicisti famam virtutibus tuis. Beati viri tui et beati servi tui, hi qui assistunt coram te omni tempore et audiunt sapientiam tuam. Sit dominus deus tuus benedictus, qui voluit te ordinare super thronum suum regem domini dei tui. Quia diligit deus Israhel et vult servare eum in aeternum, ideo posuit te super eum regem, ut facias iudicium atque iustitiam.

Dedit autem regi CXX talenta auri, et aromata multa nimis, et gemmas pretiosissimas. Non fuerunt aromata talia ut haec quae dedit regina Saba regi Salomoni. Sed et servi Hyram cum servis Salomonis attulerunt aurum de Ophir, et ligna thyina, et gemmas pretiosissimas, de quibus fecit rex, de lignis scilicet thyinis, gradus in domo domini et in domo regia, citharas quoque et psalteria cantoribus. Numquam visa sunt in terra Iuda ligna talia. Rex autem Salomon dedit reginae Saba cuncta quae voluit et quae postulavit, multo plura quam attulerat ad eum. Quae reversa abiit in terram suam cum servis suis. Erat autem pondus auri quod afferebatur Salomoni per annos singulos sescenta sexaginta sex talenta auri, excepta ea summa quam legati diversarum gentium et negotiatores afferre consueverant, omnesque reges Arabiae et satrapae terrarum, qui comportabant aurum et argentum Salomoni. Fecit igitur Salomon rex ducentas hastas aureas de summa sescentorum aureorum, qui in hastis singulis expendebantur, trecenta quoque scuta aurea trecentorum aureorum, quibus tegebantur scuta singula. Posuitque ea rex in armamentario quod erat consitum nemore. Fecit quoque rex solium eburneum grande, et vestivit illud auro mundissimo. Sex quoque gradus quibus ascendebatur ad solium, et scabellum aureum, et brachiola duo altrinsecus, et duos leones stantes iuxta brachiola, sed et alios XII leunculos stantes super sex gradus ex utraque parte. Non fuit tale solium in universis regnis. Omnia quoque vasa convivii regis erant aurea, et vasa domus saltus Libani ex auro purissimo. Argentum enim in diebus illis pro nihilo reputabatur. Siquidem naves regis ibant in Tharsis cum servis Hyram semel in annis tribus, et deferebant inde aurum et argentum et ebur et simias et pavos. Magnificatus est igitur Salomon super reges terrae prae divitiis et gloria. Omnesque reges terrarum desiderabant faciem Salomonis videre, ut audirent sapientiam quam dederat deus in corde eius. Et deferebant ei munera, vasa argentea et aurea et vestes et arma et aromata, equos et mulos per singulos annos.

Habuit autem Salomon XL milia equorum in stabulis, et curruum equitum XII milia, constituitque eos in urbibus quadrigarum, et ubi erat rex in Hierusalem. Exercuit etiam potestatem super cunctos reges a flumine Eufraten usque ad terram Philistinorum, id est usque ad terminos Aegypti. Tantamque copiam praebuit argenti in Hierusalem quasi lapidum, et cedrorum tantam multitudinem velut sycomororum quae gignuntur in campestribus. Adducebantur ei equi de Aegypto et de cunctis regionibus. Reliqua opera Salomonis priorum et novissimorum scripta sunt in verbis Nathan prophetae, et in libro Ahiae Silonitis, in visione quoque Addo videntis contra Hieroboam filium Nabath. Regnavit autem Salomon in Hierusalem super omnem Israhel XL annis, dormivitque cum patribus suis, et sepelierunt eum in civitate David. Regnavitque Roboam filius eius pro eo. Profectusque est Roboam in Sichem; illuc enim cuncti Israhel convenerant, ut constituerent eum regem. Quod cum audisset Hieroboam filius Nabath, qui erat in Aegypto (fugerat quippe illuc ante Salomonem), statim reversus est. Vocaveruntque eum, et venit cum universo Israhel, et locuti sunt ad Roboam dicentes: Pater tuus durissimo iugo nos compressit; tu leviora impera patre tuo, qui nobis gravem imposuit servitutem, et paululum de onere sublevа, ut serviamus tibi. Qui ait: Post tres dies revertimini ad me. Cumque abisset populus, iniit consilium cum senibus qui steterant coram patre eius Salomone dum adhuc viveret, dicens: Quid datis consilii ut respondeam populo? Qui dixerunt ei: Si placueris populo huic et leniveris eos verbis clementibus, servient tibi omni tempore.

At ille reliquit consilium senum, et cum iuvenibus tractare coepit, qui cum eo nutriti fuerant et in comitatu illius erant. Dixitque ad eos: Quid vobis videtur? Vel quid respondere populo huic debeo, qui dixit mihi: Sublevа iugum quod imposuit nobis pater tuus. At illi responderunt ut iuvenes et nutriti cum eo in deliciis, atque dixerunt: Sic loqueris populo qui dixit tibi: Pater tuus aggravavit iugum nostrum, tu sublevа; et sic respondebis ei: Minimus digitus meus grossior est lumbis patris mei. Pater meus imposuit vobis iugum grave, et ego maius pondus apponam. Pater meus cecidit vos flagellis, ego vero caedam vos scorpionibus. Venit ergo Hieroboam et universus populus ad Roboam die tertio, sicut praeceperat eis. Responditque rex populo dura, derelicto consilio seniorum, locutusque est iuxta iuvenum voluntatem: Pater meus grave vobis imposuit iugum, quod ego gravius faciam; pater meus cecidit vos flagellis, ego vero caedam vos scorpionibus. Et non acquievit populi precibus; erat enim voluntatis dei ut compleretur sermo eius quem locutus fuerat per manum Ahiae Silonitis ad Hieroboam filium Nabath. Populus autem universus rege duriora dicente sic locutus est ad eum: Non est nobis pars in David, neque hereditas in filio Ysai. Revertere in tabernacula tua, Israhel; tu autem pasce domum tuam, David. Et abiit Israhel in tabernacula sua. Super filios autem Israhel qui habitabant in civitatibus Iuda regnavit Roboam. Misitque rex Roboam Aduram, qui praeerat tributis, et lapidaverunt eum filii Israhel, et mortuus est. Porro Roboam currum festinavit ascendere, et fugit in Hierusalem. Recessitque Israhel a domo David usque ad diem hanc. Venit autem Roboam in Hierusalem, et convocavit universam domum Iuda et Beniamin, centum octoginta milibus electorum atque bellantium, ut dimicaret contra Israhel et converteret ad se regnum suum. Factusque est sermo domini ad Semeiam hominem dei dicens: Loquere ad Roboam filium Salomonis regem Iuda, et ad universum Israhel qui est in Iuda et Beniamin: Haec dicit dominus: Non ascendetis, neque pugnabitis contra fratres vestros. Revertatur unusquisque in domum suam, quia mea hoc gestum est voluntate. Qui cum audissent sermonem domini reversi sunt, nec perrexerunt contra Hieroboam.

Habitavit autem Roboam in Hierusalem, et aedificavit civitates muratas in Iuda. Exstruxitque Bethleem et Etham et Thecue, Bethsur quoque et Socho, et Odollam, necnon et Geth et Maresa et Ziph, sed et Aduram et Lachis et Azecha, Saraa quoque et Ailon et Hebron, quae erant in Iuda et Beniamin, civitates munitissimas. Cumque clausisset eas muris, posuit in eis principes ciborumque horrea, hoc est olei et vini. Sed et in singulis urbibus fecit armamentaria scutorum et hastarum, firmavitque eas multa diligentia, et imperavit super Iudam et Beniamin. Sacerdotes autem et levitae qui erant in universo Israhel venerunt ad eum de cunctis sedibus suis, relinquentes suburbana et possessiones suas, et transeuntes ad Iudam et Hierusalem, eo quod abiecisset eos Hieroboam et posteri eius, ne sacerdotio domini fungerentur. Qui constituit sibi sacerdotes excelsorum et daemoniorum vitulorumque quos fecerat. Sed et de cunctis tribubus Israhel quicumque dederant cor suum ut quaererent dominum deum Israhel venerunt in Hierusalem ad immolandas victimas suas domino deo patrum suorum. Et roboraverunt regnum Iuda, et confirmaverunt Roboam filium Salomonis per tres annos. Ambulaverunt enim in viis David et Salomonis annis tantum tribus. Duxit autem Roboam uxorem Maalath filiam Hierimuth filii David, Abiahil quoque filiam Eliab filii Ysai, quae peperit ei filios Iehus et Somoriam et Zoom. Post hanc quoque accepit Maacha filiam Absalon, quae peperit ei Abiam et Ethai et Ziza et Salumith. Amavit autem Roboam Maacha filiam Absalon super omnes uxores suas et concubinas. Nam uxores X et VIII duxerat, concubinas quoque LX, et genuit XX et VIII filios ac LX filias. Constituit vero in capite Abiam filium Maacha ducem super omnes fratres suos; ipsum enim regem facere cogitabat, quia sapientior fuit et potentior super omnes filios suos, et in cunctis finibus Iuda et Beniamin et in universis civitatibus muratis. Praebuitque eis escas plurimas, et multas petivit uxores.

Cumque roboratum esset regnum Roboam et confortatum, dereliquit legem domini, et omnis Israhel cum eo. Anno autem quinto regni Roboam ascendit Sesach rex Aegypti in Hierusalem, quia peccaverunt domino, cum mille ducentis curribus et LX milibus equitum. Nec erat numerus vulgi quod venerat cum eo ex Aegypto, Libies scilicet et Trogodytae et Aethiopes. Cepitque civitates munitissimas in Iuda, et venit usque ad Hierusalem. Semeias autem propheta ingressus est ad Roboam et principes Iuda qui congregati fuerant in Hierusalem fugientes Sesach, dixitque ad eos: Haec dicit dominus: Vos reliquistis me, et ego reliqui vos in manu Sesach. Consternatique principes Israhel et rex dixerunt: Iustus est dominus. Cumque audisset dominus quod humiliati essent, factus est sermo domini ad Semeiam dicens: Quia humiliati sunt, non disperdam eos, daboque eis pauxillum auxilii, et non stillabit furor meus super Israhel per manum Sesach. Veruntamen servient ei, ut sciant distantiam servitutis meae et servitutis regni terrarum. Recessit itaque Sesach rex Aegypti ab Hierusalem, sublatis thesauris domus domini et domus regis, omniaque secum tulit, et clypeos aureos quos fecerat Salomon, pro quibus fecit rex aeneos, et tradidit illos principibus scutariorum, qui custodiebant vestibulum palatii. Cumque introiret domum domini rex, veniebant scutarii et tollebant eos, iterumque referebant ad armamentarium suum. Veruntamen quia humiliati sunt, aversa est ab eis ira domini, nec deleti sunt penitus. Siquidem et in Iuda inventa sunt opera bona.

Confortatus est ergo rex Roboam in Hierusalem atque regnavit. Quadraginta autem et unius anni erat cum regnare coepisset, et decem septemque annis regnavit in Hierusalem urbe quam elegit dominus ut confirmaret nomen suum ibi de cunctis tribubus Israhel. Nomenque matris eius Naama Amanitis. Fecitque malum, et non praeparavit cor suum ut quaereret dominum. Opera vero Roboam prima et novissima scripta sunt in libro Semeiae prophetae et Addo videntis, et diligenter exposita. Pugnaveruntque adversum se Roboam et Hieroboam cunctis diebus. Et dormivit Roboam cum patribus suis, sepultusque est in civitate David, et regnavit Abia filius eius pro eo.

In anno decimo octavo regis Hieroboam regnavit Abia super Iudam. Tribus annis regnavit in Hierusalem. Nomenque matris eius Maacha filia Hurihel de Gabaa. Et erat bellum inter Abiam et Hieroboam. Cumque iniisset Abia certamen, et haberet bellicosissimos viros et electorum XL milia, Hieroboam instruxit e contra aciem octoginta milia virorum, qui et ipsi electi erant et ad bella fortissimi. Stetit igitur Abia super montem Semeron, qui erat in Effraim, et ait: Audi Hieroboam et omnis Israhel. Num ignoratis quod dominus deus Israhel dederit regnum David super Israhel in sempiternum, ipsi et filiis eius in pactum salis? Et surrexit Hieroboam filius Nabath servus Salomonis filii David, et rebellavit contra dominum suum. Congregatique sunt ad eum viri vanissimi et filii Belial, et praevaluerunt contra Roboam filium Salomonis. Porro Roboam erat rudis et corde pavido, nec potuit resistere eis. Nunc ergo vos dicitis quod resistere possitis regno domini, quod possidet per filios David. Habetisque grandem populi multitudinem atque vitulos aureos quos fecit vobis Hieroboam in deos. Et eiecistis sacerdotes domini filios Aaron atque levitas, et fecistis vobis sacerdotes sicut omnes populi terrarum. Quicumque venerit et initiaverit manum suam in tauro et in bobus et in arietibus
102 septem, fit sacerdos eorum qui non sunt dii. Noster autem dominus deus est, quem non relinquimus, sacerdotesque ministrant domino de filiis Aaron, et levitae sunt in ordine suo. Holocausta quoque offerunt domino per singulos dies mane et vespere, et thymiama iuxta legis praecepta conficiunt, et proponuntur panes in mensa mundissima. Estque apud nos candelabrum aureum et lucerna eius, ut accendatur semper ad vesperam. Nos quippe custodimus praecepta domini dei nostri, quem vos reliquistis. Ergo in exercitu nostro dux deus est, et sacerdotes eius qui clangunt tubis et resonant contra vos. Filii Israhel, nolite pugnare contra dominum deum patrum vestrorum, quia non vobis expedit.

Haec illo loquente, Hieroboam retro moliebatur insidias. Cumque ex adverso hostium staret, ignorantem Iudam suo ambiebat exercitu. Respiciensque Iuda vidit instare bellum ex adverso et post tergum, et clamavit ad dominum, ac sacerdotes tubis canere coeperunt. Omnesque viri Iuda vociferati sunt, et ecce illis clamantibus perterruit deus Hieroboam et omnem Israhel qui stabat ex adverso Abia et Iuda. Fugeruntque filii Israhel Iudam, et tradidit eos dominus in manu eorum. Percussit ergo eos Abia et populus eius plaga magna, et corruerunt vulnerati ex Israhel L milia virorum fortium. Humiliatique sunt filii Israhel in tempore illo, et vehementissime confortati filii Iuda, eo quod sperassent in domino deo patrum suorum. Persecutus est autem Abia fugientem Hieroboam, et cepit civitates eius, Bethel et filias eius, et Iesena cum filiabus suis, Efron quoque et filias eius. Nec valuit ultra resistere Hieroboam in diebus Abia. Quem percussit dominus et mortuus est.

Igitur Abia confirmato imperio suo accepit uxores XIIII, procreavitque XX duos filios et XVI filias. Reliqua autem sermonum Abia viarumque et operum eius scripta sunt diligentissime in libro Addo prophetae.

Dormivit autem Abia cum patribus suis et sepelierunt eum in civitate David. Regnavitque Asa filius eius pro eo, in cuius diebus quievit terra annis x. 2

Fecit autem Asa quod bonum et placitum erat in conspectu domini dei sui, et subvertit altaria peregrini cultus et excelsa, et confregit statuas lucosque succidit. ac praecepit iudae ut quaereret dominum deum patrum suorum, et faceret legem et universa mandata, et abstulit ex cunctis urbibus iuda aras et fana, et regnavit in pace. Aedificavit quoque urbes munitas in iuda, quia quietus erat, et nulla temporibus eius bella surrexerant pace domino largiente. Dixit autem iudae, Aedificemus civitates istas, et vallemus muris, et roboremus turribus et portis et seris donec a bellis quieta sunt omnia, eo quod quaesierimus dominum deum patrum nostrorum, et dederit nobis pacem per girum. Aedificaverunt ergo, et nullum in extruendo impedimentum fuit. Habuit autem Asa in exercitu suo portantium scuta et hastas de iuda trecenta milia, de beniamin vero scutariorum et sagittariorum cc et lxxx milia. Omnes isti viri fortissimi. 2

Egressus est autem contra eos Zara aethiops cum exercitu suo decies centenis milibus, et curribus trecentis, et venit usque maresa. Porro Asa perrexit obviam ei, et instruxit aciem ad bellum in valle sephata, quae est iuxta maresa, et invocavit dominum deum et ait. Domine non est apud te ulla distantia, utrum in paucis auxilieris an in pluribus. adiuva nos domine deus noster. In te enim et in tuo nomine habentes fiduciam venimus contra hanc multitudinem. domine deus noster tu es, non praevaleat contra te homo. Exterruit itaque dominus aethiopes coram Asa et iuda, fugeruntque aethiopes, et persecutus est eos Asa et populus qui cum eo erat usque gerara, et ruerunt aethiopes usque ad internicionem, quia domino caedente contriti sunt, et exercitu illius praeliante. Tulerunt ergo spolia multa, et percusserunt omnes civitates per circuitum gerarae, grandis quippe cunctos terror invaserat, et diripuerunt urbes, et praedam multam asportaverunt. Sed et caulas ovium destruentes, tulerunt pecorum infinitam multitudinem et camelorum, reversique sunt hierusalem. Azarias autem filius oded facto in se spiritu dei, egressus est in occursum Asa, et dixit ei. Audite me Asa et omnis iuda et beniamin. Dominus vobiscum quia fuistis cum eo. Si quaesieritis eum invenietis, si autem dereliqueritis eum, derelinquet vos. Transibunt autem multi dies in israhel absque deo vero, et absque sacerdote doctore et absque lege. Cumque reversi fuerint in angustia sua, clamaverintque ad dominum deum israhel, et quaesierint eum, repperient eum. 2

In tempore illo non erit pax egredienti et ingredienti, sed terrores undique in cunctis habitatoribus terrae. Pugnabit enim gens contra gentem, et civitas contra civitatem, quia dominus conturbabit eos in omni angustia. Vos ergo confortamini et non dissolvantur manus vestrae, erit enim merces operi vestro. Quod cum audisset Asa verba scilicet et prophetiam Azariae filii oded prophetae, confortatus est et abstulit idola de omni terra iuda et de beniamin, et ex urbibus quas ceperat montis effraim, et dedicavit altare domini, quod erat ante porticum domini, congregavitque universum iudam et beniamin et advenas cum eis, de effraim et de manasse, et de symeon. Plures enim ad eum confugerant ex israhel videntes quod dominus deus illius esset cum eo. Cumque venissent in hierusalem mense tertio, anno xv regni Asa, immolaverunt domino in die illa de manubiis et praeda quam adduxerant boves septingentos et arietes vii milia. Et intravit ex more ad corroborandum foedus, ut quaererent dominum deum patrum suorum in toto corde et in tota anima sua. Si quis autem inquit non quaesierit dominum deum israhel moriatur, a minimo usque ad maximum, a viro usque ad mulierem. Iuraveruntque domino voce magna in iubilo, et in clangore tubae, et in sonitu bucinarum, omnes qui erant in iuda cum execratione. In omni enim corde suo iuraverunt, et in tota voluntate quaesierunt eum et invenerunt. Praestititque eis dominus requiem per circuitum. Sed et maacham matrem Asa regis ex augusto deposuit imperio, eo quod fecisset in luco simulacrum priapi, quod omne contrivit et in frusta comminuens combussitque in torrente cedron. Excelsa autem derelicta sunt in israhel. Attamen cor Asa erat perfectum cunctis diebus eius. Eaque quae voverat pater suus et ipse intulit in domum domini argentum et aurum, vasorumque diversam supellectilem. Bellum vero non fuit usque ad tricesimum annum regni Asa. 2

Anno autem tricesimo sexto regni eius, ascendit Baasa rex israhel in iudam et muro circumdabat rama, ut nullus tute posset egredi et ingredi de regno Asa. Protulit ergo Asa argentum et aurum de thesauris domus domini, et de thesauris regis, misitque ad benadab regem syriae qui habitabat in damasco dicens. Foedus inter me et te est, pater quoque meus et pater tuus habuere concordiam. Quam ob rem misi tibi argentum et aurum, ut rupto foedere quod habes cum Baasa rege israhel, facias eum a me recedere. Quo comperto benadab misit principes exercituum suorum ad urbes israhel, qui percusserunt ahion et dan, et abelmaim, et universas urbes muratas neptalim. Quod cum audisset Baasa, desivit aedificare rama, et intermisit opus suum. Porro Asa rex assumpsit universum iudam, et tulerunt lapides de rama et ligna quae aedificationi praeparaverat rex Baasa, aedificavitque ex eis gabaa et maspha. In tempore illo venit Anani propheta ad Asa regem iuda et dixit ei. Quia habuisti fiduciam in rege syriae et non in domino deo tuo, idcirco evasit syriae regis exercitus de manu tua. Nonne aethiopes et libies multo plures erant quadrigis et equitibus et multitudine nimia? Quos cum domino credidisses, tradidit in manu tua? Oculi enim eius contemplantur universam terram, et praebent fortitudinem his qui corde perfecto credunt in eum. Stulte igitur egisti, et propter hoc ex praesenti tempore contra te bella consurgent. 2

Iratusque Asa adversus videntem, iussit eum mitti in nervum. Valde quippe super hoc erat indignatus, et interfecit de populo in tempore illo plurimos. Opera autem Asa prima et novissima scripta sunt in libro regum iuda et israhel. Aegrotavit autem Asa anno xxx nono regni sui, dolore pedum vehementissimo, et nec in infirmitate sua quaesivit dominum sed magis in medicorum arte confisus est. Dormivitque cum patribus suis, et mortuus est anno xl primo regni sui, et sepelierunt eum in sepulchro suo, quod foderat sibi in civitate david, posueruntque eum super lectulum suum, plenum aromatibus et unguentis meretriciis, quae erant pigmentariorum arte confecta, et combusserunt super eo ambitione nimia. Regnavit autem Iosaphat filius eius pro eo, et invaluit contra israhel. Constituitque militum numeros in cunctis urbibus iuda, quae erant vallatae muris, praesidiaque disposuit in terra iuda, et in civitatibus effraim quas ceperat Asa pater eius. Et fuit dominus cum Iosaphat, qui ambulavit in viis patris sui david primis, et non speravit in baalim sed in deo patris sui et perrexit in praeceptis illius, et non iuxta peccata israhel. Confirmavitque dominus regnum in manu eius, et dedit omnis iuda munera Iosaphat, factaeque sunt ei infinitae divitiae et multa gloria. Cumque sumpsisset cor eius audaciam propter vias domini, etiam excelsa et lucos de iuda abstulit.

O

Tertio autem anno regni sui, misit de principibus suis benayhel et obiam et zachariam et nathanahel et micheam, ut docerent in civitatibus iuda, et cum eis levitas semeiam et nathaniam et zabadiam, asahel quoque et semiramoth et ionathan et adoniam et tobiam et tobadoniam levitas, et cum eis elisamam et ioram sacerdotes, docebantque populum in iuda habentes librum legis domini. Et circumibant cunctas urbes iuda, atque erudiebant populum. Itaque factus est pavor domini super omnia regna terrarum quae erant per girum iuda, nec audebant bellare contra Iosaphat. Sed et philistei Iosaphat munera deferebant et vectigal argenti. Arabes quoque adducebant pecora, arietum septem milia septingentos et hircos totidem. 2

Crevit ergo Iosaphat et magnificatus est usque in sublime, et aedificavit in iuda domos ad instar turrium, urbesque in sublime muratas, et multa opera paravit in urbibus iuda. Viri quoque bellatores et robusti erant in hierusalem, quorum iste est numerus per domos atque familias singulorum. In iuda principes exercitus Ednas dux, et cum eo robustissimi viri ccc milia. Post hunc iohannan princeps, et cum eo cc lxxx milia. Post illum quoque amasias filius zechri, consecratus domino et cum eo cc milia virorum fortium. Hunc sequebatur robustus ad praelia eliada, et cum eo tenentium arcum et clypeum cc milia. Post istum etiam iozabad, et cum eo c lxxx milia expeditorum militum. Hii omnes erant ad manum regis, exceptis aliis quos posuerat in urbibus muratis, et in universo iuda. Fuit ergo Iosaphat dives et inclitus multum, et affinitate coniunctus est Ahab. Descenditque ad eum post annos in samariam. Ad cuius adventum mactavit Ahab arietes et boves plurimos, et populo qui venerat cum eo, persuasitque illi ut ascenderet in ramoth galaad. Dixitque Ahab rex israhel ad Iosaphat regem iuda. Veni mecum in ramoth galaad. Cui ille respondit. Ut ego et tu, sic populus tuus, sic populus meus, tecumque erimus in bello. Dixitque Iosaphat ad regem israhel. Consule obsecro in praesentiarum sermonem domini. Congregavit ergo rex israhel prophetarum baalim quadringenta viros, et dixit ad eos. In ramoth galaad ad bellandum ire debeo an quiescere? At illi. Ascende inquiunt, et tradet eos dominus in manus regis. Dixitque Iosaphat. Numquid non est hic propheta domini, ut ab illo etiam inquiramus? Et ait rex israhel ad Iosaphat. Est vir unus a quo possumus quaerere domini voluntatem, sed ego odi eum, quia non prophetat mihi bonum, sed malum omni tempore. Est autem micheas filius iemla. Dixitque ei Iosaphat. Ne loquaris rex hoc modo. Vocavit ergo rex israhel unum de eunuchis et dixit ei. Voca mihi cito micheam filium iemla. Porro rex israhel et Iosaphat rex iuda, uterque sedebant in solio suo, vestiti cultu regio. Sedebant autem in area iuxta portam samariae, omnesque prophetae vaticinabantur coram eis. Sedechias vero filius chanaan fecit sibi cornua ferrea et ait. Haec dicit dominus. His ventilabis syriam, donec conteras eam. Omnesque prophetae similiter prophetabant atque dicebant. Ascende in ramoth galaad et prosperaberis, et tradet eos dominus in manu regis. Nuntius autem qui ierat ad vocandum micheam ait illi. En verba omnium prophetarum uno ore bona regi annuntiant, quaeso ergo te ut et sermo tuus ab eis non dissentiat, loquarisque prospera. Cui respondit micheas. Vivit dominus, quia quodcumque dixerit mihi deus meus hoc loquar. 2

Venit ergo micheas ad regem. Cui rex ait. Michea, ire debemus in ramoth galaad ad bellandum an quiescere? Cui ille respondit. Ascendite. Cuncta enim prospera evenient, et tradentur hostes in manus vestras. Dixitque rex. Iterum atque iterum adiuro te ut non mihi loquaris nisi quod verum est in nomine domini. At ille ait. Vidi universum israhel dispersum in montibus sicut oves absque pastore. Et dixit dominus. Non habent isti dominos. Revertatur unusquisque in domum suam in pace. Et ait rex israhel ad Iosaphat. Nonne dixi tibi quod non prophetaret iste mihi quicquam boni, sed ea quae mala sunt? At ille idcirco ait. Audite verbum domini. Vidi dominum sedentem in solio suo, et omnem exercitum caeli assistentem ei a dextris et a sinistris. Et dixit dominus. Quis decipiet Ahab regem israhel ut ascendat et corruat in ramoth galaad? Cumque diceret unus hoc modo, et alter alio, processit spiritus et stetit coram domino et ait. Ego decipiam eum. Cui dominus. In quo inquit decipies? At ille respondit. Egrediar et ero spiritus mendax in ore omnium prophetarum eius. Dixitque dominus. Decipies et praevalebis. Egredere et fac ita. Nunc igitur ecce dedit dominus spiritum mendacii in ore omnium prophetarum tuorum, et dominus locutus est de te mala. Accessit autem sedechias filius chanaan, et percussit micheae maxillam et ait. Per quam viam transivit spiritus domini a me ut loqueretur tibi? Dixitque micheas. Tu ipse videbis in die illo quando ingressus fueris cubiculum in cubiculum ut abscondaris. Praecepit autem rex israhel dicens. Tollite micheam et ducite eum ad amon principem civitatis, et ad ioas filium amalech et dicetis. Haec dicit rex. Mittite hunc in carcerem, et date ei panis modicum, et aquae pauxillum, donec revertar in pace. Dixitque micheas. Si reversus fueris in pace, non est locutus dominus in me. Et ait. Audite populi omnes. 2

Igitur ascenderunt rex israhel et Iosaphat rex iuda in ramoth galaad. Dixitque rex israhel ad Iosaphat. Mutabo habitum meum, et sic ad pugnandum vadam. Tu autem induere vestibus tuis. Mutatoque rex israhel habitu venit ad bellum. Rex autem syriae praeceperat ducibus equitatus sui dicens. Non pugnetis contra minimum aut contra maximum, nisi contra solum regem israhel. Itaque cum vidissent principes equitatus Iosaphat, dixerunt. Rex israhel iste est. Et circumdederunt eum dimicantes. At ille clamavit ad dominum et auxiliatus est ei, atque avertit eos ab illo. Cum enim vidissent duces equitatus quod non esset rex israhel, reliquerunt eum. Accidit autem ut unus e populo sagittam in incertum iaceret, et percuteret regem israhel inter cervicem et scapulas. At ille aurigae suo ait. Converte manum tuam, et educ me de acie, quia vulneratus sum. Et finita est pugna in die illo. Porro rex israhel stabat in curru suo contra syros usque ad vesperam, et mortuus est occidente sole. Reversus est autem Iosaphat rex iuda in domum suam pacifice in hierusalem. Cui occurrit hieu filius anani videns, et ait ad eum. Impio praebes auxilium, et his qui oderunt dominum amicitia iungeris. Et idcirco iram quidem domini merebaris, sed bona opera inventa sunt in te, eo quod abstuleris lucos de terra iuda, et praeparaveris cor tuum ut quaereres dominum deum patrum tuorum. Habitavit ergo Iosaphat in hierusalem. Rursumque egressus est ad populum de bersabee usque ad montem effraim, et revocavit eos ad dominum deum patrum suorum. Constituitque iudices terrae in cunctis civitatibus iuda munitis per singula loca, et praecipiens iudicibus, Videte ait quid faciatis. Non enim hominis exercetis iudicium sed domini, et quodcumque iudicaveritis in vos redundabit. Sit timor domini vobiscum, et cum diligentia cuncta facite. Non est enim apud dominum deum nostrum iniquitas, nec personarum acceptio, nec cupido munerum. 2

In hierusalem quoque constituit Iosaphat levitas et sacerdotes et principes familiarum ex israhel, ut iudicium et causam domini iudicarent habitatoribus eius. Praecepitque eis dicens. Sic agetis in timore domini fideliter et corde perfecto. Omnem causam quae venerit ad vos fratrum vestrorum qui habitant in urbibus suis, inter cognationem et cognationem, ubicumque quaestio est de lege, de mandato, de caerimoniis, de iustificationibus, ostendite eis, ut non peccent in dominum, et ne veniat ira super vos et super fratres vestros. Sic ergo agentes non peccabitis. Azarias autem sacerdos et pontifex vester in his quae ad deum pertinent praesidebit. Porro zabadias filius ismahel qui est dux in domo iuda, super ea opera erit quae ad regis officium pertinent. Habetisque magistros levitas coram vobis. Confortamini et agite diligenter, et erit dominus vobiscum. 2

Post haec congregati sunt filii moab, et filii amon, et cum eis de ydumaeis, ad Iosaphat ut pugnarent contra eum. Veneruntque nuntii et indicaverunt Iosaphat dicentes. Venit contra te multitudo magna de his locis quae trans mare sunt, et de syria, et ecce consistunt in asason thamar

que est engaddi. Iosaphat autem timore perterritus, totum se contulit ad rogandum dominum, et predicavit ieiunium in universo iuda. Congregatusque est iudas ad deprecandum dominum, sed et omnes de urbibus suis venerunt ad obsecrandum eum. Cumque stetisset iosaphat in medio coetu iude et hierusalem in domo domini, ante atrium novum ait. Domine deus patrum nostrorum, tu es deus in celo. et dominaris cunctis regnis gentium. In manu tua est fortitudo et potentia, nec quisquam tibi potest resistere. Nonne tu deus noster interfecisti omnes habitatores terre huius coram populo israhel. et dedisti eam semini abraham amici tui in sempiternum. Habitaveruntque in ea et extruxerunt in illa sanctuarium nomini tuo dicentes. Si irruerint super nos mala. gladius iudicii pestilentia. aut fames. stabimus coram te in domo hac in conspectu tuo in qua invocatum est nomen tuum. et clamabimus ad te in tribulationibus nostris. et exaudies salvosque facias.

Nunc ergo ecce filii amon et moab et mons seyr per quos non concessisti filiis israhel ut transirent quando egrediebantur de egypto. sed declinaverunt ab eis et non interfecerunt illos. et e contrario agunt et nituntur eicere nos de possessione quam tradidisti nobis. deus noster. ergo non iudicabis eos. In nobis quidem non tanta est fortitudo ut possimus huic multitudini resistere que irruit super nos sed cum ignoremus quid agere debeamus. hoc solum habemus residui. ut oculos nostros dirigamus ad te. Omnis vero iuda stabat coram domino. cum parvulis et uxoribus et liberis suis. Fuit autem iaziel filius zacharie filii banaie filii iehiel. filii mathanie. levites de filiis asaph. super quem factus est spiritus domini in medio turbe et ait. Attendite omnis iuda. et qui habitatis hierusalem. et tu o rex iosaphat. Hec dicit dominus vobis. Nolite timere nec paveatis hanc multitudinem. Non est enim vestra pugna sed dei. Cras descendetis contra eos. Ascensuri enim sunt per clivum nomine sis. et invenietis illos in summitate torrentis qui est contra solitudinem hieruel. Non eritis vos qui dimicabitis. sed tantummodo confidenter state. et videbitis auxilium domini super vos. O iuda et hierusalem nolite timere. nec paveatis. Cras egrediemini contra eos. et dominus erit vobiscum. Iosaphat ergo et iuda et omnes habitatores hierusalem ceciderunt proni in terram coram domino. et adoraverunt eum. Porro levite de filiis caath. et de filiis chore laudabant dominum deum israhel voce magna in excelsum. Cumque mane surrexissent egressi sunt per desertum thecue. Profectisque eis. stans iosaphat in medio eorum dixit. Audite me iuda. et omnes habitatores hierusalem. Credite in domino deo vestro. et securi eritis. Credite prophetis eius. et cuncta evenient vobis prospera.

Deditque consilium populo. et statuit cantores domini ut laudarent eum in turmis suis. et antecederent exercitum. ac voce consona dicerent. Confitemini domino quoniam bonus. quoniam in seculum misericordia eius. Cumque cepissent laudes canere. vertit dominus insidias eorum in semet ipsos. filiorum scilicet amon et moab. et montis seyr qui egressi fuerant ut pugnarent contra iudam. et percussi sunt filii amon. Namque filii amon et moab consurrexerunt adversum habitatores montis seyr ut interficerent et delerent eos. Cumque hoc opere perpetrassent. etiam in semet ipsos versi. mutuis concidere vulneribus. Porro iudas cum venisset ad speluncam que respicit solitudinem. vidit procul omnem late regionem plenam cadaveribus. nec superesse quemquam qui necem potuisset evadere. Venit ergo iosaphat et omnis populus cum eo. ad detrahenda spolia mortuorum. inveneruntque inter cadavera varia supellectilem vestesque et vasa pretiosissima. et diripuerunt ita ut omnia portare non possent. nec per tres dies spolia auferre pre magnitudine. Die autem quarto congregati sunt in valle benedictionis. Etenim quia ibi benedixerant domino. vocaverunt locum illum vallis benedictionis usque in presentem diem. Reversusque est omnis vir iuda et habitatores hierusalem. et iosaphat ante eos in hierusalem cum magna leticia. eo quod dedisset eis dominus gaudium de inimicis suis. Ingressique sunt in hierusalem cum psalteriis et cytharis et tubis in domum domini. Irruit autem pavor domini super universa regna terrarum cum audissent quod pugnasset dominus contra inimicos israhel. quievitque regnum iosaphat et prebuit ei dominus pacem per circuitum.

Regnavit ergo iosaphat super iudam. et erat XXXV annorum cum regnare cepisset. XXV autem et quinque annis regnavit in hierusalem. Nomen matris eius azuba filia selahi. et ambulavit in via patris sui asa. nec declinavit ab ea faciens que placita erant coram domino. verumtamen excelsa non abstulit. et adhuc populus non direxerat cor suum ad dominum patrum suorum. Reliqua autem gestorum iosaphat priorum et novissimorum scripta sunt in libro hieu filii anani. que digessit in libro regum israhel. Post hec iniit amicicias iosaphat rex iuda cum ochozia rege israhel. cuius opera fuerunt pessima et particeps fuit ut facerent naves que irent in tharsis. Feceruntque classem in asiongaber. Prophetavit autem eliezer filius dodau de maresa ad iosaphat dicens. Quia habuisti fedus cum ochozia. percussit dominus opera tua. Contriteque sunt naves. nec potuerunt ire in tharsis. Dormivit autem iosaphat cum patribus suis. et sepultus est cum eis in civitate david. regnavitque ioram filius eius pro eo. Qui habuit fratres filios iosaphat azariam iahiel. et zachariam. et azariam et michael. et saphatiam. Omnes hii filii iosaphat regis iuda. Deditque eis pater suus multa munera argenti et auri et possessiones cum civitatibus munitissimis in iuda. Regnum autem tradidit ioram. eo quod esset primogenitus. Surrexit ergo ioram super regnum patris sui. Cumque se confirmasset. occidit omnes fratres suos gladio. et quosdam de principibus israhel. Triginta duorum annorum erat ioram cum regnare cepisset. et octo annis regnavit in hierusalem. Ambulavitque in viis regum israhel. sicut egerat domus achab. Filia quippe achab erat uxor eius. et fecit malum in conspectu domini. Noluit autem dominus disperdere domum david propter pactum quod inierat cum eo. et quia promiserat ut daret illi lucernam. et filiis eius omni tempore.

In diebus illis rebellavit edom ne esset subditus iude. et constituit sibi regem. Cumque transisset ioram cum principibus suis. et cuncto equitatu qui erat secum. surrexit nocte et percussit edom qui se circumdederat et omnes duces equitatus eius. Attamen rebellavit edom ne esset sub dicione iuda usque ad hanc diem. Eo tempore et lobna recessit ne esset sub manu illius. Dereliquerat enim dominum deum patrum suorum. insuper et excelsa fabricatus est in urbibus iuda. et fornicari fecit habitatores hierusalem. et prevaricari iuda. Allate sunt autem ei littere ab helya propheta in quibus scriptum erat. Hec dicit dominus deus david patris tui. Quia non ambulasti in viis iosaphat patris tui. et in viis asa regis iuda. sed incessisti per iter regum israhel. et fornicari fecisti iudam et habitatores hierusalem. imitatus fornicationem domus achab. insuper et fratres tuos domum patris tui meliores te interfecisti. ecce dominus percutiet te plaga magna cum populo tuo et filiis et uxoribus tuis. universaque substantia tua. Tu autem egrotabis pessimo languore uteri. donec egrediantur vitalia tua paulatim per singulos dies. Suscitavit ergo dominus contra ioram spiritum philisthim et arabum qui confines sunt ethiopibus. et ascenderunt in terram iuda. et vastaverunt eam. diripueruntque cunctam substantiam que inventa est in domo regis. insuper et filios eius et uxores. nec remansit ei filius. nisi ioachaz qui minimus natu erat. Et super hec omnia percussit eum dominus alvi languore insanabili.

Cumque diei succederet dies. et temporum spatia volverentur. duorum annorum et expletus est circulus. et sic longa consumptus tabe ita ut egereret etiam viscera sua languore pariter et vita caruit. Mortuusque est in infirmitate pessima. et non fecit ei populus secundum morem combustionis exequias. sicut fecerat maioribus eius. Triginta duum annorum fuit cum regnare cepisset; et octo annis regnavit in hierusalem. Ambulavit non recte. et sepelierunt eum in civitate david. verumtamen non in sepulchro regum. Constituerunt autem habitatores hierusalem ochoziam filium eius minimum pro eo. Omnes enim maiores natu qui ante eum fuerant interfecerant latrones arabum. qui irruerant in castra. regnavitque ochozias filius ioram regis iuda. Quadraginta duorum annorum erat ochozias cum regnare cepisset. et uno anno regnavit in hierusalem. Nomen matris eius otholia filia amri. sed et ipse ingressus est per vias domus achab. Mater enim eius impulit eum ut impie ageret. Fecit ergo malum in conspectu domini. sic domus achab. Ipsi enim fuerunt ei consiliarii post mortem patris sui. in interitum eius. Ambulavitque in consiliis eorum et perrexit cum ioram filio achab rege israhel in bellum. contra azahel regem syrie in ramoth galaad. Vulneraveruntque syri ioram. qui reversus est ut curaretur in iezrahel. multas enim plagas acceperat in supradicto certamine.

Igitur ochozias filius ioram rex iuda. descendit ut inviseret ioram filium achab in iezrahel egrotantem. Voluntatis quippe fuit dei adversum ochoziam ut veniret ad ioram. Et cum venisset et egrederetur cum eo adversum hieu filium namsi. quem unxit dominus ut deleret domum achab. Cum ergo subverteret hieu domum achab. invenit principes iuda. et filios fratrum ochozie qui ministrabant ei. et interfecit illos. ipsumque perquirens ochoziam comprehendit latentem in samaria. adductumque ad se occidit. et sepelierunt eum eo quod esset filius iosaphat. qui quesierat dominum in toto corde suo. Nec erat ultra spes aliqua. ut de stirpe regnaret ochozie. Siquidem otholia mater eius videns quod mortuus esset filius suus. surrexit et interfecit omnem stirpem regiam domus ioram. Porro iozabeth filia regis tulit ioas filium ochozie et furata est eum de medio filiorum regis cum interficerentur. Absconditque eum cum nutrice sua in cubiculo lectulorum. Iozabeth autem que absconderat eum. erat filia regis ioram. uxor ioiade pontificis. soror ochozie. Et idcirco otholia non interfecit eum. Fuit ergo cum eis in domo dei absconditus sex annis. quibus regnavit otholia super terram. Anno autem septimo confortatus ioiada. assumpsit centuriones. azariam videlicet filium ioram. et ismahel filium iohannan. azariam quoque filium obed. et maasiam filium adaie. et elisaphat filium zechri. et iniit cum eis fedus. Qui circumeuntes iudam congregaverunt levitas de cunctis urbibus iuda. et principes familiarum israhel. veneruntque in hierusalem.

Iniit ergo omnis multitudo pactum in domo domini cum rege. Dixitque ad eos ioiada. Ecce filius regis regnabit sicut locutus est dominus super filios david. Iste est ergo sermo quem facietis. Tertia pars vestrum qui veniunt ad sabbatum sacerdotum et levitarum et ianitorum erit in portis. tertia vero pars ad domum regis. et tertia ad portam que appellatur fundamenti. Omne vero reliquum vulgus sit in atriis domus domini. nec quispiam alius ingrediatur domum domini nisi sacerdotes et qui ministrant de levitis. Ipsi tantum ingrediantur quia sanctificati sunt. et omne reliquum vulgus observet custodias domini. Levite autem circumdent regem. habentes singuli arma sua. Et si quis alius ingressus fuerit templum domini interficiatur. Sintque cum rege et introeunte et egrediente. Fecerunt ergo levite et universus iuda iuxta omnia que preceperat ioiada pontifex. et assumpserunt singuli viros qui sub se erant et veniebant per ordinem sabbati cum his qui iam impleverant sabbatum. et egressi erant. Siquidem ioiada pontifex non dimiserat abire turmas. que sibi per singulas ebdomadas succedere consueverant. Deditque ioiada pontifex centurionibus lanceas clypeosque et peltas regis david. quas consecraverat in domum domini. constituitque omnem populum tenentium pugiones a parte templi dextera. usque ad partem templi sinistram. coram altari et templo per circuitum regis. Et eduxerunt filium regis et imposuerunt ei diadema. dederuntque ei in manu eius. et constituerunt eum regem.

Unxitque illum ioiada pontifex. et filii eius imprecatique sunt ei atque dixerunt. Vivat rex. Quod cum audisset otholia vocem scilicet currentium atque laudantium regem. ingressa est ad populum in templum domini. Cumque vidisset regem stantem super gradum in introitu. et principes turmasque circa eum. omnemque populum terre gaudentem atque clangentem tubis. et diversi generis organis concinentem. voceque laudantium. scidit vestimenta sua et ait. Insidie insidie. Egressus autem ioiadas pontifex ad centuriones et principes exercitus dixit eis. Educite illam extra septa templi. et interficiatur foris gladio. Precepitque sacerdos ne occideretur in domo domini. et imposuerunt cervicibus eius manus. Cumque intrasset portam equorum domus regis. interfecerunt eam ibi. Pepigit autem ioiada fedus inter se universumque populum et regem ut esset populus domini. Itaque ingressus est omnis populus domum baal et destruxerunt eam. et altaria ac simulachra illius confregerunt. mathan quoque sacerdotem baal interfecerunt ante aras. Constituit autem ioiada prepositos in domo domini. et sub manibus sacerdotum ac levitarum quos distribuit david in domo domini ut offerrent holocausta domino. sicut scriptum est in lege moysi in gaudio et canticis iuxta dispositionem david. Constituit quoque ianitores in portis domus domini. ut non ingrederetur eam inmundus in omni re. Assumpsitque centuriones et fortissimos viros ac principes populi et omne vulgus terre. et fecerunt descendere regem de domo domini. et introire per medium porte superioris in domum
103. regis. et collocaverunt eum in solio regali. Letatusque est omnis populus terre et urbs quievit. Porro otholia interfecta est gladio. Septem annorum erat ioas cum regnare cepisset. et XL annis regnavit in hierusalem. Nomen matris eius sebya de bersabee. Fecitque quod bonum est coram domino cunctis diebus ioiade sacerdotis. Accepit autem ei ioas uxores duas. de quibus genuit filios et filias. Post que placuit ioas ut instauraret templum domini. Congregavitque sacerdotes et levitas et dixit eis. Egredimini ad civitates iuda. et colligite de universo israhel pecuniam ad sartatecta templi dei vestri per singulos annos. festinatoque hoc facite. Porro levite egere negligentius.

Vocavitque rex ioiada pontificem et dixit ei. Quare non fuit tibi cure ut cogeres levitas inferre de iuda et hierusalem pecuniam que constituta est a moyse servo domini. ut inferret eam omnis multitudo israhel in tabernaculum testimonii. Otholia enim impiissima et filii eius destruxerunt domum domini. et de universis que sanctificata erant templo domini ornaverunt fanum baalim. Precepit ergo rex et fecerunt archam. posueruntque eam iuxta portam domini forinsecus. et predicatum est in iuda et hierusalem ut deferrent singuli pretium domino quod constituit moyses servus domini super omnem israhel in deserto. Letatique sunt cuncti principes et omnis populus. et ingressi contulerunt in archam domini atque miserunt ita ut impleretur. Cumque tempus esset ut deferrent archam coram rege per manus levitarum. videbant enim multam pecuniam. ingrediebatur scriba regis. et quem primus sacerdos constituerat. effundebantque pecuniam que erat in archa. Porro archam reportabant ad locum suum. sicque faciebant per singulos dies. Et congregata est infinita pecunia quam dederunt rex et ioiada. his qui preerant operibus domus domini. At illi conducebant ex ea cesores lapidum. et artifices operum singulorum. ut instaurarent domum domini. Fabros quoque ferri et eris ut quod cadere ceperat fulciretur. Egeruntque hii qui operabantur industrie et obducebatur parietum

cientque per manus eorum. ac suscitaverunt domum domini in statum pristinum et firmiter eam stare fecerunt. Cumque omnia complessent opera detulerunt coram rege et Ioiada reliquam partem pecuniae, de qua facta sunt vasa templi in ministerium, et ad holocausta, fialae quoque et cetera vasa aurea et argentea. Et offerebantur holocausta in domo domini iugiter cunctis diebus Ioiadae.

Senuit autem Ioiada plenus dierum, et mortuus est cum esset centum triginta annorum. Sepelieruntque eum in civitate David cum regibus: eo quod fecisset bonum cum Israhel et cum domo eius. Postquam autem obiit Ioiada, ingressi sunt principes Iuda et adoraverunt regem. Qui delinitus obsequiis eorum adquievit eis. et dereliquerunt templum domini dei patrum suorum, servieruntque lucis et sculptilibus: et facta est ira contra Iudam et Hierusalem propter hoc peccatum. Mittebatque eis prophetas ut reverterentur ad dominum, quos protestantes illi audire nolebant. Spiritus itaque domini induit Zachariam filium Ioiadae sacerdotis, et stetit in conspectu populi et dixit eis. Haec dicit dominus. Quare transgredimini mandatum domini quod vobis non proderit, et dereliquistis dominum ut derelinqueret et vos. Qui congregati adversus eum, miserunt lapides iuxta regis imperium in atrio domus domini. Et non est recordatus Ioas rex misericordiae quam fecerat Ioiada pater illius secum, sed interfecit filium eius. Qui cum moreretur ait: Videat dominus et requirat. Cumque evolutus esset annus, ascendit contra eum exercitus Syriae, venitque in Iudam et in Hierusalem et interfecit cunctos principes populi, atque universam praedam miserunt regi Damascum. Et certe cum permodicus venisset numerus Syrorum, tradidit dominus in manibus eorum infinitam multitudinem, eo quod reliquissent dominum deum patrum suorum. In Ioas quoque ignominiosa exercuere iudicia, et abeuntes dimiserunt eum in languoribus magnis.

Surrexerunt autem contra eum servi sui in ultionem sanguinis filii Ioiadae sacerdotis, et occiderunt eum in lectulo suo et mortuus est: sepelieruntque illum in civitate David. sed non in sepulchris regum. Insidiati vero sunt ei Zabad filius Semmaath Ammanitidis, et Iozabad filius Semarith Moabitidis. Porro filii eius ac summa pecuniae quae adunata fuerat sub eo, et instauratio domus dei, scripta sunt diligentius in libro regum. Regnavitque Amasias filius eius pro eo. Viginti quinque annorum erat Amasias cum regnare coepisset, et viginti novem annis regnavit in Hierusalem. Nomen matris eius Ioaden de Hierusalem. Fecitque bonum in conspectu domini, verumtamen non in corde perfecto. Cumque roboratum sibi videret imperium, iugulavit servos qui occiderant regem patrem suum. sed filios eorum non interfecit sicut scriptum est in libro legis Moysi. ubi praecepit dominus dicens. Non occidentur patres pro filiis, neque filii pro patribus suis. sed unusquisque in peccato suo morietur. Congregavit igitur Amasias Iudam. et constituit eos per familias tribunosque et centuriones in universo Iuda et Beniamin. et recensuit a viginti annis et supra, invenitque triginta milia iuvenum, qui egrederentur ad pugnam et tenerent hastam et clipeum. Mercede quoque conduxit de Israhel centum milia robustorum. centum talentis argenti. Venit autem ad illum homo dei et ait. O rex ne egrediatur tecum exercitus Israhel. Non est enim dominus cum Israhel, et cunctis filiis Effraim. Quod si putas in robore exercitus bella consistere. superari te faciet dominus ab hostibus. dei quippe est adiuvare et in fugam vertere. Dixitque Amasias ad hominem dei. Quid ergo fiet de centum talentis. quae dedi militibus Israhel? Et respondit ei homo dei. Habet dominus unde tibi dare possit multo his plura. Separavit itaque Amasias exercitum qui venerat ad eum ex Effraim. ut reverterentur in locum suum. At illi contra Iudam vehementer irati, reversi sunt in regionem suam. Porro Amasias confidenter eduxit populum suum, et abiit in vallem Salinarum. percussitque filios Seir decem milia. et alia decem milia virorum ceperunt filii Iuda. et adduxerunt ad praeruptum cuiusdam petrae. praecipitaveruntque eos de summo in praeceps. qui universi crepuerunt. At ille exercitus quem remiserat Amasias ne secum iret ad proelium. diffusus est in civitatibus Iuda. a Samaria usque in Bethoron, et interfectis tribus milibus, diripuit praedam magnam. Amasias vero post caedem Idumeorum, et allatos deos filiorum Seir statuit illos in deos sibi, et adorabat eos. et illis adolebat incensum. Quam ob rem iratus dominus contra Amasiam misit ad illum prophetam qui diceret ei. Cur adorasti deos qui non liberaverunt populum suum de manu tua? Cumque haec loqueretur respondit ei rex. Num consiliarius regis es? Quiesce ne forte interficiam te. Discedensque propheta. scio inquit quod cogitaverit dominus occidere te. qui et fecisti hoc malum, et insuper non adquievisti consilio meo. Igitur Amasias rex Iuda inito pessimo consilio. misit ad Ioas filium Ioachaz filii Hieu regem Israhel dicens. Veni. videamus nos mutuo. At ille remisit nuntios dicens. Carduus qui est in Libano misit ad cedrum Libani dicens. Da filiam tuam filio meo uxorem. Et ecce bestiae quae erant in silva Libani. transierunt et conculcaverunt carduum. Dixisti percussi Edom. et idcirco erigitur cor tuum in superbiam. Sede in domo tua. cur malum adversum te provocas, ut cadas tu. et Iuda tecum? Noluit audire Amasias eo quod domini esset voluntas ut traderetur in manibus hostium. propter deos Edom. Ascendit ergo Ioas rex Israhel. et mutuos sibi praebuere conspectus. Amasias autem rex Iuda erat in Bethsames Iudae. corruitque Iudas coram Israhel et fugit in tabernacula sua. Porro Amasiam regem Iuda filium Ioas filii Ioachaz cepit Ioas rex Israhel in Bethsames, et adduxit in Hierusalem. destruxitque murum eius a porta Effraim, usque ad portam anguli, quadringentis cubitis.

Omne quoque aurum et argentum et universa vasa quae repperrerat in domo domini et apud Obededom in thesauris etiam domus regiae necnon et filios obsidum reduxit in Samariam. Vixit autem Amasias filius Ioas rex Iuda postquam mortuus est Ioas filius Ioachaz rex Israhel quindecim annis. Reliqua vero sermonum Amasiae priorum et novissimorum scripta sunt in libro regum Iuda et Israhel. Qui postquam recessit a domino. tetenderunt ei insidias in Hierusalem. Cumque fugisset Lachis, miserunt et interfecerunt eum ibi. reportantesque super equos, sepelierunt eum cum patribus suis in civitate David. Omnis autem populus Iudae filium eius Oziam annorum sedecim. constituit regem pro patre suo Amasia. Ipse aedificavit Ahilath. et restituit eam dicioni Iudae, postquam dormivit rex cum patribus suis. Sedecim annorum erat Ozias cum regnare coepisset, et quinquaginta duobus annis regnavit in Hierusalem. Nomen matris eius Iecelia de Hierusalem. Fecitque quod erat rectum in oculis domini. iuxta omnia quae fecerat Amasias pater eius. et exquisivit dominum in diebus Zachariae. intellegentis et videntis deum. Cumque requireret dominum. direxit eum in omnibus: denique egressus est et pugnavit contra Philistim. et destruxit murum Geth. et murum Iamniae. murumque Azoti. Aedificavit quoque oppida in Azoto et Philistim. et adiuvit eum deus contra Philistim. et contra Arabas qui habitabant in Gurbaal. et contra Ammanitas. Apprehendebantque Ammanitae munera Oziae. et divulgatum est nomen eius, usque ad introitum Aegypti. propter crebras victorias. Aedificavitque Ozias turres in Hierusalem. super portam anguli. et super portam vallis, et reliquas in eodem muri latere. firmavitque eas. Extruxit etiam turres in solitudine. et fodit cisternas plurimas. eo quod haberet multa pecora, tam in campestribus quam in heremi vastitate. vineas quoque habuit et vinitores in montibus et in Carmelo. Erat quippe homo agriculturae deditus.

Fuit autem exercitus bellatorum eius qui procedebant ad proelia sub manu Iehiel scribae, Maasieque doctoris, et sub manu Ananiae qui erat de ducibus regis. Omnisque numerus principum per familias virorum fortium duo milia sescentorum. et sub eis universus exercitus. trecenta et septem milium quingentorum qui erant apti ad bella et pro rege contra adversarios dimicabant. Praeparavit quoque eis Ozias id est cuncto exercitui clipeos. et hastas et galeas et loricas arcusque et fundas ad iaciendos lapides. et fecit in Hierusalem diversi generis machinas quas in turribus collocavit. et in angulis murorum, ut mitterent sagittas et saxa grandia. Egressumque est nomen eius procul. eo quod auxiliaretur ei dominus. et corroborasset illum. Sed cum roboratus esset. elevatum est cor eius ad interitum suum. et neglexit dominum deum suum. ingressusque est templum domini. adolere voluit incensum super altare thymiamatis. statimque ingressus post eum Azarias sacerdos. et cum eo sacerdotes domini. octoginta viri fortissimi. restiterunt regi atque dixerunt. Non est tui officii Ozia. ut adoleas incensum domino. sed sacerdotum est filiorum Aaron, qui consecrati sunt ad huiuscemodi ministerium. Egredere de sanctuario ne contempseris. quia non reputabitur tibi in gloriam hoc a domino deo.

Iratusque est Ozias et tenens in manu thuribulum. ut adoleret incensum. minabatur sacerdotibus. Statimque orta est lepra in fronte eius. coram sacerdotibus in domo domini super altare thymiamatis. Cumque respexisset eum Azarias pontifex. et omnes reliqui sacerdotes, viderunt lepram in fronte eius. et festinato expulerunt eum. Sed et ipse perterritus acceleravit egredi. eo quod sensisset illico plagam domini. Fuit igitur Ozias rex leprosus usque ad diem mortis suae. et habitavit in domo separata plenus lepra. ob quam et eiectus fuerat de domo domini. Porro Ioatham filius eius rexit domum regis. et iudicabat populum terrae. Reliqua autem sermonum Oziae priorum et novissimorum scripsit Ysaias filius Amos propheta.

Dormivitque Ozias cum patribus suis. et sepelierunt eum in agro regalium sepulchrorum, eo quod esset leprosus. Regnavitque Ioatham filius eius pro eo. Viginti quinque annorum erat Ioatham cum regnare coepisset; et sedecim annis regnavit in Hierusalem. Nomen matris eius Hierusa filia Sadoch. Fecitque quod rectum erat coram domino. iuxta omnia quae fecerat Ozias pater eius, excepto quod ingressus templum domini. et adhuc populus delinquebat. Ipse aedificavit portam domus domini excelsam. et in muro Ophel multa construxit. Urbes quoque aedificavit in montibus Iuda, et in saltibus castella et turres. Ipse pugnavit contra regem filiorum Ammon. et vicit eum. Dederuntque ei filii Ammon in tempore illo centum talenta argenti, et decem milia choros tritici. ac totidem choros hordei. Haec ei praebuerunt filii Ammon. in anno secundo et tertio. Corroboratusque est Ioatham eo quod direxisset vias suas coram domino deo suo. Reliqua autem sermonum Ioatham et omnes pugnae eius et opera scripta sunt in libro regum Israhel et Iuda. Viginti quinque annorum erat cum regnare coepisset. et sedecim annis regnavit in Hierusalem.

Dormivitque Ioatham cum patribus suis, et sepelierunt eum in civitate David. et regnavit Achaz filius eius pro eo. Viginti annorum erat Achaz cum regnare coepisset, et sedecim annis regnavit in Hierusalem. Non fecit rectum in conspectu domini sicut David pater eius. sed ambulavit in viis regum Israhel insuper et statuas fudit Baalim. Ipse est qui adolevit incensum in valle Benennon, et lustravit filios suos in igne. iuxta ritum gentium, quas interfecit dominus in adventu filiorum Israhel. Sacrificabatque et thymiama succendebat in excelsis. et in collibus. et sub omni ligno frondoso. Tradiditque eum dominus deus eius in manu regis Syriae. qui percussit eum. magnamque praedam de eius cepit imperio, et adduxit in Damascum. Manibus quoque regis Israhel traditus est. et percussus plaga grandi. Occiditque Facee filius Romeliae de Iuda centum viginti milia una die; omnes viros bellatores eo quod reliquissent dominum deum patrum suorum.

Eodem tempore occidit Zechri vir potens ex Effraim Maasiam filium regis et Ezricam ducem domus eius. Elchanam quoque secundum a rege. Ceperuntque filii Israhel de fratribus suis ducenta milia mulierum puerorum et puellarum et infinitam praedam pertuleruntque eam in Samariam. Ea tempestate erat ibi propheta domini nomine Oded qui egressus obviam exercitui venienti in Samariam dixit eis. Ecce iratus dominus patrum vestrorum contra Iudam. tradidit eos in manibus vestris. et occidistis illum atrociter. ita ut ad caelum pertingeret vestra crudelitas. insuper filios Iuda et Hierusalem vultis vobis subicere in servos. et ancillas, quod nequaquam facto opus est. Peccatis enim super hoc domino deo vestro sed audite consilium meum. et reducite captivos quos adduxistis de fratribus vestris. quia magnus furor domini imminet vobis. Steterunt itaque viri de principibus filiorum Effraim, Azarias filius Iohanan. Barachias filius Mosollamoth. Ezechias filius Sellum. et Amasias filius Adali contra eos qui veniebant de proelio. et dixerunt eis. Non introducetis huc captivos, ne peccemus domino. Quare vultis adicere super peccata nostra et vetera cumulare delicta. Grande quippe peccatum est. et ira furoris domini imminet super Israhel. Dimiseruntque viri bellatores praedam. et universa quae ceperant coram principibus et omni multitudine.

Steteruntque viri quos supra memoravimus. et adprehendentes captivos, omnesque qui nudi erant vestierunt de spoliis. Cumque vestissent eos et calciassent et refecissent cibo ac potu. unxissentque propter laborem. et adhibuissent eis curam quicumque ambulare non poterant iumentis et adduxerunt Hiericho civitatem palmarum ad fratres eorum. ipsique reversi sunt in Samariam. Tempore illo misit rex Achaz ad regem Assyriorum auxilium postulans. Veneruntque Idumei et percusserunt multos ex Iuda, et ceperunt praedam magnam. Philistim quoque diffusi sunt per urbes campestres. et ad meridiem Iuda, ceperuntque Bethsames et Aialon. et Gaderoth Sochoc quoque et Tamnan, et Gamzo cum viculis suis. et habitaverunt in eis. Humiliaverat enim dominus Iudam propter Achaz regem Iuda. eo quod nudasset eum auxilio. et contemptui habuisset dominum. Adduxitque contra eum Thaglathfallasar regem Assyriorum qui et adflixit eum. et nullo resistente vastavit. Igitur Achaz spoliata domo domini. et domo regum et principum dedit regi Assyriorum munera. et tamen nihil ei profuit. Insuper et in tempore angustiae suae auxit contemptum in dominum. Ipse per se rex Achaz immolavit diis Damasci victimas percussoribus suis. et dixit. Dii regum Syriae auxiliantur eis, quos ego placabo hostiis et aderunt mihi. cum e contrario ipsi fuerint causa ruinae eius. et universo Israheli.

Direptis itaque Achaz omnibus vasis domus dei, atque confractis. clausit ianuas templi dei. et fecit sibi altaria in universis angulis Hierusalem. In omnibus quoque urbibus Iuda. extruxit aras ad cremandum thus; atque ad iracundiam provocavit dominum patrum suorum. Reliqua autem sermonum eius et omnium operum eius priorum et novissimorum scripta sunt in libro regum Iuda et Israhel. Dormivitque Achaz cum patribus suis. et sepelierunt eum in civitate Hierusalem. neque enim receperunt eum in sepulchris patrum suorum regum Israhel. Regnavitque Ezechias filius eius pro eo. Igitur Ezechias coepit regnare cum viginti quinque esset annorum. et viginti novem annis regnavit in Hierusalem. Nomen matris eius Abia filia Zachariae. Fecitque quod erat placitum in conspectu domini. iuxta omnia quae fecerat David pater eius. Ipse anno et mense primo regni sui. aperuit valvas domus domini. et instauravit eas. adduxitque sacerdotes atque Levitas. et congregavit eos in plateam orientalem. Dixitque ad eos. Audite me Levitae et sanctificamini. mundate domum domini dei patrum vestrorum. auferte omnem inmunditiam de sanctuario. Peccaverunt patres nostri. et fecerunt malum in conspectu domini dei nostri derelinquentes eum. averterunt facies suas a tabernaculo domini dei nostri et praebuerunt dorsum. Clauserunt ostia quae erant in porticu et extinxerunt lucernas. incensumque non adoleverunt et holocausta non obtulerunt in sanctuario deo Israhel. Concitatus est itaque furor domini super Iudam et Hierusalem tra

didit eos in commotionem et interitum et in sibilum sicut vos ipsi cernitis oculis vestris. En corruerunt patres nostri gladiis, filii nostri et filiae nostrae et coniuges captivae ductae sunt propter hoc scelus. Nunc ergo placet mihi ut ineamus foedus cum domino deo Israhel, et avertet a nobis dominus furorem irae suae. Filii mi nolite neglegere, vos elegit dominus ut stetis coram eo et ministretis ei colatisque eum et crememis incensum. Surrexerunt ergo levitae Maath filius Amasiae et Iohel filius Azariae de filiis Caath, porro de filiis Merari Cis filius Abdai et Azarias filius Ialelel, de filiis autem Gerson Ioha filius Zemma et Eden filius Ioaha, at vero de filiis Elisaphan Samri et Iahihel, de filiis quoque Asaph Zacharias et Mathanias, necnon de filiis Heman Iahihel et Semei, sed et de filiis Idithun Semeias et Ozihel. 2

Congregaveruntque fratres suos et sanctificati sunt, et ingressi iuxta mandatum regis et imperium domini, ut expiarent domum dei. Sacerdotes quoque ingressi templum domini ut sanctificarent illud, extulerunt omnem inmunditiam quam intro repperant in vestibulo domus domini. Quam tulerunt levitae et asportaverunt ad torrentem Cedron foras. Coeperunt autem prima die mensis primi mundare, et in die octavo eiusdem mensis ingressi sunt porticum templi domini. Expiaveruntque templum diebus octo, et in die sextadecima mensis eiusdem quod coeperant impleverunt. Ingressique sunt ad Ezechiam regem et dixerunt ei: Sanctificavimus omnem domum domini et altare holocausti eius, vasaque eius, necnon et mensam propositionis cum omnibus vasis suis, cunctamque templi suppellectilem, quam polluerat rex Achaz in regno suo postquam praevaricatus est: et ecce exposita sunt omnia coram altari domini. Consurgensque diluculo Ezechias rex adunavit omnes principes civitatis, et ascendit in domum domini, obtuleruntque simul tauros septem, arietes septem, agnos septem, hircos septem, pro peccato, pro regno, pro sanctuario, pro Iuda. Dixitque sacerdotibus filiis Aaron ut offerrent super altare domini. Mactaverunt igitur tauros et susceperunt sacerdotes sanguinem et fuderunt illum super altare. Mactaverunt etiam arietes, et illorum sanguinem super altare fuderunt. Immolaveruntque agnos et fuderunt super altare sanguinem. Applicaverunt hircos pro peccato coram rege et universa multitudine, inposueruntque manus suas super eos, et immolaverunt illos sacerdotes et asperserunt sanguinem eorum coram altari pro piaculo universi Israhelis. Pro omni quippe Israhel praeceperat rex ut holocaustum fieret et pro peccato. 2

Constituit quoque levitas in domo domini cum cymbalis et psalteriis et citharis secundum dispositionem David et Gad videntis regis, et Nathan prophetae. Siquidem domini praeceptum fuit per manum prophetarum eius. Steteruntque levitae tenentes organa David, et sacerdotes tubas. Et iussit Ezechias ut offerrent holocaustum super altare. Cumque offerrentur holocausta, coeperunt laudes canere domino, et clangere tubis atque in diversis organis quae David rex Israhel praeparaverat concrepare. Omni autem turba adorante, cantores et hi qui tenebant tubas erant in officio suo, donec conpleretur holocaustum. Cumque finita esset oblatio, incurvatus est rex et omnes qui erant cum eo, et adoraverunt. Praecepitque Ezechias et principes levitis ut laudarent dominum sermonibus David et Asaph videntis. Qui laudaverunt eum magna laetitia, et incurvato genu adoraverunt. Ezechias autem etiam haec addidit: Implestis manus vestras domino, accedite et offerte victimas et laudes in domo domini. Obtulit ergo universa multitudo hostias et laudes et holocausta mente devota. Porro numerus holocaustorum quae obtulit multitudo hic fuit: tauros septuaginta, arietes centum, agnos ducentos. Sanctificaveruntque domino boves sescentos, et oves tria milia. Sacerdotes vero pauci erant, nec poterant sufficere ut pelles holocaustorum detraherent. Unde et levitae fratres eorum adiuverunt eos, donec impleretur opus, et sanctificarentur antistites. Levitae quippe facilori ritu sanctificantur quam sacerdotes. Fuerunt ergo holocausta plurima, adipes pacificorum, et libamina holocaustorum, et completus est cultus domus domini. 2

Laetatusque est itaque Ezechias et omnis populus eo quod ministerium domini esset expletum. De repente quippe hoc fieri placuerat. Misit quoque Ezechias ad omnem Israhel et Iudam, scripsitque epistolas ad Ephraim et Manassen ut venirent ad domum domini in Hierusalem, et facerent phase domino deo Israhel. Inito ergo consilio regis et principum et universi coetus Hierusalem, decreverunt ut facerent phase mense secundo. Non enim occurrerant facere in tempore suo, quia sacerdotes qui possent sufficere sanctificati non fuerant, et populus necdum congregatus fuerat in Hierusalem. Placuitque sermo regi et omni multitudini, et decreverunt ut mitterent nuntios in universum Israhel de Bersabee usque Dan, ut venirent et facerent phase domino deo Israhel in Hierusalem. Multi enim non fecerant sicut in lege praescriptum est. Perrexeruntque cursores cum epistolis ex regis imperio et principum eius in universum Israhel et Iudam, iuxta id quod iusserat praedicantes: Filii Israhel revertimini ad dominum deum Abraham et Isaac et Israhel, et revertetur ad reliquias quae effugerunt manum regis Assyriorum. Nolite fieri sicut patres vestri et fratres, qui recesserunt a domino deo patrum suorum, et tradidit eos in interitum ut ipsi cernitis. Nolite indurare cervices vestras sicut patres vestri. Tradite manus domino et venite ad sanctuarium eius quod sanctificavit in aeternum. Servite domino deo patrum vestrorum, et avertetur a vobis ira furoris eius. Si enim vos reversi fueritis ad dominum, fratres vestri et filii habebunt misericordiam coram dominis suis qui illos duxere captivos, et revertentur in terram hanc. Pius enim et clemens est dominus deus vester, et non avertet faciem suam a vobis si reversi fueritis ad eum. Igitur cursores pergebant velociter de civitate in civitatem per terram Ephraim et Manasse usque ad Zabulon, illis inridentibus et subsannantibus eos. Attamen quidam viri ex Aser et Manasse et Zabulon adquiescentes consilio venerunt in Hierusalem. 2

In Iuda vero facta est manus domini ut daret eis cor unum, et facerent iuxta praeceptum regis et principum verbum domini. Congregatique sunt in Hierusalem populi multi ut facerent sollemnitatem azymorum mense secundo. Et surgentes destruxerunt altaria quae erant in Hierusalem, atque universa in quibus idolis adolebatur incensum subvertentes proiecerunt in torrentem Cedron. Immolaveruntque phase quartadecima die mensis secundi. Sacerdotes autem atque levitae tandem sanctificati obtulerunt holocausta in domo domini, steteruntque in ordine suo iuxta dispositionem et legem Moysi hominis dei. Sacerdotes vero suscipiebant effundendum sanguinem de manibus levitarum, eo quod multa turba sanctificata non esset, et idcirco levitae immolarent phase his qui non occurrerant sanctificari domino. Magna enim pars populi de Ephraim et Manasse et Isachar et Zabulon quae sanctificata non fuerat comedit phase, non iuxta quod scriptum est. Et oravit pro eis Ezechias dicens: Dominus bonus propitiabitur cunctis qui in toto corde requirunt dominum deum patrum suorum, et non inputabit eis quod minus sanctificati sunt. Quem exaudivit dominus et placatus est populo. Feceruntque filii Israhel qui inventi sunt in Hierusalem sollemnitatem azymorum septem diebus in laetitia magna, laudantes dominum per singulos dies. Levitae quoque et sacerdotes per organa quae suo officio congruebant. Et locutus est Ezechias ad cor omnium levitarum qui habebant intellegentiam bonam super domino, et comederunt azyma septem diebus sollempnitatis, immolantes victimas pacificorum, et laudantes dominum deum patrum suorum. 2

Placuitque autem universae multitudini ut celebrarent etiam alios dies septem, quod et fecerunt cum ingenti gaudio. Ezechias enim rex Iuda praebuerat universae multitudini mille tauros et septem milia ovium. Principes vero dederunt populo tauros mille et oves decem milia. Sanctificata est ergo sacerdotum plurima multitudo, et hilaritate perfusa omnis turba Iuda, tam sacerdotum et levitarum quam universae frequentiae quae venerat ex Israhel. Proselytorum quoque de terra Israhel et habitantium in Iuda. Factaque est grandis celebritas in Hierusalem, qualis a diebus Salomonis filii David regis Israhel in ea urbe non fuerat. Surrexerunt autem sacerdotes et levitae benedicentes populo, et exaudita est vox eorum, pervenitque oratio in habitaculum sanctum caeli. Cumque haec fuissent rite celebrata, egressus est omnis Israhel qui inventus fuerat in urbibus Iuda, et fregerunt simulachra, succideruntque lucos, demolitique sunt excelsa, et altaria destruxerunt non solum de universo Iuda et Beniamin, sed et de Ephraim quoque et Manasse, donec penitus everterent. Reversique sunt omnes filii Israhel in possessiones et civitates suas. Ezechias vero constituit turmas sacerdotales et leviticas per divisiones suas, unumquemque in officio proprio, ad holocausta et pacifica, ut ministrarent et confiterentur, canerentque in portis castrorum domini. Pars autem regis erat ut de propria eius substantia offerretur holocaustum mane semper et vespere, sabbatis quoque et kalendis et sollemnitatibus ceteris, sicut scriptum est in lege Moysi. 2

Praecepit etiam populo habitantium Hierusalem ut darent partes sacerdotibus et levitis, et possent vacare legi domini. Quod cum percrebuisset in auribus multitudinis, plurimas obtulere primitias filii Israhel frumenti, vini et olei, mellis quoque, et omnium quae gignit humus decimas obtulerunt. Sed et filii Israhel et Iuda qui habitabant in urbibus Iuda obtulerunt decimas boum et ovium, decimasque sanctorum quae voverant domino deo suo, atque universa comportantes fecerunt acervos plurimos. Mense tertio coeperunt acervorum iacere fundamenta, et mense septimo conpleverunt eos. Cumque ingressi fuissent Ezechias et principes eius viderunt acervos et benedixerunt domino ac populo Israhel. Interrogavitque Ezechias sacerdotes et levitas cur ita iacerent acervi. Respondit ei Azarias sacerdos primus de stirpe Sadoch dicens: Ex quo coeperunt offerri primitiae in domo domini, comedimus et saturati sumus, remanseruntque plurima, eo quod benedixerit dominus populo suo. Reliquiarum autem copia est quam cernitis. Praecepit autem Ezechias ut praepararent horrea in domo domini. Quod cum fecissent intulerunt tam primitias quam decimas et quaecumque voverant fideliter. Fuit autem praefectus eorum Chonenias levita, et Semei frater eius secundus. Post quem Iehiel et Azarias et Naath et Asahel et Ierimuth, Iozabad quoque et Elihel, et Iesmachias et Maath et Banaias praepositi sub manibus Choneniae et Semei fratris eius, ex imperio Ezechiae regis et Azariae pontificis domus dei, ad quos omnia pertinebant. Chore vero filius Iemna levites et ianitor orientalis portae praepositus erat his quae sponte offerebantur domino, primitiisque et consecratis in sancta sanctorum. Et sub cura eius Eden, Beniamin, Iesue et Semeias, Amarias quoque et Sechenias in civitatibus sacerdotum, ut fideliter distribuerent fratribus suis partes, minoribus atque maioribus, exceptis maribus ab annis tribus et supra, cunctis qui ingrediebantur templum domini, et quicquid per singulos dies conducebat in ministerio atque observationibus iuxta divisiones suas. Sacerdotibus per familias et levitis. 2

A vicesimo anno et supra per ordines et turmas suas universaeque multitudini tam uxoribus quam liberis eorum utriusque sexus fideliter cibi de his quae sanctificata fuerant praebebantur. Sed et filiorum Aaron per agros et suburbana urbium singularum dispositi erant viri qui partes distribuerent universo sexui masculino de sacerdotibus et levitis. Fecit ergo Ezechias universa quae diximus in omni Iuda, operatusque est bonum et rectum et verum coram domino deo suo, in universa cultura ministerii domus domini iuxta legem et caerimonias volens requirere deum suum in toto corde suo, fecitque et prosperatus est. Post quae et huiuscemodi veritatem venit Sennacherib rex Assyriorum, et ingressus Iudam obsedit civitates munitas volens eas capere. Quod cum vidisset Ezechias venisse videlicet Sennacherib et totum belli impetum verti contra Hierusalem, inito cum principibus consilio virisque fortissimis ut obturarent capita fontium quae erant extra urbem, et hoc omnium decernente sententia, congregavit plurimam multitudinem, et obturaverunt cunctos fontes, et rivum qui fluebat in medio terrae, dicentes: Ne forte veniant reges Assyriorum, et inveniant aquarum abundantiam. 2

Aedificavit quoque agens industrie omnem murum qui fuerat dissipatus, et extruxit turres desuper, et forinsecus alterum murum. Instauravitque Mello in civitate David, et fecit universi generis armaturam et clypeos. Constituitque principes bellatorum in exercitu, et convocavit universos in platea portae civitatis, ac locutus est ad cor eorum dicens: Viriliter agite et confortamini, nolite timere nec paveatis regem Assyriorum, et universam multitudinem quae est cum eo. Multo enim plures nobiscum sunt quam cum illo. Cum illo est brachium carneum, nobiscum dominus deus noster, qui pugnat pro nobis, auxiliator noster. Confortatusque est populus huiuscemodi verbis Ezechiae regis Iuda. Quae postquam gesta sunt, misit Sennacherib rex Assyriorum servos suos in Hierusalem, ipse enim cum universo exercitu obsidebat Lachis, ad Ezechiam regem Iuda, et ad omnem populum qui erat in urbe, dicens: Haec dicit Sennacherib rex Assyriorum: In quo habentes fiduciam sedetis obsessi in civitate Hierusalem? Num Ezechias decipit vos ut tradat morti et fame ac siti, affirmans quod dominus deus vester liberet vos de manu regis Assyriorum? Numquid non ipse est Ezechias qui destruxit excelsa illius et altaria, et praecepit Iudae et Hierusalem dicens: Coram altari uno adorabitis et in ipso conburetis incensum? An ignoratis quae ego fecerim et patres mei cunctis terrarum populis? Numquid praevaluerunt dii gentium omniumque terrarum liberare regionem suam de manu mea? Quis est de universis diis gentium quas vastaverunt patres mei qui potuerit eruere populum suum de manu mea, ut possit etiam deus vester eruere vos de hac manu? Non vos ergo decipiat Ezechias nec vana persuasione deludat, neque credatis ei. Si enim nullus potuit deus cunctarum gentium atque regnorum liberare populum suum de manu mea et de manu patrum meorum, consequenter nec deus vester poterit eruere vos de hac manu. Sed et alia multa locuti sunt servi eius contra dominum deum, et contra Ezechiam. 2

Epistolas quoque scripsit plenas blasphemia in dominum deum Israhel, et locutus est adversus eum: Sicut dii gentium ceterarum non potuerunt liberare populos suos de manu mea, sic et deus Ezechiae non poterit eruere populum suum de manu mea. Insuper et clamore magno lingua iudaica contra populum qui sedebat in muris Hierusalem personabat, ut terreret eos et caperet civitatem. Locutusque est contra deum Hierusalem, sicut adversus deos populorum terrae, opera manuum hominum.

104.

Oraverunt igitur Ezechias rex et Isaias filius Amos propheta adversum hanc blasphemiam, ac vociferati sunt usque ad caelum. Et misit dominus angelum qui percussit omnem virum robustum et bellatorem et principem exercitus regis Assyriorum, reversusque est cum ignominia in terram suam. Cumque ingressus esset domum dei sui, filii qui egressi fuerant de utero eius interfecerunt eum gladio. Salvavitque dominus Ezechiam et habitatores Hierusalem de manu Sennacherib regis Assyriorum et de manu omnium, et praestitit eis quietem per circuitum. Multi etiam deferebant hostias et sacrificia domino in Hierusalem, et munera Ezechiae regi Iuda, qui exaltatus est post haec coram cunctis gentibus. 2

In diebus illis aegrotavit Ezechias usque ad mortem, et oravit dominum, exaudivitque eum, et dedit ei signum. Sed non iuxta beneficia quae acceperat retribuit, quia elevatum est cor eius, et facta est contra eum ira, et contra Iudam ac Hierusalem. Humiliatusque est postea eo quod exaltatum fuisset cor eius, tam ipse quam habitatores Hierusalem, et idcirco non venit super eos ira domini in diebus Ezechiae. Fuit autem Ezechias dives et inclitus valde, et thesauros sibi plurimos congregavit argenti et auri et lapidis pretiosi, aromatum et armorum universi generis, et vasorum magni pretii. Apothecas quoque frumenti, vini et olei, et praesepia omnium iumentorum, caulasque pecoribus, et urbes sex aedificavit. Habebat quippe greges ovium et armentorum innumerabiles, eo quod dedisset ei dominus substantiam multam nimis. Ipse est Ezechias qui obturavit superiorem fontem aquarum Gion, et avertit eas subter ad occidentem urbis David. In omnibus operibus suis fecit prospere quae voluit.

At tamen in legatione principum babylonis qui missi fuerant ad eum, ut interrogarent de portento quod acciderat super terram, dereliquit eum deus ut temptaretur et nota fierent omnia quae erant in corde eius. Reliqua autem sermonum ezechie et misericordiarum eius scripta sunt in visione ysaie filii amos prophetae et in libro regum iuda et israel.

Dormivitque ezechias cum patribus suis, et sepelierunt eum super sepulchra filiorum david. et celebraverunt eius exequias universus iuda et omnes habitatores hierusalem. regnavitque manasses filius eius pro eo. Duodecim annorum erat manasses cum regnare coepisset, et quinquaginta quinque annis regnavit in hierusalem. Fecit autem malum coram domino iuxta abhominationes gentium quas subvertit dominus coram filiis israel. et conversus instauravit excelsa, quae demolitus fuerat ezechias pater eius. Construxitque aras baalim, et fecit lucos. et adoravit omnem militiam caeli, et coluit eam. Aedificavitque altaria in domo domini, de qua dixerat dominus: In hierusalem erit nomen meum in aeternum. Aedificavit autem ea cuncto exercitui caeli in duobus atriis domus domini. Transireque fecit filios suos per ignem in valle ennon. observabat somnia, sectabatur auguria, maleficis artibus inserviebat. Habebat secum magos et incantatores, multaque mala operatus est coram domino, ut irritaret eum. Sculptile quoque et conflatile signum posuit in domo dei, de qua locutus est deus ad david et ad salomonem filium eius dicens: In domo hac et in hierusalem quam elegi de cunctis tribubus israel, ponam nomen meum in sempiternum. et moveri non faciam pedem israel de terra quam tradidi patribus eorum, ita dumtaxat si custodierint facere quae praecepi eis, cunctamque legem et cerimonias atque iudicia per manum moysi.

Igitur manasses seduxit iuda et habitatores hierusalem ut facerent malum super omnes gentes quas subverterat dominus a facie filiorum israel. Locutusque est dominus ad eum et ad populum illius, et attendere noluerunt. Idcirco superinduxit eis principes exercitus regis assyriorum. ceperuntque manassen et vinctum catenis atque compedibus duxerunt babylonem. Qui postquam coangustiatus est, oravit dominum deum suum, et egit paenitentiam valde coram deo patrum suorum. Deprecatusque eum et obsecravit intente, et exaudivit orationem eius, reduxitque eum in hierusalem in regnum suum. Et cognovit manasses quod dominus ipse esset deus. Post haec aedificavit murum extra civitatem david ad occidentem gyon in convalle ab introitu portae piscium per circuitum usque ad ophel, et exaltavit illum vehementer. Constituitque principes exercitus in cunctis civitatibus iuda munitis. et abstulit deos alienos et simulachrum de domo domini. aras quoque quas fecerat in monte domus domini et in hierusalem, et proiecit omnia extra urbem. Porro instauravit altare domini, et immolavit super illud victimas et pacificas hostias et laudem. Praecepitque iude ut serviret domino deo israel. At tamen adhuc populus immolabat in excelsis domino deo suo. Reliqua autem gestorum manasse, et obsecratio eius ad dominum suum, verba quoque videntium qui loquebantur ad eum in nomine domini dei israel, continentur in sermonibus regum israel.

Oratio quoque eius et exauditio, et cuncta peccata atque contemptus, loca etiam in quibus aedificavit excelsa, et fecit lucos et statuas antequam ageret paenitentiam, scripta sunt in sermonibus ozai. Dormivit autem manasses cum patribus suis, et sepelierunt eum in domo sua. Regnavitque pro eo filius eius amon. Viginti duorum annorum erat amon cum regnare coepisset, et duobus annis regnavit in hierusalem. Fecitque malum in conspectu domini, sicut fecerat manasses pater eius. et cunctis ydolis quae manasses fuerat fabricatus immolavit atque servivit. et non est reveritus faciem domini, sicut reveritus est manasses pater eius, et multo maiora deliquit. Cumque coniurassent adversus eum servi sui, interfecerunt eum in domo sua. Porro reliqua populi multitudo caesis his qui amon percusserant, constituerunt regem iosiam filium eius pro eo. Octo annorum erat iosias cum regnare coepisset, et xxxi uno anno regnavit in hierusalem. Fecitque quod erat rectum in conspectu domini, et ambulavit in viis david patris sui. Non declinavit neque ad dexteram neque ad sinistram. Octavo autem regni sui anno, cum adhuc cepit quaerere deum david patris sui. et xii anno postquam coeperat, mundavit iudam et hierusalem ab excelsis et lucis, simulachrisque et sculptilibus. Destruxeruntque coram eo aras baalim, et simulachra quae superposita fuerant demoliti sunt. Lucos etiam et sculptilia succidit atque comminuit, et super tumulos eorum qui eis immolare consueverant fragmenta dispersit. Ossa praeterea sacerdotum combussit in altaribus ydolorum, mundavitque iudam et hierusalem.

Sed et in urbibus manasse et effraim et symeon usque nepthalim cuncta subvertit. Cumque altaria dissipasset, et lucos et sculptilia contrivisset in frusta, cunctaque delubra demolitus esset de universa terra israel, reversus est in hierusalem. Igitur anno octavodecimo regni sui, mundata iam terra et templo domini, misit saphan filium elchie, et maasiam principem civitatis, et ioha filium ioachaz a commentariis, ut instaurarent domum domini dei sui. Qui venerunt ad helchiam sacerdotem magnum, acceptamque ab eo pecuniam quae illata fuerat in domum domini, et quam congregaverant levitae et ianitores de manasse et effraim et universis reliquiis israel, ab omni quoque iuda et beniamin et habitatoribus hierusalem, tradiderunt in manibus eorum qui praeerant operariis in domo domini, ut instaurarent templum et infirma quaeque sarcirent. At illi dederunt eam artificibus et caementariis ut emerent lapides de lapidicinis, et ligna ad commissuras aedificii, et ad contignationem domorum quas destruxerant reges iuda. Qui fideliter cuncta faciebant. Erant autem praepositi operantium iaath et abdias de filiis merari, zacharias et mosollam omnes levitae scientes organis canere. Super eos vero qui ad diversos usus onera portabant erant scribae et magistri de levitis ianitores. Cumque efferrent pecuniam quae illata fuerat in domo domini, repperit elchias sacerdos librum legis domini per manum moysi, et ait ad saphan scribam: Librum legis domini inveni in domo domini. Et tradidit ei. At ille intulit volumen ad regem, et nuntiavit ei dicens: Omnia quae dedisti in manu servorum tuorum, ecce complentur. Argentum quod repertum est in domo domini conflaverunt, datumque est praefectis artificum et diversa opera fabricantium. Praeterea tradidit mihi elchias sacerdos hunc librum. Quem cum rege praesente recitasset, audissetque ille verba legis, scidit vestimenta sua, et praecepit elchie et achiam filio saphan, et abdon filio micha, saphan quoque scribae et asie servo regis, dicens: Ite et orate dominum pro me et pro reliquiis israel et iuda, super sermonibus libri istius qui repertus est. Magnus enim furor domini stillavit super nos, eo quod non custodierint patres nostri verba domini, ut facerent omnia quae scripta sunt in isto volumine. Abiit ergo elchias et hi qui simul a rege missi fuerant ad oldam prophetissam uxorem sellum filii thecuath filii asra custodis vestium, quae habitabat in hierusalem in secunda, et locuti sunt ei verba quae supra narravimus. At illa respondit eis: Haec dicit dominus deus israel: Dicite viro qui misit vos ad me: Haec dicit dominus: Ecce ego adducam mala super locum istum et super habitatores eius, cunctaque maledicta quae scripta sunt in libro hoc quem legerunt coram rege iuda, quia dereliquerunt me et sacrificaverunt diis alienis, ut me ad iracundiam provocarent in cunctis operibus manuum suarum. Idcirco stillabit furor meus super locum istum, et non extinguetur. Ad regem autem iuda qui misit vos pro domino deprecando sic loquimini:

Haec dicit dominus deus israel: Quia audisti verba voluminis, atque emollitum est cor tuum, et humiliatus es in conspectu dei super his quae dicta sunt contra locum hunc et habitatores hierusalem, reveritusque faciem meam scidisti vestimenta tua, et flevisti coram me, ego quoque exaudiam te, dicit dominus.

Iam enim colligam te ad patres tuos, et inferris in sepulchrum tuum in pace, nec videbunt oculi tui omne malum quod ego inducturus sum super locum istum et super habitatores eius. Retulerunt itaque regi cuncta quae dixerat. At ille convocatis universis maioribus natu iuda et hierusalem, ascendit in domum domini, unaque omnes viri iuda et habitatores hierusalem, sacerdotes et levitae et cunctus populus a minimo usque ad maximum. Quibus audientibus in domo domini legit rex omnia verba voluminis, et stans in tribunali suo percussit foedus coram domino, ut ambularet post eum, et custodiret praecepta et testimonia et iustificationes eius in toto corde suo et in tota anima sua, faceretque quae scripta sunt in volumine illo quod legerat. Adiuravit quoque super hoc omnes qui reperti fuerant in hierusalem et beniamin, et fecit habitatores hierusalem iuxta pactum domini dei patrum suorum. Abstulit ergo iosias cunctas abhominationes de universis regionibus filiorum israel, et fecit omnes qui residui erant in israel servire domino deo suo. Cunctis diebus eius non recesserunt a domino deo patrum suorum. Fecit autem iosias in hierusalem phase domino, quod immolatum est xiiii die mensis primi. et constituit sacerdotes in officiis suis, hortatusque est eos ut ministrarent in domo domini. Levitis quoque ad quorum eruditionem omnis israel sanctificabatur domino locutus est: Ponite arcam in sanctuario templi quod aedificavit salomon filius david rex israel. Nequaquam enim eam ultra portabitis.

Nunc autem ministrate domino deo vestro et populo eius israel, et praeparate vos per domos et cognationes vestras in divisionibus singulorum, sicut praecepit david rex israel et descripsit salomon filius eius. Ministrate in sanctuario per familias turmasque leviticas, et sanctificati immolate phase. Fratres etiam vestros ut possint iuxta verba quae locutus est dominus in manu moysi facere, praeparate. Dedit praeterea iosias omni populo qui ibi fuerat inventus in sollempnitate phase agnos et hedos de gregibus et reliqui pecoris xxx milia, boum quoque tria milia. Haec de regis universa substantia. Duces quoque eius sponte quod voverant obtulerunt tam populo quam sacerdotibus et levitis. Porro elchias et zacharias et iehiel principes domus domini dederunt sacerdotibus ad faciendum phase pecora commixtim duo milia sescenta, et boves trecentos. Chonenias autem et semeias, etiam et nathanael fratres eius, necnon et asabias et iahiel et iosabad principes levitarum dederunt ceteris levitis ad celebrandum phase quinque milia pecorum et boves quingentos. Praeparatumque est ministerium, et steterunt sacerdotes in officio suo, levitae quoque in turmis iuxta regis imperium. Et immolatum est phase, asperseruntque sacerdotes manu sua sanguinem, et levitae detraxerunt pelles holocaustorum, et separaverunt ea ut darent per domos et familias singulorum, et offerrentur domino, sicut scriptum est in libro moysi.

De bubus quoque fecerunt similiter, et assaverunt phase super ignem iuxta quod in lege praeceptum est. Pacificas vero hostias coxerunt in lebetis et caccabis et ollis, et festinato distribuerunt universae plebi. Sibi autem et sacerdotibus postea paraverunt. Nam in oblatione holocaustorum et adipum usque ad noctem sacerdotes fuerant occupati. Unde levitae et sibi et sacerdotibus filiis aaron paraverunt novissimis. Porro cantores filii asaph stabant in ordine suo iuxta praeceptum david et asaph et eman et ydithun prophetarum regis. Ianitores vero per portas singulas observabant, ita ut ne puncto quidem discederent a ministerio. Quam ob rem et fratres eorum levitae paraverunt eis cibos. Omnis igitur cultura domini rite completa est in die illa, ut facerent phase et offerrent holocausta super altare domini, iuxta praeceptum regis iosie. Feceruntque filii israel qui reperti fuerant ibi phase in tempore illo et sollempnitatem azimorum septem diebus. Non fuit phase simile huic in israel a diebus samuelis prophetae, sed nec quisquam de cunctis regibus israel fecit phase sicut iosias sacerdotibus et levitis et omni iuda et israel qui repertus fuerat et habitatoribus hierusalem. Octavodecimo anno regni iosie hoc phase celebratum est. Postquam instauraverat iosias templum, ascendit nechao rex egypti ad pugnandum in charcamis iuxta eufraten, et processit in occursum eius iosias. At ille missis ad eum nuntiis ait: Quid mihi et tibi est, rex iuda? Non adversum te hodie venio, sed contra aliam pugno domum, ad quam me deus festinato ire praecepit. Desine adversum deum facere qui mecum est, ne interficiat te.

Noluit iosias reverti, sed praeparavit contra eum bellum, nec adquievit sermonibus nechao ex ore dei. Verum perrexit ut dimicaret in campo mageddo. ibique vulneratus a sagittariis dixit pueris suis: Educite me de proelio, quia oppido vulneratus sum. Qui transtulerunt eum de curru in alterum currum qui sequebatur eum ex more regio, et asportaverunt in hierusalem. Mortuusque est et sepultus in mausoleo patrum suorum, et universus iuda et hierusalem planxerunt eum. Hieremias maxime, cuius omnes cantores et cantatrices usque in praesentem diem lamentationes super iosiam replicant, et quasi lex obtinuit in israel. Ecce scriptum fertur in lamentationibus. Reliqua autem sermonum iosie et misericordiarum eius, quae legis praecepta sunt domini, opera quoque illius prima et novissima scripta sunt in libro regum israel et iuda. Tulit ergo populus terrae ioachaz filium iosie et constituit eum regem pro patre suo in hierusalem. Viginti trium annorum erat ioachaz cum regnare coepisset, et tribus mensibus regnavit in hierusalem. Amovit autem eum rex egypti cum venisset in hierusalem, et condempnavit terram centum talentis argenti et talento auri. Constituitque regem pro eo eliachim fratrem eius super iudam et hierusalem, et vertit nomen eius ioachim. Ipsum vero ioachaz tulit secum et adduxit in egyptum. Viginti quinque annorum erat ioachim cum regnare coepisset, et xi annis regnavit in hierusalem. Fecitque malum coram domino deo suo. Contra hunc ascendit nabuchodonosor rex chaldeorum, et vinctum catenis duxit in babylonem. ad quam et vasa domini transtulit, et posuit ea in templo suo. Reliqua autem verborum ioachim et abhominationum eius quas operatus est, et quae inventa sunt in eo, continentur in libro regum israel et iuda.

Regnavit autem ioachin filius eius pro eo. Octo annorum erat ioachin cum regnare coepisset, et tribus mensibus ac x diebus regnavit in hierusalem. Fecitque malum in conspectu domini. Cumque anni circulus volveretur, misit nabuchodonosor rex qui et adduxerunt eum in babylonem, asportatis simul pretiosissimis vasis domus domini. Regem vero constituit sedechiam patruum eius super iudam et hierusalem. Viginti et unius anni erat sedechias cum regnare coepisset, et xi annis regnavit in hierusalem. Fecitque malum in oculis domini dei sui, nec erubuit faciem hieremie prophetae loquentis sibi ex ore domini. A rege quoque nabuchodonosor recessit, qui adiuraverat eum per deum, et induravit cervicem suam et cor, ut non reverteretur ad dominum deum israel. Sed et universi principes sacerdotum et populus praevaricati sunt inique iuxta universas abhominationes gentium, et polluerunt domum domini quam sanctificaverat sibi in hierusalem. Mittebat autem dominus deus patrum suorum per manum nuntiorum suorum de nocte consurgens, et cotidie commonens, eo quod parceret populo et habitaculo suo. At illi subsannabant nuntios dei, et parvipendebant sermones dei. Illudebantque prophetis, donec ascenderet furor domini in populum eius, et esset nulla curatio. Adduxit enim super eos regem chaldeorum, et interfecit iuvenes eorum gladio in [illegible]

Non est misertus adolescentis et virginis et senis, nec decrepiti quidem, sed omnes tradidit manibus eius. Universaque vasa domus domini tam maiora quam minora, et thesauros templi et regis, et principum transtulit in Babilonem. Incenderunt hostes domum domini, destruxerunt murum Hierusalem, universas turres combusserunt, et quicquid pretiosum fuerat demoliti sunt. Si quis evaserat gladium ductus in Babilonem servivit regi et filiis eius, donec imperaret rex Persarum, et compleretur sermo domini ex ore Hieremie, et celebraret terra sabbata sua. Cunctis enim diebus desolationis egit sabbatum usque dum complerentur septuaginta anni.

Anno autem primo Cyri regis Persarum ad complendum sermonem domini quem locutus fuerat per os Hieremie, suscitavit dominus spiritum Cyri regis Persarum. Qui iussit predicari in universo regno suo, etiam per scripturam dicens: Hec dicit Cyrus rex Persarum. Omnia regna terre dedit mihi dominus deus celi, et ipse precepit mihi ut edificarem ei domum in Hierusalem que est in Iudea. Quis ex vobis est in omni populo eius? Sit dominus deus suus cum eo, et ascendat.

EXPLICIT LIBER SECUNDUS PARALIPOMENON.

INCIPIT PREFATIO HIERONIMI PRESBITERI IN LIBRUM ESDRE

Utrum difficilius sit facere quod poscitis an negare, necdum statui. Nam neque vobis imperantibus abnuere sententie est, et magnitudo oneris impositi ita cervices premit, ut ante sub fasce ruendum sit, quam levandum. Accedunt ad hoc invidorum studia, qui omne quod scribimus reprehendendum putant, et interdum contra se conscientia repugnante publice lacerant, que occulte legunt, in tantum ut clamare compellar et dicere: Domine libera animam meam a labiis iniquis et a lingua dolosa. Tertius annus est quod semper scribitis atque rescribitis, ut Esdre librum vobis de hebreo transferam, quasi non habeatis greca et latina volumina, aut quodcumque illud est quod a vobis vertitur, non statim ab omnibus conspuendum sit. Frustra autem, ut ait quidam, niti, neque aliud fatigando nisi odium querere extreme dementie est. Itaque obsecro vos mi Domnion et Rogatiane karissimi, ut privata lectione contenti librum non efferatis in publicum, nec fastidiosis ingeratis cibos, vitetisque eorum supercilium, qui iudicare tantum de aliis, et ipsi facere nichil noverunt. Si qui autem fratrum sunt quibus nostra non displicent, his tribuatis exemplar, ammonentes ut hebrea nomina quorum grandis in hoc volumine copia est distincte et per intervalla transcribant. Nichil enim proderit emendasse librum, nisi emendatio librariorum diligentia conservetur. Nec quemquam moveat quod unus a nobis editus liber est, nec apocriforum tertii et quarti libri somniis delectetur, quia et apud hebreos Esdre Neemieque sermones in unum volumen coartantur, et que non habentur apud illos, nec de viginti quattuor senioribus sunt, procul abicienda. Si quis autem septuaginta vobis opposuerit interpretes, quorum exemplaria varietas ipsa lacerata et eversa demonstrat, nec potest utique verum asseri quod diversum est, mittite eum ad evangelia in quibus multa ponuntur de veteri testamento, que apud septuaginta interpretes non habentur, velut illud: Quoniam Nazareus vocabitur, et: Ex Egypto vocavi filium meum, et: Videbunt in quem compunxerunt, multaque alia que latiori operi servamus, et querite ab eo ubi scripta sunt. Cumque proferre non potuerit, vos legite de his exemplaribus que nuper a nobis edita maledicorum cotidie linguis confodiuntur. Sed ut ad compendium veniam, certe quod interpres sum equissimum est. Edidi aliquid quod non habetur in greco, vel aliter habetur quam a me versum est. Quid interpretem laniant? Interrogent hebreos, et ipsis auctoribus translationi mee vel arrogent vel derogent fidem. Porro aliud est si clausis quod dicitur oculis mihi volunt maledicere et non imitantur grecorum studium et benivolentiam, qui post septuaginta translatores iam Christi evangelio coruscante Iudeos et Ebionitas legis veteris interpretes Aquilam videlicet et Simachum et Theodotionem curiose legunt et per Origenis laborem in Exapolis ecclesiis dedicarunt. Quanto magis Latini grati esse deberent quod exultantem cernerent Greciam a se aliquid mutuari. IOS.

Primum enim magnorum sumptuum est et infinite difficultatis exemplaria posse habere omnia. Deinde etiam qui habuerint et hebrei sermonis ignari sunt, magis errabunt ignorantes quis e multis verius dixerit. Quod etiam sapientissimo cuidam nuper apud grecos accidit, ut interdum scripture sensum relinquens, uniuscuiusque interpretis sequeretur errorem. Nos autem qui hebree lingue saltem parvam habemus scientiam, et latinus nobis utcumque non deest, et de aliis magis possumus iudicare, et ea que ipsi intelligimus in nostram linguam exprimere. Itaque licet excetra sibilet, victorque Sinon incendia iactet, numquam meum iuvante Christo silebit eloquium, etiam precisa lingua balbutiet. Legant qui volunt, qui nolunt abiciant. Eventilent apices, litteras calumpnientur. Magis vestra caritate provocabor ad studium, quam illorum detractione et odio deterrebor.

IN ANNO PRIMO REGIS PERSARUM UT COMPLERETUR VERBUM DOMINI ex ore Hieremie, suscitavit dominus spiritum Cyri regis Persarum, et traduxit vocem in universo regno suo, etiam per scripturam dicens: Hec dicit Cyrus rex Persarum. Omnia regna terre dedit mihi dominus deus celi, et ipse precepit mihi ut edificarem ei domum in Hierusalem que est in Iudea. Quis est in vobis de universo populo eius? Sit deus illius cum ipso. Ascendat in Hierusalem que est in Iudea, et edificet domum domini dei Israel; ipse est deus qui est in Hierusalem. Et omnes reliqui in cunctis locis ubicumque habitant, adiuvent eum viri de loco suo, argento et auro et substantia et pecoribus, excepto quod voluntarie offerunt templo dei quod est in Hierusalem. Et surrexerunt principes patrum de Iuda et Beniamin, et sacerdotes et levite, omnis cuius suscitavit deus spiritum ut ascenderet ad edificandum templum domini quod erat in Hierusalem. Universique qui erant in circuitu adiuverunt manus eorum in vasis argenteis et aureis, in substantia, in iumentis, in supellectili, exceptis his que sponte obtulerunt. Rex quoque Cyrus protulit vasa templi domini que tulerat Nabugodonosor de Hierusalem, et posuerat ea in templo dei sui. Protulit autem Cyrus rex Persarum per manum Mitridatis filii Gazabar, et annumeravit ea Sasabasar principi Iude. Et hic est numerus eorum: Fiale auree xxx, fiale argentee mille, cultri xxviiii, sciphi aurei xxx, sciphi argentei secundi ccccx, vasa alia mille. Omnia vasa aurea et argentea quinque milia cccc. Universa tulit Sasabasar cum his qui ascendebant de transmigratione Babilonis in Hierusalem.

Hii sunt autem filii provincie qui ascenderunt de captivitate quam transtulerat Nabugodonosor rex Babilonis in Babilone, et reversi sunt in Hierusalem et Iudam, unusquisque in civitatem suam. Qui venerunt cum Zorobabel, Iesua, Neemias, Saraia, Rehelaia, Mardocai, Belsan, Mesphar, Beguai, Reum, Baana. Numerus virorum populi Israel: Filii Phares duo milia c lxx duo. Filii Sephatia ccc lxx v. Filii Area septingenti lxx quinque. Filii Phaath Moab filiorum Iosue Ioab duo milia septingenti xii. Filii Helam mille cc l iiii. Filii Zethua dcccc xl v. Filii Zachai dcc lx. Filii Bani dc xl ii. Filii Bebai dc xx iii. Filii Azgad mille cc xx ii. Filii Adonicam dc lx vi. Filii Beguai duo milia l vi. Filii Adin quadringenti l iiii. Filii Ather qui erant ex Ezechia xc viii. Filii Besai ccc xx iii. Filii Iora c xii. Filii Asom cc xx iii. Filii Zebar xc v. Filii Bethleem c xx iii. Filii Netupha l vi. Filii Anathoth c xx viii. Filii Azmaveth xl ii. Filii Cariathiarim, Cephira et Beroth septingenti xl iii. Filii Arama et Gaba sexcenti xx i. Viri Magmas c xx ii. Viri Bethel et Gai cc xx iii. Filii Nebo l ii. Filii Megbis c l vi. Filii Helam alterius mille cc l iiii. Filii Arim ccc xx. Filii Lodadid et Ono septingenti xx v. Filii Iericho ccc xl v. Filii Senea sexcenti xxx. Sacerdotes: filii Idaia in domo Iosue nongenti lxx iii. Filii Emmer mille l ii. Filii Phessur mille cc xl vii. Filii Arim mille x et vii. Levite: filii Iosue et Cedmihel filiorum Odevie lxx iiii. Cantores: filii Asaph c xx viii. Filii ianitorum: filii Sellum, filii Atar, filii Thelmon, filii Accub, filii Atita, filii Sobai, universi c xxx viii. Nathinei: filii Sisai, filii Asupha, filii Tebbaoth, filii Ceros, filii Siaa, filii Phadon, filii Lebana, filii Agaba, filii Accub, filii Agab, filii Selmai, filii Anan, filii Gadel, filii Gaer, filii Rahaia, filii Rasin, filii Necoda, filii Gazem, filii Asa, filii Phasea, filii Besee, filii Asennaa, filii Munim, filii Nephusim, filii Becbuc, filii Acupha, filii Arur, filii Besluth, filii Maida, filii Arsa, filii Bercos, filii Sisara, filii Thema, filii Nasia, filii Atupha, filii servorum Salomonis, filii Sotei, filii Sophereth, filii Pharuda, filii Iala, filii Dercon, filii Geddel, filii Saphatia, filii Athil, filii Phochereth, qui erant de Asebaim, filii Amai. Omnes Nathinei et filii servorum Salomonis ccc xc ii. Et hii qui ascenderunt de Thelmela, Thelarsa, Cerub, et Don et Meaa, et non potuerunt indicare domum patrum suorum et semen suum utrum ex Israel essent. Filii Delaia, filii Tobia, filii Necoda dc l ii. Et de filiis sacerdotum filii Obia, filii Accos, filii Berzellai qui accepit de filiabus Berzellai Galaaditis uxorem et vocatus est nomine eorum. Hii quesierunt scripturam genealogie sue et non invenerunt, et eiecti sunt de sacerdotio. Et dixit Athersatha eis ut non comederent de sancto sanctorum, donec surgeret sacerdos doctus atque perfectus. Omnis multitudo quasi unus xl duo milia ccc lx, exceptis servis eorum et ancillis qui erant vii milia ccc xxx vii. Et in ipsis cantores atque cantatrices ducente. Equi eorum sexcenti xxx vi, muli eorum cc xl v, cameli eorum quadringenti xxx quinque, asini eorum nongenti xx.

Et de principibus patrum cum ingrederentur templum domini quod est in Hierusalem sponte obtulerunt in domo dei ad extruendam eam in loco suo. Secundum vires suas dederunt impensas operis auri solidos xl milia et mille, argenti mnas quinque milia, et vestes sacerdotales c. Habitaverunt ergo sacerdotes et levite de populo et cantores et ianitores et Nathinei in urbibus suis, universusque Israel in civitatibus suis.

Iamque venerat mensis septimus, et erant filii Israel in civitatibus suis. Congregatus est ergo populus quasi vir unus in Hierusalem. Et surrexit Iosue filius Iosedech et fratres eius sacerdotes, et Zorobabel filius Salathiel et fratres eius, et edificaverunt altare dei Israel, ut offerrent in eo holocaustomata sicut scriptum est in lege Moysi viri dei. Collocaverunt autem altare super bases suas deterrentibus eos per circuitum populis terrarum, et obtulerunt super illud holocaustomata domino mane et vespere. Feceruntque sollempnitatem tabernaculorum sicut scriptum est, et holocaustum diebus singulis per ordinem secundum preceptum diei opus in die suo. Et post hec holocaustum iuge tam in kalendis quam in universis sollempnitatibus domini que erant consecrate, et in omnibus in quibus ultro offerebatur munus domino. A prima die mensis septimi ceperunt offerre holocaustum domino. Porro templum domini fundatum necdum erat. Dederunt autem pecunias lathomis et cementariis, cibum quoque et potum et oleum Sydoniis Tyriisque ut deferrent ligna cedrina de Lybano ad mare Ioppe, iuxta quod preceperat Cyrus rex Persarum eis.

Anno autem secundo adventus eorum ad templum dei in Hierusalem mense secundo ceperunt Zorobabel filius Salathiel et Iosue filius Iosedech et reliqui de fratribus eorum sacerdotes et levite et omnes qui venerant de captivitate in Hierusalem, et constituerunt levitas a xx annis et supra ut urgerent opus domini. Stetitque Iosue et filii eius et fratres eius Cedmihel et filii eius et filii Iuda quasi vir unus ut instarent super eos qui faciebant opus in templo dei, filii Enadad et filii eorum et fratres eorum levite. Fundato igitur a cementariis templo domini, steterunt sacerdotes in ornatu suo cum tubis, et levite filii Asaph in cymbalis, ut laudarent deum per manus David regis Israel. Et concinebant in hymnis et confessionibus domino quoniam bonus, quoniam in eternum misericordia eius super Israel. Omnis quoque populus vociferabatur clamore magno in laudando dominum, eo quod fundatum esset templum domini. Plurimi autem de sacerdotibus et levitis et principes patrum et seniores qui viderant templum prius cum fundatum esset, et hoc templum in oculis eorum, flebant voce magna, et multi vociferantes in letitia elevabant vocem. Nec poterat quisquam agnoscere vocem clamoris letantium et vocem fletus populi. Commixtim enim populus vociferabatur clamore magno, et vox audiebatur procul. Audierunt autem hostes Iude et Beniamin quia filii captivitatis edificarent templum domino deo Israel. Et accedentes ad Zorobabel et ad principes patrum dixerunt eis: Edificemus vobiscum, quia ita ut vos querimus deum vestrum. Ecce nos immolavimus victimas a diebus Asor Haddan regis Assur, qui adduxit nos huc. Et dixit eis Zorobabel et Iosue

libri esdre

et reliqui principes patrum israhel. Non est uobis et nobis ut ędificetis domum domino deo nostro. sed nos ipsi soli ędificabimus domino deo nostro sicut pręcepit nobis cyrus rex persarum.

Factum est igitur ut populus terrę impediret manus populi iudę. ut turbaret eos in ędificando. Conduxerunt quoque aduersum eos consiliatores ut destruerent consilium eorum omnibus diebus cyri regis persarum. et usque ad regnum darii regis persarum. In regno autem assueri ipse est qui et artaxersis in principio regni eius scripserunt accusationem aduersus habitatores iudę et hierusalem. et in diebus artaxersis scripsit besellam mitridates et thabel et reliqui qui erant in consilio eorum. ad artaxersen regem persarum. Epistola autem accusationis scripta erat syriace. et legebatur sermone syro. Reumbeelchem et samsai scriba scripserunt epistolam unam de hierusalem artaxersi regi huiuscemodi. Reumbeelchem et samsai scriba et reliqui consiliatores eorum dinei et pharsarcei. therphalei. apharsei. herchuei. babilonii susannechei. dauei. helamitę. et ceteri de gentibus quas transtulit asennaphar magnus et gloriosus. et habitare eas fecit in ciuitatibus samarię. et in reliquis regionibus in pace. Hoc est exemplar epistolę quam miserunt ad eum. Artaxersi regi serui tui uiri qui sunt trans fluuium salutem dicunt. Notum sit regi quia iudei qui ascenderunt a te ad nos uenerunt in hierusalem ciuitatem rebellem et pessimam quam ędificant. et extruentes muros eius. et parietes componentes. Nunc igitur notum sit regi quia si ciuitas illa ędificata fuerit. et muri eius instaurati. tributum et uectigal et annuos reditus non dabunt. et usque ad reges hęc noxa perueniet.

Nos igitur memores salis quod in palatio comedimus. et quia lesiones regis nefas ducimus. idcirco misimus et nuntiauimus regi. ut recenseas in libro hystoriarum patrum tuorum. et inuenies scriptum in commentariis et scies quia urbs illa rebellis est. et nocens regibus et prouinciis. et bella concitantur in ea ex diebus antiquis. quam ob rem et ciuitas ipsa destructa est. Nuntiamus nos regi. quoniam si ciuitas illa ędificata fuerit. et muri ipsius instaurati. possessionem trans fluuium non habebis. Verbum misit rex ad reumbeelchem et samsai scriba. et ad reliquos qui erant in consilio eorum habitatores samarię. et ceteris trans fluuium salutem dicens et pacem. Accusatio quam misistis ad nos. manifeste lecta est coram me. et a me pręceptum est. et recensuerunt. inueneruntque quoniam ciuitas illa a diebus antiquis aduersum reges rebellat. et seditiones et pręlia concitantur in ea. Nam et reges fortissimi fuerunt in hierusalem qui et dominati sunt omni regioni quę trans fluuium est. Tributum quoque et uectigal. et reditus accipiebant. Nunc igitur audite sententiam. ut prohibeatis uiros illos. et urbs illa non ędificetur. donec si forte a me iussum fuerit. Videte ne neglegenter hoc impleatis. et paulatim crescat malum contra reges. Itaque exemplum edicti artaxersis regis lectum est coram reumbeelchem et samsai scriba. et consiliariis eorum et abierunt festinanter in hierusalem ad iudeos et prohibuerunt eos in brachio et robore. Tunc intermissum est opus domus dei in hierusalem. et non fiebat usque ad annum secundum darii regis persarum.

Prophetauerunt autem aggeus propheta. et zacharias filius addo prophetantes ad iudeos qui erant in iudea et hierusalem in nomine dei israhel. Tunc surrexerunt zorobabel filius salathiel et iosue filius iosedech. et cęperunt ędificare templum dei in hierusalem. et cum eis prophetę domini adiuuantes eos. In ipso tempore uenit ad eos thathannai qui erat dux trans flumen et starbuzannai. et consiliarii eorum. sicque dixerunt eis. Quis dedit uobis consilium ut domum hanc ędificaretis. et muros hos instauraretis. Ad quod respondimus eis. quę essent nomina hominum auctorum illius ędificationis. Oculus autem dei eorum factus est super senes iudeorum. et non potuerunt inhibere eos. Placuitque ut res ad darium referretur. et tunc satisfacerent aduersus accusationem illam. Exemplar epistolę quam misit thathannai dux regionis trans flumen et starbuzannai et consiliatores eius arfarsacei. qui erant trans flumen ad darium regem. Sermo quem miserant ei. sic scriptus erat. Dario regi pax omnis. Notum sit regi isse nos ad iudeam prouinciam ad domum dei magni quę ędificatur lapide inpolito. et ligna ponuntur in parietibus. opusque illud diligenter extruitur et crescit in manibus eorum. Interrogauimus ergo senes illos. et ita diximus eis. Quis dedit uobis potestatem ut domum hanc ędificaretis. et muros instauraretis. Sed et nomina eorum quęsiuimus ab eis ut nuntiaremus tibi quę scripsimus nomina uirorum qui sunt principes in eis. Huiuscemodi autem sermonem responderunt nobis dicentes. Nos sumus serui dei cęli et terrę. et ędificamus templum quod erat extructum ante hos annos multos. quodque rex israhel magnus ędificauerat et extruxerat.

Iudith Hest

Postquam autem ad iracundiam prouocauerunt patres nostri deum cęli. et tradidit eos in manu nabugodonosor regis babilonis chaldei. domum quoque hanc destruxit et populum eius transtulit babilonem. Anno autem primo cyri regis babilonis. cyrus rex proposuit edictum ut domus dei ędificaretur. Nam et uasa templi dei aurea et argentea quę nabugodonosor tulerat de templo quod erat in hierusalem. et asportauerat in templum babilonis. protulit cyrus rex de templo babilonis. et data sunt sasabasar uocabulo. quem et principem constituit. dixitque ei. Hęc uasa tolle et uade et pone ea in templo quod est in hierusalem. et domus dei ędificetur in loco suo. Tunc itaque sasabasar ille uenit. et posuit fundamenta templi dei in hierusalem. et ex eo tempore ędificatur usque nunc. et necdum completum est. Nunc ergo si uidetur regi bonum recenseat in bibliotheca regis quę est in babilone. utrumnam a cyro rege iussum sit ut ędificaretur domus dei in hierusalem. et uoluntatem regis super hoc remittat ad nos. Tunc darius rex pręcepit et recensuerunt in bibliotheca librorum qui erant repositi in babilone. et inuentum est in ecbathanis quod est castrum in madena prouincia uolumen unum. talisque scriptus erat in eo commentarius. Anno primo cyri regis. cyrus rex decreuit ut domus dei quę est in hierusalem ędificaretur in loco ubi immolent hostias. et ut imponant fundamenta subportantia. Altitudinem cubitorum lx. et latitudinem cubitorum lx. ordines de lapidibus inpolitis tres. et sic ordines de lignis nouis. Sumptus autem de domo regis dabuntur. sed et uasa templi dei aurea et argentea quę nabugodonosor de templo tulerat hierusalem. et adtulerat ea in babilonem. reddantur et referantur in templum hierusalem in locum suum. quę et posita sunt in templo dei.

Nunc ergo thathannai dux regionis quę est trans flumen. et starbuzannai et consiliarii uestri apharsacei, qui estis trans flumen procul recedite ab illis et dimittite fieri templum domini illud a duce iudeorum. et a senioribus eorum. Domum dei illam ędificent in loco suo. sed et a me pręceptum est. quid oporteat fieri a presbiteris iudeorum illis ut ędificetur domus dei. scilicet ut de arca regis id est de tributis quę dantur de regione trans flumen studiose sumptus dentur uiris illis. ne impediatur opus. Quod si necesse fuerit. et uitulos et agnos. et hedos. in holocaustum deo cęli. frumentum. sal. uinum et oleum. secundum ritum sacerdotum qui sunt in hierusalem detur eis per dies singulos ne sit in aliquo querimonia. et offerant oblationes deo cęli. orentque pro uita regis. et filiorum eius. A me ergo positum est decretum. ut omnis homo qui hanc mutauerit iussionem. tollatur lignum de domo ipsius et erigatur et configatur in eo. Domus autem eius publicetur. Deus autem qui habitare fecit nomen suum ibi dissipet omnia regna et populum qui extenderit manum suam ut repugnet. et dissipet domum illam quę est in hierusalem. Ego darius statui decretum. quod studiose impleri uolo.

Igitur thathannai dux regionis trans flumen et starbuzannai et consiliarii eius secundum quod pręceperat darius rex. sic diligenter executi sunt. Seniores autem iudeorum ędificabant et prosperabantur iuxta prophetiam aggei prophetę et zacharię filii addo. et ędificauerunt et construxerunt iubente deo israhel et iubente cyro et dario et artaxerse regibus persarum. et compleuerunt domum dei istam usque ad diem tertium mensis adar qui est annus sextus regni darii regis. Fecerunt autem filii israhel sacerdotes et leuitę et reliqui filiorum transmigrationis dedicationem domus dei in gaudio. et obtulerunt in dedicatione domus dei uitulos c. arietes cc. agnos cccc. hyrcos caprarum pro peccato totius israhel xii. iuxta numerum tribuum israhel. Et statuerunt sacerdotes in ordinibus suis. et leuitas in uicibus suis. super opera dei in hierusalem. sicut scriptum est in libro moysi. Fecerunt autem filii israhel filii transmigrationis pascha xiiii die mensis primi. Purificati enim fuerant sacerdotes et leuitę quasi unus. omnes mundi ad immolandum pascha. uniuersis filiis transmigrationis et fratribus suis sacerdotibus et sibi. et comederunt filii israhel. qui reuersi fuerant de transmigratione et omnis qui se separauerat a coinquinatione gentium terrę ad eos ut quererent dominum deum israhel. Et fecerunt sollempnitatem azimorum septem diebus in letitia. quoniam letificauerat eos dominus et conuerterat cor regis assur ad eos. ut adiuuaret manus eorum in opere domus domini dei israhel.

Post hęc autem uerba in regno artaxersis regis persarum esdras filius sarayę filii azarię. filii helchię. filii sellum. filii sadoch. filii achitob. filii amarię. filii azarię. filii maraioth. filii zarie. filii ozi. filii bocci. filii abisue. filii phinees. filii eleazar filii aaron sacerdotis ab initio. Ipse esdras ascendit de babilone. et ipse scriba uelox in lege moysi quam dedit dominus deus israhel. Et dedit ei rex secundum manum domini dei eius super eum omnem petitionem eius. et ascenderunt de filiis israhel et de filiis sacerdotum et de filiis leuitarum. et de cantoribus. et de ianitoribus. et de nathinneis in hierusalem. Anno septimo artaxersis regis et uenerunt in hierusalem mense quinto. ipse est annus septimus regis. quia in primo die mensis primi cępit ascendere de babilone. et in prima die mensis quinti uenit in hierusalem iuxta manum dei sui bonam super se. Esdras enim parauit cor suum ut inuestigaret legem domini et faceret. et doceret in israhel pręceptum et iudicium. Hoc autem exemplar epistolę edicti. quod dedit rex artaxersis esdrę sacerdoti scribę erudito in sermonibus et pręceptis domini. et cerimoniis eius in israhel. Artaxersis rex regum esdrę sacerdoti scribę legis dei cęli doctissimo salutem. A me decretum est ut cuicumque placuerit in regno meo de populo israhel et de sacerdotibus eius. et de leuitis ire in hierusalem. tecum uadat. A facie enim regis et septem consiliatorum eius missus es ut uisites iudeam et hierusalem in lege dei tui quę est in manu tua. et ut feras argentum et aurum quod rex et consiliatores eius sponte obtulerunt deo israhel cuius in hierusalem tabernaculum est. et omne argentum et aurum quodcumque inueneris in uniuersa prouincia babilonis et populus offerre uoluerit et de sacerdotibus qui sponte obtulerint domui dei sui quę est in hierusalem libere accipe et studiose eme de hac pecunia uitulos. arietes. agnos. et sacrificia et libamina eorum. et offer ea super altare templi dei uestri quod est in hierusalem.

Sed et si quid tibi et fratribus tuis placuerit de reliquo argento et auro ut faciatis iuxta uoluntatem dei uestri facite. Vasa quoque quę dantur tibi in ministerium domus dei tui. trade in conspectu dei hierusalem. Sed et cetera quibus opus fuerit in domo dei tui quantumcumque necesse est ut expendas dabitur de thesauro et de fisco regis et a me. Ego artaxersis rex statui atque decreui omnibus custodibus arcę publicę qui sunt trans flumen. ut quodcumque petierit a uobis esdras sacerdos scriba legis dei cęli absque mora detis usque ad argenti talenta centum. et usque ad frumenti choros centum. et usque ad uini batos c. et usque ad batos olei c. sal uero absque mensura. Omne quod ad ritum dei cęli pertinet. tribuatur diligenter in domum dei cęli. ne forte irascatur contra regnum regis. et filiorum eius. Vobis quoque notum facimus de uniuersis sacerdotibus et leuitis. cantoribus ianitoribus nathinneis et ministris domus dei huius. ut uectigal et tributum et annonas non habeatis potestatem imponendi super eos. Tu autem esdra secundum sapientiam dei tui quę est in manu tua. constitue iudices et presides ut iudicent omni populo qui est trans flumen. his uidelicet qui nouerunt legem dei tui.

Sed et inperitos docete libere. et omnis qui non fecerit legem dei tui et legem regis diligenter iudicium erit de eo siue in mortem. siue in exilium. siue in condempnationem substantię eius. uel certe in carcerem. Benedictus dominus deus patrum nostrorum. qui dedit hoc in corde regis ut glorificaret domum domini quę est in hierusalem. et in me inclinauit misericordiam suam coram rege et consiliatoribus eius. et uniuersis principibus regis potentibus. Et ego confortatus manu dei mei quę erat in me. congregaui de israhel principes qui ascenderent mecum. Hii sunt ergo principes familiarum et genealogia eorum qui ascenderunt mecum in regno artaxersis regis de babilone. De filiis finees gersom. De filiis ithamar daniel. De filiis dauid athus. De filiis sechenię. de filiis pharos zacharias et cum eo numerati sunt uiri cl. De filiis phaeth moab. elioenai filius zarię et cum eo cc uiri. De filiis sechenię filius iezehel. et cum eo ccc uiri. De filiis adden abed filius ionathan. et cum eo l uiri. De filiis helam ysaias filius athalię et cum eo lxx uiri. De filiis saphatię zebedia filius michael et cum eo lxxx uiri. De filiis ioab obedia filius iehel et cum eo cc xviii uiri. De filiis sellomith filius iosphię et cum eo c lx uiri. De filiis bebai zacharias filius bebai. et cum eo xxviii uiri. De filiis ezead iohannan filius ecceran. et cum eo c x uiri. De filiis adonicam qui erant nouissimi. et hęc nomina eorum. helipheleth et iehiel. et samaias. et cum eis lx uiri. De filiis beguui othai et zachur. et cum eo lxx uiri. Congregaui autem eos ad fluuium qui decurrit ad ahauua. et mansimus ibi diebus tribus. Quesiuique in populo et in sacerdotibus de filiis leui. et non inueni ibi. Itaque misi eliezer et arihel. et semeiam. et elnathan. et iarib. et alterum elnathan et nathan. et zachariam. et mesollam principes. et ioarib et elnathan sapientes. et misi eos ad eddo qui est primus in casphie loco. et posui in ore eorum uerba quę loquerentur ad eddo. et ad fratres eius nathinneos in loco casphie ut adducerent nobis ministros domus dei nostri. Et adduxerunt nobis per manum dei nostri bonam super nos uirum doctissimum. de filiis mooli. filii leui. filii israhel. et sarabiam et filios eius. et fratres eius xviii. Et asabiam et cum eo ysaiam de filiis merari fratres eius. et filios eius xx. Et de nathinneis quos dederat dauid et principes ad ministeria leuitarum et nathinneos cc xx. Omnes hi suis nominibus uocabantur. Et prędicaui ibi ieiunium iuxta fluuium ahaua ut affligeremur coram deo domino nostro. et peteremus ab eo uiam rectam nobis et filiis nostris. uniuersęque substantię nostrę. Erubui enim petere a rege auxilium et equites.

I qui defenderent nos ab inimicis in uia. quia dixeramus regi. Manus
dei nostri est super omnes qui querunt eum in bonitate. & imperium eius. & for
titudo eius. & furor super omnes qui derelinquunt eum.
Ieiunauimus autem & rogauimus deum nostrum per hoc. & euenit nobis prospe
re. Et separaui de principibus sacerdotum .xii. sarabiam & asabiam. & cum eis
de fratribus eorum .x. appendiq; eis argentum & aurum. & uasa consecrata
domus dei nostri. que obtulerat rex. & consiliatores eius & principes eius uni
uersusq; isr̄l eorum qui inuenti fuerant. & appendi in manibus eorum argenti ta
lenta sescenta .l. & uasa argentea .c. & auri .c. talenta. & crateras aureas
.xx. que habebant siclos mille. & uasa eris fulgentis optimi duo pul
chra ut aurum. & dixi eis. Vos sancti domini & uasa sancta & argentum & au
rum quod sponte oblatum est domino deo patrum uestrorum. uigilate & custodi
te donec appendatis coram principibus sacerdotum & leuitarum. & ducibus
familiarum isr̄l in hierusalem in thesaurum domus domini. Susceperunt autem
sacerdotes & leuite pondus argenti & auri. & uasorum ut deferrent in hierusalem
in domum domini dei nostri. Promouimus ergo a flumine haua .xii. die mensis
primi ut pergeremus in hierusalem. & manus dei nostri fuit super nos. & liberauit
nos de manu inimici & insidiatoris in uia. Et uenimus in hierusalem. & man
simus ibi diebus tribus. Die autem quarta appensum est argentum & aurum
& uasa in domo dei nostri per manum remoth filii hurie sacerdotis. & cum eo
eleazar filius finees. cumq; eis iozabeth filius iosue. & noadaia filius
bennoy leuite iuxta numerum & pondus omnium. descriptumq; est omne
pondus in tempore illo. Sed & qui uenerant de captiuitate transmigra
tionis obtulerunt holocausta deo isr̄l. uitulos .xii. pro omni isr̄l. Arietes
.lxxxxvi. agnos .lxxvii. hyrcos pro peccato .xii. omnia in holocaustum
domino. Dederunt autem edicta regis satrapis qui erant de conspectu regis et
ducibus trans flumen. & eleuauerunt populum & domum dei.
P ostquam autem hec completa sunt. accesserunt ad me principes dicentes. Non
est separatus populus isr̄l & sacerdotes & leuite a populis terrarum & de ab
hominationibus eorum. chananei uidelicet & ethei & pherezei & iebu
sei. & ammonitarum. & moabitarum & egyptiorum & amorreorum. Tule
runt enim de filiabus eorum sibi & filiis suis uxores & commiscuerunt semen
sanctum cum populis terrarum. Manus etiam principum & magistratuum fuit
in transgressione hac prima. Cumq; audissem sermonem istum. scidi pallium
meum & tunicam. & euelli capillos capitis mei & barbe. & sedi merens.
Conuenerunt autem ad me omnes qui timebant uerbum dei isr̄l pro transgressi
one eorum. qui uenerant de captiuitate. & ego sedebam tristis usq; ad
sacrificium uespertinum. Et in sacrificio uespertino surrexi de afflictione
mea. & scisso pallio & tunica curuaui genua mea. & expandi man
us meas ad dominum deum meum & dixi. Deus meus confundor & erubesco leuare
faciem meam ad te. quia iniquitates nostre multiplicate sunt super caput. &
delicta nostra creuerunt usq; ad celum a diebus patrum nostrorum. Sed et nos
ipsi peccauimus grauiter usq; ad diem hanc. Propter iniquitates nostras traditi
sumus ipsi & reges nostri. & sacerdotes nostri in manum regum terrarum
& in gladium in captiuitatem in rapinam & in confusionem uultus sicut et die
hac. Et nunc quasi parum ad momentum facta est deprecatio nostra apud
dominum deum nostrum ut dimitterentur nobis reliquie. & daretur nobis paxillus
in loco sancto eius. & illuminaret oculos nostros deus noster. & daret nobis
uitam modicam in seruitute nostra. quia serui sumus & in seruitute nostra
non dereliquit nos deus noster. & inclinauit super nos misericordiam coram rege per
sarum ut daret nobis uitam & sublimaret domum dei nostri & extrueret
solitudines eius. & daret nobis sepem in iuda & in hierusalem.
E t nunc quid dicemus deus noster post hec. quia dereliquimus mandata
tua. que precepisti in manu seruorum tuorum prophetarum dicens. Terram
ad quam uos ingredimini ut possideatis eam. terra immunda est iuxta
immunditiam populorum ceterarumq; terrarum. abhominationibus eorum
qui repleuerunt eam ab ore usq; ad os in coinquinatione sua. Nunc
ergo filias uestras ne detis filiis eorum. & filias eorum non accipiatis filiis
uestris. & non queratis pacem eorum & prosperitatem eorum usq; in eternum.
ut confortemini & comedatis que bona sunt terre. & heredes habe
atis filios uestros usq; in seculum. & post omnia que uenerunt super nos in
operibus nostris pessimis. & in delicto nostro magno. quia tu deus noster liberasti
nos de iniquitate nostra & dedisti nobis salutem sicut est hodie. ut non con
uerteremur & irrita faceremus mandata tua. neque matrimonia
iungeremus cum populis abhominationum istarum. Numquid iratus es
nobis usq; ad consummationem. ne dimitteres nobis reliquias & salutem.
Domine deus isr̄l iustus es tu. quia derelicti sumus qui saluaremur sicut die
hac. Ecce coram te sumus in delicto nostro. non enim stari potest coram te
super hoc. Sic ergo orante esdra. & implorante deum flente & iacente ante
templum dei collectus est ad eum de isr̄l cetus grandis nimis uirorum &
mulierum puerorumq; & fleuit populus multo fletu. Et respondit
sechenias filius iehiel de filiis helam & dixit esdre. Nos preuaricati
sumus in deum nostrum. & duximus uxores alienigenas de populis terre.
& nunc si est penitentia in isr̄l super hoc percutiamus fedus cum domino
& proiciamus uniuersas uxores. & eos qui de his nati sunt iuxta uolun
tatem domini. & eorum qui timent preceptum dei nostri. secundum legem fiat. Sur
ge. tuum est decernere. nosq; erimus tecum. confortare & fac.
S urrexit ergo esdras & adiurauit principes sacerdotum & leuitarum.
& omnem isr̄l ut facerent secundum uerbum hoc. Et iurauerunt. Et sur 106
rexit esdras ante domum dei. & abiit ad cubiculum iohannan filii elia
sib. & ingressus est illuc. Panem non comedit & aquam non bibit.
lugebat enim transgressionem eorum qui de captiuitate uenerant.
Et missa est uox in iuda & in hierusalem omnibus filiis transmigrationis
ut congregarentur in hierusalem. & omnis qui non uenerit in tribus diebus
iuxta consilium principum & seniorum. auferetur uniuersa substantia eius.
& ipse abicietur de cetu transmigrationis. Conuenerunt igitur omnes uiri
iuda & beniamin in hierusalem tribus diebus. ipse est mensis nonus .xx. die
mensis. & sedit omnis populus in platea domus dei trementes pro pec
cato & pluuiis. Et surrexit esdras sacerdos. & dixit ad eos.
Vos transgressi estis & duxistis uxores alienigenas. ut adderetis
super delictum isr̄l. Et nunc date confessionem domino deo patrum uestrorum
& facite placitum eius. & separamini a populis terre. & ab uxoribus alie
nigenis. Et respondit uniuersa multitudo. dixitq; uoce magna. Iuxta
uerbum tuum ad nos sic fiat. Uerumtamen quia populus multus est & tempus
pluuie. & non sustinemus stare foris. & opus non est diei unius uel duo
rum. uehementer quippe peccauimus in sermone isto. Constituantur prin
cipes in uniuersa multitudine & omnes in ciuitatibus nostris qui duxe
runt uxores alienigenas ueniant in temporibus statutis. & cum
his seniores per ciuitatem & ciuitatem & iudices eius donec auertatur
ira dei nostri a nobis super peccato hoc.
I gitur ionathan filius asahel & iaazia filius thecue steterunt super hoc
& mosollam & sebethai leuites adiuuerunt eos. Feceruntq; filii trans
migrationis & separati sunt esdras sacerdos & uiri principes familiarum
in domos patrum suorum & omnes per nomina sua & sederunt in die primo
mensis decimi ut quererent rem. Et consummati sunt omnes uiri qui
duxerant uxores alienigenas usq; ad diem primam mensis primi. & inuenti

sunt de filiis sacerdotum qui duxerunt uxores alienigenas. De filiis iosue
filii iosedech. & fratres eius maasia. & eliezer. & iarib. & godolia. & dede
runt manus suas ut eicerent uxores suas. & pro delicto suo arietem de ouibus
offerrent. & de filiis emmor anani & zebedia. & de filiis yrem maasia
& helya. & semeia. & iehiel & ozias. Et de filiis phessur helionai ma
asia. ismahel. nathanael. iozabeth. & elasa. & de filiis leuitarum
iozabeth. & semei. & celaia. ipse est calita. & phataia iuda. & eliezer.
& de cantoribus eliasib. & de ianitoribus sellum. & thelem. & huri. & ex
isr̄l de filiis pharos. remia & ezya. & melchia. & miamin. & eliezer. &
melchia. & banea. & de filiis helam mathania. & zacharias & iehiel
& abdi. & yrimoth. & helia. & de filiis zethua elionai. eliasib. ma
thania. & ierimuth. & zabeth & aziza. Et de filiis babai iohanan
anania. zabbai. athalai. & de filiis bani mosollam. & melluc. & ada
ia. iasub & saal. & ramoth. Et de filiis phaeth moab. edna & calal
banaias. maasias. mathanias. beseleel. & bennui & manasse. Et
de filiis herem. eliezer. iesue. melchias. semeias. symeon. beniamin.
maloch. samarias. De filiis asom. mathanai. mathatha. zabeth. ely
phelech. iermay. manasse. semei. De filiis bani. maaddi. amram. & hu
el. baneas. & badadias cheliau. uania. marimuth. & eliasib. mat
hanias. mathanay. & iasi. & bani. & bennuy. semei. & salmias. &
nathan. & adadias. mechnedebai. sisai. sarai. ezrel. & selemau. seme
ria. sellum. amaria. ioseph. De filiis nebo iehiel. mathathias. zabeth. zabina
iedu. & iohel. banaia. Omnes hi acceperunt uxores alienigenas. &
fuerunt ex eis mulieres. que pepererant filios. Verba neemie filii elchie
E t factum est in mense casleu. anno .xx. & ego eram in susis castro. & uenit
anani unus de fratribus meis. ipse & uiri ex iuda. & interrogaui eos de iude
is qui remanserant. & supererant de captiuitate & de hierusalem. Et dixerunt
mihi. Qui remanserunt & relicti sunt de captiuitate ibi in prouincia. in af
flictione magna sunt & in obprobrio. & murus hierusalem dissipatus est & por
te eius combuste sunt igni. Cumq; audissem uerba huiuscemodi. sedi
& fleui. & luxi diebus multis. & ieiunabam & orabam ante faciem dei celi
& dixi. Queso domine deus celi. fortis. magne atq; terribilis qui custo
dis pactum & misericordiam cum his qui te diligunt & custodiunt manda
ta tua. Fiant aures tue auscultantes & oculi tui aperti ut audias oratio
nem serui tui. quam ego oro coram te hodie nocte & die pro filiis isr̄l ser
uis tuis. & confiteor pro peccatis filiorum isr̄l quibus peccauerunt tibi. Et
ego & domus patris mei peccauimus. uanitate seducti sumus. & non
custodiuimus mandatum & cerimonias & iudicia que precepisti
moysi seruo tuo. Memento uerbi quod mandasti moysi famulo tuo
dicens. Cum transgressi fueritis. ego dispergam uos in populis. & si re
uertamini ad me. & custodiatis mandata mea & faciatis ea. etiam
si abducti fueritis ad extrema celi. inde congregabo uos & adducam
uos in locum quem elegi ut habitaret nomen meum ibi. & ipsi serui
tui & populus tuus quos redemisti in fortitudine tua magna. & in manu
ualida. Obsecro domine sit auris tua attendens ad orationem serui
tui. & ad orationem seruorum tuorum qui uolunt timere nomen tuum. & dirige
seruum tuum hodie. & da ei misericordiam ante uirum hunc. Ego enim eram
pincerna regis.
F actum est autem in mense nisan anno .xx. artaxersis regis. & uinum erat
ante eum. Et leuaui uinum & dedi regi. & eram quasi languidus
ante faciem eius. Dixitq; mihi rex. Quare uultus tuus tristis est. cum te
egrotum non uideam. Non est hoc frustra. sed malum nescio quid
in corde tuo est. Et timui ualde ac nimis. & dixi regi. Rex in
eternum uiue. Quare non meret uultus meus. quia ciuitas domus sepul
chrorum patris mei deserta est. & porte eius combuste sunt igni.
Et ait mihi rex. Pro qua re postulas. Et oraui deum celi. & dixi
ad regem. Si uidetur regi bonum. & si placet seruus tuus ante faciem
tuam. ut mittas me in iudeam ad ciuitatem sepulchri patris mei. & edifi
cabo eam. Dixitq; mihi rex & regina que sedebat iuxta eum. Usq; ad
quod tempus erit iter tuum. & quando reuerteris. Et placuit ante
uultum regis & misit me. & constitui ei tempus. & dixi regi. Si re
gi uidetur bonum epistolas det mihi ad duces regionis trans flumen. ut traducant
me donec ueniam in iudeam. & epistolam ad asaph custodem saltus regis
ut det mihi ligna ut tegere possim portas templi domus. & muri ci
uitatis. & domum quam ingressus fuero. Et dedit mihi rex iuxta
manum dei mei bonam mecum. & ueni ad duces regionis trans flumen.
dediq; eis epistolas regis. Miserat autem mecum rex principes militum &
equites. Et audierunt sanaballath oronites & tobias seruus ammanites.
& contristati sunt afflictione magna quod uenisset homo qui quereret
prosperitatem filiorum isr̄l. Et ueni in hierusalem. & eram ibi diebus tribus.
E t surrexi nocte ego & uiri pauci mecum. & non indicaui cuiquam quod
deus dedisset in corde meo. ut facerem in hierusalem. Et iumentum non
erat mecum. nisi animal cui ego insedebam. Et egressus per portam ual
lis nocte & ante fontem draconis. & ad portam stercoris. & consi
derabam murum hierusalem dissipatum. & portas eius consumptas igni.
Et transiui ad portam fontis. & ad aqueductum regis. & non erat
locus iumento cui sedebam ut transiret. Et ascendi per torrentem nocte
& considerabam murum. & reuersus ueni ad portam uallis & redii.
Magistratus autem nesciebant quo abissem. aut quid ego facerem. Sed
& iudeis & sacerdotibus & optimatibus & magistratibus & reliquis
qui faciebant opus usq; ad id locorum nichil indicaueram. Et dixi eis.
Vos nostis afflictionem in qua sumus. quia hierusalem deserta est & porte
eius consumpte sunt igni. Venite edificemus muros hierusalem & non
simus ultra obprobrium. Et indicaui eis manum dei mei quod esset
bona mecum. & uerba regis que locutus est mihi. Et aio. Surgamus &
edificemus. Et confortate sunt manus eorum in bono. Audierunt
autem sanaballath horonites & tobias seruus ammanites. &
gosem arabs. & subsannauerunt nos. & despexerunt. Dixeruntq;
Que est hec res quam facitis. Numquid contra regem uos rebellatis.
Et reddidi eis sermonem. dixiq; ad eos. Deus celi ipse nos iuuat.
& nos serui eius sumus. Surgamus & edificemus. Vobis autem non
est pars & iustitia & memoria in hierusalem. Et surrexit eliasib
sacerdos magnus & fratres eius sacerdotes & edificauerunt portam gregis. ipsi
sanctificauerunt eam. & statuerunt ualuas eius. & usq; ad turrem centum cubitorum
sanctificauerunt eam usq; ad turrem ananehel. & iuxta eum edificauerunt uiri iericho
& iuxta eum edificauit zachur filius amri. Portam autem piscium edifica
uerunt filii asnaa. ipsi texerunt eam. & statuerunt ualuas eius & seras
& uectes. Et iuxta eum edificauit marimuth filius hurie filii ac
cus. Et iuxta eum edificauit mosollam filius barachie filii meseZebel.
Et iuxta eum edificauit sadoch filius baana. & iuxta eos edificauerunt
thecueni. Optimates autem eorum non subposuerunt colla sua in opere do
mini sui. Et portam ueterem edificauerunt ioiada filius phasea & mo
sollam filius phasea. Ipsi texerunt eam & statuerunt ualuas eius.
& seras & uectes. Et iuxta eos edificauerunt meltias gabaonites
& iadon meronathites. uiri de gabaon & maspha pro duce qui erat
in regione trans flumen. & iuxta eum edificauit ezihel filius araia aurifex

et iuxta eum ędificavit Anania filius pigmentarii. et dimiserunt hierusalem usque ad murum platearum latioris. Et iuxta eum ędificavit Rafaia filius Hur princeps vici hierusalem. Et iuxta eum ędificavit Ieiada filius Aromaph contra domum suam. et iuxta eum ędificavit Acchus filius Asebonię. mediam partem vici. ędificavit Melchias filius Herem. et Asub filius Phaeth Moab et turrem furnorum. et iuxta eum ędificavit Sellum filius Aloes princeps medię partis vici hierusalem. ipse et filię eius. Et portam vallis ędificavit Anum et habitatores Zanoe. ipsi ędificaverunt eam et statuerunt valvas eius et seras et vectes. et mille cubitos in muro usque ad portam sterquilinii. Et portam sterquilinii ędificavit Melchias filius Rechab princeps vici Bethacharem. ipse ędificavit eam. et statuit valvas eius. et seras et vectes. Et portam fontis ędificavit Sellum filius Coloza princeps pagi Maspha. Ipse ędificavit eam et texit. et statuit valvas eius et seras et vectes. et muros piscinę Syloe in hortum regis et usque ad gradus qui descendunt de civitate David. Post eum ędificavit Neemias filius Azboch princeps dimidię partis vici Bethsur. usque contra sepulchrum David et usque ad piscinam quę grandi opere constructa est. et usque ad domum fortium. Post eum ędificaverunt levitę, Reum filius Benni. post eum ędificavit Asebias princeps dimidię partis vici Ceile in vico suo. Post eum ędificaverunt fratres eorum. Bebui filius Enadad, princeps dimidię partis Ceile. Et ędificavit iuxta eum Azer filius Iesue princeps Maspha mensuram secundam contra ascensum firmissimi anguli. Post eum in monte ędificavit Baruch filius Zacchai mensuram secundam ab angulo usque ad portam domus Eliasib sacerdotis magni. Post eum ędificavit Meremuth filius Hurię filii Acchus mensuram secundam a porta domus Eliasib, donec extenderetur domus Eliasib. Et post eum ędificaverunt sacerdotes viri de campestribus Iordanis. Post eum ędificavit Beniamin et Asub contra domum suam. Post eum ędificavit Azarias filius Maasię filii Ananię iuxta domum suam. Post eum ędificavit Bennui filius Enadad mensuram secundam a domo Azarię usque ad flexuram et usque ad angulum. Falel filius Ozi contra flexuram et turrem quę eminet de domo regis excelsa id est in atrio carceris. Post eum Phadaia filius Pheros. Nathinei autem habitabant in Ophel usque contra portam aquarum ad orientem et turrem quę prominebat. Post hęc ędificaverunt Thecueni mensuram secundam a regione et a turre magna eminenti usque ad murum templi. Sursum autem a porta equorum ędificaverunt sacerdotes unusquisque contra domum suam. Post eos ędificavit Seddo filius Emer contra domum suam. et post eum ędificavit Semeia filius Sechenię custos portę orientalis. Post eum ędificavit Anania filius Selemię et Anon filius Seleph sextus mensuram secundam. Post eum ędificavit Mosollam filius Barachię contra gazophilacium suum. Post eum ędificavit Melchias filius aurificis usque ad domum Nathineorum et scruta vendentium contra portam iudicialem et usque ad cenaculum anguli. et inter cenaculum anguli in porta gregis ędificaverunt artifices et negociatores. ·

Factum est autem cum audisset Sanaballath quod ędificaremus murum, iratus est valde. et motus nimis subsannavit Iudeos. et dixit coram fratribus suis. et frequentia Samaritanorum. Quid Iudei imbecilles faciunt? Num dimittent eos gentes? Num sacrificabunt et complebunt in una die? Numquid ędificare poterunt lapides de acervis pulveris qui combusti sunt? Sed et Tobias Ammanites proximus eius ait. Ędificent. Si ascenderit vulpes transiliet murum eorum lapideum. Audi Deus noster, quia facti sumus despectui. Converte obprobrium super caput eorum. et da eos in despectionem in terra captivitatis. Ne operias iniquitatem eorum. et peccatum eorum coram facie tua non deleatur. quia irriserunt ędificantes. Itaque ędificavimus murum et coniunximus totum usque ad partem dimidiam. et provocatum est cor populi ad operandum. ·

Factum est autem cum audisset Sanaballath et Tobias, et Arabes, et Ammanitę, et Azotii quod obducta esset cicatrix muri hierusalem, et quod cepissent interrupta concludi, irati sunt nimis. et congregati sunt omnes pariter ut venirent et pugnarent contra hierusalem, et molirentur insidias. Et oravimus Dominum nostrum. et posuimus custodes super murum die et nocte contra eos. Dixit autem Iudas. Debilitata est fortitudo portantis, et humus nimia est. et nos non poterimus ędificare murum. Et dixerunt hostes nostri. Nesciant et ignorent donec veniamus in medio eorum. et interficiamus eos. et cessare faciamus opus. Factum est autem venientibus Iudeis qui habitabant iuxta eos et dicentibus nobis per decem vices ex omnibus locis quibus venerant ad nos, statui in loco post murum per circuitum populum in ordinem cum gladiis suis. et lanceis. et arcubus. Et perspexi atque surrexi. et aio ad optimates et ad magistratus et ad reliquam partem vulgi. Nolite timere a facie eorum. Domini magni et terribilis mementote. et pugnate pro fratribus vestris. filiis vestris et filiabus vestris. et uxoribus vestris et domibus. ·

Factum est autem cum audissent inimici nostri nunciatum esse nobis, dissipavit Deus consilium eorum. et reversi sumus omnes ad muros. unusquisque ad opus suum. Et factum est a die illa media pars iuvenum eorum faciebat opus, et media pars parata erat ad bellum. et lanceę. et scuta. et arcus, et loricę. et principes post eos in omni domo Iuda ędificantium in muro et portantium onera. et imponentium. Una manu sua faciebat opus. et altera tenebat gladium. Ędificantium enim unusquisque gladio erat accinctus renes. et ędificabant et clangebant buccina iuxta me. Et dixi ad optimates et ad magistratus. et ad reliquam partem vulgi. Opus grande est et latum. et nos separati sumus in muro procul alter ab altero. In loco quocumque audieritis clangorem tubę, illuc concurrite ad nos. Deus noster pugnabit pro nobis. et nos ipsi faciemus opus. et media pars nostrum teneat lanceas ab ascensu aurore, donec egrediantur astra. ·

In tempore quoque illo dixi populo. Unusquisque cum puero suo maneat in medio hierusalem. et sint nobis vices per noctem et diem ad operandum. Ego autem et fratres mei. et pueri mei et custodes qui erant post me non deponebamus vestimenta nostra. Unusquisque tantum nudabatur ad baptismum. Et factus est clamor populi et uxorum eius magnus adversus fratres suos Iudeos. et erant qui dicerent. Filii nostri et filię nostrę multę sunt nimis. accipiamus pro precio eorum frumentum et comedamus et vivamus. Et erant qui dicerent. Agros nostros et vineas et domos nostras apponamus et accipiamus frumentum in fame. Et alii dicebant. Mutuo sumamus pecunias in tributa regis, demusque agros nostros et vineas. et nunc sicut carnes fratrum nostrorum. sic carnes nostrę sunt. et sicut filii eorum. ita et filii nostri. Ecce nos subiugamus filios nostros et filias nostras in servitutem. et de filiabus nostris sunt famule, nec habemus unde possint redimi. et agros nostros et vineas alii possident. Et iratus sum nimis cum audissem clamorem eorum secundum verba hęc. cogitavitque cor meum mecum. et increpavi magistratus et optimates et dixi eis. Usuras ne singuli a fratribus vestris exigatis. Et congregavi adversus eos contionem magnam et dixi eis. Nos ut scitis redemimus fratres nostros qui venditi fuerant gentibus secundum possibilitatem nostram. et vos igitur vendetis fratres vestros, et redimemus eos. Et siluerunt nec invenerunt quid responderent. Dixique ad eos. Non est bona res quam vos facitis. Quare non in timore Dei nostri ambulatis ne exprobretur nobis a gentibus inimicis nostris. Et ego et fratres mei et pueri mei commendavimus plurimis pecuniam et frumentum. Non repetamus in commune istud, ęs alienum, et concedamus quod debetur nobis. Reddite eis hodie agros suos. et vineas suas. olivęta sua. et domos suos. quin potius et centesimam pecunię frumenti vini et olei quam exigere soletis ab eis. date pro illis. Et dixerunt. Reddemus. et ab eis nichil queremus. sicque faciemus ut loqueris. Et vocavi sacerdotes et adiuravi eos. ut facerent iuxta quod dixeram, insuper et sinum meum excussi et dixi. Sic excutiat Deus omnem virum qui non compleverit verbum istud de domo sua. et de laboribus suis. sic excutiatur et vacuus fiat. Et dixit universa multitudo amen. et laudaverunt Dominum. Fecit ergo populus sicut dictum erat. A die autem illa qua preceperat mihi ut essem dux in terra Iuda, ab anno vicesimo usque ad annum tricesimum secundum Artaxersis regis per annos duodecim. ego et fratres mei annonas quę ducibus debebantur non comedimus. Duces autem primi qui fuerunt ante me. gravaverunt populum. et acceperunt ab eis in pane. vino et pecunia cotidie siclos quadraginta. sed et ministri eorum depresserant populum. Ego autem non feci ita propter timorem Dei, quin potius in opere muri ędificavi, et agrum non emi. et omnes pueri mei congregati ad opus erant. Iudei quoque et magistratus et liberi centum quinquaginta viri et qui veniebant ad nos de gentibus quę in circuitu nostro sunt in mensa mea erant. Parabatur autem michi per singulos dies bos unus. arietes sex electi exceptis volatilibus et inter dies decem vina diversa. et alia multa tribuebant, insuper et annonas ducatus mei non quesivi. Valde enim erat attenuatus populus. Memento mei Deus meus in bonum secundum omnia quę feci populo huic. ·

Factum est autem cum audisset Sanaballath et Tobias et Gosem Arabs et ceteri inimici nostri quod ędificassem ego murum. et non esset in eo residua interruptio. usque ad tempus autem illud valvas non posueram in portis. Miserunt autem Sanaballath et Gosem ad me dicentes. Veni et percutiamus fedus pariter in viculis in campo uno. Ipsi autem cogitabant ut facerent mihi malum. Misi ergo ad eos nuncios dicens. Opus grande ego facio. et non possum descendere ne forte negligatur cum venero et descendero ad vos. Miserunt autem ad me secundum verbum hoc per quattuor vices. et respondi eis iuxta sermonem priorem. Et misit ad me Sanaballath iuxta verbum prius quinta vice puerum suum. et epistolam habebat in manu scriptam hoc modo. In gentibus auditum est et Gosem dixit. quod tu et Iudei cogitetis rebellare et propterea ędifices murum. et levare te velis super eos regem. propter quam causam et prophetas posueris. qui predicent de te in hierusalem dicentes. Rex Iudeę est. Auditurus est rex verba hęc. Idcirco nunc veni ut ineamus consilium pariter. Et misi ad eos dicens. Non est factum secundum verba hęc quę tu loqueris. De corde enim tuo componis hęc. Omnes autem hi terrebant nos, cogitantes quod cessarent manus nostrę ab opere et quiescerent. Quam ob causam confortavi magis manus meas. et ingressus sum domum Samaię filii Dalaię filii Meetabahel secreto. Qui ait. Tractemus nobiscum in domo Dei in medio templi. et claudamus portas ędis, quia venturi sunt ut interficiant te. et nocte venturi sunt ad occidendum te. Et dixi. Num quisquam similis mei fugit. et quis ut ego ingredietur templum et vivet? Non ingrediar. Et intellexi quod Deus non misisset eum, sed quasi vaticinans locutus esset ad me. et Tobias et Sanaballath conduxissent eum. Acceperat enim precium ut territus facerem. et peccarem. et haberent malum quod exprobrarent mihi. Memento mei Domine pro Tobia et Sanaballath iuxta opera eorum talia. sed et Noadię prophetę, et ceterorum prophetarum qui terrebant me. ·

Completus est autem murus vicesimo quinto die mensis Elul. quinquaginta duobus diebus. Factum est ergo cum audissent omnes inimici nostri, ut timerent universę gentes quę erant in circuitu nostro, et conciderent intra semet ipsos et scirent quod a Deo factum esset opus hoc. Sed et in diebus illis multę optimatum Iudeorum epistolę mittebantur ad Tobiam. et a Tobia veniebant ad eos. Multi enim erant in Iudea habentes iuramentum eius, quia gener erat Secheniae filii Ores et Ionam filius eius acceperat filiam Mosollam filii Barachię. Sed et laudabant eum coram me. et verba mea nunciabant ei. et Tobias mittebat epistolas ut terreret me. Postquam autem ędificatus est murus. et posui valvas et recensui ianitores et cantores. et levitas. precepi Ananię fratri meo. et Ananię principi domus de hierusalem. ipse enim erat quasi vir verax et timens Deum plus ceteris videbatur. Et dixi eis. Non aperiantur portę hierusalem usque ad calorem solis. Cumque adhuc assisterent, clausę portę sunt et oppilatę. Et posui custodes de habitatoribus hierusalem singulos per vices suas. et unumquemque contra domum suam. Civitas autem erat lata nimis. et grandis. et populus parvus in medio eius. et non erant domus ędificatę. Dedit autem Deus in corde meo. et congregavi optimates et magistratus et vulgum ut recenserem eos. et inveni librum census eorum qui ascenderant primum, et inventum est scriptum in eo.

Isti filii provincię qui ascenderunt de captivitate transmigrantium quos transtulerat Nabuchodonosor rex Babilonis. et reversi sunt in hierusalem et in Iudeam. unusquisque in civitatem suam. qui venerunt cum Zorobabel. Iesue, Neemias, Azarias, Raamaias, Naan, Mardocheus, Belsan, Mesfarath, Beggoai, Naum, Baana. Numerus virorum populi Israel. ·

Filii Pharos duo milia centum septuaginta duo. Filii Saphatię trecenti septuaginta duo. Filii Area sescenti quinquaginta duo. Filii Phaeth Moab filiorum Iesue et Ioab duo milia octingenti decem et octo. Filii Helam mille ducenti quinquaginta quattuor. Filii Zethua octingenti quadraginta quinque. Filii Zachai septingenti sexaginta. Filii Bennui sescenti quadraginta octo. Filii Bebai sescenti viginti octo. Filii Azgad duo milia trecenti viginti duo. Filii Adonicam sescenti sexaginta septem. Filii Baguai duo milia sexaginta septem. Filii Adin sescenti quinquaginta quinque. Filii Ather filii Ezechię nonaginta octo. Filii Asem trecenti viginti octo. Filii Besai trecenti viginti quattuor. Filii Areph centum duodecim. Filii Gabaon nonaginta quinque. Viri Bethleem et Netupha centum octoginta octo. Viri Anathoth centum viginti octo. Viri Bethamoth quadraginta duo. Viri Cariathiarim, Cephira et Beroth septingenti quadraginta tres. Viri Rama et Gabaa sescenti viginti unus. Viri Machmas centum viginti duo. Viri Bethel et Hai centum viginti tres. Viri Nebo alterius quinquaginta duo. Viri Helam alterius mille ducenti quinquaginta quattuor. Filii Arem trecenti viginti. Filii Iericho trecenti quadraginta quinque. Filii Lodadid et Ono septingenti viginti unus. Filii Senaa tria milia nongenti triginta. ·

Sacerdotes filii Idaia in domo Iosue. nongenti septuaginta tres. Filii Emmer mille quinquaginta duo. Filii Phassur mille ducenti quadraginta septem. Filii Arem mille decem et septem. Levitę filii Iosue et Cadmihel filiorum Oduię septuaginta quattuor. Cantores filii Asaph centum quadraginta octo. Ianitores filii Sellum, filii Ater, filii Thelmon, filii Accub, filii Atita, filii Sobai, centum triginta octo. Nathinei filii Soa, filii Asupha, filii Tebbaoth, filii Ceros, filii Sia, filii Phadon, filii Lebana, filii Agaba, filii Selmon, filii Anan, filii Geddel, filii Gaer, filii Raaia, filii Rasin, filii Necoda, filii Gezem, filii Aza, filii Phasea, filii Besai, filii Mumim, filii Nephussim, filii Bechbuc, filii Acupha, filii Assur, filii Besloth, filii Mehida, filii Arsa, filii Bercos, filii Sisara, filii Thema, filii Nasia, filii Atipha, filii servorum Salomonis, filii Sothai, filii Sophereth, filii Pherida, filii Iahala, filii Darcon, filii Geddel, filii Saphatia, filii Athil, filii Phocereth qui erat ortus ex Sabaim filio Amon. Omnes Nathinei et filii servorum Salomonis trecenti nonaginta duo. ·

Hi sunt autem qui ascenderunt de Thelmela, Thelarsa, Cherub, Addon et Emmer, et non potuerunt indicare domum patrum suorum et semen suum

narum ex isrl essent. filii dalaia. filii tholia. filii nechoda sexcen
genti xl. ii. Et de sacerdotib: filii abia. filii accos. filii berzellay q̄
accepit de filiab: berzellai filii galaaditis uxore & uocat̄ e nomine
eor. Hi quesierunt scriptura sua in censu & n̄ inuenert & eiecti st̄ de
sacerdotio. Dixitq: athersata eis. ut n̄ manducarent de scis scor. donec
staret sacerdos doct̄ & eruditus. Omnis multitudo quasi unus. xl.ª
duo milia sexcenti lx. absq: seruis & ancillis eor. qui erant septem
milia ccc. xxx vii. & int̄ eos cantores & cantatrices ducenti xl v.
Cameli ccc xxx quinq: Asini sex milia septingenti xx. 2. Storia textus.
Hucusq: refertur quid in commentario scriptum fuerit. Exin neemie hy.
N onnulli aut̄ de principib: familiarum dederunt in opus. athersata
dedit in thesaurum auri dragmas mille. fialas l. tunicas sacerdotales
quingentas xxx. & de principib: familiaru dederunt i thesaurum
opis auri dragmas xx. milia. & argenti mnas duo milia cc. & qd dedit
reliquus ppls auri dragmas xx milia. & argenti mnas duo milia. &
tunicas sacerdotales lx. vii. Habitauerunt aut̄ sacerdotes & leuite
& ianitores & cantores. & reliqui uulgus & nathinei & omis isrl
in ciuitatib: suis. & uenerat mensis septimus scenophegie sub esdra
& neemia. filii aut̄ isrl erant in ciuitatib: suis. 2.
C ongregatusq: e omnis ppls quasi uir unus ad plateam que est ant̄ porta
aquarum. & dixerunt esdre scribe. ut afferret librum legis moysi
que p̄cepit dominus isrl. Attulit ergo esdras sacerdos lege coram multi
tudine uiror & mulierum cunctisq: qui poterant intelligere i die p̄ma
mensis septimi. & legit in eo aperte in platea. que e ante porta aquarum
de mane usq: ad mediam die in conspectu uiror & mulieru & sapi
entium. Et aures omnis ppli erant erecte ad librum. Stetit aute
esdras scriba sup gradum ligneu que fecerat ad loquendu. Steteruntq:
iuxta eum mathatia. & sema. & anania. & huria. & helcia. & maa
sia ad dexteram eius. & ad sinistra phadaia. misahel & melchia. & asu
& asephdana. zacharia. & mosolla. Et aperuit esdras libru coram
omni pplo. sup uniusum q̄ppe pplm eminebat. Et cum apuisset eu
stetit omnis ppls. & benedixit esdras domino do. uoce magna. Et
respondit omnis ppls amen amen. Et leuantes manus suas. & incuruati sunt
& adorauerunt dnm pni in terram. Porro iesue. & baani. & serebia.
iamin. accub. sephatia. odia. maasia. celita. azarias. iozabeth.
anan. phalaia. & leuite silentium faciebant in pplo ad audiendu lege.
ppls aut̄ stabat in gradu suo. Et legerunt in libro legis di distincte.
& apposite ad intelligendu. & intellexerunt cu legeret. Dixit aute
neemias ipse e athersata. & esdras sacerdos scriba. & leuite interpre
tantes uniuso pplo. Dies scificatus e domino do nro. nolite lugere
& nolite flere. Flebat enim omnis ppls cum audiret uerba legis.
Et dixit eis. Ite comedite pinguia & bibite mulsum. & mittite par
tes eis qui n̄ p̄parauerunt sibi. quia scs dies domini e. & nolite cont
ristari. Gaudium eni domini est fortitudo ura. Leuite aut̄ silentiu facie
bant in omni pplo dicentes. Tacete. quia dies scs est. & nolite flere.
A
bijt itaq: omnis ppls ut comederet. & biberet. mitteret partes. &
faceret letitia magna. quia intellexerat uerba que docuerat eos.
Et in die scdo congregati sunt principes familiarum uniusi ppli sa
cerdotes & leuite ad esdram scriba. ut interp̄taret eis uerba legis.
Et inuenerunt scriptum in lege p̄cepisse dnm in manu moysi. ut habi
tarent filii isrl in tabernaculis suis in die sollempni mense septimo. Et ut
p̄dicent & diuulgent uoce in uniusis urbib: suis. & in hierlm dicentes.
Egredimini in montem. & afferte frondes oliue. & frondes ligni pul
cherrimi. frondes myrti & ramos palmaru. & frondes ligni nemo
rosi. ut fiant tabernacula sic scriptum est. Et egressus e ppls & attu
lerunt. feceruntq: sibi tabnacula unusquisq: in domate suo & atriis
suis. & in atriis domus di. & in platea porte aquaru. & i platea por
te effraim. Fecit ergo uniusa ecclia eor qui redierunt de captiuitate tab
nacula. & habitauert in tabnaculis. Non enim fecerant a dieb: iosue
filii nun talit̄ filii isrl. usq: ad diem illum. Et fuit letitia magna nimis.
Legit aut̄ in libro legis di p̄ dies singulos. a die p̄mo. usq: ad die nouis
simum. Et fecerunt sollempnitate septe dieb: & in die octauo collecta
iuxta ritum. 2.
I n die aut̄ xx iiii. mensis huius. conuenerunt filii isrl in ieiunio & i sac
cis. & humus sup eos. & separatum e semen filior isrl ab omni filio
alienigena. & steterunt & confitebant̄ peccata sua. & iniquitates
patrum suor. & consurrexerunt ad standum. Et legerunt in uolumi
ne legis domini di sui quat̄ in die. & quat̄ confitebant̄ & adorabat
dominu dm suum. Surrexerunt aut̄ sup gradum leuitaru iosue & bani.
chemiel. sebni. abani. sarabias. bani. chanani. & i clamauert ad dnm dm
suum. Et dixerunt leuite chemiel. iosue. & bonnia. sebias. serebias.
arabias. odaia. sebna fataia. Surgite benedicite domino do uro. ab
eterno usq: in eternum. Et benedicant nomini glorie tue excelso. in omni be
nedictione & laude. Tu ipse domine solus. tu fecisti celum celor & om
nem exercitum eor. terram & uniusa que in ea sunt. maria & omnia que
in eis sunt. & tu uiuificas omnia hec. & exercitus celi te adorat. Tu ipse
domine ds qui elegisti abram. & eduxisti eum de igne chaldeor. &
posuisti nomen eius abraham. & inuenisti cor eius fidele coram te. & 107
percussisti cum eo fedus ut dares ei terram chananei. ethei. amorrei &
ferezei. & iebusei. & gersei. ut dares semini eius. & implesti uerba
tua qm iustus es. & uidisti afflictione patrum nror in egypto. cla
moremq: eor audisti sup mare rubrum. & dedisti signa & portenta in
pharaone & in uniusis seruis suis. & in omni pplo terre illius. cognouisti
enim quia supbe egerant contra eos. & fecisti tibi nomen sic & i hac die.
& mare diuisisti ante eos. & transierunt p medium maris in sicca. Pse
cutores aut̄ eor p̄iecisti in p̄fundum quasi lapide in aquas ualidas. & i
columna nubis ductor eor fuisti p diem. & in columna ignis p noctem
ut appareret eis uia p qua ingrediebant̄. 2.
A d montem quoq: synai descendisti. & locutus es cum eis de celo. & dedisti eis
iudicia recta. & lege ueritatis. cerimonias & p̄cepta bona. & sabbatu
scificatum ostendisti eis. & mandata & cerimonias & lege p̄cepisti eis
in manu moysi serui tui. panem quoq: de celo dedisti in fame eor. & aqua
de petra eduxisti eis sitientib: & dixisti eis ut ingrederent̄ & possiderent
terram sup qua leuasti manum tua ut traderes eis. ipsi uero & patres nri
supbe egerunt. & indurauert ceruices suas. & n̄ audierunt mandata
tua. & noluert audire. & n̄ sunt recordati mirabilium tuor que feceras
eis. & indurauert ceruices suas. & dederunt caput ut reuerterent ad
seruitutem sua quasi p contentione. Tu aut̄ ds p̄pitius. clemens. & miseri
cors. longanimis. & multe miserationis n̄ dereliquisti eos. & quidem cu
fecissent sibi uitulum conflatile. & dixissent. iste e ds tuus isrl qui eduxit
te de egypto. Feceruntq: blasphemias magnas. tu aut̄ in misericordiis tuis
multis non dimisisti eos in deserto. columna nubis n̄ recessit ab eis p die.
ut duceret eos in uia. & columna ignis p noctem. ut ostenderet eis iter
p quod ingrederent̄ & spm tuu bonum dedisti. qui doceret eos. 2.
M anna tuu non p̄hibuisti ab ore eor. & aqua dedisti eis in siti. xl annis
pauisti eos in deserto. nichilq: eis defuit. uestimenta eor n̄ inueterauert

& pedes eor non sunt attriti. & dedisti eis regna & pplos. & partit̄
es eis sortes. & possederunt terram seon. & terram regis esebon. & terram og re
gis basan. & filios eor multiplicasti sic stellas celi. & adduxisti eos ad
terra de qua dixeras patrib: eor ut ingrederent̄ & possiderent. Et
uenerunt filii & possederunt terram. & humiliasti coram eis habitatores
terre chanaan. & dedisti eos in manib: eor. & reges eor. & pplos terre.
ut facerent eis sic placebat illis. ceperunt itaq: urbes munitas. & humu
pinguem. & possederunt domos plenas cunctis bonis. cisternas ab aliis
fabricatas. uineas & oliueta. & ligna pomifera multa. & comederunt
& saturati sunt. & impinguati sunt & habundauert deliciis i bo
nitate tua magna. puocauerunt aut̄ te ad iracundia & recesserunt
a te & p̄iecerunt lege tua post terga sua. & p̄phas tuos occiderunt
qui contestabant̄ eos ut reuerterent̄ ad te: feceruntq: blasphemias
grandes. & dedisti eos in manu hostium suor & afflixerunt eos. &
in tempore tribulationis sue clamauert ad te. & tu de celo exaudi
sti eos. & scdm miserationes tuas multas dedisti eis saluatores qui
saluauerunt eos de manu hostium suor. cumq: requieuissent reuer
si sunt ut facerent malum in conspectu tuo. & dereliquisti eos in
manu inimicor suor. & possederunt eos. 2.
C onuersiq: sunt & clamauerunt ad te. tu aut̄ de celo exaudisti. &
liberasti eos in misericordiis tuis multis temporib: & contestatus
es eos. ut reuerterent̄ ad lege tua. Ipsi uero supbe egert & n̄ audi
erunt uoce tua. & in iudiciis tuis peccauert que faciet homo. &
uiuet in eis. Et dederunt humerum recedentem. & ceruice sua
indurauerunt nec audierunt. & p̄traxisti sup eos annos multos.
& contestatus es eos in spu tuo p manu p̄pharum tuor. & n̄ audierunt
& tradidisti eos in manu pplor terrarum. in misericordiis aut̄ tuis
plurimis n̄ fecisti eos in consummatione: nec dereliquisti eos. qm ds
miserationum & clemens tu es. Nunc itaq: ds nr ds magne fortis
& terribilis. custodiens pactum & misericordiam. ne auertas a facie tua
omne labore qui inuenit nos. reges nros. principes nros. & sacerdo
tes nros. & p̄phas nros. & patres nros. & omne pplm tuu a dieb:
regis assur usq: ad die hanc. Et tu iustus in omnib: que uenert sup
nos. quia ueritate fecisti. nos aut̄ impie egimus. Reges nri. principes
nri. sacerdotes nri. & patres nri n̄ fecerunt lege tua. & n̄ atten
derunt mandata tua. & testimonia tua que testificatus es in eis.
Et ipsi in regnis suis bonis. & in bonitate tua multa quam dederas
eis. & in terra latissima & pingui qua tradideras in conspectu eor.
n̄ seruierunt tibi nec reuersi sunt a studiis suis pessimis. Ecce nos ip
si hodie serui sumus. & terra qua dedisti patrib: nris ut comederent
panem eius. & que bona sunt eius. & nos ipsi serui sumus in ea.
& fruges eius multiplicant̄ regib: quos posuisti sup nos p̄pt pecca
ta nra. & corporib: nris dominant̄ & iumentis nris scdm uolun
tatem suam. & in tribulatione magna nos sumus. 2.
S up omnib: ergo his. nos ipsi percutimus fedus & scribimus. & signant
principes nri. leuite nri. & sacerdotes nri. Signatores aut̄ fuerunt
neemias athersata filius chelai. & sedechias. saraias. azarias.
melchia. phessur. amaria. hieremias. acchus. sechenia. melluch.
arem. merimuth. obdias. daniel. iecton. baruch. mosolla. abia.
miamin. masia. belga. semaia. Hi sacerdotes. Porro leuite iosue
filius azanie. bennui de filiis enaddad. cedmihel & fratres eor. seche
nia. odeuia. chelita. phalaia. annam. micha. roob. asebia. zacchur
serebia. sabania. oria. bani. bannu. Capita ppli ferossa. fe mo
ab. helamy. zau. ybani. azgad. bebay. odonya. beggoai. addin.
acher. ezechia. azur. odeuia. assum. besay. aresanach. nebay. ne
phia. mosolla. azyr. mesizabel. sadoch. zeddua. phelxia. anan.
annania. osee. anania. asub. aloes. phaleam. sobech. reum. asem
na. machsia. & gay. & anan. melluch. arem. baana & reliq de pplo.
sacerdotes & leuite ianitores & cantores. nathinei & omis q se sepa
rauerunt de pplis terrarum ad lege di. uxores eor. filii eor. & filie eor.
omis qui poterant sape spondentes p fratrib: suis optimates eor & qui
ueniebant ad pollicendum & iurandum. ut ambularent in lege di qua
dederat in manu moysi serui di. ut facerent & custodirent uniusa man
data domini di nri. & iudicia eius. & cerimonias eius. & ut n̄ daremus
filias nras pplo terre. & filias eor n̄ acciperemus filiis nris. 2.
P opuli quoq: terre qui inportant uenalia. & omnia ad usum p die sabba
ti. ut uendant. Non accipiemus ab eis in sabbato. & in die scificata.
& dimittemus annum septimu. & exactione uniuse manus. & statuemus
sup nos p̄cepta. ut demus terciam parte sicli p annu ad opus domus di
nri. ad panes p̄positionis. & ad sacrificium uespertinum. & i holocaustu
sempiternum. In sabbatis in kalendis. in sollempnitatib: & in scificatis
& p peccato ut exoretur p isrl. & in omne usum domus di nri. Sortes
ergo misimus sup oblatione lignor int̄ sacerdotes & leuitas & pplos
ut inferrentur in domo di nri p domos patrum nror. tempora a tem
porib: anni usq: ad annum ut arderent sup altare domini di nri. sicut
scriptum e in lege moysi. & ut afferemus p̄mogenita terre nostre. & p̄mi
tiua uniusa fructus omnis ligni ab anno in annu in domo dni. & p̄mi
tiua filior nror. & pecor nror. sicut scriptum e in lege. & p̄mitiua
boum nror. & ouium nrarum ut offerrent̄ in domo di nri sacerdotib:
qui ministrant in domo di nri. & p̄mitias cibor nror & libaminu nror
& poma omnis ligni. uindemie quoq: & olei afferremus sacerdotib:
ad gazofilacium di nri. & decimam parte terre nre leuitis. Ipsi enim
leuite decimas accipient ex omnib: ciuitatib: operum nror. Erit aut̄
sacerdos filius aaron. & cum leuitis in decimis leuitaru. & leuite of
ferent decima parte decime sue in domo di nri. ad gazofilacium i
domo thesauri. Ad gazofilacium enim deportabunt filii isrl & filii
leui. p̄mitias frumenti. & uini. & olei. & ibi erunt uasa scificata. &
sacerdotes. & cantores. & ianitores. & ministri. & n̄ dimittemus do
mum domini di nri. 2.
H abitauerunt aut̄ principes ppli in hierlm. reliqua uero plebs misit sorte
ut tollerent una parte de decem qui habitaturi essent in hierlm i ciuita
te scā. noue uero partes in ciuitatib: Benedixit aut̄ ppls omnib: uiris
qui se sponte obtulerunt ut habitarent in hierlm. Hi sunt itaq: princi
pes prouincie qui habitauerunt in hierlm. & i ciuitatib: iuda. Habita
uit unusquisq: in possessione sua. in urbib: suis isrl. sacerdotes. leuite.
nathinei. & filii seruor salomonis. Et in hierlm habitauert de filiis
iuda. & de filiis beniamin. De filiis iuda atharas. filius azyam. filii
zacharie. filii amarie. filii saphatie. filii malalehel. De filiis phares
maasia filius baruch. filius colozai. filius azia. filius adaia. filii ioiarib.
filius zacharie. filius philonites. Omnes filii phares qui habitauert in
hierlm quadringenti lx viii. uiri fortes. Hi sunt aut̄ filii beniamin
sellum filius mosolla. filius iohel. filius phadaia. filius colaya. filius
masia. filius ecehel. filius isaia. & post eum gebbai sallai. nongenti
xx viii. & iohel filius zechri p̄positus eor. & iudas filius senuia. sup
ciuitate scds. Et de sacerdotib: adaia filius ioiarib. iachin. saraia fili
helchie filius mosolla. fili sadoc. fili meraioth. fili achitob. principes

domus dei. et fratres eorum facientes opera templi, nongenti XXII. Et adaias filius hieroam, filius phaleam, filius amsi, filius zacharie, filius phessur, filius melchie et fratres eius, principes patrum CCXLII. et amassay filius azrihel, filius aazi, filius mosollamoth, filius emmer et fratres eorum potentissimi CXXVIII. et prepositus eorum zabdihel filius potentium. Et de levitis sebenia filius asor, filius azarica, filius asabia, filius boni. et sabathai, et iozabed super opera que erant forinsecus in domo dei a principibus levitarum. Et machanias filius macha, filius zebedei, filius asaph princeps ad laudandum et confitendum in oratione, et bocbechias secundus de fratribus eius, et abda filius sammui, filius galal, filius ydithun.

Omnes levite in civitate sancta CCLXXXIIII. Et ianitores accub, thelmon et fratres eorum qui custodiebant ostia, CLXXII. Et reliqui ex israel sacerdotes et levite in universis civitatibus iuda, unusquisque in possessione sua. Et nathinei qui habitabant in ophel, et siaba, et gapha de nathineis. Et episcopus levitarum in hierusalem azzi, filius benni, filius asabie, filius mathanie, filius miche. De filiis asaph cantores in ministerio domus dei. Preceptum quippe regis super eos erat, et ordo in cantoribus per dies singulos. Et phataia filius mesezebel de filiis zara filii iuda in manu regis iuxta omne verbum populi. Et in domibus per omnes regiones eorum. De filiis iuda habitaverunt in cariatharbe et in filiabus eius. et in dibon, et in filiabus eius. et in cabsehel et in villis eius. et in iesue, et in molada, et in bethfaleth. et in asersual, et in bersabee et in filiabus eius. et in siceleg, et in mochona et in filiabus eius. et in remmon, et in saraa, et in ierimuth. zanoa adolla et in villis earum. Lachis in regionibus eius, azeca et filiabus eius. et manserunt in bersabee usque ad vallem ennom. Filii autem beniamin a geba, mechmas et hai, et bethel et filiabus eius, anathot, nob, ananía, asor, rama, gethaim, adid, seboym, neballath, loth, et ono valle artificum. et de levitis portiones iuda et beniamin.

Hii autem sacerdotes et levite qui ascenderunt cum zorobabel filio salathiel et iosue. saraia, hieremia, esdra, amaria, melluch, atthus, sechenia, reum, merimuth, addo, gethon, abia, miamin, madia, belga, semeia, ioiarib, ydaia, sellum, amoch, elchia, idaia. Isti principes sacerdotum et fratres eorum in diebus iosue. Porro levite iosua, bennui, cedmihel, sarabia, iuda, mathanias, super ymnos ipse et fratres eorum et becbecia et hanni fratres eorum, unusquisque in officio suo. Iosue autem genuit ioachim, et ioachim genuit eliasib, et eliasib genuit ioiada, et ioiada genuit ionathan, et ionathan genuit ieddua. In diebus autem ioachim erant sacerdotes et principes familiarum saraie, amarie; hieremie, ananie; esdre, mosollam; amarie, iohanna; milicho, ionathan; sebenie, ioseph; aremeda, maioroth; helei, edday, zacharia; miamin et moadie, feltai; belge, semeia; ioiarib, mathanai; ioiade, azi; sellay, celay; amoc, heber; helcie, asebia; ydaie, nathanael. Levite in diebus eliasib, et ioiada, et iona, et geddo, scripti principes familiarum, et sacerdotes in regno darii persei. Filii levi principes familiarum scripti in libro verborum dierum, et usque ad dies ionathan filii eliasib. et principes levitarum, asebia, serebia, et iosue filius cedmihel, et fratres eorum per vices suas, ut laudarent et confiterentur iuxta preceptum david viri dei. et observarent eque per ordinem. Mathania et becbecia, obedia, mosollam, thelmon, accub custodes portarum, et vestibulorum ante portas.

In diebus ioachim filii iosue, filii iosedech, et in diebus neemie ducis et esdre sacerdotis scribeque. In dedicatione autem muri hierusalem requisierunt levitas de omnibus locis suis ut adducerent eos in hierusalem, et facerent dedicationem et letitiam in actione gratiarum et in cantico, in cymbalis psalteriis et cytharis. Congregati sunt autem filii cantorum, et de campestribus circa hierusalem, et de villis nethuphati, et de domo galgal et de regionibus gebae et azmaveth. quia villas edificaverunt sibi cantores in circuitu hierusalem. et mundati sunt sacerdotes et levite, et mundaverunt populum. et portas et murum. Ascendere autem feci principes iuda super murum. et statui duos choros laudantium magnos. Et ierunt ad dexteram super murum ad portam sterquilinii. Et ivit post eos osaias et media pars principum iuda, et azarias, esdras, et mosollam iuda, et beniamin et semeia, et hieremia, et de filiis sacerdotum in tubis. zacharias filius ionathan, filius semeie, filius mathanie, filius miche, filius zacchur, filius asaph et fratres eius, semeia et azarel, malalay, galalay, mahai, nathanael et iuda et anani in vasis cantici david viri dei. et esdras scriba ante eos in porta fontis. Et contra eos ascenderunt in gradibus civitatis david, in ascensu muri super domum david, et usque ad portam aquarum ad orientem. Et chorus secundus gratias referentium ibat ex adverso, et ego post eum, et media pars populi super murum et super turrem furnorum. et usque ad murum latissimum, et super portam effraim, et super portam antiquam, et super portam piscium, et super turrem ananehel, et turrem emath, et usque ad portam gregis, et steterunt in porta custodie. Steteruntque duo chori laudantium in domo dei, et ego et dimidia pars magistratuum mecum. Et sacerdotes eliachim, et maasia, miamin, michea, elioenai, zacharia et anania in tubis, et maasia, et semeia, et eleazar, et azi, et iohanan, et melchia, et helam, et ezer. et clare cecinerunt cantores, et iezraia prepositus. Et immolaverunt in die illa victimas magnas, et letati sunt. Deus enim letificaverat eos letitia magna. Sed et uxores eorum et liberi gavisi sunt, et audita est letitia hierusalem procul. Recensuerunt quoque in die illa viros super gazophilacia thesauri ad libamina, et ad primitias, et ad decimas, ut introferrent per eos principes civitatis in decore gratiarum actionis, sacerdotes et levitas. quia letificatus est iuda in sacerdotibus et levitis astantibus. et custodierunt observationem dei sui, et observationem expiationis, et cantores et ianitores iuxta preceptum david et salomonis filii eius. quia in diebus david et asaph ab exordio erant principes constituti cantorum, in carmine laudantium et confitentium deo. et omnis israel in diebus zorobabel et in diebus neemie dabant partes cantoribus et ianitoribus per dies singulos. et sanctificabant levitas, et levite sanctificabant filios aaron. In die autem illa lectum est in volumine moysi audiente populo, et inventum est scriptum in eo quod non debeant introire ammonite et moabite in ecclesiam dei usque in eternum. eo quod non occurrerint filiis israel cum pane et aqua, et conduxerunt adversum eos balaam ad maledicendum eis. Et convertit deus noster maledictionem in benedictionem.

Et factum est autem cum audissent legem, separaverunt omnem alienigenam ab israel. Et super hoc erat eliasib sacerdos qui fuerat positus in gazophilacio domus dei nostri, et proximus tobie. Fecit ergo sibi gazophilacium grande. et ibi erant ante eum reponentes munera et thus, et vasa, et decimam frumenti, vini et olei, partes levitarum et cantorum, et ianitorum, et primitias sacerdotales. In omnibus autem his non fui in hierusalem quia anno XXXII artaxersis regis babilonis veni ad regem, et in fine dierum rogavi regem et veni in hierusalem. et intellexi malum quod fecerat eliasib tobie ut faceret ei thesaurum in vestibulo domus dei. et malum nimium mihi visum est valde. Et proieci vasa domus tobie foras de gazophilacio, precepique et mundaverunt gazophilacia. et retuli ibi vasa domus dei sacrificium et thus. Et cognovi quod partes levitarum non fuissent date, et fugisset unusquisque in regionem suam, de levitis et de cantoribus et de his qui ministrabant. et egi causam adversus magistratus et dixi. Quare dereliquimus domum dei? Et congregavi eos, et feci stare in stationibus suis. omnis iuda apportabat decimam frumenti, et vini, et olei in horrea. Et constituimus super horrea selemiam sacerdotem, et sadoch scribam, et phadaiam de levitis, et iuxta eos anan filium zacchur, filium mathanie quoniam fideles comprobati sunt. et ipsis creditae sunt partes fratrum suorum. Memento mei deus meus pro hoc, et ne deleas miserationes meas quas feci in domo dei mei et in ceremoniis eius.

In diebus illis vidi in iuda calcantes torcularia in sabbato et portantes acervos, et onerantes super asinos vinum et uvas et ficus et omne onus, et inferentes in hierusalem in die sabbati. et contestatus sum eos ut in die qua vendere liceret venderent. et tyrii habitaverunt in ea inferentes pisces et omnia venalia et vendebant in sabbatis filiis iuda, et in hierusalem. et obiurgavi optimates iuda et dixi eis. Que est hec res mala quam vos facitis, et profanatis diem sabbati? Numquid non hec fecerunt patres nostri, et adduxit deus noster super nos omne malum hoc, et super civitatem hanc? Et vos additis iracundiam super israel violando sabbatum. Factum est autem cum quievissent porte hierusalem in die sabbati dixi. et clauserunt ianuas et precepi ut non aperirent eas usque post sabbatum. Et de pueris meis constitui super portas, ut nullus inferret onus in die sabbati. Et manserunt negotiatores et vendentes universa venalia foris hierusalem semel et bis. et contestatus sum eos, et dixi eis. Quare manetis ex adverso muri? Si iterum hoc feceritis, manum mittam in vos. Itaque ex tempore illo non venerunt in sabbato. Dixi quoque levitis ut mundarentur et venirent ad custodiendas portas, et sanctificandum diem sabbati. Et pro hoc ergo memento mei deus meus, et parce mihi secundum multitudinem miserationum tuarum.

Sed et in diebus illis vidi iudeos ducentes uxores azotidas, ammonitidas et moabitidas. et filii eorum ex media parte loquebantur azotice. et nesciebant loqui iudaice, et loquebantur iuxta linguam populi et populi. Et obiurgavi eos et maledixi. et cecidi ex ipsis viros et decalvavi eos. et adiuravi in deo, ut non darent filias suas filiis eorum, et non acciperent de filiabus eorum filiis suis et sibimet ipsis dicens. Numquid non in huiuscemodi re peccavit salomon rex israel? Et certe in gentibus multis non erat rex similis ei, et dilectus deo suo erat et posuit eum deus regem super omnem israel. Et ipsum ergo adduxerunt ad peccatum mulieres alienigene. Numquid et nos inobedientes faciemus omne malum grande hoc ut prevaricemur in deo nostro et ducamus uxores peregrinas? De filiis autem ioiada filii eliasib sacerdotis magni gener erat sanaballath horonites quem fugavi a me. Recordare domine deus meus adversum eos qui polluunt sacerdotium, ius quoque sacerdotale et leviticum. Igitur mundavi eos ab omnibus alienigenis, et constitui ordines sacerdotum et levitarum unumquemque in ministerio suo, et in oblatione lignorum in temporibus constitutis et in primitiis. Memento mei deus meus.

EXPLICIT LIBER ESDRE.

INCIPIT PREFATIO HIERONIMI PRESBITERI IN LIBRUM TOBIE.

CHROMATIO ET HELIODORO EPISCOPIS HIERONIMUS PRESBITER IN DOMINO SALUTEM. Mirari non desino exactionis vestre instantiam. Exigitis enim ut librum chaldeo sermone conscriptum, ad latinum stilum traham. librum utique tobie, quem hebrei de cathalogo divinarum scripturarum secantes, his que agiografa memorant, manciparunt. Feci satis desiderio vestro, non tamen meo studio. Arguunt enim nos hebreorum studia, et imputant nobis contra suum canonem latinis auribus ista transferre. Sed melius esse iudicans pharisseorum displicere iudicio et episcoporum iussionibus deservire, institi ut potui. Et quia vicina est chaldeorum lingua sermoni hebraico, utriusque lingue peritissimum loquacem repperiens, unius diei laborem arripui, et quicquid ille mihi hebraicis verbis expressit, hec ego accito notario, sermonibus latinis exposui. Orationibus vestris mercedem huius operis compensabo, cum gratum vobis didicero me quod iubere estis dignati complexum.

OBIAS EX TRIBU

& ciuitate neptalim que est in superioribus galilee supra naason post uiam que ducit ad occidentem in sinistro habens ciuitatem sephet. cum captus in diebus salmanasar regis assyriorum. in captiuitate tamen positus. uiam ueritatis non deseruit. ita ut omnia que habere poterat cotidie concaptiuis fratribus qui erant ex genere suo impertiret. Cumque esset iunior omnibus in tribu neptalim. nichil tamen puerile gessit in opere. Denique cum irent omnes ad uitulos aureos. quos hieroboam fecerat rex israel. hic solus fugiebat consortia omnium & pergebat ad hierusalem in templum domini. & ibi adorabat dominum deum israel. Omnia primitiua sua & decimas suas fideliter offerens. ita ut in tercio anno proselitis & aduenis ministraret omnem decimationem. Hec & his similia secundum legem dei puerulus obseruabat.

Cum uero factus esset uir. accepit uxorem annam de tribu sua. genuitque ex ea filium. nomen suum imponens ei. Quem ab infancia timere deum docuit & abstinere ab omni peccato. Igitur cum per captiuitatem deuenisset cum uxore sua & filio in ciuitatem niniuen cum omni tribu sua. & omnes ederent ex cibis gentilium. iste custodiuit animam suam. & numquam contaminatus est in escis eorum. Et quia memor fuit domini in toto corde suo. dedit illi dominus gratiam in conspectu salmanasar regis. & dedit ei potestatem quocumque uellet ire. habens libertatem quecumque facere uoluisset.

Pergebat ergo per omnes qui erant in captiuitate. & monita salutis dabat eis. Cum autem uenisset in rages ciuitatem medorum. & ex his quibus honoratus fuerat a rege habuisset x talenta argenti. & cum multa turba generis sui. gabelum egentem uideret. qui erat ex tribu eius. sub cirografo dedit illi memoratum pondus argenti. Post multum uero temporis mortuo salmanasar rege. cum regnaret sennacherib filius eius pro eo. & filios israel exosos haberet in conspectu suo. tobias pergebat per omnem cognationem suam. & consolabatur eos. diuidebatque unicuique prout poterat de facultatibus suis. esurientes alebat. nudisque uestimenta prebebat. & mortuis atque occisis sepulturam sollicitus exhibebat.

Denique cum reuersus esset rex sennacherib fugiens a iudea plagam quam circa eum deus fecerat propter blasphemiam suam. & iratus multos occideret ex filiis israel. tobias sepeliebat corpora eorum. At ubi nunciatum est regi. iussit eum occidi. & tulit omnem substantiam eius. Tobias uero cum filio suo & cum uxore fugiens nudus latuit. quia multi diligebant eum. Post dies uero xlv. occiderunt regem filii ipsius. & reuersus est tobias ad domum suam. omnisque facultas eius restituta est ei. Post hec uero cum esset dies festus domini. & factum esset prandium in domo tobie. dixit filio suo. Vade & adduc aliquos de tribu nostra timentes deum. & epulentur nobiscum. Cumque abisset. reuersus nunciauit unum ex filiis israel iugulatum iacere in platea.

Statimque exiliens de accubitu suo. relinquens prandium ieiunus peruenit ad corpus. tollensque illud portauit ad domum suam occulte. ut dum sol occubuisset. caute sepeliret eum. Cumque occultasset corpus. manducauit panem cum luctu & tremore. memorans illum sermonem quem dixit dominus per amos prophetam. Dies festi uestri conuertentur in lamentationem & luctum. Cum uero sol occubuisset: abiit & sepeliuit eum. Arguebant autem illum omnes proximi sui dicentes. Iam huius rei causa interfici iussus es. & uix effugisti mortis imperium. & iterum sepelis mortuos.

Sed tobias plus timens deum quam regem. rapiebat corpora occisorum. & occultabat in domo sua. & mediis noctibus sepeliebat ea. Contigit autem ut quadam die fatigatus a sepultura ueniens domum iactasset se iuxta parietem & obdormisset: ut ex nido hyrundinum dormienti illi calida stercora insiderent super oculos eius. fieretque cecus. Hanc autem temptationem ideirco permisit dominus euenire illi. ut posteris daretur exemplum paciencie eius. sicut & sancti iob. Nam cum ab infancia sua semper deum timuerit. & mandata eius custodierit: non est contristatus contra deum quod plaga cecitatis euenerit ei. sed immobilis in dei timore permansit. agens gratias deo. omnibus diebus uite sue.

Nam sicut beato iob insultabant reges. ita isti parentes & cognati eius & irridebant uitam eius dicentes. Ubi est spes tua pro qua elemosinas & sepulturas faciebas? Tobias autem increpabat eos dicens. Nolite ita loqui quoniam filii sanctorum sumus. & uitam illam expectamus. quam deus daturus est his qui fidem suam numquam mutant ab eo. Anna uero uxor eius ibat ad textrinum opus cotidie. & de labore manuum suarum uictum quem consequi poterat deferebat. Unde factum est ut hedum caprarum accipiens detulisset domi. Cuius uocem balantis cum uir eius audisset: dixit. Uidete ne furtiuus sit. Reddite eum dominis suis. quia non licet nobis aut edere ex furto aliquid aut contingere.

Ad hec uxor eius irata respondit. Manifeste uana facta est spes tua. & elemosine tue modo paruerunt. Atque his & aliis huiusmodi uerbis exprobrabat ei. Tunc tobias ingemuit & cepit orare dominum cum lacrimis dicens. Iustus es domine & omnia iudicia tua iusta sunt. & omnes uie tue misericordia & ueritas. & iudicium. Et nunc domine memor esto mei. ne uindictam sumas de peccatis meis. neque reminiscaris delicta mea uel parentum meorum. Quoniam non obediuimus preceptis tuis. & traditi sumus in direptionem & captiuitatem & mortem. & in fabulam & in improperium omnibus nationibus in quibus dispersisti nos. Et nunc domine magna iudicia tua. quia non egimus secundum precepta tua. & non ambulauimus sincere coram te. Et nunc domine secundum uoluntatem tuam fac mecum. & precipe in pace recipi spiritum meum. Expedit enim mihi mori magis quam uiuere.

108

Eadem itaque die contigit ut sara filia raguel in ciuitate medorum. ut & ipsa audiret improperium ab una ex ancillis patris sui. quoniam tradita fuerat septem uiris. & demonium nomine asmodeus occiderat eos. mox ut ingressi fuissent ad eam. Ergo cum pro culpa sua increparet puellam. respondit ei dicens. Amplius ex te non uideamus filium aut filiam super terram. interfectrix uirorum tuorum. Numquid & me occidere uis. sicut occidisti septem uiros? Ad hanc uocem perrexit in superiori cubiculo domus sue. & tribus diebus ac tribus noctibus non manducauit neque bibit. sed in oratione persistens cum lacrimis deprecabatur deum. ut ab isto improperio liberaret eam.

Factum est tercia die cum compleret orationem. benedicens dominum dixit. Benedictum est nomen tuum deus patrum nostrorum. qui cum iratus fueris misericordiam facies. & in tempore tribulationis peccata dimittis his qui inuocant te. Ad te domine faciem meam conuerto. ad te oculos meos conuerto. Peto domine ut de uinculo improperii huius absoluas me. aut certe desuper terram eripias me. Tu scis domine quia numquam concupiui uirum. & mundam seruaui animam meam ab omni concupiscentia. Numquam cum ludentibus miscui me. neque cum his qui in leuitate ambulant participem me prebui. Uirum autem cum timore tuo. non cum libidine mea consensi suscipere. Et aut ego indigna fui illis. aut illi forsitan me digni non fuerunt. quia forsitan uiro alio conseruasti me. Non est enim in hominis potestate consilium tuum.

Hoc autem pro certo habet omnis qui te colit. quia uita eius si in probatione fuerit coronabitur. si autem in tribulatione fuerit liberabitur. & si in correptione fuerit. ad misericordiam tuam uenire licebit. Non enim delectaris in perditionibus nostris. quia post tempestatem tranquillum facis. & post lacrimationem & fletum exultationem infundis. Sit nomen tuum deus benedictum in secula. In illo tempore exaudite sunt preces amborum in conspectu glorie summi dei. & missus est angelus domini sanctus raphael ut curaret eos ambos. quorum uno tempore sunt orationes in conspectu domini recitate. Igitur cum tobias putaret orationem suam exaudiri. ut mori potuisset: uocauit ad se tobiam filium suum. dixitque ei. Audi fili mi uerba oris mei. & ea in corde tuo quasi fundamentum construe. Cum acceperit deus animam meam. corpus meum sepeli. & honorem habebis matri tue omnibus diebus uite eius. Memor enim esse debes que & quanta pericula passa sit propter te in utero suo.

Cum autem & ipsa compleuerit tempus uite sue. sepelias eam circa me. Omnibus autem diebus uite tue in mente habeto deum. & caue ne aliquando peccato consentias. & pretermittas precepta dei nostri. Ex substantia tua fac elemosinam. & noli auertere faciem tuam ab ullo paupere. Ita enim fiet. ut nec a te auertatur facies domini. Quomodo potueris. ita esto misericors. Si multum tibi fuerit. habundanter tribue. si exiguum fuerit tibi. etiam exiguum libenter impartiri stude. Premium enim tibi bonum thesaurizas in die necessitatis. quoniam elemosina ab omni peccato & a morte liberat. & non patietur animam ire in tenebras.

Fiducia magna erit coram summo deo elemosina omnibus facientibus eam. Attende tibi fili mi ab omni fornicatione. & preter uxorem tuam numquam patiaris crimen scire. Superbiam numquam in tuo sensu. aut in tuo uerbo dominari permittas. In ipsa enim initium sumpsit omnis perditio. Quicumque aliquid tibi operatus fuerit. statim mercedem ei restitue. & merces mercenarii tui apud te omnino non maneat. Quod ab alio oderis fieri tibi. uide ne alteri tu aliquando facias. Panem tuum cum esurientibus & egenis comede. & de uestimentis tuis nudos tege. Panem tuum & uinum tuum super sepulturam iusti constitue. & noli ex eo manducare & bibere cum peccatoribus. Consilium semper a sapiente perquire.

Omni tempore benedic deum. & pete ab eo ut uias tuas dirigat. & omnia consilia tua in ipso permaneant. Indico etiam tibi fili mi dedisse me decem talenta argenti dum infantulus esses gabelo in rages ciuitate medorum. & cyrographum eius apud me habeo. Et ideo perquire quomodo ad eum peruenias. & recipias ab eo supramemoratum pondus argenti. & restituas cyrographum suum. Noli timere fili mi. pauperem quidem uitam gerimus. sed multa bona habebimus si timuerimus deum. & recesserimus ab omni peccato. & fecerimus bene.

Tunc tobias respondit patri suo & dixit. Omnia quecumque precepisti mihi faciam pater. Quomodo autem hanc pecuniam inquiram ignoro. Ille me nescit. & ego eum ignoro. Quod signum dabo ei? Sed neque uiam per quam pergatur illuc aliquando cognoui. Tunc pater suus respondit illi & dixit. Cyrographum quidem illius penes me habeo. quod dum illi ostenderis. statim restituet. Sed perge nunc & inquire tibi aliquem fidelem uirum qui eat tecum salua mercede sua dum adhuc uiuo. ut recipias eam. Tunc egressus tobias inuenit iuuenem splendidum stantem precinctum & quasi paratum ad ambulandum. & ignorans quod angelus dei esset: salutauit eum & dixit. Unde te habemus bone iuuenis?

At ille respondit. Ex filiis israel. Et tobias dixit ei. Nosti uiam que ducit in regionem medorum? Cui respondit. Noui. & omnia itinera eius frequenter ambulaui. & mansi apud gabelum fratrem nostrum qui moratur in rages ciuitate medorum que posita est in monte egbathanis. Cui tobias ait. Sustine me obsecro. donec hec ipsa nunciem patri meo. Tunc ingressus tobias indicauit uniuersa hec patri suo. Super que admirans pater: rogauit ut introiret ad eum. Ingressus itaque salutauit eum & dixit. Gaudium tibi semper sit. Et tobias ait. Quale mihi gaudium erit qui in tenebris sedeo. & lumen celi non uideo? Cui ait iuuenis. Forti esto animo. in proximo est ut a deo cureris.

Dixit itaque illi tobias. Numquid poteris perducere filium meum ad gabelum in rages ciuitate medorum? Et cum redieris restituam tibi mercedem tuam. Et dixit ei angelus. Ego ducam. & reducam eum ad te. Cui tobias respondit. Rogo te indica mihi de qua domo. aut de qua tribu es tu? Cui raphael angelus dixit. Genus queris mercennarii. an ipsum mercennarium qui cum filio tuo eat? Sed ne forte sollicitum te reddam. ego sum azarias anania magni filius. Et tobias respondit. Ex magno genere es tu. Sed peto ne irascaris quod uoluerim cognoscere genus tuum. Dixit autem illi angelus. Ego sanum ducam. & sanum reducam tibi filium tuum.

Respondens autem tobias & dixit. Bene ambuletis. & sit deus in itinere uestro. & angelus eius comitetur uobiscum. Tunc paratis omnibus que erant in uia portanda. fecit tobias uale patri suo. & matri sue. & ambulauerunt ambo simul. Cumque profecti essent. cepit flere mater eius & dicere. Baculum senectutis nostre tulisti. & transmisisti a nobis. Numquam esset ipsa pecunia pro qua misisti eum. Sufficiebat nobis paupertas nostra ut diuitias computaremus hoc quod uidebamus filium nostrum. Dixitque tobias. Noli flere saluus perueniet filius noster. & saluus reuertetur ad nos. & oculi tui uidebunt eum. Credo enim quod angelus dei bonus comitetur ei. & bene disponat omnia que circa ipsum geruntur. ita ut cum gaudio reuertatur ad nos.

Ad hanc uocem cessauit mater eius flere. & tacuit. Profectus est autem tobias. & canis secutus est eum. & mansit prima mansione iuxta fluuium tygris. Et exiuit ut lauaret pedes suos. & ecce piscis immanis exiuit ad deuorandum eum. Quem expauescens tobias. clamauit uoce magna dicens. Domine. inuadit me. Et dixit ei angelus. Apprehende branciam eius. & trahe eum ad te. Quod cum fecisset. attraxit eum in siccum. & palpitare cepit ante pedes eius. Tunc dixit ei angelus. Exentera hunc piscem. & cor eius & fel & iecur repone tibi. Sunt enim hec necessaria ad medicamenta utilia. Quod cum fecisset. assauit carnes eius. & secum tulerunt in uia. Cetera salierunt que sufficerent eis. quousque peruenirent in rages ciuitate medorum.

Tunc interrogauit tobias angelum. & dixit ei. Obsecro azaria frater. ut dicas michi. Quod remedium habebunt ista. que de pisce seruare iussisti? Respondensque dixit ei. Cordis eius particulam si super carbones ponas. fumus eius extricat omne genus demoniorum. siue a uiro. siue a muliere. ita ut ultra non accedat ad eos. Et dixit ei. Ubi uis ut maneamus? Respondensque angelus dixit ei. Est hic raguel nomine propinquus uir de tribu tua. & hic habet filiam nomine saram. sed neque masculum neque feminam ullum habet aliud preter eam. Tibi debet omnis substantia eius. & oportet eam te accipere coniugem. Pete ergo eam a patre eius. & dabit tibi eam uxorem.

Tunc respondit tobias & dixit. Audio quia tradita est uiris septem. & mortui sunt. Sed & hoc audiui quia demonium illos occidit. Timeo ergo ne forte & mihi hec eueniant. & cum sim unicus parentibus meis. deponam senectutem illorum cum tristicia ad inferos. Tunc angelus raphael dixit ei. Audi me & ostendam tibi qui sunt quibus preualere potest demonium. Hi namque qui coniugium ita suscipiunt ut deum a se & a sua mente excludant. & sue libidini ita uacent sicut equus & mulus quibus non est intellectus. habet potestatem demonium super eos. Tu autem cum acceperis eam. ingressus cubiculum per tres dies continens esto ab ea. & nichil aliud nisi orationibus uacabis cum ea. Ipsa autem nocte incenso iecore piscis. fugabitur demonium. Secunda uero nocte in copulatione sanctorum patriarcharum admitteris. Tercia autem nocte benedic

tione consequeris, ut filii ex vobis incolumes pereant. Transacta autem tertia nocte accipies virginem cum timore Domini, amore filiorum magis quam libidine ductus, ut in semine Abrahae benedictionem in filiis consequaris.

Ingressi sunt autem ad Raguelem, et suscepit eos Raguel cum gaudio. Intuensque Tobiam Raguel, dixit Annae uxori suae: Quam similis est iuvenis iste consobrino meo. Et cum haec dixisset, ait: Unde estis iuvenes fratres nostri? At illi dixerunt: Ex tribu Nephthalim sumus, ex captivitate Ninive. Dixitque illis Raguel: Nostis Tobiam fratrem meum? Qui dixerunt: Novimus. Cumque bona multa loqueretur de eo, dixit angelus ad Raguel: Tobias de quo interrogas, pater huius est. Et misit se Raguel, et cum lacrimis osculatus est eum, et plorans super collum eius dixit: Benedictio sit tibi fili mi, quia boni et optimi viri filius es. Et Anna uxor eius, et Sara filia ipsorum lacrimatae sunt. Postquam autem locuti sunt, praecepit Raguel occidere arietem, et parare convivium. Cumque hortaretur eos discumbere ad prandium, Tobias dixit: Hic ego hodie non manducabo neque bibam, nisi prius petitionem meam confirmes, et promittas mihi dare filiam tuam. Quo audito, Raguel expavit, sciens quid evenerit illis septem viris, et timere coepit ne forte huic similiter accideret:

et cum nutaret, et non daret ullum petenti responsum, dixit ei angelus: Noli timere dare illam isti, quoniam huic timenti Deum debetur coniux filia tua. Propterea alius non potuit habere illam. Tunc dixit Raguel: Non dubito quod Deus preces et lacrimas meas in conspectu suo admiserit, et credo quoniam ideo vos fecit ad me venire, ut ista coniungeretur cognationi suae secundum legem Moysi. Et nunc noli dubium gerere, quod tibi eam tradam. Et apprehendens dexteram filiae suae, dexterae Tobiae tradidit, dicens: Deus Abraham, et Deus Isaac, et Deus Iacob sit vobiscum, et ipse coniungat vos, impleatque benedictionem suam in vobis. Et accepta carta, fecerunt conscriptionem coniugii. Et post haec epulati sunt benedicentes Dominum. Vocavitque ad se Raguel Annam uxorem suam, et praecepit ei ut praepararet alterum cubiculum. Et introduxit in illud Saram filiam suam, et lacrimata est. Dixitque ei: Forti animo esto filia mi. Dominus caeli det tibi gaudium pro taedio quod perpessa es. Postquam cenaverunt, introduxerunt iuvenem ad eam.

Recordatus itaque Tobias sermonum angeli, protulit de cassidili suo partem iecoris, posuitque eam super carbones vivos. Tunc Raphael angelus apprehendit daemonium, et religavit eum in deserto superioris Aegypti. Tunc hortatus est virginem Tobias, dixitque ei: Sara, surge, et deprecemur Deum hodie et cras, et secundum cras, quia istis tribus noctibus Deo iungimur, tertia autem transacta nocte in nostro erimus coniugio. Filii sanctorum quippe sumus, et non possumus ita coniungi, sicut gentes quae ignorant Deum. Surgentes autem pariter instanter orabant ambo simul, ut sanitas daretur eis. Dixitque Tobias: Domine Deus patrum nostrorum, benedicant te caeli et terra, et mare, et fontes et flumina, et omnis creatura quae in eis est. Tu fecisti Adam de limo terrae, dedistique ei adiutorium Evam. Et nunc Domine tu scis quia non luxuriae causa accipio sororem meam, sed sola posteritatis dilectione, in qua benedicatur nomen tuum in saecula saeculorum. Dixit itaque Sara: Miserere nobis Domine, miserere nobis, et consenescamus ambo pariter sani.

Et factum est circa pullorum cantum, accersiri iussit Raguel servos suos, et abierunt cum eo ut foderent sepulchrum. Dicebat enim: Ne forte simili modo evenerit ei, quo et ceteris illis septem qui sunt ingressi ad eam. Cumque parassent fossam, reversus Raguel ad uxorem suam dixit ei: Mitte unam ex ancillis tuis, et videat si mortuus est, ut sepeliamus eum antequam illucescat. At illa unam ex ancillis misit, quae ingressa cubiculum, repperit illos salvos et incolumes, secum pariter dormientes. Et reversa nuntiavit bonum nuntium. Et benedixerunt Dominum Raguel videlicet et Anna uxor eius, et dixerunt: Benedicimus te Domine Deus Israel, quia non contigit nobis quemadmodum putabamus. Fecisti enim nobiscum misericordiam tuam, et exclusisti a nobis inimicum persequentem nos. Misertus es autem duobus unicis. Fac eos Domine plenius benedicere te, et sacrificium tibi laudis tuae et suae sanitatis offerre, ut cognoscat universitas gentium quia tu es Deus solus in universa terra. Statimque praecepit servis suis Raguel, ut replerent fossam quam fecerant, priusquam lucesceret. Uxori autem suae dixit ut instrueret convivium, et praepararet omnia quae in cibos erant iter agentibus necessaria. Duas quoque vaccas pingues, et quattuor arietes occidi fecit, et parari epulas omnibus vicinis suis, cunctisque amicis.

Et adiuravit Raguel Tobiam, ut duas hebdomadas moraretur apud eum. De omnibus autem quae possidebat Raguel, dimidiam partem dedit Tobiae, et fecit hanc scripturam, ut pars dimidia quae supererat post obitum eorum, Tobiae dominio deveniret. Tunc vocavit ad se Tobias angelum, quem quidem hominem existimabat, dixitque ei: Azaria frater, peto ut auscultes verba mea. Si meipsum tradam tibi servum, non ero condignus providentiae tuae. Tamen obsecro te, ut assumas tibi animalia sive servitia, et vadas ad Gabelum in Rages civitatem Medorum, reddasque ei chirographum suum, et recipias ab eo pecuniam, et roges eum venire ad nuptias meas. Scis enim ipse quoniam numerat dies pater meus, et si tardavero una die plus, contristatur anima eius. Et certe vides quomodo Raguel adiuraverit me, cuius adiuramentum spernere non possum. Tunc Raphael assumens quattuor ex servis Raguelis, et duos camelos, in Rages civitatem Medorum perrexit. Et inveniens Gabelum dedit ei chirographum suum, et recepit omnem pecuniam. Indicavitque ei de Tobia filio Tobiae omnia quae gesta sunt, fecitque eum secum venire ad nuptias.

Cumque ingressus esset domum Raguelis, invenit Tobiam discumbentem. Et exiliens, osculati sunt se invicem. Et flevit Gabelus, benedixitque Deum, et dixit: Benedicat te Dominus Deus Israel, quia filius es viri optimi et iusti, et timentis Deum, et eleemosynas facientis. Et dicatur benedictio super uxorem tuam, et super parentes vestros, et videatis filios vestros, et filios filiorum vestrorum usque in tertiam et quartam generationem, et sit semen vestrum benedictum a Deo Israel, qui regnat in saecula saeculorum. Cumque omnes dixissent amen, accesserunt ad convivium. Sed et cum timore Domini nuptiarum convivium exercebant. Cum vero moras faceret Tobias causa nuptiarum, sollicitus erat pater eius Tobias, dicens: Putas quare moratur filius meus? aut quare detentus est ibi? Putasne Gabelus mortuus est, et nemo illi reddit pecuniam? Coepit autem contristari nimis, et ipse, et uxor eius Anna cum eo, et coeperunt ambo simul flere eo quod die statuto minime reverteretur filius eorum ad eos. Flebat igitur mater eius irremediabilibus lacrimis, atque dicebat: Heu heu me fili mi, ut quid te misimus peregrinari, lumen oculorum nostrorum, baculum senectutis nostrae, et solacium vitae nostrae, spem posteritatis nostrae? Omnia simul in te uno habentes, non te debuimus dimittere a nobis. Cui dicebat Tobias: Tace et noli turbari, sanus est filius noster. Satis fidelis est vir ille cum quo misimus eum. Illa autem nullo modo consolari poterat, sed cotidie exiliens circumspiciebat, et circuibat vias omnes per quas spes remeandi videbatur, ut procul videret eum, si fieri posset, venientem.

At vero Raguel dicebat ad generum suum: Mane hic, et ego mittam nuntium salutis de te ad Tobiam patrem tuum. Cui Tobias dixit: Ego novi quia pater meus et mater mea modo dies computant, et cruciatur spiritus eorum in ipsis. Cumque verbis multis rogaret Raguel Tobiam, et ille eum nulla ratione vellet audire, tradidit Saram ei, et dimidiam partem omnis substantiae suae in pueris, et in puellis, in pecudibus, in camelis, et in vaccis, et in pecunia multa, et salvum atque gaudentem dimisit eum a se, dicens: Angelus Domini sanctus sit in itinere vestro, perducatque vos incolumes, et inveniatis omnia recte circa parentes vestros, et videant oculi mei filios vestros priusquam moriar. Et apprehendentes parentes filiam suam osculati sunt eam, et dimiserunt ire, monentes eam honorare soceros, diligere maritum, regere familiam, gubernare domum, et seipsam irreprehensibilem exhibere.

Cumque reverterentur, pervenerunt ad Charan, quae est in medio itinere contra Ninive, undecimo die. Dixitque angelus: Tobia frater, scis quemadmodum reliquisti patrem tuum. Si placet itaque tibi, praecedamus, et lento gradu sequantur iter nostrum familiae simul cum coniuge tua, et cum animalibus. Cumque hoc placuisset ut irent, dixit Raphael ad Tobiam: Tolle tecum ex felle piscis, erit enim necessarium. Tulit itaque ex felle illo, et abierunt. Anna autem sedebat secus viam cotidie in supercilio montis, unde respicere poterat de longinquo. Et dum ex eodem loco specularetur adventum eius, vidit a longe, et illico cognovit venientem filium suum, et currens nuntiavit viro suo dicens: Ecce filius tuus venit. Dixitque Raphael ad Tobiam: At ubi introieris domum tuam, statim adora Dominum Deum tuum, et gratias agens ei accede ad patrem tuum, et osculare eum. Statimque line super oculos eius ex felle isto piscis quod portas tecum. Scias enim quoniam mox aperientur oculi eius, et videbit pater tuus lumen caeli, et in aspectu tuo gaudebit.

Tunc praecucurrit canis qui simul fuerat in via, et quasi nuntius adveniens blandimento suae caudae gaudebat. Et consurgens caecus pater eius, coepit offendens pedibus currere, et data manu puero, occurrit obviam filio suo. Et suscipiens osculatus est eum cum uxore sua, et coeperunt flere prae gaudio. Cumque adorassent Dominum, et gratias egissent, consederunt. Tunc sumens Tobias de felle piscis, linivit oculos patris sui. Et sustinuit quasi dimidiam fere horam, coepitque albugo ex oculis eius quasi membrana ovi egredi. Quam apprehendens Tobias traxit ab oculis eius, statimque visum recepit. Et glorificabant Deum, ipse videlicet, et uxor eius, et omnes qui sciebant eum. Dicebatque Tobias: Benedico te Domine Deus Israel, quia tu castigasti me, et tu salvasti me. Et ecce video Tobiam filium meum. Ingressa est etiam post septem dies Sara uxor filii eius, et omnis familia sana, et pecora, et cameli, et pecunia multa uxoris, sed et pecunia illa quam receperat a Gabelo. Et narravit parentibus suis omnia beneficia Dei, quae fecisset circa eum per hominem qui eum duxerat.

Veneruntque Achior et Nabath consobrini Tobiae, gaudentes ad Tobiam, congratulantes ei de omnibus quae circa illum ostenderat Deus. Et per septem dies epulantes omnes cum gaudio magno gavisi sunt. Tunc vocavit ad se Tobias filium suum, dixitque ei: Quid possumus dare viro isti sancto qui venit tecum? Respondens Tobias dixit patri suo: Pater, quam mercedem dabimus ei? aut quid dignum poterit esse beneficiis eius? Me duxit et reduxit sanum, pecuniam a Gabelo ipse suscepit, uxorem ipse habere me fecit, et daemonium ab ea ipse compescuit, gaudium parentibus eius fecit, me ipsum a devoratione piscis eripuit, te quoque fecit videre lumen caeli, et bonis omnibus per eum repleti sumus. Quid illi ad haec poterimus dignum dare? Sed peto te pater mi ut roges eum, si forte dignabitur medietatem de omnibus quae allata sunt sibi assumere. Et vocantes eum pater scilicet et filius, tulerunt eum in partem, et rogare coeperunt ut dignaretur dimidiam partem omnium quae attulerant acceptam habere. Tunc dixit eis occulte: Benedicite Deum caeli, et coram omnibus viventibus confitemini ei, quoniam fecit vobiscum misericordiam suam.

Etenim sacramentum regis abscondere bonum est, opera autem Dei revelare et confiteri honorificum est. Bona est oratio cum ieiunio, et eleemosyna magis quam thesauros auri condere: quoniam eleemosyna a morte liberat, et ipsa est quae purgat peccata, et facit invenire vitam aeternam. Qui autem faciunt peccatum et iniquitatem, hostes sunt animae suae. Manifesto ergo vobis veritatem, et non abscondam a vobis sermonem occultum. Quando orabas cum lacrimis, et sepeliebas mortuos, et derelinquebas prandium tuum, et mortuos abscondebas per diem in domo tua, et nocte sepeliebas eos, ego obtuli orationem tuam Domino. Et quia acceptus eras Deo, necesse fuit ut temptatio probaret te. Et nunc misit me Dominus ut curarem te, et Saram uxorem filii tui a daemonio liberarem. Ego enim sum Raphael angelus, unus ex septem qui adstamus ante Dominum. Cumque haec audissent, turbati sunt, et trementes ceciderunt super faciem suam. Dixitque eis angelus: Pax vobis, nolite timere. Etenim cum essem vobiscum, per voluntatem Dei eram: ipsum benedicite, et cantate illi. Videbar quidem vobiscum manducare et bibere, sed ego cibo invisibili et potu qui ab hominibus videri non potest utor. Tempus est ergo ut revertar ad eum qui me misit. Vos autem benedicite Deum, et enarrate omnia mirabilia eius.

Et cum haec dixisset, ab aspectu eorum ablatus est, et ultra eum videre non potuerunt. Tunc prostrati per horas tres in faciem benedixerunt Deum, et exsurgentes narraverunt omnia mirabilia eius. Aperiens autem Tobias senior os suum, benedixit Dominum et dixit: Magnus es Domine in aeternum, et in omnia saecula regnum tuum, quoniam tu flagellas et salvas, deducis ad inferos et reducis, et non est qui effugiat manum tuam. Confitemini Domino filii Israel, et in conspectu gentium laudate eum, quoniam ideo dispersit vos inter gentes quae ignorant eum, ut vos narretis mirabilia eius, et faciatis scire eos quia non est alius Deus omnipotens praeter eum. Ipse castigavit nos propter iniquitates nostras, et ipse salvabit nos propter misericordiam suam. Aspicite ergo quae fecit nobiscum, et cum timore et tremore confitemini illi. Ego autem in terra captivitatis meae confitebor illi, quoniam ostendit maiestatem suam in gentem peccatricem. Convertimini itaque peccatores et facite iustitiam coram Deo, credentes quod faciat vobiscum misericordiam suam. Ego autem et anima mea in eo laetabimur. Benedicite Dominum omnes electi eius, agite dies laetitiae, et confitemini illi. Hierusalem civitas Dei, castigavit te Dominus in operibus manuum tuarum. Confitere Domino in bonis, et benedic Deum saeculorum, ut reaedificet in te tabernaculum suum, et revocet ad te omnes captivos, et gaudeas in omnia saecula saeculorum. Luce splendida fulgebis, et omnes fines terrae adorabunt te. Nationes ex longinquo ad te venient, et munera deferentes adorabunt Dominum in te, et terram tuam in sanctificationem habebunt. Nomen enim magnum invocabunt in te. Maledicti erunt qui contempserint te, et condemnati erunt qui blasphemaverint te, benedictique erunt qui aedificaverint te. Tu autem laetaberis in filiis tuis, quoniam omnes benedicentur, et congregabuntur ad Dominum. Beati omnes qui diligunt te, et qui gaudent super pace tua.

Anima mea benedic Dominum, quoniam liberavit Hierusalem civitatem suam. Beatus ero si fuerint reliquiae seminis mei, ad videndam claritatem Hierusalem. Portae Hierusalem ex sapphiro et smaragdo aedificabuntur, et ex lapide pretioso omnis circuitus murorum eius. Ex lapide candido et mundo omnes plateae eius sternentur, et per vicos eius alleluia cantabitur. Benedictus Dominus qui exaltavit eam, ut sit regnum eius in saecula saeculorum super eam. Amen. Et consummati sunt sermones Tobiae. Et postea quam illuminatus est Tobias, vixit annis quadraginta duobus, et vidit filios nepotum suorum. Completis itaque annis centum duodecim, sepultus est ho

notificet in ninive. Quinquaginta namque sex annorum oculorum lumen amisit, sexagenarius vero recepit. Reliquum vero vite sue in gaudio fuit, et cum bono profectu timoris dei perrexit in pace. In hora autem mortis sue vocavit Tobiam filium suum, et septem iuvenes filios eius nepotes suos, dixitque eis. Prope erit interitus ninive; non enim excidit verbum domini. Et fratres nostri qui dispersi sunt a terra israhel revertentur ad eam. Omnis autem deserta terra eius replebitur, et domus dei que in ea incensa est iterum reedificabitur; ibique revertentur omnes timentes deum. Et relinquent gentes ydola sua, et venient in hierusalem et habitabunt in ea omnes reges terre adorantes regem israhel. Audite ergo filii mei patrem vestrum. Servite domino in veritate, et inquirite ut faciatis que placita sunt illi. Et filiis vestris mandate ut faciant iusticias et elemosinas, ut sint memores dei, et benedicant eum in omni tempore in veritate et in tota virtute sua. Nunc ergo filii audite me, et nolite manere hic. Sed quacumque die sepelieritis matrem vestram circa me in uno sepulchro, ex eo dirigite gressus vestros, ut exeatis hinc. Video enim quia iniquitas eius finem dabit illi. Factum est autem post obitum matris sue, Tobias abscessit ex ninive cum uxore sua et filiis et filiorum filiis, et reversus est ad soceros suos. Invenitque eos incolumes in senectute bona, et curam eorum gessit, et ipse clausit oculos eorum, et omnem hereditatem domus raguel ipse percepit, viditque quintam generationem filios filiorum suorum. Et completis annis nonaginta novem in timore domini cum gaudio sepelierunt eum. Omnis autem cognatio eius et omnis generatio eius in bona vita et sancta conversatione permansit, ita ut accepti essent tam deo quam hominibus et cunctis habitatoribus terre.

EXPLICIT LIBER TOBIE. HI VERSUS NONGENTOS.

INCIPIT PROLOGUS IN LIBRUM IUDITH

Apud hebreos liber Iudith inter agiographa legitur, cuius auctoritas ad roboranda illa que in contentionem veniunt minus ydonea iudicatur. Chaldeo tamen sermone conscriptus inter hystorias computatur. Sed quia hunc librum synodus nicena in numero sanctarum scripturarum legitur computasse, acquievi postulationi vestre, immo exactioni, et sepositis occupationibus quibus vehementer artabar, huic unam lucubratiunculam dedi, magis sensum e sensu quam ex verbo verbum transferens. Multorum codicum varietatem viciosissimam amputavi; sola ea que intelligentia integra in verbis chaldeis invenire potui latinis expressi. Accipite Iudith viduam castitatis exemplum, et triumphali laude perpetuis eam preconiis declarate. Hanc enim non solum feminis, sed et viris imitabilem dedit, qui castitatis eius remunerator virtutem talem tribuit, ut invictam omnibus hominibus vinceret, et insuperabilem superaret.

ARFAXAT ITAQUE REX MEDORUM subiugaverat multas gentes imperio suo, et ipse edificavit civitatem potentissimam 109 quam appellavit egbathanis, ex lapidibus quadratis et sectis. Fecit muros eius in altitudine cubitorum septuaginta, et in latitudine cubitorum xxx. Turres vero eius posuit in altitudine cubitorum centum. Per quadrum vero earum latus utrumque vicenorum pedum spacio tendebatur. Posuitque portas eius in altitudine turrium, et gloriabatur quasi potens in potentia exercitus sui et in gloria quadrigarum suarum. Anno igitur xii regni sui, nabuchodonosor rex assyriorum, qui regnabat in ninive civitate magna, pugnavit contra arfaxat, et obtinuit eum in campo magno qui appellatur ragau, circa eufraten et tygrin et iadasan, in campo erioch regis helycorum. Tunc exaltatum est regnum nabuchodonosor, et cor eius elevatum est. Et misit ad omnes qui habitabant in cilicia et damasco et lybano, et ad gentes que sunt in carmelo et cedar, et inhabitantes galileam in campo magno hesdrelon, et ad omnes qui erant in samaria et trans flumen iordanem usque in hierusalem, et omnem terram iessen, quousque perveniatur usque ad montes ethiopie. Ad hos omnes misit nuntios nabuchodonosor rex assyriorum. Qui omnes uno animo contradixerunt, et remiserunt eos vacuos, ac sine honore abiecerunt. Tunc indignatus est nabuchodonosor rex adversus omnem terram illam, et iuravit per regnum et thronum suum quod defenderet se ab omnibus his. Anno xiii nabuchodonosor regis, xx et secunda die mensis primi, factum est verbum in domo nabuchodonosor regis assyriorum ut defenderet se. Vocavitque omnes maiores omnesque duces et bellatores suos, et habuit cum eis mysterium consilii sui. Dixitque cogitationem suam in eo esse, ut omnem terram subiugaret suo imperio. Quod dictum cum placuisset omnibus, vocavit nabuchodonosor rex holofernem principem milicie sue, et dixit ei: Egredere adversus omne regnum occidentis, et contra eos precipue qui contempserunt imperium meum. Non parcet oculus tuus ulli regno, omnemque urbem munitam subiugabis michi. Tunc holofernes vocavit duces et magistratus virtutis assyriorum, et dinumeravit viros in expeditionem sicut precepit ei rex, c xx milia peditum pugnatorum, et equites sagittarios xii milia. Omnemque expeditionem suam fecit preire in multitudine innumerabilium camelorum, cum his que exercitibus sufficerent copiose, boum quoque armenta gregesque ovium quorum non erat numerus. Frumentum ex omni syria in transitu suo parari constituit. Aurum vero et argentum de domo regis assumpsit multum nimis. Et profectus est ipse et omnis exercitus cum quadrigis et equitibus et sagittariis, qui cooperuerunt superficiem terre sicut locuste.

Cumque pertransisset fines assyriorum, venit ad montes magnos ange, qui sunt a sinistro cilicie, ascenditque omnia castella eorum, et obtinuit omnem munitionem. Effregit autem civitatem opinatissimam melothi, predavitque omnes filios tharsis et filios israhel qui erant contra faciem deserti, et ad austrum terre celeon. Et transivit eufraten et venit ad mesopotamiam, et fregit omnes civitates excelsas que erant ibi, a torrente mambre usque quo perveniatur ad mare. Et occupavit terminos eius a cilicia usque ad fines iapheth qui sunt ad austrum. Adduxitque omnes filios madian, et predavit omnem locupletationem eorum, omnesque resistentes sibi occidit in ore gladii. Et post hec descendit in campos damasci in diebus messis, et succendit omnia sata, omnesque arbores et vineas fecit incidi. Et cecidit timor illius super omnes inhabitantes terram. Tunc miserunt legatos suos universarum urbium et provinciarum reges ac principes syrie, scilicet mesopotamie et syrie sobal et libie atque cilicie, qui venientes ad holofernem dixerunt: Desinat indignatio tua circa nos. Melius est enim ut viventes serviamus nabuchodonosor regi magno et subditi simus tibi, quam morientes cum interitu nostro ipsi servitutis nostre dampna patiamur. Omnis civitas nostra omnisque possessio, omnes montes et colles et campi, armenta boum, greges ovium caprarumque, equorum camelorumque et universe facultates nostre atque familie in conspectu tuo sunt. Sint omnia sub lege tua. Nos etiam et filii nostri servi tui sumus. Veni nobis pacificus dominus, et utere servitio nostro sicut placuerit tibi.

Tunc descendit de montibus cum equitibus in virtute magna, et obtinuit omnem civitatem et omnem inhabitantem terram. De universis autem urbibus assumpsit sibi auxiliarios viros fortes et electos ad bellum. Tantusque metus provinciis illis incubuit, ut universarum urbium habitatores, principes et honorati simul cum populis exirent obviam venienti, excipientes eum cum coronis et lampadibus, ducentes choros in tybiis et tympanis et organis. Nec ista tamen facientes ferocitatem eius pectoris mitigare potuerunt. Nam et civitates eorum destruxit et lucos eorum excidit. Preceperat enim illi nabuchodonosor rex ut omnes deos terre exterminaret, videlicet ut ipse solus diceretur deus ab his nationibus que potuissent holofernis potentia subiugari. Pertransiens autem syriam sobal et omnem apamiam omnemque mesopotamiam, venit ad ydomeos in terra gabaa, accepitque civitates eorum, et sedit ibi per xxx dies, in quibus diebus adunari precepit universum exercitum virtutis sue. Tunc audientes hec filii israhel qui habitabant terram iuda, timuerunt valde a facie eius. Tremor etiam et horror invasit sensus eorum, ne hoc faceret hierusalem et templo domini quod fecerat ceteris civitatibus et templis earum. Et miserunt in omnem samariam per circuitum usque iericho, et preoccupaverunt omnes vertices montium, et muris circumdederunt vicos suos, et congregaverunt frumenta in preparationem pugne. Sacerdos etiam eliachim scripsit ad universos qui erant contra hesdrelon, que est contra faciem campi magni iuxta dothaym, et universis per quos transitus esse poterat, ut obtinerent ascensus montium per quos via esse poterat ad hierusalem, et illic custodirent ubi angustum iter esse poterat inter montes.

Et fecerunt filii israhel secundum quod constituerat eis sacerdos domini eliachim. Et clamavit omnis populus ad dominum instantia magna, et humiliaverunt animas suas in ieiuniis ipsi et mulieres eorum. Et induerunt se sacerdotes ciliciis, et infantes prostraverunt contra faciem templi domini, et altare domini operuerunt cilicio. Et clamaverunt ad dominum deum israhel unanimiter, ne darentur in predam infantes eorum, et uxores eorum in divisionem, et civitates eorum in exterminium, et sancta eorum in pollutionibus. Tunc eliachim sacerdos domini magnus circuivit omnem israhel, allocutusque est eos dicens: Scitote quoniam exaudiet dominus preces vestras, si manentes permanseritis in ieiuniis et orationibus in conspectu domini. Memores estote moysi servi domini, qui amalech confidentem in virtute sua et in potentia sua et in exercitu suo et in clippeis suis et in curribus suis et in equitibus suis, non in ferro pugnando, sed precibus sanctis orando deiecit. Sic erunt universi hostes israhel, si perseveraveritis in hoc opere quo cepistis. Ad hanc ergo exhortationem eius deprecantes dominum, permanebant in conspectu domini, ita ut etiam hi qui holocausta domino offerebant precincti ciliciis offerrent sacrificia domino, et erat cinis super capita eorum. Et ex toto corde suo orabant deum ut visitaret populum suum israhel. Nuntiatumque est holoferni principi milicie assyriorum quod filii israhel prepararent se ad resistendum, ac montium itinera conclusissent. Et furore nimio exarsit in iracundia magna, vocavitque omnes principes moab et duces amon, et dixit eis: Dicite michi quis sit populus iste qui montana obsidet, aut que et quales sint et quante civitates eorum, que etiam sit virtus eorum, aut que sit multitudo eorum, vel quis rex milicie eorum. Et quare pre omnibus qui habitant in oriente isti contempserunt me et non exierunt obviam nobis ut susciperent nos cum pace.

Tunc achior dux filiorum amon respondens ait: Si digneris audire domine mi, dicam veritatem in conspectu tuo de populo isto qui in montanis habitat, et non egredietur verbum falsum ex ore meo. Populus iste ex progenie chaldeorum est. Hic primum in mesopotamia habitavit, quoniam noluerunt sequi deos patrum suorum qui erant in terra chaldeorum. Deserentes itaque cerimonias patrum suorum que in multitudine deorum erant, unum deum celi coluerunt. Qui et precepit eis ut exirent inde et habitarent in charran. Cumque operuisset omnem terram fames, descenderunt in egyptum, illicque per quadringentos annos sic multiplicati sunt ut dinumerari eorum non posset exercitus. Cumque gravasset eos rex egypti, atque in edificationibus urbium suarum in luto et latere subiugasset eos, clamaverunt ad dominum suum, et percussit totam terram egypti plagis variis. Cumque eiecissent eos egyptii a se, et cessasset plaga ab eis, et iterum vellent eos capere et ad suum servitium revocare, fugientibus his deus celi mare aperuit, ita ut hinc inde aque quasi murus solidarentur, et isti pede sicco fundum maris perambulando transirent. In quo loco dum innumerabilis exercitus egyptiorum eos persequeretur, ita aquis coopertus est ut non remaneret vel unus qui factum posteris nuntiaret. Egressi etiam mare rubrum, deserta syna montis occupaverunt, in quibus numquam homo habitare potuit vel filius hominis requievit. Illic fontes amari obdulcati sunt eis ad bibendum, et per annos xl annona de celo consecuti sunt. Ubicumque ingressi sunt sine arcu et sagitta et absque scuto et gladio, deus eorum pro eis pugnavit et vicit.

Et non fuit qui insultaret populo isti, nisi quando recessit a cultura domini dei sui. Quotienscumque autem preter ipsum deum suum alterum coluerunt, dati sunt in predam et in gladium et in obprobrium. Quotienscumque autem penituerunt se recessisse a cultura dei sui, dedit eis deus celi virtutem resistendi. Denique

chananeum regem et iebuseum et ferezeum et etheum et eveum et amorreum et omnes potentes in esebon prostraverunt et terras eorum et civitates eorum ipsi possederunt. Et usque dum non peccarent in conspectu dei sui erant cum illis bona. Deus enim illorum odit iniquitatem. Nam et ante hos annos cum recessissent a via qua dederat illis deus ut ambularent in ea, exterminati sunt preliis a multis nationibus et plurimi eorum captivi ducti sunt in terram non suam. Nuper autem reversi sunt ad dominum deum suum ex dispersione qua dispersi fuerant adunati sunt, et ascenderunt montana hec omnia et iterum possident hierusalem ubi sunt sancta eorum.

Nunc ergo mi domine perquire si est aliqua iniquitas eorum in conspectu dei eorum, ascendamus ad illos quoniam tradens tradet illos deus eorum tibi et subiugati erunt sub iugo potentie tue. Si vero non est offensio populi huius coram deo suo, non poterimus resistere illis quoniam deus illorum defendet illos, et erimus in obprobrium universe terre. Et factum est cum cessasset loqui achior verba hec, irati sunt omnes magnates holofernis, et cogitabant interficere eum dicentes ad alterutrum. Quis iste est qui filios israel posse dicat resistere regi nabuchodonosor et exercitibus eius homines inermes et sine virtute et sine peritia artis pugne? Ut ergo agnoscat achior quoniam fallit nos, ascendamus in montana, et cum capti fuerint potentes eorum, tunc cum eisdem gladio transverberabitur, ut sciat omnis gens quoniam nabuchodonosor deus terre est et preter ipsum alius non est.

Factum est autem cum cessassent loqui, indignatus holofernes vehementer dixit ad achior. Quoniam prophetasti nobis dicens quod gens israel defendatur a deo suo, ut ostendam tibi quoniam non est deus nisi nabuchodonosor, cum percusserimus eos omnes sicut hominem unum, tunc et ipse cum illis assyriorum gladio interibis, et omnis israel tecum perditione disperiet. Et probabis quoniam nabuchodonosor dominus sit universe terre. Tuncque gladius militie mee transiet per latera tua et confixus cades inter vulneratos israel, et non respirabis ultra donec extermineris cum illis. Porro autem si prophetiam tuam veram existimas, non concidat vultus tuus, et pallor qui faciem tuam obtinuit absedat a te, si verba mea hec putas impleri non posse. Ut autem noveris quia simul cum illis hec experieris, ecce ex hac hora illorum populo sociaberis, ut dum dignas mei gladii penas exceperint ipse simul ultioni subiaceas.

Tunc holofernes precepit servis suis ut comprehenderent achior et ducerent eum in bethuliam et traderent eum in manus filiorum israel. Et accipientes eum servi holofernis profecti sunt per campestria. Et cum appropinquassent ad bethuliam, exierunt contra eos fundibularii. Illi autem divertentes a latere montis ligaverunt achior ad arborem manibus et pedibus, et sic vinctum de restibus dimiserunt eum et reversi sunt ad dominum suum. Porro filii israel descendentes de bethulia venerunt ad eum. Quem solventes duxerunt ad bethuliam, atque in medio populi illum statuentes, percontati sunt quid rerum esset quod illum vinctum assyrii reliquissent. In diebus illis erant illic principes ozias filius micha de tribu symeon et charmi qui et gothoniel. In medio itaque seniorum et in conspectu omnium achior dixit omnia que locutus ipse fuerat ab holoferne interrogatus, et qualiter populus holofernis voluisset propter hoc verbum interficere eum, quemadmodum holofernes ipse iratus iusserit eum israhelitis hac de causa tradi, ut dum vicerit filios israel, tunc et ipsum achior diversis iubeat suppliciis interire, propter hoc quod dixisset, deus celi defensor eorum est. Cumque universa achior exposuisset, omnis populus cecidit in faciem dominum adorantes, et communi lamentatione ac fletu unanimes preces suas deo effuderunt dicentes. Domine deus celi et terre, intuere superbiam illorum, et respice ad nostram humilitatem et faciem sanctorum tuorum attende, et ostende quia non derelinquis presumentes de te, et presumentes de se et de sua virtute gloriantes humilias. Finito itaque fletu et per totum diem populorum oratione completa, consolati sunt achior dicentes. Deus patrum nostrorum cuius tu virtutem predicasti, ipse tibi hanc dabit vicissitudinem ut eorum magis tu interitum videas. Cum vero dominus deus noster dederit hanc libertatem servis suis, sit et tecum deus in medio nostri, si placuerit tibi nobiscum cum tuis omnibus conversaris.

Tunc ozias finito concilio suscepit eum in domum suam, et fecit cenam magnam et vocatis omnibus presbiteris simul expleto ieiunio refecerunt. Postea vero convocatus omnis populus per totam noctem intra ecclesiam oraverunt petentes auxilium a deo israel. Holofernes autem altera die precepit exercitibus suis ut ascenderent contra bethuliam. Erant autem pedites bellatorum cxx milia et equites xxii milia, preter preparationes virorum illorum quos occupaverat captivitas et adducti fuerant de provinciis et urbibus universe iuventutis. Omnes pariter paraverunt se ad pugnam contra filios israel, et venerunt per crepidinem montis usque ad apicem qui respicit contra dothaim, a loco qui dicitur belma usque ad chelmon qui est contra hesdrelon. Filii autem israel ut viderunt multitudinem illorum, prostraverunt se super terram, mittentes cinerem super capita sua, unanimes orantes, ut deus israel misericordiam suam ostenderet super populum suum israel. Et assumentes arma sua bellica sederunt per loca que angusti itineris tramitem dirigunt inter montuosa, et erant custodientes ea tota nocte et die. Porro holofernes dum circuit per girum, reperit quod fons qui influebat aqueductum a parte australi extra civitatem dirigeret, et incidi precepit aqueductum eorum. Erant tamen non longe a muris fontes ex quibus furtim videbantur haurire aquam, ad refocillandum potius quam ad potandum. Sed filii amon et moab accesserunt ad holofernem dicentes. Filii israel non in lancea nec in sagittis confidunt, sed montes defendunt illos, et muniunt illos colles in precipitio constituti. Ut ergo sine congressione pugne possis superare eos, pone custodes fontium ut non hauriant ex eis, et sine gladio interficies eos, vel certe fatigati tradent civitatem suam quam putant in montibus positam superari non posse.

Et placuerunt verba hec coram holoferne et coram omnibus satellitibus eius, et constituit per girum centenarios per singulos fontes. Cumque ista custodia per dies xx fuisset expleta, defecerunt cisterne et collectiones aquarum omnibus habitantibus in bethulia, ita ut non esset intra civitatem unde satiarentur vel una die, quoniam ad mensuram dabatur populis aqua cottidie. Tunc ad oziam congregati omnes viri ac femine, iuvenes et senes et parvuli simul omnes una voce dixerunt. Iudicet deus inter nos et te, quoniam fecisti in nos mala nolens loqui pacifice cum assyriis, et propter hoc vendidit nos deus in manibus eorum. Et ideo non est qui adiuvet, cum prosternamur ante oculos eorum in siti et perditione magna. Et nunc congregate universos qui in civitate sunt, ut sponte nos tradamus omnes populo holofernis. Melius est enim ut captivi benedicamus dominum viventes, quam moriamur et simus obprobrium omni carni, cum viderimus uxores nostras et infantes nostros mori ante oculos nostros. Contestamur hodie celum et terram et deum patrum nostrorum qui ulciscitur nos secundum peccata nostra, ut iam tradatis civitatem in manu militie holofernis, ut sit finis noster brevis in ore gladii, qui longior efficitur in ariditate sitis. Et cum hec dixissent, factus est fletus et ululatus magnus in ecclesia magna omnibus et per multas horas una voce clamaverunt ad deum dicentes. Peccavimus cum patribus nostris, iniuste egimus iniquitatem fecimus. Tu quia pius es miserere nostri, aut in tuo flagello vindica iniquitates nostras, et noli tradere confidentes in te populo qui ignorat te, ut non dicant inter gentes. Ubi est deus eorum? Et cum fatigati his clamoribus et his fletibus lassati fuissent, exurgens ozias infusus lacrimis dixit. Equo animo estote fratres, et hos quinque dies expectemus a domino misericordiam. Forsitan enim indignationem suam abscidet et dabit gloriam nomini suo. Si autem transactis quinque diebus non venerit adiutorium, faciemus hec verba que locuti estis.

Et factum est cum audisset hec verba iudith vidua, que erat filia merari filii ydoch, filii ioseph, filii ozie, filii elay, filii iamnor, filii gedeon, filii rafaim, filii achitob, filii melchie, filii enam, filii nathanie, filii salathiel, filii symeon, filii ruben, et vir eius fuit manasses, qui mortuus est in diebus messis hordearie. Instabat enim super alligantes manipulos in campo, et venit estus super caput eius et mortuus est in bethulia civitate sua et sepultus est illic cum patribus suis. Erat autem iudith relicta eius vidua iam annis tribus et mensibus sex. Et in superioribus domus sue fecit sibi secretum cubiculum in quo cum puellis suis clausa morabatur. Et habens super lumbos suos cilicium, ieiunabat omnibus diebus vite sue, preter sabbata et neomenias et festa domus israel. Erat autem eleganti aspectu nimis, cui vir suus reliquerat divitias multas et familiam copiosam, ac possessiones armentis boum et gregibus ovium plenas. Et erat hec in omnibus famosissima, quoniam timebat dominum valde, nec erat qui loqueretur de ea verbum malum. Hec itaque cum audisset quoniam ozias promisisset quod transacto quinto die traderet civitatem, misit ad presbiteros chabri et carmyn. Et venerunt ad illam. Et dixit illis. Quod est verbum in quo consensit ozias ut tradat civitatem assyriis, si intra quinque dies non venerit vobis adiutorium? Et qui estis vos qui temptatis dominum? Non est iste sermo qui misericordiam provocet, sed potius qui iram excitet et furorem accendat. Posuistis vos tempus miserationis domini, et in arbitrium vestrum diem constituistis ei. Sed quia patiens dominus est, in hoc ipso peniteamus et indulgentiam eius lacrimis postulemus. Non enim quasi homo deus sic comminabitur, neque sicut filius hominis ad iracundiam inflammabitur. Et ideo humiliemus illi animas nostras, et in spiritu constituti humiliato serviamus illi. Dicamus flentes domino, ut secundum voluntatem suam sic faciat nobiscum misericordiam suam, et sicut conturbatum est cor nostrum in superbia eorum, ita etiam de nostra humilitate gloriemur, quoniam non secuti sumus peccata patrum nostrorum qui dereliquerunt deum suum et adoraverunt deos alienos, pro quo scelere dati sunt in gladium et in rapinam et in confusionem inimicis suis. Nos autem alterum deum nescimus preter ipsum. Expectemus humiles consolationem eius, et exquiret sanguinem nostrum de afflictionibus inimicorum nostrorum, et humiliabit omnes gentes quecumque insurgunt contra nos, et faciet illas sine honore dominus deus noster.

Et nunc fratres mei qui estis presbiteri in populo dei, et ex vobis pendet anima illorum, ad eloquium vestrum corda eorum erigite, ut memores sint quia temptati sunt patres nostri ut probarentur si vere colerent deum suum. Memores esse debent quomodo pater noster abraham temptatus est et per multas tribulationes probatus dei amicus effectus est. Sic ysaac, sic iacob, sic moyses et omnes qui placuerunt deo, per multas tribulationes transierunt fideles. Illi autem qui temptationes non susceperunt cum timore domini, et patientiam suam et improperium murmurationis sue contra dominum protulerunt, exterminati sunt ab exterminatore et a serpentibus perierunt. Et nos ergo non ulciscamur nos pro his que patimur, sed reputantes peccatis nostris hec ipsa minora esse supplicia flagella domini quasi servi qui corripimur ad emendationem non ad perditionem nostram evenisse credamus. Et dixerunt illi ozias et presbiteri. Omnia que locuta es vera sunt et non est in sermonibus tuis ulla reprehensio. Nunc ergo ora pro nobis quoniam mulier sancta es et timens deum. Et dixit illis iudith. Sicut quod loqui potui dei esse cognoscitis, ita quod facere disposui probate si ex deo est, et orate ut firmum faciat consilium meum deus. Stabitis vos ad portam nocte ista, et ego exeam cum abra mea, et orate ut sicut dixistis in diebus quinque respiciat dominus populum suum israel. Vos autem nolo ut scrutemini actum meum, et usque dum renuntiem vobis nichil aliud fiat nisi oratio pro me ad dominum deum nostrum. Et dixit ad eam ozias princeps iude. Vade in pace, et dominus tecum in ultionem inimicorum nostrorum. Et revertentes abierunt. Quibus abscedentibus ingressa est iudith oratorium suum, et induens se cilicio posuit cinerem super caput suum et prosternens se domino clamavit ad dominum dicens. Domine deus patris mei symeon qui dedisti illi gladium in defensionem alienigenarum qui violatores extiterunt in coinquinatione sua, et denudaverunt femur virginis in confusionem, et dedisti mulieres eorum in predam, et filias eorum in captivitatem, et omnem predam in divisionem servis tuis qui zelaverunt zelum tuum, subveni queso te domine deus meus michi vidue. Tu enim fecisti priora et illa post illa cogitasti, et hoc factum est quod ipse voluisti.

Omnes enim vie tue parate sunt, et tua iudicia in tua providentia posuisti. Respice castra assyriorum nunc, sicut tunc castra egyptiorum videre dignatus es, quando post servos tuos armati currebant, confidentes in quadrigis et in equitatu suo et in multitudine bellatorum. Sed aspexisti super castra eorum, et tenebre fatigaverunt eos. Tenuit pedes eorum abyssus et aque operuerunt eos. Sic fiant et isti domine, qui confidunt in multitudine sua et in curribus suis, et in contis et in sagittis suis, et in lanceis gloriantur, et nesciunt quia tu es deus noster qui conteris bella ab initio, et deus nomen est tibi. Erige brachium tuum sicut ab initio, et allide virtutem eorum in virtute tua. Cadat virtus eorum in iracundia tua, qui promittunt se violare sancta tua, et polluere tabernaculum nominis tui, et deicere gladio suo cornu altaris tui. Fac domine ut gladio proprio eius superbia amputetur. Capiatur laqueo oculorum suorum in me, et percuties eum ex labiis caritatis mee. Da michi in animo constantiam ut contempnam illum, et virtutem ut evertam illum. Erit enim memoriale nominis tui cum manus feminee deiecerit eum. Non enim in multitudine est virtus tua domine, neque in equorum viribus voluntas tua, nec superbi ab initio placuerunt tibi, sed humilium et mansuetorum tibi semper placuit deprecatio. Deus celorum creator aquarum et dominus totius creature, exaudi me miseram deprecantem et de tua misericordia presumentem. Memento domine testamenti tui, et da verbum in ore meo, et in corde meo consilium corrobora, ut domus tua in sanctificatione permaneat et omnes gentes agnoscant quia tu es deus et non alius preter te.

Factum est autem cum cessasset clamare ad dominum, surrexit de loco quo iacuerat prostrata coram domino, vocavitque abram suam, et descendens in domum suam abstulit a se cilicium, et exuit se vestimentis viduitatis sue, et lavit corpus suum, et unxit se myrro optimo, et discriminavit crinem capitis sui, et imposuit mitram super caput suum, et induit se vestimentis iocunditatis sue. Induitque sandalia pedibus suis, assumpsitque dextraliola et lilia, et inaures et anulos, et omnibus ornamentis suis ornavit se. Cui etiam dominus contulit splendorem, quoniam omnis ista compositio non ex libidine sed ex virtute pendebat. Et ideo dominus hanc in illam pulchritudinem ampliavit, ut incomparabili decore omnium oculis appareret. Imposuit itaque abre sue ascopam vini, et vas olei et polentam, et palathas et panes et caseum et profecta est. Cumque venisset ad portam civitatis, invenit expectantem

oziam et presbiteros civitatis. Qui cum vidissent eam, stupentes mirati sunt nimis pulchritudinem eius. Nichil tamen interrogantes eam, dimiserunt transire dicentes: Deus patrum nostrorum det tibi gratiam, et omne consilium tui cordis sua virtute corroboret, et glorietur super te hierusalem, et sit nomen tuum in numero sanctorum et iustorum. Dixeruntque hi qui illic erant omnes una voce: Fiat, fiat.

Iudith vero orans dominum transivit portas, ipsa et abra eius. Factum est autem cum descenderet montem circa ortum diei, occurrerunt ei exploratores assyriorum, et tenuerunt eam dicentes: Unde venis, aut quo vadis? Que respondit: Filia sum hebreorum, ideo ego fugi a facie eorum, quoniam futurum agnovi quod dentur vobis in depredationem, pro eo quod contempnentes vos noluerunt ultro tradere seipsos, ut invenirent misericordiam in conspectu vestro. Hac de causa cogitavi mecum dicens: Vadam ad faciem principis holofernis, ut indicem illi secreta illorum, et ostendam illi quo aditu possit obtinere eos, ita ut non cadat unus vir de exercitu eius. Et cum audissent viri illi verba eius, considerabant faciem eius, et erat in oculis eorum stupor, quoniam mirabantur pulchritudinem eius nimis. Et dixerunt ad eam: Conservasti animam tuam eo quod tale repperisti consilium, ut descenderes ad dominum nostrum. Hoc autem scias quoniam cum steteris in conspectu eius, bene tibi faciet, et eris gratissima in corde eius. Duxeruntque illam ad tabernaculum holofernis nunciantes eam. Cumque intrasset ante faciem eius, statim captus est in suis oculis holofernes. Dixeruntque ad eum satellites eius: Quis contempnat populum hebreorum, qui tam decoras mulieres habent, ut non pro his merito pugnare contra eos debeamus? Vidit itaque holofernem iudith sedentem in conopeo quod erat ex purpura, et auro, et smaragdo, et lapidibus preciosis intextum. Cumque in faciem eius intendisset, adoravit eum prosternens se super terram. Et levaverunt eam servi holofernis, iubente domino suo. Tunc holofernes dixit ei: Equo animo esto, et noli pavere in corde tuo, quoniam ego numquam nocui virum qui voluit servire nabuchodonosor regi. Populus autem tuus si non contempsisset me, non levassem lanceam meam super illum. Nunc autem dic michi qua ex causa recessisti ab illis, et placuit tibi ut venisses ad nos. Et dixit iudith:

Sume verba ancille tue, quoniam si secutus fueris verba ancille tue, perfectam rem faciet dominus tecum. Vivit enim nabuchodonosor rex terre, et vivit virtus eius que est in te ad correctionem omnium animarum errantium, quoniam non solum homines servient illi per te, sed et bestie agri obtemperabunt illi. Nunciatur enim industria animi tui universis gentibus, et indicatum est omni seculo quoniam tu solus bonus et potens es in omni regno eius, et disciplina tua omnibus provinciis predicatur. Nec hoc latet quod locutus est achior, nec illud ignoratur quod ei iusseris evenire. Constat enim deum nostrum sic peccatis offensum, ut mandaverit per prophetas suos ad populum quod tradat eum pro peccatis suis. Et quoniam sciunt se offendisse deum suum filii israel, tremor tuus super ipsos est. Insuper etiam fames invasit eos, et ab ariditate aque iam nunc inter mortuos computantur. Denique hoc ordinant ut interficiant pecora sua, et sanguinem eorum bibant, et sancta domini sui que precepit dominus non contingi, in frumento, vino, et oleo, hec cogitaverunt impendere, et volunt consumere que nec manibus deberent contingere. Ergo quoniam hec faciunt, certum est quod in perditionem dabuntur. Quod ego ancilla tua cognoscens, fugi ab illis, et misit me dominus hec ipsa nunciare tibi. Ego enim ancilla tua deum colo, etiam nunc apud te, et exiet ancilla tua et adorabo dominum, et dicet michi quando eis reddat peccatum suum, et veniens nunciabo tibi, ita ut ego adducam te per mediam hierusalem, et habebis omnem populum israel sicut oves quibus non est pastor, et non latrabit vel unus contra te. Quoniam michi hec dicta sunt per providentiam dei, et quoniam iratus est illis deus, hec ipsa sum missa nunciare tibi. Placuerunt autem omnia verba hec coram holoferne, et coram pueris eius, et mirabantur ad sapientiam eius, et dicebant alter ad alterum: Non est talis mulier super terram in aspectu et pulchritudine et in sensu verborum. Et dixit ad illam holofernes: Benefecit deus qui misit te ante populum, ut des illum tu in manibus nostris. Et quoniam bona est promissio tua, si fecerit michi hoc deus tuus, erit et meus deus, et tu in domo nabuchodonosor magna eris, et nomen tuum nominabitur in universa terra.

Tunc iussit eam introire ubi repositi erant thesauri eius, et iussit illic manere eam, et constituit quid daretur illi de convivio suo. Cui respondit iudith et dixit: Nunc non potero manducare ex his que michi precipis tribui, ne veniat super me offensio. Ex his autem que michi detuli manducabo. Cui holofernes ait: Si defecerint tibi ista que tecum detulisti, quid faciemus tibi? Et dixit iudith: Vivit anima tua, domine mi, quoniam non expendet hec omnia ancilla tua, donec faciat deus in manu mea hec que cogitavi. Et induxerunt illam servi eius in tabernaculum quod preceperat. Et petiit dum introiret, ut daretur ei copia nocte et ante lucem egrediendi foras ad orationem, et deprecandi dominum. Et precepit cubiculariis suis ut sicut placeret illi exiret et introiret ad adorandum deum suum per triduum. Et exiebat noctibus in vallem bethulie, et baptizabat se in fonte aque. Et ut ascendebat orabat dominum deum israel ut dirigeret viam eius ad liberationem populi sui. 110. Et introiens munda manebat in tabernaculo usque dum acciperet escam suam in vespere.

Et factum est in quarto die holofernes fecit cenam servis suis, et dixit ad vagao eunuchum: Vade et suade hebream illam, ut sponte consentiat habitare mecum. Fedum est enim apud assyrios si femina irrideat virum agendo, ut immunis transeat ab eo. Tunc introivit vagao ad iudith, et dixit ei: Non vereatur bona puella introire ad dominum meum, ut honorificetur ante faciem eius, et manducet cum eo et bibat vinum in iocunditate. Cui iudith respondit: Que ego sum, ut contradicam domino meo? Omne quod erit ante oculos eius bonum et optimum faciam. Quicquid autem illi placuerit, hoc michi erit optimum omnibus diebus vite mee. Et surrexit et ornavit se vestimento suo, et ingressa stetit ante faciem eius. Cor autem holofernis concussum est; erat enim ardens in concupiscentia eius. Et dixit ad eam holofernes: Bibe nunc et accumbe in iocunditate, quoniam gratiam invenisti coram me. Et dixit iudith: Bibam domine, quoniam magnificata est anima mea hodie pre omnibus diebus meis. Et accepit et manducavit et bibit coram ipso ea que preparaverat illi ancilla eius. Et iocundus factus est holofernes ad illam, bibitque vinum multum nimis, quantum numquam biberat in vita sua. Ut autem sero factum est, festinaverunt servi illius ad hospitia sua, et conclusit vagao ostia cubiculi, et abiit. Erant autem omnes fatigati a vino. Eratque iudith sola in cubiculo. Porro holofernes iacebat in lecto, nimia ebrietate sopitus. Dixitque iudith puelle sue ut staret foris ante cubiculum et observaret. Stetitque iudith ante lectum, orans cum lacrimis, et labiorum motu in silentio dicens: Confirma me domine deus israel, et respice in hac hora ad opera manuum mearum, ut sicut promisisti hierusalem civitatem tuam erigas, et hoc quod credens per te fieri posse cogitavi perficiam. Et cum hec dixisset, accessit ad columpnam que erat ad caput lectuli eius, et pugionem eius qui in ea li-

gatus pendebat exsolvit. Cumque evaginasset illum, apprehendit comam capitis eius, et ait: Confirma me domine deus israel in hac hora. Et percussit bis in cervicem eius, et abscidit caput eius, et abstulit conopeum eius a columpnis, et evolvit corpus eius truncum. Et post pusillum exivit, et tradidit caput holofernis ancille sue, et iussit ut mitteret illud in peram suam. Et exierunt due secundum consuetudinem suam quasi ad orationem, et transierunt castra, et gyrantes vallem venerunt ad portam civitatis. Et dixit iudith a longe custodibus murorum: Aperite portas, quoniam nobiscum est deus, qui fecit virtutem magnam in israel. Et factum est cum audissent viri vocem eius, vocaverunt presbiteros civitatis. Et concurrerunt ad eam omnes a minimo usque ad maximum, quoniam speraverunt eam iam non esse venturam. Et accendentes luminaria, congyraverunt circa eam universi. Illa autem ascendens in eminentiori loco, iussit fieri silentium. Cumque omnes tacuissent, dixit iudith:

Laudate dominum deum nostrum qui non deseruit sperantes in se, et in me ancilla sua adimplevit misericordiam suam quam promisit domui israel, et interfecit in manu mea hostem populi sui in hac nocte. Et proferens de pera caput holofernis, ostendit illis dicens: Ecce caput holofernis principis milicie assyriorum, et ecce conopeum illius in quo recumbebat in ebrietate sua, ubi et per manum femine percussit illum dominus deus noster. Vivit autem ipse dominus, quoniam custodivit me angelus eius, et hinc euntem, et ibi commorantem, et inde huc revertentem, et non permisit deus me ancillam suam coinquinari, sed sine pollutione peccati revocavit me vobis gaudentem in victoria sua, in evasione mea, in liberatione vestra. Confitemini illi omnes quoniam bonus, quoniam in seculum misericordia eius. Universi autem adorantes dominum, dixerunt ad eam: Benedixit te dominus in virtute sua, quia per te ad nichilum redegit inimicos nostros. Porro ozias princeps populi israel dixit ad eam: Benedicta es tu filia a domino deo excelso pre omnibus mulieribus super terram. Benedictus dominus qui creavit celum et terram, qui te direxit in vulnera capitis principis inimicorum nostrorum, quia hodie nomen tuum ita magnificavit, ut non recedat laus tua de ore hominum, qui memores fuerint virtutis domini in eternum, pro quibus non pepercisti anime tue propter angustias et tribulationem generis tui, sed subvenisti ruine ante conspectum dei nostri. Et dixit omnis populus: Fiat, fiat. Porro achior vocatus venit, et dixit ei: Deus israel cui tu testimonium dedisti, quod ulciscatur de inimicis suis, ipse caput omnium incredulorum incidit in hac nocte in manu mea. Et ut probes quia ita est, ecce caput holofernis qui contemptu superbie sue deum israel contempsit, et tibi interitum minabatur dicens: Cum captus fuerit populus israel, gladio perforari precipiam latera tua. Videns autem achior caput holofernis angustiatus pre pavore cecidit in faciem suam super terram, et estuavit anima eius. Postea vero quam resumpto spiritu recreatus est, procidit ad pedes eius, et adoravit eam et dixit: Benedicta tu a deo tuo in omni tabernaculo iacob, quoniam in omni gente que audierit nomen tuum, magnificabitur deus israel super te. Dixit autem iudith ad omnem populum: Audite me fratres. Suspendite caput hoc super muros nostros, et erit cum exierit sol, accipiat unusquisque arma sua, et exite cum impetu, non ut descendatis deorsum, sed quasi impetum facientes. Tunc exploratores necesse erit ut fugiant ad principem suum excitandum ad pugnam. Cumque duces eorum occurrerint ad tabernaculum holofernis, et invenerint eum truncum in suo sanguine volutatum, decidet super eos timor. Cumque cognoveritis fugere illos, ite post illos securi, quoniam dominus conteret eos sub pedibus vestris.

Tunc achior videns virtutem quam fecit deus israel, relicto gentilitatis ritu credidit deo, et circumcidit carnem preputii sui, et appositus est ad populum israel, et omnis successio eius usque in hodiernum diem. Mox autem ut ortus est dies, suspenderunt super muros caput holofernis, accepitque unusquisque vir arma sua, et egressi sunt cum grandi strepitu et ululatu. Quod videntes exploratores, ad tabernaculum cucurrerunt. Porro hi qui in tabernaculo erant venientes, et ante ingressum cubiculi perstrepentes, excitandi gratia, inquietudinem arte moliebantur, ut non ab excitantibus sed a sonantibus holofernes evigilaret. Nullus enim audebat cubiculum virtutis assyriorum pulsando aut aperiendo intrare. Sed cum venissent duces eius et tribuni, et universi maiores exercitus assyriorum, dixerunt cubiculariis: Intrate et excitate illum, quoniam egressi sunt mures de cavernis suis, ausi sunt provocare ad prelium. Tunc ingressus vagao cubiculum eius, stetit ante cortinam, et plausum fecit manibus suis. Suspicabatur enim illum cum iudith dormire. Sed cum nullum motum iacentis sensu aurium caperet, accessit proximans ad cortinam, et elevans eam videns cadaver absque capite holofernis in suo sanguine madefactum iacere super terram, exclamavit voce magna cum fletu, et scidit vestimenta sua. Et ingressus tabernaculum iudith non invenit eam, et exilivit foras ad populum et dixit: Una mulier hebrea fecit confusionem in domo regis nabuchodonosor. Ecce enim holofernes iacet in terra, et caput illius non est in illo. Quod cum audissent principes virtutis assyriorum, sciderunt vestimenta sua, et intolerabilis timor et tremor cecidit super eos, et turbati sunt animi eorum valde, et clamor factus est incomparabilis in medio castrorum eorum.

Cumque omnis exercitus decollatum holofernem audisset, fugit mens et consilium ab eis, et solo tremore et metu agitati, fuge presidium sumunt, ita ut nullus loqueretur cum proximo suo, sed inclinato capite relictis omnibus cupiebant evadere hebreos, quos armatos super se venire audierant, querebant fugientes per vias camporum et semitas collium. Videntes itaque filii israel fugientes illos, descenderuntque clangentesque tubis et ululantes post illos. Et quoniam assyrii non adunati in fugam ibant precipites, filii autem israel uno agmine persequentes debilitabant omnes quos invenire potuissent. Misitque ozias nuncios per omnes civitates et regiones israel. Omnis itaque regio omnisque urbs electam iuventutem misit armatam post eos, et persecuti sunt eos in ore gladii, quousque pervenirent ad extremitatem finium suorum. Reliqui autem qui erant in bethulia ingressi sunt castra assyriorum, et predam quam fugientes assyrii reliquerant abstulerunt, et onustati sunt valde. Hi vero qui victores reversi sunt ad bethuliam, omnia quecumque illorum erant abstulerunt secum, ita ut non esset numerus in pecoribus et iumentis et universis mobilibus eorum, ut a minimo usque ad magnum omnes divites fierent de predationibus eorum. Ioachim autem summus pontifex de hierusalem venit in bethuliam cum universis presbiteris suis, ut videret iudith. Que cum exisset ad illum, benedixerunt omnes illam una voce dicentes: Tu gloria hierusalem, tu leticia israel, tu honorificentia populi nostri, quia fecisti viriliter, et confortatum est cor tuum, eo quod castitatem amaveris, et post virum tuum alterum nescieris. Ideo et manus domini confortavit te, et ideo eris benedicta in eternum. Et dixit omnis populus: Fiat, fiat. Per dies autem triginta vix collecta sunt spolia assyriorum a populo israel. Porro autem universa holofernis peculiaria que fuisse probata sunt dederunt iudith in auro et argento, et vestibus et gemmis, et omni supellectili, et tradita sunt illi omnia a populo. Et omnes populi gaudebant cum mulieribus et virginibus et iuvenibus in organis et citharis. Tunc cantavit canticum hoc domino iudith dicens:

Incipite domino in tympanis, cantate domino in cymbalis, modulamini illi

psalmum novum, et exultate et invocate nomen eius. Dominus conterens bella, dominus nomen est illi. Qui posuit castra sua in medio populi sui, ut eriperet nos de manu omnium inimicorum nostrorum. Venit assur ex montibus ab aquilone in multitudine fortitudinis suae, cuius multitudo obturavit torrentes, et equi eorum cooperuerunt valles. Dixit se incensurum fines meos, et iuvenes meos occisurum gladio, infantes meos dare in praedam, et virgines in captivitate. Dominus autem omnipotens nocuit eum, et tradidit illum in manus feminae, et confudit eum. Non enim cecidit potens eorum a iuvenibus, nec filii titan percusserunt eum, nec excelsi gygantes imposuerunt se illi, sed iudith filia merari in specie faciei suae dissolvit eum. Exuit enim se vestimento viduitatis, et induit se vestimento laetitiae in exultatione filiorum israhel. Unxit faciem suam unguento, colligavit cincinnos suos mitra ad decipiendum illum. Sandalia eius rapuerunt oculos eius, pulchritudo eius captivam fecit animam eius. Amputavit pugione cervicem eius. Horruerunt persae constantiam eius, et medi audaciam eius. Tunc ululaverunt castra assyriorum, quando apparuerunt humiles mei arescentes in siti. Filii puellarum compunxerunt eos, et sicut pueros fugientes occiderunt eos. Ymnum cantemus domino, ymnum cantemus deo nostro. Adonay domine magnus es tu, et praeclarus in virtute, et quem superare nemo potest. Tibi serviat omnis creatura tua, quia dixisti et facta sunt, misisti spiritum tuum et creata sunt, et non est qui resistat voci tuae. Montes a fundamentis movebuntur cum aquis, petrae sicut cera liquescent ante faciem tuam. Qui autem timent te magni erunt apud te per omnia. Vae genti insurgenti super genus meum. Dominus enim omnipotens vindicabit in eis, in die iudicii visitabit illos. Dabit enim ignem et vermes in carnes eorum, ut urantur et sentiant usque in sempiternum.

Et factum est post haec, omnis populus post victoriam venit ad hierusalem adorare dominum. Et mox ut purificati sunt, obtulerunt omnes holocausta, et vota, et repromissiones suas. Porro iudith obtulit universa vasa belli holofernis quae dedit illi populus, et conopeum quod ipsa sustulerat in anathema oblivionis. Erat autem populus iocundus secundum faciem sanctorum, et per tres menses gaudium huius victoriae celebratum est cum iudith. Post dies autem illos, unusquisque rediit in sua, et iudith magna facta est in bethulia, et praeclarior erat universae terrae israhel. Erat etiam virtuti castitas adiuncta, ita ut non cognosceret virum omnibus diebus vitae suae, ex quo defunctus est manasses vir eius. Erat autem diebus festis procedens cum gloria magna. Mansit autem in domo viri sui annos centum quinque, et dimisit abram suam liberam, et defuncta est ac sepulta cum viro suo in bethulia. Luxitque illam omnis populus diebus septem. In omni autem spatio vitae eius non fuit qui perturbaret israhel, et post mortem eius annis multis. Dies autem victoriae huius festivitatis ab hebreis in numero dierum sanctorum accipitur, et colitur a iudeis ex illo tempore usque in praesentem diem.

EXPLICIT LIBER YUDITH.

INCIPIT PRAEFACIO HIERONIMI PRESBITERI IN LIBRUM HESTER.

LIBRUM HESTER VARIIS TRANSLATORIBUS constat esse viciatum. quem ego de archivis hebreorum revelans, verbum e verbo pressius transtuli. Quem librum editio vulgata laciniosis hinc inde verborum finibus trahit, addens ea quae ex tempore dici poterant et audiri, sicut solitum est scolaribus disciplinis, sumpto themate excogitare quibus verbis uti poterit, qui iniuriam passus est, vel ille qui iniuriam fecit. Vos autem o paula et eustochium, quia et bibliothecas hebreorum studuistis intrare, et interpretum certamina comprobastis, tenentes hester hebraicum librum per singula verba nostram translationem aspicite, ut possitis agnoscere me nichil etiam augmentasse addendo, sed fideli testimonio simpliciter sicut in hebreo habetur historiam hebraicam latinae linguae tradidisse. Nec affectamus laudes hominum, nec vituperationes expavescimus. Deo enim placere curantes, minas hominum penitus non timemus, quia deus dissipavit ossa eorum qui hominibus placere desiderant. Et secundum apostolum, qui huiusmodi sunt servi christi esse non possunt. Rufini in libro hester alfabetum ex minio usque ad tetam litteram fecimus diversis in locis, volentes scilicet septuaginta interpretum ordinem per hoc insinuare studioso lectori. Non enim iuxta morem hebreorum ordinem persequi etiam in septuaginta editione malumus.

IN DIEBUS ASSVERI REGIS, QVI REGNAVIT ab india usque ad ethiopiam super centum viginti septem provincias, quando sedit in solio regni sui, susa civitas regni eius exordium fuit. Tercio igitur anno imperii sui fecit grande convivium cunctis principibus et pueris suis, fortissimis persarum et medorum inclitis, et praefectis provinciarum coram se, ut ostenderet divitias gloriae suae, ac magnitudinem atque iactantiam potentiae suae multo tempore, centum videlicet et octoginta diebus. Cumque implerentur dies convivii, invitavit omnem populum qui inventus est in susis, a maximo usque ad minimum. Et septem diebus iussit convivium praeparari in vestibulo horti, et nemoris quod regio cultu et manu consitum erat. Et pendebant ex omni parte tentoria aerii coloris, et carbasini ac iacinctini sustentacula funibus byssinis atque purpureis, qui eburneis circulis inserti erant, et columnis marmoreis fulciebantur. Lectuli quoque aurei et argentei super pavimentum smaragdino et pario lapide dispositi erant, quod mira varietate pictura decorabat. Bibebant autem qui invitati erant aureis poculis, et aliis atque aliis vasis cibi inferebantur. Vinum quoque ut magnificentia regia dignum erat habundans, et praecipuum ponebatur. Nec erat qui nolentes cogeret ad bibendum, sed sic rex statuerat praeponens mensis singulis de principibus suis, ut sumeret unusquisque quod vellet.

Vasthi quoque regina fecit convivium feminarum in palatio ubi rex assuerus manere consueverat. Itaque die septimo cum rex esset hylarior, et post nimiam potationem incaluisset mero, praecepit mauman et bazatha, et arbona, et bagatha, et abgatha, et zarath, et carchas, septem eunuchis qui in conspectu eius ministrabant, ut introducerent reginam vasthi coram rege, posito super caput eius diademate, ut ostenderet cunctis populis et principibus illius pulchritudinem. Erat enim pulchra valde. Quae renuit, et ad regis imperium quod per eunuchos mandaverat venire contempsit. Unde iratus rex et nimio furore succensus, interrogavit sapientes qui ex more regio semper ei aderant, et illorum faciebat cuncta consilio scientium leges ac iura maiorum. Erant autem primi et proximi carsena, et sethar, et admatha, et tharsis, et mares, et marsana, et mamucha, septem duces persarum atque medorum qui videbant faciem regis, et primi post eum sedere soliti erant, cui sententiae vasthi regina subiaceret, quae assueri regis imperium quod per eunuchos mandaverat facere noluisset. Responditque mamucha audiente rege atque principibus: Non solum regem laesit regina vasthi, sed et omnes principes et populos qui sunt in cunctis provinciis regis assueri. Egredietur enim sermo reginae ad omnes mulieres ut contempnant viros suos et dicant: Rex assuerus iussit ut regina vasthi intraret ad eum, et illa noluit. Atque hoc exemplo omnes principum coniuges persarum atque medorum parvipendent imperia maritorum. Unde regis iusta est indignatio. Si tibi placet egrediatur edictum a facie tua, et scribatur iuxta legem persarum atque medorum quam praeteriri illicitum est, ut nequaquam ultra vasthi ingrediatur ad regem, sed regnum illius quae melior illa est accipiat. Et hoc in omnem quod latissimum est provinciarum tuarum divulgetur imperium, et cunctae uxores tam maiorum quam minorum deferant maritis suis honorem. Placuit consilium eius regi et principibus, fecitque rex iuxta consilium mamucha, et misit epistolas ad universas provincias regni sui, ut quaeque gens audire et legere poterat diversis linguis et litteris, esse viros principes ac maiores in domibus suis, et hoc per cunctos populos divulgari.

His itaque gestis postquam regis assueri deferbuerat indignatio, recordatus est vasthi et quae fecisset vel quae passa esset. Dixeruntque pueri regis ac ministri eius: Quaerantur regi puellae ac virgines speciosae, et mittantur qui considerent per universas provincias puellas speciosas et virgines, et adducant eas ad civitatem susan, et tradant in domum feminarum sub manu egei eunuchi, qui est praepositus et custos mulierum regiarum, et accipiant mundum muliebrem et cetera ad usus necessaria. Et quaecumque inter omnes oculis regis placuerit, ipsa regnet pro vasthi. Placuit sermo regi, et ita ut suggesserant iussit fieri. Erat vir iudeus in susis civitate vocabulo mardocheus filius iayr filii semei filii cis de stirpe gemini, qui translatus fuerat de hierusalem eo tempore quo iechoniam regem iuda nabugodonosor rex babilonis transtulerat, qui fuit nutritius filiae fratris sui edessae, quae altero nomine hester vocabatur, et utrumque parentem amiserat, pulchra nimis et decora facie. Mortuisque patre eius ac matre mardocheus sibi eam adoptavit in filiam. Cumque percrebruisset regis imperium, et iuxta mandata illius multae virgines pulchrae adducerentur susan, et egeo traderentur eunucho, hester quoque inter ceteras puellas ei tradita est, ut servaretur in numero feminarum. Quae placuit ei, et invenit gratiam in conspectu eius, ut acceleraret mundum muliebrem, et traderet ei partes suas, et septem puellas speciosissimas de domo regis, et tam ipsam quam pedissequas ornaret atque excoleret. Quae noluit ei indicare populum et patriam suam. Mardocheus enim praeceperat ut de hac re omnino taceret. Qui deambulabat cotidie ante vestibulum domus in qua electae virgines servabantur, curam agens salutis hester, et scire volens quid ei accideret. Cum autem venisset tempus singularum per ordinem puellarum ut intrarent ad regem, expletis omnibus quae ad cultum muliebrem pertinebant mensis duodecimus vertebatur, ita dumtaxat ut sex mensibus oleo ungerentur myrtino, et aliis sex quibusdam pigmentis et aromatibus uterentur. Ingredientesque ad regem quicquid postulassent ad ornatum pertinens accipiebant, et ut eis placuerat compositae de triclinio feminarum ad regis cubiculum transiebant. Et quae intraverat vespere egrediebatur mane, atque inde in secundas aedes deducebantur quae sub manu sysagazi eunuchi erant qui concubinis regis praesidebat. Nec habebat potestatem ad regem ultra redeundi, nisi voluisset rex et eam venire iussisset per nomen. Evoluto autem tempore instabat dies quo hester filia abihel fratris mardochei quam sibi adoptaverat in filiam intrare deberet ad regem. Quae non quaesivit muliebrem cultum, sed quaecumque voluit egeus eunuchus custos virginum, haec ei ad ornatum dedit. Erat enim formosa valde et incredibili pulchritudine, omnium oculis gratiosa et amabilis videbatur. Ducta est itaque ad cubiculum regis assueri mense decimo qui vocatur thebeth, septimo anno regni eius. Et amavit eam rex plusquam omnes mulieres. Habuitque gratiam et misericordiam coram eo super omnes mulieres, et posuit diadema regni in capite eius. Fecitque eam regnare in loco vasthi. Et iussit convivium praeparari permagnificum cunctis principibus et servis suis pro coniunctione et nuptiis hester. Et dedit requiem in universis provinciis, ac dona largitus est iuxta magnificentiam principalem. Cumque et secundo quaererentur virgines et congregarentur, mardocheus manebat ad regis ianuam, necdumque prodiderat hester patriam et populum suum, iuxta mandatum eius. Quicquid enim ille praecipiebat observabat hester, et ita cuncta faciebat ut eo tempore solita erat quo eam parvulam nutriebat. Eo igitur tempore quo mardocheus ad regis ianuam morabatur, irati sunt bagathan et thares duo eunuchi regis qui ianitores erant et in primo palatii limine praesidebant, volueruntque insurgere in regem et occidere eum. Quod mardocheum non latuit. Statimque nunciavit reginae hester, et illa regi ex nomine mardochei qui ad se rem detulerat. Quaesitum est et inventum, et appensus est uterque eorum in patibulo, mandatumque hystoriis et annalibus traditum coram rege.

Post haec rex assuerus exaltavit aman filium amadathi qui erat de stirpe agag, et posuit solium eius super omnes principes quos habebat. Cunctique servi regis qui in foribus palatii versabantur flectebant genua et adorabant aman. Sic enim eis praeceperat imperator. Solus mardocheus non flectebat genua, neque adorabat eum. Cui dixerunt regis pueri qui ad fores palatii praesidebant: Cur praeter ceteros non observas? Cumque hoc crebrius dicerent, et ille nollet audire, nunciaverunt aman scire cupientes utrum perseveraret in sententia. Dixerat enim eis se esse iudeum. Quod cum aman audisset, et experimento probasset quod mardocheus non sibi flecteret genua nec se adoraret, iratus est valde, et pro nichilo duxit in unum mardocheum mittere manus suas. Audierat enim quod esset gentis iudeae, magisque voluit omnem iudeorum qui erant in regno assueri perdere nacionem.

Mense primo cuius vocabulum est nisan anno duodecimo regni assueri, missa est

sors in urnam quae hebraice dicitur phur coram aman quo die et quo mense gens iudaeorum deberet interfici. Et exivit mensis xii qui vocatur adar. Dixitque aman regi assuero: Est populus per omnes provincias regni tui dispersus, et a se mutuo separatus, novis utens legibus et caerimoniis, insuper et regis scita contempnens. Et optime nosti quod non expediat regno tuo ut insolescat per licentiam. Si tibi placet, decerne ut pereat, et x milia talentorum appendam arcariis gazae tuae.

Tulit ergo rex anulum quo utebatur de manu sua, et dedit eum aman filio amadathi de progenie agag hosti iudaeorum. Dixitque ad eum: Argentum quod tu polliceris tuum sit; de populo age quod tibi placet. Vocatique sunt scribae regis mense primo nisan, xiii die eiusdem mensis, et scriptum est ut iusserat aman ad omnes satrapas regis et iudices provinciarum diversarumque gentium, ut quaeque gens legere poterat et audire pro varietate linguarum, ex nomine assueri regis. Et litterae signatae ipsius anulo missae sunt per cursores regis ad universas provincias, ut occiderent atque delerent omnes iudaeos a puero usque ad senem, parvulos et mulieres uno die, hoc est xiii die mensis xii qui vocatur adar, et bona eorum diriperent. Summa autem epistolarum haec fuit, ut omnes provinciae scirent et pararent se ad praedictam diem. Festinabant cursores qui missi erant explere regis imperium. Statimque in susis pependit edictum, rege et aman celebrante convivium, et cunctis qui in urbe erant iudaeis flentibus. Quae cum audisset mardocheus, scidit vestimenta sua, et indutus est sacco, spargens cinerem capiti, et in platea mediae civitatis voce magna clamabat, ostendens amaritudinem animi sui; et hoc eiulatu usque ad fores palatii gradiens. Non enim erat licitum indutum sacco aulam regis intrare. In omnibus quoque provinciis, oppidis ac locis, ad quae crudele regis dogma pervenerat, planctus ingens erat apud iudaeos, ieiunium, ululatus et fletus, sacco et cinere multis pro strato utentibus. Ingressae sunt autem puellae hester et eunuchi, nuntiaveruntque ei. Quod audiens consternata est, et misit vestem, ut ablato sacco induerent eum. Quam accipere noluit. Accitoque athac eunucho, quem rex ministrum ei dederat, praecepit ut iret ad mardocheum, et disceret ab eo cur hoc faceret. Egressusque athac ivit ad mardocheum stantem in platea civitatis ante ostium palatii. Qui indicavit ei omnia quae acciderant, quomodo aman promisisset ut in thesauros regis pro iudaeorum nece inferret argentum. Exemplarque edicti quod pendebat in susis dedit ei, ut reginae ostenderet, et moneret eam ut intraret ad regem, et deprecaretur eum pro populo suo.
Regressusque athac nuntiavit hester omnia quae mardocheus dixerat. Quae respondit ei, et iussit ut diceret mardocheo: Omnes servi regis et cunctae quae sub dicione eius sunt norunt provinciae, quod sive vir sive mulier non vocatus interius atrium regis intraverit, absque ulla cunctatione statim interficiatur, nisi forte rex auream virgam ad eum tetenderit pro signo clementiae, atque ita possit vivere. Ego igitur quomodo ad regem intrare potero, quae xxx iam diebus non sum vocata ad eum? Quod cum audisset mardocheus, rursum mandavit hester dicens: Ne putes quod animam tuam tantum liberes, quia in domo regis es prae cunctis iudaeis. Si enim nunc silueris, per aliam occasionem liberabuntur iudaei, et tu et domus patris tui peribitis. Rursumque hester haec mardocheo verba mandavit: Vade et congrega omnes iudaeos quos in susis reppereris, et orate pro me. Non comedatis et non bibatis tribus diebus ac noctibus, et ego cum ancillis meis similiter ieiunabo, et tunc ingrediar ad regem contra legem faciens, non vocata, tradensque me morti et periculo. Ivit itaque mardocheus et fecit omnia quae ei hester praeceperat. Die autem tercio induta est hester regalibus vestimentis, et stetit in atrio domus regiae quod erat interius contra basilicam regis. At ille sedebat super solium suum in consistorio palatii contra ostium domus. Cumque vidisset hester reginam stantem, placuit oculis eius, et extendit contra eam virgam auream quam tenebat manu. Quae accedens osculata est summitatem virgae eius. Dixitque ad eam rex: Quid vis, hester regina? Quae est petitio tua? Etiam si dimidiam regni mei partem petieris, dabitur tibi. At illa respondit: Si regi placet, obsecro ut venias ad me hodie, et aman tecum ad convivium quod paravi. Statimque rex: Vocate, inquit, aman cito, ut hester obediat voluntati. Venerunt itaque rex et aman ad convivium quod eis regina paraverat. Dixitque ei rex postquam vinum biberat abundanter: Quid petis ut detur tibi? Et pro qua re postulas? Etiam si dimidiam partem regni mei petieris, impetrabis. Cui respondit hester: Petitio mea et preces istae sunt: Si inveni gratiam in conspectu regis, et si regi placet ut det mihi quod postulo, et meam impleat petitionem, veniat rex et aman ad convivium quod paravi eis, et cras regi aperiam voluntatem meam.
Egressus est itaque illo die aman laetus et alacer. Cumque vidisset mardocheum sedentem ante fores palatii, et non solum non assurrexisse sibi, sed nec motum quidem de loco sessionis suae, iratus est valde, et dissimulata ira reversus est in domum suam, convocavit ad se amicos et hares uxorem suam, et exposuit illis magnitudinem divitiarum suarum filiorumque turbam, et quanta eum gloria super omnes principes et servos suos rex III
elevasset. Et post haec ait: Regina quoque hester nullum alium vocavit praeter me, apud quam etiam cras cum rege pransurus sum. Et cum haec omnia habeam, nihil me habere puto quamdiu videro mardocheum iudaeum sedentem ante fores regias. Responderuntque ei hares uxor eius et ceteri amici: Iube parari excelsam trabem habentem altitudinis l cubitos, et dic mane regi ut appendatur super eam mardocheus, et sic ibis cum rege laetus ad convivium. Placuit ei consilium, et iussit excelsam parari crucem.

Noctem illam rex duxit insomnem, iussitque afferri sibi hystorias et annales priorum temporum. Quae cum illo praesente legerentur, ventum est ad eum locum ubi scriptum erat quando nuntiasset mardocheus insidias bagathan et thares eunuchorum, regem assuerum iugulare cupientium. Quod cum audisset rex, ait: Quid pro hac fide honoris ac praemii mardocheus consecutus est? Dixeruntque ei servi illius ac ministri: Nichil omnino mercedis accepit. Statimque rex: Quis est, inquit, in atrio? Aman quippe interius atrium domus regiae intraverat, ut suggereret regi ut iuberet mardocheum affigi patibulo quod ei fuerat praeparatum. Responderuntque pueri: Aman stat in atrio. Dixitque rex: Ingrediatur. Cumque esset ingressus, ait illi: Quid debet fieri viro quem rex honorare desiderat? Cogitans autem aman in corde suo, et reputans quod nullum alium rex nisi se vellet honorare, respondit: Homo quem rex honorare cupit debet indui vestibus regiis, et imponi super equum qui de sella regis est, et accipere regium diadema super caput suum, et primus de regiis principibus ac tyrannis teneat equum eius, et per plateam civitatis incedens clamet et dicat: Sic honorabitur quemcumque voluerit rex honorare. Dixitque ei rex: Festina, et sumpta stola et equo, fac ut locutus es mardocheo iudaeo qui sedet ante fores palatii. Cave ne quicquam de his quae locutus es praetermittas. Tulit itaque aman stolam et equum, indutumque mardocheum in platea civitatis et impositum equo praecedebat atque clamabat: Hoc honore condignus est quemcumque rex voluerit honorare. Reversus est mardocheus ad ianuam palatii, et aman festinavit ire in domum suam lugens et operto capite, narravitque hares uxori suae et amicis omnia quae evenissent sibi. Cui responderunt sapientes quos habebat in consilio et uxor eius: Si de semine iudaeorum est mardocheus, ante quem cadere coepisti, non poteris ei resistere, sed cades in conspectu eius.

Adhuc illis loquentibus venerunt eunuchi regis, et cito eum ad convivium quod regina paraverat pergere compulerunt. Intravit itaque rex et aman ut biberent cum regina. Dixitque ei rex etiam in secunda die postquam vino incaluerat: Quae est petitio tua, hester, ut detur tibi, et quid vis fieri? Etiam si dimidiam regni mei partem petieris, impetrabis. Ad quem illa respondit: Si inveni gratiam in oculis tuis, o rex, et si tibi placet, dona mihi animam meam pro qua rogo, et populum meum pro quo obsecro. Traditi enim sumus ego et populus meus ut conteramur, iugulemur, et pereamus. Atque utinam in servos et in famulas venderemur; esset tolerabile malum, et gemens tacerem. Nunc autem hostis noster est cuius crudelitas redundat in regem. Respondensque rex assuerus ait: Quis est iste, et cuius potentiae, ut haec audeat facere? Dixitque hester: Hostis et inimicus noster pessimus iste est aman. Quod ille audiens illico obstupuit, vultum regis ac reginae ferre non sustinens. Rex autem surrexit iratus, et de loco convivii intravit in hortum arboribus consitum. Aman quoque surrexit ut rogaret hester reginam pro anima sua; intellexit enim a rege paratum sibi malum. Qui cum reversus esset de horto nemoribus consito, et intrasset convivii locum, repperit aman super lectulum corruisse in quo iacebat hester, et ait: Etiam reginam vult opprimere me praesente in domo mea. Necdum verbum ex ore regis exierat, et statim operuerunt faciem eius. Dixitque arbona unus de eunuchis qui stabant in ministerio regis: En lignum quod paraverat mardocheo qui locutus est pro rege, stat in domo aman, habens altitudinis l cubitos. Cui dixit rex: Appendite eum in eo. Suspensus itaque est aman in patibulo quod paraverat mardocheo, et regis ira quievit. Die illo dedit rex assuerus hester reginae domum aman adversarii iudaeorum, et mardocheus ingressus est ante faciem regis. Confessa est enim hester quod esset patruus eius. Tulitque rex anulum quem ab aman recipi iusserat, et tradidit mardocheo. Hester autem constituit mardocheum super domum suam. Nec his contenta procidit ad pedes regis, flevitque et locuta ad eum oravit ut malitiam aman agagitae et machinationes eius pessimas quas excogitaverat contra iudaeos iuberet irritas fieri. At ille ex more sceptrum aureum protendit manu, quo signum clementiae monstrabatur. Illaque consurgens stetit ante eum, et ait: Si placet regi, et si inveni gratiam coram oculis eius, et deprecatio mea non ei videtur esse contraria, obsecro ut novis epistolis veteres aman litterae insidiatoris et hostis iudaeorum, quibus eos in cunctis regis provinciis perire praeceperat, corrigantur. Quomodo enim potero sustinere necem et interfectionem populi mei? Respondit rex assuerus hester reginae et mardocheo iudaeo: Domum aman concessi hester, et ipsum iussi affigi cruci, qui ausus est manum in iudaeos mittere. Scribite ergo iudaeis sicut vobis placet ex regis nomine, signantes litteras anulo meo. Haec enim consuetudo erat, ut epistolis quae ex regis nomine mittebantur et illius anulo signatae erant nemo auderet contradicere. Accitisque scribis et librariis regis (erat autem tempus tercii mensis qui appellatur siban), xxiii illius die scriptae sunt epistolae ut mardocheus voluerat ad iudaeos et ad principes procuratoresque et iudices qui cxxvii provinciis ab india usque aethiopiam praesidebant, provinciae atque provinciae, populo et populo iuxta linguas et litteras suas, et iudaeis ut legere poterant et audire. Ipsaeque epistolae quae ex regis nomine mittebantur anulo illius obsignatae sunt, et missae per veredarios, qui per omnes provincias discurrentes veteres litteras novis nuntiis praevenirent. Quibus imperavit rex ut convenirent iudaeos per singulas civitates, et in unum praeciperent congregari, ut starent pro animabus suis, et omnes inimicos suos cum coniugibus ac liberis et universis domibus interficerent atque delerent. Et constituta est per omnes provincias una ultionis dies, id est xiii die mensis xii adar. Summaque epistolae fuit ut in omnibus terris ac populis qui regis assueri imperio subiacebant notum fieret paratos esse iudaeos ad capiendam vindictam de hostibus suis. Egressique sunt veredarii celeres nuntium perferentes, et edictum regis pependit in susis. Mardocheus autem de palatio et de conspectu regis egrediens fulgebat vestibus regiis, iacinctinis videlicet et aerinis, coronam auream portans capite, et amictus pallio serico atque purpureo. Omnisque civitas exultavit atque laetata est. Iudaeis autem nova lux oriri visa est, gaudium, honor et tripudium. Apud omnes populos atque provincias, quocumque regis iussa veniebant, mira exultatio, epulae atque convivia, et festi dies, in tantum ut plures alterius gentis et sectae eorum religioni et caerimoniis iungerentur. Grandis enim cunctos iudaici nominis terror invaserat. Igitur duodecimi mensis quem adar vocari ante iam diximus xiii die, quando cunctis iudaeis interfectio parabatur, et hostes eorum inhiabant sanguini, versa vice iudaei superiores esse coeperunt, et se de adversariis vindicarent. Congregatique sunt per singulas civitates, oppida et loca, ut extenderent manum contra inimicos et persecutores suos. Nullusque ausus est resistere, eo quod omnes populos magnitudinis eorum formido penetraret. Nam et provinciarum iudices et duces et procuratores omnisque dignitas quae singulis locis ac operibus praeerat extollebant iudaeos timore mardochei, quem principem esse palatii et plurimum posse cognoverant. Fama quoque nominis eius crescebat cotidie, et per cunctorum ora volitabat. Itaque percusserunt iudaei inimicos suos plaga magna, et occiderunt eos, reddentes eis quod sibi paraverant facere, in tantum ut etiam in susis quingentos viros interficerent, extra decem filios aman agagitae hostis iudaeorum, quorum ista sunt nomina: farsandatha et delfon et esfata et phorata et adalia et aridatha et ephermestha et arisai et aridai et vaizatha. Quos cum occidissent, praedas eorum de substantiis tangere noluerunt. Statimque numerus eorum qui occisi erant in susis ad regem delatus est. Qui dixit reginae: In urbe susis interfecere iudaei quingentos viros et alios decem filios aman. Quantam putas eos exercere caedem in universis provinciis? Quid ultra postulas, et quid vis ut fieri iubeam? Cui illa respondit: Si regi placet, detur potestas iudaeis ut sicut hodie fecerunt in susis, sic et cras faciant, et x filii aman in patibulis suspendantur.

Praecepitque rex ut ita fieret. Statimque in susis pependit edictum, et decem aman filii suspensi sunt. Congregatis itaque iudaeis xiiii adar mensis die, interfecti sunt in susis ccc viri, nec eorum ab illis direpta substantia est. Sed et per omnes provincias quae dicioni regis subiacebant pro animabus suis steterunt iudaei, interfectis hostibus ac persecutoribus suis, in tantum ut lxxv milia occisorum implerentur, et nullus de substantiis eorum quicquam contingeret. Dies autem xiii mensis adar unus apud omnes interfectionis fuit, et xiiii die caedere desierunt.

Quem constituerunt esse sollempnem, ut in eo omni deinceps tempore vacarent epulis, gaudio atque conviviis. At hii qui in urbe susis cedem exercuerant, xiii. et xiiii. eiusdem mensis die in cede versati sunt. Quinto decimo autem die percutere desierunt. Et idcirco eundem diem constituere sollempnem epularum atque leticie. Hii vero iudei qui in oppidis non muratis ac villis morabantur, xiiii. diem mensis adar conviviorum et gaudii decreverunt, ita ut exultent in eo, et mittant sibi mutuo partes epularum et ciborum. Scripsit autem mardocheus omnia hec, et litteris comprehensa misit ad iudeos qui in omnibus regis provinciis morabantur, tam in vicino positis quam procul, ut xiiii. et xv. diem mensis adar pro festis susciperent, et revertente semper anno sollempni honore celebrarent, quia in ipsis diebus se ulti sunt iudei de inimicis suis, et luctus atque tristicia in hylaritatem atque gaudium conversa sunt, essentque isti dies epularum atque leticie, et mitterent sibi invicem ciborum partes, et pauperibus munuscula largirentur. Susceperuntque iudei in sollempnem ritum cuncta que eo tempore facere ceperant, et que mardocheus litteris facienda mandaverat. Aman enim filius amadathi stirpis agag hostis et adversarius iudeorum cogitavit contra eos malum ut occideret illos atque deleret, et misit phur quod nostra lingua vertitur in sortem. Et postea ingressa est hester ad regem obsecrans ut conatus eius litteris regis irriti fierent, et malum quod contra iudeos cogitaverat reverteretur in caput eius. Denique et ipsum et filios eius affixere cruci. Itaque ex illo tempore dies isti appellati sunt phurim, id est sortium, eo quod phur id est sors in urnam missa fuerat. Et cuncta que gesta sunt epistole, id est libri huius volumine continentur, queque sustinuerint, et que deinceps immutata sint, susceperunt iudei super se et semen suum, et super cunctos qui religioni eorum voluerant copulari, ut nulli liceat duos hos dies absque sollempnitate transigere, quos scriptura testatur et certa expetunt tempora, annis sibi iugiter succedentibus. Isti sunt dies quos nulla umquam delebit oblivio, et per singulas generationes cuncte in toto orbe provincie celebrabunt. Nec est ulla civitas in qua dies phurim, id est sortium, non observentur a iudeis, et ab eorum progenie que his cerimoniis obligata est. Scripseruntque hester regina filia abihel et mardocheus iudeus etiam secundam epistolam, ut omni studio dies ista sollempnis sanciretur in posterum. Et miserunt ad omnes iudeos qui in c. xxvii regis assueri provinciis versabantur, ut haberent pacem et susciperent veritatem, observantes dies sortium, et suo tempore cum gaudio celebrarent. Sicut constituerant mardocheus et hester, et illi observanda susceperant a se et a semine suo ieiunia atque clamores et sortium dies, et omnia que libri huius qui vocatur hester hystoria continentur. Rex vero assuerus omnem terram et cunctas maris insulas fecit tributarias. Cuius fortitudo et imperium, et dignitas atque sublimitas qua exaltavit mardocheum, scripta sunt in libris medorum atque persarum, et quomodo mardocheus iudaici generis secundus a rege assuero fuerit, et magnus apud iudeos, et acceptabilis plebi fratrum suorum, querens bona populo suo, et loquens ea que ad pacem sui seminis pertinerent.

Hier. Que habentur in hebreo, plena fide expressi. Hec autem que secuntur scripta repperi in editione vulgata, que grecorum lingua et litteris continentur, et interim post finem libri hoc capitulum ferebatur, quod iuxta consuetudinem nostram obelo id est veru prenotavimus.

Dixitque mardocheus: a deo facta sunt ista. Recordatus sum somnii quod videram, hec eadem significantis, nec eorum quicquam irritum fuit. Parvus fons qui crevit in fluvium, et in lucem solemque conversus est, et in aquas plurimas redundavit, hester est, quam rex accepit uxorem, et voluit esse reginam. Duo autem dracones ego sum et aman. Gentes autem que convenerant, hii sunt qui delere nomen conati sunt iudeorum. Gens autem mea israhel est, que clamavit ad dominum, et salvum fecit dominus populum suum, liberavitque nos de omnibus malis, et fecit signa magna atque portenta inter gentes. Et duas sortes esse precepit, unam populi dei, et alteram cunctarum gentium. Venitque utraque sors in statutum ex illo iam tempore coram deo universis gentibus, et recordatus est dominus populi sui, ac misertus est hereditatis sue. Et observabuntur dies isti in mense adar xiiii. et xv. die eiusdem mensis cum omni studio et gaudio in unum cetum populi congregati, in cunctas deinceps generationes populi israhel. Anno quarto regnantibus ptholomeo et cleopatra, attulerunt dositheus qui se sacerdotem et levitici generis ferebat, et ptholomeus filius eius hanc epistolam phurim, quam dixerunt interpretatum esse lysimachum ptholomei filium in hierusalem.

Hiero. Hoc quoque principium erat in editione vulgata, quod nec in hebreo nec apud ullum fertur interpretum.

Anno secundo regnante artaxerse maximo, prima die mensis nisan, vidit somnium mardocheus filius iayri, filii semei, filii cis, de tribu beniamin, homo iudeus qui habitabat in urbe susis, magnus et inter primos aule regie. Erat autem de eo numero captivorum quos transtulerat nabuchodonosor rex babilonis de hierusalem cum iechonia rege iudee. Et hoc eius somnium fuit. Apparuerunt voces et tumultus, et tonitrua, et terremotus, et conturbatio super terram. Et ecce dracones duo magni, paratique contra se in prelium. Ad quorum clamorem cuncte concitate sunt nationes, ut pugnarent contra gentem iustorum. Fuitque dies illa tenebrarum et discriminis, tribulationis et angustie, et ingens formido super terram. Conturbataque est gens iustorum timentium mala sua, et preparata ad mortem. Clamaveruntque ad dominum. Et illis vociferantibus, fons parvus crevit in fluvium maximum, et in aquas plurimas redundavit. Lux et sol ortus est, et humiles exaltati sunt, et devoraverunt inclitos. Quod cum vidisset mardocheus, et surrexisset de strato, cogitabat quid deus facere vellet, et fixum habebat in animo, scire cupiens quid significaret somnium. Morabatur autem eo tempore in aula regis cum gabatha et thara eunuchis regis, qui ianitores erant palatii. Cumque intellexisset cogitationes eorum, et curas diligentius pervidisset, didicit quod conarentur in regem artaxersem manus mittere, et nuntiavit super eo regi. Qui de utroque habita questione, confessos iussit duci ad mortem. Rex autem quod gestum erat scripsit in commentariis, sed et mardocheus rei memoriam litteris tradidit. Precepitque ei rex ut in aula palatii moraretur, datis ei pro delatione muneribus. Aman vero filius amadathi bugeus erat gloriosissimus coram rege, et voluit nocere mardocheo et populo eius pro duobus eunuchis regis qui fuerant interfecti.

Hier. Hucusque prohemium. Que secuntur in eo loco posita erant ubi scriptum est in volumine, ut diriperent bona vel substantias eorum, que in sola vulgata editione repperimus. Epistole autem hoc exemplar fuit.

Rex maximus artaxerses ab india usque ethiopiam c. xxvii provinciarum principibus et ducibus qui eius imperio subiecti sunt salutem dicit. Cum plurimis gentibus imperarem, et universum orbem mee ditioni subiugassem, volui nequaquam abuti potentie magnitudine, sed clementia et lenitate gubernare subiectos, ut absque ullo terrore vitam silentio transigentes, optata cunctis mortalibus pace fruerentur. Querente autem me a consiliariis meis quomodo hoc posset impleri, unus qui sapientia et fide ceteros precellebat, et erat post regem secundus aman nomine,

indicavit michi in toto orbe terrarum populum esse dispersum qui novis uteretur legibus, et contra omnium gentium faciens consuetudinem, regum iussa contempneret, et universarum concordiam nationum sua dissensione violaret. Quod cum didicissemus, videntes unam gentem rebellem adversum omne hominum genus perversis uti legibus, nostrisque iussionibus contraire, et turbare subiectarum nobis provinciarum pacem atque concordiam, iussimus ut quoscumque aman qui omnibus provinciis prepositus est et secundus a rege, et quem patris loco colimus, monstraverit, cum coniugibus ac liberis deleantur ab inimicis suis, nullusque eorum misereatur, xiiii. die xii. mensis adar anni presentis, ut nefarii homines uno die ad inferos descendentes, reddant imperio nostro pacem quam turbaverant.

Hier. Hucusque exemplar epistole. Que secuntur post eum locum scripta repperi ubi legitur: Pergensque mardocheus fecit omnia que ei mandaverat hester. Nec tamen habentur in hebraico, et apud nullum penitus feruntur interpretum.

Mardocheus autem deprecatus est dominum, memor omnium operum eius, et dixit: Domine domine rex omnipotens, in dicione enim tua cuncta sunt posita, et non est qui possit tue resistere voluntati, si decreveris salvare israhel. Tu fecisti celum et terram, et quicquid celi ambitu continetur. Dominus omnium es, nec est qui resistat maiestati tue. Cuncta nosti, et scis quia non pro superbia et contumelia et aliqua glorie cupiditate fecerim hoc, ut non adorarem aman superbissimum. Libenter enim pro salute israhel etiam vestigia pedum eius deosculari paratus essem, sed timui ne honorem dei mei transferrem ad hominem, et ne quemquam adorarem excepto deo meo. Et nunc domine rex deus abraham miserere populo tuo, quia volunt nos inimici perdere et hereditatem tuam delere. Ne despicias partem tuam quam redemisti de egypto. Exaudi deprecationem meam, et propitius esto sorti et funiculo tuo, et converte luctum nostrum in gaudium, ut viventes laudemus nomen tuum domine, et ne claudas ora canentium te.

Omnis quoque israhel pari mente et obsecratione clamavit ad dominum, eo quod eis certa mors impenderet. Hester quoque regina confugit ad dominum pavens periculum quod imminebat. Cumque deposuisset vestes regias, fletibus et luctui apta indumenta suscepit, et pro unguentis variis cinere et stercore implevit caput, et corpus suum humiliavit ieiuniis, omniaque loca in quibus ante letari consueverat crinium laceratione complevit. Et deprecabatur dominum deum israhel dicens: Domine mi qui rex noster es solus, adiuva me solitariam, et cuius preter te nullus auxiliator est alius. Periculum meum in manibus meis est. Audivi a patre meo quod tu domine tulisses israhel de cunctis gentibus, et patres nostros ex omnibus retro maioribus suis, ut possideres hereditatem sempiternam, fecistique eis sicut locutus es. Peccavimus in conspectu tuo, et idcirco tradidisti nos in manus inimicorum nostrorum. Coluimus enim deos eorum. Iustus es domine. Et nunc non eis sufficit quod durissima nos opprimunt servitute, sed robur manuum suarum ydolorum potentie deputantes, volunt tua mutare promissa, et delere hereditatem tuam, et claudere ora te laudantium, atque extinguere gloriam templi et altaris tui, ut aperiant ora gentium, et laudent ydolorum fortitudinem, et predicent carnalem regem in sempiternum. Ne tradas domine sceptrum tuum his qui non sunt, ne rideant ad ruinam nostram, sed converte consilium eorum super eos, et eum qui in nos cepit sevire disperde. Memento domine et ostende te nobis in tempore tribulationis nostre, et michi da fiduciam rex deorum et universe domine potestatis. Tribue sermonem compositum in ore meo in conspectu leonis, et transfer cor illius in odium hostis nostri, ut et ipse pereat et ceteri qui ei consentiunt. Nos autem libera in manu tua, et adiuva me nullum alium habentem auxiliatorem nisi te domine, qui habes omnium scientiam, et nosti quia oderim gloriam iniquorum, et detester cubile incircumcisorum, et omnis alienigene. Tu scis necessitatem meam, quod abhominer signum superbie et glorie mee quod est super caput meum in diebus ostentationis mee, et detester illud quasi pannum menstruate, et non portem in diebus silentii mei, et quod non comederim in mensa aman, nec michi placuerit convivium regis, et non biberim vinum libaminum, et numquam letata sit ancilla tua ex quo huc translata sum usque in presentem diem nisi in te domine deus abraham. Deus fortis super omnes, exaudi vocem eorum qui nullam aliam spem habent, et libera nos de manu iniquorum, et erue me a timore meo.

Hec quoque addita repperi in editione vulgata.

Et mandavit ei haud dubium quin hester mardocheus ut ingrederetur ad regem et rogaret pro populo suo et pro patria sua. Memor inquit dierum humilitatis mee, quomodo nutrita sis in manu mea, quia aman secundus a rege locutus est contra nos in mortem. Et tu invoca dominum et loquere regi pro nobis, et libera nos de morte.

Nec non et ista que subdita sunt.

Die autem tercio deposuit vestimenta ornatus sui, et circumdata est gloria sua. Cumque regio fulgeret habitu, et invocasset omnium rectorem et salvatorem deum, assumpsit duas famulas, et super unam quidem innitebatur quasi pre deliciis et nimia teneritudine corpus suum ferre non sustinens. Altera autem famularum sequebatur dominam, defluentia in humum indumenta sustentans. Ipsa autem roseo vultui colore perfusa, et gratis ac nitentibus oculis tristem celabat animum, et nimio timore contractum. Ingressa igitur cuncta per ordinem ostia, stetit contra regem ubi ille residebat super solium regni sui, indutus vestibus regiis, auroque fulgens et preciosis lapidibus, eratque terribilis aspectu. Cumque elevasset faciem, et ardentibus oculis furorem pectoris indicasset, regina corruit, et in pallorem colore mutato, lassum super ancillulam reclinavit caput. Convertitque deus spiritum regis in mansuetudinem, et festinus ac metuens exilivit de solio, et sustentans eam ulnis suis, donec rediret ad se, his verbis blandiebatur: Quid habes hester? Ego sum frater tuus. Noli metuere, non morieris. Non enim pro te sed pro omnibus hec lex constituta est. Accede igitur et tange sceptrum. Cumque illa reticeret, tulit auream virgam et posuit super collum eius, et osculatus est eam et ait: Cur michi non loqueris? Que respondit: Vidi te domine quasi angelum dei, et conturbatum est cor meum pre timore glorie tue. Valde enim mirabilis es domine, et facies tua plena est gratiarum. Cumque loqueretur, rursus corruit et pene exanimata est. Rex autem turbabatur, et omnes ministri eius consolabantur eam.

[illegible] amadathi [illegible] ac flere[illegible]

Exemplar epistole regis artaxersis quam pro iudeis ad totas regni sui provincias misit, quod et ipsum in hebraico volumine non habetur.

Rex magnus artaxerses ab india usque ethiopiam c. xxvii provinciarum ducibus ac principibus qui nostre obediunt iussioni salutem dicit. Multi bonitate principum et honore qui in eos collatus est abusi sunt in superbia, et non solum subiectos regibus nituntur opprimere, sed et datam sibi gloriam non ferentes, in ipsos qui dederunt moliuntur insidias. Nec contenti sunt gratias non agere beneficiis et humanitatis in se iura violare, sed dei quoque cuncta cernentis arbitrantur se fugere posse sententiam. Et in tantum vesanie proruperunt, ut eos qui credita sibi officia diligenter observant, et ita cuncta agunt ut omnium laude digni sint, mendaciorum cuniculis conentur subvertere, dum aures principum simplices et ex sua natura alios estimantes callida fraude decipiunt.

Que res et ex veteribus probatur hystoriis, et ex his que geruntur cotidie, quomodo malis quorundam suggestionibus regum studia depraventur. Unde providendum est paci omnium provinciarum. nec putare debetis si diversa iubeamus ex animi nostri venire levitate. sed pro qualitate et necessitate temporum ut rei publice poscit utilitas ferre sententiam. Et ut manifestius quod dicimus intelligatis. Aman filius Amadathi et animo et gente Macedo. alienusque a Persarum sanguine et pietatem nostram sua crudelitate commaculans. peregrinus est a nobis susceptus. et tantam in se expertus humanitatem ut pater noster vocaretur. et adoraretur ab omnibus post regem secundus. Qui in tantum arrogantie tumore sublatus est. ut regno nos privare niteretur et spiritu. Nam Mardocheum cuius fide et beneficiis vivimus. et consortem regni nostri Hester cum omni gente sua novis quibusdam atque inauditis machinis expetivit in mortem. hoc cogitans ut illis interfectis insidiaretur nostre solitudini. et regnum Persarum transferret in Macedonas. Nos autem a pessimo mortalium Iudeos neci destinatos. in nulla penitus culpa repperimus. sed e contrario iustis utentes legibus et filios altissimi et maximi semperque viventis Dei. cuius beneficio et patribus nostris et nobis regnum est traditum. et usque hodie custoditur. Unde eas litteras quas sub nomine nostro ille direxerat. sciatis esse irritas. pro quo scelere ante portas huius urbis id est Susis. et ipse qui machinatus est. et omnis cognatio eius pendet in patibulis. non nobis sed Deo ei reddente quod meruit. Hoc autem edictum quod nunc mittimus. in cunctis urbibus proponatur. ut liceat Iudeis uti legibus suis. Quibus debetis esse in adminiculo. ut eos qui se ad necem eorum paraverant. possint interficere: XIII die mensis duodecimi qui vocatur Adar. Hunc enim diem omnipotens Deus meroris et luctus vertit in gaudium. Unde et vos inter ceteros dies hanc habetote diem. et celebrate eam cum omni letitia. ut et in posterum agnoscatur omnes qui fideliter Persis obediunt. dignam pro fide recipere mercedem. Qui autem insidiantur regno eorum. perire pro scelere. Omnis autem provincia et civitas que noluerit sollempnitatis huius esse particeps. gladio et igne pereat. et sic deleatur ut non solum hominibus sed etiam bestiis invia sit in sempiternum. pro exemplo contemptus et inobedientie.

EXPLICIT LIBER HESTER.

INCIPIT PROLOGUS IN LIBRUM MACHABEORUM

MACHABEORUM LIBRI PRENOTANT prelia inter prelia Hebreorum ducum gentiumque Persarum, pugnam quoque sabbatorum, et nobiles Machabei ducis triumphos. ex cuius nomine et libri idem sunt nuncupati. Hec quoque hystoria continet etiam in dira illa gesta Machabeorum fratrum qui sub Antiocho rege pro sacris legibus dira tormenta perpessi sunt. quos mater pia cum diversis suppliciis urgerentur non solum non flevit. sed et gaudens hortabatur ad gloriam passionis.

ET FACTUM EST POSTQUAM PERCUSSIT ALEXANDER PHILIPPI Macedo qui primus regnavit in Grecia egressus de terra Cethim Darium regem Persarum et Medorum. constituit prelia multa. et obtinuit omnium munitiones. et interfecit reges terre. et pertransiit usque ad fines terre. et accepit spolia multitudinis gentium. et siluit terra in conspectu eius. Et congregavit virtutem et exercitum fortem nimis. et exaltatum est et elevatum cor eius. Et obtinuit regiones gentium. et tyrannos. et facti sunt illi in tributum. Et post hec decidit in lectum. et cognovit quia moreretur.

Et vocavit pueros suos nobiles qui secum erant nutriti a iuventute sua. et divisit illis regnum suum cum adhuc viveret. Et regnavit Alexander annis XII. et mortuus est. Et obtinuerunt pueri eius regnum unusquisque in loco suo. et imposuerunt sibi omnes diademata post mortem eius. et filii eorum post eos annis multis. et multiplicata sunt mala in terra. Et exiit ex eis radix peccati. Antiochus Illustris filius Antiochi regis qui fuerat Rome obses. et regnavit in anno centesimo XXX et VII regni Grecorum. In diebus illis exierunt ex Israhel filii iniqui. et suaserunt multis dicentes. Eamus et disponamus testamentum cum gentibus que circa nos sunt. quia ex quo recessimus ab eis. invenerunt nos multa mala. Et bonus visus est sermo in oculis eorum. Et destinaverunt aliqui de populo. et abierunt ad regem. et dedit illis potestatem ut facerent iustitias gentium. Et edificaverunt in Hierosolimis gymnasium secundum leges nationum. et fecerunt sibi preputia et recesserunt a testamento sancto. et iuncti sunt nationibus: et venundati sunt ut facerent malum. Et paratum est regnum in conspectu Antiochi. et cepit regnare in terra Egypti. ut regnaret super duo regna. Et intravit in Egyptum in multitudine gravi. in curribus et in elefantis et in equitibus: et copiosa navium multitudine: et constituit bellum adversus Ptholomeum regem. Et veritus est Ptholomeus a facie eius. et fugit et ceciderunt vulnerati multi. Et comprehendit civitates munitas in terra Egypti. et accepit spolia terre Egypti. Et convertit Antiochus postquam percussit Egyptum in centesimo et XL et III anno. et ascendit ad Israhel. Et ascendit Hierosolimis in multitudine gravi. et intravit in sanctificationem cum superbia. et accepit altare aureum. et candelabrum luminis. et universa vasa eius. mensam propositionis et libatoria. et fialas. et mortariola aurea. et velum. et coronas. et ornamentum aureum quod in facie templi erat. et comminuit omnia. et accepit argentum et aurum et vasa concupiscibilia. et accepit thesauros occultos quos invenit: et sublatis omnibus abiit in terram suam. et fecit cedem hominum. et locutus est in superbia magna. Et factus est planctus magnus in Israhel. et in omni loco eorum. et ingemuerunt principes et seniores. iuvenes et virgines infirmati sunt. et speciositas mulierum inmutata est. Omnis maritus sumpsit lamentum. et que sedebant in thoro maritali lugebant. Et commota est terra super inhabitantes in ea. et universa domus Iacob induit confusionem.

Et post duos annos dierum. misit rex principem tributorum in civitates Iuda. Et venit Hierusalem cum turba magna. et locutus est ad eos verba pacifica in dolo. et crediderunt ei. Et irruit super civitatem repente et percussit eam plaga. et perdidit populum multum ex Israhel. et accepit spolia civitatis et succendit eam igni. et destruxit domos eius et muros eius in circuitu. et captivas duxerunt mulieres et natos. et pecora possederunt. Et edificaverunt civitatem David muro magno et firmo. et turribus firmis et facta est illis in arcem. Et posuerunt illic gentem peccatricem viros iniquos. et convaluerunt in ea. Et posuerunt arma et escas. et congregaverunt spolia Hierusalem et reposuerunt illic. et facti sunt in laqueum magnum. Et factum est hoc ad insidias sanctificationi. et in diabolum magnum in Israhel. Et effuderunt sanguinem innocentem per circuitum sanctificationis. et contaminaverunt sanctificationem. Et fugerunt habitatores Hierusalem propter eos. et facta est habitatio exterorum et facta est extera semini suo. et nati eius reliquerunt eam. Sanctificatio eius desolata est sicut solitudo. dies festi eius conversi sunt in luctum sabbata eius in obprobrium. honores eius in nichilum. Secundum gloriam eius. multiplicata est ignominia eius. et sublimitas eius conversa est in luctum.

Et scripsit Antiochus rex omni regno suo. ut esset omnis populus unus. Et relinqueret unusquisque legem suam. et consenserunt omnes gentes secundum verbum regis Antiochi. et multi ex Israhel consenserunt ei. et sacrificaverunt ydolis. et coinquinaverunt sabbatum. Et misit rex Antiochus libros per manus nuntiorum in Hierusalem. et in omnes civitates Iude. ut sequerentur legem gentium terre: et prohiberent holocausta et sacrificia et placationes fieri in templo Dei. et prohiberent [illegible] celebrari sabbatum et dies sollempnes. et coinquinari sancta et sanctum populum Israhel. Et iussit edificari aras in templo et ydola. et immolari carnes suillas. et pecora communia. et relinquere filios suos incircumcisos. et coinquinari animas eorum in omnibus inmunditiis et in abhominationibus: ita ut oblivi scerentur legem. et immutarent omnes iustificationes Dei. et quicumque non fecissent secundum verbum regis Antiochi morerentur. Secundum omnia verba hec scripsit omni regno suo et preposuit principes populo. qui hec fieri cogerent. Et iusserunt civitatibus Iude sacrificare. Et congregati sunt multi de populo ad eos qui dereliquerant legem Domini. et fecerunt mala super terram. et effugaverunt populum Israhel in abditis et in absconsis fugitivorum locis.

Die quintadecima mensis Casleu quinto et XL anno edificavit rex Antiochus abhominandum ydolum desolationis super altare Dei. et per universas civitates Iude in circuitu edificaverunt aras et ante ianuas domorum et in plateis incendebant thura. et sacrificabant. et libros legis Dei combusserunt igni. scindentes eos. et apud quemcumque inveniebantur libri testamenti Dei. et quicumque observabant legem Domini. secundum edictum regis trucidabant eos.
II
In virtute sua faciebant hoc populo Israhel qui inveniebantur in omni mense in civitatibus: et quinta et XX die mensis sacrificabant super aram que erat contra altare. et mulieres que circumcidebant filios suos trucidabantur secundum iussum regis Antiochi. et suspendebant pueros a cervicibus per universas domus eorum. et eos qui circumciderant eos trucidabant. Et multi de populo Israhel definierunt apud se ut non manducarent inmunda. et elegerunt magis mori quam cibis coinquinari inmundis. et noluerunt infringere legem Dei sanctam. et trucidati sunt. et facta est ira magna super populum valde.

In diebus illis surrexit Mathathias filius Iohannis filii Symeonis sacerdos ex filiis Ioarim ab Hierusalem et consedit in monte Modin. et habebat filios quinque: Iohannan qui cognominabatur Gaddis. et Symeon qui cognominabatur Thasi. et Iudas qui cognominabatur Machabeus. et Eleazarus qui cognominabatur Abaron. et Ionathas qui cognominabatur Apphus. Hi viderunt mala que fiebant in populo Iuda et in Hierusalem. Et dixit Mathathias. Ve mihi ut quid natus sum. videre contritionem populi mei. et contritionem civitatis sancte. et sedere illic cum datur in manibus inimicorum. Sancta in manu extraneorum facta sunt: templum eius sicut homo ignobilis. vasa glorie eius captiva abducta sunt: trucidati sunt senes eius in plateis. et iuvenes eius ceciderunt in gladio inimicorum. Que gens non hereditavit regnum eius. et non obtinuit spolia eius? Omnis compositio eius ablata est. Que erat libera. facta est ancilla. Et ecce sancta nostra et pulchritudo nostra. et claritas nostra desolata est. et coinquinaverunt ea gentes. Quo ergo nobis adhuc vivere? Et scidit Mathathias et filii eius vestimenta sua. et operuerunt se ciliciis. et planxerunt valde.

Et venerunt illuc qui missi erant a rege Antiocho ut cogerent eos qui confugerant in civitatem Modin immolare et thura accendere. et a lege Dei discedere. Et multi de populo Israhel consentientes accesserunt ad eos. sed Mathathias et filii eius constanter steterunt. Et respondentes qui missi erant ab

duo lib. ma

antiochi dixerunt matathie: Princeps et clarissimus et magnus es in hac civitate et ornatus filiis et fratribus. Ergo accede prior et fac iussum regis antiochi sicut fecerunt omnes gentes et viri iuda et qui remanserunt in hierusalem. Et eris tu et filii tui inter amicos regis et amplificatus argento et auro et muneribus multis. Et respondit matathias et dixit magna voce: Et si omnes gentes regi antiocho obediunt ut discedat unusquisque a servitute patrum suorum et consentiat ad mandata eius, ego et filii mei et parentes mei obediemus legi patrum nostrorum. Propitius sit nobis deus. Non est nobis utile derelinquere legem et iustitias dei. Non audiemus verba antiochi regis nec sacrificabimus transgredientes legis nostre mandata ut eamus altera via. Et ut cessavit loqui verba hec accessit quidam iudeus in omnium oculis sacrificare ydolis super aram in civitate modin secundum iussum regis. Et vidit matathias et doluit et contremuerunt renes eius et accensus est furor eius secundum iudicium legis et insiliens trucidavit eum super aram. Sed et virum quem miserat rex antiochus qui cogebat immolari in ipso tempore et aram destruxit. Et zelatus est legem sicut fecit finees zambri filio salomi. Et exclamavit matathias voce magna dicens: Omnis qui zelum habet legis statuens testamentum exeat post me. Et fugit ipse et filii eius in montes et reliquerunt quecumque habebant in civitate.

Tunc descenderunt multi querentes iudicium et iustitiam in desertum et sederunt ibi ipsi et filii eorum et mulieres eorum et pecora eorum quia induraverunt super eos mala. Et renuntiatum est viris regis et exercitui regis qui erant in hierusalem civitate david quia discessissent viri quidam qui dissipaverunt mandatum regis in loca occulta in deserto et abissent post illos multi. Et statim perrexerunt adversus eos et constituerunt adversus eos prelium in die sabbatorum et dixerunt ad eos: Resistitis et nunc adhuc? Exite et facite secundum verbum regis et vivetis. Et dixerunt: Non exibimus neque faciemus verbum regis ut polluamus diem sabbatorum. Et concitaverunt adversus eos prelium. Et non responderunt eis nec lapidem miserunt in eos nec oppilaverunt loca occulta dicentes: Moriamur omnes in simplicitate nostra, et testes erunt super nos celum et terra quod iniuste perditis nos. Et intulerunt eis bellum sabbatis et mortui sunt ipsi et uxores eorum et filii eorum et pecora eorum usque ad mille animas hominum. Et cognovit matathias et amici eius et luctum habuerunt super eos valde.

Et dixit vir proximo suo: Si omnes fecerimus sicut fratres nostri fecerunt et non pugnaverimus adversus gentes pro animabus nostris et iustificationibus nostris, citius disperdent nos a terra. Et cogitaverunt die illa dicentes: Omnis homo quicumque venerit ad nos in bello in die sabbatorum pugnemus adversus eum et non moriemur omnes sicut mortui sunt fratres nostri in occultis. Tunc congregata est ad eos synagoga iudeorum fortis viribus ex israel omnis voluntarius in lege, et omnes qui fugiebant a malis additi sunt ad eos et facti sunt illis ad firmamentum. Et collegerunt exercitum et percusserunt peccatores in ira sua et viros iniquos in indignatione sua, et ceteri fugerunt ad nationes ut evaderent. Et circuivit matathias et amici eius et destruxerunt aras et circumciderunt pueros incircumcisos quotquot invenerunt in finibus israel in fortitudine, et persecuti sunt filios superbie, et prosperatum est opus in manibus eorum, et obtinuerunt legem de manibus gentium et de manibus regum et non dederunt cornu peccatori.

Et appropinquaverunt dies matathie moriendi et dixit filiis suis: Nunc confortata est superbia et castigatio et tempus eversionis et ira indignationis. Nunc ergo o filii emulatores estote legis et date animas vestras pro testamento patrum. Et mementote operum patrum que fecerunt in generationibus suis et accipietis gloriam magnam et nomen eternum. Abraham nonne in temptatione inventus est fidelis et reputatum est ei ad iustitiam? Ioseph in tempore angustie sue custodivit mandatum et factus est dominus egypti. Finees pater noster zelando zelum dei accepit testamentum sacerdotii eterni. Iesus dum implevit verbum factus est dux in israel. Caleb dum testificatur in ecclesia accepit hereditatem. David in sua misericordia consecutus est sedem regni in secula. Helyas dum zelat zelum legis receptus est in celum. Ananias azarias misahel credentes liberati sunt de flamma ignis. Daniel in sua simplicitate liberatus est de ore leonum. Et ita cogitate per generationem et generationem quia omnes qui sperant in eum non infirmantur. Et a verbis viri peccatoris ne timueritis quia gloria eius stercus et vermis est. Hodie extollitur et cras non invenietur quia conversus est in terram suam et cogitatio eius periit. Vos ergo filii confortamini et viriliter agite in lege quia in ipsa gloriosi eritis. Et ecce symeon frater vester scio quia vir consilii est, ipsum audite semper et ipse erit vobis pater. Et iudas machabeus fortis viribus a iuventute sua, iste vobis princeps militie et ipse aget bellum populi. Et vos adducetis ad vos omnes factores legis et vindicate vindictam populi vestri. Retribuite retributionem gentibus et intendite in preceptum legis. Et benedixit eos et appositus est ad patres suos. Et defunctus est centesimo et quadragesimo sexto anno et sepultus est a filiis suis in sepulchris patrum suorum in modin et planxerunt eum omnis israel planctu magno.

Et surrexit iudas qui vocabatur machabeus filius eius pro eo. Et adiuvabant eum omnes fratres eius et universi qui se coniunxerant patri eius et preliabantur prelium israel cum letitia. Et dilatavit gloriam populo suo et induit se loricam sicut gigas et succinxit se arma bellica sua in preliis et protegebat castra gladio suo. Similis factus est leoni in operibus suis et sicut catulus leonis rugiens in venatione. Et persecutus est iniquos perscrutans eos et qui conturbabant populum suum eos succendit flammis. Et repulsi sunt inimici eius pre timore eius et omnes operarii iniquitatis conturbati sunt, et directa est salus in manu eius. Et exacerbabat reges multos et letificabat iacob in operibus suis et in seculum memoria eius in benedictione. Et perambulavit civitates iuda et perdidit impios ex eis et avertit iram ab israel. Et nominatus est usque ad novissimum terre et congregavit pereuntes.

Et congregavit apollonius gentes et a samaria virtutem multam et magnam ad bellandum contra israel. Et cognovit iudas et exiit obviam illi et percussit et occidit illum, et ceciderunt vulnerati multi et reliqui fugerunt. Et accepit spolia eorum et gladium apollonii abstulit iudas et erat pugnans in eo omnibus diebus. Et audivit seron princeps exercitus syrie quod congregavit iudas congregationem et ecclesiam fidelium secum. Et ait: Faciam mihi nomen et glorificabor in regno et debellabo iudam et eos qui cum ipso sunt qui spernebant verbum regis. Et preparavit se et ascenderunt cum eo castra impiorum fortes auxiliarii ut facerent vindictam in filios israel. Et appropinquaverunt usque bethoron et exiit iudas obviam illi cum paucis. Ut viderunt autem exercitum venientem sibi obviam dixerunt iude: Quomodo poterimus pauci pugnare adversus multitudinem tantam et tam fortem et nos fatigati sumus ieiunio hodie? Et ait iudas: Facile est concludi multos in manibus paucorum et non est differentia in conspectu dei celi liberare in multis et in paucis, quia non in multitudine exercitus victoria belli, sed de celo fortitudo est. Ipsi veniunt ad nos in multitudine contumaci et superbia ut disperdant nos et uxores nostras et filios nostros et ut spolient nos. Nos vero pugnabimus pro animabus nostris et legibus nostris, et ipse dominus conteret eos ante faciem nostram. Vos autem ne timueritis eos. Ut cessavit autem loqui insiluit in eos subito, et contritus est seron et exercitus eius in conspectu ipsius. Et persequebatur eum in descensu bethoron usque in campum. Et ceciderunt ex eis octingenti viri, reliqui autem fugerunt in terram philistiim. Et cecidit timor iude ac fratrum eius et formido super gentes in circuitu eorum. Et pervenit ad regem nomen eius et de preliis iude narrabant omnes gentes.

Ut audivit autem antiochus rex sermones istos iratus est animo et misit et congregavit exercitum universi regni sui castra fortia valde. Et aperuit erarium suum et dedit stipendia exercitui in annum et mandavit illis ut essent parati ad omnia. Et vidit quod defecit pecunia de thesauris et tributa regionis modica propter dissensionem et plagam quam fecerat in terra ut tolleret legitima que erant a primis diebus. Et timuit ne non haberet ut semel et bis in sumptus et donativa que dederat ante larga manu, et habundaverat super reges qui ante eum fuerant. Et consternatus erat animo valde et cogitavit ire in persidem et accipere tributa regionum et congregare argentum multum. Et reliquit lysiam hominem nobilem de genere regali super negotia regia a flumine eufraten usque ad flumen egypti, et ut nutriret antiochum filium suum donec rediret. Et tradidit ei medium exercitum et elefantos et mandavit ei de omnibus que volebat et de inhabitantibus iudeam et hierusalem, ut mitteret ad eos exercitum ad conterendam et extirpandam virtutem israel et reliquias hierusalem et auferendam memoriam eorum de loco, et ut constitueret habitatores filios alienigenas in omnibus finibus eorum et sorte distribueret terram eorum. Et rex assumpsit partem exercitus residui et exiit ab antiochia civitate regni sui anno centesimo et quadragesimo et septimo et transfretavit eufraten flumen et perambulabat superiores regiones. Et elegit lysias ptolomeum filium dorimini et nicanorem et gorgiam viros potentes ex amicis regis, et misit cum eis xl milia virorum et vii milia equitum ut venirent in terram iuda et disperderent eam secundum verbum regis. Et processerunt cum universa virtute sua et venerunt et applicuerunt ammaum in terra campestri. Et audierunt mercatores regionum nomen eorum et acceperunt argentum et aurum multum valde et pueros et venerunt in castra ut acciperent filios israel in servos. Et addita sunt ad eos exercitus syrie et terre alienigenarum. Et vidit iudas et fratres eius quia multiplicata sunt mala et exercitus applicabant ad fines eorum, et cognoverunt verba regis que mandavit populo facere in interitum et consummationem. Et dixerunt unusquisque ad proximum suum: Erigamus deiectionem populi nostri et pugnemus pro populo nostro et sanctis nostris. Et congregatus est conventus ut essent parati in prelium et ut orarent et peterent misericordiam et miserationes. Et hierusalem non habitabatur sed erat sicut desertum. Non erat qui ingrederetur et egrederetur de natis eius. Et sanctum conculcabatur et filii alienigenarum erant in arce; ibi erat habitatio gentium. Et ablata est voluptas ab iacob et defecit ibi tibia et cythara. Et congregati sunt et venerunt in maspha contra hierusalem quia locus orationis erat in maspha ante israel. Et ieiunaverunt illa die et induerunt se ciliciis et cinerem imposuerunt capiti suo et disciderunt vestimenta sua. Et expanderunt librum legis de quibus scrutabantur gentes similitudinem simulachrorum suorum. Et attulerunt ornamenta sacerdotalia et primitias et decimas et suscitaverunt nazareos qui impleverant dies. Et clamaverunt voce magna in celum dicentes: Quid faciemus istis et quo eos ducemus? Et sancta tua conculcata sunt et contaminata sunt et sacerdotes tui facti sunt in luctum et in humilitatem. Et ecce nationes convenerunt adversum nos ut nos disperdant. Tu scis que cogitant in nos. Quomodo poterimus subsistere ante faciem illorum nisi tu deus adiuves nos? Et tubis exclamaverunt voce magna. Et post hoc constituit iudas duces populi et tribunos et centuriones et pentacontarchos et decuriones. Et dixit his qui edificabant domos et sponsabant uxores et plantabant vineas et formidolosis ut redirent unusquisque in domum suam secundum legem. Et moverunt castra et collocaverunt ad austrum ammaum. Et ait iudas: Accingimini et estote filii potentes et estote parati in mane ut pugnetis adversus nationes has que convenerunt disperdere nos et sancta nostra. Quoniam melius est nobis mori in bello quam videre mala gentis nostre et sanctorum. Sicut autem fuerit voluntas in celo sic fiat.

Et assumpsit gorgias quinque milia virorum et mille equites electos et moverunt castra nocte ut applicarent ad castra iudeorum et percuterent eos subito. Et filii qui erant ex arce erant illis duces. Et audivit iudas et surrexit ipse et potentes percutere virtutem exercituum regis qui erant in ammaum. Adhuc enim dispersus erat exercitus a castris. Et venit gorgias in castra iude noctu et neminem invenit et querebat eos in montibus quoniam dixit: Fugiunt hi a nobis. Et cum dies factus esset apparuit iudas in campo cum tribus milibus virorum tantum qui tegumenta et gladios non habebant. Et viderunt castra gentium valida et loricatos et equitatus in circuitu eorum, et hi docti ad prelium. Et ait iudas viris qui secum erant: Ne timueritis multitudinem eorum et impetum eorum ne formidetis. Mementote qualiter salvi facti sunt patres nostri in mari rubro cum sequeretur eos pharao cum exercitu multo. Et nunc clamemus in celum et miserebitur nostri dominus et memor erit testamenti patrum nostrorum et conteret exercitum istum ante faciem nostram hodie. Et scient omnes gentes quia est qui redimat et liberet israel. Et elevaverunt alienigene oculos suos et viderunt eos venientes ex adverso. Et exierunt de castris in prelium et tuba cecinerunt hi qui erant cum iuda. Et congressi sunt et contrite sunt gentes et fugerunt in campum. Novissimi autem omnes ceciderunt in gladio. Et persecuti sunt eos usque gazeron et usque in campos ydumee et azoti et iamnie, et ceciderunt ex illis usque ad tria milia virorum. Et reversus est iudas et exercitus eius sequens eum. Et dixit ad populum: Non concupiscatis spolia quia bellum contra nos est. Et gorgias et exercitus eius in monte prope nos. Sed state nunc contra inimicos nostros et expugnate eos et postea sumetis spolia securi. Et adhuc loquente iuda verba hec ecce apparuit pars quedam prospiciens de monte. Et vidit gorgias quia in fugam conversi sunt sui et succenderunt castra. Fumus enim qui videbatur declarabat quod factum est. Quibus illi conspectis timuerunt valde aspicientes simul et iudam et exercitum in campo paratum ad prelium. Et fugerunt omnes in campum alienigenarum. Et iudas reversus est ad spolia castrorum et acceperunt aurum multum et argentum et iacintum et purpuram marinam et opes magnas. Et conversi hymnum canebant et benedicebant in celum dominum quoniam bonus quoniam in seculum misericordia eius. Et facta est salus magna in israel in illa die. Quicumque autem alienigenarum evaserunt venientes nuntiaverunt lysie universa que acciderant. Quibus ille auditis consternatus animo deficiebat quod non qualia voluit talia contigerunt in israel et qualia mandavit rex.

Et sequenti anno congregavit lysias electos virorum lx milia et equitum quinque milia ut debellarent eos. Et venerunt in iudeam et castra posuerunt in bethoron. Et occurrit illis iudas cum decem milibus viris.

...machab

Et viderunt exercitum fortem. et oravit et dixit. Benedictus es salvator Israel qui contrivisti impetum potentis in manu servi tui David. et tradidisti castra alienigenarum in manus Ionathe filii Saul. et armigeri eius. Conclude exercitum istum in manu populi tui Israel. et confundantur in exercitu suo. et in equitibus. Da illis formidinem et tabefac audaciam virtutis eorum. et commoveantur contritione sua. Deice eos gladio diligentium te. et collaudent te omnes qui noverunt nomen tuum in ymnis. Et commiserunt et ceciderunt de exercitu Lysie V. milia virorum. Videns autem Lysias suorum fugam et Iudeorum audaciam. et quod parati sunt aut vivere aut mori fortiter. abiit ad Antiochum et elegit milites ut multiplicati rursus venirent in Iudeam. Dixit autem Iudas et fratres eius. Ecce contriti sunt inimici nostri. ascendamus nunc mundare sancta et renovare. Et congregatus est omnis exercitus. et ascenderunt in montem Syon. Et viderunt sanctificationem desertam. et altare prophanatum. et portas exustas. et in atriis virgulta nata sicut in saltu vel in montibus. et pastoforia diruta. Et sciderunt vestimenta sua. et planxerunt planctu magno. et imposuerunt cinerem super caput suum. et ceciderunt in faciem super terram. et exclamaverunt tubis signorum. et clamaverunt in celum. Tunc ordinavit Iudas viros ut pugnarent adversus eos qui erant in arce. donec emundarent sancta. Et elegit sacerdotes sine macula voluntatem habentes in lege domini. et emundaverunt sancta. et tulerunt lapides contaminationis in locum inmundum. Et cogitavit de altari holocaustorum quod profanatum erat quid de eo faceret. et incidit illi consilium ut destrueret illud. ne forte esset illis in obprobrium quia contaminaverunt illud gentes. Et demoliti sunt illud. et reposuerunt lapides in monte domus in loco apto. quoadusque veniret propheta et responderet de eis. Et acceperunt lapides integros secundum legem. et edificaverunt altare novum secundum illud quod fuit prius. Et edificaverunt sancta et que intra domum erant intrinsecus. et edem et atria sanctificaverunt. et fecerunt vasa sancta nova. Et intulerunt candelabrum et altare incensorum et mensam in templum. et incensum posuerunt super altare. et accenderunt lucernas que super candelabrum erant. et lucebant in templo. Et posuerunt super mensam panes. et appenderunt vela. et consummaverunt omnia opera que fecerant. Et ante matutinum surrexerunt quinta et vicesima die mensis noni. hic est mensis casleu centesimi quadragesimi octavi anni. et obtulerunt sacrificium secundum legem super altare holocaustorum novum quod fecerunt. Secundum tempus et secundum diem in qua contaminaverunt illud gentes in ipsa renovatum est. cum canticis et cytharis et organis et cymbalis. Et cecidit omnis populus in faciem suam. et adoraverunt et benedixerunt in celum eum qui prosperavit eis. Et fecerunt dedicationem altaris diebus octo. et obtulerunt holocausta cum leticia. et salutaria laudis. Et ornaverunt faciem templi coronis aureis. et scutulis. et dedicaverunt portas et pastoforia. et imposuerunt eis ianuas. et facta est leticia magna in populo valde. et aversum est obprobrium gentium. Et statuit Iudas et fratres eius et universa ecclesia Israel. ut agatur dies dedicationis altaris in temporibus suis. ab anno in annum per dies octo. a quinta et vicesima mensis casleu cum leticia et gaudio. Et edificaverunt in tempore illo montem Syon. et per circuitum muros altos. et turres firmas. ne quando venirent gentes. et conculcarent eum sicut antea fecerunt. Et collocavit illic exercitum ut servarent eum. et munivit eum ad custodiendam Bethsuram. ut haberet populus munitionem contra faciem Ydumee.

Et factum est ut audierunt gentes in circuitu quia edificatum est altare et sanctuarium sicut prius. irate sunt valde. Et cogitabant tollere genus Iacob. qui erant inter eos. et ceperunt occidere de populo et persequi. Et debellabat Iudas filios Esau in Ydumea. et eos qui erant in Acrabathane. quia circumsedebant israhelitas. et percussit eos plaga magna. Et recordatus est maliciam filiorum Bean. qui erant populo in laqueum et in scandalum. et insidiantes ei in via. et conclusi sunt ab eo in turribus. et applicuit ad eos. et anathematizavit eos. et incendit turres eorum igni cum omnibus qui in eis erant. Et transiit ad filios Amon. et invenit manum fortem et populum copiosum. et Tymotheum ducem ipsorum. Et commisit cum eis prelia multa. et contriti sunt in conspectu eorum. et percussit eos. et cepit Iazer civitatem et filias eius. et reversus est in Iudeam. Et congregate sunt gentes que sunt in Galaad. adversus israhelitas qui erant in finibus eorum ut tollerent eos. Et fugerunt in Dathemam munitionem. et miserunt litteras ad Iudam et ad fratres eius dicentes. Congregate sunt adversum nos gentes per circuitum ut auferant nos. et parant venire et occupare munitionem in quam confugimus. et Tymotheus dux est exercitus eorum. Nunc ergo veni eripe nos de manibus eorum. quia cecidit multitudo de nobis. et omnes fratres nostri qui erant in locis Tubin interfecti sunt. Et captivas duxerunt uxores eorum. et natos. et spolia. et peremerunt illic fere mille viros. Et adhuc epistole legebantur. et ecce alii nuncii venerunt de Galilea conscissis tunicis nunciantes secundum verba hec dicentes. convenisse adversum se a Ptholomaida. et Tyro. et Sydone. Et repleta est omnis Galilea alienigenis ut nos consummarent. Ut audivit autem Iudas et populus sermones istos. convenit ecclesia magna cogitare quid facerent fratribus suis qui in tribulatione erant. et expugnabantur ab eis.

Dixitque Iudas Symoni fratri suo. Elige tibi viros. et vade libera fratres tuos in
113. Galileam. Ego autem et frater meus Ionathas ibimus in Galaaditim. Et reliquit Iosephum filium Zacharie. et Azariam duces populi cum residuo exercitu in Iudea ad custodiendam. et precepit illis dicens. Preestote populo huic. et nolite bellum committere adversus gentes donec revertamur. Et data sunt Symoni tria milia virorum. ut iret in Galileam. Iude autem octo milia in Galaaditim. Et abiit Symon in Galileam. et commisit prelia multa cum gentibus. et contrite sunt gentes a facie eius. et persecutus est eos usque ad portam Ptholomaidis. Et ceciderunt de gentibus fere tria milia virorum. et accepit spolia eorum. Et assumpsit eos qui erant in Galilea et in Arbatis cum uxoribus et natis et omnibus que erant illis. et adduxit in Iudeam cum leticia magna.

Et Iudas Machabeus et Ionathas frater eius transierunt Iordanem et abierunt viam trium dierum per desertum. Et occurrerunt eis Nabuthei et susceperunt eos pacifice. et narraverunt eis omnia que acciderant fratribus eorum in Galaaditide. et quia multi ex eis comprehensi sunt in Barasa et Bosor. et in Alimis. et in Casphor. et Mageth. et Carnaim. Hee omnes civitates munite et magne. Sed et in ceteris civitatibus Galaaditidis tenentur comprehensi. Et in crastinum constituerunt admovere exercitum civitatibus his. et comprehendere et tollere eos in una die. Et convertit Iudas et exercitus eius viam in desertum Bosor repente. et occupavit civitatem. et occidit omnem masculum in ore gladii. Et accepit omnia spolia eorum. et succendit eam igni. Et surrexerunt inde nocte. et ibant usque ad munitionem. Et factum est diluculo cum elevassent oculos suos. ecce populus multus cuius non erat numerus. portantes scalas et machinas ut comprehenderent munitionem. et expugnarent eos. Et vidit Iudas quia cepit bellum. et clamor belli ascendit in celum sicut tuba. et clamor magnus de civitate. et dixit exercitui suo. Pugnate hodie pro fratribus vestris.

Et venit tribus ordinibus post eos. et clamaverunt tubis. et clamaverunt in oratione. Et cognoverunt castra Tymothei quia Machabeus est. et refugerunt a facie eius. et percusserunt eos plaga magna. et ceciderunt ex eis in illa die fere octo milia virorum. Et divertit Iudas in Maspha. et expugnavit et cepit eam. et occidit omnem masculum eius. et sumpsit spolia eius. et succendit eam igni. Inde perrexit et cepit Casbon. et Mageth. et Bosor. et reliquas civitates Galaaditidis. Post hec autem verba congregavit Tymotheus exercitum alium. et castra posuit contra Rafon trans torrentem. Et misit Iudas speculari exercitum et renunciaverunt ei dicentes. Quia convenerunt ad eum omnes gentes que in circuitu nostro sunt. exercitus multus nimis et Arabas conduxerunt in auxilium sibi. et castra posuerunt trans torrentem parati ad te venire in prelium. Et abiit Iudas obviam illis. Et ait Tymotheus principibus exercitus sui. Cum appropinquaverit Iudas et exercitus eius ad torrentem aque si transierit ad nos prior non poterimus sustinere eum. quia potens poterit adversum nos. Si vero timuerit transire et posuerit castra extra flumen transfretemus ad eos. et poterimus adversum illum.

Ut autem appropinquavit Iudas ad torrentem aque. statuit scribas populi secus torrentem. et mandavit eis dicens. Neminem hominum reliqueritis. sed veniant omnes in prelium. Et transfretavit ad illos prior. et omnis populus post eum. Et contrite sunt ante faciem eorum omnes gentes. et proiecerunt arma sua. et fugerunt ad fanum quod erat in Carnaim. Et occupavit ipsam civitatem et fanum succendit igni. cum omnibus qui erant in ipso. Et oppressa est Carnaim. et non potuit sustinere contra faciem Iude. Et congregavit Iudas universos israhelitas qui erant in Galaaditide a minimo usque ad maximum. et uxores eorum et natos. et exercitum magnum valde. ut venirent in terram Iude. Et venerunt usque Efron. Et hec civitas magna in ingressu posita. munita valde. et non erat declinare ab ea dextra vel sinistra. sed per mediam iter erat. Et incluserunt se qui erant in civitate. et obstruxerunt portas lapidibus. Et misit ad eos Iudas verbis pacificis dicens. Transeamus per terram vestram. ut eamus in terram nostram. et nemo nocebit vobis. tantum pedibus transibimus. et nolebant eis aperire. Et precepit Iudas predicare in castris. ut applicarent unusquisque in quo erant loco. Et applicuerunt se viri virtutis. et oppugnavit civitatem illam tota die et tota nocte. Et tradita est civitas in manus eius. et peremerunt omnem masculum in ore gladii. Et eradicavit eam. et accepit spolia eius. et transiit per totam civitatem super interfectos. Et transgressi sunt Iordanem in campo magno contra faciem Bethsan. et erat Iudas congregans extremos. et exhortabatur populum per totam viam. donec venirent in terram Iuda. Et ascenderunt in montem Syon cum leticia et gaudio et obtulerunt holocausta quod nemo ex eis cecidisset donec reverterentur in pace.

Et in diebus quibus erat Iudas et Ionathas in terra Galaad. et Symon frater eius in Galilea contra faciem Ptholomaidis. audivit Iosephus Zacharie filius et Azarias princeps virtutis. res bene gestas. et prelia que facta sunt et dixit. Faciamus et ipsi nobis nomen. et eamus pugnare adversum gentes que in circuitu nostro sunt. Et precepit his qui erant in exercitu suo. et abierunt Iamniam. Et exivit Gorgias de civitate et viri eius obviam illis in pugnam. et fugati sunt Iosephus et Azarias usque ad fines Iudee. Et ceciderunt illa die de populo Israel ad duo milia viri. et facta est fuga magna in populo. quia non audierunt Iudam et fratres eius. existimantes se fortiter facturos. Ipsi autem non erant de semine virorum illorum. per quos salus facta est in Israel. Et viri Iuda magnificati sunt valde in conspectu omnium Israel. et gentium omnium ubi audiebatur nomen eorum. et convenerunt ad eos fausta clamantes. Et exivit Iudas et fratres eius. et expugnabant filios Esau in terra que ad austrum est. et percussit Chebron et filias eius. et muros eius. et turres eius succendit in circuitu. Et movit castra ut iret in terram alienigenarum. et perambulabat Samariam. In illa die ceciderunt sacerdotes in bello. dum volunt fortiter facere dum sine consilio exeunt in prelium. Et declinavit Iudas in Azotum in terram alienigenarum. et diruit aras eorum. et sculptilia deorum ipsorum succendit igni. et cepit spolia civitatum. et reversus est in terram Iuda.

Et rex Antiochus perambulabat superiores regiones. et audivit esse civitatem Elymaidem in Perside nobilissimam. et copiosam in argento et auro. templumque in ea locuplex valde. et illic velamina aurea. et lorice et scuta que reliquit Alexander Philippi Macedo qui regnavit primus in Grecia. Et venit et querebat civitatem capere et predari eam. et non potuit quoniam innotuit sermo his qui erant in civitate. et insurrexerunt in prelium. Et fugit inde. et abiit cum tristicia magna. et reversus est in Babiloniam. Et venit qui nunciaret ei in Perside. quia fugata sunt castra que erant in terra Iuda. et quia abiit Lysias cum virtute forti in primis. et fugatus est a facie Iudeorum. et invaluerunt armis et viribus et spoliis multis quas ceperunt. et quia diruerunt abhominationem quam edificaverat super altare quod erat in Ierusalem. et sanctificationem sicut prius circumdederunt muris excelsis. sed et Bethsuram civitatem suam. Et factum est ut audivit rex sermones istos. expavit et commotus est valde. et decidit in lectum. et incidit in languorem pre tristicia. quia non est factum sicut cogitabat. Et erat illic dies multos. quia renovata est in eo tristicia magna. et arbitratus est se mori. et vocavit omnes amicos suos et dixit illis. Recessit somnus ab oculis meis. et concidi et corrui corde pre sollicitudine. et dixi in corde meo. In quantam tribulationem deveni. et in quos fluctus tristicie in qua nunc sum. qui iocundus eram et dilectus in potestate mea. Nunc vero reminiscor malorum que feci in Ierusalem unde abstuli spolia omnia argentea et aurea que erant in ea. et misi auferri habitantes Iudeam sine causa. Cognovi ergo quia propterea invenerunt me mala ista. et ecce pereo tristicia magna in terra aliena. Et vocavit Philippum unum de amicis suis. et preposuit eum super universum regnum suum. et dedit ei diadema. et stolam suam. et anulum ut adduceret Antiochum filium suum. et nutriret eum et regnaret. Et mortuus est illic Antiochus rex. anno centesimo quadragesimo et nono.

Et cognovit Lysias quia mortuus est rex. et constituit regnare Antiochum filium eius. quem nutrivit adolescentem. et vocavit nomen eius Eupator. Et hii qui erant in arce concluserant Israel in circuitu sanctorum et querebant eis mala semper ad firmamentum gentium. Et cogitavit Iudas disperdere eos. et convocavit universum populum ut obsiderent eos. Et convenerunt simul et obsederunt eos anno centesimo quadragesimo. et fecerunt balistas et machinas. Et exierunt quidam ex eis qui obsidebantur. et adiunxerunt se illis aliqui ex impiis Israel et abierunt ad regem. et dixerunt. Quousque non facies iudicium. et vindicas fratres nostros. Nos decrevimus servire patri tuo. et ambulare in preceptis eius. et obsequi edictis eius. Et filii populi nostri propter hoc alienabant se a nobis. Et quicumque inveniebantur ex nobis interficiebantur. et hereditates nostre diripiebantur. Et non ad nos tantum extenderunt manum. sed in omnes fines nostros. Et ecce applicuerunt hodie ad arcem in Ierusalem occupare eam. et munitionem in Bethsuram munierunt. Et nisi pre-

Et ueneris eos uelocius, maiora quam hec facient, nec poteris obtinere eos.

Et iratus est rex ut audiuit. & conuocauit omnes amicos suos & principes exercitus sui. & eos qui super equites erant. Sed & de regnis aliis. & de insulis. & de maritimis. uenerunt ad eum exercitus conducticii. & erat numerus exercitus eius centum milia peditum. & xx milia equitum. & elefanti xxx duo docti ad prelium. Et uenerunt per ydumeam & applicuerunt ad bethsura & pugnauerunt dies multos. & fecerunt machinas. & exierunt & succenderunt eas igni. & pugnauerunt uiriliter. Et recessit iudas ab arce & mouit castra. ad bethzacara contra castra regis. Et surrexit rex ante lucem & concitauit exercitus impetum facere contra uiam bethzacara. Et comparauerunt se exercitus in prelium. & tubis cecinerunt. & elefantis ostenderunt sanguinem uue & mori ad acuendos eos in prelium. & diuiserunt bestias per legiones & astiterunt singulis elefantis mille uiri in loricis concatenatis & galee eree in capitibus eorum. & quingenti ordinati equites unicuique bestie electi erant. Hi ante tempus ubicumque erat bestia ibi erant. & quocumque ibat ibant. & non discedebant ab ea. Sed & turres lignee super eos firme. protegentes super singulas bestias. & super eas machine. & super singulas uiri uirtutis xxx duo. qui pugnabant desuper & intus magister bestie. Et residuum equitatum hinc & inde statuit in duas partes, tubis exercitum commouere. & perurgere constipatos in legionibus eius.

Et ut refulsit sol in clipeos aureos & ereos. resplenduerunt montes ab eis, resplenduerunt sicut lampades ignis. Et distincta pars exercitus regis per montes excelsos. & alii per loca humilia. & ibant caute & ordinate. & commouebantur omnes inhabitantes terram, a uoce multitudinis eorum. & incessu turbe & collisionis armorum. Erat enim exercitus magnus ualde & fortis. Et appropinquauit iudas & exercitus eius in prelium. & ceciderunt de exercitu eius sexcenti uiri. Et uidit eleazar filius saura unam de bestiis loricatam loricis regis. & erat eminentior super ceteras bestias. & uisum est ei quod in ea esset rex. & dedit se ut liberaret populum suum. & acquireret sibi nomen eternum. & cucurrit ad eam audacter, in medio legionis interficiens a dextris & a sinistris. & cadebant ab eo huc & illuc. & iuit sub pedes elefanti. & supposuit se ei. & occidit eum. & cecidit in terra super ipsum, & mortuus est illic. Et uidentes uirtutem regis & impetum exercitus eius. diuerterunt ab eo. Castra autem regis ascenderunt contra eos in hierusalem. Et applicuerunt castra regis ad iudeam & montem syon. & fecit pacem cum his qui erant in bethsura. Et exierunt de ciuitate quia non erant eis ibi alimenta conclusis. quia sabbata erant terre. Et comprehendit rex bethsuram. & constituit illic custodiam seruare eam. Et conuertit castra ad locum sanctificationis dies multos. & statuit illic balistas & machinas. & ignes iacula. & tormenta ad lapides iactandos. & spicula. & scorpios ad mittendas sagittas & fundibula. Fecerunt autem & ipsi machinas aduersus machinas eorum. & pugnauerunt dies multos. Esce autem non erant in ciuitate eo quod septimus annus esset. & qui remanserant in iudea de gentibus consumpserant reliquias eorum. que reposita fuerant. Et remanserunt in sanctis uiri pauci. quoniam obtinuerat eos fames. & dispersi sunt unusquisque in locum suum. Et audiuit lysias quod philippus quem constituerat rex antiochus cum adhuc uiueret ut nutriret antiochum filium suum ut regnaret, & reuersus esset a perside & media. & exercitus qui abierat cum ipso. & quia querit suscipere regni negotia. festinauit ire & dicere ad regem & duces exercitus. Deficimus cotidie. & esca nobis modica est. & locus quem obsidemus est munitus, & incumbit nobis ordinare de regno. Nunc itaque demus dextras hominibus istis. & faciamus cum illis pacem. & cum omni gente eorum, & constituamus illis ut ambulent in legitimis suis. sicut & prius. Propter legitima enim ipsorum que despeximus irati sunt, & fecerunt omnia hec. Et placuit sermo in conspectu regis & principum. & misit ad eos pacem facere. & receperunt illam. Et iurauit illis rex & principes. & exierunt de munitione: & intrauit rex in montem syon. & uidit munitionem loci. & rupit citius iuramentum quod iurauit. & mandauit murum destruere in gyro. & discessit festinanter. Et reuersus est antiochiam. & inuenit philippum dominantem ciuitati. & pugnauit aduersus eos, & ui occupauit ciuitatem.

Anno centesimo quadragesimo & primo exiit demetrius seleuci filius ab urbe roma. & ascendit cum paucis uiris in ciuitatem maritimam. & regnauit illic. Et factum est ut ingressus est domum regni patrum suorum comprehendit exercitus antiochum & lysiam, ut adducerent eos ad eum. Et res ei innotuit & ait. Nolite ostendere michi faciem eorum. Et occidit eos exercitus. Et sedit demetrius super sedem regni sui. & uenerunt ad eum uiri impii, & iniqui ex israhel. & alchimus dux eorum. qui uolebat fieri sacerdos. & accusauerunt populum apud regem dicentes. Perdidit iudas & fratres eius amicos tuos. & nos dispersit de terra nostra. Nunc ergo mitte uirum cui credis, ut eat & uideat exterminium omne quod fecit nobis & regionibus nostris. & puniat omnes amicos eius. & omnes adiutores eorum. Et elegit rex ex amicis suis bacchidem qui dominabatur trans flumen magnum in regno. & fidelem regi. & misit eum & alchimum impium constituit in sacerdotium. & mandauit ei facere ultionem in filios israhel. Et surrexerunt & uenerunt cum exercitu magno in terram iuda. Et miserunt nuntios & locuti sunt ad iudam & ad fratres eius uerbis pacificis in dolo. & non intenderunt sermonibus eorum. Uiderunt enim, quia uenerant cum exercitu magno. Et conuenerunt ad alchimum & bacchidem congregatio scribarum requirere que iusta sunt & primi assidei qui erant ex filiis israhel. & exquirebant ab eis pacem. Dixerunt enim. Homo sacerdos de semine aaron uenit non decipiet nos. Et locutus est cum eis uerba pacifica, & iurauit illis dicens. Non inferemus uobis malum, neque amicis uestris. Et crediderunt ei. Et comprehendit ex eis lx uiros. & occidit eos in una die. secundum uerbum quod scriptum est. Carnes sanctorum tuorum & sanguinem ipsorum effuderunt in circuitu hierusalem. & non erat qui sepeliret. Et incubuit timor & tremor in omnem populum. quia dixerunt non est in eis ueritas & iudicium. Transgressi enim sunt constitutum. & ius iurandum quod iurauerunt. Et mouit bacchides castra ab hierusalem. & applicuit in bethzecha. & misit & comprehendit multos ex eis qui a se refugerant. Et quosdam ex populo mactauit. & in puteum magnum proiecit. Et commisit regionem alchimo. & reliquit cum eo auxilia in adiutorium ipsi. Et abiit bacchides ad regem. & satis agebat alchimus pro principatu sacerdotii sui. & conuenerunt ad eum omnes qui perturbabant populum suum. & obtinuerunt terram iuda. & fecerunt plagam magnam in israhel. Et uidit iudas omnia mala que fecit alchimus. & qui cum eo erant filii israhel. plus multo quam gentes. & exiit in omnes fines iudee in circuitu. & fecit uindictam in uiros desertores. & cessauerunt exire ultra in regionem. Uidit autem alchimus quod preualuit iudas & qui cum eo sunt. & cognouit quia non potest sustinere eos. & egressus est ad regem. & accusauit eos multis criminibus.

Et misit rex nichanorem unum de principibus suis nobilioribus: qui erat inimicitias exercens contra iudeos. & mandauit ei euertere populum. Et uenit nichanor in hierusalem cum exercitu magno. & misit ad iudam & ad fratres eius. uerbis pacificis cum dolo dicens. Non sit pugna inter me & uos, ueniam cum uiris paucis & uideam facies uestras cum pace. Et uenit ad iudam. & salutauerunt se inuicem pacifice. & hostes parati erant rapere iudam. Et innotuit sermo iude quoniam cum dolo uenerat ad eum. & conterritus est ab eo. & amplius noluit uidere faciem eius. Et cognouit nichanor quoniam denudatum est consilium eius. & exiit obuiam iude in pugnam. contra capharsalama. Et ceciderunt de nichanoris exercitu fere quinque milia uiri. & fugerunt in ciuitatem dauid. Et post hec uerba ascendit nichanor in montem syon. & exierunt de sacerdotibus populi salutare eum in pace. & demonstrare ei holocaustomata que offerebantur pro rege. Et irridens spreuit eos. & polluit. & locutus est superbe. & iurauit cum ira dicens. Nisi traditus fuerit iudas & exercitus eius in manus meas continuo cum regressus fuero in pace. succendam domum istam. Et exiit cum ira magna. Et intrauerunt sacerdotes & steterunt ante faciem altaris & templi. & flentes dixerunt. Tu elegisti domum istam domine ad inuocandum nomen tuum in ea. ut esset domus orationis & obsecrationis populo tuo. Fac uindictam in homine isto. & in exercitu eius. & cadant gladio. Memento blasphemias eorum. & ne dederis eis ut permaneant. Et exiit nichanor ab hierusalem. & castra applicuit ad bethoron. & occurrit illi exercitus syrie. Et iudas applicuit in adarsa cum tribus milibus uiris. & orauit iudas & dixit. Qui missi erant a rege sennacherib domine qui blasphemauerunt te: exiit angelus & percussit ex eis c lxxx quinque milia. Sic contere exercitum istum in conspectu nostro hodie. & sciant ceteri quia male locutus est super sancta tua. & iudica illum secundum maliciam illius. Et commiserunt exercitus prelium tertiadecima die mensis adar. & contrita sunt castra nichanoris. & cecidit ipse primus in prelio. Ut uidit autem exercitus eius quia cecidit nichanor. proiecerunt arma sua & fugerunt. Et persecuti sunt eos uia diei unius ab adasor usque quo uenitur gazara. & tubis cecinerunt post eos. cum significationibus. Et exierunt de omnibus castellis iudee in circuitu. & uentilabant eos cornibus: & conuertebantur iterum ad eos. Et ceciderunt omnes gladio. & non est relictus ex eis nec unus. Et acceperunt spolia eorum & predam. & caput nichanoris amputauerunt & dexteram suam quam extenderat superbe. & attulerunt & suspenderunt contra hierusalem. Et letatus est omnis populus ualde. & egerunt diem illam in leticia magna. Et constituit agi omnibus annis diem istum. tertiadecima die mensis adar. Et siluit terra iuda dies paucos.

Et audiuit iudas nomen romanorum. quia sunt potentes uiribus: & acquiescunt ad omnia que postulantur ab eis. & quicumque accesserunt ad eos. statuerunt cum eis amicicias. & quia sunt potentes uiribus: audierunt prelia eorum & uirtutes bonas quas fecerunt in galathia. & quia obtinuerunt eos. & duxerunt eos sub tributum. & quanta fecerunt in regione hyspanie. & quod in potestatem redegerunt metalla argenti & auri. que illic sunt. & possederunt omnem locum consilio suo & patientia. loca que longe erant ualde ab eis. & reges qui super uenerant illis ab extremis terre contriuerunt. & percusserunt eos plaga magna. ceteri autem dant eis tributum singulis annis. & philippum & perseum ceteorum regem. & ceteros qui aduersus eos arma tulerunt contriuerunt in bello. & obtinuerunt eos. & antiochum magnum regem asye qui eis pugnam intulerat habens c xx elefantos & exercitum magnum ualde contritum ab eis. & quia ceperunt eum uiuum. & statuerunt ei ut daret ipse. & qui regnaturi erant post eum tributum magnum. & daret obsides. & constitutum. & regionem medorum. & lidios & medos. de optimis regionibus eorum. & acceptas eas ab illis dederunt eumeni regi. & quia qui erant apud elladam, uoluerunt ire & tollere eos. & innotuit sermo his. & miserunt ad eos ducem unum. & pugnauerunt contra illos. & ceciderunt ex eis multi. & captiuas duxerunt uxores eorum & filios. & diripuerunt eos. & terram eorum possederunt. & destruxerunt muros eorum. & in seruitutem illos redegerunt usque ad hunc diem. Et residua regna & insulas que aliquando restiterant illis exterminauerunt. & in potestatem redegerunt. cum amicis autem suis. & qui in ipsis requiem habebant conseruauerunt amiciciam. & obtinuerunt regna que erant proxima & que longe. quia quicumque audiebant nomen eorum. timebant eos. Quibus uero uellent auxilio esse ut regnarent regnabant. & exaltati sunt ualde. & in omnibus istis nemo portabat. quo autem uellent regno deturbabant diadema. nec induebatur purpura ut magnificaretur in ea. & quia curiam fecerunt sibi. & cottidie consulebant ccc xx consilium agentes semper de multitudine, ut que digna sunt gerant. & committunt uni homini magistratum suum per singulos annos dominari uniuerse terre sue. & omnes obediunt uni. & non est inuidia neque zelus inter eos.

Et elegit iudas eupolemum filium iohannis. filii iacob. & iasonem filium eleazari. & misit eos romam constituere cum illis amiciciam & societatem. & ut auferrent ab eis iugum grecorum. quia uiderunt quod in seruitutem premerent regnum israhel. Et abierunt romam uiam multam ualde. Et introierunt in curiam & dixerunt. Iudas machabeus & fratres eius. & populus iudeorum miserunt nos ad uos. statuere uobiscum societatem & pacem. & conscribere nos socios & amicos uestros. Et placuit sermo in conspectu eorum. Et hoc rescriptum quod rescripserunt in tabulis ereis. & miserunt in hierusalem. ut esset apud eos ibi memoriale pacis & societatis.

Bene sit romanis & genti iudeorum in mari & in terra in eternum. gladiusque & hostis procul sit ab eis. Quod si institerit bellum romanis prius aut omnibus sociis eorum in omni dominatione eorum. auxilium feret gens iudeorum prout tempus dictauerit corde pleno. & preliantibus non dabunt neque subministrabunt triticum. arma. pecuniam. naues. sic placuit romanis. & custodient mandata eorum. nichil ab eis accipientes. Similiter autem & si genti iudeorum prius acciderit bellum. adiuuabunt romani ex animo prout eis tempus permiserit. Et adiuuantibus non dabitur triticum. arma. pecunia. naues. sic placuit romanis. & custodiant mandata eorum absque dolo. Secundum hec uerba constituerunt romani populo iudeorum. Quod si post hec hi aut illi addere ad hec uoluerint. facient ex proposito suo. Et quecumque addiderint uel dempserint rata erunt. Sed & de malis que fecit demetrius rex in eos. scripsimus ei dicentes. Quare grauasti iugum tuum super amicos nostros. & socios iudeos. Si ergo iterum adierint nos. aduersum te faciemus illis iudicium. & pugnabimus tecum mari terraque.

Interea ubi audiuit demetrius quia cecidit nichanor & exercitus eius in prelio. apposuit bacchidem & alchimum rursum mittere in iudeam. & dextrum cornu cum illis. Et abierunt uiam que ducit in galgala. & castra posuerunt in mesaloth que est in arbellis & occupauerunt eam. & peremerunt animas hominum multas. Et mense primo anni centesimi & quinquagesimi & secundi. applicuerunt exercitum ad hierusalem. Et surrexerunt & abierunt in berea xx milia uirorum. & duo milia equitum. & iudas castra posuerat in laysa. & tria milia uiri cum eo electi. Et uiderunt multitudinem exercitus quia multi sunt. & timuerunt ualde. & multi subtraxerunt se de castris. & non remanserunt ex eis nisi octingenti uiri. Et uidit iudas quod defluxit exercitus suus. & bellum perurgebat eum. confractus est corde: quia non habebat tempus congregandi eos. & dissolutus est. & dixit his qui residui erant. Surgamus & eamus ad aduersarios nostros. si poterimus pugnare aduersus eos. Et auertebant eum dicentes. Non poterimus

sed liberemus animas nras modo & reuertamur ad frs nros. & tunc pugnabimus aduersus eos. Nos aut pauci sumus. Et ait iudas. Absit istam rem facere ut fugiamus ab eis. & si appropinquauit tempus nrm moriamur in uirtute ppter frs nros. & non inferamus crimen glie nre.

Et mouit exercitus de castris. & steterunt illis obuiam. Et diuisi st equites in duas partes, & funditularii. & sagittarii pibant exercitum. & primi certaminis omnes potentes. Bacchides aut erat in dextro cornu. Et pximauit legio ex duab; partib; & clamabant tubis. Exclamauerunt aut & hi qui erant ex parte iude, etiam ipsi. Et commota est terra a uoce exercituu. & commissum est plium a mane usq: ad uesperam. Et uidit iudas qa firmior est pars exercitus bacchidis in dextris. & conuenerunt cum ipso omnes constantes corde. Et contrita est dextera pars ab eis. & psecutus e eos usq: ad montem azoti. Et qui in sinistro cornu erant uiderunt qd contritum esset dextrum cornu. & secuti sunt post iudam. & qui cum ipso erant a tergo. Et ingrauatum e bellum. & ceciderunt uulnerati multi ex his & illis. & iudas cecidit. & ceteri fugerunt. Et ionathas & symon tulerunt frem suum. & sepelierunt eum in sepulchro patrum suorum in ciuitate modin. Et fleuerunt eum omnis pplus isrl planctu magno. & lugebant dies multos & dixerunt. Quomodo cecidit potens. qui saluum faciebat isrl. Et cetera uerba iude bellorum & uirtutum quas fec non sunt descripta. multa enim erant ualde.

Et factum est post obitum iude. emerserunt uiri iniqui in omnib; finib: israhel. & exorti sunt omnes qui opabantur iniquitatem. In dieb; illis facta est fames magna ualde. & tradidit se bacchidi omnis regio eorum cum ipsis. Et elegit bacchides impios uiros. & constituit eos dominos regionis. & exquirebant & pscrutabantur amicos iude. & adducebant eos ad bacchidem. & uindicabat in illos & illudebat. Et facta e tribulatio magna in isrl. qualis non fuit ex qua die non est uisus ppha in isrl. Et congregati sunt omnes amici iude. & dixerunt ionathe. Ex quo fr tuus iudas defunctus est. uir similis ei n est. qui exeat contra inimicos bacchidem. & eos qui sunt inimici gentis nre. Nunc itaq: te eligimus hodie p eo esse nobis principem & ducem ad bellandum bellum nostrum. & suscepit ionathas tempore illo principatum. & surrexit loco iude fratris sui. Et cognouit bacchides. & querebat eum occidere. Et cognouit ionathas & symon fr eius. & omnes qui cum eo erant. & fugerunt in desertum thecue. & consederunt ad aquam lacus asphar. Et cognouit bacchides. & in die sabbatorum uenit ipse & omnis exercitus eius trans iordanem. Et misit frem suum ducem ppli. & rogauit nabutheos amicos suos. ut commodarent illis apparatum suum qui erat copiosus. Et exierunt filii iambri ex madaba. & comphenderunt iohannem & omnia que habebat & abierunt habentes ea. Post hec uerba renunciatum est ionathe. & symoni fri eius quia filii iambri faciunt nuptias magnas. & ducunt sponsam ex madaba filiam unius de magnis principib; chanaan cum ambitione magna. Et recordati sunt sanguinis iohannis fris sui. & ascenderunt & absconderunt se sub tegumento montis. & leuauerunt oculos suos & uiderunt & ecce tumultus. & apparatus multus. Et sponsus pcessit & amici eius & frs eius obuiam illis cum tympanis & musicis. & armis multis. Et surrexerunt aduersus eos ex insidiis. & occiderunt eos. & ceciderunt multi uulnerati. & residui fugerunt in montem: & acceperunt omnia spolia eorum. & conuerse sunt nuptie in luctum. & uox musicorum ipsorum in lamentum. & uindicauerunt uindictam fris sui. & reuersi sunt ad ripam iordanis. Et audiuit bacchides & uenit die sabbatorum usq: ad oram iordanis in uirtute multa. Et dixit ad suos ionathas. Surgamus & pugnemus contra inimicos nros. non est enim hodie sicut heri & nudius tercius. Ecce enim bellum ex aduerso. Aqua enim iordanis hinc & inde. & ripe & paludes. & saltus. & n est locus diuertendi. Nunc ergo clamate in celum. ut liberemini de manu inimicorum uestrorum. & commissum est bellum. Et extendit ionathas manum suam pcutere bacchidem. & diuertit ab eo retro. Et desiluit ionathan & qui cum eo erant in iordanem. & transnatauerunt ad eos iordanem. & ceciderunt de parte bacchidis die illa mille uiri. Et reuersi sunt hierlm. Et edificauerunt ciuitates munitas in iudea. munitionem que erat in hiericho. & in ammaum. & in bethoron. & bethel. & thamnathan. & phara. & thopo. muris excelsis & portis & seris. & posuit custodias in eis. ut inimicitias exercerent in isrl. Et muniuit ciuitatem bethsuram. & gazaram & arcem. & posuit in eis auxilia. & apparatum escarum. Et accepit filios principum regionis obsides. & posuit eos in arce in hierlm in custodia.

Et anno centesimo quinquagesimo tercio. mense secundo. precepit alchimus 7
destrui muros domus sce interioris. & destrui opa pphetarum. & cepit destruere. In illo tempore pcussus est alchimus. & impedita st opa illius. & occlusum est os eius & dissolutus est paralysi. nec ultra loqui potuit uerbum. & mandare de domo sua. Et mortuus est alchimus in illo tempore. cum tormento magno. Et uidit bacchides qm mortuus est alchimus. & reuersus est ad regem. & siluit terra duob; annis. Et cogitauerunt omnes iniqui dicentes. Ecce ionathas & qui cum eo sunt in silencio habitant confidentes. Nunc ergo adducamus bacchidem. & comprehendet eos omnes una nocte. Et abierunt & consilium ei dederunt. Et surrexit ut ueniret cum exercitu magno. & misit occulte epistolas sociis suis qui erant in iudea. ut comphenderent ionathan & eos qui cum eo erant. sed non potuerunt quia innotuit eis consilium eorum. 114.
Et apphendit de uiris regionis qui principes erant milicie. l. uiros & occidit eos. Et secessit ionathas & symon & qui cum eo erant in bethbesi. que est in deserto. & extruxit diruta eius. & firmauerunt eam. Et cognouit bacchides & congregauit uniuersam multitudinem suam. & his qui de iuda erant denunciauit. & uenit & posuit castra desup bethbese. & oppugnauit eam dies multos. & fecit machinas.

Et reliquit ionathas symonem fratrem suum in ciuitate; & exiit in regionem. & uenit cum numero. Et pcussit odaren & frs eius & filios phaseron. in tabernaculo ipsorum. & cepit cedere & crescere in uirtutibus. Symon uero & qui cum ipso erant exierunt de ciuitate & succenderunt machinas. & pugnauerunt contra bacchidem. & contritus est ab eis. & afflixerunt eum ualde. quia consilium eius & congressus eius erat inanis. Et iratus contra uiros iniquos qui ei consilium dederunt ut ueniret in regionem ipsorum. multos ex eis occidit. Ipse aut cogitauit cum reliquis abire in regionem suam. Et cognouit ionathas & misit ad eum legatos componere cum ipso pacem. & reddere ei captiuitatem. Et libenter accepit & fecit secundum uerba eius. & iurauit nichil se ei facturum mali omnib; dieb; uite sue. & reddidit ei captiuitatem quam prius erat predatus de terra iuda. Et conuersus abiit in terram suam. & n apposuit amplius uenire in fines eius. & cessauit gladius ex isrl. Et habitauit ionathas in machmas. & cepit ionathas ibi iudicare pplm. & exterminauit impios ex isrl.

Et anno centesimo lx. ascendit alexander antiochi filius qui cognominatus est nobilis. & occupauit ptholomaidam. & receperunt eum. & regnauit illic. Et audiuit demetrius rex. & congregauit exercitum ualde copiosum. & exiuit obuiam illi in prelium. Et misit demetrius ad ionatham epistolam uerbis pacificis ut magnificaret eum. Dixit enim. Anticipemus facere pacem cum eo. priusquam faciat cum alexandro aduersum nos. Recordabitur enim omnium malorum que fecimus in eum. & in fratrem ei. & in gentem ei.

Et dedit ei potestatem congregandi exercitum & fabricare arma. & esse ipsum socium eius. & obsides qui erant in arce iussit tradi ei. Et uenit ionathas in hierlm. & legit epistolas in audientia omnis ppli. & eorum qui in arce erant. & timuerunt timore magno. quia audierunt qd dedit ei rex potestatem congregandi exercitum. Et traditi sunt ionathe obsides. & reddidit eos parentib; suis. Et habitauit ionathas in hierlm. & cepit edificare & innouare ciuitatem. & dixit facientib; opa ut extruerent muros & montem syon in circuitu lapidib; quadratis ad munitionem. Et ita fecerunt. Et fugerunt alienigene qui erant in munitionib; quas edificauerat bacchides. & reliquit unusquisq: locum suum. & abiit in terram suam. Tantum in bethsura remanserunt aliqui ex his qui reliquerant legem & precepta dei.

Erat enim hec eis ad refugium. Et audiuit alexander rex promissa que promisit demetrius ionathe. & narrauerunt ei plia & uirtutes quas ipse fecit & frs eius. & labores quos laborauerunt. & ait. Numquid inueniemus aliquem uirum talem. Et nunc faciemus eum amicum & socium nrm. Et scripsit epistolam & misit ei secundum hec uerba dicens. Rex alexander fri ionathe salutem. Audiuimus de te quod uir potens uirib; & aptus es. ut sis amicus noster. Et nunc constituimus te hodie summum sacerdotem gentis tue: & ut amicus regis uoceris. Et misimus tibi purpuram & coronam auream. ut que nra st sencias. & conserues amicicias ad nos. Et induit se ionathas stolam sanctam septimo mense anno centesimo lx. in die sollemni scenophegie: & congregauit exercitum & fecit arma copiosa.

Et audiuit demetrius uerba ista. & contristatus est nimis & ait. Quid hoc fecimus quia preoccupauit nos alexander apphendere amicicias iudeorum ad munimen sui. Scribam & ego illis uerba deprecatoria. & dignitates & dona. ut sint mecum in adiutorium. Et scripsit in hec uerba. Rex demetrius genti iudeorum salutem. Qm seruastis ad nos pactum & mansistis in amicicia nra. & n accessistis ad inimicos nros. audiuimus. & gauisi sumus. Et nunc pseuerate adhuc conseruare ad nos fidem. & retribuemus uobis bona pro his que fecistis nobiscum. & remittemus uob prestationes multas. & dabimus uobis donationes. Et nunc absoluo uos & omnes iudeos a tributis & precia salis indulgeo. & coronas remitto. & tercias seminis. & dimidiam partem fructus ligni qd est portionis mee: & relinquo uobis ex hodierno & deinceps. ne accipiatur a terra iuda & a trib; ciuitatib; que addite sunt illi. & samaria. & galilea ex hodierna die & in totum tempus. Et hierlm sit sca & libera cum finibus suis. & decime. & tributa ipsius sint. Remitto etiam potestatem arcis que est in hierlm. & do eam summo sacerdoti ut constituat in ea uiros. quoscumq: ipse elegerit ut custodiant eam. & omnem animam iudeorum que captiua est a terra iuda in omni regno meo relinquo liberam gratis. & omnes a tributis soluantur. etiam pecorum suorum. Et omnes dies sollemnes & sabbata. & neomenie. & dies decreti. & tres dies ante diem sollempnem: & tres dies post diem sollempnem sint omnes immunitatis & remissionis. omnib; iudeis qui sunt in regno meo. Et nemo habebit potestatem agere aliquid & mouere negocia aduersus aliquem eorum in omni causa. & ut asscribantur ex iudeis in exercitu regis ad xxx milia uirorum. & dabuntur illis copie ut oportet omnib; exercitib; regis. & ex ipsis ordinabuntur qui sint in munitionibus magni regis. & ex his constituentur sup negocia regni que aguntur ex fide: & principes sint ex eis. & ambulent in legib; suis sicut precepit rex in terra iuda. & tres ciuitates que addite sunt iudee ex regione samarie. cum iudea reputentur ut sint sub uno & n obediant alii potestati. nisi summi sacerdotis. Ptholomaida & confines eius quas dedi donum scis qui sunt in hierlm ad necessarios sumptus scorum. & ego singulis annis dabo xv. milia syclorum argenti de rationib; regis que me contingunt. & omne qd reliquum fuit quod n reddiderant qui sup negocia erant annis priorib; ex hoc dabunt in opa domus. & sup hec quinq; milia syclorum argenti que accipiebant de scorum ratione p singulos annos. & hec ad sacerdotes pertineat qui ministerio funguntur. & quicumq: fugerint in templum qd est hierosolimis. & in omnib; finib; eius obnoxii regi in omni negocio dimittantur. & uniuersa que sunt eis in regno meo libera habeant. & ad edificanda uel restauranda opa scorum sumptus dabuntur de ratione regis. & ad extruendos muros hierlm & communiendos in circuitu in iudea. Ut audiuit aut ionathas & pplus sermones istos. non crediderunt eis nec receperunt eos quia recordati sunt malicie magne quam fecerat in isrl. & tribulauerat eos ualde. Et complacuit eis in alexandrum. quia ipse fuerat eis princeps pacis. & ipsi auxilium ferebant omnib; diebus.

Et congregauit alexander rex exercitum magnum. & amouit castra contra demetrium. Et commiserunt plium duo reges. Et fugit exercitus alexandri. & secutus est eum demetrius. & incubuit sup eos. Et ualuit plium nimis. donec occidit sol. Et cecidit demetrius in illa die. Et misit alexander ad ptholomeum regem egypti secundum legatos hec uerba dicens. Qm regressus sum in regnum meum. & sedi in sede patrum meorum. & obtinui principatum. & contriui demetrium. & possedi regionem nostram. & commisi cum eo pugnam. & contritus est ipse & castra eius a nobis. & sedimus in sede regni eius. & nunc statuamus ad inuicem amicicias. & da mihi filiam tuam uxorem. & ero gener tuus. & dabo tibi dona & dignitatem. Et respondit ptholomeus rex dicens. Felix dies in qua reuersus es ad terram patrum tuorum. & sedisti in sede regni eorum. Et nunc faciam tibi que scripsisti. Sed occurre ptholomaide ut uideamus nos ad inuicem. & spondeam tibi sicut dixisti. Et exiit ptholomeus de egypto ipse & cleopatra filia eius. & uenit ptholomaide anno centesimo lx. ii. & occurrit ei alexander rex. & dedit ei cleopatram filiam suam. & fecit nuptias eius ptholomaide sicut reges in magna gloria. Et scripsit rex alexander ionathe ut ueniret obuiam sibi. Et abiit cum gloria ptholomaide. & occurrit ibi duob; regib; & dedit illis argentum multum & aurum. & dona. & inuenit gratiam in conspectu eorum. Et conuenerunt aduersus eum uiri pestilentes ex isrl. uiri iniqui interpellantes aduersus eum. & n attendit ad eos rex. Et iussit ionathan spoliari uestimentis suis. & indui eum purpura. & ita fecerunt. Et collocauit eum rex sedere secum. dixitq; principib; Exite cum eo in medio ciuitatis. & predicate ut nemo interpellet aduersus eum de ullo negocio. nec quisquam ei molestus sit de ulla ratione. Et factum est ut uiderunt qui interpellabant gloriam eius que predicabatur. & opertum eum purpura. fugerunt omnes. Et magnificauit eum rex & scripsit eum rex inter primos amicos. & posuit eum ducem. & participem principatus. Et reuersus est ionathas in hierlm in pace & leticia.

In anno centesimo & lx quinto uenit demetrius filius demetrii a creta in terram patrum suorum. Et audiuit alexander rex & contristatus est ualde. & reuersus est antiochiam. Et constituit demetrius apollonium qui preerat celessyrie & congregauit exercitum magnum. & accessit ad

iamiam. & misit ad ionathan summum sacerdotem dicens. Tu solus
resistis nobis. Ego autem factus sum in derisum & in obprobrium, propterea quia
potestatem exerces aduersum nos in montibus. Nunc ergo si confidis in uirtutibus
tuis, descende ad nos in campum, & comparemus illic inuicem, quia mecum est
uirtus bellorum. Interroga & disce quis sim ego, & ceteri qui auxilio sunt michi.
qui & dicunt quia non potest stare pes uester ante faciem nostram, quia bis
in fugam conuersi sunt patres tui in terram suam. & nunc quomodo poteris susti
nere equitatum & exercitum tantum in campo, ubi non est lapis neque saxum
nec locus fugiendi. Ut audiuit autem ionathas sermones apollonii, motus
est animo. & elegit x. milia uirorum. & exiit ab hierusalem, & occurrit ei symon
frater eius in adiutorium. & applicuerunt castra in ioppen. & exclusit eum a
ciuitate quia custodia apollonii ioppe erat & obpugnauit eam. Et ex
territi sunt qui erant intra ciuitatem, & aperuerunt ei, & obtinuit iona
thas ioppen. Et audiuit apollonius & admouit tria milia equitum.
& exercitum multum. & abiit azotum tamquam iter faciens. Et statim
exiit in campum eo quod haberet multitudinem equitum. & confideret in
eis. Et insecutus est eum ionathas in azotum. & prelium commiserunt.
Et reliquit apollonius mille equites in castris post eos occulte. Et cog
nouit ionathas quia sunt insidie post se. & circuierunt castra eius. & ia
ciebant iacula in populum a mane usque ad uesperam. Populus autem stabat sicut
preceperat ionathas. & laborauerunt equi eorum. Et eiecit symon exercitum
suum. & commisit contra legionem; equites enim fatigati erant. & contriti
sunt ab eo & fugerunt. Et qui dispersi sunt in campum. fugerunt in azotum.
& intrauerunt bethdagon ydolum suum ut se liberarent. Et succendit
ionathas azotum. & ciuitates que erant in circuitu eius. & accepit spo
lia eorum. & templum dagon & eos omnes qui fugerunt in illud succendit
igni. Et fuerunt qui ceciderunt gladio cum his qui succensi sunt fere viii.
milia uirorum.

Et mouit inde ionathas castra. & applicuit ea ascalonam. & exierunt
de ciuitate obuiam illi in magna gloria. Et reuersus est ionathas in hierusalem
cum suis, habentibus spolia multa. Et factum est ut audiuit alexander
rex sermones istos. addidit adhuc magnificare ionathan. Et misit ei
fibulam auream sicut est consuetudo dari cognatis regum. & dedit ei acca
ron & omnes fines eius in possessionem.

Et rex egypti congregauit exercitum sicut arenam que est circa oram ma
ris & naues multas. & querebat obtinere regnum alexandri dolo. &
addere illud regno suo. Et exiit in syriam uerbis pacificis. & aperiebant
ei ciuitates & occurrebant ei. quia mandauerat alexander rex exire ei
obuiam. eo quod socer suus esset. Cum autem introiret ciuitatem ptholomeus
ponebat custodias militum in singulis ciuitatibus. Et ut appropiauit azo
to, ostenderunt ei templum dagon succensum. & azotum. & cetera eius
demolita, & corpora proiecta eorum qui cesi erant in bello. tumulos quos fece
rant secus uiam. Et narrauerunt regi quia hec fecit ionathas, ut inuidi
am facerent ei. Et tacuit rex. Et occurrit ionathas regi in ioppen cum
gloria, & inuicem se salutauerunt. Et dormierunt illic. Et abiit ionathas
cum rege usque ad flumen qui uocatur eleutherus. & reuersus est in hierusalem.
Rex autem ptholomeus obtinuit dominium ciuitatum usque seleuciam ma
ritimam. & cogitabat in alexandrum consilia mala. Et misit
legatos ad demetrium dicens. Veni componamus inter nos pactum. & da
bo tibi filiam meam quam habuit alexander. & regnabis in regno patris tui.
Penituit enim me quod dederim illi filiam meam. Quesiuit enim occidere
me. Et uituperauit eum propterea quod concupierat regnum eius. Et ab
stulit filiam suam. & dedit eam demetrio. & abalienauit se ab alex
andro. & manifeste facte sunt inimicicie eius. Et intrauit ptholomeus
antiochiam. & imposuit duo diademata capiti suo. egypti & asye.
Ptholomeus autem rex erat in cilicia illis temporibus; quia rebellabant qui
erant in locis illis. Et audiuit alexander rex & uenit ad eum in bello.
Et produxit ptholomeus rex exercitum. & occurrit ei in manu ualida.
& fugauit eum. Et fugit alexander in arabiam ut ibi protegeretur. Rex
autem ptholomeus exaltatus est; Et abstulit gaddiel arabs caput
alexandri. & misit ptholomeo, & rex ptholomeus mortuus est in die
tercia, & qui erant in munitionibus perierunt ab his qui erant in castris.
& regnauit demetrius anno centesimo sexagesimo septimo.

In diebus illis congregauit ionathas eos qui erant in iudea, ut expugna
rent arcem que est in hierusalem. & fecerunt contra eam machinas multas.
Et abierunt quidam qui oderant gentem suam uiri iniqui ad regem. & re
nunciauerunt ei quod ionathas obsideret arcem. Et ut audiuit rex iratus
est. & statim uenit ptholomaidam. & scripsit ionathe ne obsideret
sed occurreret sibi ad colloquium festinato. Ut audiuit autem ionathas
iussit obsidere. & elegit de senioribus israel. & de sacerdotibus & dedit se
periculo. & accepit aurum & argentum & uestem, & alia xenia multa.
& abiit ad regem ptholomaidam. & inuenit gratiam in conspectu eius.
Et interpellabant quidam aduersus eum iniqui ex gente sua. & fecit
ei rex sicut fecerant ei qui ante ipsum fuerant. & exaltauit eum ante
conspectum omnium amicorum eius. Et statuit ei principatum sacer
docii. & quecumque alia habuit prius preciosa. & fecit eum principem
amicorum suorum. Et postulauit ionathas a rege ut immunem faceret
iudeam & toparchias id est & samariam. & promisit ei talenta ccc.
Et consensit rex. & scripsit ionathe epistolas de his omnibus; hunc
modum continentes. Rex demetrius ionathe fratri salutem & genti
iudeorum. Exemplum epistole quam scripsimus lasthenei parenti nostro
de uobis misimus ad uos. ut sciretis. Rex demetrius lasthenei paren
ti salutem. Genti iudeorum amicis nostris. & conseruantibus que iusta
sunt apud nos decreuimus benefacere propter benignitatem ipsorum
quam erga nos habent. Statuimus ergo illis omnes fines iudee. & tres
ciuitates liddam & thiramathe que addite sunt iudee ex samaria
& omnes confines earum sequestrare omnibus sacrificantibus in hiero
solimis. Pro his que ab eis rex accipiebat per singulos annos. & pro
fructibus terre & pomorum. Et alia que ad nos pertinebant decimarum
& tributorum ex hoc tempore remittimus eis. & areas salinarum &
coronas quas nobis deferebant. omnia ipsis concedimus. & nichil
horum irritum erit ex hoc & in omne tempus. Nunc ergo curate
facere horum exemplum. & detur ionathe. & ponatur in monte sancto
in loco celebri. Et uidit demetrius rex quod siluit terra in conspectu
suo, & nichil ei resistit. dimisit ergo totum exercitum suum. unumquemque
in locum suum. excepto peregrino exercitu quem contraxit ab insulis
gentium. Et inimici erant ei omnis exercitus patrum eius.

Triphon autem quidam erat partium alexandri prius. & uidit quoniam omnis
exercitus murmurat contra demetrium. & iuit ad emachuhel arabem
qui nutriebat antiochum filium alexandri & assidebat ei ut traderet
eum ipsi. ut regnaret loco patris sui. & nunciauit ei quanta fecisset
demetrius. & inimicicias exercituum eius aduersum illum. & mansit il
lic diebus multis. Et misit ionathas ad demetrium regem ut deiceret
eos qui in arce erant in hierusalem. & qui in presidiis erant. quia impugnabant
israel. Et misit demetrius ad ionathan dicens. Non hec tantum faciam tibi
& genti tue. sed gloria illustrabo te & gentem tuam. cum fuerit oportunum.

Nunc ergo recte feceris si miseris michi uiros in auxilium. quia discessit omnis
exercitus meus. & misit ei ionathas tria milia uirorum antiochiam. & uene
runt ad regem. & delectatus est rex in aduentu eorum. Et conuenerunt qui erant
de ciuitate centum xx milia uirorum. & uolebant interficere regem. Et fugit
rex in aulam. Et occupauerunt qui erant de ciuitate itinera ciuitatis
& ceperunt pugnare. Et uocauit rex iudeos in auxilium. & conuene
runt omnes simul ad eum. Et dispersi sunt omnes per ciuitatem. & occiderunt
in illa die centum xx. milia hominum. & succenderunt ciuitatem. & ceperunt
spolia multa in illa die. & liberauerunt regem. Et uiderunt qui erant
de ciuitate quod obtinuissent iudei ciuitatem sicut uolebant. & infirmati
sunt mente sua. & clamauerunt ad regem cum precibus dicentes. Da nobis
dextras & cessent iudei obpugnare nos & ciuitatem. Et proiecerunt arma
sua & fecerunt pacem. Et glorificati sunt iudei in conspectu regis. &
in conspectu omnium qui erant in regno eius. & nominati sunt in regno
& regressi sunt in hierusalem habentes spolia multa. Et sedit demetrius
rex in sede regni sui. & siluit terra in conspectu eius. Et mentitus est omnia
quecumque dixit. & alienauit se ab ionatha. & non retribuit secundum be
neficia que sibi tribuerat. & uexabat eum ualde.

Post hec autem reuersus est triphon & antiochus cum eo puer adolescens.
& regnauit. & imposuit sibi diadema. Et congregati sunt ad eum omnes
exercitus quos disperserat demetrius. & pugnauerunt contra eum. & fugit
& terga uertit. Et accepit triphon bestias. & obtinuit antiochiam. Et
scripsit antiochus adolescens ionathe dicens. Constituo tibi sacerdotium
& constituo te super iiii. ciuitates. ut sis de amicis regis. Et misit illi uasa
aurea & ministerium & dedit ei potestatem bibendi in auro. & esse in
purpura. & habere fibulam auream. & symonem fratrem eius constituit
ducem a terminis tyri. usque ad fines egypti. Et exiit ionathas & peram
bulabat trans flumen ciuitates. & congregatus est ad eum omnis exercitus
syrie in auxilium. Et uenit ad ascalonem. & occurrerunt ei de ciuitate
honorifice. & abiit inde gazam. Et concluserunt se qui erant in gaza
& obsedit eam. & succendit que in circuitu erant ciuitatis. & predatus
est eas. Et rogauerunt gazenses ionathan. & dedit illis dextras.
Et accepit filios eorum obsides. & misit eos in hierusalem. & perambulauit
regionem usque damascum.

Et audiuit ionathas quia preuaricati sunt principes demetrii in cades que
est in galilea cum exercitu magno. uolentes eum remouere a negocio
regni. & occurrit illis. fratrem autem suum symonem reliquit intra prouinciam.
Et applicuit symon ad bethsuram. & expugnabat eam diebus multis. &
conclusit eos. Et postulauerunt ab eo dextras accipere. & dedit illis.
Et eiecit eos inde. & cepit ciuitatem. & apposuit in ea presidium. Et
ionathas. & castra eius applicuerunt ad aquam gennesar. & ante lucem
uigilauerunt in campum asor. Et ecce castra alienigenarum occur
rebant in campo. & tendebant ei insidias in montibus. Ipse autem occurrit
ex aduerso. Insidie uero exsurrexerunt de locis suis. & commiserunt prelium.
Et fugerunt qui erant ex parte ionathe omnes. & nemo relictus est ex eis
nisi mathathias filius absalomi. & iudas filius calphi. princeps militie
exercitus. Et scidit ionathas uestimenta sua. & posuit terram in capite
suo, & orauit. & reuersus est ad eos in prelium. & conuertit illos & pug
nauerunt. Et uidebant qui fugiebant partis illius. & reuersi sunt ad eum.
& insequebantur cum eo usque cades ad castra sua. & peruenerunt usque illuc.
Et ceciderunt de alienigenis in die illa tria milia uirorum. & regressus est iona
thas in hierusalem.

Et uidit ionathas quia tempus eum iuuat. & elegit uiros & misit romam
statuere & renouare cum eis amiciciam. Et ad spartiatas & ad alia loca
misit epistolas secundum eandem formam. Et abierunt romam & intrauerunt
curiam. & dixerunt. Ionathas summus sacerdos & gens iudeorum miserunt
nos ut renouetis amiciciam & societatem secundum pristinum. Et dederunt
illis epistolas ad ipsos. per loca ut deducerent eos in terram iuda cum pace. Et
hoc exemplum epistolarum quas scripsit ionathas spartiatis. Ionathas summus
sacerdos & seniores gentis. & sacerdotes & reliquus populus iudeorum spar
tiatis fratribus salutem. Iam pridem misse erant epistole ad oniam summum
sacerdotem a dario qui regnabat apud uos. quia estis fratres nostri. sicut re
scriptum continet quod subiectum est. Et suscepit onias uirum qui fuerat missus
cum honore & accepit epistolas in quibus significabatur de societate & ami
cicia. Nos cum nullo horum indigeremus habentes solacio sanctos libros
qui sunt in manibus nostris. maluimus mittere ad uos renouare fraternitatem &
amiciciam. ne forte alieni efficiamur a uobis. Multa enim tempora transie
runt. ex quo misistis ad nos. Nos ergo in omni tempore sine intermissione &
in diebus sollemnibus & ceteris quibus oportet. memores sumus uestri in sacrifi
ciis que offerimus & obseruationibus. sicut fas est. & decet meminisse
fratrum. Letamur itaque de gloria uestra. Nos autem circumdederunt multe tri
bulationes. & multa prelia. & inpugnauerunt nos reges qui sunt in circui
tu nostro. Noluimus ergo uobis molesti esse. neque ceteris sociis & amicis nostris
in his preliis. habuimus enim de celo auxilium. & liberati sumus nos &
humiliati sunt inimici nostri. Elegimus itaque numenium antiochi, &
antipatrum iasonis filium. & misimus ad romanos renouare cum eis
amiciciam & societatem pristinam. Mandauimus itaque eis ut ueniant
etiam ad uos. & salutent uos. & reddant uobis epistolas nostras de renouatio
ne fraternitatis nostre. Et nunc benefacietis nobis respondentes ad hec. Et hoc
rescriptum epistolarum quod miserat onias rex spartiatarum. Onias iona
the sacerdoti magno salutem. Inuentum est in scriptura de spartiatis
& iudeis. qui sunt fratres. & quia sunt de genere abraham. Et nunc ex quo
hec cognouimus. benefacitis scribentes nobis de pace uestra. Sed & nos
rescripsimus uobis. Pecora uestra & possessiones nostre uestre sunt. & uestre nostre.
Mandauimus itaque hec nunciari uobis.

Et audiuit ionathas quoniam egressi sunt principes demetrii cum exercitu
magno. supra quam prius pugnare aduersus eum. & exiit ab hierusalem. &
occurrit eis in amathite regione. Non enim dederat eis spacium ut in
grederentur regionem eius. Et misit speculatores in castra eorum. & reuersi
nunciauerunt quia constituunt superuenire illis nocte. Cum occidisset
autem sol. precepit ionathas suis uigilare & esse in armis paratos ad pugnam
tota nocte. & posuit custodes per circuitum castrorum. Et audierunt aduersa
rii quia paratus est ionathas cum suis in bello. & timuerunt & formidaue
runt corde suo. & accenderunt focos in castris suis. Ionathas autem & qui
cum eo erant non cognouerunt usque mane. Videbant enim luminaria
ardentia & secutus est ionathas & non comprehendit eos. Transierant
enim flumen eleutherum. Et diuertit ionathas ad arabas qui uocantur
zabbadei. & percussit eos. & accepit spolia eorum. Et iunxit & uenit
damascum. & perambulauit omnem regionem illam. Symon autem exiit
& uenit usque ad ascalonam. & ad proxima presidia. & declinauit in ioppen
& occupauit eam. Audierat enim quod uellent presidium tradere partibus
demetrii. & posuit ibi custodes ut custodirent eam. Et reuersus est io
nathas & conuocauit seniores populi. & cogitauit cum eis edificare presidia
in iudea. & edificare muros in hierusalem. & exaltare magna altitudine
inter medium arcis. & ciuitatis ut separaret eam a ciuitate ut esset ipsa
singularis. & neque uendant. & neque emant. Et conuenerunt ut edi

ficarent ciuitatem. Et cecidit murus qui erat super torrentem qui erat ab ortu solis et reparauit eum caphetetha. Et symon edificauit adiada in sephela et muniuit eam. et imposuit portas et seras.

Et cum cogitasset tryphon regnare asye et assumere diadema et extendere manum in antiochum regem timens ne forte non permitteret eum ionathas sed pugnaret aduersus eum. querebat comprehendere eum et occidere. Et exsurgens abiit in bethsan. Et exiuit ionathas obuiam illi cum quadraginta milibus uirorum electorum in prelium. Et uenit bethsan. Et uidit tryphon quia uenit ionathas cum exercitu multo ut extenderet in eum manus, et timuit. et excepit eum cum honore. et commendauit eum omnibus amicis suis. et dedit ei munera. et precepit exercitibus suis ut obedirent ei, sicut sibi. Et dixit ionathe. Ut quid uexasti uniuersum populum cum bellum nobis non sit? Et nunc remitte eos in domos suas. Elige autem tibi uiros paucos qui tecum sint. et ueni mecum ptholomaida et tradam illam tibi. et reliqua presidia et exercitum. et uniuersos prepositos negocii. et conuersus abibo. Propterea enim ueni. Et credidit ei. et fecit sicut dixit. Et dimisit exercitum. et abierunt in terram iuda. Retinuit autem secum tria milia uirorum. ex quibus remisit in galileam duo milia. mille autem cum eo uenerunt. Ut intrauit autem ionathas ptholomaida, clauserunt portas ptholomenses. et comprehenderunt eum et omnes qui cum eo uenerunt gladio interfecerunt. Et misit tryphon exercitum et equites in galileam. et in campum magnum. ut perderet omnes socios ionathe. At illi cum cognouissent quia comprehensus est et periit et omnes qui cum eo erant. hortati sunt semet ipsos. et exierunt parati in prelium. Et uidentes hi qui insecuti fuerant quia pro anima res est illis. regressi sunt. Illi autem uenerunt cum pace in terram iuda. et planxerunt ionathan et eos qui cum eo fuerant ualde. et luxit israhel luctu magno. et quesierunt omnes gentes que erant in circuitu eorum perdere eos. Dixerunt enim. Non habent principem et adiuuantem. Nunc ergo expugnemus eos. et tollamus de hominibus memoriam eorum.

Et audiuit symon quod congregauit tryphon exercitum copiosum ut ueniret in terram iuda. et attereret eam. uidens quia in tremore populus est et in timore. ascendit hierusalem. et congregauit populum. et adhortans dixit. Uos scitis quanta ego et fratres mei et domus patris mei fecimus pro legibus et pro sanctis prelia et angustias quales uidimus. Horum gratia perierunt fratres mei omnes propter israhel. et relictus sum ego solus. Et nunc non michi contingat parcere anime mee in omni tempore tribulationis. Non enim melior sum fratribus meis. Uindicabo itaque gentem meam et sancta. natosque uiros et uxores. quia congregate sunt uniuerse gentes conterere nos inimicicie gratia. Et accensus est spiritus populi simul ut audiuit sermones istos. et responderunt uoce magna dicentes. Tu es dux noster loco iude. et ionathe fratris tui. Pugna prelium nostrum. et omnia quecumque dixeris nobis faciemus. Et congregans omnes uiros bellatores accelerauit consummare omnes muros hierusalem. et muniuit eam in gyro. Et misit ionathan filium absalomi. et cum eo exercitum nouum in ioppen. Et eiectis his qui erant in ea. mansit illic ipse. Et mouit tryphon a ptholomaida cum exercitu multo ut ueniret in terram iuda. et ionathan cum eo in custodia. Symon autem applicuit in addus. contra faciem campi. Et ut cognouit tryphon quia surrexit symon in loco ionathe fratris sui. et quia commissurus esset cum eo prelium. misit ad eum legatos dicens. Pro argento quod debebat frater tuus ionathas in ratione regis detinuimus eum. Et nunc mitte argenti talenta centum, et duos filios eius obsides. ut non dimissus fugiat a nobis. et remittemus eum. Et cognouit symon quia cum dolo loqueretur secum. iussit tamen dari argentum et pueros. ne inimicitiam magnam sumeret ad israhel populum dicentem. Quia non misit argentum et pueros propterea periit. Et misit pueros et centum talenta. et mentitus est. et non dimisit ionathan. Et post hec uenit tryphon intra regionem ut contereret eam. et girauerunt per uiam que ducit ador. Et symon et castra eius ambulabant in omnem locum quocumque ibant. Qui autem in arce erant miserunt ad tryphonem legatos ut festinaret uenire per desertum. et mitteret illis alimonias. Et parauit tryphon omnem equitatum ut ueniret illa nocte. Erat autem nix multa ualde. et non uenit in galaaditin. Et cum appropiasset bascama, occidit ionathan et filios eius illic. Et conuertit tryphon. et abiit in terram suam. Et misit symon et accepit ossa ionathe fratris sui et sepeliuit ea in modin. ciuitate patrum eius. Et planxerunt eum omnis israhel planctu magno. et luxerunt eum dies multos. Et edificauit symon super sepulchrum patris sui et fratrum suorum edificium altum uisu lapide polito retro et ante. Et statuit septem pyramidas unam contra unam. patri et matri. et quattuor fratribus. Et his circumposuit columnas magnas. et super columnas arma ad memoriam eternam. et iuxta arma naues sculptas que uiderentur ab omnibus nauigantibus mare. Hoc est sepulchrum quod fecit in modin. usque in hunc diem. Tryphon autem cum iter faceret cum antiocho rege adolescente. dolo occidit eum et regnauit in loco eius. et imposuit sibi diadema asye et fecit plagam magnam in terra. Et edificauit symon presidia iudee muniens ea turribus excelsis. et muris magnis. et portis et seris. et posuit alimenta in munitionibus. Et elegit symon uiros et misit ad demetrium regem. ut faceret remissionem regioni. quia actus omnes tryphonis per direptionem fuerant gesti. Et demetrius rex ad uerba ista respondit. et scripsit epistolam talem.

Rex demetrius symoni summo sacerdoti. et amico regum. et senioribus et genti iudeorum salutem. 115 Coronam auream et bahem quam misistis suscepimus. et parati sumus uobiscum facere pacem magnam. et scribere prepositis regis remittere uobis que indulsimus. Quecumque enim constituimus uobis constant. Munitiones quas edificastis sint uobis. Remittimus quoque ignorantias et peccata usque in hodiernum diem. et coronam quam habebatis. Et si quid aliud erat tributarium hierusalem. iam non sit tributarium. Et si qui ex uobis apti sunt conscribi inter nos conscribantur. et sit inter nos pax. Anno centesimo septuagesimo ablatum est iugum gentium ab israhel. et cepit populus israhel scribere in tabulis et in gestis publicis. anno primo sub symone summo sacerdote magno duce et principe iudeorum.

In illis diebus symon applicuit ad gazam. et circumdedit eam castris. et fecit machinas. et applicuit ad ciuitatem. et percussit turrim unam. et comprehendit. Et qui eruperunt erant intra machinam in ciuitate. Et factus est motus magnus in ciuitate. Et ascenderunt qui erant in ciuitate cum uxoribus et filiis supra murum scissis tunicis suis. et clamauerunt uoce magna postulantes a symone dextras sibi dari. Et dixerunt. Non nobis reddas secundum malicias nostras. sed secundum misericordias tuas. Et flexus symon non debellauit eos. eiecit tamen eos de ciuitate. et emundauit edes in quibus fuerant simulachra. et tunc intrauit in eam cum ymnis benedicens dominum. Et eiecta ab ea omni inmundicia, collocauit in ea uiros qui legem facerent. et muniuit eam. et fecit sibi habitationem. Qui autem erant in arce in hierusalem prohibebantur egredi et ingredi in regionem. et emere ac uendere et esurierunt ualde. et multi ex eis fame perierunt. Et clamauerunt ad symonem ut dextras acciperent. et dedit illis. Et eiecit eos inde. et emundauit arcem a contaminationibus. Et intrauerunt in eam tercia et uicesima die secundi mensis anno centesimo septuagesimo primo cum laude et ramis palmarum et cytharis. et cymbalis. et nablis. et ymnis. et canticis. quia contritus est inimicus magnus ex israhel. Et constituit ut omnibus annis agerentur dies hi cum leticia. Et muniuit montem templi qui erat secus arcem. et habitauit ibi ipse. et qui cum eo erant. Et uidit symon iohannem filium suum quod uir esset prelii: et posuit eum ducem uirtutum uniuersarum et habitauit gazaris.

Anno centesimo septuagesimo secundo. congregauit rex demetrius exercitum suum et abiit mediam ad contrahenda sibi auxilia. ut expugnaret tryphonem. Et audiuit arsaces rex persidis et medie quia intrauit demetrius confines suos. et misit unum de principibus suis ut comprehenderent eum uiuum. et adducerent eum ad se. Et abiit et percussit castra demetrii et comprehendit eum. et duxit eum ad arsacem. et posuit eum in custodia.

Et siluit terra iuda omnibus diebus symonis. et quesiuit bona genti sue: et placuit illis potestas eius. et gloria eius omnibus diebus. Et cum omni gloria sua accepit ioppen in portum. et fecit introitum in insulis maris. Et dilatauit fines gentis sue: et obtinuit regionem et congregauit captiuitatem multam. Et dominatus est gazare. et bethsure. et arcis. et abstulit inmundicias ex ea. et non erat qui resisteret ei. et unusquisque colebat terram suam cum pace. et terra iuda dabat fructus suos. et ligna camporum fructum suum. Seniores in plateis sedebant omnes. et de bonis terre tractabant. et iuuenes induebant se gloriam. et stolas belli. Et ciuitatibus tribuebat alimonias. et constituebat eas ut essent uasa munitionis. quoadusque nominatum est nomen glorie eius usque ad extremum terre. Fecit pacem super terram. et letatus est israhel leticia magna. Et sedit unusquisque sub uite sua. et sub ficulnea sua. nec erat qui eos terreret. Defecit inpugnans eos super terram. Reges contriti sunt in diebus illis. et confirmauit omnes humiles populi sui. et legem exquisiuit. et abstulit omnem iniquum et malum. Sancta glorificauit. et multiplicauit uasa sanctorum.

Et auditum est rome quia defunctus est ionathas et usque in sparciatas et contristati sunt ualde. Ut audierunt autem quod symon frater eius factus esset summus sacerdos loco eius. et ipse obtineret regionem et ciuitates in ea. scripserunt ad eum tabulis ereis. ut renouarent amicicias et societatem ad eum quam fecerunt cum iuda. et ionatha fratribus suis. Et lecte sunt in conspectu ecclesie in hierusalem. Et hoc exemplum epistolarum quas miserunt sparciate. Sparciatarum principes et ciuitates symoni sacerdoti magno. et senioribus et sacerdotibus et reliquo populo iudeorum fratribus salutem. Legati qui missi sunt ad populum nostrum renunciauerunt nobis de uestra gloria et honore ac leticia. et gauisi sumus in introitu eorum. Et scripsimus que ab ipsis erant dicta in conciliis populi sic. Numenius antiochi. et antipater iasonis filius legati iudeorum uenerunt ad nos renouantes amiciciam nobiscum pristinam. Et placuit populo excipere uiros gloriose, et ponere exemplum sermonum eorum in segregatis populi libris, ut sit ad memoriam populo sparciatarum. Exemplum autem horum scripsimus symoni magno sacerdoti.

Post hec autem misit symon numenium romam habentem clipeum aureum magnum pondus mnarum mille ad statuendum cum eis societatem. Cum audisset autem populus romanus sermones istos dixerunt. Quam gratiarum actionem reddemus symoni et filiis eius? Restituit enim ipse fratres suos. et expugnauit inimicos israhel ab eis. Et statuerunt ei libertatem et descripserunt in tabulis ereis. et posuerunt in titulis in monte syon. Octaua decima die mensis elul. anno centesimo septuagesimo secundo. Anno tercio sub symone sacerdote magno in asaramel in conuentu magno sacerdotum et populi. et principum gentis et seniorum regionis. nota facta sunt hec. quia frequenter facta sunt prelia in regione nostra. Symon autem mathathie filius ex filiis iarib et fratres eius dederunt se periculo et restiterunt aduersariis gentis sue: ut starent sancta ipsorum et lex. et gloria magna glorificauerunt gentem suam. Et congregauit ionathas gentem suam. et factus est illis sacerdos magnus. et appositus est ad populum suum. Et uoluerunt inimici eorum calcare et atterere regionem ipsorum. et extendere manus in sancta eorum. Tunc restitit symon et pugnauit pro gente sua. et erogauit multas pecunias. et armauit uiros uirtutis gentis sue et dedit eis stipendia. Et muniuit ciuitates iudee. et bethsuram que erat in finibus iudee: ubi erant arma hostium antea. et posuit illic presidium uiros iudeos. Et ioppen muniuit que erat in mare. et gazaram que est in finibus azoti. in qua hostes ante habitabant. et collocauit illic iudeos. et quecumque apta erant ad correptionem eorum posuit in eis. Et uidit populus actum symonis et gloriam quam cogitabat facere genti sue. et posuerunt eum ducem suum et principem sacerdotum. eo quod ipse fecerat hec omnia et iusticiam. et fidem quam conseruauit genti sue: et exquisiuit omnimodo exaltare populum suum. Et in diebus eius prosperatum est in manibus eius ut tollerentur gentes de regione ipsorum. qui in ciuitate dauid erant in hierusalem in arce. de qua procedebant et contaminabant omnia que in circuitu sanctorum sunt. et inferebant plagam magnam ciuitati. Et collocauit in ea uiros iudeos ad tutamentum regionis et ciuitatis. et exaltauit muros hierusalem. Et rex demetrius statuit illi summum sacerdotium. Secundum hec fecit eum amicum suum. et glorificauit eum gloria magna. Audiuit enim quod appellati sunt iudei a romanis amici et socii. et fratres. et quia susceperunt legatos symonis gloriose. Et quia iudei et sacerdotes eorum consenserunt eum esse ducem suum et summum sacerdotem in eternum. donec surgat propheta fidelis. et ut sit super eos dux. et ut cura illi esset pro sanctis. et ut constitueret prepositos super opera eorum et super regionem et super arma. et super presidia. et cura sit illi de sanctis. et ut audiatur ab omnibus. Et ut scribantur in nomine eius omnes conscriptiones in regione: et ut operiatur purpura et auro. et ne liceat ulli ex populo et ex sacerdotibus irritum facere aliquid horum. et contradicere his que ab eo dicuntur. aut conuocare conuentum sine ipso. et uestiri purpura. et uti fibula aurea. Qui autem fecerit extra hec. aut irritum fecerit aliquid horum, reus erit. Et complacuit omni populo statuere symonem. et facere secundum uerba ista. Et suscepit symon et placuit ut summo sacerdotio fungeretur. et esset dux et princeps gentis iudeorum. et sacerdotum. et preesset omnibus. Et scripturam istam dixerunt ponere in tabulis ereis. et ponere eas in peribulo sanctorum in loco celebri. exemplum autem eorum ponere in erario. ut habeat symon et filii eius.

Et misit rex antiochus filius demetrii epistolas ab insulis maris symoni sacerdoti et principi gentis iudeorum. et uniuerse genti. et erant continentes hunc modum. Rex antiochus symoni sacerdoti magno. et genti iudeorum salutem. Quoniam quidem pestilentes obtinuerunt regnum patrum nostrorum, uolo autem uindicare regnum. et restituere illud sicut erat antea. electam feci multitudinem exercitus et feci naues bellicas. Uolo autem procedere per regiones. ut ulciscar in eos qui corruperunt regionem nostram. et qui desolauerunt ciuitates multas in reg

no meo. Nunc ergo statuo tibi omnes oblationes quas remiserunt tibi ante me reges, et quecumque alia dona remiserunt tibi. Et permitto tibi facere percussuram proprii nummismatis in regione tua. Hierusalem autem sanctam esse et liberam, et omnia arma que fabricata sunt, et presidia que extruxisti, que tenes, maneant tibi. Et omne debitum regium, et que futura sunt regia, ex hoc et in totum tempus remittuntur tibi. Cum autem obtinuerimus regnum nostrum, glorificabimus te et gentem tuam et templum gloria magna, ita ut manifestetur gloria vestra in universa terra. Anno centesimo lxx. iiii. exiit Antiochus in terram patrum suorum, et convenerunt ad eum omnis exercitus, ita ut pauci relicti essent cum Triphone. Et insecutus est eum Antiochus rex, et venit Doram fugiens per maritimam. Sciebat enim quod congregata sunt in eum mala, et reliquit eum exercitus. Et applicuit Antiochus super Doram cum centum xx milibus virorum belligeratorum et octo milibus equitum. Et circuiit civitatem. Et naves a mari accesserunt, et vexabant civitatem a terra et a mari, et neminem sinebant egredi.

Venit autem Numenius et qui cum eo fuerant ab urbe Roma habentes epistolas regibus et regionibus scriptas, in quibus continebantur hec. Lucius consul Romanorum Ptholomeo regi salutem. Legati Iudeorum venerunt ad nos amici nostri renovantes pristinam amicitiam et societatem, missi a Symone principe sacerdotum et populo Iudeorum. Attulerunt autem et clipeum aureum mnarum mille. Placuit itaque nobis scribere regibus et regionibus ut non inferant illis mala, neque impugnent eos et civitates eorum et regiones eorum, et ut non ferant auxilium pugnantibus adversus eos. Visum est autem nobis accipere ab eis clipeum. Si qui ergo pestilentes refugerunt de regione ipsorum ad vos, tradite eos Symoni principi sacerdotum, ut vindicet in eos secundum legem suam. Hec eadem scripta sunt Demetrio regi et Attalo et Arabe et Arsaci, et in omnes regiones, et Samsame et Spartanis et Delo et Nylo et Sicione et Carie et Samum et Pamphiliam et Lyciam et Alacarnasum et Ethrodum et Faselyda et Choo et Syden et Arado et Grotinam et Gnydum et Cyprum et Cyrenen. Exemplum autem horum scripserunt Symoni principi sacerdotum et populo Iudeorum.

Antiochus autem rex applicuit castra in Doram secundo, admovens ei semper manus et machinas faciens, et conclusit Triphonem ne procederet. Et misit ei Symon duo milia virorum electorum in auxilium, et argentum et aurum et vasa copiosa. Et noluit ea accipere, sed rupit omnia que pactus est cum eo antea, et alienavit se ab eo. Et misit ad eum Athenobium unum de amicis suis, ut tractaret cum ipso dicens: Vos tenetis Ioppen et Gazaram et arcem que est in Hierusalem, civitates regni mei. Fines earum desolastis et fecistis plagam magnam super terram, et dominati estis per loca multa in regno meo. Nunc ergo tradite civitates quas occupastis, et tributa locorum quibus dominati estis extra fines Iudee. Sin autem, date pro illis quingenta talenta argenti, et exterminii quod exterminastis et tributorum civitatum alia talenta quingenta. Sin autem, veniemus et expugnabimus vos. Et venit Athenobius amicus regis in Hierusalem et vidit gloriam Symonis et claritatem in auro et argento et apparatum copiosum, et obstupuit, et retulit ei verba regis. Et respondit Symon et dixit ei: Neque alienam terram sumpsimus, neque aliena detinemus, sed hereditatem patrum nostrorum, que ab inimicis nostris iniuste aliquo tempore possessa est. Nos vero tempus habentes vindicamus hereditatem patrum nostrorum. Nam de Ioppen et Gazaram que expostulas, ipsi faciebant in populo plagam magnam et in regione nostra; horum damus talenta centum. Et non respondit ei verbum. Reversus autem cum ira ad regem, renuntiavit ei verba ista, et gloriam Symonis et universa que vidit. Et iratus est rex ira magna. Triphon autem fugit navi in Orthosyada. Et constituit rex Cendebeum ducem maritimum, et exercitum equitum et peditum dedit illi. Et mandavit illi movere castra contra faciem Iudee. Et mandavit ei edificare Cedronem et obstruere portas civitatis, et debellare populum. Rex autem persequebatur Triphonem. Et pervenit Cendebeus Iamniam, et cepit irritare plebem et conculcare Iudeam et captivare populum et interficere, et edificare Cedronem. Et collocavit illic equites et exercitum, ut egressi perambularent viam Iudee, sicut constituit ei rex.

Et ascendit Iohannes de Gazaris et nuntiavit Symoni patri suo que fecit Cendebeus in populo ipsorum. Et vocavit Symon duos filios suos seniores Iudam et Iohannem, et ait illis: Ego et fratres mei et domus patris mei expugnavimus hostes Israel ab adolescentia usque in hunc diem, et prosperatum est in manibus nostris liberare Israel ab inimicis suis aliquotiens. Nunc autem senui. Sed estote loco meo et fratris mei, et egressi pugnate pro gente nostra. Auxilium vero de celo vobiscum sit. Et elegit de regione xx milia virorum belligeratorum et equites, et profecti sunt ad Cendebeum, et dormierunt in Modin. Et surrexerunt mane, et abierunt in campum. Et ecce exercitus copiosus in obviam illis peditum et equitum. Et fluvius torrens erat inter medium ipsorum.

Et admovit castra contra faciem eorum et ipse et populus eius. Et vidit populum trepidantem ad transfretandum torrentem, et transfretavit primus. Et viderunt eum viri, et transfretaverunt post eum. Et divisit populum et equites in medio peditum. Erat autem equitatus adversariorum copiosus nimis. Et exclamaverunt sacris tubis, et in fugam conversus est Cendebeus et castra eius. Et ceciderunt ex eis multi vulnerati, residui autem fugerunt in munitionem. Tunc vulneratus est Iudas frater Iohannis. Iohannes autem insecutus est eos donec venit Cedronem quam edificavit. Et fugerunt usque ad turres que erant in agris Azoti, et succendit eas igni. Et ceciderunt ex illis duo milia virorum, et reversus est in Iudeam cum pace.

Et Ptholomeus filius Abobi constitutus erat dux in campo Iericho, et habebat argentum et aurum multum. Erat enim gener summi sacerdotis. Et exaltatum est cor eius, et volebat obtinere regionem, et cogitabat dolum adversus Symonem et filios eius ut tolleret eos. Symon autem perambulans civitates que erant in regione Iudee, et sollicitudinem gerens earum, descendit Iericho ipse et Mathathias filius eius et Iudas. Anno centesimo lxx. septimo mense xi. hic est mensis Sabath. Et suscepit eos filius Abobi in munitiunculam que vocatur Doch cum dolo, quam edificavit, et fecit eis convivium magnum, et abscondit illic viros. Et cum inebriatus esset Symon et filii eius, surrexit Ptholomeus cum suis, et sumpserunt arma sua, et intraverunt in convivium magnum, et occiderunt eum et duos filios eius, et quosdam pueros eius. Et fecit deceptionem magnam in Israel, et reddidit mala pro bonis. Et scripsit hec Ptholomeus, et misit regi ut mitteret ei exercitum in auxilium, et traderet regionem et civitates eorum et tributa. Et misit alios in Gazara tollere Iohannem, et tribunis misit epistolas ut venirent ad se, et daret eis argentum et aurum et dona multa. Et alios misit occupare civitatem Hierusalem et montem templi. Et precurrens quidam nuntiavit Iohanni in Gazara quia periit pater eius et fratres eius, et quia misit te quoque interfici. Ut audivit autem, vehementer expavit, et comprehendit viros qui venerant perdere eum, et occidit eos. Cognovit enim quia querebant eum perdere. Et cetera sermonum Iohannis et bellorum eius et bonarum virtutum quibus fortiter gessit, et edificii murorum quos extruxit, et rerum gestarum eius, ecce hec scripta sunt in libro dierum sacerdotii eius, ex quo factus est princeps sacerdotum post patrem suum.

EXPLICIT LIBER PRIMUS MACHABEORUM.

INCIPIT LIBER SECUNDUS MACHABEORUM

FRATRIBUS QUI SUNT PER EGYPTUM IUDEIS SALUTEM DICUNT fratres qui sunt in Hierosolimis Iudei et qui in Iudea regione, et pacem bonam. Benefaciat vobis Deus, et meminerit testamenti sui quod ad Abraham et Ysaac et Iacob locutus est, servorum suorum fidelium. Et det vobis cor omnibus ut colatis eum, et faciatis eius voluntatem corde magno et animo volenti. Adaperiat cor vestrum in lege sua et in preceptis suis, et faciat pacem. Exaudiat Dominus orationes vestras, et reconcilietur vobis, nec vos deserat in tempore malo. Et nunc hic sumus orantes pro vobis. Regnante Demetrio anno centesimo sexagesimo nono, nos Iudei scripsimus vobis in tribulatione et impetu qui supervenit nobis in istis annis ex quo recessit Iason a sancta terra et a regno. Portam succenderunt et effuderunt sanguinem innocentem. Et oravimus ad Dominum et exauditi sumus, et obtulimus sacrificium et similaginem, et accendimus lucernas et proposuimus panes. Et nunc frequentate dies scenophegie mensis Casleu.

Anno centesimo lxxx. viii. populus qui est in Hierosolimis et in Iudea senatusque et Iudas Aristobolo magistro Ptholomei regis, qui est de genere Christorum sacerdotum, et his qui in Egypto sunt Iudeis salutem et sanitatem. De magnis periculis a Deo liberati, magnifice gratias ipsi agimus, utpote qui adversus talem regem dimicavimus. Ipse enim ebullire fecit de Perside eos qui pugnaverunt contra nos et sanctam civitatem. Nam cum in Perside esset dux ipse, et cum eo immensus exercitus, cecidit in templo Naneę consilio deceptus sacerdotum Naneę. Etenim cum ea habitaturus venit Antiochus ad locum, et amici eius, ut acciperent pecunias multas dotis nomine. Cumque proposuissent eas sacerdotes Naneę, et ipse cum paucis ingressus esset intra ambitum fani, clauserunt templum cum intrasset Antiochus. Apertoque occulto aditu templi mittentes lapides percusserunt ducem et qui cum eo erant, et diviserunt membratim, et capitibus amputatis foras proiecerunt. Per omnia benedictus Deus qui tradidit impios.

Facturi igitur quinta et vicesima die mensis Casleu purificationem templi, necessarium duximus significare vobis, ut et vos quoque agatis diem scenophegie et diem ignis qui datus est quando Neemias edificato templo et altari obtulit sacrificia. Nam cum in Persidem ducerentur patres nostri, sacerdotes qui tunc Dei cultores erant, acceptum ignem de altari occulte absconderunt in valle ubi erat puteus altus et siccus, et in eo contutati sunt eum, ita ut omnibus ignotus esset locus. Cum autem preterissent anni multi, et placuit Deo ut mitteretur Neemias a rege Persidis, nepotes sacerdotum illorum qui absconderant misit ad requirendum ignem. Et sicut narraverunt nobis, non invenerunt ignem sed aquam crassam. Et iussit haurire eos et afferri sibi. Et sacrificia que imposita erant iussit sacerdos Neemias aspergi aqua ipsa, et ligna que erant superposita. Atque hoc factum est. Et tempus affuit quo sol refulsit qui prius erat in nubilo, accensus est ignis magnus, ita ut omnes mirarentur. Orationem autem faciebant omnes sacerdotes dum consummaretur sacrificium, Ionatha inchoante, ceteris autem respondentibus. Et Neemie erat oratio hunc habens modum.

O Domine Deus omnium creator, terribilis et fortis, iustus et misericors, qui solus es bonus rex, solus prestans, solus iustus et omnipotens et eternus, qui liberas Israel de omni malo, qui fecisti patres nostros electos et sanctificasti eos. Accipe sacrificium pro universo populo tuo Israel, et custodi partem tuam et sanctifica. Congrega dispersionem nostram, et libera eos qui serviunt gentibus, et contemptos et abhominatos respice, ut sciant gentes quod tu es Deus noster. Afflige opprimentes et contumeliam facientes in superbiam. Constitue populum tuum in loco sancto tuo, sicut dixit Moyses. Sacerdotes autem psallebant hymnos usque quo consumptum esset sacrificium. Ex residua aqua Neemias iussit lapides maiores perfundi. Quod ut factum est, flamma ex eis accensa est, sed ex lumine quod refulsit ab altari consumpta est. Ut vero manifestata res est, renuntiatum est regi Persarum quod in loco in quo ignem absconderant hi qui translati fuerant sacerdotes aqua apparuit, de qua Neemias et qui cum eo erant purificaverunt sacrificia. Considerans autem rex et rem diligenter examinans, fecit ei templum, et si quibus donaverat rex multa bona accipiebat ex hoc et tribuebat. Appellavit autem Neemias hunc locum Nepthar, quod interpretatur purificatio. Vocatur autem apud plures Nephi.

Invenitur autem in descriptionibus Hieremie prophete quod iussit eos ignem accipere qui transmigrabant, ut significatum est. Et ut mandavit transmigratis, et dedit illis legem ne obliviscerentur precepta Domini, et ut non exerrarent mentibus videntes simulachra aurea et argentea et ornamenta eorum. Et alia huiuscemodi dicens, hortabatur ne legem amoverent a corde suo. Erat autem in ipsa scriptura quomodo tabernaculum et archam iussit propheta divino responso ad se facto comitari secum, usque quo exiit in montem in quo Moyses ascendit et vidit Dei hereditatem. Et veniens ibi Hieremias invenit locum spelunce, et tabernaculum et archam et altare incensi intulit illuc, et ostium obstruxit. Et accesserunt quidam simul qui sequebantur ut notarent sibi locum, et non potuerunt invenire. Ut autem cognovit Hieremias, culpans illos dixit quod

ignotus erit locus donec congreget deus congregationem populi et propitius fiat. Et tunc dominus ostendet hec. et apparebit maiestas domini et nubes erit sicut moysi manifestabatur. et sicut cum salomon petiit ut locus sanctificaretur magno deo manifestabat hec. et ut sapientiam habens obtulit sacrificium dedicationis et consummationis templi. Sic et moyses orabat ad dominum. et descendit ignis de celo. et consumpsit holocaustum. Dixit moyses eo quod non sit manducatum quod erat pro peccato. et consumptum est. Similiter et salomon octo diebus celebravit dedicationem. Inferebantur autem in descriptionibus et commentariis neemie hec eadem. Et ut construens bibliothecam. et congregavit de regionibus libros et prophetarum. et david. et epistolas regum. et de donariis. Similiter autem et iudas ea que deciderant per bellum quod nobis acciderat congregavit omnia. et sunt apud nos. Si ergo desideratis hec. mittite qui perferant vobis. Acturi itaque purificationem scripsimus vobis. bene igitur facietis. si egeritis hos dies. Deus autem qui liberavit populum suum et reddidit hereditatem omnibus. et regnum et sacerdotium et sanctificationem sicut promisit in lege: speramus quod cito nostri miserebitur. et congregabit de sub celo in locum sanctum. Eripuit enim nos de magnis periculis. et locum purgavit. De iuda vero machabeo et fratribus eius et de templi magni purificatione et are dedicatione. sed et de preliis que pertinent ad antiochum nobilem et filium eius eupatorem. et de illuminationibus que de celo facte sunt ad eos qui pro iudeis fortiter fecerunt. ita ut universam regionem cum pauci essent vindicarent. et barbaram multitudinem fugarent. et famosissimum toto orbe templum reciperarent. et civitatem liberarent. ut leges que abolende erant restituerentur domino cum omni tranquillitate propitio facto illis. itemque ab iasone cyreneo quinque libris comprehensa. temptavimus nos uno volumine breviare. Considerantes enim multitudinem librorum et difficultatem volentibus aggredi narrationes historiarum propter multitudinem rerum. curavimus volentibus quidem legere ut esset animi oblectatio. studiosis vero ut facile possent memorie commendare. omnibus autem legentibus utilitas conferatur. Et nobis quidem ipsis qui opus breviandi causa suscepimus non facilem laborem immo vero negotium plenum vigiliarum et sudoris assumpsimus. Sicut hi qui preparant convivium et querunt aliorum voluntati parere. propter multorum gratiam libenter laborem sustinemus. veritatem quidem de singulis auctoribus concedentes. ipsi autem secundum datam formam brevitati studentes. Sicut enim nove domus architecto de universa structura curandum est. ei vero qui pingere curat que apta sunt ad ornatum exquirenda sunt. ita estimandum est et in nobis. Etenim intellectum colligere. et ordinare sermonem et curiosius per partes singulas quasque inquirere. historie congruit auctori. Brevitatem vero dictionis sectari. et executiones rerum vitare. brevianti concedendum est. Hinc ergo narrationem incipiemus de prefatione tantum dixisse sufficiat. Stultum etenim est ante historiam effluere. in ipsa autem historia succingi.

Igitur cum sancta civitas habitaretur in omni pace: leges etiam adhuc optime custodirentur. propter onie pontificis pietatem et animos odio habentes mala. fiebat ut et ipsi reges et principes locum summo honore dignum ducerent. et templum maximis muneribus illustrarent. ita ut seleucus asyrie rex de redditibus suis prestaret omnes sumptus ad ministerium sacrificiorum pertinentes. Symon autem de tribu beniamin prepositus templi constitutus contendebat obsistente sibi principe sacerdotum iniquum aliquid in civitate moliri. Sed cum vincere oniam non posset: venit ad apollonium tharsee filium qui illo tempore erat dux celesyrie et fenices. et nuntiavit ei pecuniis innumerabilibus plenum esse erarium hierosolimis. et communes copias immensas esse que non pertinent ad rationem sacrificiorum. Esse autem possibile sub potestate regis cadere universa. Cumque retulisset apollonius ad regem de pecuniis que delate erant. ille accitum helyodorum qui erat super negotia eius. misit cum mandatis ut predictam pecuniam transportaret. Statimque helyodorus iter aggressus est. specie quidem quasi per celesyriam et fenicen civitates esset peragraturus. re autem vera regis propositum perfecturus. Sed cum venisset hierosolimam et benigne a summo sacerdote in civitate esset exceptus. narravit de dato indicio pecuniarum. et cuius rei gratia adesset aperuit. Interrogabat autem si vere hec ita essent. Tunc summus sacerdos ostendit deposita esse hec et victualia viduarum et pupillorum. quedam vero esse hyrcani tobie viri valde eminentis in his que detulerat impius symon. Universa autem argenti talenta quadringenta esse et auri ducenta. decipi vero eos qui credidissent loco et templo quod per universum mundum honoratur pro sui veneratione et sanctitate impossibile omnino esse. At ille pro his que habebat in mandatis a rege dicebat omni genere regi ea deferenda. Constituta autem die intrabat de his helyodorus ordinaturus. Non modica vero per universam civitatem erat trepidatio. Sacerdotes autem ante altare cum sacerdotalibus stolis iactaverunt se et invocabant de celo eum qui de depositis legem posuit ut his qui deposuerant ea salva custodiret. Iam vero qui videret summi sacerdotis vultum mente vulnerabatur. facies enim et color immutatus declarabat internum animi dolorem. Circumfusa enim erat viro mesticia quedam. et horror corporis. per quem manifestus aspicientibus dolor cordis eius efficiebatur. Alii etiam congregatim de domibus confluebant. publica supplicatione obsecrantes pro eo quod in contemptum locus esset venturus. Accincteque mulieres ciliciis pectus per plateas confluebant: sed et virgines que conclusę erant procurrebant ad oniam. Alie autem ad muros. quedam vero per fenestras aspiciebant. Universe autem protendentes manus in celum deprecabantur. Erat enim misera commixte multitudinis. et magni sacerdotis in agone constituti expectatio. Et hi quidem invocabant omnipotentem dominum. ut credita sibi his qui crediderant cum omni integritate conservarentur.

Helyodorus autem quod decreverat perficiebat. Eodem loco ipse cum satellitibus circa erarium presens. sed spiritus omnipotentis dei magnam fecit sue ostensionis evidentiam. ita ut omnes qui ausi fuerant parere ei. ruentes dei virtute in dissolutionem et formidinem converterentur. Apparuit enim illis quidam equus terribilem habens sessorem. optimis operimentis adornatum. isque cum impetu helyodoro priores calces elisit. qui autem ei sedebat videbatur arma habere aurea. Alii etiam apparuerunt duo iuvenes virtute decori optimi gloria. speciosique amictu. Qui circumsteterunt eum. et ex utraque parte flagellabant sine intermissione multis plagis verberantes. Subito autem helyodorus concidit in terram. eumque multa caligine circumfusum rapuerunt. atque in sella gestatoria impositum eiecerunt. Et hic qui cum multis cursoribus et satellitibus predictum ingressus est erarium. portabatur nullo sibi auxilium ferente. manifeste cognita dei virtute. Et ille quidem per divinam virtutem iacebat mutus. atque omni spe et salute privatus. Hi autem dominum benedicebant quia magnificabat locum suum. et templum quod paulo ante timore ac tumultu erat plenum. apparente omnipotente domino gaudio et leticia plenum est.

Tunc vero ex amicis helyodori quidam rogabant confestim oniam ut invocaret altissimum et vitam donaret ei. qui in supremo spiritu erat constitutus. Considerans autem summus sacerdos. ne forte rex suspicaretur maliciam aliquam ex iudeis circa helyodorum consummatam. obtulit pro salute viri hostiam salutarem. Cumque summus sacerdos exoraret. iidem iuvenes eisdem vestibus amicti astantes helyodoro dixerunt. Onie sacerdoti gratias age. Nam propter eum tibi dominus vitam donavit. Tu autem a deo flagellatus nuntia omnibus magnalia dei et potestatem. Et his dictis non comparuerunt. Helyodorus autem hostia deo oblata. et votis magnis promissis ei qui vivere illi concessit. et onie gratias agens. recepto exercitu repedabat ad regem. Testabatur autem omnibus ea que sub oculis suis viderat opera magna dei. Cum autem rex interrogasset helyodorum quis esset aptus adhuc semel hierosolimam mitti. ait. Si quem habes hostem. aut regni tui insidiatorem mitte illuc. et flagellatum eum recipies. si tamen evaserit. eo quod in loco vere sit dei quedam virtus. Nam ipse qui habet in celis habitationem visitator et adiutor est loci illius. et venientes ad malefaciendum percutit ac perdit. Igitur de helyodoro et de erarii custodia ita res habet.

Symon autem predictus pecuniarum et patrie delator male loquebatur de onia. tamquam ipse helyodorum instigasset ad hec. et ipse fuisset incentor malorum. provisoremque civitatis. ac defensorem gentis sue et emulatorem legis dei. audebat insidiatorem regni dicere. Sed cum inimicitie in tantum procederent. ut etiam per quosdam symonis necessarios homicidia fierent. Considerans onias periculum contentionis et apollonium insanire ut pote ducem celesyrie et fenicis. ad augendam maliciam symonis ad regem se contulit. Non ut civium accusator. sed communem utilitatem apud semet ipsum universe multitudinis considerans. Videbat enim sine regali providentia impossibile esse pacem rebus dari. nec symonem posse cessare a stultitia sua.

Sed post seleuci vite excessum cum suscepisset regnum antiochus qui nobilis appellabatur. ambiebat iason frater onie summum sacerdotium. adito rege: promittens ei argenti talenta lx. et trecenta ex redditibus aliis talenta octingenta. Super hoc promittebat et alia centum quinquaginta si potestati eius concederetur gymnasium. et ephebiam sibi constituere. et eos qui in hierosolimis erant antiochenos scribere. Quod cum rex annuisset et obtinuisset principatum. statim ad gentilem ritum contribules suos transferre cepit. et amotis his que humanitatis causa iudeis a regibus fuerant constituta per iohannem patrem eupolemi. qui apud romanos de amicicia et societate functus est legatione. legitima civium iura destituens prava instituta sanciebat. Etenim ausus est sub ipsa arce gymnasium constituere. et optimos quosque epheborum in lupanaribus ponere. Erat autem hoc non initium sed incrementum quoddam et profectus gentilis et alienigene conversationis propter impii et non sacerdotis iasonis nefarium et inauditum scelus. ita ut sacerdotes iam non circa altaris officia dediti essent. sed contempto templo et sacrificiis neglectis festinarent participes fieri palestre. et prebitionis eius iniuste. et in exercitiis disci. Et patrios quidem honores nichil habentes grecas glorias optimas arbitrabantur. quarum gratia periculosa eos contentio habebat. et eorum instituta emulabantur. ac per omnia his consimiles esse cupiebant; quos hostes et peremptores habuerant. In leges enim divinas impie agere impune non cedit. sed hec sequens tempus declarabit.

Cum autem quinquennalis agon tyro celebraretur. et rex presens esset. misit iason facinorosus ab hierosolimis viros peccatores portantes argenti didragmas trecentas in sacrificium herculis. quas etiam postulaverunt hi qui asportaverant ne in sacrificiis erogarentur. quia non oporteret. sed in alios sumptus eas deputari. Sed hec oblata sunt quidem ab eo qui misit in sacrificium herculis. propter presentes autem date sunt in fabricam navium triremium. Misso autem in egyptum apollonio nesthei filio propter primates ptholomei filometoris regis. Cum cognovisset antiochus alienum se a negotiis regni effectum propriis utilitatibus consulens. profectus inde venit ioppen. et inde hierosolimam. et magnifice ab iasone et civitate susceptus. cum facularum luminibus et laudibus ingressus est. et inde in fenicen exercitum convertit.

Et post triennii tempus. misit iason menelaum supradicti symonis fratrem portantem pecunias regi. et de negotiis necessariis responsa perlaturum. At ille commendatus regi cum magnificasset faciem potestatis eius. in semet ipsum retorsit summum sacerdotium. Superponens iasoni talenta argenti trecenta. Acceptisque a rege mandatis venit nichil quidem dignum habens sacerdotio. animos vero crudelis tyranni et fere belue iram gerens. Et iason quidem qui proprium fratrem captivaverat. ipse deceptus profugus in ammanitem expulsus est regionem. Menelaus autem principatum quidem obtinuit. De pecuniis vero regi promissis nichil agebat cum exactionem faceret sostratus qui arci erat prepositus. Nam ad hunc exactio vectigalium pertinebat. Qua ob causam utrique ad regem sunt vocati. Menelaus amotus est sacerdotio. succedente lysimacho fratre suo. sostratus autem prelatus est cypriis.

Et cum hec agerentur contigit tharsenses et mallotas seditionem movere. eo quod antiochi concubine regis dono essent dati. Festinanter itaque rex venit sedare illos. relicto suffecto uno ex comitibus suis andronico. Ratus autem menelaus accepisse se tempus oportunum. aurea vasa quedam e templo furatus donavit andronico. et alia vendiderat tyro et per vicinas civitates. Quod cum certissime cognovisset onias. arguebat eum ipse in loco tuto se continens. antiochie secus daphnen. Unde me-

116.

nelaus accedens ad andronicum. rogabat eum ut oniam interficeret. Qui cum venisset ad oniam et datis dextris cum iureiurando quamvis esset ei suspectus suasisset de asilo procedere. statim eum peremit non veritus iusticiam. Ob quam causam non solum iudei. sed et alie quoque nationes indignabantur et moleste ferebant de nece tanti viri iniusta.

Sed regressum regem de cilicie locis adierunt iudei apud antiochiam simul et greci conquerentes de iniqua nece onie. Contristatus itaque animo antiochus. et flexus ad misericordiam lacrimas fudit. Recordatus defuncti sobrietatem et modestiam. accensisque animis. andronicum purpura exutum. circumduci per totam civitatem iubet: et in eodem loco quo in oniam impietatem commiserat. sacrilegum vita privari. domino illi dignam penam tribuente.

Multis autem sacrilegiis in templo a lysimacho commissis menelai consilio. et divulgata fama congregata est multitudo adversus lysimachum multo iam auro exportato. Turbis autem insurgentibus: et animis ira repletis lysimachus armatis fere tribus milibus iniquis manibus uti cepit. duce quodam tyranno etate pariter et dementia provecto. Sed ut intellexerunt conatum lysimachi. alii lapides. alii fustes validos arripere: quidam vero cinerem in lysimachum iacere festinabant. et multi quidem vulnerati. quidam autem prostrati. Omnes vero in fugam conversi sunt. ipsum etiam sacrilegum secus erarium interfecerunt. De his ergo cepit iudicium adversum menelaum agitari. Et cum venisset rex tyrum ad ipsum negotium detulerunt missi viri tres a senioribus. Et cum superaretur menelaus promisit ptholomeo multas pecunias dare ad suadendum regi. Itaque

Itaque ptholomeus in quodam atrio positum, quasi refrigerandi gratia regem adiit, et a sententia deduxit. Et menelaum quidem universe malicie reum criminibus absolvit. Miseros autem qui etiam si apud scithas causam dixissent innocentes iudicarentur, morte dampnavit. Cito ergo iniustam penam dederunt, qui pro civitate et populo et sacris vasis causam prosecuti sunt. Quam ob rem tyrii quoque indignati erga sepulturam eorum liberalissimi extiterunt. Menelaus autem propter eorum qui in potentia erant avariciam, permanebat in potestate, crescens in malicia et ad insidias civium.

Eodem tempore antiochus secundam profectionem paravit in egyptum. Contigit autem per universam hierosolimorum civitatem videri diebus quadraginta per aera equites discurrentes, auratas stolas habentes, et hastas quasi cohortes armatas. et cursus equorum per ordines digestos, et congressiones fieri comminus, et scutorum motus, et galeatorum multitudinem, gladiis districtis, et telorum iactus, et aureorum armorum splendorem omnisque generis loricarum. Quapropter omnes rogabant in bonum monstra converti. Sed cum falsus rumor exisset, tamquam vita excessisset antiochus, assumptis iason non minus mille viris, repente aggressus est civitatem. Et civibus ad murum convolantibus, ad ultimum apprehensa civitate menelaus fugit in arcem. Iason vero non parcebat in cede civibus suis. nec cogitabat prosperitatem adversus cognatos malum esse maximum arbitrans, hostium et non civium se trophea capturum. Et principatum quidem non obtinuit. finem vero insidiarum suarum confusionem cepit. Et profugus iterum abiit in ammanitem. ad ultimum in exitium sui conclusus ab areta arabum tyranno fugiens de civitate in civitatem omnibus odiosus ut refuga legum et execrabilis ut patrie et civium hostis in egyptum extrusus est. Et qui multos de patria sua expulerat peregre periit. lacedemonas profectus, quasi pro cognatione ibi refugium habiturus. Qui insepultos abiecerat multos, ipse inlamentatus et insepultus abicitur. sepultura neque peregrina usus, neque patrio sepulchro participans.

His ita gestis suspicatus est rex societatem deserturos iudeos, et ob hoc profectus ex egypto efferatis animis civitatem quidem armis cepit. Iussit autem militibus interficere nec parcere occursantibus, et per domos ascendentes trucidare. Fiebant ergo cedes iuvenum, ac seniorum, mulierum et natorum exterminia, virginumque et parvulorum neces. Erant autem toto triduo octoginta milia interfecti, quadraginta milia vincti, non minus autem venundati. sed non hec ista sufficiunt. Ausus est etiam intrare templum universe terre sanctius, menelao ductore qui legum et patrie fuit proditor. Et scelestis manibus sumens sancta vasa, que ab aliis regibus et civitatibus erant posita ad ornatum loci et gloriam, contrectabat indigne et contaminabat. Ita alienatus mente antiochus, non considerabat quod propter peccata habitantium civitatem modicum dominus fuerat iratus, propter quod et accidit circa locum despectio. Alioquin nisi contigisset eos multis peccatis esse involutos, sic heliodorus qui missus est a seleuco rege ad expoliandum erarium, etiam hic statim adveniens flagellatus et repulsus utique fuisset. Ab audacia verum non propter locum gentem, sed propter gentem dominus elegit. Ideoque et ipse locus particeps factus est populo malorum. Postea autem fiet socius et bonorum. Et qui derelictus est in ira dei omnipotentis, iterum in magni domini reconciliatione cum summa gloria exaltabitur.

Igitur antiochus mille octingentis ablatis de templo talentis, velociter antiochiam regressus est. Existimans se pre superbia terram ad navigandum, pelagus vero ad iter agendum deducturum propter mentis elationem. Reliquit autem et prepositos ad affligendam gentem. Hierosolimis autem philippum genere frigem moribus crudeliorem eo ipso a quo constitutus est. In garizim autem andronicum et menelaum qui gravius quam ceteri imminebant civibus. Cumque appositus esset contra iudeos, misit odiosum principem apollonium cum exercitu viginti et duorum milium precipiens ei omnes perfecte etatis interficere, mulieres ac iuvenes vendere. Qui cum venisset hierosolimam pacem simulans, quievit usque ad diem sanctum sabbati. et tunc feriatis iudeis arma capere suis precepit. omnesque qui ad spectaculum processerant trucidavit. et civitatem cum armatis discurrens, ingentem multitudinem peremit.

Iudas autem machabeus qui decimus fuerat secesserat in desertum locum, ibique inter feras vitam in montibus cum suis agebat. et feni cibo vescentes demorabantur ne participes essent coinquinationis.

Sed non post multum temporis misit rex quendam antiochenum senem qui compelleret iudeos ut se transferrent a patriis et dei legibus: contaminare etiam quod in hierosolimis erat templum et cognominare iovis olimpii, et in garizim prout erant hi qui locum inhabitabant iovis hospitalis. Pessima autem universis et gravis malorum erat incursio. Nam templum luxuria et comessationibus erat plenum et scortantium cum meretricibus: sacratisque edibus se mulieres ultro ingerebant, intro ferentes ea que non licebat. Altare enim plenum erat illicitis, que legibus prohibebantur. Neque autem sabbata custodiebantur, neque dies sollempnes patrii servabantur: nec simpliciter se quisquam iudeum esse confitebatur. Ducebantur autem cum amara necessitate in die natalis regis ad sacrificia. et cum liberi sacra celebrarentur cogebantur hedera coronati libero circuire. Decretum autem exiit in proximas gentilium civitates suggerentibus ptholomeis, ut pari modo et ipsi adversus iudeos agerent ut sacrificarent. eos autem qui nollent transire ad instituta gentilium interficerent. Erat ergo videre miseriam. Due enim mulieres delate sunt natos suos circumcidisse. quas infantibus ad ubera suspensis cum publice per civitatem circumduxissent, per muros precipitaverunt. Alii vero ad proximas coeuntes speluncas, et latenter sabbati diem celebrantes, cum indicati essent philippo, flammis succensi sunt. eo quod verebantur propter religionem et observantiam manu sibimet auxilium ferre. Obsecro autem eos qui hunc librum lecturi sunt, ne abhorrescant propter adversos casus sed reputent ea que acciderunt non ad interitum sed ad correptionem generis esse nostri. Etenim multo tempore non sinere peccatoribus ex sententia agere: sed statim ultiones adhibere magni beneficii est indicium. Non enim sicut in aliis nationibus dominus patienter expectat, ut eas cum iudicii dies venerit in plenitudine peccatorum puniat. Ita et in nobis statuit ut peccatis nostris in finem devolutis, ita demum in nos vindicet. Propter quod numquam quidem a nobis misericordiam suam amovet: corripiens vero in adversis populum suum non derelinquit. Sed hec nobis ad commonitionem legentium dicta sunt paucis. Iam autem veniendum est ad narrationem.

Igitur eleazarus unus de prioribus scribarum vir etate provectus et vultu decorus aperto ore hians compellebatur carnem porcinam manducare. At ille gloriosam mortem magis quam odibilem vitam amplectens, voluntarie preibat ad supplicium. Intuens autem quemadmodum oporteret accidere, patienter sustinens, destinavit non admittere illicita propter vite amorem. Hii autem qui astabant iniqua miseratione commoti, propter antiquam viri amiciciam, tollentes eum secreto, rogabant afferri carnes quibus vesci ei licebat, et simularet manducasse sicut rex imperaverat de carnibus sacrificii, ut hoc facto a morte liberaretur, et propter veterem amiciciam hanc in eo facerent humanitatem. At ille cogitare cepit etatis ac senectutis sue eminentiam dignam et ingenuitate nobilitatis caniciei, atque a puero optime conversationis et sancte et a deo condite legis constituta. Respondit cito dicens, premitti se velle in infernum. Non enim etati nostre dignum est inquit fingere: ut multi adolescentium arbitrantes eleazarum nonaginta annorum transisse ad vitam alienigenarum. et ipsi propter meam simulationem et propter modicum corruptibilis vite tempus decipiantur, et per hoc maculam atque execrationem mee senectuti conquiram. Nam et si in presenti tempore suppliciis hominum eripiar, sed manus omnipotentis neque vivens neque defunctus effugiam. Quam ob rem fortiter vita excedendo senectute quidem dignus apparebo. Adolescentibus autem exemplum forte relinquam, si prompto animo ac fortiter pro gravissimis ac sanctissimis legibus honesta morte perfungar. His dictis confestim ad supplicium trahebatur. Hii autem qui eum ducebant et paulo ante fuerant mitiores in iram versi sunt, propter sermones ab eo dictos, quos illi per arrogantiam prolatos arbitrabantur. Sed cum plagis perimeretur ingemuit et dixit. Domine qui habes sanctam scientiam manifeste tu scis, quia cum a morte possim liberari, duros corporis sustineo dolores. Secundum animam vero propter timorem tuum libenter hec patior. Et iste quidem hoc modo vita decessit. Non solum iuvenibus, sed etiam universe genti memoriam mortis sue ad exemplum virtutis et fortitudinis derelinquens.

Contigit autem et septem fratres cum matre apprehensos compelli a rege contra fas contingere carnes porcinas, flagris et taureis cruciatos. Unus autem ex illis qui erat primus, sic ait. Quid queris, et quid vis discere a nobis? Parati sumus mori, magis quam patrias dei leges prevaricari. Iratus itaque rex, iussit sartagines et ollas eneas succendi. Quibus statim succensis, iussit ei qui prior fuerat locutus amputari linguam, et cute capitis abstracta, summas quoque ei manus et pedes precidi, ceteris eius fratribus et matre inspicientibus. Et cum iam per omnia inutilis factus esset, iussit ei ignem admoveri, et adhuc spirantem torreri in sartagine. In qua cum diu cruciaretur, ceteri una cum matre invicem se hortabantur mori fortiter dicentes. Dominus deus aspiciet veritatem et consolabitur in nobis quemadmodum in protestatione cantici declaravit moyses. Et in servis suis consolabitur. Mortuo itaque primo illo hoc modo, sequentem deducebant ad illudendum. Et cute capitis eius cum capillis detracta, interrogabant si manducaret, priusquam toto corpore per membra singula puniretur. At ille respondens patria voce dixit. Non faciam. Propter quod frater meus crudelem consecutus est penam, negabo dominum. Propter quod et iste sequenti loco primi tormenta suscepit. et in ultimo spiritu constitutus sic ait. Tu quidem scelestissime in presenti vita nos perdis. sed rex mundi defunctos nos pro suis legibus in eterne vite resurrectione suscitabit. Post hunc tertius illuditur, et linguam postulatus cito protulit, et manus constanter extendit, et cum fiducia ait. E celo ista possideo, sed propter dei leges nunc hec ipsa despicio, quoniam ab ipso me ea recepturum spero. Ita ut rex et qui cum ipso erant mirarentur adolescentis animum, quod tamquam nichilum duceret cruciatus. Et hoc ita defuncto, quartum similiter vexabant torquentes. Et cum prope iam esset ad mortem sic ait. Potius est ab hominibus morti datos spem expectare a deo, iterum ab ipso resuscitandos. tibi enim resurrectio ad vitam non erit. Et cum admovissent quintum vexabant eum. At ille respiciens in eum dixit. Potestatem inter homines habens cum sis corruptibilis facis quod vis. Noli autem putare genus nostrum a deo esse derelictum. Patienter sustine, et videbis magnam potestatem ipsius, qualiter te et semen tuum torquebit. Post hunc ducebant et sextum, et is mori incipiens sic ait. Noli frustra errare. Nos enim propter nosmet ipsos hec patimur peccantes in deum nostrum, et digna admiratione facta sunt in nobis. Tu autem ne existimes tibi impune futurum quod contra deum pugnare temptaveris. Supra modum autem mater mirabilis, et bonorum memoria digna que pereuntes septem filios sub unius diei tempore conspiciens, bono animo ferebat propter spem quam in deum habebat. Singulos illorum hortabatur patria voce fortiter repleta sapientia. et feminee cogitationi masculinum animum inserens dixit ad eos. Nescio qualiter in utero meo apparuistis. neque enim ego spiritum et animam donavi vobis et vitam, et singulorum membra non ego ipsa compegi. Sed enim mundi creator, qui formavit hominis nativitatem, et spiritum vobis iterum cum misericordia reddet et vitam. sicut nunc vosmet ipsos despicitis propter legem eius. Antiochus autem contemptum se arbitratus simul et exprobrantis voce despecta. Cum adhuc adolescentior superesset, non solum verbis hortabatur sed et iuramento affirmabat divitem se et beatum facturum, et translatum a patriis legibus amicum habiturum. Sed ad ista cum adolescens nequaquam inclinaretur, vocavit rex matrem et suadebat ut adolescenti fieret in salutem. Cum autem multis eam verbis esset hortatus, promisit suasuram se filio suo. Itaque inclinata ad illum irridens crudelem tyrannum, ait patria voce. Fili mi miserere mei, que te in utero decem mensibus portavi, et lac triennio dedi et alui, et in etatem istam perduxi. Peto nate ut aspicias in celum et terram et ad omnia que in eis sunt, et intelligas quia ex nichilo fecit illa deus et hominum genus. Ita fiet ut non timeas carnificem istum, sed dignus fratribus tuis effectus, suscipe mortem ut in illa miseratione cum fratribus tuis te recipiam. Cum hec illa adhuc diceret, ait adolescens. Quem sustinetis? Non obedio precepto regis, sed precepto legis que data est nobis per moysen. Tu vero qui inventor omnis malicie factus es in hebreos, non effugies manum dei. Nos enim pro peccatis nostris hec patimur. Sed si nobis propter increpationem et correptionem dominus noster modicum iratus est, sed iterum reconciliabitur servis suis. Tu autem o scelestè et omnium hominum flagitiosissime noli frustra extolli, vanis spebus in servos eius inflammatus. non dum enim omnipotentis dei et omnia inspicientis iudicium effugisti. Nam et fratres mei modico nunc dolore sustentato sub testamento eterne vite effecti sunt. Tu vero iudicio dei iustas superbie penas solves. Ego autem sicut fratres mei, et animam et corpus meum trado pro patriis legibus: invocans deum maturius genti nostre propicium fieri, teque cum tormentis et verberibus confiteri quod ipse est deus solus. In me vero et in fratribus meis desinet omnipotentis ira, que super omne genus nostrum iuste superducta est. Tunc rex accensus ira in hunc super omnes crudelius deseuit, indigne ferens derisum se. Et hic itaque mundus obiit per omnia in domino confidens. Novissime autem post filios et mater consumpta est. Igitur de sacrificiis et de nimiis crudelitatibus satis dictum est.

Iudas vero machabeus et qui cum illo erant introibant latenter in castella, et convocantes cognatos, et eos qui permanserant in iudaismo assumentes, et duxerunt ad sex milia viros. et invocabant dominum ut respiceret in populum qui ab omnibus conculcabatur. Misereretur templo quod contaminabatur ab impiis. misereretur etiam exterminio civitatis que esset illico complananda, et vocem sanguinis ad se clamantis audiret: memoraretur quoque iniquissimas mortes innocentium parvulorum, et blasphemias nomini suo illatas, et indignaretur super his. At machabeus congregata multitudine intolerabilis gentibus efficiebatur. Ira enim domini in misericordiam conversa est. Et superveniens castellis et civitatibus improvisus succendebat eas, et oportuna loca occupans non paucas hostium strages dabat. maxime autem noctibus ad huiuscemodi excursus ferebatur. et fama virtutis eius ubique diffundebatur. Videns autem philippus paulatim virum ad profectum venire, ac frequentius res ei prospere recedere ad ptholomeum ducem celessyrie et fenicis scripsit

ut auxilium ferret regis negotiis. At ille velociter misit Nicanorem Patrocli de primoribus amicum, datis ei permixtis gentibus armatis non minus viginti milibus, ut universum Iudeorum genus deleret: adiuncto ei et Gorgia viro militari et in bellicis rebus experientissimo. Constituit autem Nicanor ut regi tributum Romanis quod erat dandum duo milia talentorum de captivitate Iudeorum suppleret. Statimque ad maritimas civitates misit, convocans ad coemptionem Iudaicorum mancipiorum, promittens se nonaginta mancipia talento distracturum. Non respiciens ad vindictam que eum ab omnipotente esset consecutura. Iudas autem ubi comperit, indicavit his qui secum erant Iudeis Nicanoris adventum. Ex quibus quidam formidantes et non credentes Dei iusticie, in fugam vertebantur. Alii vero si qui de his superarant vendebant, simulque Dominum deprecabantur ut eriperet eos ab impio Nicanore, qui eos priusquam comminus veniret vendiderat. Et si non propter eos, sed propter testamentum quod erat ad patres eorum, et propter invocationem sancti et magnifici nominis eius super ipsos. Convocatis autem Machabeus septem milibus qui cum ipso erant, rogabat ne hostibus reconciliarentur, neque metuerent inique venientium adversum se hostium multitudinem, sed fortiter contenderent ante oculos habentes contumeliam, que in locum sanctum ab his iniuste esset illata. Itemque et ludibrio habite civitatis iniuriam, adhuc etiam veterum instituta convulsa. Nam illi quidem armis confidunt ait simul et audacia. Nos autem in omnipotente Domino qui potest et venientes adversum nos et universum mundum uno nutu delere confidimus. Admonuit autem eos et de auxiliis Dei que facta sunt erga parentes, ut sub Sennacherib centum octoginta quinque milia perierunt. Et de prelio quod eis adversus Galatas fuit in Babylonia, ut omnes ubi ad rem ventum est, Macedonibus sociis hesitantibus, ipsi sex milia propter auxilium illis datum e celo, et beneficia pro his plurima consecuti sunt. His verbis constantes effecti sunt et pro legibus et patria mori parati. Constituit itaque fratres suos duces utrique ordini, Symonem et Iosephum et Ionathan, subiectis unicuique millenis et quingentenis. Ad hoc etiam ab Esdra lecto illis sancto libro, et dato signo adiutorii Dei, in prima acie ipse dux commisit cum Nicanore. Et facto sibi adiutore omnipotente, interfecerunt super novem milia hominum, maiorem autem partem exercitus Nicanoris vulneribus debilem factam fugere compulerunt. Pecuniis vero eorum qui ad emptionem ipsorum venerant sublatis, ipsos usquequaque persecuti sunt, sed reversi sunt hora conclusi. Nam erat ante sabbatum, quam ob causam non perseveraverunt insequentes. Arma autem ipsorum et spolia congregantes, sabbatum agebant, benedicentes Dominum qui liberavit eos in isto die, misericordie initium stillans in eos. Post sabbatum vero debilibus et orphanis et viduis diviserunt spolia, et residua ipsi cum suis habuere.

His itaque gestis, et communiter ab omnibus facta obsecratione, misericordem Dominum postulabant, ut in finem servis suis reconciliaretur. Et ex his qui cum Tymotheo et Bachide erant contra se contendentes, super viginti milia interfecerunt, et munitiones excelsas obtinuerunt, et plures predas diviserunt equa portionem debilibus, pupillis et viduis, sed et senioribus facientes. Et cum arma eorum collegissent, diligenter omnia composuerunt in locis oportunis, residua vero spolia Hierosolimam detulerunt. Et Phylarchem qui cum Tymotheo erat interfecerunt, virum scelestum, qui in multis Iudeos afflixerat. Et cum epinicia agerent in Hierosolimis, eos qui sacras ianuas incenderant, id est Calistenen, cum in quodam domicilio refugisset, incenderunt, digna eis mercede pro impietatibus suis reddita. Facinorosissimus autem Nicanor qui mille negociantes ad Iudeorum venditionem adduxerat, humiliatus auxilio Domini ab his quos nullius existimaverat, deposita veste glorie per mediterranea fugiens, solus venit Antiochiam, summam infelicitatem de interitu sui exercitus consecutus. Et qui promiserat Romanis se tributum restituere de captivitate Hierosolimorum, predicabat nunc protectorem Dominum habere Iudeos, et ob ipsum invulnerabiles esse, eo quod sequerentur leges ab ipso constitutas.

Eodem tempore Antiochus inhoneste revertebatur de Perside. Intraverat enim eam que dicitur Persipolis, et temptavit spoliare templa, et civitatem opprimere. Sed multitudine ad arma concurrente, in fugam versi sunt. Et ita contigit ut Antiochus post fugam turpiter rediret. Et cum venisset circa Ecbatanam, recognovit que erga Nicanorem et Tymotheum gesta sunt. Elatus autem in ira arbitrabatur se iniuriam illorum qui se fugaverant posse in Iudeos retorquere. Ideoque iussit agitari currum suum sine intermissione agens iter, celesti eum iudicio perurgente, eo quod ita superbe locutus est, venturum se Hierosolimam et congeriem sepulchri Iudeorum facturum eam. Sed qui universa conspicit Dominus Deus Israhel percussit eum insanabili et invisibili plaga. Ut enim finivit hunc ipsum sermonem, apprehendit eum dolor dirus viscerum et amara internorum tormenta. Et quidem satis iuste, quippe qui multis et novis cruciatibus aliorum torserat viscera, licet ille nullo modo a sua malicia cessaret. Super hec autem superbia repletus, ignem spirans animo in Iudeos, et precipiens accelerari negotium, contigit illum impetu euntem de curru cadere, et gravi corporis collisione membra vexari. Isque qui sibi videbatur etiam fluctibus maris imperare, supra humanum modum superbia repletus, et montium altitudines in statera appendere, nunc humiliatus ad terram in gestatorio portabatur, manifestam Dei virtutem in semetipso contestans. Ita ut de corpore impii vermes scaturirent, ac viventis in doloribus carnes eius effluerent, odore etiam illius et fetore exercitus gravaretur. Et qui paulo ante sydera celi contingere se arbitrabatur, eum nemo poterat propter intolerantiam fetoris portare.

Hinc igitur cepit ex gravi superbia deductus ad agnitionem sui venire, divina admonitus plaga, per momenta singula doloribus suis augmenta capientibus. Et cum nec ipse iam fetorem suum ferre posset, ita ait: Iustum est subditum esse Deo, et mortalem non paria Deo sentire. Orabat autem hic scelestus Dominum, a quo non esset misericordiam consecuturus. Et civitatem ad quam festinans veniebat, ut eam ad solum deduceret, ac sepulchrum congestorum faceret, nunc optat liberam reddere. Et Iudeos quos nec sepultura quidem se dignos habiturum, sed avibus ac feris diripiendos daturum, et cum parvulis exterminaturum dixerat, equales nunc Atheniensibus facturum pollicetur. Templum etiam sanctum quod prius expoliaverat optimis donis ornaturum, et sancta vasa multiplicaturum, et pertinentes ad sacrificia sumptus de redditibus suis prestaturum. Super hec et Iudeum futurum, et omnem locum terre perambulaturum, et predicaturum Dei potestatem. Sed non cessantibus doloribus, supervenerat enim in eum iustum iudicium Dei, desperans scripsit ad Iudeos in modum deprecationis epistolam hec continentem: Optimis civibus Iudeis plurimam salutem et bene valere et esse felices rex et princeps Antiochus. Si bene valetis et filii vestri, et ex sententia vobis cuncta sunt, maximas agimus gratias. Et ego in infirmitatibus constitutus, vestri autem benigne memor, reversus de Persidis locis, et infirmitate gravi apprehensus, necessarium duxi pro communi utilitate curam habere, non desperans memet ipsum, sed spem multam habeo effugiendi infirmitatem. Respiciens autem quod et pater meus quibus temporibus in locis superioribus ducebat exercitum, ostendit qui post se susciperet principatum, ut si quid contrarium accideret aut difficile nunciaretur, scientes hi qui in regionibus erant cui esset rerum summa derelicta non turbarentur. Ad hec considerans de proximo potentes quosque, a circuitu insidiantes et eventum expectantes, designavi filium meum Antiochum regem, quem sepe recurrens in superiora regna multis vestrum commendabam, et scripsi ad eum que subiecta sunt. Oro itaque vos et peto memores beneficiorum publice et privatim, ut unusquisque conservet fidem ad me et ad filium meum. Confido enim eum modeste et humane acturum, et sequentem propositum meum communem vobis fore.

Igitur homicida et blasphemus pessime percussus, et ut ipse alios tractaverat, peregre in montibus miserabili obitu vita defunctus est. Transferebat autem corpus Philippus collactaneus eius, qui metuens filium Antiochi, ad Ptholomeum Philometorem in Egyptum abiit.

Machabeus autem et qui cum illo erant Domino se protegente templum quidem et civitatem recepit. Aras autem quas alienigene per plateas struxerant, itemque delubra demolitus est. Et purgato templo, aliud altare fecerunt. Et de ignitis lapidibus igne concepto obtulerunt sacrificia post biennium, et incensum et lucernas et panes propositionis posuerunt. Quibus gestis rogabant Dominum prostrati in terram, ne amplius malis talibus inciderent, sed et si quando peccassent, ut ab ipso mitius corriperentur, et non blasphemis ac barbaris hominibus traderentur. Qua die autem templum ab alienigenis pollutum fuerat, contigit eadem die purgationem fieri vicesima et quinta mensis qui fuit Casleu. Et cum leticia egerunt diebus octo in modum tabernaculorum, recordantes quod ante modicum temporis diem sollempnem tabernaculorum in montibus et in speluncis more bestiarum egerant. Propter quod tyrsos et ramos virides et palmas preferebant ei qui prosperavit mundari locum suum. Et decreverunt communi precepto et decreto universe genti Iudeorum omnibus annis agere dies istos.

Et Antiochi quidem qui appellatus est Nobilis vite excessus ita se habuit. Nunc autem de Eupatore Antiochi filio impii que gesta sunt narrabimus, breviantes mala que in bellis gesta sunt. Hic enim suscepto regno constituit super negotia regni Lysiam quendam, Fenicis et Syrie militie principem. Nam Ptholomeus qui dicebatur Macer iusti tenax erga Iudeos esse instituit, et precipue propter iniquitatem que facta erat in eos, et pacifice agere cum eis. Sed ob hoc accusatus ab amicis apud Eupatorem, cum frequenter proditor audiret, eo quod Cyprum creditam a Filometore nobilem translatus etiam ab eo recessisset, veneno vitam finivit.

Gorgias autem cum esset dux locorum, assumptis advenis frequenter Iudeos debellabat. Iudei vero qui tenebant oportunas munitiones fugatos ab Hierosolimis suscipiebant et debellare temptabant. Hii vero qui erant cum Machabeo per orationes Dominum rogantes ut esset sibi adiutor, impetum fecerunt in munitiones Ydumeorum, multaque insistentes loca obtinuerunt, occurrentes interemerunt, et omnes simul non minus a viginti milibus trucidaverunt. Quidam autem cum confugissent in duas turres valde munitas, omnem apparatum ad repugnandum habentes, Machabeus ad eorum expugnationem relicto Symone et Iosepho itemque Machabeus eisque qui cum ipso erant satis multis, ipse ad eas que amplius perurgebant pugnas conversus est. Hii vero qui cum Symone erant cupiditate ducti a quibusdam qui in turribus erant suasi sunt pecunia, et septuaginta milibus didragmis acceptis dimiserunt quosdam effugere. Cum autem Machabeo nunciatum esset quod factum est, congregatis principibus populi accusavit quod accepta pecunia fratres vendidissent, adversarios eorum dimisissent. Hos igitur proditores factos interfecit, et confestim duas turres occupavit. Armis autem ac manibus omnia prospere agendo, in duabus munitionibus plusquam viginti milia peremit.

At Tymotheus qui prius a Iudeis fuerat superatus, convocato exercitu peregrine multitudinis, et congregato exercitu Asiano, advenit quasi Iudeam armis capturus. Machabeus autem et qui cum ipso erant appropinquante illo deprecabantur Dominum, caput terra aspergentes lumbosque ciliciis precincti, ad altaris crepidinem provoluti, ut sibi propitius, inimicis autem eorum esset inimicus, et adversariis adversaretur, sicut lex dicit. Et ita post orationem sumptis armis longius de civitate procedentes, et proximi hostibus effecti resederunt. Primo autem solis ortu utrique commiserunt. Isti quidem victorie et prosperitatis sponsorem cum virtute Dominum habentes, illi autem ducem belli animum habebant. Sed cum vehemens pugna esset, apparuerunt adversariis de celo viri quinque in equis frenis aureis decori, ducatum Iudeis prestantes. Ex quibus duo Machabeum medium habentes armis suis circumseptum incolumem conservabant. In adversarios autem tela et fulmina iaciebant, ex quo et cecitate confusi et repleti perturbatione cadebant. Interfecti sunt autem viginti milia quingenti, et equites sexcenti. Tymotheus vero confugit in Gazara presidium munitum, cui preerat Chereas. Machabeus autem et qui cum eo erant letantes obsederunt presidium diebus quattuor. At hii qui intus erant loci firmitate confisi supra modum maledicebant et sermones nefandos iactabant. Sed cum dies quinta illucesceret, viginti iuvenes ex his qui cum Machabeo erant accensi animis propter blasphemiam viriliter accesserunt ad murum, et feroci animo incedentes ascendebant. Sed et alii similiter ascendentes turres portasque succendere aggressi sunt atque ipsos maledicos vivos concremare. Per continuum autem biduum presidio vastato, Tymotheum occultantem se in quodam repertum loco peremerunt, et fratrem eius Ceream et Apollofanem occiderunt. Quibus gestis in hymnis et confessionibus benedicebant Dominum, qui magna fecit cum Israhel et victoriam illi dedit.

Sed parvo post tempore Lysias procurator regis et propinquus ac negociorum prepositus, graviter ferens de his que acciderant, congregatis

117

octoginta milibus et equitatu universo veniebat adversus Iudeos, existimans se civitatem quidem captam gentibus habitaculum facturum, templum vero in pecunie questu sicut cetera delubra gentium habiturum, et per singulos annos venale sacerdotium. Nunquam recogitans Dei potestatem, sed mente effrenatus in multitudine peditum et in milibus equitum et in octogentis elefantis confidebat. Ingressus autem Iudeam et appropians Bethsure, quod erat in angusto loco ab Hierosolima intervallo quinque stadiorum, illud presidium expugnabat. Ut autem Machabeus et qui cum eo erant cognoverunt expugnari presidia, cum fletu et lacrimis rogabant Dominum et omnis turba simul ut bonum angelum mitteret ad salutem Israhel. Et ipse primus Machabeus sumptis armis ceteros adhortatus est simul secum periculum subire et ferre auxilium fratribus suis. Cumque pariter prompto animo procederent, de Hierosolimis apparuit precedens eos eques in veste candida, armis aureis hastam vibrans. Tunc omnes simul benedixerunt misericordem Dominum suum, et convaluerunt animis, non solum homines sed et bestias ferocissimas et muros ferreos parati penetrare. Ibant igitur prompti, de celo habentes adiutorem et miserantem eos Dominum. Leonum autem more impetu irruentes in hostes, prostraverunt ex eis sex milia peditum et equites mille sexcentos. Universos autem in fugam verterunt. Plures vero ex eis vulnerati nudi evaserunt. Sed et ipse Lysias turpiter fugiens evasit. Et quia non insensatus erat, secum ipse reputans factam erga se diminutionem et intelligens invictos esse Hebreos Dei omnipotentis auxilio innitentes, misit ad eos, promisitque se consensurum omnibus que iusta sunt, et regem compulsurum amicum fieri. Annuit autem Machabeus precibus Lysie in omnibus utilitati consulens. Et quecumque

machabeus scripsit lysie de iudeis, ea rex concessit. Nam erant iudeis scripte epistole a lysia quidem hunc modum continentes. Lysias populo iudeorum salutem. Iohannes et abessalon qui missi sunt a vobis tradentes scripta postulabant ut ea que per illos significabantur implerem. Quecumque igitur regi potuerunt perferri exposui, et que res permittebat concessi. Si igitur in negociis fidem conservaveritis, etiam deinceps bonorum vobis causa esse temptabo. De ceteris autem per singula verba mandavi et istis qui a me missi sunt colloqui vobiscum. Bene valete. Anno centesimo quadragesimo octavo dioscondi mensis xx et iiii. Regis autem epistola ita continebat. Rex antiochus lysie fratri salutem. Patre nostro inter deos translato, nos volentes eos qui sunt in regno nostro sine tumultu agere et rebus suis adhibere diligentiam, audivimus iudeos non consensisse patri meo ut transferrentur ad ritum grecorum, sed tenere velle suum institutum, ac propterea postulantes concedi sibi legitima sua. Volentes igitur hanc quoque gentem quietam esse, statuentes iudicavimus templum restitui illis, ut agerent secundum maiorum suorum consuetudinem. Bene igitur feceris si miseris ad eos et dextram dederis, ut cognita nostra voluntate bono animo sint, et utilitatibus propriis deserviant. Ad iudeos autem regis epistola talis erat. Rex antiochus senatui iudeorum et ceteris iudeis salutem. Si valetis, sic est ut volumus, sed et ipsi bene valemus. Adiit nos menelaus dicens velle vos descendere ad vestros qui sunt apud nos. His igitur qui commeant usque ad diem tricesimum mensis xandici damus dextras securitatis, ut iudei utantur cibis et legibus suis sicut et prius, et nemo eorum ullo modo molestiam patiatur de his que per ignorantiam gesta sunt. Misimus autem et menelaum qui vos alloquatur. Valete. Anno centesimo quadragesimo octavo xandici mensis xv. Miserunt autem etiam romani epistolam ita se habentem. Quintus memmius et titus manilius legati romanorum populo iudeorum salutem. De his que lysias cognatus regis concessit vobis, et nos concessimus. De quibus autem iudicavit ad regem referendum, confestim aliquem mittite diligentius inter vos conferentes, ut decernamus sicut congruit vobis. Nos enim antiochiam accedimus. Ideoque festinate rescribere, ut nos quoque sciamus cuius estis voluntatis. Bene valete. Anno centesimo quadragesimo viii, xv die mensis xandici. His factis pactionibus lysias pergebat ad regem. Iudei autem agriculture operam dabant. Sed hi qui resederant tymotheus et apollonius gennei filius, sed et hieronimus et demofon sinebant eos in silentio agere et quiete.

Ioppite vero tale quoddam flagitium perpetrarunt. Rogaverunt iudeos cum quibus habitabant ascendere scaphas quas paraverant cum uxoribus et filiis quasi nullis inimicitiis inter eos subiacentibus. Secundum commune itaque decretum civitatis, et ipsis adquiescentibus pacisque causa nichil suspectum habentibus, cum in altum processissent submerserunt non minus ducentos. Quam crudelitatem iudas in sue gentis homines factam ut cognovit, precepit viris qui erant cum ipso, et invocato iusto iudice deo, venit adversus interfectores fratrum. Et portum quidem nocte succendit, scaphas exussit, eos autem qui ab igne refugerant gladio peremit. Et cum hec ita perfecisset, discessit quasi iterum reversurus et universos ioppitas eradicaturus. Sed cum cognovisset et eos qui erant iamnie velle pari modo facere habitantibus secum iudeis, iamnitis quoque nocte supervenit et portum cum navibus succendit, ita ut lumen ignis appareret hierosolimis a stadiis ducentis quadraginta.

Inde cum iam abissent novem stadiis et iter facerent ad tymotheum, commiserunt cum eo arabes quinque milia viri et equites quingenti. Cumque pugna valida fieret et auxilio dei prospere cessisset, residui victi arabes petebant a iuda dextras sibi dari, promittentes pascua daturos et in ceteris profuturos. Iudas autem arbitratus vere in multis eos utiles, promisit pacem, dextrisque acceptis discessere ad tabernacula sua. Aggressus est autem et civitatem quandam firmam pontibus murisque circumseptam, que a turbis habitabatur gentium promiscuarum, cui nomen caspin. Hi vero qui intus erant confidentes in stabilitate murorum et apparatu alimoniarum remissius agebant, maledictis lacessentes iudam ac blasphemantes mundi principem, et loquentes que fas non est. Machabeus autem invocato magno mundi principe, qui sine arietibus et machinis temporibus ihesu precipitavit iericho, irruit ferociter muris, et capta civitate per domini voluntatem inenarrabiles cedes fecit, ita ut adiacens stagnum stadiorum duorum latitudine sanguine interfectorum fluere videretur. Inde discesserunt stadia septingenta l, et venerunt in caracha ad eos qui dicuntur tubianei iudeos. Et tymotheum quidem in illis locis non comprehenderunt, nulloque negocio perfecto regressus est, relicto in quodam loco firmissimo presidio. Dositheus autem et sosipater qui erant duces cum machabeo peremerunt a tymotheo relictos in presidio decem milia viros.

Et machabeus ordinatis circum se sex milibus et constitutis per cohortes adversus tymotheum processit, habentem secum c xx milia peditum, equitumque duo milia quingentos. Cognito autem iude adventu, tymotheus premisit mulieres et filios et reliquum apparatum in presidium quod carnion dicitur. Erat enim inexpugnabile et accessu difficile propter locorum angustias. Cumque cohors iude prima apparuisset, timor hostibus incussus est ex presentia dei qui universa conspicit, et in fugam versi sunt alius ab alio, ita ut magis a suis deicerentur et gladiorum suorum ictibus debilitarentur. Iudas autem vehementer instabat puniens profanos, et prostravit ex eis xxx milia virorum. Ipse vero tymotheus incidit in partes dosithei et sosipatris et multis precibus postulabat ut vivus dimitteretur, eo quod multorum ex iudeis parentes haberet, ac fratres, quos morte eius decipi eveniret. Et cum fidem dedisset restituturum se eos secundum constitutum, illesum eum dimiserunt propter fratrum salutem.

Iudas autem egressus est ad carnion interfectis xx quinque milibus. Post horum fugam et necem, movit exercitum ad efron civitatem munitam, in qua multitudo diversarum gentium habitabat, et robusti iuvenes pro muris consistentes fortiter repugnabant. In hac autem machine multe et telorum erat apparatus. Sed cum omnipotentem invocassent qui potestate vires hostium confringit, ceperunt civitatem, et ex eis qui intus erant xxv milia prostraverunt. Inde ad civitatem scitarum abierunt, que ab hierosolimis sexcentis stadiis aberat. Contestantibus autem his qui apud scitopolitas erant iudeis, quod benigne ab eis haberentur, etiam temporibus infelicitatis, et quod modeste secum egerint, gratias agentes eis et exhortati etiam de cetero erga genus suum benignos esse, venerunt hierosolimam die sollempni septimanarum instante.

Et post pentecosten abierunt contra gorgiam prepositum ydumee. Exivit autem cum peditibus tribus milibus et equitibus quadringentis. Quibus congressis contigit paucos ruere iudeorum. Dositheus vero quidam de bachinoris eques vir fortis gorgiam tenebat, et cum vellet illum capere vivum, eques quidam de tracibus irruit in eum, humerumque eius amputavit, atque ita gorgias effugit in maresa. At illis qui cum esdrin erant diutius pugnantibus et fatigatis, invocavit dominum iudas adiutorem et ducem belli fieri. Incipiens voce patria, et cum ymnis clamorem extollens fugam gorgie militibus incussit. Iudas autem collecto exercitu venit in civitatem odollam. Et cum septima dies superveniret, secundum consuetudinem purificati in eodem loco sabbatum egerunt. Et sequenti die venit cum suis iudas ut corpora prostratorum tolleret, et cum parentibus poneret in sepulchris paternis. Invenerunt autem sub tunicis interfectorum de donariis ydolorum que apud iamniam fuerunt, a quibus lex prohibet iudeos. Omnibus ergo manifestum factum est ob hanc causam eos corruisse. Omnes itaque benedixerunt iustum iudicium domini, qui occulta fecerat manifesta. Atque ita ad preces conversi rogaverunt, ut id quod factum erat delictum oblivioni traderetur. At vero fortissimus iudas hortabatur populum conservare se sine peccato, sub oculis habentes et videntes que facta sunt pro peccatis eorum qui prostrati sunt. Et facta collatione xii milia dragmas argenti misit hierosolima offerre pro peccato sacrificium, bene et religiose de resurrectione cogitans. Nisi enim eos qui ceciderant resurrecturos speraret, superfluum videretur et vanum orare pro mortuis. Sed quia considerabat quod hi qui cum pietate dormitionem acceperant optimam haberent repositam gratiam. Sancta ergo et salubris est cogitatio pro defunctis exorare, ut a peccatis solverentur.

Anno centesimo xl nono cognovit iudas antiochum eupatorem venire cum multitudine adversus iudeam, et cum eo lysiam procuratorem et prepositum negociorum, secum habentem peditum nonaginta milia, et equitum v milia, et elefantos xxii, currus cum falcibus trecentos. Commiscuit autem se illis et menelaus, et cum multa fallacia deprecabatur antiochum, non pro patrie salute, sed sperans se constitui in principatum. Sed rex regum suscitavit animos antiochi in peccatorem, et suggerente lysia hunc esse causam omnium malorum, iussit ut eis est consuetudo comprehensum in eodem loco necari. Erat autem in eodem loco turris quinquaginta cubitorum aggestum undique habens cineris. Hec prospectum habebat in precipitium. Inde in cinerem deici iussit sacrilegum, omnibus eum propellentibus ad interitum. Et tali lege prevaricatorem legis contigit mori, nec terre dari menelaum. Et quidem satis iuste. Nam quia multa erga aram dei delicta commisit, cuius ignis et cinis erat sanctus, ipse in cineris morte dampnatus est.

Sed rex mente effrenatus veniebat nequiorem se iudeis ostensurus patre suo. Quibus iudas cognitis, precepit populo ut die ac nocte dominum invocarent, quo sicut semper et nunc adiuvaret eos, quippe qui lege et patria sanctoque templo privari vererentur, ac populum qui nuper paululum respirasset non sineret blasphemis rursus nationibus subdi. Omnibus itaque id simul facientibus et petentibus a domino misericordiam cum fletu et ieiuniis per triduum continuum prostratis, hortatus est eos iudas ut se prepararent. Ipse vero cum senioribus cogitavit priusquam rex admoveret exercitum ad iudeam et obtineret civitatem, exire et domini iudicio committere exitum rei. Dans itaque potestatem omnium deo mundi creatori, et hortatus suos ut fortiter dimicarent et usque ad mortem pro legibus, templo, civitate, patria et civibus starent, circa modin exercitum constituit. Et dato signo suis dei victoria, iuvenibus fortissimis electis nocte aggressus aulam regiam in castris interfecit viros iiii milia, et maximum elefantorum cum his qui superpositi fuerant. Summoque metu ac perturbatione hostium castra replentes rebus prospere gestis abierunt. Hoc autem factum est die illucescente, adiuvante eum domini protectione. Sed rex accepto gustu audacie iudeorum et bethsure quod erat presidium iudeorum maximum castra admovebat, sed fugabatur, impingebatur, minuebatur. His autem qui intus erant iudas necessaria mittebat.

Nunciavit autem mysteria hostibus rodocus quidam de exercitu iudaico, qui requisitus comprehensus conclusus est. Iterum rex sermonem habuit ad eos qui erant in bethsuris, dextram dedit, accepit, abiit, commisit cum iuda, superatus est. Ut autem cognovit rebellasse philippum antiochie qui relictus erat super negocia, mente consternatus iudeos deprecans subditusque eis, iurat de omnibus quibus iustum visum est. Et reconciliatus obtulit sacrificium, honorificavit templum, et munera posuit. Machabeum amplexus est, et fecit eum a ptholomaide usque gerrenos ducem et principem. Ut autem venit ptholomaidam, graviter ferebant ptholomenses amicicie conventionem, indignantes ne forte fedus irrumperent. Tunc ascendit lysias tribunal et exposuit rationem, et populum sedavit. Regressusque est antiochiam, et hoc modo regis profectio et reditus processit.

Sed post triennii tempus cognovit iudas et qui cum eo erant demetrium seleuci cum multitudine valida et navibus per portum tripolis ascendisse ad loca oportuna, et tenuisse regiones adversus antiochum et eius ducem lysiam. Alchimus autem quidam qui summus sacerdos fuerat, sed voluntarie coinquinatus est temporibus commixtionis, considerans nullo modo sibi esse salutem, neque accessum ad altare, venit ad regem demetrium centesimo et l anno, offerens ei coronam auream et palmam super hec et tallos qui templi esse videbantur. Et ipsa quidem die siluit. Tempus autem oportunum dementie sue nactus, convocatus a demetrio ad consilium, et interrogatus quibus rebus et consiliis iudei niterentur, respondit. Ipsi qui dicuntur assidei iudeorum, quibus preest iudas machabeus, bella nutriunt et seditiones movent, nec patiuntur regnum esse quietum. Nam et ego defraudatus parentum gloria, dico autem summo sacerdotio, huc veni, primo quidem utilitatibus fidem regis servans, secundo autem etiam civibus consulens. Nam illorum pravitate universum genus nostrum non minime vexatur. Sed his singulis oro rex cognitis, et regioni et generi secundum provulgatam omnibus humanitatem tuam prospice. Nam quamdiu superest iudas, impossibile est pacem esse negociis. Talibus autem ab hoc dictis, et ceteri amici hostiliter agentes adversus iudam inflammaverunt demetrium. Qui statim nichanorem prepositum elefantorum ducem misit in iudeam, datis mandatis ut ipsum quidem iudam caperet, eos vero qui cum illo erant dispergeret, et constitueret alchimum maximi templi summum sacerdotem. Tunc gentes que de ea fugerant iudam gregatim se nichanori miscebant, miserias et clades iudeorum prosperitates rerum suarum existimantes. Audito itaque iudei nichanoris adventu et conventu nationum, conspersi terra rogabant eum qui populum suum constituit ut in evum custodiret, quique suam portionem signis evidentibus protegit. Imperante autem duce, statim inde moverunt, et convenerunt ad castellum dessau. Symon vero frater iude commiserat cum nichanore, sed conterritus est repentino adventu adversariorum.

Nichanor tamen audiens virtutem comitum iude et animi magnitudinem quam pro patrie certaminibus habebant, sanguine iudicium facere metuebat. Quam obrem misit posidonium et theodotium et mathiam, ut darent dextras atque acciperent. Et cum diu de his consilium ageretur, et ipse dux ad multitudinem retulisset, omnium una fuit sententia amiciciis annuere. Itaque diem constituerunt, qua secreto inter se agerent, et a singulis selle prolate sunt et posite. Precepit autem iudas armatos esse locis oportunis, ne forte ab hostibus repente mali aliquid oriretur, et congruum colloquium fecerunt. Morabatur autem nichanor hierosolimis, et nichil inique agebat, gregesque turbarum que congregate fuerant dimisit. Habebat autem iudam semper carum ex animo, et erat viro inclinatus. Rogavitque eum ducere uxorem filiosque procreare. Nuptias fecit, quiete egit, communiterque vivebant.

Alchimus autem videns caritatem illorum ad invicem et conventiones, venit ad demetrium et dicebat nichanorem rebus alienis assentire, iudamque

insidiatorem sibi destinasse. Itaque rex exasperatus et pessimis huius criminatoribus irritatus scripsit Nichanori dicens. Graviter quidem se ferre de amicitie conventione: iubere tamen Machabeum vinctum mittere Antiochiam. Quibus cognitis Nichanor consternabatur et graviter ferebat si ea que convenerant irrita faceret nichil lesus a viro. Sed quia regi resistere non poterat, oportunitatem observabat qua preceptum perficeret.

At Machabeus videns austerius secum agere Nichanorem et consuetum occursum ferocius exhibentem, intelligens non ex bono esse austeritatem istam, paucis suorum congregatis, occultavit se a Nichanore. Quod ut ille cognovit fortiter se a viro preventum, venit ad maximum et sanctissimum templum, et sacerdotibus solitas hostias offerentibus, iussit sibi tradi virum. Quibus cum iuramento dicentibus nescire se ubi esset qui querebatur, extendens manum ad templum iuravit. Nisi michi Iudam vinctum tradideritis, istud Dei fanum in planitiem deducam, et altare effodiam, et templum hoc libero patri consecrabo. Et his dictis abiit. Sacerdotes autem protendentes manus in celum invocabant eum qui semper est propugnator gentis ipsorum, hec dicentes. Tu domine universitatis qui nullius indigens, voluisti templum habitationis tue fieri in nobis. Et nunc sancte sanctorum omnium domine conserva in eternum impollutam domum istam que nuper mundata est.

Razias autem quidam de senioribus ab Hierosolimis delatus est Nichanori, vir amator civitatis et bene audiens, qui pro affectu pater Iudeorum appellabatur. Hic multis temporibus continentie propositum tenuit in Iudaismo, corpusque et animam tradere contentus per perseverantiam. Volens autem Nichanor manifestare odium quod habebat in Iudeos, misit milites quingentos ut eum comprehenderent. Putabat enim si illum decepisset, se cladem maximam Iudeis illaturum. Turbis autem irruere domum eius, et ianuam dirrumpere, atque ignem admovere cupientibus, cum iam comprehenderetur, gladio se petiit, eligens nobiliter mori potius quam subditus fieri peccatoribus, et contra natales suos indignis iniuriis agi. Sed cum per festinationem non certo ictu plagam dedisset, et turbe intra hostia irrumperent, recurrens audacter ad murum, precipitavit semet ipsum viriliter in turbas. Quibus velociter locum dantibus casui eius, venit per mediam cervicem. Et cum adhuc spiraret, accensus animis surrexit, cum et sanguis eius magno fluxu deflueret, et saucius cursu turbam pertransiit. Et stans supra petram quandam preruptam, etiam exsanguis effectus, complexus intestina sua utrisque manibus, proiecit se super turbas, invocans dominatorem vite ac spiritus, ut hec illi iterum redderet, atque ita vita defunctus est.

Nichanor autem ut comperit Iudam esse in locis Samarie, cogitavit die sabbati cum omni impetu committere. Iudeis vero qui illum per necessitatem sequebantur dicentibus: ne ita ferociter ac barbare feceris, sed honorem tribue diei sanctificationis, et honora eum qui universa conspicit. At ille infelix interrogavit si est potens in celo qui imperavit agi diem sabbatorum. Et respondentibus illis, est dominus vivus ipse in celo potens, qui iussit agi septimam diem. At ille ait. Et ego potens sum super terram qui impero sumi arma et negotia regis impleri. Tamen non obtinuit ut consilium perficeret. Et Nichanor quidem cum summa superbia erectus cogitaverat commune tropheum statuere de Iuda. Machabeus autem confidebat semper cum omni spe auxilium sibi a deo affuturum. Et hortabatur suos ne formidarent adventum nationum, sed in mente haberent adiutoria sibi facta de celo, et nunc sperarent ab omnipotente affuturam sibi victoriam. Et allocutus illos de lege et prophetis, admonens etiam certamina que fecerant prius, promptiores eos constituit. Et ita animis eorum erectis simul ostendebat gentium fallaciam et iuramentorum prevaricationem. Singulos autem illorum armavit non clipeo nec haste munitione sed sermonibus optimis et exhortationibus, exposito digno fide somnio, per quod universos letificavit. Erat autem huiusmodi visus. Oniam qui fuerat summus sacerdos, virum bonum et benignum, verecundum visu, modestum moribus, et eloquio decorum, et qui a puero in virtutibus exercitatus sit, manus protendentem orare pro omni populo Iudeorum. Post hoc et alium virum apparuisse, etate et gloria mirabilem, et magni decoris habitudine circa illum. Respondentem vero Oniam dixisse: Hic est fratrum amator et populi Israel. Hic est qui multum orat pro populo et universa sancta civitate Hieremias propheta dei. Extendisse autem prophetam Hieremiam dexteram, et dedisse Iude gladium aureum dicentem. Accipe sanctum gladium munus a deo, in quo deicies adversarios populi mei Israel.

Exhortati itaque Iude sermonibus bonis valde, de quibus extolli posset impetus, et animi iuvenum confortari, statuerunt dimicare et confligere fortiter, ut virtus de negotiis iudicaret, eo quod civitas sancta et templum periclitaretur. Erat enim pro uxoribus et filiis, itemque pro fratribus et cognatis minor sollicitudo, maximus vero et primus pro sanctitate timor erat templi. Sed et eos qui in civitate erant non minima sollicitudo habebat, pro his qui congressi erant. Et cum iam omnes sperarent iudicium futurum, hostisque adessent, atque exercitus esset ordinatus, bestie equitesque in loco oportuno composite, considerans Machabeus adventum multitudinis et apparatum varium armorum, ac ferocitatem bestiarum, extendens manus in celum, prodigia facientem dominum invocavit, qui non secundum armorum potentiam, sed prout ipsi placet, dat dignis victoriam. Dixit autem invocans hoc modo. Tu domine qui misisti angelum tuum sub Ezechia rege Iuda, et interfecisti de castris Sennacherib centum LXXXV milia. Et nunc dominator celorum mitte angelum tuum bonum ante nos in timore et tremore magnitudinis brachii tui, ut metuant qui cum blasphemia veniunt adversus 118.
sanctum populum tuum. Et hic quidem ita peroravit. Nichanor autem et qui cum ipso erant, cum tubis et canticis admovebantur. Iudas vero et qui cum ipso erant, invocato deo per orationes congressi sunt, et manu quidem pugnantes sed dominum cordibus orantes prostraverunt non minus XXXV milia presentia dei magnifice delectati. Cumque cessassent et cum gaudio redirent, cognoverunt Nichanorem ruisse cum armis suis. Facto itaque clamore et perturbatione excitata, patria voce omnipotentem dominum benedicebant.

Precepit autem Iudas qui per omnia corpore et animo mori pro civibus paratus erat, caput Nichanoris et manum cum humero abscisam Hierosolimam perferri. Quo cum venisset, convocatis contribulibus et sacerdotibus ad altare, accersivit et eos qui in arce erant. Et ostenso capite Nichanoris et manu nefaria quam extendens contra domum sanctam omnipotentis dei magnifice gloriatus est, manum autem dementis contra templum iussit suspendi. Omnes igitur celi dominum benedixerunt dicentes. Benedictus qui locum suum incontaminatum conservavit. Suspendit autem Nichanoris caput in summa arce, ut evidens esset et manifestum signum auxilii dei. Itaque omnes communi consilio decreverunt nullo modo diem istam absque celebritate preterire, habere autem celebritatem XIII die mensis Adar quod dicitur voce Syriaca pridie Mardochei diei. Igitur his erga Nichanorem gestis, ex illis temporibus ab Hebreis civitas est possessa.

EXPLICIT LIBER SECUNDUS MACHABEORUM.

HYSTORIAM SCRIBERE DISPONENTIBUS

non unam nec eandem video eiusdem studii causam, sed multas existere, et ab alterutro plurimum differentes. Nam quidam eorum suis sermonibus pandere volentes ornatum, et ex hoc gloriam aucupantes ad partem huius discipline accedunt. Alii vero illis gratiam referentes de quibus ipsam descriptionem esse contigerit, in eodem opere ultra virtutem coacti sunt laborare. Quidam autem ipsa rerum necessitate vim passi sunt, ut ea quibus interfuerunt cum agerentur scripture declaratione colligerent. Multos autem magnitudo rerum utilium in occulto iacentium invitavit, ut historiam ex his ad utilitatem deberent proferre communem. Harum itaque quas predixi causarum due novissime michi etiam provenerunt. Bellum namque quod inter Romanos et nos Iudeos fuit, et qui actus eius, quisque finis fuerit, ex principio ipse cognoscens, narrare coactus sum propter eos qui veritatem in ipsa conscriptione corrumpunt. Presens autem opus assumpsi, credens etiam dignum studium Grecis omnibus apparere. Continebit itaque omnem antiquitatem nostram, et conversationis ordinem ex Hebraicis litteris interpretatum. Dudum siquidem cum bella conscriberem, proposueram declarare qui fuerint in initio Iudei, et quibus usi sint fortunis, et per quem legislatorem sint eruditi, hoc quod ad pietatem aliamque virtutis continentiam noscitur attingere, et quanta longis pugnantes temporibus multa novissime venerunt ad certamina Romanorum. Sed quia ingens erat operis eius ordo, et valde perplexus, in ipso libro dividens, disponensque principia atque finem, conscriptionem ipsam abbreviare temptavi. Tempore namque procedente, secundum illud quod solet accidere grandia cogitantibus, michi quoque segnities tarditasque cessit tantam arripiendi materiam, in usu quippe extranee lingue, et alia consuetudine peregrine. Erant autem qui me historie desiderio probis talibus invitarent, et precipue omnium Epafroditus vir qui universas quidem diligeret disciplinas, maxime autem rerum gestarum cognitione gauderet, utpote cum et ipse magnis rebus et multimodis causis interfuisset, et in omnibus mirabilem nature fortitudinem et immutabilem voluntatem sue virtutis ostenderet. Huic enim viro semper obediens, qui volentibus bene agentium cooperator existeret, ne viderer desidia potius quam optimo labore gaudere, ad limen prius armatum, illud quoque preterea quod iam dicta sunt non historie cogitans, quod priores et de nostra prosapia aliquid tradere nostris voluerunt, et de Grecis qui eorum scire que sunt nostra voluerint. Et primus siquidem qui Ptholomeorum fuit secundus rex, maxime circa disciplinam et librorum collectione studium habens, in nostra precipue lege opus sue largitatis ostendit, et constituta ei festinavit Greca voce transferri. Pontifex vero noster Eleazarus nulli virtute secundus non invidit ut predicto rege hac utilitate privaret, cum omnino forsitan restitisset, nisi patrio nostre consuetudini congrueret ut nichil bonorum ei remaneret occultum. Ideoque michi convenire ipse putavi, ut magnitudine quidem pontificis imitarer, et ut regis largitati similiter responderetur ab eis qui doctrine amatores esse noscuntur. Neque enim ille omnem descriptionem antiquis temporibus accepit, qui ea tantummodo que legis sunt, hii qui ad explanationem missi fuerant Alexandrie tradiderunt, cum sint alia innumera que per sacras litteras indicantur, utpote quinque milium annorum historia in his exposita, et diverse quidem in his continentie sunt, multe vero civitates, fortune et fortia facta ducum, et mutabilitates conversationum. Quod totum ex ipsa historia precipue poterit quilibet agnoscere, si ea voluerit lectitare, in qua reperiet quia eis qui voluntatem propriam non secuntur, et ea que bene sancita sunt transcendere non presumunt, omnia ad terminum fidei tendentia prospere peraguntur, et honoris felicitas prebetur a deo. Quando vero recesserint aliquatenus ab huius diligentie veritate, fiunt eis omnia subinopia, que videbantur in habundantia constituta, et in calamitatem importabilem eis convertitur quicquid quasi bonum agere festinabunt. Iam itaque eos qui lecturi sunt hos libros exoro, ut voluntatem suam deo summittant, et legislatorem nostrum probent, si naturam eius digne consideravit, et semper decentes actus virtuti eius exposuit, puram rationem de illo custodiens ab omni que refertur ab aliis turpitudine fabularum, licet ex longitudine temporis et etate vetustiore potuisset multam figmentorum fallacium habere licentiam. Fuit enim ante annos duo milia, in qua longitudine seculi neque ipsorum deorum generationes poete nisi fortes hominum actus aut leges dicere presumpserunt. Integritatem videlicet eorum que ante conscripta sunt procedens sermo ordine proprio declarabit. Hoc facturum me in negotio isto proposui, ut nichil adiciam, nec iterum pretermittam. Quia vero pene omnia ex Moysei legislatoris sapientia apud nos pendere noscuntur, necesse michi est pauca de illo predicere, ne qui legerint querant cur noster sermo studium descriptionis habens de dictis et factis tantam nature rationem pertulerit. Sciendum itaque quia legislator ille omnium rerum necessarium iudicavit, ut quisquis suam vitam bene gubernaturus et legem aliis positurus esset, dei primitus naturam operaque eius mente contemplaretur, et eius exemplum imitaretur, et quantum virtus esset, hunc sequi temptaret. Neque enim vel ipsi legislatori fuit sufficiens mens, dum ipsius itaque contemplatione deficeret, nec eis qui conscripturi sunt per causam virtutis aliquid prosperum eventurum erit, nisi per omnibus doceantur quia pater omnium et dominus deus existens, et universa respiciens

sequentib: se uitam felicissimam pbet. a uirtute uero degredientes maximis calamitatib: subdit. Hoc igitur docere desiderans moyses suos ciues populis legis constitutione non ab aliis commini. nec a propriis placitis inchoauit. sed ad deum & mundi fabricam eorum mentes erigens. & psuadens. quoniam creaturarum terrenarum opus dei pcipuum homines sumus. dum habuisset eos tam ad pietatem obedientes. de reliquis eis facillime psuasit. Alii namq: legislatores fabulas sequentes humanorum delictorum confusionem potius in deos suos sacrilego sermone uerterunt. & multam malignis peccandi licentiam pbuerunt. noster uero legislator summam uirtutem deum pnuncians. infudit ea hominib: participari. & eos qui taliter non saperent nec crederent. iussit ineuitabiliter castigari. Secundum hoc igitur argumentum facere examinationem lecturos exoro. Sic enim considerantib: nichil irrationabile dictum. nichil ad maiestatem dei atq: clementiam uidetur incongruum. Cuncta namq: circa naturam rerum affectionem consonam habere noscuntur; alia quidem apto uel simplici modo legislatore tangente. alia uero cum sua honestate allegorice pferente. quia que clare dici poterant. hec manifesto declarauit. Volentib: autem etiam causas rerum singulas considerare contemplatio multa nimis. & ualde philosophica inuenitur. Quod ego quidem nunc dicere sperno. sed deo nobis tempus pbente. post hoc opus temptabo conscribere. Conuertar autem ad rerum narrationem. reminiscens primitus eorum que de mundi fabrica moyses dixit. Hec autem in sacris libris comperi ita conscripta.

IN PRINCIPIO

creauit deus celum & terram. Sed dum terra ad aspectum non ueniret. & pfunditate tenebris celaretur. & spiritus dei desuper portaretur. deus lumen fieri iussit. Quo facto, considerans omnem materiam separauit lumen a tenebris. Et alii quidem rei nomen imposuit noctem, alteram uero uocauit diem, uespere & mane appellans & requiem. & hic quidem est primus dies. moyses autem eum unum dixit. Et licet sufficiam causam huius rei & nunc dicere, tamen quia pollicitus sum rationem causarum singulariter seorsum tradere. & illud tempus ad huius rei interpretationem necessarium est differre. Post hec secundo die celum super omnia collocauit, ipsumq: ab aliis distinguens. in se ordinem ipso constitutum esse precepit. & ei cristallum circumfigens. humidum eum & pluuiale ad utilitatem que fit ex ymbribus terre congrue fabricatus est. Tercio uero die statuit terram, circa eam mare diffundens. Ipsaque die repente uirens herba & semen de terra surrexit. Quarto autem die ornauit celum sole & luna. aliisq: syderibus motus eis tribuens atq: cursus. quibus horarum distinctiones manifesto designarentur. Quinto die animalia natatilia & uolatilia alia quidem in pfundo. alia uero in aere esse constituit, copulans ea ad communionem atq: permixtionem causa plus pferre. & ut eorum natura multiplicari potuisset & crescere. Sexto uero die creauit quadrupedes. genus masculinum faciens atq: femininum. In qua & hominem finxit. Ita igitur mundum cunctasque ex se diebus & omnia que in eo sunt facta. moyses ait. septimo die deum ab opibus manuum suarum requieuisse dicens. unde & nos eo die laboribus pprius uacare dinoscimur. eum sabbatum appellantes. quod nomen hebraica lingua requiem significat. Post septimum uero diem cepit de hominis natura moyses reddere rationem ita dicens. Finxit deus hominem puluere de terra sumens. & in eum spiritum inspirauit & animam. Hic autem homo adam uocatus est. quod nomen hebraica lingua significat rubeus. quoniam conspersa rubea terra factus est. Talis est enim uirgo tellus & uera. Presentauit autem deus ade animalia secundum genus femininum masculinumq: demonstrans. & his nomina imposuit. quibus etiam nunc uocantur. Videns autem deus adam non habentem societatem ad feminam neque cohabitationem. cum utique non esset delectatus aut in aliis animalibus que copulata uidebantur. una die eo dormiente auferens costam eius. finxit eam mulierem. Et adam sibi iuncta. cognouit de se fuisse plasmatam. Issa uero hebraica lingua mulier appellatur. Nomen uero mulieris illius erat eua. quod significat omnium uiuentium matrem. Dicit autem deum ad orientem plantasse paradysum omni germinatione florentem. In hoc enim esse & uite plantationem. & aliam prudentie qua cognosceretur quid esset bonum quidue malum. & in hunc hortum introduxisse adam & eius uxorem. pcipiens plantationum eos habere sollicitudinem. Rigatur autem hic hortus ab uno flumine circa omnem terram undiq: pfluente. Hic in IIII. partes diuiditur. & fison quidem nomen est uni. quod inundationem significat. educitur in india in pelagus late diffunditur. quod gangen nuncupatur a grecis. Eufrates autem & tygris in mare rubrum feruntur. Vocatur autem eufrates foras. quod significat dispersionem siue flos. Tygris autem diglath uocatur. quod indicat acutum aliquid & angustum. Geon autem per egyptum fluens. ostendit eum qui nobis ab oriente redditur. quem greci appellant Nilum.

Deus igitur adam & mulierem ex aliis quidem plantationib: gustare precepit. de prudentie uero plantatione uoluit eos abstinere. predicens tangentib: ex ea perditionem esse uenturam. Et dum illo tempore cuncta animalia concordarent. serpens cohabitans cum adam atq: muliere inuidiam habuit. in quib: eos arbitrabatur esse felices. obedientes utique preceptis dei. Quos putans pro obedientia calamitati succumbere. persuasit mala uoluntate mulieri. ut de prudentie plantatione gustaret. dicens in ea esse boni maliq: cognitionem. Quo facto. beata eis uita. & tantum diuine cognitionis deesse dicebat accedere. & sed hec quidem mulierem. ut dei mandata contempneret. Que cum ex illa plantatione gustasset. & epulatione gauderet. & adam ut uesceretur persuasit. Quo facto. cognouerunt semet ipsos esse nudos. confusioneq: manifesta habentes. tegumentum sibimet requirebant. Illa namq: plantatio causa acuminis erat & intellectus. Foliis igitur fici semet ipsos operuerunt. & hiis genitalib: opponentes. uidebantur sibi in his magis esse felices. quam prius reputabant se difficili inuenire. Deo autem in hortum ueniente. adam eumdem prius ueniens ad eius colloquium. conscientia iniquitatis discessit. Deus autem intendens quid egerat. causam requirebat; propter quam eius prius alloquio delectaretur. postea uero refugeret. atq: confunderetur. Illo uero nichil loquente eo quod se cognouerat dei transgressum esse mandatum. deus ait; Michi quidem de uobis notum est quemadmodum felicem uitam extra omnium malorum passionem habueritis. nulla sollicitudine animum uestrum conterente. cum uobis sponte ad fruendum & ad uoluptates habundantia oriretur. uiuis a me prouidente uirtutibus sine uestro labore & miseria. sed ne malis pfruamini: senectus uelociter uobis adueniret. & non longa uita fuisset. quam nunc contumelia tali uoluntate fecistis. mea mandata preuaricando. Neq: enim uirtutis causa taciturnitatem constringeris. sed mala conscientia retineris. Adam uero peccati ueniam postulabat. rogabatq: dominum ne eum nimis affligeret. & defectum coniugis accusabat. dicens se ab ea seductum fuisse. Et illa rursus de serpente qui eam seduxerat querebatur. Deus autem adam uictum consilio mulieris pene subiecit. precipiens terre ne quicquam eis sponte pferret. sed laborantib: & operatione conterentis; alia quidem fruges redderet. alia denegaret. Euam uero fructu & conceptionum dolorib: castigauit quoniam adam in quibus ipsa fuerat a serpente decepta. seducens calamitatib: implicauit. Abstulit autem & serpenti uocem. iratus ei malignitatis quam gessit circa adam. & uenenum eius sub lingua ponens quod esset hominib: inimicum. precepitq: ut mulier ei capiti plagas inferret. ille uero iacens hominib: esset aduersus. & [illegible] portaret. Que etiam pedib: priuauit. ut uolutaretur in puluere traheret. Et deus quidem eos hec pati pcipiens. eiecit adam & euam ex horto paradysi in aliam regionem.

Nati sunt autem eis filii duo masculi. quorum unus quidem prior appellabatur cayn. quod nominis interpretatio significat possessionem. Abel autem secundus. quod significat nichil hoc. Quibus nate sunt & filie. Germani quidem diuersis studiis letabantur. Abel quidem iunior iusticiam colebat. & in omnib: que ipse gerebat. dominum putabat esse presentem. uirtuteq: pspiciebat. cui erat conuersatio pastoralis. Cayn autem erat circa alia malignissimus. & ad lucra solummodo semper intentus. Terram arare primus cepit. & fratrem huiusmodi causa peremit. Nam cum eis placuisset sacrificare deo. cayn obtulit fructum de culture germinationib: abel autem lac & primogenita gregum agnum obtulit. Deus autem potius hoc sacrificio delectatus est. quod spontaneis & naturaliter ortis frugib: fuerat honoratus. & non illis que ex inuentione hominis auari innata uidebantur. Quapropter cayn indignatus. eo quod sibi abel fuisset prepositus. eumq: statim interemit; Queque cum necasset & mortuum occultaret; credidit latere commissum. Deus autem sciens quod erat factum. uenit ad cayn perquirens de fratre ubi esset. tamquam si ignoraret factum. dicens quod eum diebus pluribus non uideret. dum priori tempore illum cum eo conuersari respiceret. Cum autem cayn hesitaret. non habens quod deo potuisset dicere. & cogitans ad hoc respondere quod & ipse miraretur quod fratrem suum non uideret. & eundem perquirendo uehementer ei instaret. demum indignatus ille. dixit non se pedagogum esse fratris sui, nec custodem eius, neq: actuum eius. Deus autem cayn requirentem increpauit. & interfectorem fratris factum. dixit ad eum. Admiror si de fratre nescias dicere quid factum sit. quem ipse peremisti. Cum tamen sacrificium celebrauit atq: poscentem ne ob homicidium nimia ei sustineret. seniore pena homicidium relaxauit. maledictumq: esse constituit. & eius sobole usq: ad generationem septimam minatus est esse puniendam. & ex illa terra eum cum uxore pellit. Quo formidante. ne a bestiis capiendus interiret. & cum tali periret. iussit ut nichil triste de tali cogitatione metueret. nec eum propterea malum quoque eueniret & per bestias. ac per omnem terram cum sine formidine signo ei imposito. quo notus esset omnib: eum abire precepit. Multa uero peragrans terram cayn cum uxore sua. collocatur in loco qui naida nuncupatur. Ibi commoratus est. quo etiam ei filii nati sunt. At uero pena illa quam sibi deus imposuit non habuit pro emundatione. sed ad incrementum mali. Libidinem igitur potius in suo corpore nutriuit. licet cum iniuria secum commorantium hinc uictum habere augens domum multitudine pecuniarum. ex rapinis & uiolentia congestarum. Adulterium quoque & latrocinia suos familiares instruens. quorum doctor in scelestis studiis erat. & simplicitatem cum qua uiuebant homines. & adinuentiones mensurarum & ponderum permutauit. in qua quidem eorum uita ex earum rerum ignorantia atq: unanimitate ad calliditatem corruptionemq: perduxit. & terminos terre primus posuit. ciuitatesq: construxit. murisq: muniuit. illicq: coegit suos conuenire domesticos. Hanc uero ciuitatem ab enoch filio suo seniore enocham appellauit. Enoch uero fuit filius irach. ex quo ortus est maiuael. cuius fuit filius matusahel. qui habuit filium lamech cui fuerunt filii & filie ex duabus uxoribus. sela & ada. LXX. VII. De quibus filius iobal qui fuit de ada natus. tabernacula fecit. & greges amauit. Tubal & sanguine eius existens. musica coluit & psalterium. cytharaq: laudauit. Tubalcayn qui ex sela ortus est fortitudine nimis excellens. res bellicas decenter exercuit. Ex his & que ad libidinem pertinent sui corporis enutriuit. & ferrariam artem primum inuenit. Habuit & sororem nomine noema. Et quia lamech diuinas res sapienter sciens. uidebat se subiacere pene cayn ob necem fratris. hoc suis uxoribus indicauit. adhuc autem uiuente adam. contigit sobolem eius per successiones esse pessimam. fieri nequissima. & alium alio peiore existere. ita ad bella inconuenienter & latrocinia exercebant. Siquis autem eorum segnius esset ad effundendum sanguinem. aliis uitiis tamen pessimis intumebat. auarus existens & contumeliosus. Adam uero qui primus de terra factus est. & de quo nos exigit ratio adhuc habere sermonem. abel filio suo extincto. & cayn propter necem eius effugato de filiorum procreatione cogitabat. & uehementer eum generationis amor habebat. Agens igitur annos ducentos & XXX. super quos adhuc annis DCC. uiuens. defunctus est. Fuerunt autem ei & alii plurimi filii & filie. inter quos & seth. hic autem natus est. Et de aliis quidem longum est dicere. conabor tamen de seth dicere tantum. Iste enim seth nutritus. & perueniens ad eam etatem qua iam posset ea que sunt bona discernere. uirtuti insistebat. Et cum esset factus uir egregius. imitatores sui filios dereliquit. Illi autem cum boni fuissent omnes. in eadem terra sine uexatione uiuentes feliciter commorati sunt. nichil eis usq: ad uite terminum crudele peruenit. Disciplinam uero rerum celestium & ornamentum earum primi inuenerunt. & ne dilaberentur hominibus a memoria que ab eis inuenta fuerant. aut antequam uenirent ad cognitionem futurorum hominum deperirent. hanc artem excogitauerunt. Cum predixisset adam exterminationem omnium rerum futuram. unam ex ignis uirtute. alteram uero ui aque ac multitudine fore uenturam. duas facientes columnas. unam ex lateribus. aliam uero ex lapidibus. in ambabus que inuenerant conscripserunt. ut si constructa ex laterib: diluuio exterminaretur. lapidea permanens preberet hominib: futuris scripta recognoscere. simul & quia lateralem aliam posuissent. Que tamen lapidea permanet hactenus in terra syrida. Et in multis quidem VII. generationibus homines iusti permanserunt. deum iudicantes esse dominum omnium. & uirtute semper erant exercentes. Deinde tempore procedente de patriis exercitationibus ad mala progressi sunt. neq: legitimos honores ulterius deo prebentes. neq: circa homines uerba iusticie facientes. sed zelum quem prius habuere pro uirtute. in duplum per eam in maliciam permutauerunt. per ea que gerebant. Obhoc itaq: contra se deum irritauerunt. Nam multi filii dei cum mulieribus coeuntes iniuriosos filios genuerunt. qui omne bonum despicientes propter confidentiam fortitudinis. similia his qui dicti sunt a grecis gygantes presumpsisse traduntur. Noe autem grauiter ferens eorum actus & habens eorum consilia nimis ingrata. cogebat ut ad meliora mentem eorum atq: transferret. Cum autem uideret non eos conuerti ad sua monita. sed uehementer eos malorum libidine detineri. metuensq: ne ipsum quoque cum uxore & filiis & suis omnib: interficerent. discessit ab ea terra. Deus itaq: noe iusticiam dilexit. condempnauit autem non solum illorum maliciam. sed omne genus humanum. Quod cum deo disperdere placuisset. & aliud genus hominum constituere malignitate purificatum. & minueret hominum uitam. annisq: non quantis ex tempore uiuebant. sed deinceps usq: ad CXX. annos esse mansuram. tenuidens hominum maliciam deus & duritiam. arida conuertit in maria. & sic uniuersi inundatione perierunt. Noe uero liberatus est solus dicente ei domino. ut sibi fabricam ad salutem huiusmodi faceret. id est archam IIII. cameras habentem longitudine trecentorum cubitorum. latitudine uero quinquaginta cubitorum. & altitudine XXX. cubitorum. in quam cum uxore sua. & filiis & filiorum uxoribus introiuit. Cetera quidem secum assumpsit; que sibi pro solatio uite & secum commorantium forent necessaria. cunctorumq: animalium ad seruandum genera.

na masculos simul ac feminas pariter intro ducto. aliorum vero animalium nu
merum septuplum. Erat autem archa parietibus atque camera fortis. ut gemina
parte fluctuaret. nec aqua violenta vinceretur. Continetque de eo cum suis ita
salvatus est. Erat autem ipse noe ab adam decimus. Lamech vero filius eius pater fuit.
matusala. hic autem enoch qui fuit iared. hic iared autem malaleel qui de caynan
natus est. qui fuit enos cum fratribus plurimis. Enos seth hic filius fuit qui natus
est ex adam. Contigit autem hec passio sexcentesimo anno vite noe:
mense secundo. qui mensis a macedonibus dyos vocatur. Ab hebreis autem mara
chai nuncupatur. ita etiam et marsuane primum in egypto annum constituerunt:
Moyses autem nysan mensem qui est xanticus. primum in festivitatibus de
finivit. in quo mense ex egypto hebreos eduxit. Hic autem apud eum et in cunctis
muneribus divinis valde pollebat. In venditionibus autem et emptionibus:
et alia gubernatione prioris seculi decreta servavit. Pluviam vero ideo moy
ses incoasse dicit vii. et xx. die prefati mensis. Ab illo namque tempore
quo adam creatus usque ad hoc tempus anni fuerunt duo milia sexcenta. l. vi.
Adam siquidem cum esset ducentorum et xxx. annorum seth hic natus est. Qui adam nongen
tos et xxx annos agens defunctus est. Seth hic autem centesimo et v. anno
genuit enos. Seth hic autem cum nongentis v. annis vixisset mortuus est:
Enos autem nonagesimo anno genuit caynan. Vivens autem enos annis
nongentis et xii. mortuus est. cayna filio suo diligentia rerum tradens.
Caynan cum vixisset annis nongentis et x. malaleel filium derelin
quens quem genuerat lxx. anno etatis sue. Iste malaleel cum vixis
set lxxx. octingentis et v. annis mortuus est. iared hic filium de
relinquens quem genuit cum lx. et c. esset annorum. Iared hic autem cum
vixisset nongentis lx. et vii. annis. defunctus est. enoch filium relinquens
quem genuerat cum esset annorum c. lx. et duorum. Qui enoch vivens trecen
tis lx. quinque annis discessit ad dominum. unde nec finis eius invenitur descriptus.
filium relinquens matusalam. qui ei centesimo et v. anno natus est. Iste autem
matusala lamech filium habuit cum esset annorum c. lxx. vii. cui etiam prin
cipatum suum tradidit quem ipse tenuit annis nongentis lx. et xi. Lamech
autem cum habuisset principatum annis septingentis et vii. noe filium suum
preceptorem rerum designavit. quem genuit cum esset lxxx. duorum annorum.
Iste autem noe nongentis l. annis rerum extitit presul. Istos vero annos quos col
lectus est tempus quod superius scriptum est ita plenius colligitur. Nullus itaque pro
fruitur priscorum fines. quando cum suis filiis eorumque annis. aut attavus suam
quis extendebat etatem. sed tamen ortum generationis intendat.
Igitur decernente deo et incipiente pluere aqua cunctis diebus xl.
ferebatur ita ut usque ad xv. cubitos transcenderet montes. quod propterea
factum est. ne plurimos fuge occasio liberaret. Quiescente autem
pluvia aque vix c. et l. diebus defecere. qui mense septimo. quo mi
nui instanter paulatim inchoantes latens herba apparere. Deinde cum archa
circa summitatem cuiusdam montis in armenia constituta requievisset. aperiens
hic noe aperuit fenestram. et respiciens modicam terram apparere in spe meliore
constituit. tunc quidem siluit. Post paucos vero dies respiciens terram videt terra
vidit aquas cessasse. et emisit corvum volens agnoscere si quod et aliud terre fu
isset ab aqua derelictum. et sua ei adeo gradienti tunc eo videretur. Qui cum
terram repperiens mundatam. regressus est ad noe. Post vii. vero dies columba
quam emiserat ut aliquid de terra cognosceret. lutulenta remeante simul et
ramum olive portante. cognoscens terram diluvio liberatam. manensque adhuc
aliis vii. diebus: animalia ex archa dimisit. et ipse cum generatione sua
egressus. sacrificansque deo cum suis epulabatur. Hunc autem locum armenii
egressionum vocant. illic enim reliquie arche salvate nunc usque pinietales os
tendunt. Huius vero diluvii et arche memoriam faciunt omnes qui hystorias
barbaricas conscripserunt. quorum unus est berosus chaldeus. Narrans enim de di
luvio taliter scribit. Dicitur autem et navis eius que in armeniam venit circa
montem chordieum aliqua pars esse. et quosdam bitumen exinde tollere. quo maxime
homines ad expiationes utuntur. Meminit autem horum et hieronimus egyptius
qui antiquitatem phenicum noscitur descripsisse. Sed et manaseas damascenus
in xcvi. hystoriarum libro. ita decens dicit. Est et super minyada excelsus
mons in armenia qui baris appellatur in quo multos confugientes fertur diluvii
tempore liberatos. et quendam simul in archa devectum in montis eius
summitate. lignorumque reliquias multo tempore conservatas. Fuit autem
iste quem et moyses legis lator iudeorum scripsit. Noe vero metuens ne per
annos singulos diluvium deus induceret terre. et decerneret genus humanum
omnino delere. omnia sacra incendens supplicabat deo pro priore statu
ut nulla huiusmodi exterminatione amplius super terram induceret. quo
periret omne genus animalium. sed puniens malis parceret hominibus: qui propter
bonitatem fuerant derelicti. et qui iam decreverunt mala vitare. Nam infe
liciores esse ab illis qui fuerant diluvio dampnati. et peiori afflicti
one dampnarentur si non salvarentur ad integrum. sed magis alteri diluvio
servarentur. cum priore terrore experimentumque vidissent. ipsi vero posteri perdi
tione novissima sustinerent. Rogabat ergo noe deum ut suas hostias
propitius suscipere dignaretur. et nullam iracundiam similem ulterius terra susci
peret. ut de bonis ei impinguati. et civitates construentes vitam possent
habere feliciorem. et nullo bonorum quibus ante diluvium usi fuerant frauda
rentur. et similiter ad longam senectutem. et vite longitudinem pervenirent.
Deo vero has effundente preces deus pro iustitia viri diligens. annuit precibus:
eius. et vitam eius nota ad finem usque produceret. neque defunctos diluvio se perdi
disse dicens. sed penam pro malitia propria eos pertulisse. neque tales a se fuisse fa
ctos homines ut ita perderentur. alioquin ipse nosset eius castum fuisse 119.
principium. neque donasse vitam qui corruptioni deleretur. sed propter que contu
melia in ipsum tunc pietatis et virtuti fecerit. peccaque compulerunt me ut hanc
penam eis inferre. Cessabo itaque deinceps per hanc iram meam eis puniens umquam
tantis inducere. et multo potius te rogante. Et si aliquando amplius pecca
verint. iam non operiet ymbrium magnitudo. neque enim ulterius terram unda
rigabit. Moneo tamen ut ab humana nece omnes abstineant. et sint
ab homicidio puri. facientes quippe tale aliquid punientur. Utemini
vero cunctis animalibus: ad usus et voluntatis. et ut desiderium quisque habuerit.
dominos enim vos omnium feci esse terrenorum. et omnium natatilium. et quecumque
volandi habent modum. et quecumque in aere vegetantur. Hoc tamen ante omnia
custodite. ut abstineatis a sanguine in quo est anima. Designabo autem et
posteris tuis futuram requiem cum arcu meo. Arcus enim dei apud illos yris
nuncupatur. Et deus quidem hec ammonens noe promittens deinde siluit. Noe vero cum
vixisset post diluvium ccc. et l. annis. omne tempus feliciter agens. mortuus
est anno vite sue nongentesimo quinquagesimo. Nullus autem ad vitam modernam
et annorum brevitatem quibus nunc vivimus vitam comparans antiquorum putet falsa
esse que de illis sunt dicta. ex eo quod nunc vita nostra ad etatis tam longo spacium non ducitur.
et ideo non credat illos ad vite illius longitudinem pervenisse. Antiqui enim cum essent
religiosi. et ab ipso deo facti. cum eis existerent pabula preparata. et oportuna
ad longum tempus. ideo poterant tantorum annorum curriculis recte vivere. Deinde et prop
ter virtutes et gloriosas inventus utilitates. quas iugiter perscrutabantur. id est astrolo
giam et geometriam. deus eis ampliora vivendi spatia condonavit que numquam
potuissent nisi sexcentis viverent annis. Post tot enim annorum curricula magnum
annum implebant. Testes autem istorum librorum sunt omnes qui antiquitatem apud grecos et bar
baros conscribere maluerunt manethon qui descriptionem fecit egyptiorum. berosus
qui chaldaica defloravit. et mochus et estius conscriptores. adhuc hieronimus

egyptius qui phenica disposuit et hyromus cum dictis meis concordant. Ysiodus
quoque et egatheus. et hellanicus. et acusylaus. et insuper ephorus et nicolaus
in hystoriis suis memoriam faciunt antiquorum mille annis pervenientium.
De his namque omnibus sicut singulis complacuerit. ita considerent.
Filii autem noe tres erant. sem. cham. et iafeth. hi qui ante c. annos diluvium fuerant
generati. Hi primum de montibus ad campestria descenderunt ut habitaculum
illic haberent. et alios valde metuentes propter diluvium ad campos descendere
et segniter habitantes ab excelsis locis ad inferiora descendere coegerunt eos ut sue
fiducie imitatores existerent. et campus ubi primum habitaverunt sennaar ap
pellatur. Deo autem iubente ad incrementum hominum eos proficere dispersit ne
invicem habitantes dissensiones facerent. sed terram multam spacia in habi
tantes. habundantia fructuum potirentur. Cum autem essent inerudi et ideo inobe
dientes existerent. in calamitatibus incidentes flagitii peccata senserunt.
Cetera iuventutis multitudine fervebant. rursus eos deus a semetipsis mi
grare fecit. qui non illi propitiatione putabant se bona temporalia habere:
et ideo propria fortitudine putabant causa se esse divitiarum. Unde et invicem tu
mentes statuerunt ut voluntati dei inobedientes existerent putantes quod
per invidiam dei ab alterutris disiungerentur. ut divisi facilius possent sub
iugari ei. Fecit autem eos esse elatos. et incitavit ad iniuriam dei atque contemptum.
nemroth filius cham. filii noe. qui cum esset audacior omnibus et manu for
tissimus. suadebat eis ut non deo ascriberent quia hominibus prius felicitas
eveniret: sed hoc eius propria virtute afferret. Et cognatos quidem generis sui
ad causam tyrannidis adduxit. Ergo solus ipse presumpsit homines a dei
amore revocare. et spem suam in propria virtute ponere. et omnino deum ut eos
ulcisci se putabant in deum. si iterum eis minaretur diluvium inferre. Ob
quam causam turrim altiorem edificandam suadebat. ubi aqua non posset as
cendere. Multitudo autem prona erat ut nemroth preceptionibus obedi
ret: grave putantes servitium obsequi deo. et turrim edificabant in nullo
sua studia deserentes. Sumebat ergo altitudo facultatem et plusquam
sperare quis posset: et multis manibus fabricata crescebat turris.
Latitudo tamen ita erat fortissima. ut propterea latitudinibus et sursum aspi
cientibus longitudo ei videretur minima. Edificabatur autem ex latere co
cto. colligato bitumine. ne forte penetraret ac dissolveret aquis.
Sic illos insanientes intendens deus. exterminare omnes non decrevit.
quia nec aliis dudum perditis formidabant. sed discordiam illis inmisit
diversarum linguarum. ut post multas absonas voces intellectu carere
possent. Locus autem in quo turrim edificabant nunc babilon vocatur. dicta
propter confusionem quam circa locutionem suam ibi habuerunt. Hebrei namque
babel confusionem appellant. De hac vero turri et diversis linguis me
minit et sibilla dicens. Cum omnes homines unius vocis existerent. quidam turrim
edificaverunt excelsam. tamquam ascensuri per eam in celum. dii vero inmittentes
ventos everterunt turrim. et vocem propriam unicuique partiti sunt. et propterea
vocari contigit civitatem babiloniam. Hec quidem de sibilla scribitur. De campo
vero qui vocatur sennaar in regione babilonis. meminit estius ita dicens. Qui
vero de sacerdotibus sunt erepti. iovis sacra sumentes in sennaar babilonis
venerunt. Hec autem figmenta pretermittentes. ad rerum narrationem redeamus.
Divisi sunt itaque post hanc diversitatem linguarum. migrationes agentes ubique: et terram
apprehendentes unusquisque feliciter. et ad quam eos deus educeret. ut terra omnis ita
per eos compleretur. mediterranea simul atque maritima. Quidam autem et navibus tran
seuntes insulas habitaverunt: unde et aliquae gentes ab institutoribus: positas ap
pellationes servant. Quidam vero placita sibi nomina mutaverunt. alii autem
ut in habitatoribus clari esse visum est. conversatione nominum fecerunt. Greci sci
cam rei huius auctores. qui posterioribus temporibus confortati. etiam antiquorum
gloriam propriam effecerunt. et gentes nominibus aliis exornarunt. ut eis sapientum
esse videbatur. ornatum itaque ponentes rei publice velut a se constitute.
Verumtamen filius noe filii. quorum nomina propter honorem gentibus imposuerunt ho
mines. qui quacumque terram apprehendere potuerunt. Iafeth hic autem noe filius
habuit filios vii. Isti habitaverunt regionem a tauro et amanon montibus:
incipientes et pergentes in asiam usque ad flumen tanaym. In europa autem usque
gadiram nullus eorum qui super dicta sunt ibidem habitator extiterit. gentes eis
diversis sermonibus appellabant. qui nunc a grecis galathe nuncupantur. olim vero
dicta sunt gamarite. quos gomer instituit. Magog vero magogas a se nomina
tas instituit. et isti a grecis scythe sunt appellati. Tres filiorum iafeth hic made
et iavan fuerunt. ex madeo sunt gentes orte que a grecis medi vocantur. de iavan
vero omnes ionii. helladicique descendunt. Condidit autem iobel iobelos. qui nunc vis
temporibus hibere synagoga primum dicebatur que nunc cesarea est. Capadocia
a romanis hic sortita est vocabulo. id est a cesare eo greci appellant. Mos
chum vero a morochum plantata sunt. qui nunc capadoces nuncupantur. quorum antique
appellationis signum ostenditur. Nam civitas est apud eos que hactenus modicha
dicitur. ostendens intelligere valentibus: eo quod aliquando omnis gens regionis ipsius ita
vocata sit. Phiras autem thyrenses appellavit suos. quorum princeps fuit quibus
greci etiam nomen commutaverunt. Tantas siquidem gentes prefati iafeth filios institutos
sunt. Gomer autem habente tres filios. astenegas quidem astinegos instituit.
qui nunc regini vocantur a grecis. Riphath autem ripheos. qui nunc dicuntur paflagones.
Tygran vero tygrameros. qui a grecis friges sunt nuncupati. Arand autem iafeth
filio. et ipso tres filios habente. helysas autem helyseos vocavit eos. quorum
princeps fuit qui nunc sunt eoli. Thasis vero tharsas. sic enim antiquitus cilicia vo
cabatur. Tharsis enim apud eos maxima civitatum metropolis appellatur. tham
littera per theta mutata. Cethim autem cethima insula habuit. que nunc dicitur
cyprus. et alia omnis insule et maritima loca cethim hebraice appellantur.
Testis enim est sermonis mei una in cypro civitatum que appellationem valuit retinere.
Cythis enim ab his qui ei greci nomen imposuerunt vocatur. neque sic fugiens cythim
nomen. Iafeth hic itaque filii seu nepotes has habuerunt gentes. quas forsan ignorant
a grecis. Hoc ergo predicens. ad narrationem reiterar eorum unde digressus sum.
Nomina siquidem greci propter scripture decorem. et ad delectationem legentium
mutaverunt. Neque enim prudentie nostre est huiusmodi formis uti. solis eorum uniuscuiusque
scema. et finis nominum sicut unum. ultimas tamen nominum sillabas aliter preter
declinant. Noe namque nochus. et abram abramus. et sic hanc formam in omni se
mate custodit. Filii autem cham a puniceia syria. et amani. et libano monte
cunctas terras obtinuerunt: quecumque ad mare sunt posite apprehendentes. et a
qua usque ad oceanum sunt. et propria faciente appellationes. tam aliorum quique
omnino perierunt. in aliis vero aliorum transmutate et transformate vix cognoscuntur.
Quattuor enim filiis existentibus: cham. chuso quidem nichil nocuit tempus. Nam
ethyopes quorum princeps fuit hactenus. et a semet ipsis et ab his in asia chusei
vocitantur. Servata vero est et mersei similiter appellatione prisca memoria. Egy
ptii namque mersin. et merseos omnes vocamus egyptios. Instituit autem [illegible]
lybia phuteos vocans puniceales. Est autem et flumen in [illegible]
tunica qui isto nomine vocatur. unde et plurimos grecorum hystoriographorum [illegible]
huius fluminis memoriam facientes. et ex adiacenti puniceia que [illegible]
ei nomen impositum. Mutatum est autem ei nomen. quod nunc sic vocatum ab uno filiorum me
sraim. qui lybius dictus est. Post paululum vero dicemus et causam propter quam [illegible] affri
ca nominari. Chananeus vero quartus existens filius cham. que nunc iudea vocatur
in habitans regione a se chananeam nominavit. Fuerunt autem filii existentes chuso
quidem sabas. ex quo sabei. Evilas autem a quo evilei. qui nunc getuli appellantur.
Sabath vero ex quo sabacheni. qui nominantur a grecis astabarri. Condidit et
sabach sabacheneos. Ramma vero rameos instituit. et duos filios habuit quorum

iudas quidem egyptiaca gente hesperiorum habitans, uidetur cognomini suum reliquit. Menroch autem filius chusi permanens in babiloniis tyrannidem exercuit sicut iam in priori declaratum est. Porro menroch cum essent octo filii omnium terram a gazan usque egyptum tenuerunt. Solius autem philistium cognomen patria custodiuit, cuius partem greci palestinam appellant. Ex aliis autem id est ludieimo (?) & anamia & alabim, solus labim qui et ipse in libia commoratus nominauit. Nedman autem & petros & ceslim & cephtoros, ultra nomina nichil scimus. Bello enim ethiopico de quo postea declarabimus, eorum ciuitates euerse sunt. Chanaan autem chananei filii sydon, qui & ciuitatem sui nominis edificauit in phenice. Sydon autem a grecis appellata est. Amath amatheos instituit, que et nunc est, & a prouincia amath uocatur. macedones uero eam epiphaniam ab uno posterorum nomine uocauerunt. Aradicus autem aradum insulam habuit. Aruceus autem & arcem que in libano posita est. De aliis uero vii. id est eueo, cytheo, iebuseo, amorreo, gerseo, eudeo, sineo, samareo, preter nomina in sacris libris nichil habuimus. Hebrei namque eorum destruxere ciuitates, huiusmodi causa calamitatibus apprehensas.

Noe namque post inundationem terra ad pristinam rediente naturam, ipse quoque ueniens ad opera, & cum uineam plantasset, uidens eam fructum perfectum uindemiauit & ad usum uino deducto sacrificans epulis uacabat. Inebriatus autem in sopore resolutus est, nudatusque inhoneste iacebat. Quem cum uidisset iunior filiorum eius, fratribus irridendum ostendit. Illi uero operuere patrem. Quod dum noe sensisset, aliis quidem filiis felicitatem optauit, cham uero propter cognationem suam quidem maledixit, sed eius posteritati. & aliis effugientibus maledictum deus chananei filios emigrauit. Et de his quidem dicemus in reliquis. Sem uero tercio noe filio quinque nati fuerunt, qui usque oceanum seorsum habitabant asiam, ab eufrate facientes initium. Helam siquidem helamites quos persarum principes dereliquit. Assur autem niniue construxit ciuitatem. Arfaxat autem qui nunc chaldei uocantur arfaxateos appellauit, cum princeps eorum esset. Aram uero aramitos instituit, quos greci syros appellant. Quos autem nunc lydos uocant luth tunc ludos nominauit. Aram uero filiis iiii. existentibus, eus quidem instituit traconitidem & damascum, que media palestine syrieque coniuncta est. Armeniam uero ocrus, gether bactrianos, mes autem mesameos qui nunc uocantur ab omnibus. Arfaxat autem filius fuit sela de quo natus est heber, a quo iudeos hebreos initio uocauerunt. Heber autem iectan genuit & falec. Dictus est autem falek, quia secundum diuisionem habitationum natus est. Falec autem diuisionem hebrei uocant. Iectan autem qui filius fuit heber habuit filios helmodach, salech, asor, mohiare, adora, ligal, debela, sebal, abimabel, sapha, uphir, eila, iubal. Isti a flumine cophino indie & positi circa syrie loca quedam inhabitant. Hec itaque de filiis sem dicta sufficiant. Faciam uero de hebreis quoque ser-

Falek enim filio heber fuit filius seruc. Huius autem sarade quoque semonem nachor filius generatus est. Cui filius fuit thares qui fuit pater abraham. Hic autem didicimus decimus esse a noe. anno enim ducentesimo & nonagesimo secundo post diluuium iste abraham natus est. Thares autem septuagesimo anno genuit abraham. Nachor autem cum esset xx. & c. annorum genuit thare. De saruc autem nachor nascitur circa annum centesimum & tricesimum. Reu uero sarug habuit cum esset annorum c.xxx. Hisdem uero annis habuit falek reu. Heber autem iiii. & xxx. & centesimo anno genuit falek, natus ipse de sala centesimum & tricesimum annum habente, quem arfaxat genuit centesimum & tricesimum & quintum annum natus. Sem autem natus est filius arfaxat post annos xii. facti diluuii. Abraham autem habuit fratres nachor & aram, quorum aram quidem derelicto filio loth, & sara & melca filiabus inter chaldeos mortuus est in ciuitate chaldeorum que dicitur ur, & hactenus sepultura eius ostenditur. Duxerunt autem uxores fratris sui filias, melcam quidem nachor, saram uero abraham. Porro thares dum odio habuisset terram chaldeorum propter luctum aram migrauerunt omnes in carran mesopotamie ciuitatem, ubi etiam tharem morientem sepeliunt, cum uixisset annis ducentis quinque. Recta-batur enim iam uita hominum, fiebatque paulatim breuior usque ad generationem moysi, postquam terminus uite centum & xx. positus est annorum, hos annos statuente deo, quantos & moyses peruenit uixisse. Nachor uero de melca octo fuerunt filii: uxun, bauh, chamuel, hachania, haus, hadesaus, batuel. Isti uero nachor fuerunt legitimi. Thabeus autem & gadam & thaau & mauhas de concubina eius nati sunt. Batuel autem filio nachor nata est rebecca filia & filius laban. Abraham uero loth filium fratris sui aran uxoris sue sare germanum adoptauit filium legitimum non habens, dimisitque chaldeam cum lxx. & v. esset annorum deo iubente ut migraret in chananeam, in qua & habitauit, eamque posteris suis reliquit, prudens existens & nimis intelligens in omnibus rebus & sapiens in his que audiebat & de quibus libet aliquid cogitaret. Propterea & uirtute sapientieque maior aliis fuit, & opinione quam cuncti de deo habebant & innouare & immutare preualuit. Primus itaque presumpsit pronunciare deum creatorem unum esse cunctorum. Reliqua uero licet ad felicitatem conferant, per preceptum per hunc singula queque dare, & non propria subsistere uirtute confessus est. Hec uero conciciebat per terre passione & maris, & ea que contingunt circa solem & lunam, & ex omnibus que circa celum semper eueniunt. Virtute enim eius presente & prudentia ordinationis eorum cuncta disponi dicebat, quibus cum priuarentur manifesti fierent, quod neque ea que ad utilitatem nobis necessaria sunt sua potestate potuerunt possidere, que secundum iubentis fortitudinem ministrantur, cui hominum est solum honorem & gratiarum actionem tribuere. Propter ista sapientie uerba chaldeis & aliis mesopotamiis in abraham consurgentibus migrationem eligens, sicque per uoluntatem dei & adiutorium terram chananeorum late possedit, ubi collocatus altare edificauit & immolauit deo. Meminit autem patris nostri abraham berosus non quidem nominans eum sed ita dicens: Post diluuium decima generatione apud chaldeos fuit quidam uir iustus & magnus in celestibus rebus expertus. Ecateus etiam memoria eius plus aliquid fecit. Librum enim de eo conficiens dereliquit. Nicolaus & damascenus in iiii. hystoriarum libro sic ait. Abraham regnauit in damasco ueniens aduena cum exercitu de terra que super babilonem dicitur chaldeorum. Igitur post non multum tempus exsurgens & de hac regione cum populo suo terram que tunc chananea, nunc uero iudea dicitur habitauit, & hi qui multiplicati de illo sunt progeniti, de quibus in alio libro que dicenda sunt explanabo. Abraham uero usque nunc in damascena ciuitate nomen habetur inglorium, & uicus ostenditur qui habitatio dicitur abraham.

Fame uero posterioribus temporibus apprehendente chananeam, abraham egyptios uiuere feliciter audiens ad eos proficisci tendebat, ut eorum habundantia participaret, & sacerdotum eorum auditor esset, & audiret quid de singulis rebus exponerent, & aut meliores eos inueniens sequeretur, aut eos sua prudentia conuersos ad meliora poneret, deducens pariter & saram uxorem suam. Metuens autem insaniam egyptiorum circa mulieres, & ne rex eam propter mulieris speciem trucidaret, hanc excogitauit artem ut fratrem se eius assimularet, sed & illam hoc respondere docens, eo quod sibi hoc prodesse crederet. Quam cum uenisset egyptum, dixit sara de abraham quod ipse preuiderat. Terram enim pulchritudo uxoris innotuit, unde & pharao non sufficiebat de his que de ipsa dicebantur, etiam ipsam inspicere festinauit arbitrans se sare iungere posse. Sed deus impediuit desiderium eius immittens egritudinem scilicet & tumultum causarum. Cumque pro libertate sacrificaret, per iram dei peste sacerdotes aduenisse significabant, & quod uxori peregrini iniuriam uoluisset inferre. Ille uero pertimescens interrogauit saram ut diceret ipsa quis esset & ille qui eam adduxerat. Quam cum ueritatem audisset, excusabat se apud abraham dicens putasse sororem eius esse & non uxorem, & se festinasse cognationem sibi circa eam facere, & non iniurie causa sui desiderium preparare. Cum multa quoque munera condonauit

& uicit cum sapientissimis egyptiorum instituit, uirtutemque eius & gloriam ex his conuenientibus claruit. Nam cum essent egyptii diuersis moribus complacentes & adinuicem leges proprias reprobantes, & a se propterea dissidentes, sibimet uicissim comparans & unumquemque despiciens, uerba eorum inania nichilque habentia demonstrabat. Erat quoque in ammiratione cunctorum quasi uir sapiens atque paratus non solum ad intelligendum sed & ad satisfaciendum & ad loquendum quecumque diceret, uinceret. Arithmeticam quoque egyptiis contulit, & que de astrologia sunt ipse quoque eis contradidit. Nam ante aduentum abraham hec egyptii penitus ignorabant. A chaldeis enim hec plantata nouiter in egypto, unde & peruenisse noscuntur ad grecos. Et cum redisset in chananeam, partitus est terram cum loth. Quia pastores eorum iurgia inter se facerent propter loca pasture electione ei atque condicione concessit loth. Sumens itaque ipse abraham partem ab eo relictam, habitauit in ciuitate hebron, que est antiquior annis vii. ciuitate egyptia tanide. Loth uero eam que est posita in campo circa iordanem flumen habitauit non longe a ciuitate sodomorum, que etiam erat tunc bona, nunc autem probatur exterminata uoluntate dei, quod loco proprio designabo. Illo namque tempore assyriis asiam obtinentibus rex sodomitarum ualde florebat diuitiis & iuuentute multa. Quibus erant quinque reges eorum prouinciam gubernantes: ballas, baleas, sumabarus, synoborus, & ballinorum rex. Singuli namque eorum habebant proprium principatum. Aduersum quos assyrii congregati & in iiii. partes sui exercitus facientes, obsidebant eos. Dux enim erat cuique sibi donatos ordinans. Commisso uero prelio, uincentes assyrii tributum imposuerunt regibus sodomorum. Duodecim siquidem annis isti seruientes tributum sibimet impositum soluere passi sunt, & tertiodecimo anno abstinuerunt. Quapropter exercitus assyriorum super eos aduenit ducentibus simul eorum exercitum rabsido, ariocho, chordolaomor, chadallo. Illi namque & uniuersam diripuere asiam, & gigantum sobolem subuerterunt. Qui cum uenissent contra sodomis castra posuerunt in ualle que dicitur bituminis. Illo namque tempore putei erant in eo loco. Nunc enim exterminata ciuitate sodomorum uallis illa palus effecta est, que nunc dicitur asfaltidis, id est bituminalis, de qua multa in sequentibus referemus. Sodomitis uero cum assyriis obsessis, & prelio commisso multi quidem mortui, reliqui uero captiui sunt ducti, cum quibus & loth ductus captiuus, qui sodomitis ad auxilium uenerat. Abraham uero cum audisset calamitatem eorum, timor simul de loth cognato suo & misericordia amicorum ingressa est propter sodomitas atque uicinos. Et cum festinaret eis ferre solacium, non tardauit sed accessit & quinta nocte irruens super assyrios circa dan, sic enim alter iordanis fons appellatur, & inueniens eos antequam armarentur, alios quidem in lectulis constitutos occidit, qui nec suspicionem cladis haberent. Alii uero nondum in sopore constituti pre ebrietate pugnare non ualentes effugerunt. Abraham autem persequens eos expoliauit ad terram damascenorum fugientes, ostendens uictoriam non in multitudine nec in plurimis manibus esse, confidentia pugnatorum & fortitudine preualere contra totius numeri quantitatem. Cum trecentis namque decem & octo amicis tantum exercitum superauit. Quicumque uero effugere hostium inglorii sunt reuersi. Abraham autem captiuos eripiens sodomitarum qui captiui fuerant ab assyriis, cum pace reuersus est. Occurrit autem ei rex sodomorum ad locum quendam intra solimam que uocatur uallis regia. Suscepitque eum melchisedech, quod significat rex iustus, & ipse erat utique talis, & sine dubio etiam ut & propter hanc causam solitorum iusticia sacerdos dei esset. Solimam tunc ciuitatem, postea hierusolimam uocauerunt. Ministrauit autem iste melchisedech exercitui abraham xenia, & multa habundantia rerum oportunarum simul exhibuit, & inter epulas collaudare cepit ac benedicere dominum, qui ei subdiderit inimicos. Abraham uero dante ei decimas spoliorum munus accepit. Rex autem sodomorum predam quidem de abraham non poscebat, homines uero qui eius erant recipere precabatur, quos ab assyriis eripuerat. Abraham uero ait non hoc solum se facere, sed nec aliam utilitatem se ex illa habiturum preter dampnum(?) est, non quamque pro seruorum eius impensa uidebantur. Partem uero quandam amicis suis facere prebendam, qui cum eo ad pugnam ierant, quorum primus escol uocabatur, ner alius, mambre tercius. Laudans uero uirtutem eius deus ait: Non perdes mercedes tuas, dignus es pro talibus actibus recipere gratiam. Et quis putas fuit heres huius mercedis, cum non dum haberet qui ei succederet? Erat enim adhuc sine filio. Deus autem & filium ei promisit generandum esse & multam ex illo sobolem & similem numero stellarum profuturam. Et ille quidem hec audiens deo sacrificium obtulit, ab eo iussus hoc facere. Erat enim huiusmodi sacrificium: uitula triennis & capra triennis & aries & turtur & columba. & animalia diuidi iusserat, auium uero nichil diuisum est. Et antequam construeret aram, alitibus superuolantibus pro concupiscentia sanguinis uox affuit diuina, significans malignos prolem eius infestos fore annis quadringentis in egypto, in quibus annis afflicti fortiores erunt inimicis, & uincentes bello chananeos habitaturi erunt eorum terras & ciuitates. Abraham uero habitauit quidem circa ilicem que uocatur ogyges. Est autem regio chananeorum non longe ab hebron ciuitate. Et cum grauiter haberet super non pariente uxore, deprecatus est deum ut ei sobolem masculinam donaret. Deo uero iubente ut confideret, pro aliis omnibus bonis in quibus a mesopotamia ductus fuisset, sed & filius ei esset futurus, & sara precipiente deo unam ancillarum cui nomen erat agar egyptiam genere in sinu abrahe collocauit, & tamquam ex ea filios habituram. Et cum concepisset ancilla, iniuriam facere sare presumpsit, quasi regnum foret filius qui ex ea fuerat procreatus. Hanc dum abraham affligendam pro iniuria sare tradidisset, fugam meditata est, & afflictiones non sustinens deprecata est dominum ut eius misereretur. Occurritque per desertum euntem diuinus angelus, iubens eam ad dominos remeare, & uitam habituram potiorem caste uiuentem. Iunctam namque ei dixit eo quod in dominam superba ingrataque fuerat mala talia pertulisse. Que si inobediens esset deo & longius abscedere uellet, eam perire dicebat, sin uero rediret fieret mater pueri in illa terra postea regnaturi. His obediens illa uenia a dominis reuersa impetrauit, & post non multa peperit ysmahel, quod significat deo nobilitatem, eo quod exaudierit preces abraham. Itaque cum lxxx. sex annorum esset abraham, natus est ei ysmahel quem prediximus. In nonagesimo autem nono anno eodem abraham constituto apparuit deus promittens quod filius ei de sara nasceretur, iussitque eum uocari ysaac, significans magnas gentes ex eo futuras, & reges & qui expugnantes omnem chananeam a sydone usque ad egyptum terminos obtinerent. Precepit & ut genus quod ei nasceretur, & sua genitalia circumcideret, & hoc octaua die post partum. Causam uero circumcisionis in aliis locis indicabo. Consulenti autem abraham utrum ysmahel uiueret longeuus, significauit ei deus, & patrem gentium fore magnarum. Et abraham quidem gratias agens deo repente circumcisus est, & eos qui apud illum erant, & puer pariter ysmahel, qui die illa xiii. annorum erat, ipse uero nonaginta & nouem annos habebat.

Eo tempore sodomite diuitiis & habundantia prouinciarum elati, hominibus contumelias faciebant & erant impii circa dominum, neque memoria recordarentur beneficiorum eius, atque sunt in susceptione peregrinorum, & circa eos affectum habere destiterunt. Exasperatus uero in his deus disposuit eorum punire superbiam, & ciuitatem eorum subuertere, regionemque eorum simul exterminare, ita ut neque plantationem neque fructum aliquem ex ea consurgere. Cum hec de sodomis deus decreuisset, excipiens abraham

respicientes tres angelos dum sederet ad ilicem in mambre circa ianuam
domus sue, putans esse peregrinos, consurgens amplexatus est,
et ibidem eos retinens, rogabat quatinus xenia eius impertirentur.
Quibus annuentibus, panem repente de simila precepit fieri, et oc-
cidens vitulum et assans, eis obtulit sub quercu iacentibus. At illi
ei gratiam prebuerunt. Et cum adhuc comederent, de sara uxore eius re-
quirebant ubi esset. Quo dicente intus eam esse, futurum esse dixerunt se
iterum venturos esse, et inventuros saram iam matrem filii existere. In
hoc vero subridente muliere, et impossibile fore filium habere cum ipsa
quidem nonaginta esset annorum, vir autem eius centum, tunc illi non se celare
potuerunt. Sed pronunciaverunt semet ipsos angelos dei esse, et quod unus
missus esset ut eis significaret de filio nascituro, duo vero sodomitas
deberent evertere. Hec audiens abraham doluit super sodomitas.
Et surgensque dominum deprecatus est, rogans ne iustos et bonos perderet
cum malignis. Deus vero ait nullum sodomitarum esse bonum. Nam si invenirentur
decem boni, iustis omnibus peccata remitteret et supplicium. Et
abraham quidem cessavit interrogare. Angeli vero in civitatem sodomam
pervenerunt. Quos loth pro susceptione rogabat, cum esset circa peregrinos
valde humanus, et quasi discipulus abrahe in benignitate. Sodo-
mite vero respicientes iuvenculos nimio vultu decore precipuos, et apud
loth eos hospicio successisse cognoscentes, ad vim et iniuriam eorum
pulchritudinis se gesserunt. Loth autem monente ut casti essent, et nequaquam
ad peregrinorum confusionem accederent, sed reverentiam ingressi ha-
berent, quod si tam intemperanter esse vellent, filias suas pro illis corrupi-
endas se prebiturum dicebat. Sicque illi nec quieverunt. Deus autem eorum pre-
sumptionibus indignatus ita quidem eos excecavit, ut non possent ingres-
sum domus invenire, et omnem sodomitarum populum pestifere morti dam-
navit. Loth autem deo dicente de futura perditione sodomorum, ipse
exceptus est cum coniuge, filias duas assumens, que adhuc virgines erant.
Sponsi autem filiarum eius egredi contempnentes, consuetudine habuerunt
hunc loth esse [illegible]. Deus autem immisit globum in civitatem, eamque cum ha-
bitatoribus concremavit. Uxor autem loth cum descenderet, respiciens semper
civitatem, et curam haberet, inobediens deo ne ipsa respiceret, conversa in
statuam salis demonstratur. Vidi siquidem eam; hactenus manet. Fugit
autem loth cum duabus filiabus in parvo quodam agro se continens, ab igne libe-
ratus, qui locus segor hactenus appellatur. Sic enim hebrei modicum vocant.
Illic igitur desolatione hominum affectus habitabat. Filie autem eius
virgines omne genus humanum consumptum esse existimantes, cum
eo misceri velle sibi licere credebant. Hoc autem faciebant
ne deficeret genus humanum. Fueruntque filii de seniore filia quidem
moab, ac si quis dicat ex patris genitura. Minor autem filia genuit
ammon, quod nomen significat filius generis. Et instituit alter quidem
moabitas, quorum hactenus magna gens est, alter vero ammonitas, utrique
enim gens est in valle syrie. Et loth quidem huiusmodi contigit de
sodomis exitium. Abraham vero migravit in geraram palestine terram,
simulando habens saram in loco sororis, similia prioribus simu-
lans pro timore ut in egypto fecerat. Metuebat enim abime-
lech eorum regem, qui et ipse cum adamasset saram, credens eam se posse
corrumpere propter concupiscentiam, et statim in egritudinem incidit
ex dei voluntate. Et medicis eum desperantibus, soporatus per sompnium
iubetur illi ne uxori peregrini contumeliam faceret. Et aliquantulum
levigatus ex egritudine amicis exposuit quod deus hanc egritudinem
ei intulerat pro tuitione peregrini, ut ei uxorem sine iniuria conservasset;
eo quod non sororem eam haberet idem peregrinus sed lege iunctam uxorem,
et promisisset prebiturum se ei deinceps sospitatem, si pro uxore ille se-
curitatem consisteret. Et cum hec dixisset, amicis suadentibus abraham
vocavit, nichilque ulterius eum de coniuge, quasi aliquid turpe passa, for-
midare precepit; deum ei habere curam dicens, cuius auxilio uxorem
suam permanentem sine iniuria reputaret. Deo enim sibi attestante
et conscientia mulieris dicebat, neque se eam a principio appetisse uxorem
et eam tamquam sororem eius estimasse. Et rogabat ut mitis circa eum esset
et deum sibi propicium faceret. Sed et si apud eum manere vellet, omnem
ubertatem eius ferret; volenti vero discedere promisit danda munera
rerum omnium quibus a deo indigens advenisset. Hec abimelech
dicente, abraham non se de cognatione mulieris mentitum esse dicebat,
fratris sui filiam eam referens; et preter hoc figmentum adventum suum illuc
non fuisse quorum arbitraretur, nec esse sua culpa in illius egritudine predi-
cabat, et debere regem habere de salute fiduciam, paratumque se manere
apud eum dicebat. Abimelech autem et terram ei distribuit et pecunias,
consenseruntque inter se ut sine dolo conversarentur, facientes fedus ad quendam
puteum quem bersabee vocant; quod federis puteum poterit dici. Sic enim
hactenus a provincialibus nominatur.

Post non multi vero temporis natus est filius abraham de sara, sic fuerat
ei a deo predictum, quem nominavit ysaac, quod significat risum. Nam
eo quod sara risisset, dicente ei domino quod pareret, et ipsa iam pro senectute
non speraret partum, ideo filium ysaac vocavit. Nam ipsa iam tunc habebat an-
nos circiter nonaginta, abraham vero centum. Natus est vero utroque sine spe,
et repente post dies octo circumcisus est. Et ex illo tempore usque
nunc post totidem dies mos est iudeorum circumcisiones efficere. Arabes
autem post annos xiii solent pueros suos circumcidere, eo quod ysmahel
qui gentis eorum institutor de concubina natus abrahe hoc tempore etatis
circumcisus est. De quo ysmahel certissime omne tempus exponam. Sara 120.
natum de ancilla agar ysmahel primitus diligebat, nichil meo favoris
imminuens, quem utique quasi proprium filium et heredem principatus abrahe
nutriebat. Ysaac autem filio procreato, dedignabatur iam eum cum proprio filio
nutrire, cum ysmahel senior esset, et metuens etiam ne ysaac ille opprime-
ret abraham moriente. Suadebat ergo abrahe ut ysmahel cum matre in alia
regione transmitteret. Ille vero initio voluntate sua non apposuit ad ea
que sara fieri postulabat, crudelissimus arbitratus parvulum suum cum ma-
tre et necessariis indigentes abicere. Postea vero precipiente sibi domino
ut adquiesceret que sara precipiebat consentiret, tradidit ysmahelem matri, qui
nondum a se ipso poterat gubernari; et aquam in utre et panes conferens
eis, iussit eos abire quocumque necessitas itineris imperaret. Qui cum ab-
euntibus in solitudine necessaria deficerent, cum ei in malis posita, cum non
esset aqua in solitudine, et proiciens puerum sub arbore quadam iam animam
proferentem, paululum abscessit ne eo presente deficeret. Ad quam veniens
divinus angelus ostendens ei adesse fontem et monuit ut curreret et pu-
erum recrearet, predicens ei grandia esse conferenda de pueri sospitate.
Illa vero confidens de promissionibus et studens alere puerum, adhibendo ei
curam, declinavit erumnas. Cum vero puer ad virilem pervenisset etatem, uxor
illi iuncta est egyptia genere, unde et mater ipsius antiquitus oriunda. De
qua filii nati sunt ysmaheli xii, quorum ista sunt nomina: Nabaioth, cedar, abdeelus,
marsam, masmarus, ydumas, masmisus, quodam, chenasus, iecurus,
nasfesus, cadomas. Isti namque omnem terram ab eufrate usque ad mare rub-
rum positam tenuere, nabathea nominantes provinciam. Sunt autem qui gentem
arabicam et iam tribum ab eis vocant propter virtutem eorum, et propter dignitatem abrahe.

Abraham autem diligebat ysaac filium suum cum esset unigenitus, eique pro
munere a deo in senectute esset donatus. Provocabat etiam ipse puer
ysaac ad favorem amoremque suum parentes suos, eo quod omni virtute stude-
bat et parentum habere sollicitudine et affectu circa religionem dei.
Abraham autem gaudebat quod felicitate sua legitimo filio relicturus esset
morte iam interitus, et hoc benignitate dei promeruisset. Deus itaque tem-
tare volens religionem eius apparuit ei, et cuncta que sibi prestitisset
dinumerans, quomodo hostium victor fuisset effectus, et ysaac filium
habuisset, eundemque filium sacram immolationem sibi precepit offerri in monte
nomine morium, e terra arabie collocatum. Sic enim apparituram religionem
eius, si et morti filii preponeret, quam hoc magis deo placeret. Abraham autem
recogitans in omnibus iustum esse obedire deo, et cunctos illi ministrare
debere, tamquam eius providentia regantur omnes quibus ipse est propicius, celabat co-
niugem saram dei preceptum, et quam ipse habebat de nece filii voluntatem.
Sed neque servorum suorum cuiquam hoc palam faciens, ne forte deo parere prohi-
beret. Sumens ergo ysaac cum duobus servis et que erant ad sacrificium
necessaria imponens asino, ibat ad montem. Et duobus quidem diebus iter
cum eo servi fecerunt, tercia vero die cum iam circa locum montis esset, relinquens
in campo servos qui cum eo erant, cum solo filio venit ad montem. In quo monte
postea rex david templum collocavit. Portabat autem secum omnia sacri-
ficio necessaria preter victimam. Ysaac autem cum esset viginti et quinque annorum
et presentem felicitatem patris eius studio prospexisset, altare construc-
to interrogabat patrem quid esset sacrificaturus cum victima deesset. Ille
autem dicebat dominum ydoneum esse ad prebendum sacrificium, qui et necessaria
habundanter hominibus largiretur, et ea et quidem iubet ab hominibus
auferet, dum putant quod hec omnia a semet ipsis habeant. Deus itaque tuum
ergo me illi victimam spondeo, si ipse propicius dignabitur ad meum sacrificium
aspicere. Cum vero altare fuisset constructum, et ligna super imposita, et
omnia preparata, dixit ad filium: O puer, quem innumeris votis
a deo optavi mihi donari, et dum provenisses ad etatem, nichil fuit quod alium
te tuo preposuerim, neque me feliciorem pro tempore arbitratus fuerim,
nisi quando te viderem ad virilem etatem pervenisse, et gaudebam te successorem mei
honoris et principatus relinquere cogitabam; quia ex dei voluntate tuus
pater sum factus. Nunc denuo te secundum eius preceptum ipsi victimam offer-
re curabo, et te immutate moneo forti animo sufferre hanc dicationem.
Deo namque te offero, quia hanc victimam a nobis dignatur accipere, eoque usque
in hanc horam nobis placatus extitit ac pro omnia suffragator. Existimo
enim fili quia ipse dignum iudicaverit nec egritudine nec bello nec aliqua
qualibet passione que solent hominibus accidere te taliter ex hac vita
liberare, sed cum orationibus et sacrificiis tuam animam tua suscipere.
Deo eo vero autem eris ipse deus mei curam habens senectutemque regens, sic et
antea quam nascereris; quia et eam gratiam te maxime nutriebam. Hoc mihi deo
feliciter prebituro. Ysaac autem videns patrem valde fortissimum et sapien-
tissimum, sapientiaque eius delectatus, et sermones eius libentissime accipiens
ait: Quia iustum non erat ut esset a deo donatus si dei et patris ne iudicium refu-
tare, aut me non monstrare preparatum amborum voluntatibus, scilicet dei
et patris. Licet refutare si hoc ex propria voluntate faceres, sed et hoc
nimis esset iniustum. Hoc dicens accessit pariter ad altare. Sed obedi-
entia amborum impedita est, faciente deo impedimentum. Clamavit enim
nominatim deus vocans abraham, suspendens eum a nece filii, et dicebat
non se cupisse necem filii quasi sanguinem desiderasset humanum, neque
hunc auferre eum tanta impietate voluisset cuius patrem eum fecerat;
sed tantummodo se mentem eius probare voluisse, si et talia iussus ei obediret.
Cognoscens ergo deus obedientiam abrahe et excellentiam religionis eius
intendens, promisit ei genus eius fore honorandum, filiumque eius longevum
futurum, feliciterque futurum omnibus bonis habundaturum, et se prebiturum
magnum principatum soboli eius, atque genus eius multis gentibus et divi-
tiis constituendum, et memoriam sempiternam generis eius principibus affu-
turum, et terram chananeorum armis possessuros, et exemplum boni
futuros cunctis hominibus. Hec cum dixisset deus, arietem ad sacrificium produxit
ex improviso. Illi vero preter spem semet ipsos amplexantes, quippe qui talium bonorum
promissiones audirent, in gaudio se invicem osculabantur. Altero vero die sa-
crificio celebrato, reversi sunt ad saram, feliciterque vivebant, cuncta eis prestante
deo que vellent. Et cum multi post tempore sara defuncta est cum vixisset an-
nis cxx et vii, sepultaque est in civitate hebron, permittentibus chananeis.
Sepulchrum autem eius publice factum est, emente abraham agrum siclis quadringen-
tis a quodam effron de hebron, ubique sepulchra sibi et sue soboli abraham constituit.

Post hec autem abraham duxit uxorem nomine cethuram,
ex qua ei filii sex nati sunt in laboribus validi et sapientia cauti: Zambri,
iexar, madan, madiam, iesue, et sue. Nati sunt autem et his filii. Et
ex iesue quidem sabachim ortus est et dadam, et opher et enoch et abida
et helda. His omnibus filiis et filiorum natis abraham extra proprias pecu-
nias dona prebuit. Qui omnes et trogoditen provinciam apprehenderunt, et felicem
arabiam in quantum ad mare rubrum pertingit possederunt. Dicitur autem quia opher
filius abrahe castra fixisset in libia, et filiorum eius filii cohabitassent, et
terram illam ex illius nomine affricam vocaverunt. Testatur et hoc meo de sermo-
ne alexander qui dicitur polyhistor, id est multarum historiarum sciens. Cle-
demus et propheta qui et malchus scribens hystoriam iudeorum, sicut et mo-
yses legis lator iudeorum retulit, quia de cethura abrahe fuerunt filii multi.
Dicit autem de his tres apheram, surim, et iafan. Et de surim assyriam
nuncupatam; ex duobus autem reliquis iafan et apheran civitatem abran et pro-
vinciam affricam nuncupatam. Dicit et his auxilium prebuisse in lybia, et eundem
herculem duxisse uxorem filiam apheran nomine echea, et genuisse ex ea
diodorum filium; cuius filius fuit phoron, ex quo barbari phorofaci nominantur.
Ysaac autem iam circa xl annos constitutus, a patre abraham ut uxorem duceret co-
nebatur rebeccam filiam bathuel que fuit neptis fratris eius nachor; misit ser-
vum suum seniorem ad sponsandam eam, magnis fidei facientiis obstrictum,
quod hoc more antiqui faciebant, sub femore manum mittentes, et deum
invocantes dominum in testimonium futurorum. Misit et abraham munera
per servum ibidem commorantibus, que apud illos rariora erant, aut omnino nunquam
reperirentur in illa regione. Quo tempore multo iste servus iter pre-
agens, eo quod sit eadem provincia mesopotamia iter agentibus dura,
hyeme quidem propter luti profunditatem, estate vero propter aque defectionem,
insuper et latronibus ibidem commorantibus, quos effugere non est facile nisi pro-
videntia viatoribus adhereat. Pervenit ergo servus abrahe in civitatem car-
ren, et cum esset in suburbanis, vidit plures virgines euntes ad aquam.
Oravitque ut rebecca, ob quam desponsandam ysaac eum misit abraham, si
secundum voluntatem eius esset nuptias celebrandas inter alias virgines hoc signo
cognosceret: ut se aquam ab illis poscentibus et illis dare nolentibus illa so-
la preberet. Et ille servus hanc orationem ad dominum fundens venit ad pu-
teum, rogavitque virgines ut potum ei preberent. Illis autem avertentibus se potius
indigentibus aquam domum portare debere quam illi prebere, que utique difficile
posset hauriri, una ex illis omnibus increpans eas pro peregrino, quasi numquam
fuisset eis aliquando cum hominibus aliqua communio, que neque aquam vellent
participare egeno, et ipsa sola ei prebuit aquam ad potum habundanter.
Ille autem in spe omnium erat veniens, et volens cognoscere veritatem, lauda-

bat eius nobilitate atque benignitate: quia et cum suo labore egentibus aquam sitientibus sufficientiam minime denegasset. Interrogabatque eam de quibus parentibus esset, optabatque quod illi gratissimum foret, ut in domum boni viri veniret. Illa autem neque hoc intendit volentia cognoscere, sed genus suum ex ordine indicavit. Rebecca inquit ego dicor; pater autem meus Bathuel fuit, qui iam defunctus est. Laban vero frater meus est, qui et domum simul prospicit et matri, et meae virginitatis est sollicitudine gerit. Ille autem magis gaudebat de his que facta fuerant atque dicta, deum videns suo itineri clare prospicere. Proferens quoque redimicula et alia parte ornamenta quibus virgines decentius uti, dedit ei dicere ut hec ornamenta ei retributio foret et honoris causa poculi quod prebuerat iustum esse dicens, ut talia mereretur que sibi fuisset bona preter alias virgines universas. Poscebat autem ut manere posset apud eos, quoniam ad eam integri aliter pervenire nequiret, cum iam nox adesset. Portabat namque, inquit, servus et alia ornamenta muliebria valde preciosissima, estimans erga nullos sibi esse cautius manere quam cum illis quibus iam videbat expertus, et conicere ex eius actis fratrisque clementiam erga se, et quod nichil eorum virtuti esset difficile, neque se iniuriosum nullo gravaturum, sed mercedem peregrinationis eis se prebiturum, et propriis expensis usurum se esse dicebat. Rebecca vero cum de parentum suorum clementia recte asserunt arbitratum, culpavit autem eum de mercedis verbo, cum ibi ipse omnia sine mercede esset habiturus. Dicebat tamen prius esse nunciandum Laban, et ipso permittente sic tandem eum ibi mansurum. Quod cum factum fuisset, peregrinus adductus est. Et camelos sumentes hi qui erant famuli Laban, diligentiam eis exhibebant. Ipse vero cenaturus cum eo ingrediebatur. Et post cenam ad Laban matremque puelle locutus est dicens: Abraham qui est filius Thare, vir vester cognatus; Nachor enim horum puerorum avus fuit ex eodem patre et matre. Is ergo misit me ad vos petens ut hanc puellam filio suo Ysaac uxorem detis iungendam, qui solus est ei legitimus et in omnibus bonis enutritus. Cui quidem possibile fuit ex illa terra felicissima muliere eum copulare, sed noluit. Honorans autem genus suum et cognatos nuptias a vobis postulat. Cuius studium et voluntatem nolite contempnere. Dei enim voluntate talia nunquam preter prospera contigerunt. Nam puellam cepi et unam inveni domum. Dum enim proximus essem civitati, virgines videns plurimas venientes ad puteum, oravi ut istam viderem, quod et factum est. Nuptias ergo divina providentia dispositas, vos quoque firmate. Illi autem preces que fuerant prospere facta, dispositione divine voluntatis intellexerunt, miseruntque sicut petebat virginem Rebeccam. Quam duxit Ysaac potito omnium rerum Abrahe. Nam qui fuerant de Cethura nati, exinde in Arabiam terram migraverunt.

Post paululum vero tempus mortuus est Abraham vir omni virtute summus, et digne a deo pro studio quod circa eum habuerat honoratus. Vixit autem omne tempus suum annis c. lxx. v. et in Hebron cum Sara coniuge a suis filiis Ysaac et Ysmahele sepultus est. Post mortem autem Abrahe concepit Rebecca uxor Ysaac. Cuius ventre nimis intumescente hesitans Ysaac consuluit deum. Qui respondit geminos parituram fore Rebeccam, et ipsos in gentibus esse nominandos, maioris autem primatum esse minuendum. Peperit ergo Rebecca paulatim secundum divinum eloquium geminos filios; quorum senior ut credimus a capite usque ad pedes erat vehementer hyrsutus, quem etiam iunior precedentem tenebat a planta. Diligebat autem pater seniorem, qui dicebatur Esau, secundum ethymologiam pilorum. Hebrei namque capillaturam seyron vocant. Iacob autem iunior carus erat genitrici. Fame vero superveniente, cum placuisset Ysaac ut iret in Egyptum ubertatis valde provinciam, precipiente deo pergebat in Geraris. Hunc suscepit rex Abimelech pro muneribus et amicitiis patris eius Abrahe. Et cum multo favore circa eum usus fuisset in initio, in hac amicitia permanere invidia faciente est prohibitus. Videns namque deum in Ysaac esse presentem et tanto ei studio faventem, expulit eum de Geraris. Ille vero huiusmodi invidia compertus per Abimelech discessit in agrum qui dicitur Phara, id est convallis, non longe a Geraris. Ubi cum foderet puteum, irruentes pastores inibi congressi sunt, prohibentes illum opus implere. Quo nolente cum eis contendere, prevaluisse videbantur. Discedens autem in alium puteum fodiebat. Quem et alius quibusdam pastoribus Abimelech faciebant rixam relinquens abscessit, expectans bone voluntatis rationem et licentiam. Quod dum ei fuisset sponte concessum, ut puteum sine prohibitione foderet, puteum Roboth appellavit, quod nomen significat spaciosum. Priorum vero puteorum alium quidem Escon appellavit, quod potest dici litigium, alium vero Svennan, quod nomen designat inimicitias. Ysaac itaque rerum magnitudine pullulabat. Abimelech autem contra crescere putans Ysaac, metuensque ne priorum amicitia qua cum eo habuerat nichil sibi prodesset propter hoc quod cum eo litigans ex incertis inimicus fecerat, si primo modo converteret Ysaac ad ultionem eorum que videbatur perpessus ab eo, rursus cum eo amicitias firmavit, et adeo unum amicorum suorum et ducem Philochum nomine destinavit. Cuncta vero que poposcerat Abimelech promeruisse propter benignitatem Ysaac, qui iracundia prisca quam habebat ad Abimelech obliviscebatur propter gratiam quam patri suo exhibuerat. Et Abimelech reduxit eum in patria. Esau vero filius Ysaac circa quem pater maximum habebat affectum, cum esset annorum xl, duxit uxores Agamida filiam Echonis et Alibamam Eusebonis, virorum inter Chananeos valde potentium, faciens seipsum dominum in potestate nuptiarum. Denique nec patris sui consilium in hoc acquisierat, quia nec permisisset has nuptias fieri, si ei voluntate retulerat. Non enim volebat ad comprovinciales suam copulare cognationem. Nolens autem molestus esse filio ut iuberet eum a mulieribus abstinere, tacere decrevit. Cum autem esset senex Ysaac et aspectum oculorum penitus non haberet, vocans ad se Esau et ei senectutem suam indicans, et quod pre etate et passione visus iam esset impeditum deo servire, iussit eum egredi ad venandum ut caperet quodcumque potuisset, et ei pararet cenam, et postea deo supplicaret pro ipso, ut eum auxiliator existeret et cooperator in omni vita sua, incertum esse dicens quando moreretur, ut post mortem suam deum propitium habere mereretur. Esau namque ad venationem egressus est. Rebecca vero deum pro honore Iacob filii sui rogabat, et preter Ysaac voluntatem iussit hedos occidere cenamque preparare. Iacob ergo ministrabat matri sue in omnibus obediens. Cum vero fuisset cena parata, hedi pelle brachia Iacob convolvit, ut pater eius propter pilos esse crederet Esau. Nam cum in omnibus alius facies simularent, eo quod essent gemini, in voce tantum vero differebant. Trepidus ergo Iacob ne ante reperiretur in hac calliditate quam fierent orationes, patrem ut contraria faceret irritavit, et preferebat patri cenam. Ysaac vero sentiens vocem Iacob, proprio eum nomine vociferabat. Illo autem brachium porrigente quod pelle circumdederat, contingens eum Ysaac ait: Vocem quidem Iacob proximam, secundum pellis vero profunditatem Esau videris esse. Nichilque suspicans mali cum cenasset, convertit se ad orationes et deum precatus: Domine inquit omnium seculorum et creator universe substantie, tu patri meo concessisti magnam fortitudinem bonorum, et me dignum rebus presentibus effecisti, et ex me procedentibus promisisti te adiutorem esse, et propicium datorem semper esse meliorum. Hec ergo confirma, et noli me despicere propter presentem senectutem, propter quam precipue te deprecor ut hunc filium meum propicius serves, et ab omni malo sine passione custodi, dans ei felicem vitam possessionemque bonorum quecumque tibi potestas est prebere. Fac eum metuendum quidem inimicis, amicis vero honorandum atque gratissimum. Ysaac ergo ita rogabat deum arbitratus se pro Esau orationes effundere. Mox autem ut cessavit ab oratione, affuit Esau de venatione cibos inferens patri. Ysaac autem sentiens quod egerat Iacob, tacuit. Esau vero petebat similia impetrari, qualia iam fratri fuerant collata. Patre vero negante eo quod omnes in Iacob fuissent orationes expense, luctum habebat Esau, eo quod esset oratione frustratus. Cuius vero lacrimis afflictus pater eo quod esset in venatione et fortitudine corporis aptus in armis et in omnibus operibus probabilis, dixit eum fructum terre et cum in terra gloriam sempiternam, et genus quod ab eo descenderet habiturum, fratri vero serviturum. Esau igitur se volente ulcisci in fratre suo Iacob, mater eum eripuit, maritoque persuasit ut Iacob daret uxorem de Mesopotamia cognatam suam, eo quod Esau iam semel sibi patrui sui filiam Basamim coniugem accepisset ob odium patris. Non enim erant devoti Chananei circa Ysaac in prioribus eius bellis valde gravati cum Barenmachim cepisset, circa quam propter laborabat. Iacob ergo in Mesopotamiam missus a matre, propter nuptias filie Laban eius germani, permittente Ysaac cum nuptias celebrare, eo quod fuisset ei hoc matris consilio persuasum. Per Chananeam ergo Iacob pergebat, et propter odium provincialium apud nullum quidem succedere voluit, sed sub divo iacebat, capiti suo lapidibus suppositis supponens. Sicque per somnium vidit huiuscemodi visionem. Astitisse sibi scalam a terra pertingentem ad celum, et per eam descendentes et ascendentes figuras honestiorem natura habentes quam homines, et ad ultimum super eam deum manifeste sibimet apparentem, nominatimque vocantem et huiusmodi verba facientem: Iacob, cum sis boni patris filius et avi qui gloriam magne virtutis invenit, fatigari te in presentibus non oportet, sed sperare meliora. Etenim opulentissima maximorum bonorum meo solatio erit ubique presentia. Abraham enim ex Mesopotamia huc deduxi, a cognatis expulsum, et patrem tuum felicem ostendi, quorum bonorum non minore parte te quoque reponam. Confidens ergo ex hoc itinere proficiscere me preeunte securus. Impetrabis enim nuptias ad quas valde festinas, eruntque tibi filii boni quorum multitudo numero maior erit, et potiores filios derelinquet, quibus ego huius terre dominatum condonabo, eorumque filiis qui replebunt omnem terram quam sol aspicit simul et maria. Sed neque ullum periculum timeas, nec laborum magnitudine metuas; me providente omnia que tibi conferenda sunt, et in presentibus et multo magis in posteris. Hec itaque deus Iacob oravit (?) dixit. Ille vero letificatus in his que viderat, et que fuerant promissa, clarificavit ipsos lapides quippe cum tantorum bonorum mihi factum ei fuisset alloquium, votumque fecit immolaturum se super eos, si acquirens vitam impassibilem remearet, deoque exsolvit promissum denuo remeans. Nam et ipsum agrum honorandum esse decrevit, eique Bethel nomen imposuit, quod divinas divitias latina lingua significat. Procedens ergo ad Mesopotamiam longo tempore venit in Carram. Pastoresque in suburbanis inveniens et pueros adolescentulos ad puteum et virgines aquam haurientes, morabatur cum eis potum querens, et verba cum eis faciens percunctabaturque ab eis si nossent quendam Laban, et si adhuc super esset. Illi vero omnia se nosse dixerunt, taleque virum illum esse dixerunt qui ignorari non posset, eiusque filiam Rachel unam cum eis pascere. Quam mirarentur non esse presentem, dicentes ei: Ab ipsa integrius agnoscere omnia poteris quecumque de tali viro audire desideras. Hec itaque illis dicentibus, advenit puella cum pastoribus qui una descenderant. Eique Iacob ostenderunt dicentes: Peregrinus iste venit de patre tuo consulens. Illa autem leta puerilitate propter Iacob presentiam requirebat quis esset et unde venisset ad eos, et quam causam adductus fuisset, orabatque simul ut sibi esset possibile prestandi omnia quibus ipse venisset egens. Iacob autem non propter cognationis causam neque propter presentem favorem, sed amore puelle victus obstupescebat pulchritudine eius tale esse conspiciens, ut pauce mulierum ita florerent. Ait ergo ad eam: Michi ad te et ad patrem tuum, si tamen tu filia es Laban, familiaritas magna est et antiqua, mea namque generatio consistens de Thare est: Abraham et Aran et Nachor filii sunt propagati. Bathuel autem tuus avus filius fuit Nachor. De Abraham autem et Sara qui natus est de eam Ysaac pater meus est. Ut enim autem et novum cognationis pignus invicem possideamus, Rebecca autem mater mea soror est Laban patris tui, ex eodem patre simul et matre progeniti. Consobrini siquidem sumus ergo. Nunc autem veniens amplector vos, antiquamque nobilitatem renovaturus assisto. Illa vero recordata sicut iuvenibus accidere solet, que post audisset a patre de Rebecca et parentes sciens nomen eius desiderans audire propter patrium favorem ad lacrimas adducta est, et amplexata est Iacob. Quem cum osculata fuisset, pondere maxima delectatione optabat ad patrem omnibusque domesticis se dicebat eum commendare ob memoriam matris eius impendique ei totum boni retributione. Cumque iam ad patrem venire poscebat, et sequi se precedentem, necnon eius delectatione fraudari amplius illo tardante poterat. Hec dicens ducebat eum ad Laban. Cognitus ergo Iacob ab avunculo, et ipse sine formidine inter amicos conversabatur, et illis delectatione materna conferebat inopinabiliter eis ostensus. Post non paucos itaque dies dicebat Laban ad eum, gaudere se quod esset maxime eius presentia, et ultra quam indicare posset sermone. Causam vero peregrinationis, quare patrem matremque senes derelinquens, et eius presentie solatiis indigentes, ab eo querebat, prebiturumque ei se omnia quibus opus haberet, si manere apud eum vellet. Iacob autem omnem causam enarrabat dicens Ysaac fuisse geminos filios se et Esau, quem propter paternas orationes matris sapientia supplantasset, et ob hoc se ille interficere voluisse tamquam ablato sibi a deo regno et bonis que pater optasset; et hanc fuisse causam sui adventus et presentie, ex matris mandato facta. Omnibus enim nobis frater fratris (?), sed mater amplius illius cognatione metuens ita me prospexit, quod usque solum mee pueritie munimen indicavit. Vnde deum solum respiciens in presentibus sum securus. Laban autem et propter parentes eius promisit omnino se ei participare clementia, et propter matrem eius favore hoc absentis studium suum circa eum se dicebat ostendere. Gregis ergo sui curam eum habiturum constituere se dicebat, et preponendum his ex optabat, volentique ad propria reverti remeare parentes, cum talibus donis et honoribus dimittendum, qualibus talis cognatus iuste promeritus esset. Iacob autem libenter hoc audiens donec esset apud eos, hunc laborem ferre gratissime se respondit. Mercedem vero pro tali labore Rachel nuptias postulavit, cum et propter aliam honore digno haberet, et maxime quod ipsa monstrata fuisset advenienti ei. Amor namque puelle eum huiusmodi verba facere compellebat. Laban vero gavisus in his, annuit ei puelle nuptias, nec alium generum meliorem sibi optare, si tamen apud eum aliquanti temporis maneret. Ad Chananeos enim non se missurum dixit filiam suam, quando etiam de sorore sua Rebecca penitentiam se agere dicebat quod eam illuc duxisset. Cum vero Iacob hoc fieri consentiret, septem annos promisit secum mansurum. Tantum enim tempus socero indicavit ministrandum virtutis sue prebens experimentum, ut quis esset magis agnosceret. Laban vero suscipiens eius sermones, transacto tempore constituit epulas nuptiarum. Nocte vero superveniente ignorante Iacob collocavit ei alteram filiarum sororem Rachel et non decoram aspectu

Ille uero per ebrietatem et tenebras deceptus, die facto apud Laban de iniusticia sibi facta querebatur. Qui dabat ueniam, necessitatem poscebat, ubi quoniam talia gesserat. Non malignitate enim Lyam dedisse, sed alia maiore causa, seruitutem hoc fecit. Se tamen impedire non posse; sed amatam daturum se ei post VII annos promittebat. Consensit ergo Iacob, nam nichil aliud ei amor persuadebat, et peractis aliis septem annis, Rachel accepit uxorem. Erant autem ambabus ministre, quas dederat pater: Zelpha quidem Lye, Bala uero Racheli, non quidem ancille sed subdite. Et Lye magna erat sollicitudo pro amore uiri, quem habebat circa sororem suam, sperabatque se amandam existentibus filiis. Exorabatque iugiter deum. Natoque filio, et uiro ad eam conuerso, Ruben filium nominauit, eo quia deus misertus ei concessisset; hoc enim significat istud nomen. Habuit et post alios tres filios: Symeon, quod nomen significat exaudibilem eum; deinde Leui, quasi firmator societatis; post hunc Iudam, quod gratiarum significat actionem. Rachel autem metuens ne propter copiam prolis minore apud uirum parte haberetur, collocauit cum Iacob famulam Balam, ex qua nascitur Dan, quod a deo iudicatum lingua significat, et post hec Neptalim tamquam ex machinis, eo quod copia pariendi sororis arte fuerat usa. Hoc autem erat contra opus sororis demachinata. Collocauit autem et Lya suam famulam cum Iacob, et natus est de Zelpha filius Gad, quod est appellare fortuitum, et post hunc Aser, quod beatificum poterat; Lye gloriam cumulauit. Cum autem Ruben senior filiorum Lye mandragore mala portaret, Rachel aspiciens dari sibi postulauit; cupierat cibum. Illa uero non consentiente, sed sufficere ei dicente quod eam uiri honore priuasset, Rachel mitigans sororis iracundiam se ei dicebat uicem eam uiro nocte illa dormiret. Qua hoc permittente, Iacob cum Lya dormiuit. Rursus ergo nati sunt ei filii: Ysachar quidem, quod significat mercede factum, et Zabulon, quod significat pignus a deo. Nata est autem et filia Dina. Post hec uero orta est et Rachel filius Ioseph, quod significat augmentum alicuius futurum. Hoc ergo omne tempus, quod sunt anni XX, pascebat socero greges.

Post hec rogabat Iacob Laban socerum suum ut sumptis uxoribus ab eo discederet. Socero autem non dante, hoc latenter hoc facere cogitabat, uxoresque requirebat de profectione tractarent. Illis autem discedere uolentibus, Rachel simulacra deorum quos colere patria lex fuerat, pariter furata cum Lya effugiebat, et utrarumque filii, et pueri et puelle, et quecumque propria eis erant. Ducebat autem et gregum medietatem, non respiciente Laban. Rachel autem deorum simulachra portabat, licet docuisset Iacob horum deorum honorem spernendum, ut si comprehenderentur sequente parente, illi ad hec confugiens impetraret. Laban autem post primum cognoscens discessum Iacob simul et filiarum, multum malo animo ferebat, maxima uirtute circumdatus, et septima die in quodam colle persecutus eos inuenit, et tunc quidem quia erat uespera requieuit. Visio apparuit monens quatenus inueniens generum atque filias comes esset, et nichil in eo pro furore presumeret, sed ut pacta faceret cum eo. Quod si contemptis eis paucitate et aggrederetur cum eo pugnare, Iacob se auxilium dicebat illa uisio prebiturum. Laban autem post hodie ei factum a deo colloquium, orto die conuocans Iacob et manifestans ei uisionem, cum credens ad alia declinasset, cepit culpare eum, quoniam eum paupere ueniente ad se et omnium indigentem suscepisset, cunctarumque possessionum suarum prebuerit ubertatem. Nam et filias meas tibi fauore tui circa nos prebui agendum esse confidens. Tu uero neque tue aut communionis quam circa me pro cognatione habes, neque quas duxisti pudorem gerens, neque filiorum quorum sum auus, lege apprisus es belli, possessionem quidem meam auferens, filiabus autem genitorem suum fugere persuadens, sacra quoque patria diripiens, domini inquam que et a meis parentibus honorata sunt, et a me ipso religione coluntur. Et hec quidem omnia que nec expugnantes inimici, tu perpetrasti cognatus et sororis mee quidem filius, filiarum uero uir, peregrinus et copulator domus mee, talia ingerere nequaquam dubitasti. Cum hec dixisset Laban, satisfaciebat Iacob dicens: Non solum tibi patrie desiderium, sed et omnes uita cognatos meos desiderare, et post tantum tempus dignum est me ad patriam remeare. De preda uero quam dicis alio iudicante inuenieris iniustus. Cum te deceat gratias nobis soluere pro his que a me custodita sunt et facta maiora, quomodo ergo in hac iuste non priuaris? Cum in nos ingratus existis? Cur nunc tuam partem sumentes abscessimus? Filie uero tue non mea malignitate secute sunt, sed iusta dilectione qua solent uxores circa uiros possidere. Secute itaque non tantum me, quam filios. Et hec itaque ipse Iacob dicebat, ne aliquid gereret incognitum. Querebatur autem cum accusatione quam faciebat aduersus Laban dicens, quia cum matris ei uideretur esse germanus et filias suas sibi iunxisset, iniquis eum uulneribus asperis XX annis eum detinens; et alia que imperatoris occasione fecisset, que leuiora crudelia fuerint, leuiter sustinuisse; peiora tamen facta post nuptias quibus et inimicus effugeret. Re uera enim ualde crudeliter Laban usus est Iacob. Videns enim ei deum quodcumque uoluisset esse prestabilem, promittebat ut gregis quod natum esset ei preberet, modo quicquid procederet album, aliquando uero quod nigrum nascerentur. Crescente autem sub nomine Iacob gregum parte, aliquando quidem Laban fidem depositam non custodiebat, aliquando autem in alterum annum prebiturum se esse dicebat, eo quod multitudine gregis uideret eum habundare, et in futuro anno tantum fore potius desperet. Fallebatque rursus eum in his que nata conspiceret. De sacris autem furatis iussit Iacob inquisitionem fieri. Cum accepisset autem perscrutandi potestatem, Rachel hec audiens posuit ydola in stratorio cameli quem portabat, et sedens naturalem sibi menstrue purgationem dicebat imminere. Et Laban quidem cessauit amplius perscrutari, non credens filiam quod cum tali passione ad ydola accederet. Fecit ergo cum Iacob fedus, in nullo eorum que acta fuerant memoriam habiturus; sed et Iacob promisit filias eius se dilecturum. Et has pollicitationes fecerunt super montes quosdam, in quibus columnam statuerunt sub similitudine are, unde collis ipse dicitur Galaad, ex quo hactenus terram Galadritem appellant. Et cum factis pactionibus conuiuati essent, Laban quidem reuersus est. Iacob autem in Chananeam procedente, subinde uisiones ei apparebant, de futuro ei spem optimam pollicentes. Et locum quidem illum appellauit dei castra. Volens autem nosse quid cogitaret frater suus Esau, et singula cognituros cum integritate premisit, propter pristinam suspicionem; precepitque his quos mittebat ut dicerent Esau: quia Iacob putans iniustum esse cum eo uiuere iracundiam sponte discessisset, et nunc sufficiens tempus esse reconciliationis putans, reuersus est, ducens uxores et filios cum diuitiis acquisitis, et cum preciosis rebus semet ipsum et cum his traditurus, quod maximum bonum fore iudicat, uti se fratre fruatur his que ei sunt a diuinitate collata. Et nuntii quidem hec indicauere Esau. Esau uero letus effectus fratri cum quadringentis occurrit. Iacob ergo audiens uenire eum in occursum sibi cum tantis armatis expauit. Deo tamen spem salutis sue commisit, et prudentia rerum presentium utens posuit, quatenus et se ipsum sine passione seruaret, et inimicis suis preualeret, si aliquid iniustum facere uoluissent. Distribuens ergo eos qui secum erant, alios quidem pretendebat, alios autem post tergum proxime sequi iubebat, ut si primi paterentur, qui premissi fuerant insistente fratre refugium sequentes haberent. Et omnes qui cum eo erant hoc modo disponens, misit quedam fratri munera deportanda. Erant autem iumenta que mittebantur et quadrupedum uariorum multitudo, que grata susceptoribus forent, eo quod illi rara hec haberent. Mittebantur autem diuisis interuallis, ut frequenter aduenientes multi esse putarentur. Placabat autem per dona iram eius, uel si adhuc aliqua indignatio remansisset; illos blandis sermonibus iubebat uti quos mittebat ad eum. Hec disponens per totum diem, nocte ueniente amouebat suos. Cumque transissent fluuium quendam nomine Iabos, remanente ibi Iacob uisio quedam apparuit ei, cum qua luctabatur. Illamque uisionem initium certaminis facientem, que etiam uoce usa est simul et uerbis, letarique monuit eum in his que facta uidebat, nec modico se preualuisse crederet, sed grande esse cum angelum dei uicisse, et hoc signum arbitraretur magnorum sibi fore bonorum, et quia numquam deficeret ei genus, nec fortitudine hominum quemquam illi esse uirtutis. Precepitque eum nominari Israhel, quod hebraica lingua significat eluctantem angelo sacro. Hec ergo uisio postulante Iacob predicebat. Qui sentiens angelum dei esse, rogabat ut in quam partem abiturus esset ei significaret. Et uisio quidem cum ei ista dixisset disparuit. Letatus autem Iacob in his, Phanuel locum denominauit. Cumque ei propter certamen dolor fuisset factus circa neruum lateris, et ipse abstinuit eo cibo, et propter illum neque nobis est comestibilis. Proximum uero iam audiens esse fratrem, iussit procedere utrasque coniuges seorsum cum suis ancillis, ut de longe conspicerent opera uirorum pugnantium, si hoc uoluisset Esau. Fratre autem sibi proxime ueniente, ipse salutauit, nichil de eo dolose cogitante. Et Esau amplexus eum requirebat de multitudine filiorum et mulierum. Et cum cognouisset, ipse quidem uenire cum secum rogabat ad patrem. Iacob autem excusante eos de iumentorum labore, Esau discessit in Seyr; illic enim commorabatur, appellante eam terram illam de sua hyrsuta capillatura. Iacob autem uenit ad scenas, id est ad tabernacula, que hactenus sic uocant. Unde in Sycima quoque peruenit, que ciuitas est Chananeorum. Sycimitis autem sollempnitatem agentibus, Dina que erat filia Iacob sola transiuit ad ciuitatem, cupiens ornamenta prouincialium mulierum. Videns autem Sychem filius regis Emor eam corruptam abrepta, et amore correptus et confectus, deprecatur patrem ut eam puellam acciperet in uxorem. Ille uero consentiens uenit ad Iacob, supplicans ut filio suo Sychem Dinam lege iungeret. Iacob autem neque contradicere ualens propter dignitatem supplicantis, neque legitimum iudicans alienigene filiam copulare, petiit concedendum sibi ut deliberaret de quibus poscebat. Abscessit ergo rex sperans Iacob nuptias filio suo concessurum. Iacob autem indicans filiis corruptionem sororis et supplicationem Emor, petebat cogitandum esse quid fieri deberet. Et plurimi quidem tacebant, consilium non inuenientes. Symeon autem et Leui fratres puelle ex eadem matre nati, huiusmodi sibi constituerunt pactionem ad inuicem: ut cum esset festiuitas et Sycimite rege et epulis uacarent, incumbant primis custodiis assistentes occiderent; et uenientes in ciuitatem interfecerunt omne masculum et regem cum eis et filium eius, solisque pepercerunt mulieribus. Hec autem facientes preter conscientiam patris, reuocauere Dinam. Iacob autem factorum magnitudine attonitum et filiis irascentem, deus assistens iussit eum confidere, et tabernacula purificare, et sibi sacrificia celebrare, que prius cum iret in Mesopotamiam per somnii apparitionem deo uouerat. Cum ergo Iacob suos purgaret, deos Laban inuenit; neque enim sciebat eos Rachel furatam esse, et quia eos celasset in terra sub arbore quadam. Hos ergo inde tollens, sacrificabat domino in Bethel, ubi somnium uiderat cum in Mesopotamiam iret. Hinc autem proficiscens uenit in Effrata, ubi Rachel ex partu mortuam sepeliuit; que sola inter cognatos in Hebron honorem sepulture non meruit habere. Et ualde flens filium ex ea natum Beniamin appellauit, propter dolorem quem obeunti matri prouenerat. Isti sunt ergo filii Iacob omnes, masculi quidem XII, femina uero una. Horum octo legitimi: de Lya quidem sex, duo uero de Rachel; IIII autem de famulabus, bini ex utraque, quorum nomina dixi supra. Venit ergo hinc in ciuitatem Hebron positam inter Chananeos. Illic autem Ysaac commorabatur, et paululum quidem tempus pariter uixerunt. Rebeccam autem matrem suam Iacob uiuam non inuenit. Mortuus autem Ysaac non post multum temporis quam filius ei aduenit, et sepultus est a filiis cum uxore sua Rebecca in Hebron, ubi erat sepultura eius parentum. Fuit autem Ysaac uir deo carus, et multa ei prouidentia dignus post Abraham patrem suum, ualde longeuus. Cumque uixisset C. LXXX. duobus annis, cum uirtute defunctus est.

Explicit liber primus Iosephi antiquitatis iudaice.

121.

INCIPIT LIBER II

POST MORtem Ysaac filii eius inuicem diuiserunt tabernacula, non ea que acceperant et tenuerant; sed Esau Hebron ciuitatem fratri dans, ipse habitabat in Seyr et in Ydumea regnabat, quam et regionem a semet ipso ita uocauit. Edom enim nominatus est, quam nuncupationem hinc uenationis causa sortitus est. Aliquando labore uenationis esuriens redibat, dum adhuc puer esset etate; inueniensque fratrem lentem sibi preparantem ad prandium, rubeum colorem nimis habentem, et propterea potius miratus, rogabat fratrem ut sibi preberet cibum. Qui uendere sibi primatum et primogenita propter cibum fratrem esurientem compulit. Ille fame compulsus cessit cum iuramento primatum. Quam ob rem propter ruborem cibi coetaneis sue infantie tempore Edom uocatus est. Hebrei namque edom rubeum dicunt. Et ipse ideo regionem sic appellauit, quam greci honestius Ydumeam denominauerunt. Fuit autem pater filiorum numero V. Quorum Iehus quidem et Ielon et Chore ex una muliere nomine Olibama. Reliquorum uero Elifaz quidem ex Ada, Rauhel autem de Basemath sunt nati. Iehus autem filii non fuerunt. Elifaz uero fuere legitimi quinque: Omach, Sephu, Gatham, Cenez, Amalech. Amalech autem naturalis non erat, sed de concubina nomine Tamna procreatus. Isti siquidem habitauerunt in Ydumea que Gobolitis est dicta, et ab Amalech Amalechitis est appellata. Cum enim aliquando magna fuisset Ydumea, et in tota regione nomen integrum retineret, in partibus appellationem ab habitationibus conseruabat. Iacob autem contigit ut ad tantam felicitatis magnitudinem perueniret, que facile ab aliis apprehendi non posset. Diuitiis enim cunctis prouincialibus eminebat, et filiorum uirtutibus imitabilis et conspicuus erat. Nec ulli rei penitus indigebat, quando illi ad opus manuum et laborum tolerantiam erant prompti, et ad intelligentiam parati. In tantum uero eius felicitatis curam habuit diuinitas, ut

tam exterius quam intra videbantur esse bonorum, ei preberet sublimitas. Fecerunt eum et qui ex eo portati sunt auctores reversionis ex egypto, quod patres nostri huiusmodi causa morati sunt. Iacob filium ex rachel susceptum nomine ioseph, propter honestatem corporis et animi virtutem, cunctis aliis sapientia precellentem, eum amplius aliis filiis diligebat. Hunc quoque ioseph paterna dilectio odium generavit sibi fratrum. Unde et somnia que videbat patri et fratribus suis indicavit, eo quod prosperitatem ei annunciarent, cum sepe [illegible] homines et filiorum felicitates. Visiones autem que apparuerunt ioseph huiusmodi erant. Messis tempore cum fratribus recolligeret messes et maturas fruges, vidit minus perspicuam visionem, et ultra ea que solent per somnia provenire. Quam visionem dum surgens fratribus suis tamquam sibi somnium disserentibus enarravit, dicens se vidisse eum acta nocte manipulum suum de tritico constantem in loco quo eum posuerat, illorum vero concurrentes adorare eum sicut dominum servi. Illi vero intelligentes ei virtutem et rerum magnitudinem predicere visionem, et tunc se potestatem ei futuram, ipsi quidem tamquam ignorantes somnia nichil inde explanaverunt. Consilium vero fecerunt non ad profectum, ut que arbitrabantur acciderent, et circa eum graves amplius existebant. Divinitas autem impugnantibus eorum invidiam, secundam ioseph ostendit visionem multo mirabiliorem quam primam. Videbatur enim sole sumente lunam et ceteras stellas [illegible] descendere et se adorare. Quam visionem patri nichil de fratribus mali formidans, et etiam his presentibus indicavit, et interpretari sibi quid hoc significare videretur poscebat. Ille vero gaudens de somnio, cum expositione mente conspiceret, et cum sapientia non sine coniectura coniectare letabatur, magnisque significationibus felicitatem filio suo ioseph iacob nunciabat, tempusque largiente deo futurum quo a parentibus et fratribus esset honorandus et adorari dignus, lunam quidem et solem patri et matri comparans, eo quod illa augeat et nutriat universa, illa vero formam et aliis fortitudinem prestat; stellas vero fratribus eius, quia ipsi xi. essent, sicut et stelle vigore a sole et luna percipientes. Et iacob quidem ioseph filio suo non insipienter discretionem predixit visionis. Fratres vero eius vehementer ea que sunt predicta contristaverunt, et invidia adversus eum velut extraneo bona que significata fuerant illis somniis habitura, et non quasi de fratre gaudentes, dum et cum eo potuissent his adipisci bonis, nempe qui cognatione communicarent, et felicitatis socii forent. Interimere adolescentulum se aggressi. Cumque hoc consilium statuissent, ad perficiendum illud tendebant in sychimis abeuntes. Hec autem provincia est opima pastoribus ovium et gregum alimentis valde copiosa. Quo dum gregum curam haberent, patri scire non fecerunt quod ibidem remeassent. Ille autem ignorans hec, eo quod nullus ad eum de gregibus adveniret qui quid verum esset de filiis nunciaret, triste pro illis animum gerens et in formidine constitutus, misit ioseph ad greges ut de fratribus suis agnosceret et quid agerent indicaret. Illi autem fratrem videntes ad se venire gavisi sunt quidem, sed non quasi familiaris sui presentia et a patre ad eos missi, sed quasi super inimico gaudebant, et manibus eorum divina voluntate contradito. Ad interfectionem quoque eum presens tempus nolentes differre, parati accesserunt. Quos dum ruben senior eorum inspiceret ita conspirare et ad necem fratris tam videret unanimes, eos retinere temptabat, magnitudinem presumptionis et sceleris eis ostendens, quia malignum quidem esset apud deum et homines abhominabile etiam non consanguineum hominem perimere, multo magis autem scelestam cedem in fratrem reperiri fieri, quo scilicet et infecto patrem una perimerent, et matrem in luctu de filii perditione consumerent. Sed et hic ruben eis dicebat ut uno animo pensarent quid ipsi paterentur mortuo sibi bene filio et iuvenculo, et recederent a tali presumptione, deum timentes, qui inspector simul et testis esset, et ut ab huiusmodi actione recedentes penitentiam diligerent, et post temptantie deserverent. Nam accedentes ad hoc opus omnem penam pro fratris nece persolverent, violantes utique dei providentiam ubique presentem, cum neque quod in deserto neque quod in civitatibus agitur est absconsum. Ubicumque enim homo est, oportet eum scire illic esse deum. Sed et conscientiam suam eos habituros inimicam in his presumptionibus edicebat, quam neque bona habentes aliquis neque tale qualem in eis est habitaturo, per mortem fratris effugeret. Adiciebat autem dictis suis et hoc ruben, quia fratrem neque iniustum aliquid facientem fas non esset occidere, bonum vero esse etiam iniurias oblivisci, si quid forte peccaverunt. Ioseph autem dicebat in nullo malignum circa eos extitisse, ut eum occiderent, cum et etatis infirmitatem misereri deberent, quod in se eorum tutelam potius expectaret. Causam autem interfectionis multo peiorem eorum faceret actionem, eo quod propter invidiam futurorum bonorum eum vita privare intenderent, cum possent simul cum eo illis bonis uti et communionem partis participantes, cum non extraneus sed domesticus et frater eorum existeret. Unde [illegible] sua putare que ioseph divina largitas offerret; sed et iracundiam supernam pro ea sibimet timere, si ea que a deo indicata fuerant futurorum bonorum digna videretur, et auferrent deo eum cui esset talia bona donaturus. Et ruben quidem hec dicens et super hec plurima supplicans eos a fratricidio conabatur avertere. Cum vero in nullo eos mitiores videret, sed festinantes ad necem, suadebat ut malum sceleris aliquantum levigarent, nam utique se volentes per eius credebat sermonibus flectere. Cum vero prevaluissent ut fratrem occiderent, dicebat eis non esse eos valde futuros malos, si ei obedirent tale in his que eis hortaretur. In hoc enim consilio esset et opus quod festinarent facere, non tamen huiusmodi, sed aliquid levius in comparatione mali. Petebat autem eos manus quidem suas in fratrem non mittere ad interficiendum eum, sed proicere eum in lacum vicinum, et illic eum fame interire morti, et sic a manibus suis mortem ita auferent. Illis autem ei his consentientibus, sumens ruben adolescentulum ioseph et catena ligans eum in lacum leviter deposuit. Erat enim sine aqua. Et ille quidem cum hoc fecisset abscessit, querens loca oportuna pasture. Iudas autem qui et ipse erat filius iacob, videns negotiatores arabes ex ysmaelitarum genere, aromata et cetera syriaca portantes egyptum de galaad, post discessum fratribus persuasit ut extrahentes ioseph venderent arabibus, ut longius ab eis constitutus moreretur apud peregrinos, ipsi forent a scelere liberi. Hoc dum placuisset, extrahentes eum vendiderunt negotiatoribus pro nummis xx. cum x. et vii. esset annorum. Ruben autem nocte ad lacum veniens, ut liberaret ioseph latenter, dum clamante eo non responderet, metuens ne post eius abscessum interemptus esset a fratribus, et ob hoc culpabat eos. Illis autem quod gestum fuerat edicentibus cessavit a luctu ruben. Cumque hec circa ioseph gesta viderentur a fratribus, postea quid agerent ut extra suspicionem patris fierent, inter se exquirebant. Tunicamque qua veniebat indutus ad eos ioseph, et quam ei abstulerant dum eum in lacum deponerent, placuit eis discerpere et hyrci sanguine maculatam portare patrique monstrare, ut ei videretur quasi a bestiis devoratus. Quod facientes venerunt ad patrem. Et tamquam ab eis de filio cognitionem requireret, dicebant se quidem ioseph neque vidisse, neque si qua ei calamitas accidisset novisse; illam vero tunicam se invenisse sanguine maculatam atque dirruptam, et arbitrari se quod incidens in bestias interisset, si tamen ex tunica agnosceretur, si hac indutus fuisset de domo proficiscens. Iacob autem cum prius

in leviori spe fuisset, tamquam [illegible] captum, hanc spem deseruit, tunica ei mortis indicium ei facta manifestum. Cognoverat enim eum ipsa tunica vestitum cum properaret, et velut super mortuum decepto videbatur afflictus adolescente, [illegible] quam si unius filii pater esset, et aliorum consolationem privaret. Sic et ipsum male se habens, preestuans cum a fratribus comparatione [illegible] credebat consumptus. Sedebat autem saccum vestitus [illegible], ita ut neque a filiis consolatione sumens levior fuisset, mitigando doloribus mediocrem prevalere.

Ioseph autem venditum a negotiatoribus emit putifares vir egyptius qui erat super cocos pharaonis regis, et eum in omni honore et doctrina liberalibus erudiebat, eique commisit totam curam. Ille vero cum his frueretur, virtute humilitatis que circa eum erat neque hac mutatione dereliquit, sed ostendit prudentiam suam, cum sit enim posse prevalere rebus difficillimis nec solum temporalibus inherere. Itaque dum uxor eius domini propter pulchritudinem et curiositatis actuum ei illi amore esset conexa, et putaret quia si manifestum faceret, facile ei suaderet ad suum venire concubitum, quasi iudicaret magnam hanc esse felicitatem, quod ei domina supplicaret, figura illi servientis, et admodum respiceret castitatis desiderium, perdit et verba de provocatione cum eo fecit. Cuius preces ioseph respuit, dicens non esse iustum huiusmodi sibi imponi negocium, ne domum a qua tanta dignitate honoratus iniquitatis contingeret iniuria. Rogabatque eam comprimere desperatione eius huius desiderii, propria non esse spes hoc scelus ei facile persuaderi, sed vero omnia potius ferebat quam in hoc quodam scelus consentire. Nam si servum in quo communia sua nichil facile oportere ad iussionem, hec percepta magis vento resultare. Contra hec igitur verba domine illius amor prevalebat, eo quod non speraret omnino denuare ioseph. Et dum vehementi ferretur a passione, secundum rursus fecit experimentum. Nam cum dies festus publice celebraretur, in qua ad cerimonias et mulieres [illegible], egritudine mariti simulante captans ob hoc solitudinem [illegible], iterum exorare ioseph. Ad quem cum accessisset, uberioribus obtulit ei sermones, quia bonum quidem fuisset ut prioribus precibus flecteretur aliquid contradicere propter reverentiam domine poscentis, et excedat passionis qua urgeretur domina de sua benignitate defenderet, melius ageret si que prius contempserat emendaret. Nam si ipsis preces expectaret, illa hoc studio maiore se fecisse referebat, et [illegible] mariti familiaris festivitati et cerimoniis eius preponere [illegible]. Sed [illegible] primis sermonibus non credendo [illegible] fuisse mala [illegible], sed signum ostenderet fore [illegible] presentia, quod ipsa sua voluntate persisteret, quo bona ei quasi parceret, sed ei amore flecteretur et maioribus bonis frueretur, et obediendo dicta vero et adiumentum [illegible] susceptura, si eius contemptum [illegible] re videret; neque autem hoc illum posse [illegible] ad accusationem illius accederet, et tempore [illegible] mariti preponerentur, magisque mariti crediturum sermonibus uxoris quam illius, licet veritatem proferret. Hec dicente muliere et flente, ioseph in nullo cessit, neque enim misericordia eum a castitate detorsit [illegible], preces respuit, et minis non cessit, nec [illegible] sustinere, magis pati quam talibus [illegible] [illegible] sue. Commemorabat nuptias et viri societatem, ut prius contenta esset quam temporalibus libidini succumberet. Nam talibus preces [illegible] quod penitentia maneret dolorem sumeret et [illegible] quod deliquerat emendaret, et timorem minimum esse habitura, quando huius mali nullatenus posse abscondi. Sed autem ab incepto desineret. Magnam viri sui societatis adoptare habitura esset [illegible], magnam conscientie fiduciam apud dominum [illegible], tamquam in maritali amplexu munda manens, et apud eum domini voluntate remaneret, et non [illegible] habitura esset confusione, multo quoque melius esse habere fiduciam in bonis que cognoscuntur quam in malis que occulte celantur. Hec dicens ioseph et his multo maiora addens, ardorem mulieris retinere et a passione [illegible] nitebatur. Illa vero studio suo vehementius incitata, manibus eum [illegible] his desperasset et suadere eum cohercere temptabat. Cumque ioseph fugisset et nec illa ei tenente veste qua se exuerat, ita prorsus exivit. Illa vero domini formidine constricta, ne ioseph viro eam diffamaret, et iniuriam quam volens pervenire, quatinus adversus ioseph mentita consignavit, ut sic ulcisceretur iniuriam que ab ipso fuerat superbe inflicta. Precedere [illegible] accusationem sapientissimum iudicavit fore, sedebatque deiecta atque confusa [illegible], et quia fuerat sua cupiditate decepta, temptationem corruptionis suscepisse ita fingebat. Veniente autem viro [illegible] turbato, maritoque causam consulenti, fecit de ioseph accusationum iudicium, et velut mortua dixit marito: Servum nequissimum ioseph cubile tuum violare volentem castiga, qui neque qualis in domum nostram venerit recordatus est, neque quantum ex tua bonitate promeruit mente percepit, sed pluribus rebus omnia bona nobis reddere debuisset, insidiatus est nobis, ut lectum tuum contumelia afficeret. Et hoc in festivitate facere voluit, captans absentiam tuam, quia hactenus humilis prius videretur, propter timorem tuum quiescebat, non quia esset natura benignus. Hoc autem factum est eo quod indignus et preter spem ad honorem accessit. Qui dum opes tuarum possessionum et dispensationem omnes obtinere prevaluisset, et senioribus famulis prepositus esset, tuam quoque violare temptavit uxorem. Quibus in his querentis verbis ostendebat ei et [illegible] quasi dum temptasset eum [illegible] fugiens reliquisset eam. Putifares autem credens ei ex lacrimis et ex his que dicebat illa, et ex veste quam ostenderat, in nullo erat incredulus, et ei amori cuncta distribuens non permisit alia examinatione fieri, de uxoris castitate confidens. Ioseph vero nequissimum esse decernens, illum quidem misit in carcerem malignorum, uxori autem castitatis ornamentum inesse testatus est. Ioseph itaque sua omnia deo committens, neque ad satisfactionem neque ad integram factorum manifestationem conversus est, sed vinculis et necessitatibus tacite mansuetque succubuit, confidens deum veritatem scientem maiore causa esse calamitatis quam illos qui eum iniuste pene contraderent. Cuius providentie experimenta repente suscepit. Custos namque carceris diligentiam eius fidemque considerans et videns dignitatem eius forme, subtraxit ei vincula, et quod erat pessimum aliis vinctis in cibo ipsi ei levius fecit, ciboque eum meliore quam vinctos contineri precepit. Alius vero qui in eisdem calamitatibus erant, dum ab erumnarum onere cessarent, ad colloquium ut assolet communionis et similibus calamitatibus venientibus et adinvicem causas pro quibus vincti fuerant requirentibus, pincerna regis et ab eo vehementer honoratus, eique affectu devinctus, et cum ioseph habens prius compedes, et familiarior ei ob hoc factus, exposuit ei somnium suum, petens ut ei insinuaret quid significaret, dicens quod adhuc ei divinitas sollicitudinem apponere vellet somniorum supra mala que a rege tolleraret. Dicebatque se vidisse trium palmitum [illegible], ex unaquaque uvas pendere grandes iam et ad vindemiandum speciosos, easque se comprimente in poculum musti, mustumque se offerre bibitum, et illum grato suscepisse. Quod quidem videat hic esse dicebat, poscebatque ut siquid ioseph in his sortiretur intellectum, ei suo manifestaret dono. Ille vero exhortabatur eum confidere, et sperare in diebus tribus se a vinculo hoc absolvendum, rege desiderante ministerium eius, et rursum in eo esse constituendum

Frumenti uinee significant in bonum deum hominibus profuisse. quod et per sibi libamina et fide hominibus amicitiaque pactis. Salutiferas et passiones et ceteras auferabiles quibus offertur ad bibendum. et ad delectationes sepe conuertitur. Hoc ergo quod dicis ex tribus botris compressum suscepisse regem ex manibus tuis, bonam uisionem fateor tibi futuram. et pristinas necessitatis indulgentiam intra triduum pronunciante. de quibus palmitibus fructum usus est pro omnium uino massae. Sed memor esto mei cum fueris in hoc tempore. quo tibi pronunciaui bona et in prosperitate restitutus non obliuiscaris in quibus nos derelinquis angustiis. Nichil enim peccans ad uincula ueni. sed pro castitate et castitatis quesito sustinere dampnatus sum. quando nec in propria uoluntate cum in nobis hec uincula et iniuriam sustinere uolumus. Et pincerne quidem gaudium erat ut ass... huiusmodi expositionem somnii audiente. expectabatque interpretationis finem. Seruus autem quidam super pistores regis constitutus cum pincerna uinctus in carcere. cum tale ioseph protulisset de pincerne uisione sententiam. ipse bona constituit ei et ipse somnium uidisse. petit ioseph ut et illi que preterita nocte uiderat somnia quod uellent significare pandere. Erat enim inquit huiusmodi. Canistra tria me super caput ferre uidi. duo quidem panibus plena. tertium uero obsoniis uariisque cibis et qualia solent regibus ministrari. superuolantes autem alites omnia consumpsisse. Et hic et credebat ioseph dicturum similem expositionem futuram. qualem pincerne dixerat. Ioseph autem concipiens animo somnium. dixit ad eum. Vellem quidem interpretem te fore bonorum. et non talium qualium uisio tibi demonstrat. Duas inquit tibi uite super esse dies hec canistra significare dicens. tertium uero signare tibi crucifigendum. cibumque uolatilium esse futurum. nichilque fore quod etiam auxilium possit ferre. Hec ergo in ambobus similiter tamen ut ioseph exposuerat sunt perfecta. Predicto namque die cum natalis esset regis. non sic rex optimus agens. pistorem suum crucifixit. pincernam uero uinculis absoluens. in proprium ministerium reuocauit.

Ioseph uero cum duobus annis uinculorum mala sustineret. nichilque ei a pincerna predictorum memoria iuuaretur. deus eum liberare uolens de carcere. huiusmodi ei machinatus est libertatem. Rex pharao eadem nocte uisiones somniorum duas uidens. et cum his utriusque expositiones et interpretationes obliuioni tradidisset. uisiones tamen retinuit: afflictusque in his que uiderat. et tempore matutino uidente. die festo conuocauit sapientes egyptiorum uolens cognoscere somniorum discretionem. Hesitantibus autem illis. rex potius turbabatur. Pincerna uero uidens confusionem regis. in memoria reducit ioseph. et eius sapientis interpretatio circa somnia. Et accedens ad regem indicauit ei de ioseph. et de uisione qua ipse uiderat in carcere. parem et euentum. et quia ipse dixerit crucifigendum pistorem eadem die. et sibi omnia bona secundum interpretationem somnii euenisse. predicente eodem ioseph uinctoque ei asserens a principe ... ... ut seruum tamen dicerent suum et ipsum hebreorum non humilis generis. nec gloria patris. Hunc inquit euocans o rex. nec pro te moderna culpa eum calumnies. et que significent tua somnia agnosces. Iubente ergo rege ioseph ad suum uultum adducit. obediunt famuli. diligentia et precepto regis adhibita. Rex ergo ioseph dexteram apprehendens. o iuuenis inquit. cum enim mei ... optimum. et prudentia dignissimus. testimonio mei famuli nunciatus es. His ergo bonis quibus iste pincerna participat te. faciente ea te consortem. pandens michi quecumque somniorum pronunciant uisiones. Noli autem te ullo timore constrictum fallaci sermone blandire. nec delectationem facere. uerum uera sic est. quod uidi. Putabam enim circa flumen ambulans. uidere me boues pinguissimas simul et magnitudine precipuas numero vii. gradere de pascuis ad paludem. alias uero tantas numero prospexi maximas de palude currere ualde tenuissimas. et ad uidendum deformes. Que dum deuorassent pingues et magnas nichil adiuta sunt. crudeli fame decrescentes. Et post hanc uisionem de somnis surgens et turbatus quid esset hec uisio apud me considerans. rursus in sopore solutus sum. et uidi secundum somnium multo mirabilius priori que somnia et me potius terrebat atque confundebat. Spicas vii uidi ex una radice natas. capite iam grauatas. et reclinatas a fructu. et aptas ad messem. et post has alias vii spicas inanes et infirmas nimia siccitate que ... uenientes consumerent et comederent spicas speciosas. stupore me fecit. Ioseph autem respondens ait. Visio quidem ista rex. licet duabus formis apparuerit. unum tamen eundemque significat futurorum euentum. Quod enim boues uidisti animalia laborare in aratro fortissima. a peioribus et macilentis deuoratas. et spicas a minoribus consumptas. famem et sterilitatem in egypto eodem annis futuram pronunciat. septem annis ubertate et felicitate ferentibus. quorum ubertas eodem annorum sterilitate consumitur. Erit enim magna difficultas rerum necessariarum. que tempore ... uehementer existat. Signum autem hoc est. quod exhausti boues meliores consumpserunt. satiarique minime ualuerunt. Deus tamen ut tibi ista tanta cognoscat futura predicere hominibus. sed ut presentibus leniora faciat experimenta pronunciatarum rerum. Tu ergo o pharao congregari facias futura bona in septem annis fertilitatis. ut calamitate futuram egyptiorum dampni sentiat. Mirante ergo rege prudentiam sapientiamque ioseph. et consulente quemadmodum ubertatis tempora dispensaret. ut posterior sterilitas leuior esse uideretur. huiusmodi consilium dedit ut frugum parcitas haberetur. et non affluentes egyptios his uti permitteret. sed quantum sufficeret ad pabulum erogaret eis. que uero superessent in tempore sterilitatis seruari recondique monebat tritici ab agricolis perceptum. ut ad satias tantummodo ministrarent ex eo penita alimentorum.

Pharao itaque utrique in ioseph mirantur et interpretatione somnii paret et consilio. Dispensationem ergo tante rei pharao ioseph commisit. quam agere quoque pro populo egyptiorum et regi scirent esse utilia. inuentorem felicem huiusmodi bonitatis et dispensatorem optimum esse confidens. Ille uero potestate sibi a rege collata itaut cum frueretur signaculo. et purpura uestiretur. per uniuersam terram ducere uehebatur in curru. frumentumque agricolis sufficiens ad semen et ad pabulum singulis mittens. nulli significabat causam pro qua talia peragebat. Triginta siquidem ioseph etatis annos attigerat. et omni honore fruebatur sibimet a rege collato. quem et rex appellauit psomphthomphanech. uidens eius intellectum inopinabilem. Significat autem nomen hoc inuentorem absconditorum. Duxit autem ioseph uxorem ualde dignissimam. filiam petefre qui fuit unus heliopolitanorum sacerdos. adhuc uirginem nomine aseneth. cooperante sibimet rege. Ex hac ergo fuerunt ei filii duo ante sterilitatis tempus. manasses quidem senior: quod nomen significat obliuionem. eo quod per felicitatem obliuio ei infelicitatis accesserit. Iunior uero effraim. quod restitutionem significat. eo quod esset reddite libertati maiori in egypto. Siquidem secundum somniorum expositionem ioseph vii annis beatissime transeuntibus. fames annum iam tangebat octauum. et ex eo quod iam presens esset fames. super malum laborantes ideo crudeliter omnis populus ad regias ianuas confluebant. Ille uero ioseph uocabat. quod eis frumentum uendidit factus saluator multitudinis sine dubitatione. et mercede omnium ... cum prouincialibus tantummodo faciens. sed et parat uendere peregrinis. omnesque homines secundum cognationes suas solacium merebantur ioseph. felicitate eius uiuentes.

His ita gestis. dum chananea fame crudeliter uexaretur. omnem denique terram hec pestis inuaserat. misit iacob uniuersos filios suos in egyptum comparaturos frumentum. confidens licere peregrinis commercium tritici facere. beniamin tantummodo secum retinens. quia ex rachel generatus fuerat. et erat consanguineus ioseph. Illi siquidem in egyptum uenientes. adierunt ioseph. frumentum se emere supplicantes. Nichil enim erat quod non illius consilio fieret. ioseph amministrante. ita esse ministratio regia utilis erat hominibus: quando ioseph honor exhibebatur. Qui dum cognouisset fratres suos nichil de se cogitantes. eo quod adolescens esset quando ab eis discesserat. ad hanc autem etatem a pueritia ut ex figura sua eis ignotus esse uideretur. et magnitudine quoque dignitatis ... suspectum aliquid de eo putaretur. Temptabat ergo fratres suos. ut edicerent quid uoluntatis haberent de rebus omnibus. et frumenta quidem eis non ... ... exploratores rerum et precipue eos esse dicebat. et ex multis locis congregatos. et excusationis causa se fratres inuicem esse asserere. impossibile esse dicens uiro ydiote tales filios. et forma ita clarissimos enutrire. cum regibus hoc filiorum esset copia ualde difficilis. ut per hec uerba et que peruenisset de patre latente et callide agnosceret. et similiter de fratre suo beniamin audiret. Metuebat enim ne forsitan et in illum uetus se peccauerit aliquid mali. eos se deliquisse. Illi igitur erant in tumultu parte et timore constricti maximo. periculum sibimet putantes imminere. nichil de fratre inter se perpendentes. asstabant de singulis causis rationem reddentes. ruben ita cogitante primitus peius. quia eorum senior existebat. Nos inquit non per lesionem uenimus. neque regis negociis aliqua mala facturi. sed egentes salute et negotio. et malorum refugio que in tam regione obuenire nos fecit. et uita in utraque sicientes deum tam. quod non solum nos subuenire cunctis: propriis sed et peregrinis audiuimus mercimonium frumenti proposuisse. et omnibus indigentibus salutem maximam prestetis. Quia uero sumus fratres. et communis est nobis sanguis. clarum quidem est et manifestum facit forme familiaritas non ualde mutate. Pater autem nobis est iacob uir hebreus. cum sumus xii filii ex mulieribus iiii. quibus omnibus uiuentibus felices eramus. et uno fratre nostro ioseph moriente res nostre ad peiora conuerse sunt. Nam et pater nimium deo ... ... et nos ex calamitate defuncti fratris. et ex erumna patris nostri senis affligimur. Venimus ergo ad comparationem frumenti. curamque patris et nostrorum prouidentiam. beniamin autem iuniorem fratrem domi reliquimus. Poteris autem mittendo ad domum nostram agnoscere. si quicquam dicimus mentientes. Et ruben quidem huiusmodi uerbis temptabat persuadere ioseph. ut de eis meliora decerneret. Ioseph uero iacob uiuere cognoscens. fratremque beniamin minime periisse. tunc omnes in carcere iniecit quasi de uacantia discuteret eos. Tertia uero die deducens eos de carcere. dixit ad eos. Quoniam asseritis uos neque pro malignitate terram. nec principum huc uenisse. et esse uos fratres et unius patris filios de quo dixistis. et hec ita esse ueram mihi manifestabitis. si relinquentes quidem unum apud me nichil iniurabile passurum. portantesque pabula genitori. denuo reuertamini ad me: et fratrem quem reliquisse uos apud patrem dixistis. uobiscum pariter adducentes ueniatis. et hoc erit signum ueritatis eorum que dixistis. Illi uero in maioribus malis adducti flebant inter alterutros. de calamitate ioseph frequenter ingemiscentes. tanquam propterea quod in illum peccauerant. deo hoc in eis ulciscente talia sustinerent. Ruben autem eos in huiusmodi penitentie uerbis increpabat. ex qua nulla iam generaretur penitentie utilitas de ioseph. sed autem omnes quecumque mali sustinerent facientem deo pro uindicta illius forti tolerare poscebat. Hec autem inter se dicebant. non credentes ioseph linguam suam intelligere. Eos autem ruben increpante. omnes detinebat defectio et penitentia rerum gestarum. cum sibi non cognouissent illo tempore pro quibus eum perimerent. iudicabant enim esse iustissimum. Videns autem eos ioseph sic estuantes pre compassione effusit in lacrimis. nolensque fratribus apparere discessit. Et postquam reliquit eos. iterum uenit ad eos. Et retinens obsidem symeon pro reuisione fratrum illos abire precepit suis mercibus in mercimonium tritici. iubens ministro ut pecuniam quam pro emptione tritici detulerant. oneribus eorum latenter inmittens dimitteret eos. illa pecunia pariter reportaturos. Et ille quidem imperata perfecit. Filii iacob uenientes in chananeam nunciauerunt patri que eis in egypto contigerant. et quia quasi exploratores regis illuc uenissent credita. dicentibusque se fratres esse. et undecimum apud patrem domi reliquisse. creditum eis non sit. et quomodo symeon reliquerunt apud principem milicie donec beniamin ueniret. et fide de his que apud eum de se dicta fuerant perficere: rogabantque patrem nichil metuentem ut cum eis iuuenculum destinaret. Iacob autem nichil placebat ex his que a filiis suis gesta fuerant. Et dum de symeon detentione grauiter fleret. stultissimum iudicabat beniamin quoque his malis adicere. et neque ruben sermonibus supplicantis flexus est. quatuor filios suos tradere uolebat ut si quid beniamin in itinere pateretur. illos ipse occideret. Iacob autem hesitabat in his malis. sed et filios potius conturbabat argentum quam in saccis missum inuenerant. Tritici uero quod delatum fuerat deficiente. et fame magis inualescente. et tante necessitate iacob. beniamin deliberauit cum fratribus destinare. Non enim poterant in egyptum nisi cum sua missione pergerent. et non sine beniamin ueniret. Cumque iacob fame cotidie augente, et periret, filius supplicantibus: quid aliud de presenti faceret non habebat. Iudas autem cum esset in aliis uir audax. tunc apud patrem fiducialiter usus est dicens. non debere eum de filio metuere. nec aliquid suspiciosum et aduersum cogitare quoniam nichil mali circa eum agendum fore. ubi deus adesset. et hoc crederet quia quicquid ei ibi mali immineret: et apud eum manentem oporteret contingere: uos autem sic parata in suspicione pueri sibi mala adicere

122. non debere. nec alimentum ex ubertate pharaonis promissum propter puerum irrationabiliter auferendum. Cogitandum et esse de salute symeonis dum pareret per secum beniamin. symeon periret. Deo totum credendum. hoc ut ego cum esse exhortabatur dicebatque: pater autem se saluum reuocare filium beniamin. aut ibi remansurum cum eo atque uicturum. Credens ergo iacob tradidit eis beniamin. et duplex tritici pretium. et simul que apud chananeos nascuntur. scilicet unguenta balsami et stacten. et terebintum et mel munera ioseph misit. a filiis portanda. Multo uero a patre in egressione filiorum effundunt lacrime. patris et ab illis. Ille namque optabat ut filios saluos de itinere reciperet. illi autem optabant ut fratrem symeon incolumem reperirent. nichil pro eorum tristicia mali perpessum. et cotidie eis meror augebatur. Et senior quidem iacob hec fessus tolerabat. illi uero ibant in egyptum spe meliori rebus presentibus: ista curaturos. Cum uero in egyptum peruenissent. successerunt quidem apud ioseph. Timor autem eos non fortuitus perturbabat ne propter tritici pretium crimini subiacerent. et uelut ipsi furti sub calliditate egissent. et apud prepositum domus ioseph multis satisfactionibus utebantur dicentes se domi in saccis inuenisse pecuniam. eamque nunc reuocasse. Illo itaque respondente se ignorare quod dicerent. releuati sunt a timore. Soluensque repente symeon. cum fratribus esse permisit. Veniente autem ioseph a ministerio regis. ei fratres munera proferebant. Sciscitantique de patre: dicebant quod eum incolumem reliquissent. Ille uero cognoscens super esse beniamin. interrogabat si is esset iunior frater suus quem in presentia cernebat. Quibus respondentibus eum esse. ait dominum omnium bonorum semper ei suffragatorem esse. Ipse uero passione motus ad lacrimas discedebat. nolens se fratribus demonstrare. sumptosque eos ad cenam fecit discumbere sic erant soliti apud patrem. Qui dum erga cunctos tribuentes benigne existeret. beniamin duplicibus partibus honorabat. Qui uero post cenam fuissent in sopore conuersi. iussit preposito domus sue. ut eis tritici

mensuratum in saccis traderet, pecuniamque rursum eorum in saccis absconderet; in sacculo vero Beniamin poculum argenteum quo ipse bibere consueverat mitteret. Haec itaque faciebat Ioseph experimentum fratrum sumere volens, utrum aliquod auxilium ferrent Beniamin pro furto detento et patienti periculum, an certe relinquerent eum tamquam ipsi nichil gerentes mali, ad paterna limina remearent. Cum vero famulus mandata perfecisset, die facto filii Iacob nichil horum scientes discedebant, recepto et Symeon, et duplici gaudio congaudentes, tam propter eum quam et Beniamin, quem revocantes sicut promiserant patri. Quem dum abirent, insequebantur eos equites, ducentes famulum a quo in sacco Beniamin poculum videbatur immissum. Illos ergo inopinabili equitum invasione turbatos, causamque scisitantes propter quam sic post eos venissent, illi malivolos eos appellabant, qui dum honore et muneribus potiti a domino suo fuissent, neque munerum neque hospitalitatis eius Ioseph memoriam retinentes, presumpserint in eum iniqua committere, et scyphum quo ille in convivio congauderet auferentes, iniusta secum lucra portarent, suumque periculum secundo loco ponentes, si invenirentur in fraude. Minabanturque eis supplicium venturum, quia nec deum latuerint, nec cum furto fugientes evaserint, licet ministerium famuli latuissent. Cognoscere ergo dicebant quod ignorantes de poculo passi fuerint, scirent tamen repente et vos esse puniendos. Haec et his maiora in eos dicens famulus increpabat. Illi vero nescientes factum et verba deridebant, levitatemque verborum illi famulo mittebant, quod talem causam presumeret et viris inferre. Qui dum pavimentum in suis saccis inventum neque retulissent, sed quod gestum fuerat nullo sciente potuerunt venire, secum revocassent, multo potius ab huius maleficii voluntate discedere [illegible] et quia rem per servationem et negatione iudicabant esse fideliorem, rere famulum imperabant, et si quisquam rapuisse cum reperiretur, omnes esse puniendos. Nichil enim sibi conscii fiduciam habebant, et putabant omnium periculo carituram, et inquisitionem fieri exigebant, unum fore supplicium qui in furto fuisset inventus. Et dum quererent omnesque [illegible] inter eos pertransissent secundum inquisitionis modum, ad Beniamin novissime pervenerunt, non ignorantes quia in illius sacculo poculum absconderant, sed subtilem inquisitionem se facere simulantes. Alii siquidem de suo timore liberi, et de Beniamin videbantur esse solliciti. Confidebant tamen quia nec in illo possent maleficium invenire, increpabantque eos qui fuerant persecuti, quod velut eis multa persecuturi impedimentum itineris attulissent. Cum vero servantes omnis de sacculo Beniamin inventum poculum protulissent, illuc fletum et gemitum omnes repente conversi sunt, et indumenta rumpentes flebant fratrem suum pro furti crimine puniendum, seque ipsos pater de salute Beniamin. Crescebat autem eis hoc malum, eo quod credentes iam se cetera devitasse, rursus in tristitia inciderent, et patri se facturos propter illo causas fore dicentes, qui eum pater fecissent, ut eum cum eis ire admitteret. Equites vero sumentes Beniamin, ad Ioseph adducebant, fratres quoque pariter sequebantur. Ille autem dum illum cerneret in custodia positum, illos autem luctuoso scelere laceratos, quid ait o maligni aut de mea clementia, aut de prudentia dei cogitantes talia in peregrinum et benefactorem facere presumpsistis? Illis autem in supplicium se tradentibus pro salute Beniamin, et rursus recordantibus dicentibusque beatiorem esse Ioseph, qui siquidem mortuus erat, et a ceteris tribulationibus liber existeret, si vero viveret, quia pro illo super eos deus iudicium inferret; asserentibus autem se fecisse amaritudine patris, quia ceteri quam pro Ioseph habebat, et de Beniamin ipsi rursus eum adicerent. Ruben vero in his omnibus increpante, Ioseph ergo dicente illos quidem a se absolutos a quibus in nullo fuerat lesus, solamque eis sufficere penam dicens; neque enim iustum esse, illum propter eos dimitti qui in nullo deliquerat, neque illos cum fuere puniendos, sed et abeuntibus se probere securitatem. Omnis quidem tenuit stupor et dolore huiusmodi passionis obmutuere. Iudas autem qui et patri persuaserat ut adolescentulum dirigeret, et in malis erat efficax, pro fratris salute decrevit opponere, dicens ad Ioseph: Licet crudelia commiserimus inter et supplicio digna, iustumque sit omnes nos subiacere tormento, licet non sit iniquitas omnium sed unius iunioris, tamen nobis desperantibus de ea salute, spes relicta est nobis de tua benignitate pollicentium nobis evadendi periculum. Et tunc non ad nos respiciens neque malefacta considerans, sed ad tuam naturam conversus, misericordiam propter exercere nunc tuam, quam virtute alii cum in forti tradidit e parvis sine, ut magis nimis solum sed et in fortunis rebus sumentes invenit. Ingens magnanimus neque unicam causam abiciens eos primas quod neque potuerit sua opinione salutem sed a te sumere ea potuerunt. Non enim ea in presenti nobis donas salutem sed et dum frumenta venissent emptione velociter et opulentia donasti ciborum et nostris famulatibus ubertate deferenda perhibuisti et periculum famis sustinentes a peste eripuisti. Et tunc ne despicias pereuntes egestate rerum necessariarum, neque videntur deliquisse, tamen beneficium quod a te nobis splendidissime collatum est, nec ut videntur calamitate dampnetur. Salvabis enim quos ob hoc et nutristi, animasque nostras quas fame laborare non passus es, et a morte tuis muneribus liberabis; quoniam hoc mirabile fecit et magnum, ut et animas nobis donet, probeatque unde possint indigentibus permanere. Reor etiam deum ob hoc hanc causam preparasse, ut virtutem tuam circa nos cunctis velit ostendere, nosque in hac erumna constituisse, ut iniquitatibus peccantium inter videaris ignoscere, et non ob aliam causam indigentibus vite clementiae ammunicula condonares, quia hoc magnum bonum esse, si bene fiat inopibus; principale tamen bonum existit salvare eos qui pro delicto in se debeant penas exsolvere. Nam si parvas lesiones dimittere delinquentibus laude accollit et augetur, multis iracundiam cohibere pro his utique peccantium sic longe est divine cognoscitur esse nature. Et si scires quemadmodum pater noster in amissione filiorum affligitur propter mortem Ioseph, nequaquam quidem ad nos attendi verba salutis proferre, quia non solum nos in tempore statu subdidissemus, cui donatum est adeo nos salvare sed et prebere remus nos passuros quecumque velles. Nunc autem licet non nostri miserearis, licet iuvenes simus, ut non dum fruentes vite huius bonis moriamur, tamen de patre nostro cogitantes et senectute illius miserantes, has tibi preces offerimus, et commendamus tibi animas nostras, quas tibi malignitas nostra tradidit ad supplicia perferenda. Nam neque pater noster malignus est, neque nos tales futuros genuit, sed cum sit benignus non est iustum ut talia mala experiatur, cum et nunc nobis absentibus suspectus affligitur. Cum autem nos audierit perditos, et causa mortis amarissime sustinebit, et ob hoc multo citius vitam suam derelinquet, ut et vertigo confusionis nostre corrumpat, pessimumque faciat eius exitum de presenti luce. In hac ergo ratione constitutum, licet te mala nostra commoveant, tua iusticiam dona patri nostro, ut propter illius miseriam maiora facias, quam prima malicia agere sit facere, ut senectuti eius in desolatione constitutae aut iam perditione deficiat. In hiis itaque factum non honorabis genitorem, cuius honorem prestabis, cum et hac appellatione pater es, et in ea sine passione servaveris a deo patre cunctorum in quo per communionem in hoc nomine creatore comprobaveris, nostri patris habendo misericordiam, ne fraudatus filiis aliquid patiatur. Tua ergo sint omnia que nobis prebuit deus, habentemque potestatem et auferre et dare, nichil ab eius gratia differentes. Nam dum quilibet in utrumque habuerit potestatem, optimum est ut hominis vitam potestate quam in malo est, tamquam sint sic oblivisceretur; quod sibi solummodo concessum sic ut de salute sic cogitandum. Tu vero omnes nos salvabis ignoscendo fratri in quibus

infelicitate agit, quia neque vita nobis est hoc punito, et hoc defuncto non licet nobis ad patrem remeare. Supplicamus ergo domine ut si decreveris fratrem nostrum occidi, cum eo nos pariter punias tamquam delicti participes. Non enim patiamur nosipsos quasi propter mortem tribulatione afficere, sed tamquam similes eius malicie existentes, ita omnes habemus interitum. Ergo ut iuvenis deliquit, et non deprimentia tua bonitate humanitas erit talibus veniam tribuere. Omnia ergo tibi relinquimus et condolentes verba proferre cessabo, et si punire nos condempnare volueris, ea que tibi dicta non videbuntur nos ad effectum deducere. Sin vero absolveris illum et tue benignitatis conscientia revolvens, non solum nos salvabis, sed et vitam condonabis pro quo potius iustiores appareamus, quod duplici a nobis ipsis probaris de nostra salute sollicite. Si autem culpam castigare maluis, me magis pro illo castigans, hic pater remittere. Sin vero aliquem tecum retinendum iudicas servitum, ego utilitatibus tuis potior ero minister, qui aptior ad utrasque passiones existo. Iudas itaque omnia sustinere pro fratris salute libenter habens, prostravit se ante pedes Ioseph, si propterea eius ira flectere potuisset. Prostravit se etiam fratres universi flentes et gementes et ipsos pro anima Beniamin tradentes neci. Ioseph autem animi sui passionibus victus, et nequaquam valens ire tolerare fugientia mestitiam irae presentes, ut fratribus tantummodo demonstraret. Discedentibus autem omnibus, semet ipsum fratribus demonstravit dicens: Ego sum Ioseph. Virtutem quidem vestram atque favorem circa fratrem vestrum collaudo, et meliores quam sperabam ex his que in me cogitastis invenio. Haec autem omnia feci, ex periculum volens amore vestre fraternitatis. Naturaliter autem neque circa me malignos vos arbitror extitisse, sed ex dei voluntate factum, ut bonorum ad opera et in presenti vobis conferenda sit, et in futuro si propitii nobis fueritis. Patris ergo inopinatam salutem cognoscens, et tales vos circa fratrem nostrum Beniamin inveniens, neque illorum que in me commisisse putamini ulterius recordabor. Cessabo autem et ab odio malignitatis, quod super vos habebam, et tamquam omnia in me fuerint dei voluntate completa in rebus presentibus, quia vos in fuistis occasio gratie, et hoc [illegible] vos pro tempore socios gaudii, vosque ipsos volo oblivione sumere illorum factorum que in me [illegible] fratres dum adhuc animi qualitatem causam non perveniret, quam confusione gravissimam non debeatis propterea haec quod putamini deliquisse. Non ergo videantur vos contristari quod ad usum me maligna protulistis sententiam, nec penitentia eius vos affligat, quod adimpleri non potuerit. Sed potius exultantes ergo in his que a deo facta sunt, ite et nunciate haec patri nostro Iacob, ne per nimiam consumptus sollicitudine splendorem mee felicitatis obscuret, sed ante adventum vultum veniat, et presentium rerum bonis potiatur antequam hac luce privetur. Ipsum ergo patrem vestrum, uxoresque coniuges et liberos et omnem cognationem vestram sumentes huc ad me migrate. Non enim oportet carissimos mihi absentes esse bonorum meorum, insuper et fame adhuc quinque annis manente. Haec cum dixisset Ioseph, amplexus est fratres suos. Illi vero in lacrimis et tristitia constituti super hoc quod olim cogitaverant contra illum, et videbatur eis pati esse supplicium bona voluntas fratris. Igitur cum Ioseph fratres sui erant inequales et gaudio. Rex autem audiens venisse fratres Ioseph letatus est eximie, tamquam in propriis bonis exultavit, et prebenda eis vehicula tritico plena, aurumque simul et argentum portandum patri eorum direxit. Sumentes ergo fratres Ioseph dona regis, alia quidem patri ferenda, alia vero sibi singulis donata, gaudebant maioribus muneribus donato Beniamin, exultantes abibant. Cum vero venientibus filiis Iacob de Ioseph agnovisset, quia non solum evasisset mortem, pro qua ipse degebat in luctu, sed et viveret clara felicitate, et cum rege totam Egyptum sua prudentia gubernaret, nichil quidem horum que ei nunciata fuerant incredibile iudicabat, cogitans de maximis operibus dei, et ipsius equitate. Et licet multo tempore afflictione defecisset, repente tamen surgens properabat ad Ioseph. Et cum venisset ad puteum iuramenti, sacrificavit ibi deo, et examinare metuebat ne propter felicitatem Egypti et habundantiam filii sui amantibus habitationem perimerent, neque ad Chananea soboles converteretur, et nolebat in Egyptum preter voluntatem dei venire, et pariter formidabat ne prius a vita recederet quam ad faciem Ioseph perveniret. Dormiente igitur cum has haberet cogitationes in sopore resolutus est, et astitit ei deus secundo, eum nomine proprio vocans. Interrogavitque Iacob quis esset, et ait deus: Non est iustum te ignorare deum, qui semper presidio fuit tuis parentibus et post eos et tibi. Nam cum inimicitie a patre tuus Ysaac primatum privare vellet, hanc ego restitui, et meo favore in Mesopotamiam missus es solus, et bonas nuptias adeptus es, et filiorum multitudine pecuniarumque plenus ad propria remeasti, permansitque tecum omne meum providentie mee salubritas. Insuper filium tuum quem te perdidisse putabas ad maiore bonorum adeptione culmina perduxi, et in Egypto eum constitui, et eum paululum videris a rege differre. Assumi igitur tibi te dux futurus in hac via, magnamque in manibus Ioseph funerandam nunciaturus. longe vero tibi tuam sobolem in principatu et gloriam fore pronuncians, eamque terram quam promisi constituendam. In hac ergo visione confidens, prior in Egyptum cum filiis et nepotibus properabat. Erant ergo omnes hi LXX. Nomina autem eorum significare non videtur innecessarium, et precipue propter difficultatem eorum. Attamen ostendam eis quod non arbitrantur nos de Mesopotamia esse, sed ex Egypto, necessarium iudicavi nominaque ferre memoriam.

Iacob quidem filii erant XII, quorum Ioseph iam prius abierat in Egyptum. Eos autem qui post eum profecti sunt eorum sobolem demonstrabo. Rubenique fuerunt filii IIII, Enoch, Faleth, Esrom, Carmi. Symeon autem habuit sex filios, Iamuhel, Iamin, Aoth, Iachim, Saher, Saul. Levi vero fuerunt filii tres, Gerson, Caath et Merari. Iude autem fuerunt filii tres, Sylom, Pharis, Zare. Duo autem nati sunt de Phares, Esrom et Amin. Ysachar autem habuit IIII filios, Tholas, Furas, Iob, Semrom. Tres Zabulon habuit filios, Sarad, Ylon, Iachili. Hoc ergo genus de Lya descendit, cum qua et ascenderat filia eius Dina. Sunt ergo isti omnes XXXIII. Rachel autem fuerunt filii duo, quorum Ioseph quidem fuerunt filii duo, Manasses et Effraim. Beniamin autem X fuerunt filii, Bela, Bechor, Asbelus, Iera, Naaman, Ysar, Mobim, Ofim, Ared, Ros. Isti X. Superioribus addita fuerunt numero XLVII. Legitima quidem Iacob generatio hec fuit. De Bala vero famula Rachel fuerunt filii duo, Dan et Neptalim. Neptalim sequebantur filii IIII, Iaol, Gunis, Sares et Silim. Dan autem unigenitum habuit Usi. His itaque additis superillos quos diximus, quinquaginta IIII adimplet numerus. Gad autem et Aser nati sunt de Zelfa, que fuit famula Lye. Fuerunt autem filii Gad VII, Goforon, Iasim, Unim, Habron, Aurim, Rochim, Ariel. Aser autem filia fuit Ara, et masculi numero sex, quorum nomina sunt Iomnis, Ysus, Iose, Ubbares, Abar et Melchel. Isti cum sint XVI, adiecta aliis predictis, memoratum numerum complent. Reminiscitur omnes Iacob. Cognoscens autem Ioseph advenire patrem suum Iacob, ita Iudas precedens eius nunciaverat adventum, occursurus ei egressus est, eique in Heroum civitate appropinquavit. Iacob autem ex inopinata magna letitia pene ad defectum mortis venit, sed Ioseph eum recreavit, licet ipse se retinere potuerit, ut pre nimia letitia talia nimine sustineret, non tamen illa qua pater passione detentus est. Et quidem deinceps patre suo preveniret, cum quiete iubens, ipseque cum fratribus suis sumens perductos

regem. dicturus aduenisse genitorem suum iacob. Rex uero iussit leo hoc audiuit. iussitque ut diceret ei qua uita et quas artes operarentur. et ut sibi ipsi placeret. in quacumque parte egypti eos uellet manere: eos habitare decerneret. Ille uero optimos eos pastores esse respondit. nichilque eos aliud opus preter hoc solummodo uelle exercere: ut a separatim sint. ut omnis pariter habitarent. atque prudentia facerent pariter quam et egyptiis gratus esset. et nichil quod illorum esset his imponeretur. Egyptiis enim erat abhominabilis conuersatio pastoralis. Ueniente uero iacob ad regem. et salutante patriarcham. et pro regno eius orante. pharao sciscitabatur quanto tempore iam uixisset. Ille uero se centum XXX annorum esse dicebat. et quia pauciores annos uixerit. quam eius maiores. Pharao itaque longinquitatem uite iacob miratus est. concessitque ei ut cum filiis suis in heliopolitana urbe conuersaretur. Illic enim pascua multa etiam pastores regis habuere. Fames enim egyptios augebat. et pestis magna eos inopes faciebat. cum neque fluuius terram irrigaret. non enim ut mos erat crescebat. neque enim pluuia deus eam umquam per ignorantiam futuri prouidere nequiuerit. Populi autem a ioseph cum pecuniis eius frumenta. cum eis et pecunia defecisset: de suis mancipiis et iumentis triticum comparabant. et post hec quibuscumque esset pars aliqua terre: hanc pro alimentis uendebant. Sic itaque rege per ioseph omnium possessionum in egypto domino facto. alii alibi migrauerunt. ut eius regiones eorum fierent firma possessio propter terram sacerdotum solummodo. Hiis enim regio sua seruata est. Non solum uero egyptiorum corpora ad seruitutem pessus illa adduxit. sed et mentes. ita ut decetero ad turpem egestate alimentorum nequire cogerent. Deficiente uero fame. fluuius secundum morem terram inundabat. fructuque terra habundanter serente. ioseph ad unamquamque ueniens ciuitatem eique multitudine congregata. eandem terram quam ipsis uendentibus rex habere poterat. solusque frumento redonabat: et ut eius possessionis proprio labore amare poscebat. et quinta parte frugum solummodo regi soluturos preter quod illis dabat. Illos ergo in opinata terre dominos leticia comprehendit. Ob quam rem et preceptis se constituerat. Hoc ergo modo dignitas ioseph apud egyptios potior habebatur. maiorque fauor ab egyptiis regi collatus est. et ut quintam partem frugum persoluere deberent. et apud reges posteros lex ista permansit. Iacob autem X et VII annis in egypto commoratus. et languore confectus. presentibus ibi filiis. cum optasset aliis possessionem bonorum. predixit post prophetiam quemadmodum ex eorum generatione posteri possessuri et habituri essent terram chananeorum. quod et post multis temporibus est completum. Cumque ioseph magnis preconiis pertulisset et laudasset. quia malorum memoriam circa fratres non habuerit. sed potius in eos benignus fuerit. et donauerit donis innumeris. que nec benefactoribus solent retribui pensari. precepitque filiis suis iacob. ut filios ioseph effraim et manasse in suum numerum reciperent. diuisuri eis chananeam. de quibus post hec loquemur. poposcitque simul ut sibi sepultura fieret in hebron. Mortuus est ergo iacob cum uixisset annis centum XL et VII. in nullo maiorum suorum cultu diuine pietatis inferior. retributionemque promeruit quam mitium erat tam benignum accipere. Ioseph autem concedente sibi maxime rege patris corpus in hebron reducens. multa largitate sepeliuit. Fratribus autem eius contra nolentibus cum eos terror haberet. ne iam patre mortuo eos castigaret. propter nequitiam quam erga eum fecerant. nec ulterius circa eos mitis existeret. fatus per eos ioseph ueniebat ne metuerent. neque talium habere deberent suspicionem. Multa ergo bona que fecit dedit illis. et donauit eis. nichilque quod circa eos benigne debuisset impendere dereliquit. Mortuus est autem et ipse cum uixisset annis centum et X. uir uero mirabilis. et omnia ratione disponens. potestateque humiliter agens. quod utique huiusmodi felicitatis causa ei fuit apud egyptios. et aliunde felix et in illa etiam uenientem. et tale que iudicium diximus passum calumniam. Mortui sunt et fratres eius in egypto feliciter conuiuentes. quorum corpora in hebron post mortem posteri eorum reportantes sepelierunt. Ossa uero ioseph nouissime quando hebrei egressi sunt ex egypto in chananeam reportauerunt. sic enim coniurauerat eos ioseph. Horum ergo unusquisque qualiter se habuerit. quibusque laboribus obtinuerunt chananeam significabo. causamque primitus narrabo. pro qua egyptum deseruisse uideantur. Egyptii siquidem delicatis et desidiosis in labore existentibus et aliis libidinibus subiectis. ualde propter amorem lucri coegit eos. ut pessime circa hebreos inuidia eorum felicitatis afficerentur. Uidentes ergo israhiticum genus augeri. et propter uirtutem et laboris ingenium diuitiarum affluentia ualde nobilitatos. contra se eos augeri suspicabantur. obliuique sunt bonorum que meruerant per ioseph propter longinquitatem temporis. Regno ergo in egypto translato ad aliam domum. crudeliter opprimentes israhelitas studebant eis uarias inferre miserias. Fluuium namque per multas deriuationes eos diuidere faciebant. murosque ciuitatibus edificare precipiebant: et fossata circumducere. ut eas fluuius inundare non ualuisset: sed et pyramidas edificare eos precipiebant. ut nostrum hominum genus delerent. Omnes ergo artes efficientes. et in laboribus assueti. quadringentorum annorum tempus in his miseriis exegere. atque inter eos his pugna. ut egyptii quidem laboribus uellent israhelitas expendere. illi uero se meliores semper eorum preceptionibus exhiberent. Dum uero utrique in huius certent rebus: quia potius studerent in extinctione generis nostri. causa nostre respirationis ab egyptiis deo operculante huiusmodi fuit. 123.

Quidam sacrorum scriba cum sine experta de futuris per dicere ueritate. enunciauit regi pariendum quendam illo tempore inter israhelitas. qui humiliaret quidem egypti principatum. augeret autem suo tempore israhelitarum genus. uirtuteque transcenderet uniuersos. et gloriam memorabilem in perpetuum possideret. Cuius consilio saluti scribe rex iussit ut omne masculinum quod ex israhelitis nasceretur: iactantes in fluuio consumerent: custodirentque conceptum mulierum hebrearum. et partum earum obseruare precipiens. egyptias obstetrices. et ab his hoc officium iubebat rex explere. que propter cogitatione regis non credebant contendere iussione: eos autem qui contempnerent illi preceptum. et partum eorum occulte seruarent primi cum sua generatione perire. Hebrei ergo hanc sustinebant crudelitatem passione. ut non tantum dolentes quod filiis priuarentur. aut quando parentes fuerint ad perditionem filiorum sibi nascentium ministrarent. sed et ex illa cognatione que eorum deleret et genus. quando natum quidem eorum necabant. ipsi uero paulatim filios egyptii redigebant ad nichilum. et contristantes et machinantes omnia in malum contra genus nostrum. Contra uoluntatem uero dei nemo poterat preualere. et si innumeris artibus hoc exercerent. Puer itaque quem predixerat sacer ille scriba. latenter regia cautela nutritus est. et uerax in eis que predicta sunt. ille quoque predixit inuentus est. quod hoc modo gestum est.

Amramus unus hebreorum nobilis. cum metueret penitentia sua per generationem defectio in iuuenda iuuentute proueniret. et ex alta parte grauiter timebat ne uxor eius pareret. dumque in hac hesitatione consisteret. ad dei supplicationem conuersus est. rogans ut aliquam miserationem hominum haberet: qui in nullo eius religionem preuaricasse uiderent. daretque eis liberationem rerum per quibus in tempore illo affligebantur. Deus autem miserationem eius habens. et ad supplicationem eius aures inclinans. astitit ei per somnium. et monuit eum de suis desperare ex

hortabatur. pietatisque eorum se habere memoriam dicebat. et propter eam retributionem esse prebiturum. Et dudum quidem eorum donasse maioribus. ut ex tam paucis in tam magna fieret multitudo. et abraham quidem solum de mesopotamia in chananeam uenisse. factumque locupletem. et inter alia dum uxor eidem ad habendum generandum primitus fuisset sterilis. deinde eius uoluntate ad hoc habilis facta eum genuisset filium. et reliquisset ysmahelidis quibus concessa fuerant arabia regio. et cetura autem filiis trogodicen. ysaacum chananeam. Quanta uero in fecerit pugnas sed auxilio semper uicit. Iacob et contribulibus suis cognoscit que deinceps magnitudine felicitatis cum qua uixit. et suis posteris dereliquit quia cum LXX hominibus solummodo in egyptum uenit. et ultra sexcenta milia iam effecti essent. Nunc autem me facto utilitatis uestre: et etiam glorie prouidentia communiter habitari. Is enim puer generatione metuentes egyptii pereuntes esse damnarunt que ex israhelitico semine generentur tuus erit filius. et dispersionis quidem eorum qui eius interitum intendunt. uirtuteque mirabiliter hebreorum genus ab egyptiorum necessitate liberabit. eritque eius memoria quamdiu temporibus uixerit uniuersa. non solum apud omnis hebreos sed et apud alienigenas gentes. meruitque omnia hoc prebente. et his quidem esse nascituri sunt. Erit autem ei et frater huius qui meum habeat sacerdotium. et ipse. et qui deo fuerunt in eo tempore peracti. Dum uero amrami hec uisio fuisset ostensa. surgens statim indicauit hoc iochabel uxori sue. maiorque timor eis allegorio huiusmodi uisionis instabat. Non enim solummodo de filio eius timebat re formidine. sed et pro magnitudine future felicitatis. Hiis tamen uerbis que prenunciata fuerant a deo. fidem partus prebuit. mulieresque custodes latuit. per receptum silentium. ex eo quod non uehementer ei insisterent doloris. et tribus quidem mensibus apud semet ipsos occulte nutrierunt infantem. Deinceps autem metuens amramus ne capitis regie ire succumberet: et ipse cum puero periret: et dei prouidentiam irritaret. deliberauit potius hoc modo consulere pueri saluti. prouidentiaque latendi hanc esse indicauit. Nam illud erat incertum cum periculum imminere: non solum puero qui nutriebatur occulte. sed et patri qui nutriebat. deumque indicauit omnium habiturum cautelam. quatenus nulla que promiserat esset mendax. Hec cogitantes. uas rotundum ex uimine complicatum. uelut alueoli magnitudine prepararunt. quod sufficeret ut infans spaciose ibi iaceret. et deinde unxerunt illud bitumine. Natura enim est bituminis. ut in uiminalibus uasculis accessum possit aque coercere. Illic ergo infantem mittentes. et circa fluuium ponentes. eius salutem deo commiserunt. Et fluuius quidem suscipiens eum deportabat. maria uero soror pueri iussione matris custodiebat. intendens quo illud uasculum deportaretur. Tunc itaque deus ostendit non humanam prudentiam. sed omnia quecumque uult ipse fieri. effectum optimum per eam adipiscuntur. nec preualere que eos qui pro sua cautela alios condempnare nituntur interitu. multoque studio hoc implere conantur: cum inopinabiliter illi saluentur. et penitus in medio malorum inueniantur periculorum erepcione. dei sola uoluntate. Tale ergo aliquid circa hunc infantem gestum est. apta dei uirtute probatum. Thermuth ergo filia regis dum luderet circa litus fluminis. portatum a flumine illud uas conspiciens. precepit ut ad se ille alueus portaretur. Uenientibus autem que ad hoc fuerant destinati cum alueo. uidens infantem thermuth ualde gauisa est propter magnitudinem et pulchritudinem speciei eius. Tantum enim studio deus circa moysen usus est. ut ab hiis qui propter natiuitatem eius decreuerunt interire genus hebreorum. alimento et cura hic dignus iudicaretur. Iussitque mulierem egyptiam adduci thermuth filia regis. que daret infanti mamillam. Quo non accedente ad ubera eius sed euitante. et hoc multis mulieribus egyptiis faciente. maria soror pueri assistens. his que fiebant quasi in scia et quasi ex operibus cum ceteris aliis astaret dixit. Frustra ergo o regina has mulieres ad nutrimentum infantis uocas. que nulla cognatione eum adhibent. Si uero quandam hebraicam mulierum adduci preceperis. puero tamquam contribulis sue poterit ubera excipere. Cumque bene probaret quod dixisset. iussit ipsam ire ut aliquam que lactare possit infantem adduceret. Maria ergo soror pueri huiusmodi potestate accepta. reuersa est adducens matrem pueri nulli cognitam. Statimque infans gratanter quodammodo accessit ad eius ubera. et supplicante regina commissum est ei cum omni diligentia nutrimentum pueri. Cui secundum euentum rei nomen impositum est. eo quod de flumine sit saluatus. Aquam enim egyptii moy uocant. ses uero saluatum. Componentes itaque hec duo uerba. ex ambobus ei nomen moysen imposuerunt. idest ex aqua saluatum. Erat ergo in omnibus secundum dei promissum prudentie magnitudine et laborum. et sapientia hebreorum nimium industrius. Hunc ergo abraham pater septimus natus. Erat enim moyses filius amrami qui natus est de patre caath. qui natus est de leui. leui uero de iacob. qui fuit ex ysaac filio abraham. Erat autem ei sapientia non per etatem concessa. sed sua mensura multo superior. et seniorem huius rei facilitatem in infantia demonstrabat. maioreque spem actio eius tamen earum uiri perfecta gerebat. Et cum extremus fuisset effectus. deus mirabiliter eius statura eleuauit spatium. Ita quantum ad speciem nobilis erat seuerus. et uidens moysen pulchritudine non horreret. multasque contingebat dum eum cernerent per plateam ferri. ut conuerterentur quidem ad aspectum pueri. et ea in quibus uidebantur studium habere deseruerunt. delectati potius eius uisione. Erat enim in eo multa infantilis gratia. et excellentem decentiamque circa se retinebat inspicientes. Hunc ergo cum talis esset. thermuth filia regis in filium adoptauit. dum sobole legitima non haberet. Et dum aliquando eum portasset ad regem patrem suum. ostenditque ipsi. ut de successione regni non cogitaret. si ex uoluntate dei proprium filium non haberet. dicebatque: Nutriui infantem forma diuinum. et prudentia ualde fortissimum. mirabiliterque de fluminis gratia condonatum. quem meum quidem esse filium decreui. tuum uero imperii successorem. Hec dicens. posuit in manibus patris infantem. Ille uero sumens eum et ad pectus applicans. pro amore filie gratia imposuit ei diadema. Moyses uero autem conuoluens illud proiecit in terram. conculcauitque suis pedibus: quod regi augurium ferre uidebatur. Contemplatus autem ille sacer scriba qui eius natiuitatem predixerat. et futurum ad humiliandum principatum egypti. impetum fecit ut eum occideret. et terribiliter clamans ait. Hic est puer ille o rex. quem deus nobis occidendum ostendit. ut de cetero timore careamus. Testimonium eum ostendit. qui anniuersarium principatum. Istoque nanque perimente egyptiis quidem eius timor tolletur. hebreis autem spes confidentie quam propter eum habere credunt auferetur. Quod cum dixisset eum preualebat eum abripere. et cum et rex segnior esset ad eius necem. deo hoc faciente propter prouidentiam salutis moysi. Alebatur itaque multa sollicitudine: et hebrei quidem erant in eo spe sopiti circa cuncta. suspicionis uero uenerint generaliter egyptiis. Et cum nullus esset certus. ut uel si occideret rex ... et cognatum propter adoptionem quam filia eius fecerat aut alius quilibet: quod amplius ad egypti utilitatem perdidisset. quia tamen non metuerent ... et ita deus abstinebant ab eius nece. Moyses itaque ... natus. et ... ueniens ad etatem perfectam. egyptiis formam suam ostendit. et ad ... liberatione quidem egyptiorum. augmentum uero hebreorum. tale aliquod factum est. ut huius occasio proueniret. Ethyopes autem ... egyptiis. negocia sua in eorum regionem portabant. et non impetu negocia egyptiorum referebant. Egyptii uero ira castra contra ethyopes mouentes se. uindicantur contemptum suum. Prelio ergo commisso deuicti sunt egyptii. et alii ceciderunt. alii uero turpiter domum fugientes euadere potuerunt. Secuti sunt autem ethyopes. et arbitrantes illos defecisse. presumptione sua omnem egypti prouinciam obtinere ...

exarserunt. gustantesque eorum bona, a beneficiis abstinebant. Cumque mediterraneas partes adeuntibus non presumerent repugnare egyptii, accesserunt usque ad memphim et mare, nulla civitate resistere prevalente. His egyptii malis obstricti, ad responsa et divinationes egyptii conversi, et deo prebente eis consilium, ut auxiliatorem et ducem sumerent secum hebreum, iussit rex filie sue ut daret moysen ducem a se constituendum. Illa vero iuramentis a patre susceptis ut nichil omnino ei fieret mali, tradidit moysen, pro magno quidem beneficio eis iudicans auxilium, et adnichilans sacerdotes qui eum velut morte dignum predixerant occidendum, quasi nescientes quod aliquando utile foret eius auxilium. Moyses vero a thermuthi exoratus et a rege, diligenter suscepit hoc opus. Gaudebant autem sacerdotes utriusque gentis, egyptiorum quidem tamquam eius virtute hostes devincerent, et moysen hoc modo cum dolo opprimerent; hebreorum autem plebs gaudebat tamquam eis hec occasio fieret egyptios omnino diffugere, quo moyses eorum dux esset. Moyses vero antequam hostes cognoscerent eius invasionem, sumens exercitum ducebat contra ethyopes, et ducebat eos non per flumina, sed per terram, ubi quoque sapientie sue mirabile fecit indicium. Nam cum terra ethyopum valde sit serpentum ferax, iter agentibus propter reptilium multitudinem, quia illic hec omnia nascuntur, ita ut et quedam preter alios non sit illa terra nutrit virtute atque malitia, et aspectu solito differentia, quorum sunt aliqua et volatilia, ita ut etiam de terra nocere negant, supervolando non previdentes occidant. Moyses itaque pro cautela exercitus et de providentia itineris eorum, tale mirabile factum excogitavit. Plectas ex papyro fecit in modum archarum, easque de hybibus complens, secum portabat. Hoc enim serpentibus est inimicum. Fugiunt enim serpentes eis advenientibus; et cum se celare voluerint, velut flatu cervorum abrepte devorantur. Hybes autem valde sunt mansuete, et generi tantum serpentino feroces. Et de his quidem pretereo nunc scribere, non ignorantibus grecis qualis sit genus hybis. Dum vero moyses ad terram nutricem bestiarum cum exercitu venisset, cum hybibus, ut prediximus, naturam serpentum expugnabat, eisque velut adversus hostes utebatur. Hoc ergo modo iter agens, antequam ethyopes agnoscerent supervenit, et congressus cum eis pugna devicit eos, et spem quam habebant contra egyptios, et eorum civitates abstulit, ibatque subvertens omnia, et terram ethyopum maxima virtute vastabat. Tunc pro felicitate moysi, cum post laborem gustasset egyptiorum exercitus fatigationem pugne immunem sentiebant, tamquam propter moysen servitute et novissimum subversionis periculum potuissent egyptii evadere. Post hec autem insequentibus egyptiis, cuncti ethyopes obsidebantur in saba civitate regia ethyopie, quam postea cambyses meroen nominavit a sororis sue nomine. Erat enim valde inexpugnabilis locus ille. Cumque nylus circumdaret civitatem, et circumcluderet et alia flumina astabus et astabusas, fluctus difficiles obviant eis qui illuc temptant accedere. Civitas enim interior existens habitatur ut in insula, muro circumdata valde firmissimo, et contra hostes quidem habens propositos fluvios, et fossata grandia inter terminos et flumina sunt, quatinus inundari non possit civitas, aque illic violentia deportate. Hec ergo res et illa flumina transeuntibus difficilem faciebant civitatis invasionem. Cum ergo graviter ferret moyses segnitiem exercitus, quando hostis neque presumeret venire ad manum, tunc aliquid tale provenit. Tharbis filia regis ethyopum fuit, que dum videret moysen circa muros exercitum applicantem, fortemque cerneret pugnantem, eius efficacia expertaque mirata est, et desperantibus iam egyptiis moysen libertatis sue auctorem existere, bona sue felicitatis existimans, et ethyopibus iam exultantibus in hiis que prius de contra eos gesserant, moysenque illa tamen videns periculis inherere, in amore eius lapsa est crudeliter. Et cum amoris passio prevaleret, misit ad eum fidelissimos servorum suorum, ut ei de nuptiis loquerentur. Moyses vero suscipiens sermonem eius, et ut ipsa ei traderet civitatem, per iusiurandum federibus uxorem eam duceret, et civitatem obtinens neque pacta transcenderet. Effectum autem verba provenit, et post necem ethyopum gratias deo agens, moyses cum filia regis nuptias celebravit, et post hoc egyptios in terram propriam reduxit. Egyptii ergo ex his operibus quibus salvati erant a moyse, ex his odium adversus eum habebant, et ferventioribus consiliis adversus eum utebantur, arbitrantes non propter bonos actus eum in egypto potentiam crevisse. Innotuerat et regi cedem quam fecerat in egypto quodam qui rixatus fuerat cum hebreo, et quem ille occiderat et absconderat sub sabulo. Rex vero a propria industria viri congruit invidiaque ducatum moysi oppressionisque sue fortitudinem iactans, compulsusque a sacris scribis nitebatur in moysen grassari. Qui dum cognovisset eius insidias, latenter aufugit, et itineribus obsessis per desertum fuga lapsus est. Cumque ei in deserto ciborum esset inopia, virtute tolerantie prevalebat. Veniensque ad civitatem madian circa mare rubrum positam, cognomen habentem ab uno filiorum abraham de cethura progenito, sedens super quendam puteum ex labore atque miseria quiescebat existente meridie non procul a civitate, quod ei accidit pro eventu huiusmodi ex usu provincialium, cumulum ei virtutis ostendens, et occasionem ad meliora prebens. Nam cum sint loca inaquosa, preoccupabant pastores ne forte a puteis aqua ab aliis exhauriretur, et oves potu necessario privarentur. Astiterunt itaque ad puteum septem virgines sorores filie raguelis sacerdotis, qui multo honore apud provinciales habebatur, et filie eius gregi patris curam agentes, eo quod ministerium et mulieribus regionum sit troglodytarum, sufficientem aquam de puteo hauserunt, expectantes ut greges suos habundanti irrigatione satiarent. Supervenientibus vero pastoribus et virgines expellentibus ut aquam ipsi occuparent, moyses crudele iudicans puellas despicere iniuriam patientes, violentiam virorum iniam facere virginibus: et quidem pastores prohibuit, virginibus autem oportunum prebuit adiutorium. Que beneficio impetrato venerunt ad patrem raguel, iniuriamque pastorum narrantes, et solatium sibi prebitum peregrini, rogabantque patrem ne ei beneficium esset vacuum, et ne retributione debita privaretur. Ille autem et filias laudavit circa benefactorem ita studentes, et moysen ad vultum suum iussit adduci, iustissime gratie premia mereturum. Cumque moyses advenisset ad raguel, et filiarum testimonium et de suo solatio declarabat, eiusque virtutem admiratus, non fore ei auxilium bonum sine repensatione dicebat, sed ydoneum se ad reddendam gratiam, ut magnitudine repensationis mensuram possit transcendere beneficii. Fecitque eum filium, et unam filiarum suarum dedit ei uxorem, gregumque suorum, in quibus omnis erat antiquis barbaris possessio, eum voluit habere curam et dominium. Et moyses quidem dum hec impetrasset a iethegle, hoc enim cognomen erat raguelis, degebat ibi eius pascendo greges.

Post hec autem tempora dum pasceret in monte synai, ducebat oves, qui mons est excelsus, et ad pasturas egregius, optimas herbas habens. Hic scilicet in monte deum esse opinio habitare, dum primitus nemo ibi pascebat, quia pastores illic minime ambulare presumebant, quia tamen in loco prodigium ei mirabile nimis apparuit. Ignis namque depascens rubi viriditatem, eique flore transiunt innoxius, fructiferosque ramos nullo incendio dissipavit. Cumque flamma vehemens esset et velocissima, ille et ipsa visione inopinabiliter formidans obstupuit, et divinam vocem ignis emittere, et nomine eum vocaret, verbaque faceret, quibus ei fiducia redarguit presumentis ad illa loca accedere, ubi nullus hominum prius ambulasset, eo quod illa divina loca essent, eique suasit ut ab igne procul recederet, et ut sufficerent ei que vidisset, nichilque amplius indagaret. Predicebat quoque deus moysi, cum esset vir bonus et magnorum virorum proles, futuram ei gloriam et honorem apud homines, iussitque ut cum fiducia abiret in egyptum dux et princeps futurus multitudinis hebreorum, et cognatos proprios ab egyptiorum iniuria liberaret. Nam et habitabitis hanc terram felicem quam habitaverat pater vester abraham, cum omnibus bonis adepturi sunt, et ad hec utique bona eos tua sapientia deduces. Iussit et moysi deus ut educens hebreos ex egypto, et ad ipsum locum veniens, sacrificium gratiarum actionum ibi sacrificaret. Hec verba ex rubo et igne quod viderat moyses divina voce prolata sunt. Moyses vero obstupescens in his que viderat, et multo potius in hiis que audierat, ex tanta virtute inquit quam et ipse colo, me omnia credere oportet que audivi, et a patre maioribus meis te apparuisse non dubito, et qui hoc non credunt vesanissimos secundum meam insipientiam puto. Veruntamen hesito domine quemadmodum ego vir ignarus, et nullius virtutis ydoneus, ut suadeam verbis concivis cognatis derelinquentes terram quam nunc habitant me sequi ad aliam terram ad quam eos deducam, aut si ipsis hoc satisfiat, quomodo tamen potero exigere a pharaone ut dimittat hebreos, quorum laboribus et opibus virtus facultatis eorum augetur. Deus autem eum in omnibus confidere iussit, sequi eum adesse promittens, et ubi opus esset, verba suasoria preberet, ubi autem operibus opus esset, virtutes et signa ministraret. Iussitque ergo ut baculum quem teneret in terram mitteret, et fieret serpens, et hoc signo viso crederet se promissa percepturum. Hoc dum fecisset moyses, virga conversa in draconem convolvebatur spiris ingentibus, et tamquam contra se persequentes suum caput scutum erigebat, et deinceps statim facta est virga. Post hoc vero mittere eum dexteram manum in sinum precepit. Videns igitur eam candidam factam, et induct coloris nivei protulit, post quod eam ad solitum est reversa. Iussitque etiam aquam de proximo sumere, eamque in terram fundere, viditque colore sanguineo mutatam. Mirantemque moysen in hiis factis, confidere eum precipiebat deus, et adiutorem secum nosse maximum, et hiis signis credibilibus apud omnes usurum, dicebatque ei: A me missus secundum mea mandata facies universa. Iubeo ergo te in nullo tardantem ad egyptum festinare: die noctuque laborare, ne tanta tarditas maius tempus faciat hebreos in servitute consistere. Moyses autem non diffidens in hiis que divinitas promittebat, inspector utique talium iudiciorum factus, orabat ut hanc virtutem eodem modo experiretur in egypto. Supplicabatque deum moyses ne nominis sui noticiam eum celaret: ut dum vocem participatus fuisset et aspectus, et vocabulum ipsius agnosceret, quatinus ei sacrificans nominatim eum adesse hostiis supplicaret. Deus igitur ei sua significavit appellationem, quam prius homines neque videbantur audisse, de qua appellatione non est michi fas dicere. Moyses itaque illa signa non solum fecit tunc, sed semper et ubicumque opus fuerat faciebat. Ex quibus omnibus plus maiore credulitate concipiens, deumque patronum et suffragatorem se habiturum credens, et domesticos se salvare sperabat et egyptios malis afficere. Audiens ergo moyses regem egyptiorum pharaonem fuisse defunctum, sub quo ipse diffugerat, petiit raguel ut eius permissu pro utilitate cognatorum iret in egyptum. Sumensque sephoram uxorem suam filiam raguelis et filios quos habebat ex ea gersan et elyezer, tetendit ad egyptum. Nomina vero filiorum hebraica lingua significant: gersan in terra peregrina interpretatur, elyezer vero significat quia adiutore patre deo usus egyptios effugisset. Cum vero venisset iuxta montem, frater aaron deo iubente occurrit illi. Cui moyses significavit omnia que in monte contigerant, pariter et divina mandata. Procedentibus autem eis occurrebant nobiles hebreorum, eius presentia agnoscentes. Quibus moyses quia verbis suadere non poterat, signa sibi inde precepta monstrabat. Illi vero stupore eorum que inopinabiliter inspiciebant omnino credebant, et ex omnibus erant in spe maxima constituti, de salute eorum prudentes securitate. Dum vero iam obedientes haberet hebreos moyses, promittentes secuturos se quocumque iuberet, libertatemque libenter aspicere, venit ad regem illum qui nuper fuerat in principatum constitutus, et declaravit ei quemadmodum obtinuerat egyptios ab ethyopibus oppressos, cum fuissent eorum provincia direpta ab eis, et quanta malitia et laboribus magnis per eos usus est tamquam propriis, et post diversa pericula non digna retributione accepit in mutuum. Indicavit et pariter regi que sibi in monte synai contigerant, dictaque voces et signa singula ab eo monstrata, ut fideret deicit exposuit, rogavitque ne discredens in hiis impedimentum faceret dei voluntati. Deridente vero rege, moyses opere fecit ut conspiceret signa que fuerant in monte synai monstrata. Rex vero dedignatus illum quidem malignissimum appellavit, et prius egyptios fugisse servitutem, et nunc per seditionem remeasse, et in amore factum prodigiorum operum et magicarum artium appetisse remedia. Cumque hoc dixisset rex, iussit sacerdotes easdem visiones facere quas moyses fecerat, tamquam et egyptii in hac disciplina sapientes consisterent, et non quasi solus moyses peritus esset rerum, quas ipse per deum possit explere, ut quod erat valde mirabile et ab aliis ostenderetur, quam et hi et humana doctrina nossent. Ponentibus quoque sacerdotibus virgas suas, dracones facti sunt. Moyses autem nichil expavit sed ait: Non ego quidem o rex egyptiorum despicio sapientiam, sed tamen hec que a me sunt facta meliora fuerunt quam horum artes et magica, quantum humanis divina esse constat meliora. Ostendam vero non artibus magicis nec errore sed veritate subsistere que a me facta sunt, dei prudentia et virtute patefacta. Cumque hec dixisset moyses, precepit in terram virgam suam, iussitque ut in colubrum verteretur. Illaque obediens, et egyptiorum virgas que videbantur dracones esse devoravit, circuiens et insidians donec consumeret universas. Quam in suo scemate revertentem resumpsit dominus moyses. Rex autem nichil magnum in his actum iudicavit, sed irascens et in nullo eum preferri se dicens egyptiorum sapientie et industrie: Rex ergo iussit ei qui super hebreos videbatur constitutus, ut nullam hebreis preberet requiem, sed maioribus eos malis affligeret quam prius. Ille vero cum prius eis paleas preberet ad lateres, nichil ulterius eis dedit, sed die quidem operibus eos faciebat affligi, nocte vero paleas congregare, cum duplex eis hoc malum existeret: et erumna crudelem pessimam instruxisse. Moyses vero neque minis regis fatigatus, neque increpationibus hebreorum cessit, sed animam suam constituit ad utraque ut et laboraret et libertatem cognatis acquireret. Veniensque rursus ad regem, suadebat ei ut dimitteret hebreos ad montem synai sacrificaturos deo. Hoc enim dominum precepisse dicebat, et in nullo contradiceret iussioni illi exorabat, dominique propitium fore, si eos dimitteret egredi, et ne prohibendo illos sibimet reportaret iudicium quod patiuntur qui preceptionibus dei contradicunt, quia ita est quecumque ... commoverint divinam, ex omnibus oboriuntur adversa, nec eis utique terra neque aer suavis existit, nec soboles eorum naturaliter progreditur. Hec ... et alia mala adversa sentire egyptios edicebat moyses, et hebreos ... nuncia abire et illis nolentibus affirmabat. Rege vero moysi sermones

despiciente, nullamque reverentiam ad talia verba exhibente, passiones pessime Aegyptios invaserunt, quas singulas explanabo, quia nec prius Aegyptii senserunt quam earum passionum experimenta pertulerunt, et quia simul volo Deum in nullo eorum quae praedixerat monstrari mendacem; et quia prodesset hominibus ut discerent observare et facere ea in quibus non possit offendi divinitas, ne ad iracundiam commotus in eorum iniquitatibus se ulciscatur. Fluvius enim sanguineus Aegyptiis Dei voluntate et Moysi iussione factus est, et non poterant Aegyptii bibere aquam, cum alibi nusquam fontem haberent. Non solum enim fluvius colore mutatus erat, sed et se tangentibus doloris amari gemitum inferebat. Et erat quidem talis Aegyptiis, Hebraeis autem dulcis et potabilis existebat, hoc est naturaliter videretur esse mutatus. In hoc miraculo rex timens atque hesitans propter Aegyptios abire permisit Hebraeos. Cumque malum fuisset aliquantum relaxatum, rursus sententiam permutavit, nec eos abire permisit. Deus autem illum contemnentem post calamitatis ablationem et nolentem a sua malitia temperare, aliam Aegyptiis intulit plagam. Ranarum namque infinita multitudo eorum terram late depasta est, plenusque his erat et fluvius, et polluebatur eorum potus. Ranis enim putrescentibus fetor cunctis noxius exalabat ex aqua, eratque cuncta regio huiusmodi malo plena, ebullientibus ranis et morientibus; quae et domestica eorum habitacula valde vexabant, dum in cibis saepius et poculis invenirentur, et in cubiculis eorum ambulantes; fetorque crudelis erat et abhominabilis, morientibus ranis et putrescentibus. Dumque in his malis premerentur Aegyptii, iussit rex Moysi ut tollens Hebraeos abscederet. Cumque rex hoc dixisset, repente ranarum consummata est multitudo, et terra simul et fluvius in sua reversa sunt natura. Pharao vero mox ut passionibus terra privata est, oblitus talium necessitatum, rursus retinuit Hebraeos. Et tamquam si plurimas passiones experiri vellet, neque dimisit Moysen cum populo discedere, quem prius timore potius quam prudenti animo abire permiserat. Rursus ergo alterius mali passione eius fallaciam divinitas vulneravit. Pediculorum namque innumerabilis infinita multitudo in Aegypto pullulavit, et in interioribus ebulliens, ex quibus male consumebantur, et neque lavacris neque medicamentorum unguentis genus eorum exterminare praevalerent. Ob hanc ergo pestem Aegypti rex turbatus, metuensque simul pestem populi sui, licet patientiam fatue iracundiae animum habere, cogebatur tamen se a malo temperare, Hebraeisque concessit egressionem. Cumque hoc tum levigaretur, filios et uxores obsides reversionis suae eos relinquere sanciebat. Unde et irritavit potius Deum, credens se eius quoque fallere providentiam, sicut Moysen. Sed Deum hoc latere non potuit, puniente Aegyptios propter Hebraeos. Bestiis namque multigenis et multimodis, quorum aspectibus nullus occurrere poterat, eorum implevit regionem, a quibus et ipsi consumebantur, et terra agricolarum cultura nudabatur. Si quis enim primarum passionum perditionem evasisset, hic languore et inertia talia sustinentium succumbebat. Cumque Pharao neque sic Dei iussionibus obediret, uxores quidem cum viris abire praecepit, et filios in Aegypto obsides relinquendos. Unde non defuit Deo cum quo calamitate et calliditatem eius diversis malis et maioribus denuo supervenientibus castigaret. Crudeliter namque eorum corpora a radicibus bestiis vulnerabantur, interius et corrupta, et ita passim Aegyptiorum multitudo consumebatur. Rege vero neque ex hac plaga se convertente, statim grando vehemens, qualis neque prius in Aegypto aer tale aliquid protulerit, neque similis apud eos hiemis tempore descenderet, maiorque quam apud habitatores boreae partis et septentrionis aeris rigore differtur, grando effluxit, et fructus Aegyptiorum usquequaque confregit. Deinde genus locustarum germen quod non fuerat vexatum a grandine totum devoravit, ita ut etiam generaliter spes terrenorum fructuum deperiret. Sufficiebat namque quemlibet sine calliditate et ea quae praedicta mala ad intellectum et cogitationem meliorum adducere. Pharao namque imprudens, quantum mali sentiens causam, Deo iterum contradicebat, iussitque Moysi cum uxoribus et filiis Hebraeos abducere, facultates vero relinquere in Aegypto, ne Aegyptiorum depopularentur domus. Moyse vero non acquiescente ita eos dimitti, quos oporteret Deo sacrificium de propriis rebus offerre, cumque propter hanc causam multo tempore moraretur, tenebrae profundissimae et partem luminis non habentes per Aegyptum sunt diffusae, per quas visus aeris crassitudine clausus est, eosque miserabiliter undique impellebant; metuebant enim ne caligine absorberentur. Deinde his excussis post tres dies totidemque noctes, dum nullatenus paenitentiam ageret Pharao propter egressum Hebraeorum, accedens ad eum Moyses ait: Quousque inobediens eris voluntati Dei? Iubet dimitti Hebraeos. Non enim poteris ab his malis eripi, nisi hoc volueris implere. Rex autem iratus in his quae fuerant dicta minatus est ei se caput eius auferre, si ad eum ob hanc opportunitatem denuo remearet. Tunc Moyses neque se de his ultra verba facturum dixit, neque illum ulterius cum proceribus Aegyptiorum deprecaturum fore ut Hebraei discederent. Cumque Moyses quidem cum haec dixisset abscessit. Deus autem ostendit Moysi adhuc una plaga feriendos Aegyptios ut dimitterent Hebraeos. Iussit ergo Moysi ut praeciperet populo ut sacrificium paratum haberent, terciadecima die Xanthici mensis, qui apud Aegyptios Pharmuthi vocatur, apud Hebraeos autem Nisan, Macedones vero Xanthicum eum appellant, et egressuros Hebraeos omnia paratos asserunt. Certa quidem iam paratos habens ad egressionem Hebraeos et constitutos per tribus ibidem expectabant. Cum autem instaret quartadecima dies, omnes ad egressionem tendentes et immolantes agnum, eiusque sanguine domos proprias cum ysopi frondibus emundabant. Cumque cenassent, reliquias carnium tamquam egressuri cremaverunt, quod significat transcensionem, eo quod illa nocte Deus transcendere istos Hebraeos voluit in illa plaga, cum qua Aegyptios visitavit. Mors enim 124.
primogenitorum ita magna Aegyptiis facta est, ut multi procerum congregati circa regalia Pharaoni persuaderent quatinus Hebraeos sub velocitate dimitteret. Tunc Pharao vocatum Moysen abire praecepit, arbitratus ut si de provincia recederent, statim imminens Aegyptiis plaga cessaret. Muneribus ergo Aegyptii Hebraeos honoraverunt, alii quidem ut citius egrederentur, alii vero propter vicinitatis eorum consuetudinem. Sed et qui discedebant flentibus Aegyptiis et paenitentiam agentibus eo quod eis sic fuerant crudeles. Tendebant ergo Hebraei ad civitatem nomine Letus, quae tunc erat deserta, ubi Babylon quaedam civitas postea fabricata est, dum Cambyses rex Aegyptum devastaret. Celeriter ergo facientes iter Beelsephon, tertia die ad mare rubrum devenerunt. Et cum per desertum nihil possent habere ciborum, farinam fermentatam absque ignis panibus modico calido tempore coagulatam vescebantur, et hoc cibo functi sunt triginta diebus. Longiori enim tempore eis non sufficeret annona quam tulerant ex Aegypto, cum et ipsis cibis sub necessitate custodiretur, nec ad satietatem eo uterentur. Unde et ad memoriam illius inopiae festivitatem octo dierum agunt, quae dicitur azimorum. Omnibus ergo consideratis multitudine Hebraeorum innumerabilis exercitus videbatur, virorum et mulierum et infantium. Qui vero aetatem habebant aptam ad bellum procedendi, sexcenta milia fuerunt. Reliqueruntque Aegyptum mense Xanthico, luna quintadecima, post annos quadringentos et triginta, quam pater noster Abraham venisset in Chananeam; post Iacob autem adventum in Aegyptum anno ducentesimo et quinto. Moyses autem annorum erat octoginta; frater autem eius Aaron tribus annis maior existebat. Portabant et secum ossa Ioseph, dum hoc ille suos filios facere praecepisset. Porro cum Aegyptios Hebraeorum peniteret egressus, rexque graviter ferret, tamquam ex veneficiis Moysi signa facta fuissent, deliberaverunt super eos irruere. Sumentes ergo arma persequebantur eos, tamquam reducere eos possent, ne ulterius dimitterentur eos sequi Moysen. Dicebantque se facillime praevalere posse contra eos, cum illi essent inermes et fatigati ex itinere, et a singulis itineribus sibi occurrentibus regrediebantur per quam viam abissent Hebraei, persequentes eos cum summo studio festinabant. Haec molesta sunt illa tam magna agentibus, non solum in expeditis sed et singulariter ambulantibus. Moyses autem per ea loca providente ducebat Hebraeos, ut si quando penitueret Aegyptios et persequi vellent Hebraeos, supplicium malitiae suae et transgressionis indubitanter exsolverent. Per Palestinam namque gradientes ferebantur transire propter antiquam molestiam, volebatque quolibet modo per ignorantiam latere. Confinis est enim haec provincia Aegyptiorum. Et propterea non eduxit populum per viam quae ducit ad Palestinos, sed per desertum multum iter agens, mala perpessus innumera, ad Chananeam studuit pervenire. Insuper et propter mandata Dei iubentis adducere populum ad montem Syna sacrificium oblaturos. Persequentes ergo Aegyptii Hebraeos ad proelium parabantur, et multa virtute persecuti concluserunt eos in parvulo quodam loco. Sexcenti enim currus persequebantur Hebraeos, et equites quinquaginta milia, et ducenta milia peditum armatorum, et itinera quidem praestruxerunt quibus Hebraeos fugere iudicabant, inter rupes inaccessibiles et mare eos claudentes, ubi terminatur mons ex asperitate viarum nimis immensus. Et fugam eis penitus amputantes a mari et montibus congressione Hebraeos militibus obsederunt, os ipsum fugae claudentes, egressum eis ad campestria denegaverunt. Hebraei ergo non tolerantes talem obsidionis modum propter egestatem necessariorum, et neque fugae facultatem habentes, armisque privati, quod licet et si pugnare vellent, eis spes omnium rerum amissa videretur, non semetipsos traderent voluntati Aegyptiorum. His irascentes Moysen in omnibus culpabant, obliti signorum quae eis fuerant a Deo pro sua libertate monstrata, usque adeo hoc venerunt ut et prophetam qui eis salutis dona promiserat per incredulitatem lapidibus niterentur obruere, seque tradere cogitarent Aegyptiis. Eratque luctus et gemitus mulierum et infantium ante oculos habentium mortem, montibus quoque se et mari claudentibus simul et hostibus, et fugam nullatenus existimantes malis invenientibus. Moyses autem licet esset in eum exasperata multitudo, ipse tamen non cessabat circa providentiam eorum, et hoc omnia committebat Deo, qui eis et alia quae praedixerat pro sua libertate gessisset, et neque nunc relinquendos eos esse inimicis dicebat, neque perituros nec servituros Aegyptiis. Stansque Moyses in medio eorum ait: Hominibus quidem bene circa nos conversantibus iustum non erat credere. Dei autem providentiam nos desperare ipsius non est, a quo vobis omnia bona pervenere quaecumque promisit ad salutem et libertatem servitutis vestrae, cum potius in hesitatione venientes oporteret nos Dei adiutorium sustinere, cui operetur et ne in tali difficultate conclusos ex desperatione habituros salutem et ex hostibus libertatem, et fortitudinem suam circa nos est ostensurus et providentiam facturus. Non enim in parvis solet divinitas auxilium sui favoris accommodare, sed potius in his in quibus humanam spem non videt accedere. Unde tali auxiliatori credere est et parva grandia facere, et tantam infirmitatem rerum suo numine [illegible] maris [illegible] volite timere Aegyptiorum arma, et quamvis hoc [illegible] videtis [illegible] et montes viam fugae prohibent, ideo salutis spem [illegible] desperare. Fient enim vobis montes quasi campus ex Dei providentia, et pelagus convertetur in terram. Cumque haec dixisset Moyses, ducebat eos ad mare, Aegyptiis intuentibus. Ipsi enim e diverso erant positi, et labore persecutionis affecti, in crastinum differre [illegible] proelium utile fore iudicabant. Dum vero Moyses pervenisset ad litus [illegible] maris, sumens virgam rogabat Dominum, et auxiliatorem atque adiutorem eum invocabat dicens: Neque tu Deus quidem ignoras quia effugere nobis mala praesentia nec fortitudine nec auxilio humano, sed ut praebe aliquid salutare exercitui tua voluntate Aegyptum relinquenti. Tuum est nos eripere, quia non omni spe et consilio desolati ad tua solius subsidia convolamus, et quidquid extra providentiam nobis accesserit quod nos ab Aegyptiorum ira liberare nunc possit inspiciamus. Velociterque tua nobis ostende virtute, et populum desperatione ruentem iam prope ad securitatem dignare et ad fiduciam pietatis perducere. Non enim in externis sumus, sed tuum est mare, tuus et mons est, qui nos ita circumdat, ita ut et mons amoveri te praecipiente et mare converti possit in aridam. Valebimus et effugere per aera si tibi placeat virtute hac et nos parte salvare. Talia siquidem cum orasset Moyses, percussit virga mare. Quod repente divisum percussione et in semetipsum recedens reliquit nudam, ut Hebraeis via esset et fuga. Moyses autem ad destinationem Dei pelagus cessisse eis, prius ipse introivit, et Hebraeos sequi praecepit divino itinere facto, et declinare periculum sequentium hostium. Qui delectabantur in his, agebantque Deo gratias propter salutem quae per eum ultra modum rationis accesserat. Quos iam neque tardantes, sed cum festinatione pergentes velut si praebente Deo, vesanos eos Aegyptii primitus iudicabant, et tamquam ad manifestae mortis inventos. Cum vero vidissent eos illaesos abire, nullumque impedimentum eis, nec difficultatem aliquam obviare, persequi eos aggressi sunt tamquam et illis pelagus quietum existeret. Praeordinantes ergo equos ingrediebatur totus exercitus Pharaonis in mare. Hebraei vero se illis armantibus atque tardantibus ad terram contra positam pervenerunt sine aliqua passione Aegyptios effugientes. Quapropter illi audaciores effecti persequebantur Hebraeos, tamquam nec ipsi aliquid essent passuri, cum nescirent Hebraeis hanc viam proprie a Deo factam, et non esse communem hanc viam, quae utique pro salute periclitantium patentem fuisset ostensa, et non propter eos qui ad perditionem eorum accedere festinabant. Dum ergo Aegyptiorum exercitus omnis in mare transisset, rursus effusum est, et descendens ventorum procella omnes Aegyptios comprehendit, imbresque simul et tonitrua valde gravissima de caelo descenderunt, coruscationesque labentes concluserunt eos in mari. Haec quoque vindicta ultima fuit Aegyptiis rerum evenientium per iram Dei adveniente ad perditionem hominum. Quibus nimietate accessit noxia mors, et caliginose et fluctuose eos apprehendit. Et Aegyptii quidem ita sunt perditi, nemine ex eis omnino relinquente. Hebraei vero neque reticere poterant de gaudio inopinabili suae salutis et hostium perditione, et firmissimae suae libertatis quando defecere qui eos servire cogebant, Deumque sic aperte suum dominatorem inspiciebant. Et Hebraei quidem ita periculis effugientes, insuper et inimicos suos paratos sic interemptos respicientes, et nulli umquam priorum hominum tale aliquid miraculum potuisse reminisci, hymnum Deo tota nocte cecinerunt. Moyses autem [illegible] Deo canticum et laude gratiarumque actione prosecutionis eius in exametro composuit.

Et quisquis de veteribus in sacris libris ita haec singula quoque tradidi. Nullus vero dubitet de [illegible] ubi miraculo antiquis hominibus et malitia privatis via salutis per mare sit facta, sive voluntate Dei sive voluntate revelata, dum et eis qui cum magno Alexandro rege Macedonum erant olim antiquitus resistentibus per sese Pamphilicum mare divisum sit, et cum aliud non esset iter, tunc praebuerit, volente Deo per Alexandrum destruere principatum Persarum, et hoc confitentur omnes qui actus Alexandri conscripserunt. De his namque sicut cuilibet placuerit aestimet. Postea vero armis Aegyptiorum ex fluctibus maris violentia ventorum appulsis ad litus, Moyses arbitratus hoc divina iussione factum, ut Hebraei neque armis egerent, valde laetatus est. Deinde congregatis eis colligens Aegyptiorum arma, densisque [illegible] ad muniendum corpora eorum, duxit eos per desertum, illuc immolaturus Deo, et pro salute multitudinis Hebraeorum, ut dictum fuerat, munera redditurus in pace.

Explicit liber secundus Iosephi antiquitatis iudaicae.

INCIPIT LIBER III

IGITUR INOPINABILITER hebreos tali salute donatos, graviter iterum contristavit, dum in montem Syna ducerentur, quod esset regio valde deserta, et necessariis alimentis egena, et aqua difficilis que non solum ut preberet aliquid hominibus indigebat, sed et nec aliqua animalia ut aleret, erat ydonea. Erat enim terra sterilis, nullusque novus fructus ex ea valet oriri. Per hanc siquidem regionem necessarie hebrei properabant, quando non habebant unde ad aliam viam divertere possent. Portabant autem ab ipsis aquam ex locis iam transactis moyse iubente, et ea hausta ad effodiendos puteos iuvenes ex multitudine cum labore propter terre duriciam accedebant. Et cum invenirent aquam non erat potabilis, sed amara simul et parva. Hoc itaque iter facientes, circa meridianam vesperam venerunt ad locum, quem propter aque amaritudinem mar nominaverunt. Amaritudo enim hebraica lingua sic dicitur. Ibique fatigati itineris violentia, indigentiaque ciborum que eis defecerant, omnino desperaverunt. Erat enim illic puteus valde dirus, qui nec sufficere quidem tanto exercitui poterat, et tamen aliquam eis consolationem prebebat, quod in illis locis fuisset inventus. Audierant enim ab exploratoribus quia ambulantes per desertum nichil ulterius invenirent. Illa siquidem aqua amara graviter existebat non solum hominibus sed et animalibus. Videns itaque moyses populum in angustia constitutum, et simul causam cui resultare non poterat. neque enim inimicus erat hostis, quem virum inferre de necessitate potuisset, et fortitudo resisteret. Sed dum isto omnino deficeret eorum virtus, infantiumque et mulierum multitudo debilior foret, nichilque prodesset doctrina verborum, calamitatem omnium suam moyses propriam faciebat. Ad nullum autem alium concurrebant nisi ad moysen, eumque cuncta postulabant, mulieres quidem pro parvulis, viri autem pro semet ipsis, ne eorum utilitatem sperneret, sed eorum saluti quamque memor provideret. Moyses vero ad hoc conversus est, ut solummodo deo supplicaret, ut aquam ex malicia presenti commutaret, eamque illis potabilem condonaret. Concedente ergo deo tantam gratiam, sumens moyses summitatem virge quam in presenti gerebat, divisit aquas amaras per medium, et in longitudinem ipsa incisione faciens. deinde iactavit ipsum lignum in puteum, satisfaciens hebreis, eo quod deus orationes eius exaudisset, et promisisset aquam se eis qualem concupiscerent prebiturum, si tamen iussis eius non segniter sed promptissime obedirent. Illis vero dicentibus quod vellent cuncta que iuberet facere, si aqua converteretur in melius, iussit eos qui iuventute valebant aquam superhaurire. dicens quia prius effusa plurima aqua, que remaneret ultima, posset esse eis potabilis. Illi quidem tam da[illegible] verunt dicta, et aqua frequenti constrictione exercita [illegible] et perpurgata itaque facta est potabilis. Hinc itaque castra metati venerunt in helym qui per illud locus quidem bonus videbatur aspicientibus, eo quod palmarum haberet arbores. de proximo autem aspicientibus locus malignus comprobatur. Nam palme ille non amplius quam lxx. erant, increscibiles nec multum eminentes, et terra propter inopiam aque. quia dum esset omnis locus ibi arenosus. ipsis arboribus palmarum ex xii. fontibus adiacentibus nec humectatio quedam nec ad hauriendum spes ulla habebatur. Et quia germinare non poterant, steriles erant indubitanter et pauce. Cumque hebrei per universam et inmissam arenam discurrerent, nichil inveniebant vel si paululum aque manibus sumerent, sed et illa quam inveniebant inutilis erat atque cenosa. Fructum vero ferre ille arbores nimis erant invalide, propter aque, ut dixi, sterilitatem. Pro hac ergo causa culpabant moysen, clamabantque sua esse miseria, experimentumque malorum per eum se pati dicebant. iam xxx. dierum ambulantes via. Quecumque enim secum portabant, iam consumpserant, et nichil penitus invenientes, erant in desperatione rerum cunctarum posita. In presenti et malo animum habentes et non recordantes quanta eis fuissent a deo, et a moysi virtute et sapientiaque collata, irascebantur adversus eum, et lapidare eum omnes simul aggressi sunt, quasi ipse tante calamitatis existeret. Moyses vero tanta multitudine provocata, et contra se amare commota, de deo confidens et conscientia puram habens, contempsit conturbationes suos. Semet ipsum dedit in medium eorum, et illis conclamantibus atque lapides tam in manu habentibus: cum esset moyses aspectu gratissimus, et ad loquendum suadibilis, mitigare cepit iras eorum, et neque priorum beneficiorum oblivionem eos habere poscebat, propter retributionem malorum presentium. et quia nunc laborarent, ideo non deberent in perpetua dei munera donaque proicere, que iam magna et inopinabilia meruissent. Promittebat et eis dei providentia eos de presenti anxietate liberandos. quia eorum virtutem probare voluisset, si haberent tolerantiam, et animo bono se continerent in adversis. et non quasi ad priora bona respicerent, cum nec exercerentur in malis et arguerentur a deo non esse grati. neque benivoli existerent circa priorum bonorum memoriam. cum tanta dominum eiusque voluntate contempnerent per qua ab egypto liberati essent. et ita circa ministerium eius maligni esse viderentur: cum eis in nullo fuisset iniustus in his de quibus faciendum aliquid aut dicendum dei mandato iussus esset. Enumerabat ergo eis omnia moyses. quemadmodum afflicti fuissent egyptii. qui eos contra voluntatem dei oppresserant. et quomodo fluvius idem egyptiis sanguineus esset. ipsis vero potabilis atque dulcis. et quomodo per rubrum mare fugientes ipsi per medium mare transissent, et novam viam aggressi essent. inimici autem eorum prorsus absorpti, et quia dum arma non haberent hec et deus eis habunde prebuerit. et alia quecumque ad perdendos inimicos ipsosque salvandos necessaria fuissent, ultra spem virtutis sue more contulerit. Non ergo debeatis inquit et in presenti dei providentia desperare. sed sine iracundia sustinere eius auxilium. et dominum non quidem tardum esse. sed ideo nec differre vestros hac difficultate probet: credentes dominum non pro defectu esse sequentem. sed pro experimento virtutis vestre. ut desiderata libertatis vestre cognoscat, utrum ciborum inopia et sterilitate aque per eos forte ferre possitis. an servire potius eligatis sicuti mancipia. et eis qui propter ministerium suum homines proprios sine nutrire consueverunt. Super hec autem omnia adiciens dicebat. non se tantum de sua salute metuere. quandoquidem nichil pateretur iniuste si moreretur iniustus. sed potius pro illis cogitare. ne per lapides quos super eum mitterent, dominum viderentur condempnare. Sic itaque moyses verbis illos mitigavit, et ab impetu lapidationis abstinere fecit. et ad penitentiam sceleris convertit. dicens eos in hoc rationabiliter sed pro necessitate fecisse. monuitque omnes ut ad divina supplicatione procederent. Et ascendens ipse quendam scopulum exorabat dominum. ut querelam a populo auferret. et eos ab inopia liberaret. In ipso enim esse salutem suam et in nullo alio. atque ut condonaret veniam. his que in presenti fuerunt necessitate populi gesta. cum humano generi res oportuno prudentes et difficile placeant. et eis accusatio sit amica. Deus autem et indulsurum se culpam promisit, et occasiones eorum desideriis prebiturum. Mo-

yses vero hec audiens a deo, descendit ad plebem. Illi vero cum viderent eum promissionibus letum, a tristitia ad hylaritatem conversi sunt. Stansque moyses in medio eorum, dicens se venisse a deo, et portare eis pro hesitationibus libertatem. Et post paululum multitudo ortigometrarum, quas [?] sinus arabicus transcenso medio mari supervolavit. et post laborem volatus quasi ad requiem descendit inter hebreos. Illi vero tamquam alimentum sibi a deo collatum esset, comprehenderunt eas. Et moyses ad orationem repente conversus est, qui eis promissionis sue tempore prestitit auxilium. Mox autem post comessationem cibi istius et secundum cibum eis deus emisit. Extendente namque moyse manus ad orationem, ros descendit ex aere. Cumque fuisset eius manibus illinitus, moyses arbitratus est et hunc ad cibum eorum a deo fuisse collatum. Gustavit ergo ipse primum. et letus effectus ignorantibus et ymbrem que esse credentibus, et tempus esse pluviarum, quod agebatur credebant. Ille ergo docebat eos non quod secundum opinionem illorum ros de celo descenderet: sed ad salutem eorum cibus venisset a deo. Et cum gustarent. fidem credendi prebebat eis. Tunc imitantes ducem, delectabantur in cibo. Habebat enim mellis dulcedinem, et delectatione valde suave. Simile autem erat aromatibus parvis. et magnitudo eius similis semini coriandri. Festinabantque singuli colligere vehementer. et precipiebatur eis a moyse ut omnes equaliter per dies singulos assarum mensura colligerent propter hoc ne debilibus fieret colligendi difficultas ex virtute valentium. et ne forte propter hoc ad necem et lites accederent. Qui vero plus a precepta mensura collegissent. nichil amplius quam labores habebant. cum per modum illi nichil amplius quam assarum invenirent. et quod remaneret in crastinum. nulli utilitati proficeret. quando vermes illud et amaritudo consumeret. Sic ergo erat ille cibus divinus. et inopinabilis. et huiusmodi erat [?] ipsius preceptiones servantibus. Post hoc autem sic irrigabatur ymbribus locus ille. sic et moysi prestando divinitas hoc [?] misit. Manna itaque in [?] lingua est interrogatio dicentis. Quid est hoc? Hebrei quidem tempus in his gaudium celebrabant que eis fuerant celitus missa. Hoc ergo cibo xl. annis usi sunt. quanto tempore in deserto fuerunt. Cum de helym migrassent, venerunt in rafidim. passi ibi novissimas intolerabiliter miserias. Nam cum precedentibus diebus paucam aque difficultate sustinuissent. tunc omnino comperientes terram inaquosam in qualis erant posita. et rursus irascebantur in moysen. Ille vero paululum multitudinis impetum declinans. ad dei conversus est preces, rogans ut sicut cibum eis indigentibus prebuit. sic et potum daret: cum prius ab eo cibi gratiam percepissent nisi non existente potu. Deus ergo non diu sustulit preces moysi. sed promisit se prebiturum eis tantam aque multitudinem. qualem non possent sperare. Iussitque ut virga percuteret petram que ibidem erat apposita. et ex ea sumerent habundantiam aque qua egerent. Curabat namque deus ut nec cum labore potus eis adesset. Hanc ergo moyses a deo consolatione sumens, veniebat ad populum sustinentem. et in eum respicientem: videbant namque eum de monte descendere. Cum vero venisset ad eos, dicebat dominum liberaturum et eos de hac necessitate. et promisisse de petra eis fluvium manare. Quibus obstupescentibus et dicentibus eos siti et itinere fatigatos non posse hac tribulatione sustinere. ut tamen dum petram incideret quo aqua exiret, tunc moyses virga percussit petram. illaque scissa aqua manavit copiosa. et valde perspicua. Illi vero inopinabile factum mirati sunt. et videndo aquam et ipsa cupiditas sitis ablata est. bibentibusque dulcis et suavissimus erat potus. et qualem donum esse deo donante videretur. Tunc omnis moysen laudaverunt. quasi a deo fuisset honoratus. et ipse moyses sacrificia obtulit pro dei providentia sibi met copiose collata. Declaravit et hec scriptura in templo reposita. eo quod deus predixerit moysi aquam manaturam hoc modo.

Cumque vero hebreorum nomen iam valde ubique divulgaretur, et de eis sermo cresceret, timorem non parvum provinciales erant. et mittentes legatos ad invicem solatia deposcebant ut simul viros illos inruere viderentur. Erant autem hi qui inhabitabant petram gobolitida qui vocantur amalechite: et pugnatores validissimi illarum gentium existebant. Ex quibus quoque reges circumhabitantes. invicem semet ipsos ad bella rogabant. et invicem mandaverunt dicentes alienum exercitum advenire. et egyptiorum servitia fugientes sibi invasiones minitantes: nec bonum sibi fore si tales iam despicerent ideoque antequam eorum fortitudo ad maiorem tenderet potestatem. esse ipsi magis pugnare inciperent, dicentes quod illis nullus resisteret. sint ante convenientes cautissime atque sapientissime se communirent. et penam eis de actibus quos in deserto gesserant inferrent. an quomodo ipsi civitatibus eorum et bonis manum inicerent. Alii vero inchoantem virtutem inimicorum mollire. et dicere optimum esse magis quam iam proficiscentem prohibere credebant. alii vero hoc superfluum putabant. alii nullam occasionem eis adversus se fieri credebant. Hi autem et his similia per multas provincias ad invicem legationibus agitantes. deliberaverunt omnes adversus hebreos bella suscipere. Moyses namque cum nichil de bello speraret: tumultum et turba magna provincialium repente audivit congregata. et ad congressione et inspirata provocata hebreorum multitudine provocabant. quia cum ipsi omnium rerum haberent inopiam. maxima necessitate putabant cum illis hominibus pugnare qui habundarent omnibus bonis. et bene armis essent muniti. Moyses autem consolari eos cepit. et confidere deposcebat. et decernendi credere quia sepe fuissent liberati. et quia et nunc debellaret eos qui eorum hostes existerent. Apud dominum autem nichil prevalere posse exercitum multum et omnibus armis instructum pecuniis habundantem et alimentis. aliisque rebus in quibus solent homines confisi pugnare. sed magis auxilio divino constare eventum belli. et sibi per dominum illa omnia fauste adesse: inimicorum vero in manu parva inerte: debilem. et tamquam non fruantur bonis quibus habundant. deo volente eos facile a vobis superari. Scire autem eos oportere dicebat qualis eorum auxiliator deus fuisset in multis iam experimentis et gravioribus periculis. et tunc de presenti quidem bello haberent timorem adversus homines. cum prius eis fuisset inopia magna sitis et famis. et in montibus atque in mari periculum ubi fugam invenire non potuissent. nisi hoc omnia divino solatio devicissent. Ergo rogabat eos esse pugnatores. et tamquam omnium rerum facultas eis esset. et tamen hostibus prevalerent. Et moyses quidem populum huiusmodi verbis exacuens ad prelium, convocavit tribuum principes. et postea singulos invicem iuvenes cohortabatur senioribus suis obedire. seniores autem ut verba ducis audirent. Erant autem eorum animi in periculo constantes: et ad presentia bella preparati: sperabantque in deo ut ab his malis liberarentur. Rogabant ergo moysen ut ad bella preiret. neque tardaret: ne dilatio eorum fiduciam impediret. Moyses vero pugnacem iuventutem eligens ex multitudine: constituit super eos ihesum nave filium de tribu effraym valde robustum. et ad labores tolerandos valde fortissimum. et ad cogitandum simul et loquendum ydoneum. et qui iussisset decenter colere dominum. et obedire in omnibus moysi. et quietem hebreis in omnibus placens. Paucos autem iuvenes et fortes circa aquam constituit. que de petra profluxerat. plurimos autem de exercitu circa infantium mulierumque custodiam adhibuit reliquos autem exercitui qui tota nocte erant preparati iussit arma sumere:

proprios incendere. ut statim pluviam inpetret, quando eis pepercerit. Vigilabat autem et moyses ihesum docendo. quemadmodum exercitum collocaret. Incipiente vero die illucescere: rursus moyses monebat iosue ne tardius inveniretur in labore. quia circa eum spes esset universorum. gloriamque presentis militie in futuris nationibus possessurus esset. Hebreorum vero nobilissimos seorsum rogabat et monebat. et omnem partem multitudine armata exhortabatur. Et cum omnino exercitum ammonuisset sermonibus et armorum preparationibus: discessit in montem. deoque commendabat iosue. cum omni simul exercitu. Miscebantur itaque hostes et in manibus erat bellum. fiduciaque simul et viribus utebantur invicem. Denique donec moyses manus extendebat in celum. hebrei comprimebant amalechitas. Cumque labore ex defectu manuum moyses ferre non posset. quia quotiens manus deponebat. totiens hebreos contingebat premi. iussit fratrem suum aaron. et virum sororis sue nomine ur sibi assistere. eique manus utroque latere sustentare. et ita adiuvantes eum non permitterent laborare: eo quod manus illius essent graves. Quo facto. hebrei fortiter amalechitas devicerunt. et omnes utique interemissent nisi nocte superveniente populus recessisset a cede. victoriamque optimam atque perfectam nostri habuere maiores. Colligentesque sibi que bello ceciderunt. habundantia potiti sunt magnorum bonorum que suis laboribus obtinuerunt. et insuper circumhabitantes nationes deterruerunt. Devincentes itaque exercitum hostium. maximas divitias publice et privatim possederunt omnes. cum prius et aliarum necessariis indigerent. Fuit autem eis non solum in presenti. sed et in futuro bonorum causa huius quam prediximus pugne perfectio. Non tantummodo enim corpora hostium servitio subdiderunt sed et mentes. et cunctis circumhabitantibus post illorum devictionem fuere terribiles. eisque divitiarum maximum cumulum adiectum est. Nam fugientes inimici magnam copiam argenti simul et auri reliquerunt in castris. et vasa erea quibus ad vescendum utebantur. multaque insignem habundantiam utriusque rei. id est ornamentorum, textilium pariter et armorum. et aliorum que parata erant ad pilum. diversaque iumenta. et quecumque moris est sequi exercitum iter agentem. Hebrei ergo prudentia repleti sunt. et ope fortitudinis. et multum desiderium virtutis erat in eis. Semper enim volebant laboribus insistere. omnia se capere posse iudicantes. Huius ergo belli hic exitus fuit. Postea moyses exuebat hostium corpora. et arma fugientium colligebat et his viris pugnatoribus tradebat. ducemque milicie iosue preconiis attollebat. exercitu testificante cuncta que gesserat. Nemo ergo hebreorum mortuus est. hostium vero tanti. quantos neque numero comprehendi possibile sit. Pro gratiarum vero actione moyses sacrificans altare construxit. quod dei victoriam nominavit. prophetavit statim omnes amalechitas fore perituros futuro tempore. nichilque ex eis omnino relinquendum. eo quod contra hebreos primi dimicassent. et nequaquam positos in calamitatibus pepercissent. Tunc exercitum hebreorum valde festum. conviviorum opulentia reparavit. Hoc ergo bello hebrei contra hostes suos post egressum ex egypto primitus pugnaverunt. Cum vero pacificas post victoriam moyses hostias obtulisset: fecissetque paucis diebus hebreos requiescere post pugnam. postea produxit ordinatum exercitum. Multa namque armorum copia iam erat hebreis. Paulisper ergo moyses procedens cum exercitu hebreorum post tres menses postquam egressus est ex egypto venit ad montem syna. ubi ei sicut supra diximus circa rubum multe visiones ostense sunt.

Cui raguel socer eius statim occurrit. audierat enim de felicitate eius et prosperitate. adducens secum et sephora uxorem eius et duos filios. Et moyses excipiens eum cum gaudio. et simul uxorem suam ac filios proprios delectatus est in adventu eorum. et facto sacrificio iuxta rubum qui quondam flammas evaserat. epulas copiosissimas populo ministravit. et multitudo quidem per cognationes epulis vescebatur. Aaron autem sumens raguel et qui cum eo erant ymnos canebant deo. qui eis salutis et libertatis. et egressionis ex egypto auctor extiterat. simulque ducem suum moysen. quasi eius virtute cuncta eis prospera contigissent. Et raguel indicavit moysi. quanta pro eo plebs de eius fortitudine sibi narrasset: et quia fortiter ubique laborasset: pro multorum salute.

Deinde videns raguel moysen in rerum multitudine continue cottidie occupatum. cunctis ad eum euntibus propter iudicia. et velut si desideret iurgantium. et equidem tacuit ad presens nolens impedire volentes moysi uti iudicio. Eis namque qui vincebantur videbatur levius esse perdere per iustitiam moysi. quam per aliorum iudicium sententiam cui liberi avaritia sustinerent. Cum ergo moyses quievisset a turba. sumens eum raguel solum seorsum docebat eum que oporteret facere: consiliumque dabat ei. quatenus minora iudicia aliis tuenda committeret. de maioribus autem negotiis et salute plebis ipse tantummodo provideret: Ita ad iudicandum et alios ex hebreis dignos viros eum congregare monebat. cogitare vero pro tantorum virorum salute. non posse quemquam alium nisi moysen solummodo. Sciens inquit ego virtutem tuam. et qualis fueris in ministerio dei ad salvandum populum. rerum negotia committe senioribus populi examinanda. et te ad solum dei ministerium retine in cogitando et requirendo a deo quemadmodum populum ab hac possis inopia liberare. Meis autem consiliis utere in rebus humanis. et exercitum perfecte dispone: scilicet per decem milia viros. deinde per mille. et post hec divides eos per quingentos. et rursus in centum. deinde in quinquagenos. et iudices constitues super eos. qui per XXX. 125
rursum divisi per vicenos et denos per se habebunt iudices. eorum negotia examinantes. Sint autem super istos unus ex unaquaque sumpte tribu. et hi iudices sint ex omni plebe approbati. et electi et iusti. et boni. et qui de diversis rebus iudicent eos. et siquid est maius ad maiores et potentiores referatur dignitates. Quod vero et apud eos diffiniri non poterit. hoc deducatur ad te. Sic enim fiet utrumque: quatenus et hebrei iustitiam impetrare mereantur. et tu soli deo ministrando facias eum propitium exercitui.

Hec autem omnia monente et docente raguel. moyses hebreorum omnia libenter audivit. et secundum eius dictum omnia perfecit. pro tamen non celavit ei consilium populum scilicet manifestavit eis illius suasione: et inventorem eum esse huius rei pronuntiavit. Nam et in libris suis moyses conscripsit raguel esse primum inventorem horum iudicum in plebe hebreorum. optimum esse credens ut omnibus nota faceret veritatem. hoc sibi soli potuisset proferre gloriam. cum hoc consilium ab alio sit inventum. Factum est autem hoc quatenus virtutem moysi potuisset et in hac voluntate cognosci. Sed de his que decet opportune in scriptura altera declarabimus. Moyses ergo convocata multitudine. dicebat se esse iturum in montem syna. tamquam cum deo mansurus. et aliquid ab eo velle percepturus. et ita ad eos post hec remeaturus. Precepitque illos iuxta montem tabernacula sua construere. et vicinitatem dei tenere.

Ascendit ergo moyses in montem syna qui excelsissimus est in illis regionibus: et propter altitudinem magnitudinis sue. et scopulorum preruptatem non solum erat hominibus inaccessibilis. sed et videri ab aspicientibus sine labore non poterat. Sermo etiam erat apud antiquos in hoc monte deum habitare. et ideo omnibus erat terribilis. et inadibilis et invisus hebreis. Hi quidem secundum moysi mandata tabernacula mutaverunt et radice montis app-

[illegible]. et elevabant manus suas ad deum. postulantes ut ipse moyses cum promissione bonorum que eis promiserat reverteretur a deo. Post hec festivitatem celebrantes expectabant ducem. purgantes et semetipsos alia purgatione: scilicet a commixtione mulierum tribus diebus abstinentes sicut eis moyses preceperat. rogabantque deum ut moysen placide susciperet. et ei ostenderet bona cum quibus ipsi decenter vivere possent. utebanturque conviviis opulentis. et ab decenti ornatu abstinebant cum coniugibus et filiis. et duobus quidem diebus erant in epulis constituti. Tertia autem die antequam sol oriretur. nubes operuit cunctum exercitum hebreorum. et locum ubi tabernacula fixerant omnem circumdedit. et fulgura facta sunt ventique vehementes in imbres ferebantur. pluviam nimiam concitantes. et coruscationes erant valde terribiles. et fulgura crebro dimissa dei presentiam omnibus indicabant. Credibilis quidem unusquisque legentium sapiat ut voluerit. [illegible] necessitas est hec referre sic in sacris libris inventum. Hebreos itaque ea que visa fuerant et clangor bucinearum vibrans auditu crescebat quod deus habitaret in monte conturbabant: semet ipsos in tabernaculis suis afflicti. et moysen putabant ab ira dei perisse: et de se ipsis similia timebant. Cum vero hec timerent. apparuit eis moyses letus et nimis exultans. et formidine abiecta abstulit et de futuro meliora promisit. et repente aer factus est purus. et serenus. qui ante fuerat conturbatus. et moyse adveniente mutatus est. Igitur moyses convocavit populum in ecclesiam. ut audirent que dixisset deus. Quibus collectis. stans in excelsiori loco. unde eum omnes audire poterant. ait ad hebreos. Deus propitius benigne me audivit. vitamque vobis promisit felicem. et conversationis modum et ornatum. Iam et nunc ipse deus apparebit in vestro exercitu. et vos eum considerantes et opera bona que per illum vobis sunt ostensa. ne despiciatis ea que ab ipso vobis dicuntur: nec in me respicientes qui hec verba vobis dico. nec quia per me lingua humana deus vobis loquitur attendatis. sed virtutem dei consideratis. et cognoscentes quoque magnitudinem eius excellentie: et quia pro utilitate vestra ad me loqui dignatus est. Neque me respicientes moysen filium amrami et iochabel. sed eum intendite qui nilum pro nos converti fecit in sanguinem: variisque plagis dominantes egyptiorum afflixit. et qui per mare vobis iter prebuit. quique cibum vobis hesitantibus [illegible] fecit de celo. qui potum de petra estuantibus manare fecit. qui primum homini scilicet adam de fructibus terre et maris comedere precepit. per quem et noe ex inundationibus diluvii ereptus est. per quem abraham progenitor noster obtinuit terram chananeorum. per quem ysaac de senioribus parentibus est editus. per quem iacob XII filiorum virtutibus ornatus est. per quem ioseph terre egyptiorum dominus est factus. Deus ergo me interprete vobis dignatur hec verba proferre. Fiant itaque vobis hec dei verba amabiliora quam uxores vestre et filii. Felicem namque habebitis vitam eius verba servantes. terramque potiemini fructiferam. sine fluctibus maris. et naturaliter crescendo prole filiorum. eritis et hostibus valde terribiles. Ad deum itaque veni ego videns incorruptam vocem. auditor sum effectus. ita ille pro vestra salute est sollicitus. Cumque hec dixisset moyses. eduxit populum cum mulieribus et infantibus ut ipsum deum loquentem sibi audirent de rebus agendis. ne vilior videretur dictorum virtus ex humana lingua ad eorum aures veniens. Omnes ergo audiebant vocem ex alto venientem ad universos. ita ut nullus effugeret sonum verborum. Et verba que moyses in duabus tabulis scripta dereliquit. fas nobis non est secundum unumquemque sermonem aperte depromere. Virtutes autem eorum insinuabimus.

Docet itaque primus sermo quia deus est unus. et hic solummodo sit colendus. Secundus autem iubet nullius animalis factam ymaginem adorandam. Tertius vero iubet. ut per deum in nulla re debeat aliquis frustra iurare. Quartus quoque iubet servandas esse septimanas: et ab omni opere cessandum. Quintus autem iubet parentes honorandos. Sextus vero iubet abstinendum a nece. Septimus quoque iubet non adulterandum. Octavus autem iubet furtum non faciendum. Nonus vero iubet falsum testimonium non dicendum. Decimus quoque iubet non habendam esse concupiscentiam ulli aliene rei. Et plebs quidem cum hec dixisset deus. et audisset eum ista precipientem. de rebus quibus moyses fuerat locutus. gaudens in his plebs discessit ad propria domicilia. Succedentibus autem diebus: advenientes ad tabernaculum poscebant a moyse leges sibi datas a domino [illegible] debere recitari. Ille vero eis statim exposuit. et de omnibus quecumque modo gerenda forent reliquis temporibus: singula designavit. quorum memoriam tempore oportuno ero facturus. Plurimas autem leges in alia scriptura disponam. postea de ipsis expositurus. Igitur cum circa eos tales agerentur. moyses iterum in montem syna conscendit. predicens primum hoc hebreis. eisque videntibus ascendebat. Cumque illic in monte tardaret. quia XL diebus ibi mansit. timor invasit hebreos. ne moyses aliquid pertulisset mali. et inter mala diversa nichil eos sic affligebat. quam quod putabant se perdidisse ducem. Erat enim contentio inter eos. aliis quidem dicentibus eum perisse: in bestias incidentem: et maxime illi hoc dicebant qui circa eum odium habebant. alii vero eum ad deum recessisse dicebant. Prudentes autem nichil horum que dicebant approbando pro sua delectatione suscipientes. sed et bestias incidentem et rapuisse humanum putantes. aut certe a deo translatum propter virtutem propriam. vere id vile iudicantes. mutatus hoc ferre populum ratione suadebant. Sed illi arbitrantes se pupillo desolatos atque tutore qualem alium habere non possent. vehementer affligebantur. et neque opinari poterant in tanta mora quia viro bono aliquid accidisset. neque sine tristitia aut deiectione degere prevalebant. Exercitum vero promovere nequaquam audebant. cum moyses eos precepisset sustinere. Cumque iam XL transissent dies. totidemque noctes. abstinens eis nullo consueto cibo hominum [illegible] dies participatus. et gaudio totum complevit exercitum. providentiamque dei quam circa eos habere exposuit. et ordinem legis secundum quem viventes tenent habitari in felicitate. Dixit et sibi ostensum per hos dies a deo tabernaculum. quale sanctus deus velle fieri. ut quo descendens ad eos. omnibus in hoc tabernaculo maneret: et ut de loco ad locum migrantes illud secum portarent: et nequaquam ad montem syna ulterius ascenderent. quando ad eos ipse descenderet deus. ut eorum adesset orationibus. Facite ergo tabernaculum domino mensuris et operibus: sicut ipse ei demonstravit. vobis itaque ad hoc opus insigniter accedentibus: et donaria offerentibus. Et cum hoc dixisset. ostendit eis duas tabulas habentes in se scripta illa X precepta. in utraque tabula quina. et erant scripta digito dei. Illi vero gaudentes in his que videbant et audiebant a principe. non cessabant quin possent laudare ducem studiis suis munificentia. Deferebant ergo ei aurum et argentum. es. et ligna. et valde magna materia que nequaquam potuisset putredine violari. caprarumque pilos et ovium pelles. alias quidem iacincto. alias vero cocco. alias purpureo flore tinctas: alias album colorem perhibentes. lanas quoque predictis coloribus fucatas. et linum byssinum lapidesque insertos auro. quibus homines ornamenta gratia solent uti. peculiumque multitudine offerebant pariter. Ex tali namque materia tabernaculum factum est. Quod postea mensuram et ordine diviso constructum. nichil differebat a templo. Oblatis itaque a singulis

cum magno studio donariis super modum, et uirtute unusquisque. Ex mandato dei eligunt architecta ad facienda opera. quos ipsis elegit potestate etiam collata. quorum nomina haec sunt. quae et sacris libris inscripta inueniuntur. Beselehel uri filius et mariae sororis moysi. de tribu iuda. et eliasaph filius samach de tribu dan. Coepit itaque tanto studio populus donariis obediebat. ut et moyses eos suspenderet dicens sufficere ea quae oblata fuissent. Hoc enim artifices dicebant abundare. Accedebant ergo ad opera tabernaculi faciendum. et moyses eos edocebat unamquamque mensuram secundum ostensionem dei. et simul magnitudinem. et quanta oporteret fieri uasa sacrificiis ministratura. omnibus. Mulieres uero laudabiliter sua circa sacra uelamina ostendebant. et circa alia quaeque huiusmodi opibus quae erant necessaria, pretium in ornamento et pretiosis lapidibus [illegible]. Omnibus itaque in praeparatione constitutis auri argenti et [illegible] [illegible]ibus. cum [illegible] festiuitate moyses et sacrificiis [illegible] ad instruendum opus tabernaculi accessit. Metitus est quidem prius atrium in latitudine l. cubitorum. in longitudine uero c. cubitorum. tabulasque statuit ad instar columnarum ereas quinque cubitorum habentes altitudinem: et in utroque latere tabernaculi in longum xx. cubitorum. per latum uero x. cubitorum. Anuli autem tabulis singulis inerant. et capita tabularum argentea. bases autem de aurate: et celate percutiuntur et intra confixe. perungebantque: Funes ab anulis ducte usque ad capita clauorum eneorum qui erant magnitudinis unius cubiti. et per singulas tabulas intra terram ualde infossi. ita ut ex uiolentia uentorum tabernaculum inmobile custodirent. Cortina uero mollissima ex bysso per omnia undique pendebat a capite tabularum descendens ad basem usque conclusa et diffusa. et concludens omnem per circuitum locum. ita ut a pariete nichil differre uideretur. Habuit quoque atrium tria latera per circuitum. quorum unum uero latus fuit l. cubitorum. quod et frons et caput erat totius operis. ubi xx. quidem cubiti erant aperti. iiii. habentes tabulas in modum portarum. omnesque ex opere argenti facte praeter bases quae erant enee. Ex utroque enim latere terne erant tabule constitute: et per portarum fortitudinem intra terram defixe. et eas cortina byssina circuibat. Erant enim porte xx. cubitorum in longitudine. in latitudine uero v. cubitorum. uelum in eis pendebat ex purpura et cocco. iacincto et bysso factum multis floribus et uariis exceptis animalium figuris ornatum. Intra ianuas autem et in foribus uas pendebat eneum simile habens basem ex quo sacerdotibus manus diluere pedesque perfundere mos erat. Hoc ergo modo ornatu et ambitu atrium erat constitutum. Tabernaculum autem statuit in medio eius loco scilicet ut ad orientem conuersum esset ut cum sol oriretur. mox in tabernaculum radios suos emitteret. Cuius longitudo xxx. cubitorum erat. latitudo uero x. cubitorum habebat spacium. et unus paries erat australis. alter uero conuersus ad aquilonem. post tergum uero eius relinquebatur occidens. cuius altitudinem tantam oportebat esse quanta latitudine eius constabat. Erantque tabule ex ligno ex utroque latere xx. formate quadrangulo facte. latitudine quidem unius et dimidium cubiti grossitudine autem iiii. digitorum. Lamine autem facte erant ex auro per interiorem et exteriorem partem. quibus singulis tabulis erant cardines bini inmissi per duas bases quae erant argentee. et suis foraminibus tabularum cardines suscipiebant. Parietis uero occidentalis sex tabule erant ad alterutrum unius perfectissime copulate. et ita aptissime compaginate ut unus paries esse uideretur. et intrinsecus et extrinsecus eedem tabule de aurate. Ex lateribus autem erant tabule numero xx. quarum latitudo habebat mensuram unius et dimidium cubiti altitudo tertiam partem palmi. et ita xxx. cubitos adimplebat. Posteriores uero parietes nouem cubitos sex tabule faciebant. quibus coniuncte sunt alie due tabule ex medio cubito facte. quas angulares posuere ad instar maiorum tabularum. Singule uero tabule anulos habebant aureos per exteriores partes eminentes uelut quibusdam radicibus confixos per ordinem ad inuicem per circuitum respicientes. et per eos deaurati uectes inmissi. uno quoque habente magnitudinem cubitorum quinque: erantque ad coniunctionem tabularum intrabatque caput uectis uniuscuiusque in alio uectis capite. uelut in modum choci. et post tergum parietum in longitudine positorum. Unus erat ordo per tabulas omnis uadens. quo per ipsos utrique parietis latera continebantur in castrationibus factis. et inmissis ad inuicem. Quod propterea sic ex constitutione est. ut neque a uentis moueretur neque alia causa tabernaculum conturbaretur. sed inmobile secura quiete seruaretur. Intrinsecus autem longitudinem eius tripartite diuisit. id est x. cubitos ad interiorem partem per fastigium distribuit. Quibus dimersis in medio iiii. tabulas similiter opertas statuit. paululum ab inuicem disiunctas alterutrisque separauit x. cubitos a reliquis xx. et quod interius erat sanctum sanctorum uocabatur. reliquum uero tabernaculi sacerdotum erat. Hanc itaque tabernaculi diuisionem ad instar rerum naturae constituit. Tertia siquidem pars tabernaculi que erat intra iiii. tabulas sacerdotibus intransgressibilis erat. et uelut celum dei erat. Reliqui uero xx. cubiti sicut terra et mare gressibilis est hominibus: ita solis sacerdotibus ministrabat. Per frontem uero ubi ingressus erat facte columne stabant ex auro facte. et eneis basibus suppositis numero v. Tegebatur autem tabernaculum cortina facta ex colore byssino et purpureo. iacinctino et coccineo. Et cortina prima cubitorum erat x. et undique tabulas obtegebat quae diuidentes templi interiorum interiora habebant. et hec erat quod faciebat ut a nullo uideretur. Fores quidem templum sanctum uocabatur. quod uero erat interius et inaccessibile ultra iiii. tabulas sancta sanctorum. Cortina autem erat speciosa quasi ex floribus uniuersis de terra germinantibus uariata. aliisque omnibus intexta. quaecumque praeter animalium formas poterant exornare picturis. Alia uero huic et magnitudine et textu et colore consimilis. quinque columnas in ingressu positas obtegebat ab angulo summitatis uniuscuiusque columne cortina anulis continentibus usque ad medietatem columne dispositam. Per reliquum uero ingressus erat sacerdotibus accedentibus: super quam linea erat cortina eiusque magnitudinis. funibus eam per anulos ducentibus ac reducentibus ut tegeret omnia et impediret aspectum populi intuendi sacrificia. et maxime in diebus sollempnibus. Nam in reliquis diebus et praecipue quando ueniebat nubes super tabernaculum tectus eius tegumentum foris erat. et laborem facile sustinebat. Unde et permansit ista consuetudo et edificantibus nobis templum. quatenus uelum huiusmodi in ingressu appendatur. Decem uero alie cortine singule erant latitudine cubitorum iiii. longitudine uero viii. cubitorum. et xx. aureos habebant uncinos. ad copulandum alterutros uncinis et anulis. ut coniuncte simul una uiderentur efficere cortinam. et que extense totum templum et quod erat desuper obtegebant. et parietes a lateribus et a tergo stantes a terra uno pede suspense erant. Eiusdem uero latitudinis et alie cortine xi. erant. longitudine tamen erant excellentiores. Erant enim ille xxx. pedum. texte uero erant de pellibus: sicut ille de lana et simul mira et sigillata uarietate contexte. erantque usque ad terram tegmine suo diffuse ad instar thalami culmen uelaminis exhibentes. una cortina ante frontem pendente. Undecima namque cortina ad hoc erat assumpta. Alie uero super has ex pellibus similiter facte pro tegmine et adiutorio desuper erant pro

siccitate praeter estum. et ymbrium diffusione. Multos itaque stupor habebat inspicientes a longe. Nam colore eius in nullo differre putabant celo. cum cortine ex pilis et pellibus facte penderent sic illud uelum portantes estuum partem et ymbrium imitantes repugnantes. Hoc ergo modo tabernaculum constructum est.

Facta est autem et archa deo ex lignis natura fortissimis. et que nunquam putredine sustinerent. que hebraica lingua uocantur heron. Constructio autem arche erat huiusmodi. Longitudo eius erat v. palmarum. latitudo eius palmarum trium. ex auro purissimo. Intrinsecus autem et extrinsecus sic tegebatur auro. ut etiam ligna celarentur: et aureis cardinibus tegmen compaginatum ualde mirabile habebat et undique simul equale. nullaque pars eius compaginatione poterat uiolare. Per utrumque uero latus longitudinis arche erant anuli aurei bini totum lignum penetrantes. et per eos uectes deaurati inmissi les per utrumque latus. ut quotiens opus esset per eos archa portaretur. Non enim in uehiculo. sed a sacerdotibus portabatur. Super tegmen uero eius erant figurationes due. quas hebrei cherubim appellant. Sunt enim animalia uolantia. et habentia figuram que a nullo hominum est inspecta. excepto propheta. Hec dixit moyses se uidisse in dei sede figurata. In hac ergo archa duas tabulas moyses recondidit. in quibus fuerant x. uerba legis conscripta digito dei. quina quidem per singulas tabulas bina semis autem per unam quamque pagnula. et has in adito collocauit. In templo uero mensam posuit proximo uelut delficam. habentem in longitudine duos cubitos. in latitudine uero unum. et altitudine palmarum trium. Erant autem pedes eius de mense ex medietate inferioris partis facti parti(?) rotundi et tornatiles. Quod uero ad superiora tendebat quadrangulo opere erat. habebatque per circuitum uniuscuiusque lateris labium exornatum uelut iiii. digitis. alto limo circueunte superiorem et inferiorem partem corporis. et per singulos eius pedes superius labio erant anuli per quos uectes deaurati mittebantur in ligno quod eminebat. Summum habebant ubi anuli erant inmissi. et hic per eam portabatur. Ponebatur enim hec mensa in templo ad aquilonem constans non longe ab adito. et xii. panes azimos in ea ponebant. senos per partes mundos ualde. et farina duorum assariorum quae mensura est hebraica. in his vii. cotulas atticas. Super panes autem ponebantur due fiale aurec thure plene. Post dies autem vii. iterum panes alii ponebantur in die quem a nobis sabbatum appellatur. septimam enim siquidem nostri sabbata uocant. Causam uero huius rei in aliis edicemus. Contra faciem uero mense respiciente ad parietem meridianum. constitutum erat candelabrum fusile ex auro factum pondus habens hoc est mnas c. quod hebrei dicunt cynchares. greca autem lingua interpretatum talentum nuncupatur. Fecit autem et sperulas et lilia cum calamis et scyphis. eruntque hec omnia simul numero lxx. ex quibus una base composita erat unum candelabrum in altitudine et intantas uariarum partes. in quantas partes diuiditur uaria planetas et solem. Consummatur quoque idem candelabrum in vii. capita. et unumquodque caput per ordinem constitutum. in quibus lucerne ponebantur vii. imitantes singulas planetarum. respiciuntque ad orientem et meridiem in candelabro oblique posite. Inter quod candelabrum et mensam superiorem de qua supra diximus thuribulum erat. et altare de ligno inputribili et forti. Ex uno quoque autem latere habens in latitudine cubitum. in altitudine uero duos cubitos. eratque craticula aurea in eo facta. habebatque per angulos singulos coronas aureas purissimas sex. et in eis erant anuli et uectes. quibus per itinera a sacerdotibus portabatur. Erat autem et aliud altare ante tabernaculum constitutum. de ligno inputribili factum. habens mensuram cubitorum v. et in uno quoque latere in altitudine uero cubitorum trium similiter exornatum. et laminis ereis adopertum. cui suberat craticula in modum retiarum facta. Suscipiebat enim terra ignem qui de craticula ferebatur. quia bases ei non erant subiecte. Ex diuerso autem ponebantur fuscinule. et fiale forcipes et scyphi. et quecumque alia uasa ad sacrificium fuerant facta. omnia erea erant. Tabernaculum quidem necnon et omnia eius uasa huiusmodi erant.

Facte sunt autem et sacerdotibus omnibus uestes. partim et principi sacerdotum quem hebrei arabarchin appellant. quod significat principem sacerdotum. Quotiens autem sacerdos sacrificia adibat prius purificabatur: quia lex purificationem fieri iussit. Minorum quidem sacerdotum uestes erant huiusmodi. Primum quidem induebatur manachasin. quod constrictorium dicebatur. Constrictorium latini dicunt femoralia. Est enim cinctorium circa femora subtile ex bysso et cocco contextum. ingredientibus per eum pedibus uelut de uastrapis. Scinditur autem ultra medietatem deorsum. et usque ad lumbos astringitur. Super hoc autem lineo induitur duplicis syndonis byssine ueste. quod cethomone uocatur hebraica lingua. et significat lineum. nos enim lineum cethon appellamus. Est autem hec uestis tunica usque ad talos corpus omne complectens. et manicis brachia ualde astringens et accingitur circa pectus modice super mamillam. Zona circumducens lata quasi digitis iiii. ita uarie contextam. ut uideatur pellis esse uipera. in qua flores intexti sunt coccinei. purpurei cum iacincto et bysso commixti. Stamen autem eius zone est solummodo byssus. et sumit initium cingendi a pectore. et circumducitur iterum ante pectus. et usque ad crura dimittitur. donec sacerdos tunc operatur. Pro decore namque uidentium est ita compositum. Cum uero ad studia sacrificiorum et ministerium preparatur. ne impediatur in sacrificio in leuo humero eam portat. Quam uestem quidem moyses arrabaneth appellauit. nos autem a babiloniis discentes heinsamea uocamus. sicut apud eos hec tunica uocatur. Sinu uero nusquam habet hec uestis. sed larga est ad collum eius aperta. et uestali ex utraque parte astringuntur ora eiusdem uestimenti. a parte pectoris et scapularum. Hoc et uestimentum massabazan nuncupatur. Super caput autem gestat pilleum in modum paruule lamine aut cassidis. quod extenditur super summitatem capitis. et modico uerticis medietatem excedit. uocaturque masnephthas. et tale est ut uideatur ex lini factum textura habens uittas que inuolute sepe connectuntur. ut pilleum facile dilabatur. Deinde aliud unum uelamen desuper circumdatur. descendens usque ad inferiora barbe. celans pillei ligaturas et totam capitis superficiem. aptaturque perfecte ad caput. ne laborante sacerdote circa sacrificia de capite corruat. Nunc declarauimus quales sunt minorum sacerdotum uestes. nunc de uestitu principis sacerdotum disseramus. Princeps namque sacerdotum ornatur cum praedictis uestibus nichil eorum omnino derelinquens. Super induitur autem tunica de iacincto facta que et ipsa talaris est. id est usque ad talos descendens. uocaturque meeir secundum hebraicam linguam. que zona constringitur coloribus predictis. et floribus exornata. et auro contextu uariata. ornaturque in simbriis eius inserta uelut malagranatorum et tintinnabulorum aureorum multo decore factorum. ita ut inter duo tintinnabula malogranatum haberet. et inter duo malagranata tintinnabulum. Est autem hec tunica ex duobus locis incisa. ita ut consuta sit super humeros et per latera. et uncuelo(?) in longum circumtexta. unde et ad collum tantum hec scissa

one non e latere sed in longum fissa a pectore usque ad medias scapulas. Vitta autem consuta est, ne possit eius apertio turpiter apparere. Similiter et in manicas coniunctum apertum est. Super hanc autem tertiam induitur vestimentum quod dicitur ephod. Simile est autem ephod superhumerali grecorum. Fit etiam hoc in vestitu textus et magnitudine cubiti, de cunctis coloribus auroque variatum, amplectens omnem pectoris locum, et ad manus extendas aptum est, et cum scemate tunice simile est. Huic vestimento locus vacuus in medio pectore magnitudine palmi dimittitur, ubi inseritur essin quod greca lingua logion, et latina rationale significat, et complet totum ephod. Habet illum locum quem texentes propterea reliquerunt vacuum in medio pectore. Unitur ephod cum rationale anulis aureis per singulos angulos sub equalitate compositis per utramque iacentiam, et connectuntur cum ligaturis et sertionibus alterutris anulorum. Ne autem vacua essent media eorum anulorum et rationalis, filis iacintinis intexuntur, ut ea loca supplerent. Superhumerali vero, id est ephod, duo sardonici lapides infibulati sunt per utrosque humeros in auro clausi, habentes per extremitates catenulas aureas in quibus suscipiuntur ligaturas rationalis. His lapidibus inscripta sunt nomina filiorum Iacob litteris punctalibus lingua nostra, senaque in utroque lapide. Seniores autem in humero dextro. Nolo autem malignitati de ceteris hereticorum legum nostre relinquere occasionem, nec propterea detractiones eorum veritate reticere. Si qui autem tales sunt ut contempta dignitate dei cognoscere omnipotentem deum delinquunt, sive ad sacra dei veniant sive adesse nolint. Hoc autem de quo sermonem facio dicens, hic non solum hebreis voluit esse manifestum, sed et peregrinis ista legentibus. Lapides enim quos ferre super humeros pontificem prediximus erant sardonices. Horum lapidum naturam puto omnibus lapidibus fulgere, quod ad humanam notitiam poterit pervenire. Quamquam sacrificium deo offerretur ille lapis quem in dextro humero portabat et in quo nomina seniorum filiorum Iacob scripta erant micabat, et ex eo tantus splendor exsiliebat ut et procul positis appareret, cum prius hoc lapidi ex natura non inesset. Et hoc itaque mirabile est his tantum qui sapientiam non pro abiectione divinorum operum mancipantur. Inserti etiam erant in essin, id est in rationali, xii lapides magnitudine et decore precipui. Isti siquidem lapides per iiii ordines coniuncti erant, tres per singulos ordines, habentes aureas coronas per circuitum, in quibus clausi erant, ne possent utique ex textura defluere. In primo quidem ordine trium lapidum inchoat sardonyx, topazius, smaragdus. In secundo autem ordine est carbunculus, iaspis, saphirus. Tertium vero ordinem inchoat ligurius, deinde amethistus, tertius est achates, qui post alios est nonus. Quarti autem ordinis principatum crisolitus possidet, post quem onix, deinde berillus, qui est ultimus omnium. Insculpta autem lapidibus scripta erant nomina xii filiorum Iacob, quos tribuum principes arbitramur, singulis lapidibus eorum nomina ferentibus secundum ordinem quo nati esse noscuntur. Quod est vero mirabilius dicam. Per istos xii lapides, quos super pectus pontifex consuetos in essin, id est in rationali, portabat, victoriam pugnantibus ubique hebreis deus pronuntiare consueverat. Tantus enim splendor ex illis lapidibus fulgebat, cum deberent movere exercitum, ut omni multitudini fieret manifestum eorum auxilio adesse deum. Unde et greci qui nostras sollempnitates honorant, eo quod in his contradicere valeant, ... nominant, id est essin rationale vocant. Cessavit autem et essin, id est ... ex quo est rationale, et sardonyx quem in dextro humero portabat pontifex splendescere annis ducentis antequam ego hunc librum scribere inciperem, eo quod deus moleste ferret transgressiones legum, de quibus sub oportunitate predicemus. Nunc autem ad consequentia verba revertar. Cum ergo in rationali illo, sicut supra narravimus, anuli non possent sustentare pondus lapidum, alii duo maiores facti sunt anuli, qui suscipiunt cathenas aureas opere plectili, venientes per fistulas quasdam ab extremitatibus humerorum et in extremitate rationalis que respicit ad collum, et eminentem ipsam texturam faciunt. Quarum et cathenarum summitas ascendens per dorsum post tergum et in circulo qui est ad dorsum in superhumerali conseritur. Et hoc est rationalis munimen eximium, ne possit aliqua parte dirrumpi. Hoc ornamentum propter eminentiam honoris ab aliis hominibus portari non potest, nisi a solo principe sacerdotum. Zona vero rationalis consuta de coloribus predictis, auro conserta, que extrinsecus latere circumdata et iterum revoluta ante pectus ex ambabus summitatibus pendere dimittitur, et habet quasdam fimbrias ex aureis fistulis miro decore compositas et in utraque zone summitate pendentes. Pilleum autem portat opere similiter operatum hic pontifex sicut reliqui sacerdotes, et aliud singulariter consutum et ex iacincto variatum. Circumdatur autem et caput eius corona aurea tribus versibus facta, supra quam surgit in media fronte quasi calculus quidem aureus similis herbe que apud nos saccharon dicitur, quam greci hyoscyamon vocant. Nequis autem cum non viderit hanc herbam per ignorantiam naturam eius ignoret, aut vocabulum eiusdem herbe sciens ipsam ignoret, significabo hominibus huiusmodi eius modum. Hec enim herba frequenter ultra tres palmos oritur, radicem vero rotundam habet et quasi rape similem, folia vero eius menthe propinqua sunt. Ex ramis autem eius oriuntur caliculi rotundi, et intercutem habet oculos unde fructus egreditur. Calicem quoque quem diximus super coronam auream positum habet magnitudine digiti minoris, cuius cavatio rotunda est quasi crateris, quam tamen latius condiscipulis meis explanabo. Est enim quasi spera divisa, et circa fundum aliam habet incisionem a radice rotundatam. Deinde paulatim cavata colligitur, et ad superiora denuo decenter aperitur, et in labio etiam colligitur, ut propterea videatur cuiuspiam mira rotunditate tornari. Super hanc autem tertium oriuntur incisiones quasi extremitates malagranatorum spinose et in acutissimum desinentes cacumen, sic illa herba que servat fructum, sic hic supposito facta est similis seminum eidem herbe. Habet et herba florem similem plantagini. Et ideo tota corona per circuitum his floribus est celata ab occipitio usque ad utrumque tempus. A fronte vero hoc non habet quidem, sed lamina aurea sacrisque litteris nomen dei habet inscriptum. Hoc est quoque pontificis ornamentum. Mirari siquidem quilibet hominum poterit quod odium certamque aliqui homines habere non desinunt, dicentes quod nos hanc nostram divinitatem derideamus, cum ipsi non quiescant suo modo divinitatem colere. Si quis enim tabernaculi nostri positionem consideret et sacerdotalem inspiciat vestem et vasa quibus utimur ad sacrificia celebranda, legislatorem nostrum Moysen virum sacrum agnoscet, et frustra nos ab aliis blasphemari perspiciet. Nam singula quoque horum ad similitudinem et formam rerum facta reperiet, si absque invidia me scribente hec sapienter velit considerare. Tabernaculum namque erat xxx cubitorum, et in tria erat divisum, in quo due partes cunctis sacerdotibus erant distribute, et hec significat quasi profanum quendam communemque locum, scilicet terram et mare, quia cunctis commune est ad gradiendum terra et mare. Tertia vero parte soli deo vacavit, quod significat celum, eo quod celum inaccessibile hominibus sit. Super mensam vero xii panes positi significant annum mensium quantitate divisum. Per candelabrum de partibus lxx compositum septem planetarum [illegible] designat. Super candelabrum autem vii lucerne ipsarum planetarum cursum ostendunt.

Tapete namque sunt intexte cortine ex iiii coloribus contexto, et hec elementorum designant naturam. Byssus enim terram declarat, eo quod linum oriatur ex ea. Purpura vero mare, eo quod piscium sanguine impregnatur colorem. Aer autem significatur per iacinctum. Coccum vero ignis indicat. Significat autem et pontificis linea tunica totam terram, vestis vero iacintina polum. Per malagranata notantur choruscationes, per tintinabulum sonitus tonitruorum indicari dinoscitur. Superhumeralis et ad similitudinem totius nature factum est, quod ideo illud precepit deus ex iiii coloribus fieri et auro decorari propter splendorem rerum qui in mundo diffunditur. Rationale vero in medio superhumeralis in modum terre constituitur. Zona autem que eum undique tenet medium locum circulo significat oceanum, qui utique cuncta suo limbo circumdat. Indicat autem solem et lunam uterque sardonix, quos pontifex in humeris portat. Duodecim vero lapides xii, quos intelligere possumus seu numerum stellarum, quem zodiacum circulum greci vocant. Pilleum vero videtur mihi celum significare, cum sit ex iacincto, non enim aliter poterat superponi nomen dei, et in corona fieri, et in lamina aurea propter splendorem, quo divinitas precipue gaudet. Et hec quidem tantummodo declarata significant, cum sepius et in multis legislatoris Moysi possit oportune exponi.

Igitur cum predictarum rerum terminus completus esset, necdum ministris sacris et muneribus dedicatis, astitit deus Moysi et sacerdotium Aaron fratri suo cum dare precepit, quod propter opus virtutis omnibus honore iustior haberetur. Tunc ille colligens in ecclesiam multitudinem virtutem eorum et studium laudabat, et propter eos se passum esse pericula, et tantum perfecisse opus. Cumque in omnibus cum ipsis testaretur et eorum studium valde laudaret, Moyses ait: Viri israhelite, fabrica quidem iam perfecta est, sicut ipsi deo gratum fuit nobisque possibile. Quia vero oportet iam ipsum tabernaculum dedicari, decet prius constitui sacerdotem sacrificiis ministraturum et pro vobis orationes facturum. Et ego quidem hac deliberatione michi commissa me ipsum dignum hoc honore iudicabam, eo quod natura omnes sui potius amatores existant quam aliorum, et quia non multum conscius sum pro vestra salute laborasse. Nunc autem ipse deus Aaron dignum hunc honore decrevit, et hunc iustiorem me credidit sacerdotem, qui dignus induitur stola deo devota, et curam habebit altaris, et ad hostias offerendas et orationes faciendas pro vobis adeo libenter audietur, quia curam habebit generis nostri, quia hunc virum deus elegisse dinoscitur. Hebreis itaque placuere que dicta sunt, et ordinationi dei prebuere consensum. Erat enim Aaron propter genus et prophetiam et virtutem fratris hoc honore dignior universis. Habebatque filios illo tempore iiii: Nadab, Abiud, Eleazar, Ithamar. Quecumque vero de fabrica tabernaculi preparata superaverant, hec Moyses ad tegmen cortine ipsius tabernaculi, et lucerne, et thuribuli aliorumque vasorum expendi, quatenus hec partes neque pluvia neque pulvere vexarentur. Deinde populum denuo colligens singulos ad oblationem iussit offerre dimidium sicli. Siclus autem et hebreorum numismata iiii dragmas atticas habet. Illi vero libenter implebant que iusserat Moyses, eratque offerentium multitudo dinumerata sexcenta v milia et quingenti viri. Offerebantque argenti libras xx qui erant etate usque ad annos l constituti, oblatumque munus circa tabernaculi opus expendebatur. Purificatum est autem tabernaculum et sacerdotes hoc modo. Sumpsit Moyses myrre electe siclos quingentos et eiusdem hircos cynamomi et calami. Sed autem hic suavis odoris et hec commixtura et medicata sumpta iussit confundi. Oleique olivarii pondus mensure illius provincie parte assumpsit duas coas atticas capiens. Quibus permixtis et coctis facta est arte unguentariorum unctio suavissima. Deinde sumens ipsos sacerdotes et omne tabernaculum unguens purificavit, offerens hostias multas et varias in tabernaculo. Deinde in aureo thuribulo quod magnitudinis ... et reliqua quorum precedo narrare naturam, ne multa loqui fiat legentibus; semel die, id est ante solis ortum et occasum, incensum fieri oportebat omnino in predicto thuribulo. Oleum et pigmentes ad luminaria conservabant, quarum tres quidem lucerne supra sacerrimum candelabrum deo tota nocte lucebant, reliqua vero accendebantur ad vesperum. Omnium quoque operum que facta sunt optimi opifices Beseleel et Eliab fuere. Nam et peritis artificibus ipsi propositi fuerant ad meliorem operationem inquirere exercenda et intelligentia nostra quam instructi orientem penitus ignorabant. Horum etiam opum contigit Beseleel magistrum deinceps vocari.

Igitur omne tempus ad opus faciendum transiit mensibus vii, et post hoc ex quo Egyptum reliquerant primus eis annus impletus est. Inchoante vero anno secundo mense Xanthico secundum macedones, nisan vero secundum hebreos, innovaverunt se tabernaculum constituerunt et omnia vasa que iam declarata sunt. Ostendit autem deus se gavisum in opibus hebreorum et non frustra eos laborasse in pulcherrima eius edificatione, sed accessit et habitavit in tabernaculo. Presentiam autem monstravit hoc modo. Celum siquidem cum serenum esset, super tabernaculum vero soli modo caligo facta est, non alta nube sicut aurea densa circumdans, ut illud ne putaretur esse tempestas, neque rursus tam subtilis sine ut valeret per eas aspectus aliquid conveniri, gratiosique ros inde defluebat et pandebat dei presentiam his qui et volebant et credebant hoc. Moyses autem artifices qui
126. talia faciunt operatos dignis muneribus honoravit, et sacrificavit in tabernaculi vestibulo secundum mandatum dei taurum et arietem et hedum pro peccatis. Dicturus autem de his que ad sacrificia pertinent, et de his que circa sacrificia celebrantur indicaturus sum, et simul et de quibus iusserit deus holocausta fieri, et que lex iusserit comedere in ... libros. Mactatis quoque ariete et tauro et hedo pro peccatis sicut iam prediximus, ex eorum sanguine vestem Aaron ipsumque cum filiis aspersit, purgans eos fontanis aquis et unguento, ut dei fierent sacerdotes. Septem itaque diebus hoc modo ipsos et eorum vestes sacrificavit, tabernaculum et simul et vasa eius ex oleo perlibato sicut iam dixi, et sanguine hyrcorum et taurorum immolatorum per singulos dies, id est in unoquoque die secundum genus. Octava vero festivitatem denuntiavit populo, et unumquemque secundum virtutem immolare precepit. Illi vero alterutros emulantes et sacrificiis superare semetipsos sanguinem certantes festinanter dictis obediebant. Impositis autem hostiis super altare, repente ex eis spontaneus ignis accensus est, et flamma similis fulgori choruscationis emicuit, et omnia que erant super altare consumpsit. Contigit autem post hec et Aaron calamitas quedam, quam tamen ipse fortiter tolleravit, qui circa casus animo fortis erat, et hec voluntate dei pervenisse iudicabat, ut tamquam hec simul et pater de his facto cogitaret. Ex iiii namque filiis eius quos iam diximus seniores Nadab et Abiud portantes super aram hostias non quas preceperat Moyses, sed quibus prius utebantur, subito cremati sunt, et super eos igne magno impetu veniente pectora et facies eorum inflammavit, ut nullus valeret extinguere. Et illi quidem ita defuncti sunt. Moyses autem iussit patri eorum et fratribus ut portantes corpora eorum extra castra honore congruo sepelirent. Luxitque eos nimis amare plebs propter mortem que sic eis inopinabiliter accessisset. Moyses vero fratres eorum et patrem exoravit non flere ex hac tribulatione, cum deberent preponere dei

humore sue tribulationi. Cum ergo Aaron stola sacerdotii uideretur indutus. et Moyses omnem honorem respueret. et quem sic uidebat omnem multitudinem offerre. soli deo ministerium celebrabat. et aliquando ad montem Synai ibat. aliquando autem tabernaculum ingrediens responsa accipiebat. de quibus seorsum poposcisset dominum. et sicut erat ipse a lusis se in publico demonstrabat. et in nullo ab aliis differre studebat. nisi tantum cura corporis prudere uideretur. Insuper et scribebat leges. secundum quas uiuentes deo grati essent. et in nullo alterutrum accusare possent. quas tamen deo precepto statuit. Nunc ergo de conuersione hebreorum et legibus quas tamen exponere uolo. Tabernaculo siquidem iam dicato. et bene exornatis sacerdotum uestibus. populus apud se dominum esse in tabernaculo iudicauit. ad sacrificia simul et requiem est conuersus. quia iam omnem molestiam respuissent. et de futuris meliora desiderarent. offerebant deo munera. alia quidem communiter. alia uero seorsum de singulis tribubus offerebantur. Principes enim tribuum bini et bini conuenientes. uehiculum et duos boues offerebant. erantque uehicula VI. et in his tabernaculum in itineribus deuehebant. Ad hec autem unusquisque eorum fialam thuribulumque offerebat. et capsam capientem daricos X. plenam cinnamomis. Thuribula uero et fiale argentee erant habentia utraque siclos ducentos. in fiala tamen LXX sicli solummodo erant expensi. Hec et uasa plena erant farina oleo conspersa quibus utebantur ad sacrificia. Super has autem oblationes offerebant singuli principum uitulum unum et arietes V. cum agno anniculo ad holocaustum id est totum incendium. et cum his hyrcum pro oblatione peccatorum. et alia sacrificia que salutares appellantur per singulos dies boues duos. et arietes V. cum agnis anniculis et hedis. Hec autem omnia sacrificabant per XII. dies. unusquisque per singulos dies. Moyses autem ascendebat in montem Syna aliquando. sepius tamen ingrediebatur tabernaculum et consulebat dominum de actibus quibusque: dispositione quas humana sapientia precellentes oporteret firmissime omni tempore custodire. et donum dei cunctis ostendi. tales quoque ab eo debere dari leges. ut eas hebrei nec in pace per epulas. nec in bellica necessitate transcendere possent. De his ergo ne suppono aliqua scribere. aliam scriptionem facturus. de purgatione et sacrificiis legum positarum. De aliis autem legibus cum ad manum uenerit sermonem faciam. quia nunc mihi sermo de sacrificiis faciendus est. Duo sunt sacrificia. quorum aliud ab uno quoque uiro. aliud uero celebratur a plebe. Et hec quidem sacrificia duobus modis celebrantur. primum quando totum quod immolatur incenditur. et propterea hoc sacrificium nomen habet holocausti. id est totum incensum. secundum uero sacrificium quod pro gratiarum actione immolatur cum epulari immolatione consummatur. De priori autem quod holocaustum dicitur narrabo. Vir priuatus holocaustum faciens. immolat bouem et agnum et hedum. et hec quidem anniculam. Boues autem permittitur immolare et maiores quam anniculos. sed omnia masculini generis sint animalia que immolantur ad holocaustum. His autem cesis. limbum altaris sanguine perfundunt sacerdotes. Deinde purgantes ea membratim incidunt. et omnia super altare imponunt. et lignis undique instructum subiecto igne concremantur. Pedes autem cum interiore purgantes interiori pinguedinem una cum aliis offerunt. pelles autem sacerdotes accipiunt. Et holocaustum mactandi quidem est iste modus. Pro gratiarum uero actione hostiam celebrantes sacrificant animalia natura quidem et anniculis grandiora. et masculina tamen feminis coniuncta. immolantesque hec fundunt quidem sanguinem super aram. renes autem et adipes. et omnem pinguedinem cum reticulis iecoris. et cum his caudam agni supponunt are. Pectora autem et crura dextra sacerdotibus prebent. et duobus diebus de reliquis carnibus epulantur. Quecumque uero remanserint super illos dies. igni concremantur. Similiter autem pro delictorum hostie sacrificium pro peccatis celebrant. Qui uero maiora sacrificia non habent. offerunt columbas aut turtures duos. quorum alia quidem fit in holocaustum deo. alia sacerdotibus datur in cibum. Certius autem de sacrificiis horum animalium in sacrificiorum sermone diceremus. Qui ergo per ignorantiam in peccatum inciderit. agnam et hedam feminas eorum dem annorum offerat. et sanguinem quidem fundit sacerdos in aram. non sicut prius. sed angulorum tangit extremitates. et renes aliaque adipem cum reticulo iecoris super altare imponit. et sacerdotes tollunt pelles et adipes et carnes ea die consumendas in templo. quia lex eas in crastinum relinqui non sinit. Qui enim peccat sibique conscius est. et nullum habet qui possit eum arguere. arietem immolet lege precipiente. cuius carnes in templo sacerdotes similiter comedunt eadem die. Principes autem quando peccant. et sacrificantes offerunt ea que et alii priuati offerunt. Placant autem dominum offerendo ad sacrificia taurum et hedum masculos. Lex et pro proprio priuatis publicisque sacrificiis et farinam mundissimam adici. in agno quidem assaru mensuram. in ariete uero duas assaru mensuras. in tauro uero tres mensuras. et hec sacrificant sacerdotes super altare oleo mixtam. Oleum autem et offertur ab immolantibus: in boue quidem medietatem hin. in ariete huius mensure tertiam partem. et in agno quartam partem mensure. Hin autem mensura est antiqua hebreorum. fere coas attice duos habens. Secundum mensuram quoque olei offerebant et uinum. et uinum circa aram libant. Si quis autem sacrificium non celebrans. sed pro uoto simile primicias offerat. et unam dragmam super altare ponat. reliquam uero similam ad uescendum sacerdotes accipiant. aut ad coquendum. nam et oleo fermentatur. aut certe ad faciendos panes sacerdoti tollenti ex ea quodcumque ad holocaustum necessarium est. Prohibet et lex immolari una die natum cum genitrice. et omnino immolari non permittit nisi cum octaua dies partus transierit. Fiunt et alia sacrificia pro languoribus curandis. aut pro aliis causis. et equalia libamina cum aliis hostiis expenduntur: de quibus in crastinum aliquid remanere lex prohibet. sacerdotibus propria sumentibus partem. Ex publico autem sumptu lex iubet agnum anniculum occidi. inchoante die et terminante. Septimo uero quod sabbatum uocatur. duo agni occiduntur. et eodem sacrificantur modo. Initio autem mensis cotidiana sacrificia et duos boues cum agnis anniculis VII. et arietem unum mactant. et hedum pro declinatione peccatorum. si forte per casum oblivionis euenerant. Septimo uero mense quem macedones hyperberetheum uocant. adicientes his que predicta sunt. taurum et arietem et agnos VII. immolant. et hedum pro peccatis. Offerunt autem super hec duos hedos quorum unus quidem uiuus ultra terminos deserti dimittitur. futurus pro toto populo expiatio et declinatio peccatorum. alterum uero hedum in suburbanis deducentes in locum purissimum. cum ipsa pelle totum incendunt. nichil omnino purgantes. Concrematur autem simul taurus non oblatus a populo. sed ex proprio sumptu pontificis preparatur. Quo incenso et oblato in templum eius sanguine simul et hyrci aspergit tabernaculum digito uniuerso septies. Eodem autem numero et pauimentum et templum totum et auream aram. et reliquum quod est circa maius uestibulum. portans super hec extremitates. et renes. et adipem cum reticulo iecoris. et imponit super altare. Prebet autem et arietem deo pontifex ad holocaustum. Quinta uero die et decima eiusdem mensis tempore ad hyemem uergente tabernacula fieri iussit singulos per familias metuentes frigus pannis custodia. Lex et precipit ut deum in patria cum peruenissent. in illa ciui

tate qua pro templo metropolim haberent eodem tempore festiuitatem septem diebus agere et holocausta facere et sacrificare deo. et pacificas offerre precepit. et in manibus portarent ramos myrte et salicis summitatesque palmarum et uirgulas mali persici. Prima itaque harum dierum fit holocaustum hostiarum ex sedecim bouibus et agnorum tot pluribus et arietibus duobus: adiecto hyrco pro declinatione peccatorum. Sex autem diebus ipse numerus agnorum et arietum cum hyrco sacrificatur. et subtrahitur singulis diebus unus bos donec ad septimum diem ueniatur. et ab omni opere die octaua requiescunt. et deo sic predixerunt uitulum immolant et arietem et agnos VII. et hyrcum pro declinatione peccatorum. Hec quidem hebrei in festiuitate tabernaculorum celebrare patria moris est. Mense uero Xanthico qui apud nos nisan appellatur. id est anni principium XIIII. luna sole apposito in ariete quo mense liberati sumus a seruitute egyptiorum. sacrificium quod tunc egredientes ex egypto fecere immolare nos precepit lex annis singulis quod pascha dicitur. celebrare sanciuit. et usque celebrant illud per tribus nostras. nichil immolatorum in crastinum seruantes. Quintadecima autem successit festiuitas azimorum que septem diebus celebratur. in qua azimis uescuntur. et singulis diebus tauri occiduntur duo. et aries unus. agni uero VII. et ex his holocausta fiunt. Hyrcus uero pro peccato adicitur per dies singulos ad epulas sacerdotum. Secunda uero azimorum die que est sexta et decima frugum primicias quas metunt antequam excisas uescantur. deum uenerantes iustum esse primum honorari. ex cuius bonitate hac ubertate sunt completi. Offerunt autem primum sicantes spicarum manipulum et frangentes. et munda ad coquendum hordei facientes. ad deum assarium offerunt. et unam dragmam ex eo mittentes. reliquum sacerdotum usui derelinquunt. Ceterum licebit omnibus pro sua metere uoluntate. Immolant autem in primiciis frugum agnum ad holocaustum deo. Septima uero septimana transacta. post hoc sacrificium quorum VII. ebdomade dies sunt XL et nouem. pentecosten celebrant quam hebrei asartha uocant. quod significat pentecosten. id est quinquagesimam in qua offerunt deo panes de alphita siccata factos. et in ferunt assariorum duorum. et ad mactandum agnas duas. Hec quidem deo offerunt solum. iam cena sacerdotibus preparant. nichilque ex his in crastinum relinqui permittunt. Immolant autem ad holocaustum uitulos tres. et arietes duos. et agnas XIIII. duosque pro peccatis hyrcos. Nulla uero festiuitas in qua holocaustum non fiat. aut in qua ex laborum operibus requiem non habeant. sed in omnibus et legitima immolationis species. et uacationis est modus. et eorum que ad epulandum immolantur. et ex communi simila cocta et fermento carens. dantur mensure assariorum XXIIII. et ad panes faciendos expenduntur. Consequenter enim duo panes diuisim ante sabbatum. et sabbato mane oblatio ponitur super sacram mensam. et ponuntur sibi ab alterutris consui. duabus pateris aureis superpositis et thure plenis. que permanent usque ad aliud sabbatum. et tunc pro illis panibus alii deportantur. illi uero priores sacerdotibus exhibentur. et in illo thure in priorem ignem sacrum proiecto et incenso. et ex quo igne omnia holocausta fiunt. aliud thus nouum super nouos adicitur. Immolat autem sacerdos de propriis expensis per singulos dies farinam oleo mixtam. et modica coctione duratam. cuius mensura unius assarii. cuius medietatem quidem mane. aliam uero medietate meridie igne solent offerre. De his itaque uniuersis sacrificiis postea diligentiore denuo declarabo sermone. nam sufficienter nunc et de his uideor enarrasse:

Moyses itaque tribum leui a communione populi segregauit. et sanctam de plebe utique futuram sanctificauit fontanis aquis ualde purissimis. et sacrificia legitima per eos deo obtulit. et tabernacula eis et sacrata uasa. et reliqua quecumque ad tegumenta tabernaculi uidebantur facta contradidit. quatenus presidentibus et dicatis iam deo sacerdotibus ministrarent. De animalibus et discreuit singula que comederent. et a quibus sapienter abstinerent. De quibus cum nobis occasio huius scripture peruenerit dicemus: adicientes et causas pro quibus mortalia quidem nobis ad cibum esse precepit usitata. ab aliis autem abstinere iniunxit. Sanguinis autem totius usum ad uescendum nobis omnibus interdixit: animam illud et spiritum esse putans. Carnes et sponte mortui animalis ab esu omnino prohibuit. et ab adipe et reticulo caprino et ouino. et bubalino abstinendum esse precepit. Expulit autem a ciuitate lepro corpore maculatos: et semine defluentes. sed et mulieres quibus fit purgatio naturalis remoueri iussit ad septimum diem. Postquam die quasi purgatas remeare precepit. Similiter autem et mortuo exequias facientes post totidem dies legitimum est redire. Eos autem qui super numerum horum dierum in pollutione consistunt sacrificaro legitime duas agnas. quarum unam sacrificari conuenit. alteram uero sacerdotes accipiunt. Similiter autem immolant et pro eo cui defluit semen. quotiens per somnium hoc patitur. descendentes primum in aquam frigidam. Id est facit quis cum legitima uxore concumbit. Leprosos autem omnino expulit de ciuitate cum nullo penitus conuenientes. et nichil a mortuis differentes. Si uero quilibet supplicando hac egritudine a deo liberatur. et sanum hominis colore aliquando recepit. diuersa deo sacrificia recompensabit. de quibus post hec dicemus. Unde et quilibet sanum sapiens irridebit eos qui dicunt moysen hac lepra fatigatum. et propter hanc causam simulque hominum precorum posuisse. ducem factum in terra canaan uenisse cum eis. Si enim hoc fuisset uerum. neque moyses hanc legem ad iniuria sua sanxisset: cum magnificationabiliter et aliis hec introducentibus contradicere posset. quando et apud gentiles leprosi multa sint. et fruantur honore precipuo. et non solum iniuria et expulsione puniuntur. sed et milicias mereantur insignes. et multa eis cingula committantur. et in sacris et in templis ingrediendi habeant potestatem. Quippe in nullo prohibebatur moyses si aliquam passionem haberet in corpore: unde multitudo que cum eo tractu extat. de leprosis meliore legem sanxisse posset: nullumque detrimentum huiusmodi passionibus cogebatur inferre. Palam ergo est quia hec de moyse inuidia conterati locuntur. Moyses enim ab his mundus existens. et cum mundis contribulibus quibus fatetur. de leprosis tale legem sanciuit. et pro dei honore hoc decreuit. Sed de his equidem unusquisque ut uoluerit cogitet. Mulieres autem quando pariunt intrare templum prohibuit. sacrificia tangere non permisit usque ad quadragesimum diem si masculus fuerit quod peperit. et duplicibus diebus si feminam generare contigerit. Ingredientes autem post predictum dilationis tempus sacrificia celebrabunt. que sacerdotes sollempniter deo distribuunt. Si quis uero adulteram suam suspicatur uxorem. offerat farine hordeacee assarium. et unum pugillum ex eo mittat in altare. reliquam partem dat sacerdotibus ad edendum. Uxorem uero eius constituat aliquis sacerdotum ad ianuas que sunt conuerse ad templum. et uelamen capitis eius detrahens in membrano super scribit dei uocabulum iubetque ipsam iurare nichil se uiro nocuisse. nec pudicitie uinculum uiolasse. Quod si commisit. femore dextro disiuncto utroque putrefacto moriatur. Si uero amore nimio et huius zelotipio petulantia maritus hac suspi

concretionem. mense decimo et puer generatur. perfectoque iure tamen in modo dei nomine diluens et membrano in fila exprimit. sumensque etiam de templo iuxta parietem iacentem; et super aspergens mulieri dat ad bibendum. Illa autem si iniuste accusata est concipiet: et partus multo ei nutrietur. Si autem de thoro maritali mentita fuerit hominibus et deo, cum confusione uitam relinquet sustinebit. Nam et femur eius putrescet. et uenter uertetur in ydropem. Et de sacrificiis et purgationibus moyses contribulibus suis ita praefigens. et eas tales leges exposuit. Adulterium omnino prohibuit. felicissimum esse credens. uiros circa thorum suum esse sanos. et ciuitatibus simul et domibus expedire. filios esse ueraces. Matribus et commisceri tamquam malum maximum lex interdixit. Similiter uxori patris: et nutricibus et uxoribus et sororibus: et retinquam filiorum. tamquam praua iniusticia. lex omnis odiuit. Prohibuit et lex mulieri naturaliter pollutae misceri. et iumentis et masculis coitum quod haec libido nequissima uideatur. et aduersus eos qui haec facere praesumunt. mortis supplicium punire decreuit. Sacerdotibus quoque moyses duplicem fecit purgationem. Nam et a prioribus commissis eos similiter abstinere iussit. et super haec neque meretrices neque concubinas eos habere permisit. et neque ancillam neque captiuam eis nubere uoluit. Sed et eas quae de cauponibus et pandocibus uitam agunt: et quae prius maritos habuerunt: et per causas quaslibet eos dimiserunt a sacerdotum coniunctione prohibuit. Summum uero pontificem neque mortui uiri permisit uxorem habere: licet hoc aliis sacerdotibus concessisset. sed huic soli dedit nubere uirginem eamque seruare. Unde nec ad mortuum summus sacerdos aliquando accedit. cum reliqui sacerdotes non prohibeantur sollempnes exequias fratribus suis et parentibus et omnibus suis mortuis exhibere. Qui uero non est integer inter sacerdotes in qualibet parte corporis. hunc moyses prohibuit pasci de sacerdotalibus oblationibus neque ascendere ad altare neque in templum introire. Hos tamen sacerdotes praecepit non solum ad sacrificia esse mundos. sed et ad cottidianam conuersationem suam studiosos. et inculpabiles esse praecepit. Stola et sacerdotali uestitos esse praecepit immaculatos: et circa omnia mundos. et sapientes existere. bibere eos et uinum prohibuit. donec stola uestiti sint. et insuper oues integras immolare; et in nullo pollutas. Hanc ergo legem tradidit moyses hebreis in tempore uitae suae; quam adhuc in deserto degens a deo accepit obseruandam. praecepitque ut cum chananea possiderent in septimo anno semper requiem terre praeberent ab arando et plantatione. sicut et ipsos septima die ab operibus cessare sanciuit. et ut ipsi anno quae sponte oriretur de terra uellent communia in unum. et contribulibus et extraneis. nichilque ex eis reseruarent. Hoc autem fieri iussit post septima annorum septimana quae sunt anni quinquaginta. uocaturque hic annus ab hebreis quinquagesimus iubeleus. in quo et debitores a creditore laxantur. et serui liberi dimittuntur. eos quae decet a contribulibus suis pro quadam transgressione legum seruitii sententia castigata. mortemque eius sustinere prohibet. Instante siquidem iubeleo quod nomine significat libertatem. restituunt et agros antiquis dominis istorum. Conueniunt uenditor agri simul et emptor. et reputantes fructus et expensas in agro factas. si numerum non transcendunt expensae uenditor recipit agrum suum. Si autem expensae transcendunt numerum. hoc quod deest recipiens emptor. a uenditore descendit a possessione connumeratis scilicet ex equo fructibus et expensis. et ita possessoribus redditur ager. Eadem lege uoluit et in domibus obseruari quae per uicos quosque uenduntur. Nam de his domibus quae in ciuitatibus uenundantur. alia lege constituit. Nam si antequam impleatur annus ei displicuerit uenundatio domus suae quam fecit. et simul recepta pecunia. reddere sibi cogit emptorem. Si uero completus fuerit annus. tunc non potest mutari uenundatio sed certa lege confirmabit domum emptori. Hanc ergo legum constitutionem exercitus hebreorum agnouit per moysen. dum sub monte syna morarentur. et a deo platam illis scriptam contradidit. Cum uero circa legis latione iam putaret ista sufficere. ad curam militaris exercitus conuersus est: habens in animo bellicas causas ordinare. Praecepit ergo principibus tribuum. ut numerum pugnare ualentium perfecte cognoscerent; praeter numerum et tribum leui. Leuitae enim sacrati erant. et ministerio alio fungi non poterant. Examinatione itaque facta. inuenta sunt milia sexcenta et tria. et sexcenta et l. qui potuissent arma producere: a xx. anno usque ad quinquagesimum. Pro leui autem elegit inter principes tribuum manasse filii ioseph. et effraim pro ipso ioseph. Sicut enim petiuit iacob a ioseph. dum fecisset filios eius sibi praeberi sicut praedixi. figentes autem castra hebrei. tabernaculum dominum in medio statuerunt et tres tribus per singula latera tabernaculi commanebant. et plateas per medium sui diuidebant. erantque ornatae ut si fori rerumque uenalium singulis in ordine constitutis. et opifices artium singularum institutionibus erant. nullique alio loco similis erat. quam ciuitati competenter edificate et collocate. Et siquidem loca quae circa tabernaculum erant sacerdotes tenebant. deinde cuncti leuitae. Ex quibus computati sunt leuitae masculi qui ultra xxx. annorum erant. inuentique sunt xx. duo milia octingenti octoginta. Quotiens enim contingebat ut nebula supra tabernaculum staret. tamquam deo ibidem commorante; quiescebant. cum uero conuerteretur procedebant.

Adinuenit et moyses modum tubae ex argento facere: quae in longitudine quidem pene cubitum habuit. Est angusta fistula cantatoria calamo capacior. praebens latitudinem quae conueniat ad susceptionem spiritus. et est clara sic sono uicina. quae hebraica lingua uocatur asosra. Factae sunt autem tales duae. et una tuba utebantur ad iussionem et collectionem populi in ecclesiis celebranda. altera uero cum oporteret ad tractandum de rebus necessariis principes conuenire: ambabus autem multitudo colligebatur. Cum uero tabernaculum moueri debuisset: sonante priore tuba hi qui ad orientalem tabernaculi partem habitabant. statim surgebant. Cum uero secunda sonuisset. hi qui ad austrum residebant parabantur: et terra integra et inuoluta tabernaculi medietas praecedentibus vi. tribubus portabatur. et alia media pars sequentibus aliis vi. tribubus. Leuitae uero omnes circa tabernaculum uersabantur. Tertia autem tuba sonante pars quae conuersa erat ad occidentem mouebatur et simul iiii. quae morabatur ad septentrionem. Utebantur et tribus tubis in sacrificiis hostias offerentes in sabbatis. et in ceteris diebus festis. Sacrificauit etiam ibi moyses primum post discessum ex egypto quod pascha dicitur in deserto syna. Post haec procedens inde exercitum hebreorum a monte syna. et loca quaedam commutans de quibus dicemus. ad locum qui dicitur esserioch uenit. ubi multitudo rursus seditionem fecit accusando moysen. et necessitates perfectae suae uituperando. et dicendo quia dicta bona eis suasisset exire; et illa felicitate perdidissent quam eis promiserat se praebiturum. et diuersis malis tenerentur astricti. et aqua priuati erant. et si contingeret ut eis manna deficeret. tunc omnino essent sine consolatione priuati. Cumque multa seniora contra moysen dicerent. illos quidem monebat eos ut neque laborum suorum praeteritorum saluti exhibitorum inmemores esse deberent. neque de dei adiutorio desperare. Plebs autem adhuc potius commota. contra moysen uehementior turba consurgebat. Moyses itaque iterum confortabat eos. talem desperatione deiectos. licet ab eis tempore conuiciis passus. et promisit se eis praebiturum carnium multitudinem in una die sed pluribus. Illis autem non credentibus: et quidam maligno uiro praeuenientibus respondente et dicente; unde possit carnium multitudo tantis milibus in deserto ministrari. respondit moyses. Deus licet audiat uos et in desperatione mala loquentes. tamen non recedet a uobis sed miserebitur uestri. sed et illud quod nobis promisi de carnibus non tarde uobis perueniet. Cumque haec dixisset moyses. coturnicibus repletus est omnis exercitus. colligebantque ea circum astantes. Deus autem iniuriam et maledictum quod hebrei contra se et moysen commiserant. non tarde eis retribuit. Non parua siquidem multitudo eorum mortua est; et hactenus locus ipse cognominatur cabrothalia. quod interpretari potest desideria sepulcure. Deducens autem eos exinde moyses in locum qui uocatur conuallis. iuxta chananeorum terminos existentem. et ad habitandum difficilem. congregauit populum in ecclesiam. eisque in concione locutus est dicens. Cum deus nobis duo bona promiserit: scilicet libertatem et felicis terrae possessionem. et unum donum iam possideatis. aliud estis percepturi celeriter. In finibus namque sedemus chananeorum. et non arcebit nos de cetero prohibens. neque rex neque ciuitas. sed neque omnis gens. Exercitum ergo praeparemus ad bellum. quia non sine labore nobis haec terra tradetur. sed maximis eam praeliis obtinebimus. Mittamus ergo exploratores qui bona quaeque huius terrae considerent. et quae uirtus sit hominum in ea habitantium. Ante omnia autem unanimes simus et deum pro omnibus honoremus. qui in omnibus nobis est adiutor. et pugnandi indiuiduus socius adest. Haec cum dixisset moyses. multitudo ei honorem exhibuit. elegitque exploratores xii. nobilissimos uiros. unum de unaquaque tribu. qui circumeuntes omnem terram chananeorum a partibus circa egyptum iacentibus usque ad ciuitatem emathin. et ad montem lybanum peruenere. naturamque terrae et incolarum hominum considerantes ualidam. et reuersi sunt xl. diebus: omne opus hoc explentes insuper et fructus quos proferebat illa terra portantes. eorumque habundantiam et multitudinem bonorum quam terra illam habere narrabant. A uoluntate et bellandi populum suspendebant metuentes suae paupertatis inopiam. et dicentes uos flumina intransibilia esse transituros. et esse montes insuperabiles iter agentibus: et ciuitates muris ualde firmissimis munitas. et ambitus earum grandi munimine roboratas. in hebron autem et gygantum progeniem se inuenisse dicebant. quos cunctis chananeis maiores esse quos uiderant narrabant. et ipsis egyptiis a quibus egressi fuerant. et multitudinem hoc credere compulerunt. Hebrei autem ex his quae audierant possessionem terrae illius difficilem iudicabant. solutoque concilio cum uxoribus et filiis lugentes dicebant. tamquam eis deus nichil opere. sed tantum uerbo promitteret. Rursum ergo moysen increpabant. et culpabant eum. eiusque fratrem aaron pontificem. et pessimam quidem cum blasphemiis illam habuere noctem. Mane uero concurrere ad ecclesiam. deliberatione habentes. ut interfecto moyse et aaron ad egyptum denuo remearent. Iosue autem explorator. ihesus filius naue. de tribu effrem. et caleph de tribu iuda metuentes seditionem in medium processere. et suadebant multitudini. et confidere eos supplicabant et neque dominum falsitatis arguere debere. neque credere his quae ab exploratoribus dicebantur per errorem non uere de chananeis. sed se potius ad felicitatem et possessionem bonorum debere ducentes incitare. quando nec montium altitudo. nec fluminum magnitudo eorum uirtuti et esse impedire praeualeret. maxime cum deus eis securitatem promisisset et eorum propugnator in omnibus existeret. Pergamus ergo inquiunt simul ad hostes. nulla suspitionem timoris gerentes in animo. sed deo duce credulitate fortes: et sequimini moysen seruum eius. in terram quam nobis pollicitus est. Et iosue quidem et caleph hoc dicentes. nitebantur impetum populi mitigare. Moyses autem et aaron in terram prostrati rogabant dominum non pro salute sua tantum. sed ut quiescere faceret ignorantem plebem a tumultu suo. eamque sedaret animos per stultitiae sitionis passione turbatos. Statim igitur astitit et nubes. et instans super tabernaculum. significauit illis praesentiam dei adesse. Moyses autem tamen deo confidens. et et responsa percipiens. in medio astitit multitudine. et indicauit eis deum commotum pro eorum iniuria et blasphemia. percepturosque eos fore supplicium ab ipso. non quidem delicto dignum. sed quale patres pro correctione inferunt filiis. Post haec moyses et aaron ascenderunt in tabernaculum et deflebant coram domino prauitatem hebreorum perditionem. commemorabantque populo quae bona percepissent a deo. et quantis beneficiis participati ignorantia circa eum extiterunt. quando et exploratorum errore sunt decepti. sermonesque illorum potius quam promissiones dei iudicarent esse ueriores. et ob hanc causam ipse deus non equidem perderet omnes. neque eorum exterminaret genus quod prae omnibus hominibus elegisset. et honorare decreuisset: non tamen eos terra chananeos esse possessuros. neque in terra fluente lac et mel felicitate esse tracturos. sed omnes in deserto esse morituros praeter ihesum filium naue: et caleph filium iephone. et filios eorum sine domibus et ciuitatibus in deserto xl. annis conuersaturos et uicturos. et hanc poenam esse quam eis deus imponere uellet. et haec eos pro iniquitate sua quam gesserunt soluturos esse. Filiis itaque uestris promisit deus se daturum terram fluentem lacte et melle. illosque esse participaturos illis bonis. et dominos eorum futuros fore: quae uos ipsi nobis inuidistis accipere et possidere. Cum haec itaque uerba moyses

127. exercitui uoluntate et iussione dixisset. in tristiciam et erumnam conuersa est multitudo. planxeruntque uniuersi. et rogabant moysen ut propicium eis faceret deum. et a deserto eos liberans praeberet urbes et terram quam promiserat. Moyses autem dicebat talem hunc esse dominum non habere instabilem. neque statim qualitate et leuitate humana dictum et commotum circa indignationem et iniquitatem eorum. sed habita deliberatione firmitatis in eos sententiam protulisse. Non itaque credendum est moysen habuisse a se ipso hanc mensuram discretionis. cum ipse uir unus esset ut tanta milia hominum irascentium et insanientium potuisset mitigare; et ad mansuetudinem eorum uitam reducere. Deus enim assistebat ei. et sermonibus eius uincit multitudinis contumulatione faciebat sua potestate: quippe cum saepius essent inobedientes et inualem sibimet inobedientia commouerent. et in calamitates uarias ob hoc usque saepius inciderunt. Mirabilis itaque in hac uirtute et fortitudine fuit moyses. ut facile posset suadere populum ad credendum sibi de quibuscumque necesse erat siue ad operandum siue ad loquendum. et hoc non solummodo fecit tempore quo hic inter homines uixit. sed et nunc. Nullus est enim inter hebreos et qui leges mosaicas obseruare uidetur. qui non tamquam praesente eo et castigante et si forte sit moribus incompositus obediat sanctionibus eius. licet hoc aliis latere possit. Sed et alia quidem multa indicia uirtutis eius. et ultra humanam uirtutem extiterunt. de quibus unum hic subinferre me non pigebit. Olim enim quidam transeufraten flumium habitantes. et per iiii. menses iter facientes. uenerunt ad sollempnitatem nostram propter honorem nostri sacrificii. cum multis periculis simul et sumptibus: sacrificantesque apud nos non ualuere immolationi participari in dicente hoc moyse. ut quilibet qui non est nostris legibus eruditus. neque nobis ex patria traditione coniunctus. immolationibus non participet sacris. Igitur alii quidem nec sacrificauerunt prae timore. cum eis ista lex indicata fuisset. alii uero cum iam incepissent sacrificare: semiplene illud reliquerunt.

alii namque neque initium ingrediendi in templum propter pauorem ualentes facere discesserunt obedientes moysi seorsum preceptis et illius legem preponentes sue uoluntati, cum etiam prohibentes se de talibus non possent metuere, et solam conscientiam formidantes ne transgrederentur leges moysi. Sic legis latio que per deum uidebatur demonstrata, fecit moysen meliorem quis [illegible] et terribilem nisi naturam putari. Sed et ante tempus modicum huius solutionem belli claudio romanis imperante, et ysmahele apud nos existente pontifice, cum fames in nostram regionem talis obtinuisset ut in IIII dragmis uenderetur assarium, allata farina ad festiuitatem azimorum in mensura chorus LXX qui sunt modii quidem singuli XXXI, attici autem XL et unus, et hoc quidem nullus sacerdotum presumpsit comedere, cum scilicet terram magna detineret inopia, et metuerent legem moysi et iram dei, quam et super iniquitates hominum occulte solet diuinitas inferre. Igitur non oportet nos ammirari de his que tunc gesta sunt, quando et nunc littere legis a moyse derelicte tantam uirtutem habeant ut et inimici nostri fateantur quia is qui constituerit publicam nostram et legem per moysen, legisque uirtutem et obseruationem, ipse deus est. Sed de his quidem ut placuerit unicuique consideret.

Explicit liber tercius iosephi antiquitatis iudaice.

INCIPIT LIBER IIII

HEBREOS ITAQUE molestia deserti atque difficultas et prohibente deo cogebat ad chananeos accedere, quia nolebant moysi obedire, estimantes se posse superare hostes sine auxilio eius. ipsumque moysen culpabant eo quod eorum paupertatem libenter uideret, ut ipsi eius semper uiderentur egere solatio, dicentes deum non propter moysen eis auxiliari, sed communiter genti sue ferre solatium propter abraham et alios patres, idque se posse solos preualere hostibus, licet nollet moyses deum ab eis alienare, omnibus quoque iam hoc expediret, ut ipsi sui rectores essent, nec moysi tyrannidem ultra sustinerent, sed deo credentes ita irent et obtinerent terram quam eis deus promiserat. Igitur cogitantes hebrei inopiam atque deserti, ad chananeorum bella sunt profecti, deum ducem existimantes, et non ad moysen legis latorem respicientes, putantes se meliora decernere posse. Statim ergo chananeos aggressi sunt, sed illi non expauescentes eorum inuasionem seu tumultum fortiter eos susceperunt, et interfecta est hebreorum multitudo. Reliqua uero milicia cohortis eorum soluta est, confugeruntque turpiter in tabernaculum et omnino preter spem deiecti sunt, et nichil utile de ceteris sperabant, cogitantes quod propter iram dei incidissent, eo quod ad bellum sine uoluntate eius accessissent. Moyses autem uidens eos in perditione compressos, et metuens ne uictorie inimici exaltarentur, deo monente duxit exercitum hebreorum procul a chananeis in desertum. Cumque esset ei multitudo in omnibus obediens, que utique cognouerat quod absque preceptionibus eius nichil preualere posset, tunc in heremo eos requiescere fecit, nolens eos ad chananeos ducere, donec responsum de hoc a domino acciperet. Non multo post iterum seditio inter eos orta est, et talis qualem nec apud grecos nec apud barbaros factam audiuimus, et propter quam omnes [illegible] perditi erant a deo, et perditionis periculum suscepturi, nisi eos iterum moyses eripuisset, oblitus malorum licet ab eis paulo ante in ista seditione fuisset occisus. et propter eius preces nichil mali deus eos sustinere permisit, licet eum et moysen contumeliis affecissent et despexissent mandata que ipse per moysen dederat. Seditionem uero istam, et quemadmodum per eam moyses conuersatus est, narrabo, prodicens causam propter quam talia sunt commissa.

Chore nobilis ex hebreorum genere et habundans diuitiis et lingua facilis et ydoneus ad persuadendum plurimis, uidens moysen in honore maximo constitutum, pre inuidia grauiter hoc ferebat. Nam cum esset ex tribu moysi et ei cognatus esset, mordebatur inuidia quia iustius esset ut eam gloriam et honorem ipse obtineret qui esset ditior illo, et genere apud leuitas non uideretur esse deterior. Clamabat ergo dicens crudele esse moysen, et gloriam sibimet usurpasse et honorem ab hebreis sub ea calliditate quesisse, quasi ipse solus uidisset deum, et contra leges aaron fratri sacerdotium dedit, non communi placito plebis sed sua uoluntate, et insuper in tyrannico honores quibus uellet impenderet. Peius autem hoc modo esse dicebat, quod eum uiolentia lesionem inimicis suis inferret latenter et dolose, et maxime his qui ei negligunt honores, quia cum sciret secum uiolentia non posse apte nocere, dolosa arte machinatus est quem desideratum perduceret ad effectum. His et similibus persuadebat plebi, ut simul conuenientes tractarent de re publica, nec sinerent moysen et aaron ad maiorem accedere cumulum, ne manifeste fierent inimici. adiciebatque dicens: Qua ratione reddere poterit moyses, ut aaron fratri suo et filiis eius iuste daret sacerdotium? Si enim ex tribu leui honorem istum preberi dum esse decreuit, nullus me iustior fuit accipere, genere ipso ortus quo et moyses, et diuitiis et forma et etate eos precellens. Si uero de tribu questio agitur, dignum est ut tribus ruben que maior est potius honoretur, et hunc honorem accipiant dathan et abiron et falai qui seniores sunt in illa tribu et potentes facultate pecuniarum. Hec quidem chore dicens uolebat ut publicum honorem in se populi suffragatione transferret, et hec omnia maliuole plebi suo ex ingenio colloquebatur. Procedente uero hoc sermone paulatim ad multos et crescentibus auditoribus contra derogationem aaron omnis pene exercitus est agitatus. Erant enim coniurantes chore ducenti et L priores uiri, studentes quatinus fratrem moysi sacerdotio priuarent, et propter hoc moysen exhonorarent. Itaque populus in seditionem inordinate et turbulente conueniebant et ut moysen lapidarent aggressi sunt, et ante tabernaculum dei clamabant. Exeat tyrannus moyses et populus ab eius seruitio liberetur, qui sub occasione dei mandata uiolenta nobis precepit. Dicebant enim quod si ipse deus sacerdotem elegisset, dignissimum et ad hunc honorem non prohiberet, et non tantas inferiorem et uiliorem. aut si decreuisset hunc honorem aaron dari coram populo hoc fecisset, et non fratris eius moysi potestati reliquisset. Moyses autem cum talem derogationem chore iam percepisset, et ab eo irritatum populum, non expauit, sed confidens in domino per quem cuncta fideli deuotione tractauerat, et sciens fratrem suum dei uoluntate sacerdotium et non suo munere meruisse, ad concilium uenit, et multitudini omnino nichil locutus est. Ad chore autem loqui cepit, et facto silentio dixit. O chore et uos ducenti et L uiri, michi uidemini multo honore esse digni, sed et totum exercitum huiusmodi honore non priuo, licet non habeant que uobis ex diuitiis et culmine alie dignitatis extitit. Igitur tu chore non propter hoc constitui sacerdotium aaron fratri meo quod diuitiis precellat, cum tu ambos nos pecuniarum magnitudine uidearis superare; neque propter genus cum deus hoc fecerit unum progenitorem dans nobis, neque propter fratrum amorem quod iustius alter habere potuisset. Nam si non cogitarem de dei legibus hunc honorem michi potius prebuissem, quando plus michi ego sum amicus quam alter, et non magis quam alteri familiaris existo. Nam neque sapiens consilium esset me ipsum periculis subdere, et alio causa felicitatis dona cumulare, sed in his omnibus a malicia fui remotus. Deus enim se contemptum non despexit, neque uos ignorare uoluit quod ipse sibi degeret sacerdotem. idoque ab huiuscemodi querela parum quiescite. Non enim ad gratiam mea sacerdotium, sed diuino iudicio sortitus est. Unum et ponatur deus hic in medio quasi ad disceptandum, ut si alius dignus inuentus est ad hoc sacerdotium huc accedat. Quod enim dedit deus non relinquam, sed pro uoluntate eius accepisse iudicamus, cum sit inprimis honorem quem prebet deus non adire, et nimis irrationabile deo securitatem permittente omni tempore contempnere. Nunc ergo probem et quietam alium quem pro uobis hostias deo immolet, et presul precatus existat. In congruum itaque est a chore ut quilibet appetens honorem deo auferat potestatem hunc honorem prebendi cui uoluerit. Igitur a seditione et ab huiusmodi tumultu quiescite, et summo mane cum chore et omnis qui sacerdotium querunt thuribulum cum thimiamate et igne singuli portantes a domibus uestris uenite ad tabernaculum. Sed et tu chore suadeo ut reddas deo iudicium et nisi ei expectes sententiam, et non te ipsum uelis facere iustiorem sed potius presens adesto quod hoc litigium incepisti. Sed et aaron propono uenire iudicandum cum ei de generis sit, et in nullo possideret sacerdotium iuste culpari. Conuenientes ergo pariter coram omni populo incensum facite, et cuiusque uestrum sacrificium suaue iudicauerit deus, hic uobis ordinabitur sacerdos, et ita derogatione fraterna tamquam ei honorem sacerdotii donauerim liberabor. Hec moyse dicente, a tumultu suo multitudo cessauit, et laudauerunt cuncta que dicta sunt. Erat enim moyses uir optimus, et loqui utilia uidebatur. Tunc siquidem concilium soluit. Altera autem die cuncta congregatio sunt in [illegible] ut adesset sacrificio, et electioni de sacerdotio certantium, eratque populus diuisus et suspensus prefuturorum, et alii delectabantur uidere si moyses malignus ostenderetur, sapientes uero ut hec seditio sedaretur. Metuebant enim ne procedente ultra ordinatio eorum discipline potius deperiret. Omne siquidem uulgus cum naturaliter conqueri gaudeat de eis qui in potestate sunt constituti, ad ea tamen que sibi forte placuerint summouere sententiam tumultum facere solet. Moyses ergo misit nuntios ad dathan et abiron, ut secundum constitutum uenire iussit, et sacerdotium eos expectare dicebat. Cum uero nuntii retulissent nec obedire eos uelle nec succumbere malignitati moysi contra omne crescente populi, tunc moyses secum seniores natu precepit, et ibat ad dathan et abiron, nec indignum iudicauit per se ipsum ad superbos accedere. Maiores autem natu nichil dicentes secuti sunt eum. Dathan autem et abiron et qui cum eis erant cognoscentes moysen cum nobilibus populi ad se uenire, procedentes cum uxoribus et filiis ante tabernacula sua respiciebant quemadmodum moyses esset acturus, eratque circa eos famulorum constitutio ut si uellet aliquam uiolentiam facere moyses ipsi uindicarent. Moyses uero cum uenisset in proximo, manus ad celum extendens, altaque clamans uoce ut populus cuncta audiret ait: Domine deus celi et terre et maris, tu omnium actuum meorum fidelissimus testis existis, qui omnia tua uoluntate [illegible] facta, et maliuolis hebreis prebuisti obuiam misericordiam in omnibus necessitatibus eorum, esto mihi in his uerbis auditor. Tibi namque nec quod agitur nec quod cogitatur absconsum est, et ideo neque comprimis ueritatem, et [illegible] contra me uelis defensare ingratitudine. Antiquitatem mee generationis tu nosti certissime, non audita cognoscens, sed uisu his que tunc facta sunt assistens. In his que de me isti licet ueritatem aperte scientes suspicantur testem te michi precor existere. Nam ego primo tempore uitam simplicem agens, mea quidem uirtute tua uero uoluntate cum socero meo raguel ex tuo precepto deserens mea omnia tradidi me ipsum pro istorum [illegible], primo quidem pro eorum libertate, nunc uero pro salute maximos labores toleraui, omnique periculo me persubieci. Nunc ergo quia malignus in suspicione sum uiris istis quorum uita meo labore consistit, tu nunc deus qui locutus es michi in monte syna, et omnia signa et portenta per me pharaoni et egyptiis ostendisti, et bona innumerabilia et inaudita prebuisti ex nullis eorum meritis sed sola gratia tua, ueni domine iudex omnium et testis meus, quem suffragia ulla non redimunt, tu nosti quod nullum munus contra iusticiam ab hebreis accepi, nec contempsi propter diuitias paupertatem, nec in iniuriosorum lesione consuetus sum, qui nunc in extraneas suspiciones incurri, tamquam te non iubente sed mea potius uoluntate sacerdotium aaron dederim. ostende nunc quia omnia tua prudentia gubernantur et nichil fortuitu sed tua uoluntatis impositione perueniunt ad effectum. Et qui geris sollicitudinem generis hebreorum, uindica in abiron et dathan qui me de insensibilitate contempnunt, quasi uideant a te mea compositi. Facta itaque super eos aperta iudicium perueniret, ita ut gloriam [illegible] manifeste sentientes non eos communi morte factas transire de uita, nec humana lege morientes de presenti seculo factas recedere, sed deglutiat eos terra quam calcant, simul et generatione et substantia eorum. Hec enim erit tue uirtutis ostensio atque documentum cunctorum, et sic eos castigabis qui talia de te non bene suspicantur, et ego minister preceptorum fidelibus omnibus apparebo. Si autem ueraciter contra me derogasse uidentur, illos quidem innoxios ab omni lesione seruato, necem uero quam illis optaui in me inducito. Sic tua uolunt turbare plebem, ut de cetero pax et concordia succedat, et hanc multitudinem tuis preceptis obedientem illesam custodi et qui insontes sunt in hoc peccato. Tu siquidem nosti quod iustum non est supplicium communiter sustinere hebreos pro paucorum malicia. Hec moyse dicente simul et flente repente terra commota est, et uelut uiolentia uenti turbatis fluctibus agitata. Populus autem timuit expauitque, et durissimo strepitu prope eorum tabernaculum concusso, terra scissa est, et omnia que erant dathan et abiron gratissima et ipsos pariter presorbuit. Quibus sic extinctis, mox apertio terre super eos inducta est, et iterum redintegrata, quasi nichil horum que predicta sunt factum esse uideretur. Probatione uero diuine uirtutis facta, cognati illorum dolebant non solum calamitate que digna gemitu uideretur, sed et de cognationis affectu. Sapientes autem qui erant inter hebreos, euentum iudicium certum ferentes dicentes quod uelut erratici iure deperissent. Igitur moyses euocauit eos qui de sacerdotio contendebant ad similem probationem, ut scirent cuius sacrificium deus susciperet, et illum ordinarent sacerdotem. Conuenere autem illi ducenti et L uiri qui propter patrum uirtutem honorabantur a populo, et propter diuitias cunctos transcendebant. Processerunt quoque aaron et chore, et ante tabernaculum omnes sacrificauit cum thuribulis que ferebant. Ignis uero repente emicuit, et tantus quantum nullus umquam ex [illegible] uidit, nec talis umquam de terra est [illegible] uel conuisione fluctuum aut uiolentia spiritus [illegible] ad nutum [illegible] pene spontanee aliquando usus [illegible] testate [illegible] clarus et flammeus. Quo ueniente super eos uniuersi ducenti et L uiri extincti, et chore simul, ita ut nec corpora eorum [illegible] uideret. Solus autem liberatus est aaron nichil ex igne lesus, [illegible]. Moyses autem his peremptis uolens hoc signum reseruare memorie

et futuros homines agnoscere. iussit eleazaro filio aaron thuribula eorum collocare iuxta altare eneum. ut posteri scirent que erant passi qui uolebant uirtute dei illudere. Aaron autem iam non munere moysi sacerdotium se habere credidit. sed dei iudicio perfecto. et iam cum filiis firme ipso honore fruebatur. Seditio tamen non ita quiescebat. sed multo magis augebatur et crescebat. eratque tumultus ualde deterior. Multa namque hec minime absque dei gratia circa moysen facta iudicantes. culpabant moysen quod tanta ira dei super homines iustos propter fauorem moysi peruenerit. Illos enim perisse dicebant nichil delinquentes nisi quod circa dei religionem studium haberent. et moysen propter eos deleuisse. insuper et fratri sacerdotium dedisse. quod deinceps ab eo auferri nequiret. et nullum iam querere sacerdotium. cum priores uiderint ita perisse. Super hec et cognatis extinctorum supplicatio multa fiebat ad populum. ut gloria moysi minueretur. hec enim ad eorum cautelam accedere iudicabant. Moyses uero diu in tumultu populum constitutum patienter audiebat. metuens ne quid iterum seditionis emergeret. et malum aliquid postueniret. congregauit in ecclesiam multitudinem et sustinens audiebat nec ad suas factiones timebat. ne magis uulgus exacuaret auditam. Principibus autem tribuum precepit ut singuli nomina tribuum xii. in uirgis singulis scripta ad se portarent. Portauerunt ergo singuli uirgas suas. et aaron scribens in uirga sua tribum leui. easque moyses in tabernaculo collocauit. Altera uero die protulit eas. erant enim notate. Cumque singuli suas recepissent. et ante multitudinem deportassent. alie quidem in eo statu adhuc erant. sicut eas moyses pridie acceperat. de aaron autem uirga germina et ramos ortos. et fructum speciosum amigdale ex eo ligno processisse mirabantur. Tunc obstupescentes huiusmodi uisione. et odium quod habebant contra moysen et aaron deserentes. continuo mirari ceperunt in illis iudicium dei. et de cetero placito diuino fauentes. sinebant aaron pontificatum tenere. Ita aaron iam tertio deo ordinante. hunc honorem firmissime possidebat. et hebreorum seditio licet multo uiguerit. hoc tamen modo quieuit.

Quia moyses tribum leuitarum deo seruituram a populis et militia segregauit. ne propter inopiam aut questum necessarium ad uitam presentem. essent circa sacrificia negligentes. Precepit et hebreis. ut dum secundum dei uoluntatem chananeam obtinerent. leuitis una et xl. ciuitates bonas et perpetuas distribuerent. sed et terram ante muros ciuitatis duorum milium cubitorum ad unamquamque ciuitatem pertinere descripsit. Super hec et constituit: ut populus decimas leuitis et sacerdotibus preberet. de fructibus que per singulos annos nascuntur. et hec leuite a plebe acciperent. Necessarium autem iudicaui declarare. que sint propria sacerdotum. Ex quadraginta et nouem ciuitatibus: que leuitis segregate sunt tredecim sacerdotibus dare precepit. et decimarum decimas quas leuite a populo sumunt. eis diuidi. insuper et primitias omnium frugum de terra nascentium. eis tradi iussit. Quadrupedum uero que sacrificiis offeruntur. et que primum nascuntur. si masculus sit ad immolandum dari iussit sacerdotibus. ut ipsi ex hec cum tota domo epularentur in ciuitate. Sacratorum uero que comedi non possunt ab eis secundum patrias leges. dominis siclum et dimidium eis preberi iussit. pro homine uero primogenito quinque siclos. Sunt et apud nos primitie tonsionis ouium et messium. unde panes facti eis sollempniter ministrantur. Si qui uero eorum se uouerint quos nahareos appellant. comam nutrire debent. et uinum non ... et ita dum capillos suos dicant propter sacrificia uenientes ad sacerdotes eorum offerunt deo. quod significat munitum. mulier quidem xxx. siclos. uir autem l. De his uero qui cum sacerdote sunt egent in pecuniis. sacerdotibus ut uoluerit iudicare. et hi quoque in domibus immolant epulationis causa non religionis. debent sacerdotibus offerre pectus et brachium dextrum pecoris. Sacerdotibus et moyses ex his que pro peccatis populus sacrificat. dari constituit. Ex omnibus uero que sacerdotibus offeruntur participari constituit seruos eorum. et filios eorum. et mulieres absque hostiis que offeruntur pro peccatis. Illa enim in templo soli masculi sacerdotes eadem die consumunt.

Cum hec moyses constituisset. surgens cum omni exercitu uenit ad terminos ydumee. et misit legatos ad regem ydumeorum poscens sibi uiam concedi. cum ipse nichil inde lederetur. et hanc licentiam ab eo sperare adipisci. Necessaria enim exercitum habere dicebat. et aque precium eos iubebat accipere. Rex uero ydumeorum his que moyses petebat non consentiens. neque uiam concedens. sed castrametatus eis occurrit. prohibiturus eos. Moyses autem cum pugnam uideret concitari. recedebat per desertum iter facturus. Tunc et soror moysi maria defuncta est. cum quadragesimum explesset annum. ex quo egyptum dereliquit. decimo xantici mensis initio secundum lunam. sepelieruntque eam publice. et nimis splendide super quendam montem qui uocatur syn. Et post xxx. dies purgauit moyses populum a fletu isto hoc modo. Accepit namque uitulam feminam aratro et cultura inexpertam. totamque rubeam et duxit paululum ab exercitu. et hanc pontifex immolauit in loco mundissimo. et eius sanguine aspersit tabernaculum dei septies digito. deinde incendit uitulam totam cum pelle et uisceribus et lignum cedrinum in medium igne inserit. et ysopum. et lanam coccineam. colligensque omnem cinerem uitule uir mundus posuit in locum purissimum. Hi ergo qui morte mortue polluti erant. paululum in fontem de ipsis cineribus mittentes. et ysopum baptizantes. et hoc cinere se spargentes. tertia et septima die. in reliquo erant mundi. Hac et lege cum uenirent ad promissam terram. eos obseruare precepit. Postquam ergo propter luctum sororis in exercitu huiusmodi purgatio facta est. duxit populum per desertum per arabiam. ueniteque ad locum quem arabes metropolim suam uocant. et primo quidem arcem nominatam quem nunc petra uocitatur. Hic itaque cum esset excelsus mons nomine or. ascendit in eo aaron moyse sibi precipiente et manifestante quia mori- 128.
turus esset coram populo. Erat enim eodem uisu montis planicies quedam. ubi populus constitutus erat. Exuit ergo aaron pontificali stola. et tradidit eam eleazaro filio suo. ad quem propter etatem pontificatus ueniebat. Mortuus est ergo aaron uidente populo. ipso quidem anno quo soror eius uidebatur defuncta. cum uixisset annis c. et xx. et tribus. Defunctus est autem secunda luna in initio mensis qui uocatur apud athenienses ecatonbeon. apud macedones autem lochis. apud hebreos uero sebbath. apud romanos autem nuncupatur augustus. luxitque eum populus xxx. diebus.

Post hec moyses sumens exercitum uenit ad fluuium harnon. qui de montibus arabie descendens. et per totum desertum fluens. in stagnum asfaltiden descendit. diuidensque moabitidem et amorreum. Hec terra est fructifera. et ubera de bonis ibi ad alendam hominum multitudinem. Ad seon itaque regem regionis illius moyses nuncios misit petens populo uiam federibus: pactus ad inuicem quibus ille crederet quod in nullo lederetur. neque terra eius. neque populus eius. sed uenalia populo sub precio forent uendenda. sicut illorum pararet utilitas. et aquam pergentes ut uellent eos uenundare deposcens. Seon autem rex hoc negans. premunit armatum exercitum. ut hebreos harnon fluuium transire prohiberet. Tunc moyses uidens hostiliter amorreum insistere. non passus ut hebrei post iniuriam peruenire et copia. primum accessit ad eos. et cum non speraret preualere aduersus Seon. consuluit dominum. si eum pugnare permitteret. Cumque deus uictoriam promitteret et fiducialiter ipse ad certamen uenit. et exercitum totum exacuit. dicens eos bellandi desiderio obtinere quod diuinitas iubebat. Hebrei uero ita desiderabant potestate percepta. sumentes arma ad prelia repente profecti sunt. Amorrei itaque insistentibus hebreis cum non esset equalis uiribus impetum et audaciam eorum expauit. nec pugnare ausus est contra eis. Nam primam congressionem non tolerantes hebreorum in fugam conuersi sunt. hec sibi potius utile iudicantes quam cum eis pugnare. Confidebant enim in ciuitatibus ualde munitis in quibus cum confugissent nichil profecerunt. Hebrei namque dum eos fugere conspicerent. insistebant. et irrumpentes eorum acies eos insecutione perterruerunt. Illi autem dirrupta fugiebant ad ciuitates. hebrei uero persequentes nequaquam fatigabantur quando ad labores erant promptissimi. et ut funditores armati. et tamen iaculis propter facultatem armorum ad persequendum erant aptissimi. ita ut cum hostes longius essent. fundibulis et iaculis sternerentur ut proximi. Multa ergo cedes facta est. quando et fugientes uulnerabantur. laborabantque plus propter sitim. quam propter pugnam. Erat enim tempus estatis. talique in angustia ... Et cum multi propter sitim ad fluuium concurrentes fugerent: circumdantes eos hebrei percutiebant. omnesque illos iaculatos sagittis perimerunt. et regem eorum seon simul extinxerunt. Hebrei uero predictos mortuos spoliabant. predamque sumebant. multamque copiam habuerunt ex illa terra. quia adhuc fructibus illis omnia erat plena. Et hebreorum exercitus sine terrore iam captis hostibus consederunt ad epulas. Nullus enim amor pugne in eis erat. cum hostes pariter depississent. Amorreos ergo talis peremptio apprehendit. qui nec prudentia uidebantur astuti. nec inopes necessarie largitatis. quorum terram hebrei late possederunt. Est autem hec terra inter tria flumina sita. quasi quedam insula. quam harnon fluuius a meridiana parte circumdat. iacob autem a septentrione. qui et fluuius in iordane descendens. eius quoque nomen tradidit. Occidentalem autem partem huius regionis iordanis ripa concludit. Cumque ergo hec uero ista possedissent. statim og rex galadine et galanitidis regionis. produxit contra eos exercitum copiosum. festinauerat enim ut amico suo seon regi solacium contra hebreos preberet. Cum uero cognouisset eum extinctum cum suo exercitu. deliberauit pugnare cum hebreis ut amicum uindicaret. et eorum uirtutem experimento cognosceret. Cum incepisset bellare cum eis. spe sua deceptus est. et in bello mortuus est. et omnis exercitus eius peremptus est. Moyses autem iaboch fluuium transiens cum exercitu. regnum og regis perambulabat. ciuitates destruens. et habitatores occidens. qui diuitiis magnis illa terra. et uirtutibus et opulentia precellebant. Og autem regis magnitudo et pulchritudo uehemens erat. qualis nunc est paucorum. Erat enim manu fortis. in opere uirtutis magnanimus. et pulchritudo corporis eius uidebatur equalis. Fortitudinem uero eius et magnitudinem eius nouerunt qui lectum eius tulerunt in ciuitate rabbatha regni ammanitidis. factum quidem ex ferro. iiii. uero cubitos in latitudine habentem: in longitudine uero nouem cubitos habebat. Hoc ergo tam magno rege cadente. hebreis rerum fiducia est concessa. et causa magnorum bonorum eis collata est. Nam xl. urbes clare nimis munitas. bellando obtinuerunt. predamque copiosam et seorsum singuli. et communiter omnes adepti sunt. Moyses autem post hec castrametatus duxit exercitum ad iordanem circa campestria contra iericho ciuitatem opulentissimam. palmasque balsamumque ferre copiosam. Ceperunt autem primitie esse securitatis et desiderium habere bellandi. Porro moyses cum pacificas hostias deo immolasset. et populum epulari fecisset. partem quandam armatorum misit que terram madianitarum exploraret. et eorum patrias obsideret. Causa enim bellandi aduersus eos huiusmodi fuit. Balach rex moabitarum cum amicitias et societatem haberet cum madianitis. et uideret hebreos tantum proficere. et de suo regno in formidine erat constitutus. Denique credebat hebreos nullam aliam terram querere nisi suam. uelociterque studuit animos de hac re suis temperare sermonibus. et pugnare quidem ipse in fortitudine constituit contra hebreos noluit. sed prohibere eos magis ne ingrederentur terram suam. deliberauitque legatione premissa ad madianitas protinus destinare. Apud madianitas. dum esset iuxta fluuium eufraten quidam illo tempore propheta preclarus. eisque nimis amicus nomine balaam. miserunt ad eum legatos fide dignissimos. rogantes ut ueniret ad eos ille propheta. quatinus pro perditione hebreorum maledictiones efficeret. Uenerunt ergo legati ad balaam. benigne sunt ab eo recepti. quibus et largitatem hospitalitatis exhibuit. Cumque cenasset. dei uoluntatem consuluit de quibus madianite rogabant. Cumque deus impedimentum uoluntati eorum fecisset: ipse ad legatos rediit. desiderium quidem suum et studium eis ostendens circa ea que ab eo requirebant. sed deum resistere sue uoluntati dicebat. et se monuisse quod cum ad tantam gloriam propter ueritatis eloquium perduxisset: precepitque non ut suum exercitum sibi amabilem maledicerem sed benedicerem. Ideo hortor uos et moneo. ut inimicitias uestras ab israhelitarum gente suspendatis. Cumque hec dixisset. legatos dimisit. Madianite uero balach uehementer insistente. et preces maximas offerente. miserunt iterum ad balaam. Tunc ille uolens aliquid uiris prestare. denuo consuluit dominum. Qui uolens eius uirtutem experimento probare. iussit ne legatis aliquid contradiceret. sed cum eis abiret. Arbitratus autem balaam hec uerba dominum ei non pro deceptione iussisse: mox cum legatis ibat. Angelus uero occurrit ei per uiam in quodam loco angustissimo. et erat accinctus gladio bis acuto. Asinus autem in quo balaam sedebat intelligens spiritum esse diuinum. declinauit ad unam maceriam non sentiens plagas quas ei balaam inferebat. et percussus in maceria uexabatur. Cum uero angelus insisteret et balaam asinam cum gladio uellet occidere: tunc asina dei uoluntate uocem loquentis emisit. accusans balaam uelut iniustum quia dum prioribus ministeriis nichil quod de ea quereretur haberet. nunc ei plagas inferret: non intelligens quoniam uoluntate dei prohiberetur ab his que festinaret implere. Cumque balaam expauesceret. quod audiret asinam humana uoce loquentem. tunc et ei angelus apparuit. eumque increpare cepit de plagis asine. tamquam non esset hec culpa iumenti. sed quod ei iter contra dei uoluntatem fieri prohiberetur. Metuens autem balaam uoluit remeare: Sed deus eum confortauit ut iret. precipiens ut quicquid in mente ei poneret. hoc ille manifestaret. Et ille quidem cum hec deus iussisset. uenit ad balach regem. Ille uero eum ualde decenter suscepit. et petebat ut duceret ad quendam montium considerare. qualiter hebreorum exercitus esset constitutus. Balach ergo prespicuum deduxit prophetam cum regio ministerio. in monte qui super eorum caput uidebatur existere. et aberat ab exercitu stadiis lx. Uidens ergo balaam exercitum hebreorum. precepit regi ut vii. aras sibi construi faceret. et inde tauros et arietes adduci iuberet. Cumque rex celerrime ministraret: balaam immolauit hec holocausta. Quo facto. cepit ediuso benedicere dicens. Hic populus est felix. cui deus dabit multorum bonorum possessionem. eritque eius auxiliator in omnibus. et presulem ei sua prudentia concedit. ita ut nullum sit genus humanum. quod non uirtute eius et studia uideat optima. et ab omni malicia segregata. Hec itaque et uos uigiliis habebitis. et melioribus filiis relinquetis. deo uos quasi solos homines intendente. et ubicumque fueritis in omni terra sub sole posita. felices eritis. Terram uero in quam uos deus misit. obtinebitis. et seruitura semper filiis uestris. quorum

congregata complebitur omnis terra simul et mare; et sic habundabitis in orbe terrarum, ut omni orbe praebeatis habitatores ex vestro genere. O te admirandum atque beatum exercitum, qui tantus ex uno patre esse crevisti. Sed nec quidem vos adhuc paucos sola Chananeorum terra suscipiet, sed totus orbis terrarum vester erit habitaculum in aeternum. Si obsequi volueritis deo, nam multitudo vestra in insulas dilatabitur et in omnes terras; sicut in caelo est numerus stellarum. Et cum tanti fueritis, sufficientiam vobis non negabit deus, in pace omnia bona ministrando, et victoriam atque potentiam in bello largietur, et filios inimicorum qui contra vos aliqua praesumptione contenderint vobis subiugabit. Non enim ultra adversarius sui victor revertetur, ut ipsi filios suos laetari faciat aut uxores. Tanta siquidem vobis fortitudo praestabitur ex providentia dei, cui grandia minui virtute est, et laetitudo. Talia siquidem Balaam non sua satiatione proferre angeri quos parata fuit. Balaam cum non esset in semetipso, sed divino potius spiritu utebatur. Balach autem rege contristato, et proclamante eo quod pacta transcenderet, quibus fuisset a suis amicis magnis muneribus invitatus, et quod cum debuisset maledicere Hebreis, eos potius ditasset et beatiores omnibus hominibus ostendisset, respondit ei Balaam: O Balach, putas nos de cunctis rebus cogitare et dicere posse sicut nobis placet, et non potius consideras, quando nos spiritus dei invaserit, quod voces et verba quae ipse vult nescientibus nobis emittit? Ego vero recordor quomodo tu et Madianitae me supplicantes huc me desiderabiliter adduxistis, sed et ego cum tali voluntate veni ut vobis satisfacerem, et in nullo vestrum desiderium violarem; sed deus Hebreorum meliora eis per me verba protulit, quam quae ego tibi praestare debebam. Nimis enim insanus est qui praescientiam humanarum rerum ita praesumit, ut ipsos suscipiunt, quam non ea quae divinitas dictat edicant, et magno voluntati dei violentiam faciant. Ego siquidem hunc exercitum neque laudare proposui, nec in quibus bonis genus eorum deus habiturus esset volui monstrare, sed illis propitius eis existens et festinans eis felicem vitam et gloriam trare perpetuam, haec mea verba promissionum per suum spiritum ministravit. Nunc autem quoniam tecum votum promisi, et Madianitarum preces repellere nimis indecens est, veni adhuc semel et alias erigam aras et sacrificia similia prioribus celebrem, si forte flectere potuero dominum ut me permittat Hebreos maledictionibus obligare. Cumque hoc Balach fieri permisisset, et Balaam secundo sacrificante nequaquam divinitas annuisset, ut Hebreis malediceret, et cadens in terram dicebat Chananeis regibus futuras clades, et eorum quaecumque possiderent, et alia multa de gentibus praedixit, quae ego maluit reticere, ne aliquibus de elatione generis mei reprehenderer; sed tamen in sacris codicibus inscripta sunt, quae et posteris temporibus completa sunt usque ad memoriam meam. Et cum haec omnia quae ille hactenus gentilis praedixit talem tamen susceperit, qualem ille designavit, quilibet conicere potest, quoniam quae adhuc non sunt completa, taliter evenient, quemadmodum praefatus est. Balach autem indignatus eo quod non maledicti essent Hebrei, dimisit Balaam nullo honore remuneratum. Ille vero iam descendens et circa transitum Eufrate veniens, et Balach principibusque Madianitarum valedicens ait: O Balach et Madianitae praesentes, oportet me praeter dei voluntatem iam obedire vestrae voluntati. Hebreorum quidem genus nulla pestis penitus apprehendit, nec bella, nec aliqua necessitas, nec sterilitas fructuum terrenorum, nec aliqua eos vesania corrumpit. Est enim cura deo liberare eos ab omni malo, nullamque permittet super eos venire huiusmodi passionem, qua valeant omnes perire. Evenient autem eis pauca mala ad modicum tempus, ex quibus humiliari videbuntur, sed deinde intelligent quod pro amore eis accesserit illa vexatio. Vos autem o Madianitae et tu Balach desideratis quasdam victorias ad breve tempus adversus Hebreos, quas et impetrabitis si haec quae moneo feceritis. Ex filiabus vestris eligite speciosas virgines, quibus subdi et divina castitas inspicientium possit prae pulchritudinis honestate, circa exercitum eorum destinate, et supplicantibus Hebreorum iuvenibus ut earum amplexibus misceantur, praecipite eis, quatinus dum eos concupiscentia obligatos viderint deserant, rogantibusque remanere eas non prius audiant, quam eos patrias leges relinquere cogant, et simul honorem dei qui eas posuit et constituit, et Madianitarum atque Moabitarum ritum colere rogent. Sic enim illis indignabitur deus. Cumque haec dixisset Balaam, valedicens Balach abscessit. Madianitae vero dum misissent filias suas ad Hebreos sicut Balaam monuerat, Hebreorum iuvenes decepti sunt pulchritudine puellarum, et ad earum colloquia venientes rogabant quatinus earum pulchritudine frui mererentur, nec consuetudine copulationes earum respuerent. Virgines autem illae haec verba libenter accipientes, consenserunt eis, obligantes iuvenes amore suo. Quibus dum concupiscentia crevisset, eos illae coeperunt deserere. Cumque illos angustia de mulierum discessione crudeliter invasisset, uberrimis fletibus exorabant ne se desererent, sed futuras fore uxores et dominas omnium possessionum vel substantiarum suarum manere poscebant, et haec cum iurisiurandi religione firmabant, deumque mediatorem in promissione faciebant. Flentes et undique semetipsos misericordia dignos ostendebant mulieribus. Illae vero dum eos servitute iam captos esse cognoscerent, et dominio in vinculo fidei consuetudinis obligatos, coeperunt eis talia dicere: Nobis quidem o fortissimi iuvenes domus paternae sunt et bonorum magna possessio, parentum atque domesticorum favor et dilectio, nichilque horum egentes venimus ad vestrum colloquium, nec quaestum speciosi corporis relinquentes, vestram nobilitatem audivimus, sed iustos et bonos vos existimantes, honorare vos xeniis quibus indigetis venimus. Nunc quoniam dicitis vos circa nos habere dilectionem, et nostro contristari discessu, nos preces vestras non abicimus, sed tantummodo fidem volumus vestri favoris experiri, per quam nos credere dignissimum iudicamus, ut vobis in conversatione viventes uxores esse possimus. Formidamus enim ne dum fueritis satietate nostrae dilectionis adimpleti, deinceps nos contumeliis affectas ad parentes proprios remittatis. Rogantibus autem illis obnixe, et ut ipsae vellent fidem dare pollicentibus, et ob amorem in nullo contradicentibus, dixerunt eis illae: Quoniam haec quidem vobis placent, debetis aliis moribus et alia vita uti, quam vestri socii quibus nostrum coniugium non placet, et alios cibos proprios habeatis et pocula cum nullo communia. Necesse est ergo vobis deos colere nostros, quia nec aliter favorem vestrum circa nos firmum experimur, nisi deos nostros adoraveritis, cum dii nostri communes sint, vester autem deus in nullo sit talis. Iuvenes ergo illi amore earum devicti, et optimum iudicantes illas ducere uxores et semetipsos tradere voluptatibus earum, transgressi sunt patria iura, et deos plurimos eligentes immolabant eis secundum legem patriae earum, cibis et extraneis congaudebant, et omnes ad libidinem mulierum contra leges proprias insurgebant, et ut in exercitu fieret seditio multo peior priore, cum omnino sollempnitates propriae deperirent. Nam dum iuvenes istos mores attigissent, multi cum eis qui propter patrum virtutes nobiles et potentes erant, eodem vitio subiacebant. Denique Zambrias princeps tribus Symeon dum duxisset uxorem Madianitidem nomine Choram, dicti Surae filiam viri inter illos potentis, eadem uxore rogante, non immolavit secundum leges Moysaicas ad quandam sollempnitatem, sed magis eius pulchritudine delectatus mansit cum illa. Et cum haec ita gererentur, Moyses metuens ne quid peius accideret,

Hic fuit f. petrus Dr. C. S.

congregavit populum in ecclesiam, et sermonem ad eos faciens, nullum nominatim culpavit, nolens quemquam desperatione destruere, qui latenter possent paenitere si vellent. Dicebat autem quod non bene agerent contra se et leges patrias, quod libidinem deo praeponerent, et ideo dum adhuc in securitate peccarent, reverterentur ad leges patrias, scientes non ad vim inferendam leges esse positas, sed ad concupiscentiam restringendam. Super haec et addicebat non esse rationabile, ut qui casti fuissent in heremo, nunc in tanta abundantia constituti peccarent, et rerum quas adepti fuerant prae indigentia tempore ubertatis amitterent. Et Moyses quidem haec dicens conabatur corrigere iuvenculos, et ad paenitentiam eorum quae gesserant revocare. Tunc surgens Zambrias ait: Tu quidem Moyses utere legibus quas posuisti, ex ipsa consuetudine eis firmitatem attribuens, et quia ita frequenter castigasti Hebreos quia te seducunt, me in his quae tyrannice imperas non habebis obedientem. Neque enim aliud quicquam hactenus subsequentes cognovimus, et dicimus quoniam iugum servitutis nobis inferre conaris, et tibimet defendere principatum, auferendo nobis desiderium et proprium arbitrium vivendi, quod est eorum qui sunt liberi et dominum non habentium, et more quondam Aegyptiorum nos castigare vis, et secundum leges tibi placitas singulorum voluntates restringere. Multo potius iustum est ut tu puniaris, quando ea quae indubitanter bene constare videntur, solus exterminare contendis, et contra omnium placita tuam vis praevalere sententiam. Mulierem namque Madianitidem duxisse me fateor, a me enim debes meos audire actus, non enim proposui latere sicut alii, nec per me alius tibi delator erit quam ego. Sacrificamus diis quibus non sacrificandum iudicas, iustum existimans me per multos acquirere veritatem, et non velut sub tyrannio vivere, et omnem spem sub unius semper conversatione pendere. Cum haec Zambrias de his quae ipse et alii male gesserant edixisset, populus eundem quiescebat formidine futurorum legis latorem intendentes, volentem superbiam Zambriae ex adverso iurgio provocare. Metuebat enim Moyses ne multi propter luxuriam verborum eius imitatores facti multitudinem perturbarent, et statim dimisit conventum, sed malitia libido potius augebatur. Cumque Zambrias in talia perquireret, et perseverare se in tali malo posse crederet, Finees Eleazari sacerdotis et malus quidem, bonis actibus melior existens multis iuvenibus et dignitate et fortitudine transcendens coetaneos universos, et nepos Moysi existens, valde dolebat in his quae gesserat Zambrias. Volens ergo ei ultionem inferre antequam per licentiam fortior efficeretur in mali libidine, simul et volens audaciam eorum comprimere, qui eius hoc opere communicabant, et dum adhuc a damno minime punirentur, ipse zelo iustitiae accensus, animo simul et corpore sic confortatus est, ut non prius quiesceret quam omnes qui hoc scelus egerunt interficeret. Tunc congregans ad se multos iuvenes et sibi similes in zelo iustitiae, descendit ad tabernaculum Zambriae, ipsumque evaginato gladio medium divisit simul cum uxore Charam. Et Phinees discurrens cum iuvenibus sociis suis puniebat omnes qui in culpa Zambriae similes existebant. Similiter et cognatos eorum qui prohibuisse eos debuerant a tali flagitio simul interfecerunt cum eis. Inmisit et illis deus pestilentiam languoris valde magnam et horribilem, et multa turba ex hoc languore interiit. Fuit itaque numerus eorum qui a Finee et a sociis interfecti sunt, et qui a pestilentia languoris quam eis deus inmisit corrupti sunt, non minus quam XIIII milia virorum. Hac itaque de causa exasperatus Moyses ad interitum Madianitarum misit exercitum, de quo paulo post dicturi sumus, narrantes prius quod reliquimus. Iustum namque est legis latoris voluntatem neque in hoc sine laude transire. Balaam enim qui petitus fuerat a Madianitis ut malediceret Hebreis, hic quidem complere divinam providentiam non praevalens, consilium dedit quo hostes invenes Hebreorum populum paene consumpserunt. Moyses enim magnifice nimis honoravit eum, dum narrationis verba, dum mendacium arguere testis existat, alienamque testimonium reddidit et eum dignum memoria fecit. Et haec quidem sicut voluerint quique considerent. Moyses itaque ut prius praedixi propter haec quae acciderant, ad terram Madianitarum misit exercitum, ex omni tribu Hebreorum XII milia eligens viros, quorum ducem statuit Fineem, cuius memoriam paulo ante fecimus, qui leges Hebraicas custodivit, et Zambriam eas transcendentem ipse percussit. Madianitae vero videntes exercitum contra se venire, quantus numquam adversus eos accesserat, congregantes et ipsi parem cum multitudine expectabant eos, et undique munitiones excipiebant eos. Supervenientibus autem Hebreis et congressione facta, Madianitarum cecidit multitudo tanta quae computari non posset, numerumque transcenderet, et reges eorum quinque pariter perempti sunt, quorum nomina erant Och, Sur, Obech et Hur. Quintus vero rex de cuius cognomine civitas in terra Arabum est constructa, et hactenus ab omnibus de nomine regis conditoris Arachem vocatur, simul occiderunt.

Hostibus ergo Madianitis effugatis, Hebrei eorum tenuere provinciam, multaque sumentes praedam, et possessores cum mulieribus perimentes, solas virgines reliquerunt. Hoc enim Moyses praeceperat duci Finees. Qui etiam rursus incolumem reduxit exercitum, et praedam valde copiosam, id est boves quingenta duo milia et LXX VII, asinos autem LX milia, auri vero et argenti innumera multitudine, quibus utebantur Madianitae; nam per longam felicitatem quam habuerant erant valde locupletes. Deductae sunt autem et virgines quasi XXX duo milia. Moyses itaque haec divisit in duas partes, et unius partis quinquagesimam partem dedit Eleazaro et sacerdotibus, alterius autem partis quinquagesimam partem dedit Levitis; reliquam vero partem universo populo distribuit. Utebanturque deinceps valde feliciter, eratque eis pro virtute omnium bonorum copia, nullaque cautela eorum voluptates impediebat. Moyses ergo cum esset senex, Iosue sibi successorem constituit, praecepitque ei ut ad prophetias et ad militiae principatum, si forte necessarium foret, adiuvante deo firmissime teneret imperium. Iosue autem omni doctrina legum divinisque ministeriis Moyse docente extiterat. Interea haec duae tribus, Gad et Ruben et Manasse dimidia, quadrupedum multitudine et aliis omnibus bonis valde divites, habentes commune consilium rogabant Moysen ut eis concederet Amorream terram, quam pascuis optimam videbant. Moyses vero existimans eos timere pugnam Chananeorum, et idcirco occasionem honestam quasi per pascuarum diligentiam repperisse, et malignos eos appellabat, et turpe occasione amoris adinvenisse, et velle sine labore vivere, dum omnes adhuc in aerumna consisterent, et terram ideo quam peterent obtinere, ne decetero cum fratribus laborarent, quibus terram Madianitarum sedes promiserat trans Iordanem, et adversus cunctos pro sui interemptum. Illi vero conspicientes iratum Moysen, et contra se iustissime provocatum, respondentes satisfaciebant non pro amore periculorum, neque propter defectum laboris haec petere, sed ut praedam in oportunis consistentem locis, ante filios ex pedibus ad certamen et bella venire possent. Dicebantque se paratos, ut dum possiderent civitates ad custodias filiorum et uxorum et facultatis suae, ubique ante fratres cum suo exercitu properarent. Porro Moysi dum placuisset iste sermo, vocans Eleazarum sacerdotem et Iosue et adulanum universos, ait omnem populum concessit illis terram Amorreorum, ita ut auxilia ferrent cognatis suis donec victoria complerent. Accipientes itaque illi hac conditione provinciam et civitates fortissimas possidentes, filios et coniuges et alia quaecumque poterant

habere in civitatibus: cum sit receptis circa levitis facere posset sine impedimento. Constituit et Moyses tres civitates ex xl et octo civitatibus quas levitis dabat tribubus in se recepturis, ut ad eas confugerent qui nolentes fecerint homicidium, et tempus fugae constituit, habentium potestate scilicet exemplo cognati occidere homicidam, si eum extra terminos civitatis ad quam fugerat invenerit; quod in nullo alio loco permissum est peccari. Hae siquidem civitates fugacibus distributae sunt in decem tribubus et dimidia. Bosor in arabiae finibus, Ariman autem intra Galaditem, Galalum in Batanide regione. Praecepit etiam ut cum terram Chananaeorum obtinerent, tres alias civitates inter urbes levitarum delegarent ad fugatorum salutem. Post haec venere ad Moysen maiores natu de tribu Manasse et dixerunt virum insignem in tribu sua fuisse defunctum nomine Crophatum, et filios quidem masculos non reliquisse sed filias, et ob hoc consuluerunt Moysen si deberent hereditatem possidere. Quibus Moyses respondit: si aliquos de sua tribu ducerent viros, eas posse hereditatem obtinere; sin autem ex alia tribu alicui nuberent, tunc hereditatem in paterna tribu relinquerent. Et manere uniuscuiusque hereditatem in sua tribu constituit. Post haec congregans Moyses omnem populum ad Iordanem ubi nunc est civitas Abilal locusque palmarum, universo populo ita locutus est dicens. O commilitones et sic deo placiti calamitatis longe participes, iam c.xx. annis senectute confectum oportet me ab hac vita discedere; et in his quae agenda sunt trans Iordanem, tamen ero vobis adiutor; neque pugnabo vobiscum, a deo prohibitus. Iustum tamen credidi neque nunc meam deponere pro vestra felicitate curam, sed propria iudicare vestrae libertatis adoptione, et memoriam meam in habundantia bonorum vestrorum referre. Nunc ergo explanans quemadmodum vos felices eritis, vestrisque filiis bonorum vestrorum relicturi possessionem, et quia ab hac vita discedo, dignum est ut mihi verborum meorum fides adhibeatur: et praecipue propter plurimas virtutes, et eo quia cum homines ad vitae terminum veniunt, cum omni integritate loquuntur. Nunc ergo o filii Israel, cunctis hominibus causa bonae possessionis deus propitius est. Ipse enim solus potest his dignis distribuere, et auferre in se delinquentibus; potest etiam vos exhibentes in bonis operibus, sicut vos ipse per legem docuit; sed et ego voluntate eius sciens apud vos moneo. Non enim eritis beatissimi et omnibus mirabiles et feliciores, si aliquando ex illius mandatis declinaveritis. Si enim mandata illius servaveritis, possessio illa quam adepturi eritis firma vobis manebit; et per semetipsum vera dominus manebitis, si solummodo hic quod deus vult sapimini. Et neque legum alienarum vero vobis propositis, neque pietate quam nunc circa deum geritis, spretis ad alium deum converteritis. Et haec custodientes fortissimi eritis ad bella, et inimicorum nulli subiacebitis. Deo enim vobis auxiliante magnas civitates possidebitis, nam bonae causae primum praemium est virtus, deinde ipsa virtus aliarum rerum praestat augmentum. Quibus inimicis, si iusti fueritis, faciet vos deus gloriosos inter alienigenas, et apud posteros eminentes ostendet. Nunc ergo leges a deo per me placatas custodite et observate, et eius sapientiam meditemini. Ego autem discedo a vobis iuris bonis commendans vos castrum legis, et ornatum bonae conversationis, virtutibus quae ducenti vobis prudentiam in reliquo vitae exhibebunt. Dei autem auxilium tanto tempore experietis, quanto ipsi volueritis mandata eius sequi. Et ipsius enim praecepto vobis huiusque consiliator assisti, per mortem quoque meam consilia vobis praebebunt optima, quae sequentes felices eritis. Pontifex namque Eleazar et Iosue necnon et seniores et principes tribuum obaudire vos convenit scientes qui omnis qui liberi et subiecti sub potestate consistunt, praemodum praeceptorum tenere et libertatem per se possunt. Non enim in odium artes esse debetis mihi quae vos agere duces vestri poposcerint, et bene vobis facientibus iniuriam non faciatis; nec huiusmodi tamen vos aliquam faciatis, quali circa me iam saepius praesumpsistis. Nostis enim quod frequenter peiora a vobis quam ab hostibus mortis pericula sustinui. Et haec quidem non propter improperium vobis dico, quia nolo vos merentes relinquere in exitu vitae meae, sed et eo tempore quando haec patiebar non multum erga vos commovebar. Videte ergo ne in nullo vestris praesulibus iniuriam faciatis propter divitias, quae vobis Chananaea obtinentibus affluenter advenient. Nam si pravos fueritis et contemptores et virtute devotionis perdideritis, quam circa deum geritis, eum etiam primitus habebitis inimicum, et terram quam armis obtinuistis cum magnis obprobriis amittetis, et per totum dispersi orbem complebitis terram et mare vestro servitio, eritque vobis inutilis tam paenitentia, ex memoria legum non servatarum. Ut ergo simul ex his erui malis, dum hostibus praevalueritis, nullum de habitatoribus relinquatis, sed omnes interficite; ne illorum studia degustantes, a conversatione patria recedatis. Sed et aras et lucos et templa quaecumque habuerint destruite, et genus et memoriam eorum igne consumite. Sic enim erit vobis bonorum vestrorum firma securitas. Ne vero per ignorantiam possitis ad peiora declinare, leges vobis deo dictante composui, et ordinem bonae conversationis institui, et eas servantes ornatum felicissimi eritis orbis hominibus. Haec dicens Moyses dedit eis in libro scriptas leges, et conversationis modum ibi conscriptam. Illi vero flebant et multum querebantur adhuc habere Moysen, memoria periculorum eius recordantes, et quanta pro eorum salute gessisset; et desperabant ita de futuro, quasi nullus eis princeps similis foret, minusque iam deum de illis curare. Eo quod saepe ipsum Moysen iniuriassent. Et plebs quae in deserto fuerant cum eo prius tamen locuti, paenitentiam agebant, et amare ingemiscebant, ita ut omnis 129.
populus in lacrimas prorumperet. Moyses autem consolabatur eos, et licet ipse multas lacrimas dignus videretur, tamen amovebat eos a fletu, et ut post mortem eius optima conversatione viverent deposcebat. Tunc quae convenerant tecta dimisit. Volo autem primitus dicere conversatione nostri, eiusque dignitatis virtutes exponere, ut qui haec legerint agnoscant qualia initia nostri habuere maiores, et sic ad aliarum rerum redeam narrationem. Scripta sunt namque haec omnia sic ille reliquit nobis adicientibus ad ornatum quae ille reliquit. Hoc tamen nobis placuit ut secundum genus singula disponantur, et ideo necessarium iudicavi haec praedicere, ne aliquando nobis a contribulibus hanc scripturam legentibus quaestio generetur. Hic autem ordo est legum nostra conversatione competentium, quas autem communiter nobis adultimis dereliquit, has cum de moribus et causis explanare referre distuli, quod adiuvante deo post nobis insinuare propositum est. Dicit enim lex. Dum Chananaeorum terram possideritis et ad usum bonorum perveneritis, et civitates aedificare coeperitis, et facientes ea quae deo sunt placita, fortissimum pignus felicitatis habebitis, sicut vobis omnibus una civitas sacra in terra Chananaeorum in loco optimo et virtute praeclaro, quaecumque deus sibi propriam elegerit, et templum unum in civitate ipsa sit, et altare unum ex lapidibus non manu dolatis, sed passim iacentibus quae dealbaverit, et ad decorem valde pulcherrimum. Accessus autem ad ipsum altare non fiat per gradus. In aliis autem civitatibus nec altare nec templum sit. Deus enim unus est et genus Hebraeorum est unum. Qui vero blasphemaverit deum lapidatus suspendatur per diem, et sine honore turpiter sepeliatur. Conveniant autem omnes Israelitae ter in anno a finibus suis in civitatem in qua templum est, quatinus deo et pro illis quae possident gratias referant, et pro futuris preces offerant. Convenientes autem ad invicem, epulentur simul sicut amici, non sicut extranei. Bonum est enim ut simul convenientes mutuo semetipsos agnoscant, et maxime quae procul sunt positi, et negocia singulorum ordinent. Hoc autem eis boni ex hac societate proveniet, ut aspectum et memoriam et loquelam invicem apud se obtineant. Si enim uno anno non convenirent, velut ignoti et extranei sibimet permanerent. Sit autem et decima exceptio frugum quam vobis praecepit dominus sacerdotibus et levitis dare, congregentur per provincias et ad epulas ministrent et hostias, quae in sacra urbe sunt celebrandae. Iustum est enim ex his quae de terra nascuntur, et quae nos deus possidere fecerit, ut ad honorem eius qui haec tribuit ministrent. Ex mercede mulieris fornicariae non sunt sacrificia celebranda. Numquam enim ex his quae de contumelia acquiruntur corporis divinitas delectatur. Nichil enim confusione corporum peius est. Similiter autem si quis pro coitu canis aut venatu aut ex custodiis gregum mercedem accipit, numquam exinde deo sacrificandum est. Nullus blasphemet homines qui de alia civitate venerint, et sacra peregrina non sunt furanda, nec aliunde deo absumenda. Nullus vestrum tunicam contextam ex lana et lino vestiatur, quia haec vestis solummodo sacerdotibus est concessa. Convenientem multitudinem in urbe sacra ad immolandum post vii. annos instante festivitate quae vocatur scenophegia, id est tabernaculorum defixio, summus sacerdos stans in excelso tribunali unde possit audiri, legat coram omnibus legem Moysi, et neque uxor neque filii audire prohibeantur, sed neque servi. Bonum est enim ut animabus inscriptae leges et in memoria conserventur, quae numquam deleri possunt. Leges enim multa habent audacia peccantes, utique praedicentes eis quae sint passuri cum peccaverint, et animabus eorum inscribentes quae praeceperint, quatinus praeaudientium corporis omnino mentionibus eorum consistat voluntas legum, in qua lege cum deliquerint ipsi suae lesionis auctores existant. Debent et pueri primum discere leges, quae est doctrina optima et extrema. Secundo autem per singulos dies mane et vespere testificanda sunt eis dona dei, quae eis ex Egypto liberatis concessit. Iustum est enim ut gratiarum actio referatur et pro compensatione tribuentium facta et provocatione futurorum. Inscribenda sunt et manibus et pectoris deo bona facta, et digito pueris singula sunt declaranda, ut virtute dei postea valeant honorare et favorem eius praedicare, quatinus undique circa eos sit luculentus dei favor. Principes sint in unaquaque civitate viri vii. qui in virtute et iustitiae studio sint probati, unicuique vero principi duo viri ministri praebeantur ex tribu levitarum. Oportet autem in iudicibus ipsis honore custodiri, quatinus in civitatibus iudices constituti fuerint, ita ut illis praesentibus nullus audeat blasphemare, neque aspere agere vel etiam aliquid, nec despicere aliquis audeat pudore dignorum iudicium, quia dominum illis contempnere videbitur. Iudices autem ibi habeant potestatem pronuntiandi quodcumque eis videtur, nisi forte aliquis convincat eos pecuniam accepisse, pervertere iustitiam, aut aliam causam proferat, per quam eos non bene iudicasse convincat. Non enim iudicem convenit attendere personas aut pecunias, sed iustitiam omnibus rebus praeponere. Nam hic quilibet non agens deum contempnere putatur, eumque infirmiorem credere quam illos quibus contra iustitiam quod deus ipse est pecunias pro iniusto iudicio largitus est. Si vero iudices non possunt de rebus sibi oblatis iudicare, aut discernere, quod multa talia solent hominibus provenire, tunc integram causam mittant in sacram urbem cum nuntio fideli. Et convenientes pontifex et propheta et seniores, quae eis iusta videbuntur de hac causa pronuntiabunt. Unius testimonium non credatur, sed tribus sive possit haberi ad ultimum duobus credatur, quorum testimonium verum faciat vita prior. Mulierum testimonia neque quidem recipienda sunt propter levitatem et audaciam generis earum; sed neque servi testimonium perhibeant propter ignobilitatem animi, quia aut propter lucrum aut propter timorem verissime credibile potest eos non vere testari posse. Si quis autem falso testatur et convictus fuerit, ea patiatur quae passurus erat contra quem testimonium dixit. Si homicidium factum in aliqua urbe non inveniatur hic qui fecit, ita ut nec in suspicionem sit aliquis qui per odium perpetraverit, quaeratur equidem homicida cum multo studio et de comunicando praemium edicto. Cum vero nullus eum annunciaverit, principes civitatis vicinarum regionum illi in qua caedes facta est et seniores convenientes mensurant a loco ubi iacet mortuus regionem, et praefectus qui fuerit vicinior civitati, ipsi emant sementis vitulam et deferentes ad vallem et in locum inutilem aratro et plantationibus, et incidant nervos bovis, et sumentes aquam lavent manus suas super caput bovis sacerdotes et levitae simul, et seniores illius civitatis, exclament ab homicidio mundas se manus habere, et neque gessisse neque facto communicasse, et invocent dominum sibi propitium fore, et numquam tam mala passione nulla eos contingere. Optima est ergo huius modi dispositio et conversatio talis. Nec alteri ita vobis sit appetendum, sed has leges diligite, et secundum eas facite, satis enim est ut deus sit vester princeps. Si autem habere vobis maximo vere regem vestro confirmatis, postea sit ipse diutius fuerit, sit equidem congeneris sibi subditis, sitque ei iustitiae prudentia semper et virtutis alterius magnitudo. Sciat autem iste rex his legibus atque deo plurima in se sapientia, nichilque contra praeceptum ponti fices seniorumque sententiam, nec multas nuptias usurpet, neque habundantia pecuniarum fretus, nec ornatu equorum, et de rebus sibi collatis non ultra leges superbiat. Prohibeatur et quis hunc honorem acceperit fieri ultra modum vel elatus vires potentior. Terminos et terre commovere 129.
non liceat, nec alienae nec propriae, per quos vobis servabitur pax, et habeant firmum ingenium. Sic ex divina sententia unicuique sunt positi, quia mundus plus et seditionibus totus nascitur, dum possidere singuli nituntur aliena prædia, et terminos agrorum. Si quis autem in vobis vult terminos permutare, procul dubio transgredietur leges. Qui vero terram plantaverit arbores, vel vindemiam, si autem quarto anno fructum acceperit, neque ex his deo primitias offerat, nec ipse comedat. Non enim secundum tempus hoc natum est, cum natura per tempus vim fecisse videatur, unde nec deo nec ipsi domino competit ad vivendum. Quarto vero anno vindemiam et omne quod nascitur tunc enim maturum est colligens ad sacram deferat urbem, et cum decimis aliarum frugum expendat circa amicos epulando, et cum pupillis et viduis. Quinto autem anno sit dominus sui quae fuerunt nata. Qui terram vineis plantat non seminet tamen aliis generibus; satis enim est hanc haec enutrire germen, ideoque laboribus aratri debet esse parata. Cum bubus terra arandae, et nulla cum eis alia animalia iungenda sunt, sed proprium hi genus sicut arando. Semina vero sint munda et inpermixta, et non duobus aut tribus generibus seminentur. Non enim coniunctione diffundunt terra et natura laetatur. Sed neque iumenta permisceant quaecumque cognata non sunt. Metuebat enim legislator ne per hanc iniuria transiret in homines, ideoque minimis animoribus et turpibus primo sumens, nichil huiusmodi licitum esse voluit, ex quo per negligentiam de rebus ullibus legem transcendere non auderent, volens omnibus providere, ne maliquo viderentur esse culpabiles. Metentes et manipulos colligentes non debetis omnem messem excutere, sed relinquere aliquos manipulos quae sint egentibus alimenta. Similiter

[illegible] relinquebat. et olivarum fructum reservandum esse egentibus; et esca propria non habentibus. Non enim tanta habundantia ex proximis colligenti diligentia dampnum videbitur esse, quanta gratia ex indigentium satietate proveniet. Cum et eventus tuus ad collationem fructuum provocare facere. ex quantis [illegible] perficiuntur. sic et palmarum ligna reservantur. Sic et boum ora non sunt liganda. dum spicas terit in area. Non enim iustum est eos qui simul laboraverint in fructum partu nativitatis eius fatigati sunt participare de fructu prohibeantur. Poma et immatura contingere non agricolis convenit sed sinatque de ipsis res debent promittere faciant. sive pueriles sive sine peregrini. et cum tempus per hoc tempore eis ad comedendum. Portare vero eis nichil liceat; neque vindemiatores ea his quae ad torcular portant gustare prohibeant si forte occurrerint. Iniustum est enim bona quae deus voluntate ad vivendum data sunt invidere desiderantibus ea comedere. dum poma in maturitate sint vindemia. Sunt et aliqui qui verecundia tangere non presumunt cum sinatque restitute. et socii per cogitationem. si tamen ex alio loco venientes. Hi tales deprecandi sunt ut munera suscipiant. et quae licentia quae deus eos videre concessit. Dampna siquidem vitanda sunt quae impetu per benignitatem consumuntur; conferuntur enim de perpetuis liberaliter bonorum praestare hominibus; et ipsi soli vicant sed et aliis largiantur et voles per hoc inventum facere felicitatis suae aliis ministrare propter eius habundantiam fructus suae aliis et ignotis participare hominibus; Qui vero hoc preceptum custodierit. xl. minus una plaga cum sabena publica debet accipere. Praecepit et lex liberum hanc penam temporis sua sustinere quia libero inferunt. et faciunt iniuria dignitati. Benigni vobis erunt iuniores erunt et miserantur quia in egypto et in deserto sustinuistis. et diviciis postea adepti miserorum et indigentium curam habeatis. De duabus autem decimis quas annis singulis per ordinem celebrandas. alia quidem debet dari levitis. altera vero ad epulationes. tercio vero anno tertium dari debet ad distributionem inopum. mulierumque viduarum et infantium pupillorum. Germinatum quecumque prius nascantur agere ad templum deferant et pro tanto deferentes quia eis deus prestitit possidere ipsum benedicentes. et sacrificia quae leges iubent offerre celebrantes hoc per mitias sacerdotibus templi distribuunt. Cum vero haec quilibet impleverit et omnes decimas una cum primitiis quas levitis et ad epulandum dari mos est obtulerit discessurus domum stans e diverso templi gratias agens deo qui eos ab egyptiorum iniuria liberavit terramque eis magnam fructu multamque concesserit testimoniumque perhibeat quod et decimas secundum legem moysi obtulerit. et exoret deum sibi propicium et placidum semper esse. et commune cum hebreis omnibus permanere; atque servet bona quae ipse dedit eis. et addat quaecumque donare potest. Nobiles qui nubere volunt uxores ducant nobilium tempore constituto. virgines liberas bonis parentibus procreatas. Qui vero virginem noluerit ducere. ei iungatur qui discedere suasit ab alio viro. neque concitet preter maritum eius. Liberi non ducant uxores ancillas. nec per amorem hoc facere aliqui compellantur. Concupiscentia namque decorum est continere. et congruum dignitati. Nuptiae fornicarie non sunt sequendae per quibus corporis iniuriis nuptias non computat summa divinitas. Decorum enim nuptiis prudentia filiorum erit libera. et admirente verecundiis preparata. et non fuerunt de corporibus nuptiis, neque de concupiscentia non legitime convenientium procreati. Si quis vult virginem sibi desponsare et postea putaverit eam violatam. dicturus ipsam causam. accedat et accuset illam. utens ad probationem documentis suis. et respondeat ei pater puelle aut frater aut quicumque post eos genere vicinior esse monstratur. Et cum iudicatum fuerit puellam non esse culpabilem, cum accusatore permaneat: nullam habente viro ulterius potestatem dimittendi eam nisi magnae causae protulerint. et contra quas respondere non possit. Si quis autem audacter aut petulanter puellam vitiaverit. et post hoc derogationes intulerit multas. condempnetur xl minus una plaga. et l. siclos patri puelle dare cogatur. Si autem puella convicta fuerit corrupta fuisse; si de populo sit. et quae castam virginitatem usque ad legitimas nuptias non servavit statim lapidetur. Si vero de sacerdotibus iterata. viva per ignem concremetur. Si quis duas uxores habuerit. et una quidem in honore magno et favore apud eum fuerit aut propter amorem aut pulchritudinem aut ob aliam causam. altera autem apud eum in minore honore consistat; si ex dilecta natus fuerit filius qui et iunior sit illo qui ex non dilecta natus est. et petierit pater propter favorem quem habet erga matrem suam. quatenus sibi det duplicem partem substantiae suae. et exheredet illum qui de non dilecta natus est. sic in legibus diffinitum est non concedatur ei. Iniustum namque est. ut qui nativitate senior est. quia vis minus mater eius a patre diligatur. debita parte fraudetur. Qui puellam corrupit alii desponsatam. suadens ei ut ad corruptionem consentiat. et illa consenserit. cum ea moriatur. Maligni enim sunt utrique; ille quidem eo quod persuasione suasit eam sustinere voluntarie puellam. et nuptias legitimas haec mala proferre cogerit. illa vero quae se ipsam propter libidinem propriam aut lucri ad tale contumelia prebuerit. Si vero alicubi solam eam inveniens nullo adiutorio presente oppresserit eam. solus ipse moriatur. Qui virginem corrupit non dum alicui desponsatam. ipse eam ducat uxorem. Si vero puelle non placuerit ut habeat eam. solvat patri eius l. siclos pro pretio iniurie. Si quis vult ab uxore copulata disiungi propter causas quaslibet; quae multimodae hominibus provenire noscuntur. conscripto propria manu promittat quod numquam postea cum ea conveniat. et hoc scripto liber repudii vocatur. Nam sic ille vir habebit potestatem alii uxori copulari. cum prius hoc ei non licuerit: et illa etiam tunc se ad alterum conferre valeat virum. Quod si illo moriente noluerit eam recipere. tunc non licebit. quia cum scripto hoc prius abiuravit. Mulier quae sine filiis fuerit a marito derelicta. frater defuncti eam accipiat. et natum filium mortui nomine vocans. successorem hereditatis nutriat. Hoc enim et publicis utilitatibus proderit. domibus minime destitutis. sed et cognatis per hunc substantiae conservari. et mulieribus relatio calamitatis auferri. quando priorum maritorum proximis coniungentur. Si vero noluerit eam ducere frater. veniens mulier ad seniores civitatis testimonium huius rei perhibeat quod volenti ei domi manere. et filium ex ea habere eam nolle ducere. iniuriam faciens memoriae defuncti fratris. Requirentibus vero senioribus per quam causam nuptiis ei abstineat. sive parvam sive maximam causam dixerit. ad hoc veniendum est. ut uxor defuncti solvat calciamenta illius viri. et expuat in faciem eius. et dicat hoc obprobrium eum dignum esse ab ea pati. faciens iniuriam defuncti memoriae. Et ille a conspectu seniorum abscedat. sustinens hoc obprobrium omni tempore vitae suae. Illa vero si noluerit alio cuilibet se petenti nubat. Si quis ceperit virginem in bello. sive iam nuptam volens ei copulari. non prius ei liceat

eius cubile communionemque contingere. antequam radat capud suum et lugubrem vestem induens parentes defleat et amicos quos in bello perdidit quando decorem in ea sanciata sit deinceps ad epulas convertatur et nuptias. Bonum enim est ut accepturus eam de qua et filios vult habere. ut eius moribus satisfaciat voluntati. et non tantum libidinem propriam contemplans quin quod uxori futurum carum esse possit sequens. Triginta vero diebus in luctu expletis. sufficiunt enim isti dies ad lacrimas amicorum. tunc procedat ad nuptias. Si vero postea cupiditate plenus esse contempserit habere uxorem tamen non habeat eam ad servitutem sui componere potestatem. sed ubicumque voluerit mulier. discedat habens hanc libertatem. Quicumque de iuvenibus contempnunt parentes suos. et eis honorem non prebent. aut propter verecundiam aut propter insipientiam iniuriam facientes eis. primum quidem occultis sermonibus moneant eos parentes ipsi. scilicet pater et mater. Si vero nec tunc correxerint. adducant eos ante iudices. et ita ante eos proloquantur. O filii inquiunt: non pro delectatione libidinis sumus nos vestri parentes permixti. neque pro augmento pecuniarum. dum vestre et vestri parentes facultate ditati. sed propter hoc invicem commixti sumus ut vos filios haberemus et nos in senectute gubernaretis. et quibus egemus per vos habere possemus. quod gratum tamen vobis si velletis facere. et fortasse dulce carum esset. Audiant et haec verba parentes et dicant: Ipsi scire poteritis si vultis. qualiter nos foventes vos cum magno studio nutrivimus. nullique rei pepercimus quae ad salutem vestram proveniret et quae utilitate vobis optime eruditionis afferret. Nunc autem quia decet veniam tribui iuventutis delictis. monemus vos corrigere. utcumque vero honore minores et sequentes inventi estis. et studete levire mentem vestram. scientes deum ea quae contra parentes presumuntur nimis ingrate ferre. quia ipse totius humani generis pater est. et una cum illis exhonorari videtur qui eandem appellationem habere noscuntur. et iniustum est patres iniuriam a filiis suis sustinere; cum lex talium malorum ultrix existat sine alia misericordia. quam ultionem vos a filiis sustinere non optamus. Et si ex his verbis parentum iuvenum postea convictam iniusticia. liberantur et a pena legis quae talibus debet inferri. Sic enim legis lator bonus invenietur. et patres felices erunt. non videntes nec filios puniri. nec filias secundum legem. Cum vero parentum sermones atque doctrina propter intemperantiam suam pro nichilo esse videbuntur inimicas sibi faciet leges sine federe pacis et ducetur extra urbem sequente multitudine. in lignoque suspensus. et permanens tota die in ligno. in nocte sepeliatur. sic et alii quicumque in preceptis legibus decreverunt. Sepeliantur autem et hostes. et nullus mortuus inexpers sepulturae iaceat. solvens penam ultra iusticiam. Nulli hebreorum ad usuras liceat fenerare neque cibum nec potum. Non enim iustum est a contribulibus redditus sustinere. sed solacium vilitatis eorum lucrum esse decernere; et gratiarum actione a deo reddita pro benignitate sufficit. Qui vero mutuo accepit. sive pecuniam sive quaecumque fructuum siccorum vel humidorum. reminiscens legis dei haec cum dilectione restituant. quasi reponentes in propriis loculis. et cum opus fuerit hoc tollentes. Qui vero circa redditionem impudentes extiterint. non domos eorum intrandum est. et tamen pignus tollendum. antequam ex hoc ea dicat. Pignus vero a foris petendum est. et debitor per se portare debet. nichil resistens ei qui cum iusticia legis advenit. Siquidem ipse habens sit et dives. cum pignus ablatum est. teneat illud creditor quousque restituat quod debet. Si autem pauper est restituat pignus antequam sol occidat. et maxime si sit vestis in pignore constituta. ut ea habeat ad soporem. quia naturaliter deus pauperi miseretur. Molas vero et vasa congrua non sunt accipienda pro pignore. ne instrumentis necessariis ad ciborum alimenta priventur. et pro egestate aliquid pessimum patiantur. In furto hominis pena sit mortis. qui vero aurum aut argentum abstulerit. condempnetur in duplum. Qui iumentum rapuerit. dampno quadruplo condempnetur; propter bovem vero hic enim quintuplum solvat. Qui vero ad solvendam multam erit inops. sit servus eorum quibus est condempnatus. Si quis fuerit vero a suo venditus. sex annis serviat. septimo autem liber abscedat. Si vero filio ei nato ex ancilla apud emptorem propter affectum eius et familiaritatis dilectione servire voluerit. in instanti anno iubileo quem quinquagesimum vocant liber efficiatur simul cum uxore et filiis. Si quis aurum vel argentum perditum invenerit. quaerat qui perdidit. per preconemque mittens. cum eum invenerit restituat. et ex alterius dampno sua utilitate non quaerat. Similiter autem et de pecudibus quas quis in deserto errare conperit. non invento repente domino apud se reservet; testem in his habens deum. quod noluit aliena lucrari. Nulli liceat pertransire cum iumentum alicuius tempestate fatigatum in luto viderit cecidisse. sed allevet illud. et cum proprio labore adiuvando adiutor existat. Vias ignorantibus demonstrandum est. et non risum aucupantes de eorum errore alienis utilitatibus liceat impedire. Nemo quemquam blasphemet absentem. Percussus et mortuus quis in lite ubi non est ferrum. repente occidatur iste qui eum percussit. Si vero portatus fuerit ad propria qui percussus est. et egrotet diebus multis; deinde moriatur. sit innocens qui percussit. Sanato autem illo et multas expensas in egritudine faciente. restituat universa percussor quaecumque in vulneris sanandi tempus expendit. et quaecumque medicis erogavit. Qui mulierem pregnantem calce percusserit. siquidem et abortivum fecerit mulier; ille a iudicibus pecuniis condempnetur. tamquam per corruptionem ventris plebis faciens detrimentum. Detur autem et viro mulieris ab eo pecunie. Moriente autem muliere et ipse moriatur, animamque pro anima reddat. Venenum neque mortiferum neque aliud quod utique sit lesionum. nullus hebreorum habeat. Si vero inveniatur hoc quisque habere moriatur patiens hoc quod ille toleraverit cui venenum fuerat factum. Qui cecaverit similiter cecabitur. nisi forte pecuniam accipere voluerit qui cecatus est. habens ex lege licentiam estimare sue cecitatis casum. et quidquid placuerit sibi hoc ille debet dare. Bove cornu percutiente dominus suus interficiat. Si vero aliquem interfecerit. ille quidem lapidatus moriatur. et neque ad cibum utilis habeatur. Si vero dominus praescius fuit eius naturae necavens. ipse et moriatur tamquam ipse eius qui a bove peremptus est. auctor mortis extiterit. Si vero servum aut ancillam bos perimat. ipse lapidetur. xxx vero siclos ei domino dominus bovis dare debet. Bos si a bove percussus fuerit. vendatur et qui mortuus est et qui percussit. et pretium amborum domini sui dividant. Qui puteum sive lacum effodiunt. tabulare illic faciant tegumentum. ut non haurire prohibeant. sed ut nullum ibi sit periculum. Et si in hunc lacum vel puteum iumentum alicuius incidens moriatur. ei pretium domino persolvatur. Circumdanda est quoque maceria in puteis et lacis quae pro muro sit quatenus non sinat aliquos illuc devolutos extingui. M[illegible] si quis acceperit tamquam rem sacram atque divinam ita custodiat. nullus fraudare creditorem studeat. neque vir neque mulier; nec in mensura aliquid ex ea delucraturus sit. quamvis tante illa sperat. quasi nullus sit qui eum possit arguere; Generaliter namque commoneat unumquemque sua conscientia in omnibus bene

agere. et testimonio sufficientium universa agere. que ab aliis pos
sint laudis premia promereri. et in gemitu unusquisque respiciat ad deum.
quem nullus malignorum latere potest. Sed ut supradictum est nichil dolose
agens invicem per diderit. ut credatur est. veniens ante septem iudices iuret
in domino. quod neque eius consilio nec malicia perierit invicem nec aliqua pars
rei per diderit in suos ipse usus. et sic inculpabilis abscedat. Si vero aliqua
parte usus fuerit rem sibi creditam perdet universa que habet. et quecumque
mutuo accepit reddere compellet. Sicut autem de rebus mutuo acceptis
talis lex sancita est. ita et siquis mercede defraudet operantium. inter ho
mines habebitur odibilis. Ideo non est fraudanda merces viri pauperis. fa
ctis universis quod etiam aliis possidentibus eius deus hic pretium eius dat ut ius
serviendo. neque non est differenda merces pauperis. sed sub die eodem prebenda.
tamquam volentem deum fraudari quemquam usu laboris sui. Pro iniusticia patris
non debent filii puniri. sed propter suam potius virtutem. eis misericordia prebenda
est. non lesio. quia filii pessimorum fuere patrum. neque odio habendi sunt
ab iniquis nati. Sed neque patribus filiorum sunt repensanda peccata. cum
multa iuvenes preter naturam doctrinam sibi arrogent per superbiam
volentes ea que sunt utilia doceri. et cultum nostre religionis non bene ob
servant. propter quod una secum et masculi vivant. et fructum filiorum pro
creationis amittunt. quem nobis deus prebuit ad augmentum hominibus ge
neris eorum quando hi velut innecessitate filiorum agunt furorem. et per hoc eorum
extinnatur initium. Nam sic animum illorum debilitant. ita et que sunt
corporis permutant. Quicquid et inmundo putatur esse videntibus
monstruosum. non liceat vobis fieri. neque de hominibus neque de ceteris
animalibus. Hec siquidem sit vobis legum pacifica constitutio vestre reipu
blice. et deus propicius erit vobis. si huius legis decorem inviolabilem conser
vaveritis. In nullo itaque tempore sit aliquis qui audeat hec prep
ta innovare. et in contrarium mutare. quod vero necesse est humanum genus
inconsiderata pericula. aut involuntarias turbas incidere. et de
his breviter colloquamur. que cum presentes abiati que oportet esse fieri
ad impetus salutis satis ydonei. et non tunc adiosue requirentes que
nos conveniat facere. et inmunis instructi temporalibus et per
lis succumbatis intra. quem vobis deus sine labore vestro prebuit. et sine
virtutis exercitatione concessit. Prestitit quidem vobis deus ut
ea sine bello fruamini. neque aliis intea contra vos prelantibus neque
intestina seditione concussis. per quam contraria vestris patribus ge
rentes. que ab aliis sunt custodita perdatis. sed viventes legibus bo
nis. quas vobis deus prebuit perpetuas. Si vero casus belli aut nunc vobis
aut vestris filiis postea forte pervenerit. extra terminos hoc agatur.
Belli vero tempore imminente. legationis precones mittite ad volun
tarios hostes. Ante arma namque bonum est uti sermonibus declarantibus
quia et multitudinem copiosam habentes illi et equos et arma.
nos autem propicium habentes deum. et nobiscum pariter dimicantem. et
sine eius auxilio nequaquam pugnare cum hostibus debeatis.
Explicit liber quartus iosephi antiquitatis iudaice.

INCIPIT LIBER V.

MOYSE ISTO
modo ab hominibus abeunte. et luctu quiescen
te. et omnibus hebreis spem quam habebant in
iosue collocantibus. precepit idem iosue ut esset
populus preparatus ad expeditionem. misitque explo
ratores ad iericho. qui et virtutem eorum et quam
voluntatem haberent agnoscerent. Ipse vero
disponebat exercitum. tamquam iordanem opor
tuno tempore transiturus. et convocans prin
cipes tribuum ruben et gad. et dimidie tribus
manasse. quibus moyses hereditatem iam
dederat in terra amorreorum. commemorabat eis quecumque moysi
promisissent. atque monebat eos ut secundum promissionem suam ante
fratres suos armati pergerent. atque pro eis pugnarent. Illi autem obtem
perantes iussionibus eius. primi castra sua moverunt. equites L. milia
armati. a loco qui dicitur abela ad iordanem. et post eos iosue cum omni
israhel castra posuerunt in stadiis LX. Cumque ibi maneret cum exercitu
repente exploratores venerunt. nichil horum que agebant apud chana
neos ignorantes. Nam latenter omnem urbem iericho et libere con
sideraverant simul et muros qua parte essent fortes. et ubi non
tanta esse viderentur. sed et portas consideraverant que diu essent agi
les. oportuna introitum preberent in castris. Nam tantes non cura
verant quicumque videbant eos ista considerare. et putantes eos pe
grinos esse cum ambularent sicut mendici solent. estimabant eos
visionis gratia approximasse loca ad habitandum perscrutari non mente
hostili. Sed quidam suspiciosi non credentes eis cum ipsi exploratores
quandam domum intrassent quasi cenaturi. eratque eis cura discedendi cum
cenaverint. regi nunciaverunt. eo quod exploratores quidam ab exercitu
hebreorum venientes. essentque in raab habitaculo cum multa latendi
prudentia constituti. Rex vero repente precepit eos comprehensos
adduci. ut eos puniens agnosceret quid agere vellent. Cumque
invasionem eorum raab agnovisset. supra murum stipula lini siccante
exploratores illic abscondit. Hiis autem qui fuerant missi a rege di 130.
cebat raab. quod peregrini quidam et ignoti fuissent apud eam. antequam
sol occumberet. et apud se cenantes abscessissent. quos putarent
timore civitatis. et periculum ferentes venisse. itaque eos persequen
tes sine labore possent eos comprehendere. Nuncii vero hec
audientes. nullumque dolum raab sentientes. abierunt post eos neque per
scrutantes habitaculum eius. Cumque perrexissent per vias per quas eos perventuros
putabant. et quo diverterent ad vada iordanis. et nullum signum agnosce
rent. a labore quieverunt. Tumultu autem sedato. raab deducens viros et
periculum suum pro eorum salute faciens. quia si capta fuisset in eorum occultatione
nequaquam supplicium regis evasisset. et cum eis de domo sua perrexisset. rogavit eos
ut cum haberent terram chananeorum. si eam obtinerent. huius salu
tis recompensationem eis sibi conferre possedebat. Qui fac[illegible] dimisit eos
abire ad propria iurantes sibi et ut eam liberarent cum venirent in civitatem
inficerent omnes habitatores eius. Hoc enim sibi aperto sciret dice
bat. signis ex divinitate monstratis. At illi et de presentibus gratias
referentes. et de futuris iurabant se operam pensaturos fore. et
suadebant ei. ut cum sensit esse capiendam civitatem. universe possessi
one sua atque domesticos in illo habitaculo recondere. et ante ianuam
coccineam funem appendere. quatenus sciret domum eius princeps noster
ut quod eius est sit custodiat. Nunciabimus enim ei quanto fuerimus
solatio liberati. Siquis vero eorum nobiscum pugnans occiderit. non nobis
hic asscribas. qua ipse eum utique invenimus. nunc tibi iuramus ut in nullo
debeas que de vestris iurandi transgressione dubitare. Et illi quidem

hi permittentes. abibant dimissi per murum. et ad suos pervenientes
nunciaverunt que in urbe gesserant. Iosue autem pontifici eleazaro et se
nioribus dixit. quecumque ab exploratoribus iurata fuerant raab. qui
iusiurandum suaque sententia firmaverunt. Metuens vero iosue transitum
fluminis cum esset grandis. et neque pontibus transiri. nam prius non erat
iunctus. quia etsi vellent ei pontem facere nequaquam arbitrabantur se propter ho
stes habere permissionem. Interea hic deus et transibilem fluvium fieri ei promisit.
magnitudinem eius imminuens. et duobus transactis diebus iosue transpo
suit cunctum exercitum. totaque multitudine hoc modo. Precedebant
enim sacerdotes portantes archam. deinde levite portantes tabernaculum
et vasa que ad sacrificiorum ministeria pertinent. Sequebantur autem levitas
per tribus suas omnis exercitus deducentes in medio infantes et mulieres.
metuentes ne cum in flumine paterentur. Cumque sacerdotibus primis
ingredientibus meabilis iam fluvius videretur. altitudine eius imminuta.
alveo vero eo quod multum non esset fluxit sed quasi ad sicci pavimenti instar expo
sito. Omnes ergo iam confidenter fluvium transmeabant. et qualem eum deus
iosue futurum esse predixerat. talem esse conspiciebant. Steterunt autem
in medio sacerdotes. donec turba transiret. et securitatem terre attin
geret. Omnibus itaque transeuntibus egressi sunt sacerdotes liberum iam
flumen relinquentes. ut more suo decurreret. et fluvius statim crevit
et magnitudinem suam recepit. Illis vero L. stadiis procedentibus armatis
sicut supra diximus. reliquus exercitus usque ad decem stadia iericho natis
accessit. Iosue autem altare de lapidibus quos singuli principes tribuum tulerant
de profundo iordanis iubente domino constituens pro futuro signo inter
rupti fluminis. et super eum sacrificavit domino. et festivitate pasche in
illo loco cunctus populus celebravit. et omnium que eis primitus deerant co
piose tunc habundabant. Nam et messe iam maturam chananeorum
metebant. et etiam opulentissima possidebant. Tunc et eis cibus manna
defecit. ex quo alti sunt XL. annis. Cumque hec israhelite facerent. et chana
nei nequaquam contra eos exirent. sed clausi muro quiescerent. iosue eos obsidere
deliberavit. Prima ergo die festivitatis ferebant archam sacerdotes. et pre
cedebant VII. buccinis clangentes. rogabatque iosue cunctum exercitum
ut viriliter circuirent murum. senioribus sequentibus. Quo gesto. ea die
nichil amplius facientes ad castra sunt reversi. Cumque hoc sex diebus fecis
sent. septima die omnem populum colligens armatorum iosue destructio
nem annunciabat urbis. et quia die illa deus eam sine eorum labore contra
deret. muris eius sponte prostratis. et omnia occidenda quecumque eis denotas
set precepit. et nullo labore ab hostium nece quiescendum. neque ulla misericordia
movendos. neque circa predam vacantes inimicos contemnerent fugi
entes. et animantia cuncta perimerent. et nichil ad usum proprie volup
tatis auferrent. argentum vero et aurum quodcumque invenirent iussit
auferri. ut deo pro prospere gestorum primitias servarent. eo quod in prima civita
te sibi subacta invenirentur. Solam raab liberandam esse decrevit. et gene
rationem eius. eo quod ei exploratores prebuerant iusiurandum. Hoc dicens
iosue et disponens exercitum. deduxit ad civitatem. Circuibant autem
iterum urbem archa precedente. et sacerdotibus ad pugnam populum commonentibus.
Cumque septies circuissent. et paulatim quievissent. repente cecidit
murus. neque machinis. neque alia violentia muro ab hebreis illata.
Illi vero ingredientes urbem iericho. omnia intus peremerunt. civibus inopina
bile murorum ruina obstupescentibus. et ad eorum defensionem inutilibus
subito constitutis. Necabantur autem per vias [illegible] constipati. et in domibus appre
hensi nullique [illegible] parcebatur. sed omnes pariter occidebantur mulieres
et infantes. eratque civitas plena mortuorum cadaveribus. et nullus effu
geret necis incisum. Civitatem vero cunctam incenderunt. simul et regionem.
Raab autem cum suis ad tentaculum confugientem exploratores eripuerunt.
Quam dum iosue ad se venire fecisset. gratias pro exploratorum salute et pro tali
beneficio dixit non se retributorem fore minorem. ditavitque eam repente
multis agris. et rebus maximis honorabat. Et omnem locum civita
tis prostratis igni. et super omnes habitatores descendebat. Tunc
maledixit maledictione iosue illum qui iericho destructam a se rursum edi
ficaret. quatinus quando fundamenta murorum iaceret. primogenito careret. quando vero per
ficeret novissimum filium amitteret. Hoc ergo maledictum non neglexit di
vinitas. sed in posteris dicturis sumus passionem que propter tale effectum
evenit. Congregata est ergo innumera multitudo argenti simul et auri.
necnon et eris. cum nullus auderet ex ea tollere. nec ad utilitatem propria
ex illo diripere. Hec autem omnia iosue sacerdotibus thesaurum reservanda
tradidit. Hoc ergo modo periit iericho. Achar vero filius car[illegible] ex tribu iuda
[illegible] et clamidem regiam [illegible] auro contextam. habens [illegible] auri
[illegible]. tactus massa hic pondo siclorum ducentorum. minus crudele iudicans
sibi deo offerre et negare talibus rebus. et non magis sibi retineret quam periculum
belli sustinuisset. faciensque fo[illegible] alte profundam in suo tabernacu
lo et infodiens ibi latere putabat deum. sic potuit contulit res. Vo
catus est autem locus in quo castrametatus est iosue galgala. quod nomen significat
libertatem quia ab egyptiis et terminus deserti videbantur se liberatos.
Post paucos vero dies destructionis iericho. misit [illegible] XXX. milia armi
torum in civitatem hai positam super iericho. quam explora[illegible] civitatem
et ceperunt. Sed congressi [illegible] hostes. ceciderunt ex hebreorum exercitu
viri XXX. VI. Cumque hi numerati essent israhelitis. magna tristicia et cru
[illegible] primum habuerunt non tam propter cognatorum amissionem [illegible]
[illegible] dominum transissent. et nimis exercitati. quam vero desperatione sua
cum [illegible] ferarum [illegible] ita vacare hic deo ale[illegible]
mittentes. et non inopinabile videre hostes perimi[illegible]. Sed [illegible]
super [illegible] et lacrimis erant constituti.
nichil gustantes [illegible] quia [illegible] gegerat. gravissime videbantur affli
cti. Videns autem iosue exercitum [illegible] a prostium. et [illegible] rebus pessima
desperatione detectum. audacter accessit ad deum et ait. Non nimia petu
lantia venimus. ut hanc terram armis subiceremus. sed moyse famulo
tuo ad hunc hortante processimus. dum multis signis possessionem
huius terre prebiturum te nobis esse promiseras. exercitum nostrum armis ho
stium facere meliorem. Que sunt ergo que nobis repente pervenerunt.
Nunc autem propter spem decepti videntur. et tamquam non firma sunt tua promis
sa que moyses predixit. efficimur et deteriores nunc. et de futuris
metuentes nos desperabilis tenet primum experimento talia sustinentes. Sed
tu domine quia tibi est virtus huius mali adhibere medicinam. et presentem nostre tristicie
prebere victoriam. pietate tua et de futura desperatione tuo favore nos libera.
Sic equidem iosue in terra prius iacens. deprecabatur deum. Cui responsio a deo
data est ut surgeret. et exercitum a sua pollutione purgaret. quia propter cum
rem sibi dicatam hanc molestiam super eos venisse dicebat. Sin autem vero re
quiratur quod hi fecerunt puniantur ac victoria semper de hostibus perveniet. Hoc ergo
iosue populo enarrante. et vocans eleazarum pontificem et principes tri
buum sortem per eos mittebat. Cumque hi delectum in tribu iuda factum esse declararet.
et sic per genus sorte missa. et veritas huius iniquitatis circa cognationem achar illius.
Et demum primum quoque intra inquisitione facta. apprehensus achar. Cumque non
potuisset negare deo. dum eum ita invenisse putabat. furtum confessus est et
protulit in medium investe. Et ille quidem repente peremptus et ora que ad illum
pertinebant. que pena sustinuerunt. et [illegible] cunctant cum gratia sue presumptionis

promeruit sepulturam. Iosue autem per grandem exercitum deduxit ad haiam urbem, et nocte insidias construens, diluculo cum hostibus est congressus. Illis autem cum fiducia propter priorem victoriam super eos euntibus: simulabat se fugere populus hebreorum, ut hoc modo longius eos quasi persequentes traxit a civitate, et tamquam de victoria confidentes. Quando vero resilisset hebreorum exercitus contra faciem eorum fortiter dedisset, que signum quod constituerat eis qui in insidiis collocaverat, eosque incitasset ad pugnam, tunc illi ingressi civitatem dum essent cives circa muros intenti, et aliqui circa aspectum eorum qui egressi fuerant ad prelium mentibus occupati, illi statim civitatem ceperunt: et omnes occurrentes sibimet extinxerunt. Iosue autem procedentibus sociis post tergum hostium ad prelium, ipse occurrens medios hostium ferire ceperunt, et omnes convertit in fugam. Cumque declinare vellent quasi ad integram adhuc urbem, et ipsam captam inspicerent, et incensam cum mulieribus et filiis agnovissent, per agros dispersi sunt, defendere se per se ipsos in solitudine non valentes. Cum talis igitur de calamitas hostes apprehendisset: infantium turba quoque capta est et mulierum, et aliarum rerum vasorumque innumera multitudo. Necnon et greges pecudum hebrei ceperunt multasque pecunias. Erat enim locus ydoneus. Et hec omnia Iosue in galgalis posita militibus est partitus. Gabaonite vero habitantes iuxta hierosolimam audientes passiones que provenerant in iericho et hai, et ad semetipsos venire hanc vastationem existimantes, Iosue quidem aperte rogare noluerunt. Neque enim hoc impetrare se quasi aliquid mediocre putabant, dum in interitu potius chananeorum gentis eum pugnare cognoscerent. Chefiritas vero et chiaterinitas qui vicini erant ad consilium poposcerunt, dicentes neque illos periculum declinare si istos israelite devincerent, nec adunati possent magnitudinem eorum virtutis evadere. Et dum hec illis placuissent, miserunt legatos ad Iosue amicicias postulantes, viros prudentes in lingua, et quos precipue iudicabant ydoneos, ut agerent que illis omnibus expedirent. Illi vero abeuntes confiteri se chananeos minime tutum esse existimantes, effugere se huiusmodi periculum crediderunt, si dicerent nichil sibi cum chananeis esse commune, sed longissime ab his habitare: et venisse propter fidem virtutis eorum. Ambulantes itinere multo, et per coniecta sermonis huius vestitum suum monstrabant. Vestes enim cum nove fuissent quando egrediebantur, longo itineris tempore attritas esse asserebant. Ciliciis enim vestibus utebantur, ut eorum verbis crederetur. Stantes ergo in medio populi dicebant se missos a gabaonitis et vicinis civitatibus multum ab ea terra remotis, facturos cum eis pacem more federis patrie sue. Agnoscentes dei gratia atque dono chananeorum terram eos possessuros, eisque tributarios fore gratulantur, et cives eorum poscebant. Hec itaque illi dicentes, et indicia itineris ostendentes, rogabant hebreos ad pacta amicicias descendere. Iosue autem dictis eorum credens quod non essent de gente chananeorum, amicicias cum eis fecit. Et eleazar pontifex cum senioribus prebuit eis iusiurandum habituros eos amicos et socios, nichilque cogitare adversus eos iniuste, populo sibi una consentiente in iusiurando. Et gabaonite ea que voluerant callido consilio pervenientes ad suos redibant. Iosue autem castrametatus contra chananeos in confinio gabaonitarum, et agnoscens gabaonitas non procul ab hierosolimis inhabitare, et ex genere chananeorum esse, vocans priores eorum de falsitate culpabat. Illis autem dicentibus non aliam preter hanc salutis occasionem se habuisse, convocavit eleazarum pontificem et seniores, eisque iudicantibus publicos eos famulos constituit, ne iusiurandum transcenderent. Et illi quidem per calamitatem que eos comprehenderat hanc sibi cautelam atque custodiam invenerunt. Cumque rex hierosolimorum graviter ferret eo quod gabaonite cum Iosue pacta fecissent, vicinarum gentium reges ut contra eos pugnarent et ad solacia rogabat. Quibus auxilium prebentibus: quattuor enim erant reges, contra gabaonitas castrametati sunt non procul a civitate; et cum iam pararent obsidionem, gabaonite auxiliatorem advocaverunt Iosue. Adhuc enim venturi erat ut casus quidem se perimi putarent, et ab eis qui ad interitum chananeorum castrametabantur salvari se propter amicicias existimabant. Iosue autem cum omni exercitu ad eorum solacia properare festinavit, die noctuque perambulans diluculo venit ad hostes, et fugientes persequebatur in descensu bethoron, ubi dei quoque operacionem cognovit significantem sibi tonitruis et fulminibus, grandinis quoque demissione maiore quam solitum est, insuper et die crescente, ne nox superveniens hebreorum impetum refrenaret. Iosue autem reges in quadam spelunca celatos circa maheda invenit, omnesque in patibulis suspendit. Quod vero longitudo tunc diei extensa sit et plus solito creverit, palam est per scripturas que sunt in templo reposite. Sic ergo exterminatis regibus qui eduxerant contra gabaonitas exercitum, reversus est rursus Iosue ad chananeam montanam, et multa cede facta, sumens predam venit ad reliquum exercitum in galgalis constitutum. Itaque cum de hebreorum virtute per totum habitantes sermo discurreret, stupor habebat omnes audientes multitudine periculorum. Convenerunt autem contra hebreos reges chananei qui circa libanum montem habitabant, et chananei qui in campestribus erant, palestinos secum ducentes, veneruntque ad civitatem berothi galilee superioris et cedese, qui locus procul a galileis est. Toti autem exercitus armatorum erant trecenta milia, et duo milia curruum. Turbabat ergo hec multitudo et ipsum Iosue et israelitas, et propter timoris excellenciam dubitabant. Deus autem arguens eorum timorem promisit eis victoriam, ita tamen ut cum vicissent inimicos equos eorum subnervarent, et currus incenderent. Iosue autem promissionibus dei confortatus, perrexit ad inimicos, et quinta die veniens circa eos congressus est cum eis. Pugnaque fortis effecta est, et cedes tam magna ut nec dici nec credi possit. Persequens autem eos multum persequebatur omnem exercitum hostium, et preter paucos omnes extinxit, regesque ceciderunt universi. Deficientibus autem hominibus ad interficiendos equos, Iosue eos occidit, et currus incendit. Quo facto, provinciam licenter possidebat, nullo presumente ei bellum inferre: et civitates obsidione capiebat, et quecumque sumere potuisset devastabat. Quintus iam annus transierat, et nullus remanserat chananeorum nisi qui in munitione murorum effugerat. Iosue autem de galgalis denuo castrametatus, sacrum tabernaculum constituit in civitate sylo. Locus enim oportunus videbatur pulchritudine, donec edificare templum res eius eam permitteret. Et inde procedens cum omni populo venit in sycima, et altare ibi construxit, sicut moyses precepit. Et distribuens exercitum in monte garizi constituit medium, et in babel dimidium, in quo et altare edificavit. Levitas et et sacerdotes divisit sacrificantes et maledicta facientes, et eas in ara conscriptas relinquentes, ad sylo denuo sunt reversi. Iosue autem cum esset senex, et chananeorum civitates non facile capi posse cerneret, tam propter locorum munitionem in quibus erant, quam propter fortitudinem murorum quos pro naturali civitatum custodia circumdederant, et credebat hostes cum confusione ab obsidione recedere sine suo interitu. Nam chananei cognoscentes israelitas egressuros ab egypto, omni illo tempore erant occupati ad faciendas civitates fortissimas. Congregari ergo Iosue tunc universum populum in ecclesiam in sylo precepit. Quibus cum summo studio concurrentibus, commemorans eis bona que sibi fuerant potita, et actus quos gesserant quam essent optimi et deo digni, et quod virtute legum quas sequebantur xxx et unum reges presumentes cum eis bellare devicissent cum omni exercitu, ita ut neque generationem eorum linquerent. Nam civitates quidem aliquas capte sunt, ad alias autem adhuc pervenit magna obsidionis difficultas propter murorum munitionem et habitantium in eis audaciam, petebatque

eos qui transiordanem sortem acceperant, ut laborantes cum fratribus et in periculo eos adiuvantes, postea sortem propriam fruerentur, gratias ab eis accipientes. Et precepit eligendos de singulis tribubus viros quibus testimonium daretur, eo quod virtute precellerent, quos misit ut terram metientes fideliter et in nullo malignantes eius magnitudinem sine dolo renunciarent. Et Iosue quidem hec verba faciens, populum sibi habuit faventem, et viros qui terram eorum deberent metiri direxit, dans eis aliquos terre mensores doctos, quos propter artem veritas non lateret, mandans eis ut terram mensurarent fertile terre et bona et que minus bona esset. Natura namque terre chananeorum huiusmodi est, ut et planicie magna habeat et fructiferosa sit copiosa. Que comparata quidem aliis terris crederetur esse felix, cum autem nullis locis iericho et hierosolimorum terra aliis comparata, terra aliis comparata vilissima putatur, licet omnino hec spacia terrarum sint parva, et eorum multa montana sint, magnitudine vero fructuum et ad arbores apta et pulchritudine aliene terre similis non est. Propterea Iosue iussit metiri terram bona simul et mala, dum sepe unum iugerum comparatum mille denariis sit dignum. Viri ergo qui missi fuerant cum essent numero decem, circueuntes et mensurantes terram, septimo mense ad eum sunt reversi in civitatem sylo, ubi tabernaculum erat constitutum. Et Iosue eleazarum et seniores cum principibus tribuum sumens, divisit terram novem tribubus et dimidie manasse, secundum magnitudinem tribuum singulorum mensura efficiens. Cumque misisset sortem tribui iude, sorte cadente tribus iuda elegit superiorem ydumeam, que in longum quidem extenditur usque ad hierosolimam, et latitudine usque ad paludem que sodomensis sita est. Et in hac et sorte civitates erant ascalon et gaza et alie multe. Symeonitarum vero in secunda sorte provenit ydumea que circa egyptum est et arabie montem. Beniamite vero sortiti sunt terram a iordane flumine in longitudine usque ad mare, in latitudine vero usque hierosolimam et bethleem. Hec autem sors angustissima fuit propter terre felicitatem: et in hac sorte civitates fuerunt [illegible] hierosolima et iericho et alie multe. Effrem autem tribus [illegible] habuit in longitudine sortem a iordane flumine usque gaba[illegible]ra, in latitudine vero quaque habuit bethel, que usque ad campum maximum terminatur. Manasse vero medietas a iordane usque dein ad civitatem doron hec in longitudine, in latitudine vero bethsannam usque sannim que nunc scitopolis appellatur. Post hos autem ysachar carmelon montem et flumen in longitudine habuit, tauirim vero montem in latitudine. Zabulonite vero usque genusarden tendentem circa carmelum et mare sortiti sunt, et convallem que a carmelo nuncupatur. Aserite vero omnem terram que est ad sydonem conversa habuerunt; civitas autem arce in horum sorte fuit, que et nunc accipos nuncupatur. Partem vero ad orientem versam usque damascum civitatem, et galileam superiorem neptalite sumpserunt, usque ad montem libanum, fontesque iordanis qui de montibus est collectus. Danite autem loca convallis ad occasum solis posita tenuerunt, a zotho et doris determinatione terminata simul et gazeh, a bethoron usque ad montem ex quo tribus iuda pendebat. Sic itaque Iosue divisit terram novem tribubus et dimidie, et tradidit eam illis possidendam. Nam amorream moyses dudum capiens, duabus tribubus dimidieque distribuit, sicut prius indicavi. Loca vero circa sydonem et archeos et amatheos et archeos inculta tunc erant. Iosue autem cum etiam senectute impediretur, ut possit ea que cogitabat perficere, et dum timeret ut hii qui postea principatum sumpturi erant negligerent in communi utilitati populi consulerent, precepit singulis principibus tribuum ut nullum de chananeorum gente in terram quam sunt sortiti relinquerent. Hac enim cautela eis atque custodia patriarum sollempnitatum fore, hoc et moysen precepisse memorans, ut levitis xxx et octo civitates traderent, ex quibus x in amorrea iam acceperant. Fugacibus et tres civitates distribuit habitandas, idest in tribu iuda hebron, sychem vero in effrem, et cades de neptalim, et hic locus est superioris galilee. Divisit et populo cunctas predas reliquas. Erat namque terra ampla, et magnas divitias obtinebant. Habundabant enim communiter omnes eorum singuli auro et vestibus et aliis vasis, et quadrupedum copia, quorum numerus comprehendi non poterat. Post hec Iosue convocavit in ecclesiam duas tribus et dimidiam, que iam transiordanem sortem acceperant, quorum exercitus l milia armatorum esse videbatur, et ita eis locutus est. Quoniam deus pater et dominus generis hebreorum hanc terram nos possidere fecit, et possessam semper se nobis servare promisit, per cuius mandatum cognatis nostris promptissime in omnibus obedistis, ideoque de voluntate vestra bona confidimus, quod nulla difficultate impediente si rursus opus fuerit vos ad labores fratrum vestrorum insigniter offeratis, neque post hos labores eritis aliquando tardiores. Gratias ergo agimus vobis pro periculis in quibus vixistis, non solum nunc sed et semper acturi erimus, et memoriam habebimus omnium, et inter retinebimus quaque per vos nobis pervenere bona, qui usum bonorum vestrorum propter nos distulistis, et laborantes pervenit nobis, donec nos sortem nunc forte obtineremus, postea sorte vestra frui vide iudicastis. Accesserunt autem super bona nostra ex laboribus que nobiscum habuistis multe divitie predamque pretiosiore augentes, aurum et argentum, super hec omnia quod maius est vester favor obsequium et ipsi nos ad quodcumque volueritis in recompensationem paratos habebitis, eo quod neque hoc que moyses vobis precepit obliti et illo mortuo, nec est quicquam in quo vobis gratiam debitam non solvam. Gaudentes ergo vos ad sortes vestras dimittimus, et rogamus ut nullum esse terminum nostre cognationis existimetis, nec quod inter nos iste fluvius est alienos et non hebreos nos esse credatis. Omnes enim sumus ex abraham qui hic et illic habitamus, unus et deus est qui nostros maiores et vestros ad illorum perduxit vitam. Cuius religionis habere curam et conservationis quam per moysen instituit. Perdurantes enim in his fautorem et solacium semper habebitis, conversus vero vobis ad imitationem gentium exterarum aversabitur vestrum genus. Hec autem dixisset Iosue singulos magistratus et communiter eorum multitudine salutans, ipse quidem mansit eo loco. Deduxit autem eos populus non tam sine lacrimis, et vix tandem ipsos ad invicem dimiserunt. Transiens autem tribus ruben et gad et dimidia flumen iordanem, altare super ripam iordanis collocare decreverunt, ut memorabile signum generationis fuisset cognationi eorum que extra iordanem habitare videntur existant. Audientes autem qui iuxta iordanem erant quod dimissi ab eis altare construxissent, et nescientes qua voluntate hoc fecissent, sed pro novitate cultus deorum exterorum hoc celebrari credentes, contra religionem armabantur ut irruerent ad ultionem eorum trans iordanem fluvium, et puniri eos qui propter patriam destructionem sollempnitatum. Non enim eis iustum videbatur ut cognatione aut dignitate eorum respicerent qui auctores fuerant harum rerum, sed dei potius amplecterentur mandata et arma sumerent adversus eos. Retinuit autem eos Iosue et pontifex eleazar et seniores, suadentes ut primum experimenta eorum voluntatis agnoscerent, et si mala eorum esset voluntas, tunc armis super eos irruerent. Miserunt autem legatos ad eos finees filium eleazari et x alios viros apud hebreos honoratos, agnituros sapientes pro quare construxissent altare super ripam fluminis. Cumque ad eos venissent, congregata multitudine stans finees hec dicebat. Maius est quidem delictum quam possit corripi

defuturorum sermonibus emendare. Verumtamen non secundum magnitudinem
iniquitatis nos uobis reddidimus ad arma repente uocationemque defendimus. uo
lentes prius ex uerbis uestris agnoscere. pro qua causa accessistis ut altare fabri
caretis. ne petulanter uideremini arma uos adire. qui nesciunt uestra bona
animalia uoluntate hoc fecisse. Non enim credimus uos dei uoluntatem
semper agnoscentes. et adiutores legum quas ipse nobis contulit existentes.
diuisos a nobis. et in propria sorte uenientes. quam ex dei gratia meruistis. obliui
one eius habere. et tabernaculum archamque deserentes. et altare quod nobis est
proprium. peregrinos introducere deos chananeorum. sed potius optamus in culpa
biles uos esse. et nequaquam uetustate legum patiar pudorem memoriaque trans
gressos speramus. Si uero delictum hoc perpetrastis. neque pro legibus laborem refutamus.
sed transeuntes iordanem defendimus eas et deum. nichil uos a chananeis differ
re credentes. sed sicut ipsos uos interimentes. Non enim putare debetis quod quia trans
istis fluuium. a dei uoluntate sitis extranei. Vbique enim in his que sunt ipsius
estis. et fugere potestatem eius atque iudicium nullo modo poteritis. Si uero creditis
huius loci ubi nunc estis positi. impedimentum esse correptionis. nichil prohibet
denuo terram diuidere. eamque ad pecudum pascua deputare. sed agite tem
perate et a nouo delicto recedite. Rogamus ergo per filios et uxores. ne
nobis faciatis necessitatem huius defensionis. quod nec saluti ipsorum aut causis
expedit. et sic cogitare ueniat his pacientibus. quam experimentum uelitis
sumere proeliorum. Hec finees dixerat: presules illius ecclesie et omnis multitu
do ceperunt de querimoniis satis facere et proferri neque ab eorum se cog
natione recessisse. neque pro nouitate altare condidisse. sed et deum unum nosse
qui hebreis omnibus est communis. et illud altare ueneratum quod est positum ante
tabernaculum ad sacrificia facienda. Hoc autem altare propterea quod suspecta faci
distis non pro alia causa fecimus quam ut signum fieret et indicium in futuro nostre fa
miliaritatis. et necesse nobis esset in patriis legibus perseuerare. Non
autem ad transgressionis initium est factum sicut suspicamini. Testis autem nobis
sit deus. quia istud altare non pro alia causa construximus. Vnde meliore de his
habentes opinionem nichil culpetis ulterius. neque nos extra sortem uestram
iudicetis. sed eorum similes. quicumque generis sunt abraham. Hec illos dicen
tes. laudans finees eorum uerba reuersus est ad iosue. et eorum uerba populo
nunciabat. Iosue uero gaudens quod neque ulla foret pugnandi necessitas.
nec ad sanguinem bellumque duci erant contra cognatos. pacificas deo immo
lauit hostias. et dimisit post hec multitudinem in proprias sortes. ipse in
sychem commoratus est. Post hec anno xx. senior iam effectus. conuocauit ho
noratos ciuitatum. et principes. et seniores. et multitudinem quantamcumque
congregari potuit. Quibus in unum conuenientibus cuncta dei beneficia comme
morabat. per que ab humili forma ad hanc gloriam et substantiam peruenis
sent. et orabat eos obseruare dei uoluntatem. et poscebat eos pie
agere. ut eis grata diuinitas permaneret. Hoc enim amicabile esse dicebat
ut transiturus a uita hominum eis monita derelinqueret. et poscebat ut
quo ille diceret. in memoria retinerent. Et ille quidem talia presentibus
loquens. defunctus est. cum uixisset annis c. et x. quorum cum moyse pro doctrina
utilium rerum commoratus est annis xl. Dux autem populi post illius mortem
xx. et vi. annis fuit uir nec sapientia indigus. nec carus que cogitabat
ut multa sapienter diceret inexpertus. sed ubique sincerus. et ad opera peri
culaque magnanimus. audaxque bella disponere. et in pace dexter. et in omni
tempore propria uirtute conueniens. Sepultus est autem in ciuitate thamna
in tribu effraim. Eodem uero tempore mortuus est et eleazarus pontifex
filio finee sacerdotium derelinquens. cuius sepultura facta est in ciuitate gabatha.

Post hec itaque instanter finees prophetauit secundum dei uoluntatem ad delendum genus
chananeorum tribui iude principatum esse prebendum. Erat enim adhuc studium populo
cognoscere. quid et placeret deo. Tunc tribus iuda assumpsit secum tribum
symeon ad pugnandum. quatenus extinctis hostibus subditione sua eos qui ipsa
sorte consistebant subicerent. Conuenientibus autem chananeis illo tempore
cum magno exercitu. expectabant hebreos cum rege bezechinorum nomine
adonibezech quod nomen significat dominus bezechinorum. adon enim hebrea lin
gua interpretatur. et sperabant se uincere posse israhelitas. Cumque congressi due
tribus quas predixi. magnifice pugnauerunt. et occiderunt ex eis decem milia.
Fugantes autem reliquos et insequentes. adonibezech uiuum ceperunt. Cuius
dum manuum ac pedum summitates preciderent. dixit. Non potest deum la
tere que contra uos et lxx. reges feceram tribuni. qui precisis manibus et
pedibus colligebant sub mensa mea reliquias fragminum. et quod illis ingessi
hoc ipse nunc sustineo. Et eum cum tulerunt ad hierosolima. morientem
non sepelierunt. et egrediebantur uastantes. et plurimas ciuitates capientes.
Inter hec obsederunt hierosolima. sed hanc longo tempore capientes. omnes
in ea habitantes interemerunt. Erat enim ualde grauis munitio murorum.
et loci natura firma ad resistendum. Inde castra metati sunt in hebron. et
hanc capientes omnes interfecerunt. Relictum autem adhuc erat genus gygan
tum. qui propter magnitudines atque formas in nullo aliis hominibus proxi
mabant. ultra modum mirabiles. ut hactenus eorum ossa monstrantur.
in nullo his de quibus fides habetur equalia. Dederunt autem caleph ex man
dato moysi hebron. et tantum duorum milium cubitorum. Hic enim fuerat unus
exploratorum. quos moyses misit in chananea. Dederunt autem et filiis iectro
madianite qui fuit gener moysi terram ad possidendum. Nam patriam re
linquentes secuti sunt eos. et fuerunt in deserto cum eis. Itaque tribus iuda
et symeon ciuitates multas in montanis ceperunt. in campestribus autem
et ad mare positas. ascalonem et azotum ceperunt. Euasit autem eos gaza et
accaron. quia dum starent in campestribus. et copiam haberent curruum
et habundantiam. irruentibus se nimis forte resistebant. Due ergo iste
tribus multum bellando locupletati. ad ciuitates proprias redierunt. et arma
deposuerunt. Beniamite uero quorum erat hierosolima. habitatores suos 131.
concesserunt sibi tributa persoluere. et hoc facere nolentes omnes interfecerunt
et ad culturam terre se pariter conuerterunt. Hoc autem factum reliquie tribus
imitantes ita faciebant. et chananeorum tributa percipientes dimitte
bant eos sine pluris esse. Tribus autem effraim cum obsideret bethela. post
magnum laborem obsidione capere non ualuit. tamen illi obdurato animo perse
uerauit in ciuitate. Deinde effrenati sapientem quendam in ciuitate commo
rantem. et necessaria eis deferentem tenuerunt. et fidem ei dederunt ut si
ciuitatem traderet. saluarent eum et cognationem eius. Et ille et in hac
fide iurabat se ciuitatem traditurum. Quo facto. ipse cum suis omnibus sal
uatus est. Illi autem interimentes cunctos habitatores. detento tenuerunt ciui
tatem. Igitur post hec israhelite ceperunt molliores esse circa hostes. et circa terre labore
non erant occupati. sed ad diuitias se tradentes. per epulas et libidinem iam uir
tute deficiebant. et in custodia legum non erant integri. In his quidem in
dignata diuinitas suscitauit contra eos chananeos. qui multa crudelita
te contra eos usi sunt. Hebrei namque circa ea que dei erant negligentes facti
circa bella erant imbecilles. et multa bona eis chananei auferebant.
cum illi essent in epulis constituti. et ita agebatur ut eorum opima gustato
deperirent: cum senioribus non obedirent. nec priorum sollempnia obseruarent.
Erant autem magis libidine lucrorum intenti. et propter multa regere sedicio
nes crudelis apprehendit. et ad hoc usque producti sunt ut admirante pugna
tores pene unam tribum deleuissent. Causam autem narrabo propter quam hoc contigit.
Vir leuita de populo qui erat sortis effrem. et ibidem habitabat. de beth
leem duxit uxorem. et hic locus est in tribu iuda. Cumque uehementer

amaret. et eius pulchritudine uinceretur. uehementer affligebatur quia ab
illa non similiter amabatur. et tamen propter ea passionis amore uinceretur. lites
inter eos frequenter inter eos fiebant. Ad ultimum mulier his grauata
relinquens uirum abiit ad parentes suos. mense iiii. Vir autem eius uehemen
ter ferens. pro amore uenit ad soceros. solutisque fletibus placatus est circa
eam. Et ibidem iiii. diebus commoratus est. prebentibus ei hospitalitatem puel
le parentibus. Quinta autem die ceperunt proficisci. et circa meridiem sunt egressi.
Tardius enim dimittebant parentes filiam. et diei iam tarditas accede
bat. Vnus autem famulus sequebatur eos. et asinus erat eis in quo mulier
uehebatur. Cumque uenissent circa hierosolima. et iam ambulassent
xxx. stadia. persuasit eis famulus ut ibi manerent. ne post noctem ambu
lantes difficultas aliqua comprehenderet. dum nec procul hostes exi
sterent. et tempus frequenter incautum faciat suspectum. Illis autem non
placuit apud alienigenas uiros succedere. nec in ciuitatem chananeorum
intrare. sed abscederent adhuc xx. stadiis. et ad propria descenderent ci
uitate. Cumque hoc non potuisset fieri. diuerterunt in gabaa beniamin
iam uespere. Et cum nullus ciuium eos in mansione susciperet. senior quidam
ex agro descendens qui de tribu erat effrem. in gabaa uero beniamin co
morabatur. interrogauit eos qui essent. et cur cum iam tenebre essent neces
saria cene non requirerent. Ille uero leuita se esse dixit et mulierem a paren
tibus reductam ad propria remeare. habitationem uero se habere dixit in sorte
effraim. Quos senex et pro cognatione. et quod ex eadem tribu esset.
ad suum duxit hospitium. Quidam uero iuuenculi gabaonitarum muli
erem in platea uidentes. et pulchritudine eius obstupescentes. dum apud
illum secessisse eam cognoscerent. contempnentes eorum infirmitatem
et paucitatem. uenerunt ad ianuas eius. Et cum eis senior supplicaret
ut abscederent. et non inferrent uiolentiam hospiti nec iniuriam. illi pe
tebant ut data sibi muliere a temptata inuasione recederent. Seniore
uero dicente quod sua cognata esset. et uxor leuite. et per libidinem in legem eius
delinquerent. deridentes illi iusticiam eius. minabantur se eum interficere
eo quod concupiscentiam eorum impediret. Cumque in necessitatem uenisset
senior. nolens hospites in contumelia magna relinquere. suam eis filiam
concessit dicens minus esse peccatum si concupiscentiam suam in ea complerent quam
si iniuriam peregrinis inferrent. quos ipse susceperat. Cum uero illi nequaquam
a suo feruore recederent. sed innuerent ut mulierem acciperent. ille
eis supplicabat ut talia non facerent. At illi rapientes et adicientes
per libidinem uiolentiam ad semet ipsos mulierem deduxerunt. et per totam
noctem usque ad principium diei in eius corpore ludibria sunt operati. Illa
uero defecta in his que peruenerant ad hospitem rediit. et consternata in
his que pertulerat. pre uerecundia ad faciem mariti minime presumebat
accedere. eumque pro his que circa se gesserant incurabile reputabat.
lectuloque decumbens animam exalauit. Vir autem eius arbitratus sopore
eam graui detineri. nichil mali metuens. excitare eam temptabat
et consolari. quia raptoribus non uoluntarie se prebuisset iniuriis. Cum
uero certe defunctam cognouisset. a malorum turpitudine imponens
iumento mortuam portabat uxorem. et diuidens eam per membra in partes
xii. per singulas tribus misit. mandatum dans portantibus ut proderent
auctores mortis eius. et eius uero crudelitatem cunctis tribubus indicarent.
Israhelite autem et aspectu et auditu grauium horum malorum effecti. nullum
primitus huiusmodi sumentes exemplum. congregati sunt et in armatura pene
procedere temptabant. et punire gabaonitas ut hostes. Restiterunt
autem eos seniores. suadentes non oportere sic cito contribulibus inferre bellum.
antequam uerbis agerent de criminibus: quando lex nec circa extraneos per
mitteret: sed propter legationem israhelitas bella tractare. si forte penitentiam
agerent qui iniuste aliquid presumpsissent. Bonum est ergo ut legi obedien
tes ad gabaonitas mittamus. et mali auctores expetamus. et per hos
eos puniamus. contempnentes autem armis adeamus. Miserunt autem ad ga
baonitas accusantes iuuenes de muliere. et eos dari ad supplicia de
poscentes. qui legitime non egissent quia iniustum esset ut pro omnibus illi puni
rentur. Gabaonite uero neque iuuenes tradiderunt. et crudele iudicauerunt
pro timore belli alienis obedire preceptis. ut nullo se putantes mino
res armis. nec multitudine. nec bellandi presumptione. Erant enim
beniamite nimis instructi ad bellum. et super alias tribus industrii.
et ideo despexerunt precepta eorum. Cumque talia fuissent israhelitis nunci
ata. iusiurandum fecerunt quod nulla de filiabus suis ulterius beniamitico
daretur in uxorem. et arma super eos accipere: quasi contra chananeos. Repente
ergo eduxerunt contra eos exercitum. xl. milia uirorum. Beniamite uero habu
erunt xx. v. milia uirorum electorum. et alios sexcentos uiros qui sinistra
manu utebantur ut dextera. et arte sagittandi uidebantur experti.
Et cum congressi fuissent circa gabaa. fugauerunt beniamite israhelitas
cecideruntque ex eis xx. duo milia. fuissentque plurimi forte necati
nisi nox eos retinuisset. et pugnam soluisset. Beniamite ergo gaudentes
abibant in ciuitatem. israhelite uero obstupescentes se ita uictos ad exer
citum remeabant. Altera uero die rursum congressi. iterum uicerunt beniamite.
et mortui sunt ex israhelitis x. et viii. milia. fugeruntque alii ad exercitum.
Conuenientes autem omnes israhelite in ciuitatem bethlee proxime ibi sita
illa die ieiunantes. altera die deprecabantur illum per finees sacerdotem ut ei
ra ipsis quiesceret. et satis ei esset quod duabus uicibus fuerat uindicatus:
daretque eis iam in tercia uice uictoriam contra hostes. Deus autem hoc fieri finee
prophetante promisit. Duabus ergo partibus diuidentes exercitum. mediam
quidem in insidiis circa urbem nocte collocauerunt. Medium uero beni
amite congressi. paulatim eis inruentibus recedebant et beniamite
persequebantur hebreos fugam simulantibus: ut eos ab urbe protraherent.
ita ut et iuniores in ciuitate propter infirmitatem relicti. discurrerent
uolentes adire hostes. Cum uero a ciuitate multum recessissent. fu
gere quidem hebrei cessauerunt. et reuertentes steterunt ad pugnam.
et illis qui in insidiis erant dederunt signum. Qui surgentes cum clamo
re. hostes a tergo aggressi sunt. Beniamite uero ut senserunt se esse de
ceptos. in angustia constituti. et in ualle quadam coacti et concauo loco
collecti sunt. et ibi iaculis sauciati. ita ut omnes interirent. preter illos sex
centos uiros. qui inque ad inuicem conuersi et constipati et dextra et leua ma
nu se defendentes. per medios hostes cum ui transeuntes. et aliquos eorum
occidentes effugerunt ad uicinos montes. et ibidem commorati sunt. illi uero
circa xx. v. milia sunt extincti. Igitur post hec israhelite gabaa ciuitatem
igne concremauerunt. et mulieres et infantulos masculos peremerunt.
Aliis et ciuitatibus similia facientes. sic erant contra eos commoti. ut
et iabitas qui erant ciues galaaditis regionis. eo quod non uenissent secum
ad pugnam. mittentes xii. milia armatos de suis. iuberent eos interimi.
Occiderunt ergo hii qui missi fuerant omnes uiros pugnaces ciuitatis cum filiis
et uxoribus preter quadringentas uirgines. et tanta ira succensi sunt
propter passionem corrupte mulieris. et uirorum qui ab eis occisi fuerant.
Post hec autem israhelite pro calamitate beniamitarum penitentia ducti sunt.
et super hoc ieiunare proposuerunt. licet illi iusta passi essent. eo quod in lege
peccauerunt. Tunc sexcentos uiros qui fugerant uocauerunt. erant enim
supra quandam petram que sitas appellatur. Legati uero cum uenissent ad eos.
dicebant non tantum illos calamitate peruisse: sed et suos cognatos peremptis:

& ingemiscentes suadebant eis ut pacienter ferrent. & ad illos etiam conuerterent. nec omnino tribum beniamitarum sinerent exterminari. & promittebant etiam eis reddendam & de preda quecumque tollere uellent. Illi uero his contestes se dei iudicio gestis. & iniquitatem suam cognoscentes. obedientes legatis cum eis ascenderunt. Israhelite uero uxores eis quadringentas illas uirgines iabitidas dederunt. & conuenientes tractabant de reliquis qui non acceperant uxores. cum utique iurassent ante bellum ut suas filias nulli beniamite coniungerent. Aliqui ergo dicebant illud iusiurandum non debere seruari quod pro ira non uoluntate nec iudicio protulissent. nichilque fore deo molestum si tribum perituram saluare possent. adicientes & hoc quod periurium quando non fit ex necessitate pessimum est. & quando fuerit ex malignitate commissum. Cumque seniores periurii nomen ualde timerent. quidam ex eis dixit. Si consilium meum uultis sequi. isti uxores acquirent. & religio iurisiurandi seruabitur. Ter enim in anno in silo uiros secum ad mercimonium festum conuenimus. eo ducentque ibi mulieres & uirgines. Sinantur ergo beniamite ut rapiant sibi ex eis quas uoluerint & ducant uxores. nobis neque inuitantibus neque prohibentibus. Et dum parentes eorum questi fuerint. uindictamque poposcerint. dicemus eos potius esse culpabiles qui custodiam non habuerint filiarum. Oportet enim beniamitas iram euadere, quam circa eos usi sumus inmensam. His itaque consentientes. decreuerunt beniamitas rapta nuptias celebrare. Instante uero festiuitate. illi ducenti uiri qui non acceperant uxores. ante ciuitatem per uineas & loca in quibus se latere credebant positi. considerabant uirgines uenientes. Cumque sine custodia apparerent. illique surgentes tenuerunt eas. & abducentes duxerunt eas uxores. & ad opera se terre dederunt. studentes ut ad secundam festiuitatem denuo remearent. Hoc itaque modo tribus beniamin cum pene tota deperisset. israhelitarum sapientia reparata est. Hoc ergo bellum ita sedatum esse dinoscitur. Horum uero similia & tribum dan ex huiusmodi causa contigit sustinere. Cum israhelite bellorum studium reliquissent. & ad opera mala se conuertissent. chananei contempnentes eos. nec aliquid propter eos facientes. collegerunt suum exercitum firmam habentes spem quod si hebrei affugerent. & de cetero ciuitates licenter inhabitabant. currusque faciebant & exercebant remisse. & undique ad inuicem conueniebant. Et de tribu quidem iuda ciuitates ascalon & accaron abstulerunt. & multas alias in campestribus constitutas. & ipsos danitas in montana fugere compulerunt. nec paululum eis locum in campestribus relinquentes. Et dum danite ad bellandum non essent ydonei. nec etiam terram sufficientem haberent. miserunt de suis quinque uiros ad loca mediterranea quatinus considerarent in qua habitare de cetero potuissent. Illi autem non procul a monte libano & iuxta iordanis fontes circa maximum campum sydonis ciuitatis. uia trium dierum perambulantes. contemplantesque terram bonam nimis uberrimam. significauerunt eis. Qui cum exercitu procedentes. edificauerunt illic urbem cognominatam dan. sic ipsa appellabatur tribus. Israhelitis ergo cum essent in labore difficiles. & quod in legis cultu deficiebant. & quod a sua conuersatione transgressi fuerant ad libidinem. & pro sua uoluntate uiuerent. chananeis imminentibus omnibus malis implebantur. Iratus est eis ergo deus & felicitatem quam innumeris laboribus acquisierant propter epulas amiserunt. Castra siquidem mouente contra eos cusarthon rege assyriorum. multi hebreorum pugnantes perierunt. & oppressi fortiter capti sunt. quidam uero propter timorem sponte se illi tradiderunt. & maiora quam possent tributa imposita sibi exsoluebant. & diuersas iniurias perferebant per annos octo. post quos hinc uero liberati sunt. Ceneth quidam de tribu iuda uir industrius prudentiaque fortissimus. responso sibi dato ne despiceret hebreos in necessitate huiusmodi constitutos. sed ut potius reduceret eos ad ius libertatis auderet. Tunc ille adhibens sibi quibus tunc nullis rebus positis. aut pudor esset aut timor. & cum ipsis castra assyriorum diripuit. Tunc plurimi hebreorum ad certamen accesserunt. & cum assyriis congressi sunt fiduciam habentes uictorie. eosque ualde persecuti coegerunt eufraten magnum flumen transmeare. Ceneth autem cum ipso opere fortitudinis sue probauisset effectum. principatus accepit honorem ut populum iudicaret. in quo scilicet annis xl. conuersatus est. Hoc autem moriente. denuo res israhelitarum sine principe uexabantur. & dum honorem deo non ferrent. nec legibus obedirent. magis ac magis afflictionibus subiciebantur. ita ut eglon rex moabitarum despiciens eos. bellum eis inferre presumeret. & multis eos preliis obtineret. & subderet. & omnem potestatem eorum prorsus humiliaret. eosque iuberet tributa persoluere. Construens autem sibi regiam in iericho nichil mali reliquit quod populo non imposuit. eosque ad inopiam perduxit annis x. & octo. Misertus autem est deus illis que patiebantur. & eorum supplicationibus inclinatus. ab iniuria moabitarum hoc modo eos eripuit.

Quidam iuuenculus nomine aoth de tribu beniamin ex patre gera. audaciaque fortissimus. & corpore ad opera exercenda robustus. in leua manu maximam fortitudinem habens. cum in iericho habitaret. eglon regi factus est notus muneribus eum placans. ita ut propterea & etiam quibusdam circa regem carus existeret. Aliquando autem cum duobus famulis munera regi ferens. latenter gladio in dextro femore ligato introiuit ad eum. Erat autem estatis tempus cum iam media dies esset. & regie desererent custodie. & propter estum & cunctis ad prandium recedentibus. Cum ergo iuuenculus regi eglon munera prebuisset. commoranti in quodam loco temporibus caloris oportuno. eius secretum petiit. Aderant autem soli famuli regis. Cum rex famulos abire iussisset. ut cum aoth loqueretur. & sederet super solium suum. & aoth terror ingressus fuisset. ne eum fortissime inficere non ualeret. relaturum se ei ex dei precepto somnium dixit. Cumque ille letus pro somnii recitatione de solio surrexisset. aoth eum inueniens percussit. & gladium in corde derelinquens egressus est. clausa ianua derelinquens. Ministri uero quiescebant. credentes regem in soporem conuersum. Aoth uero iericho nunc latenter profectus. exhortabatur socios ut suam defenderent libertatem. At illi gratissime hec audientes tubis utebantur. mos enim est patrie in his populum conuocari. Ministri quidem eglon diu quod contigerat ignorantes cum aduesperasceret. metuentes ne quid ei inopinabiliter accidisset. in eius cubiculum sunt ingressi. cumque mortuum conperirent in stupore conuersi sunt. & antequam sua castra colligerent. israhelitarum irruit super eos multitudo. & alii quidem repente perempti sunt. alii in fugam conuersi tamquam ut terram moabitidam liberandi. Erant autem perempti eorum ultra decem milia. Viri autem israhelite preoccupantes transitum iordanis. eorum multos interfecerunt. & nullus eorum manus euasit. & hebrei hoc modo ab eorum seruitute liberati sunt. Aoth uero ob hanc causam principatum honoratus a plebe. defunctus est dum tenuisset hanc potestatem annis lxxx. uir certe & preter hanc causam maxima laude dignus existens. Post hunc extitit sangar filius anath electus ad principatum. & primo anno uitam expleuit. Igitur israhelite calamitates quas passi fuerant non colendo deum nec legibus eius obediendo. non assiquantes correptionem dei. antequam a moabitarum seruicio respirarent. a rege chananeorum rabin nomine subiugati sunt. Hic autem rabin ortus quidem uidebatur de ciuitate asorte que posita est super paludem samachonitidem. habebatque armatorum trecenta milia. equitum decem milia. & curruum tria milia possidebat. Super hanc miliciam dux erat sysara. a primo rege honore primus. Qui ueniens ad israhelitas uehementer eos afflixit. ita ut tributa eis imponeret. que xx. annis ei dederunt. eo quod deus eos maiore tempore domare uellet. propter eorum iniurias & iniquitates maximas. De cetero autem conuersi a malis suis. & agnoscentes has calamitates super plegium contemptu uenisse. quandam prophetissam nomine debbora. quod nomen significat hebraica lingua apem. rogauerunt ut deprecaretur deum quatenus misereretur eorum. nec despiceret a chananeis oppressos. Deus autem annuit saluti eorum. & precepit duce eligi de tribu neptalim barach. quod nomen significat hebraica lingua choruscatione. Vocans ergo debbora barach iussit eum eligere x. milia uirorum & ad hostes procedere. promittente deo uictoriam. Cum uero barach dixisset non se exercitum ducturum. nisi & illa quoque una secum procederet. tunc illa irata dixit. Tu quidem tradis mulieri hanc dignitatem quam tibi contulit deus. ego autem non refutabo. Et congregantes x. milia uiros. castra metati sunt apud montem thabor. Quibus sysara rege precipiente obuiam uenit. & non procul ab eis castra fixit. Barach autem & israhelite obstupescentes multitudinem hostium. cum de fuga iam cogitarent. debbora retinebat eos. & ipsa die dimicare precipiebat. & uictoriam deo auxiliante pollicebatur. Congressis ergo eis atque preliantibus ymber magnus profluxit & grando contra faciem chananeorum uersa. & uentus pluuiam aspectibus eorum inmittebat. ita ut arcus eorum & fundibula inutiles fierent. & armati propter frigus uti gladiis non ualebant. israhelitas uero tempestas immissa post tergum minus nocebat. Qui in auxilio dei sumebant fiduciam. & hostes in medium irruendantes multos eorum interfecerunt. & aliqui quidem ab israhelitis exercitu sunt. alii uero equis excussi proprios occiderunt. ita ut & multi eorum conculcantibus morerentur. Sysara uero exiliens de curru. cum uideret fugientes suos fugiens & ipse uenit ad quandam mulierem cenetidarum nomine iahel. Que cum rogaret ut se celaret suscepit eum. & petenti dedit lactis poculum. Erat enim fatigatus. & cum nimium bibisset. conuersus est in somnum. Illa uero dormienti ferreum clauum ad timpus posuit. & cum malleo percussum ad terram usque defixit. & uenienti barach post paululum ostendit eum terra confossum & mortuum. Sic ergo uictoria contigit sicut iam que a debbora dicta sunt. ut per mulierem hic triumphus accideret. Barach autem ducens exercitum super assur. & obuiam uenientem sibi interemit rabin. & cadente principe ciuitatem usque ad fundamenta deiciens. princeps fuit hebreorum per xl. annos. Eodem autem tempore moriente barach & debbora. madianite rogantes amalechitas. & arabas. castra mouerunt super israhelitas. & congressis sibi uiros pugnaces interemerunt. eosque manibus alligantes. cuncta depredabantur. Hoc autem facientibus illis per vii. annos israhelitarum populus per montana collectus est. & campestria derelinquens foueas quasdam & speluncas ut fugientes ab illis potuissent quodam modo liberari. Hi a madianite estatis tempore ducentes exercitum per hyemem israhelitas terram colere permittebant. ut laborantes comprimere facillime possent. Erat ergo fames. & ciborum maxima difficultas. Tunc ergo conuersi ad deum precibus exorabant. ut eos eriperet. Gedeon autem iasi filius de tribu manasse paucos manipulos spicarum ferens. latenter eos terebat in torculari. cum metueret hoc publice in area facere propter hostes. Tunc uisio apparuit ei in forma iuuenculi. dixitque eum felicem & carum deo esse. monebatque eum ut fiduciam haberet in domino. & festinaret ut eorum hebreorum defenderet libertatem. Ille autem hoc impossibile esse dicebat. quando & tribus ex qua esset multitudine priuaretur. sed & ipse puer esset. & ad tantum opus infirmus. Deus autem quod dixerat se impleturum esse dicebat. & ducibus israhelitis se uictoria potiturum. Et cum hec gedeon quibusdam iuuenibus enarrasset. credidissentque ei. repente conuenientes congregati sunt quasi x. milia uirorum. Astitit autem deus gedeoni per somnium & indicauit ei inbecille esse naturam hominum. & quia cum esset fortitudine precipua. uictoriam deo non sibi reputarent. cumque simulto hoc dignoque gereret exercitu. precepitque ut circa medium diem exercitum ad flumen faceret uenire. & eos qui inclinati biberent. sine formidine magnanimos estimaret. quos uero cum festinatione manibus aquam biberent. eos credere hostium formidine detineri. Et cum gedeon secundum dei iussionem hoc adimplesset. trecenti uiri reperti sunt. qui aquam manibus cum timore & turba lamberent. & istos secum ducens. ceteros abire iussit. Posuerunt itaque castra super iordanem. die altera transituri. Et cum gedeon cum timore consisteret. quoniam ei preceptum fuerat ut nocte hostes inuaderet. uolensque eum deus a formidine reuocare. precepit ut sumens unum militem ascenderet ad tabernacula madianitarum. sumpturus ex uerbis eorum confidentiam belli. Obediens autem gedeon sumpsit secum proprium famulum nomine phara. & accedens ad quoddam tabernaculum hostium inuenit eos uigilantes. & iuuenculum aliquem suo commilitoni somnium recitantem. ita ut gedeon audiret. Erat enim huiusmodi uisio quam dicebat. quasi uidisset hordeaceum panem qui pro uilitate in comestibilis esset hominibus. per exercitum reuolutum. regis apprehendisse tabernaculum. & tota omnia deiecisse. Ille uero cui narrabat uisionem interitum exercitus eorum significare pronunciauit dicens. unde & uideretur ei omne semen quod uocatur hordeaceum constat esse uilissimum. & inter omnem populum israhelite uidentur abiectiores ullum genus hordei. & apud israhelitas nunc gedeon exultat & eius exercitus. Quod ergo panem te uidere dixisti. qui tabernacula nostra uastauit. metuo ne deus contra nos gedeoni uictoriam concedat. Gedeon autem somnium audiens. spem magnam habuit. pariter & fiduciam. reuersusque est ad suos. iussitque eos armari. narrans eis hostium sermonem. Illi uero in his que dicta fuerant parati sunt. & circa primam uigiliam suum gedeon ducebat exercitum tripartito diuisum. portabantque cuncti uacuas pharetras & lampades ardentes. quatinus grauius hostibus uiderentur inuasi. & in dextra manu habebant cornua quibus pro tubis utebantur. Multum itaque locum hostium occupauerat exercitus. habebatque multitudinem camelorum. & secundum gentium morem pascentes in uno circuitu erant omnes. Gedeon autem hebreis precepit. ut dum uenissent circa hostium castra. signo dato tubis canerent. pharetrasque confringentes cum lampadibus impetum facerent. ululantes quod uictoriam deus gedeoni conferret. Quod cum fecissent. timor comprehendit hostes adhuc dormientes. erat enim nox. & hoc deus fieri precepit. Igitur pauci perempti sunt hostium ab hebreis. plurimi uero a semet ipsis occidebantur. eo quod linguis propriis discordarent. Nam dum fuissent in fugam redacti. unusquisque perimebat proximum dum eum crederet inimicum. & facta est magna cedes. Fama uero uictorie gedeonis ad israhelitas perueniente. cuncti simul armati sunt persequentes hostes. & comprehenderunt eos in quadam conualle scopulis ualde circumdatam quam transire non possent. & circumstantes occiderunt omnes. duosque simul reges oreb & zeph. Nam reliqui duces colligentes relictos milites qui erant quasi viii. & x. milia. castrametati fuerant longe ab israhelitis. Gedeon autem laborem fessus. sed persequens cum omni exercitu eisque congrediens omnes interemit. & reliquos duces zebin & zarnon apprehendens captiuos duxit. Mortui sunt in ea pugna madianitarum & arabum qui eis solacia prebuerunt quasi c.xx. milia multaque preda auri & argenti & uestium. & camelorum & subiugalium

e hebreis collata victoria. Gedeon autem invadens [illegible] per propriam regionem occidit ibi madianitarum reges. Tribus autem Effrem ex qua erat Gedeon, cum graviter ferret quod cum eo minime dimicasset, exercitum super eum festinabat inducere, cur eis non indicasset quando hostes invasisset. Gedeon autem cum esset humilis animo et omni virtute summus, dicebat non se auctoritate sue consilio preter eos pugnasse contra hostes, sed deo iubente; victoriam vero non minus eorum quam sui laboris esse fatebatur. His ergo sermonibus mitigavit eorum iram, eos a precipitatione festine seditionis eripuit. Iniurie tamen huius penam illa tribus postea accepit, quam oportuno tempore declarabimus. Gedeon itaque principatum deponere volens, coactus a populo retinuit illum annis xl, ipsis iura disponens, et cunctis ad eius iudicia concurrentibus, quecumque dixisset firmissime omnia servabantur. Qui cum senex defunctus fuisset, in regione Effrem sepultus est. Iste habuit filios liberos lxx; plures enim habebat uxores naturales; unum [illegible] autem filium habuit ex concubina Droma nomine Abimelech [illegible] portas. Qui post mortem patris per gentem in Sychem ad cognatos suos matris [illegible] unde fuerat orta, et sumens ab eis pecunias, iniquitatum multitudine erat insignis. Reversus ergo ad patriam paternam, occidit omnes fratres suos super unum lapidem lxx viros, absque solo Ionatha; hic enim fugit bene fiducia liberatus. Abimelech autem assumpta tyrannide, cum prius hi non auderet usurpare quod et presulibus iusticie erat acerbum. Igitur dum quodam tempore publica festivitas esset in Sychem, cunctaque illic multitudo consisteret, frater eius Ionathan quem fugisse prediximus, ascendens in montem Garizim, qui Sycimorum super eminet civitati, exclamavit. Multitudine ergo prebente silentium precatur, ut quod diceret libenter audiret. Factoque silentio dixit, quod arbores facto consilio humana voce precepissent ficui, ut super eos regnaret. Qua negante eo quod proprio honore fruetur fruerentur, nec alium honorem extraneum querere deberet, arbores in suam cogitationem regnum non reliquerunt, vitisque est eis ut hunc honorem illi preberet. Sed et vitis electa hisdem verbis usa quibus ficus respuit regnum. Hoc facientibus et oliva, ramnum arbores pecierunt ut regnum super eas sumeret; hoc enim genus inter ligna habet natura ignem proferendi. Quibus promisit se regnum suscipere et insigniter imperare; ita tamen ut sub eius umbra requiescerent. Si vero sibi contrarii fierent, eis igne concremarentur. Hoc autem non risu dico, qui multa bona ex patre per Gedeon, Abimelech filium concubine eius ex istis in principe et filios Gedeonis interfecistis. Cumque talia dixisset abscessit, et habitabat latenter in montanis annis tribus timens Abimelech. Hinc non post multum tempus Sycimite penitentiam agentes pro nece filiorum Gedeon, expulerunt Abimelech ab urbe partim et a tribu. Ille vero cogitabat affligere civitatem. Tempore autem superveniente vindemie, metuebant colligere fructum, ne quid eis Abimelech faceret mali. Veniente autem ad eos quodam principe Gaal nomine cum armatis cognatis suis, Sycimite rogabant eum ut eos defenderet donec vindemias congregarent. Quo eorum faciente peticionem, procedebant ad opus vindemie, et cum eis Gaal suos ducebat armatos. Cumque fructus fuisset cum securitate collectus, iam aperte blasphemabant Abimelech, et loca insidiarum facientes circa civitatem, multos principes Abimelech latenter occiderunt. Zebul autem quidam princeps Sycimitarum misit nuncios ad Abimelech et indicavit eis quibus verbis populus Gaal contra eum exacerbaret, monuitque eum ut insidias poneret ante urbem, seque suasurum Gaal ut egrederetur de civitate. Quo facto iret et ei in eum, et se vindicaret, et deinceps sibi inter ipsos amicicias collocaret. Cumque Abimelech in insidiis resedisset, et Gaal incaute commoraretur in suburbio, et cum eo Zebul, videns Gaal paventi quasi viros variis ordinatos ad urbem accedere, ait ad Zebul: Ordinari video invicem viros armatos. Quo respondente umbraculum esse petrarum, cum magis appropinquarent, veri hoc aspectu considerans non umbras sed virorum dixit esse insidias. Tunc dixit ad eum Zebul: Nonne tu accusabis maliciam Abimelech? Cur itaque tue virtutis magnitudinem non ostendis, ut cum eo pugna congrediaris? Gaal vero turbatus congressus est cum Abimelech, et cecidere aliqui de eius armatis; ipse vero fugiens in civitatem ut alios evitaret. Et denuo Zebul egit ut expelleret Gaal ex urbe, accusans eius vilitatem quod non bene pugnasset contra Abimelech. Abimelech vero cognoscens egressuros Sycimitas ad vindemiam, loca circa insidiis occupavit, et illis procedentibus ad bellum, una pars exercitus Abimelech apprehendit portas, ut eorum auferret ingressum; alii dispersos interemerunt, et ubique cedes effecta est; et civitatem ad fundamentum usque subvertens, sal super eius ruinas spargens, victor abscessit. Omnes itaque Sycimite hoc modo perempti sunt. Quicumque vero per provinciam dispersi fugerunt, super quandam petram munitissimam congregati morabantur. Cumque hoc Abimelech agnovisset, venit super eos cum exercitu, et colligens de silva ligna iussit ut hoc universus faceret exercitus. Velociter autem saxo circumdato lignis, subiectus est ignis, et flamma surgente nullus ex eo saxo fugit, sed una cum uxoribus et filiis sunt extincti viri quidem circa mille et quingentos, et quos effugerant huiusmodi calamitas occupavit. Quibus hec afflictio tacta est secundum maledictionem Ionathe, eo quod iniqua gesserunt contra domum Gedeon. Abimelech autem volens ulterius malam ferre prope viros Sychem, neque malicie sue volens imponere modum donec perderet universos, venit ergo ad Thebes civitatem, et facto discursu cepit eam. Cumque esset in ea maxima turris in qua universi confugerant, obsidere hanc volens, dum proxime venisset ad murum, sumens mulier quedam fragmentum mole capite eius repente percussit. Qui dum cecidisset saucius, armigerum rogavit ut eum occideret, ne mors eius opus mulieris esse videretur. Ille autem preceptum perfecit. Abimelech autem huiusmodi penam pro fraterna morte et his que in Sycimitas presumpsit exsolvit. Hec et calamitas secundum divinationem Ionathe videtur completa. Exercitus vero qui cum Abimelech fuit, eo moriente dispersus discessit ad propria. Israhelitarum vero principatum post eum percepit Iamer Galaatinus ex tribu Manasse, vir maliis felix, et filios bonos habens numero xxx, [illegible] et principatum civitatum Galaaditarum habentes. Hic duobus et xx annis obtinens principatum senex defunctus est, et sepulturam in Gamon Galaditarum civitate promeruit. Igitur Israhelite ex inhonesta fiducia ad iniuriam dei legumque transgressiones ferebantur. Quos statim Ammanite et Palestini cum magno exercitu devastabant, omnemque regionem trans Iordanem detinentes, reliqua comprimere festinabant. Hebrei vero malis afflicti ad supplicationes dei conversi sunt, et sacrificia celebrabant, rogantes eum ut placatus eorum precibus ab ira quiesceret. Deus vero placatus eorum precibus eis misit auxiliatorem. Itaque Ammanitis castra metantibus intra Galaaditarum, provinciales [illegible] non habentes ducem postulabant eis Galaaditas ut sub mercede ducem eis darent Iepte. Erat autem Iepte virtute patiens, sapiens ad dispensandum exercitum. Ad hec ergo Galaadite mittentes rogabant ut esset eorum dux, promittentes ei si victor ab hostibus rediret, ei cuncto tempore principatus exercitus sui concederent. Ille vero neque precibus obedivit, culpans eos quod eum non prebuissent auxilium, dum iniusticiam fuisset aperte perpessus a fratribus. Non enim

consanguineus eis erat, sed de aliena matre generatus, et hec patri super omnes amabatur. Ob hoc ergo expulerunt eum fratres, despicientes eius animum probitatem. Et ob hanc impunitatem Galaaditica morabatur, et omnes de longe ad se venientes sub mercede propria retinebat. Illis vero supplicantibus, omnino se principatum eidem fore prebituros, tandem aliquando consensit, et velociter diligentia rerum adhibita, in urbe Maspha exercitu constituto, legatione missa ad regem Ammanitarum, causam eius invasionis accusans. Ille vero remisit et Israhelitarum culpabat egressum ex Egypto, petebatque ut ab Amorrea terra recederet, quia patrum eius quondam fuisset. Cui respondens Iepte ait, quod irrationabiliter culparet Israhelitas de Amorrea, sed potius eis gratias agere deberet pro Amonitide terra sibi concessa, et cum possent secundum Moysi iussionem ut eam tollerent, istos eam eligere permisisset, quam post annos trecentos dei auxilio reparaverant; ob quam rem pugnaturum se fore dixit. Et hec quidem Iepte effatus, legatos abire permisit. Ipse vero deum pro victoria deprecatus, et sacrificium promittens, ut si incolumis reverteretur, quicquid ei primum de domo sua occurreret immolaret. Congressus cum hostibus copiose vicit, et occidens eos persecutus est eos usque ad Amnauntida civitatem, et inde digressus in Ammanitida regionem multas vastavit urbes, predamque collegit, et a servitute domesticos liberavit, quam xviii annis sustinuerant. Reversus autem calamitate incurrit nullo modo prosperitati equalem. Nam ei unigenita filia tunc ei primitus cum rediret occurrit. Qui graviter ingemiscens magnitudine tanti doloris, eo quod filia sua obviasset, indicavit ei quod devovisset eam sacrificare deo. Que tunc nullo casu non doluit pro patris victoria cum libertate moritura. Petebat autem duos menses sibi concedi, ut iuventutem suam cum civibus lamentaret, et post hec vota proferret. Quo tempore transeunte filiam pater immolavit, nec legitimum faciens holocaustum nec deo carum, nec premeditans apud semetipsum qualiter apud posteros huiusmodi facta notaretur. Igitur tribus Effrem super Iepte volens exercitum ducere, eo quod bellum Ammanitarum eis non indicasset, sed voluisset solus predam habere et gloriam, huiusmodi Iepte satisfaciebat eis dicens, eo quod eos non latuisset cognatorum oppressio, sed et vocati ad auxilium non venissent, cum oporteret eos ante preces occurrisse. Deinde culpabat eos quod hostibus iniuste pugnantibus non ausi fuissent resistere; postea vero cognatis inferrent bella, et minatus est eis si non temperarent se a talibus, deo auxiliante contra eos pugnare. Quibus dum satisfieri non potuisset, sed contra eum exercitum a Galaditana terra duxissent, amplum eis dilatavit interitum, et persequens fugientes et preoccupans exercitum premisso vado Iordanis, xl et duo milia virorum ex Effraim occidit. Ipse vero cum principatum tenuisset sex annis defunctus est, et sepultus in Sebechi patria sua intra Galaaditidem. Moriente vero Iepte tenuit principatum Absanis de tribu Iuda civitatis Bethleem. Hic filios habuit lx, xxx masculos et reliquas virgines, quos omnes dimisit vivos, filias viris tradens et filiis dans uxores. Qui dum nichil bellorum gessisset in septem annis, sermone et memoria dignus in senectute defunctus est, et sepulturam in patria sua promeruit. Igitur Absan mortuo, Chilon de tribu Zabulon post eum tenuit principatum x annis, et nec ipse aliquam virtutem egit precipuam. Post hunc Abdon Ylonis filius de tribu Effraim de civitate Pharatonitorum principatum habuit, qui pro sola eruditione possedit memoriam, nullumque bellum propter pacem quam habuit exercuit. Hic filios habuit xl, et alios ex eorum semine descendentes xxx, qui simul omnes lxx exercitatis equis erant. Quos omnes superstites derelinquens defunctus est, et in Pharathon sepulturam promeruit. Hoc autem mortuo Israhelitis Palestini prevaluerunt, tantum ab his per xl annos tributa perceperunt, a qua servitute hoc modo liberati sunt. Quidam Manue de tribu Dan et princeps egregius patrie sue habuit uxorem pulcherrimam, que inter comprovinciales feminas electa erat. Et cum filios non haberet, graviter hoc ferebat, et deum pro filio rogare cepit, et in suburbano suo in campo maximo frequenter morabatur cum uxore. Erat autem ei nimius amor in uxoris pulchritudine, et inde sine temptatione erat zelus ipsius. Et dum quodam die mulier esset sola, apparuit ei angelus dei, similis pulchro iuveni, eique nunciavit filium masculum generandum dei providentia, qui fore optimus et fortitudine precipua clarus, atque Palestinos comprimendos asseruit, precepitque ut eius comam minime tonderent, nullumque potum nisi aquam deo precipiente biberet. Et cum hec dixisset abscessit. Illa marito veniente indicavit angeli visionem et pulchritudinem et proceritatem, ita ut ille obstupesceret, et ex verbis eius amore zelum caperet. At illa volens insaniam eius mitigare rogavit deum ut angelum dei denuo destinaret, quatenus maritus eius eum inspiceret. Iterum ergo venit angelus dei in suburbano illorum, et apparuit mulieri viro remoto. Illa quoque rogabat ut sustineret donec maritum adduceret. Quo annuente vocavit maritum. Qui cum vidisset angelum, rogavit eum ut quecumque uxori eius dixisset, illi pariter declararet. Cumque dixisset angelus omnia que mulieri preceperat custodiret si masculus nasceretur, tunc rogante eum Manue ut expectaret donec ei aliquid offerret, occidens autem Manue hedum, eumque coquendum uxori prebens, tollensque carnes et panes posuit super saxum absque vasis. Quo facto angelus virga quam in manu tenebat tetigit carnes, et igne prorsus emicante carnes cum panibus sunt absumpte. Tunc angelus super fumum quasi in curru eius celum ascendere videbatur. Cumque Manue metueret ne quid ei propter visionem dei proveniret adversi, eum uxor ut confideret hortabatur, et pro sua utilitate deum vidisse fatebatur. Cumque genuisset filium, custodia habuit

132 mandatorum, natumque puerum vocaverunt Samson, quod nomen significat robustum. Crescebat ergo puer velociter, et tam per abstinentiam ciborum quam capillorum remissionem propheta futurus agnoscebatur. Veniens ergo cum parentibus in Tamnam civitatem Palestinorum, dum celebraretur ibi festivitas, virginem ibi conspiciens concupivit, rogavitque parentes ut ei puellam peterent uxorem. Quibus negantibus eo quod esset de aliena gente progenita, dicentibusque quod ei nuptias preberent hebreas congruas, vicit eius peticio ut ei virgo desponsaretur. Dumque Samson frequenter ad eam iret parentum, occurrit leoni, et cum esset inermis, tenens eum manibus suffocavit, et in silva interiore extra viam proiecit. Rursumque dum iret ad puellam, invenit agmen apum favum mellis in leonis ore comportasse, et tollens ex eo tres favos mellis cum aliis donis que portabat puelle dedit. Cumque Tamnite omnes essent in epulis nuptiarum, metuentes fortitudinem iuvenis, xxx iuvenes pubertate procelsos constituerunt iuxta eum, velut socios eius factos, ipse vero custodes, ne quid forte committere posset mali, convivorum sacietate crescente. Cumque ludo consisteret, qualia solent in tempus fieri, tunc Samson ait: Proponam vobis parabolam, et si solveritis vii diebus propositam questionem, lineas singulas et totidem stolas propter honorem vestre sapientie percipietis, et hic damus gloriamque et lucrum. Est autem ista parabola: Cibum genuit devorans ipsa suavem, licet ipse nimis sit insuavis. Illis autem per tres dies questionem non valentibus invenire, dixerunt puelle ut a viro suo hoc investigaret, cum et minati sunt incendium, nisi hoc studeret implere. Samson autem puella rogante ut diceret, primum quidem negavit. Cumque illa nimis

instaret et ad lacrimas provenisset, et diceret quod eam non amaret, tunc Samson indicavit ei quemadmodum leonem interfecisset, et quomodo apes intra eum inveniens, tres favos mellis inde tulisset. Et ille quidem dolosum metuens, omnia declaravit. Illa vero rursus sermone iuvenibus exposuit. Septima vero die cum tempus esset ut propositam solverent questionem, antequam sol occumberet, convenientes dixerunt ad Samson: A leone comprehensis nichil insuavius est, neque nichil dulcius est utentibus melle. Quibus Samson respondit: Nichil est quoque nobis in mundo muliere dolosius, que prodens vobis hoc verbum exposuit. Dedit ergo illis que promiserat, facta cede de Ascalonitis, nam et isti Palestini sunt. Post hec nuptias refutavit, et puella que eum ad iracundiam provocavit, duxit eius amicum. Pro qua iniuria exasperatus Samson, deliberavit ut ipse et omnes cum eo Palestinos affligeret. Cumque tempus estatis esset et fructus messium ad perfectionem pervenisset, comprehendens trecentas vulpes, et caudis earum ligans ardentes faces, dimisit in messes Palestinorum, et omnis eorum interiit fructus. Palestini vero scientes hoc opus esse Samson, propter iniuriam quam ei fecerant, miserunt statim in Thamnata, uxoremque eius cum parentibus interemerunt, tamquam qui mali huius auctores existerent. Samson autem multos Palestinorum in campestribus occidit, et descendens habitabat in Etham, secessum valde munitum, in tribu Dan. Et Palestini contra tribum Dan castrametati sunt. Illis vero dicentibus se iniuste inferri supplicium propter delicta Samson, dum itaque tributa imposita persolverent, dixerunt eis Palestini, ut si nollent hoc pati, Samson traderent ligatum. Qui volentes tradere, venerunt ad secessum ubi habitabat Samson cum tribus milibus armatorum, et culpantes eum pro hiis que contra Palestinos viros egerat, qui dominarentur omni generi Hebreorum, rogabant eum ut descenderet quatenus eum potestati illorum traderent, poscebantque ut hoc voluntarie pateretur. Qui cum iusiurandum accepisset, eo quod nichil amplius fieret quam ut hostibus traderetur, descendens de secessu semet ipsum eorum potestati tradidit, et illi eum duobus funibus alligantes ducebant ut traderent Palestinis. Et cum in quendam locum venissent, qui non longe erat a Palestinis, et illis occurrentibus cum gaudio et clamore, tamquam ea que cupiebant desiderabiliter adimplessent, dirumpens vincula Samson, et arripiens asini maxillam que ibi sibi iacebat, in hostes irruens, percussit ex eis quasi mille viros, et alios turbatos in fugam vertit. Samson ergo plusquam oportebat exultans, non Dei cooperationi reddebat, sed suis virtutibus ascribebat, quod per maxillam asini hostes ceciderint, alii in fuga sunt versi. Quem dum ob hoc sitis validissima invasisset, considerans quod nichil esset virtus humana, rogabat Deum ne propter hoc irascens eum traderet Palestinis, sed ut potius illi auxilium in necessitate conferret, et a malis eriperet. Cuius precibus misertus Deus, fontem circa quandam petram de asini maxilla suavem copiosumque produxit. Inde Samson bibens, ipsum locum vocavit Maxilla, et hactenus hoc nomine nuncupatur. Post hanc pugnam Samson despiciens Palestinos, venit in Gazam, et in quodam diversorio morabatur. Agnoscentes vero Gaze principes eius introitum, statuerunt insidias ante portam, ut egredientem comprehenderent. Samson autem dum hoc cognovisset, circa mediam noctem surgens arripuit portas ipsasque simul clausuras et vectes, et alia eorum ligna super humerum tollens, super montem Hebron deferens collocavit. His itaque gestis transcendebat et leges patrias, et dietam propriam relinquebat, imitando mores peregrinorum. Concupiscens enim mulierem meretricem nomine Dalila apud Palestinos habitantem, cum ea degebat. Ad quam principes Palestinorum venientes, pecuniarum promissionibus astrinxerunt, ut a Samson disceret que causa fortitudinis eius esset, per quam vinci non posset. Illa vero dum circa potum et huiusmodi consuetudinem esset constituta, et miraretur eius actus, arcius agebat ut agnosceret quemadmodum tanta virtute precelleret. Samson autem dum adhuc sapientia fortis esset, fallebat eam dicens: Si septem vinciar palmitibus qui adhuc flecti possunt, fuero vinctus, ceteris infirmior ero. Illa vero tacuit, postea vero indicans hoc principibus Palestinorum, celabat aliquos militum intra domum, et dormientem Samson artissime palmitibus alligavit. Deinde excitans eum, dixit insistere aliquos super eum. Ille autem ruptis palmitibus, tamquam contra inimicos videbatur insurgere. Tunc mulier graviter se ferre dicebat si propter incredulitatem favoris sui et tamquam non celaret quod ei proderet, nollet edicere veritatem. Qua rursus rogante delusit dicens, quod si septem funibus alligaretur, perderet fortitudinem. Cumque et hoc illa faciens nichil veri habere cerneret, iterum ei supplicabat. Ille autem tertio eam seduxit, dicens alligari debere comas suas, et in terra clavo defigi. Cumque nec in hoc facto verax inveniretur, ad ultimum mulieri supplicanti, cum etiam calamitas immineret, volens prestare Dalile ait: Meus Deus curam habet, et eius providentia nutritur hanc nutrio comam iubente Domino ne tondeatur, et hoc argumentum est fortitudinis mee. Hoc illa cognoscens, abrasis eius septem crinibus, eum tradidit Philisteis, cum iam non valeret ab eorum se invasione defendere. Qui eruentes ei oculos ligatum circumduci fecerunt, et molere fecerunt. Procedente vero tempore coma Samson crevit. Et dum esset festivitas publica, et principes Palestinorum atque nobiles epularentur simul in fano, cuius edificium due columne portabant, iusserunt adduci Samson ad convivium, ut ei omnes illuderent, eo quod iam se non valeret defendere ab iniuriis eorum. Puero vero qui se ducebat supplicabat, ut diceret principibus ut dimitterent eum exire, et paululum requiesceret. Cumque exisset petiit a puero ut eum duceret ad columnas duas supra quas domus stabat, ut se ibi reclinaret. Quo dum advenisset, et ambas columnas complexasset, invocans Dominum commovit eas, simulque subversis cum fano columnis, tria milia hominum sunt extincta, inter quos et Samson vita defunctus est, cum tenuisset principatum Israelitarum annis xx. Dignum est ergo laudare virtutem et fortitudinem et magnitudinem huius viri, et circa mortem, et iram quam usque in fine contra hostes exercuit. Nam quod a muliere deceptus est, humane nature oportet ascribi, que est ad vitia facilis. Virtutis vero ei coronam necesse est habere memorabilia eius preconia. Cuius cognati sumentes corpus sepelierunt in Sara regione cum cognatis eius.

Post mortem vero Samson prefuit Israelitis Heli sacerdos Dei. Sub huius tempore fame Hebreorum provincias apprehendente, Elimelech quidam de Bethleem civitate tribus Iude famem ferre non valens, uxorem suam Noemi, et filios ex ea natos Chelion et Mallion sumens, migravit in terram Moabitarum. Dumque ei cuncta bene procederent, filii sui Moabiticas duxere uxores, Chelion quidem Orpha, Mallion autem Ruth. Transactis autem x et octo annis, Elimelech et eius filii pariter defuncti sunt. Noemi autem amare ferens quod ei provenerat, et desolationem carorum non sustinens, filiorum propter quos et de patria videbatur egressa, rursum revertebatur ad patriam suam. Audierat enim prospera de ipsa regione nunciari. Cuius ambe nurus deseri ab ea nolebant, sed nec ipsa certificando eas secum proficisci potuit evitare. Et cum insisterent, optans eis Noemi feliciores nuptias quam quibus iam fuerant private, et filios bonos, et alia bona eas remeare ad patriam poscebat, nec secum debere proficisci ad rem incertam. Nam ipsa deserendo. Igitur Orpha quidem remansit, Ruth autem cum nollet recedere, hanc Noemi sociam secum duxit, volentem cum ea omnia pati. Venientes siquidem Noemi cum Ruth socru sua in Bethleem, Booz cognatus Elimelech suscepit eas. Et cum vicini Noemi nomine suo vocarent, illa dicebat: Nolite me vocare Noemi, quod significat felicitatem, sed Mara me vocate, quia amaritudine replevit me Dominus. Ruth itaque tempore messis egressa est colligere spicas post messores Booz, ut alimentum posset habere. Veniens autem post paululum Booz, et videns puellam interrogabat messores que esset. Illa autem accedens declaravit ei quod ipsa esset que cum Noemi venisset. Booz autem de favore socrus atque memoria mariti sui, et copulati gratias agens, et ei experimentum rerum bonarum exoptans, et spicas eam colligere noluit, sed iussit eam metere quantum portare posset, precipiens villico ut nichil ea tollere prohiberet, prandiumque ei et cibum iussit dari dum messores hora competenti comederent. Ruth autem tollens ab eo prandium alphitam id est reliquias ciborum socrui conservavit, et vespere cum spicis ad eam venit, portans partes ciborum quas ei messores prebuerant, narravitque omnia que sibi dixisset Booz. Cumque indicasset illa quod cognatus esset, et propter hoc ei pietatis sue providentiam exhibuisset, rursus sequentibus diebus egressa est ad colligendas spicas cum ancillis Booz. Veniens autem non post multos dies Booz cum iam esset messis hordearia maturata, in area propria dormiebat. Hoc cum audisset Noemi, cogitabat quemadmodum cum eo Ruth collocaret. Iudicabat enim utile si Booz duceret Ruth uxorem. Iussit ergo puelle ut circa pedes eius dormiret. Illa vero dum hoc nefas esse iudicaret ut socrui iussionibus resisteret, festinans ad aream, proiecit se ad pedes Booz profundissime dormientis. Excitatus vero circa mediam noctem, requirebat que esset. Illa vero nomen suum dicente, et petente ut tamquam dominus eam secum copulare permitteret, tunc ille quidem quievit. Diluculo vero antequam ad opus famuli moverentur, excitans eam iussit ut tolleret hordeum quantum posset portare ad socrum, antequam ibi dormisse videretur ab aliquibus, dicens: Castitas in talibus rebus a derogatione est servanda, et maxime quando nichil perpetratum est adversi. De cognatis vero meis est unus proximior genere, qui te debet ducere in uxorem, et si te repudiaverit, ego te secundum legem ducam uxorem. Hec illa socrui referente: securitas eas tenuit, quod pro earum salute Booz cogitaret. Veniens ergo Booz iam media die in civitate et seniores colligens, misit et vocavit Ruth atque cognatum. Qui cum venissent, dixit Booz: Filiorum Elimelech hereditatem sibi iure propinquitatis obvenisse ad possidendum. Cumque ille annuisset, dixit Booz: Ergo lege non ex media parte observare debes, et ex alia parte destruere, sed universam legem oportet servari. Mallion enim huic uxor venit, cuius dum partem agri eius possederis, et uxorem eius secundum leges debes accipere. At ille statim cessit hereditatem et uxorem Booz tradens ut uxorem ducens nomen defuncti suscitaret. Booz itaque testificans hoc cum senioribus iussit mulieri ut ei calciamentum solveret secundum legem, et in faciem eius exspueret. Quo facto, Booz Ruth duxit uxorem, eisque post annum natus est filius masculus, quem Noemi sumens consilio mulierum vocavit Obeth, eo quod in eius senectute nutriretur. Obeth enim hebraica lingua significat serviens. Porro Obeth habuit filium Yesse, ex quo natus est David, qui regnavit et principatum filiis suis per xx et unam virorum generationes longo tempore dereliquit. Hec quidem necessaria que de Ruth gesta sunt explanavi, ostendere volens Dei potentiam quod ei possibile est ad dignitatis culmen evehere quoscumque voluerit, ad qualem David perduxit ex humili misteria ortu. Inimicus siquidem Hebrei Iebuseorum afflictione progravati, rursum bellum cum Palestinis habuerunt ob huiusmodi causas.

Heli sacerdoti qui post Samson rexit populum erant duo filii Ofni et Finees, circa homines iniuriosi, et circa divinitatem impii, et nulli etati parcebant. Et alia quidem munera ab oblaturis propter honorem sui sequestrabant, alia vero rapinis tollebant, et mulieribus causa religionis venientibus contumelias inferebant, et aliis quidem violentias ingerebant, alias donis mulcebant, nichilque eorum vita a tyrannide differebat. Quorum pater Heli hoc graviter ferebat, non tamen eos increpabat. Populus autem quanto sperabat venturum super eos iudicium Dei, tanto vehementius ingemiscebat. Cumque futuram cladem filiorum Heli Deus prophetasset et per Samuelem qui illo tempore erat puer, tunc Heli super filios habuit luctum. Volo siquidem primitus de ortu Samuel loqui et postea de Heli narrare, necnon et infelicitatis casum quem habuit populus Hebreorum. Elchana vir levita in mediocribus civibus Effrem sortis existens et Ramatha civitate inhabitans, duas duxit uxores, Annam et Fenennam. Ex Fenenna ergo sunt filii progeniti, ipse tamen Annam diligebat cum esset sterilis. Veniente ergo hoc Elcana cum suis coniugibus in civitatem Sylo ubi erat tabernaculum Dei, ad immolandum, dum epulas uxoribus et filiis distribueret partes, respiciens Anna Fenenne filios iuxta eam currentes et ludentes, pre dolore descendit ad lacrimas, et quod non haberet filios ingemiscebat. Dumque consolatione viri contristari prohiberetur, venit ad tabernaculum Dei, rogans ut ei sobolem concederet Deus, filiumque faceret esse matrem, votum vovens ut primogenitum suum Domino ministraturum dicaret, nec eum simile cum privatis hominibus vitam habere permitteret. Et dum in orationibus multo tempore moraretur, Heli sacerdos sedens ante tabernaculum velut ebriam abire precepit. At illa dum nusquam se bibisse faceret, nec ebriam se esse, sed propter sterilitatem filiorum rogare Dominum, et illo ea fiducia habere hortabatur, et Deum ei filium donaturum esse promisit. Igitur Anna cum bona spe revertens domum ad maritum, cibum lassa percepit. Postea concepit filium, quem appellavit Samuel quasi a Deo postulatum. Venientes ergo ad Sylo ut pro nativitate filii hostias immolarent, et decimas offerrent, recordata Anna orationis sue et promissionis quam de filio voverat Deo, obtulit puerum et futurum Dei prophetam, crescebatque eius coma, et potus eius tantum erat aqua. Et Samuel quidem nutriebatur in templo, Helcane autem alii filii ex Anna et tres filie progeniti sunt. Porro Samuel pleno iam anno xii prophetavit. Quem quodam tempore dormientem nominatim Deus vocavit. Ille vero putans se a sacerdote vocatum, venit ad eum. Heli vero dicente se eum non vocasse, reversus est. Deus autem eum usque tertio iam vocavit. Quod dum Heli cognovisset, dixit ad Samuel: Primo quidem o fili silui, nunc autem dico tibi Deum esse qui te vocat, unde nota omnia que dicantur. Cumque Deus iterum locutus fuisset, audiens Samuel precatur ut quod vellet preciperet, in nullo ei ministerium defuturus. Cui Deus dixit: Quoniam iterum ades, agnosce cladem futuram Hebreis omni narratione et crudelitate maiorem, et Heli filios una die morituros, et sacerdotium a domo Heli emigrandum. Heli itaque plus filios suos elegit diligere, et contra eorum utilitatem quam mihi placere. Cumque iureiurando Heli cogeret Samuel ut hec ei indicaret, ille nolebat eum contristare de tali sermone. Et cum negare eum non posset, indicavit ei omnia. Heli autem magis ac magis certior fiebat, dum utique quecumque prophetabat Samuel, probarentur esse vera.

Eodem tempore Palestini movere castra super Hebreos circa civitatem Amfeleucas (?). Hoc Israelite cognoscentes, congressi sunt cum eis. Viceruntque Palestini Hebreos, et occiderunt usque ad quattuor milia, reliquam vero multitudinem usque ad

propria castra persecuti sunt. De summa vero proditione formidantes hebrei miserunt ad seniores et pontifices ut archam dei deferrent, ignorantes quia maior esset ab archa que eis calamitatem inferre decreverat. Venit ergo archa pariter et filii pontificis, quibus pater precepit ut si archam captam vivere voluissent, ad eius aspectum non venissent ulterius. Finees enim sacerdotii fungebatur officio, patre hoc propter senectutem sibi permittente. Securitas ergo facta est hebreis tamquam per adventum arche possent hostibus prevalere. Inimici autem videntes archam timebant. Sed non sic putabant evenire. Facta autem congressione victoria quam hebrei sperabant palestinis collata est. Et proditione quam illi metuebant sustinentes hebrei, cognoverunt se frustra habuisse in archa fiduciam. Repente namque in manibus hostium ceciderunt, et amiserunt usque ad .XXX. milia virorum, inter quos ceciderunt et filii heli sacerdotis, et archa ab hostibus capta est. Nuntiata vero proditione hebreorum et arche captivitate per quendam iuvenculum beniamitem qui in bello interfuit, cuncta civitas luctu repleta est. Porro heli sacerdos sedebat ad portas in altiore sede, et audiens civitatis luctum, evocavit ad se iuvenem et requirebat causam. Et dum audisset ea que in bello fuerant gesta, et de filiis lenius doluit, tamquam per samuelem prescius futurorum, quia valde eam mala confundunt que preter spem repente provenerint. Cum autem audisset archam ab hostibus captam, dolore turbatus eo quod preter spectationem id eveniret accidisse, ruens de sede defunctus est, dum octo et nonaginta vixisset annos, quorum XL. annos tenuerat principatum. Eadem die defuncta est uxor finees et eius filii, cum ei nuntiata esset mors viri sui, neque vivere valens, in ipsa morte peperit filium, quem iochabod appellavit, quod significat inglorium, eo quod illo tempore hebreis bonum deformitas contigit. Habuit autem principatum primus heli ex domo ithamar qui fuit filius aaron. Nam primitus de domo eleazari sacerdotes extiterant, ex quo hunc honorem filius eius finees possedit. Et finees filio suo heli sacerdotium tradidit, post quem abiezer hunc honorem accepit, quem ozi filio suo reliquit, cui rursum ozi filius eius successit. Et post hunc heli tenuit sacerdotium, de quo nunc nobis sermo est habitus. Cuius genus usque ad tempora imperii salomonis hunc honorem habuit. Tunc enim sacerdotium ad domum eleazari rediit.

Explicit liber quintus iosephi antiquitatis iudaice.

INCIPIT LIBER VI.

Vicit palestini archam in civitatem suam azotum portaverunt, et apud deum suum qui vocatur dagon quasi trophea aliqua posuerunt. Sequenti vero die ingressi templum, ut deum suum sollempniter adorarent, invenerunt deum suum circa archam prostratum. Iacebat enim evulsus de base sua, in qua stare consueverat. Quem elevantes statuerunt, gravius de eius casu dolentes. Cumque frequenter venientes dagon invenirent iacentem et quasi archam adorantem, in angustia et confusione gravissima constituti sunt. Novissime vero azotiorum civitatem atque provinciam divinitus pestis invasit. Moriebantur enim crudeli passione dissenterie, et antequam velox eis interitus provenirent, antequam anime bona morte resolverentur a corpore, intestina eorum corrupta corporis putredine egerebant. Provinciam vero consurgens multitudo murium devastabat, ita ut neque arboribus neque fructibus parceret. Dumque in his malis azotii viverent et resistere calamitati non possent, intellexerunt hanc cladem sibi propter archam domini provenisse, victoriamque eis non sibi pro bono fuisse. Miserunt ergo ad ascalonitas petentes ut archam ad se transferrent. Ascalonitas vero hec supplicatio non erat ingrata, sed eis gratis tribuerunt. Archa vero suscepta in eisdem malis in quibus azotii fuerant, ipsi per archam incurrerunt. Ascalonite ergo archam ad vicinas civitates miserunt. Sed neque apud illos mansit, quia cum ipsi hisdem passionibus turbarentur, eam aliis civitatibus miserunt. Istoque modo quinque civitates palestinorum circumivit, quasi pro ea quendam exigens et passionibus singulas civitates quassans. Desperantes vero ex his malis, nam dum audientibus nota fierent, nec archam ulterius aliqui suscipere vellent, convenientes cogitabant quonam modo ea carere possent. Quinque principes urbium geth et accaron et ascalon et gazhe et azoti tractabant quid fieri conveniret. Sacerdotes ergo dicebant hoc fieri non debere, et cladem harum passionum leviter tolerandam esse, nec arche eas passiones ascriberent, cui potestas aut fortitudo huiusmodi non sit. Quia si habuisset, eam utique deus neque nobis traditam fuisse, sed hanc cladem solummodo reputari naturaliter, que corporibus et terre et arboribus et omnibus que ex ea consistunt pro temporum casus huiusmodi passiones generarunt. Hoc autem dicentes, nec retinendam esse archam, neque retinendam apud nos suadentes. Ita iustum nobis videtur ut principes singularum urbium convenientes faciant symulachra aurea pro unaquaque civitate, pro solvenda gratiarum actione deo quod nos vivere fecit, et passionibus quibus prevalere non potuistis liberavit. Faciatis quoque totidem anulos aureos et mures qui regionem nostram depasti sunt, et currum novum, et hec omnia in loculum mittentes super archam ponenda, et in vehiculo novo iungite vaccas que nuper genuerunt, et earum vitulos domi retinebitis, ne sequentes matres impediant, et ut eorum desiderio celerrimum iter perficiatur. Committatis itaque vaccas et portantes in trivio constitutas et dimittite eas ut quamvis velint pergant viam. Et siquidem ad hebreorum fines viam 133. diverterint, scitote archam nobis causam fuisse passionum. Si vero aliam viam properaverint, revocate eam, scientes quod nulla virtute habeat archa. Hec itaque principes recte se habere iudicantes, repente fieri decreverunt. Perficientes autem omnia que predicta sunt, vehiculum cum bubus deduxerunt in trivium, eumque relinquentes ibidem secesserunt. Bubus autem recta manu ducente quodam ductore precedente pergentes, sequentibus palestinorum principibus volentes quo venirent agnoscere. Est autem quidam vicus in tribu iuda nomine bethsamis, in quo venerunt boves. Cumque in campum maximum venissent, ulterius non processerunt. Principes statuerunt illic vehiculum, et grande miraculum habitatoribus vici illius prebuerunt. Estatis namque tempus erat, et omnes in agris pro colligendis fructibus erant. Cum autem vidissent archam, pre amore opus manuum relinquentes, repente cucurrerunt ad eam. Et deponentes archam et vas in quo erant symulachra reposita, simul et mures posuerunt super quandam petram que erat in campo. Et mox immolantes de vehiculo simul et boves holocaustum offerentes, pariter epulati sunt. Hec videntes palestinorum principes, ad propria sunt reversi. Ira vero dei atque indignatio LXX. viros bethsamitas et L. milia plebis occidit, eo quod non fuissent digni archam tangere, et quod nec sacerdotes erant qui ad eam accesserant. Quos talia patientes fleverunt sui parentales, et luctum magnum super eos habuerunt, unusquisque mortuum suum lugebat. Indignum ergo iudicantes ut apud se archa consisteret, mittentes ad omnes hebreos indicaverunt a palestinis archam fuisse reductam. Qui cognoscentes hoc reportaverunt eam in cariathiarim proximam civitatem bethsamitarum, ubi in domo cuiusdam levite aminadab nomine qui iustus videbatur et vita religiosus, archam introduxerunt, velut in loco deo digno in quo habitaretur iustus. Ministrabant enim arche filii eius, et huic cure annis XX. perfuerunt. Tantis enim temporibus fuit in cariathiarim, dum apud palestinos septem mensibus habitasset. Cumque omnis populus hebreorum illo tempore quo in cariathiarim erat archa orationibus et sacrificiis intentus esset, et maximam circa eam religionis exhiberet officium, samuel propheta fiduciam eorum collaudans, et oportunum iudicans ut loqueretur eis de libertate et donis dei, fecit allocutionem quod credebat eorum mentibus esse gratum, et ait. O viri israhelite, quibus adhuc palestini hostes gravissimi sunt, et deo iam incipiente esse propitio, non solum concupiscenda est libertas, sed et facienda sunt opera per que ei iniusticia minor ostendatur. Nolite iam peccare neutra gentibus serviatis, sed estote iusti et maliciam depellite ab animabus vestris, easque purgantes totis mentibus, invocate dominum, eumque bonis operibus honorate. Hec enim vobis facientibus bona provenient, servitusque fugabitur, et de hostibus repente triumphus afferetur, que prevenire non poteritis armis nec robore corporum, nec multitudine populorum. Non enim talis deus premittit se talia prebiturum, sed bonis et iustis. Sed et ego vobis digna gerentibus horum promissorum astipulator adero. Cum hec dixisset samuel universus ei populus favit, et de eius exhortatione gavisus est, et omnes annuerunt se velle obedire deo. Quo facto congregavit eos samuel in quandam civitatem que vocatur masphat, quod nomen significat hebraica lingua deorsum respicere. Hic haurientes aquam immolaverunt deo, et tota die ieiunantes in orationibus constituti sunt. Qui tamen ibidem congregati palestinos minime latuerunt. Nam cum magno exercitu atque virtute aggressi sunt eos, vero suspicantibus neque preparatis inferrent bellum. Hebreos autem valde hoc terruit, et ad tumultum formidineque perduxit, et currentes ad samuel animas suas corruisse et morte proximas iam esse dicebant. Propterea quiescendum nobis est nec vires hostium provocande, cum nobis adorationes et sacrificia et inimica venientibus super nudos et inermes castrametati sunt. Nulla ergo nobis alia spes est salutis, nisi per te exoretur deus, ut evadere possimus palestinos. At ille et fiduciam dixit habendam, et dominum eis adiutorio futurum promisit. Sumens ergo lactentem agnum sacrificavit pro populo, rogavitque dominum ut eos in bello palestinorum sua dextera tueretur, nec eos pessimos despiceret, quia secundo iam videbant afflicti. Exaudivit ergo deus orationes et hostias placitas, et auxiliatrici mente promisit eis victoriam et potentiam conferendam. Dumque adhuc esset sacrificium super altare positum, et dum non dum sacra flamma fuisset consumptum, processit de castris hostium multitudo, et aciem direxit ad pugnandum cum multa spe victorie, cum viderent hebreos in angustia conclusos, et arma non habentes, cum nec ad bellandum ibi concurrissent in opinate detalibus perturbati essent. Deus ergo terram movit sub palestinis, eamque tremere fecit, et eas timore incussit, ita ut eis lorice subtrahi viderentur, et scinderentur in diversis aperitionibus. Deinde contritis concrepantibus et ignes choruscationibus longe micantibus velut incendens eorum vultus nimis eas affecit, et ex eorum manibus arma diripiens, nudos in fugam vertit. Quo facto samuel eos cum multitudine persecutus est, et plurimos interfecit persequens usque ad locum quendam qui vocatur correon. Ibique lapidem fixit velut terminum victorie hostium, eumque lapidem fortitudinem appellavit, eo quod divinum solacium contra hostes habuerunt. Palestini vero nequaquam post istam plagam super eos egressi sunt, sed timore et merore rerum que super eos acciderat quiescebant, cum fiducia quam dudum habuerant palestini contra hebreos post hanc victoriam facta est hebreorum. Nam samuel super eos castra ducens, superbiam eorum ad nichilum deduxit, et abstulit eis illam regionem quam ipsi primitus victis hebreis rapuerunt.

Igitur illo tempore inter hebreos et reliquos chananeos pax erat. Samuel vero disposito populo eos in unum convenire precepit, et de diversitate legum disceptare. Ipse vero semel in anno circuiens civitates iudicabat plebem, et multo tempore sub equitate multa explevit. Deinde senectute gravatus et agere sollempnia prepeditus filiis suis tradidit populi principatum, quorum senior dicebatur iohel, iunior autem abia. Preposuit autem unum in bethlee civitate ut illic sederet et iudicaret, alium autem in bersabee duodecim populum qui eorum iudiciis obediret. Sed sicut sepe contingit ut boni et iusti ex malis oriantur parentibus, et pravi et impii ex bonis patribus, filii samuel patris studium non imitantes, sed in via contraria ambulantes, et muneribus turpibusque lucris iusticiam comprimebant, et iudicia secundum personas et pecunia proferebant, et ad epulas pecuniaque convivia festinabant, et pravum quod erant inimica deo gerebant, sed et que patri videbantur ingrata, qui multo studio revocaverat plebem ut scirent servare iusticiam. Populus itaque dum videret quod diminute filii samuel viverent, graviter hoc ferens ad samuel rediens est in ramatha civitate, eique iniusticias filiorum exposuit. Supplicabat autem eum omnis populus et rogabat eum ut aliquem ex eis regem eligeret, qui principatum gentis eorum teneret, et palestinos affligeret, qui eis erant pravis iniusticie debitores, quia ipse iam senex esset, et eorum rebus preesse non posset. Hec ergo verba graviter contristaverunt samuelem propter insertam ei iusticiam, et circa odium regis. Optima enim illi conversationis electione valde diligebat, que dum sit sancta beatos et cives utentes se facit. Nimia ergo cogitatione ex his verbis samuel afflictus, neque cibi memoriam habuit neque somni, et facta nocte rerum cogitationes evolvens, sine sopore permansit. Cumque talia cogitaret apparuit ei deus, eumque consolatus est dicens quod de petitione populi non deberet affligi, quasi non contra eum fuerint superbi, sed magis contra se, ne solus ipse super eos regnaret. Et hec talia opera eorum fuerunt ex quo egressi sunt ex egypto, tamen post multum tempus eos esse gravissimam penitentiam habituros, quod talem petitionem presumpserunt inchoare. Et te quasi contemptores arguerunt qui me contempserunt ne super eos regnarem, et tuam prophetiam spreverunt. Precipio autem tibi ut eis ordines quemcumque monstravero regem, predices tamen eis quales erunt reges, et que sub lege mala patientur, ut exprimant qualem commutationem habere festinant. Hec samuel cum audisset, mox die facta convocatis hebreis ait daturum se eis regem. Sed primitus eis narrare deberet que illis essent futura per reges, et quibus forent afflictionibus atterendi. Primum quidem filios vestros auferent, et curruum agitatores esse iubent, alios vero equites et armigeros et precursores et millenarios, aliosque facient armorum artifices et opifices curruum, et fabros instrumentorum et agrorum suorum cultores, et vinearum fossores, et nichil erit in quo non obediatis eis, servientes ad similitudinem eorum qui precio comparantur in plebe. Sed et filias vestras unguentarias facient et coquinarias, et molarias efficient, omne opus sub necessitate quasi famule plagas metuentes et verbera. Sed et possessiones vestras auferent, et eunuchis suis armigeris condonabunt, et iumentorum greges eis distribuent. Et ut breviter sit dicendum, similes eritis servis, servientes cum omnibus bonis vestris regibus. Et horum sermonum memoriam recordabimini, quando hec passi fueritis, et penitentia ducti rogabitis dominum ut vestri misereatur, et ut a regali honore velocissima libertate vos liberet, et non suscipiet preces vestras, et contempnens vos sinet ut malorum consiliorum tormenta sustineatis. Erat autem populus hebreorum futurorum rerum valde fatuus et difficilis sensu, ita ut consilium quod semel in mente collocasset non expelleret. Nam sermonem samuelis audientes non se converti, nec a voto suo cessaverunt, sed magis vehementer instabant, et regem sibi ordinari postulabant, nec cogitandum de futuro censebant, sed necessarium existimabant habere regem pugnaturum contra inimicos, cum nulla vicina gens sine rege consisteret. Videns autem samuel nec in his que fuerant predicta conversos, sed potius

innumerentes ait. Nunc ergo ad propria singuli recedite, oportune uos uocabo, dum quod nobis dabitur sum regem a deo cognouero. Erat quidam uir de tribu beniamin, nobilis moribus, nomine cis. Huius erat filius iuuenculus formaque pulcherrimus, et corpore ualde procerus, qui quoque multos mente ac prudentia praecellebat, uocabaturque saul. Dum ergo patris eius asini per pascua de grege errassent, in quibus plusquam in alio iumento delectabatur, filium suum ad requirendos eos cum uno famulo destinauit. Qui dum patriam requirendo asinos circuisset, uenit ad alias tribus. Et dum neque in his inuenisset, discedere cogitabat, ne pater de se molestiam cogitationis inferret. Cumque in arimathi ciuitatem uenisset, et puer qui cum eo erat dixisset esse in hac ciuitate prophetam uerum, irent ad eum, et fortasse de asinis quos quaerebant agnoscerent, respondit saul nihil se habere de muneribus quod offerre deberent prophetae illi, quia in uia pecunia tota fuisset expensa. Tunc famulus dixit esse sibi quandam partem sicli, et hanc ei datam posse sufficere. Errabant enim ignorantes eum quod non acciperet propheta mercedem. Cumque uenissent ante portas, uirgines inuenientes ad aquam euntes, interrogauerunt eas de domo prophetae. Quae cum indicassent, admonebant ut festinarent antequam ad comedendum accederet. Multos enim ea die samuel ad conuiuium inuitauerat, et in his quicumque sibi deus regem futurum ostendisset, uolebat in his conuiuis primum discumbere. Nam dum praecedenti die deprecaretur dominum ut ei praediceret quem uellet constituere regem, indicauit ei deus ea hora altera die missurum se aliquem iuuenem de tribu beniamin. Idcirco samuel in domo sedens, tempus quod ei promissum fuerat expectabat. Cumque praedicta hora adimpleretur, descendens ibat ad mensas. Occurritque ei saul. Cui protinus indicauit deus hunc regnaturum esse hebreis. Saul autem accessit ad samuel, eumque salutans supplicauit ut ei domum prophetae monstraret, quam scilicet ut peregrinum se ignorare dicebat. Cumque samuel prophetam se esse dixisset, duxit eum ad conuiuium et indicauit ei inuentas esse asinas pro quibus quaerendis missus fuisset, et omnia bona regni hebreorum ei conferenda esse praedixit. Cui saul: Minimum inquit sum, et de tribu quae regibus apta non est, et inferiore patria urbium ceterarum. Sed hic loquendo me de hac spe magis illudis, et periculo me fatigare contendis, qualiter hic magis tribubus maioribus conuenit quam mihi. Quem samuel deducens ad conuiuium recumbere fecit super omnes qui inuitati fuerant, et puerum qui cum eo uenerat. Erant autem uiri inuitati numero lxx. Praecepit ergo samuel ut ante saul regalis pars poneretur. Cumque comedissent, saul cum famulo suo apud samuel illa nocte dormiuit. Orto uero facto, samuel excitans eum duxit foras. Et cum extra ciuitatem uenissent, samuel famulum praecedere iussit, illum uero remanere, quasi aliquid nullo alio praesente dicturus. Cumque saul puerum praemisisset, sumens propheta uas olei effudit super caput iuuenis, eumque complexus est et ait: Esto rex a deo constitutus, et de palestinis uindicaturus hebreos. Hoc autem tibi signum erit. Cum a me profectus fueris, inuenies tres uiros in uia euntes in bethel adorare dominum, quorum unum tres panes portare uidebis, secundum uero hedum, et tertium ferre uinum. Isti te libenter suscipient, et dabunt tibi duos panes. Tu autem accipiens, inde ueniens ad sepulchrum rachel, ibi cognosces quod inuentae sunt asinae patris tui. Post haec uenies in gabatha, et inuenies coetum prophetarum, et diuinitus inspiratus prophetabis cum eis, ita ut omnes qui uiderint te obstupescant atque mirentur dicentes: Unde ad tantam felicitatem peruenit filius cis, ut possit et prophetare? Cumque haec omnia fuerint facta, scito dominum esse tecum, et post haec salutabis patrem tuum et cognatos. Uenies post haec uocatus a me in galgala, ut pro his deo hostias offeram pacificas. Haec autem praedicens samuel sauli dimisit eum. Porro saul euenerunt omnia secundum prophetiam samuel. Cumque uenisset domum, cognato suo abner quem prae omnibus parentibus diligebat interroganti de profectione eius et quid accidisset, aliarum quidem rerum nihil absconditur, neque quod apud samuelem prophetam fuisset, et quod ei asinos inuentos esse dixisset. De regno autem et ceteris quae et si audirent inuidia et incredulitate parerent, tacendum esse decreuit, quia hoc nec amico nec sanguinis ueritate coniuncto cautum aut sapiens credidit indicare, quia ut puto humanae naturae non plene credebat. Nemo quippe est tam perfecte deuotus, neque tam amicus, neque cognatus, qui non et in his quae plerumque hominibus ex dei dono conferuntur purum ac beniuolum seruet affectum, sed circa profectus sublimium et honore maliuoli et inuidiosi esse noscuntur. Samuel autem conuocauit populum ad ciuitatem masphat, et coram eis diuino mandato uerba protulit dicens: Quoniam deus uobis praestiterit libertatem, et subdiderit uobis hostes, beneficiorum eius fuistis immemores, et regem uobis ordinari poposcistis, nescientes quia ualidum est ab omnium rerum domino iuuari, cum ipse super omnes sit excelsus, et elegistis uobis hominem mortalem in regem, qui uobis uelut iumentis subditis consilio et desiderio suo, aliisque uoluntatibus suis usurus, et potestate sua sine aliqua parcitate minus collaturus, quippe non tamquam sic deus proprium opus atque facturam tueri festinat, quod dominum solum constat facere. Igitur quem uobis placet rex, et haec iniuria praeualet contra dominum, ordinamini omnes per tribus et sceptra, et mittite sortes super uos. Quod dum hebrei fecissent, sors cecidit tribu beniamin. Et dum factum esset, denuo sors missa per genus, exiuit per genus metri. Cumque per uiros ipsius generis sors missa fuisset, ad saul filium cis sors regni perducta est. Quod dum iuuenis agnouisset, semet ipsum abscondit, nolens ut arbitror uideri sponte suscipere principatum, sed quasi coactus, et tantam sui abstinentiam et temperantiam demonstrauit. Multi sunt enim qui nec in parua felicitate ualent gaudium cordis retinere, sed omnino conspicui esse desiderant. Ille autem non solum semet ipsum pro tali honore et tantarum gentium dominus futurus non ostendit, sed et se a conspectu eorum quibus erat regnaturus abscondit, ita ut et quaerendo eum fatigationem sustinerent. Quibus difficultatem patientibus eo quod non adesset, rogauit samuel deum ut eum ubi esset ostenderet et manifestaret. Dumque cognouisset a deo locum in quo erat celatus, iussit eum adduci. Et dum uenisset, in medio populi eum collocauit. Eminebat autem omnibus ab humero et sursum, et ex ipsa proceritate dignus tali honore ab omnibus clamabatur. Tunc dixit samuel: Cernitis quem deus uobis hic regem dederit, quam melior in cunctis sit, et imperio dignus. Cumque optassent populus regi salutem, ea quae illis futura erant conscribens samuel audiente rege legit, et librum in tabernaculo dei posuit ob testimonium eorum quae praedixerat uenturis generationibus sciendum. Dum uero haec samuel complesset, dimisit omnem populum, et ipsi cum rege suo in armathin ciuitatem uenientes, ei regium honorem exhibuerunt. Plurimi uero maligni illum contempnebant et deridebant, et neque munera ei offerebant, neque studio aut sermone eum sibi placare demonstrabant.

Postea uero contigit eum honore augeri causa belli contra naas regem ammanitarum. Hic enim naas multa mala iudeis habitantibus trans iordanem intulit, et cum multo ac pugnaci exercitu eos afflixit, urbesque eorum seruituti subegit, et eorum fortitudine ui propria suae subdidit ditioni, et eos quos lege bellica cepisset, aut qui ad eum fide data uenissent, dextros oculos eruebat. Quod ideo faciebat ut sinistrae partis oculum scutis celantes, cum dextrum oculum non haberent, ad bellandum minime essent idonei. Et hic quidem rex ammanitarum cum fecisset habitantibus trans iordanem, super galaaditas exercitum perduxit circa iabes ciuitatem, et missis ad eos legatis praecipiens eis ut se ei traderent, quatinus eorum oculos dextros erueret. Quod si nollent, obsidione eorum ciuitatem se interminabatur euertere. Electione uero eis conposita utrum uellent oculum dextrum amittere, an certe uniuersi perire, galaaditae uero metuentes in talibus neutrum horum promittere praesumpserunt, neque semet ipsos tradere, nec repugnare. Septem uero dierum indutias poposcerunt, ut ad contribules mittentes legationes, solacium ab eis poposcerent, et si quidem auxilium eis ueniret pugnarent, sin uero minime, tradere semet ipsos dixerunt, passuri quodcumque placeret hosti. Naas autem spernens multitudinem galaaditarum, eorumque responsum, dedit eis indutias, et solacia a quibus uellent postularent. Illi uero repente per ciuitates israhelitarum miserunt indicantes quae eis minatus esset naas, et in qua tenerentur angustia. Qui statim ad lacrimas magnamque tristitiam haec audito uenerunt, et dolorem super his habuerunt. Cumque legati in ciuitatem saul regis uenissent, et in quibus periculis iabitae essent nunciassent, populus flebat super eorum calamitates. Saul autem ab opere agriculturae reuersus in oppidum uenit, et ciues suos flentes inuenit. Et dum causam eorum tristitiae et confusionis inquireret, agnouit causam luctus. Diuinitus ergo inspiratus legatos remisit ad iabitas, promittens se auxilium eorum uenturum die tertia, et ante solis ascensum portas esse uenturum, ita ut uictores eos ortus solis inspiceret. Constituit ergo principes ut conuocarent populum ad bellum ammanitarum, et timorem eis faciens incidit boum suorum neruos, et haec cunctis comminatus est si non armati alia die occurrerent ad iordanem, eumque sequerentur et samuelem ubicumque eos duceret. Hebrei autem prae timore imminentis dampni diffinito tempore conuenientibus in ciuitate balam, dinumerata multitudine inuenit eorum numerum praeter tribum iuda lxx milia fuisse collectos, de iuda autem lxx milia uiri fuerunt. Transiens ergo iordanem et x fines tota die iter faciens, oriente sole exercitu in tribus partibus distributo, repente et inopinabiliter ruit super hostes. Factaque pugna multos ammanitarum perimit saul, simul et regem eorum, et non solum iabessenos eripuit, sed et cunctam studuit pugnando ammanitarum subuertere regionem, et praedam exinde copiosam sumens, clarus ad propria remeauit. Hoc ergo opus clarum fecit ualde saul, et apud omnes hebreos eum laudabilem demonstrauit, magnamque fecit gloriam fortitudinis adipisci. Nam si primitus spreuerant eum, tunc conuersi sicut honorarent eum tamquam cunctorum principem. Populus autem pro his quae gesta fuerant a saul magna delectatione gaudebat, et quod regem talem ordinauerunt exultabant, et contra illos qui eum prius irriserant exclamabant, et decreuerunt eos omnes puniri. Saul autem populi fauore circa se laudabat, et iurabat nullum se necare uelle contribulium, nec illa die necari quemquam, quia hoc nimis incongruum esset, si data a deo uictoria proprii generis sanguine foedaret, sed potius ad inuicem conuenientes festiuitate celebrent. Cumque samuel dixisset secundam ordinationem in confirmatione regni saul fieri oportere, omnes congregati sunt in galgala ciuitatem. Illuc enim eos conuenire praeceperat. Et congregatis eis, rursus samuel uidente populo unxit saul oleo sancto secundo, et confirmauit eum regem. Postea uero sumens exordium loquendi a moyse et iosue qui eorum duces fuerunt, et commemorans bona quae eis fecissent, et quomodo post eorum mortem iudicibus seducti fuissent usque ad illud tempus, tunc surgens coram eis ait: Coniuro uos o hebrei per maximum dominum, qui fratres illos optimos moysen et aaron deduxit ad uitam, et patres nostros per eos ex egypto de domo seruitutis eripuit, ut neque per uerecundiam, neque timore aliquo perterriti, neque alia qualibet passione detenti reticeatis, si quid a me prauum, aut iniustum, aut lucri gratia, aut auaritiae causa gestum sit. Hic in praesentia regis me arguito, si cuius uitulum aliquid accepi, aut uitulum, aut ouem, aut cibum recepi, aut si cuiusquam ad utilitatem mei tollens aliquem contristaui. Ex his ergo omnibus si quid abstuli dicite coram rege. Illi uero clamabant nihil horum ab eo factum esse, sed iuste eum conuersatum cum populo hebreorum. Samuel autem cum audisset cunctorum huius uero testimonium fuisse placatum de se, ait: Quoniam indicastis in quo me nihil ingratum de me dicere ualeatis coram rege, nunc audite me cum fiducia loquentem quam peregistis nimis contra dominum petentes uobis regem. Cum uos oportuisset meminere quod cum lxx animabus nostri generis auus iacob propter famem uenit in egyptum. Et illic multis milibus procreatis, quos ad pessimum seruitium egyptiorum comprimebant, et secundum prophetiam patrum tanta multitudine ex hoc seruitio deus eripuit, mittens eis moysen et aaron fratres qui eos eduxerunt in terram hanc quam nunc utique possidetis. Et haec bona adepti per dominum dedicastis pietate atque religione dei, qui uos ab hostibus liberauit, primum quidem fortitudini assyriorum uos potiores effecit, deinde praebuit uictoriam de ammanitis, nouissime uero de palestinis. Haec ergo uobis concessa sunt non habentibus regem, sed cum iepte et gedeon et samson duces uestri exstiterunt. Quae uos ergo tenuit stultitia ut fugientes a deo uelitis esse sub regno hominis? Ego autem hunc uobis regem constitui quem deus elegit. Uerum uobis manifestum faciam dominum irasci, et ingratitudinem petitionis uestrae apud indicium hoc uobis demonstrabit. Deprecor enim dominum ymbrem effundere in hoc tempore messis, quod nullus uestrum aliquando uidit factum in tempore messis. Cumque haec samuel dixisset ad populum, subito tonitrua et choruscationes et grandinis impetus excussione diuinitatis propriae ueritatem prophetae apud cunctos ostendens, ita ut obstupescentes et timore constricti, cuncti profiterentur hoc per ignorantiam fecisse, et ut ipse uelut optimus pater et propheta rogaret deum quatenus eis propitius esset, quod hoc peccatum quod per iniuriam et ignorantiam commiserant dimitteret, exorabant. Ille uero promisit se dominum rogaturum ut eis ueniam concederet, et monuit eos ut iusti forent et boni, et haberent semper memoriam eorum in quibus praeuaricatione iniustitias inciderant, et signorum dei et legis moysi, et ut felicitatem regi optarent, et essent ei subditi. Si uero haec negligerent, uentura eis et eorum regi plaga maxima prophetauit. Igitur samuel dum haec dixisset hebreis, confirmato regno saul secundo, populum dimisit remeare ad propria. Saul uero eligens tria milia uirorum ex omni plebe, et secum duo milia habens morabatur in ciuitate bethleem. Ionathe autem filio suo mille dedit equites, eumque misit in gabaa. Ille autem destruebat castra palestinorum non procul a galgalis.

Palestini ergo qui habitabant in gabaa, arma omnia iudeis abstulerant, et munitissima loca suisque castris oportuna detinebant, interdicentes hebreis non uti ferro. Ob quam causam agricolae si quod instrumentum eis esset necessarium ad culturam, uenientes ad palestinos fabricabant illud. Cumque ergo palestini cognouissent castra sua ab hebreis obsessa, indignati et contemptum hebreorum magnam iniuriam iudicantes, hebreis plurimum intulerunt, ducentes in exercitu suo pedestrium quidem trecenta milia, curruum uero xxx milia, et equitum lx milia, castraque sua posuerunt circa quandam ciuitatem magnam. Quod cum audisset saul rex hebreorum, descendit in galgala, et in omnem regionem misit nuncios, inuitans eos ad bellum contra palestinos, eorumque potentiam uilissimam et indignam declarans esse, si uiriliter pericula sustinerent. Dumque turba quae erat cum saul multitudinem palestinorum inspicerent, ualde sunt territi, et aliqui quidem in speluncis et cauernis et cloacis semet ipsos celauerunt.

plurimi uero ultra Iordanem in Galaad sunt reliqui fugere, maxime qui erant de tribu Gad et Ruben. Misit ergo Saul ad Samuelem uocans eum ut cum eo de bello et rebus presentibus tractaret. Ille autem mandauit ei sese debere expectare, et ut hostias prepararet. Septima uero die dixit se uenturum ad eum, ut eo sacrificante ita congrederentur ad bellum. Saul uero expectauit quidem ut propheta mandauerat; mandatum uero nequaquam cum perfectione seruauit; quia cum uideret Samuelem tamdiu morari, se autem a militibus derelinqui, ipse immolauit hostias. Cumque immolasset, statim audiens Samuel uenire, in eius occursum festinanter egressus est. Ille uero non recte eum fecisse dixit, eo quod orationes et sacrificia que uoluntate Dei erant facienda pro populo, ipse petulanter offerre presumpserit. Saul uero satisfaciente et dicente expectasse se quidem per plurimos dies, sed pre necessitate et discessu militum, et propter aduentum inimicorum in magno fuisse metu, eo quod audisset hostes ascendisse in Galgala, et ad offerendum se fuisse compulsum. Respondens Samuel ait: Si iustus esses, et precepto Dei obedisses, ipsius auxilio numquam deficeres. Aut quia in hostibus taliter uindicasses, ut tibi neque soboli regnum longo tempore parasses. Et Samuel grauiter ferens ea que facta fuerant, discessit ad propria. Saul autem cum filio suo Ionatha uenit in Galgala ciuitate, habens secum solummodo sexcentos uiros, quorum plurimi arma non habebant, dum ferrum in prouincia minus inueniretur et fabri qui arma facere scirent. Non enim sinebant eos Palestini habere, sicut iam dudum declarauimus. Igitur Palestini diuidentes tribus agminibus exercitum suum, et per tres uias itinera discurrentes, Hebreorum prouinciam uastabant. Videntes hec Saul et Ionathas filius eius, et sexcenti qui cum eis erant, et sacerdos Achias qui erat de prole Heli sacerdotis, cum residerent omnes super collem excelsum, et terram depopulari respicerent, et defendere eam non auderent, in maxima angustia constituti, tunc Ionathas consilium iniit cum armigero suo, ut latenter ad hostium tabernacula pergeret, et tumultus eis modum commotionis inferret. Dumque armiger eius secum secuturum assereret, etsi mors immineret, sumens solatium iuuenis de colle descendit ad hostes peruenire. Erant ergo castra hostium super scopulum habentem subtilissimam longitudinem, et tribus uerticibus acutissimis prominentem, scopulis per circuitum cingentibus, et quasi propugnaculis inuasione pugnantium prohibentibus; unde contingebat ut custodes minorem haberent sollicitudinem castrorum, quod natura locus ille omnibus uidebatur esse munitus, et ad capiendum ualde difficilis, eo quod non solum ascendere illuc, sed et accedere difficile uideretur. Qui cum uenisset ad castra Ionathas, armigerum confortabat et exhortabatur ut uiriliter ad hostes accederent; signumque hoc inter se posuerunt: Si nos uocauerint hostes ad se, uiriliter ad eos accedamus; si uero nichil eloquentur, tamquam non uocantibus reuerti debemus. Accedentes ergo ad exercitum hostium apparente iam die, uidentes eos hostes Palestini alterutrum dicebant: Ecce de cauernis et speluncis egrediuntur Hebrei. Et dicebant ad Ionathan eiusque armigerum: Venite, ascendite ad nos, ut uos digne pro uestris presumptionibus puniamus. Qua uoce grate suscipiens Ionathas, tamquam sibi uictorie signum designaret, tunc ab illo loco in quo hostibus fuerant uisi recesserunt, mutantes locum uenerunt ad petram que erat propter munitionis locum desolata custodibus; et exinde quasi repentando trahentes semetipsos manibus cum multo labore naturam loci uicerunt, ut ad inimicorum castra conscenderent. Inuenientes ergo eos dormientes occiderunt quasi .xx. homines. Hostes uero uehementer turbati, ita ut alii quidem effugerent arma omnia relinquentes, alii uero semetipsos non agnoscentes, eo quod ex multis gentibus essent congregati, credentes inimicos suos irritasse super se irruisse, et non hoc duorum hominum presumptione commissum, et ideo ad alterna bella conuersi sunt. Quorum alii quidem per impetum moriebantur, alii uero fugientes per saxa precipites collabebantur. Dumque exploratores dicerent Saul regi castra Palestinorum ualde turbari, requirens Saul ne quis fortes suorum deesset, audiuit filium suum deesse et armigerum eius. Iussitque ut pontifex sumpta sacerdotali ueste, de futuris rebus ei prophetaret. Cumque ille dixisset se posse uincere et hostibus preualere, tunc Saul hostes inuasit et turbatos aggressus est cum et illi se inuicem perimerent. Hebrei autem qui in petris et cauernis se celauerant, audientes Saul esse uictorem, congregati sunt quasi ad .x. milia, et persecuti sunt inimicos tota regione dispersos. Igitur sui inopinate uictorie gaudio, dum sepe felices contingat extolli, sui ignorantia, decus illius uictorie pessima temeritate foedatum est. Nam cum uoluisset Saul funditus interimere Palestinos et per [illegible] ex soluere, maledixit Hebreis ut si quis se a cede inimicorum retineret antequam nox superueniret, aut aliquid comederet, maledictus esset. Cumque uenissent ad quandam quercum in forte Effrem constitutam, Ionathas filius Saul dum apum cubilia cum contigisset inuenire, et maledictum patris ignorans, nec populi super eo professionem agnoscens, expresso mellis fauo comedit. Interea autem cognoscens quia cum nimio maledicto ei pater interdixisset aliquem gustare cibum ante solis occasum, tunc comedere cessauit. Non autem recte patrem prohibuisse dixit, quando potius cibo sumpto maiori fortitudine atque fiducia persequentes plurimos inimicorum capere et interficere potuissent. Multa ergo milia Palestinorum interficientes, circa uesperam ad spolia hostium se conuerterunt. Magnam predam et pecora sumentes occidebant. Hoc autem a scriba nuntiatum est regi, quia populus in Deum peccaret, et occisis pecudibus antequam sanguis bene difflueret, pre angustia famis nondum purgatis carnibus uescerentur. Iussitque Saul uolui lapidem magnum in medio et predicari in populo ut super eum interficerent, et carnem cum sanguine non comederent, quia hoc neque Deo placeret.
Cunctis autem iuxta regis preceptum facientibus, statuit illic altare Saul, et 134.
holocaustum super illud Domino celebrauit. Hoc autem altare construxit Saul primum. Postea Saul uolens ad hostium castra procedere ante diem, ut quecumque inueniret diriperet, et cum fiducia multa militibus ei obedientibus, uocauit rex Achitob sacerdotem, et iussit ut consuleret si Deus annueret, ut euntes ad inimicorum castra hostibus denuo preualerent. Dicente uero sacerdote Deum responsum non dare, Saul dixit non sine causa esse, quod Deus consultus non responderet, qui premittit antequam interrogaret omnia nuntiauit. Scio autem quia hec taciturnitas causa alicuius peccati latentis est. Vnde iuro per eundem ipsum Dominum, licet filius meus Ionathas peccasse repperiatur, interficio eum, et Deum ita placabo. Quanto magis extraneo et michi non pertinenti persone supplicium inferre conabor? Cumque hec populus fieri exclamasset, repente cunctos in uno loco constituit. Stetit ipse in alia parte cum filio, et cum quem deligeret sortem requirebat. Et inuentus est Ionathas peccasse; et interrogatus est a patre quid fecisset, et quid in uita sua peccasset. Ille respondit: Pater, nichil aliud feci, nisi quod ignorans hesterno die maledictum ac iusiurandum tuum, [illegible] persequens inimicos fauum gustaui mellis. Quem Saul occidere se repente iurauit, quoniam et generi et nature simul et amori preponeret iusiurandum. Quo Ionathas nequaquam mortis interminatione perterritus, sed animam nimis ingenue magnam intrepidamque componens, ait ad patrem: Non supplico mihi parcendum, quia illa mors mihi suauis est, que pura gerit et populi magna uictoria. Maxima siquidem mihi consolatio est Hebreos de Palestinis esse uictores. Ex his uerbis omnis populus ingemuit et doluit, iurauitque non se permissurum mori Ionathan uictorie huius auctorem. Et abripuit eum a maledicto patris omnis populus, facientes pro eo orationes, ut ei hoc peccatum dimitteret Deus. Saul autem cum interfecisset de hostibus .lx. milia, ad propria ciuitate reuersus est, regnauitque feliciter, et ui-

cinas ciuitates iure belli subiecit, id est Ammonitas, Moabitas, Palestinos, et Ydumeos, et reges eorum tributarios fecit. Fuerunt autem ei filii masculi tres, Ionathas, et Ihe., et Melchis; filie uero due, Merob et Michol. Habuit et principem militie Abner filium Ner patrui sui. Namque pater Saul et Ner fratres fuerunt filii Abiel. Habebat autem curruum multitudinem et equestrium, et cum quibuscumque pugnaret, cum uictoria remeabat, et Hebreos ad magnam felicitatem euexerat, et aliarum gentium potentiores demonstrabat. Quoscumque autem uidebat Saul pulchritudine et proceritate et fortitudine precellentes, eos armigeros suos faciebat.

Igitur ueniens Samuel propheta ad Saul, dixit se missum a Deo ad eum, ut moneret eum obedientem esse Deo, qui ab ipso habere principatum regni, Deus uero et ipsius et omnium rerum esse dominator. Aiebat et Dominum ei mandasse, quia multa mala Amalechite Hebreis in deserto fecerint, cum egrederentur ex Egypto. Ideo Deus decreuit per bello puniendas Amalechitarum gentes, et subditis eis nullum eorum deberet uiuum penitus relinquere, sed omnem etatem necandam, mulierum parcentem et infantium. Et hoc supplicium eos ideo sustinere, quod maiores nostros afflixerunt, et iumentis nec pecoribus parcendum esse decreuit, ob utilitatem propriamque possessionem, sed cuncta Deo dicanda, et nomen Amalech secundum Moysi mandata delendum. Saul uero promisit se precepta complere, et obedientiam non solum in hoc ut contra Amalechitas pugnaret, sed ut et uelociter properatum esse monstraret. Congregauit ergo cunctum exercitum, eumque dinumerans in Galgala inuenit Israelitarum absque tribu Iuda circa quadringenta milia uirorum. Illa namque tribus sola .xxx. milia habebat armatos. Tunc Amalechitarum regionem ingressus, insidias occultas circa torrentem fecit, ut non solum aperte pugnans eos affligeret, sed et inopinate super eos per incertas uias irrueret, et circumdatos trucidaret. Igitur congressus in pugna fugauit hostes, multosque perimit, et reliquos persecutus est fugientes. Cumque illud opus prospera diuinitate complesset, Amalechitarum urbes obsedit, et alias quidem molitionibus cepit, alias uero suffossionibus et [illegible] extrinsecus edificatas, alias autem fame et siti, alias uero modis aliis obsidens, et fortiter capiens, ad necem cunctorum infantium et mulierum armatus est, nichil crudele nec ultra humanam naturam se facere credens, primo quod in hostes hoc agebat, deinde precepto diuino, cui si non obedisset grande periculum iudicaret. Cepit et regem Amalechitarum nomine Agag uiuum, cuius corporis pulchritudinem miratus decreuit esse saluandum, non hoc diuina uoluntate, sed proprium iudicium sequens, et sine causa constituit quasi misericordiam, unde illi potestas sine suo periculo miserendi non erat. Deus enim sic odiuit Amalechitarum genus, ut neque infantibus parceret, quibus misereri natura est. Saul autem auctorem eorum malorum que contra Hebreos gesta uidebantur a morte seruauit, et hostis pulchritudinem preceptis Dei preposuit. Peccauit quoque cum eo populus. Nam et illi iumentis et pecoribus pepercerunt, eaque sibi diripuerunt, et iubente Deo non esse seruanda, et alias res diuitiasque collegerunt, si quid uero non erat dignum possidere consumpserunt. Cumque uicisset Saul uniuersos a Pelusio Egypti usque ad rubrum mare resistentes hostes, Sycimarum gentem solummodo dereliquit. Isti namque in regione Madian in medio habitabant, quibus ante pugnam denuntiauit ut abscederent, ne forte Amalechitarum calamitati subiacerent, quia erant cognati Raguel soceri Moysi, et idcirco credidit eos esse saluandos. Saul ergo tamquam in nullo prophete mandata preuaricasset que acceperat, et uelut omnibus integre conseruatis, deuictis hostibus cum letitia reuertebatur ad propria. Deus autem rapina pecudum quam populus gesserat contristatus est, quia hec fuerant eo prohibente commissa, et dirum iudicabat ut cuius fortitudine adepta essent uictoria, eum spernerent, et humani regis preceptionibus magis obedirent. Dixit itaque Deus ad Samuel penitere se eo quod Saul ordinasset regem, quia ei iussa non faceret, sed uteretur propria uoluntate. Hec audiens Samuel ualde doluit, et Deum cepit tota nocte rogare ut esset propitius Saul, seque ab indignatione suspenderet. Deus ergo noluit ueniam dare Saul propheta poscente, indignum esse dicens se tantis peccatis indulgentiam condonare, non ob aliam causam asserens mala generari, nisi cum aliqui iniusticia passi a uindicta negligentiores existerent. Putant enim hi qui tam benignitatis uice esse et pacientie. Dum ergo Deus Samuelis precibus denegasset, nec uellet parcere Saul, die facta uenit Samuel ad Saul in Galgala. Videnisque eum rex cucurrit et osculatus est eum dicens: Gratias ago Deo qui dedit michi uictoriam, et quia omnia per eius uoluntatem sunt gesta. Cui respondens Samuel ait: Vnde ergo audio clamorem iumentorum et ouium in exercitu? Cui dixit Saul populum hoc ad sacrificia reseruasse; genus autem Amalechitarum pro precepto Dei totum deleuisse, nullumque relictum nisi solum regem, de quo quid oporteat fieri tractandum est. Cui propheta dixit Deum non per sacrificia delectari, sed illos bonos et iustos esse qui eius mandata complent, et nichil aliud bene se agere iudicant, nisi quod pro Dei fecerint uoluntate. Deus enim hoc sacrificium contempnit, ubi inobedientie spes adhibetur. Ab his enim qui eius uoluntatem non faciunt, nec eum uera religione colunt, hi dum multas hostias obtulerint et ornamenta ex auro argentoque facta Deo dicauerint, non suscipit eorum munera, sed potius auersatur, et studium eorum nequitie non iudicat esse pietatis. Ad illos enim conuertitur Deus, qui quod ipse precepit recordantur, et mori potius eligunt quam preuaricari, et neque sacrificium ab eis exquirit Deus. Sed et si sacrificauerint, siue simplex aliquid, siue uilissimum, gratius suscipiet eorum parua munera, quam ditissimorum maxima opulentiam. Tu ergo o Saul scito esse Dominum iratum. Spreuisti namque et neglexisti ea que tibi mandauit. Quomodo ergo arbitraris sacrificia respicere ex his rebus que ille iusserat perire? Scito ergo tibi esse regnum auferendum, et potentiam qua adeo neglexisti Deum fuisse collatam. Porro Saul fatebatur se iniuste fecisse, et peccatum negare non posse; transgressumque mandata dicebat, et non potuisse retinere exercitum predam diripientem. Sed nunc queso ignosce michi et esto mitis; de cetero obseruabo ne peccem. Rogabatque ergo Samuelem ut cum eo hostias Deo pacificas immolaret. Propheta uero cum Deum illi placari non uideret, remeauit ad propria. Saul autem uolens retinere Samuelem apprehendit eius pallium, uiolenterque traxit; cum Samuel impetu facto discedere uellet, uestem eius dirrupit. Cui Samuel dixit: Sic tuum scindetur imperium, et accipiet uir bonus et iustus imperium tuum; quia Deus permanet in suo decreto, nec mutatur, nec conuertitur. Nam mutabile esse in singulis rebus passionis humane est, non fortitudinis diuine. Saul impie se egisse fatebatur; mutare uero ea que fecerat non poterat. Rogauit ergo Samuelem ut se coram multitudine honoraret, et cum eo ueniens adoraret. Quod cum fecisset Samuel, deductus est ante eum Agag rex Amalechitarum. Et cum diceret Agag: Vere quam amara est mors, ait Samuel: Sicut tu multas Hebreorum matres per filios ingemiscere fecisti et lugere, sic ingemisces, et tua morte genitrix tua. Iussit ergo eum incidi in medium, et mortuus est ibi in Galgalis. Et Samuel abiit in patriam suam in Ramatha. Saul autem sentiens Dominum iratum, eo quod non obedisset eius iussioni, ascendit in Gabaa, quod nomen interpretatum significat collem. Et post diem illam non uidit ultra Saul Samuelem. Veruntamen Samuel dolebat super eo, et cogitationibus instabat.

Precepit ergo Deus Samueli ut sumens uas olei in ciuitatem Bethleem iret ad Ysse filium Obeth filii Booz, et eius ungeret natum in regem, quem ipse

sibi demonstraret. Cumque timeret ne forte cognoscens Saul audita palam auclaret, eum occideret, deo dante securitatem predicta uenit ad ciuitatem. Quem cuncti salutauerunt, inquirentes causam eius aduentus. Quibus dicebat se uenisse ut deo sacrificaret. Et sacrificio celebrato, uocauit ad se Yesse cum filiis ad altare, prius sanctificatos. Et inspiciens filium seniorem procerum statura, credidit propter pulchritudinem hunc regem futurum esse; sed prudentia diuina eum reprobauit. Dum enim consuleret dominum Samuel si hunc ungere deberet, quem ipse admiratus fuerat et imperio dignum iudicauerat, respondit deus: Non ego ea intendo que hominibus placent, sicut tu respiciens pulchritudinem iuuenis arbitraris eum mihi placere, cum ego non corporis pulchritudine ac specie faciam esse regalem apicem, sed animi sine dubio uirtute. Ille enim perfecte pulcher est, qui pietate et iustitia et fortitudine necnon et obedientia est splendidus, et omnibus actibus ex quibus anime pulchritudo consistit. Cumque deus hec dixisset ad Samuel, iussit Samuel Yesse ut eos eius filios adduceret. At ille alios quinque uenire fecit, quorum senior Heliab uocabatur, secundus Aminadab, tertius Semmaa, quartus Nathan, quintus Ragel, sextus Asam. Videns autem istos Samuel in nullo minores pulchritudine seniori filio, consuluit dominum quem horum eligeret fore regem. Quo respondente nullum, denuo requirebat a Yesse si alios haberet filios. Qui dixit esse alium nomine Dauid pastorem, ouium curam habentem. Iussitque eum Samuel uelociter uocari, impossibile esse dicens eos aliquid comessuros antequam ille ueniret. Cumque uenisset Dauid uocatus a patre, puer colore rubens et pulcher aspectu, tunc tacite dixit Samuel ad Yesse: Hic est qui deo placet ad regnandum. Et ipse discubuit, fecitque puerum Dauid sub se discumbere, et Yesse cum reliquis filiis. Deinde uidente Dauid sumens oleum unxit eum, eique adhuc tacite dixit atque significauit quod eum regnare deus eligeret, monuitque eum iustum esse debere et eius obedire preceptis. Sic enim regnum multo tempore ei fore mansurum, domumque claram ac famosissimam habiturum, uastaturumque Palestinos, et cum quibuscumque gentibus congrederetur in bello uinceret, et in gente gloriam possideret, et hanc posteris relinquere promittebat. Et Samuel dum hec dixisset, abscessit ad propria. Diuinitas autem a Saul recedens ad Dauid transmigrauit, cepitque Dauid prophetare, sancto spiritu super se ueniente. Saul uero quedam passiones et demonia repente comprehenderunt, suffocationes ei et angustias inferentes, ita ut medici ei nullum salutis remedium inuenire potuissent. Si quis tamen esset cantare peritus et in cythara psallere doctus, hunc adduci iussit, ut cum eum demonia inuaderent et turbarent, super caput eius astans psalleret et ymnos diceret. Ille uero hoc non dissimulabat, et queri hominem huiusmodi iussit. Cumque ei quidam suorum dixisset se uidisse in ciuitate Bethleem quendam filium Yesse adhuc iuuenculum etate, pulchrum atque decorum, et aliis studiis ualde dignum, necnon psallere et ymnos cantare doctum, insuper eximium pugnatorem, mittens Saul ad Yesse sublatum Dauid a gregibus ad se uenire precepit, mandans ei se uelle iuuenculum uidere, de cuius pulchritudine et fortitudine eum narrarunt. Yesse uero misit filium, dans ei munera Saul deportanda. Quo ueniente gauisus est Saul, fecitque eum armigerum suum et bonis omnibus honorauit. Delectabatur enim in eo maxime in inuasione demoniorum, quia cum ad eum accederent, Dauid ymnos psallendo et canendo in cythara, rursus Saul a mentis oppressione reuocabat. Misitque Saul ad Yesse petens ut apud eum Dauid maneret, eo quod eius presentia delectaretur. Cui Yesse in hoc non contradicendo consensit.

Post non multa ergo tempora Palestini denuo congregati sunt, et magnum super Hebreos colligentes exercitum inter Sochot et Azecha castra metati sunt. Contra quos Saul produxit exercitum, et super quendam montem castra ponens, coegit Palestinos priora castra relinquere, ex aduerso montis quem Saul apprehenderat aduenientes. Diuisitque exercitum eorum mons qui erat positus inter eos. Igitur surgens quidam de exercitu Palestinorum nomine Goliad de ciuitate Geth, uir ualde procerus, cuius altitudo erat quattuor cubitorum et palmi unius, accinctus armis que magnitudine sua natura eius corporis exigebat. Induebatur lorica cuius erat pondus quinque milium siclorum eris. Galeam uero habebat eream, que talis uiri et magnitudinem et inopinabilia membra potuisset protegere; et hasta eius non leuis erat in dextera portanda, sed gestabat eam in humeris, cuius ferrum sexcentorum siclorum fuit; sequebanturque eum multi arma portantes. Hic ergo Goliad stans inter medias acies uocem emisit nimis grandem et terribilem contra Saul et Hebreos dicens: A pugna et periculo uos absoluo. Que enim necessitas est utrumque exercitum perire? Date aliquem ex uobis contra me pugnaturum, et totum bellum unius uictoria terminetur, seruiatque pars altera illis quorum fuerit ille qui uicerit. Est enim multo melius et temperantius uni periculo perimere id quod potestate adest multorum. Hec cum dixisset, ad suos remeauit. Altera uero die rursum uenit ad eadem uerba, et ita usque ad diem quadragesimum hostes ad predictas conditiones prouocabat. Itaque contristati Saul et exercitus consternebantur; quidem acies quasi pugnaturi, sed ad congressionem minime ueniebant. Bello siquidem consistente inter Hebreos et Palestinos, Saul remisit Dauid ad patrem suum, quia et tres alii filii eius ad solatium et periculum pugne sufficerent. Dauid ergo ad ouilia et pasturas pecudum remeauit. Non multo post ad castra reuersus Hebreorum missus est a patre ut necessaria fratribus deportaret, et quod ageretur agnosceret. Cumque Goliad denuo ueniens et exprobrans prouocaret, quasi nullus inter eos uir esset qui contra eum pugnare presumeret, interim Dauid cum fratribus loquebatur ea que illis mandauerat pater. Audiens autem illum exercitum prouocantem, indignatus fratribus ait paratum se esse solum cum hoste pugnare. Cui senior fratrum suorum Aminadab minatus est presumptionem eum habere preter etatem non debere, ideoque remearet ad patrem et oues pasceret. Qui timens fratrem abscessit, et apud quosdam militum locutus est quod uellet cum Palestino prouocante pugnare. Illis autem repente indicantibus uoluntatem Dauid regi Saul, uocauit rex Dauid, ut ante quod uellet ediceret. Qui ait: Non deficiat mens tua o rex nec metuas. Ego superbiam huius hostis pugnando subdam, et sic iste sublimis et procerus irridebitur, cum tuus uero exercitus gloriosus inuenietur, ut non a uiro bellatore deiciatur, sed prouocatus a puerili etate moriatur. Saul autem eius presumptionem atque magnanimitatem ualde miratus, non tamen habens in eo fiduciam propter etatem infirmam, ut contra preualidum hostem dimicaret, tractauit. Dauid: Polliceor hoc confidens in deo qui mecum est, cuius et adiutorio hoc fungor experimento. Nam dum aliquando leo ouiculas meas inuasisset et arripuisset agnum, ego sequens apprehendi eum, et agnum ex ore eius eripui. Ipsum uero dum contra me impetum fecisset, a cauda comprehensum et percussum interemi, et de urso michi faciente meo uictor sum. Sic fiet et hic hostis similis illis bestiis, diu exprobrans exercitum nostrum et blasphemans deum, qui et eum mihi subiciet. Saul ergo uoluntate iuuenis et presumptioni orans deum [illegible] dixit: Deo adiuuante uade ad pugnam. Accinxitque eum Saul sua lorica et gladio, et imposuit ei galeam. Dauid ergo oneratus his armis,

cum non esset exercitatus in eis, ait: Ista quidem o rex tua sint ornamenta, qui habes uires hec portandi; michi uero tamquam seruo tuo concede sicut michi placet pugnare. Igitur depositis armis sumens baculum, et quinque lapides de torrente, et fundam in dextera manu portans ibat ad Goliad. Videns autem eum Goliad sic uenientem spreuit eum, quasi non arma portaret hominum, sed quibus canes repelli solent, dicens: Numquid canem me existimasti? Dauid autem respondit: Non te canem reputaui esse, sed aliquid deterius cane. Commouitque Dauid Goliad ad iracundiam, et ille maledixit ei ex uocabulo dei, et minatus est daturum se carnes eius bestiis et uolatilibus deuorandas. Cui respondit Dauid: Tu quidem uenis contra me cum gladio et hasta et lorica, ego autem ad te uenio deo armatus, qui et te et omnem uirum exercitum nostris manibus traditurus est. Hodie tuum caput abscidam, et reliquum corpus canibus tradam, scientque cuncti quia deus preest Hebreorum, et armatura ipse est semper et fortitudo, et omnis exercitus et apparatus inutilis est sine deo. Goliad autem armorum pondere grauatus currere non ualeret, paulatim incedebat ad Dauid, confidens se nudum puerum simplici adhuc etate sine labore perimere. Occurrit autem ei Dauid ex aduerso cum deo auxiliatore, circuiens quasi ludendo, et sumens de pera unum lapidem quos de torrente collegerat, et mittens unum de fundibulo et quasi alio mittere uellet, repente percussit Goliad in fronte, et usque ad cerebrum pertransiuit, ut mox confracto capite Goliad caderet pronus in faciem. Tunc Dauid currens super eum abstulit gladium eius et caput ei abscidit. Cadente ergo Goliad facta est Palestinis occasio maxime fuge. Nam dum fortissimum suorum cecidisse conspexerunt, et de rebus omnibus desperantes fugierunt, ut per fugam seipsos liberarent. Saul autem et cunctus exercitus Hebreorum clamore facto super eos exilierunt, et multos interimerunt, et persecuti sunt eos usque ad terminos Geth et portas Ascalonis. Mortui sunt ergo ex Palestinis xxx milia, et totidem uulnerata. Porro Saul reuersus a cede hostium castra eorum diripuit et incendit. Dauid autem caput Golie ad tabernaculum proprium deportauit, et arma eius deo dicauit. Post hec uirgines et mulieres prouocauerunt odium ac inuidiam Saul regis circa Dauid hac ex causa. Occurrentes enim uictoribus cum cymbalis et tympanis, delectatione maxima mulieribus fauebant, dicentes quod multa milia Saul interemisset ex Palestinis, Dauid autem multa dena milia exterminans interfecisset. Audiens autem hec Saul quod ipse millenarium numerum perceperit, et multa dena milia iuuenculo Dauid uouerent, cogitans apud se quod post hec fauore nichil minus haberet Dauid preter regnum, cepit eum timere, et nimis habere suspectum cepit. Amouit igitur eum a priori officio quo eum antea armigerum suum fecerat, ne dum nimis proximus esset posset eum occidere. Igitur constituit eum esse millenarium, locum meliorem dans, sibi autem cautiorem, mittebatque eum ad hostes et prelia, ut in his periculis sustinendo periret. Dauid autem dominum habens ducem, quocumque se uertisset preualebat et optime agere uidebatur, ita ut propter excellentiam fortitudinis et populus eum amaret, et filia regis uirgo concupisceret, amore eius nimis detenta, ita ut et patri eius hoc manifestaret. Saul uero quasi reperta occasione in morte eius libenter hoc audiuit, Dauidque filiam eius nuptiis spopondit, tali pacto, ut ducenta ei capita hostium necatorum apportaret, ut hoc proposito ex ope periculoso periret, et sic decenter uota sua compleret, si per alios et non eo faciente moreretur. Iussitque suis famulis ut uoluntatem Dauid experirentur, quatenus puelle nuptias esset. Illum uero ceperunt cum eo loqui, quod diligeret eum rex Saul una cum populo, et ideo uellet ei filiam suam copulare. Qui dixit eis: Num modicum putatis esse me generum regis fieri? Michi uero talis honor non decet, precipue cum sim abiectus et agnitus, et gloria et honore segregatus. Saul autem dum famuli Dauid responsa dixissent, ait: Dicite ei non me pecuniis egere, nec honoribus quibus uellem nuptias collocare, sed eligere uelle generum habentem fortitudinem aliasque uirtutes quas te habere manifestum est, et neque auri et argenti me desiderare, sed pro spoliis duplicium hostium deferat mihi sexcenta capita Palestinorum. Nullum enim munus magis quam hoc excepto, sed et filie mee hoc honore michi est sollemnius tali uiro et tanto testimonio de hostium triumphis decorato posse coniungi. Dauid autem his uerbis ad se delatis gauisus est, quod Saul studeret eum sua cognatione coniungere, et neque consilium expectauit, neque si possibile aut difficile esset in animo cogitauit, sed repente cum sociis ad hostes pro nuptiarum pollicitatione perrexit. Deus enim cuncta solatia Dauid et possibilia faciebat. Cumque multos Palestinorum interemisset, abscidens sexcenta capita uenit ad regem et nuptias exigebat. Saul autem cum non posset promissa refugere, et mentiri pessimum iudicaret, cum neque per insidias eum occidere suo consilio posset, dedit ei suam filiam nomine Michol. Dauidque Saul non recte uoluntatis esset circa Dauid, uidens eum apud dominum et homines prosperari, expauit eum, et metum celare non ualens timore magnarum rerum, id est regni simul et uite, et cogitauit eum perimere crudeli calamitate, et morte eius filio suo Ionathe et aliis familiaribus intimauit. Ionathas autem miratus est mutationem patris erga Dauid, quod post multa ei deuotione non mediocri metum, sed ad mortem usque seuiret, et cum nimis diligeret Dauid, et eius animi uirtutem, indicauit ei secreto uoluntatem patris sui, et ut cautissime se custodiret; ipse uero iret ad patrem, et ei tempore oportuno loqueretur, et exprobraret ei quod occidere uellet uirum iustum qui tanta bona fuerat operatus, quem et si ualde peccasset debere ueniam promereri, et post hec suam patris indicaret sententiam. Dauid autem consilio benigno obediens, egressus est a domo regis. Altera autem die Ionathas uenit ad Saul. Et dum uideret eum letum et exultantem, cepit de Dauid proferre sermonem dicens: O dilecte pater, ualde peccasti si inueniens Dauid culpabilem aliqua minori uel maiori iniquitate precepisti eum patri interimi. Virum qui tibi causa magne salutis fuisse probatus est, eripiens populum Hebreorum ab iniuriis et illusione Palestinorum, quas diebus xl sustinuit, nullo ex nobis presumente prouocationis contumelia sustinere; et qui postea iussionem tuam complens attulit de hostibus sexcenta capita, et sororem meam primo accepit uxorem, cui mors ipsius sororis mee nimis grauior foret, non propter sola eius uirtute, sed et propter ipsa cognatione, cum filia tua eius morte uexaretur, et pene ante gaudium coniugii ueniret ad uiduitatis obprobrium. Hec ergo cogitans pater ad clementiam conuertere, nichil mali facias uiro. Primum quidem quod tanti magni beneficium prestitit tue salutis, quando malo spiritu et demonibus inuadentibus ille eos expulit, et pacem tue anime condonauit; secundo autem quod de hostibus nostris ultionem fecit. Hec et enim obliuisci turpissimum est. His ergo sermonibus Saul mitigatus, iurauit filio nichil Dauid iniuste fore passurum, atque ita Ionathas sermone iusto et iracundiam regis mitigauit, et Dauid metum ademit. Ionathas autem uocauit ad se Dauid, et indicauit ei de salute quam impetrauerat a patre, deduxitque eum ad regem, et erat in conspectu eius sicut fuerat prius.

Eodem tempore Palestinis bella gerentibus super Hebreos, Saul contra hostes destinauit Dauid cum exercitu. Qui congressus cum eis multos eorum prostrauit, et uictor reuersus est ad regem. Quem Saul non sicut sperabat post bella

suscepit: sed postea dei iudicato contractus est, tamquam illius bonis actibus invide recipse deceptus. Cumque regem pueris astantibus demon ageret et malus spiritus turbaret: vocavit ad se David et eum psallere et hymnos cantare precepit. Quo iussa faciente, insurgens in eum Saul iaculatus est cum lancea quam tenebat in manu. Sed David eam previdens declinavit fugitque in domum suam, et intra tota die permansit. Nocte vero misit Saul nuncios clanculo ad Michol uxorem eius, precipiens ut eum diluculo custodiret, donec latenter effugeret, quatenus mane deductum ad publicum traheretur ad mortem. Michol autem cognita voluntate patris statim hoc indicavit David, dubiam eius vitam conspiciens, et de anima sua diffidens; neque enim se credebat per amorem illius habere posse vitam, si fuisset ei morte viduata. Dixit ergo ad David. Non te hic mane solus oriens inveniat; nam te deinceps ulterius non videbo, sed fuge continuo dum tempus habes. Fuga presidium, deusque tibi donavit adhuc vitam longiorem. Scio enim te a patre meo si inventus fueris occidendum. Quo dicto, eum per fenestram deposuit et dimisit. Deinde ipsa composuit lectulum quasi egrotantis, et sub saga pelle capre arida supposuit. Die autem facto misit Saul ut David deduceret ad eum. Illa vero dixit quod nocte fuisset factus infirmus, et ostendit eis lectulum coopertum. Et dum manibus intenderent palpare, et truncum qui pelle erat coopertus palpitantem volunt putarent in lectulo huc et illuc egrotum David vere esse credentes, et pro sopore quasi truncum in lecto volutum, reversi nuncii ad Saul dixerunt David infirmum fuisse nocte. Iussitque eum adduci in lectulo ut occideretur. Qui redeuntes ad lectulum et discooperientes et deceptionem ab eius uxore factam invenientes, renunciaverunt regi. Quam dum culparet pater, eo quod eius inimicum liberaverit, et se decepit, fecit illa dolo se loqui, quasi eam David occidere voluisset, si non eum dimisisset; et ideo hoc pro salute sua timore fecisse. Ideoque ei deberet ignoscere, quia hoc necessitatis causa non voluntarie fecisset. Adiciens hoc atque dicens. Arbitror enim quod tam libenter eum puniveris sic me liberares. His verbis dictis pater puelle veniam dedit. David autem periculum devitans venit ad Samuel prophetam in Ramatha, eique indicavit insidias Saul, et quod iaculo ei pene fuisset extinctus, dum neque circa eum extiterit infidelis, neque circa hostium certamen infirmus, sed in omnibus prius et obediens: que sunt magis causa invidiam generavit. Audiens itaque propheta regis iniusticiam, Ramatha civitate reliquit, et deducens secum David venit ad quendam locum nomine Galboa, commorabaturque illic cum eo. Et cum nunciatum fuisset quod David esset apud prophetam Samuel, misit armatos, eumque comprehendendum ad se iussit adduci. Qui cum venissent ad Samuel, invenientes ecclesiam prophetarum, participari sancto spiritu ceperunt. Saul autem hoc audiens, super David alios destinavit. Illis autem idem facientibus, denuo misit alios. Prophetantibus autem et illis qui tercio fuerant missi, ad ultimum iratus Saul ipse perrexit. Cumque iam esset in proximo antequam videret eum Samuel propheta, cepit et amens factus est, et exutus veste tota die iacebat et nocte, David et Samuele inspicientibus. Ionathas vero filius Saul occurrente David et ingemiscente atque dicente, quia dum nichil umquam egisset neque peccasset, eum pater eius occidere festinaret, rogabatque eum Ionathas ut nichil tale suspicaretur, neque talia derogantibus crederet, sed ut securus esset nichil quod tale de eo patre suo cogitante. Nam si cogitasset, ei sine dubio pandisset, dum ei nullum consilium celaret. Porro David iurabat ita esse, et rogabat Ionathan ut potius ei providentiam haberet, et non eum spreveret, et veritatem ei renunciaret quicquid a patre cognosceret vel audiret, et mihi sciret ei erga se certum habere amicicie affectum. Constat ergo Ionathas, eo quod patris sui animus talis esset circa David, interrogavitque eum quid vellet ut sibi faceret. David autem inquit: scio te omnia que volo libenti animo mihi prestare velle. Crastina ergo dies neomenia est, et ut ipse nostram consuetudinem habeo utique regem sedere ad comedendum. Sed si videtur a civitate egredior et maneo in campo latens. Si vero quesierit me pater tuus, dicens quod tamen me ire permiseris in patriam meam. Et si quidem ut assolet dici de amicis prosperitatibus cum bono vadat aut aliquid simile dixerit, scito nichil circa me fore dolosum aut inimicum. Si vero aliter responderit, hoc tertium indicium quia adversum me mala cogitat, et renunciabis mihi voluntatem patris. Misericordiam et fidem in hac re ostendens, quam fidem a me accepisti, hanc et tu domine famulo tuo dare dignatus es. Si vero inveneris in me aliquid iniquitatis, ipse me punire, et non ducas me ad patrem tuum. Que verba novissima Ionathas David suscipiens, promisit atque spopondit se omnia facturum, et renunciaturum ei omnia que a patre suo audiret, et eum securum redderet. Celeste inquit huius promissionis deum habebo qui nos in commune videt, quia non cessabo frequenter temptans patris mei animum, donec mihi eius animum secreta pandantur. Et cum cognovero non celabo, sed tibi protinus nunciabo sive mitis circa te sit, sive valde crudelis. Novit autem hoc deus quale eum circa te semper esse exoro. Faciatque te deus inimicorum tuorum potentiorem. Tutamen malorum que tibi facit pater meus esto mitior. Et hec me vita contingat fuisse, cum filios meos commendatos serva, et pro presenti amicicia retribue illis tua benignitate. Cumque hec iurassent ad invicem, Ionathas dimisit David, et ad quendam campi locum abire precepit, in quo erat solitus se exercere ad militiam. Quecumque vero cognovisset a patre nunciaturum se ei promisit hoc signo, scilicet ut deduceret puerum et iaceret sagittas tres, et si iuberet puero sagittas afferre que ante eum

135.

iacerent, sciret nichil mali eum esse apud patrem eius. Si vero aliter puero preciperet: perfer sagittas, te sciret non recte esse patris ei animum. Tu et enim inde loco expectares, per hoc tum sentiret securitatem neque sustineret incognitum. Et ut presentis amicicie memor bona filiis eius retribueret. David autem a Ionatha hac fide accipiens, ad locum predictum secessit. Altera vero die cum esset initium mensis, purificatus rex sollempniter ad convivium venit. Et sedentibus circa eum Ionatha filio eius a dextris et Abner principe militie a sinistris, videns Saul locum David vacuum esse tacuit, suspicatus eum non esse a coitu mundum. Cumque et secunda die non venisset nec adesset, requisivit a filio Ionatha ubi fuerit quod neque in sacro et presenti convivio Ysai filius non affuisset. Ille vero ait secum permisisse ut iret in propria regione ad sollempnitatem quam tribus eius festive celebraret, et me ex parte rogavit ut eum eo illuc ad sacrificia celebranda concederem. Et si peccavi inquit pater, ego precavendo, nosti enim quam illi sum devotus. Tunc Ionathas iniquitatem patris circa David agnovit, et aperte voluntatem eius aspexit. Nam statim iratus Saul blasphemavit Ionathan, eumque natum de muliere dixit virum ultro appetentem, et hostem proprii patris, et socium David et cooperatorem eius, et nec ipsum nec matrem eius talia erubescere, nec velle intelligere quod quamdiu tempore viveret David, regnum eorum non esset in tuto. Precepit ergo Ionathe ut adduceret David, quatenus penas exsolveret. Respondit Ionathas: Et quid iniqui fecit ut puniatur? Saul tantum non iam ad verba et blasphemias atque Saul accessit, sed arrepta lancea insiliit super eum ut talia sibi respondere audentem interficeret; et hoc implere non potuit ab amicis prohibitus. Manifestum autem apparuit Saul esse inimicum David, et quod eum vellet occidere, ita ut propter illum pene manu propria filium interfecisset. Tunc Ionathas declinato periculo, et nichil aliud pro tristicia facere valens, deflens quod ipse pene fuisset mortuus, et necem David definitam esse cognoverat, mane autem facto quasi se exercitaturus exiuit in campum, ut amico David sic primum regis proderet voluntatem. Fecit ergo Ionathas cum sagittis secundum signum quod inter se constituerant, et puerum qui secum venerat remisit in civitatem, et perrexit ad David in desertum, ut cum eo facie ad faciem loqueretur. Quo viso David cecidit ad pedes Ionathe, eumque adorans salvatorem anime sue vocabat. Quem Ionathas elevavit a terra, et alterutros amplexantes semet ipsos osculabantur et flebant vehementissime, et iuvenilem etatem suam invidie malignitate consumi deflebant, et separationem eorum ab invicem, que nichil omnino differret a morte. Cumque diu flentes cessassent a gemitu, memoriam iurandi apud alterutros statuerunt. Tunc surgentes osculati sunt invicem, et cum multis lacrimis dimissi sunt ab invicem. David ergo fugit Saulem, et imminentem ab eo mortem declinare volens, venit in civitatem Nobe ad Achimelech sacerdotem. Qui dum eum solum venisse videret, et nec amicum nec servum cum eo esse, miratus valde quesivit cur nullus cum eo venisset. Ille vero ait causam sibi secretam iussu regis iniunctam, ad quam eum non multos comitatus habere oporteret; et constituisse ad quendam locum famulos occursuros. Petebatque ut ei itineris necessaria non negaret, per quod opus amici faceret, et ei in tali necessitate subveniret. Accepitque igitur panibus sanctis, arma sibi dari si qua essent ad manus postulabat. Aderat autem illic servus Saul genere Syrus nomine Doech, qui pascebat mulas regis. Tunc sacerdos ait ad David. Nichil tale hic habetur nisi lancea Golie, quam tu ipso perempto deo dicasti. Hanc ergo sumens David fugit extra regionem Hebreorum in Geth, que est in terra Palestinorum, ubi regnabat Achis. Cumque cognitus esset a famulis regis, indicatum est Achis quia hic esset David qui multa milia Palestinorum peremisset. Metuens ergo David ne ab Achis necaretur, et periculum quod declinaverat a Saul ab illo susciperet, subito simulavit se esse furiosum et rabidum, ita ut spumas ab ore in barbam fluere sineret, et alia signa furiosi faciens fidem regi vere furiosi ostendebat. Tunc Achis famulis indignatus, eo quod vesanum hominem ad se introduxissent, velociter iussit eum expelli. Ita liberatus David de terra Geth venit in tribum Iuda, et habitavit in spelunca iuxta civitatem Modolla. Misitque David ad fratres suos, eisque ubi maneret indicavit. Illi vero ad eum cum omni cognatione venerunt, sed et multi alii quibus odium aut timor erat regis Saul, ad eum protinus convenerunt dicentes se facturos quecumque illi placerent. Fuerunt autem omnes simul quasi quadringenti viri. Surgens ergo David venit cum eis ad regem Moabitarum, rogavitque eum ut parentes eius in sua regione susceptos haberet, donec ipse de suo fine aliquid cognosceret. Quo annuente, parentes eius omni tempore quo apud eum fuerunt, dignis muneribus honorati sunt. Precepitque Samuel propheta David ut desertum relinquens pergeret in tribum Iuda, et ibi habitaret. Reversus ergo David de Moab venit in civitatem Sanarith, et ibi commoratus est. Saul autem audiens David apparuisse cum multitudine, velut in maiore merore positus, metuebat viri prudentiam, simul cum audacia atque presumptione, et quod non parva fama de eo ubique exsurgeret, et ne sibi ultionem inferret. Convocans ergo amicos et principes tribuum ex qua ipse erat in colle ubi regnum acceperat, et consedit in segete, sic enim locus vocabatur. Et dum circa eum starent, ordo civilis pariter et armigerorum, tunc cunctis ait. Viri contribules, novi quidem quod meorum beneficiorum non estis immemores, quia et agrorum vos dominos feci, et honores prestares, et officia vobis prebui. Interrogo ergo vos si maiora horum dona et ampliora filium Ysai vobis dare confiditis. Novi enim quia illi omnes potius consentiatis, quando et filius meus Ionathas ita sapiat, et vos ad talia persuasit. Non enim ignoro quod Ionathas iusiurandum cum David et federa celebravit, et ei in omnibus favet, et hoc nulli vestrum cure est, sed tacentes rei exitum sustinetis. Cumque rex tacuisset, nullus ei astantium respondit nisi Doech Syrus pastor mularum Saul, qui dixit se vidisse David in Nobe civitate ad Achimelech sacerdotem, ut futura sibi eo prophetante cognosceret, et percepisse ab eo panibus et hasta Golie quo volebat descendisse. Tunc Saul vocans Achimelech sacerdotem et cunctam generationem eius ait. Quid a me mali passus es, ut servum inutilem filium Ysai susciperes, eique dares sumptus et arma, cum mei regni grandis inimicus existat? Cur et futurorum responsa prebuisti? Non enim te latuit quod a me fugeret, et odio meam domum haberet. Sacerdos autem que facta fuerant non negavit, et hoc cum fiducia prebuisse confessus est, non David sed regi. Non enim inquit noveram David inimicum regis esse, sed fidelem socium et precipuum servum, et millenarium, et quod horum maius est generum pariter et cognatum. Et ideo hec non inimico prebui, sed ei qui circa te opus sue devotionis exhibuit. Prophetavi autem ei non solum nunc sed sepius. Personamque David ad me dicente quod a te cum magna festinatione iussus dirigeretur, si ea quibus te egebat non prebuisse, caput meum forsitan tibi condempnasset. Quapropter nichil dolosum adversum me cogitare debes; neque in his que nunc primum audivi a te o rex, meam te punisse voluntatem. Amico namque et regis genero et millenario hoc impendi non hosti. Hec dicens sacerdos nequaquam satisfecit Saul, et erat in magno timore cum Saul eius verbis non crederet. Iussitque rex armatis ut eum cum tota sua cognatione perimerent. Cumque illi non presumerent contingere sacerdotem, divinitatem potius formidantes, quam vellent regi parere, tunc Doech Syro rex sacerdotes imperavit interimi. Qui sumens sue malitie milites, occidit Achimelech eiusque progeniem. Erant autem omnes simul quadringenti quinque. Quo facto, misit Saul in civitatem sacerdotum Noba, et omnes eius habitatores occidit, non mulieri, non infanti, non alie etati parcens, et civitatem igne succendit. Unus autem filius Achimelech nomine Abiathar fuga liberatus est. Hec omnia sicut deus predixerat, sic deus Heli sacerdoti prophetavit, propter iniquitates duorum filiorum eius, dicens plebem eius radicitus evellendam. Porro Saul rex nimis crudelitatis operatus est, totam generationem sacerdotalem interimens, et neque infantibus misericordiam, nec senibus reverentiam prebens, sed et civitatem disperdens quam in habitare videbat. Hunc ergo Saul multi imitantur in humana vita, dum nulla potestate in mundo habentes, hominibus videntur simplices et humiles, nec abutuntur natura, nec voluntatem suam implere presumunt in malo, sed sunt mansueti et mites, sectanturque solam iusticiam, et circa omnes homines student habere devotionem; divinitatem et confidunt que omnibus que in hac vita fiunt presens est, et non solum opus, sed et mentem unde cogitationes oriuntur. Hec ergo antequam fiant, divinitatem prenoscere credunt, et considerare videntur ab hominibus. Cum vero multi talium ad potestatem veniunt, statim superbie cumulo dilatantur, et omnibus virtutibus prioribus, que ad speciem hominum exercere videbantur abiectis, velut in scena vultus et mores et moderationes actuum mutantes, suscipiunt audaciam, et superbiam, et contemptum rerum humanarum et divinarum, et pro pue pietatem et iusticiam spernunt, et in omnibus que cogitant aut agunt arrogantiam gerunt. Et quasi non videat

eos dicit, aut certe potestatem eorum non habeant: pessimis increscant actibus; et quicquid aut audire metuunt, aut odio habent, respuunt. Que autem irrationabiliter diligunt, hec rata, firma, vera, et hominibus placita, simul et deo credunt. De futuris vero rebus nullus eis fit sermo. Sed et eos quos sermone inde perculerint multis laborum miseriis exhonorant, et odio eos habentes invidiam eis conflant. Deducentesque eos ad medium, non solum adeptos honores eis auferunt, sed et per calumpniam vita eos privare nituntur, puniuntque eos non propter opera digna supplicio, sed propter derogationes et accusationes nequiciarum examinatas extinguunt, non quod oporteat eos hec pati, sed quod inter se iniuste videantur ulcisci. Sic Saul filius cis, qui primus rem publicam hebreorum rexit, prius existens laudabilis, post ad regnum erectus contra deum rebellavit, et occidit sacerdotes et prophetas pro suspicione quam habuit de achimelech, et delens eorum civitatem studebat quodammodo deum sacerdotibus prophetisque privare, dum tantos simul occideret, et neque patriam eorum manere permitteret, ut post illos possent alii generari. Abiathar itaque filius achimelech fugiens venit ad David, et erumnam suorum omnium et patris interitum declaravit. Qui ait non se hoc ignorasse futurum, cum vidisset ibi doech, qui profecto hec Saul annunciavit. Se autem dolere debere dicebat, quasi ipse huius auctor calamitatis esset. Postulabatque eum ut secum de cetero maneret, tamquam qui in alio loco latere non posset. Ergo tempore audiens David palestinos ceilanorum provinciam devastare, consuluit deum per sacerdotem, si eum pugnare permitteret. Quo dicente quod divinitas victoriam promisisset, statim cum sociis invasit palestinos, et cede multa in eis facta, et predam tulit. Cumque apud ceilanos esset donec areas suas fructusque sine timore colligerent, nunciatum est regi Saul quod David apud ceilanos habitaret. Erat de se enim magna quam deus et viri ei fecerant, non potuit celari, sed fama ad extraneorum aures perveniens, ad regem usque delata est. Gavisusque est Saul cum audisset David in ceila commorari, dicens deum illum eius manibus tradidisse, cum venisset in civitatem murum et portas et seras habentem. Iussit ergo omnem populum ut ad ceila unanimiter convenirent, et obsidentes eam capientesque David interimerent. Hoc itaque sentiens David et agnoscens a deo, quia, si ibi maneret, ceilite eum traderent in manu Saul, sumens quadringentos viros qui secum erant de civitate, profectus est in desertum ziph. Saul autem cum audisset eum fugisse de ceila, ab eius persecutione cessabat. David autem manens in deserto ziph quod vocatur nova, ionathas filius Saul veniens ad eum osculatus est eum, et secum esse monuit, et spem bonam habere futurorum, nec in presentia malo eum debere deficere, quia regnaturus foret, et habiturus sub se omnem hebreorum potestatem, et se primum post eum in toto ei regno principatum. Rursus ergo iusiurandum inter alterutros confirmavit per devotionem vite et totius fidei, et testem deum invocans ionathas maledixit sibi si umquam transcenderet iusiurandum et in contrarium mutaret. Et ionatham David ibidem relinquens paululum a timore et a sollicitudine relevatum, ad Saul ipse reversus est. At ziphei volentes gratiam Saul habere, indicaverunt ei apud se commorari David, promiseruntque ut si veniret, illum ei traderent, eo quod eum angustia loci teneret, et non posset eos effugere. Quos laudavit rex et gratias egit indicantibus inimicum eius, eisque pollicitus est non tarde se remunerare eorum devotionem. Misitque qui quererent David et omne desertum scrutarentur, dicens se continuo secuturum. Et illi quidem qui directi fuerant pro investigando et capiendo David precedebant regem, studentes inimicum regis tradere in regia potestate. Igitur iniusta et maligna voluntate frustrati sunt, quia cum nichil mali sustinere potuissent si David non indicassent, propter blanditias regias virum religiosum et iustum qui latere apud eos poterat prodiderunt, et manui regis tradere promiserunt. Cognoscens autem David maliciam zipheorum et regis invasionem, angustias loci illius dereliquit, et fugit ad petram maximam in deserto maon constitutam. Et cum Saul ibi eum persequeretur, audivit a quibusdam discessisse David ab illis angustiis ad aliam petre partem. Et cum Saul eum statim cum exercitu cinxisset, ut eum pene iam capere potuisset, subito nuncius adveniens indicavit palestinos hebreorum regionem totam vastare. Et Saul a persecutione David cessavit, et contra eos qui naturaliter erant hostes dimicandum magis necessarium iudicavit, quam inimicum proprium persequendum, et vastationem sue terre despicere. Sic ergo David inopinabiliter declinato periculo venit in angustias engaddi. Cum vero Saul expulisset alienigenas, venerunt qui nunciarent ei David in engaddi montibus latitare. Qui sumens tria milia armatorum persecutus est eum, et cum non esset procul, vidit circa iter speluncam profundam atque rotundam, multa longitudine et latitudine nimis apertam, in qua David cum suis viris erat absconsus. Et dum Saul naturali necessitate cogeretur ventrem purgare, ingressus est in speluncam solus. Quem dum vidisset quidam de sociis David, et dixisset ei suum inimicum sibi a deo datum, et suaderet ei ut ultionis causa caput Saul abscideret, quoniam gravi persecutione et miseria privaret, respondit David: Non est iustum ut dominum meum occidam, quia a deo est regnare preceptus, nam licet ipse circa nos malignus existat, me erga eum non decet esse iniquum, qui hanc potestatem a deo accepit. Surgens ergo David latenter abscidit summitatem vestis solum qua Saul erat indutus, et statim rediit ad suos. Cumque Saul de spelunca fuisset egressus, surgens David exclamavit a longe petens ut Saul audiret. Converso autem rege, adoravit eum secundum morem prostratus in terram, ait: O rex, non te oportet malignas et falsas derogationes ab invidorum auribus audire, nec eos verum dicere in suspicionem te ducentes, sed magis ex operibus cunctorum considerare affectum. Derogatio namque est multorum, devotio vero clara in actuum veritate consistit. Nam sermo cuiuslibet potest utrumque habitu ostendere similitudinem falsitatis et veritatis, opera vero nudum habebunt veritatis indicium. Considera ergo opera que circa te feci, qualis circa te utique domum fuerim, et tunc perpendes quod non magis oportet credi quam accusantibus et de me referentibus ea que numquam animo concepi, nec facere potui. Cur ergo apponis persequi animam meam, et nichil die noctuque cogitare nisi anime mee interitum iniuste persequendo? Et quomodo falsam opinionem quasi te occidere voluerim? Aut quomodo non impie agis contra me, occidere volens hominem qui potestatem habuit hodie te punire et penas a te exigere, sed noluit cum tempus ad hoc haberet oportunum? Quando enim tue vestis incidi partem, potui et caput tuum auferre. Quod si contra me tale tempus tibi deus dedisset, nequaquam memor preterisses. Et ostendens pannum quem inciderat, huic rei fidem exhibuit. Ego inquit iustam ultionem contra te habui, tu autem iniustum odium contra me habere voluisti, sed hic iudicet deus inter te et in eos qui meam vel arguunt voluntatem. Saul ergo inopinabiliter admirans suam fuisse vitam servatam, obstupescens humilitatem iuvenis, et naturam ingemuit. Cumque econtra David ingemuisset, accedens Saul ad David dixit: Tu hodie inicium bonorum fuisti, ego vero tibi calamitatum, et ostendisti te hodie habere priscorum iusticiam, et me multo meliorem te esse: qui sunt eum inimicos suos in deserto comprehensos salvandos esse decernat. Scio namque quia deus tibi regnum paravit, et omnium hebreorum te potestas expectat. Da ergo michi iurisiurandi fidem, ne meum genus extinguas, et quod habes malorum memoriam, germen meum studeas eradicare, et revertere in domum tuam cum servis tuis. Iuravit ergo David ut Saul proposcerat. Saul ad propria reversus est in proprium, et David cum suis abscessit in angustias masphe, non credens ad plenum verbis Saul. Hoc itaque tempore et Samuel propheta defunctus est, vir qui non fortuito honore apud hebreos habuerat. Cuius et virtus in hoc apparuit, quod per devotionem populus multo tempore luxit, et circa sepulturam eius sollempne largitatis studium et magnum cultum competentem exhibuit. Sepelierunt autem eum in patria sua in armatha, multisque flevere diebus, non in commune hoc facientes velut in morte extranei, sed tamquam proprium patrem singuli quique lugentes. Fuit enim vir bonus et natura benignus, et propterea magis amicus deo. Hic ergo Samuel prefuit populo hebreorum solus, post mortem quidem heli sacerdotis annis xii, cum Saul vero rexit populum annis x et octo. Samuel ergo huiusmodi habuit finem.

Erat ergo quidam zipheorum de civitate maon dives valde et multa pecora possidens; tria namque milia ovium grege habuit in pascuis, et mille capras. Has ergo David cum maneret apud eundem virum in deserto, illesas et sine vexatione suos viros custodire precepit, ut neque desiderio neque necessitate famis de eius grege aliquid usurparent, neque latenter aliquis de pastoribus vexarent, ne forte in hoc deum offenderent. Hoc autem putabat David se homini bono prestare, credens illum esse dignum huiusmodi beneficium promereri. Erat autem nomen illi nabal, vir durus et studiis malignissimis habens vitam detestabilem, cui erat uxor bona simul et casta, et specie nimis eximia. Ad hunc nabal tempore quo tondebat oves misit David viros x, ut eum salutarent, et optabat ut hic multis sanus efficeretur annis, et ut necessaria sibi mitteret rogavit, cognoscens a suis pastoribus quod nichil eos aliquid nocuerit, sed etiam custodes eorum gregumque fuerint, dum in deserto multo tempore pariter habitarent, et quod non eum penitere deberet, sed ea aliquid ciborum de sua largitate preberet. Nabal ergo his qui missi fuerant calumniante nimis et dure respondit. Qui cum interrogasset eos quis esset David, et respondissent filium iesse, ait: Nunc ideo quia valde insensate ipsis superbiunt fugitivi, et gloriantur suos dominos relinquentes. Quod dum fuisset David renunciatum, iratus valde iussit quadringentos viros arma sua sumere, et se sequi precedentem, et ducentis viris ad rerum custodiam derelictis. Ibat ipse primum in fronte armatus, et post eum socii incedebant, qui sicut more leonum frementium parati erant David omnem laborem sustinere, et domum nabal et omnem possessionem eius exterminare. Non solum enim oblitus est quod tam nichil dedisset eis qui multa benignitate circa eum habuerant, sed et quod blasphemasset et maledixisset eis a quibus in nullo fuerat contristatus. Interea quidam servus et custos ovium nabal domine sue indicavit quod miserat David ad virum eius, et non solum nec aliquid vile transmisit, sed et iniurias et pessimas insuper dixit blasphemias, cum omni prudentia et custodia eorum nos usus fuerit in gregibus, affirmans hoc in malo domini sui et ipsius perditionem, sicut ipse David et viri eius animo leonibus fortiores. Quo dicto, abigail uxor nabal producens x asinos et onerans eos cunctis utensilibus necessariis, nichilque marito dicens, cum ipse pre ebrietate sensu careret, profecta est ad David. Cui ascendenti montis angustias David occurrit armatus cum quadringentis viris veniens super nabal. Quem cum vidisset abigail de asina exiliit, et prostrata in faciem adoravit, supplicans ut nequaquam verba nabal attenderet, cum ebrietate prolata, quia utique nabal recte non caret quod nomen significat dementem lingua hebraica. Se autem dicebat non vidisse eos qui ab ipso missi fuerant, et ideo se debere veniam promereri, utque magis ipse ageret deo gratias exorabat, qui eum a sanguinis humani pollutione prohibuit. Nam tu inquit esto patiens et benignus, et deus te vindicabit in malignis. Que enim inique nabal mala sustinebit, hec eveniant super capita omnium inimicorum tuorum. Esto ergo michi propicius, et iudica me dignam per quam hec dona suscipias, ira vero atque furore quem super maritum meum habuisti, et ei domum meam remitte. Hec enim te decent, cum sis placatus atque dignus, et quod maius est regnaturus. Susceptis autem muneribus David ait: O mulier, propicius deus te ad nos hodie adduxit, cum utique iurassem domum nabal hac nocte ita disperdere, ut nullum virum penitus remaneret, cum vir ille ingratus et callidus esset circa me et socios meos. Nunc autem tu prevenisti, et meum curante deo mitigasti furorem. Nabal ergo licet modo propter te relinquatur inultus, sed tamen nec sponte effugiet penas, et alia causa que illi competit eveniet. Hec dicens David dimisit mulierem. Illa autem domum reversa, et inveniens virum cum multis in ebrietate iacentem, tunc quidem nichil horum que fuerant gesta indicavit. Cum altera die cuncta significavit, et sic eum tristem reddidit, ut pene ad solutionem membrorum et mortem deduceret, et non amplius quam x dies preterea vivens nabal defunctus est. David autem audiens mortem eius, ulcisci se quidem gaudebat, et nabal ex propria malignitate defunctum, deo illi dante penas, et se ab eius sanguine custodisse, deo eum sua potestate ulciscente, qui dat quidem bonis bona, malis vero refert digna supplicia. Mittens post hec David ad uxorem nabal petivit quatenus eam sibi matrimonio copularet. Illa vero his qui missi fuerant dixit non se fore dignam ut illi vel pedes tangeret. Tamen surgens cum omni apparatu venit ad David, eique coniuncta est, et ad hunc honorem venire promeruit, tam propter virtutem castitatis, quam propter speciositatem sue forme. Habuit et David et aliam uxorem quam primum duxerat de civitate eglisar. Michol autem filiam Saul regis que fuit uxor David coniunxit pater eius falti filio lais, qui erat de civitate gallim. Et cum hec fuissent gesta, quidam zipheorum venientes indicaverunt Saul quod David esset in eorum regione, et quod possent eum comprehendere si vellet eis sua solacia prebere. At Saul statim cum tribus milibus armatorum super eum egressus est. Cumque nox supervenisset, castra posuit in quodam loco, qui dicitur ceila. Audiens vero David contra se venisse Saul, missis exploratoribus iussit scrutari veritatem et sibi renunciari ubi castra posuisset. Quibus explorantibus et renunciantibus eum in ceila esse, surgens nocte ita ut suos lateret venit ad castra Saul, ducens secum abysai filium sororis sue sarvie et abimelech getheum, qui erant ambo inter suos fortissimi robore. Saul itaque dormiente, et circa eum per exercitum armatis et abner principe milicie, David ingressus castra Saul, nec ipse percepit eum, inveniens ad stratum eius lanceam que erat fixa in terra ad caput eius, nec alios permisit eum volentes occidere, et in hoc vehementer instantes, dicens ordinatum a deo regem occidere nimis esse iniquum, licet ille sit malus, et ira que ei tempore oportuno parata est expectare debere ab eo qui ei prebuit regnum. Retinuit ergo eos volentes eum occidere, et pro signo quod potuisset eum occidere et se abstinuerit, sumpsit inde lanceam et urceolum aque appositum, dormiente Saul et nullo sentiente in exercitu, ipse latenter egressus est, cum omnia facere potuisset quecumque vellet, et ipsum tempus obediret, et contra regem digna presumptio suaderet. Transiens ergo David torrentem et in vertice montis ascendens, unde potuisset audiri, clamans voce magna militibus Saul et abner principi milicie excitavit eos a somno. Audiens ergo abner et requirens quis eum vocaret

et respondit David. Ego sum quidem filius Iesse: miror fugiens. Tu
magister o abner cum sis magnus et apud regem honore precipuus:
corpus eius ita custodis, ut somnus tibi sit iocundior quam salutis illius
affectus. Hoc itaque dignum est morte atque supplicio. Ingressus
enim quidam nunc in exercitum super regem et super alios universos.
et non sensistis. Querite ergo lanceam regis. et urceum aque. et cognosces
quantum malum nos latuit intrinsecus constitutum. Saul autem
cognoscens vocem David. et videns quia cum sopore constrictis custodibus: neg
ligentes non occidit. sed magis pepercit. ei quem iuste punire potuisset.
gratias egit illi pro sua salute. et rogavit ut confidens nichil mali
metueret. iret ad propria. affirmans quod nec tamen ipsum aliquis ita di
ligeret. sicut David Saul amaret. accusans seipsum quod eum qui eum
custodire posset: et multa indicia circa eum sui favoris ostenderet:
persequeretur iniuste. et tanto tempore dubitantem de anima sua
degere in fuga compelleret: ab amicis et cognatis propriis desolatum.
et ipse ab eo sepius liberatus non quiesceret. cum eius animam desideraret au
ferre. Igitur David clamavit. ut aliquis audiens tolleret lanceam et urceum
aque dicens. Deus utrisque nostrum et actionum iudex sit. qui novit quod et
presenti die eum occidere potuissem. sed ei misericorditer abstinui. Saul ergo iam
secundo manus David effugiens. ad regnum proprium remeavit. Metuens
autem David sibi permanens aliquando in manus Saul incideret: decrevit in
palestina descendere. et illic habitare. Tunc cum sexcentis viris qui
circa eum erant. venit ad achis regem geth. Civitas hec una urbium pa
lestinorum. Cumque eum rex suscepisset cum viris eius. et habitaculum prebu
isset: habens simul secum duas uxores achinoem et abigail mo
rabatur in geth. Porro David non placuit ut in civitate geth habitaret.
et idcirco rogavit regem qui eum clementer exceperat. ut aliquem locum
in provincia donaret. ubi cum suis degere potuisset. pudori sibi esse dicens
ut in civitate maneret. et onerosus existeret. Dedit ergo ei rex qui
dam vicum siceleg vocatum. Quem vicum ita dilexit David. ut cum reg
nasset. postea eum ipse et eius pueri quasi possessione propria hono
rarent. De his ergo in alio loco dicemus. Tempus itaque quod commoratus
est David in siceleg palestinorum. fuit in summa mensium .iiii. et .xx. dierum. Insurgebat
et latenter contra palestinos in vicina regione constitutos. serritas
et amalechitas et eorum provincia devastabat. multaque preda
iumentorum et camelorum sumens. revertebatur ad propria. Ab hominum au
tem cede se abstinebat. metuens ne eum regi indicarent. et semper partem
prede regi mittebat. Cum vero achis requireret quos vastasset et predam
tulisset. dicebat quod iudeos qui ad austrum conversabantur et in campe
stribus habitabant sese depopulatum. Sicut ergo David faciebat regi
suspicabatur enim quod David odio haberet propriam gentem. et ideo rogabat eum.
ut apud eum omni tempore maneret.

Eo tempore palestinis contra israelitas pugnare volentibus. et mittentibus
ad omnes amicos suos ut eis adessent in bello. et congregati pariter vene
re in sela. exierunt super hebreos. Tunc et achis rogavit David ut eum cum suis
armatis solatium contra hebreos preberet. David autem gratissime pro
mittente: et dicente se invenisse tempus quo beneficia que sibi fuisset
prestitisset: rependeret. et remuneraret eum achis. promisit se eum
custodem sui capitis omni tempore habiturum. honore et fidei promis
sione volens eius voluntatem augere. Saul autem rex hebreorum omnes
divinos et ventriloquos. et omnem huiusmodi artem de sua expulerat re
gione absque prophetis. Audiens autem palestinos iam esse presentes. et iuxta
sunnam civitatem in campo posita castra inimicos fixisse. adversus eos
cum exercitu profectus est. Cumque venisset ad quendam montem nomine
gelboe. et vidisset e diverso hostium multitudinem timoris fortuito
conturbatus est. quod esset eorum exercitus potior et multo melior. deumque con
suluit per prophetas ut ei de prelio et eius fine predicerent. Deo autem non respon
dente. saul magis expavit. et animo corruit. malum sibi aperte immi
nere: perspiciens cum videret deum sibi non esse propicium. Iussit ergo sibi queri
mulierem ventriloquam. habentem spiritum. et evocantem animas. que
per eas sole possent talibus futura predicere. Cumque a quodam famulo fuisset
nunciatum esse huiusmodi mulierem in civitate endor. latenter dimittens
exercitum. et exuta veste regali sumpsit duos famulos quos noverat
esse fidelissimos. venitque endor ad mulierem. rogavitque eam ut divi
naret: et sibi animam suscitaret. Tunc illa respondens dixit. quod ipse
hac arte exterminata a saul audisset: et ideo non possent hec que pe
tebat fieri. Ignorabat enim mulier quod esset saul qui cum ea loquebatur.
Repugnabat ergo mulier et dicebat non se audere interdictum opus a
rege saul usurpare: qui genus divinantium expulisset: sed nec illum
bene facere qui dum nichil peccatum fuisset lesus ei parare insidias
ut prohibita faciente: pene et tormentis contraderet. Si tamen a cepto
desistere nollet: iuraret illi ne cuiquam eius divinationem proderet: nec
periculum sibi ullum faceret. Cumque saul iureiurando ei satis fecis
set non eam debere metuere: rogavit eam ut animam samuel ei susci
taret. Illa vero nesciens quis esset samuel. animam ex inferno evocabat.
Cumque apparuisset: videns mulier virum sanctum et deo docibilem
conturbata est et nimis obstupescens. dixit ad saul. Nonne tu es saul?
Hoc enim ei samuel indicaverat. Quo confitente et perturbationem
eius querente: illa ait se vidisse virum senem formosum et gloriosum. et
sacerdotali pallio circumamictum. Cognoscens autem saul hunc talem virum 136.
samuelem esse. procidens in terra salutavit eum et adoravit. Anima vero
samuel inquirente cur eam evocasset. saul ingemiscebat sibi necessitatem
incumbere. et hostes graviter imminere. et se esse in hesitatione rerum
presentium constitutum. et a deo derelictum. et neque responsum a deo percipere
non posse. neque per prophetas neque per somnia. et propterea ad te confugi. qui
in prius semper exaudisti. Samuel autem videns eum fine vite proximum.
ait ad eum. Superfluo aliquid a me vis cognoscere. cum a deo sis dere
lictus. Regnum ergo tuum transiet ad David. et bello vincemini a palestinis
te vero cumque principatum cum vita esse finiendum. quoniam inobediens fuisti deo in
amalechitarum bello. et eius mandata nequaquam servasti. Sic enim viventis prophetavi.
Igitur scito plebem hebreorum inimicis suis subdendam. et te cum filiis tuis die
crastina in bello cadentes mecum esse mansuros. Hec audiens saul et si
eam faciente amisit loquendi officium. et cecidit exanimis in terram
magis propter dolorem qui ei fuerat indicatus. potius quam propter abstinentiam.
non enim precedenti die aut nocte cibum sumpserat. cum facere volebat.
Igitur mulier accedens relevavit eum. et ipse spiritum recipiente coegit ut
gustaret. hoc sibi munus ab eo petens recompensare pro divinatione quam
ei sub periculo fecisset. cum ei ipse interdictum et non licuisset: et tamen volun
tati eius paruisset. Pro his ergo omnibus rogavit eum ut cibum appositum
sumeret: quatinus recepta virtute ad castra propria remearet. Cumque
ille refutaret: et nec adquiesceret cibum in angustia constitutus, tandem
mulier compulit eum. et persuasit ut gustaret. et habens vitulum
unum mansuetum domi nutritum. et in quo tantum spem habebat occidit
eum. et carnibus preparatis apposuit ei eiusque servis ut comederent. Quo
facto. saul cum illis qui secum venerant noctu ad castra reversus est. Iustum
est ergo laudare huiusmodi mulieris largitatem circa regem: quod ei arte prius extermina
bat quod in eo talem exercuit humanitatem: qui disciplinam eius
artem prohibebat ac persequebatur. Nec tamen cum vidisset eum exa
nimem non despexit sed condoluit: et consolata est eum dum agno
visset esse regem. et tantaque potuerat animo irrigata consiste
re. eum potius invitabat. et quod solum in paupertate possidebat
bat. hoc libenter et hylariter conferebat. non spectans ab eo aliquid retribu
tionis. quoniam sciebat in proximo moriturum. cum plerumque natura
hominum soleat hominibus in necessitate constitutis. et ubi nulla
retributione sperant: nec saltem illa que sibi habundant impartiri.
non tamen vero sibi illud rependi norunt tribuunt. Bonum est ergo
illam imitari mulierem. et hylariter tribuere. et benefacere
cunctis egentibus: et michi melius arbitror esse quam necessitate
patientibus hominibus adiuvare. ut ex hoc deum propicium. et semper
nobis bona largiturum habeant. Igitur de illa muliere dixisse
sufficiat. Sermonem nunc faciamus civitatibus: et populis et
gentibus profuturum. et bonis omnibus congruum. et ex quo sermo
ne provocentur universi habere studium universe glorie: et de quo
sapientes et reges gentium. et principes populorum multum desi
derium et studium bonarum rerum concipiant. et pro salute patrie
ad pericula se libenter exhibeant. Huius ergo rei habeant auctorem
et sumant exemplum a saul rege hebreorum. Hic enim saul licet
iam futura nosset. et mortem sibi imminere prophetia predivinante
cognosceret. nec amore vite suum exercitum prodidit inimicis.
nec regie dignitati intulit contumeliam. sed potius semetipsum
cum caris filiis et cum omni domo tradidit et optimum iudicavit.
una cum filiis pugnando perire pro subiecto populo. Nam licet ei
cari fuissent et filii. et post eum putaretur eum regni successio
nem habere. et genus proprium dilatare: tamen eos saul volebat
post se relinquere et quasi in incerto. Igitur iste saul iustus et castus
et fortissimus. omnium solus michi esse videtur. et si quis alius talis fuit
vel fuerit. ille procerto cunctorum testimonio et virtutis adopta
tione est dignissimus. Nam alii qui sub spe victorie proficiscuntur
ad bellum. et incolumes se redire confidunt. si aliquid gesserint
clarum. non videntur michi illi bene facere. qui eos fortes voluerint
appellare. quod alibi in hystoriis et aliis conscriptionibus invenitur.
Illi autem dicendi sunt magnanimes. et grandia presumentes. et
terribilium rerum contemptores omnes qui saul in sua fortitudine
imitantur. Illi namque qui nescientes quid in bello futurum est. neque
animo deficiunt: et in incertum semetipsos emittunt. et licet
aliquid grande faciant. non exinde valde laudandi sunt. Cum vero nichil
victorie in bello perventuros sciant. sed et mortem suam prenoscant. et so
lummodo se mortem gustaturos sciunt. et neque exinde trementur
in animo. neque propter presens periculum mortis obstupescunt. huiusmodi
homines perfecte fortitudinis esse decerno. Hoc ergo fecit saul.
ostendens cunctis exemplum sue fortitudinis qui desiderant
habere glorie palmam post mortem. et talem fortitudinem animi convenit
habere maxime reges. quos propter cumulum principatus non solum non licet
esse malos circa subiectos. sed neque mediocriter esse bonos. Plurima
quidem possem de magnitudine saul dicere. maximam materiam
michi hoc argumento prebente. sed ne diu videar inherere: denuo ad ea
revertor: unde digressus esse videor.

Palestinis ergo castra metantibus per singulas generationes. et tribus et
satrapas exercitum disponentibus: ibat cum suo exercitu achis rex
et post eum David cum suis armatis sequebatur. Et cum vidissent duces pale
stinorum hebreos inter esse exercitum achis. evocantes palestini achis
percunctabantur cur hi hebrei illi advenissent. Qui dixit hunc esse David qui
fugisset saul dominum suum. et ad se venientem eum suscepisset: et nunc ei sibi
velle beneficia rependere. et saul inficere: et propterea eum in sola
tium ipsius advenisse. Cumque hoc achis dixisset. culpatus est a
ducibus palestinorum eo quod virum inimicum ad solatium adduxerit. eumque
redire suadebant. ne forte latenter aliquid mali circa eos faceret.
habens tempus et causam per quam dominum suum placare posset: et iussit
eos perspicere remitteret eum cum suis ad locum quem dederat eis ad
habitandum. Adiciebant et dicentes. nonne hic est David de quo canta
bant virgines hebreorum quod multa dena milia peremisset. Et
cum hoc audisset rex achis: valide dicta cognoscens. vocavit ad se David
et ait. Ego quidem cum sim testis studii tui circa me atque devotionis
propterea te ad solatium mei adduxi. sed principibus non places. Facito ergo
mane perge ad locum quem dedi tibi. et ibi mea custodi provincia. neque
hostium ad ea accedat. es enim in animo meo pars magni sola
cii. David ergo iubente achis. rediit ad siceleg. Eo autem tempore
quo egressus fuerat David cum suis ad solatium palestinorum gens amale
chitarum siceleg ceperat et vastaverat. et incenso oppido multaque
preda ex palestinorum regionibus sumpta discesserat. Inveniens ergo
David vastatam omnem provinciam. et omnia sua fuisse direpta. et duas
uxores suas. et eorum qui cum eo erant una cum filiis in captivitate
ductas. conscissa veste sua dans fletus et gemens cum sociis suis et amen
adhuc usque pervenit plorando. ut lacrime eis deficerent. Ipse enim David
pene periculum sustinuit a populo. nam unusquisque eum auctorem malorum suorum
esse dicebat. Igitur David consternatus et mente sua ad dominum convertens rogavit
ut abiathar pontificem ut indueret veste sacerdotali consuleret dominum et
prophetaret: si persequens amalechitas comprehenderet. et liberaret uxo
res ac filios. et ulcisceretur in hostibus. Sacerdote vero iubente ut eos perse
queretur. surgens cum sociis persecutus est hostes armatos. Cumque venis
set ad torrentem bosor: invenit virum egyptium errantem ethyope
genere et fame defectum quattuor diebus in deserto sine cibo perman
serat. Primo ergo eum cibo confortans et refici faciens. inquirebat
quis esset. aut unde venisset. Tunc ille se egyptium genere dixit. et propter
infirmitatem a suo domino derelictum. eo quod non valuerit sequi. et pre
indicavit se ex eis esse. qui incendissent et vastassent iudeam simul et
siceleg. Hunc sumens David ducem super amalechitas. invenit eos iacentes
in terra. alios quidem prandentes. alios autem ebrios et vino solutos. et
utentes preda quam ceperant. Ingressus itaque irruens cum sociis. dolentibus
de captivitate uxorum et filiorum repente letos frustravit. Nudi
namque et nichil huiusmodi suspicantes. ad potum et epulum conversi omnes
remissiores erant. Alii quidem mensis adhuc suppositi. super mensas
occisi sunt. et sanguis eorum cibo permixtus est. alios vero invicem ad pocula in
tantes occidit. multos et in sopore conversos extinxit. Quicumque vero ve
stiebantur armati. et ex adverso resistere volebant. hii facilius quam illi qui
nudi iacebant perempti sunt. Qui ab hora prima incipientes usque ad
vesperam permanserunt. ita ut amalechitarum non remanerent amplius quam
quadringenti viri qui non longe ab exercitu iacebant. et in camelis curra
cibus ascendentes. vix evadere potuerunt. Eripuit ergo David omnia que tulerant
hostes de siceleg. sed et uxores suas et sociorum. Cumque revertentes ve
nissent ad locum ubi ducentos viros reliquerant ad castra custodi
enda. et qui sequi eos non poterant. illi quadringenti viri qui de bello venerant

partem prede eos accipere non censebant, sed magis uxores suas et filios recipientes abirent ad propria. David autem hoc audiens, malignam et iniustam dixit hanc esse sententiam. Postmodum quoque est hanc legem, ut cum deo adiuvante ulciscerentur in hostibus, omnem predam quam caperent ex equo dividerent, cum his qui ad diversorum custodiam remansissent. Ex illo quoque die apud eos lex ista permansit, ut tantum acciperent qui custodirent castra, quantum illi qui pugnant. Revertens autem David in siceleg, senioribus iuda et necessariis amicis ex hac preda munera direxit. Et ita statio siceleg et amalechitarum interitus huiusmodi fuit.

Palestinis ergo cum hebreis dimicantibus et pugna gravi commissa, palestini quidem se ulciscebantur et multos hebreorum occidebant. Saul autem rex israhelitarum et eius filii forciter decertantes, et videntes omnem fiduciam glorie sue in bello consistere, et in hostium dimicatione nichil preciosius quam pro patria mori iudicantes, omnem cohortem inimicorum contra se convertunt, et undique hostibus circumdati, multos palestinorum forti animo ac feroci dimicatione trucidantes, ad ultimum vi hostium super eos ingruente extincti sunt. Erant autem filii saul qui ibi ceciderunt ionathas et iesui et aminadab. His ergo cadentibus plebs hebreorum in fugam conversa est, et tumultus et confusio magna facta est gravissimis hostibus post eos insequentibus. Saul autem dum adhuc cum armigero suo pugnans palestinis crebro super eum tacula dirigentibus et omnibus pene prostratis qui secum erant, paucis ex inde fugientibus, cum videret filios suos ante se viriliter pugnando extinctos, et nullam vite spem habens, clarissime in hostes decertatus est, et multa vulnera in corpore suo gerens, ita ut neque posse tolerare nec ferre mortales plagas, precepit dicens armigero suo ut ... iam armiger quoque multis vulneribus confossus et pene exanimis iuxta eum corruit, et ita hostes eos mortuos putantes, ad reliquos persequendos conversi sunt. Cumque saul adhuc spiraret, resumpto spiritu iussit armigero ut se educto gladio perimeret, ut neque eum viventem invenirent hostes. Armiger autem eius non valens hoc pre nimiis vulneribus facere, nec saltem se ei erigere valens, tunc saul resumptis paululum viribus, gladium suum sumens et in terram configens volebat in mucronem irruere, et se vitam ultimo morti inferre, sed pre nimia invaliditudine corporis hoc non potuit perficere. Conversus ergo et videns quendam iuvenem, requisivit quis esset. Quem cum cognovisset amalechitam esse, rogavit ut educto gladio eum morte quali vellet occideret. Quod cum amalechita ille fecisset, sublato auro ex eius brachio et corona a capite fugit. Videns autem armiger dominum suum saul extinctum, surgere non valens, gladium iuxta se positum sumens et vix in iugulum suum infigens semet ipsum occidit, nullusque de custodibus corporis est relictus, sed omnes ceciderunt in monte qui vocatur gelboe. Audientes autem hebrei qui habitabant in convallibus trans iordanem et qui in campestribus civitates habebant quod saul occidisset et eius filii, et omnis eius copiosissimus exercitus, relinquentes proprias civitates ad loca occultissima fugierunt. Palestini vero cum venissent hostes exuere, invenerunt corpus saul et filiorum eius. Quos expoliantes eorum capita truncaverunt, et in omnem provinciam vulgaverunt hostes suos cecidisse. Quorum arma quidem consecrata sunt in templum astaroth, corpora vero eorum suspenderunt super murum civitatis bethsan, que nunc scythopolis appellatur. Cum autem audissent habitatores civitatis iabes galaad die tercio quod palestini occidissent saul et eius filios, crudele iudicantes eos insepultos permanere, egressi sunt de civitate viri fortissimi et presumptione precipui, cum ipsa civitas haberet viros in corpore et animo valde robustos, et tota nocte iter agentes venerunt ad civitatem bethsan, et in die ad muros accedentes, deposuerunt corpus saul et filiorum eius et detulerunt in iabes, palestinis eos neque prohibere valentibus aut presumentibus. Viri autem iabes cum omni populo flentes sepelierunt corpora eorum in optimo loco provincie, quem segete appellant, et ieiunium septem dierum cum mulieribus et infantibus suis eos celebraverunt, tundentes pectora ac lugentes regem et filios eius, non gustantes cibum tempore. Talem ergo finem habuit saul prophetante samuel, quia non obedivit deo in mandatis que contra amalechitas acceperat, et quod achimelech sacerdotis generationem et ipsum achimelech et civitatem sacerdotum una delevit. Regnavit autem saul vivente quidem samuel annis x et octo, moriente autem samuel alios duos, et huiusmodi conversatione habita defunctus est.

Explicit liber sextus iosephi antiquitatis iudaice.

INCIPIT LIBER VII.

PREDICTU ITAQUE plurimum ea die gestum est, qua david victis amalechitis reversus est in siceleg. Et cum iam duos dies habitasset, tercia die venit quidam liberatus a pugna que contra palestinos fuerat gesta, et qui saul interemerat, scissa veste et capite asperso cinere. Qui cum adorasset david interrogatus unde tali in veniret, ait: A prelio israhelitarum pugnante meo, quibus infelicem terminum provenisse narro, et multa milia hebreorum fuisse necata, et regem eorum saul cum filiis pariter in tempore. Significabatque se vidisse et hebreorum fugam, et cadenti regi fuisse presentem; quem et ne ab hostibus vivus caperet, ipse se rogatus ab eo iugulasse fatebatur, quia dum gladium suum in manu habuisset, propter vulnerum magnitudinem non valebat se ipsum occidere. Cumque hec dixisset, signa mortis ei ostendit, scilicet aurum brachiale regis et coronam quam detulerat secum. David itaque cum iam non dubitaret, sed aperta signa mortis saul inspiceret, veste quidem repente dirupta, deflens et lugens cum suis, totum diem in luctu et lamentatione peregit. Maior autem est ei tristicia in nasus et in mente pro morte ionathe, qui fidelissimus ei fuerat amicus, et ei causa salutis extiterat, et pene exanimis effectus est. Tanta autem virtutis devotione david circa saul ostendit, ut non solum sine eius invidiosa saucius habuerit, licet sepius per eum mortis pericula passus esset, sed et eius interfectorem punierit. Nam cum sua sponte venientem dixisset ei quod ipse sui accusator esset, quod regem occidisset, cum esset alienigena, id est amalechita, repente iussit eum david interfici. Conscripsit autem david epitaphia sive funera soleo in sepulchris quod lamentationes continebat, et laudes saul et ionathe, quod et usque ad meum permansit tempus. Cum vero david hec perfecisset, facto luctu consuluit dominum per prophetam, quam ei civitatem daret ad habitandum de tribu iuda. Cumque dixisset daturum se ei hebron, derelicta siceleg venit in hebron, ducens secum duabus uxoribus suis et qui cum eo erant cunctis armatis, atque tota conveniente universa plebs iuda

constituerunt ibi david regem. David autem cum audisset quod habitatores iabes galaad sepelissent saul et filios eius, misit ad eos laudans et approbans eorum virtutem, et agens gratias pro studio quod circa defunctos habuerant, mandans et eis quod tribus iuda eum constituisset regem.

Abner autem princeps milicie saul filius ner, vir efficax et optimus valde in sua natura, cum vidisset cecidisse saul regem et ionathan et alios duos filios eius, veniens ad castra, filium saul qui relictus fuerat nomine isboseth arripiens regem ordinavit super eos qui trans iordanem erant, et super cunctam plebem preter tribum iuda. Statuitque regium eius intra que secundum patriam linguam vocatur manaim, secundum grecos autem dicitur castra. Statimque post hec abner congregavit exercitum magnum ut congrederetur cum tribu iuda. Nam irascebatur adversus eos quod ordinassent david in regem. Occurrit autem ei ioab filius sarvie, sororis david, natus de patre suri. Hic autem ioab constitutus erat princeps milicie ad versus abner, et cum eo venerant ad prelium fratres sui abysai et asael et omnes armati david viri animo leonum more frementes. Itaque veniens ioab ad quendam fontem in civitate gabaa, primus aciem instituit ad pugnandum contra abner. Dicente vero abner ad eum se velle probare quis eorum robustiores haberet exercitum, convenientes ad invicem et sedentes utrique cum suo exercitu, consilium fecerunt ut ex utraque parte xii viros in militie pugnatores eligerent. Cumque hoc factum fuisset, procedentes ex utraque parte xii viri steterunt in medio. Virorum ergo parti david precedens prius gladius, ut accedentes abripuerunt viris abner gladios suos, et per capillos eorum capita fortiter tenentes, eorum latera et lumbos cum propriis eorum gladiis perforarunt, donec omnes quasi ex uno consilio perierunt. His autem cadentibus reliquus exercitus congressus est, et dimicatione fortissima proveniente, plebs abner victa fugit. Ioab autem fugientes persequens instabat, precipiens armatis ut post eorum vestigia festinarent, et neque occidendo cessarent. Fratres ergo ioab ibi pugnaverunt viriliter, inter quos clarior preclaruit iunior asael, qui tantam gratiam habuit in pedum velocitate, ut non solum homines sed et equos ad currendi certamina superaret. Iste ergo asael persequebatur intrepide abner recto cursu invicta intendens. Cumque respexisset abner post tergum et consideraret impetum sequentis, et dixisset ad asael ut unius militis arma sumens ab eius persecutione quiesceret, et ille neque a suo conamine poenitere abstineret, et abner dum eum monerent ut recederet nec eum occideret, et asael frater eius ioab ipse ulteri frontem non haberet, et illo despiciente fugiens post tergum lancea iactat, emisitque repente mortali vulnere penetravit. Hi ergo qui cum asael persequebantur abner, cum venissent ad locum ubi acervo mortuus asael circumstantes neque persequti sunt hostes. Ioab autem et abysai fratres eius persequentes viderunt cadaver illius, maiore iracundia contra abner habentes pro morte fratris, magna festinatione usque ad locum quendam nomine gabaon persecuti sunt abner. Et cum sol occumberet, ascendens in quandam collem cum tribu beniamin clamavit ad ioab et dixit: Non oportet viros contribules tanto certamine plus invicem exacuere. Sed et frater tuus asael delinquebat, cum monerem ut a persecutione cessaret, et quia non acquievit, ideo percussus occubuit. Sapienter autem faciens ioab, et hec abner satis factoria dolosa intra se ponens, clangens tuba revocavit exercitum, et a vehementi persecutione recessit. Ioab autem in illo loco moratus est. Abner autem tota nocte iter faciens et transiens flumen iordanem venit in castra ad isboseth filium saul. Altera vero die ioab dinumerans corpora defunctorum, sepelivit universos. Ceciderunt autem de exercitu abner milites trecenti et lx, de david vero xix et nonus et asael. Cuius corpus reportantes ioab et abysai in bethleem in monumento patrio sepelientes regressi sunt ad david in hebron. Cepit ergo ex illo tempore bellum intestinum inter hebreos fieri, et multo tempore permansit, proficientibus eis semper qui cum david erant, et amplius ad bella crescentibus; filii saul vero exercitus pene cotidie defluxit. Eo autem tempore nati sunt david filii numero sex ex totidem mulieribus, quorum senior quem de achinoe matre progenuit, est ammon vocabatur; secundus autem de uxore abigail nomine chileab; tercius absalon natus de maacha filia tholomai regis gessur; quartum vero habuit de muliere aggith quem vocavit adoniam; quintum saphatiam de muliere abithal; sextum iethraam de muliere egla natum. Cumque intestina bella consurgerent, et sepe ad opera belli inanissent utrique exercitus, abner princeps militie filii saul cum esset sapiens et valde a populo veneraretur, regebat domum saul, et plebs israhel cum eo magna devotione constituti multo tempore permanserunt. Post hec autem abner in quodam crimine comprehensus, cum causa fuit quod cum concubina saul concumberet nomine respha filia achia, et ob hoc increpatus est a rege suo. Ex qua re dolens et graviter indignatus quod non iusta retributione mereretur regem ab eo, pro quo tanta instantia laborasset, ut regnum patrium possideret, comminatus ergo est regnum se translaturum ad dominum david, et ostensurum se filio saul quod non sua fortitudine sapientiaque regnaret super israhel, sed illius potius opibus ac fide. Tunc mittens nuncios in hebron ad david petiit ut fidei iusiurandum ab eo acciperet, et eum socium et amicum haberet, promittens ei se suasuram plebi ut a filio saul recederent et ipsum regem totius provincie constituerent. David autem que abner poscebat implevit. Unum enim tantum hoc quod ab eo postulabat, ut primum inicium fecerit hec petitio, ut ei uxorem suam michol reduceret, quam magnis bellorum periculis comparasset, sexcenta capita palestinorum offerens patri eius saul. Nam ergo michol david uxorem sublata a filio cui erat copulata, remisit ad david, ut uxorem suam iuste reciperet. Convocatis post hec abner senioribus plebis et tribunis et millenariis, hec ubi ait dicit ad eos dies: Sepius quidem paratus fui ut ab isboseth recederem, et pergerem ad david, quod nunc opere complere volo. Nunc autem similiter mecum implere dicite, scientes quod deus per os per samuelem prophetam david regnare super omne regnum hebreorum, et quod hostes eorum palestinos ipse vastaret, et subiectos faceret. Hec audientes seniores et principes quod abner princeps militie voluntatem haberet ad david congregare populum, et diversarum rerum eventu vacantes unanimiter consenserunt ut regno david cum abner se subderent. Convocavitque abner tribum beniamin, nam hii erant custodes corporis isboseth, et eis similia verba locutus est. Cumque nullum videret sibi resistere, sed magis ad omnia que vellet paratos haberet, sumens ex eis xx viros venit ad david, ut promissam iusiurandi religione firmaret. Nam fideliora speramus ea que per nos ipsos gerimus, quam que per alios provisus geruntur. Ita et abner nullum fortiore nuncium reputabat quam se ipsum, qui patrari quod cum david facere volebat, et nullum alium quam per se referre volebat ad populum. Quem cum david splendide suscepisset et per multos dies opulentis et preciosis conviviis refecisset, prosequebatur

cunctum ut convocaret ad se omnem populum, et ipso presente ei traderet principatum. Cumque David dimisisset Abner, et eo non procul ab Hebron abeunte, venit Ioab princeps militiae, et agnoscens quia Abner venisset ad David, et benigne dimissus esset, festisque celebratus, perpendens metuens ne eum David in honore primi ordinis constitueret, aut regni faceret participem, cum esset virtute astutus et prudens, et ille certis preficeret temporibus, ipse vero decresceret, et forsitan militia privaretur, haec omnia metuens Ioab, viam pessimam et malignissimam excogitavit. Primum quidem temptans ut eum apud regem detraheret, adiciensque statim David monuit ut se custodiret, et Abner promissiones non respiceret, quoniam magis filio Saul faveret, et quia in fallaciis et dolo venisset ad eum, et vellet spe et dispensationem regni eius agnoscere, et sic ad propria remeasset. Cum vero his verbis Ioab non permovisset persuadere regi, nec vellet eum audire, deteriore viam [illegible] Ioab excogitavit. Nam cum deliberasset Ioab ut Abner interimeret, misit nuntios qui eum sequerentur, et ex David nomine pro perceptione revocarent, tamquam aliqua esset ei dicturus quae ipso presente videbantur oblita. Abner autem dum haec audisset a nuntiis, apprehendentes eum cum iam quodam loco nomine Sira, qui aberat ab Hebron stadiis xx, reversus est nichil metuens futurorum. Cui occurrens Ioab ante portam, suscepit eum quasi maxime devotus et quasi fidus amicus. Saepe enim illi homines se fingunt vere esse bonos, et maligne suspicionis extraneos, qui iniquum aliquid temptare presumunt. Ioab quidem et Abysai segregaverunt Abner ab aliis hominibus, tamquam ipse Ioab ei esset aliquid in secreto locuturus, et in secretiorem portae locum duxerunt illum. Cumque Ioab cum solo Abner quasi susurrando loqueretur, Abysai frater eius evaginato gladio uno ictu latus eius fodit, et Abner hoc modo dolo Ioab peremptus est. Populi autem dicebant sic et ipse Ioab referebat, quod in ultionem fratris sui Asael quem se persequentem interemerat Abner, in fuga facta in Gabaon, sed ut clarius veritas patet, pro suo principatu et honoris quem habere poterat apud regem. Ex his itaque operibus considerare quilibet et sapiens potest quanta et qualia presumunt homines propter avaritiam [illegible] et principatus honorem cum aliis invident habere. Nam cupientes honoris et principatus gradum adipisci, per multa mala ad ea perveniunt. Adepti autem honoris cumulum, et metuentes illud amittere, multo deterioribus criminibus utentes machinantur implicantur, tamquam non stratum adipisci velle magnitudinem potestatis, et metuant ne aliquos de hac potestate deponant, et taliter potestate [illegible] excelsiori constituunt crimina, et cottidie crudeliora moliuntur et graviora facinora presumunt ne amittant quae adepti sunt. Sed de his breviter indicasse sufficiat. David ergo audiens interitum Abner, in animo gravissime doluit, et coram omnibus testificatus est, extendens ad deum dexteram suam et clamans quod non fuisset consentiens interitu Abner, nec eius mandato aut consilio fuisset extinctus. Maledicta et imprecatio est valde gravissima interfectori eius qui occiderat Abner et domui eius universam, et eos qui hoc egerant subiectos esse penis omni tempore vitae suae. Cura enim sollicitus David ne contra fidem et iusiurandum ageret quod exhibuerat Abner. Praecepit autem conscribi lamentationes super Abner, et eius corpus sollempnibus honorare obsequiis. Ipse autem super morte ingemiscens, scidit veste et sacco indutus est, et similiter facere precepit precedentes loculum. Ipse autem flens et lugens sequebatur cum senioribus atque principibus ostendens devotionem circa vivos, et curam circa defunctum, et quod non eius consilio fuisset extinctus. Stans autem ipse David primus super monumentum flevit et cum eo cuncti seniores, et ita sepelierunt eum in Hebron, et iussit conscribi lamentationes super eius sepulchrum. Sic autem mors Abner afflixit, ut neque cibum aut potum cogentibus amicis sumeret, sed iuravit nichil se gustaturum usque ad solis occasum. Ex hoc facto devotio populi ei accrescebat. Nam amici et cognati Abner honorem ab eo mortuo impensum libentissimo animo laudaverunt, et David fidelitatem crediderunt, eo quod Abner cum omni dignitate et rebus sollempnibus tamquam parentem et amicum sepelisset, nec eum ut inimicum contumeliam fecisset, ut eius corpus et neglecta sepultura traderet. Omnis quoque populus et mitissimam regis naturam laudabant, unoquoque credente talem in se futuram regis prudentiam, qualem eum in morte Abner videbant. David ergo ex his gestis praecipuam gloriam habere videbatur, ita ut nullus suspicaretur Abner eius voluntate occisum. Convocans itaque omnem populum loquebatur et conquerebatur quod ipsis estimari non fortuita pervenisse ex morte optimi viri, nec parva detrimenta fore Hebreis illius virtute privatis, qui eos consiliis optimis et virtute manus [illegible] hostium fortitudine defendere potuisset. Deus quidem cui omnium rerum causa nota est, non dimittat sanguinem Abner indefensum. Illius vero Sarviae Ioab et Abysai nichil valeo facere cum sint me ipso potentiores et fortiores, sed meus eis dominus reddat pro huiusmodi presumptione. Igitur Abner hoc modo defunctus est.

Audiens autem Isboseth filius Saul mortem Abner vehementer est afflictus, cum fuisset cognatus propinquus et quia ei causam regni prebuerat, et multum contristatus est ex morte eius. Sed nec ipse Isboseth multo tempore super eum vixit, sed a filiis Remmon Bana et Rechab passus insidias interemptus est. Isti enim cum essent genere Beniamite, et in priore ordine constituti, cogitaverunt quod si perimerent Isboseth maxima dona a David vel principatum militiae aut aliud quoddam munus accipere mererentur. Reperientes quidem eum solum meridie dormientem, et neque presentes esse custodes, neque puellam quae solita erat ianuas observare vigilantem, sed ex labore et opere consueto simul et estu in sopore fuisse conversam, ingressi domum in qua filius Saul dormiebat, occiderunt eum, eiusque caput abscidentes tota die et nocte egerunt velut fugientes eos quos leserant, et festinantes ad David quasi ei sua beneficia praebituri, et regni securitatem. Venientes quidem in Hebron ostendentesque David caput Isboseth commendabant semet ipsos quasi devotos et interfectores inimici eius impii. David autem non sicut sperabant eorum scelere delectatus ait ad eos: "O pessimi viri et ultionem repente suscepturi, nescitis quod ego interfectorem Saul peremi qui ei coronam auream deportavit, licet ille rogatus hoc fecisset ne eum vivum comprehenderent hostes? Aut certe mutatum me et neque eiusdem animi esse credidistis? Aut quomodo letarer cum malignis hominibus et munus dare interfectoribus proprii domini, et necantium eum in suo lectulo virum iustum qui nichil operatus est mali, sed et nos multa providentia et honore glorificavit. Quapropter a me debetis dignas excipere supplicia, qui putastis me libenter eius mortem auditurum. Non enim gloriam meam aliter fedare potuistis quam ut me talia credidistis velle." Cumque haec dixisset, omni tormento eos punire iussit, caput vero Isboseth in tumulo Abner honore maximo sepelivit. His ergo finitis, venerunt omnes maiores natu Hebreorum ad David in Hebron, et millenarii et duces eorum, tradideruntque se

regi, devotionem quam circa eum adhuc vivente Saul habuerant recordantes, et honorem quem ei prebuerant cum esset millenarius recordantes, et quod propheta Samuhel presente populo a deo fuerat rex ordinatus, et quod Hebreorum provinciam eius dimicatione contra Palestinos habita deus liberari concesserit. David autem haec favore grate suscipiens rogavit ut in hac voluntate persisterent, ne eos huius rei peniteret. Sermonibus ergo Hebreorum convivio opulentissimo saginatis, misit eos David ut omnem populum undique convocarent. Congregati ergo ex tribu Iuda quasi sex milia octingenti, ferentes arma et scuta et lanceas. Et isti domum Saul prius sequebantur. Nam reliqui ex eadem tribu regem David olim ordinaverant. Ex tribu autem Symeon septem milia et c. Ex tribu Levi iiii milia septingenti habentes principes, cum quibus erat princeps sacerdotum Sadoch cum xx et duobus cognatis ducibus. De tribu autem Beniamin armati iiii milia, nam haec tribus adhuc sustinebat credens aliquem de genere Saul regnaturum. De tribu autem Effraim xx milia et octingenti potentissimi et summo labore precellentes. De dimidia vero tribu Manasse xx iiii milia. De tribu autem Ysachar ducenti viri futura prenoscentes, armatorum vero xx milia. De tribu Zabulon armati et electi l milia. Haec enim tribus sola tota convenit ad David, nam isti sicut Gad eadem arma habuerant et tribus Gad. De tribu autem Neptalim viri insignes et principes mille armis utentes scutis simul et lanceis, quos sequebatur tribus sua, quae numero comprehendi non poterat. De tribu autem Dan electi xx milia sexcenti. De tribu Aser xl milia. De duabus autem tribubus et dimidia Manasse quae ultra Iordanem habitabat, armati scutis et lanceis et cassidibus et loricis et gladiis c xx milia. Et reliquae tribus gladiis utebantur. Haec itaque omnis multitudo congregata est ad David in Hebron cum multo apparatu et vini et omnium quae ad cibum pertinere noscuntur, et uno decreto confirmaverunt David in regno. Communiter vero eum laudantes. Cumque tribus diebus festivitatem populus celebrasset et in Hebron epulas habuisset, exinde surgens David cum omni exercitu venit ad Hierusolimam civitatem.

Iebusei autem qui habitabant Hierusalem, et erant de genere Chananeorum, cum vidissent tantum exercitum, clauserunt portas civitatis, et cecos et claudos et leprosos ad derisionem David constituerunt ad portas et super murum, et clamaverunt ad David et ad cunctum exercitum quod prohiberent eos ceci et claudi et leprosi ingredi civitatem. Despiciebant ergo David et fidentes de firma munitione murorum et dicebant quod non ingrederetur civitatem nisi prius auferret cecos et claudos et leprosos qui eum irridebant stantes super murum. Iratus ergo rex Hierosolimam obsidere cepit, et multo studio et labore conatus est ut eam caperet, quatinus in ipso principatus initio suam fortitudinem demonstraret, volens his resistere qui haberent adversus eum resistendi conatum. Inferiorem autem civitatem David cum magna virtute cepit. Cumque adhuc arcem obtinere non posset, cepit honores et munera promittendo ad opus bellicum commilitones provocare, ut quicumque per subiectos colles arcem conscenderet, eamque caperet, ei principatum militiae totius populi traderet. Cunctis itaque in arcem conscendere festinantibus et nullo labore tardantibus, pro concupiscentia promissi muneris, Ioab filius Sarvie prevenit universos, et ascendens in summitate fortitudinis suae in arcem clamavit ad regem David exigens militiae principatum. Expellens itaque David de summa arce Iebuseos, et reedificans civitatem eam Hierosolimam nuncupavit, et omni tempore sui imperii in ea habitavit. Tempus autem quo regnavit David in Hebron super Iudam fuit septem anni et menses sex. Cumque regnum suum constituisset in Hierosolimis, ubi potiebatur omnibus utebatur, deo semper meliora providente et gloriam eius ampliante. Interea hoc autem misit ad eum Hyram rex Tyri, et amicitias et societatemque firmavit, misitque ei dona cedrina et artifices viros fabros lignarios et instructores qui ei regiam domum in Hierosolimis construerent. David autem superiore muniens civitatem, eique coniuncta arce, unum undique corpus effecit, et cuncta muro uno circumdedit, et super opus murorum constituit Ioab. Primus itaque David Iebuseis expulsis hanc civitatem Hierosolimam nuncupavit, nam sub Abraham parente nostro Solima nuncupabatur. Quidam et volunt quod et Homerus poeta eam Hierosolima vocaverit, nam hieron hebraica lingua munitionem sonat. David itaque [illegible] pugnans magna victoria usus est, easque imperio suo subiecit. Videns autem rex Damasci et Syriae quod David expugnasset Adrazarum, cum magno exercitu venit contra David tamquam Adrazaro solatia prebiturus, et eum sic sperabat ab oppressione quam a David sustinebat liberaturus. Et congressus contra David apud Eufraten bello devictus est. Ceciderunt enim de exercitu Adad ferientibus eos Hebreis quasi xx milia, reliqui vero in fugam conversi sunt. Meminit etiam huius regis et belli Nicolaus in quarto historiarum libro sic dicens: Transacto post haec multo tempore quidam provincialis nomine Adad valde fortissimus imperavit in Damasco et alia Syria preter Feniciam, et habuit bellum contra David Iudeae regem. Cumque multis prosidiis cum eo dimicasset, novissime circa Eufraten victus est Adad, cum esset idem Adad eius temporis potentissimus regum in ro-
137 bore et fortitudine. Idem et Adad liber vocabatur et eius nepotes, qui post illius mortem eius filii regnum et nomen ab alterutris suscipiebant. Siquidem illo moriente eius nepotes usque ad decimam generationem regnaverunt singuli in ipso principio nomen a patre accipientes, sicut in Egypto omnes reges Ptolomei vocantur. Quorum nepotum tercius valde potens fuit, qui et volens reparare avi sui devictionem quam a David sustinuerat, sicut supra diximus, bello Iudeis vastavit provinciam quae nunc Samaria dicitur. Iste autem historiographus quod haec narravit non est veritate privatus. Hic autem Adad est qui pugnavit in Samaria adversus Hebreos regnante Achab, quod postea hoc suo loco narrabimus. Et [illegible] castrametatus est in Damascum, et omnem reliquam Syriae regionem suae dicioni subiecit, et munitiones in universa provincia constituit, et tributa eos sibi ferre decrevit. Reversus ergo Hierosolimam aureas pharetras et arma diversa quae milites Adad gestaverant deo dicavit, quae postea rex Egyptiorum Sesach dum pugnasset contra Roboam cepit, et multas alias divitias ut postea narrabimus secum ad propria reportabat. Rex autem David deo simul cooperante, et omnes hostes subdente, invasit castra quae alias Adrazari regis civitates, id est Bacha et Machoneas, capiensque eas magna virtute vastavit. Invenit et ibi aurum multum et argentum, et es preciosum, quod auricalcum esse dicebant, ex quo et postea Salomon illud mare magnum fusile fecit, et optimos cantharos cum templum deo edificaret. Audiens autem Thou rex Amathen ita factum fuisse exercitum Adrazar, metuens ne David super eum duceret exercitum, volens eum amicitiis et fide obligare misit ad eum Adoram filium suum, egitque ei

gratias quod expugnasset eius inimicum Adrazar, ut quos societatem
cum eo et amicitias faceret exorauit. Cui et magna munera
direxit, id est uasa antiqua operatione facta aurea et argentea
simul et aerea. David autem facto federe cum Thou rege Amathe-
no, cuius dona susceperat, filium ipsius cum honore competenti dimi-
sit. Aurum quoque quod in illo fuerat natum, et aliud aurum et argentum quod
de ciuitatibus diuersis et gentibus collegerat subiugatis, [...]
dicauit deo. Non solum autem ipsi David dimicanti et exercitui pro-
uidebat cum uictoria gratuite deus, sed et Abysai cum pugnasset contra Ydume-
os, XVIII milia uirorum ex eis pugnando peremit. Ex eo tempore
David omnem Ydumeam in sua dicione populum redegit, et tributa eis imposuit,
et [...] et primicias cepit. Erat enim David naturaliter iustus et
iudicium cum contemplatione ueritatis faciens. Habuitque David Ioab principem
milicie totius exercitus, a commentariis autem genitorem [...] Iosaphat filium
Achilud. Et constituit pontifices Sadoc et Abiathar qui erat amicus
eius. Saraiam uero scribam fecit. Banaiam uero filium Ioiade custodem sui
corporis fecit, et [...] et filios suos seniores circa regis custo-
diam instituit, et etiam legiones Cerethi et Phelethi sub manu Ba-
naie esse iussit, ut cum eo regis caput custodirent. Recordatus quoque
David fidei et iurisiurandi quod habuerat cum Ionatha filio Saul,
amicitiarum quoque eius et studii non est oblitus. Nam inter cetera bona hac
uirtute habebat David, ut esset memor eorum qui ei tempore necessitatis
aliquod beneficium prebuissent. Precepit ergo requiri si aliquis
de genere Saul superesset, cui debitam retributionis pro Ionathe
amicitiis repensaret. Et cum quidam fuisset adductus de domo
Saul, qui potuisset scire si aliquis ex genere Saul superesset, interrogauit
eum David si aliquem nosset uiuere de cognatione Ionathe, ut ei posset bene-
ficiis illius ei gratiam repensare. Qui respondit ei filium relictum
Memfiboset uestigiis claudicantem. Is enim dum pater eius Ionathas
et auus nunciati fuissent in bello cecidisse, a nutrice sua raptus
et ea fugiente lapsus est ex humeris, pedes ualde contriuit. Cumque
David cognouisset ubi et apud quem nutriebatur, misit repente in ciui-
tatem Lodoban ad Machir, apud quem idem filius Ionathe manebat.
Quo facto, ueniens Memfiboset ad regem et prostratus in faciem adora-
uit eum. David autem statim erigens eum iussit habere fiduciam
et sperare meliora. Deditque ei domum paternam et omnem substan-
tiam quam Saul auus eius habuerat, fecitque eum conuiuam suum, ut nullo
die ab eius mensa recederet. Cumque puer adorasset regem et
recessisset, [...] uocauit David Syba dicens
patrimonium se domum et omnem substantiam Saul filio Ionathe do-
nasse. Illum uero precepit ut pararet terram, et collectos redditus uniuersos in
Hierosolima deportaret, ac cotidie ad mensam regis deduceret
puerum. Ipsumque Syba et filios eius numero XV et famulos XX
Memfiboset filio Ionathe donauit. Hec itaque constituente rege
Syba eum adorauit, et cuncta se facturum esse promittens discessit.
Igitur Ionathe filius habitauit in Hierosolima habens cum rege conui-
uium, et ei omnis diligentia uelut filio regis exhibebatur. Ha-
buit et filium quem appellauit Micha. Ergo qui relicti fuerant de
genere Saul et Ionathe, hunc honorem apud David habuisse noscuntur. 7

Illo siquidem tempore Naas rege Ammanitarum defuncto, qui fuit
amicus David, eiusque filio in regnum succedente, misit David ut eum consolaretur,
et mortem patris leuius ferret, ac tam amicitiam quam cum patre eius habu-
erat permaneret. Quod principes Ammanitarum mala uoluntate suscepe-
runt, et odientes David suggesserunt regi suo dicentes exploratores
misisse David qui eorum prouinciam et [...] occasionem clementie cognos-
cerent, et de eorum colloquio suasere, ne in cautum periculum alicuius calami-
tatis incurrerent. Ammanitarum itaque rex credens bene tractasse
suos iudices, legatos qui a David missi fuerant grauissimis affecit in-
iuriis. Rasit enim medietatem barbe eorum et uestium medietatem
abscidit, et monstraturus ex operibus et non uerbis dira responsa dimi-
sit eos. David autem hec cognoscens indignatus est, et iniuriam factam neque
despiciens contra Ammanitas parauit bellum, ut contumelias que fuerant
legatis suis imposita uindicaret. Porro necessarii regis Amma-
nitarum et principes uidentes quia federa dirupissent, et penam pro
tali presumptione meruissent, se ad bella quoque preparabant. Nam
mittentes Syro regi Mesopotamie mille talenta, socium eum ad bellan-
dum sub hac mercede fieri poposcerunt. Adduxit autem eis iste rex pe-
destrium XX milia. Conduxerunt autem et regem prouincie Maacha
et quartum nomine Abistob, sed et isti habebant XII milia arma-
torum. David autem non expauit horum solacium, neque Ammanitarum exer-
citum, securus de deo quia iuste contra eos erat pro iniuria pugna-
turus. Et cum dedisset Ioab principatum milicie, florem totius exercitus
misit cum eo contra illos ad prelium. Qui circa metropolim Ammanitarum
uenientes Charan, Bachan, castra posuerunt contra hostes. Igitur hostes
egredientes, et aciem non simul sed in duas partes disponentes, auxi-
liatorum uero manus in campo [...] constituta erat, Ammanitarum autem
exercitus circa portas erat aduersus Hebreos. Videns autem hec Ioab con-
traria molitioni eorum tractauit, et fortissimos quidem uiros e-
ligens se opposuit Syro et regibus qui cum eo erant, reliquam uero partem
tradidit fratri suo Abysai, ut contra Ammanitarum aciem dimicaret,
petens ut si uideret Syros sibi preualere et fortiores esse, acie conuersa
ferret ei solacia; si autem illum Ammanite comprimerent, ipse eum
similiter adiuuaret. Cumque taliter monuisset fratrem atque rogas-
set, ut magnanimiter et fiducialiter ageret uniuersa, et grauem
uerecundiam metuens fortiter decertaret, illum quidem cum Amma-
nitis pugnaturum dimisit, ipse autem Syros aggressus est. Qui primo
quidem fortiter restiterunt, ad ultimum autem multos eorum occidit Ioab, et
omnes in fugam conuertit. Quod uidentes Ammanite metuentesque
Abysai et eius exercitum non restiterunt, ac socios imitati in ciui-
tatem repente fugerunt. Hostibus ergo ita deuictis, Ioab ad regem cum
claro triumpho in Hierosolima remeauit. Nec ergo deuictio per-
suasit Ammanitas ut a bello quiescerent, neque deuicti amplius abstinu-
erunt, sed mittentes ad regem Syrorum Adadezer trans Eufraten eum ad
solacium conduxerunt, qui habebat quidem principem milicie Sobach, pe-
destrium uero habebat octoginta milia et equites mille. Cognoscens
autem David rursus Ammanitas tantum super se congregasse exercitum, non decre-
uit aduersus eos per duces suos pugnare, sed cum omni robore exerci-
tus transiens Iordanem fluuium eis occurrit. Congressus ergo cum eis in pug-
na uicit egregie, et interfecit XL milia peditum, et equites septin-
gentos, et prostrauit in acie principem milicie Sobach, qui quidem uulnere mor-
tuus esse dinoscitur. Mesopotamii uero dum pugna fuisset hoc modo termi-
nata, tradiderunt se David, et dona miserunt ei. David autem cum exercitu reuersus
est Hierosolimam. Cum autem tempus ueris inchoasset, misit David principem
milicie Ioab, ut cum Ammanitarum gente pugnaret. Ioab autem sump-
to exercitu proficiscens, et omnem eorum depopulatus regionem, ipsos in
metropoli ciuitate Rabath clausos obsedit. Contigit ergo ea tempestate

te David pessimum uicium incurrere, cum esset natura iustus et religi-
osus et patrias leges magnopere conseruaret. Nam dum hora
meridiana iam ad uesperam declinaret, et David in superiora regalia
solito more deambularet, uidit mulierculam specie ualde pulcherri-
mam, et cunctas feminas preponentem, in domo propria nomine Bethsabee
aqua frigida se lauantem. Cuius mulieris pulchritudine inspiratam
concupiscentiam retinere non potuit. Quam dum uocari fecisset, concubuit
cum ea. Que concipiens misit ad regem mandans ut excogitaret quomodo
commissum scelus posset abscondi, ne secundum leges patrias moreretur adultera.
David autem uirum eius nomine Uriam, qui erat armiger Ioab, de bello fecit re-
uocari. Cumque uenisset, requirebat de exercitu ac de obsessione. Illo
autem referente omnia ei prospera prouenire, tollens epulas David de suo conuiuio
dedit Urie, et iussit ut pergeret ad suam coniugem et in eius recubaret ample-
xibus. Urias autem hoc non fecit, sed dormiuit inter alios armigeros regis.
Quod dum cognouisset rex, requisiuit eum cur post tantum tempus ad
propriam domum non uenisset, nec ad uxorem, dum omnes de peregrinatione
uenientes hanc habeant uoluntatem. Cui Urias respondit non esse iustum
ut dum commilitones eius et dux in [...] castra et in hostium regione
dormitarent, ipse cum uxore propria requiesceret et epulis indul-
geret. Et cum hec dixisset Urias, precepit ei rex ut illo die ibi mane-
ret, et altero die pergeret ad ducem. Uocatusque rursus a rege ad cenam,
et ad ebrietatem usque perductus, monente eum frequenter rege ut iret ad am-
plexus uxoris, nichilominus tamen dormiuit ad ianuam regis, nullo
desiderio uxoris stimulatus. Quo facto rex nimis contristatus scripsit
litteras ad Ioab precipiens ei Uriam punire, quasi contra eum deliquisset.
Significauit et ei ultionis modum, ne fieret ipse in suo scelere mani-
festus, iubens ei ut ea parte qua esset hostium manus grauior et posset
pugnando periculum sustinere ibi Uriam poneret, et commisso prelio iu-
beret cunctos ab eo recedere, ut solus in mortis periculo remaneret.
Et cum hec scripsisset et suo signaculo muniisset epistolam, dedit eam Urie
deferendam Ioab. Suscipiens autem litteras Ioab et uoluntatem regis
agnoscens, ad locum ubi nouerat hostes fortiter imminere Uriam statuit,
adiunxitque ei quosdam militum optimorum, et promisit se ei omnium uirium
solatia prebiturum, si forte possent partem muri deicere, et ad intima
ciuitatis intrare. Quem et monuit ut cum esset miles fortissimus et ha-
beret gloriam apud regem et omnem exercitum, ad hec non dedignaretur accede-
re, sed potius fortes res agere congauderet. Cumque Urias fiducialiter ac-
cessisset ad murum, Ioab seorsum cum eo pugnantibus precepit ut eum solum
facta hostium incursione desererent. Hebreis ergo a ciuitate accedenti-
bus Ammanite metuentes ne illo loco ubi Urias constitutus erat
uenientes muros ciuitatis ascenderent, eligentes fortissimos
uiros et repente portas ciuitatis aperientes magno cursu et impe-
tu inimicos aggressi sunt. Quod dum uidissent omnes qui erant cum
Uria, sicut eis preceperat Ioab, reliquerunt eum solum, et mortuus est
ibi. Ioab ergo misit nuncios ad regem, precipiens eis ut dicerent quia
studuissent quidem capere ciuitatem, sed cum accessissent ad murum,
multis ibi cadentibus abscessissent. Et si quidem irasceretur, statim
mortem Urie pariter indicarent. Uenientes ergo nuncii nunciauerunt
uerba Ioab regi. Audiens autem hec David grauiter ferens dixit eos incaute
fecisse quod ad murum urbis accessissent, cum magis deberent per cuni-
culos et alias machinationes capere ciuitatem, dum utique in exemplum
haberent Abimelech filium Gedeon, qui dum turrim Thebes expug-
nare uellet, a [...] muliere uetula percussus [...] mortuus,
cum esset uir fortissimus, et pro difficultate turpiter est peremptus.
Quo exemplo non oportuit uos muros hostium adire, cum sit oportu-
num apud omnes ut ea que in precedentibus plus gesta sunt seu bene seu male
in memoria teneantur, quatenus alia quidem imitanda sint, alia fugi-
enda. Cumque hesitaret rex et de casu belli cogitaret, Urie
morte a nunciis indicata, repente ab indignatione cessauit,
iussitque ut reuertentes dicerent Ioab humanum esse quod contigit, et
bella semper habere naturam mutabilem, ut aliquando inimici superio-
res sint, aliquando subiecti sint. Precepit uero in obsidione prudenti-
us ne deuicti in aliqua parte delinquerent, sed uallis et diuersis mo-
litionibus obsiderent, et preualentes ciuitatem quidem subuerte-
rent et habitatores omnes trucidarent. Nuncii ergo Ioab ea que
fuerant a rege dicta reportabant. Uxor autem Urie Bethsabee
mortem uiri sui cognoscens, multis eum diebus fleuit. Quiescen-
te uero tristicia et lacrimis, mox eam David accepit uxorem, et filius ex ea
masculus processit. Quas nuptias deus non libenter inspexit, sed iratus contra
David apparuit in somnis prophete Nathan, culpans regem ex his que commi-
serat. Nathan autem cum esset uir urbanus et sapiens, et cogitaret quia
dum reges in iram incitantur, amplius iram quam iusticie uiam respiciunt,
comminationes dei esse quidem tacere decreuit, et alia uerba multa lo-
qui disposuit. Ueniensque ad regem rogabat eum ut audiret quod sibi
proferret, et quid decerneret ei manifestaret. Duo inquit uiri in
una ciuitate degebant, quorum unus ydoneus erat, et multos
greges iumentorum, boum et ouium possidebat; alter erat pauperculus,
qui unam tantum agnam habebat, quam cum suis filiis nutriebat, et cum
qua cibis propriis uescebatur, et uelut filiam diligebat. Cuidam autem ho-
spes uenisset et adduceret, nichil de suis pecoribus uoluit occidere,
ut epulas hospiti preberet, sed misit et agnam pauperis illius accepit, et
eam peregrino ad conuiuium parauit. Hic itaque sermo uehementer com-
mouit regem, malignumque pronunciauit illum hominem coram Na-
than qui talia perpetrasset, et quadruplum dixit pro agna iustum reddi-
turum, et super hec morte multandum. Nathan autem respondens ait
ipsum esse uirum quem pati talia diceret, quia opus ualde malum commiserit,
reuelauitque ei statim apertam iram dei, qui eum regem fecerat cunctorum He-
breorum, et omnium in circuitu gentium multarum et magnarum statue-
rat dominum, et a manibus Saul liberauerat, dederatque ei coniuges quibus
iuste et legaliter fuerat copulatus. Ergo quia dominum spreuisset et impie con-
tempsisset, dum uxorem Urie tulisset, et eius uirum necandum hostibus
tradidisset, dominum ob hec penas uelle exsoluere, et uxores eius ab uno filiorum
suorum dicebat uiolentias sustinere, seipsum uero fore ei insidiis a regno
expellendum; et quia ipse occulte peccasset, illud cunctis uidentibus
ageret; moriturumque fore puerum qui de ea esset procreatus. In his ergo uerbis
rex turbatus est, et ualde confusus, et cum lacrimis et tristicia impie
se gessisse confessus est. Erat enim uir dei cultor, qui nil omnino in sua
uita preter in casu uxoris Urie deliquit. Misertus ergo eius deus, et re-
conciliatus ei, seruaturum se eius uitam regnumque pollicitus est, agente
penitentiam de his que male gesserat. Cumque hec Nathan regi pro-
phetasset, domum reuersus est. Puerum uero quem de uxore Urie fuerat ge-
neratus, grauis diuinitus languor inuasit. Pro quo rex nimis afflictus
cum a cibo VII diebus abstinuisset, et adhortantibus se pe famulis non
comedit, sed uestibus atris indutus atque prostratus in cilicio iacebat in pau-
imento, et deo pro salute pueri supplicabat, quia ualde eius amabat matrem.
Septima uero die puero mortuo non presumebant eam regi famuli nunciare

cogitantes, quasi cognosceret, et a cibo et ab alia sua indigentia potius abstineret, cum ipse illum etiam mortuum filium constitutum cum colloquente talia prestitura perdidisse. Sentiens autem rex famulos perturbari et ea que propterea solent aliquid celare volentibus provenire, intelligens puerum mortuum, vocavit unum de famulis et veritatem audiens repente surrexit, et sumens candida veste venit ad tabernaculum dei, iussitque sibi cibos apponi. Quo facto magnus stupor et cognatos et famulos apprehendit, quia nichil horum puero languente fecisset, et eo mortuo simul hec omnia celebraret. Cumque ab eo huius facti causam inquirerent, asserens eos nimis indoctos dicebat quia adhuc vivente puero dum spem salutis eius haberet omnia faciebat credens in hoc placare divinitatem, eo autem mortuo nichil ista profuit. Quod cum dixisset, regis sententiam laudaverunt. Post hec autem ingressus est ad mulierem bethsabee. Que concipiens masculum filium peperit, quem iubente nathan propheta salomonem appellavit. Porro ioab ammanitas obsessione fortiter affligebat, aquam eis auferens, et ceterarum ubertatem, multumque eos cogebat cibi et potus inopia laborare. Ex modico namque puteo habebant omnes et hoc nimis parvum haberent solatium, ne tamen deficeret ex puteo aqua, non ea ad satietatem utebantur. Scripsit itaque ioab litteras regi david significans et rogans ut veniret ad civitatem, quatinus eius nomini victoriam designaret. Quod cum audisset, deo laudans voluntatem eius et devotionis fidem, cum sumptuoso exercitu venit, ut rabbath urbem depopularet. Quam dum bellica lege cepisset, milites eam vastare iussit. Ipse vero tulit coronam regis ammanitarum habentem pondus auri talentum, et lapides pretiosos, et in medio corone erat lapis sardonix, quem semper david gestabat in capite. Multa siquidem et pretiosa spolia in ea comperit civitate; viros autem eius tormentis afflixit. Hoc itaque modo et alias ammanitarum urbes quas cepit evertit, revertente quoque david in hierosolimam, domus eius turpi vitio maculata est.

R

Erat autem illi filia nomine thamar virgo pulchritudine valde precipua, ita ut omnes feminas speciosas vinceret. Hec vero erat cum absalon ex una genitrice procreata. Hanc amavit aman senior filiorum david, et cum neque propter virginitatem eius neque propter custodiam suo desiderio potiri posset, crudeli percussus vulnere languebat. Dumque eius corpus merore languore tabesceret, et colorem faciei permutaret, innotuit hoc ionadabe qui et nathan vocabatur cognato suo patre et amico. Erat enim iste ionathan qui et nathan vir sapiens et intellectu nimis acutus. Is ergo videns aman cotidie non naturale corpus habentem, interrogavit ut ei causam huius redderet, dicebatque arbitrari se hoc illum amoris occasione tolerare. Cumque confessus fuisset aman passionem suam, quia sororem consanguineam concupisset, filium [illegible] ad perficiendum desiderium hoc invenit modum. Monet ut egritudinem simularet, et [illegible] mente ad se patrem peteret ut ei sororem exhiberet, et repetens egrotanti ministerium faceret; et sibi fieret [illegible] languore. Aman vero ponens semetipsum in lectulo [illegible] consilium simulabat infirmitatem. Et dum ad visitandum eum pater venisset, poposcit ab eo ut ei sororem suam thamar faceret ministrare. Quam pater statim iussit [illegible] ad eum venire. Veniente ergo thamar rogavit eam aman ut ei manu sua faceret panes frixos, ut suavius de manu eius comederet. Illa vero vidente fratre conspersam farinam faciens collirides eas in frixorio ei obtulit. Ille autem noluit gustare, et iussit ut omnes a domo illa recederent, ut quiete facta dormiret. Cumque famuli quod iusserat implevissent, iussit sorori ut ei cibum ad interiorem locum domus afferret. Quod dum illa fecisset, apprehendens eam ut secum concumberet suadere temptabat. Puella autem dicebat ad eum. Noli frater violentiam michi facere, nec impietatem inferre: nobis leges [illegible] et te in magna confusione misere. Sed quiesce a re tam iniusta [illegible] in desiderio ex quo obprobrium et turpitudo perpetua domui conferatur, adiciens si de hac re loqueretur patri, coniugium eius non denegaret. Et illa quidem hec dicebat volens ad presens eius impetum declinare. Ille autem non acquievit, sed nimietate amoris illius valde inflammatus surgens statim vim intulit ei. Quem repente post stuprum sororis odium invasit, et iniuria perpetrata eam surgere et abire precepit. Cumque illa in hoc cum deteriore proclamaret esse iniuriam irrogatam, rogavitque eum ut usque ad noctem eam ibi manere permitteret. Ille autem repente eam discedere inde iussit, ut et in testimonium sue confusionis incurreret. Resistente autem ea, iussit famulo ut eam expelleret. Illa vero iniuria simul et violentia oppressa, dirupto colobio quo antique virgines utebantur habente manicas et ad talos usque profuse ne facile viderentur, et cinere asperso capite ibat per mediam civitatem clamans et ingemiscens de violentia sibi irrogata. Quam cum vidisset frater eius absalon requisivit pro quo ea hoc faceret. Et dum sibi factam dixisset iniuriam, monuit germanam quiescere et mediocriter ferre, et iniuriam non putare quod corrupta fuisset a fratre. Cui dum satisfactum fuisset, cessavit clamare, et iniuriam suam multis indicare; et multo tempore apud fratrem vidua permansit. Quod dum cognovisset david doluit quidem; sed cum aman seniorem filium suum valde diligeret, noluit eum contristare. Quem absalon valde abhorrebat, et latenter oportunum tempus ultionis delicti illius expectabat. Igitur secundus iam annus corruptionis sororis eius excesserat et cum greges suos tonsurus ascenderet in civitatem beelsor, que est in sorte tribus effraim, rogavit patrem ut cum fratribus ad eius convivium veniret. Quo recusante ne illi gravis videretur existere, tunc ille saltem vel fratres suos secum venire postulavit. Quibus destinatis precepit absalon famulis suis ut cum viderent aman ebrietate dissolutum, illo eis oculis innuente surgerent et interficerent eum, nullumque metuerent. Hoc ergo consilio mox perfecto, et aman occiso, fratres eius cunctos gravis terror et tumultus invasit, et de se singuli formidantes ascendentesque in equos revertebantur ad patrem. Quidam vero precedens nuntiavit regi quod absalon cunctos eius filios interfecisset. Tunc david quasi omnes vere extincti essent a fratre, tristitia quamvisque a morte tremenda invasit et lamentationibus amaris, et ex hoc dolore neque causam requisivit nec aliud quicquam post hoc factum cognoscere voluit, nec expectavit, sed repente veste dirupta et prostratus in terra lugebat filios universos qui mortui nuntiati fuerant, et eum qui illos occiderat. Ionadab vero filius semmaa fratris david consolabatur eum ut a tanta tristitia recederet; nec crederet filios alios interemptos nec taliter ea evenisse putaret, sed esse credibile quia hoc absalon fecisset in solum aman propter thamar sororis sue iniuriam. Inter hec verba sonitus equorum et tumultus quorundam venientium eos attentos fecit. Erant autem filii regis qui a convivio fugiebant. His lugentibus tristis pater occurrit, et preter spem videns filios quos ante paululum periisse crediderat, amplexatus est eos. Erat autem cunctis luctus et gemitus, illis quidem super mortuum fratrem, regi vero super filium interemptum. Absalon autem fugiens venit

ad avum maternum virum principalem, petens illius auxilium, apud quem trium annorum tempore commoratus est. Post hec ioab princeps militie rogavit regem david ut ad revocandum absalon nuncios mitteret, et iram quam contra eum habebat remitteret, et talium curam vincit regem. Preparavit enim quandam mulierem etate provectam ut regem subtilitate sua interpellaret, posuitque verba in ore eius. Que ingressa ad regem ait. Duo michi filii o rex erant, qui in agro in contentione consistentes, nullo presente qui eos placare potuisset, ab altero alter percussus interiit. Cognati autem interfectorem volentes eum occidere, unde supplico ut michi percipias salutem unius filii qui remansit conservari, nec reliquias spei vite mee et senectutis suas auferri, prohibeas eorum qui filium meum interficere voluerunt. Non enim ullus aliquid aliud spero est, nisi quod tu domine mi impertiaris. Rege ergo david mulieris precibus annuente, respondens denuo mulier regi, gratias mi rex ago tue benignitati qui mee misertus es senectutis et pene sine filiis desolate, filium habere fecisti. Sed ut firma mihi sint tue dona clementie, prior esto tuo filio absalon propitius, eique remitte debitum. Quomodo enim credita sum certe securitatis mihi prebuisse beneficium, cum te videam o rex in similitudine eam cum tuo filio manere semper iratum. Quid namque necesse est ut cum unus contra voluntatem patris mortuus sit, hac ex causa occidatur et alius, et sicuti orberis filio? Intellexit itaque rex hec verba studio ioab composita, et interrogavit de hoc mulierem. Et dum cognovisset hoc esse verum, vocans ioab rex ait. Ecce hoc et feci votum tuum, eumque absalon revocare precepit. Non enim ultra circa eum sum crudelis, et iram et indignationem remisi. Ioab vero cum adorasset regem et eius sermonibus gratias retulisset, repente profectus est in gessur, et assumpto absalon in hierosolimam remeavit. Rex autem david dum venire filium cognovisset, premisit nuncios et precepit ut absalon ad domum propriam remearet; non enim iustum credidit ut eum mox venientem susciperet atque videret. Ille vero patre iubente eius declinavit aspectum, et tamen eius familiaribus regis debitum exhibebat officium. Huius itaque absalonis pulchritudo licet in tristitia posita et non habentis diligentiam competentem filio regis, nequaquam immutata est, sed erat speciosus et splendebat omni decore, et corpus eius magne proceritatis erat, ita ut eos qui erant in epulis constituti transcenderet. Cuius capitis erat tanta cesaries, ut vix octo diebus tondi potuisset, cum semel in anno tonderet cesariem; erantque tonsure eius pondus siclorum ducentorum qui faciunt quinque minas. Habitavit ergo in hierosolimis annis duobus post reversionem, habuitque tres filios masculos et filiam unam nimis speciosam, quam postea rex roboam filius salomonis accepit uxorem, ex qua natus est puer nomine abias. Is ergo inter hec mittens absalon ad ioab poposcit ab eo ut perfecte sibi placaret patrem, et peteret quatinus eum ad suum aspectum et colloquium revocaret. Negligente autem hoc ioab, mittens absalon aliquos de famulis suis, incendit eius confinem segetem. Quod dum ioab cognovisset, venit ad absalon culpans eum, et causam huius rei inquirens. Cui absalon respondit. Hoc consilium compulit me ad nos perducere te, negligente vita mea, qui ei pro patria reconciliatione mandabam. Quapropter nunc presente deprecor ut mitiges genitorem meum. Ego namque a fuga reversus peius me hic video esse, patre michi hactenus irascente. Ioab autem necessitatem eius cognoscens et misertus, mediator extitit apud regem eique locutus de filio egit ut libenter eum susciperet. Quo veniente et in terram prostrato, ac supplicante ut peccatum relaxaret, porrexit rex dexteram et allevavit eum, et gestorum eius oblivionem se habere pollicitus est. Absalon autem dum a patre benigne fuisset dimissus, in parvo tempore multos equos et currus sibi instituit, et armigeros L. Et diebus singulis surgens diluculo veniebat ad regalia, et qui ad patrem eius pro delictis suis iudicandi erant, cum eis delectabiliter loquebatur, quasi non haberet bonos consiliarios rex, sed iniustos iudices existentes, eorum iudicio ipsi gravarentur. Per hoc sermone favorem secum collocabat, adiciebatque dicens, quia si haberet hanc potestatem, ipse cuncta sub legum equitate disponeret. Hec itaque eo agente, et populo sibi placato, cum iam devotione eorum se habere confideret, post reconciliationem patris annis IIII transactis, veniens ad patrem rogavit ut eum ire permitteret in hebron, quatinus promissa deo sacrificia celebraret, que fugiens devovisset. David autem concedente profectus est, et cum eo multitudo plebis eo mittente confluxit. Aderat autem et consiliarius david achitofel gelmoneus, et ducenti viri ex hierosolimis, nescientes quidem conatum huius, sed velut ad sacrificium evocati. Hoc itaque consilio rex ab omnibus est ordinatus. Quod dum fuisset david nuntiatum, et inopinabiliter hoc filium fecisse cognovisset, metuens impietatem eius, ac presumptione miratus, quia nec veniam prioris peccati recordatus est, sed insuper scelera priora et maiora committere vellet: primum quidem ut regnum patris a deo datum vellet auferre, secundo ut patrem vita privaret, deliberavit ut fugeret trans iordanem. Convocatis ergo amicis necessariis, et de filii superbia cum eis sermonem faciens,
138. tunc itaque deo committens, et decem concubinas custodes regalium derelinquens, discessit ex hierosolimis. Itaque omnis multitudo cum eo simul fiducialiter egressa est. Sexcenti quoque viri cum eo armati, qui saul vivente fuerant ei participes in fuga priore. Abiathar etiam et sadoch sacerdotes, et omnes levite simul volebant egredi cum archa dei, quibus david suasit ut magis in civitate consisterent, cum eum possit deus et sine archa liberare, precepitque ut ei latenter quequi gesta innotescerent per pueros suos fideles ad omnia, achimaa filium sadoch et ionathan filium abiathar. Ethai etiam retheus cum david profectus est, licet david eum manere in civitate voluisset. Cui ille non acquievit, sed ei potius puritatem sue devotionis ostendit. Ascendente autem david per montem oliveti nudis pedibus et cunctis eius flentibus, nuntiatum est david achitofel esse cum absalon, et eius partibus favere. Quod dum audivit tristitia eius magis accrevit, deumque rogabat et suppliciter orabat ut alienaret mentem absalon a consiliis achitofel. Formidabat enim ne contra se ei dando consilia prevaleret. Erat enim achitofel astutus et ad prospicienda utilitatem nimis argutus. Cumque in montis verticem pervenisset, civitatem respiciens cum multis lacrimis quasi amisso regno domino supplicabat. Occurrit ei tunc quidam fidelis et amicus nomine chusi. Quem cum vidisset david scissa veste et asperso capite cinere flentem ac lugentem, consolatus est eum, et a tristitia cessare poscebat. David autem rogavit eum ut iret ad absalon quasi eius consentiens et eius secreta consideraret, consiliisque achitofel resisteret, et hic sibi magis prodesset quam si secum pergeret. Obediens ergo chusi precepto david, eo relicto venit hierosolimam, quo et non post multum tempus venit absalon. Paululum itaque eum procedente david, occurrit ei siba famulus mifibosef, quem procuratorem instituerat possessionum quas donaverat filio ionathe, cum duobus asinis oneratis rebus in itinere necessariis.

ex quibus ipse et qui cum eo erant refici debuissent. Rogatus quoque a david ubi memfiboseth reliquisset: et ille respondit. In hierosolimis est, et putat se ordinari regem in tali seditione; propter memoriam beneficiorum saul. David ergo indignatus omnia quecumque donaverat memfiboseth, hec sibe donavit, multo iustius esse credens ut hic ea haberet quam ille. Semei autem vir de cognatione saul nomine semei procedens blasphemavit david, et lapides iaciebat ac pessimis sermonibus accusabat. Circumstantibus autem eum prohibentibus: ille amplius blasphemabat, et sanguinarium multorumque malorum dicebat auctorem. Et super terram pollutus et immundus incederet. Deo gratias referens quod eum regno privasset, et per proprium filium iuste ab eo penas exigeret pro quibus peccasset in dominum suum. Omnibus autem super modum iracundia punctis, et precipue abysai volente interficere semei. David eos retinuit dicens: Ne malis presentibus opus nove accessionis augeretis. Non enim mihi est respectus ad hunc rabidum canem. Ait: pudor mihi est, si a deo mihi est iniectio, propter que iste super nos transducit(?) munit(?). nec est animo mihi ab isto me talia sustinere, cum et filii mei expertus sum impietatem. Sed forsan nobis aderit misericordia dei, et prevalebimus inimicis. Quod et despiciente securo itinere pergebat(?). Semei autem in aliam montis partem currebat et crebras ei faciebat iniurias. Cumque venisset david ad iordanem reficit ibidem suos itinere fatigatos. Igitur absalon et achitofel cum omnibus suis venerunt in hierosolimam, venitque ad absalon chusi amicus david et cum adorasset eum, optabat permanere regnum ei in seculo et in omni tempore. Absalon autem dicente: cur cum proprius amicus esset david et ad omnia fidelis videretur, non cum eo esset: sed contra eum ad eum transisset? ille respondit. Omnium populorum electione(?) manente recte et consequenter regnum cui est adeo collatum est, et ideo eandem fidem et devotionem tibi probebo quam et patri. Non enim presentibus pressuris quicquam indignari fas est, quando non ad extraneam domum translatum est regnum. Sed ita permansit filio patri succedente. Hec dicens chusi fautor factus est absalon. Nam prius eum videbatur suspectum. Absalon ergo vocato achitofel, quid operetur agere tractabat. Qui dedit ei consilium ut ad concubinas patris sui ingrederetur. quia per hoc factum populus sciret quod nulla erat reconciliatio circa patrem suum esset, et cum odio adversus patrem cum multa fiducia omnis multitudo pugnaret. Nam adhuc credunt te aptam amicitiam cum patre habere, putantes posse patrem cum filio quandoque reconciliari. Hoc consilio fretus absalon, precepit famulis suis ut tentoria in solario regio figerent, et videntibus cunctis populis accessit ad concubinas patris sui. et violavit eas. Hoc autem factum est secundum prophetiam nathan, quam olim david de filii innuasione predixerat. Cumque absalon consilium quod dederat achitofel opere complesset: rursus eundem de consilio de prelio contra patrem cum proferre poscebat. Tunc ille x milia electorum sibi dari petiit, ut et patrem eius interimeret. et eos qui cum eo pergerent incolumes revocaret. quia tunc firmum haberet imperium, cum pater eius extinctus fuisset. Dum hec sententia absalon placuisset: vocari iussit chusi, amicum autem david sic enim vocabatur. Cui dum sententiam achitofel indicasset: requirebat quid et ipse de eadem sentiret: Ille autem cognoscens quia si fierent que suadebat achitofel, procerto imminere periculum david videret: nitebatur contrariam sententiam proferre. Non ignoras inquit o rex absalon fortitudinem patris tui. et eorum qui cum eo sunt. quia pater tuus multa prelia dimicavit. et semper victor existit. Nam in die credo illum in exercitu consistere. est enim sicut nosti bellicosus et ydoneus omnia providere. et astutissime scit declinare dolos supervenientium hostium. Circa vesperam autem solet suos relinquere, et in aliqua aula se celat, aut circa petras insidias facit. Cumque congregaverit tecum conglobavit(?) ad prelium. illi viri ad modicum se subducunt, et dum securi fuerint de rebus suis aliquid(?) resistunt. Interim hiis illis pugnantibus: repente cum alio exercitu tuis partibus apparebit. et prebebit illis fortitudinem ad bellum, tuos in opia belli prosternet. Fac ergo comparationem mei consilii. et cognoscens eius utilitatem. achitofel consilium hac ratione repudia. Mitte in omnem provinciam hebreorum. et precipe ut contra patrem tuum congreget exercitum. et sume ipse multitudinem populi universam, et esto dux et nulli alio committas hoc bellum. facillime enim te credo victurum. nam cum paucis eum apprehendes. cum tu multa milia pugnantium habeas devotionem sibi exhibentium. Si vero pater tuus fuerit obsidione circumdatus, et machinamentis et concatenatis(?) civitate illa facillime capiemus. Hoc cum dixisset chusi, probabilior fuit eius ratio quam achitofel. Nam absalon magis huius consilium elegit quam achitofel. Deus enim mentes eorum contra consilium chusi inclinare faciebat. Festinavit ergo chusi venit ad sadoch et abiathar sacerdotes. et consilium achitofel necnon et suum eis indicavit. et quia suum consilium magis absalon placuerit quam achitofel. Precepit ergo chusi ut repente nuncios mitterent hec renuntiantes david. et quia ab adversariis struebantur. et ut studeret velociter transire iordanem. quia cum filius suus persequi studeret. et festinaret antequam illi se de civitate moverent. ne posset a filio comprehendi. Sacerdotes ergo oportune filios suos ad hoc officium extra urbem celatos habebant. Quibus per fidelem ancillam mandaverunt que tractasset absalon precepit ut hec david cum festinatione nuntiarent. Illi vero nulla festinatione tardantes: sed mandata servantes. studebant pii fidelisque ministerii et officii velocitate: et necessitatis instantiam eius proficere. festinabantque ad david. Cumque duobus stadiis a civitate processissent, videntes quidam de militibus detulerunt ad absalon. Ille autem iussit eos comprehendi. Quod cognoscentes filii sacerdotum, abire tenere(?) declinaverunt in vicum quendam. et rogaverunt mulierem quandam ut eos celaret, et munimen sui in ea velocitatibus exhiberet. Illa vero eos repente in puteum deposuit. et expansis desuper pellibus os putei operuit. Cumque persequentes eos venissent. et de eis mulierem requisissent, illa quidem eos secum fuisse non negavit. et aquam apud se sumpsisse potum. et continuo discessisse. et cum velocitate sequerentur: facile eos comprehenderent. Cumque diu secuti non comprehendissent: reversi sunt. Mulier autem videns eos remeantes. et nullum iam periculum invenientibus imminere conspiciens. abstractos de lacu dimisit ad propositum itineris opus. Qui multo studio festinantes venerunt ad david. et cuncta ei que tractabat absalon subtiliter indicaverunt. Tunc david licet iam nox esset: precepit omnibus suis iordanem cum festinatione transire. Achitofel autem videns suam sententiam fuisse reprobatam, ascendens iumentum suum venit in regionem gilon, et convocatis amicis suis. exposuit eis consilium quod dederat absalon. et quia consilio ipse sentiebat absalon adesse interitus indicavit. Agnoscebat enim quod futurum esset david post victoriam in regnum rediturum. et melius se fore ut libere et magnanimiter abrumperet vitam. quam se david reservare ad penam.

ergo quod absalon contra david talia consilia prebuisset. Cum hec dixisset: accedens in locum secretiorem domus sue. laqueo se suspendit. Amici autem eius tradiderunt eum sepulture. David ergo sicut predixeramus transiens iordanem venit in civitatem optimam et munitissimam que vocatur castra. Susceperuntque eum liberalissime cuncti potestates principes et singuli illius temporis non requirentes, honorem et presentem felicitatem conferebant. Erant autem berzillaus galaaditis et siphaporia(?) potentissimus. et amandias et machir princeps terre galaaditis. Hi itaque rerum omnium copia david et qui cum eo erant opulentissime tribuerunt, ita ut neque lectisternia deessent neque panes ac vinum. sed et ubertate pecorum ministrarent: quam laborantibus ciborum utilium copiam exhiberent et habunde eis servirent. Absalon itaque congregato magno exercitu hebreorum super patrem et transiens flumen iordanem non longe a castris venit in galaaditidem regionem. constituitque principem autem exercitus amasiam in loco ioab consobrinum suum qui erat ex ietheo et matre abigea progenitus. Nam abigea mater amasie: et sarvia mater ioab sorores fuerunt. David ergo eos qui secum erant cum recensuisset invenit ad iiii milia armatorum. et noluit expectare quando super eum absalon veniret. sed constituit super suos millenarios et centenarios. et divisit exercitum in tres partes. et unam partem ioab principi militie dedit. aliam vero fratri eius abysai. tertiam vero partem commisit ethei qui erat de geth. et ei erat amicus. Cumque et ipse vellet ad bellum cum eis exire: amici non permiserunt consilio eum sapientissimo retinentes. Dicebant enim quod si ille vinceretur, magnam spem victorie amitterent. Si vero una parte victa, relique partes ad eum recurrerent: possent denuo prelium reparare: quando hostes arbitrarentur alium exercitum adhuc manere cum rege. Hoc ergo consilium david libenter accepit. Ipse ergo in castris manere decrevit. et duces et amicos ad prelium destinavit. et monuit ut fortitudinem et circa se fidem et memoriam exhiberent. et ut puero absalon iuveni parcerent. ne illo moriente aliquid in se mali committerent. Optavit quoque eis victoriam. dimisitque exercitum. Ioab ergo aciem constituit contra hostes in campo. habens silvam post tergum. Contra quem eduxit et amasa dux militie absalon suum exercitum. et facta congressione belli operi perpetua(?) manus. et maxime presumptionis bella ex utraque parte gerebantur. Hi quidem ex parte david erant et laborabant omni studio ut regnum david reciperet; et summam magnanimitatem ostendebant. alii vero ut ne absalon regno privaretur. et ut timeret ne patris supplicium in nullo sequi(?) erant aut facere presumpserit(?) casus belli. et insuper metuebant ne ... a patre multitudine tanta multitudo subiugaret. Igitur exercitus david in robore fortitudinis et exercitatione bellorum vincens exercitum absalon fugientemque per silvas et colles. Viva autem david persequentes alios quidem ceperunt. alios autem interfecerunt. ita ut plures ab eis fugientes quam in acie repugnantes. Interfecti sunt siquidem die illo quasi xx milia. Exercitus autem david persequebatur absalonem qui erat cunctis proceritate et pulchritudine manifestus. Qui metuens ne eum apprehenderent hostes: velociter in mula regia fugiebat. Cumque nimis velociter veheretur. et ipse motus levis ventis(?) caesariem: arbori maxime et ramis extense eius inflexa cesaries implicabilis est appensus. et sursum raptus. et mulus cum in sella vectore eum celeritate sua quasi dominum adhuc portaret abscessit. Ille autem in ramis coma sua illigatione retinebatur astrictus. Quem cum vidisset quidam militum david. indicavit hoc ioab. Quo dicente quod libenter siclos ei dedisset: si percussisset eum. et ille respondit. Nec si mille siclos mihi dares ego occiderem eum. dum omnibus audientibus pater eius parci mandavit. Ioab autem metuens si vivere permitteret quod adhuc eos inquietaret et multo peiora faceret quam fecisset. iussit sibi ostendi ubi penderet. Veniens ergo ad locum et videns eum palpitantem. iecit valide sagittam in cor eius. Armigeri autem circumstantes occiderunt eum, et cadaver eius deposuerunt. et in foveam proiecerunt. et acervum lapidum super eum posuerunt. Nam in figura sepulchri fieret. ... tumulum locus ille servavit. Ioab autem postea signo dato a persecutione revocavit exercitum, parcens contribulibus suis. Igitur absalon dum adhuc viveret constituerat statuam marmoream in valle regia que duobus stadiis ab hierosolimis aberat. quam appellavit suam manum dicens quia et si filii morerentur nomen eius in statua permaneret. Erant autem ei filii masculi tres et una filia thamar que coniuncta roboam filio salomonis peperit filium abia qui post successit in regnum, de quibus nostra narratio. Post interitum absalon populus ad propria loca dispersus est. Achimaas autem filius sadoch sacerdotis rogabat ioab ut permitteret nunciare david victoriam factam. et quia dei solatium et adiutorium habuisset. Cui hoc non concessit ioab dicens. quia semper bonorum nuntium homo fuisset: et modo non deberet regi mortem filii nuntiare. Vocans ergo ioab chusi iniunxit ei hoc opus. ut quod ipse vidisset. hec regi nunciaret. Cumque iterum achimaas rogaret. ut eum nunciare permitteret dicens quia de sola victoria regi nuntiaret. et nequaquam de absalon mortem narraret: tunc concessit ei ioab ut pergeret. Ille autem currens compendiosa via qua ipse solus noverat. precurrit chusi. Cumque sederet david inter portas expectans quando ei aliquis gesta bellica nuntiaret: quidam explorator videns achimaas currentem: et non agnoscens quis esset. dixit ad david se videre quendam currentem. Cumque david responderet bonum esse nuntium. post paululum explorator ait se et alium videre currentem. Cumque et ipsum bonum nuncium esse optaret. videns explorator primum precurrere. indicavit david hunc esse achimaas sadoch sacerdotis filium. Quem cum bonorum nuntium esse dixit. et aliquid optabile de prelio narraturum. Cum hec dicerentur a rege: veniens achimaas ingressus est. et interrogatus de pugna. regi victoriam nunciavit. Quo rege requirente de filio et quid agnovisset, respondit. Nichil aliud scio nisi quia cum iussissem ad ioab rogans ut adire festinarem, audivi magnas voces persequentium absalon. et nichil amplius potui cognoscere cum quid cogeret missus a ioab victoriam nunciare. Veniente autem chusi. et adorante rege. et victoriam nunciante. david eum de filio continuo requisivit. Tunc chusi hec inquit eveniant inimicis tuis. que evenerunt absalon. David ergo hoc verbo continuo contristatus. nec ibi sedere, nec expectare exercitum voluit. sed ascendens in locum civitatis eminentissimum. flebat filium tundens crebro pectus et capillos capitis sui dilacerans, et omni se afflictione castigans clamabat dicens. Utinam mi fili mihi et non tibi advenisset mors. Nam eum per naturam diligebat, et de morum eius intemperantia dolebat. Exercitus autem et ioab audientes quia rex ita filium lugeret: reversi sunt non triumphali sed maxime gerentes in gaudio civitatem. sed dolentes et flentes et quasi devicti potius intraverunt. Cumque rex velato capite resideret

et de filii interitu ingemisceret. intrauit ad eum ioab. et con
solatus est eum dicens. O domine rex aperte demonstras ex his que agis
quia diligentes te. et pro te pericula sustinentes. et te ipsum. tuamque ge
nerationem abhorres. et diligis inimicos. et illos potius concupiscis
qui iuste penas soluentes obierunt. Nam si absalon uicisset. et
imperium firmissime teneret. et nullius nostrum caput remansisset
et omnes a tuo filio fuissemus occisi. nullus hostium super nos fleret.
sed potius gauderent. insuper punirentur si qui forte remansissent.
Tu uero hec agere super maximo te desinis inimico. quia tuus
filius esset. neque formidauit contra te impia committere. Ergo
recede recede ab hac iniusta tristicia. et procedens militibus te ipsum
ostende. eisque pro uictoria et labore certaminis gratias age. Ego
namque optime noui quia si in hac actu permanseris. hodie uniuersus
populus a te abscedet. et alio regnum tradet. et te amariore ha
bebis luctu. Hec dicens ioab regem a tristicia reuocauit. et ad cau
sas rei publice utilitatis perduxit. Transformatus enim a fletu dauid.
et oportune compositus. pro aspectu populi sedit ad portas. ita ut audiens
uniuersus populus concurreret. et eum libentissime salutarent. Hec
itaque taliter peruenerunt. Porro qui cum absalon fuerant. et de
prelio fugerant. reuertentes ad semet ipsos singuli. mittebant ad
inuicem nuncios per ciuitates commemorantes beneficia dauid. et lib
ertatem quam cunctis hebreis prebuerat hostibus resistendo. culpantes
semet ipsos. quia eum expulissent a regno. et alium ordinassent.
Eo autem defuncto rogare deberent dauid ut ab indignatione quiesceret.
eisque faueret. et recepto regno. eis sua prouidentia non negaret.
Hec uerba nunciabantur crebro dauid. Precepit ergo dauid sadoch et abi
athar sacerdotibus ut principibus tribus iude loquerentur. quia turpe
foret ut alie tribus ante illam reducerent regem. cum illi cognati et
sanguinis comparticipatione propinquiores essent. Hec eadem et uerba
dauid precepit sacerdotibus ut dicerent amase. eo quod male faceret quod
non suaderet populo. cum filius sororis sue esset ut rediret in imperium.
per quod beneficio non solum reconciliari posset ei dauid. sed et totius militie
principatum obtineret. sicut prebuerat ei absalon. Igitur sadoch et
abiathar sacerdotes hec uerba locuti sunt ad principes tribus iuda. et
amasam deflexerunt edicentes promissiones regias. ut in dauid
parte faueret. Hoc ergo facto. tribus iuda misit ad regem legatos
rogantes ut ad proprium remearet imperium. Hoc autem et israelite fe
cerunt. adhortante eos amasa. Cumque legati peruenirent ad dauid.
rogantes ut rediret hierosolimis. tribus iuda preuenit alias tribus
ut occurrerent regi ad flumen iordanis. et semei filius gera cum
mille uiris quos de tribu beniamin ducebat et syba libertus saul
cum xv. filiis. et xx. seruis. Isti omnes cum tribu iuda pontem super
iordanem effecerunt. ut eum rex facile cum suo transiret exercitu.
Cumque rex uenisset ad iordanem. tribus iuda eum honorifice
suscepit. Cumque iordanem transisset. semei ante eum prostratus tenuit
pedes eius. et ueniam postulabat de his que peccauerat. rogans ut
non esset acerbus circa eum. nec potestate recepta eum iuberet dari sup
plicio. sed potius consideraret quia gesta penitentia in his que deliquisset
primus ei occurrere festinasset. Cumque semei ita regi supplicaret.
tunc abysai frater ioab ait. Numquid propter hanc iniquitatem non morieris
qui christum a deo regem blasphemare non metuisti. Tunc dauid conuersus
ad abysai dixit. Vos iniqui filii saruie et priori tempore ad
uersum me pene tumultum commouistis. cum tu et frater tuus inter
fecistis uirum iustum abner. et hii nunc recordantes iterum uultis
mouere seditionem. An ignoratis quia hodie incipio regnare
super israhel. Quapropter omnibus in me peccantibus hodie iuro esse
dimissa supplicia. et nulli sua delicta seruari. Et conuersus
rex ad semei. tu inquit securus esto. et nullum metum habe mortis.
Qui mox adorans regem. cum ceteris preibat. Inter hec autem occurrit et
menfibosech regi de domo saul. sordida ueste indutus. comam
capitis gerens prefusam. et barba hispida. Nam post fugam dauid neque
tonsus fuerat propter tristicia. nec uestem deposuerat. sed in hac affli
ctione deuouerat permanere donec calamitatem dauid uideret conuer
sam in bonum. Hunc autem accusauerat syba seruus apud dauid iniuste.
Qui cum adorasset regem et salutasset. interrogauit eum dauid cur secum
non fuisset egressus. et eius fuge participatus. Ille autem dicebat scelera
syba fuisse contemptum. et dum eum rogaret ut ei necessaria itineris
prepararet. ille eum neglexit et uelut quendam inutilem seruum blas
phemauit. cum sciret me gressus non habere incolumes. nec pos
se pedibus uti fuga. Et non solum domine rex in his nocuit mihi.
sed et apud tuam pietatem me accusauit. et de mentitur maligna
uoluntate presumpsit. Ego autem noui quia mihi hoc tua mens
recipit. cum sit iusta. et ueritatem diligat. quia uult semper ubique
ualere diuinitas. Nam cum ab meo auo saul passus fuisses
magna pericula. et omnis mea generatio debuisset pro illis sce
leribus deperire. tu humilis et benignus existens. et quod precipuum
est illorum malorum obliuionem que contra te pater meus gesserat habens.
cum primum potestatem sumpsisses iudicare te debueras. amicum
tuum me esse iudicasti. et cotidie in mensa regia posuisti. nichilque
mihi defuit. quod honorato parenti debuit exhiberi. Cumque hec
menfibosech dixisset. rex dauid noluit eum plus castigare. neque
syba tamquam fallacem abicere. sed cum prius omnia iam donasset sybe
cum menfibosech secum de hierosolimis non isset. et te precepit ut
diuiderent ambo substantiam. Tunc menfibosech et omnia inquit
accipiat. nam mihi sufficit te cum recepisse imperium. Beregelleu
autem uirum galaaditen uirum precipuum atque bonum. et qui in ca
stris exercitui dauid multa bona fecerat. et regem usque ad ior
danem deduxerat rogauit rex dauid ut cum eo ueniret in hieroso
lima. promittens ei quod eius senectutem omnino decoraret
et ei diligentiam quasi proprio patri adhiberet. Qui pro desiderio
proprie patrie se posse cum eo manere refutabat. dicens se sic senec
tutem imminere. ut iam rebus suauibus iam delectari non posset.
cum esset iam lxxx. annorum. et de sepulchri termino cogitaret. Ro
gauit ergo regem. ut si aliquid sibi prestare uellet. concederet ei ad propria
remeare. cum iam pre temporis longeuitate nec ciborum epu
las discerneret. et auditus eius obtunsus esset. nec sonum cala
morum aut modulationum. aut talium instrumentorum que reges
solent in conuiuiis audire sentiret. Quo nimirum supplicante tunc
ait rex. Te quidem dimitto. tuum uero filium chamaam mecum
uolo habere. ut omnium rerum bonarum debeam munus impendere.
Tunc beregel dimisso filio adorans regem. et optans ei utilia
prouenire. sicut desiderabat domum reuersus est. Dauid autem uenit in
galgala habens secum iam mediam partem populi. et tribum iuda. Pari
ueneruntque ad eum in galgala priores natu ex israhel cum grandi mul
titudine et culpabant tribum iuda eo quod latenter ei occurrissent
cum omnes debuissent una uoluntate concurrisse. Principes autem

tribus iude hiis autem satis faciebant dicentes. ne grauiter ferrent eo quod
illi preuenissent quia ipsi essent cognati. et propterea eos preuenissent in redu
cendo. Non autem hoc fecimus ut munera a rege acciperemus. ne eos qui
postea uenirent inuideremus. Hec dicentibus principibus tribus iude
neque aliarum tribuum principes cessauerunt. sed cum ita dixerunt.
Sed unius quidem nos esse fratres. sed admiramur quasi super hec uos soli re
gem dicatis uestrum cognatum. Nam quicumque nostrorum potestatem
accepit a deo. omnium nostrorum uideatur esse cognatus. Quapropter populus in
undecim partes habet. et seniores nos sumus. uos autem unam partem
habentes inferiores natu estis. Non ergo bene fecistis qui nocte et
latenter reduxistis regem. Cum hec ergo inter se tribuum principes loquerentur.
uir quidam iniquus. et in seditione precipuus. cui nomen erat seba filius
bochri. de tribu beniamin stans in medio populi cum magno clamore
dixit. Non habemus aliquis nostrum partem apud dauid. nec sortem in filio yesse.
Et post hec uerba clangens buccina. significauit se contrarium esse
regi. omnesque secuti sunt eum. relinquentes dauid. Sola tantummodo tribus iuda
sequebatur dauid. eumque in hierosolimis constituerunt regem. Dauid ergo
concubinas suas ad quas filius eius absalon ingressus fuerat. in domum
aliam transmigrauit. eisque omnia necessaria precepit ministrari.
ipse uero neque ulterius copulatus est illis. Constituit quoque dauid amasam
principem militie in loco ioab. eique iussit ut congregaret exerci
tum ex tribu iuda. et post tres dies ueniret. quatinus daret
uniuersam militiam. eumque pugnaturum contra seba filium bochri
destinaret. Egrediente uero amasa. et circa congregationem
exercitus remorante. dum die tertia non rediret. dixit rex ad ioab.
Non est utile dilationem dare seba. ne in longo tempore pos
sit exercitum congregare. et decoris cladis auctor existat. quam
absalon. Noli ergo tardare. sed presentem sumens exercitum et sexcen
tos uiros pariter cum abysai germano tuo hostes persequere fe
stina. et ubicumque repereris cum eo congredere. et festina eum com
prehendere. ne capiens munitissimas ciuitates certamina nobis
possit inferre. et multos sudores. Igitur ioab nullam moratus
sed sumens fratrem et sexcentos uiros pariter. et omnem exercitum
qui erat in hierosolimis. persecutus est seba cum omni festinatione. Cumque
uenisset ad gabaon uicum distantem ab hierosolimis xl. sta
diis. occurrit ei amasa cum non multo exercitu congregato. Ioab autem
accinctus gladio paruulo. et lorica uestitus ueniente ad se amasa.
ut salutaret eum. arte quadam finxit quasi ei nolenti gladium de
uagina sequi inclinans quasi eum de terra leuare uellet. et altera
manu proxime amasam a barba comprehendens quasi ei osculum
daturus. et repente amasam nil mali suspicantem in uentre gla
dio ferit iniusto. eumque peremit. impium nimis et scelestissimum
opus faciens in domino. iuuenculo parente et cognato. et qui nichil eum
nocuerat. habens inuidiam pro principatu militie et equalita
te honoris. Nam et pro hac causa abner interfecerat. In hoc autem
scelere quod abner necauerat. potuit occasionem habere. quasi pro
uindicta fratris asael eum occiderit. pro interfectione autem amase nullam
formam excusationis potuit inuenire. Ioab autem post interfectionem amase
cito persequebatur seba. derelinquens unum uirum ad corpus
amase. qui preclamans exercitui indicaret. quia amasa iuste per
emptus esset. quod eum absalon regno pepulisset regem dauid. qui uero partibus
dauid fauerent sequerentur ducem ioab. et abysai fratrem eius. Cumque
cadauer amase iaceret in uia. et omnis populus super eum confluerent et
quadam compassione defuncti mouerentur. et ioab sequi tardarent.
tollens custos qui ibi relictus fuerat illius cadauer portauit in quendam
locum ab itinere segregatum. et illic eum positum ueste cooperuit.
Quo facto. uniuersus populus secutus est ioab. Cumque persequeretur
seba per omnem prouinciam israhelitarum. quidam inuenis indicauit
eum in ciuitate munitissima abelmacha nomine residere. Quo
cum uenisset ioab obsidebat urbem uallis undique circumductis.
suis militibus iussit ut muros ciuitatis omni uirtute deponerent.
Et dum ciues urbis ioab intromittere noluissent. et ipse contra
crudeliter insisteret. tunc mulier quedam in ciuitate casta simul et sapi
ens. uidens patriam in nouissimo periculo constitutam. ascendens in
murum. uocauit inter armatos ioab. Quo ueniente. cepit ad eum
huiusmodi uerba proferre. Quia reges et principes constituere ut hebreorum
hostibus resisterent. et israhelitis pacis iura preberent. cur quare festi
nas metropolim israhelitarum que nichil deliquit euertere atque uastare.
Tunc ioab rogauit sibi deum propitium fore quia non haberet huiusmodi
uoluntatem. nec ullum de populo uellet occidere. quanto magis tantam
perdere ciuitatem. Si ergo acciperet ab eis rebellem regis ad penam
id est seba filium bochri ab obsessione exercitum continuo reuoca
ret. Quod dum audisset mulier. postulauit a ioab paruulas in
ducias. ut ei caput seba de ciuitate repente proiceret. Quo facto.
descendit ad ciues eisque locuta est dicens. cur uellent pessime cum filiis
et uxoribus deperire propter maliuolum hominem. nec cognitum cui esset.
139. quem uellent regem habere pro dauid qui eis tanta beneficia contulisset. et
in una ciuitate studerent tanto exercitui resultare. Hoc dicto
suasit eis ut caput seba abscisum in exercitum ioab proicerent. Quo
facto. ioab clangens tuba obsessionem repente soluit. et reuersus hie
rosolimam princeps militie totius populi est constitutus. Ordinauit autem rex ba
naiam super custodes sui corporis. et super sexcentos uiros fortes. et
adoram super tributa. et sibacha et bachilla super gestorum conscriptores.
susamum scribam. sadoch autem et abiathar sacerdotes constituit.
Igitur postquam fames prouinciam inuaderet. rogauit dominum dauid ut populi mi
sereretur. et ei causam pariter et medelam illius pestis indicaret. Cum
prophete dicebant. ut gabaonite uindicarentur quos rex saul impie inter
fecerat. et conculcauerat iusiurandum quod eis iosue princeps militie pre
buerat. senioresque israhel firmauerant. et ut uocarent gabaonitas
et quecumque peterent a rege pro defunctis exhiberet eis. et ita posset
propiciari deus. et populum a peste liberare. Dauid audiens a prophetis
hec uelle dominum. euocauit gabaonitas eosque quid uellent fieri requisiuit.
Illi autem postulauerunt sibi dari septem uiros de filiis saul ut eos cru
cifigerent. Rex uero requirens eos tradidit gabaonitis parcens tantummodo
menfibosech filio ionathe. Sumentes ergo gabaonite uiros
quos uoluerunt. punierunt eos. Quo facto. cepit deus repente pluere
et terram germina ad fructum reuocare. liberauitque terram a priori pe
ste. et ad ubertatem terram restituit. Igitur non multo post tempore rex
dauid castra metatus est contra palestinos. et commisso prelio cum hostes for
titer resisterent. dauid a suis omnibus derelictus in tali necessitate solus
uiriliter a dextris et a sinistris feriendo hostes immobiliter stetit.
Cumque iam fatigari cepisset. quidam hostium nomine achimon
filius arafach qui erat de plebe gygantum. et habebat hastam cuius
pondus erat trecentorum siclorum et loricam concathenatam et gladium fecit
impetum quasi regem dauid perempturus. Erat enim iam labore dissolutus.
Tunc abysai respiciens. uidensque regem solum cum illo gygante uiriliter

pugnare, metuens ne david fatigatum accideret, resumpta audacia accurrens, regem a morte repentina liberavit, et eum ex parte hostem trucidavit. Quo facto, periculum regis omnis exercitus graviter tulit, et principes coniuraverunt, ut nequaquam cum eis ultra exiret ad bellum, ne propter fortitudinem suam atque fiduciam aliquid mali passus, et bonis que per ipsum iam fuerant sepius per vitam privarentur, et que eo vivente adhuc poterant adipisci. Convenientibus itaque palestinis in gazam civitatem; audiens hoc rex david, misit contra eos exercitum. Inter quos debellator optimus erat, nomine saboch etheus, qui erat unus fortissimorum david. Hic multos hostium et ex prole gygantum in quodam loco inclusos, et nimis in audacia sue fortitudinis gloriantes interemit. Fuitque auctor huius victorie apud hebreos. Post hanc vero compressionem palestini denuo pugnare venerunt, contra quos david exercitum misit. In quo bello ephan cognatus david virtutem suam ostendit. Nam contra singulos palestinorum fortissimos solus pugnans eos peremit, alios convertit in fugam, quorum et multi in prelio ceciderunt. Parvo post tempore palestini quiescentes, denuo castra posuerunt circa civitatem que non longe erat a finibus hebreorum. Et erat inter eos quidam vir proceritate sex cubitorum, habens et digitos in utrisque manibus necnon et in pedibus uno plus quam solet natura concedere. Hic est senos. Contra quem de exercitu david ionathas filius semmaa fratris david pugnans eum devicit ipsiusque belli victorie auctor effectus, maximum glorie culmen accepit. Nam et ille palestinus gloriabatur se de prole gygantum extitisse. Postquam pugnam neque ultra palestini contra israelitas habuere certamina. Expeditus itaque david a pluribus et periculis cum pace iam altissima frueretur, cantica in deum ymnosque vario metro composuit, alios quidem trimetros, alios autem quinquemetros. Et diversa fecit organa, docuitque in eis levitas ut secundum ea deo ymnos ediceret, per sabbatorum dierum aliisque festivitatibus. Organorum autem species est talis: cyrina ex decem chordis est coaptata, et cum plectro percutitur. Nabla vero xii sonos habens digitis tangitur. Fecit autem et cymbala erea grandia et lata. Hec ergo de his dicta sufficiant, ne omnino horum organorum natura nesciatur. Igitur circa regem david erant viri valde fortissimi, ex quibus insigniores et actionibus clari octo et xxx fuerunt. Horum quinque tantum opera narrabo, per quos virtutes aliorum possint confirmari. Primus itaque eusebius fuit filius achimee, qui in bello contra palestinos facto, aciem hostium frequenter irrumpens, neque pugnando cessavit, donec ex eis nongentos occideret. Post hunc erat eleazar filius dodi, qui aliquando israelitis formidantibus exercitum solus restitit, et irruens super hostes multos eorum occidit, ita ut sanguine occisorum gladius eius hereret dextere. Et cum hebrei vidissent palestinos fugientes, descendentes de montibus persecuti sunt eos. Mirabilis ac famosissima victoria tunc provenit, cum eleazar tantos interficeret hostes, eosque hebrei persecuti sunt et sumpserunt spolia eorum. Tertius fuit semeas filius heli. Hic dum palestini castra preposuissent in loco qui dicitur maxilla, et rursum hebrei metuentes eorum exercitum refugerent, solus castra eorum exercitumque conturbavit, et alios quidem prostravit, alios eius vim et fortitudinem non ferentes persecutus est eos conversos in fugam. Hec itaque tres prenominati viri opera ac prelia singillatim monstraverunt; de quibus adhuc unam fortitudinem quam communiter fecerunt narrabimus. Quodam tempore cum rex david esset in hierosolimis, supervenit exercitus palestinorum ad bellandum. Tunc david descendit in arcem civitatis, ut de bello consuleret deum. Castra vero inimicorum erant in valle fixa usque ad civitatem bethleem, que distat ab hierosolimis stadiis xx. David ergo dixit ad eos qui secum erant: Bonam aquam habemus in regione mea bethleem, et maxime eam aquam laudabat que erat in puteo iuxta portam. Dicebat autem quod magis optaret unum ex illo puteo poculum sumere, quam si quis ei magnam pecuniam ad tempus offerret. Hoc cum audisset isti tres viri prenominati, mox currentes et per medium hostium iter facientes venerunt ad bethleem, et haurientes aquam de puteo, denuo ad regem per hostium castra reversi sunt. Palestini vero eorum audaciam et magnanimitatem obstupescentes, dicebant ad invicem: Si isti tres viri nos tanta contempserunt, quanto magis plurimi. Et inito consilio fugerunt. Delata autem aqua noluit eam bibere rex, quasi de periculo et sanguine hominum sibi fuisset adducta, et propterea non bibit eam, sed libavit deo, et de salute virorum qui eam apportaverant gratias egit. Post istos fuit abysai frater ioab, is enim una die hostium nongentos occidit. Quintus fuit banaias genere sacerdos, qui provocatus a quibusdam viris insignibus in moabitide regione, virtute accedens interfecit eos. Rursus cum quidam vir egypti genere, et proceritate mirabilis, eum provocasset: accedens et ei iaculum ex manu auferens, percussit ipsum interimens iaculo suo, et vivum adhuc pugnantemque spolians armis eum proprius interfecit. Annumeretur autem et hic predictis eius actionibus et magnanimis eius operibus, aut tamquam primus, aut quasi non dispar. Quadam tempestate cum nix multa cecidisset, leo magnus non videns puteum pre nive, cecidit lapsus in puteum quendam. Et cum os putei esset angustum, non valebat facile egredi. Erat enim ipse puteus nive dampnatus, et nullum egressum leo videns, nec salutis exitum, sevus rugiebat. Banaias autem audiens bestiam crudeliter rugientem, dum iter ageret, descendit in puteum ad leonem, et in se eum volentem insurgere, baculo quem portabat in manu, leonem repente prostravit. Tales ergo inventi fuerunt, et reliqui xxx tres.

David ergo volens agnoscere quot essent milia totius populi, et oblitus mandata mosaica quod deus preceperat, ut si dinumeraretur populus, per unumquemque capite deo siclus offerretur, precepit ioab principi militie, ut pergens universum dinumeraret populum. Quo dicente non esse necesse, rex non acquievit, sed iussit numerum hebreorum sibi assignari. Ioab ergo sumens tribunos et scribas, et peragrans israhelitarum provinciam, consideratamque multitudinem quanta esset, hierosolimam remeavit ad regem post menses novem et xx dies. Obtulitque numerum regi absque tribu beniamin et levi, quas dinumerare non poterat. Fuit ergo aliorum israhelitarum numerus nongenta milia virorum arma ferentium, et militiam exercere valentium. Iude vero tribus per se solam habuit xl milia. Penituit ergo david quod numerasset populum, eo quod deliquisset in deum. Prophetis et declarantibus david quia ei deus irasceretur, supplicare cepit deumque rogare, ut sibi propicius esset, et veniam peccato concederet. Deus ergo misit ad eum gad prophetam, tres supplicii conditiones portantem, ut earum quam probaret eligeret: utrum vellet fame in provincia generari annis vii, an tribus mensibus pugnando vinceretur ab hostibus, an certe mortis et languoris accideret tribus diebus in terra hebreorum. David ergo in anxietate huius electionis merens, omnium rerum pessimarum tribulabatur, et vehementer in animo videbatur confusus. Cumque propheta imminere et omnimodis responsum velociter exigeret, ut electam ab eo conditionem deo renuntiaret, tunc rex ait: Si famem elegero, contra alios hoc facere videor, quando ipse quidem multa habens frumenta non patior inopiam, aliis vero maxima aderit angustia. Iterum si elegero trium mensium victoriam adversariorum meorum, ipse quidem habens circa me viros fortissimos et custodes mei capitis nichil dimetuo, necnon vero meus exercitus subiacebit. Inter hec omnia ut eligo communem passionem et regum et subiectorum, in qua timor est omnibus equalis, quia multo melius est in manus dei incidere quam in hostium furorem. Hec audiens gad renuntiavit domino sermonem illius. Deus ergo immisit morbum et interitum in exercitum hebreorum. Moriebantur ergo populi non uno modo, ne facile posset languor agnosci, et mors sine dilatione aderat. Multi ergo ex diversis languorum occasionibus et qui non poterant discerni facile peribant. Alius enim super alium moriebatur, et latenter imminens malum velociter ferebat interitum, et alii repente cum vehementibus doloribus et amaro gemitu animam exalabant. Alii vero ipsis passionibus consumebantur (?), ita ut neque curam exhibere corporibus prevalerent, et ita pre labore deficiebant. Alii autem repentinis tenebris arripientibus suffocati, protinus exspirabant. Alii vero suos mortuos quos sepeliebant ipsi quoque moriebantur, imperfectas relinquentes sepulturas. Incipiente itaque pestifero languore ab hora matutina protinus usque ad horam prandii, consumata sunt de populo milia lxx. Extendit et angelus domini manum ad hierusalem, ut illic quoque pestem languoris inferret. Rex autem david sedebat sacco amictus rogans deum et supplicans, ut morientium leniaret (?) interitus. Respiciens autem et videns angelum evaginato gladio in hierosolima properantem, clamavit ad dominum dicens, iustum esse ut ipse qui pastor esset puniretur, et greges qui nichil deliquerant servarentur, et poscebat (?) contra se et in generationem propriam converti hoc supplicium, ut innoxio populo parceretur. Exaudiens deus eius preces, cessare fecit interitum, et mittens gad prophetam ad eum precepit ut ad aream ornan iebusei conscendens, repente ibi altare edificaret, et hostias immolaret. Audiens hec david, mox in locum ubi preceptum fuerat properavit. Ornan vero terebat frumentum in area. Cumque vidisset regem et pueros eius advenientes, cucurrit in occursum et adoravit. Erat enim genere quidem iebuseus, david autem precipuus amicus, et propterea nichil ei mali fecit quando civitatem hierosolima prius devastavit. Cumque ornan interrogaret cur dominus venisset ad famulum suum, respondens david dixit: Ut emam aream hanc a te, quatinus in ea altare construens, domino hostias immolem. Qui dixit et aream et aratra et boves se ad holocausta prebiturum, et deum oraturum, ut eius sacrificium grate susciperet. Rex autem simplicitatem et magnanimitatem laudans, postulabat suscipere pretium omnium rerum, dicens non esse iustum gratis sacrificia celebrare. Dicente autem ornan ad regem ut sic vellet faceret, l siclis ab eo rex omnia comparavit, et edificato altari sacrificia fecit, et holocausta celebravit, et hostias pacificas immolans placavit deum, et denuo propicius est effectus. Videns autem david orationem suam exauditam a deo, et sacrificium grate susceptum, decrevit ut ille locus non amplius area ornan vocaretur, sed ara totius populi nuncuparetur. In hoc et loco aliquando abraham pater noster cum filium suum ysaac in holocaustum offerre vellet, altare statuerat, ubi ex impulso aries apparuit, quem abraham pro filio sicut in anterioribus prediximus immolavit. Deus ergo post hec statim misit prophetam ad david, precipiens ut in eodem loco filio suo ostenderet qui ei esset successurus in regno, ut illic templum domino edificare deberet. Post hanc prophetiam iussit rex numerare colonos, et inventa sunt c lxxx milia. Aliam vero multitudinem ut lapides veherent deputavit, ex quibus tria milia quingentos laborantibus preposuit. Preparavit et ferrum et es ad edificium templi, et ligna cedrina valde procera mittentibus tyriis et sydoniis, quibus mandaverat ut hanc materiam ei ministrarent. Amicis vero eius dicebat cur faceret: quod regnaturo post se filio preparata materia ad opus fabricandum (?) quereret, quia filius eius salomon adhuc puerulus esset inexpertus circa talia laborare, sed habens hec omnia preparata, citius opus impleret. Vocans autem david salomonem precepit ei ut succedens in regnum templum deo edificaret, quia hoc eum volentem facere prohibuisset deus, bellis et humano sanguine sordidatum, et predixit quia salomon filius meus iunior edificaret sibi templum. Et quia tu hoc nomine vocareris, non ego tamquam pater prospexi sed deus, et promisit provinciam hebreorum tempore tui imperii fore felicem in omnibus bonis, et in pace quod est aliis bonis valde precipuum, et bellorum ac seditionum intestinarum futura maxima libertate. Tu ergo fili salomon, qui et ante diem nativitatis a deo rex fore monstratus es, stude bonus divine providentie dignus esse, et esto prius simul et iustus et fortis. Mandata quoque dei et leges quas nobis per moysen tradidit et tu conserva, et alios neque prevaricare permittas. Templum autem quod te regnante deus sibi precepit fabricari, perficere festinato, nec pavescas magnitudine operis, nec labore terrearis. Cuncta namque tibi ante obitum meum preparabo. Scito autem iam collecta esse auri talenta x milia, argenti vero talenta c milia, ferri quoque et eris pondus numerum excedens preparavi, lignorum vero et lapidum maxima copia. Habes autem super hec qui lapides possint cedere, et fabricas instruere multa milia virorum, et si quid his defuerit, adicere tu noveris. Esto ergo optimus gubernator, deum habendo patronum. Precepit et david principibus quos fabricare preceperat ut filium adiuvarent, et ut bonis omnibus habundantes vacarent circa dei religionem, dicens eos pro his fructuros pace simul et equitate, que deus iustis et piis hominibus consuetus est repensare. Edificato autem templo precepit illic recondi archam et sancta vasa, dicens eo quod ante multum tempus hec habere debuerant, nisi quod patres nostri deo inobedientes fuissent, ideoque deus hic templum non edificari precepit. Hec itaque david ad filium et ad principes locutus est, et eos abire domum permisit.

David ergo cum esset iam senex et corpore frigidus, ita ut propter etatem sic algeret ut multis palliis adopertus calefieri non posset, congregati medici consilium facientes tractaverunt, ut ex omni regione speciosa virgo eligeretur, que cum rege dormiret. Hoc enim ei esset contra frigus remedium, ut cum virgo puella foveret. Ad hanc ergo rem una adulescentula in civitate reperta est, que mulieres cunctas pulchritudine precelleret, abisag nomine, que cum rege solummodo dormiens, calefaciebat eum. Rex autem iam non valebat ad causas veneris, que iam senectute defecerant, ad coitum mulieris. Quartus ergo filius david nomine adonias fuit iuvenis speciosus, ac procerus, et post absalonem natus. Hic habebat in mente regnandi superbiam, et amicis suis dicebat ipsum debere patri in regno succedere. Fecit ergo sibi currus multos et equites, et l viros precurrentes instituit. Quod cum videret pater eius, non corripuit eum, neque imperii voluntatem eius impedivit, donec agnosceret pro qua causa talia cogitaret. Habuit autem adonias huius rei cooperatores principem militie ioab et abiathar sacerdotem.

& ei non consentiebant sadoch sacerdos & nathan propheta. & ba
naias custos corporis regis. & semeias amicus david. & omnes viri for
tissimi. Cumque preparasset adonias cenam extra civitatem circa
fontem qui erat in horto regali. omnes fratres suos preter salomonem
illuc vocavit & ioab principem milicie. & abiathar. & principes
tribus iuda. sadoch autem & nathan & omnes adversae voluntatis ad convi
vium non vocavit. Hec autem nathan propheta matri salomonis bethsabee
nunciavit dicens. Adonias vult regnare. & david hoc ignorat. Quodque
consilium ut salvaret se & filium suum salomonem. ut ingressa sola
ad regem diceret ei. quia ipse iurasset post se regnaturum salomo
nem. & quia adonias iam teneret imperium. Qua ad regem loquente
propheta se asseruit ingressurum postea. & eius verba suo testimonio
firmaturum. Credens ergo bethsabee verbis nathan prophete intravit
ad regem. & cum sollempniter adorasset silentio petito. omnia que
ei monuerat propheta explicavit. & convivium adonie & vocatos
ab eo ioab ducem. & abiathar & omnes fratres absque salomone & ne
cessarios amicos eius adhuc sustinere quem ipse vellet ordinare regem
rogans ut haberet in animo. quia post mortem eius adonias regnans
eam & eius filium interimi preciperet. Cumque adhuc mulier cum rege lo
queretur. nunciaverunt quia nathan ingredi vellet ad regem. Re
ge ergo iubente ut ingrederetur. ingressus interrogavit regem si ado
niam fecisset regem & principatum tradidisset. dicens eum splen
didum valde fecisse convivium. & omnes filios regis preter salomonem
illuc vocasse. & ioab & abiathar. & cum nimio plausu epula
rentur & ludo. optantes imperium adonie inmortale firmari. & neque
me neque sadoch. neque banaiam. neque alios amicos vocavit. Iustum
est ergo ut omnes agnoscant si cum tua hoc sit voluntate gestum. Hec
dicente nathan. precepit rex revocari bethsabee. paululum namque
e cubiculo discesserat ingrediente propheta. Cumque venisset presen
te nathan. dixit rex ad eam. Iuro tibi per deum vivum excelsum. filium
tuum salomonem post me regnaturum. sicut & prius. & hunc tunc tuum
cum sessurum fore super solium meum. & hoc hodie perficiam.
Cumque mulier eum adorasset. & longeva vita eum optasset. pre
cepit rex sibi vocari sadoch & banaiam. Quibus venientibus ius
sit ut sumpto nathan propheta & armatis qui circa regiam aulam erant
imponerent eius filium salomonem in regio mulo & foras civita
tem ducerent. ad fontem geon. & ungerent eum oleo sancto & con
stituerent regem. & hoc sacerdotem sadoch & nathan prophetam celebra
re iussit. & ut armati eos sequerentur per mediam civitatem. & tubis cane
rent clamantes in eternum vivere salomonem. & in solio regni se
dere. & ut agnosceret omnis populus ei traditum a patre esse im
perium. Vocantes ergo salomonem adduxerunt & statuerunt ante patrem.
cui & pater ait. Video fili ut iuste & pie circa hebream gentem
converseris. & maxime circa tribum iuda. Cumque banaias optas
set ut esset deus propicius salomoni. repente nulla mora facientes in
posuerunt salomonem in mula regia. & eduxerunt eum extra urbem
ad fontem geon. & oleo cum unxit sadoch sacerdos. & introduxe
runt eum rursus in civitatem clamantes & regnum eius longe
vum fieri deprecantes. Deinde venientes ad domum regiam. sede
re eum fecerunt in solio regis. Omnis itaque populus mox conversus
est ad epulas & festivitatem. & in chalamis aliisque musicis or
ganis delectabatur. itaut diversitate organorum & melodia musi
carum omnis terra personaret. Cumque adonias audisset clamorem
& qui in convivio eius presentes erant. turbati sunt. Ioab autem dicebat
non placere sibi sonum tube quem audiebat. Cumque cuncti in convivio
constituti nullum gustarent cibum. sed omnes diversis cogitationibus in
hererent. cucurrit ad eos puer sacerdotis abiathar nomine iona
thas. Cumque adonias vidisset iuvenem. & dixisset eum boni
nuncii fore portitorem. ille accedens narravit omnia de salomone
& voluntatem regis aperuit. Exsiliens mox adonias de convivio.
& omnes qui vocati fuerant singuli fugerunt. Metuens autem adoni
as regem pro his que gesserat. supplex factus est. & cornua al
taris teneret. nunciatum est hoc salomoni. & quia rogaret ut ab
eo acciperet iusiurandum quod non haberet circa eum huius facti memo
riam. ne aliquid mali inde sustineret. Salomon vero misit mansuete
agens. quod non exiret michi mali metuens. & hoc preterea faceret si
inciperet aliquid denuo novitatis proferre. ipse sue punitionis
auctor existeret. Iusiurando ergo prebito. vocavit eum. Qui dum
venisset & adorasset regem salomonem. iussit eum ad domum propriam
redire nichil metuentem. & ut bono studeret pro sua maxime utilita
te. Volens autem david ostendere se filium coram populo regem fecisse. convo
cavit principes universos in ierosolima. & dinumerans sacerdo
tes & levitas ab anno xxx. usque in quinquagesimum. invenit xxx.
& viii. milia. Ex quibus instituit curatores fabrice templi xx.
et iii milia. iudices autem populi & scribas eorum vi. milia. Constituit et
ianitores domus dei. iiii. milia. & totidem qui ymnos canerent deo.
cantantes in organis. que david sicut predixi instituit. Divisit et david
sacerdotes per generationes. & segregans eos ex tribu. invenit eorum
generationes xx. iiii. idest ex domo eleazari sedecim. & de domo
ithamar octo. Precepit ergo david ut unaquaque generatio ministraret
deo per dies octo. a sabbato usque ad sabbatum. & ita omnium generationes
sortem acceperunt presente david. & sadoch & abiathar sacerdotibus &
principibus universis. Et prima generatio conscendens scripta est
prima. & secunda parte tertia. & ita per ordinem usque ad xx. & iiii.
& hec divisio permansit usque ad presentem diem. Fecit et david & de tribu
levitarum partes xx. & iiii. & sortem eodem modo conscenderunt. ut
secundum sacerdotium [illegible] octo diebus ipsi quoque ministrarent. Hos
autem qui erant ex [illegible] germine moysi eminentia honoravit.
Fecit enim eos [illegible] custodes thesaurorum atque vasorum. que reges
deo dicante [illegible]runt. Monuit ergo omnes de tribu levi &
sacerdotes [illegible] ut die noctuque deo servirent. sicut eis pre
cepisset [illegible] & [illegible] moyses. Post hec divisit david exercitum in
[illegible] domus cohortes xii. cum ducibus suis. & centenario
[illegible] cum & tribunos. Habebat autem unaquaque cohors xx.
& [illegible] iiii. milia virorum qui observare precepit salomonem
longissime rege pro [illegible] dies. a prima hora usque ad novissi
[illegible] cum millenariis & centurionibus. Constituit
[illegible] & iudicem unicuique cohorti quemcumque iudicavit bo
[illegible] & iustum. & alios constituit curatores thesaurorum in vicis
[illegible] & agrorum & iumentorum. quorum non credidi necessarium conscribi.
Cumque david hec singula per dictum modum distribuisset. convocans in
ecclesiam iudices hebreorum & principes tribuum. & duces cohortium.
& qui unoquoque actu. aut qui pro possessione regia fuerant constituti.
stansque ipse david in excelso solio ait ad omnes. Fratres & socios vos esse
volo. quia templum deo edificare deliberans. aurum multum preparavi
& argenti c. milia talentorum. sed deus prohibuit me per nathan prophetam

propter bella que pro vobis gessi & inimicorum cedibus habens pollu
tam dexteram. ne ei templum edificarem. sed filium meum successurum in
regno hoc implere precepit. Nam itaque eum pater noster iacob xii. filios
habuisset. nostis ex tribu iuda vobis me ordinatum regem. Nostis
& me sex fratres habentem. eius fore in regno prepositum. & nullum
eorum hoc graviter tulisse. Ita nunc & ego rogo filios meos ut non exerceant
adversus eum seditiones. sed agnoscentes quod deus salomonem elegerit
in regem. obediant ei ut domino. Non enim filiis meis gravis est deo & dei
voluntas. & maxime quando non extraneo serviunt. sed magis letentur
in fratris imperii honore participio. eiusque omnibus participent. Oro igitur
deum & postulo ut promissiones eius perducant ad finem. & felicitas
& pax crescat in universas urbes. per universum omni tempore sub filio
meo salomone sicut pollicitus est se prebiturum. Erunt autem hec firma
& omnino bonum habitura. si tu o fili prebueris pium & iustum.
& custodem patriarum legum. Si vero hec non feceris. scito te mala
passurum. Rex autem david cum hec verba complesset cessavit.
Descriptionem vero templi & constructionem & formam omnibus sua
dentibus tradidit. quemadmodum fundamenta domus & superiora
eius. & quanta & qualis altitudo fieret. necnon & quanta vasa au
rea & argentea. quorum pondus ipse disposuit. Monuit itaque
salomonem sermonibus. ut omni instantia immineret in opere.
& ut principes & tribubus levitarum eum eo pariter laborarent. propter
etatem. quia eum deus illum elegisset in fabrica templi. & preelus
sset in regno non valde laboriosum edificium fore dicebat. &
maxime cum omnia a se preparata essent. plurima talenta auri
& argenti. & ligna. & fabrorum multitudinem & lapides ce
dentium. & lapides smaragdinos. & alios lapides preciosos.
Sed & nunc oblationis primicias volo facere. & offero deo alia
tria milia talenta auri purissimi. ad adytum & currum dei fa
ciendum. ex quo & cherubin faceret. sub quo constituerent archam.
Cumque hec david dixisset. & oblationem suam obtulisset. principes
& sacerdotes & levite. similiter oblationes magnificas obtulerunt
quinque milia talenta auri. & stateras x. milia. argenti x. milia
talenta. & ferri multa milia. Sed & quicumque lapides preciosos
habuit obtulit. & in thesauros dei dedit. que omnia observa
bat prepositus moysi nomine ialus. In his ergo omnis populus exulta
bat. sed & david videns studium & munificentiam procerum ac sacer
dotum & aliorum benedicebat dominum voce magna patrem eum & ge
nitorem omnium esse proclamans. & opificem rerum humanarum & di
vinarum quibus eum ipse preposuisset presulem. & curatorem fecisset
generis hebreorum & felicitatis eorum quorum ei prebuerat principatum.
Inter hec autem orans & omni populo bona optans. & salomoni filio mentem
sanam & iustam. & omni tempore incolumem. precepit ut et populus
benediceret dominum. Illi vero prostrati adoraverunt. & gratias egerunt david
pro omnibus bonis que eo regnante percepta sunt. Altera itaque die deo
hostias immolavit. vitulos mille. arietes mille. agnos mille.
& hostias pacificas obtulerunt multa milia vivium occidentes.
Expleto autem sacrificio. tota die rex david festivitatem & leticiam
cum omni populo habuit. Sed & salomonem rogante david secundo
unxerunt oleo sancto. regemque fecerunt. & sadoch constituerunt pon
tificem universe plebis. deducentesque ad regalia salomonem sede
re eum fecerunt in solio patris. Ab illo itaque die salomoni cunctus
populus obtemperabat. Post paululum vero tempus david egritudine &
senectute confectus. & sciens se moriturum. vocavit salomonem filium
suum. & hec elocutus est. Ego quidem o fili pergo ad universorum debi
tum. ad patres meos gradiens commune iter omnium. quo illuc nemo sit
tamen qui fuit sit. & unde non liceat ulterius remeare. neque cognoscere que
in hac vita geruntur. Nunc ergo adhuc vivens & iuxta mortem
constitutus. ea te nunc moneo que dudum predixi. & suadeo tibi ut sis quidem
iustus circa subditos. pius autem circa deum. qui tibi dedit imperium. Man
data quoque dei observa & leges. quas ad nos per moysen ipse trans
misit. & neque gratia. neque inimiciciis. neque concupiscentia. neque alia
passione devictus has forte contempnas. ne forte ex hoc dei favorem
amittas. si leges eius prevaricatus fueris. Et diviso autem dei providentiam
integre custodias. si talis preveris quale esse decet rectorem imperii. Exoro
ergo deum ut genus nostrum universo tempore regnum possideat. nec in al
tera tribum mutetur principatus imperii. sed genus nostrum permaneat secula
regnet. Esto ergo memor iniusticie ioab qui per zelum occidit
duos milicie principes. iustos & bonos. & meliores se. abner
filium ner. & amasa filium ietra. Quorum mortem tu ut videtur vin
dica. quoniam ioab potior atque potentior super me semper fuit. & ideo
penam hactenus declinavit. Commendo et tibi & filios berzel
lai galaaditis. quos in omni honore & prudentia conservabis.
140. prestando mihi hoc munus. Non enim eis initium benefaciendi conferimus.
sed potius rependamus. quia patri eorum in opia me ministravit. quan
do fugiebam a facie absalon. Sed & semei filius gera de tribu
beniamin qui multa mihi in fuga posito blasphemavit proficiscen
ti. & postea mihi remeanti occurrit ad fluvium iordanis. veniam
postulans. & fidem meam accepit. quod nichil mali ei paterer. tunc
ex ea causa rationabile requirens donec ulciscere.
Cum hec david omnia filio suo salomoni predixisset. de omnibus ami
cis. & de his quos noverat pena dignos. defunctus est cum vixisset
annis lxx. Ex quibus in ierosolimis regnavit super univer
sam provinciam annis xxx. & tribus. & prius in hebron regnaverat
super iudam annis vii. Hic autem david fuit vir optimus & omni virtute
plenus. quas oportet esse in regibus quibus tantarum gentium committitur cura.
Fuit & tam fortis qualis non illo tempore aliquis fuit. nam in certa
minibus quoque pro subiecto populo sustinebat semper primus iactus ante
alios procurrebat. laborare & pugnare milites invitans. & ipse
non sic dominando vacabat. sed quasi fratres & amicos in periculis eis
adherebat. Ad intelligenda autem & consideranda futura. & dis
pensatione presentium nimis ydoneus erat. mansuetus quoque & castus.
& benignus circa eos qui in calamitatibus constituti erant. iustus quoque
& nimis humanus erat. que regibus maxime conveniunt. In nullo autem
penitus deliquit nisi circa uxorem urie. & in hoc adeo castigatus est.
Reliquit autem & innumeras divicias. quantas nullus alius regum.
neque hebreorum. neque aliarum gentium. Sepelivit autem eum filius suus
salomon in ierosolimis decenter & cum omni honore. & universis rebus
que solent circa regias ministrari. & multas divicias auri &
argenti cum eo recondidit. Nam magnitudinem diviciarum quas cum eo
recondidit. poterit quilibet ex his verbis que dicturus sum cognoscere.
Post tempus enim annorum circiter mille trecentorum hyrcanus qui &
iohannes. filius symonis fratris iude machabei pontifex. dum civitas
obsideretur ab antiocho rege qui pius cognominatus est filio demetrii.
volens ei dare pecunias ut ab obsessione recederet. & exercitum
ab urbe reduceret. non prevalens aliter pecunias congregare.

locum sepulchri dt. Hircanus g. inde tria milia talenta, rursus
sepulchrum cunctum diligentia claudens: dimidiam partem dedit
antiocho ut ab urbe recederet, & ita liberatē obsessionis
amouit. sic postea in consequentib; declarabimus. Postea uero
multo annorum tempore iam transacto, rursus herodes rex inxxe
idem sepulchrum aliumque loculum apiens. plurimas ex inde pecunias
tulit. Nullus autem quaerentium regis dd locum corporis inuenit.
Erat enim abte sub terra sepultus. & cum aromatib; condītus. ita ut
ingredientib; monumentum aromata odorentur. s; nullatenus corpis
locus possit inueniri. De his q̄ h nob indicasse sufficiat.

Explicit liber septimus iosephi antiquitatis iudaice.

INCIPIT LIB VIII

DAVID ITAQ: QVOT
uirtutum quantorumue bonorum auctor extiterit tribulib; suis,
quantaq; mala pugnans gesserit. & q̄m longeuus sit mortuus.
in pcedenti declarauimus libro. Salomone ū eius filio adhuc
iuuenculo suscipiente regnū a patre. & sedente in solio. omnis
ei pplis sollempnit' fauit; ut assolet in initio regni, q̄tenus res ei
optime regerentur. & usq; ad senectutē feliciter pmaneret in regno.
Adonias autem q̄ & patre uiuente temptauerat regni culmen i
uadere. ingressus ad bet-hsabee matrem salomonis. requisit e ab
ea si paliquā petitione uenisset. adicient si aliqd peteret se
h' tota uoluntate facere. Adonias autem dixit. Nosti bene q̄ a ppt
etate. & ppt ppli uoluntatē regnum fuisset meū. s; decreto dei
ad salomonem filium tuū puenisse. me autem psiteor ei grauis ser
uire. & libent' agere q̄ iusta sit. His dictis postulauit eā. ut
ap filium suū intercederet. eiq; suaderet dari s abisag uxorē
que cū dd dormierat. dicens quia p senectute eā n agnouisset.
s; adhuc uirgo ꝯsisteret. Bet-hsabee ū pmisit se studiose
laborare uelle p h negotio. & regē pcari pna uoluntate.
Adonias autem spe nuptiar' letus abscessit. Bet-hsabee autem
perrexit ad filium. locutura ei q̄ adonie supplicanti pmiserat.
Et occurrit ei filius salomon rex. eāq; complexus. duxit eā ad
locum ubi solium regni erat ꝯstitutum. iussitq; matri aliud soliū
ad dexteris poni. Cumq; sedisset bet-hsabee dixit ad filium.
Fili. munus qddam impetrā ꝯcede. & ne uelis q̄si diffidē dene
gare. & tamq; deserere. Cum salomon autem se implere uelle q̄d
peteret; eo q̄d ēēt sem matri cuncta pbere. & maxime in intuitu
petitionis. & eum q̄ qm s negare metueret. Tc illa rogabat
ut uirginem abisag adonie fratri daret uxorē. Hoc uerbum
rex iracunde suscipiens. dimisit matrē dicens. q̄m adonias
res excellentes appeteret. & mirari se q̄m n posceret ei &
regnū quē q̄si seniori abisag danda posceret uxore. q̄ poten
tes haberet amicos ioab pncipe militie. & abiathar sacdo
te. Mittens ḡ salomon banaia qui erat sup custodes regis.
adoniā iussit occidi. Vocans post h salomon rex abiathar
sacdotē dixit ei. Mori quidē debueras. s; quia cū patre meo
sepi laborasti. & archā cū eo in hanc regionē uexisti. hoc t
ꝑpono supplicium. eo q̄d fueris cū adonia in ꝯiuratione aduersū
me. ut hic non morer' nec ad faciē meā ulteri' ingrediaris. s;
p gens ad patriam ad agros tuos hanc conūsationem donec uiuas
exerceto. qm peccasti & n est iustum te habere sacdotium.
Sic ḡ domus ithamar filii aaron sacdotis. honore sacdocii
priuata ē. ppt p dictā causam sic samuel ppha heli p dixerat.
transiitq; ad domum finees. de qua erat sadoch. Tempore autem q̄
ad domum ithamar sacdotium de genere fineēs transmigrauit
heli pmo pontificatū accipiente: isti descendisse noscuntur. q̄a
sacdotio priuati ēent. Vochar enim filius ioseph summi sacer
dotis fuit. huī filius ioachā. ioachā autem maroch. maroch
asophi. asophi ū achitob. achitob autem sadoch. q̄ pmū a rege
salomone sacdos ē fact'. Ioab autem audiens adonia peremptum.
ualde pterritus est. Erat enim plus fauens partib; adonie.
q̄m salomonis. & ob piculum ppt illius n irrationabilit' suspi
cat'. fugit ad altare. credens sibi cautela religionis pfaturā regis
pietate. Qd dum fuisset regi nunciatum. mittens banaia iussit
eū adduci. ut inter iudicio satisfaceret. Ioab autem iurauit n se
relicturū ēē sacrariū. s; ibi potius q̄m in alio loco ēē moritur.
Qd dū banaias renunciasset regi. iussit salomon ibi cap' ei
abscidi. & recipe eū penā p duob; militie pncipib; q̄s indecent'
occidit. & iussit ei cad auer sepeliri. & ut peccata eius q̄ gessit
nunq̄m genus ei deserrent. & ipse a morte ioab & pax ei dd
ēēt innoxi'. Qd dum banaias fecisset; ipse princeps militie
totius exercit' ꝯstitutus est. Sadoch ū solum fecit sacdotē
in loco abiathar q̄m remouit. Semei q̄q; pcepit rex salomo'
ut domum s edificaret i hierosolimis ibiq; maneret. & tor
rentē cedron transgredi n auderet. Qd si transcenderet; ulcio
ne mortis incurreret. & sup h iusiurandi eum religione ꝯ
strinxit. Semei autem in pcepto salomonis gauisus est. faciens
iusiurandū. q̄d relicta patria in hierosolimis habitaret. Trans
actis autem trib; annis audiens duos seruos q̄ fugerant i geth
comorari. perrexit ut quereret eos. Qd cum eo reuertente cog
nouisset rex. & quia mandatum eius & iusiurandū respu
isset. grauit' h' tulit. Et uocato eo. nunq̄ iurasti n te me
ēē relicturum. neq; ab hac ciuitate ad aliam aliq̄ egres
surum. Non ḡ iusiurandi effugies ultione. s; & p uerbis
quib; patrem meū fugientē iniuriis affecisti. solues nunc
penas. Agnosce ḡ quia hi homines nich lucrant' qui non
repente p sua malitia puniunt'. s; omni tempore quo se'
nich putant pauendos p sceleribus; cresceret pena. & causa
maiore pficit. q̄m peccasse nosciunt. Tunc banaia iussu regis
semei occidit. Cumq; salomon iam regnū haberet firmum.
punitis omnib; inimicis. duxit uxorē filiam pharaonis regis
egyptiorum. & edificatis muris hierosolimorum multum
potiores atq; municiores q̄m priunt' ēent ꝯstruxit. De
cetero maxima pace gubnauit imperium. in nullo p iuuentute
circa iusticiā legumq; custodiā aut patrum mandatorum me
moriā minor existens. s; cuncta que etate puecti. sapientiaq;
pfecti faciunt. cum integritate pcipua celebrabat. Placuit &
ei. ut ueniens in hebron in altare ereo q̄d fecerat moyses sacrifica
ret dō. & mille oues obtulit i holocaustum. Qd dum fecisset.
pcipue dō uisus ē honorare. Apparuitq; illi eadem nocte dns p somn

num. pcipiens ut q̄cumq; uellet s peteret. p altitudinē tanti do
na conferret. Salomon autem optima & eximia postulabat. que
& ds gratē pberet. & utilit' homo perciperet. & n aurū. n ar
gentum. nec alias diuitias ut homo s iuuenis dari depecatē.
que ap multos putant' magna. & dei ēē dona pcipua. Peti
uit enim dm dicens. redde m domine & concede mentem sanam
& prudentiā bonā. ut circa ppl'm istum possim uerū pferre iu
dicium. His peticionib; placata ē diuinitas. & pmisit ei gloriam
& uictoriam de inimicis suis. & intellectum ac sapientiam q̄le
nullus hominum habuit. nec regum. nec puator'. seruaturūq; se
pmisit & nepotib; ei imperium multo tempore si iuste uiueret.
& ei obediret. & patris sui dd in optimis actionib; existeret. H
audiens salomon repente exiliuit de somno. adorans q; eū ad hie
rosolimam remeauit. & ante tabnaculum sacrificia celebrauit. &
epulas uniūsis exhibuit. His itaq; dieb; iudicium ante eū deduc
tū est. cui terminum inuenire erat difficile. Causam ū cui h iudiciū
puenerit. necessarium iudicaui referre. ut ingentib; ingeno
tas sic h difficultas. & siquidē ꝯtingerent talia. q̄si ex ymagine
egregii decreti. cito possent huiuīo pferre sententiā. Due ad
eum mulieres socia conūsatione ꝯuenerunt. quarum que lesa uide
batur. prima cepit uerba pferre. Habitabamus inq̄t o rex ego
& h mulier in una domo. & ꝯtigit nob ut q̄dā die una hora
ambe pareremus. Transacta autem tercia die dormiens h supra
filium suum incubuit & eum uiolent' oppssit. tollensq; eū a se ꝯcubi
& in ulnas meas dormientis apposuit. Mane autem facto dū uba
porrigere filio. meum quidē n repperi. huius autem mortuū adia
cere cognoui. & misera certi li turbataq; considerans. factum
scelus inspexi. Unde repetens filium meū ablatū n recipiens. ad
tuum domine remedium ꝯuolaui. Nam dum sole maneamus
& nullum metuam qui nos arguat. contempnens h denegare
psistit. His dictis. requisiuit rex quid allegare uellet & altera.
Quae negante q̄d h fecisset: & dicente uiuere suum filium. & ad
uersarie sue fuisse defunctum. & cum nullus posset huius rei
iudicium inuenire. & in hac re omnium mens hereret. solus rex
huiuīo ꝯstione inopinabilit' exsoluit. iussitq; deferri & mor
tuum & uiuum infantē; uocauitq; q̄ndā armigerū pcipiens ut
euaginato gladio ambo diuiderent infantes. utraq; earum acciperet
medietatē. & q̄ mortuus erat. & q̄ uiuebat. In h autem iudicio omnis
ppls ignorans sententiā deridebat q̄si ab adolescente rege plata.
Inter h autem uera mater pclamante ne h fieret. s; potius ut infantul'
ei socie traderetur. s sufficere dicens ut tamen uiueret. cumq; uide
ret. licet alteri ēē putaret. Et diuiso altera pparata erat ut diui
sum uideret infantē. & insup ueram matrē cruciatus affici postu
labat. Cognoscens ḡ utriusq; uoces de uero cordis fonte pla
tas. & reclamanti quidē ne pimeret infantulus iussit filium
redonari. ueram matrē eā ēē cognoscens. alterius ū maliciam
accusauit. que necato ppo filio & sue amice natum uidere
cupiebat extinctum. Hoc itaq; magnū exemplum & capud
sapientie ei inicium ppls laudauit uniuersus. & ex illo die
tamq̄ diuinum habentē sensum omīs honorabant.

Isti siquidem principes militie. & duces erant omni prouincia. In
tribu effraim erat urias. in regione autem bet-hlee erat duchis. do
rensem autem & maritimorum regione abian. adab. habuit sub po
testate sua. ducens filiam salomonis uxorē. Campus autem ma
ximus erat sub anania filio bachi. cui adiecta ē terra ad iordanē
usq; protensa. galaditen ū & gauladiten usq; ad montē libanū
& c. lx. ciuitates maximas atq; munitas sub se habens.
Gabiar gubnabat casachina. dd autem totā galileā usq; ad syrum
curā habebat. habens & ipse uxorē filiam salomonis nomine
basma. Maritima ū que circa arche ciuitatē sunt posita
habuit banach. sabach autem montē thabirū & carmelum. & in
feriorē galileam. regionē autem usq; ad iordanē fluuium ꝯstituta
basan disponebat. Semei autem sors beniamitidis erat iuncta.
gabar autem habuit regionem positā trans iordanē. & sup hos unus
ppositus erat pnceps. Mirabile siquidē incrementum habuit
& ppls hebreorum & trib; iuda conūsi ad terre cultura. In pace po
titi. & ad bella atq; tumult' ulteri' non intenti. insup & deside
ratā libertatem adepti. intemperantes erant circa substantias ꝯ
gregandas. & eas semp extendentes. Erant autem regi & alii
duces. qui syrorum terras & alienigenarum a fluuio eufraten distē
tas usq; ad egyptum gubnabant. tributa colligentes ex gentib;
Inferebant' etiam cibi ei mense cotidie ad regale ꝯuiuium simile
chori xxx. farine expense ad salomonis mensam chori lx. boues
saginatos x. & depascuis xx. agnos saginatos c. Hec omnia da
bant' preter illa q̄ de uenationib; capiebant. id est ceruos & bubalos
& uolatilia. sed & pisces cotidie ab alienigenis portabant'. Tan
tam ū multitudinē curruum habuit. ut xl. milia psepia equorum
subiugalium ēent. & pter illa erant xii. milia equestrium. quorum me
dietas quidē regē in hierosolimis obseruabat. reliq̄ ū p uicos
regios dispsi manebant. Ille ū dux cui cōmissē erant expensē re
galis mense & equis ministrabat necessaria. deuehens h' ad locū
ubi rex ipse morabat'. Tanta itaq; ds pbuit salomoni pruden
tiam ac sapientiā. ut & homines antiq̄s excelleret. & nec egyp
tus qui sapientia omīs pcellere dicunt' cōparat' in modico minus
ēēt. nā cunctos multa nimis sapientia pcellebat. Transcendit
enim sapientia sua & eos qui ap hebreos te sapientia clarere
uidebant'. q̄s n pretibo. Erant autem [illegible] ethan & heman. &
chalgal. & dardan filii mardanis [illegible] q̄ te temporis sa
pientia clarebant. Composuit & libros [illegible] de canticis &
modulationib; quinq; & mille. & para[illegible]bolarumq;
similitudinum fecit libros tria milia. p [illegible] q̄dq; arbo
ris genus parabola dixit. ab ysopo usq; ad [illegible] cedrū.
Eodē m & de iumentis & reliq̄s terrenis [illegible] H
& de aquatilib; & aeriis animalib; disputa[illegible] illa fenerit. A
nulla namq; natura ignorabat [illegible] examinatāq; [illegible]
pterit. s; de omnib; philosophatus ē. & discipli[illegible] que eum
ne ipse etate eorum eminent' exposuit. Prestitit [illegible]
ei os ut & cont' demones ad utilitate hominum & [illegible] ad
eorum curas edisceret. & incantationes instituit. quib; [illegible]
eedem egritudines soleant mitigari. Modū & [illegible]
tionum quib; obstricti demones ne denuo redeant effugan[illegible]
tur inuenit. & h cura hactenus ap nos multū pualere di
noscit'. Uidi enim oculis meis quendā eleazarū de gente mea
p sente uespasiano & eius filius & tribunis. aliisq; simul exercitu
curantē eos q̄ a demonib; uexabant'. Modus autem medicine huiuī
[illegible]
In naribus ei q̄ a demonio uexabat' anulū habentē sub signa
culum radicē q̄ndam a salomone monstrata. Deinde demonium

perinares odorantes abstrahebat, et repente cecidit homo. Postea coniurabat eum, obiciens ei nomen Salomonis, ne ad eum denuo remearet, id est cantica que ille composuit super eum dicenda. Volens autem idem Eleazarus satisfacere atque probare presentibus hanc esse habere virtutem, ponebat ante eos aut calicem aqua plenum aut pelvim, et demoni imperabat, ut hoc ab homine egressus everteret, et videntibus preberet indicium quod hominem reliquisset. Quo facto, sapientia Salomonis cunctis innotuit, et ut omnis magnitudinis eius naturam cognoscerent atque religionem, et ut nullum regis virtus de omni genere sub sole lateret. Hec dicere sum compulsus.

Audiens autem Hyram rex Tyri quod Salomon patri successisset in regno, valde letatus est, quia fuerat amicus David, misitque ad eum salutans, et pro presentia bona gaudens. Destinavit ergo ad eum Salomon litteras hoc habentes. Rex Salomon Hyram regi. Scito patrem meum voluisse Deo edificare templum, et bellis frequentibus fuisse prohibitum, non enim prius destitit inimicos extinguere, donec eos tributarios sibi subiugaret. Ego vero gratias ago Deo pro pace presenti, propter cuius donationem non dubito edificare templum. Ipse vero patri meo dixit a me hoc opus faciendum. Quapropter rogo ut aliquos viros cum servis meis mittere digneris ad montem Libanum, qui ligna secare possint. Ad sectionem namque silvarum Sydonii sunt doctiores nostris. Mercedem vero quam decreveris ego incidentibus ligna prebebo. Legens autem Hyram hanc epistolam, et his que scripta fuerant delectatus, Salomoni ita rescripsit. Rex Hyram regi Salomoni. Dignum est quidem ut benedicat Deus, quod tibi patrium prebuit principatum, sapienti viro et omni virtute pollenti. Ego autem in his omnibus delectatus, quecumque mandasti libentissime ministrabo. Incidens enim ligna procera et multa, cedrina et cypressina, per meos servos ad mare destinabo, precipiens eis ut factis ratibus navigantes ad locum quemcumque volueris ea deponant, ut tu hoc ad Hierosolimam deferas. Et tu pro his prebe nobis frumenta, eo quod horum nobis esse videatur inopia, et ob hoc supplicamus pro his te esse sollicitum. Harum epistolarum hactenus rescripta servantur, non in nostris solum libris, sed et apud Tyros. Et siquis hoc voluerit integre cognoscere, rogans custodem monimentorum publicorum Tyri civitatis inveniet ea consonantia esse his que a nobis edita sunt. Hec itaque dixi volens lectores agnoscere quod nichil extra proferimus, neque ex veri similibus quibus damnantur fallacibus aut delectabilibus rebus hanc hystoriam ponentes examinationem quidem fieri declinamus, et ut nobis credatur exigimus, immo in nullo potius hoc recipi deprecamur, nisi adhibita probatione, et manifestis indiciis virtutem ipsius veritatis habeamus. Rex itaque Salomon divinitus suffulte litteras Tyri regis allatas, veritatem et favorem valde laudabat, et ei que poposcerat repensavit. Misit ergo Salomon Hyram regi singulis annis tritici xx milia choros, et totidem olei batos. Batus autem capit sextarios lxx duos. Eandem quoque mensuram vini prebebat. Amicicie siquidem Hyram et Salomonis hac potius largitate creverunt, et iuraverunt has esse iugiter permansuras. Rex igitur Salomon indixit omni populo tributa xxx milium operariorum, quorum opus pro multitudine sine labore constaret, divisitque eos valde prudenter. Decem enim milia fecit incidere ligna uno mense in Libano monte, ut duobus mensibus remeantes ad propria requiescerent, donec etiam xx milia definito tempore suum opus implerent. Ita contingebat iiii mense ut priores denuo ad laborem remearent. Super hos autem laboratores scrutator institutus est Adoram. Erant autem ex his quos reliquerat David ad portandos lapides aliamque materiam lxx milia viri, et eorum qui lapides incidebant lxxx milia, et eorum prepositi tria milia ccc, velociterque secabant lapides eximios ad fundamenta templi, quos primitus poliebant et copulabant invicem, et ad civitatem deferebant. Fiebantque hec non solum a provincialibus structoribus, sed et ab artificibus quos miserat rex Hyram.

Cepit autem Salomon edificare templum anno iiii regni sui, mense secundo, quem Macedones Artemesia vocant, Hebrei autem Hiaro, anno quingentesimo secundo profectionis filiorum Israel ex Egypto, post mille autem et xx annos adventus Abrahe ad Chananeam de Mesopotamia, a tempore vero diluvii anno millesimo quadringentesimo. Ab Adam autem prothoplasto usque ad edificationem templi Salomonis preterierunt anni simul tria milia c et duo, qua tempestate cepit edificare templum. Eo tempore Hyram rex undecimum iam annum in regno Tyri habebat. A Tyri vero conditione usque ad edificium templi fuit tempus annorum xl et ducentorum. Deposuit ergo rex Salomon in nimia terre profunditate de lapidibus valde fortissimis, et qui possent longo tempore permanere, qui et equo constipati sibi forent, et in terra conservati quasi pavimentum, ut fortitudo super edificati templi esset, et propter inferiorem suam fortitudi- 141.
nem sine defectu imposita magnitudine et preciosa una pulcritudine sustineret. Que usque fundamenta non minus ponderis erant habitura, quam alia que erant tanta celsitudine et fastigia quasi ad instar mundi, et ad magnificentiam fabricanda. Elevavit itaque templum usque ad cameram ex lapide albo constructum. Altitudo fuit xxx cubitorum, et longitudo lx, tantum latitudo autem xx cubitorum. Super hoc aliud edificium erat edificatum equa mensura, ita ut esset omnis altitudo templi cubitorum c xx, et erat conversum ad orientem. Cuius vestibulum habebat longitudinem cubitorum xx, in altitudine vero surgens cubitis c xx. Edificavit autem in circuitu templi parvulas domos xxx que sui frequentatione totius templi spacium extrinsecus ambiebant. Nam et ingressus earum ita fecit ad invicem, ut ex alia in aliam intraretur. Harum namque singule domus latitudinem quidem habebant v cubitorum et tantidem longitudinis, altitudinis vero xx cubitorum erant. Erant autem supra edificate his alie domus et rursus alie super eas equales et mensuris et numero, ita ut omnem altitudinem haberent proxime sicut domus inferior, nam superior circa edificata non erat. Operiebatque eas camera, et hoc singulis domibus erat proprium et imperviabile tegumentum. Aliter vero erat tectum communiter longissimis cabriis ad operiendum, et cuncta tegentibus, ita ut medii parietes aliis trabibus constipati firmiores existerent. Cameris vero que sub trabibus erant de lignis eisdem fecit celatis opere laqueario auro vestitis. Parietes autem cedrinis tabulis exornavit, easque pariter deauravit, ut omne templum intus effulgeret, et intus ingredientium faceret auri lumine resplendere. Fabrica vero tota domus multa arte confecta est de lapidibus politis arteque compositis, et intus limpide constructis, ita ut neque mallei neque alterius instrumenti fabrilis aliquod constitutionibus appareret indicium, sed preter hec usum omnis materia congruenter explicata videretur, ut naturali armonia potius quam ferramentorum crederetur necessitate constructa. Excogitavit autem rex ascensum superioris domus per latitudinem parietis efficere. Non enim habuit grandem ad orientem sicut domus inferior, sed a lateribus erant ingressus ianuarum grande parvarum. Vestivit autem templum intrinsecus de lignis cedrinis vinctis fortibus colligatis, quatenus hoc pro munimine et fortitudine magna constaret. Divisit et templum in duas partes, ut interior quidem domus xx cubitorum longitudinis esset, alia vero xl cubitorum mensura constabat. In pariete vero qui dividebat inferiorem domum a reliquo templo ianuas edificavit ex auro multo, et in eis diversarum hystoriarum celaturas ornatas, suspenditque ante ianuas vela ex magnis colorum floribus, id est iacincto et purpure, cocco et bysso mollissimo splendidissimoque contexta. Recondidit autem in adito quod erat in latitudine cubitorum xx et totidem in longitudine duas cherubin totas ex auro purissimo. Habebatque utrumque cherub altitudinem cubitorum v, et due ale in cherubin quinis cubitis erant extense, et ideo non procul a semetipsis aberant, ita ut alis suis unus tangeret parietem australem, alius vero posita ad aquilonem; alie vero ale semetipsas contingentes archam que in medio earum posita erat operiebant. Has ergo cherubin nullus quales fuerint dicere neque conicere potest. Stravit autem pavimentum templi peculis aureis. Posuitque in porta templi ianuas secundum altitudinem parietis habentes latitudinem cubitorum xx, easque pulcherrime deauravit, et ut breviter dicam nulla parte templi reliquit extrinsecus et intrinsecus que non esset aurata. Operuit et similiter has ianuas sicut interiores velis varie decoratis. Porta vero vestibuli nichil horum habuit. Misit quoque rex Salomon ad Hyram regem Tyri, et accepit ab eo artificem nomine Chiram, habentem matrem ex genere Neptalim et patrem Uriam generis Israhelitici, qui totius operis erat edoctus. Precipue tamen erat artifex in operando auro et argento et ere, per quem sunt universa pro voluntate regis in templo diversis machinationibus adimpleta. Fecit et is artifex Chiram duas columnas ereas cum canalibus, crassitudine iiii digitorum, quarum erat proceritas x et octo cubitorum, et ambitus in circuitu xii cubitorum. Et super posuit utrique columne capitella fusilia liliata altitudine cubitorum v, super quas erant erea recia facta que operiebant lilia capitum columnarum. De quibus retibus pendebant malagranata ducenta. Harum siquidem columnarum una stabat in parte dextera ante portam in vestibulo templi, vocatumque Chalanum Tachim, alia vero in parte sinistra, quam nominavit Booz. Fudit et mare eneum in schemate semisperii, quod opus ereum propter sui magnitudinem mare vocatum est. Erat enim velut cantharus ingens, habebatque diametrum, id est ab angulo usque ad alium angulum, cubitorum x, et grossitudo eius erat fusilis digitorum iiii. Habebatque fundum in medio alvei sui loco operis rotundum x coronis expletum. Huius diametrum erat cubiti unius. Circumstabant et circa mare vituli xii per quatuor quoque regiones, quorum terga intrinsecus respiciebant, et super eos semisperium incumbebat, et huius semisperii rotunditas ad interiora tendebat. Capiebat hoc mare tria milia batos. Fecit quoque x bases cantharis ereas quadrangulas, et uniuscuiusque latitudo fuit cubitorum v, altitudo iiii, longitudo vi cubitorum. Conclusum est opus particulariter, et columnelli ita ornati erant quadrangule stantes per angulos ut latera basis ex utraque parte in se haberent inserta, eratque trine divisa, et singula eorum loca habebant celaturas suas, id est alibi erat leo incisus, alibi taurus, alibi aquila, et in columnellis similiter per latera erant huiusmodi celature, quasi crispantibus plectulis facte, quarum altitudo fuit cubiti unius et dimidii. Erat quoque mirum videre orbes rotarum quemadmodum erant celate et basium iuncte lateribus. Angulos vero superiores concludebant humeris expansis undique manibus animalium, super quas sedebat fundus canthari ornatus, id est incumbens super manus aquile et leonis, quod erat sic ita coaptatum ut naturaliter insertum quodammodo putaretur. Inter hec quoque ibi inserte erant et arbores celate palmarum. Huiusmodi ergo operis erant x bases effecte. Fecit et x cantharos rotundos ereos, quorum singuli ferebant quadragenos choros, eratque altitudo eorum iiii cubitorum, et tantidem ab alterutris eorum labia recedebant. Posuit ergo hos cantharos super x bases quas vocabant melchonitum, et stare quinque in sinistra parte templi que erat ad aquilonem, et totidem in latere dextro ad austri partem, respicientes ad orientem; et constituit ut mare eneum plenum esset aqua, ut ingredientes sacerdotes templum in eo lavarent manus et pedes ascensuri ad altare. Et cantharos similiter implevit aqua ad intima aliorum intestina diluenda simul et pedes eorum que erant holocaustis imponenda. Fecit autem et altare ereum cubitorum xx in longitudine, et totidem in latitudine, altitudine vero x, ad holocausta celebranda. Fecitque vasa erea insuper et ollas et chaldarias et trullas et arpagiones et omnia opera ex ere, cuius splendor et pulchritudo similis erat auro. Fecit et rex multitudinem mensarum, et unam quidem valde precipuam auream, super quam ponebantur panes Dei, et huic proximas parvulas numero x milia aliorum factas, super quas vasa iacebant, id est fiale et patere, aurea quidem vasa x milia, argentea vero xl milia. Fecit et candelabra x milia secundum preceptum Moysi, ex quibus unum in templo condidit, ut per diem luceret secundum legem, et mensam unam super quam posita erant panes ad templi partem respicientem ad aquilonem e diverso positam candelabri quod ad australem partem constituit. Aureum vero altare inter hec medium erat. Hec omnia domus illa habuit que xl erat cubitorum, et iuxta inferiorem domum erat post velum ubi erat archa recondita. Fecit itaque rex vini fusilia lxxx milia, et fialas aureas x milia, argenteas vero duplici numero. Patenas et aureas ad offerendam in eis similam conspersam ad altare lxxx milia, et argenteas duplici numero. Crateras autem in quibus simila cum oleo fermentabant aureas quidem l milia, argenteas vero duplices. Mensuras autem simile secundum mosaicam legem offerri statuit. Fecitque assarones aureas in quibus offerretur incensum xx, similiter et alia thuribula in quibus portabant a maiori altari ignem ad minus altare quod erat in templo l milia. Stolas autem sacerdotales pontificibus cum his que pendebant ad pedes, et superhumerales et rationales cum gemmis mille. Corona vero in qua Deum Moyses inscripserat una fuit, que ad hunc diem usque permansit. Sacerdotales autem stolas ex bysso contextas et zonas purpureas singulis x milia, et tubas secundum preceptum Moysi ducenta milia. Item stolas levitarum ymnos dicentium fecit ex bysso ducenta milia, et instrumenta musica ad ymnos dicendos et nabla et cynera ex electro constituit xl milia. Hec omnia que dixi ad honorem Dei Salomon copiose et magnifice fabricavit, in nullo parcus existens, sed circa ornamenta templi usus est precipua

largitate que et in thesauris dei recondidit. Circumdedit autem templum per ambitum unum sum quoddam edificio quod grece quidem gison, latine autem maceria seu cancellus nuncupatur; tribus cubitis eius erigens altitudinem, ut ab ingressu templi ceteros prohiberet, et solis sacerdotibus hoc significaret licere. Extrinsecus autem a templo aliam edificavit aulam quadranguli formate factam, erigens maximas porticus atque latas, et portas excelsas et amplas per quattuor mundi partes in eo construens; quarum singule ad unumquemque ventum celi quattuor angulis prospiciebant, ubi et ianuas aureas collocavit. In hoc sacrario omnis populus quibus purgatio et observatio legitimorum inerat intrabant. Siquidem hec aula mirabilis operis erat, et omnino precipua fuit, ita ut nec ratio possit contemplationem visionis ipsius excedere. Aliam et aulam foris fabricavit. Magnas et effodiens profunditates quas propter infinitam altitudinem non poterat aliquis sine terrore conspicere; erexit fabricam quadringentis cubitis. Et huius aule staturam effecit equalem vertici montis in quo templum edificatum erat. Et propterea aula illa que erat extrinsecus sub divo facta erat equalis cum templo. Circumdedit autem porticibus exteriorem aulam et duplicibus columnis ex lapide naturali eas portantibus; quarum camere erant de cedro, et laquearia erant exsculpta. Bases autem ianuis omnibus fecit argenteas. Cum igitur Salomon rex hec opera et magnitudine et decore edificiorum atque sacrorum templi ministeriorum vii. annis explesset; magnam opulentiam divitiarum ostendens et magnam operis velocitatem, ita ut quilibet omnia hec inspiciens putaret longo tempore ista vix potuisse explere. quod sic brevi tempore visus est terminasse. Tunc scripsit rex Salomon principibus et senioribus hebreorum iubens omnem populum ad hierosolimam convenire visurum templum quod fecerat, et ut illuc archam dei apportaret. Cumque nunciatum fuisset omnibus ut ad hierosolimam convenirent. vix tandem congregati sunt septimo mense. qui lingua hebrea vocatur theseri, a macedonibus autem yperbereus appellatur. Eodem namque tempore occurrit etiam festivitas scenophegie id est positionis tabernaculorum. que satis apud hebreos excelsa est atque precipua. Portantes igitur levite archam et tabernaculum quod fixerat moyses et omnia vasa ad ministerium sacrificiorum dei constructa, introduxerunt in templum. et ipse rex salomon precedebat, et populus universus cum hostiis. et levite libaminibus et multo sacrificiorum sanguine viam implentes; et incensum infinitum et hostiarum multitudinem portantes, ita ut omnis undique aer impleretur. et et longe consistentibus odor suavitatis occurreret; et ut agnoscerent adventum dei. et templum hoc habitaculum dei esse crederent secundum humanam opinionem nuper ei dicandum. Nam non quieverunt ymnos dicentes. et choros agentes donec pervenirent ad templum. Hoc ergo modo archa portata est in templum. Cumque eam in interiorem aditum deberent ducere. tunc vulgaris plebs recessit. Soli igitur sacerdotes qui eam prius portaverant collocaverunt eam inter duos cherubin qui eam alis suis amplexati sunt. Sic enim erant facti ab artifice, ut archam velut quoddam tabernaculum aut cameratione protegerent. Habuit autem archa nichil aliud quam duas tabulas lapideas que x. verba a deo moysi dicta in monte synai retinebant inscripta. Candelabrum autem et mensam. et altare aureum statuerunt in templo ante aditum in hisdem locis in quibus et olim in tabernaculo posita erant. et cottidiana sacrificia ministrabant. Altare vero ereum statuit ante templum contra ianuas. ita ut ianuis apertis intueri liceret videntibus sacrificia. et hostiarum maximas opulentias. Reliqua autem vasa congregans intus in templo recondidit. Cumque sacerdotes omnia circa archam constituissent, egressi sunt. Repente igitur advenit nubes non quidem tenuis. nec qualis hyemali tempore solet imbribus plena. sed diffusa est et temperate effluxit. et templum omne complevit. et facies sacerdotum ita obumbravit, ut se minime videre non possent. Mentibus autem omnium quandam phantasiam et opinionem prebuit quasi deus descendisset in templum. et libenter in eo habitaret. Talem opinionem omnes habuerunt.

Rex autem salomon surgens de loco ubi sedebat fecit ad dominum verba que divine nature credidit esse dicenda. Tibi inquit o domine perpetuam domum quam ipse fabricatus es novimus esse celum et terram simul et mare. et cum tibi hec universa nequaquam sufficiant, hanc tuo nomini construxi domum. ut in ea hostias sacrificantes et immolantes intromittamus in aera. Confidimus enim quia tu nobis presens sis. nequaquam a tuis sedibus procul absis. Vt enim omnia videas et audias universa a loco ubi nunc habitas non recedis. sed omnibus vicinus unicuique cogitationi noctu et die semper assistis. Cumque hec verba salomon ad dominum dixisset; convertit se ad populum manifestans eis dei prudentiam et potentiam eius. quod ad patrem eius predixisset omnia ventura sicut iam multa provenissent. et adhuc reliqua forent futura. et quod ipsi quoque nomen dum natus non esset imposuisset. et quod ipse templum edificaturus esset. et primus post obitum patris regnaturus. Et cum hec omnia secundum illius prophetiam completa sint, rogo ut deum universi benedicatis. et in nullo de eius promissionibus desperetis. quasi propter vestram felicitatem predixit. sed credite hec adhuc implenda. que non sunt infecta. Cumque hec dixisset ad populum. expansis manibus oravit ad dominum dicens. Impossibile est quidem ut valeant homines pro his que meruerunt deo debita munera recompensare. Divinitas enim nullius eget. et omnium rerum compensatione superior est. In quo enim ab aliis animalibus per te domine meliores sumus effecti, in eo tuam benedicimus maiestatem. et pro his bonis que stirpi hebreorum prius prebuisti. necessarium est nos gratias agere: nullum enim magis optamus habere propitium quam te dominum. et laudamus tuam devotionem circa nos providentiam quam ex aere habemus. et quam in aures tue maiestatis intrare novimus. pro hanc gratias tibi referimus. primum de hoc templo quod ex invisibili ad tantam gloriam perduxisti. Deinde pro ipso te laudo cui omnia usque ad presentem diem sicut a te predicta sunt condonasti. Supplico igitur decet ut ministres quecumque a te hominibus honoratus prebere soles. et nostram domum omnibus bonis adaugeas sicut dixisti patri meo viventi et circa obitum promisisti. ut apud nos maneat regnum et genus nostrum infinitis regum successionibus polleat in honore tuo. Hec ergo nobis domine largire sufficienter. meisque filiis virtutem que tibi est sic grata concede. Super hec autem oro ut aliqua pars tui spiritus hoc templum inhabitet; quatenus et in terra circa nos esse videaris. Tibi siquidem habitatio parvula est et omne celum. et alveus qui sub celo est. et ideo precor ut omnium inimicorum consistentium hoc parvissimum templum custodias ab omni vastatione bellorum. et tamquam possessioni proprie feras auxilium. Supplico pariter ut si peccaverit populus aliquando et eis deinde plaga quedam pessima peccatis eorum a te domine terris eorum illata. aut sterilitas. aut corruptio. aut fames. aut huiusmodi passio quamvis te transgressionibus soles inferre provenerit. et populus congregatus ad hoc templum confugerit te rogando ut a peste salvetur, fias ei exaudibilis. et velut intus in hoc templo habitans misericordiam prebeas. et eos a malo sue calamitatis evellas. Hoc autem non solum hebreis a te rogo conferri. et aliis peccantibus in toto terre finibus qui ad hoc templum venerint. aut de quolibet loco. aut pro aliquo bono preces effuderint. exaudi clemens et postulata concede. ut sic omnes cognoscant quod tu a nobis domum fieri voluisti. Nos autem non sic inhumani natura sumus, ut eos qui tribules nostri non sunt extraneos iudicemus. sed communem omnibus tuum adiutorium et bonorum effectum a te esse supplicantes exoramus. Hec dicens. prostratus in terra. et devotius adorans dominum. postea surrexit et obtulit in templo hostias. et replens illud sacrificiis, manifeste vidit dominum suum sacrificium grate suscipere. ignis enim ex aere descendens omnibus videntibus ab altari hostias totas abripuit et absumpsit. Hac ergo apparitione monstrata, populus hanc manifestationem esse divine habitationis in templo coniciens, procidens adoravit in terra. Rex autem salomon cepit populum benedicere. et cunctos adhortari ut dominum laudarent. habentes circa se divini favoris indicium. et exorarent semper sibi a deo talia provenire. et ut deo sua mente pura ab omni malicia conservarent ad iustitiam divinamque culturam. et ut servarent mandata que per moysen eis clementia divina contulerat. et ita foret beatior gens hebreorum et toto genere humano felicior. monebatque pariter ut memoria haberent quemadmodum bona presentia conquisissent eaque firmiter obtinerent et maiora et ampliora bona de celo expectarent. Non enim hec precepta solummodo curarent observare propter pietatem et iusticiam. sed ut et pre ceteris gentibus precipui haberentur. et ita legem studerent observare ut nichil in ea delinquerent vel negligerent.

Hec verba salomon ad populum locutus, dimisit ecclesiam cum sacrificia celebrasset. ipse et universi hebrei id est vitulos xx. duo milia, oves c. xx. milia. Tunc enim primum in templo sacrificia celebrata sunt, et in eo epulati sunt omnes hebrei cum uxoribus suis et filiis. et insuper et festivitatem que vocatur scenophegia fecit rex cum omni populo ante templum clare nimis et magnifice diebus xiiii. et pariter epulati sunt. Cumque hec fuissent sufficienter exhibita, nichilque deesset circa pietatis divine culturam, dimittente rege singuli ad propria remearunt; agentes gratias regi propter prudentiam quam eis exhibuisset et opera que fecisset. et orantes dominum poscebant ut eis longevo tempore preberet regem salomonem. Revertentes ergo cum gaudio sublimi et cum delectatione ymnos decantabant. ita ut cum tanta iocunditate sine labore ad propria remearent. Ergo dum archam duxissent in templum. et cum dei honore vidissent. maximis sacrificiis et festivitatibus expletis, ad suas civitates singuli sunt reversi. Apparuit autem ei deus per somnum. significans quod eius orationem exaudisset. et quia conservaret templum. et in eo semper habitaret. Nepotibus autem eius et omni multitudini faciente iusticiam. et ipsum primum. si in patris sui monitis permaneret; ad excellentiam infinite felicitatis et plurima securitate vehendum. et regnatores semper in ea provincia ex eius genere principes. et de tribu iuda. Si vero mandata eius contempneret. oblivionique mandaret. et peregrinos coleret deos; esse radicitus abscidendos. et neque reliquias ex eius genere mansuras. et istis deinceps afflictionibus esse multandum. multisque bellis et malis exterminandum. et terra quam eorum patribus prebuit eiciendos. et incolas aliene terre faceret. templum quoque edificatum incendendum diripiendumque traderet inimicis. et civitatem hostium manibus subvertendam. sic et erumnas eorum faceret fabularum relatione dignissimas propter multitudinem nimie infelicitatis et incredulitatis. ita ut vicini eorum audientes mirentur calamitates et causas inquirant per quibus hebrei odio habeantur a deo. qui primitus ab eo fuerunt ad tantam gloriam atque divitiarum culmen evecti. et audient ab hiis quos interrogant quia pro peccatis et prevaricationibus legum patriarum talia paciantur. Hec ita dominum dixisse per somnium salomoni conscriptum est. Post templi vero fabricam. quam a salomone vii. annis perductam fuisse prefati sumus, cepit construere edificium domuum regalium. quod xiii. annis implevit. Non enim in hoc opere tam habens studium erat sicut in templo. nam illud quidem licet esset grande et operatione mirabile. et omnibus simul inopinabile. cooperante deo cui fiebat, consummationem in vii. annis accepit structure. Vero domum regalium multum a templi dignitate minores erant. cum neque materia aut largitatis opulentia fuisset tanto tempore preparata, et eo quod regum esset habitatio et non dei. tardius est effecta. Hec ergo opera secundum felicitatem hebraice religionis ac merito regis edificata sunt. quorum tota positione et ordine dicere necessarium est; ut ex hoc omnes coniciant magnitudinem cum legentes viderint huius rei descriptionem. Erat magna basilica et nimis pulchra. et hec innumera columnarum multitudine portabatur. quam ad iudicia rerumque cognitiones distribuit, ut posset capere populi multitudinem ad iudicia venientem. Cuius longitudinis magnitudo erat cubitorum c. latitudinis l. altitudinis xxx. columnasque omnes quadrangulatas habebat. textaque eam cedro opere corinthio. fratis equalibus. et ianuis arte mira celatis. eratque domus robusta. et variis decoribus exornata. Item erat alia basilica in medio porticus basilice amplitudine constructa. habens latitudine cubitorum xxx. et contra templum validis columnis erectum. eratque in ea solium valde decorum in quo sedens rex iudicia proferebat. Huic basilice iuncta erat alia basilica que erat regine et reliqua habitacula et sedilia. ubi post causas et iudicia ordinata residebant. strata omnia tabulis cedrinis. et alia quidem edificavit ex marmoribus x. cubitorum. alia vero tabulis vestita secalibus et preciosissimis exornavit secundum decus mirabile fecit habitationes regalium. quarum pulchritudo ordinibus intexta erat opere auri sorio. et alia pars celatura ornata. miraculum subtilitate videntibus offerebat. Erant enim illic sculpte arbores et universa poma que sub ramis excelsis pendentibus foliis obumbrata, ita ut propter miraculum subtilitatis agitari quodammodo putarentur. alia vero pars dealbata erat. et variis picta coloribus. Edificavit super alias domos. et fecit eas omnino preclaras et necessarias ad regum convivia undique deauratas. nec non et alia vasa quecumque erant epulis oportuna, omnia fecit ex auro. Difficile namque est enumerare magnitudinem et varietatem domuum et aulas regalium. que decenter fabricate erant. et quanta horti ferentia. et quanta edificia erant subterranea que videri non poterant, necnon et pulchritudinem solariorum et viridariorum que transfacta delectabilia ad aspectum. ut exusta corpora ibi possent ab estu ardore refrigerari. et ut breviter dicatur tota regiam domum ex albo lapide et cedro. et auro. et argento splendidissimis et opulentissime construxere. et cameras. et parietes vestivit auro. velud in templo resplendentes exhibuit. Fecit et ex ebore solium magnitudine nimis eximium, atque celatum formate tribunalis.

C.4

habebatque sex gradus. et in singulis gradibus ex utraque parte duo leones stabant. et in superioribus gradibus alii eodem. Ex reclinatione manus erat ut faceret sustentationem sedente rege. Erat ipsa reclinatio facta in uitulo respiciente post tergum. et tribunal ex omni parte auro circumdatum erat. Hec omnia salomon .xx. annis edificauit. Cum multum auri et argenti hyram rex tyri ad edificium contulit. insuper ligna cedrina et cypressina. Que salomon quoque magnis compensationibus redonauit. mittens ei per annos singulos triticum. et uinum et oleum. quibus rebus maxime indigebat. eo quod habitaret in insula sicut prediximus. Super hec autem et ciuitates .xx. in galilea regione non procul a tyro positas ei condonauit. Quas dum hyram circuisset. atque considerasset displicuissentque ei. mittens ad salomonem dixit se ciuitatibus non egere. et ex hoc ciuitates appellate sunt terra gabalon. quod interpretatum lingua phenica displicere significat. Misit post hec predictus rex hyram ad regem salomonem: rogans eum ut quedam sophismata et uerba parabolarum que ei dixerat aperiret. et questionum difficultates absolueret. Salomon autem cum esset acutus et intelligens. nichil horum ignorans. et in omnibus ratione preualens. et eorum causas agnoscens. omnes obscuritates eorum produxit ad lumen.

Meminit horum duorum regum et hyram euander scriptor antiquorum. qui ex phenica lingua sydoniorum hystoriam in linguam helladicam transtulit dicens. Moriente abibalo rege tyrorum et sydoniorum. successit in regnum filius eius hyram qui uixit annis .l. tribus et regnauit .xxx. iiii. Hic hyram effodit amplum terre spacium. et auream columnam que est in iouis templo edificauit. insuper et lignorum materiam a monte libano incidit ad tecta templorum. et destruens antiqua sacraria templum edificauit herculi et astarthe: et primus templum herculis erexit in se pyritio. Hic et hyram contra eos qui tributa sibi non reddentes duxit exercitum. eisque subditis denuo remeauit. Huius hyram regis temporibus floruit abdemonis filius iuuenculus qui maxime sapientia pollebat. sed cum salomon rex hierosolimorum eum uincebat. Meminit et huius regis hyram dion hystoriographus ita dicens. Abibalo rege moriente: filius eius hyram regnauit. Hic partem ciuitatis ad orientem positam diruit. et urbem maiorem effecit. et olimpii iouis templum construens medium locum templi in ciuitate statuit. et aureis anathematibus exornauit. ascendensque in montem libanum siluam maximam ad sacrorum se cutem [?] edificia. Idem autem dion scriptor antiquorum hec in libris suis scripsit dicens. Rex hierosolimorum salomon misit ad hyram quasdam [?] figuras quasdam. et petiit ut has solueret. et si posset soluere ei multas pecunias daret. et si non posset eas soluere. ipse sibi econtra multas pecunias mitteret. Cumque hyram diceret se illa non posse soluere. et extimeret quod multa detrimenta pecuniarum esset passurus si non solueret. conducens quendam nomine abdemonem tyrium genere: proposuit ei questionem. Quam ille statim soluit. et aliam questionem adinuenit. quam rursum hyram salomoni remisit. mandans ut si non solueret. condictas ei pecunias transmitteret. Salomon autem statim questionem soluit. et sic uterque rex a pecuniarum datione solutus est. Hec dion in libris suis scripsit. Cumque rex salomon uideret muros hierusalem propugnaculis turribus indigere. aliaque cautione; nam secundum ciuitatis dignitatem oportebat magna firmitate esse murorum. Turribus quoque ualde precipuis ciuitatem circumdedit. construxitque ciuitates inter precipuas urbes annumerandas. asor et magedon. Tertiam quoque condidit que uocatur lazarum. que cum sita esset in regione palestinorum. priori tempore pharao rex egypti castrametatus. et obsidens eam cepit et omnes habitatores occidit. eamque subuertit. deditque eam postea dono filie sue quam habuit salomon. et postea eam reedificauit salomon cum esset natura munita. et ad bella temporumque motus utilis oportuna. Non procul ab hac alias duas edificauit urbes. quarum una betcora uocatur. altera baleth. Ultra has autem et alias ciuitates fecit ad uoluptatem et epulas oportunas. et temperamento aeris. pomorumque fertilitate; nam aquarum frigidissimarum poculis habundabant. Pergens et in desertum superioris syrie eamque capiens. construxit ibi maximam ciuitatem distantem a syria inferiore itinere duorum dierum: ab eufrate uero itinere diei unius. a maxima uero babilonia sex mansionibus distabat. Quare autem hec ciuitas a partibus habitabilibus syrie tantum distaret. hec causa est. eo quod in inferiori terra aqua nusquam inuenitur. in illo autem loco solummodo fontes et putei nimis habundarent. Hanc itaque ciuitatem edificans. et muris eminentibus eam circumtegens thadamur appellauit. et hactenus apud syros ita dicitur. quam greci palmiram uocant. Hec autem rex salomon illo tempore omnia operabatur. Necessarium autem iudicaui explanare quare reges egyptiorum pharaones uocentur. ut et caliginem ignorationis auferam. et causam huius nominis declarare contendam. 142
A mineo enim qui memphis edificauit. et ante multos annos fuit quam progenitor noster abraham. donantur hec usque ad salomonem mille et .ccc. anni transierunt. omnes reges egyptiorum pharaones uocati sunt. a rege quodam pharaone qui post priores his temporibus imperauit. pharaonis uocabulum habentes. Pharao nomen secundum egyptios significat regem. Reor autem eos ab infantia aliis nominibus appellari. uenientes autem ad regnum hoc quod lingua patria significat imperium. eos fuisse participatos. Nam alexandrie reges cum primitus aliis nominibus uocarentur: uenientes ad regnum nuncupati sunt ptholomei. et romanorum imperatores a natiuitate aliis uocati nominibus: cesares appellantur. cum potestas et principatus eis nomen imponat. et non in eisdem permaneant appellationibus quas a genitoribus susceperunt. Ideo circo et herodotus carnaseus. dixit post mineum qui memphi edificauit trecentos .xxx. fuisse reges egyptiorum quorum nomina neque declarauit quia omnes pharaones uocabantur. Et post horum obitum posuit uocabulum regnantis mulieris nomine nicaulam. declarans quia masculi quidem reges pharaonis nomen habere poterant. femine uero neque. et propterea naturale huius nominis edixit. Ego autem in libris nostre patrie repperi scriptum. quia post pharaonem socerum salomonis nullus rex egyptiorum hoc uocabulo nuncupatus est. et quia postea uenit ad salomonem mulier nomine nicaula quam prediximus egyptia ethyopieque regina. de qua non multum denuo referemus. Horum uero ideo memini. ut ostenderem quia nostri libri et egyptiorum de multis rebus concordare noscuntur.

Rex itaque salomon chananeos qui in monte libano morabantur usque ad ciuitatem amach non obedientes subdidit: et tributa eis imposuit ut sibi et ministrarent, ac seruile opus efficerent. et agriculturam exercerent. et ex eis quosdam elegit singulis annis ad seruiendum. quia tunc nullus hebreorum seruiebat. Non enim erat rationabile. ut cum deus eis multa milia gentium subdidisset. et ex his oporteret eos habere seruitia. ipsi in seruili scemate permanerent. sed omnes erant armati equis et curribus et militabant potius quam seruirent. Chananeos autem quos ad sua ministeria tulerat constituit principes quingentos et .l. qui super eos omnem potestatem exercerent et opera docerent seu negotia que necessaria esse uiderent. Fecit et rex multas naues in sinu egyptiaco maris rubri in quodam loco qui asiongaber appellatur. non procul a ciuitate hellana. que nunc beronice uocatur. Hec enim regio fuit primitus hebreorum. Habuit autem ad edificandas naues beneficia regis hyram. Ipse enim multos uiros gubernatores et in marinis rebus edoctos misit. quos iussit nauigare cum dispensatoribus salomonis ad locum qui olim quidem ophira. nunc autem terra aurea nuncupatur. et est in india. ut aurum inde deferrent. Et colligentes quadringenta talenta auri. ad regem salomonem sunt reuersi. No.

Igitur regina egypti et ethyopie nicaula nomine. sapientie plena et aliis ualde miranda audiens crebro salomonis uirtutem atque prudentiam. et habens multum desiderium eum uidendi ex his que illi cotidie de eo dicebantur in semetipsa cogitauit. quatinus hec sibi experimento et non potius auditu satisfacere potuisset. quia opinio sepius non dux inuenitur. et in uerum proferentes narratione suscipitur. Cum ergo ad eum uenire uoluisset. ut in presentia sapientie eius experimenta perciperet. studuit et questiones adinuenire. ut earum solutiones ab eo exigeret. Uenit ergo hierosolimam cum magna gloria et apparatu multo diuitiarum. cum auro et argento et aromatibus et lapidibus preciosis. eamque rex grate suscepit. et circa eam in omnibus extitit ualde largissimus. et propositiones sophismatum eius intellectu suo cito concipiens. uelocius quam sperari poterat exsoluebat. Cuius sapientiam ita illa se transcendentem et potiorem quam audierat agnoscens. uehementer obstupescebat; et maxime culmina regalium domuum mirabatur. earumque pulcritudine et magnitudine egregia. nichilominus et de dispositione uaria fabricarum in qua regis multa prudentia astutiaque cernebatur. plus tamen eam obstupescere faciebat domus que silua libani uocabatur. et cotidianarum cenarum opulentiam et apparatum eius. et ministerium. uestesque ministrantium. et decentem disciplinam circa suum officium. et precipua sacrificia que cotidie offerebantur. et sacerdotum curam circa hec. et maximam diligentiam leuitarum. Hec omnia uidens diebus singulis nimis mirabatur. et cum non posset tacere miracula que uidebat. uerbis uoluntatem sui cordis aperuit. dicens ad regem. et sua mente uictam se monstrabat. No.
Cuncta inquit o rex que per auditum ueniunt ad noticiam. cum quadam incredulitate suscipiuntur. tuorum uero bonorum que et ipse uides possides hoc est sapientiam et prudentiam et que tibi prestantur ex regno. non est mendax fama sed uera. licet multo minor fuerit quam in presentia conspicio. Nam opinio auribus quidem suadere nititur aliquid. dignitas uero rerum nullo modo nota fieri potest sic aspectu. et ipsa presentia comprobatur. Ego siquidem neque his que nunciabantur propter multitudinem et magnitudinem credens multa potiora conspexi. et beatum dico populum hebreorum. seruosque tuos pariter et amicos. qui cotidie tuo uultu fruuntur. et sapientiam audire merentur. Quis et non benedicat deo sic hanc diligentem prouinciam et eius habitatores. ut te ad regni culmen eueheret. Ut ostenderet autem post uerba quantum affectum habuisset eum uidendi. et muneribus aperuit sue mentis indicium. Centum .xx. namque auri talenta regi dedit. et aromatum innumerabilem multitudinem. et lapides preciosos. Dicunt autem quia et radicem balsami quam hactenus fert nostra prouincia ipsa dederit regi. Cui et e diuerso salomon multa bona donauit. et maxime que ipsa desiderans eligeret. nichilque fuit quod postulanti non preberet. priusque dabat que illa petebat quam quam ipse magis offerret. eaque munere sue largitatis precurrebat. Regina uero egyptiorum et ethyopie donans regi munera. et multo maiora ab eo recipiens. ad propria remeauit. Eodem tempore allata sunt regi a terra que uocatur aurea. lapides preciosi et ligna pinea quibus usus est ad fortitudinem templi domumque regalem. et ad instrumenta musicorum. fecitque ex eis cytharas et nablas. in quibus dicerent ymnos leuite. Omnium uero rerum que fuerant regi salomoni priori tempore a quacumque terra delata. ea que illo die deuecta sunt. magnitudine et pulchritudine omnia precellebat. Nullus ergo arbitretur quod ligna pinea que nunc propter precia uendentium sic appellantur uero pineo similia fuerint. cum sint similiter in sione rotunda. Nam uerum pineum lignum multum candidum est. et ualde fulgens. Hoc autem dixi. ut nullus natura uero pinus ignoret. nec decipiatur in emendo. Quia uero propter utilitatem regis eius memoriam fecimus. oportunum et iudicauimus indicare quantitatem auri illo tempore regi allati. quod fuit pondere talentorum sexcentorum .lx. vi. absque his que negociatores emerant et absque donis que reges arabie et toparche mittebant. Conflauit ergo rex aurum. ut ducentas lanceas faceret que siclos sexcentos haberent. Fecit et scuta trecenta. unoquoque habente minas tres. posuitque ea in domum que silua libani uocatur. nec non et coopercula ex auro et lapidibus preciosis. ad conuiuia necessaria preparauit. Cumque hec omnia cum uno precipuo artifice fecisset; et alia uasorum opera ex habundantia auri ut faceret excogitauit. Non enim argentum et aurum uendebatur aut emebatur. sed multe fuere naues quas rex in mare tharsico constituerat. ut interiora gentium penetrantes omnia compararent. et comparatum aurum argentumque regi deferrent. necnon et elefantos. et pauos et simias. Nauigium uero euntes et redeuntes tribus annis implebant. Tunc etiam illustris regis opinio omnes in circuitu prouincias circuibat. uirtutem sapientiamque eius diuulgans. ita ut omnes undique reges eius aspectum desiderarent. propter magnitudinem rerum que de eo referebantur. magnisque muneribus suum affectum circa eum demonstrabant. Mittebant ergo ei uasa aurea et argentea uestesque purpureas. et aromatum genera multa. et currus. et equos. et onagros. mulasque que uirtute et pulcritudine regi placerent. ita ut curribus et equis pluribus ex his quos dirigebant accresceret curruum numerus quadringentorum. Erant enim primitus mille. Item equorum numerus creuit ad duo milia. cum primitus fuissent ad .x. milia. Nitebant quoque regi salomoni equi pulchri pariter et curraces. et comparatione facta nec decentiores. nec uelociores in uniuerso inueniebantur. Exornabant ergo quoque ascensores eorum primum decora iuuentute.

florentes habentes magna proceritate corporis et pulchritudine alios excedentes. longisque diffundentes in equorum sessione cesariem. et purpurea et tyria ueste circumamicti. aurique tinctura cottidie in suis comis adicientes. ita ut eorum capita orto sole auro radiante fulgerent. His circa eum armatis existentibus arcusque in manu ferentibus ipse rex uehebatur in curru. et preciosa ueste circumamictus solitus erat exire ut ad quendam locum qui ab hierosolimis duobus stadiis abest, qui hortis et irrigationibus aquarum gratus erat et locuplex. Hec ergo rex causa delectationis egrediebatur maxima semper prudentia et studio circa res omnes utens. et ubique cultus et decorus existens. Desidiam quoque uiarum non habuit. sed regias uias que ad hierosolima ducebant lapide nigro strauit, ut et ambulantibus non possent esse difficiles. et ostenderet diuitiarum et imperii dignitatem. Diuidens autem currus et disponens ut in singulis ciuitatibus certus eorum numerus esset. et paucos circa se retinuit. Urbes autem in quibus dispositi erant. ciuitates curruum nominauit. Argenti uero tanta multitudine fecit in hierosolimis habundare. quanti erant et lapides. sed et ligna cedrina que prius ibi non fuerant sicut arboribus mori campos iudee ita compleuit. Iussit autem et negociatoribus commercia ex egypto deferentibus: ut uenderent ei currum cum duobus equis sexcentis dragmis argenti. quos ipse regibus syrie et eis qui trans eufraten habitantibus destinabat.

Salomon ergo cum fuisset omnium rerum gloriosissimus atque religiosissimus: et prudentia et diuitiis excelleret cunctos qui ante eum hebreorum tenuerunt principatum. non in his usque ad finem uite sue permansit. sed relinquens custodiam legum patriarum non tali fine sicut dictum est consummatus est. Iam enim circa mulieres et circa uenerea intemperancia cepit exardescens non solum prouincialium feminarum delectatione habuit. sed et multas ex alienigenis gentibus duxit uxores. sydonias. et amanitidas. et syras. et ydumeas. et leges mosaicas preuaricatus est, que precepit alienigenis mulieribus hebreos non debere misceri. Deos et illarum cepit colere ut mulieribus earumque amori placeret. cum hic legislator predixisset. si earum sollempnitatibus miscerentur. cito deos illarum colerent. et ueneratione proprii dei recederent. Sed hec uerba despexit salomon irrationabili amori consentiens. et ducentas uxores principum et insignium uirorum filias numero lxx. et trecentas concubinas. super has autem et filia regis egyptiorum. et repente est captus ab eis. ita ut earum quoque cultus sectaretur. et cogebatur eis prebere indicia sui fauoris et delectationis ut more patrio earum uiuerent. et que illis essent grata compleret. Etate ergo procedente et corpore pariter propter senectutem infirmante. cum iam non posset studia patria retinere. deos uxorum magis adorabat. Sed et antea hic peccauerat salomon. et circa custodiam legum erat deceptus. quando bouum eneorum similitudines fecit quos in mare subiecit. et leonum quos in suo solio regali circa disposuit. Non enim hec facere fas erat. dum optimum et familiare patrem negligentem [?] et uirtutis habuisset exemplum quod ei propter dei pietatem fuerat relictum. Hoc ergo non imitatus cum secundo eum deus per somnium monuisset sequi patrem suum dictum [?]. sed ille expers huius rei effectus est. Venit ergo ad eum propheta missus a deo dicens, quia neque iniquitates ei laterent eum. neque omnino in his esset letaturus. minatus simul quia ei quidem non auferret imperium quod deus patri fuerat pollicitus [?]. moriente uero eo eius hoc filium eius amissurum. non tamen omnem populum ab eo recessurum. quem x tribubus ei traderet seruo. duas autem eius filio propter dauid reseruaret, qui dilexit dominum. et propter hierusalem urbem in qua templum habere decreuit. Hec audiens salomon contremuit. et ualde turbatus est. et ex malis in quibus conuersabatur repente mutatus est.

Et non multo tempore transeunte. ex quo hec ei prouentura predicta fuerant per prophetam. suscitauit super eum deus inimicum adach nomine. quarum inimicitiarum causa fuit huiusmodi. Hic adach puer genere erat ydumeus. de semine regionali [?]. Qui dum ioab princeps milicie dauid ydumeam uastaret, fugiens uenit ad pharaonem regem egypti. Qui eum magna largitate suscipiens. dedit ei domum et prouinciam ad habitandum. Et cum creuisset dilexit eum. ita ut ei uxoris sue sororem nomine talphin daret uxorem. ex qua natus est ei filius. qui inter filios regis est nutritus. Audiens autem in egypto mortem dauid. et ioab. accedens ad pharaonem rogabat ut eum ad patriam remeare permitteret. Cumque rex inquireret cur hoc peteret. aut quod mali passus eum relinquere festinaret: Cum autem sepius nimis importune instaret atque rogaret. dimissus non est. Tempore autem quo iam salomon in malis erat propter preuaricationes predictas. et dei paterentiam [?] iram. dimissus adach a pharaone uenit in ydumeam. Et cum non potuisset exercitum colligere. eo quod salomon presidium haberet in ydumea. surgens inde uenit in syriam. Coniunctus autem cuidam raath nomine qui regem sophene raatharum [?] dominum suum fugerat. prouinciam latrociniis deuastabat. eique amicicia copulatus. cum haberet ille circa se latronum maxima multitudine. ascendens et tenens syriam. rex ei est effectus. Tunc statim discurrens israelitarum prouinciam sub salomone affligebat et uastabat. et hec mala hebreis prouenerunt per adach. Inter hec autem et hieroboam filius nabath surrexit contra salomonem secundum prophetiam olim dictam. Is autem hieroboam cum esset puer a patre derelictus est cum erudiretur a matre. uidens eum salomon robustum nimis et strenuum. constituit eum super edificium murorum. quando munitione propugnaculorum in hierosolimis fecit: qui ita in hoc opere laborauit, ut rex eum laudaret. eique principatum milicie super tribum ioseph conferret. Illo siquidem tempore. cum hierosolimam uenisset hieroboam. occurrit ei propheta de ciuitate sylo nomine achias. Qui cum eum salutasset. deflexit eum paululum extra uiam ad quendam locum ubi nullus alius inter esset. et diuidens suum pallium quo erat indutus in xii partes. iussit ut hieroboam x partes ex his sumeret. predicens partiri quod deus uellet casso principatu salomonis filio eius propter dauid duas relinquere tribus: et illi x dare. quia salomon in deum peccasset: et mulieribus earumque diis se impudice subdidisset: et hec est causa per quam deus suam dilectionem a salomone subtraxit. Esto ergo iustus. et eius custodi precepta. propositam habens palmam de pietate et honore dei. et talis eris futurus quale nosti fuisse dauid. Elatus itaque hieroboam prophete sermonibus: cum esset natura iuuenis feruentissimus. et rerum grandium appetitu inuectus: non quiescebat. sed cum uenisset ad exercitum habens memoriam eorum que ei dixerat achias. repente usus est populo suadere ut a salomone recederet. et regnum sibi contraderet. Cognoscens autem salomon eius uoluntatem et dolum. querebat ut eum comprehendens uelociter interimeret. Quod cum cognouisset hieroboam fugit ad sesach egyptiorum regem. et

usque ad salomonis obitum ibi moratus est. postea tempore futuro seruandus imperio. Mortuus est itaque salomon ualde longeuus. qui regnauit annis lxxx. uixitque annis lxxxxiiii. et sepultus est in hierosolimis. cunctos felicitate et prudentia et diuitiis reges excellens. preter illa in quibus circa senectutem deceptus amore mulierum preuaricatus est: de quibus malis que peruenerunt propter hoc hebreis oportunum explanabo.

Post mortem salomonis succedente filio eius roboam in regnum. ex muliere ammanitida nomine naama, peracto, repente miserunt principes populi in egyptum. et euocauerunt hieroboam. Qui dum uenisset ad eos in ciuitatem sicimorum. statim et roboam uenit in eam. Placuerat enim ut illic uenientes israelite eum in locum patris ordinarent regem. Accedentes ergo ad roboam principes populi cum hieroboam rogabant dicentes. ut aliquid eis de seruicio relaxaret. et melior esset patre suo cui fuerant per grauitatem iugo. ut ipsi deuotiores essent. et propter mansuetudinem potius quam propter timorem ei seruire diligerent. Qui dum post tres dies responsurum se petitionibus eorum dixisset. suspectos eos reddidit. quia non repente quod petebatur annuit. cum rem bonam et humanam iudicaret in tali iuuene. qui in eo [illegible] quod cogitare se dixerat [illegible] et non repente negauerat. spem aliquam eis dedit. Qui conuocatis patris amicis tractabat cum eis quale deberet populo prebere responsum. Illi uero scientes facere naturam uulgi deuotam, monebant ut mansuete loqueretur ad populum et communius quam regius exigeret fastus. et ita fauore populi sibi inueterati [?] obligaret. dum subiecti naturaliter diligant mansuetudine regum quam comminatione. Tunc ille optimo consilio seniorum relicto. a iuuenibus quid oporteret fieri exquisiuit. Illi uero cum neque iuuentus neque deus meliora eos intelligere permitteret. suaserunt ei ut populo asperius responderet. et minimum suum digitum lumbis patris diceret crassiorem. et seueritatem quam si senserunt in salomone experti. in se multo potiore agnoscerent. In his uerbis delectatus est roboam. et credens hoc responsum dignitati regie conuenire: dum die tercia plebs audienda conuenisset. et omnis populus uideretur suspensus esse. ut uerba regis audiret credens forsitan quod clementius [?]. tunc ille consilio seniorum relicto. respondit sermone adolescentium. Hec autem dei uoluntate gerebantur. ut que prophetis dixerat achias perducerentur ad finem. Tunc cuncti eius sermonibus uelut ope [?] perculsi. et dolentes de sua iniuria ualde indignati sunt. et omnes pariter uoce magna clamauerunt. nichil se post illum diem esse commune ad genus dauid. uel quod ex illo esset progenitus. sed soli templi ei sufficere quod pater eius edificasset. eumque relicturi minati sunt. Ita enim amari iracundia seruauerunt, ut dum misisset rex roboam quendam nomine adoram super tributa constitutum, qui eos aliquantum mitigaret: et sermones qui petulanter ab etate iuuenili prolati fuerant. ad concordia reuocari passi non sunt. sed lapidantes eum interemerunt. Quod cum audisset roboam credens se quoque lapidandum. et metuens ne aliquid mali sustineret: ascendens in currum fugiens mox uenit in hierosolimam. et tribus iuda simul et beniamin eum constituere regem. reliqua uero plebs ab illa die recedens a domo dauid. regem constituit hieroboam. Roboam autem filius salomonis faciens conuentum duarum tribuum super quos regnabat: elegit ex eis electos milites c. lxxx. milia uirorum contra hieroboam. ut cum eius populo dimicaret. quatenus eos sub bello subderet seruituros. Prohibitus est autem a deo per prophetam tamen ne bellum inferret. dicens non esse iustum ut aduersus contribules dimicaret: cum ab eo populus dei uoluntate recessisset. Quo audito roboam neque est egressus ad prelium. Diuersos ergo in regno primum narrabo quecumque hieroboam israelitarum rex egit. deinde que ad roboam duarum tribuum regem gesta sunt explanabo. et sic [?] hystorie ordo seruabitur.

Igitur hieroboam constructis in sycimorum ciuitate [?] non post multum diem scenophegie festiuitas immineret. metuens quia si permitteret populum pergere ut dominum in hierosolimis adoraret: et festiuitate illic sollempniter agens. penitentia duceretur. et propter templum et religionem dei. eum forsitan relinquerent. et ad roboam reuertantur [?]. et ob hoc mortis periculum sustinere immineret, opus quoddam malignum in sua cogitatione molitus est. Fecit duas uitulas aureas. et eisdem templa construxit. unum quidem in ciuitate bethel. aliud uero circa dan. que ad fontes iordanis minoris uidetur existere. posuitque has uitulas in templis ciuitatum quas prediximus. Deinde uocans x tribus quibus ipse regnabat his uerbis ammonitionem fecit ad populum. Uere contribules nosse uos puto. quod in omni loco habitet deus. et non ostendatur locus in quo ipse presens sit. sed ubique semper exaudit. et cultores suos intendit. Unde non mihi uidetur necessitate uos pati ad hierosolimam pergendi ad hostium nostrorum ciuitatem. ut adoretis dominum longo itinere fatigati. Homo enim mei similis illud templum edificauit. et ego feci duas uitulas aureas domini eque nuncupans [?] quarum unam quidem in bethel ciuitate dedicaui. aliam in urbe dan constitui. quatenus quicumque uestrum eis urbibus uicini sunt. adorent eis dominum. Constituam et ex uobis ipsis sacerdotes. atque leuitas; ut neque egeatis tribu leui, nec filiorum aaron. sed qui uoluerit uestrum esse sacerdos offerat uitulum deo et arietem unum. quod et primum pontificem aaron fecisse dicunt. Que cum dixisset seduxit populum. ut a patria religione recedens preuaricaretur leges. Hoc itaque hebreis initium malorum fuit. et qui prius cuncta uicerant prelijs [?]. in aliena dicionem sunt coacti. sed hoc oportune post narrabimus. Igitur dum instaret septimo mense festiuitas scenophegie. uolens hieroboam ita eam celebrare sicut due tribus in hierosolimis celebrant: edificauit altare ante uitulam. et ipse pontifex factus. cum sacerdotibus ad altare conscendit. Cumque esset hostias et holocausta coram omni populo oblaturus. uenit ad eum ex hierosolimis propheta nomine iadan missus a deo. qui stans in media multitudine. stante et rege. fecit sermonem ad altare predicens quendam esse futurum ex genere dauid nomine iosiam. qui tempore illo super te falsos perimat sacerdotes et ossa eorum [?] populorum seductorum et impiorum super te exuratur [?] simul tecum. Ut tamen credant isti hec esse futura signum eis predico in presenti complendum. Subito enim rumpetur hoc altare. et omnis pinguedo sacrificiorum super eum posita fundetur in terram. Hec dicente propheta indignatus hieroboam extendit manum precipiens eum [?] comprehendi. Cui mox manus arefacta est. nec ualuit eam ad se reuocare. sed habuit eam marcidam et solutam. Rupitur quoque est repente sacrarium. et sicut propheta predixerat cuncta diffusa sunt. Cumque hieroboam uideret ueracem hominem: et prescientiam diuinam habentem rogauit ut supplicaret deo. quatinus dexteram ei curaret.

Quo orante deum, manum secundum naturalem restitutam gaudebat. Prophetamque rogabat cum eo, ut ei conuiuius intendere esset. Ille autem ad annum dixit non se uelle ad eum ingredi, nec panem aut aquam in ciuitate gustare. Hoc sibi a deo preceptum dicens, ut et alia uia quam illuc uenisset remearet. Cuius ergo abstinentiam rex miseret, erat in amore positus, et per mutationem rerum que per prophetam dicta fuerant non prospera sentire minuere credebat. Erat autem in ciuitate quidam senior malignus falsusque propheta, quem hieroboam magnis studiis honorabat, cum eo dicente que illi grata forent crebro eum deciperet. Iste quoque tunc erat in lectulo propter senectutis infirmitatem. Filiis autem eius indicantibus prophetam uenisse de hierosolimis, et de signis effectu, et quomodo arefacta manus dextera hieroboam illo orante fuerat restituta, metuens ne peregrinus fieret honoratior apud regem et potior, precepit filiis ut ei repente ad iter asinum prepararent. Quibus preceptum festinanter implentibus, ascendens persecutus est prophetam, et inueniens eum sub alta et umbrosa ilicis arbore quiescentem salutauit primum, deinde culpauit cur ad eum non intrasset, et eius hospitalitati participatus esset. Quo dicente se a deo prohibitum ne apud quemquam in ciuitate illa gustaret, ille respondit: Non prohibuit te diuinitas, ut mea mensula deuitares. Nam et ego propheta sum, et in ea religione tecum communis, et assum nunc missus a deo, quatinus te comessurum ad me reducam. Ille uero credens mentienti reuersus est. Quibus adhuc prandentibus et pariter epulantibus deus apparuit iadan, eique mandata preuaricanti predixit supplicia sustinere; et qualitatem pene statim indicauit dicens leonem ei occursurum in itinere, a quo laceraretur, et quod paterna sepultura priuaretur. Hec autem facta reor diuina uoluntate, ut hieroboam nequaquam uerba mentientis quasi fallacis quam male moreretur. Remeante ergo iadan propheta in hierosolimam, occurrit ei leo, et deiciens eum de asino peremit, et asinum in nullo nocuit, sed ibi sedens et asinum et corpus prophete magna tuitione seruabat, donec aliqui iter agentium hoc uidentes et uenientes in ciuitate falso prophete denunciarent. Qui mittens filios suos, eius corpus deuexit in ciuitatem, ac splendida pompa ei celebrauit exequias, precipiens filiis ut ipsum mortuum cum illo sepelirent, dicens quod omnia uera essent quecumque ille prophetasset aduersus illam urbem et altare et sacerdotes, necnon et falsos prophetas. Adiecit et hoc dicens, quod ipse post mortem non pateretur iniuriam si iuxta eum fuisset sepultus, et eius ossibus copulatus propter societatem ossium prophete. Sepeliens ergo prophetam, et filiis ista precipiens, cum esset malignus et impius, accessit ad hieroboam eique dixit: Quare turbatus es in uerbis uiri fatui? Cumque illi rex de sacrario et manu sua narraret, sciens eum, et prophetam egregium uocans, tunc ille cepit blasphemare eius opinionem, et uerbis uerisimilibus utens, nitebatur minuere ueritatem. Dicebat enim quia pre labore portandi sacrificia multa eius manus obstupuisset, et deinde cum requieuisset, ad naturam propriam denuo remeasset. Altare uero cum prius fuisset nouum, susceptis multis hostiis et ingentibus propter onus impositum fuisse ruptum et cecidisse dicebat. Indicauit quoque mortem eius qui hoc signa predixerat, eo quod fuisset a leone deceptus, et nichil esset quod prophetasset. Hec ergo dicens, regi satis fecit, et eius mentem penitus auertit a deo, et a sanctis operibus et ad actus impios inuocauit. In tantum uero diuinitati contumelia faceret, et contra leges atrociter insaniret, et nichil aliud cotidie quereret quam ut aliquid noui super ea que iam preparauerat scelera cumularet. Igitur de hieroboam hec in presenti dixisse sufficiant.

Filius autem salomonis roboam, qui sicut prediximus super duas regnauit tribus, edificauit munitissimas ciuitates et magnas, bethleem, et ethan, et thecoe, et bethsura, et socho, et odollam, et gyppam, et maresa, et apha, et adoram, et lachis, et hocheram, et helim et hebron. Has quidem in sorte iuda primas edificauit, fecitque et alias perpuas in sorte beniamin, murisque circumdans custodes instituit in uniuersis, et principes multumque frumentum simul et uinum et oleum, et alia que singulis ciuitatibus probarius esset necessaria largissima ubertate recondidit, insuper autem et scuta et iacula nimis innumera. Conuenerunt autem ex omnibus israhelitis ad eum sacerdotes et leuite in hierosolima, et quicumque alii erant de populo iusti uel boni, relinquentes proprias ciuitates, ut cultum dei in hierosolimis colerent, quia non libenter uidebant quod compellerentur uitulas adorare quas fecit hieroboam. Auxerunt ergo imperium roboam per tres annos. Roboam ergo dum cognatam quandam duxisset uxorem, et tres ex ea filios suscepisset, postea quoque duxit uxorem quandam nomine machan natam de thamar filia absalon, que et ipsa uidebatur cognata, de qua natus est ei filius masculus quem abiam appellauit. Habuit et alios filios ex aliis coniugibus, sed super omnes uxores diligebat machan. Habuit enim legitime conunctas uxores decem et octo, concubinas xxx, ex quibus ei filii nati sunt xx vii, et filie lx. Successorem uero regni sui constituit abiam ex macha procreatum, cui et thesauros et munitissimas tradidit ciuitates. Uidens autem roboam regnum suum his crementis augeri, ad iniustas et impias conuersus est actiones, et spreuit dei religionem, ita ut populus cum maioribus sequeretur eius iniquitatem. Reor enim quia sepius cum malorum iniquitatis magnitudo existat hominibus et maxime earum rerum in quibus ad peiora conuerti possunt. Nam cum principum corrumpitur conuersatio, leditur deuotio subiectorum. Et cum subiecti uiderint illorum luxurias, sue castitatis merita respuentes, quasi quandam uirtutem illorum illecebras imitari nituntur. Non enim possunt aliter suos laudare principes, nisi eis similia uideantur agere. Hoc ergo accidit subiectis roboam. Nam cum ille impie ageret et inique, studebant et illi non esse iusti, ne rex uideretur offendi. Quapropter deus uindicem super hebreos misit regem egyptiorum nomine sesach. Cui actus narrans herodotus, postremo sic narrans de eo dicit. Hic sesach quinto anno regni roboam, cum multis milibus exercituum uenit super eum. Sequebantur autem illum currus mille ducenti, et equitum lx milia, et xl milia peditum, quorum plurimos habebat lybias et ethyopes. Inuadens itaque regionem hebreorum munitissimas ciuitates roboam sine dimicatione cepit, et nouissime armatus ad hierosolima uenit, ubi roboam et eius exercitus propter militiam sesach tenebatur inclusus, deumque rogabant ut conferret eis uictoriam et salutem. Quos tamen non exaudiuit deus, nec eis pugnaturis spem uictorie promisit. Propheta enim semeia prophauit eis dominum esse relicturum, sicut ipsi eius uidebantur spreuisse culturam. Hec audientes animo sunt soluti, et dum nullam uiderent se habere salutem, confitebantur omnes quod deus eos iuste affligeret, cum ipsi circa eum impie crudeliterque gessissent et eius legi-

tima spreuissent. Quos uidens deus ita deiectos et ad penitentiam hos perductos, promisit eis per prophetam ne se eos perditurum, egyptiis tamen eos fore subdendos, ut agnoscerent utrum hominibus seruire esset in facilius an deo. Capiens ergo sesach non lege bellica ciuitatem, sed pacto inito cum roboam cum propter timorem suscepisset, ingressus federatum seruauit, sed templum expoliauit, et thesauros dominicos et regis exhausit, auri et argenti multa et innumerabilia multa secum deuehens ornamenta, et nichil omnino illic derelinquens. Abstulit autem et aureas lanceas et scuta que fecerat salomon, sed neque pharetras aureas dimisit quas dauid ad sumptum dedicauerat. Quod cum sesach fecisset, ad propria remeauit. Meminit autem et huius prelii herodotus scriptor antiquarius. Dicit enim quod idem sesach alias multas gentes inuaserit, et palestina et syria sine subiugauerit, capiens sine prelio cunctas ciuitates, et etiam ciuitatem hierosolima subiugatam ab ipso narrat. Statuas quoque eorum quibus sine prelio ei subdiderunt reliquit, et mulierum genitalia in eis sculpsit. Dicit et ethyopes ab egyptiis didicisse circumcisionem; Nam phenices et syri in palestina habitantes hoc fatentur ab egyptiis didicisse, et palam est quoniam nulli alii circumcidunt syrorum in palestina habitantium preter nostros. De his ergo sentiat quisque quod uoluerit. Igitur discedente sesach, roboam rex pro aureis lanceis et clipeis erea eiusdem numeri fecit, et custodibus regalium seruanda tradidit. Et enim quasi cum splendenti principatu et honore et claritate regnare debuerat imperare, sub multo silentio et timore regnauit, fuitque inimicus hieroboam omni tempore. Mortuus est autem cum uixisset l et vii annis, ex quibus regnauit x et vii, uir superbus et fatuus, qui nolens amicis paternis credere perdiderat principatum. Sepultus est autem in hierosolimis in tumulis regum. Roboam itaque successit in regnum filius suus abia, cum hieroboam octauum decimum annum haberet in regno. Roboam ergo hoc fine consumptus est. Consequens est nunc ut de hieroboam dicamus, quemadmodum et ipse fuerit conuersatus. Is enim hieroboam non quieuit iniquitates facere coram deo, sed cotidie in excelsis montibus erigebat aras, et sacerdotes de populo eligebat. Contra quos impietates non post longum tempus supplicia in eius caput et toti generationis ipsius erat relatura diuinitas. Illa siquidem tempestate cum filius eius nomine abimen egrotaret, dixit uxori sue ut mutata ueste priuatam feminam induens iret ad achiam prophetam, asserens eum uirum bonum et futura presciente qui sibi de regno predixerat, et ab eo quasi peregrina requireret si puer languorem posset euadere. Que mutata ueste sicut maritus ei preceperat, uenit in sylo ciuitate ubi morabatur achias. Cumque domum illius foret ingressura, cum esset iam propheta uisus senectute grauatus, apparuit ei deus et utrumque denunciauit, quod uxor hieroboam ad eum ueniret, et quod deberet ei per quibus aduenerit respondere, et quia mei domum uelud priuata et peregrina ueniret. Tunc achias exclamauit: Ingredere uxor hieroboam. Quare celas? Deum enim latere non potes, qui mihi et te uenturam esse prenunciauit, et imparauit que ubi dicam. Reuertere ad maritum tuum, et narra ei hoc dixisse dominum. Quoniam te magnum ex paruulo et ex seruo constitui regem, scindens regnum a genere dauid et tibi tradidi, sed tu horum non recordatus meaque religione deserens, fusibilesque deos faciens illos potius honorasti. Deiciamque te de regno, et omne tuum genus exterminabo, et canum uoracitati et uolatilium prebebo. Et quendam etiam suscitabit rex toti populo qui de genere hieroboam nullum penitus remanere permittat. Participabit autem isto supplicio et populus, et hac copiosa terra priuabitur, et trans eufraten ulterius dispergetur, quia cuncta reges impietate secuti, deos ab eo factos adorauerunt, et meam religionem uenerabilem reliquerunt. Tu uero hoc marito festina renunciare. Filium autem tuum inuenies esse defunctum. Te namque ingrediente ciuitatem, spiritum mox amittet, et sepelietur que planctu populi communi honoratus. Hic namque solus ex genere hieroboam bonus esse dinoscitur. Hec propheta dicente, exiliens turbata mulier de morte filii lamentans per uiam festinanter ibat, lugens et ingemiscens filium itaque quem non spe reliquerat cum ulterius non uisura, quem conuiuo moriturum esse sciebat. Que dum uenisset in ciuitatem, filium quidem sicut propheta predixerat inuenit extinctum, regi uero cuncta narrauit. Hieroboam itaque nichil horum cogitans, multo exercitu congregato contra abiam filium roboam uenit. Quod cum audisset abia, obstupefactus est, sed tamen ultra prudentiam iuuentutis in spe bellandi roboratus, electo ex duabus tribubus exercitu, uenit hieroboam in quodam loco qui uocatur mons amorreorum, et castra circumfigens bello necessaria preparabat. Erant autem in exercitu eius xl milia uirorum, manus autem hieroboam duplex erat. Et cum uterque exercitus ad opus bellicum et certamina committenda esset iam in acie constitutus, stans in loco excelso rex abias manu silentium imparauit, et petiuit a hieroboam ut eum quiete prius audiret. Et facto silentio cepit hec dicere. Numquid ignoratis quod deus principatum dauid et eius soboli in tempore uniuerso concesserit? Miror autem quomodo recedentes a meo patre, seruo salomonis aui mei indecenter adheretis, et nunc eo ne pugnaturi uenistis contra eos quibus deus regnare decreuit. An idcirco aduenistis ut regnum a domino deo his plus auferatis? Hac enim aut hieroboam regnum iniuste detinuit, quod sperat eum non longo tempore possessurum, qui neque abiuncatis iniuriisque cessauit, quas deo hactenus inferre perseuerat, sed et uos talia perpetrare coegit, qui nullam a meo patre passus contumeliam, qui malignis hominibus credens, ea in cetu uiro locutus est, que uobis non placuerint, et uos putantes quod hoc per propria malicia fecisset, ita faciente eum reliquistis, sed quod uerius est a deo uos et a dei legibus abstraxistis, quippe cum ignoscendum fuisset uiro iuuenculo et contionis ignaro, quod in duris uobis solummodo peccasset, qui neque ad aliquam difficultatem laboris adhuc per iuuentutem uenerat, et maxime cum pro patre illius salomone multa uobis beneficia collata essent, quia pro beneficiis et affectu parentum danda est uenia peccatis filiorum. Uos autem nichil horum cogitantes, neque te neque me, uenistis super nos cum tanto exercitu. In quo igitur confiditis? An spem habetis in uitulis aureis et aris innumeris constructis, quas seruus meus hieroboam fecit que indicia sunt uestre impietatis et non religionis? An tunc pinco spe uobis tribuit multitudo que castra excedit? Sed nulla ibi uirtus est, ubi licet cum multis milibus aliquis pugnet iniuste, nam solummodo spes uictorie in iusticia et diuina pietate consistit, cum insuper nos patrias leges a principio custodiamus, et dominum proprium habeamus qui est finis cunctorum. Unde suadeo ne uobis uetito penitentia preteritorum

143 Ho

habeatis & meliora cogitantes dimicare cessetis. patriasque leges recolatis. & que vos ad magnitudinem tante felicitatis evexit. Hec ergo abias locutus est ad populum. Adhuc autem eo loquente hieroboam quosdam militum latenter immisit. ut abiam ex aliqua parte circumdarent. ubi exercitus non videret. Qui cum inter hostes apparuissent. exercitus eius conturbatus expavit. Abias autem confortavit eos. & in domino spem habere poscebat. Tunc illi pariter invocantes dei solatium. sacerdotibus tubis clangentibus cum clamore hostes aggressi sunt. Et exercitu hieroboam confidentiam & audaciam ac iuventutem dissolvit deus. exercitum autem abie fecit excelsiorem. Nam quanta in nullo bello referuntur cedis fuisse commissum. neque grecorum nec barbarorum interemerunt de exercitu hieroboam. & mirabilem ac famosissimam pepererunt deo eis conferente victoriam. Quinquaginta enim milia hostium bello prostrati sunt. eorumque munitissimas civitates diripuerunt. & insuper bethaliam eiusque regionem fortiter dimicatione tenuerunt. Hieroboam ergo hac perditione fatigatus. neque ulla virtute ultra habuit resistendi. quantocumque tempore post hec abias vixit. Qui tamen post hanc victoriam parvo tempore supervivens obiit. cum regnasset annis tribus: & sepultus est in hierosolimis in patriis monumentis. Reliquit autem filios XX. duos. filias autem septem & X. quos omnes de uxoribus XX. VII. procreavit. Huic successit in regno filius eius asa. cuius mater vocabatur maacha. Quo regnante. omnis provincia israelitarum pace potita est annis X. Hieroboam ergo rex decem tribuum cum XX. & duobus annis tenuisset imperium. successitque ei filius eius nadab. secundo iam anno regis asa transacto. Regnavit ergo nadab filius hieroboam annis duobus: patris impietati malitieque conformis. In his duobus annis castrametatus est contra gebethon civitatem palestinorum. Cumque eam capturus obsidione circumfoderet. dolo passus a quodam amico nomine baasa filio michili mortuus est. Qui post eius obitum potitus imperio. decem tribuum omne genus hieroboam interemit. ita ut secundum prophetiam dei aliqui de cognatorum eius in civitate lacerarentur a canibus atque consumerentur. alii vero in agris a volatilibus devorarentur. Domus ergo hieroboam propter eius impietatem & iniquitatem hac morte deleta est. Rex autem hierosolimorum asa dum moribus esset egregius. semper ad divinitatem respexit. nichilque gessit nec cogitavit quod non esset pietati conveniens. aut ad legum custodiam pertineret. & suum bene composuit regnum. ab eo cuncta nequitia abscidens. & ab omni macula emundans. Habuit autem in exercitu suo electorum virorum arma gerentium. scuta & lanceas de tribu iuda trecenta milia. de beniamin vero scuta arcusque portantium ducenta L. milia. Cumque iam X. annis regnasset. movit contra eum castra cum magno nimis exercitu zara rex ethyopie. ducens pedestrium DCCCC. milia. equestrium vero X. milia. & currus CCC. Qui cum usque ad civitatem que est in tribu iuda cum suo exercitu advenisset. occurrit ei asa. & castris contra eum positis in quadam convalle nomine sabatha. non procul a civitate. cum vidisset ethyopum multitudinem. poscebat a deo cum clamore victoriam. & ut multa milia hostium ipse prosterneret. nec enim in alio confidendum esse dicebat quam in eo qui posset & paucos fortiores ostendere & facere infirmos fortissimis prevalere. Hec orante asa signum victorie ostendit. & cum gaudio divinitatisque auxilio bello congressus. multos ethyopum peremit. & confusos in fugam persecutus est eos usque ad geraritidem regionem. Relinquentes autem occisionem hostium. ad direptionem gerariticam civitatis gerariticam conversi sunt. Qua capientes. ad eorum castra pariter accesserunt. ita ut tollerent aurum multum & argentum & predam deveherent valde magnam. camelos & subiugalia & pecudum greges innumeros. Asa ergo & eius exercitus sumpta a deo huiusmodi victoria atque preda hierosolimis remeavit. Quibus venientibus occurrit azarias propheta via. & precipiens ut paululum a gressu itineris abstinerent. cepit ad eos dicere quod illa victoria fuisset eis a deo concessa eo quod iustos se sanctosque servassent. & omnia dei voluntate fecissent. Quos in eius mandatis permanentes dixit semper hostibus prevalere. & habituros divina virtute felicitatem; relinquentes autem eius religionem in contraria devenire. Futurum enim tempus in quo inveniretur nullus verax propheta in eo populo. neque sacerdos qui iuste aliquid responderet. ubi quam etiam civitates esse subvertendas. & gentem in omnem terram disseminandam. & vitam miserabilem & inopem habituros. suasitque eis ut dum hi bonum haberent bene agerent. & neque a divina devotione recederent. Hec audiens rex & populus gavisi sunt. multumque studium omnis in commune singuli circa iustitiam exhibebant. Misit et rex in omnem provinciam. per quos ut legitima ubique observarent diligenter. Sic ergo asa regis duarum tribuum actio ferebatur. Revertar nunc ad regem baasa qui occidit nadach filium hieroboam. qui X. tribubus preerat. Hic enim in tersa civitate degens. & habitaculum ibi construens. regnavit super israel annis XX. IIII. & factus malignus ultra hieroboam. & filium eius & populum multis malis afflixit. & deo fecit iniuriam. Cui mittens ad eum gymon prophetam dixit. & eum & omne genus eius exterminandum. & hisdem malis quibus domum hieroboam perdiderat perditum. eo quod rex ab eo constitutus eius beneficium non repensavit. iuste & pie populo presideret. cum hec primitus ipsi profecerint. deinde deo gratissima forent. sed magis imitatus est pessimum hieroboam. qui dum defecisset. eius malignitas esset successor. dicebatque supplicium malorum illius hec habiturum. que eis similis esse videretur. Baasa autem quamvis per prophetam audisset futuram sibi suoque generi pro commissis sceleribus ultionem. tamen derelinquere quievit. neque respexit quod male agendo deperiret. & quod posset per malis per certas a deo veniam mereri. sed tamquam illi quibus premium pervenit laborare non cessant donec ad proposita dona veniant. sic & baasa propheta sibi dicente futuram perniciem sui generis. & totius domus interitum. tamquam si ad magna bona concurreret. peior fieri cottidie non cessabat. Namque in malicia velud bonus athleta exercebatur. novissime vero exercitu sumpto. ramam civitatem obsedit. que XL. stadiis ab hierosolimis aberat. eamque capiens cogitavit in ea exercitum relinquere quatenus inde procedens etiam asa regis invaderet. Metuens autem asa conamina hostis. & cogitans quia exercitus quem ramam cepit. possit eius violare provinciam. misit ad regem damascenorum legatos & aurum & argentum petens ab eo solacium. & commemorans quia amicitiam eius antiquitus habuisset. Rex vero damasci & pecuniarum opulentiam grate suscepit. & solacia prebuit. amicitiam solvens quam habuerat cum baasa. Misit enim statim ad civitates que sub baasa imperio videbantur esse milites suos. ut eas subverterent. Qui alias incenderunt: alias depopulati sunt. id est eleon. & abela. & alias multas. Hec audiens baasa rex israelitarum edificare ramam atque munire cessavit. & cum studio festinavit. ut suis fieret auxilium. Igitur asa de apparatu edificiorum quem baasa congregaverat construxit in eodem loco duas munitissimas civitates. quarum una gabaa. alia vero masfa vocabatur. Post hec ergo tempus non habuit baasa pugnandi contra eam adversus asa. Preemptus est enim a morte. & sepultus est in civitate thersa. cui successit filius eius helan. Hic cum regnasset duobus annis interfectus est. quem occidit zamarias equitum [illegible] dimidii princeps. Nam dum epularetur apud dispensatorem suum nomine osa. suasit quibusdam equitibus ut subito [illegible] eum armigeris & principibus desolatum repperientes occiderent. Nam milites eius cuncti circa obsidionem gabathone civitatis in palestina posite occupati videbantur. Peremptoque rege zamarias princeps equorum. ipse in eius loco regnavit. & omne genus baasa secundum prophetiam gymon interemit. Eodem namque modo domus baasa propter impietatem radicitus est evulsa. sicut domus hieroboam. Exercitus qui gabathon obsidebat audiens quid de rege contigerat & quod zamarias occidens eum invasisset imperium. tunc ipsi principem suum amarin constituere regem. Qui de gabathena urbe movens exercitum venit in thersa. & accedens ad civitatem manu bellica eam cepit. Zamarias autem videns civitatem suffocatam fugit in locum secretiorem aule regie. & succendens eam semet ipsum pariter concremavit. cum regnasset diebus VII. Mox israelitarum populus est divisus. & alii quidem thieman regnare volebant. alii autem amarin. Cumque vicisset pars amarin. interemptus est thieman. & toto exercitu regnavit amarin. Tricesimo autem anno regis asa suscepit amarin imperium. & tenuit annis XII. quorum VI. annos in thersa fecit. reliquos autem in ea que marcon appellatur agrestis samaria. Hic autem nominavit eam somareon a somaro quodam qui ei montem vendiderat. in quo construxerat civitatem. In nullo autem differebat a prioribus regibus: nisi quod peior erat. omnes enim israelitarum reges quotidie certantes suis impietatibus: cottidie populum facerent a deo recedere. & ideirco deus nullum permisit ex eorum genere super esse. Amarin ergo defunctus est in civitate samaria. successitque ei filius suus achab. Ex his namque cognoscitur quantam providentiam humanarum rerum divinitas probatur habere. quomodo bonos quidem diligat. malos autem abhorreat. & radicitus disperdat. Israelitarum enim reges propter suam iniquitatem & iniusticiam alter super alterum irruentes multi parvo tempore perierunt. & eorum genus exterminatum est. Asa autem rex hierosolimorum. qui duabus tribubus presidebat. propter pietatem ac iusticiam ad longam feliciterque a deo perductus est senectutem. & cum regnasset XL. duobus annis. bona morte defunctus est. Quo moriente successit ei filius suus iosaphat de abida matre procreatus. Hic autem imitator patris sui deo pietate atque fortitudine cunctis operibus decreverunt. De hoc rege non est nunc referendi necessitas.

Igitur achab rex israelitarum habitavit in samaria. tenuitque principatum annis XX. & duobus: nichil amplius innovans quam priores fecerant reges nisi quod mali magnitudine plus omnibus tenderet ad peiora. & omnem eorum nequitiam. & quod ad divinam pertinet iniuriam. imitatus est. & precipue constructas ab hieroboam adoravit aras. & super hec multa alia peiora molitus est. Duxit autem uxorem filiam iotabal regis tyri & sydonis nomine iezabel per quam eius didicit adorare deum. Erat autem mulier nimis acerrima simul & audax. que ad tantam venit luxuriam atque insaniam ut et deo tyri quem baal appellabant templum edificaret. & plantaret omnium arborum lucos. constituitque sacerdotes & falsos prophetas tali deo servituros. Ipse autem rex achab multos huiusmodi circa se fovebat. stultitia atque nequitia omnes priores suos excellens. Quidam ergo propheta summi dei de civitate thesbites galaaditarum regionis nomine helyas veniens ad achab dixit ei. quia deus iuraverit neque ymbrem neque rorem illis annis in eam provinciam se missurum. nisi ipse rursus apparuisset. Et cum hec dixisset. accessit ad partes australes. & habitavit circa torrentem quendam unde poculi habebat auxilium. nam corvi ei cibum cottidie deferebant. Cumque fluvius siccitate nimia defecisset. in civitatem sarreptenam non procul a sydone tyroque devenit. que civitas in harum medio constituta est. Deus enim preparat illic quandam mulierem viduam. ut cibum ei preberet. Et cum non procul esset a porta. vidit mulierem viduam semet colligentem ligna. Cui cum deus significasset. hanc esse que ei cibum ministratura foret. accedens salutavit eam. & ad bibendum aquam sibi dari postulabat. Que cum iret denuo vocans eam & panem sibi preposuit afferri. Illa cum iurasset nichil se nunc in domo habere nisi modicum farine & paululum olei. & propterea processisse ad colligenda ligna. ut conspersa farina sibi filioque suo panes faceret cum aliud nichil super esset. & fame morerentur. ait helyas propheta. Confidens perge. & in spe meliori consiste. faciens mihi primum parumper. Predico namque quod non deficiet ydria farine nec vas olei. donec deus gratiam ymbrem fundat in terras. Hec eo dicente propheta veniens illa ministravit. & sibi & helye nichil horum defuit. donec siccitas deficeret. Meminit huius siccitatis & menander in gestis regis valithiorum ita dicens. Et siccitas super eos facta est a mense yperitheon usque ad alium annum yperithei. usque dum quidam deo supplicaret. & multa flumina sunt emissa. siccitatem factam significans sub rege achab. Mulier itaque quam paulo ante diximus pabulum prebuisse prophete cum decidisset filius eius in languore ita ut animam emitteret. & mortuus esse videretur. deflens & manibus semet ipsam valde decerpens. vocesque luctuosas emittens. accusabat a propheta se factam iniuriam helye prophete. & quasi ipse peccata eius arguens. ideo puer fuisset extinctus. Ille vero tamen equo animo esse precipiens. & sibi filium dare iubens. se eum illi restituere promisit. Quem tradente portans eum helyas ad locum in quo ipse degebat & in lectulo collocans clamabat ad dominum dicens. quod non fuisset bene repensatum mulieri que eum susceperat & nutrierat. eo quod filius eius fuisset mortuus. rogabatque ut denuo animam puer reciperet atque vivendi copiam preberet. Cumque deus & matris pueri habuisset misericordiam. & helye precibus prophete rogantis annuere. nec videretur ad eam per lesionem venisse. contra omnem opinionem revixit puer. Illa vero gratias prophete referens. tunc aperte se cognovisse dicebat. quod loqueretur ei vere divinitas. Transacto autem parvo tempore helyas propheta ex voluntate dei pergebat ad regem. futurum ei denuncians ymbrem. Famina enim & necessariorum inopia provinciam nimis invaserat. ita ut non solum homines propter siccitatem. sed & cetera animalia fames afficeret. Igitur rex achab evocans quendam abdiam qui erat super eius iumenta. precepit ei ut ad fontes aquarum & torrentes pergeret. quatenus pascua animalibus inveniret. Indicavit & ei quia iam in cunctis

arbitrantium misisset ad perquirendum helyam nec inuenisset; preceperat autem ipse quoque requireret. Quod dum fieri placuisset, rex achab et abdias per singulas uicinia(s) perrexerunt. Inuenit abdias tempore quo iezabel regina prophetas domini occideret, ipse centum prophetas in spelunca abscondit, et eos pane et aqua nutriuit. Cumque autem abdias recessisset a rege, helyas propheta ei occurrit. A quo requisit quis esset, et agnoscens esse helyam statim adorauit. Cui helyas: Perge inquit ad achab, et dic quia assum. Cui ille respondit: Quid mali passus a me ille me mittas qui possim indubitanter occidi? An ignoras quia rex nullum locum reliquit quo non direxerit ut te repertum ad casum necis adducat? Timebat enim ne dum regi nuntiaret, helyas alibi discedens, ipse a rege interimi uideretur ac morte subiret. Commemorabat ergo helye quemadmodum cum iezabel prophetas occideret, ipse centum absconsos in speluncis abscondisset. Cui helyas: Nichil inquit metuens ad regem festinus ascende. Perhibuitque ei iusiurandi religione quod illa die ipse quoque ueniret ad achab. Cumque abdias regi nuntiasset, quod inuenisset helyam, achab mox uenit ad eum, requirens cum ira grandi si ipse esset qui in populo hebreorum impietatis auctor foret. Tunc helyas in nullo formidans ait eum potius omnia mala perpetrasse eiusque genus qui in illam prouinciam deos alienos introduxisset ac deum uerum reliquisset. Nunc inquit precipe omnem populum congregari in monte carmelo et omnes prophetas tuos et uxoris tue prophetasque lucorum quadringentos. Qui dum omnes ad predictum montem achab euocante uenissent, stans in medio eorum helyas ait: Quousque diu sani mente habetis et in praua consuetudine consistitis? Si uero putatis nostre prouincie deum esse uerum, solum eum sequimini, eiusque mandata seruate. Si uero hunc non creditis, sed peregrinos deos exhibenda esse putatis ueneratione, et nichilominus obedite. Cumque populus ad talia non responderet, petiuit helyas ad probandam fortitudinem dei sui et aliorum deorum sumeret ipse bouem unum, et occisum super altare poneret; neque igne subposito, et illi similiter facientes prophetos deos inuocarent, quatenus eorum hostias concremarent. Hoc autem facto cognosceremus ueri dei preualere naturam. Quod cum omnibus placuisset, precepit helyas ut illi prius eligentes bouem occiderent, et deos proprios inuocarent. Quorum dum non audiretur oratio, deridens helyas monebat eos maiori uoce ad deos suos clamare, dicens eos fortasse in itinere esse, aut in aliquo loco dormire. Illis autem a matutino usque ad media die hoc facientibus et semet ipsos more patrio cultris et gladiis incidentibus, et nichil agentibus; perficientibus cum ipse esset iam hostias oblaturus, illos quidem abire precepit, populum uero in proximo iussit accedere ut uiderent et custodirent eum, ne alii nisi ignem latenter immitterent. Cumque populus accessisset, sumens xii. lapides secundum tribus hebraici populi, construxit ex eis altare, et circa illud fecit foueam ualde profundam, et imposuit ligna super altare, et eis superposuit hostias. Precepitque ut iiii. ydrie de fonte complete deferrentur super altare, donec fouea illa que aquam ipsam ex altari suscipiebat impleta manaret. Quo facto cepit orare dominum, ut erranti populo sua potestate manifestam faceret. Cumque hec dixisset, repente ignis de celo uidente populo cecidit super aram, et consumpsit hostias uniuersas ita ut et ipsa aqua cremaretur, et locus hactenus ita usque nunc perdurat. Hoc uidentes israhelite ceciderunt in faciem, et adorauerunt unum deum, solum maximum et uerum, dicentes se alienos deos praua opinione coluisse. Et comprehendentes falsos prophetas, cunctos helya precipiente peremerunt. Dixitque helyas ad achab: Perge ad conuiuium nichil de reliquo cogitans, nam post paululum uidebis a deo ymbrem largissimum effundi. Achab uero post hec uerba discessit. Helyas autem ascendens in uerticem carmeli montis posuit inter genua caput et orauit. Quo facto iussit ministro ut pergens in quendam scopulum ad mare respiceret, si alicunde nubem suscitari uideret. Nam aer erat ualde purissimus, et serenitate perspicuus. Quo ascendente nichilque se uidere dicente, dum septies hoc fecisset, ait se uidere nubem non tam amplius quam unius hominis uestigio crescentem. Quod cum audisset helyas, misit ad achab iubens ut ad ciuitatem citius iret, antequam ymber prorumperet. Qui mox in urbem iezrahel festinus ibat. Repente namque aere obducto caligine et nubibus ad opertum, spiritus uehemens ortus est, et uberrimus ymber effusus. Helyas autem diuinitus inspiratus ante currum regis in ciuitatem iezrahel usque perrexit. Audiens autem iezabel signa que fuerant ab helya patrata, et quod prophetas suos interemisset, indignata misit ad eum nuntios, et per eos minauit se ita eum interfecturam, sicut ille peremerat eius prophetas. Tunc helyas formidans fugit in ciuitatem bersabee que est in ultimo sortis iude, in terra ydumeorum, et ibi relinquens suum ministrum abscessit in heremum et orauit ut moreretur. Non enim se meliorem patribus esse dicebat ut illis mortuis ipse uiuere aliquatenus exoptaret. Quo dicto, circa quandam arborem obdormiuit. Et cum aliquis eum excitasset, surrexit et inuenit cibum 144
et aquam. Comedens autem et perapiens ex illo cibo uirtutem, ambulauit xl. diebus et totidem noctibus ad montem syna ubi moyses leges a deo dicitur percepisse, et inueniens in eo speluncam quandam ingressus in eam ibi morabatur. Cumque eum uox quedam ex incerto requireret, quid illic adesset, et cur reliquisset ciuitatem, respondit eo quod occidisset falsorum deorum prophetas, et populo ostendisset quia unus sit deus quem ab initio coluissent, et ob hoc ad supplicium quereretur a iezabel. Rursus autem audiens ut in spelunca rediret ut quod oporteret fieri altera die cognosceret. Altera die de spelunca egressus est, et facto subito terremotu, splendore fulgentis ignis inspexit, factoque silentio uox diuina neque eum timere precepit, quia nullus eum inimicus nocere posset, iussitque ut domum reuertens ungeret regem populi hieu filium namsi, in damasco uero syrie azahel, pro se autem constitueret prophetam helyseum de ciuitate abela, et uniuersos impios perimeret, alios azahel, alios autem hieu. Hec audiens helyas a regione rediens est hebreorum, et inueniens helyseum filium saphat arantem et cum eo de aliis usque ad iuga xii. accedens proiecit super eum pallium suum. Helyseus autem cepit statim prophetare, et relictis bubus secutus est eum, rogans ut eum permitteret [illegible] parentes prius salutaret. Quo iubente [illegible], ualedicens eis secutus est helyam, fuitque cuncto tempore [illegible] discipulus et minister. De hoc propheta hinc dicta sunt. Quidam igitur naboth de azarui ciuitate regio agro uicinus [illegible] achab. ut ei uineam [illegible] pretio uenderet [illegible]

eo coniuncto potiore faceret possessione, et si uellet pecunias acciperet, [illegible] agris quem uellet eligeret. Naboth autem dicente se hoc facere nolle, sed paternam sortem se possidere gratificare, rex quod alienum agrum non posset [illegible] neque lauacro usus est neque cibum [illegible]. Iezabel autem uxore sua requirente [illegible] quare [illegible] neque [illegible] aperiret, [illegible] narrauit ei achab superbiam naboth, qui cum mansueto sermone eum [illegible] agro [illegible] et [illegible] iniuria. Illa uero rogabat ut [illegible] et [illegible] recederet, et suo corpori [illegible] prouideret [illegible], dicens de naboth supplicium cogitare. [illegible] uidice israhelitarum nomine achab, iubens ut ieiunarent omnes, et habito conuentu naboth [illegible] eum inter [illegible] insignis genere, et instruerent quosdam tres uiros audaces, qui contra eum testimonium dicerent quasi deum blasphemasset et regem, et hoc modo perimeret. Naboth igitur secundum scripta regine, et testimonio contra se prohibito quasi deum blasphemasset et regem, lapidatus et mortuus est. Audiens autem hoc iezabel mox ingressa est ad regem, eique dixit ut uineam naboth iam gratis possideret. Achab autem in his letatus que acta sunt, exiliens e lecto pergebat uineam naboth inspecturus. In hoc indignatus deus misit prophetam helyam ad agrum naboth quatenus ad achab loqueretur de his que fuerant gesta, eo quod occidisset uerum dominum agri, et ipse eum iniuste possideret. Helyas autem cum uenisset ad regem dixit ei quod peccato magno se polluisset, et in illo loco quo naboth mortuus a canibus uidebatur fuisse deuoratus, ibi eius sanguinem et uxoris eius fundendum, et omne genus eius esse periturum, eo quod huiusmodi impietates effecerit, et contra leges patrias ciuem iniuste perimeret. Contristatus autem achab et penitentiam agens induit se sacco, et nudis pedibus ambulabat, non sumens pane cibum, peccata sua plangebat, dominum hoc modo placare contendens. Deus autem per dixit helye quod achab quidem uiuente eius generis supplicium esset differendum, sed eius filii temporibus inferendum. Hec cuncta dixit helyas regi.
His itaque temporibus adadus filius adadi regis syrie et damasci collecto prouincie totius exercitu, et solacia xxx. duorum regum habitantium trans eufraten contra achab castrametatus est. Ille uero cum par non esset in exercitu ad dimicandum, non presumpsit accedere, sed omnia necessaria in ciuitatibus munitis includens, ipse mansit in samaria. Habebat enim hec muros ualde fortissimos, et erat inexpugnabilis obsidentibus. Rex igitur syrorum sumpto exercitu uenit ad samariam, et obsidens eam misit preconem ad achab petens ut eius legatos susciperet, et quid uellent agnosceret. Quod dum achab fieri permisisset, uenientes legati autem eum dixerunt: Mandauit rex adadus diuitias, filios et uxores tuas esse dandas, et si permitteres hoc ita faciendum, ut tolleret ex his quecumque uellet, castra solueret, et ab obsidione cessaret. Achab autem legatis dixit, ut euntes suo dicerent regi, quia ipse et sua omnia eius possessio forent. Iterum rex syrorum alios nuntios misit ad eum. Achab autem de secunda legatione permotus, collecto populo in medium, dixit quia ipse quidem paratus fuerit pro [illegible] et pace cunctorum uxores suas et filios et omnem possessionem dare, quia hec prima legatio regis syrie fuit, et nunc denuo missa legatione petit perscrutari domus uestras, ut quicquid in eis optimum inuenire possit auferat, uolens occasionem facere pugne, et sciens quia meis rebus non pepercit, ad uestras accessit. Ego autem quod uobis placuerit exhibeo. Populus autem respondit non esse obediendum, sed potius contempnendum, et ad pugnandum se paratos existere. Legatis ergo responso uocatis euntes dicerent tunc quia prime quidem petitioni esset paratus obedire, secundam autem petitionem non posset implere quia manere propriorum securitate solliciti. Adad autem rex audiens hoc indignatus est et tertia legatione misit ad achab minando dicens, quod cumulum terre altiorem erigeret muris de quibus ille sperat, et faceret quod puluis samarie non sufficeret suo exercitui ad portandum in manibus; et his minis uolebat eum terrere. Achab autem remandauit ei, quia non deberet eque gloriari discinctus ut accinctus, id est non solum ita discinctus uel auxilio nudatus quam tecum quando es accinctus id est multo exercitu uallatus, ubi cuiuis locorum tam bene accingar in nullo recuse tecum pugnare. Legati autem uenientes ad regem suum iam in epulis constitutum, nuntiauerunt ei responsum. Ac ille repente precepit circumdari ciuitatem, et aggeres circa eam extolli, et nullo modo obsidionem relinqui. Achab autem his gestis cum omni populo erat in angustia constitutus. Accedente autem ad eum quodam propheta et dicente dominum promisisse ut tanta milia eius dicioni subderet ut securior esset factus, et a formidine releuaretur. Requirebat autem prophetam, per quos hec uictoria peruenire deberet. Per filios inquit principum, te eorum imperitiam precedente. Conuocans autem achab filios principum, inuenit quasi ccxxx. duos uiros. Agnoscens autem syrum ad conuiuia conuersum, aperiens portas filios principum mox emisit. Exploratoribus autem renuntiantibus regi syrie quid agerent, destinauit qui eis occurrerent, et ad se ligatos deducerent, siue pro bello, siue pro pace uenirent. Achab autem alium exercitum habuit infra murum in subsidiis. Porro filii principum congressi cum syrorum custodibus multos eorum interemerunt, et alios usque ad castra persecuti sunt. Videns ergo achab eos uincentes, et alium exercitum dimisit exire. Qui repente in syros irruentes, preualuerunt eis. Non enim syri sperabant eos super se sic inopinabiliter fuisse uenturos. Quos inuenientes nudos et ebrios ita persecuti sunt, ut et arma relinquerent fugientes, et uix in equo rex potuisset euadere. Achab autem multos in itinere persecutus interfecit syrorum et eorum castra diripuit, et inueniens in eis diuitias non paruas auri et argenti, et currum et equorum, in ciuitatem denuo remeauit. Propheta autem monuit eum ut prepararet exercitum, quia futuro anno denuo super eum syri reuerterentur. Adad autem rex syrie cum paruo exercitu de prelio liberatus, cum amicis propriis cogitabat quemadmodum denuo cum israhelitis dimicaret. Et non placuit in montibus; quia dii eorum in montibus preualerent, et propterea ab illis esset uictus, et si in campo cum eis pugnaret euincens uinceret. Super hoc autem consilium habuit, ut reges qui uenerant ad solacium ad propria redire permitteret, et eorum exercitum ad plurimos satrapas ordinaret, et in loco occisorum exercitum de prouincia eligeret, et equos et currus suppleret. Rex autem syrorum credens sibi bene fuisse dictum, congregauit exercitum uerisque tempore castra mouens, uenit ad ciuitatem afeka, et in campo magno castra composuit. Achab autem occurrens ei sua [illegible]

iuvante, et eduxisso castra iuxta eum fixit. Et erat eius exercitus valde parvus. Tunc rursus accessit ad eum propheta, et victoriam ei promisit, ut dominum virtute, quia non solum in montibus sed et in campis exhibere contra Syros ferret. Igitur vii diebus castris positis quiescebant. Septima vero die diluculo procedentibus hostibus aciemque construentibus ad bellum, eduxit et Achab sui motum exercitum. Et congressi robustissima dimicatione commissa, hostes convertit in fugam, et ad eorum interitum persequens imminebat. Illi vero curribus suis impediti, ab annuitem sunt extincti, et pauci fugerunt in urbem Afeka. Sed et ipsi sunt mortui, muris enim cadentibus super eos xxvii milia defecere. In proelio autem c milia sunt occisa. Rex autem Adad fugiens cum quibusdam fidelissimis servis suis in loco subterraneo celabatur. Cui dum dixissent servi quia Israelitae clementes essent et misericordes, et possent consueto more rogantibus salutem ei conferre, si cuncti rogarent Achab. Ille autem permisit eos abire. Tunc illi induti saccis et restis sua capita alligantes, sicut eum olim captum rogabant, venerunt ad Achab petentes eum, ut Adad rex mereretur salutem, quia eius esset perpetuus servus. Ille vero dixit se libenter videre si viveret, nec in bello defecisset, honorem se ei ac devotionem exhibiturum, ut fratri. Hi debita dimissurum se. Tunc illi accipientes iusiurandum ut nihil pateretur adversi, eduxerunt eum de loco in quo videbatur esse celatus, et ad Achab duxerunt. Qui cum adorasset, dans ei dexteram levavit eum in currum, et osculatus eum iussit esse securum, dicens ut nihil mali deberet de cetero formidare. Adad autem gratias egit, et nullo se tempore oblivisci haec beneficia promisit, et etiam civitates Israelitarum quas abstulerant reges ante eum redditurum se dixit, et Damascum, ut ita rex Hebreorum egrederetur ad suam civitatem, sicut maiores eorum in Samariam. Celebratis itaque foederibus inter eos, Achab multis muneribus donatum Adadum ad proprium dimisit regnum. Igitur bellum Adadi regis Syrorum quod habuit adversus Israelitas hoc modo terminatum est. Interea quidam propheta nomine Micheas accedens ad unum Israelitarum, petiit ut eum in capite pro voluntate dei percuteret. Quo nolente, dixit ei quod quia inobediens esset deo, eius percepto leonis occurrente periret. Quod dum contigisset, accessit propheta rursus ad alium, et illud idem facere mandavit. Qui dum percussisset eum, et eius verticem cruentasset, alligato capite accessit ad regem dicens, quia dum esset in exercitu constitutus accepisset a quodam tribuno servandum captivum sub ea conditione ne ut si captivus fugeret, ipse moreretur. Quo fugiente, is qui eum tradiderat mortem ei minabatur inferre. Respondente autem Achab mortem ei minime iustissimam, solvens caput agnitus est esse Micheas propheta. Hac enim parabola utebatur propter sermones quos ei erat dicturus. Ait namque quia cum deus ei concessisset ut supplicium hostis evaderet, ipse inimicum eius Adadum qui deum blasphemaverat dimisisset; et propterea deus decrevisset ipsum quidem ab illo perimi, populum vero ab eius exercitu invasione confundi. Iratus vero Achab prophetam clausum servari iussit, et confusus Micheae sermonibus ad propriam domum remeavit. Igitur de Achab haec dixisse sufficiat, et revertar ad regem duarum tribuum.

Igitur Iosaphat rex Hierosolimorum tenens imperium et exercitum in civitatibus non minorem praecedentium habuit in regno quam patris eius, et munitiones in civitatibus collocavit. Habuit etiam deum propitium et cooperatorem, quia divinitatem eius esse iustus et pius, et quid bonum coram deo fieret inquireret. Honorabant eum reges in circuitu constituti conferentes pecunias, ita ut divitias haberet amplissimas et gloriam magnam. Anno quoque tertio regni sui convocatis provinciae principibus et sacerdotibus iussit ut peragrantes ubique omnem populum sub eo constitutum docerent per singulas civitates mosaicas leges, ut eas sine praevaricatione servarent, et circa eius religionem devoti semper existerent. In his cuncta multitudo laeta facta est, ut nihil amplius amplecteretur neque diligeret nisi servare leges. Confines et omnes nimis amabant Iosaphat. Cumque in summa pace regnaret, Palestini ei soluta tributa reddebant, et Arabes singulis annis dabant ei agnas ccclx et totidem arietes. Munivit et civitates maximas atque fortissimas, et exercitum in eis contra hostes et arma disposuit. Erat enim ex Iuda armatorum exercitus ccc milia virorum, quorum principatum Edrous tenebat. Iohs vero ducentorum milium princeps erat. De tribu Beniamin cc milia regebat Achari. Alter vero princeps militiae nomine Gohonath armatorum sub se habebat centum lxxx milia, qui regi famulabantur, quos direxit ad munitissimas civitates. Accepit et filio suo Ioram filiam Achab regis nomine Athaliam. Et cum die quadam Iosaphat veniret in Samariam, suscepit eum Achab et ipsi et populo eius magna largitate hospitalitatis exhibuit, in cibo et potu, et rogavit eum ut contra regem Syrorum Adadum ei solacia non negaret, quatenus Ramoth urbem in Galaad sitam auferret, quia eius patris primo fuisset, et ei a rege Syrorum fuisset ablata. Iosaphat quoque promisit se ei solacia daturum, et statim suum exercitum vocavit ab Hierosolimis. Egressi autem foris civitatem ambo reges et in soliis propriis utrique residentes suum exercitum ordinabant. Iosaphat vero iussit ut si aliquis prophetarum adesset consideret si esset eo tempore proelium contra Syrum agendum. Nam pax permanserat inter Achab et Adadum regem Syriae tribus annis ex quo eum post captivitatem dimiserat ad propria remeare usque ad illum diem. Vocavit ergo Achab prophetas suos numero quadringentos, iussitque consulere si deberet pugnare contra Adadum et civitatem posset recipere. Prophetae autem dixerunt quia pugnaret et vinceret, et Syrum captivaret sicut et prius. Iosaphat autem intellexit in eorum sermonibus quia falsi prophetae essent, et requirebat si sibi esset aliquis propheta dei, ut certius futura cognoscerent. Achab autem dixit sibi esse quendam nomine Micheam invisum sibi et hominem qui sibi prophetasset quod a rege Syrorum in bello vincendus esset, et ob hoc ipse propheta in custodia teneretur. Cumque petisset Iosaphat eum vocari, misit quendam eunuchum ut educeret illum. Et cum venisset ad Micheam indicavit ei quia omnes prophetae victoriam regi praedixissent. Ille autem dixit se nihil aliud fore dicturum nisi quod deus in ore posuisset. Cumque venisset ad Achab, coniuravit eum ut sibi veritatem diceret. Tunc respondit Micheas ostendisse sibi deum fugientes Israelitas et esse in persecutione Syrorum, et ab eis cunctos dispergi in montibus sicut greges sine pastore, et ad extremum se vidisse dixit quod omnes reverterentur ad propria, ipsum vero solum in proelio occubuisse. Cumque Micheas haec dixisset, ait Achab ad Iosaphat: Nonne dixi tibi qualis sit erga me huius hominis affectus, qui semper mihi mala prophetat. Micheas autem respondit quia congruit verum deum sprevisse, et quod falsis prophetis crederet qui ei dixissent ut cum spe victoriae egrederetur ad bellum, ideo imminere [illegible] ei in proelio. Achab tamen ex eius verbis [illegible].

Sedechias autem quidam falsus propheta accedens ad regem ait non esse audiendum Micheam, quia nihil verum diceret. Nam et Helias quidam propheta prophetavit in Iezrahel civitate sanguinem tuum a canibus esse lambendum, sicut et sanguinem Naboth, qui sic pro eo rex fuisset occisus. Quibus ab Helya sic prophetatis, apertum est Micheam mendacem esse, qui meliori prophetae contraria dicit, cum quod tertia die debeas mori rex in Ramoth et non in Iezrahel. Cognoscens itaque rex si vera sunt quae iste dicit, aut si habet spiritum dei in se loquentem. Caesus a me palmis in facie sua nocebit manum meam, sicut Iadan propheta dexteram regis Hieroboam aridam fecit dum eum capere voluisset; hoc autem omnibus notum est. Cumque Sedechias percussisset Micheam in faciem et nihil fuisset passus, confortatus Achab in se et ipso movit exercitum contra regem Syriae. Plus enim vincebant verba falsi prophetae quam Micheae, ut ex occasione perveniret ad finem. Tunc Sedechias faciens cornua ferrea dixit ad Achab quod eum manifestasset deus illis omnem Syriam subiciendam. Micheam vero dicentem quia Sedechias post paucos dies in cubiculo se celaret pro timore fugiendam, iussit rex Micheam duci in custodiam ad Amon et Ioas principem civitatis, et nihil aliud praeter panem et aquam cibi dari. Igitur Achab et Iosaphat reges sumentes exercitum venerunt ad Ramoth civitatem. Rex autem Syrorum audiens eorum adventum, suum eis obiecit exercitum, et non procul a Ramoth fixit castra. Constituerunt inter se Achab et Iosaphat ut Achab regium schema deponeret et Iosaphat suis armis indutus astaret in acie. Achab quoque ob Micheae dicta voluit declinare pro tecto regio habitu, et tamen quod praedictum fuerat evenit. Rex namque Syriae exercitui praeceperat universo ut nullum alium perimerent nisi regem Israel. Syri igitur facta congressione videntes ante aciem Iosaphat regem astantem, putantes esse regem Achab, impetum fecerunt, cumque circumdedissent et dum cognovissent ipsum non esse, recessere post tergum. Ab ortu namque diei usque ad vesperam pugnantes, praevalente mandato regis neminem penitus occiderunt, quaerentes Achab solum interficere, et invenire nequiverunt. Quidam vero miles de Syris nomine Adan cum sagittasset inter hostes, Achab per loricam in pulmone percussit. Achab autem suum casum exercitui manifestare noluit, ne timore solveretur, sed aurigae praecepit ut converso curru a proelio declinaret, quia mortaliter fuisset sagittatus, et usque ad occasum solis ex sanguinis [illegible] mortuus est. Igitur exercitus Syrorum nocte superveniente per praeconem signum dante a castris mortuum esse scientes Achab, ad propria sunt reversi. Corpus quoque Achab sui referentes ad Samariam sepelierunt, et currum eius abluerunt in Iazara fonte Samariae Achab sanguine cruentatum, et tunc cognoverunt Heliae prophetiam fuisse veram. Canes namque eius linxerunt sanguinem, et meretrices ad fontem quod erat reliquum diluerunt. Mortuus est quoque Achab in Ramoth, Michea propheta haec praedicente. Cum ergo haec Achab regi a duobus prophetis praedicta videantur, oportet semper divinitatem coli et honorari, et praedicari, et quae vera sunt semper credere plusquam ea quae per nequam libenter dicuntur complecti, et arbitrandum quod nihil sit utilius quam bonorum virorum praescientia, deo nos per eos docente, quid unusquisque debeat observare. Cogitandum est ergo ex his quae Achab regi pervenerunt, quod debet hominibus pervenire quamquam praesciatur non potest evitari, sed ipsa passio multis spe seducit homines blandiendo, donec a deo debita passio compleatur. Hoc ergo modo videtur Achab deceptus, ut praedicentibus praedictionem suam non crederet, prophetantibus autem ea quibus delectabatur illa plus credendo moreretur. Mortuo autem Achab, Ochozias eius filius ei successit in regno.

Explicit liber octavus Iosephi antiquitatis iudaicae.

INCIPIT LIB. VIIII

IOSAPHAT ITAQUE ad Hierosolimam remeans post bellum quo solacium praebuerat Achab contra regem Syriae sicut praediximus, occurrit ei Hieu propheta et culpavit eum cur Achab solacia praebuisset homini impio et maligno, deum dicens haec moleste pertulisse, sed tamen licet valde peccasset, propter naturam eius optimam eum ab incursu hostium in bello liberasset. Tunc rex Iosaphat ad gratiarum actionem et ad sacrificia dei conversus est, et post haec coepit omnem suam provinciam circuire et populum edocere ut leges mosaicas omnino servarent, et pietatis opus circa deum exhiberent. Constituit et iudices in unaquaque civitate sui imperii, et praecepit eis ut pro [illegible] res cogitarent, quam ut iustitiam populis exhiberent, et neque munera, nec cuiusquam dignitatem in iudiciali facto, aut divitias, aut genus considerarent, sed omnibus aequa iura tribuerent, scientes quia et quae occulte geruntur a deo non ignorantur. Haec cum docuisset in unaquaque civitate duarum tribuum, in Hierosolimam denuo remeavit. Constituit et iudices a sacerdotibus et levitis atque primatibus, monens ut diligenter iusta iudicia disponerent. Sin autem de rebus maioribus quidam contribulium ex aliis civitatibus eos consulerent, cum maximo studio et iustissime responderent, quia rectum iudicium deberet esse in ea civitate ubi templum dei esset et habitaculum regis. Horum autem principes constituit Amasiam sacerdotem et Sabadiam qui erat de tribu Iuda, et haec modo in regno suo cuncta disposuit. Eo tempore castra metati sunt adversus eum Ammanitae et Moabitae, sumentes secum Arabum maximam legionem, et castra posuerunt apud Gaddi civitatem quae est circa paludem Asfaltidem trecentis stadiis ab Hierosolimis, in qua nascitur palma simul et opobalsamum. Audiens autem Iosaphat quod hostes transeuntes paludem in eius provinciam venissent, metuens convocavit populum in [illegible] Hierosolimis in [illegible] sanctuario, et stans contra faciem templi orabat et invocabat deum ut ei auxilium praeberet et robur quatenus hostibus praevaleret, quia haec ipse promisisset Salomoni cum templum aedificasset, ut ipse contra hostes dimicaret, et praesumentes contra eos manus inferre comprimeret, et hostes qui in terram eorum venissent sua virtute prosterneret. Haec autem Iosaphat orante, et in hunc modum populus universus cum uxoribus et filiis supplicaverunt. Quidam ergo propheta Ehaziel progressus in me-

dominum cetum clamauit ad populum dicens. quia deus eorum preces audisset. et contra hostes sine dubio uellet dimicare. precepitque ut altera die electo exercitu occurrerent hostibus; eosque inuenirent in ascensu gaddi. qui locus dicitur culmen. et contra eos non dimicarent. sed tantum in stare uiderent quomodo diuinitas pro eis pugnaret. Hec dicente propheta. rex et populi in faciem prostratus. deo gratias reddere. et leuite cum organis sollempnibus incessanter dicebant ymnos. Die siquidem facto, procedens rex in desertum sub ciuitate thecua. dixit ad populum quia oporteret obedire uerbis prophete et ad bella non congredi. sed sacerdotes deberent stare cum tubis. et leuitas ut ymnum deo dicentes sic deo gratias agerent. quod hebreorum prouinciam ab hostibus liberaret. Placuitque sententia regis et que precepit agebant. Deus igitur terrorem maximum et tumultum super ammanitas inmisit. et putantes inter se stare hostes. mutuis se uulneribus occiderunt. ita ut ex tantis milibus nullus penitus superesset. Iosaphat autem respiciens in conualle. ubi hostium erat exercitus. et uidens eam repletam corporibus mortuorum. letatus est in dei solacio inopinabiliter allato. quod eis non laborantibus ipse uictoriam contulisset. et iussit exercitum ut hostium castra diriperent. et mortuos expoliarent. Tanta autem erat multitudo peremptorum. ut tribus diebus exuentes corpora mortuorum pene uiribus defecissent. Quarta autem die congregatus est omnis populus in quadam conualle. de uirtute et solaciis benedicens deum. Pro qua re ipse locus uocatus est conuallis benedictionis. Deinde ducens exercitum ad hierosolimam. multis diebus ad hostias et epulas conuersus est. Igitur postquam hanc eius hostium uastationem. alienigene gentes audierunt. omnes ualde sunt territi, deum eius auxiliatorem aperte uidentes. Iosaphat itaque ex illo tempore cum magna gloria et iusticia. et amore diuine pietatis florebat. Fuerat autem amicus achab regis. et priori tempore communione cum eo facta naues preparat que irent in ponthum traciarum pro auro. Sed ambo nisum suum implere non ualuerunt. quia naues pre magnitudine confracte sunt. et propterea alias naues non fecerunt. Igitur circa iosaphat hec sunt gesta. Ochozias quoque filius achab regnauit super israhel in samaria. homo malignus et per omnia similis patri achab et matri iezabel. et adhuc peior quam hieroboam. qui peccare populum docuit. Cumque iam in regno secundum haberet annum. rex moabitarum rebellauit ei. et tributa que achab eius pater dare debebat ministrare cessabat. Contigit autem ut quadam die idem ochozias cum descenderet de superioribus domus sue minus caderet. Et cum inegrotaret misit ad consulendum deum accaron muscam. hoc enim nomen erat illi deo de salute sua. Apparuit quoque deus helye prophete precipiens ut missis a rege nunciis occurreret, et eos requireret si populus israhel proprium deum non haberet, eo quod rex misisset ad consulendum alienum deum. Facque reuerti eos ad regem. et dic ei ab ore meo quod non euadat hunc languorem. Helyas uero fecit secundum preceptum domini. et obuians nunciis narrauit eis uerbum domini. Nuncii quoque reuersi continuo ad regem. admirante rege reuersionis uelocitatem, et requirente causam. dixerunt illi occurrisse sibi quendam hominem. et prohibuisse eos ultra procedere. et precepisse nos tibi dicere ex mandato dei israhelitarum quod non posses ab hac egritudine liberari. Rex autem quesiuit de forma illius prophete. et dixerunt esse uirum hyrsutum. et pellicea zona circumdatum. Ille autem statim cognouit esse helyam. et misit ad eum tribunum et quinquaginta armatos ut eum adducerent. Tribunus autem qui missus fuerat. inueniens helyam in montis uertice residentem, precipiebat ut descendens ueniret ad regem: quia ille iussisset. quia si nollet, duceret inuitum. Cui helyas ait. Ut agnoscas me prophetam uerum existere, descendens ignis de celo consumat te et milites tuos. Continuo ueniens flamma ignis consumpsit tribunum et qui cum illo erant. Hac perditione regi nunciata. nimis iratus ad helyam alium tribunum misit cum totidem armatis. Qui ueniens ad prophetam uoluit eum uiolenter adducere. si noluisset sponte uenire. Orans iterum helyas. hunc sicut priorem fecit igne consumi. Agnoscens hoc rex. et tercium quinquagenarium destinauit. Hic autem cum esset sapientia et moribus ualde mitissimus. ueniens ad locum ubi erat helyas. nimis blande locutus est dicens. quod inuitus regis iussioni parens ueniret ad eum, et quod priores quinquagenarii non uoluntarie sed coacti uenissent ad eum. rogabatque ut haberet misericordiam in armatis qui cum eo uenerant et descendens ueniret ad regem. Helyas quoque suscipiens eius mansuetudinem. et uerborum eius urbanitatem. descendens secutus est eum. Cumque uenisset ad regem prophetauit ei dicens. hoc sibi indicasse deum. quia quod eum spreuisset quasi non esset deus et misisset ad deum accaron consulere de languore suo. ob quam rem inique te agnosce moriturum. Ochozias ergo tempore transacto. sic predixerat 145.
helyas mortuus est. Cui successit in regno frater ioram. nam sine filio mortuus est. Hic uero ioram par fuit achab malignitate; et regnauit annis xii. homo circa deum iniquitate et impietate plenus. Nam relinquens cultum tam sui dei. exteros uenerabatur deos. et erat malus rebus nimis acerbus et pessimus. Illo et tempore helyas ab hominibus est ablatus. et usque ad hodiernum diem nullus finem eius cognouit. discipulum uero sicut predixeram reliquit helyseum. De hoc helya et enoch qui fuerant ante diluuium in libris sacris scriptum est, quia sublati sunt de terra. et eorum mortem nemo cognouit. Suscipiens itaque regnum ioram. contra regem moabitarum mouit exercitum, qui a fratre suo ochozia recesserat. nam patri eorum achab idem rex moabitarum dabat dabat omni anno cc. milia ouium cum lanis suis. Congregans quoque ioram exercitum. misit ad iosaphat monens quod patris sui achab antiquus amicus esset. ut ei solacium contra moabitas pugnaturo et ammanitas preberet. qui ab eius regno recessissent. Tunc iosaphat non solum se adiutorem ei esse promisit. sed et regem ydumee qui sub se esset compulsurum, ut eiusque ad pugnandum subueniret. Ioram autem rex talibus promissionibus a iosaphat preceptis, sumpto exercitu uenit in hierosolimam. et nimis clare a rege iosaphat susceptus est. Placuitque eis ut iter ad hostes per deserta ydumee facerent. inimicis non credentibus quia ex inde eis fieri posset inuasio. Tres quoque reges ab hierosolimis properabant. id est rex hierosolimorum. et rex israhel. et rex ydumee. Et cum vii diebus iter fecissent: exercitus et iumenta ad inopiam uenerunt. nam duces ignorantia itineris oberrauerant. Omnes quoque in angustia erant constituti. precipue tamen ioram. Tristicia quoque faciente. clamauit ioram ad dominum dicens. Quid mali facientes deduxisti tres reges. ut sine bello traderentur regi moabitarum. Quem iosaphat confortabat cum esset iustus. et mittens in omne exercitum requirebat si quis ibi esset dei propheta. ut per eum uoluntatem dei cognosceret. et quid faciendum esset audiret. Quidam autem de famulis ioram dixit ibi esse helyseum filium saphat discipulum helye. Reges autem surgentes uenerunt ad eum, ut ad tabernaculum eius. et consuluerunt eum de futura militia. precipue tamen ioram. Helyseus autem dicebat ut illi molestus non esset. sed potius iret ad prophetas patris sui matrisque; quos ueneraret. Ioram quoque rogabat et supplicabat ut ei prophetaret. et in certo laboraret. Illo uero iurante per deum quia ei non responderet. nisi propter iosaphat sanctum et iustum. deducto ad medium quodam homine sciente psallere diuinitus inspiratus propheta intregibus ut in torrente multos lacus effoderent. et neque nube. neque spiritu aliquo flante. neque ymbre diffuso uidebitis flumium aqua plenum. ita ut homines et iumenta a periculo sitis faciant. et non solum id uobis donabit. sed et hostes superabitis. et urbes moabitarum munitissimas capietis. et arbores pomiferas incidetis. et uastabitis prouinciam. et fontes et fluuios obturabitis. Hec propheta dicente. altera die priusquam sol oriretur torrens uehementer influxit. Contigit autem ut in ydumea tribus diebus uehemens ymber effunderetur. ita ut exercitus et iumenta in nimia habundantia rigarentur. Cumque moabite audissent reges per desertum contra se uenientes, collecto exercitu rex eorum iussit ut montana exercitus eius aggrederetur, ne latenter reges prouinciam inuaderent. Et cum hebreorum exercitus non esset procul a moabitide regione, respicientes moabite orto sole aquam in torrente similem sanguini. suspicati sunt quod tres reges se inuicem peremissent, et fluuius eorum sanguine redundaret. Quod cum uiderent, pecierunt a rege suo. ut eos ad spolia hostium destinaret; Et impetu facto quasi ad diuitias preparatas ad inimicorum castra uenerunt. et spe sua decepti sunt; Nam subito surgentes israhelite circumdederunt eos. et aliqui deperempti sunt. alii per uniuersam prouinciam dispersi. Tres quoque reges ingredientes moabitarum ciuitates subuerterunt eas. et agros populati sunt. et uehementer exterminauerunt, replentes eos lapidibus torrentium. et arbores optimas absciderunt. et fontes aquarum obstruxerunt. et muros urbium usque ad fundamenta deposuerunt. Rex autem moabitarum dum persecutione et obsidione nimium uexaretur. et uideret ciuitatem capi posse. impetum fecit cum septingentis uiris. ut inter hostium castra quocumque modo posset effugeret. quod tamen implere non potuit. Nam ad quendam locum ueniens ualde munitum, dum fugere non ualuisset; reuersus ineuitabile opus desperationis et crudelis necessitatis impleuit. Filium enim suum seniorem qui erat ei successurus in regno eleuans super murum ut a cunctis hostibus uideretur. deo immolauit holocaustum. Reges autem uidentes hoc factum eius necessitatis. ab urbe et humana compassione et misericordia in tentione presumptionis soluerunt et ad propria remeauerunt.

Iosaphat quoque reuersus hierosolimam in pace degebat. et cum paucum tempus post illud prelium uixisset. defunctus est. Qui uixit annis lx. regnauit autem xxv. magnificaque meruit in hierosolimis habere sepulturam. cum similis fuisset operibus dauid. Reliquit autem filios multos. successorem uero habuit seniorem filium nomine ioram. Is enim nomen habebat fratris matris sue regis israhel. Reuersus autem de regione moabitide ioram rex israhelitarum in samaria, honorabat helyseum sicut prophetam. Huius helysei actus uolo narrare. Sunt enim ualde precipui. et hystoria digni. sicut ex sacris libris datur agnosci. Ad hunc enim helyseum cum accessisset uxor abdie qui fuerat quondam dispensator domus achab regis eique dixisset. quia si meminere dignaretur non ignoraret quod uir suus liberasset a morte prophetas dum uellet eos iezabel uxor achab occidere. et absconsos c. diebus pauisset. et post mortem eius urgeretur a creditoribus ut filii eius ad seruitium ducerentur. ob quam rem rogabat ut eius meritis misereretur sui et filiis suis. et aliquod solacium necessitatis preberet. Et dum helyseus requisisset quid haberet in domo sua. illa respondit se nichil aliud habere nisi paruum uas olei. Tunc propheta precepit ut multa uasa uacua sibi mox a uicinis accommodaret. et clausis ianuis domus sue ex illo paruo oleo in omnia uasa diffunderet. Que cum impleta fuissent omnia. et nullum uacuum remansisset, ueniens ad helyseum nunciauit ei. Ille uero ei consilium dedit, ut oleum uenderet, et precium creditoribus daret. ut ex ipso olei precio quod remaneret alimenta suis filiis seruaret. Hoc modo helyseus mulierem a debito et creditorum iniuria liberauit. Misit quoque helyseus nuncios ad ioram regem israhel ammonens ut uitaret quendam locum in quo esset multitudo syrorum in insidiis. ut cum exisset ad uenandum occiderent eum. Tunc ioram rex ad uenationem preparatam non est egressus. obediens prophete. Adad autem rex syrorum dum se uidisset deceptum quasi aliquis suorum regi ioram sua consilia prodidisset. indignatus sic inuenta fuissent minabatur uelut proditorem secretorum regis eos occidere, cum utique hii consilium eius solum credidissent. Quidam autem presentium dixit ad regem ne falsa opinione seduceretur. nec crederet quod aliquis ei consilium prodidisset sed helyseum prophetam omnes insidias regi indicasse. Tunc rex syrie misit inquirens in qua ciuitate helyseus habitaret. Illi uero qui missi fuerant reuersi indicauerunt eum in dothaym ciuitate morari. Tunc rex syrie adad qui et adrezer misit ad ciuitatem magnum exercitum equestrium et curruum. ut caperent helyseum. Qui tota nocte circumeuntes urbem nichil egerunt. Orta autem facta, cognoscens hoc minister helysei quia hostes eum comprehendere uellent, helyseo quod agebatur indicauit. Ille uero securus de auxilio dei. contempnebat hostes; ministrumque metuentem crebro fiduciam habere precipiebat. sperans quod ostenderet deus uirtutis et potestatis sue presentiam. Tunc deus prophete orationes exaudiens quibus rogabat ut minister ui(de)ret multitudinem curruum et armatorum. ut remoto timore confortatus assisteret. Post hoc helyseus rogabat deum. ut aspectum hostium obcecaret. et nebula eis inferret. per quam eum respicere non ualerent. Quo facto. ueniens ad hostes requisiuit quem quererent. Illis autem prophetam helyseum se querere respondentibus: promisit se eis illum traditurum si ad ciuitatem in qua esset illuc sequerentur. Qui uero dicente propheta deo scilicet mentes eorum obcecante, cum festinatione sequebantur. Tunc helyseus duxit eos in samariam ad regem ioram. et precepit ut portas clauderent. et exercitum ioram circa syros assistere. Quo facto, rursus orauit ut hostium oculos aperiret. et caliginem ab eis auferret. Tunc repente ab illa cecitate reuocati. uiderunt se stare inter medios inimicos. et obstupescentes syri in nimia angustia sunt constituti. et cogitabant qualiter possent ab hoc periculo liberari. Tunc rege ioram consulente

eos occidi preciperet, sed hoc helyseus prohibuit dicens, iniustum esse eos occidi qui lege bellica non capiuntur. Illos autem nichil mali ei fecisse perunctos, sed descendendo ad eum venisse virtute divina. Quos edicit autem consilium, ut hospitalitatem eis preberet, et mensa eius sine lesione fruerentur. Joram vero obediens prophete, dum convivia opulentissima prebuisset Syris, dimisit eos ad proprium remeare regem. Revertentes ergo et indicantes que pervenerant, ammiratus est Adadezer inopinabilem dei presentiam atque virtutem. Et quod apud divinitas adesset helyseo, neque iam latenter voluit aliquid attemptare contra regem, iratam metuens helyseum. Et palam iam pugnare contra Joram disposuit, credens eis se prevalere virtute multitudine milicie exercitus sui. Castra igitur metatus est cum magna virtute contra Joram. Ille autem credens non se posse ei resistere, semet ipsum in Samaria clausit, de muro et munitione confidens. Adadezer autem quod adversus cogitans quia si non posset machinationibus capere civitatem, tamen inopia ciborum eos obstringeret. Itaque ad obsidionem civitatis accessit. Tanta igitur fuit apud Joram necessariorum inopia, ut propter magnitudinem famis in Samaria lxxx argenteis numismatibus caput asini venderetur, quinque vero argenteis numismatibus fimum columbarum pro sale comparabatur. Hebreos autem timebat Joram, ne propter famem traderetur civitas inimicis. Et muros cotidie circuibat atque custodes, ne quis ab eis hostium intro occultaret, et accusatur civitas hostibus indicaret. Quod dum faceret, quadam die clamante ad eum aliqua muliere: Domine miserere mei, putans eam aliquid cibi vel potus petere, iratus maledixit ei, iurans per dominum nec aream sibi esse nec torcular unde aliquid ei prebere posset. Cumque illa nichil horum se diceret postulare, nec pro cibo poscere, sed ut eius causam dignaretur audire, iussit ut loqueretur atque diceret quecumque vellet. Tunc illa fecisse se dixit cum altera muliere vicina et amica sua hanc pactionem: ut quoniam famis inopia talis esset, interficerent filios suos utreque masculos, et diebus singulis comederent eos. Ego autem primum meum occidi filium, et preterito die ambo eum comedimus, et illa hodie pactum transcendit, et filium suum ne comedat abscondit. Hec cum audisset Joram, vehementer afflictus, scissa veste crudeli voce ploravit. Deinde iratus helyseum prophetam interficere voluit, quia non supplicaret deo, cum potuisset precibus suis omne malum auferre. Repente ergo misit qui ei caput auferret. Nuncius itaque pergebat ut occideret prophetam, sed helyseum hoc non latebat. Sedebat autem in domo sua cum discipulis suis, et indicavit eis quia Joram filius homicide misisset qui caput ei auferret, sed vos inquit, dum venerit qui missus est et intraverit, observantes ianuas claudite, eumque paululum retinete. Secuturus est namque rex Joram veniens ad me, eo quod eum penituerit quia me iussit occidi. Tunc discipuli eius dicta compleverunt. Joram enim penitentia ductus ob iram suam circa prophetam, et metuens ne eum is quem missus fuerat occideret, festinavit ut necem prohiberet, et prophetam a morte reduceret. Veniens ergo ad helyseum culpabat eum, cur a deo absolutionem malorum presentium minime postularet, sed sic eos fame perire despiceret. Helyseus autem statim prophetavit dicens: Ea hora qua ad eum venerat rex, altera die multa copia ciborum affutura, ita ut venderetur in publico duobus siclis satum hordei, et uno siclo satum simile. Satum autem fere modium unum et semis italicum. Hoc dicto et Joram et qui cum eo erant conversi sunt in gaudium. Nam helyseo in omnibus credebat propter rerum precedentium confirmationem, et inopiam illius diei spes future habundantie levigavit. Princeps autem partis tercie, cum regis amicus esset, super quem et tunc incumbebat, respondit: Incredibile est o propheta quod dicis, et sicut impossibile est ut de cataractis celi hordeum pluat deus aut similam, ita non potest credi quod a te nunc dicitur adimplere. Ad quem propheta: Hec inquit videbis hoc modo fieri, sed non gustabis ex eis. Que taliter sicut ab helyseo predicta sunt, omnia completa sunt. Lex ergo talis erat in Samaria, ut habentes lepram et a tali passione non essent mundi corpore, extra civitatem manerent. Quatuor ergo viri propter hanc causam manentes ante portam, cum nullus eis aliquid cibi pre famis nimietate daret, et in civitatem ingredi propter legis mandata non auderent, nam et si ingressi fuissent pre famis magnitudine ibi necarentur, cogitaverunt inter se dicentes, quia sibi manerent propter inopiam deperirent, et ideo se tradere hostibus magis elegerunt, qui aut parcendo aut necando liberarent eos a fame. Hoc ergo ipsum consilium tractantes, nocte ad castra hostium devenerunt. Inceperat autem iam terrere et conturbare Syros, et sonum curruum et armorum eis inferre, tamquam grandis exercitus super eos accederet, et paulatim turbarum fragor eorum auribus ingerebatur. Qui ita repente turbati sunt, ut relinquentes castra propria, et concurrentes ad regem dicerent, quia Joram ex conducta solatio regis Egypti et insularum super eos ascenderet, et eis venientibus sonum cum eorum vehementer audirent. Hec eis dicentibus et Adadezer cum ad eius aures similis sonus adveniret, cum multa turba et confusione relinquentes in castris equos ac iumenta, innumerasque divitias, repente omnes fugierunt. Leprosi igitur qui discesserant a Samaria ad castra Syrorum venientes, et in eorum tabernaculis multum silentium tacitumque reperientes, unum tabernaculum ingressi, dum nullum prius inspicerent, comedentes et bibentes portaverunt secumque multas vestes et aurum, et extra castra celantes, deinde in aliud tabernaculum accedentes, et similiter ex eis res sibi placitas tollentes, dum hoc quater fecissent et nullus eos omnino videret, arbitrati hostes abscessisse, culpabant se ipsos cur hoc Joram regi et civibus minime nunciarent. Tunc venientes ante civitatis murum et custodes vocantes, indicaverunt eis que contigissent. Illi autem hoc regis custodibus indicaverunt. A quibus hoc audiens Joram, vocavit amicos suos et principes, quibus ait regem Syrorum per insidias arte callidissima discessisse, eo quod desperaret fame capi posse civitatem, ut quasi fugientibus illis et nobis ad castrorum direptionem digressis, latentes in nos irruant, et interficiant, et civitatem partem devastarent. Unde vos moneo ut custodiatis urbem, et nusquam abire temptetis, hostes abisse credentes. Tunc dicente quodam optimatum regi, et consilium dante ut duos equites usque ad Jordanem fluvium mitterent, qui cuncta perquirerent, et si illi capti ab hostibus non reverterentur, securitas exercitui fieret ne egrederentur de civitate, et illos captos annumeraret his quos vastaverat fames. Hoc dictum dum regi placuisset, misit duos exploratores. Qui iter quidem invenerant ab hostibus vacuum, plenum vero cibis et armis que Syri reliquerant, ut leviores essent ad fugam. Hec cum audisset rex, ad direptionem castrorum misit exercitum.

Qui nichil tulerunt vel leve parvulum, sed aurum multum et argentum, greges armentorum iumentorum et hordea multa milia, quanta nec in sompno se videre credebant, cum prius esurirent. Quo facto, ita ab his plurimis liberari maxima copia habueret, ita ut emerent duo sata hordei siclo uno, et satum simile duobus siclis, secundum prophetiam helysei. Horum itaque bonorum solus ille princeps potitus non est. Nam a constitutus a rege ut staret ad portam, quatenus turba moderate ab egressu civitatis emitteret, ne altercantes comprimentes ad pericula pervenirent, et ille ibi oppressus est, ne gustaret ex illis que fuerant prophetata, quia ille solus hoc non credidit. Adadezer autem rex Syrie cum pervenisset ad Damascum, et agnovisset quia divinitas ei et eius exercitui timorem incussisset et fugam, et hoc non ex invasione hostium contigisset, nimis afflictus ex hoc corruit in languorem. Illo siquidem tempore venit helyseus in Damascum. Hoc cognoscens Adadezer misit ad eum suum fidelissimum servum Azahel nomine, ut ei dona portaret, et requireret si posset evadere languorem. Azahel itaque cum xl camelis, quoque erant optima ac preciosa in Damasco provincia, et in domo regia dona portabat, et veniens ad helyseum decenter salutavit, et dixit se missum a rege Adadezer domino suo, ut ei dona portaret, et de languore consuleret, si posset evadere. Helyseus ergo precepit Azahel ut sileret, et nichil mali nunciare domino suo, quia pro certo moreretur. Azahel autem hoc audiens contristabatur. Helyseus autem flebat et multas lacrimas effundebat, previdens mala que passurus esset Israhel ab Azahel. Et dum causam luctus helysei Azahel inquireret, defleo inquit populum Israhel, sciens mala que passurus est a te. Interficies enim optimates eorum, et munitissimas civitates incendes, et parvulos lapidibus allisos crudeliter trucidabis, et parturientes mulieres saeva morte dirrumpes. Azahel autem dicente: quem in virtute est, ut per me possint talia provenire, helyseus ait dominum sibi indicasse, quia esset regnaturus in Samaria. Azahel itaque veniens ad regem illi quidem omnia bona renunciavit, altera vero die iniecto laqueo invenit eum strangulavit illico, et ipse arripuit regie potestatis obtinuit. Erat enim vir efficax, et multa devotione Syrorum et Damascenorum florebat, ita ut hactenus ipse Adadezer et Azahel qui post eum regnabat quasi dii a Syris colerentur, propter beneficia et templorum edificia, quibus Damascenorum exornavere civitatem. Isti namque soli in pompa cotidie quasi pro honore regio deferuntur, et Syri de eorum antiquitate gloriantur, et ut deos adorant. Joram ergo rex Israhelitarum audiens regem Syrie Adadezer esse defunctum, a timore et formidine qua habebat aliquomodo respiravit, et pacem gratanter accepit.

Igitur Joram rex Hierosolimorum filius Iosaphat equivocus regis Israhel suscepto regno, mox conversus est ad necem fratrum suorum et paternorum amicorum et principum, et malicie sue hoc fecit initium, differens a regibus qui ante eum fuerant, et primi in sollempnitatibus hebreorum et in religione divina, docuit vulgus extraneos adorare deos per Athaliam coniugem suam filiam Achab. Deus ergo propter promissionem regis David genus eorum noluit exterminare, sed ideo Joram nichil preter mittebat quominus aliquid nove impietatis efficeret, non imitans patrem suum Iosaphat. Illo tempore recedentibus ab eo Ydumeis, et interficientibus regem, quem eis pater Iosaphat fuit fabricatus, et alium qui eis placebat constituentibus, Joram cum suis equitibus nocte in Ydumea venit, et eos quidem qui vicini ei regno videbantur occidit. Longius autem non abiit, nam nichil dum hoc fecisset utilitatis exhibuit. Nam omnes ab eo recesserunt simul et qui provinciam Labonnam habitabant. Erat autem Joram ita vesanus, ut et populum doceret in excellentissimos montes ascendere, et ibi deos alienos adorare. Cumque hoc ageret, et omnino leges patrias prevaricaretur, delata est ei ab helyseo propheta epistola, in qua pandebatur magna pena eum fore passurum, quoniam patrum suorum non esset imitator, sed Israhelitarum regum impietatem sequeretur, insuper et tribum Iuda cogeret et cives Hierosolimitas relinquere sanctam dei culturam, et ad ydola convenire, que Achab rex Israhelitarum in suo regno fecisset, et quia fratres interemisset, et bonos viros et iustos paterne occidisset, suppliciumque quod pro his suscepturus erat propheta in litteris declarabat, id est cladem populi et corruptionem uxorum regis et filiorum, et quia ipse quoque moreretur egritudine longa nimis afflictus, visceribus propter nimietatem interne corruptionis effusis, ita ut videret suam calamitatem, nec sibi posset ullatenus subvenire. Hec scripta continebat epistola helysei. Post breve tempus exercitus Arabum iuxta Ethyopiam habitantium, et alienigene gentes Joram regnum ingressi, provinciam vastaverunt, et regis domum, insuper et filios eius occiderunt, et uxores, et unus solummodo filiorum eius nomine Ochozias hostes effugiens derelictus est. Qui post hanc calamitatem predictam sibi a propheta languore incurrens multo tempore fatigatus, domino irato ei visceribus imminente miserabiliter supra indignatione defunctus est, cum viscera sua diffusa vidisset. Omne mortuum populus multis contumeliis affecit, credentes eum ita a deo mortuum, ut nec exequiis regalibus dignus esset, et ideo non sepelierunt eum in patrum monumentis, nec ullum exhibuerunt honorem, sed velut privatum in tumulum proiecerunt. Vixit autem idem Joram xl annis, ex quibus regnavit octo, tradiditque populus eius principatum filio eius Ochozie. Joram autem rex Israhelitarum post mortem Adadezer regis Syrie, sperans se posse capere Ramoth civitatem, et eam a Syris auferre, cum magno apparatu castrametatus est super eos. In qua obsidione a quodam Syro nimora fere sagittatus est, et delatus est in civitatem Hiezrahel, ut ibi eam manereturque dum curaretur, relicto omni exercitu in Ramoth, et duce simul nomine Hieu filio Namsi, qui propter ea rex esse factus, et per cum vulneris demum reverteretur ad pugnam. Interea helyseus propheta misit unum discipulorum suorum, dato ei oleo sancto in Ramoth civitatem, ut ungueret Hieu in regem eique diceret, quoniam eum divinitas in rege elegisset, et ei alia pariter indicaret, precepitque ei ut in modum fuge faceret iter, quatenus ille cunctos fugiendo lateret. Qui dum venisset in civitatem Ramoth, invenit Hieu cum principibus militum obsidentes Ramoth, et accedens ad Hieu dixit se ei aliquid loqui tacitum. Qui dum surrexisset et cum in cubiculum secutus fuisset, sumens eum seorsum iuvenis oleo caput eius infudit, dicens eum unctum a deo regem, ad peremptionem generis Achab, et ad vindicandum sanguinem prophetarum quem a Iezabel regina fuisset effusum, ut domum Achab sicut domum Hieroboam et Baasa radicitus deperdat, et nullum semen de genere eius remaneat. Et ille quidem cum hoc dixisset, de cubiculo properanter exivit, ne ab aliquo in exercitu videretur. Hieu autem venit ad locum ubi surrexerat, et cum aliis principibus residebat. Quibus petentibus ut eis diceret cur ad eum iuvenculus advenisset, et insuper vesanum eum

appellantibus respondit hieu. Recte eum uesanum iudicastis. nam uerba uesania loquutus est. Quibus inminentibus ut ea audirent, atque rogantibus ait. Dixit mihi quia sum a deo electus rex. Hec eo dicente, unusquisque principum exuens se uestes proprias substernebant et intonantes tubas hieu regem esse clamabant. Hieu autem colligens presentem exercitum et obsidione ramoth relinquens pergebat ad ioram in ciuitatem hiezrael, in qua sicut prediximus pro uulnere curandi iacebat. Contigit autem eodem tempore hierosolimorum regem achaziam uenisse ad ioram. erat enim filius sororis eius, ut uisitaret eum pro uulnus quod in obsidione acceperat. Hieu autem subito uolens super ioram irruere, rogauit ut nullus militum discedens regi ioram que gesta fuerant nuntiaret, dicens hanc esse maximam eorum circa se deuotionem, si eum hoc ordine regem demonstrarent. Illi uero in his que fuerant dicta gratanter itinera obseruabant, ne quis latenter pergens quod gestum fuerat indicaret. Hieu ergo sumptis equitibus electis sedens in curru ibat in hiezrael. Et cum proximus fuisset ciuitati, explorator quem rex constituerat ut ad ciuitatem uenientes inspiceret, uidens cum multitudine uenientem hieu, nuntiauit ioram regi uidere se equites uenientes. Ioram uero repente nuntium misit qui ei occurreret, et quis esset agnosceret. Qui dum uenisset requisiuit ab hieu si pacifica essent, dicens se missum a rege. Hieu autem nichil respondens requirenti sequi se iussit. Quod dum explorator uidisset, indicauit ioram quod qui missus fuisset equestri mixtus multitudini ueniret cum eis. Igitur rege mittente alium, et hieu et hunc se sequi imperauit. Quod cum explorator ioram indicasset, ipse in curru conscendens cum achazia rege hierosolimorum in eius occursum egressus est. Hieu autem cum multa moderatione et disciplina agebat iter. Cumque ioram uenisset in agrum naboth, requirebat ab hieu si in exercitu recte omnia gererentur. Et cum hieu amarissime malediceret matri eius ueneficam meretricemque clamaret, metuens ioram et credens eum nichil cogitare quod esset salubre, conuerso curru ut poterat fugiebat, dicens ad achaziam quod insidiis et dolo fuisset captus. Hieu autem post eum sagittam mittens, cor eius suo iaculo penetrauit, et ioram repente cadens, flexo poplite animam exalauit. Hieu autem continuo iussit uadacro principi tercie partis, ut corpus ioram proiceret in agro naboth, recordans prophetiam helye quam patri eius achab predixerat, quod ipse et genus eius in illo perirent. Hec enim se audisse dicebat cum quodam tempore sederet in curru cum achab prophetante helya. quod et secundum dictum illius euenit. Igitur cadente ioram metuens achazias de sua salute, conuertit currum in aliam itineris partem, cogitans qualiter effugeret hieu. Ille uero persecutus est eum, ad quendam ascensum, et comprehendens eum sagitta eum percussit. Qui relicto curru ascendens in equum fugit in macedon, ibique curandus post paucum tempus illius uulneris et ipse defunctus est. portatusque in hierosolima illic sepultus est. cum regnasset uno anno. fuitque malignus plus ualde quam pater eius. Cum autem intrasset hieu in urbem hiezrael, iezabel ornata stans super turrim, bonus inquit seruus qui occidit dominum suum. Hieu uero respiciens ad eam, interrogauit que esset, et descendentem ad se uenire precepit. Nouissime uero eunuchis imperauit, ut eam de turre deicerent. Que dum precipitata fuisset, murum suo sanguine aspersit, et conculcata equorum pedibus expirauit. His itaque gestis hieu ingressus palatium cum suis amicis conuiuabatur. precepitque famulis qui iezabel occiderant ut eam propter decus generis sepelirent. erat enim ex regibus. Illi igitur quibus hoc preceptum fuerat, nichil de eius corpore inuenerunt, nisi tantum summitates manuum. Aliud enim corpus a canibus est absumptum. Hec audiens hieu helye prophetiam nimis obstupuit, qui ea predixerat hac particula. Interea dum filii achab lxx in samaria nutrirentur, misit hieu duas epistolas unam pedagogis eorum, aliam principibus samaritanorum, iubens ut fortissimum filiorum achab constituerent regem, cum et currus haberet multos, et equos, et arma ad militiam, et ciuitates munitas, et bona repensarent domino suo achab. Hec autem scribebat, uolens samaritanorum mentes agnoscere. Relegentes uero litteras principes ac pedagogi timuerunt, cogitantes quod nichil possent contra eum facere, qui magnus duobus regibus preualuisset. Rescripserunt ergo ei profitentes se eum habere uelle regem, et facere quecumque preciperet. Hieu uero ad hec rescripsit precipiens ut si ei obedirent, capita filiorum achab abscidentes ei destinarent. Tunc principes uocantes nutritores infantium, iusserunt ut abscidentes capita eorum mitterent ad hieu. Illi autem resistentes egerunt, et componentes in quibusdam uasculis de uimine factis eorum capita destinauerunt hieu. His autem allatis cum hieu cum amicis cenaret, nuntiatum est quod capita filiorum achab delata essent. Qui iussit ante portam ex utraque parte ex eis capitibus aggeres fieri. factoque die ad ea uidenda processit. et inspiciens cepit dicere ad populum quia ipse coniurasset contra dominum suum, et illum peremisset, sed hos ipse non occidisset. eosque cognoscere poscebat de generatione achab. quia omnia secundum prophetiam fuerant gesta, et domus eius sicut helyas predixerat decepisset. Cumque necasset eos qui apud hiezraelitas ex achab genere sunt inuenti, cum equis ad samariam properabat. et in parte inueniens fratres achazie hierosolimitarum regis, interrogabat eos qui essent, aut quo irent. Illi uero dixerunt quia irent ut ioram salutarent, et regem suum achaziam, nescientes quod ambo interfecti essent ab eo. Hieu autem comprehensos eos precepit occidi. Erant enim numero xl duo. Post hec occurrit ei uir quidam bonus et iustus nomine ionadab, olim amicus eius. Qui cum salutasset eum cepit laudare eo quod omnia cum uoluntate dei fecisset, et genus achab exterminasset. Hieu autem rogabat ut ascendens in currum, ad samariam cum eo ueniret, et se demonstraturum dicens quod nulli parceret malignantium. sed falsos prophetas et sacerdotes qui suasissent plebi ut magni dei religionem deserentes, et externos adorarent, uellet punire. et ipsi cum esset bonus et iustus, gratissimum foret cum uideret malos tormentis affligi. His consentiens ionadab ascendens in currum uenit in samariam. parte ubi hieu repperiens omnes cognatos achab interfecit. Volens autem nullum de falsis et sacerdotibus ydolorum achab supplicium declinare, deceptione quadam et dolo comprehendit uniuersos. Congregans autem populum dixit se uelle dupliciter deos quam achab adorare, rogans ut eorum sacerdotes et prophete et serui pariter aduenirent. quatenus copiosa sacrificia et preciosa diis achab immolaret, et esse moriturum sacerdotem qui non adesset presens. Deus autem achab baal appellabatur. Baal autem tyriorum deus erat, et achab uolens parere iobal regi tyriorum cuius filiam acceperat in coniugium, fecit ei templum in samaria, sacerdotesque instituit, et omni cultura religionis baal honorabat. Construens itaque dictum hieu quo uellet sacrificia celebrare, misit nuntios in omnem regionem israel qui adducerent ei sacerdotes baal. Quibus pariter congregatis, iussit hieu pontificibus ut darent omnibus uestes. Quibus uestitis ingressus cum ionadab amico suo templum, precepit ut cum diligentia quererent, ne quis inter eos alienigena aut peregrinus inueniretur, et nullus interesset dominum colentium. Illis uero dicentibus nullum peregrinum interesse, et inchoantibus sacrificia celebrare, constituit a foris lxxx milites armatos quos nouerat fidelissimos. iussitque eis ut falsos prophetas occiderent, et ipsi in patria sollempnitate permanerent, quam multo iam tempore reliquissent. minatus est simul, ut si quis effugeret, pro illis animas eorum auferret. Illi ergo omnes interfecerunt, et domum baal igne cremauerunt, et hoc modo a peregrinis sollempnitatibus per hieu samaria liberata est. Tamen cum hos deos exterminasset, aureos uitulos israhelitas adorare permittebat. Cum autem omnia supradicta hieu complesset, deus ad prophetam predixit quod filii eius in iiii generationibus super israel essent regnaturi. Igitur circa hieu talia geruntur. Athalia uero filia achab audiens ioram fratris sui mortem, et achazie filii tocius generis una perditione, studuit ut nullum de domo dauid relinqueret, et omne genus exterminaret, ut nullus ex eis ad regnum ulterius perueniret. et hoc quidem sic peruenit fieri. Euasit autem unus filius achazie mortem, hoc modo effugiens. Achazia ex uno patre habuit sororem nomine iosabeeth, cui copulatus erat pontifex ioiada. Hec ingressa domum regiam, domum ubi erat interfectum regum semen ab athalia, et inueniens ibi infantulum nomine ioas anniculum celatum cum nutrice, et portans in cubiculum clausit. et latenter aluit ipsa et uir eius ioiada pontifex in templo sex annis. quibus in hierosolimis superioribus athalia regnauit. Septimo uero anno ioiada pontifex hec sermone paucis dicit quinque uiris centurionibus, eisque suasit ut ei consentirent contra ea que athalia fuerat perpetrata, et regnum infanti traderent. percepturus ab eis iusiurandum quod securitatem talia gerentibus prepararet. perdidique eis que gerenda forent atque complenda. Tunc uiri quibus ioiada sacerdos suum consilium contulerat, circueuntes omnem prouinciam sacerdotes et leuitas congregantes simul et principes tribuum, omnes hierosolimis ad pontificem deduxerunt. Qui mox fidem ab eis cum iusiurando petiit, ut quod ab eo audirent in corde seruarent, donec nisus ei intentionis potuisset impleri. Quibus iurantibus securus effectus deduxit ioas in medium. iste inquit nobis rex ex domo dauid erit, cuius iurauit semen eius omni tempore super uos regnaturum. Moneo igitur ut etiam partem ex uobis eum custodire faciatis in templo. tertiam uero in omnibus ianuis templi statuatis. reliqua uero pars teneat portam que ducit ad tecta regalia, alia multitudo in armis consistat in templo. nullumque armatum permittatis intrare, nisi tantummodo sacerdotes. Precepitque eis ut aliqua pars ex eis sacerdotum et leuitarum circa ipsum regem assisteret, cum euaginatis gladiis circumdantes. ut si quis armatus templum intrare presumeret, repente periret. et nichil metuentes regem custodirent. Illi uero consilio pontificis obedientes, sua uoluntate opere declararunt. Inde ioiada aperiens armamentarium quod erat in templo a dauid constitutum, diuisit centurionibus et sacerdotibus et leuitis arma quecumque illic inuenit, lanceas et pharetras et quodcumque aliud apprehendit genus armorum. et armatos circa templum statuit, ut manu sua totum conspicerent ingressum, et quasi murum habitu testudine munirent. Statuentes igitur puerum in medio, regium ei diadema posuerunt, et unguens eum ioiada regem sollempniter ordinauit. populusque clamabat uiuat rex. Porro athalia tumultum et laudes inopinabiles audiens, uehementer conturbata cum suo exercitu de regalibus prosiliuit. et cum uenisset ad templum, sacerdotes eam primus intra receperunt. armatos uero qui sequebantur intrare prohibuerunt. Erant enim milites constituti, qui templi aditum obseruarent. Athalia uero uidens puerum stantem super tribunal regium, eique diadema regale impositum, scissa ueste fortiter exclamans iubebat eum occidi qui has fecerat insidias, et principatum sibi auferre temptauerat. Ioiada uero uocans centuriones iussit ut educentes athaliam in ualle cedron, eam ibi perimerent, nec templum in ueneficia uiolarent, et hoc precipiens ut si quis ei ferret auxilium, similiter occideret. Tunc eius fuerat iniuncta ei preceptio, sumens athaliam deduxit eam ad portam mularum regis et illic interfecit. Et cum fuisset perempta, conuocans ioiada populum et armatos in templum coniurauit omnes ut regi fauerent et ei saluti prospicerent cum in deuotione regia deum pocius honorarent. et ut leges moysaicas custodirent, iusiurandum eos compulit exhibere. Post hec currentes ad domum baal quam athalia et uir eius ioram construxerant ad iniuriam patrum dei, et honorem achab, eam funditus subuerterunt, et sacerdotem eius mathan nomine peremerunt. Templi quoque diligentiam sacerdotes et leuitas ioiada habere permisit. et secundum dauid preceptum iussit eos solito in die holocausta et sacrificia sollempniter immolare. et ut secundum legem incensum offerrent. Fecit et quosdam leuitas portarios ad templi munimen, ne illic aliquod sordidum intraret. Hec itaque uniuersa disponens ioiada cum centurionibus et omni populo, sumens puerum de templo cum uniuersis ad regalia perduxit. et in regio solio ioas residente cunctus populus cum fauore sollempniter acclamauit, et ad epulas conuersi, festiuitatem multis diebus egerunt. Ciuitas ergo habebat pacem mortua athalia. Ioas itaque adeptus regnum, erat annorum vii. cuius mater fuit nomine iosabeeth, ex regione bersabee. multaque custodia habuit legum, et colebat deum omni tempore quo uixit ioiada pontifex. Erat autem coniugio duxit uxores duas, dante sibi ioiada, ex quibus ei filii et filie nati sunt. Hec de rege ioas dicta sufficiant.

146

Azael autem rex syrie dum pugnaret contra israhelitas et contra regem eorum hieu, uastauit prouinciam transiordanem que erat ad orientem tribu ruben et gad, et manasse et galaad et bataneam percurrens. ubique cuncta diripiebat, et in resistentes crudeliter ulciscebatur. Hieu autem dum uideret suam prouinciam uastari, et circa diuinitatem superbus et contemptor existeret, et legitima dei contempneret, mortuus est cum regnasset super israel xx et viii annis. et sepultus est in samaria, filium successorem relinquens nomine ioachaz. Regem uero hierosolimorum ioas quoddam desiderium apprehendit, ut templum renouaret. Quadam uero die conuocans pontificem ioiada ut in omnem regionem mitteret et leuitas et sacerdotes exigeret pro unoquoque capite dimidium sicli argenteum ad fabricam et renouationem templi. quod ioram et athalia et eorum filius uidebatur destructum. Ioiada uero hoc dictum non laudauit, sci-

eis quod nullus conferret argentum. Tercio igitur et vicesimo anno regni sui convocans Ioas rex Ioiadam pontificem et levitas et quasi inobedientes precepti sui culpavit, et iussit ut in futuro animo de reparatione templi cogitarent. Pontifex igitur Ioiada laboravit pro congregatione pecuniarum, populus quoque gratanter hoc adimplevit. Fecit igitur Ioiada ligneam archam, et undique muniens eam, unum foramen aperuit. Quam ponens in templo iuxta sacrarium, iussit singulos quantum vellent in eam mittere per foramen pro templi reparatione. Ad hoc igitur opus omnis populus libenter obtulit, et multum auri et argenti largitus est. Quo facto, evacuantes archam gazophilacii presente rege, scriba et sacerdos dinumeraverunt quod fuerat congregatum. Deinde archam reposuerunt, et hoc singulis diebus faciebant. Cumque iam populus multa obtulisset: misit Ioiada et rex Ioas incisores lapidum instructoresque qui conducerent, et ligna maxima de optima silva inciderent. Templo igitur reparato aurum quod remanserat et argentum non parvum ad pateras et vinifusoria et cooperculla et vasa reliqua deputaverunt, sacrificiisque cotidie adolendis degebant. Et hec quidem tempore quo advixit Ioiada competenti studio gerebantur. Cum vero vixisset annis centum XXX, defunctus est vir iustus et per omnia venerandus. Cumque igitur sepultus fuisset in monumentis regum, eo quod templum domus Domini reparasset: statim rex Ioas curam reliquit divine religionis. Et cum eo principes populi consenserunt ut circa sollempnitates et legitima iura errarent. Deus autem diu ferens transgressionem eorum: misit prophetas qui contestarentur eos ut ab hac iniquitate recederent. Illi vero in tali more permanserunt, ut neque propter illos qui ante se propter legum transgressiones fuerant castigati, neque per prophetas qui eis dicebant ut penitentiam agerent converterentur ad Dominum. Nam et Zachariam filium Ioiade pontificis iussit rex Ioas inter templum et aram lapidibus occidi, beneficiorum patris eius oblitus. Quem cum Deus prophetam constituisset: stans in media multitudine suadebat regi et populo ut iusticiam facerent, et quam magna sustinerent supplicia si nollent Dei preceptionibus obedire. Qui cum pro his verbis lapidaretur, testem invocavit Dominum qui sua passione videret: quia Ioas rex pro bono consilio et pro his que pater suus Ioiadas illi prestitisset: amare et violenter moreretur. Rex autem Ioas non post multum temporis spacium iustissimas penas pro morte Zacharie exsolvit. Veniens namque Azahel rex Syrie in eius provinciam, devastabat Geth. Et cum iam esset ad Hierosolimam ducturus exercitum, metuens rex Ioas obsessionem, evacuatis omnibus Dei thesauris et regiis donis, misit regi Syrorum munera ne civitatem obsideret et exinde periculum sustineret. Rex autem Syrorum cum ei satisfactum fuisset ingenti multitudine pecuniarum, neque castra movit ad Hierusalem. Ioas autem rex cum pessimum languorem incurrisset: amici vero mortem Zacharie Ioiade filii defendebant insidias ei facientes interfecerunt eum. Et sepultus est in Hierosolimis et non in monumentis regum, quia fuit inimicus divine religionis. Qui vixit annis XL VII, cui successit Amasias filius eius. Ioachaz autem filius Hieu XX et primo anno regni Ioas principatum accepit in Samaria, quem tenuit X et VII annis, impie imitatus et primos reges qui Dominum sprevisse videbantur. Hunc autem humiliavit Azahel rex Syrie. Nam cum multo exercitu super eum veniens, abstulit ei plurimas civitates et munitas, et milites eius trucidavit. Hec omnia passus est populus Israhelitarum secundum prophetiam Helysei, cum Azahel predixit regnaturum super Syros et Damascenos. Cumque Ioachaz in his anxietatibus teneretur, ad preces et supplicationes Dei confugus est, rogans ut eum de manu Azahel liberaret, nec pateretur ut sub illius dicione veniret. Deus autem eius penitentiam suscipiens, et corripere magis quam perdere volens homines, concessit ei quatenus belli pericula declinaret. Pace itaque potita provincia, rursus ad statum pristinum copiaque reversa est. Post mortem vero Ioachaz filius eius suscepit regnum nomine Ioas, qui idem habebat nomen quod rex Hierosolimorum. Hic igitur Ioas qui regnavit super Israhel tenuit principatum annis XVI, fuitque bonus in nullo maligni patris (?) similis. Illo tempore dum Helyseus propheta pre senectute in egritudinem decidisset: venit ad eum Ioas rex Israhelitarum visitaturus eum. Et dum eum ad mortem infirmari vidisset, flere cepit coram (?) et ingemiscere patrem eum vocans, et quod regnum semper sine armis defendisset: qui si moreretur, Hebreos Syris relinqueret captivandos et aliis inimicis. Quapropter nec sibi vitam permanentem (?) securam esse dicebat, sed gratum sibi esse ut cum eo moreretur. Hec dicente rege simul et flente, Helyseus consolabatur eum, iussitque allatum sibi arcum extendere. Et cum extendisset arcum contingens manus eius propheta iussit ut sagittaret. Cumque Ioas tres sagittas dimisisset atque cessasset: ait Helyseus. Si plures dimisisses, eradicasses Syrorum regnum. Quoniam vero in tribus solummodo quievisti, totiens congressus Syris pugnando prevalebis. Et regionem quam abstulerunt a patre tuo rursus obtinebis. Et cum rex Ioas audisset abscessit. Post non multum vero tempus Helyseus propheta defunctus est, vir iusticia famosissimus, et in Dei studiis valde preclarus. Miracula namque et inopinabilia opera per eum Dominus ostendit, et ideo apud Hebreos claram memoriam et magnificam sepulturam habere promeruit, et qualem tali viro religioso decebat impendi. Illo namque tempore contigit ut quidam latrones in Helysei sepulchrum effossa terra puerum quendam quem ipsi interfecerant proicerent. Cuius cadaver dum eius fuisset corpori sociatum, continuo puer revixit. Hec de Helyseo propheta que vivus (?) predixit, et quam post mortem virtutem divinam habuit, hec declarata sufficiant. Defuncto itaque rege Syrorum Azahel, ad filium eius Adadan pervenit regnum. Contra quem cum Ioas rex Israhel dimicaret, tribus congressionibus eum vincens, omnem provinciam ab eo retraxit, et quascumque civitates et vicos pater eius Azahel Israhelitarum regno subtraxerat, liberavit, secundum prophetiam Helysei. Moriens autem Ioas rex Israhel sepultus est in Samaria, et regnum filio suo Hieroboam nomine dereliquit.

Anno secundo Ioas regis Israhelitarum regnavit super tribum Iuda in Hierosolimis Amasias filius Ioas, cuius mater erat Ioade (?) Ioad. Vir ingenuus et iusticie provisione mirabilis. Qui cum venisset ad regnum, cogitavit ut illos qui patrem suum occiderant puniret; quos et omnes comprehensos occidit. Filiis autem eorum pepercit secundum legem Moysi que non sancivit propter peccata parentum filios occidendos. Deinde eligens exercitum de tribu Iuda et Beniamin qui in flore iuventutis circa XX annos existerent, quasi XXX milia constituit super eos centuriones. Mittensque ad regem conduxit centum talenta argenti centum milia armatorum, ut Amalechitas et Ydumeos et Gabaonitas inferret bellum. Cumque prepararet ad bellum, et iam videret instare profectionem (?), suasit ei propheta ut dimitteret Israhelitarum exercitum quia essent impii et suorum solatio uteretur cum quibus prevaleret hostibus, Deo per eos pugnante. Cumque rex graviter ferret quod mercedes Israhelitis ingentes prebuisset, monebat eum propheta ut quod Deo placeret ageret, qui posset ei has pecunias reddere. Tunc dimisit exercitum cum mercede quam in bello (?) dederat, et ipse cum suo exercitu ad predictas gentes accessit. Et prelio gesto vincens X milia occidit, et totidem vivos cepit, eosque deducens ad magnam petram que est in Arabia constituta, universos ex ea precipitavit predamque et divitias ex his gentibus abstulit infinitas. Et dum ex hac victoria Amasias letaretur, Israhelite illi quos cum mercede dimiserat indignati, quod quasi cum iniuria fuissent remissi, regnum Amasie ingressi sunt, et usque ad Bethoron procedentes diripuere provinciam, et multa abstulerunt iumenta et tria milia hominum occiderunt. Amasias igitur elevatus, Dominum qui omnium bonorum auctor exstiterat, cepit spernere, ac deos illos quos de Amalechitarum provincia vexerat adorare. Tunc accedens propheta mirari se dixit quomodo eos deos arbitraretur adorandos, qui suos a quibus honorabantur iuvare non potuissent, et ab inimicorum manibus liberare contempsissent (?), et insuper more captivorum victi deducti fuissent. Hec cum a propheta audivisset (?) commotus rex adversum eum, et comminatus est se eum puniturum, si amplius loqueretur. Propheta igitur se quidem dixit velle tacere, scire tamen Dominum non preteriturum ea que ipse facere moliretur. Amasias vero abstinere non potuit in rebus facilibus, constituit quasi adeo prosperatus (?), eisque faciebat iniurias. Scripsit igitur ad regem Israhelitarum ut eos videret et populus universus sicut prius obaudiebant parentibus eius David et Salomoni. Qui si ei parere nollent, scirent quod bello eos appeteret. Cui rex Ioas ita rescripsit. Rex Ioas regi Amasie. Erat in monte Libano cypressus omnino potens, et carduus misit ad cypressum petens ut filiam eius filio suo daret uxorem. Et dum hoc ageretur, bestia quedam transiens carduum conculcavit. Hoc igitur tenere exemplum, ne maiora non appetas, nec quia Amalechitas vicisti, inde exultans et tuo regno videaris inferre pericula. Hec relegens Amasias ad bellum incitatus est, Deo ut arbitror ad hoc eum impellente, ut pro his que ab eo fuerant commissa, penas exsolveret. Cumque produxisset exercitum contra Ioas, et eque iam prelium commissuri, militibus Amasie repentinus terror et stupor invasit a Deo, et antequam venirent in comminus, in fugam pre pavore conversi sunt. Militibus igitur terrore dispersis, contigit ut Amasias desolatus ab hostibus caperetur, eique Ioas mortem interminatus est, si Hierosolimitis non suaderet ut aperientes portas eum cum exercitu suo in civitate susciperent. Amasias igitur mortis terrore compulsus precepit eum suscipi in civitate. Qui destruens partem muri quasi quadringentis cubitis, cum curru ingressus est Hierosolimam, Amasiam captivum ducens, et hoc modo dominus civitatis Hierusalem effectus, thesauros Dei abstulit, et aurum et argentum quod in Amasie regalibus erat exhausit, et tunc eum a captivitate solvens, regressus est in Samariam. Hec gesta sunt circa Hierosolimitas anno XIIII regis Amasie. Qui postea passus insidias ab amicis fugit in civitatem Lachis. Sed illi quosdam post eum miserunt qui eum ibi occiderent, et corpus eius referentes in Hierusalem regaliter tumulaverunt. Amasias igitur hoc modo finivit vitam propter superbiam et contemptum quem habuit circa Dominum, cum vixisset annis LIIII, ex quibus regnavit XXVIIII. Huic successit filius eius nomine Ozias.

Anno XV vero regni Amasie regnantis regnavit Hieroboam filius Ioas super Israhel in Samaria annis XL, et circa Deum extitit iniuriosus et ingens (?) ydola colendo, et multa incongrua opera faciendo, et populo Israhel multorum malorum occasio fuit. Huic Ionas propheta predixit quod oporteret eum Syros vincere, et regnum proprium dilatare in partibus aquilonis, usque ad Emath civitatem, a meridie usque ad Asphaltiden. Antiquitus enim termini Chananeorum isti fuerunt, sicut Iosue princeps ea locaverat. Hieroboam igitur rex Israhel castrametatus contra Syros, et omnem eorum provinciam sicut Ionas propheta dixerat devastavit. Necessarium autem iudicavi integritatem rerum contradere; studens quecumque de isto propheta in sacris libris inveni omnia scribere. Hic enim propheta iussus a Deo ut iret in Ninive civitate, et ibidem predicaret quod esset amissura civitas principatum, metuens non perrexit illuc, sed fugiebat Dominum in Ioppe, et inveniens navem ingressus, Tharsum Cilicie civitatem navigabat. Cumque tempestas aspera immineret, et navis pericula submersionis sustineret, naute et gubernator et ipse nauclerus fundebant orationes, ut periculum maris evaderent. Ionas autem operiens semetipsum iacebat, et nichil intuebatur horum que fiebant. Cumque tempestas magis augeretur, et violentia ventorum immanitate mare attolleretur in cumulum, cogitantes quia aliquis navigantium huius tempestatis auctor existeret, constituerunt ut sortes mitterent. Quibus hoc facientibus sors cecidit in prophetam. Interrogantibus autem illis unde esset, et quid ageret, dixit se esse quidem Hebreum prophetam vero summi Dei, eisque suasit ut si vellent presens periculum declinare: eum in pelagus proicerent, eo quod huius tempestatis auctor existeret. Et illi quidem non hoc facere presumpserunt impium iudicantes si peregrinum hominem et qui eis commiserat suam salutem mortificarent. Et cum tempestas cresceret, a propheta compulsi, et timore sue salutis abstracti, eum in pelagus proiecerunt, et tempestas sedata est. Unde quidam dicunt quod a ceto devoratus post tres dies totidemque noctes in Ponticum vivus evomitus sit, et in nulla corporis parte maculatus. Qui supplicans Deo ut veniam concederet pro delicto, ad Ninivem civitatem profectus est, et astans in medio predicavit quod post XL dies Ninive ab hostibus subverteretur. Hec cum dixisset, illis in penitentiam conversis, egressus abiit inde. Igitur Hieroboam cum XL annis regnasset super Israhel, defunctus et sepultus est in Samaria, cui successit in regnum filius eius Zacharias. Eodem vero et Ozias Amasie filius XIIII anno regni Hieroboam duabus tribubus in Hierosolimis imperavit, cuius mater fuit Achelamas nomine genere civis. Erat autem idem Ozias bonus et naturaliter iustus atque magnanimus, et ad rerum providentiam nimis industrius. Castra vero metatus contra Palestinos, eosque bello devincens, civitates eorum cepit Geth et Iamniam, et muros eorum destruxit. Post hec militiam aggressus est Arabas vicinos Egyptiis, et edificans civitatem iuxta mare rubrum constituit in ea custodiam. Deinde Ammanitas subdens, et tributa eis imponens, et omnia usque ad terminos Egyptiorum sue ditioni subiciens cepit de reliquo Hierosolimorum habere curam. Nam muros qui erant longo tempore et regum priorum desidia destructi, rursus edificavit et reparavit, necnon et illam muri partem quam destruxerat Ioas rex Israhel, quando patrem suum Amasiam captivum tenens

ingressus fuerat ciuitatem. Edificauit quoque turres multas habentes in altitudine cubitos c. & l. & in desertis fecit magnas ualde munitiones. & multos aque ductus instituens. Habebat autem iumentorum & aliorum animalium innumera multitudine. quia prouincia eius erat ferulis ad pascua. & erat preipuus terre cultor. & curam habebat circa plantationes & seminandi uarios fructum. Exercitum uero habebat circa se electorum uirorum trecenta & lxxx. milia quorum duces & tribuni & millenarii erant ualde fortissimi. & qui suo robore possent regere duo milia. Constituit autem per cohortes totum exercitum & omnes armauit. dans unicuique iacula cum & scutum. & loricam ereas. & arcus & splendonas. Super hec autem & multa machinamenta & oppositiones instituit quibus petre dimitterentur. & iacula & arpagiones. & multa his similia preparauit. Ecce dum hec institueret. mentis elatione corruptus. & substantia mortali ditatus. contra inmortalem substantiam omni tempore agere nitebatur. Est autem inmortalis substantia pietas circa dominum. & custodia mandatorum eius. Circa quam ozias regalis prosperitatis euentu. & ad patrum peccata descendit. quo & illum post eum claritate bonorum & rerum magnitudine derelicta apprehenderunt. Nam instante insigni die. & generali festiuitate. indutus stola sacerdotali intrauit templum ob- No lationes deo incensum in altari aureo. Pontifice uero azaria cum aliis lxxx. sacerdotibus eum prohibente ne hoc faceret. quia hoc soli modo filiis aaron liceret. & precipientibus ut de templo exiret & non ageret contra dei leges. iratus rex minabatur eis mortem nisi tacerent. Inter hec tremor factus est magnus. & stupescente populo claritas solis nimis effulsit. & splendor in faciem regis cecidit. & continuo illi lepra adhesit. Ante ciuitatem uero in loco qui dicitur eroge scissa est media pars montis ad occidentem. & sua uolubilitate per iiii. stadia procedens ad orientalem restitit montem. ita ut & uias clauderet. & regios hortos opprimeret. Cumque sacerdotes conspicerent lepra faciem regis maculasse. pandebant ei calamitatem suam. insuper precipientes ut tamquam pollutus exiret a ciuitate. Ille uero confusione huius lepre nimis afflictus. dum nulla iam haberet fiducia. quod iubebatur impleuit. Qui cum fuisset prius ultra humanas mentes elatus. & impie nimis uixisset. miserabilem hanc & mitem adoo pertulit passionem. & tempus aliquod extra ciuitatem uitam priuatam degerit. filio suo ioatham regente regnum. Deinde tristitia faciente defunctus est. cum uixisset annis lx. viii. ex quibus regnauit l. duobus annis. & sepultus est solus in hortis.

Zacharias autem filius hieroboam dum vii. mensibus regnasset super israel in samaria. dolum passus occisus est a quodam amico suo nomine sellum filio iocatis. qui post eum regno suscepto non amplius quam diebus xxx. tenuit regnum israel. Princeps autem militie manahen cum esset illo tempore in ciuitate charso cum audisset quod de zacharia fuerat gestum. surgens inde cum omni militia uenit in samaria. & commisso prelio sellum occidit. & seipsum constituit regem. Quem samarite suscipere noluerunt. Ille uero ulciscens meus quoque foris ciuitatem erant depopulatus. ciuitatem samaria obsessione fortissima cepit. & grauiter ferens quod eum prius non suscepissent. ciues omnes ciuitatis occidit. neque paruulis parcens. & quicquid ad culmen ferocitatis pertinebat non reliquit. & tanta mala ciuibus suis fecit. que nec alienigene fecissent. si ciuitatem cepissent. Iste itaque manahen regnauit annis x. in samaria. fuitque peruersus. & in cunctis rebus ualde seuissimus. Et dum contra eum castra mouisset foralus assyriorum rex ad certamina pugne contra assyrios non accessit. sed mittens ei mille argenti talenta. egit ut a bello discederet. Ad hanc itaque causam prestitit populus regi manahen. nam unusquisque de populo pro capite suo l. prebuit dragmas. Post hec manahen defunctus sepultus est in samaria. & facceam filium dereliquit successorem regni. Qui secutus patriam crudelitatem. duobus tantum regnauit annis. & prea in conuiuio dolo cum amicis peremptus est. Facceas enim millenarius fuit romelie eis fecit insidias. Postea ipse faccas tenuit principatum annis xx. fuitque impius & iniquus. Rex autem assyriorum theglatfalassar noe castra metatus aduersus israel. uastabat cuncta regione galaad trans iordanem. & cunctam galileam. & cafa. & arasan. quorum habitatores captiuos ducens. in regnum suum migrauit. Ioatham autem filius ozie regnauit in hierosolimis super tribum iuda cuius mater erat ierusia genere ciuis. Iste autem rex in uirtute diuina fuit pius. & apud homines fuit rectus. habuitque curam ciuitatis. & quecumque indigebant reparatione & ornatum. hec largissime procurabat. fecitque porticus in templo. & ingressum earum ornauit. muros quoque qui ceciderant erexit. 147

turresque. prelatas & curtes ualde edificauit. & omnibus que in regno neglecta uidebantur. opus fabricationis exhibuit. Qui dum ammanitas intulisset bellum atque uicisset. precepit eos singulis annis tributa soluere auri talenta c. & tritici x. milia choros. & totidem hordei. Sic autem preparium auxit regnum. ut hostibus quidem esset ualde terribilis. amicis autem familiaris esset. Eo de tempore fuit propheta quidam nomine naum. qui de assyriorum & niniue urbis subuersione prophetans hec dicebat. Niniue quasi piscina aque commota. sic & populus omnis turbatur & fluctuans commouebitur fugiens. cunctis dicentibus ad alterutros. state & manete. aurumque uobis & argentum diripite. & nullus hanc uoluntatem habebit. cum animas suas omnis magis quam facultates saluare festinent. Crudelis enim alterutros decertatio habebit & luctus. & solutio magna membrorum. & uultus eorum timore pallescunt. ubi est ergo habitaculum leonum. Dicit autem tibi deus niniue. quoniam exterminabo te ut ne quoque leones per te dientes exte imperent mundo. Super hec autem & alia multa predixit iste propheta de niniue que dicere necessarium non putaui. Hec autem omnia peruenerunt in niniue post annos c. xv. Ioatham ergo defunctus est cum uixisset annis xl. & uno. ex quibus regnauit xvi. & sepultus est in hierosolimis. uenitque regnum ad eius filium achaz. Qui impius circa dominum existens. & paternas preuaricatus leges & reges israel imitatus in hierosolimis ydolorum aras instituit. & super eas sacrificauit. & obtulit filium suum in holocaustum more chananeorum. & super hec alia multa scelera perpetrauit. Et dum ita uesanus existeret. castra metatus est aduersus eum rasin rex syrorum & damascenorum & faccas rex israel. Recludentes ergo eum in hierosolimis multis eum temporibus obsidebant. propter murorum munitione eam capere non ualentes. Rasin ergo rex syrorum capiens ciuitatem aylach ad mare rubrum positam & habitatores eius occidens alios

uiros in ea statuit. & aliis in circuitu ciuitatibus interfectis premens ubique hebreos. & multam ducens predam in damascum cum suo remeauit exercitu. Achaz autem rex hierosolimorum cognoscens syros ad patriam remeasse. & credens se preualere contra regem israel. exercitum suum aduersus eum armauit. & congressus in bello faciente ira dei deuictus est propter impietates suas multas. nam ea die c. & xx. milia eius militum ab israelitis occisa sunt. Amasias quoque princeps militie israel zachariam filium regis achaz in bello perimit. & uirorem totius regni hericam. & principem militis eius tribus. uide nomine helya captiuum duxit. & ex tribu beniamin mulieres & infantes multaque diripientes preda in samariam se traxisi. Quidam uero odidas propheta cum esset in samaria. exercitum ante muros occurrens. magna uoce clamauit dicens uictoriam eis non propria uirtute collatam. sed propter iram quam deus habuit super achaz regem. culpauitque eos. cur eis non sufficeret sua felicitas. sed & presumpserint ex tribu iuda & beniamin cognatos suos abducere. suasitque illis ut eos continuo sinerent ad patriam remeare. Qui si nollent. subderentur & ipsi alienis. Populus ergo israelitarum in cetu conuenient. quod de his facere tractabat. Et quidam barachias nomine cum esset in re- No publica probatissimus. surgens in medio. & cum eo tres alii dicerent. Non est permittendum ut captiuum in urbe introducamus. ne omnis pariter adeo pereamus. Sufficiant nobis prima peccata. & non nouas impietates adiciamus. Hec milites audientes. permiserunt eis ut facerent quodcumque scirent expedire. Suminentes ergo predictum captiuos lauantesque & diligentiam exhibentes. & itineris expensas dantes incolumes ad patriam remiserunt. & iiii. uiri uenerunt cum eis usque ad iericho deducentes eos. qui non procul ab hierosolimis reuersi sunt in samaria. Rex autem achaz dum hec passus fuisset ab israelitis. mittens ad regem assyriorum theglatfalassar. poposcit ab eo belli solacium aduersus israelitas. & syros. & damascenos. multasque ei pecunias se daturum promittens. misitque ei munera ualde preclara. Ille uero legatis ad se uenientibus. uenit in auxilium regis achaz. & castra metatus est aduersus syros & regionem eorum depopulatus est. & damascum bello uirecepit. insuper & regem rasin occidit. & damascenos in superiore media destinauit. & quosdam assyriorum in damasco constituit. & israelitarum etiam nimis affligens. multos ex eis captiuos abduxit. Cum ergo rex assyriorum ita uicisset achaz. tollens ille aurum quod erat in regalibus thesauris pariter & argentum quod erat in templo dei. & quod fuit optimum ornamentum. & deuehens hoc uenit in damascum. & dedit hec assyriorum regi. & gratias in omnibus referens. in hierosolimam remeauit. Hic autem rex fuit stultus. & circa modum sue utilitatis alienus a ratione quia neque cum bello comprimeretur ab assyriis. deos eorum adorare cessabat. sed in eorum ueneratione permansit. quasi ei possent conferre uictoriam. & deos eorum uidebatur potius honorare quam patrium ueruque dominum. Qui & ad tantam insaniam contemptumque dei peruenit. ut omnino clauderet templum. & offerre sollempnes hostias prohiberet. & ornamenta ei auferret. His ergo rebus iniuria faciens deo. mortuus est cum uixisset annis xxx. vi. ex quibus regnauit xvi. Cui filius eius ezechias successit in regno. Eodem & tempore mortuus est faccea rex israelitarum dolo cuiusdam amici sui nomine osie. qui post eum regnauit annis noue. fuitque malignus dei contemptor. Contra hec castra metatus est rex assyriorum salmanasar. & cum dominum non haberet propicium. nec adiutorem. sed nec bello subdidit. & tributa definita precepit soluere.

Anno quarto osie regis israel. regnauit in hierosolimis ezechias filius achaz & abiel que fuit genere ciuis. Erat autem huic uir natura benigna. & iusta. & ualde religiosa. Nichil cum aliud ueniens ad regnum utilius sibi esse ac necessarium putauit. quam ut dominum coleret. Conuocans itaque omnem populum & sacerdotes & leuitas. contione habita ad eos dixit. Non ignoratis quam patris mei peccata imitantes qui transgressus est sanctam dei culturam. maxima mala estis experti. & ab eo mens uestra corrupta est. cum suasit uos deos alienos adorare. No Hortor itaque uos. postquam ope cognouistis quam pessimum est impie agere. ut illorum operum obliuione habentes. purgetis uos a priori pollutione. & cum sacerdotibus ac leuitis conuenientes aperiatis templum. & purgantes illud. sollempnibus sacrificiis ad morem antiquum reuocetis. Sic enim deus propicius erit nobis. & ira sua super peccata uestra cessabit. Hec dicente rege ezechia. sacerdotes aperuerunt templum. & uasa immunda & pollutiones eicientes. sacrificia dei super altare imposuerunt. Mittens autem rex ezechias in prouincia sibi subiectam. populum ad hierosolima conuocauit. ut festiuitatem azimorum celebraret. Multum namque preterierat tempus. propter iniquitatem predictorum regum. quod non fuerat celebrata. Misit & nuntios in uniuersum israel monens ut relinquentes mala conuersatione & consuetudine reuerterentur ad pristinam dei culturam dicens. Concedo uobis quamuis sub alio rege degatis. ut hierosolima conueniatis. & azimorum festiuitatem agatis. & nobiscum pariter epulas exerceatis. Hec autem dicebat non tam eos sibi subiectos facere studens. sed tamen nollent. nam si uoluissent. utique beati fuissent. Israelite uero uenientibus legatis & eis proprii regis mandata nuncian-
tibus. non solum non acquieuerunt. sed etiam legatos tamquam fatuos de-
No riserunt. Prophetas & spreuerunt qui eos monebant & predicabant que passuri erant. si ad pietatem dei conuerti nollent. & ad nouissimum comprehendentes interemerunt. & non solum in his peccatis perstiterunt. sed peiora faciebant. nec prius quieuerunt. donec deus uindicans in eis hostium eos subderet ditioni. quod postea narrabimus. Multi tamen de tribu manasse. & zabulon. & ysachar obedientes monitis prophetarum ad pietatis iura conuersi sunt. & ad ezechiam in hierusalem concurrerunt. ut adorarent dominum. His autem uenientibus rex ezechias ascendens in templum cum principibus & omni populo. sacrificauit per se tauros vii. & totidem arietes. & agnos vii. & totidem hyrcos. & imponentes manus super capita pecudum rex & principes. sacerdotibus sollempnia sacrificare iusserunt. Sacerdotes ergo sacrificabant. & holocausta faciebant. leuite uero circumstantes cum musicis & organis cantabant. & ymnos in dominum psallebant. sic docti fuerant a dauid. Reliqui uero sacerdotes tubis cum ymnis dicentibus concrepabant. His ergo factis prostrati in faciem ipse rex & populus uniuersus adorauerunt deum. Deinde sacrificauerunt boues lxx. tauros c. agnos cc.

populis vero ad epulas condonavit boves sexcentos, reliqua vero pecora tria milia. Et sacerdotes omnia secundum consuetudinem legis complebant. Illis quoque delectatus rex epulabatur cum populo gratias agens deo. Postea vero instante die azimorum festivitatem celebrantes quod dicitur pascha, alia sacrificia diebus vii. immolaverunt. Populo vero preter illa que oblata sunt donavit rex tria milia tauros, pecudum vero diversorum vii. milia. Idem autem fecerunt et principes. Mille namque tauros dederunt et pecora mille et xl. Et quia a Salomonis tempore non fuerat sic festivitas celebrata, tunc primum splendide et largissime probatur exhibita. Cumque festivitas fuisset completa, egressi in provinciam purgaverunt eam, et civitates ab omni ydolorum pollutione mundaverunt. Constituit rex Ezechias cotidiana sacrificia, ut ex eius proprio celebrarentur impensis secundum legem. Et sacerdotibus et levitis decimas primitias frugum dari a plebe decrevit, ut semper circa religionem observarent, et a divina cultura separari nequirent. Populus quoque offerebat omnis fructus ut moris erat. Domus etiam et cubilia rex edificans singulis sacerdotibus et levitis distribuit et filiis et uxoribus, et ita ad antiquam culturam eos reduxit. Post hec rex Ezechias pugnans cum palestinis devicit eos, et obtinuit omnes civitates eorum a Gaza usque in Geth. Rex autem assyriorum mittens ad eum, comminatus est omnem se eius subvertere provinciam, nisi tributa que pater eius prius dabat exsolveret. Ezechias autem hec verba non timebat securus de pietate et de prophetia Ysaie a quo futura omnia cognoscebat. Hec de Ezechia dicta sufficiant.

Salmanasar quoque rex assyriorum cum ei nuntiatum fuisset quia Osias rex israhel latenter misisset ad Susam regem egypti petens contra eum solacia, iratus castrametatus est in Samaria. Et cum Osias eum suscipere noluisset, annis tribus obsidens Samariam, cepit eam anno nono regni Osie, et israhelitarum gentem vehementer extinguit, et omnem populum transmigrare fecit ad Mediam et Persidam. Et regem Osiam vivum capiens secum duxit. Aliasque gentes ex loco quodam nomine Chuthi, qui ex flumine Persico vocatur, in Samaria et in israhelitica regione constituit. Migraverunt quoque x. tribus de Iudea post annos nongentos xl.vii. ex quo egressi ex Egypto maiores eorum hanc tenuere provinciam sub Iosue. Ex quo autem recessere a domo David et regnum Hieroboam tradiderunt, anni transierunt cc. xl. et menses vii. et dies vii. Hunc quoque finem apprehenderunt israhelite transgredientes leges, et prophetis non obedientes qui eis hanc calamitatem predicebant, et a tempore quo servum Salomonis fecerunt regem semper ad peiora tendentes, ultionem quam digni erant perceperunt. Rex autem assyriorum Salmanasar invasit pugnando cunctam Syriam et Feniceam universam. Pugnavit et adversus Tyrum, cum ibi regnaret Helyseus. De quibus rebus loquitur et Menander scriptor antiquorum, qui Tyriorum linguam in grecam convertens sic ait: Helyseus quidam regnavit in Tyro annis xxx.vii. Hic Helyseus rex recedentibus ab eo Cheteis, navigans cum exercitu suo reduxit eos, et sue iterum subdidit potestati. Contra hunc autem ascendit Salmanasar rex assyriorum, et omnem provinciam Tyriorum et Fenicis invasit, et statuens ibi presidia sua, reversus est cum victoria. Eo tempore recessit a rege Tyri Sydon et multe alie civitates. Salmanasar autem cum audisset regem Tyri se velle repugnare, castrametatus est contra eos. Fenicis ei exhibentibus naves lxx. et remiges lxxx. Contra quem rex Tyri Helyseus navigans in xii. navibus dispersit hostium naves, et cepit de militibus Salmanasar viros quingentos, ceteros fugavit, et ex hoc honor Tyriorum crevit eximie. Reversus autem rex assyriorum disposuit custodias super fluvium et aqueductum, ut Tyrios haurire aquam prohiberent. Et dum hoc quinque annis fecisset, Tyriorum populus necessitate compulsus fodit puteos in insula, et aquam bonam invenit. Hec Menander de rege Salmanasar scribit. Ii qui dum fuissent in Samariam transmigrati Chuthei, singuli eorum secundum gentem propriam deos in Samaria portaverunt. Erant autem gentes quinque. Et cum deos proprios colerent, et ad iracundiam maximum dominum provocarent, venit pestilentia super eos magna. Per quam corrupti cum nullam malorum medicinam invenire possent, deum maximum pro salute colere ceperunt. Mittentes itaque ad regem assyriorum legatos supplicaverunt ut eis sacerdotes ex captivis israhelitarum quos pugnando tenuerat destinaret. Quo mittente sacerdotes, leges et culturam dei eos edocuerunt. Et cum cepissent dominum summa devotione venerari, pestilentia repente cessavit. Et hactenus illas sollempnitates celebrare non desistunt. Hee siquidem gentes secundum eloquium hebreorum Chuthei vocantur, a terra qua prius inhabitabant, greci autem Samaritae vocant. Hanc autem habent consuetudinem, ut quando viderint Iudeos felices et in cunctis rebus habere prosperitatem, cognatos suos eos appellant, et se de tribu Ioseph nati videantur. Habent cum hebreis propinquitatem magnam. Quando vero eos decidentes viderint et belli habere necessitatem, neque eis devotione aut genere communicare volunt, sed transmigratos et alienigenas se esse ipsos dicunt. De his quoque oportunius dicemus.

Continet hic liber tempus annorum c. et lxxx.ii. mensium vi. dierum x.

Explicit liber nonus Iosephi antiquitatis iudaice.

INCIPIT LIBER X.

CUM EZECHIAS duarum tribuum rex quartum decimum haberet in regno annum, assyriorum rex nomine Sennacherib, cum maxima manu adveniens castra metatus, forti brachio omnes civitates Iude et Beniamin tenuit. Cumque Hierosolimam tenderet, prevenit eum missis legatis Ezechias, promittens se ei obedire, et tributa que imperaret exsolvere. Sennacherib vero audiens que legati dicebant, dignum iudicavit a bello cessare, et precantium suscipere dignitatem. Proposuit autem sibi dari argenti ccc. talenta, et auri xxx. talenta, ut non obsideret urbem, dans legatis iusiurandi fidem, quia nichil discedendo noceret. Ezechias autem evacuans thesauros, misit ei pecunias, sperans se a pravitate belli et regni amissione liberari. Sennacherib vero hec accipiens ex his que promiserat nichil cogitavit, sed ipse proficiscens adversus Egyptios et Ethyopes, principem militie sue Rabsacen cum multo exercitus robore, et duobus aliis viris, quorum nomina erant Taratha et Arachiris, ad vastandam Hierosolimam reliquit. Et venientes autem ante muros castra fixerunt, miseruntque ad Ezechiam petentes ut cum eo possent habere colloquium. Ille autem propter metum noluit cum eis habere colloquium, et misit ad eos suos amicos Heliachim curatorem regni et Sobnam et Ioan qui supra scribas erat. Isti procedentes e diverso principum militie assyriorum steterunt. Quos dum vidisset Rabsaces, precepit ut euntes dicerent Ezechie: Rex magnus Sennacherib requirit ab eo de quo presumens atque confidens refugit dominum suum, et non vult obedire nec suscipere eius exercitum. An forte propter egyptios sperat suum exercitum sublevari? Si autem hoc expectat, fatuus est, et similis homini incumbenti in calamo fracto, qui cum ceciderit super manum vexatus sentiet plagam. Sciat autem quod cum voluntate dei contra eum castrametatus sum, qui concessit in regnum israhelitarum vastare, et hoc modo subiectum disperdere regnum. Dum hec Rabsaces hebraica lingua diceret, sciebat enim optime hanc linguam, metuens Eliachim ne populus hec verba audiens metu corrueret, poscebat Rabsacem ut magis syro loqueretur eloquio. Ille vero intelligens suspicionem eius et metum, maiore amplius voce clamans respondit hebraice dicens: Audiant omnes precepta regis et quod utile est eligant et se nobis tradant. Palam enim est quia vos et rex populum spe vana decipitis, et pugnare suadetis. Si vero presumitis, et exercitum nostrum vos repellere dicitis, ecce ego statim de exercitu mihi commisso duo milia equorum, et vos totidem ascensores prebentes vestrum exercitum nobis ostendite. Sed scio quia totidem viros non habetis. Quid ergo tardatis tradere vos et ipsos nobis qui vos capturi sumus invitos, dum spontanea traditio securior vobis fiat, invita vero periculosa existat. Hec verba audientes populus et legati renuntiaverunt Ezechie. Ille vero hec audiens exuit veste regali, et indutus sacco miserando habitu lege patria prostratus in facie rogabat dominum ut se adiuvaret, nullam aliam spem salutis habens. Mittens quoque quosdam amicos ad Ysaiam prophetam, proposuit ut oraret, et faciens sacrificia pro communi salute rogaret dominum, quatenus spem hostium frangeret, et populo suam misericordiam donaret. Ysaias vero hec faciens, monitus a deo confortavit regem, et eius amicos predicens quod sine manuali bello devicti hostes contempti ab urbe recederent, et cum fortitudine quam se habere credebant fugarentur, et ipsum Sennacherib non posse prevalere contra egyptios ad quos isset expoliandos, sed inhoneste reversurum, et in proprio regno a filiis occidendum predixit. Illo tempore misit Ezechie rex assyrius epistolas in quibus eum fatuum esse dicebat credentem quod eius servitium posset evadere, qui multas gentes maximas subdidisset, et comminatus est se eum disperdere cum caperet urbem, nisi portas aperiens sponte in Hierosolimis eius exciperet exercitum. Quod cum legisset Ezechias, sprevit propter spem quam habebat in deo. Epistolam vero plicans in templo reposuit. Et cum deo vota et orationes effunderet pro civitate et salute cunctorum, Ysaias propheta eum dixit exauditum, et quod non obsideretur ab assyriis, et in futuro anno omnes qui ab assyriis capti fuerant reversuros, et in tertio anno cum pace opus suum facturos, et propriarum possessionum sine timore habituros. Interea hoc rex assyriorum in bello quod Egyptiis intulerat frustratus, ab his in causa sine effectu remeabat. Nam cum multo exercitu obsideret Pelusium civitatem Egypti, et dum aggeres contra muros elevasset, quibus civitatem volebat capere, audivit Taracen regem Ethyopie cum multo exercitu ad egyptiorum venire solacium, et per desertum iter facere, ut subito in eius castra irrueret. Orante namque rege Egyptiorum ad dominum, qui in Pelusio obsessus erat, deus eius preces exaudiens plagam quandam misit in exercitum Sennacherib, ita ut ab obsessione Pelusium statim recederet, cum multi de populo perirent. Herodotus autem scribit quod in castra regis assyriorum, dum Pelusium obsideret, una nocte cunctis dormientibus multitudo soricum venerit, et cuncta arma et arcus comederit assyriorum, et propterea rex cum non haberet eius exercitus arma et arcus, exercitum a Pelusio revocasset, quod fabulosum est. Hec Herodotus scribit. Reversus autem Sennacherib a pugna Egypti, cum venisset ad Hierosolima, exercitum quem Rabsaci dimiserat in periculo invenit. Ipsa autem nocte cum in crastino vellet civitatem obsidere Hierusalem, inmisit deus maximum morbum in populum, ut ipsa nocte perirent lxxx.v. milia cum ducibus et tribunis. Rex autem Sennacherib mane surgens propter hanc calamitatem in nimio timore positus, fugit cum parva manu ad proprium regnum in civitatem Ninive. Post hec a filiis suis Adramelech et Seleusaro est peremptus in templo quod dicitur Arasci, et fugerunt in Armeniam, et suscepit regnum eius Asaraddo. Ezechias autem inopinabiliter a timore liberatus gratificas hostias cum omni populo celebravit deo, et cognoscens quia nullis suis viribus hostes fugasset, omni studio et largitate usus est circa dei cultum. Non post multum gravi languore detentus, a medicis desperatus est, et iam nulla spe salutem in eo habebant. Obiciebant autem ei amici sui, eo quod filios non haberet, et moriturus desolatam relinqueret domum, cum successorem nullum haberet. Et dum ex his verbis valde fatigaretur, rogavit dominum ut ei parvo tempore concederet, donec filios habere posset, et non prius anima privaret, antequam fieret pater. Cuius misertus deus petitionemque eius suscepit, quia non dolebat eo quod privandus esset bonis imperii, sed quod filios non haberet, qui in eius principatu succederent. Mittens quoque deus Ysaiam prophetam ei iussit dicere quia post tertia die languore evaderet, et post hoc xv. annis superviveret, et filios generaret. Et dum hec propheta Ezechie ex mandato dixisset, pro nimietate languoris ea que sibi promittebantur non credidit, et signum aliquod petivit ut faceret Ysaias, quatenus hic sic crederet et a deo eum missum vere cognosceret. Nam ea opera que ultra rationem sunt et super fortiora videntur hominum mortalis probant hominibus incredulis esse vera. Et dum Ysaias propheta interrogaret eum quod signum vellet fieri, petivit ut umbra solis x. gradibus ab eo loco unde descenderat remearet. Et dum Ysaias rogasset dominum ut fieret, videns rex quod factum fuisset quod voluit, repente dissolutus a languore ascendit in templum, et adorans dominum vota et ymnos celebravit. Eo tempore contigit assyriorum regnum a medis solvi, quod postea referam. Rex itaque babiloniorum Baladas misit legatos ad Ezechiam portantes munera, et ab eo postulavit ut ei esset socius et amicus. Ille vero legatos suscipiens, et thesauros eis ostendens, et armorum instructionem, et aliam copiam quam in auro et gemmis habebat, et prebens eis munera regi Balado deferenda, dimisit eos. Ysaias autem propheta venit ad regem, et requisivit unde essent qui ad eum venissent. Quibus dixit de Babilonia eos a suo rege venisse, et ostendisse se eis universa, ut videntes divitias et virtutem regni cognoscerent, et suo regi nuntiarent. Cui Ysaias respondens: Scito inquit non post multum tempus ad Babiloniam filios tuos et divi

tas transmigratur... filii & nepotes tui fient eunuchos esse
faciendos. & amissuros uirilem ... & regibus babilonis seruituros.
Hec propheta dixit ysaias ezechie. Ille autem ... que dicta
fuerant. ait non se quidem uelle sua gente mutari: ... iudee
sed quia impossibile est que apud deum deliberata sunt posse mutari.
rogabat ut uita ipsius pax permaneret. Cum ergo propheta ysaias
indubitanter & mirabiliter de ueritate confideret. & nichil falsi
penitus loqueretur omnia que erant: propheta uates scribens dereliquit in
libris. ut postea uolentibus legere appareret. Et non solum iste
propheta. sed & alii numero xii. idem fecerunt. & omne siue bo
num. siue contrarium fit apud nos. secundum illorum dictum peruenire di
noscitur. Sed horum singula denuo declarabimus. Ezechias autem
rex dum supra uixisset tempus quod prediximus. & illud spatium
in pace degisset. mortuus est anno uite sue l. & iiii. ex quibus
regnauit xx viiii. Cui successit in regno filius eius prius nomine
manasses. natus de matre nomine apsiba. Qui a patriis uolun
tatibus abscisus. & ad diuersa conuersus. omne genus mali
tie ostendit. & nichil impium dereliquit. sed iniquitates
israhelitarum imitatus est. quibus iudei deliquerunt. Presumpsit
& templum polluere. simul & ciuitatem. omnemque patrie regio
nem. Nam spernendo deum adhuc usque peruenit. ut omnes hebreorum
iustos occideret. & neque prophetis parcebat. quorum cottidie sin
gulos puniebat. & eorum sanguine plateas irrigabat. Iubi
autem iratus deus. misit prophetas ad regem & populum. minantes easdem
eis futuras calamitates. in quas inciderant fratres eorum israhelite
cum similia fecissent. Illi uero eorum non credidere uerbis. ut te
nichil mali paterentur. quibus autem postea cognouere fuisse uera pro
que a prophetis dicta sunt. Igitur dum manasses in his malis perseue
raret: bellum contra eum mouit rex babiloniorum & chaldeorum.
Is enim misso exercitu in iudeam regionem eorum depopulatus est.
& regem manassen dolo capiens & ad se deductum carceribus &
uinculis quibus uoluit subdidit. Manasses autem tunc intelligens
in quibus malis esset. & horum malorum se arbitratus auctorem. sup
plicabat deo. ut et hostem suum clementem faceret. ac misericordem.
Cuius orationes deus exaudiens hic concessit. & remissus a re
ge babiloniorum ad sua regna reuersus est. Cumque uenisset
ad hierosolimam. priorum delictorum que contra deum gesserat stude
bat ab animo repellere. & ad seruitium & culturam diuine re
ligionis accendere. templumque & ciuitatem purgauit. & ad hoc
solum erat deceteros constituens. ut gratias deo pro dono sue salutis
exsolueret. quatenus in omni uita ei propicius foret. Hec autem omnia populum
agere docuit. recolens in quas calamitates incidisset. propter ritum
qui secus conuersationem contrarius erat. & edificans altare sollempnes
hostias immolabat sicut constituit moyses. diuinam custodiens
culturam. Edificauit & castella per circuitum hierusalem. & muros
antiquos cum multo studio reparauit. ita ut alios ultra eos erigeret:
& turres eminentissimas exaltaret. custodias uero que ante ciuita
tem erant multa munitione firmauit. & sic omnibus a priori
conuersatione mutatus est. & egit uitam beatissimam. ita ut multi
imitatores eius essent. ex quo cepit colere dei pietatem. Qui cum uixis
set annis lxvii. & regnasset l. & v. defunctus est. & sep
ultus in suis hortis. Cuius regnum peruenit ad eius filium am
mon. cuius mater fuit masselemis. de ciuitate iechabat. Qui
dum imitaretur opera pessima patris sui. dolum passus a suis in domo
sua peremptus est. cum uixisset annos iiii. & xx. ex quibus regnauit
tres. Populus autem eius peremit interfectores. eumque cum patre
sepelierunt. & regnum eius filio iosie tradiderunt. qui erat octo
annorum cuius mater erat nomine chi de ciuitate nopheri. Hic
erat natura benignus. & ad uirtutem indole preparatus. & instu
dus deo regis & intentione. & regulam totius dispensationis
eius secutus. cum ad duodecimum etatis uenisset annum. pietatem
& iustitiam in se esse monstrauit. Cunctum namque populum correxit.
& monuit ut derelicta ydolorum secta patrum colerent deum.
& opera priorum regum in quibus deliquerant. non imitarentur. Ipse
autem se moribus bene obseruabat. & per sapientiam & intellec
tum naturale opera bona celebrabat. consilius bonis & traditio
nibus tradens sensum. & sequens leges & pietatem circa deum gerens
omnia prospere gubernabat. Omnem & ciuitatem & prouinciam
purgabat. & lucos uniuersos abstulit. & ornamenta que eis a
regibus ad iniuriam dei fuerant oblata depulit. & tali modo po
pulum ab huiusmodi secta retractum. ad religionis diuine iura conuer
tit. & legitima holocaustorum sacrificia in altari sollempniter ...
exhibuit. & iudicia quoque causa iustitiam ... sue
uoluit mediam. Misit ergo in totam prouinciam. iubens ut aurum
& argentum offerrent ad reparationem templi. pro sua uoluntate 148.
& uirtute. Que ergo pecunie allate fuissent ad reparationem
templi. & eius expensas. & preposuit ad opus templi amasiam qui
erat super ciuitatem. & scriptorem saphan. & scribam monumentorum
ionacha. & pontificem eliachim. qui dilatione nulla in opere fe
cerunt. sed instructores omnia necessaria prepararent. Hoc igitur
modo reparatione templi celebrata pietas regis ostensa est. Qui
dum octauum decimum imperii habere annum. misit ad eliachim
sacerdotem: iubens ut pecunie que remanserant conflarentur. ut
fierent inde crateres. & libatoria. & fiale ad ministerium
dei. insuper & ad uasa sacrificiorum dei. Proferens autem eliachim
pontifex aurum. inuenit librum sacrum moysi in templo po
situm. quem accipiens dedit saphan scribe. Qui dum relegisset
uenit ad regem. & legit ante illum. Tunc iosias cum audisset uer
ba libri huius. scissa ueste sua uocauit pontificem eliachim. &
necessarios amicos. & ipsum scribam. & misit eos ad quandam
mulierem prophetissam nomine holda uxorem saloni cuiusdam
insignis uiri. & nobilitate clari. iussitque ut euntes consulerent
eam. si propicius fieret deus quia meruerunt non preuaricando lege
moysi & mandata ne periculum transmigrationis mererentur. &
ad extraneas terras deuenientes. uitam agerent miserabilem.
Audiens autem prophetissa que fuerant a rege mandata. iussit ut
remeantes dicerent regi. quia diuinitas quod decreuit infirma
ri non potest. id est ut populus non pereat. aut de prouincia non pelleretur:
qui bonis presentibus minime perseuerent. dum transgressi fuissent
leges. & penitentiam non egissent. prophetis monentibus: ut sobrie
uiuerent. & impietatis supplicia deuitarent. Quos ergo neque ...
mittere uerbis prophetarum. sed faceret que pronunciauit. Vos ergo rede
untes dicite regi. propter eius iustitiam istas erumnas retinendas.
& post eius obitum definita supplicia populis inferenda. Illi ergo qui
missi fuerant mulierem prophetantem. remeantes nuntiauerunt regi.
Tunc rex iosias mittens iussit populum ad hierosolima conuenire.

& sacerdotes & leuitas. & omnem etatem simul adesse precepit.
Quibus congregatis. primum quidem eis sacros libros legit. & stans
in tribunali in medio multitudinis. coegit cunctos fide & iura
menta prebere. ut moysi leges custodirent. Illi uero promptissime &
iurauerunt. & precepta legis implere promiserunt. & sacrificia
celebrantes deum sibi poscebant esse propicium. Rex autem sacerdoti
precepit ut si aliquod uas appareret eius oblatum ydolis. aut diis
extraneis mittaretur in templo proferret. Quod cum multa fuis
sent collecta. comburens cinerem eorum dispersit in fluuium. & sa
cerdotes qui non erant de genere aaron. interfecit. Quod cum fecisset
hierosolimis. processit in uniuersam prouinciam. & lucos. & deos qui
a hieroboam rege in excelsis facti fuerant exterminauit. & ossa
falsorum prophetarum super altare quod idem hieroboam fecerat cre
mauit. & impleta est prophetia que dicta ad hieroboam facta fuerat
& hec omnia precepit. cum eam iosias ex eo modo donec compleret.
cum ante ccc. annos. & lx & unum annum dictum fuisset.
Post hec iosias rex profectus est ad ceteros israhelitas qui captiuitatem
& seruitium assyriorum effugerant. & suasit eis ut impios actus
& honores extraneorum deorum relinquerent. & patrium deum cole
rent. eique dicarent domos & uicos. Perscrutatus autem ciuitates ne
quis forte ydolum haberet intra domum. nec non & currus qui edi
ficati fuerant a prioribus regibus: & quecumque alia erant que uelut
deos adorabant. cuncta pariter amputauit. & hoc modo purgata
omni prouincia. ad hierosolimam omnem populum conuocauit. & ad
azimorum festiuitatem que pascha dicitur adduxit. Donauit ergo
rex populo in pascha nouellos hedos & agnos xxx. milia. &
ad holocaustum tria milia. Prebuerunt & principes iudeorum propter
pascha sacerdotibus agnos v. milia. & leuitis agnos duo mi
lia sexcentos. & eorum presules obtulerunt boues quingentos. Et
dum esset hec habundantia quadrupedum. sacrificia faciebant
secundum legem moysi. cum multo gaudio. nec fuit alia similis festi
uitas apud hebreos a samuelis prophete temporibus. Causa autem
eius festiuitatis hec erat. ut omnia secundum legis antiquam traditio
nem patrie sollempnitates efficerent. Iosias autem post hec in pace
uiuens. diuitiis & gloria omnes precellebat. Nechao autem rex egyp
tii castra posuit ad eufraten fluuium. ut contra medos & babi
lonios dimicaret. qui assyriorum soluerunt principatum. Habebat
autem desiderium ut regnaret in asia. Et cum uenisset cum exer
citu suo ad ciuitatem medii que erat in regno iosie. prohibebat
eum rex iosias ne per suam prouinciam contra medos & babilonios
iter faceret. Tunc mittens legatos ad eum nechao dixit non se
contra eum exercitum duxisse. sed ad eufraten fluuium properare.
monebatque ne prouocaret eum ut secum pugnaret: dum ad
aliena bella uenisset. Iosias autem non acquiescebat uerbis nechao.
sed instabat ne iter faceret per regionem eius. Fatum urgebat eum. ut
accideret quod ei imminebat. Nam dum aciem sui exercitus compo
neret. & in curru uectus ad prelium uenisset: quidam egyptiorum
iaculatus eum. a belli impetu suspendit. Ex quo uulnere nimis
afflictus. iussit exercitum redire in hierosolimam. & mox defun
ctus sepultus est in patriis monumentis. qui uixit annis xxx
& viii. & regnauit ex eis xx. & uno. Omnis itaque populus eum
multis diebus magno luctu gemituque defleuit. & hieremias pro
pheta mortis eius carmen lamentabili modulatione composuit.
quod hactenus apud nos manere dinoscitur. Hic & hieremias
propheta futuram cladem ciuitatis predixit. & scripsit captiuitatem
nunc apud nos habitam. & babiloniorum ... migratione non solum
iste propheta hieremias predixit populo esse uentura. sed & preposuit
propheta ezechiel de his duos libros conscribens nobis reliquit.
Erant autem ambo isti prophete genere sacerdotes. & hieremias in
hierosolimis est commoratus. a xiii. anno regis iosie usque dum ci
uitas uastaretur & templum. de eo propheta proprio loco narrabimus.
Mortuo siquidem iosia. successit ei in regnum filius ioachaz cir
citer xx. et iii annorum. habens matrem nomine habital.
de ciuitate abana. & fuit scelestus & impius. Rex ergo egypti
nechao. dum a pugna fuisset reuersus. uocauit ad se ioachaz
de ciuitate syrie que dicitur amath. Qui dum uenisset. repente
eum uinxit. & fratri eius eliachim tradidit regnum. & prouincie
tributa imposuit. c. talenta argenti. & unum auri. Has autem
pecunias eliachim dabat singulis annis. Ioachaz autem ductus
est in egyptum. cum regnasset in hierusalem tres menses & dies x.
& mortuus est in egypto. Mater autem eius uocabatur zabuda. de
ciuitate abuma. Heliachim autem erat natura iniustus. & ualde
nequissimus: neque circa deum bonus. neque circa homines mansuetus.
Cum ergo iiii. annis regnasset. regnum babilonie quidam nomine
nabugodonosor accepit. Qui statim in initio regni sui cum
maximo exercitu ad carcamin ciuitatem uenit. que est iuxta
eufraten pugnaturus contra regem egypti nechao. Nam rex
egypti subiugauerat syriam uniuersam. Nechao autem rex
egypti cum hoc audisset: penitus non expauit. sed cum magno
brachio contra nabugodonosor ad eufraten uenit. Facta autem congressi
one rex egypti deuictus est. & multa milia uariis rebus belli
amisit. Transiens autem nabugodonosor eufraten. omnem syriam usque
pelusium cepit preter iudeam. Post hec iiii. anno uenit na
bugodonosor rex babilonie contra iudeos. & cum magno exercitu super
eos castra metatus est. tributa exacturus ab eliachim. aut certe
dimicaturus. Eliachim uero metuens eius minas. & pacem habere
desiderans. prebuit ei tributa que precepit tribus annis. & statim
reuersus est. Tertio uero audiens eliachim egyptios uelle contra
babilonios pugnare. tributa non reddidit spe egyptiaci belli
deceptus. Nam egyptii minime presumpserunt pugnare contra nabugodonosor.
Nam hieremias cottidie predicebat. quia frustra egyptiorum spe
tenerentur. quia futurum esset ut a rege babilonie ciuitas uasta
retur. & rex eliachim subderetur ei. Hec autem nulla utilitate dice
bat. quia nullus erat qui crederet. Nam populus & principes hoc
audientes negligebant & indignantes quasi augurium aduersus
regem diceret propheta accusabant eum. & multi decreuerunt
aduersus eum dari sententiam. ut ad supplicium traderetur. Senio
res autem hieremiam eripere a malis cupientes. suadebant aliis ne
quid mali fieret hieremie dicentes quod non solum iste ciuitati
futura prediceret. sed & micheas ante eum olim talia predixisset:
sed quasi propheta dei fuisset honoratus. His uerbis seniores mitigan
tes turbas: eripuerunt hieremiam a definito supplicio. Hieremias
autem scribens omnes prophetias suas recitauit populo nono mense &
tertiam congregato quinto anno regis eliachim. relegitque librum quem
de futuris rebus ciuitati & populo conscripsisse uidebatur. Audi
entes itaque principes auferunt ab eo librum. iusseruntque hieremie &

baruch ut se absconderent. Et ipsi librum portantes regi dederunt. Rex autem presentibus amicis iussit scribam suum relegere. et audiens que scripta erant in libro nimis disrupit librum. et igne concremauit, et iussit hieremiam et baruch ad se puniendos adduci. Illi autem iram eius declinauerunt. Non post multum tempus, uenit contra eum nabuchodonosor cum magno exercitu. et federe facto suscepit eum ioachim propter metum eorum que a propheta fuerant ei dicta, credens se nulla passurum, sicut eum suscepisset. Et dum nabuchodonosor intrasset ciuitatem: fidem neque seruauit. sed iuuenes fortissimos et pulchritudine decoros occidit, una cum rege ioachim. quem et ante muros insepultum proici iussit. et filium eius ioachin constituit regem. Captiuos autem qui erant in dignitatibus constitutos numero tria milia captiuos duxit in babiloniam, inter quos erat propheta ezechiel cum esset adhuc puer. Hunc finem habuit ioachim rex. qui uixit annis xxxvi. regnauit autem xi. Successor uero eius habuit matrem nomine honos(?). et regnauit mensibus tribus et diebus x. Nam a rege nabuchodonosor qui ei concesserat principatum repente timor inuasit. et formidans ne ipse in memoriam haberet patris necem et principatum ei inuaderet: mittens exercitum ad hierosolimam iussit regem ioachin comprehendi. Ioachin autem cum esset natura benignus et iustus. et nolens ciuitatem propter se uidere pericula sustinere, sumens matrem et cognatos tradidit obsides ducibus qui fuerant a babilonio rege directi, et accipiens ab eis iusiurandum quod nichil pateretur mali. nec ipse nec ciuitas. aperuit eis urbem. Ipsi autem fidem uiolauerunt. et omnes iuuenes qui erant in ciuitate. et cunctos artifices quorum numerus fuit x. milia et octingenta xxx. et duo, ligatos captiuos secum duxerunt cum ioachin et matre eius et amicis ad regem babilonis. quos ille reclusit in custodia. Patruum uero ioachin nomine sedechiam constituit regem, accipiens ab eo iusiurandum ut ei principatum custodiret. et nichil hostile ageret, nec faueret egyptiis. Hic ergo sedechias erat annorum xx. duorum quando accepit regnum. [illegible] matris eius amitas(?). Fuit autem contemptor iustitie et superbus. circa quem impii maximum locum habere uidebantur. Unde hieremias propheta ad eum crebro ueniens contestabatur dicens. ut iniquitates et impietates desereret: et iustitie studeret. nec attenderet malignos duces nec falsis prophetis crederet eum seducentibus: quasi neque contentus cum rege babilonie dimicaret, ergo quod egyptii contra eum bellare uellent et uincerent. quoniam hec uerba nichil erant. nec hec uentura forent. Sedechias autem dum audiret hieremiam hec dicentem consentiebat ei per omnia tamquam uera loquenti. et ei credebat uerbis. sed rursus amici subuertebant eius mentem a uerbis prophete: et ad ea que uolebant emolliebant. Prophetauit autem et ezechiel ita pauitate(?) de futura calamitate populi et hec misit in hierosolimam. Sed sedechias eius uerbis non credidit, eo quod non concordarent uerbis hieremie. Dicebat enim ezechiel quia sedechias babiloniam non uideret. hieremias autem dicebat quia uinctum duceretur in babilonem. Licet autem omnia secundum eorum dictum euenerint: tamen has prophetias in sequentibus oportunius explanabimus cum in narrationem(?) uenerit.

Interea dum cognouisset nabuchodonosor quia sedechias quem regem statuerat in hierusalem amicitias misisset cum rege egypti contra eum castra et afflicta(?) [illegible] ad ipsam hierusalem obsidendam cum magno ueniebat exercitu. Rex autem egyptiorum audiens quia sedechias amicus eius esset obsessus. sumpta maxima uirtute bellatorum uenit in iudeam quasi obsessionem soluturus. Nabuchodonosor abscessit ab hierosolimis et occurrit egyptiis eisque congressis prelio eos superauit. et in fugam uersos de syria cunctos eiecit. Interea falsi prophete seducebant sedechiam dicentes quia nabuchodonosor ad ciuitatem denuo non reuerteretur. sed in proprium regnum rediret. et illi qui captiui ducti fuerant de babilone cum diuersis uasis ad hoc templum reuerterentur. Hieremias autem in medium transiens his contraria prophetauit dicens, quia male facerent hi qui regi talia suaderent. quando per egyptios nichil iuuari possent quasi deuinceret nabuchodonosor. et in hierosolimam denuo remearet, eamque fortiter obsideret, et populum fame corrumperet, et reliquos captiuos duceret, et templi diuitias exhauriret: et insuper concremaret, ciuitatemque subuerteret. et esset seruitura regi babilonico, eiusque nepotibus annis lxx. A quorum seruitio nos tunc liberabunt persi et medi destruentes babiloniorum imperium, et remissi denuo hierosolimam edificabimus. Hec dicente hieremia plurimi crediderunt. sed principes et impii excessisse eum a sua mente dicebant, eumque deridebant. Hieremias autem cum uoluisset in patriam suam ire que dicitur anathoth .xx. stadiis ab hierosolimis distans, inueniens eum in itinere quidam principum comprehensum detinuit. calumniam ei faciebat, quasi ad babilonios iret. Ille autem dicebat falsum eum dicere. sed in patria sua operare uellet. Princeps autem ad hec uerba non flexus, uinctum eum duxit ad iudices magistratuum, a quibus uerbera et tormenta passus: ad necis supplicium seruabatur. quamuis iniuste hoc sustineret.

Anno igitur nono sedechie regis. x. die mensis decimi, .xxx. nabuchodonosor rex reuersus a pugna quam ab egyptiis uiriliter intulerat, denuo hierosolimam obsedit cum magno studio x. et nouem menses. Hierosolimitas uero duo pessima mala, et alia maxima deprimebant, scilicet languor morbi pessimus. et fames uehementer insistens. Hieremias uero cum esset in custodia. monebat populum. ut regem babiloniorum exciperent portas aperientes. Hoc enim facto dicebat eos posse saluari, alioquin radicitus disperderentur si manerent in ciuitate: aut fame consumpti, aut gladiis hostium. Si uero ad chaldeos exirent. inimicos et mortem quodammodo declinarent. Principes autem hec audientes. et inter ipsa mala consistentes. non ferentes eius uerba. sed cum ira uenientes poscebant eum quasi uesanum occidendum non tamquam prophetam eo quod animos eorum frangeret: et malis pronuntiationibus audaciam populi ualde molliret: cum omnes parati essent pro patrie salute pugnare, ille autem moneret ut ad hostes fugerent, quia ciuitas capienda foret. et omnes in ea perirent. Rex uero propter hieremie uerbis non erat iratus. sed ne principibus in tali tempore uideretur esse contrarius. permisit eis ut facerent de propheta quod uellent. Qui ingredientes in carcerem. et sumentes hieremiam proiecerunt eum in quendam lacum ceno plenum. ut morte propria suffocatus moreretur. Hieremias uero usque ad guttur et labia in ceno dimersus. in magnis degebat angustiis. Quidam ergo seruorum regis honoribus decoratus. genere ethyops erumnas prophete regi nuntiauit; dicens non recte amicos eius et principes fecisse. quod prophetam in ceno dimersissent. quod supplicium omni morte et uinculis esset amarius. Hec cum audisset rex penitentia ductus quod eum principibus tradidisset. iussit ethyopi ut sumptis xxx. seruis et funibus: et quicquid [illegible] ad salutis utilitatem: hieremiam cum festinatione extraheret. Ethyops autem sumens quod preceperat rex. prophetam extraxit de lacu. et sine custodia esse permisit. Euocans ergo rex latenter requirebat si aliquid diuinum in rebus presentibus ei indicare posset. Ille uero se habere quod diceret asserebat. sed sciret non sibi esse credendum. et nec sibi aliquid uelle indicare, quem in humano supplicio pene mortificasset. Ubi sunt inquit nunc qui regem babilonis neque ad hierusalem reuersurum esse dicebant. et his uerbis uos fallebant. Si ad ueritatem nunc dixero. mortem me condempnas. Cumque ei rex iusiurandum prebuisset: ne eum puniret. nec principibus traderet. data fide suasit ei ut chaldeis aperiret ciuitatem si liberari uellet a presenti periculo. neque ciuitatem ad fundamenta dirui, nec templum ab hostibus concremari. et ipse huius mali auctor existeret. Hec audiens rex dicebat se quidem libenter facere que moneret et sibi expediret. sed metueret contribules qui ad regem babilonie prefugissent ne accusantibus eum periculo subiaceret. Quem propheta confortabat. et frustra supplicium suspicari dicebat. et nil mali passurum. si babilonio traderet ciuitatem. et ipsum et filios et uxores, insuper et templum manere illesum. Hieremiam ergo cum hec dixisset dimisit rex. precipiens ut nulli eorum que locuti fuerant proderet. et si a principibus interrogatus fuisset quid cum eo locutus esset. diceret quia poposcisset ne in uincula aut in carcere denuo traderetur. Principibus ergo interrogantibus quid locutus fuisset cum rege. iuxta preceptum regis eis respondit. Babilonii ergo obsessionem hierosolimitis grauem inferebant, Celsas facientes turres cum magnis edificiis. et aggeres ingentes exaltabant. in quibus resistebant de muris pugnare uolentibus: multasque machinationes erigebant equantes eas muris per circuitum ciuitatis. Illi autem qui erant intra urbem fortiter et impigerrime resistebant. quamuis fame et labore fatigarentur. Licet autem inter his passionibus multarentur, animo tamen fortes uidebantur ad prelium, in nullo expauescentes adinuentiones et machinamenta babiloniorum. sed contrarias machinationes in muris quibus hostes fecerant, illi alia apponere cogitabant. ita ut magnum esset certamen babiloniis et hierosolimitis. babiloniis existimantibus nichil esse melius quam capere ciuitatem. hierosolimitis autem suam salutem non in alia causa ponentibus: nisi ut magno studio laborarent. et non desperarent excogitare quibus modis hostium machinamenta destruerent. Multa igitur mala perpessi sunt hierosolimite mensibus x. et viii. dum fame uastarentur. et lapidibus quos de turribus iactabant aduersus eos hostes. Capta est ergo ciuitas xi. anno sedechie regis. iiii. mense die nono, ceperuntque eam principes babiloniorum quibus obsessio a rege nabuchodonosor erat commissa. ipse autem in reblata ciuitate morabatur. Nomina uero principum qui ciuitatem ceperunt hec sunt: ergelasar. rerem. macusseri(?). egarus. nabuzardan et saris. Capta siquidem ciuitate circa mediam noctem a principibus et ingressis in templum, agnoscens hoc sedechias. sumptis uxoribus et filiis. et principibus et amicis fugit de ciuitate per desertum ualde strictissimum. Quod dum principibus babiloniorum indicatum fuisset: egressi diluculo persecuti sunt eos. Quos dum circa hiericontem apprehendissent: circumdederunt eos. Amici uero et principes qui cum sedechia fugiebant, dum hostes proximos esse conspicerent, dispersi sunt in diuersa loca fugiendo, et unusquisque se liberare contendebat. Hostes autem comprehensum sedechiam cum paucis et uxoribus et filiis. duxerunt ad nabuchodonosor regem in reblata. Quem nabuchodonosor cepit uocare impium. et infidelem, et iusiurandi immemorem. quod promiserat ut ei principatum custodiret. Super hoc autem eum obiurgauit ingratum, quia dum ab eo percepisset imperium, quod a ioachin fratre(?) eius tulerat, et sibi tribuerat, contra eum egisset hostiliter. Magnus ergo deus qui nequitiam tuam habuit odio. meo te subiugauit imperio. Hec dicens ad sedechiam, iussit statim filios eius et amicos occidi, ipso et captiuis inspicientibus: Deinde oculos sedechie eruens, eumque uinciens secum duxit in babiloniam. Hec siquidem ergo hieremias et ezechiel prophetauerunt quia comprehensus duceretur ad babilonicum regem. et loqueretur ei ex suo ore. et uideret suis oculis eius oculos, sicut hieremias dixit. excecatus autem et ductus ad babiloniam eam non uidit sicut ezechiel predixit. Hec autem sufficienter possunt dei manifestare potentiam que est multimoda et uniuersa conspiciens et que congruenter agit prouidens et ignorantiam et infidelitatem hominum redarguit, per quam cauere nequiuerunt ab his que erant passuri. Nam cum ea que predicebant custodire noluerunt calamitatibus, nosciunt se esse contraditos, ita ut impossibile esset ut ab his declinarent. Omnes ergo qui de genere dauid regnauerunt, hanc conuersationem habuerunt. et fuerunt xx. et unusquisque ad ultimum regem a saul qui primus regnauit, non tamen ex eadem tribu consistens. Regnauerunt autem annis nongentis et xiiii. mensibus vi. diebusque x. Nabuchodonosor autem misit principem militie sue nabuzardan in hierusalem ut expoliaret templum et incenderet. et regalia pariter et ciuitatem usque ad pauimentum subuerteret. et populum in babiloniam transferret. Qui dum uenisset in hierusalem. xi. anno sedechie regis templum subuertit. et uasa dei aurea et argentea. et maximum cantharum quem fecerat salomon. et columnas ereas et capitella earum aureasque mensas et candelabra. Hec auferens templum incendit quarto mense initio mensis. xviii. anno regis nabuchodonosor. et regalia ciuitatemque subuertit. Templum ergo concrematum est post ccc. et lxx. annos et menses sex diesque x. ex quo factum est a salomone. Ab egressu autem populi ex egypto tunc erant anni mille lx. duo. et menses sex. et dies x. A diluuio uero usque ad uastationem templi fuit tempus annorum mille nongentorum lvii. mensium vi. dierum x. A prothoplasto autem adam usque ad uastationem templi fuerunt anni tria milia quingenta xiii. menses sex. dies x. Tantus ergo numerus erat annorum et quecumque gesta sunt ut peruenerint manifestauimus. Nabuzardan ergo postquam hierusalem subuertit et templum, sumens captiuos migrauit eos. et pontificem zardan(?) et iosedech sacerdotem secundarium eius. et custodes templi. et tres eunuchos qui erant super armatos. et vii. amicos sedechie et scribam eius. et alios principes lx. quos omnes cum uasis que depredatus est deduxit ad regem in reblata ciuitate. Rex autem iussit pontificis caput et omnium principum capita abscidi. et regem sedechiam posuit in carcere in babilone.

Igitur quia genus regum explanauimus, necessarium iudicaui referre nomina pontificum. qui pontificatum regum temporibus habuerunt. Primus fuit sadoch pontifex templi quod salomon edificauit. post eum achimaas. post achimaam azarias. cui successit ioram. post ioram axioram. post eum fideas. post hunc iudeas. post eum hilo. cui successit

ioacham, et post eum urias. inde nerias. post eum odeas. et post eum sallom. deinde helchias. post hunc zaroch. deinde iosedech qui captivus ductus est et defunctus. Isti omnes in pontificatu per ordinem id est filius patri successere. Veniens autem rex in babilonia. vasa que in templo hierosolimorum fuerat depredatus. diis suis dicavit. et populum in babilonis regione constituit. Nabuzardan autem dum captivasset populum hebreorum. pauperes qui se ultro tradiderant dereliquit. constituens eis principem nomine godoliam filium acham de nobilibus natum. mansuetum et iustum. iussitque ut opus in ipsum terre facientes regi definita tributa persolverent. Hieremiam vero prophetam solvit a carcere. eique suasit ut in babilonem cum eo veniret. namque rex sibi iusserat ut omnia placide ministraret. et si nollet secum ire. indicaret tamen ei ubi manere vellet: quatinus hoc regi mandaret. Hieremias vero nec cum sequi voluit nec alibi commorari. sed libenter se dixit habitare in deserta patria cum miserrimis reliquiis. Audiens hoc nabuzardan precepit godolie ut eius providentiam in omnibus haberet. eique ministraret in quibus egeret. Datis et nabuzardan hieremie multa et preciosa munera. dimisit ad propria. Hieremias ergo mansit apud godoliam in civitate masphat. rogavitque nabuzardan ut dimitteret discipulum suum nomine baruch filium neri ex magna valde familia. et qui in lingua patria precipue erat eruditus. Hoc cum fecisset nabuzardan in babilonia profectus est. Et illi qui obsessa hierosolimorum urbe diffugerant dispersi per certa loca dum babilonios cognovissent recessisse. et quasdam reliquias in hierosolimorum terra reliquisse. qui ea incolerent. undique collecti venerunt ad godoliam in masphat. Erant principes eorum ioad filius carge. et zareas. et iohonias simul et alii. Porro de genere regio erat quidam ysmahel vir magnus et callidus. qui dum obsideretur hierosolima. evasit ad regem ammanitarum nomine bachalim. et illo tempore ibi moratus est. Isti ergo dum ad hierosolima reversi sunt. godolias eos fecit ibi manere. neque babilonios metuentes. colentesque terram. nichil mali passuros esse dicebat. et hoc iuramento firmavit. adiciens quia solacium cunctis preberet. et siquis ab aliquo gravaretur illius ferret auxilium. suasitque ut singuli in qua vellent civitate morarentur. et habitacula repararent et ut tempore tritici. et vini. et oleum reconderent. quatinus hyemis tempore pabulo non egerent. Hec cum dixisset. dimisit eos in provinciam ire. quo unusquisque volebat. Fama ergo discurrente quod godolias ad se venientes de fuga clementissime susceperit. et terram ad colendum dedisset. ut regi babylonis tributa persolverent. venerunt omnes ad godoliam. et in provincia degebant. Considerantes ergo provinciam. et godolie benignitatem atque clementiam, iohannes et principes qui cum eo erant valde dilexerunt eum. dicebantque mittendum esse a rege ammanitarum bachalim. ut ysmahel latenter occideret. quatenus ipse posset esse securus. quia dum solus ille remansisset de semine regio. eius dolum timerent. ne ipsum occideret. et reliquias israhelitarum funditus deperirent. Godolias autem acquiescere noluit verbis eorum dicens. Non est rectum contemni qui nichil adhuc gessit malignitatis insidias exercere. qui neque in tali desolatione huiusmodi maliciam exerceret. et quem in tanta necessitate fouerat. et ab aliis inimicis eripuerat. ipse nec punire vellet. sed et si ille infidelitatem agere vellet. carius sibi esset. ut ipse periret ab illo. quam nequaquam ipse vellet violare fidem suam in illo homine qui ad se salutis gratia confugisset: ut dolo eum occideret. Principes autem cum non potuissent godolie persuadere ut ysmahel occideret. protinus recessere. Transactis autem xxx. diebus venit ysmahel cum x. viris ad godoliam in masphat. quos ille splendidis epulis muneribusque susceptos recepit. Godolias vero inter convivia vino inebriatus est. Quem ysmahel videns vino repletum. et velut insensatum per ebrietatem. surgens cum x. amicis occidit eum. et qui cum eo recumbebant. Et post hoc per emptionem ysmahel egressus per noctem. cunctos pariter in civitate iudeos et milites cruciavit. qui a babilonis fuerant relicti. Altera vero die veniebant cum muneribus ad godoliam lxxx. viri. nichil scientes de morte godolie. Quos cum vidisset ysmahel quasi ad godoliam accessuros interius evocavit. Quibus ingressis. aula clausa cunctos occidit. eorumque corpora in lacum profundissimum ne viderentur precipitavit. Ex his lxxx. viris inventi sunt. qui rogaverunt non se prius occidi. quam occultas in agris divitias. et pallia simul et vestes reconditas. et frumenta monstrarent. Hec audiens ysmahel pepercit eis. Post hoc populum qui erat in masphat cum uxoribus et filiis captivum duxit. et filias sedechie regis quas nabuzardan godolie conservandas reliquerat. captivas duxit fugiens ad regem ammanitarum. Audiens hoc iohannes et principes qui cum eo erant nimis exasperati sunt. et assumentes singuli arma sua. egressi sunt ut ysmahel viriliter expugnarent. Quem cum apprehendissent circa fontem chebron. illi qui ab ysmahel captivi ducebantur, videntes iohannem et principes ad solacium suum venisse: relinquentes ysmahel. contulerunt se ad iohannem. Ysmahel autem cum viris viii. fugit ad regem ammanitarum. Iohannes autem sumens captivos venit ad quendam locum quem caulas appellant et illo die ibi mansit. Deliberaverunt autem ut inde surgentes abirent in egyptum. metuentes ne eos babilonii perimerent propter mortem godolie. qui ab eis dux fuerat constitutus. Et dum in tali consilio permanerent, petierunt hieremiam prophetam ut dominum consuleret quatenus eis in angustia constitutis. quid facere deberent monstraret. Cumque propheta victurum se per eum apud dominum promisisset. post x. dies apparuit ei deus precipiens ut indicaret iohanni. et principibus. et universo populo. quod remanentibus eis in illa provincia. solacium eis ferret divina providentia. et a babilonis quos timerent servaret illesos. proficiscentes autem in egyptum peribunt. et illa passuri essent ab egyptiis. que olim fratres vestros constat esse passos. Hec cum hieremias populo dixisset. non ei credebant dicentes quia magis secundum voluntatem baruch discipuli sui eis loqueretur quam secundum divinum mandatum. scientes quia sibi remanerent omnino a babilonis interirent. Principes ergo et populus non obedientes consilio dei. quod eos monuerat per prophetam. surgentes abierunt in egyptum. ducentes secum heremiam et baruch. Et dum in egypto essent. indicavit deus hieremie venturum esse regem babiloniorum ad egyptum. iussitque eum predicere populo egypti venturam captivitatem. et quia alios occideret, alios captivos in babilonia duceret. Et hec ita completa sunt. Quinto enim anno captivitatis hierosolimorum. qui erat iii. et xx. regni nabuchodonosor. castra metatus est idem nabuchodonosor in inferiore syria. eamque debellavit, et simul ammanitas et moabitas. Cumque sub didisset has gentes. perrexit ad egyptum. eamque subiugavit et regem. et populum et hebreos qui illuc fugerant tenuit captivos et in babilonia duxit. Igitur per salmanasar regem assyriorum populus x. tribuum de samaria captivus ductus est: et in eorum regione alie gentes sunt posite. que samaritas vocant. Babiloniorum vero rex cum duas tribus captivasset: nulla gente in eorum regione constituit. et propterea desolata est omnis iudea. et hierosolima lxx. annis. Tempus autem a captivitate israhelitarum usque ad duarum tribuum migratione fuit annorum c.xxx. mensium sex. dierum x.

Nabuchodonosor ergo rex babilonis sumens omnes iudeorum nobiliores. et cognatos sedechie. et qui pro etate corporum. et aspectus pulchritudine resplendebant. tradidit eos pedagogis pro exhibenda diligentia. eosque castravit. quod et aliis quos ex gentibus captivaverat fecisse dinoscitur. iussitque eis ministrari de mensa sua cibos. et erudiri principalibus litteris. parthie et chaldeis. Erant autem isti sapientia ydonei. habentes exercitium splendidum. Inter quos erant aliqui de genere sedechie iiii. optimi natura. et benigni. daniel, ananias. azarias. misahel. Horum nomina rex babilonis commutavit. et aliis nominibus vocavit. danielem baltasar. ananiam sydrach. misahel mysac. azariam abdenago. Hos et rex cum essent nimis ingeniosi. et circa litterarum doctrinas assidui. habebat in honore et dilectione precipua. Cogitavit ergo daniel cum cognatis suis. ut se a cibo regio abstinerent. et ab omnibus animatis generaliter abstinerent. Et accedentes ad aschan eunuchum cui eorum diligentia fuerat a rege commissa. rogaverunt eum ut ea que rex iusserat eis expendi ipse comederet. et eis legumina comedenda daret. et que erant de inanimatis essent. dicentes se a dictos cibos esse deditos. et alios sibi valde contrarios. Ille vero paratum se esse dicebat. eorum voluntatibus obedire: sed metuere regem. ne per corporis eorum maciem vel aliquam mutationem proderentur regi. eo quod ab epulis abstinerent. dicens esse consequens ut pro qualitate ciborum eorum corpora mutarentur. et dum alii pueri bene refecti a rege viderentur: ipsi sibi supplicium auctores existerent. Et dum aschanis proposito eorum hec dixisset: persuaserunt ei ut per experimento x. diebus hec ministraret illis. et si habitus corporis eorum non mutaretur in peius. in his sine dubio permanerent. si ex his cibis non lederentur. Si vero mutatos videret in aliquo. ad priora convivia revocaret. Quibus dum inanimatos cibos daret. eorum corpora pinguiora ac decentiora erant magis quam aliorum. ita ut illi quibus regalia convivia parabantur inferiores essent. itaut alii putarent daniel in magna copia epulari convivare. Et illo tempore audacter aschanis ea que de mensa regis illis pueris mittebantur ipse sumebat. et illis que dicta sunt ministrabat. Daniel autem et socii eius dum eorum anime essent limpide. et ad doctrinas erecte. et corpora eorum ad laborem apta consisterent. nam animas hebrei non habebant per ciborum varietate. aut corpora per escas de epulas molliora. omnes velociter didicere doctrinas que erant apud barbaros et chaldeos. Daniel autem erat sapientia ydoneus. et ad somniorum interpretationes expertus. que ei revelabat divinitas. Igitur per annum secundum egyptiace vastationis rex nabuchodonosor vidit somnium valde mirabile, cuius explanationem ipse ei deus per somnium aperuit. Evigilans autem et oblitus somnii, mox chaldeos vocavit et magos atque divinos sequens dixit vidisse somnium et expositionem eius. et hoc simul oblitum. iussitque ut dicerent sibi somnium. et quid significaret. Illis vero dicentibus: hoc impossibile esse hominibus invenire. nam si ipse somnium diceret. explanationem ei audiret. rex comminatus est eis mortem nisi somnium dicerent. Et dum faterentur non posse fieri quod iubebat. iratus iussit omnes occidi. Daniel autem audiens quia omnes sapientes rex iussisset interimi, inter quos et ipse cum suis sociis numeratus erat, accessit ad arioch qui erat princeps super armigeros regis. et rogabat ut ei causam ediceret per quam rex iussisset omnes sapientes babilonis occidi. Et cum cognovisset quare factum esset. rogavit arioch ut ingressus ad regem peteret inducias una nocte. et ut a sapientum nece se cohiberet. dicens se sperare quod ea nocte supplicans deo. somnium regis agnosceret. Arioch ergo nunciavit regi sermonem danielis. et concessit ei rex. Ingressus autem daniel cum sociis ad habitaculum proprium rogavit dominum tota nocte ut ei somnium indicaret. ut et ipsi inter sapientes perirent. sed ut eos potius ab ira regis eriperet. et ostenderet visionem. quam rex esset oblitus. Deus autem misericordiam habens illorum qui periculo subiacebant. danieli simul et somnium et explanationem innotuit regis. Daniel autem a deo sibi revelata cognoscens. gavisus surrexit. et hec fratribus indicans. illos qui iam de vita desperaverant. et parati videbantur ad mortem. ad securitatem et spem vite reduxit.

149.

Daniel autem deo gratias agens quod eorum misertus esset: facto die venit ad arioch petens ut eum introduceret ad regem narraturus ei somnium. quod transacta nocte viderat. Daniel ergo ingressus ad regem. hoc primum poposcit ne sapientior putaretur ab aliis chaldeis. et magis quia dum illi somnium neque invenire potuissent. ipse indicaturus accederet. et hoc non experimento humano, nec quia maiori studio in cogitando laborasset. ut hec sciret. sed deus magnus misertus omnium qui mortis periculo videbantur constituti. et mei simul. explanationem cum somnium mihi aperuit. Non enim minus pro illis quam pro me ipso in morte deprecatus sollicitus eram, dum vitaque iniuste viros bonos et optimos mori preceperas. quos nichil humanum facere precepisti. sed quod dei solius est. ab eis exegisti. Tibi siquidem o rex cogitanti. qui possent totius mundi tenere principatum. volens deus regnatores ostendere. hunc tibi somnium revelavit. Vidisti enim statuam valde preceram. cuius caput erat aureum. humeri et brachia argentea. venter autem et femora erea. crura pedesque ferrea. Deinde vidisti lapidem de monte sponte abruptum cecidisse super statuam. eam prostratam contrivisse totam. et nullam ei partem integram reliquisse. Post hec vidisti aurum et argentum et es in modum farine contritum. et spiritu vehementi per flante direptum. atque dispersum. lapidem vero crevisse tantum. ut omnis terra ab eo videretur impleta. Somnium itaque quod vidisti hoc est. cuius interpretatio hunc habet modum. Caput quidem aureum te significat. et qui ante te in babilonia regnaverunt. Duo autem manus et humeri indicant quod a duobus regibus babiloniorum destruatur principatus. eorum demum alterum quod ab occidente erit destructurus imperium. similis erarnento. cui regnum cessare faciet: quod ferro videbitur equalis domabitque omnia. quia ferri natura robustior est auro. et argento. et ere. Significavit et regi daniel de lapide qui abruptus est

de monte quod manu non placuit indicare, sed que sicut iam facta dicere, non de futuris tractare. Si quis autem desiderans certius integritate perscrutari, et de omnibus rerum fiant studens agnoscere, legat librum danielis qui inter divinas computatur litteras. Rex ergo nabug hec audiens, et somnium suum agnoscens, obstupuit ingenium danielis, et procidens in faciem adoravit eum. Et quasi deo sacrificium iussit, et curatorem totius regni constituit, cum cognatis suis. Et hi quoque honore inviditi et dolum et pericula sustinuerunt, et apud regem ex huiusmodi causa accusati sunt.

Nabug rex fecit statuam auream altitudine lx cubitorum, latitudine vi, et statuit eam in extremo campo babilonie. Dedicatus ergo ea, quo vocavit ex omni provincia principes universos et innumerum populum, eisque precepit dum audirent sonum tube, prostrati statuam eius adorarent; qui vero hoc non facerent, eos in caminum ignis mitterent. Omnibus ergo post sonum tube adorantibus simulachrum, tres illi iuvenes non adoraverunt, nolentes prevaricari leges patrias. Qui repente vincti et ex precepto regis in igne missi, inopinabiliter divina providentia liberati, mortis pericula evaserunt, nam eos omnino non tetigit ignis. Reor enim ergo quod mihi minime fecissent. In caminum missi, ab igne non sunt tacti, et facta est flamma natura debilior habens secum ministros, qui eos custodiunt ne consumerentur ab igne. Hoc enim miraculum probavit eos apud regem iustos et religiosos, et habebant apud eum honore precipuo. Post paululum autem temporis denuo rex vidit somnium, per quod significabatur ei quia casurus esset de regno, et cum bestiis in deserto habitaturus vii annis, et iterum recepturus principatum. Hoc somnium cum vidisset, magos denuo vocavit, eisque referens quod viderat, interpretationem congruam exigebat, et nullus potuit invenire somnium comprehendere nec manifestare. Daniel ergo solus hoc ei exposuit, et sicut ei predixit omnia in eo completa sunt. Nam cum habitasset predictum tempus in heremo, nullusque presumpsisset vii annis regnum invadere, supplicans deo ut regnum reciperet, denuo est reversus ad imperium. Nullus ergo me culpet quod ita singula narraverim, cum in ipso hystorie mee principio premiserim me translaturum libros hebraicos in eloquium grecum, et hos volentibus aperire, neque adicere ipse aliquid secus suum, neque subtrahere me promittens. Nunc autem parumper ad preterita tempora stilum vertam. Post mortem enim baladan sub quo ezechias regnaverat in hierosolimis, non post multum tempus regnavit in babilonia quidam nabug, qui erat pater huius nabug, de quo supra diximus. Hic subiugans sibi egyptum et syriam et fenicem, constituit super has provincias satrapam qui eas regeret. Et post multum tempus cum audisset hunc satrapam sibi velle resistere, cum ipse in his fatigari nollet, committens filio suo equivoco nabug quandam partem exercitus, misit eum contra satrapam qui a se recesserat. Cum quo congressus facta dimicatione vicit eum, et provinciam ex isto precipio belli subiugavit imperio. Et dum in itinere hic moraretur, contigit ut pater eius nabug egrotaret in babilone et vita recederet, cum regnasset annis xx et uno. Nabug autem filius eius mortem patris agnoscens, disponens causas egypti et reliquas provincias, et captivos cunctarum gentium quos ducebat, et thesauros multos committens quibusdam amicis suis, ut cum omni fidelitate ea ad babilonem deferrent, ipse cum paucis per desertum venit ad babiloniam. Et adeptus principatum a patre sibi relictum, et a quodam potente viro sibi reservatum, totius paterni regni dominus est effectus. Captivis autem venientibus et thesauris quos in itinere reliquerat, captivos constituit in locis oportunissimis babilonie civitatis. Hic est ille magnus nabug qui hierosolimam destruxit, et iudeos captivavit, et illa omnia gessit que supra plibavimus. Idem ipse nabug construxit templum beli, et largissime munus ornavit, et in antiqua civitate nova edificia fecit, et prisca reparavit, ita ut civitatem obsidentes nequaquam valerent aquam civibus auferre, nec civitati aliquid prevalere. Erexit quoque tres portas intrinsecus et extrinsecus de latere cocto, et decenter munivit eas, et ornavit magnifice. Patrio quoque palatio alta proxime regalia fabricata est, quorum spacia et reliquam pulchritudinem dicere credo supervacuum. Veruntamen hoc sciendum est, quia dum tenet hec opera magna et nimis eximia, diebus tamen xv consummata sunt. In his autem regalibus lapides posuit, quorum similitudo erat ad instar montis, et plantavit diversas arbores, fecitque hortum quod suspensibile dicebat, eo quod uxor eius possessione regionis proprie videre desideraret, que nutrita erat in locis medie. In his autem regalibus post apparitionem supradicti somnii quod ei daniel explanaverat, quia cum bestiis mansurus esset vii annis in heremo, quadam die deambulans et opus suarum manuum laudans et quod propriis viribus cuncta fecisset, vox quedam a superioribus delata, eum dixit ab hominibus eiciendum, et auferri vii annis mansurum, et post hec principatum recepturum. Et hec omnia in eo completa sunt. Reversus ergo in regnum denuo, deum in omnibus operibus suis laudabat, et cum regnasset annis xl iiii defunctus est vir industrius et omnium regum felicior. Huius nabug meminit megasthenes in quarto libro hystoriarum suarum, dicens hunc regem fortitudine et actuum magnitudine herculem transcendisse.

Igitur post mortem nabug amilmadapatus qui et evilmerodach filius eius suscepit regnum, et regem sedechiam solvit a vinculis, et inter amicos suos constituit, et in babilone inter reges morari fecit in multo honore. Moriente vero amilmadapato post annos x et viii regni sui, egressari filius eius tenuit regnum xl annis. Eoque mortuo ad filium eius labosordachum pervenit imperium. Qui dum novem mensibus regnasset mortuus est, et post eum regnavit balthasar qui nabuarch nuncupatur. Contra hunc regem castra metati sunt cyrus rex persarum et darius rex medorum. Qui dum obsiderent eum in babilonia, mirabile quoddam prodigium contigisse dinoscitur. Iacebat namque cenans in domo maxima et convivis regalibus cum concubinis suis et amicis, precepitque ut de ipso templo deportarentur vasa dei que nabug de hierosolimis auferens diis suis dedicaverat, et bibens in eis hic blasphemavit deum. Sed tamen vidit de muro venientem manum, et in pariete quasdam sillabas scribentem. Qua visione turbatus convocavit magos et chaldeos, et illos qui inter barbaros somnia et huiusmodi signa discernere valebant, ut ea que fuerant scripta manifestarent. Et cum omnes nichil penitus se intelligere dicerent, in angustia rex et tristicia positus ipse hac causam in omni provincia predicari iussit, ut qui litteras illas legeret et interpretaretur daret ei torquem auream et vestem purpuream sicut chaldei reges induuntur, et insuper etiam partem regni ei offerret. Quo facto, dum multi sapientes concurrerent ut predictum honorem consequerentur, neque invenire valuerunt significationem litterarum. Et cum avia regem videret animo in anxietate positum, cepit eum confortare, dicens quia esset quidam de iudea captivus de eorum genere quos nabug de hierusalem transtulerat, cui nomen daniel, vir sapiens et argutus, qui inveniret res difficiles, et que soli deo videntur nota, qui et nabug regi cum nullus potuisset dicere quod requirebat, ad agnitionis eius lumen quod querebat adduxit. Hunc ergo vocans precor ut hanc scripturam legat et interpretetur. Hec audiens baltasar iussit danielem ad se vocari, rogavitque eum ut que scripta fuerant legeret et interpretaretur ei, quia ipse divino spiritu plenus esset, et solus ista invenire posset. Quod si fecisset, purpura vestiendum, et torquem auream circa collum eius dandam esse promisit, et etiam partem regni conferendam, ut ex his insignis appareret. Daniel autem dixit hec dona sibi possideri servare, sapientiam namque et divinitatem nullius suffragio egere, sed gratis prodesse querentibus; tamen que scripta erant significaturum ei promisit dicens, hec divinam indicare eius esse subversionem, quia ex his in quibus nabug ipse iniurias dei fuerat castigatus, tamen non didicisset pius, cum nabug in bestiam mutatus, post multas preces ac supplicationes misericordiam potuit promereri, et ad humanam redire conversationem, et post hec deum solum omnia habere virtute donec advixit asseruit. Tu autem horum oblivione habens, multumque divinitate blasphemans, in eis vasis una cum tuis concubinis ministrari fecisti; et hoc deus videns et iratus per ea que scripta sunt prenunciavit qualem finem futurus sis. Hec autem littere significant hec. Mane quod latina lingua significat numerum, quia vite tue tempus et regni dinumeravit deus, et parum est super quod decrevit. Thecel hoc significat pondus, quia deus appenderans vite tue tempus iam illud declinare pronunciat. Phares hoc romana lingua fragmentum significat, quia frangendum regnum tuum, et medis illud persisque distribuet. Cumque hoc daniel ita interpretatus esset, baltasar contristatus sic mala prophetata fuissent, tamen dona que promiserat statim iussit danieli conferri, et eum virum beatum et iustum esse dicebat. Igitur ipsa nocte cyro rege persarum et dario rege medorum adversus civitatem fortiter dimicantibus, capta civitate balthasar rex interfectus est, cum regnasset xx et vii annis, et erat nepos nabug regis. Darius ergo astragis filius qui babiloniorum principatum cum auxilio cyri regis cognati sui destruxit, annum etatis habebat sexagesimum et secundum. Hic sumens danielem prophetam ad se in medias duxit, et omnimodo eum honorabat. Erat enim daniel inter tres satrapas quos darius sibi centum et xx satrapas instituerat. Dum ergo daniel esset apud darium in honore precipuo, et cuncta ei essent commissa, invidiam apud ceteros ex hoc habuit. Mordent enim invidia quedam mortalium, dum quosdam apud principes plusquam se valere conspiciunt. Principes autem illi dum quererent occasionem invenire accusationis de daniele circa iniuriam regis, nullam probabilem causam invenire potuerunt, quia ut prediximus castus erat. Multas et pecunias regi offerebant, sed ille has non recipiebat, et ideo accusatores nullam criminis causam invenire faciebat. Alii et quesivere modum quo eum in maiore apud gratiam regis facerent. Videntes namque eum ter in die orantem deum suum, invenerunt consilium per quod perderent eum. Et venientes ad darium nunciaverunt ei, quia satrapis et principibus placuisset, ut xxx diebus propitius requiesceret, et nullum ex diis adoraret nec exoraret, et si quis hanc sententiam transcenderet, in lacum leonum mitteretur. Rex autem eorum nequitiam non intelligens, neque hoc contra danielem arbitratus facta molimina, dixit placere sibi que ab eis decreta videbantur, et eorum sententiam confirmavit, et precepit a populo custodiri decretum. Ceteri ergo custodientes iussa regis quiescebant, danieli vero nulla iussionis cura fuit, sed ut solitus erat stans deum cunctis inspicientibus adorabat. Statimque ergo occasione sumpta qua contra danielem invenire querebant, ingressi venerunt ad regem accusantes danielem, qui solus eius precepta transcenderet: quia dum nullus ausus eos orare presumeret, quod non quidem propter impietatem, sed propter custodiam fieret preceptorum, ille contempnens precepta suum orare deum. Credentes quia propter magnum favorem quo eum darius diligebat, illorum decreta contempnens daniel veniam daret, et multa habentes invidia nimis instabant, et ad nullam mansuetudinem flectebantur, sed eum secundum legem in lacum leonum proiciendum esse dicebant. Sperans autem darius quod deus eum eriperet, ut nichil a bestiis sustineret adversi, consolabatur danielem ut forti animo ferret eventum. Rex ergo dum daniel missus fuisset in lacum leonum, signato lapide qui pro ianuis more lacus positus erat, discessit, et incenatus totam noctem duxit insomnem mestus, et pro daniele nimis afflictus. Die vero facto surgens, clamavit voce magna requirens si salvus esset. Quo respondente quia nichil mali passus fuisset, iussit eum repente protrahi de lacu leonum. Inimici vero videntes nichil mali pertulisse danielem, dicebant regi non eum divina providentia custoditum, sed saciatos leones eum tangere noluisse. Rex autem eorum nequitiam videns, iussit leonibus multas carnes apponi, eisque saciatis inimicos danielis in lacum precepit mitti, ut si per saciatatem ad eos minime leones accederent, certa pate veritate cognosceret. Quo facto et satrapis in lacum depositis, dario manifestatum est quia divinitas salvaverit danielem. Leones ergo nulli pepercerunt eorum, penitus sed omnes parte discerpserunt, quasi rabida fame pleni, et nulla eis copia recreati. Arbitror enim quia leones non fuerunt a deo hi fame privati, qui utique paulo ante videbantur carnium habundantia saciati, ut hominum nequitia irrationabilibus animalibus esset manifesta, sed quia dei voluntate incitabantur ad penam. Peremptis ergo inimicis danielis hic modo rex darius quod actum fuerat divulgavit in omni provincia, laudans deum quem daniel colebat, eumque verum esse deum et omnipotentem asserebat. Habuit autem post hec danielem in honore precelso, faciens eum principem amicorum.

Daniel ergo cum esset insignis et clarus et religiosus confiteretur, edificavit in ecbathanis medie mausoleum valde preclarum et nimis mirabiliter instructum quod hactenus manet, et videntibus creditur nuper edificatum. Ita ut ea die qua conspicitur putetur esse constructum, sic ei pulchritudo nova videtur et solida, nullaque senectute nec longevitate magni temporis consumitur, cum edificia que hominum

faciunt a vetustate vetantur et sua fortitudine longevitate careant, et propriu decoris amissione careant. Hactenus autem in eodem mausoleo sepeliuntur reges medorum atque persarum et parthorum, et cui haec cura committitur sacerdos est iudeorum, et hoc fit usque ad presens tempus. Dignum est ergo de daniele dicere, quod quilibet audiens debet ammirari. Nam dum mirabiliter in uno maximo loco posuit omnia prophetasset, omne tempus vite sue mansit in multo honore, apud reges et populos, et gloriam et memoriam possedit sempiternam. Omnes namque libri quos conscribens reliquit, leguntur hactenus apud nos, et ex his credimus quia deus ei loquebatur. Non solum enim futura sic alii prophete predixit, sed et tempus definivit, quo haec necesse sit adimplere. Prophete namque priores mala futura predicentes, et propterea a regibus et populo non sunt honorati. Daniel autem bona et mala predicens, cunctorum favorem habere videbatur, et predictarum causarum veraci acquirebat fide dictorum, et opinionem divinitatis habebat in populo. Reliquit enim nobis ex his que conscripsit unde monstraretur eius prophetie et nulla mutatio possit agnosci. Ait enim quia cum esset in susis metropoli persidis cum suis sodalibus exiit in campum, et repente terremotu facto relictus sit solus, amicis eius per diversa diffugientibus, et ipse conturbatus in faciem super ambas cecidit manus. Interim eum quidam tangente et ut surgeret imperante, quatenus ea que erant post multas generationes civibus suis ventura conspiceret. Et dum surrexit, ostensum sibi dixit arietem magnum et multa habentem cornua, novissimum vero eorum precelsum. Deinde respexisse se ad occidentem, et vidisse hyrcum exinde ferri per aerem, congressumque arieti et cum secundo cornuum impetu prostravisse in terra, et undique conculcasse. Deinde sensisse dixit hyrcum de fronte cornu maximum produxisse, et illo fracto orta ex eo loco cornua quattuor, et ad singulos ventos conversa, inter que aliud parvulum ortum fuisse conscripsit. Quod dum cresceret, dicebat ille quod hoc monstrabat hi expugnaturum fore eius gente et civitate fortiter capturam, templumque concrematurum, et sacrificia fieri prohibiturum diebus mille et lx vi. Haec omnia in campo qui est in susis daniel se vidisse conscripsit. Et tali modo angelum sibi hanc aperuisse visionem exposuit. Arietem quidem regnum persarum et medorum significare dixit, cornua vero eius reges in illa gente regnaturos. Novissimum vero cornu significare dixit ultimum regem, et hunc divitiis et gloria priorum esse precipuum. Hyrcum autem significare narrabat aliquem de grecis regnaturum esse, qui secundo congressus adversus regem persarum eum bello devinceret, et omnem gloriam eius principatus auferret. Et maximum cornu quod erat in fronte hyrci, primum significare regem. Et illo cadente ortum iiii cornuum, quia ad iiii partes terre videbantur aspicere, successionem uniuscuiusque post obitum primi regis dixit annunciare, et divisionem inter eos esse faciendam, dum ille prior nec filios nec cognatos habiturus esset, multisque annis in toto orbe esse regnaturum. Et ex eis quendam oriri regem expugnaturum gentem eius, et leges atque conversationem eius pariter ablaturum, et templum depredaturum, et sacrificia celebrari tribus annis esse prohibiturum. Et hoc utique gens nostra sustinuit per antiochum qui appellatur epiphanes, hoc est preclarus. Sic vidit daniel et ante multos conscripsit annos, que omnia danieli deo sibi monstrante conscribens reliquit. Haec quique legentes et provenire considerantes, credant in honore divino fuisse danielem. Et per haec que sunt verissima cognoscat quilibet errare epicureos, qui providentia vitam negant, et deum res humanas curare non estimant, neque a beata incorruptibilique substantia gubernari universa, sed hunc mundum sine rectore et sine cura aliqua ferri sponte confirmant. Que si ita esset, sicut naves gubernatoribus desolatas ventorum violentia conspicimus, vel currum sine agitatore constringi, ita et mundus sine regimine dei olim potuisset deici, et perire quassatus. Ego namque danielis dicta respiciens valde puto a vera opinione eos recedere, qui nullam providentiam humanarum rerum dicunt habere deum. Non enim si haec sponte gererentur, secundum illius prophetiam omnia provenire conspiceremus. Ego siquidem de his ut inveni et legi ita conscripsi. Si quis autem aliter opinione aliena sequitur, citra meum propositum diversam sententiam habebit. ~ Explicit liber x. iosephi antiquitatis iudaice.

INCIPIT LIBER XI.

PRIMO IMPERII anno cyri regis persarum lxx annus concurrebat ex die quo populum iudeorum contigit a propriis finibus ad babiloniam migrare, et misertus deus captivitatis et calamitatis infelicium iudeorum, sicut per ieremiam ante predixerat quam civitas everteretur, postquam servierint nabugodonosor et nepotibus eius per annos lxx, rursus eos ad propriam restituit terram, templum reedificare, et pristina frui felicitate decrevit. 150. Concitans ergo deus animum cyri regis, fecit eum per omnem asiam ita scribere. Cyrus rex haec dicit. Quoniam me maximus deus orbis terrarum regem constituit, credo hunc esse quem gens israel adorat. Ipse enim et meum per nomen predixit per prophetas, quia templum eius edificaturus essem in hierosolimis in terra iudea. Haec autem cognoverat cyrus legens librum ysaie, quem ille conscripserat ante annos c et xl. Sic enim predicaverat dixisse deum, quia volo cyrum quem multarum et magnarum gentium regem constitui, remittere populum meum ad propriam terram, et templum reedificare. Convocans ergo cyrus clarissimos iudeorum qui in babilonia habitabant, dixit se eis concedere ad propriam remeare provinciam, et civitatem hierosolimam et templum dei reconstruere, se eos adiuvante. Scripsit et ducibus suis illis terminis, ut aurum et argentum conferrent ad templi renovationem, et ad holocausta. Haec cum cyrus dixisset, egressi duarum tribuum principes iude et beniamin, una cum levitis et sacerdotibus ad hierosolimam pervenerunt. Multi et residere in babilonia, nolentes possessiones suas relinquere. Et dum in hierusalem venissent, omnes amici regis adiuvabant eos, et conferebant ad reedificationem alii aurum, alii argentum, quidam equos et iumentorum multitudinem et vota deo reddebant, et secundum antiquam legem hostias celebrabant et immolabant. Transmisit et cyrus vasa dei que nabugodonosor illuc captivaverat, que revehenda commisit mitridati custodi suorum thesaurorum, precipiens ea dari servanda abassaro donec templum reedificaretur. Perfecto autem templo traderet ea sacerdotibus et levitis reponenda in templo. Direxit et cyrus epistolam satrapis syrie haec continentem. Rex cyrus sisinno et syrabasne salutem. Iudeos terram meam inhabitantes qui voluerint ad suam patriam redire permisi, et civitatem renovare, et templum edificare in eo loco in quo prius fuerat constitutum. Ad haec misi mitridatem pecuniarum mearum custodem, et zorobabel principem iudeorum ut fundamenta restituant, templumque recondant, cui altitudo sit cubitorum lx et latitudo eorundem, et faciant tres parietes lapideos ex lapide polito, et unum parietem ligneum ex materia ipsius provincie. Similiter faciant et altare super quod immolent deo. Sumptus vero de meis omnibus volo fieri. Transmisi et vasa que de templo dei nabugodonosor abstulerat, tradens ea mitridati custodi pecuniarum, et zorobabel principi iudeorum, ut ea ad hierusalem reportarent, et templo dei restituant. Quorum numerus est tantus. Refrigeratoria aurea l, argentea lx. Fiale auree l, argentee quingente. Libatoria aurea xxx, argentea duo milia. Pateras aureas xl, argenteas quadringentas. Et vasa alia maxima mille. Concedo et iudeis honorem quo potiebantur patres eorum. Do et pinguium et venditionem olei dragmas v milia quingentas, et ad similam tritici xx v milia et quingentas dragmas. Satrapasque iubeo prebere de tributis samarie, ut sacerdotes possint hostias offerre in hierosolimis secundum legem moysi, et ut supplicent deo pro salute regis et generis eius, ut regnum persarum permaneat. Eos ergo qui haec contempserint et irritaverint iubeo crucifigi, et substantias eorum esse regales. Epistola ergo cyri regis haec continebat. Hi autem qui ex captivitate ad hierosolimam convenerunt fuerunt xl et duo milia et quadringenti lx. Et cum mitterent fundamenta templi, et nimis in edificando festinarent, gentes in circuitu posite petebant satrapas qui edificia curabant, et pecunias promittebant, ut impedirent iudeos ne templum et civitatem restaurarent. Illi ergo pecuniis corrupti, negligentiam operis habuerunt. Haec autem cyrus rex ad bella occupatus ignorabat. Nam exercitum ducens contra massagetas bellando vita privatus est. Cambyse autem filio cyri suscipiente principatum regni, gentes que in syria et fenice, et ammanitide, et moabitide ac samaria morabantur, miserunt epistolam ad regem cambysem haec continentem. Domine. Servus tuus rathimus et semelius scriba, et satrape syrie et fenicis. Cognoscere te rex oportet iudeos qui in babilonia ducti fuerant ad nos redisse et civitatem rebellem ac malivolam, et muros et templum reconstruere. Scito autem his perfectis neque tributa eos reddere, nec obaudire, et eos resistere regibus, et magis imperare quam obsequi festinare. Et dum studeant in operando, optamus notum in summa te tibi rescribere, quatenus monumenta patrum tuorum inquiras, in quibus invenies rebelles iudeos semper fuisse regibus, et ideo civitatem eorum fuisse destructam. Visum est ergo nobis haec vobis certum fore quod forsitan nescitis, quia si civitas renovata muris undique munita fuerit, via nobis claudetur ad inferiorem syriam et fenicem. Postquam rex cambyses hanc legit epistolam, natura malivolus existens movetur, et haec rescripsit dicens. Rex cambyses rathimo, et bellesemio, et semelio scribe, et reliquis satrapis. Legens missos a vobis apices, iussi parentum meorum inquiri volumina, et inventa est haec civitas regibus inimica fuisse, et seditiones ac bella commovisse, et reges eorum cognovimus potentes, tributa inferioris syrie et fenicis exegisse. Precipio ergo minime concedi iudeos civitatem edificare, ne plus eorum crescat malicia qua semper sunt usi contra reges. Cum has litteras legissent rathimus et semelius et satrape, statim equis devecti properabant ad hierosolimam cum multitudine, et civitatem et templum edificari vetabant, et ita haec opera per annos novem impedita sunt usque ad secundum annum darii regis persarum. Nam cambyses cum vi annis regnasset, subiectis egyptiis reversus defunctus est in damasco. ~

Post mortem cambysis magi tenuere principatum regni persarum tribus annis. Postea hi principes qui vii domini nuncupabantur, ystapis filium nomine darium regem ordinaverunt. Hic autem darius cum privatus sine honore regali degeret, promisit deo ut si fieret rex, omnia vasa dei que in babilone remansissent ad templum hierosolimorum remitteret. Et cum rex factus esset, contigit eo tempore proficisci ab hierosolimis zorobabel ducem captivorum ad eum, eo quod ei amicus existeret. Unus et statuit darius eum fieri cum aliis duobus viris custodem sui corporis, et hoc honore apud eum potitus est. Primo autem imperii sui anno darius rex summo apparatu cenam exhibuit suis amicis, et vernaculis, et satrapis persarum, et prefectis Indie, ethyopie et magistratibus c xx vii provinciarum. Completis autem dapibus, cum ad dormiendum unusquisque isset, rex darius ad cubiculum veniens, et paucam noctis requiescens, experrgefactus quod noctis restabat reliquum insomne duxit. Fecitque sermonem ad tres sui corporis custodes, quorum princeps erat zorobabel, promisitque summo honore fulciendum qui ei interrogationi sapienter et vere respondisset, et ut illi liceret purpura indui, et in poculis aureis bibere, et super aurum dormire, et curru frenis aureis ornato vehi, et cydari byssina ac torque aurea uti, et post regem primum residere, affinesque sui vocari propter sapientiam. Cumque rex haec dona promisisset, primum eos consuluit utrum fortius esset vinum, secundum utrum rex, tertium utrum mulieres, an his omnibus fortior esset veritas. Has autem questiones cum illis proposuisset requievit. Lucescente autem die convocavit rex omnes magistratus et satrapas et prefectos persarum et medorum, sedens in throno unumquemque custodem sui corporis coram omnibus iussit pronunciare quid ei de propositis in nocte questionibus videretur. Tunc primus excellentem vini fortitudinem volens ostendere ait. Cum fortitudinem vini conicio, omnia eum vincentem invenio. Nam mutat et decipit bibentium mentes et animos. Reges et pupillo et infanti similes facit. Servo quoque ut

libero audaciam concitat, pauperes similes diuitibus facit, quieti & informat animas, calamitatibus oppressos reficit, mesticiam extinguit, alieno debitores pecunie ad obliuionem perducit, et ita eos immutat ut se omnino ditiores putent, & nichil uile noti loquantur, sed memores diuitiarum felicibus utuntur uocabulis. & reges magistratusque contempnit, amicos quoque solita expellit memoria, & armat homines contra amicissimas societates, et cum ad sobrietatem processerint uinoque relinquente peruenerint excitati, nichil penitus de his que per ebrietatem commisere cogitantes. Hec ergo considerans omnibus fortitudinem uini comperio potiorem, & uiolenter omnia uincentem. Postquam hec primus de fortitudine uini disseruit, secundus dicere cepit de regis fortitudine, ostendens eam his potentiorem que in mundo ualida dicuntur. & modum probationis hinc assumpsit & dixit. Dum omnia sub hominum potestate coherceantur, & dum maria ac terras seruire cogunt competenter: & ipsi homines sub manu regum ac potestate degunt. Qui ergo super tam potens & uariabilium animal sicut est homo dominatur, iure illi insuperabiles uirtute ac fortitudine iudicentur. Reges enim bella & pericula subiectis imponentes audiuntur, & eos contra inimicos suos dirigunt, & propter sua fortitudine eos habent obedientes. montes quoque dirui, & muros ac turres deponi iubent. preterea occidi ac interfici faciunt, & ita in omnibus regum precepta seruantur. Subiecti autem regis uincentes hostem, predam quam abstulerint in bello regi reportant. Hi quoque qui non militant, sed arando terram colunt, cum per laborauerint & omnem operum miseriam tolerauerint messem facientes ac fructus colligentes tributa regibus offerunt. & quod dixerint uel iusserint, sine dilatione completur. Et cum omni luxuria uel libidine saturati dormierint, aliis uigilantibus custodiuntur. ipso enim amore metu minime eum audent dormientem relinquere; uel descendere ac sua prouidere. sed unum hoc opus existimant necessarium ut permanentes custodiant regem. Cur itaque non uidetur rex cunctos fortitudine superare, cui tot populi obediunt.

Isto quoque tacente, tercius Zorobabel cepit disputare de mulieribus & ueritate dicens. Equidem sit uos diuersis: forte est uinum, fortis est & rex cui omnes obediunt. sed his omnibus potentior est pulchritudo mulieris. Regem enim concipit mulier. & eos qui uites plantant unde uinum profluit mulieres genuerunt & aluerunt. Nichil est autem quod a mulieribus non habeamus. Nam uestes nobis ab his texuntur, & domus nostre per has curantur atque seruantur. & ideo non possumus a mulieribus segregari. Nos & si possideamus aurum multum & argentum, & quicquid aliud sit preciosum et rarum, cum uideamus decorem mulierum, omnia bona obliuioni tradentes, specie earum obstupescimus. & parati sumus omnia relinquere que possidemus, tantum ut desiderata mulieris pulchritudine perfruamur. Sepe & patres & altrices terram & amicos obliuiscimur propter uxores, & animas una cum ipsis perdere non timemus. Sic precipue considerate mulierum pulchritudinem. Nonne nos ipsi laborantes, & omnem tolerantes miseriam, cum aliquid per multos sudores acquirimus, tantum afferentes uxoribus tanquam dominis tradimus.

Uidi enim aliquando regem potentissimum a concubina sua nomine Apama alapis percuti, & diadema capitis ei tollentem, & sibimet imponentem, & illum hec omnia tolerantem, & cum illa risisset, ille ridebat. & cum irata fuisset, ille mesticia confusus, blandiciis placabat mulierem rogans eam, et se minus humilians, si quando illam offensam uidisset. Post hec inuicem respicientibus satrapis & ducibus, idem Zorobabel cepit disputare de ueritate, euidenter quidem ostendens quantum mulieres fortes existant. debiles tamen uinum et rex & mulieres ad comparationem ueritatis apparent. Nam si terra maxima est, & celum altum & uelox, tamen hec omnia uoluntate dei qui est ueritas reguntur. Uerus autem deus & iustus est. & ex eadem causa oportet ueritatem fortissimam iudicari. et quia nichil contra ueritatem iniquitas ualet, nec cetera mortalia que fortia uidentur nichil contra ueritatem ualent. Ueritas autem immortalis est & sempiterna, non pulchritudine nec tempore tabescens, neque substantiam accommodat casibus auferendam. sed discernit iusta & regalia ab his que iniusta uel iniqua monstrantur. Et cum finisset Zorobabel de ueritate sermonem, laudante multitudine eum optime dixisse quia ueritas sola possideret fortitudinem immutabilem & non senescentem, imperauit ei rex dari petere preter promissa que uellet. & se ei omnia prestaturum dixit, eo quod sapientior & prudentior apparuisset. & iussit eum secum sedere, & affinem uocari. Et Zorobabel ammonuit eum, ut uotum quod deo uouerat si regnum acciperet adimpleret. Uotum autem quod promiserat erat, reedificare Hierosolimam & templum, & uasa remittere que Nabuchodonosor ad Babiloniam portauerat. Hec est ergo mea peticio quam me iubes poscere, quia iudicatus sum a te sapiens & prudens. Rex autem dari in hoc letatus surrexit. & osculatus eum scripsit toparchis & satrapis precipiens ut deducerent Zorobabel & eos qui cum eo ad renouationem templi proficiscerentur. & mandauit magistratibus Syrie et Fenicis ligna cedrina a Libano decisa Hierosolime transmittere, & cum eis edificare ciuitatem. Scripsit & omnes iudeos liberos esse qui a captiuitate redirent in iudeam. & prohibuit satrapas & curatores suos imperare iudeis opera regalia. & ut omnem terram quam colere ualuissent iudei sine tributo possiderent. Iussit & ydumeos & samaritas & eos qui humilem Syriam habitabant reddere uicos iudeorum quos tenebant. & insuper ad templi edificationem dari l. talenta mandauit. & sacrificare eos legitimas immolationes permisit. Omnem autem impensam, & sacram uestem in qua seruiunt in templo principes sacerdotum & reliqui sacerdotes, & leuitis instrumenta in quibus domino canerent, de suo sumptu fieri precepit. & custodibus ciuitatis & templi iugera terre per singulos annos, & pecunias constitutas ad necessaria impendi precepit. Transmisit & uasa omnia que Cyrus ante ipsum non plene restituit. & hec omnia Darius definiuit implere. His omnibus a rege donatus, Zorobabel exiens de domo regia, sursum respiciens ad celum, & cepit deo gratias agere pro sapientia per quam uictoriam Dario presente perceperat dicens.

Nequaquam domine his dignus fuissem, nisi te prestante. Itaque deo gratias agens de presentibus petebat ut et in futuris adiutor existeret. Ueniens autem ad contribules suos, eis mandata regis patefecit. Audientes autem deo gratias referebant. & itaque per vii. dies leticia fruebantur, & restitutionem patrie festiua gratulatione celebrabant. Postea omnes principes tribuum precesserunt, sed monstratores uie Darii ad Hierosolimam. Quos cum eis rex statim destinauit. & cum leticia ac iocunditate cum canticis tympanisque ac cymbalis ibant. & reliqua multitudo iudeorum post ibat cum ludis & ascendebant ad Hierusalem, ab unaquaque tribu certus numerus. septem cantores & cantatrices ducente xl.v. & cameli quadringenti xxx. Summa autem multitudinis eorum qui duodecimum annum etatis habebant ex tribu Iuda & Beniamin fuerunt sexcenta milia, & xxx. duo milia. Leuitarum fuerunt iiii. milia lxx. Mulierum autem & infantium commixti fuerunt xl. milia & septingenta xl. duo. Leuite cantores fuerunt c. xxviii. Ianitores lxxx. serui templi quadringenti lxxx. duo. insuper quingenti duo, dicentes se israelitas, & tamen non ualentes genus suum ostendere. Repulsi uero sunt quidam a sacerdotali honore qui uxores sibi copulauerunt alienigenas, qui genus suum dicere non ualebant, nec in generatione leuitarum uel sacerdotum. & horum numerus fuit vii. milia. ccc. xxx. Subiugalia eorum fuerunt v. milia. quingenti xcv. Horum omnium fuit dux Zorobabel filius Salathiel ex stirpe Dauid. & Iohannes filius Iosedech pontifex. & Mardocheus. & Sisrebeus principes, qui dederunt ad renouationem templi auri minas c., argenti uero v. milia. Sacerdotes ergo & leuite resederunt in Hierosolimis, reliqua uero multitudo ad suas discessit patrias. Cumque uenisset septimus mensis ex quo uenerant de Babilone, Iesus pontifex et dux Zorobabel congregauit populum in Hierusalem. Qui statim sine dilatione construxerunt altare in loco quo prius edificatum fuerat, et legitimas hostias obtulerunt secundum legem Moysi. Hec autem inuidebant uicine gentes. Celebrauerunt & illo tempore diem tabernaculorum legalium. & oblationes quas dicunt endechelesmos(?), & hostias sabbatorum & omnium dierum festorum uota reddebant. & a primo die septimi mensis ceperunt renouare templum, multas pecunias dantes cesoribus lapidum & edificatoribus, & alimenta eis ministrabant. Sydonii quoque ligna cedrina de monte Libano cedentes, & in modum ratium ligantes ad portum Ioppe transmittebant, secundum preceptum Darii. Operabantur autem leuite xx. annorum etatis habentes. & Ihesus & filii & fratres eius. & Obdodas frater Iude ex Aminadap & fratres eius. Edificatio ergo templi studio edificantium prosperius quam sperabatur consummabatur. Perfecto autem templo, sacerdotes cum tubis sollempni habitu ornati, & leuite, & filii Asaph surgentes laudauerunt dominum laudibus Dauid regis. Sacerdotes enim & seniores recordantes pulchritudinem prioris templi, & noui templi paruitatem uidentes, & tristiciam minime retinere ualentes, ad lacrimas proruperunt. Populus autem de presenti edificatione templi letabatur, nec memorabat prioris pulchritudinem. Uincebat ergo tubarum sonus leticiam populi, & sacerdotum, & seniorum lamentationes. Cumque clangores tubarum samaritani audissent, odium in populum habentes, cucurrerunt causam tube uolentes agnoscere. Uidentes autem quod captiui iudei templum edificassent, pecierunt Zorobabel, & Ihesum, & principes tribuum, ut ipsis quoque permitterent una cum eis templum renouare, & in commune deum adorare. Nam non minus a uobis colimus dominum ab illo tempore ex quo nos hic Salmanasar rex Assyriorum a Guthia & Media migrauit. Zorobabel autem & Ihesus & principes tribuum responderunt impossibile eos eis fieri communicare, quoniam illis esset commissa templi innouatio, primum quidem a Cyro, nunc autem a Dario. Adorare autem dominum nobiscum non solum uobis licet, sed & omnibus hominibus uenientibus in hoc templum. Postquam hec audierunt samaritani, indignati persuaserunt gentibus Syrie, ut eodem modo quo prius templi renouationem prohiberent. Iudei autem nullam moram habebant in operando. Per idem tempus ascenderunt ad Hierosolimam Sisinnus Syrie & Fenicis prefectus, & Sarobazanes cum aliis, & interrogabant iudeos quis eis concessisset templum edificare, quod magis castrum uideretur esse quam templum, uel cur porticus & ciuitatem tam munito circumdedissent muro. Zorobabel autem & Ihesus responderunt eis. Hoc templum prius constructum est a quodam nostro potentissimo rege, multisque temporibus permansit. & cum patres nostri deo peccassent, Nabuchodonosor rex Chaldeorum superans ciuitatem euertit templum & incendit, et populum captiuum in Babiloniam migrauit. Post hec Cyrus sumpto imperio, iussit ut templum reedificaretur, & remisit omnia ornamenta que Nabuchodonosor inde tulerat, cum Zorobabel & Mitridate precipiens ut edificato templo omnia reponerent. Et cum secundum iussionem Cyri regis cepissemus edificare, ex malorum inuidia sub rege Cambyse opus hoc impeditum est. Et consultius scribite Dario ut inquirat regum monimenta, & probetis nos nichil fuisse mentitos. Hec dicente Zorobabel & Ihesu pontifice, Sisinnus & qui cum eo erant non deprecerent eis edificationem templi donec Dario regi de his scriberent. Statim ergo iudei territi timebant ne a rege prohiberentur operari, sed tamen fiduciam a nobilibus prophetis Aggeo & Zacharia acceperunt, dicentibus nichil mali eos passuros a persis in renouatione templi. Quorum uerbis credentes, nullum diem pretermittebant in edificando. Samaritani uero accusantes per epistolam iudeos, quia ciuitatem munirent, & quod magis castellum quam templum construerent, dicebant hoc in malum posse uenire. & ostenderunt insuper epistolas per quas Cambyses id opus fieri uetuisset, timens eos sibi rebellare. Darius autem cum legisset litteras a samaritis directas, iussit in monimentis regalibus inquiri. & inuentus est codex in quo hec scripta erant in Ecbathanis in mausoleo quod fecerat Daniel. Relegens autem Darius rex inuenit omnia, quomodo Cyrus rex remisit iudeos ut templum edificarent secundum iussionem sibi datam, & ut eos adiuuarent uicine gentes offerendo cuncta necessaria tam ad opus quam ad hostias immolandas, tauros & arietes, agnos & hedos, similam & oleum & uinum, & quecumque peterent sacerdotes, & ut orarent pro salute regis persarum. & eos qui hec mandata contempnerent crucifigi precepit, & eorum substantias regi asscribi. Inuenit quoque in eodem codice rex Darius quomodo Cyrus rex deprecatus sit dominum, ut si quis auderet edificationem templi ue

tare, hunc talem perimeret et a sua iniquitate suspenderet. Cum hec Darius in monumentis Cyri legisset, rescripsit Sisinnio et collegis eius dicens. Rex Darius Sisinnio prefecto equitum et collegis eius salutem. Exemplar epistole quam in monumentis Cyri invenimus, transmisimus vobis, et iubeo omnia fieri que in ea continentur. Valete. Igitur Sisinnius et qui cum eo erant cognoscentes regis voluntatem per epistolam, de reliquo adiuvabant et ditabant seniores Iudeorum, et procedebat summo studio templi constructio. Et cum auxilio Darii regis templum edificatum est VII. annis. Nono autem anno regni Darii .XXIII. die mensis XII. quem Hebrei vocant adar, Macedones autem distros, convenerunt sacerdotes et levite et reliqua multitudo, pro renovatione veterum bonorum in dedicatione obtulerunt hostias, tauros C. arietes CC. agnos quadringentos. et hircos XII. pro XII. tribubus pro peccato. Et cum edificassent porticus templi interiorum interioris sanctuarii, ordinaverunt secundum legem ianitores per singulas ianuas. Veniente autem die festo azimorum primo mense quem Macedones xanticum, nos autem nisan appellamus, omnis populus ab agris in civitatem confluxit, ut dies festos sanctificati cum uxoribus et filiis secundum legem celebrarent. Sacrificium autem quod pascha dicitur XIIII. die mensis eiusdem immolaverunt. et septem dies nullis abstinuere deliciis. et sacrificabant deo gratias agentes, quod eos iterum in patriis legibus constituisset. et ut eis mentem regis Persarum omni tempore mitem faceret, deo munifice immolabant. Iudei ergo post captivitatem optimatum gubernatione regebantur, et sacerdotes eorum tractabant negotia, usque quo contigit regnare nepotes Asamonei. Samarite igitur invidi multa mala Iudeis fecerunt, divitiis confidentes et cognatione Persarum, ex quibus fuerant progressi. Nam que iussi fuerant prebere Iudeis de vectigalibus ad immolandum nullatenus dabant. et ad hec cooperatores habebant prefectos equitum. et quecumque eis facere poterant mala, non eos pigebat efficere. Placuit ergo Iudeis mittere legationem ad Darium regem, ut accusarent Samaritas. Legatus itaque missus est Zorobabel et alii quattuor de magistratibus, Mardocheus et Ananias et alii duo. Et cum rex Darius ab eis audisset que mala eis Samarite facerent, dedit eis epistolam reportandam ad prefectos equitum et satrapis Samarie, hec verba continentem. Rex Darius Tangane et Sambale prefectis equitum et Sadrace et Velueni et reliquis in Samaria constitutis. Legati Iudeorum vos accusant, tamquam molestos et impedientes templi constructionem, et nullatenus sumptus velle dare ad hostias quas precepimus. Volo ergo ut legentes hanc epistolam prebeatis eis ex regalibus thesauris et tributis Samarie omnia que sunt necessaria ad immolationem, quemadmodum vobis indixerint sacerdotes, ut non pretermittant diurnis sacrificiis supplicare deo pro regno meo. Epistola ergo Darii hec continebat. Dario ergo defuncto filius eius Xerses regnum suscipiens voluntatis paterne colendi deum et honorandi heres apparuit. et implebat omnia que erant religionis patremque secutus Iudeis erat propitius. Per idem tempus fuit in Hierusalem princeps sacerdotum filius Iesu nomine Ioachim. Erat autem tunc in Babilone vir iustus et gloria magna potitus apud multitudinem. et summus populi sacerdos nomine Esdras. Qui cum legum Moysi integram haberet experientiam, Xersi regi factus est amicus. Volens autem in Hierusalem ascendere, et secum quosdam Iudeos ducere de Babilone, poposcit a rege sibi epistolam dari ad satrapas Syrie, per quam notitie eorum quis esset intimaret. Rex ergo ad satrapas Syrie huiusmodi direxit epistolam. Rex regum Xerses Esdre sacerdoti et lectori legis dei salutem. Opus esse mee putans pietatis eos qui volunt ex gente Iudea, et sacerdotes et levitas sub nostro regno constitutos pergere ad Hierosolimam, precipio si desiderant ut eant. quod michi bonum visum est. et VII. meis consiliariis ut visitent Iudeam, et portent dona deo Israel que ego devovi et mei amici. Aurum et argentum quantumcumque inventum fuerit in Babilone deo dicatum, omne ad Hierusalem referatur pro sacrificiis dei. tecum et quodcumque volueris ex auro et argento construere liceat tibi facere cum fratribus tuis. Vasa que trado, et quicquid aliud cogitaveris ut fiat, impendi tibi iussimus ex regalibus thesauris. Scripsi et custodibus pecuniarum Syrie et Fenicis, ut diligentiam habeant circa ea que per Esdram geruntur sacerdotem. et ut nequaquam ego vel mei nepotes iram dei incurram, triticum precipio dari a vobis, tritici modios C. deo et eius ministris. et ut sacerdotibus et levitis et cantoribus et ianitoribus et sacris servis nullum tributum imponatis, aut aliquid captiosum, aut onerosum. Sed tu Esdra secundum dei sapientiam ordina, qui omni Syrie et Fenicie tuam legem scientibus iudicent, eamque discendam ignorantibus trade. Siquis autem ex gente tua dei sui legem aut regis transgressus fuerit puniatur, ut non tamquam ignorans videatur transgredi, sed cognoscens audacter negligere comprobetur. Ergo hii aut contemptores aut morte, aut pecuniis condempnentur. Valete. Tunc Esdras letatus accepit epistolam et adoravit deum et regis benivolentie ipsum confitebatur auctorem. et ipsi gratias referebat. Epistolam ergo Iudeis in Babilone constitutis transmisit. et exemplar epistole ad omnes Israelitas quos Salmanasar captivos in Media posuit per nuntios misit. Hii autem cognoscentes pietatem regis circa deum, et favorem quem in Esdram habebat, omnes eum dilexerunt. Multi et eorum facultates suas deportantes ad Babiloniam venere, volentes ad Hierosolima ascendere. Decem ergo tribus hactenus trans Eufraten remanserunt. Due autem tribus constitute Asiam et Ethyopiam primum Persis subdite erant, postea autem Romanis. Ex decem autem tribubus quorum multitudo comprehendi non poterat, ut supra diximus, multi venerunt ad Esdram sacerdotem. quos congregans minimum tribus diebus eis ieiunium imposuit, et ut deo vota persolverent ne quid in via adversi per hostes paterentur vel aliquam difficultatem. Nam Esdras in deo confisus, noluit regem petere precedentes equites. Postquam ergo vota perfecerunt, surgentes cum Esdra die XII. primi mensis. VII. anno regni Xersis, venere ad Hierosolima V. mense eiusdem anni. Tunc Esdras custodibus pecuniarum de sacerdotali genere existentibus restituit sacras pecunias argenti talenta sexcenta L. vasa argentea talentorum C. vasa aurea talentorum XX. et vasa eris auro meliora talentorum XII. Hec dona rex Xerses et consiliarii eius, et omnes Israhelite in Babilonia habitantes donaverunt. Et cum Esdras tradidisset eas sacerdotibus, obtulit deo legitimas hostias in holocaustum. tauros XII. et pro communi salute populi. arietes LXXXX. agnos LXX. duos. hedos pro delicto XII.

Prefectisque Syrie et Fenicis regias obtulit litteras. in quibus iubebantur Iudeos honorare et in omni opere cum eis laborare. Omnia ergo Esdre sacerdoti ut volebat prospere provenerant, deo in omnibus eum adiuvante propter iustitiam et benignitatem eius. Parvo autem tempore transeunte, adierunt eum quidam accusantes, quod quidam sacerdotum et levitarum transgressi essent patrias leges ducendo alienigenas uxores, et genus sacerdotale confunderent. petebantque Esdram ut legibus subveniret, ne super omnes veniret ira dei, et eos perderet. Que cum audisset Esdras, mox pre merore vestem dirrupit, et caput et barbam contumeliose dilacerans, prostratus in terra tale factum deflebat. Cogitabat enim quia si preciperet eis uxores illicitas cum filiis abicere, nemo eorum obediret, et in hoc valde dolebat. Concurrebant autem ad eum quidam seniores, et cum eo de his que facta erant dolebant. Cum autem Esdras a terra surrexisset, extendens manus ad celum dicebat. Confundor quidem domine propter populi delicta veniam supplicare, qui et a sua memoria removit iniquitatem parentum nostrorum. Rogabat ergo deum Esdras, quatinus reliquias Israel a captivitate in propriam terram reduxerat, et reges Persarum eis propitios fecisset, ut solita pietate eis veniam concederet, et in se omnia hec mala retorqueret, et illos a malis suis erueret. Hec cum orando dixisset, cuncti qui peccaverant luctu consumpti sunt. Quidam autem ex eis Achanonius nomine princeps unus ex eis qui peccaverant, accedens ad Esdram confessus est peccasse cum alienigenis uxoribus, persuasitque omnes iurare, quatenus illicitas uxores cum earum filiis amoverent. et hos punirent qui ei obedire contempnerent. Flexus ergo Esdras fecit eos iurare qui peccaverunt, quod uxores suas et filios secundum Achanonii consilium incunctanter abdicarent. Suscipiens vero sacramenta statim egressus est templum. et ingressus habitaculum Iohis filii Heliab, nichil penitus illo die propter merorem comedit. Facta autem predicatione iussit omnes qui ex captivitate redierant, in Hierusalem colligi. et qui ante biduum aut tres dies non occurrissent eos decrevit alienari a multitudine. et substantias eorum auferri, secundum iudicia seniorum. Convenerunt ergo omnes intra tertiam diem ex tribu Iuda et Beniamin in XX. die noni mensis quem apud nos casleu, secundum Macedones appelleos vocatur. Et cum convenissent in superiori loco templi, presentibus senioribus, surgens Esdras culpabat illos qui illicitas duxerant uxores. et nunc eos rem deo gratam facturos si easdem uxores relinquerent. Cumque omnes id se facturos clamarent, dicebant seniores magnam esse eorum multitudinem et tempus hyemale et hoc opus non esse unius diei, aut duorum. sed oportet ex senioribus quosdam circuire et querere eorum domos qui peccaverunt. et eos ab illicitis uxoribus segregare. Cum hec decrevissent, inceperunt querere a primo die mensis decimi, usque ad primum diem sequentis mensis. Invenerunt autem multos ex nepotibus summi sacerdotis qui peccaverant. qui statim omnes abicientes illicitas uxores penitentiam agebant. quorum nomina non est necesse scribere. Post hec immolantes arietes in holocaustum placaverunt deum. Esdras ergo sacerdos tam predictarum nuptiarum peccatum purgavit. ut de cetero hec consuetudo non permaneret. Septimo vero mense scenophegia celebrantes, congregato populo ascendentes ad superiora templi ad orientalem portam, rogabant Esdram ut eis legem Moysi legeret. Qui stans in medio populi a solis ortu usque ad medium diem legebat. Et cum audirent recensitas leges, iustitiam ad presentia docebantur, de preteritis autem gemebant. lacrimasque fundebant, dicentes quia si legem custodissent, nichil de predictis malis perpessi essent. Cumque videret eos Esdras nimis afflictos, cepit eos consolari dicens quia in festis diebus minime liceret affligi, sed magis ad epulationes conveniri, et facere convenientia presenti festo, et ut observarent ne de cetero talia presumerent. Et postquam eos consolatus est, ceperunt habere letitiam. et cum per octo dies in tabernaculis degissent, ad propria discesserunt laudantes deum. et Esdre sacerdoti gratias referebant. Esdras autem post gloriam quam apud deum habuit in senectute venerabili finivit vitam. et in Hierusalem cum multa liberalitate sepultus est. Defuncto et Ioachim principe sacerdotum filius eius Eliasib ei successit in principatu. Quidam igitur ex captivis Iudeis pincerna regis Persarum, Xersis nomine Neemias occurrens quibusdam peregrinis ante metropolim Persarum Susi ex longo itinere venientibus, et audiens eos ad invicem hebraice loquentes, consulebat unde venirent. Illis autem respondentibus se a Iudea venisse, rursus

151. interrogavit qualiter se haberent Iudei. et civitas Hierosolima. Illi autem dixerunt male se habere civitatem, et destructos muros, gentes vicinas multa mala Iudeis inferre. et multos ex eis captivos ducere, et omnes vie singulis diebus plene cadaveribus Iudeorum inveniuntur. Neemias hec audiens flevit. et extendens palmas ad celum dixit. Usquequo domine despicies que nostra patitur generatio, quia rapina omnibus sumus effecti. Remoranti autem Neemie in porta et flenti, quidam nuntiavit regem sedere iam ad mensam. Qui statim sicut erat illotus intrans regi propinavit. Ut autem rex cenavit, respiciens ad iuvenem vidit eum mestum, et quesivit quare tristis esset. Tunc Neemias respiciens in vultum dixit ad regem. Quomodo non possum o rex cordis mei merorem ostendere, dum audierim Hierosolimorum muros in terra iacere, et portas incensas, et patriam vastari, in qua sepulchra sunt parentum meorum. Presta ergo mihi proficiscenti muros Hierusalem renovare, et templi partem reconstruere. Tunc rex annuit se ei dare donationem quam vellet. et ad satrapas litteras missurum, quatenus eum honorarent, et omnia que opus haberet ei preberent dicens. Repelle tristitiam et gaudens nobis ministra. Neemias ergo deum adorans et regi gratias agens, tristitiam vultus pro missione regis mutavit. Postera die vocans eum, prebuit ei epistolam deferendam ad Addo prefecto Syrie, in qua epistola de honore iuvenis et de impendiis edificationis exhibendis mandaverat. Exiens ergo in Babiloniam et multis cum Iudeis sponte sequentibus, pervenit ad Hierusalem XXV. anno regni Xersis. et porrexit Addo prefecto Syrie litteras regis. Congregans autem Iudeos in Hierusalem, stetit in medio templi. talem ad eos effundens orationem. Vos scitis o Iudei deum quidem in memoria patrum Abraham et Ysaac et Iacob permanere, et pro illorum iustitia non derelinquere providentiam nostri.

Unde et adiuvit me ut acciperem a rege potestatem muros vestros refabricare et templi partem perficere. Vos autem scitis vicinarum gentium inimicicias, quia si cognoverint nos edificia velle reparare, multa molientur ut nos impediant. Confidamus ergo in domino qui illorum inimicicias potest dissolvere, et die ac nocte studium edificandi non relinquamus, dum tempus oportunum existit. Cumque hec dixisset, iussit magistratibus muros metiri, et opera populo dividere, per vicos et civitates secundum uniuscuiusque possibilitatem. Pollicitus est et se ipsum cum suis servis adiuvare. Soluta ergo contione, multi statim opus aggressi sunt. Vicine autem gentes audientes accelerare murorum edificatione moleste ferebant et moliebantur insidias, quatenus voluntate eorum impedirent, multosque interficiebant iudeos. Ipsum etiam neemiam dilacerare querebant, conducentes quosdam alienigenas qui eum perimerent. In timore etiam eos sepe mittebant, tamquam super eos multe gentes armate irruerent, ita ut his rumoribus territi opus pene relinquerent. Neemias autem nullo horum his turbabatur. Studium operis non relinquebat, sed custodie cum armis satellitum circumseptus sine vulnere permanebat, operis desiderio tribulatione non sentiens. Cogitans autem post suum obitum minime civibus concedi muros edificare, precepit ut ex illa die armati fabricarent, et edificatores et importitores gladios accincti essent, et clipeos iuxta se ponerent. Bucinatores autem quingentis pedibus abesse statuit, precipiens ut si hostes apparerent, significarent populo quatenus armati resisterent, ne eos nudos et inermes oppugnarent. Ipse autem noctu circuiens civitatem, minime operibus aut sompno fatigabatur. Nichil autem cibi suaviter sub necessitate sumebat. Et hos labores sustinuit annos XII et menses IIII. In tanto namque tempore muri hierusalem sunt perfecti, XXVIII anno regis Xersis in mense nono. Et postquam murum perfecerunt, neemias cum omni populo sacrificaverunt deo pro murorum edificatione; ac per octo dies epulati sunt. Vicinis gentibus nimis indignantibus. Neemias autem videns in civitate paucos homines habitare, rogavit sacerdotes et levitas ut vicos relinquentes in civitate manerent. Et fabricans eis domos ex propriis impensis, iussit populo terram colenti decimas fructuum ad hierosolimam afferre, ut sacerdotes et levite alimenta habentes legem integre servarent. Et ex hac occasione contigit civitate hominum multitudine compleri. Neemias ergo cum multa bona opera et laude digna fecisset, ad senectutem veniens defunctus est, vir benignus natura, et iustus, et devotus erga propriam gentem; qui in memoria sui eternam, muros hierosolimitanos reliquit. Hec acta sunt XXVIII anno regni Xersis mense nono.

Defuncto Xerse contigit regnum transferri ad filium eius Assuerum, quem Artaxersen vocant. Quo regnante periclitata est tota gens iudeorum et pene deleta est cum uxoribus et filiis, sicut hic declarabitur. Nam cum Artaxerses regnum accepisset, et ordinasset ab India usque Ethyopiam C. XXVII satrapas tertio anno regni sui, amicos et gentes sibi subditas cum ducibus earum, pavit magnifice sicut regem decebat potentissimum per C. et LXXX dies. Postea omnem populum suis per VII dies deliciis saginavit, que convivia taliter erant facta. Tabernaculum enim fecerat ex aureis et argenteis columnis, et vela purpurea super eas extenderat, ut multa milia discumbentium operirent. Ministrabatur et in vasis aureis et lapidibus preciosis, ad delectationem simul et spectaculum preparatis. Precepit et rex ministris ne cogerent eos bibere, offerentes eis potum, quia consuetudo est persarum ut invitatos ad convivium plus cogant bibere quam rogent, sed concedere cuique discumbentium ut quantum modum vellet epularetur. Precepit et ut per omnem provinciam opera relinquerent, et multis diebus per imperio letarentur. Regina quoque Vasthi similiter fecit convivium feminarum in palatium. Quam rex volens ostendere pudentibus iussit eam vocare convivium, que pulchritudine cunctas mulieres vincebat. Que respondit nuncius: Num ignoratis legem persarum que prohibet uxores regum ab extraneis videri? Et noluit venire. Cumque sepius ad eam eunuchi mitterentur, nichilominus nolebat venire. Unde rex ira permotus solvit convivium et vocans ad se VII persas qui ... [illegible] accusabat uxorem quod sepe eam vocasset, et nec semel paruisset. Et precepit ut pronunciarent contra eam legis diffinitionem. Tunc unus ex eis nomine Mochee dixit: Non tibi soli o rex facta est iniuria, sed omnibus persis confusio facta est, quia reginam sequentes suos maritos cunctorum uxores spernent. Nullo enim iam pudore tenebitur regina, quoniam contra te sevit, et ideo hortamur te eam que te sic iniuriavit maximis dampnis afficias, et honorem eius alteri tradas, et hoc decretum cunctis gentibus mittas tibi subditis. Rex autem amore Vasthi detentus graviter dissensionem eius ferebat, sed reconciliari per legem placata non poterat, et ideo nimis tristis apparebat. Quem videntes amici nimio merore confectum, persuadebant ut memoriam Vasthi ab animo pelleret, iam nichil proficiens, et quereret per universam terram virgines decoras, ex quibus pulchriorem haberet uxorem, quia alia accepta uxore cupidinem prioris extingueret. Hoc consilio rex flexus, iussit statim querere per regnum suum virgines pulchritudine precellentes, et ad palacium adduci. Cum vero multe virgines congregate fuissent, inventa est quedam puella in babilonia bonis orbata parentibus, que apud avunculum suum nomine Mardocheum nutriebatur. Et erat ex tribu beniamin. Vocabatur autem Hester, et pulchritudine omnes superabat, et gratia vultus in respicientes delectabat. Omnes autem virgines tradite sunt cuidam eunucho, et pro diligentia affluebant cunctis rebus, aromatum odore et largitate unguentorum, corpora earum irrigabant per VI menses. Virgines autem erant numero CCCC. Cum eunuchus autem putasset virginibus illis satis factum esse in corporali diligentia, et iam dignas esse regio cubiculo, per singulos dies unam regi ad cubiculum mittebat. Rex autem post concubitum statim eam ad eunuchum remittebat. Veniente autem ad regem Hester delectatus in amore eius inhesit, et legitimam eam duxit uxorem, et nuptias celebravit XII anno regni sui, et precepit omni regno persis nuptiis festa celebrare. Ipse autem primos persarum

pavit per totum mensem, propter nuptias suas. Post hec introduxit Hester in aulam, et coronam super caput eius posuit. Hester autem non indicavit ex qua natione esset. Avunculus autem eius Mardocheus venit in babilonem in persidam, et habitans illic in palacio morabatur, requirens qualiter puella conversaretur, quia eam tamquam filiam diligebat. Rex autem illo tempore talem legem posuit ut nemo familiarium ad eum non vocatus accederet, cum super solium suum sederet, et virgam auream teneret in manu. Qui autem non vocati venirent, si rex eos liberare vellet, porrigebat contra eos sceptrum, et illi statim accedentes osculabantur illud, et ita mortem evitabant. Quibus autem rex sceptrum non porrigebat, moriebantur occisi. In tanto ergo tempore insidiantibus regi Bagatha et Theodesto, Barganus quidam eunuchus servus alterius eunuchi genere hebreus cum audisset eorum insidias indicavit Mardocheo, et Mardocheus per Hester insidias regi prodidit. Rex autem exquirens veritatem, iussit eos crucifigi. Mardocheo autem nichil boni ex his largitus est, nomen tamen eius annalibus monimentis inscribi precepit, et in palacio eum ut amicum suum morari iussit. Eo tempore venit ad regem Aman filius Amadathi genere Amalechita, et precepit eum rex ab omnibus venerari et adorari. Mardocheus autem non adoravit eum propter patrias leges. Aman ergo interrogavit ex quo genere esset. Audiens autem eum iudeum esse, indignatus dixit: Omnes persarum nobiles me adorant, hic autem servus existens hec facere dedignatur. Punire autem Mardocheum volens, vile putabat ipsum solum perimere, sed et totam gentem decrevit delere. Naturaliter eos odio habebat, quia genus Amalechitarum deleverunt, de quibus ipse erat natus. Adiens ergo regem, dicebat quandam gentem per eius regnum dispersam, nec invicem mixtam, nec aliis gentibus coadunatam, nec eorum religionem colentem, sed inimica professionibus eius populi existit. Si vis ergo aliquod beneficium subiectis impendere, vel pacem in regno habere, iube eam radicitus delere. Et ut nullum inde patiaris dampnum, tributa que ipsi debent dare, hoc est XL milia talenta, de mea substantia ipse me dare polliceor, tantum ut regnum tuum ab eis liberetur. Postquam Aman hec dixit, rex ei et pecunias et iudeos donavit, ut de eis que vellet faceret. Scriptum ergo Aman suscepit a rege ad omnes gentes perscripta hunc modum habentia. Rex maximus Artaxerses ab India usque Ethyopiam principibus C. XXVII provinciarum sibi subiectis dicit: Cum pluribus gentibus imperassem, et universum orbem meo dicioni subiugassem, nolui nequaquam abuti potentie magnitudine, sed clementia et lenitate gubernare subiectos, ut absque ullo timore vitam ducentes, optata cunctis mortalibus pace fruerentur. Querente autem me a consiliariis meis quomodo hoc posset impleri, unus qui sapientia et fide ceteros precellebat, et erat secundus post regem, indicavit in toto orbe terrarum populum esse dispersum, qui novis non uteretur legibus et regum iussa contempneret, et concordia universarum nationum sua dissensione violarent. Quod cum didicissemus, scilicet illam gentem perversis uti legibus et turbare subiectarum nobis provinciarum pacem, iussimus sicut Aman qui omnibus provinciis est prepositus, et secundus a me est pater, precepit, ut cum coniugibus et liberis deleantur ab inimicis suis, et nulli eorum misereatur XIIII die mensis Adar presentis anni, ut nefarii homines una die ad inferos descendentes, reddant pacem imperio nostro quod turbaverant. Vale. His litteris per provincias et civitates ab Aman missis, omnes se parabant ad necem iudeorum, et cuncta susis turbabatur. Mardocheus autem cognoscens vestem dirrupit, et sacco induit, cinereque perfusus, circuibat civitatem plorans et ante aulam stans clamabat interfici gentem innocentem. Et cum regina vidisset Mardocheum in tam misero habitu ante aulam stantem et plorantem, turbata misit quosdam qui ei vestem mutarent. Quo nolente saccum exuere, quia malum non dum finitum erat propter quod saccum induerat, vocans regina Acratheum eunuchum misit ad Mardocheum interrogans quid ei tristicie contigisset quod hunc habitum non ea rogante deponeret. Tunc Mardocheus indicavit eunucho causam et litteras contra iudeos per omnem provinciam transmissas, et promissione pecuniarum per quam Aman a rege comparaverat perditionem gentis. Mandavit et regine quatenus de his regi supplicaret, nec recusaret pro salute gentis sue habitum humilem accipere, per quem regi ostenderet iudeos mortis periculum imminere. Hec cum regina cognovisset remisit ad Mardocheum dicens, quia non auderet intrare ad regem non vocata, alioquin moreretur. Mardocheus autem remandavit ei, ut non tantum sue saluti provideret, sed totius gentis periculum amoveret. Hec autem sciat, quia sine contemptoris nos adiuvare, sponte deo quod sua pietate per aliquam occasionem nos liberabit, et tu et domus patris tui a nobis quod non iussa adiuvare te temporibus. Hester autem denunciavit Mardocheo ut per gentis in susis constitutos illic iudeos in unum congregaret, et cunctos per ipsa triduo ieiunare preciperet, seque idem cum ancillis facere promisit, et regem postea adire vellet, et si mori deberet non recusaret. Mardocheus autem secundum mandata Hester populum fecit ieiunare, et ipse orabat dominum, ut populum suum penitus non contempneret, sed saluti eius provideret, et peccatum si fecissent penitus indulgeret, et ab imminenti periculo liberaret. Nam propter nichil aliud tradita sumus in mortem, nisi quod ego honorem quem tibi domine deus impendo, Aman nolui impendere, et ideo irato contra eos qui tuam custodiunt legem, talia machinatus est. Petiit ergo te domine ut liberare digneris cunctos israhelitas a calamitate et morte quam pre oculis habemus. Hester quoque prostrata in terra, et lugubri veste circumamicta, et nullum suavem cibum vel potum in tribus diebus percipiens, rogabat dominum patrum suorum, ut adiuvaret eam quando regi videretur suavis in eloquio, et specie pulcherrima, ut ex utroque sustentata, et ipsa mortem evaderet, et genti sue salutem acquireret, et Aman in odium regis adduceret. Sed cum per tres dies deprecans, tandem lugubrem deposuit vestem, et habitu mutato sicut oportebat reginam, ibat cum duabus ancillis, quarum una eam leviter super se incumbentem sustentabat, altera vero sequens longitudinem vestis que in terram diffluebat summis digitis deportabat. Hester ergo facie rubore plena, et verecundum, et modestum habens vultum, adibat regem cum magno timore. Et cum ad faciem regis in solio sedentis venisset, et vidisset eum circumdatum et ornatum ex varia veste, nam auri et argenti et lapides preciosi vultum eius terribilem aspicientibus faciebant.

stabat regem intuens. Cumque et ille eam aspiceret et vultu iracundo aspiceret, membrorum debilitas eam apprehendit, et super ancillas que prope latera eius stabant, repente collapsa est. Rex autem, ut reor voluntate dei, mutavit mentem, et timens ne quid mali uxor eius pateretur, surrexit a throno, et in suo eam gremio colligens, fovebat et osculabatur, blandeque loquebatur, confidere eam petens ne aliquid metueret, quod ad eum non vocata venisset. Legem autem istam dixit positam propter subiectos, ipsam autem cum coregnante omnem habere licentiam. Hec dicens sceptrum quod in manu habebat super caput eius extendit propter legem, liberans eam a morte. Illa vero respirans, domine inquit non habeo facultatem explanandi ea que michi subito contigerunt. Nam ut te vidi maximum et pulchrum atque terribilem, statim spiritus meus recessit pre pavore. Cum hec verba hester vix pre pavore dixisset, et regem anxietas invasit. Deinde eam confidere iussit, dicens quod si vellet dimidium regni daret. Hester autem cum eius aman ad convivium suum vocavit. Cumque rex altera die cum aman ad eam venisset, inter convivia et poculorum licentiam, iussit rex hester aperire sibi quid vellet, se autem ei nichil negaturum spopondit. Tunc illa crastina die promisit se ei explanaturam sui voti, si rursus ad suum convivium cum aman veniret. Cumque rex promisisset, aman egressus est gaudens quod solus apud hester cum rege meruit epulari, dum nullus alius hunc honorem potuisset adipisci. Videns vero in aula mardocheum sibi nullum honorem exhibentem, indignatus nimis veniens domum uxorem suam zarasan cum amicis vocavit, et exposuit eis quo honore frueretur apud regem, et quia solus a regina cum rege invitatus esset ad convivium, et in posterum diem rursus invitaretur, et super hec bona non libenter mardocheum iudeum videret in aula morari. Cui zarasa uxor eius respondit. Iube lignum l. cubitorum secari, et mane pete a rege mardocheum in hoc crucifigi. Cuius consilium laudans precepit famulis lignum parare in atrio ad penam mardochei. Deus autem malignam spem aman deridebat, et accidentia providens futura ita disponebat. Nam regi somnum in illa nocte abstulit. Qui nolens in otio vigilias perdere, vocans scribam iussit predecessorum suorum factorum monumenta relegere. Cumque legeretur, inventi sunt quidam qui pro virtute sua precium et agros acceperant, quorum nomen et signatum erat, et alii pro fide sua aliqua donatione sua impetraverant. Post hec legendo ventum est ad bagathan et theodestum insidiatores regis quos mardocheus indicaverat. Et cum hec scriba legisset, et ad alterum transisset actum, rex eum detinuit, consulens si ibi esset scriptum quid pro remuneratione tante fidei ei datum fuisset. Scriba respondit: Nichil. Tunc rex iussit eum tacere, et interrogavit eos quibus hoc commissum fuerat que esset hora noctis. Audiens autem iam diluescere, precepit ut quemcumque invenirent amicorum ante aulam, ei nuntiarent. Evenit autem aman inveniri. Nam preter solitam horam maturius processerat, mortem mardochei petiturus. Cumque servi renuntiassent aman ante ianuam stare, precepit eum ingredi. Cumque intrasset, dixit ad eum. Sciens te solum fidelem peto ut consilium michi prebeas, quemadmodum debeo secundum meam magnificentiam honorare quendam valde karissimum. Aman vero putans se solum amari, dixit ad regem. Si vis quem dicis hominem dilectum, et gloriose meritum honorari, facito eum super equum tuum procedere, tua veste indutum, et torquem auream habere, et precedere eum unum ex tuis necessariis amicis clamantem per totam civitatem quod tale beneficium promereatur, quem rex honorare voluerit. Aman ergo talia persuadebat, putans hec sibi omnia concedi. Rex vero letatus in hoc consilio, vade inquit ad aman, habes equum et stolam et torquem, require mardocheum iudeum, et his ornamentis eum induens, antecede equum eius. Tu es enim mi precipuus amicus, qui pro fide consilii bonus suasor extitisti, quia mardocheus animam meam a morte liberavit. Postquam hec aman preter spem audivit, mente confusus et mesticia percussus exiit, equum ducens et purpuream, et reperiens mardocheum ante aulam sacco indutum, iussit eum purpura indui. Dum autem ille se deludi crederet, pessime inquit omnium hominum, ita calamitatem meam derides? Ut autem cognovit quod rex ei hunc honorem donaverit pro fide qua insidiatores eius prodiderat, purpura induitur, et torque aurea circumdatur, super equum sedens totam circuibat civitatem, precedente aman et clamante: quod huiusmodi fruetur 152.
donis, quem rex amaverit. Cumque totam circuisset civitatem, mardocheus ad regem ingreditur. Aman autem pre nimia confusione cum lacrimis uxori et amicis que facta erant indicavit. Illi autem dixerunt nequaquam eum posse prevalere mardocheo, quia deus cum illo esset. Dum hec adinvicem loquerentur, venerunt nuntii invitantes eum ad convivium regine. Sabuchadas autem eunuchus unus ex nuntiis videns crucem fixam in atrio aman, interrogavit quendam servorum, ad quid deberet. Et audiens quod mardocheo parasset eam, tunc quidem tacuit. Cum autem rex cum aman epulans interrogaret reginam quam vellet ab eo donationem accipere, cum promptus esset desiderium eius implere, tunc regina dixit quod tradita esset in mortis periculum cum sua gente, et hec esset eius querela. Neque enim sibi molestum foret, si venundaretur in ancillam, cum te viventem deo supplicaret. Interrogante autem rege quis hec facere auderet, iam manifeste accusabat aman malivolum hec contra eam machinatum. Rex autem iratus a convivio surgens, in hortum ingreditur. Aman autem reginam petere cepit, ut veniam pro delictis exposceret, nam videbat sibi mala imminere. Cumque ad lectum regine venisset, et eam petere, ac vestimento tenere, supervenit rex, et hac visione incitatus dixit. Pessime omnium, et uxori mee vim inferre conaris? Ad quod aman obstupuit, et nichil valuit respondere. Tunc sabuchadas eunuchus narravit regi, quia vidisset in atrio eius paratam crucem mardocheo cubitorum l. Quod rex audiens, in illam penam eum tradidit, quam ipse mardocheo paraverat, et iussit eum crucifixum interimi. Unde quilibet mirari potest dei potentiam et prudentiam, quod non solum malivolentiam aman punivit, sed et excogitata ab eo tormenta in alium, in eum retorsit, quia multi dum aliis mala parturiunt, nesciunt quod sibi ipsis hec nutriunt. Amane ergo crucifixo, rex eius substantiam regine donavit, et vocans mardocheum dedit ei anulum quem

ab aman receperat. Hester enim tunc primum innotuit quod suus avunculus esset. Donavit ergo regina mardocheo possessionem aman. Et rogavit regem ut scripta aman pro nece iudeorum mutaret, nam gente sua deleta, nullatenus se posse vivere dicebat. Tunc rex statim precepit, ut que vellet scriberet nomine regio, et signaret eius sigillo, et mitteret per omne eius imperium, in quibus nullus contradicere auderet, eius sigillo signatis. Vocans ergo regales scribas, iussit gentibus et primatibus et magistratibus scribere providens, ab india usque ethyopiam c.xxvii. provinciarum ita. Rex magnus artaxerses ab india usque ethyopiam c.xxvii. provinciarum ducibus ac principibus qui nostre obediunt dicioni salutem dicit. Multi bonitate principum et honore qui in eos collatus est, abusi in superbia non solum subiectos regibus nituntur opprimere, sed et datam sibi gloriam abutentes, in ipsos qui dederunt moliuntur insidias, nolentes gratias agere pro beneficiis et violantes iura humanitatis, et dei cuncta cernentis arbitrantur se infirmare posse sententiam. Et in tantum insaniunt, ut eos qui credita officia diligenter observant in fide, ita ut omnium laude sint digni, funiculis mendaciorum subvertere conantur, et auribus principum adulantur, ut innocentes suffodiant, et malis suggestionibus regum studia depravant. Unde non notari debet quod tam diversa pro qualitate rerum accidentium apud nos vobis scribimus, quia hoc necessitas rei publice poscit. Et ut manifestius quod dicimus intelligatis. Aman filius amadathi animo et mente macedo, pietatem persarum sua crudelitate commaculans, peregrinus a nobis susceptus, tantam humanitatem in se expertus est, ut pater noster vocaretur, et adoraretur ab omnibus post regem secundus. Qui in tantum in arrogantie tumorem sublatus est, ut regno nos privare niteretur et spiritu. Nam mardocheum cuius fide et beneficiis vivimus, et reginam hester cum omni gente sua novis quibusdam et novis machinationibus expetivit ad mortem, cogitans ut illis interfectis insidiaretur nostre solitudini, et regnum persarum transferret in macedoniam. Nos autem invenimus iudeos nullam culpam habentes, et iustis legibus utentes, et filios altissimi semperque viventis dei esse, cuius beneficio nobis et patribus nostris regnum traditum usque hodie custoditur. Unde scitis eas litteras quas sub nomine nostro aman vobis direxit esse irritas, quia pro scelere quod machinatus est ante portas susis ipse et omnis eius cognatio pendet in patibulis, non nobis sed deo ei reddente quod meruit. Hoc autem edictum quod nunc mittimus, in cunctis urbibus proponatur, ut liceat iudeis suis uti legibus, quibus debetis esse adiutorio, ut eos qui se ad necem eorum paraverant possint interficere xiii. die mensis xii. qui vocatur adar. Hanc enim diem omnipotens deus merorum et luctus eis convertit in gaudium. Unde et vos inter ceteros festos dies hanc habete diem et celebrate eam cum omni leticia, ut et omnes in posterum cognoscant eos qui fideliter persis obediunt, dignam pro fide recipere mercedem, qui autem insidiantur regno eos perire pro scelere. Omnis autem provincia et civitas que noluerit sollempnitatis huius esse particeps, gladio et igne depereat, et sic deleatur ut non solum hominibus sed et bestiis invia sit in sempiternum pro exemplo inobedientie. Valete.

Igitur equites epistolas deportantes exierunt, et via proposita pergebant. Mardocheus vero regia stola induitur, et corona aurea et torque processit ornatus. Quem videntes ita honorificatum a rege iudei in susis habitantes communem habuere felicitatem et gaudium. Et salus eos per omnes civitates circumdedit: ita ut multe gentes per hoc perterrerentur. Nam portitores litterarum regalium nuntiabant quemadmodum deberent ipsa die qua ipsis periculum imminebat inimicos consumere. Tunc satrape presides et tyranni et scribe regis summum reddebant iudeis honorem, quos timor mardochei coartabat. Postquam edictum regis per omnes provincias lectum est, iudei in susis de inimicis quingentos viros interemerunt. Cumque rex peremptorum in civitate numerum hester nuntiasset, interrogavit si quid amplius vellet. Illa petiit ut preciperet iudeis in postero die similia facere, et ut x. filii aman crucifigerentur. Quod rex concessit, nolens resistere regine. Iudei igitur parati xiiii. die mensis adar, occiderunt de adversariis ccc. viros, nichil de substantiis eorum tangentes. Interfecti sunt quoque per provincias in aliis civitatibus a iudeis lxx.vi. milia inimicorum xiii. die mensis adar, quem festum celebraverunt. Similiter et iudei in susis ipsa die collecti epulati sunt, et hactenus omnes iudei hos celebrant dies, particulas de conviviis sibi invicem mittentes. Scripsit et mardocheus omnibus iudeis sub imperio artaxersis degentibus quatenus hos observarent dies semper eos celebrantes, et nepotibus suis traderent observandos, quia iustum esset cum his diebus periculum mortis evasissent, et inimicos suos punissent, honorarent dominum his diebus. Predictos ergo dies iudei appellant conviviatores. Mardocheus igitur magnus et clarissimus erat apud regem, principatuique eius regebat, potiebaturque communi conversatione cum regina, et iudei multa libertatis licentia fruebantur. Hec sub imperio artaxersis sunt gesta.

Defuncto autem artaxerse qui et assuerus vocatur, suscepit regnum darius. Quem sexto anno regni sui alexander magnus devicit, et regnum persarum in macedoniam transtulit. Defuncto autem eliasib principe sacerdotum in hierosolimis, iudas filius eius suscepit principatum. Et hoc defuncto, iohannes filius eius suscepit hunc honorem. Cuius tempore dux darii nomine vagosus templum violavit, et tributa iudeis imposuit, nec prius dimisit cotidianas offerri hostias, quam pro uno quoque anno vectigal exigeret dragmas l. Hoc autem ex huiusmodi causa provenit. Iohannes qui tunc erat princeps sacerdotum habebat fratrem nomine ihesum, cui vagosus dux amicus erat, promiseratque ei principatum sacerdotii quem frater eius habebat. Qua confidentia idem ihesus altercatus in templo contra fratrem suum iohannem, ita eum in iram concitavit, ut in ipso templo fratrem occidens, magnum et inauditum facinus in sacro templo committeret. Unde nec deus hoc impunitum dimisit, sed eorum populum in servitutem redegit, et templum violari a persis dimisit. Dux enim vagosus dicebat ad iudeos. Quia ausi estis homicidium in templo vestro committere, ego quoque mundior sum illo qui in templo peremptus est. Hec dicens ingressus est in templum, et hac occasione presente ihesu annis super vii. annos templum violavit cum

ipsis. et in multas iudeos afflixit. Moriente autem iohanne successit ei in principatum sacerdotii filius eius iaddus. qui habebat fratrem nomine manassen. Defuncto quoque vagoso duce qui multa mala iudeis fecerat. successor eius missus est a dario sanaballach ut regeret samariam. Audiens autem a samaritis quanta mala cives hierosolimorum regibus vicinis fecissent. copulavit filiam suam nomine nicaso manasse fratri principis sacerdotum. ut hac affinitate iudeis iungeretur.

Per idem tempus philippus rex macedonum a pausania filio cerastis insidias passus perimitur. Succedens quoque ei filius alexander. transivit cum paucis hellespontum. et duces darii devicit. super granicum flumen confligens cum eis. Post hec autem lidiam ioniam captivasset: frigiamque depredasset: pervenit ad loca pamphilie. sicut veteres hystorie tradunt. Seniores autem et principes hierosolimorum indigne ferebant quod manasses frater principis sacerdotum filiam sanaballach alienigene accepisset uxorem. et concilio facto iusserunt eum aut ab uxore disiungi. aut non introire sacrarium. Manasses autem prohibitus a senioribus et principibus accedere ad altare. venit ad socerum suum sanaballach dicens. quamvis magni honoris sit sacerdotium apud iudeos. tamen se nolle propter hoc sacerdotium a filia eius disiungi. quam valde amaret. Sanaballach autem audiens hec non solum ei sacerdotium. sed et principatum sacerdotii. et potentiam. et honorem omnium locorum sibi subiectorum ei dare promisit. tantum ut filiam suam non dimitteret. Edificabo et tibi inquiens templum ad instar hierosolimorum super montem garizim. qui est altior omnibus montibus samarie cum permissu darii regis. ubi principatu sacerdotii fungaris. Hec promissa audiens manasses. permansit apud socerum suum sanaballach. Iaddus autem princeps sacerdotum in hierosolimis audiens alexandrum magnum venire ad civitatem. precepit populo supplicare domino. quatinus mentem alexandri eis mitem faceret. Obdormiente vero sacerdote iaddo post sacrificium. apparens ei deus iussit ut confideret. et sertis ornaret civitatem. et portas adveniente alexandro aperiret. et ipsum cum reliquis sacerdotibus cum legitimis stolis iussit obviam ire. nichil mali passuros. Cumque evigilasset iaddus valde gavisus nocturnum somnium omnibus indicavit. et preparatus regis presentiam expectabat. Quem audiens non longe a civitate. cum sacerdotibus stolatis. et cum omni multitudine processit ad quendam locum qui vocatur saphin. latine autem dicitur scopulum. ex quo loco hierosolima et templum posset videre. Fenices autem et samaritę accesserant ad alexandrum. et iudeos accusaverant cum principibus eorum. et rogaverunt eum. quatinus civitatem sibi rebellem subverteret. Aliter enim evenit. Nam alexander rex videns principem sacerdotum vestitum iacinctina et aurea stola. et super caput habentem cydarim. et laminam auream in qua nomen dei erat scriptum. et alios sacerdotes cum byssinis stolis. accedens alexander solus. nomen dei in lamina scriptum adoravit: et post hec principem sacerdotum veneratus est. et omnes iudei eum una voce salutabant. Reges autem syrie qui cum alexandro advenerant obstupuerunt. et corruptam esse regis mentem dicebant. Parmenius autem dux exercitus interrogavit alexandrum dicens. Cur tu nobiscum non adorasti principem sacerdotum gentis iudeorum? Cui alexander. Non hunc oportet adorari sed deum cuius sacerdotii princeps existit. Nam dum essem in macedonia constitutus. nocturno tempore in somnis quidam in simili habitu apparuit. Quem cum interrogassem si possem asiam vincere. incitavit me nequaquam negligere. sed constanter transire. se autem dicebat meum ducturum exercitum. et persarum potentiam mihi traditurum. Ideo nec somnium hoc in memoriam mihi veniens. in hoc viro deum adoravi. et credo eum me adiuvare quatinus vincam persarum dissolvam. et omnia que corde retineo. ipsius adiutorio perventura confido. Postquam hec alexander rex locutus est. honorans principem sacerdotum ac currentibus reliquis sacerdotibus ad civitatem cum ymnis et laudibus perductus est. et in templum ascendens sacrificavit deo secundum sacerdotis ostensionem. Ipse autem alexander rex principi sacerdotum et reliquis sacerdotibus magnifice multa dona obtulit. Post hec sacerdotes dederunt ei volumen danielis. In quo legens venit ad locum in quo scriptum erat quendam de grecis dissoluturum persarum potentiam. et se hunc esse arbitratus quem scriptura significabat. gavisus est: et sic multitudinem dimisit. Postero die vocans eos iussit petere quodcumque vellent. Princeps vero sacerdotum petiit. ut liceret eis patriis legibus uti. et ut septimum annum sine tributo manerent. et ut similiter concederet iudeis qui in babilone et in media erant suis uti legibus. Qui omnia libenter concessit. Dicebat et siquis eorum secum vellet militiam venire. libenter eum secum duceret. Igitur alexander ita disponens hierosolima. ad reliquas civitates duxit exercitum. et ubicumque pergebat honorifice pro timore suscipiebatur. Videntes autem samaritę quod accusatio eorum super hierosolimitas apud alexandrum non valeret. sed magnifice eos honorasset. fateri ceperunt se quoque esse iudeos. Nam idem samaritę ut superius diximus hanc habent consuetudinem. cum viderint iudeos calamitatem aliquam habere iudeos se esse negant. et cum viderint iudeos aliquam prosperitatem habuerint iudeos se esse fatentur. et ex stirpe ioseph effraim et manasse descendere. Eodem tempore darius rex audiens alexandrum hellespontum transisse. et satrapas suos in pugna vicisse: et in regnum suum intrasse. colligens exercitum equitum et peditum occurrere statuit alexandro et macedonibus: priusquam cunctam asiam devastaret. et transiens flumen eufraten. et taurum montem cilicię. alexandrum in cilicia expectabat. ut cum eo pugnaret. Sanaballach vero post discessum alexandri minitabatur hierosolimitis quod vellet eos accusare apud darium. quod alexandrum super ipsum vellent regem habere. Aliter autem res evenit. Nam darius congressus cum alexandro devictus est. et multam partem exercitus perdidit. et alexander cepit matrem et uxorem. et filios darii regis. Ipse autem vix evasit. Alexander autem ad syriam veniens. damascum cepit. et subiugata sydone. tyrum obsidebat. Misit et alexander litteras ad iaddum principem sacerdotum in hierosolimis petens eum sibi auxilia et venalia suo exercitui mittere. et ut haberet amicitiam et fidem ad macedones. ne in posterum peniteret. Princeps autem sacerdotum respondit litterarum portitoribus: sacramento se iurasse dario ut neque contra eum arma portaret. nec posse adhuc vivente dario sacramenta transcendere. Alexander autem hec a legatis audiens. iratus est. minabatur capta tyro se velle iterum cum exercitu hierosolimam venire. et hec in eis facere. ut omnes discant sua decreta servare. Sanaballach autem has audiens minas. et desperans de dario quod non posset alexandrum effugere. eligens de suis viii milia venit ad alexandrum obsidentem tyrum. et dicebat se magis illum velle habere dominum quam darium. Et cum vidisset sanaballach se ab alexandro grate susceptum. accusabat hierosolimitas in multis. Indicavit autem regi se quendam generum habere nomine manassen. qui voluntatem haberet construendi templum in monte garizim. Concedente vero hoc alexandro sanaballach reversus summo studio edificavit templum in monte predicto. et generum suum manassen constituit sacerdotem. Post paucum vero temporis idem sanaballach defunctus est. Alexander autem capiens tyrum et gazam ad hierusalem cum exercitu properabat volens iniurias illorum vindicare. quas sibi per legatos iaddus sacerdos eorum mandaverat. Quod audiens iaddus cum grata pecunia multa veniens ad eum satisfecit ei in omnibus. Alexander vero exercitum convertit contra egyptum. Samaritę autem venientes ad eum. rogabant ut eis similiter sicut hierosolimitis remitteret tributa vii anni. Alexander autem consuluit de qua gente essent. Qui dixerunt se esse iudeos. et a samaria metropoli eorum civitate samaritas vocari. Alexander autem dicebat eos non esse vere iudeos. et iterum interrogabat de qua gente essent. Illi autem non valentes pro confusione fateri quod iudei essent. tacebant. Alexander surgens dixit. Ego hierosolimitis tributa vii anni remisi. vos autem qui de iudeis non estis. volo ut tributa secundum consuetudinem detis. et ita samaritę petitione sua frustrati sunt. Alexander vero universum orbem in xii annis domans defunctus est. et unum principatum multis successoribus dividendum reliquit. Defuncto et principe sacerdotum addo. onias filius eius ei successit. De hierosolimitis autem siquis culpam incurrisset. de cibo illicito. aut in transgressione sabbati. aut in huiusmodi peccato. statim se iungebat samaritis.

Explicit liber undecimus iosephi antiquitatis iudaice.

INCIPIT · LIBER · XII

ALEXANDER rex macedonum ubi regnum persarum destruxit. et iudea disposuit. a vita discessit. et multos successores reliquit. Antigonus enim asiam apprehendit. seleucus autem babilone et vicinas gentes invasit. lysimachus vero tenuit hellespontum. cassander vero obtinuit macedoniam. ptholomeus vero filius lagi possedit egyptum. Et cum hi omnes inter se seditiones haberent. et unusquisque suum dilatare contenderet principatum. ex diuturnis bellis civitates concusse sunt. multis civibus in certaminibus pereuntibus. Omnis enim syria sub ptholomeo filio lagi. qui salvator nuncupabatur. contraria huic nomini est oppressa. Hic et ptholomeus cum egypti in sortem regni pervenerat. civitatem hierosolimam fraudibus et dolis expugnavit. Nam die sabbatorum urbem ingressus sub specie sacrificandi. iudeis nil mali suspicantibus: et requiescentibus subito civitatem apprehendens crudeliter in eos grassabatur. Huius rei testis est ovidius sabatarcides. qui successiones alexandri acta conscribens superstitionem nostram per qua libertatem amisimus exprobrans ita dicit. Est gens que iudea dicitur civitatem munitam et magnam hierusalem detinens. que dum contempsisset sub ptholomeo arma sumere. propter superfluam superstitionem. seuissimum dominum incurrit. Hec ovidius de gente nostra scripsit. Ptholomeus vero capta civitate sine armis. multos captivos a montanis iudee et a samaria ducens ad egyptum remeavit. et captivis in egypto loca singula deputavit. ut regi et amicis servirent. Igitur post quadragesimum annum imperii ptholomei qui salvator vocatur; regnum egypti ptholomeus filius eius qui filadelphus vocatur obtinuit per annos xxx novem. Hic autem ptholomeus legem iudeorum suo tempore fecit transferri in grecum. et iudeos quos pater suus captivos duxerat in egyptum. a servitutis vinculo resolvit. usque ad c. xx milia ex hac causa. Demetrius quidam falareus super bibliothecam ptholomei regis egypti constitutus. dum studeret pro viribus omnia inventa volumina congregare et conscribere si quod audisset dignum memoria. et in collectione codicum cum rege nimis studeret. quadam die interrogatus a rege ptholomeo. quot milia librorum haberet. respondit. Viginti milia libros habeo modo. sed pauco tempore consilius paraverimus. ad l milia numerum possumus invenire. Nunciatum autem est enim mihi multa apud iudeos legum volumina esse scripta. et regie bibliothece digna. que sermone hebraico composita non parvum laborem preberent. si in grecum mutarent eloquium. quia hebreorum lingua syrorum litteris similis est et in pronunciatione vocis. Non ergo nunc te pigeat pecuniam tuam semper dare: ut in grecam linguam mutentur. dum in bibliotheca tua illorum quoque leges habeantur. Rex vero ptholomeus optima sententia demetrii delectatus. et volens studium suum demonstrare in colligendis codicibus: dictum constituit ut de his tractarent. Aristeus autem quidam necessarius amicus regis. et propter humilitatem morum ab eo dilectus. cum sepius antea cogitasset petere ptholomeum quatenus captivos iudeos quos pater eius in egyptum a iudea transtulerat quorum numerus erat c. xx milia. a captivitate absolveret. et in iudeam remitteret. tempus opportunum se habere arbitratus. amicis ad eos custodes regis. sosibium. et tarentinum. et andream. et postulavit eos ut se adiuvarent in negocio pro quo ad regem supplicaturus accederet. Quibus hec ei promittentibus: surgens cum eis venit ad regem. et locutus est dicens. Minime nos o rex oportet vana ac negligenti spe decipi. sed ubique veritatem intimare. Nam si iussis legem iudeorum et eorum libros non tantum conscribere. sed et interpretari. qua ratione poterit hoc fieri cum iudei in regno tuo servitute depressi sunt. Ideo illos tua benignitate a servitutis iugo decet absolvi. ac deo qui leges eorum exposuit per

in regni tutela remitteret. Nam cum multa sepius indagasset, cognovi eos deum factorem omnium colere, quem nos Zena id est Iovem nominamus, quod omnibus indulget; Zen id est vivere. Ob quam propter ad honorem dei quem maxima veneratione colunt, restitue eos terre et legibus propriis. Cognosce tamen o rex, me nec affinem eorum esse, nec ab eadem nacione oriundum. Quod petis hoc pro eo est, quia omnium hominum factorem deum scire suavitur vos benefactores sciens. Ad hanc peticionem puerum. Postquam hec Aristeus locutus est, Ptholomeus rex vultu hylari ac ridenti illum aspexit, et dixit ad eum. Et quanta milia iudeorum arbitraris posse dimitti? Tunc Andreas unus de custodibus regis dixit. Plus quam centum milia possunt dimitti. Respondit rex. Non parvam o Aristee a nobis donationem petisti. Custodes autem regis dixerunt. Dignum est o rex munificentie tue, ut deo qui tibi regnum donavit has gratiarum vices offeras. Et rex motu dei ammonitus iussit ut unicuique militum qui apud se iudeum captivum haberet c.xx. dragme pro annona darentur, et ita ab unoquoque redimerentur. Pro quorum omnium redemptione dedit rex Ptholomeus quadringenta talenta. Scripsit et per omnem Egyptum, ut peticionem Aristei confirmaret litteras hoc modo. Ego rex Ptholomeus precipio ut quicumque sub patre meo in templo cum eo iudeam vastaverunt, et captivos adductos ad nostram provinciam vendiderunt, et nunc sub regno meo consistunt, si qui eos in suo servicio habent, accipientes pro singulo corpore c.xx. dragmas, eos liberos dimittant, et has pecunias a regali mensa accipiant. Arbitror enim eos sine voluntate patris mei contra iusticiam depredatos et captivatos. Iustum ergo conspiciens eis auferri, iubeo omnes iudeos in servitute constrictos dominis eorum predictum censum accipientibus absolvi, nec aliquam fraudem eis facere, sed in his regi obedire. Has autem litteras precipio ex quo misse sunt per tres dies ante ipsum legi. Quicumque qui aliquem captivum habent ad iudices conveniant. Ut veritas ubique servetur. Qui vero hoc noluerint facere, substancia sua priventur. Hec autem littere per universam Egyptum lecte, universus populus edicto regis obediebat. Rex autem Ptholomeus misit unum de fidelibus suis, qui predictas pecunias pro unoquoque captivo dominis daret. Quo facto, intra septimum diem regis precepta impleta sunt, et insuper xl. talenta pro parvulorum redemptione dedit. Erat ergo numerus captivorum quos Ptholomeus rex Egypti liberos dimisit. c.xx. milia virorum et mulierum.

Postea rex Ptholomeus conventum fecit et tractavit de iudaicis codicibus interpretandis. Et iussit Demetrium qui erat super bibliotheca regis pronunciare in conventu quid sibi de hys placeret. Tunc Demetrius prolocutus ait. Precipiente te o rex quatenus debita que ad consummationem regie bibliothece desunt ut undique colligantur, et ut ea que sunt incorrecta emendentur, notum vobis facio iudaica volumina nobis etiam deesse, que hebraica et voce gentili conscripta inexplicabilia nobis existunt. Tuum vero o rex nequaquam proprius pecuniis parcens debes elaborare ut ex gentili lingua in grecam interpretentur. Nam iustissima et integra legis latio a deo videtur data, quam non oportet profanis linguis exponi. Si ergo tibi placet o rex, scribe principi sacerdotum gentis iudee quatenus tibi transmittat seniores ab unaquaque tribu legum peritos, ut cum eadem explanatione et interpretatione composuerint, dignos codices in tua bibliotheca reponas. Cum hoc Demetrius prolocutus fuisset, omnes sententiam eius laudabant. Elegit ergo rex Ptholomeus artificiosos operarios, iussit ad se venire. Scripsitque rex epistolam ad Eleazarum principem sacerdotum de Hierosolimis, mittens ei cum epistola c. talenta ad immolandum domino, per Andream sui corporis custodem, et Aristeum sibi fidelem cum predictis artificibus. Defuncto autem Tecraonias principe sacerdotum, et successerat ei Symon qui iustus vocabatur. Et hic moriens duos filios reliquit, unum infantulum nomine Oniam, alterum nomine Eleazarum in principatu sibi succedentem. Hic est Eleazarus ad quem Ptholomeus rex hunc modum epistole per Aristeum cum pecuniis transmisit. Rex Ptholomeus Eleazaro sacerdoti et principi salutem. Multos iudeos habitantibus sub imperio meo, quorum aliquos pater meus captivaverat, et in Egypto servitute mancipaverat, cum ego post patrem regnum suscepissem hos omnes clementer tractavi, et eis plus quam c. milia servitute absolvi, persolvens pecunias eorum possessoribus pro unoquoque c.xx. dragmas. Volens autem hec bona et multo potiora iudeis preberi, innotescimus tibi menti tue subito incidisse: ut legem vestram grecis litteris ab hebraicis translatis in mea bibliotheca decrevi reponere. Bene ergo facies eligendo optimos seniores ex unaquaque tribu qui peritiam legis sue periti. Et valeant earum interpretationem caute nobis exponere; Nam per eos hic perfectis maxima nobis gloriam preparari. Transmisi igitur ad te qui debeant tecum de his disputare, Andream primum custodem corporis mei, et Aristeum mihi dilectissimum. Et cum eis transmisi ad immolandas hostias talenta c. Misi et artifices cum eis qui debeant inspicere tuum et utensilia templi vestri, quia animum habeo construendi similia in honore dei. Cuius leges volo interpretari, ut cum lege nostra contulerint. Cum eis hec dona deo transmittam. Tu ergo remanda nobis quid de hys velis fieri, quod nobis totum gratum est. Vale. Cum ergo regis epistola Eleazaro fuisset porrecta, legens eam nimium liberaliter regi ita rescripsit. Princeps sacerdotum Eleazarus Ptholomeo regi salutem. Valente te cum Arsinoe regina et filiis, bene nobis omnia constant. Cum epistolam tuam suscepissemus, satis de tua voluntate gavisi sumus, et congregantes multitudinem ea legimus. Quatenus pietatem quam erga deum habes ostenderemus. Cognoscere ergo nos prius nuntiatibus et preter naturam velle aliquid pati, ut redimamus tuis beneficiis que benigne in nostros cives operatus es. Statimque pro te et pro regina et filiis et cognatis hostias obtulimus, et rogavimus deum ut vobis prospere eveniant que desideratis, et principatum tuum in pace custodiat. Ad interpretandam ergo legem quam pro tuo honore accipere postulas, elegi viros seniores ab unaquaque tribu lxx. quos dixi, mittemus tibi legem ferentes. Erit ergo opus ut periciam et iusticiam ut per legis textus scriptione ad nos viros caute remittas. Ostendimus et artificibus tuis utensilia templi nostri, que omnia diligenter mensuraverunt. Vale. Hec quidem princeps sacerdotum Eleazarus regi rescripsit. Necessarium autem non putavi scribere nomina lxx. seniorum. Primum ergo volo indicare magnificentiam operum que rex Ptholomeus in honore dei ad templum Hierosolimorum per artifices suos effecit, et quam largus fuit ad dandos sumptus in hec opera, quatenus omnibus munificentia regis erga deum reluceat. Postea de horum precibus narrabimus. In primis enim fecit mensam magnam fabricari, que quincuplum maior esset illa que Hierosolimis erat. Timebat autem ne eadem mensa pro magnitudine ad ministerium inutilis fieret, nam non solum ad spectaculum ea fiebat, sed ut et ministeriis habilis esset. Quapropter nolebat ista mensam magnitudine illam superare, sed tamen clariore et pulchriore ex auro et argento istam mensam fecit. Sagax enim erat idem rex Ptholomeus ad discernenda variarum rerum naturam, et invenire novas et inmutandas tractare. Hec effecta ipse prudenter inveniebat et ostendebat artificibus, iuxta eos sedens, et tractos opere proponebat, exceptis illis operibus quorum similitudines de templo Hierosolimorum assumpte reperiebat. Mensamque in longitudine duorum semis cubitorum, in altitudine unius semis construxerunt, formantes eam totam de auro. Corona vero submissa in modum palme fecerunt; frontispicia vero in ipso versatilia sculpturam habebant, ut quasi ornatam speciem restis quasi sigillatam induxit. Mensa enim triangula erat, et unicuique frontispicii angulus eandem forme dispositionem habebat. Quomodocumque verteretur: unam et non diversam speciem demonstrabat. Corone vero pars que submissa erat, inclusa pulchre constructa fulgebat. Illa pars corone que super mensa eminebat artificum decore pluribus ornata splendebat, quia visus ibi spectaculo patebat. Una pericia ambarum partium coniungebat, ut nullus ut predixi de illis tribus angulis in transductione minor videretur. Oppositam autem erant in modum funium tornatum preciosissimos lapides, aureis speculis per foramina conclusit. Partes autem que platea corone cernebant in specie ovorum optimo lapide facte, figuram virgulam sculpture imitate que spisse circa mensam volvebant. Ovorum autem dispositione circumdederunt opifices, ornatam omnium fructuum naturam, uvas pendentes, aristas surgentes, malagranata conclusa, et lapides secundum genus predictorum fructuum ad proprium uniuscuiusque colore formatos, circa totam mensam ex auro ligaverunt. Sub corona quoque similis ordo ovorum seu virgarum erat, ut ex ambabus partibus tante operibus varietate mensa [illegible] videntibus proferret, neque frontispicium vel corone positio in altera parte mense fieret diversa, sed usque ad pedes facies operis extenderet. Namque artifices fecerunt ducale aurum iiii. digitis latum secundum latitudinem mense super quod pedes eius ponerent. Deinde paxillis inclusuris eos cum corona mense construxerunt, ut eandem artificii visum preberent in quacumque parte mensa converteretur. Super mensam autem meandrum fluvium sculpserunt, et in medio eius lapides preciosissimos, ponentes eos vario colore quasi stellas. Nam carbunculus et smaragdus ibi inserta iocundum aspectum intuentibus prestabant, et aliorum genera lapidum diversis fulgentes inspicientes omnino letificabant. Post meandrum autem plecturam fune funis quidam circumferebatur in medio figura sublonga et rotundam habens, super quod cristallinus lapis erat electro impositus, qui delectationem mira intuentibus prestabat. Capita autem pedum supra que mensa stabat similia aliis fabricaverant, curvationem brachiorum habentia sub mensa reflexa. Inter vero erectum instar lilii germine videbatur, quos lapis carbunculus in modum palmi factus, et figura crepidinis ostendens et latitudine octo cubitorum habens sustentabat, nam super hunc lapidem omne pedum pondus innitebatur. Sculpserunt etiam certissimo et laboriosissimo tornatu in utroque pede hederas et palmites vitis cum uvis eminentibus, ut nichil viventibus a veritate discrepare putares. Nam ad ventus flatu pro eminentia et extensione summitatis sue commote ymaginem naturalium arte prebebant, agitari quidam moveri videbantur. Figuram autem totius mense tribus tabulis construxerunt, compaginem partium minute ita colligata, ut nullus posset videre compaginationem. Grossitudo vero mense non minus dimidii cubiti fuisse dinoscitur. Talis ergo erat tota mensa multa munificentia regis vel preciositate ac varietate pulchritudinis perfecta. Magnitudine autem illi mense similis erat, artificio autem et novitate facture valde melior et splendidior fulgebat. Crateras etiam fecerunt duos aureos, sculpturam in eis habentes ab inferiore parte usque ad cingulum habentes, lapidibus variis in squama conclusis. Et super eos meandrum cubiti altum compositione lapidum diversorum specie magna fulgentium, in quo virgarum ordo instabat, et his complexionibus usque ad labrum protrahebantur. Per medium vero iiii. cubitorum scutta pulchris lapidibus inserta decore craterum ostendebant, quorum labra liliorum foliis et uvarum floribus in orbe producta corona complectebantur. Aurei ergo cratere ita erant facte, et capiebant utrique amforam unam. Argentum vero splendore eedem cratere clarum inspicientibus speculum emittebant, ut etiam inde facies hominum viderent. Iussit et rex fieri pateras xxx. ex auro et lapide precioso, et circumdare foliis hedere vel aurosis bracteis quas vitis celata artificiose obumbrabant. Ad hec opera a rege incessanter et large impendia prestabant, et ipse rex Ptholomeus publicorum negociorum regimine relicto operantibus semper instabat, et frequenter eos visitabat, et ideo hec opera fervente industria completa sunt. Cumque hec opera completa erant, sumpsit rex iterum Andream sui corporis custodem, et Aristeum sibi fidelem cum electis militibus transmisit hec dona regalia que fecerat cum eis in Hierosolima Eleazaro sacerdoti, ut ea in templo ad honorem dei et sui memoria reponeret. Precepit et eis ut cum omni honore ad se ducerent lxx. seniores. Nam interim dum rex predicta opera faciebat, illi se preparabant in Hierosolimis, ut quando nuncii post eos venirent parati forent. Missi ergo a rege Hierosolimam venientes, et munera regalia Eleazaro dantes, petierunt secundum iussum regis ut hec in templo ob sui memoria reponeret. Et cum ea Eleazarus princeps sacerdotum deo dicasset, honorans missos regis dona eis largitus est, et lxx. seniores cum eis ad regem misit. Rex autem Ptholomeus Alexandrie positus, audiens adventum eorum letatus est. Andreas ergo cum aliis nunciis obtulit epistolas regi principis sacerdotum Eleazari cum lxx. senioribus. Rex ergo gavisus in adventu eorum, omnes qui pro diversis causis dampnandi astabant, liberos dimisit. Legatis autem

153.

quem eos adduxerant, ipso die epulis refecit. Et post epulas sedens colloquebatur senioribus illis. Illi autem extrahentes de voluminibus sua, in quibus leges aureis litteris erant scriptae, ostenderunt eas regi. Rex autem mirabatur tenuitatem membranarum et incomprehensibilem compaginem, quod ita gracile erat contunctum. Tunc dixit ad eos rex: Gratias vobis ago qui advenistis, maiores autem illi gratias ago qui vos huc destinavit, et autem amplius illum veneror, cuius hee leges venerande esse probantur. Cumque seniores illi et omnes qui aderant clamarent prosperitatem regi divinitus ministrari, rex nimium in senioribus delectatus, prorupit ad lacrimas.

No. Nam saepius natura hominum hoc in summo gaudio patitur quod etiam dolentibus solet accidere, id est ut facile lacrimentur. Et iussit rex codices eorum cuidam fideli suo tradi ad servandum. Et omnes osculatus promisit se illum diem quo ad eum venissent clarum singulis annis celebraturum. Et epulari eos secum rogavit. Iussit et eis hospitia iuxta arcem preparari honorifice ubi dormirent. Nicanor autem quidam qui super suscipiendos peregrinos erat constitutus, vocans Dorotheum ministrum suum, iussit singulis senioribus necessaria preparare. Nam talis dispositio erat a regibus, ut peregrinis undecumque advenientibus unicuique secundum morem patriae sue alimenta pararentur, ne forsitan extraneis cibis corrupti gravarentur, sed magis solitis cibis delectarentur. Senioribus igitur illis Dorotheus, cui hec cura erat commissa, convivia instruxit secundum morem patriae eorum, quibus illis vesci licebat. Et cum convivium paratum esset, rex seniores illos in duas partes discumbere iussit, et partem unam ad dexteram suam sedere fecit, et secundam partem post suum accubitum, et nichil pretermittens quod ad eorum honorem pertineret. Postquam autem discubuerunt, rex iussit Dorotheo ministrare solita quibus iudei ad eum venientes utebantur. Sprevit et rex sacros precones et immolatores, qui et vota ante cibum faciebant, unum de senioribus illis nomine Helyseum petivit ut orationem faceret. Qui surgens in medium, regi bona et subiectis ei optavit. Et pro plausu et clamore omnium resedit. Et ita rex cum omnibus ad delicias et epulas conversus est. Post convivium autem sedens cepit philosophari cum senioribus illis, et unumquemque eorum naturales percunctari sermones, et ad contemplationem questionis accedere. Illis autem caute ad omnia respondentibus et explanantibus que eis obiecta erant, rex letatus per xii. dies cum eis convivabatur. Admirans autem eorum sapientiam, saepe solebat dicere amicis suis semel ad eos eum abeis sapientiam didicisse, et quemadmodum deberet regere regnum. Post xii. ergo dies vocavit rex Demetrium qui erat super bibliothecam, commisit illi seniores ut eos perduceret ad preparata diversoria. Donans et unicuique seniori tria talenta argenti dimisit eos. Demetrius autem cum senioribus venit ad stadium maris, et transiens cum eis pontem venit ad quandam parvulam insulam in parte aquilonis, ubi prius domunculas lxx. fecerat, et unicuique aptas ad cogitationem secretorum negotiorum preparatas, et ibi eos singulariter inducens, petebat ut omnia que opus haberent ad legis interpretationem, ipso presente dicerent, ut incessanter opus implerent. Illi ergo singulariter sedentes cotidie munificenter et laboriose et caute interpretationem faciebant usque ad horam nonam, et tunc Demetrio eos in unum convocante, alimenta corporis percipiebant ex his que eis rex destinabat. Mane autem surgentes et ad aulam venientes, regem salutabant, et rursus ad eundem locum redeuntes, et manus suas in mari lavantes et seipsos purificantes, ita interpretationi vacabant. Igitur postquam omnem legem et prophetas interpretati sunt per dies lxx. duos, Demetrius congregans illos lxx. interpretes in unum, legit ante eos leges interpretatas, et invenit omnes equaliter scripsisse, quamvis disiuncti ab invicem sedissent. Tunc assumens eos venit ad regem, et legit ante ipsum et omnes principes legem in grecum translatam. Rogaverunt ergo lxx. interpretes regem Ptholomeum et prepositos gentis, ut si quid in his superfluum aut minus scriptum viderent, manifestum facientes emendarent, et quod iudicarent se bene habere, permaneret inmobile in sempiternum. Gavisus ergo rex et videns voluntatem suam adimpletam esse perfectam, et sensum et sapientiam et legis labores obstupescens, cepit laudare Demetrium, quia eius consilio hoc opus perfecisset. Interrogavit ergo Demetrium, cur nullus ante eum, nec de regibus nec de poetis nec de hystoriografis hanc legem transtulisset. Respondit Demetrius: Nemo ausus fuit priorum harum legum tangere conscriptionem, quoniam ut veneranda fuit ei esse, et quia lesi sunt quidam hoc presumentes. Quidam enim Theopompus volens in hystoria aliquid de his conscribere, factus est vesanus plus quam xxx. diebus. Quadam ergo nocte in somnis vidit hoc ideo sibi accidisse, quia divina scrutatus esset, et proferre ea immundis hominibus vellet. Ad se autem reversus, et clementiam sibi factam conspiciens, scribere de his cessavit, postquam accepit sensum. Quidam quoque Theodectes nomine tragediarum poeta cum vellet aliquid in tragedia scribere quod in divino volumine continetur, oculis exceacatus recognovit causam cecitatis, et scribere cessans liberatus est a passione clementia indulgente. Vocans ergo lxx. interpretes, dicebat eos se velle dimittere ad patriam, sed frequenter eos debere ad se de Iudea venire causa sui honoris et munerum eis dandorum, que saepe eis pro sua sapientia dare vellet. Dimittens ergo eos, dedit unicuique eorum duas stolas optimas, et duo talenta auri, et calicem unius talenti aureum, et unum lectum in quo sedentes convivarentur. Principi autem sacerdotum Eleazaro destinavit per eos lectos x. cum aureis pedibus, et convenientem eis supellectilem, et calicem aureum xxx. talentorum, et stolas x. et purpuram, et coronam decoram, et lineas de bysso, et libatoria, et acularia (?), et crateras duas aureas deo vovendas. Misit et epistolam ad Eleazarum cum eis petens, ut si quis de his viris ad se vellet reverti, eum permitteret, quia nimium delectaretur cum tam eruditis habere sermonem, et divitias suas eis libenter impertiret. Hic honor et gloria iudeis contigit sub Ptholomeo cognomine Philadelfo rege egyptiorum. Nunc autem referam gloriam iudeis contigit ab aliis regibus Asie successoribus magni Alexandri.

Seleucus qui et Nicanor, qui post mortem magni Alexandri Babiloniam et vicinas quas in Asia civitatibus, quas in regno suo construxerat, et in ipsa metropoli sua civitate Antiochia nimis clementer iudeos tractavit, et re publica eos dignos iudicavit et equali honore cum habitatoribus Macedonie decoravit, et omnes iudeos qui in suo regno invenit, in propria lege manere permisit. Unde et eos nolentes alienigenarum oleo uti, precepit idem rex Antiocheno populo, ut eis omni anno pecuniam pro emptione olei darent. Unde postea Antiocheni nullo modo potuerunt se absolvere per multos annos ab hac pecuniarum datione. Nam tempore Vespasiani et Titi, cum iudei multa contra romanos mala fecissent, adierunt eos precantes ut iudeis remitterent has pecunias ad obprobrium eorum. Qui responderunt: Illi qui nobis resistunt pro suis sceleribus fortassis penas assument; qui autem nil contra nos gerunt, cur debent his bonis privari? Et noluerunt eos absolvere a datione harum pecuniarum. Iudei igitur constituti sub imperio magni Antiochi multa mala toleraverunt, propter quae reges inter se committebant. Nam Antiochus magnus cum pugnaret contra Ptholomeum Epifatorem regem Egypti et eius filium, contigit ut uterque exercitus cederet. Cedunt autem Antiochus in felicitatem et calamitatem hesitaret, subito suos exhortans milites Ptholomei in fugam vertit, et regnum eius ingressus omnia dissipavit. Ptholomeus autem rex misit ducem suum nomine Scopam et cum eo magnam virtutem militum misit ut pugnaret contra Antiochum. Quo audiens Antiochus congregans milites obviavit ei iuxta fontem Iordanis, et confligens cum eis multos de eius exercitu prostravit. Postea vero intrans omnem Syriam, civitates Ptholomei cepit, et ipsum fugavit, et regnum eius invasit. Venientem autem Hierosolimam, cum preciosissime eum iudei susceperunt, et exercitui eius et elefantis habundanter alimenta prebuerunt. Antiochus autem videns benivolentiam iudeorum erga se, et quod ab eis benigne tractaretur, volens eos remunerare, scripsit hanc epistolam magistratibus et amicis suis:

Rex magnus Antiochus magistratibus et amicis suis salutem. Iudei mox ut provinciam eorum ingressi sumus, liberalitatem suam circa nos ostenderunt, et clare nos susceperunt occurrentes cum senioribus et principibus, et habunde ministraverunt militibus et victualia elefantis, et inimicos nostros expulerunt de arce. Digni ergo iudicavimus eos remunerare, et constituimus eis prestari ad immolationes victimarum vini et olei et simile xx. dragmas argenti, et tritici modios mille quadringentos lxx. v. et salis modios ccc. lxx. v. Precipio et eis preberi materiam lignorum ex aliis gentibus et a monte Libano nullo ab eis exigente vectigal ad construendos porticus et ad edificationem clarissimam templi, et ut conversentur omnes eorum gentis secundum leges patrias, et ut relaxentur sacerdotes et levite et scribe templi et cantores a tributis que pro suo capite dabant et regio vectigali et aliis oneribus et operibus, ut eorum civitas habitationibus hominum apta reddatur. His autem qui nunc in civitate Hierosolima degunt, donamus tributa usque ad mensem Hyperbereteum, et liberam per tres annos a parte fiscalium, quatenus eorum lesio relevetur. Quicumque autem de iudeis in servitute degunt, libertati donamus, et substantias reddi precipimus. Preterea omne et regium populum ut nullus alienigena intra muros templi Hierosolimorum ingrediendi habeat licentiam, nec inferre in civitatem carnes equinas neque mularum neque ferarum mansuetarum, vulpium, aut luporum, aut pardorum, aut porcorum, et omnium que iudeis in lege interdicta sunt. Quod si aliquis hec precepta transgressus fuerit, cogatur a sacerdotibus dragmas tria milia. Epistola ergo magni Antiochi hec continebat. Scripsit et aliam epistolam idem Antiochus prefecto Babilonis nomine Zeusido in hunc modum: Rex magnus Antiochus Zeusido prefecto salutem. Placuit nobis tibi mandare ut assumas duo milia iudeorum qui in Babilone morantur, et eos cum suo apparatu deducas in Iudeam. Gens enim hec nobis utilis existit, et propositum habent animi utilis quod precati fuerunt. Volo ergo ut cum eos ad Iudeam deduxeris, unicuique locum designes ad edificandas domos, et terram colendam des, et ad vineam plantandam, et fructum terre remittas per annos x., et ut accipiant triticum ad servorum cibum usque dum fructus suos colligant, et ita nostram sentientes clementiam, promptiores se erga nos prebeant. Vale. Hec omnia ex precepto magni Antiochi erga iudeos illo tempore complebantur.

Postea rex Antiochus fedus et amicitias cum rege Ptholomeo componens, et Egyptum ei restituens, dedit ei filiam suam Cleopatram ad nuptum, et dedit ei dotis nomine humilem Syriam et Samariam et Iudeam et Fenicen. Eo tempore Samaritae multa mala iudeis faciebant, terram eorum depopulantes, et captivos multos ex eis ducebant sub Onia principe sacerdotum. Nam Eleazaro defuncto successerat ei Manasses, quo et defuncto Onias succedens in principatum vixit cum honore. Erat enim nimis avarus in pecuniis, et ita ut tributum quod in regno egyptiorum Ptholomeo debuit dare xx. talenta non daret. Unde Ptholomeus ad iram commotus misit legatum ad Oniam principem sacerdotum in Hierusolimam, culpans eum quare sibi non redderet tributa, et minavit si sibi non daret tributa, Iudeam militibus suis habitandam dividere. Iudei ergo audientes hec verba timebant. Onias autem nichil de his curabat. Iosippus autem filius sororis Onie audiens verba legati regis egyptiorum, increpabat suum avunculum quod nulla prudentia civium suorum haberet, et in periculo vellet eos mittere propter paucas pecunias quas pro avaritia sua vellet retinere. Suadebat ergo eum ut iret ad regem, et cum ei consensu retineret has pecunias aut ei daret. Tunc Onias respondens dixit se principatum deponere velle quam ad regem iret, quia nichil debitum ad se pertineret. Iosippus autem interrogavit eum si sibi concederet gerere legationem ad regem pro iudeis. Cumque concessisset ei Onias, Iosippus ascendens in templum, convocata multitudine ad contionem suadebat eos nichil timere propter negligentiam avunculi sui circa eos, commonebat ut deponerent mesticiam quam pro verbis regis Egypti habebant. Secum enim velle dicebat facere legationem ad regem Ptholomeum, ut eos de his excusaret. Multitudo autem hec audiens Iosippo gratias egit. Descendens autem de templo Iosippus suscepit legatum regis egyptiorum nomine Athenium, qui venerat pro tributo ad Oniam, et ducens eum in domum suam dedit ei magnifica munera, et largissime eum refecit, et ad regem suum redire permisit, promittens ei quod se sequeretur. Legatus autem promisit ei quod si veniret per se ad regem, omnia que desideraret secum adiuvante a rege impetraret. Hec ei legatus promittens discessit, et veniens ad dominum suum regem Egypti, et nuntiavit ei in devotione Onie, et magnanimi

tatem et probitatem iosippi que et iuventuti inerat. nunciabat pro legatione gentis sue. et laudabat valde eum coram rege ptholomeo et regina cleopatra. et rogabat eos ut benigne eum tractarent cum venisset; Interea iosippus circuiens amicos. et mutua ab eis accipiens pecunia parabat convenientia profectioni, vestes et vasa et subiugalia que omnia valerent xx. milia dragmas et cum eis ad alexandriam profectus est. Contigit per illud tempus omnes principes et magistratus syrie civitatum. et fenicis ascendisse ad ptholomeum. ut susciperet vectigalium actionem. Videntes autem iosippum per viam euntem; deridebant eius paupertatem et inopiam. Cumque alexandriam pervenisset; cognovit ptholomeum esse in memphis. Cui occurrere festinans. adpropians vidit eum in curru sedentem. cum cleopatra uxore sua. et amico athenione qui fuerat ad hierosolimam missus. et ab eo hospitio est receptus. Videns autem athenius iosippum. mox regi innotuit hunc esse de quo sibi intimasset; quia esset bonus iuvenis et liberalis. Rex igitur ptholomeus eum prior salutans. fecit eum sedere secum in curru. Et postquam sedit. cepit rex accusare oniam avunculum eius pro tributo quod sibi debebat. Tunc iosippus ait. Veniam ei presta queso o rex propter senectutem. Non enim vos latere oportet quod senes et infantes unam et similem mentem solent habere. A me autem servo tuo tibi pro eo reddetur ratio. ut ei penitus irasci non debeas. Gavisus igitur rex de prudentia atque benivolentia iuvenis. plus eum diligere cepit. iussitque eum in aula sua manere. et cottidie mense sue esse convivam precepit. Cumque rex venisset ad alexandriam. videntes principes syrie iosippum consedentem regi. nimis indigne ferebant. Altera igitur die sedens rex suscipiebat vectigalia a principibus provinciarum sibi subiectarum et fiscalia que data pecunia nobiles patrie conducebant. Collecta est igitur pecunia quam attulerunt principes syrie et fenicis. et samarie octo milia talenta. Iosippus igitur consedens iuxta regem dicebat hanc parvam esse pecuniam. a tantis provinciis. et promittebat se duplam pecuniam velle dare. si sibi vectigalia illarum provinciarum a rege committerentur. Rex igitur libenter hoc audivit. quod erarium suum vectigalium pecuniis posset augere. Petente igitur iosippo commendari sibi vectigalium conductionem. interrogavit eum rex si posset habere ydoneos testes quod hoc quod dixisset. Habeo inquit iosippus optimos et bonos viros. et quibus tu ut spero bene confidis quos tibi in vadimonium dabo. quousque promissa compleam. Cumque rex dixisset ubi essent. respondit iosippus. Te primum o rex. et tuam uxorem cleopatram. pro utraque parte tibi sponsores prebeo. Cuius verba laudans rex ptholomeus. commisit ei vectigalia. Quod factum nimis contristavit eos qui prius vectigalia dabant. et quod non simili erant benignitate tractati. Unde cum magna confusione unusquisque ad suas provincias recessere. Iosippus vero timens ne aliqui sibi resisterent. et vectigalia non darent. petiit a rege auxilia militum. Accipiens igitur a rege duo milia peditum. et mutuo accipiens ab amicis regis quingenta talenta. de alexandria in syriam est profectus. Veniens autem ascalonam. exigebat vectigalia. Ascalonite autem quia nichil dare volebant. sed et contumeliis eum gravibus afficiebant. capiens de principibus eorum xx. viros trucidavit. et substantias eorum usque ad mille talenta collecta regis utilitatibus applicavit. et intimavit regi per nuntios que gesserit. Miratus autem rex ptholomeus prudentiam eius. et laudans que facta fuerant. permisit ei agere que vellet. Hec audientes principes syrie. quia ita ascalonitas domuisset iosippus. metuentibus civitatibus suis. foribus civitatum reseratis. devotis animis adventum iosippi sustinebant. Scytopolitanis vero nitentibus iosippum contumeliis afficere. et vectigalia denegare. que prius sine dilatione reddebant. horum quoque priores interfecit. et substantias eorum regi applicavit. Taliter igitur iosippus colligens infinitas pecunias. et maximum faciens lucrum. vectigalia regi promissa omni anno persolvebat. et ex his que ei superabant munera regi et cleopatre regine mittebat. et amicis eorum dona dirigebat. ut amicitiam eorum habens posset in hac potestate permanere. Hac igitur felicitate iosippus potitus est per annos xx. duos. et pater factus est vii. filiorum ab una uxore. Habuit et unum ex filia fratris sui nomine hyrcanum. quem accepit ex tali causa. Cum fratre suo quondam alexandriam ad regem pergens. ducentem secum filiam suam nuptiis iam maturam nomine pantominia. dum apud regem ptholomeum cenaret cum fratre. et intrasset pantominia pulcherrima ad convivium. videns eam iosippus concupivit eam. fratrique nunciavit desiderium suum. petens eum celare peccatum 154.
et ut eum permitteret cum filia sua dormire. et fideliter causam cupiditatis eius expleret. Frater igitur eius fecit eum inebriari. et ornans filiam suam nocte iuxta fratrem iosippum collocavit. et ille per ebrietatem statim cum filia fratris concubuit. quo sepius in ipsa nocte facto. valde dilexit eam. Mane autem facto dixit ad fratrem quia vita eius periclitaretur. si pantominiam non sibi daret in uxorem. Frater autem dicebat non debere eum diffidere quin liceret ei frui filia sua. et uxorem habere. quia libentius videret filiam suam hanc iniuriam sustinere. quam vitam illius per eius amorem periclitari. Iosippus igitur laudans fratrem de concordia fraternitatis. filiam eius duxit uxorem. et filium ex ea genuit nomine hyrcanum. ut predixim(us). Qui cum xiii. annorum esset. demonstrabat naturalem fortitudinem. et prudentiam. ita ut fratribus suis acerbam emulationem excitaret. Iosippus vero volens cognoscere quis de filiis suis virtute melior existeret. unumquemque ad studia sublimium doctorum destinavit. et omnes preter hyrcanum indocti et fatui ad disciplina studiorum redierunt. Et iosippus hyrcanum super omnes filios suos diligens. et dans ei ccc. iuga boum. transmisit eum itinere duorum dierum ad solitudinem seminare terram. Cumque in solitudinem cum servis venisset; oblitus est lora quibus boves debebat colligare. Tunc aratores suadebant ei ut quendam ex eis ad patrem destinaret. qui lora afferret. Quorum consilium reprobans. dicebat se nolle tantum tempus perdere. dum expectare haberet eos qui mitterentur. et statim excogitavit quoddam virile opus et maius etate sua. Occidens enim x. iuga boum. carnes operariis suis distribuit. pelles vero eorum incidens retinacula fecit per que iuga cetera ligavit. et hoc modo seminans terram quam ei pater suus iosippus dederat. reversus est ad eum. Quem pater suscipiens nimis dilexit propter prudentiam et argutiam mirans. et fiduciam eius laudans pre omnibus eum diligebat. propter quod fratres ei contristabantur. Quidam vero veniens nunciavit iosippo per illud tempus filium ptholomeo regi egyptiorum genitum a cleopatra. et omnes priores syrie et subiectarum provinciarum celebrarent natalem pueri die apparatu maximo. Iosippus vero pre senio ad hoc convivium ire non valens. convocans filios suos interrogavit eos quis eorum vellet adire regis convivium. quia ipse pre senio illuc ire non posset. Omnibus igitur recusantibus; et ad tales conventus indoctos se esse dicentibus; fratremque suum hyrcanum illuc ire posse confirmantibus: interrogavit eum pater si vellet proficisci. Qui cum promisisset se iturum. dixit se inde non opus habere multas pecunias dum soleret modeste vivere. et ideo ei x. milia dragme habunde sufficerent. Gavisus igitur iosippus de sobrietate filii. suadebat ei ut se prepararet. Dedit igitur filio epistolam ad dispensatorem suum arionem in alexandria. quatinus filio suo hyrcano preberet pecunias ad comparationem eorum que optima vel preciosa possent invenire x. talenta. que possent sufficere ad sumptum regii muneris. et ut eum dirigeret ad regem. Idem enim arion sub iosippo tributis samarie preerat et colligebat. et secundum iussum iosippi ea regi dirigebat. Hyrcanus igitur accipiens hanc epistolam. perrexit in alexandriam. Egresso igitur eo fratres eius eum invidentes scripserunt occulte omnibus regis amicis ut eum occiderent. Hyrcanus igitur ut pervenit alexandriam. porrexit arioni epistolam. Hyrcanus autem ignorabat quid esset scriptum in epistola. Arion autem legens epistolam interrogabat hyrcanum quantum pecunie accipere vellet; Hyrcanus autem respondit. mille talentis se opus habere. Arion autem iratus increpabat eum quia cum his vellet luxuriose vivere. nec vellet genitorem suum imitari. Dare igitur se ei non plus quam x. talenta promisit. sicut pater eius sibi mandasset per epistolam. Hyrcanus autem iratus. misit arionem in vincula. Cuius uxor misit ad cleopatram. nam idem arion apud eam honoribus precellebat. ut iuberet virum suum absolvi. Rex autem ptholomeus audiens huiusmodi factum a regina. misit nuncium ad hyrcanum dicens. cur cum ad eum a patre suo missus fuisset. tam diu moraretur. et insuper dispensatorem patris sui in vincula misisset; veniret igitur quantocius ad regem. et indicaret ei hec omnia. Hyrcanus igitur nuncio regis ita respondit. Lex est apud iudeos que prohibet communes epulas prius attingere. quam in templo dei hostias immolare. et ideo distuli ne sine donis regias tuas epulas attingere. Propter hanc causam ad te non veni. et servum patris mei arionem qui pecunias non dare debuit non obsequentem iussionibus meis in vincula misi. dum nichil distaret inter magnum et minorem dominum. Si igitur talium servorum contumacia non emendabitur. et tu quoque ipsa similiter a servis tuis contempni. Nuncius igitur reversus retulit regi hec verba. Audiens autem rex ad risum conversus est. magnanimitatem iuvenis miratus. Arion autem cum audisset verba hyrcani que nuncio regis dixerat. et quod rex et regina nullum sibi auxilium ferre vellent. promisit hyrcano mille talenta. ut eum a vinculis solveret. Qui solvens eum. accepit ab eo mille talenta. Post tres autem dies veniens. regem. reginamque salutavit. Quem illi libenter suscipientes viderunt. et amicabiliter paverunt. propter honorem patris sui iosippi. Hyrcanus igitur latenter accedens ad negociatores comparavit ab eis pueros c. litteras scientes. unumquemque talento uno. et c. virgines singulas simili precio. Quadam autem die cum invitatus ad regis convivium discubuisset. cum ad mensam ultimum omnium tamquam puer a principibus contempneretur; tacite omnia ferebat. Et cum convive regis ossa carnium quas manducaverant ante hyrcanum in mensa proicerent. ipso dissimulante. triphon qui ad convivia et ad risus conviviarum erat aptus. innuentibus convivis iuxta mensam assistens ait ad regem. Vides domine autem posita ossa hyrcano. Ex hoc conice quod et pater eius iosippus sic omnem syriam denudavit pecuniis. quemadmodum hic ossa ista carnibus expoliavit. Ridente vero rege ad verba triphonis. et interrogante hyrcanum cur tanta ante eum ossa iacerent. respondit. Recte o domine: nam quidam canes sic inmundo quod semper ossa cum carnibus devorant. sicut isti fecerunt. hoc dicens de accumbentibus: convivis quasi carnes cum ossibus devorassent. quoniam ossa ante eos non iacebant. homines vero sic ego sum. carnes comedentes ossa autem se iactant. quod et ego hodie feci. Rex autem miratus eius responsum tam sapienter et astute dictum. omnes iussit plaudere verba eius laudantes. Hyrcanus autem pergebat ad unumquemque regis amicum. et ad potentes aule et salutabat eos. Fratres autem eius singuli munera occulte miserant regi. ut eum interficeret. Accedens autem hyrcanus ad quosdam. interrogabat quantum unusquisque fratrum suorum regi munera misisset. Qui dixerunt alium x. talenta. alium xx. Ille autem contristari se simulans. quia talem donationem non posset offerre. dixit se non plus habere quam quinque talenta. Quod audientes ministri fratrum eius. gavisi sunt. Altera die sedente rege et regina et cunctis principibus: accedens perduxit quos comparaverat pueros c. et virgines totidem. et unicuique puero et virgini dans talentum in manu portare: obtulit pueros regi ptholomeo. virgines autem cleopatre regine; Omnes igitur laudabant et admirabantur munerum magnificentiam. et ipse rex et amici eius et servientes. quia dona digniora multis talentis obtulisset: Hyrcanus igitur taliter mortis periculum declinavit. quam ei fratres eius zelo ducti paraverant. Rex igitur precepit hyrcano ut peteret ab eo quod vellet; Ille autem nichil plus petiit ab eo. nisi ut patri eius de eo scripta dirigeret. Rex autem eum honorans. et multa ei munera donans. transmisit scripta de eo patri et fratribus et magistratibus: Audientes igitur fratres eius hyrcanum a rege talia meruisse. et magno cum honore redeunte. noluerunt ei occurrere; et decreverunt eum occidere et patre sciente. Irascebatur et pater suus iosippus propter multas pecunias. quas regi obtulerat. et ideo non curabat salutem eius. Committentes autem cum eo pugnam fratres eius. hyrcanus multos eorum occidit cum duobus fratribus suis. et ceteros in hierosolimam fugavit. Hyrcanus autem ad civitatem veniens. patre precipiente nullus eum suscepit. Et descendens trans iordanem fluvium. vectigal a barbaris exigebat. Per idem tempus regnabat in asia seleucus qui sother nominabatur. et erat filius magni antiochi. Mortuus est eo tempore iosippus pater hyrcani vir bonus et magnanimus. qui populum iudeorum a paupertate et calamitate ad clarissimas rerum causas perduxerat. et xx. duobus annis tributa syrie et fenicis et samarie dispensavit. Defunctus est et avunculus eius onias. et principatum sacerdotii symoni filio relinquens. Mortuo quoque et isto. filius eius onias ei successit. ad quem arius rex lacedemoniorum direxit epistolas quarum huiusmodi erat exemplar. Rex lacedemoniorum arius onie

sacerdoti salutem. Legentes aliquam scripturam inuenimus ex uno genere iudeos & lacedemones extitisse, & familiaritatem cum abraham habuisse. Iustum est ergo ut fratres existentes, & debeatis insinuare ad nos que uobis necessaria putatis. Faciemus autem & nos idem. & uestra propria simul & uestra communia reputamus. Portitor litterarum demoteles epistolam uobis offert quadrangulo scripta habentem signaculum in medio, aquila dracone in unguibus portantem. Epistola ergo a lacedemoniorum rege destinata, textum huiusmodi habebat. Hyrcanus ergo post mortem patris sui iosippi, dum eum fratres sui recipere nollent, sedens trans iordanem debellabat arabas. Edificauit quoque castrum fortissimum ex lapide albo construens eam. & tota usque ad tectum sculpsit animalibus diuersis. & in circuitu eius fecit magnum & altum euripum, id est piscinam. Exterius autem contra positi montis incidit similiter extensione. & speluncas multorum spaciorum in longitudine ibi instruxit. & domos intra fecit ad conuiuia. & ad somnum. & ad conuersationem. fecit aptissimam multitudinem. & cameras currentium aquarum delectatione gratissimas adornauit intra aulas. Ostia autem speluncarum ita fecit. ut non plusquam unus per ea posset intrare. & hoc custodie gratia fecit. ut obsessus a fratribus minimo periculo subtraheretur. Edificauit quoque ibi atria magnitudine excellentia. & paradysis ornauit egregiis. & talem perficiens locum. tyrum eum nominauit. Qui locus est inter arabiam & iudeam positus trans iordanem non longe a sebonitide regione. Prefuit ergo partibus illis hyrcanus per annos vii. eo tempore quo seleucus in syria regnabat. Seleuco autem defuncto, frater eius antiochus qui epiphanes uocabatur regnum obtinuit. Mortuus est & ptholomeus rex egyptiorum qui similiter epiphanes nuncupabatur relinquens duos filios paruulos. quorum senior filometor. alter dicebatur fiscon. Hyrcanus autem uidens antiochum regem syrie magnam uirtutem ubique habentem; & timens ne occasione fratrum suorum ab eo tormentis afficeretur propter mala que contra arabas fecerat. uitam sibi propria manu ademit. Cuius omnem substantiam & habitationem antiochus rex sibi applicauit. Per idem tempus defuncto onia principe sacerdotum. antiochus rex fratri eius iesu tradidit principatum. Nam filius quem onias reliquerat adhuc infans erat. de quo postea narrabimus singula in proprio loco. Antiochus ergo iratus contra ihesum abstulit ei sacerdotium. & dedit illud iuniori fratri eorum nomine onie. Horum enim fratrum tres erant. qui ita ad sacerdotium sicut prediximus peruenerunt. Ihesus ergo qui expulsus erat a sacerdotio. iasonem se nominauit. onias autem qui principatum accepit ab antiocho. menelaum se nominauit. Seditione ergo hi duo fratres de sacerdotio inter se habuerunt. & maior pars populi iasonem adiuuabat. Hoc inuidens menelaus cum suis fautoribus uenit ad antiochum regem; dicens quod uellet patrias relinquere leges. & obseruare conuersationem & ritum grecorum. Rogauerunt & regem ut concederet eis edificare gymnasium in hierosolimis. Cumque eis rex concessisset. circumcisionem sua uelauerunt. ut in nullo essent dissimiles grecis. Relinquentes ergo patriam legem. aliarum gentium ritus sequebantur.

Antiochus ergo rex deliberauit exercitum ducere ad egyptum uel ut illic quoque regnaret. contempnens filios ptholomei quasi debiles & nequaquam tanta negocia regere ualentes. Cogitauit ergo ueniens cum magna uirtute ad pelusium ciuitatem; & dolo ptholomeum filometorem circumueniens egyptum occupare. Capiens ergo ciuitatem memphis. duxit exercitum contra alexandriam ut obsidendo caperet ptholomeum regem egypti filium cleopatre. Romanis autem sibi denunciantibus ut discederet a prouincia. expulsus est non solum ab alexandria sed & a tota egypto. Discedens ergo ab egypto propter romanorum timorem, duxit exercitum ad hierosolimorum ciuitatem; Quo perueniens anno centesimo xliii. post regnum primi seleuci. centesima autem & quinquagesima iii. olimpiade. xx. & v. die mensis casleu. quem greci apelleon nominant, cepit eam sine conflictione cum porta aperientibus ei portas his qui uoluntati eius consentiebant. Ingressus ergo ciuitatem hierosolimorum, multos interemit contraria sapientes & eos qui ei ciuitatem tradiderunt propter templi diuitias interfecit. & tota ornamenta templi abstulit. uasa & lucernas aureas. & aram auream. & mensam. & sacrarium, & uela que de bysso & cocco facta erant. & nichil de thesauris relinquens. ad maximum luctum omnes iudeos perduxit. Nam & cotidianas immolationes quas deo offerebant celebrare prohibuit. Depredans autem totam ciuitatem quosdam interfecit. alios duxit captiuos cum uxoribus & filiis. ita ut numerus captiuorum usque ad x. milia existere uideretur. Incendit & optima loca & deponens muros. arcem edificauit in interiori parte ciuitatis. que alta & eminentior erat a templo. & muniens eam muris altis & turribus; custodiam macedonum intra posuit. qui erant homines impii & moribus maligni. a quibus ciues multa & acerba mala patiebantur. Edificans & in sacrario aram. super eam porcos immolauit. & hostias non legitimas nec congruas iudeis. Cogit & eos relinquere religionem patriam. & ydola uenerari. & edificare in una quaque ciuitate & uico templa deorum. & aras collocare & immolare super eas porcos omni die precepit. & ut nullus circumcideret masculorum. minatus est tormento grauissimo. Constituit & eis prepositos qui cogerent eos impia illa mandata perficere. Multi ergo iudeorum sponte alii uero propter timorem regis precepta sequebantur. Quidam autem nobilium detestabile facinus execrantes. patriis legibus adheserunt. Propter quod diebus singulis penis afflicti. & amara passi tormenta. trucidabantur. Nam & uerbera. & diuersis cruciatibus fatigati. uiuentes cruces patibulo figebantur. Filios uero quos circumciderent laqueis suffocabant. & parentum eos ceruicibus quos crucifixerant alligabant. Et si apud aliquem uolumen sacrum inuentum fuisset; ante lex. crudeli morte occidebant. Samaritae ergo secundum antiquam consuetudinem uidentes iudeos his malis affligi, negauerunt se esse iudeos. & dicebant se de medorum & persarum prosapia ortos. Miserunt & epistolam ad antiochum regem hec continentem. Regi & deo antiocho epiphani relatio a samaritis. Nostri maiores propter crebras prouincie pestilentias secuti quandam priscam superstitionem que apud iudeos dicitur dies sabbatorum, edificauerunt sine nomine in garizin monte templum. & offerebant in eo deuotas immolationes. Iudei autem uiri & arbitrati uenerunt ad nos putantes nos esse iudeos. & cogere nos uolebant ad ritum uestrum. quem libenti animo colimus. cum simus de genere persarum & medorum. Petimus ergo beneficium uestrum. ut denuncietis apollonio & nicanori iudicibus uestris ne nos debeant molestare quasi iudeos. cum simus ab eis moribus & genere diuisi. Templum uero quod edificatum est in monte garizin. quod adhuc nulli deo constat dicatum. petimus dedicari appellatione grecii iouis. Hoc autem facto. uacabimus ubique iudeos. operibusque sedulo uacantes; soluemus tibi quantitatem tributorum. Hec petentibus samaritis. scripsit rex antiochus apollonio & nicanori ita. Samaritae porrexerunt mihi publicam relationem quod cogerentur eos secundum iussum nostrum iudaismum deserere; cum in nullo iudeis participarent. sed magis grecorum ritu uiuerent. Absoluimus ergo eos a pena iudeorum. & templum eorum quemadmodum petierunt grecii iouis appellatione dedicari.

Eo tempore erat uir habitans in modin uico iudee nomine matathias filius iohannis. filii symonis. filii asamonii. de uice ioiarib hierosolimitis. Erant autem ei filii quinque; iohannes qui uocatur gaddis. & symon qui dicitur est thasi. & iudas qui uocatur machabeus. & eleazarus qui dicitur est aphus. & ionathas qui uocatur abaron. Is ergo matathias & filii eius plangebant statum rerum. & ciuitatis rapinam. & templi nuditatem. & plebis calamitatem; & dicebat melius illi esse pro patriis mori legibus; quam ita sine gloria uiuere. Uenientibus autem a rege directis ad uillam modin. ut cogerent iudeos facere que precepta uidebantur a rege. & iubentibus illic constitutis ydolis immolare secundum regis iussionem; & primum matathiam compellentibus sacrificare. ille renuntiabat dicens. Licet & alii omnes iussionibus antiochi pro timore obtemperent, mihi tamen & meis filiis tale scelus nullatenus imponitur. Tunc accessit quidam ex iudeis & immolauit in medio sicut precepit antiochus. Iratus autem matathias irruit super eum cum filiis. & eius sanguinem super aram effudit; & nuncium regis apellem cum aliis interemit. & aram deponens clamauit. Si quis emulator est patrias leges. & religionem dei sequatur me. Et hec dicens cum filiis ad solitudinem exiuit. relinquens possessionem suam. & multi eum secuti sunt cum uxoribus & filiis. Audientes hec iudices regis. conuocantes regia auxilia que intra arcem hierosolimorum erant. persecuti sunt eos. & primum uerbis eos conabantur flectere ut penitentiam agerent. & eligerent potius bona quam mala. Cumque non audirentur ab eis, confluxerunt cum eis die sabbatorum. & sic in speluncis ibi eos atroci incendio concremauerunt. dum repugnare in sabbato noluissent. nec in aliis suis honore sabbati transgredi uiderentur. Nam uacare in eo nobis legitimum est. Mortui ergo sunt cum uxoribus & filiis in speluncis. globis fumiferis suffocati. numero mille. Qui autem euaserunt. iudicem sibi matathiam ordinauerunt. Qui precepit eos sabbatis pugnare; quia si hoc non facerent sibimet ipsis existerent hostes. pugnantibus contra eos inimicis. Hoc dicens matathias persuasit eis ut die sabbatorum contra inimicos pugnarent. & hactenus permanet nobis consuetudo pugnandi & in sabbato. si ipsa die contra nos bella surgant. Colligens ergo matathias armatam multitudinem. aras deposuit ydolorum. & inimicos quotquot manu capere potuit interemit. Nam multi ei timore dispersi sunt ad gentes uicinas. & pueros incircumcisos iussit circumcidi. expellens eos qui hoc prohibebant. Descendens autem populum uno animo dum morbo grauissimo periret. conuocauit filios suos. & circumstantibus dixit. Ego o filii decretam proficiscor uiam. commendo autem uobis patrias leges ostentans ne earum transgressores. sed potius custodes esse debeatis. Parentum memores uoluntatis, ritus patrios custodite; & prelicitam antiquam consuetudinem restaurate; non seducti ab his qui ea sponte aut timore relinquunt. sed meo instituto omnem uiolentiam & necessitatem tolerando superate; ita uos preparantes ut si oporteat pro legibus grata morte moriamini. scientes hoc quia deus tales non despiciet. sed uirtutem uestram inspiciens reddet uobis libertatem ut quandoque cum securitate uestris moribus perfruamini. Nam corpora uestra sunt mortalia. monimenta autem factorum immortalitatis ordinem habent. Que considerantes inuicem uos adiuuate; substantiis & uirtutibus; Symonem ergo fratrem uestrum sapientia uos antecedentem. patrem uobis deputate. & quecumque ille iusserit custodite; iudam autem ducem militie habebitis propter uirtutem & fortitudinem. & gentem suam defendens hostes uiriliter expugnet; Suscipite ergo uiros iustos & religiosos. & ueritatem eorum fouete. Matathias ergo ita filiis locutus. & deum orans adiutorem eis fieri. ut sue leges confortarentur. fideli corde supplicans. uiuendi fine communi sorte suscepit. & sepelitur in modin luctu magno filiorum & iudeorum. Successit ergo gubernationi rerum filius eius iudas machabeus adiuuantibus eum pro animo fratribus ceterisque religiosis. & inimicos a prouincia expulit. & transgressores legum iudeos occidit. purificans ab omni macula suam terram & gentem.

Hec cum audisset apollonius dux samarie. colligens exercitum egressus est contra iudam. Ille autem occurrit ei. & committens cum eo pugnam uicit. & multos eorum interfecit. & ducem apollonium armis exuens interemit. & multam predam ab exercitu hostium auferens abscessit. Seron autem dux inferioris syrie audiens quod multi confluerent ad iudam. & magnam iam uirtutem circumspiceret ad bellum accederet. statuit contra eum dimicare. Et colligens milites sub se constitutos. & transgressores iudeos. contra iudam perduxit exercitum. Perueniens autem bethoron. ibi exercitum locauit. Iudas autem occurrens ei. & confligere disponens. cum uidisset suos propter paucitatem & ieiunium desides. hortabatur dicens. Non in multitudine inimicos expugnandos esse credatis. sed pietate. & in hoc euidentissimum habemus exemplum. maiores nostros. qui propter iusticiam & dei leges certantes. multa milia sepius deuicerunt. Nam quelibet nullum lesisse maxima uirtus existit. Hec dicens suasit eis contempnere multitudinem. & confligens cum eis duce eorum interfecto. cunctos ad fugam uertit. & secutus eos usque in campum. occidit viii. milia. reliqui autem fugati. ad maritima loca discesserunt. Quod audiens rex antiochus. maximo furore commotus. congregauit omnem uirtutem & multos ab insulis mercede conductos parabat circa ueris initium dimicare contra iudeam. Stipendia uero militibus distribuens. uidit thesauros deficere. non enim ei omnia uectigalia reddebantur propter seditiones gentium. Nam cum esset magnanimus. ei minime sufficiebant que dudum collegerat. & deliberauit primum ad persidam ire; & tributa prouincie congregare. Reliquit autem pro regni gubernatione quendam lysiam apud se maximam gloriam possidentem; ut regeret

a flumine eufrate usque ad fines egypti, omnes provincias inferioris asye. Et tradens ei partem exercitus et elefantos precepit filium suum antiochum diligenter nutrire, et vastare iudeam, et habitantes in ea adducere captivos, et evertere hierosolimam, et genus eorum omnino delere. Hec antiochus precipiens lysie abiit ad persidem anno c. et xl. vii. et transiens eufraten ascendit ad superiores provincias persidis.

Lysias ergo eligens ptholomeum dorimeni et nicanorem et gorgiam viros potentes amicos regis, et tradens eis peditum xl. milia, et equitum vii. milia, transmisit contra iudeos. Qui venientes usque ad emaus civitatem in campo exercitum locaverunt. Supervenerunt vero eis auxilia de syria et alienigenis locis et multi transfuge iudei. Et negociatores quidam sperantes se emere iudeorum captivos, deportantes aurum et argentum pro eorum emptione. Exercitum ergo et multitudinem adversariorum iudas intendens, suadebat suos confidere hortabaturque spem victorie in domino habere. Et saccis induti supplicarent deo. quatenus preberet eis contra inimicos auxilium. Quo facto, disponens eos per millenarios dimisit illos qui paulo ante uxores duxerant, et eos qui possessiones emerant. Residuos vero ut pugnarent, talibus hortabatur verbis. Tempus quidem nobis inquit non aliud necessarium est quam hoc, ut fortiter pericula sustineatis. Nunc enim viriliter certando non solum patrie libertatem, sed et pro diligentia colendi deum plus desiderabile esse confido. Tamquam ergo in hoc certamine felicem et beatam renovetis vitam, agite ne forte per negligentiam vitam iudaice gentis semen intereat. Ita et pugnate. mortem pro maximo lucro portantes. ut si viceritis. cum libertate et patriis legibus eternam gloriam congregatis. Paratie ergo vos crastina die audacibus animis bellare pro patria lege. Iudas ergo suos hortabatur. Hostes vero transmisere gorgiam cum quingentis peditibus et mille equitibus quatenus per noctem irruerent super iudam. Et ad hoc primos ei detulerunt aliqui de fugacibus iudeorum. Sentiens hoc iudas, cogitavit et ipse ut latenter castra hostium invaderet. Cumque cenasset iudas cum suis, focos plurimos derelinquens in castris, et tota die proficiscens ad adversariorum castra, venit ad locum emmaum. Gorgias autem veniens ad castra iudeorum, nec eos inveniens arbitratus eos in montes discessisse; decrevit querere ubi essent. Lucescente ergo die apparuit iudas hostibus in emaus cum tribus milibus plus minus armatis propter paupertatem. Respiciens autem adversarios optime septos, et studio militari dispositos, invitavit socios suos dicens. Etiam nudis corporibus pugnare debemus. et dominum invocare; qui sepe nos inermes contra plures armatos victoriam concessit acquirere. Sermone ergo hoc finito, iussit tubicines clangore significare militibus suis. quatenus subito hostes invaderent. Quorum multos sibi resistentes occidit, reliquos persecutus est usque gazara, et campos ydumee et azoti et iamnie, et prostravit ex eis tria milia virorum. Iudas autem iussit suis contempnere predam hostium, dum adhuc certamen eis superest cum gorgia quibus expugnatis, haberent predam cum licentia. Adhuc eo loquente, respicientes hii qui erant cum gorgia exercitum quem in castris reliquerant esse devictum, et castra incensa. nam fumus eis a longe que acciderant indicabat. Et socios iude ad pugnam contra se paratos. repente ad fugam conversi sunt. Iudas ergo sine pugna victis gorgie militibus; reversus cum hostium spolia. multum aurum et argentum, et purpuram, et iacinctum auferens ad propria remeavit cum leticia. laudans deum pro concessa victoria quam obtinuerant. Lysias autem confusus de perditione exercitus quem amiserat, statim congregans alia xl. milia peditum. et v. milia equitum, venit primus ad iudeam, et ascendens super montana bethsuro, ibi castrametatus est. Occurrit autem ei iudas cum x. milibus. et videns multitudinem hostium, deum sibi adiutorem fieri postulavit. Confligens autem cum precursoribus adversariorum. prostravit ex eis v. milia. et reliquos in fugam vertit. Lysias ergo videns audaciam iudeorum. et quia parati sunt mori nisi eis vivere cum libertate liceret, rediens antiochiam congregabat presidia peregrinorum. ut cum maiori apparatu contra iudeos veniret. Iudas autem interim suadebat suis. ut post donatas divina dispensatione victorias. ascenderent ad hierosolimam. et templum ab ydolis expiarent et legitimas hostias immolarent. Qui cum tota multitudine ad hierosolimam pervenissent; templum desertum invenient, et incensas portas. et silvas in templo pro longa solitudine pullulasse; lugere cepit cum sociis pro templi invasione. Eligens autem quosdam milites. precepit eis expugnare eos qui arcem custodiebant. dum ipse templum a ruinis et feditate purgaret. Quod diligenter emundans. introduxit nova vasa, candelabrum et mensam. et aram ex auro factam, et recomposuit velamina ingressuum. et ianuas ipsas restruxit. Deponens quoque altare de lapidibus novis aliud edificavit v. et xx. die mensis casleu. quem macedones appelleon vocant. Accenderunt et lumina super candelabrum et adoleverunt holocausta in novo altari. Hec autem facta sunt post tres annos eodem die quo mutata est eorum religio ad profana ydolorum consuetudine. Renovatum est ergo templum eodem die v. et xx. die mensis appellei. viii. et xl. et c. anno olimpiade vero c. et l. iiii. anno. Hanc ergo desolationem contigisse fieri secundum danielis prophetiam. quod a macedonibus destrueretur hoc templum. et ex illo tempore quo hoc daniel predixit usque tunc fuerunt anni quadringenti viii. Celebravit autem iudas cum civibus suis pro renovatione templi sacrificia per dies viii. nullum genus deliciarum relinquens. sed preciosissimis dapibus eos pascens. et deum laudibus et psalmis glorificabant; et sese mutuo cantibus delectabant. Pro renovatione autem templi legem posuerunt, ut posteri eorum per dies viii. hanc renovationem templi celebrarent. Unde et ab illo tempore hactenus hanc festivitatem celebrant vocantes eam lumina. eo quod preter spem hoc nobis splendidum lumen colende religionis apparuit. Murum autem in circuitu civitatis construxit, et adversus incursiones hostium turres edificavit altissimas, custodes in eis deputans. Bethsuram et civitatem munivit, quatenus pro castello ea adversus necessitates hostium uteretur. His ita factis. gentes finitime nimis hoc indigne ferebant. Que sepe per incursiones et insidias. multos iudeorum opprimebant. Iudas autem frequenter adversus eos bellans. ab incursionibus et malis que iudeis inferebant. eos arcere temptabat. Super ydumeos quoque irruens. civitates eorum incendit. virosque prostravit. Deinde contra ammanitas processit exercitum magnum habentes. quorum dux erat tymotheus. Subiciens autem eos azotum civitatem eorum cepit. et uxores eorum. et filios duxit captivos. et civitatem incendens. reversus est ad iudeam. Audientes autem vicine gentes iudam reversum. congregant se contra iudeos qui sunt in finibus suis. Qui fugientes ad theman castellum. miserunt ad iudam mandantes ei. quod tymotheus festinaret capere locum in quo confugerant. Cumque legerent epistolam a galilea nuncii quoque supervenerunt indicantes eos et congregari qui in ptholomaide. et tyro et sydone erant adversus eos. Ergo ex utraque parte hostibus nunciatis. cogitans iudas quid deberet fieri. symonem fratrem suum precepit tria milia electos accipere. et in solacium galileorum exire. Ipse vero cum ionatha et viii. milibus equitum exiens in galaaditidem, reliquit in iudea super ceteros iosephum filium zacharie. et azariam. precipiens eis servare diligenter iudeam. et cum nullo hostium bellum committere donec ipse reverteretur in iudeam.

Symon ergo perveniens ad galileam. et confligens cum inimicis ad fugam eos convertit. et usque ad portas ptholomaidis eos persequens occidit tria milia virorum. et tollens spolia peremptorum. et captivos iudeos. et parvula eorum reducens. ad propria remeavit. Iuda vero et ionatha fratre eius transeuntibus iordanem et via trium dierum ambulantibus occurrerunt eis nabuthei. et narraverunt eis quomodo symon triumphasset de alienigenis. et quod adhuc ex eis multi tribularentur per castella et civitates galaaditidis. et petierunt iudam ut iret contra alienigenas, et a periculis iudeos liberaret. Flexus ergo iudas revertitur ad solitudinem et irruens primum super habitantes bethsuram cepit eam, et omnem masculum etate validum trucidavit. et civitatem incendit. Facta autem nocte inde sic abstinuit. sed profectus in castellum quo tymotheus iudeos obsidebat. mane illuc pervenit. Et inveniens adversarios iam ad muros ascendentes. et quosdam scalas ut ascenderent apponentes. et alios alia machinantes. iussit tubicines signum dare. adhortatusque milites pro fratribus suis pro animo laborare in tres partes dividens exercitum. hostes a tergo invasit. Hii autem qui erant cum tymotheo. scientes quod iudas esset. expertam prius per bella virtutem eius. ad fugam conversi sunt. Secutus autem eos iudas. interfecit ex eis viii. milia. Veniens ad modolla civitatem cepit eam. et omnes masculos interfecit. civitatem vero incendit. Exiens inde bosor et multas alias civitates galaaditidis evertit. Interea vero tempore tymotheus maximum preparans exercitum. aliaque presidia colligens. et arabas mercede conducens. venit ad torrentem raphon civitatem. exhortabaturque milites dicens. Si pugnam cum iudeis conserveritis. pro animo certate. et torrentem ne transeatis. Nam si transieritis. perditionem vobis imminere cognoscite. Iudas autem audiens preparatum ad pugnam. cum universis militibus suis pergebat contra eum. Et transiens torrentem irruit super inimicos. et quosdam eorum occurrentes occidit. alios autem timore incutiens. arma sua proicere coegit. Quorum quidam ad locum qui dicitur carnaim fugientes. speraverunt salutem. Iudas autem ipsum locum capiens eos interfecit. et locum incendit. varia usus specie ad hostium necem.

Post hec colligens eos qui in galaaditide erant cum uxoribus et filiis et omni supellectili. decrevit ad iudeam reverti. Cumque venisset ad civitatem effron in via posita. dum aliud iter pergere potuisset. et nec recta vellet. misit ad cives effron rogans eos quatenus licentiam darent ei per suam civitatem transire. Illi autem portas lapidibus obstruentes. exitus itineris occupaverunt. Iudas autem adhortatus suos. circumdedit obsidione civitatem. Quam una die vel nocte expugnans. cepit. et omnem masculum in ea occidit. et incendit eam. Quo facto. viam sibi fecit per mediam civitatem. Tanta enim erat multitudo peremptorum. ut super mortuos ambularent. Transeuntes autem iordanem. venerunt ad magnum campum in quo iacet civitas bethsan. que grece dicitur scytopolis. et inde ad iudeam processerunt laudantes et cantantes. et solitos pro victoriis ludos agentes. immola-
155. verunt sacrificia. gratias agentes pro salute exercitus. Nam nullus iudeorum in his preliis est defunctus. Iosephus vero zacharie filius et azarias quos iudas reliquerat ad custodiendam iudeam. volentes sibi gloriam acquirere; omnem exercitum sub se constitutum colligentes ad iamniam venerunt. et cum gorgia prelio facto. duo milia suorum militum amittentes ad iudeam refugerunt. Evenit ergo eis calamitas hec quod non obedierunt precepto iude dicentis ut contra neminem pugnam committerent ante sui adventum. Nam super bellicos tractatus in prophetia id est iudas mirandus erat; quod iosepho et azarie peccatum futurum predixerat. si non egrederentur eius precepta. confusioni subiacerent. Iudas ergo et fratres eius pugnare non cessabant contra ydumeos. qui undique eis imminebant. et chebron civitatem capientes munimina eius deposuerunt. et turres incenderunt. et depredabantur omnem terram alienigenarum. Ad maresan autem civitatem et azotum venientes, everterunt eas. et multa spolia exinde ducentes ad iudeam reversi sunt.

Eo tempore rex antiochus superiorem provinciam percurrens audivit de una civitate persarum quod divitiis excelleret. et in ea preciosissimum templum diane omni specie ornamentorum plenum, insuper et arma et loricas. quas reliquerat magnus alexander. Veniens ergo ad hanc civitatem que helymaida vocabatur obsidebat eam. Hii vero qui intus erant minime territi impetu eius neque obsessione. sed pertinaciter repugnantibus pene deceptus discessit. Nam exeuntes de civitate fugaverunt eum. et persecuti sunt eum usque ad babiloniam. multosque de eius exercitu prostrantes. Quidam autem veniens nunciavit ei perditionem quos pugnare contra iudeos iusserat. et transisse fortitudine iudeorum. Itaque ad priorem eius curam hoc malo crescente. in carnis egritudinem. Qua diu se tenente. crescentibus passionibus intellexit quod moreretur. Convocans autem amicos morbum suum atrocem eis indicavit. et fessus hec se ideo pati quod iudeos affligens templum expoliasset. et deum contempsisset. Quo dicto. ibidem exspiravit. Unde miror polybium hysto-

riographum, quod vir bonus existens dicit ideo periisse Antiochum, quia voluit Dianae templum in Persida devastare. Nam qui nullatenus egit peccatum, sed tantum cogitavit, nullo reatu tenetur. Sed a Polybio videtur ideo Antiochum interfectum fuisse; multo plus veri simile creditur propter templi Hierosolimitani vastationem sacrilegum regem periisse, et ideo resisto Polybio cum nostra opinio vera credatur. Antiochus autem priusquam moreretur, convocans Philippum unum ex sociis suis, tutorem eum regni constituit, et dans ei diadema et stolam et anulum, filio suo Antiocho iussit deportare, et praecepit ut videret eius educationem, et custodiret ei imperium. Defunctus est ergo Antiochus nono et xl. et c. anno. Lysias autem mortem eius multitudini annuntians, filium eius Antiochum quem nutriebat constituit regem, vocans eum Eupatorem.

Eo tempore hi qui erant in arce Hierosolimorum et transfugae Iudaeorum multa Iudaeis mala faciebant. Eos enim qui ascendebant in templum immolare repente invadentes hostiliter opprimebant. Nam arx culmen templi altitudine superabat. His ergo accidentibus Iudas deliberavit devastare arcem. Et colligens omnem populum, arcem instanter obsidebat, et machinamenta construens, et aggeres accumulans capere arcem laborabat. Multi ergo ex transfugis egressi, et alios impios congregantes ad Antiochum venerunt, petentes non se debere despici, dum a contribulibus suis atrocia paterentur, quae ideo sustinerent quoniam religione sua relicta patri eius impio obedissent; et ne pericula sustinerent per Iudam et viros eius, necnon et custodes a rege deputati, nisi aliquod ab eo solacium mitteretur. Haec audiens adolescens Antiochus valde iratus, duces et amicos convocans, praecepit colligi exercitum et peregrina solacia, congregatusque est exercitus peditum quidem c. milia, equitum vero xx. milia, et elefanti xxx. duo. Et producens exercitum egressus est ab Antiochia, cum Lysia habente gubernationem totius exercitus, et perveniens ad Ydumeam, exinde Bethsuram ascendit civitatem nimis fortem et munitam, quam circumdans obsidebat instanter. Resistentibus autem Bethsuritis et machinationes paratas incendentibus, multi temporis in obsidione consumptum est. Iudas ergo audiens adventum regis, destitit ab obsidione arcis. Occurrens autem regi castrametatus est in angusto quodam loco qui Bethsacarith dicitur, qui distabat ab hostibus x. milium stadia. Rex autem egressus a Bethsura per angustias duxit exercitum ad castra Machabaei, factoque diluculo milites ordinavit in acie, et elefantos sequi seipsos invicem fecit propter locorum angustias non valentes in latitudine collocari, et circa unumquemque elefantum properabant pedites mille et equites quingenti. Gestabant autem elefanti turres excelsas et arcarios in eis. Reliquam autem fecit virtute exercitus montis latere ascendere, amicos exercitui praeponens, et iubens clangores fieri, accessit ad hostes, et aureos et nudantes clipeos et aereos, ut nimium fulgorem suae claritatis emitterent, et montes eis frementibus resultabant. Haec Iudas inspiciens territus non est, sed fortiter excipiens inimicos, exercitus praecursoribus sexcentos viros occidit. Eleazar autem frater Iudae, quem Auranem vocabant, videns superiorem elefantorum ornatum loriciis regalibus, et putans in eo sedere regem, accessit ad eum summa virtute, et multos circa elefantum perimens, alios dispersit et fugere compulit. Ingrediensque autem sub ventrem elefanti, vulneravit eum gladio. Elefans autem mortali plaga percussus inventre moriens cecidit, et Eleazarum non valentem effugere suis compressum ponderibus interemit. Et ita magnanimiter multos inimicorum prosternens vita privatus est. Iudas autem hostium fortitudinem contemplatus discessit ad Hierosolimam, et obsidionis necessaria praeparabat. Antiochus autem partem exercitus in Bethsura misit, ut eam vastaret; ipse autem cum reliqua multitudine ad Hierosolimam profectus est. Bethsuritae ergo territi fortitudine adversariorum, et videntes sua necessaria defecisse, seipsos data fide tradiderunt. Antiochus autem capiens civitatem, omnes cives nudatos abiecit, et suos ibi custodes reliquit.

Multo vero tempore Hierosolimam obsidebat, perdurantibus in eo repugnantibus civibus. Nam singula contra eos rex fecerat machinamenta, et illi e contrario sua defensione per instrumenta bellica resistebant. Quibus et alimenta defecerunt, fructibus prioribus omnibus consumptis, et terra illo anno non erat culta, quia septimus annus instabat, in quo secundum legalia instituta relinquebant vacuam terram. Multi ergo obsessorum fugerunt propter inopiae necessitatem, ita ut paucissimi remanerent in templo, quibus haec provenerunt. Antiocho regi et Lysiae nuntiatum est quod Philippus a Perside veniens commendatum sibi diceret regnum, et ideo rem publicam vellet usurpare. Antiochus ergo praetermittens obsidionem adversus Philippum decrevit, et hoc ceteris ducibus manifestare noluit. Iussitque rex Lysiae ducibus dicere, diuturna obsessione nihil eis posse proficere, quando locum adversariorum constaret esse munitum, et victualia consumerentur, et ideo expediret pacem cum Iudaeis facere, eosque relinquere propriis caerimoniis uti, dum ab his prohibiti existere videntur nobis hostes. Haec verba simulando iussit rex dici ad populum, et de Philippi tyrannide tacendum esse decrevit, ne exercitus dubia corda perciperet. Haec Lysia dicente exercitui et ducibus sententia placuit. Tunc mittens rex ad Iudam pacem promisit obsessis, et patriis legibus eos vivere pollicetur. Illi vero suscipientes verba et confirmatis sacramentis et fide exierunt de templo. Intrans autem Antiochus et aspiciens munitum locum, impudenter sacramenta transgressus est, iussitque exercitum muros deponere usque in solum. Capiens et omnia, principem sacerdotum qui se Menelaum nominaverat, reversus est Antiochiam. Lysias autem persuasit regi Menelaum occidere, si vellet Iudaeos esse pacatos, dicens hunc esse initium omnium malorum, qui flexit patrem suum cogere Iudaeos religionem patriam relinquere. Mittensque rex Menelaum ad Veriam Syriae civitatem interfecit eum post x. annos principatus sacerdotii eius, virum quidem iniquum qui multis Iudaeos afflixerat, et successit ei in principatum Alchimus qui et Ioachim dictus est. Rex autem Antiochus inveniens Philippum iam rebus imperantem debellabat eum, quem sub sua redigens potestate occidit. Onias autem filius Oniae principis sacerdotum de quo praediximus, adhuc puerulus defuncto patre relictus, videns quod avunculum suum Menelaum rex interfecisset, et principatum sacerdotii Alchimo dedisset non existenti de genere sacerdotali, fugit ad Ptolomeum regem Aegypti, cognomine Filometorem. Volens autem idem Onias memoriam et gloriam aeternam sui relinquere, quaerit templum aedificare in Aegypto simile Hierosolimorum, Levitasque et sacerdotes de genere suo ordinare, confidens in propheta Ysaie, qui ante sexcentos annos praedixerat quod oporteret in Aegypto templum aedificari maximo deo a viro Iudaeo. De hac prophetia confisus Onias destinavit talem epistolam Ptolomeo regi et Cleopatrae reginae: Cum multa et maxima bella in mea regione Iudaea pullularent, cum dei auxilio perveniens ad Humilem Syriam et Feniciem et in Heliopolim civitatem Leonum, non inveni in omni vestro dominatu templum simile Hierosolimorum, cum multa sint templa in Aegypto propter variarum religionum multitudinem. Inveni autem opportunum locum in Aegypto qui dicitur Agrestis Bubaste, castrum plenum varia materia et sacris animalibus. Quem locum peto mihi concedendum segregari cum vestro dominio, quatenus possim purgare templum sibi dirutum, et aedificare aliud maximo deo mensura eadem et simile Hierosolimorum, pro te vita atque coniuge et filiis, quatenus Iudaei Aegyptum habitantes locum habeant in quo convenientes secundum legem suis voluntatibus ministrarent. Nam et Ysaias propheta praedixit esse in Aegypto altare domino sacrificandum, et multa alia de ipso prophetavit. Haec talia scripta Onias regi Ptolomeo direxit. Consideret autem quilibet pietatem regis Ptolomei et Cleopatrae matris eius ex epistola quam Oniae rescripserunt. Nam peccatum et legis transgressionem super caput Oniae posuerunt, scribentes ita: Rex Ptolomeus et regina Cleopatra Oniae salutem. Legimus tuam petitionem in qua suggeris permitti tibi in Leonum civitate templum Heliopolitanum dirutum purgare quod appellatur Agrestis Bubaste. Quapropter miramur si deo gratum sit templum quod aedificatur in luxurioso loco plenoque sacris animalibus. Sed quoniam dicis prophetam Ysaiam dudum hoc prophetasse, concedimus hoc si est secundum legem, ut nihil nos in deum peccasse videamur. Accipiens ergo Onias licentiam aedificavit templum et aram deo similem Hierosolimorum, minus tamen et pauperius. Mensuram vero huius templi et vasa eius minime in visum est describere. Invenit enim Onias quosdam sibi similes Iudaeos sacerdotes et Levitas ibi religionem colentes. De hoc ergo templo satis narravimus.

In Alexandria vero Samaritae qui templum in monte Garizim constructum venerabantur seditionem commoverunt contra Iudaeos coram Ptolomeo rege Aegypti, quod eorum templum sanctius esset templo Hierosolimorum. Iudaei autem e contra templum Hierosolimorum antiquius et sanctius esse asserebant. Rogabant autem regem Iudaei ut amicos convocans ante se altercationem de his fieri permitteret, et qui vincerentur morte multaret. Rex ergo multos amicorum convocans in concilium, sedit paratus audire. Pro Samaritis ergo certabant Sabbeus et Theodosius, pro Iudaeis autem et Hierosolimitis certabat Andronicus Mesalami. Iudaei ergo timebant ne vincerentur in concilio, et eorum templum antiquissimum adnichilaretur. Cumque in concilio convenissent, Sabbeus et Theodosius concesserunt ut Andronicus in primis disputaret. Andronicus ergo coepit approbatione sua incipere et differere ex lege et de praecessoribus principum sacerdotum, quis ex quo genere sacerdotium et de patre suscepisset, et quomodo omnes reges Asiae templum Hierosolimorum variis oblationibus et clarissimis donis honoraverint; de templo vero Garizim nullus sermonem aliquando fecit, nec regum nec prophetarum, nec ulla scriptura de hoc templo habet aliquid scriptum. Haec dicente Andronico, rex et omnes eius laudaverunt sententiam. Sabbeus ergo et Theodosius non valentes non valentes ullam approbationem opponere Andronico de suo templo, secundum condictum interfecti sunt. Haec ergo contigerunt Iudaeis in Alexandria sub Ptolomeo Filometore rege Aegypti. Repetam autem unde digressus sum.

Eadem tempore fugiens Demetrius Seleuci filius ab urbe Roma et perveniens ad Tyrum imposuit sibi diadema, et colligens quosdam mercede conductos satellites, ingressus est in aulam, et omnes libenter eum susceperunt. Exercitus autem comprehendens Antiochum regem et Lysiam viventes adduxit eos. Qui statim iubente Demetrio interfecti sunt, cum regnasset Antiochus duobus annis. Congregati sunt autem ad Demetrium multi Iudaeorum maligni et transfugae, cum quibus et Alchimus princeps sacerdotum, et accusabant universam gentem et Iudam et fratres eius, dicentes quod omnes amicos regis interfecissent, et fautores regis a propria terra expellerent, et rogabant aliquem mitti ex amicis eius qui facinoribus Iudae resisteret. Rex autem Demetrius commotus est, misit Baccidem amicum suum, cui omnis Mesopotamia credita erat, dans ei exercitum, et principem sacerdotum Alchimum commendans, praecepit perimere Iudam et eos qui cum illo erant. Egressus ergo Baccides ab Antiochia pervenit Hierosolimam, direxitque nuntios ad Iudam et fratres eius de amicitia loquens, dolo volens eos capere. Iudas vero minime credidit, videns eum cum exercitu venisse. Quidam autem ex populo existimantes se nihil saevum pati ab Alchimo consanguineo eorum existente, transientes ad eos sacramentum ab utrisque acceperunt quod nihil mali paterentur. Baccides autem transgressus sacramentum, lx. ex eis interfecit, et ex hoc facto alios qui ad eum transire cogitabant removere fecit, quod prioribus fidem non custodivit. Descendens autem ab Hierosolimis Baccides, cum venisset ad villam quae dicitur Bethzeco, multos transfugas capiens quosdam omnes interfecit, et provincialibus denuntiavit ut Alchimo obedirent. Cum et aliquam partem militum relinquens ad provinciam custodiendam, ad regem Demetrium Antiochiam reversus est. Alchimus ergo principatum suum volens defendere et confirmare, conducebat sibi multitudinem magistratuum quos seducebat verbis, et ad libitum unicuique loquens, nimis velociter validam turbam congregavit. Cum his ergo circuiens provinciam, quoscumque Iudaeos inveniebat sibi non consentientes occidebat. Videns autem Iudas Alchimum crescere et multos interficere viros bonos et venerabiles, ipse quoque circuiens provinciam occidebat partium eius fautores. Quod cum vidisset Alchimus et sentiret se minime contra Iudam valere, ad auxilia Demetrii regis confugit in Antiochia civitate, et accusabat Iudam quod multa mala ab eo esset perpessus, et maiora adhuc toleraret nisi cito mitti

caret. Demetri autem rex putans suis rebus esse noxium si ne
gligeret tanta facinora iude, nicanorem fidelissimum amicum
qui secum a roma fugiat cum exercitu destinauit precipiens et
nullatenus parcere genti iudeorum. Nicanor uero perueniens hie
rosolimam, pugnare cum iuda noluit. sed dolo eum capere uoles
misit ei uerba pacifica dicens se nulla uoluntate pugnandi ue
nisse. sed sacramento iurare quod nichil mali a se pateretur. Hec
dicente nicanore, iudas et fratres eius flexi. nullaque fraudem
suspicati. data fide suscipiunt nicanorem cum exercitu. Qui
salutans iudam, dum adinuicem sermocinarentur, dedit nicanor
suis militibus signum ut iudam comprehenderent. Quarum insi
dias intellexisset, statim exiluit. et ad suos confugit.
Patefactis autem insidiis. nicanor contra iudam bellare decreuit.
et statim cum eo conflixit iuxta cafarsamala. Nicanor autem
uictus. fugit in arcem hierosolimorum. Cui descendenti ab arce
in templum, occurrentes aliqui sacerdotum salutabant eum. et
ostendebant immolationes quas pro rege se offerre dicebant.
Ille autem comminatus est se templum deponere, nisi sibi traderent
iudam. Et hec comminatus discessit ab hierosolimis. Sacerdotes
autem propter minas dicentis, in lacrimas proruperunt. et deo suppli
cabant. ut eos ab inimicis liberaret periculis. Cumque nica
nor ab hierosolimis egressus fuisset, et in uicum qui bethoron
dicitur peruenisset: ibi castra constituit. Ubi et alia presidia
de syria sibi destinata suscepit. Iudas autem in adasis alio uico
xxx stadiis distante a bethoron castra metatus est. mille cum
socios habens. Quos hortatur ne pertimescerent multitudi
nem aduersariorum. sed qui sint et de quibus pro iniuis pericula pate
rentur cogitantes unanimiter hostes inuaderent. Procedit
ergo iudas inpugnaturus. et committens fortissimum prelium cum nica
nore, aduersarios ualde contriuit. Nicanor autem dum atro
citer decertaret. occisus est. Quo cadente, exercitus perdens ducem
terga uertit ad fugam. Quos persequens iudas interficiebat. et sono
tubarum in circuitu positis significabat quod hostes prelio supera
ti discederent. Quod audientes armati exiebant. et fugien
tibus occurrentes occidebant eos. Ex quo prelio nullus aduersari
orum euasit. dum essent eorum nouem milia. Que uictoria contigit
xiii. die mensis qui dicitur apud iudeos adar. apud macedones distris.
Hec iudei celebrant semel in anno, diem festum colentes.
Ex illo autem bello breui temporis spacio gens iudeorum ab illis
calamitatibus requieuit. et postea ad certamina et pericula rursus
rediere. Alchimum autem qui et iochim principe sacerdotum
uolente deponere murum sanctuarii ueterem, et constructum
ab antiquis prophetis. plaga quedam diuinitus repentina percussit. ex qua
mutus in terra cecidit. et per multos dies torte detestabiliter
exspirauit. cum principatum sacerdotii tenuisset annis iiii.
Quo defuncto. populus principatum iude contradidit. 7
Audiens autem iudas romanorum uirtutem quod expugnassent gallias.
et hybiriam. et cartaginem lybie necnon et greciam, et reges
subegissent. perseum et philippum. et magnum antiochum. de
liberauit cum eis amicicias copulare. mittens romam amicos
suos. eupolenum filium iohannis. et iasone eleazari, rogabat
romanos auxiliatores sibi fieri. et amicos esse, et ut demetrio
regi scriberent. quatenus cum iudeis non confligeret. Cumque uenis
sent romam legati iude, senatus eos libenter suscepit. et ea que
petierant celeriter annuit. Senatus autem consultum faciens exem
plum quidem ad iudeam transmisit. et aliud in tabulis ereis scri
ptum in capitolio collocauit. Erat autem huiusmodi senatus consul
tum. De auxiliis et fide circa gentem iudeorum neminem sub
iectorum nostrorum bellare contra gentem primitium iudeorum. nec aliquid
contra eos bellanti prebendum esse auxilium censemus. nec tri
ticum. nec naues. nec pecunias. et si quis contra iudeos uolu
erit bellare. sciat romanos iudeis auxilia prestaturos. et
rursus si romanorum quilibet inuaserit terram. iudeos eis omnibus
modis obstaturos. Et si quid de hoc pacto gens iudeorum
uoluerit addere uel auferre, communi sententia populi romani
faciendum esse conuenit. Scriptum est autem hoc senatus consultum per eu
polenum iohannis filium. et iasone eleazari sub principe sacer
dotum iuda. et symone duce fratre ipsius. Hec prima inter ro
manos et iudeos amicicia cognoscitur contigisse. Rex autem
demetrius nunciata sibi morte nicanoris et perditione milicie,
rursus ad iudeam baccidem cum exercitu destinauit. Qui egressus
ab antiochia peruenit ad iudeam. et in arbellis ciuitate galilee
castra construxit. et eos qui in speluncis ibi latitabant cum
multi ad eas confugissent captos suis partibus aggregauit. et
ex inde mouens exercitum ad hierosolimam properabat. Qui 156.
audiens iudam in uilla nomine birzeto castra collocasse. contra
eum alacriter festinabat cum xx. milibus peditum. et xii. milibus
equitum. Iudas autem habuit duo milia. Qui timentes mul
titudinem baccidis. tentoria que relinquentes fugerunt omnes
preter octingentos. Iudas autem a propriis militibus destitutus. et
hostibus imminentibus non habens tempus congregandi exercitum.
dubitabat cum octingentis pugnam contra baccidem committere.
Hortatur ergo suos ut hostes uiriliter inuaderent, illi dicebant
se non esse ydoneos ad tantam multitudinem exercitus. et ideo non
se a periculis liberare, postea uero collectis uiribus inimicis obuia
re. Iudas autem non hoc uideat sol ut aspectum ut terga mea hostibus uer
tam. sed licet mihi immineat perire pugnantem. fortiter stabo. uiri
liter omnia perferens futura pericula. Baccides uero producens de
castris exercitum ad prelium preparabat. et equites utrumque cor
nu disponens. et fundibularios leuiores et arcarios sta
tuens ante aciem. ipse in dextro cornu consistit. Qui cum sic
aciem ordinasset. iussit tubicine signum dare. Hoc idem
faciens et iudas. commisit cum hostibus pugnam. et constanter
ambobus certantibus. prelium usque ad solis occasum extensum est.
Videns autem iudas baccidem cum electis suis in dextro cornu
ordinatum, congregans animosos uiros inuasit illam partem
exercitus. et confligens ibi ordinem dirrupit, et medios ad fu
gam conuertit, secutus eos usque ad gazara. Uidentes ergo dexte
re partis qui in sinistro cornu erant, circumdederunt iudam
sequentem, et in medio eum obsederunt. Qui fugere minime
ualens. circumseptus ab hostibus stans cum suis uiriliter pugna
bat. et multos interficiens aduersariorum percussus interiit.
Iuda uero interfecto. socii eius terga uerterunt. Ionathas autem et
symon corpus eius redimentes ab hostibus perduxerunt ad uillam
modin. et sepelierunt cum patre suo. lugente eum populo hebre
orum per multos dies. Talis ergo finis iude comprehendit uirum

fortem et magnum et bellicosum, et omnia pro libertate ciuium
et facere. et pati paratum. Talis ergo uirtute plenus. magnam
sibi gloriam et monimenta seruauit. liberans gentem a macedo
nibus; et principatum sacerdotii tenuit tribus annis. 7

Explicit liber duodecimus iosephi antiquitatis iudaice.

INCIPIT LIBER XIII.

QUIBUS MODIS gens iudeorum a macedonibus in ser
uitute eam tenentibus; libertatem
recepit. et quod per tanta certamina
dux eorum iudas defunctus est. in prio
ri uolumine monstrauimus. Post
interitum ergo iude. iterum impii
et transgressores patrie legis ue
nerunt contra iudeos. et undique eos
pessime dehonestabant. Adiu
uabat autem eorum maliciam fames. que
te omnem prouinciam occupauerat,
ita ut multi propter inopiam necessariorum. non tolerantes ambas
calamitates famis et inimicos transfugerent ad macedo
nes. Baccides autem iudeos qui patriam legem spreuerant con
gregans. custodiam eis prouincie tradidit. Qui tenentes
amicos iude baccidi eos perducebant. quos ille crudeliter
torquens occidebat. Tantis ergo iudei calamitatibus oppressi. ad
euntes ionathan fratrem iude rogabant eum ut prouideret gen
ti sue. et non despiceret populum pereuntem. Ionatha uero promitten
te paratum se esse mori pro eis, illi statuerunt eum ducem
iudeorum. Quod audiens baccides et timens ne rege uel mace
donibus bella concitaret, sicut olim iudas. dolo eum interfice
statuit. Cuius uoluntas non latuit ionathan. et fratrem eius
symonem. Colligentes enim socios omnes uenerunt ad agrum qui
dicitur lacus affar. et ibidem morabantur. Baccides autem sentiens
eos discessisse. et nullo loco conuersari. contra eos cum omni
sua uirtute uenit. et trans iordanem castra ponens refouebat
exercitum. Ionathas autem cognoscens baccidem contra se uenisse;
misit fratrem suum iohannem ad nabutheos, ut apud eos suppellectilem suam
deponerent, usque quo cum baccide pugnarent. Iohannem ergo euntem
ad nabutheos in abach ciuitate filii amei capiunt cum omnibus
que deferebat. et occiderunt ipsum. et omnes socios eius. Uindic
tam uero quam pro his receperunt a fratribus eius, postea narrabo. Baccides
autem audiens ionathan in nemoribus iordanis castra posuisse,
die sabbatorum contra eos uenit, tamquam in ea die non pugnatu
ri. Ionathas uero socios hortatur periculum pati. dixit se compre
hensos dum iordanis fluuius esset a tergo. et hostes ante
faciem. et quia nusquam possent effugere. orarent dominum, quatenus
eis uictoriam prestaret. Committens ergo cum hostibus multos
eorum occidit. Et cum uideret ionathas baccidem temerarie
dexteram erigentem. et ad se feriendum extendentem. prouidendo
declinans plagam cum sociis in fluuium exiluit. et per natatus
trans iordanem periculum mortis euasit. Baccides autem amit
tens de exercitu suo duo milia, cum reliquis ad arcem hiero
solimorum perrexit. Post hec capiens multas ciuitates iudeorum.
muniuit iericho. et amaunte. et bethoron. et bethula
et echam. nathan. faratone; techoa. et gazara. et turres
murosque; ciuitate constituens. et muros eius circumdans. sta
tuit ut exinde iudeos affligeret. Arcem uero hierosolimorum
cautius muniuit. et tollens filios nobilium iudeorum obsides
in arce conclusit. Eo tempore ueniens quidam ad ionathan
nunciauit filios amei celebrare nuptias in madaba ciuita
te. et arabas cum maxima pompa ibi esse. Ionathas ergo et
symon uidentes aptum tempus adesse ad uindictam iohannis fratris
sui, cum multa potentia sociorum uenientes ad madaba in
sidiis inter montes collocatis. inimicos prestolabantur. Ut
autem uiderunt uirginem et sponsum. et multitudinem amicorum
cum eis, ab insidiis statim irruptionis insilientes omnes occi
derunt. et ornatum eorum cum omni preda tollentes reuersi sunt.
Interfecerunt autem ibi xl. uiros in ultione fratris sui iohannis. et ad
iordanem reuersi ibi manebant. Baccides autem omnem iudeam
muniens. ad regem reuersus est. et iudei duobus annis a bellorum
tumultu quieuerunt. Post hec transfuge iudeorum. uidentes
ionathan cum suis multam licentiam libertatis habere. ro
gauerunt demetrium regem mittere baccidem ut ionathan debel
laret; quod facilius eueniret. si una nocte inopinantem eum
inuaderet. Baccides ergo destinatus a rege uenit ad iudeam.
et scripsit omnibus amicis. quatinus ionathan comprehenderent.
Illi autem non ualentes capere ionathan quia nimis caute se
tractabat. baccides ira commotus eorum qui consilium regi
dederant. l. uiros occidit. Ionathas autem timens baccidem
abscessit ad bethalaga uillam. edificans in ea turres et
muro circumdans; fecit eam ualde munitam. Quod audiens
baccides congregans milites uenit contra ionathan. Ad eius
munimina accedens. per dies multos obsidebat eum. Qui
obsidioni fortiter resistens. symonem fratrem suum baccidem
expugnaturum in ciuitate dimisit. ipse uero furtim egreditur in prouin
ciam. Et congregans manum multam nocte baccidis inua
sit exercitum. et multos occidens symoni fratri suo fecit
hoc cognoscere. Qui sentiens hostes interimi. egreditur. et ma
chinamenta eorum. obsidioni preparata suppositis flammis in
cendit. et multos eorum uiriliter interfecit. Uidens autem baccides
ab inimicis se circumseptum. et alios ante se: alios a retro con
spiciens. repente fugit. Et nimis irascitur in eos qui se deceperant,
suum furorem conuertit. Uolebat autem si posset obsidione soluta
sine dedecore ad propria remeare. Cuius uoluntatem cognoscens
ionathas. legatum ad eum pro amicitiis destinauit. quatinus red
derent sibi inuicem captiuos. quos ceperant. Baccides autem eligens
honesta discessione pacem cum ionatha fecit. et iurauerunt
utrique: numquam contra inuicem arma presumere. Captiuos autem
utrique reddentes: baccides in antiochiam rediit. et nequaquam ad
iudeam deinceps peruenit. Ionathas autem post hanc libertatem in
magna ciuitate populorum negocia disponebat. et maliuolis
et impiis cruciatus iudeorum gentem regebat. 2.

Anno uero centesimo sexagesimo et ergo contigit alexandrum antiochi filium

in syriam ascendere, et capere ptholomaidam ciuitatem proditione militum in ea commorantium. Erant enim ingrati circa demetrium propter superbiam eius, quia manebat in quadam turre regali quam non longe ab antiochia construxerat, et neminem uidebat. et ideo rem publicam ut desidiosus regebat, et uolebat a subiectis. Audiens autem alexandrum uenisse in ptholomaidam, perduxit contra eum omnem exercitum. Cogitauit et precedere alexandrum, timens ne ipse prior auxilia postularet a ionatha. At ionathas memor malorum que a se facta cum inimicis iungeretur. direxit ad ionathan legatos pauxillus(?). Concessit et ei multitudinem congregare et obsides iudeorum recipere quos baccides in arce hierosolimorum incluserat. Talibus ergo nuntiis a demetrio uenientibus ad ionathan, ueniens hierosolimam legit epistolam regis audiente populo et arcis custodibus. Qui audientes timuerunt, et statim obsides tradiderunt ionathe. Quos cum accepisset; reddidit eos parentibus. Ionathas autem mansionem in hierosolimis faciebat renouans ciuitatem, suaque uoluntate singula construens. et edificauit muros ciuitatis lapidibus quadratis, ut forent aduersus hostes munitissimi. Quod uidentes custodes in iudea relinquentes omnes in antiochiam fugerunt preter illos qui in bethsura ciuitate et in arce hierosolimorum erant. quorum plurima pars fuit iudeorum transfugarum. et ideo castra sua non reliquerunt.

Cognoscens autem alexander promissiones quas demetrius ionathe fecerat, et audiens fortitudinem eius qualiter contra macedones pugnasset; et quanta mala pertulisset a demetrio et duce eius baccide, conuocans amicos suos, dicebat nichil utilius esse quam ut societatem faceret cum ionatha, qui contra hostes fortis existeret: et maxime cum a demetrio multa mala perpessus esset. Cumque hoc amicis placuisset, scribens epistolam misit ad ionathan. Rex alexander fratri ionathe salutem. Fortitudinem quidem tuam et fidem tuam dudum audiuimus. et ideo transmisimus ad te pro auxiliis. et ordinamus te hodie principem sacerdotum iudeorum et amicum nostrum uocari precipimus. Idcirco destinaui tibi transmittere purpuream stolam et auream coronam. et precor honoratum te a nobis similiter erga nos fieri. Vale. Suscipiens ionathas epistolam, induit stolam sacerdotalem celebratione tabernaculorum instante; post quartum annum mortis iude fratris sui. nam nemo per illud tempus princeps fuit sacerdotum. Collegit et exercitum multum. et armorum copiam quam ipse construxerat. Quod factum ut audiuit demetrius nimis eum contristauit. et cepit suam accusare tarditatem: eo quod non esset clementior erga ionathan. Verumtamen nichil differens scripsit ionathe talem epistolam. Rex demetrius ionathe gentique iudeorum salutem. Quoniam nostram seruastis amicitiam, et inimicis non consensistis. hanc uestram laudo fidem: et in his uos permanere quesumus, recipientes a nobis uicem et gratiam. per quam mereamini uectigalium uestrorum absolutionem. et quecumque predecessoribus meis regibus et michi prebebatis. Omnia onera(?) nostra uobis largitate concessa. Super hec et pretium salis et coronarum que nobis offerebatis. et terciam partem frugum et medietatem fructuum lignorum quod partem meam competebat uobis ab hodierna die remitto. Sed et censum singulorum habitantium in iudea. quod in nostro erario proficiebat. necnon et trium finitimarum uobis prouinciarum samarie, et galilee, et transiordane uniuersa uobis concedo a nunc per omnia tempora, et ciuitatem hierosolimorum esse sacram et inuiolabilem. priuilegia sua possidere; liberamque cum finibus suis. a decima parte uectigalium esse perpetuo. Arcem autem committo sacerdoti uestro ionathe ut quos ipse probauerit fideles amicos custodes in ea deputet nobis seruandam. captiuosque iudeorum et seruientes apud nos liberos esse concedo, ne post hanc sanctionem iudeorum iumenta uiolentiis angariorum subiaceant. Sabbata autem uel omnes festos dies. et tres ante eos dies sine uectigalibus esse denuntio, et iudeos esse liberos et licentiam in militiare uolentibus; usque ad xxx. milia prestamus, eadem accepturi que et mei exercitus quocumque ierint. Ordinabo autem quosdam eorum in castris. quosdam mei corporis custodes. et duces in aula mea ponam. et leges uestras uti meas custodiri. et tribus legibus in iudea obedire principem sacerdotum diligentia uolo habere. ne iussi iudeorum aliud templum nisi hierosolimorum uenerentur. Preterea et ad sumptum immolationum per singulos annos c. l. milia dragmas. et quecumque superfuerint pecunias uestras esse uolo. Decem milia autem dragmas. quas reges a templo susceperunt uobis do, quia sacerdotibus in templo ministrantibus competunt. Quicumque autem ad templum hierosolimorum uel intra fines eius confugerit, debitor regalium pecuniarum. siue qualibet causa faciente. licentiam eis indempnitatis concedo. Renouari et templum ex meis impendiis et muros ciuitatis splendide fabricari, et turres alias construere, et quecumque ad munimen uestrum fuerint, meis stipendiis restaurare polliceor. tantum ut quas cepistis amicitias nobiscum, et sed sine simulatione seruetis. Vale. Hec demetrius promittens et blandiens iudeis scripsit. Sed illi non intendebant ad uerba eius adiuuantes alexandrum. Igitur rex alexander colligens magnum exercitum conductum, et milites qui de syria transierunt ad eum, exiit contra demetrium. Et pugna commissa. hii qui in sinistro cornu demetrii erant, fugauerunt milites alexandri. et in persecutione diutina multi occisi sunt. Tamdiu ergo pugnatum est. donec dextrum cornu ubi demetrius preliabatur deuictum est. et ceteri omnes fugerent. Demetrius autem fortiter stans et pugnans non paucos hostium prostrauit. Cumque ab eo fugientes persequeretur; equus eius in baratro inhesit, et minime surgere ualens occidit. Nam hostes uidentes quod ei contigisset, reuersi circumdederunt eum. et iaculabantur eum sagittis. Demetrius autem pedestris fortiter resistebat. et multis perfossus uulneribus; nec ualens sustentare corpus suum. cecidit et mortuus est. Talis ergo finis fuit demetrii. qui regnauit per xi. annos. Itaque demetrio in pugna perempto, alexander accipiens regnum syrie. scripsit ptholomeo regi egypti. ut daret sibi filiam suam in matrimonium. iustumque esse dicebat eum patrium obtinuisse principatum per dei prouidentiam. cognatione et familiaritate sese ei coniungere. Ptholomeus ergo rex egypti libenter sponsalia accipiens. rescripsit dicens gauisum se esse quod patrium suscepisset principatum. daturumque filiam suam promisit. et occurrere eum iussit ad ptholomaidam. in qua ei filiam suam iure nuptiali traderet. Ptholomeus ergo hec alexandro rescribens uenit ad ptholomaidam. adducens secum filiam suam cleopatram. que nomen matris habebat. ubi secundum constitutum alexandrum repperit; et filiam suam ei coniunxit, et dote argento secundum regiam dignitatem complens. Cumque nuptie celebrarentur, mandans alexander ionathe principi sacerdotum. iussit eum ad ptholomaidam uenire. Ionathas autem ueniens ad reges et magnifice eis dona offerens, claro apud eos honore potiebatur. Tunc alexander rex compulit eum propria ueste exutum purpura indui, simulque super tribunal secum sedere. iussitque duces cum eo procedere per mediam ciuitatem, et clamare. neminem contra eum quicquam dicere. uel causas licere contexere. Quod cum duces fecissent. uidentes hii illi qui eum parati erant accusare. simul cum inimicis eius fugierunt uerentes ne quid pessimum paterentur. Tanto namque studio rex alexander ionathan dilexit, ut eum primum describeret suorum amicorum.

Anno centesimo et lxv. demetrii demetrius filius cum multis militibus quos ei lasthenes cretensis prestiterat. a creta ad ciliciam nauigauit. Quod audiens alexander in pauore constitutus. continuo de fenice ad antiochiam festinauit. ut priusquam demetrius ad eam ueniret. tute eam disponeret. Reliquit autem in ciuilis(?) syrie ducem apollonium cognomento tyrum. Qui cum multo exercitu profectus ad iamniam, ionathe mandauit dicens, iniustum esse solum cum licentia et potestate uiuere non obedientem regi. sibique dicebat magnum obprobrium ab omnibus irrogari, quod eum non subderet regi. Nec ergo inquit te non abscondas te in montibus arbitrans te esse forte. sed si confidis tue uirtuti descende in campum. quo nostri milites tecum confligant. et uerum euentum belli demonstrent. Scito autem in uinctos(?) optimos commilitones ab auisque cunctato(?). quia semper tuos parentes uicerunt. In alio quoque loco certandum est tibi, non lapidibus sed armis, ubi te fortissime preliari, ne sit tibi locus quo ualeas effugere. His uerbis apollonii ionathas incitatus. elegit x. milia militum egrediens ab hierosolimis cum fratre symone ueniensque ad ioppen castra foris ciuitatem posuit. Ioppite autem clauserant portas. habentes intus custodias apollonii. Et cum ionathas ciuitatem capere uellet; timentes ne ciuitatem deuastaret. portas ei aperuit. Apollonius uero audiens ioppen captam a ionatha. sumens tria milia equitum. et viii. milia peditum. peruenit ad azotum. et exinde tacite paulatimque iter fecit. Cumque uenisset in ioppe, tamquam recedere uolens ionathan post se retraxit in campum ab urbe; confidens et spem uictorie habens in equitibus. Ionathas autem sequebatur apollonium usque ad azotum. Et cum in campum uenissent, conuersi hostes pugnam cum ionatha commiserunt. Apollonius autem mille equites ad insidias in aliquo torrente disposuerat. qui retro inimicis insisterent. Quod sentiens ionathas non est turbatus. sed ordinans in quadro exercitum. ut per ambas partes inimicos exciperet. hortabatur eos ut fortiter ante et retro pugnantibus ubique resisterent. Prelio autem usque ad uesperam procedente. dans symoni fratri partem exercitus iussit aduersariorum aciem inuadere. ipse autem suis precepit testudine facta sagittas equitum exciperent. Qui cum precepta fecissent. nichil ledebantur quamuis hostes super eos frequentia tela uibrarent. usquequo suas etiam assent(?) pharetras. Sagitte enim corpora clipeis munita non tangebant. cum constipatione testudinis tela uementia refugarentur. Cumque a primo mane usque uesperam iaculantes aduersarii defecissent, uidens symon eos lassos. inuadit aciem. fortiterque cum suis militibus dimicans fugauit inimicos. Videntes autem equites ad fugam pedites conuersos. et spe eorum decepti turpiter per omnem campum dispersi fugierunt. Quos secutus ionathas usque ad azotum, multos eorum occidit. Qui de sua salute desperantes. ad templum dagonis confugierunt. quod erat in azoto. Capiens autem ionathas incursione sua ciuitatem incendit eam. et omnes uicos circa eam. Nec pepercit et templo dagonis. sed incendens illud eos quoque ibi confugerant interfecit. Multitudo uero que in bello cecidit una cum illis qui in templum confugerant fuerunt viii. milia. Ionathas uero tantum uincens exercitum. uenit ad ascalonam. et foras ciuitatem castra posuit. Territi autem ascalonite. exierunt ad eum. dona ei offerentes. Qui laudans eorum uoluntatem. reuersus est ad hierosolimam. multam predam ferens quam hostibus abstulerat. Alexander autem rex audiens ducem suum apollonium deuictum, simulauit gaudium quod preter suam sententiam cum ionatha pugnasset. qui ei amicus erat. Misitque ionathe testimonium. et premium. et honores. et torquem auream sicut solet cognatis regis dari. et commisit ei magistratum prouincie accaronitarum.

Eo tempore rex ptholomeus filometor dictus. ducens naualem exercitum. et pedites. ueniebat ad syriam. alexandro genero suo solacia prebiturus contra demetrium. Quem omnes ciuitates precipiente alexandro studiose suscipiebant. et deducebant eum usque ad azotum. et ibi omnes accusabant ionathan quod templum dagon incendisset. et prouinciam uastasset; et multos eorum interemisset. Quod audiens ptholomeus tacuit. Ionathas autem occurrens regi ptholomeo. obtulit ei clarissima dona. et honoratus ab eo perduxit eum usque ad fluuium eleutherum. et remeauit ad hierosolimam. Ptholomeus autem ueniens in ciuitatem ptholomaidam. pene interfectus est preter spem insidiis alexandri quas ei per ammonium amicum parauerat. Manifestatis autem insidiis. ptholomeus rex scripsit alexandro quasi has insidias ignoranti. ut puniret ammonium. eo quod sibi insidias fecisset. Alexandro autem non concedente, statim ptholomeus rex intellexit. quod ipse consensu ammonii sibi insidias parasset: et statim eum odio cepit habere. Antiocenses et odio habebant alexandrum propter ammonium quia multa mala per eum passi fuerant. et consilium inierunt ut eundem ammonium occiderent. Quod hic agnoscens. abscondit se. Illi autem eum inuenientes induentem eum femineo habitu. eo quod quasi femina se abscondisset ita eum occiderunt. Rex autem ptholomeus accusans alexandrum ut insidiatorem sui. et transgressorem nuptiarum filie sue. et quia ei auxilia noluisset ferre contra demetrium. et ipse sibi insidias parasset. soluit affinitatem. Nam auferens ei filiam suam. direxit legationem ad demetrium. amicitiam cum eo componens. filiamque suam daturum se illi in uxorem. et restituere eum in patrium regnum promittens. Demetrius autem gaudens suscepit legationem. et laudauit nuptias. Ptholomeus autem laborabat ut flecteret antiocenos. quatenus demetrio regnum traderent. Nam inimici ei fuerant. eo quod a patre eius demetrio multa mala

passi fuissent, et alexandrum et odio habebant, propter ut supra diximus. Alexander vero discedens ab antiochia, venit in ciliciam. Rex autem ptholomeus veniens antiochiam, super voluntate sua ordinatur rex ab antiocensibus: et coactus duos diademata super posuit, unum asye, alterum egypti. Benignus enim et iustus existens, nec aliena concupiscens, futura quoque prudens, recusare regnum decrevit, ne romanos offenderet. Antiocenos vero in contione convocans, suasit eis ut demetrium in regnum susciperent, dicens eum neque pro patre dolore servaturum, si ab eis benigne tractaretur. Doctor autem et suasor ego ero illi in bonum, ut non audeat fallacibus negociis se inmiscere, nam mihi sufficit regnum egypti. Cum hec ptholomeus dixisset, flexit antiocenos ut demetrium susciperent. Alexandro vero cum magna milicia vel apparatu a syria a cilicia profecto, et terram antiocenorum predante, ptholomeus cum genero suo contra eum duxit exercitum. Nam filiam suam alexandro auferens, iam demetrio coniunxerat. Contigit autem in bello ut equus super quem ptholomeus sedebat, vocem elefanti audiens: ptholomeum a se iactaret in terram. Quod cum vidissent socii alexandri, impetum super eum fecerunt, multisque vulneribus caput eius perforantes ad periculum mortis eum adduxerunt. Custodes autem capitis eius rapientes eum liberaverunt ab hostibus; et iam per iiii dies defectus iacuit, ut nec loqui, nec intelligere potuisset. Alexandri vero caput de vertice eius abscidens Zabilus arabum potentissimus transmisit ptholomeo. Qui iacens in lecto cum vidisset caput alexandri inimici sui, paululum a dolore vulnerum relevatus, summum gaudium habuit, quantum pro dolore potuit. Qui et statim vitam finivit, pro morte alexandri gaudio repletus. Regnaverat autem idem alexander qui dictus est balas. v. annis. Suscipiens vero principatum demetrius qui nicanor appellatur fraudibus corrumpere cepit ptholomei miliciam, oblitus quod socer et auxiliator eius fuisset, et affinis per conubium cleopatre. Quapropter milites ptholomei ad alexandriam confugerunt, et defantos demetrius comprehendit. Ionathas autem congregans ex omni iudea milites obsidebat arcem hierosolimorum, ubi custodia macedonum et transfugarum multitudo locata erat. Illi autem contempnebant machinamenta que ionathas faciebat, confidentes loca municionibus. Nocte vero quidam malivoli iudei exeuntes venerunt ad demetrium, nunciantes arcis obsidionem. Demetrius autem statim contra ionathan exercitum perduxit. Cumque ad ptholomaidam venisset, scripsit ionathe precipiens ad ptholomaidam ei citius occurrere. Ionathas autem obsidionem quidem minime solvere decrevit, seniores vero populi et sacerdotes congregans, et multum aurum et argentum et vestem pro donis deportans, ad demetrium usque pervenit. Que cum obtulisset: iram eius mollivit, et ab eo honoratus, firmum principatum sacerdotii suscepit, quem a regibus ante ipsum donatum possidebat. Accusantibus autem eum transfugis, demetrius eis non credidit. Petente autem eo ut pro omni iudea et tribus provinciis samaria et ioppe et galilea ccc. tantum daret talenta, pro his omnibus: scripsit epistolam hoc continentem: Rex demetrius ionathe fratri gentique iudeorum salutem. Exemplum epistole quam lastheni cognato nostro scripsimus, vobis transmisimus, que huiusmodi est. Rex demetrius lastheni patri salutem. Iudeorum genti nobis amice: et nostra iussa servanti, pro fide decrevi dona prebere: et tres possessiones afferemabeselida et ramathe, que addite sunt eis de samaria, et his attinentia quecumque: ab immolantibus hierosolimorum reges accipiebant antea et quecumque de fructu terre vel plantariis omnia alia que nostro competunt iuri, et paludes salis, et coronas que nobis offerebantur eis concedo et nichil extorqueatur ab eis amodo et in posterum. Volumus vero ut hoc exemplar a ionathan in nobili templo reponatur. Videns vero demetrius pacem undique factam, nullumque periculum super esse, nec belli timore, solvit exercitum stipendiaque eorum imminuit, et solis illis sumptus prebebat, qui secum a creta insula venerant. Unde odium et inimicicie contra eum militum conflate sunt, eo quod eis sumptus non dabat, cum reges ante ipsum eis annonas et in pace subministrabant, ut eos in certaminibus aptius se fideles et promptos haberent. 2

Intelligens itaque militum odium contra demetrium regem quidam dux alexandri nomine diodotus qui et triphon dicebatur, venit ad malchum arabum qui filium alexandri nomine antiochum nutriebat, manifestansque ei inimicicias exercitus quas contra demetrium habebant, dari sibi petebat antiochum, nam regem eum facere, et paternum principatum ei restituere se dicebat. Qui primum quidem resistebat minime ei credens et postea triphone petente vicit malchus. flexusque est ad ea que triphon petebat. Ionathas autem capere volens arcem hierosolimorum et transfugas de provincia expellere, misit ad demetrium legatos cum donis rogans ut de castellis iudee custodes eiceret. Cui rex non hec tantum se ei prebere dicebat, sed et his maiora post finem compleri quod de pre manibus haberet. Petebat vero eum auxilia transmittere: quia exercitus ab eo recessisset. Tunc ionathas eligens tria milia militum ei destinavit. Antioceni enim demetrium propter hec que passi ab eo fuerant abhorrentes et propter patrem eius qui multa mala contra eos commiserat, tempus aptum observabant quo eum possent invadere. Videntes autem quod pro auxiliis ad ionathan misisset, arbitrantesque quod multa auxilia congregaret nisi precederent eum, arma subito arripuerunt et circumstantes aula obsidionis modo coactum exercitu regem conabantur opprimere. Videns autem demetrius populum hostiliter se cum armis invadere, colligens conductos et iudeos a ionatha transmissos, cum antiocenis conflixit, quorum vim non potuit vincere. Iudei autem videntes antiocenos attentius pugnare, ascenderunt super palacii culmen, unde eos vulnerare possent. Ipsi enim propter altitudinem tectorum minime ledebantur, et antiocenses telis prosternebant que de superioribus ad inferiora iactabant, et sic eos de proximis domibus repulerunt. Deinde igne supposito flamma totam civitatem ex lignis constructam tectorum spissitudine devoravit. Antioceni vero neque valentes ignem extinguere ad fugam conversi sunt, cum iudei de tecto ad tectum desilirent, et ita eos persequerentur fugientes. Rex autem ut vidit antiocenos filios et uxores suas

nolle salvare et ideo pugnam reliquisse, per angustas vias eos invasit: et confligens cum eis multos interfecit, ita ut cogerentur armis proiectis tradere se demetrio. Qui veniam eis pro facinoribus concessit, sedicioneque compescuit. Donavit ergo iudeis parte prede gratias agens pro victoria, et eos ad ionathan remisit, laudans eum pro auxiliis destinatis. Postea malivolus contra eum extitit, promissionesque fraudavit. Bellum quoque ei minatus est, nisi cuncta redderet tributa, que prius regibus syrie persolvebat. Et hec fecisset, nisi triphon impetum eius prohibuisset: et apparatum ei contra ionathan erga sua vertisset curas. Reversus enim triphon ex arabia cum antiocho puero imponit ei quamvis adolescenti diadema. Et cum omnes milites ad eum transirent, deserentes demetrium, commovens bellum pugnavit cum demetrio, victoriaque obtinuit et elefantes cum antiocensium civitate subiecit. Demetrius autem victus fugit in ciliciam. Antiochus autem destinavit ad ionathan litteras, amicum eum sibi parans, et principatum sacerdotii confirmavit, et iiii provincias que terre iudeorum addite fuerant. Insuper et aurea vasa et pocula, et purpuream vestem ei transmisit, et his uti permisit, et fibulam auream ei donavit, et primum amicum suum nominavit. Symonem autem fratrem eius super omnem miliciam ducem constituit, a tyro usque ad egyptum. Ionathas autem de donationibus antiochi gavisus, mittens ad eum et ad triphonem legatos amicum se eis professus est, et pugnare cum eo contra demetrium qui sibi pro bonis multa mala fecisset. Concedente vero antiocho ut congregaret exercitum, quatenus cum ducibus demetrii confligeret, statim ionathas exiit ad civitates. Que cum eum honorifice suscepissent, exercitum ei dare non distulerunt. Veniens quoque ionathas ad ascalonam civitatem, et munifice ascalonitas cum donis sibi occurrentibus petebat eos, ut partibus antiochi faverent et demetrio resisterent, et insuper auxilia militum sibi darent ad debellandum eum, recordantes que eis mala fecisset: quod modo in eo ulcisci possent. Cumque flexisset ascalonitas auxilium antiocho mittere: venit ad gazam, sperans se et horum fidem ad antiochum flectere. Sed aliter gazeos quam speraverat invenit: Durissima enim obiectione non eum susceperunt, nec demetrium relinquere decreverunt. Quod dum ionathas vidisset, ad obsidionem eorum et afflictionem provincie paratur. Nam partem milicie circa gazam disponens, cum reliqua ipse percurrens cuncta predabat et incendebat. Que cum vidissent gazei et nullum sibi auxilium a demetrio venire conspicerent ad presens periculum, et incertum haberent ei adiutorium, optimum esse decreverunt ut demetrium relinquentes ionathe obedirent. Facientes vero amicicias cum ionatha, auxilia premiserunt partibus antiochi. Homines enim stulti ante malorum pericula voluntates suas non intelligunt, et cum in malis fuerint constituti, tunc interpretantur et agunt, que nichil lesi facere debuerunt. Ionathas ergo confirmans amicicias, tollensque obsides ad hierosolimam transmisit, ipse vero totam provinciam percurrit usque ad damascum. Et cum audisset duces demetrii venisse ad cedessam cum multa manu, cedessa autem inter tyrum et galileam consistit, symonem fratrem suum ducem in iudea reliquit, ipse autem hostibus occurrit. Nam duces demetrii hoc tractaverant, ut eum de syria ad galileam traherent, et quod galileos sibi subiectos non libenter affligeret. Symon autem congregans interea milites obsedebat bethsuram. Nam custodia demetrii in ea civitate erat. Bethsurite vero videntes symonem aggerem composuisse et machinamenta construxisse, et multa industria iam ad obsidionem, timentes ne capto loco interirent, mittentes ad symonem petebant fidem accipere, ne quid ab eo pessimum paterentur. Qui cum fidem dedisset: illos statim de civitate expellens: suam custodiam ibi posuit. Ionathas autem exiens a galilea ab aquis que genesaron dicuntur, pervenit ad campum qui dicitur asor, nesciens ibi esse hostes. Duces enim demetrii cum ante unum diem cognovissent contra se ionathan venire, insidias ei per montem collocaverunt, ipsique cum electis militibus in campo ei occurrerunt. Quos cum vidisset ionathas ad pugnam paratos, hortabatur suos. Illi vero qui a ducibus demetrii per insidias erant locati, a tergo iudeos invadunt. Timentes vero socii ionathe ne in medio hostium caperentur, fugientes reliquerunt ionathan. Remanserunt autem cum eo numero l. et mathathias filius eius, et iudas chalfi dux exercitus.

157

Hi audacter cum ionatha et insperate hostibus ante et retro resistentes atrociter eos fugaverunt. Illi autem qui in parte ionathe fugerant, ut viderunt hostes ad fugam conversos, reversi persequebantur eos usque ad cedessam. Victor vero ionathas in illa pugna refulsit, duo milia inimicorum prosternens, et sic ad hierosolimam reversus est in pace. 2

Videns ergo ionathas quod dei providentia omnia sibi prospere accederent, legatos romam destinavit, renovare cupiens antiquam amiciciam. Precepit et legatis ut redeuntes ab italia per sparciatas transirent, quos deberent ad memoriam amicicie vel cognationis reducere. Legati vero cum romam venissent et ingressi ad senatum mandata ionathe dixissent quod eos misisset amicicias renovare que prius per senatum de iudeorum amiciciis fuissent statuta, tunc senatus dedit eis epistolas reportandas ad omnes asye reges, et magistratus civitatum, quatenus per eos illesi ad patriam remearent. Revertentes autem ab italia venerunt ad sparciatas, et epistolas eis ionathe porrexerunt, cuius exemplar erat huiusmodi. Ionathas princeps sacerdotum gentis iudeorum et curia et collegium sacerdotum, presidibus et senatui, et populo lacedemoniorum salutem. Si salus vobis publica et privata bene procedat, sic est ut volumus. Salvi autem sumus et nos. In prioribus temporibus epistola nostro principi sacerdotii onie a vestro rege ario, et ab omni populo missa est, declarans simul et nostram cognationem: cuius exemplum subiacet epistole, quam quidem libenter suscepimus, et fautores facti sumus, non egentes huius rei approbatione, quam in sacris libris invenimus. Initium vero vestre cognationis non credidimus nos primum facere, ne preripere videremur gloriam vestram. Multo vero tempore transacto ex quo nobis familiaritas communis extitit, in sacris et constitutis diebus domini pro vestra salute et victoria in sacrificiis deprecamur. Et cum multa nos invasissent bella per avariciam vicinorum, nec vobis nec aliis propinquis molestos nos esse decrevimus. Postquam autem hostes expugnavimus, legatos ad romam misimus antiochum

antipatru(m) & iasone(m). quib(us) & dedim(us) ad uos ep(istu)lam quatinus renouemus cognatione(m). Bene q(uoque) facietis si re(scri)pseritis & mandaueritis si q(ui)d forsan indigetis. minime dubitantes nos erga u(est)rum affectum in aliq(uo) pigros existere. Valete. Lacedemonii (er)go libent(er) legatos susceperu(n)t & co(m)ponentes cum eis pacta de amicitiis dimiseru(n)t eos.

Nō Eodem tempore fuerunt tres hereses iudeor(um). que de reb(us) humanis diu(er)sa credebant. Quaru(m) una pharisea dicebat(ur) altera saducea. tercia esseno(rum). Pharisei dicebant fata n(on) omnia gubernare s(ed) aliqua. aliaq(ue) p(er) se consistere. Esseni au(tem) om(n)ia sub fato e(ss)e confirmant. & nich(il) e(ss)e q(uo)d n(on) illius decreto hominib(us) p(er)ueniat. Saducei enim dicunt nich(il) e(ss)e fatu(m). neq(ue) p(er) eum humana concludi. s(ed) omnia hominu(m) subponunt potestati. bono(rum)q(ue) nos ip(s)os auctores fateant(ur). & mala p(ro)-p(ri)am eligi dementia(m). De his (er)go certius in sequentib(us) aliq(ui)d declarabimus. Demetrii (er)go duces cum uellent pugna(m) in qua uicti fuer(an)t restaurare. maiorem exercitum congregantes uener(un)t cont(ra) ionathan. Qui cum hoc cognouiss(et). cit(o) eis occurrit. nec tardare uoluit usq(ue) q(uo) ingrederent(ur) iudea(m). Castra (er)go ponens n(on) longe ab hostib(us) l. stadiis. misit speculatores qui castra hostium p(er)scrutarent(ur). Cumq(ue) reu(er)si om(n)ia nunciassent. & aliq(uo)s de custodib(us) hostium nocte cepissent. ionathas iussit exercitum suu(m) e(ss)e armatu(m). & monuit ut forti animo e(ss)ent. & si oporteret & nocte pugnarent. nec repentino imp(et)u turbarent(ur). Hostes (er)go cum audissent ionathan cognouisse suum consilium. p(er)turbati s(un)t. q(uo)d n(on) potuissent exercitum ionathe p(er) insidias inuadere. Facientes (er)go multos focos in castris. ut hi uidentes iudei putarent eos ibi e(ss)e mansuros. & om(ne)s statim fugerunt. Ionathas aute(m) cum ad eo(rum) castra mane uenisset. inuenit ea deserta. Cu(m)q(ue) uidiss(et) eos fugisse. p(er)sequebat(ur). quos nullatenus ualuit comp(re)hendere. nam flumen eleutheru(m) transierant. Vnde ionathas reu(er)sus nabutheos expugnabat. & multa p(re)da(m) & captiuos ducens p(er)uenit damascum. & ea ibi posuit. Symon au(tem) fr(ater) ei(us) p(er)agrans iudeam & palestina(m) usq(ue) ad ascalone(m). muniebat castella. Que cum edificiis & custodiis tuta fecisset. ad ioppen p(er)uenit. & occupans eam. posuit ibi custodiam. Nam audierat eos uelle ducib(us) demetrii tradere ciuitatem. Is (er)go p(ost)q(uam) ionathas & symon h(ec) om(n)ia p(er)fecer(un)t. ad hierosolima(m) s(un)t reu(er)si. Cu(m)q(ue) omne(m) p(o)p(u)l(u)m ad templu(m) congregassent. suadebant muros hierosolimo(rum) dirutamq(ue) parte(m) templi reconstruere. altisq(ue) turrib(us) munire. & in media ciuitate alium muru(m) edificare. ut custodib(us) arcis alimento(rum) copia negaret(ur). & castella p(er) uinciis facerent tutiora. Quib(us) cum p(o)p(u)l(u)s consensisset. ionathas menia ciuitatis edificabat. symon au(tem) p(ro)uincia(m) muniebat. Demetri(us) au(tem) transiens. p(er)uenit ad mesopotamia(m). Qua(m) cum uellet cum babilonia & sup(er)iorib(us) p(ro)uinciis obtinere. ut exinde occasiones de toto suscip(er)et regno. ut greci & macedonia(m) habitantes legatione(m) ad eu(m) miseru(n)t. p(ro)mittentes secum adiuuare. si p(ri)m(u)m cum eis expugnaret rege(m) partho(rum) arsacem. Qua sp(e) subito eg(re)dit(ur) ad eos ut si parthos cu(m) eis deuinceret. uiresq(ue) resumeret. t(ri)phone(m) postea debellar(et). longeq(ue) a syria pelleret. Et cum h(ec) greci laudassent. & multos uiros congregassent. & bellum adu(er)sus arsacem p(ro)duxissent. demetri(us) primus in bello uiuus capit(ur). & ceteri sunt fugati & occisi. 7

Triphon au(tem) cum captione(m) demetrii audiss(et). p(er)fidus antioc(h)o cepit existere. Insidiabat(ur) enim q(ua)lit(er) eum interficiens ipse regnum teneret. s(ed) impediebant uoluntate(m) eius amicicie ionathe q(ua)s cum antiocho habebat. Vn(de) p(ri)mu(m) statuit ionathan occidere. & t(un)c cont(ra) antiochu(m) accedere. Fraudib(us) (er)go & dolo cogitans ionathan consumere. ad b(et)hsura(m) ab antiochia uenit. q(ua)m greci scytopoli(m) uocant. Vbi cu(m) electis xl. milib(us) ei ionathas occurrit. putans eu(m) ad bellu(m) uenisse. Triphon au(tem) cum ionathan uidiss(et) ad pugna(m) paratu(m). donis eum pacauit. suisq(ue) ducib(us) p(re)cepit ut ionathe obedirent. uolens p(er) h(ec) fide(m) suam confirmare. cuncta(m)q(ue) suspicione(m) depellere. quaten(us) incautu(m) nich(il)q(ue) p(ro)uidentem cap(er)et. p(er)suasitq(ue) ei ut exercitum frustra fatigatum dimitter(et). bello n(on) existente. & cum paucis cum p(to)tholomaida(m) uenire supplicabat. ut traderet ei ciuitate(m). & cet(er)a p(ro)uincie moderationem. Ionathas (er)go nich(il) suspicat(us). & uera(m) fide(m) t(ri)phone(m) h(ec) suadere credens. exercitum dimisit. t(ri)a milia sola secum retinens. Ex quib(us) in galilea duo milia relinq(ui)t. cum mille tantum milib(us) ad p(to)tholomaida(m) cum t(ri)phone uenit. Et cu(m) intrau(it) p(to)tholomaida(m). portas statim ciues s(e)c(un)d(u)m t(ri)phonis p(re)cepta clauserunt. & ionathan uiuu(m) capientes. omnes (er)go q(ui) cum eo intrauerant occiderunt. Triphon au(tem) ilico misit ad galilea(m). qui relicta duo milia interficerent. S(ed) illi cum fama preuenientem captione(m) ionathe audissent. an(te)q(uam) uenirent missi a t(ri)phone. armis tecti d(e)i p(ro)cesser(un)t eis obuia(m). Tunc satellites triphonis cum uidissent eos p(ro) anima decertare. nulla eis molestia inferentes ad t(ri)phone(m) reu(er)tunt(ur). Hierosolimite au(tem) cu(m) audissent ionathan captu(m). & cu(m) eo milites p(er)iisse. flebant interitum illi(us). & summa de ipso questio apud omnes fiebat. & magnu(m) timore(m) habebant. ne post morte(m) ionathe eos uicine g(en)t(e)s inuaderent. q(uo)d & euenit. Nam g(en)t(e)s cu(m) morte(m) ionathe audissent. cont(ra) iudeos bellare ceperunt. tamquam duce indigentes. Triphon au(tem) exercitum multu(m) congregans ad iudeam uenire statuit. ut hierosolima(m) debellaret. Symo(n) (er)go fr(ater) ionathe uidens hierosolimitas metuentes. cepit eos alloq(ui)o suo confirmare. q(ua)ten(us) forti animo e(ss)ent. nec p(er)timescerent t(ri)phone(m) sup(er)uenientem. Conuocans (er)go p(o)p(u)l(u)m in templum. sumpsit hinc locutionis initium. P(ro) u(est)ra in q(ua)c(un)q(ue) libertate o uiri iudei me dudum cu(m) patre & frib(us) mori paratu(m) q(ui)s ignorat.

Nō Siquide(m) exempla plurima n(on) desunt mori p(ro) legib(us) & p(at)ria religione n(ost)ra atq(ue) familia. Nos (er)go nullus timor inuadat qui hac uoluntate ab animo n(ost)ro possit eicere. s(ed) introducat mag(is) desideriu(m) uite & gl(ori)e. Quapp(ro)p(ter) n(on) q(ua)si indigentes duce q(ui) laborare p(ro) uob(is) recus(et). s(ed) sequimini me pro animo ubicu(m)q(ue) preexero. Neq(ue) enim melior meis frib(us) existo. neq(ue) peior ut parca(m) anime mee. neq(ue) q(uo)d illis optimum uisum e(st) p(ro) p(at)riis mori legib(us) ego deuitem. s(ed) in quib(us) me oportet p(ro)p(r)iam illis fraternitate(m) ostendere. in his me demonstrabo. eis (con)similem. Confido eni(m) in d(e)o ultione(m) ab inimicis expetere. uosq(ue) om(ne)s cum uxorib(us) & filiis ab eis liberare & templum incolume cu(m)

auxilio reseruare. Nam g(en)t(e)s uideo uos contempsisse. tamq(uam) duce(m) n(on) habentes bella p(re)parasse cont(ra) uos. Cu(m) h(ec) symon ad plebe(m) u(er)ba fecisset. confestim p(o)p(u)l(u)s depulso ab animis metu audacia(m) sumpsit & ad sp(em) bona(m) repente mutati s(un)t. & unanimit(er) exclamauer(un)t eu(m) e(ss)e dignum tenere p(ri)ncipatu(m) fr(atru)m suo(rum). & se ei in om(n)ib(us) obtemp(er)aturos. Statimq(ue) ei dignitate(m) ducis (con)tulerunt. Tunc symon (con)gregans omnes sui exercit(us) bellatores. festinauit muros ciuitatis reconstruere. turrib(us)q(ue) altis & fortib(us) ea(m) munire. Misit & ionathan q(ui)ndam suum amicu(m) filium absalom cum multis ad ioppen. imp(er)ans habitatores e(xp)ellere. Na(m) timebat ne ciuitate(m) traderent t(ri)phoni. ipse u(ero) hierosolima(m) tuebat(ur). Triphon au(tem) exiens a p(to)tholomaide cu(m) multo exercitu ad iudea(m) uenit. ionathan ligatu(m) ducens. Cui symo(n) cum suis occurrit ad adida(m) ciuitate(m) que sup(er) monte(m) iacet. unde etia(m) iudee campi patent. Cum u(ero) t(ri)phon audiss(et) a iudeis symone(m) ducem (con)stitutum. direxit ad eum cupiens dolo & fraudib(us) h(un)c q(uo)q(ue) circumuenire. iussitq(ue) si uellet fr(atre)m ionathan redimere. mitteret ei c. talenta argenti duosq(ue) filios ionathe. q(ua)ten(us) illi fides habeat(ur) post dimissione(m) ne iudeam in sua dicione redigat. & ne eum p(ro) nulla alia causa ligatum n(on) p(ro) debito uectigalium. Symon au(tem) intelligens arte(m) t(ri)phonis. & sciens quia si argentu(m) mitteret tam fr(atre)m ei(us) minime laxaret. timens ne a p(o)p(u)lo accusaretur se causa(m) fr(atr)is necis extitisse. si pecunias & filios p(ro) ipso n(on) traderet. colligens p(o)p(u)l(u)m mandata t(ri)phonis indicauit. dic(en)s q(uo)d uerba eius dolo & insidiis plena e(ss)ent. tamen optabili(us) e(ss)e pecunias & ei filios transmittere. q(ua)m u(er)ba triphonis n(on) obedientis putaret(ur) noluisse fr(atre)m absolui. Initoq(ue) cum suis tractatu. filios ionathe & pecunias transmisit. Quas cum t(ri)phon accepiss(et). nec fidem seruauit. nec ionathan absoluit. Ordinatoq(ue) itinere cupiens p(er) ydumea(m) ad hierosolima(m) ascendere. uenit ad adora(m) ciuitate(m) ydumee. & symon cum suo exercitu contra eu(m) castra disponebat. Hii au(tem) qui in arce hierosolimo(rum) erant miseru(n)t ad t(ri)phone(m) rogantes eum ut eis (p)p(er)aret. q(uo)n(iam) eis alimenta preberet. Ille au(tem) p(er) nocte(m) illam equitatu(m) paratu(m) q(ua)si hierosolimis ascensurus. s(ed) niue ea nocte uehementer cadente. iter niuium repperit equis & peditib(us) suis. Qua causa obstante nequit ea nocte ad hierosolima(m) ascendere. s(ed) reuertens ad cirien. & p(ro)pe galaad iudeam ingressus ionathan p(er)emit & sepeliri iussit. & ita ad antiochia(m) p(er)uenit. Symon au(tem) a basca ciuitate transferens ossa ionathe. s(e)pelivit in p(at)ria sua luctu maximo omni p(o)p(u)lo sup(er) eu(m) faciente. Tunc symon ingens mausoleu(m) fabricans patri suo fr(atr)ib(us)q(ue) sepultura(m) ex albo & polito lapide (con)struxit. opus mirabile (con)spicuu(m)q(ue) faciens. cuius & porta(m) ubiq(ue) columnis sustentantib(us) ex uno lapide uisu mirabile strauit. in sup(er) piramidas vii. pat(ri) & matri & singulis germano(rum) singulas sup(er)ponens magnitudine & decore lucentes. que hactenus seruant(ur). De sepultura (er)go ionathe & de ornatu monumento(rum) h(ec) studui symonis agnouimus. Defunct(us) e(st) (er)go ionathas tenens p(ri)ncipatu(m) p(er) annos iiii. & gente(m) p(ro)p(r)iam regens. De labore au(tem) mortis ei(us) in diuinis documentis publicisq(ue) monimentis p(ri)mi anni symonis benefactoris & iudeo(rum) p(ri)ncipis sc(ri)ptum est. Symon (er)go cum iudeis gazara(m) ciuitate(m) & ioppen. & iamnia(m) deuastans. uictor ad u(er)sarios fugauit. Post h(ec) custodes arcis hierosolimo(rum) cum alimenta n(on) haberent. data fide tradider(un)t arce(m) symoni. qua(m) nullus au(tem) ipsum destruere potuit. nec capi a regib(us) metuebat(ur). Congregans (er)go p(o)p(u)l(u)m arce(m) destruxit. ne foret post h(ec) inimicis refugium. & ut inde n(on) possent ledere p(o)p(u)l(u)m. Q(uo)d ei s(u)ccessit optimum & utile iudicauit & monte(m) sup(er) q(ue)m ipsa arx (con)structa erat destruere. Multitudo (er)go p(o)p(u)li agg(re)ssi opus destruebant monte(m). & nec die nec nocte cessantes p(er) tres annos deposuer(un)t monte(m) usq(ue) ad solum. ca(m)pu(m)q(ue) planissimum fecer(un)t. ita ut excelleret eminentia(m) templum arce & monte deposit(is). Post captiuitate(m) au(tem) demetrii. qui a parthis capt(us) e(st). ea que temporib(us) symonis gesta sunt huiuscemodi continent modi. N(on) multo post triphon interemit antiochu(m) filium alexandri qui theos uocabat(ur). iiii. anno in puer(um). & familiares suos & amicos ad milites misit. & pollicebat(ur) eis multas pecunias si se rege(m) ordinarent. dum demetri(us) a parthis captus e(ss)et. fr(ater) au(tem) eius antiochus si p(ri)ncipatu(m) obtineret. multa mala eis facturus e(ss)et. Milites (er)go cum sp(er)arent affluentia(m) pecuniar(um) fr(u)i sub regno t(ri)phonis. regem eum constituunt. Triphon (er)go ut regni insignia suscepit. (con)tinuo nequicia(m) sua(m) patefecit. & inuidit om(n)ib(us) quia q(uo)d p(ri)uat(us) humilit(er) uulgi audiens obsequebat(ur). n(on) h(ec) uoluntate bona. s(ed) impossibilitate faciebat. Postq(ua)m (er)go regnu(m) adept(us) est. exiens se simulatione uerus triphon apparuit. cepitq(ue) potius extraneos q(ua)m p(ro)prios clientes diligere. P(ro)p(ter) q(uo)d ante exercit(us) omnis ab eo recedens. ad cleopatra(m) demetrii uxore(m) se contulit. que tunc erat in seleucia cum filiis conclusa. Antiochu(m) au(tem) q(ui) sother dicebat(ur) fr(atre)m demetrii cum nullus auderet timore t(ri)phonis suscipe(re). nec fouere. misit cleopatra inuitans eum ut maritus eius fieret. & regnum fr(atr)is inuaderet. Amicis au(tem) suadentib(us) ei ut h(ec) faceret. consentiens accepit ea(m) in uxorem.

Cum intrasset au(tem) seleucia(m) antiochus. nuptiis celebratis exiuit pugnaturus cont(ra) triphone(m). Quem uincens repulit a superiori syria ad feniciem & in doram castello munito conclusum obsidebat. Misitq(ue) q(uo)q(ue) antiochus ad symone(m) p(ri)ncipe(m) iudeo(rum) legatos p(ro) amicicie & auxiliis. Qui cu(m) libent(er) peticione(m) suscepiss(et). pecunias multas cu(m) alimentis militib(us) eius doram misit. Triphon au(tem) cum ad apamia(m) fugeret captus inea conclusione p(er)empt(us) est t(er)cio anno regni sui. Antiochus au(tem) auaricia deprauatus. oblitusq(ue) benefitii q(uo)d ei symon impenderat. uires militares cuida(m) cendebeo amico tradens ad dep(re)datione(m) iudee captiuitate(m)q(ue) symonis misit. Et cum symon audiss(et) antiochi p(re)uaricatione(m). licet ia(m) senex e(ss)et. tam(en) ad audacia(m) concitat(us) e(st) supra etate(m) sua(m). & iuuenile(m) fortitudine(m) recepit. & disponens suos cum bellicosissima parte milicie ipse cum reliqua milicia p(ro)rexit ad bellum. & multos in uallib(us) montium ad insidias ponens comitteus cu(m) hostib(us) nullus ei conat(us) euasit. s(ed) omnem hostium uincens multitudine(m) i(n) pace reliq(ua)m uitam degebat. 7

Symon (er)go octo annis p(ri)ncipatum iudeo(rum) regens. morti in(sidiis)

uiuo per insidias ptholomei. qui et capiens uxorem eius cum duobus filiis. misit armatos ut iohannem quoque filium eius qui et hyrcanus uocabatur comprehenderent. Quod cum sensisset iohannes. euasit periculum. et ad ciuitatem festinauit. confidens de populo propter beneficia patris sui. Ptholomeum autem uolentem intrare ciuitatem. per aliam portam populus expulit. iohannem recepit. Hinc ptholomeus ad aliquod nomine dagon iuxta iericho discessit. Accipiens autem patrium principatum hyrcanus qui et iohannes filius symonis. deum hostiis placauit. et ita contra ptholomeum militiam produxit exercitum. Et cum ad locum uenisset. obsidebat castellum. et hostibus preualebat. uincebatur tamen matris et fratrum amore quos super murum ptholomeus trahens in conspectu eius torquebat et precipitare minabatur. nisi ab obsidione discederet. Hyrcanus autem quantum remitteret de obsidionis industria. tantum karissimis putabat afferre subsidia. ne dum male paterentur. eius crudelitati reputaretur. Mater autem eius protendens manus. petebat ne propter eos differret. sed multo magis impetu castellum inuaderet. inimicoque suo potestati subiecto. pro karissimorum tormentis redderet retributionem. Sed quoque estimans hoc esse uallimum. si per suam mortem hostes atroci deperirent. Hyrcanum uero petitionibus matris incensum. castelli capiendi furor tenebat. Rursusque cum uidisset matrem cedi. pro ingestis matri tormentis. impetum deponebat obsidionis. taliquoque necessitate obsidionis protraxit annum explens. in quo semper iudei uacant. Nam per vii. annos hunc obseruabant. sicut in septimis diebus. Quapropter ptholomeus a bello solutus. occidit matrem et fratres hyrcani. Fugit ad zenonem qui cotylas uocabatur. in philadelfia tyrannidem exercentem. Antiochus quoque congregans exercitum. accessit contra iudeam. iiii. anno regni sui primo autem hyrcani. olimpiade uero centesima. lxii. secunda. Cumque deuastasset prouincia hyrcanum in ciuitate inclusit. quam vii. aciebus circumdedit. nichil tamen proficiebat propter munimina. et obsessorum uirtutem. Propter aque autem inopiam siccitatem intus habitantes domabantur. Antiochus autem statuit turres in parte planissima celsiores numero c. iii. centum unamquamque habentem. Super quas milites per ordines disposuit. multosque cotidie laboris congressus inferebat. fossamque latam et altissimam construens. muros ciuitatis deposuit. Iudei autem multas incursiones contra antiochum moliebantur. et siquidem aduersarios inuenissent. pessime eos conterebant. si uero sensisse eos cognoscerent. intro citi rediebant. Hyrcanus autem ingentem multitudinem in ciuitate attendens. in consumendis necessariis. inutilem partem populi secernens. foras ciuitatem emisit. que non bellicosa et fortis erat. intus retinuit. Antiochus autem proiectos egredi uetabat. Qui dum inter muros errarent. ex seuissimis tormentis miserabiliter exspirabant. Cum uero festi dies tabernaculorum uenissent. misertus eorum hyrcanus in ciuitatem denuo eos recepit. Hyrcanus autem ad antiochum legatos direxit. petens inducias vii. diebus propter festiuitatem dieique supplicationem. Qui cum audisset. respondit legatis. Immolate. et statim sacrificium magnificentissimum hyrcano per legatos destinauit. taurum cornibus inauratis. et pocula plena omnibus aromatibus aurea et argentea. Quod sacrificium adductum susceperunt qui ante portas stabant. et ad templum duxerunt. Antiochus quoque iste iudeis melior antiocho epiphane extitit. Nam ille capiens ciuitatem. porcos super aram immolauerat. et ius carnium per templum sparserat. et legem iudeorum patriamque religionem confuderat. Hunc autem antiochum propter pietatem religionis omnes pium uocauerunt. Hyrcanus quoque laudans benignitatem antiochi. misit ad eum legatos de ciuitate petens eum. ut patriam eius conuersatione restitueret. Antiochus uero refutans pessimum consilium suadentium. ut ciuitatem belli iure caperet. ad omnem pietatem flexus. legatis hyrcani ita respondit. Si tradideritis mihi arma. partemque tributorum ioppe. et aliarum ciuitatum circa iudeam existentium solueritis. et mea custodia in ciuitate receptus. finitum statim bellum. Iudei quoque omnia hec consentiebant preter custodiam. quam non ob aliud nisi pro dissimili conuersatione recusabant. Pro custodia tamen obsides dare proferebant. et quingenta talenta argenti. ex quibus statim ccc. cum obsidibus obtulerunt. inter quos erat frater hyrcani. Que cum suscepisset rex antiochus. et coronam ciuitatis deposuisset. obsidionem soluens discessit cum amicitia hyrcani.

Hyrcanus sepulchrum dauid aperiens. qui quondam ditior cunctis regibus fuit. tria milia talenta pecuniarum exinde protulit. ex quibus primus peregrinos iudeorum alere cepit. Componens et amicicias cum antiocho. suscipiensque eum intra ciuitatem. munifice et habunde militibus omnia necessaria ministrabat. Cumque antiochus exercitum congregasset. ut contra parthos pugnaret. qui fratrem suum demetrium tenebant. cum eo hyrcanus egressus est. Huius rei testis est nicolaus damascenus. sic in hystoria sua loquens. Tropheum autem sistens antiochus iuxta fluuium lycum. ubi uicerat indathum parthorum ducem. duobus diebus ibi moratus est. petente hyrcano iudeo propter aliquam patriam celebrationem iudeorum. in qua non erat legitimum eos proficisci. Et hec nicolaus scribens non est mentitus. Nam quinquagesima festiuitas post instabat sabbatum. in qua minime licet nobis in die sabbati festo. uel in sabbatis iter conficere. Antiochus quoque cum arsace rege parthorum confligens. et multum perdens exercitum interiit. In regno autem frater eius demetrius successit. arsace eum a captiuitate soluente. quem exquo in bello ab eo captus fuerat. usque ad illud tempus in uinculis erat. Hyrcanus autem qui et iohannes antiochi morte cognita. statim ad syrie ciuitates expeditionem parauit. arbitratus eas inuenire paratas et desertas pugnatoribus. quod et euenit. Nam ciuitatem medabam cum multum exercitus eius laborasset. sexto mense cepit. post et samogam. et illa que uicine erant. Cepit et sycima et montem garizim. et templum in monte constructum per cc. annos prius constructum fuerat destruxit. Post hec cepit ciuitates ydumee adoream. marissam. et cunctos ydumeos domuisset. permisit eos prouincia habitare si circumciderentur legibus iudaicis uterentur. Qui pro desiderio patrie terre circumcisionem et aliam conuersationem iudeorum pertulerunt. ideoque ex illo tempore ceperunt esse iudei. Quo facto. hyrcanus societatem romanorum renouare cupiens. legationem ad ipsos direxit. Cumque senatus scripta eius suscepisset. composuit amicicias hoc modo. fannius marci filius consul senatum

omnem viii. id. februarii in campum iussit conuenire presente lucio manlio lucii mentii filio. et gaio sempronio falerne filio. Propter hoc quod legati iudeorum peterent symon filius dosithei. et apollonius alexandri. et diodorus iasonis uiri optimi. a populo iudeorum destinati. de societate et beniuolentia exhibendis. quam cum romanis de publicis rebus habuerunt. ut ioppe. et portus. et gazara et fontes et ciuitates et uillas quas antiochus pugnans contra senatus consultum tenuit restituant. et nec regum milites per terram eorum cum subiecti sint transeant. ut et illa que per antiochum gesta sunt. ut legatos mittant quatenus recipiant que ab antiocho ablata sunt. et prouincia est eorum uastatam. utque eis ad reges et populos liberos litteras darent. quatinus ad propriam domum illesi reuerterentur. Placuit quoque amicitias cum hominibus bonis et a populo bono constitutas missis esse renouandas. De rebus autem eis ablatis respondere consulares. cum a suis negotiis consulatus uacauerit festinabit. in posterum nullam in eos iniquitatem ab alio fieri decernentes. dare consulem fannium publicas pecunias expendendas dum ad patriam remearent. Fannius quoque legatos iudeorum remisit. pecunias eis publicas prestans. et senatus consultum per quod debuissent cum tutela ad sua patria redire. In his quoque hyrcanus princeps sacerdotum degebat.

Interea rex demetrius a captiuitate solutus. exercitum aduersus hyrcanum collegit. sed nec tempus nec occasio ei bellandi data est. cum milites regum malicia eius abhorrerent. et per legationem peterent ptholomeum fiscone cognominatum. quatenus de genere seleuci eis instituerent qui regnum super eos acciperet. Ptholomeus autem misit eis alexandrum nomine zebenna cum exercitum. Pugnaque commissa. demetrius superatur. Qui dum fugeret ad cleopatram. quondam uxorem suam in ptholomaida. ab ea non suscipitur. tyrum recedens tentus multaque passus ab inimicis interit. Alexander autem regnum accipiens. et amiciciam cum hyrcano principe sacerdotum componens. interiecto pauco tempore expugnatus ab antiocho filio demetrii crispi nomine occiditur. Et cum antiochus imperium suscepisset. exercitum contra iudeam destinare timuit. Audierat enim germanum suum. et ipsum uocatum antiochum ex eadem matre progenitum. multas uires contra se a ciziceo congregasse. eumque statuit intra prouinciam expectare. quatenus incursionibus fratris sui resisteret. qui filius erat antiochi qui uita parthico bello amiserat. et frater demetrii fuerat. Ambo enim scilicet demetrius et antiochus unam uxorem cleopatram duxerunt. et uterque suum filium ex ea genitum antiochum uocauit. Ciziceno autem antiochus ad syriam perueniens. diu cum fratre bella commisit. Iste hic hyrcanus omni tempore illo pace fruebatur. Nam a macedonibus se separauerat. et nec amicus. nec subiectus eis aliquid prebebat. Res autem eius habunde creuerunt temporibus alexandri zebennei. et magis tamen quando hii duo fratres contra se pugnabant. Nam dum illi bello occupati fuissent. hyrcanus cum licentia iudeam possidebat. multaque pecunia collegit. ambosque fratres inter se dimicantes contempnens. expeditionem contra samariam ciuitatem ualde munitam produxit. de qua ciuitate suo loco referam. qualiter ab herode sit condita. et sebaste nominata. Accedens quoque ad eam studiose obsidebat. memor malorum que samaritae contra marisenos colonos et auxiliatores iudeorum commiserunt. et obedientes syrorum regibus. Cum quoque menia ciuitatis undique circumdedisset. duplici muro cincta stadiis lxxx. filios suos aristobolum et antigonum obsidioni preposuit. Quibus imminentibus ita in tanta necessitate famis samarite inciderent. ut et illicita tangerent. et uocarent adiutorem antiochum ciziceum. Qui statim ueniens ad defensionem uincitur ab aristobolo et antigono. fugatusque ab eis usque ad scytopolim uix euasit periculum. Illi autem rursus ad samaritas reuersi. concludunt eos intra murum. ita ut secundo samarite uocarent adiutorem antiochum. Qui dum a ptholomeo latiro vi. milia uiros petisset. quos ptholomeus inuita matre direxit. nam iam dudum eum a principatu expulerat. Antiochus quoque per latronum modum primum inuadit hyrcani prouinciam cum egyptiis. non audens aperte pugnam committere cum sciret se uires impares habere. et sperabat per depredationem terre cogere hyrcanum a samarie obsidione recedere. Cumque multos milites insidiis circumuentos perderet. discessit

158. ad tripolim callimandro et epicrati bellum iudaicum committens. Callimander quoque pugnans cum hyrcano. iudeis fugam simulantibus. et post reuersis statim cum suis occiditur. epicratus autem pecuniis seductus scytopolim cum uicinis locis iudeis prodidit. et ideo obsidionem samarie soluere non potuit. Hyrcanus quoque sub anni conclusione capiens ciuitatem. non hoc solo contentus est. sed tota samaria deleuit. Nam fecit ut uallum magis quam ciuitas esse uideretur. Mirabile tamen aliquid de principe sacerdotum hyrcano dicitur. quod deus ei locutus sit. Nam referunt illo die quo filii eius cum antiocho ciziceno conflixerant. dum ipse in templo solus sacerdos adoleret thura. audisse uocem quod filii eius uincerent antiochum. Qui cum a templo processisset. hoc omni populo indicauit. quod etiam ita ut supra diximus euenit. Per idem uero tempus non solum iudei. sed et prouinciales et alexandria habitantes. et egyptum et cyprum feliciter agebant. Nam cleopatra regina contra filium ptholomeum latirum seditione mouens. ordinauit sibi duces chelchiam et ananiam filios onie. quem supra retulimus templum edificasse in terra helyopolitana ad similitudinem templi hierosolimorum. Cleopatra quoque cum tradidisset his exercitum. sine eorum sententia nichil tractabat. Hyrcanus autem pro magna felicitate quam habuit. inuidiam incurrit iudeorum. ita ut cum aliquid mali pati uellent. Pharisei autem multum apud populum ualebant. ita ut si quid contra regem et principem sacerdotum dixissent. facile crederetur. Discipulus enim eorum prius hyrcanus fuerat. et nimis ab eis diligebatur. Quadam quoque die cum eos hyrcanus ad conuiuium uocasset. et amicabiliter pasceret. nimisque eos letari uidisset. dixit ad eos. Scitis me uelle iuste omnia agere. per que deo et uobis placeam. Rogo quoque uos. ut si quid me peccantem uideritis. et a recta uia deuiantem. reuocate atque corrigite. Qui dum testimonium perhiberent omni uirtute eum esse ornatum. letatus est. Et unus ex accumbentibus eleazarus nomine maliuolus. et seditionibus gaudens. dixit ad eum. Quoniam iustum dixisti te ueritatem cognoscere. scito esse ius iustum ut de-

ponat principatum sacerdotii, et tantum sufficiat ei populi regere magistratum. Hyrcano uero causam consulente per qua causa deponere deberet principatum, Eleazarus respondit: Quoniam audiuimus a senioribus captiuam fuisse matrem tuam sub rege Antiocho; quod falsum fuerat. Contra quem irati Hyrcanus et omnes pharisei ualde indignabantur. Ionathas quidam de saduceis amicus Hyrcani dicebat Eleazarum blasphemiam fecisse, et hoc manifestum illi posse fieri, si requireret illos quanta dignus esset pena pro uerborum suorum blasphemia. Cumque Hyrcanus phariseos interrogasset qua pena eum iudicarent dignum, non enim inquit credo eum uestra uoluntate facta iniuria. Et illi cum eum honorare uellent dicebant ad mensuram pene plagas et uincula sufficere, cum non esset digna contumelia morte multari. Hoc pharisei dicebant, quia naturaliter modesti erant ad tormenta irroganda. Hyrcanus autem per iram surrexit, putans illorum consensu Eleazarum has maledictiones fecisse, cum eum morte dignum non iudicassent. Ionathas autem suasit Hyrcano ut relictis phariseis saduceorum secte consentiret, et leges a phariseis prolatas dissiparet, et custodes earum puniret. Quod cum fecisset Hyrcanus, summum ei et filiis odium a phariseis concitatum est, cum sicut supra diximus multum apud plebem ualerent. Hyrcanus ergo qui et Iohannes filius Symonis feliciter uixit, et principatum optime rexit xxx et uno anno, defunctusque reliquit filios v. Qui ergo Hyrcanus maximis his tribus rebus dignus adeo iudicatus est, magistratu populi, et principatu sacerdotii, et predicatione prophetie. Nam deus cum eo erat, et futurorum prescientiam ei donauit, ita enim cognoscebat et predicabat, ut et de duobus filiis prediceret, quod rerum domini non diutius permanerent. Quorum interitum operepretium est enarrare, quatinus sentiam quantum indigni felicitate patris fuissent.

Defuncto ergo Hyrcano, filius eius maior Aristobolus magistratum ad regiam dignitatem transferre decreuit, primusque sibi diadema imposuit, post annos quadringentos octoginta et tres menses ex quo de captiuitate babilonica populus liberatus ad propria remeauit. Aristobolus ergo amans fratrem suum Antigonum, simili eum dignitate coronauit, alios uero tres fratres uinculis astrictos tenebat. Matrem quoque suam de magistratu altercantem inclusit custodie; nam illam Hyrcanus esse dominam rerum constituerat. Aristobolus ergo ad tantam crudelitatem productus est, ut uinculis eam penuriaque consumeret. Ab Antigono et fratre quem consortem regni sui fecerat, quorundam accusationibus alienatus est, quibus primum quidem non credebat, sed postea accusatione crescente suspicionem de eo habuit ex tali causa. Cum iste Antigonus ab quadam expeditione clarus redisset, tempore quo iudei festiuitatem tabernaculorum celebrant, contigit Aristobolum morbo teneri. Cum hoc Antigonus audisset, ascendens templum die festo ualde splendide ornatus cum armatis, orauit multum pro salute fratris. Hoc uidentes maliuoli, et concordiam eorum separare cupientes uenerunt ad Aristobolum ubi infirmabatur, et narrauerunt ei uictoriam Antigoni, et pompam eius maliuole dilatabant, quoniam in festo tabernaculorum sublimis apparuerit quasi hec non a priuato fieri uiderentur, sed regie munificentie de honestatio uideretur irrogari. Addiderunt et nunciauerunt eum cum multitudine militum ad eius interitum uenire. Aristobolus ergo his accusationibus non ut credidit, timens ne in fratris suspicione incideret, simulque suam custodiam curans, disponit custodes sui corporis in subterraneo et tenebroso loco. Iacens autem in turre que Antonia dicebatur, precepit suis militibus ut quando post fratrem suum mitteret, et ueniens intraret, si armatus esset interficerent eum, et nullum ei contrarium inermem occiderent. Aristobolus ergo mandauit Antigono ut sine armis ueniret ad eum. Regina autem odiens Antigonum occurrit nunciis Aristoboli mariti sui, et persuasit eis contraria Antigono dicere ita. Quia frater tuus audiens construxisse te arma ornatumque bellicum petit ut ingrediaris ad eum cum armis, quatenus uideat eorum facturam. Quo nuncio Antigonus nichil dolosum arbitratus, sed confidens de fratris affectu, ignoransque insidias quas sibi inimici construxerant, sic erat armatus ad fratrem Aristobolum ingreditur. Cumque ad turrem que Stratonis dicitur peruenisset, ab eis qui in tenebroso loco fuerant statim occiditur. Cuius mors ostendit nichil inuidia, nichil accusatione esse ualidius, neque nichil aliud magis seuerum fide seu naturale familiaritatem quam iste passiones. Aristobolum ergo fratricidii penitentia statimque possedit, nec non et egritudo mentem eius celeri dolore peruasit, et intolerabile passione corruptus uisceribus sustinebat, copia quoque sanguinis euomebat. Quod dum puer aliquis deportaret, lapsus est in loco in quo macule sanguinis Antigoni aspiciebantur et subito exclamauit dei prouidentia ut arbitror disponente, ut mors innocentis populo nescienti patefieret. Populus ergo accurrens ad clamorem pueri, uidensque Antigonum interfectum, ululatum magnum emisit. Et cum Aristobolus in interioribus iacens clamorem populi audisset causamque requisisset, tacentibus minabatur discere uolens clamoris causam.

Nō Nam homines mala suspicantur in his que tacentur, et semper peiora putant. Vt autem cogentis minantis ueritatem aperuerunt, confunditur mens eius percussa conscientia sua, gemensque cum lacrimis ex alto pectore dixit: Numquid deum latere potui iniquam impiis et crudelibus operibus ut non scelere fraterne cedis ueloci pena consumerer? Vsquequo impium corpus prohibes animam ad tenebras mactatis et fratris quasi innocentes necaui accedere? Cur non eam celeriter reddis? Sed paulatim libo sanguinem a me interemptus. Que cum dixisset moritur anno primo regni sui, qui et Fellen idest amator grecorum dictus est. Multum autem dum aduixit patrie profuit. Nam subegit Ytureos, plurimamque eorum prouincie iudeis adiecit, et compulit habitantes in ea, ut si uellent in prouincia permanere circumciderentur secundum leges Mosaicas. Erat enim natura ualde moderate et pudoris ingenui, sicut et testimonium perhibet Strabon Chimagenus dicens. Modestus fuerat hic uir, et nimium iudeis utilis; nam prouinciam iudeis acquisiuit, et partem gentis Ytureorum sub circumcisionis uinculo constrinxit.

Defuncto autem Aristobolo Salomi uxor eius que apud grecos Alexandra nominatur, soluens fratres Aristoboli quos ille ligatos tenuerat, unum ex eis Alexandrum qui et Ianneus dicebatur etate maiorem regem ordinauit. Hic autem Alexander numquam ad faciem patris sui Hyrcani uenerat, et ea huius odii causa dicitur fuisse. Cum Hyrcanus priores filios suos Aristobolum et Antigonum diligeret, et apparuisset ei deus in somnis, et interrogasset eum Hyrcanus quis successor filiorum eius existere deberet, demonstrauit ei deus hunc Alexandrum heredem fieri. Vnde contristatus Hyrcanus quod hic eius heres deberet fieri, genitum in Galilea nutriri iussit. Deus autem neque mentitus est Hyrcano. Nam post Aristoboli finem iste suscepit regnum, et unum de fratribus suis intendentem se regno priuare interfecit, alterum uero uolentem innocenter uiuere honorabiliter tractabat. Qui cum ergo principatum sibi firmiter disposuisset, expeditionem contra Ptholomaida fecit, pugnaque commissa uictor mentitate hostes concludens obsidebat eos. Nam ex ciuitatibus maritimis Ptholomaida et Gaza sole ut subiceret restabant. Antiocho ergo Filometore, fratreque eius Antiocho Cizizeno inuicem decertantibus, suasque uires perdentibus, neque Ptholomaite sperabant ab illis auxilium. Quibus obsidione conclusis, Zoilus qui turrem Stratonis et Doram tenebat, agmine militari nutriens tyrannide meditatus est, dum duo fratres inter se pugnarent, et uolebat adiuuare Ptholomaitas. Spem et habebant Ptholomaite in rege Egypti Ptholomeo Lathuro. Ad quem mittentes petebant eum sibi auxilio uenire, quatenus a manibus Alexandri eos periclitantes eriperet. Spe et animum ei legati excitauerunt dicentes quia multa solacia haberet in Syris, et Gazeis, et Zoilo tyranno. Quibus ubique Ptholomeus incitatus uenit in Syriam. Audiens autem Ptholomaitas uoluntate mutata, non minus tamen nauigauit et applicuit in Sycamina, ibique uires suas deposuit. Omnis uero exercitus eius erat cum equitibus et peditibus xxx milia. Alexander ergo Ptholomei timore soluit obsidionem, reuersusque in Iudeam preparabat se ad bellandum contra Ptholomeum. Misit et latenter ad Cleopatram matrem Ptholomei incitans eam aduersus filium. Aperte autem simulans se amicicias cum eo facere, promisit iiii milia talenta argenti, si Zoilum tyrannum depelleret. Ptholomeus ergo libenter amicicias Alexandri suscipiens, Zoilum subegit. Deinde audiens quia latenter ad matrem suam Cleopatram misisset nuncios, soluit pacta que cum eo fecerat et fidem, et accedens ad Ptholomaida obsidebat eos, eo quod pro eum mittentes uenientem non suscepissent. Relinquens ergo ibi duces et partem exercitus ut obsessos custodirent, cum reliquis Iudeam depopulaturus inuadit. Veniens autem ad Asocaron ciuitatem Galilee die sabbatorum, uiolenter eam cepit, et circiter x milia corporum, et multam predam abstulit. Cumque temptasset capere Seforim ciuitatem, multos de suo exercitu amisit. Alexander autem audiens preparationem Ptholomei, et quia contra se ueniret ad pugnam, congregauit prouincialium iudeorum l milia, ut autem alii hystoriarum dicunt lxxx milia, et occurrit Ptholomeo iuxta Iordanem in loco qui Asofon dicitur. Habuit et in exercitu suo Alexander viii milia pugnatorum quos ecatontamachos uocant, idest contra c pugnantes, quoniam ereis scutis utebantur. Fuerunt autem Ptholomeo pugnatores fortes, sed minus iudeis ornati, et ideo timide ad bellum accesserunt. Non parua autem audacia eis immittebat Philostephanus stratigmatorum peritus, qui eos flumen transire prohibebat, super quem castra posuerat. Alexander autem non uetabat eos flumen transire, dum putaret quia si post dorsum flumen haberent, neque possent fugere. In principio ergo pugne ex utraque parte pari animositate et studio pugnatum est, ita ut ab utroque exercitu multi prosternerentur. Et cum Alexandri exercitum fortiorem Philostephanus uidisset, milites diuisit, et suos deficientes fortiter adiuuans, nulloque subueniente iudeis, parte illa que prope eum eis stabat ad fugam conuertit. Quod cum uidissent milites Ptholomei, secuti iudeos interficiebant. Post hec reliquos iudeorum ad fugam uerterunt, et tamdiu prostrauerunt eos usque quo et ferrum et manus eorum defecissent. Triginta ergo milia uirorum occisa fuisse dicuntur. Tymagenes uero scriptor dicit l milia fuisse occisorum, reliquos uero captos, paucos autem ad suam fugisse prouinciam. Ptholomeus autem post uictoriam prouinciam pagatus uespere facto, in quibusdam iudeorum uillis ingressus est. Quas plenas mulieribus et infantibus inueniens, iussit militibus suis ut occiderent et laniarent eos, et membra eorum in cacabis ad coquendum mitterent. Hoc autem ideo fecit ut hi qui a pugna fugerant putarent hostes suos carnibus uesci humanis, et ob hoc eos ualde metuerent. Cepit et Ptholomaida, sicut supra diximus. Cleopatra autem mater eius cum audisset eum Iudeam licenter uastare, et ciuitates capere, negligere recusans, et timens ne absque prius prope ciuitate amaretur, statim cum nauali et pedestri exercitu contra filium egreditur. Duces autem totius milicie Chelchiam et Ananiam iudeos proposuit, pecunias multas, nepotesque suos, et testamenta apud eos commendans. Et cum audisset filium suum cum magna classe nauium ad se nauigasse, omnem expeditionem suam Cleopatra in Ptholomaide proposuit. Cumque eam Ptholomaite non suscepissent, obsedit ciuitatem. Ptholomeus autem audiens matrem contra se uenisse ad Ptholomaida, festinauit ad Egyptum putans ex subito sine militibus existentem occupare, sed spe sua deceptus est. Per idem tempus Chelchias unus ex ducibus Cleopatre circa inferiorem Syriam Ptholomeum persequens moritur. Cleopatra ergo cum audisset filium suum in Egyptum uenisse, et ab Egyptiis non susceptum, eis misit statim milicie partem, que filium Ptholomeum de Egypto expelleret. Qui expulsus de Egypto, iterum in Gaza hyemabat. Interim autem Cleopatra custodiam Ptholomaidis cum ciuitate obsidione cepit. Ad quam cum Alexander munera dona deportans uenisset, dixissetque se mala a Ptholomeo passum, refugiumque non alibi nisi apud eam habiturum, quidam de assidentibus suadebant Cleopatre ut prouinciam iudeorum preueniens obtineret, neque contempneret tantam opulentiam plebe iudeorum subditam. Ananias autem dux milicie genere iudeus dicebat eos contraria regine suadere, ut hominem post auxiliatorem futurum priuaret propria potestate, cum et cognatus ei esset. Predico namque contra regina, quia si eis consenseris, omnes iudeos inimicos habebis. Hec Ananias dicebat, uolens adiuuare Alexandrum. Cleopatra autem suadente Anania flexa est, ut Alexandrum non lederet, et societatem cum eo composuit in Scytopoli Syrie. Alexander autem liberatus ducta roborat exercitum statim contra humilo Syria proficiscitur, et expugnauit Gadara x mensibus oppressam, et Amathunta magnum propugnaculum habitancium super Iordanem. Theodorus

autem qui zenonis presidebat in spatio iudeos invasit. et decem milia interfecit. sarcinasque alexandri diripuit. Alexander autem neque sic deficiens perturbatus est; sed mox iuxta maritima loca direxit exercitum. et rafiam. et alchidonam expugnavit. quam postea herodes agrippiadem nominavit. Cum autem audisset ptholomeum a gaza ad egyptum redisse. matremque eius cleopatram ad egyptum reversam. gazeis iratus quod per id tempus ptholomeum auxiliatorem vocassent. civitatem eorum possedit. et provinciam vastavit. Apolodotus autem dux gazeorum cum duobus milibus peregrinis. et x. milibus civium in exercitum iudeorum irruens. quamdiu nox erat gazei vincebant. arbitrantibus iudeis rursum ptholomeum supervenisse. Die autem facto cognoscentes iudei veritatem. gazeos invadunt. et prosternunt de eis mille homines. Gazeis autem adhuc resistentibus; et neque sue paratis viris cadentibus; pertulit gessere prelium commune cum iudeis. et quicquid adversi accidisset. tolerare passi sunt. ne iudeis subicerentur. Spem etiam habebant gazei in rege arabum aretha. quem et sperabant in auxilium suum venire. Sed contigit antequam veniret in auxilium eorum apolodoro duce eorum perempto civitatem capi. Lisimachus enim frater eius interfecit eum, militesque congregans. civitatem alexandro et iudeis prodidit. Qui cum ingressi civitatem fuissent quieverunt. Post hec alexander milites gazeis immisit ut eos cruciarent. et per diversa loca prosternerent. Gazei autem non animas debiles sed paratas habentes. venientibus iudeis resistebant. sed et paucos eorum dilaniabant. alii vero desolati domos suas incendebant. ne aliqua spolia ibi iudei possent invenire. alii liberos suos cum uxoribus propriis manibus interficiebant. quatinus servitute inimicorum tali evitarent. Cumque quingenti viri ex primatibus eorum in templum apollinis confugissent. quorum consensu proditio erat facta. hos abstrahens alexander occidit. et civitatem post annuo obsidionem deponens hierosolimam remeavit. Eodem tempore antiochus qui cyzicenus dicebatur moritur insidiis heracliani anno vite sue xl. nono. Post hunc philippus frater eius cum imposuisset sibi diadema. in parte aliqua syrie regnabat. Ptholomeus vero laturus filius cleopatre quartum fratrem eorum demetrium qui eucerus dicebatur agnido deducens in damasco regem ordinavit. Antiochus vero pugnans contra hos duos fratres citius occidit. Alexander igitur veniens hierosolimam. seditione invenit iudeorum. Nam in die qua festivitas tabernaculorum agebatur. cum super aram staret immolaturus. virgis cedrinis iaculabantur eum. Nam legitimum est apud iudeos in scenophegiis unumquemque portare virgam ex palmis cedrinis. Contumeliose etiam eum aggressi sunt. cum ingressi fuissent templum dicentes eum de captiva matre genitum. et honore sacrificii indignum. Alexander autem iratus vi milia de eis occidit. et parietem lignorum circa aram et sacrum constituens usque ad altare ingressum solis sacerdotibus licere ingredi. multitudinis introitum prohibebat. Post hec arabas et moabitas et galaaditidas vincens. tributa eis imposuit. et amathunta expugnavit. non audente theodoro confligere cum eo. Et cum et expugnasset contra obidam regem arabum. occidit ex insidiis in altissima valle. iuxta galaaditidem. Et cum inde surgeret ad hierosolimam super infelicitate sua habuit et propriam gentem iudeorum inimicam. Contra quos vi. annis litigans. occidit ex eis l. milia. Rogans autem eos ad ultimum ut odium quod in eum haberent solverent. illi magis horrebant eum propter ea que sibi fecerat mala. Cumque interrogasset eos quid vellent de se fieri. exclamaverunt omnes. Mori debes.

Iudei vero ab alexandro nimis afflicti, evocaverunt demetrium eucerum. ut eis auxiliaretur. Qui dum cum maximo exercitu pervenisset ad eos qui eum vocaverant. circa sycima castra metatus est. Alexander conductis militibus vi. milibus ducentis. et iudeis xx. milibus qui ei favebant contra demetrium perrexit. Fuerunt autem demetrio equites tria milia. et pedites xl. milia. Multa vero ex utraque parte gerebantur. et demetrius volebat seducere conductos milites alexandri. et ille econtra demetrio sociatos studebat avellere. Cumque neuter valeret persuadere et pugnam commisissent. vicit demetrius. et omnes alexandri conductos milites occidit. Et cum per montana fugeret alexander. misericordia ruine eius flexi colligunt ad eum sex milia iudeorum. et tunc quiescebat timore demetrius. Post discessum autem eius. perduxit exercitum contra iudeos. Quos superans multos eorum occidit in bello. et quosdam eorum obsedit in quadam civitate conclusos. Quos capta civitate tenens duxit in hierosolimam. et crudelissima pena in eos exercuit. Nam dum cenaret cum concubinis suis in excellenti loco. crucifigi ex ipsis octingentos iussit. et filios eorum et uxores coram ipsis adhuc viventibus occidi. Hec vero nimia alexander pulsione gerit propter faciebat. pro his que fecerunt ei mala. et quod demetrium alienigenam in auxilium contra se evocaverant. Iudei vero propter nimie crudelitatis exaggeratione quam in eos exercuerat alexander vocaverunt eum trucida. Adversarii autem eius viii. milia eo recusso noctu fugaverunt. et quamdiu vixit alexander exulabant. Ita vero alexander liberatus a seditione iudeorum. cum omni quiete in posterum regnavit. Demetrius autem qui iudeos adiuverat. cum a iudea in beroa descendisset. obsidebat philippum fratrem suum. cui x. milia peditum erant et mille equites. Straton vero berohe tyrannus philippo auxilium prebebat et ... rex arabum. et mitridates rex parthorum. Qui cum venissent cum multa expeditione et obsedissent demetrium intra castra. et sagittis et siti eum angustassent. compulerunt milites eius. ut eum traderent. Et cum eum cepissent. et provinciam depredassent. demetrium quidem mitridati regi parthorum dederunt, captivos vero antiocenos gratis antiocenis reddiderunt. Mitridates vero rex parthorum accipiens demetrium in magno honore servavit usque ad vite eius terminum. et statim cum exercitu ad antiochiam perrexit. eamque tenens. syrie regno potitus est.

Post hec antiochus frater demetrii qui nuncupabatur liber patris sibi vendicans principatum venit ad damascum. ibique regnavit. Cumque contra arabas exercitum duceret. philippus frater eius ad damascum perrexit. Milesius autem qui custos arcis relictus fuerat in damasco. civitatem aperiens philippo tradidit. Ingratus autem erat philippus milesio. et ideo nullas gratias referebat pro traditione civitatis. Qua propter milesius cum philippus quadam die exisset ad circum. claudens civitatem non permisit eum rursus intrare. et civitatem antiocho servavit. Qui cum veniens audisset quod gestum erat. exercitum perduxit contra philippum. Aretas autem rex arabum. adiuvabat philippum. Cumque invicem pugnarent. rex arabum primum cedens. deinde ex inpulso cum x. milibus equitum adveniens occasione antiochi fortiter debellans. ipsum occidit. et milites eius fugavit ad canan villam. ubi plurimi fame necati sunt. Ipse autem aretas regnavit in syria exceptus a damascenis. Per idem tempus alexander cum iudeis invasit diam civitatem. et essamon tribus aggeribus circumdans pugnando cepit. Et inde pergens contra gaulam et seleuciam cum cepisset eas. subegit etiam vallem que antiochi dicitur. et castellum gamala. Et cum indigene demetrium ducem illorum locorum accusarent apud alexandrum. multis indignatus dampnis eum affecit. Alexander autem tercio anno solvens expeditionem. ad hierosolimam reversus est. Quem iudei grato animo susceperunt propter felicitatem eius. cum tamen in animo priora mala que eis fecerat recordarentur. Nam per felicitatem eius iudei syrorum et ydumeorum et fenicum civitates possidebant. et iuxta mare stratonis turrem. apolloniam. ioppen. iamniam. azotum. gazam. antidonem. rafiam. rinocoruram. aboram. marissam. omnemque ydumeam. et samariam. et carmelum. et tabrium montem. scytopolim. gadaram. gaulanitidem. seleuciam. gabala. moabitidem. sebon. midabam. bagronem. magam. et onzora. ciliciam. aulonem. pellantem. Has omnes civitates alexander pugnando iudeis subiecit. Post hec autem idem alexander crapule nimium indulgens infirmitatem incidit. et tribus annis quartano typo laborans. nec sic tamen ab expeditione quiescebat. donec in laboribus exspiraret. dum castellum rabaga trans iordanem obsideret. Quem cum vidisset regina alexandra quam et frater eius aristobolus prius habuerat. morti esse vicinum. et nulla spe salutis haberetur. deplorans futuram desolationem suam et filiorum aitadeu. Cui me iam relinquis cum filiis. egentem auxiliis alterius. dum sic scias adversariam tibi gentem existere pro malis que eis olim irrogasti. Tunc alexander persuasit ei mandata sua custodire. quatenus certa cum filiis teneret regnum. et ut mortem suam militibus celaret. usque quo castellum caperet; ut ad hierosolimam victrix et splendidissima rediret. Post hec phariseis da potestatem. ut quecumque velint agant. quatinus illi te laudantes propter honorem sibi attributum. fidam tibi gentem constituant. Nam illi multum apud iudeos valent. et ledunt sique abhominantur. et prosunt cui amicantur. cum nimium eis a populo credatur. quecumque noluerint de aliquo sevissimum inferre. Nam et ego offendisse multitudinem arbitror. quod phariseos aliquando contristassem. Tu ergo inquit cum ad hierosolimam perveneris. convocatis militibus eis meum corpus ostende. et permitte eis. qualiter velint in meo cadavere. sive contumeliose ludere. sive insepultum relinquere. eo quod a me mala perpessi sunt. et quicquid in tuo regno velint decernere. Quod si hec ad eos dixeris. ego quidem clariore dignior ab eis funere exequiarum te habebor. cum iam post mortem malignum non sentiet. et tibi firmum conficies principatum. Hec cum alexander sue uxori alexandre persuasisset; mortuus est imperii sui xxvii. anno. etatis vero xl. nono. Alexandra autem uxor eius cum castellum milites cepisset; secundum mariti mandata phariseos allocuta. et illorum potestati mariti corpus. et regni gubernationem commendat. et iram phariseorum quam in alexandrum habuerant extinxit. et eos amicos fideles sibi paravit. Pharisei vero convocantes populum. res gestas alexandri explanaverunt. dicentes iustum et magnum regem perdidisse. et populo magnum luctum et mesticiam ex laudibus regis immiserunt. et exequias ei meliores quam ceteris regibus exhibuerunt.

Alexander autem moriens duos filios reliquit hyrcanum et aristobolum. uxori vero alexandre regni curam reliquit. Ex filiis autem eius hyrcanus rerum gubernatione ignorans. ociosam vitam elegerat. novissimus vero aristobolus efficax et audax erat. Alexandra autem mater eorum a populo diligebatur. eo quod videbatur contristari de quibus maritus eius peccasset. Ipsa vero assumens hyrcanum filium suum. ordinavit eum principem sacerdotum, propter etatem. magis autem propter innocentiam. et pharise-
159. os omnia que vellent facere permisit. et eis obedire multitudinem precepit. et leges secundum eorum voluntatem servari iussit. Regium autem nomen tantum ipsa ferebat. et omnem potestatem regni pharisei possidebant. Nam et fugas reducebant. et ligatos solvebant. et nichil a dominis differebant. Regina autem secum conductos milites habens. et suas vires duplas ostendens. reges in circuitu positos capiebat. vel obsides ab eis missos. Pacem autem omnis provincia habebat. Pharisei vero alexandram reginam flectere moliebantur. quatinus occideret consiliarios quondam alexandri mariti sui. Ex quibus statim ipsi occiderunt eum nomine diogenem. et alios multos. usquequo potentissimi eorum aulam intrarent cum aristobolo. cui molesta erant facta phariseorum. Cogitabat et quemadmodum occasione accepta matrem a regno deponeret. Audiens vero aristobolus cum suis amicis matrem alexandram. monebat eam de fide qua ipsis suo patri impendisset. et petebat eam ne omnino spe populi everteret. Nam cur fugimus adversariorum pericula, si domi ab inimicis ultione tamquam pecora sustinemus? Nam scias nos in hac crudelitate phariseis si permanserint. voluntatem habere discedendi a provincia. et te solam cum phariseis relinquere. Alexandra autem regina audiens hec verba a filio prolata. ad misericordiam mota est. Recte autem illis contigit. dum ambitiose furentes mulieri preter consuetudinem commiserunt regni habere moderamina. que insensata nesciebat quid ageret. Phariseis et custodiam castellorum commisit. preter hyrcaniam et alexandriam. et macheruntam ubi preciosissime res eius reposite erant. Non multo post filium suum aristobolum cum exercitu destinavit ad damascum. contra ptholomeum qui mineus dicebatur. Qui nichil studio dignum agere valentes. ad hierosolimam reversi sunt. Eodem tempore nunciatur quod tygranis rex armenie cum trecentis milibus armatorum contra iudeam veniret. Quod nimis reginam et gentem iudeorum perterruit. ita ut dona multa et preciosissima ei per legatos destinaret. quem ptholomaida obsidentem invenerunt. Et cum dona regine obtulissent. rogabant eum pro regina et pro gente iudeorum. Tygranis autem laudavit eam. quod ex longinquo ei legationem cum donis misisset; et sponte bona eis promisit.

Capta vero ptholomaide nunciatum est tygrani quod mitridates rex parthorum suam provinciam invasisset. Quod cum audisset tygranis reversus est. Post hec cum regina alexandra in valitudine incidisset, placuit iuniori eius filio aristobolo rem publicam invadere, et fratrem hyrcanum de regno pellere. Per noctem ergo cum uno famulo egressus, perrexit ad castella ubi paterni sui amici degebant. Timebat enim idem aristobolus ne matre defuncta et pharisei dominantibus omne genus suum periret. Uxor autem eius conscia erat huius consilii, quam domi cum sua generatione dimisit. Cumque primum venisset in castellum gabatha, ubi potentissimus galestus ei amicus erat, benigne ab eo susceptus est. Mater autem eius regina dum fugam eius audisset, et putaret eius rebellionem non contra se fieri, venerunt qui nunciarent eum omnia castella cepisse. Tunc cuncta gens iudeorum cum regina in magnis cepit esse terroribus. Nam audiebant eum non longe abesse aristobolum quin principatum invaderet, et timebant ne ultionem exigeret de illatis sibi contumeliis. Capientes autem uxorem eius et amicos eius, statuerunt eos in superiori custodia templi. Et cum multi frequenter nunciarent aristobolum regio circumdatum amicitia, intra xv. dies .xx. duo loca occupasse, et multam miliciam congregasse a libano et traconitide, tunc seniores iudeorum cum hyrcano ad reginam intrantes petebant ut consilium ferret de rebus instantibus. Inhonestum enim putabant quamvis regina in egritudine laboraret, sine ea aliquod consilium capere, et clamitabant imminere sibi periculum. Cumque illa dixisset eos agere que sibi existimarent prodesse, cum haberent gentem validam, exercitum potentissimum, et pecuniarum copiam, sibi autem deficiente corpore vanum esse pro talibus laborare. Hec cum dixisset regina alexandra, non multo post mortua est, anno nono regni sui, etatis vero lxx. tertio, mulier que debilitati sui sexus numquam succubuit, et callida circa regni detentionem. Et cum precelleret potentia principali, et nec bonum nec iustum attenderet, ad summam calamitatem negocia regni sui perduxit, ut post multa pericula et labores potestatem quam possedit non multo tempore tracta cupiditate perderet. Phariseis enim inimicis sui generis potestatem quam habuit tradidit, et principatum gubernatione potentum amicorum privavit, et multis miseriis regnum post mortem suam complevit, per malas dispositiones. Sed quamvis hoc fecisset, gentem tamen quamdiu vixit in pace rexit.

INCIPIT LIB. XIIII.

ALEXANDRE

Alexandre regine morte in superiori volumine demonstrata, sequentia referamus, nichil festinantes aliud nisi minime quicquam de rebus gestis memorie pretermittendo preterire. Nam qui conscribunt hystorias, et res veteres indicant, oportet eos propter antiquitatem narrationi decus imponere, et explanationi rerum studere, propter legentes, quatinus cum aliqua gratia vel delectatione experientiam rerum possint concipere. Super omnia vero conscriptores debent et veritatem dicere, ut rerum ignari possint credere lectioni. Centesima octogesima tertia olimpiade quinto ortensio et quinto metello cretico consulibus, bellum contra hyrcanum aristobolus preparavit; pugnaque facta prope iericontam, multi milites hyrcani ad fratrem eius aristobolum transfugerunt. Quo facto, hyrcanus ad arcem ubi uxor aristoboli et filii eius a matre quondam erant inclusi confugit. Tum aristobolus de reconciliatione verba fecit ea conditione, ut ipse regnum teneret, ille autem privatus viveret possessione sua contentus. Cumque hec disposuissent, et in templo iusiurandum et dextras dedissent omni populo vidente discessere, aristobolus in aulam regiam, hyrcanus vero ut privatus in aristoboli domum. Antipater igitur quidam genere ydumeus, amicus hyrcani, multas possidens pecunias, et vir efficax, aristobolo suspectus erat propter hyrcanum. Nicolaus tamen damascenus ait hunc genere nobilissimum iudeorum fuisse, ex illis qui ad iudeam de babilone reversi sunt. Hec autem refert ob gratiam herodis filii eius, quem in regem iudeorum postea contigit fieri, de quo apto tempore dicemus. Hic ergo antipater cum eum alexander rex et regina alexandra ducem totius ydumee ordinassent, amicicias iniit cum finitimis arabibus, et gazeis, et ascalonitis, maximis donis eos sibi coniungens. Et cum aristoboli potentiam formidaret, timens ne quid ab eo pateretur propter inimicicias, latenter excitat contra eum validissimos viros, iniustum esse dicens negligere dum viderent aristobolum iniquo principatum habere, fratremque eius potiore etate eiectum, cum magis propter etatem imperium debebat. Dicebat autem et ad hyrcanum frequenter vitam eius periclitari, nisi providendo fugeret: cum amici fratris eius nullum tempus pretermitterent, in quo non persuaderent eum interficere, quatinus firmum deinceps gereret principatum. His verbis hyrcanus minime credebat, dum natura bonus esset, et accusationem facile non admitteret. Faciebat autem eum innocentia et mentis remissio, ut debilis et invalidus putaretur. Aristobolus autem frater eius nature contrarie erat, tunc etiam facinorosus et arrogans. Antipater autem cum videret hyrcanum non admittere sua verba, nullatenus parcebat singulis diebus accusationes de aristobolo fratre illi ingerere, tamquam eum interficere vellet. Quem vix tandem impulit ad aretham arabum regem confugere: quem promittebat ei auxiliatorem fore venturum. Igitur cum hec audisset hyrcanus arbitratus prodesse sibi ad finitimam iudee arabiam discedere, premittit antipatrum ad regem arabum, ut fidem ab eo acciperet, quod refugientem ad se non traderet inimicis. Et cum accepisset fidem antipater, ad hyrcanum hierosolima remeavit. Post hec hyrcanus cum antipatro noctu de civitate egreditur. Cumque multam viam fecissent ad petram civitatem pervenerunt, ubi palacium erat arethe regis. Antipater autem rogabat aretham regem arabum, ut hyrcanum ad iudeam reduceret, et hoc singulis diebus sine ulla intermissione faciebat. Dona et promittens flexit aretham. Hyrcanus quoque pollicebatur arethe, si restitueret eum patrie et regno, omnem terram et xii. civitates quas suus pater alexander ab arabis acceperat redderet. Fuerunt autem medaba, labias, nabalota, arabata, galathone, tahara, mons lungon, edissa, ribdalusa, oriblo. Cumque rex arabum has promissiones audisset, contra aristobolum produxit l. milia equitum et peditum. Et cum vicisset aristobolum in bello, et multi post victoriam ad hyrcanum refugissent, desolatus aristobolus ad hierosolimam secessit. Rex autem arabum sumens exercitum et applicans ad templum, aristobolum obsidebat. Soli enim sacerdotes cum aristobolo permansere. Arethas autem rex arabum cum exercitu suo fortiter obsidioni imminebat. Accidit hoc celebratione azimorum que pascha dicitur, et probatissimi iudeorum patriam relinquentes in egyptum recessere. Onias vero quidam vir iustus deoque amabilis, qui quadam die non pluente oravit deum ut solveret siccitatem, et deus eum exaudiens pluit, hic dum in hac seditione se celaret, iudei eum extrahentes in exercitu statuerunt, petentes ut similiter contra aristobolum imprecaretur ut solveretur sicut soluta est siccitas. Cumque diu restitisset excusans, a populo compulsus in medio stans, ita oravit dicens: Deus omnium rex, quia hi qui mecum hic consistunt, tuus populus est, et qui obsidentur ab eis tui sacerdotes sunt, peto ut neque istos exaudias contra illos petentes, neque illos contra hos orantes. Cumque hec dixisset, iudei nequam interfecerunt eum. Deus autem ab eis ultionem crudelitatis exegit, pro morte onie. Nam obsessis sacerdotibus et aristobolo celebratio pasche pervenit, in qua solemnes multitudines deo immolationes offerre. Cumque indigerent victimis, mandavit socii aristoboli et petissent iudeos ut pro victimis acciperent quantas vellent pecunias, tunc illi mille dragmas dari per singulo capite sibi dixerunt. Cumque libenter hoc aristobolus et sacerdotes promisissent, primos pecunias deposuerunt. Quas illi cum cepissent, neque victimas reddiderunt, sed malivolentia tracti fidem transgressi sunt et impia contra deum pro fraudatione hostiarum exercuerunt. Sacerdotes autem oraverunt ad deum, quatenus hoc illis non impune cederet. Deus autem non remoratus penam, procellam vehementem acerrimamque in totam provinciam immittens consumpsit eos, ita ut modius tritici xi. dragmis emeretur.

Interea pompeius dum in armenia tygranem debellaret, scaurum ad syriam cum exercitu destinavit. Qui cum lolium et metellum cepisset, et in civitatem damascum venisset, exinde in iudeam perrexit. Quo cum venisset, venerunt legati hyrcani et aristoboli petentes auxilia. Et dum aristobolus promisisset quadringenta talenta, et nichilominus hoc eadem hyrcanus offerret, scaurus magis aristoboli promissa suscepit. Nam aristobolus ei videbatur dives et magnanimus, hyrcanus autem pauper et tenax, et de pecuniis perfidam promissionem portendebat. Scaurus ergo flexus pecuniis aristoboli, soluit obsidionem, precipiens arethe regi arabum recedere, ne romanis hostis appareret. Scaurus autem ad damascum rediit. Aristobolus autem cum multis viribus contra aretham et hyrcanum paravit exercitum. Cum quibus confligens circa locum qui capiton dicitur, vicit eos, et multa milia hostium prostravit, inter quos et celafon dicitur antipatri fratrem occidisse. Sed non multo post cum pompeius in damascum venisset, et inferiorem syriam peragrasset, venerunt ad eum legati ab egypto et syria et iudea, deportantes ei dona maxima. Aristobolus autem miserat ei coronam auream quingentorum talentorum, in qua facte erant vinee et hortus aureus, quem nominabant terpnon, id est delectabile. Hoc donum ego quoque vidi in templo rome capitolini iovis sacratum fuisse, titulum habens aristoboli filii alexandri, quod estimatum est quingentis talentis. In tercio vero tempore venerunt ad pompeium legati, idem antipater pro hyrcano, et nicomedes pro aristobolo, qui accusabat gabinium et scaurum quod pecunias ab hyrcano suscepissent, unus ccc. talenta, alius quadringenta. Tunc pompeius iussit duos fratres certantes venire ad damascum, instante tempore veris. Congregans autem pompeius apamenum exercitum de locis hiemalibus ad damascum properavit. Qui transitu suo mox apamenam arcem evertit, quam antiochus cizicenus munierat. Post hec considerans provinciam ptholomei minei viri malivoli, et pene deteriori dionisio tripolitano, qui tamen securi fuerat percussus. Et dum eum morte dignum pompeius invenisset, accepit ab eo mille talenta, quod ad stipendium suis militibus donavit, absolvitque eum a morte. Post hec lysiade oppidum cepit: ubi silas iudeus tyrannus erat. Cumque civitates helyopolim et chalcidem transisset, in medio positum montem ascendit, et sic ad damascum pervenit. Ubi autem cum duo fratres hyrcanus et aristobolus neque cum suis adiutoribus venerunt. Hyrcanus ergo accusabat fratrem suum aristobolum quod se etate maiorem regno privasset, et partem parvam provincie ab eo sibi datam teneret, et alia illi violentia cepisse confirmans, nec non et incursione contra finitimos, et latrocinia illum perpetrare criminabatur, et neque gentem iudeorum a se nisi per illius violentiam discessisse. Cui hec dicenti testimonium plus mille optimates iudei prebebant antipatro suadente. Aristobolus autem dicebat se ideo illum regno privasse propter naturalem et inefficacem segnitiem, per quam contemptibilis omnibus videbatur, et se non tantum pro regni ambitione suscepisse principatum, quantum metu, ne forte ad alios migraret, et se appellari regem patris sui nuncupatione. Testes autem habebat iuvenes pompatissimos, quorum cultus purpure vel come et phalere aliique ornatus sic stipabat, ut non ad iudicium intrare, sed ad pompam procedere putaretur. Pompeius autem cum hec omnia audisset, culpavit aristobolum de violentia, dimisitque eos leniter allocutus. Nam dixit ad provinciam eorum se venturum, quo certa singula posset agnoscere, cum nabutheorum provinciam primum perviderit. Interim autem eos pacem habere precepit, et aristobolo blandiebatur, ne provinciam sibi rebellare faceret. Aristobolus ergo a pompeio regressus nec aliquid eorum que ille monuerat curans, in delon civitatem pervenit, et exinde in iudeam perrexit. Qua propter iratus pompeius expeditionem quam contra nabutheos paraverat in damasco, cum legionibus romanorum contra aristobolum produxit. Cumque pellam et scytopolim transisset, in coreas pervenit, que est initium iudee mediterranee. Videns munitissimum oppidum super montem positum iudee alexandrium nomine in quod aristobolus confugerat. Tunc pompeius destinans ad eum iussit descendere, et ad se venire. Cumque veniens disputasset contra fratrem de principatu, rursus in oppidum pompeio concedente discessit, et hoc bis et tercio fecit. Sperans sicut regnum obtinere, ad omnia que pompeius precipiebat obedire se simulabat.

donec recederet ad munimina sua, timens ne regno priuatus hyrcanus illud possideret. Pompeius autem cum iussisset ei ut castella traderet et custodibus ipsorum propria manu scriberet, quando eum susceperunt, noluit ei aristobolus in hac re obedire. Conscendens autem aristobolus ad hierosolimam bellum contra pompeium parauit. Et cum contra eum et pompeius exercitum duceret, quidam ex ponto ueniens nunciauit mitridatem hauston necatum defunctum, quod illi farnaces filius suus confecerat. Cumque in iericho castra posuisset, ubi maxime nascitur opobalsamum, cuius flos cum acuto lapide incisus fuerit distillat, mane ad hierosolimam ascendit. Hec uidens aristobolus, penitens ad eum descendit, pecunias promittens, et rogabat ut a bello desinens, que uellet cum pace disponeret. Pompeius autem ueniam ei petenti tribuit, et eo retento misit statim gabinium cum militibus in ciuitatem ut pecunias promissas acciperet. Illi autem qui in ciuitate erant, negatis pecuniis gabinium de ciuitate expulerunt. Qua propter pompeius iratus aristobolum reclusit in carcerem, et ciuitatem hierosolimam undique munitam preter septentrionalem partem obsedit. Circuibat enim eam uallis latissima et altissima, intra templum concludens lapideo muro firmissime constructum. Seditio tamen inter homines de rebus presentibus erat, quibusdam suadentibus pompeio tradi ciuitatem, socii uero aristoboli excludere eum et repugnare suadebant. Et cum pompeius fortiter instans ciuitatem cepisset, socii aristoboli in templum fugerunt, et alii pompeium susceperunt et aulam ei tradiderunt. Pompeius autem pisonem cum exercitu destinauit, ipse autem templum obsidebat, et pacifica uerba in templo conclusis offerebat. Et cum non attenderent uerba eius, loca iuxta templum posita circumdedit, hyrcano se in omnibus adiuuante. Pompeius autem mane circa templum a parte aquilonis, unde eos expugnare poterat, milites collocauit. Fuerant namque per illam partem turres altissime, et fosse altissime, que ualle circumdabantur. Ponte namque deciso, munitior locus uidebatur. In qua pompeius cum aggerem in circuitu romanis siluam incidentibus imponeret, et impleret satis fossam coequatam, machinamenta et instrumenta bellica superimposuit. Sed si nobis patrium non fuisset uii. die uacare, nulla ratione romani aggerem construere iudeis repugnantibus potuissent. Nam bellantibus et occidentibus resistere nobis lex precipit, si quid uero aliud contra nos aduersarii uelint facere, nulla nobis datur licentia sabbatis eos prohibere. Qua propter non certantibus iudeis, nec manus armantibus, romanis licuit machinamenta fabricare, quibus postero die utebantur. Unde potest nostri erga deum pietas legisque custodia cognosci, quod nullo timore obsidionis ad immolandum impediti fuissent, sed in die secundo mane et circa nonam super aram immolabant, et neque in afflictione belli sacrificium remittebant. Nam cum capta fuisset ciuitas tertio mense ieiuniorum, centesima septuagesima olimpiade, gaio antonio et marco tullio cicerone consulibus, hostes templum ingressi cunctos peremerunt. Qui sacrificiis occupati nullatenus sacrificia ruperunt, et nec amore anime contenti, nec dolore mortis territi sunt expulsi, sed omnia uoluerunt circa ipsas aras pati, putantes melius esse mori quam sacrificia imperfecta relinquere. Hanc autem non esse laudem mendacem, per quam in aspicientes appareret, sed uerum extitisse cuncti testantur qui pompeii gesta conscribebant. Ac cum machinamentorum primum ictum a pompeio ciuitas quassata fuisset, maxima turris commota cecidit et aperuit partem templi per quam hostes irruperunt. Quorum primus cornelius faustus sylle filius cum suis militibus super murum ascendit. Post eum et per alteram partem furius centurio cum suis intrauit, in medio uero flauius et ipse centurio cum turba fortissima. Tunc omnia iudeorum cede complebantur, quidam uero a romanis, alii uero semet ipsos occidebant, alii sese precipites flammis intra domos mittebant, non ualentes uiolentiam sustinere. Cumque iudeorum prostrati fuissent xii. milia, romanorum uero pauci, captus est etiam absalon patruus aristoboli. Non parua etiam in templo commissa sunt, dum ea que priori tempore inuisibilia et inaccessibilia erant adisset pompeius et cum multis uidisset, que non licerent nisi sacerdotibus uideri. 160. Inuenerunt autem mensam auream et candelabra et libatoria non pauca et aromata, et in thesauris sacras pecunias duo milia talenta. Quas pompeius contingere noluit propter pietatem, et hic dignum sua uirtute opus fecit. Nam iussit ministris templi precipue illud purgare, et legitimas hostias deo offerre. Hyrcano quoque fratri aristoboli principatum sacerdotii donauit, eo quod illi utilis apparuisset, et prouinciales prohibuit aristobolo auxilium ferre, et auctores belli securi percussit. Faustum uero cum aliis qui uiriliter ciuitatem ceperant, premiis dignis honorauit. Hierosolimam quoque sub conditione fiscalium romanis subdidit. Ciuitates etiam quas prius iudei de inferiori syria ablatas subegerant, sub suo principatu esse constituit, et gentem iudeam prius nimis extensam intra suos fines constrinxit. Gadara autem ciuitatem dirutam reedificauit, dans eam demetrio suo liberto. Reliquas autem ioppen et scytopolim et bella et dion et samariam et marissam et azotum et iamniam et arethusam habitatoribus prioribus reddidit. Gaza uero maritima et doram et stratonis turrem cum pompeius liberas reliquisset, a prouincia discessit. Horum uero omnium malorum in hierosolimis auctores extiterunt hyrcanus et aristobolus cum inuicem pugnarent. Nam et libertatem deposuerunt et subiecti facti sunt romanis, et prouinciam quam a syris ablatam armis possidebamus, hanc syris compulsi sumus denuo restituere, et insuper plus x. milia talenta in pauco tempore romani a nobis exegerunt, et regnum quod antique secundum generationem principibus dabatur populare factum est. De his igitur postea dicemus. Pompeius autem cum inferiorem syriam usque ad eufraten et egyptum scauro tradidisset, et duas legiones romanas, per ciliciam romam properauit. Ducebat autem secum aristobolum cum duabus filiabus et duobus filiis. Quorum unus alexander euasit, alius autem antigonus cum patre et sororibus deportatus est.

Scaurus uero cum exercitum perduxisset contra petram arabie ciuitatem, propter difficultatem ciuitatis prouinciam uastabat. Exercitu autem romano fame fatigato, antipater iussu hyrcani triticum et quecumque erant necessaria eis destinabant. Scaurus autem mittens legatos ad regem arabum fecit cum eo amicitias, et ita sedauit bellum. Post hec alexander filius aristoboli a romanis fugiens iudeam inuasit. Hyrcanus autem nullatenus ualebat uiribus suis resistere, cum et murum hierosolimorum erigere festinaret. Circuiens et prouinciam, multos iudeorum armauit, et in breui quem sperabat collegit x. milia peditum et mille quingentos equites, et alexandrium castellum et macheruntam cepit. Contra que gabinius dux exercitus romanorum cum militibus ueniebat, cum iam marcum antonium cum romanis premisisset. Quibus hyrcani et antipatri amicus et cum iudeorum agmine associatus est. Alexander autem prope hierosolimam accessit, ubi cum hostibus prelio facto romani peremerunt circa mille iudeorum. Gabinius autem cum ad alexandrium castellum uenisset, inuitabat conclusos ad pacem, et ueniam de prioribus suis delictis pollicebatur eis. Ubi cum plures hostium foras uallum starent, marcus antonius fortiter decertans multos prostrauit. Gabinius uero relinquens ibi exercitus partem, ipse reliquam iudeam circuibat, et quascumque inuenisset dirutas ciuitates renouari precepit. Et ita omnes gabinii preceptis per ciuitates obediebant. Reuertens autem ad alexandrium castellum, obsidebat illud. Ad quem alexander legatos destinauit, ueniam sibi de prioribus commissis postulans, et tradere castella hyrcaniam et macheruntam et alexandrium pollicetur. Que gabinius accepta statim euertit. Post hec hyrcanum ad hierosolimam reduxit, habiturum templi diligentiam. Gabinius quoque quinque curias constituit, equalibus terminis gentem iudeorum diuisit. Quarum una in hierosolimis degebat, altera in gadaris, tertia in amathunte, quarta in iericho, quinta in sefforis galilee. Qui a regia potestate liberi, sub optimatuum gubernatione uiuebant. Eo tempore cum aristobolus de roma ad iudeam confugisset, et alexandrium castellum nuper dirutum renouare desideraret, gabinius milites cum ducibus sisenna et antonio et seruilio misit, qui eum prohiberent reconstruere castellum, et ipsum simul caperent. Multi tamen iudeorum ad aristobolum confluebant propter ueterem eius gloriam nouis rebus studentes. Nec non et pitholaus dux hierosolimorum cum mille uiris ad eum uenit. Qui tamen inermes erant, quos decreuit in macherunte ponere. Aristobolus uero quibus arma et opes erant duxit, armatorum autem octo milia habens, profectus est ad bellum. Quos romani fortiter inuadentes prelio facto uicerunt, et licet iudei propensius decertarent, tamen atrocitate hostium ad fugam conuertuntur. Et quinque milia ex eis prostrauerunt, reliqui dispersi utcumque quisque ualuit per fugam sibi salutem consuluit. Aristobolus autem cum plus mille uiris in macherunte munitissimum oppidum recessit. Cumque ita male pugnasset, tamen adhuc spem habens per duos dies obsidioni resistebat, et multis percussus uulneribus cum antigono filio qui secum de roma fugerat, ad gabinium trahitur. Aristobolus uero his casibus usus rursus ad romam mittitur, et ibi ligatus tenebatur, cum regnum et principatum sacerdotii tribus annis et sex mensibus gessisset, clarus et magnanimus. Gabinio autem scribente, filios eius senatus remisit, eo quod fauerent romanis. Gabinius autem cum contra parthos exercitum duxisset, et eufraten fluuium transisset, placuit ei ad egyptum uenire. Cui militibus antipater amicus hyrcani triticum, arma, et pecunias ministrauit, et iudeos prope pelusium auxiliatores ei effecit. Cumque ex egypto remeasset, et ad syriam peruenisset, seditione iudeorum inualescente inuenit. Siquidem alexander aristoboli filius recipiens rursus per uiolentiam principatum, multos iudeorum ab hyrcano sibi detrahens, omnes romanos quos inueniebat occidebat. Gabinius autem hec audiens misit antipatrum ad illos qui talia faciebant, ut eorum amentiam sedaret et ad meliora conuerteret. Qui cum uenisset, multos eos castigauit et ad competentia restituit. Alexandrum autem comprehendere non potuit, dum haberet secum xxx. milia iudeorum. Cum his igitur alexander contra gabinium et romanos confligens uincitur, x. milibus de suis iuxta thabrium montem prostratis. Post hec gabinius cum disposuisset hierosolimorum ciuitatem, antipatro obediens uoluntati, contra nabatheos expeditionem parauit. Quos cum in pugna uicisset, parthorum etiam fugas mitridatem et orsanen dimisit, qui fide seruata ad proprios remearent. Gabinius uero cum opera maxima et clarissima in multis expeditionibus fecisset, romam rediit, crasso tradens ducatum. Crassus autem cum contra parthos pugnasset, ad iudeam peruenit, et pecunias templi quas pompeius non tetigerat, duo milia talenta abstulit, et totum reliquum aurum usque ad octo milia talenta. Tulit et trabem auream uersatilem ccc. minas pensantem. Mna autem apud nos due et semis libre estimantur. Tradidit uero ei hanc trabem custos pecuniarum eleazarus nomine, sacerdos non maliuolo animo, nam bonus et iustus erat. Nam dum ei commissa fuisset custodia uelorum templi, que mira pulchritudine et constructione preciosissima resplendebant in hac trabe pendentia, et crassum uidisset auferre uelle cuncta ornamenta templi, auream ei trabem pro omnium redemptione ornamentorum prestitit, dum et iusiurandum ab eo accepisset, nihil aliud a templo tollendum, sed solo auro contentum esse uelle ab eo sibi in trabe dato, in quo multum pondus auri posset inueniri. Nam eandem trabem alia lignea circumdabat, et ideo latebat. Crassus uero licet iurasset nihil aliud de templo tollere, tamen post acceptam trabem contra conscius iusiurandum de auro templi abstulit. Nullus uero miretur quod tante diuitie in nostro templo fuissent, dum has omnes per diuersam terram iudei deum colentes ibi obtulissent. Nam egyptus et cyrenea dum unum haberent regnum, omnem conuersationem nostram imitate sunt, ita ut separata nostra uiuerent, et ideo pecunias congregantes in hierosolimam mittebant. Crassus autem cum inibi ea omnia disposuisset quemadmodum uellet, contra parthos egreditur. Ubi cum toto suo defecit exercitu, et cassius ei a romanis successor datur. Qui cum ad syriam uenisset et uindicasset eam ex incursionibus parthicis, qui per crassi deuictionem audaciores fuerant, rursus ad tyrum peruenit, et exinde ad iudeam ascendit. Tharicheam uero ciuitatem in

vadens statim per datum est. et xxx. milia iudeorum captivavit. pitholaum et fautorem aristoboli cepit, interficiente antipatro. Idem enim antipater multum apud cassium valebat. Idumeis et amicus existens, coniunxit sibi ex eis uxorem nobilissimam nomine cypron. ex qua quatuor filios procreavit: faselum et herodem. qui postea rex fuit. et iosippum et ferora. et filiam salomin. Antipater quoque cum aliis potentissimis amicitias copulasset; arabo etiam se copulavit. Cui et filios suos dum debellaret commendavit.

Interiecto vero tempore cum cesar romam teneret. post pompeium et senatus fugam. solvens a vinculis aristobolum misit eum ad syriam duas ei legationes tradens. quatinus pacata illi faceret iudea. Aristobolus autem potentia a cesare donata. minime potitus est. Nam pompeiani preoccupantes veneno eum corruperunt. et sepelierunt eum socii cesaris. Multo autem tempore ibi iacuit. usque quo antonius eius corpus ad iudeam remitteret. et in regiis monumentis poneret. Scipio autem mandavit pompeio. ut alexandrum quoque filium aristoboli occideret. Quem pompeius statim securi percussit. Quo in antiochia defuncto. ptholomeus minnei tyrannus chalcidis direxit filium suum philipponem ad uxorem aristoboli in ascalone. et iussit eam sibi destinare filium suum antigonum cum eius sororibus. E quibus philippion unam diligens, uxorem eam duxit. Quem postea pater suus occidens. duxit uxorem filii [illegible] iure. et fratribus eius providentiam impendebat. Post mortem vero pompeii dum cesar contra egyptum pugnaret. antipater iudeorum potentissimus. et hyrcanus multum utiles romanis fuerunt. Nam mitridates pergamenus dux cesaris. dum per coricum transiret. et minime potuisset per pelusium iter facere, et in ascalone moraretur. hyrcanus et antipater tria milia iudeorum armatos ei addiderunt; et arabas et syros rogaverunt; ut partes cesaris adiuvarent. Mitridates autem surgens cum hac multitudine. ad pelusium civitatem egypti pervenit. Et cum eum non suscepissent. civitatem obsedit. Cuius partem muri antipater maxima virtute primus deiecit; et reliquis viam paravit; et ingrediendi civitatem; et pelusium ita vastavit. Mitridates autem surgens cum antipatro et hyrcano. et reliquo exercitu, egyptum devastabat. Egyptii autem hec audientes, congregato exercitu occurrerunt ei. Mitridates autem castra contra eos posuit in loco qui dicitur delta. et conflixit cum hostibus. Habebat autem dextrum cornu mitridates. levum autem antipater. Prelio igitur commisso inclinatum cornu quo mitridates pugnabat. quin immo periclitatus esset: nisi antipater per ripam fluminis cum suis militibus [illegible] devictis iam adversariis. a morte eum periculo liberasset. Nam victores egyptios ad fugam convertens, et persecutus castra eorum devastavit, et mitridatem fugientem revocavit. Cecidere autem [illegible] octingenti, antipatri vero lxxx. Postea mitridates cesari demandasset victoriam simul et salutem quam per antipatrum meruisset. cesar [illegible] antipatrum dilexit: ut uteretur eo primum in bellorum periculis. in quibus vulneratum antipatrum sepissime contingebat. Cesar igitur bellis finitis cum in syriam navigasset; fundavit antipatri [?] hyrcani principatum confirmavit; ipsum vero antipatrum civem romanum fecit et censu constituit. Eo tempore veniens antigonus aristoboli filius ad cesarem. patris sui calamitatem deflevit qualiter pater ipsius veneno fuit extinctus. et frater suus securi a scipione percussus. et petebat sui misereri a regno depulso. Accusabat etiam hyrcanum et antipatrum quod male gentem regerent. et sibi crudeliter egissent. Antipater autem cum affuisset. satisfaciebat de illatis sibi criminibus; et dicebat antigonum cum suis romanis rebelle existere. et iuste aristobolum mortuum esse. fratrem vero eius latrocinii causa meritam sententiam a scipione suscepisse. Cum hec antipater coram cesare dixisset; cesar antipatro omnem potestatem quam vellet eligere donavit. et tunc eum procuratorem iudee constituit. Hyrcanoque concessit patrie civitatis muros reconstruere. qui adhuc diruti iacebant; ex quo eos pompeius deposuerat. Cesar autem cum iudeam disposuisset: in syriam navigavit. Antipater autem ut cesarem ad syriam deduxit: ad iudeam reversus est. et statim muros cum hyrcano a pompeio dirutos reconstruxit. seditioneque per provinciam sedavit. comminationibus simul et suasionibus dicens. Si quis hyrcano consenserit. feliciter vita sua poterit peragere: qui vero bellare voluerit. lucro privabitur et me et hyrcanum tyrannos pro dominis sentiet. romanos vero et cesarem pro rectoribus: amaros hostes. nam minime patiuntur amovere quem ipsi principem constituerint.

Et cum antipater vidisset hyrcanum tardum et segnem. priorem filium suum faselum ducem in hierosolimis ordinavit. secundum vero herodem galilee curare constituit: omnino adhuc iuvenem. nam xv. annorum erat. Cui nichil obfuit iuventus. dum prudentiam super etatem haberet. ita cum occasionem invenisset: statim ad virtutis ostentationem properavit. Nam ezechiam quendam principem latronum qui syriam cum magna turba vexabat comprehensum fecit interimi cum multis latronibus; Quo facto nimium a syris amplectitur. et in amore eius exarserunt. quod a latronibus terram eorum liberasset. et laudabant eum per [illegible] vicos et civitates. Unde et sexto cesari cognato magni illius cesaris. cum tota regione syriam amicus factus est. Et cum ex his factus herodis invidia fratrem eius faselum apprehendisset. studuit et ipse non minor [illegible] reperiri. et ideo hierosolimitas favore sperabat. et negotia eorum benigne tractabat. et ita ab omni gente tamquam dominus honorabatur. Potentissimi vero iudeorum antipatrum videntes cum filiis ita extolli per favorem gentis et reditum iudee. et pecunias hyrcani. nimis invidebant ei. Unde et manifeste antipatrum accusabant; dicentes ad hyrcanum. Usquequo istos patieris nomen regni possidere. Sed nec estimes sine tuo periculo terminari quod antipater et filii eius tota auctoritate gaudeant. et hec sine tuis iussionibus disponant. Nam herodes filius eius nostram legem transgressus est. que prohibet hominem occidi licet malignum sit. nisi prius in concilio condempnatus sit. Ille autem dum nullam a te suscepisset potestatem. occidit ezechiam et eius fautores. Quod cum

hyrcanus audisset. ad iram flectitur. Plus autem [illegible] incendebant matres eorum quos herodes occiderat. dum per singulos dies in templo cum peterent ut herodes ante concilium de actis suis redderet rationem. Commotus igitur hyrcanus herodem vocavit satisfacturum de criminibus sibi illatis. Herodes autem suasionibus patris impulsus venit. Nam sic eum pater monuerat venire non ut privatus. sed cum custodia et custodia corporis [illegible]. Herodes autem galileam disponens. et parva militum manu circumdatus venit in iudeam. ita ut nec terribilis videretur hyrcano cum tanta turba veniens. nec nudus et inermis coram iudicibus astaret. Sextus etiam syrie rector scripsit hyrcano supplicans ut liberaret a iudicio herodem. Concilio autem facto herodes in medio una cum suis militibus astitisset; omnis perterritus nec ausus est aliquis ex his eum accusare. qui prius contra eum exclamabant. sed omnes subiecti et silentio [illegible]. Qui cum ita sederent tacentes. unus quidam nomine sameas vir iustus surgens ita locutus est: Viri iudices et rex. [illegible] hic video ad iudicium a vobis vocatum ita astare sicut istum docet. Omnis enim quicumque in hoc iudicium [illegible] venerit humiliter assistit misericordiam a vobis expectans capillis [illegible] et veste nigra indutus. Hic autem herodes [illegible] reus et homicidii. satis facturus astat purpura indutus et caput ornatum habens in compositione crinium. simul cum armis ut si secundum legem condempnatus fuerit nos occidere [illegible] ipse vero iniuste [illegible] liberetur. Et herodem quidem non culpabo. siquidem commodum suum plusquam legem faciat. sed vos et regem accuso. qui tantam ei [illegible] dedistis. Scitote tamen maiorem esse deum quam hunc. Qui [illegible] amore sexti rectoris syrie et amore hyrcani [illegible] vos et ipsum regem torquebit. Nichil autem [illegible]. Nam herodes cum regnum accepisset; omnes occidit [illegible] inventos cum ipso hyrcano preter sameam quem [illegible] habebat propter iustitiam eius. Concilium vero ita finitum est. Nam hyrcanus cum vidisset iudices propensiores ad necem herodis: iudicium in posterum diem distulit. Et mittens ad herodem furtim persuasit ei civitatem relinquere. et periculum devitare. Herodes autem fugiens in damascum ad sextum cesarem pervenit. et ita apud se decrevit. ut si vocaretur ad iudicium non obediret. Indignabantur autem iudices hyrcano dicentes quia hec omnia ex sua [illegible] provenerunt.

Et cum sextus cesar herodem ducem inferioris syrie ordinasset: nam hic ei pecuniis vendiderat. hyrcanus timebat ne quando contra se exercitum duceret. Non multis autem diebus in factum hoc venit. Herodes enim adversus eum expeditione deducta irascebatur eo quod ad iudicium eius vocatus fuisset. Prohibuerunt tamen eum obvia venientes pater antipater et frater faselus impetumque eius retinuere rogantes ne accederet super hierosolimam. nec aliquid mali contra eos faceret; quia concessere ad talem dignitatem pervenire. Deprecabantur etiam eum ut indignationem deponeret: nec ita dolore consideraret. ut sue salutis ignarus existeret; animadvertendo quod bellorum casus deus disponat. Qua propter victoria non minimo sperare expugnando [illegible] quem nutritorem eius [illegible] cum nichil [illegible] adversi sed per malivolos suasores accusatus fuisset. Flexus his verbis herodes et arbitratus satis sibi factum quod suam fortitudinem genti monstrasset; reversus est. Proinde ergo talis res habebatur. Cesar autem cum romam venisset. parabat ad africam navigare; quatinus scipionem et catonem expugnaret. Eo quoque tempore seditione per syriam hac occasione contigit fieri. Bassus cecilius pompeianorum partium fautor. insidias sexto cesari faciens interfecit eum. ipse vero cum suis militibus rerum gubernacula tenuit. Et maximum bellum circa apamiam commissum est cum ducibus cesarianis. Quibus et antipater auxilia cum filiis destinavit. memoria habens beneficiorum cesaris. quapropter punire peremptores eius iustum putavit. Bellum autem contrahente. marcus venit a roma ad sexti successionem. Cesar autem interficitur a cassio et bruto in senatu. cum principatum tenuisset tribus annis et mensibus sex. quod per alios scriptores scriptum est. Post cesaris autem interitionem cum bellum conflatum fuisset principibus romanorum per exercitum congregando dispersis. cassius ad syriam pervenit. Qui cum apamenium exercitum accepisset. obsidionem solvens ambos sibi coniungit bassum et marcum. et civitates circumeundo. milites cum armis conglomerabat. et fiscalia gravia eis imponebat. a iudea vero plusquam septingenta talenta pecuniarum exegit. Antipater autem cum vidisset in maximo timore et turba negotia constituta. dividit pecuniarum exactiones [illegible] filio eas tradens. et herodi quas difficilius putabat. reliquas vero aliis precepit colligere. Cumque in primis herodes a galilea collegisset; que ei permisse fuerant statuta. inter necessarios amicos a cassio recipitur. Nam statuerat idem herodes romanis obsequi. et favorem eorum sibi laboribus alienis parare. Alii autem procuratores ipsas civitates cum habitatoribus vendebant. Quarum cassius quatuor maximas captivavit, id est gofna et amatunthem, et libda, et thamna; et etiam malichum tyrannum pene occiderat. nisi hyrcanus per antipatrum c. talenta de suo ei misisset; et ita impetum eius fregisset. Sed cum cassius cum multis pecuniis a iudea discessisset; malichus insidias antipatro parabat. Quod vero antipater intelligens discessit trans iordanem. ubi exercitum provinciale congregavit. Malichus autem callidus existens. iureiurando dicebat se insidias ipsi vel filiis eius non fecisse. sed nec in animo cogitasse. Unde reconciliatus est cum antipatro. Et cum marcus syriam procuraret: audiens novis rebus per iudeam malichum studere. venit quatinus eum interficeret. Quem pene occidisset. nisi antipater petendo eum liberasset; nesciens miser quod interfectorem suum per ea liberaret. Igitur cassius et marcus exercitu congregato. herodem totius syrie ducem ordinaverunt. et naves ei cum toto exercitu commendantes; promiserunt etiam regem iudee eum post bellum ordinare quod contra antonium et iuvenem cesarem octavianum imminebat. Malichus aptum tempus se habere putans. antipatrum extinguere cogitabat. Cumque pincernam eius pecuniis redemisset; veneno eum interfecit. et milites armatos habens civitatem obtinuit. Antipater igitur vita summis laboribus et calliditate patria protegens. sine ita invenit. iiii. filios relinquens. faselum. herodem. iosippum. ferora. et filiam unam salomen. Filii igitur eius cum ultionem patris malicho inimicitia inferre cogitassent; malichus nimium callidus eis iureiurando iuravit: quod

21

antipatrum interfecisset. Herodes autem his incredulus, ulcisci patrem cogitauit, et cum exercitum contra malichum uenire statuit. Faselo autem fratre eius potius placuit dolo malichum superare, ne belli ciuilis initium facere putaretur. Satisfacitur ergo malichi suscepta [illegible] credere se simulabant nichil eum in aliquo in suo patre commisisse. Post hoc sepulchrum ornatissimum patri construxerant. Herodes ergo cum ad samariam uenisset; inuenit eam afflictam, quam statim bella sedando resoluebat. 2.

Interiecto deinde breui tempore celebratione quadam instante: herodes cum militibus suis in hierosolimam uenit. Quod cum malichus cognouisset, accedens ad hyrcanum flexit eum ut neque permitteret herodem ingredi ciuitatem; Hyrcanus ergo mandauit per nuncios herodi quod non deberet multitudinem alienigenarum ieiunanti populo superinducere. Herodes autem negligens hoc preceptum, noctu ciuitatem ingreditur. Tunc malichus licet metueret, dissimulationem tamen non refinauit, et antipatrum patrem herodis tamquam antiquum amicum multum simulando plangebat. Placuit et herodi quamuis hoc notaret non redarguere dissimulationem eius, sed et muneribus eum blandiebatur. Cassius tamen de patris interitu herodi mandauit, quatenus malichi crudelitatem uindicaret. Millenarius quoque cassius mandauit herodis monitibus sequi uoluntatem. Eo tempore cassius laodiciam cepit, et exierunt ad eum coronas et pecunias ei offerentes. Herodes ergo uolens ulcisci patrem, transmisit famulum suum quasi hospicia paraturum ut uere tamen ueritas patuit, quatinus millenarios commoneret ut cum gladiis subito contra malichum exirent. Qui cum exissent et iuxta ciuitatem malichum conuenissent, plurimis eum uulneribus confoderunt. Et ita malichus penam exsoluit pro iniquitate in antipatrum commissa. Hyrcanus ergo cum factum intellexisset obstupuit, consuluitque herodem quare malichum interfecisset. Cumque herodes responderet cassium hoc iussisse, et hyrcanus laudauit factum. Nam malum [illegible] et nimis eum esse peruasorem patrie criminabantur. Cassio ergo discedente de syria, maxima turbatio concitatur in hierosolimis. Felix enim frater malichi cum militibus contra faselum fratrem herodis armabatur. Herodes autem ad fabium rectorem damasci profectus cum hoc audisset; et fratris solacium festinare cuperet, egritudine prohibetur. Faselus tamen felicem superans in quadam turre conclusit, quem postea sub pactionis federe dimisit. Hyrcanum quoque accusabat quod inimicis suis fauorem impenderet. Felix autem frater malichi diuisus fedus dirrupit, et multa occupauit loca. Masada munitissimum locum cepit. Contra quem herodes iam ab egritudine liberatus exercitum duxit, et auferens omnia loca que comprehenderat, sub pactionis lege eum dimisit. Eo tempore antigonus aristoboli filius militiam congregauit, et fabium damasci rectorem pecuniis redemit. Et ptholomeum et mennei propter cognationem secum ad iudeam ducebat. Et marion quoque tyrannus tyri. Marion autem galileam inuadens, tria castella eius occupauit. Contra quem herodes cum uenisset, cum adulatione et humilitate omnia cum eo componens, donis eum sibi coniunxit. Post hoc obuiauit antigono, et prelio commisso uicit eum, et fortiter a iudea expulit. Victoria ergo herodes potitus uenit ad hierosolimam, ubi ei tamen hyrcanus quam plurimi coronas obuiantes primum offerebant. Nam cognatus hyrcani per affinitatem credebatur. Ideoque eum magis amabat, et defendebat. Uncturus neptem suam filiam fratris sui aristoboli. Ex qua idem herodes genuit tres filios et duas filias. Habuerat et prius uxorem popularem nomine dosis, ex qua habuit primum filium nomine antipatrum. Antonius autem et octauianus cesar cum cassium in philippensi campo uicissent, sicut et ab aliis demonstratum est, post uictoriam cesar ad italiam rediit. Antonius autem ad asiam regressus est. Cumque uenisset in bithiniam legationes undique occurrerunt. Tunc et iudeorum nobilissimi accusabant faselum et herodem fratres, dicentes hyrcanum habitu tamen regem exstare; illos uero omnem potestatem possidere. Antonius tamen herodem nimis honorauit, cum ad eum uenisset satisfacturus pro accusationibus. Unde accidit aduersarios eius nec sermone aliquid impetrasse. Herodes enim antonium pecuniis placauerat. Et cum post hoc antonius ad effesum uenisset; hyrcanus princeps sacerdotum et nostra gens legationem ad eum misere, et aurea corona supplicantes quatinus iudeos a cassio abductos non exstante bello, scriberet ad prouinciam liberos relaxari, et terram eis subreptam restitui. Antonius ergo iustas iudeorum postulationes considerans, rescripsit iudeis et hyrcano decretum hoc modo. Marcus antonius imperator hyrcano principi sacerdotum rectori gentis iudeorum salutem. Si uales bene est. Amicus ualeo et ego cum exercitu meo. Lysimachus pausanie, et iosippus mennei, et alexander theodori legati uestri effesi ad me uenerunt priorem rome confectam amiciciam renouantes, et insuper demonstrantes ut in fauore tuo curamus. Quod cum intellexissem, et ex decretis audientes familiaritatem uos ad nos seruare, moresque uestros optimos et religionem considerassem, communes uos nobiscum indicamus. Secum enim asiam aduersarii uestri et populi romani peruasissent, et nec ciuitatibus nec templis parcerent, nec iusiurandum quod statuerunt seruarent, nos non tantum pro eorum communibus, sed et pro communi republica in auctores uindicauimus. Ex quorum et facinore solem auersum existimauimus, quod ea tali in cesare commiserunt. Impietas uero eorum insidias macedoniam qua in nefandissimo sibi receptaculo suscepit, cum sceleratissimas malignitates eorum philippenses campi obtinerent cum et in illis locis multos per suas cohortes deuicimus. Sed et brutus cum philippis confugisset, circumseptus a nobis eidem perditionis merito cum et cassius particeps factus est. Quibus oppressis inposterum pace frui licebit, et asiam respirare a bellorum tumultibus. Itaque pacem nobis a deo donatam, et tamquam de maxima peste asiam releuatam, per meam refouens uictoriam. Memores ergo uestri gente iudaica curamus reddere leuiore; Ciuitates quoque per ciuitates propositum quam si qui liberi uel serui uenundati sunt sub gaio cassio, uel pontes ei absoluantur. Super hoc et donationibus, a me uel publio dolobella clementer oblatis uos uti cupio. Nec enim et tyrios uiolentos uobis esse prohibeo, uel quecumque possident iudeorum penitus restituant.

Cumque [illegible] quam donastis accepi. Valete. Marcus antonius imperator tyriorum magistratibus curie et populo salutem. Cum mihi occurrissent effesi legati hyrcani principis sacerdotum, dixerunt prouinciam eorum uos tenere quam inuasistis sub aduersariorum tyrannide. Nos autem principio bellum suscipientes, iusta et pia prudentia uindicauimus obliuiosos gratie et transgressores iurisiurandi punientes. Quapropter pace non habebitis, donec ea que abstulistis restitueritis. Nam neque prouincias, nec exercitum obtinere potuerunt, qui aduersariis rei publice auxilium ferebant, sed uiolenter eis senatus subripuit. Quam ipse cum illi penam dedissent, nostros auxiliatores precipimus sine mora recipere, que prius possedisse noscuntur. Vos ergo si quam partem hyrcani rectoris iudeorum paulo ante quo cassio bellum illicitum promouere contra nostram prudentiam ablatam possidetis reddite, nec aliquam uiolentiam eis ingeratis unde ledi possint. Si quod uero iustum contra eos habeatis, cum ad locum uenerimus, liceat allegationibus uti. Nos autem auxiliatoribus singula iusta cum ratione seruauimus. Edictum autem istud precipio uobis quatinus in tabulis publicis scribatis litteris latinis et grecis, et in loco eminentissimo descriptum ponatis, unde ab omnibus relegi possit. Si quis autem his uestris contra non obedierit, ulcisci in eos satisfacientes cause prouidemus.

Post hec antonius dum ad syriam pergeret, cleopatra ei per ciliciam obuiauit, et amore suo eum detinuit. Iterum ad antonium peruenit centum potentissimi iudeorum accusantes herodem cum faselo presente hyrcano qui socer iam herodis erat. Antonius ergo consuluit hyrcanum quis magis de illis duobus fratribus gentem iudeorum melius gubernaret. Cum hyrcanus respondisset, antonius ergo cum herode amicicias componens, commisit ei iudeorum negocia. Quindecim autem uiros ex accusatoribus eius ligauit, ut eos occideret. Quod fecisset, nisi herodes recusasset. Rursus autem cum in tyro antonio occurrissent accusantes herodem multi iam pecuniis corrupit antonium ab herode et fratre eius presidibus locorum precepit legatos iudeorum nouis rebus studentes torquere, et herodi prebere principatum. Mox autem sedentes eos inuenientes ante ciuitatem cum hyrcano, missis nunciis petiuit hyrcanum recedere, ne certamini inuolueretur, et malum aliquod pateretur. Quidam autem eorum dum non consentirent recedere, et quasi [illegible] restitissent, mox romani milites decurrentes cum armis eos inuadunt, et quibusdam peremptis multos uulneribus laniabant, reliqui uero fugientes cum tumultu ad propria redierunt. Clamante uero populo contra herodem incitatus antonius uinctos interfecit.

Antigonus ergo filius aristoboli accedens ad parthos promisit eis mille talenta et quingentas mulieres, si hyrcanum principatu priuarent, et ipsi traderent et herodem cum suis interficerent. Quod non euenit, licet parthi contra iudeam expeditionem parassent, ducente eos antigono. Nam pacor filius regis parthorum ibat per maritima, dux autem exercitus barzafranes per mediterranea contra iudeam ingreditur. Tyrii autem excludunt pacorum, sydonii autem et ptholomenses susceperunt. Turmam equitum, quam idem pacor in iudeam destinauerat, uexaturam prouinciam, et antigonum adiuturam. Et cum quidam iudeorum a carmelo monte ad antigonum uenissent, parati ad auxilia, antigonus sperans per eos aliquam partem regionis capere: uenit ad locum qui drimi nuncupatur, et exinde cum eis hierosolimam ascendit. Ubi et multis congregatis contra regiam aulam peruenire statuit. Et hanc expugnasset, nisi faselus et herodes prelio per forum commisso eos uicissent. Et ita antigonus ad parthos qui intra prouinciam erant confugit. Consilium autem init antigonus cum parthis, ut pacorus cum parua multitudine ad hierosolimam secum ueniret, quasi pacem inter antigonum et hyrcanum facturus. Et barzafranes cum reliqua multitudine infra regionem maneret, et quecumque legatum ad eum de hierosolimis mitterent, uinctum eis custodirent. Quod et ita euenit. Nam barzafranes infra prouinciam remansit cum ducentis equitibus

165. et x. milibus peditum, pacorus autem cum reliqua multitudine et antigono ad hierosolimam uenit, instante festiuitate quinquagesime, quasi pacem inter hyrcanum et antigonum facturus, uerum tamen ut antigono principatum prestaret. Cum eum faselus uidisset, cum gaudio suscipiens eum introduxit in hospicium hyrcani principis sacerdotum, nesciens quod inimicum inter se suscepisset. Cumque pacifice inuicem conuersarentur, pacorus rogauit hyrcanum et faselum fratrem herodis, ut euntes cum parua multitudine adducerent barzafranem ducem suum cum honore, ut futuram festiuitatem communiter inter se agerent. Hyrcanus ergo et faselus dimittentes herodem in ciuitate, iuxta peticionem pacori ierunt ut adducerent barzafranem ducem cum sua multitudine in hierosolimam ad festiuitatem quinquagesime, nescientes confictam fraudem. Nam cum uenissent ad locum ubi barzafranes cum exercitu iacebat, occurrit eis ipse dux, et nimis largitus eis munera condulit, et post hoc texebat eis insidias. Quidam autem accedens ad faselum nunciauit quod eis pararentur insidie. Ille autem his incredulus accessit statim ad barzafranem, et dixit. Non equanimiter decet tuam astantiam, ut quod nobis insidias pares. Nimis autem acerbe factus si uos qui pro te adducendo uenimus, fide non seruata interficias. Et barzafranes hoc eo dicente, iurabat falsum esse, et iniusta suspicione turbari. Barzafranes autem inuentus suis, capiensque hyrcanum et faselum ligauit eos, et statim surgens cum exercitu uenit ad pacorum in hierosolimam. Hi autem qui cum hyrcano et faselo erant uidentes eos captos fuerunt ad herodem, et nunciauerunt ei quod hyrcanus et faselus frater eius a barzafrane duce parthorum capti essent. Quod cum audisset herodes ad pacorum querebatur quod frater suus et hyrcanus in legatione qua eos ad barzafranem misisset, capti et ligati fuissent. Pacorus ergo et nobiles parthorum qui cum eo assidebant, omnem causam se scire dissimulantes dixerunt hanc opinionem falsam esse, sed magis egrederetur de ciuitate in occursum uenientium, ut exprimeret certius ueritatem. Hoc autem dicebant uolentes eum de ciuitate egressum, de nouo in ciuitate non recipere. Herodes uero eis in hoc minime consensit. Orie autem aduesperascente, uenit barzafranes cum exer

ciuitatem hierosolima. adducens hyrcanum & faselum fratrem herodis ligatos. Hoc uiso herodes. minime ualens aduersariis resistere. nocte ueniente imposuit matrem suam & sororem & filiam alexandri quam in matrimonio habebat super iumenta. & duos fratres suos iosippum & feroram. & omnia iumenta necessaria. & cum residuo populo fugiens festinauit in ydumeam uenire. Nullus autem tam durissime nature fuit. qui non cum presentia tunc uideret misereretur eorum. uidendo mulieres congementes quod a patria discederent. & nullum iam de se bonum expectarent. Herodes autem fortiter rei atrocitatem sustinens. & magnanimus contra omne periculum existens. in uia unumquemque confidere hortabatur ne traderet se mesticie quemadmodum posset. eique fuge nocte in qua tota sola spes salutis eorum consisteret. Illi ergo ex herodis persuasionibus omnem calamitatem sufferre temptabant. Ipse uero herodes pene seipsum interemerat. dum iumento cadente mater eius periculum mortis sustineret. Propter autem passionem & timorem. ne hostes eos properantes comprehenderent remorantes circa curationem matris. suum gladium euaginauit. seque perimere conantem tenuerunt presentes uiri dicentes non oportere eum inimicis satis fieri. Nam opus hoc non esset fortitudinis. si ipso a periculo se liberans. amicos suos traderet inimicis. Quibus uerbis compulsus herodes. facinus quod in se cogitauerat pretermisit. matremque curans pergebat iam proposita. & celeriter ad masada castellum peruenit. Multas quoque incursiones sepe faciebat in parthos qui per prouinciam discurrebant. & multos ex eis occidebat. Cumque in ydumeam uenisset. cum suis omnibus in oppidum masada deposuit matrem ibi cum sorore & octingentis. & aliis amicis. tritico & aqua & aliis oportunis in oppido sufficienter constitutis. & ipse cum duobus fratribus suis iosippo & ferora ad petram ciuitatem arabie confugit. Parthi uero mox die facto cum uniuersam hierosolima & palatium depredati fuissent. hyrcani tantum pecunias non tangebant. que usque ad ccc. talenta fuerunt. Sed & mulieres quas antigonus parthis promiserat. herodes abduxerat secum in ydumeam. Et dum parthis pecunie ciuitatis non sufficerent. prouinciam excurrentes uastabant. & marissam potentissimam ciuitatem expugnauerunt. Antigonus ergo cum sic iudeam per auxilium parthorum peruenisset. & hyrcanum & faselum fratrem herodis in uinculis haberet. nimis irascebatur quod mulieres abducte fugissent. quas hostibus dare promiserat. Nam mulieres quingentas cum pecuniis eis spoponderat. Timens & antigonus ne multitudo postea hyrcano principatum restitueret. dum adhuc in uinculis iaceret aures eius amputauit. propter hoc ne possit rursus ad eum principatus sacerdotii peruenire propter diminutionem aurium. dum hunc honorem lex iussisset integros corpore tantum obtinere. Faseli quoque fratris herodis miretur quisquam fortitudinem. Qui cum non ignoraret se occidendum. mortem non putauit atrocem. & sub inimicorum potestate amarissimum iudicauit. Cumque non haberet manus a uinculis solutas. & aptas ad interficiendum se ipsum. saxo caput suum percutiens. uitam finiuit. Dicunt autem quidam quod uulnere confectum. antigonus precepisset medicis tamquam curandum intimi. mortiferis medicaminibus suppositis in uulnere. Antequam autem ad integrum faselus animam exalaret. a quadam muliere audiens fratrem suum herodem parthos effugisse. mortem uiriliter & prompte sustinuit. dum post se relinqueret qui mortem suam uindicaret. Herodem igitur magnitudo circumuenientium malorum non perterruit. sed faciebat eum calidiorem & sagaciorem. Ignorans autem quod frater suus faselus iam mortuus fuisset. perrexit ad malachum regem arabum. ut eius auxilio ccc. talentis fratrem suum ab antigono redimeret. & obsidem daret filium faseli qui vii. annorum erat. Audiens autem fratrem iam defunctum. placuit ei cum paucis fugere in egyptum ad cleopatram. & exinde ad antonium pergere. Veniens autem alexandriam. cum presides loci interpellassent. ab eis multa ueneratione perductus in ciuitatem a cleopatra suscipitur. Que nullatenus eum ibi detinere potuit. eo quod festinaret rome ad antonium. Unde cum nauigasset ad pamphiliam in hyeme acerrima. uix ad rodum deducitur ciuitatem. quam cassius destruxerat. Videns autem herodes reedificari ciuitatem. quamuis inops esset. tamen benefacere eum non piguit. & quamuis ipse pecuniis in sua necessitate egeret. super uires suas pecunias largitus est ad renouandam ciuitatem. Post hec cum nauigasset in italiam. in brundisium deducitur. & exinde romam uenit ad antonium. Cui omnia retulit que sibi in iudea contigissent. & qualiter frater eius faselus a parthis sit interemptus. & hyrcanus auribus amputatis captiuus teneretur. & quod antigonus parthis promisisset mille talenta & quingentas mulieres que de suo genere essent. & qualiter ipse eas noctu fugiendo abduxisset. & multas calamitates passus fuisset. & quemadmodum in hyeme nauigasset. contempnens pericula. dum festinaret ad eum. in quo solo spem suam & firmum auxilium posuisset.

Antonius ergo his auditis. misericordia mouetur pro calamitatibus herodis. quod & hominibus in tali dignitate constitutis fortuna dominetur. & memor amicitie antipatri patris eius. qui fideliter romanis in cunctis bellis & hospitiis paruerat. uenit cum eo ad cesarem octouianum. & rogabat ut ei auxiliaretur. Cesar autem cum antonium tanto studio se pro herode rogaret. paratior erat ad auxiliandum. Cumque cesar senatum congregasset. messala & atrathenus herodem in senatu presentantes. de patris eius beneficiis intimabant. & quem fauorem circa romanos ipse habuisset. & antigonum simul accusabant hostem manifestum eum pronunciantes. non solum ex his que prius commiserat. sed quia & nunc a parthis principatum accepisset neglectis romanis. Cumque senatus per hoc commotus esset. antonius dicebat quod prodesset illis contra parthorum pugnam. si herodi regnum iudeorum committeretur. Cumque hoc omni senatui placuisset. decreuerunt eum regem fieri. Summum ergo studium antonio circa herodem erat. quod ei tam insperate principatum acquisiuit. & quem minime peciturus herodes illuc ascenderat. Numquam enim sperabat romanos sibi regnum daturos. quod solum erant generi sacerdotali donare. Et cum intra septimum diem contulisset ei senatus

negocia regni. & ab italia in iudeam descendere iussisset. senatu in propria discedente. cesar octouianus & antonius collega eius. herodem medium habentes. precedentibus aliis consulibus exierunt immolaturi. & deposituri senatus consultum in capitolio. Herodes ergo primo die regni sui parauit antonio cenam. Fuit centesima & octogesima iiii. olimpiade. consulibus gaio domitio albano secundo. & gaio asinio. Eo tempore antigonus cum parthis masada castellum obsidebat. in quo herodes dum fugisset. matrem & sororem. & alios amicos deposuerat. plenum omnibus necessariis preter aquam. Contra autem antigonos prohibuit. Nam nocte quadam tanta pluuia missa est. ut receptacula cisternarum cuncta replerentur. Qua copia nunc recreati exeuntes contra antigonum confligebant. quosdam palam alios uero furtim. multos in congressionibus prostrauerunt. Ventidius autem eo tempore a romanis dux missus uenit in iudeam. ut parthos exinde pelleret. sed omnis eius machinatio erat ut ab antigono pecunias acciperet. Et cum prope hierosolima castra posuisset. & satis pecunias ab antigono sumpsisset. ipse quidem cum ampliori milicia discessit. Et ut non manifestaretur pecuniarum acceptio. silonem cum quadam parte militum ibi reliquit. Quem antigonus simul & remunerabat ut nichil se molestaret. sperans rursus se parthos adiutores fore.

Herodes ergo iam rex factus cum ab italia ad ptholomaidam nauigio uenisset. & congregasset non paruum exercitum ex peregrinis simul & iudeis per galileam. uenit contra antigonum. Coniuncti sunt silo & uentidius compulsi [illegible] a nuntio de roma transmissus fuerat. ut herodi succurrerent. Herodi ergo uires cottidie crescebant. cum galilea omnis [illegible]. Et cum impetum fecisset in masada uolens cognatos suos ab hostibus circumseptos liberare. fit illi impedimento ioppe. [illegible] non credebat oppidum aduersariorum preteriens relinquere. [illegible] statuit ioppen prius expugnare. Cumque silonem contra ioppen pugnantem iudei inde habitantes fortiter rebellarent. herodes cum paucis militibus eos inuadit. & ad fugam conuertit. & silonem ... confugientem a periculo liberauit. Ioppen ergo ita expugnans. festinabat de masada cognatos eripere. Tunc quidam prouincialium propter paternam amicitiam adiuuabant eum. multi uero propter eius gloriam. quidam autem propter remunerationem beneficiorum. plures uero propter hoc quod rex esset factus. Antigonus autem oportunis transitus eius insidiis & fraudibus preoccupans. non parum hostes ledebat. Herodes uero de masada cognatos suos eripiens. & risan castellum capiens ad hierosolimam properauit cum exercitu. Et cum multi inde habitantes fortitudinem herodis & castra eius ad occidentalem partem posita cernentes metuerent. partes illius custodes muris sagittarum impetu fortiter reprimebant. & concursione sepius cum hostibus facta decertabant. & iterum intro refugiebant. Herodes ergo iussit predicari iuxta murum quod pro salute boni populi & ciuitatis ipsius esset. nec manifestorum aduersariorum malicia recordaretur. sed & inimicissimis abolitionem delictorum que in se commiserunt indulturum se esse promisit. Antigonus namque contra [illegible] culpabat romanos quod nullam iustitiam obseruarent. dum herodi priuato & ydumeo regnum dedissent. cum soli fuissent hunc honorem habere generi digno. Nam & si [illegible] de se uel de regno suo grauiter ferrent. tamen sacerdotes qui iniustum nichil in romanos fecerunt non deberent de honore cedere. Cumque hec antigonus dixisset. & ad blasphemias uerborum utrique peruenissent. antigonus eos qui prope murum accedebant. iaculando sagittas procul eos a turribus repellebat. Et cum romani sumptus non haberent. & pecunias ad alimenta ab herode rege postularent. quosdam eorum ad hyemalia loca destinauit. Nam loca circa hierosolima deserta erant. eo quod a militibus antigoni omnia diruta fuissent. & ideo romani discedere temptabant. Herodes autem petebat eos ut non se relinquerent. a cesare & antonio & a se facile prebere quecumque quererent promisit. Post hanc petitionem statim ad prouinciam egreditur. nulla occasione discessionis romanis relinquens. Siquidem multitudinem necessariorum. quantam nemo sperabat deportauit de samaria familiaribus suis administrantibus. triticum uel uinum. & oleum. & pecora simul. & alia diuersa in ierichontem deducentibus. & ita disposuit ut per sex dies militibus aliquid non deesset. Que cum non laterent antigonum. statim misit per prouinciam qui deberent insidiis prohibere deportantes solacia alimentorum. Cumque precepta antigoni milites paruissent. & grandem multitudinem armatorum circa ierichontem congregassent. super montes locati custodiebant alimoniarum deportatores. Interim hec herodes minime quiescebat. sed x. turmas accipiens. quarum quinque iudeorum erant. alie uero mercede conducte. nec & equites paucos. uenit ad ierichonta castella. Et dum desertum castellum inuenisset. & quingentos uiros cum uxoribus & filiis in excelsa fugisse. omnes eos liberos dimisit. Romani tamen irruentes ciuitatem predati sunt. dum plenas domos pecuniis repperissent. Herodes autem custodia in ierichonte relinquens. reuersus ad propria dimisit romanorum miliciam ad hyemalia in ydumeam. & galileam. & samariam. Igitur romani qui cum herode in iudea erant. in deliciis manebant. ab armis quieti. Herodi uero minime placuit otium habere. sed in samaria matrem & cognatos dimittens. ad galileam usque peruenit capturus quedam loca. que custodes antigoni preoccupauerunt. Perueniens autem in sephori. custodibus antigoni fugatis. letitia magna fruebatur. Contra eum latrones quosdam in speluncis habitantes alam equitum & tria agmina peditum transmisit. quatinus prohiberent eos ne latrocinia exercerent. Hec autem latrocinia fiebant iuxta uiam arbilan. ubi ipse rex herodes quadragesimo die cum omni exercitu uenit. Hostes uero audacter confligentes in fuga uerterunt leuum cornu herodis. Quos ipse circumdans fugauit. suos uero fugientes reuocauit. Permansit in hostes persequens usque ad iordanem fluuium. cum per alias uias ubique diffugerent. Herodes ergo cum tota galilea cepisset. preter eos qui in speluncis habitabant. & diuisisset pecunias romano militi c. l. dragmas per singulos. ducibus autem multo plus. ad hyemalia loca eos dimisit. Venere quoque ad herodem quidam de romanis militibus accusantes antigonum quod prohiberet

eius necessaria dari, et milites eius pro pugnacia discurrerent, et omnia dissiparent. Herodis ergo non secus fratrem suum iosippum cum duobus milibus peditum, et quadraginta equitibus, ut contumelia militum antigoni comprimerent. Iosippus vero veniens debellabat socios antigoni, et habundantia alimentorum militibus romanis prebebat, et alexandrium castellum olim dirutum construxerat. Eodem tempore antonius adveniens vocavit silonem cum exercitu romano de iudea. Mandavit et herodi, ut auxilia committeret ad pugnandum contra parthos. Et cum herodes antonio auxilia misisset, sumens ipse reliquam partem militum venit ad expugnandos eos qui latrocinia exercebant. Erant enim eorum cubilia in montibus abruptis constituta, et per medium altissimos transitum habentia, saxis acutissimis circumdata, ubi cum suis familiaribus iidem latrones latebant. Rex autem herodes construxit quasdam archas, et ferreis cathenis ligatas per machinas de vertice montis easdem archas super speluncas deponebat, dum nec ab inferioribus ascendere propter acumen montis milites herodis potuissent, neque de superioribus contra ipsos latrones descendere possent. Archee vero militibus plene erant. falces acutas et longissimas habebant, cum quibus resistentes latrones abstractos de speluncis occidere prevalerent. Habebant etiam milites necessaria reposita. Cum ergo arche deposite fuissent per cathenas ferreas super ora speluncarum, nec auderent latrones de speluncis egredi, unus de militibus gladio accinctus, et ambabus manibus cathena ex qua archa pendebat tenens, descendit in speluncam, quam videbat latrones non audere exire. Et dum per unam speluncam venisset, primum iaculis multos fugavit; postea autem falce extractaque parte armata quosdam sibi resistentes occidit, impellebat in precipicia ruere. Et cum inde in speluncam venisset, multos cum falce armata quosdam gladio occidit, et iterum in archam ad suos reversus quiescebat. Timor ergo latrones in speluncis habitantes invasit, et salutis desperatio comprehendit. Residui autem tamen multi eorum perierunt; et multa de latronibus rege concedente et fide data tradiderunt. Milites etiam ad eos qui in speluncis erant clamaverunt, ut egredientes ante ianuas earum eis pugnarent. Et cum non ausi fuissent exire, milites incendia ignem mittentes multos eos incendio suffocaverunt. Senex autem quidam intus relictus est cum uxore et vii. filiis. Quibus petentibus quatenus eos dimitteret ad ostium spelunce exire, stans idem senex super ostium spelunce unumquemque filiorum suorum exeuntem occidebat, donec cunctos interimit, et post haec uxorem suam quoque peremit. Cumque in precipicio cadavera eorum iactasset; ipse multas blasphemias in herodem vociferatus, et infirmitatem eius exprobrans. licet ei rex herodes dexteram tendisset, et vite spem promisisset; tamen ille per precipicio similiter ad eum veniret. Herodes ergo rex ita omnes speluncas destruens. et ordinans ibi ducem ptholomeum, ipse ad samariam cum sexcentis equitibus et tribus milibus peditum discessit, tamquam antigonum expugnaturus. Hi autem qui prius galileam turbabant invadentes ptholomeum interemerunt eum. Cumque hec fecissent, in nemoribus et in difficillimis locis confugientes predabant, et rapiebant omnia. Quos herodes reversus punivit et eius gessores interfecit. et eos qui in munitissimis locis confugerant obsidione capiens occidit, et castella deposuit. Antigonus igitur pugnans cum parthis vicit eos, et in fugam convertit. Et post victoriam remisit quosdam de auxiliatoribus ad herodem cum quodam principe machera. Rex autem herodes dimittens fratrem iosippum in iudea cum duabus cohortibus et mille equitibus ad expugnandum antigonum, ipse ad antonium festinavit, qui samosata oppidum iuxta eufraten obsidebat cum romanis. Et cum ad antiochiam pervenisset, invenit ibi quosdam congregatos, qui similiter ad antonium ire volebant, sed pre timore barbarorum qui in via latrocinia exercebant, ire non audebant. Herodes autem eos adhortatus, dux itineris eorum factus est. Et cum iam pergerent, incurrunt insidias barbarorum. Nam spinis obstruebant camporum aditus, ubi et equites non paucos barbari sedere in insidiis disposuerant, ut cum aliqui ad campum venirent, impetum super eos facerent. Ut ergo herodes cum suis transivit, barbari subito retro eos invadunt; Rex autem herodes impetum cum suis militibus in eos faciens, et in fugam convertens, audaciam suorum excitavit, et confidentes eos fecit reverti, qui prius fugiebant. Herode ergo acriter pugnante, et barbaros prosternente, cuncti barbari fugerunt. Post haec diripiens vasa et iumenta eorum, ceptum iter pergebat cum suis. Et cum ad quandam silvam appropinquassent, iterum contra eos de silva quidam subito irruunt. Cum his iterum herodes confligens eos in fugam vertit, multos interimens, et viam tutam se sequentibus parabat. Et cum iam ad antonium appropinquassent, transmisit antonius exercitum cum ornatu ad occursum herodis, hunc honorem ei prebens auxilia. Cumque presentem alacriter vidisset, et cognovisset ab eo que in via acciderant, amplectebatur eum, et virtutem eius laudibus efferebat, et osculabatur eum, et iuxta se sedere fecit. Antonius ergo non multo post oppidum samosata cepit, tradente se antiocho tiranno. Herodes autem petiit ab antonio ut daret sibi auxilia, quatenus antigonum iam diu sibi resistentem expugnaret. Antonius igitur misit cum eo sossium cum militibus romanis, ipse autem ad egyptum perrexit. Sossius ergo premisit in iudeam cum rege herode duas legiones romanorum. ipse vero cum maiore exercitu sequebatur. Iosippum vero herodis fratrem quem ipse in iudea reliquerat, contigit tali morte perire: Hic enim iosippus immemor preceptorum herodis fratris, exercitum permotum promovit. Et cum vellet eruere congregare romanis militibus; in bello laborantibus adversarius eum in difficillimis locis invadentibus; fortiter pugnans interimitur, pene cunctum exercitum perdens. Siquidem vi. cohortes exstincte sunt. Antigonus autem cum sic hostes vicisset; caput iosippi fratris herodis iussit abscidi. Cuius corpus l. talentis frater eorum iunior ferora redemit ab antigono. Post haec antigonus ubicumque socios herodis invenisset, in palude eos iubebat immergi. Nuntium vero cum herodi antiochie nuntiasset fratris mortem, ipse hoc credens propter visiones quas in somniis de morte eius viderat, festinans proficiscebatur. Et cum ad montem libanum venisset, octingentos milites ex inde sumens cum romano exercitu ad ptholomaidam venit. unde noctu surgens in galileam pervenit. et ex inde ad iericho venit, ultione exacturus pro fratre. Quo cum venisset, exercitum ibi opulenter refecit. Post convivium autem cum ad superiorem domum ascendisset, dimisit omnes qui presentes erant ibi. Ubi statim affuit circa regem mira providentia dei. Nam tectum domus subito cecidit; et nullum ex eis lesit. Unde omnes crediderunt herodem dei amatorem esse, dum per ipsius providentiam tam maximum et mirandum periculum velociter exeuntes vitassent. Postero die antigonus cum sex milibus a summitate montium ad pugnam contra herodem descendit, et timore subito romanis incussit. Qui cum exissent contra eos, milites antigoni iaculis lapidibusque socios herodis vulnerabant, et ipsum herodem quidam telo circa precordia percussit. Antigonus ergo misit ducem quendam nomine pampum ad samariam cum exercitu, ut eam debellaret. Contigit herodes rex cum exercitu veniens, cumque audacter viriliter devicit. Quem et perimens multos de eis occidebat. Quorum multi dum armati in domibus confugissent, tectis avulsis lapidibus eos oppressit. Hoc itaque factum adversariorum animos magis confregit, sperantium futura deteriora existere. Rex autem herodes vespere facto cenare milites precepit. Ipse vero cum aliquibus domum lassus intrasset, quod balneum erat, periculum maximum incidit, quod providentia dei vitavit. Nam nudum et cum uno puero se lavantem, hostium quidam qui armati in eadem domo pre timore celati fuerant invadunt. Quorum unus exiit gladium tenens, et per ianuam currit, et post hunc secundus et tertius similiter armati, et nihil regem leserunt. Postera die ferora frater herodis abscidens caput pampi, transmisit herodi pultionem fratris eorum iosippi. Nam idem pampus manu sua iosippi caput absciderat. Herodes ergo desinente hyeme pergens hierosolima cum exercitu venit, et iuxta civitatem castra sua locavit tertio anno regni sui, ex quo rome ordinatus erat. Post haec herodes castra iuxta murum posuit, quo potuisset civitatem expugnari, et tribus aggeribus murum circumdans turres erexit. Cumque multa fiducia ad opus hoc usus fuisset; et silva decidisset, et magistros operantibus preposuisset, ipse exiit contra sossium et militiam romanorum qui sibi in auxilium veniebant, et eos cum honore duxit ad hierosolima. Rex etiam herodes perduxit a samaria non parva multitudine; ita ut de iudeis haberet xxx. milia que se adiuvarent.

Omnis ergo exercitus romanorum et iudeorum circa muros hierosolimorum congregabatur, et circumsedebant muros civitatis in parte aquilonis. Quorum exercitus erant xi. cohortes peditum, et vi. milia equitum, necnon et auxiliatores syri, et duo duces silo et sossius ab antonio missi. Antigonus ergo cum his qui intus habitabant cum multa alacritate et audacia herodi repugnabant, et latenter sepius foris obsidentes invadebant, et iterum intro refugiebant. Que cum herodes perspexisset, adversum eorum invasiones insidias paravit, et agmina militum transmittens venalia congregabat, ita ut intra paucum tempus multam affluentiam alimentorum comportarent, et multa manu citi aggeres operantes erexerunt. Estas enim erat, et nullum operantibus impedimentum fiebat, et machinamenta ingerentes murum permovebant, et omnibus experimentis utebantur, nec tamen terrebant infra civitatem existentes. Nam resistebant eis fortiter, et romanorum instrumenta comburebant. Et cum ad manum venissent, non inferiores romanis fuerunt, non quam militaris disciplina eis deerat. Nam et muros firmabant, et subtus cum fodientibus confligebant, et fortiter resistebant, licet magno exercitu obsessi forent, et gravi fame et inopia necessariorum fuissent. Nam septimus annus tunc acciderat. Iutta ascendere super murum et viri de principibus et postea centuriones sossii. nam primus murus iam captus fuerat diebus xl. secundus autem diebus xv. et aliquae porticus circa templum incense sunt, quas herodes antigonum incendisse dicebat, ut ex hoc ei invidiam apud iudeorum cetum faceret. Et cum exterior pars civitatis capta fuisset; ad interius sacrarium et inferiorem civitatem iudei cum antigono confugerunt. Cumque timuissent ne prohiberent eos romani deo cotidianas immolationes offerre; per legatos supplicant permitti sibi deo hostias offerre solitas.
162. Herodes autem cum vidisset eos paululum esse fatigatos, acquievit petitionibus eorum. Sed cum nihil videret fieri quod putabat, immo fortiter eos antigonum velle iuvare, accedens ad civitatem instanter pugnabat, ita ut omnia interimationibus complerent. Siquidem romani pro mora obsidionis irascebantur. Herodes ergo nullum de iudeis vivere sinebat, sed occidebant pueros et domos. et quos cumque romani invenissent fugantes eos, et in templo concludentes, neque infantibus neque senibus neque infirmitati mulierum misericordiam prestantes. sed et herode nuncios destinante et petente ut parcerent, nemo fuit qui dextram retineret immotam. sed furiosi cuncta pietate extinguebant. Antigonus et nec priore nec presente fortunam considerans, a turre descendit, et procidit ante pedes sossii. Ille autem nequaquam calamitate eius misertus sed plausibus incontinenter usus, antigonam eum tamquam feminam nominavit; quem tamen non ut mulierem sine custodia esse permisit, sed vinctum servari iussit. Herodes autem prohibebat alienigenas auxiliatores videre sancta in sacrario constituta, quosdam percutiendo, multos autem armis vetando. Prohibebat et rapinam civitatis dicendo ad sossium, quia si pecuniis et hominibus romani civitatem hierosolimam evacuaverint, deserte regionis me regem relinquent. Sossius vero cum dixisset iuste militibus dari predam civitatis quam expugnassent, respondit herodes: pecunias de suo mercedem singulis prebiturum. et ita herodes civitatem a predatione romanorum militum liberavit. Nam ita munifice singulis militibus et ducibus et ipsi sossio donavit, ut cuncti plenum pecuniis abirent.

Haec passio hierosolimorum civitati contigit consulibus marco agrippa, et caninio gallo centesima et octogesima v. olimpiade, tertio mense in celebratione ieiuniorum, per vigesimum et septimum annum, ex quo prius a pompeio subiugata fuit. Sossius ergo cum aurea corona deo devovisset; reversus ab hierosolimis antigonum ligatum ad antonium perduxit. Herodes autem timens ne antigonus rome constitutus senatui denunciaret ex regali genere se genitum, herodem autem alienigenam. et si contingeret ut romanos in aliquo offenderet, antigonus regnum reciperet; multis pecuniis compulit antonium, ut idem antigoni

Asmoneus fuit avus mathathie patris iude machabei et fratrum eius.

inficeretur. Quod cum factum fuisset: herodes omnem timo
rem deposuit. Desiit autem hoc modo asamonei principatus.
post c.xx. annos. qui de genere et familia clarissima et
honore sacerdotali fuerat natus. cuius filii et nepotes cum multa
pro gente iudaica egissent. propter mutuam seditionem principatum
amiserunt. Transiit autem ad herodem antipatri filium de fa
milia populari et privato. et subiecto regibus. Nos ergo hec
tantum cognationis asamoneorum accepimus. Explicit
liber quartusdecimus antiquitatis iudaice.

INCIPIT LIBER XV.

C
VM TOTIUS IUDEE
principatum herodes sumpsisset. quantoscumque privatos sibi
faventes invenit in dignitatibus eos constituit; illos autem qui contraria
sibi sapiebant non destitit tormentis singulis diebus affligere. Ho
norabantur autem apud eum pollion phariseus et sameas discipulus eius.
Siquidem obsessis hierosolimitis ut in priore volumine demonstra
vimus. isti persuadebant civibus herodem suscipi. pro quo et recompen
satione gratiarum fruebantur. Herodes ergo omnem ornatum civium
auferens in aula colligebat; ex quo multum pondus auri et argenti
antonio et amicis eius donabat. Interfecit etiam xl. quinque viros
de prioribus qui favebant partibus antigoni. et custodes per por
tas murorum disposuerat. ne quid exportari possit cum defunctis.
Mortuorum enim perscrutarentur. et in eis quicquid argenti et auri aut
aliud necessarium fuisset. inventum regi deferebatur. Nullus ergo ma
lorum terminus erat. Nam avaritia rectoris male conquisita deteri
us expendebat. Provincia autem inculta permansit. septimo anno cogen
te; neque agriculturam exercere illi tam nobis esse probatur. Hyrcanus autem
princeps sacerdotum quem ut supra retulimus pacorus rex parthorum et
barzafarnes dux eius captivum de hierosolimis duxerant. cum audis
set herodem regnum iudeorum accepisse. redit de captivitate iam
solutus. Cum enim a parthis in captivitate ductus fuisset; commendatus
est fraati parthorum principi ad custodiendum. Qui etiam modeste eum trac
tabat. dum nobilitatem de eius prosapia audisset. Unde et a vinculis
absolutum. babilonie eum servari concessit. ubi multitudo iudeorum eum
tamquam principem sacerdotum et regem honorabant. Hyrcanus ergo dum hoc
honore frueretur. et audiret herodem principatum suscepisse. mutatur
spe sua. eo quod ei herodes ab initio amicissimus existeret. Quem et
grate memorem putavit. quod eum olim a questione et mortis periculo tor
mentisque liberasset. Indicavit ergo amicis suis quod vellet ad herodem
proficisci. Qui vetabant et rogabant eum ibi permanere. dicentes quod
in honore sacerdotali et principali dignitate nichil apud eos minus
haberet. presertim dum nichil honoris ab hierosolimitanis posset percipere
pro diminutione aurium quam ab antigono pertulisset. Retributiones
autem non similes a regibus dari. quas privati a benefactoribus acceperunt.
Nam reges semper mutat fortune proventus. Talia cum ei dicerent; hyrcanum
tamen desiderio eundi tenebat. Herodes etiam scripsit fraati. et aliis iudeis
illic habitantibus; ut non impedirent hyrcanum ad se venire. Nam tempus
extitisse dicebat. quo ipse gratias ei redderet pro beneficiis. cum ab eo nutritus
et salvatus esset. Hec scribens herodes misit legatum saramallam et dona
multa supplicans ne impediret hyrcanum ad se venire. Erat autem studium
ei non propter illius honorem. sed quoniam preter meritum principatum obtinuerat;
timebat ne illi rationabiliter auferretur. et ideo properabat hyrcanum
sub potestate sua redigere. vel penitus eum disperdere. quod et postea fecit.
Veniente autem hyrcano suscepit eum herodes cum omni honore. et
in conventu primum ei locum semper concedebat. Quem etiam decipie
bat patrem vocando. et omnibus modis insidias inopinatas ei prepa
rabat. et disponebat eum et reliquos sui principatus ut tractes. Eo
tempore in familia hyrcani seditio exarsit. Nam dum timeret he
rodes ne iterum aliquis de genere sacerdotali sacerdos ordinaretur.
imitaretur aliquem ex ignobilissimis sacerdotem de babilone nomine
ananelum. et huic principatum sacerdotum dedit. Quod dure pertulit
alexandra filia hyrcani. cuius filiam habebat uxorem herodes. Ha
bebat etiam filium nomine aristobolum iuvenem pulcherrimum. cui volens prin
cipatum sacerdotii acquirere. scripsit cleopatre litteras quatinus antonium
maritum suum rogaret ut filio suo aristobolo principatum traderet; eo quod
de sacerdotali genere existeret. Cleopatra ergo cum pro hoc antonium
rogasset; ille negligebat petitionem eius. Quidam ergo amicus antonii
nomine gellius. cum propter aliquas causas ad iudeam venisset; et vidisset ari
stoboli pulchritudinem et magnitudinem in iuventute nec non et so
roris eius mariamne quam herodes in matrimonio habebat; nimis stu
pebat. et accedens ad matrem eorum alexandram sermonem cum ea fecit
et suasit ei pingere amborum ymagines et antonio mittere. se autem pro
misit petitionem ei in omnibus adiuvare. His verbis alexandra elata
ymagines filiorum suorum depictas antonio direxit per gellium. Qui ve
niens ad antonium. ostendit ei ymagines depictas. et affirmabat fi
lios alexandre non ab homine peractos sed a quodam deo. Antonius ergo eru
buit puellam herodi nuptam accersire. et cleopatram etiam nolebat con
tristare. Scripsit ergo herodi ut cum honore aristobolum iuvenem sibi trans
mitteret. Herodes autem lectis litteris antonii. non tutum existimans
aristobolum fratrem uxoris sue iuvenem excellentem. et tredecim annorum
existentem de genere nobilissimo ad antonium destinare. Nam antonius
sic in corpore luxuriosus erat. ita etiam libidinibus novarum rerum ferve
bat. et ideo herodes timebat ne antonius aristobolum in regnum super se
poneret. Assumpta ergo simulatione herodes rescripsit antonio dicens.
Si puer exierit a provincia. statim omnia bello et seditionibus imple
buntur. iudeis sperantibus novarum rerum mutatione. His auditis anto
nius quievit. Herodes autem conventum faciens amicorum multorum. alexan
dram accusabat; dicens eam latenter insidias struxisse dum cleopatram pe
teret; quatinus ipse quidem regno privaretur. et aristobolus pro ipso rerum
gubernationem ab antonio susciperet. et hoc illam non sapienter postulasse.
cum filiam suam a regio honore privare vellet; et seditiones in regno move
ret; cum multum ipse laborasset ut regnum possideret. et magis pro illis
et ipse horum malorum nullatenus memor; benivolus circa eos extitisset. Nec
autem aristobolo principatum sacerdotii prohibere se velle. et ob hoc se olim ana
nelum ordinasse. quod aristobolus adhuc puer esset. Hec verba herodes non
in cassum dicebat sed pro deceptione mulierum et ibi assidentium. Alexan
dra autem his credula. cum lacrimis satisfaciebat dicens quod non pro suo com
modo filio cupisset honorem. sed propter herodis tutelam. cuius virtute totum
genus meum effulget honoribus. Si ergo filium meum honore videre possem.
imposterum ad omnia negotia subiecta forem. Petebat quoque herodem ut
si quid propter genus et presentem fiduciam temerarium pro indignatione fecisset
sibi ignosceret. Postquam autem hec alexandra locuta est; dexteris datis reconci

liati sunt omni suspicione sublata. Herodes autem rex statim principatum
sacerdotii ananelum preter legem deposuit; seditiones domesticas placando.
Nam non licebat aliquem semel accepto honore privari. Quam legem primum
antiochus epiphanes transgressus est. dum auferret a iesu sacerdotium
et ordinaret fratrem eius oniam. Secundus autem aristobolus hyrcanum fratrem
suum sacerdotio privavit. Tertius quoque herodes ananelo deposito prin
cipatum sacerdotii aristobolo tradidit. Herodes autem rex licet hoc
fecisset; non tamen securus degebat. dum timeret ne alexandra deprecan
tibus conatibus; rerum aliquas novas res meditaretur. Quam prius precepit
certam in aula consistere. ut nichil sine sua potestate haberet. neque quid pro
cottidiana conversatione moveret. Que precepta alexandram nimis
exacerbabant. et modum excitabant. Nam superbia muliebri diligen
tia custodie indignabatur. dum omnia vellet potius pati quam fiducia pri
vari. et fucosum honorem cum servitute et metu possidere. Misit ad
cleopatram intimans in quibus malis degeret. postulans sibi auxilium
ferri. Que iussit ei furtim cum filio in egyptum ad se confugere. Cumque hoc
alexandre placuisset. tale aliquid excogitavit. Duo enim loculos
quasi pro mortuorum exequiis. in quibus se ipsam et filium mitti iussit. et
suis famulis ea nocte deferre. et exinde ad mare navem
paratam invenirent ad navigandum in egyptum. Hoc factum
alexandri esopus servus ei patefecit. Sappho autem cum hec audisset; et
non haberet gratiam herodis eo quod de veneno quod patri eius antipatro datum fuerat
conscius esset. et volens odium herodis quod in se habebat lenire per proditionis
favorem nuntiavit herodi consilia et facta alexandre. Herodes autem
dimisit alexandram usque ad conatum quem inceperat perducere. et tunc in
ipso facinore comprehendit. Cui tamen tunc culpam remisit. dum time
ret cleopatram si contra se aliquam occasionem mali invenisset. et ideo
palam cum magnanimitate et modestia veniam ei largitus est. Cogita
bat tamen herodes rex omnibus modis aristobolum filium eius cui sacerdotium
tradiderat occidere. sed tamen occulte per tempus simulata dissimulatione.
Cum ergo festivitas tabernaculorum venisset; que apud nos cum summa veneratione
colitur. et in deliciis ipse rex herodes et reliqua multitudo degeret;
meditabatur herodes invidiam ut festivitate impleret quam occulte in animo
gerebat. Nam dum aristobolus adolescens octavum decimum iam annum ge
rens secundum legem super aram ascenderet victimas immolaturus et ornatu
sacerdotali circumdatus. celebraret religionis consequentia. magnitu
dine status superare volens. et generis dignitate ostendere; populi
in se excitavit favorem. et aristoboli avi sui memoria eius in animo redivit.
Qui paulatim voluntates suas demonstrabant gaudentes et leti
profusis vocibus laudabiles in eius orationibus; mixtas emittebant; ita ma
nifeste fieret populi favor. et temerari sub rege utique confiteri
cum aliorum preterita beneficia memoraret. Inter hec ora flavit hero
des voluntatem quam in aristobolum habebat implere. Celebratione
ergo transacta dum in iericunte maneret. et in convivium eos alexan
dra peteret. herodes adulabatur adolescenti aristobolo et illi
ebat ad affluentiam potationis. parat ei colludere. in iuvenibus
gratiam illius iocari. Loco autem estivo illic existente. collecti simul
erant refrigerium illic captantes. Cumque fontibus assisterent calo
re meridiani temporis. primi natantes servos et amicos inspici
ebant. Post hec adolescens aristobolus dum cum ceteris nataret. herodis
amici quibus hoc preceptum fuerat tenebris iam tenentibus; sepe eum mergen
tes tamquam ludendo. non emiserunt eum usque quo penitus fontibus suffoca
retur. Aristobolus ergo ita extinctus est. octavum decimum annum gerens
etatis. cum principatum sacerdotii anno amplius tenuisset; quem rursus
ananelus recepit. Quo malo mulieribus nuntiato. ineffabilis
eas statim defuncti dolor invasit; civitas etiam rumore delata.
lamentis cuncta repleta est. omnibus calamitatem defuncti non quasi
alienam sed tamquam propriam dolentibus. Alexandra autem mater eius plus consume
batur doloribus; et tristicia ampliore ab ipso funere accenderat. sed
sustinere necessarium putavit. licet sepe sua manu vitam propria finire mallet
cogitans si posset vivens sufficere ad ultionem insidiarum perempti
filii. Unde et mores suos modeste tractabat ne incurreret suspicionem
filium suum insidiis periisse. et per hanc dissimulationem speravit
tuno tempore vindicare. Herodes autem omnibus veri similis videbatur in
sidiarum adolescentis auctor non extitisse. Nam non tantum que ad funus per
tinebant peragebat sed etiam lacrimis usus. animi confusionem
esse monstrabat. Incidium etiam et dolore vincente eum. ex aspectu
pulchritudinis aristoboli plangebat. et licet adolescentis mor
pro eius tutela putaret. manifestum tamen erat quod pro satisfactione ista fa
ceret. Siquidem munificentie exequias ei honorans; multum apparatum
circa loculos et multitudinem aromatum fecit. nimiumque ornatu sepulture
ut perimere dolorem mulier deleret; et solaret eas per ista adulationem.
Alexandra autem nichil tale decuit. sed semper mali memor et iniuria medita
batur. et scripsit cleopatre herodis insidias. et filii sui perditionem. Cle
opatra dum festinaret petenti subvenire calamitates alexandre mise
rata. propria omnino causa confinxit ut preciperet antonium vindicare aristo
boli interitum. et non cessabat dicendo herodem indignum esse regno. quod
non deberet in veros reges tales iniquitates perpetrare. Quibus verbis
flexus antonius ad laodiciam perveniens misit precipiens herodem ad se ipsum
ire. sibique priores aristoboli satis facere. nam non erat recte insidie super
eum confecte fuissent. Herodes autem cum timeret cleopatre criminatio
nes. que non cessabat antonio suadere quatinus eum dampnaret; statuit
antonio obedire. cum nichil aliud melius foret. Cumque patruum suum ioseph
procuratorem regni et rerum reliquisset. demandavit ei secrete ut
si quid ipse ab antonio pateretur; continuo mariamnem uxorem suam oc
cideret. Nam diligere se eam fatebatur. et ideo timeret ne contume
liam post mortem suam pateretur; dum pulchritudo illi ab aliis desideraretur.
Timebat etiam imperii libidinis antonii quem in ea habebat cum olim
de pulchritudine eius audisset. Herodes ergo hec patruo suo ioseppo
precipiens. sollicitus ad antonium pergebat. Iosepp autem cum magistratum
rei gereret. et frequenter mariamnem conveniret. et de ingeniis
ponderaret favorem et amorem herodis circa eam inseruit. Mulieres
autem cum illum adulationibus emollissent. et maxime alexandra. sedulitas
iosippi indicavit eis preceptum herodis. ut si quid ipse ab antonio pateretur.
mariamnem occideret. Hoc audientes mulieres timuerunt. et de verbis
suspicionem non parvam perceperunt.

E
odem tempore rumor in civitate hierosolimorum ab invidis herodis disper
sus est. quod antonius herodem tormentis affecisset. et occidisset. Que fama
cunctos in aula turbavit. plus tamen mulieres. Alexandra autem iosippum
flectere ut cum ipsis ad romana signa confugeret. dicens si quid turbatum
in aula contingeret ipse in tuto existerent. dum romanos propitios haberent.
Antonium quoque si mariamne filia mea prospexerit principatum fore non
preterit. neque nullum presertim genus nostrum descendere. Cum has ratio
nes invicem dicerent; statim littere ab herode venerunt de suis causis por
tantes contraria. Nam cum idem herodes ad antonium venisset; ita eum mu
neribus placavit. ut nichil diceret cleopatre verba contra eum suffragantur

ualere. Dicebat etiam antonius ad cleopatram. Non est iustum ut rex de suo principatu depositus penam luat, quia qui ei honorem dederunt, ipsi ei in potestate permiserunt. Quo dicto, flexa est cleopatra, sciens nequiquam alienum principatum scrutari prodesse. Hec herodes pluribus scripserat hierosolimitas. et alios honores quos ab antonio in conuiuio cottidianis omnibus haberet; licet cleopatra in accusationibus nimis instaret; et pro uincere desiderio omnibus modis illum perire insisteret. Dicebat etiam antonium peticione sua in omnibus adimplesse. et sibi inferiorem syriam concessisse denunciauit. et per hoc solamen refutaret. et inciteret appellationes quas cleopatra pro iudea fecisset. Cum hec littere in iudea uenissent; desperauerunt ab imperio. quem tamquam de mortuo herode habebant; ut ad romana signa confugerent. Non tamen herodem latuit hec uoluntas. Nam precedens antonium ad parthos euntem in iudeam reuertitur. statimque ei mater sua et soror salome consilium aperuit quod alexandra cum filia sua marianne habuisset. Salome etiam contra maritum suum iosippum accusationem protulit dicens. quod frequenter cum marianne sermocinatus fuisset. Hec autem proferebat causa inimicicie quod frequenter ignobilitate generis eam in iurgio depriuaret. Herodes autem callidus semper et nimis marianne amans. licet statim conturbatus fuisset: non tamen patitur pro amore marianne aliquid temerarium in ea conficere. sed in utroque anxius secrete eam inquirit utrum uera essent que de iosippo audierat an falsa. Illa uero cum iuramento affirmante et satisfaciente quod in nullo peccato iosippo fuisset coniuncta paulatim rex deflectitur. et ira deleta coniugis marianne amore superatur. et honestati eius multas referebat gratias. et fauorem et amorem quem erga ipsam haberet pandebat. Qualia etiam sepe amantibus contingunt conlacrimabant inuicem magno suo studio sese pariter diligentes. Et cum herodes suum affectum cum ea pre ceteris emulatione firmasset: tunc marianne ait. Non amantis est o herodes quod mandaueras iosippo. ut si quid patereris ab antonio molestum. me perimeret: quae nichil tibi peccaueram. Quod uerbum ut audiuit herodes exardescens in furorem statim eam ab amplexu suo reiecit. clamans. et suos capillos dilacerans. dicendo se manifestum signum cepisse iosippum cum ea habuisse communionem. Nam nullatenus prodidisset quod secrete audierat nisi maxima fides illis inter fuisset. credensque de crimine pene suam interfecit uxorem. nisi amore eius uictus furoris impetum refrenasset. Iosippum tamen ulterius nec ad faciem suam uenire permisit. alexandram uero tamquam totius mali causam reseruari precepit.

Interea per syriam turba commouebatur. cleopatra non desistente antonium flectere. quatinus oppressis principibus potentia singulorum ablata sibi donaret. Multum enim ualebat apud antonium. desiderio suo eo inflammato. Que cum natura liter auara existeret. nichil inausum reliquit. Siquidem fratrem suum quindecim annorum etatis habentem. quem in regnum possessurum credebat ueneno consumpsit. sororem quoque arsione in epheso ad templum diane confugientem. per antonium extinxit. Iam etiam pecuniarum gratia et templa et corpora uiolabat. nec sacrarium ullum tam castum fuit nec priuilegio tam tutum cum ornamentum ipsa non abstulerit. nec tamen aliquid prophanum uel incestum poterat auaricie illi satisfacere. Et cum omnia expoliaret. feminee tamen cupiditatibus nullatenus satisfaciebat. Siquidem cuncta de eo suis desideriis semper putabat. et ideo antonium maritum suum compellebat aliquid ab aliis auferentem sibi donare. Nam cum uenisset cum eo ad syriam. et eam cogitaret possidere. lysaniam filium ptholomei accusauit. quia parthos contra rempublicam duxisset. Unde antonius eum statim occidit. Petiit quoque cleopatra antonium reges iudee et arabie occidi. Antonius autem cum in omnibus amore femine uictus esset. non tamen uerbis sed etiam factis eam uideretur obedire. petebat eam ne se tantum compelleret ut peccaret. et ne quanta illa precepisset perficiens. palam iniquus esse putaretur. Idoque partes utriusque prouincie recollens donauit ei. et ciuitates que inter eleuterum fluuium usque ad egyptum erant. excepto tyro et sydone quas a maioribus liberas esse cognouerat. licet multum cum illa sibi eas preberet supplicasset. Cum hec cleopatra obtinuisset. et deduxisset antonium usque ad eufraten. contra armenios castra reuertitur. et intrans apamiam et damascum. exinde ad iudeam peruenit. Quam cum herodes suscepisset. conduxit ab ea redditus iericuntis. nam balsamum terra illa generat. quod preciosissimum est. et numquam alibi nascitur. et palmas multas et optimas. Et dum multum temporis cleopatra fecisset cum herode. temptabat cum eo concumbere. Nam naturaliter et euidenter libidinibus exardescebat. Forsitan et aliquid amatorium passa est. sed quod uerisimilius est regno ei insidiabatur si quoniam iniuria a se factam posset per accusationem adipisci. Desiderio uero ei se uictam esse dicebat. Rex autem herodes licet olim nullatenus faueret cleopatre dum sciret eam omnibus esse molestam. tunc amplioni odio circa eam usus est. quod per luxuriam uellet et insidias ei parare. Verba ergo cleopatre impserentia quidem refutauit. consilium uero cum amicis suis habuit ut eam sub potestate sua posita occideret. ut et se et multos alios a malis eius liberaret. quibus iam grauius [illegible] uel fieri posse putabat. 163
Nam et antonio marito eius hoc prodesse [illegible] illi fidelis existeret. Cum hoc cogitasset herodes. prohibebant eum amici. primum quidem suggerentes quod non deberet maximum periculum prestare rem [illegible]. Nam nullatenus hoc antonium posse pati dicebant. quamuis eum muneribus placare putaret. cum amore cleopatre nimis incenderetur. et uideret insidias illi fieri eius amore peractum. Unde etiam non est incertum quod maximis et continuis malis principatus eius ab eo compleatur. Suadebant ergo ei ut inhoneste refutaret concubitum. que illa postulauerat. Herodes ergo consentiens uerbis amicorum et cleopatre donis et muneribus satisfaciens deduxit eam usque ad egyptum. Antonius autem cum armeniam cepisset. artabazen filium tigranis cum filiis satraparum ligatum in egyptum destinauit. donans eos cleopatre uxori sue cum omni regio ornatu eorum. Armenie uero principatum tenuit artaxias. Que cum postea archelaus et nero expulissent. tigranem nouissimum eius fratrem ordinauerunt. Herodes ergo uectigalia que debebat de terra ab antonio sibi donata. cleopatre iustum iudicauit dare. ne occasione odii eam contra se prestaret.

Arethas autem rex arabum cum herodes reditum ei conduxisset. ipse aliquando reddebat duo milia talenta. Post hoc autem indeuotus herodi existens. uix partem aliquam prebuit. Que herodes hoc uero se defraudante prosequi deliberauit. sed interim propter romanum bellum hanc distulit expeditionem. Nam in actiaco litore sperabatur pugna. que centesima octogesima uii. olimpiade contigit. cum cesar octauianus et antonius de re publica decertarent. Herodes autem ex prouincia sua collectis uiribus et redditibus uenit ut auxilium ferret antonio contra cesarem. Antonius autem dixit se auxilio ei non egere. sed iret potius ad arabas expugnandos. Cleopatra enim peruerterat mentem eius ab herode. et arabas etiam incitauerat contra eum. ut nullatenus ei tributa soluerent. Herodes autem reuersus ab antonio cum milicia quam illi adduxerat. confestim arabiam ingreditur. et cum omni milicia uenit in dio ciuitatem. Cumque illic ei arabes occurrissent. pugna maxima commissa est. in qua uicit herodes et iudei. Postea multum exercitum congregatum audiens herodes in chana uico ex arabibus. uenit contra eos ducens maiorem partem milicie sue. et prope calon castra sua posuit. unde oportune pugnaret. Cumque hec disponeret. populus iudeorum clamabat ut mora dimissa impetum contra arabas faceret. dum crederent se in hoc paratos esse. quia in priore pugna uictores extitissent. Iudeis ergo suum studium ostendentibus rex statuit magnanimitate eorum non remorari. dicens non se deesse uirtuti eorum. et primus se armans omnis produxit in aciem. Stupor ergo arabes inuadit. Pugnantes autem contra iudeos ut uiderent eos inexpugnabiles omnique uirtute plenos. plurimi fugerent. fuissentque perempti nisi athenion cum militibus uidens herodem contra iudeos inuasisset. Hic namque dux cleopatre erat in illis locis. Iacebat uero cum militibus insidians. ut si quidem arabes hostes iudeos uincerent ipse requiesceret. si autem uincerentur arabes. ipse ex insidiis cum militibus accurrens socios adiuuaret. quod et contigit. Nam suis ad auxilium ueniens et eos a fuga reuocans. occupauit iudeos in locis asperis et saxosis. [illegible] occisis. fiebat diuisa prelio. Rex autem herodes in pugna uictus equo uolebat suos adiuuare. sed non ualuit licet multum festinasset eis subuenire. Arabes autem cum castra iudeorum cepissent. non mediocrem felicitatem sine spe tenuerunt. Nam uictoriam quam in prima acie perdiderant postea obtinuerunt; prosternentes plurimum exercitum aduersariorum. Herodes autem ex inde latrociniis utebatur. et discurrens terram arabum uexabat. dum super montes castra disponeret. et omnino recusaret manum cum eis ex equo conserere. Frequenter tamen labore diligentiam lucri sibi acquirebat. nam et proprios milites omnibus modis fouebat ruinam cupiens emendare. Interea actiaco bello inter cesarem et antonium gesto. septimo anno imperii herodis. terra iudeorum commota est in qualitate numquam prius. per pestilentiam animalium. Perempta sunt etiam armentis hominum decem milia. Milites uero cum sub diuo degerent. nichil ab oppressione sunt lesi. Quod cum arabes audissent. et plusquam factum esset audirent narrari. tamquam omnis prouincia iudeorum hominibus perempta causa fuisset; nichil iam aduersi timebant. Herodes autem misit legatos ad arabas pacem cum eis facere. propter damnum quod eis acciderat. Arabes autem peremerunt legatos herodis. et cum alacritate contra eos preparabant. Iudei autem inuasionem arabum sustinuerunt et licet calamitatibus essent oppressi. cum bellare decreuerunt. dum non pares sese pluribus eorum putarent. neque auxilium haberent. rebus suis domi subuersis. Quos ita dispositos herodes rex temptauit eos sermonibus flectere. ut recuperaret eis antiquam alacritatem. et exhortabatur aliquos optimatum. Ausus est etiam ad populum sermocinari. nam prius pigebat eum id facere ne male propter calamitates ab eis susciperetur. Proferebat igitur talem orationem ad eos. Non ignoro o socii. quia multa per hec tempora facta sunt contra nostram rempublicam. et fortasse nec arabes uero de se confidunt. quod putant se uirtute precellere. Sed quia compellimur pugnare. nec est aliquid quod semel factum non possit rursus bene tractatum emendari. petere uos elegi simul et docere. per que possitis in antiqua animo alacritate permanere. Volo enim prius uobis ostendere. quod iuste id bellum conati sumus committere. propter iniurias aduersariorum. et maxima causa magnanimitatis nobis extitit. per quam possimus spem uictorie possidere. Exordiar autem principia. testes uos faciens mei sermonis. Nam iniquitatem arabum nostis. et circa nos perfidi extiterunt. sicut et erga alias gentes. Etiam quamdiu ignorant. sepius nos offenderunt auaricia et inuidia sua. Et tamen multa dicam. Dum imminerent eis ut a proprio principatu deciderent et cleopatre seruirent. quis alius eos de hoc seruitio liberauit nisi mea amicicia. quam cum antonio possidebam. et ille circa me affectus nichil eos mali sustinere dimisit. Nam antonius cauebat agere quod posset in suspicionem peruenire. Tamen et cum uellet cleopatre partes aliquas adimere; prouincia [illegible] hec ego quoque dispensaui multa munera faciens afferens. uicta uires [illegible] acquisiui. Expensas autem ipse suscepi ducenta talenta prestando. duo milia uero talenta fide dicendo. que etiam predictis adimplendo. unde nos nichil ab eis accepimus. Non oportebat enim iudeos ulli tributa dare. Quod et si prebendum esset pro nobis non etiam parabis daret. qui nobis nec gratias agunt. Ista pro beneficiis iniqua circa nos egerunt. primum quidem quod nos amicos non hostes reddendo priuauerunt. Nam si fides hostibus necessario seruatur. multo magis amicis. Sed non apud eos ita est. qui modis omnibus optimum putant iniquitate eligere. si solum lucrum eis possit acquiri. Est ergo questio nobis utrum oporteat iniustos punire. dum hoc etiam deus desideret. et propter semper iniquitatem et contumelias execrari. quod non tantum uerbo sed etiam probellum inflicti uoleat. Nam quod uidetur iniustum apud grecos et barbaros. hoc sic dicitur fas est in nostros legatos cognoscere perpetratum. Greci namque legatos sacros et ex omni plebe electos dicunt esse debere. Hi enim sepe hominibus deum placant et aduersarios hostibus reconciliant. Qualis ergo potest iniquitas [illegible] agi. quam si legati pro iusticia loquentes intereant. Quemadmodum autem possent uitam suam innoxiam custodire seu circa bellum feliciter agere dum talia perpetrassent. Nobiscum ergo forsitan ius recuperandi est. Ubi autem iusticia ibi deus est. deo uero presente multitudo cum fortitudine presto sunt. Ut ergo de nobis ipsis repugnemus. uicimus primo prelio. in posteriore uero nec substiterunt sed statim cesserunt non sustinentes nostram alacritatem impetu. Ut autem nos athenion bellum inferens non predicam. In primo enim prelio nostra et fortitudo nostra apparuit. in posteriore uero insidiis uincerimur. Cur ergo in minora sapimus ubi maiorem spem possidemus. Quoniam autem stupescant eos qui cum palam decertant perimunt. cum non sic uincunt ab iniquitate illos hi euentus. Virtutem enim belli non in expugnatione debilium. sed in oppressione fortium apparet. Si tamen quemquam illa exterruerint que domi contigerunt. et in terremotu acciderunt. hoc ipsum etiam arabas decepit. dum maiora quam contigerunt putarentur. Non debet autem illis hoc audaciam nobis timorem immittere. Illi namque nostris laboribus uel calamitatibus spem [illegible] assumpserant. quam nos uiriliter contra eos egressi auferemus. Accipite ergo alacritatem pugnandi. neque enim in terremotu simus consternati. nec tradi uulneratum. ut quidam putant. que potius accidentia sunt dicenda. Que si dei sententia peruenerunt. liquet quod iam secundum illius iudicium ita desistere [illegible] ita iudicia de factis nostris accepit. Nam si uellet amplius nobis nocere. neque flexus fuisset. Bellum autem quia et iustum fieri et iustum esse [illegible] et nobis ostendit [illegible] per prouinciam circumquaque perempsis [illegible] armatus [illegible] ostendente. quod si omnes cum filiis et uxoribus militarent nichil penitus importunum accidisset. Hec ergo reputantes quod in omni tempore deum patrocinium possideatis. prosequimini fortitudine iusta iniquos. amicos perfidos. maliuolos circa legatos [illegible] semper uestra uirtute deuictos. Cumque hoc audissent iudei. multum audacie sumentes ad pugnam parabant. Rex autem herodes hostiis celebratis. cum magno studio iordanem transiens. exercitum contra arabas produxit. et prope aduersarios castra disposuit. Visum est autem ei castellum in medio positum occupare. quod sibi multum prodesse putauit. uolens maturius uel committere uel differre bellum. Nam oportuno et munito loco consistebat. Cumque idem prouiderent arabes. bellum pro castello committunt. et primum quidem prelatio. deinde uero multis ex utraque parte ad manum uenientibus arabes afflicti recedunt. et iudeis spes uictorie crescebat. et uirtus accendebatur. Itaque pugna facta. multis ab utraque parte cadentibus arabes recedunt. quorum plurimis fugiendo mori prouenit. Nam non tantum a iudeis cedebantur. sed ipsi fugientes sua multitudine contriti moriebantur. Unde quinque milia ex eis defuncta sunt. reliqui uero ad castra confugiunt. nulla spe salutis habita necessariorum inopia. et quod peius erat aquarum indigentia. Iudei autem licet persequerentur tamen inuadere castra minime presumebant. sed obsidentes ergo uias fugere uolentes arcebant. Igitur arabes in his malis constituti. legatos

ad herodē dirigunt, p̄mum dissolutionē belli petentes. Nam siccitas eos
urgebat. & petebant ut in presenti licentiā ut uel aquā possent haurire.
Herodes autē nec legatos, nec dona suscepit, neq; mediocre pactus ē.
s; obstinato animo uolebat in eos ulcisci. Arabes autē siti compulsi in
mia. se ipsos tradiderunt. ita ut p quinq; dies .iiii. milia caperent. Vi
o die reliqui de castris egressi. decertare cum aduersariis nitebantur eli
gentes omnia pati. ne paulatim sine gl'a deperirent. Quę cum delibe
rasset. nulla tamen decertare ualuerunt nimia calamitate afflicti. &
p lucro mortem ee putauerunt ne in tribulationib; uitā extenderent.
na eis .vii. milia in priore plio sternuntur. Cū his g casib; uterent ar
rogantiā priorē deponunt. mirantq; herodis prudentiā referre.
patronū eum sue gentis pnunciantes. Herodes g cū multa felicita
te gl'a rediret. maxima dignitate acquirens sua fortitudine. Cū
cum in primo p bellum res suas disposuisset. in quādā piculū incidit.
Nā in desperatione sinuenit. eo q antonii amicus ei a cesare octauiano
in acciaco litore uictus eēt. Amici eni ei & inimici putabant ei n im
pune easdē amicicias puenire. Amici ei desp'abant. inimici u lęta
in p'spectu consolabantur. tamen clam inimici letabant sperantes in melio
ra rerum mutatione uentura fore.

Herodes aut uidens hyrcanū solum de sacerdotali genē sup eē. ei morte
opinatus ē suis reb; pdeē. ne imminente sibi a cesare piculo. ille da
re occasionē qui solus de regio genē sup eet. Cū hec cogitaret. nul
la mali occasionē in hyrcano inueniebat. nā modestia mox rerum
gubnatione curabat. & reb; studebat bonis. oīa cedens fortune.
Alexandra aut filia ei cui filium aristobolū ut sup retulim' he
rodes suffocauerat, minus patiens. & rerū mutationē incontinent
condens. uerba ad patrem fec. ne sustineret herodis iniq'tatē in
familia sua. & petebat ut malacho arabia tenenti scriberet. quatin'
susciperet eos ad se refugientes. Nā si mors herodi puenerit. ad se
pncipatū uenturū ppt ppl'or fauorē. & ppt generis dignitatē. Dū
his uerbis alexandra patrē flectere niteret: ille eā n audiebat. Illa
aut in ptinacia muliebri pmanens. nec die nec nocte desinebat accu
sare erga se herodis insidias. Compulit g eū eplam dare dositheo
amico in qua sc'ptum erat. ut arabs equites ei mitteret q deberent eū
ad se pducere ppe paludē bitumini s. que distat ab hierosolimis sta
diis ccc. Nimis enim confidebat in dositheo dū ei eet amicus. & cont
herodi inimicaret. eo q cognatus eet iosippi quē ille occiderat. Idem
aut dositheus neq' hyrcano nihil negocio fidē seruauit. Nā uolens
reconciliari herodi. porrexit ei eplam quā ab hyrcano in fidē commen
dauerat. Herodes aut eum p hac fide laudauit. & pmisit eū magis
certā reliquę cause. quatin' eandē eplam ut pcepit eet arabo malacho
destinaret. ut agnoscere posset qualia hyrcano rescriberent. Quod
cū dositheus alacri animo fecisset: malach' arabs rescripsit hyrcano
q libent eū susciperet: & om's qui cū eo uenirent. Misit etiā milites
qui deberent eū cautē ad se pducere. Verū & hāc eplam herodes sus
cepit. confestim uocato hyrcano requirebat de factis pactis cū malacho
arabo. Cūq; hyrcanū negasset: herodes eplas corā concilio fecit
legi. iussitq; hyrcanū statim interfici. Quidā aut dicunt herodē insidias
cont' hyrcanū contexisse. quatin' eū interficeret. Dicunt aut etiā
scribentes q in aliquo conuiuio ex suspicione herodes hyrcanū
interrogasset. si quas eplas a malacho arabo suscepisset. Qui
dum se confessus fuisset salutatorios apices accepisse. ille rursus
interrogans si qua etiā dona ab eo recepisset. hyrcan' respondit nihil
amplius q' .iiii. sibi iumenta transmissa fuisse. Herodes aut uociferans
h iumenta eē occasione pditionis. iussit eū occidi. Siue aut illa q'
ego conscripsi uera sint. an ista. manifestum tamen hyrcanū in nullo
pmeruisse ut tali morte occumberet: eo q' [illegible] sua ex
modestia mox nichil atroci egerit. insup cum ipse regnū habuisset.
plurima gubnatione antipatro patri herodis commiserat. Erat
sic sup retulim' alexandra mat eius nouē annis pncipatū sacer
dotii rexerat. matreq; defuncta cū ipse imperium suscepisset. & t
trib; mensib; gubnasset. depellitur ab aristobolo fre. Restituit
aut rursum in regnū a pompeio. & quadraginta annis honore eius
fecto regnū pdidit p antigonū filium fris sui aristobuli. & aurium
decisionē passus. cum octoginta annor eet a parthis in captiuita
te ductus est. & cum ad pp'ria p temp' aliq' remeans ppt bona ab he
rode pmissa. nich sic sparabat adeptus est. Nā multis in ea passionib;
inuolutus ē. & q pessimum ē ut diximus in senectute n digni uita
animū imperauit. Nā modestus & mediocris moribus existebat.
& plurima negocia sui impii sub dispensatorib; innocens tractabat.
Nam n erat callidus regnū disponere. & ideo antipatro & filio eius
herodi ad hoc conanti appareret.

Herodes aut hyrcano interfecto a cesare nich opinium de reb; suis sperabat
ppt amicicias quas cū antonio habuerat. Cūq; in suspicione alexan
dra haberet ne tempus nancisceret: & multitudinē & turbā in regnū
concitaret. commendauit fri suo ferore regni negocia. matre aut
sua cyprum cū sorore salome & cognatione cuncta in masada castello
constituit. iubens ut si q de se piculum audirent. pncipatum assume
rent. Mariamne u uxore sua eo q n potuisset uel animica cū so
rore & matre sua commisari. in alexandrio castello cū alexandra ma
tre deposuit. dimittens sup eas fidos suos amicos. iosippum & ituraeū.
& soemū. q eas sub specie honoris custodirent. Quib; etiā manda
uit. ut si q piculum de ipso audirent. ambas interficerent. regnū ut
filiis suis cum fre ferora custodirent. Cum hęc ita disposuisset.
in rodū ad cesarē octauianū pperabat. Cūq; [illegible] delatus esse
deposuit diadema. aliud u nich de dignitate sua [illegible] minuit. Ut
n communē sermonē cū cesare inseruit [illegible] multo pa[illegible] animi
magnitudinē ostendit: suisq; meritis honorē seruauit: [illegible] ad
preces nec ad supplicationes conuerteret: quasi de peccatis suis sa
tis faciens. s; in ratione actuū suor confidens. sine dubitatione
aliquā cesari dicebat amicicias sibi maximas cū antonio fuisse.
omniaq; pmittente sua egisse. quatin' ille rerū potentiā sortiretur.
milicię tamē ei nullatenus communicasse. eo q interim arabas expug
nasset. Transmisi tamē ei pecunias & frumenta. n minora a dig
Nō nitate sua. Nā q fatetur amicū t benefactorē aliquē se habere
debet omnib; animę & corporis & substancię se ei participē
ad piculū exhibere. q ego antonio min' q oportebat feci. Illud u
integre gessi. q'a cum uis inpugnatū eū non fuissem corpore animo n
reliqui. neq; manifeste cū eē transiui. cū & ipsa fortuna insisteret:
& seruaui ei fidē. & q'mq'm n oporteret auxiliator tamen consilia
ri fidelissimus ei exstiti. Nā antonio causam salutis [illegible]
semp optaui. & si [illegible] contigisset [illegible]
[illegible] in piculis affuissem. Ille aut [illegible]
ita belli [illegible] fidē tuam
p na antonii n solum [illegible] ostendere [illegible]
illi fauore meu. Sed [illegible] nomine [illegible] benefactore

regnis. poteris a factis meis cognoscere. Nā hec antonius iā desit. mich o
mnī amicicias firmauit in nob poterit appbari. Cū h herodes dixisset
& omnib; sui animi libertate ostendisset. non mediocri ut cesaris liberali
tate t indulgentia meruit. in tantū ut cesare pcipiente diadema rursus
sibi reponeret. ea condicione ut talis erga se qualem antonio fuerat
appareret. Cesar aut ei omnē honorē addidit. scribens certis regib; he
rodē socium esse. Herodes g cū hec honore ppt spē suscepisset: indissolu
pncipatum suū a cesare & romanis confirmauit. secutus est cesarē ad
egyptum euntē. Cumq; sup uires suas amicis cesaris dona obtulisset.
liberalitatē & magnanimitatē suā ostendens. petebat cesarē ne alexan
der amicus antonii ad usum aliq' pateret. Sed n impetrauit: quia
cesar iure iurando [illegible] illum occidi. Rediit g herodes ad
iudeā cont' spē omniū cū magno honore. & inimicis suis [illegible]
q elatus a piculis remeasset. Confestim g susceptione cesari in egyptū
p syriam eunti parabat. Cum g herodes cesarē suscepisset. cum omni
regio apparatu ptholomaide. & pbuisset affluenter sumptus exercitui
omnino int fidelissimos cesaris reputat' ē. Et dum cesar in iudeā uenisset
in centū quinquaginta domib; ornatis eū herodes cū amicis suscepit.
Prebuit etiā transeuntib; p loca arida necessaria humanitate. ita
ut nec eorum nec aqua militib; alicubi deficeret. Ipsi etiā cesari oc
tingenta talenta dedit. omnib; q; demonstrauit q plus omnib;
in regno suo clarior apparuisset: q magis cesar fidem ei & ala
critatē pbaret. Redeunti aut cesari ab egypto. rursus herodes
n minus q priore largitate ei exhibuit. Cum aut primū a cesare
in iudeā redisset: omnē domū suā turbatā inuenit: ac uxore sua
mariamne & matre ei alexandra grauit ferentes. dū putarent n p
corpor tutela in illo castello se positas. s; tamq'm in carcere. cū nich
de suo neq; de alieno in potestate haberent. Nam mariamne putabat
se herodē cū simulatione amare. & timebat ut si quid ille a cesare pass
fuisset: q spe uite n posset here. mandataq; iosippo desup pri
data recordabat. Quappt custodes sibi ppositos cum omni adhi
gentia inuitagabat. & magis soemū cū illi putaret omnē potesta
tem traditā. Soemus autē in initio fidelis. nich penitus de mandatis
herodis eis palā fec. Sed cum sermonib; & donationib; mulierum
flexus paulatim deuictus eēt. multimo cuncta regis mandata dilu
cidauit. dum omnino n speraret eum eadē potestate reuersurū. s; ppt
piculum fugeret. ne redirei insignior. Ideoq; n parua mulierib; uolunt
prestare. sperans se retributione recepturum ab eis sup regnantib. Stat
p spe cuncta gerens herodes reuerteret. neq' contra uoluntatē uxori
eū posse facere credebat: dum sciret omni ratione amorē regis erga ma
riamne ampliorē existere. Itaq; cum illa huius spes fefellisset. sua
oīa indicauit. Mariamne aut h audiens. grauit ferebat. & amore
uite incurrens. orabat dm herodē nulla tam bona t p spa impetrare.
Et licet post mortē illi difficile sua uita putauisset: nich tam de sui
animi passionib; celauit. Nam cū herodes maximū honorē pr spem
impetrasset: & in iudeā redisset: pmū uxori sue mariamne de his
bonis nunciauit. & illā solā omnib; pponens ppt amorē quē circa eā
habebat. in primis eā salutauit. Et dum ei felicitatē suā referret.
nulla tamē eā gaudente: s; potius merente intelligens. nā dolorē celare n
poterat. s; p dolore nobilitatis sup ad oscula gemebat. Narrationib;
u ei neq' letabat: s; potius contristari se demonstrabat. Verū n suspe
cta tantū: s; etiā manifesta facta eū turbarent. contristabat animaduer
tens irrationabile circa se uxoris odiū n celari. ideoq' durē tolera
bat. Dumq; amorē ferre n potuisset: nec minus in amore pmane
bat. & semp ab alto in alterum transiens. in utroq; inconstans erat.
Sic ergo in odium t amore constrictus. sepi indicauit in odio [illegible]
in illa supbia. s; animū ne p occupata sua anima cupidine debili
taret. & nulla tamē eā occidere pmitt[illegible] ne p ampla
illa maiorē penā p amore illi sustineret. Hoc intelligentes so
ror ei & mater [illegible] putauerunt temp se recepisse [illegible]
& loquebant n pauca incitantes herodē in odium mariamne;
Quibus [illegible] h uerba attendebat. neq; fidē [illegible]
credulus psistebat. [illegible] passione succendebat. dum
neq; illa [illegible] nec ipse amore. Confestimq; [illegible]
[illegible] fuisset ab herode missa. [illegible]
se cesaris uictoria. & inimicis [illegible] cuncta egyptū possedis
se. Quappt festinans ad cesarē. reliquit domū ita dispositam.
Herodes aut [illegible] a cesare in egyptū uenisset: ampliori fiducia ei
eo sermonē habuit. Sic [illegible] de satellitib; gallis cleopatre qua
[illegible] addidit [illegible] q per illā pdiderat.
Addidit etiā [illegible] gadara & ioppen. & samaria. [illegible]
maritima [illegible] & anthedonē & stratonis turrim. Cumq; hero
des acquisisset & [illegible] et usq; ad antiochiā reuertit.
[illegible] res suas [illegible] tractabat [illegible] domesticis
laborib; afflig[illegible] coniuge. de qua [illegible]
[illegible] Nam n minore amore ille [illegible]
[illegible] cupidine repleret. Herodes aut [illegible] mariamne
uxorem suā diligit [illegible] casta & fidelis eē [illegible]
[illegible] Nā dominabat mariamne
[illegible] contumeliose ei aggressa ē. Quod ille eq
[illegible] portabat. & blandiebat ei. & licet illas [illegible]
[illegible] ignobilitate [illegible] detraheret. Illo u tempore [illegible]
[illegible] anni spaciū explet. exq' he
rodes a cesare reuersus fuerat: & cū iā [illegible]
aliq occasione data. Meridie namq; [illegible] herodes rex
[illegible] mariamne uxore [illegible] amore [illegible]
habebat assiduit. Que cum [illegible]
[illegible] & [illegible] aut hyrcanū & fris aristobo
li [illegible] Herodes aut [illegible] contumelia grauit [illegible] &
[illegible] salome soror herodis [illegible]
[illegible] intromisit. [illegible] sibi mariamne
amatoriū conficere regi. [illegible] herodes [illegible]
rogaret qualē h amatoriū fuisset: responderet. Ueneno [illegible]
Sit aut rex nulla [illegible] de amatorio [illegible]
qa neq' eē piculū mariamne [illegible]
[illegible] a salome [illegible] ab herode falsa de mariamne [illegible]
[illegible] ante herodē [illegible] mariamne uxore ei munera sibi pmisisse
quatin' amatoriū confecisset: Cūq; ad h rex [illegible] fuisset
[illegible] addidit dicens. q'a [illegible] illud amatoriū [illegible]
confici. Cum sciret [illegible] se n fuisse sciebat. & ideo [illegible]
q'm ipse de hoc requireret. Itaq; cum talia uba herodes audisset:
audiuit iā furibundus [illegible] excitat. & [illegible] q' mariamne fideli
[illegible] erat [illegible] interrogans de illo ueneno. sciens q' uxor sua sine
illo tale aliq' n fecisset: Qui dum [illegible]
[illegible] ille dicere [illegible] uxoris aut odium [illegible]
[illegible] sociam puenisse dicebat quo custode ei reliquerat [illegible]

Cum hec eunuchus dixisset: mox rex exclamauit dicens Soemum nullatenus sibi fidelem fuisse sicut sperabat, dum inimicitias inter se et uxorem suam parasset. Rex ergo Herodes Soemum statim interimi iussit; et colligens familiarium accusatorum iudicium uxori parauit studioseque; excitatus est de relationibus autem eorum et tenenti. Erat enim sermone incontinentis iracundius. Cumque ita sentientes hii qui presentes aderant in concilio, mortiferam sententiam in Mariamnem protulerunt. Subueniebant autem quidam de assidentibus dicentes ne ita temerarie eam interficeret, sed deponeret in aliqua regali custodia. Salome autem soror Herodis instigabat eum ad necem eius, caute inquiens seditionem multitudinis si illa uixerit. Mariamne ergo taliter adiudicata, ducebatur ad mortem. Alexandra autem mater eius metuens ne similia ab Herode pateretur, et uolens se ostendere ignorasse causam per quam filiam eius duceret ad mortem, exiens multa mala contra filiam uociferata est, et omnibus audientibus clamabat malam et ingratam circa maritum extitisse, et ob hoc iuste pateretur quia sepius nostrorum [illegible] beneficiorum tantorum remunerationem. Inter has ergo uerborum fictiones non ualens dolorem cordis occultare, euellebat amariter capillos capitis quia non posset filiam ab imminenti morte liberare. Filia autem eius nec unum uerbum ad probra eius et increpationes et simulationes respondit, sed et equanimiter animi sui grauitate dolorem matris euidenter faciens tolerabat, et non timido gressu, neque mutato corporis colore ad mortem ibat, generositatem suam neque in extremitate permutans. Mariamne igitur uxor Herodis sic periit, femina ad continentiam et magnanimitatem animi nimis pollens. Modestia uero morum ei defuit; pulchritudine uero corporis et dignitate affabilitatis magis quam si quis existimare posset omnes mulieres anteibat. Occasio tamen mortis ei exinde maior prouenit, quia nec gratum ei exhibendo uolebat uiuere. Nam dum semper illius potiretur amore, et nichil difficile ab eo speraret, fiduciam immoderatam erga eum habebat. Contristabant tamen eam que erga eum parentes suos euenerant per Herodem. Hec autem ei sepius improperando inimicitias sibi acquirit: matrem et sororem regis, et ipsum simul. In quo tamen confidebat et sperabat ut nichil sibi ab eo molestum oriri putaret. Postquam ergo interempta est, tempori Herodis desiderium in ea exarsit, ita ut [illegible] sepius nomen illius tamquam uiuentis inuocaret. Moliebatur autem omnia facere que potuissent dolorem cordis mitigare. [illegible] tenebat [illegible] colloquia, que nichil ei profuerunt. Cubiculariis [illegible] habebant [illegible] omnes etiam regales recusabat, et tantis doloribus [illegible] tenebatur. [illegible] tenebatur ut aliquando Mariamnem uocare ministros [illegible] magnitudine [illegible] ualenterque perpeteret. Cumque sic maneret [illegible] superuenit egritudo pestifera, que plurimos de populo et potentissimos amicorum eius extinxit, et omnibus prebuit suspicari ira dei hec contigisse, propter iniquitatem circa Mariamnem perpetratam. Rex autem ad peiora de die in diem ueniens, et his malis confectus non potuit multos dies protrahere, sed incidit in difficillimam inualitudinem. Nam inflammatione uel astrictione gutturis [illegible] mutatione tenebatur, et que potuissent cura ei exhibere nichil penitus profuerunt, sed contraria inueniebant. Vnde medici desperatione facta, dum neque egritudo decresceret illarum medicaminibus et dum rex nichil cibi potuisset accipere, medici omnia que ille uellet iusserunt ei prebere, desperatione salutis casui deuouentes. Herodes ergo in Samaria Sebasta nominata inualidus iacebat. Alexandra autem mater Mariamne in Hierosolimis habitans, cum audisset egritudinem Herodis, festinauit ciuitatis custodias obtinere, que due fuerant, una quidem ipsius ciuitatis, altera uero templi; quas si quis sub potestate sua comprehendisset, omnem gentem sibi subdebat. Nam immolationes nulla tamen sine his fiebant; quas non exercere iudeis impossibile uidebatur, patria prius uita amittere, quam religionis dei soliti sacrificium non implere. Alexandra ergo custodibus earum sermonem fecit dicens, quia oporteret has sibi custodias tradi, ne quis alius defuncto Herode eas inuaderet, et ut ipsa eas reseruaret, et Herodi si euaderet egritudine redderet. Cum hec uerba dixisset Alexandra, sermonem eius grauiter tulerunt fideles Herodis, quorum unus erat sobrinus regis nomine [illegible] manifestum nunciauit Herodi Alexandre sententiam. Herodes autem nichil remoratus interfici eam iussit. Ipse uero uix et multo labore cum egritudine euasisset; animo et corpore debilitatus simul et fastidiosus in omnibus causis factus, ad puniendum peccantem paratior erat, et ideo amicos necessarios interemit. Nam quidam Custobarus genere Ydumeus, et primus inter amicos regis, cum Herodes Iosippum uirum sororis sue Salomes interfecisset sicut supra recitatum, petiit ab Herode ut daretur sibi Salome soror sua in uxorem. Herodes ergo dedit ei sororem suam Salomen, et constituit eum ducem Ydumee et Gaze. Cum hec Custobarus preter spem impetrasset, elatus in superbiam felicitatem paulatim excedebat, et precepta Herodis [illegible] neglegebat. Cum hec nunciata fuissent Herodi, uolebat eum interficere, sed matris et sororis precationibus ueniam ei donauit, et non insuspectum eum in posterum pro prioribus conatibus dereliquit. Tempore enim iam acto cum contigisset Salome a Custobaro discordari, misit statim Salome Custobaro libellum repudii, connubium eius renuens non secundum legem iudeorum. Nam marito quidem apud nos hoc licet facere, uxori uero nullatenus licet, nec ducere alium, nisi a priore marito dimittatur. Salome ergo non generali lege sed potestatis sanctione connubium eius respuit, et ad Herodem fratrem suum dicebat propter fidem se maritum reliquisse, dum cognouisset eum pactum inisse cum Lisimaco et Dositheo et cum Babe filiis qui erant de regio et sacerdotali genere. Herodes enim iam diu odio habebat filios Babe, quia inimici fuerant. Quod odium et inimicitia hinc exortum est. Cum Antigonus super [illegible] regnum teneret, et Herodes ciuitatem Hierosolimorum obsideret, plures de obsessis Herodi fauentes ad illum clamabant. Filii autem Babe dignitatibus precellentes, et apud populum nimis ualentes, Antigono fauebant, et Herodem blasphemabant, suadentes regio generi principatum seruandum. Ciuitate uero capta, prius dominabatur Custobarus, et [illegible] Herodis florens, exitum ciuitatis obstructurus ordinatus, ut qui in exercitu hii qui regi contrarii erant. Custobarus autem sciens filios Babe in honore populi manere, et sperans ab eis primum magnum consequi, abscondit eos in quodam loco, et ab Herode de eis suspicante dixit se de eis nichil scire. Iure iurando ergo liberatus a suspicione, rursusque edicto a rege posito, et omnimodo excogitamento eos inuenire et non esse confessus. Nam cum prima uice negasset, non sine supplicio putauit postea eos ostendere, et non fide tamen, sed et necessitate eos celare festinabat. Hoc enim rex cum a sorore sua inuestigasset, destinans milites ad loca ubi morabantur absconsi, simul cum Custobaro eos iussit occidi, ut nullus iam residuus esset de regio genere qui iniquitatibus eius resisteret.

Post hec Herodes rex cunctis de regio semine interfectis, a patriis moribus excedebat, et peregrinis inuentionibus [illegible] corrumpebat, que nullatenus maculare debebat. Vnde non minora mala nobis

104

postea prouenerunt, diuersis recedentibus a patriis legibus maiorum in pietate corruptis. Primum ergo Herodes rex certamen quinquennale Cesari constituit, et theatrum in Hierosolimis condidit, et rursus in campo maximo amphitheatrum utraque perspicua, moribus uero iudeorum aliena. Siquidem usus aut apparatio talium neque nobis tradita fuerat. Celebrationem ergo illam clarissimam per quinquennium construebat, nuncians finitimis et conuocans ab omni gente athletas, et omnia certamina de certa terra mutabat, spe propositorum premiorum, et uictorie gloria conuenirent. Illic ergo collecti sunt capitales artifices, nec non et eos qui exercitationibus corporis preualebant et musica precellentes, quos thimelicos uocant, proponens eis maxima dona uictorie, et tamen omnes nobilissimos ad hoc spectaculum uocabat. Constituit quoque quadrigis, ut uni equi cursu non parua dona. Et omnia que munificentia et decora apud singulos prefulgebant, omnia uoluit fieri clariora. Spectaculum ergo tali libertate composuit. Theatrum uero circa cesaris ymagines habebat, et trophea gentium que ille bellando deuicerat: auro scilicet et argento penitus instructis, et neque de ueste, neque de uasis aut de lapidibus preciosissimum aliquid deerat quod non certantibus offerebat. Apparatus etiam ferarum ibi fuit. Nam leonibus multis congregatis et aliis que eminerent ferocitate, et raro inueniuntur, quorum inter se altercationes et pugne omnes inspicientes delectabant. Peregrinis ergo admiratio sumptuum et delectatio spectaculi uidebatur, iudeis autem euidentissima dissolutio legum uidebatur. Impium enim est feris homines pro spectaculo hominum subdere, iniquum etiam peregrinis moribus solita permutare. Super omnia uero contristabat iudeos trophea, dum putarent ymagines esse armis obsitas, quia non patrium illis fuerat talia colere. Quod Herodem non latuit, et uiolentiam eis inferre oportunum non putauit, sed uolebat eos uerbis consolari. Et hoc non potuit facere, dum illi grauiter ferrent legem eorum destrui, et unanimiter clamabant dicentes: Licet omnia existimemus tolerabilia, tamen hominum ymagines non esse patrium in ciuitate admitti profitemur. Herodes autem uidens eos resistentes non facile posse deuinci sine solatio, uocauit quosdam eorum ad theatrum, et ostendens trophea consuluit quid illis uideretur. Qui cum clamassent esse hominum ymagines, Herodes precipiens auferri ornatum impositum, ostendit ligna nuda. Que statim expoliata proprio ornatu, risum magnum spectantibus intulerunt. Tali ergo calliditate impetum multitudinis mitigauit Herodes, ut iam plurimi mutata non offenderent. Quidam uero non mutati sunt, sed putabant eo operatum destruendi esse legis. Vnde et optimum existimauerunt magis pericula sustinere quam mutata rem publicam negligi, dum Herodem uiderent uiolenter inducere que non solita fuissent. Coniurauerunt ergo decem ciues omne periculum se subire, et gladios sub uestimento portabant. Quod consilium cum deliberassent, ex condicto ad theatrum pergebant sperantes Herodem non posse fugere si subito eum inuaderent. Cumque parati cum audacia pergerent, unus ex his qui ad hoc constitutus erat ab Herode ut singula que gererent regi nunciaret, eorum conspirationes intelligens, Herodem uolentem theatrum ingredi prohibuit. Qui confestim sciens odium quod plures in eum haberent, et seditiones cottidianas, discedens in aula nominatos accusatos uocauit. Qui cum a ministris euidenter capti fuissent, scientes quod non euitarent periculum, ornauerunt necessarium uite finem, non deponentes animi sui fiduciam. Non enim denegauerunt actum sed etiam demonstrauerunt eis gladios, confessique sunt bene et pie coniurationem se fecisse, lucri quidem nullius causa, neque pro suis doloribus, sed pro communibus causis, quas seruare aut pro his mori cunctis dignum uideretur. Talia illi de uoluntate insidiarum fiducialiter professi, a regalibus militibus circumsepti ducebantur et omnem penam passi perierunt. Non multo postea quendam qui istos uiros apud Herodem accusauerat odio [illegible] non tantum interfecerunt sed et membratim dilacerantes canibus apposuerunt. Videbant autem multi eorum que fiebant. Herodes autem faciens de his inquisitionem et quasdam mulieres torquens extorsit ab eis huius renunciationem, et eos qui hoc facinus commiserant simul cum tota domo perimit. Concursus uero et audacia populi qui pro legibus habebant non remissiorem faciebant Herodem, sed multo potius cautiorem, et statuit undique se munire, ut si qui nouis rebus studerent, manifesta fieret eorum conspiratio, dum ciuitatem ab aula quam construxerat et a templi custodia tueretur que Antonia dicebatur. Samariam quoque deliberauit muris circumdare, quam mutato nomine Sebastiam appellauit. Putans etiam prodesse prouincie locum munire, qui de Hierosolimis abesset una die, et olim uocabatur turris Stratonis, locum eundem construens Cesaream nominauit. In maximo etiam campo electos equites deputans, edificauit locum qui in Galilea Gaba uocatur, et trans flumen Sebonitidem. Hoc ergo Herodes paulatim prouincia sua perfecit, et circumdans custodiis totam gentem, ut nequaquam potestatem haberent seditionem mouere, quibus paruo motu facto frequenter utebantur, sed nec etiam laterent si mouerentur, assistentibus in proximo qui hoc cognitos nunciarent. Plures quoque ex fortissimis auxiliatores suos illic habitare fecit, dum cupiditate ductus templum construeret quod simile prius nec in nobilissimis ciuitatibus existebat, quod prouincia sua construens in honorem Augusti Cesaris Sebasten appellauit, et prouincie partem meliorem que adiacebat distribuit habitatoribus [illegible] muroque firmissimo circumdans altiora loca custodiis communiuit, [illegible] magnitudine minor esset maximis ciuitatibus. Nam xx stadiorum erat; in medio uero [illegible] stadii locum statuit undique [illegible] templum amplitudine et publica pulchritudine excellens edificauit, paulatimque totam ciuitatem exornans munitionem quoque [illegible] pulchritudine memoriam posteris uoluit sue relinquere [illegible]

Eo tempore [illegible] anno regis Herodis instante, magne calamitates prouinciam occupauerunt, siue de ultione dei, siue casu sic occurrente. Nam gelu prius possessa [illegible] fructus nulla tamen reddebat. Preterea et ciues pre inopia frumenti morbus et passio pestifera possidebat. Qui tanta mala [illegible] comprehensi, dum indigerent cura et alimentis, plus peste moriebantur. Morbi autem ita prouentum inuentum solatia auferebant, nam frugibus et horreis exhaustis, nulla spes alimentorum pestilentie malo temperabat. Necessitas ergo maxima inopie, non minus ipsi regi Herodi quam populo imminebat. Nam uectigalia que de terra solitus erat accipere, minime colligere ualebat, pecunias quoque consumpserat largissime ciuitates edificando, nec erat quod dignum uideretur. Interea deliberabat tempori conferre presidium, quamuis difficillimum foret; nec [illegible] alimenta preberent, et pecuniis deficientibus, licet potuissent paruas plurimis pecuniis comparare, et ideo arbitrabatur neque quod negligeret hoc malum. Ornatum ergo regium [illegible] neque preciosissimis uasis, neque artificio precellentissimis parcens, misit pecunias Petronio presidi Egypti a Cesare constituto, et in nouitate et inopia sue prouincie. Petronius autem amicus Herodis existens et uolens subiectos eius subuenire, primum eis concessit pecuniam, et misit Egyptiis ut frumentum iudeis ueherent, pro nimia eis releuans in emptione et in nauigatione, ut maxima pars ipse huius auxilii fieret. Iam Herodes frumento nauigio deportato, hic quidem prius odientium maximam [illegible] Siquidem singulis quantum

potuissent panificare p se triticum diuisit. Preterea multis existen
tib; q senio uel alta infirmitate detenti n possent sibi alimta parare. p
uidebat eis construendo pistores. qui paratos panes uenderent. Di
ligentiam aut cum periculo hyemali habuit. cum comphendisset eos etiam
uestium inopia. corruptis & omnino consumptis pecorib; ut neq; lane.
neq; aliorum uestimentorum copiam haberent. Que cum iam pcurasset. etiam
finitimis ciuitatib; conabat pdesse. semina eis pbendo. Quod multu
et postea pfuit. dum fauorem ei exinde acquisisset. Terra aut post hec
fructus suos uberi ostendente. n nimi tamen milia hominum quos ipse pauerat
ad ppria destinauit. Cum h modo calamitatib; regnum oppressum herodes
omni munificentia t industria recuperasset. finitimos etiam similib; pas
sionib; afflictos releuauit. Quod nullus fuit qui p aliqua necessita
te ad eum ueniens. qn statim ei auxilium inueniret. scdm sua digni
tate. Populi eni t ciuitates & puati ad eum confugientes. solacium
ei impetrauerunt. in tantum ut estimaret extraneis gentib; plus x. mi
lia choros tritici expendisse. In ipso aut regno suo lxxx. milia choros
tritici expendit. Chorus aut hic medimna attica x. Hanc eius diligentia
& sollicitudine apud iudeos tantam contigit preualere. & diuulgari apud alios
ut antiqua mentis odia p preuaricationib; legum conceptam. p quas etiam pene
a regno expulsus fuerat prsus extinqueret. ut animi sui magnificen
tiam preter opinionem demonstraret. Populu aut in tantum mitauit. ut
tale eum arbitrarentur n quale expti sunt dudum. sed quale in necessitatib; pba
uerunt. Eodem tempore & auxilia cesari. quingentos uiros electos
custodes sui corporis destinauit. quos elegissius gallus ad mare rubrum
cesari pduxit. Post hec rebus suis pspere puenientib; palacia in supi
ore ciuitate construxit. magnas domus erigens. & ornatu preciosissimas.
ut plures uiros capere potuissent. Secundum mensuram aut appellationes eis
imposuit. nam una cesarea. alia agrippa uocabat.

x. Desiderio inde commotus. cum nichil sue libidini pponeret. filiam symonis
sibi coniunxit. Hic symon erat filius buti hierosolimita & nobilissimi
inter sacerdotes. Et cum filiam haberet optimam & pulcherrimam. pulchri
tudo eius animum herodis inflammauit. & ne puniret uiolentia uel
tyrannide hoc agere. melius arbitratus est nuptiali iure puellam ducere.
Et unde quia symonem dignum regia cognatione iudicans. dum sui
desiderium implere uellet. p honores euexit. & statim illum fabricas
filium a sacerdotio deposuit. & symonem ordinauit. & filiam eius sibi con
iunxit. Cum uero nuptie pfecte fuissent. edificauit castellum in quodam loco
quod est ab hierosolimis distans lx. stadiis. natura munitum. & ad edifica
tionem oportunissimum. instar collis manufacti. ut esset in rotundo circuitio
eius. Concludit aut in circuitu turris tocius huius ascensum. cc. gradib; edi
ficatum. Intra aut domus regie preciosissime. ad muniendum & adornatum con
structe. Circa medium uero collis habitacula constructionis pspicuo.
& aqueductus fecit. nam ille locus n habet pprias aquas. sed longe subtractam
plurimo sumptu deductas. Circa campum uero ciuitas erat edificata. que
colle p arce habebat. Cumq; hec opera pfecisset. seditiones neque cont
regnum spauit oboriri. Duob; aut modis subiectos regebat. timore
quidem eo quod n esset mitis ad penam. diligentia uero quod in necessitatib; mag
nanimum appareret. Circumdedit aut cautela extrinsecus tamquam murum
subiectis parans. cum ciuitates extraneas & reges diuersarum nationum
patriis muneribus ad amicicias suas flectebat. Unde magnificentia sua
cesare & romanorum potentissimos placabat. leges transgrediendo. dum eri
geret templa ritui nro contraria. Nam nob in dicta sunt delubra. uel
figuras paganorum honorare. quod ipse foris ciuitatem in templis p fauore
cesaris honorabat. & in earum constructione multas pecunias expendebat.
Considerans aut ppe mare locum oportunum ad ciuitatem construendam. que quondam
turris stratonis dicebatur n qualecumq; urbe illic. sed lapide albo palaciq;
preciosissimis ciuitatem ibi construxit. Portum quoque tranquillum simile pireo. tu
tumq; effugium nauib; pbente constituit. Que ciuitas iacet in fino scdm
pelagus ad egyptum inter ioppen & ora optima maritima. quo statione diffici
liorem nauium fec. ppter affricanos procellas. Cui difficultati remedium pre
stans. fecit in circuitu portum quod sufficeret maximis classib; locum pbere re
fugium. lapides ingentes deponens in altum ulnis xxv. quorum lapidum lon
gitudo xxv. pedum erat. altitudo viii. pedum. Super hos lapides turres
construxit. quarum maxima drusus nominatur a druso cesaris priuigno.
Ostia uero portus contra aquilonem extabant. in medio autem turris erat sup
quam templum cesaris positum nauigantib; apparebat. huius statuas.
unam quidem romanorum. alteram autem cesaris. Ciuitas aut ipsa cesarea uocat.
Hec etiam sub terra cloacas n minora edificia ad aqueductum quarum alie quidem
modice. n longo spacio ad portum & ad mare spectant. Una uero media est
omnium receptaculum purgamentorum. que ymbrib; & mare influente diluitur.
Edificauit etiam theatrum ab australi latere portus. amphitheatrum quoque
multa milia hominum capiens in conspectu pelagi construxit. Itaq; pfe
cta hac ciuitate xii. anno regni sui. cum in nullo lassaret. deliberauit
filios suos alexandrum & aristobolum rome ad cesarem transmittere. Quo
cum ascendissent. & in domo polionis uiri nimis strenui & amici herodis
conuersarentur. cesar eos cum omni humanitate suscepit. pollicitus herodi
licentiam dare. quem uellet sibi successorem relinquere. Insuper & puinciam
traconitide & bathaniam. & auranitem ei concessit. ex huiusmodi occasi
one. Henodorus quidam conductor domus lysanie fuit. cui dum redit
n sufficerent. latrocinia in traconitide regione exercebat. Cumque hec
mala finitimi paterentur. uarronem suum pside interpellabant. rogan
tes ut cesari nunciaret iniquitatem henodori. Cesar aut audita iniqui
tate henodori. rescripsit uarroni latrocinia quidem exterminari. puinciam
aut herodi committi. tamquam diligentia indigentem. Cum hec gratia cesaris
herodes accepisset. ad puinciam traconitide pgens. latrocinia agentes op
pressit. & in circuitu desiderata pacem omnib; prebuit. Henodorus aut cum
tristatus primum esset a magistratu depositus esset. magis aut inuidia quod pfectura he
rodi tradita esset. ascendit rome accusaturus eum. Unde nichil agens reus
est. Henodorus aut cum iam diffideret pfectura sua. partem aliquam auranitidis
regionis tribus talentis uendidit. Que cum in potestate cesaris haberet. he
nodorus tamquam iniuste ea sublata contendebat. & incursionib; uio
lentiam inferebat. Que cum cognouisset herodes. de puincia sua se
ditionum auferebat occasiones. Igitur xvii. anno regni herodis cesar
ad syriam uenit. ubi gadarensium plurimi herodem accusabant graue
eum sibi fore. & tyrannum inminantes. Hec aut eos dicere compellebat
henodorus cum iurasset nullatenus eos relinquere usque quo ab herodis
imperio eos auferret. Cumque in multis herodem accusarent. ipse pa
ratus erat de his satisfacere. Cesar aut & agrippa amplectebantur
herodem. nichil de accusationib; attendentes. Gadarenses aut uide
tes se nichil pficere in accusationib; & cesarem uidentes in amicicia
herodis intentum. timore territi ne regi traderentur nimius afficerent.
quidam sese noctu gladio se peussere. alii per prerupta sedederunt. quidam
in fluuios sponte submissi defecerunt. quod uidebantur temeritatis n peccati
fuisse supplicia. Quapropter neque cesar remoratus herodem a reatu soluit.
& alia etiam ei pbuit felicitate. Nam henodorus p fundi rupturam ma
lo sanguine pfluente in antiochia syrie mite finiuit. Cesar aut

huius partem possessionis n paruam herodi concessit. & curatorib; syrie p
cepit ut scdm illius sententiam omnia tractarent. In tantum etiam felicitatem
herodes pcessit. ut cum duo isti romanorum imperium regerent cesar & agrippa
tertium sibi amicum coniunxerit herodem. Qui cum tantum honorem acquisisset.
fratri suo ferore peciit tetrarchiam a cesare c. talentorum fideiussor existens
ita ut si quid ille pateret. filii eius immunes euaderent. Herodes aut cum
cesarem comitatus esset usque ad mare rediens in traconitide cesari pulcher
rimum templum construxit iuxta paniada. ubi spelunca pulcherrima in monte
consistit. sub qua terre altitudo inaccessibilis est. aquis immobilib; plena
unde fontes iordanis fluuii nascuntur. Quem locum templo constructo
cesari deuouit. Post hec etiam partem tributorum subiectis suis remisit
occasione sterilitatis. plus autem ut eos sibi reconciliaret ne uiterius
ad usarent. Auferebat etiam subiectis ocium. perpetuis semper in
laborib; eos occupari. Nam neque communis deambulatio tunc
fiebat. sed omnia custodiebantur cum multa palam uel furtim in ante
acta illic extinguerent. In ciuitate aut & in uiis constituti
erant quod conuenientes in unum specularent. Ipse aut nocte priuatum
habitum accipiens. cum pplis conuersabatur experimento cognoscens quid
de principatu suo sentirent. Si quos uero omnino sibi aduersos &
opib; suis contrarios inuenisset. mane facto iubebat comp
hendi eos & occidi. Reliquam aut multitudinem sacramentis in
pellebat sibi fidelem existere. & cogebat fauorem cum iure iuran
do suo principatum custodire. Quorum multi eum placantes & iuniter
ueniebant ad gratiam eius. alios uero seruantes sua opinione & gerentes
eius opera ferentes occidebat. Flectebat etiam pollionem phariseum
& sameam sociosque illorum sibi iurare. Qui licet n obtemperassent.
tamen n sunt torti. dum in ueneratione apud eum essent. Honorabat
etiam esseos. qui illa conuersatione utebantur qui apud grecos pyta
goras tradidit. Ideo aut eos honorabat herodes. quia maius
quiddam de his sentiebat quam de mortali natura. Dignum etiam pu
to. nam n inhonestum sermonibus uidebatur in hac hystoria de his stabi
limitare. Quidam esseorum nomine manaem fuit qui p omnem
uitam sua benigna uoluntate pbatur. p scientiam futurorum a deo habere.
Is dum adhuc ... herodem puerum ad doctorem euntem uidisset. sa
lutauit eum quasi iudeorum regem ... Herodes
... aut illusum se reputans deridebat n formidans ...
... dum omn... ut puer ad huc fruatur. Manaem aut leniter subri
piculum fugeret dens. & feriens manu sua posteriora eius ait. Reg
prestare. spans ... nabis feliciter. nam tamen a deo dignus iudicatus es. Recole
pspe cuncta ... aut pcussuram quam tibi cum manu imposui ... fecit ut
tu posse fac... hoc tibi sit signum de peccatis a te in regno committendis. Nam optimum
est iratos si iusticiam & dei pietatem dilexeris. & modestiam erga ciues ha
bueris. sed scio & intelligo te hec n obseruaturum dum omnia cognoscam.
felicitate aut omnes pcelles. & habebis gloriam eternam. obliuionem uero pietatis & iusticie
possidebis. Hec aut non latebit dominum in ultimo uite tue termino pro factis
re. Herodes aut his uerbis nullatenus animum intendebat. Cum uero in regno
eleuatus fuisset. & feliciter principatum regeret. accersit eundem manaem &
consuluit eum quantum ipse regnare deberet. Manaem aut eum omnino adhuc
responderet & taceret. te herodes iterum interrogauit si uel x. anni
annum regni sui esse possent. Manaem aut respondit. & x. & xx. & xxx. s
nullum certum finem addidit. Herodes aut his contentus manaem cum
honore dimisit. & omnes esseos ppter illum honorabat. Hanc igitur
pphetiam licet miranda demonstrare festinauimus. & ostendere quia
nos multos habuisse talem diuinationis notitiam.

Herodes quoque xviii. anno regni sui post predicta edificia n minimum opus
inchoauit. Siquidem dei templum maximum construere. & murum
altum & decorum erigere iudicauit. dum putaret id nobilius omnib;
suis factis esse. & ad memoriam eternam puenire. Sed dum hoc opus
n facile pplo psuadere cognouisset. ppter operis magnitudinem. conuocauit
eos tali ratione multauit dicens. Alia quidem que ante in regno sunt
acta. uiri contribules. ut de his laudem pferam credo superfluum. hec
in minore nob autem maiore utilitatem ferre uideantur. Ipsa difficultate
aut operis nec neglexi que ad uestra comoda pmerent. neque in extructioni
b; michi magis quam uob omnib; festinaui cautelam impendere. & puto
quod dei consilio ad hanc felicitatem euectus sum. adque una n p... gentis in
deorum aliquam pueniret. Construxi namque sicut p prouinciam ciuitates quas
habitatorib; plenas munitionesque ornantes genus in uiri exaltauim.
quod oportunum in uidetur n sit sacris nec enumerare. Quod autem nunc nec efficere
omni pietate p excellentia explanabo. Bene enim nostis quod istud templum
maximo deo nri patres edificauerunt cum a babilonia remeassent. & quod
desunt ei ad magnitudinem lx. cubita hec. scdm instar illius quod salo
mon construxerat. Nemo aut negligentia pietatis parentum nrorum accuset.
nam n culpa illorum factum est breuius templum. sed cyrus & darius huius
mensuram edificationis fieri preceperunt. Quib; illi seruientes uel successo
rib; eorum. & post illos macedonib; n habuere aptum tempus ut templi scdm
pristinum statum edificarent. Nunc autem quoniam dei principatum meo larga
pax concessa est & diuitiarum possessio. & multitudo redituum. & quod maxime
est omnium & amicicia fauorque romanorum qui omnium nrm dominium existunt
cur n studemus in hoc tempore relictum opus necessitate seruitutis cor
rigere. & integrum deo p libero templum p beneficiis ei in meo regno collatis.
Talia loquente herode. ppls p magnanimitate sermonum ei nulla
desperatione commotus est. n quod anxiabatur ne eo moriturus opus negligentia ad
finem usque pduci. & ideo uidebatur eis difficilis esse magnitudo operis. Quos
cum herodes cerneret dubitantes. adhortabatur eos dicens se non prius
deponere templum n omnia pararentur que ad opus pmerent. Non est in
mentitus illi quod promiserat. Nam plaustra parauit que lapides uehent.
& decem milia elegit peritos artifices & sacerdotes numero mille. & sto
las scdm honorem eorum habitumque parauit. & quosdam cementarios alios aut
fabros. alios uero lignarios eruditos ad templi fabricam hortabatur. Cumque
omnem apparatum alacriter congregasset. antiquis fundamentis solum nouum
imposuit. & super ea templum erexit longitudine c. cubitorum. altitudi
ne c. xx. Qui xx. cubiti p tempus fundamentis ex siccatis resederunt.
quod tempore neronis renouare deliberauimus. Edificatum est aut templum ex
lapidib; albis & tenacissimis quorum magnitudo erat in longitudine
xxv. cubitorum. in altitudine viii. in latitudine xii. Circuitus aut templi
& porticus utrimque humillima. altissimum in medio fuit. ita ut a multis
stadiis conspiceret. & in puincia constitutis & iuxta habitantib; ant
accedentib; cerneret. Ianuas aut utriusque & superliminaria. nec non iuxta
iuxta templi magnitudinem uario ornatu decorauit. Aureos etiam flo
res columnas ambientes fec. super quarum capita uitis mensa tenebat botros
aureos hinc pendentes. qui miranda magnitudine & artificii claritatem
uidentib; exhibebant. ppter materiei pulchritudine. Circumdedit & por
ticib; maximis omne templum. & scdm quantitatem unumquemque sumptib; an
teriora superauit. Portarum aut due maximis parietib; saludebantur & ipsi
parietes mandato constructi erant. Nam collis erat saxosus paululum
erectus a parte orientali ciuitatis. & primus sup arce quem dudum rex salomon

magno muro circumdederat, quem etiam uallis altissima circumdabat.
Herodes autem ab inferioribus partibus eum incipiens saxa composita
plumbo colligauit, ut interiora loca complerent: multum spatium stru
ctura comprehenderet, et in alto quadrangulo facto, ut uastitas lapidum
a fronte uideretur, ab interiori uero parte ferro ligatum compaginem muniret
immobilem per omnia tempora. Cumque ita factum opus continuaret et
usque ad summitatem collis perduxit, et fossas circa murum positas com
plens planum confecit, quadriporticum uero metientium unaquaque porticu longi
tudine stadium concludente et intra hanc porticum murum circa ipsam sum
mitatem alius murus super saxosis ambiebat omnia. Ab orientali
uero parte par longitudine porticum duplicem habebat contra ianuam
templi constitutam, et circa sacrarium spolia que ipse a barbaris ceperat
deuouit. Per latus autem aquilonis turrem angulosam ualde munitam
fecit, ut illic sacerdotales stolas deponerent. Hanc autem turrem herodes
munitionem construens pro templi custodia, ob gratiam antonii quondam
sui amici et principis romanorum antoniam nominauit. A parte autem
occidentali muri quattuor porte stabant, quarum una ad aulam tendebat
imposita uallo que in medio eius erat: due uero ad suburbana, quarta autem
ad ciuitatem multis gradibus ad inferiorem uallem tendentibus et ex inde rursus
ad superiora ascendentibus. Nam ex aduerso templi ciuitas in modum theatri
iacebat circumdata ualle altissima per omnem australem tractum. Quarta
autem frons que ad meridianum posita erat habuit in medio portas super
quas regia porticus triplici longitudine tenuata ab orientali ualle
incipiens et ad occidentalem finita amplius tendi non poterat. Opus autem
istud dignum est narrationibus que sub sole sunt. Siquidem profundissima
fuit illa uallis, ut nullatenus uideri potuisset: si quis eius altitudinem
attendisset, super quam porticus illa stabat. Si quis autem a summo ordi-
natio tecto notasset et profunditatem edificiorum uidere uellet, tenebris
obnubilabatur, tanta erat posse uisus ad immensam magnitudinem perue
nire. Columnarum autem ordines consistebant in quadro longitudine,
in quarta parte colligabatur pariete lapideo. Grossitudo uero uni
uscuiusque columne tres continentes ulnas in rotundo habebat,
longitudo autem xxvii. pedum erat, duplici spira subposita.
Numerus autem columnarum fuit c. lx. due. Capita autem columnarum
secundum morem corinthium sculpta erant mirando opere. Quattuor
autem ordines columnarum erant, et tres media loca tenebant.
Quarum due eodem modo facte, in latitudine habebant pedes xxx.
in longitudine erat stadia, in altitudine l. pedibus tendebatur. Me
dius uero ordo in latitudine xx v. pedes habebat, in altitudine centum.
Tecta uero lignis sculptas in diuersas figuras apparebant, et alti
tudo medie porticus in immensum tendebat, habens columnas
compositas politas undique: quarum compago incomprehensibilis omnibus
uidebatur. Talis ergo primus murus erat, et ab isto non multum dista
bat secundus, gradibus paucis ascendentibus; quem paries lapideus cir
cuibat, habens titulum qui prohibebat alienigenas illuc ingredi
morte interminata. Interior autem murus in australi et in aquilonali
parte ianuas habebat in pariete a se se distantes. In orientali autem
unam maximam, per quam transiebant puri simul cum mulieribus. Inaccessi
bile autem sacrarium fuit, intra quod tertium erat, ubi solis sacerdotibus ingredi
licebat. Et ante sacrarium ara erat super quam holocausta deo imponebantur.
Horum tamen nullum rex herodes intrauit cum utique prohiberetur quia sacerdos
non esset. Et operibus muros et porticus exteriores curabat. Que cum viii. annis
edificasset, templo per sacerdotes in uno anno et quinque peracto, omnis
populus laudans herodem leticia completus est. Herodes autem in dedi
catione trecentos boues obtulit deo, et alii secundum uires suas, quorum numerus
non potest estimari. Nam cum occurrisset templi dedicatio, regisque na
talicius dies quo regnum assumpserat, insignis est celebrata festiuitas.
Construxit et effossam et subterraneam uiam ad aulam ab antonia
per ianuam orientalem, super quam turrem edificauit propter populi seditionem. Dicitur
autem per illud tempus dum templum construeretur quia in die non plueret, noc
tu uero ymbres descenderent, quatinus opus non impediretur. Que fama non est
incredibilis, si et alia dei prouidentia aliquis consideret. Templum igitur
hoc modo constructum est.

INCIPIT LIBER XVI.

POST CONSTRU
ctionem autem templi herodes rex studens in administ
ratione rerum omnes iniquitates depellere que per
ciuitates et prouincias fiebant, legem constituit nul
latenus priori similem, per quam instituit eos qui aliquid 165.
furarentur uendi. Que lex non tantum pena grauis erat,
sed et ad confusionem patrie solutionemque antique legis existebat.
Nam iubebat antiqua lex quadruplum furem reddere, non habentem uero ipsum pe
gentium uenundari, non alienigenis, neque in perpetuum seruire iudeum, sed sexto
anno absolui. Ergo preter constitutionem et legem hanc penam pati con
trarium eis uidebatur, et populi parabat discordiam. Eodem tempore herodes
ad italiam nauigauit cesarem desiderans salutare et uidere filios
suos rome degentes, quem et cesar cum omni alacritate suscepit. Que
rogauit herodes ut stolam sacerdotalem sub potestate iudeorum esse preciper
et. Nam post obitum herodis tamen sub romanis fuit usque ad tempora
tyberii cesaris, sub quo uitellius syrie procurator cum uenisset hieroso
limis et a populo clarissime susceptus fuisset, uolens eis uices rependere,
ne sacerdotalem stolam sub sua potestate reciperent, de his scripsit tyberio
cesari. Qui statim eis concessit; et ita permansit stola sacerdotalis sub
potestate iudeorum usque quo obisset rex agrippa. Nam cassius longinus
qui tunc omnis syria parebat imperauit iudeis stolam sacerdotalem in an
tonia turrim deponere, dicens romanos oportere dominos eius esse sic
et prius. Iudei autem tamen destinauerunt legatos ad claudium cesarem
uti de his peterent. Qui cum peruenissent ad claudium, iuuenis agrippa
rex constitutus petiit iudeis a claudio hanc potestatem reddi, quod et ob
tinuit. Nam sub sigillo principis sacerdotum et principis custodie romanorum
eadem stola custodiebatur; et ante unum diem celebrationis festiuitatum
ascendentes et respicientes suum sigillum stolam sacerdotalem tollebant.
Transeunte uero festiuitate in eodem loco deportantes et principi custodie
romanorum ostendentes, et iterum cum sigillis deponebant. Cesar autem
amicabiliter tractans herodem, reddidit ei filios suos alexandrum et aristo
bolum perfectos in doctrina, quos ille secum reduxit in propriam domum.
Studium ergo populi circa hos iuuenes erat, et prestantiores eos omnibus fecit
pulchritudo et magnitudo corporis et regis obtinuit forma pulcherrima
eis non deficiente. Inuidebat ergo eis salome soror regis herodis, eo quod filii
mariamne essent, quam ipsa suo consilio pessimo per herodem maritum eius dam
pnauerat, et ideo timebat ne si preualerent ei filii ultionem exigerent de his
que in matre sua commissa uidebantur. Accedens ergo salome ad fratrem herodem
cum aliquibus sibi fauentibus accusabat iuuenes illos, et dicebat eos non
libenter cum patre morari propter matris eorum mariamne interitum, et iniustam
eis uideretur cum interfectore genitricis sue manere. Ex ueritate quasi sumens
initium, et ad uerisimilitudinem proueniens affligere iuuenes temptabat
et fauorem patris quem circa filios habebat uolebat auellere. Interimque
hac fama spargebat credens hoc ab aliis nunciari herodi. Unde et suspi
cio patris in eos processit. Sedata autem paululum suspicione, rex herodes filiis
eisdem uxores nobilissimas iunxit. aristobolo quidem filiam sororis sue salome
nomine beronicem, alexandro uero filiam archelai regis capadocie nomine glafiram.
Cum hec herodes ita disposuisset, et audisset marcum agrippam nauigasse
ab italia ad asiam, festinauit ad eum et inuitauit ad iudeam, ut obtineret
ab eo que oporteret ab hospite et amico. Agrippa autem flexus ab herode
letus ad iudeam peruenit. Herodes autem nichil reliquit quod non ei monstraret in
nouis ciuitatibus eum suscipiendo, et edificia ei ostendendo amplissima, et
omni deliciarum apparatu eum reficiebat cum amicis in sebastia et cesaree
portu, in alexandrio et herodio. Ducebat etiam eum ad ciuitatem hieroso
limorum, occurrente ei cuncto populo cum laudibus. Agrippa autem deo centum
boues immolauit, et populum magnifice pauit. Qui licet multos dies illic
uellet remorari, tamen propter aptum tempus nauigationis festinauit ad egyptum
multis muneribus ab herode donatus cum suis amicis nobilibus peruenit. Rex
autem herodes post hyemem ueris tempore properauit ad agrippam, sciens eum exerci
tum ad bosforum perducturum. Cumque per rodum nauigasset, peruenit cum
in lesbo inuenire flatu uero aquilonis in chio remoratus est, ubi multos sibi
occurrentes donis regalibus honorabat. Cumque ciuitatis porticum uidis
set dirutam, quam in bello mitridatico deposita non facile propter magnitu
dinem restaurari contigerat, pecunias prebens quantas super habundare potu
issent ad operis perfectionem, et mandauit ciuibus ut opus non negligerent.
Ipse autem herodes cessante procella ad mitilenam peruenit et exinde ad bizan
tium profectus cum audisset ultra ceruleas cautes iam agrippam nauigasse,
festinauit ad sinopem ponticam. Veniens autem subito agrippe insperatus appa
ruit, a quo libenter exceptus honoribus fruebatur, cumque et tota expeditionis
tempore labores particeps est. Cumque prouincias ponticas ordinassent per pa
flagoniam et capadociam, et per maximam frigiam profecti ephesi uenerunt,
inde ad samum nauigauerunt. Multa uero beneficia herodis per ciuitates singulas
secundum petitiones interpellantium fiebant, omni in largitionibus munerum
minime parcens. Sed et si qui ab agrippa aliquid petissent, ipse per
currens arbitrio suo postulata complebat. Cumque ita bonus et largus
prestando omnibus petentibus appareret et nullum contristaret, amorem sibi
et fauorem apud agrippam maximum comparauit. Nam iliensibus eum reconci
liauit iratum, et persoluit pecunias quas procuratoribus cesaris chii debebant,
aliorum quoque petitiones complebat. Cumque agrippa et herodes ad egy
ptum uenissent, iudei illic per ciuitates habitantes tempus et fiduciam nacti,
uiolentias referebant quas patiebantur a finitimis, et quod non permitterentur
propriis uti legibus, et damna per calumniam exactorum infestis diebus sustinerent
et multis calamitatibus opprimerentur, romanis semper precipientibus eis
secundum proprias uiuere leges. Que cum suggessissent herodi, presentabat eos
agrippe ut audiret eorum allegationes, et nicolaum quendam ex suis amicis
dedit eis qui pro eis perorarent. Agrippa uero romanorum nobilissimos et reges
et potentes qui tunc presto erant cum ad concilium secum duxisset, nicolaus
orator ita pro iudeis locutus est. Omnes quidem o maxime agrippa indigentes
auxilio oportet pre necessitate confugere ad eos qui uiolentia eorum possint au
ferre. Hii uero qui nunc interpellant fiducia prius a uobis data quam semper opta
uerunt, nullatenus se perdere prius postulant quod dedistis. Postulant enim
ut hec que acceperunt a nobis que soli potestis prestare seruentur. Nam dampnis
afficiuntur non ab aliquo meliore, sed ab his quos pariter secum subiectos uobis esse
cognoscunt. Et siquidem maxima sunt que a uobis meruere laudabiles
uidentur quia ita reperiuntur beneficiis dignos. Si uero minora sunt inhonestum
si nec hec firmauerint que prestiterunt. Hii qui uiolentiam iudeis ingerunt non
putarent bonos esse quod a uobis talia meruissent non eis inuiderent et uestra
beneficia cessare mererent. Quod si quis interroget iudeos utrum in patriis
legibus ipsi priuari, in immolationibus et pompis quas sacras diis offerunt,
scio libenter eos omnia pati quam patrias leges amittere. Nam et bella propter
hec multa amplexantur uerentes ne transgrediantur patrias leges, et libertate
quibus nunc uniuersum genus per uos potitur, quod nos etiam petimus ut liceat nobis per
uniuersa seruare sollempnia. Cur ergo hi que pati nolunt in alios committunt.
Illud etiam consideremus: numquid est populus aut ciuitas aut gens aliqua ho
minum, quibus maximum bonum apparuit continentia uestri imperii et potentia
romanorum, et audet aliquis eorum beneficia infirmare licet sit amens. Cum nemo
sit qui non horum particeps publice et priuatim existat. Quod et si quis
auferat que nos donastis, nichil sibi firmum neque quod per uos habuerit obtinebit.
Ista enim beneficia quis enumerare preualeat, si recordatus fuerit regnum anti
quum et modernum imperium. Nam multa existunt que a uestra felicitate
iam concessa sunt. Nostra uero licet clara sint, non tamen inuidiosa propter uos quod do
nastis. Et hoc tantum postulamus, ut sine impedimento patriam legem seruemus.
Quod et nobis non debet inuidiosum esse, siquidem deus letatur honoratus. Ex uestris
cum sollempnius nichil inhumanum est. Omnia enim religiosa et iusticia salu
taria decreta, neque celamus mandata quibus utimur monimentis pietatis et huma
narum professionum. Septimum uero diem requiem doctrinarum nostrorum sollempnium
imbuimus, et ideo nullatenus peccamus. Bone namque probantur leges quas colimus.
Pecunias autem quas congregamus ad transmittendum in hierosolimis, rapientes
manifestum sacrilegium committunt, et uectigalibus nos grauantes in festis
diebus ad iudicia nos et ceremonias prohibent per contumeliam religionis
quam per nos cognoscunt, de qua non iuste odium habent. Siquidem uestrum imperium
omnibus dominatur, probitatem quidem laudat, contumelias autem seueritate ab
horret. Postulamus ergo o maxime agrippa uiolentias auferri, ut non pro
hibeamur legum nostrarum in sollempnitatibus perfrui, et ne substantiam nostram rapi
ant ab his quibus nullam uiolentiam inferimus. Nam petimus non tantum iusta, sed
etiam a uobis prius data. Possumus pluries senatus consulta et tabulas in ca
pitolio positas legere, quo certum experimentum uobis prebeant fidei. Et si
nullatenus fidelis nobis apparuissent, tamen debent firmata esse que donastis, et
non tantum nobis sed etiam omnibus hominibus prestatis beneficiorum largitiones, quorum
singula si quis enumerare potest immensam orationem longo sermone efficere.
Nos uero si uelimus ostendere hec iuste impetrasse, sufficiat nobis ut priora
taceamus, cum hic rex noster herodes quod uobiscum presens consedit, qualiter ei fides
erga uestram familiam claruit nostis. Quis enim fauor eius aut quis in uos nec
gratie honor, aut quam causa defuit? Nam eius fides cogit nos numerare
beneficia que per uos nobis tradita claruit. Nunciatum est enim ab hierosoli
mitis iudeis nobis qualiter eorum prouincia ingressus deo perfectas immolationes
honorando eum persoluisses, et quomodo populum pauisses et ab illo munera
suscepisses, que per ciuitates signa testimonia hospitalitatis et amicitie
uestre pertinent, que meruit gentis iudeorum per herodis prudentiam. Hec autem
monentes una cum herode rege tunc consedente petimus, ut nichil superfluum
sed ut hec que prius donastis non concedatis nobis ab aliis auferri. Cum hec ni
colaus orator pro iudeis disseruisset, intelligens agrippa rex uiolentiam
eos pati, spopondit propter herodis amicitiam uel fauorem paratum se esse cuncta
iudeis concedere, quia que postulant iusta perspiciuntur. Et si amplius

peruenissent in Ionia, pigrum fuisset eis concedere, quae non laederent Romanum imperium. Et nolo uos sine molestia propriis sollempnitatibus uti. Cum haec Agrippa locutus fuisset, concilium dimisit. Herodes autem affectum eius gratias exhibebat. Et ita se pariter amplectentes discesserunt.

Rex autem Herodes domum reuerti uolens nauigauit in Caesaream. Et non multis diebus prospero flatu uectus ad Hierosolima peruenit. Vbi conuocatum totius populi congregans, cum multa ex prouincia conuenissent, contione habita rationem totius suae profectionis explanauit. Et quae iudeis in Asia per eum prouenissent, ut sine uiolentia in posterum possent degere. Narrauit etiam quae felicitas sub gubernatione sui principatus eis perfuisset. Et quartam partem fiscalium praeteriti anni eis concessit. Qua illi ratione et gratia laetati, cum summa exultatione bona orantes regi recessere ad sua. Procedebat autem seditio domestica, et acerbiore accipiebat prouentum. Cum Salome soror Herodis regis tamquam hereditarium odium suscepisset circa filios Mariamne, et sumpsisset de matris eorum morte audaciam dum nemine filius reliquisset qui posset eius mortem uindicare. Cumque adolescentes illi a patre Herode discerent memoria matris quae falsis interempta fuerat accusationibus, necnon et imperii cupiditate, rursus simile malum portatum est. Dum idem adolescentes insidiarentur Ferore fratri Herodis, et sorori Salome, et odium per alterutros exerceret. Modo autem odium simul serat dum filii Mariamne Alexander et Aristobolus manifeste inimicarentur, honestum putantes ita uelare. Salome autem et qui ei fauebant callide et maliuolis accusationibus utebantur, seducentes adolescentes et Herodem aduersus eos instigantes. Illi autem nullatenus pro matris morte confundebantur, nec eam credebant iuste perisse, immo magis festinabant in auctorem homicidii uindicare. Deinde cuncta ciuitas istis sermonibus completa, mirabatur innocentiam adolescentium. Plus autem crescebat Salome malicia. Et mittebat aliquos qui callide et quasi a semet ipsis ad eos dicerent matrem eorum iniuste extinctam, se autem miseriores esse quod cogerentur cum interfectoribus matris cohabitare. Et ita eos incitarent ad malum. Cum ergo Herodes ab Agrippa rediisset, et populo melocutus fuisset sicut praediximus, accedens ad eum Ferora frater suus et Salome soror eius dicebant ei magnum periculum imminere a filiis suis, eo quod minime sustinerent in ultionem matris uictitum. Addebant etiam quod Archelai regis Capadocum spe niterentur, tamquam per illum ad Caesarem profecturi, patremque Herodem accusaturi. Herodes autem hoc audito conterritus obstupuit, quod et alii eadem sibi nunciassent. Et recordabatur priscas calamitates quas cum uxore sua matre uidelicet eorum habuisset. Et timebat ne a filiis peiora pateretur. Quapropter contristabatur quod omnia praeter spem ei feliciter forinsecus deus praestitisset, et super hoc domesticis calamitatibus uinceretur. Turbatus ergo in huiusmodi calamitatibus afflictus in delectione illorum adolescentium, Antipatrum filium suum cum regnum sibi genitum de priuata uxore illis praeponens, omne regnum in eum transtulit, credens sic conterere filiorum Mariamne et temeritatem illorum humiliare, cum uiderent alium sibi in regnum succedere. Et uolebat eos supercilio deposito ad meliora conuertere. Sed non sic putauit euenit. Nam filiis Mariamne omnino sua deiectio grauius apparuit. Antipater autem fiducia potitus quam prius non habebat, festinauit et ipse fratres affligere, eorumque accusatoribus consentire. Quibus pater facile credebat aliena ab amore filiorum. Sodalibus etiam maximis usus, ne ipse in suspicionem ueniret, patris animum in fratres accendebat. Nam multos iam acquisierat suae uoluntatis ministros, quia de regno habuit, et pro fide patris putabatur hoc facere. Vnde plus occasiones contra adolescentibus crescebant. Nam saepius aberant lacrimae pro contemptu suo, et matris recordatione fundebantur, patremque manifeste apud amicos tamquam iniustum accusabant. Quae maliuoli per Antipatrum Herodi renunciabant, et non paruam seditionem [illegible] commouebant. His accusationibus exacerbatus rex Herodes et humiliare filios Mariamne uolens, maiore honore Antipatro addidit, adeo ut matrem dudum contemptam reduceret, et saepius de ea Caesari scriberet. Agrippa ergo post dispensationem decennalem Asiae Romam reuertente, Herodes rex a Iudea ad eum nauigans, solum Antipatrum secum duxit. Quem etiam cum muneribus Caesari commendauit, quatinus eum sibi amicum faceret, ita ut omnes iam crederent contemptis filiis Mariamne, Antipatrum patri successurum in regno. Ipseque Antipater multum contristabatur quod absentes fratres suos minime accusare praeualeret, et timebat ne pater iterum filios Mariamne super se diligeret. Cumque hoc cogitasset, sua malignitate usus patrem in fratres incitabat, et simulabat se uereri patris interitum, usque quo Herodem ad tantam iram uel furorem perduceret ut iam aperte contra filios Mariamne niteretur. Herodes igitur tentans, ne forte subito in filios perpetraret, melius putauit Romam prius nauigare, et filios apud Caesarem accusare, et nihil tale committere quod propter magnitudinem impietatis periculosum existeret. Assumptis igitur filiis Mariamne et Antipatro cum Romam uenisset, ad Aquileiam ciuitatem perrexit. Caesarem ibi apto tempore conueniens de maximis suis calamitatibus intimauit, filiosque Mariamne praesentans audaciam eorum accusauit, quod festinassent patrem suum perimere, regnumque tyrannico more inuadere. Dum ipse licentiam haberet non necessitate sed recto iudicio tradere regnum permanenti filio circa paternam pietatem, quam a Caesare percepisset, et quem uellet sibi successorem relinquere. Cum illi non solum regno sed et uita mererentur priuari, quod tale facinus in patrem moliti sunt, et quod iniquitatem diu tolerans nunc cogeretur aures Caesaris talibus uerbis polluere, maxime cum nihil a patre passi essent molestum. Cur uero iniustum eis uideretur quod principatum quem multis laboribus et periculis acquisiui ei filio concessi et per bonum quem dignum existimaui? Nam hoc penitus cum aliis instigationis existeret, cum eorum quisque prudentem imitaretur, et talem diligentiam haberet ut retributione dignus existat. Impium autem est multis, dum aliter non possint ad regnum, nisi perempto patre accedere. Quibus hactenus ego eorum pater honores et diuitias administraui, et coniuges genere nobilissimas copulaui, Aristobolo quidem filiam Salome sororis meae, Alexandro uero filiam Archelai regis Capadocum. Pro quibus bonis dum mihi male reddere uellent, nolui meis uindicare hanc audaciam, sed ad te o Caesar communem benefactorem eos adduxi, et pariter eos mecum in tuo iudicio feci assistere. Et uolo et opto aut eos occidi, ne ego cum maximo timore corporis uiuam, aut me interfici, quia tamen utrique fabula hominum et obprobrium sumus.

Cum haec Herodes apud Caesarem filios accusando dixisset, et filii hoc eo dicente lacrimarent et confusi essent de tali accusatione, licet liberum sermonis ac fidei a conscientia possedissent, tamen patris criminationibus difficile esse satisfactione putabant, cum possent pro pura conscientia honeste et cum fiducia patrem redarguere. Erat ergo eis inopia dicendi et deficiebant in eis lacrimae cum gemitu, dum timerent ne putarentur mala conscientia satisfactionem inuenire. Caesar autem cunctatione eorum attendens, inuenire sic eam [illegible], credidit eos conscientia non faci-norosum, sed imperita modestia minime sese praeualerent purgare. Vndique facta miseratione cunctis praesentibus, patrem commouerunt ad misericordiam. Videntesque eum mitigari, et Caesarem et alios praesentes, unus de illis fratribus Alexander iunior aetate, ita accusationes patris dissoluere nisus est dicens: O pater tuus quidem erga nos affectus euidens manifestus ex ipso iudicio circa nos apparuit. Cum si quid in nos crudele facere uelles, non nos ad omnium seruatorem Caesarem perduxisses, dum tibi uelles licere ut patri. Nemo enim quemquam uolens interficere ad templa eum sacrariaque perducit, ubi uita acquiritur quae nobis morte peior existeret si tale aliquid in patrem cogitassemus. Siquidem sermonum fiducia pura conscientia et ueritas acquirit. Bene igitur erimus si de accusatione tua absolui poterimus; si uero accusatio praeualuit, solam uitam uidere superfluum iudicamus. Quod autem dicis regnum nos desiderare, uerisimilis causa contra nos inuenies uidetur, et quod de misera matre nostra interemptam [illegible], a priori calamitate argumenta percipiens nobis ingeris crimen. Considera tamen quam haec passio communis omnibus est, et tamen in nobis reprehenditur, dum tui filii simus, matrem nostram iniuste a te interfectam, et ob hoc nos in suspicionem uenimus tamquam matrem nostram uindicantes. Dicite nunc quisquam in praesentia Caesaris si unquam tale aliquid a nobis praesumptum est, ut crudeles in patrem nostrum fuisse appareremus. Nunc quid hoc manifestis iudiciis potest approbare, aut ueneni confectio, aut aequalium coniuratio, aut seruorum correptio, aut litterae contra te destinatae, dum haec possent non facta criminationibus confingi domo regia non concordante. Principatum etiam quem tu dixisti per nimium esse pretiosum, saepe euenit causam fieri malignitatis. Culpam ergo nostram probabit nullus. Accusationes autem quomodo soluet qui non uult audire quaesitum? Nihil locuti sumus contra te, nam hoc iniustum esset, sed illi si quid a nobis ad eos dictum fuisset minime te celauerunt. Matrem autem planximus non quod defuncta esset, sed quia derogabatur ei ab indignis uolentibus principatum inuadere. Scimus ne te patre nostro quiddam possidere quod nos non possideamus. Et te diu regis honoribus uti sciamus, frustra laboraremus si te occidendo regnum inuadere uoluerimus. Nam post facinore nec terra nobis peruia esset, nec mare nauigabile. Numquid subiectorum pietas et gens religiosa concedere habuit parricidas rem publicam obtinere, aut sanctissimum a te effectum ingredi templum? Aut quomodo posset hoc homicidium inultum uiuente Caesare dimitti? Sed neque filios impios creasti neque stultos, sed infelices tecum indignos. Sed neque accusatores nos habes, neque nos tibi inuenis. Quid igitur te ad fidem sufficit in tali crudelitate? Aspiratus de magis uitae coniectura sumere, quae nos non incitare sed magis mitigare posset. Ampliorem quidem sermonum uolebam inserere, sed non recipiunt prolixiorem orationem quae minime commissa cernuntur. Quapropter ante omnium dominum Caesarem tecum nunc pacificari uolumus, si sine suspicione cum ueritate circa nos animum affectum ostendis, ut pariter possimus uiuere, licet non feliciter, quia maxima mala saepius ex falsa suspicione generantur, permanente usque in te aliquo [illegible] culpae nostrae. Nam nobis uita iocunda non uidebitur si tu culpam nostram omnino de corde non deleueris. Cum haec Alexander iunior dixisset, Caesar magnitudine accusationum iam non credebat, et Herodem mitigabat placari filiis. Cumque filiorum miseratione rumor in aula [illegible], regem faciebat inuidiosum incredibilis accusatione. Nam adolescentium aetas et corporis pulchritudo misericordiam auditoribus efferebat, plus uero quia oratio conueniens et sapientia Alexandri [illegible] occurrerat. Caesar autem dixit ad adolescentes, hoc quidem ab accusatione extraneos uideri, hoc ipsum tamen peccasse eos pronunciauit quod non tales se patri probuissent ut non daret criminationi occasionem. Herodem quoque petebat ut omnem accusationem abiciens reconciliaretur cum filiis, dum non esset credibile ab eis hoc scelus potuisse committi. Cum haec Caesar Herodi persuasisset, praecepit iuuenibus illis sese ad patris uestigia proicere. Qua supplicatione pater eos lacrimabiliter et flebiliter est amplexus. Quod cernentes qui aderant flexi miseratione in lacrimas proruperunt.

Postero die Herodes donauit Caesari ccc talenta ad spectacula et munera romano populo tribuenda. Caesar autem econtra metalli aeris Cyprii dimidios reditus et dimidiam percussionem praebuit, et hospitalitatis cum muneribus honorauit, et potestatem hanc concessit quemcumque uellet filiorum successorem in regno relinquere, uel partiri unicuique regnum, ut a domus prouenerit. Illo tamen adhuc uiuente hoc non permisit agere, dicens oportere eum dum uiueret et regni et filiorum dominatum possidere. Iuuenes autem illi filii Herodis gratias Caesari agentes discesserunt ad patrem [illegible], et una cum eis Antipater frater simulans laetitiam pro reconciliatione fratrum cum patre. Haec cum ordinasset et Herodes rursus rediret ad Iudeam, in eius absentia non parua pars regni defecerat Trachonitidis regionis, quam ipse eiciens restituit ad integrum. Herodes autem dum nauigasset cum filiis, uenisset in Elensia Ciliciae, quae per eam Sebaste dicitur, inuenit Archelaum regem Capadociae ibi expectantem et de filiorum reconciliatione gaudentem, et quod Alexander qui filiam eius habuit ab accusatione patris solutus esset. Et dona cum inuicem ut reges dederunt. Inde cum Herodes ad Iudeam peruenisset, et ingressus in templum fuisset, de suis prosperis actibus allocutus est populum Caesaris in se munificentiam explanans. In fine uero ad persuasionem filiorum sermonem conuertit, monens ut in aula et maliuolis cauti [illegible] darent. Quos et post futuros reges demonstrauit, primum Antipatrum, postea uero filios Mariamne Aristobolum et Alexandrum. Hortabaturque eos cum ipse uiueret in omnibus obedirent, quia nec per aetatem impeditur nec per senectutem suam rem publicam gubernare. Cum haec dixisset, contione dimissa multi sub expectatione filiorum et nouis rebus studebant.

Eodem tempore perfecta est Caesarea, quam aedificauit decennali tempore xxviii anno regni sui, olimpiade centesima et nonagesima secunda, cuius dedicationis celebratio et apparatus munificentissimus fuit. Nam praeparauerat certamina musica et palestras conuenire. Praeparauerat etiam feras et gladiatores et cursus equorum, et reliqua miranda spectacula in honore quinquennali Caesaris. Cui etiam Caesar cum sua uxore Iulia pro dedicatione ciuitatis maxima liberalitate summum direxerat apparatum, quae summa quingentis talentis estimata est. Cumque multitudo ad ciuitatem conuenisset, pro spectaculis et legationibus quas populis destinauerat, et beneficiis eius gratias agentes pariter occurrissent, ipse cunctos suscepit in diuersoriis, et conuiuia per dies xv et spectacula et delicias ministrauit. Vnde et insignis eius magnanimitas ubique diuulgata est. Nam probabant Caesarem et Agrippam saepius dixisse quod magnanimitati Herodis imperium deceret, et dignum esse Syriae et Egypti regnum possidere. Post huius urbis dedicationem in campo quem Caphar Samala uocabant, in loco aquoso et optima arboribus et fluuio circumdata ciuitatem aedificauit, quam in honore patris sui Antipatri Antipatridam nominauit, pulchritudine et amoenitate nimis decoratam. Insuper etiam in honore matris locum iuxta Iericho aedificans munitione et domiciliis optimum Cyprum eam nominauit. Post haec etiam in honore fratris sui Faseli ob amorem quem in eum habuerat construxit [illegible] in ea ciuitate praemunitione ciuitatis, quam in fratris memoriam Faselidem uocauit.

Beneficia quoque ipsius herodis que impendit aliis ciuitatibus per syriam et heldaa uel quos ad eum contingebat perficere minime possumus explanare. Nobilissima autem et maxima ei facta extiterunt in rodios. Nam pythium ipse suis sumptibus construxit et prebuit multa talenta ad nauium confectiones. Nicopolitana etiam ciuitate quam in actiaco litore cesar edificauerat multa publica loca condidit. Antiocensibus quoque magnam ciuitatem syrie habitantibus plateam longam in media ciuitate positam extitaque parte porticibus ornauit et uiam polito lapide strauit ad ornatum et uoluptatem habitantium. Necnon et olimpiacum certamen appellatione dignum propter pecuniarum inopiam melius effecit redditibus deputatis et immolationibus et reliquo ornatu celebrationem eius insignem reddidit. Pro qua munificentia propter eius agonitheta nominatus est. Multa quoque mirabilis uidetur differentia uoluntatis herodis et nature eius. Nam si largitiones consideremus quas omnibus hominibus donauit, quis potest negare munificentissime eum natum fuisse. Si uero tormenta et iniquitates in subiectos uel domesticos eius attendamus, durissimus et ferus omnique pietate alienus putatur. Unde inconstantie et sibi contraria uoluntate ei existimant. Quod ego minime puto, sed unam causam in utroque dominantem considero. Nam dum ad immensam largitatem munificentiamque properaret, si alicubi presentis gratie spes occurrisset uel future, sumptibus profusis alacriter eam emere festinabat. Quapropter compellebatur seuus in subiectos existere, dum prestantibus consumptas pecunias aliunde uellet acquirere. Cumque cognosceret propter uiolentias suas se subiectorum subiectorum odio teneri, corrigere quidem uitia non facile poterat, conabatur autem odium suum occasione pecuniarum ulcisci. Familiarium uero suorum qui eum uerbo aliquo offendissent uel seruum eum nominando uel alienigenam, aut si suspicatus fuisset aliquem de principatu cogitare, nullatenus se ipsum moderari, sed persequebatur filios et cognatos et amicos tamquam hostes. Et dum uellet se solum honorari, talibus delictis succubuit. Testimonium huius rei perhibent honores ab eo exhibiti in cesare uel agrippa et in alios amicos. Nam qualiter ipse adulabatur maioribus suis, similiter fieri a subiectis expetebat. Sed gens iudeorum lege hoc agere prohibetur et contempta inani gloria solam sectatur iustitiam. Unde eos herodes exosos habuit, quod nollent eum templis uel ymaginibus honorare. Huius rei gratia arbitror herodem in suos quidem seuissimum extitisse, in extraneos uero munificum fuisse.

Interea iudei per asyam et libiam atrociter et ... affligebantur dum inuisi de legibus et ritibus sic sub antiquis regibus uiuerent, sed uiolentia paganorum opprimebantur ut pecunias sacras uiolenter ... raderent, et ideo ad cesarem pluribus malis legationem destinauerunt. Cesar autem scribens per prouincias suis eos legibus uti precepit. Quarum exempla subiungimus que demonstrabunt uoluntatem quam ab initio priores romani imperatores habuerunt. Cesar augustus pontifex tribunicie potestatis dicit. Quoniam gens iudeorum fidelis non solum presenti tempore sed etiam preterito et magis patri meo dictatori cesari pro populo romano et principe eorum quidam hyrcanus apparuit, placuit mihi et senatui cum sententia populi romani iudeos suis uti legibus et permittere eis patrio iure frui, sicut ab hyrcano principe sacerdotum altissimi dei, et sacraria esse inuiolata permanere, et pecunias ... ad hierusalem transmissas reddi custodibus pecuniarum, et neque uadimonia sabbato uel sexto die ab hora nona exigi. Si quis autem inuentus fuerit auferens sacros eorum codices aut pecunias a synagogis, hic talis sacrilegus teneatur et substantia eius in publico romanorum deputetur. Suggestione uero et pro pietate mea quam habeo super omnes homines per gaium marcum censorinum in ... precipio hoc decretum proponi in nobilissimo loco quem omnis asya communem dedicauit. Si quis autem transgressus fuerit hanc constitutionem, non mediocri pena exsoluatur. Sic scriptum est in templo cesaris. Cesar norbano flacco salutem. Iudei qui antiqua consuetudine solent pecunias sacras ad hierosolimam transmittere, sine impedimento hoc faciant. Et hec quidem cesar iussit. Agrippa uero scripsit pro iudeis hoc modo. Agrippa magistratibus senatui populoque ephesiorum salutem. Pecuniarum sacrarum que in hierosolimorum templum transmittuntur diligentiam et custodiam in asya iudeis habere precipio secundum patrium morem. Hos autem qui sacras pecunias iudeorum auferunt et ad asylum confugiunt iubeo retrahi iudeisque tradi, quos uiros sacrilegos occidant. Scripsit etiam agrippa sillano magistratui generaliter ne iudei sabbato compellerentur uadimonia prebere hoc modo. Marcus agrippa quirinensium magistratibus senatui et populo salutem. Iudei qui per cyrenen habitant, quibus iam cesar augustus scripsit fabio eorum ... generaliter aliisque ibi prouinciis prefectoribus quatinus sine impedimento pecunias in hierosolimam transmittant, nunc mihi interpellauerunt quod ab aliquibus calumniatoribus affliguntur occasione tributorum que nequaquam debent et prohibentur sollempnia sua peragere. Quos sine ulla impedimenti ammonitione ... et ... sacras pecunias ... abstulerunt has ipsis reddi precipio et ... corrigi ... committant. Gaius norbanus flaccus proconsul sardiensium magistratibus et senatui salutem. Cesar scripsit mihi precipiens ne quis iudeos prohiberet patria consuetudine pecunias colligentes et hierusalem transmittere. Scripsi ergo uobis ut sciatis quia cesar et ego sic uolumus. Iulius etiam proconsul scripsit ita ephesiorum magistratibus senatui et populo salutem. Per asyam iudei habitantes ... in ephesum mihi indicauerunt demonstrauerunt cesarem augustum et agrippam collegam ei concessisse eis propriis uti legibus ... primitias quas singuli eorum sua uoluntate causa pietatis quam in deum habent ... solent transmittere licenter sine impedimento. ... ego similiter cum decretis cesaris et agrippe mea sententia confirmare. Uolo ergo uos agnoscere quia decretis augusti et agrippe parens precipio eis uti et seruare sine impedimento sua sollempnia. Hec scripta ideo explanauimus ut demonstraremus quia cunctum honorem ab antiquis imperatoribus meruimus, ex patriis legibus prohibiti sumus a magistratibus agere, sed defendebamur religionem dei seruantes. Redeam autem ad dimissam prius narrationum ordinem.

Igitur herodes rex consumptis suis pecuniis, audiens hyrcanum ante eum regem aperuisse monumentum dauid et tria milia talenta ibi inuenisse, credens adhuc ibi multa deposita que ad omnes suos sumptus sufficerent, monumentum aperiens noctu ingreditur, dum nequaquam uellet ciuitatem hoc sentire, et ducens secum fidelissimos suorum amicos. Pecunias quidem depositas sicut hyrcanus non inuenit, ornatum uero et uasa aurea plura tulit. Et dum omnem studium suum componeret ut inquisitionem diligentiorem faceret et uellet interius ingredi ad urnas in quibus dauid et salomonis corpora posita erant, duo ex satellitibus flammis exusti sunt ab interiore parte occurrentibus. Herodes autem timore perterritus egreditur et pro piaculo monumentum construxit magnificentissimis expensis ante ianuam ex lapide albo. Cuius

mentionem faciens nicolaus hystoriografus descensum regis herodis de sepulchro ornauit, dum nollet amorem quem exigue ei impenderat conscribere, dum inhonestum hoc putaret factum. Quod semper idem hystoriografus in suis scriptis facit. Nam tempore herodis uiuens et cum eo conuersans, que ad gratiam uel gloriam et fauorem eius prestabat cautius scribebat, et multas iniquitates eius cum multo studio celabat. Nam et cum scriberet mortem mariamne et filiorum eius, paratum herodis dissimulans illam ut luxuriosam et filios ut patris insidiatores accusauit, et res herodis amplioribus laudibus extollens delicias eius studiose ... fecit. Uenia ei danda est quia non ueram hystoriam sed laudem conscripsit. Nos uero genere asamoneorum regum propinqui existentes et cum honore sacerdotii ... aliquid mentiri non dignum putamus, et ideo cum memoria ueritatem gestorum recensemus. In domesticis quoque malis herodes constitutus affligebatur, cum multi ex ira eius audaciam accipientes accusabant propinquos et amicos eius. Quibus ita inter se dispositis nulla requies erat. Siquidem salome soror herodis inimica filius mariamne aristobolo filiam suam coniunctam nullatenus ei fidem seruare dimittebat, dum sepe eam flagitaret ut quecumque ei maritus suus secrete locutus fuisset sibi omnia nuntiaret. Et in altercationibus que inter iugales sepius contingunt, cogebat puellam suam dicere que de marito sciebat. Illa autem ei narrabat quod sepius maritus suus aristobolus memoriam matris sue mariamne faceret et quod patrem herodem odio haberet et frequenter minaretur, quia si principatum obtineret, filios quos herodes ab aliis uxoribus habebat agriculturam exercere constitueret, dum magis apti essent ad hoc opus quam ad regni negotia, et matres eorum pro presentibus ornamentis ... ne solem uiderent. Salome quoque hec a filia audiens et fratri suo herodi narrans, dolore et iram in aristobolum inflammauit et incendebat ex uariis accusationibus, et in filios atrociter exarsit. Ferora autem frater herodis cum quadam die ad alexandrum uenisset, qui glafiram archelai regis capadocie habebat, dixit ad eum. Salome narrauit mihi quod herodes in amore uxoris tue glafire incideret et minime desiderium suum possit extinguere. Quod alexander audiens adolescentia et emulatione commotus, et dolorem non tolerans, nuntiauit patri herodi cuncta que sibi patruus suus ferora dixisset. Herodes autem nimis frendens et mendacium impudice criminationis non ferens turbabatur, et sepius exclamabat maliuolentiam domesticorum suorum erga se qualis ipse circa eos fuisset, et quam infideles eos sibi inueniret. Uocans igitur feroram fratrem suum, eum taliter aggressus est dicens. Pessime omnium hominum, cur ad tam immensam uel nefandam indeuotionem erga me fratrem tuum peruenisti ut talia de me loquereris. Et cur presumpsisti mala uoluntate suspicionis uerba inter me et filium meum seminare, et insidias et uenena immittere filio prima proditione festinasti. Quis enim alter nisi bonitate plenus non uindicaret in patrem tam crudelem opinionem. Prius enim gladium in dextera quam hoc uerbum manumque ei debuisti immittere contra patrem. Quid autem conaris male loquendo de me, nisi ut eorum fauore fratribus tibi concilies. Nam talia dixisti que quamquam impietati congruant. Abscede iam pessime circa fratrem atque benefactorem, et tecum quidem hec malicia conscientie conuenit. Ego enim uindico sic solos meos, nec uindicans mitto meis, sed magis beneficiis exornati quibus indigni esse noscuntur. Ferora quoque his auditis statim malicia plenus respondit. Salome mihi hoc persuasit et ab illa sermones hos audiui. Salome autem in presentia sedens exclamauit, negans quod nichil ab ipsa tale dictum fuisset, et quod festinarent omnes ad odium regis eam perducere et occidere eam uellent propter fidem quam erga eum semper habuisset, et propterea insidiarentur quia ipsa sola reflecteret feroram ab uxore quam nec ... repudiaret regisque filiam in matrimonium sibi coniungeret. Quapropter me falsis iniquitate accusationibus ferora aggressus. Cum hoc salome dixisset, crines suos dilacerans et pectora manibus tundens, ueri similis ad negationem constabat, maliuolentia uero mores dissimulatione redarguebat. Ferora quoque in medio stabat nullam his satisfactionem. Nam alexandro hec uerba se dixisse confessus est, sed audisse se eadem uerba a salome minime potuit comprobare, cum illa nimium negaret. Unde diu litigationes sermonum inter eos facta, rex herodes fratrem uel sororem auersatus, filium alexandrum pro fide laudauit quod sibi sermones ferore nuntiasset. Hac lite facta, salome ut caput commote accusationis odio omnium tenebatur. Quia etiam uxores regis ut maliuolam abhorrebant, et quod eam naturam malignam cognoscerent. Occasione quoque accepta accusabant eam

166. apud fratrem herodem, quarum fiducia ex huius causa magis accreuit. Rex arabum oriadas nomine iuuenis existens inefficax, habebat dispensatorem regni sui astutum iuuenem et in omnibus nimis ornatum, cuius ditioni omnis arabia subiacebat. Is cum pro causa quadam ad herodem uenisset et cum eo cenaret, uidens salomen sororem eius desiderio eius captus est. Audiens autem quia uidua esset, amplius inflammatus loquebatur cum ea de nuptiis. Salome autem ... male a fratre tractata propter predictas causas ... consentit ad nuptias. Et cum rursus ad cenam conuenissent notabant ... ab uxoribus ... non mediocria signa ... eorum. Que mulieres regi annuntiauerunt ... Herodes autem ... ut obseruaret quod ... in cena loquerentur. Post hoc arabs in suspicione ueniens recessit. Cumque ... mensibus ... reuersus esset et rursus rediret ad herodem ... postulauit sibi dari matrimonialiter salomen sororem eius, dum ... affinitatem ei cum arabibus ... non modico ad eum esset possidendo. Cumque hec ... herodes sorori salome retulisset, interrogauit eam si nuptiis ei consentiret. Illa autem sine mora consensit. Herodes uero arabi ... inquirit si uellet inscribi legibus iudeorum et circumcidi, eo quod aliter non posset salome penitus iungi. Ille autem respondit nullatenus se hoc consentire, quia si hoc actum fuerit, se ab arabibus non solum regno sed etiam ... priuari. Quo dicto recessit in arabiam. Salomen autem ex illo die ferora frater eius de luxuria criminari cepit, et uxores regis improperabant ei dicentes eam cum arabo adulteria commisisse. Herodes autem cum filius fratris sui ferore uxorem duceret, prestitit ipse dotem c. talenta. Interea familiares seditiones non cessabant, sed de die in diem crescebant, et tale aliquid contigit ex causa non honesta et ad magnam difficultatem usque peruenit. Fuerunt enim herodi eunuchi propter pulchritudinem non mediocriter acceptabiles, quorum unus erat pincerna, alter infertor cibi, alter lectuli regis ..., qui et consiliarii ei erant. De his quidam nuntiauit herodi quod alexandro filio eius multis pecuniis corrupti essent. Quos interrogans herodes de commixtione, aliqui confessi sunt. Cumque eos herodes iussisset torqueri et in necessitatibus essent, et ministri in eos atrocius ... confessi sunt quod alexander odium circa patrem et inimicitias haberet, et persuasisset eis herodem spernere uelut superfluum, et incipientem senectutis sue tempora dum annos etatis celaret, et ideo ad se respicerent uolentem regnare inuito patre, et quod nulli alio regnum certum foret, non solum propter ... si preparata dominatione cum plures

ipse per [illegible] iacet cum forent. Hoc autem herodes audisset et uisum et [illegible] ea que ad contumeliam sua dicta cognouit. moleste tulit. Alia etiam suspicione periculosam suscepit. unde excitusque [illegible] timebat ne pro ueritate constaret eum fuisse coniuratio [illegible] priore. Custodias ergo undique muniens [illegible] questionem fecit et speculatores [illegible] de quibus suspectus erat posuit. Eo dum opinione et odio utrique filios [illegible] insontes filias acerbius factus est. et magis arguti et ualidi uidebantur et tribules. et nulla societatem cum eis habebat [illegible] Et se forte eos suocasset statim deinde [illegible] omnis qui [illegible] consiliarii erant. timens [illegible]. Talis ergo cum fuisset in aula turbatio. amicis filiorum suorum herodes palatium interdixit. Quam interdictionem maxime constituit per eos qui fiducia potiorem habebant. Siquidem andromachum et gemellum uiros ab initio sibi fidelissimos et qui multum in re publica eius legationibus et consiliis domesticis profuerunt. eiusque filios docuerant. illos etiam expulit. Andromachum eo quod filius eius demetrius amicus alexandri esset. gemellum uero fidelem illi sciens. qui et commiliton et in custodiis [illegible] cum eo degebat. Caute ergo contra eos agens fiduciam eorum cum honore amputauit. timens ne per potentiam aliquid in eum committerent. Horum omnium malorum auctor erat antipater. qui inuidebat fratribus suis quod a patre simili honore tractarentur. Herodes ergo expulsis amicis filiorum. reliquos fidelissimos alexandri cum tormentis exigebat et interrogabat ut siquid contra se et statum a filiis sciret edicerent. Quid plura? Moriebantur dum non haberent quod dicerent. et herodes consumebatur ira quia quod querebat ab eis inuestigare non ualebat. Antipater autem filius eius nimis callidus cum simulatione amicicie requirebat a pluribus latentem coniurationem. Et cum laudaretur a pluribus idem antipater pro corporis magnitudine et sagittandi peritia quod alios fratres suos precelleret. ipse timebat ne in his fauoribus populi inuidiam erga se pater conciperet. Idcirco semper ambulando cum patre cum longior statura esset sese incuruabat ne longior patre appareret. In uenationibus etiam cum sagittaret illo presente non recte semper iaculabatur ne pater in se inuidiam excitaret. Herodes ergo cum a pluribus sciscitaretur quid de se filii cogitarent. audiuit a quodam quod alexander litteras misisset ad fratrem aristobolum. ut in uenatione patrem occiderent et ad romam confugerent ut regnum peterent eo quod iniuste fecisset. dum redditum ducentorum talentorum antipatro dedisset. Quibus auditis herodes putans uerum existere quod de filiis audierat. statim apprehendens alexandrum ligauit. Deinde non remisit sua seueritate dum que audisset non crederet. et estimaret [illegible] dignum per insidias ex his constantem apparuisse. set querela esset et iuuenilis temeritas. et quod eum manifeste in [illegible] rome effugere non uerisimile uidebatur. Maius ergo aliquid sperans inuenire signum [illegible] filii. dicebat non sibi placere quod temerarie filium ligasset. Torquens autem amicos nobilissimos alexandri non paucos. inde periit de quibus suspicabatur confessos inuenit. Et cum his suppliciis et terrore palacium plenum esset. inuenit quidam nimis ab herode tortus et in periculo mortis positus dixisse alexandrum filium eius roma transmisisse et peruisse ut citius euocaretur a cesare. ut manifestam causam ibi suggereret contra patrem quod regem parthorum mitridatum contra romanos sibi reconciliasset. addens etiam quod ei alexander in ascalone uenenum parasset. Et herodes hoc audiens quod iam signum temeritatis inuenisset. statim de ueneno iussit inquiri. quod tamen nullatenus potuit inuenire. Magnitudine ergo accusationum alexander uolens confirmare negare quidem distulit mittendo temeritatem patris ad maiora delicta. forsan autem et [illegible] amputare uolens facilitatem animi eius quam in accusationibus credendis habebat. Misit igitur nuncios ad patrem alexander dicens quod non deberet eum [illegible] torquere. quia reuera insidias fecisset ei a fratre suo ferora et fidelissimis amicis. Salomen autem sororem eius noctu super se ingressam. et cum inuito concubuisse. et cunctos illic simul contra eum uenisse quatenus eum subito occidentes perficerent quod diu meditassent. Accusantur inter ea ptholomeus et saphinius fidelissimi regis. Nam non aliter ibi agebatur quam si rabies quedam accidisset. more beluorum aut amentissimi contra se inuicem armarentur. Idcirco nec satisfactio ueritatis habebatur. sed indiscrete perditiones pronunciabantur. Et cum herodes aliquibus uincula. et aliis mortes. aliis non insperatos dolores infligeret. turpiter regnum a priori felicitate dehonestatum est. Vita autem seuissima erat herodi. dum turbaretur iam nulli credere posset. et magnum suspicionis tormentum haberet. et sepius superuenturum sibi filium formidaret. et ita noctu uel die mente turbatus pene in furorem et in insaniam lapsus fuisset.

Archelaus autem rex capadocie cuius filiam habebat filius herodis alexander uxorem. territus pro filia et adolescente contristatus quod in tanta mala incurrisset. et non negligens que contigerant. diligenter prius cuncta inuestigans. cogitauit ut in nullo herodem culparet quasi temerarie fecisset. timens ne ad furorem eum perduceret. sed alio modo ea que acciderant emendare cepit. Nam alexandro qui filiam suam habebat uelut irascens interminabatur. herodi autem iuste dicebat quod si me [illegible] in filium fecisset. Matrimonium quoque filie se soluere promittebat. et nec ipsi parcere si in aliquo eam consciam criminis inuenisset. Herodes autem cum archelaum [illegible] quale non sperabat uidisset. et plus multo quam se ipsum alexandrum uerbis castigasse. statim mutatur ab iracundia quam erga filium habebat. Archelaus ergo ad patrem perducens ad misericordiam eum flexit. et criminationes in amicos referebat. dicens illorum consilio iuuenem deprauatum. Ferora ergo cum et ipse gratiam suam haberet. credens quod archelaus eum sibi reconciliaret. accessit ad eum cum ueste nigra [illegible] ut fratrem [illegible] properaret. Quem archelaus nec spreuit nec confestim promisit se herodem [illegible]. Hortatus ergo eum ad regem accedere. et supplicando confiteri se omnium malorum auctorem existere. et hoc ubi magis proderit ad fratris indignationem mitigandam. quam uerborum superflua suggestio. Hac ammonitione flexus ferora. statim humiliter ad fratris herodis pedes prouoluitur. de omnibus se culpabilem reddens. Cumque et ferora herodi reconciliasset archelaus. ad capadociam rediit. gratus herodi nimium illo tempore factus. Nam muneribus eum magnificentissimis ornauit. et inter magnificos et necessarios amicos deputatus est. Constituerunt autem ambo reges romam proficisci. quod hoc cesar herodi mandauerat. Simul autem eis euntibus usque antiochiam. herodes titii syrie procuratorem archelai amicum fecit. Cumque de roma reuerteretur. factum est bellum inter ipsum et arabas ex huiusmodi causa. Illi enim qui traconitidem habitabant regionem. cum prius latrocinandi licentiam non haberent. sed cogerentur ab herode agros colere. et subiecte uiuere. cum hoc illis minime placeret. eo tempore quo supra diximus roma nauigasset. fama uulgauit eum mortuum fuisse. Qua occasione traconitidem habitantes subtrahentes se ab eius principatu. rursusque ad solitum morem furtiuos agros depopulabantur. Contra quos regis procuratores [illegible] domuerunt eos. Ex quibus xl principes latronum eius cogitatione [illegible] a tra

Traconitide prouincia recesserunt ad arabiam. silleo eos suscipiente et prestante quam habebat inimicus herodis negatis sibi nuptiis salomes sororis eius [illegible]. Herodes autem a roma reuertens comperit plurimam partem regionis sue a latronibus male tractatam. nec potuisse duces suos latrones compescere. arabum patrocinio illis fultis. Cumque grauiter hoc herodes ferret [illegible] traconitide peruenientes [illegible] Ut illi [illegible] legemque [illegible] suos occidissent. cunctam herodis terram uastabant et depredabantur. Ipse autem retulit hoc ducibus cesaris saturnino et uolumnio. uolens eos ad penam petere. Nam securiores illi et plures facti [illegible] affligendo prouinciam herodis et uillas depredando captos homines [illegible] modo [illegible] bellis [illegible] faciebant. Nam amplius mille homines occiderunt. Herodes [illegible] uolens eos punire [illegible] pecunias [illegible] arabum [illegible] quingenta talenta [illegible] constituto [illegible] pecunias et captiuos. Silleus obadam regem arabum [illegible] cum ipse omnia gubernaret. captiuos negauit in arabia esse. Quapropter contentiones inter eos coram saturnino et uolumnio [illegible] commouebantur. Qui statuerunt inter .xxx. dies et pecunias reddere eos quod [illegible] regno perfugissent inuicem reddere. Apud herodem ergo nullus arabum inuentus est [illegible] affectione [illegible]. Arabes autem passi sunt apud se latrones retinere. Cumque constituti dies transissent. silleus omnia paruipendens [illegible] roma ad cesarem. Herodes autem in latrones ulciscebatur cum saturninus et uolumnius ei precepissent in deuictos persequi. Assumens ergo exercitum herodes. et arabiam ingressus tribus diebus mansiones septem fecit. Cumque prope castellum ubi latrones erant peruenissent. omnes insidiis cepit. Rupit uero castellum quod repta uocabatur. cum nemine penitus lesisset. Itaque arabis ad auxilium uenientibus cum naceba duce pugna committitur. in qua pauci quidem de parte herodis. nacebus autem cum xxv uiris cecidit. reliqui uero ad fugam conuersi recedunt. Puniens autem tres tria milia exercitum ydumeorum circa traconitidem locauit [illegible] ibi constitutos arcebat. et hoc omnia procuratoribus syrie mandauit quod in deuictos arabas expugnasset. Que illi ingratiter [illegible] uero cum hoc omnia silleo tunc rome degenti nunciassent. et [illegible] singula quod erant exaggerassent. et ille in aula permaneret inter amicos cesaris. statim hec audiens mutata nigra ueste ad eum ingressus suggessit quod bello ab herodis exercitu cuncta arabia uastata fuisset. et totum regnum commotum. et lacrimis fusis dicebat quingentos primates arabum cum duobus milibus passos. et ducem nacebum eius interfectum propinquum et affinem cesaris. et diuicias rupis castellis depredasse. dicens rex obadus egritudine detentus ei non ualuisset cum exercitu occurrere. Talia silleo dicente. et inuidiose insuper addente. quod nec ipse redire ad prouinciam non crederet quia cesar pro pace omnium cogitaret. et quod ipso presente commodum esset cum herode bellum committere. His dictis a silleo. cesar commotus. presentes homines herodis percontatus est qui tunc a syria uenerant. si herodes exercitum ad arabiam duxisset. Quibus hoc ei ueritate cogente dicerent. nec causam facti considerare [illegible] commotus cesar scripsit herodi cuncta uerba iracundia plena. Summa uero epistole huius talis erat. Olim amico. nunc uero subiecto. Silleus autem [illegible] arabis iram cesaris in herodem [illegible] nec latrones [illegible] reddiderunt. sed [illegible] que mercede tenebant [illegible] possidebant. herode furore cesaris humiliato. Traconitide habitantes cum arabis aggressi custodias iudeorum [illegible] sua [illegible]. Sed et memoria prioris belli ab herode sibi irrogati. Que omnia herodes [illegible] ferebat [illegible] quam cum cesare fuerat. dum et insuper satis legationes suas satisfactorias pro culpis a cesare non susceptas agnosceret. Timebat enim silleum cui nimis credebatur a cesare. et qui rome apud eum consistens conabatur defuncto obado rege arabum in regnum succedere. multis pecuniis cesari promissis. aliisque in aula potentibus. Interea autem silleo rome morante. obadus rex arabum mortuus est. et aeneas qui post aretha dictus est. regnum arripuit. Cesar autem hoc audiens minabatur arethe [illegible] regnare presumpsisset [illegible] sed de hoc sorberet. Aretha autem coronam auream multorum talentorum cum donis cesari destinauit. et epistolam simul in qua silleum criminabatur [illegible] seruum. et obadam regem [illegible] uxoresque arabum ab eo adulteratas [illegible] causas rei publice rege uiuente gubernasse. et [illegible] pecunias regni acquirere. His uerbis epistole nullatenus cesar animum intendens. remisit ei dona. Arabia ergo et iudea pluribus malis affligebantur. et maxime dum aretha firmum imperium non haberet [illegible] predatores [illegible] prohiberet. herodes autem iratum cesarem [illegible] portare cogebatur. Tantis ergo circumstantibus malis. iudicauit iterum romam transmittere. si posset uel mediocriter cesaris animos placare. et direxit illuc nicolaum damascenum. Domestice autem cause multo per illud tempus erant disposite. et licet sine suspicione numquam fuissent. malum odii plus ex eo [illegible] causa prodiit. Euricles quidam uir nobilis lacedemonius animo luxuriosus ad herodem ueniens. multis donis sibi fauorem eius comparauit. ita ut inter necessarios eius amicos deputaretur. Qui manens apud antipatrum filium herodis. et eius sibi animo connectens. ualebat alexandrum et aristobolum fratres apud illum accusare. Nam ueniens ad alexandrum dicebat se esse hospitem archelai regis capadocie cum ipse filia herodis et [illegible] glafira uxor alexandri [illegible] honorabat. et [illegible] eum commendabat. Euricles autem facta et dicta eorum diligenter notabat ut [illegible] posset accusationibus conscius gratiam herodis et antipatri acquirere. unde et singuli estimabant eum sibi fidelem existere. Qua [illegible] alexander et dolens de his que a patre passus fuisset narrauit ei qualiter pater ab eo alienatus fuisset. et [illegible] matri [illegible] et antipatrum sibi preposuisset. et quemadmodum ille intolerabilia de se patri dixisset. et [illegible] ad odium eum incitasset ut nec in conuiuiis eos nec in conuentu suum dignaretur uocare. Cum hoc alexander dolens dixisset. statim euricles [illegible] antipatro hoc omnia nunciauit. et addidit dicens. Non potuis [illegible] hoc [illegible] et magnitudine [illegible] alexandrum. nam cum hoc [illegible] dolore dixisset [illegible] uerbis suis audacia demonstrabat. Antipater ergo hoc audiens. euricle fidelem existimans magnas ei donationes obtulit. et [illegible] herodi patri suo hec eadem explanare. Ille autem accedens ad herodem et uerbis suis aliquam ueritate accusationis addens. animum herodis immutabili odio filiorum compleuit. Euricles autem accipiens ab herode mercedem accusationis .l. talenta. ad archelaum regem capadocie profectus. alexandrum [illegible] dicebatur [illegible] bonum [illegible] se autem [illegible] laborasse quatenus eum patri reconciliaret. Qua propter et ab archelao multa dona suscipiens recessit. et [illegible] multas pecunias colligens [illegible] mendaciis commolitus patria prouexit in breui uita decessit. Herodes autem

nisi per suasionem filios Alexandrum et Aristobolum tantummodo accusatione [illegible] timebat, sed et si nullus ei aliquid nuntiasset, ipse per se [illegible]. [illegible] dedit volentibus aliquid de eis aliquid referre. Quod si quando [illegible] accusantem non libere audivit, quia ipsum [illegible] consensu [illegible] probat. Exercebatur quoque continue iuvenes illos [illegible] magnum duos omnis per [illegible] morum permissione incitarent aliquid acerbum contra hos immutare, tamquam pro salute regis, et ideo multa falsa de eis suggerebant. Fuerunt autem duo viri herodi nomine Iocundus et Tyrannus, fortitudine vel magnitudine praecellentes. Qui cum offendissent eum, expulsi, et Alexandrum sequentes in exercitationibus ab eo honorabantur et pecunias et donationes accipiebant. Rex autem suspicionem habens, comprehensos torquebat eos. Qui cum multo tempore sustinuissent, postea victi dicebant quod eis suasisset Alexander in venatione feras sequentem ab equo deicere, et ita eum facile suis telis perfoderent. Demonstraverunt etiam aurum in oppido celatum. Praepositum etiam venationis tenebant quod sub tela regalia Alexandri iussionibus dedisset. Statim quoque princeps custodiae Alexandrini oppidi comprehensus torquebatur quasi vellet suscipere in custodia adolescentum, et praebere eis in castello positas regales pecunias. Ille autem confessus est a filiis eius haec acta fuisse, litterasque porrexit herodi quasi manu Alexandri factas, quae hunc sensum continebant. Cum deo auxilio quae proposuimus omnia confecta sint, ergo veniemus ad vos, et sic [illegible] filiis in castello nos suscipite. Post lectam epistolam herodes de filiorum insidiis credulus erat. Alexander autem clamabat Diofantum scriptorem cum Antipatro manum suam imitatum, et has litteras astute scripsisse. Quapropter Diofantus in his et malis rebus convictus interfectus est. Herodes autem cum in Iericunte coram multitudine accusatores cum filiis perduxisset, de culpa aliquos cunctos populus manu iaculantes interemerunt. Cumque et impetum super Alexandrum et Aristobolum fecissent, rex eos per Ptholomeum et Feroram fratrem suum prohibuit. Custodiebantur autem ut nemo ad eos ingrederetur, et speculabantur ne quid facerent vel dicerent. Et quod amplius. Cum damnatorum infamia tenerentur, horum unus Aristobolus existimans suam socrum Salomen condolere suis calamitatibus et regem in odio habere, dixit ad eam: Quare tu etiam periculo nostrae perditionis communicas, dum accusata de nuptiis Sillei cuncta quae audis [illegible]? Haec verba statim Salome fratri suo herodi nuntiavit. Qui nulla continens se, catenis ligari eos et separari ab invicem iussit, et quae male de patre cogitassent scriptis sibi porrigere praecepit. Qui praeceptis coacti scribunt quidem contra eum insidias nec cogitasse nec instruxisse, fugam vero meditatos propter hanc necessitatem, dum in suspicione vel difficultate vitam suam exercerent. Eodem tempore cum de Capadocia ad herodem legatus ab Archelao nomine Mela nobilissimus pervenisset, herodes volens erga se perfidiam Archelai regis Capadociae manifestam facere, vocavit Alexandrum qui eius filiam habebat, sicut in vinculis erat, et rursus eum consuluit de fuga qualiter vel ubi statuisset discedere. Cumque Alexander dixisset ad Archelaum regem, et ab eo promissum sibi fuisse ut Romae destinaretur, se autem nichil importunum aut acerbum in patrem cogitasse, nec ea quae per malivolentiam adversariorum conficta erant vera existere, et se vellet si adhuc Tyrannus et Iocundus viverent ut quaestione cautiore facta veritas appareret; sed eos citius perisse Antipatro per amicos mittente [illegible]. Cum haec Alexander retulisset, iussit herodes Melam legatum Archelai cum Alexandro ad Glafiram uxorem eius duci, ut interrogaret si quid et ipsa cognovisset de insidiis in herodem constructis. Qui cum simul ad Glafiram venissent, illa videns Alexandrum maritum suum ligatum, caput suum percussit et nimis stupefacta ingemuit. Ipse quoque Alexander lacrimabatur, et erat hoc spectaculum dolore plenum, nec diu potuerunt interrogare vel respondere. Deinde Ptholomeo qui iussus erat eos perducere interrogante Glafiram si quid de his quae fiebant cognosceret, Alexander pro ea respondit: Et quomodo ipsa me [illegible] ignoraret [illegible] filium quae plus anima mea a me diligitur, dum et invicem filios habeamus. Illa autem importune clamavit quod nichil sciret, volens in his saluti per deos mariti, dum nichil vellet confiteri. Alexander vero nichil iniquum impium vel contrarium nostri, quia nec hoc ipse cogitavi, nisi quod ad Archelaum fugere deliberavimus, et exinde in Romam ascendere. Glafira hoc audito, eadem se scisse confessa est. Herodes autem suspicionem habuit in Archelaum de perfidia, deditque Olimpo et Volumnio procuratoribus Syriae litteras, praecipiens eas transeundo per Elensia civitatem Ciliciae Archelao tradere, culpans eum quod insidiarum particeps cum filiis suis esset, et exinde Romam navigarent. Ubi si Nicolaum invenirent legatum suum et viderent eum aliquid profecisse in reconciliando sibi Caesarem, darent Caesari litteras vel argumenta quae contra filios suos constructa destinaverat. Archelaus autem litteras accipiens, suscepisse se quidem voluisse filios herodis confessus est, quia hoc eis proderat vel patri, ne quid peius in eos per discordiam eveniret. Ad Caesarem autem eos destinare vel aliud per eos dummodo contra herodem curare nichil se pepigit filiis ei promisisse. Legati quoque cum haec audissent, exinde navigantes in Romam pervenerunt, Caesari litteras herodis porrexerunt, quia eum per Nicolaum placatum invenerunt. Nam eum idem Nicolaus primum ad aulam ascendit, non placare Caesarem herodi sed prius Silleum accusare deliberavit. Quod multi intelligentes Nicolaum adierunt et omnes iniquitates Sillei ei nuntiabant, et quod multos milites Obadi peremisset. Nicolaus autem felicitatem quandam sibi existimans oblatam, moliebatur per accusationem Sillei Caesarem herodi reconciliare. Sciebat enim quia si vellet satisfacere de factis eius non proficeret; si vero Silleum accusaret, tempus pro herode dicendi posset invenire. Constituto igitur die Nicolaus praesentibus legatis Arethe accusabat Silleum, et addebat quod regem suum Obadam interemisset, et cum [illegible] pecunias quas nimio acquisisset [illegible] paullo rei publicae commodo, nec non et adulteria [illegible] Arabiam sed etiam Romanorum mulierum. Addebat autem quod acerbius [illegible] Caesarem nichil veri dicens de factis herodis. Cumque haec Nicolaus dixisset, Caesar interrogavit eum si herodes exercitum contra Arabiam duxisset, et [illegible] quingentos viros occidisset, et captivos duxisset, et [illegible] vastasset. Ad quae respondit Nicolaus plus se velle suggerere quod nichil [illegible] quam audisset factum fuisse. Tu vero o Caesar non ut iustum est haec facile credidisti. Quod cum praeter opinionem Caesar audisset, et iussisset ut omnia quae acta fuerant ediceret, Nicolaus [illegible] de exceptione quingentorum talentorum, in qua statutum fuerat [illegible] herodi constituto die [illegible] pecunias non redderent [illegible] invadere. Et cum pecunias non redderent, et post sepius herodes Saturnium et Volumnium procuratores interpellasset, deinde in Bericho cum hic Silleus per tuam fortunam iurasset intra XXX dies pecunias se praebere, nec non et eos qui a regno herodis transfugissent, nichil horum eo faciente, rursus herodes ad procuratores venit. Qui cum permisissent pignora sumere, statim provinciam cum suis ingressus est. Quod iste Silleus bellum dicit [illegible] aliorum qui haec fieri iusserunt secundum tuam constitutionem [illegible] Silleus non tantum deos sed et [illegible] decepit nos. Latrones etiam Traconitide habitantes XL primum

decem pluriores [illegible] refugium [illegible] in Arabia. Quos cum iste Silleus suscepisset [illegible] herodem vastabat [illegible] habitationem [illegible] latrocinia [illegible]. [illegible] sacramenta [illegible] reddere [illegible] super dictas. Quae igitur [illegible] demonstrare in praesentiarum [illegible] provincia [illegible] herode [illegible] quos [illegible] Veritate igitur declarata maxime [illegible] o Caesar intellige [illegible] mendacium et falsitatem [illegible] Silleo nequissimo [illegible]. Nam cum herodes cum exercitu in Arabia fuisset ingressus, [illegible] duo viri de eius exercitu occisi fuissent, [illegible] Nacebum ducem eorum cum XXV viris prostravit. Quorum numerum quisque [illegible] iste referens, duo milia [illegible] perisse dixit. Cumque Nicolaus finem loquendi fecisset, Caesar ira permotus et furore plenus conversus ad Silleum interrogavit quot Arabum perissent. Qui conturbatus [illegible] se dixit. Deinde pacta debita leguntur litteraeque imperatorum et civitatum quae latrocinio Sillei [illegible]. Mutatus igitur Caesar Silleum mortis sententia damnavit. Herodi vero reconciliatur satisfaciens quod ex falsa [illegible] acrius ei scripsisset. Nam ita Silleo respondisse fertur: Quis enim es tu qui me impulisti mendosa suggestione virum meum amicum offendere? Silleus igitur pecunias creditoribus redditurus et postea puniendus destinatur. Caesar autem adhuc irascebatur Arethe regi Arabum, quia principatum non suo praecepto sed propria praesumptione invasisset. Cogitabat igitur Caesar Arabiam provinciam herodi tradere, sed impedierunt litterae quas ipse pro filiis miserat per Olimpum et Volumnium. Quibus [illegible] Caesarem vidisset herodi placatum, statim litteras vel accusationes quas de filiis miserat ei porrexerunt. Quas cum Caesar legisset, principatum alium addere herodi et male sentienti de filiis non estimavit. Videns autem legatos Arethe regis Arabum praesentes, improperabat eis quod rex eorum temerarie usus fuisset, non a se regnum accipere. Deinde dona eorum suscepit et principatum Arethe regnumque firmavit.

H

erodi vero scripsit quod ei placatus esset, et de filiis ei constaret: si quidem eius vitae si quid acerbum contra eum praesumpsissent, persequeretur tamquam in praevaricatores. Sanguinum potestatem ei concessit. Si vero fugam meditassent, mitigaret eos ne aliquid crudele peragerent. Iussit etiam ut concilio in Bericho congregato, quo multi Romani habitant, et simul imperatoribus Syriis et Archelao rege Capadociae et quicumque vellet, ambos honore clarissimos, et eorum sententiis quod oporteret ageret. Herodes autem cum sibi hae litterae venissent, laetabatur pro reconciliatione Caesaris, et quod sibi potestas super filios esset concessa. Statim igitur convocavit cunctos a Caesare denominatos ad concilium praeter Archelaum, quem propter offensam noluit interesse, ne quid voluntati suae impediret. Cumque in Bericho imperatores cum aliis convenissent, filios non permisit ad concilium accedere, sed in villa quadam Sydoniorum Palethum iuxta civitatem reliquit, ut vocati ad concilium praesentarentur. Ingressus autem concilium cum CL viris consedentibus, accusabat filios. Et causa quidem non erat acerba quantum ad veritatis iudicia, et multum dissimilis criminatio patris in filios. Nam violenter perorabat et in approbatione causa turbabatur, et maximum furoris vel ferocitatis signa monstrabat. Defendebat etiam tamquam vera quemadmodum filiorum dicta fuerant, et quae ipse contra filios scripserat legebat, in quibus insidiarum nulla conceptio fuit, nisi quod tantum fugere cogitassent, et derogationes quasdam et obprobria propter odium quod in eos habebat. Quae cum legisset, clamavit iurando quod mallet vita privari quam talia ab eis toleraret. Deinde cum dixisset quod et natura et Caesare concedente potestatem eorum haberet, addiditque quod apud eius patriam lege praecipitur, si quando parentes filios accusarent et super capita eorum manus suas imponerent, necesse esse populos circumstantes eos lapidare et huiusmodi morte perimere. Qua lege ipse diu facere voluisset, sed expectasset eorum iudicia. Censores autem eos consedisse in manifestis et non parvis filiorum criminibus, et ideo tempus habere nulla tenus neglegere deberent, ne et illis talia provenirent. Cum haec herodes dixisset, nec filios ad satisfactionem transire permisisset, videntes iudices quod misericordiam vel reconciliationem nullo modo reciperet, omnem potestatem ei confirmaverunt. Et primus quidem Saturninus vir consularis et dignitate clarissimus, mitem sententiam protulit dicens: Damno quidem filios herodis, interfici vero non iustum arbitror, quia et ego filios habeo, et regem sic perire nolle quamvis infelices filios se habere consentiat. Post hunc vero tres filii Saturnini eandem sententiam cum patre pronuntiaverunt. Volumnius autem contra morte puniendos filios herodis respondit. Ita circa patrem iniquos invenit. Eadem complures dixissent, ut nichil ambiguum esset quominus morte mulctarentur adolescentes. Statim herodes dimisso concilio ad Tyrum venit [illegible] secum miseros adolescentes ligatos. Cumque Nicolaus ad eum de Roma venisset, et sententias de filiis herodis pronuntiatas audisset, herodes consuluit eum quid amici eius de hoc Romae deliberarent. Ille autem respondit quia et illi videntur impia esse quae illi de te senserunt; oportere vero eos ligatos et custoditos coherceri. Si quid autem vel aliud visum fuerit, provide tamen ne plus iracundia quam iustitia ausum tuum videaris exequi. Nam minime dimittere solutos praecor, ne talia committant quae nulla tenus possint corrigi. Multa autem amicorum tuorum eadem Romae deliberaverunt. Herodes autem paululum modestia tacitus, iussit Nicolaum secum navigare. Mox autem ut ad Caesaream pervenit, rumor a populo de filiis eius evolabat, [illegible] quid de illis perveniret [illegible] sic praedicaretur. Et dum doloribus eorum condolerent, dicere aliquid [illegible] nullus audebat, sed misericordiam cum dolore conclusa [illegible] comprimebant. Unus autem miles nomine Tyro, cum filio suo aequaevo amicus Alexandri, cuncta quae alii amore tacito dolebant cum libertate loquebatur, et sepius clamabat in multitudine dicens quod perisset veritas et iustitia ab hominibus recessisset. Viguit namque mendacia et malignitas, et tanta nebula humanis negotiis invaluerunt, ut maxime calamitates vel miseria pro nichilo iudicentur. Cum talia sepius exclamasset, licet non sine discrimine, veritas tamen animos movebat, et singuli hunc illum dicentem liberum audiebant. Cum autem herodem adiisset, ut solus illi quae vellet diceret, rex concessitque ei fuisse, dixit ad herodem: Non possum o rex continere prae tali dolore fiduciam vel audaciam meam. Tibi quidem necessaria et commoda, si aliquid utilitatis ab ea velis accipere, mecum vero unde contraria. Deinde subiecit: Quo tua mens sagacissima recessit? Aut tui super habundantius [illegible] ... multae quo plures vel maximos acquisisti amicos. Quid est autem quod cognatis vel amicis erraticis peccationibus [illegible] pietate, quos videmus nimine casos cognatos vel amicos esse despexerint tale scelus in te beatissimo fieri? Tu vero non provides quod eveniet? Si duos adolescentes [illegible] uxore regia [illegible] et in omni exercitatione virtutis fiberissimos occidis, teque solum in senectute relinquis, cum uno filio Antipatro male tuam vitam disponente, et cum cognatis

167

qui [illegible] iam morte damnasti. Nonne cogitas quod multitudo [illegible] crudelitate tua conspicit, & dixit. ccc. xxx. quoque enim et principatus ei miseriam quidem infelicibus. odium autem hec faciente [illegible]

Hec cum herodes minime libenter audisset & commouisset eum tibi tyronis perque eum manifeste familiarium suorum perfidia experimentaueat paulatim immensa & militari fiducia tyro usus concidit. [illegible] batione maxima compleuit herodem. cum magis increpari [illegible] animo uerisse putasset & quia milites eum abhorrerent & principatus contra sibi indignarentur. Assumpta ergo calliditate & specie benignitatis, inquisiuit a tyrone nomina omnium qui secum erant contrariorum. Quos cum nominasset per ordinem iussit eum tyrone quos eos nominauerat ligatos in custodia detineri. Cumque hi factum fuisset, trifon quidam tonsor herodis inimicus existens tyroni. inuenta occasione adiit herodem dicens. Suasit mihi sepius tyro miles dicens. ut te tondens gutture tuum incidere. nam michi promissa apud alexandrum filium tuum esse possem. & magnas donationes ab eo acciperem. Que cum dixisset herodes eum comprehendi precepit. & tyronem & eius filium atque tonsorem tormentis subdi. Cumque tyro miles iam in tormentis consisteret. uidens filius patrem suum crudeliter laceratum. nec hinc eum spe salutis futurumque sibi iudicium ex tormentis intelligens pertimuit accedens ad herodem dixit se ei ueritatem uelle nunciare. si uerbo confirmaret tormenta sua & patris relaxare. Cumque ei herodes fidem dedisset. ille statim ait patrem suum tyronem constituisse. ut propria manu regem adiret & occideret. si copia daretur ut cum solum inueniret. & mala uelle pati quam alexandro uoluntate proficeret. Que cum dixisset. patrem a necessitate penarum absoluit. Incertum est autem utrum hec ex ueritate an necessitate retulerit. ut aliquod remedium presentibus inueniret.

Herodes autem licet deliberasset iam diudum filios suos interimere. tamen omnimodis festinauit crudelitatis sue finem imponere. Producens ergo in contione ccc. uiros de prioribus militum quos per accusationem tyronis comprehenderat. cum ipso tyrone & filio eius & trifone tonsore. criminabatur eos coram omnibus de perfidia. Illos ergo omnis multitudo peremit. Alexander autem & aristobolus filii herodis in cesarea urbi. patre precipiente laqueo suffocantur. Corpora uero eorum noctu in alexandrium castellum ponuntur. quo pater matris eorum et plures cognati eius posita esse uidebantur. Explicit liber. xvi.

INCIPIT LIBER XVII.

ANTIPATRO AUTEM

postquam fratrum extitit accusator. & impacis facinus extreme impietatis & crudelitatis impulsor. haud sane prouto spes uite sequentis aptic. Nam nunquam admittendi regni metu fuerat liberatus. quod iam uidebatur illud cum fratribus communicaturum fore non cerneret. operosi tam ambiguum regnum sibi fieri. magis magisque sentiebat. Siquidem odium uniuerse gentis aduersus eum exortum est. Fuit uero illi etiam hoc ualde contrarium quod tota constabat milicia. Dum ad usam abcagerere uoluntatem. in qua procul dubio omnia regni munimenta consistunt. & maxime quotiens gente uel populum uniuersum cupidino nouarum rerum perturbari contigerit. Tantum ergo antipatro periculum fratrum procurauit interitus. Veruntamen post fratrum necem cum patre herode participabatur regnandi negocium non aliter quam si rex ipse consisteret. ampliora quoque ei negocia credebantur. & unde prius debuisset magis firmitatem fauoris inuenit quod si procella patris pro dampnis fratrum extitisset & iniuria qua circa illos utebatur. Talibus enim nam alloquiis patrem deprauauerat. & talibus opibus uiam machinationis sibi construebat. qua aduersus patrem herodem tendere uolebat. Timebat enim ne fratribus uiuentibus ipsos accusatores ad patrem haberet. & ideo suo consilio egerat ut occiderentur. & ut herodes omni auxilio nudaretur. non haberet ullum de filiis qui eum auxiliaretur. dum ipse antipater patri manifestus hostis appareret. Pulsabat autem eum amplius ut in incepto non desisteret. quod cernebat moriente patre principatum sibi uenturum. prolixi autem uiuente multa sibi surrectura pericula. si ei commutatio cuius extabat ipse compositor contra patrem proderetur. & que si palam fieret. hostem illi patrem compellebat existere. Propterea ad donandum erat largus & affluens. & eos qui circa patrem erant lucris pulsabat ingentibus. ut aduersus eum odia concitarent. & maxime illos quos rome possidebat amicos. missionibus magnorum munerum sibi beniuolos comparabat. Ante omnes saturninum qui tunc curam syrie gerebat. & fratrem magna spe munerum ad se incitabat & insuper sororem regis salomonem amicam suam uel nutricem suo in utrisque ad se uolebat attrahere. Erat quippe idem antipater ad fingendas amicicias colloquentibus secum callidus. & ad odium dissimulandum ualde credibilis. & ad celandum semetipsum satis astutissimus. Non tamen ualebat decipere amitam suam uel nutricem que illum iam antea habunde cognouerat. & ab eo falli non poterat. Siquidem omnibus eius factio iam antea fuerat odibilis ob morum eius improbitatem. Interea salome sorore herodis festinante silleo arabo coniungi. corporali libidine concitata. herodes eam compellebat cum alexa iuncto conubio de nobili genere orto. cooperante quoque & persuadente iulia uxore cesaris salome. non illi renuncieret nuptias. ne inimicicie inter eos maiores orirentur. Iurabat quippe herodes nunquam se circa salomen sororem suam beniuolum existere nisi coniugium alexe susciperet. & obediret iulie uxori cesaris coniugem ad hoc etiam iulia sibi suadente. Interea etiam herodes filiam archelai regis cappadocum ad suum remisit patrem. que alexandro filio suo coniuncta dotem etiam restituens. ut nullum inter eos certamen oriretur. & ipse herodes domi nutriebat diligenter filiorum filios. Erant enim alexandro ex glafira duo filii. aristobolo autem ex beronice filia saloe filii tres. & puelle due. Siquidem salome soror herodis tres uiros habuit. Primum quidem iosippum qui erat herodis patruus. deinde custobarum. tercium alexam. Priores uero duos ipsa accusando per herodem necauerat. Herodes uero sepius amicis presentibus filios & filias filiorum suorum coram se constituens. & filiorum fortunam et causam deplorans. orabat ne tale quicquam filiorum filiis accideret. sed ut uirtute crescentes uicissitudinem illi nutricationis & educationis exsoluerent. Desponsabat autem filias filiorum maturo iam tempore aduenientes & filiis sponsas. Maiori quidem natu filio alexandri filiam fratris sui pherore. aristoboli uero filiam antipatro filio suo. alteram filiam aristoboli herodi filio suo coniunxit. qui fuerat ei ex filia pontificis natus. Patrius quippe mos erat. ut simul plures haberemus uxores. Agebat autem herodes mira desponsationem filiorum parentibus orbatorum. uolens antipatrum prouocare ad beniuolentiam. infantulorum pro societate coniugalem. Antipater autem non cessabat circa infantulos ea uoluntate uersari qua circa fratres ipsorum fuerat agitatus. Comprehendebat autem eum inuidia. quoniam pater eius circa infantulos gerebat. & formidabat eos maiores ac meliores suis fratribus fore. cum in illis etatis prouectu [illegible]. Iurabat quoque eum una multitudo que circa infantulos misericordie mouebatur. aduersus eum odium in omnibus gerebat quod tantam iniquitatem in fratres suos exercuerat. Ipse quoque machinabatur omnia dissoluere que pater placuerant. ad suum [illegible] reputans & contrarium si circa potentia eius illi contra se adunaret. Differebat etiam postulationes patris ut aristoboli fratris sui filiam in connubio susciperet. Herodis eo tempore uxores erant nouem. Antipatri mater & filia pontificis ex qua ei filius equiuocus fuerat procreatus. Erat ei etiam filia fratris sui coniuncta. & altera neptis altera. & ex his quidem nulla proles generabatur. Erat quoque ei ex gente samaritanorum una. ex qua filii extiterant antipas et archelaus. & filia nomine olimpias. quam postea iosippus suscepit uxorem. qui erat herodis fratruelis. Antipas autem & archelaus rome apud quendam familiarem educabantur. Erat autem in uxoribus ei pallas que fasaelum procreauit. Super has quoque fedra & helpis ei erant uxores ex quibus due filie ei fuerant procreate. examana & salo [illegible]. Marianne quoque uxor ei genuerat ei alexandrum & aristobolum & [illegible] duas. quos filios suos ipse necauerat. Volens autem aduersus traconitidas [illegible] existere cognatorum iudeis edificare non distante magnitudine ciuitatis. ne possent in accessibiles hostibus fuerent limites sue prouincie. Cognoscens autem uirum quendam iudeum ex babilonia cum equitibus quingentis & sagittariis plurimis. cognatorum etiam multitudine usque ad centum [illegible] uirorum. eufratem fluuium transmeasse. & in antiochia [illegible] syrie comuisari cum saturnino qui tunc ibidem imperator militie existebat. illum ei locum ad habitandum cui balatha nomen erat [illegible] dare compromisit. Vocauit ergo eum ad se cum tota multitudine [illegible] fuerant secuti. spondens ei se daturum terram in regione que dicitur bathanea. Decreuerat enim eum in traconitide constituendum. uolens ei habitationem obstaculum contra hostes habere. Promittebat quoque illam regionem sine tributis esse daturum & liberos fore quod moris erat illi regionis habitatoribus exhibere. inmunemque eius terram et multis illationibus obnoxiam perpetuam. His persuasus babilonius uenit ad herodem. ut suscipiens ab eo regionem oppida plura & municipia construxit. Constituens etiam illo uir babilonicus uicum nomine bathira & magnum obstaculum aduersus traconitidas. & iudeis de babilonia ad hierosolimam proficiscentium tempora [illegible] neque eos latrones traconitidarum insidiisque lederent. Adueniebant quoque ad eum plurimi. & maxime illi undique ad eum conferebant qui patrios mores iudeorum & instituta colebant. Quibus rebus illa regio breui populosa facta est. eo quod immunis ab omnibus functionibus permanderet uiuente dumtaxat herode. Cetera mortuo illo uiro babilonico. postquam filius eius principatum ipsius suscepit philippus filius herodis [illegible] maior herode defuncto. modicas functiones illis imposuerunt [illegible] eos admodum grauare. Non tamen eos de libertate ipsorum cum possent [illegible] molestia. sed & romani deinde dominatum illi regionis [illegible] libertatis eorum etiam ipsi seruauere dignitatem impositionibus [illegible] usque quoque conseruauerit. Cetera quidem oportuno tempore diligentius dicemus. ratione procedente. Mortuo ergo ut superius diximus illo uiro babilonico [illegible] qui ad possidendam illam [illegible] ab herode fuerat [illegible] cum uirtute uiuens filios optimos [illegible] & uni [illegible] nomine iacimum quod fortitudine clarus extabat [illegible] equitum [illegible] quod sub illo fuerant regebat quos rex babilonicus [illegible] habuit de muneribus. Sed & iacimus in senectute defunctus [illegible] philippum filium reliquit manu fortem & aliis uirtutibus [illegible] usum probatum. & ob hoc illi fida amicicia & firmissimi fauoris [illegible] rege pluribus [illegible] miliciaque curam quam rex habebat iste regebat & [illegible] deducenda ratio postulabat eius regimine ducebat.

Herode ergo in quibus retuli constituto. in antipatro spectabantur uniuersa regni negocia. eo quod a patre uel illis ut proprie [illegible] & omnem potestatem prius ei indulgebat spe quasi fauoris eius & fidei. Ceterum ipse autem antipater ad demanda in se potestate audacissimus. qui [illegible] patri eius negocia & qui ad fidem faciendam in dicendo erat callidus. Erat enim circa ceteros terribilis non tantum magnitudine potestatis. quam prius [illegible] te morum & quod erat ad male loquendum promptissimum. Maxime autem ferore fratri herodis utebatur assiduissimo colloquebantur. Nam cum antipater ualde callide [illegible] & maxime preualeres eius animum [illegible] conuerterat. Eodem quippe fuerat forma uxoris antipatri & mater atque sorori. licet mulierum genus horret [illegible] filiam suam [illegible] ueruntamen has patiebatur ab his quos ducebat & [illegible] illis mulieribus agebatur & sibimet inuicem [illegible] uore cessabant. Ita enim eas huiusmodis antipater induxerat [illegible] presenti ipsum parum etiam propria matre. Nam [illegible] mulieres uxor ferore & mater & soror & uxor antipatri idem sentiebant. idemque loquebantur. Feroras tamen in nullis minimis rebus [illegible] tra mutabat. Erat autem illis contraria semper salome soror herodis que diligenter cuncta circumspiciens. & concordia eorum in prima herodis constitui cernens [illegible] ad non abstinebat. Illi autem semper [illegible] molesta ei regi sua [illegible] beniuolentiam. consilium inierunt ut manifeste eorum non esset amicicia. neque palam conuenientia facerent [illegible] autem & maliloquia ubi tempus exigeret [illegible] & maxime sub herodis presentia. [illegible] beniuolentia [illegible] firmior certiorque constaret. Ille ergo sic gerebant. salome autem [illegible] prius latebat neque [illegible] propositum ad huiusmodi [illegible] estimare. neque eo quando secretas machinationes construebant. Cuncta uero illorum consilia salome indagabat que amplificans [illegible] atrociora faciens ad fratrem herodem referebat secretos [illegible] & communia infirmans & consolationes occultas [illegible] & ac debat quod ad eum [illegible] tenderent [illegible] Indicabat quoque illas manifeste fingere [illegible] mutuas fere loqui festinare. & ad [illegible] beniuolentiam inter se confirmare maxime. & quod [illegible] singulis [illegible] gulis euenirent. illud quod [illegible] possit [illegible] & pollicerj [illegible] pugnare contra eos [illegible] fauore [illegible] efficere. Salome ergo hec & huiusmodi omnia inuestigabat & ad fratrem deferebat [illegible] deinde ueniens cuncta referebat cum & ipse plurima [illegible] rex. & ad audiendum retardaret. Erat autem eo tempore [illegible] quedam iudeorum de scrupulositate & subtilitate patrie legis gloriantium et [illegible] curam diuinitatis simulantium. quam consentiebant supra memoratis mulieribus. Hi pharisei dicebantur & cum uellent non modicum afferre poterant presidium. Erant enim parati ad bellum gerendum [illegible] inferendas [illegible] elati. Nam cum cuncta gens iudaica [illegible] iure iurando iurasset cesaris se propria fore. & omnibus herodis [illegible] preceptionibus fauere. isti soli non iurauerunt. Erant autem numero [illegible] sex milia. quos herodes rex pecuniario damno multauerat. Ille

beniuolentiam quasi pro uicissitudine referentes. Futurum enim agnitione nutu diuinitatis infusa esse predicabant, et prohibebant quia Herodi regni tamen iam ex superna maiestate esse defectum. Illa autem gente regnum possessura et Feroram et filios qui ex eorum semine descenderunt. Et hec quidem Herodi nuntiabantur. Non enim Salomen ista celabant, et qui plurimum regales aures corrumpere nitebantur. Herodes ergo interfecit Phariseos qui causa seditionis erant, et Uagoan eunuchum sibi quondam carum, qui tunc primatum inter eos habebat honestatis dignitate decoratum, et filios eius penitus omnesque in cognatione uel familiaritate eius uinctos, quibus ille Phariseus prosagabat. Magnificabatur enim apud Phariseos Uagoan [illegible] et pluribus rebus bene meritus honorabatur olim apud Herodem. In manibus enim eius cuncta regebantur et disponebantur firmitate coniugii filiorum Herodis uelut proprius filius.

Herodes itaque ulciscens ex Phariseis qui fuere uincti, conuentum congregat amicorum et accusabat uxorem Ferore fratris sui, iniuriamque uirginum et audaciam matris Antipatri et uxoris eius [illegible] diminutionem dignitatis illius referens, quia et certamina et seditiones aduersum fratrem et bellum ex illius ingenio consurgerent. Hortabatur ergo eos quatenus potestate illa simulatione inter eos dissolueret, quia posse fieri dicebat si Ferora uxorem suam respueret, que caput mali esset. Nichil enim proficeret sibi, se eum fratrem firmabat, si secum illam habitare permitteret, que circa se bonum ingenium fratris euerteret. Iussit ergo fratri uxorem abicere, que inter eos causa belli constaret, et caritatem fratris affectum estimaret quam illi communicatione sicut nullo modo posset [illegible] caritatis fraternitatis in manum. At Ferora licet illo sermone moueretur, tamen affirmabat se nichil germanitatis iuri detractum, sed neque dilectionem coniugis abnuere, et se mortem potius eligere quam coniuge priuari que sibi grata existeret. Herodes ergo dissimulabat circa fratrem Ferora suam iram, quamuis cupiret ab eo ultionem exigere. Antipatro tamen filio suo interdixit et matri eius cum Ferora miscere colloquium, uel cum illis mulieribus que cum eo erant. Obseruari etiam iussit, si minime aliquando conuenirent. Antipater ergo et mater eius hec prosequi fecit (?), conueniebantque tamen quando tempus oportunum inueniebant, et simul etiam conuiuabantur Ferora et Antipater. Ferebatur etiam sermo quod Antipater uxori Ferore patrui sui misceretur, cooperante illis ad conuentum faciendum Antipatri matre. Suspectum ergo habens patrem Herodem Antipater, et timens ne circa se amplius eius odium procederet, scripsit occulte amicis Rome postulans ut scriberent Herodi patri suo quatinus ipsum celeriter mitteret Romam, simulque cum eo munera digna, et ut mandaret de testamento in quo post se regem declararet Antipatrum, quia iam defunctus erat Herodes qui ex filia pontificis fuerat procreatus. Quo facto, pergit Romam una cum Antipatro et Sillius Arabs, nichil ex his que preceperat Cesar peragens. Uenit et Antipater ad Cesarem eius accusator existens, pro quibus prius Nicolaus multum decertauerat. Accusabatur et ab Aretha rege Arabum Silleus eo quod plures occidisset in Petra castello bene meritorum hominum preter suam consuetudinem, et maxime Soemum uirum omni uirtute decoratum iustitiaque pollentem, sed etiam Fabatonem Cesaris seruum. Silleus autem causas habuit ex eisdem criminibus propagatas. Erat quidam Corinthius unus ex custodibus corporis Herodis, cui maxime cura plurima committebatur. Hunc persuadet Silleus pecunias magnas pollicens, ut Herodem occideret, et hoc etiam ille promiserat. Quod agnoscens Fabbatus Silleo dicente, statim regi denuntiat. Herodes ergo [illegible] tormentis examinatus fecit omnia depalari. Detinuit autem et Sillei [illegible] confessionem credens Corinthi, et Philarcum qui Sillei fuisset amicus. Quorum [illegible] fuerant qui eos Corinthum hortarentur non agere molliter si cubi opus esset [illegible] ad perpetrandum inter eos facinus complicitum. Ac hos etiam satrapes (?) omnium ab Herode denuntiatos Romam Cesari destinat. Ferora uero fortem in amore coniugis permanente, discedere eum ad propria Herodes precepit. Ille hoc grauiter accipiens nichil moratus ad suam tetrarchiam recessit, plurimum sese iurando constringens non prius reuerti antequam mortem Herodis audiret. Deinde cum quadam uice Herode infirmante nuntio ad se ueniente ut ad Herodem ueniret, pro iniungendis sibi mandatis aliquibus. Ipse autem nullo modo passus est ad eum uenire, ne iuris iurandi uiolator existeret. Herodes autem cum conualuisset de infirmitate, non illi imitatur exemplum, sed meliorem circa Ferora uoluntatem suam ostendit. Nam paulo post cepit et Ferora egritudine laborare. Ad quem Herodes non euocatus aduenit, sed mortuum eum inuenit, atque ad mausoleum detulit, et tumulum eius honorabiliter magnificeque celebrauit, luctumque super eum super quosque tunc erant fecit. Hoc Antipatro licet Romam nauigasset, malorum tamen extitit aduersitatumque principium. Ex hinc iam cepit factio [illegible] facto denudari. Narrabo itaque omnem super hoc opus ueritatem, ut exemplum generi humano in futura tempora ad utilitatem profuturum, qui uoluerint esse uirtutis cultores.

Ferora igitur fratre Herodis mortuo humatoque celebritate magnifica, duo ex liberis eius qui ab eo in honore habebantur ad Herodem uenerunt, postulantes ne inultam mortem fratris relinqueret, quin potius inquisitio ne fieret acerbe mortis et repentine calamitosque mortis. Herode autem attonito de liberorum sermonibus. Fidelia namque narrabant. Cum coniuge enim die proxima antequam egritudinem incurreret eum cenasse retulerunt, et ueneni in cibo sumpsisse, et ex eo perisse. Quod uenenum allatum esset ab Arabia a muliere quadam factum amoris. Amatorio enim namque fingebant, re autem uera ad mortem eius erat factum. Sunt propterea ad uenena conficienda artificiosissime Arabice mulieres. Persuasumque illi dicebat ut uenenum uendidaret. Naloca quippe et illa uenisse referebant matre coniugis Ferore et sorore, unde illud uenenum apportantes cenam preparauerunt, in qua ille ueneno sumpto periit. His uerbis [illegible] eorum presentes uocari ancillas illarum mulierum omnes examinat. Inter quas nulla [illegible] aliud [illegible] nouissime quedam illarum infelicissima magnis ex tormentis doloribus uicta, que de animo dixit non omnino cassus uenalibus suppliciis Antipatri matrem traderet in peccatum, que omnium illorum malorum causa existeret. Hec uerba magis magisque Herodem instigauerunt, et ancillarum mulieres secretius tormentis cruciaret. Tunc omnia prodita facta sunt, et conuiuia et conuentus secreto secretissime facta, et sermocinationes que ad ipsos et ad filium solum fuissent facta, uel illa que ab eo ad mulieres Ferore deferebantur. Centum autem munera centum talentorum, quo ille uixerat [illegible] pertinebant. Prodebantur autem omnia quod Antipater in patrem concitaret, et lamentationes quas ad matrem propriam frequentabat, quia [illegible] plus ex patre uiueret, et ei in numero sertum uerba (?) [illegible] non liceret in illius uiuere, pro eius grauitudine uel molestiam, adhuc [illegible] multos sibi fratres illo regno crescere, et fratrum plures filios, ex quibus omnibus unus spem sua auferre haberet. Hunc quoque adduxit [illegible] quod fuerat sua moratus crudelitate plurima regem accusans, et filiorum cedes, se quoque timore nimis, quoque ad ipsum [illegible] mali prouenisset, et consilium Romam pergendi prodebant. Et Ferora autem suam tetrarchia

ex Antipatro discessisse fecerit eam. Quibus omnibus Herodes auditis agnoscebat sororis sue Salomis sermones qui ad se sepe peruenerant. Iurauerat enim Herodes super filium suum (?) [illegible] iussitque matrem eius cum cunctis suis ornamentis sibi tradere, que in ultione extare preciosa talentorum. Que postquam abstulit, reuocat eam, et tam mulieres illas amicorum retro mittit. Antipatri autem aduersus filium uerecundia regis incendebatur Antipatri quidam uir Samarites, qui Antipatri filii Herodis procurator erat. Qui cum Herodes torqueret, et multa eius incommoda aperuisset, illud quoque prodidit, quod Antipater uenenum mortiferum confecisset, dedissetque illud Ferore, iubens ut post eius abscessum cum iam spatium aliquod temporis precessisset, ubi uitio procuraret patrem propinaret, et dicebat attulisse illud uenenum ex Egypto Antifilum unum ex amicis Antipatri, et transmissum Ferore per Theudionem fratrem matris Antipatri. Et hoc uenenum adduxeret Ferore detinuisse, dante marito ad custodiendum. Quod cum audisset Herodes et perscrutaretur hoc negotium ab uxore fratris sui Ferore, currens illa tamquam uenenum allatura, re autem uera ut se ipsam mortificaret, misit se de tecto deorsum. Non tamen interit, quia cadens in pedes a terra suscepta est. Deinde postquam recreauit animam, promisit ei Herodes salutem eiusque domesticis, dummodo neque ab eo occultaret ueritatem, neque se illi malum pro ingratitudine redditurum iurabat, si cuncta cum ueritate proderet, uel modum quo gesta forent. Tunc illa cepit dicere: Hoc uenenum allatum est ab Egypto ab Antifilo amico Antipatri filii tui, et per Theudionem fratrem meum uiro meo Ferore est transmissum, et ego illud custodiui ad usum tuum ab Antipatro preparatum. Cum autem frater tuus uir meus Ferora egrotaret, et tu cum aduenires et consolatione curares, uidens ille tuam beniuolentiam erga se conuictus mente deiecta, et me conuocans dixit: O mulier, tu nosti quod induxit me Antipater aduersus patrem suum Herodem fratrem meum, consilia iniqua construens. Nam uenenum in eius perniciem erat. Herodes itaque qui frater meus Herodes, nec tunc nec antea aliquando erga me unquam aliud gessit, et tunc propositum bone uoluntatis mihi ostendit, et me de hac luce scimus recessurum. Age ne tu facinus fratricidii ad meos progenitores abierim, et uenenum illud apporta huc, et ipsum Antipatri simul et me uidente comburito. Ego autem plurima eius parte igni contradens, aliquantulum tamen ex illo uenenum reseruaui, ut uiro meo Ferora defuncto, si tu me o rex fortassis male attenderes, illud uenenum sorberem, huius scilicet necessitatem effugere. Herodes uenenum [illegible] in medium protulit. Frater etiam Antifili et mater eius eadem fatebantur. [illegible] tormentis compulsi uiolentia, et pixidam illam se agnoscere dicebant. Accusabatur quoque filia pontificis uxor regis quod horum conscia fuisset, sed celare maluerit. Ob quod illam Herodes a se reiecit, et filium eius ex testamento deleuit. Pontificatum etiam socerum suum priuauit Symonem Boethi, et substituit ei Mathiam Theophili Hierosolimitanum genere. Dum hec agerentur, Batillus quoque libertus Antipatri uenit ex Roma. Hic quoque tormentis ab Herode examinatus, confessus est quod uenenum aliud attulisset quod matri Antipatri daret, et illa Ferore fratri Herodis hoc traderet, ut si primum uenenum Herodem non perimisset, hoc mature interimeret. Apportabat etiam litteras idem Batillus ab amicis Herodis Rome constitutis, consilio Antipatri et dictatione compositas, et accusantes fratres suos Philippum et Archelaum quod sepius male de patre loquerentur pro nece Alexandri et Aristobuli, et quod indigne ferrent expulsionem fratris sui Herodis cum matre. Hanc epistolam Antipater patri de Roma misit, uolens eum incitare ad necem fratrum suorum Archelai et Philippi. Timebat enim ne ipsi patri in regno succederent. Cogitabant ergo Antipatrum de Romanis ob alias res non tunc et ipsos extinguerent. Nimirum enim eos Antipater per epistolam accusauerat. Ipse autem Antipater certamina quod cum Silleo gerebat fuit intentus, et accusationi primorum uirorum Rome constitutorum se totum dederat. Monilia quoque preciosa et talentis empta comparauerat. Mirum forsitan alicui quod cum tantis aduersis eius moras turbinibus fermo (?) sepius in suum tempus decurrente nichil illi fuerit nuntiatum. Causa uero huius rei erat ob seruationem itinerum atque custodia et odium hominum quod circa eum erat exercitatione uidebantur. Nullus enim erat qui per se pro periculo illius tutam salutemque quereret.

Antipater ergo scripsit Herodi patri suo quod cuncta que oporterent peragens mature ad eum ueniret. Herodes autem celans suam indignationem rescripsit eum iubens ne ulla desidia ad iter agendum procederet, ne quid in eius absentia ipse forte pateretur. Scripsit et ei quasi iram habens aduersus eius matrem, promittens tamen se eam omnia indulsurum cum ipse eius aduentu, et omnibus ei adulabatur scriptis, formidans ne forte quasi suspicans offerret negotium in medio, atque Rome morans aliquas sibi accusationes pararet, et in regno Romano amoris alicuius fieret adminiculo. Has litteras Antipater in Cilicia suscepit, et alias epistolas de Tarento in quibus mors Ferore fratris Herodis declarabatur.
168. Quibus lectis egre ferens ualde et asperum nimis est perpessus eo quod patris amicum non pristinum uir facto desperabat. Cum autem Celendericum Cilicie ueniens, cepit de causa nauigationis ambigere, utrum deberet domum sic instruente tendere, abiectione matris adductus in dubium. Tunc pars aliquanta ex amicis ei suadebat eum expectare donec agnosceret que domi noua gestaque fuissent. Alii uero hortabantur ne nauigationem domum differret, nam si uenire cum suo aduentu omnes causas aduersarius auferret. Nam neque quodammodo illos fluxu ei uenisse nisi ex eius absentia et facultatem accusatoribus suis utrumque prebuisse. His ubi Antipater persuasus, priusquam nauigans excepit [illegible] in portu nomine Sebasta, quem Herodes magnus opibus constructum Sebasta in honore Cesaris appellauit. Ingressus iam malis erat Antipater, nullo ad eum communiter accedente, et nullo colloquium eius frequentante fuisset consilium, uerum eum ac secundis prius prosequebantur, et nunc econtra eum aduersus maledicta non prohibebant econtrario, et uerebantur cuncti quod pena eorum fratrum persequi temptare soluitur. Ea tempestate contigit Uarum Quintilium in Hierosolimis degere, qui successor fecerunt in Syria destinatus fuerat. Uenerat quippe ut ab Herode postulatus pro quibusdam causis in quantum dispositionibus hesitabat. Quibus una consessu habentibus uenit Antipater cunctis illis rebus incognitis. Qui cum ingressus aulam regiam indutus purpura, ipsum quidem ianitores exceperunt, amicos autem eius circa illum erant aulam excedere iusserunt. Cepit itaque Antipater perturbari, in quem mala euenerint manifeste cognoscens. Deinde pater accedentem ad salutandum repulit, parricidam eum accusans, et ipsius obiectans super fratres suos ipsius interitum. Quorum omnium auditorem ac iudicem crastina Uarum Quintilium fore confirmat. Antipater ergo tantum malo audito et paterne imminenti ipsa magnitudine fatigatus abscessit. Cum mater et uxor uenerunt que relictus fuerat de filiabus Antigoni qui ante Herodem in Iudea regnauerat. A quibus uniuersa cognoscens cepit se certaminibus domesticis preparare. Die autem postera consessum faciunt Uarus Quintilius atque rex Herodes, et amici utrorumque conuocantur. Accitique Herodis consanguinei, et soror eius Salome, et si que nunciata forent que prius prodiderunt examinatione tormentorum.

et servi Antipatri ex Italia illi ut iure convenientes qui antea fuerant deprehensi epistolam deferentes Antipatro a matre, in qua scriptum erat ne ad patriam repedaret, eo quod cuncta ad patris notitiam revelata fuissent, et ne sine auxilio Cesaris sub potestate patris caderet. Antipatro igitur patris genibus provoluto atque deprecante ne iudicium de eo ex rebus ante cognitis preiret, quin potius facultate sub auditoris constituta purgari se a patre posse firmabat. Quem iubens Herodes in medium produci, ipse primum lamentari cepit, quod eius modi tales filios habere pervenisset, per quos ei tales fortune exsurgerent, aut unde tanta divinitatis indignatio nes pervenisset, ut sua senectute in Antipatri nequitias incidisset. Memorabat et educationis et eruditionis quas filius studiose perceperat, opum quoque ac facultatum affluentiam, et in quibus cumque temporibus ipsi cupierit semper illis adhesisset, et nullum esse impedimentum [illegible] voluntas eorum consilii periculum mortis incideret, dum regnum [illegible] impie rapere festinarent, antequam ipse legitimo [illegible] concederet. Dicebat autem se valde misereri Antipatrum, qua spe sublata auderet sine ulla refrenatione ad talia tantaque prorumpere, cum ipse eum regni successorem scribendo declarasset, et maxime cum ei in nullo minor existeret, nec in claritudine dignitatis, nec in virtute potentie. Quinquaginta enim talenta eum ex reditibus sumpsisse dicebat, et insuper ccc talenta Rome eum ei dono dedisse. Increpabat et illum de fratribus, quod si viderit malignos eos ad se accusaverit, cur eorum imitator extitisset; si vero innocentes fuissent, iniquum adversus fratres criminatorem extitisse. Nam illa omnia que de illis sibi nuntiata fuissent, a nullo alio nisi ab ipso audisset, et consilio eius cuncta se gessisse que adversus illos fuerunt gesta, ipsum [illegible] in parricidii facinore succedere. Hec dicens Herodes simul profundebat et lacrimas, que illum ultra clusa voce loqui amplius non sinebant. Nicolaum autem Damascenum regis amicum et in omnibus cum eo semper conversatum et cuncta re gesta sciens, rogabat ab Herode ut ipse responsa loqueretur, queque ad demonstrationem cause redargutionemque proficerent. Antipater autem contra se purgare nitebatur, et enumerabat cuncta sue benignitatis circa illum exempla, honoresque sibi a patre concessos quos minime percepisset, nisi merito dignus esset, et officiis erga illum meruit haberi. Cum vero se semper providisse que usui necessaria forent, et consilium semper [illegible] actionibus [illegible] ac si quando a dominatione explananda manu opus esset suo labore cuncta negotia peregisse, neque credibile constare, ut qui sepius patrem ex aliorum insidiis strenue liberasset, nunc ipsum insidiatorem patris effici, et ut deleret universa monimenta factorum suorum pietatis molimen nequissimi facinoris perpetrasse, cum iam successor regni fuisset ostensus, et simul etiam regni honore potiretur, que usque ad presens tempus eum habere constaret. Neque illud esse verisimile prorsus agebat, ut qui cunctarum rerum dimidium sine suo periculo et cum virtutis honesta retineret, nunc vellet totum cum crimine atque periculis appetere, et incertum esse non valeret affectum sue cupiditatis obtinere, et maxime cum fratres suos pro tali causa vidisset extinctos, quorum et facinoris accusatorem ipsum esse constaret; et si non ab ipso proditi fuissent, occultati procul dubio permansissent. In quibus omnibus dicebat sua monimenta esse quod conversationes suas cum magna benivolentia circa patrem egisset probatos. Rome vero que gesserit teste Cesare convincebat, quem fallere nemo posset, et quarum fide facere litteras ab eo destinatas, quas et esse fortiores ac valentiores dicebat accusationibus hominum volentium inter se et patrem iurgia excitare. Quas et accusationes a suis inimicis esse confectas aiebat, [illegible] credi non deberi. Causabat et de tormentis, quod eorum violentia [illegible] falsa dixerint. Doloris quippe ac necessitatis est [illegible] qui sibi [illegible] si illa loquerentur que viderint grata dominantibus, et [illegible] se potestate tormentis subdi [illegible]. Hec ab Antipatro [illegible] assidentium facta est. Satis enim miserabantur Antipatrum pro effusione lacrimarum et vultus humilitate miserabile, ita ut et inimicis lamentabilis appareret. Animus quoque Herodis flectebatur, licet aliis hoc nollet esse manifestum. Nicolaus autem exorsus ab illis verbis quibus prius Herodes principium fecerat causam amplificare cepit, et cuncta que tormentis extracta et testibus erant relata proferens congregabat undique crimina perpetrata, et maxime virtutem regis et clementiam longa narratione proferebat, qualiter et quales educationes filiis suis impendisset, et hec in nullo profecisset, cum undique contra eum male niterentur. Antipatri vero furiam et insaniam se omnino expavescere, propter paterna beneficia in quibus eum pre omnibus filiis semper honorasset. Que beneficia cum essent magna et multa, tamen animum Antipatri lenem reddere non quivere more venenatorum reptilium. Illa enim quamlibet sint aspera, beneficientem tamen aliquatenus leniunt. Verum o Antipater qui ceterorum fratrum tuorum proditor extitisti, et scrutator actionum et punitor redargutionum, cur non repulisti animum tuum, ut illa que de fratribus prodebas in te ipso vitares, si potius ad imitandum flagitium eorum insania et libidine raptus es. Verum clarum quod nec illa a te pro cautione patris prodita sunt, sed pro interitu infelicium fratrum, ut illorum odium ostentando quasi amator patris crederis, et ut posses adversus patrem insidias tuas facilius accipere, potestate tibi a patre concessa. Hoc enim ambiebas infelix, ut fratres [illegible] redargutum de nequitia, et quare [illegible] ut particeps eorum similiter provenires. Verum certum est quod [illegible] illis adversus patrem insidias extitisse, accusatione illorum tu prior properans, ut si forte res cum istorum ad effectum pervenissent, tibi lucrum [illegible] perveniret, ut ex duabus causis tu lucra gaudiorum perciperes [illegible] moribus competentes. Qualis autem circa fratres tuos extiteris manifestatur [illegible] super eorum morte velut de rebus magnificis gloriabaris, de quibus [illegible] dolendum esse, sicut non decenter fuisses. Ex hoc quoque clarum quia illos non velut patris insidiatores habebas exosos, nam non ita exorbitares similem nequitiam cupiens perpetrare, sed timebas ne regni tibi crederentur successores, quos tu videbas iusti posse preponi. Patrem quoque super fratres extinguere festinabas, ne celeriter tua facta adversus fratres proderet, et pro quibus tu merebaris penas luere, ab infelici patre supplicium sumere conareris. Parricidium quoque non commune cogitasti, sed quale nunc a quoquam neque usquam [illegible] hominum vel videri potuit vel audiri. Non solum enim ut filius patri insidias preparabas, verum et cum [illegible] diligeretur et beneficia multa prestaret. Socius enim patris in regno eras, successor in nomine, in dispositionibus parentis, in fructu omnium, et successor iam denominatus, et [illegible] in nullo prohibitus, ad spem et futurum regni regendum [illegible] patris communione. Tu autem o pessime [illegible] Herodis [illegible] rerum iudex [illegible] si tua voluntate [illegible] volens patrem [illegible] obedienti [illegible] regni [illegible] possidebat [illegible] et confingebas verbis velle salvare eum, qui semper [illegible] et non solum [illegible] malignus extiteras, verum et matrem tuam pravis replebas adinventionibus, et fratrum voluntatem adversam et seditiosam reddebas. Patrem et tu bestiam ausus es appellare, cum habeas ipse mentem omni serpente peiorem. Siquidem adversus patrem qui te tantis beneficiis muneraverat et auxilia diversa postulabas, [illegible] varios pueros et mulieres utebaris quorum invenires patrem tuum hominem iam senio et etate confectum, quasi ad nocendum non sufficeret sola tua iniquitas. Nunc autem venisti post tormenta liberorum atque servorum que propter te viris et mulieribus constant inflicta, et non solum patrem hominibus auferre meditatus es, sed et leges virtutesque Varri, et ipsius [illegible] ipsamque conaris pervertere veritatem. Itane impudentie tue confidis impudentia, ut etiam temet ipsum subici velis, cum causeris de tormentis eorum qui examinati sunt, quasi tormenta que eis fuerint adhibita velis indagasse veritatis. Quid taces o Varre? Nonne liberas regem a proprio sanguine periculum sustinentem? Per maiestatem imperii Romani et per virtutem tuam te obtestamur, ut hanc acerrimam bestiam, que per proditionem fratrum patri se benivolum esse simulabat, quatenus posset solitarius et omni consanguinitate deserta regnum sibi arripere, iudices atque condempnes, nec pronuntias [illegible] sceleratum ad [illegible] ducendum. Scis enim quia parricidium communis iniuria est nature et vite hominum, neque minus facinorosus reprehendendus est qui cogitaverit hoc facinus, etsi eum effectum operis non contigerit adipisci. Natura enim ipsa minatur qui talibus supplicia non ingerit. Addebat et Nicolaus loquendo que in Antipatro [illegible] stoliditate muliebri [illegible] ariolationes quoque ac divinationes ac sacrificia super Herode facta memorabat, et qualiter Antipater cum [illegible] mulieribus lasciviare dicebat, comessationes quoque sordidas amoresque narrabat, quo sane plurimum constabant. Plurimi enim ibi assidebant, que antea timore Antipatri silentio celabant, convenientes cum accusationibus [illegible] et adversus [illegible] protendebant. Incitabant quoque ad accusandum non solum horror facinorum eius, sed et magnitudine scelerum que in patrem [illegible] fratres et patruum, si quidem eum sciebant nullum amasse vel odisse nisi tantum ob [illegible]. Dicebant enim se olim ista sensisse plurimosque [illegible] nuntiare, nunc autem libertate data, velle in medium cuncta deferre. Proferebant quoque et cetera adversus Antipatrum presente Varro multiformia [illegible] iniquitatem eius et [illegible] nequitia eius proferebant. Dicebant enim quod non in suis actibus utilitati Herodis et [illegible] attendisset, sed sola nequitia ad illa facinora fuerit concitatus, propter quod eum omni pena dignum esse decernebant. Multa quoque a pluribus sine ulla interrogatione dicebantur, ita ut Antipater quoque in singulis rebus impudentissimus et ad mentiendum promptissimus atque callidissimus esset, [illegible] confusione sic compressus, ut neque negare neque contradicere valuisset. Nicolao igitur finem dicendi [illegible] redargutionique faciente, Varrus [illegible] precepit Antipatrum ut se [illegible] purgaret, si aliquas instructiones haberet, ut innoxium eum [illegible] videre posset, et nec patris esse hostis manifestus. Antipater igitur in faciem provolutus deo res suas commendabat, et omnibus suis amicis qui sibi testes [illegible] impium in patrem [illegible] atque rogabat deum ut signum aliquod ostenderet [illegible] patris [illegible] non fuisse. Solent enim hec [illegible] omnes quibus iustitia deficit, quando aliquorum [illegible] peccatores [illegible] libero arbitrio [illegible] divinitate [illegible]. Quando vero in periculis [illegible] iustum [illegible] iudicium [illegible] invocatione dei omnia testimonia conantur avertere. Quod et Antipater tunc egit. Nam cum tanta mala velut absque [illegible] gessisset, tunc cum iusto dei iudicio concludente in omnibus defectum [illegible] et absolutione accusationum [illegible] ad dei iudicium asserere volebat, causam [illegible] divine potentie, ut eius testimonium in medium veniret, quia [illegible] parte gessisset [illegible] periculosa [illegible] presumpsisse. Varrus autem cum sepius interrogaret Antipatrum et illum nihil amplius quam invocationes dei proferre [illegible] ille [illegible] veneni [illegible] in medio proferri, ut experiretur quod [illegible] esset in eo. Adductum quendam [illegible] qui morte fuerant dampnati, iubente Varro bibit, et festinusque mortuus est. Varrus igitur surgens recessit, et die postera in Antiochiam profectus, ubi frequens illi erat conversatio, eo quod Syrorum regni ibi [illegible]. Herodes igitur continuo filium Antipatrum vinculis obstringi iussit. Incertum autem plurimis erat utrum a se ipso Herodes filium in vincula iecerit, an ex sententia Varri id fecerit. Ligans igitur filium destinavit litteras autem Romam ad Cesarem omne negotium declarantes, et qui presenti relatione Cesari innotescerent nequitias Antipatri. Deprehenditur autem in hiis diebus et epistola scripta contra Antipatrum ab Antifilo, qui in Egypto erat. Quo soluta ab Herode talia declarabat: Misi tibi epistolam Acmes [illegible] animi mei. Scis enim quia periclitabor a duobus domesticis si [illegible] fuerit agnitum. Tibi autem [illegible] ad gerendam causam pertinet. Epistola igitur hec continebat. Herodes autem querebat aliam epistolam, quam invenire non poterat. Nam servus Antifili, qui istam litteram epistolam deportabat, aliam se epistolam suscepisse denegabat. Cum autem rex in hesitatione esset, unus amicorum Herodis inspiciens interiorem tunicam servi, nam duabus erat indutus, arbitratus est in interiori tunica litteras absconditas esse. Invenitur igitur epistola in qua hec erant ab Acme Antipatro scripta. Acmes autem erat Iudea genere, et manebat in servitio Iulie coniugis Cesaris. [illegible] Antipater iunxerat magnis pecuniarum muneribus, ut ei insidiis suffragaret adversus patrem Herodem et [illegible] eius, et scripserat Antipatro. Acmes Antipatro. Scripsi patri tuo quale voluisti prorsus epistolam, et [illegible] epistole qua a domina mea Iulia a Salome directa est [illegible]. Quam cum legerit Herodes [illegible] eum puniturum Salomen tamquam insidiatricem. Erat autem epistola tamquam a Salome ad dominam eius missa, ab Antipatro dictata [illegible] Salome, quam autem [illegible] hac fide Acmes erant composita, ut quasi communicaret ista. Acmes regi Herodi. Cum studium habeas ne [illegible] quod lateat que adversum [illegible] geruntur, inveni epistolam Salome sororis tue ad dominam meam contra te scriptam, quam cum meo periculo [illegible] transcripsi [illegible]. Hanc autem illa conscripsit volens cum Syllaeo coniungi. Scinde igitur hanc epistolam, ne forte [illegible] de mea vita periclitarer. Ad ipsum autem Antipatrum [illegible] epistola scripta erat, quod eius iussionibus ministerium gessisset, [illegible] Herodes [illegible] Salome insidias illi preparare [illegible]. Rescripsit et epistole quoque quasi ad suam dominam fuerit a Salome [illegible] direxerat. Herodes autem obstupefactus est de immanitate [illegible] Antipatri impellebatur ut confestim eum puniret [illegible] magnitudine causarum, et non solum [illegible] sororis sue insidiatricem [illegible] corrumperet. Accendebat etiam Salome soror sua crebro [illegible] et se [illegible] postulans [illegible] probaret. Herodes [illegible] filium [illegible] interrogabat eum iubens [illegible] et [illegible]. Qui [illegible] Ille autem [illegible] cuncta referebat [illegible] Herodes autem admodum [illegible] supplicium pro suis facinoribus [illegible] ne forte [illegible] amicorum suffragio valeret effugere, et [illegible] sicut et antea custodiebat. Verum legatos cum litteris Romam misit [illegible] accusantes filium, et in mandatis [illegible] que Acmes [illegible]

emigis cesaris illi ad perficiendam factionem fuerat suffragata. Exemplaria quoque epistolarum transmisit. Itaque legati romam proficiscuntur docti que loqui et que respondere deberent. 7

Rex autem herodes morbo gravatus testamentum regni scribit. iuniori filio suo similiter vocato antipatri regnum tribuens. odio quod circa archelaum et philippum filios suos conceperat ex antipatri accusatione. Cesari vero mille talenta dereliquit. Iulie autem uxori cesaris et filiis et amicis et libertis cesaris. l. talenta. Filiis et suis et filiorum filiis pecunias et reditus distribuit. Salomen quoque sororem suam magnifice locupletavit. eo quod eam erga se benivolam semper agnoverit. et numquam aliquid adversi molientem. Desperans autem contra morbum se posse subsistere. cum annum ageret circiter lxx. et ex asperitate inrevocabili furens. et amaritudine mentis incensus volebat si posset iudeorum regnum disperdere. eo quod se ab eis contempni putaret. et iocunde gentem iudeorum suum casum videret accipere. Super hec quoque popularium hominum seditio excitata fuerat propter huiusmodi causam. Erat quidam iudas sariphei. et mathias margalothi iudeorum eruditissimi. et super ceteros legis expositores doctissimi. et populo amabiles propter iuventutis eruditionem. Semper enim apud eos totos consumebant dies. cuncti quibus erat studium discendi et cura virtutis. Isti audientes herodem regem morbo pregravari. et remedium minime receptabile. omnem excitavere iuventutem. ut opera que ab herode contra patriam legem facta fuissent everterent. pro lege dei gloriam referrent exercere certamina. Dicebant enim pericula presumptione. et quod propter humanum morem fuisset. contigisse hanc ei egritudinem accidisse. Fecerat enim herodes quedam opera contra legem que iudas et mathias vociferabant. Construxerat enim super portam templi munus quod deo protulerat aquilam auream immanem qualitate et quantitate opulentam. Prohibet autem lex ymaginum vel animalium propositiones construere. his qui volunt eius precepta servare. Hortabantur igitur sophiste illi eandem aquilam divellere. et dicebant. Omnibus mortalibus iocundius esse debere periculum quod pro conservatione patrie legis et pro virtute animi suscipitur quam quod pro utilitate perficitur. Cum illo enim periculo nascituris hominibus memoriam iocundam relinquent. et exemplum virtutis et glorie. Nam et si quisquam sine periculo corporis aliquod preclarum opus valeat efficere. post paululum tamen ventura lege mortis non valebit effugere. Proinde pulchrum et laudabile est his qui studium et amorem virtutis habent cum laudibus et honoribus de hac vita discedere. Vindicatio quippe maxima est probonis operibus inferre. quam non in meditatione periculi est. quantum filiis atque cognatis vel nepotibus qui ab eodem stemmate generantur. sive sint viri sive mulieres. quibus provideri debet in posterum ita ad eos vite gloria perveniat. Sophiste quidem illi huiusmodi verbis iuvenes incitabant. Defertur autem ad eos repente rumor herodem regem vita decessisse. Illi autem repente media die ascendentes deposuerunt aquilam. et securibus conciderunt. Cumque plurimus tumultus esset in templo. ecce dux cum militibus advenit. Nunciatum quippe illi fuerat visus eorum. Existimans autem illos cum multa audacia et manu constitutos ac plurium ampliorem numerum multitudinem secum duxerat quam possent illorum impetum sustinere. Quo irruente super eos. nequaquam vim eius sustinere valuerunt. sed sicut solet vulgaris turba presumptione stulta magis quam cauta prudentia congregata. omnis continuo perfugere. Ex quibus xl. soli iuvenes animi confidentia remanserunt. quos dux comprehendit cum sophistis iuda et mathia. Inglorium enim iudicaverunt loco cedere. et adventum ducis effugere. Hos igitur omnes dux perduxit ad herodem. Quos cum interrogasset herodes cur in tantam audaciam prorupissent ut ornamenta templi evellerent. illi responderunt. Gessimus que gesta sunt. et consulto nos illa gessisse profitemur. quod pertinet ad virtutis culmen. quod et viros tales decere certum est. Siquidem proprium est virorum prudentium defensare dignitatem legis. et numinis. nec mirari debes si tuis institutis preponimus ea instituta que nobis moyses inspiratione dei conscripta reliquit. Mortem quoque ac supplicia si tu nobis inferre iocunde subimus. nam non pro iniusto facinore. sed pro amore pietatis nobis sustinenda sunt. Talia quidem verba illi loquebantur. et in nullo minora verba quam fuerat commissi presumptio proferebant. Rex autem herodes vinculis eos constringi precipiens. evocavit ex iericunte iudeorum principes. Quibus advenientibus. conventum omnium congregat. ipse vero in lecto recumbebat. eo quod pre invalitudine stare non poterat. Enumerabat quoque presumptiones seditiosorum iuvenum. a quibus fuerant deprehensi. et ornamenta templi memorabat que magnis sumptibus constructa forent. quibus per annos c.xxv. nullum assaroneorum regum valuisse construere. neque pro sapientia eorum. se autem ad honorem divinitatis illud templum digna admiratione ornasse. eo quod post eius mortem gratam et iocundam sui memoriam relinqueret. et illos iuvenes non dubitasse in his opus iniurias ingerere. Ceterum presumptionem factam ad suas pertinere iniurias. rei autem veritatem si examinare vellent. sacrilegium commissum esse firmabat. Et illi qui assidebant timentes eius crudelitatem. ne contra eos fortassis exasperationes aliquas eis inferret. humiliter respondere dicentes. neque ex eorum consensu illud contigisse. neque illa commissa inulta esse debere. 169
Herodes quidem circa ceteros quidem mansuetus extitit. mathiam autem pontificem sacerdotio removit. velut conscium et causam seditionis existentem. et promovit ad hanc pontificem fratrem uxoris sue. Mathie autem pontificatus tempore pervenerat alterum extitisse pontificem ad unius diei functionem. quam iudei cum ieiunio celebrant. Causa vero talis fuerat. Mathias sacerdotali fungens officio. nocte que in sollempne lucebat diem. in quo ieiunium erat ieiuniorum. visus est sibi in sompnis omnino mulieri se fuisse permixtum. et propterea sacerdotio fungi non poterat. sed ioseph ellimi filius cognatus eius secundum carnem pro eo illa die sacerdotio functus est. Hunc eundem mathiam herodes pontificatu removerat. alterum vero mathiam et iudam qui seditionem excitaverant. et aliquos ex eorum sociis vivos igni tradidit. Luna et eadem nocte defecit. 7

Herodem porro amarior morbus per dies urgebat. deo supplicia commissi sceleris exigente. Ignis quippe lenis ei inerat. non tantum conflagratione in superficie corporis agente. potius quam extrinsecus crescens operabatur incendium. Aviditas quoque cibi ei inexplebilis semper inerat. nec tam sacietas umquam rabidis iniecta faucibus valebat implere ingluviem. Intestina et interiora ulceribus tabida putrescebant. Doloribus quoque colli sevissimus cruciabatur. et humor liquidus ac luridus erga pedes eius tumidos oberrabat. Similis illis et circa pubem erat afflictio. et verenda eius putredine corrupta vermibus scatebant. Spiritus quoque incredibilis tentigo erigebatur que erat satis obscena diritate fetoris. et anhelitu creberrima respiratione contractus. et per cuncta membra discurrens vim noxiam operabatur. Hec quidem ita cumulabant firmitatem. Dicebatur et ab his quibus inerat divinandi peritia. divinitus has penas ei illatas. ob impietatem eius. et multa crudeliter gesta. Herodi quidem multa spes salutis instabat. si forte posset contra morbos aliqua remedia providere. Medicos quidem advocans. postulabat ut facerent aliquid quod posset ad salutem eius proficere. et transiens iordanem fluvium aquis calidis que sunt circa callirroam die noctuque fovebatur. Hec quidem aque calide super alia commoda que habebant etiam potabiles erant. Pergebatur autem aqua illa in palude que sulphurifera vocatur. Post hec visum est medicis. ut eum in dolio oleo pleno constituerent. ubi cum missus esset ita membris defecit ut ab omnibus moriens putaretur. Et grandis servorum ululatus exortus est. Cum quidem nulla iam de eo spes salutis existeret iussit militibus quinquagenas dragmas auri distribui. et plurima ducibus et amicis suis munera tribuebat. Deinde reversus in iericunte pervalentibus nigris doloribus animo est exasperatus. ut moriens aliquod facinus perpetraret. Venerant quippe ad eum ex precepto ex omnibus locis iudeorum optimates. nam ex omni gente fuerant evocati. Adhuc et fuerat mors contemptoribus precepti proposita. Magna quidem tunc herodis furia concitata est. Nam culpabiles et inculpabiles in ypodromio castello concludens. sororem suam salomen et virum eius alexam convocat et mortem suam non in longum differri denunciat. cunctis se doloribus circumventum cunctis satis optabilem esse. se nimis inde dolere quod sine luctu et deploratione subiectorum moriturus esset. quod regibus magnum merorem sepius immitteret. et maxime cum sua mors omnibus amabilis foret et grata. Nam et se vivente sepius illos contra se seditiones et secessiones fuisse molitos. et in eius iniurias semper fuisse festinos. et levigatione illis innata esse dicebat quod talibus doloribus ipse urgeretur. Proinde se precari ab illis dicebat. cum eos sciret nichil contra sua consilia facturos. ut tale aliquid agerent. ex quo ei exequie honorabiles super ceteros reges et amplior luctus ageretur. Quod futurum fore dicebat si agerent ut iudei exanimes in eius morte plorarent. luctumque ingererent. Cum quidem me ingemiscere animadverteritis exspirantem. circumvallantes ypodromium castellum cum omni milicia. necdum mea morte vulgata. omnes ibi inclusos iaculari faciatis. Ita cunctis interemptis duo commoda erunt proventura. unum quod illis regnum post suam mortem firmum perseverare hostibus amputatis. secundum vero quod super morte sua luctum celebrandum esse magnificum. Herodes quidem lacrimandus talia loquitur. et cognatos omnes benivolentiam circa se et fidem servare postulat. invocatione divina interponens ut ne eum in honorificentia et cum indignatione sua mors tractaret. Illi quidem profitebantur in nullo se eius precepta transgressuros. Ego quidem illius hominis mentem considerans invenio preferta mandata multa inhumana extitisse. Nam de hac vita discedens. parabat quoniam omnem gentem orbatam et desertam parentibus dilectissimis relinquere iubens unum ex unaquaque domo interimi. qui nichil iniustum neque in ipsum neque in alios commiserant. Hec quidem herode suis cognatis mandante. deportantur ei littere a legatis qui ad cesarem romam pro filio eius fuerant missi. Quarum litterarum hec erat sententia. quod acmes ancilla indignatione cesaris extincta foret. pro facinore quod cum antipatre perpetrare temptaverat. ipsum autem antipatrum in patris voluntate dimissum. ut quod ei placeret in ipso exerceret. et cum ipse pater eius et rex esset. sive illum in exilium detrudi. sive morte multari vellet. in eius proposito constitutum. His auditis herodes paulisper animum refovit voluntate scriptorum. et morte acmes in superbia sublevatur ut ex potestate puniendi quem antipatrum filium. pervalescentibus crescentibusque doloribus interitui propinquabat. et quoniam multo defectu contabesceret appetebat iam cibum. et postulans malum quod sine cultro. Erat enim illi talis mos ut ipse per se ipsum malum acurans. et per partes modicas incidens comederet. Sumens quidem cultrum circumspiciensque ne quis adesset. voluit semetipsum interimere. Quod et perfecisset nisi preveniens manum eius acabus nepos eius retinuisset. Statim quidem ululatus per totam aulam exortus est et tumultus. 7

Antipater autem filius eius vinculis astrictus. cum hunc tumultum audisset. credidit patrem suum vite terminum suscepisse. percipiensque fiduciam tamquam a morbis ita toto animo gaudebat. tamquam si fuisset liberatus a vinculis. et regnum in suis manibus sine illo percepisset. Cepit et cum custode ergastuli de sua dimissione fabulari. spondens ei se continuo magna dona tributurum. Custos vero non solum non adquievit ut faceret quod volebat antipater. verum et cuncta eius verba patri herodi denunciat. et munera que sibi promiserat. Et herodes qui iam et antea non minore odio ferveret in filium. cum audisset custodem ergastuli illa narrantem. statim magna voce infremuit. Tunc quassans caput quod in extremo vite contraxerat. et cubito sese attollens. et statim destinans quendam armigerorum suorum sine ulla dilatione iubet celeriter necari antipatrum filium suum. sepulturamque eius in hyrcania sine ullo honore fieri. 7

Testamentum vero iterum aliud scribebat mirabili mente. et unum de filiis suis similiter antipatrum vocatum. et quem sibi prius successorem regni designaverat. tetrarcham fecit galilee regionis atque pereo. archelao vero regnum contribuit. Gaulanitidem autem et traconitidem et bathaniam et paniadam regiones philippo et herodi filiis suis fratribus archelai tetrarchie iure divisit. iamniam vero et azotum et fasehdam civitatem salome sorori sue tradidit. et signati argenti miriadas quinquaginta. Disposuit et de ceteris suis consanguineis atque cognatis opibus eos redditibusque locupletans. Cesari sane argenti signati mille miriadas preter quedam vasa aurea quedam argentea et vestes preciosas et vara fieri opere nimistissima. Reliquit et preciosa vestimenta. Iulie vero cesaris coniugi et aliis vero nullis quinquaginta miriadas. His dispositis quinto die postquam antipatrum filium necaverat mortem obiit. regnans postquam antigonum interemit annos xxx.iiii. postquam autem a romanis regnum percepit. vii. et xxx. Hic quidem herodes fuit quidem in omnes equaliter crudelis. ire subditus. a iustitia vero effrenatus. Fortuna vero propicia super quemlibet est fluvium abusus. et ex plebeio in regnum assurgens. et pericula plurima superans. quibus sepius fuerat circumseptus. diuturnitate vite perfunctus est. Domi quoque circa filios quantum ad eius sententiam est ibi prosperitate potitus eo quod se suos inimicos superasse censebat. in eo vero iudicio super omnes infelicissimus. Salome autem soror eius et vir eius alexas antequam mors regis divulgaretur. ex ypodromio castello iudeos abire permiserunt. ad proprias domos dicentes herodem iussisse ut unusquisque in suas regiones abscederent. Hoc autem fecerunt beneficium illi genti prestare cupientes. Nam herodes eos iusserat omnes in sua morte necari. Iam vero mors regis divulgabatur. Et salome et alexas cuncta militia congregantes in amphitheatro quod iericunte erat. primum quidem epistolam regis legi fecerunt quam ad milites scripserat. devinctus gratias eis pro fide ac benivolentia quam ei iuncta exhibuerunt. orationes quoque eius ut similes se circa archelaum filium eius exhiberent. quem regem constituere intimabant. Ptholomeus et cui fuerat testamentum creditum. et anulus cum eo testamenti denunciat. et hi testamenta non possent obfirmari eaque suscepta nuncia quod in eo continetur deferrent ad cesarem. Fit continuo fragor in gentis honorantium archelaum. regemque proclamante. et milites et duces cuncti favore et benivolentiam ei promittebant. paratosque se ac promptos ad omnia profitentes. et adiutorium dei supplicationibus advocabant. 7

Dehinc sepulturam regi preparabant. Cura enim namque fuit archelao ut exequie patris quam magnifica possent celebratione peragerentur. que memoriam apud posteros traderet. Portabatur itaque in lecto aureo lapidibus depicto. variis atque preciosis. stramina vero ostro erant atque contexta. Erat quoque ipse intrinsecus circumamictus purpureis vestibus.

et caput eius diademate coronatum. sceptrum quoque in manu eius dex-
tera ... erat appositum. Circa lectum autem erat frequentia
filiorum et multitudo cognationis. circa quos omnis milicia stipata perge-
bat per proprias distributa nationes et discreta nominibus. Erant autem
... ordine distributa. Primum quidem pergebant eius armigeri et post
eos thracum manus. post istos et natio germanorum atque galatharum.
et hos etiam sequebantur cum ornatu maximo cuncta belligeratoria
multitudo. cetera vero milicia sequebatur in eum modum ordinata quo solebant
in bello procedere. et a suis ducibus ordinari. Post hos et sequebantur
servorum eius quingenti. odores nardos et aromata portantes. Pergebant
autem in herodium castellum. distantes stadiis octo. illic enim est eius se-
pultura. ex eius iussione effecta. Herodes quidem magnus sic vita defungitur.

Archelaus autem per septem dies luctum super patre honore regio ex more
complevit. tantos etenim dies lex patria precepit observari. Con-
vivia itaque celebrans. et luctum exsolvens ascendit in templum. et ibi
a populo magnus predicatur laudibus. et multis attollebatur favoribus. dum
unusquisque certaret pro alio maiora illi conferre preconia. Deinde archelaus
tribunal conscendens quod sibi fuerat preparatum. et in sedens aureo benigna
loquebatur. et suos propicios comparabat. gaudio favoris omnium et vo-
luntate quam ex benivolentia circa se cunctorum ceperat. gratiasque se illis
habere narrabat. quod a patre suo lesi nichil circa se mali cogitarent. et se
semper adnisurum ut eis bonorum magnitudine eorumque affectum alacritatis
remuneraret. Rogabat et populum ut nec interim sustinerent nomine
regis illum honorare. et sufficere sibi dicebat dignitatem potestatis quam
tunc demum firmam esse firmabat. cum testamentum a patre scriptum a cesare fir-
maretur. Ob hanc quidem causam neque in iericunte cuncta milicia diadema illi
imponere cupiente. nolebat ambiguum suscipere honorem. estimans ex
aliter se aliquid mali generari. cum adhuc incerta esset cesaris voluntas quod possit
illi regnum firmum concedere. non sibi defutura circa illos benignitate que
benivolentie eorum vicissitudinem portaret. et festinare se omnibus di-
cebat meliorem se suo patre circa illos ostendere. Illi vero ut plebeia
multitudo consuevit in ipsis primis diebus videntes regis lene principium
voluntates suas laudibus et favoribus aperiebant. et quanto mansuetius
cum eis archelaus loquebatur. tanto amplius illi nomen archelai predicabant.
Deinde ad munerum petitiones intercessionesque feruntur. et alii levigatio-
nem publicarum functionum cum clamore postulabant. alia pars vinctorum
qui fuerant ab herode devincti solutionem expetebant. alii vero gravedi-
nes quas herodes in emptionibus et in publicis nundinis constituerat au-
ferri vociferabant. Archelaus quidem in nullo eis contraria respondebat.
sed omnibus accurate regium fore suffragium si multitudinis benivo-
lentiam comparasset. Dehinc ad sacrificia deo offerenda convertitur.
et cum amicis convivia celebranda.

Cum hec interim aguntur. congregantur iudeorum iuvenes plurimi. novarum rerum
cupiditate concitati. et ceperunt de morte aliorum qui eo ab herode in-
terempti fuerant tumultuosa voce causari dicentes. quod iniuste perempti et exe-
quiarum honore timore herodis caruissent. Erant autem isti qui fuerant
sicut supra retulimus pro evulsione auree aquile ab herode perempti. Nimisque
turba illa proclamante et clamationibus utente quasi data et iniurias pro
eorum peractique iactante. congregabatur magis magisque numerosa multitu-
do. et ultionem ab archelao fieri debere poscebant multi qui sub herode
fungebantur honoribus. Et primum quidem omnes proclamabant sacerdotio re-
moveri pontificem quem herodes ordinaverat. et virum mundum et secundum
leges suas dignum ad pontificatum promovendum esse dicebant. Archela-
us autem licet ista graviter ferret. annuebat tamen impetum eorum mitigare
festinans. donec iter quod propositum habebat ad romam sine tumultu per-
ageret. et cum de sese voluntatem cesaris agnovisset. tunc demum respi-
ceret quid agendum foret. et de cunctis petitionibus eorum legitime dis-
positurum. et dicebat non esse tempus dissensionis aut contume-
lias ingerendi. magis autem unitatis atque concordie. donec ex parte
cesaris ad eos cum firmitate regni rediret. et tunc in commune consulere
de quibuscumque tractandum esse videretur. cum autem sustinendum esset ne forte
seditionis quoque crimen incurrerent. Archelaus quidem hec dicens
ducemque suum docens misit ad eos hec verba locuturus. Illi vero pro-
clamantes ducem archelai loqui penitus non sinebant. periculi quoque mi-
nabantur si quis eos ab intentione sua revocare voluisset. et insta-
bant suam libidinem magis explere quam imperantis subiacere consiliis.
Grave namque illis videbatur si cum herode vivente amicis iuxta suis
fuerunt. eodemque mortuo nulla vindicta fieret mortuorum. Illud enim
iustum legitimumque dicebant. ut si quis ratio dictaret. siquis eorum libidine vo-
luptatem posset auferre. non providentes quantum illis esset ex ea re peri-
culum nasciturum. Plurimis itaque ab archelao missis ut tumultum
seditionemque mitigarent. aliis ex regis persona loquentibus. aliis autem velut
ex sua mente monentibus. sed illi nulli penitus annuebant. et amplior fremitus
et turba movebatur. Concurrit etiam plurima multitudo illa tempestate.
iudeis dies festi imminebat. quando azima secundum observationem patrimo-
nii exercent. Pascha enim illa festivitas vocitatur. ad recordationem et
memoriam exitus ex egypto. et sacrificatur ab eis illo die cum alacritate
magna pecudum et numerosa multitudo convenit. quanta in nulla sol-
lempnitate. Concurrit quidem ex universa regione magna copia populorum.
plures et ex montanis locis adveniunt religionem numinum soluturi.
Iuvenes autem illi qui seditionem excitaverant iude mathieque lamentantes ma-
gistros doctores expositoresque legis antique persistebant in templo. et suf-
fragatione ... habundabant. non seditiosis hominibus erubescen-
debat ab aliis cibos expetere. Archelaus autem metuens ne interim
eorum procederet audacia. cohortem destinat armatam cum quibus tribu-
num militare misit. ut eorum coherceret impetum. et velut seditiosos
repellerent. et ab alia multitudine separarent. Venientibus quidem mili-
tibus illi seditiosi cum ingenti alacritate excitata secum turba super tribunum
et milites cum magna voce invicem hortantes impetum faciunt. Ex
quibus plurimi fusi. pauci cum tribuno sauciati diffugiunt. Arche-
laus autem cuncta perturbare censebat. nisi multitudinis impetum
frangeret. tumultumque illum resecatum extingueret. Cunctam quidem
mittit miliciam. ut seditiosos illos a templo repelleret. Ceduntur
namque ab equitibus seditiosorum circiter tria milia hominum. reliqua vero
multitudo ad montes proximos refugit. Post hec archelaus ex
edicto cunctum populum ad suas regiones discedere iubet. Quique cum
ratio discessere festivitate deserentes minime celebrata. propulsati
timore maioris periculi. licet esset illa gens preceps in moris temeritate.

Archelaus interea romam iter faciens ad mare proximum cum matre
descendit. ducens secum nicolaum oratorem. et amicorum plurimum comi-
tatum. philippo fratri omnia gubernacula relinquens. cui et domum re-
gnumque commendavit. Salome quoque soror herodis cum eo simul
egressa est omnem progeniem secum ducens. ad hec et plurimi cognatorum
verbo quidem veluti cum archelao collaboraturi. ut ei regnum a
cesare firmaretur. re autem vera. ut adversus eum mererent. maxime ob
illa que ab eo in templo gesta fuerant. volebant autem cesarem actu-
sando proponere. Obviam autem fit archelao sabinus cesaris procura-
tor rerum que in syria possidebat. properans in iudeam ex precepto cesaris pro
conservatione thesaurorum herodis iam defuncti. Quem varrus quintilius
qui tunc in syria degebat ab hac intentione revocavit. Sabinus quidem varri
gratia neque arces optinuit que erant in iudeorum civitatibus constitute. neque
thesauros consignavit. sed omnia sub iure archelai dimisit. donec quid
de his cesari videretur agnosceret. Sed cum romam navigasset archelaus
et varrus processisset antiochiam. sabinus procurator cesaris intra ...
densus venit in hierosolimam. et aulas regias obtinet. et vocans quosque omnes prefec-
tos oppidorum et dispensatores rerum rationarum cepit et expetere ut arces
sibi traderent. Custodes autem illi quos archelaus reliquerat mandata eius imple-
re nolebant. sed custodiebant omnia secundum monita archelai donec a cesare
rediret. In illis diebus navigat et romam antipas filius herodis quem ipse
tetrarcham fecerat galilee regionis. et ipse regnum petiturus hortatu
salome sororis herodis. et promissionibus invitatus dicentis iustiorem cau-
sam illum habere archelao ad regnum percipiendum. et maxime cum illum herodes
pater sana mente constituisset regem. archelaum autem iam sensu permutatione
diminuto regem scripsisse. Ducebat autem secum idem antipas matrem et
fratrem nicolai oratoris nomine ptholomeum. amicum quondam herodis satis hono-
rabilem et sibi valde gratissimum atque faventem. Maxime eum invitabat ad
regnum petendum hyreneus rethor vir opinione clarus. et audiendum acer-
rimus. et non attendebant quod archelaus maior natu foret. et quod patrio te-
stamento successor regni fuerit constitutus. Cum quidem romam venisset antipas
cum suis faventibus omnes cognati ab archelao discedentes ad illum conveniunt. non
benivolentia aliqua circa eum constricti sed odio quod adversus archelaum ferebant.
Libertatem quoque adipisci desiderabant et romanorum iudices magis quam regem sibi
habere cupiebant. Quod si hoc non possent adipisci. antipatrum magis quam archelaum
sibi regem fore meliorem estimantes impetrare laborabant. Sabinus quoque ac-
cusationem archelai apud cesarem deposuit. Tunc hec cesar accipiens litteras
in quibus regnum a patre sibi relictum proposuit. et cognoscens testamentum et ratio-
cinia thesaurorum herodis cum consignatorio quod ptholomeus apportaverat
cepit considerare quid ordinandum ratio postularet. Legens quoque cesar litteras
varri quintilii. et epistolas sabini. summamque thesaurorum et quid proventus per
singulos annos in iudea congregaretur. litteras etiam quas antipas pro regno pe-
tendo cesari miserat recensens. congregavit ad consultandum omnem senatorium
ordinem et amicos. in quibus et gaium filium agrippe. et iulie filie sue adop-
tivum. Deinde illis omnibus in consessum adductis. dedit cesar copiam ut quisque
de quibus moneretur ediceret. Ibi primum antipater dicendi potentissimus et
archelao fratri satis infestus. testimonio inducebat audaciam quod presumpse-
rat in die festo multos occidere. Quod et si iniustum aliquid invicem egis-
set. alius hoc deberet ulcisci. et qui eius legitima et ordinata potestate
posset compescere. et non ab illo cuncta cede fieri oportere. Qui sive
rex illud fecisset. contumeliam grandem eum cesari ingessisse firmabat.
eo quod ignoraverit quid de eo adhuc cesar disposuisset. ... potestate
presumpsisset. Si autem ut privatus ille gessisset. amplius eum deliquis-
se narrabat. quod regnum non possidens supplicia quibus libet irrogare presump-
serit. de quibus decretum cesaris debuit expectari. Opponebat illi et-
iam militarium mutationes et ordinationes. ad hec et illum sedisse
in solio regali. et causas plurimas iudicasse ac determinasse proclamabat tam-
quam a cesare ius regni integro possedisset. Petitionum quoque plurimorum pro-
missa publice facta memorabat. et quod plus necesse haberet ut a cesare fir-
maretur cum se ipsum regem fecisset. Opponebat illi et quod ex yppodromo
castello vinctos sponte dimiserit. et plurima alia adiciebat sive que
facta fuerant. seu que quidem non facta fuerant. sed credibilia videbantur pro-
pter naturam quod geri possent ab illo. Adiciebat et ob accensa cupidine reg-
nandi eum luctum patris neglexisse. et per libros omnes a rege cum moreretur ne
cum viderent. et inicium seditionis inde exortum quod eum videbant circa patrem
suum mortuum tam nequiter conversari. et per diem in se lacrimas publice con-
gerere. et noctes in deliciis agere. et voluptate properare regni perfrui. et hoc
certum fore. si regnum a cesare plenius acciperet. quod talem se circa cesarem exhi-
beret. qualem se erga patrem exhibuisset. Tripudiavit namque et cantus
exercuit in morte patris tamquam si aliquis hostis interisset. et quod nec ...
cesare calliditate usus fecit. ut simularet se regnum firmum accipere velle.
cum iam omnem potestatem regiam exercuit. Maxime vero ea que in templo
facta fuerant verbis exaggerabat. et impie obiciebat quod in die festo
sacrificiis divinis instantibus multa milia hominum cesa fuissent. Templum
multi peregrini. plurimi insontes in ... miserabiliter occubuerunt.
et templum sanctum plenum cadaveribus mortuorum violavit. Unde apparet
eum illud opus crudelitatis libidine peregisse. ut integre se tyrannum
fictum teste propinquitate quam cunctis hominibus fieret odibilis.
Festinabat ut regnum arriperet. sciens quod numquam per se minime posset regia
potestate potiri. Nam et pater herodes certos esse suos mores agnoverat.
et ideo se regni successorem ab eo fieri procul dubio desperaverat. ...
... ac morbos quibus non solum toto corpore defecerat. sed et animo
parum validus erat. et ideo pater herodes cum mens ei sana fuit et corpore
validus fuit. digne ac merito cuncta negocia regni in eius ... et potes-
tate regnandi in eius testamento confirmavit iure legitimeque confecto.
Nam qualiter iste posset rex existere. qui aut contempto cesare ius sibi regni
arripuit. aut si a cesare regnum sperabat accipere. cur cives suos sine illius
precepto adhuc privatus. et in templo die festo instante crudeliter interemit.
Antipater quidem huius verba conferre coram cesare locutus. et testes induxit
et plurimos ex cognatis per quos sua verba firmabat. Cumque antipater
finem loquendi fecisset. surrexit nicolaus orator pro archelao ut excusaret.
Dicebat itaque illa que in templo contigerant potius eorum quo passi sunt quam ex ar-
chelai potestate contigisse. Siquidem eos tamen factum aggressos fuisse ut
non solum iniurias contumeliasque iactarent. sed et eos qui disponebant devote
humiliterque vivere ulcisci disponerent. Et cum multa hostilia opera-
rentur. verbo quidem adversus archelai regis auctoritatem contra cesarem necessa-
rium iudicavit archelaus ut eos ab insolentia et improbitate revocaret.
Sed illi eos quos archelaus ad sedandas turbas miserat ... festi-
nabant sine ulla vel loci vel festivitatis reverentia. Mirari se sane
dicebat antipatrum non confundere quod talium defensor existeret. ex in-
vidia quam contra fratrem archelaum gerebat. et odio magis quam iustitia
nature eum culparet. illos purgare volens qui contra principes suos arma
corripuerunt. Cetera vero de quibus archelaum accusaverant. vel eos ipsos
accusatores referebat dicens. nichil sine ipsorum consultatione vel consensu factum
gestumve fuisse. sed animo ledendi archelaum eos conspirasse. et ad invi-
diam ei cuncta depravasse. viro quidem consanguinitate propinquo sibi. et conversa-
tione familiari eis per omne tempus devincto. Testamentum et patre
sana mente conscripsisse narrabat. firmumque illud fuisse quod posteri fuisset
scriptum eo quod in hoc cuncte ordinationis cesarem dominum constituisset. quin etiam
me illorum invidia irritatum dicebat. qui invidia herodi fuerant
cum eo adhuc vivente omnibus bonis et omni potestate esse perfuncti.
et ut ad contumelias voluntatis eius omnino festinarent sibi neque
cesarem consensuri ... iniurias tantum viri. quod et amicus ei fuit et ...
... et omnia in eius potestate dimisit. et ideo patris non deberet ut testamenti
actor ...

resolveret, quod de sua fide sive spe scripserit, sed virtute et fide Caesaris, qui omni mundo ad exemplar propositum et indubitatum cunctis gentibus esse referebat. Et ideo neque posse Herodi alienatum et furiatum asserebat, qui primum ante tempus optime regnum rexit, et successionem optimo filio reliquit secundum voluntatem et potestatem Caesaris. Postquam hi vota peroraverunt et finem loquendi fecerunt, Caesar Archelaum sibi ad genua procidentem cum honore clementia sublevavit, pronuntians eum dignum regni perceptione, et promisit se non aliter esse facturum nisi quecumque pater commiserit. Interea Archelao cuncta favere, cum tamen nihil certum esset definitum. Igitur finito concilio Caesar apud se tractabat utrumne Archelao regnum confirmare deberet, an omni generi Herodis dispartire. Interea mater Archelai morbo pregravata defungitur. Veniunt et littere Vari qui in Syria magister militie erat ad Caesarem significantes dissensiones Iudeorum. Postquam enim Archelaus navigaverat ad Caesarem, cuncta gens variis motibus tumultuationibusque fuerat turbata. Sed Varus adveniens eos qui causa seditionis extiterant suppliciis et tormentis adegit, rebusque compositis in Antiochiam repedabat, unum ordinem militum in Hierosolimis relinquens, qui Iudeis si forte aliquas seditiones molirentur obviam irent. Sed nec sic seditio sedatur. Nam postquam Varus abscessit Antiochiam, Sabinus procurator Caesaris illic permanens Iudeos cepit opprimere, et ex militia sibi multos armigeros faciens, quorum satellicio adversus Iudeos affligendos utebatur. Et inde illi perturbati ad seditiones excitandas necessitate cogebantur. Nam Sabinus arces violenter obtinuerat, et thesauros regios scrutatos sumpserat, lucrorum et rapinarum cupidine concitatus.

Imminente igitur Pentecoste, que festivitas apud nos patrialiter non tantum religionis gratia quantum indignatione succensi propter improbitatem et impressionem Sabini, multa milia congregata sunt hominum Galileorum et Iericuntinorum, immensa multitudo. Et qui trans Iordanem fluvium habitabant, sed et incolarum magna manus adiuncta, qui plus aliis incensi in ultione Sabini conspiraverant. In tres itaque partes Iudei divisi diversa loca occupant. Una quidem pars ypodromium tenuerat, ceterarum vero duarum pars altera ab aquilone ad austrum versa circa templum erat, altera vero pars ad orientem loca posita detinebat. Tercia vero pars ypodromium castellum sic dixi ad occidentem occupaverat, quo loco et aula regalis extabat. Erat autem Iudeis tota festinatio ut Romanos inclusos obsessosque constringerent. Sabinus autem timens tam multitudinem eorum quam mobilitatem ingenii, quippe quibus mors contemptui erat quam cepta perficerent, confestim scribit ad Varum postulans ut eis quam ocissime subveniret, mandans in magno periculo esse cunctam a se ibi derelictam militiam. Sabinus autem altissimam turrim arcis ascendens cognomento Faselum, in honore fratris Herodis Faseli edificatam atque ita nominatam, qui in prelio Parthorum defecerat, annuebat Romanis ut in Iudeos exeuntes aggrederentur. Ipse autem cum non auderet ullo pacto ad amicos descendere, alios ante se propter suarum facinore rapinarum hortabatur morte appetere. Romanis itaque cum fiducia egressis pugna utrimque aspera satis exorta est, et licet Romani ope bellica et experientia superiores existerent et plures ex Iudeis occumberent, obstinatio tamen Iudeorum nequaquam tam dira belli specie frangebatur. Sed circueuntes per templum ascenderunt in porticus que satis ardua eminebant, et ibi multum plurimum prolongati et saxa manibus volvebant, que de fundis et arcus tormentis emittebant. Ad hec et cum arcubus intermixti Romanis plurimos eorum sauciabant. Nam opportunitate loci Iudei superiores extabant. Romani vero incerta positione erant ancipites, vitare non poterant, nec Iudeos ullis sagittis vulnerare quibant. Porro cum in hunc modum non brevi tempore pugnaretur, postremo Romani ista perpeti non ferentes ignem porticibus Iudeorum submittunt, eis non sentientibus qui supra eos porticus erant. Ignis igitur a plurimis Romanis appositus continuo in flammas exestuat tectaque corripuit, quorum materies quia erat pice et cera peruncta et in superficie deaurata igne confestim suscepit, quo incendio opera illa magna et admiratione digna disperierunt. Illos etiam qui super porticus propugnantes astabant repentinus ignis corripuit et inspirate interiit, et alii simul cum tectis corruentibus peribant, et alia pars hostium perierunt confixi vulneribus. Plerique defectu consilii et stupore subitanee cladis aut igni sese tradiderunt, aut suis ipsi gladiis [illegible], ne manibus quos se videbant certius per eos effugerent. Quicumque autem ascendebant retrorsum et liberabantur a ruina et incendio, a Romanis continuo sine ulla misericordia necabantur, quia nudi armis et animi timore soluti veniebant in manus Romanorum. Prorsus in excitatu qui tecta conscenderant nullus valuit penitus evadere. Romani autem per illud incendium in fiduciam sublevati interius progrediuntur, et erarium ubi opes servabantur arripiunt, et plurima ibi a Romanis furata sunt. Sabinus autem in XL talenta publice rationi congessit. Iudeos autem plurimum contristabat tam interitus sociorum quam erarii anathematumque direptio. Quicumque tamen excelsi erant pertinacitate nimis obstinati, et ad pugnam peraciores extabant, aulam regiam undique vallantes minabantur Romanis incendium, et cunctos interitum dare nisi celeriter abscessissent. Nam se illis daturos copiam exeundi si id vellent, Sabino quoque eandem copiam tribuebant. Dum ista geruntur, non nulli ex Romanis militibus ad Iudeos transeunt. Rufus autem et Gratus tria milia pugnatorum ex militia Herodis sub se habebant, viros corpore exercitatos et strenuos. Cum his igitur omnibus se Romane militie adiciunt. Iudei tamen obsidionem minime negligebant, sed menia cuncta circuibant, et se invicem hortabantur ut opportunitate salvandi et in libertate patriam respirarent. Sabino igitur et Romanis optabile fuit ut egredientes abscederent, sed confidere Iudeis non audebant, sua male acta considerantes, et quod Iudei erga se infideli mente versarentur, et simul et Vari prestolabantur adventum ut obsidionem illam solveret. Varus autem mox ubi que gerebantur Sabino scribente cognovit, timens ne aliquid adversi eveniret illi legioni quam in Hierosolimis reliquerat, assumens duas reliquas legiones, assumens et equitum alas IIII, et auxilia que reges tetrarcheque miserant, maturabat presidium illis qui in Iudea obsidione premebantur afferre. Et dicebat interrogantibus de via quod Ptolomaida pergere vellet. Dant illi et Berithii anxiis [?] curam subsidium mille quingentorum virorum. Mandat quoque illi Aretas Petreus, qui odium circa Iudeos, amicitiam autem cum Romanis induxerat, non parvam manum peditum equitumque. Congregato igitur in Ptolomaida omni exercitu, ex eo parte una filio tradens destinat eum in Galileam ad expugnandos eos qui super Ptolomaida habitant. Ipse autem Iudeam ingrediens magna cum vi pugnare cepit. Et primo Sefforum civitatem capiens, habitatores omnes captivos duxit, et civitatem ignibus tradidit. Post hec Varus Samariam cum omni manu ingreditur, sed a civitate abstinuit, eo quod a crimine seditionis esset immunis. Quodam autem vico Ptolomei nomine Arus castra collocat, quem vicum prius Arabes odio Herodis hostili more combusserant. xx Inde iter agens Varus alium vicum Saffo nomine magnum atque opulentum incendio cum suis combussit. Et quocumque ibat exercitus, igne et cede cuncta replebant. Succenditur et Emmaus castellum Varo iubente. Hinc itaque in Hierosolimam tendit. Porro illi Iudei qui ad obsidionem Romanorum fuerant congregati, faciem exercitus non ferentes, passim cuncta diffugiunt, imperfecta seditionis opera relinquentes. Illi vero qui in Hierosolimis fuere Iudei, Varo eos graviter incusante, excusationibus diversis semet ipsos purgare nitebantur, dicentes quod multitudo propter festivitatem fuerit congregata. Bellum autem neque ex eorum sententia exagitasset, sed temeritate advenarum fuisse commotum, se ipsos autem potius obsessos cum Romanis quam obsidendi gessisse propositum. Venerunt autem in occursum Varo Iosephus Herodis regis nepos et Gratus et Rufus, omnem exercitum quem sub se habebant secum pariter ducentes. Occurrerunt ei et Romani qui obsidione pressi fuerant. Sabinus autem cum sibi seditionis conscius esset, non audens in faciem Vari venire, ex alia parte Hierosolimis egrediens per mare aufugit. Interea Varus per omnem regionem partem militie misit ad querendum eos qui causa seditionis extiterant. Reprehensos autem alios qui causa mali extiterunt suppliciis cruciabat, quosdam vero dimisit in quibus levior culpa inveniebatur. Fuere et qui propter hanc causam in crucibus suspensi sunt ferme duo milia hominum. Taliter Varus rebus compositis maximam partem militie ad sedes proprias dimisit, gravem eam in illis locis existimans, eo quod in plurimis rebus excesserant lucrorum ac rapinarum cupidine. Audiens vero decem milia Iudeorum in uno loco fuisse congregatos, festinanter venit ut eos comprehenderet. Illi autem antequam comprehenderentur semet ipsos tradiderunt. Varus igitur multitudini veniam tribuit, duces autem qui causa seditionis extabant misit ad Caesarem. Caesar autem plerosque dimisit, illos autem qui Herodis cognati fuere suppliciis adegit, eo quod nullo respectu iusticie gerentes contra sanguineos arma sumpsissent.

Erat tempestate et alia plurima et turbis tumultibusque plena pervenere, que totam Iudee regionem graviter desolabant. In quibus etiam et locis quedam pars Iudeorum lucri cupidine concitati ad excitanda bella congregabantur ad duo fere milia hominum, et invicem collecti a ceteris se discernentes adversus regios milites pugna sepius congrediebantur. Utebantur autem duce nomine Alcibiade nepote Herodis qui eis prefecerat, qui tam in campis ad pugnam strenue ferebatur, quam in locis asperis arte bellandi prevalebat propter experientiam quam ex usu belli perceperat.

Fuit et eodem tempore quidam nomine Iudas filius Ezechie prepositi latronum, qui quondam multum prevaluerat, et temporibus Herodis cum magno labore comprehensus est. Huius filius Iudas circa Sefforum Galilee congregans multitudinem virorum perditorum atque desperatorum, cum eis aulam regiam expugnaturus invadit. Ex qua copiam armorum quecumque locus ille habebat abripuit, et ex eis suos milites armat. Sumpsit et cunctas opes que ibidem pro custodia fuerant reposite. Post hec terribilis universis effectus est, nam huc atque illuc agebat et ducebat exercitum, libidine rei maioris accensus et emulatione regnandi ulla virtute et prudentia, et ad unum tantum inferendum et ledendum prius et pessimus erat, sperans ex hiis se dignitatem et gloriam venturam.

Extitit quoque eodem tempore quidam nomine Symon, servus Herodis regis quondam, vir decorus, magnitudine ac fortitudine corporis prestans, cui commissa fuerant magna negocia. Unde et rerum intemperantia sublevatus diadema suo capiti presumpsit imponere, et aliquanta multitudine congregata rex pronunciatur, insania simul furiaque perplexus. Sed et ipse dignum existimans super omnes qui ante regnum gessissent, aulam regiam in Iericunte succendit, et omnia que ibi habebantur abripuit. Multa quoque in diversis locis per universam provinciam, ubi regia consistebant tabernacula, comburebat, cunctaque exterminio dabat ignibus concremando. Ampliora quoque gessisset et amplius regionem delevisset, nisi celeriter mutatio contigisset. Nam exercitus militum qui se Romanis addiderant, et tota virtute congrediens occurrit. Cum quibus a militibus Symonis longo die certatur, et plures qui cum Symone fuerant congregati, neque ordinis neque dispositionis bellice gnari, siquidem magis temeritate quam disciplina pugnabant, et ideo a regiis occubuere militibus, et ipsum Symonem fugavere per montis fauces se salvare cupientem. Cui Gratus occurrens caput ei abscidit. Incensus est illis diebus super Iordanem locus nomine Emachoes a quibusdam hominibus Symoni consimilibus. Tanta igitur dementia in illa gente vagabatur, eo quod proprium regem non habebat, qui populum virtute ac moderatione disponeret. Nam alienigene in Iudeam irrumpunt, per quos seditiosi vires occasionem accipientes ad bella conterenda succensi sunt, intentione sola vastandi et plurima rapiendi.

Illo et tempore Anthronges vir neque generis dignitate conspicuus neque decorus, sed opum tamen confisus habundantia. Nam prius hic pastor fuerat, et in cunctis rebus obscurus, et magnitudine corporis et robore prevalens, ausus est et ipse in regni conspirare potentia. Erant autem illi IIII fratres, et illi corpore magni et de fortitudine gloriantes, et ideo credebant sese modis omnibus regnum obtinere. Nam unusquisque eorum certam partem ducebat, et congregabatur ad eos plurima multitudo, et illi quinque fratres ducum fungebantur officio, et sicubi opus erat discurrebant bellicos exercendo conflictus. Primus autem diadema capiti suo imponens, concilium ad consultandum convocabat, ut quid facto opus esset decerneret. Videns autem Anthronges cuncta in sua potestate, et fratres suos cepit insania ferri, maxime quod rex a populo vocabatur, et quod sibi ad regendum convellere nichil esse impedimento cernebat. 170. Denique tam ipse quam fratres eius magna conspiratione frementes odio Romanorum et regiorum militum bellum gerere festinabant. Nam equaliter adversus utrosque infestationem ferebant; adversus regios milites propter iniurias quas eos sub Herode perpetrasse reputabant, adversus Romanos autem quod eorum potestas in presentia existeret. Asperitas igitur huius mali tempore procurrente crescebat, nullusque poterat interitum evitare. Nam alios quidem spe lucri exanimabant, alios autem occidendi lege premebant. Incurrunt et aliquando Romanorum centuriam circa Emmaum, et circumdantes armis centurionem qui ducebat exercitum XL ex eis vulneraverunt viros manu exercitatos, ceteri vero fugientes a Grato qui multitudinem regiis militibus ducebat defensati sunt. Adversarii vero multa parte dierum milites Romane legionis insequentes sauciabant, et ipsi tamen postea superati ab alia legione Romanorum et comprehenduntur. Nam unus de illis fratribus cum Grato confligens vincitur, alter cum Ptholomeo; maiorem autem fratrem Archelai milites comprehendunt. Novissimus autem eorum super his que contigerant merore confectus hesitare cepit qualiter se salvaret. Nam cernens se solum remansisse et omni manu militum spoliatum, commisit se ac tradidit fidei patruelis Archelai. Igitur sic Iudea in brevi latrociniorum facta fuerat habitatio. Si quis enim manum aliquam congregare poterat quam secum ad seditionem conspirare presumeret, statim rex efficiebatur, exsurgens ad communem regionis interitum. Contra quos Varus undique discurrens cum Romanorum legionibus omnia ad integrum restituebat, et disponens cuncta in Iudea propter presidia una legione dimissa in Hierosolimis, et ipse in Antiochiam remeavit.

Archelao autem infesta omnia Rome degenti alia malorum principia pullulabant, quorum hec causa extat. Venerat Romam ad Caesarem legatio Iudeorum, super octo milia virorum potentium, ut suis legibus vivere possent. Legati autem qui ex decreto totius gentis missi fuerant L viri fuere. Caesare autem concilium faciente cum amicis et Romanorum primatibus in Apollinis templo quod ab eo fuerat magnis impensis constructum, legati Iudeorum causa acturi convenerunt. Archelaus quoque et ipse cum amicis aderat. Consanguinei autem eius ab eo prodium separantes cum Iudeis adversus eum se sociaverunt, non tamen hii publice audebant facere.

[illegible]

INCIPIT LIBER XVIII

CYRINUS AU[illegible]

[illegible]

ab homicidiis nullo modo parcerent. et malignis consiliis consentiendo. in magnum malum seditio illorum et audacia procedebat. Nam nichil malorum fuit quod non per iudeos pullularet. et super quam dici potest illa gens continuationibus bellorum repleta est. et clades. et latrocinia depredationesque ut eos gerebant. causa quidem libertatis. re uera autem lucrorum gratia contra se dicio agebatur. et multe cedes ciuium sociorumque perpetrantur. Postremo inuicem conciuntur. et contra se ipsos infestius seditione utebantur. et cotidie depredationes. captiuitates. cedes ubique fiebant. ita ut et templum dei ignibus cremaretur. Tantum quidem ualuit nouitas et mutatio paternarum institutionum. Siquidem iste iudas et sadducus quartam philosophiam nouiter introduxerunt. cuius sequaces copiam consequentes. seditionibus ac tumultu repleuere rem publicam. Nam pessime radices per iudeam pullulauerunt per inconsuetas et multiplices philosophias. de quibus nunc paucis referre.

Iudeis quidem tres philosophie erant ab initio institutis patriis derelicte. essenorum. saduceorum. phariseorum. Pharisei namque cotidianam conuersationem exiguam habent. et prorsus abiectam. nichil mollitudini aut delicatudini indulgentes. sed quecumque compiunt expedire illa secuntur. propositis in nullo reluctantur. maiores natu competenti honore uenerantur. ita ut nec quicquam contrarium aliquid respondeant. Fato et omnia geri credunt. et liberum arbitrium hominem habere affirmant. Iudicium quoque dei futurum credunt. et illic cunctos homines pro sua merita recepturos. tam eos qui secundum uirtutem uiuunt. quam illos qui nequitia deprauantur. Animas et inmortales dicunt. et in inferno congrua unicuique habitacula attribui pro merito uel uirtutis uel iniquitatis. sicut unicuique uiuenti erat studium. et alias quidem animas sempiternis trudi carceribus. alias autem facilitatem reuiuiscendi percipere. Quaecumque autem ad culturam diuinitatis pertinent. id est orationum celebrationes. templorum constructiones ex preceptionibus suis facienda esse predicant. Nam tantum uirtutibus eorum prelatum est testimonium. ut ad eos plurime ciuitates et maxima multitudo cum grandi studio confluerent. opinione eorum adducti. quam mediocres certis uidebantur. et uerba eorum credibiliora estimabantur. Saducei autem animas mortales existimant. et simul cum corporibus interire. Nullas uero alias obseruationes preter legem custodiunt. et aduersus rectores et doctores suos certari et uinci gloriosum estimant. Soli autem primates apud eos dignitatibus honoribus celebrantur. Unde et ad paruos doctrina eorum peruenit. et modus exercitationis eorum a paucis sectatur.

Esseni autem ad deum cuncta redigunt. inmortalem animam dicunt. et iusticiam esse pretiosam. pro qua ad mortem usque certandum esse predicant. In templo autem anathemata ponenda prohibent. et sacrificia et hostias cum populo non celebrantes plurimum se ab aliis differre putant mundicia et sanctitate. et ideo remoti sacrificia celebrant. Cultu uero ad colendam terram et exercendam omni studio sunt intenti. Illud et habent dignum et ualde mirabile quod in aliis gentibus non inuenies tam grecorum quam barbarorum. quod opes suas communiter possident. et nichil inter eos ditior inflammatur. in nullo pauperior defraudatur. ac si nichil omnino possideat. Sunt autem numero super iiii. milia hominum. Uxores non ducunt. nec seruos habent. Alienos filios dum adhuc infantes sunt ad erudiendum traditos pro cognatis habentes suis moribus diligenter instituunt. non quia coniugia uel humani generis successionem censeant perimenda. sed quia cauenda putant intemperantia feminarum nullam earum uni uiro fidem seruare credentes. Probro ducunt oleum. et si quis uel inuitus ex eo unctus fuerit. aqua corpus statim abluit. quasi squalorem decore putant. dum tamen semper ueste candida sint. Habent et designatos communium rerum procuratores. et ad usus omnium singulos indiuisos. Non est autem illis una certa ciuitas. sed in singula domicilia multitudo confertur. et aliunde aduenientibus secte sue professoribus quecumque habent propria exhibent quasi proprium. Nam tamquam notissimi ad eos ingrediuntur. quos numquam antea uiderunt. Cum autem peregrinantur. propter latrocinia tantum armantur. cum tamen nichil preter necessaria ferant. In singulis autem ciuitatibus ex eodem collegio specialis curator hospitum constituitur. qui eorum uestes et cetera usui necessaria tueatur. Amictus autem et habitus corporis omnibus pueris sub metu et cura magistri degentibus par est. Uestimenta autem et calceos omnino non mutant nisi prioribus conscissis. aut longi temporis usu consumptis. Nichil inter se mercantur aut uendunt. sed egentium procurator eorum quod non habet preberi. accipit ab eo quod ipse non habet. quibus et sine permutatione omnibus sit libera facultas. a quibus uoluerit accipere quod opus habet. Precipue autem circa deum religiosi existunt. Nam ante solis ortum nichil prophanum loquuntur. sed ei parua quedam uota celebrant. quasi ut sol oriatur precantes. Deinde ad exercitandas artes quas singuli nouerunt. a curatoribus dimittuntur. Cumque ad horam quintam studiose fuerint operati. rursus in unum congregantur. lintheisque uelaminibus precincti. ita corpus aquis frigidis abluunt. atque hoc facto in unum secreti loci conueniunt. quo neminem alterius secte hominem aspirare concessum est. Ipsi uero purificati ueluti in sanctum templum in cenaculum ueniunt. et ibi eis cum silentio sedentibus. pistor quidem panes in ordine reponit. cocus autem unum uasculum cum pulmento apponit. Deinde apposito cibo sacerdos ante orat. neque gustare quicquam fas est. nisi prius deo celebretur oratio. Post finem quoque prandii uota repetunt. Nam et cum incipiunt et cum desinunt. quasi datorem uite deum laudant. Tunc illis sacris uelaminibus depositis. usque ad meridiem ad opera se conferunt. Deinde similiter reuersi cenant. consedentibus et hospitibus si quos aduenisse contigerit. Numquam uero tectum illud sub quo resident clamor neque tumultus inquietat. In loquendi et ordine alius alii cedit. et apud eos edendi potandique modus satietate definitur. Omnia autem maleis rebus nichil sine precepto curatoris faciant. tamen in his duabus rebus sui iuris sunt. hoc est iuuando et miserando. Nam et subuenire miseris cum opus est suo arbitrio cuique licet. atque indigentibus alimenta porrigere. Cognatis autem aliquid dare sine licentia curatoris interdictum est. Iracundie iusti moderatores sunt. indignationem cohibent. fidei tenentur. pacem obseruant. et omne quod dixerint iuramento fortius habent. ipsum autem iusiurandum quasi periurio deterius uitant. Iam enim quasi mendacio condempnatum arbitrantur. cui sine deo non creditur. Summum autem studium ueterum scriptis adhibent. eaque inde que anime et corpori maxime expediunt eligentes. et remedia morborum et stirpes medicas et quam uim singuli lapides habeant rimantibus aperiunt. Qui uero ad eorum sectam uenire uoluerit. non statim cum eis in una commoratur. et uis eandem uictus ordinem tribuunt. dolabrum quoque et lintheum id est perhomatam. et alba ueste induunt. Cum uero processu temporis experimentum continentie sue dederint. accedunt et ad commune cibum. et ob castificationem aquis eorum participantur. Non dum tamen in consortium assumuntur. Post ostensionem namque continentie temporis duobus aliis annis mores eorum probantur. Cumque digni apparuerint. tunc demum in consortium assumuntur. Prius quam uero unusquisque eorum intret magnis execrationibus adiurat se primum colere deum. deinde circa homines seruare iusticiam. et nec cuiquam sponte nocere. et omnes iniquos odire. et collaborare semper iusticie. fidem seruare suis sectatoribus et maxime principibus. quia nulli sine uoluntate dei potestas principatus obuenit. Si uero ipse ceteris prefuturus sit. numquam se abusurum uiribus potestatis ad contumeliam subditorum. sed neque ueste aut aliquo ambicioso ornatu reliquis eminere. Ueritatem quoque semper diligere. et habere propositum conuincere mentientes. manus a furto. et animam puram ab iniustis seruare compendiis. et neque aliquid de misteriis consectaneos celare. et neque profanis eorum quicquam publicare. et si etiam supplicio mortis compellatur. Super hec et cogunt eum iurare nichil se de dogmatibus aliter quam ipsi sumpserit tradere. fugere latrocinia. His execrationibus explorant et premuniunt ad se accedentes. Deprehensos in peccatis a sua congregatione depellunt. et qui talis fuerit condempnatus miserabili morte plerumque consumitur. Nam quia sacramentis sacratis obligatur. et neque capere ab aliis oblatum cibum potest. et herbas pecudum more decerpens. et fame excussus membra corrumpit. Ob hanc causam plurimorum plerumque miseratur. et extremum spiritum agentes recipiunt. sufficientem pro peccatis eorum quo usque adduxerat penam fuisse censentes. In iudiciis uero sunt diligentissimi atque iustissimi. et disceptant non minus quam centum in unum coacti. et quod ab his decretum fuerit. inmobile manet. Ueneratio quoque apud eos post deum magna legisferi est. ita ut si quis eum blasphemauerit. morte dampnetur. Senibus uero obedire probabile arbitrantur officium. Cum simul denique decem sederint. nullus inuitis nouem loquitur. Exspuere quoque in medium eorum uel in dextera parte sui quisque deuitat. Sabbato aliquam operationem facere omnibus iudeis diligentius cauent. Nam cibum sibi pridie preparant. et illo die nec accendunt ignem. neque aliquod uas de domo transponunt. Sed neque aluum illo die purgant. Aliis autem diebus fodientes foueam uno pede altam cum illa dolabra quam tradi nuper ad eos accedentibus dixi. dimissa ueste sese diligentissime contegentes. ne scilicet omnino splendori iniuria faciant. in eadem fouea ab onere uentris leuantur. ac deinceps terram quam effoderant reducunt. idque ipsum faciunt in locis secretissimis. et nempe cum purgatio ista sit naturalis. nichilominus tamen sollempne habetur. ut quasi ab inmundicia diluantur. Diuiditur autem multitudo eorum secundum propriam abstinentiam in partes iiii. et hii qui minores sunt inferiores estimantur. Uiuunt autem quam longissime. ita ut plurimi eorum usque ad centenariam perferuntur etatem propter simplicitatem ut ipsi putant uicte. et propter institutionem bene in omnibus ordinatam. Aduersariorum autem cruciatus inuincunt firmitate consilii. mortem uero si cum decore obeunda sit. Prodidit autem eorum negocia bellum quod gessere iudei cum romanis. Nam et articulorum confractiones et ignes ac tormenta tolerantes. ut in legislatorem aliquam iniuriam loquerentur uel ciborum quippiam quos non solent ederent. ad neutrum horum potuere compelli. sed neque deprecari tortores suos. sed in mediis cruciatibus subridebant. et eis qui tormenta admouebant illudebant. et constanter animas cum quadam hylaritate reddebant. quasi eas denuo recepturi. Opinio quippe apud illos firma consistit. corruptibilia quidem esse corpora. materiam uero non esse perpetuam. animas autem inmortales semper manere. et de ethere subtilissimo commeantes quasi carceribus ita corporibus implicari. uelut quas illecebra naturalis adduxerit. Cum uero fuerint carnis absolute uinculis. quasi de seruitute longissima liberatas ita eas letari sublimesque ferri. et ultra oceanum eas degere pronunciant. ubi eis sit reposita perfructio. Illic quippe esse regionem affirmant. que nec ymbribus nec niuibus nec estibus aggrauetur. et quam ex oceano oriens zephirus leuiter aspirans amenet. Malis autem animabus procellosa loca et hiberna delegant. plena gemitibus et sine fine penarum. Hec sunt que esseni de diuinitate anime philosophantur. placere ineuitabile illecebra his qui semel eorum sectam gustauerint reponentes. Sunt autem inter eos qui et futura nosse se profiteantur. sacris uidelicet libris et uariis sanctificationibus prophetarumque dictis a primis etatibus adherentes. Raro autem accidit. ut predicationis eorum frustratio sequatur.

Est et essenorum alterum collegium. cibos quidem et mores et leges eum cum prioribus habens. distat uero opinione coniugii. Maximam enim bonorum partem eos abscidere dicunt qui nuptiis abstinent. et statim defecturum fore genus humanum. Nichilominus tamen ipsi cum tanta moderatione conueniunt. ut periculum explorent ualitudinis feminarum. Et si constanti purgatione apparuerint ydonee partui. tunc eas in matrimonia asciscunt. Nemo tamen eorum cum pregnante concumbit. ut ostendat quia nuptias non ex uoluptate sed causa inierint filiorum. Lauantibus autem ante prandium eisdem feminis ut uiris perhomatum id est lintheorum indutus est. et tales sunt mores huius collegii et constitutionis.

Quarte et philosophie iudas extitit princeps. cuius supra fecimus mentionem. Huius sequaces in cetera et in habitu phariseis consentiunt. circa libertatem uero immobilem et immutabilem retinent sententiam. et huius rei cupido magna in mentibus eorum est infixa. Deum autem dicunt esse solum dominum et principem omnium. mortis autem uarias species sustinere paruipendunt. et cognatorum supplicia. et amicorum amissiones omnino contempnunt. Nullum autem hominem uolunt dicere dominum. Hec quidem iiii. philosophie genera erant apud iudeos.

171.

Interea cyrinus syrie preses descriptione peracta. xxx. vii anno postquam antonius in acciaco bello fuerat a cesare superatus. ioazarum pontificem iniuria a multitudine passum sacerdotali deponit officio. et ananum ei in pontificatu substituit.

Herodes autem et philippus archelao fratre eorum in exilium truso. tetrarchia sua unusquisque suscipiens. herodes statim sefforum ciuitatem muro circumdedit ad instar galilee. quam et autocratoridam appellauit. Aliam quoque ciuitatem nomine betharamta muro circumsepiens. iulia ex nomine iulie uxoris cesaris nominat. Philippus quoque frater eius paniada que est circa fontem iordanis construens. cesaream in honore cesaris nuncupauit. Bethsaida et urbe proxime stagno genesareth edificauit; et dignitate ei ciuitatis attribuit. habitatorumque multitudine repleta. aliarumque necessariarum rerum copia cumulata et iulia ammonima cesaris filie uocat. Coponius autem iudeam illo tempore gubernante quem supra diximus cum cyrino a cesare destinatum. hoc in factum in iudea peruenit: Azimorum dies agebantur quam festiuitatem pascha uocamus. in qua mos erat ex media nocte portas templi a sacerdotibus aperiri. Cunctaque portas apertas. uiri samaritani occulte in hierosolimam uenientes. per templi cunctas porticus. et per totum fanum ossa iaciunt mortuorum. et ex illo tempore in templo maior custodia a sacerdotibus exercetur. Coponius uero post multum temporis romam reuertitur. cui successor ad regendam prouinciam marcus datur. Sub quo et salome soror magni herodis moritur. relinquens iulie uxori cesaris omnem suam toparchiam. et ciuitates cunctas. Marco autem reuerso in prouinciam non post multum successor datur annius rufus.

Sub hoc anno cesar octauianus uita defungitur. romanorum secundus imperator. lvii annos in imperio adueniens. et menses vi. dies aliquantulum super duos. ex quibus xiiii. annis simul cum eo antonio rei publice gubernacula rexerat. Uiuens itaque annis lxx. vii. uita discessit. Huic succedit in principatu tyberius nero. uxoris eius iulie filius. et fuit romanorum tertius imperator. Sub quo quintus iudeorum rector ualerius gratus efficitur. annii rufi successor. Iste statim ananum pontificatu remouens. ysmahele filium fabi pontificem designauit. Sed et hunc non multo post abiciens. eleazarum anne pontificis filium sacerdotio subrogauit. Post annum uero hunc etiam remouit ab officio. et tradita symoni filio camithi pontificatum tribuit. Hic quoque statim post annum recedens ab officio. iosephum cui et cayphas nomen fuit. pro eo

sumpto in pontificatu provehit. Erat quoque Valerius talia ordinans Romam reverterat, postquam XI annos in Iudea compleverat. Huic statim successor datus est Pontius Pilatus.

Herodes autem tetrarcha filius magni Herodis ad magnam amicitiam Tyberii Cesaris perveniens, edificavit civitatem quam ex eius nomine Tyberiadam nominavit, menibus eam firmis fortibusque circumdans, in regione Galilee iuxta stagnum Genesareth. Haut longe distabant in vico aque calide, cui nomen erat Amathus. In hac civitate confines plurimi confluxere, et ex Galilea non parva multitudo confluxit. Ex omni etiam regione que sub illo erat constituta, ab eo coacti conveniebant ut ibidem manerent. Et multi ex nobilibus habitandi gratia illuc veniebant. Suscepit et undecumque veniebant inopes et egenos, et quosdam qui non erant liberi, et beneficia plurima contulit, et eis ipse securitatem libertatis attribuit, ut hii invitamento ab illa civitate non discederent. Privatas et domos ex propriis opibus fabricabat, et terram largiebatur, ut in his omnibus stabiles habitatores efficeret. Patriam et legem proponebat in qua significatur ut habitatio VII dierum eiusdem loci perficiat.

In illis diebus moritur Fraates Parthorum imperator insidiis sibi paratis a filio, proveniente secundum hunc modum. Fraates imperator postquam legitimos habuit, assumpsit sibi Italici generis concubinam, cui nomen erat Thermusa, a Cesare Iulio cum aliis muneribus. Hac ergo accepta primum ea pro concubina utebatur, captus nimia pulchritudine mulieris. Procedente vero tempore, filio ex ea nomine Fraate suscepto, coniugem eam legitime sibi firmavit, et honorabiliter eam in omnibus tractabat, et ei in omnibus obediebat. Festinans ergo ut filio quem ex ea susceperat suum imperium confirmaret, quod aliter fieri non poterat nisi legitimos filios a se segregaret et aliquibus argumentis a suo regno excluderet, misit ergo illos obsides Romam ad Cesarem. Et solus Fraates in regno cum matre Thermusa enutritur. Fraates ergo postquam crevit, indignum reputans ut post mortem patris susciperet regnum, insidias preparat patri, cooperante sibi et matre. Nam sermo quoque ferebatur quod matri concubitu misceretur. Extincto ergo patre, pariterque factiore gentis sue factus est exosus, tam pro parricidio quam pro amore nefando matris. Sedicione autem excitata, a Parthis de regno expulsus cum dedecore moritur. Concordantes itaque in unum Parthorum nobilissimi, et cernentes se sine principe non valere consistere, ceperunt inspicere quisnam ille ex genere Arsacidarum fieret imperator. Nam aliunde fieri non licebat. Unde et usque in hodiernum diem sui imperii pollutum dicunt et maritatum ex semine mulieris Italice. Quendam igitur Herodem Arsacem per legatos arcessunt. Sed postquam iste suscepit imperium, cepit invidiosus esse multitudini atque suspectus propter immensam crudelitatem. Ita erat ferus et omnibus modis iniustus. Hunc quoque coniurati extinguunt. Plerique autem dicunt quod eum in sacrificiis iuxta altaria peremerunt, nam moris eorum erat in suis celebrationibus cultros portare. Apud plurimos tamen opinio illa est, quod dum venatum isset extinctus fuerit. Legationem itaque Romam Parthi mittunt unum ex obsidibus quos Fraates illuc miserat ad imperium postulantes. Mittitur itaque illis Bonones ex filiis Fraatis, ceteris fratribus suis antelatus in hoc quod virtus in omnibus appareret. Parthis ergo iterum celerrima conversio suborta est. Nam cum sint natura mutabiles, mansuetudinem eius ceperunt contempnere, indignum putantes ut servo subicerentur qui Romanis in tempore suo obsidatu servierat, et nec iure belli obsidem datum, sed quod peius esse dicebant, in pace ad iniuriam sue gentis et regni alienigenis, id est Romanis, obsidem traditum. His querelis universa gens commota Bononem perturbat imperio, et Artabanum Medorum regem evocavit, ex Arsacidarum genere descendentem. Persuasus ergo Artabanus venit cum omni milicia. Cui Bonones occurrit, et multitudine sibi favente ex Parthis congregata cum Artabano bello congreditur. Artabanus autem victus fugit ad montes Medie. Post non multum autem tempus congregans Artabanus magnas catervas ex Parthis et Medis cum Bonone confligit, et victus Bonon cum paucis equitibus fugit Seleuciam. Et Artabanus insequens magnam cedem in exercitu eius faciebat. Artabano itaque Parthis imperante, Bonones in Armeniam venit, et primo in illa regione cepit imperare, deinde ad Romanos legationem mittit auxilia contra Artabanum flagitans. Sed ubi Tyberius Cesar peticionem eius abnuit, ille tunc ad Parthos veniens Artabano bellum denunciat, cum nulla spe recuperandi regni haberet. Armenii quoque qui circa Nifatem habitabant, Artabano fidem servantes, capientes Bononem Sylano rectori Syrie eum tradiderunt. Ille autem ob hoc quod eum Rome tempore obsidatus noverat, honorifice eum in omnibus tractabat. Armeniam autem Artabanus Orodi uni filiorum suorum tradidit. Ea tempestate moritur et Comagenorum rex Antiochus, et vulgalis plebs et nobiles provincie in duas partes dividitur, et mittit utraque pars legationem ad Romam. Et nobiles statum rei publice mutare desiderabant, ut provincia sub dispositione regeretur; vulgus vero regio hoc pro more cupiebat. Senatus autem utraque legatione suscepta, ex decreto Germanicum misit cuncta negotia correcturum, et ea intentione quod facilius interiret. Quod et evenit. Nam veniens in partes orientis, et invicem cuncta disponens, a Pisone veneno perimitur.

Pilatus autem Iudee rector exercitum de Cesarea secum assumens tendebat ad Hierosolimam ut solveret legem Iudeorum. Et statuas Cesaris que in signis militaribus inerant secum in civitatem induxit. Ymagines autem aut aliquid huiusmodi facere lex nostra prohibet, et propter hoc ante illum omnes iudices rectores sine talibus signis ingrediebantur menia civitatis. Primus autem Pilatus ignorantibus Iudeis civitatem ingressus signa que secum apportaverat in civitate constituit. Iudei vero mox ut hoc cognoverunt, congregati venerunt Cesaream, diebus plurimis Pilato supplicantes ut ymagines ab Hierosolimis auferret. Pilato vero respuente eos, quod iniuriam Cesari facere nollet, Iudei nullomodo discedebant. Pilatus autem occulte in invasionis armatos collocavit. Cumque pro tribunali sedisset, quod erat ornatum studio, nam cum loci insidias quas preparaverat aptum esse videbat, et Iudei iterum supplicarent, signo dato iussit militibus procedere. Iudeis ergo undique circumdatis cepit Pilatus eis mortem minari nisi quiescerent. At illi mortem se potius electos quam transgredi patriam legem firmabant. Tunc Pilatus admirans fortitudinem virorum in conservandis legibus, confestim ymagines de Hierosolimis auferri precepit et Cesaream perduci. Temptavit postea hic Pilatus ex pecuniis templi aqueductum in Hierosolimam euntem fabricare, suscipiens initium a torrente qui ducentorum stadiorum intervallo distabat. Sed hoc Iudei non libenter acceperunt, et circa eos qui opera faciebant multitudo congregata postulabant ut ab illo opere cessaret. Plerique etiam maledictionibus utebantur, contumelias iactantes sicut vulgus solet. Pilatus autem iussit militibus Iudeos circumvenire. Iudeis ergo a tumultu non cessantibus, Pilatus signo dato iussit militibus ut Iudeos invaderent. Milites autem ampliora quam iussi fuerant perpetrantes, Iudeos magna cede prosternunt, et plures ibi deficiunt, pluriores sauciati discedunt. Hoc modo illa sedicio terminatur.

Fuit hisdem temporibus Ihesus vir sapiens, si tamen eum virum nominare fas est. Erat enim mirabilium operum effector, et doctor omnium eorum hominum qui libenter audiunt que vera sunt. Et multos Iudeorum, multos etiam ex gentibus sibi adiunxit. Christus hic erat. Hunc accusatione primorum virorum nostre gentis cum Pilatus in cruce agendum decrevisset, non deseruerunt hi qui ab initio dilexerunt. Apparuit enim eis tercia die vivus, secundum quod divinitus inspirati prophete et hec et alia de eo miracula futura esse predixerant. Sed et in hodiernum diem christianorum qui ab ipso nuncupati sunt et nomen perseverat et genus.

Hisdem temporibus talia Rome pervenere. In templo Ysidis quod Rome fuerat constructum, factum quiddam turpitudine obprobrioque plenum contigit, quod primum explanabo, et tunc ad illa que apud Iudeos evenerunt transibo. Paulina quedam mulier erat Rome maiorum dignitate preclara, studio castitatis intenta, et opinione honestatis perspicua. Erat et opum magnitudine locuples, et vultus pulchritudine decora, etate vero qua maxime mulieres pudicicia decorant. Hec nupta erat Saturnino, ipso quoque genere et opibus ceteroque cultu consimili. Huius itaque amore capitur quidam iuvenis nomine Mundus ex numero equestri, sed in gradu militie enitente constitutus, et dignitate magna sublimis, ydoneus et ad munera largienda sumptusque faciendos. Nam et memorate Pauline idem iuvenis Mundus magna dona promiserat. Que illa contempnente, iuvenis maiori amore succensus est, ita ut etiam XX Atticas miriadas atticarum se ei daturum pro uno concubitu spopondisset. Illa autem neque sic deflexa est. Iuvenis autem Mundus nimiam infelicitatis morbi sustinens, siquidem neque cibum valebat accipere, et morti se addicebat nisi ei voluntas perficeretur. Tale decretum animo infigens per dies singulos, hoc agebat ut celeri morte raperetur. Erat autem eidem iuveni Mundo quedam liberta nomine Yda, omnium malorum et iniquitatum conscia. Hec graviter ferens quod ille iuvenis se dampnaret in morte, et quod tam precursus forte ardens erga eum, et cepit cum eo confabulari talia que animum ei bone spei facerent. Promittebat se namque acturam apud Paulinam ut quinque miriadas accipiens concederet iuveni quod vellet. His dictis iuvenem de morte revocans, sumpsit ab eo pecunie quantum placuerat. Sed non eadem via Paulinam aggreditur qua fuerat prius temptata. Cernens enim animum mulieris nullomodo capi pecuniis, et sciens illam in cultura Ysidis occupatam, tale aliquid machinatur. Accessit enim ad quosdam sacerdotes ex templo Ysidis, quos interpositione iurisiurandi fidem servare persuasit, dans etiam in presenti duas miriadas et dimidiam promisit, et aliam adhuc se dare, ut tamen res ad effectum veniret. Tunc causam eis aperuit, amorem iuvenis indicat, et orat ut mulierem Paulinam quibus possent fallaciis deciperent. Sacerdotes autem pecuniarum cupidine capti promittunt quod imperaret se impleturos. Et maxime primus illorum sacerdotum pollicetur ut Paulinam suis verbis ad hoc opus impelleret. Accedens ergo sacerdos ad Paulinam finxit se ex Egypto venisse, et missum ad eam ab Anubio deorum maximo, quod circa eam grandi amore teneretur, et eundem deum sibi iussisse ut Romam ad eam veniret et ei precepta eius divina secrete indicaret. Paulina ergo hoc auditu optabiliter suscepit, atque ad amicas gaudendo dicebat quod Anubius deus eam pre ceteris diligeret. Hoc et indicavit marito, quod Anubis deus per nuncium suum eam inviseret. Ille autem hoc gratanter concessit, pudicicie coniugis non ignorans. Paulina ergo perrexit ad templum, et cum tempus quiescendi venisset, intrinsecus ianue templi a sacerdote claudente, et cuncta lumina extinguuntur. Iuvenis autem Mundus in templo latebat absconsus. Et postquam silentium est factum, surgens ille latenter venit ad Paulinam. Illa autem existimans esse hunc deum Anubium, reverenter eum accepit, et iuxta se collocavit. Et ita iuvenis ille cum ea permixtus in pacato [?] lucis abscessit. Illa mane facto consurgens, et ad virum suum veniens, adventum ad se numinis enarravit. Similiter et loquitur ad amicas, magnam sibi ex hoc glorificationem reputans pervenisse, quod Anubis deus secum in templo pernoctasset. Audientes autem alii non credebant, naturam rerum inspicientes; alii autem credebant, pudiciciam Pauline attendentes et dignitatem referentes. Tercia autem die postquam hoc factum est, Mundus iuvenis occurrens Pauline dixit ei: O Paulina, salvasti mihi et reservasti XX miriadas quas posses rebus tuis adicere, et tamen voluntati mee non defuisti. Nam tota nocte tecum in templo pernoctavi et ad libitum meum fruitus sum, et michi non obfuit quod Anubis vocatus sum. Cum talia Mundus Pauline dixisset, abscessit. Illa autem in mentem suam rediens, tunc primum facinus illud intellexit, et scissis protinus vestimentis ad virum suum cucurrit, factionemque tanti facinoris aperuit, et deprecabatur ne suam iniuriam negligeret. Vir autem eius Saturninus Cesari Tyberio cuncta denunciat. Tunc Tyberius causam diligenter examinans, et nequicias sacerdotum inveniens, ipsos cum Yda, quo caput totius iniquitatis extiterat, omnes cruci affixit. Templum autem ipsum funditus evertit, et statuam Ysidis in Tyberim iactari precepit. Iuvenem autem Mundum exilio dampnavit, maiore eum pena dignum non estimans, quod per amoris vehementiam deliquisset. Ea ergo que in templo Ysidis pervenere, tali fine conclusa sunt. Nunc autem redeo ut indicem que Iudeis eodem tempore contigerunt.

Erat quidam vir genere Iudeus de sua patria profugus, eo quod accusaretur de transgressione legalium preceptorum, et quod in omnibus esset malignus. Iste ergo per multos dies legem Moysi se exponere simulabat, et tres viros sibi similes socians, seduxit quandam Fulviam de cetu nobilium senatorum, ut iudaice legi animum suum subderet. Cui et persuadebant ut ostrum et aurum plurimum in Hierosolimam mitteret ornatum templi perstitutum. Cumque illa hoc fecisset, illi ea sumentes in proprios usus redegerunt, argumentis et fallaciis cunctos decipientes. Tunc Tyberius, nam totum hoc negocium sibi intimaverat Saturninus vir mulieris, amicus patris et auctor rei publice, iubet cunctos Iudeos a Roma excedere. Consules autem IIII milia de Iudeis mittunt in exilium Sardorum insulam. Plurimos autem militari nolentes propter legis custodiam tormentis afficere. Atque hoc modo propter nequiciam hominum quatuor universa multitudo Iudeorum ex urbe Roma depellitur.

Samaritorum quoque gens a sedicionibus et tumultu non fuit libera. Hos enim pervertit quidam vir nomine Caphedon, parvipendens mentiri, iudicans omnem plebem suasionibus artificiosis induxerat ut in montem Garizin convenientes cum eo tanquam virum honorarent. Pollicebatur autem eis se ostensurum universa vasa que ibidem fuissent a Moyse obruta. At illi persuasi verbis illius statim armantur, et conveniunt in quodam vico nomine Tyrathaba, ut inde cum maxima multitudine montem ascenderent. Hos ergo in ipso ascensu Pilatus occupat, omnem equitatum ducere velocissime procedere iubens. Circa memoratum ergo vicum Pilatus pugnam committens, alios obtruncat, plures in fugam vertit, maximamque partem capiens, principes sedicionum omnes interfecit. Post hec cuncti proceres Iudeorum ad Vitellium rectorem Syrie venere, et Pilatum apud eum accusant, quod iniuste tantos occiderit. Non enim ut a Romanis discederent congregati fuerant in vico Tyrathaba, sed ut iniuriam Pilati declinarent. Tunc Vitellius hec audiens, Marcellum unum de suis amicis, qui Iudeam regeret, constituit, et Pilatum Romam pergere iussit, ut de his que a Iudeis accusabatur in iudicio Cesaris se expurgaret. Tunc Pilatus postquam in Iudea decennium complevit annum, perrexit Romam, Vitellii iussione compulsus. Non enim audebat eius iussionibus reluctari. Sed antequam Pilatus Romam venisset, Tyberius de humanis rebus

Vitellius autem ueniens in Iudeam ascendit Hierosolymam. Et erat tunc festiuitas que pascha uocabatur. Vitellius autem magnifice ac munifice exceptus a populo, nam et uenalium rerum precia leuigauit, et maius plurimis circa eos liberalis apparuit, et stolam pontificis et uniuersum eius cultum in templo haberi permisit, et sub pontificum potestate seruari secundum morem antiquum. Nam antequam Vitellius hec constituisset, in Antonia seruabatur. Arx enim Hierosolymorum hoc nomine censebatur. Ut autem ibi seruaretur, ex tali causa contigit. Priori tempore pontifex Hyrcanus in loco templi uicino tabernaculum construxerat, et ibi iugiter degebat, et stolam pontificalem secum habuit, et custos eius erat, eo quod sibi soli non liceret induere quando templum intrabat. Ceterum quando in ciuitate intrabat, priuatis induuiis utebatur. Et hanc consuetudinem ipse et filii eius et eorum filii multo tempore conseruabant. Postquam autem magnus Herodes suscepit regnum, illud tabernaculum oportuno loco esse existimans, sumptu opulentie et firmum illud construxit, et Antoniam ex nomine Antonii, qui ei erat amicus, appellauit. Stolam et sicut eam ibi repperit, sic precepit ibi obseruari, existimans ob hoc nichil seditiosum a populo contra se moliri. Similiter et Archelaus filius eius post ipsum eam in Antonia seruauit. De cuius Archelao a Cesare in exilium misso, a Romanis seruabatur stola pontificis in turri Antonia sub sigillo iudicis qui iudex de Roma transmissus fuisset, sub quo et cetera ornamenta templi seruabantur. Et per tres festiuitates in anno ad usus pontificum a Romano iudice tradebatur. Transacta uero festiuitate, tantum in turri reponenda reddebatur. Vitellius igitur, ut prediximus, stolam illam pontificum potestati concessit, neque permisit ut quando opus esset a gazophilatio peteretur. Hoc beneficium Vitellius Iudeis tribuens, pontificem Ioseph cognomento Cayphan sacerdotali remouit officio, cui Ionathan filium Anne in pontificatu subrogauit. Que cum ordinasset in Hierosolymis, confestim Antiochiam regreditur.

Misit et Tyberius Cesar litteras ad Vitellium, iubens ei ut amicitiam cum Artabano rege Parthorum efficeret. Timebat enim Tyberius, eo quod Armeniam inuasisset, ne forte amplius accepta fiducia progrederetur. Et id mandauit Vitellio, ut non ante cum eo pacificaret nisi filios suos obsides preberet. Hec Tyberio ad Vitellium scribente, Vitellius sumptis muneribus dedit ea regi Yberorum et regi Albanorum, ut cum Artabano sine ulla dilatione pugnarent. Illi autem a pugna se quidem abstinent, uerum gentem Scytharum concesso eis transitu, aperientes portas Caspias, in Artabani regiones transmittunt. Atque ita deuastatur Armenia, et omnis terra Parthorum hostibus impletur et cladibus. Nam et primates passim ubique perimuntur, et turbis et luctu cuncta complentur. Filius autem ipsius Artabani in pugna perimitur cum uniuerso exercitu. Nam multe miriades ibi defecere Parthorum. Ipsum autem Artabanum Vitellius corruptis amicis eius et consanguineis pene peremerat. Sed cum Artabanus dolo se circumuentum irremediabiliter agnouisset, cum plures eciam qui ei insidias parabant, cum paucis fidelibus ad superiores satrapas abscessit, atque ita se insidiantium dolis eripuit. Postea uero magnam manum congregans, cum resistentibus sibi pugnam congreditur, et superans eos suum curabat exercitum. Hec audiens Tyberius iussit Vitellio ut cum Artabano amicitiam faceret. Quod et Artabanus libenter amplectitur. Nam uenientes circa Eufraten fluuium Artabanus et Vitellius, ibidem pacis federe colloquuntur, in medio ponte fluminis sese occurrentes, et paucos secum utrique adduxerant qui sibi munimento forent. Ibi postquam de pace locuti sunt, Herodes tetrarcha eis conuiuium in eodem loco preparauit, tabernaculum ex uelamentis preciosis exornans. Tunc Artabanus dat obsidem Tyberio Darium filium suum, cum quo et munera magna et multa transmisit. Insuper et quendam hominem genere Iudeum dedit, nomine Lazarum, magnitudine VII cubitorum, qui propter corporis uastitatem gigas uocabatur. His peractis Vitellius ad Antiochiam, Artabanus autem in Babyloniam reuertitur. Herodes autem tetrarcha uolens semet ipsum Cesari tali nuncio commendare, litteras per huiusmodi destinat portitores, in quibus intimauit Tyberio pacem patratam et obsides datos, postremo cuncta denuncians que facta erant, nichil penitus pretermittens. Postea uero cum a Vitellio de rebus gestis Tyberio destinarentur epistole, rescribitur ei a Cesare quod sine ipso iam antea cuncta cognouerit, Herode omnia intimante. Et hic Vitellius super quod quisque iratus erat indignando tractabat, non tamen animum suum aperuit, sed iram in mente seruabat, donec Tyberio mortuo et Gaio suscipiente principatum se ulcisceretur.

Eo tempore Philippus frater huius Herodis moritur XXII anno imperante Tyberio. Iste quoque Philippus per XXXVII annos rector adductus, sub suo iure possidens Traconitidis et Gaulanitidis regionem, adhuc et Bathaneorum uniuersam gentem suo regimine gubernabat. Fuit autem moderatus et mansuetus cunctis quibus imperabat, nullas oppressiones aliquibus faciens. Conuersatio autem ei cum subiectis talis erat. Procedebat cum paucis electis sibique gratissimis, in causis iusta iudicia proferebat, in itinere occurrentibus egenis auxiliabatur. Et si oppressionem alicuius ab improbis audisset, statim in solio sedens causam audiebat, iuste parti adiutor existens, iniuste partis punitor erat. Hic ergo talis moritur in Iuliada. Et inde magnis exequiis ad monumentum defertur, quod ab ipso fuerat constructum iuxta Iuliadam, ibique magnifice sepelitur. Tetrarchiam autem eius Tyberius assumens, siquidem nullum reliquerat filium, dispensationi Syrie regiminique coniunxit, functiones autem tributarias que colligebantur precepit in eadem tetrarchia seruari.

xx. His quoque temporibus inter regem Aretham Petreum et Herodem tetrarcham simultatio magna contigit propter huiusmodi causam. Herodes tetrarcha mortuo Philippo fratre suo uxorem eius, que filia erat Arethe regis, acceperat in coniugem, et cum ea non paruum tempus aduixit. Sed cum Romam a Cesare euocaretur, transiens in domo fratris sui Herodis equiuoci, qui et alio nomine Philippus uocabatur, susceptus est. Frater enim eius erat, sed non ex una matre progenitus. Cumque ibi hospitaretur, uidens uxorem fratris sui nomine Herodiadem, amore eius captus est. Hec autem Herodias filia erat Aristoboli, quem pater Herodes cum fratre Alexandro necauerat, et erat soror Agrippe. Audet ergo Herodes tetrarcha cum uxore fratris sui de nuptiis secum in eadem miscere sermonem, contra legem patriam agens, ut acciperet uxorem fratris sui adhuc uiuentis. Illa uero suscipiente sermonem eius, pacta inter se confirmant, ut cum de Roma rediret, repudiata filia Arethe regis illam susciperet in coniugium. Herodes autem cum reuersus fuisset, peractis Rome propter que fuerat euocatus, uxor eius filia Arethe cum cuncta cognouisset, que ipse cum Herodiade uxore fratris tractasset, et quod pacta inter se statuissent, dissimulans se omnia scire, rogauit uirum ut eam permitteret ire in Macheruntam, ubi fines erant duarum regionum Arethe et Herodis, nichil ei de his que animo conceperat aperiens. Hoc Herodes libenter audiens dimisit uxorem, putans eam nichil horum scire que cum Herodiade tractauerat. Illa uero premisit nuncios ad patrem qui suum aduentum nunciarent. Suscepta autem a ductoribus patris sibi obuiam uenientibus in Arabiam, atque ab illis ductoribus ad alios, et ab illis rursus ad alios transmissa, cum summa celeritate patri perducitur, et ei aperit quod Herodes se exclusa aliam suscepisset uxorem. Ille uero ex hinc inimicitiarum sumpsit initium, atque

arbitrioque rege sciat Aretha et Herode exercitu congregato, in regione Gamalica bello confligitur, non quidem ipsis regibus presentibus, sed exercitibus ab utraque parte transmissis. Pugna itaque facta, exercitus Herodis fugatus est proditione profugarum qui de Philippi tetrarchia quasi auxiliandi causa ad Herodem uenerant. Herodes autem hec facta scripsit Tyberio. Tyberius uero indignatus quod Arethas talia commisisset, scripsit Vitellio ut Arethe bellum incunctanter inferret, et aut uiuum aut uinctum adduceret, aut certe mortui caput auferret.

Quibusdam autem sapientibus Iudeorum uidebatur ideo exercitum Herodis in pugna perisse, quod merito satis iuste diuina indignatio commota sit pro interfecto Iohanne qui uocabatur Baptista. Hunc enim olim Herodes occidit, uirum ualde bonum, qui precipiebat Iudeis uirtuti operam dare, iusticiam colere, in deum seruare pietatem, et per baptismum in unum coire. Tunc enim demum baptismum acceptabile foret, si non solum ad abluenda peccata sumatur, uerum et ad castimoniam corporis atque ad iusticiam anime purificationemque seruetur, omniumque pariter uirtutum uelut signaculum et quedam custodia fidelis habeatur. Cuius precepta cum alii docerentur, atque ad audiendum eum per plurima multitudo concurreret, ueritus Herodes ne forte persuasione doctrine eius populus a suo regno discederet, uidebat enim quod preceptis eius ac monitis parata erat plebs omnibus obedire. Melius ergo credidit prius quam nouum aliquid fieret preuenire hominem nece, quam permotis turbatis rebus seram penitudinem gerere. Nam et ipsum redarguebat pro incesto coniugio quod inierat cum uxore fratris adhuc uiuentis. Ex hac suspicione Herodis uinctus Iohannes in castellum Macheruntam adducitur, ibique obtruncatur. Iudeis ergo, sicut iam diximus, uidebatur pro eius ultione deum exercitui eius interitum intulisse, quia Herodes sumpsisset digna supplicia.

Vitellius autem cepit omnia preparare ut secundum preceptum Tyberii bellum cum Aretha peragerat. Sumens ergo duas legiones et equitum uniuersam manum, cunctosque auxiliarios ex regibus qui sub Romanis erant simul adducens, pergebat per Iudeam transitum facere. Sed uenientes in occursum eius primates Iudeorum postulabant ne per eorum regionem iter faceret, ne compellerentur contra legem suam ymagines et signa suscipere. Quibus auditis Vitellius persuasus, mutata sententia, per campum magnum precepit ire exercitum; ipse autem cum Herode tetrarcha et amicis ascendit Hierosolymam, deo hostias immolaturus. Nam dies festus Iudeorum instabat. Ad quam festiuitatem occurrens Vitellius fauorabiliter ac decenter ab omni multitudine Iudeorum exceptus est, ibique peragens dies festos, Ionathan pontificali remouit officio, quod contulit eius fratri Theofilo. Quarto autem die allate sunt illi littere in quibus significabatur mors Tyberii, et ut omnem multitudinem congregans ad deuotionem Gaii eos iurare compelleret. Milites quoque et auxilia cuncta ad loca propria dimittebat, eo quod bellum iam agere non ualeret, nesciens Gaii propositum, in quem potestas rei publice collata erat. Dicebatur et quod hoc Arethas ex augurio antea cognouisset. Nam cum ad eum Vitellius nuncium belli misisset, fertur nunciis Vitellii respondisse: Impossibile est prorsus ut ad Arabas Romanus exercitus adueniat. Antea enim unus de tribus principibus moriturus est, aut ille qui bellum imperauit, aut ille qui imperantis propositum amministrat, aut ille aduersus quem prelium paratur. Quod ut predictum est euenit. Vitellius intra Antiochiam repedauit, exercitum ad propria dimittens.

Nunc de Agrippa filio Aristoboli, quem pater Herodes cum fratre Alexandro necauerat, narrabo, quomodo illi aduersitas fortune peruenerit, et qualiter omnes calamitates effugerit, atque ad magnam dignitatem potestatemque conscendit. Agrippa hic cognomento Herodes, antequam Tyberius moreretur, Romam uenit, ubi maximam familiaritatem cum Druso filio Tyberii conquisierat, et cum Antonia Drusi coniuge sepius morabatur, eo quod sua mater Beronice in magno honore haberet. Agrippa uero magnanimus et natura largus existens, et ad donandum ualde munificus, uiuente matre sua Beronice, largitatem suam non ualebat ostendere, timens ne illa in aliquo contristaretur. Mortua uero matre, proprii arbitrii factus, cepit opes suas habundanter effundere. Et alia quidem cotidiani uictus gratia opulenter erogabat, alia in diuersis muneribus expendebat, et plurima libertis Cesaris dabat, sperans se per eorum auxilia aliquam potestatem a Cesare impetrare. Hoc ergo modo semet ipsum exhibens, in breui ad magnam penuriam egestatemque peruenit. Accessit illi et alia causa ut Rome permanere prohiberetur. Contigit enim filium Tyberii Cesaris mori. Quo mortuo Tyberius prohibuit omnes amicos filii sui et familiares ante faciem suam accedere, ne illis uisis recordatione filii facta dolor ei luctusque moueretur. Ob hanc causam Agrippa nauigando in Iudeam perrexit, uidens se miserabiliter uiuere, eo quod omnes facultates suas amisisset, et nullus illi aditus esset unde posset aliquid questus habere, et multas pecunias mutuo accepisset, a quibus cum urgeretur ut debitum solueret, deficiens confusione quod non haberet unde redderet quod mutuo acceperat, discessit in quandam turrem que in Malathos fuerat constructa, et uolebat se ipsum per anxietatem occidere. Quod cum uxor eius Cypris agnouisset, cepit omnibus modis laborare ut eum a morte prohiberet. Inuenit ergo consilium ut ad eius sororem Herodiadem scriberet, quam Herodes tetrarcha uxorem acceperat, et intimaret illi in quibus malis Agrippa esset constitutus, et qualiter se morte uellet dampnare, et oporteret illam fratri auxilium ferre. Illi uero euocantes Agrippam habitaculum illi in Tyberiada constituunt, et aliquantulum eris per singulos dies ad uictum eius dari preceperunt. Hec autem beniuolentia non multo tempore perseuerat, licet et ipsa que dabantur sufficientia non fuissent. Nam cum aliquo die in Tyro per uinum hoc Herodes exprobraret Agrippe, ille impaciens exprobrationis abscessit, atque inde perrexit ad Flaccum uirum consularem, cum quo Rome non paruam amicitiam habuerat. Is autem Flaccus tunc gubernationem Syrie dispensabat. Cumque susceptus esset a Flacco, apud eum uiuens degebat. Repperit et ibi Flaccus Aristobolum fratrem Agrippe sibi mente et simultate diuisum, qui festinabat ut Flaccum ab amore fratris sui reuocaret. Et non cessabat donec eum Flacco redderet inuisum, huius causa offensionis inueniens. Damasceni cum Sydoniis pro finibus certamen exercebant. Cumque inter eos Flaccus iudicaturus uenisset, illi cognoscentes quod Agrippa apud eum plurimum ualeret, rogabant eum ut eorum partis fautor existeret, argentum ei plurimum promittentes. Agrippa autem omnia studiose gerebat quod Damascenis ferret auxilium. Aristobolus autem frater Agrippe cum eum non lateret que facta fuerat promissio pecuniarum, causam retulit ad Flaccum. Quod cum ille audisset, causam examinans, a sua gratia repulit Agrippam. Ille autem extrema penuria circumseptus ad Ptholomaidam pergit, atque ibi necessitate rei familiaris strictus consilium capit in Italiam nauigandi. Sed cum eum sumptuum prohiberet inopia, Marsiam libertum suum rogabat ut ei in tanta inopia adiutor existeret, ab aliquibus pecunias mutuando, et Marsiam quendam sue matris libertum postularet ut ei aliquas pecunias daret sub gratia et fide mediante. Ille autem accedens ad Marsiam compulit eum ut daret Agrippe duo milia minus quingentos atticarum, quos et ille statim dedit. Sumpta itaque pecunia Agrippa Anthedonam uenit, et repperiens nauem iter propositum peragebat.

172.

Hoc agnoscens erennius capito iamnie curator: misit milites ut ab eo xxx. myriadas argenti exigerent. que rome thesauris cesaris debebantur. Quique venientes agrippam pecuniam dare compellunt. Ille non se facturum quod iubebatur assimulans nocte alexandriam perfugit. ubi alexandrum alabarchium deprecabatur. ut ei xx. myriadas argenti mutuo largiretur. Alexander autem se ei daturum quod petebat non promisit. cypre vero eius uxori similia postulanti non abnuit. obstupescens studium dilectionis eius erga proprium virum. et quod eam videbat omni genere honestatis decoratam. Quinque ergo talenta illis in alexandria mutuavit. promittens ut cum inde archea venirent: ibi et reliquum daret: timens agrippam quod esset in expensis effusior. Cypris ergo uxor agrippe virum in ytaliam navigaturum dimittens, ipsa cum filiis in iudeam reverteretur. Agrippa vero puteolis appulsus. epistolam ad tyberium cesarem misit qui tunc capreis morabatur presentiam suam significans. et postulans ut dignum fieret vultui cesaris apparere. quo ei gratiam mereretur. Tyberius autem nichil dilatione perducens. clementer illi et humane rescripsit significans se gaudere illum sospitem ad se repedare. Cumque agrippa capreas advenisset nichil minus ei cesar alacritatis exhibuit. quam per litteras ostenderat. Nam et amplexatus est eum. et magnifica hospitalitate suscepit. Sed postero die allatis litteris ab erennio capitone in quibus significabatur quod agrippa xxx. myriadas thesauris cesaris debens tempore quo promiserat se ei redditurum exactores aufugerit: statim animus cesaris immutatus est. Nam cum legisset epistolam indignatione commotus, ingressum ei ad se interdixit. donec ab eo debitum redderetur. Ille autem neque ex cesaris indignatione turbatus. antoniam deprecabatur germanici matrem et claudii qui postea cesar est factus. ut ei xxx. myriadas mutuas daret: ne ab amicitia tyberii recederet. Illa vero berenices matris agrippe recordatione nam se he mulieres nimis dilexerant. et simul claudio lac prebuerunt, pariterque illi nutriti erant: argentum quod postulabat agrippe impertiit. Quod cum pro debito reddidisset: amicitia cesaris illico potitus est. Deinde tyberius cesar eum suo nepoti iunxit. iubens ut eum omnibus processionibus adhereret. Agrippa vero non immemor quod ab antonia in magna necessitate fuisset adiutus. respondens omnimodis agere ut gaium filium eius in omnibus adiuvaret. quem favore matris in magnis habebat honoribus. Post hec agrippa accedens ad quendam genere samaritanum libertum cesaris. mutuatur ab eo c. myriadas. ex quibus antonie restituit quod debebat. ex reliquo autem gaium eius filium nimis accurabat: unde et apud eum maiorem adipiscitur dignitatem. Post dies autem agrippa circa gaium nimium procedens. quadam die eis pariter consedentibus: sermo inter eos fit de tyberio. Cumque agrippa ex intimo affectu vota proferret et diceret ut celeriter defuncto tyberio gaio daretur imperium. et meliore eum et digniore in omnibus esse firmaret. inter auditores horum verborum forte fuit quidam nomine eutichus auriga agrippe libertus: qui silentio tunc quod audierat tradidit. postea vero quadam die cum eum agrippa furti argueret pro vestibus aliquibus: nam et revera vestimenta subtraxerat: timens quibus et fugiens comprehenditur. Cumque ad pisonem duceretur qui tunc custos fuerat civitatis. causa fuge requirens ab eo. dixit se quedam verba secreta velle cesari intimare. ei immunitati salutique profutura. Piso ergo vinctum eum misit ad capreas. Tyberius autem suo more usus. habuit eum in vinculis custodiatum. Magna enim sollicitudine pre ceteris gerebat super quelibet imperatore aut tyranno. Nam neque legationes facile suscipiebat neque ducum suorum vel procuratorum vel aliorum in officiis constitutorum. Nullum autem ab officio removebat nisi forte in aliquo officio deprehenderetur. et in moras successus inveniretur. Vinctorum et secretas denunciationes suspectas habebat. Unde cum amici ab eo causam huius dispositionis inquirerent. respondisse fertur: legationis iniectorum ideo se nec facile suscipere nec cito dimittere. ne ceteri videntes alios facile absolutos. ex his plures ad se venire incitarentur. et sibi frequentia legatorum molestiam ingerentibus apportari. preterea cum et necesse esset ei dona largiri ab amicis vinctorum. Magistratus autem et officia semel datos ideo se permittere dicebat longo tempore illos qui semel susceperant. quod intelligeret consulere plebi et prestari subiectis. In natura namque omne administrationem hec hre firmabat. ut circa opes acquirendas faceret homines studiose festinare. Nam cum se aliquis non prolixe in officio manere perspexerit. manifestum est quod in studio gerat. ut antequam privatur ab officio. quam plurimum possit pecunie acquirat. Unde et sepius plurimum ad furta et rapinas certant. Si autem perseveraturos se in administrationibus certo cognoscant. licentia plurima consequendi pigriores fiunt ad furta facienda vel fraudes aliquas. Cum autem celeres successiones hominibus dantur neque subiecti sufficiunt duabus depredationibus: quibus largitas temporis non est attributa quod possent omne studium lucrandi perficere. Ad exemplum et proferebat eis quendam vulneratum. ad cuius vulnus musce congregabantur plurime. Quendam autem transeuntem cum vidisset: miseratus est eius calamitatis. atque quod pre imbecillitate nimia muscas illas a se abicere non posset. et quod ipse hoc erat alteri beneficium. interrogavit eum cur sed ipse non auxiliaretur molestiam repellendo muscarum. Cui ille respondit. Amplius mihi lesionis importas si has presentes muscas fugaveris. Iste quidem iam replete sanguine non eo modo michi moleste sunt. quin et aliquantulum remissius instant. Si vero his amotis alie musce congregantur. tam illud nudum invadunt: ut et si interimant non valeant effugari. Propterea ergo et seipsum dicebat subiectas rapinas videri fatigatis consulere. pro hoc quod crebro in administrationibus alios substitueret. qui more muscarum cum naturaliter ad lucra feruntur. cum et renovationis timore amplius incitantur ad rapiendi cupidinem. Testificatur autem huic meo sermoni quod huius esse nature tyberius ipsum eius opere inspectum. quando duo et xx. annis imperio transactis. duos tantum dispensatores in iudeam misit: quorum gubernatione gens illa regeretur. gratum atque pilatum. Nec in sola iudea talis extitit. sed et in ceteris regionibus taliter fecit. Vinctorum et examinationes se ideo differre dicebat. quasi condempnati cito morerentur. liberatio per hoc hominum malorum imminentium illis adesset: cum non in custodia tenerentur maiore illis sic merita essent inferri calamitate. Propter has ergo et huiusmodi causas et eutichus auditus non fuerat: sed retinebatur in vinculis. Tempore vero post veniente tyberius ex capreis tusculanum venit. distante a roma intervallo stadiorum c. Agrippa ergo rogabat antoniam ut ageret quatenus ad auditum se duceret accusatio. Honorabilis quippe apud tyberium habebatur antonia. et cognationis et dignitatis gratia. nam drusi fratris eius uxor extiterat: Sed et virtute pudicitie florebat. nam iuvenis vidua permansit. spernens secundum virum coniugium. cum et a cesare augusto nubere cogeretur. et ita omnem suam vitam libere detractionibus gessit: Tyberio quoque quendam beneficium prestiterat. Cum enim fuisset a seiano insidie preparate amico viri sui. et potentiam magnam tunc habente. eo quod militum et militiarum ductor existeret. et quod in consilium ei plures nobilium concurrerent. et libertorum magna manus se ei ad-

diderat: et ideo omnis militia adinvicem cesaris ab eo fuerat corrupta. et pene seianus totum opus implesset. nisi antonia seiani malignitate prudentior sua exercuisset in hac causa fiducia. Nam cum cognovisset ea que de tyberio seianus tractaret. scripsit ad eum omnia diligenter et per pallantem quendam servorum suorum fidelissimum litteras in capreas destinat ad tyberium. Ille autem insinuata cognoscens seianum cum universis consciis interemit. antonia autem licet eam et ante venerabiliter haberet. venerabiliorem tamen eam exinde habuit: eique in omnibus obediebat. Ab hac ergo antonia tyberius rogatur ut examinaret eutichum. taliter ei respondit. Si mendacium est quod adversus agrippam eutichus dicere voluit. meritum dignumque supplicium fallax sustinebit. si que dixerit vera claruerint: in illum qui causa examinari compellit omnis pena recidit. Agrippa autem cum ei hec ab antonia dicerentur. magis instabat deprecans examinationem cause fieri. Antonia ergo non valebat agrippam contempnere eo quod esset vehemens in petendo. tempus oportunum inveniens. procedente gaio filio suo et agrippa in meridie iam ipso pransi processerant. postulabat tyberium ut vocato eutico celebraretur examen. Tunc tyberius respondit. Sciunt dii o antonia quia non ex mea sententia sed a te coactus geram quod agendum in hac causa fuerit gestum. Hec dicens. iussit macroni qui seiano successerat ut adduceret eutichum. Ille autem sine dilatione adductus. requisitus ab eo tyberio percontari quidnam dicendum haberet adversus eum qui ei libertatis munus indulserat. Tum eutichus inquit. O domine. vehebatur in carruca gaius et agrippa cum illo. et ego ante eorum pedes assidebam. Et cum multi inter eos sermones verterentur. hec inter plura locutus est agrippa ad gaium. O si veniat aliquando ille dies quando defuncto tyberio tu suscipias principatum. nichil te filius eius impediret: quod ante facile possideret. Tunc et mundus beatus erit: et ego tua beatitudine efficiar. Tyberius credibilia quidem esse dicta reputans. eo quod iam veterem reservaret agrippa propter quod cum iusserat tyberium nepotem suum filium drusi frequentare suis comitatibus et curare quod ille contempserat. totumque se gaio dediderat. Tunc cesar ad macronem respiciens dixit. Hunc ergo vinciri facito. Macro autem non satis intelligens de quo illud verius imperaret. nam non sperabat eum tale aliquid de agrippa cogitare. sed interrogavit cesarem ut certum de quo iuberet agnosceret. Cumque cesar in ypodromio deambularet pervenit ad agrippam. cumque manu comprehendens dixit. O macro. hunc iussi vinciri. Illo tamen requirente quem nam preciperet. cesar dixit. Agrippam. Tunc subito agrippa perturbatus. ad deprecationes convertitur. commemorationem ei filii faciens cum quo fuerat nutritus. et tyberii cum quo fuerat educatus. Taliter exorans nichil proficiebat. et ducebatur ostro vestitus ad vincula. Erat autem ardor magnus. et ex vino quod in epulis fuerat usus. cepit siti vehementer incendi. Unde anxius factus preter decus atque dignitatem cepit cuncta respicere unde posset sitis invenire remedium. Conspiciens autem quendam ex famulis gaii taumastum nomine aquam in vase portantem. petiit ab eo bibere. Illo autem porrigente suscepit atque avide bibit et dixit ad puerum. Si pro opere est in bonum hoc tibi effecta fuerit ministratio. Nam cum hec effugero vincula nullomodo tardabo te libertate a gaio expostulare. qui mihi et vincto tale ministerium exhibuisti. sicut antea numquam neglexisti cum fuissem in dignitate constitutus. Agrippa autem hec dicens non est mentitus. nam vicissitudine ei merita reddidit. Nam postmodum rex effectus. eidem taumasto libertatem a gaio promeruit: procuratoremque eum fecit sue substantie. sed et moriens filio suo agrippe et filie berenice in eodem officio ministraturum dereliquit. et in hoc honore senio grandevus defungitur. Et hec quidem postea facta sunt.

Agrippa ergo quoque et herodes tunc vinctus stabat ante palacium in quadam arbore pre anxietate reclinatus cum pluribus qui simul fuerant vincti. Et quodam alite consedente super arborem in qua fuerat agrippa reclinatus que bubonem romani vocant. quidam ex simul vinctis nomine germanus hec contemplatus. interrogavit statim milites quis nam ille esset qui ostro vestitus

Nō requiesceret sub arbore. Et agnoscens quod agrippa vocaretur. et esset iudeus genere. ex his qui in illa gente primates vocarentur. petiit eum ligatum sibi militem ut daret ei copiam ad eum accedendi. quod vellet ab eo de patria eius aliquid percontari. Quod cum ei concederetur. accessit ad agrippam. et per interpretem sic ei locutus est. O iuvenis Agrippa. affligit te quidem repentina mutatio magnam tibi calamitatem importans. Hec autem tibi verba denuntiabo que tibi ex numine divino fugam totius mali portendunt. Testes ergo invoco deos mee patrie et huius loci rectores ex quorum providentia hec nobis vincula pervenerunt. quod neque cupidine fallendi. neque vanum tibi gaudium afferre desiderans. dicam que dixero. Nam tales pronunciationes que non valent ipsis opibus approbari. magis faciunt meroris augmentum quam gaudium. Ideoque iustum putavi hec deorum presagia nunciare. futurum est te confestim de his vinculis liberari. et ad potentiam terminum magne dignitatis et potestatis ascendere. ita ut invidiam ab universis habeas qui te nunc miserantur attendere. Exitus et vite in beatitudine te repperies constitutum. divitiasque plurimas et omnia que prima dicunt mortales. tuis filiis qui tibi nati fuerint derelinques. Memineris autem quando tu rursum hunc alitem quem nunc in arbore conspicis supra caput tuum videris. intra v. dies finem vite tibi esse venturum. Hec ergo inter cuncta complentur non vane tibi a numine disponantur. cui placuit pronunciandi causa hanc alitem destinare. Ego autem iniustum putavi. si talia cognoscens te in omnibus celarem. Nam male tibi est paululum afflictum esse merentibus: cum iam universa cuncta bona mortalium devenerint. et omnem infelicitatem in qua nunc es effugeris. Germani ergo talia predicens. tantum risum excitavit agrippe. quantum postea apparuit dignum miraculo. Antonia ergo graviter ferens agrippe calamitatem intercedere pro eo apud tyberium infructuosum esse credebat. Sane inventi sunt quidam ex militibus tales. qui eum sine districtione servarent. Adhibetur et talis centurio qui illis preesset militibus: ex cuius permissu lavacrum cottidianum ei concedebantur. et copia ad eum intrandi amicis et libertis tribuitur. et alia omnia permittuntur quibus sollicitos curarentur. Intrabant autem ad eum amicus sylas. et ex libertis marsias et stocheus cibos afferentes quos libenter habebat. aliamque diligentiam que necessaria solet esse in talibus rebus exercebant. indumenta quoque deportantes sub obtentu vendendi. Cum autem noctis adesset tempus stramina ei componebant faventibus militibus: ita macro eis hoc ante predixerat. Hec ergo agebantur per sex menses quibus agrippa in his malis habebatur astrictus.

Tyberius igitur reversus ad capreas febrium ardore corripitur. primum quidem mediocriter: sed in peius egritudine procedente contra dies eo spes habebat euodus ei amantissimus omnium libertorum. et iussit ad eum filios eius adduci. Oportere namque dicebat ut cum eis loqueretur antequam terminum vite susciperet. Erant autem illi filii non quidem proprium sed adoptivum. nam drusus eius filius iam fuerat mortuus. cum filius tyberii fuerat ab avo adoptatus cognomento gemellus. et gaius germanici fratris sui filius iam adolescentulus et liberalibus disciplinis ad optime eruditus. qui et in ipso honorabiliter erat et carus ipsi propter germanicum patrem eius virtute. Nam idem germanicus ad magnum apud ipsos pervenerat sublimatus ipse mansuetudine morum. et ipse affabilitate qua cum cunctis grate extabat. Et cum ipse clarus esset: non se tamen aliis preferebat: sed omnibus se parem ostendebat. His ergo rebus non solum apud ipsum sed et apud senatum magnum habebatur. Ad hec et unusquisque diversarum gentium. alii et fabulationis gratia.

aliena fide ac mansuetudine, quam in eius moribus cernebat, ad amorem eius fuerant incitati. Germanico moriente luctum magnum apud cunctos exortum est, non sic ut assolet fieri dolore monstrato, sed vera tristicia cuncti merebant. Nam eius mortem unusquisque velut propriam reputabat; ita eius mores et colloquia cunctis hominibus grata fuerant. Unde et ad filium eius Gaium de quo superius diximus amor et favor cunctorum pervenerat; maxime autem omnis milicia eum amore tenebat, ita ut gloriam reputarent pro eo mori si racio postularet, quo tempore principatum susciperet. Tyberius ergo cesar iussit nutricio ut sub ipso diluculo infantulos prenominatos adduceret. Ipse autem deos patrios supplicabat ut ei signo manifesto ostenderent, quisnam post eum imperium succedere deberet. Ipse enim cogitabat ut Tyberio filio filii sui principatum relinqueret, sed credens maiorem esse prudentiam divine dispensacionis suo consilio, a diis supplicabat sibi veritatem ostendi. Supplicanti ergo illi tale prodigium a numine monstratur: ad illum videlicet venturum esse principatum, qui ad eum sequenti die primus ex omnibus venisset. Hec Tyberius cesar cognoscens, mittit ad nepotis sui Tyberii pedagogum, iubens ut primo mane puerum ad se perduceret, putans se posse numinis superare sentenciam. Deus autem e contra aliter de imperio decernebat. Illo ergo talia cogitante, illuxit dies, et iussit nutricio ut egrediens quemcumque infantulorum foris inveniret, eum ad se primitus evocaret. Ille autem egressus Gaium ante tabernaculum repperit. Nam Tyberius non dum advenerat ciborum accepcione tardans. Quod autem ignorans totum quod agebatur, quodque Tyberius cupiebat: Veni, inquit, ad Gaium, vocat te pater. Hoc dicto, introduxit eum in tabernaculum. Tyberius autem ut vidit Gaium, tunc primum intellexit superne maiestatis potenciam, et quia non sit in hominum potestate de imperii constitucione decernere. Deinde semet ipsum lamentabatur: primum quidem quod eius consilium fuisset infirmatum, et ei potestas ordinandi que vellet esset ablata; secundo Tyberium nepotem suum, quod non solum de imperio decidisset, sed quod et ipsa eius vite salutem in periculo positam esse cernebat; super hoc quoque illi invidiam ex cognacione esse futuram. Nam cum amore et odio Gaium suspectum fieri credebat, tam ex eo quod principatum accipere festinaverit, quam ex eo quod eum insidiaturum sibi suspicaretur, qui festinarat in se redigere potestatem. Tyberius ergo in his malis erat ex illo eventu augurii, quod eius nepos amisisset imperium. Et multum anxius se ipsum quoque culpabat, quod illud augurium postulasset accipere, quia cum ei liceret de hac vita a merore liberum abscedere ignoracione futurorum, per propriam imprudentiam fecisset, ut cum infelicitate magna et dolore discederet. Licet autem esset valde turbatus, pugnavit cum animo suo, ut huiusmodi verba loqueretur ad Gaium. O fili, inquit, cum habeam propinquiorem nepotem Tyberium, tamen tu ex mea sentencia deorumque decreto imperii tuo potestati. Rogo autem ut nichil adversus aliquem recorderis qui mihi in principatu administer extitit, et qui mihi benivolentiam aut favorem exhibuit, nec aliquem propterea me ledas, quia tu nunc tuo potestate imperii. Neque circa Tyberium minus aliquid caritatis exhibeas, quam te cognacioni debere cognoscas; ut mihi digna vicissitudine plus quam tibi nunc tuo reddas, et Tyberii cures, ut et tu sanguinitatem quam debes exhibeas, et munimen tui principatus in eo acquiras, cum tu eum feceris amicum. Nam solitarii quisque amplius patet periculis, et maxime cum in tanta potestate quisque fuerit constitutus. Ad hec et denuncio ut iuste cuncta disponas, quia nec diu impunitum esse relinquunt, quod contra fas aucius aut contra fedus nature fuerit perpetratum. Hec ita cesar Tyberius cum Gaio loquebatur. Gaius autem et si fictis ad se loquens Tyberium sentiret, ipse quoque longe aliter animo gerebat, tamen ad tempus benigne respondit et facturum se omnia pollicetur. Postea autem ad imperium veniens, et eundem Tyberium extinxit, et ipse non post multum tempus insidiis interemptus est. Sed hec postea contigerunt.

Tyberius ergo Gaium successorem in principatu pronuncians, paucis diebus advivens defunctus est. Imperavit autem annis XX et duobus mensibus sex diebus tribus; et quartus Romanorum imperator fuit. Romani autem audientes Tyberii mortem, hylares esse ceperunt pro ipso leticie nuncio, non tamen fiducialiter gaudebant, non quia forte nollent, nam multis pecuniis nuncium remunerare volebant si vera nunciaret; sed timebant si falso nuncio certati gauderent, ab illo cognitum periret, quod eius morte gauderent. Nam plures nobilium Romanorum ille extinxerat. Nam idem Tyberius importabilis erat in ira et inrevocabilis ad quecumque perpetrandum cupiditas impulisset; et sine racione videretur occasione inimicicias inveniens, in omnibus que facienda decernebat asper agrestisque constabat. Ob hoc illi mortem eius audientes, suam leticiam manifestare timebant. Interea Marsias libertus dum Agrippe bonum nuncium deportaret, a balneo egressum, signo dato hebrea ei lingua locutus est dicens: Mortuus est leo. Agrippa autem cognomento Herodes hoc verbum intelligens, gaudio cepit extolli, et dixit ad eum qui nunciabat: Tibi super omnia pro hoc bono nuncio gratie habundantes reposite sunt, tantum ut vera sint que dicas. Centurio autem qui Agrippam custodiebat, intendens tam festinacionem Marsie qui advenerat, quam gaudium Agrippe quod ex eius verbis acceperat, putavit novitatem quandam significatam, et interrogabat eos quid rumoris fuisset allatum. Illi autem secretum efferre trepidabant. Sed dum urgeret eos centurio, de amicicia eius confidens Agrippa indicavit ei causam gaudii. Centurio autem magnum gaudium illo sermone percipiens, quod et prospera Agrippe forent, statim convivium ponit. Cuius ergo epulantibus potuque indulgentiore procedente, venit quidam dicens vivere Tyberium, et intra paucos dies in civitatem venturum. Tunc centurio aspere valde illo sermone turbatus, eo quod cernebat morte esse digna que gesserat, quod morte cesaris audita cum Agrippa vincto convivium celebraverit; statim ex lecto deposuit Agrippam, et ait ad eum: Tu me fallere festinasti morte cesaris falso denuncians, sed scito hoc sermone penam esse tui capitis. Hec dicens centurio confestim ligari iubet Agrippam, et constringi artiore custodia. Nocte ergo illa Agrippa in malis erat constitutus. Sequenti vero die per omnem civitatem de morte Tyberii sermo firmatur, et iam iamque publicabatur. A Gaio quoque confirmato in regno destinantur epistole, una quidem ad senatum mortem Tyberii denuncians, altera vero ad Pisonem custodem civitatis, in qua iubebat Agrippam ex militum auferri custodia et ad domum transferri, in qua privatus habitabat, et ibi remissiore custodia manere. At Gaius postquam Romam venit, Tyberii corpus secum adducens, sepulturam eius secundum morem patrum opulenter magnificeque celebravit. Et cum ipso die Agrippam vellet absolvere, Antonia eum prohibuit, non odio aliquo circa eum astricta, sed opinioni Gaii consulens, ne Romani putarent eum mortem Tyberii gratanter accipere, si tam celeriter absolveret quem ille devinxerat. Gaius autem non multis diebus pretermissis eum arcessivit in domum regalem, tondique precepit et vestibus preciosis indui, cultuque mutato diadema capiti eius imposuit, et regem confirmat tetrarchie Philippi, donans ei et Lysanie alteram tetrarchiam. Pro cathena vero ferrea quam portaverat, auream ei pari pondere donavit. Magistrum quoque equitum in Iudea constituens, eodem tempore Marcellum destinavit. Secundo autem anno Gaii cesaris Agrippa postulat ut navigare permitteret ad propria, quatenus provinciam sibi commissam certo moderamine dispensans,

totam reverteretur. Et permittente Gaio cesare navigavit in patriam, et preter spem omnium rex ab omnibus cernebatur, cum multo miraculo; et cuncti mirabantur quanta haberet in aliquibus fortuna licentiam. Omnes et hesitabant considerantes penuriam hominis in qua priori tempore conversabatur, et prosperitatem presentem qua fuerat sublimatus; et plerique beatificabant hominem quod non fuerit defraudatus reparatione fortune. Alii et omnia incredibilia putabant, licet suis intuerentur obtutibus. Tanta quippe in Agrippa rerum mutatio cernebatur, ut quorundam mentes adducerentur in dubium.

Herodiadis autem soror Agrippe que Herodi erat coniuncta, qui fuit tetrarcha Galilee regionis trans Iordanem, invidia faciente potestatem fratris et dignitatem graviter ferebat, quod maiori dignitate fulgeret quam suus maritus, et quod prius de penuria fuga discesserit, debitum non valens absolvere, et reversus esset cum amplissima dignitate. Contristabatur ergo graviterque ferebat tantam mutationem in fratre Agrippa, et maxime quando intuebatur eum cum regalibus insignibus incedentem, et hinc inde circumferri multitudine populorum, infirmitate sue invidie tolerabat. Accedens ergo ad virum suum animum eius incitabat exhortando ut Romam navigaret, similique sibi dignitatem imploraret a cesare. Intolerabileque sibi vitam esse dicebat, quod idem frater suus Agrippa filius Aristoboli qui a patre Herode laqueo suspensus est, inopia magna compressus et fuga lapsus, eo quod aliter non posset effugere creditores quibus debuit pecunias, et taliter patria decedens, cum regali dignitate fuisset reversus; ipse autem cum esset filius regis, et frater eius qui tetrarchiam illam ante tenuerat, ita pateretur tali honore negligeret, cum ei magis cognacionis iure talis honor deberetur. Contristari et eum debere quod minore honore quam pater possideret, et neque se patrui debere ab eo superari honoribus, cum priore tempore sua pecunia subventum esset, confusionique deputare quod ille se preiret honoribus qui anteriore tempore sua misericordia alebatur. Hec autem omnia considerantes, Romam pergamus, et nec labori nec sumptibus parcentes. Non enim ibi auro et pecuniis est parcendum, ubi ad ampliores honores valebimus ascendere, sed omne quicquid habemus expendamus, ut talem honorem consequamur. Herodes autem repugnabat ocium et quietem diligens, et moliebatur eam racione placare. Illa autem quanto videbat eum quiescere cupientem, tanto amplius instabat, iubens ne aliquid agendum pretermitteret, quo posset a cesare regnum promereri. His et talibus verbis illa nullo modo cessabat, donec sepius eum fatigando invitum fecit consentire sentencie. Preparans ergo opulenter universa, et nichil sumptibus parcens, navigavit Romam, Herodiadem uxorem secum ducens. Agrippa vero intencionem eorum intelligens et que illi se preparabant audiens, etiam se ipse preparabat. Cum autem eos navigasse cognosceret, et ipse Romam misit quendam ex suis libertis nomine Fortunatum plurima munera cesari deportantem et epistolas adversus Herodem, et ipsum nuncium instruxit quatenus ore proprio edoceret opportunitate reperta. Qui vero subsecutus est Herodem, et cum apud cesarem invenisset in loco ubi imperialia tabernacula erant et opibus diversorum principum magnifice preornata, epistolas Agrippe quas per eum miserat cesari porrexit. Isdem et locus lavacra calida exhibet aquis ex terra ultro manantibus et aptis saluti corporum quos ibi lavari contigerit. Gaius ergo cesar mox ut Herodem suscepit et primum sermonem cum eo contulit, confestim Agrippe suscepit epistolas, in quibus accusationes Herodis continebantur. Accusationes autem Agrippe in Herode posite tales erant: consilium habuisse Herodem cum Seiano adversus Tyberium, et cum Artabano rege Parthorum adversus Gaium. Probamentum autem huius rei dicebat quod idem Herodes haberet constructionem immensam armorum que LXX milibus pugnatorum sufficeret, et hec in armamentario Herodis reservari. Quibus lectis motus est Gaius, et percunctatur Herodem sive verum esset quod de armis nunciaretur. Ille autem cum negare non posset, ne veritate convinceretur, respondit esse arma. Tunc cesar verum esse credens accusacionem, tetrarchiam ei abstulit, et Agrippe regno coniunxit, et opes eius similiter attribuit. Ipsum autem Herodem eterno condempnavit exilio, habitaculum illi constituens in Lugdunensium Gallie civitate. Cognoscens autem Herodiadem esse Agrippe sororem, opes et alia quecumque propria esse probavit ei restituit, arbitrans eam consilio viri esse insciam, et vitabat ea quod sororem Agrippe cognoverat. Tunc illa dixit ad Gaium: Tu quidem o cesar magnifice satis sicut dignitatem tuam decebat hec mihi largiris, verum ego tuo non possum uti beneficio tuisque muneribus propter dilectionem qua marito meo constringor; cum socia in prosperitatibus extiterim, iustum non estimo ut eum in hac necessitate relinquam. Tunc ille magnitudinem animi eius indigne suscipiens, simul eam cum Herode misit in exilium, eiusque substantiam Agrip-
173. pe fratri eius tribuit. Herodiadi ergo pro invidia quam circa fratrem gerebat, et Herodi ob id quod muliebres rationes et vanitates sequebatur, cuncta iniuste disponendo, et maxime in Iohanne qui dicebatur baptista, quem hortatu ipsius Herodiadis occiderat, tale iudicium ex providentia divina illatum est.

Gaius autem primo ac sequenti anno magnifice rebus utebatur, et mediocriter se in omnibus exhibebat, et favor illi per dies tam apud Romanos quam apud ceteros subiectos amplior augebatur. Procedente vero tempore magnitudine dignitatis elevatus, humanum perdidit intellectum, et sese volebat divinitate que vera est honorari.

Illo tempore cum in Alexandria sedicio pervenisset inter iudeos ibidem habitantes atque paganos, certi ex utraque parte legati mittuntur ad Gaium. Erat autem inter paganorum legatos unus nomine Apio qui iudeos plurimum blasphemabat, et de hoc preterea eos accusabat quod honores cesaris omnino haberent contemptui. Nam cum alias gentes romano imperio subiectas Gaio cesari templa fundare, altaria construere, et alia sacra diis celebrare firmaret, a solis iudeis hoc reprobari proclamabat. Oportere namque et ipsos simulacris honorare cesarem, nomique eius hoc mirabile. Hec ergo Apione et alia huiusmodi durissima contra iudeos proloquente, Philo legatus iudeorum ei resistebat, vir in omnibus magne glorie, philosophie quoque non expers, et ydoneus defensare causas que eis accusacionibus subiacebant. Gaius autem credens que Apio de iudeis dixerat, legatos iudeorum iubet ex secretario excludi et absentes fieri. Nam tanta fuerat indignatione succensus, ut crederetur aliquid sevissimum perpetrare. Tunc Philo egrediens de secretario dixit ad eos qui secum fuerant iudeos, ut animo confidentes existerent, neque cesaris furore terrerentur, nam ipso esse ut ipsis operibus deum repugnare clarescere. Gaius autem graviter ferens quod tantum despectum apud solos iudeos existeret, misit legatum in Syriam Petronium successorem Vitellio, iubens ut cum numerosa manu Iudeam invaderet, et siquidem sponte susciperent, eius simulacrum erigeret in templo dei, sin vero resistere molirentur, pugnando superans id ipsum intentatum efficeret. Petronius ergo qui preerat in Syria decreta exequens, et ut mandatis cesaris minister existeret, cumque plurima auxilia congregaret, duasque romane milicie legiones haberet, Ptholomaidam venit, et ibi hibernum tempus peragere, et primo veris tempore per bellum posset agere cum iudeis, et hoc consilium cesari per litteras intimavit. Ille autem laudabat eius sen

tentia, iubens ut nullum omnino praetermitteret, et si minus oboedientes essent, plurimis eis inciteranter inferret. Interea multa milia Iudeorum venerunt ad Petronium in Ptolomaida deprecantes, ne ad solutionem et transgressionem paternae legis eos cogerent. Si autem modis omnibus statuisset simulachrum Caesaris in Hierosolima inferre, ibique constituere, semet ipsos primitus interfici postulabant. Neque enim inquiunt possumus quamdiu vivimus huic rei consentire, quia nobis interdicta est a legislatore, et cuius auctoritatem omnino non valemus contempnere, neque illas constitutiones parvipendere possumus, quas patres maioresque nostri usque ad suum interitum servaverunt. Petronius autem respondit: Si mihi esset ut meis uterer consiliis, iusta vobis a me haec esset oratio. Nunc autem Caesare iubente incumbit mihi multa necessitas eius decreta complendi, ne si contempsero ego maius periculum incurram. Tunc Iudei: Quoniam inquiunt ita sapis o Petroni, ut transgredi Caesaris mandata non audeas, nos tibi quoque indicamus, quia neque nos legis divinae praecepta transgredimur, quibus tanta maiorum nostrorum et laboribus instituta transgredimur, qui tantae maiorum et laboribus instituti nec usque sine transgressione viximus, neque in tanta ausi sumus nos pervenire, ut quae a Deo interdicta sunt fecerimus, vel aliquibus bonis illectare nequeat, ut quae a Deo interdicta sunt fecerimus, vel metu mortis adacti. Sed fixum animum tenemus, ut pro observatione legis nostrae cuncta pericula subeamus, spe fortissima gerentes Deum nobis auxiliaturum in praesenti, et mercede postea redditurum, si pro eius cultura fuerimus aliqua mala perpessi. Si autem voluerimus tibi oboedire, non solum in infamiam debilitatis incurrimus, verum etiam immaniter offendimus Deum, qui tempore multo antiquior esse censetur quam Gaius. Tunc Petronius considerans in verbis eorum inmutabile firmumque propositum, et sine pugna se non posse Gaii praecepta perficere, nec sine multa caede negotium illud peragere, assumens omnes amicos et cuncta servitia in Tyberiade pergit, volens Iudeorum instituta cognoscere, vel animum tenere vel qualibus ordinibus uterentur. Iudei non tenebant se magnum in munere periculum ex bello Romanorum, et ideo magis animo placebant suum interitum, quam impii efficerentur in Deum. Multa itaque milia Petronio in occursum venerunt ad Tyberiadam, et supplicationibus utebantur ne pollueretur civitas erectione simulachri. Ad haec Petronius: Expugnabitis inquit contra Caesarem neque illi potentiam neque vestram putantes infirmitatem. At illi: Nos inquiunt minime pugnare disponimus, verum etiam sumus ante mori parati quam legis nostrae mandata solvamus. Et simul in faciem prostrati primi se paratos esse firmabant. Haec quoque per dies XL gerebant, et Iudei culturam terrae negligebant, cum maxime tempus exigeret, et tanta pars anni verteretur quo solent semina terrae mandari. Tantus quippe eos moriendi fervor accenderat, ne simulachrum aliquod poneretur in civitate. Talibus se rebus habentibus, Aristobolus Agrippae regis frater, et Elimas maior, alii quoque optimi viri ex eadem ipsa familia et plures de optimatibus ad Petronium venere deprecantes, ut benigne de praesenti negotio consuleret, et de tantae multitudinis perditione cogitaret, et ut Gaio Caesari de his scriberet inmanem inmobilem animum Iudeorum, neque eos simulachrum velle suscipere, et omnem culturam terrae negligere, et nos in occursum tuum venisse, et pugnare nec velle nec posse, mori tamen monstrant paratos, antequam transgressores suae legis existerent. Deberet etiam eis condolere ne malum in tanta multitudine terra inculta remaneat, et postea penuria latrocinia perpetrent. Fortassis enim Gaius emollietur, et nichil crudele estimabit, neque illa disponet quibus ad seditionem populus excitetur. Aristobolus ergo et qui cum illo erant talibus verbis Petronium deprecabantur. Petronius autem instantibus Iudeis, videns qui supplices exorabant, sciens quoque tanta multa milia hominum pro ipsorum interitu darentur, si vellet Gaii furori obedire, et super omnia Dei offensuram vel contumeliam iudicans ut de his Gaio scriberet, et aut eius animum mitigaret ut nichil periculi mali contingeret, aut si forsitan indignatione concitaretur, quod eius mandata minime complevit, et adversus eum aliquid mali decerneret, bonum esse iudicabat pro meliore causa et pro tanta hominum multitudine subire discrimen. Convocans ergo Petronius in Tyberiadam multa milia Iudeorum, et constituens in circuitu multas milicias et armas, visum esse sibi non sua sed Caesaris sententia, dicens se timere iracundiam Gaii, et primum se accessurum ad perficienda ea quae sibi praecepta fuerant, et se firmabat magnis honoribus ab eo sublimatum, ita ut nichil contrarium eius voluntati peragere vellet. Verum etiam non arbitror iustum esse, ut salutem honoremque meam non pro vobis, quia tam plures estis, impendam, nec permittere volo ut primo instituta vestrae legis solvantur, neque adeo dignitatem templi Dei contempnere, ut aliquid iniuriae per potestatem principum vestris religionibus inferant. Sed scribam ad Gaium Caesarem vestras illi voluntates intimans, et quantum possum causam adiuvans, et vestrum in bono propositum. Et spero quod Deus aderit, cui potestas potior est omni humano molimine, humanaque virtute, quod et potest vos in conservatione legis vestrae protegere, et me in omnibus tutari, ut nec ab ipsis humanis honoribus excedam. Quod si et Gaius forsitan exasperabitur ut in me iram suam velit effundere, sustinam omne periculum et omnem miseriam quaecumque corpori possit infligi, ne vos tantos pro rebus optimis perituros intuear. Ite ergo nunc unusquisque vestrum ad opus proprium, et terrae vestrae culturam impendite; ego vero Romam litteras destinabo, et omnia pro vobis tam per me quam per amicos quae rei conveniant agere non omitto. Haec dicens Petronius Iudeos congregatione dimittit iubens ut culturis terrae diligentiam exhiberent, et nobiles eorum alloquio suo adhortatus ut spe meliore gererent et aliam multitudinem laetificare festinabat. Deus etiam sua repente praesentia adiutorium manifestavit in omnibus adesse Petronio. Simul enim ut finis loquendi ad populum factus est, confestim praeter spem omnium ingens pluvia descendit. Nam illo die ab ipso solis ortu serenitas magna claruerat, nullumque signum pluviae in caelo fuerat visum, sed et omnis annus magna ariditate fuerat siccatus, ita ut desperatio fuisset ex corde non solum pluviae sed etiam si posset umquam caelum tectum nubibus apparere. Tunc ergo et praeter consuetudinem tanta inundatio venit aquarum, ut Iudeis spes magna fieret in nullo Petronium frustrari pro eorum negotio laborantem. Petronius autem amplius obstupuerat videns manifeste Deum se ostendere consolatorem Iudeorum, et multum suam declarare sententiam, quod contradicere non valeret Gaius nec reluctari eorum petitioni. Scripsit ergo Petronius ad Gaium postulans, ne tanta milia hominum contempneret, quod non possent sine bello et ingenti caede a transgressione suae legis impelli, proventusque tributaque ab illa gente darentur, memoriam etiam non bonam Romani nominis in posteriora relinqui, et super haec quoque virtutem divinam Iudeis praebere praesidium, quod evidentibus indiciis probatum esse firmabat. Petronius ergo has itaque litteras ad Caesarem destinavit.

XX. Agrippa autem cognomento Herodes tunc Romae morabatur, et in amicitia Gaii gratia crescebat. Quadam ergo die idem Agrippa epulum praeparaverat Caesari, ubi magnam impendebat diligentiam, ut omnium elegantiam et pretia in ciborum varietate vinceret, uniusque suavitates et delicias studiosius praevideret; ita ut non solum ceteros antevertet adinventionibus epularum, sed nec ipse Gaius quamvis multum cupiens ei posset equari. Gaius autem nimis admiratus tam ingenium eius quam magnificentiam animi, et quod super virtutem suam sumptus expendisset ut sibi placeret, voluit munificentia eius remunerare. Cum itaque Gaius ex deliciis et voluptate ac vino hylarior esset effectus, et ab Agrippa iterum ad potum invitaretur, dixit ad eum: O Agrippa quam tibi honorificentiam exhibui pro benivolentia et favore quam circa me semper habuisti, ita ut Tyberio vivente periculum ingens pro me incurreres. Verum quia in omnibus te video virtute praedicari, et nos amore superantem indecorum existimo tuo studio me superari. Volo itaque quod antea minime feci nunc perficere, et tantas tibi munerum copias attribuere, ut nomen tuum magnificatum sit opibus et honoribus. Haec dicens Gaius ad Agrippam, volebat illi aliquid sibi dicere dono dare vel civitates exhibere. Agrippa autem quamvis principalem mentem haberet, quod petere cupiebat, tamen voluit in praesentia suam voluntatem aperire, sed respondit Gaio: Quia neque primo lucrum ex tua gratia concupivi, dum Tyberio adhuc vivente contra eius voluntatem studium ac curationis tibi impendere, neque nunc volo aliquid lucri gratia a te petere, sed sola gratia tua esse contentus. Nam et si multa mihi a te sunt donata quae tuae virtuti tuaeque potentiae minora sunt, michi tamen haec est accipientis merito et dignitate mea multum constant esse maiora. Gaius autem obstupescens eius animi virtutem, magis instabat ut diceret quod sibi cuperet donari. Tunc Agrippa: Quoniam inquit o domine Caesar magnanimitate tua me dignum meatus muneribus existimas, postulo quidem nichil quod ad divitias opesque pertineat, nam me anterioribus pecuniis locupletem fecisti, sed illud peto quod tibi et opinionem pietatis augeat, et divinitatem eius implore auxilium, et mea gloria mihi sit apud audientes, quod a te nichil ad meos usus pertineat temporalium rerum. Postulo ergo ut erectionem statuae quam in templo Iudeorum faciendam Petronio praecepisti, ultra nolis efficere. Agrippa autem quamvis sciret quod michi aliud nisi mortem afferret illa petitio, tamen contemptis aliis sibi necessariis et utilibus illud a Caesare postulavit. Gaius autem ab eo quod ab Agrippa taliter fuerat circumventus, indignum estimabat et mendacem coram tantis apparere, antequam alacriter compellebat Agrippam quod vellet expetere, paululum suspensus tamen concessit, ac rescripsit ad Petronium laudans quidem eum quod exercitum instruxerit pugnare cum Iudeis fuerit praeparatus, et omnem usum laboraverit eum implere perficere. Verum statuam inquit si erexisti ut constituta est perseveret, si vero nondum erecta est nichil ultra fatiges exercitum auxilia divinitatis, te ipsum vero ad ea quae iussus es curanda convenit perficere, nam in templo non habeo utrum negatur statua. Haec enim Agrippae concessi, viro honorabili mihi semper, sed nunc amplius honorando. Gaius ergo talia scripsit Petronio antequam maior seditio oriretur, nam ita mentes Iudeorum timebant, et talia indicia monstrabant, ut si forte contrarium nuncium a Gaio redderetur, parati erant aperte bellum gerere cum Romanis. Gaii autem animus erat circumdinis obnoxius, et alieno bono consilio, et in omnibus quae facienda decreverat via magis pertinax fuit ad implendum, et in nullo se moderari sciebat, sed iudicabat beatitudinem si omne quod sibi esset voluptati perficeret. Nam post primam legationem scripsit secundo Petronio huiusmodi verba: Quoniam inquit dona quae tibi Iudei dedere meliora iudicas quam mea complere praecepta, et cuncta quae illis placent studes complere mea mandata contempnens, iubeo tamen te ipsum iudicem fieri, et eligere quid debeas pati qui me ad tantam iracundiam concitasti, ut exemplum efficiaris cunctis et praesentibus et futuris, quod nullus audeat deinceps imperatoris mandata contempnere. Hanc epistolam destinavit Gaius Petronio, non tamen Gaio vivente pervenit. Nam remoratis navigio portatoribus Petronii ea tardius suscepit, ita ut et ante hanc epistolam alteras litteras accepisset in quibus mors Gaii Caesaris continebatur. Non enim oblivisci poterat Deus tantorum periculorum quae Petronius cum alacritate magna subierat ut Iudeis gratiam religionis confirmaret, et Gaium de mundo abstulit; mercedemque illi dignam pro sua impietate restituit, et cooperabatur in omnibus Petronio. Nam tanta illi dilectio exercuit tam Romae quam in unoquoque regno, ut dignitatem eum detestantem super eum apparere. Romae enim senatorum ordines et quique dignitatibus continebant, tam pro virtutis merito quam odio Gaii quod ipse cum dedicate ei praeceperant, circa Petronium magno favore utebantur. Mortuus est ergo Gaius scripta epistola Petronio in qua eum morte damnaverat.

Causa autem propter quam idem Gaius extinctus est, et toto ordine insidiarum narrabo in sequenti volumine. Dum primis habeam aliunde aliquid narrare, contigit enim per idem tempus Iudeis qui in Mesopotamia et Babilonia habitabant valde magna calamitas, et tam multa ibi caedes accidit, quanta numquam antea refertur in hystoria. De qua calamitate cuncta diligenter narrabo, et causas ipsas ex quibus pervenit insinuabo. Neerda civitas Babilonie dicitur nimis populosa, habens circa se plurimam fecundamque regionem, et tam aliis plurimis bonis quibus referta est, hostibus quoque est inadibilis. Nam eam Eufrates fluvius undique circumveniens in medio continet inversam, et super haec moenibus est munita fortissimis. Est et alia civitas cuius vocabulum est Nisibis, circa eundem fluvium fluentem constructa. In his civitatibus Iudei et loci munimine confidentes, censum quem ad honorem Dei tribuebant ibidem custodiebant et deponebant aliam decoram in nullis civitatibus. Nam eis velut promptuario munitissimo securi utebantur, et hinc in Hierosolima cum tempus expeteret pecunias dirigebant. Plurima quoque milia hominum inde pascebantur. Extiterunt ergo in Babilonia duo homines Asineus et Anileus nomine, Erdaenses genere, et inter se germani fratres. Hos propter matrem patre orbati erant, ut addiscerent operari velamina nautarum, quia non indecorum apud cunctos eiusdem loci hoc opus habebatur, ita ut et plures Iudeorum easdem exercerent opibus quas usu maximo perficiant. Hos iuvenes quadam die magister qui eidem operi praeerat, et apud quem ipsam artem didicerant, de adventu et tarditate culpavit, eosque verberibus castigavit. Illi vero graviter hoc ferentes arma quantacumque in eius domo servabantur arripiunt, et pergunt in quendam locum quod dirupno fluminum vocabatur, ubi optima pascua solebant germinare, et ibi se deposuerunt. Quo facto, congregabantur ad eos plurimi iuvenes, qui egestate laborabant. Hos omnes illi duo fratres armis instruunt, et ipsi eorum ductores existebant. Extruentes ergo ibi quandam arcem demandant universis qui per illa pascua sua armenta ducebant, ut eis censum redderent, et ex hiis eius amicitia haererent, et adversus hostes si forte irruerent auxilium fore firmabant. Illi vero haec audientes obediebant eis, nam resistere non audebant, et ex pecoribus mittebant eis quaecumque volebant. Deinde illis manus et virtus amplior accedebat, et potestatem habebant quocumque vellent effundere, et alios fugabant vel laedebant, alios regebant vel tuebant non solum in illis regionibus, sed et quis forte extrinsecus per eos contingeret, homines eorum terrae formidolosum fiebat. Et per dies singulos sermo de eis crescebat, donec ad regem Parthorum usque pervenit eorum fama. Satrapa vero Babilonis per quem ista cognovit, voluit eos in ipsis initiis reprimere, antequam eis licentia crescente malum amplius oriretur. Et congregans magnam manum ex Parthis et Babilonis adversus eos repente tendebat, et nolens eis intimare sui adventum, per occulta duxit exercitum, et veniens in quendam nemorosum locum ibidem latuit. Sequenti vero die illucescebat sabbatum quo Iudei nichil operabantur, et cogitans eos non ausuros resistere voluit eos hoc modo sine pugna vinctos abducere. Paulatim ergo ac pedetemptim accedebat ad locum, ut cum proximus fieret statim in eos irrueret. Asineus autem eodem momento cum aliis nonnullis sedebat et arma ante eos

iacebant. Et audiens a longe strepitum armorum et hinnitum equorum, dixit ad socios: Video, hinnitus equorum in meas aures lapsus est. Non equarum inquit amor, sed equorum uiros super se uehentium hinnitum audio, et strepitum frenorum simul aduerto, et uereor ne nos circumfusi hostes aggrediantur. Citius igitur unus ex uobis spectaturus percurrat, qui nobis quod nunc sit manifeste denunciet. Opto autem me falsa locutum fuisse, et deceptum potius ueri similitudine quam uera sensisse. Asineus igitur huiusmodi uerba locutus est, et ecce quidam simul accurrunt speculatores et dicunt ad eum et qui simul ibi residebant: Non fallerisset: recte coniectasti que aduersum nos geruntur. Ab hostibus enim tamen circumdamur, et plurimus equitatus nos inuadit eo presenti tempore quando nudi sumus omnibus armis, et ex patria lege nos uacare ab omni opere conuenit. Asineus porro non secundum speculatorum sententiam quod deberet fieri decernebat, sed legalem magis estimabat ne dimissis manibus peruentes letitiam hostibus exhiberent, ut ultionem exigerent de aduersariis. Arripit igitur Asineus arma, et alios qui circa se erant similiter adhortatur in audacia eos excitans, ut uirtutis memores hostes tamen fessos inuaderent. Impetum ergo Asineus in hostes cum suis faciens, multos obtruncauit et alios fugauit. Nam securitas illa qua se putabant cuncta sine bello superare, eos ignauos et molles effecerat. Parthorum autem imperator cum talis nuncius aduenisset, obstupefactus super illorum fratrum audacia, desiderabat eos uidere et cum eis miscere colloquium. Misitque ad eos unum ex armigeris suis fidelissimum qui diceret eis: Quoniam Artabanus Parthorum imperator quamuis a uobis lesus et sua prouincia depredata sit a uobis, tamen nulla circa uos indignatione qua debebat accensus est, sed consideratione uestre uirtutis in uestram gratiam factus attonitus, misit me ad uos dextram uobis fidemque prebiturum ut ad eum ueniatis et ei habeatis amicitiam, nullasque dolosas insidias formidantes. Dona et se daturum uobis promisit, et honoribus sublimare, ex quibus uobis maior potentia accrescat. Et Asineus ipse quidem uenire ad eum distulit, fratrem autem suum Anileum cum muneribus transmisit. Ille autem ueniens ad imperatorem, statim ante eum ingreditur. Artabanus autem rex Parthorum interrogauit eum cur Asineus frater eius non simul aduenisset. Cumque ille respondisset quod pre timore suum aduentum subtraxerit, cepit Artabanus per deos patrios obtestari, nichil mali se eis irrogaturum, si se ei committerent fidi. Iuxta barbaros enim hoc esse constat indicium fidei, ut si quis dexteram suam prebuerit, nunquam mentiatur, nec quisquam de fide dextera dantis dubitare potest. Artabanus igitur rex Parthorum dexteram suam dans, misit Anileum persuasurum fratri, ut ad eum et ipse ueniret. Hoc autem faciebat Artabanus opus habens illis fratribus pro tuitione sui regni, ut antequam aliqui bellorum a Babiloniis contra se oriretur, ipse illos per amicitiam occuparet. Timebat enim ne plurimi de Babiloniis et Parthis se Asineo coniungerent, et ualida manu congregata, a suo imperio recederent et sibi bellum inferrent. Anileus autem rediens ab imperatore ad fratrem intimauit ei munificentiam et alacritatem imperatoris et similiter iurandum quod ei prebuerat, et persuasit ei ut alacriter secum ueniret ad Artabanum, quod et fecit. Rex autem Parthorum eos cum magno gaudio suscipiens, admirabatur Asineum quod tam magnanimum existeret cum corpore haberet ad uidendum breue, et quod contemptui uirtute eius ignorantibus et corpus eius paruum intuentibus haberetur. Cuius igitur prudentiam strenuitatemque considerans, fertur eum ostendisse uni de ducibus suis nomine Abdagan, et indicauit ei nomen eius omnemque uirtutem et strenuitatem eius quam haberet in bello. Abdagates autem postulabat regem ut permitteret sibi quatenus eum occideret et uindicaret depopulationes eius quas in prouincia fecerat. Respondit autem ei imperator: Non permittam hoc fieri in eum uirum qui in mea fide confidens, dexteram amicitiamque deorum accipiens, ad me uenire curauit. Descendentem igitur eum a me si cupis insequere, et eum si potes iure belli superato. Mane itaque facto, accersiuit ibi Asineum et dixit ei: Tempus est conueniens ad propria descendendi, ne forte plurimi super te irritentur et sine mea conscientia pereas. Commendo igitur tibi Babilonis regionem, ut ea ledi a latronibus non permittas, sed tua uirtute a malis omnibus defendatur. Dignum itaque sum a te homine optimo hanc recompensationem accipere, quia tibi fideles animos omnino seruauerim, nec eis consensi qui fuerant ad tuum interitum tractantes, sed salutem tuam tuendam sedulo festinaui. Hec dicens, eum donatum muneribus competentibus in propriam destinat regionem. Asineus autem cum fratre domum rediens, oppida construit et castella diruta restaurando confirmat, atque ita in breui magnus effectus est, atque per eum negocia gerebantur, quanta numquam ab alio ante ipsum gesta sunt. Tantus igitur factus est, ut et ab ipsis Parthorum ducibus honoraretur qui ad illam regionem per tempora mittebantur. Nam sola Babiloniorum honorificentia habere minorem putabant, sed omnia negocia que in Mesopotamia gerebantur ex eius potestate pendebant, et magna ei felicitas per annos XV amplificata crescebat, et bonorum omnium uigore ac flore pollebat. Igitur dum illi fratres prosperitate fruerentur, subito illos malorum principia occuparunt, que ex huiusmodi causis acciderunt. Postquam enim strenuitate ac uirtute ad magnam peruenere potentiam, conuertuntur ad iniurias perpetrandas, 174. et transgressiones patriarum legum, et omnia peruerse agebant. Denique quidam dux Parthorum inuadunt qui ad gubernandam illam regionem missus fuerat, cui propria uxor fuerat comitata. Hec autem in aliis rebus plurimis laudabilis extitisset, tamen et pulchritudine cunctas feminas anteibat, ita ut magnum decoris miraculum inspicientibus appareret. Anileus autem pulchritudinem eius cognoscens, siue per se proprio uisu perspiciens, nimis eam adamauit. Denique cepit insidias uiro eius preparare, eumque hostiliter inuadens interemit, illam autem arripiens sibi coniunxit. Que mulier quidem non sine magnis calamitatibus Anilei domum ingressa est, et tam ipsi Anileo quam fratri eius Asineo magnorum malorum comportauit aggerem pro huiusmodi causa. Cepit enim illa simulachra que more patrio prius ueneratur domi habere, et similiter cultum ea apud Anileum excolere. Et cum alicubi forte pergebant in exteras regiones, secum illa simulachra portabat. Et primo quidem latenter hic ritum religionis exercebat, postea uero cepit et manifeste monstrare qualiter ea lege deos illos cum priori uiro coluisset. Quidam autem amicorum accedentes ad Anileum ita locuti sunt: Quid necesse habes ut Hebraico ritu contempto et tuis legibus contemptis, ut eam mulierem acceptas que nobis contrariam religionem colit diis sacrificando? Consule igitur tuis rebus, ne forte amore mulieris et uoluptate corporis captus, illa celebrari cogaris, et nos omnes dissipabimur. Tales Anileum commonentes nichil proficiebant, uerum et quendam illorum qui maximo honore inter eos fungebatur et ampliore fiducia eum increpauerat, crudeliter interemit. Ille autem cum moreretur maledixit Anileo et fratri eius Asineo, ut ipsi similiter ab hostibus interirent. Socii autem eorum obliti malorum quod non prohibuerint in se tantum facinus perpetrari, et nec auxilium ferrent bonum loqui, et commonentem Anileum pro transgressione patrie legis. Mortem igitur eius omnes grauiter ferebant, et pre timore Anilei tacite tolerabant. Cum autem in apertam maliciam opus Anilei procederet, et in lege patria iniuria gereret, plurimi Iudeorum congregati accedunt ad Asineum, et magnis uocibus eum increpabant, dicentes quod peccatum fratris eius omnibus adduceret interitum propter nuptias que cum alienigena muliere inisset contra consuetudinem legis ipsorum. Ille uero quamuis non ignoraret peccatum fratris magnorum malorum initium fore, tamen uictus fratris amore tolerabat, et ueniam fratri dabat quod fortiore malo libidinis uincebatur. Sed cum per dies accusatio cresceret, Asineus compulsus est de his ad fratrem loqui. Et accedens ad eum increpabat de illicito connubio, et de ueneratione simulachrorum, et iussit ei de cetero quiescere ab istis operibus, et ut mulierem ad propria remitteret. Nichil igitur talis ammonitio apud Anileum profecit. Mulier autem illa cum audisset tale ammonitione Asinei et tumultum qui in populo de se fiebat, uenenum inter cibos dedit Asineo. Quo ille accepto defunctus est. Post hec illa sine ullo timore degebat, solum suum iudicem habens Anileum, quem sentiebat suo amore constrictum. Anileus autem tanto fratre extincto solus regni moderamina excipiens, exercitum sumens, uicos Mitridatis inuadit, uiri apud Parthos nobilissimi, et regis Parthorum Artabani filiam in coniugio possidentis. Ubi cum irrumpit omnia prede dedit, et multas pecunias inde, multosque captiuos abripuit, et numerosum pecus abduxit, et alia plurima que ad diuitias opulentiasque pertinere noscuntur. Mitridates autem cum hec audisset, grauiter ferens quod ipse nichil lesisset Anileum et ab eo exordium sumpsisset tante iniurie, congregans quod plurimum potuit equitatum, et etate feruentium non minimam manum, aduersus Anileum uenit, ut cum eo belli iure contenderet. Sed antequam ad inuicem uenissent, Mitridates in quodam uico occulte castra posuit, ut inde proxima die in hostes irrumperet, quia sabbatum illucescebat quando a Iudeis otium exercetur. Anileus autem ista cognouit a quodam homine Syro alienigena ex alio uico. Qui cum omnia integre nunciaret, uicum etiam nominauit ubi Mitridates castra posuerat. Milites igitur paratos faciens, continuo castris egressus est, et fere circa quartam custodiam noctis Mitridatis exercitum inuadit, et alios dormientes obtruncat, plerosque in fugam conuertit. Mitridatem autem uiuum tenens secum ducebat, imponens eum super asinum nudum, quod ualde ignominiosissimum apud Parthos habetur. Cumque ad locum proprium redisset, hortabantur eum amici ut Mitridatem occideret. Ad quos ille respondit dicens non esse iustum ut Mitridatem extingueret, uirum apud Parthos nobili genere ortum, et ex connubio apud Artabanum regem magnifice honorabilem. Ut autem tolerabile uideatur quod ei iniuriarum illatum est, beneficio sue salutis se liberantibus gratiam erit redditurus. Si uero moriatur, nequaquam regem latebit, et magnam cladem Iudeis in Babilonia constitutis importabit. Parcere igitur illi nichil nocebit, quia propter consanguinitatem qua regi coniunctus est, et pro tanta dignitate, quamuis suos honorabit ac magni habebitur. Talia Anileus in concione locutus, persuasit eis omnibus ut ei parcerent. Dimittitur igitur Mitridates ad propria. Reuertenti autem ei uxor sua persuasit ut festinaret se uindicare de his qui sibi contumeliam fecerant, utpote regis gener et in magna dignitate constitutus. Turpe namque illi esse dicebat quod captiuus in manus hominis Iudei uenit, et nunc autem illum hoc esse uindicaturum, aut se per deos iurare quod coniugii federa solueret. Mitridates autem has exprobrationes per dies singulos minime ferens, et magnanimitatem mulieris metuens ne inter eos coniugium solueret, non sponte quidem neque uolens, congregauit manum quam plurimam potuit aduersus Iudeos, et plus sperabat quod a Iudeis superaretur belli certamine. Anileus autem ut cognouit ad se tendentem Mitridatem cum magna manu, ingloriam iudicauit si in locis suis maneret, et non magis antea ueniens hostes ei occurreret. Et ex prosperitatibus primis confidens, statim se pugnaturum parauit. Multi igitur se illi coniunxerunt sperantes sicut antea se preda relaturos, et ex ipsa prima facie terrorem hostibus relaturos. Pergunt itaque Anileus et sui per stadia LXXX per loca uasta et inaquosa iter facientes, et medio die ex ardore solis ingens sitis Iudeos occupat. Mitridates autem apparens continuo fessos itinere ac siti fatigatos inuadit. Illi uero nec estum nec arma ferre ualentes fugiunt. Parthi autem insequentes magnam cedem faciunt, et multa milia Iudeorum occumbunt. Anileus autem et quique circa eum erant in siluam se receperunt. Mitridates igitur magna uictoria faciens, nimis cepit exultare. Congregatur post hec ad Anileum infinita multitudo hominum pessimorum et suam salutem parum pendentium, quos ille suscipiebat, uolens ex his recompensationem efficere multitudinis que bello perierat, et erat uulgus inexercitatum. Cum hac igitur multitudine irrupit in uicos Babiloniorum et eos passim depopulatur. Babilonii autem qui ante parati ad bellum, mittunt tamen in Neerda ciuitate ad Iudeos qui ibidem habitabant, tradi sibi auxilium expetentes. Illi uero nequaquam sermonem illorum recipientes, neque cum traditione Anilei pacem facere uolentes, prouocabant eos ad placitum. Tamen legatos Babiloniorum premiserunt ut ad Anileum ingrederentur et cum eo quecumque uellent loquerentur. Nam et ibi Babiloniorum locum integre speculantes quo manebat Anileus, et cuncta diligenter inspicientes, ibidem se occultantes, nocte somno depressos inuadunt, necantque quotquot reppererunt. Ipsum etiam Anileum obtruncant, et hoc modo Babilonii iniuriis Anilei et grauedine liberati sunt. Tali modo Anileo perempto, ceperunt Babilonii Iudeis instare. Illi igitur grauiter ferentes impressionem Babiloniorum et repugnare penitus non ualentes in Seleucia cum suis omnibus emigrarunt. Iuxta de Seleucia ciuitas sita est opulens et decora, quam Seleucus Nicanor fabricatus est. Habitant intra Macedoniorum plurimi et Grecorum potentissimi. Est et in eadem ciuitate Syrorum non minima multitudo. In hanc ciuitatem Iudei Anileo obtruncato refugerunt, et per V annos ibidem illesi et inexperti malorum fuerunt. Sexto uero Iudeis qui in Babilonia remanserant corruptio magna contigit et ruina, et ob hoc plurimi eorum in Seleuciam magis magisque confugiunt. Amplior autem clades ibi eos occupauit, propter causam quam breuiter enarrabo. Grecis enim ut diximus in ciuitate quam diximus habitantibus aduersus Syros inimicitia exorta est, et Greci semper in certamine superiores extabant. Syri autem sociantes sibi Iudeos qui aduenerant et seditiones mouentes, ceperunt superiores existere, ex auxilio Iudeorum hominum inconsideratione se in periculo precipitantium, et intentionem sola ad bellum gerendum habentium. Syri igitur cum Iudeis Grecos superant. Greci autem cogitabant quomodo possent statum suum pristinum et dignitatem reformare, et qualiter possent Syros a Iudeis separare. Unusquisque igitur eorum uerba faciunt ad Syros cum quo quisque familiaritate se prius iunxisse sciebat. Hoc igitur modo Greci familiaritatem inter Syros et Iudeos dissociant, et primates utrique ex utraque parte pacta quibus inter eos pax et concordia seruaretur instituunt. Post hec se inuicem exhortantur ut cum Iudeis bellum gerant. Quos ex continuo repente inuadunt, interimuntque super L milia hominum Iudeorum. Pereunt igitur omnes preter paucos, quos forte aut amicorum aut uicinorum misericordia conseruauit. Deinde Iudei qui ibidem habitare non poterant discedunt inde in Ctesifontem ciuitatem uicinam Seleucie, ubi consuetum est regem Parthorum per singulos annos hiberna peragere, et ubi plurime eius opes et plurimus regni cultus asseruatur. Ibi et illa gens tamen timore premebatur, nam Babilonii et Syri idipsum cum Seleucensibus loquebantur ut bellum gererent cum Iudeis. Ob hoc igitur Iudei inde discesserunt in Neerda et in Nisibin ciuitates, et propter munitionem illarum ciuitatum tute se ibi manere censebant, et maxime quod ille ciuitates habitatoribus abundant bellicosis. Ea igitur que circa Iudeos in Babilonia constitutos acta sunt huiusmodi finem acceperunt.

INCIPIT LIBER XVIIII.

GAIUS AUTEM NON in solos Iudeos qui in Hierosolimis fuere et in eos qui in his regionibus habitabant iniustitie sue demonstrabat insaniam, sed per totam terram et per omne mare super eos precepta gratia destinabat per romanum imperium, et plurimis calamitatibus cuncta repleuit, quales antea numquam historie prodiderunt. Maxime autem omnium romana ciuitas cladem ab eo patiebatur, quam in nullo honorabiliorem ceteris ciuitatibus estimabat. Nam cum omnes ceteros benigne tractaret, senatum romanum et omnes quicumque ex nobilibus uel generosis clarissimi erant despiciebat. Multa etiam crimina perpetrabat ad usus equites romanos et multos ex eis et de senatorio ordine morte dampnabat. Quorum et simul pecunias auferebat et multas cedes non ob aliud perpetrabat nisi ut eorum pecunias auferret. Diuinum uero cultum et honores se uolebat non tantum hominibus exhiberi, sed in templum Iouis ueniens, quod uenerabile erat omnibus, fratrem Iouis se ausus est appellare. Alia etiam que gerebat non erant furoris aliena. Nam ex dicto archicia ciuitate que in Campania constructa est ad aliam ciuitatem maritimam que dicitur Mesana graue putans ut nauigio iter faceret, et putans se dominum maris existere, talia uolebat in fluctibus gerere, qualia solet terre natura sustinere. Voluit enim ut a litore ad litus per stadia ferme CCC in medio mari et per tantam uastum sinum pontem construere, super quem carrucis et diuersis uehiculis itinera ualeret efficere. Templa et paganorum nulla non despoliata reliquit; quecumque enim aut picta aut sculpta uenusta fuere et alio quolibet opificio pulchra simulachra deferri ad se iubebat. Dicebat enim pulchras res non alibi esse oportere nisi in pulchriore loco. Pulchriorem autem locum Romam esse firmabat. Non solum autem suam domum, sed et hortos et alia sua habitacula ubicumque in Italia erant ex talibus repleuerat ornamentis. Iouem et Olimpium, qui maxime apud gentiles uenerabilis habetur, ausus est in romanam transferre ciuitatem. Non tamen res ad effectum perducta est, architectis dicentibus ad Memmium Regulum cui res illa fuerat imperata, quia si illud simulachrum moueretur, aliquod malum forte accideret. Memmius autem hoc audito distulit negotium et eiusmodi uerba scripsit ad Gaium, et periculum mortis incurrerat, nisi quia Gaius morte preuentus est. In tantam quoque insaniam prorupit idem Gaius Cesar ut cum ei filia fuisset progenita, eam perduceret in capitolium et super genua Iouis constitueret, communem esse Iouique filiam natam confirmans, duosque patres eidem filie constituens. Hec illo talia perpetrante, perfas homines tolerabant. Molitus est et seruos incitare ad accusationem dominorum suorum, et quecumque uellent de eis in publicum crimina deportare. Serui uero illi quecumque eis pessima in animo oriebantur, nullo modo dicere prohibebantur, scientes Gaio gratum fore quicquid mali de dominis suis dixissent. Claudium uero patruelem eiusdem Gaii Cesaris ausus est Polideuces seruus suus accusare, et quidem Claudius capitalem debebat subire sententiam. Sperabat enim Gaius quod eo extincto faciliorem potentiam aduersus ceteros primates adipisceretur. Tamen non assecutus est quod uoluit. Repleta est enim uniuersa res publica diuersis malis diuersisque calumniis ex audacia seruorum aduersus dominos, et ubique insidie gerebantur, ab aliis quidem ut suas iniurias uindicarent, ab aliis autem perimere homines cupientibus, cum sibi ab eis periculis suis aliquod supplicium imminere sentirent. Iis uero quoniam corruptis legibus et hominibus in afflictione constitutis non paruum beatitudinis monimentum mors Gaii apportauit, et maxime genti nostre que pene iam omnis interierat, nisi mors illi celeriter occupasset. Uolo uero cuncta de eo per ordinem disserere. Opus enim magna fidelitate confert hominibus et solacium in calamitatibus constitutis, correctionem quoque his qui putant prosperitatem esse perpetuam, docetque ne rebus talis quisque pessime committatur, sed uirtutis studio se exerceat. Emilius igitur Regulus ex Corrupe Iberie ciuitate originem ducens, congregauit plurimos ut siue per illos siue per semetipsum alacriter Gaium interimerent. Cassius quoque Chereas tribunus et Minucianus non parua parte hominum ad hoc opus aggregauerat, et causa erat odium quo circa Gaium uniuersi tenebantur, et iniustitia qua in uniuersos utebatur. Gerit quippe animus liber indignationis aliquid, ut iniquitatem ferre non ualeat. Emilius enim Regulus cum amicis suis consilium capit aduersus Gaium, et Minucianus ut Lepidum amicum suum ulcisceretur, quem Gaius cum aliquibus suis ciuibus extinxerat, et timebat ne et ipse a Gaio similiter occideretur, et ideo festinabat suum preuenire periculum. Chereas quoque Cassius obprobria Gaii quibus se confundebat non ferebat, et quasi infirmo corpore fortia omnis gereret, et quia super hoc per singulos dies se periculum imminere cernebat. Morte ergo Gaii omnis quasi honestum opus libenter reputabat, et communiter ut ab eo liberarentur aduersus eum aliquid fieri optabant, quamuis et cum maximo discrimine. Super omnes autem Chereas incitabant ad hoc opus gerendum, quia facile et aptum aditum haberet ingrediendi ad Gaium. Tribunus namque erat idem Chereas, et per hoc omnes se putabant oportunitatem reperturos quia perimeret Gaium eorum auxilio fultus. ⁊

In ciuitate ludi curules agebantur, circa que spectacula a romanis magnum studium geritur. Concurrunt enim tunc alacriter ad circum, et pro quibuscumque rebus opus habuerint ab imperatoribus congregatione facta deposcunt. Imperatores autem eos quos multitudinem non iudicant resistendum, confestim que petunt grate concedunt. Rogabant namque tunc Gaium Cesarem cum omni intentione postulationibus instantes ut censuum releuationes faceret et grauedines cunctas auferret. Ille uero nolebat ista concedere. Populus autem amplius uoces eleuabat. Tunc Gaius iussit clamantes diuersos per diuersa loca abripi et sine ulla dilatione interimi. Illi uero quibus preceptum fuerat iussa complebant. Plurimis uero per hanc causam morientibus, populus spectans clamare cessauit, et eis sue facultates in contemptu fuere, uidentes alios pro suis opibus ad interitum uenire. Hoc uidens Chereas incitabatur ut magnanimiter aggrederetur causam, et ut insidias quas Gaio parauerat perficeret, et cum tamen nequiter aduersus homines exaspatium occideret. Sepius enim in conuiuio uoluit hoc opus aggredi, et tamen consideratione reuocabatur, cernens se non inuenire oportunitatem qualem uolebat. Cogitabat et ne frustra ad tantum opus accederet, sed ita re moderabatur ut uoluntas sua animum sequeretur effectum. In hac uoluntate occulte multo tempore militabat, non libenter sustinens conuersationem Gaii. Eodem tempore Gaius Cesar constituit Cheream super omnes publicas functiones et super alia que erant thesauris Cesaris inferenda. Ex hac potestate Chereas maiore se uirtute implendi operis aggrauabat, et more suo magis parcebat miseris atque depressis, quam Gaii obediret crudelitati. Unde et ad iracundiam prouocauit Gaium, ita ut eum increparet de mollicie et desocordia, et quia non ualeret sic ipse uolebat pecunias congregare. Contumelias illi quoque plurimas ingerebat et muliebria nomina impingebat omni confusione plenissima. Obprobria autem que ipse aliis ingerebat magis ipse in suis operibus monstrabat. Stolas namque muliebres ipse Gaius in celebrationibus misteriorum induebat, et circumpositionem ad complicaturam crinium adhibebat, et alia que ad ornamentum cultumque muliebrem pertinent. Hec ipse Gaius faciens, huius criminis confusione audebat alios exprobrare. Maxime autem cum illa uestimenta ministris reddere ab eis iri debebat, ita ut et tribunum cum derisu hirent et obprobrio. Nam cum sumpsissent ministri a Gaio Cesare muliebria uestimenta, proferebant aliquando ut esset secreta causa ad lusum facetias. Iubis erat Pompidius uir senatorii, qui pene per omnes ordines et gradus administrationis insignis erat. Epicureus autem erat et propter hoc otii et quietis cura studebat. Hunc Pompidium et amicam eius Quintiliam quidam inimicorum eius nomine Timidius apud Gaium accusauit, quia uellet eundem Gaium maledicendo turpibus infamare. Gaius igitur iussit Quintiliam exhiberi, et interrogauit eam si uera essent que de amico eius Pompidio sibi narrata fuissent a Timidio. Quintilia uero graue uidebatur testimonium in causam mortis aduersus amatorem suum proferre, nolebat esse fateri. Timidius autem suasit Gaio ut eam tormentis ab ea exigeret ueritatem. Tunc Gaius iussit Chereae ut Quintiliam sumens sine dilatione tormentis examinaret. Nam Gaius eodem Cherea quasi iniusto ubicumque tormentis et crudelitate opus erat utebatur, propter quod crudeli eum arbitrabatur ministerium exhibere, timens ne ab eo de mollicia et socordia culparetur. Quintilia itaque dum ad tormenta duceretur, consociorum cuidam pede calce deprimens, significauit eos debere confidere. Chereas uero timens ne propter illam subiret periculum, tormentis eam subegit. Tunc ... differens tam in conspectu Gaii tormentis fedatam atque deformatam, ita ut et ab amatoribus suis sine ulla uoluptate uideretur. Fuerat enim pulchra ualde. Tunc Gaius illam speciem non sustinens, sed admodum compassus Quintilie quia grauiter tormentis fuisset afflicta, liberam eam a crimine pronunciat, et simul cum ea Pompidium. Ipsam et pecuniarum dono munerat ut ei solacium aliquid haberet, quod grauiter debilitata esset tormentis. Nam non solum corporis eius sanitas corrupta erat, sed et pulchritudo defedata. Chereas uero talia considerans et sua iracundia non sustinens, dixit ad Clementem atque Papinium, quorum Clemens quidem super militiam erat constitutus, Papinius autem super eos qui Gaii fuerant custodes. O Clemens, nimis inique facimus in agendo que pro salute Cesaris constant. Nam eos qui aduersus eius principatum coniurationem fecerant, multa prudentia uigilantes et laboribus desudantes, alios quidem examiximus, alios autem tormentis afficimus, in tantum ut et ipsi Gaio miserabiles uiderentur, et ita militiam nostram cum nimia seueritate tractamus. Clemens autem ad uerba Chereae tacebat, et tamen uultu et colore ac oculis manifestabat se similiter dolere ea que dicere Chereas uolebat, et ideo se uerbis de insania Gaii tractare iniustum iudicauit. Chereas autem talem animum Clementis intuens, cepit cum eo fiducialiter sermonibus, et commemorabat mala que ciuitate romana et illud imperium obtinuerent. Si igitur quispiam uelit rei ueritatem discutere, inueniet quia Gaius totius mali sit causa, et quia nos aliis clades et tormenta ingerimus non nostra hoc uoluntate gerimus, sed imperio eius coacti. Festinemus ergo comprimere tantum iniuriatorem in ciues et socios et subiectos. Nam cum nos ministerium exhibere debeamus, et uelut satellites atque carnifices ad eius crudelitates explendas parati eramus, et arma que aduersus hostes proferre debuimus, in nostros ciues conuertimus, non pro libertate, non pro imperio romano, sed pro salute eius qui sua iniquitate festinat cuncta subicere. Nam tamdiu simul nostra corpora et nostras conscientias per singulos dies sanguine miserorum polluimus, donec aliqui inueniantur qui in nos quoque ultionem exerceant. Nam nullo fauore circa nos Gaius propter hoc uitam commisabitur, sed magis cum suspicione, quia non cum iudicio, sed sola libidine ad nocendum hominum impellitur, et timeo ne simul nos cum aliis pereuntibus coniungat. Clemens igitur Cheream ista dicentem manifeste approbabat, tacere autem iubebat ne per plures sermo diuulgaretur, et antequam res effectum consequeretur, secreto eorum prodito et insidiis manifestatis ipsi ducerentur ad penam, sed tempori procedente spem ualere committere ut oportunitate fortuna tribuente opus hoc haud segniter adimplerent. Se autem dicebat pro senectute non posse audacia quicquam ad tantum negotium inchoandum. Hec Clemens dicens ad Cheream, ipse quidem continuo mutauit sententiam, et omnia que a Cherea audierat quamque ipse dixerat cepit per plurimos diuulgare. Chereas autem hoc formidans perrexit ad Sabinum existentem uirum dignum et libertatis amatorem, et eum crudelitate Gaii hostiliter abhorrentem, et opus putans ut celeriter quod uolebat inciperet; timebat enim ne a Clemente secreta proderentur, et dilationes temporum aliquid contrarium sperabat allaturas. Cum autem libenter Sabinum a tali cogitatione et uoluntate consentiret, et quidem tacere se dixit, et ad nullum de talibus re sua proferre uoluntate, nec manifestaturum esse firmabat. Simul quoque ad Cheream uolunt aliquid uiriliter efficere, nichil dilationis penitus oderit. Hoc dicens, Chereas et Sabinus statim ambo uenerunt ad Minucianum, ipsum quoque similia eis cupientem ex animi magnitudine. Consanguineus tamen hic erat Gaii, inimicus autem propter mortem Lepidi. Multa namque amicitia Minucianus cum Lepido habuerat, et propterea et ipse amore pertractabat ut et eum similiter Gaius occideret. Erat enim Gaius omni nobilitati terribilis, tamquam putaretur aduersus uniuersosque singulari insania prorumpens. Propter hoc omnes erant in timore positi, et odium quod aduersus Gaium habebant indicare non poterant, et ob eius suspicionem nullam ei deuotionem aperte impendere presumebant. Dum uero Chereas et Sabinus uenissent ad Minucianum, et ei honorem sicuti prius exhibuissent, erat enim preclarus dignitate cunctis, ⁊ conuerso ore laudabatur, initium principia sermonum ille precedens uerba fecit ad Cheream, requirens quid uellet. Ille autem respondit: Pluribus sermonibus iam opus non erit, sed mihi sufficit si tibi hoc placet quod et michi, quando et prius de hac uoluntate adinuicem sermonem fecerimus. Uno itaque gladio sum accinctus, quod sufficere possit nobis ambobus; in quo confisus fortiter et accedam uiriliter ad opus. Princeps autem sis tu ipse effecto, iubens nos operibus insistere. Quod si tempus hoc opus tuum cooperatione solacii perficiat illius grassatione mei gladii. Fiducia quoque sole ipsum ferrum efficacius agere. Impellor enim ad actum non pro his tantum que ego patior, non enim lenitas mea pericula me tantum considerare permittit, sed pacem libertatis et legum, et calamitates quas cunctos per Gaium apprehendit. Dignum ergo sum apud te iudice fide reri hominum, quando tu et talia sentire comprobaris. Tunc Minucianus considerans ardorem sermonis eius, libenter consensit, et eius audaciam approbauit atque laudauit, et ualedicto cum uotis et precibus que dimisit. Quidam etiam asseuerant quod ea que tractabant quodam auspicio fuissent firmata. Dicunt enim quod dum Chereas ingrederetur curiam, uox eum de populo ferretur emissa, que quasi eum ammoneret dicens: Perfice quod agendum est, opitulante diuinitate. Quo audito, primum quidem Chereas expauit, ne quis coniurationem prodidisset, sed tamen nouissime uero considerans quia hoc per immutationem dicerent, siue ammonente aliquo consociorum seu certo deo, quia tamen humana respicit, se consulere ad confortationem insidiarum. Unus uero cum Cherea armati sunt, alii quidem ex ordine senatorio, alii autem romanorum equitum qui conscii huius operis erant. Nullus enim erat nobilitate famosus, felicitate preclarus, qui Gaii mortem non ardenter expeteret. Quapropter omnes tota uirtute et confidentia nitebantur ut eo priuarent et adeicerent

erat omnibus sermonibus et operibus preparatus. Nam et Calistus libertus Gaii, vir magna potentia summum dominium eleuatus, qui nulla alio quam tyranno similis prestabatur, timore cunctorum et magnitudine pecuniarum que eidem accesserant, eo quod esset in muneribus accipiendis et iniuriis exercendis acerrimus et uigore ultra modum uteretur. Cum naturam Gaii instabilem esse sciret, et in quibus declinasset neque posse reuocari, et multas alias periculi causas, accessit latenter ad Claudium, reuerentiam Gaii sperans, quia si acciperet imperium occiso Gaio, honorem et similem preberet, quod illi gratiam et uerba clementie impendisset prius. Dixit enim ad Claudium quia iussus fuisset a Gaio eum ueneno perimere, et crebras huius rei dilationes exquisisset ne talia perpetraret. Michi autem uidetur quod hec Calistus finxisset, uolens capere Claudium. Nam neque Gaius studens interfici Claudium honestas potuisset occasiones exquirere, neque Calistus iussus optabile Gaio rem perpetrare, si distulisset mandata domini sui, periculum non potuisset declinare. Calistus ergo pro commendatione sua finxerat hec uerba, que ei neque ei muneri. Hi autem qui circa Cheream erant differebant mortem Gaii de die in diem, dum multos metus deterrerent. Chereas autem nullam moram gerebat, sed omne tempus ad perficiendum opus oportunissimum iudicabat. Nam dum Gaius in Capitolium ascendisset ut pro filia sacrificaret, ueniebat frequenter ad Gaium in imperialis loci culmine stantem, et ipso auri et argenti pecunias dispergente, et dum cerneret eum hec mysteria gerentem, cogitauit eum precipitem impellere ex eminenti loco, cum se a nullo uideri putaret nec insidias fecisse crederet. Licet ergo non optata mors Gaio euenisset, Chereas tamen paratus erat ut etiam preter ferrum perimeret Gaium, metuens ne tempora oportuna diffluerent. Illi autem qui uidebant eum pro sua libertate sollicitum, poscebant eum ut paratum tempus usque ad sollempnitatem spectaculorum differret, ne dum conamen nequiret implere, turba fieret inutilitate. Dum conscii requirerentur a Gaio, dum tamen insidie ad effectum non peruenissent, et ideo utile foret uti celebratione spectaculorum hoc opus temptare. Hec enim spectacula in palatio ob honorem Cesaris in paruo et rotundo templo aguntur, in memoriam eius qui primus in se ipsi potestatem conuertit; et ibidem Romani nobiles cum filiis simul et coniugibus liberisque intersunt huic spectaculo. Tunc enim facilius foret aggressus ad necem Gaii, quando multa milia hominum in paruulo loco conuenirent, et potuisset quilibet ad eius necem audacter accedere, absentibus quoque custodibus, qui licet uellent, non tamen ei presidium ferre possent. Expectans ergo Chereas uenientibus spectaculis prima die nitebatur ut quod fuerat precogitatum sine dilatione fortuna solatio adimpleret. Et tamen tribus diebus ludorum iam transactis, uix die nouissimo opus ualuit temptare. Itaque Chereas conuocans coniuratos dixit: "Secus, o socii, tantum preteritum tempus nostrum obiurgare sequitur, pro his que cum tanta uirtute tractata sunt et neglecta noscuntur. Et melius est ne proditione facta periclitemur, et Gaius nos occidat, cunctorumque auferat libertatem his diebus, quia nos tyrannidi eius addicimus, cum et nos decet non debeamus esse securi, et aliis causam prebere libertatis, pro certumque sibi honorem et miracula reparare." Sociis ergo coniurationis dicentibus quod bene eos ad libertatem hortaretur, facto silentio rursum dixit ad eos Chereas: "Cur, o fortissimi, segnes sumus? An non uidetis hodie spectaculorum diem esse nouissimum, et Gaium in Alexandriam nauigaturum ut Egyptum contempletur? Bonum ergo uobis est ut uestris manibus auferatis Romane gentis obprobrium, et hec terra marique diuulgetur. Nam quomodo non iuste erimus confusionis obnoxii, si eum aliquis Egyptius occidat, non ferens iniuriam libertatis oppressam? Ego ergo neque ulterius differre potero uoluntatem meam, sed hodie ad pericula simul accedo, grate ferens quicquid mihi ex eis acciderit, animum habens ad omnia pericula preparatum, ne michi huius laudis possit euenire prolatio." Hec dicens Chereas et ipse audacter armatus est, et reliquis fiduciam preparauit, cunctisque iam desiderium erat ut opus aggrederetur. Mane quoque differens armata multitudine equestrium diluculo ad palatium uenit. Mos enim erat tribunis petere cunctis ab imperatore signum, et quicumque competebat accipiebat signum. Concurrebant ergo omnes ad palatium, ut pro spectaculo loca sibimet occuparent. Cumque de multa plebe atque compressione Gaius exultaret, ita ut pro multitudine nec ipso senatui nec Romanis equitibus locus esset, sed et permixti sederent mulieres cum uiris, liberi una cum seruis, Gaius sibi processu facto, pro Cesari sollempniter immolabant, cuius etiam spectacula celebrabant. Contigit de sacrificiis aliquid sanguinis cecidisse, contigit ut ex eo cruore cuiusdam senatoris nomine Asprenatis uestis aspergeretur. Quod factum Gaio quidem risum excitauit, Asprenati uero augurium fuit, quia postea una cum Gaio ipse peremptus est. Ferunt autem Gaium illa die ultra naturam suam fuisse mitissimum, ita ut omnibus eius humilis salutatio mira uideretur. Post sacrificium autem ad spectaculum ueniens presidebat, et circa eum primi procerum. Est autem ubi ipsum spectaculum singulis annis exhibetur in duabus cellis, quarum una ducit ad atrium, alia uero ad porticum ingressibus et egressibus apta, quatinus non turbentur qui intra esse 175.
noscuntur. Est illic et alia cella in qua lusores exerceri solent et cantores. Residente itaque ipso et Cherea cum tribunis non procul a Gaio, dextrum namque cornu Cesar tenebat, quidam Latibius ex ordine senatorum, uir militaris, Cluuium uirum consularem iuxta se residentem nullo audiente requirebat si quis ei aliquid nouitatis dixerit. Quo dicente nichil se ea die esse nunciatum, et libidius dixit ad eum: "O Cluui, hodie tyrannicidii certamen agitur." Cluuius autem respondit: "O fortissime, tace", et mox uersum Homeri subiunxit dicens: MHTICAΛΛOCAXAIΩNMYΘONAKOYCH, id est: Ne quis alius maliuolus sermonem exaudiat. Cumque multa poma in theatro spectantibus spargerentur, et pariter aues, in numero que pretiositate sua sunt comparantibus preciose, Gaius Cesar lites et rapinas propter hec actas libenter inspiciebat. Minucianus autem iuxta Gaium sedens, ac metuens ne inuacuum tempus efflueret, cum uidisset Cheream egredi, surgens et ipse pergebat ut confortaret eum. Egredientem autem Minucianum tenuit Gaius a ueste, et quasi pannucia quo ingeris, beatissime? At ille reuerentia Cesaris cum risu resedit, et paulisper residens denuo surrexit et abiit. Quem tunc egredientem non impediuit Gaius, credens eum ad necessaria progredi. Asprenas quoque, de quo supra diximus quod in sacrificiis sanguine aspersus esset, cum foret et ipse particeps operis Cheree, ammonebat Gaium sicut et prius ut ingressus ad balneum et ad prandium rursum ad spectacula remearet, uolens ut ad finem sua tractata perducerent. Illi siquidem qui circa Cheream erant excubebant alterutros, quasi tempus esset singulos preparari, ne absentes a debito opere inuenirentur et negligentes oportunum tempus amitterent. Erat uero dies iam circa horam nonam. Chereas itaque tardante Gaio paratus erat ut ingrederetur ad sedem eius, presertim quia ille necem Gaii Cesaris cum multo sanguine senatorum et equestrium adimpleret. Licet tamen in ope complendo arderet, melius tamen iudicauit curam omnium libertatemque seruare. Cumque omnis esset ad spectaculorum uota conuersus, Gaius signum surgendi fecit. Turbaque repente facta, Chereas et sui socii conuersi retro ipsos impellebant, ut

quasi secretum officium suis impenderent, re autem ueritate uolentes hic licentiam ut eum in silentio trucidarent. Precedebant itaque Gaium Claudius patruus eius et Marcus Minucianus sororis eius coniunx, necnon et Valerius Asiaticus, quos et si uoluissent repellere, propter dignitatis reuerentiam non audebant. Gaius autem Cesar sequebatur eos cum Paulo Arruncio. Cumque iam esset intra regalia tecta, iter dimisit ubi constituti erant famuli qui ei gratifice ministrare uolebant, Claudio patruo eius precedente, et conuersus est ad quendam locum angustum rursus ad balneum, et simul contemplatus pueros qui uenerant ex Asya, qui eorum forent utiles ad ymnos misteriorum que celebrare erat consuetus, aut qui ad pyrricam inchoatis apti esse uiderentur. In illo loco angusto ei Chereas cum suis occurrit ut signum ab eo peteret. Gaio autem quasi ad eius illusionem languentium signum dante, Chereas nichil moratus ut iniurias suas uindicaret, euaginato gladio intulit ei plagam uehementem, non tamen omnino mortalem. Sunt qui dicunt hoc Cheream ideo fecisse, ne Gaius uni plage uulnere moreretur, sed plagarum multitudine sauciatus maiori dolore cremaret. Gaius itaque dolore uulneris cruciabatur; inter humerum eius et collum ensis illatus iuguli ossibus est retentus, ne ulterius progredi posset. Quo uulnere illato neque clamauit, nec uocauit quemlibet amicorum, siue pro incredulitate uel imprudentia, sed dolorem uulneris fortiter tolerans anterius fugiebat. Quem suscipiens Sabinus Cornelius fortiter eum in uiam ut caderet impulit. Tunc genu flexo cadentem multi circumastantes singuli ad inuicem gladiis et quasi certantes discerpserunt. Constat autem quia ultimus quidam nomine Aquilas mortis intulit plagam. Omnis itaque causa Cheree indubitanter est attribuenda. Nam licet cum multis hoc opus effecerit, tamen primus cogitauit quemadmodum gererent, et primo ausus est hoc incipere, urbis suasoriis multos ad hoc incitans, et sapienter cuncta disponens. Ubi erat sententiarum adhibenda professio, et fortuna presumptionis inchoauit ut dum tempus exigeret manibus uterentur. Ipse quoque tempore aggressus est, et uirtute illi necis impleuit, atque usum facile Gaio moriente concessit. Quapropter iustum est ut et quecumque ceteri gesserunt Cheree cogitationi et labori manuum ac uirtutibus applicentur. Gaius itaque hiis multis uulneribus iacebat exanimis. Chereas autem et ceteri primitus Gaium per eadem itinera reuertentes euadere se impossibile iudicabant, propter ea que fecerant. Non enim paruum erat periculum peremisse principem tantum, et stultitia ipsi sepius honoratum, tum et a militibus non sine sanguine de morte eius faciendam esse sedicionem. Itaque cum essent angustie uie in quibus Gaius peremptus erat, et maxima turba militum eas impleret, qui illo die pro custodia principis aderant, per alias uias fugientes uenerunt ad domum Germanici patris Gaii, et eum quoque interfecerunt. Erat enim domus eius coniuncta regalibus, et ita declinauerunt multitudinis inuasionem. Cumque adhuc lateret mors Gaii, primum a Germanis est agnita, quorum patrie mos est importabili uti furore, sicut et Hyspani aut ceteri barbari, eo quod omnes huius homines ratione sunt minores, corpore robusti, et impetu primo quibuscumque hostibus congressi preualentes, cum non habeant uirtutis discretionem pro utilitate cunctorum, sed tantum sibi prospiciebant. Quibus Gaius carissimus obhererat, quod pecuniarum muneribus eos placauerit. Euaginatis ergo gladiis ingressi sunt domum perscrutantes Cesaris peremptores, principem inter se habentes tribunum Sabinum, qui non tantum uirtute et fortitudine maiorum, quantum suo robore cum monomachus esset, hanc obtinuerat dignitatem. Germanis ergo requirentibus interfectores Gaii, Asprenas primus occurrens ab eis occisus est, cuius uestem sanguis sacrificiorum sicut prediximus cruentauerat, et non bonum ei fecisse uidebatur augurium. Post hunc occurrit eis barbarus Norbanus, fortissimus ciuium, et de cuius maioribus imperatores multi processerant, et cuius eminentiam ciues non ignorabant. Is cum esset ualitudine robustus, primo sibimet occurrentis arripiens gladium, et prouectus aliis contendebat ne sine aliorum interitu moreretur. Multorum ergo agmine constipatus frequentium uulnerum illatione defunctus est. Tercius autem Anteius ex ordine senatorio Germanis occurrit, sicut et priores. Is cum staret ad corpus Gaii et letaretur de morte eius, quia patrem suum effugauerat et militibus destinatis occiderat, turba accurrente non ualens effugere a Germanis occiditur. Hi uero tres peremptores Gaii taliter sunt extincti.

DUm ergo in theatro de morte Gaii uenisset sermo, admiratio et incredibilitas facta est. Alii namque ualde delectabantur in eius morte, et licet dudum sperarent mortem eius sibimet utile fore, tamen hoc non sinebant credere pre timore. Quibusdam autem hoc in desperatione erat, quasi non posset aliquis hominum opus huius uirtutis implere. Erant et quibus non erat grata mors Gaii, mulieres et infantes et quidam militum, alii propter mercedem, quia ei adherebant ad iniurias potentissimorum ciuium, ad illius ministeria preparati, mulieres autem ac iuuenes propter spectaculorum et monomachorum munera, in quibus solet uulgo delectatio ministrari, et propter carnium dilacerationes quas in ludis facere solebat, ut ipso uoluptate exhiberet pueritate, re autem ad saciandam sue crudelitatis insaniam. Serui etiam obtentu dominos suos contempnebant, et ad inimicandum eos ei fulciebant auxilio. Mentientibus et seruis contra dominos ab ipso tamen credebatur quod dicebant, et eorum pecunias ad diripiendum Gaio ostendebant. In accusatione autem dominorum serui accipiebant octauam partem substantie eorum ad premium. Igitur aliquibus in theatro credibilis sermo uidebatur pro morte Gaii, et tamen non solum gaudia retinebant, sed et hoc audire aut dicere refugiebant, metuentes ne cum uerum non appareret pene succumberent, quasi nota sue uoluntatis aperientes. Illi uero qui insidias perfecerant amplius se celabant, formidantes ne dum alicui amatori tyrannidis hoc panderent, inuente Gaio perimerentur. Fuerat et sermo dispersus in populo, quia res quidem a coniuratis fuisset temptata, non tamen Gaius extinctus foret, sed ablatus a medicis ductus fuisset ad curam. Nullus ergo tam uerax erat, cui se quisque committere auderet, aut suam panderet uoluntatem. Nam et si quis amicus erat, propter fauorem tyranni uidebatur esse suspectus, et odiosis maxime non poterat credi. Alius et sermo ferebatur, quod Gaius inter ipsa pericula et uulnera, ut erat sanguine cruentatus, uenisset in forum, et concionem habuisset ad populum. Que fama debilitauit coniuratorum uires, et loca sue custodie non relinquebant, formidantes ne inuenirentur in culpa. Cum ergo turba Germanorum euaginatis gladiis spectaculum circumdedisset, cunctis spectantibus metus sue perditionis accessit, et ex omnibus adstantibus timor erat quasi repente ingredientium gladiis caperentur, et neque discedendi securitatem habebant, nec in theatro poterant morari sine periculo. Germanis ergo irruentibus in theatrum fragor factus est supplicantium atque dicentium, quia et que gesta fuissent, si tamen aliquid contigisset, et que dicebantur cuncta nescirent, et ideo deberent illis parcere, ne aliena presumptione eis qui inculpabiles essent irrogare deberent, sed exquirerent patratores eos qui hoc crimen commisissent. Populus ergo hec et his potiora cum lacrimis et prosternatione uultus sepe clamitabant, facientes ea que periculi et mortis necessitas exigebat.

honorem ei tribuit. Duo autem fratres erant symon et boethos pater cuius filiam habuit magnus herodes. Rex quoque agrippe sacerdotes constituens hierosolimitis compensationem eorum deuotioni restituit, et affectuosam eis pro bono largitate. Prefectum autem totius militie fecit sylam uirum qui multas labores cum eo sepe communicauit. Paruo autem tempore preterito quidam de doritensis iuuenibus preponentes presumptionis ueneratione, et natura audaces, tollentes cesaris simulachrum in synagoga iudeorum statuerunt. Quod opus agrippa ualde conturbauit. Videbatur namque ad destructionem patriarum legum esse actum, et idcirco ad publium petronium festinanter nuncium direxit. Et contra doritas conquestus est. Qui nimium et ipse indignatus ex impietate indisciplinatorum doritharum hec eis cum magna indignatione scripta direxit: Publius petronius legatus claudii cesaris principibus doritensium dicit. Audiuimus quidam ex uobis tanta superbie presumptione usi, ut nec dictis claudii cesaris obedirent: quibus sancitum est iudeos patriis legibus uti. quibus uos omnia contraria fecisse cognouimus. cum in synagoga eorum simulachrum cesaris statuistis. preuaricationem agentes non solum contra iudeos sed et contra ipsum cesarem. cui simulachrum melius poneretur in suo templo iudicaui quam in debito loco. cum utique decreto cesaris sit sancitum unumquemque habere in ipsius locis potestatem. Veruntamen cum edictum cesaris ante paruerias, ut uoluntate ei erga iudeos acquiescatis. cum sermone ei quidam uestri consensissent. Quapropter eos qui contra dictum cesaris talia commiserunt, cum et uicinos eorum de talibus indignentur, precipio eos a centurione proclo uitellio ad me perduci. quatinus possint gestorum suorum reddere rationem. Iudices autem eorum moneo. ut si nolunt uideri hanc querelam sua uoluntate celebrata. culpabiles personas centurioni demonstrent. nullam seditionis aut litis relinquentes occasionem quam malivoli iterum audeant talia committere. Michi namque et karissimo regi agrippe nulla potior cura est quam ne gens iudeorum occasione sumat uindicte gratia. ut ad tumultum seditionis accedat. Vt autem aptius sciatis que cesar talia preceperit: dicta ei alexandrie destinata huic scripture preposui. que licet omnibus nota sint. tamen rex agrippa ante tribunal meum hec legit: monens ne dicta cesaris contempnerentur. Agite siquidem me pronunciante. ut de cetero nulla seditionis occasio iudeis tribuatur. sed unusquisque religionis sue iura seruet. Petronius quidem hoc modo quod fuerat commissum contra iniquos correxit. ut de ceteri nichil possit huiusmodi meditari. Rex autem agrippa symonem cantheram pontificatu priuauit. Ionathan autem iterum restituit eum estimans digniorem. Qui tamen ionathan gratum non fuit tantam recipere dignitatem. et ita taliter supplicabat dicens. Ea quidem o rex agrippa meo honore congaudens. hanc michi tribuis potestatem. Licet autem me ad pontificatum nunquam deus iudicauerit dignum semel tamen induere sum stola sacerdotii sufficit michi. Prius enim dignum sum inuentus quam nunc denuo recepturus. Cum non sit ut mundior et dignior me hunc honorem accipiat. agnosce quendam omni peccato mundiorem esse me apud deum et apud te. Dico fratrem meum mathiam. qui potest ad hunc honorem digniter accedere. Cuius sermone laudans rex agrippa prebuit mathie fratri eius principatum pontificii. Non multo post tempore petronio qui syriam gubernabat successit marsus. Sylas autem prefectus regis agrippe qui etiam omnem fortunam fideliter ei contulerat. et in periculorum ei communione non recesserat: sed cum eo in manifestis laboribus ac necessitatibus succubuerat: et ob hoc apud eum magnam fiduciam habens. neque quam parebat. et legaliter obedire. ita ut maxima ab eo beneficia postulando et onerosus fieret. et se ipsum pro laboribus pro eo perpessis in mensa arrogantie coram eo glorificaret: et regi et hoc ipsum improperaret: Quod cum crebro faceret. ut in uidebatur improperare beneficia nosceretur. Huius quidem syle aptam fiduciam agrippa tolerare non potuit: Non est enim ingenuorum grata memoria. neque suauis agnoscere quis frequenter ea bona que amicis suis fecerit improperat: Quid plura? Cum frequenter sylas ira regis prouocaret ille indignatione sua non attendens. a prefectura eum non remouit: sed uinculis tradendum in patria eum destinauit: Cumque ira eius longo tempore esset mitigata. et reuocasset in memoria quantos labores ille pro eo sustinuisset: remisit ei culpam. Die siquidem festiuo natalis sui dum cuncti quibus imperabat in leticia magna consisterent: sylam uocari iussit secum illa die comessurum. Sylas autem ad se uenientibus nunciis respondit. Ad quale honore me reuocat rex quos denuo post paululum in ablaturus est? Nam priores honores deuotionis exhibite non custodiuit. cum iniuriis me afficere non quieuit. Cum qua quidem fiducia aut conscientia ad eum ueniam? Quantis cum malis ei per pericula quanta substinui cum eo. pro quibus omnibus retributione merui uincula et carcere tenebrosum. Numquam quidem hec mala obliuiscar et me et post solutionem carnis et anime hec memoria reseruat. Hec uerba sylas loquens ad nuncios. poscebat ut hoc agrippe nunciarent: Agrippa autem sciens eum non posse animo mitigari. dimisit eum in carcere custodiri usque ad mortem suam. Deinde hierosolimorum muros qui contra nouam ciuitatem respiciunt publicis sumptibus munitissima latitudine et altitudine fabricata est. et omni humano ingenio inuincibiles reddidisset fortiores nisi marcus syrie preses claudio cesari hoc intimasset: Qui ad obtentum claudii rebellandi causa suspicatus hoc fieri. mandauit agrippe ut a murorum constructione cessaret. Qui mox ut agnouit. relucrandum cesari non censuit. Fuit itidem agrippa cognomento herodes natura bonus. et ad beneficia munifica preparatus. et cum tanto proprius sumptibus exornare non tardus. ita ut sua claritate muneribusque gauderet. et fabulabili sue uite iura disponeret. In malos similis existens auo suo. scilicet magno herodi. cuius mens erat callida ad supplicia preparanda. et aduersus odiosos sine retentatione preciosa. grecis magis familiaris existens quam iudeis. et alienigenarum ciuitates sepe nobilitans magnis impensis pecuniarum. balnea theatra et templa porticusque constituens. Iudeorum autem ciuitate nulla fabricare paruit. nec aliqua eis impensam prebuit. ut possent eius habere memoriam. Mores autem agrippe circa omnes erant mansueti. et beneficia similia conferebat. Alienigenis quoque erat clemens. ostendens illis et dona sue uoluntatis. circa suam autem gentem pro modo erat benignus. et potius compassione prius. Grata siquidem ei commoratio et frequens in hierosolimis erat. et semper patria sollempnitate et puritate seruabat. nullaque die preteribat sollempnibus hostiis uiduata. Quidam autem in hierosolimis erat nomine symon qui putabat mandata legittima perfecte seruare. Hic multitudine in ecclesiam euocata cum agrippa cesaream processisset eum accusare presumpsit quasi non sanctum et iustum. suadens populo ut prohiberent eum ingredi templum. quod nisi dignis liceret intrare. Agrippe autem indicatum se a prefecto quod symon concionatus esset. Quem agrippa rex uocatum dum te sederet in theatro. sedere iuxta se fecit. et sub silentio mitissime requisiuit. Dic michi inquit quid horum que hic aguntur: contra legem esse censeatur? Ille autem nichil habens quod responderet. ueniam supplicabat: Et rex magis citius placatus quam ab aliquo credi posset dies mansuetudine potius regi conuenire quam furore. muneribusque honoratum remisit ad propria cunctis mirantibus.

X. Hic igitur agrippa qui et herodes cum multas multa concessisset. per populos berithios honorauit. Instruxit namque eis theatrum amplitudine et pulchritudine precipua decoratum. et amphitheatrum copiosa impensa constructum. sed et balnea et porticus celsis opibus exaltauit: nulla tenuitate sumptum aut pulchritudinem fedauit: aut magnitudinem quamlibet minuit: Quorum et omnium dedicatione largissime ac munifice monstrauit. Et cum in theatro spectacula celebraret: musica instrumenta illic induxit. et uaria delectationum opera affluenter exhibuit. In amphitheatro autem multitudini monomachorum sua largitate ostendit. Volens et numerositate commixtarum delectationem spectantibus exhibere septingentos uiros pugnatores immisit: et quoscumque odiosos habuit ad hoc opus dimisit. ut et illi hoc modo ad inuicem pugnarent: et opus belli uoluntas pacis existeret. Hos quidem in cunctos sibi odiosos passim extinxit. Quibus spectaculis in berito celebratis. ut tyberiadem urbem galilee migrauit. erat quoque inter alios reges ualde conspicuus. Post hunc uenit ad eum comagensis rex antiochus: et damascorum rex sigrammus. et chotis rex minoris armenie. qui et et in ponto polemon tunc regnabat: et herodes frater eius qui calcidis tenebat imperium. huiusque colloquium cum eis. susceptione et amicicia ualde dignissimum. ita ut ostenderet sue sapientie culmen. et in presentia eos uideret regaliter honorasse. His autem regibus apud agrippam degentibus: marsus preses syrie aduenit. Quem sciens agrippa multum honorabilem esse romanis. et carum claudio cesari. processit ex ciuitate occursurus ei per stadia vii. Quem cum in ciuitate suscepisset: inimicitiam ei ex tali causa sensit: Sedens enim in tribunali agrippa. mittit ad illos reges qui ad se uenerant: Vt autem cognouit marsus illorum regum ad inuicem amicicia et concordia. suspicione tactus credidit non expedire romano regno illorum concordiam. Mox itaque ad unumquemque regum mittens mandauit ut uelociter ad propria redirent. Hec agrippa dolenter excepit et exstatim marso factus est inimicus. Deinde agrippa mathiam pontificatu priuato. constituit pro eo sacerdotem elioneum cantheri filium.

Vitimo quidem agrippa qui et herodes tercium annum complesset in regno iudeorum. uenit in cesaream ciuitatem que prius turris stratonis dicebatur. ibique spectaculum pro honore et salute cesaris celebrabat. Ad quam festiuitatem omnis multitudo prouincie nobilium simul et preciosorum conuenerat. Secunda uero spectaculorum die ueste stola undique argento contexta. ita ut textus esset ualde mirabilis. uenit ad theatrum incipiente die. et primis radiis euussis solo oriente. claritas argenti repulsa fulgorem reddidit ualde perspicuum, et oculis inspicientium formidandum. Adulatores quidem mox uoces fauorabiles emittebant. que nec ipsi agrippe placebant. deum eum scilicet appellantes. atque dicentes. Deus propicius esto nobis. quia licet hactenus uelut hominem te timuerimus. tamen iam ut te superioris nature esse conspicimus. Has uoces neque rex corripuit: nec impia eorum uerba compescuit. Post paululum uero respiciens agrippa uidit super uerticem suum in quodam ligno sedentem bubonem. Quem ut uidit mox tremuit sciens quod aliquando idem auis ei prenuncius fuisset bonorum. et quod etiam tunc indicaturus foret. cum iterum hic aliis uidisset: post v. dies esset moriturus. Mox quidem ut aliis uidit passione mortifera ingruens. et uehementi uentris dolore percussus. respiciens in amicos suos dixit. Ego quem deum appellabatis. uitam iam mutare compellor: Repente namque increpatus sum. cum mendaces ad me clamarent. Nam qui uocabar a uobis immortalis. ecce iam ducor ad mortem. et suscipienda est sententia que prefertur a deo. Viximus autem pro tanto sic claritate beatitudinis apparentes. Hec cum dixisset: crescente dolore comprimebatur: Et cum festinatione ad regalia reportatus est et sermo apud cunctos egressus est. quia indubitanter moriturus esset. Mox itaque cum coniugibus simul et liberis lege patria in saccis iacentes deprecabantur deum pro uita regis. et omnia luctu gemitusque complebant. Agrippa autem cum in domo sublimiore iaceret: deorsum respiciens. uidensque ipsum prostratum. nec ipse a lacrimis se ualebat abstinere. Quinque uero diebus continuo uentris dolore confectus uita priuatus est. huius anni etatis quinquagesimum et quartum. septimum uero regni. Quatuor namque annis sub cesare gaio regnauit. quarta autem cum herode fratre. tres autem reliquos annos sub claudio compleuit imperio. in quibus et iudeam et samariam preceperat atque cesaream. et tributa sunt innumera annis imperii. Multa namque ab aliis mutua sumpsit. Nam cum esset ualde munificus supplicantibus larga munera conferebat. et dona sine aliqua parcitate prebebat. Igitur cum mors eius publice esset ignorata. herodes rex calcidis. et chelcia qui fuit prefectus agrippe. destinauerunt ariston et sylam qui inimicus erat inimicis. quasi iubente rege ei tanquam ... Reliquit autem ex agrippa filium nomine agrippam. Dimisit autem agrippa relinquens filium equiuoci vii. annorum et filias tres. Quarum una erat iam nupta, reliquie due mariamme et drusilla adhuc uirgines erant. et maior decimum annum etatis habebat. minor sextum. Cumque mors agrippe cunctis innotuisset. cesarienses et sebasteni beneficiorum eius immemores blasphemabant eum uehementer ita defunctum. et abeuntes in domum eius. et arripientes statuas filiarum eius. ad loca fornicaria detulerunt. et in publicum statuentes. eis fedas contumelias inferebant: et quequumque facinora ... dicere fas est adimplebant: coronabantque conuiuia publica. unguentis se colentes. et sacrificia celebrantes pro regia morte. filius autem agrippe defuncti similem nomen habens: tunc rome a cesare alebatur.

Claudius autem audiens mortem agrippe. et sebastenos et cesarienses ei mortuo contumelias irrogasse. grauiter indignabatur. Et uolebat statim filium eius agrippam illis successorem dirigere, uolens iusiurandum seruare quod cum eo iurauerat. Alii autem dicebant periculum esse ut puero tali tantum regnum committeret. Cumque cesar uideret eos recte locutos. misit prefectum in omnem iudeam cuspium fadum. precipiens ei ut cesarienses et sebastenos pro defuncti contumeliis cohiberet. Cohortem uero cesariensium et sebastenorum et quinque milia in pontum transferri iussit. ut ibidem militarent; et ex romanis qui in syria erant. iussit eorum loca suppleri. Ipsi autem cesarienses mittentes legationem ad claudium supplicare et in iudea consistere meruerunt. sed postea sub uespasiano ex illa regione exturbati sunt.

INCIPIT · LIBER · XX ·

MORIENTE quidem agrippa rege sicut in libro precedente narratum. claudius cesar misit successorem marso cassium longinum. Cum quidem agrippa adhuc uiuens rogauerat eum ne marsus ulterius syrie preesse deberet; Factum itaque dum presidatum ille in iudea uenisset comperit iudeos habitantes circa fluuium contra philadelfos habere contentionem pro finibus uici. cui nomen est mias. Ciuitas autem illic plurimum armatorum congregati qui preuoluntate

primatum suorum sumentes arma multos philadelfenorum peremerunt. Hec audiens fadus uehementer accensus est. eo quod eius iudicio non reseruassent. quod lesi fuissent a philadelfenis. sed usque ad manum uenissent. Sumens quoque tres uiros potentes ipsius seditionis alligari precepit. De quibus quendam eorum nomine anniban iussit occidi. duos autem amaramum et eleazarum dimisit. Ptholomeus autem princeps latronum. et qui multa mala ydumeis et arabis frequenter intulerat. non multo post deductus ad fadum. morte multatus est. Hoc itaque modo cuncta iudea latronibus est purgata. prudentia fadi et sollicitudine. Fadus autem uocans cunctos sacerdotes et potentes hierosolimitarum precepit eis ut talarem tunicam et sacerdotalem stolam quam solus pontifex induere solet in antonia turrim reponerent. ut sic prius in romanorum potestate iaceret. Iudei uero neque contradicere presumpserunt. sed rogabant fadum atque longinum qui et ipse cum multo exercitu ad hierosolimam uenerat. metuens ne fado iudeorum multitudo resisteret. ut sinerent legatione ad claudium destinare ut peterent quatinus sacerdotalem stolam haberent in propria potestate. et ut ipsi eos sustinerent donec claudii responsa perciperent. Illi uero tam se hoc prestare dixerunt si eorum filii obsides preberentur. Quibus obedientibus filiosque suos dantibus legati sunt missi. Cumque romam uenissent. audiens agrippa iunior defuncti filius causam aduentus eorum. erat enim apud claudium. cesari supplicauit ut ea que peterent iudeis concederet. et ad fadum de his sua scripta dirigeret. Vocans itaque claudius legatos iudeorum promisit se concedere que petebant. iussitque ut agrippe gratias dignas exsoluerent cuius precibus hec eis ista donaret. Quam ob rem huiusmodi epistulam claudius misit ad fadum.

Claudius cesar germanicus tribunicie potestatis. quinquies consul ordinarius. quater imperator. decies pater patrie hierosolimitarum principibus curie. populo iudeorum et cuncte genti salutem. Agrippa meo piissimo quem ego nutriui. et mecum habeo. perducente ad me legatos uestros gratias agentes quod habeam gratias uestre sollicitudine et cum summa deuotione pro sacerdotali stola supplicantes. ut sub uestra potestate consistat que sicut a me postulata concedo. sicut uir fortissimus uitellius ordinauit. Huic itaque uoluntati consensi primum quidem propter pietatem meam. uolens unumquemque exhibere in sua paterna traditione culturam. deum sciens quia dum hec fecero. et ipsius agrippe iuuenis pietate circa me. et amplissimas amicitias collocabo. et scripsi hec cuspio fado meo procuratori. Nuntii uero litteras deferentes hii sunt. cornelius leo. tyfon. theodorus. dorotheus. nachelus. iohannis. iouis. panis. Data xiiii. kalendas iunii. consulibus rufo et pompeio siluano. Petiit et a claudio cesare herodes rex calcidis frater agrippe defuncti potestatem templi hierosolimorum et sacerdotum ordinatione usque quo cresceret agrippa iuuenis. et omnia pariter impetrauit. Ex illo autem fuit apud omnes eius liberos hec potestas usque ad belli finem. Herodes itaque a pontificatu remouit cantherum. et ioseph cami filium ei successorem dedit.

Eo tempore helena adiabenorum regina et filius eius izates ad sollempnitatem iudeorum hac causa prouidente migrauerunt. Monobazus adiabenorum rex cui cognomen erat bazeus eandem helenam sororem suam amore captus duxit uxorem. Que dum ab eo concepisset et in utero contingit quadam nocte ea dormiente ut monobazus uir eius poneret manum super uentrem eius. et quandam uocem subito audiuit precipientem ut manum de uentre eius auferret ne infantem in utero premeret. quem prudente deo et principium et finem felicissimum esset possessurus. Qua uoce ille turbatus repente excitans uxorem dixit ei que audierat. et natum filium nomine izatem nuncupauit. Habuit et ex eadem helena et alium seniorem filium nomine suo uocatum monobazum. et alios filios ex aliis mulieribus procreatos. Maxima tamen deuotione quasi unigenito izati desiderabilius impendebat. et ob hoc illi inuidia fratrum sustinebat. Hoc pater aperte cognoscens dissimulabat cogitans quia non hec pro malitia facerent. sed quia singuli fauorem patris habere desiderarent. Cumque autem ne odio fratrum izates aliquid mali sustineret. multis muneribus farcinatum misit eum ad abennerigum regem. commendans ei nati salutem. Abennerigus autem libenter eum excepit. et pro multa deuotione filiam suam simachon nomine dedit ei uxorem. et donauit ei prouinciam ex qua multa susciperet tributa. Monobazus autem pater eius cum iam senectute grauaretur. et paucum sibi tempus uiuendi super esse uideret. uoluit aspectu filii antequam moreretur inspicere. Vocans ergo eum. delectabiliter est amplexus. et dedit ei prouinciam que dicitur carron [illegible] omnium rerum. In hac et prouincia reliquie sunt arche noe que ex ymbrium diluuio liberata fuerat. et hactenus uidere eam uolentibus monstratur. Habitans ergo izates in hac regione. cum legibus iudeorum crederet. studebat et ipse conuerti. Credens autem non se esse perfecte iudeum. nisi signum circumcisionis acciperet. etiam hoc facere properauit. Quod dum cognouisset mater eius helena prohibebat eum. dicens ei fore periculum. quia cum esset rex multorum acquireret inimicitias subiectorum. tam peregrinas sollempnitates et superstitiones gentis extraneas adimpleret. nec pati eos uelle iudeum super se regnare. Hec illa dicens uolebat filium ab intentione reuocare. ille autem assumens quendam nomine ananiam misit eum ad matrem dicens. quia nisi ei acquiesceret repente ab ea discederet. Cui mater eius taliter respondit. Metuo o anania ne causa omnibus patefacta cum periculum supplicii sustineas quasi auctor et doctor operum indecentium apud regem. Ananias autem dixit ad eam. Potest et simul preter circumcisionem colere diuinitatem. si omnino apud se decreuit iudaicas leges obseruare. Hoc itaque esse firmius quam si circumcidatur. ueniam quoque illi deus daturus est. hoc opus non implenti propter subiectorum formidinem. Ananias ergo persuadens izati. coegit eum [illegible] consentire. Post hoc autem cum neque posset desiderium suum abicere quin circumcideretur. iudeum quendam nomine eleazarum uenientem a galilea in legibus patriis eruditum inuitauit ad se ut circumcideret. Qui cum intrasset ad regem. et inuenisset eum lege moysi legentem. dixit ad eum. Ignoras o rex moysi iura. et deo facis iniuriam. Non enim te oportet eas legere. sed primitus facere que precepta sunt. Quamdiu enim sine circumcisione permanes. legibus neque nosceris obedire. Hec audiens izates actum differre non potuit. sed ad aliam conuersus domum et uocans medicum statim circumcisus est. Et uocata matre helena et anania doctore indicauit eis quod egerat. Qui repente magno timore sunt perterriti. ne causa cunctis manifestata rex periculum deiectionis a regno incurreret. non patientibus subiectis uirum extranei dei cultorem super se regnare. Ipsique pariter pericula sustinerent. quia hec ei suasissent. Deus autem illorum metum non perduxit ad exitum. Nam cum multa pericula idem rex izates sepius incurrisset. cum ex ingeniis angustiis liberauit. et salutis donum concessit. ostendens in hoc quia confidentibus in eo et ipsi soli credentibus neque fructus pietatis aufertur.

Igitur helena regis mater uidens filium suum pacifice gubernari. et in omnibus esse beatum. et in lege iudeorum quam inceperat nimis esse religiosum. desiderium habuit hierosolimorum conspicere ciuitatem. et cunctis gentibus diuulgatum dei templum suppliciter adorare. et hostias pacificas offerre. Quod ergo [illegible] filio supplicauit. Qui nostatim consentiente et multam etiam itineris preparatione faciente et plurimas dante pecunias descendit in hierosolimam. filio eam longa uia deducente. Cuius et aduentus hierosolimitis extitit [illegible] ualde. Nam dum eo tempore ciuitatem magna fames oppressisset et multi fuissent egestate consumpti. regina helena misit quosdam suorum alios ad alexandriam. alios ad cyprum ut cum suis pecuniis frumenta pararent plurima. et ad hierosolimam deferrent. Cumque uenissent hec onera deportantes. illa hec accipiens indigentibus cuncta diuisit. Que propterea apud gentem nostram beneficiorum suorum maximam memoriam dereliquit. Filius quoque eius izates audiens hanc famem. multas pecunias hierosolimorum primatibus destinauit.

Artabanus itaque rex parthorum sentiens sibimet [illegible] satrapas inimicos. apud eos degere iudicauit ineptum. Quapropter ei uisum est ut pergeret ad izatem regem. et salutem apud eum se inuenire credens. et iterum ad proprium regnum remeare. Sumptis ergo cognatorum atque familiarium circiter mille uiros. uenit ad regem izatem. Cumque artabanum izates aperte nosset. ipse autem artabanum penitus ignoraret. inueniens eum in itinere constitutum. et stans ei prior se inclinans more patrium adorauit. Deinde inquit o rex ne me despicere uis tuum seruum. nec circa supplicem sis superbus. mutatus enim factus sum mutatione rerum. et regia potestate priuatus. tuum posco solatium. Perspice ergo inconstantiam fortune. et hanc scito esse communem. et ut similem habeam. Nam si me sine uindicta despexeris. erunt audaciores plurimi circa alios reges. Hec uerba artabanus cum lacrimis dicebat. capite reclinato deorsum. Izates autem ut eius nomen audiuit. et artabanum suppliciter sibi assistantem respexit. mox de equo resiliens dixit ad eum. O rex habe fiduciam. nec te presentia facta conturbet. Velociter enim tibi erit mutanda [illegible]. et me amicum et auxiliatorem inuenies plusquam credis. Aut enim in parthorum regno te rursus. aut in meo regno constituam te regem. Hec dicens eleuauit artabanum. et iussit eum ascendere in equum. Izates autem pedibus sequebatur honorem tribuens ei quasi regi maiori. Respiciens hoc artabanus grauiter tulit. et per presentem fortunam et honorem iurauit se de equo descensurum. nisi ille rursus ascenderet atque preiret. Tunc izates in equo ascendens. et artabanum ad regalia sua perducens. omnem ei honorem libenter exhibuit. et in consessu atque conuiuiis primum recumbere fecit non presentem fortunam attendens. sed eius pristinam dignitatem. eumque frequenter consolabatur dicens. quia communes sunt omnibus hominibus mutationes fortune. Scripsit ergo izates rex parthis. suadens eis ut artabanum reciperent regem. promittens eum pristinorum in eos non habere memoriam. simul et iuramenta prebens. Parthi uero rescripserunt ei quidem artabanum libenter recipere. sed iam non possent eum recipere. quod per eos iam alium regem ordinassent nomine cinnamum. et timerent ne forte inter eos certamen fieret. Hanc legationem cognoscens cinnamus mandauit artabano ut rediret in regnum. quia ei uellet cedere. His uerbis credens artabanus reuersus est. occurritque ei cinnamus et adorauit eum. et regem eum appellans. auferensque de suo capite diadema. imposuit eius uertici. Sic ergo artabanus per izatem rursus in regnum unde prius proceres suos ceciderant restitutus est. Nec fuit immemor beneficiorum ipse gestorum. sed izatem magnis muneribus remunerauit. Nam et tyaram ei permisit erectam. et in aureo lecto ei dormire concessit. quod solis parthorum regibus licet. et dedit ei maximam et optimam regionem regis armeniorum. cui terre nomen est nisibis. in qua et prius fecerunt antiochia ciuitate quam migdoniam nuncupauerunt. His itaque muneribus ab artabano izates honoratus est. Post paululum uero temporis artabanus regnum filio suo pardano dereliquit. Is ueniens ad izatem suadebat ei ut secum contra romanos pugnaturo auxilium ferret. sed ei persuadere non potuit. Izates enim romanorum sciens potentiam atque fortunam putabat eum impossibilia bella temptare. Sepius autem prohibebat eum narrans ei uirtutes romanorum. credens eum per talia uerba terrere. quatenus eum a desiderio contra romanos bellandi retineret. Pardanus autem rex parthorum indignatus bellum aduersus izatem repente pronunciauit. Nullam autem ex hoc utilitatem peruenit. deo scilicet spem eius adnichilante. Agnoscentes enim parthi pardani sui regis uoluntatem. et quia contra romanos bellare decreuisset. illum quidem extinxerunt. principatum uero eius cotardi fratri dederunt. Quo et post paululum per insidias rebus humanis ablato. successit ei frater bologesis. Qui duobus germanis suis propriam potestatem. pacoro quidem seniori regnum medorum. tyridati uero minori fratri dedit armeniam. Monobazus autem frater izatis regis. et eius parentum natio. uidentes izatem propter pietatem quam circa deum habebat ultra omnes homines excellentem. habuerunt et ipsi desiderium ut mores patrios relinquentes iudaicis sollempnitatibus obedirent. Que uoluntas patrum subiectis eorum ualde grauissima. sed proceres regni indignati iram quidem retinebant. expectantes oportunum tempus ut in eis ulciscerentur. Miserunt ergo ad abiam regem arabie. promittentes ei multas pecunias si contra regem eorum izatem castra moueret. professi sunt circa primam congressionem se proprium regem izatem occidere. pro eo quod patriam religionem
177. relinquens iudeus esset factus. Dictis igitur sacramento firmans festinabant ad eum uenire. Flexus itaque rex arabie. cum multo exercitu uenit contra izatem. Et in ipsa congressione antequam ad manus uenirent. facto signo omnes izatem proprium regem [illegible] reliquerunt. et dorsum dantes hostibus aufugerunt. Nec tamen izates expauit. sed consilium proditionis agnoscens a primatibus suis factum. et ipse cum suis discessit. Causam autem requirens auctores commotionis occidit. et altera die cum arabis congressus plurimos occidit. omnes autem in fugam uertit. ipsum autem regem persequens in quodam castro arsamum nomine circumclausit. Quo tamen fortitudine oppugnationis preualuit. castroque capto. dum abiam regem non inuenisset. nam se ipsum gladio occiderat. abripiens omnem predam in adiabenorum regiones regressus est. Primo autem dominatione adiabenorum principes non ualentes contra regem suum izatem deo eum in omnibus protegente. neque tamen quiescere uoluerunt. sed scripserunt parthorum regi bologesi rogantes eum ut izatem occideret. et eis principem de parthorum genere constitueret. quia eorum rex extraneas leges diligeret. Hec audiens rex parthorum eleuatus est ad bellum. et cum iustam belli non haberet occasionem. concessos ei honores a patre suo repetiit. et resistenti bellum se inferre minatus est. His auditis izates non mediocriter est turbatus. et preiudicium iudicabat fore si propter metum collatis honoribus cedere uideretur. et insuper sciens quia si non hoc cederet ab eo inimicitiis non cessaret. Decreuit ergo deo creatori omnium animam suam pericula committere. et eum habens maximum auxiliatorem filios quoque suos et coniuges in castellis munitissimis. et frumenta et fenum et pabula congregauit. Quibus gestis hostium sustinebat aduentum. Veniente uero parthorum rege cum multa uirtute pedestrium pariter et equestrium. et cum magna uelocitate [illegible] uallum circa flumen [illegible] prouinciam medorum et adiabenorum. et izates castra posuit non procul ab eo habens circa se equestrium quasi sex milia. Venit ergo nuntius ad izatem a parthorum rege dicens quia eorum uirtute [illegible] quam ab eufrate flumine usque ad bactrorum omnium resideret et

subiectos ei reges simul ad eos dies, minitans parthorum quia
darent penas ex soluere. cum se circa dominum suum tractent igitur. A cuius
manibus eripi: deus quem colebat eum posse credere. Hec nuncio di
cente iazates se quidem nosse dixit parthorum virtutem. scire autem
quia cunctis hominibus maior esset deus. Hunc responso dato. ad
supplicationem dei conversus. in cinere se prosternebat. cinere caput im
plens. & cum uxoribus & filiis ieiunavit. invocans deum ac dicens. Do
minator domine. si non frustra tue me dignitati subieci. & iuste omnium
te salvatorem & principem dominum esse cognovi. adveni auxiliator non pro me solum
non valiturus in hostibus: sed quia etiam contra tuam virtutem in nefanda presump
tione locutus est. Iahates quoque hec non ingemiscens cum lacrimis supplicabat.
Quem repente deus exaudivit. Eadem namque nocte bologesis rex par
thorum accepit epistolas in quibus erat scriptum. quia dacis & scythis cum ma
xima manu ad diripiendam parthorum provinciam descendissent. Qui
nichil agens reversus est contra hostes provinciam suam vastantes.
Sicque iazates deo providente regem parthorum effugit. Post pau
lulum vero tempus cum iahates quinquagesimum quintum etatis regni vero xx et
quartum annum complesset. reliquit filios masculos xxiiii et fi
lias xxiiii. mortuus est. Successionem vero regni fratrem suum
monobazum habere precepit. repensans ei quia per absentiam post
mortem patris regnum ei fideliter conservasset. Cuius mater helena
audita eius morte graviter doluit. & sic procul mater que talem filium
amisisse videbatur. Veruntamen consolata est audiens regni succes
sionem ad seniorem filium suum fuisse perductam. ad quem & pergere fe
stinabat. Cumque venisset in regionem adiabenorum. non multo tempore
super filium iahatem vixit. Monobazus autem filius eius ossa illius
& ossa iahatis mittens hierosolimam sepelire precepit in mauso
leis quos mater ipsa tribus stadiis ab hierosolimis construxisse videbatur.
Igitur dum fadus iudeam provinciam gubernaret. quidam vir magus
nomine theodas plebi multa suasit. ut sumentes substantias
suas sequerentur eum ad iordanem flumen. semet ipsum asserens
prophetam esse. & precepto flumen dividere posse. ut eis transitum pre
beret. Hec dicens seduxit multos. non tamen permisit eos fadus ad
experimentum sue insipientie venire. sed repente cohortem equestrium
super eos misit. Que inopinabiliter irruens. multos quidem peremit.
plurimos autem vivos cepit. ipsum quoque theodam comprehendentes
capitis sectione mulctarunt. Hec sunt que iudeis contigerunt
tempore quo fadus iudeorum prefuit regioni. Venit & fado succes
sor tyberius alexander. alexandri filius qui fuerat in alexandria
alabarches. id est princeps salis. genere & divitiis amicos precellens.
Hic alexander filios iude galilei qui populum a romanorum pote
state subducere nitebantur crucifigi imperavit. Alexandro quoque
defuncto. cumanus ei successor de roma advenit.
Defuncto & herodes frater regis agrippe iam defuncti. octavo
anno claudii principatus. tres filios relinquens. aristobolum de pri
ori uxore genitum. & ex beronice fratris filia berenicianum &
hyrcanum. Cuius regnum claudius cesar agrippe iuveni dedit.
Sedicione quoque incidente in hierosolimorum civitate dum cumanus procura
tor iudee existeret. multi iudeorum perempti sunt ex tali causa. Instante
festivitate pasche in qua nobis mos est azima offerre. dum undique
ad festivitatem hanc populus convenisset. metuens cumanus ne aliqua
sedicio in multitudine nasceretur. iussit romanis militibus ut una
acie armatorum facientes circa porticus templi consisterent.
ut si forte aliqua sedicio oriretur. tumultuantium impetum com
primerent. Hoc enim & priores presides iudee in huiusmodi festivita
tibus faciebant. Cumque quarta dies celebrationis excessisset. ista
de militibus revelans genitalia sua populo demonstrabat. Quod iudei
videntes. ad iram furoremque producti sunt. dicentes non se contume
lia passos. sed in deo impietatem perpetratam. Quidam vero peiores
cumanum presidem blasphemabant. dicentes eum hoc militi suasisse.
Cumanus autem hec audiens. non mediocriter provocatus est. Veruntamen hor
tabatur iudeos a sedicione quiescere. ne in festum tempore inquietudines
excitarent. Quibus dum persuadere non posset. sed magis blasphemias
accederent. iussit omnis milites arma sumere. & ad antoniam castrum
convenire. Erat autem hoc castrum sic provectum suppositum templo. Iudei
itaque videntes illic milites congregari. pavore ceperunt fugere. & pu
tantes milites se velle persequi. per angustos egressus templi pariter
cum timore fugientes oppressi sunt. & multos ad invicem concurrentes
interemerunt. Viginti enim milia adnumerati sunt. qui in illa die com
pressione defecerunt. Que pro certe erat eis pro festivitate luctus. & omnes
obliti orationum atque sacrificiorum. ad lamentationes lacrimasque con
versi sunt. Has ergo passiones unius militis petulantias generavit.
Nondum hic luctus quieverat. & alter luctus incidit denuo super
eos. Quidam enim ex his qui tumultum evadere putabant fugiendo. via publica
venientes quasi centum stadiis procul a civitate. stephanum cesaris servum iter
agentem more latronum invadentes. omnem eius substantiam diripuerunt.
Audiens hec cumanus milites continuo destinavit. proximos vicos
vicinos diripi. & nobiles eorum ad se vinctos perduci. Hac vastatione
facta. quidam de militibus romanis reperiens in quadam domo
legem moysi. cunctis videntibus sumens libellum discerpsit. & multas
blasphemias ac contumelias eis imposuit. Iudei vero hec audientes
& pariter concurrentes descenderunt in cesaream ad cumanum presidem
& rogabant eum ut non se sed deum ad cuius iniuriam hec facta erant vin
dicaret. se autem nolle vivere dicebant. dum leges patrias sic contra
ri viderent. Cumanus autem metuens ne denuo populus tumultum excita
ret. suadentibus amicis militem illum qui contumeliam legibus fecerat se
curi percussit. & ita occasione sedis sedicionis abrupit.
Post hec inter samaritas atque iudeos inimicitie huiusmodi causa pro
venere. Mos erat galileis tempore festivitatum ad sacra concur
rere civitatem. & iter facere per samariam. Cum ergo aliquando iter facerent.
per vicum nomine gynais. inter samariam & campum magnum constitutum.
quidam facientes iter. multos de galileis interemerunt. Primi autem
galileorum audientes que gesta fuerant. venientes ad cumanum ro
gaverunt eum ut interemptorum necem inquireret. Ille autem accipiens pe
cunias a samaritis. neglexit hoc facere. Galilei autem dolentes inde.
multitudinem iudeorum exhortaverunt. ut arma sumerent & sua defen
derent libertatem. servitutem amarissimam esse dicentes & iniurias im
portabiles in talibus non defendi. Principibus autem eorum eos compescere
volentibus ac promittentibus quia cumanus faceret vindictam. illi penitus
non acquiescentes ad bellum procedere volebant. Et sumentes in auxilium
eleazarum filium dinei qui plurimos annos latrocinia faciebat in mon
tibus. vicos samaritanorum incendentes. cuncta diripuerunt. Cumanus
autem hec audiens sumpsit sebastenorum cohortem. & pedestrium iiii ordines
& samaritas pariter. & contra iudeos egressus est. Factaque congressione
multos peremit. plurimos autem vivos cepit. Primi vero hierosolimorum vi
dentes ad quanta calamitatem civitas devenirent. induti saccis &

cinere capita complentes. galileos ut ab incepto motu sua desererent sup
plicabant. ponentes ante oculos eorum subvertenda propria regionem
& templum pariter concremandum. uxorum ac filiorum captivitates futuras
& ideo rogabant ut mutarent voluntatem suam. & proicientes arma que ges
serant. ad propria remearent. Hec ergo dicentes flexerunt galileos. quorum
alii statim ad propria recesserunt. latrones autem ad munitiora loca profecti
sunt. & ex illo die omnis iudea latrociniis est impleta. Samaritanorum
vero primates venientes ad immidium quadratum syrie presidem qui tunc temporis vivo
rabatur. accusaverunt iudeos quia vicos eorum incendissent ac diripuissent.
maxime quia romanorum potestatem contempsissent. ad quorum iudicium de
buissent pervenire si qua perpessi fuissent concurrere. & quasi romanos
iudices non haberent. ipsi se vindicaverunt. Hec samarite de iudeis
conquerebantur. iudei vero e contra sedicionis & litis auctores fuisse sama
ritas dicebant. & ante omnes cumanum presidem iudee culpabant in mune
rum oblatione corruptum. & ideo nollet peremptorum necem vindicare.
Quadratus autem cum hec audisset distulit iudicare. dicens se cum in iudeam ve
nirent. subtiliter omnia indicaturum. Samarite ergo nichil agentes reversi sunt.
Post paululum vero temporis quadratus syrie preses in samariam venit. ubi auctores
sedicionis inveniens eos audivit. & quosdam samaritanorum ac iudeorum
quos cumanus inimicalis habebat crucifigi precepit. Exinde veniens in quandam
vicum nomine lidda non minore magnitudine civitatis. sedens in tribunali
& sedo samaritas audiens. a quodam samareo audivit. quia primus quidam
iudeorum nomine dorthus. & iiii iuvenes cum eo suasissent populo ut a roma
norum potestate recederent. Hos ergo quadratus iussit occidi. & ananiam
pontificem & ananum magistratum alligans romam direxit. quatinus de his que gesta
fuerant redderent cesari claudio rationem. Iussit & primatibus sama
ritanorum atque iudeorum & cumano presidi iudee & celeri millenario &
violentiarum inhibitori ut ad claudium cesarem pergerent. paterentur
inter se questionibus audiendis. Ipse autem quadratus metuens ne multitudo
iudeorum iterum sedicionis excitarent in hierosolimis. venit in civitatem.
invenitque urbem in pace degentem. & festivitatem patriam deo celebran
tem. Confidens ergo nichil abeunti inquietudinis generari. relinquens eos in fe
stivitate reversus est antiochiam. Cumanus autem iudee rector. & qui cum illo
fuerant romam directi. acceperunt ab imperatore constitutum diem. quo debe
rent inter se suas causas exponere. Habebant autem in auxilio samari
te libertos cesaris pariter & amicos. qui prevalere poterant contra iudeos.
Agrippa autem iuvenis cum rome consisteret. & primos iudeorum oppri
mi videret. Agrippinam uxorem cesaris suppliciter exoravit. ut marito
suaderet quatinus decenter audiens sua iusticia sedicionum puniret auc
tores. Claudius autem his precibus pronior. & causam examinans dum ag
novisset malorum principes fuisse samaritas. omnes qui ad eum venerant
iussit occidi. & cumanum in exilium misit. Celerem quoque millenarium precepit
in hierosolima perduci. & omnibus videntibus per totam urbem tractum laceratumque
dispergi. Missit & felicem claudius pallantis fratrem presidem in iudeam succes
sorem cumano. qui cunctis rebus & negociis in iudea presideret.
Cumque in principatu decimum annum complesset claudius cesar. donavit
agrippe iuveni tetrarchiam philippi. & bataneam & traconitidem ei
simul adiecit. una cum abela que fuerat tetrarchia lysanie. Calcide
vero ei abstulit. cum iiii prefuerat annis. Agrippa autem sumens donatione
cesaris. aziazo regi emisenorum se volenti circumcidere. sororem suam dru
sillam dedit uxorem. Epiphanes enim antiochi regis filius eius nuptias re
fugavit. nolens iudeorum sollempnitates sequi. licet hec facturum se ei pro
misisset patri. Mariam quoque sororem suam dedit archelao helcie
filio. cui ab agrippa patre fuerat primitus desponsata. natamque est illis
filia nomine beronice. Nuptie autem inter drusillam & aziazum rege
celebrate. non multo tempore manserunt. ex tali causa sunt solute.
Cum enim felix preses in iudeam venisset. a claudio destinatus. ut tribunis pre
esset. videns drusillam sororem agrippe cunctas mulieres pulchritudine
precellentem. speciem eius concupivit. & quendam iudeum nomine symonem amicum
suum genere cyprium magum mittens ad eam suadebat ut relicto viro sibi nube
ret. promittens eam beatam fieri. si ei non despiceret thorum. Illa autem non
bene faciens. & declinare volens invidiam sue sororis beronices quam
herodes rex calcidis habuerat uxorem propter quod pulchrior illa esset. transgre
diens patriam legem. & felicis nuptias est secuta. Ex quo suscepit
filium vocavitque agrippam. Sed quomodo iste iuvenis cum uxore procendium
vesuvii montis temporibus titi cesaris deperierit. postea declarabimus.
Beronices ergo post mortem herodis regis calcidis qui ei fuerat maritus & patru
multo tempore vidua. fama discurrente quia cum fratre agrippa coiret.
suasit polemon regi licie. ut circumcisus eam haberet uxorem. Sic enim iudicabat
falsas oblocutiones posse sedari. Polemon autem rex licie flexus accepit
eam uxorem. maxime propter divitias eius. Non multo autem tempore eorum nuptie
permanserunt. sed beronice propter intemperantiam contra polemonem dimisit. Eo
dem tempore & maria soror agrippe repudians archelaum cum eo
est demetrio alexandrino iudeo genere. & divitiis valde claro. qui & tunc
alabarches erat. id est princeps salis. suscepitque ex illo filium agrippam vocavit.
Sed de singulis eorum subtiliter postea declarabimus.
Claudius interea cesar defunctus est. cum implesset annis xiii & mensibus
octo. diebusque xx. Et est & sermo quorundam quia ab uxore agrippina
fuerit veneno peremptus ex tali causa. Agrippina enim prius habuit virum
nomine domicium barbarum. qui fuit nobilissimus romanorum. Quo mo
riente claudius cesar ob helum agrippine sua uxore messaliam ex qua
filios habuit britannicum. & filiam octaviam occidit. & agrippinam
duxit uxorem. Erat autem & claudio filia nomine antonia senior. quam
ex prima sua uxore nomine petina habuerat. Octaviam autem filiam
suam desponsavit neroni filio agrippine uxoris sue quem ex priore viro
ut prediximus domicio nobilissimo romanorum habuerat. Agrippina
autem metuens ne britannicus filius primogenitus crescens regnum a patre per
ciperet. & volens imperium filio suo preparare de morte claudii sic erat
sermo tractabat. Quo mortuo repente misit agrippina principem
milicie burrum & cum eo tribunos libertorum valde prepotentes qui dedu
cerent per castra filium suum neronem. & eum more principis adorarent.
Nero igitur hoc modo principatu sumpto britannicum filium claudii quem ex
messalina habuit latenter veneno occidit. Matrem quoque propria manu interimens
hanc ei retributionis munus impendens. non solum pro materno officio sed & quod ei
suis machinamentis romanorum prebuerat principatum. Peremit & octaviam
suam uxorem. multosque viros insignes. quasi insidias ei fecissent. Sed de
his quidem desino plura narrare. quia multi hystoriam de nerone
conscripserunt. Quorum quibusdam propter gratia beneficiorum neglexerunt veritatem
conscribere. alii propter odium & inimicicias eius sic impudenter mendaciis
involuti sunt. ut aperta reprehensione essent digni. Mirandi tamen aliis
non sunt qui de nerone mentiri esse nosscuntur. dum neque priorum gesta conscribentes
veritatem hystorie videantur custodisse. cum circa eos nequaquam odium habuisse
nosscantur. Sed de his omnibus qui veritatem hystorie perdere volunt.
liceat scribere sicut voluerit. Probantur enim hoc iure gratissimi. Nos autem
propositum veritatis habentes. perfectione presentis negocii breviter comprehen
dere maluimus. & que nobis iudeis evenerunt enunciamus. non negligentes aut

calamitates aut delicta reserare studentes. Restat ergo ad narrationem casuum gentis nostre.

Primo namque imperii Neronis anno moriente Aziho Amasorum rege, frater eius successit in principatu. Minoris etiam Armenie principatus Aristobolo filio Herodis regis Calcidis a Nerone commissus est. Agrippe et donavit Caesar quandam partem Galilee, Tyberiadis et Tarichee precipiens eas ei esse subiectas; deditque ei et Iuliadam civitatem trans flumen constitutam, et vicos circa eam positos XIIII. Res autem Iudeorum crescentes semper a peiori suscipiebant, et latronum et magorum hominum circa populum seducentium repleta est provincia. Horum ergo multos cotidie capiens Felix cruciabat, et Eleazarum Dinei filium qui latronum ordinem instituerat per insidias cepit vivum. Dederat enim ei fidem quia nichil ab eo mali sustineret, et flexit eum ad se venire. Quem statim capiens vinctum Romam direxit ad Caesarem. Felix etiam odio habebat Ionathan pontificem eo quod esset pius, et ab eo sepius moneretur ut gentis Iudeorum melius provideret, ne Caesar querela populi de eo audiret. Occasionem ergo querebat per quam eum removeret a pontificatu, eo quod ei importunus existeret. Grave namque est nocere volentibus si crebris verbis arceantur. Pro hac ergo causa Felix quendam amicum Ionathe nomine Ioseph genere Hierosolimitanum multarum pecuniarum promissione flexit, ut super Ionathan latrones induceret, qui eum vita privarent. Ioseph ergo sumpto consilio hoc modo per latrones necem illi apparavit. Ascenderunt enim quidam eorum ad civitatem quasi adoraturi dominum, gladiosque sub veste portantes permixti populis peremerunt eum. Cumque mors eius inulta permansisset, de cetero cum omni fiducia latrones in festivitatibus ascendebant, et gladios absconsos habentes permixti populis quos volebant inimicorum suorum puniebant; et non solum in civitate sed et in templo quosdam interimebant. Nam et ibi sepius cedes facere presumpserunt, nichil se iniquum agere existimantes. Ob quam causam arbitror et deum aversatum iam urbem, et templum velut nequaquam sua habitatione dignum tradidisse Romanis, et nobis servitutem iure imposuit cum uxoribus et filiis nostris. Opera siquidem latronum hoc scelere implebant civitatem. Magi et seductores quidam populis suadebant ut eos in heremum sequerentur, dicentes se dei providentia signa et prodigia monstraturos. Multi quoque in hanc insipientiam flexi supplicia pertulerunt; qui dum ad hoc accedebant a Felice puniebantur.

Hoc enim tempore venit aliquis ex Egypto ad Hierosolima dicens se esse prophetam, multitudini persuasit ut cum eo ascenderent ad montem qui dicitur Olivarum, positum e diverso civitatis procul V stadiis, dicens se velle ex illo monstrare, quia eo iubente muri Hierosolimorum corruerent, unde ingressum eis faciendum esse promittebat. Felix autem preses dum hoc audisset, iussit militibus ut arma sumerent, et cum multis equestribus impetu facto ab Hierosolimis irruit super eos, et quadringentos ex eis gladiis interemit, ducentos vero vivos cepit. Ipse autem Egyptius fuga lapsus disparuit. Rursus itaque seductores populum contra Romanos incitabant suadentes ne eis subiacerent, et sibi resistentium vicos incendebant.

Inter hec Iudei habitatores Cesaree contra Syros huiusmodi fecere seditionem pro equitate civilitatis. Iudei namque se primos esse dicebant, eo quod conditor Cesaree rex Herodes de genere Iudeorum fuerit. Syri autem e contrario dicebant Cesaream prius Stratonis turrim vocatam, et tunc nullum Iudeum habitatorem fuisse illius civitatis. Hec audientes prefecti provincie, sumentesque ex utraque parte seditionis auctores plagarum vulneribus afficerent, et tempestatem litis eorum ad breve tempus hoc opere sedaverunt. Rursus autem Iudei in Cesarea habitantes divitiis confidentes Syros blasphemiis studebant denuo ad iurgia provocare. Syri autem divitiis quidem minores, sed sapientia fortiores, paucis temporibus et ipsi Iudeis iniurias sermonibus inferebant. Post hoc alterutros sese lapidaverunt, donec ex utraque parte vulnerati conciderent, et tamen Iudei vicere. Felix autem cum talia audisset, petebat Iudeos ut a lite cessarent. Quibus non audientibus milites armatos immisit, et multos eorum peremit, plurimos vero vivos cepit, et domos quorundam multas pecuniis refertas expoliari militari irruptione permisit. Iudeorum vero nobiliores et modestiores metuentes pro semetipsis rogavere Felicem ut milites tuba missa revocaret, et eis de cetero parceret. Felix autem eorum precibus ilico acquievit. Hoc etiam tempore rex Agrippa dedit pontificatum Ysmaheli filio Fiab. Exorta est etiam contentio pontificum contra sacerdotes et Hierosolimorum principes, eo quod unusquisque eorum colligens catervas [?] et seditiosorum hominum volebat esse princeps. Facientesque lites alterutris derogabant, et lapidibus se obruebant. Qui autem eos a talibus prohiberet non erat, sed in civitate sine preside audaci potestate ab omnibus talia gerebantur. Tanta siquidem impudentia atque presumptione pontifices agebant, ut et servos suos ad areas destinare presumerent, qui decimas sacerdotibus competentes auferrent. Unde et fiebat ut sacerdotes penuria deperirent. Sic enim inquietorum vis oppressa iustitie gratia prevaluerat.

Nero autem direxit Porcium Festum successorem Felicis in Iudea. Primi autem Iudeorum Cesaream habitantes ascenderunt Romam accusaturi Felicem. Qui sine dubio penas exsolvisset pro lesione Iudeorum, nisi ei hoc Nero Caesar pro fratris eius Pallantis precibus indulsisset. Eidem enim Pallanti Nero maximum honorem impendebat. Interea primates Syrorum Cesariensium Berillo pedagogo Neronis, qui officium super Grecos habebat, per epistolas multis pecuniis suaserunt ut a Nerone peteret dari eis epistolam per quam ius civilitatis cum Iudeis commune non haberent. Berillus ergo rogans imperatorem atque promeruit, ut Syris talis epistola destinaretur; que tamen generi nostro postea ingentium malorum fuit occasio. Agnoscentes namque Cesarienses Iudei que fuerant scripta, tantas Syris suscitavere seditiones ut ad bella procederent. Festo ergo in Iudea veniente contigit ut provincia a latronibus vastaretur et vici omnes incenderentur. Precipue autem sicarii habundabant, utentes gladiolis magnitudine similibus Persicorum cursui [?] cum summitatibus obuncis. Equales sunt et eis Romanorum sice, quibus idcirco vocabulum sicariorum latrocinantes habuerunt. Hi namque latenter permixti in festivitatibus populorum, sicut prius diximus, ad civitatem pro cultura divina convenientium, quos volebant facile puniebant. Sepe et cum armis ad vicos inimicorum venientes diripiebant que volebant, et cuncta partem concremabant. Talem provinciam turbatam Festus multitudinem equestrium destinavit atque pedestrium super populos qui decepti fuerant a quodam mago, et eum ob promissa in desertum secuti fuerant. Qui invenientes et ipsum seductorem et partem seductos ab eo occiderunt.

Hoc tempore rex Agrippa fabricatus est edificium magnitudine valde precipuum in palacio Hierosolimorum iuxta theatrum. Quod palacium olim factum est a Machabeis, positum in loco eminenti, quod et palacium volentibus in civitatem respicere delectabilem aspectum conferebat, et ibi rex inclinatus inspiciebat ea que gerebantur in templo. Hec autem Hierosolimitarum principes graviter ferebant. Non enim patrium erat ut cernerent que fiebant in templo, et maxime cum sacra dispensarentur. Quapropter parietem excelsum edificaverunt circa edem que erat in interiori sacrario ad occidentem conversa. Hic vero paries non solum regale aspectum abstulit, sed et occidentalis porticus que erat in exteriori templo ubi custodias in festivitatibus solebant habere Romani propter templum. In his indignatus Agrippas rex et precipue Festus, precepit eis opus edificatum repente destruere. At illi rogaverunt ut eis potestas daretur quatenus de his legatos dirigerent ad Neronem, dicentes non se vitam habituros si quedam pars templi destrueretur. Et permittente Festo miserunt de suis primatibus X viros et Ysmahelem pontificem et Helciam gazophilacem. Nero autem Caesar audiens petitionem eorum edificium manere permisit, hoc beneficium Poppee coniugi sue religiose pro Iudeis supplicanti condonans. Que decem viros qui ad se venerant redire precepit, Helciam vero et Ysmahelem pontificem obsidum loco retinuit. Hec rex Agrippa cognoscens pontificatum dedit Ioseph filio Symonis pontificis qui cognomen habebat Cadis. Nero autem mortuo Festo procuratorem misit Albinum in Iudeam prefectum. Agrippa autem denuo Ioseph pontificatu privavit, et Anam filio qui et ipse Anan vocabatur ei successorem dedit. Hunc enim seniorem Ananum dicunt fuisse felicissimum. Filios namque habuit quinque, omnes pontificatu dei sunt functi, dum et ipse prius hunc honorem plurimis temporibus habuisset, quod nulli pontifici apud nos provenisse dinoscitur. Ananus autem iunior cum pontificatum suscepisset, erat vehementer asper et audax, secte Saduceus, qui circa iudicia sunt ultra omnes Iudeos valde crudeles. Cum ergo Ananus huius esset secte, credens se invenisse oportunum tempus Festo mortuo et Albino prefecto in itinere constituto, concilium iudicum fecit, et quosdam deducens ad medium, inter quos et fratrem Ihesu qui dicitur Christus nomine Iacobum cognominatum Iustum, quasi contra legem agentes accusans, tradidit lapidandos. Qui autem videbantur esse modestissimi civitatis, et circa integritatem legis solliciti erant, graviter hoc tulerunt, miseruntque latenter ad regem Agrippam rogantes eum ut scriberet Anano pontifici ne talia perpetraret. Quidam etiam eorum occurrerunt Albino presidi ab Alexandria venienti, et docuerunt eum quia non liceret Anano preter illius voluntatem congregare concilium. Albinus autem preses Iudeorum verbis flexus cum iracundia scripsit Anano intimans eum penas exsolvere. Rex etiam Agrippa sublato ei pontificatu quem tribus mensibus tenuerat, Ihesum Damnei filium in eius loco constituit. Cumque Albinus preses venisset in civitatem, omni providentia nitebatur ut provincia pacem haberet, et ideo plurimos sicariorum interemit. Pontifex autem Ananias per singulos dies ad meliorem gloriam conscendebat, et favorem civium habebat pariter et honorem. Erat enim locuplex, et cotidie Albinum presidem atque pontificem Ihesum muneribus complacabat. Habuit autem famulos valde laboriosos, qui cum peracibus [?] conversati viris pergentes ad areas sacerdotum decatas vel decimas vim facientes accipiebant, non abstinentes a cede non dantium. Alii vero et pontificum servi similia peragebant, cum nullus eos utique prohiberet. Quapropter sacerdotes qui ex decimis alebantur tunc inopie necessitate deficiebant. Rursus igitur sicarii festivitatis tempore noctu civitatem ingressi comprehenderunt scribam magistratus vivum, Eleazarum Ananie filium pontificis, et alligantes eduxerunt de civitate. Deinde mittentes ad Ananiam pontificem dixerunt se filium ei eo tenore remissuros, si Albino suaderet ut X viros quos ex eis ceperat et vinctos habebat absolveret. Ananias autem propter necessitatem Albino presidi ut hoc faceret persuasit. Quod opus maximorum malorum fuit initium. Cumque sicarii vidissent quod eorum numerus accrevisset, capta fiducia rursus provinciam affligebant latrocinando.

Hoc itaque tempore rex Agrippa Philippi Cesaream ampliorem fabricatam ab honore Neronis Neroniada appellavit, et Beritiis theatrum multis pecuniis instructum annalibus spectaculis condonavit, innumeras illic expensas efficiens. Frumenta namque populo copiosa et oleum opulenter exhibuit, et omnem partem civitatem statuarum pulchritudine et antiquis ymaginibus exornavit, et pene omne decus regnum ibi migravit. Quapropter crescebat adversus eum odium subiectorum, eo quod illorum pompam auferens, extraneam civitatem ornaret. Agrippa autem Ihesu filio Damnei pontificatu privato, Ihesum filium Gamalielis ei successorem dedit. Unde et inter alterutros seditio est orta, facientes enim collectionem pravorum hominum frequenter usque ad lapides blasphemiis procedentibus incidebant. Ex quo precipue contigit nostram civitatem morbis languere, cum utique res ei semper ad peiora proveherentur. Albinus autem cum audisset sibi successorem a Caesare Florum Gessium fuisse directum, volens Hierosolimitis aliquid prestare, produxit eos qui erant morte digni et precepit eos occidi. Alios autem qui ex parvis culpis tenebantur in carcere pecuniis sumptis abire precepit, et ita gestum est ut carcer quidem purgaretur angoris [?], sed provincia latronibus impleretur. Interea hi qui erant ex tribu Levi ymnorum doctores persuaserunt regi Agrippe ut facto concilio concederet eis quatinus stola linea proxime sacerdotibus uterentur, dicentes ei regnum decere ut aliquam memoriam de novitate introducta perciperet. Quam et petitionem a rege Agrippa impetraverunt. Idem enim rex cum voluntate eorum qui concilio presidebant ymnidicis hoc concessit, ut deposita priori veste stola linea sicut voluerant uterentur. Omnia ergo pro dolor patriis legibus agebantur.

178. Igitur cum iam templum Hierosolimorum omnibus videretur esse perfectum, et cives conspicerent artifices ultra decem et octo milia ab opere vacare, unde mercedes accipiebant, ita ex opere templi alimenta eis et mercedes ministrabantur. Pecuniasque que superant et que cotidie in templo offerebantur non possent servare pro timore Romanorum, inito consilio ut artificibus in qualicumque opere expenderent, et persuaserunt regi ut orientalem porticum altius edificaret. Erat autem hec porticus in exteriore templo posita in convalle profunda quadringentorum cubitorum habens parietes ex lapide quadrato et albo. Agrippa autem considerans quod hoc opus difficile foret et copiosis pecuniis opus esset, hoc supplicantibus fieri denegavit, civitatem autem albo lapide sterni non prohibuit. Ihesu autem filio Gamalielis pontificatu privato, dedit hunc honorem Mathie Theophili filio, sub cuius pontificatum bellum Romanorum contra Iudeos sumpsit initium. Florus autem missus a Nerone successor Albino, multis malis Iudeos attrivit. Erat enim genere Clazomenius, et habuit uxorem nomine Cleopatram, que dum esset amica Poppee Neronis uxoris, et malignitate mariti non minor, per eam viro eius insulas huius dignitatis adeptus est. Fuit autem ita circa sua potestate malignus et violentus, ut pre malignitate eius Iudei Albinum predecessorem eius quasi beneficiorum largitorem laudarent. Ille namque malignitatem suam celabat, et ne penitus a turba deprehenderetur quodammodo providebat. Florus autem quasi ad ostendendam nequitiam missus iniquitatem suam ingentem iam aperta malignitate pompabat, neque direptioni parcens neque modum iniusti supplicii derelinquens. Erat enim inflexibilis ad miserandum, et in omnibus lucris avarus, et in latrocinium direptione communicabat. Sine timore namque Iudei ad latrocinandum accedebant cum illi promissione. Quod opus non erat mediocriter condolendum. Nam semper infelices Iudei cum non valerent vastationes latronum sustinere, cogebantur a propriis sollempnitatibus recedentes cunctam diffugere, melius putantes apud alienigenas ubicumque eis liceret habitare. Florus ergo hic fuit qui nos contra Romanos bellum fecit assumere, melius iudicans semel quam paulatim et per tempora nos miseros consumere. Initium quippe sumpsit hoc prelium secundo anno administrationis Flori, duodecimo anno imperii Neronis.

Necessarium autem arbitror et huic historie presenti convenienter narrare de pontificibus, quomodo inchoaverint et quibus permissum sit hoc honore fungi, et quanti fuerint usque ad belli finem. Primum itaque omnium dicunt Aaron fratrem Moysi pontificatum divinitus sumpsisse. Quo moriente mox successisse eius filios, et ab eorum liberis hunc honorem esse distributum. Unde et legitimum fuit nullum pontificatum posse potiri nisi de sanguine foret Aaron. Ex alio namque genere neque si rex quidem constitutus esset pontificatum ad nos posse adipisci. Fuerunt itaque omnes ab Aaron sicut diximus primo usque ad Phanasum, quem belli tempore per discordiam pontificem ordinatum est, numero lxxxiii. Ex eo autem tempore quo in deserto Moyses tabernaculum deo dicavit usque ad Salomonem regem, qui templum deo in Iudea construxit, pontificatum habuerunt viri numero xiii. Primum namque donec vita morte finirent, in extremum vite habebant hunc honorem; postea vero et eis viventibus successores dabantur. Hi autem xiii ex genere Aaron existentes per successionem fungebantur hoc honore. Fuit autem Hebreorum res publica primo quidem sub optimatium potestate, post hoc sub unius principatu, tertio vero sub regibus. Tempus itaque quo isti xiii habuere pontificatum fuit a Moyse usque ad Salomonem qui templum deo construxit, fuit annorum xii et [illegible]. Post illos itaque xiii quos diximus alii pontifices octo et decem tenuerunt pontificatum a Salomonis regis temporibus sibi invicem succedentes usque ad adventum Nabuchodonosor regis Babyloniorum, qui templum et urbem cremavit et gentem [illegible] Babyloniam transtulit et pontificem Iosedech captivum [illegible]. Tempus autem horum pontificatus fuit annorum quadringentorum lx sex et mensium sex dierumque x, cum tamen Iudei essent sub regibus constituti. Post tempus autem annorum lxx captivitatis gesto per Babylonios, Cyrus rex Persarum dimisit ex Babylonia Iudeos ad propria remeare [illegible], atque concessit eis reedificare templum. His itaque remeantibus [illegible] pontificatum sumpsit, et ex eius genere alii xv usque ad tempus regis Antiochi qui vocabatur Eupator hunc habuere [illegible]. Conversabantur autem hoc tempore Iudei populari potestate annis [illegible] xiiii. Antiochus autem quem prediximus et princeps militie eius Lysias Oniam cognomine Menelaum pontificatu deposuerunt, perimentes eum in Beroea, et pontificem constituerunt Alchimum ex genere quidem Aaron, sed non ex ista domo. Hic autem cum pontificatum tribus annis habuisset in pontificatu defunctus est. Cui nullus sacerdotum successit, sed per annos vii civitas fuit sine pontifice. Post hoc Ionathas frater Iude Machabei suscepit pontificatum, qui tenuit iiii annis. Quo per insidias Triphonis interfecto, accepit hunc honorem Symon germanus eius. Hunc itaque per dolum in convivio interfectum filius eius Hyrcanus qui et Iohannes successit. Qui cum tenuisset pontificatum et ducatum [illegible] annis xxx et unum, in senectute defunctus Aristobolo filio maiori hunc honorem reliquit. Qui et primus sibi diadema imposuit, ac per annum [illegible] moritur. Cuius uxor Alexandra fratrem eius Alexandrum constituit in regno. Alexander autem cum regnasset et sacerdotium tenuisset annis xxvii, vita finitus est, Alexandre coniugi permittens ut ipsa pontificem ordinaret. Que pontificatum quidem Hyrcano filio suo maiori dedit, ipsa vero regnum retinens annis viiii defuncta est, cuius filius Hyrcanus in regno successit. [illegible] autem adversus eum frater eius Aristobolus, et devicisset illum pontificatu removit; ipse vero et regnum tenuit et [illegible] pontifex fuit. Tertio autem anno regni eius veniens Pompeius Hierosolymitanam urbem forti impugnatione devincens, Aristobolum Rome cum filiis vinctum misit et Hyrcanum in pontificatum restituit, diademate vero ei prohibito. Habuit autem Hyrcanus hanc potestatem annis xl. Barzafarnes autem rex Parthorum et rex [illegible] pugnantes adversus Hyrcanum ipsum quidem cepere et Antigonum filium Aristoboli constituere regem. Qui dum tribus annis et mensibus tribus tenuisset regnum, Sossius et Herodes magni obsederunt eum, captumque transmiserunt Antonio [illegible]. Antonius autem deductum in Antiochia trucidavit. Herodes autem commisso sibi regno a Romanis nullum de genere Asamoneorum et Machabeorum constituit pontificem, sed quibusdam ignobilibus tribuebat honorem pontificatus. Postea Aristobolum filium Hyrcani qui a Parthis fuerat captus pontificem constituit, sororem eius [illegible] ducens uxorem. Deinde metuens ne omnes ad Aristobolum declinarent, [illegible] suffocatum dolo machinatus est cum natarent in aqua piscina [illegible] et post hec nulli de genere Asamoneorum pontificatus tribuit potestatem. Similia quoque illi gessit Archelaus filius eius et Romani post eum super Iudeos obtinentes imperium. Sunt ergo viri qui ab Herodis magni temporibus pontificatum habuerunt usque ad diem quo Titus et Vespasianus templum civitatemque cremaverunt simul xxviii. Tempus autem horum sunt anni cvii. Quidam quidem conversati sunt sub Herodis regno et filii eius Archelai; post horum vero mortem [illegible] potestate [illegible] gerebant, et presulatum gentis pontifices obtinebant. Hec de pontificibus dicta sufficiant.

Ut autem revertar ad narrationem eam qua nos miseri Iudei ante coacti sumus facere, [illegible] libros a me de Iudaico bello conscriptos. Hic ergo ponam terminum antiquitatis historie, et incipiam conscribere libros de Iudaico bello. Ut autem consequenter ipsum opus aggrediar, necesse mihi erit de libris quos scripsi de antiquitate aliqua breviter [illegible], ut convenientius ad ipsum belli qualitatem [illegible]. Incipiendum autem erit a Machabeorum gestis, de quorum [illegible] nos [illegible] sumus, et ita usque ad finem ipsius belli perducenda erit narratio. [illegible] descripsimus omnino breviantes, [illegible] quibusdam [illegible] a memoria excederunt, et que tacere non iustum estimavimus. Nam hic liber quem de antiquitate conscripsimus continet a prima hominis nativitate traditionem usque ad decimum annum imperii Neronis, libris existentibus xx et habentibus lx milia versuum. Invidiosum et non sit de genere meo et vite actibus in serie opusculi breviter enarrare, commemorans rursus per discursum eorum que ad presentem diem quo est [illegible] decimus annus principatus Domitiani cesaris, michi autem a nativitate quinquagesimus et sextus. Dico autem fiducia maiori opere expleto, quia nullus alter hanc voluntatem habuerit, sive Iudeus sive alienigena, [illegible] Grecis ita subtiliter explanare. Habeo [illegible] indubitanter maxima eruditione in hebraica lingua, etiam Grecas litteras studui addiscere. Artis et grammatice experimentum sumpsi, integritatem vero pronuntiationis uberem possidere me patrie lingue consuetudo prohibuit. Apud nos autem non recipiunt eos qui linguas multarum gentium didicisse noscuntur, eo quod hoc putent esse commune non tantum liberis sed etiam servis. Sapientiam vero illum habere testantur qui leges [illegible] subtiliter [illegible] et virtutem sacrarum litterarum interpretari possunt.

Explicit lib. xx. Iosephi Antiquitatis Iudaice.

Incipit prologus in Iosephum de Iudaico bello.

De hoc bello Iudaico et de calamitatibus eorum septem libri habentur.

QUONIAM BELLUM QUOD CUM POPULO romano gessere Iudei omnium bellorum maximum fuit que nostra etas vidit, quaque [illegible] civitates cum civitatibus et gentes cum gentibus commisisse, quidam non quo ipsi rebus interfuerunt, sed varios et incongruos narrantium sermones auribus colligentes oratorio more perscripserunt; qui vero presto fuerunt aut Romanorum obsequio aut odio Iudeorum contra rei veritatem falsa confirmant, et in scriptis eorum partim accusatio partim laudatio continetur, et nusquam reperitur exacta fides historie. Ideo ego statui que iam prius barbaris patria lingua digessi, greca nunc lingua his qui Romano imperio reguntur exponere. Iosephus Mathathie filius, Hebreus genere et sacerdos in Hierosolymis, in initio cum Romanis conflixi et postea gestis quia necessitas exegit interfui. Nam ut dixi motu gravissimo exorto Romanorum populum domesticis morbis habebat, Iudeorum qui etate validiori et ingenio turbulenti erant, manu simul et pecunia ingentes, adeo temporibus insolentius abusi sunt, ut pro [illegible] magnitudine hos rerum possidendarum spes, illos amittendarum partium orientis metus invaderet. Nam Iudei cunctos sue secte homines qui trans Eufraten habitabant secum rebellaturos incitaverunt, et Romanos econtra finitimi Galathe ad usus nos irritabant, et gens Celtica dissensionumque plena erant omnia, et pars militaris lucri cupidine mutationem presentium desiderabat. Itaque indignum duxi errante in tantis rebus dissimulare veritatem, cum Parthi ac Babylonii et Arabes et Adiabeni sciant me aperte his interfuisse, et sciant sufficienter unde hoc cepit bellum, quantasque cladibus constiterit, quove modo defecerit, [illegible] et Romanos solummodo figmentis et adulationibus captos ista nolle scire. Nam dum Romanos volunt magnos ostendere, Iudeorum res extenuant et in humilitate deiciunt. Non autem intelligo quonam pacto magni esse videantur qui parvos Iudeos superaverunt. Neque longi temporis eos pudet, quo bellum contra parvam civitatem protraxerunt, neque ducum Romanorum quorum profecto gloria ibi minuebatur. Nec tamen ego Romanis derogando Iudeos meos amplificare decrevi, sed facta utrorumque sine ullo mendacio persequar, dolori atque affectioni mee in defluendis patrie cladibus indulgens. Nam quod [illegible] plus [illegible] atque ignem induxerunt Romani, testis est qui eam vastavit Cesar Titus; qui per omne bellum miserabatur eorum quos in seditione voluntaria perierunt, et sepe ab obsidione recedere volebat, si Iudeorum [illegible] quiescere mallet. Quod si quis me adversus tyrannos eorum latrocinium accusatorie loqui putet et propria patrie miseriis calumniari, ingemente preter legem historie dolori veniam tribuat. Ex omnibus enim que Romano imperio parent sola civitas nostra contigit ad summum felicitatis gaudium provehi, eandemque ad ultimos casus deponi. Denique post condita secula omnes res adverse si cum Iudeorum calamitatibus conferantur, superari cunctas non ambigo. Harum autem calamitatum nullus alius quam ipsi Iudei auctores existunt, unde nec fieri potest ut a lamentis temperet. Si quis autem durior misericordie sit iudex, res quidem ascribat historie, lamenta vero scriptori. Quamquam merito Grecorum disertos [illegible], qui tantis rebus sua memoria gestis ipsi reticentes aliorum facundie detrahentes, quorum et si doctrinam superent, voluntate vincuntur. Cum non nova quidem nec antea cognita memorie tradere suique temporis res posteris commendare laude ac testimonio dignum est. Industrius autem habetur non qui aliena dispositione atque ordine transferre, sed qui nova dicendo corpus proprium construit historie, et efficaciter [illegible] implevit. Nam mentiri apud scientes inhonestum esse videtur. Ego autem sumptu ac labore maximo cum essem alienigena gentis, Grecis simul et Romanis rerum gestarum memoriam reposui. Ipsis autem indigenis ad questum et ad lites ora patent linguaeque solute sunt, ad historiam vero in qua vera dicenda sunt obmutescunt. Honoretur itaque apud nos historie veritas que a Grecis negligitur. Concessum nobis [illegible] scribendi res a prioribus gestas. Scripsimus itaque in libro antiquitatum de Iudeis qui fuerint, quove pacto ab Egyptiis discesserint, quasque regiones errando peragraverint, et quomodo in terram repromissionis venerint, et deinde usque ad decimum annum imperii Neronis omnia que Iudeis contigerunt, sive sub ducibus sive sub regibus aut pontificibus, pleniter omnia sub uno libro antiquitatum comprehendi. Voluntatem autem habens Iudaicum bellum conscribere, necesse est ut a tempore Machabeorum breviter singula que ex aliqua parte excitata sunt comprehendam, donec ad decimum annum Neronis veniens, ab eo usque ad tempora Domitiani cesaris cesaris, sub quo ego ultimum vixi, cuncta singillatim de ipso bello quod Iudei cum Romanis habuerunt describam, et discernam tunc tam populi cladem et calamitatem, quanta multa mala nunc seditionibus nunc fame oppressi ad ultimum capti sint. Et quare miseriam gentis mee celare debeo, cum eas scientibus relaturus sim. Testis enim omnium horum michi est Titus Cesar, sub cuius presentia pene omnia que de ipso bello scripturus sum contigerunt. Narrandi autem initium faciam ut predixi a tempore Machabeorum, et ita convenienter ad ea accedam que [illegible] vite mee tempore contigerunt, vel que ego ipse feci, quasi de alio aliquo conscribam, in omnibus auream regulam veritatis non deserens. Omne autem illud opus septem libris comprehendam, neque imperitoribus neque adulatoribus me de mendacio valentibus accusare. Explicit prologus.

INCIPIT LIBER I DE IUDAICO BELLO

CUM POTENTES Iudeorum inter se dissiderent eo tempore quo [illegible] cum Ptolomeo [illegible] Antiochus qui Epiphanes [illegible]. Certamen autem [illegible] de potentia et honoribus quisque [illegible] ferebat sibi similibus subiugari. Onias autem quidam de pontificibus [illegible] prevaluit, [illegible] filios [illegible] expulit de civitate. Illi vero [illegible] ad Antiochum confugientes [illegible] ut ipse eis ducibus [illegible] persuasum est [illegible].

Cum igitur [illegible] copiis ingressus civitatem fortiter et improvise rapuit, multitudinem [illegible] quibus Ptholomeus carior erat interfecit, direptionisque militibus praedandi copiam [dedit]; ipse templum spoliavit, et continuam religionis assiduitatem per annos tres et sex menses prohibuit. Pontifex autem Onias effugit ad Ptholomeum. Verumtamen Antiocho non satis fuit praeter spem devicta civitas, neque populatio, neque caedes hominum facta, sed insuper Iudaeos cogere coepit, ut abiecto more patrio neque infantes circumciderent, porcosque super aram immolarent. Nolentibus autem hoc facere, optimus quisque trucidabatur. Bachides autem Antiochi praepositus ad naturalem crudelitatem suam praeceptis impiis obsecundans, omnimodam iniquitatem excessit, et singillatim viros honorabiles verberabat, donec eos ad resistendi audaciam incitaret. Denique Mathathias filius Asamonei, unus ex sacerdotibus, ex vico cui nomen est Modin, cum manu domestica, id est cum quinque filiis suis, conatus Bachidem occidit, et praesidiorum veritus multitudinem in montes refugit. Multis vero exemplo eius sociatis, recepta fiducia descendit, commissoque proelio superatos duces Antiochi ex finibus Iudaeae pepulit. Secundis autem rebus potentia nactus, suisque operantibus ab alienigenis eos liberavit; moritur, relicto Iudae principatu, qui filiorum suorum natu maximus erat. Iudas autem sciens non cessaturum Antiochum, indigenarum congregans exercitum, cum Romanis primus amicitiam pepigit, et Antiochum iterum fines suos ingredientem vehementissima percussum plaga repulit. Adhuc autem fervente victoria, in praesidium civitatis impetum fecit. Necdum enim cessaverat, habitoque conflictu milites ex superiore civitate quae arx dicitur ad inferiorem compellit. Fano autem potitus, et locum purgavit, murosque cinxit, et vasa nova divinis rebus curandis fabricata in templum intulit, velut prioribus profanatis, aramque aliam edificavit, et religionibus dedit initium. Sacro autem ritu vix civitati reddito, moritur Antiochus, et regni eius in Iudaeos simul et odii Antiochus extitit heres. Qui congregatis l milibus peditum et v milibus equitum et lxxx elefantis, mediterraneas partes per Iudaeam aggreditur, et Bethsuram municipium cepit. In loco autem cui Bethzacharia nomen est, quo transitus erat angustior, Iudas cum suis copiis occurrit. Et priusquam congrederentur agmina, Eleazarus frater eius prospecto praeter alios excelso elefante turrique maxima super eo ornato munimentis aureis, Antiochum in eo esse putans, a suis prorumpit exercitus, rupta hostili acie, ad elefantem usque pervenit, et illum quem regem esse putabat minime contingere valebat, eo quod multum supra se eminere[t]. Elefantem vero in alvo percussum super se deposuit, et obrutus interiit, nulla alia re gesta nisi quia magnum opus aggressus divinae post vitam gloriam habuit. Qui tamen regebat elefantem privatus erat, et si forte fuisset Antiochus, nihil plus Eleazaro profuisset audacia, quam ut spe sola praeclari facinoris mortem videretur optasse. Hoc et fratri eius indicium totius proelii praesagium fuit. Nam Iudaei fortiter diuque certantes, Graecis meliori fortuna usis numero et [illegible] superati sunt Iudaei, multisque interfectis Iudas cum ceteris in Gofniticam toparchiam refugit. Antiochus autem ad Hierosolima profectus, ibique paucos dies moratus, victualium penuria inde digreditur, relicto ibi praesidio, ceteram vero multitudinem ad hiemandum duxit in Syriam. Discessu autem regis Iudas non quiescebat, sed accessione multorum suae gentis animatus, et aggregatis qui ex proelio receperat, apud vicum Adasa cum Antiochi ducibus congreditur, et ex fortibus factis in proelio cognitus, et multis hostibus interfectis ipse occubuit. Et in diebus paucis frater eius Iohannes occiditur, insidiis eorum captus qui Antiocho favebant.

Cui cum et frater Ionathas successisset, et caute sese ageret, suamque potentiam Romanorum amicitia corroborasset, et Antiochi filio reconciliatus, non tamen ei quoque profuit ad depellendum periculum. Nam Trifon tyrannus et Antiochi filii nutritor, insidias eius captans, dolo comprehendit, eoque vincto contra Iudaeam movit exercitum. Unde repulsus a Symone fratre Ionathae, et quoniam ab eo superatus erat iratus, eundem Ionatham interfecit. Symon autem fortiter regendis rebus intentus, Gazaram et Ioppen et Iamniam cepit, et arcem subvertit, sublatis praesidiis. Adiutor quoque Antiocho auxilium praebens contra Triphonem, cum Doram civitatem obsideret, et tamen cupiditatem regis satiare non potuit. Non multo tamen post Antiochus Cendebeum ducem misit ad vastandam Iudaeam et Symonem opprimendum. Ille autem quamvis senior esset, bellum tamen iuveniliter administrabat, et filios suos quidem animis validissimos praemisit, parte vero multitudinis alio latere aggreditur, multisque insidiis per singula loca et per montana dispositis, omnibus superatis clarissimaque potitus victoria pontifex declaratur, et post clxx annos Iudaeos liberavit a dominatione Macedonum. Moritur autem in convivio captus insidiis Ptholomei generi sui, qui et coniugem filiosque duobus in custodia conclusis, nuncios misit qui tertium eius filium Iohannem, cui et Hyrcanus nomen fuit, interficerent. Cognito autem Iohannes impetu eorum qui se parabant, ad civitatem properabat, multorumque plebs freta est [illegible] memoria patris [illegible]. Voluit autem Ptholomeus alia porta ingredi civitatem, sed a plebe reiectus est pro Hyrcani favore. Ille autem statim recessit in aliud castellum quod Dagon vocatur. Iohannes autem qui et Hyrcanus patrium honorem pontificii assecutus, patrio sacrificio oblato, velociter Ptholomeum petivit, et matri simul et fratribus adiumento futurus castellum obsedit. Ptholomeus autem quem ab eo premebatur, matrem eius et fratres in muro producens palam ut possent conspici verberabat, et eos praecipitaturum nisi quam primum posset recedere minitabatur. Unde Hyrcanum quidem plus timor ac miseratio quam iracundia commovebat. Mater non solum plagis animo perterrita, manus protendens filium precabatur ne suis iniuriis fractus parceret impio. Sibi quidem ipsa se morte a Ptholomeo propositam immortalitate ducebat meliorem, dummodo ille poenas ex his quae in domum suam commiserat exsolveret. Hyrcanus igitur obstinatione matris incendens, ac preces eius audiens, ad irruendum impellebatur; verberari vero eam atque laniari conspiciens [illegible] plenus erat doloris. Obsidione autem diu tracta, [illegible] annus advenit, quo apud Iudaeos ab opere cessatur, ut moris est septimo [illegible] die. Ex hoc Ptholomeus obsidionis requie nactus, fratribus Iohannis una cum matre occisis, ad Zenonem confugit. Antiochus autem ob ea quae per Symonem passus fuerat, [illegible] Iudaeam dux exercitus, [illegible] in Hierosolimis Hyrcanum obsidebat. Ille autem [illegible] sepulchro David qui regum ditissimus fuit, ablatisque inde [illegible] milibus talentis, [illegible] et trecentis talentis [illegible] obsidionem [illegible] primus Iudaeorum [illegible].

Rursus autem [illegible] Antiochus [illegible] civitates [illegible] Syriae [illegible] Medabam [illegible] Samagan [illegible] praeterea Sichem et Garizin [illegible] Cutheorum [illegible]. Capit et [illegible] Idumaeorum [illegible]. In Samaria [illegible] ubi post ab Herode [illegible] Sebastea [illegible] obsidionem perfecit. Quibus [illegible]

Samariam cives urbis desperantes [illegible] vi et [illegible] Antiochum cognomento Spondium adiutorem sibi invitavit; qui cum advenisset, ab Aristobolo et Antigono superatus effugit. Illi vero duo fratres ad Samariam reversi, multitudinem intra murum compellunt, et exaequata civitate ipsa [illegible] habitatores [illegible] captivos adduxerunt. Prospere autem his gestis [illegible] certantes refrigescere non sinebant, sed cum exercitu Scythopolim usque progressi, et ipsam incursaverunt, et agros intra Carmelum omnes [illegible]. Talia prospere Iohannis et filiis eius invidia gentiles concitavit, multaque adversus eum collecti non quiescebant, donec aperto bello devicti sunt [illegible] et filiis eius. Reliquum vero tempus cum Iohannes qui et Hyrcanus fortunatissime vixisset, optime rebus administratis per annos xxx et tres, quinque relictis filiis moritur, vir plane beatissimus. Denique tria maxime praecipua solus habebat. Nam et gentis princeps et pontifex erat, et insuper propheta, et cum eo Deus ita colloquebatur, ut futurorum nihil penitus ignoraret. Nam et de duobus maioribus filiis quod rerum diu permansuri non essent antevidit atque praedixit. Patre namque mortuo natu maior Aristobolus [illegible] in regni principatum, diadema sibi primus imposuit, post quadringentos et lxx et v annos ac tres menses postquam populus in terram rediit liberatus a servitio Babiloniorum. Fratrem autem suum Antigonum quem diligere videbatur in honore pari producebat, ceteros autem fratres vinctos custodiae tradidit. Matremque ligavit, ausam aliquid de potestate contendere, cum eam vir eius rerum dominam reliquisset, et eo crudelius ei processit ut vincta fame periret. Post hoc et interfecit fratrem Antigonum, quem plurimum amaverat [illegible] regni participem habuerat, ad ductus criminationibus [illegible] regni [illegible]. Has autem falsis accusationibus primo Aristobolus fidem non habebat, [illegible] livore fingi arbitraretur erga fratrem. Sed cum Antigonus [illegible] militia clarus redisset, festis diebus quos tabernaculis positis Deo celebrare mos patrius exigebat, contigit eodem momento ut adversa valitudo Aristobolum invaderet. Antigonus autem circa sollempnitatem festum [illegible] arma [illegible] comitatu ad Deum adorandum, cum maxime pro salute fratris ascenderat, [illegible] fratris. Cum delatores nequissimi Aristobolum in regem adirent, fratris pompam et arrogantiam [illegible] fortunam maiorem esse criminabantur, [illegible] maxima cetu stipatus ut illum interficeret eo venisset. His paulatim quamvis invitus tamen credulus Aristobolus, et ne incerta [illegible], iussit satellites suos transferre se in quodam subterraneum et tenebrosum locum, et praecepit militibus ut si Antigonus inermis veniret ei parcerent, sin autem cum armis eum occiderent. Ipse autem mandavit occulte fratri Antigono, ut sine armis veniret. Regina autem satis callidum contra [illegible] consilium cepit. Nam persuadet eis ut mandata taceant regis, dicant [illegible] Antigono fratrem eius audisse eum arma pulcherrima in Galilea fabricasse, ornatumque bellicosissimum, quae ne singillatim inspexisset, morbo impeditum fuisse, et nunc cum abscessurus sit, libenter eum videret armatum. His auditis Antigonus et confidens de affectu fratris, cum armis velut se ostensurus venire properabat. Sed ubi ad obscurum [illegible] quod Stratonis Pyrgus vocabatur, a satellitibus interemptus est. Hoc autem factum verum documentum praebet omnem benivolentiam et iura naturae emulationibus cedere, nullamque [illegible] affectionem tantum valere ut invidiae praemio possit obsistere. Aristobolus vero ex scelere suo magnitudine morbi ingravescente, sed et facinoris cogitatione sollicitus, perturbato animo tabescebat, donec mentis acerbitate visceribus laceratis sanguinem vomeret. Unus autem de servulis sanguinem foras efferens, providentia divina [illegible] et ubi Antigonus erat occisus, super exstantes adhuc caedis maculas cruore interfectoris effudit. Ululatu autem continuo sublato ab his qui [illegible], tamquam de industria sanguinem libasse conspexerunt. Clamor ad regis aures pervenit et causam requirebat. Et cum ei nullus aperire auderet, eo ad rescienda magis ardebat. Ad extremum autem minas [illegible] adhibentibus, veritatem indicaverunt. Ille autem lacrimis oculos complens, haec verba quoque ut valuit proferebat: Sperandum certe non erat ut maxima Dei lumen facta mea nefanda laterent. Nam ecce me ulciscitur cognatae caedis iustitia persequens. Quousque autem corpus impium animam fratri mactatam debebis? Quamdiu particulatim libabo illis sanguinem meum? Sumant iam [illegible] accipiant [illegible] viscera meorum inferi fortuna [illegible]. His dictis illico moritur, cum non plus anno regnasset. Uxor autem eius fratribus eius a vinculo solutis regem constituit Alexandrum, qui et aetate maior erat et modestia praestare videbatur. Ille autem potestate adeptus fratrem quidem alterum regnum appetentem occidit, alterum vero mansuetum secum habebat. Proelium autem cum Ptholomeo cognomento Lathyro conseruit, qui oppidum Asochim ceperat, et multos hostium peremit, sed victoria in
179. parte Ptholomei propensior fuit. Postea Ptholomeus pulsus a matre Cleopatra discessit in Egyptum, et Alexander Gadara obsidione cepit et castellum Amathuntem trans Iordanem, ubi pretiosissima quaeque bona Theodori filii Zenonis habebantur. Repente autem Theodorus aggressus, et sua recepit, et sarcinas regis aufert, et x fere milia Iudaeorum interfecit. Verum hoc vulnere superior fit Alexander. Conversus namque ad maritimas regiones, Rafiam cepit et Gazam et Anthedonem, quae postea ab Herode Agrippias nominata est. His autem servitio domitis, concitatur in eum populus Iudaeorum in die festo. Nam plerumque epulis seditiones accenduntur. Ipse autem [illegible] huius [illegible] cum eos [illegible] occidit ex sibi rebellibus [illegible]. Post hoc Arabis [illegible] et eis subiugatis [illegible] ad Amathunta [illegible]. Theodorus [illegible] castellum sine praesidio [illegible] destruxit. Postea [illegible] Arabum [illegible] in Gaulanensi regione [illegible] in valle altissima compulsus [illegible] exercitum [illegible]. Ipse elapsus in Hierosolimam [illegible]. Post [illegible] sex milia Iudaeorum [illegible]. Neque [illegible] sermone placido [illegible]. Illi autem [illegible] Demetrium [illegible]. Qui [illegible] tria milia equitum [illegible] Alexander [illegible] mille equitum [illegible] sex milia [illegible]. Alexander autem [illegible]. Cum [illegible] studebant [illegible] Alexandri [illegible]. Sex milia Iudaeorum [illegible]

alexandrum se contulerit. Huius inclinationis momentum demetrius ferre non potuit, sed collectis viribus suis inde digressus est ad propria. Nonnulli iudeorum abscessu auxiliatorum seditionem deponunt, sed bella assidue tamdiu cum alexandro decertabant, donec excisis plerisque interfectis ceteros in nefelim civitatem cogeret confugere, cumque vastata in hierosolimam captivos abduxit. Verum immoderata iracundia ferebatur, ut crudelitate et ad impietatem usque procederet. Octingentos itaque captivorum in media civitate crucifigeret, et uxores eorum ac filios prius in conspectu eorum necaret. Tantus autem terror ipsum invasit, ut proxima nocte octo milia hominum extra totam iudeam perfugerent. Quorum exilii finis fuit mors alexandri. Cum quidem eiusmodi factis quamvis egro regni otium quesisset ab armis quievit. Rursus autem ei fit turbationum initium antiochus qui dionisius cognominatus est, demetrii quidem frater, sed regum novissimus qui seleuci auctore generis fuerunt. Hunc itaque timens arabas bello paratum pulsare, itineris habuerunt. Hunc ite timens ... voleus ei transitum per suam terram prohibere, inter montes et ioppen litora fossam altissimam direxit. Ante fossam autem murum edificavit excelsum, turresque ligneas ut faciles aditus obstrueret fabricavit. Nec tamen antiochum arcere valuit. Excussis itaque turribus fossisque repletis cum suis copiis transiit, volens post devictionem arabum vindictam sumere de alexandro. Ipse autem alexander fecit arabum(?) antiochi cum x. milibus militum invasit. Fortiter autem prelio depugnatum, quamdiu super erat antiochus durabat ei exercitus; quamvis eum passim arabes trucidarunt. Ubi vero periit, omnes in fugam verterunt, et maxima pars eorum in acie, tum in fuga consumitur. Reliquos autem in vicum cana delapsos alimentorum penuria pene totos consumpsit. Alexander autem pella civitate capta, gerasam petivit, et ipsius ambitu circumdatis defensoribus loci pugnando cepit. Deinde gaulanem et seleuciam, et quod antiochi pharangem dicitur, subiugavit. Ad hec autem capto gamala castello validissimo, eiusque rectore demetrio [illegible], in iudeam regreditur, expleto triennio in militia. Iudeique eum libenter ob res prospere gestas excipiunt. Belli autem requies facta est principium morbi. Et quo quartanis febribus circumventus fatigatus est, depellere itaque putabat valitudinem, si rursum animum negotiis ocupari passus esset. Intempestivis ergo militie laboribus sese dedit, et ultra virium efficaciam corpus impellens inter quos tumultus obiit. Post viginti vero et vii. regni annum moritur, et regnum alexandre coniugi reliquit, iudeos ei dicens, ubi ...ences fore non dubitans: eo quod benivolentiam plebis sibi comparasset. Post mortem ergo ei obtinuit alexandra principatum, nam moris genus pactum pre ceteris honorabat, et quia sacras leges contemsisse abiunctio detestabatur. Cum autem duos filios de alexandro genuisset, habueruntque maxima hyrcanum pre ceteris diligebat pontificem, et quia erat quia segnior erat ad malefaciendum constituit regem; minor autem aristobolum pro animi vivere maluit, cuius fervidioris animi erat. Iungit autem sese de alexandro quedam iudeorum collegium quod dicitur pharisei, qui pre aliis precatum colere videbantur, et prius leges exponere, et ob hoc diligebat et parebat eis alexandra. Illi autem sicienta acquisita, omnis potestatis libidine fulminavito, deponendo reque vinciendo ac solvendo quos vellent. Ita penitus res habebant et prorsus regiis commodis fruebantur. Alexandra autem expensas et difficultates disponebat, et augendis copiis inmaxima duplicem conflabat exercitum. Peregrinis ite auxiliis itaque fretis gentes roborunt, et etiam incrementum sibi reddidit extero potentie. Imperabat autem aliis, pharisei vero ipsi parebant. Inter hec autem cum voluntem annis ipsa impassa et morbum incurrisset: filius eius minor aristobolus cum servis suis quos multos habebat et omnes precatus fervore fidissimos, universa castella obtinuit et pecunia qua abreptam est eidem eius auxiliis regis federavit. Mater autem eius alexandra hec audiens coniugem ipsius cum filiis includit in quodam castello quod baris vocabatur. Ipsa autem alexandra autem moritur, quod se de filio vindicaret. Heres autem ei fuit maior eius filius hyrcanus, cui regnum ipsa iuvenis commiserat, verum aristobolus minor natu viribus atque auctoritate ingenii prestabat. Facto autem inter eos conflictu de regno circa iericuntem, plurimi relicto hyrcano transeunt ad aristobolum. Hyrcanus autem cum reliquis fugiens, venit in castellum ubi uxor aristoboli cum filiis erat inclusa. Prius quam autem diuturnum bellum oriretur, ea conditione in concordiam redeunt, ut aristobolus quidem regnum obtineret, hyrcanus vero excederet quidem regis fieri aliis honoribus contentus. Hoc modo in fano reconciliati, cum in conspectu circumstantis populi benignissime se alterutrum valere iussissent, domus permutant, et aristobolus recedit in regiam, hyrcanus autem in domum aristoboli. Ob hoc metus invasit quosdam ex amicis hyrcani nomine antipatrum, ne cum aristobolus occideret.

Erat autem antipater genere ydumeus, et nobilitate ac divitiis aliarumque rerum copia gentis sue princeps. Favens autem partibus hyrcani, dolens quod regnum amisisset, suasit eum ad aretham regem arabie confugere, eiusque auxilio regnum recipere. Ipse autem antipater prodiens ad regem arabie suadebat ei ut hyrcanum ad se venientem benigne susciperet, et in regnum reduceret; multa detrahens aristoboli moribus, et multa laudum predicans hyrcanum. Simul ammonebat quod eum deceret iniuste oppressis manum porrigere. Antipater ergo cum hec regi arabum persuasisset, revertitur ad hyrcanum. Preparatis ergo omnibus hyrcanus cum antipatro noctu exeuntes perfugerunt, citatoque cursu in oppidum quod petra dicitur, quod regni arabum sedes est, salvi evaserunt. Ibi postquam antipater hyrcanum in manu regis arabum tradiderit, multis diebus multisque muneribus ut ei auxilium preberet quod in regnum reduceret effecit. Prodiens ergo rex arabum contra aristobolum cum [illegible] milia. Quibus neque restitit aristobolus, sed primo impetu superatus in hierosolimam fugere compellitur, atque omnino captus esset nisi dux romanus scaurus adveniens solvisset obsidionem. Iste itaque scaurus ex armenia in syriam missus erat a pompeio magno, qui cum tygrane bellum gerebat. Sed cum damascum veniret, et metello(?) lollio civitatem captam, cognitoque quod in iudea gereretur, illuc velud ad questum cucurrit. Cumque mox ut fines iudee ingressus est, legati ad eum veniunt a fratribus, utroque ut secum societatem foret, omnibus. Aristobolus autem iussisset ei dari talenta, [illegible] apud omnibus alienavit. Dat scaurus accepta pecunia legatos ad hyrcanum et arabas, minatus nomen eis romanorum et pompeii magni, ut [illegible] obsidione desisterent. Aretha ergo rex arabum metu perculsus exercitum per philadelphiam misit, et scaurus damascum rediit. Aristobolus autem non latis [illegible] fratre omnibus quos habebat copiis congregatis [illegible] occurrit, prelio cum fratre commisso, de eius exercitu vi. milia [illegible]. Hyrcanus [illegible] syriam; transgressus damascum [illegible] auxilio cum pompeio venit; [illegible] ei datis magnopere deprecabantur, ut aristoboli violentia [illegible] regnoque hyrcanum restitueret. Sed nec aristobolus ibi defuit [illegible] fratre. Venit hic pompeius cum pellam et scytopolim progressus cum [illegible] iudee fines accipiunt. Per mediterranea loca, cum ibi [illegible] aristobolum in alexandrium castellum in monte precelso situm et satis firmum confugisse, misit nuntios iubens eum inde descendere. Ille autem apud se deliberatur

quasi pompeio evocaret; preliari potius vellet [illegible] ... cis autem monentibus ut romanam vim cogitaret quam sustineret [illegible] set; hoc consiliis obediens descendit ad pompeium, et [illegible] multis verbis contra fratrem hyrcanum precatur in castellum redire. Et cum iterum descendisset, provocantibus ac fratre suis ubi ... contentus, demum ad castellum regredi. Ut hiberet pompeius, erat quippe aristobolus inter spem timoremque medius. Cum autem pompeio placuisset ut de castello recederet, ille iussit suis prepositis qui castellum observabant ut nulli aliquid darent nisi qui eis quidem sua manu scripta et signata attulisset. Cum hec eis precepisset, in hierosolimam cum indignatione recessit, belloque se gerere cum pompeio cogitabat. Pompeius non cessandum ratus statim eum insequitur, et circa iericuntem castra posuit, ubi pinguissima est ydumee regio, ubi et plurime palmarum. Balsamum quoque terra illa nutrit, cuius robore [illegible] acutis stillantem lacrimam decisione eius vasis colligunt. Cum ille pernoctasset, mane in hierosolimam properabat. Huic ... aristobolus supplex occurrit, et pecuniam pompeio [illegible] pemumque minatur. Cum ...ich [illegible] Gabinius itaque qui ad suscipiendam pecuniam missus fuerat [illegible] quem socii aristoboli receperunt. Hoc commotus pompeius aristobolum in custodia collocat, ad civitatem vero hierusalem profectus, explorabat qua parte facilior esset accessus. Nam a muro eius firmitatis oppugnari posse facile non videbat, vallesque per montibus horribiles, fanumque illic cernebat proximum, adeo munitissima munitione circumdatum ut etiam si civitas capta esset, secundum esset inde hostibus refugium. Interea seditio in civitate exorta est, sociis quidem aristoboli bellum gerere volentibus et regem suum liberare dignum esse firmantibus, qui vero hyrcano favebant portas pompeio aperire volebant. Metu autem plurimos invaserat romanorum constantiam respicientes. Deinque pars aristoboli victa fugit in templum, et ponte qui a templo in civitatem iungebat abscisso, ut ad ultimum usque resisterent preparabant. Cum autem fautores hyrcani quidam romanorum in civitatem recepissent, hisque domum regiam tradidissent, ad hec pompeius obtinenda unum ex suis ducibus pisonem cum militibus intromisit. Hic presidiis in civitate dispositis, cum his qui in templum confugerant pacem suadere non posset, omnia que circa erant expugnare parabat, hyrcano eique amicis ad efficienda que iuberet alacriter animatis. Pompeius ergo partes septentrionales fossas valleque replebat omni genere materie militibus comportata. Cum autem opus esset difficile propter immensam altitudinem, et iudei modis omnibus de super obsisterent, mansisset labor imperfectus, pompeius observato die septimo, in quo nobis natura precipit, aggere cumulare precepit, hibitas a prelio militibus. Pro solo autem corporis iudeis et in sabbato pugnare licet. Igitur ea valle repleta, et impositis super aggerem turribus admotisque machinis de super obstantes lapidibus repellebant. Cum diu tres obsidentium magnitudinem simul et pulchritudinem prestantes vim repugnantium sustinerent. Verumtamen romani plurimum defatigati, pompeius iudeorum tolerantiam talibus admirabatur, et precipue quod inter iacula metu ac suspicionis fuerant inter media tela perantes divinitatem volebant, et velut multa pace tam degerent, cottidie sacrificia et victimas omniaque divi cultus diligentissime celebrabant, et nec in ipso excidio cum ad aram prope singulos trucidarentur, legitimis sue religionis muneribus abstinuerunt. Mense ergo obsidionis tercio, vix multis certo dentem fanum irruptum est. Primus autem murum ascendere ausus est cum suis agminibus sylle filius faustus cornelius, et post eum duo centuriones furius et fabius cum suis agminibus. Circumsepto ergo undique fano, aliis alio confugientes, et paululum repugnantes interficiuntur. Ubi plurimi sacerdotum, quamquam hostes strictis gladiis irruentes videbant, intrepidi tamen in peragendis rebus divinis perseverabant, et in ipso libandi ministerio macabantur, salutem preferentes religionis obsequium. Multi autem iudeorum se ipsos trucidabant, plurimi semet ipsos in rupes precipitabant, nonnulli furibundi cuncta que circa murum erant parite concremabant. Itaque de iudeis occubuere xii. milia, romanorum vero pauci, sed plures vulnerati sunt. Nichil autem gravius ulla clade iudeorum quam visum est, quod et illud sanctum archanum, nec cuiquam prius visum alienigenis esset detectum. Deinque pompeius una cum suis comitibus templi ingressus ubi neminem preter pontificem intrare fas erat, que intus erant candelabrum cum lichnis et mensas, et in quibus adolere moris est vascula ex auro cuncta perspexit; congestaque pigmentorum mole, sacrique pecunia prope ad duo milia talentorum, nec tamen ex his omnibus aliquid contigit. Postera die post oceanum curatis precepit editius ut templum aliquid haberet sordidum, et iussit sollempnia celebrare. Ipse autem hyrcanum pontificem declaravit, eo quod se obsidionis tempore alacrem in omni ope demonstrasset. Inter captivos autem comprehensus socer aristoboli et patruus simul tenebatur. Pompeius ergo illos qui causa belli erant securi percussit, faustum vero sylle filium cum aliis qui fortiter pugnaverant preclaris primus donat. Hierosolimitis vero tributum imposuit, omnia que eorum romanorum preceptis parere iussit. Mediterraneas autem civitates de iudeorum potestate liberavit: scilicet ypponem, scytopolim, pellam, samariam, et marissam, azotum, et iamniam, et arethusam, maritimas quoque gazam et ioppen, et doram et turrem stratonis; easque indigenis civibus reddens syrie coniunxit. His autem omnibus prefecit scaurum, et duas ei cohortes romanorum tradidit. Ipse per ciliciam romam properabat, ducens aristobolum captivum cum duobus filiis et totidem filiabus. Quorum alter alexander in itinere aufugit, minor autem antigonus cum patre et sororibus romam ductus est.

Alexander ergo filius aristoboli pompeium fugiens, magna manu congregata hyrcano patruo suo gravis imminebat, iudeamque depopulabatur. Quem etiam bello pressisset, nisi gabinius scauro successor missus a pompeio contra eundem alexandrum exercitum produxisset. Alexander autem impetum ei ...ens, ampliorem manum militum congregabat, donec sancta ei x. milia peditum, et mille quingenti equites; villasque quasdam munitas alexandrium et hyrcanum et macherunta non longe ab arabie montibus muniebat. Gabinius ergo premisit marcum antonium cum [illegible] contra alexandrum, et ipse cum toto exercitu sequebatur. Hyrcanus autem et antipater amicis et aliisque multitudo iudeorum cum antonio alexandro obviam processerunt, nec multo post advenit gabinius cum consortibus. Alexander autem inferior hostium multitudine cum esset non posset, [illegible] si hierosolimam venirent [illegible] plurimi [illegible] amisit sex milibus. [illegible] reliquis aufugit ad alexandrium castellum. Gabinius autem reliquiis [illegible] castellis expugnandis, ipse cum suis cetera subvenire [illegible] quidem arces [illegible] et filiis [illegible]. Deinque [illegible] polis habitari [illegible] et antedonem, et appoliam, iamniam et [illegible] et marissam, et adorum, et gazam, et alias aliquot vel [illegible] civitatibus [illegible]. Hijs [illegible] alexandrum [illegible] obsidione. Qui [illegible]

omnibus desperans legatos ad Gabinium mittit ignosci delictis exorans, et castella quae sibi parebant tradere se dicitans. Quae castella omnia Gabinius consilio matris Alexandri ea condicione suscipienda accepit, ut et reliquos filios qui a Pompeio Romam captivi ducti fuerant reciperet. Post haec Gabinius Hyrcano in Hierosolyma deducto, omnem Iudaeorum gentem in quinque conventus divisit: uno Hierosolymis, altero in Gadaris, tertio apud Amathunta, quarto in Iericho, quinto in Sefforis Galileae distribuit. Iudaei igitur unius dominatione liberati, libere ab optimatibus regebantur.

Aristobolus autem frater Hyrcani fuga lapsus de Roma, magna iterum Iudaeorum manu conflata, partim cupida mutationis, partim quibus olim dilectus erat, primo Alexandrium castellum occupat, idque recingere muro temptabat. Deinde cognito quod Gabinius Sisennam et Antonium et Servilium duces contra se cum exercitu misisset, in Macheruntam venit, vulgique imbellis turba deposita, solos armatos ipse ad octo milia secum duxit. Romani autem sequebantur. Habito conflictu Aristobolus aliquamdiu cum suis fortiter dimicando perseverabat, donec a Romanis subacti sunt, caesis ex eis quinque milibus; duo autem milia in quendam tumulum confugere; et Aristobolus cum reliquis perrupta Romanorum acie in Macheruntam effugit. Post haec sperabat se aliam manum per indutias belli posse contrahere, castellumque munire. Impetu autem Romanorum supra quam poterat per biduum remoratus, postremo capitur, et vinctus ad Gabinium, atque inde Romam perducitur. Illum igitur senatus in custodiam posuit, filios vero in Iudaeam transmisit, quia hoc Gabinius matri eorum promiserat. Gabinio autem parato bellum Parthis inferre, Hyrcanus et Antipater ei omnia dederunt quae militiae necessitas exigebat. Nam et pecuniis et armis et frumento et auxiliis eum Antipater adiuvit. Syria autem discessu Gabinii commota est. Nam Alexander iterum filius Aristoboli Iudaeos ad dissensionem reduxit, et maxima multitudine conflata, omnes Romanos qui intra terram degebant obtruncare decreverat. Qua re Gabinius audiens, iam enim ex Aegypto redierat, tumultu instante, in nullis diffidebat, praemisso Antipatro concordiam suasit. Alexander igitur habens XXX milia ad pugnam contra Gabinium egreditur. Occurrit autem ei Gabinius, et circa montem Itabyrium congressi X milia sternunt, cetera vero multitudine fuga dispersa. Et Gabinius Hierosolyma reversus, sicut Antipater voluit, rem publicam ei composuit. Deinde hinc profectus Nabutheos pugna superavit. Interea Crassus ei successor datus Syriam suscepit. Is in Parthica militia sumptum omne aurum templi quod Hierosolymis erat abstulit, et a quibus se Pompeius temperaverat, duo milia talentorum. Post haec Eufraten transgressus, ipse perit et exercitus eius. Post Crassi mortem Parthos volentes in Syriam irruere, Cassius consul prohibuit, suscepta provincia. Caricheam vero invadens, XXX milia virorum captivos duxit, et Pitholaum seditiosum Aristoboli collegam occidit, cuius necis auctor Antipater erat.

Huic igitur Antipatro uxor fuit ex Arabia nobilis femina nomine Cypris, ex qua quattuor filios habuit: Faselum et Herodem regem et Iosephum et Feroram, et filiam unam nomine Salome. Cum autem omnium qui ubique potentes erant amicitia et hospitiis familiaritatis congregeret, praecipue regem Arabum per affinitatem sibi sociavit, eique fidei commendans filios suos ad eum misit cum ad bellum pergeret. Caesar autem Iulius post senatus et Pompeii trans mare Ionium fugam rebus omnibus Romaque potitus, solutum vinculis Aristobolum fratrem Hyrcani cum duabus cohortibus velociter ad Syriam misit, ut cuncta Iudaeae proxima per illum sibi subiceret. Verum et spes Caesaris et alacritatem Aristoboli praecessit invidia. Nam Aristobolus veneno peremptus est ab amicis Pompeii, et aliquamdiu etiam sepultura in solo patrio carebat; corpusque mortui servabatur melle conditum, donec ab Antonio Marco Iudaeis iussum est ut in monumentis regalibus sepeliretur. Occiditur et Alexander filius Aristoboli a Scipione securi percussus Antiochiae secundum Pompeii litteras, super his quae in Romanos commiserat. Antipater autem mortuo Pompeio, in clientelam Caesaris se contulit. Mitridates autem Pergamenus cum esset missus a Caesare ut Aegyptum subiugaret, ab accessu Pelusii repulsus, apud Ascalonem morabatur. Antipater autem non solum Arabes persuasit ut Mitridati auxilium contra Aegyptios ferrent, verum et ipse armata tria milia Iudaeorum secum movit. Excitavit et ad auxilium eius Syriae potentes et incolas Libani, Ptholomeum minorem et Iamblicum, et filium eius Ptholomeum. Itaque Mitridates fretus auctoritate ipsius Antipatri copiis Pelusium proficiscitur. Et quia per Pelusium vetabatur transire, civitatem obsidebat. Antipater igitur et in hac oppugnatione clarus extitit. Effracto enim ex sua parte muro, primus cum suis comitibus insiliit, et ita Pelusium civitas capta est. Ulterius autem eos progredi non sinebant Iudaei et Aegyptii terrarum incolae quae appellabatur Oniae. Antipater autem ne obstarent, verum etiam ut Mitridati victui necessaria praeberent, multis persuasit. Unde factum est ut Memphitae se ultro traderent Mitridati, et sic pergens per provinciam pugnam cum ceteris Aegyptiis commisit in loco cui nomen est Iudaeon Stratopedon. Eumque in acie omnino dextro cornu periculo liberavit Antipater, circumgressus fluminis ripam. Laevum enim cornu contra se positum superaverat. Facto autem in eos impetu qui Mitridatem persequebantur, occidit multos ex eis, tamdiuque reliquos fugientes persternebat, donec castris eorum potitus est. LXXX tantum de suorum numero amisit. Octingentos autem fere Mitridates cum fugeret perdidit. Praeter spem vero servatus in periculo, et testis ad Caesarem cunctarum rerum gestarum ab Antipatro fuit apud Caesarem. Unde et Antipatrum Caesar laudando ad subeunda secum pericula reddidit promptiorem, et bellatorem audacissimum comprobavit, multaque perpessus vulnera, toto corpore gerebat signa virtutis. Postea autem quando Caesar rebus in Aegypto compositis ad Syriam redit, Romana eum civitate simul et immunitate donavit, aliisque rebus honorando, amicissimeque tractando, dignum aemulatione constituit.

Eodem tempore Antigonus Aristoboli filius cum venisset ad Caesarem, Hyrcanum et Antipatrum criminabatur, quod se de patria terra cum fratribus iniuste expulissent, multisque iniuriis gentem afficerent, et ipsi Caesari auxilia ferrent non benivolentia sed timore veteris discordiae. Ad haec Antipater nam praesens aderat, veste proiecta multitudinem vulnerum demonstrabat, et qua fide Caesarem iuvisset, verbis non esse opus dixit, nam corpus [illegible] se tacente clamare. Antigoni autem se mirari audaciam, quod cum hostis Romanorum sit filius, fugitivi et seditiosi patris habeatur, et apud Romanorum principem alios accusare conetur, bonumque aliquid adipisci temptaret, quem hoc solum oporteret amplecti quod viveret. Quod ubi Caesar audivit, Hyrcanum iterum in pontificatu firmavit; Antipatro autem cum vellet potestatis dedit optionem. Qui permissa dignitatis mensura, Iudaeae procurator declaratus est apud Caesarem. Praeterea hoc et impetravit a Caesare, ut subversa patriae moenia sibi renovare liceret. Hos igitur honores Caesar incidendos in Capitolium misit, ut iustitiae suae virtutisque Antipatri signum memoriae tenderet. Antipater igitur ubi de Syria Caesare profectus est, in Iudaeam cum Hyrcano reversus, ante omnia patriae civitatis muros a Pompeio dirutos reparabat, omniaque lustrando ne qua seditio in Iudaea oriretur, nunc comminando, nunc suadendo curabat, unumquemque ammonens quod si cum Hyrcano fideliter sentirent, in omni opulentia victuri forent; si autem ab eo recederent, se quidem pro procuratore sed dominum sentirent, Hyrcanum vero tyrannum pro rege, itemque Romanos hostes pro amicis sensuros. Antipater igitur cum videret Hyrcanum segniorem esse, et non tam efficacem quam regni sollicitudo posceret, maximum filiorum suorum Faselum in territorio Hierosolymorum praefecit. Herodem quoque filium aetate posteriorem, minusque adolescentem, in Galileam destinat similia curaturum. Qui cum natura strenuus esset, [illegible] magnitudine animi exercere invenit. Captum namque latronum principem Ezechiam, qui Syriam devastabat, multosque cum eo latrones interfecit. Carus adeo fuit Syris, ut per vicos et oppida caneretur Herodes, velut per eum pax provinciae restituta esset. Ex hoc et opus grata fama Sexto Caesari propinquo magni Caesaris Iulii tunc Syriam regenti cognitus est. Faselus quoque frater Herodis augebat erga se benivolentiam Hierosolymis habitantium, nihil contumeliosum per insolentiam potestatis admittens. Hinc Antipater eorum pater obsequiis regalibus ab ea gente colebatur, et honores ei tamquam rerum domino omnes exhibebant. Nec tamen ipse propterea minus fidelis aut benivolus erga Hyrcanum fuit. Nam fieri non potest ut livorem quisquam in prosperis rebus effugiat. Nam Hyrcanus quamvis tacite sua sponte mordebatur de gloria illorum adolescentium, et maxime in rebus ab Herode bene gestis, et crebris nunciis laudes eius per singula facta praedicantibus augebatur. At nullis quoque invidis qui regno adherere solent instigabatur, dicentibus quod Antipater alienigena et filii eius regno iam vellent potiri, et ipse solo nomine rex vocaretur. His verbis paulatim Hyrcanus accendebatur, et ad extremum ad iracundiam provocatus, causam dicturum Herodem iubet accersiri. Ille autem patris monitis, et quia ei fiduciam res gestae darent, munita prius Galilea praesidiis ad Hyrcanum proficiscitur. Ibat tamen non cum forti caterva, ne vel derogare Hyrcano videretur si plures milites duceret, vel invidiae pateret nudus. Sextus autem Caesar metuens ne quid adolescenti apud inimicos contingeret, mandavit Hyrcano ne quid mali Herodes apud eum sustineret. Herodes autem nocte exiit de civitate, et Damascum proxime ad Sextum, nequaquam paratus obedire, si denuo ab Hyrcano iussus esset vocari. Rursus autem Hyrcanum acerrimi instigabant dicentibus Herodem abisse ut se contra eum pararet ad bellum. Haec Hyrcanus vera existimans quid ageret nesciebat, quia potentiorem Herodem videbat. Cum vero a Sexto Caesare Herodes dux militum per Syriam et Samariam fuisset declaratus, Hyrcanus non solum propter gentis metum favore, sed et viribus suis [illegible], in timorem ultimum decidit, iamque illum credens contra se venire cum exercitu. Et neque opinione sua deceptus est. Nam Herodes [illegible] occasionis iracundia conflata, multitudinem militum in Hierosolymam ducebat, ut Hyrcanum regno depelleret. Idque perfecisset, nisi pater egressi pater et frater fregissent eius impetum, deprecantes ut vindictam et indignationem reprimeret, et regi Hyrcano parceret, sub quo ad tantam potentiam accessisset; et nec de victoria omnino speraret, qui cum rege congressurus foret, una secum educato, et bene regni merito, et numquam saevum aliquid agente, nisi quod malivolorum consiliis impulsus umbram ei tantum iniuriae admovisset. Paruit his Herodes, et putavit sibi sufficere quod suas vires nationi demonstrasset.

Inter haec discordia Romanorum circa Apamiam et bellum domesticum oritur, quia Cecilius Bassus favore Pompeii Iulium Caesarem dolo necaverat, et eius militiam occupaverat, et alii duces Caesaris cunctis viribus Bassum premebant, mortis eius ulciscendae gratia. Antipater autem [illegible] superstitis Caesaris causa quod ambobus amicitia iungeretur, per filios suos misit auxilia. Cum autem bellum traheretur, ex Italia successor Sexti venit Marcus. Maximo autem motu gratia caedis Caesaris concitato, et optimatibus inter se dissidentibus, propria spe quisque ducebatur ad id quod sibi existimabat esse commodum. Cassius vero Syriam petit militiae occupaturus quae Apamiam circumsedebat, ubi Marcum et dissidentes cohortes Basso reconciliavit, simulque obsidione liberavit Apamiam. Ipse vero exercitum ducens stipendium civitatibus indicebat, nec modus erat exactioni. Cum autem Iudaeos quoque septingenta talenta iussisset dare, timens ei Antipater filiis suis et aliis amicis maturae pecuniae cogendae curam distribuit. Quidam autem Malicus inimicus Antipatri magnam necessitatem incurrit ex pecunia cogenda. Primus igitur Herodes Cassii favorem promeruit, qui C talenta ex Galilea parte sua apportavit. Propterea et Cassius eum inter eximios amicos annumerabat, et ceteros tarditatis arguens ipsis civitatibus irascebatur. Itaque et Gofnam et Ammaum et duas alias civitates depopulatus est, et ibat quasi Malicum interfecturus, quod remissior in exigendo fuisset. Antipater autem et filius eius Herodes Cassium postulando coegerunt ut Malico et ceteris civitatibus C talenta remitteret. Malicus autem post haec [illegible] Antipatri. Neque tamen post obitum Cassii Malicus memor fuit beneficiorum Antipatri, sed cogitabat eum occidere. Hoc Antipater sentiens congregavit exercitum ut cum Malico pugnaret. Ille autem pervenit hoc nuncio, et sibi metuens Faselum et Herodem rogavit ut ipsis intervenientibus reconciliaretur Antipatro, atque iterum deinde per Antipatrum exorato Marco Antonio, qui tunc Syriam regebat, a dura reservatus est. Nam idem Marcus Antonius statuerat Malicum occidere, quod rebus novis studeret.

Caesare vero adolescente Octaviano et Antonio bellum gerentibus cum Bruto et Cassio, Marcus et Cassius exercitu de Syria conflato, Herodem totius Syriae procuratorem statuunt, equitum illi manum peditumque tribuunt, et si bellum desisset, regnum quoque Iudaeae Cassius se ei delaturum promisit. Evenit autem ut Antipatro et spes et fortitudo filii sui Herodis fieret causa mortis. Malicus enim metuens ne Antipater per filii fortunam memor suae malitiae se interficeret, quendam regio ministro pecunia corrupto, mixtum ei poculo venenum dari persuadet. Talis igitur Antipater malitia Malici extinctus est, vir strenuus et in rebus administrandis idoneus, et qui regnum Hyrcano multis laboribus obtinuit. Malicus autem sentiens Herodem non cessaturum quin mortem patris vindicaret, [illegible] erga Herodem multum negavit, et ipsum pernegatione [illegible] placabat, et saepius quasi lamentando mortem Antipatri [illegible], et in occulto armorum sibi copias congregabat. Herodes autem cum vellet [illegible] persequi, frater eius Faselus non permisit eum, ne vulgi seditio oriretur, [illegible] et iam parcendum et credendum Malico ad tempus ratus, clarissimas patrio funeri celebravit exequias. Cumque autem in Samaria [illegible] seditione turbatam, et ad dies festos Hierosolyma remeabat. Malicus autem egerat cum Hyrcano ne Herodes permitteretur cum alienigenis ingredi civitatem. Herodes autem contempto Hyrcano qui hoc praeceperat, nocte civitatem ingressus est. Malicus vero incedebat per civitatem quasi patrem flendo, et Herodes contra simulabat quasi eum innocentem de morte patris aestimaret. Consilium autem [illegible] ut Malicum interficerent. Illi igitur ad litus civitatis proximum armati e civitate [illegible] et gladiis exercent, ibique circumsequentem Malicum multis vulneribus interficiunt. Hyrcanus autem ut hoc audivit statim concidit stupore absolutus. Et cum vix animam recepit, Herodem percontatus quis Malicum interfecerit. Cui cum unus ex chiliarchis respondisset Cassii praecepto hoc completum, plane inquit et me et patriam meam Cassius servabit incolumem [illegible] insidiatorem occidi iussit. Verum autem hoc in invidia dixerit an timore Herodis incertum est. Postquam autem Cassius decessit e Syria, iterum Hierosolymis est orta seditio. Nam Felix frater Malici contra Faselum fratrem Herodis movit

180.

exercitum, volens vicem fratris vindicare. Casu autem herodes cum fabio duce romano qui damasci habitabat, et cupiens fratrem adiuvare morbo impediebatur. Interea tamen faselus sine cuiusquam presidio superavit felicem, et eum in munitissimum castellum masada fugere compulit. Ut autem convaluit herodes, ipsum felicem ex masada supplicem dimisit, et cuncta castella que occupaverat recepit. Marionem quoque tyri tyrannum ex galilea pepulit, et castella que ipse tenuerat invaserat recepit, et adiutoribus vitam concessit.

x. Antigonus autem filius aristobuli iunior eundem marionem pecunia sibi faciens adiutorem belli contra hyrcanum et herodem sociavit, cui et socer ptolomeus auxilia militum destinavit. Contra quos herodes veniens in extrema iudee commisso prelio victoria potitur. Fugato antigono redit in hierosolimam, pro merito rei geste omnibus carus existens, tam vero et quibus ante despectus erat et se vinci familiaritate dederent, et maxime ipsius hyrcani affinitate. Nam idem herodes prius habuit uxorem ex indigenis non ignobilem que dosis vocabatur, et ex ea susceperat filium nomine antipatrum. Tunc autem duxerat filiam alexandri fratris antigoni, quorum pater fuit aristobolus frater hyrcani, quem pompeius occiderat, nomine mariamme, valde pulchram, hyrcani neptem. Cassio autem et bruto circa philippenses interfectis cesar iuvenis octavianus et antonius collega eius in syriam discesserunt. Et legatis ab aliis civitatibus ad antonium missis in bithinia et iudeorum optimates ad eum venere accusantes herodem quod ipso rerum summam possidente, nomen tantum honorabile superesset hyrcano. Herodes autem cum presens esset magna pecunia placatum antonium sic affecit, ut nec quidem verbum inimicorum eius pateretur audire. Et tunc quidem ita digressi sunt. Cum autem denuo iudeorum primates c. viri antiochie ad antonium venissent iam cleopatre iuncto, directis ante eos qui eloquentia et dignitate prestabant, adversus herodem accusationem proponunt. His auditis antonius hyrcanum qui presens erat percontabatur quinam regendis rebus essent aptissimi. Cumque hyrcanus herodem et fratres eius imprimis sententia antonii laudasset, antonius herodem tetrarcham declarat, totius ei iudee procuratione commissa. Legatis autem iudeorum id egre ferentibus xv. eorum correptos carceri tradidit, ceteros non relinquit sine iniuria. Unde et maior ad multos in hierosolimis excitatus est. Denique iterum mille legati tyrum missi sunt, ubi commorabatur antonius. Et contra eum vociferantes, magister tyriorum contra eos directus est, data ei licentia ut quos comprehendisset occideret. Illis autem resistere volentibus antonius missis armatis multos occidit, multos et vulneravit; quorum hyrcanus mortuos sepulture tradidit. Non tamen ideo qui effugerant quiescebant, et tandiu antonium irritabant, ut et quos in vinculis habebat occideret.

Antigonus autem accedens ad pacorum regem parthorum et ad barzafarnem ducem eius promisit eis mille talenta et quingentas mulieres, ut se in regnum inducerent et hyrcanum deponerent. Impulsus ergo pacorus rex parthorum ipse per maritima loca perrexit; barzafarnem autem ducem suum iussit per mediterranea irrumpere. Pacorus autem misit quendam regium ministrum equitatus ei parte attributa ad iudeam, exploraturum hostium consilia, et ubi usus exegisset presidio futurum antigono. Plurimi autem eorum qui carmelum populabantur iudei ultro ad antigonum currunt, ad irruendum acriter animati. Antigonus autem eos ad locum qui drymas dicitur occupandum premittit. Ubi commissa pugna depulsisque hostibus hierosolimam cursu petebant, auctaque multitudine usque ad regiam processerunt. Excepta autem ab herode et faselo fratre eius forti acie in murum confugiunt. Ibique hostes in fuga versos pars herodis fauni concludit, custodesque his lx. viros apponit per edes proximas collocatos. Antigoni autem hos invadens aliquos occidit, et edes igni consumpsit. Herodes autem iracundia peremptorum congressus cum antigono multos obtruncat; inque dies singulos invicem sese per insidias incursantibus assidue cedes erant. Instante ergo die festo qui pentecosten vocatur, omnia circa templum et tota civitas plebe rustica repleta est, et pleraque armata. Faselus ergo quidem muros, herodes autem cum paucis domum regiam custodiebat. Invasis deinde hostibus in suburbano complures quidem perimit, omnes autem in fugam vertit, et alios in civitate, alios in extremi vallo concludit. Post hec autem antigonus expetiit a faselo et herode ut pacorum regem parthorum in civitatem reciperent, ut eos ad invicem reconciliaret, et deinceps quieti et pacati manerent. Exoratus autem faselus in civitatem et hospicium cum equitibus quingentis pacorum regem parthorum recepit, quasi concordie specie venientem, re autem vera ut adiuvaret antigonum. Denique antigonus rogavit faselum ut legatos ad barzafarnem mitteret, ut et ipse quoque ad pacem inter eos facienda(m) invitetur. Herodes autem non satis intendebat ad verba antigoni, sed suadebat pacorum regem parthorum occidi, et dicebat barbaros natura fidem negligere. Exivit ergo faselus cum hyrcano ad adversum barzafarnem, et cum eis multi de ordine militari. Et cum venissent ad locum, exivit eis obviam ipse dux et suscepit eos cum omni honore, occulte insidiis positis. Quidam autem accedentes ad faselum innotuere ei de insidiis. Ille autem non spernens accessit ad ducem barzafarnem, et locutus est ei de his que sibi fuerant dicta. Et ille sacramento firmabat nichil veri habere famam. Tunc quoque ne insidias evaderent, precepit suis ut faselum et hyrcanum vinctos comprehenderent. Quod cum fecissent barzafarnes surgens cum exercitu celeriter ad pacorum suum regem in hierosolimam properabat, ducens secum faselum et hyrcanum pariter vinctos. Premiserat et quosdam qui herodem caperent. Quos dum a longe pacorus vidisset, suadebat herodi ut eis obviam ex civitate procederet, volens eo civitate egresso portas claudere, et ipsum in manus hostium vivum tradere, et civitatem antigono reddere. Sed cum hoc herodi persuadere non posset, venientibus nunciis audivit herodes captum fratrem et simul hyrcanum, et exercitum parthorum venire ad civitatem. His malis circumventus herodes nocte cum proximissimis sibi personis ad ydumeam ignaris hostibus profectus est. Et hoc cognito parthi eum persequebantur. Ille autem matrem et fratres suos desponsatamque puellam cum matre eius iussit preire ceptum tendere; ipse autem occulto in parthos se persequentes irruens, multisque peremptis ad masada castellum properabat. Iudei autem graviores ei in illa fuga parthis extiterunt. Nam a lx. stadio civitatis ei iudei occurrentes cum eo bello decertabant. Herodes autem quasi fugeret, tamen eos forti animo excipiens et multos interficiens victoria est potitus. Occurrit et ei frater iosephus, et suasit ei ut multitudinem cum eo pergentium minueret, et in castellum nomine masada cognatos cum aliquantis militibus includeret, et validos viribus secum ducendo se ipsum salvaret. Quod et statim fecit. Parthi autem hierosolimam invadentes in fugientium domos ac regiam irruebant, et omnia diripiebant. Postquam autem preda potiti sunt, ad hoc iniurie processere ut omnem terram illam bello implacato replerent. Postea antigonum regem constituentes obtulerunt ei faselum fratrem herodis et hyrcanum verberandos. Antigonus autem auriculas hyrcani pari dentibus suis parum cultro obtruncat, ne ulterius posset pontificatum recipere, cum lex sacra preciperet hunc honorem integro corpore obtinere.

Faselus autem solus vinctus iacens cum manus liberas non haberet, ad saxum fracto capite interiit. Parthi ergo quingentis mulieribus caruerunt quas eis antigonus promiserat, et quas maxime cupiebant; rebus tamen et regno antigono composito, hyrcanum secum vinctum in parthica regione reducunt. Herodes autem festinabat pecunia sumpta nunciis ad parthos et obsidibus missis faselum fratrem redimere, volens ccc. talenta dare et obsidem filium eiusdem fratris sui vii. annos gerentem. Sed dum iam ei fortuna preveniat, cum se frater eius sic ut diximus necasset, herodes et apud arabas iam amicitiam non repperit, cum rex eorum nunciis ad eum missis iussisset eum a regione discedere. Protinus herodes ubi arabas hostes sensit, quos amicissimos existimabat, statim in egyptum recessit ad cleopatram. Ad quam cum venisset et honorifice ab ea susceptus esset, rogatus ab ea ut ibi maneret non acquievit. Despectis hiis regine precibus, neque hyemis asperitatem neque maritima discrimina expavit, quominus navigaret romam. Circa pamphiliam ergo periclitatus, maiore oneris parte reiecta, vix in rodum vehementer bello cassii sollicitatam salvus evasit. Ab amicis autem suis ptholomeo et safinio hospicio receptus, licet rei pecuniarie pateretur inopiam, maximam tamen edificat trierem, in qua cum amicis delatus brundisium, atque inde romam est translatus. Familiaritatis autem gratia primum convenit antonium, eique tam suas quam totius generis clades exponit, et quod cognatos suos in castello masada relictos ad eum supplex in hyeme navigasset. Tante ergo mutationis casum miseratus antonius, et memor antipatri patris eius sui amici, herodem quem ipse prius tetrarcham fecerat, regem totius iudee constituere voluit. Cesari ergo in memoriam reduxit expeditiones quas pater eius antipater cum romanis in egypto fecerat, et hospicium quod eis exhibuit, et in cunctis rebus benivolentiam. Post hec antonius senatum convocans, astante herode patris eius merita, et ipsius herodis circa populum romanum fidem prosequebatur, simul et hostem antigonum demonstrans, qui populo romano despecto parthorum suffragio regnum curavisset accipere. His autem commoto senatu, antonius bellum contra parthos agendum persuasit, et herodem regem iudee petens. Ad hoc dictum omnis senatus consensit. Dimisso autem concilio antonius et cesar egrediebantur, medium stipantes herodem, et consules cum aliis magistratibus ante cedebant sacrificaturi hostias, decretumque senatus in capitolio repositum. Primo autem die regni herodis apud antonium cenatum est.

Eodem tempore antigonus apud masada inclusos cognatos herodis obsidebat. Inclusi autem victu necessariis habundabant, aque vero inopes erant. Unde et aliquando de civitate ad arabas confugere volebant, castellumque reliquissent, nisi circa noctem qua exituri erant magnam ymbrem contigisset effundi, et repletis puteis fugiendi causa non erat. Iam et ultro in antigoni milites erumpebant, multosque nunc aperto prelio, nunc insidiis neci dabant. Non tamen illis omnia prospero cedebant, sed ipsi quoque interdum cum adverso casu revertebantur. Interea dux romani militis ventidius in iudeam venit, verbo quidem quasi his qui ab antigono obsidebantur auxilium ferret, re autem vera ut pecunias acciperet ab antigono. Itaque cum non longe ab hierosolimis venisset, accipiens pecunias ab antigono ipse quidem cum plurima parte exercitus discedit; sylonem vero cum paucis ne deprehenderetur factum suum quod omnes abduxisset reliquit. Antigonus autem sperans iterum parthos sibi adiumento fore, sylonem interim placabat muneribus. Iam vero navi ex italia in ptholomaida devectus herodes non parva manu coacta exterorum atque gentilium per galileam contra antigonum properabat, romanis militibus fultus. Per dies et singulos quoque crescebant promovebantque ei copie. Nam preter paucos omnis ei galilea consensit. Volebat autem imprimis cognatos suos in masada liberare, sed impedimento ei fuit ioppe. Hec enim civitas prius liberanda erat, ne dum ipse hierosolimam pergeret, tutum aliquid a tergo inimicis relinqueret. Capta ergo herodes milites destinavit qui masada castellum liberarent. Antigonus autem iter ei impediebat, loca oportuna insidiis preveniens. Herodes autem ereptis ex masada pignoribus suis et reliquis in hierosolimam pergebat. Cui se tam sylonis milites quam ceteri de civitate iunxerunt, virium eius timore perculsi. Castris autem positis in occidua regione oppidi, custodes eiusdem partis herodem sagittis impetebant et iaculis, et alii per cuneos excurrentes primas frontis acies temptabant. Herodes autem primus circa muros preconis voce iussit declarari populo se pro bono et salute civitatis advenisse, petiasque ab nullo quamvis ab inimico repetiturum, sed discordissimis et offensis oblivionem daturum. Deinde cum allocutioni herodis pars antigoni obsisteret, quominus aut precones exaudiret aut voluntatem in aliquo mutaret, et tunc herodes imperat in murorum defensores ulcisci. Illi autem statim sagittis cunctos ex turribus in fugam verterunt. Post hec milites qui cum herode erant, cum omnia deserta et destructa forent proxima civitatis, nec alimenta perciperent, recedere conabantur ab obsidione. Herodes autem pollicitus est se in una die a penuria absolvere. Misit autem ideo epistolas ad samaritas precipiens eis ut alimenta et vinum et oleum et pecora exercitui afferrent. Hoc ubi audivit antigonus, statim milites iussit qui frumenta exercitui deportanda abriperent et insidiis opprimerent. Illi autem iussis obediunt, et congregantes armatos in montibus insidiabantur eis qui exercitui victualia deportabant. Non tamen herodes ociosus erat, sed x. cohortibus comitatus romanorum v. et iudeorum v. quibus permixti erant et mercede conducti, ad iericuntam pervenit; et civitatem vacuam habitatoribus repperit, quingentos autem cum mulieribus qui in montes confugerant captos dimisit. Romani autem in reliquas civitates irruunt, et plenas domos offendunt omni genere commodorum. Herodes autem apud iericuntam presidio collocato romanum militem per civitates hyematurum dimisit. Romani ergo armorum cura soluti rebus omnibus habundabant. Rex autem herodes non quiescebat, sed ad ydumeam duobus milibus peditum et quadringentis equitibus missis, ipse matrem et reliquos cognatos in samaria collocavit, et statim perrexit ut antigoni presidium e civitatibus pelleret. Cumque sefforim licet vehementissime ningeret pervenisset, civitatem facillime cepit custodibus fuga dilapsis. Ibique suos milites quos hyemps fatigaverat recreavit. Post hoc animum suum contra latrocinantes direxit, et premissis tribus cohortibus peditum unaque ala equitum iuxta arbella, ipse die xl. cum reliqua manu supervenit. Nec tamen eius incursum hostes extimuere, sed armati obviam processerunt, peritia bellandi fisi et ferocitate latronum. Denique prelio commisso dextrum ipsorum cornu sinistrum cornu herodis in fugam verterunt. Ipse autem accurrens velociter suis subvenit, et a fuga eos retraxit, et irruendo in hostes impetum eorum refrenabat, donec a fronte violentie pugnantes fugarent. Quos tamen herodes usque ad iordanem cedendo persequebatur, et magna fugientium parte perempta ceteri trans flumen dispersi sunt. Et tota galilea exterorum depredatione liberata. Herodes autem primum laboris fructum militibus rependebat, cl. numorum dragmas singulis dividendo, eorumque rectoribus multiplicata summa

ad hiberna mittendo. Subacta autem omni galilea relicto ibi exer
citu parte ne quis rebellare temptaret cum ptholomeo preposito. ipse
autem in samariam reduxit ducens armatorum .x. milia & sexcentos equites
contra antigonum. Ceterum post abscessum eius nacta licentia hi quibus gali
leam turbare mos erat, ptholomeum prepositum herodis interficiunt,
& agros uastabant. & postea in paludes & in abditissima loca
refugiebant. Quibus cognitis herodes mature succurrit. & magnam
multitudinem eorum sumpsit. Omnibus autem castellis obsidione libe
ratis. huius innouationis causa pecunias exegit a ciuitatibus .c. talenta.
Ventidius autem dux romanorum occiso pacoro rege parthorum antonii
litteris ammonitus est ut mille equites & duas cohortes herodi contra
antigonum mitteret. Antigonus autem rogauit per epistolas herodiorum
ducem macheram ut sibi adiutorio contra herodem foret. & pecuniam
dare pollicetur. Herodes autem perrexit ad antonium accusaturus anti
gonum & macheram ducem. Quod sentiens machera uelociter hero
dem persequitur uolens eum gratie reconciliari. nec tamen herodes a proposito
reuocatus est, quin ad antonium pergeret. Sed cum audisset in itinere
antonium cum magnis copiis oppugnare samosata ciuitatem ualidis
simam iuxta eufraten. acrius festinabat oportunum hoc tempus es
se ratus demonstrande uirtutis. & ut magis magisque placeret antonio.
Denique mox ut herodes ad antonium uenit. finem obsidioni fecit.
multis barbaris interfectis. ita ut antonius eius uirtutem et antea
miraretur. et magis eum laudaret. & honorem ei regni adderet. An
tiocum autem herodis auxilio se tradere samosatas coegit.

Cum haec agerentur res herodis in iudea fracte sunt. Reliquerat enim
iosephum fratrem suum in iudea quo omnia peruideret: cum mandatis huiusmodi.
ut neque ante reuersionem suam bellum cum antigono faceret. etiam si firmum
auxilium haberet. Verum iosephus ubi fratrem procul abesse cognouit.
immemor preceptorum fratris herodis. macheruntem cum v. cohortibus pe
tit. ut macheruntem tempore frumenta diriperet. Contra quem antigonus
per montana & aspera loca ueniens. ipsum iosephum fratrem herodis oc
cidit. & cum eo pariter omnes romanos milites interemit. Antigonus
hac uictoria elatus. in tantam audaciam prorupit. ut mortuum quoque io
sephum uerberaret. & deinde caput eius abscidit. quamuis feroras frater
herodis .l. talenta pro redemptione corporis eius offerret. Tanta
uero nouitas per antigoni uictoriam galilee res occupauit. ut quos parabant
ei fauebant optimates herodis in quendam lacum submergerent. Mul
ta quoque in ydumea mutabantur. & herodes nichil horum sciebat. Anto
nius quoque iubens preposito syrie sossio ut herodi contra antigonum au
xilium ferret: ipse in egyptum perrexit. Sossius autem premissis duabus
cohortibus in iudea quarum auxilio herodes uteretur. ipse cum certa
manu militum sequebatur. Herodi autem prope degenti apud dafnen
antiochie. mortem fratris somnia manifesta significabant. Cumque
turbatus e strato prosiluisset. ecce nuntii cladis intrabant. Quare
pro dolore paululum questus. maxima parte luctus dilata. in hostes
properabat. ultra uires iter accelerans. Et ubi ad libanum uenit.
octingentos montis incolas assumens. his iungit romanorum cohortem.
Cum quibus non expectata luce in galileam ingressus est. hostesque obuios
in eum quem reliquerant locum auertit. & assidue castellum oppug
nare temptabat. Sed priusquam id caperet. asperrima coacta hyeme
in uicos proximos recepit exercitum. Paucis autem diebus post auctus
alteri cohortis presidio quam ei antonius miserat tanto hostibus terrori
fuit. ut castellum nocte desererent. Iamque per iericuntem properans
ibat ut quam primum interfectores fratris sui posset ulcisci. Ubi &
mirabile ei monstrumque simile casus euenit. Uix enim preter spem liberatus
est. Nam cum multi honorati uespera illa cenauissent postquam dimisso
conuiuio omnes egressi sunt. confestim cenaculum cecidit. Id autem commune
sibi cum periculorum quam salutis indicium quantum ad futurum bellum pertineret
esse coniciens. mane primo castra commouit. Antigonus autem cum sex
milibus de montibus decurrens. prima agmina temptabant. & manu
quidem cum romanis conserere non satis fidebant. lapidibus autem ac telis eos
dum non plurimos sauciarent: eminus appetebant. Ubi herodes
preteriens iaculo in latere uulneratus est. Antigonus autem se non solum
audacia suorum. sed & multitudine superiorem uideri cupiens. pappum
quendam ex contubernalibus suis cum manu militum in samariam mittit.
Herodes uero tam hostiles peruagatus & v. municipia capit. & intus
duo milia uirorum consumpsit. & ustisque domibus ad exercitum redit.
circa uicum qui appellabatur cananomis residente. Iudeis autem singulos
magna ei multitudo de iudeis & aliis regionibus accedebat. quosdam
odium antigoni ciebat. alios ipsius herodis preclara facinora.
alios mutationis cupiditas impellebat. Pappus autem dux antigo
ni cum herode congredi festinans aduenit. Herodes autem eorum multi
tudine ac impetu non territus. acriter ad pugnam processit. Sed ubi ad
rem uentum est: socii herodis paulisper dubitauerunt. ille autem memor 181.
fratris cedis periculosius dimicabat. dum non fratris ulcisceretur interfecto
res. & aduersam aciem facillime superat. Deinde semper integros ag
grediendo. uniuersos in fugam uertit. & erat occumbentium plurima
strages. cum alii quidem in uicum unde uenerant compellerentur. & nouissimis
herodes instaret. & plurimos occideret. Postremo ruens inter fugi
entes hostes. in ciuitatem incidit. Cum autem domus armatorum essent ple
naque propugnatorum desuper tecta. foris deprehensos facillime superabat.
& disturbando edes intus abditos extrahebat & necabat. Si
quis autem subinde fugisset ruina cum gladiis armati milites excipie
bant. tantaque cadauerum per omnes uias multitudo congregata est. ut et
uictoribus ipsis transitum obstrueret. Herodes autem statim in hieroso
limam uenisset. nisi eum hyemis asperitas prohibuisset. Hec et perfecti
onde uictorie fuit impedimentum. ne penitus antigonus opprimeretur.
Herodes quoque ad uesperam cum lassos amicos reficiendi gratia dimisisset.
ipse adhuc ab armis calidus more militis lauatum ibat. Siquidem
unus puer tantum cum eo gradiebatur. & priusquam ad balneum perueniret;
obuius ei quidam ex hostibus gladio accinctus occurrit: deinde alter. & tercius.
& plures. Hi armati fugerant ex acie in balneum. sed metu perculsi la
titantes ut regem uiderunt illi stupore debilitati ac trementes. cum
inermis esset preterierunt. & exitum quo fugerent cursu petebant.
Postero die herodes pappum antigoni ducem absciso capite obtrun
cat. ob penam fratris ultionem. Nam idem pappus iosephum fratrem he
rodis interfecerat.

Postquam autem rigor hyemis cessauit. in hieroso
limam perfectus est. tercio anno ex quo rome rex fuerat ordinatus. & admoto
milite contra templum castra posuit. qua felicior erat expugnatio. ubi
& pompeius antea ceperat ciuitatem. Exercitu autem in opera distributo
suburbanisque diuisis. tres aggeres leuare. & super eos turres edifica
re iubet. Relictis autem qui operibus instarent efficacissimis amicorum.
ipse in samariam uenit. uxorem accepturus aristoboli filiam que erat soror
antigoni quem contra eum bella gerebat. Igitur ubi eam duxit ad hierosolimam
rediit; auctis militum copiis. nam ei sossius cum magna equitum peditumque ma
nu sociatur. Uniuerso autem exercitu congregato. peditum legiones undecim.
equitum sex milia. preter auxilia syrorum. prope a septentrionali muro castra
locauerunt. Iudeorum autem intra ciuitatem degentium uaria turbatio erat.
Nam circa templum conueniens infirmior multitudo furore agebatur.
& qui audaciores erant in unum collegium conglobati. multis modis
latrocinabantur. & in locis oppido proximis uictum necessaria diripientes.
neque equis aut uiris alimenta relinquebant. Bellatorum uero constantiores
obsidentibus oppositi. ex muro opera aggerum prohibebant. & contra in
strumenta oppugnantium. semper aliquid nouum obstaculum moliebantur.
In nulla autem re sic ut cuniculis romanos superabant. Herodes autem ad istas
latrocinia quidem occultas militum excogitauit insidias. quibus eorum reprime
ret excursus. inopiam uero alimentorum longinquis transuectionibus adiuua
ri disposuit. Iudei quoque intra ciuitatem quamuis omnem modum audacie sup
ergrederentur. romanorum tamen peritia uincebantur. & quamuis aperte cum roma
nis confligerent. Ex impulso autem romanis per cuniculos in ciuitate
pene intrantibus: priusquam muri aliqua pars dirueretur. iudei alteram ei uice
muniebant. & prorsus neque manibus neque machinis deficiebant. quam usque
ad ultimum repugnare decreuerant. Denique tanto exercitu circumse
dente. per quinque menses obsidium tolerauerunt. donec quidam ex mili
tibus herodis ausi murum transgredi ciuitatem irrumpunt. & post eos
sossii centuriones. Ante fanum autem omnia proxima capiebantur. & in
fuso exercitu plurima ubique mors erat. Romanis quidem propter mo
ras obsidionis iratis. herodis uero exercitu nitente. ne quis penitus ex
iudeis euaderet. Mactabantur quoque plurimi per angustiores uicos
oppidi. in domos compulsi. & in templum confugientibus: nulla erat mise
ratio aut senectutis. aut muliebris infirmitatis. Denique herodes
quamuis ubique mittens rogaret ut parcerent ciuibus: nemo tamen dexte
ram continuit. sed uelut furentes omnem etatem persequebantur. Antigonus
autem neque priore neque presente fortunam cogitans. de turre descendit.
& ad pedes sossii prosternitur. Ille autem nichil eum tante mutationis
causa miserabatur: sed intemperanter deridens antigonam eum appellauit
ut feminam. nec tamen a custodia liberum dimisit: ut feminam. Rex
autem herodes cum hostes uicisset. ut extranea quoque auxilia prohiberet a con
spectu templi sacrorum procurabat. Obtinuit quoque tamen hos minis. alios precibus:
non nullos & armis refrenabat. Rapinas & in ciuitate prohibuit
dicendo ad sossium & ad romanos milites. quod eum uacue ciuitatis
regem relinquere uellent. cum pro tanta cede ciuium toti orbis imperium
uile pretium iudicaret. Sossio autem dicente iustum esse pro labore obsi
dionis predarum licentiam milites habere. herodes statim uniuscuiusque
militum pecuniis propriis remunerauit. & pro merito duces eorum ip
sumque sossium regia liberalitate donauit. ut nemo egens pecuniis ab
iret. Post hec sossius aurea corona deo dedicata ex hierosolimis
remeauit. antonio collega cesaris uinctum antigonum ducens.

Rex autem herodes discreta multitudine ciuitatis. suarum partium fau
tores honorifice tractabat. antigonianos uero neci tradebat. Et
cum pecunie defecissent: quicquid ornamentorum habuit antonio eiusque co
mitibus misit. Antonius autem iam repudiata sorore cesaris. cleopatre
amore corruptus. in omni re ei cupiditati cedebat. Ipsa autem cleopatra
cum in tanta seuicia processisset: ut nullum de suis propinquis uiuere
permitteret. cedis rabie estuans in extraneos. syrorum optimates apud
antonium criminando suadebat hos interfici. ut eo modo eorum possessi
ones domino facilius congregaret. Post hec in iudeos & arabas tan
ta seuitia exarsit: ut eorum reges herodem & malicum ab antonio interfici
postularet. Antonius autem hec respuebat dicens iniustum esse tantos reges
& tam uiros bonos occidere. sed quod his morte propior esset: eos ulterius
in amicos non reputaret. Ciuitates quoque eorum preter tyrum & sydonem
cunctas citra flumen eleutherum dono antonio dedit. Quorum dominio
potita. antonium bellum parthis inferre uolentem prosecuta est. & per
apamiam & damascum in iudeam uenit. Herodes autem licet magnis
muneribus infensum ei animum mitigasset. tamen .cc. talenta ei donans.
& omnibus obsequiis placans. in pelusium eam usque perduxit. Nec multo
post antonius ex parthis rediit. & captiuum artabazen tygranis
filium dono cleopatre obtulit cum pecuniis multis. Cesar autem con
citato bello actiaco contra antonium. herodes cum antonio proficisci
parat erat. sed quod ei bellum rex arabie inferre uolebat. Contra quos
herodes pergens. primum pigneribus hostium captis. deinde magnum equitatum
circa diospolim in eos immittit. & quamuis fortiter resistentes superauit.
Cum autem iam uicta esset. maiore impetu post hec congregabantur. & in fi
nita manus eorum in uicum syrie canatam congregati. expectabant iu
deos. Ubi rex herodes eos cum exercitu aggressus. bellum consulte
administrare temptabat. castraque per muro cingi precipiebat. Nec
tamen ei paruit multitudo. sed priore uictoria freti arabas inuadunt.
& primo congressu arabas in fugam conuersos urgebant. In persecutione
uero insidiis prelictabatur herodes. nam indigene uici canathon iudeos in
uadunt. Horum in esu recreati arabes pugnam repetunt. iunctisque
agminibus: circa saxosa loca & deuia milites herodis fugant. plu
rimis cede prostratis. Qui uero ex prelio seruati sunt. in uicum ormizam con
fugiunt: ubi & castra eorum circumgressi arabes. sic erant plena ce
perunt. Nec multo post aderat herodes cum auxiliis serius tamen
quam usus poscebat. Tamen postea ulciscitur in arabas assiduis incursionibus:
eorum fines inquietans. quorum semel uictus est sepe reuocauit. Sed dum ini
micos persequitur ueris initio terre motus infinitam multitudinem pecorum
& .xxx. milia hominum perimit. de subiectis herodis. Hec fama
arabas in maiorem ferociam sustulit. & quasi tam nullus de exercitu he
rodis remansisset. in iudeam irruunt. legatis prius interfectis qui ad se de
iudea uenerunt. Herodes autem aduentu hostium suorum animos perturba
tos. ad repugnandum suos his uerbis incitabat dicens. Rationem habe
re non uideo. cur uos presens formido perculerit. Nam diuine indignationis
plagas merori nobis esse non miror: ignauum est autem idem pati et tempore
cum incursus hostium repellendi sint. Ego enim tantum estimo ut ho
stes post terre motum pertimescam. quod magis putauerim deum hanc illis il
lecebram dimisisse ut penas redderent. Non enim tantum manu armisque
freti. quantum nostris calamitatibus aduenerunt. Fallax autem spes est que
non suis uiribus nititur. sed alienis aduersis. Sed neque uero res et contrarie
apud homines incerte sunt. & in utramque partem mutant fortunam.
& id uobis ipsa exempla demonstrabunt. Nam per prelia superiora nos
uictores fuimus. post ab hostibus uicti sumus. & nunc quis estimare
ualebit si illi capiantur & nos uictoriam obtineamus. Nimius
enim confidens incautus est. metus autem prudentiam docet. Nam in hoc ipsum
quod timetis. fiducia suggeritur. Nam cum ferociores quam oportet eratis fuistis.
& preter uoluntatem meam sepius in hostes irruistis. & nunc uero alacer
animus certam in uictoria spondet. Conuenit autem animum plurimum sic
esse affectos: impulso autem bello uirtutem erigere. sceleratisque hostibus in
mare faciens quod nullum malum neque ira celestis umquam deprimat fortitudine
iudeorum. donec uite spiritum habent. nec sibi arabas dominari patiantur.
Nichil quoque uos terreat motus rerum anima carentium. neque arbitremini terre con
cussionem alterius fuisse cladis esse portentum. Naturalia namque sunt elementorum.

uicta, nullumque dampnum inferunt nisi quod ex ipsis euenerit. Ceterum quod uobis amplius terre concussio nocere poterit uideas. Immo maximum extitit monstrum hostibus: accedit, quod legatos nostros preter omnium hominum leges crudeliter extinxerint. Non effugient maximum dei lumen et nostram dexteram inuictam, et continuo deo annuente penas dabunt. Pergite nunc non pro coniugibus neque pro liberis aut pro patrie periculo pugnaturi, sed pro ultione cedis nostrorum legatorum. Vobis autem inobedientibus ipse preliabor pro ceteris. Pro certo autem sciatis nulla fortitudine posse sustineri, nisi temeritate ledatur. His uerbis herodes milites adhortatur. Ubi eos alacres uidit, sacra deo celebrauit, et deinde cum exercitu iordanem transgressus est. Castris autem positis non procul ab hostibus pugnam eminus incitabat, quam primum cupiens congredi. Nam et hostes premiserat qui castellum occuparent, ipse uero producto ad plenum milite instructa acie arabas lacessebat. Cum autem nemo contra procederet, quoniam eos uehemens formido tenebat, et ante multitudinem dux alchimus timore obriguerat. Herodes autem uallum eorum aggressus omnia disturbat. Eoque modo coacti ad pugnam confusis ordinibus mixti cum peditibus equites congrediuntur, et si multitudine superiores iudeis, tamen alacritate impares, quibus audaciores eos faceret uictorie desperatio. Et quamdiu quidem restiterunt, non magna cedes eorum facta est, ubi uero terga nudauerunt, multi a iudeis, multi a semetipsis conculcati perierunt. Denique v. milia in fuga cecidere, cetera quoque multitudo in uallum compulsa est. Eosque statim circumseptos obsidebat herodes, et aque penuria eos uehementer urgebat, et quingenta talenta herodi pro redemptione sua offerebant. Ardescente autem siti cateruatim exeuntes ultro se iudeis tradebant, adeo ut quinque diebus iiii. milia uincirentur. Sexto uero die reliqua multitudo ad pugnam desperata salute procederet. Quibus congressus herodes circiter vii. milia sternit, et tam magnam plagam sumpsit ex arabis. Mox autem illum excepit de summa rerum sollicitudo propter amicitiam antonii, pro uictoria cesaris apud acciacum. Verumtamen cesar plus timoris habebat quam herodes pateretur. Nam cesar uictum non putabat antonium quamdiu herodes superesset. Herodes autem his periculis decreuit occurrere, rodumque ueniens ubi cesar eo tempore morabatur, adiuit eum sine diademate ueste cultuque priuato, sed fastu regio, neque dissimulata ueritate hec coram cesare dixit. Ego o cesar rex factus ab antonio, fateor utile regem me fuisse antonio. Neque dubitaueri dicere quod omnimodo armis meo gratum expertus esset, nisi arabes non prohibuissent. Sed tamen ei auxilia pro uiribus meis misi, et multa frumenti milia, sed nec accepta apud acciacum plaga bene de me meritum deserui. Et cum auxilium ei non commodarem, tamen optimum consilium dedi, ut cleopatram occideret. Quam si occidisset, et pecunias et muros ad tuitionem et exercitum et memet ipsum socium belli contra te pollicebar. Sed prefecto ei aures cleopatre amor, et deus ut tibi uictoriam donaret obstruxit. Vna igitur cum antonio uictus sum, et regni coronam cum eius fortuna deposui. Ad te autem ueni spe salutis de uirtute presumens, et ut in exemplum trahatur qualis amicus mei amatoris fuerim. Ad hec cesar: Immo saluus esto inquit, et nunc regnato certi. Nam meritis es ut plurimos regas, cum amicicia tanta fide tuearis. Quin et stude ut mihi deinceps fidus permaneas. Siquidem ego preclarissimam spem de tua in magna amicitia permitto. Recte tamen fecit antonius quod magis cleopatre quam tibi paruit; te autem lucratus sum propter eius amentiam. Initium autem tue decreto firmitate regni probeo. Experiar autem ipse quoque te bene aliquid facere, ut amplius non lugeas antonium. Cesar igitur huius sermonis humanitate herodem ne quid de amicicia sua dubitaret hortatus, diadema illi reposuit et indulgentiam decreto consignat. Herodes autem preterea cum delinitum muneribus rogabat ut alexandrum quendam supplicem ex amicis antonii iuberet absolui. Sed uicit iracundia cesaris, dicens illum grauia commisisse pro quo rogabat, et tamen repulit deprecantem. Post hec herodes cesarem ad egyptum euntem per syriam multis pecuniis ei oblatis, ipse cum suo exercitu ad ptholomaidam cum eo processit, et cenam illi cum omnibus amicis exhibuit, et insuper exercitui epulas distribuit. Prospexit et ut per arida loca proficiscentibus ad pelusium et inde redeuntibus aquarum copia non deesset, nec fuit quicquam uictualium quod exercitus desideraret quod non eis exhiberet. Pro his beneficiis cesar herodi hoc regnum paruum esse estimabat, et ideo restituit ei omnia que cleopatra antonio uiuente ipsi abstulerat, et tota syrie eum procuratorem constituit. Hinc ad summam felicitatem euectus, et ad maiorem subleuatus animum, maximam prudentie partem obsequio pietatis indulsit. Nam anno regni sui xv. et templum instaurauit, et duplum terre spacium quam fuerat circa templum muro amplexus est ingenti, et munificentia ac singulari argumento. Erat et in ambitu fani magne porticus, eisque iunctum a septentrione castellum quod antonia uocauit in honorem antonii. Quin et domus regia ibi in superiori parte ciuitatis extructa, duas edes intra maximas atque pulcherrimas quibus nec templum quidem usque conferri posset, edificauit, easque amicorum uocabulis unam cesaream, alteram agrippium nominauit. In samaritica et regione oppidum muro pulcherrimo per xx. stadia circumdatum sebasten appellauit, deductis illic sex milibus colonorum, et terra eis fecundissima attributa. Ubi templum quoque maximum inter edificia collocauit, et circum id area trium semis stadiorum cesari dedicauit. Aliud et templum circa iordanis fontem candido marmore posuit. Qui locus uocatur panium, ubi montis quedam uertex in excelsum editur, propter subiecti lateris uallem specu aperit umbrosum, quam profunde altitudinis rupes ad immensum liquentis gurgitis receptaculum concauatur. Foris autem de spelunce radicibus oriuntur fontes, et ut quidam putant hic est iordanis inicium. Non fuit autem ullus locus ydoneus regni quem herodes rex nudum ab honore cesaris relinqueret. Nam cum inter maritimas ciuitates audisset unam iam uetustate fessam, que stratonis pyrgus uocabatur, et pro loci natura munificentie sue capacem, totam eam candido saxo reparatam clarissimam regiam decorauit, et in ea maxima ingenii sui magnitudinem demonstrauit. Nam inter doram et ioppen media (?) ista stabat, omnis hora maritima adeo fuit importuosa, ut omnes qui ad egyptum ex fenice nauigarent, in mari fluctuare cogerentur, minas affrici uenti metuentes, cum mediocris aura tantas undarum moles ad scopulos erigit, ut remeantes fluctus gurgitem per aliquantum spacium maris feritas augeat. Sed rex herodes liberalitate ac sumptibus deuincens loci naturam, pireo maiorem portum edificauit, et in eius penetralibus alias stationes nauibus fecit altissimas, et quamquam ei omnis locus aduersaretur, tamen ita cum difficultate certauit ut firmitas quidem structure neque mari cederet, pulchritudo uero tanta esset quasi nulla res ardua prepedisset ornatum. Metitus autem quantum diximus portus spacium per xx. ulnas in profundum saxa dimisit, quorum pleraque pedum l. longitudinis et altitudinis viiii. et latitudinis x., nonnulla uero et maiora fuerunt. Expleto autem spatio quod unda celabat in cc. pedes murum dilatauit, ex quibus c. repellendis fluctibus erant antestructa. Ceterum autem saxeo muro quo portus cingitur subiecta sunt magnis turribus imposita, quarum maxima ac pulcherrima ex priuigno cesaris drusium cognominata est. Crebri autem fornices adducenda quos portum terrent, per quos fornicibus et circum eos pila saxea et lata que de naue egredientes exciperet ambulatio. Aditus autem septentrionalis erat. Oppidum autem prouincie dedicauit, ciuitati uero cesaree nomen imposuit. Quin et et cetera opera, forum, theatrum, amphitheatrum digno uocabulo collocauit. Sed nec parentes suos ita quisquam dilexit. Nam et patris nomine in optimo loco regni campo ciuitatem condidit fluminum arborumque ditissima, eamque antipatrida nuncupauit, et supra iericunta castellum natura tutum et pulchritudine precipuum muro cinxit, atque in honore matris cypron uocauit. Fratri quoque faselo turrim in hierosolimis dedicauit. Cognatis autem et amicis gratie gloriam tradidit, nec sui fuit immemor, sed castellum contra montem arabici lateris propugnaculo premunitum de suo nomine herodium uocauit. Cumque hec et alia multa opera perfecisset, magnum spectaculum cunctis uidentibus prebuit. Summus et uenator erat, et sepe in equitandi peritia que cupiebat assequebatur. Denique uno die quondam quadringentas feras subegit. Est autem illa regio altrix aprorum, sed magis ceruis et onagris frequentatur. Bellator autem talis erat, quod sustineri non posset, et multos in exercitatione terrebat. Fuit et in torquendo iaculo directissimus, et sagittarum librator uidebatur egregius. Preter animi autem corporisque uirtutem, secunda quoque fortuna usus est. Raro autem contionem ei belli cessit euentus. Siquando autem id accidit, non ipsius culpa, sed aut proditione quorundam aut temeritate militum factum est.

Post hec et publicam infelicitatem et aduersi casus ex mulieribus ceperunt quas maxime diligebat. Nam antipatrum filium suum quem ex priore uxore habebat amore illorum filiorum quos de marianne susceperat expulit de ciuitate. Quinque autem filiorum quos ex marianne susceperat due erant femine, ceteri mares. Horum minimo rome in studio mortuo, duo maiores natu propter matris nobilitatem, et quia in regno nati essent, amabiliter a patre educabantur. Deinde herodes hyrcanum coniugis sue auum, quem parthi ut supra diximus captiuum adduxerant, ad se reuersum propter suspicionem perimit. Fratrem quoque coniugis propter eandem suspicionem in lacu demersum necauit. Ex his igitur rebus accipiebat ipsa marianne inimicitiarum contra herodem probabiles causas, et tantum inerat uxoris odium quantum illam ipse amabat. Nam de morte cognatorum dolens, multa obprobria marito obiciebat, sororem quoque eius salomen et fratrem ferora maledictis atrocioribus dehonestabat. Herodes autem pro amore eius in his omnibus obmutescebat. Nam profecturus ad cesarem iosippo salome sororis sue uiro quem fidelem habebat et pro affinitate beniuolum commendauit eius uxorem, mandans ei clam ut eam interficeret, si et se occidisset cesar. Verum iosippus non maligno sed regis amore mulieri cupiens demonstrare, quod ab ea ne mortuus quidem pateretur diuelli, secretum ei sermone aperuit. Et illa rediens herode multaque inter fabulas de affectu iurante, et quod numquam alterius mulieris esset amore captus, illa deinde respondit: Valde amor tuus erga me comprobatus est, cum iosippo ut me occideret precepisti. His auditis herodes quod occulta credebat amens illico insaniebat, nec iosippum umquam mandata sua prodidisse nisi eam coitu corrupisset. Cumque pre iracundia extra se fuisset, salome soror eius arrepto tempore criminandi mariamnem cum iosippo simul accusauit. Vix igitur herodes immoderato emuli dolore feruens confestim utrosque iussit occidi. Deinde penitudo sequebatur insaniam, et postquam iracundia concidit, amor eius recalescebat. Tanta autem uis cupidinis erat, ut eam mortuam non putaret, sed pre egritudine tamquam uiuam alloqueretur. Matris autem iracundie succedunt filii, et inmanitatem sceleris reputantes, non aliter suspectum patrem quam si hostis esset habebant. Siquidem cum etatibus eorum mentium quoque roborabatur affectio. Iam uero maturi coniugio, unus amite sue filiam duxit, alter filiam archelai regis capadocum. Quidam autem accedens ad herodem nuntiauit ei quod pueri utrique filii ei instruxerint insidias, et apud cesarem eum accusare uellent. His igitur criminationibus repletus herodes, uelud quoddam propugnaculum futurum aduersus filios, antipatrum ex doside natum in regnum reduxit, et filiis mariamnes preposuit. Quorum hanc mutationem tolerabilem non putarent, indignationem cohibere pro sua nobilitate non poterant, sed in singulis quibus offenderentur iram prodebant, et in dies singulos magis magisque a patre negligebantur, et antipatrum magis honorabat. Nam idem antipater patrem blandire callide nouerat, et uarias in fratres suos calumnias conferebat, quedam ipse dictitans, alios uero ad alia uulganda submittens, donec omnino spe absciderit fratres suos. In testamento etiam ipse iam aperte successor fuerat declaratus. Deinde et tamquam rex ad cesarem missus est, cultuque regio et ceteris obsequiis preter diadema utebatur. Matrem et suam dosidem antea deiectam quomodo ualuit ad cubile patris reuocauit, et blandiciis et criminationibus patri obrepsit, ut et de filiorum morte cogitaret. Quam propter herodes alexandrum filium secum romam pertrahens ueneni sibi dati reum apud cesarem accusauit. Ille autem uix loquendi copia nactus delicta quidem patris uerecunde suppressit, insequi uero dicta crimina fortiter diluit, et fratrem pariter secum purgauit, moxque de antipatri calliditate et de suis iniuriis questus est. Nam preter innocentiam culpe eloquentia iuuabat, et erat acerrimus in dicendo. Postremo proloquitur quod eos pater libenter occideret, iuxta faciens cunctis assidentibus lacrimas incussit, et cesarem sic affecit, ut eorum accusationibus spretis herodem in filiorum amorem reuocaret. Hac autem lege reconciliatio facta est, ut adolescentes illi omnibus patri obedirent, ille autem cui uellet regnum relinqueret. Post hec roma digressus, licet soluisse criminibus filios uideretur, non tamen omni erat suspicione liberatus, quia argumentum odii sequebatur antipater, et pro uerecundia reconciliatoris palam proferre inimicitias non audebat. Cum uero hierosolima redisset, populo conuocato, ibique filiis propter se astantibus antipatro qui et primogenitus erat et filiis marianne alexandro et aristobolo, causam profectionis narrauit, multasque deo gratias egit, multas et cesari, quod domus sue seditiones sedasset, et quod regno maius esset filiis suis concordiam prestitisset. Namque cesar me regni dominum et successorem regni iudicem constituit. Ego autem et mee commoditate gratias refero, eisque istos meos filios reges designo. Hic mee sententie socium primum deum precor fieri, deinde uos omnes. Nam antipatro etas, filiis autem marianne nobilitas successionem regni conciliat. Magnitudo autem regni omnibus sufficiet. Quos autem cesar coniunxit, et pater in rege confirmat obseruate, non iniustis eos imparibus sed meritis ualentes honoribus. Rogo autem non solum uos sed et primates ordinum exercitus mei, ut ad hunc nunc solo spe hiant.

Non est regnum, sed regni honorem filiis meis trado. & iocunditatem quidem quasi rectores percipient. pondus autem rerum & si nolim meum tamen meum est. Consideret autem quisque uestrum etatem meam, uiteque institutum, necnon & pietatem. Nam neque senex adeo sum ut de me cito desperetur. neque uoluptatibus assuetus que adolescentiam quoque breuiore spacio concludunt. Diuinitatem uero ita colui, ut in longum uos etiam progressurus esse credam. Quod si quis in contemptum mei meis filiis placere maluerit, & pro illis michi supplicium dabit. Ego enim non quia eos ex me peperi, honorifice eos haberi ueto, sed quia hec nouis adolescentibus studia & temeritatem solet suggerere. Itaque cogitent qui se ad eos applicant, bonis quidem apud me paratum esse premium, seditiosis uero paratum supplicium. Nam ipsis expedit me regnare, neque eis esse concordes. Vos autem o boni filii primum mente retinentes sacram naturam, cuius affectiones & inter feras bestias salue sunt, deinde cesarem qui nos reduxit in gratiam, tertium patrem uestrum uos monentem fratres animo & corpore permanere. Ideo nunc autem uobis & uestimenta & obsequia regalia dabo. deumque oro conseruare honorem uestrum si concordes fueritis. Hec locutus herodes, singulos benigne est salutatus. plebem dimisit. alii conuenientia dictis eius optantes. qui uero mutationis erant cupidi, ne audisse se quicquam simulabant. Fratres autem dissensio reliquit. sed peiora suspicantes alii de aliis digressi sunt. Nam filii mariamne alexander & aristobolus egre ferebant antipatrum ante regnum natum se in aliquo precellere. antipater autem censebat eos sub se regnare. Tamen antipater pro uarietate morum retinere se certa nouerat. & que sibi odio erant, multa fraude celabant. filii autem mariamne pro nobilitate generis quicquid mente gerebant in lingua prodebant. Multi autem ad litem inter eos incitandam operam dabant, & plurimi amicorum sese explorandi causa ingerebant. Itaque omne quod a filiis mariamne dicebatur in occulto, statim apud antipatrum nota fiebant, & ab antipatro ad herodem cum adiectione deferebantur. & quicquid tamen simpliciter locuti essent, ab antipatro apud patrem in crimina uertebantur. Semper & quo eos irritarent, submittebat antipater, ut mendacia suas ueras occasiones haberent. Cum autem hec caute uniuersa committeret, astutus & criminationibus adit ad herodem moliebatur delatoribus subornatis. & si quid de fratribus nunciabat illi, mox hec affirmando herodem ad iracundiam prouocabant; omniaque ad insidias referebant. Hac accensus herodes, quantum prodies singulos de affectu adolescentium subtrahebat, tantum adiciebat antipatro. In eandem quoque partem inclinati sunt qui regno fauebant. Adolescentes & in se delata facinora nesciebant, & ex his propterea capiebantur incauti. Nullus enim palam a patre increpabatur, sed affectu ei refrigescente, paulatim hec sentientes ad iustius dolore asperius excitabantur. Antipater autem eodem modo patruum suum Feroram, & amitam Salomen contra illos incenderat. Preter hec autem omnia quedam criminatio de eis diuulgata est, que animum patris nimis incendit. Audiuit enim quod sepe congrerent deo quod matrem eorum occidisset; & causam eius cum gemitu atque imprecationibus deflerent. His de causis herodes licet prestante animum adolescentium formidaret, tamen ne spem correctionis abscideret, ad se eos uocauit. Romam enim nauigaturus erat. & quasi rex pauca comminatus, in pluribus eos quasi pater monebat, rogauitque eos ut fratres diligerent, permissa priorum peccatorum uenia, si post hec meliores fierent. Illi autem criminationum mendacia ficta esse dicebant, purgationisque sue fide rebus ipsis posse probari. Nunquam enim calumniatores defore, dum cui persuaderi possit exstabit. His quoque uerbis patrem ad tempus placauerunt. sed non multo post ad alia acerbiora negocia sermo ferebatur. Tres eunuchi erant herodi karissimi, & ex genere famulatus nemini id latebat. Vni enim uinum ministrare cura fuit, alteri cenam apponere, tertius autem dormitum eum collocabat & cum ipso cubabat. Hos muneribus maximis alexander subiecerat sue cupiditati. Postquam autem regi herodi indicata sunt, in tormentorum coacti aperuere quomodo eos fefellisset alexander. nullam in herode spem habendam esse commemorans impio sene. & quod capillos inficeret ob hoc uncti aucta adolescentem putarent. Verum se oportere coli, quod & inuito eo futurus esset regni successor, nec multo post ab inimicis repeteret penas, amicosque suos beatos faceret, ac ipsos pre ceteris. & alexandro obsequia potentium iam parere. militumque rectores; neque ordinum principes occulte ad eum conuenire dixerunt. Hec herodes adeo perhorruit, ut non auderet statim delata proferre. sed exploratores die noctuque submittens, dicta factaque singula scrutabatur. & de quibus suspicio fuisset, illico trucidabat. Itaque regnum eius acerbissima iniquitate repletum est, & ipsis criminationibus erant supplicia uelociora. Quicumque accusabatur, qui non accusabat, & cum eo qui antea cautus erat, ducebatur ad penam. Ad hec & securitatem prestiterat, ut nec ceterorum quisquam humanitatis aspiceret, qui auctores ac assertorum erant. sed & amicis se infestissimum prebebat, & multos de regno suo deiceret, & in quos potestatem non habebat, in eos dictis aspris seuiebat. Augebat & mala antipater, collectisque propinquorum catenis, nullum criminationis genus omisit. Tantum autem in eorum sua regem, commentisque delatorum timor inuasit, ut destricto gladio sibi instare putaret alexandrum. Deinde subito alexandrum filium in uincula coniecit, & in amicos eius tormenta porrexit. Multi autem tacite moriebantur, nulla uoce super conscientiam prodita. alii uero ex impatientia doloris fingebant aliqua mendacia ne perirent. Alexander uero cum suspicionem patris uiso abolere non posset, indicauit ei plurimos se socios habuisse in coniuratione aduersus eum, & ante omnes fratrem ipsius patruum scilicet suum Feroram, & sororem eius Salomen. Archelaus autem rex capadocum cuius filiam idem alexander in matrimonio habebat, mature in iudeam uenit, metuens ne quid genero aut filie mali accideret. Quibus & quasi callide tamen prudentissimo consilio succurrit, regisque herodis minas arte dissoluit. Mox enim ut ad herodem uenit, statim iratus exclamat: Exsecrabilis gener meus ubi est? ubi parricidale caput aspiciam? quod meis manibus ipse lacerabo, & tradam filiam meam bono marito nouo. Nam & si filia mea particeps non est huius consilii, quia tamen eius modi uiri coniunx fuit, inquinata est. Miror & tuam pacientiam o herodes cum periculum agitur, si adhuc alexander uiuit. Ego namque ex capadocia properans ueniebam, ut & illum reperirem supplicium, & de filia mea tecum questionem haberem, quam illi desponderam. At nunc de utroque nobis consulendum est. Licet nimium pater sis, & ad puniendum filium insidiatorem nimis fortis es. Permutemus dexteras, & alter alteri iracundie uicarius existamus. Talibus itaque archelaus generum alexandrum excusans, quamuis prius falleretur herodem. Et cum ei sibi ... consideranda est ... quia & si isdem filius aut gener meus aliquid habuerit huius persuasionis ... Huius modi namque hominibus non solum adolescentes falluntur, uerum & senes. domusque clarissime, totaque regna solent subuerti. Consentiebat hys dictis herodes, iamque paulatim remittens

alexandro. dicebat quod frater ipsius Ferora & soror Salome causa eorum in contaminatione fuissent. Quod ubi Feroras audiuit, sentiens archelaum apud fratrem suum herodem multum ualere, ex imprudentia salutis apud eum confugit. Archelaus autem promittens interpartis quod fratrem herodem uoluisset insidiis decipere, & adolescenti genero suo apud patrem causam mali fuisset. deinde monuit eum ut a fratre eius diligenter esse ueniam de commissis peteret. & in hoc se ei adiutorio fore. Paruit archelao Feroras, atraque ueste cum lacrimis ut quam miserabilius potuit ad pedes fratris sui herodis prouolutus se culpabilem fatebatur. & ita archelao interueniente in gratiam fratris rediit. Ipse autem archelaus tamdiu alexandro genero se simulabat iratum, filiamque suam ab eo disiunctam abducturum se firmabat, donec herodem compulit ultro pro adolescentulo se deprecari, ut filiam suam illi uxorem relinqueret. Archelaus autem dixit ut filiam suam preter alexandrum cui uellet coniungeret, tantum ut inter eos iura affinitatis non soluerentur. Herodes uero asseuerabat quod filia eius ab adolescente diligeretur, que si remaneret peccatorum foret obliuio. si uero discederet, causa desperationis adolescenti fieret. Mollior namque fit audacia, si domesticis affectionibus detrahatur. Vix ergo archelaus quasi remittendo cessit. & cum tali astutia alexandro genero in gratiam patris adducto, in epulis & humanitate coniuncti familiariter uersabantur. Abeuntem autem a se archelaum muneribus talentorum lxx. & solio aureo gemmis ornato, & eunuchis donat. Quin & cognati & amici regis iussu eius archelao dona clarissima dederunt, cumque ita ipse quoque optimates usque ad antiochiam prosecuti sunt. Non multo post uenit in iudeam qui non solum reconciliationem factam fecit irritam, uerum & causa fuit ut periret. Laco iste erat genere, nomine euricles, ad regni desiderium pecunie amore corruptus. Is amplissimis donis herodi oblatis, adulatione falsisque de illo laudibus, & sermonum calliditate ipsum circumueniens, maturique prospecto eius ingenio, dictis simul & factis que illi placerent inter primos amicos eius habebatur. Nam & rex & omnes eius comites libenter eum sparciata patrie causa dignum eum esse honore iudicabant. Ille autem postquam fragilitatem domus animaduertit, fratrumque inimicicias, & quemadmodum pater in singulos esset animatus, antipatri hospicio functus, simulata amicicia fallebat alexandrum. dicens se fuisse consiliarium archelai. Cum & etiam quasi probatus irrepsit, moxque ab eo fratri aristobolo commendatus est. Per temptatis autem omnibus: accedens ad antipatrum exprobrabat illi quod cum filiorum herodis maximus esset, spei sue negligeret insidiatores. Ad alexandrum quoque accedens exprobrabat ei quod pateretur antipatrum filium priuate mulieris sibi in regno succedere, cum ipse esset ex regina natus, & filiam regiam uxorem haberet, & magnam spem haberet in archelao. Alexander uerbis eius credulus, de antipatro que se mouebant apud eum querebatur, & quod herodes matrem eorum interemisset, & ipsis regnum auferret. Hec audiens euricles & dolere se simulans, & ad aristobolum fratrem eius accedens ad ea dicenda pellexit. Post hec, utrorumque uerba ad patrem referens, ad antipatrum secreto discessit. narransque ei uerba & insidias quas ei fratres parabant, & quod strictis gladiis mox eum interimere uellent. Oblatis autem ei ab antipatro multis pecuniis, laudator eius erat apud patrem. Cumque uideret herodem se moribus placasse, adiecit & alexandrum filium suum iam eius gladium exacuisse, & secum confirmasse dextera. dicendo quod ipse regnum alieno filio tradere uellet, & eorum matrem occidisset, & regnum eorum hereditarium antipater spurius usurparet, & ideo se uelle sanguinem matris uindicare. Hic euricles in alexandrum falso delatus, antipatri laudes prosequebatur, dicens illum esse solum qui patrem diligeret, & quod adhuc insidias retardasset. Herodes autem nondum preterite suspicionis oblitus intolerabilis iracundie feruore turbabatur. Antipater autem iterum tempus nactus, alios accusatores fratribus subornauit, qui dicerent eum iocundo et tyranno clam colloquiis solitos esse, olim principes equitum, & tunc propter offensiones quasdam motos. Hac indignatione succensus herodes, confestim eos tormentis subegit. Illi autem nichil eorum se scire confessi sunt. Cum autem nullum documentum ualidum de eis proferretur, tamen a uinculis absolutos, sic in custodia seruari precepit. Euriclen uero domus sue pestem, ac totius sceleris indicatorem, bene de se meritum, datoque salutis appellans, talentis l. donauit. Ille autem priusquam certa fama peruolaret, ad archelaum properat, aususque dicere quod herodem reconciliasset alexandro. ab illo quoque pecunias cepit. Deinde in achaiam ingressus, ad similia facinora male quesitis abusus est. Postremo apud cesarem accusatus quod dissensionibus impleuisset achaiam, & ciuitates spoliasset, inde fugatus. Quidam & euarestus cum esset amicissimus alexandro recedente euriclo percunctante herode super his que ille sibi intimasset, iurauit se nichil scire. Nec tamen quicquam id miseris profuit, apud herodem solis maledictis aures paratissimas aperientem.
182. eumque sibi gratiosissimum esse iudicantem qui secum eadem crederet, hisdem moueret. Incitabat preterea salome soror eius crudelitatem eius in filios. Namque hanc aristobolus periculis inuoluerat, & apud fratrem accusauerat quod sylleo arabo nubere uoluisset. Illa autem accedens ad fratrem multis criminibus obfuscabat adolescentulos illos, in tantum ut herodes nil ulterius dubitare passus utrumque filium in uincula mitteret, & ab inuicem separatos asseruari precepit. Deinde uolumnium militum magistrum & ex amicis suis olimpum descripta indicia ferentes, proficisci iussit ad cesarem. Qui postquam nauigantes romam delata cesari herodis litteras reddiderunt, cesar uehementer in adolescentulos exarsit. Verum ei potestatem a filiis non auferendam iustum ducens rescripsit ei, ut ipse sui arbitrii dominus esset, & tamen si placeret ut in communi consessu propinquorum & rectorum suorum de insidiis filiorum quereret ... si uero tantum fuga ... meditatos ... mediocri supplicio ... Paret scriptis herodes. Cumque beritum ... cesar iussit ... iudicium cogit, & presidebant ibi rectores quibus a cesare mandatum fuerat ... & penam ... legatus. & cum his uolumnius ... propinqui & amici regis & salome & feroras. & post hos optimates syrie preter archelaum regem. Nam hunc herodes quasi alexandri filii sui socerum suspectum habebat. Filios quoque suos satis prudenti consilio in concilium non perduxit. Sciebat enim quod si tantum uisi fuissent, omnium ... misericordiam ... facillime alexander ... Custodiebantur autem in platane uico sydoniorum. Exorsus est ergo herodes in concilio uelud cum presentibus loqueretur, insidias obiciebat & probationibus deficiebat. maledicta uero & plura & iniurias & peccata plurima in se admissa prosequebatur, atque morte grauiora esse constantibus demonstrabat. Postremo cum nullus eius contradiceret, rogauit eos ut filios suos presentes sententia ... Primus ergo saturninus condempnandos esse adolescentulos, sed non morte ... pronunciauit. & id & duobus legatis bonum uisum est. & alii non pauci. Triste uero sententiam primum uolumnius dixit, & post eum ceteri herodi

fauentes, ueterandos esse adolescentes iudicauerunt. Tum uniuersa syria et iudea suspensa operiebatur huius tragedie finem, et nemo estimabat herodis crudelitatem usque ad parricidium processuram. Ille tamen filios tyrum duxit, atque inde cesaream deuectos quo genere mortis eos puniret cogitabat. Interea miles quidam genere ueteranus nomine tyro, qui et filium habebat cum alexandro coniunctissimum, et ipse adolescentulos diligebat, nimia indignatione mentis circuiens clamabat conculcatam esse iustitiam, ueritatem perisse, naturam esse confusam, iniquitatis plenam, et omnia que dolor contemptori uite dictasset. Deinde ipsum herodem ausus adire dixit ad eum: Michi omnibus hominibus uideris esse infelicissimus, qui contra karissimos nequissimis credis. Siquidem frater tuus Feroras et soror salome fidem apud te aduersus filios tuos habent, quos sepe ipse morte supplicio dignos esse iudicasti, neque eos aduersus te agere ut illis successoribus destitutus cum solo antipatro remaneas, capite facile optanti. Uerumtamen cogita ne ille quoque militibus odiosus fiat, propter [illegible] quam habet ad necem fratrum. Nullus est enim qui non adolescentium misereatur, principum et plurimi palam hoc grauiter ferunt. Hec dicens, simul eos quibus res indigna uideretur nominabat. Herodes autem statim et illos et ipsum cum filio quem hic nuntiauerat comprehendi iubet. Ibi et cum aliis quidam regalis tonsor trifon nescio qua exagitatus insania semetipsum indicans prosiluit dicens: Michi iste tyro persuasit ut occasione tondendi nouacula te occiderem, et alexandrum ob hoc mihi magna premia collaturum. His auditis herodes tyronem eiusque filium et tonsorem subdidit questioni. Cumque illi negarent, tonsor autem nichil amplius diceret, tyronem uehementius torqueri iussit. Tunc filius patris miseratione commotus, cuncta se regi indicaturum promisit si patri parceret. Relaxato igitur patre, dixit eum uoluntatem habuisse ut ipsum occideret, impulsus ab alexandro. Hoc autem fictum quibusdam uidebatur, fictum ab adolescente quo patrem a penis liberaret, nonnulli hoc uerum esse firmabant. Herodes tamen et militum principes et tyronem in [illegible] accusatos, cum aliis qui simul accusati fuerant iussit statim interfici. Filios uero alexandrum et aristobolum in sebasten missos suffocari precepit, et mortuos asportari cum alexandro materno auo sepeliendos.

Antipatrem autem cum iam se sine controuersia successorem regni speraret, intolerabile genus excepit odium, cunctis scientibus illum fratribus suis conseruisse calumnias. Archilaum autem non mediocris timor sollicitabat cum crescente sobole peremptorum. Erant enim alexandro ex glafira duo filii tygranes et alexander, item aristobolo ex beronice filia salome, herodes et agrippa et aristobolus filii, atque due herodiadis et mariamme. Glafiram autem uxorem alexandri cum dote sua in capadociam herodes ad archelaum patrem remisit, postquam alexandrum interfecit. Beronicem autem uxorem aristoboli auunculo antipatri nuptum dedit. Conuocatis autem propinquis et amicis astantibus pupillis filiorum quos necauerat, misertus eorum et oculis lacrimis repletis dixit: Horum pupillorum patres michi quedam tristis fortuna eripuit, ipsos autem orbatos miseratio cum natura commendat. Experiar itaque ut etsi pater infortunatissimus fui, auus tamen sim prudentior, et filiorum filios amantissimos mihi relinquam. Despondeo igitur frater tuo Ferora filiam tuam maximo filiorum alexandri, ut ei curator sis necessarius. Tuo uero antipater filio aristoboli filiam. Eris enim hoc modo pater orbate, sororem uero eius herodes filius meus accipiat. Et de his quidem hoc sit iudicium meum, neque id quisquam dirimat qui me amabit. Precor autem et deum bono regni mei meorumque nepotum copulare nuptias, atque hos pueros placidioribus oculis aspicere quam patres eorum. Postquam hec locutus effleuit et puerorum dexteras iunxit, benignissime consalutatis singulis dimisit concilium. Statim diriguit antipater, et sibi derogatum existimabat, iamque de rebus cunctis periculum fore si alexandri filius praeter archelaum et Feroram tetrarcham adiutorem haberet. Itaque omnium dirimere sponsalia statuit, et callide patri surripere timuit seueritatem acriusque uigilantiam ad suspicandum. Palam uero eum supplex adire ausus est, coramque deposcere ne se honore priuaret quo dignum eum iudicasset, nudumque nomen regis habere uellet, regnum autem substantia penes alios esse. Instantissime autem precabatur quia numerosa esset regia progenies nuptias permutari. Herodes igitur perspecto eius animo quid de pupillis cogitaret, uehementer iratus est, et filiorum quos interfecerat casum repetens formidabat ne et hi quandoque calumniarum antipatri premium ferrent. Tamen postulante nimium antipatro nuptias permutauit. Hinc licebat aduertere quantum antipatri ualuerit adulatio. Namque pupillorum spe antipater et per sua commoditate affinitatibus [illegible] expectatione certa nitebatur, adiectaque malignitati fiducia, neque erat tolerabilis. Quia et singulorum odium uitare non poterat, securitatem se exteriore querebat. Cum preterea Feroras ei uelut iam confirmato regno obsecundaret, quin et mulierum conflata in aula factio nouas turbas excitabat. Etenim Ferore uxor cum matre ac sorore sua nec non et matre antipatri multa in regno insolenter agebat, et duas regis filias contumeliose tractabant. Salome autem soror herodis inuidebat eorum concordie, eaque non pro bono conuenirent apud fratrem insinuabat. Cognita ei delatione mulieres et quod hoc herodes egre ferret, aperto quidem conuentu et familiaritate abstinuerunt, et inter se discordare rege audiente simulabant, et occultos cetus et nocturnas comessationes habebant, eaque cum sensisset facta est obseruatio firmior. Salome autem nichil horum latebat, sed herodi cuncta nuntiabat. Ille autem ardens ira cum maxime aduersus Ferore coniugem, quod eam preter ceteras accusaret salome, aduocato concilio amicorum, [illegible] consilii mulieris et filias suas contumelias cum ei obiceret, et quod phariseis mercedem contra se prebuisset, et fratrem suum Feroram sibi hostem reddidisset. Herodes autem conuersus post hec ad fratrem Feroram interrogabat eum utrum se uellet fratrem habere an uxorem. Cumque ille dixisset se potius uelle uita carere quam coniuge, herodes [illegible] antipatro ne ulterius cum Ferora et eius coniuge aliquid commune haberet. Uerum ille hoc palam preceptum custodiebat, in occulto autem cetus protrahebat. Antipater autem effecit per amicos suos Rome degentes ut ad cesarem a patre mitteretur. Herodes autem eum monitis instruxit, cum eunuchis que usu erant necessaria et magna pecunia dedit, et testamentum suum portandum, in quo ipse antipater rex erat inscriptus. Antipatro igitur Romam directo herodes fratri suo Ferore uehementer innuebat ut repudiaret uxorem. Quo nolente id facere, indignatus nimium herodes ipsum fratrem cum uxore ab oculis suis abscedere iussit. Feroras autem equo animo accepta iniuria in tetrarchiam suam uersus sit, iurans unum sui exilii finem fore post mortem herodis, et neque se

ulterius eum uisurum quamdiu uiueret. Denique post herodem egrotantem ne inuiseret quidem, quamuis sepe eum ad se uocaret, cum [illegible] noluit. Contigitque post hec ut herode conualescente Feroras morbo incideret. Tunc herodis patientia demonstrata est. Namque uenit ad eum et humanissime curauit fleuitque. Ipse uero Feroras morbum superare non quiuit et in paucis diebus mortuus est. Quem licet herodes fratrem usque ad ultimum ei uite diem dilexisset, tamen a pluribus fama diuulgatum est quod illum quoque ueneno interemerit. Post hec eius corpore Iherosolima portato maximum luctum cum gente super eum habuit et clarissimum funus sepulture ei exhibuit. Unus igitur interfectorum filiorum marianne alexandri et aristoboli hic exitum uite sortitus est, et transiuit ultio in antipatrum filium herodis auctorem nefarium, et ex morte Ferore nacta principium. Quidam ex libertis Ferore adierant [illegible] herodem dicebant fratrem ipsius patrem eorum ueneno interemptum esse. Namque coniugem eius et matrem antipatri dicebant obtulisse quendam cibum non quo solebat modo conditum, eoque sumpto statim obisse, et uenisse illuc ante biduum matrem et sororem eius arcessitam quandam mulierculam ueneficam ex arabia, ut uenenum fratri eius Ferore pat[illegible] conficeret. Perculsus igitur herodes pluribus suspicionibus ancillas et nonnullas libertas tormentis subegit. Ibi cum exclamabat una earum doloris impatiens: Deus celi terreque rector, in matrem antipatri que nobis horum malorum causa est uindictam exerceat. Hoc herodes audito initium perscrutandi nactus perquirebat indaginem ueritatis ab illa muliere. Illa autem statim aperuit familiaritatem matris antipatri cum Ferora quondam et eius uxore habitam, et quod sepius antipater et Ferora ab eo egressi tota nocte cum illis mulieribus potare soliti essent, seruis et ancillis exclusis. Hec omnia mulier illa torta indicauit. Cum autem ancille separatim torquerentur, pariter uero indicauerunt quod antipater ex consilio matris eos inuito Romam uocatus esset, et Feroram fratrem eius trans flumen recedere curauisset, et sepe illos inter se occulte dixisse quod herodes nulli deinceps parceret, qui mariamne proprie uxori eiusque filiis minime pepercisset, ideoque melius esset ab hac belua quam longissime fugere. Sepe quoque antipatrum dixisse matri conquerendo, quod ipse iuuenis iam canus esset, pater uero eius senex iuuenesceret, et se fortassis prius quam inciperet regnare moriturum. Preterea etiam pullulare ydre capita filios alexandri et aristoboli, et ideo herodem per senectutem delirare, quod putaret post mortem suam testamentum ab eo factum firmum permanere. Mirum autem non esse quod filios odio haberet, cum et fratrem Feroram persequeretur. Denique nuper sibi ne cum Ferora fratre eius patruo suo colloqueretur, et talenta [illegible] se, et uana cuncta ablatis nudos se dimissurum relinqueret. Uerum hoc neque fieri posse, ut ea pestifera bestia quisquam effugiat, sub qua nec palam amicabiliter uiuere liceret. Hec uerba et consilia matris antipatri ancille prodiderunt. Herodis igitur ante alios [illegible] fide antipatri matrem furor eripuit, eaque omni ornatu que illi donauerat spoliata, et multis talentis comparato expellit. Deinde ira deposita mulieres a tormentis absoluit. Timore autem pauidus erat et ad omnes suspiciones incitabatur, multosque innocentes metu ne quem nocentium pretermitteret in tormenta ducebat. Namque uxore Ferore fratris sui euocata iussit sibi afferri uenenum quod inter se confecerant. Illa uero quasi allatura egressa de tecto se precipitem dedit, ut tormenta et probationis et regis uerbera preueniret. Sed dei prouidentia in alteram partem delata, periculum mortis euasit. Portata uero ad herodem non respirare potuit, ita casus eam perturbauerat, et quam ob rem se precipitasset interrogata iurante rege quod uera dicentem remitteret omne supplicium, si autem falsa promere maluisset, corpus eius tormentis absumeret, et nec quicquam sepulture relinqueret. Tunc illa recepto paulisper spiritu dixit: Audi o rex, et deus testis mihi sit, qui falli non potest. Cum ferore fratri tuo uiro meo morituro assiderem lacrimans, tunc ille me ad se uocauit et dixit: Multum o coniunx de fratris animo erga me sum deceptus. Namque cum sic me diligeret inuisum habui et necare cogitaui, qui tanto nunc in dolore quin nec dum mortuum effundit. Sed ego quidem [illegible] premium fero, tu uero uenenum ab antipatro nobis relictum huc afferens, me quoque uidente consume, ne ad inferos quoque ultricem huius sceleris conscientiam deferam. Ego autem ut ille iusserat attuli et magna ueneni parte sub oculis eius in igne effudi, modicum uero mihi propter dubios casus et quod te timerem reseruaui. Hec dicens pixidam cum ueneno in medium profert. Dicebat et antifilum ex egypto attulisse uenenum illud a fratre apud alexandriam exercente artem medicine. Bathillus quoque libertus antipatri aliud aspidum uirus aduexerat, aliorumque serpentium succos, ut si prius fuisset inualidum, hoc se armaret in herodem. Attulerat et a roma epistolas antipater ad patrem aduersus fratres suos Rome in studiis degentes compositas. Erant autem archelaus et philippus iam adolescentuli magnique regis filii, quos antipater uelut imminentes spei sue remouere festinans, quasdam in eos litteras ipse ad patrem destinauit sub nomine amicorum Rome degentium, scribens eos multis maledictis patrem exasperare, et de alexandri ac aristoboli nece manifeste quererentur. Ob eas accusationes herodes adolescentulos de roma redire precepit. Antipater autem comparauit uestem preciosam, uariaque stragula, poculaque argentea nec non et aurea, aliaque plurima instrumenta ut preciorum magnitudine omnes mirarentur. Deinde a roma litteras destinauit ad patrem se cito aduenire, eoque honorifice dimissus esset a cesare. Herodes autem uolens eum manibus tenere, timensque ne si quid persensisset se caueret, ipse quoque litteris beniuolentiam simulans familiarissime ei rescripsit, et ut reuersionem suam maturaret orauit. Antipater autem apud tarentum primam epistolam de morte Ferore sui patrui susceperat, eumque uehementer luxerat, idque nonnullis laudabile uidebatur. Sed quantum intelligi dabatur causa doloris erat quod insidie contra patrem conflate [illegible] non cesserant, nec ita Feroram flebat quam maleficiorum ministrum. Preterea metus eum quidam obsequens fecerat, occupauerat ne quando forte deprehenderetur uenenum. In cilicia autem patris epistolam accipiens quam supra memoraui, statim festinabat. Sed postquam in celenderim uenit, subiit eum quedam animi perturbatio, atque iam presentiens [illegible] diuinitate. Amicorum autem prudentiores ei suadebant ne prius patri se committeret quam per certum cognosceret quibus ex causis matrem suam repudiasset. Minus autem prudentes et uisendi patris cupidi ut properaret monebant, ne calumniatoribus occasionem preberet, dicentes si quid eo absente factum esset, eo presente totum sedaret. Paruit his antipater impellente fortuna, transmissoque in sebastum portum defertur. Fit autem illic preter opinionem maxima solitudo, cum omnes eum euitarent, nullusque ad eum auderet accedere. Nam qui eum prius oderant, tunc aperta libertas est data. Non enim clari [illegible] cum Romam nauigaret, nec quisquam ignobili inde susceptus est. Cum uero ille clades domesticas intelligens calliditate celabat metumque, pene mortuus in uultu confidentiam simulabat, cum neque fuga illi spes esset, nec circumstantia mala euadere. Sed neque cuiquam ei aliquid de domo patris nuntiabat, cum hoc herodes omnibus interdixisset. Conse

dentia quod inuitus simulans cum suis in regiam uenit. & comites ei cum iniuria sunt repulsi. Forte autem uarrus syrie rector inter aderat. Antipater autem ingressus ad patrem confirmat audacia uelut salutandi gratia propius accedebat. Herodes uero peti ei obiecta manu. & declinato capite. exclamat. Et hoc parricide est uelle me amplecti cum uelis qui tot maleficiis inuolutus es. neque me prius attingas quam te criminibus expurges. Dabo tibi iudicium et iudicem quem oportune presto est uarrum. Abi igitur. & quemadmodum te purges. in diem crastinum meditare. nam & tempus indulgeo calliditatibus tuis. Ad hoc metu stupefactus antipater. quia respondere nihil poterat reuersus est. Cum autem ad eum uenisset mater & uxor cunctas ei probationes exposuerunt. Cumque recepta mente quomodo sese defenderet excogitabat. Postero die herodes adhibito propinquorum & amicorum consilio. antipatrique amicos uocat. Ipse autem cum uarro residens. cunctos indices iussit adduci. in quibus erant serui matris antipatri paulo ante deprehensi cum epistola huiusmodi. Quoniam omne consilium tuum contra patrem iusti est patefactum est. caue ne ad eum uenias nisi aliquod auxilium a cesare impetraueris. Hanc epistolam mater antipatro filio dimiserat. sed ab herode ut dixi fuerunt deprehensi. Itaque his una cum aliis introductis. ingreditur & antipater. Cumque primum pedes patris cecidisset. dixit. Oro pater ne quid de me prius iudices. sed integras aures satisfactioni mee prebeas. Demonstrabo enim me innoxium si tu uelis. Herodes autem cum magna uoce ei silentio imperato ad uarrum locutus est. Quia tu o uarre. & quilibet iustus iudex antipatrum morte dignum iudicauerit certe scio. Uereor autem ne mea quoque fortuna tibi sit inuisa. omnique calamitate me dignum deputes. qui tales filios genuerim. Ex hoc quoque tamen magis miserandum iudicari debeo. quod erga eos scelestos indulgentissimus pater fui. Nam illis pueris adolescentulis regnum decreueram. eosque rome educatos amicos cesaris feceram. & eos super hoc omnia mee salutis hostes inueni. Sed tamen eorum nece magis antipatro profuit. cum eo magis sperare se meum successorem fore. illis extinctis. & ideo uelut atrocissima belua pacientia mea super quam satis erat expletur. nunc satietate sua prestolatur. eique usus sum diu uiuere. meaque senectute grauatur. rexque fieri nisi parricidio passus est. Que quidem omnia non imaginatione cogitauit. quem cum ex agricultura abiectum reduxerim. et filiis expulsis quos regina mariamne mihi pepererat. ipsum solum regni mei heredem declaraueram. Et quidem o uarre tibi profiteor mee mentis errorem. Ego enim filios mariamne regine contra me irritaui. & gratia antipatri eorum iustas spes abrupi. Quid enim tantum dedi quantum de isto bene sum meritus. cui & uiuus potestate mea pene concessi. A parte & regni successionem testamento reliqui. et preter destinatos ei separatim .l. reditus talentorum passus sum. mea pecunia subministraui. ac nuper romam nauiganti ccc. dedi talenta. et eum solum ex omni mea familia tamquam patris seruatorem litteris cesari commendaui. Aut quid filii mariamne tantum sceleris quantum antipater admiserunt. Quod uero de illis habui tale indicium quale demonstraui huic insidias. Hic autem qui a patre dolis suis ueritatem obtegere o uarre iudex tibi cauendum est. Nam ego istam beluam noui. & quod si tueri similia dicatur iam ne perspicio. fletusque simulatos. Hic est ille simulator qui me quondam monebat ut me a filiis mariamne cauerem. nec corporis mei omnibus credere. Hic est qui usque ad cubile meum solebat ingredi. & circumspicere ne quis michi pararet insidias. Hic sompni mei custos erat & securitatis dator. qui est solatium mestitie peremptorum fratrum & uiuentium erga me beniuolentie diiudicator. Hic propugnator & satelles meus erat. Super hec omnia cum calliditas o uarre in mentem uenerit. & quemadmodum singula simulauerit. uix me credo uiuere. tamque grauem insidiatorem quo pacto effugerim miror. Uerumtamen quia quedam fortuna excitat contra me domum meam. & amicissimi mei semper mihi infensi sunt. ego quidem fatorum iniquitatem flebo. & mecum ipse solitudinem gemam. Nemo autem qui meum sanguinem sitierit elabetur. & si super omnes filios hec plaga uentura sit. Hec dicens herodes ipse quidem interruptum sermonem tacuit. dolore confusus. nicolao autem uni ex amicis suis iussit causas exponere. Inter hec autem antipater eleuato capite cum prostratus ante pedes patris iaceret exclamabat. Tu pater meas partes defendisti. Nam quomodo ero parricida qui me tu semper seruatorem te habuisse commemoras. Nam si ficta ut dicis simulataque mea pietas fuit. cur in aliis tam callidus. mihi adeo clemens fui. ut non intelligerem quod si homines latere tanti sceleris cogitatio. celestem iudicem omnino latere non posset. qui ubique presto est. & cuncta conspicit. An fratrum exitum ignorabam quos ob hoc deus ultus est quia male de te cogitauerunt. Quid autem fuit quod me in tua salus offenderit. Spes regni. Sed regnabam. Odii suspicio. Sed diligebar. An metus aliquis. An egestas causa fuit. Multo minus. Quis enim 183.
magis quam ego expensarum habuit potestatem. Quod si autem omnium hominum perditissimus eram. crudelisque bestie animum gererem. certe mansuetus patris beneficiis uincerer. quem sicut tu dixisti ab agricultura reuocaueris. totique filiis anteposueris. uiuusque regem declaraueris. aliorumque bonorum magnitudine reddideris inuidendum. O me miserum acerbissimamque peregrinationem meam. qui longum laboris tempus. magnumque insidiantibus spacium prebui. Roma autem mihi testis est pietatis. & cesar princeps orbis terre. qui me patris amatorem sepius uocitabat. Accipe pater eius litteras. sicut nunc criminationibus ueriores. Recordare quod ingratus hinc romam nauigare. latentes in regno continere inimicitias non ignorans. Tu pater nunc me perdidisti. qui compulisti ut darem accusandi tempus inuidie. uerum ad indicia ueniam. Ecce assum. terra marique nichil passus parricida perpessus. sed noli me hoc argumento diligas. Nam & apud deum & apud te patrem condempnatum me esse scio. Condempnatus deprecor. ne aliorum tormentis fidem adhibeas. Ignis me ferat igitur. per uiscera mea pergant instrumenta penarum. ne parcas scelesto corpori. Nam si parricida sum. tormentis expers non debeo mori. Talia antipater cum lacrimis atque ululatu uociferans. omnes simul cum uarro ad misericordiam prouocauit. solum autem herodem quo minus flecteret iracundia inflabat. documentis ueris inuentis. Nicolaus autem orator iussu regis herodis multa de calliditate antipatri prolocutus & misericordiam sustulit. & acerrimam accusationem instituit cuncta quoque in regno maleficia asscribens. maxime uero fratrum interitum. quos ex ipsius calumniis interfectos esse demonstrauit. & eum ad huc superstitibus insidiari. quasi successionis competitoribus affirmabat. Nam qui patri uenenum parasset. multo minus a fratribus abstineret. De ueneno & contra patrem confecto per ordinem cuncta proferebat. & quomodo pater autem suus ferorem pene fratricidam fecisse. corrupisseque regis amicissimos. scelere omnino domum repleuisse.

Uarrus autem eum respondere iussisset & antipater nil amplius nisi deum testem esset quam deprehensus est innocens. neque filius ad necem patris traceret. uenenum autem herodis confectum iussu uarri in medium afferri. & cuidam damnato ad bibendum dari. Quo statim mortuo. uarrus quedam in secreto cum herode sermocinatus. postero die inde recessit. Herodes autem antipatrum filium uinculis traditum. de his que uenerant ad cesarem mittit.

Herodes autem morbo incurrens. cesari preter alia pecuniaria munera mille talenta & uxori eius ac filiis amicis & libertis prope ad .l. talenta distribuit. & sororem suam salomen clarissimis donis honorauit. Morbus autem inualescebat. eo quod eum senectus pariter ac meror urgeret. & iam lxx. annos etatis haberet: filiorum autem cladibus animum adeo habebat afflictum. ut nec tribuere ualitudine quidem iocunditatis admitteret. Acriorem autem faciebat egritudinem quod antipater uiueret. Hunc enim cum conualuisset. cogitabat occidere. Ad has quoque calamitates accessit quidam populi tumultus. Erant enim in ciuitate duo sophiste. qui pre ceteris leges patrias scire uidebantur. & inter omnem gentem maxima gloria predicabantur. iudas filius sefferei. & mathias filius margali. Hos non pauci adolescentium sequebantur cum leges exponerent. & in dies singulos iuuenum exercitum congregabant. Qui cum audissent herodem regem merore ac morbo tabescere. apud notos loquebantur oportunum iam tempus esse ut deus uindicaretur. fabricataque opera aduersus patrias leges destruerent. Siquidem in templo nefas est ymagines aut uultus aut cuius animalis cognomine simulachrum habere. Hoc precipue uetabant. quod supra maximam portam rex auream aquilam collocauerat. quamque monebant sophiste ut tollerent. pulchrum esse dicentes & si quid inde periculum immineret pro legibus patriis mori non recusare. Sic enim defunctis & animam immortalem. & bonarum rerum sensum perseuerare perpetuo. inuisus autem fortes et sapientie sue nescios. amare animam imperitos magisque capere morbo quam uirtute defungi. Dum hec illis sererent. rumor subito peruagatur. regem fere iam mori. Unde & confidentius adolescentes conamen adhortati sunt. ipsaque meridie cum plurima multitudo uersaretur in templo. crassis funibus dimissi. auream aquilam excelso securibus abscidebant. Hac re statim regis duci nunciata. non parua manu ille comitatus cucurrit ad templum. & prope ad .xl. iuuenes comprehensos regi exhibuit. Qui primum interrogati an ipsi auream aquilam concidere ausi essent. fecisse confessi sunt. & lege patria respondere. quam post mortem bonis pluribus frui spoponderant affirmauerunt. His itaque rex commotus iracundie magnitudine morbum superat. atque in contionem prodit. Deinde multum in eos quasi sacrilegos inuectus. & quod occasione legis patrie quedam maiora temptassent. uelut impios supplicio dignos esse iudicauit. Populus autem metu ne per multos inquisitio perageretur. ut primum facinoris suasoribus deinde in eo deprehensis supplicio subditis. cetera indignatione remitteret. Eandem quoque herodes exorat. & ipsos quidem qui funibus dimissi erant cum sophistis uiuos incendit. & reliquos qui erant comprehensi sunt obtruncandos carnificibus tradidit. Hinc morbus eius corpus occupatum uariis doloribus afficiebat. Nam febris quidem non mediocris erat. prurigo autem intolerabilis omne corpus inuaserat. assiduis autem colli tormentis. pedesque tamquam ex intercute tumuerant. quin & inflatio uentris testiculorumque putredo uermiculos generans. preterea creber anhelitus & interrupta cum suspiria membrorumque omnium contractio fatigabat. Ille autem quamuis tot uiciorum cruciatibus luctaretur. uite tamen cupidus erat. & remediis excogitatis salutem sperabat. Denique iordane transgressus apud calliroen aquis calidis utebatur que in lacum feracem bitumine qui asfaltidis uocatur effluentes per dulcedinem potui sunt. Ubi autem corpus eius quod medici oleo calidiore foueri placuerat. in archa plena dimersum ita dissolutum est. ut & lumina quasi mortuus resoluta torqueret. Deinde perturbatis qui eum curabant ad clamorem eorum respicere uisus est. Desperata uero salute militibus quinquagenas dragmas. multamque pecuniam rectoribus atque amicis diuidi iussit. Cum autem rediens ad iericuntem atra iam bili correptus factum nefarium excogitauit. Collectos enim ex omni iudea nobiliores in loco cui nomen ypodromium est. concludi precepit. Deinde salome sorore & alexa eius marito ad se uocatis. scio inquit iudeos morte mea festiuis sollempnitatibus celebraturos. Ueruntamen per alios lugeri potero. & preclarissimos honores sepulture assequi. si quod precipio feceritis. Hos uiros quos habent in custodia cum animam efflauero militibus circumdatos occidite. ut & inuita omnis in iudea omnisque domus illacrimet. His mandatis. legatorum quos roma miserat epistole sunt allate. quibus antipatrum morte damnatum esse indicabatur. quin & si pater eum in exilium mittere mallet. id quoque permisisse cesarem scriptum erat. Herodes autem paululum hoc nuncio recreatus rursusque doloribus uictus. nam inedia tussisque pariter uiolentia distendebatur. famam preuenire conatus sumpto malo cultellum poposcit. secum enim comedere consueuerat. Deinde circumspecto ne quis eum impediret. tamquam se percussurus dexteram eleuauit. Cumque uero achiab consobrinus eius accurrisset. manumque ei tenuisset. ululatus integra exortus est. quasi rex esset mortuus. Hoc audito antipater fiducia accepta. & pecunia custodibus promissa. rogabat ut se a uinculis soluerent. Custodes autem hec uerba statim herodi indicauerunt. Ille cum forti exclamans. quam uires egrotantis ualebant. missis satellitibus iussit decollari eundem antipatrum filium suum. mortuumque sepeliri iussit in hyrcania castello. Deinde rursum correxit testamentum et successorem scripsit archelaum tunc natu maiorem. Post interitum autem filii quinque diebus exactis moritur. post annos xxx et iiii. ex quo interfecto antigono. xxx. uero et uii. postquam fuerat a romanis rex declaratus. Regnum autem quod prius est quesierat tanto tempore conseruato filiis suis reliquit. in rebus uero domesticis infelicissimus fuit. Salome autem soror eius antequam exercitus resciret mortem eius. cum alexa marito suo progressa uinctos absoluit quos ille occidi mandauerat. dicens ipsum mutasse consilium. & unumquemque iussisse domum dimitti. Militibus autem cum alia turba in amphitheatrum apud iericuntem collectis ptholomeus anuli regis custos cum quo signare solitus erat. cepit turbam quasi ex eius ore consolari. relictamque ab eo militibus epistolam recitauit. in qua multum rogabat ut beniuolo animo archelaum successorem suum fouerent. Deinde post epistolam testamentum legebatur. in quo constituerat philippum filium suum heredem traconitidis proximarumque regionum. et antipan tetrarcham. Archelaum autem regem inscripserat. eidemque anulum ad cesarem ferre mandauerat. obsignatam regni administrationem. nouerat. Omnium itaque dispositionum suarum dominum et confirmatorem cesarem esse constituit. cetera uero seruari iuxta superius testamentum. Quo perlecto. confestim clamor factus est omnium archelao gratulantium. militesque per cuneos & populos adeuntes subiectionem promittebant. & dei beniuolentiam precabantur. Hinc ad sepeliendum regem operam contulere. Nichil autem

munificentie premisit archelaus. sed omnem ornatum regium contulit in pompa funeris ducendum. Lectus quippe in quo cadaver exanime iacebat, totus erat auro gemmisque distinctus. thorus autem purpura stratus. corpusque velatum purpura. capiti autem diadema et corona imposita. sceptrumque ad dexteram. et circa lectum filii cum propinquis. post hos satellites agminaque thracum. germanique et galathe velut ad bellum instructi omnes antecedebant. cetera vero militum manus armata ducibus suis ordinumque principes sequebantur. Quingenti autem servi ac liberti odores ferebant. Corpus autem per ducenta stadia portatum est in castellum herodium. ibique secundum ipsius regis mandata sepultum est. Et herodis quidem hic finis fuit.

INCIP. LIB. II. DE IVDAICO B.

TVRBARVM AVTEM novarum principium fuit archelao romam proficiscendi necessitas. Diebus enim vii in lugendo patre consumptis. epulisque feralibus plurime populo exhibitis. hic enim mos apud iudeos necessario multos ad inopiam redegit. ita quod hunc morem neglexerit impius apud eos estimatur. Candida quoque veste indutus processit ad templum. ibique variis favoribus exceptus a plebe. ipse quoque in excelso tribunali solioque aureo residens. humanissime vulgus admisit. eisque et quod sepulturam patris benigne curavissent gratias egit. et quod sibi quasi certo iam regi magnos honores exhibuissent. Verum se tamen ait non solum potestate interim. sed et ipso regis nomine velle abstinere. donec a cesare sibi firmata fuerit successio. quod in testamento patris omnium dominus esse constitutus. Ideo se et apud iericunta voluntati exercitus restitisse. cum sibi diadema vellent imponere. Ceterum alacritate ac benivolentia eque militibus et populo plenam se vicissitudinem relaturum. studiumque sibi fore ut erga illos rebus omnibus patre melior appareret. His gavisa multitudo statim eius mentem magnis petitionibus temptare cepit. et alii tributa levigari. alii vectigalia tolli. quidam custodias solvi acclamabant. Cunctis autem postulatis in gratiam populi facile annuebat archelaus. Deinde celebratis hostiis. cum amicis erat in epulis. Circa autem post meridiem subito congregati non pauci. novarum rerum studiosi. ubi communis luctus de rege cessavit. propria lamenta susceperunt. flentes eorum casum quos propter abscisam ex porta templi auream aquilam herodes morte dampnaverat. Dolor autem non occultus erat. sed clarissimis questibus fletuque multo et planctu civitas personabat virorum causa videlicet quos pro templo ac legibus patriis interisse dicebant. Eorum autem mortis penas ab illis quos herodes eorum pecunia ditasset repetendas esse clamitabant. ac primum quem herodes pontificem constituerat reiciendum. atque alium pietate prestantem magisque purum ordinari debere. Quibus et si movebatur ad ultionem archelaus. tamen eum itineris festinatio continebat. metuens ne si multitudinem sibi reddidisset inimicam. mora eum impediretur. Quam ob rem monendo magis quam violentia sedare eos turbatos. misso magistro militum ut quiescerent eos rogabat. Sed illum seditionis auctores ubi ad templum venit priusquam verbum faceret lapidibus perturbarunt. et alios post eum ab archelao mulcendi gratia missos iracunde omnia responderunt. neque si numero aucti fuissent ociosi fore videbantur. Itaque instante azimorum festo die quod pascha vocatur. plurima victimarum copia erat. infinita enim ad templum ex agris multitudo religionis causa confluxerat. Cum autem illi qui sophistas lugebant in fano consisterent. nutrimenta seditionis querentes. timens archelaus ne omnem populum morbus iste corrumperet. cohortem militum et chiliarchum illuc dirigit. qui seditionis principes comprehenderent. Contra quos omne vulgus excitatum. multos lapidum ictibus interfecit. Chiliarchus vero saucius vix elabitur. et illi quidem statim velut nichil mali factum esset: ad celebranda sacra conversi sunt. Archelao autem iam non sine cede multitudo comprimi videbatur. Qua ob rem totum exercitum illis inmisit. et pedites simul omnes per civitatem. equitesque per campum sacrificiis occupatos singulos invadunt. et prope ad tria milia occidunt. reliquos vero per vicinos montes disiecerunt. Precones autem iussu archelai complebant. et unumquemque ut domum recederet ammonendo. Itaque cuncti neglecta die festivitatis abierunt. Archelaus autem cum matre. necnon et popla ptholomeo. et nicolao amicis ad mare descendit. relicto philippo fratre procuratore et rerum familiarium curatore. Una vero egressa est cum filiis salome. fratrisque regis specie quidem velut archelao ad optinendam successionem adiumento futuri. certa vero causa ea que contra leges in templo fuerant admissa relaturi. Interea fit illi obviam sabinus syrie procurator ad iudeam veniens ad custodiendas pecunias herodis. Quem ultius progredi inhibuit. multis precibus archelai accitus intercedente ptholomeo. Sabinus autem ob gratiam varri non est progressus. neque thesauros patrie pecunie clausit archelao. sed usque ad cognitionem cesaris se ociosum manere pollicitus est. et apud cesaream morabatur. Postea cum antiochiam varrus redisset. et archelaus romam navigasset. mature profectus in hierosolima. regiam custodia obtinuit. et principibus terreque dispensatoribus evocatis. rationes pecuniarum discutere conabatur. et arcem occupare temptabat. Non tamen immemores erant custodes preceptorum archelai. sed in observando singula queque perseverabant. Antipas quoque cum fratre archelao de regno certabat. superius herodis testamentum firmius esse dicens. in quo rex ipse fuerat inscriptus. eique tam salome quam multi alii cognati in hoc suffragabantur. Habebat autem secum fratrem nicolai ptholomeum et hyreneum oratorem in quibus multum confidebat. Verum et eos qui se monebant ut archelao propter etatis meritum et secundi testamenti scripto cederet: audiendos esse non censuit. Rome quoque navigaverunt ad eum cunctorum studia propinquorum qui odio habebant archelaum. quique precipue liberi suique iuris esse cupiebant. et aut romano magistratui subiacere. aut si impetrare hoc non possent antipa rege magis quam archelaum here. Sabinus quoque per epistolas archelaum accusaverat apud cesarem. et antipam multum laudaverat. Itaque salome et ceteri qui cum ea sentiebant cuncta in templo gesta cesari retulerunt. Post hec archelaus gestorum suorum perscripta capitula. per quem anulum ptholomeum rationesque amministrationis transmisit ad cesarem. Cesar autem secum premeditatus ea que ab utrisque partibus dicebantur. regni quoque magnitudinem multitudinemque reddituum animadvertit. atque insuper herodis familiam numerosam. et perlectis varri ac sabini litteris. optimates romanorum ad concilium vocat. In quo concilio tunc primum ex agrippa quoque ac filia sua natum gaium sedere iussit filium adoptivum. atque utrisque partibus dicendi copiam dedit. Ibi tunc primum antipater filius salome cum esset acerrimus orator contra archelaum accusationem proposuit. insimulans archelaum quod prius quam verbis videretur de regno contendere. re autem vera iam dudum esse rex effectus. et apud aures cesaris non cavillaret. quem iudicem successionis non expectasset. Nam post herodis mortem quibusdam persuasisse ut diadema sibi imponerent. et regis more in solio residentem ordines milicie permutasse. et passim condonasse promotiones. et insuper annuisse omnia populo que velut a rege impetranda petivissent. et maximorum reos criminum quos pater suus vinxerat absolvisse. et hec cum fecisset. modo regni umbram a cesare postulaturus venisse. cum sibi corpus ipse rapuisset. ut non rerum sed vocabulorum dominum cesarem demonstraret. Ad hec ei obiciebat quod luctum patris simularet. cum in medium quidem personam componeret. in nocte vero ad comessationes et potationes vacaret. Cum autem orationis suo viros multitudine eorum qui circa templum cesi fuerant astruebat: Hos enim ad festum diem venisse dicebat. et ad hostias quas ipsi mactaverant crudeliter esse iugulatos. tantumque in templo funerum esse congestum. quantum nullum bellum alienigenis illatum implacabile congessisset. Itaque huius crudelitatis herodem perspecto ne spe quidem regni umquam eum dignum esse visum. nisi cum sane minus mentis erat ad decertandum egrotare quam corpore. et quo in secundo testamento successorem scriberet ignorabat. presertim quod priore testamento scriptum accusare nil posset: quem incolumi corpore animoque mente prestanti fecisset. Ut tamen quis firmius esse ponat morbo laborantis arbitrium ipsius se archelaum abdicasse regia dignitate multis contra leges ausis. Nam qualem fore si acciperet a cesare principatum. quem antequam acciperet tantum populum peremisset. Multa in hunc modum prosecutus antipater multis ex numero circumstantium propinquorum in singula crimina testibus exhibitis peroravit. Surrexit autem nicolaus defensor archelai. et ante omnia cedem in templo necessario factam esse perdocuit. Nam de quorum nece archelaus argueretur. non solum regni sed et ipsius cesaris hostes fuisse. aliorum autem criminum suasores adversarios demonstravit. Secundum vero testamentum idcirco ratum manere debere. quod herodes successoris sui firmatorem cesarem constituisset. Nam quantum sapientem rerum domino potestas succederet. nec umquam in herodis errasse iudicio si sano in corde quem constituisset elegisse. quia per quem constituendum esset non ignoravit. Cum autem omnibus expositis et nicolaus perorasset: archelaus in medium progressus ad genua cesaris provolutus est. Quo benigne a cesare elevato. quod paterna quidem successione dignus esset ostendit. certi vero nichil pronunciavit. Sed illo die dimisso concilio. secum ipse de his deliberabat. utrum ex his quos in testamento continerentur aliquem regni oporteret constituere successorem. an tote familie distribui principatum. Multitudo enim sub romano principe degere optabat. Sed antequam de his quicquam statueret a cesare. mater archelai morbo correpta moritur. Sabinus autem procurator syrie in hierosolimis causas novarum rerum iudeis prebuit. modo enim custodibus ut arces sibi traderent adhibendo. nunc maligne pecunias regis exquirendo. Non autem solis militibus avaritie relictis fretus erat. sed et servorum suorum multitudine. quos et omnes armatos avaritie ministros habebat. Facto autem die quinquagesimo que pentecostes a iudeis vocatur. populum non religionis sollempnitas. sed indignatio congregavit. Denique convenit infinita multitudo ex galilea et ydumea. et iericunte. et ex regionibus ultra iordanem positis facta est cum indigena ex ipsa civitate populus iudeorum. et numero et alacritate prestaret. et tripertita manu tria castra collocaverunt. unum in septentrionali regione templi. alterum in meridiana ypodromum usque. tertium in occiduo propter regiam romanorum circumfusos undique obsidebant. Sabinus vero multitudinem eorum spiritusque perterritus. crebris nunciis varrum precabat. utque maturo posset ferre auxilium quasi laturanda cohorte si quid more interveniret. Ipse autem sabinus in altissima castelli turrim que ex cognomine fratris herodis faselus vocabatur evadit. et inde militibus cohortis ut in hostes irruerent signum dabat. nam pre timore nullus eorum qui secum erant descendere audebat. Cum autem precepto obedientes milites in templum irruunt. vehementique cum iudeis pugna confligunt. Itaque cum nemo desuper adiuvaret. imperitos belli peritia superabant. Postea vero quam multi iudei porticibus occupatis a vertice sagittis eos appetebant. plurimique conterebantur. et neque ex alto iaculantes ulcisci facile poterant. neque comminus pugnantes ferebant. Ab utrisque tamen afflicti succendunt porticus opera magnitudine atque ornatu mirabilia. et ibi subito comprehensi multi. aut a se ipsis consumebantur. aut in hostes desilientes occidebantur. Alii retrorsum cadentes precipitabantur ex muro. non nulli desperata salute incendii periculum suis gladiis preveniebant. Qui tamen ex menibus obrependo in romanos fecissent impetum inmeditato. nullo negocio subigebantur. Donec omnibus aut interemptis aut timore deiectis. thesauro dei defensoribus destituto manus milites attulerint. et xl ex eo talenta diripuerint. Quorum quod furto sublatum non est congregavit sabinus. At iudeos multo plures magisque pugnantes. tam virorum quam opum interitus in romanos obsessaque his contraxit. et minitabantur exicium nisi quam primum inde secederent. et sabino si vellet una cum cohorte militum abeundi copiam pollicentes. Quibus regalium plurimi opitulabantur. qui ad eos sponte confugerant. Pars tamen sebastenorum tria milia bellicosior erat. hisque rufus et gratus prepositi. unus peditum rector. alter vero equitum. Quorum utrique in corporis atque prudentia et simul tam manum obedientem haberent. magnum tamen momentum belli romanis addidissent. Itaque iudei instare obsidioni. simul et castelli menia temptantes. et ad sabinum clamantes ut nullo impediente discederet habitos post tantum tempus patria liberet. Sabinus autem quamvis optaret evadere. fidem tamen iudeorum pollicitationibus non habebat. et eorum lenitatem insidiarum esse illecebram suspicabatur. simulque a varro auxilium sperans. obsidionis periculum perferebat. Varrus autem acceptis sabini litteris. et toti cohorti metuens. opem his ferre properabat. Itaque cum duabus reliquis cohortibus et iiii alis equitum in ptholomaida profectus. illi regum atque optimatum auxilia convenire iussit. At hec aberethus cum prope transiret oppidum. mille et quingentos sibi armatos. Ubi vero in ptholomaida tota cetera manus auxiliatorum que pervenit herodis inimicicias aretha rex arabum non cum exiguo numero equitum peditumque pervenit. statim exercitus parte in galileam que ptholomaide propinqua erat dirigit. amicum sui gallum filio his rectore proposito. Qui mox et adversos prius retardat in fuga vertit. et sefforam civitatem capta ipsa quidem incendit. incolas vero eius servicio subiugavit. Varrus autem cum omni exercitu samariam veniens. a civitate quidem abstinuit. quod nichil sediciosum eam movisse deprehendit. et castris ad vicum positis qui appellatur arun. audivit ptholomei possessionem direptam a barbaris et ab amicis herodis eo quod illi infensi essent.

c8.

et inde ad fastum altum iterum vicinum vicissimum progreditur quod similiter
barbari fuerant depopulati. Cedis autem ignisque plena erant omnia.
necem pro de barbarorum quisque obstabat. Exusta est autem emmaus iussu varri
necem suorum vindice feritatis, habitatoribus eius fuga dispersis. Hinc pro
gressus ad hierosolima cum exercitu, solo visu iudeorum castra disiecit.
Qui in intra civitatem degebant
et alii quidem per agros abiere fugientes. Qui vero intra civitatem degebant
suscepto eo sedicionis causas in alios conferebant. nichil se penitus quidem
movisse dicentes. sed propter diem festum recepta necessario multitudine
in civitate obsessos esse potius cum romanis quam cum dissidentibus esse pri
masse. Ante vero obviam ei venerant iosephus archelai consobrinus. et
gratus et rufus ducentes regium exercitum. et sebastenos et ex roma
na cohorte milites ornatos habitu consueto. Sabinus vero in faciem
varri venire non ausus, iam dudum ex civitate ad mare discesserat.
Varrus autem dispertitum ad vicos auctores tumultuum per agros di
misit exercitum, multisque sibi exhibitis quos minus turbulentos in
venisset custodie tradidit. et maxime nocentium propemodum ad duo milia
crucifixit. Adhuc autem nunciato circa ydumeam super decem milia ar
matorum, confestim arabas domum abire iubet, quia eos non auxili
antium more ut milicia perspexit, sed pro sua libidine super quam vellet
agros vastarent. et suis agminibus comitatur in adversarios properabat.
Verum illi se varro prius quam ad manus venirent accitabi consilio tradiderunt.
Varrus autem multitudini venia data, duces eius interrogando misit ad
cesarem. Ille autem cum ignovisset ceteris, non nullos cognatos herodis
qui inter eos erant supplicio subiugari precepit, quod contra regem suum
arma sumpsissent. Varrus ergo hoc modo rebus apud hierosolimam
compositis eadem que cohorte quam dudum in presidio civitatis fuerat ibi
relicta antiochiam abiit. Rome autem archelao alia rursus cum iudeis
causa conflata est. qui permissu illuc venerant ius genti sue liberum
petituri. Erant autem numero l. qui venerant, astantibus una ex populo
qui rome degebant octo milibus iudeorum. Itaque convocato a cesare
optimatum romanorum amicorumque concilio in palatium apollinis templum
quod privatum ipsius erat edificium admirandis opibus exornatum.
multitudo iudeorum constitit cum legatis, contraque archelaus cum amicis.
Cognatorum autem amici ab utraque parte segregati aderant. Nam cum
archelao stare propter odium ac invidia recusabant. et cum accusatoribus
conspici pudore cesaris prohibebantur. Inter quos et erat philippus ar
chelai frater, benivolo animo ex duabus causis illuc a varro directus.
ut et archelao subveniret. et si regnum herodis nepotibus eius di
stribui placuisset: ipse partem aliquam mereretur. Iudei ergo coram ce
sare archelaum crudelissimum esse dicebant qui multos in die fe
sto in templo trucidaverit, et non solum eius corpora subiectorum
torminis lacerasse. sed et gentis sue civitatibus deformatis. exte
ras ornavisse, ipsisque alienis iudee sanguinem condonasse. Pro
antiqua vero felicitate ac patriis legibus nationem suam tanta
egestate simul ab eo atque iniquitate repletam. ut pristinis plures
ab ipso et herode patre eius clades paucis annis sustinue
rint quam omni evo maiores sui postquam ex babilone discessere perpes
si sunt. Verum se tamen ad hanc mediocritatem et adverse fortune
consuetudinem processisse. ut et successionis acerbissimam feri
tatis subirent. qui archelaum tanti tyranni filium patre mortuo
nichil morati regem appellassent. et una cum eo luxissent mortem
patris. ac pro eius successore vota celebrassent. Iste autem quasi metu
eret ne non certe eius filius tyrannidis videretur ex cede trium milium
civium regni sumpsisse primordia. tot immolavit deo hominum vi
ctimas. quot festo die templum cadaveribus implevit. Recte ergo eos
qui de tantis malis superessent aliquando respicere calamitates suas. et
belli lege cupere vulneribus excipiendis ora prebere. atque romanos pre
cari. ut iudee reliquias misericordia dignas existimarent. neve quod
ea natione restaret his subiceret a quibus crudelissime lacerabatur.
sed patriam suam coniungi syrie finibus: ac per romanos iudices regi.
Hoc etenim modo probaturum scire iudeos. qui nunc veluti turbulenti ac
belli cupidi reprehenduntur moderatis rectoribus obedire. Iudeorum
quidem accusatio eiusmodi peticione conclusa est. Cum autem surrexisset
econtra nicolaus primum criminibus que in reges erant proposita dissolu
tis, nationem iudeorum cepit arguere. quia neque gubernari facilis esset natura
que regibus vix pareret. Vitia vero et propinquos archelai qui se ad
accusatores contulerant insimulabat. Cesar autem partibus auditis
conventum dirimit. Paucis autem diebus transactis. mediam regni partem
archelao sub ethnarche nomine dedit. et cum et se regem facere
pollicebatur si se dignum praeberet. reliquam vero dimidiam partem in duas
tetrarchias divisit: duobus filiis herodis attribuit. unam philip
po alteram illi qui cum archelao de regno certaverat. Huic et parti
cesserat trans flumen regio. et galilea quarum erant ducenta talenta redditus erant.
Philippo vero batanea et traconitidis et auranitidis, et quedam
partes domus zenodori destinata erant. que talentorum c. reditum
ministrabant. Archelai autem ethnarchia ydumea et omnis iudea
et samaria fiebat quarta tributorum parte pro munere levigata, quia
cum ceteris rebellasset. ac civitates quibus imperaret ei tradite
sunt. stratonis turris, et sebaste, et ioppe, et hierosolima. Erant
autem reditus archelai quadringenta talenta. Grecas autem civitates gaza
et gadara regno avulsas cesar syrie coniunxit. Salomen quoque
sororem herodis preter illa que testamento fratris ei relicta fuerant. cesar
constituit dominam iamnie et azoti, et faselidis. regiaque apud ascalonam
largitus est ex quibus omnibus talenta lx. colligebantur. Domus vero
eius subiugavit ethnarchie archelai. Cum autem ceteris quoque propinquis
herodis testamenti scripta solvisset. duas eius filias virgines extra se
quinquaginta milibus denariis donavit, easque in matrimonium filiis pherore collo
cavit. Omisso autem herodis patrimonio. et sibi ab eo relictas facultates
ad mille talenta hisdem distribuit. exceptis paucis vilissimis rebus quas
ob honorem defuncti sibi retinuit. Interea quidam iuvenis natione iu
deus apud quendam libertinum romanorum in sydoniorum oppido educatus.
alexandrum se esse forme similitudine filium herodis quem ille
necaverat finxit. et spe fallendi mentitus romam venit. Huius autem
decepcionis socium habebat quendam sui generis omnis regni acta
optime scientem. A quo instructus affirmabat eorum se misericordia
qui ad se occidendum missi fuerant morte esse abreptos. His ubi
multos iudeos in creta degentes fefellerat ac liberaliter illic
susceptus. et ad melium inde transmissus, ibique ampliore
questu cumulatur. et hospites suos magna veri similitudine ro
mam secum navigare pellexerat. Postremo delatus inde achaiam.
multis muneribus a iudeis eius loci donatur quasi rex a paternis amicis
deducebatur. Ad hoc etiam fidem prestiterat forme similitudo. ut qui
illum alexandrum viderant. hunc eum esse iurarent. Igitur omnis
rome visendi eius studio circumfusi properabant et infinita multi
tudo per vicorum angustias quacumque ferebatur conveniebat. Tanta
namque dementia multos ceperat. ut illum in sella portarent. ac

regale obsequium propriis ei sumptibus exhiberent. Sed cesar
alexandri vultum optime sciens. accusatum non ab eo cum fuerat ab herode
et priusquam videret hominem fallaciam similitudinis animadvertit.
Hylarori tamen animis spe non nichil indulgendo putavit. sed celadum
quendam qui alexandrum bene cognoverat misit ut adolescentem
ad se perduceret. Quo ille conspecto. statim persone differentiam
contractura deprehendit. et maxime ubi corporis eius duritiam et ser
vile formam consideravit, intellexit omne commentum. et satis com
motus est dicentis eius audacia. Nam de aristobolo fratre eius per con
tantibus salvum quidem illum esse memorabat. consulto vero non
adesse. et apud cyprum degere cavendo insidias. Itaque iaduos
ab aliis eum separans dixit ei vitam a cesare premium fore. si tan
te fraudis prodidisset auctorem. Ille autem hoc se facturum polli
citus ad cesarem ingreditur. et statim iudeum illum indicat sui com
menti auctorem, et quantas pecunias a civitatibus accepisset. Risit
de his cesar, et falsum alexandrum propter magnitudinem corporis
remigum numero preposuit, suasorem vero eius interfici iussit. Arche
laus ergo ethnarchia suscepta. memor superioris discordie.
non solum iudeis sed et samaritensibus crudeliter abusus est. nonoque
sui principatus anno. legatis contra se ab utrisque ad cesarem missis.
ipse quidem in exilium trudi et viennam gallie civitatem. patrimo
nium vero eius thesauris cesaris mancipatur. Qui quidem prius quam
evocaretur ad cesarem. huiusmodi somnium se vidisse narravit.
Visum namque sibi dicebat novem aristas plenas et maximas a
bubus comedi. Cumque accitos vates chaldeorum quid non nullos quid in
illo somnio putarent significari consuluit. Aliis autem aliter inter
pretantibus: symon quidam esseus genere dixit aristas annos arbitrari,
et boves rerum mutationes eo quod agros arando verterent ac muta
rent. ideoque illum regnaturum esse tot annos quot fuisset numerus
aristarum. et varias rerum mutationes expertum esse moriturum.
His auditis. post quinque dies inde archelaus ad rationem reddendam
est evocatus ad cesarem, et post hec statim in exilium missus est. Finibus
autem eius in provincia syrie circumscriptis, procurator equitum apud romanos
coponius missus est. ad hec procuranda a cesare. Hoc tibi de cer
tantibus galileus quidam nomine symon defectionis arguebatur qui
indigenas increparet. si tributum romanis dare paterentur. duosque
post deum ferre mortales. Erat autem proprie secte sophista. nulla
in re similis aliis. Est enim apud iudeos tria sunt genera philosophie.
Horum unum pharisei profitentur. alterum saducei. tercium vero quod probabilius
esse videtur esseni colunt. Distant autem ab aliis opinione cingi.
Maximam siquidem vite hominum partem successione sed eos ampu
tare qui nuptiis abstinent arbitrantur. quippe si in eandem velint
ire sententiam. defecturum confestim genus humanum fore. Nichi
lominus tamen ipsi cum tanta moderatione conveniunt. ut per triennium ex
plorent valitudinem feminarum. Et si constanti purgatione appa
ruerint ydonee partui. tunc demum eas in matrimonium asciscunt:
Nemo tamen eorum cum pregnante concumbit: ut ostendant quia non
voluptatibus nuptias. sed causa ineunt liberorum. Lavantur autem
feminis tecta veste, viris perizomatum in est amictus. et tales sunt mores
huius collectionis. Pharisei autem certiore legalium rituum noticia
profitentur. Et quidem vel agere quod iusta sunt. vel negligere secundum ma
iore parte esse in hominibus profitentur. animam autem quidem omnem
incorruptam esse. transire autem in aliud corpus solas bonorum. improborum autem
intolerabili supplicio cruciari. Porro saducei id est secta collecta
deum extra omnem patrationem mali et inspectionemque constituunt:
Aiunt autem electioni hominum vel bonum vel malum esse propositum, et
secundum voluntatem propriam alterutrum unumquemque coniungi. Animarum
autem generaliter vel supplicia, vel honores denegant. Pharisei inter se
sociabiles sunt. et mutua dilectione conniventi. saducei vero et inter se
moribus discrepant, et conversatio eorum tam circa sodales, ut circa ex

Regno ergo archelai in ordinem iam provincie [R]etros inhumana, et
redacto, reliqui id est philippus et herodes qui cognominabatur anti
pas tetrarchias suas regebant. Salome autem moriens iulie au
gusti coniugi quam rexerat. et iamniam. et palmiram testamento re
liquit. Delatum est ergo romanum imperium ad tyberium iulie filium
post mortem augusti. qui prefuit rebus annis vii. et l. mensibus vi. duobus
diebus. Philippus autem tetrarcha iuxta fontes illos de quibus iordanis
flumen exoritur: in paniada condidit civitatem. quam cesaream vocavit.
aliamque in inferiori gaulanitide. quam iuliada nominavit. Missus
autem a tyberio in iudeam pilatus ad curandam provinciam intempesta
nocte opertas in hierosolima intulit ymagines cesaris. Que res
post tridie grandem inter iudeos suscitavit tumultum. Nam qui ad
erant stupore permoti sunt. quasi iam profanatas leges suas vide
rent. Nullum etenim fas esse dicunt collocari in urbe simulachrum.
Ad querelam autem eorum qui in civitate erant subito de agris multitu
do confluxit. Cunctis autem illico ad cesaream pilatum instantissime
precabantur ut ab hierosolimis auferret ymagines et eis patria
iura servarent. Pilato autem abnuente circa domum eius proni cor
ruerunt. et immobiles ibi continuis quinque diebus et noctibus man
serunt. Pilatus ergo tribunal ascendens convocatam multitudinem iu
deorum. quasi eis vellet dare responsum. Subito vero milites sicut
erant a pilato premoniti signo accepto armati circumsteterant
iudeos triplici acie. et iudei stuporis erant pleni videntes in spera
ta rerum facie. Et pilatus denuncians se omnes esse trucidaturum
nisi ymagines cesaris suscepissent: annuit militibus ut educerent
gladios. Iudei autem quasi ex uno consilio. universi subito corruerunt.
et cervices nudatas ad excipiendos ictus pararunt. vociferantes uni
versos se magis interfici velle. quam legem destrui. Et pilatus stupidus
populi circa religionem miratus, confestim de hierosolimis statuas iussit
auferri. et statim alia concitatione commovebat. Est apud iudeos
sacer thesaurus quem corbanan nominant. Hunc pilatus ad inductio
nem aquarum iussit expendere. Erat autem aqua inducenda a sta
diis ccc. Ad hec vulgo oriebantur querele. ita ut et pilati tribunal
cum clamore circumdarent. Ipse autem providens eorum tumultum populo
permiscuit armatos milites qui privatorum vestibus erant induti. prece
pitque ut gladiis quidem non uterentur. fustibus autem clamantes ferirent.
Sic compositis rebus dato signo e tribunali confestim cedebantur iudei.
Quorum multi quidem plagis. multi vero se invicem trudentes in fugam.
misera conculcatione perierunt. Ob hec accusator herodis tetrarche
agrippa fuit filius aristobuli quem pater herodes interfecerat. venies
ad tyberium. Illo autem non suscipiente accusatione, remanens rome
aliquorum potentium noticias ambiebat. Maxime ergo obsequiis
colebat gaium germanici filium. cum adhuc esset privatus. Quodam
etenim die inter copiosum epularum apparatum. agrippa extensis manibus
aperte cepit deum precari. mortuo celeriter tyberio. illum cunctorum dominum
deri. Hoc cum quidam de familiaribus eius tyberio nunciasset. statim

184

alligari iussit agrippam. Qui et sub grandi erumna usque ad mortem tyberii in carcere per menses .vi. tenebatur. Defuncto autem tyberio post regnum annorum .xx. trium. et dierum trium. succedens in imperium gaius cesar. absoluit agrippam de uinculis. et techrarchiam philippi qui iam obierat ei tradidit. regemque appellauit. Cum autem uenisset in regnum agrippa qui et herodes uocabatur. techrarchie herodis eum prosperitatis inuidia suscitauit. Incitabat autem eum maxime in spe prosperitatis regum herodiadis uxor eius que erat soror agrippe. exprobrans ei socordiam et dicens. quia propterea quod nollet ad cesarem nauigare, maiore potestate careret. Nam cum cesar agrippam ex priuato regem fecisset. quomodo dubitaret illum ex techrarchia eodem honore donare. His uerbis incitatus herodes. uenit ad gaium. A quo ob auariciam uehementer increpatus ad hyspaniam fugit. sicut quippe fuerat accusator agrippa. Cuius techrarchiam gaius cesar agrippe adiecit. atque ita herode in hyspaniam exiliato uxor eius eum secuta est. Gaius uero cesar tantam contumeliose abusus est fortuna. ut et deum se putaret. et uellet uocari. et patriam suam multorum nobilium cede uiolauit. Extendit et impietatem suam in iudeam. Petronium denique cum exercitu hierosolimam direxit. precipiens ut in templo statuas eius locaret. quas nisi susciperent iudei. contradicentes ex eis interficeret. reliquam uero multitudinem captiuaret. Permouebat autem hoc profecto deum. Petronius igitur cum tribus cohortibus multisque de syria auxiliatoribus properabat in iudeam de antiochia. Iudeorum autem quidam non credebant fame plurimi nunciantium. Celeriter ergo omnis inuasit metus. nam ptholomaida iam peruenerat exercitus. Est autem hec ciuitas ptholomaida in litore magno galilee posita. Circumdatur autem montibus ab orientali plaga per .lx. stadia disparatis et ad galileam pertinentibus: a meridiana uero parte carmelo qui abest stadiis .c.xx. a septentrionali uero parte monte qui est altissimus quem incole uocant scalam tyriorum. et distat a ciuitate stadiis .c. Abeade autem urbe ptholomaida quasi duobus stadiis preterlabitur fluuiolus quo beleum uocatur perexiguus. cum prope est sepulchrum memnonis. huius iuxta se locum centum fere cubitorum spacium continentem. sed ammiratione dignissimum. Est et species uallis rotunde. uitream emittens ex se arenam. Quam cum exhauserint multe naues pariter accedentes locus idem rursus impletur. Uenti siquidem quasi de industria opera efferunt illuc de circumstantibus supercilius arenam. ista itaque communem. Locus autem metalli statim in uitrum mutat arenam quam susceperit. Mirabile quoque in illud uidetur. quod iam arena confusa in uitrum quecumque pars de uitro super margines loci illius fuerit electa in commune arena denuo conuertatur. Illuc ergo ubi hec ciuitas ptholomaidis sita est. iudei cum mulieribus et filiis in campum collecti petronio supplicabant pro suo statu. Ille autem ob multitudinem precantium flexus. exercitum et statuas in ptholomaide reliquit. procedensque in galilea et conuocans in tyberiade tam populum iudeorum quam omnes eorum nobiles. uim romani exercitus cepit exponere. et minas cesaris. his addens quam contumeliosa esset supplicatio iudeorum. cum omnis siquidem gentes que parerent romano imperio in suis urbibus inter reliquos deos ymagines quoque cesaris locauissent. et illi soli hoc renuerent. Iudeis uero contra hec legem moresque patrios obicientibus. et quia ne dei quidem simulachrum non solum in templo sed neque in profano aliquo loco sibi fas esset locare. arripiens dictum petronius respondit. Sed et mihi seruanda est domini mei lex. quippe si eam transgrediar nobis parcens. magnam ad uisionem subibo. Inpugnabit sane uos non petronius. sed ille a quo sum directus. sed et ego uos cogar implere. que iussa sunt. Ad hoc tota multitudo unanimiter succlamauit ante legis temerationem libenter se subire omnino perire. Sedato autem eorum clamore. petronius ait. Pugnare ergo aduersus cesarem estis parati. Responderunt iudei. Pro cesare quidem et populo romano nobis semper in dies singulos offerre sacrificia usus est. Si autem in templo estimet ymagines collocandas. debere eum primitus totam gentem iudeorum interficere. prebere se quippe iugulos cum mulieribus et paruulis ei qui interficere uoluisset. Ad hec ammiratio petronium misericordiaque peruasit. intuentem insuperabilem religionem uirorum. et tantum uulgus ad mortem constanter paratum. Et tunc quidem infectis omnibus recessere. Postridie autem summates eorum priuatim uiritimque compellans. populum quoque publice alloquens. quasi consulens ammonebat. interdum et minabatur extollens uirtutem romanam et indignationem cesaris. inter hec et suam necessitatem. cui certe excequenda preceptа. Sed illis ad nulla horum exempla cedentibus. cum uideret et sementem regionis incipi. ipsum quidem anni tempus erat et l. pene continuis diebus multitudo ociosa in urbe morabatur. ad ultimum conuocatis omnibus dixit se et periculosam ire uelle aggredi. Aut enim inquit deo cooperante placabo cesarem. ac uobiscum saluabor libenter. aut illum motione irritabo pro tanta multitudine impendendo animam meam. Ita petronius dimissis turbis et multa pro eo uota facientibus: antiochiam ab ptholomaida reduxit exercitum. atque illic nuncius ad cesarem missis retulit quo apparatu in iudeam irruisset. et quod gens tota supplicasset. quibus si annuendum non putaret. nosset cum uiris et prouinciam esse perdendam. His epistolis respondit gaius immodice comminans mortem petronio. quod iussionum suarum segnis executor fuisset. Sed talium scriptorum uectores contigit per tres continuos menses aduersa tempestate retineri. et alii mortem gaii cesaris nunciantes. prospere ad petronium nauigauerunt. Denique ante uii et xx. dies epistolas petronio portabant. Gaio autem per dolum necato qui regnauerat annis tribus et mensibus .vi. rapitur in regnum ab exercitu claudius. Senatus uero cum consulibus: ignatio. satino. et pomponio scdo. mandauit tribus urbanis legionibus: ut presidio esset ciuitati. et ipse senatus cum consulibus in capitolium uenit. ac propter immanitatem gaii bellum agi cum claudio decernebat. uolens imperium ad optimates reducere. ut sic olim fuerant ad regendum dignissimi eligerentur. Accidit autem ut agrippa rex qui et herodes a iudea aduenirет. Quem cum et senatus in concilium. et in castra claudius euocasset: ut sit eo strenuo adiutore in quibus res posceret uterentur. Agrippa uero uidens claudium iam esse opibus cesarem, ad eum prius accessit. Quem ille ilico legatum ad senatum misit. indicantem sui propositum. quoniam primo quidem inuitus ad imperium ab exercitu raptus sit. et iniquum esse similitum erga se studia tam religiosa desereret. immo iam non tutam esse suam fortunam. Iam etiam administrationem satis fore quod sit in regnum uocatus. Deum administraturum reparatum esse in rem publicam non ut aliquis tyrannus. sed ut prepositus benignus. et sufficere sibi quidem honorem nominis. de singulis autem negociis commune omnium stare sententiam. Nam et si non natus esset modestus. locuplex tamen exemplum haberet in morte gaii admoderanda potestate. Que uerba cum agrippa ad senatum retulisset. respondit curia quasi exercitum et bonis consiliis confideret. nolle se ultro

subire uoluntariam seruitutem. Accepto autem hoc responso claudius rursus remisit agrippam ad senatum nuncians eis quoniam non posset adduci ut eos proderet. quorum concessum imperium esse asserit et inuitum se inuiturum esse pugnam aduersus eos cum quibus confligere nimium uellet. Proinde eligendum esse extra ciuitatem locum in quo confligerent. Neque enim scium esse propter illorum peruersitatem patriam ciuili cede fedari. Agrippa autem ista senatui nunciauit. Inter hec autem unus de his militibus qui in senatu erant educens gladium dixit ad commilitones. Quibus causis perturbati parricidia perpetrare cupimus. et concurrere aduersus propinquos nostros claudium secutos. maxime cum habeamus imperatorem quem in nullo culpare possumus. et ad quem cum iussis magis allegati omnibus quam cum armis egredi debeamus. Hec dicens per media egressus est curia. omnibus se militibus secutis. Hoc exemplo optimates deserti. in magno metu esse ceperunt. ac deinceps uidentes sed ad uisionem tutam non esse. milites secuti ad claudium transierunt. Occurrerunt autem eis plurimi nudatos gladios ferentes hi qui fortune regis ambiciosius adulabantur. et pene accidit ut primi quique interficerentur. antequam militum impetum cesar agnosceret. nisi agrippa percurrens imminentis ei facinoris periculum nunciasset. dicens quoniam nisi coercuisset exercitum in sanguine ciuium furentem. confestim amissurus esset omnes per quos conspicuum esset imperium fieretque solitudinis imperator. Hec audiens claudius impetum militum continuit. et suscepit in castra aduenientem senatum. et in honore eos complexus. et cum eis statim egressus obtulit uictimas ut mos est pro imperio supplicari. Claudius post hec agrippam protinus remunerat. regno patrio ei adiciens et illa que augustus herodi donauerat. traconitidem. et auranitidem. et aliud quoque regnum quod lysanie uocabatur. Hanc donationem cesar agrippe coram populo firmauit. et patribus precepit ut hec incisa ereis tabulis in capitolio collocarent. Agrippe autem regum census maximus affluebat. Qua sane pecunia non ille in rebus exiguis abutebatur. sed talem murum in hierosolimis circumdare cepit. quem si potuisset perficere. inefficacem et inexpugnabilem romanis oppugnantibus effecisset. Sed antequam impleret opus decessit in cesarea cum regnasset annis tribus. Antea quoque cum techrarchia regeret. aliis tribus annis tenuerat potestatem. Reliquit autem filias tres de uxore sua cypris. beronicen. mariam. et drusillam. et filium paruulum equiuocum agrippam. Claudius autem cesar regnum eius in prouinciam redegit. inde tamen procuratione missis est. Post hec autem tyberius alexander gentem direxit. Herodes igitur qui regnabat in calcide moritur. relinquens de sorore sua beronice duos filios beronicianum et hyrcanum. de priore autem uxore marianne aristobolum. Post cuius obitum claudius agrippam filium agrippe in auunculi sui regno constituit. Alexandro autem tyberio cumanus successit ad regendam iudeam. sub quo oriri ceperunt tumultus. et denuo iudeos calamitas comprehendit. Conueniente quippe multitudine ad diem festum azimorum in hierosolimam legione romana stante super porticum templi armata: quippe milites semper custodiebant dies festos. ne qua conuenientes populi nouare auderent. Unus ergo e militibus reducens inter uestimentis inclinans posteriora sua obuertit ad faciem iudeorum. et ad hunc habitum uocem simulem emittens succlamauit. Ob hoc factum cepit multitudo contristari. ita ut circumstarent cumanum militem ad supplicium exigentes. Ex his autem inconsulta iuuenes. et quasi natura apti ad seditiones mouendas. in litem grauissimam prosiliebant et continuo saxa rapientes petebant milites. Et cumanus ueritus ne tota uulgi in eum impetus fieret. plures euocauit armatos. Qui cum certe porticibus immissi. metus grauis inuasit iudeos. et relicto templo fugere ceperunt. Tanta enim pro egressus de constipatione obstrictio facta est. ut mutua conculcatione super .xx. milia consumpta sint. Facta est autem uniuerse genti luctuosa festiuitas. et planctus per domos personabat. Successit uero huic calamitati latrocinantium tumultus. Iuxta bethoro quippe circa ascensum publicum stephanus quidam cesaris seruus supellectilem quandam uehebat. que ab irruentibus latronibus direpta est. Cumanus autem ad inquisitionem mittens eos qui in proximis uicis fuissent uinctos ad se adduci iussit. denuncians ut conquisitos latrones in uincula conicerent. Qua occasione quidam miles in uico aliquo libros sacre legis inueniens discissit atque combussit. Iudei ergo quasi totam religionem inflammatam uiderent. undique confluxerunt et uelut machinamento aliquo tracti ad superstitionis attractu omnes ad una euocatione ad cumanum cesarem currunt. precantes ut militem qui tantam contumeliam deo legique eius intulisset non relinqueret impunitum. Cumanus autem cum uideret multitudinem neque quietura nisi aliqua esset satisfactione sedata. adiudicatum militem per medium populum ad supplicium iussit adduci. sicque iudei placatis animis recesserunt. Denuo autem galileorum et samaritanorum conflictus excitatur. In uico autem quem geminas uocant qui est in medio campo samarie compositus. quidam galileus de numero iudeorum ad festiuitatem ascendens occiditur. Ad quod factum cum ex galilea regione concurreret ut cum samaritanis confligerent. Horum uero nobiliores conuenerunt ad cumanum rogantes ut antequam grauis calamitas oriretur in galileam transiret. et in eos qui auctores essent homicidii uindicaret. Cumanus autem his negociis que habebat in manibus postponens. illorum petitiones sine effectu eos remisit. Nunciato ergo homicidio hierosolimis omnis multitudo commota est. et relicta diei festiuitate in samariam uulgus impetum fecit. sine ullo duce nec cuiusquam preceptum suorum retinentes acquiescentes. Latrocinio autem eorum et tumultui quidam eleazarus dinei filius et alexander preerant. qui in confinibus regionis irruentes in acrabatenam uniuersam dedere cedi a nullius etatis excidio temperantes. et uicos pariter inflammantes. Cumanus uero hec audiens. adducta secum una ala equitum que uocatur sebastenorum. ut auxilio his esset qui uastabantur. Siquidem multos eorum qui eleazarum sequebantur comprehendit. plures quoque interfecit. Ad reliquam autem multitudinem que ad uastandos samaritanorum fines irruerant principes gentis de hierosolimis conuenerunt. operti ciliciis. et aspersis cinere capitibus precabantur ut ab incepto desisterent. ne propter excitandam in samaritanos ultionem ad hierosolimam principes romanos commouerent. misererentur patrie sue atque templi filiorumque suorum et coniugum. neque omnia pariter in discrimen adducerent. neque ob unius galilei uindictam cuncta dispenderent. His acquiescentes iudei. a negocio recesserunt. Multi autem pridem tempus in latrocinia conspirabant. nam uera insolentia solet crescere ex rebus quietis. Per omnem ergo regionem agebant rapinas. et audaces quique iam reliquis ingruebant. Et samaritanorum

primates ad Numidium Quadratum qui Syriam procurabat. Tyrii uenerunt. unde cari de his qui regione eorum depredati fuerant postulantes. Profecti autem fuerant et nobiles iudeorum et Ionathas filius Ananie. Princeps sacerdotum obiecta diluens allegabat, uerum quidem tumultus samaritas fuisse qui primi homicidium perpetrassent. Causam tamen sequentium calamitatum prebuisse Cumanum, qui in principio lamentantes cedis noluisset ulcisci. Et Quadratus utramque partem iudicium distulit dicens, quod cum ad ipsas regiones uenisset, singula diligentius inquireret. Deinceps uero procedens Cesaream eos uiuos quos Cumanus uinctos reliquerat in cruce suspendit. Inde cum Liddam uenisset, denuo audiuit samaritanorum querelas, et iudeorum decem et octo uiros quos cognouit pugne fuisse participes securi percussit. Principem autem sacerdotum Ionathan et Ananiam et eius filium Ananum et non nullos alios nobiles cesari destinauit. Similiter autem et samaritanorum nobiles quosque. Precepit quoque Cumano et Celeri tribuno Romam nauigare reddituros Claudio rationem pro his que in regno gessissent. His ita compositis a Lidda ascendebat Hierosolimam. Et inueniens multitudinem festiuitatem azimorum celebrantem, sine ulla conturbatione Antiochiam rediit. Rome autem Claudius cesar audiuit allegationibus Cumani et samaritanorum, adeunte Agrippa iuuene iudeorum causam magna intentione defendens. Cumanum quoque multi ex potentibus adiuuabant. Pronuntians uero aduersus samaritas sententiam, tres eorum nobilissimos iussit interfici, et Cumanum de urbe Roma expulit. Celerem uero tribunum uinctum Hierosolimam mittens iudeis ad supplicium tradidit, ut per urbem tractus capite plecteretur. Post hec Felicem Pallantis fratrem destinauit ad iudeos, qui et eorum prouinciam cum Samaria et Galilea et Perea curaret. Agrippam uero de Calcide in regnum maius transtulit, tradens ei prouinciam Felicis, id est Traconitidem et Gaulanitidem et Bataneam, et addidit ei regnum Lysanie et tetrarchiam que Varri fuerat. Ipse autem Claudius per annos xiii, menses sex, dies xx administrato imperio romano decessit, successorem regni Neronem relinquens, quem suasu Agrippine uxoris sue in imperium coaptauerat, et quidem cum haberet filium legitimum Britannicum nomine natum ex Messalina priore coniuge, et Octauiam filiam quam etiam Neroni priuigno suo coniunxerat. Et Nero quidem quemadmodum pro magnitudine felicitatis et opum abusus sit fortuna, et qualiter fratrem et matrem et uxorem interfecerit, et omnes proximos in inmanitatem suam conuerterit, atque ad ultimum pre amentia ad histrionica opera se contraxerit, quoniam scio narrationem esse molestam, tacite preterire melius puto.

Conuertar autem ad ea narranda que ab eo aduersus iudeos gesta sunt. Minorem quidem Armeniam regendam dedit Aristobolo Herodis filio qui fuerat rex Calcidis. Regno autem Agrippe iiii urbes adiecit cum agris ad singulas pertinentibus. Felix autem procurator Iudee Eleazarum principem latronum qui per xx annos regionem fuerat depredatus, aliosque cum eo multos cepit, uinctosque Romam direxit. Aliorum autem latronum quos in cruce suspendit pene innumerabilis fuit multitudo. Sic ergo regione purgata, aliud genus latrunculorum in Hierosolimis oriebatur. Hi autem sicarii uocabantur, die claro et in media ciuitate passim quosque interficientes. Precipue uero diebus festis inmiscebantur uulgo, et sicas sub ueste portantes, diuersos quosque interficiebant, ac deinceps collapsis hominibus illi etiam reliquos de scelere conquerebantur, et hac fraude extra suspicionem manebant, diuque latuerunt. Primus ergo ab eis Ionathas pontifex occiditur, et post eum plurimi cotidie cedebantur, atque ipsis calamitatibus molestior timor ciuitatem premebat, et in medio bello per singula momenta omnes mortem operiebantur(?), et circumspiciebant eminus quosque appropiantes, et neque amicis suis confidere poterant, dum tamen in mediis suspicionibus atque custodiis interficiebantur. Tanta erat latrunculorum temeritas, et ars quedam latendi. Ad hec autem et alia malorum collectio facta est, cede quidem abstinentium, sed consiliis malis mordentium. Que pars non minus quam sicariorum felicem urbis statum corrupit. Seductores quoque homines et circumuentores sub specie religionis nouandis rebus studentes uulgus insanire fecerunt. Nam egrediebantur in solitudines, promittentes deum signa eis ostensurum libertatis. Contra quos Felix, uidebantur quippe semina defectionis esse, mittens equites ac pedites armatorum magnam multitudinem interfecit. Maiore autem plaga iudeos afflixit Egyptius quidam pseudopropheta. Adueniens quippe in prouinciam, cum esset magus, prophete sibi opinionem arrogans, xxx ferme milia hominum congregauit, quos uana seductione deceperat, et circumducens eos de solitudine in montem qui uocatur Oliueti, inde Hierosolimam nitebatur ascendere, depulsoque romanorum presidio in populares exercere dominationem. Utebatur autem stipatoribus qui ad id facinus conuenerant. Preuenit sane eius impetum Felix, et occurrens cum romanis armatis, quos et iudeorum reliqua multitudo iuuabat, inito cum eis conflictu, Egyptius autem cum paucis fugit, et plurimi ex eius numero comprehensi uinculis traditi sunt, reliqua uero multitudo in regiones proprias dispersa est. His autem compressis rursus sic in egro corpore altera pars intumescebat. Magi enim quidam et latrones collecti multos ad defectionem inducebant, et quasi ad libertatem uocabant, mortem appositam comminantes his qui romanorum principatui obedire uoluissent, ut uel reluctantes auerterent eos qui ferrent spontaneam seruitutem. Cumque ipsi ergo bipartitam regionem diripiebant, et singulorum potentium domos eosque in ipsum trucidabant. Inflammabant et agros, ita ut desperatione eorum tota Iudea penitus impleretur. Et hec quidem pugna in dies grauius augebatur. Alter autem tumultus ortus est circa Cesaream inter iudeos scilicet qui ibi permixti habitabant et Syros seditione commota. Hi siquidem poscebant ut eorum fieret ciuitas, iudeum eius fuisse conditorem regem Herodem. Contra hi conditorem confitebantur quidem iudeum, ipsam uero ciuitatem fuisse gentilium indicabant. Neque enim illic statuas et fana potuisse constitui, si ad iudeos eam conditor pertinere uoluisset. Ob has ergo causas inter se ipsos usque iurgabant. Procedebat autem usque ad arma contentio, et cotidie ad confligendum audaces partes alterutrum prosiliebant. Neque enim iudeorum seniores cohibere tumultum sue gentis poterant, et grecis turpissimum uidebatur si inferiores iudeis essent. Prestabant autem iudei diuitiis et corporum uiribus, greci uero auxilio militum. Magna siquidem pars romane manus de Syria illo uenerat, et quasi cognati ad auxiliandum erant parati Syris. Prefecti autem militum curabant comprimere tumultum, et pugnaces quosque comprehendentes tauris(?) et uinculis ulciscebantur. Sed neque sic supplicia comprehensorum impedimentum aut timorem reliquis inferebant, immo magis seditionem augebant. Et denuo Felix minaci edicto precepit contumaces quosque urbe discedere, et non parentibus militibus immissis non paucos interfecit, eorumque substantias diripuit. Posthec

quoque cum uideret seditionem manere, nobiles utriusque partis elegit, et suscepta legatione misit ad Neronem omnis rationem reddituros pro his que gesserant. Successit autem Felici Festus, et hos quidem maxime infestabant prouinciam sollicite persecutus latronum plurimos comprehendit atque interfecit. Successor autem eius Albinus non eodem modo negotiis prefuit, cum non esset ulla malignitatis species quam ille preteriret. Deinque non solum causis ciuilibus furabatur et diripiebat substantiam singulorum, neque solum tributorum additamentis in commune gentem grauabat, sed et quos ad latrocinia uel decursiones ciuitatum comprehenderat, uel qui a prioribus iudicibus in custodiis relicti erant, accepta a cognatis eorum pecunia liberauit, et illos qui non dedissent in carcere quasi nocentissimos relinquebat. Per idem tempus eorum qui res innouare cupiebant crescebat audacia in Hierosolimis. Ex quibus sane qui opulenti erant, Albinum muneribus placabant, ut eis tumultum mouentibus non indignaretur. Pars autem popularis que non satis quiete gaudebat, Albini participibus iungebatur. Unusquisque sibi improborum cohorte propria circumdabat. Ipse quidem quasi princeps latronum et tyrannus eminebat, et stipatoribus suis ad direptionem mediocrium abutebatur. Ita fiebat ut hi quidem quorum domus uastabant tacerent, et illi qui extra incommodum fecissent metu ne familia paterent querelis deterrebantur, immo et officiis abigebant eos quos constabat dignos esse supplicio. In commune autem omnium incepta fuerat audacia et multiplex erat dominatio, et semina captiuitatis future iam ab illo tempore spargebantur. Successit autem Albino Florus Cestius.

H

ie que incepi conscribere, quo sub mea etate iudeis peruenerit, breuiter tamen descripsi, sicut in prologo huius operis premisimus, que ab Antiocho qui Epiphanes dictus est contigerunt usque ad xii Neronis annum. Et ita iam conuenienter aggrediar enarrare que nobis euenerunt a romanis a xii anno Neronis usque ad quinquagesimum et sextum uite mee annum. Florus ergo succedens Albino, optimum eum in comparatione sui fecit uideri. Ille siquidem plerumque occulto et cum fraude nocuerat. Florus uero iniquitates suas in uniuersam gentem tam palam quasi gloriaretur exercuit, ac uelut non ad regendam prouinciam sed ad penas adiectorum carnifex missus, neque rapinarum ullum morem neque afflictionum pretermisit. In miseriis autem crudelissimus erat, in turpibus uero impudentissimus. Neque enim quisquam illo amplius ostendit fallacia ueritatem, neque ullus commentatus est calidiores nocendi uias. Hic siquidem uiritim illatis stipendiis lucra querere exiguum uisum est, simul despoliabat urbes, et clade populis inferebat, edicens permissam regionem liberam esse omnibus latrocinari, dum ipse per daretur acciperet portionem. Deinque ob illius auaritiam contigit totam pene deseri regionem, ita ut plurimi sedes patrias relinquentes ad exteras prouincias commigrarent. Quamdiu autem Cestius Gallus Syriam prouinciam gubernauit, nullus iudeorum ausus est aduersus Florum ad eum mittere legatos. Cum uero instante azimorum sollempnitate ipse Cestius Gallus in Hierosolima uenisset, occurrens ei multitudo que facile fuit tricies centena milia precabatur urgentius suis calamitatibus subueniret, et ut pestem prouincie Florum expelleret clamitabat. Florus autem cum presens esset et Gallo assisteret, non solum nichil mouebatur, sed et uoces eorum deridebat. Gallus autem Cestius compescens impetum populi, et promittens eis quod Florum placatiorem eis faceret, rediit Antiochiam. Deduxit autem eum usque Cesaream Florus, eludens mendacium, et bellum gentis iudeorum sedulo commiscens, quo solo iniquitates suas occultum iri posse credebat. Pace siquidem permanente habiturum se apud cesarem accusatores iudeos; si uero defectionem negociassent, maiore utique malo ad ducenda a se esse inuidiam peccatorum minorum. Igitur ut gens iudeorum a romano abrumperetur imperio, sedulo in dies augebat calamitatem. Per idem tempus apud Neronem cesarem Cesarienses gentiles rectores extitere, et decretum illud certantes litteras attulerunt, et per hoc bello iudaico dabatur exordium, xii scilicet anno regni Neronis, xvii autem anno regni Agrippe, mense Maio. Ad magnitudinem autem malorum minimas excitatores neque idoneas causas habuisse deprehendimus. In Cesarea siquidem habitantes iudei habebant synagogam prope agrum cuiusdam gentilis Cesariensis, et frequenter egerunt ut ad eorum ille ager contingeret, multis pretium quam ager dignus esset offerentes. Quorum ille non solum preces eorum despexit, sed ad maiorem contumeliam edificauit in eodem loco tabernas, ita ut angustum eis transitum et perarctum coartatum relinqueret. Primi ergo feruentiores aliqui iuuenum prosilientes edificationem uetabant. Cum uero Florus eos a prohibendo cohiberet, non habentes iudeorum nobiles quid agerent, inflectunt Florum oblatione
185. octo talentorum ut edificationem uetaret. Ille autem ob capiendam tantam pecuniam promittens se cuncta facturum, accepta pecunia statim de Cesarea egressus est, et uenit in Sebasten seditioni tribuens facultatem. Sequenti autem die qui apud iudeos sabbatum est, cum plebs ad synagogam conuenisset, seditiosus quidam Cesariensis uas samium(?) in ingressu synagoge ponens, aues immolabat. Hec factum autem iudeos incorrigibiliter accendit, et legem suam contumeliam pertulisse, et locum ipsum dicebant fuisse pollutum. Pars ergo iudeorum que erat constantior atque moderatior denuo iudicibus conquerendum esse putabant; seditiosi autem et iuuentute feruentes iudeorum estuabant ultro. Stabant et Cesariensium tumultuosiores ad confligendum parati. Ex edicto enim ille direxerat eum qui pro synagoge foribus aues immolauerat. Statim ergo inter eos est pugna commissa. Interueniens autem Iocundus prefectus equitum, uas illud quod positum erat ad introitum synagoge iussit auferri, et tumultum sedare properabat. Cum autem Cesarienses superassent iudeos in certamine, statim iudei libros legis rapientes secesserunt in Narbata regione distante a Cesarea stadiis lx. Primates autem eorum xii ad Florum uenerunt de his que acciderant conquerentes, et ut auxilium eis ferret rogabant, et quasi reticerent, tamen ei et de octo talentis que ei dederant admonentes. Florus uero statim eos uinciri iussit, arguens cur leges de Cesarea auferre ausi essent. Pro hoc facto apud Hierosolimam grauissima iurgia oriebantur, sed tamen adhuc indignatione celabant et refrenabant.

F

lorus ergo quasi ad hoc operam suam locasset ut bellum inflammaret, misit ad sacrum thesaurum ut inde x talenta auferret, quasi eam pecuniam impense cesar flagitaret. Statim ergo in uniuerso populo multa confusio, et concurrentes ad templum maximis uocibus nomen cesaris appellabant, ut a tyrannide Flori liberaret orantes. Quidam et seditiosorum in Florum maledicta ultima iaciebant, et canistrum circumferentes stipem ei nomine postulabant, quasi inops et miserrimus talibus auxiliis indigeret. His autem omnibus Florus non est deterritus

a cupiditate. sed multo magis ad depredandum est irritatus. Denique cum debuerat cesaream veniens ignem belli illic nascentis extinguere, causasque tumultuum submovere, pro quo et mercedem acceperat, tum cum exercitu equitum atque peditum ad hierosolima contendit, ut romanis armis ad quod volebat uteretur, ac timore et minis urbem nudaret. Tunc populus lenire eius impetum favoribus et officiis paratus erat. sed ille premittens cum equitibus L. centurionem nomine capitonem discedere eos iussit, neque cum in eum tam gravia maledicta iecissent, denuo honore deluderent. et oportere eos si fortes viri essent, atque constantes et in presentem effundere contumelias, nec solum eos in verbis sed et in armis amore libertatis ostendere. His dictis exterrita multitudo, et equitibus qui cum capitone venerant in eos irruentibus, diffugerunt antequam florum salutarent aut militibus officia consueta redderent. Discedentes ergo iudei in domos cum metu atque humilitate, pervigilem duxere noctem. Florus autem degit in regia. Postridie ad eos in tribunali sublimi resedit, convenientesque principes sacerdotum, et civitatis universa nobilitas astitere tribunali. Precepit autem eis Florus ut ostenderent ei omnes qui maledicta in eum iacta iactassent, dicens in eos esse vindicandum, nisi reos producerent. Ad hec responderunt iudei populum quidem pacifica quoque de eo sentire. illis vero qui erravissent in verbis conferendam veniam postulabant. In tanta siquidem multitudine nichil esse mirandum offendi aliquos temerarios, et per etatem insipientes. esse autem impossibile eorum qui deliquerunt discrimen agitari. cum et singulos nimirum peniteat, et per timorem ad negandum sint parati. Debere autem illum si consuleret genti, et vellet romano imperio servare urbem, magis propter multos innoxios dare veniam paucis delinquentibus. Ad hec Florus magna indignatione inflammatus militibus exclamavit, ut forum rerum venalium quod erat in superiore civitatis parte diriperent, ac passim obvios trucidarent. Milites vero ad lucri sui cupiditatem, addita auctoritate rectoris, non solum illum locum diripuere in quem iussi fuerant, sed universas domos insilientes, interficiebant habitatores. Fuga autem omnium erat. et cedes eorum qui comprehendebantur. et direptionis nulla species pretermittebatur. Multos et nobilium comprehendentes duxerunt ad florum, quos ille verberibus laniatos in cruce suspendit. Denique omnis numerus illo die interfectorum cum parvulis et mulieribus, neque enim lactentibus pepercerant, fuit sexcenti et xxx. Quod et nemo umquam prius facere ausus fuit, id Florus fecit, ut viros scilicet equestris ordinis pro tribunali flagellis cederet, ac patibulo affigeret: quorum etsi origo iudea, tamen dignitas erat romana. Per idem tempus agrippa alexandriam erat profectus. Soror autem eius beronice in hierosolimis manens, et iniquitatem flori videns, frequenter ad eum prefectos equitum suorum custodesque corporis mittens precabatur, ut a cede desisteret. Florus vero neque in multitudinem interfectorum, neque in nobilitatem precatricis, sed tantum in sua lucra que de rapinis congregabat intendens, contempsit annuere. Impetus et militum adversus beronicem reginam efferatus est, intantum ut obvios quosque sub oculis eius mulcarent atque trucidarent. et et ipsa nisi in aula effugeret interfecissent. Ibi pervigilem noctem cum multa custodia egit, verens corruptionem militum. Venerat autem hierosolima ut votum deo solveret. His enim qui morbo vel aliis necessitatibus implicantur mos est orare per xxx. dies antequam hostias immolent abstinere quoque a vino et capillos radere. Que more beronice regina soror agrippe illis diebus exercens, nudis pedibus ante tribunal stetit deprecans florum, et preter hoc quod nichil honoris in habitu habebat, et de vita sua periclitata est. Hec autem facta sunt xvi. die mensis maii. Postridie autem conveniens multitudo in forum quod erat in superiori parte civitatis, magnis clamoribus de his qui interfecti fuerant querebantur. Pessimum autem invidiose voces in florum erant. Quod timentes primates et pontifices dirruptis vestibus postulabant populum ut ab his cessarent, priora mala accendentes, nec in maiorem indignationem florum commoverent. Sic ergo multitudo sedata est, tam reverentia precantium quam spe. Florus autem videns tumultum esse compressum, angebatur. et denuo eum inflammare cupiens, pontifices cum nobilibus advocavit, et ait unum argumentum fore quod nichil ulterius aliud mali irrogaret, si obviam procederent militibus de cesarea venientibus. Veniebant autem due cohortes. Quibus mandavit occulte florus ut nulla salutatione redderent obviantibus iudeis. Ad quod si offensi petulanter quippiam locuti essent, statim in eos uterentur armis. Pontifices ergo collectam multitudinem in templo precabantur ut occurrerent romanorum cohortibus et sollempniter salutarent. His adhortationibus seditiosi quoque annuebant. et obmutescentes dolore reliqua multitudo iungebatur audacibus. Igitur omnes sacerdotes omnesque levite sacra vasa preferentes, ornatuque templi cythariste et et cantores cum musicis organis precedebant ante multitudinem et obnixe precabantur dominum ut illius templi honorem custodiret, nec ad direptionem sacrorum vasorum romanos incitaret. Erat autem videre ipsos principes sacerdotum sparsis cinere capitibus et pectora dirruptis vestibus nuda monstrantes. nominatimque singulos nobilium compellebant. ac denuo in communem multitudinem precabantur. ne ob modicum peccatum patriam suam perderent. his qui direptioni eius inhiarent. Nam si officiose cohortem romanorum susceptam floro occasionem pugne absciderent, et salvari patriam studere. ne quod in preteritis expiarent. Talibus hortatibus sacerdotes multitudinem inflectentes, et ipsos seditionis auctores quosdam quidem minis, quosdam autem sua reverentia mitigarunt. Deinceps ipsi sacerdotes cum quiete precedentes omni populo sequente, militibus obviam processerunt. et tamen cominus factos salutaverunt. Confestimque ipsi milites comprehendentes obviam sibi egressos fustibus adorsi sunt. et alios in fugam versos equites persequentes proculcabant. Corruebant autem multi cum a romanis cederentur: plures autem cum se mutuo propellerent. Irrupsis autem portis gravis compressio facta est, et unoquoque volente alterum pervenire, tardior cunctis fuga fiebat, et collabentium dirus erat interitus. Suffocati enim atque confracti miseri deperibant. et neque ad sepulturam quisquam proximus suus agnoscendo remanebat. Irruebant autem pariter et milites immoderate cedentes eos quos comprehendissent. et per ingressum bezetha detrudebant multitudinem transire cupientes: ut arcem antonie et templum obtinerent. Quos et florus consecutus, cum de regia eos qui secum erant et in arce transire nitebatur. Frustratus est eius impetus. Conversus quippe adversus eos populus repugnavit, et per tecta vadentes obruebant saxis romanos. Qui cum supra se sagittis venientibus vincerentur, nec possent defendere multitudinem que per angustos arcebat ingressus, ad reliquum exercitum qui erat in regia se contulerunt. Seditiosi autem metuentes ne superveniens denuo florus templum occuparet: porticum militibus ascendentes, porticus ad templum per antoniam turrim factas inciderunt. quatenus avariciam flori tali desperatione compescerent. Nam cum divinis inhiaret thesauris, et propter hoc in antoniam ingredi niteretur,

ubi intercisas porticus vidit, ab impetu conquievit. Et vocatis civitatis principes sacerdotum ait se quidem ab urbe velle discedere, presidium tamen apud eos relinquere, quantum ipsi vellent. Ad hec illi responderunt nichil novandum fore, si unam tantum cohortem apud eos relinqueret, dummodo tamen non illam que cum civibus paulo ante conflixerat. Cohorte igitur sicut precabantur mutata, ipse cum reliqua manu cesaream regressus est. Aliud autem denuo pugne causam commoliens, retulit ad cestium gallum et iudeos defectionis criminatus est, impudenti mendacio illos preoccupasse dicens. Nec sane principes hierosolimorum que gesta fuerant tacuerunt; sed et ipsi et beronice ad cestium gallum retulerunt que florus perpetraverat. Gallus autem susceptis litteris utriusque partis, quid facto opus esset cum principibus deliberabat. Et quibusdam quidem videbatur cestium gallum cum exercitu in iudeam ire debere, ut vindicaret defectionem si fuisset admissa, aut magis fidos inveniens innocuos dimitteret. Ipsi autem placuit aliquem de suis premittere, qui et negocia et consilia iudeorum exploraret et fideliter enarraret. Dirigit ergo tribunum neapolitanum. Qui in alexandria revertenti agrippe occurrens circa iamniam, a quo missus esset vel ob quas causas ei indicavit. Ibique statim dux se ei comitem itineris fieri. et ita pariter agrippa et neapolitanus ascendebant hierosolima. Populus autem hierosolimorum lx. stadiis obviam eis progressus officiose agrippam et neapolitanum suscepit. et lamentabantur tamen interfectorum coniuges mulieres. Quarum plangoribus reliquus quoque populus ad lamenta conversus precabatur agrippam ut genti consuleret. Sic clamabant et neapolitano ut ingrederetur urbem videretque que contra floro gesta. et ostenderent ei forum desertum, domosque vastatas. Deinde per agrippam suaserunt neapolitano ut cum uno famulo usque ad syloam totam circuiret civitatem. quatinus ipsis oculis cognosceret iudeos omnibus aliis romanis parere. soli autem floro adversari propter magnitudinem in eos patrate crudelitatis. Ille vero cum circuisset urbem, et mansuetudinis populi sufficiens documentum teneret, ascendit in templum et multitudinem vocavit. et plurimis verbis fidem eorum circa romanos collaudans, multa et ad conservationem pacis hortatus adoravit dominum et sancta eius. sicque agrippa ibi dimisso ad cestium reversus est. Vulgus autem iudeorum ad agrippam pontificesque conversum precabatur, ut legatos adversus florum ad neronem mitterent. et dicebat non esse quieturam multitudinem, si aliquis legationem impedisset. Ad hec agrippa, ornari quidem legatos qui florum accusarent invidiosum putabat, despicere autem iudeos in bello commotos nec sibi expedire arbitrabatur. Convocata ergo multitudine agrippa in xistum, constituens germanam suam beronicem in asamoneorum domo. ea siquidem xisto imminebat. humili ratione hunc ad populum. Siquidem o iudei non viderem vos omnes ad repugnandum romanis esse incitatos, neque populi puriorem sincerissimamque partem pacem velle cum romanis servare, neque processissem ad vos, neque consulere ausus essem. Superflua quippe est de utilibus oratio, quando omnium habitatorum consensus conspirat ad deteriora. Quosdam autem video etas malorum belli nescios facit, quosdam inconsiderata spes libertatis, nonnullos vero avaricia succendit ad capiendum de inferioribus lucrum. et ne per paucorum improba consilia et boni dispereant, existimavi oportere ut omnibus vobis in unum coactis ea exponerem que vobis arbitror expedire. Nullus autem de vobis perstrepat, si non ea audierit que ipsi fert libido. His enim qui sunt ad seditionem irrevocabiliter incitati, licebit et post mea exhortationem manere in pristina voluntate. Mea ergo ad vos incipiet oratio, nisi ab omnibus vobis silentium prebeatur. Novi quidem qui multum et iniurias procuratorum procurationis, et preconia libertatis quasi tragice prosequuntur. Ego autem priusquam discutiam qui sitis, et contra quos pugnam suscipere temptetis, primum separabo causas quas connexas putatis. Si enim iniuriatores vestros ulcisci, cur libertatem magna laude sustollitis? Sin istud ipsum servire intolerabile dicitis, superflua est adversus rectores querela. Et illis siquidem rectoribus moderatissime agentibus nichilominus erat turpe servire. Considerate autem singillatim et videte, quam vobis quasi sit materia bellorum. Et primum quidem ipsa rectorum consideranda sunt crimina. Colere siquidem oportet officiis potestates, et non exasperare iniuriis. Cum vero modicorum peccatorum exprobrationes maximas facitis, perfectos eos quibus [?] infertis adversus vos incitatis, et cum antea clanculo et cum quadam verecundia vos nocuerunt, nunc palam post vestras exprobrationes vos depopulantur. Nichil autem ita plagas coheret ut patientia, et violatorum quies violantibus indicit pudorem. Nam si eos qui a romanis in provincias diriguntur dicitis graviter vobis instare, non tamen omnes romani vos violant, neque ipse cesar adversus quem pugnare vultis. Neque enim ex precepto romanorum quisque ad vos improbus venit, neque possunt illi que in oriente geruntur in occidente positi conspicere. sed neque facile ea que hic fiunt illic audiunt. Est autem importunissimum, ut propter exiguas causas de quibus est querimonia cum nescientibus velle confligere. Et quidem istorum criminum et malorum cito erit facta correctio. Neque enim unus vestre provincie semper curam tenebit, et forsitan successores eius erunt molestiores. Motum autem semel bellum neque deponere facile absque magnis calamitatibus: neque diu sustineri potest. libertatis vero desiderantibus providendum [?] atque certandum est ut non eam amittant. Molesta est enim novitas servitutis. quam ne quisque subeat, iustum certamen suscipi videtur. Qui vero semel subiectus est, et deinceps deficit, contumax magis servus quam amator libertatis ostenditur. Tunc ergo oportuit omnia agere ne susciperetis romanos, cum primum pompeius cum romanis in iudeam irruit. Et enim patres vestri maioresque et eorum reges pecunia, corporibus, animis multum vobis meliores exigue parti militie romanorum resistere nequiverunt. et vos neque hereditariam obedientiam suscepistis, et rebus omnibus inferiores estis. eis qui primum iudea romanis paruerunt, contra omne romanum imperium resistere posse arbitramini? Nonne athenienses qui ob grecorum libertatem cum rege superbissimo bellantes xersen, qui putabat se posse per terram navigare, et in mari ambulare, et cuius classem non capiebat amplitudo pelagi, tamquam fugientem gloriosissime persecuti sunt? Circa parvam autem salaminam qui tantas opes asye confregere, nunc tamen romanis administrant, illa regia grecie civitate cum tota provincia. Lacedemonii autem post termopylas et egysilaum asyam perscrutati romanos dominos venerantur. Macedones quoque qui adhuc pene intuentur alexandrum magnum regem suum subiugantem sibi orbis imperium. nunc tamen mutata fortuna adorant romanos, ad quos omnium gentium fortuna migravit. Alie quoque mille gentes maiori fiducia quam vos ad libertatem subnixe eos serviunt romanis, et obediunt eis. et vos soli dedignamini his quibus videtis cuncta esse subiecta? Cum militia vel quibus armis confiditis? Ubi est classis vestra que pervagat romanorum maria? Ubi autem sunt thesauri qui expensis possunt sufficere? Contra egyptios forte aut arabas existimatis vos bellum movere, et non circumspicitis romanorum imperium? Quare non metimini vestram imbecillitatem? Et quare non recordamini civitatem vestram sepius a vicinis gentibus superatam?

Romanorum auxiliante pene toto orbe inuicta discurrit, immo et hi orbe plus aliud fortasse querunt. Non enim sufficit eis in oriente totus Eufrates, in septentrione uero Hister, et in meridie [illegible] Libia subrutis estuantes, neque in occidente Gadira, sed ultra oceanum alium quesiere orbem, usque ad Britannias nunquam accessa prius loca arma et exercitum transtulerunt. Quid ergo? Vos ditiores Gallis, fortiores Germanis, prudentiores Grecis, postremo plures estis omnibus in toto orbe degentibus? Sed dicit aliquis: Que nos fiducia aduersum Romanos erigit? Seruire molestissimum est. Et quam non attenditis quod hi magis Grecis seruire [illegible] qui inter omnes sub sole habitantibus uidebantur nobilitate precellere, et tam lata prouincia possidentes, nunc his ensibus fascibus Romanorum obediunt? Eisdem autem Romanis Macedones obsequuntur, quos certe multo iustius quam uos deberent libertate tueri. Quid autem quingente Asie ciuitates, nonne absque ullo presidio uno tantum in rectore Romano imperio regnuntur? Quid autem prosequar enumerare Eniochos et Colchos et Taurorum gentem, Bosforanos quoque et nationes habitantes circa Ponti litora, Meotasque gentes? Apud quas nimirum gentes olim neque domesticus aliquis dominus noscebatur, nunc autem subiecti tribus milibus Romanorum eis seruiunt, et xl^{ta} longe naues innauigabile prius mare custodiunt. Multaque pluribus certe bella facere uoluerunt Bithinia et Capadocia et Pamphiliorum gentes, et nunc tamen sine armis tributa Romanis soluunt. Quid autem Traces quinque quidem diebus in latum, septem autem in longum commeabilem prouinciam possidentes, asperioremque multo quam uestra est prouinciam ac multo fortiorem, altissimo gelu qui ruentes retardante, duobus milibus tantum eorum presidio manentibus Romanis in omnibus obsequuntur. Post hos Illiricum usque ad Dalmatiam et Hystricenum incolentes, duabus tantum legionibus Romanorum obediunt, cum quibus et impetum Dacorum compescunt. Ipsaque Dalmatia quamuis multa pluribus certe conati sunt sepiusque caput respiciens cum maioribus opibus rebellauerunt, nunc sub una Romanorum legione agunt quiete. Verumtamen si aliquos magne cause ad defectionem incitare deberent, Gallos potissimum oporteret in arma assurgere, et quos tantis munimentis natura cinxisset, ab orientali quippe plaga Alpium montibus, a septentrionali Reno flumine, a meridie Pireneis montibus, ab occidente uero oceano. Sed tali munitione gaudentes, ccc^{tis} et xv gentibus sunt numerosi, fontes autem ut ita dixerim felicitatis domestice habentes, omnibusque bonis totum pene orbem irrigantes, uoluntarie ferunt uectigales esse Romanorum, ac felicitatem suam infelicitate eorum reponere. Idque sane ipsum non per animorum mollitiem, nec propter ignobilitatem parentum, quippe qui per lxxx annos pluribus certe pugnauerunt, sed Romanorum animati sunt cum uirtute fortuna. Denique sub mille et cc^{tis} militibus Romanis seruiunt, cum ipsi pene plures ciuitates habere noscantur. Sed et Lusitani et Cantebrorum Armenia, nec etiam oceanus cum accolis suis fragore terribili resistere nequeunt uincentibus Romanis. Sed et ultra columnas Herculis Romani arma protulerunt, et ipsa nubes Pireneorum montium egressi uertices dicioni sue subdiderunt, atque ita pugnantibus gentibus tantoque ut dixi spacio diremptis, legiones suas preposuerunt. Quis uestrum non audiuit multitudinem Germanorum? Virtutem quoque et magnitudines corporum ut arbitror sepe uidistis. Siquidem ubique Romani captiuorum gentium captiuos habent. Et Germani quidem terram ingentem regione spacius incolentes, spiritum autem meliorem corporibus gerentes, et animam contemptricem mortis, indignatione autem uehementiores feris, nunc limitem Renum habent, et octo Romanorum legionibus domantur, et seruiunt quidem qui capti sunt, reliqua autem eorum gens uniuersa salutem in fuga non in armis reponit. Considerate et Britannorum muros, qui Hierosolimorum muris confiditis. Illud siquidem circumdat oceano, et pene non minore quam nostro orbis est habitantes prouinciam Romani nauigantes redegerunt in dicionem suam, iiiique legiones tante magnitudinis insulam tuentur. Et quid opus est plura dicere, cum et Parthi bellicosissimum genus, et tantis populis prius imperantes, et tam magnis opibus circumdati, obsides tamen mittunt Romanis, et prima nobilitas orientis sub specie pacis seruit Romanis. Vniuersis ergo pene qui sub sole incolunt et uenerantur Romanorum arma, cum his uos solus bellum facietis? Neque Cartaginensium consideratis finem, qui magno illo Hannibale gloriantes ex nobilitate Fenicum uenientes, tamen sub dextera Scipionis et Romanorum corruerunt. Sed neque Cyrenei Lacedemone oriundi, neque Marmaridarum genus usque ad ipsa deserta pertinentium, neque terribiles Syrtes, Nasamones quoque et Mauri, et innumerabilis multitudo Numidum non potuerunt Romanorum uirtutes impedire. Sed et tertiam partem orbis terrarum, cuius nationes nullus numerare potest, que sit ab Athlantico mari et columnis Herculis usque ad rubrum mare infinitos numero Ethyopes continet, totam tamen Romani subiecerunt armis, et preter fruges annuas quibus Romanam multitudinem octo mensibus pascunt, alia quoque uectigalia soluunt, et expensas deuotissime Romano imperio ministrant, nichil de his que iubentur sicut uos contumeliosum putantes, cum illic tantum una legio Romanorum imperet. Sed quid opus est longe repetitis exemplis Romana potentia explicare, cum ea possitis de uicina uobis Egypto diligenter inspicere? Hec autem cum usque ad Ethyopiam protendatur, opulentaque Arabia contigua quoque sit Indie, l et septingentos et centum milia incolarum habens, preter Alexandrinorum plebem, tamen uectigalia quorum magnitudinem de censu singulorum capitum estimari licet deuotissime pendentes, Romano imperio soluunt. Alexandria quoque magnitudine non impar, multitudine et diuitiis habundans, habet quidem in longitudine stadia xxx, in latitudine autem x, tributorum multo amplius per menses singulos infert quam uos toto anno soluatis, et preter pecuniam iiii menses annona Romane plebi ministrat. Munita est autem undique aut incommeabili solitudine, aut importuoso mari, aut fluminibus, aut siluosis paludibus. Horum tamen omnium nichil fortiora Romana fortuna fuit, sed due legiones Romanorum ciuitati insidentes profunda Egypti cum illa nobilitate Macedonum frenant. Quos ergo ab inuia bella de solitudinibus socios assumetis? Siquidem omnes qui in orbe habitabili degunt Romanorum auctores sunt, nisi forte quis uestrum spes suas ultra Eufraten porrigat, et Adiabenorum regione gentiles suos estimet adiutores. Porro illi nec propter irrationabilem causam tanto se bello implicabant, sed nec consiliis uos auxiliari. Siquidem Parthus curat eam tuendam amicitiam cum Romanis, et arbitrabitur fedus esse temeratum si quis de his qui eius imperio subiecti sunt aduersum Romanos in bella procedat. Superest ergo ut ad diuinum confugiat auxilium. Verum et hic deus apud Romanos est. Sine eo quippe impossibile est tale imperium consistere. Considerate autem quemadmodum et ipsa erga religionem immoderatio et si cum longe inferioribus bellum geratis, tamen ad dispensandum sit nobis difficillima, atque eadem transgrediendo offendatis deum per quem eum auxiliaturum nobis putatis. Si ut seruetis consuetudines sabbatorum et ad nullum opus mouemini, facile profecto capiemini. Sicut ipse et maiores uestri experti sunt, hos maxime dies Pompeio ad bellum destinante, in quibus sciebat hi qui oppugnabantur ocia gerebant. Transgredientes autem in bello legem

patriam, nescio propter quid in reliquum dimicetis. Vna siquidem nunc uobis intentio est, ne quid de patria institutione soluatur. Quemadmodum autem inuocabitis ad iuuandum deum, si cultum ei debitum sponte uioletis? Assumunt autem singuli quoque bellum, uel diuine uirtutis uel humanis opibus confidentes. Cum uero utrumque hoc quantum ad ipsa pertinet esse scientiam desperatum manifesta autem utraque captiuitatem uolentes pugnare presiluerunt. Quid autem prohibet propriis manibus filios uestros coniugesque iugulare, et hanc pulcherrimam inflammare patriam? Erumpentes siquidem in furore, lucrabimini uel ignominiam superate. Bonum est o amici homines cum adhuc statuatis in portu precauere tempestatem futuram, et non eo tempore quo in medias procellas ruitis, nequiquam trepidare. His siquidem qui inprouisa mala inciderunt superest ut digni miseratione habeantur, qui uero se in apertum discrimen intulerunt, et exprobrationibus onerantur, nisi forte aliquis uestrum estimet secundum pacta conflictum inire Romanis, aut postquam uicerint mediocriter in uobis eum acturos, et non in exemplo aliarum gentium sacram hanc urbem inflamaturos, et interfecturos uniuersum uestrum genus, neque quos superfuerint armis usquam locum fuge habebitis, uniuersis gentibus Romanos habentibus dominos uel habere metuentibus. Periculum autem non solum in uos manebit, sed et in reliquis ciuitatibus habitantes Iudeos. Neque enim est in toto orbe populus in quo uestra non sit portio, quos certe omnes uobis rebellantibus cede crudelissima diuersi quique inficient, et propter paucorum uirorum praua consilia uniuerse urbes iudaico sanguine redundabunt. Subeat autem uos miseratio et si non filiorum uestrorum atque coniugum saltem istius ciuitatis que mater urbium uestre regionis uocatur. Parcite ergo menibus sacris, parcite uenerabilibus adytis, templumque uobis et sancta sanctorum seruate. Neque enim ulterius uictores Romani his abstinebunt, quibus primo parcentes nullam gratiam receperunt. Protestor siquidem ego sancta uestra, sanctosque angelos dei, patriamque communem, quia nichil eorum consiliorum quo uobis uidere expedire subtraxerim. Vos autem decernentes que uobis expediant, mecum in pace degetis. Si autem prelectis iras, absque me periculis subdemini.

His dictis Agrippa astante et sorore sua Beronice lacrimante, et multa parte in de eorum impetu lacrimis infregit. Succlamabant autem non se aduersus Romanos sed aduersus Florum pugnam uelle committere, ob ea que pertulissent. Ad quos Agrippa rex: Sed opera uestra inquit talia sunt qualia aduersum Romanos pugnantium. Neque enim cesari uectigal dedistis, et Antonianas porticus incendistis. Sopietis autem bellum, si et porticus denuo construatis, et tributa reddere maturetis. His consilius populus acquieuit, et cum rege Agrippa et Beronice ascendentes in templum porticus edificare adhortati sunt. Principes autem et decuriones per uicos dispersi uectigal colligebant, celeriterque collegerunt xl talenta. Belli quoque minas eo modo rex Agrippa compescuit, et deinceps populo persuadere temptabat ut parerent Floro, donec ei successor a cesare mitteretur. Ad quam rationem accensa multitudo, nec ab atrocibus contumeliis in rege se temperauit, sed etiam eum ex urbe pepulerunt, et nonnulli seditiosorum saxa in eum iaciebant. Rex autem Agrippa uidens tumultuantium inreuocabilem impetum discessit in regnum suum. Pars deinde autem temporis quidam eorum qui maxime bellum mouebant congregati, irruebant in quoddam presidium quod uocabatur Masada, et expugnato presidio omnes Romanos interfecerunt, et de suis ibi posuerunt custodes. In templo quoque Hierosolimorum Eleazarus quidam filius Ananie pontificis iuuenis audacissimus, et illo tempore dux militum, persuasit his qui sacrificia ministrabant ut nullius muneris aut hostiam que non esset de Iudeorum gente susciperent. Id autem erat Romani belli seminarium atque materia. Reiecerunt siquidem hostias cesaris quas pro populo Romano offerre soliti erant. Plurimum autem super hoc pontificibus aliisque nobilibus deprecantibus ne tamen parentum more quo supplicabatur pro regibus, nichil tamen profecerunt. Conuenientes ergo potentes quique cum pontificibus et Phariseis nobilissimis, et uidentes quod grauibus malis studerent ciuitatem subuertere, decreuerunt seditiosorum animos expediri, et ante portam que erea uocatur concione aduocantes, primo quidem de temeraria eorum seditione questi, et quod tam breui bellum patrie commouerent, deinceps irrationabilitate ipsius cause arguebant, dicentes maiores eorum ornasse templum magna ex parte de muneribus gentium, semperque eorum qui foris erant populorum munia suscepisse, nec prohibuisse aliquorum hostias. Id siquidem esse impudentissimum cum ad presens usque tempus oblationes eorum in templi cultibus collocassent. Nec autem eos quod Romana arma irritarent, et disponerent super eos bella inducere male agerent, et uerendum esse ne quem immolandas pro illi uictimas repellunt ipsi in reliquum etiam pro se sacrificia prohibeant offerre. Fiatque uere extra principatum ciuitas nisi celerius resipiscentes reddiderunt hostias, ac priusquam ad eos in qui contumelia id factum est huius ausus fama perueniat. Simul autem ista dicentes, produxerunt in medium scientissimos morum patriorum sacerdotes quosque

186. narraturos, quia omnes maiores eorum externarum gentium semper sacrificia suscepissent. Attendebat autem nullus eorum ad ea que dicebantur, cupientes res nouare. Sed neque [illegible] in medium altaris ministri, materiam belli [illegible] Videntes ergo nobiles seditionem eo iam processisse ut eorum non possent auctoritate compesci, et Romanorum armorum periculum se primos esse mansuros, in quantum poterant consulatores emolliri causas putabant, et alios legatos ad Florum miserunt quorum erat princeps Symon filius Echei, et alios ad Agrippam Sicilium et Antipam et custodibariu qui erant [illegible] regem propinquitate tangebant. Postulabant autem utrique ut cum exercitu ascenderent ad ciuitatem, et seditionem comprimerent priusquam intolerabilior fieret. Floro quidem malum istud bonum nuncium fuit, uolensque inflammare bellum, nichil respondit legatis. Agrippa autem pariter utrisque parcens, sed deficientibus uel his aduersum quos bellum mouebatur, uoluit et Romanis Iudeos conseruare et Iudeis templum et patriam, misit [illegible] auxilium equites duo milia, cum prefecto equitum Dario, et duce Philippo. His ergo uenientibus optimates et pontifices et omnis multitudo que optabat quietem superiorem ciuitatem occupant. Inferiorem siquidem et templum seditiosorum manus tenebat. Missilibus ergo et fundis indesinenter utebantur, et continua erat emissio sagittarum ex utraque parte. Aliquando et ex insidiis prosilientes comminus dimicabant. Precellebant autem audacia seditiosi, belli uero peritia regii milites pollebant. Et his eorum propositum erat templum obtinere, profanosque expellere. Seditiosi uero uolebant et superiorem inuadere ciuitatem. Per septem ergo dies grauis utrique parti plaga fiebat, et neutri de eo loco quem tenuerant expellebantur. Adueniente autem ea festiuitate qua Xylophorias dicunt in qua mos est omnibus grandem lignorum materiam euehere ad templum, quatinus numquam ignis deficiat, semper et inextinguibilis perseueret, quosdam quidem cura religionis exclusit, et inter infirmiorem uulgi multitudinem sicariorum irruentes audacissime utebantur opere quo incepiant. Regii autem milites audacia et multitudine seditiosorum uicti, ex superiore ciuitate profugerunt. Seditiosi autem primum irruentes Ananie

pontificis domum. et agrippe. et beronices sororis eius palatium inflammauerunt. Post hec ignem in archiuo mittere uolentes omnia creditorum instrumenta dissoluere, ut ad eos plurimorum [illegible] animos multitudinis se iungerent, huicque liberam facultatem [illegible] insurgendi aduersus locupletes. Fugientibus qui cartas publicas custodiebant, igne cremabant seditiosi. incenderunt, atque ita in ceteris edificiis hostibus irruebant. Quo loco pontificum atque nobilium quidam in cloacis latuere. quidam uero cum regis militibus in superiorem regiam confugerunt. portas celeriter obserantes. inter quos erat ananias pontifex et frater eius. et illi quos ad agrippam legatione usos diximus. Tunc seditiosi uictoria et inflammatione contenti cessauerunt. Postridie uero id est xv. die augusti mensis impetum in antoniam fecerunt: et omnes in ea degentes per biduum obsessos ceperunt et interfecerunt, presidiumque incenderunt. Postea transierunt in regiam ad quam confugerant milites regis agrippe. et in iiii. partes agmen suum diuidentes muros aggredi moliebantur. Ceterum autem qui intus erant, nullus audebat erumpere, propter magnitudinem oppugnantium. Sed [illegible] autem propugnacula et turres subeuntes interficiebant omnes qui obuiabant. Nec die autem nec nocte conflictus cessabat. seditiosis existimantibus in desperationem cogi eos qui in presidio erant propter inopiam. illis uero credentibus oppugnantes suos labori cessuros. [illegible] autem erat quidam manahem de filiis iude galilei callidissimus rethor. qui assumens quosdam nobilium perrexit in masadam armamentarium herodis regis quondam erat, eo propter populares alios latrones quoque diligenter armauit. His satellitibus uelut rex hierosolimam reuertitur. factusque princeps seditionis oppugnationem disponebat. Machinamentorum autem inopia erat, nec poterant palam suffodere muros, ne desuper hostibus tela iacientibus periculum sustinerent. Cuniculum igitur longe ceptum sub unam turrium agentes suspenderunt [illegible] subiectis. atque postea in sustinentia ligna immittentes ignem egressi sunt. Sic igitur subitis exustis turris quidem exemplo commota est. Aliter autem murus intus edificatus apparuit. Quod cum uiderent hi qui oppugnabant et statim se uictores crediderant. cum uidissent alium murum stupore deiecti sunt. Illi autem qui obsidebantur interea manahemum et ad alios principes seditionis petentes ut eis descendere liceret et hanc petitionem soli milites agrippe faciebant. Quod cum manahemus annuisset. [illegible] discesserunt. Romanos autem qui ibi remanserant [illegible] animi defectus occupauit. Neque enim contra tantam multitudinem pares erant. et pacisci ut liceret exire ignominiam uidebant. et quamquam si [illegible] neque quicquam putabant. Derelinquentes igitur inferiora loca que stratopedos uocabulo [illegible] confugere in tres regias turres quarum una appellabatur hyppicos. alia faselus. tertia mariamnis. Hi uero qui cum manahemo erant. [illegible] relinquentes loca de quibus milites fugerant. si quos eorum comprehendere trucidantes. et omnem reliquum apparatum diripientes, stratopedon incenderunt. Hec autem acta sunt vi. [illegible]. Sequenti autem die pontifex ananias circa regiam domum latens captus et a latronibus interfectus cum ezechia fratre. Circumsedentes autem turres seditiosi custodiebant, ne quis militum posset effugere. Manahemum uero et munitorum locorum destructio et pontificis anane mors in crudelitatem erexit, et neminem sibi parem in negotiis arbitratus intolerabilis erat tyrannus. Insurrexerunt autem contra eum de seditiosis eleazari ministri qui colloquebantur quod non deceret eos recedentes a romanis desiderio libertatis, [illegible] habere se ipsis humiliorem. Sobarus autem quidam sophista accesserat adoratus in templo regali habitu. Cum igitur qui circa eleazarum erant contra [illegible] prosiluissent. reliquus populus rapientes saxa interfecit sophistam illum. existimantes quod cum illo perempto tota seditio solueretur. Paululum uero socii manahemi resistentes postquam uiderent totam multitudinem in eos irruere, unusquisque quo potuit aufugit. Fit cedes statim eorum qui comprehendebantur fiebat. et perscrutatio latentium sequebatur. pauci quoque latentium in masadam perfugerunt cum eleazaro cognato manahemi. Ipsum autem manahemum cum confugisset in locum qui [illegible] uocatur atque illic humiliter delitesceret, rapientes extraxerunt in publicum multisque suppliciis affligentes interfecerunt. et similiter agentes principes [illegible] tyrannidis eius adiutores [illegible]. [illegible] suspicans aliquem finem seditionis consecuturum. Porro illi non ob compescendam seditionem id faciebant [illegible] bellum agerent. interfecerunt manahemum. Nam cum eos populus multum deprecaretur ut ab oppugnatione militum relaxarent, uehementius insistebant donec ultra resistere non ualentes, [illegible] romanorum et reliqui mittunt ad eleazarum petentes ut solam eorum [illegible] arma autem et reliqua quecumque haberent ipsis tradentibus [illegible]. Qui petitionem illico rapientes, mittunt ad eos gorionem nicodemi filium et ananiam [illegible] et ionathan dextras et sacramentum daturos. Quibus acceptis [illegible] milites [illegible]. Sed quamdiu romani arma retinebant, nemo aduersus eos seditiosorum fraudis aliquid molitus est. Postea uero quam secundum pactionem omnes scuta gladiosque posuerunt neque quicquam ulterius suspicantes discedebant. facto in eos impetu satellites eleazari circumprehensos [illegible]. Illi autem nec resistebant neque supplicabant sed solas pactiones et iuramenta que dederant inclamantes. [illegible] crudeliter interfecti sunt preter metellum. Hic autem deprecante et usque ad circumcisionem promittente se iudaismum [illegible] seruauerunt. Detrimentum autem hoc romanis leue uidebatur cum de amplissimis eorum copiis pauci fuissent interempti. Ceterum autem iudeorum istud initium excidii probabatur. Videntes quod iudei [illegible] causas iam crescere bellorum. et urbem talibus facinoribus repletam. ex quo [illegible] diuina indignatio imminebat. et si a romanis nulla ultio timeretur, lugebant publice. mestitiaque ciuitas [illegible]. Unusquisque et potentium quasi pro seditione causa reddendus [illegible]. Siquidem sabbato illa cedes contigerat [illegible]. Eodem autem die eademque hora quasi ex aliqua celesti uindicta cesarienses [illegible] habitantes iudeos trucidauerunt, ita ut in [illegible] xx milia hominum caderent. et urbs cesarea penitus iudeis euacuaretur. Nam et eos qui effugerant comprehensos florus uinctos in [illegible] detrusit. Post cesariensem uero plagam tota gens iudeorum efferata est. diuisique [illegible] syrie uicos eisque confines ciuitates uastauerunt, id est philadelphiam. et gebonitidem [illegible] gerasam et pellam et scytopolim. Deinde irruere in gadaram et hippon. et in gaulanitidem. et alia quidem loca subuertentes, alia uero inflammantes contendebant. et in cedasam tyriorum et ptholomaidam. gabam quoque et cesaream. et sebasten et ascalonam et anthedonam et gazam inflammauerunt. Multa autem circa fines harum ciuitatum diripiebant. et innumera uirorum cedes fiebat. Syri autem non minore numero multitudinem de iudeorum gente interficiebant. sed et eos quos in ciuitatibus comprehensos disperdebant non solum odio [illegible] preuenirent. Grauis quoque per totam syriam [illegible] ciuitates in binos diuidebantur exercitus. unaque [illegible] salus erat. si anticipassent alteros in cede facienda. Et dies quidem [illegible] in sanguine. noctes autem molestiores formido faciebat. Nam licet [illegible] iudeos. tamen et de aliis gentibus [illegible] cogebant haberi suspectos. et [illegible] quod in eis uidebatur ambiguum [illegible] eos placebat interfici. et

res per ipsa religionis coniunctione quasi periculum ex eis timebant. Prouocabat autem ad cedes [illegible] et illos qui prius fuerant mansueti auaricia rapinarum. Siquidem substantias eorum passim diripiebant et quasi uictores eorum quos trucidauerant spolia in domos alias conferebant. Gloriosior autem erat qui plura collegisset, quasi plures interfecisse. Erat autem cernere ciuitates plenas cadaueribus insepultis et iacere passim cum paruulis senes. et feminas neque uerecundia [illegible]. Omnis ergo prouincia plena erat innumerabilium calamitatum. Maiores autem metus augendorum malorum ipsis quam acta fuerant facinoribus imminebant. Iudei quoque quibus contra alienigenas [illegible] in scytopoli iudeos socios legis pacto qui ibi habitabant hostes expertus sunt. Conspirantes enim et consanguinitatem [illegible] postponentes. aduersus iudeos quasi cum gentilibus dimicabant. Suspecta tamen fuit eorum ipsa belli audacitas. Nam scytopolite ueriti ne noctu ciuitatem adorirentur. et magnam defectionem ciuibus inferrent, rogauerunt eos ut si uellent erga se fidem ostendere, contra alienigenas transirent [illegible] cum familiis proxime in locum paludis. Quibus sine suspicione facientibus, duobus quidem diebus sequentibus quieuerunt scytopolite. Tertia autem nocte explorantes alios incautos, alios uero dormientes inuadunt et interfecerunt ex eis xiii. milia. et post hec eorum cuncta diripuerunt substantiam. Dignum est et uidetur symonis interitum enarrare. Hic enim symon saulis cuiusdam non ignobilis uiri filius, fortitudine quoque corporis et audacia cunctis insignis fuit, quibus utrisque ad incommoda sue gentis abusus est. Multos siquidem iudeorum ad propinquantes scytopoli cotidie trucidabat. et frequenter [illegible] fudit et effugauit. ita ut totius aciei momentum solus existeret. Comprehendit autem eum digna pena ex cede interfectorum. Nam cum scytopolite circumdedissent iudeos. [illegible] educens idem symon gladium. in nullum quidem hostium impetum fecit, maxime cum uideret se [illegible] posse proficere. Exclamans igitur miserabiliter dixit ad scytopolitas. Digna pro his [illegible] recipio, qui [illegible] tanta cede ciuium meorum beniuolentiam uestre fidei ostendi. Digne autem nobis [illegible] gens infida est, qui in cognatos tanta impietate deliquimus. Moriar igitur quasi profanus propriis manibus. Neque enim dignum est hostibus subiacere. Iste autem meus finis [illegible] aut digna pena sceleris. aut uirtutis et donum decus. ut nemo hostium de meo interitu glorietur. neque insultet cadenti. Hec cum dixisset miserantibus simul ac furentibus oculis circumspexit omnem familiam suam. Erant autem ei uxor et filii. et prouecta in senectute parentes. Primum igitur ille [illegible] trahens ad se patrem per cesariem. et eum super stans gladio interfecit, postque non [illegible] matrem suam occidit. Super hos autem uxori et filiis [illegible] ferrum singulis [illegible] occurrentibus gladio. et hostes preuenire cupientibus. Cumque omnes familiares ita trucidasset, [illegible] superstans extendit dexteram cum gladio ut neminem posset latere. et [illegible] ense inmisit. Dignus quidem miseratione iuuenis propter robur corporis atque animi firmitatem. ceterum ad fidem quam alienigenis prestitit digno [illegible] fine consumptus. Post cedem autem que in scytopoli facta est, reliqueque urbes in iudeos irruebant, ita ut ascalonite de iudeis duo milia et quingentos uiros occiderent, et ptholomaite similiter duo milia ex eis deleuerunt. Tyrii quoque non paucos uinxerunt et multos trucidauerunt, plures quoque [illegible] custodie tradiderunt. Hyppenii quoque et gadareni multos [illegible] habitantibus interfecerunt. Reliqueque urbes aduersum iudeos [illegible] mouebant. Soli autem antiocheni et sydonii et apamieni suis cohabitatoribus pepercerunt, et neque interfecere quemquam iudeorum neque uinctos tradidere. forte autem hi fecere miseratione circa eos [illegible].

Excitata est et in regno agrippe contra iudeos seditio. Omnia enim contra miseros iudeos mouebantur. Ipse enim agrippa profectus erat in syriam ad cestium gallum. relicto super negocia sua quodam ex sociis uarro, sibi propinquo. Ad eum quoque uenerunt de [illegible] regione uiri lxx numero, uiri et nobilitate et prudentia ciuium suorum prestantissimi, poscentes presidium [illegible] ut si contra eos [illegible] insurgerent possent [illegible]. Hos uarrus armatis [illegible] omnes interfecit. Ausus est autem hec facinus preter consilium agrippe [illegible] gentiles suos [illegible]. Agrippa autem re examinata [illegible] regione [illegible]. Seditiosi autem comprehendentes presidium quod appellatur cyprus [illegible] custodes quidem interfecerunt et munimentum destruxerunt. Per eosdem dies in macherunte multitudo iudeorum [illegible] romanis ut presidio relicto deserere castellum eisque traderent. Illi autem [illegible] rogabantur [illegible] metuentes pacti sunt cum eis de secessione sua, et accipientes fidem presidium tradiderunt, quod illi statim subierunt. In alexandria [illegible] exorta est seditio grauis. Conflictus autem [illegible] pene continuus aduersus incolas et grecos [illegible] seditio accendebat. [illegible] alios turbarentur [illegible] illic magis exarsit tumultus. Nam cum alexandrini in concione [illegible] de legatione ad cesarem neronem deferenda, concurrere iam ad theatrum plurimi iudeorum. Quos cum uidissent [illegible] clamare ceperunt iudeos hostes et exploratores [illegible]. Reliqui [illegible] fugientibus tres ex eis uiros comprehendentes trahebant [illegible]. Commoti [illegible] omnis iudei [illegible] resistendi [illegible]. Et primum quidem [illegible] simul cremare [illegible]. [illegible] tyberius alexander [illegible] ciuitatis. Nec tamen cohercendi principium ab armis sumpsit, sed nobiles eorum [illegible] hortabatur ut desisterent [illegible] romanis [illegible]. Iudei autem [illegible] tyberium [illegible]. Qui cum sciret non absque [illegible] posse compesci [illegible] legiones [illegible] milites [illegible] flamarent. [illegible] multitudo iudeorum erat collecta [illegible] sane sine cruentis [illegible]. [illegible] armati autem reliqua multitudo [illegible]. Postea uero in fugam inclinati passim trucidabantur [illegible]. Semel autem in fugam uersi [illegible] comprehenderunt [illegible] romani succenderunt [illegible] quicquid reppererunt [illegible] illos aut infantium aut senum miseria mouebat [illegible] cede [illegible] ita ut ille locus sanguine redundaret. Quinquaginta uero milia [illegible] corporum [illegible]. Sed nec salus reliquis mansisset [illegible] se contulissent, quorum [illegible] alexander romanos iussisset abscedere. Illi [illegible] iudeis [illegible] alexandrini [illegible] ab incepto reuocabantur [illegible] distrahebant. Apalex

Cesaria quidem talis calamitas iudeis contigerat.

Cestius autem gallus procurator syrie iam non quiescendum esse putabat infensis iudeis. Sed duodecimam legionem integram ex antiochia secum ducens, et ex reliquis bina milia peditum et iiii. alas equitum, insuper que regum auxilia, id est antiochi regis duo milia equitum et peditum tria milia omnes sagittarios. Agrippa et tantidem exercitum habebat, pedites mille et equites mille, sed soemus cum iiii. milibus comitatur, quorum tercia pars equites erant, plures que sagittarii. Hiis omnibus comitatus cestius gallus a ptholomaida progressus est. Plurimi autem ex ciuitatibus ad auxilium eius conuenere, peritia militari inferiores, sed quod in peritia militari deerat, studio quod in iudeos habebant, alacritate supplebant. Cestius quidem gallus adducta parte exercitus ad ualidissimam galilee ciuitatem tendebat, que zabulon appellatur, et ab iudeorum finibus ptholomaida discernit. Cumque inuenisset eam ciuibus destitutam, in montes enim multitudo confugerat, et omnigenarum rerum domos plenas offendisset, militibus eas diripiendas concessit. Ipsum uero oppidum quamuis admiraretur esse eius pulchritudine incendit. Deinde cursu territorio peragrato quecumque inuenisset obuia depopulatus, et incensis uicis in ptholomaida regressus est. Syri autem adhuc prede inherentibus, recepta fiducia cum cestium gallum recessisse cognouissent, repente in eos qui remanserant irruunt, et prope ad duo milia morte consumunt. Cestius autem gallus rursus a ptholomaida profectus in cesaream peruenit, et ioppen uero premisit partem exercitus cum preceptis huiusmodi, ut oppidum custodirent si eo potiri potuissent, si autem impetum oppidi presensissent, tamen suum quoque ceterorum militum prestolarentur aduentum. Profecti igitur a terra et mari ioppen facillime ceperunt, ita ut nec fuge quidem habitatores copiam reperirent, nec se ad pugnam pararent. Aggressi autem cunctos interficiunt cum familiis, direptamque ciuitatem incendunt. Interfectorum autem numerus octo milia cccc. fuerunt. Similiter et in finitima samarie nabatena toparchia non paucos equites dirigit, qui et partem finium undique uerterunt, magnamque indigenarum multitudinem peremerunt, direptisque patrimoniis uicos igni dederunt. Misit et cestius in galileam cesennium gallum ductorem xii. legionis, eique tantam manum militum attribuit, quantam genti expugnande sufficere posse credebat. Quem ualidissima galilee ciuitas nomine sefforis cum fauore suscepit, huiusque ciuitatis prudens consilium alie ciuitates secute quiescebant. Qui uero seditionibus et latrociniis operam dabant, in galilee montem undique medium confugerunt, qui est contra sefforim, et uocatur asomon. Aduersum hos gallus ducebat exercitum. Illi autem quamdiu superiores erant, facile romanos ad se ascendentes ulciscebantur, et eorum plures quam cc. interfecerunt. Ubi uero uiderent eos circuitu itinere ad celsiora progressos, inante uictoria romanis cessere, et neque pugnam cum armatis facere, neque si terga dedissent equitum manum poterant effugere, adeo ut pauci locis asperis delitescerent, amplius uero quam duo milia trucidarentur. Gallus autem cum nichil iam temptari nouitatis apud galileam uideret, cesaream cum exercitu remeabat. Cestius uero gallus cum omni manu rursus in antipatrida progressus, cognitoque non parua multitudine iudeorum in turrim que afeco uocabatur esse collecta, premisit qui hiis congrederentur. Sed prius quam uenirent, iudei metu dispersi sunt, eorumque castra desolata milites adorti cum uicis circumpositis incenderunt. Ex antipatride autem cestius in liddam profectus uacuam uiris ciuitatem offendit. Nam propter scenofegiorum dies festos in hierosolimam omnis populus ascenderat. Quinquaginta uero quos ibi comprehendit occidit, exustoque oppido ulterius procedebat, et per que bethoron profectus in quodam loco cui nomen est gabao castra disponit, distante ab hierosolimis stadiis l. Iudei uero cum iam ciuitati propinquare bellum uiderent, omissis festorum dierum sollempniis ad arma properabant, suisque freti multitudine incomposita ad pugnam et cum clamore prosiliebant. Erat enim sabbatum, quod apud eos religione maxima curabatur. Tanto tamen impetu romanos aggressi sunt, ut et eorum aciem perrumperent, mediaque acie in medio cedibus ruerent, ac nisi ei militum parti que necdum locum amiserat equites exercitum subuenissent, in periculo totus exercitus cestii fuisset. Interfecti sunt autem ex romanis quingenti et xv. milites, ex quibus quadringenti erant pedites, ceteri uero equites erant. Ex iudeis uero occiderunt xx. duo uiri fortissimi, et a fronte repulsi in ciuitatem recedebant. Romanos autem ad bethoron ascendentes symon filius gyore inuadit, multisque ex postremi agminis uectores laniauit, ac multa carra cum sarcinis capta in ciuitatem reduxit. Cestio uero in agris triduo commorante, iudei locis superioribus occupatis obseruabant eius transitum, neque cessaturos eos certum erat si romani proficisci cepissent. Itaque dum agrippa cum infinita hostium multitudine montes amplexus, cum nec sic romanos a periculo tutos esse cognosceret, uerbis iudeos experiri decreuit, omnes se parituros existimans ut bello desisterent, aut si qui adnuerent, uocandos eos qui ab eorum sententia discreparent. Misit igitur ex omnibus suis porcatum et febum, quos illis sciebat esse notissimos, ut a cestio fedus amicicie, certamque pro peccatis a populo romano ueniam pollicerentur, si proiectis armis secum sentire uoluissent. 187
Uerum seditiosi metu ne cuncta multitudo spe uenie ad agrippam sese conferret, legatos obtruncare statuerunt, et febum quidem prius quam uerbum faceret peremerunt, porcatus autem uulneratus effugit. Populares autem id factum indigne ferentes, cedendo fustibus atque lapidibus iudeos in oppidum compulerunt.

Cestius uero quia intestina eorum discordia oportunum ad irruendum tempus inuenit, totum in eos duxit exercitum, et in fuga ipsos usque ad hierosolimam persecutus est. Castris autem positis in loco qui appellatur scopos, distante interuallo vii. stadiorum ab hierosolimis, nichil per triduum aduersus oppidum conabatur, sperans iudeos de seditione remissuros. In uicos uero circa ciuitatem non paruam militum manum ad rapienda frumenta dimisit. Quarto autem die qui xxx. erat mensis octobris, ordinatum exercitum in oppidum induxit. Populus quidem a seditiosis custodiebatur, ipsi autem romanorum disciplina territi, de exterioribus partibus ciuitatis cesserunt, et in parte interiore temploque refugere. Cestius uero aggressus forum quod dacon appellatur incendit, et deinde ueniens ad superiorem ciuitatem, prope aulam regiam castra posuit. Et si tunc uoluisset intra muros uiolenter irrumpere, ciuitatem illico possedisset, belloque finem dedisset. Sed prepositi castris tyranni prefectus et plures equitum magistri a floro pecunia corrupti conamen eius auerterunt, et ita contigit iudeos in tolerandis repleri cladibus. Interea plurimi populariorum nobilissimi ananias nanachi uocabant eum quasi portas ei aperturi. Cestius autem et ira fastidiens, et quod non satis ei credendum putaret, tam diu id neglexit, donec proditione cognita seditiosi ananiam cum ceteris de muro deiectos lapidibus feriendo in domos suas refugere compulerunt, ipsi per turres dispositi murum temptantibus repellebant. Per dies autem quinque romanis undique conantibus inexplicabilis erat impetus. Sexto uero die cestius cum plurimis electis, necnon sagittariis a septentrionali tractu templum aggreditur, iudeis ex porticu resistentibus. Qui repente quidem romanos ad murum euntes arcuerunt, postremo autem ipsi repulsi telorum magnitudine recesserunt. Itaque romani qui ambulabant scuta sua muris et qui consequebantur alii, ac per ordinem similiter alii superadiungere, quam sic ipsi appellant testudinem contexuerunt, unde et sagitte ita de late itinere delabebantur. Sine aliqua quidem noxa milites menia suffodiebant, templique portas incendere moliebantur. Uehemens autem seditiosos stupor inuaserat, itaque multi ex ciuitate diffugiebant uelud iam capta. Hiis autem populus alacrior efficiebatur, et quantum nequissimi cedebant, tantum ut ipsi portas aperirent cestiumque reciperent appropinquabant. Et profecto si idem cestius paululum in obsidione perseuerasset, statim ciuitatem obtinuisset. Sed credo iam tunc infestus pessimis deus eius sancta illo die finem dari bello prohibuerit. Denique cestius neque animis populi, neque obsessorum desperatione perspectis, repente milites reuocat, et sine ulla spei repulsione inconsulte nimis ac iniuste discessit. Inopinata uero eius discessio latronum fiduciam recreauit, insecutique nouissimos aliquos equitum peditumque peremere. Cestius autem ad castra que apud scopon munierat tendit. Altero uero die ulterius progrediendo magis hostes prouocabat, ita postremi appositi multos necabant, et utraque parte itineris uallata transuersos tela iactabant, et neque in eos se retorquere a quibus a tergo sauciebantur nouissimi audebant, infinita multitudine se insequi existimantes, et a lateribus instantium uim repellere minime sufficiebant, cum ipsi quidem graues essent, ordinemque interrumpere formidarent, iudeos autem insequentes ad excurrendum faciles esse. Unde eueniebat ut multa mala perpeterentur, cum nichil econtra inimicos nocere auderent. Tota igitur uia pulsi deiectique agmine sternebantur, donec multis occisis, in quibus erat priscus dux sexte legionis, et longinus tribunus, et amilius iocundus ale prefectus, uix in gabao peruenerunt, ubi prius castra posuerant, multis instrumentis amissis. Ibi autem cestius per biduum commoratus inops consilii quid ageret, cum tercio die maiorem numerum hostium uidisset, et omnia circum loca plena iudeis, tarditatem sibi obfuisse cognouit, et si adhuc ibi maneret, pluribus inimicis se usurum. Itaque pro compendio fuge cuncta que militibus impedimento erant amputari precepit. Occisis igitur mulis atque asinis, aliisque iumentis preter illa que sagittas et machinas ferebant. Hec enim uelut usui futura seruabant, maxime quia timebant ne iudei contra se capta possiderent, bethoron cum exercitu contendit. At iudei latioribus quidem locis minus instabant, contractos uero in angustias atque descensus ab exitu prohibebant, et alii super postremum agmen impingebant. Fusa igitur omnis multitudo iudeorum per itineris iuga romanos sagittis appetebant. Peditibus autem quo pacto sibimet subuenirent hesitantibus, equitum periculum propinquius erat. Neque enim ordinate uiam prosequi poterant, obstantibus iaculis quibus iudei eos inuadebant (?), et ne contra eos irent ascensus arduus prohibebat equitantibus. Inimici a lateribus autem rupes ac ualles erant, in quas deiecti qui ibi oberrassent consumebantur, nullusque locus aut fugiendi aut ulciscendi rationem habebat. Itaque cestius et romani quid agerent inscii, ad ululatum quasi desperati solent, fletumque conuersi sunt. Quibus resonabat iudeorum exhilaratio cum clamore letantium pariter ac seuientium. Totusque exercitus qui cum cestio erat pene perisset, nisi nox aduenisset, qua romani quidem in bethoron confugerunt, iudei uero obsessis circa omnibus locis eorum transitum custodiebant. Cestius autem aperto itinere desperato, iam atque de fuga cogitabat, electosque prope ad quadringentos omnium fortissimos milites tectorum fastigiis imposuit, hisque precepit uigilium qui in castris excubabant signa clamare, ut eo modo iudei omnem illuc multum numerum remanere arbitrarentur. Ipse autem cum ceteris ociose usque ad xxx. stadia progreditur. Uerum mane iudei cum locum desolatum uidissent in quem romani tetenderant, in quadringentos illos a quibus decepti fuerant concurrerunt. Quos quidem sine mora iaculis confecerunt, et mox cestium persequi properabant. Sed ille dum nocte non paruum spacium itineris peregisset, die facto uehementius fugiebat, adeo ut remanentes milites machinas siue tormenta muralia et balistas multaque alia instrumenta in uia relinquerent. Quibus tunc iudei sublatis, postea contra illos qui ea reliquerant usi sunt. Insequendo autem romanos antipatrida usque peruenerunt. Deinde cum eos assequi non potuissent, inde redeuntes machinas secum asportauere, mortuosque spoliauere, predam que remanserat collegere, et in hierosolimam metropolim reuersi sunt, suorum paucis amissis, romanorum autem quinque milibus peditum, equitum uero nongentis ac ccc. et lxxx. interemptis. Hec autem facta sunt octauo die mensis nouembris, anno xii. principatus neronis.

Post cestii quidem aduersos casus multi nobilium iudeorum tamquam de naui perdita ex ciuitate enatabant. Denique costobarus et saulus fratres una cum philippo iachimi filio, qui princeps erat exercitus regis agrippe, inde dilapsi ad cestium transfugerunt. Qui uero cum hiis in aula regia fuerat obsessus antipas fuga despecta, quemadmodum a seditiosis peremptus sit alias indicabimus. Cestius autem saulum et ceteros ad cesarem neronem in achaiam mittit, propria necessitate indicatos. Damasceni autem cede romanorum cognita, iudeos apud se degentes perimere studuerunt, cum eos in publicis terminis collectos haberent. Uerebantur autem mulieres suas omnes fere preter paucos iudaica religione deceptas, et ideo eas celabant que facturi erant. Iudeorum igitur x. milia in angusto loco omnes inermes aggressi una hora sine metu iugulauerunt. Illi autem iudei qui cestium fugauerant, in hierosolimam reuersi, quos adhuc romanorum fauentes partibus inuenerunt, partim ui, partim blandiciis sibi sociabant. Et in templo congregati plures belli duces eligendos esse censebant. Declaratus est igitur iosephus curionis filius et pontifex ananus omnia que in ciuitate gerenda essent imperaturos, et maxime ut ciuitatis muros erigerent. Eleazarum autem symonis filium quia romanorum predam et ereptas cestio pecunias, et insuper hiis plurima ex thesauris publicis in potestate habebat, tamen nulli potestati preposuere, eo quod ipsius tyrannidis superbia in statum uiderent. Uerum ipse eleazarus paulatim ambitione pecunie et astucia persuasit populo ut in omnibus sibi parerent. Elegere et militum duces qui in idumea mitterent, ihesum filium safa, et eleazarum pontificis filium, et mandauit nigro qui tunc idumea regebat, ut hiis ducibus obtemperarent. In iericuntina autem iosippus filius symonis, et manasses in thaphna, et iohannes esseus toparchias amministrandi directi sunt. Cofnitis autem et acrabatene regionibus iohannes filius anani rector designatus est. Utrique autem galilee iosephus mathathie filius prepositus est, et eius regimini uincta erat garala munitissima ciuitatum que ibi erant. Idem autem iosephus scriptor huius operis erat.

Iosephus igitur mathathie filius cum in galileam uenisset, primum cure habuit indigenarum sibi conciliare beniuolentiam, multa sic sciens confici posse, licet in aliis aliquantis deliquisset. Deinde considerans quod potentissimos amicos haberet, si aliis subiectorum partem eius potestatis fecisset, lxx. uiros de senioribus eius gentis prudentissimos elegit, eosque rectores totius galilee constituit. Septem uero iudices per singulas ciuitates minorum causas ordinauit, et maiora negocia causasque capitales ad se referri iussit. Illos autem lxx. uiros per ciuitates disposuit, et quod inter se iterent animaduertit. Certe autem in galilea romanos esse uenturos opor-

tuta loca muro cingebat. hoc est iotapata & bersaben. & selam. & caphareco. et iafae. & sigophet lacum. & montem itaburio & taricee. & tyberiada. ad hec & circa genesareth lacum speluncas in inferiori galilea muniuit. Superioris autem galilee acharabon & petram sammeia et meroth. & in gaulanitide seleucia et sogenaim, & gamalam munitione circumdedit. Solis autem sefforitis permisit ut murum sibimet ipsis fabricarent, quia eos pecuniosos uidebat & sine precepto ad bellum promptos. Similiter & giscalam eius precepto iohannes iussu iosephi muro muniuit. ceteris autem castellis ipse iosephus intererat iubendo simul & opere faciendo. & insuper exercitum ex galilea sibi subiecta supra c. milia congregauit. quos omnes undique collectis armis instruebat. Deinde sciens quod ob hoc maxime inuicta esset uirtus romanorum quod obedientes erant rectoribus suis. & armorum exercitationi studerent. ita ut romani solent suum diuisit exercitum. pluresque fecit agminum principes. diuisisque militie generibus ordinatis, alios decadarchis. alios chiliarchis subdidit. & insuper rectores maiores eis administratores. Docebat autem eos signorum disciplinas & prouocationes reuocationesque bucinarum & principia cornuum & circumductiones. et quemadmodum oporteret laborantibus succurrere fortiores. & cum defatigatis partiri pericula. ac queque ad fortitudinem animi corporisque tolerantiam pertineret instruebat. Maxime quoque eos erudiebat ad bellum usquequaque romanorum referens disciplinam. & quod cum illis uiris esset pugnaturi. qui et uiribus corporis et animi obstinatione totum pene orbem terre superarent. His addidit quo pacto belli tempore suis esset paritutus preceptis. & predixit eis quod probaturum uideret. nisi furtis & latrociniis & rapinis abstinuissent. & neque gentilibus fraude facerent. aut consuetissimorum dampna proprium questum putarent. Illa enim pars belli optime amministraretur. cum milites bona conscientia gererent. Quorum uero preseprauit fuissent. his non solum inimicos sed & deum hostem futurum. Multa in hunc modum ammonendo perseuerabat iosephus. Habebat autem lx. milia peditum & ccc. et xl. equites. ac preter hos mercennarios quibus maxime fretus erat. habebat iiii. milia quingentos & sexcentos circa se electos custodes corporis atque satellites. Exceptis autem mercennariis facile ceteri milites a ciuitatibus alebantur. Nam cum media sui multitudine militiam iniret. reliquos ad comparandum eis uictum emittebat. ut pars armis. pars in faciendo opere diuideretur. & armati securitatem impenderent suggerentibus commeatum.

I osepho quoque hunc in modum amministranti galileam. insurrexit quidam insidiator patrie nomine iohannes filius lesii callidissimus ac dolis perditus. & nequitia omnibus nequissimus. antea quidem pauper. & aliquantum malitie impedimentum passus inopia. facile mentiri paratus. miroque ut fidem adhibere uidaretur. fallaciam quoque uirtutem putabat. eaque aduersus amicissimos utebatur. simulator humanitatis. & spe lucri appetentissimus cedium. Latro etiam erat suis moribus ac sollicitari. deinde comitatum inuenit audacie. primo quidem paruum. ampliorem autem proficiens. Curam autem habebat neminem ignauum asciscere. sed qui et habitudine corporis et animi magnitudine bellorum que periculis prestarent. Hos eligebat donec quadringentorum uirorum cateruam congregauit. quorum plures ex tyriorum finibus erant. Cum his omnem galileam depopulabat. & multos futuri belli metu suspensos lacerabat. & semper maiora desiderantem dum pecunie retardabat. Cum autem uideret iosephum sua uiuacitate lectari. persuasit ei ut sibi fabricam murorum committeret. Cumque hoc iosephus fecisset. magnos a locupletibus questus fecit. Nam callidissima fraude composita. deposuit iudeos qui sunt ad confinia syrie oleum mittere. nummoque tyrio quod iiii. atticos faceret emptas iiii. amphoras. eodem precio amphore dimidium uenundabat. Cum autem galilea ferax esset olei maximeque illo tempore magna ubertate redundaret. in ea loca ubi penuria erat olei multum mittendo infinitam summam pecunie congregauit. Qua pecunia mox in eum usus est quia sibi hoc beneficium prestiterat. Nam estimabat idem iohannes si iosephum a principatu deponeret. rectorem se galilee futurum. et precepit latronibus quibus preerat predas uehementius exercere. ut multis rebus nouis in galilea excitatis. aut per insidias iosephum occideret. aut si latrocinia negligeret. ob hoc eum apud indigenas accusaret. Rumorem autem per populos spargebat quod res galilee iosephus romanis prodere cogitaret. multaque in hunc modum ad eius perniciem instruebat. Eo autem tempore quidam ex uico dabaritanorum in magno campo custodias agentes. ptholomeum procuratorem agrippe et sororis eius beronice aggressi omnes quas ferebat sarcinas abstulissent. in quibus erant non pauce uestes preciose. plurimaque pocula argentea. et sexcenti aurei. et hanc predam cum occulte seruare non possent. omnia ad iosephum comportarunt. Ille uero reprehensa uiolentia quam fecerant. reponi res ablatas apud aliquem ex ciuitatis potentissimum iubet. parat eas dominis oportuno tempore remittere. Unde maximum ei periculum commotum est. Nam raptores earum rerum quia predem parte nulla accepissent. egressi sunt. et perspicientes quod iosephus cogitaret predam suam regibus condonare. per uicos nocte discurrunt. omnibusque indicant iosephum romanis res eorum prodere. et

E odem quoque tumultu ciuitates proximas repleuerunt. adeo ut c. armatorum milia contra iosephum prima luce concurrerent. & plurimi proditorem clamarent. partim deponi. partim concremari uociferantes iosephum. Tum magistratus iosephi. amici & satellites tante multitudinis incursu territi. omnes preter iiii. diffugerent. Iosephus uero dormiens prope iam cum ignis admoueretur exsurgens. & monentibus eum iiii. qui remanserant ut fugeret. neque solitudine sua neque illorum qui contra se uenerant copiis perturbatus. in conspectu eorum prosiluit ueste discissa. infusoque capite puluere. auersisque post tergum manibus. & gladio suo ceruici admoto. Hoc autem potentes aduersariorum ad misericordiam commouebat. rustica uero plebs et maxime quibus molestior uidebatur non sine maledictis eum iubebant proferre publicas. & sacra proditionis fateri. Nam ex habitu eum opinabantur imperium deuenisse causam eum omnia fecisse. que aduersarios ei admisericordiam prouocaret. At illi ista humilitas consilium hostium prestruebat. Indignantes contra se arte prudens pluribus expetiit. Deinde sibi loquendi facultate concessa ait. Ego has pecunias neque agrippe remittere cogitabam. nec in propria lucra conuertere. absit enim ut amicum putem eum qui uobis sit inimicus. aut questum ex ea re capiam quod uos communiter ledat. Sed quia uidebam maximam ciuitatem uestram munitionis egere. & ad extruendam mecum mini hic pecunias. pedetemptim eas retinere decreui. ut uos muro circumdarem. Sin autem hoc uobis non placet in medium proferam quod ablatum est. & uobis concedo. Hec potentes dicta cum fauore susceperunt. Tyberienses uero uerba eius depugnando. insuper ei minitebantur. utrique autem relicto iosepho inter se litigabant. Ipse autem iosephus suis iam undique congregatis & sibi consentientibus. ipse ad xl. milia cum aduersariis iam atque libere loquebatur. ita ut multitudo quam blandis fecitisque sermonibus et habitu simul humili deceperat. quisque primo uiuentium recederet. Duo uero milia armatorum contra eum impetum fecerunt. Cumque se ille tecto prius recepisset. Instabant ei minitantes. Iosephus autem in hos quoque alia fraude utitur. Nam cum adfastigium culminis euasisset. compresso strepitu eorum. sedare nescire quid sibi peterent. professus est. uoces enim se non posse audire confusas. ar-

uero qui iuberent sese facturum. si aliquos ad se intromisissent qui cum eo negotiosi fabularentur. His auditis illico nobiliores cum magistratibus ad eum ingrediuntur. Quos ille in edium partes inductos clausa ianua tamdiu eos uerberauit usque quo eorum intestina nudata sunt. Circumstabat autem interim populus exclamans eos prolixis allegationibus certare. Cum subito iosephus foribus patefactis cruentos eos dimisit. & tanto terrore quo minitabantur affecit. ut proiectis armis aufugerent.

O bli & crescebat inuidia eum iohannis inuidia. aliasque nichilominus insidias moliebatur iosepho. morboque simulato per epistulam ab eo postulauit ut medicinam gratia tyberiensibus aquis calidis sibi uti permitteret. Iosephus autem cum adhuc insidias ei cognouisset. ad ciuitatis prefectos litteras fecit. ut hospitium & necessaria iohanni preberent. Quibus & iohannes biduo potitus. Postmodum uero quorum causa eo aduenerat ostendit. & alios fraude circumueniens. alios pecunia corruptos ut iosephum desererent persuasit. His cognitis sylas quem iosephus custodie preposuerat. propere de insidiis ei scripsit. Ille autem accepta epistula noctuque itinere maturato tempore tyberiadam peruenit. Et ceteram quidem multitudo obuiam ei processit. iohannes autem quamuis eius sibi aduentum se uenire sciret. tamen directo quodam ex notis ad eum infirmitatem simulans quod lectulo detineretur. & ideo obsequio sese defuisse mandauit. Cyberiensibus autem in amphitheatrum ad iosephum congregatis ... ad eos deinde fidius iohannis colloqueretur. iohannes misit occulte armatos qui eum interficerent. Qui cum iam nudare gladios populus esse perspexisset. exclamauit. atque ita iosephus retro respiciens. ubi ferrum suo iugulo imminere uidit. in litus desiluit de excelso tumulo. in quo uerba ad populum faciebat. ascensaque inde nauicula cum duobus satellitibus suis in medium lacum refugit. Milites uero ei raptis continuo armis contra insidiatores tendebant. Uerum autem iosephus ne bello intestino suscitato propter paucorum inuidiam ciuitas consumeretur. nuncium suis misit qui eos moneret ut propter tantum salute consulerent. nec quemquam noxiorum occiderent uel arguerent. Illi autem dicto obedientes quieuerunt. Qui uero circum ciuitatem pagos habitabant. auditis insidiis iohannis. contra eum ad iosephum conuolabant. Iohannes autem in giscala patria fuga receptus est. Galilei uero ex omnibus autem ciuitatibus ad iosephum confluebant. Et cum multa milia essent congregata quo uolebant ciuitatem in qua iohannes confugerat igni tradere. iosephus laudans eorum beniuolentiam impetum tamen cohibendum esse dicebat. uolens prudentia inimicos magis uincere quam perimere. Mandauit quoque per precones omnibus qui iohannem sequebantur. ut si intra v. dies eum non reliquerent patrimonia eorum diriperet. & domos cum familiis exureret. Hoc facto. tria milia ab eo reuocauit. qui profugi ante pedes ei arma piecere. Cum reliquis autem. ii. cum mille syris iohannes iam se ad insidias iosephi parabat. & nuncios clam in hierosolima mittens accusabat eum. quod magnum exercitum collegisset. contra hierosolimitanos pugnaturus. Populus uero hoc non credens negligebat. potentes autem aliquanti & magistratus clam pecunias iohanni miserunt ad comparandos milites quatinus bellum cum iosepho faceret. Miserunt & duo milia & quingentos armatos. & iiii. nobiles uiros iosandrum & ananiam. & symonem & iudam eloquentissimos. ut communem multitudinem suo hortatu a iosepho auerterent. & siquidem ad eos uenire sinerent cum ratione reddere. si autem non ueniret. uelut hostem persequerentur. Amici uero iosephi scripserant ei quidem adeum uenire armatos. causa uero non indicauerunt. quam consilium erat secretum. Cum autem uenissent ad eum hi qui ab hierosolimis missi fuerant armati. ille capiens eorum iiii. duces armatorumque fortissimos remisit in hierosolima. Contra quos nimis illi indignati qui eos miserant. pene eos interfecissent nisi citius aufugissent. Iohannes autem intra muros giscale se celabat. Post paucos autem dies tyberiadis ciuitas rebellauit iosepho. & agrippam regem uocabant ad suum auxilium. Et cum ille statuto die non uenisset. & paucos milites illuc misisset. statim tyberienses a iosepho alienati sunt. Et cum hoc ille audisset. cum milites prius frumentatum misisset. nec solus contradicentibus rebellis uolebat. nec se continere poterat ... ne diu cardam milites agrippe ciuitatem ingrederentur. Sed & postera die prohibente sabbato nichil facere poterant. & dolo tyberienses qui sibi rebellauerant. circumuenire cogitabat. idoque portas tarichearum claudi iussit. ne quis consilium suum illis proderet. Quibus scaphis quas in lacu reperit congregatis. cc. autem et xxx. erant. quatuorque nautis non amplius singulis iuerant. maturans ad tyberiadem nauigat. Cumque tanto spacio ab ea distaret. ut non uideri posset. inanes scaphas in salo relictas. ipse solus uii. satellites inermes secum habens propius accessit. ut conspicueretur admisit. Quem cum inimici adhuc maledicentes ex muro conspexissent. metu perterriti & scaphas quas a longe uidebant plenas esse armatis militibus existimantes. arma proiciunt. manique supplices agitantes ut ciuitati parceret precabantur. Iosephus autem postquam multum minis eos & exprobrationibus castigauit. ut sibi repudiantium uerbis quoque sibi satisfacerent. & aliquibus interuenientibus amicitiam cum ciuitate firmaret. Iamque statim ad eum decem tyberiensium potentissimi in naue descenderunt. His autem in una nauium piscatoriarum receptis. & procul abductis. alios l. curiales maxime notissimos uenire iussit. uelut illi quoque sibi fidem dare deberent. Deinde alios super atque alios obtentu federis euocabat. & gubernatoribus nauium repletis. precepit naues ut redeuntes omnes in carcerem & in custodias concluderent. Fuit autem numerus eorum quos abduxit simul duo milia sexcentum. Reliqui autem uociferantes quendam clitum nomine auctorem fuisse rebellionis. ... ad urbem statim iosephus unum de suis nomine leuin de naui egredi iussit. ut clito manus absideret. Cumque ille non auderet solus egredi. iosephus perseipsum uellet ... de clito supplicium sumere. ille supplex orabat ut saltem unam manum sibi concederet. Hoc autem iosephus eo pacto concessit. ut ipse sibi unam manum precideret. Ille autem statim educto gladio leuam manum sibi abscidit. Et iosephus cum uacuis scaphis et vii. satellitibus tantum ipse callide capto tyberiade ... Ac ... & sefforim cum ... rebellare ... omnibusque in ... reddi iussit. Nam & captos ... rapinas ... reddendo ... ad beniuolentiam reuocauit.

H ierosolimis autem ananus pontifex & potentiores qui non erant romanorum partes sectabantur muros instaurare properabant. multaque bellica instrumenta & passim tela ... fabricabantur. Exercitationibus autem iuuentutem ... magna ... Multi quoque ... futurus ... romanos ... Anano autem apparatum belli negligen-

…fuit et studiosorum amentia ad ultiora committere. At in Acrabatena toparchia Symon Gyorae filius novarum rerum cupidus ad rapinas cum suis conferebatur et omnibus tyrannide. Missis autem adversus eum militibus effugit in Ydumea. Et ibi similiter provincia depopulabatur. Ceterum Iudaeorum ita se habebat. ∴

INCP. LIB. III. DE. IVDAICO. B.

NERONEM autem ubi res apud Iudaeam non prospere gestas audivit, latentis quidem ut necesse fuit cum timore stupor invasit. Aperto autem superbiam simulans indignabatur magisque ducum neglegentia quam virtute hostium quae acciderant facta esse dicebat; ducere se putans pro imperii pondere tristiora contempnere videri que malis omnibus superiorem animum gerere. Verumtamen motus eius perturbatio curis augebatur, cum deliberaret cuinam commotum orientem committeret, qui in Iudaeos simul rebellantes ulcisceretur, proximasque his nationes simili morbo correptas ante caperet. ∴

Invenit ergo Vespasianum ducem solum his necessitatibus aptum, qui tanti belli magnitudinem sustinere posset, virum ab adolescentia usque ad senectutem bellis exercitatum, qui et pro populo romano pridem Hyspaniam pacasset, Germanorum tumultum sedasset, armisque ante illud tempus incognitam Britanniam subiugasset. His itaque exemplis fretus Nero, aetateque illius cum pericia stabilem cernens, filiosque eius Titum et Domitianum flores esse paternae prudentiae, ratus fortasse de tota re publica deo aliquid ordinante, mittit eum cum filio Tito ad regendos exercitus in Syria constitutos, multis pro tempore blanditiis atque obsequiis animatum, qualia necessitas imperare consuevit. Vespasianus ergo cum Tito filio … egressus ex Achaia ubi cum Nerone fuerat, Titum filium suum direxit in Alexandriam ut inde quintam et decimam legionem moveret; ipse transmisso Ellesponto terreno itinere Syriam pervenit, ibique romanas vires multaque a vicinis regibus auxilia congregavit. ∴

Et Iudaei post malam Cestii pugnam quam supra retulimus, insperata felicitate sublati, animorum impetum cohibere non poterant, sed quadam fortuna eos exagitante bellum ulterius producebant. Denique omni quanta fuit manu pugnacissima congregata Ascalonem petiverunt. Civitas autem antiqua est Ascalon septingentorum et XX stadiorum spatio ab Hierosolyma distans, et Iudaeis semper invisa. Quae res fecit ut et tempus eorum impetibus prior videretur. Tres autem viros aggressionis duces habebant, et corporis viribus et prudentia praestantissimos, Nigrum Peraitam, et Sylam Babilonium, et Iohannem Essaeum. Ascalon vero validissimo muro cincta erat, sed vacua pene praesidiis. Una enim cohors peditum et una ala equitum tuebatur, quibus praefectus erat Antonius. Iudaei ergo prae ira multo veloci itinere pacto prius … erant. Antonius vero nec eorum forte impetum nesciebat: equites iam de civitate duxerat, et neque multitudinem veritus est aut audaciam, primas hostium impressiones fortiter sustinuit, murumque properantes aggredi refrenavit. Iudaei namque cum peritioribus imperiti, et pedites cum equitibus conspicati, leviter armati cum instructis, cum morigeris et nutu rectoris omnia facientibus dimicantes, facilis erat Iudaeis labor. Nam et prima eorum acies ab equitibus turbata est, fugam petiverunt, et a tergo se hostibus urgentibus incedentes sibimet ipsis erant hostes, donec omnes … sibi equitum vincti, protinus dispersi sunt campo qui fuit magnus … habilis ad equitandum. Quod etiam romanos iuvit, ut magna caede … eos prosternerent. Nam fugientes … torquebant, et qui occupassent curriculo transfugiendo … alii in alios quocumque se vertissent, circumdatos exagitantes facile iaculis opprimebant. Iudaeis ergo propria multitudo pro desperatione salutis solitudo videbatur. Romani vero licet numero pauci essent, rebus tamen … animati, et superfluere sibi videbantur, dum satis nihil quam prospere agebant, minime laborabant, et ad maiorem usque diei partem pugnam protrahebant, donec Iudaeorum perempta sunt X milia, et duo duces Iohannes et Sylas. Ceteri vero et plerique saucii cum Nigro tertio duce in civitatem Ydumaeae quae Challis dicitur confugerunt. Nonnulli et Romanorum in illo praelio vulnerati sunt. Sed non Iudaeorum superbia tanta clade sedatur; multoque magis eorum dolor incitavit audaciam, et contemnentes quae fuerant ante pedes mortuorum iacerent, ad plagam alteram illiciebantur. ∴ Denique parvo tempore interiecto necdum curatis vulneribus, … cunctis viribus aggregatis cum maiore indignatione ad Ascalonem recurrebant. Et cum Antonius … posuisset insidias, exceptos in eas … et ab equitibus circumdatos, priusquam se ad pugnam componerent, … ex eis octo milia perierunt, ceteri vero omnes aufugerunt. Dux autem Niger dum cum multis fugeret, magni animi facinoribus demonstratis, in quandam tutissimam turrim compellitur cui nomen est Baldehel. Antonius vero nec moras circumsidendi facere volebat, nec ducem hostium fortissimum vivum relinquere: ignem muro supponunt Romani, turrique inflammata exultantes recedunt, quasi Nigro igne consumpto. Ille autem in castelli specus … saltu demissus exiluit, et biduo post sociis eum cum fletu ad sepulturam requirentibus sese ostendit, gaudioque insperato replevit omnes Iudaeos tamquam Dei providentia dux eis in posterum reservatus est. ∴

Vespasianus autem Antiochiam exercitum duxit, quae Syriae metropolis est, sine dubio tertium locum sub romano orbe obtinens magnitudine simul et felicitate. Ubi et adventum suum regem Agrippam cum omni manu propria invenit; Ptholomaida properabat. In hac autem civitate occurrerunt ei cives Sefforum oppidi Galileae colentes, solidantes pacta, et benignissime ab ipso duce Vespasiano suscepti alacri animo et contra suos gentiles … pugnabant. Quibus et Vespasianus … equitum peditumque tantum numerum praebuit quantum obstare posse arbitrabatur incursionibus, si quando Iudaei commovere temptassent. Non enim minimum esse videbatur auferri futurum belli periculum civitate maxima Galileae Sefforum, loco tutissimo condita, utique gentis futuram praesidio. ∴

Duae sunt autem Galileae quae superior et inferior vocantur, easque Syria et Phoenice cingunt. Discernit enim superiorem Galileam ab occidente Ptholomais et mons Tyriorum Carmelus; a meridie autem Samaria et Scythopolis usque ad fluvium Iordanem; ab oriente vero Hippos et Gadaris, sed et Gaulanitide quae et Agrippae regis fines sunt; a septentrione vero Tyrus et finibus eius terminatur. Inferioris quoque Galileae fines longi sunt, ex Tyberiade usque ad Zabulon, cui vicina est in litoribus maritimis Ptholomaidensium civitas. Latitudo autem … quae in campo magno posita est usque ad Bersabeen. Unde et superioris Galileae incipit latitudo usque ad Baca vicum qui dirimit terra Tyriorum. Longitudo vero eius a Thella vico Iordani proximo usque ad Merothen tenditur. Sed cum tantae sint utraeque Galileae superior scilicet et inferior, tantisque gentibus alienigenis cinctae, semper tamen omnibus belli periculis restiterunt. Nam et pugnaces sunt ab infantia Galilei, et omni tempore plurimi. Et neque aut formido umquam aut penuria regiones illas occupavit. Sunt enim hae regiones duae opimae ac ferales, omniumque generum arboribus consitae, ut etiam minime agricolendi studiosos ubertate sui provocent. Excultae sunt autem ab incolis totae, nec ulla pars earum est otiosa. Quin et civitates ibi crebrae sunt et ubique multitudo vicorum prae opulentia populosa, ita ut qui sit minimus supra XV milia colonorum habeat. Est et minus regio illa … fructuum ferax. Illa autem regio quae trans fluvium est, licet multo sit maior, pleraque tamen aspera atque deserta est, et nutriendis fructibus mansuetis inhabilis. Galileae vero mollities et ingenii fructuosum campos habet cum variis arboribus consitos et maxime olivetis atque vineis et palmis excultos. Irrigatur autem habunde montanis torrentibus et fontibus aquae perhennis. Longitudo autem eius est a Macherunte in Pella, latitudo vero a Philadelphia usque Iordanem. Et Pella quam diximus septentrionali eius tractu, occiduus vero Iordanis. Meridianam autem Moabites regio terminat, ab oriente autem Arabia et Sebbonitide et Philadelphia et Gerasis clauditur. ∴

Samaritensis autem regio inter Iudaeam et Galileam sita est. Incipiens enim a vico in planicie posito cui nomen est Geraine, in Acrabathena toparchia desinit, sed natura nihil a Iudaea discrepat. Nam utraeque montuosae sunt et campestres, agroque colendo molles atque opimae, … arboribus plenae, pomisque tam silvestribus quam mansuetis habundant, eo quod … aride natae, ymbribusque satis hauriant. Dulces autem multimodis ibi sunt aquae, bonique graminis copia, et praeter alias regiones earum pecora lacte habundant. Et quod adhuc maximum virtutis ac pulcritudinis speciem est, utraque viris referta est. Huic autem finitimus est Anuath vicus qui et Borcheas appellatur, Iudaeae limes a septentrione. Meridiana vero pars eius Arabum finibus terminatur. ∴

Iudaeae autem latitudo ex Iordane flumine usque ad Ioppen explicatur. Media vero civitas eius est Hierosolyma. Unde quidam non sine ratione id oppidum umbilicum terrae vocant. Sed nec marinis deliciis caret Iudaea, cum a Ptholomaida maritimis locis extendatur. In undecim autem sortes divisa est. Quarum prima est regnum quod Hierusalem civitas obtinet, praeceteris inter omnes accolas eminens velut caput in corpore. Aliis vero post hanc toparchiis sunt distributae. Gofna est secunda, et post eam Acrabatena, deinde Thamnia et Lidda, itemque Ammea et Pella et Ydumea et Engadda et Herodium et Iericus. Post quas Iamnia et Ioppe finitimis praesunt, et praeter has Gamalitica et Gaulonitis et Batanea et Traconitidis, quae etiam regni Agrippae sunt partes. Eadem vero terra incipiens ex monte Libano et fontibus Iordanis usque ad Tyberiadem proximum lacum latitudine panditur. Ex vico autem qui appellatur Farsafus usque ad Iuliada oppidum quod habitatur ab incolis Iudaeis permixtis una Syris longitudine tenditur. De Iudaea ergo et quibus sit cincta regionibus quam maxime potui breviter exposui. ∴

Auxilium autem quod Vespasianus Sefforitis miserat, sicut supra diximus, hoc est equites mille et sex milia peditum, regente eos Placido ciliarcho, castris in magno campo positis bifariam dividunt, et pedites quidem in civitate, equites autem in castello degebant, utrique vero assidue prodeundo et circa regionem loca omnia discurrendo magnis incommodis Iosephum eiusque socios quamvis quietos afficiebant. Praeterea quoque civitates extrinsecus depraedabantur, quas saepe Iudaei accepta excurrendi fiducia repellerent. Romanis autem hoc indique ferentibus et nec die neque nocte ab agrorum depopulatione cessantibus, sed passim diripientibus quicquid rerum in his reperissent, morte et secum pugnantibus inferebant, et imbelles ad suum servitium capiebant. Igne vero et sanguine tota Galilea repleverunt, nec quisquam expers erat huius acerbitatis et cladis, et una tantum salutem habebant fugiendo in civitates quas Iosephus murorum ambitu muniverat. ∴

Titus autem a patre Vespasiano Alexandriam transmissus, manum militum cuius causa directus fuerat suscepit, et … usus itinere maturius ad Ptholomaida pervenit. Cumque ibi patrem suum repperisset, cum duobus agminibus iunxit et ei quas ipse adduxerat quintam et decimam legiones. Has autem sequebantur X et octo cohortes, quas accepit ex Caesarea. Inerat quoque autem ala equitum, erant sescenti pedites et centeni viceni equites. Satis et auxiliatorum a regibus congregatum est. Antiochus enim et Agrippa et Soemus bina milia peditum et equites sagittarios mille praebuerunt, et Malchus rex Arabiae X milia peditum et mille equites, quorum maior pars sagittarii erant missi.

188. Tota ergo manus computata cum regibus X milia peditum equitumque collecta est, praeter Ascalones quae plurimum sequebantur meditationi bellicae assueti, et nihil a pugnacissimis distantes. Quare et consideranda est Romanorum prudentia, ita servos instituentium, ut non solum vitae ministerio sed et belli necessitatibus utiles sint. Quod si quis eorum aliam quoque respexerit militiae disciplinam, perfecto cognoscet eos imperium non tantum fortunae munere, sed propria virtute quaesisse. Et quidem armis iam non ex bello ceperunt. Neque enim solum si necesse sit manum movent, cum otio cessaverint, sed velut armis nata cohaereat, nullas indutias capiunt exercitationis, nec tempora praestolantur. Meditationes enim belli nihil a vera contentione discrepant, sed in dies singulos quoque militum omni motu animorum tamquam in proelio … positos exercet, et ideo facillime proelia tolerant. Nec enim aut ordo neglectus eos a consueta dispergit, neque metus aut sumptus demovet aut lassitudo. Unde evenit ut semper eos superent quos non ita instructos invenerint. Sed nec errat si quis eorum meditationes dicat esse sine sanguine, et … plus meditationes esse cum sanguine. ∴

Nec et cursu capi facile ab hostibus possunt, sed quocumque in hostile terram irrupint, ante castrorum suorum munitionem numquam proelium … Quae quidem castra non levi opere nec in malo loco erigunt, nec inordinate describunt, sed si inaequale solum fuerit, complanabitur. Quattuor vero angulis castrorum dimensio designatur. Namque et fabrorum multitudo et ferramentorum copia quae usui extructionis posset sequebatur exercitum, et interior pars castrorum eis distribuebatur. Ambitus autem castrorum extrinsecus muri faciem praefert, ordinata … et turribus pari spatio dispositis. Quas turrium intervalla catapultis atque balistis aliisque machinis saxa intorquentibus omnibusque instrumentis missilium complent, ut cuncta sint iaculorum genera in promptu sita. Ex omni autem muri parte IIII portas aedificant, … iumentis ad introitum faciles et ipsis, et si quis urgeat, intro currentibus latas. Intra autem castris … vici impositis dirimunt. In medio vero rectorum tabernacula collocant, et in medio hoc ducis tabernaculum templo simillimum, ut quasi civitas quaedam exstitit forumque et opificum stationes, et sedes militum … ordinumque principibus ubi

si qua sit inter alios ambiguitas iudicant. Ipsorum autem ambitus et omnia quae intus sunt multitudine simul et scientia communiunt. Si res urgeat, fossa extrinsecus cingentes, depressa cubitis quattuor, parique spatio lata. Armis autem septa pro contuberniis cum decore atque otio in tentoriis degunt, omniaque ab his ordinate et omnia caute aguntur, quae pro contuberniis expediunt, siue ligno aquaue opus sit, aut frumento. Neque etiam cenare aut prandere cum uoluerint in potestate cuiquam est. Simul autem omnibus somnus est, et excubias et uigilandi tempora bucinae significant, nec est omnino quicquam quod sine edicto geratur. Mane autem milites quidem ad centuriones, illi uero ad chiliarchum conueniunt ad salutandum, cum quibus praefecti ordinum principes conueniunt ad summum omnium ducem. Ille autem his signum aliaque data ex more praecepta proferenda subiectis cum in acie sint agentes, cui parent, ut si res exigat incursibus et reuocationibus eius uniuersi pariter obsecundent.

Cum autem e castris egrediendum est, tuba indicium facit, nemoque otiosus est, sed uel solo nutu moniti tabernacula colligunt omniaque ad profectionem instruunt. Deinde iterum tuba signat ut sint parati. Et cum mulos et iumenta sarcinis onerauerint, uelut in curruli certamine signum expectant. Castra incendunt, eo quod sit alia rursum munire facile sit, et ne quando hostibus fiant usui. Tertio quoque tuba indicat ut exeat, urgendo morantes, ne quis ordinem deserat. Praeco autem astans, si ad bellum parati sint, patria uoce percunctatur. Illi uero ter excientes alacri et magna uoce paratos se esse respondent, interrogantemque praeueniunt, et martio quodam spiritu repleti cum clamore dextras erigunt. Deinde otiose et taciti progredientes ambulant, unusquisque suum ordinem uelut in bello seruantes. Pedites autem thoracibus et galeis septi, et utroque latere sicas ferentes. Laeuus autem gladius multo est longior, cum dexter mensuram palmi non excedat. Qui uero ducem stipant electi pedites, scuta et lanceas portant; cetera manus peditum habent hastas et clipeos longos, serramque et corbem, et sarculum, et securim, necnon et habenam et falcem et catenam, totidemque dierum cibaria, ita ut parum intersit inter onusta iumenta et pedites. Equitibus autem ad dexteram gladius est longior et contus in manu, transuersusque ad equi latus clipeus, tria quoque super pharetram iacula dependent lato cuspide, iacula nihil ab hastis magnitudine differentia. Cassides uero et thoracas similes peditibus habent, nulloque armorum genere ab equitatu alio discrepant electi qui circa ducem morantur. Talia quidem sunt Romanorum itinera et mansiones et armorum uarietas.

Nihil uero neque improuise Romani inconsulti aut subitum agunt, sed omnia secuntur facta sententia, operique adhibentur iam decretis. Unde aut minime peccant, aut si peccauerint, facilis est errati correctio. Fortunae autem successus meliores si aliter cesserint arbitrantur euentis, quasi bonum quidem fortuitu illiciat, ut diuina prudentia non esse credatur. Quae uero ante cogitata fuerint et si aduersus casus exceperit, bene tamen meditatos exhibeant ad cauendum ne id rursus eueniat. Et bonorum quidem fortuitorum nouus auctor sit cui illa contigerunt. Tristium uero quae inopinate acciderint, saltem quod recte consilium ceperint, uideatur esse solacio. Armorum et exercitatione se comparant, ut non modo corpora sed animi quoque multum fortiores sint. Maior autem etiam est ex timore diligentia. Nam leges apud eos non solum maiores, uerum et minime neglegentiae capitales sunt, ducesque magis sunt terribiles quam ipsae leges. Nam bonos honorando redimunt, ne in coercendis noxiis sint crudeles. Tanto autem obsequio rectoribus parent, ut et in pace ornamento sint, et in acie corpus unum totus exercitus conspiciatur. Sic eorum copulati sunt ordines, ita circumduci sunt mobiles, et acutis auribus ad praecepta, oculisque ad signa, et ad opera manibus facere strenui sunt. Pati uero durissimi. Nec est uero ubi proeliantes aut multitudine hostium aut consilia senserint ducum, aut difficultate regionum, sed ne fortunae quidem succubuerunt. Nam et ea certiore putant esse uictoria quorum actus ex consiliis incipiunt, et de liberalitate strenuius paret exercitus. Haec ego prosecutus sum non tam proposito laudandi Romanos quam solacio deuictorum, et ut nouarum rerum cupidos deterrerem. Forte autem ad experientiam proderunt bonarum artium studiosis et Romanae militiae instituta nescientibus. Redeo tamen unde digressus sum.

Vespasianus intra cum filio Ptholomaide degens ordinabat copias. Cum uero iam Placidus Galileam inuadens maximam eorum multitudinem quos comprehendisset interemit. Haec autem fuit Galileorum inbecillior turba animisque deficiens. Pugnacissimos uero uidens semper in ciuitates confugere quas Iosephus munierat, in Iotapata quae omnium tutissima erat uertit impetum, existimans eam repentino aggressu facillime capere, et magnam sibi exinde apud illos rectores gloriam comparandam, si ualidissima ciuitate Iotapata cepisset. Multum autem opinione deceptus est. Iotapateni etenim cum eius impetum praesensissent, aduenientem exceperunt, congressique cum Romanis ex improuiso plurimi et ad pugnam parati et alacres et pro salute patriae, coniugum, liberorum dimicantes, Romanos in fugam uerterunt et multos sauciant, septem interfecerunt. Ex ipsis autem Iudaeis tres cecidere, pauci sauciati. Placidus autem quod impetu ciuium languidior inuentus esset aufugit.

Vespasianus uero ipse Galileam cupiens inuadere, ex Ptholomaide proficiscitur, ordinato milite more sicut Romani solent. Auxiliatores etiam qui leuiter armati erant atque sagittarios praeire iussit ad repentinos hostium incursus cohibendos, et ut suspectas siluas et insidiis oportunas scrutarentur, cum quibus et erat Romanorum portio armata. Hos autem sequebantur ex hecatontarchis decem equites peditesque armaturam suam ferentes mensurasque castrorum. Post hos stratores uiarum ibant, qui aggeris maligna corrigerent ac deuia complanarent, siluasque obstantes praeciderent, ne perplexo itinere fatigaretur exercitus. Deinde suas et sibi subiectorum sarcinas et ductoris cum multos cum his equites ordinauit. Post quos ipse dux Vespasianus ueniebat ducens secum electos pedites equitesque nec non et lancearios. Deinde singulis etiam turmis proprios equites deputatos habebat centum et uiginti. Hos sequebantur qui expugnandis ciuitatibus machinas et cetera tormenta portabant. Deinde rectores et praefecti et chiliarchi cohortibus stipati et electis militibus. Post hos circum aquila signa illa quae omnibus apud Romanos agminibus praeest, eo quod uniuersarum auium regnum habeat et sit ualidissima. Itaque Romani illam principatus insigne putant omenque uictoriae quoscumque bello petierint. Sacras autem signorum effigies sequebantur cornicines, et post eos acies in latitudinem senis digesta militibus. His adherebat ex more quidam hecatontarchus disciplinae atque ordinis custos. Serui autem singulorum agminum cuncti cum peditibus erant, mulis aliisque iumentis aduehentes militum sarcinas. Omnium uero agminum postrema erat mercennaria multitudo, eaque armorum coactores sequebantur armati pedites equitumque non pauci.

Itaque pacto itinere Vespasianus cum omni exercitu ad fines Galileae peruenit, ibique positis castris quasi propitios ad bellum milites continebat. Ostendebat et exercitum quo metum hostibus pelleret, et spatium paenitudinis indulgendo, si qui ut plurimi uoluntate mutaret. Itaque multos rebelles fugere solus eius aspectus fecit, metum uero uniuersis incussit. Iosephus autem eiusque socii non longe a Sepphori castra posuerant, et ubi bellum appropinquare cognouerunt, et iam Romanos secum in proelia congressuros, antequam omnino hostes conspicerent fuga dispersi sunt. Iosephus autem cum paucis relictus ubi animaduertit se ad excipiendos hostes sufficientem manum non habere, et Iudaeorum animos concidisse, quod longissime proeliis abscederent, abductisque quos secum habuerant in Tyberiada confugit. Vespasianus autem Gadarensium ciuitatem aggressus primo impetu capit, eo quod eam pugnaci multitudine uacuam repperisset. Ingressus uero ciuitatem cunctos puberes interfecit, et incendit non solum ciuitatem sed et omnes circum uicos et municipia, quorum habitatores cepit.

Videns autem Ioseph Iudaeorum res in peius recurrere et non aliter eos saluari posse nisi propositum mutauissent, et quis speraret ueniam a Romanis tribuendam, mori tamen magis elegit quam proditor patriae dedecore apud illos feliciter agere, cum quibus ut bellum gereret fuerat iussus. Decreuit ergo Hierosolymae principatibus quemadmodum sese res haberent cum fide perscribere, ne aut nimis extollendo uires hostium timiditatis postmodum argueretur, aut si minus aliquid narraret ad ferociam eos reuocaret, atque sic eis foedus placere faciendum cum Romanis cito rescriberent, aut si bellandum contra Romanos, dignum ei exercitum mitterent. Haec autem epistulam secum ferens mittit qui in Hierosolyma litteras ferret.

Vespasianus autem Iotapata ciuitatem excidere cupiens, nam in eam plurimos hostium fugisse cognouerat, eo quod ualidissima ciuitas esset, praemisit pedites cum equitibus qui montanum iter coaequarent, saxis asperum ac peditibus difficile, equitibus autem omnino inuium. Illi uero quo missi fuerant quattuor diebus fecerunt quod iussum erat, et latam uiam exercitui aperuerunt. Quinto autem die qui mensis maii uicesimus et primus erat, primus Iosephus in Iotapata ciuitatem uenit, abiectosque spe Iudaeos erigit. Quidam uero transfugarum nuntiant Vespasiano Iosephum ciuitatem intrasse, et simul subiungit si Iosephum subiugasset, omnem Iudaeam capere sine bello domaret. Hoc nuntio Vespasianus pro maxima felicitate percepto, dei prouidentia factum putat, ut qui hostium fortissimus uideretur ultro se in custodiam uoluntariam traderet. Statim ergo Placidum cum mille equitibus misit, et primum ducem Ebutium tam manu quam prudentia uirum insignem, et iussit eos uallari ciuitatem ne clam inde Ioseph elaberetur. Postero autem die cuncta manu comitante ipse sequebatur, et pacto itinere ad Iotapata peruenit. Adductoque exercitu in septentrionali urbis parte in quodam tumulo castra posuit, distante ab oppido stadiis septem. Ab hostibus autem conspici affectabat, ut solo insinuatione turbarentur. Quod et factum est, eosque continuo tantus stupor inuasit, ut muris egredi nullus auderet. Romanos autem tota die ambulando fatigatos statim ciuitatem aggredi piguit. Ob eandem causam duplici acie oppido circumdato, tertium agmen equitum extrinsecus posuerunt, omnes exitus Iudaeis obstruentes. Quae res Iudaeos ob salutis desperationem audaciores effecit. Nam in bello nihil est necessitate pugnacius. Itaque postridie Romanis impetu facto, Iudaei primo locis suis manentes, Romanis castra ante muros habentibus resistebant. Postea uero quam Vespasianus sagittarios et fundibularios et omnem iaculorum multitudinem in eos immisit, ipse cum peditibus in aduersum collem unde murus inexpugnabilis erat intercepit. Cernens tunc Ioseph, cum eo cuncta Iudaeorum prosilit multitudo, et in Romanos irruentes procul a muris deterruit, cum multa manu simul et audacia pugnantes. Sed neque minora tamen Iudaei patiebantur quam faciebant. Nam quantum Iudaeos desperatio salutis, tantum pudor incendebat Romanos, et peritia cum fortitudine; Iudaeos autem diuturna iracundia ferocitas armabat. Deinde cum tota die pugnatum fuisset, proelium nox diremit. In quo Romanorum plurimis sauciatis, tredecim interfecti sunt; de Iudaeis autem sescenti uulnerati, septem et decem ceciderunt. Nihilominus tertia die Romanis rursum irruentibus Iudaei occurrerunt, multoque fortius restiterunt, ex eo satis nacti fiduciae quod eos praeter spem sustinuerunt. Romanos quoque pugnaciores expertos eorum iracundia pudor incendisset, et extimarent se uinci non cito uicissent. Itaque per dies quinque Romanis minime ab incursionibus cessantibus, Iudaeorum excessus augebantur, muroque ciuitatis fortius pugnabant, et neque Iudaei uires hostium formidabant, neque Romanos difficultas oppidi capiendi lassabat. Iotapata etenim ciuitas pene paulominus tota rupis erat, et ex aliis quidem partibus uallibus undique praeceps, in tantum ut uallium profunditatem oculi deprehendere cupientium aspectus ante deficiat. Ab una autem tantum borea parte adiri potest, ubi per transuersum latus aedificata est montis desinentis. Quod quidem ipsum latus Ioseph muro ciuitatis fuerat amplexus, quo in accessu ceteris hostibus superiora cacumina. Aliis uero partibus montibus magnis operta, priusquam in ea ueniretur a nullo poterat conspici. Iotapata quidem sic erat munita.

Vespasianus autem et cum natura loci simul certandum putans et cum audacia Iudaeorum, incepto obsidione acrius statuit, aduocatisque rectoribus sibi subditis, de aggressu ciuitatis tractabat. Cumque aggerem fieri placuisset, qua in parte murus facilis erat accessu, totum exercitum ad comportandam materiam misit, oppidoque propinquis montibus excisis magnaque ui lignorum et lapidum congregata, cratesque uiminibus ad uitanda iacula desuper missa dispositis per uallos, subter eorum defensione aggerem construebant. Nulla autem eis tunc nimium nocua telorum quae de muro super eos iaciebantur laedebant. Alii autem excisam terram ex propinquis tumulis eruentes sine intermissione suppeditabant, cunctisque in opera distributis nullus erat otiosus. Iudaei uero super eorum tegimina saxa ingentia et omne telorum genus immittebant, quod licet minime penetrauerit, magnum tamen crepitum et horribile impedimentum operantibus erat. Vespasianus ergo machinis missilium circumpositis, quarum aliae omnes erant sexaginta, in eos qui super murum astabant iussit tela contendi, simulque ex balistis lanceae proruebant, saxaque tormentis ingentia mittebantur, et sagittariorum frequentissima multitudo, quae non solum murum sed et totum intra iactum earum spatium Iudaeis inaccessum fecerunt. Tamen nec his Iudaei prohibiti sunt ne desuper ulciscerentur, sed excurrendo per cuneos more latronum tegimina operantium dissipabant, uallorumque munimenta igni tradebant, donec Vespasianus cognita hac causa ex distributione operum contigisse, et quod interiecta spatia Iudaeis locum egrediendi praeberent, adunauit tegimina, cunctisque partibus uiribus congregatis incursiones Iudaeorum prohibitae sunt.

Erecto autem aggere et pene aequato propugnaculis, Ioseph indignum XX
reputans nihil esse contra moliri quo ciuitati prodesset, conuocat fabros, murumque iubet altius extolli. Cumque illi multis iaculis obstantibus se minime aedificare posse firmarent, hanc eis defensionem Ioseph excogitauit. Sudibus etiam fixis per eas boum coria humida extendi praecepit, quae missos tormentis lapides sinuata reciperent, et cetera tela depulsa

delaberentur, et ignis ex humore eorum languesceret. His munitum oppositis, illi murum die noctuque operando ad xx cubitorum altitudinem erexerunt, crebris et turribus in eo extructis nimisque validissimis. Que res Romanis iam se civitatem cepisse credentibus magnum [...]mum comparavit, tam Iosephi molitione quam Iudeorum obstinatione per[...]citus. Vespasianus quoque et calliditate consilii et hostium audacia magis irritabatur. Qui recepta ex munitione fiducia Romanos incessabant, et in dies singulos per plurima catervatim et latrocinales dolos rapine et incendia faciebant, donec Vespasianus revocatis militibus a pugna statuit obsidere civitatem, ut eam necessariorum penuria caperet. Aut enim coactos inopia cibi supplicaturos, aut si ad finem usque in eadem pertinacia durauissent, fame consumendos eius habitatores putabat, multoque faciliores pugne forent, si post intervallum rursus anxiis incubuisset. Fugi omnes exitus asservari precepit. Iudei autem intus frumenti abundantiamque omnium rerum intus habebant copiam preter salem. Aque et penuria patiebantur, quia nec erat fons intra civitatem, et ymbre contenti erant habitatores eius. Rara quoque est in illo tractu estivis temporibus pluvia. Estivo et tempore obsessi ob penuriam aque nimis afficiebantur. Ioseph autem cum et civitatem aliis rebus videret habundare, fortesque animo viros esse, ut longiorem Romanis obsidionem faceret quam sperabant, potum in civitate sub mensura dari constituit. Illis autem hoc grave videbatur, amplius oremque cupiditate movebat quod ius bibendi liberum non haberent, ac velut ad extrema iam pervenienti esse labori celabant. Hoc autem modo affectos Romanos latere non poterant, eo quod eos ex adverso colle trans murum in unum locum confluere et aque mensuram accipere perspiciebant, et telis balistarum plurimos ibi occidebant. Vespasianus autem hac penuria audita sperabat se civitatem cito posse capere sine pugna. Ioseph autem ut hanc spem Romanorum frangeret, iussit per muros humida vestimenta undis diversa suspendere, et ut aqua ex eis perflueret. Ex hac calliditate meror simul atque timor Romanos invasit, cum tantum aque viderent eos inaniter consumere, quos potu aqua indigere credebant. Denique dux Vespasianus quia penuria eos capere desperavit, iterum milites ad vim atque arma convertit, Iudeis quoque id maxime cupientibus. Nam sciebant se fame et siti si civitatem non traderent perituros, et ideo mortem in bello optabant. Ioseph tamen preter hoc et aliud consilium excogitavit, quo sibi copiam pararet. Mittebat enim ex civitate per occiduas eius partes per quandam vallem devia litteras ad quos volebat extra civitatem degentes, et ab his omnia usui necessaria, et que in civitate defecerant accipiebat. Precipiens eisdem nunciis ut cum ad excubias Romanorum venissent manibus reperent terga vellerbus apte operta, ut quasi eos nocte vidissent canes et iumenta putarent esse. Idque tamdiu factum est donec vigiles fraudem eius persenserunt, vallemque cinxerunt.

Itaque tunc Ioseph perspiciens non diu se civitatem posse sustinere, suaque salutis parti desperans, cum optimatibus de fuga cogitabat. Verum hoc sentiens populus circumfusus ne eos negligeret precabatur, in quo solo recumberet. Ipsum enim in civitate remanentem salvos eos fore, et si caperentur, eundem fore solacium. Decere autem illum neque inimicos fugere, neque amicos deserere, aut quasi ex tempestate navi oppressa desilire, quam ad eam tranquillo mari venisset; ipsum enim magis dimersurum esse civitatem, cum iam nemo audeat hostibus repugnare si descendisset cui confideret. Ioseph autem dicebat pro illorum commodo se exiturum, nam intra civitatem manendo nullum eis auxilium conferre posset, et si caperentur una cum eis periturum. Fugiens autem extra civitatem maximum emolumentum eis foret, alios congregando, et Romanos a civitate revocaret. His verbis non valebat Ioseph populum flectere, sed ut se maneret magis incendit. Denique pueri et senes, itemque mulierculae cum infantibus flentes ad pedes eius accedebant, eumque complexi omnes tenebant, et ut fortune sue socius remaneret cum ululatibus supplicabant, non invidia salutis eius, quantum ego arbitror, sed propria spe. Nichil enim mali se remanente Iosepho existimabant esse passuros. Communi ergo desperatione civitatis armatus, nec tempus esse dicens pugnam incipere cum spes nulla salutis esset, pulchrumque vitam pacisci plaude, aut forti aliquo facinore patrato in memoria posteritatis occumbere. Ad opera ergo se convertens, et cum pugnacissimis egressus disiectis custodibus usque ad Romanorum castra excurrebat, et nunc pelles aggeribus impositas discerpebat, nunc operibus ignem iniciebat. Postero die similiter ac tertio, innoctibusque bellum committebat.

Sed Vespasianus Romanos ex his incursibus aspiciens male affici, nam et terga Iudeis dare pudebat, et fugientes insequi armorum pondere impediebantur, cum Iudei semper aliquid agentes, priusquam digna faceres reciperent, in civitatem refugerent, armatis imperat ut eorum impetum declinarent, et nec cum hominibus mortis avidis manum consererent. Nichil enim esse fortius desperatis, et oportere eos cum quiete victoria augende possessionis causa non ex necessitate bellantes. Per sagittarios itaque Arabum et Syrie fundibulares, et per saxa tormentis emissa plerumque Iudeos repellebant, cum nulla celerior machina quiesceret. Verum etiam missa interiacentia subeuntes, semper Romanis instabant, cum nec corpori nec anime parcerent, sed in vice utrimque pugnarent, suorumque laborantes adiuvando. Vespasianus ergo ultro se existimans longitudine temporis obsideri, cum iam prope muris aggeres equarent, arietem admoveri precepit. Est autem aries immensa materia similis malo navis, cuius summitas gravi ferro solidata arietis effigie fabricata, unde et nomen accepit. Dependet autem in funibus medius ex alia trabe velut ex trutina, palis utrimque fultis bene fundatis. Retrorsum ergo magna multitudine repulsus, hisdem simul viris impellentibus, in fronte prominente ferro menia percutit et quassat. Nonne autem ulla turris tam valida aut murorum ambitus tam latus, ut etsi priores ictus forti sustinuerit, assiduos teneat. Ad huius rei periculum Romano duci transire placuit, vi capere civitatem volens, quam perniciosa videbatur obsidio Iudeis minime quiescentibus. Itaque Romani balistis ceterisque missilium machinis propius admotis, adhibitis in Iudeos utebantur, sed neque sagittarii et fundibularii longius aberant. Cum vero ea causa nemo muros auderet ascendere, Romani arietem applicabant, cratibus desuper et pellibus septum tam pro sui defensione quam machine. Et primo quidem impetu arietis menia concussa sunt, clamorque oppidanorum velut iam capta civitate maximus factus est.

189.

Iosephus autem eiusdem loci sepius feriri perspiciens, et non multo post disturbatum iri, quo commento vim machine paulatim falleret excogitavit. Nota Saccos enim paleis repletos eo loco quem semper impetu aries ferire videret, dimitti ex muro iussit, ut eo modo sepe ictus arietis erraret, aut excepto ictu laxitate frustraretur. Que res magnam moram Romanis attulit. Nam quocumque Romani machinam convertissent, illi qui super murum stabant paleas traducentes saccos ictibus arietis subponebant, nichilque murus repercussione ledebatur, donec et Romani adversus hoc aliud simile machinati sunt.

Nota Longis enim contis ad murum appositis, in horum summitate falces quibus saccos de muro demissos abscinderent alligaverunt. Cum autem hoc modo efficax opus arietis existeret, ac murus ictibus cederet, Ioseph cum suis ad ignis auxilium se contulit, et urbe viriliter egressi, cum quod aride materie fuit ex tribus locis inflammaverunt, utque machinas et propugnacula Romanorum et aggeres concremarunt. Romani vero audacia eorum territi, et ne adiumento esse flammis prevenientibus impedita quam arida nacte fomite, et preterea bitumine et pice, nec non et sulphur flamme citius volitabant; operaque Romanorum multo labore curata unius hore spacio pessumdederant. Hic et vir quidam Iudeus predicatione ac memoria dignus invenitur, Eleazarus nomine, Addei filius. Is enim saxum ingens alte sublevatum tanta vi super arietem ex muro dimisit, ut machine caput abrumperet; idque ex mediis hostibus saltu ad eos delatus auferret, nulloque metu reportaret ad murum. Postremo tamquam signum quo tela mitterent hostibus positus nudo corpore quinque sagittarum vulneribus fixus est, caruitque nulla respecta ubi murum ascenderet, ut et ab omnibus videri poterat eius audacia, ibi constitit, contractusque dolore plagarum cum ariete decidit.

Nota Post hec duo fortissimi fratres extiterunt de vico Ruma Galilee, Netiras et Philippus, qui cum super milites decime legionis Romanorum prosilissent, tanto impetu et vi transgressi sunt, ut et aciem Romanorum perrumperent, et quicumque eis occurrissent omnes in fugam verterunt. Preter hos autem Ioseph quorum et cetera multitudo raptis ignibus machinas et refugia cum operibus v et x legionis que terga dederant incendunt, et instrumenta et omne genus materie obruerunt. Rursus autem per meridiem Romani erectum arietem ad eam muri partem que pridem quassata fuerat oppulerunt. Ibi quidam ex civitate plantam Vespasiani sagitta percussa leviter vulneravit, quamvis celi spacio defecisset; et maximam tamen id Romanis perturbationem fecit. Hii enim qui prope aderant, et viso sanguine perterriti, per omnem exercitum fama cucurrit, relictaque plurimi obsidione cum stupore ac formidine ad ducem belli concurrebant, et ante omnes Titus aderat metuens ne quid patri accidisset. Unde contigit ut et benivolentia ducis et filii trepidatio confunderet multitudinem. Facile autem Vespasianus et timore filium et perturbatione liberavit exercitum. Superato enim dolore vulneris, bellum in Iudeos sevius iteravit. Nam velut ultor imperatoris quisque omne periculum adire cupiebat, et clamore alii alios adhortantes murum adibant. Iosephus autem licet cum suis sociis assiduis balistarum et tormentorum ictibus caderent, neque tamen detrectabant a muro, sed saxis et flammis et ferro eos appetebant qui arietem ad murum appellebant, et pro nichilo ducebant quod a Romanis sine intermissione iacularentur, quos ipsi videre non possent. Nam et suis ignibus collucentes, tamquam si dies esset, certum habebant Romani quo tela dirigerent, machinisque procul non apparentibus missilia videri cavere non poterant. Propterea quoque non tam balistarum quam iaculorum multitudinem confringebant, missaque machinis saxa et murorum minas auferebant, et frangebant angulos turrium. Virorum autem nulli tam fortiter constipati erant, ut non usque ad extremam aciem saxi magnitudine ac violentia sternerentur. Scire autem unusquisque valebit quantum vis huius machine valeat ex his que illa nocte in civitate evenere. In muro enim quidam ex circumstantibus Iosepho saxo percussi caput avulsum est, eiusque velut funda excussa calvaria usque ad tertium stadium volutabatur. Pregnantis quoque femine recto utero ad dimidium stadium infans abactus est. Tanta fuit vis huius machine. Machinis autem terribilior fuit impetus et missilium strepitus. Crebri autem mortui cum per muros decidentes sonabant, et acerbissimus intus excitabatur mulierum clamor, et extra vicissim occumbentium gemitus concrepabat. Totusque muri ambitus ad quem pugnabatur sanguine perfluebat, itaque ascendi utrimque poterat congestione cadaverum. Montibus quoque resonantibus multo amplius horror accedebat, nec quicquam illa nocte defuit, quod vel auribus vel oculis posset terrorem incutere. Plurimi ergo Iudeorum in ea pugna decertantes fortiter ceciderunt, plurimi et sauciati sunt, et tamen vix circa matutinas vigilias murus assiduis machinarum ictibus cessit. Iudei autem armis septi eam partem muri que deiecta fuerat priusquam Romani pontes apponerent munierunt.

Hanc vero Vespasianus ad occupandam civitatem iam ducebat exercitum, ex nocturno labore paululum recreatum. Cupiens autem de convulsa muri parte alios propugnatores adducere, equitum fortissimos in equis trifarie collocat, ut tecti armis diruti latus undique obsiderent, contosque per manibus haberent; quo si pontes admoveri cepissent, ipsi priores introirent. Post illos autem pedites validissimos ordinavit. Reliquam vero equitum multitudinem secundum muri spacium per montana loca distendit, ne quis fugiens excidium civitatis latere posset. Deinde qui hos sequerentur constituit sagittarios, sagittas paratas eos habere iubens, et fundibulares similiter, et appositos machinis. Alios autem integris muri partibus scalas applicare precepit, ut qui hos prohibere temptassent, deiecte partis defensionem relinquerent, et telis oppressi violentia irrumpentium cederent. Ioseph autem hoc cognito, intra integra muri parte labore perde fatigatos itemque senes disposuit, qui ledi non possent; in parte vero collapsa validos et potentissimos, senesque autem omnes viros in quibus ipse etiam fuit ad subeunda pericula ordinavit, hisque precepit ut ad gemitum ululatibus metu non quaterentur, et aures obstruerent contraque sagittarum multitudinem communiti protegerent desuper scutis, paulatimque recederent donec Romanorum sagittarii pharetras suas exinanirent. Si vero pontes a Romanis apponerentur, illos prosilire mandavit, atque Romanis per sua et eorum instrumenta resistere. Unumquemque autem ammonebat iam certare non quasi conservanda sed quasi iam perdita patria vindicanda esset, atque oculis proponere mactari senes ac liberos, coniugesque ab hostibus capi, itaque furorem cladis iam nunc in hostes effunderent. Civitatis et vulgus otiosum, mulieres ac pueri, postquam civitatem triplici acie videre circumdatam, gladiisque ad partem muri adiectam hostes instare, armis quoque montana loca desuper collucere, tunc extremo ululatu quasi iam capta urbe consonuerunt, ut non imminere mala sed iam adesse crederes. Quadere Ioseph mulieres ne miseratione suorum virorum animos effeminarent intra domos concludit, et cum minatione silere iussit. Ipse vero ad partem muri que sibi obtigerat consistit, et Romanis pontes applicantibus animum non intendit, sed tantum speculabatur impetum sagittariorum. Romanorum autem tubicines universorum agminum congregati sunt, et graviter infremuit exercitus, signoque dato missis undique sagittis obscurari lux cepit. Socii vero Iosephi memores preceptorum eius adversus clamorem obstructis auribus, et contra sagittarum vulnera corporibus communitis, cum admoverentur pontes ipsi prosilientes, et antequam Romani pedes in his ponerent occupant, eosque ascendere nitentes prelio detrudebant varia manu demonstrantes quod nec in extremis calamitatibus deteriores illi viderentur, qui sine periculo contra se fortes esse curabant, et nec prius a Romanis divellebantur quam vel caderent vel occiderent. Itaque Iudeis perpetuo dimicantibus cum nec animum mutarent

expugnatores haererent. Defessis autem romanorum aliis assidue subsisterent: et pro his quos violentia repulisset, alii succederent. Invicem se adhortati romani latera copulant: protectique desuper longioribus scutis inexpugnabilis globus effecti sunt. Totaque acie velut uno corpore repellendo iudaeos, in muro pene iam pedem ponebant.

Iosephus autem his rerum angustiis consilio necessitatis adhibito, etiam de desperatione machinas excogitandis simulabat. Ferventi oleo romanorum milites perfundi iubet, scutorum communitione defensos. Iudaei autem quia id promptum et paratum habebant, romanis eo plurimum et fervens infundunt: ipsis etiam lagenis in eos mittentes calore bullientibus. Hoc ardens res romanorum aciem dissipavit. Et cum dolore saevissimo devolvebantur a muro. Siquidem facile a vertice usque ad pedes oleum sub armatura protinus corpus defluebat, carnemque flamma depascebatur. Est enim oleum natura facile calescere, seroque propter sui pinguedinem refrigescere. Thoracibus autem et galeis illigatis fuga non erat. Romani vero nunc salientes, nunc incurvati prae dolore, de pontibus decidebant. Ad suos autem conversi retro recedere non poterant, quoniam facile ab insequentibus capiebantur. Sed neque romanis virtus in rebus adversis defuit, nec iudaeis prudentia. Romani etenim licet oleo perfusi miserabilia pati viderentur, tamen in eos qui perfuderant ferebantur, praecedentem quisque increpando tamquam ipse impetum retardaret. Iosephus quoque progressum eorum dolo alio decepit. Cum graeco etenim faeno decocto pontium tabulata perfundi iussit, ex quo romani delabentes retrahebantur, et neque fugientium quisquam neque adgredientium firmo poterat stare vestigio. Sed alii quidem resupinati per ipsas pontium tabulas calcabantur, multi vero super aggeres decidebant, et qui cecidissent a iudaeis statim perimebantur. Nam a romanis destituti conflictu iam liberi facillime tela dirigebant. Cum autem vespasianus videret suos in hoc periculo multa mala perpeti, per meridianas horas eos a pugna revocat. Quorum non paucis obtruncatis, plures sunt vulnerati. Ex iotapatenis vero sex viris mortuis, plures quam ccc. saucii tamen relati sunt. Hoc autem proelium gestum est die xx. iunii mensis.

Tunc vespasianus eorum casu qui acciderant consolatus exercitum, postquam iratum videt accensum, neque iam exhortatione sed opus deposcere, aggeres iussit altius attolli, et tres turres l. pedum in excelsum iubet erigi, ferro undique tectas, ut et pondere stabiles essent, neque ignibus expugnarentur. Easque super aggeres collocat iaculatoribus et sagittariis, et missilium machinis plenas, fundibulariisque fortissimis. Qui cum non conspicerentur propter altitudinem turrium et loricas, ipsi eos qui super murum assisterent facillime cernerent, telisque appeterent. Cum viderent iudaei neque [illegible] sagittas facile declinarent, neque ulcisci possent quos non viderent, altitudine turrium liberata manu iacula superante, ferro autem quo erant septae flammis obstante. Ob hoc quoque iudaei defensione muri deserta, magisque aggredi temptantibus occurrunt. Et iotapateni quidem ita resistebant, quamvis multi iudaeis singulos occumberent, neque quicquam mali e contra hostibus facerent, quos sine periculo prohibere non poterant.

Isdem autem diebus vespasianus ad finitimam quandam civitatem evocatus est nomine Iafa, novas res molientem. Misit autem illuc traianum rectorem decimae legionis, datis ei duobus milibus peditum et equitibus mille. Ille autem cum oppidum contra expugnationem munitissimum repperisset, nam praeter naturam qua tuta erat, et duplici muro cingebatur. Habitatores vero eius cum vidisset paratos ad pugnam sibi obviam processisse, proelium cum his commisit, eosque paulisper reluctantes in fugam vertit. Quos e vestigio consecuti romani exterioris muri ambitum quo effugerant cum ipsis irruunt. Secundum autem murum aggredi cupientibus cives portas clauserunt. Sed multi in portas irruentes de civibus a romanis occidebantur, multi etiam propriis gladiis transfigebantur. Infiniti quoque a romanis interficiebantur, quo ad omnis interitus numero xii. milia. Unde traianus vacuam esse civitatem pugnatoribus estimans, et si qui adhuc intus essent nichil eos ausuros existimans, primo rectori vespasiano excidium civitatis reservavit. Missisque ad eum nuntiis petit ut filium suum titum illuc dirigeret finem victoriae impositurum. Ille autem laboris aliquid superesse ratus titum filium illuc misit cum quingentis equitibus et peditibus mille. Qui maturate ad civitatem profectus sic ordinavit exercitum, ut in laevo quidem latere traianum constitueret, ipse vero in dextro obsidioni praeesset. Itaque romanis scalas muro undique applicantibus, cum paulisper galilaei desuper obstitissent, continuo moenia reliquerunt. Titus vero eiusque comites saltu in civitatem demissi moenia obtinuerunt. Tunc vehemens pugna cum his qui intus remanserant commissa est, nunc per angusta viarum irruentibus validissimis, nunc feminis ex tectorum culminibus tela iactantibus: et hoc tamen usque ad sextam horam sustinuere conflictum. Assumptis autem iterum bellatoribus sub divo et per domos senes mactabant. Deinque virilis sexus praeter infantes nullus remansit, qui cum mulieribus sunt abducti servitio. Interemptorum autem in hac civitate et in prima congressu numerus fuit xv. milium, et captivorum duo milia et cxxx. Haec autem clades contigit galilaeis v. et xx. die mensis iunii.

Sed nec samaritae ab hac calamitate alieni remanserunt. Hi namque in monte garizim quem putant sanctissimum congregati sunt contra romanos. Quod cum vespasianus audisset: motum eorum et impetum praevenire iubebat. Et misit illuc cerealem rectorem quintae legionis cum sescentis equitibus et tribus milibus peditum. Ille autem ad montem accedere et proelium cum eis congredi nequaquam tutum estimabat, quoniam hostes plurimi desuper essent. Milites quoque circumvallatis undique radicibus montis, tota die eos custodiebant. Evenit autem samaritis ob penuriam aquae magna sitis. Erat etenim tempus aestatis, neque se vulgus rebus necessariis instruxerat, adeo ut nonnulli uno die siti morerentur. Multi autem eiusmodi morti servitium praeferentes, ad romanos confugerunt. Hoc cognito cerealis circa hostes exercitu constituto, montem ascendit, et primum eos hortabatur ut si salvi esse mallent arma proicerent. Et cum hoc eis persuadere non poterat, aggressus eos omnes occidit. Erant autem xi. milia et sescenti. Haec xx. et vii. die iunii mensis gesta sunt, atque his calamitatibus samaritae pressi sunt.

Iotapatenis autem cum iosepho diu durantibus, et praeter spem adversa tolerantibus xl. ac vii. die romanorum aggeres supra murorum altitudinem elevati sunt. Quidam autem profugus ex civitate eodem die ad vespasianum venit, paucitatem civium et infirmitatem simul denuntians. Eosque continuis vigiliis et assiduis proeliis consumptos minime ulterius vim ferre possent: sed et dolo capi posse, si quis instaret. Circa extremam namque vigiliam quando malorum requiem habere videntur, maxime defatigatos custodes somnus occupat. Eosque dormire dicebat, eademque hora invadendos esse suadebat. Vespasianus autem qui fidem iudaeorum noverat, et quam superbia poenas contempnerent, [illegible] fugae suspicabatur. Namque quidam ex iotapata captus omne tormentorum genus fortiter pertulit, et cum nec flammis quid in civitate gereretur hostibus prodere nollet, mortem deridens cruci affixus est. [illegible] sperabant [illegible] vera dicere, sed vespasianus nichil [illegible] fallacem estimans, interim eum asservari hominem iussit [illegible] capien-

dam civitatem parabat exercitum. In hora quoque quae fuerat indicata [illegible] ibat ad muros. Primusque titus filius eius incedebat cum uno ex tribunis domitio sabino, xv. legione comitatus. Interfectis autem vigilibus civitatem ingrediuntur. Et post eos sextus calvarius tribunus et placidus subiectos milites inducebant. Arce quoque occupata, cum romani in medio oppido versarentur, itaque plane dies esset, necdum iudaei excidium sui sentiebant. Multo etenim labore et insomnio erant dissoluti, et si quis vigilasset, [illegible] nebula procul patebat, donec toto exercitu romanorum irrupto, solo malorum periculo iudaei exsuscitati, morientesque demum se periisse [illegible]. Romani autem memores quae obsidionis tempore pertulissent, nulli parcebant neque miserabantur, sed ex arce plebem ad prona compulsam facile trucidabant, ubi loci difficultas pugnantibus negaret [illegible]. Circa angustias itaque viarum pressi ac per declivia delabentes [illegible] desuper bello obruebantur. Hoc et multos qui circa iosephum erant electi ut ipsos interficerent incitavit. Nam cum se viderent romanorum nullum posse occidere, in extrema parte civitatis congregati semet interfecerunt. Quidam autem de custodibus civitatis qui primi captam civitatem [illegible], in turri septentrionali fuga recepta, aliquamdiu quidem restiterunt, deinde circumfusi hostium multitudine sero dexteras dimiserunt, hisque instantibus mortem suam aequo animo toleraverunt. Potuissent autem romani in eventu obsidionis fine gloriari, nisi unus ex eis in ipso excidio cecidisset insidiis peremptus Antonius centurio. Nam quidam ex his qui ad speluncas confugerant rogabat eundem Antonium dexteram sibi porrigere ob fidem salutis, quo posset inde ascendere. Cumque antonius ei manum porrexisset: ille subter hasta praeveniens in inguine percussit, atque confecit. Et hi manifesta multitudine perierunt illo die romani. Postea vero secutis diebus scrutando latebras et cuniculos, et latebras omnis aetatis ulciscebantur praeter infantes et feminas. Captivi autem congregati sunt mille cc. Quadraginta autem milia connumerati sunt excidii tempore pugnisque superioribus occisa. Vespasianus itaque ipsam civitatem excindi iubet: et castella eius omnia exurit. Iotapata quoque civitas ita deleta est xiii. anno imperii neronis die kalendarum iuliarum.

Romani vero iosephum requirentes, et propter indignationem eam, et quod maxima pars belli foret, et cum inter mortuos requirebant. XV. Ille autem in extremo civitatis fortunae quodam usus auxilio per medios hostes se surripiens, in quendam profundum puteum saltu demissus est. Cui puteo ampla spelunca in latere adiuncta erat, quam supra stantes videre non poterant. Ubi xl. viros insignes iudaeos latitantes repperit, et victum rerum apparatum qui non paucis diebus sufficeret. Romanis autem propter eum omnibus locis complexis, interdiu quidem se occultabat, nocte vero ascendens vigilias explorabat ut fugeret. Cumque omnia undique ipsius causa maxime custodirentur, neque fallendi spes esset, in speluncam rursum descendebat, et per duos dies ibi delituit. Tertio vero die capta quadam muliere quae simul cum ipsis latebat cum aliis, ab ea romanis indicatus est. Et vespasianus protinus duos tribunos paulinum et gallicanum misit, ut pacem iosepho porrigerent et eum ad se ascendere hortarentur. Qui cum ad eum venissent et fidem pro salute darent, tamen ille eis minime credidit, attendens ea quae contra romanos commiserat, et quae pati meruisset, et velut ad poenam evocaretur timebat. Donec vespasianus tertium quoque tribunum nomine nicanorem iosepho notum ad eum direxit. Is autem veniens referebat quod dulce in eum ingenium romanorum esset, quodque ipse romanis virtutis causa magis admirabilis quam odiosus haberetur. Essetque vespasiano studium non eum ad supplicium ducere, sed conservare potius virum fortem. Hisque addebat quod nec vespasianus si quid dolo moliretur amicum ad id mitteret, ut rem optimam amicitiam pessima perfidia protegeret, et neque ille obtemperasset ut amicum falleret. Iosepho etiam post nicanoris dicta haesitante milites ira in speluncam ignem supponere properabant, sed retinebat eos ductor belli, vivum iosephum capere plurimi pendens. Nicanore autem vehementer instante, iosephus nocturna somnia reminiscitur quibus ei deus et futuras iudaeorum clades et quae romanis principibus ventura forent indicasset. Erat etenim iosephus et coniector huius operis interpretandorum somniorum idoneus, et quae divinitus ambigue dicebantur sciebat. Quin et sacros prophetarum libros noverat, quod et ipse sacerdos esset et parentibus sacerdotibus procreatus. Illa quoque hora quasi deo plenus et recordatus recentium somniorum quae viderat, occultas deo preces obtulit dicens. Quia tu creator omnium hominum labefactari res iudaeorum, fortunam vero ad romanos totam migrare, animamque meam quae futura praediceret elegisti, do quidem manus sponte romanis et vivo. Testor autem quod non proditor sed tuus minister ad romanos ibo. Hisque precibus ad dominum fusis nicanori consentiebat.

Verum iudaei qui una confugerant, postquam intellexerunt iosephum romanis rogantibus cedere, universi circumstantes plurimum ingemiscebant et clamabant. Ubi sunt patriae leges quas deus iudaeis dedit, quibus mortem contempnentes animas indidit? Quid quod iosephe cupidus es lucemque intueri et pati servitutem? Quam cito autem oblitus es quod multos pro libertate mori persuasisti? Falsam profecto opinionem fortitudinis habebas falsamque prudentiam, si salutem apud eos cum quibus dimicasti speras. Sed et si quis te romanorum fortuna tui oblivione perfunderet, nos tamen patriae gloriae consulentes, et dextera est et gladius accommodatum tibi. Tu vero siquidem sponte moriere dux iudaeorum, sin autem invitus, proditor vero apud romanos morieris. Haec cum dicentes locuti [illegible] gladiis occidendum comminabantur si romanis pareret. Timens hoc impetum iosephus argumentis eos necessariis philosophiae mitigare coepit. Vere quidem socii iudaei tam [illegible] propriae necis [illegible]. Aut cur inter se amicissimas res animam et corpus in dissensionem vocamus? Mutatum me quispiam dicet. Sed romani hoc sciunt optimum esse in bello mori, sed lege belli hoc est a victoribus trucidari. Per me romanorum ferrum deprecor, ut meo gladio meaque manu sim dignus. Si autem illi hosti suo parcere dum putant, quanto iustius nosmetipsi nobis parcere debemus. Stultum quippe est ea contra nos admittere, pro quibus ab illis dissentimus. Pulchrum etenim esse pro libertate mori et ipse fateor, sed illi qui eam nobis eripiunt, neque pro nobis obstant neque nos interficiunt. Nempe timidus habendus est qui mori non vult cum opus est, et qui vult cum non oportet. Praeterea quid metuentes nos prohibet ad romanos ascendere? Nempe mortem. Ergo eam mortem quam a romanis nobis in dubio speramus irrogari, hanc ipsi iam nobis certam inferimus? Verum hoc servitutem [illegible]. Et quomodo liberi sumus aut viri fortes, si nosmetipsos occiderimus? Immo quantum opinor ignavissimi. Nam et gubernatorem timidissimum puto, qui tempestatem metuens ante [illegible] sponte submergit [illegible] animalium natura elegit, et eo modo [illegible] admittere. Nullum enim est animal quod [illegible]. Siquidem natura lex validissima omnibus [illegible]. Romani autem arbitramur [illegible] indigne ferunt [illegible]. Ab illo [illegible] accepimus [illegible]

tendum est. Corpora quidem cunctis mortalia sunt fabricata ex caduca materia, anima vero semper immortalis est, et dei particula in corporibus collocata. Si quis autem quod depositum hominis subripuerit aut male tractaverit, perfidus deputatur, quomodo ille quod dei depositum ex proprio corpore eiecerit eum latere putat quem lesit? Et si servos fugitivos iustum credimus ulcisci quamvis malos dominos fugerint, quomodo qui fugiunt optimum dominum impie facere non videntur? An ignoratis quod qui de hac vita exeunt secundum naturam acceptum a deo debitum solvunt? Pure autem animae et que invocantes exaudiantur adepte sanctissimum locum retinent in celo, atque inde rursum in revolutionibus seculorum casta corpora iubentur incolere. Quorum vero manus in se ipsos insanierunt, eorum animas orcus tenebrosior suscipit. Pater autem illarum deus in nepotes eorum iniurias parentum ulciscitur. Denique si qui se occiderunt apud iudeos, usque ad solis occasum eos insepultos abici decretum est, cum et hostes sepeliri fas esse ducamus. Apud barbaros dextras iubentur abscidi eorum qui sibi mortem intulerunt, quia ut corpus ab anima, ita manum a corpore alienam esse existimant. Pulchrum est ergo socii iusta sentire, neque humanis cladibus addere in creatorem omnium impietate ledam. Si salvi esse volumus, salvi simus. Nec enim salus apud eos ignobilis est quibus tantis opibus virtutem demonstravimus. Sin autem mori placet, ab his occidi pulchrum est qui nos ceperunt. Non enim migrabo in hostium locum ut ipse mihi proditor fiam. Multo enim stolidior sum quam qui ad hostes ultro perfugiunt. Siquidem illi salutis causa id faciunt, ego vero interitus mei causa. Romanorum tamen insidias votis expeto. Nam si me post datas dextras perimunt, magno animo paratus moriar, mendacium perfidia punitoris solacio mecum auferens.

Multa in hunc modum iosephus ut socios a cede propria reduceret hortabatur. Iudei autem obstructis auribus et ira accensi in iosephum concitantur, et alii aliunde cum gladiis accurrentes ignaviam ei exprobrabant, et quasi percussurus eum mox quisque accurrebat. Ille autem cum alium nomine vocaret, alium vultu ducis intueretur, alteri dexteram apprehenderet, alium precibus exoraret, varia mentis et vultus mutatione omnes a sua nece prohibebat, et semper ad eum qui se tetigisset faciem convertebat. Illorum autem quidem ducem in extrema clade reverendum putarent, debilitabantur dextere, gladiique de manibus elabebantur, et multi cum ei sponte manus inferrent, dimittebant frameas. Iosepho ergo non defuit in ea desperatione consilium mentis proprie, et dei providentia ei salutem in periculis misit. Convertens autem se ad eos dixit: Quando nobis mori decretum est, agite nunc et sortiamur mutuas cedes, et cui obtigerit manu sequentis occumbat, et ita omnium fortuna procedat, neque dextera sua quisque pereat. Iniustum est enim, ceteris interemptis, ex aliis quemquam et si penituerit salvum esse. Visus est ergo illis vera dicere, et quod persuasit agitur. Sorsque cuique obtigit parata, et qui se sequebatur necem sua prebebat, quasi mox et duce iosepho cum eis morituro. Cum illo enim prius vita dulcius estimabant. Remansit autem iosephus cum alio, sive fortuna dici oporteat sive dei providentia. Consultoque prospiciens ne forte gravaretur si novissimus resedisset, et dexteram sua gentili cede pollueret, fide cum illo qui secum remanserat composita ut viveret persuasit. Iosephus ergo hoc modo ex obsidione et domestico bello liberatus ad vespasianum per nicanorem ducebatur, nimium acta ei obstupescentem. Omnis autem romanus insciendi eius gratia occurrebant. Et cum se circa vespasianum premeret multitudo, varius tumultus erat, his exultantibus quod captus esset, aliis minitantibus, nonnullis autem eum videre certantibus; et qui longius aberant interficiendum esse clamitabant. Qui vero prope erant facta eius recolentes mutatione obstupescebant. Rectorum autem nemo fuit qui licet ante irasceretur nomini eius, eo conspecto mitior factus est. Titum vero preter alios iosephi animus in calamitatibus et etas eius misericordia capiebat, et reminiscens quod fortis pridem in preliis fuisset, et qualis nunc sit in hostium manibus, iubebat eum intelligere quanta esset fortune potentia, quamque velox belli momentum, et in humanis rebus nichil esse firmum et perpetuum. Plurimos tunc etiam verbis suis ut iosephum misererentur affecit, et plurima pars salutis ei etiam apud patrem exstitit.

Vespasianus tamen precepit ut cautissime custodiretur, quasi eum neroni cesari missurus. Quo audito iosephus aliquid ei soli se velle dicere ait. Summotisque ab illo omnibus aliis preter filium titum ac duos amicos, ait: Tu putas te solum iosephum habere captivum. Ego autem ad te venio futurorum nuncius premissus a deo, ut videor legem destruas, et ipsos servituti romanorum amodo subiuges. Et tu me ad neronem vis mittere quasi diu regnaturum. Nam tu vespasiane et filius tuus iste qui nunc stat post te, imperator futurus eris. Et non solum meus cesar eris, verum et terre marisque ac totius hominum generis. Me autem arta colligatum iube tecum reservari ad maiorem penam, si ista in domini mei nomine a memet ipso confingo. 190.

Hec iosepho dicente vespasianus fidem non habere videbatur, et estimabat iosephum salutis sue gratia proculdubio hec dicere; paulatim vero ad credendum impellebatur deo illi imperium multis portentis premonstrante. Sed et ex aliis rebus iosephum veracem esse deprehendit. Uno namque amicorum qui his secretis intererat dicente hec esse deliramenta, cum prius non potuisset iotapatenis de excidio civitatis et de captivitate eorum quicquam divinasse, respondit iosephus eis se predixisse quod post diem septimum et quadragesimum obsidionis eos maneret excidium, et quod se romani vivum essent in custodia recepturi. Hec vero vespasianus vera esse comperit a captivis, et illa que sibi dixerat credere cepit. Sed tamen neque custodiam nec vincula ab eo removit. Vestimentis autem aliisque muneribus benignissime eum fovere non desinebat, tito ei semper illum commendante.

Quarto autem die mensis iunii vespasianus in ptholomaidam reversus, inde in maritima loca pervenit ad cesaream urbem maximam civitatem [illegible]. Ibi cum exercitu incole illius civitatis cum magna benignitate susceperunt, affectu quidem quo romanos diligerent, plus autem illorum odio qui excisi fuerant. Unde et multi in [illegible] de iosepho supplicium fieri [illegible] cum clamore postulabant. Vespasianus [illegible] nichil [illegible] respondit. Legiones duas apud cesaream [illegible] misit, quod opportuna esset et munita civitas ad obsidendum videret. Decimam vero et quintam legionem scythopolim misit, ne cesaream cum tanto exercitu premeret. Calida autem civitas cesarea per hyemem, estivis caloribus estuosa et [illegible] et plana et sita [illegible] maritima.

Unde agmine collecto [illegible] multitudo seditiosorum iudeorum et qui ex civitatibus eversis aufugerant, ioppe civitate diruta [illegible] sibi muniunt. Et quia terram illam romani arcebant, migrandum in mare censuere, ac plurimis navibus fabricatis in syriam et fenicen [illegible] et egyptum commeantes, plurimos latrociniis predabantur omnibus [illegible] ut invium facerent illam partem pelagi. Hoc ut vespasiano cognitum, equites et pedites in ioppam misit, hique nocte in civitatem ingressi sunt, que incustodita erat. Habitatores autem eius posteaquam irruptionem senserunt, metu perterriti fugam navibus petiverunt, et in his ultra coniectum sagitte spatium pernoctaverunt. Cum ioppa natura esset importuosa. Nam asperum arduumque litus desinit, ac summis utrimque cornibus leviter incurvatur, vastisque rupibus et ingentibus procellis pelagus turbant. Ubi et nunc andromede cathenarum signis extantibus fabule veteris fidem ostendit. Ventusque aquilo feriens litora summas cautes in obiectas fluctus affligit, eoque modo solitudine intutiorem stationem efficit. In eo pelago fluctuantibus ioppenis prima luce violentus flatus, quem melamboria vocant eius incole, et alias naves inter se, alias vero elisit in scopulos, et alie sublate in sublimi gurgite mergebantur. Fuge autem nullus locus erat, nec remanentibus spes salutis, cum et in mari vento et crudelitate romanorum violentia pellerentur. Itaque multe ululatus excollisis ad invicem navibus audiebantur, et multa crepitus fractarum navium, et ioppenorum parti fluctibus obruti, pars naufragiis implicati moriebantur. Nonnulli autem se ferro interficientes naufragium preveniebant, plurimi quoque enecti fluctibus scopulis carpebantur, ita ut pelagus sanguine redundaret et cadaveribus oppleretur, et alios ad litus appulsos in eo stantes romani milites trucidarent. Electorum autem corporum iiii milia et cc fuerunt, et romani nullo prelio capta civitate funditus eruunt. Vespasianus autem ne rursus eo pirate confluerent, castris in arce munitis, ibi cum paucis peditibus equitatum reliquit ut circumposita castra defenderent. Illi autem preceptis obedientes, in dies singulos iudeos incursabant atque vastabant.

Tum autem apud hierosolimam casus iotapate civitatis nuntiatus est, primo quidem plurimi et pro magnitudine calamitatis et quod nemo advenire qui se vidisse diceret, non credebant. Nec enim nuncius aliquis superfuerat, sed ipsa fama per se excidium predicabat, et quod simul iosephus esset peremptus. Que fama maximo luctu replevit hierosolimam, et per singulas domos et cognationes alii lugebant propinquos, alii nulli flebant fratres et alios amicos. De iosepho vero duce eorum publicus erat luctus, ita ut per dies xxx in universorum lamentatione numquam [illegible] cessarent, magnaque mercede conducerent tibicines neniarum.

Postea autem revelata veritate de iotapata, cum comperissent iosephum vivere et cum romanis degere ac supra captivi fortunam a romanorum ducibus honorari, tantam in eum iracundiam, quantam prius cum mortuum audierant benivolentiam conceperunt. Et ab aliis quidem de ignavia, apud alios de proditione arguebatur, totaque interim civitas plena erat indignatione atque conviciis. Et ex rebus adversis accendebantur, maioreque impetu in romanos ferebantur, velut iosephum parte vindicaturi.

Vespasianus autem volens regnum agrippe videre, nam et ipse agrippa eum invitabat, pararet cum eum omni honore suscipere, veniens ergo vespasianus in cesaream que philippi appellatur, ibique per dies xx recreato milite ipse quoque gestarum rerum gratias deo referens in epulis erat. Audiens autem tyberiadem civitatem et taricheas novas res incipere, ad regnum enim agrippe pertinebant, et contra eum rebellaverant, opportunum contra eos duxit exercitum, simul ut agrippe hospitium eius rependeret civitatibus ei redditis. Titum ergo filium suum in cesaream misit ut inde ad scythopolim milites duceret. Scythopolis autem civitas est maxima decem civitatum et tyberiadi vicina est. Quo cum ipse venisset, ibi filium prestolabatur. Deinde cum tribus legionibus progressus ad tricesimum a tyberiade stadium in quadam mansione conspicua rebellantibus nomine sennabris castra ponit, et valerianum decadarchum cum equitibus l dirigit, qui pacifico sermone oppidanos alloqueretur et ad fidem invitaret. Audierat enim quod pacem populus desideraret, et a nonnullis seditiosis ad bellum moveretur. Itaque valerianus ubi muris appropinquavit, ipse de equo desiliens comites suos idem facere iussit, ne pro lite cavisse putaretur. Sed priusquam verbum faceret, armati in eum de civitate exierunt, rectore quodam ihesu filio tobie principe latronum. Valerianus autem preter mandata ducis non tutum ratus cum eis prelio congredi, et sive victoria certa esset, pugnamque periculosa fore, si cum multis pauci et cum armatis imparati confligerent, inopinata ergo iudeorum stupefactus audacia, et ipse pedibus fugit, et alii l equis relictis. Quos statim ihesus eiusque socii velud pugna non insidiis captos leti in oppidum adduxerunt. Quod factum veriti seniores, et quod pertinere ad eos videbant, in castra romanorum irruunt, et ad vespasiani genua supplices accedunt, ne se despiceret obsecrantes, nec paucorum insipientiam imputaret, sed magis populo parceret, quod romanis semper amica sensisset. His eorum precibus quoque infensus omnia indulsit, et fidem eorum populo dedit. Ihesus autem eiusque socii tutum sibi non esse rati apud tyberiadam consistere, ad taricheas effugiunt. Postero die vespasianus in arce premisit traianum cum equitibus qui exploraret an omnis multitudo paci consentirent. Cognito autem eos pacem cupere, ad civitatem ducebat exercitum. Illi autem portas ei patefacientes cum laudationibus obviam procedunt, salutis datorem eum acclamantes. Vespasianus autem cum milites per angustias aditum intrare civitatem non possent, murorum partem ex meridiano latere dirui iussit, et eo pacto dilatavit ingressum ut rapinis et iniuriis civium abstinerent. Habitatoribus autem spondentibus quod post hec cum romanis essent concordes, male affectam civitatem ex dissensione recreavit.

Deinde ab ea digressus inter ipsam tyberiadam et taricheas castra posuit et munivit, et belli sui moras illic fore perspiciens. Multitudo enim in taricheas confluxerat [illegible] munitione freta civitatis et lacu qui genesar appellatur. Scaphas et plurimas in eodem lacu paratas habebant, ut in eas si terrestri prelio vincerentur refugerent, simulque instructas ad navale bellum prope erant. Romanis ergo castra munientibus, ihesus eiusque socii neque multitudine eorum neque disciplina militis perterriti cursu in eos irruunt, primoque impetu disiectis fabricatoribus castrorum ac parte aliqua edificii dissipata, ubi armatos contra se congregatos viderunt, antequam mali aliquid paterentur ad suos refugiunt. Eosque romani insecuti ad navigia compulere. Et illi quidem tam longe in navibus devecti ut romanos missilibus contingere possent, anchoras iacuerunt, et sic acies assolent densatis inter se navibus adversus romanos in terra consistentes navali prelio decertabant.

Audito autem vespasianus magnam iudeorum multitudinem in proxima [illegible] campi planicie congregatam, filium suum titum illuc cum sexcentis electis equitibus misit. Qui cum infinitum hostium numerum ibi reperisset, patri remandavit maioribus auxiliis sibi opus esse. Ipse autem tamen antequam auxilia venirent videns suos alacres esse ad pugnam, et nonnullos formidare iudeorum multitudinem, stans in loco ubi ab omnibus exaudiri posset ait: O romani pulchrum est in principio sermonis admonere vos generis vestri, et ut sciatis qui sint cum quibus pugnare debetis. Nostras enim manus nemo umquam in toto orbe ullus hostis evasit. Iudei vero usque ad hoc tempus victi non defatigantur; oportet et nos in melioribus [illegible] eos plus perseverantia laborare. Videns autem vos

in acto alacres esse plurimum gaudeo, sed vereor ne cum vestra tanta multitudo timoris mei intersit. Interest quisque attendat quod videtur audaces fuit in bello, tamen imperiti sunt, et recte vulgus appellandi sunt quam exercitus. Nobis enim peritia atque disciplina referre quod opus est.

Multi enim in hostium numero imperiti noscuntur, nec sola hominum multitudo quamvis pugnacissimi fuerint in bello victoriam obtinet, sed et si sit imparatis sit fortitudo. Hi enim et ordinari facile possunt, et sibimet subvenire, numerose autem copie plus huiusmodi ex se ipsis quam ab hostibus capiuntur. Itaque iudeos audacia et ferocitas ac desperatio vite que in rebus secundis aliquantum valent in vitia ducunt, et minimis offensionibus extinguuntur; nos autem virtus regit, et morigera voluntas, et fortitudo que in prosperis fortuna augetur; nec usque ad finem in adversis decipitur. Ad hoc maiores sunt nobis quam iudeis cause certaminis. Nam si illi pro libertate ac patria belli pericula sustinent, quid nobis prestantius est quam ne post orbis terre imperium videamur habere solos rebelles iudeos? Propterea considerate quod nec patiendi quidem aliquid intolerabile mali metuendum est, cum multos in proximo auxiliatores habeamus. Rapere autem victoriam possumus, et quos nobis a patre meo in auxilium mitti speramus convenit antecapere, ut et maior fiat virtutis effectus cum socium non habeat. Et quidem puto nunc de me ac patre meo vobisque parte iudicium fieri. Siquidem pater meus de rebus ante gestis gloria dignus existit, ego vero eius sum filius, vos autem milites mei. Nam patri meo consuetum est vincere, et ego non patiar ad eum reverti victus. Quo pacto autem vos non pudebit ducem vestrum in periculis adiuvare? Credite mihi appetam ne pericula primusque in hostes irrumpam. Nemo autem vestrum a me discedat, sciens impetum meum sustentari divino auxilio. Postquam Titus hec prefatus est, divina quedam alacritas militibus incidit. Et quia Traianum adventure cum quadringentis equitibus ante congressionem egre ferebant, tamquam minueretur societate victoria. Misserat et Vespasianus Sylonem et Antonium cum duobus milibus sagittariorum ad auxilium filii.

xl. Titus ergo primus citato equo in hostes prorexit, et post eum ceteri cum clamore valido, aciem iudeorum occupaverunt; et multo plures quam erant iudeis apparuerunt. Iudei igitur licet metu eorum et disciplina essent conterriti, paulisper tamen primos eorum sustinuere congressus. Pulsi autem contis et equorum impetu deturbati conculcabantur, et multis peremptis dispergunt, et in civitatem ut quisque valebat effugiunt. Titus itaque a tergo instans, alios in fuga occidebat, nonnullos autem cum comprehensis tum ora transverberabat, multosque alios super alios involvens configebat, et omnes ad menia confugientes preveniens detrudebat ad campum, donec vi multitudinis elapsi in oppidum confugere. Excepit autem illos continuo acerba dissensio. Nam indigene eos qui male pugnarent increpabant; et inter se discordantium clamor erat, volentium arma capere. Titus autem non procul a muris aberat, et his auditis clamoribus exclamat: Quid moramur o commilitones, dominum nobis dedente iudeos? Suscipite victoriam. Non auditis clamores? Qui manus nostras evaserint invicem discordant; obtinebimus civitatem si non properamus. Verumtamen cum velocitate animus opus est. Nichil enim sine periculo magnum effici consuevit. Non solum autem hostium concordia quos cito necessitas in gratiam revocabit, sed et sociorum auxilia prevenire debemus, ut preter victoriam quietas eorum paucis superaverimus, et tantis spoliis soli potiamur. His dictis ascendit equum atque ad lacum decurrit, et per eum prior pre ceteris civitatem ingreditur et eum ceteri sequebantur. Pavor autem audaciam eius moriturorum defensores invasit, et pugnare quidem vel prohibere venientes nemo audebat. Relictis igitur excubiis Iesus et socii eius magis diffugere, alii vero decurrentes in manus hostium contra venientium incidebant. Mactabantur autem alii cum scaphas scanderent, itemque alii cum natando sequi conarentur, plurimaque per civitatem agebatur hominum cedes. Advenarum quidem resistentium qui non effugissent, indigene vero sine pugna, qui eos cum spe federis et conscientia quod bello consilium est non haberent prelio deterrebat, donec noxiis in tempus miseratio indigenas ab interfectione requievit.

At illi qui in lacum Genesar confugerant, ubi civitatem captam viderunt, quam longissime poterant ab hostibus recessere. Titus ergo missis equitibus res gestas patri nunciat. Quibus ille cognitis de filii virtute admodum letus, et facinoris claritate magna in parte belli videbatur exempta, remandavit eum circumdaret custodibus civitatem ne quis ex ea subterfugeret, neque a cedibus temperaret. Postero autem die Titus cum descendisset ad lacum, naves adversus illos qui in lacum confugerant fabricare iussit. Que etiam materiarum copia et artificum multitudine mature contexte sunt.

Lacus autem vel stagnum Genesareth hoc a terra continenti appellatum, xl. stadiis in latitudine patens, et c. in longitudine, et aque dulcis est et potabilis. Palustri enim crassitudine tenuiores habet latices, undique in litora et arenas desinens purus est, ac preterea hic temperatus ad hauriendum, et fluvio vel fonte lenior. Semper enim frigidior manet quam lacus diffusio patitur, estivisque noctibus eius aque subdivo perflate neque cedibus cedunt. Id enim facere indigenis moris est. Variaque sunt in eodem lacu piscium genera, ab aliorum lacuum piscibus tam specie quam sapore discreta. Medius quoque fons est in Iordane fluvio nomine Panium, quod fertur ex ea terra oriri que vocatur Fiale. Hec autem est quam ut tradunt tenditur ascendentibus ad Cesaream xx. stadiis Cesaree, non longe in dextro itineris latere, et proprie quidem ex rotunditate Fiala lacus dicitur, rote speciem preferens. Semper autem intra eius labra cohibetur unda, numquam deficiens vel exuberans. Cumque prius hic esse Iordanis principium nesciretur, a Philippo tetrarcha quondam Traconitidis regionis taliter deprehensum est. Iste enim missis in Fiala paleis invenit eas apud Panium fontem exisse, unde antea nasci fluvius credebatur. Naturalis ergo pulchritudo Panii fontis ab Agrippa rege magnitudine divitiarum constructa est.

Manifestum est autem quod flumen Iordanis ex hoc antro incipiens semet(?) continuis lacus paludes secat et marginem. Genesareth autem lacus alius c. xx. stadiis emensus post oppidum Iuliada fluit, et in Asphaltide lacum exit. Ad Genesareth igitur lacum eiusdem nominis terra pretenditur, natura simul et pulchritudine admirabilis. Nullum enim pro sui ubertate negat arbustum, totaque illam etiam plantis conseruere cultores. Celi vero temperies ibi diversis rebus aptissima est. Nuces enim que maxime frigoribus gaudent ibi infinite florescunt. Ubi et palme quas nutrit calor estivus, et ficus et olee quibus aura mollior destinata est, ut naturae magnificentiam hanc esse quis diceret vim adhibentis ut inimica commeant inter se repugnantia, anniquoque temporum contentione bona velut singula peculiari studio tempora fuerint. Non enim solum mirata poma varia sed et servat egregia. Et quidem mensibus regnantia uvas et caricas sine intermissione decem mensibus suggerit, ceteros vero fructus anni spacio senescentes. Nam preter aeris lenitatem fonte quoque ir-

rigatur uberrimo quem Capharnaum ab indigenis appellatur, et cum venam eius nili fluminis opinantur, quod similes Coracino sit in lacu generat pisces. Longitudo autem regionis xxx. stadiis extenditur et latitudo xx. Natura igitur horum locorum huiusmodi esse comprobatur.

Vespasianus igitur et Titus profectis ratibus, imposita manu militum in eos qui in lacum confugerant tunc proveherant. Illi autem nulla facultate habebant evadendi in terram, et scaphe eorum infirmo erant adversus rates Romanorum, et cum pauci in singulis veherentur, cunctis Romanis instantibus appropinquare non audebant. Verumtamen circumiens navigando non numquam et prope accedendo lapidibus Romanos eminus appetebant, aut comminus et feriendo irruabant. Plus autem ipsi utroque modo ledebantur. Nam cum saxis quae iaciebant nichil aliud quam crebros sonitus faciebant, et si accederent propius pericula passi facientes cum ipsis naviculis mergebantur. Multos etiam desiliendo in scaphas Romani gladiis transfigebant, nonnullos concurrentibus ratibus in medio deprehensos cum naviculis capiebant. Plurima igitur clades erat eorum interitu donec in fugam versi, ceteri terre appulsi sunt circumclusi naviculis. Effusi autem multi in ipso lacu telis configebantur, multosque in terram egressos peremerunt Romani. Mixtum autem sanguine lacum plenumque cadaveribus cerneres, nullus enim salvus evasit. Acerbus autem odor sequentibus diebus illam regionem oppressit. Nam litora quidem naufragiis plena erant, et corporibus tumidis calescentes ac tabefacti mortui celi vaporum corrumpebant, ut non solum iudeis casus ille miserabilis videretur, verum et Romanis esset invisus. Vespasianus igitur pugna peracta, et pro tribunali apud Taricheas residens, advenas a primis habitantibus indigenis volebat secernere, et cum rectoribus de hoc tractabat. Illis autem affirmantibus liberatione advenarum detrimento futuram, Vespasianus qualiter eos perderet cogitabat. Solo igitur itinere quod Tyberiada ducit eos exire iussit. Cumque illi huiusmodi verbis credidissent, et in pecuniis suis quoque metuentes abirent, totam viam usque ad Tyberiadam Romani occupaverunt ne quis aufugeret, eosque in civitate conclusos mox insecutus Vespasianus omnes in amphitheatro stadio constituit, et seniores quidem cum imbellibus qui mille cc. erant iussit occidi, iuvenum autem sex milia validissimos et electos ad Histmon Neroni Cesari transmisit; ceteram vero multitudinem xxx. milia et quadringentos venundedit, preter aliquos quos Agrippe regi donaverat. Nam his quos ex eius regno esse faceret quod vellet ipsi permisit potestatem habere. Verumtamen et istos rex Agrippa vendidit. Reliquum autem vulgus erat Trachonitide et Gaulanitide, et Ippeni et alii plurimi, nec non et Gadarite seditiosi ac fugitivi, et quibus per bella pacis bello conciliarentur. Hi autem omnes capti sunt sexto idus septembris.

INCIPIT LIBER IIII DE IUDAICO BELLO

Quicumque autem iudei Iotapata civitate destructa a Romanis discessere, rursum hi se ad eos postquam Taricheae superata sunt applicaverunt. Omnia namque castella et civitates Romani ceperunt, preter Gamalam et qui Itabirium montem occupaverunt. Cum his quoque rebellaverunt Gamala civitas contra Taricheas posita super lacum, que terminique Sogannum et Seleuciam, que site sunt in Gaulanitide regione. Has et Agrippa rex in principio defectionis sibi federe sociaverat, Gamala vero civitas ei non credebat freta locorum difficultate amplius quam Iotapata. Iugum namque asperum habebat ex alto monte deductum, medio cervicem erigens. Ubi autem super eminet itemque in longitudine tenditur, tantumque declive quantum a tergo, ut cameli similitudinem preferat, et a fronte ac lateribus in valles inviam scinditur. Ubi vero de monte pendet paululum difficultatis refugit. Verum et per hanc partem obliquum excisa fossa invia indigene fecerant. Turris autem crebro et densissime per prona erant edificate, et ex imo precipitio casure similes. Porro civitas vicina se decurrebat in meridie urgens, et australis collis in immensam edita altitudine, usum arcis sine muro civitati prebebat, rupisque superior ad profunda pertinens vallem. Fons quoque intra muros erat, ubi que oppidum desinebat. Quamvis autem ipsa civitas Gamala natura inexpugnabilis esset, tamen Ioseph eam in bellum fossis et cuniculis fecerat firmiorem. Cuius autem habitatores ex natura loci confidentiores erant quam Iotapateni, sed multo pauciores et minus pugnaces, seque freti difficultate non plures esse hostes putabant. Nam plena erat civitas multis in eam confugientibus, quod esset munitissima. Unde et Agrippa rex ad obsidendum eam premissus per septem menses ei restiterat.

Vespasianus autem profectus ex Amathunta, Amathus autem interpretatur aqua calida, ibi enim huiusmodi fons est sanandis corporibus utilis, venit ad Gamala civitatem pervenit. Et quia totam civitatem cum custodia vallare nequibat, quacumque valebat custodias ponebat, montemque superiorem occupabat, in quo milites castris positis et munitis, opus aggerum aggrediuntur. Et a parte orientali summo loco supra civitatem turris erat ubi xv. legio mittenda, et quinta contra mediam civitatem operabatur. Fossas autem decima legio replebat ac valles. Interea hoc Agrippa rege cum accessisset ad muros et cum his de traditione loqui temptaret, funditoribus [illegible] quidam ad dextrum [illegible] cubitum cum lapide percussit, sic ille statim a [illegible] militaribus suis circumseptus est. Romanos [illegible] simul ac iniuria ad obsidionem premium incitavit, et aggeribus multitudine operisque con[illegible] sub [illegible] omne cito perfectus, machinas applicabant. Chares autem et Iosephus qui erant oppidanorum potentissimi armatos qui [illegible] licet metu perculsos ordinaverunt, et quamquam non diu se posse resistere arbitrarentur quibus aqua et alia usui necessaria non sufficiebant, et tamen eos ad hortatu ad menia perduxerunt. Qui paulisper quidem Romanis machinas admoventibus repugnabant, balistis vero tormentisque perculsi in oppidum recesserunt.

Romani igitur ex tribus locis murum aggressi arietibus quatiunt, et quo loco deiecti fuerat ingressi cum magnis armorum strepitu et tubarum sono ululantes cum oppidanis confligebant. Illi autem ad primos aditus Romanorum pugnaces Romanis ne ultra progrederentur obstabant. Ceterum quod multitudinis superati undique ad excelsa

...ta ciuitatis fugiunt. Deinde recedentes instantibus sibi romanis inuium inuenire, eosque impugnantes per decliuia locorum ... lare atque angustia oppressos interficiebant. Romani autem cum aduersus imminentibus repugnare neque in parte alia euadere possent, iudeis urgentibus in domos uallibus herentes refugiebant. Sed hae repletae labebantur quia pondus sustinere non poterant. Unaque domo decidens multas inferiores, neque illae alias decrudebant ... plurimos romanorum morte consumpsit. Incertum est quod ... tecta domuum subsidere uiderent, tamen eo urgentibus iudeis cumulabantur, atque ita multi ruinis opprimebantur, non pauci plurimi puluere suffocati subterfugientes partem corporis occupabant. Hoc uidentes gamalenses et propria commoda ... mouebantur, magis instabant romanosque in tecta sua quasi la... negligentes ... compellebant. Qui uero per angustos cliuos itinerum occidissent, per ruinas quidem lapidum copiam telis desuper missis inficiebant. Iudei autem eis cum gladiis instabant. Caesorum ... inferebant, gladios auferentes his contra semineces utebantur multos occidentes, ... inde precipitando moriebantur ... nec fuga ... facilis erat. Uiarum namque ignorantia et caligine pulueris alios alii non agnoscentes perrabant, et circa se sternebantur. Illi autem qui remanserant inuento exitu ab oppido recesserunt.

Vespasianus autem qui laborantibus semper interfuit, seuissimo dolore percussus cum super socios ciuitatem ruere uideret, et proprio cautionis oblitus clam paulatim in superiore oppido locum apprehendit, ubique in media pericula cum paucis relinquitur. Titus autem non aderat ei filius, quia ad mucianum pridie syria missus. Contra ergo iudeos neque ... neque honestum putabant. Recordatus quae ab adolescentia gesserat ... memoria quasi deo repletus sociorum corpora armis ... et cum his una bellum auertere uenientis sustinebat, et neque ... nec celerius multitudine formidans immobilis permanebat, donec hostes eius animi obstinatione diuinam esse reputantes impetum ab eo remisere. Quod cum uespasianus uidisset, pedem referens non prius terga iudeis ostendit quam extra muros ciuitatis egressus est. Plurimi itaque romani milites in ea pugna occidere, et inter eos ebutius decurio, uir fortissimus, qui multis malis iudeos affecerat. In eo praelio quidam nomine gallus centurio cum decem militibus in quadam domo latebat. Cumque eius domus habitatores cenarent et de praelio praesenti inter se fabularentur, ille cum suis subito irruens omnes interfecit, et cum suis militibus ad romanos saluus euasit.

Vespasianus autem uidens de aduersis casibus merere exercitum, et quod eos puderet quod se solum in periculis reliquissent, uerbis eos consolabatur, dicens oportere eos quae communia essent forti ferre, naturam belli cogitantes, et quod numquam eueniat sine cruore uictoria. Velox enim fortuna mutatioque ... cum et iudeis pugnae melioris et nobis deterioris causa fuit difficultas locorum. Qua in re tamen uniusque reprehendere potest alacritatis uestrae temeritatem. Nam cum hostes in excelsiorem locum refugissent, manus continere debuistis, nec in summo uertice constituta sequi pericula, sed capta inferiori ciuitate paulatim eos qui refugerant ad tutiorem pugnam reuocare. Uos autem immoderata festinatione uincendi et ... incaute eos sic erexistis. Inconsulte autem ac furibunde impetus belli a romanis alienus est, qui cum ratione et ordine peragimus, barbarisque conuenit, et quo iudei maxime possidentur. Oportet ergo nos ad propriam uirtutem occurrere, atque de offensionis indignatione potius irasci quam merere. Optimum autem quisque de sua manu solacium querit. Faciemus sic ut et amissos ulciscamur, et in eos a quibus perempti sunt uindicemus. Ipse autem primus ad bella pergam, et nouissimus inde discedam. Ille quidem his dictis recreauit exercitum.

At gamalenses bene re gesta paulisper animos erexerunt ex his quae eis magnifice prouenerant. Sed post paululum reputantes ablatam sibi esse federis spem, et quod minime possent aufugere, et quod insuper eis uictus deficeret, uehementer dolebant animosque tumentes remiserant. Neque tamen salutem suam negligebant, sed disiectas muri partes hi qui erant fortissimi custodiebant. Romanis autem construentibus aggeres ruinamque temptantibus irruptionem, multi ex ciuitate per ualles ... quia nulli custodes erant, et per cloacas effugiebant ne fame morerentur. Nam illis solis qui pugnare possent alimenta ...

Vespasianus autem inter curas huius obsidionis ... Ita congregabantur ... omnis aliud opus aggeris ad eos qui montem itabyrium occupauerant, inter magnum campum et scytopolim situm, cuius altitudo quadraginta triginta stadiis consurgens et septentrionali parte inaccessibilis est.

191.

In uertice autem uiginti stadiorum planities patet, tota circumdata muro. Hunc autem ambitum ... diebus aedificauerat ioseph, materiam et aquas suggerentibus locis inferioribus. Incolae autem sola pluuiali aqua utebantur. Magna igitur ibi multitudine congregata, uespasianus contra eos placidum cum sescentis equitibus direxit. Cum nulla ratione montem conscendere posset, hortabatur eos federis ac spe ueniae ad pacem. Illi autem descendebant ad eum insidias molientes. Placidus quoque cum eis mitissime loquebatur, ut eos in planitie caperet. Illi et tamquam ... non ueniebant ad eum ut incautum caperent. Uicit autem astutia placidi. Cepto enim praelio a iudeis fugam simulans, et postquam insequentes ad magnam partem campi eos eduxit, reflectit in eos equitum manum, plurimisque in terga uersis aliquos interficit, et ceteram multitudinem ab ascensu montis coercet. Alii autem itabyrio monte relicto in hierosolyma refugiebant. Indigenae uero fide accepta, quod eis aqua deficeret, et se et montem placido tradiderunt.

Gamalensium uero fortissimi quique fuga dispersi latebant, imbelles autem fame consumebantur. At cum pugnantium manus obsidionem sustinerent, [illegible] mensis octobris euenit ut tres [illegible] uigilias [illegible] ... turris quae in sua parte stabat ... cumque occulte suffoderunt ... Milites autem callidi ... lapidibus a turre euolutis ... effugiunt. Turris itaque subito cum magno sonitu cecidit, itaque custodes ... Illi autem qui per alias custodias erant ... fugiebant, hosque romani puniebant. Inter quos et iosephus super diruta muri parte quodam iaculo percussus interfectus. Ciuibus autem in ruinae sono territis multus erat pauor atque discursus, tamquam omnes hostes inuasissent. Chares quoque aegrotus et iacens defecit, cum timoris magnitudo morbi eius plurimum iuuisset ad mortem. Romani tamen uoris plagae memores quam in ipso oppido pertulerant, usque ad uicesimum tertium diem supradicti mensis in oppidum non sunt ingressi. Titus enim iam aduenerat, et cum ducentis electis equitibus peditibusque ciuitatem intrauit. Quod cum uigiles sensissent, ad arma cum clamore properabant. Cognito autem introitu romanorum ingressu, alii rapinis liberis et coniugibus cum ... in arcem refugiebant, alii ... sine intermissione trucidabantur. Quibus uero prohibebantur in arcem refugere, nesciebant quid facerent, romanorum manu incidebant. Ubique autem erat morientium gemitus, et per prona effusus cruor totum oppidum diluebat. In eos uero qui in arcem confugerant uespasianus omnem perduxit exercitum. Erat autem saxosus et accessu difficillimus uertex in immensum eleuatus, et undique circum hostium multitudine praeceps. Uenientes romanos ... alios telis et saxis ulciscebantur iudei, cum ipsos in excelso loco positos nullae sagittae contingerent. Uerum ad iudaeorum interitum diuino quodam nutu turbo exortus, romanorum tela in iudaeos ferens, et ipsorum tela a romanis pellens et obliqua traducens, ut neque in praeruptis consistere prae uiolentia flatus possent. Itaque supergressi romani eos circumueniunt, et alios quidem repugnantes antecapiebant, alios cum manus supponerent et inermes feriebant, illorum malorum memoria quae in primo congressu pertulerant. Multi autem desperantes filios et coniuges et semetipsos in ualle praecipites dabant, quae sub arce in profundum patebat. A romanis ergo de iudeis quattuor milia perempta sunt, qui uero se praecipitauerunt quinque milia reperta sunt, nec quisquam saluus euasit praeter duas sorores quae filiae philippi erant. Sed eis neque infantibus pepercere, quos raptos ex arce in ualle proiciebant. Gamala ergo ciuitas hoc modo excisa est tertio et uicesimo die mensis octobris, quae uicesimo et primo die mensis septembris coeperat rebellare.

Solum ergo giscala municipium galileae restabat indomitum, et cuius multitudo paci studebat, eo quod erant plerique agricolae, et spem suam semper in fructibus collocauerunt. Hos quoque ad rebellandum impellebat atque conflabat leui cuiusdam iohannis filius, ueneficus et fallax et uariis moribus et immoderata sperare promptus, nunquam non quae sperasset efficiens, atque omnibus ita cognitus quod adquirendae potentiae causa bellum amaret. Huic apud giscalam seditiosorum turba parebat, et cum his romanorum congressum praestolabatur.

Vespasianus autem contra hos titum cum equitibus mille misit, et decimam legionem ad scytopolim destinauit, cum reliquis autem duabus ipse caesaream ingreditur, ad militum animos ex laboribus prioribus recreandos et ad futura praelia praeparandos. Non enim exiguum laborem sibi superesse de hierosolymis uidebat, quae et regalis esset ciuitas et cunctae nationi praeesset. Murorum quoque eius constructio non minima ei sollicitudine comparabatur, cum uirorum spiritus et audacia sine muris etiam inexpugnabiles esse cogitaret. Ob eamque rem milites uelut athletas ante certamina oportere curari. Tito ergo ciuitatem giscalam capi facile uidebatur, sed tamen sciens quod ui capta passim populus a romanis absumeretur, et ipse satiatus caedibus miserabatur multitudinis, et pactione magis subiugare ciuitatem uolebat. Itaque muris plenis hominum, mirari se ait quo nam auxilio freti cunctis ciuitatibus captis ipsi soli romanis rebellarent, et ideo ipsi pacem eis suadenti consentirent, et romanis sine bello ciuitatem traderent. Quod si dictis humanissimis non paruissent, experturi essent arma crudelia, et ita cognituros esse moenia sua quibus confiderent ludum fore machinis romanorum. His dictis nulli popularium licuit non solum non respondere tito, sed nec ad murum accedere, quia totum seditiosi occupauerant, et custodes erant appositi portis, ne quis egredi posset, nec quisquam de romanis in ciuitatem recipere. Iohannes autem pro uniuersis ciuibus respondit tito, aut ipse persuasurum ciuibus complecti conditiones, aut renitentibus auxilium adhibiturum, et illam diem iudeorum lege oportere concedi, quoniam sicut nefas haberent in die sabbati arma mouere, ita et die illo nefas ducerent de pace conuenire, et nullo die nullum dispendium formidaret. His uerbis iohannes titum fallere conabatur, non tantum propter septimi diei religionem quantum pro sua salute sollicitus, cum totam spem salutis non nisi in fuga collocasset. Titus autem uerbis eius credulus non solum inducias concessit, uerum et in superiore oppido castra posuit.

Nocte ergo iohannes cum nullas romanorum circa oppidum uideret excubias, non solum cum his quos circa se armatos habebat, sed et plurimos nobilium cum familiis abductos in hierosolyma properabat. Sed cum usque ad uiginti stadium uenisset, et cum fugae metus urgeret, et eum comitantes prae lassitudine ultra sequi non ualerent, oriebatur atrox feminarum fletus. Quanto enim quisque procul a suis aberat, tanto se propiorem hostibus credebat, et iam adesse qui se caperent existimantes necessario pauitabant, et ad crepitum quem ipsorum gressus faciebant assidue respectabant, uelut hi instarent quos fugissent. Multi ergo simul ruebant, et circa uiam plurimos certamen praeueniendi conterebat. Miserabile autem erat exitium feminarum et infantium, et si quae uocem proferre poterant propinquos suos ut se opperirent orabant. Iohannis autem exhortatio superabat ut se ipsos seruarent, et eo confugerent ubi et si caperentur a romanis poenas expeterent. Multitudo uero quae fugerat ut cuique uirium fuit, ita dispersa est. Die uero lucescente titus ad muros accessit federis causa. Populus autem portis ei patefactis cum coniugibus adueniens laudibus attollebat tamquam ciuitatis conseruatorem, simulque iohannis fugam significantes, et ut eis parceret obsecrabant, et eos qui ex nouarum rerum cupidis reliqui essent ulcisceretur. Ille autem precibus populi posthabitis, equitum partem quae iohannem persequeretur dirigit. Sed eum quidem comprehendere nequierunt, qui iam in hierosolyma sese receperat. Ceterum fugientium propemodum ad duo milia perimunt, mulieres uero ac infantes pene tria milia circumactos reducunt. Titus uero indigne ferebat fraude iohannis se ..., sed tamen consolabatur multitudine captiuorum et eorum qui trucidati fuerant, et in oppidum cum fauore ingressus, iussitque militibus minimam muri partem iure possessionis abrumpere, et minitando magis quam puniendo reprimebat seditionis auctores. Praesidiis quoque ciuitatem circumdedit, quibus et nouarum rerum studiosos compesceret, et qui pro pace sentientes quos ibi relicturus erat maiori fiducia firmaret. Galilea ergo hoc modo tota postquam romanos multo sudore exercuit subacta est.

Apud hierosolyma uero aduentu iohannis omnis populus concitabatur, et circa singulos qui illuc cum iohanne intrauerant numerosa turba collecta, quae clades foris extitissent percontabantur. Illorum autem feruens atque adhuc ex fuga interruptus anhelitus omnem necessitatem significabat. Ueruntamen quoque in ipsis malis se arrogabant, dicentes non romanorum fugisse uim, sed sponte uenisse ut cum his ex tuto loco pugnarent. Inconsultum enim atque inutilem hominum esse pro inualidis municipiis periclitari, cum potius arma et fortitudo oporteret simul atque ostendi praecipue hierosolymis. Audita autem quae a romanis pertulerant non mediocris perturbatio populum inuasit, et id esse magnum argumentum ... putabat. Iohannes itaque eorum causam quos in fuga reliquerat non erubescebat, sed singulos circumiens spe ad bellum incitabat, infirmitatem romanorum asserens, propriasque uires extollens, et imperitorum stultitiam ...

cavillatione decipiens, quod etsi pennas sumerent, numquam tamen Romani Hierosolymorum muros transgrederentur, qui machinas suas in Galileorum muris attrivissent. Et his verbis Iohannes magnam iuventutis corrumpebat manum, prudentiorum autem ac seniorum nemo erat qui non futura prospiciens, velut iam perdita civitate lugeret. At vero per territorium manus agrestium ante seditionem quoque Hierosolymis ortam discordare iam ceperat.

Titus autem e Giscalis Cesaream, Vespasianus vero a Cesarea Iamniam et Azotum profectus utramque subegit, impositisque illic presidiis revertebatur, maximam cum multitudine ducens qui se federe sociaverant. Singulas autem civitates tumultus bellumque intestinum exagitabat, et quantum a Romanis respirabant, in se ipsos manus vertebant, et inter amatores belli ac pacis cupidos seva erat contentio, et primum inter se domi, deinde in publico amicissimi dissidebant, et novitatis sectatores senibus et prudentibus iuventute ac audacia prestabant. Primo igitur singuli indigenarum predari ceperunt, deinde consertis cuneis per territoria latrocinabantur, ut nichil inter se a Romanorum crudelitate distarent. Civitatum vero custodes partim fatigationis causa, partim odio nationis, partim mali affectu consilio eis favebant, donec rapinarum aviditate undique congregati collegiorum latrocinalium principes atque in agmen conflati Hierosolymam civitatem irruperunt. Civitas autem Hierosolyma tunc a nullo regebatur, et more patrio omnes gentiles recipiebat, tunc precipue omnes qui auxilii causa supervenientes recipiebat. Quique etiam sine dissensione civitatem postea pessumdedit: cum inutilis et invalida multitudo alimenta consumebat que viris pugnantibus sufficere possent. Seditiosi igitur urbem Hierosolymam ingressi, adiunxerunt sibi qui similia inter cupiebant, et nullum atrox facinus intermittebant. Non solum enim rapinis et expoliationibus intendebant audacia, sed usque ad cedes ruebant, et hoc non faciebant clam sive per noctem, sed aperta luce, et non viles homines, sed et nobilissimos quosque aggressi sunt. Nam Antipam regii generis virum et civium adeo potentissimum ut publicos thesauros fidei sue commissos reservaret, comprehensum custodie tradiderunt. Post quem et Leviam quendam insignem virum et Sofiam filium Ragueli, et ipsum Raguelim utrumque de regali familia ortum, et omnes qui per territoria aliis prestare videbantur. Gravis autem metus populum possidebat, et velut occupata civitate salutem propriam quisque curabat. Seditiosi vero non contenti vinculis eorum quos comprehenderant, neque tutum arbitrantes eos diu custodire et ipsos a multis frequentari, decreverunt eos occidere. Mittunt itaque quendam de suo numero Iohannem ad cedes promptissimum, qui lingua patria dicebatur filius Dorcadis, et cum eo decem viros ad carcerem. Qui venientes omnes supra nominatos interfecerunt. Fingebant autem eos idcirco occidisse quod cum Romanis de traditione civitatis collocuti essent, et dicebant se interemisse communis libertatis proditores. Crevit itaque ex hoc populum ad formidinem inclinari, illos vero in superbiam et potentiam elevari, ut etiam in eorum arbitrio esset pontificum designatio. Denique familiis abrogatis unde per successionem pontifices creabantur, incognitos atque ignobiles constituebant, ut impiorum facinorum socios haberent. Nam qui supra meritum suum honores adepti erant, his obediebant necessario qui sibi honores prestiterant. Et eos usque commovebant, donec hominum persecutione satiati, in divinitatem contumelias contulerunt, pedibusque pollutis in loca sancta introire ceperunt. Iam vero contra eos populo concitato, quorum auctor erat Ananus etiam maximus pontificum, idemque sapientissimus, et qui fortasse civitatem conservasset, si insidiatorum manus potuisset evadere. Seditiosi autem templum dei adversus populi turbam castellum sibi fecerunt, semque locum pro domicilio tyrannidis habebant. Accedit et una fraus eorum: tribum que Eniachin appellatur pontifice sorte querebant, casuque cecidit super hominem per quem maxime iniquitas eorum demonstratur, cui nomen erat Fannius filius Samuelis ex vico Aphthias, non solum ex pontificibus non ortus, sed aperte quid esset pontificatus propter rusticitatem penitus nesciens. Denique cum invitum rure abstractum ut in scena fieri solet alienam ordinavere personam, indutum sacra veste quid facere deberet subito instruebant, ludumque et iocum esse tantum nefas arbitrabantur. Ceteri vero sacerdotes procul spectantes ludibrio legem haberi lacrimas vix retinebant, honoresque sacrorum solutos graviter ingemiscebant. Populus autem hanc eorum audaciam non tulit, sed omnes quasi ad deponendam tyrannidem animos colligebant. Nam qui prestare ceteris videbantur, Gorgion filius Iosephi et Symeon filius Gamalielis, singulos circumvenientes hortabantur quo tandem aliquando libertatis corruptores ulcisci irent, semque locum hominibus sceleratis purgare properarent. Pontifices etiam probatissimi Gamala filius Iesu et Ananus filius Anani, populi segnitiem exprobrando contra Heleotas id est seditiosos concitabant. Seditiosi enim se ipsos Heleotas vocabant, quasi essent bonarum professionum emuli. Ananus itaque pontifex populo in contionem congregato, stans inter eos medius et ad templum crebro respectans, cum lacrimis oculos replesset ait: Satius est michi magis mori quam dei templum videre tantis facinoribus repletum, et inaccessibilia loca et sancta sceleratorum pedibus conculcari. Cum sim sacerdotali veste amictus et sanctissimum ferens habitum, vivo atque amore anime teneor, neque senectute mortem sustineo gloriosam. Igitur solus ibo, et tamquam in solitudine animam meam solam pro deo dabo. Nam quod opus est vivere in populo clades suas minime sentiente? Siquidem rapti ac verberati tacetis. O acerba commutatione! Quid de istis tyrannis queror? Nonne vestra patientia nutriti sunt? Numquid dum vos tacuistis, cum adhuc pauci essent, plures eos fecistis? Nonne primos eorum conatus oportuerat infringi, quando vestros cognatos conviciis appetebant? Vos autem negligendo ad depredationem noxios irritastis, quia vastatis domibus nulla ratio ducebatur. Nam cum nobiles ab eis per mediam civitatem traherentur, nemo erat auxilio, et cum trucidarent velut ex grege mutorum animalium, nec quisquam de eis vocem emisit, nec dexteram movit. Patiemini ergo, patiemini conculcari sancta vestra. Nam profecto ad maiora facinora procederent, si quid maius quod everterent invenirent. Civitatis enim munitissimus locus, nunc fanum appellatur sive castellum, et in super ab hostibus tenetur. Tanta ergo tyrannide et inimicis super verticem positis, ut et ipsi videtis, quid est contra cogitatis? Aut quibus vestras sententias applicatis? An Romanos expectatis ut sacris vestris opitulentur? Eo enim nostre civitatis calamitas pervenit, ut et hostes misereantur nostri. Non exsurgetis o miseri utrique respectis vulneribus, ultum ibitis percussores? Et non ante oculos ponentes que pertulistis, ad ultionem animos acuetis? Periit apud vos nisi fallor affectionum omnium carissima et naturalis cupiditas libertatis, ac servitutis et dominorum amatores facti sumus, tamquam subiugari a maioribus didicerimus. Et quid opus est de maioribus loqui? Hoc ipsum bellum quod nunc cum Romanis gerimus, quod habet aliud cause nisi libertatem? Ergo qui dominis totius orbis servire non patimur, nostros non subigimus tyrannos?

At vero suorum pessimis cedere ignavorum est et captivitati serviendi. Et quia Romanorum mentio facta est, dicam ipsis et loquenti. Quid si ab illis capti fuerimus? Absit autem huic dicto periculum. Sed nichil acerbius experiemur quam isti nos affecerunt. Nam Romani numquam transgredi ausi sunt limitem profanorum, aut sacrorum quicquam consuetudinis tangere, et sacrorum ambitum quamvis procul aspectu perhorrebant. Quis ergo externum bellum metuat, ex comparatione domestici, videns nobis equiores inimicos? Plerique autem fortasse multitudinem ac audaciam eorum reformidant, quod in superiore loco consistunt. Hoc ex vestra negligentia contigerunt, sed et magis invalescunt si moremur. Nam et numerus illorum in dies singulos augetur, cum unusquisque ad sibi similes perfugiat, et audaciam plus accendunt et loco superiori utuntur. Quod si adversus eos ire ceperimus, humiliores erunt, credite, conscientia, et celsioris loci beneficium ratio perdet. Fortasse autem dei maiestas spreta, in ipsos tela retorserit, suisque missilibus impii consumentur. Videant nos tantummodo et decident. Quamquam pulcherrimum etiam si periculum immineat, pro sacris ianuis moriamur. Ac si non pro liberis et coniugibus, pro deo tamen eiusque sacris animam profundamus. Ipse quoque prebebo manum atque sententiam, et neque ullum consilium vobis deerit ad cautionem, neque me corpori meo parcere videbitis. His verbis Ananus pontifex populum contra seditiosos vel Heleotas hortabatur, nesciens iam vix posse expugnari propter multitudinem ac iuventutem animorumque pertinaciam, et multo magis propter conscientiam commissorum. Non enim sibi tribuendam veniam pro his que gesserant sperabant.

Populus autem clamabat se promptum esse ad subeunda pericula contra Heleotas id est seditiosos. Sed dum Ananus populum discerneret atque ordinaret ad prelium, Heleote cunctis eius conatibus cognitis, certos enim nuntios habebant qui omnes sermones occultos significabant, contra pontificem commoventur, ac in pervicos simul irruentes, nec ulli eis obviam parcebant. Ananus autem cito populum congregavit, multitudine quidem superiorem, armis vero Heleotis inferiorem. Sed quod deerat utrisque alacritas supplebat. Nam cives iram fortiorem armis conceperant, et Heleote quamvis multitudine inferiores, maiorem audaciam. Illi quidem habitare se in civitate minime posse arbitrabantur, nisi Heleotas perimerent, hi autem nisi vicissent, omne supplicium subire volebant. Manum ergo conseruere preducibus obedientes motibus animorum. Et primo quidem in civitate ac pro templo eminus missis lapidibus se ipsos appetebant. Si vero aliqui terga vertissent, victores gladiis utebantur. Cumque plurimos sauciarent, multe cedes utrobique fiebant. Et hi quidem qui cum Anano erant vulneratos in domos referebant a suis, Heleotarum vero quicumque vulnerati fuissent in templum ascendebant, sacram humum cruore perfundens, ita ut solo eorum sanguine violatam religionem quis recte diceret. Semper autem Heleote excurrendo in egressibus prevalebant. Populares vero irati crescente numero suo in unum simul in Heleotas irruunt. Illis autem vim ferre non valentibus, et paulatim ad templum recedentibus, Ananus cum suis una in templum irrupit. Unde factum est, ut Heleote quod ambitum exteriorem cum templo interius invaderet, et in murum interiorem fuga recepti ianuas clauderent. Ananus autem nolens sacris portis manus inferre, nec inde recedere donec in hostes ulcisceretur, eligens de suis pene VI milia armatorum, custodes eos in porticibus collocat, et his qui succederent in excubiis alios per ordinem ponit. Fuit autem istis omnibus exitii causa Iohannes quem ex Giscalis effugisse prediximus. Is enim plenus dolis et acerbissimam cupiditatem dominationis intus gerens, iam dudum rebus communibus moliebatur insidias. Simulans autem se eadem sentire quod et populus, adherebat Anano, et omnia eius secreta Heleotis vel seditiosis renuntiabat, et nullum consilium tam secretum erat quod inimici ignorarent eius indicio. Immoderatis quoque obsequiis Ananum et principes placabat, timens ne aliquam suspicionem incideret. Sed hoc eius honorificentia in contrarium vertebatur. Erat enim ex adulationum varietate suspectior, et ex hoc quod non vocatus assidue accederet, archanorum proditor habebatur. Submovere autem illum non erat facile neque possibile, cum malicia prevaleret, ac preterea hic multorum non ignobilium et qui summis rebus adhibebantur eorum patrocinio defendebatur. Placuit igitur Ananum ab eo exigere ut sacramentum iusiurandum preberet, quod fidem sibi et populo servaret, et consilium suum inimicis non proderet. Itaque iam secure eum suis consiliis adhibebant, et mittunt legatos ad Heleotas concordie causa. Curam namque habebat Ananus ne fanum culpa sua pollueret, neve quisquam Iudeorum ibi procumberet. Iohannes ergo egressus ad Heleotas, dixit se causa illorum in magno periculo fuisse, ne quid secretorum ignorarent, que in eos Ananus cum sociis cogitasset. Nunc autem sentiens cum ipsis omnibus periculum esse subiturum, nisi divinum auxilium populo fuerit adminiculum. Nichil enim iam morari Ananum, sed persuasisse populo ut legatos ad Vespasianum mitterent, ut ad capiendam civitatem quam primum venire properaret. Se autem non videre quomodo aut custodias sustinerent, aut cum tantis congrederentur. Sed oportere eos aut custodibus supplicare, aut aliquod presidium capere. Talia narrabat Iohannes, terrorem iniciens multitudini. Illi vero putantes quod Ananus civitatem Romanis tradere vellet, antequam quisquam ista cognosceret, advocari placuit Ydumeos. Scripsere ergo breviter epistolam ad Ydumeos insinuantes quod Ananus circumvento populo vellet Romanis metropolim Hierosolymam prodere, et ipsos in templo pro libertate certantes conclusisse, imminereque eis tempus salutis perimende, ac nisi mature eis subvenirent, ipsos quidem Anano, civitatem vero Romanis subiugandam. Ad tales epistolas deportandas electi sunt viri strenui et dicendi peritissimi, et ad persuadendum satis ydonei, et quod his utile erat pedum velocitate prestantes. Nam sciebant Ydumeos statim obedituros, cum esset gens illa tumultuosa, cupiens et inordinata, et semper ad motus facilis atque suspensa, et rerum mutationibus leta, et paucorum blanditiis ad arma promptissima, et velut ad festorum quandam sollemnitatem sic ad prelia properans. Celeritatem quoque nuntii compleverunt, itaque rectores adeunt Ydumeorum. Hi epistola simul mandatisque accepta, ipsi furibundi circumcursare gentem ac militiam denuntiare ceperunt, et mox dicto citius multitudo convenerat, et omnes pro liberatione Heleotarum arma rapiebant.

Congregati ergo Ydumei prope ad duo milia cum ducibus IIII Hierosolymam veniunt, hoc est Iohanne et Iacobo filio Sosse, et Symone filio Cathle et Phinea filio Accessoth. Ananum autem non latuit profectio legatorum, et impetum advenientium Ydumeorum, et ideo portas eis claudi fecit et custodes muris adhibuit. Non tamen visum est ei bello certare, sed verbis prius persuadere concordiam. Stans igitur in turri post Ananum Iesus pontificum etiam longissimus ait ad Ydumeos: Cum multe et varie conturbaverint hanc metropolim civitatem, in nulla re sic miranda fortuna est ut in eo quod pessimi et inopinata ... Etenim perditissimis hominibus auxilio venistis cum tanta alacritate, quanta nec in barbaros venire decuisset. Nam si velletis eorum singula facta explorare, nullis moribus digni adiudicarentur.

Nam ludibria et purgamenta totius rusticae plebis assumpta, postquam in vicos et civitatibus proximis audaciam suam exercuerunt, postremo in sanctam civitatem velut latrones clam influxerunt, templumque religiosum in maiestate scelerum repleverunt, et intra sancta sine metu ebrios et aviditate ventris perceptorum spolia consumentes. Unde non sine causa valde miramur, ut pro latronibus arma ceperitis adversus cognatum populum, ac velut in romanam hostiliter advenistis. Minime et praeter alia noxiorum tale commentum, cum vos naturales libertatis amatores, et cum externis hostibus pugnare paratissimos, aliter efferare non poterant, nisi mentiendo quod civitatem romanis tradere vellemus. Nam veritatem ex corde proferam. Pro morte libertatem animo sustinerem, quam civitatem romanis traderemus. Siquidem semel bello appetita, mortem potius optarem gloriosam quam captivitatem. Et quomodo possem clam civitatem romanis tradere, cum semper publicum habuerim consilium, et nemo absit contionum? Sed haec quidem male pravorum et instantes poenas evadere cupientium simulationes sunt. Vos ergo oportet quia semel cum armis adestis, id est iustissimam metropolitanam adiuvare, et una nobiscum tyrannos exturbare, per quos iudicia dissoluta sunt, et leges conculcatae. Denique nobiles viros ex medio foro raptos primum vinculis cruciaverunt, et deinde neque voce neque precibus eorum ad misericordiam moti neci tradiderunt. Liceat autem vobis non belli lege ingressis horum videre argumentum quod dixi: desolatas domus, raptas coniuges veste lugubri, et per totam civitatem ululatum ac fletus. His ab eis perpetratis domicilium latronum sibi templum dei fecerunt, quod ab extremo mundi limite venientibus honoratur, et velut bestiae conculcaverunt. Quod si etiam modo hominum preces reverendas putatis, ac tamen liceat vobis depositis armis cognatorum habitu introire civitatem, medioque inter hostes ac auxiliatores de nostris discordiis iudicare. Sin vero nobiscum neque indignari neque iudicare vultis, tertium restat ut relictis utrisque partibus nec nostris partibus insultetis, nec cum insidiatoribus maneatis. Nam et si maxime cum romanis quemquam nostrum suspicamini collocutum, observare vos tamen itinera decet, tuncque demum tueri metropolim, cum aliquid eiusmodi factum patuerit, quale vobis de nobis relatum est; et in auctores si convicti fuerint vindicare. Non enim vos pervenient hostes iuxta civitatem sedibus positos. Sin autem vobis nichil horum gratum aut mediocre videtur, nec portarum claustra miremini. Haec quidem Ihesus ad ydumeos loquebatur. Ydumeorum autem multitudo neque animum intendebat, fervens iracundia quod non paratum fuisset introitum. Et pariter inter se duces indignabantur, captivitatem esse existimantes, si ea ut quibusdam placebat deposuissent. Unus autem ducum Symon filius Cathei, vix suorum tumultu sedato, stans in eo loco ubi a pontificibus audiri posset, ait non se mirari si libertatis propugnatores in templo custodirentur inclusi, cum ipsi cunctisque gentibus communem clauserint civitatem, et romanos fortasse coronatis portis recipere parati forent, et ydumeos ex turribus alloquuntur, captaque publice arma iubeant proicere, cognatisque non credentes custodiam civitatis iudices eos discordiarum fieri vellent, et alios accusando quod indemnatos cives occiderent, ipsi totam nationem damnant ignominia. Nam urbem omnibus alienigenis religionis causa patentem, nunc domesticis praeclusistis. Quis cavillatione vestri sermonis caveat, cum verum repugnantia videatur? Nam cum vos quasi cognatos a civitate excluditis, et a patriis sacris arcetis, quis eos incusare valebit qui custodiuntur in templo, quasi non recte inceperint a vobis summa membra proditionis perdere? Sed licet illi molliores quam res poscebat inventi sint, nos tamen domicilium dei servabimus, et pro communi patria pugnabimus. Hic autem manebimus pro muris armati, donec aut romani vos aspiciendo laborent, aut ipsi recuperata libertatis cura veniunt. Ihesus quoque et Ananus cum audissent ydumeos nichil moderatum sentire, et duplici bello oppugnare civitatem, intra muros recesserunt. Ydumei autem indigne ferentes quod erant a civitate repulsi, ibidem prope murum tenere castra ponentes manserunt. Infesta vero hiemps nocte illa, ventique violenti cum ymbribus orti sunt, et crebra fulgura horrendaque tonitrua, et concussio terrae vastique mugitus, certaque apud omnes erat hominum excidio mundi statum perversum esse, nec parvum aliquid haec signa portendere. Ydumeis autem haec erat opinio quod deum irasci, neque se posse evadere, si adversus metropolim arma movissent. Anano autem eiusque sociis videbatur et sine proelio vincere, deumque pro se bellum amministrare. Sed profecto falsi erant horum futurorum interpretes. Nam quae ipsi passuri erant, contra hostes fore divinabant. Verum ydumei catervatim densatis corporibus invicem sese fovebant, scutis contextis protegentes capita, minus laedebantur a pluvia. Zelotae vero intra templum conclusi, cognito ydumeorum adventu, magis illorum periculo quam suo cruciabantur, collectique deliberabant si quid illis reperire possent subsidii machinae. Quibusdam ergo videbatur vi armorum custodes invadere, atque ita in civitate impetu facto portas auxiliatoribus suis aperire, et custodes ex impulso, et quod plures essent inermes, facile turbatum iri, nec multitudinem civium facile colligi posse, quam domi quisque propter hiemem contineret. At qui prudentiores erant, vim quidem adhiberi dissuadebant, cum viderent murum civitatis propter ydumeos diligentius custodiri, et ubique adesse Ananum omnibus horis invisere custodias existimabant. Nocte ergo provecta, et gliscente hieme, custodes in porticu dispositos oppressit somnus. Et consilium zelotae inierunt ut serris portarum vectes secarent. Adiuvabat autem eos crepitus ventorum, ne serratio audiretur. Saluique egressi ad murum vero clanculo veniunt, serrataque porta quae ad ydumeam ducebat aperiunt. Ydumei vero primo Anani conari aliquid suspicati, unusquisque dexteram ad gladium quasi rebellaturi applicant. Deinde his qui ad se venerant agnitis intrabant. Qui quidem si tunc in civitatem vertere voluissent, nichil obstabat quominus totius plebis [illegible]. Inierunt ergo consilium ut caperent custodes; captis enim custodibus facile civitatem possent capere. Iamque in templum per civitatem subibant, cum suspensi zelotae adventum eorum praestolarentur. Denique ydumeis ingressis, et ipsi confidentius ex interiori fano progressi sunt, mixtique ydumeis in custodes irruunt. Caesis autem nonnullis quos somnus oppresserat, omnis multitudo ad clamorem vigilantium excitata est. Raptis autem armis adulescentum non sine stupore properabant, ac primum quidem zelotas solos aliquid suspicantes conari, quos et superaturi numero confidebant. Ubi autem foris alios circumfundi viderent, ydumeos irrupisse senserunt. Et maior quidem pars ipsorum armis pariter animisque depositis in questibus erat; pauci vero iuvenum fortiter communiti occurrendo ydumeis aliquandiu segniorem multitudinem protegebant, aliis cladem civitatis habitatoribus nuntiabant. At ipsorum auxilium nullus venire audebat, cognito ydumeos irrupisse. Sed ipsi quoque quibus nuntiabatur irrita vociferantes cum fletibus respondebant, plurimusque mulierum suscitabatur ululatus, si quando quisquam de custodibus periculum incidisset. Quin et zelotae ydumeorum clamorem geminabant, et tempestas magis terribiles faciebat omnium voces. Nemini autem ydumei parcebant, quia natura crudelissimi ad caedes erant, et hieme graviter afficiebantur; praecipueque his qui se excluserant crudelissime utebantur, et tamen supplicantibus quasi repugnantibus erant infensi. Multos quoque cognationem referentes, et ut communis templi reverentiam orantes gladiis transfigebant. Nullus autem fugiendi locus erat, nec ulla spes salutis. Compulsi autem circa se ipsos et magis in oppressi lanabantur, cum recedendi spatium non daretur, nec ydumei interfectores caedibus temperarent. Incerti autem quid facerent vel quo se verterent, in civitatem se praecipitabant, et miseri voluntarium exitium subibant, donec templum intrinsecus totum sanguine redundaret. Nocte vero illa interfecti sunt de popularibus octo milia et quingenti. Sed tamen nec sic ydumeorum ira satiata est, et iussi invitate manibus omnes domos diripiebant, et si quem in eis latitantem invenissent morti dabant. Pontifices etiam Ananum et Ihesum ubique investigabant, et crudeliter in eos saeviebant. Nam comprehensos statim obtruncant, assistentesque super eorum cadavera nunc Anano populi benivolentiam improperabant, nunc Ihesu verba quae de muro dixerat exprobrabant. Ad hoc etiam impietatis progressi sunt, ut eos insepultos abicerent, cum pro ceteris iudaeis tanta sepulturae cura sit, ut et ex iudicio cruci affixos ad solis occasum deponant atque sepeliant. Et quidem non errabo si dixero mortem Anani excidii civitatis fuisse principium, et ex illo die muros eversos, remque publicam iudaeorum perisse, a quo pontificem rectoremque suae salutis iugulatum in media civitate viderunt. Erat enim idem Ananus et alias vir laudabilis et iustissimus, et praeter nobilitatis sic dignitatis et honoris amplitudinem quam praeditus erat, infimis volebat aequari, et libertatis maxime fautor erat, privatisque commodis communes utilitates semper anteponebat, et super omnia paci studebat, sciens se non posse cum iudaeis romanorum manus evadere, ac volebat prospicere ut si viribus se non possent iudaei defendere, vel inimicis superent. Ut autem breviter dicam, si viveret Ananus, iudaei paci vel subiectioni romanorum consensissent. Mirus enim erat in dicendo, et virtus populo persuadere quae vellet. Huic iunctus erat et Ihesus, similiter pontifex, illi quidem comparatione inferior, sed ceteris praestans. Deus ergo erat qui volebat tantam metropolim Hierosolimam, et quondam dilectam civitatem tamquam violatam et immundam perire, et sancta sua flammis purgari volebat, cum defensores eorum tanto citius amputasset. Itaque paulo ante sacris vestimentis amictos, ac toto orbi celeberrimos religionis auctores, et qui a cunctis ad civitatem commeantibus honorabantur, nunc iacebant nudi, et praeda erant canibus ac feris. Quos viros ipsa puto flevisse virtutem, victa et flere quantum licebat.

INCP·LIB·V·EIVSD·B·

ANANO·QDE et Ihesu talis fuit vitae finis, ut in praecedenti libro narravimus. Post illorum necem zelotae, id est sediciosi, quam ydumei passim plebem quasi gregem nefandorum animalium irruendo mactabant, et vulgus quisque loco deprehensum necabatur. Correptos autem nobiles et adolescentes vinctos in carcere includebant, et ideo cuncti mortem praeoptaverunt, ne adversus communem patriam nequissimis conspirarent. Saevissime autem ante caedem verberabant, exulceratos plagis ac tormentis, et cum iam corpus non sufficeret cruciatibus, tandem gladio necabant. Quos autem die cepissent, eos in custodia nocte ducebant, extractosque inde si quos mori contigisset abiciebant, ut aliis vinctis locus esset. Tantus autem populum pavor occupaverat atque formido, ut non flere quidem palam quisque suum sepelire quemquam auderet, sed erant occultae clausorum lacrimae, et ne quis inimicorum audiret circumspicientes gemebant. Paria namque his quos lugebant ilico patiebantur. Nocte autem exigua terra effossa corpora iniciebant, et haec nonnumquam et die audaciores faciebant. Duodecim ergo milia hominum nobilium perierunt a zelotis et ydumeis. Et cum quendam Zachariam de illustribus filium Baris interficere conarentur, lxx viros plebeiorum honestissimos ex proposito convocant iudicii specie, et apud eos eundem Zachariam quasi civitatem romanis
192 prodere vellet accusant, et iam nuncios ad Vespasianum proditionis causa misisse. Sed neque argumentum neque ullam criminis probationem dicere poterant, et eum nuncios misisse dixere, et hoc haberi pro vero volebant. Zacharias autem ubi nulla spe salutis se relictum vidit, in accusatores oratione conversa, omnes eorum iniquitates per ordinem prosecutus est, et multa perturbatione rerum conquerebatur. Zelotae vero obstrepentes vix ab eo gladiis temperabant, intentionem suam perficere cupientes. Igitur illi lxx omnes libertatem pro eo mori elegerunt quam sententiam in illum mortis proferrent. Quod sentientes zelotae [illegible] iudicibus irascebantur, quod nollent eum secundum accusationem eorum damnare. Duo ergo ex audacissimis zelotarum aggressi Zachariam in medio templi interficiunt eum dicentes: et hoc illudendo habeas, et a nobis de absolutione sententiam certiorem. Cadaverque illius statim in subiectam vallem de templo proiciunt. Iudices autem contumeliae causa versis gladiis ferientes a templi ambitu pepulerunt, a caede eorum se abstinentes, ut facti eorum et mortis Zachariae per civitatem nuntiarent populis. Ydumeos ergo iam perpetrati facinoris paenitebat, et quod in civitatem irruissent, et eis propria gestorum placebant. Quibus collectis quidam ex zelotis veniens ad eos indicavit eis omnia, per quam causam zelotis advocati essent, et contra pontifices falso finxissent quod civitatem romanis tradere vellent, et ideo finem his facinoribus imponere deberent, et domum tamen recederent malorum societatem vitantes, cunctaque diluerent flagitia quae non sponte sed decepti zelotarum blandiciis perpetrassent. Persuasi ergo ydumei primum eos qui erant in custodiis solvunt, prope ad duo milia popularium, statimque relicta civitate ad Symonem veniunt, de quo paulo post commemorabimus. Evenit autem eorum discessum utrisque inopinata videri. Nam populares nescii paenitudinis paululum fiducia recreati sunt velut inimicis recedentibus. Zelotarum vero crevit insolentia quasi non auxiliis carerent, sed quasi hi recessissent quorum pudore ac reverentia criminibus temperabant. Denique iam nulla erat facinorum mora nec cunctatio, sed festinatio, cum haec quae placuissent ipsa cogitatione cum perageret. Maxime autem viros fortes atque insignes caedibus saeviebant, cum demum dignitatem nobilitatem assumerent, ex metu virtutem, unaque cautione peccabant nulli opinati superesse. Itaque Abesus occisus est, cum multis aliis Gorgyon dignitate simul et genere praestans, plenusque spiritu et libertatis amator. Sed nec Peraditus Niger quidam fortissimus iudaeorum vir in bellando cum romanis strenuus comprobatus manus eorum aufugit. Nam ab eis comprehensus saepe vociferans et cicatrices ostendens per mediam

ciuitatem trahebatur. Dicebat autem extra portas desperata iam salute supplicabat ne sepultura careret. Illi uero internuntiati quod humum ei quam desideraret concessuri non essent, statim eum necauerunt. Quietam tamen occideret Romanos eius ultores imprecatus est, et famem et bellum ac pestilentiam, et super haec omnia ipsorum mutuas manus. Quibus et omnia super ipsos non post longum tempus induxit. Nulla autem pars plebis erat cui non ad interitum excogitaretur ab Helotis occasio. Nam aliud iam dudum alius restitissent inficiebantur, quod uero nihil offenderant si ad eos pacis tempore non accesserant ob hoc necabantur, et obsequentes eis per amorem quasi insidiatores interimebantur. Itaque maximorum et mediocrium pene mors erat, nec euasit quisquam nisi aut per ignobilitatem aut fortunam per humilis.

Romani itaque et eorum duces ad ciuitatem Hierosolimam animos intendebant, Iudaeorum dissensionem suum lucrum esse censentes. Vespasianum ad hoc incitabant diuinae esse prudentiae firmantes infensos ipsos hostes esse conuersos, et ob hoc uelox esse momentum, et aut ipsos Iudaeos cito in concordiam redituros, aut intestinis malis defessos eorum quasi paenitudine. Vespasianus autem collectis omnibus ait: Vos ignoratis quid fieri expediat, tamquam in theatro cupientes ostentare quantum possitis manibus uel armis, non reputantes commune periculum et quod sit utile. Nam si in istam ciuitatem aggrediemur, ipsi fient hostibus causa concordiae, ac uires eorum et nunc ingentes unius prouocabimus, cum sint adhuc pauci excessus domesticorum seditione consumpti. Deus namque melius quam nos ipsi disponet, quo sine labore Iudaeos in manus nostras tradat, nulloque periculo uictoria exercitum Romanum donabit. Pro nostris manibus propriis Iudaeis interimunt, et maximo malo hoc est seditione turbantur, oportet nos magis periculorum spectatores existere quam cum hominibus mortem appetentibus et intestina rabie insanientibus manum confligere. Si quis autem putauerit uictoriae gloriam sine proelio fieri uiliorem, sciat magis quam armorum incerto exitu commodius esse commode proficere quod intendit. Nec enim minus praeclari sunt et minus laudabiles qui paria in bello gesserint moderatione atque prudentia. Interim autem dum hostes a se ipsis minuuntur, et milites Romani ex laboribus assiduis recreati ualentiores erunt. Igitur nunc in Iudaeis nidem tempus maturare obtineat uictoriae claritudo. Non enim uel armis construendis aut auxiliis congregandis operam dant, sed bello domestico ac dissensione tumida miserabiliora excidio patiuntur quam a nobis in bello capti paterentur. Proinde patientiae expectationem et ad gloriam clariorem nequaquam manum intestino bello laborantibus inferamus, ne non ipsis sed discordiae uictoria ascribatur.

Haec Vespasiano dicente, et rectores militum consentiebant, et mox apparuit quam utile fuisset eius consilium. Nam Iudaei singulos multa adeuntes ex Hierosolima ueniebant, fugiendo Helotas id est seditiosos. Erat autem fuga difficilis, eo quod omnis exitus a custodibus obsidebatur, et si quis ubi qualibet ex causa deprehensus fuisset uelut ad Romanos ire cupiens interficiebatur. Qui autem dedisset pecuniam saluus abibat, et qui non dabat quasi proditor moriebatur. Restabat ergo Helotis pecuniosis fugam redimentibus solos pauperes iugulare. Mortui uero per omnes uias congregabantur innumeri, multique et transfugere cupientium rursus in ciuitate perire properabant. Nam spe sepulturae in patria mori tolerabilius uidebatur. Heloti autem ad hanc crudelitatem deuenerant, ut neque intus neque praeterea occisis humum concederent, sed uelut cum patriis legibus et iura naturae disturbare pepigissent, et suam iustitiam diuinitatemque quoque pollurent, ita sub sole putrescere mortuos relinquebant. Nam ita sepultura indigebat qui hanc aliis praestitisset. Et ut breuiter dicam nulla res tam bona quam misericordia et mentis affectio in illis cladibus dum Helote animis immortuos a mortuis in uiuos iracundiam transferebant. Modo autem exercente metu suspicionibus mortui beatiores uidebantur uelut adepti requiem, et qui erant in custodiis comparatione sui cruciatus insepultos quoque fortunatissimos putabant. Omne quod ab illis ius hominum calcabatur. Irridebant et diuinitatem, prophetarumque dictis tamquam uulgaribus fabulis illudebant. Cum haec omnia contempserunt, omnia quae de eis praedicta erant uera esse comprobauerunt. Vetus enim quidam sermo ferebatur tunc demum ciuitatem Hierosolimam destrui, sanctaque quoque flammis exurenda esse, cum de lege belli seditio fuisset exorta, templumque dei propriae manus ante uiolassent. Quibus Helote nihil de eorum fide dubitantes, ministros se huius praesagii praebuerant.

Ac Iohannes de quo supra memoratum iam dudum tyrannidem affectans paulatimque sibi nequiores adiungens ab Helotarum affectione separabat. Semper autem aliorum decretis non oboediendo suaque iubendo Helotas quod solus dominari cuperet non latebat, eique sociabantur non nulli metu, alii gratia. Mirus enim erat oratione atque fallacia persuadere populo quod uellet. Multi autem praeterea quod se tutiores esse putabant priorum delictorum causas uni posse ascribi quam omnibus. Ad hoc quia manu strenuus erat et bonus consilio, satellites non paucos habebat. Et sed magna pars contrariae factionis eum reliquerat, apud quos liuor multum ualebat, et plus tamen metus eos ne sub unius potestate uiuerent exagitabat. Nec enim facile sperabant eum si semel potestatem obtinuisset deici posse. Occasionemque inde habituram timebant quod in principio ei restitissent. Obliuit ergo seditio diuidetur et Iohannes monarchiam dissentientibus parte regnabat. Inter ipsos ergo omnia munita erant custodibus, et nihil paruum ab eis agebatur si quando communes ad spolium procedebant, et quis maiorem praedam caperet utrimque certabant. Cum tamen ciuitas trium malorum ingentium tempestate laboraret, hoc est belli et dominationis et seditionis, eorum comparatione bellum popularibus mediocre uidebatur. Denique relictis sedibus patriis ad alienigenas perfugiebant, et salutem quam inter suos desperauerant Romanorum beneficio assequebantur.

Quartum praeterea mali commotum est gentis exitio. Nam non procul ab Hierosolimis castellum erat ualidissimum reponendis opibus ad munitionem belli tuendisque corporibus ab antiquis regibus aedificatum quod Mesada dicebatur, quod occupauerant sicarii. Hi cum Romanorum exercitum uiderent otiosum, et apud Hierosolimam Iudaeos belli discordia conturbatos, inmaniora facinora aggrediuntur. Dieque festo azimorum quod apud Iudaeos sollempniter celebratur municipium quoddam Engaddi nomine inuaserunt nocte, deceptis custodibus: oppidanos autem antequam arma caperent siue concurrerent e ciuitate pepulerunt. Eos uero qui in fuga defecissent mulieres uidelicet ac pueros supra septingentos interfecerunt, aedibusque deinde compilatis fructus maturos depopulati in Mesada portauerunt. Post hoc omnes circa castellum uicos totamque regionem depopulabantur, non paruo ad eos numero Iudaeis singulos confluente. Et simul in aliam etiam concitata sunt per singulos Iudaeae tractus, ac uelut in corpore singularum principale membrum tumor afficit, reliqua membra pariter aegrotare necesse est, ita per ciuitatis tumultum atque discordiam et qui foris erant nequissimi praedandi inuenere licentiam, propriisque uicis dilaceratis iam in solitudinem redigebant. Congregati autem per collegia coniurantes in

templa et oppida ferebantur, et saepe contingebat ab his eos male affici quos petissent; nullaque pars Iudaeae erat quae non una cum Hierosolimis bello domestico periclitaretur.

Haec omnia Vespasiano a transfugis indicabantur. Nam licet omnes exitus a seditiosis custodirentur, tamen erant qui ad Romanos clam perfugerent, Vespasianumque ferre opem ciuitati et reseruare reliquias populi hortarentur, et multos esse in ciuitate qui beneuellent Romanis parere. Ille autem miseratus eorum calamitates, propius ad eos uelut Hierosolimam obsessurus accedit, re autem uera ut ciuitatem obsidione liberaret; sperabat autem ante reliquas ciuitates subigendas, nullumque impedimentum obsidionis extrinsecus relinquendum. Cum ergo uenisset in Gadara Transiordanae regionis metropolim ualidissimam quarta die mensis martii, in ciuitatem ingreditur. Iam enim optimates Gadarensium ignorantibus cunctis legatos ad eum de traditione ciuitatis miserant, tam pacis desiderio quam suis patrimoniis metuentes. Multi enim in Gadara ciuitate locupletes habitabant. Quorum legationem inimici nesciebant, nisi cum Vespasianum adpropinquare cognouerunt. Ciuitatem autem se retinere posse desperabant, quod et intestinis inimicis inferiores erant et nec procul abesse uiderent Romanos a ciuitate. Si uero fugere decreuissent, nulla augentes poena repentina inhonestum putabant. Itaque comprehendentes Dolesum qui non solum dignitate ac nobilitate ciuitatis princeps habebatur, sed et legationis auctor erat, interfecerunt, nimiaque iracundia iam mortuo uerberato, ex ciuitate dilapsi sunt. Iam uero propius accedente Romano exercitu, Gadarensium populus Vespasianum cum laudibus in ciuitatem recepit, fidei dextras ab eo accepit, eisque praesidium pro praesidio contra fugitiuorum excursus. Muros enim priusquam Romani accederent ipsi destruxerant, ut eo pacto Romanis fides esset quod pacem diligerent.

Vespasianus igitur misso Placido cum equitibus ac tribus milibus peditum aduersus eos qui ex Gadaris fugerant, ipse cum ceteris militum copiis Caesaream regreditur. Illi autem qui ex Gadaris fugerant postquam hostes a tergo insequentes repente uiderunt, priusquam comminus uenirent in uicum quendam nomine Bethanam se receperunt. Ubi repertam non paruam iuuenum multitudinem his sociantes contra Placidum eiusque milites prosiliunt. Ille autem primo eorum impetu paululum recessit, ea arte ut eos a muro longius prouocaret, et deinde statim loco oportuno circumdatos telis eminus sauciabat. Iudaei itaque fugientes ab equitibus praeueniebantur, qui uero manum conseruissent a peditibus consumebantur, nihil audaciae demonstrantes. Condensos enim Romanos armis Iudaei non ualebant eorum ante prorumpere. Illorum autem acies transfigebant sagittis et immanissimis iaculis, et ultro in ferrum decidebant, alii gladiis ora percussi, alii ab equitibus dissipati. Nam Placidus semper curabat cursum eorum a uico intercludere, assidueque praecurrens ex parte Iudaeos a uico reflectebat, et sagittariis telis necabat, hisque seu proximos interficiebat, metu uero longe fugientes reuocabat, donec qui fortiores erant lapsi ad muros aufugerunt. Custodes autem murorum quid agerent nesciebant, nam nec excludere Gadarenses suorum causa patiebantur, et si eos recepissent una cum his se perituros uidebant. Quod et contigit. Nam Iudaeis compulsis ad muros pene equites Romanorum intrauerant, nisi portas ante clausissent. Placidus autem admotis militibus usque post meridiem acerrimo certamine muro pariter ac uico potitus est. Et cum uulgus inerme occideretur, fortiores fugam petebant, domus quoque a militibus diripiebantur, et uicus igni traditus est. Qui autem inde euaserant, totam secum illam regionem ad fugam incitauerunt, et extollendo proprias calamitates, et totum Romanum exercitum aduentare dicendo, metu omnes perterruerunt, et in Hierichunta se contulerunt, quod esset ualida et populosa. Placidus uero fretus equitibus eos insequebatur usque ad Iordanem, quos occupasset morti dabat. Omnem autem multitudinem ad flumen Iordanis inueniens, quod auctum ymbribus uada transire non poterat, aperto proelio aggreditur. Illos autem necessitate ad pugnandum impellente, quod fugae locum non haberent, per ripae longitudinem telorum equis et uiris excipiebant, et multi percussi in flumen ceciderunt, et qui ibi interierunt a Romanis XIII milia fuere. Alii uero cum sustinere non possent in Iordanem sponte desiluerunt, et capti sunt prope ad duo milia ducenti cum praeda maxima ouium et asinorum camelorum et boum. Iudaeis ergo huiusmodi impositum quis par superioribus malum cum ipsis usum est. Non solum quod tota regione qua fugerant caedes replerentur, sed et quod flumen Iordanis repletum esset mortuis, et Asfaltides quoque lacus redundabat cadaueribus, quo per multa flumina deuoluta sunt. Placidus autem secunda fortuna usus in uicos proximos et municipia contendit, capitque Abila et Iuliada et Besemoth iuxta lacum Asfaltiden, idoneosque ex transfugis ibi collocat. Deinde cum militibus scaphis impositis eos qui in lacum refugerant subegit, et tota transflumina regio Romanis cessit, et ubique omnia usque ad Macheruntam oppida subiugata sunt.

Cum haec agerentur in Iudaea, motus circa Galliam nuntiatur, et quod Vindex illarum partium una cum optimatibus indignatus a Caesare Nerone defecisset. Vespasianum uero ad impetum belli ea quae nuntiata sunt incitarunt, prospicientem futura bella ciuilia et totius imperii pericula, cum si partes orientis ante pacasset, minus Italiae metuendum existimaret. Obstante autem hyeme per subactos interim uicos atque oppida praesidia collocabat, et decemarchas ciuitatibus apponebat, et multa quae uastata fuerant restaurabat. Post haec concitat multas militum copias quas de Caesarea adduxerat in Antipatridam uenit, ibique per biduum ciuitate composita tertia die uastando et flammando omnesque toparchias subuertendo circa Thamnam in Lidda et Iamniam procedebat. Et cum se utraque ciuitas tradidisset, constitutis illic habitatoribus idoneis, in Amathunta peruenit, occupatisque ad metropolim eorum omnibus uiis, castra muro circumdat, quintaque legione ibi relicta ceteris in Bethleptephon toparchiam proficiscitur. Eam autem regionem et Ydumeam igne consumpsit, castella quidem locis oportunis muniuit, captisque duobus uicis in media Ydumea positis hoc est Begabri et Cafartofan plusquam X milia hominum perimit, et supra mille capit. Exactaque inde cetera multitudine non paruam militum suorum partem ibi constituit, qui omnia loca montana uastando infestabant. Ipse autem cum reliquo exercitu Ammaum rediit, inde per Samaritida et Neapolim sede die uniuersis in Choream descendit, ibique castris positis postridie in Hierichuntam peruenit, ubi se quidam rectorum nominis Traianus adiunxit, qui locis ulterioribus milites duxerat, cunctis iam deuictis habitatoribus.

Sed ex Hierichunte ciuitate fugitiuorum multitudo ante Romanorum aduentum in aduersa Hierosolimis montanam regionem diffugerat, et pauci qui remanserant perimuntur. Desolata uero ciuitate offenderat, cui in planitie sitae mons ac sterilis imminet, qui est longissimus. A septentrionali uero regione tendit usque ad Scytopolitanos agros, a meridiana uero usque ad Sodomiticam terram et Asfaltidem lacum fines eius extenduntur. Nam totus inaequalis mons est et quamuis gignit non habitatur. Huic autem monti adiacet circa Iordanem mons alius incipiens a Iuliada a septentrionali regione, et extenditur pluribus in meridie usque ad Sobora quae disterminat Petram Arabiae ciuitatem. In hoc est et qui ferreus mons appellatur usque ad Moabitidem longus. Inter istos autem duos montes regio est quae magni campi uocatur, a Genuabra uico usque ad lacum Asfaltidem pertinens, et habet CC et XX stadiorum longitudine, latitudine uero C et XX, mediusque ab

Iordane dividitur. Sunt autem illi duo lacus asphaltidis et tyberiensis qui sunt in natura contrarii. Nam lacus asphaltidis salsus ac sterilis est. Tyberiensis vero dulcis est ac fecundus. Estivis quoque temporibus illa planicies ardore torretur, et vicinis aeris offenditur omnibus circumvicinis preter Iordanem. Solis incendiis et veneris aeris offunditur omnibus circumvicinis preter Iordanem, prima eminent ut palme que inriguis sunt magis florentes et fertiliores sunt quam ille que rivis longe remote sunt.

Aput ipsam autem civitatem Iericho largissimus fons est, rigandisque arvis uberrimus, iuxta veterem civitatem scaturiens, quam Iosue ductor Hebreorum primus in terra Chananeorum bello destruxerat. Hunc fontem ferunt olim non solum terre atque lignorum fructus, sed et feminarum partus solitum obruendo corrumpere morbo ac peste corrumpere. Postea mansuevisse, et contra atque partus morbo ac peste corrumpere. Postea mansuevisse et saluberrimum ac feracissimum esse factum ab Helyseo propheta, qui Helye discipulus fuerat. Receptus enim hospitio ab Ierichuntinis habitatoribus, universe illa regione propicia gratia remuneratus est. Progressusque ad fontem lagenam fictilem salis plenam in profluentem aquam misit. Deinde ad celum dexteram tendens, fontique immergens blanda libamina dominum precatus est ut fluenta leniret ac dulciores aquarum venas aperiret, et ferventiores aurarum flumina temperaret, ortaque et ubertate fructuum iucundioribus auris flumina temperaret, oralitatem et ubertatem fructuum et successionem plus daret indigenis, nec eorum filiorum genitrix aqua deficeret, quousque iusti manerent. Ad has preces iussa divina fontem immutavit, et fons qui antea erat causa orbitatis ac famis postea vite ac fecunditatis auctor effectus est. Denique rigationis ei tanta potentia est, ut si attigerit terram sapidior sit aquis diu perseverantibus. Vnde et qui eo largius abutuntur exiguum emolumentum habent, quibus vero parcius plurimum salutis confert. Amplius autem quam ceteri fontes spacium rigat, cum LXX stadiis longa et XX stadiis lata planities irrigatur, et nutrix palmarum irriguarum genera tam sapore quam nominibus varia. Quarum pinguissime calcatis plurimum mellis emittunt non multum alio melle deterius. Quoque et illa regio mellis sit altrix, et opobalsami ferax, qui omnium carissimus est fructus ibi nascentium. Gignit et cyprum mirobalsamum. Lagana quoque optima ibi generantur, que sit carissima. Sed nec in aliis fructibus ei aliqua regio assimilari valebit, in hoc quod multiplicatum reddit quod satum fuerit. Cuius rei causa mihi videtur esse aquarum vis lenta, aeris calor cum hic provocet que nata fuerint atque diffundat, liquor autem aquarum firmis radicibus singula stringat, viresque suggerat. Estivo autem tempore quo sic perurit illa regio ut nichil facile prodeat ac pullulet, aqua si ante solis ortum hauriatur, aure spiritu refrigescat, naturamque aeris contrariam sumit. Hyeme vero concalescit, atque mensis mitissima efficitur, et tanta est illic celi temperies, ut quo tempore in Iudea ningit lineis tamen illic indigene vestiuntur. Distat autem ab Hierosolimis c.l. stadiis, et ab Iordane stadiis LX, utrumque hinc ad Hierosolima spacium desertum atque saxosum, ad Iordanem vero et lacum Asphaltiden licet humilius, eque tamen incultum ac sterile. Igitur de Iericho que fortunatissima sit satis dictum est.

Commemoratione autem dignum puto Asphaltidis lacus naturam exponere. Is ut salsus ac sterilis est, omnia vero levitate, et que gravissima sunt in eum iacta refert. Demergi autem quis in profundum nec de industria facile potest. Denique Vespasianus qui eius visendi causa illuc venerat, iussit quosdam natandi nescios vinctis post terga manibus in altum proici, et evenit omnes tamquam vi spiritus sursum repulsos desuper fluitare. Ad hoc et mirabilis est coloris atque mutatio eius, quia in singulos dies superficiem vertit, et solis radiis variata resplendet. Multis quoque locis nomine nigri bituminis glebas, que super undam et habitu et magnitudine tauris sine capitibus assimiles natant. Adveniant autem cuminante exercitatores accesserunt, ita ut ad gestum est ad naves trahunt, et quia lentum est repletas eas abrumpere nequeunt, sed quasi replicata scapha pendet a cumulo donec menstruo mulieris sanguine atque urina solvatur. Est autem illud bitumen utile non solum ad compagines navium, sed ad corporum et curationem multis remediis admiscetur. Huius lacus longitudo est quingentorum et LXX stadiorum, et usque ad Arabiam tendit. Latitudo vero c.l. stadiis patet. Et Sodomitice terre vicina est, que olim fuit tam fructibus quam substantiis omnium civitatum fortunatissima, nunc autem omnis exusta atque habitatorum impietate fulminibus conflagrasse memoratur. Denique adhuc inibi reliquias ignis et civitatum quinque videre licet ymagines, et renascentes in fructibus cineres, qui colore quidem sunt edulis similes, carpentium vero manibus in fumum desolvuntur et cinerem. Ceterum Sodomitice fabula eiusmodi fidem habet ex facie.

At Vespasianus Hierosolimorum habitatores obsidere cupiens, aput Iericho et hai villa castellis erectis, utrobique auxiliatorum partem ac Romanorum presidia collocat. Misit autem ad Gerasam civitatem Lucium Annium equitatus ei parte multisque peditibus attributis. Qui primo aggressu civitate capta mille iuvenes volentes aufugere preventos interfecit, familias captivas duxit, bona eorum militibus predari permisit, et post hoc domos incendit. Erat autem fuga potentium et interitus infirmorum, et quod occupatum fuisset flammis dabatur. Omnibus quoque montanis locis totaque planicie bello possessis, apud Hierosolima degentes exeundi copia non habebant, cum transfugere quidem volentes a Heloris asservarentur, et a Romanis undique civitas vallaretur ne ullus posset egredi.

Vespasiano igitur Cesaream reverso, et cum omnibus copiis ad ipsam Hierosolimam proficisci parante, nunciatur Nero cesar peremptus, cum per annos XIII et VIII dies imperasset. De quo referre quemadmodum dehonestaverit imperium pernequissimos homines Nimfidium et Tegillinum et indignissimos libertorum quibus commiserit rem publicam, et quod hoc post hoc captus insidiis ab omnibus suis fautoribus sit destitutus, et cum IIII libertis in suburbanum fugerit, ibique semet occiderit, et quomodo Galba creatus imperator Romam redierit ab Hyspania, et quemadmodum incusatus a militibus tamquam humilioris esset animi in medio foro necatus sit, et Otto declaratus sit imperator, eique militia Vitellium duxisse exercitum, nec non et Vitellii turbas, et circa capitolium pugnam, et quemadmodum Antonius Primus et Mucianus Vitellium interfecerint, et Germanorum agmina bellumque civile sedaverint, hoc omne recusavi narrare cum fide, quod et multi Grecorum et Romanorum copiose perscripserunt. Ordines autem rerum continuandi gratia, ac ne intercisa pendeat hystoria, summatim singula designabo.

Vespasianus igitur differebat in Hierosolima militiam ducere, expectans quo vergeret imperium post Neronem. Deinde ubi Galbam imperare cognovit, nil conari decrevit priusquam ille quoque ad se de bello aliquid scriberet. Misit ergo ad eum filium suum Titum ad salutandum, et ut simul ab eo mandata de Iudeis acciperet. Ob eas denique causas et rex Agrippa navigavit ad Galbam. Sed dum Achaiam, quoniam hyemps erat, longis navibus prevehuntur, contigit interfici Galbam cum regnasset VII mensibus et totidem diebus, et post eum Otto suscepit imperium, ac tribus mensibus rem publicam gubernavit. Agrippa autem nichil de hac mutatione deterritus Romam pergere statuit. Titus vero divino quodam impulsu ex Achaia ad Syriam renavigat, et mature in Cesaream venit ad patrem. Suspensi autem de omnibus quasi mutando imperio Romano, Iudeorum militiam negligebant, patrieque quoque metuentes

In aggrediendo alienigenas importunum esse arbitrabantur.

Interea aliud bellum in Hierosolima excitatur. Erat Symon Giore filius, patria Gerasenus, etate iuvenis, sed calliditate posterior Iohanne, quam iam pridem possidebat, viribus autem corporis audaciaque prestantior. Ob quod etiam ex Acrabathena toparchia cuius rector erat pulsus erat ab Anano pontifice, et latronibus se sociaverat qui Masada castellum occupaverant. Is ergo Symon quibus primo suspectus erat, tamen processu temporis fidelis esse videbatur, nam et ductor erat predarum excursibus, et cum ipsis castellum Masada populabat. Dominandi autem cupidus, magnarumque rerum appetens, ubi mortem Anani comperit, in montana loca descendit, servisque libertate promissa et liberis premio cunctos qui ubique fuerant nequissimos congregavit, et valido conflato collegio montanos vicos diripiebat. Semper autem ei accedentibus pluribus sociis civitatibus iam terribilis erat, multosque potentium vis eius et prospera facta sollicitabant, nec iam servorum tantum vel latronum habebat exercitum, sed et popularium multitudo tamquam regi ipsi parebat. Excursus autem faciebat in Acrabathenam toparchiam et in maiorem Ydumeam. Vicum vero cui nomen est Aiam muro amplexus et ad cautionem sui pro castello habebat. In valle autem que dicitur Faraga occultas dilatavit speluncas, multasque invenit quibus ad predarum receptacula utebatur, et direptas fruges illic reponebat, nec dubitabat iam quin Hierosolimis copias et apparatum perduceret. Unde Heloris vertit insidias ac preveniunt Symonem qui contra se crescebat cupientes, plerique cum armis egrediuntur. His autem Symon occurrit commissoque prelio multos occidit et reliquos compellit in oppidum. Non multum tamen viribus fretus ab obsidione deterretur. Post hoc Ydumeam subiugare conabatur, et cum XX milibus armatorum ad fines eius properabat. Ydumeorum autem principes natos quinque milibus collectis, et pluribus qui sua servarent domi relictis pro latrones, Symonem in finibus suis prestolabantur. Vbi habito conflictu ac protractum die toto prelio, neque victor neque victus abscessit, et ita Symon in Aiam victi, Ydumei vero domum regressi sunt.

Non multo post tamen Symon cum maioribus copiis Ydumeorum fines petebat, castrisque positis in vico cui nomen est Tecoe, misit ad custodes Herodii castelli quod non longe aberat nuncium, persuadens ut sibi castellum traderent. Quem quidem sine mora susceperunt custodes nescii causam cur venisset, sed mox de castelli proditione prolocutum strictis gladiis persequebantur, donec fuge locum non inveniens de muro in subiectam vallem sese precipitavit, et ita mortuus est. Ydumei autem iam vires Symonis formidantibus placuit priusquam prelio congrederentur explorare hostium copias. Huic itaque rei se ministrum prebuit parato animo Iacobus unus e rectoribus, cogitans et proditionem suorum facere. Denique profectus ab Aluro, in quo vico tunc Ydumeorum collectus erat exercitus, venit ad Symonem, primusque se ei Ydumeos traditurum, data fide quod deinceps ei carissimus foret. Ob hoc et humanissime est apud Symonem tractatus, clarissimisque promissis animatus, ubi ad suos rediit, primo Symonis exercitum multiplici numero iactabat esse maiorem, deinde rectoribus paulatim et universa multitudine perterritis, ut Symonem reciperent suadebat, eique sine pugna rerum omnium permitterent principatum. Simul autem hic suadens ipsum Symonem per nuncios evocabat, pollicitus se dissipaturum Ydumeos, quod et fecit. Nam cum iam appropinquaret Symon cum exercitu, equum primus ascendit, et cum sociis corruptionis aufugit, pavoreque universos Ydumeos occupavit, ac priusquam in manum veniret, domum singuli soluto ordine redierunt. Symon ergo preter opinionem sine sanguine Ydumeam invadit, primumque aggressus ex improviso Chebron municipium capit, in quo maxima preda potitus est, multosque fructus diripuit. Chebron autem ut indigene ferunt non solummodo eius terre civitatibus verum et Egyptiaca Memphi antiquior est. Denique duo milia et trecentos numerant annos ex quo eadem Chebron edita est. Traditur quoque fuisse domicilium patris nostri Abraham, postquam Mesopotamie sedes reliquit, eiusque posteros ex hoc loco ad Egyptum esse profectos. Quorum et monumenta in eadem civitate extant pro optimo marmore liberaliter fabricata. Cernitur et ab eadem civitate sexto stadio arbor maxima therebinthus, quam memorant ab initio mundi nunc usque durare. Hinc totam Ydumeam Symon pervasit, non vicos et civitates depopulando, sed excidendo et territoria. Nam preter armatos XL eum milia sequebantur, et vix victum necessaria habebant. Ad has necessitates accedebat ei crudelitas et insuper iracundia, quo magis vastari contigit Ydumeam, et ubicumque cum exercitu transiebat, a tergo solitudinem relinquebat. Alia quidem comburendo, alia diruendo, vel quicquid in agris natum fuerat conterendo calcibus aut depascendo delebant, et pro terra culta terram agendo faciebant eam sterili duriorem.

Hec opera Symonis rursus Heloras incitaverunt, et aperto quidem bello confligere cum eo timuerunt, insidiis vero per itinera locatis, uxorem Symonis rapiunt, et plurimos qui eam sequebantur in obsequio. Deinde exultantes tamquam ipsum Symonem cepissent in civitatem redeunt. Sperabant namque eum continuo armis depositis pro uxore supplicaturum. Illum autem non ira

193. non magna ira pro coniuge rapta invaserat. Nam cum ad muros Hierosolimorum ut crudelis belua que percussores suos prendere nequiverit, in eos quos cepisset effundebat insaniam. Denique holerum sarmentorumque causa progressos ad portam inermes pariter senesque correptos verberabat usque ad necem, ut animi indignatione iam solum ab eis videretur quod non etiam vesceretur corporibus mortuorum. Multos autem abscisis manibus dimittebat in civitatem volens deterrere inimicos, et populum ad se revocare, et iurabat per deum qui cuncta regeret nisi cito sibi redderent coniugem suam, muro perrupto omnibus in civitate degentibus similiter uteretur, nec cuiquam etati parceret, nec ab innocentibus discerneret noxios, donec his eius mandatis non modo populus, sed et Helore metu perculsi remiserunt ei uxorem. Atque ita delinitus Symon paulisper ab assidua cede cessavit.

Non solum autem in Iudea erat seditio bellumque civile, verum et per Italiam. In medio namque Romanorum foro Galba cesare perempto, Otto iam creatus imperator cum Vitellio pugnabat, quem Germanorum manus iam elegerat. Habito autem prelio apud Freciarum Galacie cum Valente et Cinna Vitellii ducibus, primo die Otto superavit, altero Vitellii milites. Multaque trucidatis ex parte Ottonis. Hoc audito Otto apud Brixellum semet ipsum occidit, postquam tres menses et duos dies imperium tenuit. Accesserunt autem Vitellii ducibus milites Ottonis, et ipse iam Vitellius Romam cum exercitu veniebat.

Cum interea Vespasianus quinto die mensis Iunii Cesaream profectus, eas quas nondum subverterat Ydumee partes petebat, et in montana regione cum primum ascendit, toparchias duas Gofniticam et Acrabathenam subegit, et deinde Tharega et Eufor municipia, ibique presidiis collocatis, usque ad Hierosolimam equitabat, et multos deprehensos ex Iudeis necabat. Rector autem unus nomine Cerealis cum equitum ac peditum parte superiorem Ydumeam vastabat, et Cafetra municipium aggressione captum incendit. Alterum vero quod Cafara dicitur admoto milite obsidebat, satis valido muro cinctum. Diuturni autem se ibi moraturum sperantem subito portas aperuerunt, et cum precibus advenientes se ei tradiderunt. Quibus subiugatis Cerealis in Chebron

ciuitatem antiquissimam ut dixi descendit non procul sitam ab hierosolimis. Vi autem intromissus in eam, omnem multitudinem quam ibi repperit cum puberibus peremit. ipsum uero oppidum exussit. Omnibus igitur ciuitatibus captis preter castella herodium et masada et macheruntam que a latronibus tenebantur, sola iam hierosolima romanis ante oculos erat, que expugnanda restabat.

Symon autem de quo supra diximus, ubi uxorem suam a zelotis recepit, ad reliquias iudee egreditur predas. et undique circumactos hierosolima coactos pellebat fugere. cum ipse quoque ad eam sequeretur. et populorum multitudinem exagris adeuntem interficiebat. Erat quidem symon foris terribilior romanis. intus autem zelote utrisque seuiores. Galilei quoque iohanni ad potentiam incitabant. et iohannes eis ex potentia quam sibi cupiebant uicem referentiam incitabant. et iohannes eis ex potentia quam ... omnia que desiderabant facere permittebat. Insaciabilis autem ferens omnia que desiderabant facere permittebat. Insatiabilis autem erat rapinarum cupiditas erat. domorumque locupletium perscrutatio. Cedes et uirorum et feminarum iniurie pro ludo habebantur. predaque cum sanguine deuorantes sine aliquo metu post saturitatem muliebri libidine calescebant. comptique crines ac feminarum ueste induti. totique unguentis. et ut forma placerent oculis non solum ornatum sed et impudicitiam quoque mulierum imitabant. et obscenitate nimia nefarios concubitus facientes ut in lupanari uersabantur. ciuitatemque totam impuris facinoribus profanabant. Effeminantes tamen uultu dexteras ad cedes impia-bant. delicatoque incessu eneruati subita incursione bellatores fiebant. et depallidamentis uersicoloribus eductis gladiis casu obuios transuerberabant. Eos autem qui iohannem fugiebant excipiebat seuior in cedibus symon. et qui intestinum tyrannum euasisset: ab eo qui pro porta erat occidebatur. Omnis autem fuge uia transire ad romanos cupientibus abscisa erat. Inter iohannis autem copias ydumei dissidebant. et aduersus iohannem tam liuore potentie quam odio et crudelitatis armantur. Deinde pugna congressi multos zelotarum perimunt. et ceteros in aulam compellunt. quam grapte edificauerat que fuerat cognata isthe regis adiabenorum. Vnam et irruperunt ydumei. et iohannis pecunias predabant. In hac enim aula et ipse degebat. et tyrannidis spolia deposuerat. Interea autem reliqui zelotarum ad iohannem congregati sunt. eosque iohannes aduersum ydumeos educere cogitabat. Sed profecto de sententias eius indecertis inimicos et inuitum acerbi excogitabant salutis remedium. Nam ut iohannem deterrerent symonem foris degentem introducere statuerunt. et peiorem tyrannum sibi imponere. Denique missu mathia pontifice rogant symonem ut ad se introiret. Ille autem nimis superbe dominum se fore pollicetur. uelut ciuitatem liberaturus ingreditur. cum salutis eum datorem ac defensorem suum clamor populi designaret. Vbi uero cum suis copiis introiuit. mox de propria potentia deliberabat. nec minus eos a quibus aduocatus erat quam eos contra quos uocatus fuerat inimicos putabat. Iohannes autem cum multitudine zelotarum a templo exire prohibitus. amissis et que in ciuitate habebat. de salute desperabat. Templum igitur symon adiuuante populo aggreditur. Illi autem qui intus erant in porticibus et per propugnacula stantes impetum repellebant. et multi a parte symonis saucii referebantur. eo quod zelote a dextera superiores erant. et iactu impetibiles fiebant. et quamuis loco plus possent. turres tamen iiii. maximas edificauerant. ut ex alto missilia torquerent. unam ad orientem et septentrionalem angulum. alteram super xistum. tertiam in angulo alio contra inferiorem ciuitatem. et quarta turris erat posita supra uerticem pastoforum. ubi moris erat unum de sacerdotibus stare post meridiem. et quod septimum dies instaret tuba significare. rursusque uespere quod desineret. nunc ferias populo. nunc ut opera faciant denunciare. Per turres autem disposuerant balistas saxorumque tormenta. et sagittarios. et fundarum sciolos. Symon autem ad impetum pigrius mouebatur. cum suorum plerique mollescerent.

Per idem tempus romanos quoque seuiora mala circumuenerant. Aderat enim ex germania uitellius cum exercitu. ingentem multitudinem germanorum secum ducens. Et cum ei destinata militum spacia non caperent. totam urbem pro castris habebat. et domos replebat armatis. Germani autem cum spectaculis romanorum diuitiis oculis insuetis. et auri argentique splendore perfusi. uix cupiditatem continebant. adeo ut in rapinas se conuerterent. et eos qui obstare conarentur occiderent. Et in italia quidem talis res erat.

Vespasianus autem postquam hierosolimis proxima depopulatus in cesaream reuertebatur. et audiuit romanorum tumultum. et uitellium principem factum. Hoc autem licet ipso imperium pati sic bonum imperatorem nosset. ad indignationem perductus est. dumque eum dedignabatur habere. quem uelut in deserto insanisset imperium. Dolore autem saucius cruciatum animi ferre non poterat. nec aliis bellis insudare. cum propria patria uastaretur. Verumtamen quantum ira impellebat ad ulciscendum tantum longinquitatis cogitatio reprimebat. Cogitans enim fortunam multa noua posse facere priusquam ipse ad italiam perueniret hyemis tempore transire posset. plus iam crescentem iracundiam cohibebat. Rectores autem cum militibus conuenientes aperte iam de mutatione tractabant. et cum indignatione uociferantes incusabant rome constitutos milites et in deliciis agentes quod ne famam quidem belli sustinerent. quibus liberet decernere principatum et spe questus imperatores creare. se autem tot laboribus exactis sub galeis senescentes aliis condonare potestatem cum apud se habeant digniorem imperio. Tanto autem uespasianum quam uitellium iustius esse principem fieri. quanto illi qui eum declarassent ipsi prestarent. non enim se minora pertulisse bella quam qui ex germania uenissent. neque illi qui uitellium ordinassent in armis deteriores esse. Nullum autem in ordinando uespasiano fore certamen. Non enim senatum populumque romanum uitellii libidines pro uespasiani pudicicia perpessuros. nec pro bono imperatore crudelissimum tyrannum aut pro patre seuum principem optaturos. Ergo sine precio senectutis debeatur imperium. habere se uespasianum. sine adolescentie uiribus: titum. cum ex amborum etate quod erit commodum temptabitur. Non solum autem se ministraturos declarauit imperatoribus: uires.

Hic tres legiones reliquaque habentes auxilia conseruassent omnia ad orientem atque ad europam. Postremo si ipsi cessarent senatum forsitan declaraturum esse principem. quem conseruatores milites dehonestarent.

Hec primo per cuneos loquebantur milites. et deinde congregati et se inuicem adhortati uespasianum imperatorem nuncupant. eumque orabant ut in periculo constitutum imperium conseruaret. Ille autem rerum omnium curam habens neque imperare uolebat. et priuate uite securitatem clarioris fortune periculis anteponebat. Recusanti autem rectores cum militibus magis instabant. et circumfusi cum gladiis se mortem ei minabantur. nisi uiuere uellet secundum eorum iussionem. Diu tamen reluctatus quod retinebat imperium postremo cum eis minime persuadere potuisset: accepit imperium. et mutiano ceterisque rectoribus: qui eum ad imperium inuitauerunt. cum exercitu alio uociferante ut se eorum auxilio in omnes hostes efferret:

Vespasianus igitur accepto imperio primo res alexandrinas procurandas putauit. Sciens autem egyptum plurimam esse partem imperii propter frumentariam functionem. et si ea potiretur ui si instaret uitellium se superare sperabat. Nec enim perpessuram esse populum fame oppressum. Cupiebat et sibi adiungere in primis duas legiones que apud alexandriam degebant. cogitans pro propugnaculo sibi fore illam regionem aduersus incerta fortune. Nam et aditu difficilis est accessu. et mari importuosa est. et ab occidente quidem arida lybia habet obiectam. a meridie uero limitem qui syenen a bethyopia dirimit. nauibusque innauias nili fluminis cataractas. itemque ab oriente mare rubrum usque ad cosoton ciuitatem diffusum. et septentrionale munimentum habet syriam terram usque et quod dicitur egypti pelagus. continuo portubus carens. Hoc igitur modo egyptus ex omni latere tuta est. Inter pelusium uero et siennem per duo milia stadiorum porrigitur. Ex plinthine autem ad pelusium nauigio stadiorum est trium milium et sexcentorum. Nilus uero fluuius usque ad elefantinen oppidum nauibus ascenditur. et ultra progredi ut supra diximus cataracte non sinunt. Portus autem alexandrinus etiam pacis tempore nauibus aditu difficilis est. Nam ostium angustum habet. saxisque latentibus a directo cursu reflectitur. et leua pars quidem manu factis bracchiis cingitur. a dextera uero faros insula obiecta. turrim maximam sustinens. usque ad ccc. stadia nauigantibus igne lucente. ut quam longissime difficultatem applicandarum nauium premoneat. Circum hanc autem insulam opere instructo ingentes muri sunt. quibus afflictum pelagus et auersis obicibus fractum asperiorem facit meatum et periculosum introitus. Intra autem portus ipse tutissimus est. et xxx. stadiis magnus. in quem tamen que illi terre necessaria deuehuntur. et que ibi exuberant ex bonis domesticis et indigenis in totum orbem diuisa exportantur.

Itaque non sine ratione uespasianus ita factus imperator alexandrinam terram erat cupidus ad totius imperii firmamentum. Protinus statim ad tyberium alexandrum qui egyptum et alexandriam regebat litteras misit. indicans militum alacritatem et quomodo coactus suscepisset imperium. pro defensione auctor. Alexander autem simul ut epistulam uespasiani legit. prompto animo et legiones et populum sibi subiectum sacramento ei firmauit. Vtrique autem libentissime paruerunt. uirtutem uespasiani ex proxima administratione scientes. Alexander autem tyberii potestate priore sibi a uespasiano firmata. ad aduentum principis omnia necessaria parabat. Opinione igitur citius fama uulgauit. declaratum orientem uespasianum imperatorem. et uniuerse quidem ciuitates festos dies agebant. et leticia pro eo simul et sacrificia celebrabant.

Agmina uero apud mesiam pannoniamque degentia que paulo ante propter uitellii audaciam fuerant concitata. iusiurandum uespasiano magno fauore prebuerunt.

Vespasianus autem cesarea relicta in berithum uenit. ubi multe legationes a syria et ab aliis prouinciis uenerant obuiam. coronas ei et gratulatoria decreta a singulis ciuitatibus deferentes. Affuit et rector prouincie mucianus nuncians alacritatem populorum. et iurata sacramenta. Vbique autem uespasiani uotis obsecundante fortuna rebusque ad eum ex plurima parte inclinatis cogitare cepit quod non sine diuina prouidentia sumpsisset imperium. sed iusta quedam fati ratio ad eum potestatem terrarum duxisset. rerumque omnium principatum. Recordatus est signa et portenta. multa enim sibi ubique contigerant imperium prenonstrantia. et iosephi dicta qui cum adhuc nerone uiuo ausus fuerat appellare imperatorem. animumque tunc ei uerba. Cumque adhuc esset iosephus in uinculis. aduocato uespasianus imperator muciano cum aliis rectoribus et amicis primum exposuit quam strenuus fuisset iosephus. quantumque pro iotapata ciuitate liberanda laborasset. deinde uaticinationes eius quas ipse quidem primum suspicabatur fuisse timoris figmenta. sed uerba eius diuina esse uerum exitu probauisset: Esse inhonestum esse aiunt utique sibi prebasset imperium. uocisque diuine ad se ministrum adhuc uincti captiui loco haberet. fortunamque sustineret aduersam. Vocatum igitur ad se iosephum solui iussit. Ex hoc facto alii quidem extra gratiam quam alienigene prestitisset: preclara et de se speranda esse arbitrabantur. Titus uero qui ibi tunc aderat. dixit ad patrem. Iustum est una cum ferro et opprobrium iosepho solui. Erit enim tamquam nec uinctus fuerit. si non soluerimus sed inciderimus cathenas. Nam ab his uinculis absolui debent: qui non recte fuerint uincti. Cumque hec uespasiano placerent. quidam accurrens securi cathenas a iosepho abscidit. Iosephus igitur pro his que predixerat primo fame donatus. et de futuris eius credendum esse iam dignus habebatur.

Vespasianus igitur responsis legationibus redditis. iustisque administrationibus ordinatis antiochiam uenit. et quo iam primum tenderet cogitans perstabilius esse duxit in primis que rome a uitellio gererentur dissipare. Misit igitur in italiam mucianum cum multis equitum peditumque copiis. Qui tamen propter hyemis asperitatem ueritus nauigare per capadocias et frigias duxit exercitum. Interea hec quoque antonius primus adducta legione tertia ex mesia prouincia qua tunc ipse regebat. bellum cum uitellio agere properabat. Vitellius autem cum magna manu cecinam contra eum obuiam ei misit. Is igitur quam primum circa cremonam galacie antonium cum exercitu inueniens conspecta hostium multitudine. prelio quidem congredi cum eis non audebat. discessum autem periculosum reputans: de proditione cogitabat. Conuocato igitur suo exercitu suadebat eis transire ad antonium contra uitellium. extollens uires uespasiani. et rebus uitellii detrahens. et uespasianum ydoneum esse dicens. et sine ipsis cuncta superare. uitellium uero nec cum ipsis posse presentia seruare. Multa in hunc modum exercitum persuadens cum ipsis ad antonium transfugit. Eadem nocte milites formido simul ac penitudo inuasit. timentes ne forte uitellius uespasianum uinceret: eductisque gladiis uolebant cecinam obtruncare. fecissentque nisi tribuni aduoluti eorum pedibus: eos prohibuissent. Vinctum tamen quasi proditorem uitellio transmittere uolebant. His auditis antonius primus suos mouet: eosque cum armis in defectores ducit. Illi autem primo paulisper restiterunt: mox uero loco pulsi cremonam fugierunt. Antonius itaque cum insecutus esset eorum peruertit. et circumclusos magna multitudine perimit; et cecinam ab eis uinctum in suum ius recepit. solutumque a uinculis nuncium rerum gestarum ad uespasianum direxit. Qui cum ad eum uenisset collaudatus est. et dedecus proditionis insperatis preuenit honoribus:

Rome autem sabinus frater uespasiani ubi antonium contra uitellium uenire cognouit fiducia recreatus est. collectisque militum agminibus nocte occupat capitolium. Luce uero multa ei nobilium sociata sunt. et domitianus fratris filius ingens pars obtinende uictorie. His uitellius. et nobilium sanguine pro ingenita crudelitate sitiens. immisit capitolio quam secum adduxerat militum manum. Vbi multa ab utrisque audacter admissa sunt. et postremo germani uitellio fauentes colle obtinuere. et domitianus cum paternis bimo diuina quadam ratione saluus euasit. Postea uero sabinum a uitellii militibus captum et ad ipsum perductum occidit. Postera autem die uenit antonius cum exercitu. et commisso prelio cum exercitu uitellii uniuersos interfecit. Perductus uero de palacio uitellius. ex longiore enim luxu et multo ciborum ... ebrietate inundans uinctus post tergum manibus: resupinato capite gladio admentum subposito. per populum et senatum tractus. et uario uerborum genere dehonestatus minutis ictibus excarnificatur in media urbe iugulatur. corpusque eius in tyberim proicitur. cum octo mensibus ac dies v. tenuisset imperium. Quod si uiuere diutius contigisset incepinatum minime ... luxurie sufficere posset imperium. Mortuorum uero supra l. milibus numerata sunt. et hec gesta sunt tertio die mensis octobris.

Postero igitur die mucianus quoque cum exercitu roma ingreditur. et antonii milites a cede reprimebat. adhuc enim domos perscrutantes ... uitellii milites occidebant. Domitianum autem in medio productum populo rectorem esse constituit. usque ad patris aduentum. et ita populus timore liberatus uespasianum imperatorem predicans.

festa celebrabat. Cum autem Vespasianus Alexandriam uenisset, et Romae festa ei nuntiata sunt, et legati ei ex toto orbe gratulantes affuerunt. Confirmato iam toti orbis imperio, in Iudaeae reliquias animum intendit. Titum quoque filium ad obsidendam Hierosolymam cum multis copiis direxit, et ipse Romam properabat.

INCIPIT LIBER VI EIUSDEM B.

TITUS ERGO a patre ad obsidendam Hierosolymam missus, et Nicopolim usque progressus, ibi milites nauibus longis imponit, et in Nilo flumine post Mendesium Thmuim usque uehitur. Hinc egressus in terram Thanain ciuitatem deuertit, ubi ei secunda mansio fuit. Ciuitas Heracleus et Pelusium tertia. Hic autem milite Romano per biduum recreato, tertio die fines Pelusii pertransiit, unam mansionem perfecit per solitudines, et castra ad templum Iouis Casii posuit, et postero die mansit apud Ostracinen, ubi adueniticia aqua utuntur indigenae propter aquae inopiam. Hinc apud Rhinocorura requieuit, et inde progressus in quarta mansione Raphiam uenit. Gaza uero quintae mansionis castra, et post hanc ad Tyriorum ciuitatem suscepit, et postea in Ascalone, atque hinc Iamnia, deinde Ioppam, et ex Ioppa Caesaream peruenit, et ibi quoque alias militum copias congregare uolebat, et exercitum ad obsidionem Hierusalem ordinare.

Contigit autem interim seditionem quae in Hierosolymis erat auctam trifariam diuidi, et alteram partem in alteram conuerti, quod in malis quis optimum dixerit, factumque iustitiae. Nam a Zelotarum dominatio, quae auctor fuit excidii ciuitatis, initium cepit, et per quos creuerit diligenter superius enarratum est. Hanc autem non errauerit quispiam dicens seditionem in seditione esse factam, ac ueluti rabida fera externarum penuria in sua uiscera seuire solet: sic Eleazarus Symonis filius, qui et a populo Zelotas separauerat a populo in templum, uelut indignari simulans ob ea quae in dies singulos Iohannes facere uidebatur, cum nec ipse quidem a caedibus quiesceret, re autem uera sese alio tyranno subiectum esse minime ferens, summae autem rei desiderio propriaeque potentiae cupiditate ab aliis defecit. Assumptis et Iuda Chelciae filio, et Symone Hesronis filio, et Ezechia filio Chobari, quorum singulos Zelotae non exigui sequebantur, occupato interiore templi ambitu, super eius portas in sacris foribus arma ponunt, et habundare se suis necessariis confidebant; sacrarum enim rerum eis copia suppetebat. Iohannes autem, quanto superior erat uirorum multitudine, tanto loco superabatur; habensque hostes a uertice, neque sine metu conabatur inuestire, et prae iracundia cessare non poterat. Crebri uero fiebant impetus et missilium iactus, totumque polluebatur caedibus templum. Symon autem filius Giorae, quem propter spem auxilii ciuitatem tyrannum in eam induxerat, superiorem ciuitatem retinens et inferioris plurimam partem, animosius Iohannem eiusque socios adoriebatur, quasi qui desuper impugnarentur. Iohanni autem eueniebat duplex periculum perferenti ledi parte ac ledere, quantoque uincebatur ab Eleazaro inferior, tanto plus Symone ualebat celsiori loco positus. Cum inferiores aggressus et sola manu sine labore prohiberet, desuper uero de fano iaculantes machinis deterrerent, quippe balistis et lanceis utebantur saxorumque tormentis, quibus non solum bellantes ulciscebantur, sed multos et sacra celebrantium perimebant. Hospites et qui peregre ... eorum crudelitate post exitium seditionis ope consumebantur. Missilia namque machinarum delata in sacerdotes et sacra celebrantes cadebant, ac multi qui properabant ab ultimis finibus terrae ad Dei domum, ante ipsas hostias perierunt, aramque uniuersis Graecis et barbaris adorandam suo sanguine maculauerunt. Indigenis autem mortuis alienigenis et sacerdotibus profanis commiscebantur, et per atria diuina flagitium fecerat diuersorum cadauerum sanguis. Quod tale uel tantum passa es, o miserrima ciuitas, a Romanis, qui tua intestina scelera purgaturi flammis intrarent? Iam enim Dei locus non eras, neque manere poteras, domesticorum facta sepulchrum, et quae templum ciuili bello tumulum constitueras. Poteris autem, o ciuitas, denuo reparari, si saltem aliquando exterminii uastatorem tuum Deum placare. Sed nunc reprimenda sunt quae dolentis lege scribendi, quia non domesticorum casuum luctus, sed exponendarum rerum hoc tempus est. Prosequar igitur seditionis cetera facinora.

Diuisis igitur trifariam insidiatoribus, Eleazarus eiusque socii, qui sacras primitias inuaserant, in Iohannem uelut ebrii ferebantur; qui autem Iohanni parebant, plebem diripientes in Symonem rebellabant, cui ipsi quoque Symoni contra diuersas seditiosos adminiculo ciuitas erat. Si quando igitur ex utraque parte sciret a Symone et Eleazaro oppugnabatur Iohannes, obiciebat socios suos et per ciuitatem lacessendo subeuntes missis ex porticibus telis occidebant, de templo uero iaculantes machinis ulciscebantur. Quotiens autem desuper istorum molestia carebat Iohannes, frequenter et per ebrietatem et laborem cessabant, libentius in Symonem eiusque socios quam in Eleazarum irruebat, et primitate fugere compulsos aedes eorum frumento plenas omniaque utensilia incendebat. Idemque ab Iohanne recedente Symon insecutus agebat, et ita quae ad obsidionem ciuitatis praeparata erant uelut suarum uirium neruos abscidebant. Quo eo contigit ut exurerentur omnia circa templum, et intermedias acies solitudinis atque area pugnae fieri ciuitatem, et concremari paulominus omne frumentum, quod non paucis annis sufficeret obsessis. Undique autem insidiantibus et coniunctis oppugnantibus ciuitatem, medius populus uelut aliquod magnum corpus lacerabatur. Senes autem ac mulieres intestinis malis attoniti, pro Romanis uota faciebant, externumque bellum quo domesticis malis liberarentur exspectabant. Grauis autem metus ac terror foedissimos occupauerat, et neque consilii capiendi tempus erat, ut uoluntatem mutarent, neque pactionis aut fugae spes cupientibus. Nam omnia custodiebantur, dissidentesque latronum principes, quoscumque Romanis pacatos esse aut ad eos transfugere uelle sentirent, quasi communes hostes interficiebant, solumque in occidendis dignis concordes erant; et pugnantium quidem nocte dieque perpetuus clamor audiebatur, ex metu autem acerbiores erant lugentium questus. Clamor quoque includebat ululatus, atque obmutescente dolore prae formidine, tacito gemitu cruciabantur, et neque ulla reuerentia uiuis apud domesticos erat, neque cura sepulturae mortuis exhibebatur. In omni autem animos remiserant qui cum seditiosis non erant, uelut continuo morituri. At uero seditiosi congesta in cumulum cadauera conculcantes dimicabant, et ex mortuis haurientes audaciam, quos sub pedibus cernebant, insaniam sentiebant, semperque aliquid in se perniciosum excogitantes, nullam caedis aut crudelitatis ... praetermiserunt, adeo ut et sacris materiebus ad construenda bellica instrumenta Iohannes abuteretur. Nam cum ... populo et pontificibus placuisset, ... cubitis altius aedificare, ... ex Libano materias magna ... labore detulit, ... spectabilia. Interrupto autem belli opere Iohannes fecit his lignis, quod sufficere longitudine ... turres ... et aduersus eos construens qui desuper a templo pugnabant, machinis appositis sperabat se superare hostes. Sed uero labore eius inutile esse demonstrauit, et priusquam unam quamque poneret, Romanos adduxit.

Titus enim in Caesarea postquam partem collegit exercitus, aliis ut ad Hierosolymam obsidendam undique concurrerent praecepit. Erant autem tres legiones quae pridem sub eius patre Iudaeam uastauerant, et duodecima, quae olim cum Cestio male pugnauerat. Quae licet praeter ceteras fortitudine esset insignis, tum eorum memoria quae pertulerat alacrius ad uindictam properabat. Harum quidem quintam legionem iussit se per Ammaus concurrere, decimam uero iussit ascendere per Hierichunta. Ipse autem cum ceteris auxiliis regum et pluribus Hierosolyma properabat. Comitabatur etiam amicorum spectatissimus beniuolentia simul atque prudentia Tiberius Alexander, qui antea Aegyptum administrauerat, tunc autem dignus qui exercitum regeret, cui fide clarissima morte fortunae sociatus est, et consultor inusus bellicis aetate ac peritia praepositus aderat.

Progrediente igitur Tito ad obsidendam Hierosolymam antecedebant regum omniaque auxilia, et post eos uiarum stratores castrorumque metatores, deinde rectores sarcinae atque armati; post hos ipse Titus electos milites secum habens et stipatores, quorum agmini equites sequebantur. Hi uero ante machinas ibant, et secundum illos una cum electis tribunis et praefecti cum cohortibus. Post eos autem circum aquilam signa et ante signa tubicines, deinde acies seniorum ordinibus dilatata, et seruile uulgus a tergo, et ante hos sarcinae; omnium uero nouissimi mercennarii, eorumque custodes coactores agminum. Procedens autem decenti exercitu ita ut mos est Romanis in Gophnam per Samariam deuenit, quae et prius ab eius patre fuerat occupata et tunc praesidiis tenebatur. Illic autem unam moratus uesperam, mane inde proficiscitur. Peracta autem diei mansione castra ponit in loco quem Iudaei sermone patrio Acanthonaulona uocitant, iuxta uicum quendam Gabathsaul nomine, quod significat uallem Saul, distantem ab Hierosolymis stadiis fere XXX. Ibi assumptis secum sescentis equitibus selectis perrexit ad Hierosolymam ciuitatem conspecturus quam tuta esset, Iudaeorumque animos exploraturus, si forte se conspecto priusquam in manus uenirent metuerent. Audierat enim quod et uerum erat, a seditiosis et latronibus oppressum populum desiderare quidem pacem, sed quod rebellantibus infirmior esset nihil conari. Titus igitur quamdiu recta uia quae ad muros ducit equitabat, nemo ante portas apparuit; ubi uero tenere ad turrim ... declinato in transuersum agmine equitum dux, infiniti subito prosiliunt de ciuitate per eam portam quae contra monumenta Helenae posita est, et equitatum Romanorum intercidunt, et alios inuia concurrentes ne cum his qui deuerterant se iungerent, a fronte oppositi prohibuerunt, et Titum cum paucis separarunt. Ille autem ultra quidem minus progredi poterat, a muro enim cuncta fossis patebant, et transuersi erant hostes multis maceriis impediti. Ad suos autem reditum inrumpentibus Iudaeis desperabant, et eorum plerique eius periculum nesciebant, et existimantes eum secum reditum ipsi et fugiebant. Titus igitur in sua tantum fortitudine statum esse perspiciens spem salutis flectit equum, et ut se sequerentur cum clamore comites adhortatur, et in medios hostes irruens uim ad suos transire festinabat. Quo quidem tempore maxime intelligi potuit et belli momenta et imperatorum pericula Deum curare. Contra enim aduersus tantum missilibus iactus, cum neque galea neque thorace septus esset, neque enim ad bellandum sed ad explorandum ut dixi processerat, nullum in eius corpore delatum est, sed tamquam ne eum ferirent omnia praeteruolabant. Gladio autem semper a lateribus instantes Iudaeos dirimens multosque ante ora subiectos super cadentes agebat equum. Illorum autem clamor erat et exhortatio in audacia Caesaris tum aggrederentur, fugaque et discessio repentina quacumque diuerteret cursum. Hunc autem periculo socii paulatim adiungebant cum a tergo et a lateribus foderentur, unaque eis erat spes salutis uiam cum Tito patefacere priusquam circumuenti opprimerentur. Duo autem ex ... alter cum equo percussus est, alter interfecto atque occiso equus eius abductus est. Titus igitur cum ceteris incolumis in castra saluus euasit, et Iudaei quod aggressione prima superiores fuissent, inconsulta spe animos extollit, magnamque his in posterum fiduciam et momentum temporaneum comparauit.

Titus autem postquam examinauit legiones sed sociatae sunt, luce inde digressus ad locum qui Scopos appellatur accessit, unde et ciuitas Hierosolyma et clara templi magnitudo conspici poterat, distans a ciuitate septem stadiis. Ibi igitur duabus legionibus simul, quintam uero legionem retrorsum stadiis tribus castra muniri iubet. Labore namque nocturni itineris attritos milites progredi iussum est. Mox autem castris aedificatis decima legio per Hierichunta aderat. His praecepit Titus sexto stadio ab Hierosolymis castra ponere, in qua parte mons qui appellatur Eleon contra ciuitatem ab oriente situs est, et alta ualle interiacente discernitur, cui nomen est Cedron. Intra ciuitatem autem sine requie confligentium dissensionem tunc primum bellum Romanorum interueniens refrenauit, et cum stupore seditiosi Romanorum castra inspectantes, ex trifaria seditione inter se inire concordiam, rationemque

194. inuicem requirebant, quid ita exspectarent, quod ipse pressi tres muros contra uitam suam paterentur opponi, belloque se fundante licentia tamquam spectatores bonorum operum sibique utilium residerent, moenibus clausi, remissisque armis ac manibus, et innoxios ipsos tamquam non fortes sunt, et Romanorum lucro ex nostra seditione sine sanguine oppidum cedet. His sub alios congregantes exhortabantur, raptisque armis subito in legionem decimam irruunt, et per uallem facto impetu cum ingenti clamore Romanos murum aedificantes aggrediuntur. Illi autem in opera distributi et plerique armis depositis, non enim excursum Iudaeos ausuros esse credebant, praeter opinionem perturbati sunt, atque opere quisque relicto alii recedebant, et multi ad arma properantes priusquam se in hostes uerterent feriebantur. Plures autem Iudaeis semper adiciebantur eorum uictoria freti qui processerant. Romani uero maxime ordinari consueti et cum decore atque praeceptis bellum gerere scientes, ex perturbatione trepidabant. Unde etiam quoque praeuenti aggressione cedebant, et si quando sese conuerterent, ab insequentibus occupati et cursu reprimebant Iudaeos, et ob impetum minus cautos sauciabant. Semper autem excursione glisscente, postremo castris pulsi sunt, et tota legio tunc periculum incidisset, nisi Titus hoc sibi nuntiato maturare eis subuenisset, eorumque increpans ignauiam et suos a fuga reuocans, et in Iudaeos cum his irruens multos occidit, omnesque infugauit, et in uallem praecipites compulit. Iudaei igitur in procliuo loco multa mala perpessi, postquam in aduersam partem transierunt, flectunt se iterum et ualle interiacente cum Romanis dimicabant. Itaque ad medium diem ita bellatum est. Post meridiem autem Titus his quos secum habebat in subsidio collocatis, aliisque de cohortibus aduersus excurrentes Iudaeos oppositis, reliquum agmen ad murorum opus in summo montis aedificandum remisit. Iudaeis autem hoc fuga esse uidebatur. Cumque speculator quem in muro posuerant amictum agitando signum dedisset, frequentissima multitudo cum eo impetu prosiluit ut eorum cursus immanissimis bestiis esset assimilis. Denique in aduersa acie stantium nemo eorum impetum sustinuit, sed tamquam machina percussione agmine continuo dissipatum est, paulisper in montem refugiunt. In accliui autem medio Titus cum paucis est relictus, multisque amicis monentibus ut ... morte spernentibus cederet, neque plus ... uenire ... ante ipsum non oporteret esse saluos, sed potius fortunae suae reputarent quod non militis officio fungeretur, uerum et belli

et orbis terrarum dominus esset. Hic autem nec audire se quidem simulans, adse recurrentibus obstabat, eosque in ora feriens vel occidebat, et repente incumbens impetum eorum repellebat. Illi autem viribus eius et obstinatione perterriti, non tamen quidem fugerunt, sed in utrumque latus ab eo declinantes rursum fugientes insequebantur. Quos iterum aggressus a latere eorum impetum prohibebat.

[D]um haec aguntur, et illos qui superiora castra muniebant ubi fugere inferiores viderunt, metus ac turbatio occupat, totumque agmen dispergitur. Suspicantium se non posse excursum Iudaeorum sustinere, et putantes Titum in fugam versum, tamquam laterali terrore circumdati alii alio ferebantur. Donec quidam eum in medio belli versari imperatorem vidissent, plurimum metuentes universo agmini suorum periculum cum clamore nuntiaverunt. Itaque pudore revocati et fuga maius aliquid sibi exprobrantes quam Titum Caesarem deseruissent, totis viribus in Iudaeos tendebant; et semel ad descensum conversi urgebant Iudaeos in declivia. Illi autem loco cedentes pugnabant; cum Romani plus possent eo quod superiores erant, in vallem omnes coegerunt. Titus itaque contra se positis imminens legionem ad muri fabricam ire iubet. Itaque si metu nihil addente obsequar, neque invidia detrahente veritatem, in omnibus semper dicere oportet: ipse Caesar Titus bis totam legionem a periculo liberavit, atque per se ipsum copiam castra muniendi militibus praebuit.

[R]emisso autem paululum bello externo, rursum intestinum seditio suscitavit. Azymorum enim instante die, qui est aprilis mensis xiiii, quo primum tempore opinantur Iudaei ab Aegyptiis esse liberatos, Eleazar quidem cum sociis suis portam subaperiens introducere cupiebat aliquos ex populo qui templum adorare cuperent. Iohannes autem die festo ad praetendendas insidias usus est, et suorum quosdam ignotiores armis sub veste latentibus instruit, et quorum plerique de industria incogniti erant, occulte inter alios fani occupandi gratia submittit. Illi autem postquam intraverunt, vestimentis abiectis armati subito apparuerunt. Magna itaque statim turba circa templum ac tumultus erat, cum alienus quidem a seditione populus omnia pacifica esse crederet. Heleazari autem sentientes sibimet solis insidias parari, relicta portarum custodia alii ex propugnaculis desilientes prius quam manus consererent, intra templi cloacas confugerunt. Populares autem ad aram delati et circa templum appulsi conculcabantur, et cum lignis passim ferroque caedebantur. Multos quoque occisorum inimici privato odio quasi diversae factionis socios interficiebant, et quicumque autem horum insidiatorum aliquem offenderat, tunc agnitus ducebatur ad caedem. Qui autem atrocitate magna innocentes afficerant, indutias concessere nocentibus, progressosque ex cloacis dimiserunt. Ipsi autem interius templum et omnes eius apparatus tenentes, confidentius oppugnabant Symonem. Seditio quidem hoc modo quae tripartita fuerat in duas partes dividitur.

[T]itus autem castra propius civitati transferre cupiens de Scopo, contra excursus Iudaeorum electos equites ac pedites ordinavit, et alium exercitum iussit totum spatium quod erat usque ad muros complanare. Cunctis quoque maceriis ac sepibus dirutis, quibus incolae hortos ac lucos praemunierant, omnique opposita silva excisa, repleverunt quicquid erat cavum et vallibus impeditum. Saxorum quoque eminentissimis ferro truncatis, totum illud spatium a Scopo humiliore usque ad Herodis monumenta fecerunt, serpentium stagnum continentia, quae olim Betra vocabatur.

[H]is denique diebus Iudaei huiusmodi insidias paravere Romanis. Seditiosorum audacissimi extra muliebres turres quae sic appellantur progressi, simulato quod pacis studiosi eos ex urbe pepulissent, quasi timerent impetum Romanorum ibidem versabantur, et alterutrum sub alto vagabundi latebant. Alii vero per muros dispositi totumque populum se esse simulantes clamore pacem implorabant, fidemque a Romanis poscebant, portasque se patefacturos pollicentes invitabant Romanos. Haec autem vociferantes una et contra suos, velut a portis eos abigerent, lapides iaciebant. Illi vero qui se vi perrumpere aditum velle simulabant et timoribus supplicare, cum ad Romanos saepius ire conarentur, reversi perterritis similes videbantur. Verum haec eorum calliditas apud milites fide non carebat, sed tamquam hos quidem in manibus haberent paratos ad supplicium, illos vero civitate apertos esse sperarent, opus aggredi festinabant. Tito vero suspecta erat haec invitatio, quia rationem non haberet. Pridie namque provocatos eos ad pactionem per Iosephum, quibus omnibus inerat nihil mediocre sentire cognoverat, et ideo tunc milites manere in suo loco praecepit. Iam autem quidam operibus appositi rapientes arma ad portas excurrere coeperant. His autem qui expulsi videbantur primo cedebant, deinde ubi ad turres portae appropinquabant, cursu eos circumvenerunt et a tergo persequebantur. Qui vero in muro stabant lapidum his magnitudine omnique genere telorum multitudinem immittunt, adeo ut multos quidem necarent, plurimos vero sauciarent. Nec enim facile poterant a muro diffugere, aliis retro violenter instantibus, et praeterea hic pudor quod calliditate decepti erant, timorque meticulosus in delicto perseverare suadebat. Quamobrem hastis diu decertantes multis vulneribus acceptis neque paucioribus redditis, postremo eos a quibus circumventi erant repulerunt. Quos tamen recedentes usque ad Helenae monumentum Iudaei urgendo iaculis sequebantur, et deinde insolenter fortunae eorum maledicentes Romanos vituperabant fraude pellectos, scutaque alte sublata crispantes tripudiabant et cum laetitia vociferabantur.

[M]ilites autem qui hoc perpessi fuerant Titus Caesar huiusmodi rationibus corripuit: Iudaei quibus sola desperatio regit omnia, cum deliberatione faciunt, providentia fraudes et insidias componendo, eorumque dolos fortuna prosequitur eo quod sint morigeri sibique invicem benevoli ac fideles. Romani autem, quibus ob disciplinam et consuetudinem obediendi rectoribus fortuna famulatur, nunc contrario peccant, et intemperantia manuum depelluntur, quodque omnium est pessimum, praesente Caesare sine rectore dimicare. Certe ingemiscent plurimum militiae leges, et plurimum pater meus cum hoc audierit. Nam cum ille bellando senuerit, numquam isto modo peccavit: leges autem sicut meos qui minimum quid praeter ordinem moverint morte vindicent, ne totum desererent exercitum. Nunc autem attestatos esse quod hic arrogantes egerint apud Romanos, et vincere sine praecepto ducis infame est. Haec ubi Titus ad rectores cum indignatione protulit, certe erat quod lege in omnes erat usurus. Et illi quidem qui decepti erant abiecere animos quasi iam iamque iuste morituri. Circumfusa vero agmina circa Titum pro commilitonibus obsecrabant, paucorumque temeritatem condonari cunctorum obedientiae precabantur, emendaturos peccatum praesens futurae virtutis compensatione. Placatus est quoque Titus Caesar utilitate simul ac precibus: nam unius hominis animadversionem usque ad factum promovendum putabat, multitudinis vero usque ad verba. Militibus quoque reconciliatus monuit ut posthac prudentius agerent; ipse vero quemadmodum Iudaeorum insidias ulcisceretur excogitavit.

[I]ntervallo autem quod usque ad civitatis muros tendebat per quatriduum coaequato, sarcinas aliamque multitudinem cupiens tuto traducere, militum validissimos a septentrionali tractu et occiduo septenos per ordinem contra muri praetendit, altius valle depressa. Peditibus autem in fronte ac post eos equitibus acie terna dispositis, cum singuli ordines septenos haberent, semoti stabant sagittarii. Excursibus autem Iudaeorum tanto agmine circumclusis, impedimenta trium legionum atque alia multitudo sine timore transiit.

Ipse autem Titus cum paene duobus stadiis abesset a muro, ad angulum eius partem contra turrim quae dicitur Sephinos castra ponit; et alia pars exercitus contra turrim Hippicos similiter duobus stadiis a civitate distendens castra posuit, et decima legio in Eleonos monte castra disposuit.

[C]ivitas autem Hierosolyma trino muro circumdata erat, nisi qua vallibus invius angebatur. Ceterumque parte uni muri habebat ambitum. Ipsa autem civitas supra duos colles condita erat, contrariis frontibus semet aspicientibus, et interiacente valle discretos, in qua domus creberrime desinebant. Collium vero alter, in quo superior civitas sedet, multo est excelsior et in prolixitate directior, adeo ut munimentum civitas David quondam vocaretur. Alter vero collis qui appellatur Acra et inferiorem civitatem sustinet, undique declivus est. Contra hunc autem tertius collis erat natura humilior quam Acra, et alia lata valle ante divisus. Verum eo tempore quo Asamonei regnabant, cum hanc vallem aggeribus replessent ut templo civitatem coniungerent, Acrae altitudine ferro abscisa humiliorem fecerunt, ut ex ea quoque fanum supereminens cerneretur. Vallis autem quae Tyropoeon appellatur, qua parte diximus superioris civitatis colles dirimi ab inferiori, valle usque ad Syloam tendit; ita enim hunc fontem qui dulcis est et plurimus vocant. Extrinsecus autem civitatis vero duo colles profundis vallibus cingebantur, et utrumque obstantibus rupibus ex nulla parte adiri poterant.

[T]rium vero murorum vetustissimus propter valles imminentemque desuper collem in quo erat conditus non facile capi poterat. Ad hoc et quod loco praestabat firmissime structus erat a David et a Salomone largissimis impensis operis sumptibus. De borea vero parte incipiens a turre cui nomen est Hippicos, et ad eam quae dicitur Xystus pertingens, deinde curiae coniunctus in occiduam templi porticum desinebat. Parte autem alia ad occidentem ex eodem loco ductus desinit Essenorum porta. Deinde super fontem Syloam in meridiem flexus atque inde rursum in orientem versus qua stagnum Salomonis est, et usque ad locum tendens quem Ophlan vocant, cum orientali porticu templi coniungitur.

[S]ecundus autem murus ex porta quam appellant Genath habebat initium, et septentrionalem tantum vero tractum ambiens usque ad Antoniam descendebat. Cum vetere autem ambitu iunctus in Cedron valle desinebat. Hoc tertio muro eam partem civitatis Agrippa cinxerat, cum esset dives autem iudex. Exuberans autem incolis paulatim extra moenia serpebat, templique septentrionali regione colli proxima civitate adiuncta non paululum procedebat. Quin et quartus collis cui nomen erat Bezetha incolebatur, situs quidem ex adverso Antoniae, fossis autem altissimis separatus, quae de industria ductae sunt, ne Antoniae fundamentis colli adhaerentibus et accessu facilis sit et minus edita; et fossae altitudo plurimum celsitudinis adiciebat turribus. Cuius autem partis incolis pergi desiderantibus Agrippa murum quidem ut praediximus inchoaverat. Veritus autem Claudium Caesarem ne magnificentia exstructionis ad novarum rerum ac discordiae suspicionem traheret, fundamentis tantummodo iactis ab opere destitit. Nec enim expugnabilis foret civitas si perfecisset murum ut coeperat. Saxa enim xx cubitis longa et x lata contexebantur, quae neque ferro facile suffodi possent neque machinis demoveri, hisque murus dilatabatur. Profecto autem plus quoque altitudinis habuisset, si eius munificentia qui aedificium aggressus erat minime fuisset inhibita. Rursus autem idem murus Iudaeorum studio fabricatus ad xx cubitos crevit. Muro autem supereminebant turres xx quidem cubitis in latitudine, et xx in longitudine, xxx vero in altitudine, quadrangulis angulis structae, sicut ipse murus, plenae ac solidae. Praeterea structura et pulchritudo saxorum nihil erat templo deterior. Post altitudinem vero turrium solidam xx cubitis elatam, collectae desuper et cenacula erant, aquarumque pluvialium receptacula, et tortuosi latique singulorum ascensus. Cuius modi turres lxxx tertius murus habebat, earumque intervalla cc cubitos habuit.

[M]edius autem murus in xiiii turres divisus erat, et antiquus in lx. Omne autem civitatis spatium in giro xxx tribus stadiis finiebatur.

[C]um autem tertius murus totus esset admirabilis, admirabilior erat Psephina turris stans in occidentali angulo, in qua parte Titus posuerat castra. Excelsa enim turris per lxx cubitos in altum erecta, oriente sole Arabiam prospicere poterat, et usque ad mare terraeque ad ultima finium Hebraeorum. Erat enim octo angulis. Contra eam autem stabat turris Hippicos, et iuxta eam duae quas magnus Herodes in antiquo muro aedificaverat, quaeque magnitudine et pulchritudine ac firmitate universis quae in toto orbe essent praestabant. Nam praeter animi naturalem liberalitatem idem Herodes pro amore civitatis opum excellentiam propriis affectibus indulgebat, personisque tribus karissimis, fratri et amico et coniugi, turres eorum memoriae dedicando aedificavit, et eorum nominibus appellavit. Hippicos enim quam ob memoriam amici aedificaverat iiii angulorum erat, quorum singuli in latitudine et in longitudine habebant cubitos xxv, et in altitudine xxx cubitos, et puteus xx cubitis altus intra erat imbribus excipiendis. Super hunc autem puteum erat domus duplici tecto xxv cubitis alta, et desuper eam minae binis cubitis, propugnacula quaternis cubitis ambiebant, et omnis altitudo ad lxxxv cubitos numerabatur. Secunda vero turris, quam ex fratris nomine Phaseli appellavit, et quae lata fuerat ac longa cubitis quadragenis, et per totidem cubitos in pilae modum facta solida eius altitudo surgebat, et super hanc x cubitis edita porticus erat exstructa brachiis tectisque propugnaculis saepta. In media vero porticu supereminens alia turris stabat et magnifica aedificia, ne quid de regali usu ei videretur deesse. In summo autem propugnaculis pinnisque erat ornata, cum omnis eius celsitudo paene ad xc cubitos tolleretur, et specie quidem videbatur assimilis Faro turri quae Alexandria navigantibus ignem procul ostendit.

[T]ertia vero turris quae dicitur Mariamme, sic enim uxor Herodis vocabatur, usque ad xx cubitos facta per xx cubitos tendebat in altitudine, et magnificentiora ceterisque ornatiora diversoria sustinebat, cum id proprium sequi dignum esse rex Herodes putavisset, ut uxoris nomine appellata plus haberet pulchritudinis quam quae viri nomine vocitatae sunt, et omnis eius altitudo per l cubitos erigebatur. Sed quamquam tres turres magnitudinis essent, ex loco tamen quo erant sitae multo videbantur esse maiores. Nam antiquus murus in quo sitae erant excelso loco fuerat conditus, et ipsius collis vertex altius paene ad xxx cubitos eminebat, super quem turres positae multum sublimitatis assumpserant. Mirabilis etiam erat lapidum magnitudo. Neque enim ex vulgaribus saxis aut quae homines ferre possent constructae erant, sed secto marmore candido, et singulis per xx cubitos longis latisque per x ac per v altis erant aedificatae, quae ita inter se copulatae erant ut singulae turres singula saxa viderentur, sic manibus artificum in faciem angulosque formata ut nusquam iunctura compagis appareret. His autem turribus in septentrionali parte positis intrinsecus aula regia coniungebatur narrationi omni praestantior. Neque enim magnificentia vel structura operis aliqua ex parte superabatur, sed circum undique per xxx cubitos certa cingebatur et turribus ornatissimis ambiebatur, neque minorum receptaculis et cenaculis centenum lectorum capacibus. Inenarrabilis autem fuit saxorum varietas, collectis ibi pluribus quae ubique rara videbantur, et fastigia simul proceritate trabium et ornatuum claritudine mirabilia

...numere e speciis edificii & supellectilia ex auro & argento facta erant. Columnis ... & multe porticus ibi erant alia per aliam in circulum flexe. columnis in singulis & inter eas subdivo patebant spatia cum essent utraque uiridia siluisque uariata, in quibus plexe ambulationes erant; alti euripi ... ubi cunctas. & cisterne ubique signorum aeneorum plene quibus aqua effundebatur. & multitudo columbarum mansuetarum circa lacus. Nec tamen pro merito exponi potest qualis illa regia fuerit. Hec autem non a romanis incensa est, sed ab insidiatoribus intestinis ut supra memorauimus in principio dissensionis. & ab antonia exorsus ignis tum illam tum ... corripuit.

Templum autem ut supra dixi conditum erat super durissimum collem, & initio quidem uix ... templo atque arae sufficiebat tantum in eo summo planicies quae undique praeceps atque decliuis. Cum autem rex salomon qui & templum edificauerat muro ei partem ab oriente cinxisset, una porticus aggeri est imposita, & manebat ex aliis partibus nudum. & insequentibus ... semper aliquid aggeris ... cumulantibus ... coequatus collis latior effectus est. Perrupto quoque septentrionali muro tantum spatii assumpserunt, quantum postea totius fani ambitus incluserat. Triplici autem muro colle circumdato spe maius opus exstructum est in quo longum tempus assumptum est. omnisque thesauri sacri qui ex toto orbe afferebantur. Et in superiore ambitu quam interiore templo ... Saxa ... fecisse loco qui humillimus fuit ccc. cubitis illud numerant. Saxa uero xl. cubitorum in magnitudine erant. nam & pecuniae copia & populi largitas maiora dictu conabantur & quamuis posse ... spabat ... ac perseuerantia explicabile uidebatur. Caetus autem fundamentis digna erat opera imposita. duplices porticus quarum omnes columnae sustinebant xxv. cubitorum de marmore candido, & eas laquearia cedrina protegebant. Quorum naturali magnificentia & quod ligno rasili erat aptaque cohaerebant ... opere extrinsecus ornabant. Latebant ... nulloque autem pictoris aut sculptoris opere extrinsecus ornabant. Latae autem per xxx. cubitos erant, omnisque girus earum mensura vi. stadiorum cum antonia concludebatur. Totum autem subdiuo spatium uariabat omnium generum lapidum stratum.

Quo uero ad secundum templum ibatur stabant vii. cancelli saxei lapidum stratum ... ad tres cubitos alti. nimiumque graeco opere facti ubi aequis interuallis dispositae columnae stabant legem castimoniae praemonentes. aliae graecis litteris. aliae latinis. ... in sanctum locum ... alienigenas non debere. Secundum uero uocabat ... & xiiii. gradibus ascendebatur a primo. quadratumque sursum erat. & proprio muro circumdatum. Cuius exterior celsitudo quamuis xl. cubitis in altum surgeret tamen gradibus tegebatur. & interior celsitudo xxv. cubitorum erat. quoniam in altiori loco per gradus fabricata non tota pars interior cernebatur colle obiecta. Post xiiii. autem gradus usque ad murum ccc. cubitis planum. Hic rursum alii v. gradus & scale ad portas deducebant a septentrione quidem ac meridie viii. quaterne utrimque uidebantur & due ex oriente. Necessario namque proprius locus religionis causa mulieribus destinatus muro discernebatur. & una porta mulierum ... & una uicinalis qua ad mulieres intrabatur. Per alias uero ... mulieribus non licebat. sed nec sua porta intra certum murum transgredi permittebat. Patebat autem locus ille pariter indigenis & hospitibus feminis religionis causa uenientibus. Occidua uero pars nulla porta habebat. sed perpetuus murus ibi exstructus erat. Portae autem aliae quidem auro & argento undique tectae erant. itemque postes ac frontes. Vna uero extra templum ex aere corinthio quae multum argento inclusas & inauratas honore superabat. & bique quidem fores in singulis ianuis erant triginta cubitis altae, & quindecim latae. Post introitum uero ubi latiores fiebant tricenos cubitos utrimque exedras habebant; exemplo quidem turrium latas & longas super uero xl. cubitis celsas. & singulas binae columnae duodenum cubitorum grossitudine sustinebant. Ceterarum quidem portarum magnitudo par fuit; & ea quam mulieres circumibant ab oriente aperiebat. Porta autem templi l. cubitis surgens xl. cubitorum fores habebat. ornatumque magnificentiore. quoniam crassiore auro atque argento uestiebatur. Gradus autem xv. a muro quo mulieres segregabantur ad maiorem portam ducebant; nam illi qui ad alias portas iter dirigebant v. gradibus erant breuiores. Ipsum autem templum hoc est fanum sacrosanctum xv. gradibus ascendebatur. & a fronte altitudo eius & latitudo centenos cubitos habebant. & pone xl. cubitis angustior erat. & a fronte uelut quibusdam humeris utrimque uicenum cubitorum producebatur. Prima uero eius porta lxx. cubitis alta erat. & xxv. cubitis lata. neque fores habebat. Caeli etiam secreta quod inclusa erat significabat. erantque tote frontes inauratae ac per ipsam aedes omnis perlucebat extrinsecus auro. Cum autem interior eius pars duplici tecto fulgeret, adiacens ei porta prima per lxxx. cubitos in altum erigebatur. longa etiam xl. cubitis. ac xx. transuersa. Ipsae uero aedes tota inaurata erat uidebatur. & circa eam saxeus paries. Desuper autem habebat aureos pampinos unde racemi statura hominis dependebant. & quod duplex tectum erat templi. exterior humilior uidebatur. & fores aureas habebat l.v. cubitis altas. & xvi. latas. & ad hanc aulaei longitudine pari hoc est uelum babylonicum iacinto & bysso & cocco & purpura uariatum mirabili opere factum. & colorum permixtione & uelut omnium rerum imagine praeferens. Cocco etiam uidebatur ignem imitari. & bysso terram. & iacincto aerem; ac purpura mare. Hos quidem colores similes. bysso ac purpura natiuitate. quoniam byssum quidem terra. mare autem purpuram gignit. Eratque in eo perscripta uniuersi caelestis praeter signa. Ingressus autem in templum planities patebat cuius altitudo lx. cubitorum erat & longitudo totidem. ac latitudo xx. Prima autem pars habebat admiranda & praedicanda opera cunctis hominibus: habebat candelabrum. & mensam. & thuribulum. Septem uero lucerne stellas errantes significabant: tot etiam ab ipso candelabro diuidebantur. In mensa autem xii. panes positi indicant signorum circulum atque annum. Thuribulum autem per xiii. odores quibus replebatur ex mari & in hos ... & in habitabilibus designabant omnia dei esse. deoque seruire.

XX. Intima uero pars templi xx. cubitorum erat. Discernebatur autem similiter uelo ab exteriore. nichilque prorsus in eo erat positum. sed inaccessa & inuiolata & inuisibilis omnibus habebatur. sanctaque sanctorum uocabatur. Exterior autem facies templi nichil quod animi aut oculi mirarentur non habebat. Crustis etiam aureis grauissimis tecta undique ultra primos ortus igneo splendore lucebat ut eam intuerentur conuiuentium oculi quasi solis radiis auerterent. & hospitibus procul aduentantibus monti niueo simul uidebatur. Nam quae de aurata non erat templi candidissimum erat. In summo autem aureis ueribus horrebat acutissimis ne ab insidentibus auibus pollueretur. Saxorum nonnullorum autem saxorum longitudo xl.v. cubitorum, erat altitudo v. & latitudo vi. cubitorum.

Ara autem in templo xv. cubitis alta. lata uero & longa cubitis quadragenis quadrataque stans uelut cornutis angulis eminebat. & a meridie ascensus ad eam arduus resupinabat. Sine ferro autem constructa erat. nec umquam eam ferrum tetigerat. Templum autem aramque cingebat ex pulcherrimo saxo lorica gratissima usque ad cubitum surgens quae populum a sacerdotibus segregabat. & gonorrhoicos hoc est semine fluentes & leprosos. & feminis menstrua soluentibus clausa erat. & nec puris mulieribus transgredi praedictum limitem permittebat. Viri quoque qui non penitus casti erant ab interiore aula. nec non & puri a sacerdotibus prohibebantur. Quinimmo ex origine sacerdotali geniti ducentes debilitate uel caecitate cum sacerdotum honore non fungebantur cum incolumibus; tamen limite aderant. partemque generis consequebantur; & uestibus plebeis utebantur. quoniam sacerdotali ueste solus qui sacra celebrabat amiciebatur. Ad altare uero & ad templum accedebant sacerdotes omni uitio carentes. ueste byssina amicti. & maxime a mero abstinentes ac sobrii religionis metu. ne quid res diuinas faciendo peccarent.

Pontifex autem non cum ipsis semper ascendebat sed diebus quibusque septimis per singulos mensium kalendis. uel si quando patria festiuitas atque annua ab omni populo agebatur. & sacrificabat uelamine pectore quod tectum erat a femore usque ad genitalia. lineum ... insuper demissum usque ad pedes. & iacinctinum desuper indutum rotundum ex cuius fimbriis dependebant aureae tintinnabula malaque granata sustinentes. tintinnabula quidem tonitrua. mala uero fulgura designantibus. Pectoris autem uestimentum uitta cingebant v. coloribus uariata. hoc est auri & purpurae. cocci. byssi & iacincti. Habebat & clamidem temperatam in qua multum auri erat. & habitu thoracis similis uidebatur. Duabus autem aureis fibulis aspidum specie uinciebatur, quibus inclusi erant optimi maximique sardonices. sculpta praeferentes xii. nomina gentis iudeorum. Ex altera uero parte xii. pendebant alii lapides in iiii. partes trinum diuisi. hoc est sardius. topazius. smaragdus. anthrax. iaspis. saphirus. achates. amethistus. ligurius. onyx. berillus. chrysolitus. quorum singulis singula tribuum cognomina erant inscripta. Caput autem byssina chiara tegebat iacinctino coronata. & circa eam alia corona erat aurea. sculpta ferens sacras litteras que sunt iiii. elementa uocalia. Ea autem ueste non utebatur si quando ad templum ueniebat. Solus autem in anno semel intrabat. quo die cunctos deo ieiunare mos est. De ciuitate quidem & templo ac moribus & legibus earum diligentius referemus. non etiam pauca super his exponenda sunt. Turris autem que uocatur antonia sita erat in angulo duarum porticuum quae ad occidentem septentrionemque spectarent. In saxo autem erat exstructa l. cubitis alto. & undique praerupto. Quod opus fuit herodis regis. ubi maxime ingenii sui magnificentiam demonstrauit. Primum etiam a radicibus saxum ipsum leuatis crustis obtegebat. quo & decus adderet operi. & facile delaberentur qui illuc ascendere temptauissent. Deinde ante portas turris edificium murus erat cubitis tribus; & intra haec omne spatium antoniae turris in quadringentis cubitis erigebatur. Intus autem habebat regiae latitudinem ac descriptionem diuisam in omne usum. habitatione. & atria. & species. id est atria & balnea. & aulas castris aptissimas. ut quicquid ad usum pertineret necessaria potius ciuitas esse quam turris. magnificentia uero palatium. Instar uero turris tota habitu formata. iiii. aliis turribus per angulos cingebatur. Quarum due l. cubitis erant altae. aliae lxx. cubitis eminebant. ut ex ea totum templum uideri posset. Qua uero porticibus iungebatur murumque descensus habebat. uia custodes commeabant. Semper namque in ea romani milites praesidebant armati. nec in populis festis diebus nouum committeret obseruabant. Castro etiam erat impositum oppidum. oppido autem templum. templo autem antonia turris. De ciuitate quidem ac muris eius tantum scribere plenius cupientibus impresentia satis dixi.

Pugnacissima quidem multitudo intra ciuitatem circa symonem erat hominum x. milia praeter ydumeos qui habebant l. duces quibus ipse quasi omnium dominus praeerat. Ydumei autem qui erant eius partium cum esset numero v. milia. x. duces habebant. Iohannes autem qui templum occupauerat habebat vi. milia armatorum. quos xx. duces regebant. His autem ut diximus bellum inter se gerentibus; reliqua pars ab utrisque diripiebatur. Tenebat autem symon superiorem ciuitatem. murumque maiorem usque ad cedron. partemque antiquioris muri quantum a syloa flectit ad orientalem partem. Iohannes autem templo & circa templum obtinuit. medium bellum quod inter se gerebant spatium aperuerunt. Nec etiam castris romanorum prope murum positis. intra ciuitatem seditio quiescebat. sed ad primum eorum impetum paulisper quiescentes mox ad morbum pristinum redierunt. rursumque pro sua parte quisque pugnabat omnia faciendo quae obsidentes optabant. Nichil enim peius a romanis passi sunt quam quae ipsi irrogabant. Civitas quidem hierosolima grauiores casus pertulit prius quam subuerteretur. quam ea quae debellauerit maius aliquid perfecerit. Seditione etiam ciuitas cum incolis incipiens hanc romanis cum sua ignominia & eorum gloriam innanda tradidit. Hec autem librum quilibet legens inueniet. quod utrisque fortuna indulserit.

Titus quidem circa ciuitatem cum electis equitibus foris circuiens qua parte muros aggrederetur explorabat. Hesitanti autem quia nec ab ea parte qua uallis erat per conuallem aditum permittebat. & ex alio latere prior murus contra machinas firmior uidebatur. placuit ei ad tumulum pontificis monumentum ubi humilior erat ciuitatem inuadere urbem. Neglecta etiam erat ibi munitio. eorum noua ciuitas etiam satis frequentabat. Hunc etiam collustrante quidam ex amicis eius nomine nicanor ad murum leui sagitta percussus est cum primo cum iosepho ad murum accessisset; & pacem moderatis temptasset suadere. Item autem cesar cognitis eorum conatibus & qui salutem sibi operantibus in furore uellent. exercitatum in obsidione. simulque suburbana militibus uastare praecepit. collectaque omni materia iubet aggeres construi. Diuiso quoque exercitu in opera medio in aggeribus iaculatores & sagittarios constituebat. & ante eos balistas & machinas quibus excessus hostium prohiberentur; & qui ex muris obstare temptarent. Cesis autem arboribus momento suburbana spoliata sunt. & collectis lignis in aggeres cum tota exercitus intenderet opera. nec iudei segnes erant. Nam incursibus rapinis & caedibus romanos affligebant. & cum lapidibus & sagittis aggerem construentibus muniebant. & per eorum excursus manum conserebant.

195. Optantes autem minora facta sub capite exposita proteg... bant; omnibus quoque agminibus contra excessus erant machinae comparatione miserabiles. Decima autem legio cum balistis uehementibus & tormentis saxa non solum irruentes iudeos. sed & super murum stantes ... ebant. Nam & singula saxa quae iaciebant talenti pondus aequabant; & ultra modum stadii intorquebantur. Item autem non solum primos quos offendissent: sed aliquando posterioribus quoque intolerabilia erant. Iudei autem primo cauebant a lapidibus: quia erant candidi. nec tantum sono ac feruore noscebantur. sed & claritudine perspiciebantur. Denique speculatores in turribus ponentes monitabant quando impelleret machina saxumque iaceret. clamantes patria lingua filius uenit. Diuidebant se & intra quos ueniret atque prauebantur. & ita eueniebat ut illis declinantibus lapis irritus incideret. Proinde contra romani excogitauerunt atramento decolorare lapides. Tum etiam missi lapides non similiter incertos iudeos habebant, multosque simul uno impetu corrumpebant. Sed nec male affecti iudei copiam romanis dabant aggeres exstruendi. & omni eos molitione atque audacia die noctuque prohibebant. Perfectis autem operibus plumbo & ligno & aggeribus tanto fatim spatio quod erat ad murum metiuntur. nec etiam aliter id fieri poterat. quoniam desuper iacula petebantur. Cumque pares intervallo arietes inuenissent applicare eos. propiusque dispositis machinis ... ne ex muro arietes prohiberent; ex tribus partibus murum pulsari iubet. Sonitu autem circumstrepente ciuitatem. clamor ingens eorum factus est. & seditiosos pauor inuasit. & quia periculum commune utrisque uidebatur. communiter iam pugnare cogitabant. Vociferabantur & inter se dicentes quod sua promouentes fata conspirare uellent. saltem impresentia contra romanos conspirare deberent. Symon quidem praecone misso uolentibus ex templo ad murum egredi licentiam fecit. & iohannes similiter fecit. Illi quidem obliti odiorum atque discordiarum suarum in unum corpus coeunt. murumque amplexi faces inde quam plurimas iaciebant contra machinas romanorum. & contra impulsores arietum. eosque sine intermissione telis petebant. Audacissimi & cateruatim prosilientes machinarum tecta dissipabant. hisque appositas irruentes pretia quidem pauca. plura uero audacia proficiebant. Semper autem aderat titus laborantibus romanis. & iuxta utrasque machinas equitibus & sagittariis ordinatis igne quidem iudeos ferentibus prohibebant. iaculatores uero a turribus reprimebat. nocendi tempore arietibus faciens. Murus tamen ictibus non cedebat. nisi quod xv. legionis aries eo...

mouit angulum turris. sed tamen murus stabat incolumis. Cum autem ab exercitibus [illegible] quieuissent et romani iudeos abscessisse pro formidine arbitrarentur: iudei iuxta turrim hyppicos egressi. ignem operibus inmiserunt et armati usque ad castra romanorum procedebant. Horum autem audacia romani [illegible] qui ipsi erant exercitati sunt. qui procul aberant conuenere. Romanorum autem disciplina uincebat audaciam iudeorum. et qui primi offenderant in fugam uersi. alii qui conueniebant instabant. Grauis autem circa machinas pugna commissa est. iudeis incendere et romanis incendium prohibere certantibus: Iudeorumque clamor tollebatur, ac multi qui in fronte stabant cadere. Iudei autem confidentia superiores erant. ignisque opera tegebat. incensaque omnia pene cum instrumentis erant: nisi quidam electi milites uiriliter restitissent. et titus cum potentissimis equitum irruens in iudeos XV. ex eis peremit et alios in ciuitatem compulit. et pro aggeres ab incendio liberauit. In hac autem pugna unum ex iudeis uiuum capi contigit: eumque titus crucifigi ante muros iussit. si forte reliqui huius [illegible] terrore caderent. Iohannes autem dux ydumeorum, dum quosdam super [illegible] ante muros notum sibi militi romano loqueretur, a quodam arabe in pectore sagitta percussus. continuo interiit: magnumque et iudeis luctum reliquit et sediciosis merorem. Nam et manu promptus erat et sapientia nobilis.

Nocte uero que insecuta est, incredibilis tumultus romanis incidit. Nam cum titus cesar tres turres quinquaginta cubitorum extrui precepisset, et in singulis aggeres singulas posuisset, iudeos in muro stantes facilius in fugam uerteret, una earum sponte sua intempesta nocte lapsa est. Ingenti uero sonitu facto, metus occupauit exercitum, et iudeos aliquid conari suspicati, ad arma currebant. Cumque nemo quid accidisset referre posset, diu querulis aliud alii opinabantur. nullisque inuenientibus hostibus: semet ipsos timebant. signumque diligenter singuli a proximis requirebant, tamquam iudei castra iam possiderent. laruali que terrore capti uidebantur. Titus autem cognitis que acciderant, cunctis indicari iussit, tandemque tumultum eo nuntio compescuit. Iudei autem cetera fortiter sustinentes male ex turribus quas titus construi fecerat afficiebantur. Machinis enim leuioribus et iaculatoribus et sagittariis, saxorumque tormentis inferebantur. Quarum autem celsitudinem [illegible] egredi non poterant, et turres excidendi spes non erat: neque incendi poterant, quod ferro tegebantur. Itaque et arietem uitare non poterant, qui sine intermissione ferientes paulatim proficiebant. Itaque iam muro cedente magno ariete romanorum, quem iudei nichonta uocabant eo quod omnia uinceret, [illegible] et antea iudei defessi [illegible] pugna et uigiliis cum longe ab oppido pernoctarent: tamen et [illegible] sibi superuacuum esse credentes, quod alia duo muri [illegible] superessent, lassatique plurimi recessere paucis ad murum relictis.

Cum autem romani primum murum [illegible] arietes perrupissent, omnes iudei ad secundum murum relictis custodiis refugerunt. Romani autem qui primum irrupuerant portis patefactis exercitum recepere. Romani ergo hunc murum primo mense potiti die XV. non. maias. partem eius maximam diruunt ad uirionale ciuitatis [illegible] quam ante cestius uastauerat. Titus autem cum romanis occupato omni spacio quod inter cedron fuerat. et ultra unius sagitte iactum a secundo muro separat. expugnatione statim aggressus est. Iudei autem partiti murum fortiter restitere. et iohannes quidem cum sociis ex antonia [illegible] et uirtuali porticu pugnabat. Symon autem [illegible] iuxta monumentum iohannis aditu clauserant. usque ad portam qua hyppicos turrim aqua inducebatur. Sepe autem prosilientes e portis eminus dimicabant, sagittarumque armis inflicta quidem romanorum disciplina [illegible] uincebantur. in [illegible] autem certamine romanos superabant. Romanos enim regebat fortitudo ac scientia. iudeos autem audacia quam timor aleret sustentabat. et [illegible] in calamitatibus. Iudeis etiam suberat spes salutis. et romanis certa uictoria. Neutros autem lassitudo fatigabat, sed aggressiones murorumque oppugnationes, et excursus crebri per cunctos dies totos agebantur. nullaque prelii species aberat [illegible] in somnis et die grauior nox dirimeret. iudeis metuentibus ne romani murum [illegible]; illi uero ne iudei eorum castra inuaderent. Itaque in armis pernoctantes, prima luce utrique ad pugnam parati erant. et iudei quidem certabant quis esset periculi prior ut ex hoc honoraretur a ducibus et omnibus suis. Romanos autem ad uirtutem hortabatur consuetudo uincendi [illegible] assueuerant, crebreque militie et exercitationes assidue, imperii magnitudo. Ante omnia uero titus semper ubique presens aderat. et quod bene decertasset testis erat, et premium rependebat. Preterea [illegible] erat principi cognoscere uiros fortes in certamine, et ideo multorum alacritas maior uiribus demonstrata est. Cumque ipsis diebus iudeorum acie instructa, et telis utrimque missis quidam longinus de numero equitum ex acie romana progressus. in media acie iudeorum irruit. Hisque turbatis hoc impetu, duos ex eis fortissimos peremit. unum obuiam tendentem ore percusso, et alterum eodem telo quod priori extraxerat in suo latere refugientem, et e mediis hostibus ad suos saluus rediit. Ille quidem ob uirtutem insignis erat. sed multi emuli eius fortitudinis extiterunt. Iudei autem neglegebant quid paterentur, et tantum quid mali romanos afficerent cogitabant. mortemque his leuissimam ducebat, si quo hoste interfecto cecidisset. Titus autem non minus saluti militum quam uictorie consulebat. et temerarios impetus desperationem esse dicens, et solam esse uirtutem, si quis prudenter et caute sine periculo commoda fortitudinis faceret, et in ea re que periculum non haberet, uiros esse probari dicebat. Itaque in uirtuali parte medie turri applicat arietem. in qua iudeus quidam uersutus ac subdolus castor nomine cum aliis X. suis militibus delitebat. fugatis ceteris formidine sagittarum. Hi tamen paulum sub thoracibus aliquamdiu quieuissent, concussa turri surgunt. Extensisque manibus castor uelut supplex titum cesarem implorabat, et uoce miserabili ut sibi parceret obtestabatur. Titus autem pro sua simplicitate credulus, iamque iudeos existimans belli penitere, arietis impulsiones cessare iubet, et sagittarios a suppliciis prohibuit. et castori quid uellet eloqui permisit. Cumque ille respondisset ad fidem se uelle descendere, titus gratulari se ait. si omnes eidem sententie uoluissent, paratoque animo fidem pacis et ciuitati dare. Sed cum ex illis X. castoris socius V. tantum supplices se esse simularent: ceteri numquam se romanis seruituros clamabant. dum mori liberis liceat. Deinque diu super his ambigentibus interim cessabat expugnatio. Castor uero ad symonem et iudeos per internuntios ammonebat. ut dum cessaret oppugnatio de rebus urgentibus consilium caperent. se enim uelle paulisper illudere imperatorem et romanos. Simul autem hec agens. uidebatur tamen ad pacem inuitare contradicentes socios. Illi autem uelut hec refellentes in thoracas nudos gladios infigebant, et quasi semet ipsos uulnerassent [illegible] in ciuitate cadebant. Titus et ceteri [illegible] obstupuere ex tanta eorum pertinacia. cum ex inferiore loco calliditatem eorum uidere non possent, et mirabantur simul eorum audaciam, et calamitatem miserabantur. Interea castorem ad nasum quidam sagitta percutit. Et ille telum extractum tito cesari ostendens, iniquum se perpeti querebatur. Titus autem accusato eo qui hoc fecerat, iosephum direxit ut castori dexteram porrigeret. Uerum ioseph non se iturum respondit, cum eorum perfidiam non ignoraret, et amicos suos qui uoluere ire prohibuit. Cum uero quidam eneas ex perfugis se iturum ad eum dixisset, iubebat eum castor ut et argentum quod secum exportaret susciperet. Ad hec cum ille studiose aperto sinu cucurrisset, ille super eum saxum magnum dimisit. Et ipsum quidem qui precauerat ferire non potuit: alium tamen militem qui accurrebat [illegible]. Titus autem fallaciam eorum uidens intellexit misericordiam in bello nocere. minusque calliditate decipi sententiam. iracundia fraudis arietis impulsionibus uehementer instabat. Castor autem eiusque socii turrim iam cedentem incendi [illegible] et per flammas in eodem [illegible] uerum magnam opinionem apud romanos [illegible] tamquam se ignibus tradidissent. Capit autem hac parte murum titus

die quinto postquam primum murum ceperat. fugatisque iudeis inde, ipse introiit cum mille electis equitibus. et [illegible] ubi noua ciuitas et [illegible] erant fabrique erarie. uestiumque mercatus. et ad murum angustie [illegible] tendebant. Enimuero si statim [illegible] murum maiorem partem, aut [illegible] belli lege uastasset: nullum credo dampnum uictorie fuisset admixtum. Nunc autem iudeos male tractando [illegible] cum liceret eos [illegible] aditum discessionis non dilatauit. Nec enim quibus consulebat insidiatores esse putabat. Denique postquam secundum murum ingressus est, neque occidi quemquam preter eos quos comprehendebant; neque domos incendi, sed etiam sediciosis si pugnare uellent sine populi detrimento copiam dabat: quin ipsis populo fortunas proprias seruandum pollicebatur. Plurimum namque pendebat sibi ciuitatem seruare, templumque ciuitati. Bellicosis autem pro inertia ducebatur humanitas. morteque populo denunciabant, si quisque uerbum de traditione fecisset, pacemue nominasset. Romanis autem qui introierant iudei [illegible] angustias obstabant, et alii ex edibus, et alii per superiores portas egressi pugnare cepere. Quibus rebus perturbati custodes romanorum de muro sese dimisere et ad castra recessere. Clamor autem audiebatur romanorum militum intra ciuitatem, eo quod ab hostibus cingerentur, foris autem degentium clausis commilitonibus metuentium. Crescente uero numero iudeorum, et per peritiam locorum scientiam preualentes multos romanorum trucidabant. et ab [illegible] pellebant. Cum namque necessitate resisterent. Nec enim multis simul fugiendi copia per angustias muri patebat. omnesque pene qui intrauerant perempti fuissent, nisi titus eis opem tulisset. Dispositis enim per summa uiarum sagittariis. et ubi plus erat multitudinis astans, missilibus hostes abigebat. et cum eo domitius sabinus urbanus et in illo prelio comprobatus. dimicabantque iam sagittis eos prohibens [illegible], donec omnes milites recessissent romani. Ergo tandem secundo muro potiti, ad extremum a iudeis pulsi sunt. Oppidanis ergo pugnaces erant spiritus erecti: et de secundis rebus amentes erant. et neque romanos ausuros esse iterum ad ciuitatem accedere suspicabantur. neque se uinci posse si ad pugnam processissent. Nam quia iniqui erant officiebat eorum sententiis deus. et in malis publicis alebantur, et sanguine ciuitatis uiuebant. Propter bonos autem continebat excidium. et penuria uictus iam multi defecerant. Sediciosi autem pro [illegible] supplicii reputabant interitum, et solos eos qui paci non concordarent saluos esse cupiebant. contrariam uero multitudinem uelut onus quoddam consumi gratulabantur. Romanos autem cum iterum ciuitatem ingredi conarentur armati prohibuere, et disiectisque muri partibus obiectu fortissimorum uirorum premunitis. triduum sustinuere romanos fortiter dimicantes. Quarto autem die titum uehementer aggressum, neque ferre potuere: sed in eo coacti rursum quo et antea refugere. Titus autem denuo muro potitus statim eius uirtuonale parte deposuit. et in meridiana parte turres presidia collocauit. Iamque tertium murum aggredi cogitabat. Uidebatur enim breuissimum tempus ei obsidio, spaciumque consilii sediciosis esse dandum, si forte aliquid de obstinatione [illegible] metu famis dimitterent. Nec enim diu [illegible] eis posse sufficere. et ipse ocio commode utebatur. Cum [illegible] dies aduenisset quo militibus oportebat alimenta distribui, in conspectu hostibus loco iussit duces ordinato exercitu pecuniam singulis numerare. Illi autem [illegible] armis procedunt, et equitibus ornatos equos ducentibus: loca suburbana per multum spacium auro argentoque lucebant. Illo autem spectaculo nichil aut suis iocundius, aut horribilius hostibus uidebatur. Metus enim quosque audacissimos inuaserat. omnemque simul exercitum armorumque pulchritudine conspicientes, uirorumque ordinatione. Et forsitan ad illa specie sediciosi animos mutauissent, nisi desperassent a romanis sibi ueniam dandam ob inmanitatem scelerum. Quinto ergo die cum titus uideret iudeos nichil pacatum cogitare, bifarie diuiso exercitu contra antoniam et iohannis monumentum aggeres inchoauit. existimans per superiorem ciuitatem capere cogitans. et per antoniam templum. Nam nisi antoniam cepisset, ne oppidum quidem tutum erat obtinere. [illegible] duo aggeres erigebantur. et sepe a iudeis infestantibus prohibebantur. Apud antoniam enim a sociis iohannis aggeres erigi non sinebant. cum machinis iam uti didicissent. Paulatim enim usus cotidianus aluit peritiam. Habebant enim balistas ccc. et xl. tormenta saxorum. quibus difficiliorem aggerum extructionem romanis efficiebant. Titus autem saluam sibi fortunam fore sciens et [illegible] ciuitatis. et obsidioni uehementer instabat. et iudeis penitudinem suadere non cessabat. et consilium factis ammiscebat. Rogabat et iosephum ut patria lingua illa ad conciues faceret. et sperans eos exhortationibus hominis quem noscebant et principem habuerant aliquid remissuros.

Iosephus itaque murum circuiens, simulque extra iactum teli stans, ubi exaudiri facilius posset: orabat iudeos ut sibi et templo. ac patrie parcerent. nec esse aliquos duriores. quam peregrini qui uiderent concidisse muros firmiores et exceptis infirmioribus superesse. Romanorumque uires cognoscentes sustinere non posse. hisque [illegible] neque inexpertum. Nam licet pulchrum sit pro libertate pugnare, tamen id decebat in principio fieri. Semel autem subditum et quod multo tempore paruerit excutere [illegible] ac male mortis cupidum ac libertatis amatorem uideri. Dedere autem dedignari dominos humiliores in quorum potestate non sunt omnia. Nam quid romanos aufugere, nisi quod [illegible]? Omnis enim fortuna transisse ad romanos. et [illegible] totius orbis fundatam esse in italia. Quibus necesse resistentes. cum ex magna parte capta sit ciuitas. Nec enim latere romanos quod famis teneat ciuitatem. et [illegible] consumi populum, continuo et bellatores interituros. Nam et si romani desierint, et ab obsidione cessauerint, tamen uobis inexpugnabile bellum assidebit famis inopia. Oportuit ergo ante intolerabilem inopiam, et calamitatem mutare sententiam, et dum liceret saluari [illegible]. Sed et romani natura in imperio mansueti. [illegible] Uile enim putare neque ciuitatem uacuam [illegible] neque desertam habere prouinciam. et ideo imperatorem titum nunc cum eis uelle dexteram iungere. Nec enim umquam salutem dabit. si lege belli ceperit ciuitatem, quam nec in extremis cladibus parere [illegible]. Nam armis et manibus cum romanis bellum gerentes, [illegible]. Quia autem deus omnium conditor non iudeorum defensor est [illegible]. Non respicientes unde progressi pugnatis. et quantum auxiliatorem uiolastis. Non recordamini opera diuina parentum. et quanta bella aliquando peregerunt. Ego quidem de factis dei narrare auribus indignis horresco. sed tamen audite ut cognoscatis uos non solum romanis. sed et deo resistere. Proauus [illegible] abraham nomine cum cccxviii. multa milia prostrauit. [illegible] latam nostram gentem in egyptum. que cum annis cccc. tyrannis ac regibus alienis subiacerent. tamen armis ac manibus ulcisci non possent semet ipsos deo [illegible] commisere. Et quis nescit egyptum repletam omni genere serpentium. omnique morbo corruptam? [illegible] nili defectione et continuas X plagas, usque quo nos deus illa eiecerit. [illegible] non gemuit palestina et dagon deus eorum cum tota gente quam rapuerat. Corruptus enim eorum corporibus et cum cibo uisceribus eorum exhaustis cymbalorum ac tympanorum sono reportauere eam ad nos. Deus enim erat qui hec parentibus nostris administrabat, eo quod omissis manibus ac armis ei se iudicio commiserunt. Nam assyriorum rex sennacherib tota asya ducens cum ad hanc urbem castra posuisset: non manibus humanis cecidit. Nam patres nostri ab armis quiescentes in uotis erant: et angelus dei una nocte infinitum deleuit exercitum [illegible] c.lxxxv. milia. [illegible] et seruitium patrum nostrorum in babilone per annos lxx. ubi exultantes non ante libertatem respexere quam deus eam donaret. [illegible] neque digne possum [illegible] quod nobis salutem suadet [illegible] quorum contra deum facta commisimus. Nam sub antiocho qui epiphanes dictus est. obsidente ciuitatem multis modis offensa diuinitate maiores nostri cum armis progressi. ipsi quidem in pugna perempti sunt. et ci-

...tas ab hostibus direpta est, seniique per triennium et vi menses desolationem ... pluribus ubi sis opus est. Ipsos Romanos quis contra vos ad militiam provocavit? Nonne vestra impietas? Unde primum servire coepimus? Nonne a seditione maiorum? Cum Aristoboli et Hyrcani furor et contentio Pompeium adduxit civitati, tunc primum deus nos servituti Romanorum subiecit. ... Antigono et filio Aristoboli regnante, deus iterum captivitate persequebatur ... et Herodes filius Antipatri Sossium et Romanum adduxit exercitum, et conclusi per sex menses obsidebantur, donec capta peccatorum suorum supplicia pependerunt, et ab hostibus civitas direpta est. Oppugnationi igitur ... excidium. Nam quid ex his quae legis conditor benedixit ... gestis? Tot ... horum quae execratus est praetermisistis? Nam et illos qui perierunt impietate superastis. Occulta dedignati peccata, hoc est furta, insidias, adulteria, et apertas rapinas caedibusque certatis, et novas et maleficiorum vias excogitastis. Sed iam quoque templum factum est omnium receptaculum, et indigenarum manibus pollutum est locus quem Romani ex tam longinquo adorabant. Nunc ergo post haec omnia illum in quem tam impii fuistis nunc auxiliatorem vobis sperastis? Valde iusti supplices estis, purisque manibus adiutorem vestrum rogatis. Romani ergo sollemne poscunt tributum, quod patres vestri eorum parentibus pensabant. Et si hoc impetraverint, neque destruent civitatem, neque sancta omnino tangunt. Concedent quoque vobis familias liberas et possessiones vestras tenere, sacrasque leges salvas manere patientur. Insania est profecto deum sperare talem circa iustos fore qualis erga iniustos apparuit ... Denique Assyrios prima nocte qua castra civitati admoverant fregit. Quod si et nos iusti essemus, Romanis nec sic ut Assyriis irasceretur, et primum quo gentem nostram manu Pompei invasit, et post illum Sossius super nos ascendit, et Galileam Vespasianus excidit, et postremo nunc Titus super nos irruit. Sed neque Magnus Pompeius neque Sossius aliquid passi sunt et cum victoria ceperunt. Vespasianus quoque ex bello quod nobiscum gessit et imperium adeptus est. Tito et nunc uberiores fontes profluunt, qui vobis prius aruerant. Denique ante adventum Romanorum scitis Syloa et omnes fontes extra civitatem adeo defecisse ut et aqua mercaretur. Nunc autem ipsi fontes hostibus vestris tam largi sunt ut non solum ipsis et iumentis sed hortis quoque sufficiant. Itaque deum sanctis relictis fugisse putaverim, hisque nunc adesse cum quibus bellum geritis. Quod autem apud vos caveatur quae celatur, quid non et inimicis planum factum est? Iniquitates etenim vestrae velut in promptu nemine latent, inque dies singulos certamen habetis quis peior sit atque tam nequitiam vestram demonstrare contenditis. Verumtamen est reliqua salutis via si velitis, et divinitas confessis ac paenitentibus solet esse placabilis. Arma proicite et pudeat vos tam diruere patriam, convertite oculos et aspicite quam magna pulchritudine potiamini: quale oppidum, quale templum, quam multarum gentium munera. Quis in haec flammas adducit? Quis haec iam non esse desiderat? Et quid est quod dignius salvum esse debeat? O duri et lapidibus stolidiores, si haec non vertis luminibus, saltem familiarum vestrarum miseremini. Versetur in conspectu cuique filii, coniuges et parentes, quos paulo post aut bellum aut fames absumet. Scio quia mea cum his periclitabitur mater et coniunx et familia non ignobilis domusque olim clarissima. Et forsitan propterea me haec quasi vobis suadere credit. Interficite illos, accipite mercedem salutis vestrae sanguinem meum. Ipse quoque mori paratus sum si tandem vobis meis conservatis.

Haec Iosepho vociferante cum lacrimis, seditiosi quidem neque flexere animos nec ... attendebant. Populus vero ad profugiendum commotus est, et alii quidem possessionibus suis aliisque rebus brevi exiguo pretio venundatis, solidos ne latrones eos deprehenderent transglutiebant. Cum vero ad Romanos elapsi fuissent, exonerato ventre habebant victui necessaria, Tito eis dante. Titus autem plerosque per agros quo vellet quisque pergere dimittebat.

Iohannes autem et Symon cum sociis ne pateret cunctis exitus et Romanis aditus, omnia loca obstruebant, et quos in suspicione profugiendi incidisse cernerent necabant. Et divitibus quidem manere sicut profugere par causa erat moriendi. Nam quasi transfugere quoque propter patrimonium voluisset occidebatur. Cum fame autem crescebat desperatio seditiosorum, et in dies singulos utrumque malum amplius accendebat. Palam autem in civitate nulla frumenta erant. Irrumpentes autem seditiosi scrutabantur domos, et si quidem repperissent aliquid ex cibis, eos qui negaverant verberabant; si vero nichil invenissent, quasi diligentius celassent tormentis eos afficiebant. Multi etiam substantiam uno frumenti modio, qui ditiores erant, a pauperibus hordeo permutarent. Inclusi deinde in intimis tectis quidam summa penuria infectum triticum comedebant. Panem alii conficiebant ut necessitas metusque monuisset. Et in mensa quidem nusquam apponebatur, sed incoctum igni subtrahentes diripiebant. Miserabilis autem erat victus dignusque lacrimis spectaculum, cum potentiores habundarent, infirmiores penuriam deplorarent. Quippe fames super omnes clades haec ... Nichil sic perdit hominem ut pudor. Nam quod reverentia dignum est, in fame neglegitur. Denique uxores viris et filii parentibus et quod est miserrimum matres infantibus cibum ex ipso ore rapiebant, et marcescentibus inter manus karissimis nemo parcebat qui vitae gustus auferret. Et tamen vero seditiosos non latebant, sed ubique aderant qui cibum diriperent. Nam sicubi clausam domum vidissent, eos qui intus erant cibum capere hoc indicio suspicabantur. Statimque ruptis foribus irruebant, cibumque conclusum dentibus pene ex gutture revocabant ipsis faucibus strangulatis. Verberabantur senes ne cibum absconderent, lacerabantur mulieres ea quae tenerent in manibus occultantes. Nullaque miseratio canitiei capitis erat vel infantiae, sed abstractos pueros ex buccella pendentes humo allidebant. Si qui autem intus credentes ante venissent quod quae rapta fuerant devorassent, tamquam lesi crudeliores erant. Acerbissimos autem cruciatus excogitabant ut alimenta repperirent. Obstruebant etenim genitalium vias et virgis acutis pudices configendo, horrendaque et auditu quis patiebatur propter unius panis negationem et propter unum pugillum farinae. Tortores autem nec esurientibus minus ... crudele videretur quod necessitas sparet. Exercentes autem dementiam suam ... victualia praeparantes, his occurrebant qui per Romanorum custodias agrestium holerum herbarumque gratia colligendarum nocte discedebant, et cum iam se hostes evasisse crederent, quae attulissent eripiebant, multumque supplicantibus et horribile dei nomen implorantibus ut aliquam saltem partem concederent eorum quae periculo suo collegissent, nichil dabant. Gratiamque videbatur si spoliati non perirent. Haec humiliores a seditiosis patiebantur. Honorati vero ac divites ad tyrannos producti et falso accusati occidebantur quasi Romanis prodere vellent civitatem. Cum autem quem Symon expoliasset ad Iohannem remittebatur, et quem Iohannes spoliasset, Symon excipiebat. Sibique invicem propinabant sanguinem populi miserorumque cadavera partiebantur. Dominandique causa erat in utrisque dissensio, scelerum vero concordia. Singillatim autem iniquitates eorum narrare non possum, ut autem breviter dicam, neque aliquam civitatem umquam talia pressam esse puto, neque ullam nationem post hominum memoriam malitia ferociore fuisse. Denique civitatem ipsi everterunt, et Romanos invitos hanc tristem victoriam admittere coegerunt, tardique euntem in templum ignem pene traxerunt.

196.

xl. Denique cum id ardere cum superiore civitate vidissent, neque doluerunt neque lacrimaverunt, cum apud Romanos certe quidem hoc pateat. Verum haec postea declarabimus.

... aggeres perficiebant, quamvis et in eo milites male afficerent. Partem vero equitum ordinatam iussit procedere ad alimenta comportanda exeuntibus insidias tendi. Erant autem his non nulli pugnatores. Audaciores autem faciebat ad exeundum fames, restabatque tam latentes egeri et ab hostibus capi. Deprehensi vero necessitate repugnabant, inutileque supplicium sero videbantur supplicare. Post pugna...

... liberati et cum morte variis penis cruciati contra murum crucifigebantur. Tito quidem miserabilis videbatur ista calamitas, cum per dies singulos quingentos, nonnumquam et plures caperent. Sed neque tutum captos dimittere videbatur, tantamque servare multitudinem locus iam non erat. Milites autem diversis modis eos afficiebant ira et odio et ludibrio quos cepissent. Iam spatium crucibus deerat, et corporibus cruces. Seditiosis vero tantum defuit ut ex clade moverentur, quod et contrarium eis cessit. Ad deterrendam etenim reliquam multitudinem familiaribus transfugarum ad murum tractis, ... ad pacem priores erant, quid paterentur qui ad Romanos confugerent demonstrabant, et quos comprehenderent omnes necarent dicebant. Caesar multos profugere cupientium inhibuit. Fuerunt autem qui statim de civitate ad Romanos dilapsi sunt, velut ad certum supplicium properantes, et illatam ab hostibus mortem comparatione famis requiem ducebant. Multis autem Titus captivis manus abscidi iussit, eosque ad Symonem et Iohannem misit, ut saltem tunc a calamitate ... desisterent ... nec se compellerent ad excidium civitatis, sed lucrarentur in extremis voluntate mutata animas proprias et tantam patriam et templum. Simul autem aggeres circueundo ... operantes urgebat, velut factis verba non multo post secuturus. Ad haec in muro stantes ipsi Caesari Tito et patri eius Vespasiano maledicebant, mortemque se contempnere clamabant, eamque servituti praeferre ... desiderabilia sua pro nichilo ducendo.

Antiochus quoque Epiphanes cum Romanis aderat, multos armatos secum ducens et aliam catervam stipatorum qui Macedones appellabantur, omnes aetate pares et proceres adolescentuli, more Macedonum instructi armis et eruditi, unde et nomen habebant. Omnium autem regum qui Romanis subiecti erant patrem eius Commagenae felicissimum fieri contigit, priusquam fortuna mutaretur. Ostendit autem ille in senecta aetate nullum ante mortem beatum dici oportere. Filius autem eius Antiochus qui tunc cum Romanis praesens aderat mirari se aiebat quidnam esset quod Romanos adire muros pigeret. Erat enim ipse bellator naturaque promptissimus, tantisque viribus ut non multum peccaret audacia. Cum vero Titus ad haec subrisisset, laboremque communem esse dixisset, Antiochus cum Macedonibus in murum impetum fecit, et pro viribus suis ac peritia cavebat tela Iudaeorum, sagittis eos appetens. Adolescentuli autem omnes praeter paucos attriti sunt. Nam a pudore promissionis diutius pugna certaverant, et ad extremum multi sauciati recesserunt.

Romanis autem duodecimo die mensis maii aggeres inchoantibus, nono et vicesimo die perfecti sunt, cum septem et decem dies laborassent. Ingentes enim quattuor aggeres iacti sunt, et unus quidem qui erat ad Antoniam a quinta legione fuerat exstructus ... decima vero legio in vicinali parte sedem fecerat ubi stagnum est quod dicitur Amygdalon, tertius distabat a duodecim viginti cubitis, et adhuc quinta decima legio quartum aggerem fecerat ad pontificis monumentum. Iam vero admotis aggeribus Iohannes suffossa interna usque ad aggeres ad Antoniam dispositos per cuniculum fundibus opera suspendit, illataque silva pice ac bitumine oblita ignem immisit. Succensis autem fulcimentis fossa repente subsedit, et cum magno sonitu simul aggeres deciderunt. Primo autem cum pulvere fumus ex alto excitatus est, cum igne ruinam concludente. Peresa vero materia quae premebatur flamma iam clarior apparebat. Romanos igitur repentini facti stupor occupat, molitioneque Iudaeorum egre ferebant, iam in se vicisse credentium, et spes eorum cassa refrixit. Aggeribus subvenire non utile videbatur semel aggeribus incensis.

Post biduum autem alios aggeres Symon cum sociis aggreditur. Illa enim parte iam Romani arietibus concutere murum ceperant. Tephtheus autem quidam ex Garsi civitate Galileae ortus, et Megassarus quidam ex regalibus famulis, et cum his Adiabenus filius Nabathei ... facibus in machinas Romanorum irruunt. His viris neque audaciores ullo bello ex ea civitate apparuerunt neque magis horrendi. Nam veluti in amicos non ut in magnum hostium exercitum nichil cunctati sunt aut substiterunt, sed per medios inimicos facto impetu machinas incenderunt. Acti autem missilibus et gladiis undique retrusi non prius a periculo semoti sunt quam ignis machinas invaderet. Crescente vero iam flamma Romani decurrentes e castris auxilio properabant. Iudaei autem eos ex muro prohibebant, manuque cum eis conserebant qui flammas conabantur extinguere, propriis corporibus nullomodo parcentes. Romani autem arietes igni subtrahere volebant, cum eorum tegimina cremarentur, et Iudaei et per flammas eos retinere certabant. Hinc autem in aggeres flamma transiit, et auxiliantes praevenit incendium. Itaque Romani flamma circumdati, cum servari posse opera desperaverunt, in castra discesserunt. Iudaei autem magis instabant, cum semper eorum numerus cresceret ex civitate accedentibus auxiliis. Nam progressi usque ad munimenta castrorum, cum eorum custodibus proelio decertabant. Erat autem quidam ante castra armatorum et acerbissima ... sanctio Romanorum, ut qui loco quolibet cessisset occideretur. Penalique exitio gloriosam mortem praelatam stetere fortiter. Eorumque necessitate simul ac pudore plurimi fugientium redierunt. Balistisque in numero dispositis Iudaeorum multitudinem prohibebant, nichil de corporibus propriis procurantem. Nam quoscumque obvios habuissent Iudaei cum his congrediebantur, et in spicula irruentes incaute ipsis corporibus inimicos feriebant. Titus igitur ad auxiliandum suis accurrens, multumque increpitans milites, quod velut ex carcere contra se dimissis Iudaeis obsessorum fortuna ipsi paterentur, cum electis militibus a latere circumvenit. Illi autem cum in ora ferirentur, contra eum conversi dabantur. Mixta autem acie pulvis quidem lumina, clamor vero aures exsuperabat. Neque autem amicum quisque internoscere poterat aut inimicum. Iudaeis autem non tam virium fiducia quam certa salutis desperatione perseverantibus, et Romanos pudor armorum et gloriae et propter se periclitantis Caesaris reddiderat fortiores. Itaque putaverim Romanos ad extremum prae nimia ferocitate animorum totam multitudinem Iudaeorum fuisse rapturos, nisi cito se in civitatem recepissent.

Corruptis autem igne aggeribus Romani summo tenebantur quod laborem longum una hora perdiderant, et multi solutis machinis capturum iri civitatem desperabant. Titus autem cum ducibus quid faceret deliberabat. Et calidioribus quidem placebat omni militia admoto vires experiri, cum usque nunc Iudaei cum parte exercitus dimicassent, nec universi militis impetum minime tolerare possent. Prudentiores aliter rursus aggeres fieri suadebant, alii sine aggeribus obsidere civitatem quousque fame interirent monebant. Ipsi autem Tito Caesari inhonestum videbatur et supervacuum cum his pugnare qui propria morte consumerentur. Aggeres autem facere oportere indicabat, inopia materiae periculum. Egressus vero observare opus esse, nec circumdare posse civitatem ab exercitu prae magnitudine et locorum difficultate, et ad excessus esse incautum, cum occultas vias excogitarent Iudaei tam necessitate quam locorum scientia. Obsidionemque diutius protrahendo et victoriae gloriam diminuere temporis longitudinem. Cum securitatione vellent et celeritate victoriae totam civitatem muro cingere festinarent, ita Iudaeos aut modis omnibus salute desperata civitatem dedituros aut fame victos facillime capiendos. Quod sicut magnum opus videretur considerare debere. Neque parvum opus Romanos decere facere, neque sine labore aliquid magnum posse perfici.

His verbis duces hortatus iubet eos exercitum in opera distribuere. Quidam autem impetus militibus incidit. Ambitaque parte non solum rectores inter se verum ipsi et ordines certabant, et miles quidem decadarcho, decadarchus autem ecatontarcho, hisque chiliarcho placere properabat. Chiliarchorum vero ostentatio usque ad duces pertinebat, ducum autem opera ipse Caesar providebat, et per diem singulos circumiens opus inspiciebat. Incipiens autem a castris Assyriorum, ad inferiorem Caenopolim murum produxit, et hinc per Cedronem ad Eleona montem reflectens a meridie montem complectitur, eique proximum colle ... et in ad...

accidente flexo edificio ad ualle[m] fontis descendit, & subiens ad an[tiqui]
pontificis monumentum ad uicinam redit partem. 7 hic herodis monumenti
ab oriente clausum claustris suis coniunxit unde 7 murum inchoauerat. Muri
q[ui]dem omnis xl. stadiorum erat. Totum aut op[us] tribus diebus constructum e[st].
cu[m] celeritas fide careret. Muro q[ui]dem circumdata ciuitate & per castella xiii.
q[ue] foris murum edificauerant custodib[us] collocatis. primam uigiliam noctis ipse
titus circuiens explorabat. secundam ti. alexandro commiserat. & terciam agminu[m]
ducib[us]. Somnum aut[em] inter se uigiles sortiebant[ur]. totaq[ue] nocte per castella circu-
ibant. Iudeis itaq[ue] cu[m] exeundi difficultate omnis spes salutis ablata e[st]. au-
ctaq[ue] fames totas domos ac familias depascebat. Tecta & plena erat
mulierib[us] exanimatis ac infantib[us] ac senib[us] mortuis. & adolescentes ac
iuuenes tumidi & tumescentes in uiar[um] angustiis iacebant. Sepelire aut[em] fu-
nera sua p[ro]pter famem n[on] poterant. & hos q[ui]b[us] aliq[ui]d uis sup[er]erat. pigebat eos p[ro]pter mul-
titudine[m] mortuor[um]. & q[uo]d de ipsis erat incertu[m]. Deniq[ue] sup[er] eos q[uo]s sepelierant
multi moriebant[ur]. & multi uiui ad sepulchra p[ro]perabant. Nullus aut[em] in calamitatib[us]
nec flet[us] nec luct[us] erat. s[ed] fame sup[er]abat[ur] affect[us]. Siccis aut[em] ocul[is] 7 ore rictis
orib[us] q[ui] tardi moriebant[ur] eos q[ui] an[te] se requiescerent uidebant. Alto u[ero] silentium
ciuitate[m] plenaq[ue] mortuis nox comp[re]henderat. & latrones his acerbiores.
Non solu[m] et in domos s[ed] & in sepulchra ruebant & cadauera spoliabant. uela-
mina corporib[us] subtrahentes cu[m] risu egrediebant[ur]. & gladior[um] mucrones p[ro]ban-
tes in nullos iacentiu[m] adhuc spirantes. ferri experiendi ca[usa] transuerberabant.
Si q[ui]s aut[em] manu[m] annuisset ut occideret q[uo]d a fame euaderet. sup[er]bissime
negligebat[ur]. Animas aut[em] efflantiu[m] q[ui]sq[ue] in mortis hora templu[m] intuebat[ur].
cu[m] uiuos relinq[ue]ret seditiosos. Illi itaq[ue] primo sumptu publico iubebant mor-
tuos sepelire cu[m] odore[m] ferre n[on] possent. dein q[uo]d n[on] sufficiebant in ualles eos
ex muro p[re]cipitabant. Quas ualles circuiens titus ubi plenas cadauerib[us] uidet
altaq[ue] fame tabefactis corporib[us] defluente[m] ingemuit. & extensis manib[us] d[eu]m
testabat[ur] factu[m] illud suu[m] n[on] ee. Ciuitas quidem ita erat affecta. 7
Romanis u[ero] cu[m] nemo iam seditiosor[um] auderet excurrere cu[m] eos meror & fames p[re]-
meret. dies letos agebant. frumenti aliarumq[ue] reru[m] habentes copia[m]. 7 de syria
p[ro]ximisq[ue] p[ro]uinciis. Multi aut[em] iuxta muru[m] astantes. magnaq[ue] alimentor[um]
habundantia[m] monstrantes. sacietate sua famem hostiu[m] incendebant. Sedi-
tiosis aut[em] nichil de crudelitate remittentib[us]. titus reliquias p[o]p[u]li miseratus 7 p[ro]p[er]ans
saltem eos q[ui] adhuc remanserant liberare. iterum aggeres inchoabat. quos difficul-
ter materia reperiret. Omnes et siluas ciuitati p[ro]ximas opera priora consumpserunt.
& ex lxxxx. stadio lignorum materiam congerebat. Et iiii. aut[em] partib[us] aggeres conti-
nuo antonia tantum erigebant. Titus u[ero] agmina circuiens. atq[ue] op[er]a urgens q[uo]d in
manib[us] seditiosos haberet ostendebat. Iudeis aut[em] penitudo plane perierat. &
animis ac corporib[us] separatis. utrisq[ue] uelut alienis utebant[ur]. & seditiosor[um] anima[m]
nec affectio mansueta. nec corpora dolor tangebat. du[m] mortua plebe q[ua]si ca-
nes lacerarent. & replerent de languentib[us] carceres. 7
Deniq[ue] symon mathiam p[er] q[ue]m obtinuerat ciuitate[m] in cruciatu p[er]emit. Hic
aut[em] mathias boethi filius erat ex pontificib[us] p[o]p[u]lo fidelis 7 kar[us]. Is cu[m] a zelo-
tis. i. a seditiosis sic impudentib[us] declarauit p[o]p[u]lus male tractaretur iohanne
p[ri]ncipante. p[er]suasit p[o]p[u]lo ut symone[m] in ciuitate[m] reciperent contra iohan[nem]. Sy-
mon aut[em] ingressus postq[uam] obtinuit ciuitate[m]. ipsu[m] mathiam q[ui] p[ro] se consiliu[m] dederat
eque ut alios odio habebat. itaq[ue] ut p[er]ductu[m] ante se 7 accusatu[m] q[uo]d cu[m] romanis
sentiret. morte eu[m] da[m]pnauit. nec p[ur]gandi facultate concessa. 7 simul cu[m] eo tres
filios. Quartus et ad titum p[ro]fugerat. Ille aut[em] cu[m] se rogaret prius occidi q[uam] filios
ea gr[ati]a qua ei ciuitate[m] ap[er]uerat. ut augeret ei dolore[m] nouissimu[m] iussit interfici.
Ille q[ui]de[m] sup[er] extinctos filios in conspectu suo iugulat[us]. coram romanis p[ro]duct[us].
Hoc et symon p[re]cepit. ut q[ua]si eu[m] iurarent ad q[uo]s p[ro]fugere uoluisset.
corporaq[ue] eor[um] sepelire p[ro]hibuit. Post hos ananias quidam pontificis filius
masambali nobilis 7 scriba curie. uir fortis ex inuagenti ducentis. 7 cu[m] his
xv. ex p[o]p[u]lo clariores necabant[ur]. Iosephi u[ero] patre[m] inclusu[m] asseruabant.
missoq[ue] p[re]cone denunciant ne q[ui]s in ciuitate degentiu[m] t[u]m colloq[ue]retur cu[m] eo.
uel in unu[m] conuenire metu p[ro]ditionis. 7 eos q[ui] h[ec] deflebant an[te] q[ue]stione[m] puniebant. 7
Ita uidens q[ui]dam iudas fili[us] iudi unus ex numero p[re]fector[um] symonis q[ui] ei turrim
ab eo s[ibi] credita[m] custodiebat. q[uo]d multi sine mi[sericordi]a crudeliter necarent[ur]. suum mag[is]
p[ro]uidentia euocatis x. fidelissimis contubernalib[us] ait. Quousq[ue] tandem h[ec]
mala sustinebim[us]. q[ui] nulla spe salutis h[ab]emus seruantes pessimo fidem.
Tercia fames oppugnat. & romani pene intus s[un]t. symon aut[em] bene q[ue]q[ue] meritis
infidelis e[st]. metuq[ue] s[ub] ap[ud] eu[m] ee. & ap[ud] romanos certa salus. Ergo tradito mu-
ro simus & seruem[us] & ciuitate[m]. Nichil aut[em] graue symon patiet[ur] si cu[m] de se despe-
rauerit. citi[us] penas pendet. Cu[m]q[ue] ei x. illi uiri c[on]sentirent. mane ceteros quos
subiectos p[er] diuersa dimisit. ne q[ui]d eor[um] q[ue] cogitauerat p[ro]deret. Ipse q[ui]de[m] de turri circa
hora[m] tercia[m] romanos aduocabat. Illor[um] aut[em] alii sup[er]bia contemnebant. alii
n[on] credebant. alios & pigebat uelut mox capturos ciuitate[m] sine periculo. Cete-
rum cu[m] ad murum accederet cu[m] armatis. symon aut[em] re[m] cognoscens. citius uelocit[er]
occupat. Romanis aut[em] inspectantib[us] eos p[er]emit. 7 p[ro] muru[m] p[ro]iecit corpora mortuor[um]. 7
Circuiens aut[em] ubiq[ue] ioseph[us] nec et cessabat rogare iudeos ut se romanis tra-
derent. caput lapide uulneratus. statimq[ue] attonitus cecidit. Excursus aut[em] factus
e[st] a deuiudeor[um]. abreptusq[ue] ee[t] in ciuitate[m]. nisi tit[us] cesar misisset q[ui] eu[m] p[ro]tege-
rent. Illis aut[em] pugnantib[us] ioseph a romanis tollit[ur]. nichil q[uo]d ageret intelligens.
Seditiosi q[ui]de[m] tamq[uam] interfecto iosepho cu[m] leticia c[on]clamauerunt. Ducta aut[em]
h[ec] fama p[er] ciuitate[m]. ex q[ua] residua[m] multitudine[m] meror tenuit uere p[er]isse cre-
dentes. cui[us] fiducia p[ro]fugere cogitabant. Audito aut[em] iosephi mater in carcere
mortuu[m] ee filiu[m] suu[m]. secreto ad ancillas inquit. q[uo]d h[un]c fructu[m] fecunditatis
recepisset. q[uo]d n[on] sepelire s[ibi] q[ui]de[m] filiu[m] licuisset. a q[u]o sepeliri sperasset. Veru[m]
nec illa q[ui]de[m] mendacium diu ei cruciauit. neq[ue] gaudiu[m] seditiosos refec[it]. Cito
et curato uuln[er]e ioseph[us] resipuit. p[ro]gressusq[ue] clamabat illos s[ibi] n[on] multo post
uulneris penas reddituros. Ca[m] p[o]p[u]l[u]m rurs[us] ad meliora hortabat[ur]. V[er]u[m] p[o]p[u]l[u]s
fiducia. seditiosis u[ero] stupor incidit ex ei[us] aspectu. Deprompto aut[em] alii statu[m] de
muro necessitate p[ro]siliebant. alii uelut ad pugna[m] cu[m] lapidib[us] se p[ro]gredi simulan-
tes. mox ad romanos p[ro]fugiebant. Hos aut[em] seuior fortuna q[uam] int[us] p[er]tule-
rant inuasit. & famis qua[m] domi reliq[ue]rant. uelociore sacietate adsui exci-
diu[m] ap[ud] romanos inueniebant. Ex media naq[ue] inflabant[ur]. & uelut morbo
intercutis aq[ua] tumidi uacuata replentes corpora dirrumpebant[ur]. P[eri]ti aut[em] desideria
cohibebant. 7 paulatim cibu[m] desueto corpori offerebant. Eos aut[em] q[ui] hi m[od]o se cu-
stodiebant. alia plaga suscep[it]. Q[ui]da[m] et ex transfugis ap[ud] syros dep[re]hendit[ur] e fimo
uentris aureos colligens. Transglutientes et solidos ut supra dixim[us] ad romanos p[ro]-
fugiebant. q[uia] cunctos seditiosi scrutabant[ur]. 7 maxima uis auri fuerat in ciuitate.
Deniq[ue] xii. atticis c[om]parabant q[uo]d antea xxv. ualebat. Veru[m] hac arte
p[ro]ditu[m] de uno. totis castris fama p[er]crepuit. q[uo]d auro transfuge pleni uenirent.
Arabu[m] aut[em] multitudo & syror[um] scissis uentrib[us] transfugarum scrutabant[ur]
in eis auru[m]. Ego aut[em] hac clade nulla seuiore credo contigisse iudeis. Vna deniq[ue]
nocte duor[um] miliu[m] patefacta s[un]t uiscera. Titus aut[em] hac iniusticia cognita. pene
circumfuso eq[ui]tatu iussisset hor[um] malor[um] auctores iaculis appeti. n[isi] magna multi-
tudo fuisset noxior[um]. Conuocatis aut[em] auxiliarior[um] ducib[us] & agminu[m] roma-
nor[um] utisq[ue] indignat[us] dicebat. si q[ui] suor[um] milit[um] lucri ca[usa] h[ec] committerent. nec arma
p[ro]p[ri]a erubescerent auro argentoq[ue] facta. arabisq[ue] ac syris in crudelitate similes
existerent. illos mortificando qui in gra[ti]a[m] romanor[um] p[ro]fugissent. Morte q[ui]de[m]
interminat[us] e[st]. si q[ui]s in eade[m] audacia culpabilis rep[er]t[us] fuisset. Ad legiones aut[em]
litteras dedit ut suspectos inuestigarent. 7 eos ad se p[ro]ducerent. Veru[m] p[er]fecto
auaricia contempnit o[mn]e supplicium. seuisq[ue] ho[m]i[ni]b[us] lucrandi amor innat[us] e[st]. nullaq[ue]
animo calamitas plus habendi cupidine c[om]parat[ur]. immo u[ero] h[ec] alios 7 mox habite metu

subiungeret. Os aut[em] q[ui] da[m]pnauerat p[o]p[u]l[u]m. omne iam salutis adiutu[m] interrat.
Deniq[ue] id q[uo]d cu[m] pena interdixerat cesar. occulte in p[ro]fugos adinuenebat[ur]. 7 si q[ui]s ad
eos transfugisset circumspectantes ne q[ui]s romanor[um] uideret scindebant eos. 7 ex
uiscerib[us] eor[um] nefandu[m] questu[m] trahebant. In paucis aut[em] repperiebat[ur]. 7 plerosq[ue]
sola spes consumebat. Iohs u[ero] ubi rapine ex p[o]p[u]lo defecerit. ad sacrilegiu[m] sese
conuertit. donaria templi inuadens. & uasa necessaria ministerio d[e]i. crateras
& lanceas. & mensas. & urceolos. q[uo]s augustus eiq[ue] uxor in donaria d[e]i miserat.
Romanor[um] et imperatores honorauere semp[er] templu[m] atq[ue] ornauere. te au-
iudeus & alienigenar[um] dona detrahebat. Iohs aut[em] ad socios dicebat sine
metu diuinis abuti debere. q[ui] p[ro] d[e]o & templo ei militarent. & ideo sacrum
uinu[m] & oleu[m] q[uo]d sacerdotes in sacrificiu[m] reseruabant militib[us] suis distribuebat.
q[uo]d illi sine horrore ungebant 7 potabant. Non eq[ui]dem recusaui dicere q[uo]d
dolor iubet. Puto si romani contra nepharios uenire tardassent. aut hiatu terre
deuoranda fuisse ciuitate[m]. aut diluuio p[er]itura[m]. aut fulgura sodomitana passura[m]. 7

INCIP[IT] LIB[ER] VII DE IUD[AICO] B[ELLO].

CLADES Q[UI]DE[M]
hierosolimor[um] in peius cotidie p[ro]cedebat. cu[m] seditiosi mag[is] aduersis accenderent[ur]
ipsosq[ue] & p[o]p[u]l[u]m fames urgeret. & multitudo congestior[um] in ciuitate cadaueru[m]
uisu horrendu[m] erat. odoreq[ue] pestiferu[m] emittebat. Annius et eleazari fili[us]
transfugis ad titu[m] p[er] una[m] porta[m] que s[ibi] credita erat. c. 7 xv. milia. & lxxx. ca-
dauera dixit exportata. ex q[uo] die castra p[ro]pe ciuitate[m] posita s[un]t ex die xiiii.
mensis aprilis usq[ue] ad kl. iulii. Hec aut[em] inmissa e[st] multitudo. Nec tu ipse fuit
appositus porte. s[ed] publica mercede diuidens. mortuos ex necessitate nume-
rabat. Ceteros aut[em] p[ro]pinqui sepeliebant. Sepultura[m] et
dicebat mortuos ex oppido p[ro]icere. P[ro]fugi aut[em] nobiles
omnia mortuor[um] cadauera decem. milia. portis eiecta nunci-
abant. Alior[um] u[ero] numeru[m] nullu[m] posse comp[re]hendi. Frumenti aut[em] modiu[m]
dicebant talento uenisse. Post aut[em] u[ero] q[uam] ciuitas cincta e[st]. nec herbas q[ui]dem col-
ligere iam licebat. & ad hanc necessitate[m] q[ui]da[m] compulsi s[un]t ut cloacas rimarent[ur]
bou[m]q[ue] ueterem fimu[m] alimentum habentes sterquiliniu[m] collectu[m]. & q[uo]d nec uisu tole-
rabile erat in cibu[m] sumebant. Hec romani audientes. miserati s[un]t. Seditio-
sos aut[em] ne uidentes q[ui]dem penitebat. s[ed] uelut pacie[m] ruerent plurima c[on]-
de exercitata c[on]culcabant mortuos. & neq[ue] sup[er]abant[ur] miseria. neq[ue] hor-
rebant. nec saltem s[ibi] augurio fore putabant contumelia[m] mortuor[um]. Cum
aut[em] nece polluti ad exitium bellu[m] p[ro]perabant. tamq[uam] exprobrantes d[e]o ueni[am]
supplicii sui tarditatem. Non et spe uictorie s[ed] desp[er]atione salutis feroci[ter] moriebant[ur].
Romani aut[em] quis plurimum in congregandam materia[m] laborassent. tamen inter
xx. & unu[m] die[m] aggeres erexerant attonsis siluis circu[m] oppidu[m] usq[ue] ad
lxxxx. stadios. Erat aut[em] miserabilis terre facies. Nam q[ue] antea arborib[us]
& paradisis ornata fuerat. ea tunc deserta p[re]cisis undiq[ue] nemorib[us] cernebat[ur].
nec ullus de alienigenis q[ui] prius iudeam uiderat. & suburbana ciuitatis
pulcherrima. cu[m] eius solitudine[m] tunc uideret continere lacrimas poterat. t
n[on] gemere mutatione[m] el. Omnia naq[ue] insignia pulchritudinis bellu[m] dele-
uerat. nec si q[ui]s subito aduenisset q[ui] locum prius nouerat eum cognoscere
poterat. s[ed] p[re]sens quereret ciuitate[m]. Romanis aut[em] ac iudeis finitu[m] op[us]
aggerum par faciebat timoris initium. Nam iudei n[isi] aggeres exurerent. cap-
tam in ciuitate[m] putabant. romani aut[em] ut incensis nec uoluntate[m] pugnandi
ulterius h[ab]erent. Nam 7 materie defecerant. & labori corpora militum crebris offen-
sionib[us] cessauerant. Veru[m] ciuitatis cladib[us] tristi romani q[ui]d[em] ciues in ea degentes af-
ficiebant[ur]. & eor[um] impetus inexpugnabiles uidebant[ur]. & inuicta magnitudo
que calamitatib[us] alebat[ur]. Nam quis eos inedia seditis sustineat. q[ui] malis ad
uirtute[m] incitant[ur]. Romani q[ui]dem p[re]terea cauta custodias & aggeres p[re]pa-
rauerant. Iohs aut[em] cu[m] sociis ap[ud] antonia[m] timens ne forte muros dissiceret
an[te]q[uam] arietes admouerent aggressus e[st] cu[m] facib[us] aggere[m]. s[ed] spe decepti
remearunt. Nam iam n[on] sine metu socii ei p[ro]siliebant. 7 languidiores p[ro]-
gressi q[uam] solebant. romanos solito p[ro]mptius instructos offenderunt. 7 corporib[us]
atq[ue] armis tam undiq[ue] aggeres sepserant. ut cuiusq[ue] igni aditu[m] relinquerent.
Animos q[uo]q[ue] ita confirmauerant. ne q[ui]s loco an[te]q[uam] occumberet mouerent[ur].
Nam preter omnimoda[m] desp[er]atione[m] si illud op[us] ee[t] exustu[m]. acerbissim[us] eos
pudor occuparet. si aut[em] calliditati uirtus cederet. aut arma temeritati.
aut perita multitudini. aut iudeis romani. Simul aut[em] missilia undiq[ue]
in p[ro]silientes delata. q[uo]s occidissent posteriores impediebat. ac p[ro]cul tan-
cedentes molliores eos afficiebat. Qui u[ero] intra teli iactum uenire p[ro]pe-
rassent. alii disciplina hostiu[m] & densitate p[er]territi. alii confixi hastis
retro cedebant. & ad extremum alii alios timiditatis arguentes. re
infecta redirebant[ur]. Kl[endi]s aut[em] iulii temptata fuerat expugnatio. 7
Iudeis aut[em] inde digressis. romani machinas admouere. cu[m] ab antonia saxis eos
igne ferroq[ue] peterent. Nam licet multum menib[us] iudei confiderent. machi-
nasq[ue] contempnerent. tamen eas applicare p[ro]hibebant romanos. & crebris
missilib[us] in romanos iactis de superiorib[us] arietum op[us] arguebant. Romani
aut[em] scutis sup[er] corpora concameratis. funda[men]ta antonie manib[us] 7 uectib[us]
suffodiebant. Itaq[ue] saxis quattuor obstinato labore concussis. quietis utrisq[ue]
nox attulit. 7 media p[ar]te muri arietib[us] labefactatu[m] e[st]. ex qua parte iohs
prius muru[m] suffoderat ad succendendos aggeres subsidente cuniculo re-
pente labit[ur]. & paru[m] preter spem utrisq[ue] animi affecti s[un]t. Nam iudeis q[ui]b[us] id
merori ee oportebat q[uo]d ruina preter spem n[on] accideret. & a d[e]is ea p[ro]ui-
sa fuerat tamq[uam] mansura ee[t] antonia c[on]fidebant. Romanor[um] aut[em] insp[er]-
ata leticia sub celeri subuersione nata. c[on]spect[us] alt[er]i[us] muri q[ue]m intrinsec[us]
iohs edificauerat cito restrinx[it]. Verumtamen p[ro]r impetus facilior uide-
bat[ur]. Tunc et & ascensu p[ro]pter ruinas p[ro]mptiore. & antonia[m] satis re[m] infir-
miore. Muru[m] q[uo]q[ue] q[ue]m recenserat cito destrui posse arbitrabant[ur]. s[ed] nemo
tam eu[m] audebat ascendere. q[uonia]m q[ui] p[r]im[us] id temptasset. certam habere exitium. 7
Titus u[ero] uolens alacritatem pugnantium excitare adhortatione. atq[ue] p[ro]missis.
cu[m] sepe excitatio in periculo nascat[ur] obliuio. & metum mortis soleat contempni.
congregatos in unu[m] fortissimos uiros exhortabat[ur] dicens. O commilitones
hortari q[ui]de[m] ad ea q[ue] periculu[m] n[on] afferat aptu[m]. & ipsis q[ui] rogant[ur] 7 q[ui] eos
rogat ignauie rep[re]hensione[m] parit. Exhortatione aut[em] op[us] e[st] in solis reb[us]
ambiguis. q[ui]b[us] ille p[ro] se q[ui]sq[ue] agere dignu[m] e[st]. Itaq[ue] difficilem uob ee[t] in mu-
ru[m] ascensum ipse p[ro]fiteor. q[uo]d aute[m] maxime oportet q[uo]s cupidos pug-
nare in difficillimis reb[us] pulchrum q[ue] s[un]t cu[m] laude mori. nec erit infructuosu[m]
q[uo]d p[r]im[us] fortit[er] fecerint p[ro]sequar. P[r]imu[m] q[ui]de[m] uos horte[tur] q[uo]d n[on] nullos for-
tasse deterret. iudeor[um] patientia animi. & in aduersis reb[us] d[e]a constantia.
Offensiones aut[em] n[ost]re iudaice desp[er]ationes s[un]t. illor[um] aut[em] clades fauore
dei. & n[ost]ris uirtutib[us] cresc[it]. Ecce et seditio illor[um] & fames & obsidio
muror[um] q[ui] sine machinis casus. q[ui]d e[st] aliud q[uam] illos ira d[e]i. n[ost]riq[ue] adiu-
tu[m]. Igitur n[on] solu[m] deteriorib[us] inferiores uideri. s[ed] & diuinu[m] nob p[ro]pi-
tiu[m] p[ro]dere n[on] conuenit. Quo pacto aut[em] n[on] turpe uideat[ur] cu[m] sitis uos pene ter-
raru[m] marisq[ue] uictores q[uo]d uincere n[on] possitis iudeos ociosos sedentes. 7 maxime
cu[m] paruo discrimine totu[m] possitis obtinere. Nam si in antoniam ascen-
derim[us]. habebim[us] ciuitate[m]. & si pugnandum sit ad[uer]sus interpositos q[ue]da[m]
n[on] arbitror. uictoria nob plenissima repromittit. Et ego quide[m] p[re]termissa
n[on] eor[um] laude q[ui] in bello ceciderit & inmortalitate[m] q[uam] martio furore p[er]empti s[un]t

ex morbo mortem pacis tempore aliter sentientibus imperabor. quorum anima cum corpore sepulchro dampnatur. Quis enim fortium virorum nescit quod animas in acie ferro corporibus absolutas purissimum elementum ether hospicio receptas inter sydera collocat, manesque se bonos ac propicios heroas videndos offerre posteris suis. Animas vero morbo corporis tabesque consumpserit. et si maxime probris ac piaculis purgate sint, subterranee tenebre operiunt, altaque oblivio suscipit et corporis simul ac vite et memorie finem circumscribit. Quod si necessaria mors omnium fato decreta est, ad hanc autem ocior est morbo levior ferri ministerium. Cur non invideat ignavum negare usui quod debito reddituri sit. Et hec quidem dicitur (?) ... sperare negant. tum quod conati fuerint perficient. Est autem salutis spes in maximis quoque periculis qui virilem animum gerunt. Unde vos plures hortor aggredientes. alius alium per adhortationem firmet. atque subsidio. utraque obstinatio in brevi animos hostium franget; ac fortasse vobis si tantummodo operatio in brevi (?) rem incruenta res efficiet. Ascendentes enim vos prohibere conabuntur: sed clam et primum aliud egerint semel. quis paucos non sustinebunt. Me autem profecto pudeat. nisi eum quem primum hic incipietis invidendum tenuerit (?) rationibus: fecero. et quicunque quidem similibus perficit. beatissima vero prima sequentur decessos. 7

Talia dicente tito, cetera quidem multitudo periculi magnitudine timuit. Cohortibus (?) non minus quam in cohortibus militabant Sabinus quidam genere Syrus. vir et manu simul et animo fortis apparuit. Si quis autem eum ante vidisset quantum ex habitu corporis eo specie quidem vilitate esse credidisset. Erat enim colore nigro gracilis habitudine, sed anima quadam heroica in macro corpore atque angustioribus suis habitabat. Cum igitur primus surrexisset: dedo inquit me tibi alacri animo cesar, et ante omnes murum ascendo. atque opto ut vires de voluntate mea fortuna sequatur tua. Quod si ceptum casus inviderit. scito me non ipsum spe quod res aliter cesserit sed sic decreverim pro te moritum. Hec dicens scutum leva manu protendens, strictoque dextera gladio circa horam diei sextam murum petebat. Sequebantur autem illum et alii quoque soli ei virtutis emuli esse cupiebant .xi. viri. Ipse autem multo ante omnes incedebat divino quodam impetu excitatus. cum de muro custodes cum iaculis et sagittis undique infirmis appeterent, et ingentia saxa devolverent quorum non nullos de .xi. vulneraverunt. Sabinus autem missilibus occurrens. licet obstrueretur sagittis. non tamen impetum cohibuit quam summa muri prehenderet: hostesque in fugam verteret. Viribus enim ei atque animi pertinacia territi. plures ascendisse rati non steterunt. O vero in re fortuna que velut virtutibus invideat. semperque preclaris facinoribus officiat intercesserit (?). Siquidem hic vir neque ab incepto titubavit (?). et offensione lapidis cum maximo crepitu super eum dimisso pronus decidit. Unde factum est ut iudei reversi ubi solum et iacentem viderunt. ex omni eum parte iaculis peterent. Ille autem genibus nixus. et scuto protectus. primo quidem ulciscebatur hostes multosque ad se accedentes sauciavit. Vulnerum autem multitudine remisit dexteram. et ad extremum priusquam redderet animam sagittis est obrutus. vir dignus pro fortitudine qui meliore fortuna uteretur. et pro mensura cepti facinoris cecidit. Tres autem e ceteris prope summa iam tenentes obruti lapidibus perierunt. et octo sauciati detracti et in castra reducti sunt. Hec quidem tertio die mensis iulii gesta sunt. 7

Biduo autem post .xx. de numero excubantium pro aggeribus milites congregati vocavere ad se signiferum ordinis sui et duos quosdam ex ala equitum et tubicinem unum. nonaque hora noctis per ruinas ad antoniam ociose procedunt. Occisis autem primis custodibus somno oppressis. murum obtinent ac bucina signum dari precipiunt, quo ceteri vigiles subito excitantur et fugiunt priusquam multitudinem que murum ascenderat cernerent: Nam et timor et imagine quadam quod romani super se venirent ostendere videbatur. Titus autem signo audito propere armat exercitum. et cum ducibus primus et electorum caterva comitatus ascendit.

Cum autem iudei ad templum interius confugissent. ipsi quoque per cuniculum irrupuerunt quem iohannis adversus romanorum aggeres aperuerat. dispositique amborum agminum seditiosi tam iohannis quam symonis arcebant eos summa vi atque alacritate repugnandi. Siquidem excidii finem putabant locum sanctum penetrasse romanos. Ad ipsum quoque aditum validissima pugna committitur. his quidem templum occupare certantibus: et iudeis eos ab antonia repellentibus: Et sagitte quidem ac haste utrisque inutiles erant. strictis autem ensibus dimicabant. neque in conflictu discerni poterat ex qua parte quisque pugnaret. permixtis viris. et propter angustias permutatis. cum et vocis intellectum magnitudo confunderet; multaque mors esset utrimque: arma simul et cadavera iacentium conculcata frangerent preliantes. Neque autem fuge aut persecutionis locus erat. sed propinque mutationes confligentium. et inclinationes permixte fiebant exercitus. Qui vero inter primos stetissent. aut occidendi. aut moriendi necessitatem habebant. quod refugere non dabatur. Nam et posteriores utrisque partis in fronte suos urgebant. nullumque inter dimicantes bello vacuum intervallum relinquebant. Cum autem iudeorum audacia romanorum peritiam vinceret, iamque omnino tota acies pellebatur. ex nona enim hora noctis usque ad septimam diei pugnabant. Iudei quidem simul omnes excidii periculum pro munimento virtutis habentes. romanorum vero pars exercitus non dum ascenderat. et videbatur eis satis esse in presentia antoniam obtinere. 7 197.

Iulianus vero quidam ecatontarchus ex bithinia non ignobilis illo bello et armorum peritia et viribus corporis et animi spiritu omnium fortissimus ego ipse cognovi. ubi romanos iam cedere et male repugnare conspexit. propter titum autem apud antoniam stabat subito prosilit: iamque vincentes iudeos solus ad interiorem usque templi angulum persecutus est. Fugiebat autem universa multitudo. neque viri eum neque audaciam hominis esse opinantes. At ille per medios ruens. quos alium alio disiecerat. per ipsos quos occupasset interficiebat. eaque facie michi cesari admirabilis et horribilis visu est. Verum et ipsum profecto fata persequebantur: que ab hominibus vitari non possunt. Calceos namque habens creberrimis atque acutis ut ceteri milites solent fixos. dum strato saxeis crustis solo curreret labitur. et cum magno armorum sono disiectus in tergum fugientes reduxit. Romanorum autem clamor ex antonia sublatus est. salutem ei metuentium. iudei vero circumfusi multi simul gladiis et hastis undique eum feriebant. Ille autem multa ferri vim scuto excipiebat. sepe autem conatus se erigere. percutientium multitudine revolutus est. et iacens tamen gladio multos perculit. Nec enim cito perimi potuit. quando galea et thorace omnia membra neci oportuna septa erant. Nam diu cervicem contrahebat. donec concisis ei aliis membris remisit vires. cum nemo ei auderet succurrere. Nimius autem dolor cesarem tenuit. viri tante fortitudinis in conspectu tante multitudinis videre occidi. Et quem se locus intercludebat auxilium ferre cupientem. alios autem cum possent metus impediebat. Iulianus ergo diu cum morte luctatus. cum non paucos interfectorum suorum saucios reliquisset: egre perimitur. magnam sui gloriam non apud romanos tantum et cesarem. verum apud hostes quoque relicta. Iudei vero et mortui rapto corpore romanos in fugam versos in antonia concluserunt. Fortiter autem in eo prelio decertavit. alexander quidam et gesteus ex agmine iohannis: ex parte vero symonis malcheus et iudas et iosue duces ydumeorum. et ex heloeis duo fratres symon et iudas.

Titus autem militibus suis imperat antonie fundamenta diruere. facileque ascensum cuncto exercitui preparare. Ipse autem iosepho ad se vocato. namque audierat eo die qui erat mensis iulii .xvii. divinam observantiam que indelechismus vocatur virorum penuria defuisse. eaque re populum nimis dolere. iohanni et symoni dici precepit quod antea mandaverat. scilicet ut si eos sceleris amor pugnandi teneret. cum quot eis placeret multitudine ad bellum procederent dummodo non una secum et civitas interiret: et simul templum sanctum violare desinerent. nec in deum nefas admitterent. Potestate autem si vellent haberent sacramenta missa celebrare per iudeos quos ipsi delegissent. Itaque iosephus ne soli iohanni et symoni sed et pluribus hec intimarentur. ubi audiri posset constitit. et mandata cesaris hebraico sermone disseruit; et multum precabatur quo patrie parcerent igneque depellerent iam templo contiguum. deoque vota redderent consueta. His dictis populus contristatus simul et silencio tegebatur. Multas autem contumelias iohannes tyrannus iosepho cum execrationibus iaculatus. postremo addidit nunquam se excidium metuere. quoniam dei civitas esset. Ad hec respondit iosephus. Sane eam puram deo conservasti. inviolataque sancta manserunt. nec in eum autem speras auxilium quem impie deliquisti. Et si quisquam quod cotidianum est auferret cibum hoste putas. deum quem perpetua religione privasti ad auxilium esse speras futurum. Romanis quoque peccata imputas. qui nostras leges et nunc tuentur. et quod ipse intercidisti sacra deo reddi compellunt. Quis non inopinate mutationis causa gemat ac conflebat civitatem cum alieni quidem hostesque impietatem tuam corrigant. tu vero iudeus et inter leges educatus illis in his sevior inveniaris. Nec ergo o iohannes penitere malorum que gessisti. cum non sit que in rebus extremis bonorum exemplo patriam conservare. Iechonias enim rex iudeorum quondam babiloniis sibi bellum inferentibus: sponte de civitate priusquam caperetur exivit. et cum cognatione sua voluntariam captivitatem sustinuit ne hec sancta hostibus proderet. deique domum videret exuri. et ob hec sacra commemoratione iudeorum laudatur. eique memoria cuncta fluxa semper per nova secula posteris traditur. Imitare ergo o iohannes bonum exemplar: et si periculum presto sit. Ego quoque tibi a romanis veniam spondeo, tantum ut memineris quid moneam. Absit enim unquam ita me captivum vivere. ut genus aut leges patrias obliviscar. Rursus autem indignaris et clamas me quoque maledicis. et acerbiora mereor qui hec adversus fata suadeo. deique sententiam cum dampnatis prepono. Quis ignorat scripta veterum prophetarum et responsum imminens miserrime civitati. Iam tunc enim ei excidium predixere. cum quis homicidium civile cepisset: virorum autem cadaveribus non civitas tantum sed et omne templum repletum est. Deus plane. deus ipse cum romanis sibi ignem lustrationis infert; eamque scelerum plenam eximit civitate. 7

Hec iosepho cum fletu et lacrimis persequente. vox ei singultibus interrupta est. Et romani miserati dolorem eius admirabantur. Iohannes autem et symon sociique eorum magis irritabantur illum capere cupientes. Nobilium tamen plurimos commovit eius oratio. et seditiosorum custodias formidantes locis suis manebant. iam dudum certi de suo et civitatis exitio. Captato autem discessionis tempore ad romanos perfugere. in quibus erant de pontificibus iosippus et ihesus. et tres filii ysmahelis. et iiii.or filii mathie. et multi de nobilibus: Quos cum titus cesar per omnia humane suscepisset; sciens alienigenis moribus illic versari molestum esse. gosnam civitatem misit. ut ibi interim manerent. pollicitus et cuique possessiones suas bello peracto redditurum esse. Illi ergo in destinatum municipium leti cum omni cautione discedunt. His autem in civitate non visis. rumor a seditiosis dispersus est. quod romani transfugas occidissent. ut hoc metu a fuga reliquos deterrerent quod et fecerunt. Rursus autem per quod titus revocatos eos a gosna. cum iosepho murum circuire et a populo conspici iussit: multi ad romanos perfugiebant. In unum vero congregati et ante romanos stantes. cum lacrimis atque ululatu seditiosos rogabant. primo quidem ut paucos romanos in civitatem reciperent. patriamque servarent. sin autem hoc displiceret. saltem de fano certe exirent. templumque sibi liberarent nec ausuros sine maxima necessitate romanos ignem sanctis immittere. Hec illi magis adversabantur. multaque in transfugas vociferati contumelias. super sacras portas iacula et balistas et saxorum disposuere tormenta. ut omne spacium circum fanum sepulchro multitudine mortuorum. ipsum vero templum castello simile videretur. In loca vero sancta et inaccessa cum armis more bacchantium insiliebant. et propria sacra temerabant. 7

Cesar autem dolens eorum vicem tamen per ceteros iohannem et symonem eorumque socios increpabat dicens. Nonne vos o sceleratissimi cancello sancta loca protexistis. Nonne litteris grecis ac vestris incisas tabulas constituistis. quibus ne sancta cuique transgredi liceret edicitur. Nonne eos quos transissent necastis. Quid ergo nunc vivos et mortuos conculcatis o nocentissimi. Aut cur templum et exterorum et gentilis sanguinis effusione polluistis. Testor ergo patrios deos. testor et exercitum meum et iudeos qui apud me sunt. et vos ipsos quod non ego hec violare compello. quin et si locum acies vestra mutaverit. neque accedet ad sancta vestra quisquam romanorum. neque quisquam vel contumeliam faciet. Servabo et templum vobis nolentibus: Hec iosepho interpretante latrones et tyranni existimantes non benivolentia sed ex timiditate hos sermones fieri. in superbiam attollebantur.

Titus ergo quia neque seipsos miserari. neque templo parcere perspiciebat. rursus bellum agere decrevit invitus. Et cum universum militem quod locus eum non caperet inferre non posset; tricenis de singulis centurionibus viris fortissimis electis tribunis singulis millenos attribuit. Cumque ipse quoque armatus una descendere statuisset: amici eum propter periculi magnitudinem retinuerunt. Plus enim eum opus in antonia sedentem. quam in certamine facturum esse dixerunt. quam si periculum subiret. Omnes enim fore sub oculis eius optimos bellatores. His dictis paruit. deinde locutus est ad milites. ob hoc solum se remanere ut de eorum virtute iudicaret: ne aut fortis quisque indonatus abiret. aut ignavus impunitus lateret: sed omnium spectator et testis ipse fieret. qui et ulciscendi et remunerandi dominus esset. Illos ergo ad aciem hora qua supra memoratum est dimisit. et ipse progressus ad spectacula de antonia quid fieret expectabat. Romani ergo non ut speraverant custodes somno oppressos invenerunt. sed excitatos cum clamore confestim manum conseruerunt. Primorum autem impetum romani excipiebant. qui autem illos sequerentur in agmen ipsorum incidebant. Vocis namque agnitione confusus partim clamor. oculorum singulis nox ademerat. cum preterea quosdam furor cecos. alios iracundia. alios timor efficeret: ideo obvium quemque sine discretione feriebant. Romanis autem scutorum coniunctione septis. et per globos prosilientibus: ignoratio minus nocebat. signi enim sui quisque meminerat. Iudei vero disiecti et temere impetus quoque recessus temere facientes. sepe inter se ymagine hostium alii aliis demonstrabant. cum recentes sui quisque per tenebras quasi romanum aggredientes exciperet. Denique plures a suis quam ab hostibus sauciati sunt. donec orto die visu iam pugna discerneret. et in acie stantes ordine sagittis atque ultionibus agerent. Neutri vero cedebant neque labore fatigabantur. Romani enim singillatim et multi simul in conspectu titi cesaris de virtute certabant. illum sibi munificum fore putantes. sin fortiter dimicasset: Iudeis autem et proprium cuique periculum et quod templo metuerent ministrabat audaciam. et quod symon et iohannes tyranni stantes hos rogarent. alios verberarent et ad pugnandum comminationibus incitarent. Comminus autem plerumque pugnatum est. sed cito et brevi momento prelium mutabant. Neutris enim post se fuge spacium vel persecutionis habebatur. Prout eorum autem eventum ex antonia tumultus erat et confidentes eos stare acclamantium. eratque velut quoddam belli theatrum. Nec enim titum et qui cum eo erant quicquam eorum que in pugna gerebantur latebat. Postremo nona hora noctis cepto prelio. v. diei hora dissolutum est. cum neutri eo loco quo pugnam ceperant certa fuga cessissent. Verum media victoria cum in ancipiti prelio reliquissent. romanorum plurimi nobiliter decertaverunt. Iudeorum autem parte ex sociis symonis iudas et symon. et ex ydumeis iacobus et symon. de iohannis sociis gesteus et alexander. 7

Atque romanorum reliqua manus die vii. subversis antonie fundamentis. latam viam usque ad templum composuit. Admotaque muro agmina. inde aggeres inchoabant. unum contra interioris templi angulum qui ad aquilonem occidentemque spectabat. alium contra exedram ad aquilonis partem inter duas portas. tertium contra porticum occidentalem exterioris templi. quartum ab aquilone. Cum magno tamen labore

ac miseriis opus perficiebat: cum materias ab centesimo stadio deportarent. Iudei autem insidiis ledebant eum ipsi quidem pre inueniendi facultate minime cauerent. iudei uero ipsa desperatione salutis audacia uterentur. Nonnulli uero equitum circatim ad ligna siue fenum colligendum exissent, et equos suos frenis exutos pasci in gramine sinerent: iudei prouectos erumpentes equos eorum abripiebant. Itaque cum id crebro fieret, cesar existimans quod erat uerum negligentia suorum magis quam iudeorum uirtute has rapinas contingere, et animaduersione ceteros ad equorum custodiam reuocare uolens: unum militem qui equum perdiderat morte dampnauit. Et eo metu equos suos ceteris conseruauit. Numquam uero eos postea in pascua dimittebant. sed tamquam nata his connexi ad necessitatem egrediebantur.

Romani quidem templum oppugnabant et aggeres erigebant. Altero autem die post eorum ascensum multi seditiosorum quibus rapine defecerant et eos fames urgebat congregati in presidia romanorum que contra eleonis monte collocata erant: circa xi. diei horam impetum fecerunt. Sperabant uero primo quidem inopinatos deinde quiescentes facile eos opprimere. Verum romani cognito illorum conatu de proximis celeriter collecti obstabant. Conflatio autem uehementi prelio multa hinc atque inde fortiter gesta sunt. cum romani preter fortitudinem bellandi et peritia confiderent. iudei uero immoderato impetu et effrenatis animis uterentur. Dux autem romanis pudor erat. iudeis necessitas. Nam a romanis turpissimum uidebatur amittere iudeos uelut laqueum irretitos. et iudei una spe salutis si murum castrorum perrumpere potuissent ferebantur. Ibi tunc ex ala equitum pedanius nomine iudeis in fugam uersis atque in ualle coactis eques in aduersum montem a latere incitato preueniens rapit unum ex hostibus fugam petentibus iuuenem et graue corpore et armis undique septum talo comprehensum. tantum se inclinauit equo currente. tantam in dextera et ceteri corporis et equestris peritia demonstrauit. Iste ergo tamquam aliquod munus rapuisset: captiuum ferens ad cesarem uenit. Titus autem uires eius qui ceperat admiratus. captiuum statim iussit supplicio affici. et ipse aggeres ut maturius fierent perurgebat. Iudei autem aduersis plus male cedentibus crescente paulatim bello et in templum serpente pernicie. sic in putrefacto corpore sola membra ne ultra procederent abscidebant. Porticus uero partem que ab aquilone in occidentem pertinens antonie iungebatur incensam. deinde ad xx. pene cubitos abruperunt. immisso sceleris incendio manibus propriis.

Biduo autem post: id est predicti mensis xx. et iiii. die romani porticum inflammarunt et usque ad xv. cubitum igne progresso. iudei similiter culmina abiciunt neque omnino recedentes et antonie continentia dirimentes. cum liceret eis et deberent incendium prohibere. Immisso uero igne cursum eius otiosi pro sua utilitate metiebantur. Circa templum numquam prelia cessauerunt. sed frequens paulatim contra se exercebatur bellum. Eisdem autem diebus quidam ex iudeis uir corpore breuis et uisu despicabilis tam genere quam aliis rebus uilissimus ionathas nomine progressus ad iohannis pontificis monumentum. cum alia multa superbe ad romanos locutus fuisset: eum quem fortissimum haberent ad singulare prelium prouocauit. At qui contra starent multi quidem dedignabantur et erant inter eos ut assolet et qui timerent. quosdam uero non inconsulta mouebat ratio cum mortis cupido non debere confligere. Nam qui de salute desperassent, eos neque cautos impetus neque deum habere placabilem. Cum autem diu nemo procederet, multaque iudeus eorum timiditati obiceret: erat inter romanos quidam arrogantissimus et superbus nomine pudens ex ala equitum. qui uerba et insolentia eius exosus et corporis breuitate despiciens. insultare ceteris prosiliuit. et commissa cum eo pugna superior fuit. sed a fortuna proditus est. Lapsum uero ionathas interfecit. dein pede super mortuum posito. leua scutum. dextraque cruentum gladium choruscabat. armisque cum fremitu concussis, exercitum et iacentem insultans spectantes romanos increpabat. donec eum tripudiantem et uana iactantem quidam presens centurio sagitta transfixit. Hoc facto et iudeorum et romanorum uarius clamor excitatus est. Ille autem dolore in uulnere torte super corpus hostis incubuit. belloque infelicitate ratione carente quam uelox ultio sequeretur ostendit.

Seditiosi uero templum tenentes aperte quidem et cotidie militibus in aggere positis repugnabant. Vicesimo autem vii. die predicti mensis iudei huiusmodi dolum excogitant. Occidentalis porticus spacium quod inter culmina et trabes erat uacuum. siluis aridis, atque sulfure ac bitumine repleuerunt. Deinde ueluti oppressi cedebant. Quare multi quidem temerarii fugientibus instabant. et in porticum ascendere scalis positis nitebantur. Qui uero prudentiores erant: nullam fuge causam iudeis fuisse cogitantes, locis firmi manebant. Verum porticum repletam his qui ascenderant igne incendunt iudei. Excitata autem undique subito flamma. romanos qui extra periculum starent ingens stupor inuasit. et desperatio quos incendium clauserat occupauit. Flammis autem circumdati semet ipsos in oppidum. alii uero in hostes precipitabant. et multi spe salutis desilientes in puteos illico debilitabantur. alios dum idem conarentur preueniebat incendium. alii ferro flammam preueniebant. et alios fugientes ignis plurimum peruagatus comburebat. Tito uero licet morientibus indignaretur quod iniussi porticum ascenderant: miseratio tamen eorum tetigit. Cumque nemo prohibere posset incendium. hec tamen sola consolatio erat pereuntibus: quod uidebant cum dolore quem pro ipsis habebat. Vociferans uero et ante alios prosiliens. et comites quasi auxilium ferre uellent cum non possent. et hoc illi cernentes uelut aliquod preclarissimum secum afferens moriebatur. Nonnulli tamen recepti in partem porticus latiorem. flammarum quidem periculum euaserunt. obsessi tamen a iudeis cum diu saucii restitissent postremo uniuersi occiderunt. Post omnes autem quidam iuuenis nomine longus. huic interfuit calamitati. et cuius singillatim digni essent memoria qui perierunt. omnium tamen fortissimus demonstratus est. Quem iudei quidem et corpore et animo fortem quasi fortis erat et quem interficere cupiebant, ad se ascendere promissa fide hortabantur. frater uero eius nomine cornelius ex altera parte ne gloriam suam romanorumque militiam dehonestaret orabat. Cui magis obtemperans sublato alte gladio utrisque agminibus cernentibus semet ipsum occidit. Artorius autem unus ex his quos incendium obsederat. hac calliditate seruatus est. Vocato uero clara uoce lucio quodam commilitone et contubernali suo. heredem inquit te relinquo domus patrimonii mei. si me cadentem exceperis. Cum autem ille prompto animo accurrisset: ipse quidem qui se in eum preceperat uixit. lucius uero qui cadentem exceperat pondere oppressus. et lapidibus solo allisus continuo mortuus est. Ea calamitas paulisper quidem romanis tristitiam comparauit. in posterum tamen cautiores effecit. et aduersus insidias iudeorum premonuit. Exusta est uero porticus usque ad turrim iohannis quam ipse edificauerat. Postero autem die romani quoque porticum que in borea fuerat usque ad orientalem partem totam incenderunt. contiguam angulo eius qui appellatur cedron, super ualle edificata. unde et profunda erat eius altitudo et horribilis. Circa templum igitur ita se res habuit.

Horum autem qui per ciuitatem fame corrumpebantur infinita multitudo moriebatur. Per dies namque singulos si usquam cibi apparuisset: bellum illico agebatur. et amicissimi inter se ad manus ueniebant. et fides penitus nec morientibus habebatur. sed et quos uiderent exspirare scrutabantur latrones. ne quis forte cibum sinu occultans quasi [illegible] moreretur. Ipsos autem spes egestate uicti hiantes uelut canes rapidos decipiebat. et impingentes in hostia tamquam ebrii ferebantur. Omnia ergo demum necessitas subigebat. et ea colligentes que muta animalia horrent: comedere patiebantur. Denique nec cingulis nec calciamentis abstinuerunt. coriaque scutis detracta mandebant. Quin et feni ueteris laciniamenta in cibum habebant. cuius non nulli exiguum pondus iiii. atticis uendebant. Et quid opus est famis improbitatem ex rebus anima carentibus demonstrare. Factum uero relaturus sum neque apud grecos neque apud barbaros cognitum. et dictu quidem horrendum, auditu uero incredibile. Itaque libenter hanc calamitatem intermitterem. ne mentiri me posteris hominibus estimarent: nisi testes multos haberem. et fortasse aliquam patrie referre gratiam parti ea differens quorum facta perpessa est.

Mulier quedam ex plebe transiordane habitantium nomine maria filia eleazari de uico bethazob quod significat domus ysopi genere ac diuitiis nobilis cum alia multitudine fugiens in hierosolymam incepta cum ceteris obsidebatur.

Huius alia quidem bona tyranni diripuerunt que secum in oppidum comportauerat, reliquias uero et alimenta irrumpentes in domum eius cotidie satellites auferebant. Grauiter autem mulier indignabatur. itaque sepissime raptoribus maledicens et imprecans eis contra se uehementer irritabat. cum neque iratus neque miserans eam quisque uellet interficere. sed uictum quidem parando aliis parabat. Undique autem adempta iam erat ei et reperiendi facultas. famesque uisceribus et medullis irrepserat. et plus eam iracundia quam fames succendebat. Igitur impetu animi ac necessitate impulsoribus aduersus naturam excitatur. raptoque filio quem lactentem habebat: miserum te ait infans. in bello et fame et seditione cui te seruabo? Apud romanos quidem et si superuixeris seruiturus es. fames autem preuenit seruitutem. hi uero seditiosi seuiores sunt. Esto ergo mihi cibus et seditiosis furia et humane uite fabula que sola deest calamitatibus iudeorum. Et hec simul dicens occidit filium coctumque medium comedit. ad opertum autem reliquum seruauit. Continuo autem aderant seditiosi. et contaminatissimo nidoris odore capti mortem ei statim nisi quod parasset ostenderet minabantur. Illa uero partem se bonam reseruasse respondens, ostendit filii reliquias. Illos autem confestim horror cepit atque clementia. uisuque ipso diriguerunt. At mulier: et hic inquit meus est uerus filius et factum meum. comedite. nam et ego comedi. Nolo sitis aut femina molliores. aut matre misericordiores. Quod si uos pietate colitis et mea sacrificia repudiatis: ego quidem comedi. reliquum etiam [illegible] nobis. Post hec illi trementes exierunt. ob hoc solum timidi. uixque hunc cibum matri concessere. Mox autem repleta est eo scelere ciuitas. et unusquisque ante oculos suos cladem illam proponens. tamquam hoc ipse admisisset horrebat. Ab omnibus autem quos fames urgebat properabatur ad mortem. et beati appellabantur qui prius quam id audirent sine conspectu interissent. Tito autem romanis nunciata est illa calamitas. eorumque alii non credebant: alii miserabantur. et multos uehementi eius gentis odium cepit.

Titus autem cesar super hoc deum placabat se quidem iudeis pacem obtulisse. usque libertatem proposuisse. omniumque obliuionem que quique commisissent. illos autem pro concordia seditionem. bellum pro pace. pro satietate atque opulentia famem optasse. et qui prius manibus templum quod ipse eis seruasset incendere cepissent. huiusmodi alimentis dignos esse. Verumtamen scelus huiusmodi nefandi inter ruinas sese patrie coopertum. neque relicturum in orbe terre ut sola inficiata ciuitate in qua matres sic uescerentur. At non matres autem patribus eiusmodi alimenta deberi. qui nec post huiusmodi cladem arma deponerent. Simul hec dicens desperationem hostium reputabat. nec eos iam sana mente [illegible]

Octauo autem die mensis augusti cum due legiones aggerem perfecissent ad exedram occidentalem templi exterioris. admoueri arietes iussit. Cum ante biduum autem sex quidem fortissimus erat aries parietem sine intermissione pulsando nichil omnino proficeret: magna structura lapidum superabat. uitonali porte fundamenta alii suffodiebant. multumque fatigati exteriores tantum lapides euoluere potuerunt. Ab interioribus uero porte sustinebantur. eaque diu mansere donec instrumentorum et uectium conatibus desperatis romani scalas porticibus applicarunt. Iudei uero subito cum eis congressi dimicabant. et alios quidem eiectos depellentes precipitabant. alios accedentes subsidio trucidabant. multos de scalis prosilientes prius quam se scutis obtegerent ferientes gladiis preueniebant. non nullas autem scalas armatorum plenas in latus declinantes deiciebant. unde romanorum non parua cedes sequebatur. Alii signis ablatis pro his decertabant. ablationem eorum magne turpitudinis esse dicentes. Postremo autem iudei et signis eorum potiuntur. et eos qui una cum his ascenderant interficiunt. et ceteri interitu clade perterriti descendebant. Titus autem cum uideret se iudeis damno suorum parcere. ignem portis subici iussit. Interea ad eum perfugiunt ananus symonis satelles crudelissimus. et archelaus filius madagari. ideo sperantes ueniam quod iudeos uictores reliquerant. Ille autem dicebat eos necessitate non uoluntate uenisse. et ideo nec salute dignos esse. incensa eorum tamen patria deserentes. Verumtamen iracundiam cohibuit fides. eosque dimisit. non tamen eo loco habendos ut honores quo priores cum fugas. Iam uero portis milites ignem admouerant. liquefactoque argento cito ligna flamma absumpserat. et proximas porticus corripuit. Iudeis uero circa se ignem uidentibus corpora simul animique conciderunt. et stupore attoniti adiuuare et extinguere nemo conatus est. sed stantes aspiciebant. Neque tamen his que igni absumebantur dolentes saltem ut cetera salua essent animum non colligebant. Illo ergo die et qui secutus est nocte crescebat incendium. paulatim uero nec simul undique inflammare porticus potuerunt.

Postero die tito precipiente militum iussit incendium restinguere. et per proxima porticus loca uiam sternere ut facilior agminibus esset ascensus. Rectores quoque ad se uocat. sexque precipuis collectis tyberio alexandro totius milicie prefecto. et sexto cereali quinte legionis prefecto. et largo lepido x. et titio frigi xv. et frontone ateruis magistro duarum legionum. et marco antonio iuliano procuratore iudee. pariter congregatis et tribunis et procuratoribus: consilium de templo proposuit. Aliis quidem uidebatur lege belli utendum esse. non nulli autem monebant ut si templum reliquissent iudei illud conseruandum esse suadebant. si uero id pugna obtinuissent ignibus esse consumendum. quia castellum iam uideretur esse non templum. et piaculum non ipse sed illi qui id fieri cogerent committerent. Tito autem placebat ut etsi pugna illud obtinuerint: se numquam tale opus incensurum. Iam uero romanorum fore hoc dampnum. sic ornamentum quoque fore imperii si maneret. Et tunc tertium concilium dimisit. iussitque militibus requiescere. et duabus ut in preuentu ualidiores essent. uiamque sternere per ruinas cohortibus imperat. ignemque restinguere. Illo ergo die iudeos labor timorque ab impetu continuit.

Postero autem die collectis uiribus et recepta fiducia per orientalem portam contra templi exteriores custodes secunda hora diei processerunt. Illi autem primam congressionem fortiter exceperunt. seque scutis a fronte murum acie condensa muniunt. Certum tamen erat eos non diu duraturos. quod et multitudine infestantium et animis uincerentur. Cesar autem priusquam uerterentur acies. nam pugnam ex antonia prospiciebat: cum electis equitibus uenit auxilio. Impetum uero eius non sustinuere iudei. sed primis interfectis plerique fugam petiuerunt. et cedentibus romanis recedentes instabant. Cum autem se illi uertissent. iudei iterum refugiebant. donec circa horam v. diei ui coacti interiore templo conclusi sunt. Titus autem discessit in antoniam decreto postera die mane cum omni exercitu templum obsidere. Sed id plane deus sententia iam dudum igne dampnauerat. euolutisque temporibus aderat fatalis dies qui erat x. mensis augusti. quo et prius a rege babiloniorum fuerat concrematum. Et tito paulisper tunc discessu seditiosi quieuissent. romanos rursus aggrediuntur et cum custodibus templi pugna commissa. iudeisque in fugam uersis usque ad templum consistere. Hic itaque tunc militum quidam non expectato cuiusquam edicto, neque tanti facinoris uerens. sed diuino quodam motu impetu a contubernali suo sustollitur. et exardente materia rapta igne inserit in fenestra aurea unde ambitu circum templum edificata de uitonali parte aditus erat. Flamma uero excitata iudeorum quidem calamitati dignus clamor exsurgit. et ad ulciscendum properabant. neque iam uite parcendum esse rati, neque uiribus temperandum. amisso templo cuius gratia cautissimi uidebantur. Mature autem hec quidam tito nunciat. Ille autem casu in tabernaculo quiescebat sicut a prelio redierat. et statim exsiliens templique curriculo petit prohibiturus incendium. omnesque post eum duces et agmina perterrita sequebantur. et clamor et tumultus erat tanto exercitu sine ordine concitato. Cesar autem uoce ac simul dextera pugnantibus signo dato ignem iubebat extingui. Sed neque uox eius exaudiebatur: quod aures eorum maior clamor obstrueret. nutuique dextere non attendebant: cum alios bellum. alios ira distraheret. Intercurrentium uero agminum impetus non precepta continebant. sed quo furor eos duceret sequebantur. At ipsos autem introitu obstrusi multi se inuicem conculcabant. Cum uero ad templum accessissent dira cesaris se non audire simulabant. sed precedentem quemque ut ignem immitterent hortabantur. Seditiosis autem iam subueniendi nulla spes erat. sed fuga et cedes omnia possidebat. Magna uero populi multitudo inualida et inermis ubicumque occupati fuerant interficiebantur. et circa aram ingens mortuorum numerus congregabatur. Per gradus uero templi sanguis multus profluebat. et eorum corpora qui

...super ceciderant dilabebantur.

Caesar autem cum uideret ubi neque impetum insanientium militum continere poterat, et flamma iam dominaretur, intro cum rectoribus ingressus sancta templi et quae in eis erant aspexit. Cum autem flamma nondum ex ulla parte ad interiora penetrasset, sed cellas quae circa templum erant depasceret, quod uerum erat existimans, salui ibi operis adhuc posse seruari, et ipse prosilit et milites rogare coepit ut ignem restinguerent, et Liberalem centarchum de stipatoribus suis fuste mulctare et inobedientes iussit arcere. Illorum autem furor, bellique impetus, Iudaeorumque odia, et Caesaris reuerentiam prohibentis metum superabant. Plerosque autem praedarum spes incitabat, suspicantes intus omnia plena esse pecunia, qui fores auro factas conspiciebant. Praeterea quidam militum ex his qui intrauerant, cum Caesar ad inhibendum prosiluit, ignem iam cardinibus portae subiecerat. Tunc subito per quosdam flammam candidam cucurrisse, et ignem intus apparuit, duces cum Caesare descendebant, et extra stantes succendere nemo prohibebat. Templum quidem hoc modo inuito Caesare incensum exuritur. Sed quis deflendum quam maxime templum quod hominum inuito Caesare exuritur? Sed quis deflendum quod multum hoc templum quod hominum ... opus omnium quae audiuimus aut uidimus maxime admirabile tam constructionis peritia quam magnitudinis, neque magnificentiae in singulis rebus et gloria quae de sanctis habebatur; maximum tamen ex facto capitur solacium, quod ut animalibus ita operibus locisque fatum sit ineuitabile. Mirabitur autem in eo et circuitu temporis fidem, nam et mensem et diem seruauit quo primum a Babyloniis templum erat incensum. A prima autem structione templi quam Salomon fecit usque ad hoc excidium quod euenit secundo anno Vespasiani, mille centum triginta colliguntur anni et VI menses ac dies XV. A posteriore uero quam secundo anno Cyri regis Aggeus prophetauit usque ad hoc excidium sunt anni sexcenti triginta noue ac dies XL. V.

Cum templum autem succenderetur et quodcumque inuenirent fortuitu uenisset rapiebatur, et caedes infinita erat deprehensorum, nec cuiusquam fuit aetatis miseratio aut reuerentia castitatis, sed pueri et senes, sacri ac profani simul interficiebantur, unaque supplices cum repugnantibus necabantur. Flamma autem ultra prodiens cum gemitu occubentium crepabat, et pro altitudine collis ardentisque operis magnitudine tota quasi crederet ardere ciuitatem. Illo autem clamore nihil maius nihil horribilius excogitari poterat. Nam et Romanorum agminum fremitus erat, et seditiosorum in igne clausorum clamor ingens tollebatur, et in colle constitutus et multitudo oppidi consonabat. Iam uero multi fame marcidi et in morte pene luminibus clausis, postquam ignem templi uiderunt, in questum in suis uires clamoremque receperunt. Resonabat autem et trans flumen regio et montes circumpositi, grauioremque impetum faciebant. Et erat cladibus tumultuum acrior. Nam colle in quo templum stabat euelli radicitus putares, ita undique belli plenus uidebatur, sanguisque igne largior erat, et omnis terra cadaueribus tegebatur, et super mortuorum corpora gradientes milites eos qui fugiebant sequebantur. Latronum autem multitudo in exteriore templum et in interiorem uiam euasit, et reliquus populus in exteriore porticu confugit. Sacerdotum autem nonnulli primum sedilibus suis quae ex plumbo facta erant auulsis in Romanos pro missilibus utebantur. Deinde cum nihil proficerent, ignisque in eos uomeretur, in pariete sedentes octo cubitus lato ibi manebant. Duo autem ex nobilibus, cum ad Romanos transeundo seruari possent, semet ipsos in ignem iecerunt, et cum templo cremati sunt, Meir filius Belge et Ioseph Dadeus. Romani autem frustra se edificiis circa templum parcere iudicabant, cum ipsum templum arderet, omnia simul incendunt, quaecumque ex porticibus reliqua erant, et portas omnes praeter unam ex parte orientali et alteram ex meridiana, quas et eas postea subuerterunt funditus, et insuper arculas quae gazophylacia uocant incendunt, in quibus magna uis pecuniae erat ac plurimum uestium aliaque substantia, et ut breuiter dicam in eorum omnis congesta pecunia. Confugerant autem in unam porticum quae restabat ex populo mulierculae et pueri et promiscua multitudo prope ad sex milia hominum. Sed priusquam de his Caesar quicquam decerneret uel ducibus imperaret, ira flagrantes milites porticum incendunt, hincque euenit ut alii cum se ex flamma praecipitarent morerentur, alios ipsa flamma corriperet, et ex tanto numero nemo seruatus est. His autem causa interitus fuit quidam pseudopropheta, qui eo die praedicauerat his qui erant in ciuitate quod deus eos iuberet in templum ascendere signum salutis accepturos. Multi autem tunc a tyrannis subornati prophetae populo denuntiabant ut expectarent auxilium dei, quo proprie minus profugerent. Cito autem in aduersis homini persuadetur. Quod si crescentium malorum liberationem quis fallens polliceatur, necessario qui eam patitur spei totus efficitur. Ita miserabilem populum callidi fallacesque prophetis, deumque calumniantibus credulus erat; certis uero prodigiis et futuram calamitatem pronuntiantibus neque attendebat animo neque credebant, sed uelut attoniti nec autem oculos habentes aut animas edicta dei spernebant. Nam ante excidium sydus stetit gladio simile super ciuitatem, et per annum perseuerauit cometes, et ante primum belli motum ad diem festum azymorum populo conueniente octauus autem dies erat aprilis mensis nona hora noctis circa aram et templum tantum lumen refulsit ut clarissimus dies esse putaretur, et hoc usque ad mediam permansit horam. Quod imperitis quidem augurium esse uidebatur, sacrorum uero peritis priusquam eueniret statim diiudicatum est.

Eodemque die festo et bos cum ad hostiam duceretur, agnum in medio fano peperit. Orientalis quoque porta interioris templi cum esset aenea atque grauissima et prope medie uix a XX hominibus clauderetur, serisque ferro uinctis obseraretur, pessulosque altos haberet in saxeum limen dimissos uno prorsus lapide fabricatum, uisa est noctis hora sexta sponte patescere. His autem per custodes templi magistratui nuntiatis, ascendentes uix eam clauserunt. Uerum et hoc ignaris optimum signum uidebatur, et deum bonorum sibi portam aperuisse dicebant. Prudentiores uero templi tutelam sponte sua dissolutam intelligebant, et hostium dominium esse portis apertis, et solitudinis portento illo significari intra se pronuntiabant. Post dies autem festos in diebus paucis XXI et primo die mensis maii larualis quaedam ymago uisa est fidem superans. Monstrum autem fortasse quod dicturus sum et his esse cognitum qui uiderunt, et quae secutae sunt clades digno prodigiis exitu fuerunt. Namque ante solis occasum uisi sunt per uniuersas regiones currus ferri uias et armatae acies transuolantes nubila, et ciuitatibus circumfusae. Festo autem die quem pentecosten uocant, nocte sacerdotes interius templum more suo ad diuinas res celebrandas ingressi, primum quidem quendam motum strepitumque senserunt, postea uero subitam uocem quae diceret: migremus hinc.

Quod autem his horribilius fuit, Iesus quidam filius Anani plebeius et rusticus quadriennio ante bellum in summa ciuitatis pace atque opulentia cum ad festum diem uenisset, quo tabernacula in honore dei exponi in templo a Iudaeis mos est, repente exclamare coepit: Uox ab oriente, uox ab occidente, uox a quattuor uentis, uox in Hierosolima et templum, uox in maritos nouos nouasque nuptas, uox in omnem hunc populum. Atque interdiu et noctu per omnes ciuitatis uicos clamitans circuibat. Nonnulli autem uirorum insignium ad usum omen indigne ferentes corripiunt hominem, multisque uerberibus affligunt. Ille autem neque pro se neque adeos qui se mulctabant secreto quicquam locutus, eadem quae prius uociferans perseuerabat. Magistratus autem ratus quod erat uerum maiore diuini hominis esse motum, ducunt eum ad Romanorum praefectum. Ubi plagis usque ad ossa laceratus neque supplex quicquam fuit neque lacrimauit, sed ut poterat se inclinans maxime flebili uoce ad singulos ictus respondebat: ue ue Hierosolimis. Albino autem interroganti, namque is erat praefectus, quis esset uel unde, aut cur ista diceret, nihil retulit. Non prius autem cessauit luctum conserere ciuitatis, donec eum Albinus furere iudicatum dimisit. Ille autem usque ad tempus belli neque adibat quemquam ciuium nec quemquam uidit, sed cottidie uelut orationem quandam meditatus ue ue Hierosolimis querebatur. Sed nec imprecatus est cuiquam cum in dies singulos mulctaretur, nec uictum afferentibus bene dicebat. Sola uero ei responsio ad omnes erat triste praesagium, et maxime diebus festis uociferabatur. Idque per annos VII et V menses continuos faciens, neque uoce raucior fuit neque laborauit, donec obsidionis tempore ipsa re prosperatus augmentum requieuit. Et super murum erat circuiens: iterum ue ue ciuitati et fano. Et

plena uoce maxima clamabat. Cum autem ad extremum addidisset: ue etiam mihi, lapis tormento missus eum statim perimit, animamque adhuc illa omina lugentem dimisit. Haec si quis reputet, profecto inueniet deum quidem hominibus consulere, modisque omnibus praemonstrare quae sint eorum generi salutaria, sed ipsos obdementia sua malis uoluntarius interire. Nam Iudaei post Antoniam captam quadratum fanum fecerant, cum in sacris libris scriptum haberent capta ciuitate et templum, si fanum IIII angulis esset effectum. Sed quod maxime eos ad bellum excitauerat, responsum erat ambiguum, quod inde in sacris libris inuentum habebant, quod eo tempore quidam esset ex eorum finibus orbis terrae habiturus imperium. Id et illi quasi proprium acceperunt, multique sapientes interpretatione decepti sunt. Hoc autem plane responso designabatur Vespasiani imperium, qui apud Iudaeam creatus est imperator. Sed et homines fatum uitare non possunt, etiam si praeuiderint. Nam Iudaei signorum quaedam pro sua libidine interpretati sunt, et alia contempserunt, donec patriae excidio suaque pernicie eorum iniquitas confutata est.

Romani quidem postquam seditiosi ad ciuitatem confugerunt, templo uero omnibusque circa locis ardentibus, signa sua in fano reposuerunt contra portam orientalem, ibique sacrificio celebrato cum maximis clamoribus declarant Titum imperatorem. Usque adeo uero praeda saciati sunt uniuersi milites, ut in Syria dimidio quam prius fuerat pretio pondus auri uenisset. Ex his autem sacerdotibus qui in templi pariete permanserant puer sitiens a Romanis custodibus pacem petebat, sitimque fatebatur. Sed ubi illi tam aetatis quam necessitatis miseratione permoti dexteram ei dederunt, et ipse bibit, et quam secum attulerat lagenam repletam sursum refugiens abiit ad suos. Cumque eum nullus de custodibus persequi ualeret, perfidiae ei maledicebant. Ille autem nihil se praeter placita fecisse dicebat, dexteram sibi datam non ut apud ipsos remaneret, sed ut tantum descenderet ac ut aquam acciperet; quod cum fecerit, in fide mansisse. Astutiam quidem maxime pro aetate pueri qui decepti fuerant mirabantur. Quinta uero die sacerdotes fame oppressi descendunt, et a custodibus ad Titum perducti ut salutem sibi concederet orabant. Ille autem ueniae tempus illis praeterisse, et templum iam periisse cuius gratia eos merito conseruasset, et decere sacerdotes cum templo interire, duci eos ad supplicium iubet. Et tyranni quidem Symon et Iohannes cum sociis quando bello undique tenebantur et nusquam fugere poterant, Titum ad colloquia prouocant. Ille autem pro humanitate naturali saltem oppidum seruare cupiens, amicis suadentibus in parte occidua templi exterioris constitit, et pons qui superiorem ciuitatem templo iungebat inter se et tyrannos et Titum erat medius. Multitudo autem utrique densi astabant, Iudaei quidem circa Iohannem et Symonem ueniae spe, Romani uero speculandi studio qualiter eos ille reciperet. Titus quidem edicto dato militibus ut iracundiam et sagittas continerent, adhibito interprete prior alloqui coepit. Estisne satiati tandem patriae malis o uiri, quibus necuncti nostra nec propria infirmitate inuenire ueniam, sed inconsulto impetu ac furore patriam populo ac templo ipsi quoque iniuste periistis? Qui a primo bellum contra Romanos incepistis, nec multitudine freti nec auxiliatorum fide. Et quae gens in imperio nostro libera Iudaeos pro Romanis adiuuaret? Itaque coecaria genuit humanitas uos contra Romanos excitauit, quae primum uobis gentiles reges imposuimus, deinde leges patrias seruauimus, et uiuere secundum propria uoluntate concessimus. Quodque maximum est, tributum capere dei nomine ac donaria colligere permisimus. Ergo tantis bonis diuitiarum satietate in eos quos uobis praestiterant erexistis, et more inmitium serpentium uirus blandientibus infudistis. Denique Nerone mortuo eum neglegentia contempsistis, et quod nequissimi solent fecistis, et existentibus uestris dissensionibus fiducia praesumpsistis, et me ac patre meo digressis ad Egyptum ad instruendum bellum et ad muros restaurandos tempus illud utile iudicastis. Neque puduit uos perturbare principes declaratos quos humanissimos fueratis experti. Iussus autem ego a meo patre cum mandatis oppidum ad ciuitatem uenire, laetabar cognito populum de pace sentire. Et cum alter sapientes uos inuenisse ad belloque paratos, ante pugnam uos rogabam desistere, et pugnantibus uobis aliquandiu pepercerim, sponte ad me uenientibus dexteras dedi, fidem seruaui, urgente bello uberibus omnium captiuis miserans uestris, et muri machinas admoui, et quaerens uictor tamen uos ad pacem constitutis prouocaui. Cum autem prope templum pugnando processissem, rursum belli leges oblitus parcere uos templis uestris orabam, templumque seruare dataque uobis exeundi copia ac fide salutis. Ita flammam spreuistis, templumque manibus uestris incendentes sceleratissimi nunc me ad colloquium prouocastis. Qua autem salute uos dignos iudicatis post templi excidium? Quin etiam nunc armati statis, et nec in extremis constituti simulastis. O miseri quae fiducia? Nonne exanimis tota estis? Cum plurimi perierint, iamque sabdita est ciuitas. In manibus autem meis habens animas uestras et tamen arbitramini mortem fortitudinis esse gloriam. Non contenda cum pertinacia praecessit autem armis traditisque corporibus, uitam uobis indulgeo, et sicut in priuata domo dominus iratus ulterius grauiora ceteram in seruo.

Ad haec illi respondent, fidem quidem se ab eo minime posse percipere, iurasse nunquam se esse facturos, exeundi uero permutationes quod murum sepserat cum coniugibus ac liberis facultatem petebant, ut cum his se in solitudinem, ipsisque oppidum relicturos. Titus autem uehementer iratus, quod in sorte captiuorum constituti uictorum sibi conditiones ponerent, iussit eis declarari uoce praeconis ne ultra ad se perfugerent, neue fidem sperarent, nulli enim esse parcendum. Cunctis autem uiribus dimicarent, et quatenus possent salutem sibi consulerent; iam enim se omnia iure belli facturum.

198. Militibus itaque diripiendi atque incendendi ciuitatem permisit, sed illo die nihil egerunt. Postero autem die archiuum et Acra et curia succenderunt, et usque terra crescebat ignis. Eodem die multi nobiles ex populo congregati Caesari ut fidem sibi daret supplicant. Ille autem quamuis omnibus natura esset mores tamen non mutauit, sed eos suscepit. Seditiosi autem perfecti ad domum regiam, et ibi conquisita res multi facultates suas deposuerant, Romanos hinc pellunt, et omnibus popularibus qui eo conuenerant prope ad octo milia et quadringentis occisis pecuniam omnem diripuerunt. Et uiuos duos milites Romanos ceperunt, unum equitem, alterum peditem. Et peditem quidem interfectum per omnem traxere ciuitatem, uelut uno corpore omnes Romanos ulciscerentur. Eques uero quasi ille quaedam his quae saluti forent suadere pollicitus, deducitur ad Symonem. Cumque ibi quod diceret nihil haberet, Ardalo cuidam ex ducibus interficiendum traditur. Is autem uinctis ei post tergum manibus in conspectu Romanorum decollandum produxit. Uerum cum ille dum gladium Iudaeus educeret ad Romanos effugit. Titus autem eundem equitem qui ab hostibus esset lapsus, non est quidem passus occidere, sed indignum esse Romano milite iudicans qui uiuus captus fuerat, ablatis ei armis a Romana militia repulit. Quae res prudentibus uiro grauior morte esse uidebatur.

Postero autem die Romani uersis in fugam ex inferiore ciuitate latronibus usque ad Syloa omnia igni tradiderunt. Rapinis autem carebant, quia latrones omnia depraedati fuerant. Erat itaque de latronibus malorum nulla paenitudo, et arrogantia tamquam in rebus secundis. Denique ardere ciuitatem laetis uultibus aspiciebant, et alacri uoto mortem se expectare dicebant, quod perempto populo, incenso templo, et flammante oppido, nihil esset hostibus relictum. Sed tamen Ioseph in extremis rebus eos pro reliquiis ciuitatis obsecrando laborabat, et multa in eorum crudelitate atque impietate locutus, pluraque pro salute adhortatus, nihil amplius quam elusus est, quia neque se tradere propter iusiurandum patiebantur, neque pugnare cum Romanis iam ex aequo poterant, uelut custodia circumuallati. Dissipati autem per ciuitatem prurinas laniabant, perfugere parantes, et multi capiebantur et interficiebantur, et corpora eorum canibus praebebant. Nullus autem in ciuitate locus uacuus erat, sed cuncta mortuos habebant, quos aut latrones aut fames consumpserat. Tyrannos autem fouebat spes ultima, fixa in cloacis, quod se minime posse inueniri arbitrabantur, et post Romanorum digressum prodire aut fugere co...

grababant. Idem plane illis erat somnium. Necati enim a Romanis fuerant tantum. Erant autem subterraneis fossis plures quam Romani cremabant, et qui ex muro dum fugientes in cuniculos descendissent, eos inprobe necabant et spoliabant. Quin et cibum si ubi repperissent cruentum sanguine rapientes devorabant. Erat autem illis iam inter se rapina tantum belli, eosque putaverim in excidio pervenisse nimia atque crudelitate mortuorum corpora gustare. Videns autem caesar fieri non posse praecipitiis sine aggeribus superiorem civitatem capere, in proprio loco undique distribuit milites in opus xx. die mensis augusti. Erat autem difficultas materiae perditorum difficilis, omnibus undique silvis ad exstructionem priorum aggerum excisis. Quattuor igitur legionum opus in occidentali parte civitatis contra regiam aulam erigitur. His autem diebus ydumeorum duces clam congregati cum filiis de sua traditione tractabant. Ille vero spem pacis, missisque ad titum v. viris ut dexteram sibi daret precabantur. Ille vero tyrannos cessuros ab ydumeis abstractis qui belli maxima pars videbatur, quibus ... tam polliceretur ut eos reciperet. Discessu autem parantibus symon persensit, ferro tam ... v. viros qui ad titum missi fuerant occidit. Duces vero ydumeorum quorum nobilissimus erat iosephus filius iacobi correptos in custodiam conicit. Nec multitudine ydumeorum abductis ducibus in custodia quid ageret nesciente sine custodia habebantur. Et in custodes perfugientibus obstantes diligentioribus in custodiis amplectebantur. Quos autem rursus Romani non patiebantur, et quamvis multa necarent, plures tamen erant qui fugerent. Quos autem suscipiebant a Romanis, quaecumque pro natali lenitate priora neglexerat, ipsique militem tantum et spe lucri et sacietate caedibus temperabant. Sola tamen plebe relicta aliud vulgus cum coniugibus ac liberis parvo pretio venundabant. Cum autem multi distraherentur, emptores pauci erant, ita tamen ut ante praeconis edixerat ne quis solus confugeret, ut eo modo familias suas secum educerent. Tamen aliquos apposuerat custodes ut eos ab aliis secernerent qui digni supplicio viderentur. Infinita igitur multitudo advenit et ex ipsis servata sunt plus quam xl milia quos rursus caesar quo cuique gratum erat dimisit. Isdem autem diebus sacerdotum aliquis nomine ihesus filius nebuthi accepta fide salutis a caesare, ut de sacris donariis quaedam traderet, egrediens tradit ex fano candelabra duo et mensas et crateras et pateras omnia ex auro solido et gravissimo facta. Tradidit et vela et pontificum indumenta cum gemmis et vasa multa sacrificiorum. Quin et custos sacrae pecuniae cognomine phineus nomine tunicas vestes et cingula sacerdotum ostendit, multaque purpurae et cocci quae ad usum cataractae sinaticae reposita servabant, cum quibus aliud cynnamum erat et cassiae pigmentorumque aliorum multitudo quibus commixtis deo in dies singulos adolebant. Tradita sunt autem ab eo et ex aliis opibus multa et sacra ornamenta non pauca, quorum gratia licet captivo transfuge tamen data est venia. Iam vero perfectis aggeribus die vii mensis septembris qui erant equites aggere xviii diebus, Romani machinas admovebant. Sediciosorum autem alii qui civitatem desperaverant muris relictis in arcem recedebant, alii se in cloacas dimittebant, multi vero dispositi ulciscebantur incessos qui arietes admovebant. Hos autem superabant multitudine ac virtute Romani quoque maxime et laeti incitatos atque iam debiles. Cum autem aliqua pars muri esset subruta, non nullaeque turres arietibus pulsatae cessissent, statim propugnatores eam diffugiunt. Timor et maior necessitate tyrannos invadit, et prius quam transgrederentur hostes torpore tenebantur, et ad fugiendum suspensi erant. Videres autem paulo ante superbos et factis impiis arrogantes ita nunc humiles esse ac tremere, ut miseranda esset quamquam in novissimis tanta mutatio. Conabantur tamen ut prorupto muro custodes pellerent et egrederentur. Cum vero quos antea fideles habuerant nusquam viderent, fugiebant quo quemque necessitas impulisset. Advenientes autem alii totum ab occidente murum subversum esse nuntiabant, alii subisse Romanos et in turribus esse affirmabant, et tamen fallente in ore prae sua dementia quaerebant ac veluti succisis nervis quo fugerent haesitabant. Unde maxime quis et virtutem dei perspexerit contra multos et fortunam Romanorum. Tyranni igitur semet ipsos cautione privarunt, ac sponte de turribus descendere, unde numquam nisi sola poterant fame capi. Romani autem qui tantum in minoribus muris laboraverant, eos nunc quos instrumentis non poterant fortuna ceperunt. Omnibus machinis tres turres validiores erant quas rex herodes fecerat. Relictis itaque his, vel quod vere erat nutu dei in his deprehensi esse sentirent, ad vallem ... ad syloam confugiunt. Romani vero cum aut paululum a metu respirassent, munitionem qua murus erat ... arcem ex ea parte petiverunt. Visi autem infirmiore audacia quam necessitate, iam et vires eorum metu et calamitas fregerant, a custodibus hinc pelluntur et per diversa in cloacas delitescunt. Romani autem muris potiti signa in turribus posuerunt et cum plausu atque laetitia victoriam cantu celebrabant, quod sine sanguine quam tamen non crediderant novissimum murum nacti fuissent, et quod nullo reluctante iudaeos perculsos mirabantur. In angustias autem viarum stricteis gladiis fusi quos cepissent interficiebant, domosque totas cum omnibus qui eo confugerant igni tradebant. Multas vero vastantes quas praedae causa penetrassent, et plenas mortuis tectas invenientes, horrendo aspectu attoniti egrediebantur. Unumquemque autem obvium caedentes figendo angusta viarum cadaveribus obstrinxerunt, totamque civitatem sanguine diluerunt, et occidentes quidem vespere desinebant, nocte autem crescebat ignis. Ardentibus autem hierosolimis illuxit dies octavus, tot clades cum obsideretur experta quae si bonis usa esset ex quo fuerat condita invidenda mansisset, et nulla alia re tantis infelicitatibus digna nisi quod tali progenie quae subversa est edidit. Ingressus autem titus magis civitatis tanta munimenta, ac certam causam miratus est, quas tyranni prae dementia deseruerant. Conspecta denique solida turrium altitudine atque magnitudine, singulorumque lapidum compagine singulorumque quantique paterent, vel quanti erigerentur, deo plane inquit adiuvante pugnavimus, et deus erat qui de turribus abstulit munitos iudaeos. Nam quid hominum manus et machinae contra istas valerent. Talia multa cum amicis colloquebatur. Quos vero a tyrannis vinctos in castellis repperit relaxavit. Cum autem alias turres civitatis everteret, istas tres turres fortunae suae monimentum reliquit, quia eos militantes his potentes fuisse, quas capere non potuissent. Quia ergo Romani in occidendo laborabant, et magna adhuc superstes erat multitudo, caesar quidem solos armatos et qui manum opponerent iubet interfici, et reliquam multitudinem salvam esse. Illi autem cum his quos occidi mandatum fuerat et senes ac debiles trucidabant. Iuvenes autem ac validiores in templi ambitu concluserunt. Caesar autem his custodes adhibuit unum ex libertis et amicis suis nomine frontonem, qui fortunam quam quisque meruisset decerneret. Ille igitur sediciosos omnes atque latrones cum alter ab alio indicaretur occidebat. Iuvenes autem electos ac formosos triumpho servabat. Ex residua vero multitudine vii. et x. milia maiores annis vinctos mittit ad egyptum operibus deputandos, plurimos quoque per provincias titus dono tribuit in spectaculis ferro et bestiis consumendos. Qui vero infra sextum et decimum annum aetatis erant vendiderunt. Hisdem autem diebus quibus rei secernebantur a frontone mortui sunt fame xii. milia, quibus partim odio custodum cibus non praebebatur, partim quod ipsi victus fastidio tenebantur. Erat vero pro multitudine hominum frumenti penuria. Et captivorum quidem omnium numerus qui toto bello comprehensi sunt lxxx. et iiii. milia fuerunt. Hostium vero per omne tempus obsidionis decies c. milia. Horum plerique non ex indigenis erant sed a totis regionibus ad azymorum diem festum congregati, subito a Romanis bello circumfusi sunt, ut primo quidem illis pestifera lues ex loci angustia nasceretur, deinde celerius fames. Quod autem capere tantos homines civitas, certum erat ex his quae sub cestio contigerunt. Cum numerum vero iuvenum civitatis cupiens neroni caesari significare multitudine nationis a pontificibus petierat ut si quo modo possent multitudinem numerarent. Illi autem cum dies festus adesset qui pascha vocatur quando a nona hora usque ad xi. hostias caedunt, per singulas vero quasi contubernia non pauciorum quam x. hominum fiunt. Solis enim epulari non licet, cum multi etiam viceni conveniant. Hostiarum igitur cc. et l. et vi. milia et quingentas numeraverunt. Fiunt autem ut denos epulatores per singulas hostias imputem, et fiunt vicies centena milia quingenta milia, lx. milia, et v. milia, omnes sancti et puri. Nec enim leprosis sive uliginosis aut seminis fluentibus quos gonorriticos vocant, neque mulieribus menstruo sanguine pollutis, neque aliis inquinatis

participare sacrificii primum licet, sed nec alienigenis quidem nisi qui religionis causa venissent. Magna igitur haec multitudo congregata est veluti in carcere tota gens fato conclusa est, et farta hominibus civitas bello obsidebatur. Itaque superat omnem humanam et divinitus emissam pestem numerus peremptorum, quos partim palam occiderunt, partim ceperunt Romani. Rimantes enim cloacas et sepulchra eruentes quos offendissent occidebant. Inventi sunt autem ibi quoque plus quam duo milia quorum alii manu sua, plures autem mutuis se vulneribus interfecerunt, cum fames alios corripuisset. Saevus autem odor corporum intrantibus occurrebat, adeo ut statim multi recederent. Alii autem cadaverum calcantes pecunias investigabant. Multae namque opes in cuniculis inveniebantur. Subducebant quoque multa quae tyranni invexerant, nec enim vel in extremis ad crudelitatem cessaverant. Victus est autem utrique deus: iohannes, qui fame cum fratribus in cloacis quam saepe despexerat a Romanis dextera sibi dari sed precatus est, symon vero multa cum necessitate luctatus sicut superius designavimus sese dedidit. Servatus est autem ad triumphum symon, iohannes vero damnatus perpetuis vinculis. Romani igitur extremas oppidi partes incendunt, muros quoque subruunt. Itaque hierosolima capta est secundo anno principatus vespasiani viii. die mensis septembris. Quinquies autem prius capta et totiens vastata est. Primus rex egyptiorum sesach, et post eum antiochus epiphanes, et pompeius, et post hos cum herodes et sossius captum oppidum servaverunt, et antea rex babiloniorum eo potitus excidit. Primus autem conditor eius fuerat chananeorum potentissimus qui patria lingua iustus rex appellatus est. Erat quippe talis, idoque et sacerdotium primum deo exhibuit et fano primum aedificato hierosolima civitatem vocavit, cum antea solima vocaretur. Chananeorum quidem populo rex iudeorum david pulso colendam iudeis dedit, et post annos lx. vii. an... et mensibus vi. post hanc a babiloniis eversa est. A rege autem david qui primus iudeus in ea regnavit usque ad id quod titus fecit excidium anni sunt mille c. lxx. vii. Sed neque antiquitas neque divitiae ingentes neque per totum orbem terrae diffusa notitia neque magna religionis gloria quicquam iuvit quominus periret. Talis igitur finis obsidionis hierosolimorum fuit. Ut vero quos occideret quive raperent non habebant Romani, et iram ad omnia deerat, iubet eos caesar totam funditus iam et civitatem et templum, relictis turribus quae prae ceteris eminebant quas herodes ob memoriam karorum fecerat et iisdem nominibus appellaverat fasaelo et hyppico et mariamme murique tantum quantum civitatem ab occidente cingebat tamquam castrorum custodiae relinquendis, turres autem ut posteris indicarent quale civitatem quamve munitissimam Romanorum virtus obtinuisset. Aliud vero totum ambitum civitatis ita complanaverunt ut qui ad eum accessissent aliquando habitatam esse vix crederent. Hic quidem finis eorum dementiae qui novas res movere temptaverunt hierosolimis fuit clarissimae civitatis et apud omnes homines praedicatissimae. Caesar autem ibi praesidio reliquit x. legionem et non nullas alas equitum ac peditum cuneos. Omnibus autem belli partibus administratis laudare cupiebat universum exercitum pro bene et fortiter gestis, et debita viris fortibus premia persolvere. Composito autem in medio magno tribunali stans in eo cum procerum eminentissimus, unde ab omni militia posset audiri, magnas illis habere se gratias pro benivolentia qua erga se utendo perseverassent. Laudabat et quod per tota bella morigeri fuissent, quin pariter ut fortitudine in multis magnisque periculis monstrassent, patriae amplificantes imperium, omnibus quoque hominibus planum facientes quod neque hostium multitudo neque munitiones regionum neque magnitudines civitatum vel audacia inconsulta et immanitates efferae adversariorum umquam possunt Romanorum effugere virtutem, quamvis in multis rebus aliqui opitulante fortuna habuerint. Bonum esse igitur inquit tantum bello finem imposuisse quod multo tempore gestum est. Mirari autem se aiit eos ac diligere omnes quia nemo viribus alacritate hunc tardiorem se ... illis tamen qui pro maiore vi clarius decertassent, vitamque suam cum decorassent fortibus factis et militiam suam rebus bene gestis nobiliorem fecissent dixit se et honores et praemia redditurum, nec ullum eorum qui plus alio laborare voluisset iusta mercede cariturum, magnaque sibi huius rei fore diligentiam quod magis vellet honorare virtutes eorum quam punire peccata. Confestim igitur iussit eos quibus hoc erat commissum iudicare quicumque facerent forte aliquid in bello fecisse, et nominatim singulos appellans praesentes collaudabat et coronas eis aureas imponebat et torques longasque hastas et signa ex argento facta donabat, et unicuique ordinem immutabat. Aliis vero ex manubiis aurum atque argentum vestesque aliaque praeda large distribuebat. Omnibus autem ita donatis ut se quisque meritum praebuerat, votisque cum universo exercitu factis, magno favore descendit. Vertitque se ad sacra celebranda pro victoria, magnaque astante boum multitudine circum aras omnes immolatos exercitui dedit ad epulas. Et ipse cum honoratis praediis laetitia refectus militibus et aliis quocumque placeret dimisit. Duas autem legiones sibi obsequentes esse dixit, v. et x. donec ad egyptum perveniret, et ceteros ut quisque voluit ad propria dimisit. Deinde vero ad maritimam caesaream cum exercitu descendisset, in ea manubiarum repositum multitudinem captivosque ibi asservari iussit, quia ad italiam navigare tempus hyemis prohibebat. Ex caesarea autem maritima venit in caesaream quae philippi vocatur, admodumque ibi commorabatur celebrans omne genus spectaculorum. Multique ibi captivorum consumpti sunt, alii bestiis obiecti, alii coacti invicem more hostium inter se pugnantes. Titus autem comperit symonem tyrannum gioreae filium hic modo esse comprehensum. Iste symon cum hierosolimam obsideret in superiore civitate erat, postquam moenia Romani omnia vastare ceperunt, fidissimus amicorum ascitis et lapidariis cum ferramentis eorum operi necessariis et alimentis quae multis diebus sufficerent, una cum illis omnibus in aliquam occultiorem cloacam sese dimittit, et qua fossa patebat progrediebantur. Ubi vero soliditas obstitisset, eam suffodiebant sperantes se ibi posse servari. Sed hac expectatione vera non esse rei periculum refellebat. Vix enim paululum fossores processerat, itaque alimenta quamvis parce his uterentur deficiebant. Symon autem veluti stupore posset Romanos fallere albis tunicis induxit atque fibula ac clamide purpurea induitur in eo loco ubi templum antea fuerat apparuit. Primo autem obstupuere qui eum videbant, suisque locis manebant. Deinde ipsi circa accessissent quis esset percontati sunt. Symon autem nec his dicebat et iubebat ad se ducem vocari. Statimque accersitus ab his qui ad eum concurrerunt, ut terentius rufus namque is rector militiae relictus erat. Qui cum ab eo veritatem cognovisset ipsum quidem vinctum custodiebat, et tito caesari quemadmodum comprehensus esset indicavit. Symonem igitur in ultionem crudelitatis quam in cives suos fuerat operatus in potestatem hostium redactum deus posuit. Non enim potest ira dei effugere nequitia hominum nec invalida res est iusticia, sed quando sui temeratores ulciscitur et graviore poena ingerit criminosis cum iam se liberatos esse crediderint, eo quod non statim luere commissa. Ascensus autem symonis de terra magna alia multitudine sediciosorum his diebus fecit in cloacis deprehendi. Caesar autem maritimam caesaream reverso, symon vinctus oblatus est, et illum quidem triumpho quem Romae acturus erat servari iussit. Ibi autem morante fratris sui domitiani natalem diem clarissime celebrabat, multam partem damnationis iudeorum honori eius attribuens. Numerus autem eorum qui partim bestiis depugnare, et qui ignibus cremati sunt, et qui inter se digladiantes perierunt duo milia quingentos excessit. Omnia tamen Romanis videbantur haec tam mille modis victi consumerentur minora esse supplicia. Postea titus caesar berythum venit. Haec autem civitas est fenicis provinciae colonia Romanorum. In hac quoque diutius commoratus est maiore usus claritudine ornavit natale patris die cum magnificentia spectaculorum, et quae suprascriptis aliis excogitatis, cum etiam captivorum multitudo eodem quo antea modo periret. Evenit autem per idem tempus iudeos qui apud antiochiam erant acerba pericula pati, cum tam civitas antiochensibus ipsis quidem criminationes quae fuerant paulo ante commissae, iudeorumque gens inter totius orbis indigenas assumata precipue apud antiochiam ipsa permixta erat propter magnitudinem civitatis. Quo tempore autem bellum contra iudeos fuerat declaratum et vespasianus navigio in syriam esset delatus, odium iudeorum apud omnes pullulabat. Unus autem ex eis antiochus nomine princeps antiochensium cum populus contionaretur in theatro, progressus in medium insimulabat iudeos quod una nocte totam civitatem incendere statuissent, et quosdam immediate peregrinos quasi qui hoc fecisse debuerant. His auditis populus iram cohibere non poterat, sed statim eos qui accusati fuerant in theatro cremari iussit, in multitudinem vero iudeorum properabant irruere. Antiochus autem ...

iudeorum odisset, consilio cum antiochensibus inito, iussit iudeos paganorum ritu sacrificare, reuincendo etiam manifestos eos fore insidiatores ciuitatis. Hinc autem pauci quidem consenserunt; alii qui noluerunt perempti sunt. Antiochus autem fretus militibus suis, neque eos die septimo ab opere cessare permittens, sed omnia cogens facere que diebus aliis facerent. Itaque ualida necessitate imposuerunt solum apud antiochiam ut septimum diem feriis soluerent, sed et in aliis ciuitatibus ad breue tempus similiter fecit.

Titus autem cesar a patre sibi allato nuncio quod uniuersis italie ciuitatibus desiderabilis uenisset, maxime uero quod eum urbs roma cum summa alacritate et claritudine suscepisset, in maxima leticia constitutus est. Vespasianum etiam patrem eius nunciato quod in iudea a militibus esset ad imperium electus, omnes in italia constituti uelut presentem colebant, et uenire eum cupiebant. Pre cuius aduentum choros ducentes et nimia exaltati tincti beniuolentia. Nam et senatus memor calamitatum quas in mutatione principum exegissent, optabant eum imperatorem suscipere per senectutis honore et bellorum maturitate decoratum, sperantes se per eum a calamitatibus absolutum iri, et antiquam libertatem cum opulentia recepturum. Precipue quoque pars militaris ad eum respiciebat. Hi etiam maxime bellorum per eum factorum nouerant magnitudinem, imperitia atque ignauia aliorum ducum experti, et magna se turpitudine optabant liberari, et eum qui se et seruare et honestare solus posset recipere precabantur. Cum uero hac beniuolentia diligeretur ab omnibus, quibus dam pre nimiis uiris ulterius expectare intolerabile uidebatur, et eum quam longissime ab urbe roma conuenire et occurrere anteponebant. Simul autem pene omnes in occursum eius egrediebantur, et uniuersis facilius et promptius ire quam remanere uidebatur, et erant pauciores abeuntibus remanentes. Vbi uero eum appropinquare nunciatum est, et quam mansuete singulos qui processerant suscepisset indicauerunt, omnis iam reliqua multitudo per uias cum coniugibus ac liberis prestolabatur, et quo transiens adueniret, uidendi eius uoluntate uultusque lenitate, omnium generum uocibus prosequebantur bene meritum et salutis datorem, solumque eum dignum romanum principem appellantes. Tota autem ciuitas romana uelut templum erat sertis atque odoribus plena. Cum autem uix pre circumstantium multitudine in palatium uenisset, penatibus diis aduentus sui gratulatoria sacra celebrabat. Vertere autem se tunc ad epulas et per tribus et per generationes et uicinias conuiuia exercebant, deoque libant et ab eo precabantur ipsum uespasianum quam plurimum temporis in romano imperio perseuerare, et filios eius et qui ex eis nascerentur seruare inexpugnabilem principatum. Vrbs quidem romana uespasiano iam suscepto statim maxima felicitate crescebat.

Ante uero tempora cum uespasianus apud alexandriam esset, titus uero hierosolimam obsideret, magna pars germanorum ad defectionem mota est, quibus et galatarum proximi magna spe consulerant, quod et romanorum dominio liberarentur. Germanos autem ad hos motus primum sustulit natura bonis consiliis uacua, paruaque spe semper appetens pericula, deinde odium principum romanorum, quoniam soli sciunt per se totius gentem suam ui coactam seruire romanis. Nec non et maximam tempus fiduciam dedit. Nam cum uiderent romanum imperium crebris imperatorum mutationibus intestina seditione turbari, et orbem terre eis subditum pendere ac nutare cognoscerent, hoc sibi optimum tempus ex illorum aduersis rebus atque discordiis oblatum esse putauerunt. Id autem consilium eis dabant quidam classicus et ballis inter eos potentissimi qui olim quidem nouas res cupiebant et tempus sua sententia prodiderunt. Verum germanis iam se ad rebellandum romanis armantibus, ueluti diuina quadam prudentia uespasianus ad petilium cerealem qui pridem germaniam rexerat litteras mittit, quibus eum consulem declarauit, iussitque ad britannias administrandas proficisci. Ille quoque quo iussu fuerat abiciens, audita rebellatione germanorum, eos iam congregatos inuadit, ordinataque acie de eis magnum numerum in conflictu peremit, et iterum ad subiectionem eos coegit. Sed quamuis ille hanc ultionem cito intulisset, tamen non multo post erat supplicia luiturus. Nam ut primum rebellationis eorum nuncius rome allatus est, domitianus filius uespasiani frater titi hoc audito, non sicut alter aliquis fortasse in tali etate fecisset, qui tanta rei magnitudine expauisset; nam uero adhuc adolescens erat, sed a patre huius ingenita fortitudine et super etatem exercitatus, illico tendebat in germanos. Illi autem expeditionis fama perculsi, ei se subdiderunt, lucrum hoc existimare maximum nacti, ut sine ulla clade pristino iugo subicerentur. Omnibus

Cum ergo circa galathiam ut oportuit ordinatis, ne res unquam facile turbarentur, domitianus clarus atque insignis factis etatem superantibus et patre decentibus romam rediit.

Vnum super dictam uero germanorum audaciam hisdem diebus scitharum concreuit rebellio, qui et appellantur scithe sarmate. Maxima etiam ex eis multitudo clam transgressi flumen hystrum, uiolento atque seuissimo impetu inopinatum imperium multos romanorum quos in presidiis inuenerunt interficiunt, et consularem uirum senatorem fonteium agrippam qui fortiter eis obuiam pugnauerat occidit; proximasque regiones totas periciendo et incendendo peruagabatur. Vespasianus autem hac uastitate cognita, rubrium gallum dirigit penas sarmatis inpositurum. A quo multi quidem in preliis trucidati sunt, qui uero euaserunt cum timore domum refugerunt. Hoc autem bello magister militum definito, et futuri temporis cautioni consuluit. Pluribus etiam et maioribus presidiis loca circumdedit, ut omnino barbaris esset impossibilis transitus. In mesia ergo bellum ea celeritate definitum est.

199.

Cesar uero titus a berytho reuersus, et per omnes quas adibat syrie ciuitates magnificentissima spectacula celebrans, iudeorum captiuis ad ostentationem cladis eorum abutebatur. Conspicit autem in itinere naturam fluminis cognitione dignissimam. Hic autem fluit medius inter arcas et rafaneas agrippe regni ciuitates. Habet etiam quoddam peculiare miraculum. Nam cum sit quando fluit plurimus est, neque meatu segnis, et tamen inter post sex diebus a fontibus deficiens siccum exhibet locum uidere. Deinde quasi nulla mutatione facta septimo die similiter exoritur, atque hoc ordine semper pro certo eum obseruare compertum est. Vnde et sabbaticus appellatus est, a sacro iudeorum septimo die sic nominatus.

Ciuitas autem antiocensium populus quoniam titum aduentare cognouit, manere quidem intra menia pre gaudio non paciebatur. Omnes autem obuiam ei pergere properabant usque ad xxx. et eo amplius stadium progressi, non modo uiri sed et femine cum pueris expectabant. Et cum appropinquantem uidissent, ex utroque uie latere stantes dextras cum salutatione tendebant, multisque fauoribus exultantes cum ipso in ciuitatem reuertebantur. Crebro autem inter omnes alias laudes precabantur ut iudeos expelleret de ciuitate. Titus autem nichil eorum precibus indulsit, sed ociose que dicebant audiebat. Iudei uero magno et anxio metu tenebantur, incerti quid sentiret titus, quidue facturus esset. Titus autem ab antiochia continuo ad zeuma eufraten uersus iter continuo tendit. Quo nuncii et a rege parthorum uenerunt auream efferentes coronam quod iudeos uicisset. Eaque suscepta et conuiuium nunciis exhibuit, atque inde antiochiam remeauit. Curia autem et populo antiocensi multum petentibus ut in theatrum ueniret, ubi omnis eum multitudo prestolabatur, humanissime paruit. Rursus autem eis fortiter instantibus et crebro postulantibus expelli iudeos de ciuitate, ingeniose respondit, patriam eorum dicens iam penitus euersam, nullum locum iam habere in quem possent refugere. Vnde antiocenses ad aliam petitionem sese contulerunt, et precabantur eneas tabulas eum eximere quibus inscripta erant priuilegia iudeorum. Sed nec hoc titus annuit, et in eodem statu relictis que habebant iudei apud antiochiam ad egyptum inde discessit.

Agens autem iter cum ad hierosolimam uenisset, et eius solitudinem que nunc tenebat antique ciuitatis claritudini compararet, destructorumque operum magnitudinem et ueterem pulchritudinem recordaretur, miserabatur excidium ciuitatis, non sicut alii fecissent exultans quod talem ac tantam funditus excidisset ciuitatem. Ex magnis etiam ei diuitiis non minima pars in ruinis adhuc inueniebatur. Quedam etiam eruebant romani, plura uero captiuis indicantibus auferebant, aurum atque argentum aliaque instrumenta preciosissima que iudei propter incertam belli fortunam terre condiderunt.

Titus autem proposito iter ad egyptum tendens, emensa uelocitate solitudine peruenit alexandriam. Et cum uellet ad italiam nauigare, duas legiones que eum comitabantur utraque unde uenerant remisit, quintam in mesiam, xv. uero in pannoniam. Captiuorum autem duces symonem et iohannem et alios numero septingentos uiros electos tam magnitudine corporum quam pulchritudine prestantes illico ad italiam properare precepit, cupiens eos in triumpho producere. Peracta uero nauigatione simili uoto romana ciuitas erat affecta, et eosdem excessus ei exhibuit quos patri. Claritudini uero tito pater addidit quod uenit obuiam eumque suscepit. Multitudini autem ciuium diuinam quandam leticiam suggerebat quod uidebant in unum tres cesares conuenisse, uespasianum, titum, et domitianum.

Non multis autem diebus post commune triumphum ob res gestas agere statuerunt, quamuis utrique scilicet patri et filio senatus proprium diem decreuisset. Predicto autem die quo futura erat pompa uictorie, nemo ex tanta infinita ciuitatis multitudine domi remansit. Omnes autem cum processissent loca ubi tantum stare possent peruenerant, quantum spectandi modus sufficeret imperatoribus concesso necessario transitu. Cuncta uero parte militari ante lucem per turmas atque ordines progressa cum rectoribus suis et circa ostia constituta superioris templi. Ibi etiam principes nocte illa requiescebant. Prima iam aurora incipiente procedit uespasianus et titus lauro quidem coronati, amictu uero patria ueste purpurea, et ad octauianas ambulationes transeunt. Ibi etiam senatus et ducum proceres et honorati equites eorum prestolabantur aduentum. Tribunal autem ante porticum factum erat, selleque in eo eburnee preparate. Quo cum ascendissent, consederunt. Statimque eos militaris fauor excepit, multas uirtutum testimoniis predicans. Imperatores autem inermes erant in ueste serica laureis coronati. Perceptis autem laudibus eorum uespasianus cum dicere adhuc uellet, silentii signum dedit, magnaque omnium quiete facta surrexit, et amictu magnam partem capitis adoperiens sollempnia uota celebrauit, titusque item fecit. Perfectis autem uotis uespasianus in commune omnes breuiter est allocutus. Milites quoque ad prandium quod hiis ex more ab imperatore parari solet dimittit. Ipse uero ad portam procedit que ab eo quod per illam semper triumphorum pompa ducitur nomen recepit. Ibi et cibum primi capiebant, et triumphalibus uestibus amicti, diis ad portam collocatis, cesa hostia inter spectacula transeuntes triumphum ducebant, ac ut multitudini facilior preberetur aspectus. Pro merito autem narrari multitudo illorum spectaculorum magnificentia non potest in omnibus que quisque excogitauerat uel artium factis uel diuitiarum opibus uel nature nouitate. Nam pene quecumque hominibus qui usquam sunt fortunatis, et que aliis sunt miranda atque magnifica, hec uniuersa illa die romani imperii magnitudinem probauerunt. Etenim argenti aurique nec non et eboris in omni specierum genere siue operum multitudine non ut in pompa ferre cerneres, sed si quis dixerit omnia fluere. Et alias quidem uestes ex rarissimi generis purpura portari, et alias diligentissima pictura uariatas arte babilonica. Gemme quoque clarissime et tam multe alie coronis aureis, alie speciebus aliis formate incluse traducte sunt, ut appareret frustra nos eorum usque uerum esse aliquid suspicari. Ferebantur quoque simulachrorum sigilla que illi deos habebant magnitudine mirabili et arte non defunctorie facta, horumque nichil non ex preciosa materia. Quin et animalium diuersa genera producebant propriis ornatibus induta. Erat autem et hic qui hec portabant magna hominum multitudo purpureis uestibus atque auratis ornata. Ipsi et qui pompe fuerant alia turba discreti precipua et mirabili ornatuum magnificentia culti erant. Insuper his ne captiuorum quidem uulgus inornatum uideres, sed uarietas et pulchritudo uestium natam ex fatigatione corporum deformitatem oculis subtrahebat. Maxime autem stupor erat machinarum que portabantur siue pegmatum fabricatio, pre cuius magnitudine timendum uiribus portantium occurrendum putabant. Multa etiam in eis tertium nidum quoque surgebant, et magnificentia fabrice cum admiratione delectabat. Multis aurata ueste circumdatis, cum aurum preciosa factum atque ebur omnibus esset affixum. Multis autem imitationibus bellum aliter in alia diuisum, certa sui facie demonstrabat. Erat etiam cernere uastari terram fortunatissimam, et totas interfici acies hostium, aliosque fugere, alios captiuos duci, murosque excellentes magnitudine machinis dirui, et castellorum excindi munimina, et populosarum ciuitatum menia disturbari, exercitum intra muros diffundi, cedisque omnia loca plena, et eorum qui manu resistere non poterant preces, ignemque templis immissum, edificiaque super dominos. Et post multa uastatione et eufonis atque amnis constituta defluentis non in arua culta neque ad hominum uel pecorum potum, sed per terram ex omni parte flagrantem. Hec etiam iudei bello esse passos ipsi expressi sunt. Ars autem et effectorum operum magnitudo nescientibus adhuc fieri tamquam presentibus ostendebant. Erat etiam per singula pegmata capte ciuitatis dux, ita ut captus fuerat ordinatus. Multe autem naues sequebantur. Spolia uero alia quidem passim ferebant. Eminebant autem duces eorum que apud hierosolima in templo reperta sunt, mensa aurea ponderis talenti magni, et candelabrum similiter quidem auro factum sed opere commutato ab usus nostri consuetudine. Nam media quidem columna basi herebat. Tenues autem ab eo cannule producebantur, formate ad similitudinem fuscine, et summe queque in lichni speciem fabricate. Erant autem numero vii. septimi diei qui apud nos colitur indicantes honorem. Post hec autem portabatur lex iudeorum nouissima spoliorum. Deinde transiebant plurimi uictorie simulachra portantes, omnia ex auro et ebore facta. Domitianus autem filius uespasiani adequitabat, ipse quoque ornatus pulcherrime, dignumque spectaculo exhibens equum. Pompe autem finis fuit capitolini iouis templum. Quo postquam uentum est, constiterunt. Erat autem uetus mos patrius expectari donec ducis hostium mortem quispiam nunciaret. Dux autem hostium erat symon tyrannus, tunc inter captiuos in pompa traductus. Laqueo uero circumdatus per publicum trahebatur, ut simul eum necarent qui ducebant. Lex autem romanis est ibi necare conuictos morte dampnatos. Postquam ergo eius finem uite habere nunciatum est, omniumque fauor secutus est, tunc hostias inchoarunt. Hisque sollempnia celebrantes in palatium recesserunt, et alios quidem ipsi epulis exceperunt, aliis autem omnibus instructi erant domi conuiuiorum apparatus. Hunc etiam diem urbs romana celebrabat uictorie quidem in hostes gratulatorium, finem uero malorum ciuilium, et spei bone per felicitatem principum.

Post triumphos uero et romani imperii firmissimum statum uespasianus pacis templum edificare decreuit. Id autem templum mira celeritate et que hominum cogitationem superaret effectum est. Magna etiam diuitiarum largitate usus, insuper factis id picture ac figmentorum opibus exornauit. Omnia namque in illud fanum collecta sunt ac deposita, quorum uisendorum studio prius toto orbe quam apud nos fuerunt uagabantur, qui aliud apud nos situm esset uidere cupientes. In hoc autem fano reposuit et que iudeorum fuerant instrumenta. Legem uero eorum et penetralium uela purpurea in palatio condita seruari precepit.

In iudeam uero legatus missus lucilius bassus suscepto a cereali uitelliano magistro militum, castellum herodium cum incolentibus sibi sociauit. Post autem ubi manu militari collecta, cum legione decima bellum macherunti inferre statuit. Valde etiam necessarium uidebatur id excindi castellum, ne multos sui munimine ad defectionem inuitaret. Nam et saluti suis habitantibus certam et aggredientibus hesitationem atque formidinem naturali loci prestare maxime poterat. Nam ipsum quidem quod muro cinctum est saxeus est collis in permagna celsitudine surgens, et ob hoc eius capi difficile uidebatur. Sed ne uel accedi eo posset natura excogitarat que uallibus eum ex omni parte uallauerat, quarum altitudo oculis comprehendi non posset, nec transire erat facile nec aggestu ulla ratione compleri possibile. Nam ea quidem que ab occidente secatur uallis lx. stadiis distenditur, in asfaltide lacus ei termino facit. Ex hoc uero latere ipse mons macherus altissimo uertice supereminet. A septentrione autem et meridie ualles

magnitudine quidem super dicta vincunt et similiter sunt inextricabiles. Ad contactum autem eius vallis que ab oriente est altitudo non minor est cubitorum invenitur. Montem vero ex adverso Macheruntem positum muniat. Ea loci natura prospecta rex Alexander primus in eo castellum communivit, quod postea Gabinius bello cum Aristobulo gesto deposuit. Herodi autem regnanti omnibus locis dignior visus est et tutissimus propter Arabum precipue vicinitatem. Nam opportune situs est, eorum fines aspectans. Magnum quoque loci modo amplexus ac turribus [illegible] civitatem illico fecit incolis. Unde ad arcem ipsam ferebant ascensum, quin et ipsum circa ipsum verticem murum edificaverat, turresque in angulis .lx. cubitorum erexerat. In medio autem ambitu regiam struxerat magnitudine habitationum et pulchritudine locupletem. Multas vero cisternas recipiendis aquis habundeque subpeditandis locis maxime ydoneis fecerat, velut cum natura certare, ut quod illa situ loci inexpugnabile fecerat, ipse manu instructis munitionibus superaret. Insuper et sagittarum multitudinem machinarumque in eo reposuit, et omnem apparatum excogitavit, quo habitatoribus posset et magne obsidionis preparare [illegible]. Erat autem ibi in regia ruta mirabili magnitudine, nullo enim carice vel celsitudine vel grossitudine vincebatur. Ferebant autem eam ex Herodis temporibus perseverasse, mansissetque ulterius profecto, sed eam abciderunt qui locum ceperant abscisa est. Vallis autem que civitatem a parte septentrionali cingit, quidam locus Baaras appellatur, ubi radix eodem nomine vocata gignitur, que flamme quidem assimilis est colore, et circa vesperam velut iubar fulgens accedentibus eamque evellere cupientibus facilis non est, sed cedit refugitque, nec prius manet quam si quis urinam muliebrem vel menstruum sanguinem super eam fuderit. Quin et tunc si quis eam tetigerit mors certa est, nisi forte illam ipsam radicem ferat de manu pendentem. Capitur quoque alio modo sine periculo tali. Circa eam circumfodiunt ita ut minimum de radice terra sit tectum. Deinde religant ab ea canem, illoque sequi eum a quo religatus est properante, radix quidem facile evellitur, canis vero continuo moritur, tamquam eius vice tradit qui herba fuerat ablaturus. Nullus autem postea accipientibus metus est. Causa autem propter quam tanto capitur ea opere periculo est. Nam que vocantur demonia pessimorum hominum corporibus ingressa eosque necantia quibus non fuerit subventum, hec vitium herba cito subvenit. Si vero tantum offeratur egrotantibus infirmitatem abigit. Fluunt autem ex eo loco aquarum fontes et calidarum multum inter se sapore diversi. Alii namque amari sunt, alii nichil dulcedinis desunt. Multi autem ore frigide aque non solum in humilioribus locis fontes altiores sunt, sed quod amplius quis miretur in proximo. Et ibi quedam spelunca cernitur non alta quidem et causa saxo autem imminente protecta, et super hanc velut mammis inter se paululum distantes eminent, et altera quidem frigidissimum fontem, altera calidissimum fundunt, qui simul mixti lavachrum suavissimum prebent, multisque morbis ac vitiis salutare, maxime vero nervorum curationi conveniens. Habet quoque idem locus metalla sulfuris et bituminis.

Bassus autem contemplatus undique regione, valle orientali repleta expugnatione aggredi statuit, operique inchoavit, properans aggerem quam plurimum extollere, facileque per hunc facere obsidionem. Quibus vero intus erant Iudei segregati ab externis facileque per illos cogere velut manubialem in inferiore observare civitatem, et porro pericula sua excepere. Superiori vero castellum ipsi occupatum tenebant, et propter munitionis firmitatem, et ut salutem sue consulerent. Impetratos enim severitate opinabant, si locum tradidissent Romanis. Primum autem volebant spe declinande obsidionis experiendo convincere, ideoque in dies singulos excursus faciebant, et cum his qui sors obviassent conserere manibus; multi quidem moriebantur, et multos Romanos interficiebant. Iudei quidem tempus captabant ut Romanos incautos aggrederentur, in aggere autem positos ut prius eorum excursum bene septi armis exciperent. Sed non his erat finis obsidionis futurus. Res enim quedam fortuitu gesta inopinata castelli tradendi necessitatem Iudeis imposuit. Erat enim inter obsessos quidam iuvenis et audacia ferox, et manu strenuus, Eleazarus nomine. Multos egredi et excursum in Romanos facere obsecrans, et in plus semper gravius Romanos afficiens, audacie sue socios prosequebatur, et ex aperculis novissimus semper recedebat. Itaque discreta quadam die pugna, et ex utraque parte digressis, ipse tamquam omnes despiciens, et existimans neminem te hostium bellum excepturum, extra portam remansit, et in muro stantes alloquebatur, circa illos attendens. Hac autem temeritate eius videt quidam ex Romanorum castris Egyptius nomine Rufus, impetuque facto cum ipsis eum armis repente corripuit, in castra Romanorum traduxit, cum in muro stantes hunc viso stupor contineret. Postquam vero eum dux nudum precepit extendi in aperto ut ex civitate conspiceretur, et verberibus cedi, vehementer Iudeos confudit casus adolescentis, et universa civitas in fletu erat. Id ubi Bassus animadvertit, eorum miseriis et universa civitas in fletu erat. Id ubi Bassus animadvertit, eorum miseriis exaggerare cupiens, ut coacti castellum traderent, velut mox Eleazarum suspensurus in cruce, lignum defigi iussit. Quo conspecto, castellanos maior dolor invasit, et ululando querebantur intolerabilem esse hanc calamitatem. Eleazarus quoque eos orabat ne vel se despicerent morte miserrima subituram, sibique ipsis salutem preberent, et castellum traderent. Illi autem et sermone eius fracti, et quod inter peo multi precabantur ex magna et prolata propinquitate generis ducebant, contra naturam suam misericordia moti sunt. Et quibusdam celeriter missis promittebant castelli traditionem petentes ut reddito sibi Eleazaro se sine metu dimitterent. Multitudo autem inferioris civitatis cognita hac pactione ipsi clam nocte aufugere statuerunt. Cum vero portas aperuissent ab his qui deditionem pepigerant ad Bassum nuncii venit, sive invidia salutis eorum, sive formidine eorum fuge causas ipsi prestarent. Sed fortissimi quidem fugientium qui processerant evaserunt, reliquorum autem viri quidem mille septingenti perempti sunt, mulierculae vero et pueri in servitutem ducti. Sponsiones autem cum his qui castellum dediderant habitas Bassus conservandas esse ratus, et ipsos dimisit et Eleazarum reddidit.

His autem administratis, in saltum qui appellatur Iarden Bassus ducere properabat exercitum. Multi enim illuc congregati esse nuntiabantur, qui pridem tempore obsidionis et ex Hierosolimis et ex Macheruntem profugerant. Ergo cum ad locum venisset, nec falsum fuisse nuncium reperisset, primo quidem omnem locum equitibus cingit, ut Iudei fugiendi copiam per equites non haberent, peditesque autem iussit silvam cedere, eorumque inde confugerant. Hoc enim Iudei ad necessitatem perducti sunt aliquid fortiter faciendi, aut ex audaci certamine fuga periturii. Itaque simul universi cum clamore impetu facto in eos a quibus cincti fuerant irruunt. Illi autem fortiter eos excipiebant, multaque Iudeis audacia, Romanis contentione usis, diu pugna tracta est. Non autem similis eventus fuit pugnae certantibus. Nam Romanorum quidem .xii. tantum contigit occumbere, et paucos sauciari, Iudeorum vero ex illo prelio nullus evasit, sed cum essent non pauciores tribus milibus omnes prostrati sunt, cum nullus posset evadere. Eodem tempore Cesar ad Liberium Maximum scripsit, erat enim procurator, ut omnem terram Iudeorum venderet, et solis octingentis militibus illic relictis locum dedit quem incolerent, quod vocatur Emaus, et distat ab Hierosolimis .xxx. stadiis. Stipendium vero ubicumque degerent Iudeis indixit, binas dragmas singulis annuas deferre in Capitolium iussit, ita ut ante hec Hierosolimorum templo solvebant. Et res quidem Iudeorum eo tempore hoc statu habebant.

Anno vero iiii. domino Vespasiano administrante imperium, contigit Comagene regem Antiochum in maximas clades cum tota domo incurrere, ex causa huiusmodi. Cesennius Petus qui tunc Syrie rector administrabat, sive re vera seu propter inimicitias Antiochi qui non valde pacificum erat litteras ad Cesarem Vespasianum dicens Antiochum defecisse a Romanis cum Epiphane filio habens pactum cum rege Parthorum, oportereque eos ante capere, ne si novas res adorti essent, totum Romanorum imperium bello perturbarent. Cesar autem ad se huiusmodi prolatum non neglexit. Samosata enim Comagene maxima civitas iuxta Eufraten sita est, et erat ibi Parthorum facillimus transitus, et tutum receptaculum. Fide igitur habita Cesennio Peto et potestate sibi a Cesare permissa, ut ageret que expedire videretur, negligendum non putavit. Subito autem Antiocho nichilque suspicantibus in Comagenen provinciam ingressus est, legionem sextam ducens, et insuper quasdam cuneos alasque equitum. Habebat et auxilio reges Chalcidensem Aristobolum Emesenumque eius Masadamum. Introitus autem illis erat sine certamine, quia nemo indigenarum manum volebat apponere. Antiochus autem inopinato periculis nuncio belli quidem contra Romanos nec cogitationem cepit. Decrevit autem toto regno in eo quo erat statu relicto, cum coniuge ac liberis egredi, hinc se Romanis puro absque suspicione quod sibi ingereretur probaturum esse ratus. Progressusque de civitate .cxx. pene stadiis in campo tabernaculum ponit. Cesennius vero Petus in Samosata qui eam caperet misit, et per eos civitatem tenebat, ipse autem cum alio milite in Antiochum tendebat. Nec tamen rex Antiochus vel ipsa necessitate adductus est adversum Romanos aliquid bellicum gerere, sed fortunam suam querebatur quod ut passus sustinebat. Adolescentibus autem filiis eius Epiphane et Callinico bellique peritis usque corporis prestantibus et in tali calamitate sine bello durare nolentibus, ad pugnam se vertere. Vehementi autem pugna per totam diem habita, insigni fortitudine demonstrata sunt, nullaque parte suarum virium diminuta discedunt. Antiocho igitur neque pugna quidem hunc prospere acta manere domi tolerabile videbatur, sed abducta coniuge cum filiabus in Ciliciam fugit, et hoc facto suorum multum animos fregit. Nam velut desperato abeo regno defecerunt, et ad Romanos se transtulerunt, omniumque erat desperatio. Epiphanes autem filius Antiochi cum ceteris se servare ab hostibus necessarium putans, assumptis .x. equitibus transgressus est flumen Eufraten. Hic autem sine metu profectus cum ad Bologessem Parthorum regem venisset, non quasi fugitivus despectus est, sed cum omni honore cum suis susceptus est. Patre autem eius Antiocho ubi Tharsum Cilicie venit, Cesennius Petus misso ecatontarcho vinctum Romam direxit. Vespasianus autem non passus est tam ad se regem deduci, dignum esse ratus veteris amicitie plus habere rationem, quam belli occasione inexorabilem iracundiam observare. Itaque ubi etiam erat agentem vincula auferri, et apud Lacedemoniam inibi degere. Magnosque pecuniae redditus prebuit, ut non copiose solum sed et regium victum haberet. Hoc audiens filius eius Epiphanes ex magna cura animum relaxavit, et spem reconciliandi gratiam cum Cesare concepit. Cum autem et Bologesus de his scripsisset ad Cesarem, nec enim quamvis feliciter agerent extra Romanum vivere patiebantur imperium. Et tum Cesar eis mansuete facultatem dedisset, Romam venerunt. Patre autem ad eos ex Lacedemonia statim adducto, cum omni honore ibi manserunt.

His temporibus Alanorum natio consilio inito ut etiam Medorum predandi causa invaderent cum Hyrcanorum rege colloquuntur. Namque is erat illi transitus dominus quem magnus Alexander ita fecerat, ut portis ferreis clauderet. Aditu autem sibi concesso universis nichil suspicantibus Medis incumbunt, eorumque fines populosos omnique genere pecorum plenos diripiebant, cum resistere nullus auderet. Nam qui regnum eius tunc optinebat Pacorus metu perculsus in difficiliora loca refugiens regno cesserat, et uxorem ab illis coniugem et concubinas captas .c. talentis datis redemerat. Summa igitur facultate sine pugna predabundi et usque ad Armeniam omnia vastantes processerunt. Armeniorum autem rex Tyridates erat, qui cum his prelio obviam effluxisset, non multum abfuit quo vivus in illa acie caperetur. Periculo enim quodam misso in eum laqueo circumdatus traheretur erat, nisi ille celeriter gladio rupisset laqueum atque ita fugisset. Hi autem ex hac pugna vehementius efferati omnem terram depopulantes, et magnam hominum multitudinem aliamque ducentes predam ex utroque regno ad propria domicilia redierunt.

Apud Iudeam vero mortuo Basso Flavius Silvas in administratione successit. Hic igitur etiam bello subactam Iudeam, unum autem adhuc rebelle superesse castellum omni manu collecta, quod nullis locis vegetabat, adversus id milites movit. Nomen autem erat castello Mesada. Princeps vero sicariorum a quibus fuerat occupatum erat inter potens Eleazar ex origine Iude, qui ut ante significavimus Iudeis persuaserat ne professionem facerent quando censor Cyrinius sub Augusto in Iudeam directus est. Veniens igitur dux Romanorum contra Eleazarum et sicarios qui cum eo Mesadam castellum tenebant, exercitum ducens, fines quidem statim omnes obtinuit, presidiis ubique collocatis, et castellum muro circumdedit, ne quis obsessorum fugiendi facultatem haberet. Ipse vero castris loci occupato, ad obsidionem quidem ydoneum quem delegerat, qua parte castelli rupes monti proximo applicabant, cetum difficile ad copias inveniebatur. Verum et potus aliunde in castra deducebatur, quia in eo loco nullus fons proximus nascebatur. His autem dispositis Flavius obsidionem aggressus est maxime molis ac laboris egentem propter castelli munitionem, cuius natura huiusmodi erat. Saxum gyro non exiguum et excelsum longitudine undique abruptis atque altis vallibus cingitur, et ex invisibili sub fundo hinc scopulos et hinc atque omnium animalium gressibus sunt inaccesse, nisi quod duobus modis idem saxum in difficilem explicat ascensum. Est autem unus ab lacu Asfaltide ad solis ortum, alter ab occidente facili ambulari. Vocatur autem unus ascensus coluber, ex angustia et crebrisque flexibus capta similitudine. Quo enim prominentes rupes frangitur ac sepe in se revertens paulatim rursus producitur, vix quis illo tramite gradiens promovere pedem. Namque nutanti vestigium necesse est pede altero iter. Est autem certa pernicies. Altitudo enim rupium utrimque dehiscit, quod horrore quamvis etiam audacissimum possit. Permodicum cum .xxx. stadia ascenderis, quod restat vertex in manu sine acuta, sed ut habeatur in summo planicies. In hac primum colle Ionathas pontifex castellum edificavit, et appellavit Mesada. Post hunc autem Herodi regi magno studio fuit loci eius structura. Nam et murum per omnem eius ambitum erexit spacio stadiorum .vii., ex candido lapide factum, et per .xii. cubitos altitudinis latumque .viii. cubitis, et .xxxvii. turres quinquagenorum cubitorum in eo stabant, ex quibus ad edes erat intus factum per omnem murum. Verticem quoque quod fecundo et omni quippe plano molliori cultura destinaverat, ut si quando externorum alimentorum penuria contigisset ne hac quidem laborarent qui salutem suam castello credidissent. Quin et regiam sibi edificaverat ab occidentali parte ascensum, intra muros quidem arcis posita, vergente autem ad aquilonem. Regie vero murus erat magne celsitudinis ac firmissimus, et .iiii. turres in angulis habebat .lx. cubitorum. Membrorum autem intus et porticuum atque balneorum varia erat ac sumptuosa constructio, columnis quidem singularibus saxis undique substitutis; parietibus interiusque solida compage lapidum variatis. Ad singula vero habitacula et sursum et circa regiam, et ante eas multos magnosque puteos in scopulis exciderat, ut tantam aquarum habundantiam haberent quantam qui fontibus utuntur. Fossum vero iter ex regia tanta summa ducebat, quam foris nemo cernebat. Sed ut manifeste quidem nec facile suis usum prebere hostibus poterat. Nam orientalis pars est inaccessa, ut supra memoravimus, occidentalem vero partem magna in angusto posita turri prelusit, que non minus mille cubitorum spacio ab arce distaret, quam neque transire posset neque capi facile videbatur. Inextricabilis autem quasi latenter ambulantibus fuerat fabricata. Itaque adversus hostiles impetus natura simul et manu hoc castellum erat communitum. Frumentum autem reposuerant apparatus diuturnitatis et opulentia mirandi. Nam frumenti plurimum ibi erat conditum, et quod in longum tempus sufficere posset, vinumque multum et oleum, et insuper cuiusque leguminis fructus, et palme coacervate. Cunctaque corrupit Eleazar castello proditione cum sicariis occupato, cum fere ante .c. annos preparata essent. Quin et Romani fructuum reliquias cum castellum illud cepissent non corruptas offenderunt. Si quis autem causa diuturnitatis aurum esse estimaret non errabit, quia aeris altitudo ab omni terrena ac feculenta permixtione fuit aliena. Inventa est ibi quoque omnigenum armorum multitudo ab Herode condita, que [illegible]

murorum sufficerent, ferrique infectum, necnon aeris et plumbi materiam. Tanta itaque magnis de causis factum esse credere apparatum. Aiunt enim Herodem ad ipsum castellum sibi ad refugium paravisse, duplex periculum suspicantem, unum quidem a multitudine iudeorum, ne se deposito illos quos ante fuerant reges ad principatum reducerent; aliud maius atque atrocius periculum a regina egypti cleopatra, que cum Antonio sepe verba faciebat postulans ipsum herodem interfici et sibi regnum iudeorum donari.

Propter eiusmodi itaque herodes condita mesada in extremum belli contra iudeos opus romanis reliquit. Dux autem romanorum Flavius quia foris iam omnem locum muro circumceperat, sicut superius dixi, ac ne quisquam effugeret diligentissime providerat, incepit obsidionem. Unum tamen repperit locum qui aggerum iactum posset recipere. Nam post eam turrim que iter ab occidente et regia summumque montem duceret precludebat, erat quedam eminentia saxi vastior latitudine multumque proiecta, celsitudine autem mesade ccc cubitis inferior, quam leucen appellabant. Hanc ergo Flavius ut ascendit ac tenuit, aggerem apportare iussit exercitum. Illis autem alacri animo et magna manu operantibus solidus ad cc cubitos erectus est cumulus. Verum neque firmus neque sufficiens machinis ferendis hic in structura videbatur, sed super cumulum tribunal factum est saxis ingentibus latum cubitis l. Turris quoque facta est cubitorum lx tota ferro circumsepta, unde multis balistarum tormentorumque iaculis romani cito eos repulerunt qui de muro pugnabant et caput exerere prohibuerunt. Simul etiam ingentem arietem fabricatum Flavius crebro murum pulsari iubet, et vix tandem dirutum aliquam ei partem. Cito autem pervenere sicarii muro alio intus constructo, qui tamen adhuc mollis erat. Ubi hoc Flavius consideravit, igne magis murum capi iri putans, multas quidem ardentes militibus faces in eum iaculari precepit. Murus autem quippe ut magna ex parte lignis constructus igne cito comprehenditur, et usque ad imum sui laxitate calefactus ingenti flamma colluxit. Incipiente quidem adhuc incendio spirans aquilo romanis erat horribilis, aversus desuper flammas in eos abigebat, et pene machinas veluti conflagratas iam desperaverant. Deinde flaminum velut divina providentia conversus auster multaque vi contra obvius flammas referens muro appulit, itaque totus ardebat ex alto. Romani quidem cum dei viderent auxilio ad castra leti digrediebantur, decreto mane hostes aggredi, et nocte vigilias acuratiores fecerunt ne quisquam eorum clam aufugeret. Sed neque eleazarus de fuga cogitavit neque alios permisit ut fugerent. Videns autem murum igne consumptum, nullum salutis modum neque virtutis excogitans, et ante oculos ponens que romani in liberos suos et coniuges facturi essent si vicissent, de omnium morte consilium cepit. Idque in presentia fortissimum ratus, vespere sociis convocatis talibus eos verbis ad facinus incitabat.

Iam olim a nobis decretum sit viri fortes neque romanis neque alii cuique servire nisi deo, qui solus est verus ac iustus hominum dominus. Ecce nunc tempus adest quod facto nos probare animos iubet. Ne igitur ipsi nos dehonestemus, antea quidem servitutem sine periculo passi, nunc autem cum servitute intolerabiles penas amplexi, vivi in fidem servituri romanis. Primi enim omnium ab his defecimus, et novissimi contra illos bellum gerimus. Puto autem et hanc nobis a deo gratiam datam, ut bene ac libere possimus mori, quod aliis non evenit preter spem perpetratis. Nobis autem certum est crastino die futurum. Libera est autem strenuo mortis condicio cum affectibus; nec enim id hostes prohibere posse, qui profecto nos optant vivos abducere, cum nos iam non possumus illos pugnando superare. Cum olim hoc oportuisse fieri, cum priores nostri peccatis eorum exigentibus in servitutem romanorum devenere et libertatem perdidere. Manifeste enim perspici deus vel saltem nobis leviter infensus, numquam tantorum hominum perditionem neglexisset, non sacratissimam urbem suam et templum igni hostium excidioque perdidisset. Nos autem ex toto genere iudeorum et soli speravimus servatam libertatem superare, tamquam nichil reliquissemus iactum nullique culpe participes fuissemus, quibus ut ipsi cernitis insperata necessitas est illata. Nec enim quicquam nobis castelli natura inexpugnabilis profuit ad salutem, et alimentorum copias et armorum multitudinem habentes ipso manifestissime deo spem salutis auferente perdidimus. Ignis enim qui ferebatur in hostes in edificatum murum a nobis non sponte retortus est, sed hec est vindicta quam deus infert ob multa crimina que in cives nostros commisimus. Moriantur ergo coniuges nostre inviolate, liberique servitutis expertes, et post illos autem ipsi nobis honesta morte inferamus, libertate servata optima sepultura. Prius tamen et pecunias et castellum ignibus exuramus. Merebit enim romanos, certe scio, si neque corpora nostra tenuerint, compendioque caruerint. Alimenta autem eis solare linquamus. Hec enim nobis erunt mortuis testimonium, quod non penuria victi sumus, sed ita ut ab initio statueramus morte prelium servitutis. Hec dicebat eleazarus, sed non cuncti ei consentiebant, cum alii quidem ei obedire properabant pulchram mortem esse existimantes, alii qui molliores erant coniugum ac familiarum suarum moti miseria, aliique alium intuentes contrarium voluntatis sue motum lacrimis designabant.

Quos cum vidisset eleazarus formidare ac magnitudine consilii perterritos, timens ne et illos qui fortiter sua dicta perceperunt secum effeminarent, exhortationem rursus incepit, et de immortalitate anime orationem fecit, magnaque usus exclamatione et lacrimantes diu aspectans, plurimum inquit opinione deceptus sum, qui putabam viros fortes pro libertate certantes mori bene malleque vivere. Vos autem nec a ceteris quidem hominibus quicquam neque audacia neque virtute prestatis, qui etiam magna mala effugientem mortem timetis, cum oportuisset vos super hoc neque cunctari neque expectare monitorem. Nam mors quidem libertatem animis prestat, et ad proprium purumque locum eas dimittit accedere, ab omni clade futuras immunes. Donec autem corpore mortali vincte sunt, eiusque malis eius implentur, quod verum si vis dicere mortue sunt. Divino autem cum mortali societas improprie est. Multum quidem potest anima et vincta cum corpore, instrumentum enim suum facit latenter id movens, et ultra mortalem naturam gestus providens. Verumtamen cum pondere quo in terram detrahitur, quoque ab ea pendet absoluta proprium locum recepit, tunc beata et undique liberam participat fortitudinem, et humanis oculis ut ipse deus invisibilis manens. Nec enim cum est in corpore conspicitur, nam et accedit occulte, neque rursus cum recedit videtur. Una quidem hic incorrupta ipsa natura, corpori prebet causam mutationis. Nam quicquid ei contigerit hoc vivit atque viget, unde vero digressa fuerit hoc marcidum moritur, tanta immortalitatis ei superest. Huius orationis argumentum nobis sit certissimum somnus, in quo anime nisi collecte nusquam eas corpore distrahente iocundissimam quietem agunt, cum deo vero pro cognatione degentes ubique assunt ac multa futura predicunt. Cur ergo timere mortem conveniat, qui somni diligimus requiem? Quemadmodum vero non sit amentissimum brevitatem vite sequentes libertatem invidere perpetuam? Oportebat quidem nos domestica institutione meditatos aliis exemplo esse prompte voluntatis ad mortem. Nam si et ab alienigenis et ceteris fides petenda sit iudeorum, videamus sapientes qui philosophiam profitentur. Illi enim cum sint viri boni, vite quidem tempus veluti quoddam necessarium nature ministerium vivi sustinent. Properant autem homines corporibus solvere, nullaque urgente neque excogitante malo propter immortalis conversationis desiderium aliis predicunt se esse habituros, nec est qui prohibeat quisquam, sed omnes eos fortunatissimos appellantes ad familiares quisque suos litteras mittunt, tam certam veramque animas esse inter se conversationem crediderunt. Alii autem cum mandata perceperint, igni traditis corporibus ut immaculata puraque anima secernatur paulatim moriuntur. Caris enim ad mortem illos amicissimi prosequuntur quam ceterorum hominum quisque suos cives in longinquam peregrinationem ituros, et se quidem ipsos deflent, illos autem beatos dicunt quod immortalitatis ordinem iam recipiant. Non ergo nos pudebit si deteriores indis sapiamus, propriaque ignavia leges patrias que omnibus hominibus emulande viderentur in hoste despiciamus? Quod si et contraria nos a principio instituisset eruditio, quod enim summum bonum est hominibus vivere, mors autem calamitas, attamen tempus nos ad hortatur eam bono animo et facile tolerare voluntate dei et necessario morituros. Olim enim quidam apparet

contra omne iudeorum genus hoc decretum deus posuit ut vita careremus qua uti non eramus quemadmodum oportebat usuri. Ne causam enim vobismet ipsis asscribite, neve romanis gratificamini quod nos eorum bellum omnes assumpserint. Non enim viribus illorum hoc accidere, sed causa fortior interveniens dedit per se ut vincere viderentur. Omnibus autem qui domi cum romanis bellum suscepere, nichil aderat eorum que pre tuta possent prebere victorie. Arma enim et muri et castellorum inexpugnabiles fabrice atque inerrata spes ad pericula pro libertate subeunda cunctos ad defectionem reddidit firmiores. Sed hec autem ad paucum tempus sufficissent, spemque sustulissent, maiorum malorum extitere principium. Omnia enim capta sunt, omniaque hostibus succubuere, velut illorum nobiliorem ad victoriam non ad eorum salutem quibus instructa fuerant apparata sunt. Et in primo quidem mortuos fortunatos existimari oportet, repugnantes enim et libertatem non perditam perierunt. Eorum vero multitudinis qui a romanis subiugati sunt quis non misereatur, quis vero non antequam illa patiatur mori properet? Quorum alii torti et iam igne quam verberibus excruciati obiere, alii vero semiesi a bestiis ad secundum eorum cibum vivi servati sunt. Illi quidem miserrimi habendi sunt qui adhuc vivunt, qui sepe mortem optantes non accipiunt. Ubi est autem illa magna civitas? Aut ubi nunc que toti genti iudee metropolis fuit? Tantis murorum septis munitissima, tot vero ante muros castellis turriumque obiectis menibus arta, bellique apparatum vix capiens, et tot virorum possidens multitudinem pro se dimicantium, quid nobis facta est, que deum habere incolam credebatur? Radicitus enim ex fundamentis eruta est, solaque monumenta ei restant eorum a quibus excisa est imposita reliquiis castra. Senes vero infelices ad cineres templi assident, et pauce mulieres ad turpissimam pudoris iniuriam ab hostibus reservate. Hec secum reputans quisque nostrum aspicere solem durabit et vivere sine periculo posset? Quis inimicus adeo patrie, quis tam inbellis aut parcus anime ut eum non peniteat et usque nunc vixisse? Atque utinam omnes fuissemus mortui priusquam sacratam illam civitatem hostium manibus videremus excindi, priusquam templum sanctum impietate eorum funditus erui. Spes autem quia speravimus pro his in hostes ulcisci nunc evanuit, ac solos nos in necessitate dereliquit. Mori bene properemus, nostrimet ipsi misereamur, et coniugum liberorumque dum nobis licet a nobismet ipsis misericordiam capere. Ad mortem namque ipsi nati sumus, quos ex nobis genuimus, eamque fugere ne fortunatissimi quidem possunt. Iniuriam vero ac servitutem et videre coniuges ad turpitudinem duci cum liberis, et hoc sua timiditate perferunt, qui ante mori cum liceret noluerunt. Nos autem multum freti fortitudine a romanis defecimus, et postremo dum nos ad salutem hortantur non paruimus. Cui ergo non est eorum iracundia manifesta, si nos vivos subiugare potuerint? Miserandi tunc adolescentes erunt quorum vires corporis ad multos sufficient cruciatus, miserandique provectiores quorum etas clades ferre non poterit. Videbit alius coniugem abduci, alius post terga vinctus manibus vocem filii sui inclamantis exaudiet. Sed dum liberi sumus et gladios habemus, pulchrum ministerium nobis prebeamus, expertes servitutis hostium. Moriamur liberi cum filiis et coniugibus. Dum nos hoc coniuges et filii deprecantur, horum necessitatem deus misit. His contraria romani volunt, et ne quis nostrum ante excidium pereat timent. Festinemus ergo eis pro spe rata potiundi nostri voluptatem stuporem mortis admirationemque audacie relinquere.

he. Adhuc eum orare cupientem omnes interpellabant, et effrenato quodam impetu pleni ad opus incitabantur, ac veluti lymphatis exagitati alius alium ante capere cupiebat, hoc esse specie fortitudinis rectique consilii existimantes, ne quis extremum remanere videretur, tantus eos coniugum et filiorum et proprie cedis invasit. Sed nec id quod aliquis putaverit, cum ad facinus accederet obtunsi sunt, sed eam sententiam servare probabant quam ab eleazaro perceperant. Simul autem valere uxoribus cum amplexu dicebant, et filios gremiis collocatos extremum lacrimantes osculabantur, et simul quidem quasi manibus alienis iussa peragentibus volentes eos configebant, et mala que sub hostibus passuri fuerant habebant pro solacio necessitatis ad cedem. Denique nemo hac audacia minor inventus est, sed cuncti propinquissimos transfixere, et eis filios atque uxores occidere malorum omnium videbatur levissimum. Ex his ergo factis multum dolorem tolerantes, universis bonis in unum congestis ignem iniciunt. Sorte vero ex numero suo x viris electis omnium percussoribus, unusquisque se coniugi ac liberis prostratis composito, eosque amplexi manibus iacuissent, parato animo se mactandos prebebant illis infelicissimum exhibentibus ministerium. Isti autem x intrepidi cunctis occisis eandem sortis legem in semet quoque morte statuere, ut cuique obtigisset novem perimens, ipse in super eos occideret. Ita omnes sibi confidebant quod neque in audiendo neque in sustinendo facinore prestaret alius alii. Ad extremum ergo et ceteri seniori supposuere. Unus vero atque novissimus circumspecta multitudine mortuorum, ne quis forte in magna cede superesset, ubi cognovit omnes peremptos, ignem immisit regie. Vehementi vero manu toto per se transfixo gladio iuxta suos effectus occubuit. Et illi quidem ita perierant, nullam credentes animam ex suo numero romanis subditam reliquisse. Latuit autem una mulier senior et altera quedam eleazari cognata, plurimum sapientia doctrinaque mulieribus prestans, et quinque pueri per cuniculos qui aquam subterraneam potui ducebant. Eorum autem qui miserabiliter occisi fuerant nongenti numero et lx cum mulieribus simul ac pueris. Hec autem calamitas acta est xv die mensis aprilis.

200.

Romani autem adhuc pugnam expectantes mane desiliunt, et aggeribus scalarum pontibus iunctis muros aggrediebantur. Cum vero hostium neminem cernerent, sed undique horribilem acerbam solitudinem et ignem intus ac silentium, quod factum fuerat conicere non poterant. Ad extremum autem impellentes ictu arietis ululatum sicut qui forte provocarent dederunt. Ut autem clamorem sensere mulieres ex cloacis egresse factum ut erat romanis indicavere, omnia manifeste narrantes. Non tamen romani facile earum verbis credebant, ausi magnitudine vero simile non credentes. Ignem vero extinguere conabantur, et per hanc viam secantes cito in regiam pervenerunt, conspectaque multitudine mortuorum, non ut de hostibus gavisi sunt, sed consilii fortitudinem et obstinatam in tanto numero rebus ipsis contemptum mortis ammirabantur. Huiusmodi autem pacto excidio, in castello dux romanorum presidium collocavit, et ipse cum exercitu cesaream profectus est. Nec enim quisquam superat in illis regionibus hostium, sed iam tota iudea belli longinquitate fuerat subversa, multisque suorum et procul incolentibus sensum perturbationis ac periculum exhibuerat.

Iam et circa alexandriam egypti civitatem contigit multos iudeorum perire. His enim qui ex factione sicariorum illuc effugerant non satis erat salvos esse, sed illic quoque novas res conabantur, ut libertatem defenderent, et ne romanis subiecerentur, et deum solum dominum suum esse dicebant. Cum vero his quidam iudeorum non ignobiles adversarentur, illos quidem occiderunt, et aliis instabant ad defectionem eos compellentes. Videntes autem eorum confidentiam principes seniorum iam eos cohibere tutum sibi non esse arbitrabantur, sed congregatis omnibus iudeis in contione temeritatem sicariorum increpabant, dicentes eos auctores esse omnium malorum, et quod nec si fugissent certam spem salutis habituri viderentur, a romanis enim his cognitis statim esse perituri. Ipsis autem qui nulli eorum obnoxii fuissent participes, cavendum esse ab eorum exitio, et multitudinem perdabant ut illorum deditione romanis ipsorum innocentie satisfacerent. His dictis perspecta periculi magnitudine paruerunt, multoque impetu sicarios aggressi sexcentos ex eis comprehenderunt. Qui vero in egyptum ac thebaida elapsi sunt, non multo post comprehensi reducti sunt. Quorum duritia sive confidentia sive pertinacia voluntatis quis non obstupescat? Omni enim genere tormentorum et vexationis corporum in eos excogitata, ob hoc unum ut tamen modo dominum cesarem faterentur, nullus eorum cessit neque dicere voluisse visus est, sed omnes illi necessitate validiorem sententiam conservarunt, tamquam brutis corporibus non animis et cruciatus igneque suscipientes. Maxime autem puerorum etas miraculo perterritis fuit. Nec enim quisquam eorum

et adhuc tumor erat ut cesarem dominum appellarent. adeo vis audacie infirmitatem corporum superabat. Lupus tunc alexandriam rector administrabat. et de hoc motu ad cesarem velociter nuntium misit. Cesar autem incessabilem iudeorum circa res novas cupiditatem existimans ac verens ne rursum in unum congregarentur, et quosdam secum adiungerent, precepit lupo ut templum iudeorum quod erat aput oniam que sic appellatur destrueret. Hoc autem templum est in egypto quod ob hanc causam et conceptum et nominatum est. Onias symonis filius unus ex pontificibus ex hierosolimis fugiens antiocho syrie rege cum iudeis bellum gerente alexandriam venit. et a ptholomeo susceptus humanissime propterea quod antiocho inimicus erat. dixit se gentem iudeorum eius auxilio sociaturum, si dictis suis obtemperasset. Cum autem rex ea que possent fieri promisisset: rogavit ut aliqua parte egypti templum sibi edificare permitteret, et more patrio deum colere. et ob hoc iudeos ipsi benivolentiores fore, multosque ad eos religionis diligentia colligendos. Paruit his ptholomeus. atque locum donavit c. et lxxx. stadiis a memphi distantem. Locus autem heliopolites dicitur. Ubi onias castello fabricato. templum quidem dissimile ab eo quod erat in hierosolimis fecit. Turrim autem simile instruxit ingentibus saxis lx. cubitis erectam. Arche terum autem fabricam secundum patriam imitatus est, et donariis similiter exornavit preter candelabri constitutionem. Candelabra enim non fecit, sed informatam aurei luminis cuiusque iubaris in luce radiantem de auro catenis suspendit. Totum vero circa templi spatium structo latere circumdedit saxeas portas habente. Concessit etiam ptholomeus multum agrorum ac pecunie redditum, ut et sacerdotibus esset copia, et omnia que dei cultus exposcerent. Non tamen honias sana voluntate faciebat, sed erat ei contentio cum iudeis apud hierosolima degentibus propter fuge memoriam iracundia. et hoc templo edificato arbitrabatur ad id se omnem multitudinem ab hierosolimis vocaturum. Templum quidem ita erat edificatum. Lupus autem rector alexandrie susceptis litteris imperatoris, cum ad templum venisset: et nullis ablatis donariis templum clausit. Postmodum lupo mortuo, paulinus qui ei potestati successit, neque donariorum quicquam reliquit, et vehementer sacerdotibus minatus est nisi omnia protulissent. et neque religionis causa ad templum accedere cupientes admisit, sed clausis foribus ita prorsus inaccessum fecit templum, ut ne vestigium quidem divini cultus intus resideret. A tempore autem quo conditum est templum usque ad id quo clausum est, sunt anni ccc. xxx. iii.

Audacia vero sicariorum velut quidam morbus etiam oppida que circa cyrenen erant contigerat. Elapsus autem ad eos ionathas homo nequissimus non paucis inopum ut se sequerentur persuasit, perduxitque eos in solitudines, ubi signa et umbrarum ymagines se pollicebatur ostendere. et alios quidem hec agendo atque fallendo latebat. Cyrenenses vero iudei dignitate prestantes apparatum eius et profectionem catulo rectori pentapolitane libie pronuntiant. Ille autem equitibus ac peditibus missis inermes facile comprehendit, et magna pars ex eis manibus interiit, non nulli vivi capti ad catulum perducti sunt. Auctor autem consilii primum quidem aufugit, deinde per omnes regiones quesitum inventum adductusque ad catulum, sibi quidem moram pene moliebatur, catulo autem iniquitatis prebuit occasionem. Nam ionathas locupletissimos iudeorum falso insimulans auctores eos huius consilii fuisse dicebat. Catulus autem has criminationes alacri animo suscipiebat, reque delata multa mole cumulabat, et tragicis verbis exaggerabat. Denique cum vidisset cum aliquem iudeorum nominare vocabulo alexandrum, cui iam dudum infensus erat, hos quidem primos occidit, deinde omnes pecuniarum copiis eximios, tria simul milia virorum trucidavit. et hoc secure facere arbitrabatur quod eorum patrimonia redditibus cesaris sociabat. Neve vero alibi degentium iudeorum quisque eius iniusticiam refugeret, et longius mendacium propagavit, et ionathe et nonnullis aliis qui cum eo comprehensi erant persuadet in novarum rerum accusationem viris inferre probatissimis iudeorum apud alexandriam degentium et romam. Horum autem qui per insidias accusati sunt, unus erat iosephus qui hec scripsit. Non tamen catullo factio ita ut speraverat accessit. Nam romam quidem catulus venit, ionathan ceterosque vinctos adducens: finemque arbitrabatur esse questionis apud se ac pilatum esse factam calumniam.

Vespasianus autem rem suspicatus veritatem inquirebat, cognitioneque non iusta accusatione hominibus illatam. Illos quidem cura studioque titi omnibus solutos, et meritam penam in ionathan statuit, prius enim verberatus, vivus exustus est. Catulo autem tunc quidem propter lenitatem principum obtigit ne quid amplius reprehensionis experiretur. Non multo post autem multiplici morbo et insanabili correptus acerbissime vexatus est, non corporis tantum sustinens cruciatum, sed erat maior animi morbus et gravior. Terroribus enim expavescebat, et crebro videri sibi instantes umbras eorum quos peremerat clamitabat. Cumque se tenere non posset, exsiliebat stratus tamquam tormentis sibi et flammis adhibitis. Hoc autem semper multum proficiente malo, extisque ac defluentibus intestinis exhaustis ita est mortuus, nulla re alia minus divine providentie facere indicio quod nequissimos ulciscatur. Hic nobis est finis historie quam promisimus nos cum omni veritate tradituros cognoscere cupientibus, et quemadmodum hoc bellum a romanis contra iudeos gestum est, et qualiter sit expositum lectoris iudicio relinquitur. De veritate autem confidenter dicere non pigebit quod ea sola promovimus que scripsi habuerimus contemplatum.

EXPLIC(IT) · IOSEPHUS ·

IN XPI NOMINE INCIPIT EPISTOLA YSIDORI HYSPALENSIS EPISCOPI AD BRAULIONEM CESAREE EPISCOPUM

DOMINO MEO ET DEI SERVO SALUTATIO Braulioni episcopo Ysidorus episcopus. Omni desiderio desideravi nunc videre faciem tuam. Et utinam aliquando impleret Deus votum meum antequam moriar. Ad presens autem deprecor ut commendes me Deo orationibus tuis, ut et in hac vita spem meam impleat, et in futura beatitudinis tue consortium michi concedat. De manu sua. Ora pro nobis beatissime domine et frater.

Braulio ad Ysidorum.

Domino meo et vere domino Christique electo Ysidoro episcoporum summo Braulio servus inutilis sanctorum Dei. O pie domine et virorum prestantissime, sera est inquisitio et tarde data michi scribendi optio, quia peccatis meis ingruentibus non modo sterilitatis et inopie malo, verum etiam pestis mortalitatisque lue et hostilitatis, quo minus inquirere, horribili sum impeditus incursu. Nunc autem et si mille necessitatibus, mille curis attritus post longum miserie tempus velut ab imo pigri soporis ita dixerim gravedine suscitatus, istis meo suggestionis affatibus deprecare presumo salutis obsequium, et cordis et corporis humilitate prostratus imploro excellentissima tue beatitudinis potestatem, ut peculiarem famulum quem pro illo sancte dignationis intuitu semper habuistis, susceptum usque in finem habere habeatis commendatum. Nam ego expendo gravi dolore discretionem emenso tempore tam prolixo vel nec nunc mereor ut vos videre conspiciam, sed spero in illo qui non obliviscitur misereri, nec repellit in finem, quia exaudit preces pauperis, et vestro me misero representabit aspectui. Suggero sane et omnimoda supplicatione deposco, ut libros ethymologiarum quos iam favente domino audivimus consummatos, promissionis vestre memores servo vestro dirigere iubeatis, quia ut michi sum conscius, magna ibi ex parte servi tui postulatione sudasti. Et ideo in me primum existe munificus, sic in sanctorum cetibus et felix habearis et primus. Gesta etiam synodi in qua Sintharius examinis vestri igne etsi non purificatus invenitur tamen decoctus, queso ut vestro instinctu a filio vestro domino rege nobis dirigantur cito. Nam et nostra eius sic flagitavit gloriam suggestio, quia multum in concilio pro investiganda opus est veritate. De cetero creatoris altissimi pietatem efflagito, ut coronam beatitudinis vestre pro integritate fidei et statu ecclesie sue longo tempore percipiat conservari, meque inter oblectamenta presentis mundi varia et innumerabilia discrimina munitum, reddat me intercessionis gratia, ac recondi in gremio memorie tue, tutum ab omni tempestate peccati oratu vestro efficiat trinitas sanctissima. Ex manu sua. Ego servus domini Braulio Ysidoro in domino fruar te lucerna ardens et non marcescens.

Domino meo et Dei servo Braulioni episcopo Ysidorus. Quia te incolomem cognovi, gratias Christo egi, et utinam cuius cognovi salutem in hoc corpore aspicerem et visione. Quid autem evenerit michi pro peccatis meis manifestabo, quia non fui dignus tua perlegere eloquia. Statim enim ut accepi pittacium tuum, puer regius ad me venit. Dedi cubiculario meo illud pittacium, et confestim ambulavi ad principem, ut postea perlegerem et rescriberem. Rediens de palatio regis non solum scripta tua non inveni, sed et quicquid in cartis fuit periit. Et ideo scit Dominus luxi meritum meum, quia non perlegi eloquium tuum. Sed rogo et quaeso, ut quecumque occasio evenerit rescribas michi, et gratiam verbi tui non auferas, ut quod ex meo delicto perdidi, iterum gratia tua recipiam. Et manu sua. Ora pro nobis beatissime domine.

Domino meo et vere domino Christique electo Ysidoro episcoporum summo Braulio servus inutilis sanctorum Dei. Solet repleri letitia homo interior ac spiritalis cum inquisitione fungitur amantis. O bid velle meum est mi domine reverentissime virorum, nisi culparum materia mearum obsistat, et benigne te inquisitione mea amplecti, et querelam calumnie patienter accipe.

201.

Utrumque enim ago, et officium inquisitionis persolvo, et in te causarum mearum necessitates dirigo, quod ut benignissime auditui tuo admittas, in ingressu huius dictationis portaque prefationis peto a culmine vestri apostolatus. Et quamquam vacillet calumnie obiectio, ubi lacrimarum est intercessio, cum lacrime non sint signa calumnie tamen sunt opto, et lacrimabiles calumnie et calumniabiles lacrime, sed utrumque pro licentiosa amoris presumptione, non autem pro arrogantie temeritate. Sed iam causam exordiar. Septimum ni fallor annum tempora gyrant, ex quo memini me libros a te conditos originum postulasse, et vario diversoque modo et presentem me frustratum esse, et absentem nichil inde vos rescripsisse, sed subtili dilatione modo necdum esse perfectos, modo necdum esse scriptos, modo meas litteras intercidisse, aliaque multa obponens, ad hanc diem usque pervenimus, et sine petitionis effectu manemus. Ob hoc et ego vertam preces in querelam, ut quod supplicatione nequivi, vel calumniis lacessendo valeam adipisci. Sepe namque solet mendico prodesse vociferatio. Quo circa cur queso te non tribuas domine quod rogaris? Unum scias, vero non dimittas quasi fingens me nolle negata, sed queram et instanter queram quousque aut accipiam, aut eliciam piissimo pastore iubente. Querite et invenietis, et addidit: pulsate et aperietur vobis. Quesivi et quero, et pulso. Unde et clamito ut aperias. Nam hoc me arguendi solatium invenio, quia quod contempsisti postulantem, exaudias forte calumniantem. Hinc et ego scienti ingero, nec stulta iactatione novum aliquid suggerere insipiens perfecto presumo. Non tamen erubesco imperitus disertissimo loqui, apostoli memor precepti quo precepit libenter sufferre insipientem. Qua obrem accipe clamorem calumnie: Cur rogo talentorum distributionem, et cibariorum dispensationem tibi creditam hucusque retentas? Iam solve manum, impertire familiis, ne inopia pereant famis. Nosti quid creditor veniens reposcat a te. Non minuitur tibi quicquid dederis nobis. Memor esto paucis panibus multitudine saciata, et superasse reliquias fragmentorum magnitudinem panum. An putas donum tibi collatum pro te solum esse datum? Et tuum est et nostrum, commune est, non privatum. Et quis dicere vel insanus presumat, ut privato tuo gaudeas, quod de communi tantum inculpabiliter gaudere possis? Nam cum te Deus economum thesauri sui et divitiarum salutis sapientie et scientie tenere concesserit, est larga manu non effundis quod dando non minuis. An cum in membris superni capitis unusquisque quod non accepit sic in alio possideat ut alterum quod habeat possidendum sciat, tu forsitan ideo nobis parcus existis, quia quod mutue a nobis resumas non invenis? Sed si habentibus das, tanto ille mercedis fructum reportas. Sin vero non habentibus tribuis, preceptis evangelicis satisfacis, ut reddatur tibi in retributione iustorum. Proinde et ego te in moderatorum conscientia cogo, quod in me nichil communicabile boni sentias, qui iubemur per caritatem servire invicem, et unusquisque quam accepit gratiam in alterutrum illam amministrare sicut boni dispensatores multiformis gratie Dei, atque unicuique sicut divisit Deus mensuram fidei, in una compagine membrorum debes et tu ceteris communicare, quia hec omnia operatur unus atque idem spiritus dividens singulis prout vult. Sed ad unum ac peculiare sub presidium quod premisi recurro ad imperiosam civitatem amica sediciorum amicicia destitutis ac nulla membrorum honestorum decoratis. Idcirco audi vocem meam, tot iniacentibus tris. Redde redde quod debes. Nam servus es servorum Christi et Christianorum, ut ille sis maior omnium nostrum. Et quem novi curam tibi collatam pro servis gratiam sitientibus, animus scientieque fame cruciatis impartiri non dedigneris. Non sum saltem pes quo ad iniuncta discurrens possim alio ecclesie membrorum scilicet in dicto obedientie discursu parere; nec principatum capitis impantia obsequendo placere. Quin et si de inhonestioribus membris me esse sciam sufficiat, quia quod te constat a capite percepisse per me est dignum egerere, nec te me non egere quamvis minimum Christi tamen sanguine redemptum. Nam nec dicit caput pedibus: non estis michi necessarii, quin que videntur membra corporis infirmiora esse necessariora sunt, et que putantur ignobiliora esse his honore habundantiore circumdamus, et que inhonesta sunt nostra maiorem honestatem habent. Sic itaque creator noster ac dispensator cuncta moderatur, ut cum in alio alteri dona divina que in se non percipit possidenda tribuuntur caritas cumulet. Denique te bene multiformis gratia dispensat, quando acceptum donum et ei quod hic non habet creditur, quando quis cui impenditur datum putatur. Hoc apostoli capitulum a nobis in parte premissum optime novit prudentia sanctitatis vestre huius rei congruere totum. Et quoniam quod summatim tetigi, te procul dubio nosse michi latet nullum. Itaque hoc solum super est quod et magnopere peto ut prestes postulata, et si non pro me saltem pro ipsa caritate divinitus imperata, per quam iubemur et nosse et prestare omnia, et sine qua nichil sunt omnia. Sed et si qua superflua si qua negligenter, si qua minus humiliter aut inciviliter potius effudi quam dixi, cuncta queso benigne suscipias, cuncta ignoscas, cuncta ores ut Deus ignoscat. Ergo et hoc notesco libros ethymologiarum quos a te domino meo posco, etsi detruncatos corrososque iam a multis haberi. Inde rogo ut eos michi transcriptos integros emendatos et bene coaptatos digneminі mittere, ne rapte aviditate in perversum cogar vicia pro virtutibus ab aliis sumere. Ego autem aperto quamvis nullius egeas et ultronee dicantur putere vel torpere mercedes, ut dignatio vestre benignitatis impertiat nobis invidio quod possim et valeam. Tamen ut tibi sequor vestro utaris immensa caritate que Deus est perfruaris. His ergo expletis erant michi questiones de sacris divinisque paginis, quarum michi expositionem cordis vestri lumen aperiret, si tamen et nobis iubes resplendere, et divine legis obscura reserare. Et si ista que peto percepero de illis silebo. Sed iam referas capiende fiducie, cum in hac fronte prima non me confoderis stimulis verecundie, et ignavie mee locum dederis venie. Quodque diligebas quamlibet inmerito non inseris reprobare, quia ignominiosum valde videtur ac miserabile si nec dum faciat quis caritate ab eo quem amabat invenitur recedere. Obsecro autem me servitutis dependo vestra salutis, et quaeso pietatem sanctissime vestre potestatis, ut pro me orare digneris, quatinus cottidie fluctuantem animam in malis tuo intercessu lucreris, et ad portum eterne tranquillitatis deducas, erutam a miseriis et ab scandalis. Dulce michi fuit diu ad te loqui, quasi coram positus vultum viderem tue faciei. Ideo nec verbositatem tamen et temeritatem fortassis incurri. Sed aut hoc aut aliud agere debui, tantum ut quod noluisti pro humilitate saltem tribuas pro tumultuante improbitate. Ecce quantum audacie dedit michi gratia vestre benivolentie, et ideo si quid in hoc displicuerit sibi imputet, que tantum amat ut timorem tollat. Nam perfecta caritas foras mittit timorem. Specialiter quoque gratia fretus specialiter domino in quo vires sancte ecclesie consistunt, suggero, ut quia Eusebius metropolitanus noster decessit, habeas misericordie curam, et hoc filio tuo nostro domino suggeras, ut illum illi loco preficiat, cuius doctrina et sanctitas ceteris sit virtutis forma. Hunc autem filium presentem beatissime potestati vestre per omnia commendo, ut tam de his que hic suggessimus quam et de his que super questi sumus eloquio vestro pro eo illustrari mereamur.

Domino meo et Dei servo Braulioni episcopo Ysidorus. Tue sanctitatis epistole me in urbe Toletana invenerunt. Nam permotus fueram causa concilii. Sed quamvis iussio principis in itinere positum remeare me ammonuisset, ego tamen quia propinquior eram presentie ipsius, quamquam regressionis malui potius cursum itineris non intercludere. Veni ad presentiam principis, et inveni presentem diaconum tuum, per quem eloquia tua suscipiens amplexus sum et legi, et de salute tua Deo gratias egi, omni desiderio desiderans, quamvis debilis atque fessus, fiduciam tamen habere per Christum in hac vita videndi te, quia spes non confundit per caritatem que diffusa est in cordibus nostris. Codicem ethymologiarum cum aliis codicibus de itinere transmisi, et licet inemendatum pre valitudine, tamen tibi modo ad emendandum studueram offerre, si ad destinatum concilii locum pervenissem. De constituendo autem episcopo Tarraconensi, non eam quam petisti sensi sententiam regis, sed tamen et ipse adhuc ubi certius convertat animum illi manet incertum. Peto autem ut pro meis peccatis apud Dominum existere intercessor digneris, ut impetratu tuo deleantur delicta mea, et remittantur facinora. Item manu sua. Ora pro nobis beatissime domine et frater.

En tibi sicut pollicitus sum misi opus de origine quarundam rerum ex veteris lectionis recordatione collectum, atque ita in quibusdam locis annotatum sicut extat conscriptum stilo maiorum.

Ut valeas que requiris cito in hoc corpore invenire, hec tibi lector pagina monstrat de quibus rebus in libris singulis conditor huius codicis disputavit.

In XIIII libro Quere paradisum

In primo libro de grammatica et partibus eius. In secundo de rhetorica et dialectica. In tertio de mathematica, cuius partes sunt arithmetica, geometria, musica et astronomia. In quarto de medicina. In quinto de legibus et instrumentis iudicum, ac temporibus et etatibus seculi. In sexto de ordine scripturarum, de ciclis et canonibus, de festivitatibus et officiis. In septimo de Deo et angelis, de nominibus praesagis, de nominibus sanctorum patrum, de martyribus, clericis, monachis, et ceteris fidelium nominibus. In octavo de ecclesia et synagoga, de religione et fide, de heresibus et philosophis, poetis, sibyllis, magis, paganis, ac diis gentium. In nono de linguis gentium, de regum, militum, civiumque vocabulis, et affinitatibus. In decimo de quibusdam nominibus per alfabetum distinctis. In undecimo de homine et partibus eius, de etatibus hominis, de portentis et transformatis. In duodecimo de quadrupedibus, reptilibus, piscibus ac volatilibus. In XIII. de elementis, id est de caelo, de aere, de aquis, de mari, fluminibus ac diluviis. In XIIII. de terra, de paradyso et provinciis totius orbis, de insulis, montibus, ceterisque locorum vocabulis, ac de inferioribus terre. In XV. de civitatibus, de edificiis urbanis et rusticis. De agris, de finibus et mensuris agrorum, de itineribus. In XVI. de glebis ex terra vel aquis, de omni genere gemmarum et lapidum pretiosorum et vitrum, de ebore quoque inter marmora notato, de vitro, de metallis omnibus, de ponderibus et mensuris. In XVII. de culturis agrorum, de frugibus universi generis, de vitibus et arboribus omnis generis, de herbis et holeribus universis. In XVIII. de bellis et triumphis, ac instrumentis bellicis, de foro, de spectaculis, de alea et pila. In XVIIII. de navibus, funibus, retibus, et de fabricis ferrariis, et fabricis parietum, et cunctis instrumentis edificiorum, de lanificiis quoque et ornamentis, et vestibus universis. In XX. de mensis et escis, et potibus et vasculis eorum, de vasis vinariis, et oleariis, de vasis cocorum et pistorum et luminariorum, de lectis et sellis, de vehiculis et instrumentis rusticis, et hortorum sive de instrumentis equorum.

INCIPIT LIBER PRIMUS ETHIMOLOGIARUM. DE DISCIPLINA ET ARTE.

DISCIPLINA A DISCENDO nomen accepit, unde et scientia dici potest. Nam scire dictum a discere, quia nemo scit nisi qui discit. Aliter dicta disciplina, quia discitur plena. Ars vero dicta est quod artis praeceptis regulisque consistat. Alii dicunt a Grecis hoc tractum esse vocabulum apo tes aretes, id est a virtute, quam scientiam vocaverunt. Inter artem et disciplinam Plato et Aristoteles hanc differentiam voluerunt esse dicentes artem esse in his que se et aliter habere possunt; disciplina vero est que de his agit que aliter evenire non possunt. Nam quando veris disputationibus aliquid disseritur, disciplina erit; quando aliquid verisimile atque opinabile tractatur, nomen artis habebit.

De septem liberalibus disciplinis.

Disciplinae liberalium artium VII sunt. Prima grammatica, id est loquendi peritia. Secunda rhetorica, que propter nitorem et copiam eloquentie sue maxime in civilibus questionibus necessaria existimatur. Tertia dialectica cognomento logica, que disputationibus subtilissimis vera secernit a falsis. Quarta arithmetica, que continet numerorum causas et divisiones. Quinta musica, que in carminibus cantibusque consistit. Sexta geometria, que mensuras terre dimensionesque complectitur. Septima astronomia, que continet legem astrorum.

De litteris communibus.

Primordia grammatice artis littere communes existunt, quas librarii et calculatores secuntur. Quarum disciplina velut quedam grammatice artis infantia est, unde et Varro eam litterationem vocat. Littere autem sunt indices rerum, signa verborum, quibus tanta vis est, ut nobis dicta absentium sine voce loquantur. Usus litterarum repertus est propter memoriam rerum. Nam ne oblivione fugiant, litteris alligantur. In tanta enim rerum varietate nec disci audiendo poterant omnia, nec memoria contineri. Littere autem dicte quasi legitere, quod iter legentibus prestent, vel quod in legendo iterentur. Littere Latine et Grece ab Hebreis videntur exorte. Apud illos enim prius dictum est aleph, deinde ex simili enuntiatione apud Grecos tractum est alfa, inde apud Latinos A. Translator enim ex simili sono alterius lingue litteram condidit, ut nosse possimus linguam Hebraicam omnium linguarum et litterarum esse matrem. Sed Hebrei XXII elementis litterarum secundum Veteris Testamenti libros utuntur, Greci vero XXIIII. Latini enim inter utramque linguam progredientes XXIII elementa habent. Hebreorum litteras a lege coepisse per Moysen...

referuntur personam, ut magister, dux, pater. Illa quae dicuntur ad aliquid, aliter se habentia, e contrario dicta sunt, ut dexter. Dici enim dexter non potest nisi sinister fuerit. Porro qualitatis nomina ex eo dicta, quia per ea qualis quisque sit ostenditur, ut sapiens, formosus, dives. Quantitatis, quia a mensura censentur, ut longus, brevis. Patronymica dicuntur eo quod trahantur a patribus, ut Tydides, Tydei filius, Aeneius, Aeneae filius, quamvis et a matribus et a maioribus ducantur. Ctetica, id est possessiva, a possessione, ut Evandrius ensis. Epitheta, quae Latine adiectiva vel supposita appellantur, eo quod ad implendam sui significationem nominibus adiciantur, ut magnus, doctus. Adicis ea personis, ut magnus philosophus, doctus homo, et plenus est sensus. Actualia ab actu descendunt, ut dux, rex, cursor, nutrix, orator. Gentis a gente veniunt, ut Graecus, Romanus. Patriae a patria descendunt, ut Atheniensis, Thebanus. Loci a loco, ut suburbanus. Verbalia dicuntur quia de verbo nascuntur, ut lector. Participalia, quia sic sonant sicut participia, ut legens vel clemens. Verbis similia a verbi similitudine dicta, ut contemplator. Nam et verbum est imperativi modi futuri temporis, et nomen, quia declinationem recipit. Haec autem omnes species a nominum appellatione descendunt. Secunda pars orationis comparatio. Comparatio dicta, quia ex alterius comparatione alium praefert. Cuius gradus tres sunt: positivus, comparativus, superlativus. Positivus dictus, quia primus ponitur in comparationis gradu, ut doctus. Comparativus ab eo quod comparatus positivo praefertur illi, ut doctior; plus enim novit quam doctus. Superlativus ab eo quod comparativo superferatur, ut doctissimus; plus enim scit quam doctior. Genera dicta sunt quod generent, masculinum et femininum. Cetera nomina non sunt genera, sed hoc nominum ratio et auctoritas voluit. Neutrum dictum quia nec hoc est nec illud, id est nec masculinum nec femininum. Commune dictum quia duobus generibus nomen unum communicat, ut hic et haec canis. Cui contrarium est epikoenon, quia utrumque sexum sub uno genere enuntiat, ut hic piscis. Est enim incerti sexus, quod nec natura nec oculis discernitur, sed sensus tantum peritia. Omne genus dictum quia cunctis generibus servit, masculino, et feminino, et neutro, et communi, et omni. Numerus vocatus, quia per eum vel singularia vel pluralia nomina ostenduntur. Figura, quia vel simplicia vel composita sunt. Casus a cadendo dicti, per eos enim inflexa nomina variantur et cadunt. Nominativus casus dicitur, quia per eum aliquid nominamus, ut hic magister. Genetivus, quia per eum genus cuiusque quaerimus, ut huius magistri filius, vel quod rem significamus, ut huius magistri liber. Dativus, quia per eum nos dare alicui aliquid demonstramus, ut da huic magistro. Accusativus, quia per eum aliquem accusamus, ut accuso hunc magistrum. Vocativus, quia per eum aliquem vocamus, ut o magister. Ablativus, quia per eum nos auferre aliquid cuiquam significamus, ut aufer a magistro. Hexaptota nomina dicta eo quod per sex casus varietatem habent, ut est unus. Pentaptota, quod tantum in quinque casibus variantur, ut doctus. Tetraptota, quod tantum in quattuor casibus declinantur, ut latus. Triptota, quod tantum in tribus, ut templum. Diptota, quod tantum in duobus, ut Iuppiter. Monoptota, quod uno casu tantum utuntur, ut frugi.

De pronomine.

Pronomen dictum, quia pro vice nominis ponitur, ne fastidium faciat nomen ipsum dum iteratur. Nam cum dicimus Vergilius scripsit Bucolica, addimus pronomen ipse scripsit Georgica; sicque varietas significationis et fastidium tollit et ornatum inducit. Pronomina autem aut finita sunt, aut infinita. Finita pronomina dicta eo quod definiunt certam personam, ut ego; me enim statim intellegis. Infinita dicuntur, quia non sunt certae personae. De absentibus enim dicuntur et incertis, ut quis, quae, quod. Minus quam finita appellantur, quia commemorationem faciunt notae personae, ut ipse, iste. Certum est enim de quo dicitur. Possessiva vocantur, eo quod nos aliquid possidere ostendunt. Nam cum dico meus, tuus, definio aliquid meum esse vel tuum. Relativa dicuntur, quia ad interrogationem referuntur, ut quis est? respondetur: is est. Demonstrativa, eo quod habent demonstrandi significationem. Aliquem enim praesentem his demonstramus, ut hic, haec, hoc, quae tria et articuli nominantur. Articuli autem dicti, quod nominibus artantur, id est colligantur, cum dicimus hic orator. Inter articulum autem et pronomen hoc interest, quod articulus tunc est cum nomini iungitur, ut hic sapiens; cum vero non iungitur, demonstrativum pronomen est, ut hic et haec et hoc. Omnia autem pronomina aut primigenia aut deductiva sunt. Primigenia dicta sunt, quia aliunde originem non trahunt, et haec xx et i sunt. Finita tria: ego, tu, ille. Infinita vii: quis, qualis, talis, quantus, tantus, quotus, totus. Minus quam finita vi: ipse, iste, hic, is, idem, sui. Possessiva v: meus, tuus, suus, noster, vester. Reliqua autem deductiva dicuntur, quia ex istis deducta atque composita existunt, ut quispiam, aliquis, et cetera.

De verbo.

Verbum dictum eo quod verberato aere sonet, vel quod haec pars frequenter in oratione versetur. Sunt autem verba mentis signa, quibus homines cogitationes suas invicem loquendo demonstrant. Sicut autem nomen significat personam, ita verbum factum dictumque personae. In persona verbi agentis et patientis significatio est. Nam scribo personae factum est; item scribor personae factum indicat, sed eius a quo patitur. Verborum genera duo sunt: grammaticorum atque rhetorum. Grammaticorum in tria cadunt tempora: praeteritum, instans, futurum, ut fecit, facit, faciet. Rhetorum autem universa oratio verba dicuntur, veluti verbis bonis nos cepit, verba bona habuit; ubi non tantum verba quae in tria cadunt tempora, sed universa oratio est. Verborum species sunt formae, modi, coniugationes et genera. Formae verborum inde dictae, eo quod nos ad unamquamque rem informent. Per has enim ostendimus quid agamus. Perfecta forma dicta a perficiendo, ut lego; tunc enim dicendum est quando in praesenti tempore legam. Meditativa dicta a meditatione sensus, ut lecturio, id est legere volo. Inchoativa post meditationem ab inchoatu, ut calesco. Frequentativa a saepe agendo, ut lectito, clamito. Formae enim sensum tenent, modi declinationem. Nam nescis quid sit declinatio, nisi prius didiceris quid sit sensus. Modi dicti ab eo quemadmodum sint in suis significationibus. Indicativus enim modus dicitur, quia significationem habet indicantis, ut lego. Imperativus, quia sonum habet imperantis, ut lege. Optativus, quia per eum optamus aliquid agere, ut utinam legerem. Coniunctivus, quia ei coniungitur aliquid ut locutio plena sit. Nam quando dicis cum clamem, pendet sensus; quod si dicam cum clamem, quare putas quod taceam? plenus est sensus. Infinitivus dicitur eo quod tempora definiens personas verbi non definit, ut clamare, clamasse. Cui si adiungas personam, clamare debeo, debes, debet, fit quasi finitum. Impersonalis dicitur quia indiget personam nominis vel pronominis, ut legitur. Addis personam a me, a te, ab illo, et plene sentitur. Sed infinitivus modus personas verbi eget, impersonalis vero personas nominis vel pronominis. Coniugatio dicitur eo quod per eam ad unum sonum multa coniungantur. Docet enim in quam syllabam exeat futurum tempus, ne per imperitiam quis dicat legebo pro legam. Harum prima et secunda mittunt futurum tempus in bo et in bor; tertia in am et in ar. Genera verborum ideo dicta, quia gignunt; nam activo adicis r, et gignit passivum; rursum passivo adimis r, et parit activum. Ipsa autem activa dicuntur, quia agunt, ut verbero; et passiva, quia patiuntur, ut verberor. Neutralia, quia nec agunt nec patiuntur, ut iaceo, sedeo; his si r litteram adicias, non sonant Latine. Communia dicuntur quia et agunt et patiuntur, ut amplector; haec similiter, deposita r littera, Latina non sunt. Deponentia vero dicuntur quia deponunt futuri temporis participium a significatione passiva, quod exit in dus, ut gloriandus.

De adverbio.

Adverbium dictum est eo quod verbis accidat, ut puta bene lego. Bene adverbium est, lego verbum. Inde autem dictum adverbium quod semper verbo iunctum adimpleatur. Verbum enim solum sensum implet, ut scribo. Adverbium autem sine verbo non habet plenam significationem, ut hodie. Adicias illi verbum: hodie scribo, et iuncto verbo implesti sensum.

De participio.

Participium dictum quod nominis et verbi capiat partes, quasi particapium. A nomine enim vindicat sibi genera et casus, a verbo tempora et significationes, ab utrisque numerum et figuram.

De coniunctione.

Coniunctio dicta quod sensus sententiasque coniungat. Haec enim per se nihil valet, sed in copulatione verborum quasi quoddam exhibet glutinum. Aut enim nomina sociat, ut Augustinus et Hieronymus; aut verba, ut scribit et legit. Una autem vis omnium, sive copulent, sive disiungant. Copulativae autem coniunctiones dictae eo quod sensum vel personas coniungant, ut ego et tu eamus ad forum. Ipsum et sensum coniunxit. Disiunctivae autem dictae, quia disiungunt res aut personas, ut ego aut tu faciamus. Subiunctivae dictae, quia subiunguntur, ut que. Dicimus enim regique hominique deoque; non dicimus que regi, que homini, que deo. Expletivae dictae, quia explent propositam rem, ut puta, si hoc non vis, saltem illud fac. Communes nominatae, quia ubivis ponuntur, ut igitur hoc faciam, sive hoc igitur faciam. Causales dictae a causa, eo quod aliquid cogitent facere, ut puta occido illum, quia habet aurum; causa est. Rationales dictae a ratione, qua quisque utitur in faciendo, ut quomodo eum occidam, ne agnoscar? veneno an ferro?

De praepositione.

Praepositio dicta, quod nominibus praeponatur et verbis. Accusativae autem et ablativae praepositiones a casibus quibus serviunt dictae. Loquellares vero, quia loquellis, id est verbis, semper cohaerent, nec aliquid valent sole positae, ut di, dis. Coniunctivae vero verbis figuram faciunt, ut diduco, distraho.

De interiectione.

Interiectio vocata, quia sermonibus interiecta, id est interposita, affectum commoti animi exprimit, sicut cum dicitur ab exultante vah, a dolente heu, ab irascente hem, a timente ei. Quae voces quarumcumque linguarum propriae sunt, nec in aliam linguam facile transferuntur.

De voce.

Vox est aer ictus sensibilis auditu, quantum in ipso est. Omnis vox aut est articulata, ut hominum, aut confusa, ut animalium. Articulata est quae scribi potest; confusa quae scribi non potest.

De syllabis.

Syllaba Graece, Latine conceptio sive conexio dicitur. Nam syllaba dicta est ΑΠΟ ΤΟΥ CΥΛΛΑΒΑ ΝΙΝ ΤΑΤ ΡΑΧ ΧΑΤΑ, id est a conceptione litterarum. Syllambanin enim dicitur concipere. Unde vere illa est syllaba quae ex pluribus nascitur litteris. Nam una vocalis pro syllaba abusive, non proprie dicitur, quae non tam syllaba dicenda est quam temporis. Syllabae autem aut breves sunt, aut longae, aut communes. Breves vocatae, quia numquam produci possunt. Longae, quia numquam corripi possunt. Communes autem, quia pro scribentis arbitrio, cum necessitas cogit, et producuntur et corripiuntur. Lege Donatum. Ideo autem syllabae longae brevesque dicuntur, quia per varias vocum moras aut dupla aut simpla spatia temporis habere videntur. Diphthongae syllabae Graeco nomine dictae, quod in eis binae vocales iungantur. Ex his apud nos veras esse constat iiii: ae, oe, au, eu. Ei vero apud maiores tantum celebrata est. Syllaba autem apud metricos semipes nominatur, quod sit dimidius pes. Nam pes constat duabus syllabis. Cum ergo una syllaba est, quasi dimidius pes est. Dionysius Lyricus syllabarum omnium singulas formas aptissimas fecit, et ob id statua honoratus est.

De pedibus.

Pedes sunt qui certis syllabarum temporibus insistunt, nec a legitimo spatio umquam recedunt. Pedes dicti eo quod per ipsos metra ambulent. Nam sicut nos pedibus incedimus, ita metra quasi pedibus gradiuntur. Pedes autem omnes cxxiiii sunt: disyllabi iiii, trisyllabi viii, tetrasyllabi xvi, pentasyllabi xxxii, exasyllabi lxiiii. Usque ad iiii syllabas pedes dicuntur, reliqui syzygiae vocantur. Ipsi autem pedes habent specialia causis nomina, quae ita vocantur. Pyrrichius dictus est, quia hic assidue vel in certamine vel in ludo puerili saepius frequentabatur. Spondeus, quia tractim sonat. Nam spondeus tractus quidam dicitur, id est sonus qui fundebatur circa aures sacrificantium. Unde et hi qui tibiis canebant in sacris gentilium, spondiales nominabantur. Trocheus vero dictus est, eo quod celerem conversionem faciat cantilenae, et quasi rota velociter currat in metris. Trochos enim Graece rota dicitur. Iambus dictus est eo quod iambizin Graeci detrahere dicunt. Huiusmodi enim carmine omnes invectiones vel detractiones implere poetae soliti erant. Dictum autem ab eo quod velut venenum quoddam maledicti aut livoris infundat. Tribrachus, qui et chorius appellatur, dictus quia fit ex tribus brevibus. Molossus dicitur a saltatione Molossorum, quam exercuerunt armati. Anapestus Graece dicitur repercussus. Graeci enim anapestum repercussionem dicunt. Quia ideo dicitur repercussus, eo quod repercutiatur a dactylo. Est enim illi contrarius. Dactylus a digito dictus, quod a longiore nodo inchoans in duas desinat breves. Sic et iste pes iunctura una habet longam et duas breves. Unde et manus expansa palma dicitur, et pendentes digiti dactyli. Amphibrachus, quod utraque parte brevem habeat, longa in medio iacente. Brachys enim brevis dicitur. Amphimacrus, quod duae hinc et inde longae habeant in medio inclusam brevem. Macros enim longus dicitur. Bacchius appellatus est eo quod hoc pede Bacchia, id est Liberi sacra, celebrabantur. Antibacchi vel palimbacchii dicti, quod iterati a bacchio sint. Proceleumaticus, quod sit ad celeuma canentium aptus. Dispondeus autem et diiambus et ditrocheus dicti, quod geminis constent spondeis, iambis vel trocheis. Antispastus, quod sit ex contrariis syllabis, ex brevi scilicet et longa, et longa et brevi. Choriambus vero, quia ex hoc pede compositum carmen choris aptissimum sit. Ionici sane propter numerorum inaequalem sonum dicti. Habent enim binas longas syllabas binasque correptas. Paeones dicti ab inventore. Epitriti vocati, quod semper tres longas habent syllabas et unam brevem. Syzygiae autem sunt pentasyllabi et exasyllabi pedes, et dictae apud Graecos syzygiae, quasi quaedam declinationes. Sed hi non sunt pedes, sed appellantur pentasyllabi et exasyllabi,
202. quia ultra v et vi syllabas non procedunt. Unde non oportet in carmine has syllabas quolibet excedere nomina, ut Carthaginiensium, Hierosolymitanorum et Constantinopolitanorum. Accidit unicuique pedi arsis et thesis, id est elevatio et depositio vocis. Neque enim pedes cursum suum dirigere poterunt, nisi alterna vice leventur et deponantur, ut arma: ar elevatio est, ma depositio. In his duobus per divisionem pedes legitimi colliguntur. Aequa divisio est quotiens arsis et thesis aequali temporum lege consistunt, ut ii et ii. Dupla est quotiens ex his unum alterum dupla vincit, ut iiii ad ii. Sescupla vero est quotiens unum alterum sescuplo superat dimidietate minoris, ut iii ad ii. In simpla enim parte unum plus invenitur, in dupla unum minus habetur. Sescuplum enim dimidium dupli dicitur. Tripla est quando maior tenet totum minorem ter, id est tria ad unum. Epitrita est quando minor tenetur a maiore et eius tertia parte. Caedunt ergo pedum membra vel per aequalitatem, vel per duplum, vel per sescuplum, vel per triplum, vel per epitritum. Partiuntur ergo aeque hos pedes: Pyrrichium v.i. v.i., ut fuga. Spondeum – ii. – ii., ut aestas. Anapestum v.v.i.i. – i.i., ut Erato. Dactylum – i.i. v.v.i.i., ut Maenalus. Proceleumaticum v.v.i.i. v.v.i.i., ut avicula. Dispondeum – – i.i.i.i. – – ii. ii., ut oratores. Diiambum v. – i. ii. v. – i. ii., ut propinquitas. Ditrocheum – v.i.i.i. – v. ii. i., ut cantilena. Antispastum v. – i. ii. – v. i.i.i., ut Salonianus. Choriambum – v.i.i.i. v. – i. ii., ut armipotens. Item in dupla partiuntur hos pedes: Iambum v.i. – ii., ut parens. Trocheum – ii. v.i., ut meta. Tribrachum v.i. v.v.i.i., ut macula. Molossum – ii. – – ii.ii., ut Aeneas. Ionicum minorem v.v.i.i. – – ii.ii., ut Diomedes. Ionicum maiorem – – ii.ii. v.v.i.i., ut Iunonius. Iste tantum triplam partitionem dividitur, quae est maxima atque ideo minime metris adest: Amphibrachum v.i. – ii. v.i., ut carina. Sescupli autem hi sunt: Amphimacrum – ii. v.i. – ii., ut insulae. Bacchium v. – i.ii. – ii., ut Achates. Antibacchum – ii. – v. ii.i., ut natura. Paeonem primum – ii. v.v.v.i.i.i., ut legitimus. Paeonem secundum v. – i.ii. v.v.i.i., ut colonia. Paeonem tertium v.v.i.i. – v.i.i., ut Menedemus. Paeonem quartum v.v.i.i.v. – i.ii., ut celeritas. Restant qui epitrita partitione dividuntur: Epitritum primum v. – i.ii. – – ii.ii., ut sacerdotes. Epitritum secundum – v.i.i.i. – – ii.ii., ut conditores. Epitritum tertium – – ii.ii. v. – i.ii., ut Demosthenes. Epitritum quartum – – ii.ii. – v. ii.i., ut Fescenninus.

Sunt ergo aequi et dupli vi, triplus i, sescupli vii, epitriti iiii. Numerus autem syllabarum in pedibus a duobus usque ad vi procedit; ultra enim non procedit

qa usq: ad vi. sillas tenduntur pedes. Tempora i pedib; s. ut qnta uniqsq:
pes hat. Resolutio e pedu qn p una longa due breues ponunt.
aut p duab: longis iiii. breues ponunt ut scetaq: i textum abiete costa.
A brete u resolutio spondei i p celeumatico. i qua resolutione semp
sinalimpha sequit urgili. Ex una au longa due breues s. ex duab;
au breuib; longa nuq fit. Fundi n solida posst. solidari scissa no
posst. Figa e cu nota sille agnoscunt. V bi n circuli parte inferi
ore bis posita aspicis pirrichi e, vv. ubi i. gemina iacente spods.
Na nota breuis inferior semicirculus nota longa i. iacens e.
M etra pedib; accidet ut a trocheo trochaicu. a dactilo dactilicum.
a iambo iambicu. de quib: paulo post dicendu est.

De accentib;

Accentus qui grece p sodia dr ex greco nom accep. Na grece ps. latine ad.
odem grece latine cant e. Hoc n nom de ubo ad ubu expssum e.
Latini au hit & alia noia. Na accentus & tonos & tenores dic.
qa ibi son escit & desinit. Accent au dict qd iuxta cantu sit; sic adu
bu qa iux uerbu e. Acut accent dict qd acuat & erigat sillaba.
Grauis qd deprimat & deponat. Est n gtrari acuto. Circuflex
qa de acuto & grauis gstat. Incipiens n ab acuto & grau desinit. atq:
ita dum ascendit & descendit circuflex efficit. Acut au & circuflex
similes st. Na utq: leuat sillam. Grauis gtri ambob: uidet. Na
semp deprimit sillas cu illi leuent. ut unde uenit tytan. & nox ubi sida
condit. Vn h grauis e. min n sonat qm acut & circuflex. Monosilla
au ps orons si natalit breuis e ut uir. aut positione longa ut ars.
acutu accentu habebit. Si u natalit longa ut res. circuflexu. Dissilla
pars orons si priore natalit longa ht. & ultima breue circuflectit
ut musa. alit acuit. Trissilla ps orons si media breue ht ut tibia.
te prima acuim. Si u natalit longa ht sedam & ultima breue ut mecell
te media circuflectim. Tetsilla au ps orons & pentasilla ratione trisil
labar retinent. Grauis accent cu uno accentu poni pot in dictione una.
cu utsq: nuq ut i coposita dictione un accent e. Accent repta s t ppe
distinctione. ut uiridiq: in litore gspicit sus. ne dicas ursus t ppe
p nunciatione ne dicas meta breuit & n p ducta meta t discernende
ambiguitatis ca u g. Na cu p duxit go. ea in significat cu corripit.

De figuris accentuum.

Figure accentuu x st. que t gunctione a gramaticis p uerbor distinctionib: apponunt. Oxia i. acut accent
linea a sinistra parte in dextru i sum ducta fit ita. Baria i. grauis
linea a summo sinistre in dextera deposita ita fit. Perispomene i.
circuflexus linea de acuto & grau facta exprimit ita. Macros
au i. longa uirgula iacens e ita. Brachin i. breuis ps e circuli
inferior iacens ita. Y fen i. gunctio qa duo uba gnectit. subiecta
uirgula usui circuflexa fit ita. Diastole i. distinctio q e gtrio sepat
dextera ps circuli subposita usui fit ita. Apostrophos ps ite circuli
dextera & ad summa littam apposita fit ita. Qua nota deee ostendit
i sermone ultima uocat ut tibunal p tibunale. Dasia qd inptat aspiratio
i. ubi h. litta poni debet tali figa notat. P silie qd inptat siccitas
siue puru i. ubi h. litta ee n debet tali nota ostendit. Quar duar
accentuu figam latini ex ipsa litta aspirationis fecert. Vn si gungas has
facis eande aspirationis nota. Rsu si mediu ei apice scindis. dasiam & psilen facis.

De positurs.

Posita figa e ad distinguendos sensus p cola & comata & p
iodos. que du ordine suo apponit. sensu nob lectionis ostendit. Dicte
au posite qd punctis positis adnotant. t qa ibi uox p interuallo distincti
onis deponit. Has greci thesis uocant. latini positas. Prima posita sub
distinctio dr. eade & coma. Media distinctio seqns est. ipsa & cola.
Vltima distinctio q tota sententia claudit. ipsa e p iodos. Cui ut dixim
ptes st cola & coma. qr diusitas punctis diuso loco positas demostrat.
V bi n in initio p nunciationis nec dum plena ps sensu e. & tam respi
rare oportet. fit coma i. pticula sensus. punctq: ad una littam ponit.
& uocat subdistinctio ab eo qd punctu subt i. ad una littam accipit.
V bi au i sequentib; ia sententia sensum pstat. s: adhuc aliqd sup e de
sententie plenitudine fit cola. mediaq: littam puncto notam. & me
dia distinctione uocam. qa punctu ad media littam ponim. Ubi u
ia p grad p nunciando plena sententie clausula facim. fit p iodos.
punctuq: ad caput litte ponim. & uocat distinctio i. disiunctio. qa integra
sepat sententia. h quide ap oratores. Ceterum ap poetas u ui uisu p duos pe
des silla remanet coma e. qa ibi p scansione p cisio ubi facta e. Ubi u post
duos pedes de parte orois nich sup e. colon e. tot au p iodus est.

De notis sententiar.

Praeterea quedam sptural note ap celeberrimos auctores fuert. qsq: antiq ad distinc
tione sptar carminib: & hystoriis apposuert. Nota e figa ppia i litte
modu posita ad demonstranda una qmq: ubi sententiaruq: ac usuu rationem.
Note au usib: apponunt numero xx. & vi. q st noib: infra sptis. X.
Asteriscus apponit in his q omissa st ut illucescant p ea nota que de ee uidet.
Stella n aster dr greco sermone. a q asteriscus est deriuat. ÷ Obelus i. uir
gula iacens apponit in uerb t sententiis supflue iteratis. siue i his locis u
lectio aliq falsitate notata e. ut qsi sagitta iugulet supuacua. atq: falsa con
fodiat. Sagitta em greco obelus dr. Obelus supne appuncte ponit i his
de qb: dubitat utru tolli debeant necne appoi. Lemniscus i. uirgula int
geminos punctos iacens. apponit in his locis q sacre sptur interptes eode
sensu s: diusis sermonib: transtulert. Antigraphus cu puncto apponit. u in
translationib: diusus sensus ht. X Asteriscus cu obelo. hac ppie aristarc
utebat in his usib: q n suo loco positi erant. Paragraf ponit ad sepandas
res a reb: q i connexu gcurrit qmadmodu i cathalogo. loca a locis & regio
nes a regionib: i agone pmia a pmus. certamina a diusis certaminib: sepa
rant. Posita est figa paragrafo contria. & ido sic formata qa sic
ille p ncipia notat. ita iste fines a p ncipiis sepat. Cryfia circuli ps i ferior
cu puncto ponit in his locis u qstio dura & obscura apiri t solui n potuit.
Antisimma ponit ad eos usus quor ordo pmutand est. sic & i antiqs
auctorib; positu inuenit. Antisimma cu puncto ponit i his locis u
ineode sensu duplices usus s. & dubitat q poti eligend sit. Diple
hac sptores nri apponunt i libis ecctiasticor uiror ad sepanda t demon
stranda testimonia scarum sptar. Diple peri sticon hanc pim leogoras
syracusan apposuit homericis usib: ad sepatione olimpi a celo. Diple
p distigmeno i. cu geminis punctis. hac antiq i his apponebant. q zeno
dotus effesius n recte adiecerat. aut depcerat. aut pmutauat. in his & nri
ea usi st. Diple obolismene interponit. ad sepandos i comediis t tra
gediis p iodos. Aversa obolismene q ties strophe & antistroph
inserit. Aversa cu obelo ad ea ponit que ad aliqd respiciunt. ut
nos ne e fluxas frigie res uere fundo conam nos an miseros q troas achiuis
obiecit. Diple supne obelata ponit ad gdiciones locor ac tem
por p sonarq: mutatas. Recta & auersa supne obelata ponit
finita loco suo monade significante simile sequente qq: ee. Ceraunium n fulm dr.
Crismon h sola ex uoluntate uniq: ad aliqd
notandu ponit. Phitero i. forte. h ubiq: aliqd obscuritas e ob
sollicitudine ponit. Anchora superior ponit u aliq res magna
omnino e. Anchora inferior u aliqd uilissime t inguenient de
nunciatu e. Chronis nota cu in fine libri apponit. Alogus
nota q ad mendas adhibet. fuunt & alie note librorum p agnoscendis his q
p extremitates paginar exponunt. ut ubi lector illuminari huius signi
inuenerit. ad textum recurrens eiusde sermonis t usiculi sciat e expositio
ne cui similis sup iacente nota inuenerit.

De notis uulgarib;

Vulgares notas ennius prim mille & c. inuenit. Notar usus erat ut q qd
p contione aut i iudiciis diceret. librarii scriberent complures simul astan
tes diusis int se partib: qd qsq: uba & q ordine exciperet. Rome prim
tullius tyro ciceronis libtus comentat e notas s: tm ppositionu. Post eu ter
p sannius filargius & aqla libtus mecenatis alias addidert. Dein seneca
gtractu omium. digestoq: & aucto numero op effecit in qnq: milia. Note
au dicte eo qd uba t sillas p fixis caracteribus notent. & ad noticia le
gentiu reuocent. qs q didicert ppie ia notarii appellant.

De notis iuridicis.

Quedam au litte in libris iuris ubor suor note s. q sptio celeris breuiorq:
fiat. Scribebat n ubi gra p b. & p f bonu factu. p s. & p c. senat
gsultu. p r. & p p. res publica. p p. & p r. pplis romani. p d. & p a. du
taxat. p supina iii. litta mulier p p. sedam natam pupillus. p p. auso ca
pite pupilla. p unu k. caput. p kk iuncta calumnie causa. p i. & e. iudex
esto. p d. & m. dolu malu. Cui genus plurime gsimiles note in libris antiqs
inueniunt. Has iuris notas nouicii impatores a codicib; legu abolendas
sanxert. qa multos p has callidi ingenio ignorantes decipiebant. atq: ita
iussert scribendas i legib: litteras. ut nullos errores nullas ambages afferant.
s; sequda & uitanda apte demonstrent.

De notis militaribus.

In breuiculis qq: q b; militu noia gtinebant ppia nota erat ap ueteres qua in
spiceret. qnta ex militib: sup esset. qnaq: i bello occidissent. T. nota i capite
usiculi posita supstites designabat. Θ u ad uniusciq: defuncti nomi apponebat.
Vn & ht p mediu telu i. mortis signu. De q psius art. et potis est nigru
uicio pfigere theta. Cu au puericia significare uellent Λ. littam usi s. Sicut
morte significabant cu ponebant theta ad caput. In stipendior qq: largitione ppiae
notas & littar int se uetes faciebant. ut q q d occultet

De notis litteralib;

Nimirum inscptis significare uellent mutuo scriberent. Testis e brut qui e his littis
q b; ea q acturus erat notabat. ignorantib: aliis qd s uellent he littere. Cesar qq:
august ad filiu qm inqt i numerabilia incidit assidueq alterutru oporteat & e
secreta. ham int nos notas sinis tales. ut cu aliqd notis scribendu erit. pro una
qq: litta scbam sequente h m. p a. b. p b. c. & deinceps eade ratione ceteras. p x
au litta redeundu erit ad duplex aa. Quida au usis uerbis scbunt.

De notis digitor.

Sunt queda & digitor note. st & oculor. q b; secu tacitu. p cul q: distantes colloquunt. sic mos e militaris. ut q ties gsensu
exercit. qa uoce n pot manu p mittat. alii qa uoce n possunt gladior mo
tu salutant t laudant. Ennius de qda impudica. Quasi i choro pila ludens
dadatim dat sese & comune fac. Alium tenet. alii nutat. alibi manus e oc
cupata. alii pellit pede. alii dat anulu expectandu. a labris alii i uo
cat. cu alio cantat. at tam alio dat digito litteras. Et salomon. Annuit
oculo. terit pede. digito loquit.

De ortographia.

Ortografia greco. latine recta scriptura inptat. Ortho n grece recta. latine. grafia
scriptura dr. Hec disciplina docet qmadmodu scbere debeam. Na sic ars
tractat de partiu declinatione. ita ortografia de scbendi peria. ut pura cum
ad e ppo d littam. cu e gunctio. t littam accipit. Haud qn e aduerbiu nega
di. d litta terminat. & aspirat in capite. qn au gunctio disiunctiua e sine litte
sui aspiratione scbit. Apud ppo p d scbit sic ad uocas patre qm uetes
sepe ap p ad dubio usi st. duab; exceptis mediis litteris subtractis. Int duas
alie littere i locu aliar littar recte ponunt. b & p. littis qda cognatio e.
Na p byrro dicim pyrru. C & g. qda cognatione ht. Na cum
dicim centu & trecentos. p ea dicim qdringentos. g ponentes p c.
& q. similit cognatio e. Na huic p c. cuiq: p q scbim. Cu au ppo
p c scbenda e. si au adubiu fuit p q. Dicim n qm lego. Deus p e sola
demon p diptongon e notand. Equus qd e animal p e sola scbend. equ
qd e iust p ae diptongon scbend. Exsul addito s. debet scbi. qa exsul de
q exit solu e. Exultat melius sine s. litta scbit. Na cu ipsa x. ex c & s
gstet. qm cu in ea sit s. rursus ei addit alia. Equor p diptongon scben
du. qa ab equo nom e factu. Forsitan p n scbendu in fine. qa integru ei
e si forte tande. Fed qd e deformis p e sola scbendu. Fed qd e paci
cu oe diptongo scbendu. formosus sine n scbit. qa a forma uocat.
Gnat qd e filius p g scbendu. qa fac generat. H q e aspirationis litta
e i latino tantu uocalib: iungit. ut honor. homo. hum. Aspirat
au & gsonantib: s: in grecis & hebreis noib;. Heu au & heu interiecti
ones p h scbende. I. littam int duas uocales gstituta bis scbi qda uo
stimabant. ut i troia & maia. h ratio n p mittit. Nuqm n tres uoca
les i una silla scbunt. s: i litta int duas uocales gstituta p duplici ht.
Id p nu neut genis p d scbit. ab eo qd e is. ea. id. qa fac ide. Qd si uerbum
e iii p p t notabit. ab eo qd e eo. is. it. qa fac it. K. littam antiq ppone
bant q ties a sequebat. ut kaput. kanna. kalam. Nc au kartago & ka
lende p eande tantu scbunt. Omia au greca noia qualicuq: sequente uocali
p k st scbenda. Letus p ae diptongon scbit. qa letitia a latitudine
uocata e. cui gtria e tristicia q angustia fac. L. litta int du p d. littam uim
n latu p dam. & calamitas q p cadamitas. A cadendo n nom sup stitui
lamitas. Maxumus an maximus. & si q similia st. qlit scbi debeant qsitu
Varro tradidit cesare p i. h m uba enunciare solitu ee & scbere. Inde
ppt auctoritate tanti uiri gsuetudine facta. ut maximus optimus pessimus
scbat. Malo p unu l. scbendu. qa e mag uolo. Malle p duo ll. sc
bendu. qa e mag uelle. Nolo qq: p unu l. uelle & nolle p duo ll. Nolo
n neuolo e. Nolle neuelle e. Os si uultu aut ossa significat p o sola
scbendu e. si p sona h ppo nenda e. Onustus p o. hora dier p h scbendu.
O n si de oneratur. p o sola scbendu. si de honore cu aspiratione. Prepo
& pterea p diptongon scbendu. Pone u qd e gunctio p e. pena qd t
suppliciu p oe. Q. litta te recte ponit cu illa u litta seqt. & alia qlib uoca
plures ue uocales iungunt. ita ut una silla fiat. Cetera p c. scbunt. Que
pn cu a scbendu. q: gunctio sit a. Quid p d littam scbit. cui pn e. cu
uerbu p t. cui posito p ma e. q o. q s. quit. & i copositione nequo. nequis. nequit.
Quod qn pnu e p d scbendu. qn numer p t. qa totide p t scbit. Quom
die p q scribendu n p c. ut sic qt dieb; R litta comunione ht cu s. Ita
Itaq: ap antiqs honos. labos. arbosq: dicebat. nc honor. labor. arbor. Sat
p t scbi oportet. qa integru ei fac satis. Sed p d scbi oportet. Apud antiqs
n s: sedu dicebat. Nos finales duas littas abscidim. Tanct sic & quanct in
medio m habebant. Quu n & tam un & quotiens. qnt. tant. Vae int
iectio cu a scbenda. Ve gunctio sine a. Xpc qa grecu e p x scbendu. ita
& xrisma. Y & z. littis sola greca noia scbunt. Na cu iustitia z. litte
sonu exprimat. tam qa latinu e p t scbendu e. Sic militia malicia nequicia
& cetera similia. In dubiis qq: uerbis gsuetudo ueterum erat ut cu eade litta
aliu intellectu correpta. aliu p ducta haberet. longe sille apice apponebant
u ppls arbore significaret an hominu multitudine apice distinguebat. Sic
& ubi littere gsonantes geminabant sicilicu supponebant. ut cella. serra.
asseres. Veteres n n duplicabant littas. s: sup sicilicos apponebant q nota
ammonebat lector geminanda ee littam.

De analogia.

Analogia greco. latine similium coparatio siue pportio nominat. Cui h uis e ut
dubiu e ad aliqd simile q n e dubiu referat. ut incta certis pbent. Octavis
modis coparatio analogie colligit i. qualitate. coparatione. genie. numero. figa. casu.
extremitatibi similiu sillar. & similitudine tempor. Siqd dr his uni defuerit

ut non est analogia, id est similitudo, sed anomala, id est extra regulam, ut lupus, lepus. Conveniunt sibi, dissentiunt casu: facit enim lupi, leporis. Nam regularitas est, cum generis utrum nomen masculinum an femininum sit, similis illi sit in omni declinatione, et erit masculinum. Item funis, si incerti generis esse credis, simile est illi panis in declinatione, et erit masculinum. Item ex comparatione positivorum, ut si dicamus magnus, positivum sit, et sui similes. Fit et per diminutionem, ut puta funiculus masculinum esse funiculus ostendit. Sic marmor neutri generis esse marmusculum indicat. Nam quod generis in principalitate est, id esse solet in diminutione. Sed haec non semper, ut pistrinum pistrilla. Sed fit haec debemus ex positione declinationis, ex diminutione generis colligere.

De ethymologia

Ethymologia est origo vocabulorum, cum vis verbi vel nominis per interpretationem colligitur. Hanc Aristoteles symbolon, Cicero adnotationem nominavit, quia nomina et verba rerum nota facit exemplo posito, ut puta flumen, quia fluendo crevit, a fluendo dictum. Cuius cognitio saepe usum necessarium habet in interpretatione sua. Nam dum videris unde ortum est nomen, citius vim eius intellegis. Omnis enim rei inspectio ethymologia cognita planior est. Non autem omnia nomina a veteribus secundum naturam imposita sunt, sed quaedam et secundum placitum, sicut et nos servis et possessionibus interdum secundum quod placet nostrae voluntati nomina damus. Hinc est quod omnium nominum ethymologiae non reperiuntur, quia quaedam non secundum qualitatem qua genita sunt, sed iuxta arbitrium humanae voluntatis vocabula acceperunt. Sunt autem ethymologiae nominum aut ex causa datae, ut reges a recte agendo, aut ex origine, ut homo quia sit ex humo, aut ex contrariis, ut a lavando lutum, dum lutum non sit mundum, et lucus, quia opacus umbra parum luceat. Quaedam etiam facta sunt ex nominum derivatione, ut a prudentia prudens; quaedam etiam ex vocibus, ut a garrulitate garrulus; quaedam ex Graeca ethymologia orta et declinata sunt in Latinum, ut silva, domus. Alia quoque ex nominibus locorum, urbium vel fluminum traxerunt vocabula. Multa etiam ex diversarum gentium sermone vocantur. Unde et origo eorum vix cernitur. Sunt enim pleraque barbara nomina incognita Latinis et Graecis.

De glosis

Glosa Graeca interpretatione linguae sortitur nomen. Hanc philosophi adverbium dicunt, quia vocem illam de cuius origine quaeritur uno et singulari verbo designat. Quid enim illud sit in uno verbo positum declarat, ut conticescere est tacere. Item catus haurio apud Latinos, hauritio, id est perditio. Item cum terminum dicimus finem, aut populatas interpretamur esse vastatas, et omnino cum unius verbi rem uno verbo manifestamus.

De differentiis

Differentia est species definitionis, quam scriptores artium de eodem et de alio nominant. Haec enim duo quadam inter se communione confusa, coniecta differentia secernuntur, per quam quid sit utrumque cognoscitur, ut cum quaeritur quid inter regem sit et tyrannum, adiecta differentia quid uterque sit definitur, ut rex modestus et temperatus, tyrannus vero crudelis. Inter haec enim duo differentia cum posita fuerit, quid sit utrumque cognoscitur. Sic et cetera.

De barbarismis

Barbarismus est verbum corrupta littera vel sono enuntiatum. Littera, ut floriet, dum florebit dicere oporteat; sono, si pro media syllaba prima producatur, ut latebrae, tenebrae. Appellatus autem barbarismus a barbaris gentibus, dum Latinae orationis integritatem nescirent. Unaquaeque enim gens facta Romanorum cum opibus suis vitia quoque verborum et morum Romam transmisit. Inter barbarismum autem et barbarolexim hoc interest, quod barbarismus in verbo Latino fit, dum corrumpitur; quando autem barbara verba Latinis eloquiis inseruntur, barbarolexis dicitur. Item quando in prosa vitium fit sermonis, barbarismus vocatur; quando in metro, metaplasmus dicitur. Barbarismus autem fit scripto et pronuntiatione. Scripto quattuor modis: si quis in verbo litteram vel syllabam adiciat, mutet, transmutet vel minuat. Pronuntiatione autem fit in temporibus, tonis, aspirationibus et reliquis quae sequuntur. Per tempora quippe fit barbarismus, si pro longa syllaba brevis ponatur, aut pro brevi longa. Per tonos, si accentus in alia syllaba commutetur. Per aspirationem, si adiciatur h littera ubi non debet, aut detrahatur ubi esse oportet. Per hiatum, quotiens in pronuntiatione scinditur versus antequam compleatur, sive quotiens vocalis vocalem sequitur, ut Musae Aonides. Fit barbarismus et per motacismos, iotacismos et labdacismos. Motacismus est quotiens m litteram vocalis sequitur, ut bonum aurum, iustum amicum. Sed hoc vitium aut suspensione m litterae aut detractione vitamus. Iotacismus est quotiens in iota littera duplicatur sonus, ut Troia, Maia, ubi earum litterarum adeo exilis erit pronuntiatio, ut unum iota, non duo sonare videatur. Labdacismus est si pro uno l duo pronuntientur, ut Afri faciunt, sicut colloquium pro conloquium; vel quotiens unum l exilius, duo largius proferimus; quod contra est. Nam unum largius, duo exilius proferre debemus. Collisio est quotiens novissimae syllabae finis in alterius principio est, ut matris terra.

De soloecismis

Soloecismus est plurimorum verborum inter se inconveniens compositio, sicut barbarismus unius verbi corruptio. Verba enim non recta lege coniuncta soloecismus est, ut si quis dicat inter nobis pro inter nos, aut date veniam sceleratorum pro sceleratis. Dictus autem soloecismus a Cilicibus, qui ex urbe Soloe, quae nunc Pompeiopolis appellatur, profecti, cum apud alios commorantes suam et illorum linguam vitiose inconsequenter confunderent, soloecismo nomen dederunt. Unde et similiter loquentes soloecismum facere dicuntur. Soloecismus autem apud poetas schema dicitur, quotiens in versu necessitatis metri factum invenitur. Cum autem non invenitur necessitas, permanet soloecismi culpa. Soloecismus fit duobus modis: aut per partes orationis, aut per accidentia partibus orationis. Per partes orationis fit, si alteram partem pro altera ponamus, ut puta si praeponas adverbium applicem. Per accidentia fit, id est per ea quae accidunt partibus orationis, ut puta per qualitates, genera et numeros, figuras et casus. Per ista igitur omnia fiunt soloecismi, sicut donatus exposuit. Fiunt praeterea et plurimis modis. Nam Lucilius centum genera soloecismorum dixit, quae omnis vitare potius quam sequi debet, qui regulam recte loquendi studet tenere.

De vitiis

Vitia apud grammaticos illa dicuntur quae in eloquio cavere debemus. Sunt autem haec: Barbarismus, Soloecismus, Acyrologia, Cacenfaton et reliqua. Barbarismus est corruptio verbi unius. Soloecismus vitiosa compositio verborum. Acyrologia non propria dictio, ut Hic sperare timorem. Proprium est autem timere formidare, non sperare. Et gramineo in campo. Proprium est enim graminosum dicere campum, non gramineum. Kakenfaton dictio obscena vel in compositione sonans. Obscena, ut Nunc, Aenea, arrectis dictis. In compositione, ut Dorica castra videro. Mala enim fit compositio ab ea syllaba incipere qua superior finierat. Sed et si alio quolibet modo in compositione dictio profertur, kakenfaton dicitur. Pleonasmos adiectio unius verbi supervacua, ut Hac oculis vidi, et sidera caeli. Neque enim alibi nisi in caelo sunt sidera. Perissologia adiectio plurimorum verborum supervacua, ut Vivat Ruben et non moriatur, dum non sit aliud vivere quam non mori. Macrologia longa sententia res non necessarias conprehendens, ut Legati non impetrata pace retro unde venerant domum reversi sunt. Tautologia est idem eloquium, ut Si fata virum servant, si vescitur aura aetheria, neque adhuc crudelibus occubat umbris. Totum enim quod repetitur unius rei est, sed crebro sermone adnuntiata. Eclipsis est defectus dictionis, in quo necessaria verba desunt, ut tum pharetra ex auro. Deest enim erat. Tapinosis est humilitas statum rei magnae dictis infirmans, ut apparent rari nantes in gurgite vasto. Gurgitem enim posuit pro mari. Kakosyntheton vitiosa compositio verborum, ut versaque iuvencum terga fatigamus hasta. Amphibologia ambigua dictio, quae fit aut per casum accusativum, ut illud responsum Apollinis ad Pyrrum: Aio te, Aeacida, Romanos vincere posse. In quo non est certum quem in illo verbo monstraverit victorem esse. Fit et per incertam distinctionem, ut Bellum ingens geritur Italia. Incerta distinctio utrum bellum ingens, an ingens Italia. Fit et per commune verbum, ut deprecatur Cato, calumniatur Cicero, praestolatur Brutus, dedignatur Antonius, nec ostenditur in hac ambiguitate utrum ipsi alios, an alii ipsos deprecati sint, an calumniati. Fit et per omonymia, quae uno nomine multa significant, ut acies et

Mus addas ferre aut mulum, aut milvum.

De metaplasmis

Metaplasmus Graeca lingua, Latine transformatio dicitur. Qui fit in uno verbo propter metri necessitatem et licentiam poetarum. Cuius species haec sunt: Prothesis appositio in principio verbi, ut gnato pro nato. Epenthesis appositio in medio, ut relligare pro religare, et manebant in relligione nepotes pro religione. Paragoge appositio in fine, ut admittier pro admitti, et potestur pro potest. Aferesis abscisio de principio, ut temnere pro contemnere. Syncope abscisio de medio, ut forsan pro forsitan. Apocope abscisio de fine, ut sat pro satis. Ectasis productio contra naturam, ut Italiam fato profugus, et exercet Diana choros. Systole correptio contra naturam, ut Atque urbes Orion, et urbemque feremus, cum producta syllaba produci debeat. Diaeresis discissio syllabae in duas, ut dives pictai vestis pro pictae, et albai longae. Episinaliphe conglutinatio duarum in unam, ut pariete pro pariete, et Ianua pro Ianua, Feton pro Fetonte. Synaliphe collisio vocalium adiuncta vocalibus, ut atque ea diversa penitus dum parte geruntur. Ecthlipsis collisio consonantium cum vocalibus, ut multum ille et terris iactatus et alto. Antithesis contrapositio litterae pro alia littera, ut impete pro impetu, et olli pro illi. Metathesis transpositio litterae, ut Evandre pro Evander, et Tymbre pro Tymber. Inter barbarismum et figuras hoc est: Latina et perfecta elocutione metaplasmus est, quod in uno sermone fit ratione vitiosus. Item inter soloecismum et schema, id est perfecta conexione sermonum figura est, quae fit contextu sermonum ratione vitiosa. Ergo metaplasmi et schemata media sunt, et discernuntur perita et imperita. Fiunt autem ad ornatum.

De scematibus

Schemata ex Graeco in Latinum eloquium figurae interpretantur, quae fiunt in verbis vel sententiis per varias distinctionum formas propter eloquii ornatum. Haec cum multa sint apud grammaticos, ista inveniuntur. Prolepsis est praesumptio, ut ea quae sequi debent ante ponantur, ut Interea reges ingenti mole Latinus. Debuit enim sic dicere: Interea reges ingenti mole, et statim adicere quod sequitur procedunt castris; deinde dicere Latinus et cetera. Sed facta est ornatus praesumptio rei, et quod sequi debuerat reges in positione sunt; in sequentibus et postea additum est procedunt castris. Et vocatur praesumptio, quia ante positum est quod sequi debuerat. Zeuma est clausula, cum plures sensus uno verbo clauduntur. Quae fit tribus modis. Nam aut in primo, aut in postremo, aut in medio id verbum ponitur, quod sententias iungit. In primo, ut Vicit pudorem libido, timorem audacia, rationem amentia. In medio, ut Graecia Sulpicio sorti data, Gallia Crasso. In postremo, ut Namque hic tempore obsequium amicos, veritas odium parit. Hypozeuxis est figura superiori contraria, ubi singulis sensibus propria unicuique clausula est, ut Regem adit et regi memorat nomenque genusque. Syllempsis est in dissimilibus clausulis aut pluralis dictio singulari verbo finita, ut Sociis et rege recepto; aut singularis dictio plurali verbo expleta, ut Sunt nobis mitia poma et pressi copia lactis. Supra enim dixit Sunt, hic debuit dicere est, et pressi copia lactis. Fit autem silempsis non solum per partes orationis, sed per accidentia partibus orationis. Nam et pro uno plures, et pro pluribus unus ponuntur. Silempsis est pro multis unus, ut est illud Vergilii: armatum milite complent, cum non uno sed cum multis militibus. Item pro uno multi, ut in evangelio: Latrones qui crucifixi erant cum eo improperabant, ubi pro uno utrumque inducitur blasphemasse. Anadiplosis est cum ab eodem verbo quo prior versus finitur, sequens versus incipit, ut est illud: Certent et cycnis ululae, sit Tityrus Orpheus, Orpheus in silvis, inter delphinas Arion. Anaphora est repetitio eiusdem verbi per principia versuum plurimorum, ut Nos te, Dardania incensa, tuaque arma secuti, nos tumidum sub te permensi classibus aequor. Epanaphora est in uno versu per principia sensuum eiusdem verbi repetitio, ut Te nemus Anguitiae, te vitrea Fucinus unda, te liquidi flevere lacus. Epizeuxis est in uno versu coniunctio geminatio verbi, ut Sic sic iuvat ire sub umbras. Epanalepsis est sermonis in principio versus positi eiusdem in fine replicatio, ut est illud: Crescit amor nummi, quantum ipsa pecunia crescit. Paranomasia est insignis diversa dictio pene ipsa, ut illud: Abire an obire te convenit, id est exsule fieri an mori. Schesisonomaton multitudo nominum coniunctorum quadam ambitu copulata, ut nubila, nix, grando, procellae, fulmina, venti. Paromoeon est multitudo verborum ex una littera inchoantium, qualis est apud Ennium: O Tite, tute, Tati, tibi tanta, tyranne, tulisti. Sed hic bene temperat Vergilius, dum non toto versu utitur hac figura, ut Sola mihi tales casus Cassandra canebat. Homoeoptoton est cum plurima nomina per unum casum declinantur, ut illud: Sed neque currentem se nec cognoscit euntem, tollentemve manu saxumque inmane moventem. Homoeoteleuton est cum in uno modo verba plurima finiuntur, ut abiit, abscessit, evasit, erupit. Polyptoton est cum diversis casibus sententia variatur, ut Ex nihilo nihil, in nihilum nil posse reverti. Et Marce, clama, papae, Marco spondente recusas? Marcus dixit ita est, assigna, Marce, tabellas. Hirmos est sententia continuata orationis, tenorem suum usque ad ultimum servans, ut est

203\. In secessu longo locus, insula portum et reliqua. Hic enim in longum vadit sensus usque ad illud: Desuper horrentique atrum nemus imminet umbra. Polysyntheton est dictio multis concatenata coniunctionibus, ut Tectumque laremque armaque Amyclaeumque canem. Dialyton vel asyntheton figura est, quae e contrario sine coniunctionibus soluta ac simpliciter effertur, ut Venimus, vidimus, placuit. Antitheton est, ut contraria contrariis opponantur et sententiae pulchritudinem reddunt, ut illud: Frigida pugnabant calidis, umentia siccis, mollia cum duris, sine pondere habentia pondus. Hypallage est quotiescumque per contrarium verba intelleguntur, ut Dare classibus austros, cum ventis naves demus, non navibus ventos.

De tropis

Tropos Graeco nomine grammatici vocant, quae Latine modi locutionum interpretantur. Fiunt autem a propria significatione ad non propriam similitudinem. Quorum omnium nomina difficillimum est adnotare, sed ex omnibus donatus tredecim usui tradenda conscripsit. Metaphora est verbi alicuius usurpata translatio, sicut dicimus fluctuare segetes, gemmare vites, cum in his rebus fluctus et gemmas non inveniamus, in quibus haec verba aliunde transferuntur. Sed haec atque alia tropicae locutionis ideo quoque tunc dicenda sunt, propterea figuratis amictibus obteguntur, ut sensum legentis exerceant, et ne nuda atque in promptu posita vilescant. Fiunt autem metaphorae modis quattuor: ab animali ad animale, ut Aligeros conscendit equos. Metaforice loquens invicte quadrupedi alas avis, et quod est sui, desertam permisit ut volatili esse quadrupedis. Ab inanimali ad inanimale, ut pontum pinus arat, sulcum premit alta carina. Miscuit usum terrae et aquae, dum arare et sulcum premere ad terram pertineat, non ad mare. Ab inanimali ad animale, ut Florida iuventus. Miscuit flores in animales iuventutem, quae animam habet. Ab animali ad inanimale, ut Tu, Neptune pater, cui tempora cana crepanti cincta salo resonant, magnus cui perpete mento profluit Oceanus et flumina crinibus errant. Mentum enim et tempora et crines non ad Oceanum pertinent, sed ad homines. Sic et alia rerum nomina de alio genere in aliud genus decentissime decoris gratia transferuntur, ut oratio adornetur. Metafora autem aut reciproca est, ut fluctuare segetes; non potest dicere segetare fluctus. Aut antistrofa est, id est reciproca, ut remigium alarum. Nam et alae avium, et alarum remigia dicuntur. Catachresis est alienae rei nomen appositum. Et eo a metafora differt, quod illa vocabulum habenti largitur aliud; haec, quia non habet proprium, alieno utitur, ut Facitque simul lima lauro. Et cuncta videns nec una ambo invicti quinque ferunt frondibus et longa sulcant vada salsa carina. Dum facies et frons tantum animalium et hominum sint. Quod nisi poeta non apposuisset, nomen quod proprium eidem rei diceret non haberet. Metalempsis est tropus a praecedente quod sequitur, ut Post aliquot mea regna videns mirabor aristas. Nam per manum verba per harundinem litterae significatae sunt. Metonomia transnominatio ab alia significatione ad aliam proximitatem translata. Fit autem multis modis: aut enim per id quod continet id quod continetur ostendit, ut theatra plaudunt

prata mugiunt, dum illic homines plaudant, hic boves mugiant. A re continente id quod continetur, ut: Iam proximus ardet Ucalegon, dum non ille, sed domus eius arderet. Item per inventorem id quod inventum est, ut: Sine Cerere et Libero friget Venus, et: Commixta Vulcanum mittit ad astra favilla. Vult enim per Cererem frumentum intellegere, per Liberum vinum, per Venerem libidinem, per Vulcanum ignem. At contra per inventum inventorem demonstrat, ut: Vinum precamur, pro Libero, quia vinum apud Graecos invenit. Item per efficientem id quod efficitur, sicut pigrum frigus, quod pigros homines faciat. Et timor pallidus, eo quod homines pallidos reddat. At contra per id quod efficitur efficientem, ut: Iungit equos auriga spumantiaque addit frena feris. Spumantia frena dixit, cum utique non ipsa faciant spumas, sed equus, qui ea gerit, spumis conspergat infusis. Antonomasia est pro nomine, id est vice nominis posita, ut: Maia genitus, pro Mercurio. Quae tribus fit modis: Ab animo, ut: Magnanimusque Anchisiades. A corpore, ut: Ipse arduus. Extrinsecus, ut: Infelix puer atque impar congressus Achilli. Epitheton superponitur nomini, ut pro nomine, ut: Alma Ceres, obscenaeque canes, importunaeque volucres. Inter antonomasiam autem et epitheton hoc differt, quod antonomasia pro vice nominis ponitur, epitheton autem numquam sine nomine est. Quibus duobus etiam vituperamus aliquem vel ostendimus vel laudamus. Synecdoche est conceptio, cum a parte totum vel a toto pars intellegitur. Cum enim et per speciem genus, et per genus species demonstratur. Species pars est, genus autem totum. A toto pars intellegitur, ut: Quam multae glomerantur aves, ubi frigidus annus trans pontum fugat. Non enim totus annus est frigidus, sed pars anni, id est hiemps. At contra a parte totum, ut: Flammas cum regia puppis extulerat, ubi non solum puppis, sed navis, et in navis sed quae in ea, et non omnis, sed unus flammas extulit. Onomatopeia est nomen factum ad imitandum sonum vocis confusae, ut stridor valvarum, hinnitus equorum, mugitus boum, balatus ovium. Periphrasis est circumloquium, dum res una plurimis verbis significatur, ut: Auras vitales carpit. Significavit enim per compositionem verborum unam rem, hoc est vivit. Haec autem tropus geminus est. Nam aut veritatem splendide producit, aut foeditatem circuitu evitat. Veritatem splendide producit, sic: Et iam prima novo spargebat lumine terras Tithoni croceum linquens Aurora cubile. Vult enim dicere: Iam lucescebat, aut dies ortus erat. Foeditatem circuitu evitat sic: Placidumque petivit coniugis infusus gremio. Hoc enim circuitu evitat obscenitatem, et decenter ostendit concubitum. Hyperbaton transcessio est, cum verbum aut sententia ordine commutatur. Huius species quinque sunt: Anastrophe, Hysteroproteron, Parenthesis, Themesis, Synthesis. Anastrophe verborum ordo praeposterus, ut litora circum, pro circum litora. Hysteroproteron sententia ordine mutata, ut: Postquam altos tetigit fluctus et ad aequora venit. Ante enim ad aequora venit, et sic tetigit fluctus. Parenthesis, ut interponimus sententiam nostram, quae ex medio remota integrum sermonem perdurat, ut: Aeneas (neque enim patrius consistere mentem passus amor) rapidum ad naves praemittit Achaten. Est enim ordo: Aeneas rapidum praemittit Achaten. Nam illud in medio parenthesis est. Themesis est sectio unius nominis per interpositionem verborum, ut: Multum nebulae circum dea fudit amictum, pro circumfudit. Synthesis est ubi ex omni parte confusa sunt verba, ut illud: Iuvenes fortissima frustra pectora, si vobis audentem extrema cupido certa sequi, quae sit rebus fortuna videtis. Excessere omnes adytis arisque relictis di quibus imperium hoc steterat. Succurritis urbi incensae; moriamur et in media arma ruamus. Ordo talis est: Iuvenes fortissima pectora, frustra succurritis urbi incensae, quia dii excessere, quibus hoc imperium steterat. Unde si vobis cupido certa est sequi me audentem extrema, ruamus in media arma et moriamur. Hyperbole est excelsitas fidem excedens ultra quam credendum est, ut: Sidera verberat unda, et: Geminique minantur in caelum scopuli. Hoc enim modo ultra fidem aliquid augetur, nec tamen a tramite significandae veritatis erratur, quamvis verba quibus indicatur excedant, ut voluntas loquentis non fallentis appareat. Quo tropo non solum augetur aliquid, sed minuitur; augetur, ut: Velocior Euro; minuitur, ut: Mollior pluma, durior saxo. Allegoria est alieniloquium. Aliud enim sonat, et aliud intellegitur, ut: Tres litore cervos conspicit errantes, ubi tres duces belli Punici vel tria bella Punica significantur. Et in Bucolicis: Aurea mala decem misi, id est ad Augustum decem eclogas pastorum. Huius tropi plures sunt species, ex quibus eminent septem: Yronia, Antifrasis, Enigma, Carientismos, Parhoemia, Sarcasmos, Astismos. Yronia est sententia per pronuntiationem contrarium habens intellectum. Hoc enim tropo callide aut per accusationem, aut per insultationem dicitur, ut est illud: Vestras, Eure, domos; illa se iactet in aula Aeolus, et clauso ventorum carcere regnet. Et quomodo aula, si carcer est? Solvitur enim pronuntiatione. Nam carcer pronuntiatio est, iactet et aula yronia est, et totum per contrariam pronuntiationem per yroniae speciem, quae laudando deridet. Antifrasis est sermo e contrario intellegendus, ut lucus, quia caret lucem per nimiam nemorum umbram; et manes, id est mites et modesti, cum sint terribiles et inmanes; et Parcae et Eumenides, Furiae quod nulli parcant vel benefaciant. Hoc tropo et Aethiopes vulgo argentei appellantur. Inter yroniam autem et antifrasin hoc distat, quod yronia pronuntiatione sola indicat quod intellegi vult, sicut cum dicimus homini agenti male: Bonum est quod facis; antifrasis vero non voce pronuntiantis significat contrarium, sed suis tantum verbis, quorum origo contraria est. Enigma est quaestio obscura quae difficile intellegitur, nisi aperiatur, ut est illud: De comedente exivit cibus, et de forti egressa est dulcedo, significans ex ore leonis favum extractum. Inter allegoriam autem et enigma hoc interest, quod allegoriae vis gemina est et sub res alias aliud figuraliter indicat; enigma vero sensus tantum obscurus est, et per quasdam imagines adumbratur. Carientismos est tropus quo dura dictu gratius proferuntur, ut cum interrogantibus numquid nos quaesierit aliquis, respondetur: Bona Fortuna. Unde intellegitur neminem nos quaesisse. Parhoemia est rebus et temporibus accommodatum proverbium. Rebus, ut: Contra stimulum calces, dum significatur adversis resistendum. Temporibus, ut: Lupus in fabula. Aiunt enim rustici vocem hominem perdere, si eum lupus prior viderit. Unde et subito tacenti dicitur istud proverbium: Lupus in fabula. Sarcasmos est hostilis inrisio cum amaritudine, ut: Referes ergo haec, et nuntius ibis Pelidae genitori; illi mea tristia facta degeneremque Neoptolemum narrare memento. Huic contrarius est astismos, urbanitas sine iracundia, ut illud: Qui Bavium non odit, amet tua carmina, Mevi; atque idem iungat vulpes et mulgeat hircos; id est, qui Bavium non odit, pro poena ei contingat ut diligat Mevium. Fuerunt autem Bavius et Mevius poetae pessimi, et inimici Vergilii. Qui hos ergo diligit, faciat quae contra naturam sunt, id est iungat vulpes et mulgeat hircos. Omoeosis est, quae Latine interpretatur similitudo, per quam minus notae rei per similitudinem eius, quae magis nota est, panditur demonstratio. Huius species sunt tres: Icon, Parabola, Paradigma. Icon est imago, cum figuram rei ex simili genere conamur exprimere, ut: Os umerosque deo similis. Et in poemate: Mercurio similis vocemque coloremque. Et crines flavos et membra decora iuventae. Congrua enim est similitudo de specie cuius imaginem ducit. Parabola est comparatio ex dissimilibus rebus, ut: Qualis in arvis aestifere Libyes visu leo comminus hoste consedit. Ubi leoni Caesarem comparavit non ex suo, sed ex alio genere similitudinem faciens. Paradigma est exemplum dicti vel facti alicuius, aut ex simili, aut ex dissimili genere conveniens eius quam proponimus rei, ita: Tam fortiter periit apud Hipponem Scipio, quam Uticae Cato. Similitudo autem tribus modis fit: a pari, a maiore, a minore. A pari: Ac veluti magno in populo cum saepe coorta est seditio. A maiore ad minus: Qualiter expressum ventis per nubila fulmen. A minore ad maius: Si potuit manes arcessere coniugis Orpheus Threicia fretus cithara fidibusque canoris; quasi diceret: Re parva et brevi, id est, si ille cithara fretus, ego pietate.

De prosa.

Prosa est producta oratio et a lege metri soluta. Prosum enim antiqui productum dicebant et rectum. Unde ait Varro apud Plautum prorsus rectis significare versis:

Unde et quae non est perflexa numero, sed recta, prosa oratio dicitur, in rectum procedendo. Alii prosam aiunt dictam ab eo quod sit profusa, vel ab eo quod spatiose proruat et excurrat, nullo sibi termino praefinito. Praeterea tam apud Graecos quam apud Latinos longe antiquiorem curam fuisse carminum quam prosae. Omnia enim prius versibus condebantur; prosae autem studium sero viguit. Primus apud Graecos Pherecydes Syrus soluta oratione scripsit; apud Romanos autem Appius Caecus adversus Pyrrhum solutam orationem primus exercuit. Iam exhinc et ceteri prosam eloquentiam condiderunt.

De metris.

Metra vocata quia certis pedum mensuris atque spatiis terminantur, neque ultra dimensionem temporum constituta procedunt. Mensura enim Graece metrum dicitur. Versus dictus ab eo quod pedibus in ordine suo dispositis, certo fine moderantur per articulos, qui caesa et membra nominantur. Qui ne longius provolverentur quam iudicium posset sustinere, modum statuit ratio unde reverteretur; et ab ipso versum vocatum, quod revertitur. Huic adhaeret rhythmus, qui non est certo fine moderatus, sed tamen rationabiliter ordinatis pedibus currit. Qui Latine nihil aliud quam numerus dicitur, de quo est illud: Numeros memini, si verba tenerem. Carmen vocatur quidquid pedibus continetur. Cui datum nomen existimant, seu quod carptim pronuntiaretur, unde hodie lanam quam purgantes decerpunt carminare dicimus; seu quod qui illa canerent carere mente existimabantur. Metra vel a pedibus nuncupantur, vel a rebus quae scribuntur, vel ab inventoribus, vel a frequentatoribus, vel a numero syllabarum. A pedibus metra vocata, ut dactylica, iambica, trochaica. A trochaeo enim trochaicum metrum nascitur, a dactylo dactylicum. Sic et alia a suis pedibus. A numero, ut hexametrum, pentametrum, trimetrum. Nam senarios versus nos ex numero pedum vocamus. Hos Graeci, quia geminos feriunt, trimetros dicunt. Hexametrum autem Latinum primum fecisse Ennium traditur; eosque longos vocant. Ab inventoribus metra appellata dicuntur, ut anacreonticum, saphicum, archilochium. Nam anacreontica metra Anacreon composuit; saphica Sapho mulier edidit; archilochium Archilochus quidam scripsit; colofonium Colofonius quidam excogitavit. Sotadea quoque repertor est Sotades genere Cretensis. Simonidea quoque metra Simonides poeta lyricus composuit. A frequentatoribus, ut asclepiadea. Non enim ea Asclepius invenit, sed proinde ita vocata, quod eis ipse frequentissime et elegantissime usus sit. A rebus quae scribuntur, ut heroicum, elegiacum, bucolicum. Heroicum enim carmen dictum, quod eo virorum fortium res et facta narrantur. Nam heroes appellantur viri quasi aerii et caelo digni propter sapientiam et fortitudinem. Quod metrum auctoritate cetera metra praecedit; unum ex omnibus tam maximis operibus aptum, quam parvis, suavitatis et dulcedinis aeque capax. Quibus virtutibus nomen solum obtinuit, ut heroicum vocaretur ad memorandas scilicet heroum res. Nam et percussionis simplicissimum habetur, constatque duobus pedibus, dactylo et spondeo, ac saepe paene vel ex his vel ex illo. Non quo temperatum sit utrique, mixta quasi si constituatur a singulis. Omnibus metris quoque prius est. Hoc primum Moyses in cantico Deuteronomii longo ante Pherecyden et Homerum cecinisse probatur. Unde et apparet antiquius fuisse apud Hebraeos studium carminum quam apud gentiles. Siquidem et Iob Moysi temporibus adaequatus hexametro versu dactylo spondeoque decurrit. Hoc apud Graecos Achatesius Milesius fertur primus composuisse, vel, ut alii putant, Pherecydes Syrus. Quod metrum ante Homerum Pythicum dictum est, post Homerum heroicum nominatum. Pythium autem vocatum volunt eo quod hoc genere metri oracula Apollinis sint edita. Nam cum in Parnaso Pythonem serpentem interfecisset, ad eius vindictam crebris sagittis insequeretur, accolae Delfici hoc illum metro hortati sunt dicentes: Ἰὲ παιάν. Elegiacum autem dictum eo quod modulatio eiusdem carminis conveniat miseris. Terentianus hos elegos dicere solet, quod clausula tales tristibus aptior esset modis. Hoc autem auctor omnino constat a quo sit inventum, nisi quia apud nos Ennius eo prior usus est. Nam apud Graecos sic adhuc lis grammaticorum pendet, ut sub iudice res relegata sit. Nam quidam eorum Colophonium quendam, quidam Archilochum auctorem atque inventorem volunt. Bucolicum, id est pastorale carmen, plerique Syracusis primum compositum a pastoribus opinantur, nonnulli Lacedaemone. Nam transeunte in Thraciam Xerse rege Persarum, cum Spartanae virgines sub hostili metu neque egrederentur urbe, neque pompam choricamque agrestis Dianae de more celebrarent, turba pastorum, ne religio praeteriret, eam inconditis cantibus celebravit. Appellatum autem bucolicum de maiore parte, quamvis opilionum capricorumque sermones in his contineantur. Hymnos primum David prophetam in laudem Dei composuisse ac cecinisse manifestum est. Deinde apud gentiles prima Memmia Timothoe fecit in Apollinem et Musas, quae fuit temporibus Ennii longe post David. Hymni autem ex Graeco in Latinum laudes interpretantur. Epithalamia sunt carmina nubentium, quae decantantur a scholasticis in honorem sponsi et sponsae. Haec primum Salomon edidit in laude Ecclesiae et Christi. Ex quo gentiles sibi epithalamium vindicarunt, et istiusmodi genus carminis adsumptum est. Quod genus primum a gentilibus in scenis celebrabatur, postea tantum nuptiis haesit. Vocatum autem epithalamium eo quod super thalamum decantetur. Threnos, quod Latine lamentum vocamus, primus Hieremias invenit super urbem Hierusalem et populum quando captivus ductus est; post hunc apud Graecos Simonides poeta lyricus. Adhibebantur autem funeribus atque lamentis; similiter et nunc. Epitaphium Graece, Latine super tumulum. Est enim titulus mortuorum, qui in dormitione eorum fit, qui iam defuncti sunt. Scribitur enim ibi vita et mores et aetas eorum. Poesis dicitur Graeco nomine opus multorum librorum, poema unius, idilion paucorum versuum, distichon duorum, monostichon unius. Epigramma est titulus, quod in Latino suprascriptio interpretatur. Epi enim super, gramma littera vel scriptio nominatur. Epodon in poemate clausula brevis est. Dictum autem epodon, quod adclinatur ad speciem elegiaci, ut praemisso uno longiore alter brevior componatur atque in singulis quibusque maioribus sequentes minores quasi clausulae recinant. Clausulas autem lyrici appellant, quae per eos versus integris subiectos, ut est apud Horatium: Beatus ille qui procul negotiis. Deinde sequitur per eos: Ut prisca gens mortalium. Sic et deinceps alterni quibus alii versus deo et ipsi praecedentibus similes, sed minores. Centones apud grammaticos vocari solent qui de carminibus Homeri vel Vergilii ad propria opera more centenario ex multis hinc inde compositis in unum sarciunt corpus, ad facultatem cuiusque materiae. Denique Proba, uxor Adelfi, centonem ex Vergilio de fabrica mundi et evangeliis plenissime expressit, materia composita secundum versus, et versibus secundum materiam concinnatis. Sic quoque et quidam Pomponius ex eodem poeta inter cetera stili sui otia Tityrum in Christi honorem composuit; similiter et de Aeneidos.

De fabulis.

Fabulas poetae a fando nominaverunt, quia non sunt res factae, sed tantum loquendo fictae. Quae ideo sunt inductae, ut fictorum mutorum animalium inter se conloquio imago quaedam vitae hominum nosceretur. Has primus invenisse traditur Alcmaeon Crotoniensis, appellanturque Aesopicae et Libysticae. Aesopicae sunt cum animalia muta inter se sermocinasse finguntur, vel quae animam non habent, ut urbes, arbores, montes, petrae, flumina. Libysticae autem dum hominum cum bestiis aut bestiarum cum hominibus fingitur vocis esse commercium. Fabulas poetae quasdam delectandi causa finxerunt, quasdam ad naturam rerum, nonnullas ad mores hominum interpretati sunt. Delectandi causa fictas, ut eas quas vulgo dicunt, vel quales Plautus et Terentius composuerunt. Ad naturam rerum fingunt fabulas, ut Vulcanum claudum, quia per naturam numquam rectus est ignis, ut illa triformis bestia: Prima leo, postrema draco, media ipsa Chimaera, id est caprea, aetates hominum per eam volentes distinguere; quarum prima adulescentia fera et horrens, ut leo; deinde media vita lucidissima, ut caprea, eo quod acutissime videat; tum senectus casibus inflexis, ut draco. Sic et Hippocentauri fabulam confictam, id est hominem equo mixtum, ad exprimendam humanae vitae velocitatem, quia equum constat esse velocissimum. Ad mores, ut apud Horatium mus loquitur muri, et mustela vulpeculae, ut per narrationem fictam ad id quod agitur verax significatio referatur. Unde et Aesopi tales sunt fabulae ad morum finem relatae, sicut in libro Iudicum ligna sibi regem requirunt et loquuntur ad oleam, et ad ficum, et ad vitem, et ad rubum. Quod totum utique ad mores fingitur, ut ad rem quam intendit, ficta quidem narratione, sed veraci significatione veniatur. Sic et Demosthenes orator fabula usus est adversus Philippum; qui cum ab Atheniensibus postularet ut sibi decem oratores darent, et discederet, finxit ille hanc fabulam, qua dissuaderet dicens: Lupos aliquando pastoribus, quorum diligentiam decipere voluissent,

...fecisse, vel in amicitiam convenirent; et tamen condicione, ut si canes, in quibus erat praecipua virtus, illi traderent, annuisse pastores; et in spem securitatis tradidisse canes, quos ovium suarum vigilantissimos custodes habebant. Tunc lupi, adempta omni formidine, quod in gregibus illis erat, non pro satietate tantum, verum et pro libidine laceravere. Philippum quoque principem populi postulare, quo facilius possit opprimere spoliatam custodibus urbem.

De hystoria.

Historia est narratio rei gestae, per quam ea quae in praeterito facta sunt dinoscuntur. Dicta autem Graece historia AΠωTYYCTOPIN [ἀπὸ τοῦ ἱστορεῖν], id est a videre vel agnoscere. Apud veteres enim nemo conscribebat historiam, nisi is qui interfuisset, et ea quae conscribenda essent vidisset. Melius enim oculis quae fiunt deprehendimus, quam quae auditione colligimus. Quae enim videntur sine mendacio proferuntur. Haec disciplina ad grammaticam pertinet, quia quidquid dignum memoria est litteris mandatur.

De primis auctoribus hystorie.

Historiae autem ideo monumenta dicuntur, eo quod memoriam tribuunt rerum gestarum. Series autem dicta per translationem a sertis florum invicem comprehensorum. Historiam autem apud nos primus Moyses de initio mundi conscripsit. Apud gentiles vero primus Dares Frigius de Grecis et Troianis historiam edidit, quam in foliis palmarum ab eo conscriptam esse ferunt. Post Daretem autem in Grecia Erodotus primus historia habitus est. Post quem Ferecides claruit his temporibus quibus Esdras legem conscripsit.

De utilitate hystorie.

Historiae gentium non impediunt legentibus in his quae utilia dixerunt. Multi enim sapientes praeterita hominum gesta ad institutionem praesentium historiis indiderunt. Siquidem et per historiam summa retro temporum annorumque supputatio comprehenditur, et per consulum regumque successum multa necessaria perscrutantur.

De generibus hystorie.

Genus historiae triplex est. Ephemeris namque appellatur unius diei gestio. Hanc apud nos diarium vocamus. Nam quod Latini diurnum, Greci ephemerida dicunt. Kalendaria appellantur quae in menses singulos digeruntur. Annales sunt res singulorum annorum. Quaecumque digna memoriae domi militiaeque, mari ac terra per annos in commentariis acta sunt, ab anniversariis gestis annales nominarunt. Historia autem multorum annorum vel temporum est, cuius diligentia annui commentarii in libris delati sunt. Inter historiam autem et annales hoc interest, quod historia est eorum temporum quae vidimus, annales vero sunt eorum annorum quos aetas nostra non novit. Unde Salustius ex historia, Livius, Eusebius et Hieronimus ex annalibus et historia constant. Item historia et argumentum et fabula interest. Nam historiae sunt res verae quae factae sunt. Argumenta sunt quae etsi facta non sunt, fieri tamen possunt. Fabulae vero sunt quae nec factae sunt nec fieri possunt, quia contra naturam sunt.

Explicit liber primus.

INCIPIT LIB. II. *De Rethorica.*

Quisquis civiles cupiat cognoscere mores,
Hic scripta legat quae liber iste tenet.
Nec temnas modico lector pro corpore librum,
Corpore pro modico mel et portat apis.

RETHORICA EST bene dicendi scientia in civilibus quaestionibus ad persuadendum iusta et bona, in rerum personarumque negotio causa. Dicta autem rethorica Greca appellatione AΠOTY PETOPECIΣ [ἀπὸ τοῦ ῥητορίζειν], id est a copia locutionis. Resis enim apud Grecos locutio dicitur, rethor orator. Coniuncta est autem grammaticae arti rethorica. In grammatica enim scientiam recte loquendi discimus, in rethorica vero percipimus qualiter ea quae didicimus proferamus.

De inventoribus rethorice artis.

Haec autem disciplina a Grecis inventa est, a Gorgia, Aristotele, Ermagora. Ab istis quoque est translata in Latinum, a Tullio videlicet et Cyciano [Titiano] et Quintiliano, sed ita copiose, ita varie, ut eam lectori admirari in promptu sit, comprehendere impossibile. Nam membranis retentis quasi adhaerescit vel adhaerebit memoriae series dictionis, ac mox repositis recordatio omnis elabitur. Huius disciplinae perfecta cognitio oratorem facit.

De nomine oratoris et de partibus rethorice.

Orator est igitur vir bonus dicendi peritus. Vir bonus consistit natura, moribus, artibus. Dicendi peritus consistit artificiosa eloquentia, quae constat partibus quinque: inventione, dispositione, elocutione, memoria, pronuntiatione, et fine officii, quod est aliquid persuadere. Ipsa autem peritia dicendi in tribus rebus consistit: natura, doctrina, usu. Natura ingenio, doctrina scientia, usu assiduitate. Haec sunt enim quae non solum in oratore, sed in unoquoque homine artifice expectantur ut aliquid efficiat.

De tribus generibus causarum.

Genera causarum tria sunt: Deliberativum, Demonstrativum, Iudiciale. Deliberativum genus est in quo de quibusdam utilitatibus vitae quid aut debeat aut non debeat fieri tractatur. Demonstrativum in quo laudabilis persona aut reprehensibilis ostenditur. Iudiciale in quo de ipsius persona facto aut poenae aut premii sententia datur. Dictum autem iudiciale eo quod iudicet hominem, et sententia sua ostendat, utrum laudabilis premio dignus sit, aut reus condempnari liberarique supplicio. Deliberativum genus vocatur eo quod de unaquaque re in eo deliberatur. Huius duplex est suasio et dissuasio, id est de expetendo vel expetendo et fugiendo, id est de faciendo et non faciendo. 204.
Suasoria autem in tribus locis dividitur: honesto, utili et possibili. Haec differt aliquid a deliberativa, quia suasoria ex altera persona, deliberativa interdum et apud se agitur. In suasoria autem duo sunt quae plurimum valent: spes et metus. Demonstrativum dictum quod unamquamque rem aut laudando aut vituperando demonstret. Quod genus duas habet species, laudem et vituperationem. Laudis ordo tribus temporibus distinguitur: ante ipsum, in ipso, post ipsum. In ipso, ut: "O sola infandos Troiae miserata labores." Post ipsum, ut: "In freta dum fluvii current, dum montibus umbrae lustrabunt, semper honos nomenque tuum laudesque manebunt." Pari ordine et in contrario et in vituperatione hominis haec forma servanda est: ante hominem, in homine, post hominem. Locus communis ad demonstrativum genus vituperationis pertinet. Quod tamen ab eo in aliquo differt. Nam vituperatio quae contraria est laudi specialiter ad certam faciendi personam adhibetur. Communis vero locus generaliter in facti crimine proponitur. Unde et communis locus dicitur, quia absente persona non tam in hominem quam in ipsum crimen exponitur. Omne enim vitium non in uno tantum, sed et commune in pluribus invenitur.

De gemino statu causarum.

Status apud rethores dicitur ea res in qua causa consistit, id est constitutio. Greci enim statum a contentione stasin dicunt. Latini autem non solum a pugna, per quam expugnant propositionem adversarii, sed quod in eo pars utraque consistit. Fit autem ex intentione et depulsione. Status autem causarum duo sunt, rationalis et legalis. De rationali oriuntur coniectura, finis, qualitas, translatio. De finitivo iudicialis et negotialis. De iudiciali absoluta et assumptiva. De assumptiva concessio, remotio criminis, relatio criminis et compensatio. De concessione purgatio et deprecatio. Coniecturalis status est cum factum quod ab alio obicitur ab alio pernegatur. Diffinitivus status est cum id quod obicitur non hoc esse contenditur, sed quid illud sit adhibitis diffinitionibus approbatur. Ipsa et constitutio generalis dicitur. Qualitas est dum qualis res sit quaeritur, et quia de vi et genere negotii controversia est, constitutio generalis appellatur. Translatio est cum causa ab eo pendet quod non aut is agere videtur quem oportet, aut non apud quos, quo tempore, qua lege, quo crimine, qua poena oporteat. Translativa constitutio est quod actio translationis et commutationis indigere videtur. Iudicialis est in qua aequi et recti natura et premii aut poenae ratio quaeritur. Negotialis est in qua quid iuris ex civili more et aequitate sit consideratur. Assumptiva est quae ipsa ex se nihil dat firmum ad recusationem, foris autem aliquid defensionis assumit. Concessio est cum reus non id quod factum est defendit, sed ut ignoscatur postulat, quod nos ad paenitentes probavimus pertinere. Remotio criminis est cum id crimen quod infertur ab se et a sua culpa vi et potestate in alium reus dimovere conatur. Relatio criminis est cum ideo iure factum dicitur, quod aliquis ante iniuria lacessierit. Comparatio est cum aliud aliquod alterius factum honestum aut utile contenditur, quod ut fieret illud quod arguitur dicitur esse commissum. Purgatio est cum factum quidem conceditur, sed culpa removetur. Haec partes habet tres: imprudentiam, casum, necessitatem. Deprecatio est cum et peccasse et consulto peccasse reus confitetur, et tamen ut ignoscatur postulat; quod genus perraro potest accidere. Item ex legali statu haec oriuntur, id est scriptum et voluntas, leges contrariae, ambiguitas, collectio sive ratiocinatio et diffinitio legalis. Scriptum et voluntas est quando verba ipsa videntur cum sententia scriptoris dissidere. Legis contrariae status est quando inter se duae leges aut plures discrepare noscuntur. Ambiguitas est cum id quod scriptum est duas aut plures res significare videtur. Collectio vel ratiocinatio est quando ex eo quod scriptum est aliud quoque quod non est scriptum invenitur. Diffinitio legalis est cum vis, ubi quasi in diffinitiva constitutione, in quo posita sit quaeritur. Status ergo tam rationales quam legales a quibusdam certi .XVIII. connumerati sunt. Ceterum secundum rethoricos Tullii .X. et VIIII. reperiuntur. Propterea quia translationem inter rationales principaliter affixit status. Nam se ipse et Cicero reprehendens translationem legalibus statibus applicavit.

De quaestione controversia.

Tripertita controversia iuxta Ciceronem aut simplex est aut iuncta. Et si iuncta erit, considerandum est utrum ex pluribus quaestionibus iuncta sit an ex aliqua comparatione. Controversia simplex est quae absolutam continet unam quaestionem, hoc modo: Corinthiis indicamus bellum an non. Iuncta est ex pluribus quaestionibus in qua plura quaeruntur, hoc modo: Utrum Kartago diruatur, an Kartaginiensibus reddatur, an eo colonia deducatur. Ex comparatione, in qua per contentionem utrum potius an quid potissimum quaeritur, ad hunc modum: utrum exercitus in Macedoniam contra Philippum mittatur qui sociis sit auxilio, an teneatur in Italia ut quam maxime contra Hannibalem copiae sint.

De quattuor partibus orationis.

Partes orationis in rethorica arte quattuor sunt: exordium, narratio, argumentatio, conclusio. Harum prima auditoris animum provocat, secunda res gestas explicat, tertia fidem assertionibus facit, quarta finem totius orationis conplectitur. Inchoandum est itaque taliter ut benivolum, docilem vel attentum auditorem faciamus: benivolum precando, docilem instruendo, attentum excitando. Narrandum est ita ut breviter atque aperte loquamur. Argumentandum est ita ut primum nostra firmemus, dehinc adversa confringamus. Concludendum ita ut concitemus animum audientis implere quae dicimus.

De v. modis causarum.

Species causarum sunt quinque: id est honestum, admirabile, humile, anceps, obscurum. Honestum causae genus est cui statim sine oratione nostra favet animus auditoris. Admirabile est quo est abalienatus animus eorum qui audituri sunt. Humile est quod neglegitur ab auditore et non magnopere attendendum videtur. Anceps est in quo aut iudicatio dubia est aut honestatis causa et turpitudinis particeps, ut et benivolentiam pariat et offensam. Obscurum in quo aut tardi auditores sunt aut difficilioribus ad cognoscendum negotiis causa retinetur implicata.

De syllogismis rethoricis.

Syllogismus Grece, Latine argumentatio interpretatur. Argumentatio autem dicta est quasi argutae mentis oratio, qua inventum probabile exequimur. Syllogismus quae est propositionis et assumptionis confirmationisque extrema conclusio, aut ex ambiguitatis initio, aut ex fiducia comprobatus. Constat enim tribus partibus: propositione, assumptione, conclusione. Propositio, ut puta: quod bonum est, turpe fieri non potest. Consensit auditor, assumpsit ille: pecunia turpe usu habet. Concludit: ergo pecunia bonum non est. Syllogismis autem non solum rethores, sed maxime dialectici utuntur. Licet apostolus saepe proponat, assumat, confirmet atque concludat, quae ut diximus propriae artis dialecticae atque rethoricae sunt. Syllogismorum apud rethores principalia genera duo sunt: inductio et ratiocinatio. Inductionis membra sunt tria: prima propositio, secunda illatio, quae et assumptio dicitur, tertia conclusio. Inductio est quae rebus non dubiis captat assensionem eius cum quo instituta est, sive inter philosophos, sive inter rethores, sive inter sermocinantes. Propositio inductionis quae similitudines concedendae rei necessario unius inducit aut plurium. Illatio inductionis est quae et assumptio dicitur, quae rem de qua contenditur et cuius causa similitudines habitae sunt introducit. Conclusio inductionis est quae aut concessionem illationis confirmat, aut quid ex ea efficiatur declarat. Ratiocinatio est oratio qua id de quo est quaestio comprobatur. Enthymema quod Latine interpretatur mentis conceptio, quam imperfectum syllogismum solent artigraphi nuncupare. Nam in duabus partibus eius argumenti forma consistit, quando id quod ad fidem pertinet faciendam utitur syllogismorum lege praeterita, ut est illud: Si tempestas vitanda est, non est igitur navigandum. Ex sola enim propositione et conclusione constat esse perfectum, unde magis rethoribus quam dialecticis convenire iudicatum est. Ratiocinationis duo sunt modi. Primus enthymema, quod est imperfectus syllogismus atque rethoricus. Secundus epichirema, quod est inrethoricus et latior syllogismus. Enthymematis membra sunt quinque: primum convincibile, secundum ostentabile, tertium sententiale, quartum exemplabile, quintum collectivum. Convincibile est quod evidenti ratione convincitur, sicut fecit Cicero pro Milone: Eius igitur mortis sedetis ultores, cuius vitam si putetis per vos restitui posse nolitis. Ostentabile est quod certa rei demonstratione constringit, sicut Cicero in Catilinam: Hic tamen vivit, immo vero etiam in senatum venit. Sententiale est quod sententia generalis adducit, ut apud Terentium: Obsequium amicos, veritas odium parit. Exemplabile est quod alicuius exempli comparatione eventum simile comminatur, sicut Cicero in Philippicis: Te miror, Antoni, quorum exempla imitaris, eorum exitum non perhorrescere. Collectivum est cum in unum quae argumentata sunt colliguntur, sicut ait Cicero pro Milone: Quem igitur cum gratia noluit, hunc voluit cum aliquorum querela? Quem iure, quem loco, quem tempore non est ausus, hunc iniuria alieno tempore cum periculo capitis non dubitavit occidere? Praeterea secundum Victorinum enthymematis est altera diffinitio ex sola propositione, sicut iam dictum est, quae ita constat: Si tempestas vitanda est, navigatio non est requirenda. Ex sola assumptione, ut est illud: Si inimicus est, occidit. Inimicus autem est, et quia illi deest, conclusio enthymema vocatur. Sequitur epichirema descendens de ratiocinatione latior et excultior rethoricis syllogismis, latitudine distans et productione sermonis a dialecticis syllogismis, propter quod rethoribus datur. Hic autem constat modis tribus: Primus modus tripertitus est, secundus quadripertitus, tertius quinquepertitus. Tripertitus epichirematicus syllogismus est qui constat membris tribus, id est propositione, assumptione, conclusione. Quadripertitus est qui constat ex membris quattuor: prima propositione, secunda assumptione et una propositionis sive assumptionis coniuncta, tertia probatione et conclusione. Quinquepertitus itaque est qui constat ex membris quinque, id est prima propositione, secunda eius probatione, tertia assumptione, quarta eius probatione, quinta conclusione. Hunc Cicero ita facit in arte rethorica: Si deliberatio et demonstratio genera sunt causarum, non possunt recte partes alicuius generis causae putari. Eadem enim res alii genus, alii pars potest esse, idem genus et pars non potest. Et cetera quousque syllogismi huius membra claudantur.

De lege.

Lex est constitutio populi, quam maiores natu cum plebibus sanxerunt. Nam quod rex vel imperator edicit, constitutio vel edictum vocatur. Institutio aequitatis duplex est, in legibus et in moribus. Inter legem autem et mores hoc interest, quod lex scripta est, mos vero est vetustate probata consuetudo, sive lex non scripta. Nam lex a legendo vocata, quia scripta est. Mos vero longa consuetudo est de moribus tracta tantundem. Consuetudo autem est ius quoddam moribus institutum, quod pro lege suscipitur cum deficit lex. Nec differt scriptura an ratione consistat, quando et legem ratio commendat. Porro si ratione lex constat, lex erit omne iam quod ratione constiterit, dumtaxat quod religioni congruat, quod disciplinae conveniat, quod saluti proficiat. Vocata autem consuetudo quia in communi est usu. Omnis autem lex aut permittit aliquid, ut vir fortis petat premium; aut vetat, ut sacrarum virginum nuptias nulli petere liceat; aut punit, ut qui caedem fecerit capite plectatur. Factae sunt autem leges ut earum metu coherceatur humana audacia, tutaque sit inter inprobos innocentia, et in ipsis inprobis formidato supplicio refrenetur nocendi facultas. Legis enim premio aut poena vita moderatur humana. Erit autem lex honesta, iusta, possibilis, secundum naturam, secundum consuetudinem patriae, loco temporique conveniens, neces[saria]

...sacia, uelut manifesta quoque, ne aliquid per obscuritatem in captione contineat, nullo priuato commodo, sed pro communi ciuium utilitate conscripta.

De sententia

Sententia est dictum inpersonale, ut: obsequium amicos, ueritas odium parit. Huic si persona fuerit adiecta, chria erit, ita: offendit Achilles Agamemnonem uera dicendo; Metrophanes promeruit gratiam Mithridatis obsequendo. Nam inter chrian et sententiam hoc interest, quod sententia sine persona profertur, chria sine persona numquam dicitur. Unde si sententiae persona adiciatur, fit chria; si detrahatur, fit sententia.

De cathasceua et anasceua

Cathasceua est confirmatio propositae rei, anasceua autem contraria superiori est. Reuincit enim non fuisse aut non esse quod ita esse aut factum aut dictum esse proponitur, ut si quis Chimaeram neget fuisse, aut fuisse confirmet. Inter has et thesin hoc interest, quod thesis quasi ipsa habet disputationem in utramque partem; tamen inter eas quaedam deliberatio et cohortatio est. Cathasceua autem et anasceua in his rebus quae ueri similes non sunt, sed pro ueris ponuntur, plerumque uersantur. Anasceuae prima diuisio est in inconueniens et mendacium. Inconuenientis species sunt: quod inhonestum est et quod inutile. Item inhonestum tractatur aut in dictis aut in factis. In dictis, ut si quis indecora et non respondentia auctoritati dixisse dicatur, uelut si quis infamet Catonem illum censorium iuuentutem illam adhortatum ad nequitiam et luxuriam. In factis, ut si quis abhorrens aliquid a sermonia et nomine fecisse dicatur, ut est fabula de adulterio Martis et Ueneris. Mendacii tres sunt species: incredibile, quod factum non creditur esse, ut adolescentem qui de Siculo litore ingredientes Africae classes uiderit; impossibile, ut Clodii insidias Miloni fecit, et idem uictus sit a Milone. Contrarium est: nam si insidias fecit, occidit; occisus est, non fecit insidias. Haec distributio in contrarium reformata cathasceuae poterit. Oportebit tamen principia sic ordinare, ut aut credendum esse neget auctoritati, aut fabulis fidem non adhibendam esse dicamus. Et ad id pertinuit in anasceua tegerimus, ne quid aliud significare uoluerint qui ista finxerint, ut Scyllam non marinam sed maritimam feminam nec succinctam canibus, sed rapacem aliquem in hospitales uenientibus extitisse.

De prosopopeia

Prosopopeia est cum inanimalium et persona et sermo fingitur. Sic Cicero in Catilina: Etenim si mecum patria mea, quae mihi uita mea multo est carior, loquatur dies et cetera. Sic et fontes et flumina uel loquentes arbores inducunt, personam imponentes rei quae non habet naturam loquendi. Quod et tragoedis usitatum est et in orationibus frequentissime inuenitur.

De ethopeia

Ethopeian uero illam uocamus in qua hominis personam fingimus pro exprimendis affectibus aetatis, studii, fortunae, laetitiae, sexus, maeroris, audaciae. Nam cum piratae persona suscipitur, audax, abrupta, temeraria erit oratio; cum feminae simulatur, sexui conuenire debet oratio. Iam uero adolescentis et senis et militis et imperatoris et parasiti et rustici et philosophi diuersa ratio est dicendi. Aliter enim loquitur gaudio affectus, aliter uulneratus. In quo genere dictionis illa sunt maxime cogitanda: quis loquatur, et apud quem, et de quo, et ubi, et quo tempore; quid egerit, quid acturus sit, aut quid pati possit, si haec consulta neglexerit.

De generibus quaestionum

Genera quaestionum duo sunt, quorum unum est finitum, alterum infinitum. Finitum ypothesis Graece, Latine causa dicitur, ubi cum certa persona controuersia est. Infinitum quod Graece thesis, Latine propositum nominatur. Haec persona non habet certa, nec in eo aliqua certa circumstantia est, id est nec locus nec tempus. In causa uero certa omnia sunt. Unde quasi pars causae est propositum.

De elocutionibus

Iam uero in elocutionibus illo uti oportebit, ut res, locus, tempus, persona audientis efflagitat, ne profana religiosis, ne inuerecundia castis, ne leuia grauibus, ne lasciua seriis, ne ridicula tristibus misceantur. Latine autem et perspicue loquendum. Latine autem loquitur qui uerba rerum uera et naturalia persequitur, nec a sermone atque cultu praesentis temporis discrepat. Huic non sit satis uidere quid dicat, nisi id quoque apte et suauiter dicat, nec id quod dicendum, nisi id quod dicit et facit. Dicenda sunt quoque summissa, lenia, incitata, grauia, inflexa, moderata.

De trimodo genere dicendi

Hoc est illud trimodum genus dicendi: humile, medium, grandiloquum. Cum enim magna dicimus, granditer proferenda sunt; cum parua dicimus, subtiliter; cum mediocria, temperate. Nam in paruis causis nihil grande, nihil sublime dicendum est, sed leni ac pedestri more loquendum. In causis autem maioribus, ubi de deo uel hominum salute refertur, plus magnificentiae et fulgoris est exhibendum. In temperatis uero causis, ubi nihil agitur ut agatur, sed tantum ut delectetur auditor, inter utrumque moderate dicendum est. Sed et quamuis de magnis rebus quisque dicat, non tamen semper granditer docere debet, sed submisse cum docet, temperate cum laudat aliquid uel uituperat, granditer cum ad conuersionem auersos animos prouocat. Utenda tamen uerba in summisso genere sufficientia, in temperato splendentia, in grandi uehementia.

De cola et commata et periodos

Componitur autem instruiturque omnis oratio uerbis, commate, colo, periodo. Comma est particula sententiae, colon membrum, periodos ambitus uel circuitus. Fit autem ex coniunctione uerborum comma, ex commate colon, ex colon periodos. Comma est iuncturae finitio, ut puta: Et si uereor, iudices. Ecce unum comma. Sequitur et aliud comma: Ne turpe sit pro fortissimo uiro dicere. Et factum est colon, id est membrum, quod intellectum sensui praestat; sed adhuc oratio pendet, sicque deinde ex pluribus membris fit periodus, id est extrema sententiae clausula. Sed ita ueteris iudicii non requirit. Periodus autem longior esse non debet quam ut uno spiritu proferatur.

De uitiis litterarum et uerborum et sententiarum cauendis

Praeterea purum et honestum oratoris eloquium carere debet omnibus uitiis tam in litteris quam in uerbis quam et in sententiis. In litteris uero iunctura apta et conueniens sit. Et sic obseruandum ne praecedentis uerbi extrema uocalis in eandem uocalem primam incidat uerbi sequentis, ut feminae Aegyptiae. Quae instructa melior fit, si consonantes uocalibus applicentur. Vitium quoque consonantium, quae insimul incidentes stridere et quasi rixare uidentur; uitanda maxime est r, s, x, ut ars studiorum, rex Xerxes, error Romuli. Fugienda est et consonans m illisa uocalibus, ut uerum enim. Praeterea carere debet oratio et omnibus uitiis quae in prima grammaticorum studia cognoscuntur.

De iunctura uerborum

In uerbis quoque cauenda sunt uitia, ut non inpropria uerba ponantur, quam Graeci acyrologiam uocant. Amanda est quoque proprietas, sic tamen ut non aliquando propter humilitatem sordidam aut speciei uocabuli translatis nominibus sit utendum; non tamen longe accitis, sed ut ueris proxima et cognata uideantur. Fugienda et yperbata longiora, quae fieri sine aliorum sensuum confusione non possunt. Ambiguitas quoque et uitium illud cauendum, cum quadam iactatione eloquentiae dicitur quod uno aut duobus uerbis significare poterant, interpositis inanibus uocibus longa et circumplexa ambage concludunt, quod uitium perissologia uocatur. Cui contrarium est uitium breuitatis studio et necessaria uerba subtrahere. Fugienda sunt quoque sicut in litteris et uerbis, ita et in sententiis uitia, quae in prima grammaticorum studia cognoscuntur. Sunt autem cacenfaton, tautologia, ellipsis, acyrologia, macrologia, perissologia, pleonasmos et his similia. At contra orationem extollit et exornat energia et emphasis, quae plus quiddam quam dixerit intellegi facit, ut si dicas: Ad gloriam Scipionis ascendit. Et Vergilius: Demissum lapsi per funem. Cum enim lapsi dicit, altitudinis imaginem suggerit. Huic contraria uirtus est uerbis minuere quae natura sua magna sunt.

De figuris uerborum et sententiarum

Augetur et ornatur oratio et figuris uerborum et sententiarum. Nam quia directa et perpetua oratio fatigationem et fastidium tam dicendi quam audiendi creat, flectenda est et in alias uersanda formas, ut et dicentem reficiat et ornatior fiat, et iudicem diuerso uultu auditumque deflectat. E quibus plurimae supra a Donato in scematibus artis grammaticae annotatae sunt. Unde tantum illa interponi oportuit quae in poematibus aut etiamque aut difficile fiunt, in oratione autem libere.

Anadiplosis est congeminatio uerborum, ut: Hic tamen uiuit. Viuit? immo uero etiam in senatum uenit. Climax est gradatio, cum ab eo uerbo quo superior sententia finitur inferior incipit, ac debite quasi per gradus dicendi ordo seruatur, ut est illud Africani: Ex innocentia nascitur dignitas, ex dignitate honor, ex honore imperium, ex imperio libertas. Hanc figuram nonnulli catenam appellant, propter quod aliud in alio quasi nectitur nomine, atque ita res plures in geminatione uerborum trahuntur. Fit autem haec figura non solum in singulis uerbis, sed et in conexione uerborum, ut apud Gracchum: Pueritia tua adolescentiae tuae inhonestamentum fuit, adolescentia senectuti dedecoramentum, senectus rei publicae flagitium. Sic et apud Scipionem: Vi atque ingratiis coactus cum illo sponsionem feci, facta sponsione ad iudicem adduxi, adductum primo coetu damnaui, damnatum ex uoluntate dimisi. Antitheta, quae Latine contraposita appellantur, quae dum ex aduerso ponuntur, sententiae pulchritudinem faciunt, et in ornamento locutionis decentissima existunt, ut Cicero: Ex hac parte pudor pugnat, illinc petulantia; hinc pudicitia, illinc stuprum; hinc fides, illinc fraudatio; hinc pietas, illinc scelus; hinc constantia, illinc furor; hinc honestas, illinc turpitudo; hinc continentia, illinc libido. Hinc denique aequitas, temperantia, fortitudo, prudentia, uirtutes omnes certant cum iniquitate, luxuria, ignauia, temeritate, cum uitiis omnibus. Postremo copia cum egestate, bona ratio cum perdita, mens sana cum amentia, bona spes denique cum omnium rerum desperatione confligit. Sub hoc in certamine ac proelio huiusmodi locutionis ornatio. Sic Ecclesiastici usus est dicens: Contra malum bonum, et contra mortem uita; sic et contra pium peccator. Et sic intuere in omnia opera Altissimi, bina et bina, unum contra unum. Synonymia est quotiens in conexa oratione pluribus uerbis unam rem significamus, ut ait Cicero: Nihil agis, nihil moliris, nihil cogitas. Et item: Non feram, non patiar, non sinam. Epanodos, quam regressionem nos uocamus, ut: Principum dignitas erat pene par, non par fortasse eorum qui sequebantur. Antapodosis, quotiens media primis et ultimis conueniunt, ut: Vestrum iam hic factum reprehendo, patres conscripti, non meum, ac pulcherrimum quidem factum, uerum, ut dixi, non meum, sed uestrum. Paradiastole est quotiens id quod dicimus interpretatione discernimus, ut: Cum te pro astuto sapientem appellas, pro inconsiderato fortem, pro illiberali parcum. Antanaclasis est quae eodem uerbo contrarium exprimit sensum. Querebatur quidam de filio, quod mortem suam expectaret; respondente: Non expecto, inmo peto, inquit, ut expectes. Antimetabole est conuersio uerborum, quae ordine mutato contrarium efficit sensum: Non ut edam uiuo, sed ut uiuam edo. Et illud: Si Antonius consul, Brutus hostis; si conseruator rei publicae Brutus, hostis Antonius. Exoche, qui eos appellauit apertius quos produxit apertius. Nec figas sententias quas operis cum sit cognoscere persequimur.

Sententia est dictum inpersonale, ut: obsequium amicos, ueritas odium parit. Huic si persona fuerit adiecta, chria erit, ita: offendit Achilles Agamemnonem uera dicendo; Metrophanes promeruit gratiam Mithridatis obsequendo. Nam inter chrian et sententiam hoc interest, quod sententia sine persona profertur, chria sine persona numquam dicitur. Unde si sententiae persona adiciatur, fit chria; si detrahatur, fit sententia. Sententiarum species multae sunt. Aliae sunt indicatiuae, aliae pronuntiatiuae, ut: Nusquam tuta fides. Aliae imperatiuae, ut: Vade age, nate, uoca Zephyros et labere pennis. Aliae admiratiuae: Tantaene animis caelestibus irae? Aliae comparatiuae: Si iuncto et pro eo quod ibi me uincere praestat. Aliae superlatiuae, quae cum aliquo motu animi et indignatione pronuntiantur: Quid non mortalia pectora cogis, auri sacra fames? Aliae interrogatiuae: Iuuenes, quae causa subegit ignotas temptare uias? quod genus, unde domo? pacemne huc fertis an arma? Aliae responsiuae, ut: Illinc, istinc. Aliae deprecatiuae, ut: Eripe me his, inuicte, malis. Aliae permissiuae, ut: Parte mea maneant in mota tuorum. Aliae concessiuae, quae in pulsione proferuntur: I, sequere Italiam uentis, pete regna per undas. Aliae demonstratiuae, ut: En ecce. Aliae optatiuae, ut: O mihi praeteritos referat si Iuppiter annos. Aliae derogatiuae, ut: Nequaquam. Aliae cum exclamatione proferuntur, ut: Quis furor iste nouus? quo nunc, quo tenditis? Et Cicero: O di immortales, ubinam gentium sumus? Aliae exhortatiuae, cum ad sententiam prouocamus, ut: Audio spes contemnere opes. Aliae dehortatiuae, cum a contrario nostro peccatoque reducimus. Sunt et affirmatiuae, ut: Quidni? quippe. Praeceptiuae, ut: Nudus ara, sere nudus, et hibernis frigore messes. Vetatiuae, ut: Ne uiue in te Corinthi fere; neue flagella summa pete. Negatiuae, ut: Non minime. Sunt et mirantiuae, ut: Pape, uiuere non licet, et formicari libere. Dolentes, ut: Hei mihi, quod nullus amor est sanabilis herbis. Flentes. Sunt laudantes, sicut certa fere quaedam laborant in alia. Admonentes, irridentes, gementes, exortatiuae, consolatiuae, commiserantes; quorum quaecumque se effectu et in pronuntiando uocis. Sunt et antidoxe, quare persona honesta est, persona inhonesta, ut: Non est tua tuta uoluntas, magna regna petens, Phaeton. Sunt et aliae: prolepsis, cum id quod nobis obici poterat ante praesumimus ad diluendum, ut si quis utrum iudices aut eorum quid assit forte mirantur. Sunt et aporia, dubitatio simulantis nescire se quid faciat aut quomodo dicat. Communicatio autem dicitur communicatio consilii cum iudicibus aut aduersariis, ut si dicas: Vos consulo, iudices, aut uos, aduersarii, quid me facere conuenit aut quid uos facturi fuissetis. Paradoxon est cum dicimus inopinatum aliquid accidisse, ut pro Flacco Cicero, cum laudis praedicator esse debuerit, ei periculi deprecatorem esse factum. Epitrope, id est permissio, cum aliqua ipsis iudicibus aut aduersariis permittimus existimanda, ut Caluus in Vatinium: Perfrica frontem et dicito te digniorem qui praetor fieres quam Catonem. Parrhesia est oratio libertatis et fiduciae plena: Occidi non Spurium Melium et cetera. Quae figura caute utenda est, ut Cicero pro Milone. Ethopoeia est cum sermonem ex aliena persona inducimus, ut pro Caelio Tullius facit Appium Caecum cum Clodia eloquentem. Energia est rerum gestarum aut quasi gestarum sub oculis inductio, de qua in loco suo dictum est. Metastasis est quae mittit animos iudicum in res praeteritas aut futuras hoc modo: Reuocate animos ad spectaculum expugnatae miserae ciuitatis, et uidere uos credite incendia, caedes, rapinas, direptiones liberorum, corporum iniurias, captiuitates matrum et trucidationes senum. In futurum autem anticipatio eorum quae dicturus est aduersarius, ut Tullius pro Milone, cum intentat animos iudicum in rei publicae statum, futurus esset si occiso Milone Clodius uiueret. Aposiopesis est cum id quod dicturi uidebamur silentio intercipimus: Quos ego — sed motos praestat componere fluctus. Epanalepsis est digressio: Tulit me calor dicendi et dignitas rerum paulo longius quam uolebam, sed redeo ad causam. Anamnesis est commemoratio eius rei quam oblitos fuisse nos fingimus. Apparasis est cum id quod inter iudices quasi depositum eius rei oportune reponimus. Etymologia est cum alicuius rei nomen oportune proponimus eiusque causam et rationem reddimus. Characterismos est descriptio figurae alienae expressa, ut: Omnia Mercurio similis uocemque coloremque et crines flauos et membra decora iuuentae. Leptismos, cum plures sententias breuiter expeditas in unum locum coaceruat, et cum quadam festinatione decurrit, ut Cicero: Res publica, coniuges, uita atque omnium nostrum bona fortuna, coniuges liberosque uestros et cetera. Ironia est cum per simulationem diuersum quam dicimus intellegi cupimus. Fit autem cum laudamus eum quem uituperare uolumus, aut uituperamus quem laudare uolumus. Utrumque exemplum erit si dicas amatorem rei publicae Catilinam, hostem rei publicae Scipionem. Epimone est quotiens in eodem sensu diutius inmoramur: Cum tandem peperit, cum amicitiae fidem custodiunt, cui bono inimicus non fuit, quem non aut accusauit aliquem aut liberauit aut perdidit. Epangelia est promissio qua iudicem attentum facimus, pollicentes nos aliqua magna aut minima dicturos. Prosopopeia est cum inanimalium et persona et sermo fingitur. Cicero in Catilinam: Etenim si mecum patria mea, quae mihi uita mea multo est carior, loqueretur dicens, et cetera. Paratheseis est cum quasi deponimus aliquid in praesenti apud memoriam iudicum, repetituros nos dicentes cum oportunum fuerit. Pensis, id est soliloquium, cum ad interrogata ipsi nobis respondemus. Synosis est cum differimus aliquid petentes ut aliud mereri nos promittimus...

Versus de dialectica.

Quos est etas iuvenes quibus apta legendo. Discere cum amore fluentis aque.
Atque dies dociles nati sunt pro deterebus: Nec redit unda fluens nec redit hora ruens.
Floreat in studiis virtutum prima iuventus. Fulgeat in magno laudis honore senex.
Tu quicumque legas librum felicibus annis. Auctoris que memor dic miserere deus.
Me lege qui cupias veterum cognoscere sensus. Me quicumque cupit rusticitate carere.
Nolo mihi lector sic seguis nolo superbus: Devotus et humili pectore amet colo.
Has rogo divitias sophie non temperat amator: Nauta quas pelagi portat ab ore suo.

De dialectica.

Dialectica est disciplina ad discernendas rerum causas inventa. Ipsa est philosophie species que logica dicitur, id est rationalis diffiniendi, querendi et disserendi potens. Docet enim pluribus generibus questionum quemadmodum disputando vera et falsa diiudicentur. Hanc quidam primi philosophi in suis dictionibus habuere, non tamen ad artis redegere peritiam. Post hos Aristoteles ad regulas quasdam huius doctrine argumenta perduxit, et dialectica nuncupavit, pro eo quod in ea de dictis disputatur. Nam lecton dictio dicitur. Ideo autem post rethoricam dialectica sequitur, quia in multis utraque communia existunt.

De differentia dialectice et rethorice artis.

Dialecticam vero et rethoricam Varro in novem disciplinarum libris tali similitudine diffinivit. Dialectica et rethorica est quod in manu hominis pugnus astrictus et palma distensa, illa verba contrahens, ista distendens. Dialectica siquidem ad disserendas res acutior, rethorica ad illa que nititur docenda facundior. Illa ad scolas nonnumquam venit, ista iugiter procedit in forum. Illa requirit rarissimos studiosos, hec frequenter et populos. Solent autem philosophi antequam ad ysagogen veniant exponenda diffinitione philosophie ostendere, quo facilius ea que ad eam pertinent demonstrentur.

De diffinitione philosophie.

Philosophia est rerum humanarum divinarumque cognitio cum studio bene vivendi coniuncta. Hec duabus ex rebus constare videtur, scientia et opinatione. Scientia est cum res aliqua certa ratione percipitur. Opinatio autem cum adhuc incerta res latet et nulla ratione firma videtur, ut puta sol utrum tante quante videtur an maior sit quam omnis terra. Item luna globosa sit an concava, et stelle utrum adhereant celo an per aerem libero cursu ferantur. Celum ipsum qua magnitudine, qua materia constet, utrum quietum et inmobile sit, an incredibili celeritate volvatur. Quanta sit terre crassitudo, aut quibus fundamentis librata et suspensa permaneat. Ipsum autem nomen latine interpretatum amorem sapientie profitetur. Nam greci philo amorem, sophiam sapientiam dicunt. Philosophie species tripertita est: una naturalis que grece phisica appellatur, in qua de nature inquisitione disseritur; altera moralis que grece ethica dicitur, in qua de moribus agitur; tertia rationalis que greco vocabulo logica appellatur, in qua disputatur quemadmodum in rerum causis vel vite moribus veritas ipsa queratur. In phisica igitur causa querendi, in ethica ordo vivendi, in logica ratio intelligendi versatur. Phisicam apud grecos primus perscrutatus est Tales Milesius, unus ex VII illis sapientibus. Hic enim ante alios celi causas atque vim rerum naturalium contemplata ratione suspexit. Quam postmodum Plato in IIII diffinitiones distribuit, id est arithmeticam, geometricam, musicam, astronomiam. Ethicam primus Socrates ad corrigendos componendosque mores instituit, atque omne studium eius ad bene vivendi disputationem perduxit, dividens in IIII virtutes anime, id est prudentiam, iustitiam, fortitudinem, temperantiam. Prudentia est in rebus qua discernuntur a bonis mala. Fortitudo qua adversa equanimiter tolerantur. Temperantia qua libido concupiscentiaque rerum refrenatur. Iustitia qua recte iudicando sua cuique distribuuntur. Logicam que rationalis vocatur Plato subiunxit, per quam discussis rerum morumque causis vim earum rationabiliter perscrutatus est, dividens eam in dialecticam et rethoricam. Dicta autem logica, id est rationalis. Logos enim apud grecos et sermonem significat et rationem. In his quippe tribus generibus philosophie etiam eloquia divina consistunt. Nam aut de natura disputare solent, ut in Genesi et Ecclesiaste, aut de moribus, ut in Proverbiis et in omnibus sparsim libris, aut de logica, pro qua nostri theologicam sibi vendicant, ut in Canticis canticorum et Evangeliis. Item aliqui doctorum philosophiam in nomine et partibus suis ita diffinierunt. Philosophia est divinarum humanarumque rerum in quantum homini possibile est probabilis scientia. Aliter. Philosophia est ars artium et disciplina disciplinarum. Rursus. Philosophia est meditatio mortis, quod magis convenit christianis, qui seculi ambitione calcata conversatione disciplinabili similitudine future patrie vivunt. Item aliter diffinitur philosophie ratio, que duabus constat partibus, quarum prior est inspectiva, altera actualis. Inspectiva dividitur in tres partes: prima est naturalis, secunda doctrinalis, tertia divina. Doctrinalis dividitur in IIII, quarum prima est arithmetica, secunda geometrica, tertia musica, quarta astronomia. Actualis dividitur in tres, quarum prima est moralis, secunda dispensativa, tertia civilis. Inspectiva dicitur qua supergressi visibilia de divinis aliquid et celestibus contemplamur, eaque solo mente inspicimus, quoniam corporeum supergrediuntur obtutum. Naturalis dicitur ubi uniuscuiusque rei natura discutitur, quia nichil generatur in vita, sed unumquodque his usibus deputatur in quibus a creatore diffinitum est, nisi forte cum voluntate dei aliquod miraculum fieri provenire monstratur. Divinalis dicitur quando aut ineffabilem naturam dei aut spiritales creaturas ex aliqua parte profundissima qualitate disserimus. Doctrinalis dicitur scientia que abstractam considerat quantitatem. Abstracta enim quantitas dicitur quam intellectu a materia separantes vel ab aliis accidentibus, ut est par, inpar, vel ab huiusmodi in sola ratiocinatione tractamus. Cuius species sunt IIII: arithmetica, geometrica, musica, astronomia. Arithmetica est disciplina quantitatis numerabilis secundum se. Geometrica est disciplina magnitudinis inmobilisque formarum. Musica est disciplina que de numeris loquitur qui ad aliquid sunt his qui inveniuntur in sonis. Astronomia est disciplina que cursus celestium siderumque figuras contemplatur omnes, et habitudines stellarum circa se et circa terram indagabili ratione percurrit. Porro actualis dicitur que res propositas operationibus suis explicat. Cuius species sunt tres: moralis, dispensativa et civilis. Moralis dicitur per quam mos vivendi honestus appetitur et instituta ad virtutem tendentia preparantur. Dispensativa dicitur cum domesticarum rerum sapienter ordo disponitur. Civilis dicitur per quam totius civitatis utilitas administratur.

De ysagogis Porfirii.

Post philosophie diffinitiones in quibus generaliter omnia continentur, nunc ysagogas Porfirii expediam. Ysagoga quippe grece, latine introductio dicitur, eorum scilicet qui philosophiam incipiunt, continens in se demonstrationem primarum rerum de qualibet re quid sit, suaque certa ac substantiali diffinitione declaretur. Nam posito primo genere deinde species et alia que vicina esse possunt subiungimus, ac discretis communibus separamus, tam diu interponentes differentias quousque ad proprium de quo querimus signata eius expressione perveniamus, ut puta homo est animal rationale, mortale, terrenum, bipes, risu capax. Genus animal cum dicitur est substantia hominis declarata est. Est enim ad hominem genus animal, sed quia late patebat adiecta est species terrenum. Iam exclusum est id quod aut ethereum est aut humidum. Differentia vero bipes, quia propter animalia posita est que multis pedibus innituntur. Item rationale propter illa que ratione carent. Mortale autem propter id quod non angelus est. Postea discretis atque seclusis adiectum est proprium in parte postrema. Est enim solum hominis quod ridet. Sic perfecta est ex omni parte diffinitio ad hominem declarandum. Cuius disciplinae diffinitionem plenam existimaverunt Aristoteles et Tullius ex generis differentiis consistere. Quam dehinc quidam plenius in docendo eius perfectam substantialem diffinitionem in quinque partibus velut in membris suis diviserunt, quarum prima est de genere, secunda de specie, tertia de differentia, quarta de proprio, quinta de accidente. Genus ut animal. Est enim generale vocabulum et commune omnium animam habentium. Species ut homo. Est enim specialitas qua separatur a ceteris animantibus. Differentia ut rationale, mortale. His enim duobus differt homo a ceteris. Cum enim dicitur rationale discernitur ab irrationabilibus mutis, qui non habent rationem. Cum mortale discernitur ab angelis qui nesciunt mortem. Proprium ut risibile. Homo enim est qui ridet, et hic preter hominem nullum animal est. Accidens ut color in corpore, doctrina in anima. Hec enim temporum varietate et accidunt et mutantur. Et ex omnibus his quinque partibus oratio plena sententie texta. Homo est animal rationale, mortale, risibile, boni malique capax. Sic in omni oratione substantiali tam diu inponenda debent species et differentie, quamdiu seclusis omnibus que hoc idem esse possunt, ad id perveniatur ut proprietas iam certa teneatur. Ysagogas autem ex greco in latinum transtulit Victorinus orator, commentumque eius quinque libris Boetius edidit.

De cathegoriis Aristotelis.

Sequuntur Aristotelis cathegorie que latine predicamenta dicuntur, quibus per varias significationes omnis sermo conclusus est. Instrumenta cathegoriarum sunt tria, id est prima equivoca, secunda univoca, tertia denominativa. Equivoca sunt quando multarum rerum non unum est nomen, sed non eadem diffinitio, ut leo. Nam quantum ad nomen pertinet, et verus et pictus et celestis dicitur leo. Quantum ad diffinitionem pertinet aliter verus diffinitur, aliter pictus, aliter celestis. Univoca sunt quando duarum aut plurium rerum unum nomen est et diffinitio una, ut vestis. Nam et birrum et tunicam et nomine vestis possumus accipere et ei diffinitione. Ergo hic univoca in generibus esse intelligitur, quia et nomen et diffinitionem dant formis suis. Denominativa, id est derivativa dicuntur quia cumque ab aliquo solo differentes casu secundum nomen habent appellationem, ut a bonitate bonus et a malitia malus. Cathegoriarum autem species X sunt, id est substantia, quantitas, qualitas, relatio, situs, locus, tempus, habitus, agere et pati. Substantia est quod proprie et principaliter dicitur, quod neque de subiecto predicatur neque in subiecto est, ut aliquis homo vel aliquis equus. Secunde autem substantie dicuntur in quibus species ille que principaliter substantie primo dicte sunt insunt atque clauduntur, ut in homine Cicero. Quantitas est mensura per quam aliquid vel magnum vel minimum ostenditur, ut longus, brevis. Qualitas est ut qualis est orator, an rusticus, niger an candidus. Relatio est que refertur ad aliquid. Cum enim dicitur filius demonstratur et pater. Hec relativa sunt in oppositione. Nam atque servus ac dominus uno tempore ex vocabulo nominis sumuntur, nec aliquis invenitur dominus preter servum, nec servus domino. Alterum enim absque altero esse non potest. Porro situs a positione dictus, ut quis aut stet aut sedeat aut iaceat. Locus est ubi sit, in foro, in platea. Loci autem motus partes sex sunt, dextra et sinistra, ante et retro, sursum atque deorsum. Partes quoque iste sex duo habent, longo et prope. Tempus ut hodie, heri. Habitus ab habendo aliquid dictus, ut habere scientiam in mente, virtutem in corpore, vestimentum in corpore, et cetera que ad habendi modum designata a doctoribus numero comprehenduntur. Iam vero agere et pati ab agentis et patientis signo consistunt. Nam scribo verbi activi hoc quod facientis rem indicat. Scribor patientis est quod pati se ostendit. In his enim generibus novem quorum exempli gratia quedam posita sunt, vel in ipso substantie genere quod est usia, innumerabilia repperiuntur. Nam et ea que intellectu capimus, id ad aliquod horum decem predicamentorum sermone vulgamus. Plena enim sententia de his narrat. Augustinus magnus orator, filius illius, stans in templo hodie infulatus disputando fatigatur. Usia autem substantia est, id est proprium quod ceteris subiacet; reliquorum novem accidentia sunt. Substantia autem dicta est ab eo quod omnis res ad se ipsam subsistit. Corpus autem subsistit et ideo substantia est. Illa vero accidentia que in subsistente atque subiecto sunt substantie non sunt, quia non subsistunt sed mutantur, sicut color vel forma. De subiecto autem et in subiecto quasi de ipso et in ipso. Ubi enim dicitur de subiecto substantia est, qui dicatur de substantia. Ubi autem dicitur de in subiecto accidentia sunt, id est que accidunt in substantia, ut quantitas, qualitas vel figura. De subiecto quoque genera et species, in subiecto accidentia sunt. Ex his novem accidentibus tria intra usiam sunt, quantitas et qualitas et situs. Hec enim sine usia esse non possunt. Extra usiam vero sunt locus, tempus et habitus; intra et extra usiam relatio, facere et pati. Appellatas enim cathegorias constat, quia non possunt nisi ex subiectis agnosci. Quis enim quid sit homo possit agnoscere, nisi aliquem hominem sibi ponat ante oculos qui subiectum nominis? Hoc opus Aristotelis intelligendum est, quia sicut dictum est quicquid homo loquitur inter decem ista predicamenta habetur. Proficiet etiam ad libros intelligendos qui sive rethoribus sive dialecticis apponuntur.

Prefatio periermeniarum.

Sequitur dehinc liber periermenias subtilissimus nimis, et per varias formas iterationesque cautissimus. De quo dicitur Aristoteles quando periermenias scriptitabat calamum in mente tingebat.

De periermeniis Aristotelis.

Omnis quippe res que una est et uno significatur sermone, aut per nomen significatur aut per verbum. Que due partes orationis interpretantur totum quicquid conceperit mens ad loquendum. Omnis enim elocutio concepte rei mentis interpres est. Hanc Aristoteles vir in rerum expressione faciendis sermonibus peritissimus periermenian nominat, quam interpretationem nos appellamus, scilicet quod res mente conceptas prolatis sermonibus interpretetur per catafasin et apofasin, id est affirmationem et negationem. Per affirmationem ut homo currit, per negationem ut homo non currit. In his itaque periermeniis supradictus philosophus de VII speciebus tractat, id est de nomine, de verbo, de oratione, de enuntiatione, de affirmatione, de negatione, de contradictione. Nomen est vox significativa secundum placitum sine tempore, cuius nulla pars est significativa separata, ut Socrates. Verbum est quod significat tempus, cuius pars nichil extra significat, sed temporis est, quod de altero dicitur notatum, ut cogitat, disputat. Oratio est vox significativa cuius partium aliquid separatum significativum est, ut Socrates disputat. Enuntiativa oratio est vox significativa de eo quod est aliquid vel non est, ut Socrates est, Socrates non est. Affirmatio est adnuntiatio alicuius de aliquo, ut Socrates est. Negatio est alicuius ab aliquo, ut Socrates non est. Contradictio est affirmationis et negationis oppositio, ut Socrates disputat, Socrates non disputat. Volumen periermeniarum hoc est, quod ex his incipiamus sillogismi fiunt, unde et analetica pertractantur.

De sillogismis dialecticis.

Sequitur dehinc dialectici sillogismi, ubi tota eius artis utilitas et virtus ostenditur. Quorum conclusio plurimum lectoris adiuvat ad veritatem investigandam, cum ut absit illi error decipiendi adversarium per sophismata falsarum conclusionum. Formule cathegoricorum, id est
205. predicativorum sillogismorum sunt tres. Prime formule modi sunt novem. Primus modus est qui conducit, id est qui colligit ex universalibus dedicativis dedicativum universale directum, ut omne iustum honestum, omne honestum bonum, omne igitur iustum bonum. Secundus modus est qui conducit ex universalibus dedicativis et abdicativis abdicativum universale directum, ut omne iustum honestum, nullum honestum turpe, nullum igitur iustum turpe. Tertius modus est qui conducit ex dedicativis particulari et universali dedicativum particulare directum, ut quoddam iustum honestum, omne honestum utile, quoddam igitur honestum utile. Quartus modus est qui conducit ex particulari dedicativa et universali abdicativa abdicativum particulare directum, ut quoddam iustum honestum, nullum honestum turpe, quoddam igitur iustum non est turpe. Quintus modus est qui conducit ex universalibus dedicativis particulare dedicativum per reflexionem, ut omne iustum honestum, omne honestum bonum, quoddam igitur bonum iustum. Sextus modus est qui conducit ex universali dedicativa et universali abdicativa abdicativum universale per reflexionem, ut omne iustum honestum, nullum honestum turpe, nullum igitur turpe iustum. Septimus modus est qui conducit ex particulari et universali dedicativis dedicativum particulare per reflexionem, ut quoddam iustum honestum, omne honestum utile, quoddam igitur utile iustum. Octavus modus est qui conducit ex universalibus abdicativa et dedicativa particulare abdicativum per reflexionem, ut nullum turpe honestum, omne honestum iustum, quoddam igitur turpe non est iustum. Nonus modus est qui conducit ex universali abdicativa et particulari dedicativa abdicativum particulare per reflexionem, ut nullum turpe honestum, quoddam honestum iustum, quoddam igitur iustum turpe non est. Formule secunde modi sunt IIII. Primus modus est qui conducit ex universalibus dedicativa et abdicativa abdicativum universale directum, ut omne iustum honestum, nullum turpe honestum, nullum igitur turpe iustum. Secundus modus est qui conducit ex universalibus abdicativa et dedicativa abdicativum universale directum, ut nullum turpe honestum, omne iustum honestum, nullum igitur turpe iustum. Tertius modus est qui conducit ex particulari dedicativa et universali abdicativa abdicativum particulare directum, ut quoddam iustum honestum, nullum turpe honestum, quoddam igitur iustum non est turpe. Quartus modus est qui conducit ex particulari dedicativa et universali abdicativa dedicativum particulare directum, ut quoddam iustum non est turpe, omne malum turpe, quoddam igitur iustum non est malum. Formule tertie modi sunt sex. Primus modus est qui conducit ex dedicativis universalibus dedicativum particulare tam directum quam reflexum, ut omne iustum honestum, omne honestum iustum.

oe iustu bonu. qddā q honestu bonu. qdda bonu honestu. Scds mod ē q̄ 9duc ex dedicatiuis particulari & uniusali. dedicatiuu particulare direct. u qdda iustu honestu. oe iustu bonu. qdda g honestu bonu. qdda bonu honestu. Terci mod ē q̄ 9duc ex dedicatiuis uniusali & particulari. dedicatiuu particulare direct. u oe iustu honestu. qdda iustu bonu. qdda g honestum bonu. Quart mod ē q̄ 9duc ex uniusali dedicata & particulari abdicata. abdicatiuu particulare directu. u oe iustu honestu. nullu iustu malu. qdda g honestu n est malum. Quint mod ē q̄ 9duc ex dedicata particulari. & abdicatiua uniusali. abdicatiuu particulare direct. u qdda iustu honestu. nullu iustu malu. qdda g iustu n ē malu. Sext mod ē q̄ 9duc ex dedicata uniusali. & abdicata particulari. abdicatiuu particulare direct. u oe iustu honestu. qdda iustu n ē malu. qdda g honestu n ē malu. Has formulas cathegoricor sillogismor q̄ plene nosse desiderat. libru legat q̄ inscribit periermenias apulei. & subtili q fr tractata cognoscet. Distincta cu aeq: 9siderata. ad magnas intelligentiae uias lectore pstante dno uehit. Modi inducit. Na ad ypoteticos syllogismos ordine sequiuenium. Modi syllogismor ypoteticor q fiunt cu aliq 9clusione st uii. Primus mod ē si dies ē lucet. ē aut dies. lucet g. Scds mod ē. si dies ē lucet. n lucet. n ē g dies. Terci mod ē ita. n est dies & n lucet. at q dies ē lucet g. Quart mod ē ita. aut dies ē aut nox. at q dies ē nox g n ē. Quint mod ē ita. aut dies ē aut nox. at q nox n ē. dies g ē. Sext mod ē ita. Sepum mod ē ita. n ē dies & nox. at q nox n ē. dies g ē.

[illegible]

De divisione diffinitionum

[illegible]

De topicis

[illegible]

[illegible]

Explicit lib II. Praefatio de disciplinis mathematicis

[illegible]

9siderat quantitate. abstracta m quantitas ē. [illegible] rantes t ab aliis accidentib; ii e par impar t ab aliis huiusmoi i sola ratiocinatione tractam. Cui spes st iiii. i. arithmetica. geometria. musica & astronomia. Arithmetica ē disciplina quantitatis numerabilis f se. Musica ē disciplina q de numeris loquit. q inueniunt i sonis. Geometria ē disciplina magnitudinis & formar. Astronomia ē disciplina q cursus caelestium siderum atq: figuras 9templat. atq: omnes habitudines stellar. q's disciplinas deinceps paulo latius indicam. ut car causae competent possint ostendi.

INCIPIT LIB III. De uocabulo arithmeticae disciplinae.

ARITHMETICA EST disciplina numeror. Greci n numeru rithmon dicit. Quam scriptores scelaru litterar inter disciplinas mathematicas ido prima ee uoluert. qm ipsa ū sit nulla alia indiget disciplina. Musica aut & geometria & astronomia q sequunt ut sint atq: subsistant isti egent auxilio.

De auctoribus.

Numeri disciplina ap grecos pmu pitagora ueniunt 9scripsisse ac deint nicomacho diffuse ee disposita. qm ap latinos pmus apuleius. deinde boetius transtulerunt.

Quid sit numerus.

Numerus aut est multitudo ex unitatib; 9structa. Na unu semi numeri ee non numeru uolunt.

Unde numeri dicti sint.

Numero nom num dedit. & a suii frequentatioe uocabula indidit. Un agnomen crabit. Greci n unu [illegible]

[illegible]

Quid sit numerus.

Ratio numerorum contemnenda non est. In multis enim sanctarum scripturarum locis quantum mysterium habent elucet. Non enim frustra in laudibus Dei dictum est: Omnia in mensura et numero et pondere fecisti. Senarius namque, qui partibus suis perfectus est, perfectionem mundi quadam numeri sui significatione declarat. Similiter et XL. dies quibus Moyses et Helias et ipse Dominus ieiunaverunt, sine numerorum cognitione non intelleguntur. Sic et alii in scripturis sacris numeri existunt, quorum figuras nonnisi noti huius artis scientiae solvere possunt. Datum est etiam nobis ex aliqua parte sub numerorum consistere disciplina, quando horas per eam discimus, quando de mensium curriculo disputamus, quando spatium anni redeuntis agnoscimus. Per numerum siquidem ne confundamur instruimur. Tolle numerum in rebus omnibus, et omnia pereunt. Adime saeculo computum, et cuncta ignorantia caeca complectitur, nec differri potest a ceteris animalibus, qui calculi nesciunt rationem.

Numerus dividitur paribus et inparibus. De prima divisione parium et inparium.

Par numerus dividitur in his: pariter par, pariter inpar, et inpariter par, et inpariter inpar. Inpar numerus dividitur in his: primum et simplum, secundum et compositum, tertium mediocrem, qui quodammodo primus et incompositus est, alio vero modo secundus et compositus est. Par numerus est qui in duabus aequis partibus dividi potest, ut II, IIII, et VIII. Inpar vero numerus est qui dividi aequis partibus nequit, uno medio vel deficiente vel superante, ut III, V, VII, VIIII et reliqui. Pariter par numerus est qui secundum parem numerum pariter dividitur, quousque ad indivisibilem perveniat unitatem.

[...]

De secunda divisione totius numeri.

[...]

206.

[...]

De numeris.

De musica et eius nomine.

De inventoribus eius.

Quid possit musica.

De tribus partibus musicae.

De triformi musicae divisione.

De prima divisione musicae quae armonica dicitur.

et ex motu sonum, ex quo colligitur musica, quae in homine vox appellatur. Vox est aer spiritu verberatus, unde et verba sunt nuncupata. Proprie autem vox hominum est seu irrationabilium animantium. Nam in aliis abusive non proprie sonum appellari vocem, ut "vox tubae infremuit", "fractasque ad litora voces". Nam proprium est ut litorei sonent scopuli, et "at tuba terribilem sonitum procul aere canoro". Armonica est modulatio vocis et concordantia plurimorum sonorum vel coaptatio. Symphonia est modulationis temperamentum ex gravi et acuto concordantibus sonis, sive in voce sive in flatu sive in pulsu. Per hanc quippe voces acutiores gravioresque concordant, ita ut quisquis ab ea dissonuerit, sensum auditus offendat. Cuius contraria est diaphonia, id est voces discrepantes vel dissonae. Euphonia est suavitas vocis; haec et melos a suavitate et melle dicta. Diastema est vocis spatium ex duobus vel pluribus sonis aptum. Diesis est spatia quaedam et deductiones modulandi atque vergentes de uno in alterum sonum. Tonus est acuta enuntiatio vocis. Est enim armoniae differentia et quantitas, quae in vocis accentu vel tenore consistit, cuius genera in quindecim partibus musici diviserunt, ex quibus hyperlydius novissimus et acutissimus, hypodorius omnium gravissimus est. Cantus est inflexio vocis, nam sonus directus est; praecedit autem sonus cantum. Arsis est vocis elevatio, id est initium. Thesis vocis positio, hoc est finis. Suaves voces sunt subtiles et spissae, clarae atque acutae. Perspicuae voces sunt quae longius protrahuntur, ita ut omnem impleant continuo locum, sicut clangor tubarum. Subtiles voces sunt quibus non est spiritus, qualis est infantium vel mulierum et aegrotantium, sicut in nervis. Quae enim subtilissimae sunt chordae, subtiles acutasque sonos emittunt. Pingues sunt voces quando spiritus multus simul egreditur, sicut virorum. Acuta vox tenuis alta, sicut in chordis videmus. Dura vox est quae violenter emittit sonos, sicut tonitruum, sicut incudis sonum, quotiens in durum malleus percutitur ferrum. Aspera vox est rauca et quae dispergitur per minutos et indissimiles pulsus. Caeca vox est quae, mox emissa fuerit, conticescit, atque suffocata nequaquam longius producitur, sicut est in fictilibus. Vinnolata vox est mollis atque flexibilis; et vinnola dicta a vinno, hoc est cincinno molliter flexo. Perfecta autem vox est alta, suavis et clara: alta, ut in sublime sufficiat; clara, ut aures adimpleat; suavis, ut animos audientium blandiat. Si ex his aliquid defuerit, vox perfecta non erit.

De secunda divisione quae organica dicitur.

Secunda divisio organica est in his quae spiritu reflante completa in sonum vocis animantur, ut sunt tubae, calami, fistulae, organa, pandoria, et his similia instrumenta. Organum vocabulum est generale vasorum omnium musicorum. Hoc autem cui folles adhibentur alio Graeci nomine appellant. Ut autem organum dicatur, magis ea vulgaris est Graecorum consuetudo. Tuba primum a Tyrrhenis inventa, de quibus Virgilius: "Tyrrhenusque tubae mugire per aethera clangor." Adhibebatur autem non solum in proeliis, sed et in omnibus festis diebus propter laudis vel gaudii claritatem. Unde et in psalterio dicitur: "Canite in initio mensis tuba, in die insignis sollemnitatis vestrae." Praeceptum enim fuerat Iudaeis ut in initio novae lunae tuba clangerent, quod etiam et hucusque faciunt. Tibias excogitatas in Frigia ferunt. Has quidam funeribus tantum adhibebant, mox et sacris gentilium. Tibias autem appellatas putant quod primum de cervinis tibiis cruribusque hinnulorum fierent, deinde per abusionem ita coeptas vocari etiam quae non de cruribus ossibusque essent. Hinc et tibicen, quasi tibiarum cantor. Calamus nomen est proprium arboris, a calendo, id est fundendo voces vocatus. Fistulam quidam putant a Mercurio inventam, alii a Fauno, quem Graeci vocant Pan. Nonnulli eam ab Idi pastore agrigentino ex Sicilia. Fistula autem dicta quod vocem emittat. Nam Graece phos, stolia missa appellatur. Sambuca in musicis species est symphoniarum. Est enim genus ligni fragilis, unde et tibiae componuntur. Pandorius ab inventore vocatus. De quo Virgilius: "Pan primus calamos cera coniungere plures instituit." Pan enim apud gentiles deus pastoralis, qui primus dispares calamos ad cantum aptavit et studiosa arte composuit.

De tertia quae rithmica dicitur.

Tertia est divisio rithmica, pertinens ad nervos et pulsum, cui dantur species cithararum diversarum, tympanum quoque, cymbalum, sistrum, acetabula aenea et argentea vel alia quae metallico rigore percussa reddunt cum suavitate tinnitum, et cetera huiusmodi. Citharae ac psalterii repertor Tubal, ut praedictum est, perhibetur. Iuxta opinionem autem Graecorum citharae usus repertus ab Apolline fuisse creditur. Forma citharae initio similis fuisse traditur pectori humano, quod uti vox ex pectore, ita ex ipsa cantus ederetur, appellataque eadem de causa. Nam pectus Dorica lingua cithara vocatur. Paulatim autem plures species eius extiterunt, ut psalteria, lyrae, barbitae, phoenices et pectides, et quae dicuntur Indicae et feruntur a duobus simul. Item aliae atque aliae et quadrata forma vel trigonali. Chordarum etiam numerus multiplicatus et commutatum genus. Veteres autem citharam fidiculam vel fidicen nominaverunt, quia tam concinunt inter se chordae eius quam bene conveniat inter quos fides sit. Antiqua autem cithara septem chordis erat. Unde et Virgilius: "Septem discrimina vocum." Discrimina autem ideo quia nulla chorda vicinae chordae similem sonum reddat. Sed ideo septem chordae, vel quia totam vocem implent, vel quia septem motibus sonat caelum. Chordas autem dictas a corde, quia sicut pulsus est cordis in pectore, ita pulsus chordae in cithara. Has primus Mercurius excogitavit, idemque prior in nervos sonum strinxit. Psalterium, quod vulgo canticum dicitur, a psallendo nominatum, quod ad eius vocem chorus consonando respondeat. Est autem similitudo citharae barbaricae in modum deltae litterae. Sed psalterii et citharae haec differentia est, quod psalterium lignum illud concavum unde sonum reddit superius habet, et deorsum feriuntur chordae, et desuper sonant. Cithara vero concavitatem ligni inferius habet. Psalterio autem Hebraei decachordo usi sunt propter numerum decalogi legis. Lyra dicta apo tou lirein, id est a varietate vocum, quod diversos sonos efficiat. Lyram primum a Mercurio inventam fuisse dicunt hoc modo. Cum regrediens Nilus in suos meatus varia in campis reliquisset animalia, relicta est et testudo. Quae cum putrefacta esset, et nervi eius remansissent extenti intra corium, percussa a Mercurio sonum dedit. Ad cuius speciem Mercurius lyram fecit et Orpheo tradidit, qui huius rei erat maxime studiosus. Unde et existimatur eadem arte non feras tantum, sed et saxa et silvas cantus modulatione applicuisse. Hanc musici propter studii amorem et carminis laudem etiam inter sidera suarum fabularum commentis collocatam esse finxerunt. Tympanum est pellis vel corium ligno ex una parte extentum. Est enim pars media symphoniae in similitudinem cribri. Tympanum autem dictum quod medium est, unde et margaritum medium tympanum dicitur; et ipsum ut symphonia ad virgulam percutitur. Cymbala acetabula quaedam sunt, quae percussa invicem se tangunt et sonum faciunt. Dicta autem cymbala quia cum ballematia simul percutiuntur; cum enim Graeci dicunt cymbala ballematia. Sistrum ab inventrice vocatum. Isis enim regina Aegyptiorum id genus invenisse probatur. Iuvenalis: "Isis et irato feriat mea lumina sistro." Inde et hoc mulieres percutiunt, quia inventrix huius mulier. Unde et apud Amazonas sistro ad bellum feminarum exercitus vocabatur. Tintinabulum de sono vocis nomen habet, sicut plausus manuum, stridor valvarum. Symphonia vulgo appellatur lignum cavum ex utraque parte pelle extensa, quam virgulis hinc et inde musici feriunt, fitque in ea ex concordia gravis et acuti suavissimus cantus.

De musicis numeris.

Numeros autem secundum musicam ita quaeris. Positis extremis, ut puta VI et XII, vides quod a monadibus superet VI ad XII, et VI monadibus duces per quadratum: sexies seni faciunt XXXVI. Coniungis extrema illa VI ad XII, simul efficiunt XVIII. Partiris tricies sexies per decies octies, efficiuntur dipondii. Hos iungis cum summa minore, id est sexies, erit VIII, et erit medium inter VI et XII. Quia VIII superant VI duabus monadibus, id est tertia ad sexies, et superantur VIII a XII IIII monadibus, tertia portione. Qua parte ergo superat, eadem parte superatur. Sed haec ratio quemadmodum in mundo est ex volubilitate circulorum, ita et in microcosmo in tantum praeter vocem valet, ut sine ipsius perfectione et homo symphoniis carens non constet. Eiusdem musicae perfectione etiam metra consistunt in arsi et thesi, id est elevatione et positione.

De astronomiae nomine.

Astronomia est astrorum lex, quae cursus siderum et figuras et habitudines stellarum circa se et circa terram indagabili ratione percurrit.

De inventoribus eius.

Astronomiam primi Aegyptii invenerunt. Astrologiam vero et nativitatis observantiam Chaldaei primi docuerunt. Abraham vero instituisse Aegyptios astrologiam Iosephus asseverat. Graeci autem dicunt hanc artem ab Atlante prius excogitatam, ideoque dictus est sustinuisse caelum. Quisquis autem ille fuit, motu caeli et ratione animi excitatus per temporum vices, per astrorum ratos definitosque cursus, per intervallorum spatia moderata consideravit dimensiones quasdam et numeros, quae definiendo ac secernendo in ordinem nectens astrologiam repperit.

De institutoribus eius.

In utraque autem lingua diversorum quidem sunt de astronomia scripta volumina. Inter quos tamen Ptolomaeus rex Alexandriae apud Graecos praecipuus habetur. Hic etiam et canones instituit quibus cursus astrorum inveniatur.

De differentia astronomiae et astrologiae.

Inter astronomiam autem et astrologiam aliquid differt. Nam astronomia caeli conversionem, ortus, obitus motusque siderum continet, vel qua ex causa ita vocentur. Astrologia vero partim naturalis, partim superstitiosa est. Naturalis dum exequitur solis et lunae cursus, vel stellarum certas temporum stationes. Superstitiosa vero est illa quam mathematici sequuntur, qui in stellis augurantur, quique etiam duodecim caeli signa per singula animae vel corporis membra disponunt, siderumque cursu nativitates hominum et mores praedicare conantur.

De astronomiae ratione.

Astronomiae ratio pluribus modis constat. Definit enim quid sit mundus, quid caelum, quid sphaerae situs et cursus, quid axis caeli et poli, quae sint climata caeli, qui cursus solis et lunae atque astrorum, et cetera.

De mundo et eius nomine.

Mundus est is qui constat ex caelo et terra et mari cunctisque sideribus. Qui ideo mundus est appellatus, quia semper in motu est. Nulla enim requies eius elementis concessa est.

De forma mundi.

Formatio mundi ita demonstratur. Nam quemadmodum erigitur mundus in septentrionalem plagam, ita declinatur in australem. Caput autem eius et quasi facies orientalis regio est, ultima pars septentrionalis.

De caelo eiusque nomine.

Caelum philosophi rotundum, volubile atque ardens esse dixerunt, vocatumque hoc nomine eo quod tamquam caelatum vas impressa habet signa stellarum. Distinxit enim illud Deus claris luminibus et implevit, sole scilicet et lunae orbe fulgenti, et astrorum micantium splendentibus signis adornavit. Hoc autem Graeci uranos dicunt apo tou orasthai, id est a videndo, eo quod aer perspicuus sit et ad speculandum purior.

De situ sphaerae caelestis.

Sphaera caeli est species quaedam in rotundum formata, cuius centrum terra est, ex omnibus partibus aequaliter conclusa. Nam sphaeram nec principium habere dicunt nec terminum, ideo quod in rotundum quasi circulus unde incipiat vel ubi desinat non facile comprehendatur. Philosophi autem mundi septem caelos, id est planetas, globorum consono motu introduxerunt, quorum orbibus connexa memorant omnia, quos sibi innexos et velut insertos versari retro et contrariis ceteris motibus ferri arbitrantur.

De motu eiusdem.

Sphaerae motus duobus axibus volvitur, quorum unus est septentrionalis, qui numquam occidit, appellaturque boreus; alter australis, qui numquam videtur, et austronotius dicitur. His duobus polis moveri sphaeram caeli dicunt, et cum motu eius sidera in ea fixa ab oriente usque ad occidentem circumire, septentrionibus breviores gyros iuxta cardinem peragentibus.

De cursu eiusdem sphaerae.

Sphaera caeli ab oriente et occidente semel in die et in nocte vertitur viginti quattuor horarum spatiis, quibus sol cursum suum super terras et sub terris sua volubilitate concludit.

De celeritate caeli.

Tanta celeritate caeli sphaera dicitur currere, ut nisi adversus praecipitem eius cursum astra currerent, quae eam remorarentur, mundi ruinam facerent.

De axe caeli.

Axis est septentrionalis linea recta, quae per mediam pilam sphaerae tendit; et dicta axis quod in ea sphaera ut rota volvitur, vel quia ibi plaustrum est.

De caelestibus polis.

Poli sunt circuli qui currunt per axem. Horum alter est septentrionalis, qui numquam occidit, appellaturque boreus; alter australis, qui numquam videtur, et austronotius dicitur. Dicti autem poli quod sint axium cycli ex usu plaustrorum, a poliendo scilicet nominati. Sed polus boreus semper videtur, austronotius numquam, quia dextra caeli altiora sunt, pressa austri.

De cardinibus caeli.

Cardines caeli extremae partes sunt axis. Et dicti cardines eo quod per eos vertitur caelum, vel quia sicut cor volvuntur.

De convexis caeli.

Convexa autem caeli extrema eius sunt, a curvitate dicta, ut est illud: "Convexum quae claudit nox humida caeli." Convexum enim curvum est, quasi conversum seu inclinatum et in modum circumflexum.

De ianuis caeli.

Ianuae caeli duae sunt, oriens et occasus. Nam una porta sol procedit, alia se recipit.

De gemina facie caeli.

Facies caeli vel caput orientalis regio, ultima septentrionalis. De qua Lucanus: "Sic mundi pars ima iacet, quam zona nivalis perpetuaeque premunt hiemes."

De quattuor partibus caeli.

Climata caeli, id est plagae vel partes, quattuor sunt. Ex quibus prima pars orientalis est, unde aliquae stellae oriuntur. Secunda occidentalis, ubi nobis aliquae stellae occidunt. Tertia septentrionalis, ubi sol pervenit in diebus maioribus. Quarta australis, ubi sol pervenit noctibus maioribus. Oriens autem ab exortu solis est nuncupatus. Occidens autem quod diem faciat occidere atque interire; abscondit enim lumen mundo et tenebras superinducit. Septentrio autem a septem stellis axis vocatur, quae in ipso revolutae rotantur. Hic proprie et vertex dicitur, eo quod vertitur. Meridies autem vocatus vel quia ibi sol facit medium diem, quasi medidies, vel quia tunc purius micat aether. Merum enim purum dicitur. Sunt et alia septem climata caeli, quasi septem lineae ab oriente usque in occidentem, sub quibus et mores hominum dispares atque animalia specialiter diversa nascuntur; quae vocata sunt a locis quibusdam famosis. Quorum primum est Meroes, secundum Syenes, tertium catochorion, id est Africae, quartum Rhodi, quintum Hellesponti, sextum Mesoponti, septimum Borysthenis.

De hemisphaeriis.

Hemisphaeria dimidia pars sphaerae est. Hemisphaerium supra terras est ea pars caeli quae a nobis tota videtur. Hemisphaerium sub terra est quae videri non potest, quamdiu sub terra fuerit.

De quinque circulis caeli.

Zonae caeli quinque sunt, quarum distinctionibus quaedam partes temperie sua incoluntur, quaedam immanitate frigoris aut caloris inhabitabiles existunt. Quae ideo zonae vel circuli appellantur eo quod in circumductione sphaerae existunt. Quorum primus circulus idem arcticus appellatur, eo quod intra eum arcti signa inclusa perspiciantur. Secundus circulus tropicus therinus dicitur, quia in eo circulo sol aquilonis finibus aestatem facit, et ultra eum circulum non transit, sed statim revertitur, et inde tropicus appellatur. Tertius circulus isemerinus, qui latine ideo aequinoctialis appellatur, eo quod sol cum ad eum orbem pervenerit, aequinoctium facit. Isemerin autem latine dies dicitur atque nox. Quo circulo dimidia sphaerae pars constituta perspicitur. Quartus circulus antarcticus vocatur, eo quod contrarius sit circulo quem arcticon nominamus. Quintus circulus tropicus chimerinus, qui a Latinis hiemalis sive brumalis appellatur, ideo quod sol cum ad eum circulum pervenerit, hiemem his qui ad aquilonem sunt facit, et aestatem his qui in austri partibus commorantur.

De zodiaco circulo.

Zodiacus autem circulus est, qui ex linearum quinque angulis ex una linea constat.

De candido circulo.

Lacteus circulus est via quae in sphaera videtur, a candore dicta, quia alba est. Quam aliqui dicunt viam esse qua circuit sol, et ex splendoris ipsius transitu ita lucere.

De magnitudine solis.

Magnitudo solis fortior est terra, unde et eodem momento cum oritur, et orienti simul et occidenti aequaliter apparet. Quod vero tamquam cubitalis nobis videtur, considerare nos oportet quantum sol distat a terra, quae longitudo facit ut parvus videatur a nobis.

De magnitudine lunae.

Magnitudo quoque lunae minor fertur esse quam solis. Nam dum sol superior sit a luna, et tamen a nobis maior quam luna videtur, iam si prope nos accessisset, multo maior quam luna conspiceretur. Sicut autem sol fortior est terra, ita terra fortior luna per aliquam quantitatem.

De natura solis.

Sol dum igneus sit, prae nimio motu conversionis suae amplius incalescit. Cuius ignem dicunt philosophi aqua nutriri, et e contrario elemento virtutem luminis et caloris accipere. Unde videmus eum saepius madidum atque rorantem.

De cursu solis.

Solem per se ipsum moveri, non cum mundo verti dicunt. Nam si fixus caelo maneret, omnes dies et noctes aequales existerent. Sed quia alio loco cras occasurum, alio occidisse hesterno videmus, apparet eum per se ipsum moveri, non cum mundo verti. Spatia enim quibus orbes annuos conficit, propter temporum mutationes. Oriens diem facit, occidens noctem inducit. Nam vadens longius ad meridiem hiemem facit, ut hibernis humoribus et

pruinis terra pinguescat. Accedens propius ad septentrionem aestatem reddit, ut fructus maturitate durentur, et quae sunt in humidis tosta fervefacta maturescant.

Sol oriens diem facit, occidens noctem inducit. Nam dies est sol super terram, nox est sol sub terra. Ex ipso enim sunt horae, ex ipso dies cum ascenderit, ex ipso et nox cum occidit, ex ipso menses et anni numerantur, ex ipso vicissitudines temporum fiunt. Cum autem per meridiem currit, vicinior terrae est; cum vero iuxta septentrionem, sublimis attollitur. Cui ideo Deus diversos cursus constituit loca et tempora, ne dum semper in hisdem moraretur locis, cotidiano vapore ea consumeret. Sic Clemens ait: Cursus diversos accipit, quibus aeris temperies pro ratione temporum dispensatur, et ordo vicissitudinum mutationumque accipit. Nam cum superiora conscendit, aerem temperat; cum ad summum venit, aestivos accendit calores. Decedens rursus autumni temperiem reddit. Ubi vero ad inferiorem redit circulum, ex glaciali compage caeli rigorem nobis hiberni frigoris derelinquit.

De itinere solis.

Sol oriens per meridiem iter facit. Qui postquam ad occasum venerit et oceano se tinxerit, per incognitas sub terra vias vadit, et rursus ad orientem recurrit.

De lumine lunae.

Lunam quidam philosophi dicunt proprium lumen habere, globique eius unam partem esse lucifluam, aliam vero obscuram, et paulatim se vertendo diversas formas efficere. Alii e contra asserunt lunam non suum lumen habere, sed solis radiis illuminari. Unde et eclipsin patitur, si inter ipsam et solem umbra terrae interveniat. Sol enim illo loco superior est. Hinc evenit ut quando sub illo est, parte superiore luceat, inferiorem vero quam habet ad terras obscuram sit.

De formis lunae.

Prima figura lunae bicornis est, secunda sectilis, tertia dimidia, quarta plenaria, quinta iterum dimidia, sexta iterum sectilis, septima bicornis. Septima autem semis et XXII semis in suo orbe media fit. Cetera autem proportionales sunt.

De interlunio lunae.

Interlunium lunae est tempus illud inter deficientem et nascentem lunam. Est autem XXX dies quo luna non lucet. Quae ideo tunc videri non potest quia soli coniuncta obumbratur; sed eodem momento renascens, paulatim ab eo recedendo videtur.

De cursu lunae.

Luna amissi ac recepti luminis vicibus menstrua spatia moderatur. Quae ideo obliquo non recto incedit cursu ut sol, scilicet ne incedat in centrum terrae. Et...

...

generetur. Nam si genus humanum ad varios actus nascendi necessitate premeretur, cur aut laude mereantur boni, aut mali legum perpetiantur ultionem? Et quamvis ipsi non fuerint caelestis sapientiae dediti, veritatis tamen testimonio errores eorum merito pulerunt. Ordo autem iste VII saecularium disciplinarum ideo a philosophis usque ad astra perductus est, scilicet ut animos saeculari sapientia implicatos a terrenis rebus abducerent, et in superna contemplatione collocarent. Explicit liber III.

207

INCIPIT LIBER IIII DE MEDICINA ARTE

MEDICINA EST quae corporis vel tuetur vel restaurat salutem, cuius materia versatur in morbis et vulneribus. Ad hanc itaque pertinent non ea tantum quae ars eorum exhibet qui proprie medici nuncupantur, sed etiam cibus et potus, tegmen et defensio, denique omnis atque munitio qua corpus nostrum adversus externos ictus casusque servatur.

De nomine.

Nomen autem medicinae a modo, id est temperamento, impositum aestimatur, ut non satis sed paulatim adhibeatur. Nam in multo contristatur natura, mediocri autem gaudet. Unde et qui pigmenta et antidota satis vel assidue biberint vexantur. Inmoderatio enim omnis non salutem sed periculum affert.

De inventoribus eius.

Medicinae autem artis auctor ac repertor apud Graecos perhibetur Apollo. Hanc filius eius Aesculapius laude vel opere ampliavit. Sed postquam fulminis ictu Aesculapius interiit, interdicta fertur medendi cura, et ars simul cum auctore defecit, latuitque per annos pene quingentos usque ad tempus Artaxerxis regis Persarum. Tunc eam revocavit in lucem Hippocrates Asclepio patre genitus in insula Coo.

De tribus heresibus medicorum.

Hi itaque tres viri totidem hereses invenerunt. Prima Methodica inventa est ab Apolline, quae remedia sectatur et carmina. Secunda Empirica, id est experientissima, inventa est ab Aesclapio, quae non indiciorum signis sed sola experimentis. Tertia Logica, id est rationalis, inventa ab Hippocrate. Iste enim discussis aetatum, regionum vel aegritudinum qualitatibus, artis curam rationabiliter perscrutatus est. Empirici enim experientiam solam sectantur; logici experientiae rationem adiungunt; methodici nec elementorum rationem observant, nec tempora, nec aetates, nec causas, sed solas morborum substantias.

De quattuor humoribus corporis.

Sanitas est integritas corporis et temperantia naturae ex calido et humido, quod est sanguis. Unde et sanitas dicta est, quasi sanguinis status. Morbi generali vocabulo omnes passiones corporis continentur; quod inde veteres morbum nominaverunt, ut ipsa appellatione mortis vim, quae ex eo nascitur, demonstrarent. Inter sanitatem autem et morbum media est curatio, quae nisi morbo congruat, non perducit ad sanitatem. Morbi omnes ex quattuor nascuntur humoribus, id est ex sanguine et felle, melancolia et flegmate. Ex ipsis enim reguntur sani, ex ipsis laeduntur infirmi. Dum enim amplius extra

...effusionem creverint, egritudines faciunt. Sicut autem quattuor sunt elementa, sic et quattuor humores, et unusquisque humor suum elementum imitatur: sanguis aerem, colera ignem, melancolia terram, flegma aquam. Et sunt quattuor humores sicut quattuor elementa, que conservant corpora nostra. Sanguis ex Greca ethimologia vocabulum sumpsit, quod vegetetur et sustentetur et vivat. Coleram Greci vocaverunt, quod unius diei spacio terminetur; unde et colera, id est fellicula, nominata, hoc est fellis effusio. Greci enim fel colen dicunt. Melancolia dicta eo quod sit ex nigri sanguinis fece admixta habundantia fellis. Greci enim melan nigrum vocant, fel autem colen appellant. Sanguis Latine vocatur eo quod suavis sit; unde et homines quibus dominatur sanguis dulces et blandi sunt. Flegma autem dixerunt quod sit frigida; Greci enim rigorem flegmonem appellant. Ex sanguine autem et felle acute passiones nascuntur, quas Greci oxea vocant. Ex flegmate vero et melancolia veteres cause procedunt, quas Greci cronia dicunt.

De acutis morbis

Oxea est acutus morbus, qui aut cito transit, aut celerius interficit, ut pleurisis, frenesis. Oxi enim acutum apud Grecos et velocem significat. Quedam autem passiones ex propriis causis nomina acceperunt. Febris a fervore dicta est; est enim habundantia caloris. Frenesis appellata sive ab impedimento mentis, nam Greci mentem frenas vocant; sive quod dentibus infrendant. Nam frendere est dentes concutere. Est enim perturbatio cum exagitatione et dementia ex colerica vi effecta. Cardia vocabulum a corde sumpsit, dum ex aliquo timore aut dolore afficitur. Cor enim Greci cardian vocant. Est enim cordis passio cum formidabili metu. Litargia a somno vocata est; est enim oppressio cerebri cum oblivione et somno iugi, veluti stertentis. Sinanchis a continentia spiritus et prefocatione dicta. Greci enim sinanchis continere dicunt. Qui enim hoc vitio laborant, dolore faucium prefocantur. Flegmon est fervor stomachi cum extensione atque dolore. Flegmon enim est inquieta cum rubore et dolore et tensione et duritia et vastitate. Nam cum ceperit fieri, inquietudo et febris consequitur. Unde et dicitur flegmon apo flesi, id est inflammans. Sic enim sentitur et inde nomen accepit. Pleuresis est dolor lateris acutus cum febre et sputo sanguinolento. Latus enim Grece pleura dicitur; unde et pleuretica passio nomen accepit. Peripleumonia est pulmonis vitium cum dolore vehementi et suspirio. Greci enim pulmonem pleumon vocant; unde et egritudo dicta est. Apoplexia est subita effusio sanguinis, qua suffocati intereunt. Dicta autem apoplexia quod ex letali percussione repentinus casus fiat. Greci enim percussionem apoplexin vocant. Spasmus Latine contractio subita partium aut nervorum cum dolore vehementi. Quam passionem a corde nominata dixerunt, quia in nobis principatum vigoris habet. Fit autem duobus modis, aut ex repletione aut ex inanitione. Tetanus maior est contractio nervorum a cervice ad dorsum. Ileum lateris dolor est, dictum autem est ita a mediis, quod dolore corpus diverberet quasi gladius. Yleos dolor intestinorum; unde et ilia dicta sunt. Greci enim yleos ab involvendo dicunt, quod se intestina per dolorem involvant. Hi et torminosi dicuntur ab intestinorum tormento. Ydrofobia, id est aque metus. Greci enim ydro aquam, fobos timorem dicunt. Unde et Latini hunc morbum ab aque metu lymphaticum vocant. Fit autem ex canis rabidi morsu, aut ex atris spumis in terram proiectis, quas si homo vel bestia tetigerit, aut dementia repletur aut in rabiem vertitur. Carbunculus dicitur quod in ortu suo rubens sit ut ignis, postea niger ut carbo extinctus. Pestilentia est contagium, quod dum unum apprehenderit, celeriter ad plures transit. Gignitur autem ex corrupto aere, et in visceribus penetrando innititur. Hoc etsi plerumque per aerias potestates fiat, tamen sine arbitrio omnipotentis Dei omnino non fit. Dicta autem pestilentia quasi pastulentia, quod velut incendium depascat, ut: "toto descendit corpore pestis." Eadem et contagium a contingendo, quia quemcumque tetigerit polluit. Ipsa et inguina ab inguinum percussione. Eadem et lues a labe et luctu nominata, que in tantum acuta est, ut non habeat spatium temporis quo aut vita speretur aut mors, sed repentinus languor simul cum morte venit.

De cronicis morbis

Cronia est prolixus morbus, qui multis temporibus remoratur, ut podagra, tisis. Cronon enim apud Grecos tempus dicitur. Cefalea ex causa vocabulum habet. Capitis enim passio est, et Greci caput cefalen vocant. Scotomia ab accidenti nomen sumpsit, quod repentinas tenebras ingerat oculis cum vertigine capitis. Vertigo autem est quotienscumque vento consurgente [illegible] in circuitu mittitur. Sic et in vertice hominis arterie et vene ventositate ex resolutione humectationis gignuntur et in oculis gyrum faciunt; unde et vertigo nominata est. Epilepsia vocabulum sumpsit quod mentem appendens pariter et corpus possideat. Greci enim appensionem epilepsiam vocant. Fit autem ex melancolico humore, quotiens exuberaverit et ad cerebrum conversus fuerit. Hec passio et caduca vocatur, eo quod cadens eger spasmum patiatur. Hos etiam vulgus lunaticos vocant, quod per lune cursum comitetur eos insidia demonum. Item et larvatici. Ipse est et morbus comitialis, id est maior et divinus, quo caduci tenentur. Cui tantum vis est ut homo valens concidat spumetque. Comitialis autem dicitur apud gentiles eo quod cum comitiorum die cuidam accidisset, comitia dimittebantur. Erat autem apud Romanos comitiorum dies sollempnis in kalendis Ianuarii. Mania ab insania vel furore vocata. Nam Greci insaniam vel furorem manichen appellabant, sive ab inmanitate, quam Greci manie vocaverunt, sive a divinatione, quia divinare Grece mannin dicitur. Melancolia dicta est a nigro felle. Greci enim nigrum melan dicunt, fel autem colen appellant. Epilepsia autem in parte capitis fit, melancolia in ratione, mania in memoria. Typi sunt frigide febres, que abusive typi appellabantur, ab herba que in aqua nascitur. Latine forma atque status dicitur. Est autem accessionum et recessionum revolutio per statuta temporum intervalla. Reuma Grece, Latine eruptio sive fluor appellatur. Catarrus est fluor reume iugis ex naribus, qui dum ad fauces venerit, brancos vocatur, dum ad toracem vel pulmonem, tisis dicitur. Coriza est quotiens infusio capitis in ossa veniens narium et provocatione fit cum sternutatione; unde et coriza nomen accepit. Brancos est prefocatio faucium a frigido humore. Greci enim guttur brancos dicunt, eo quod fauces sint, quas nos corrupte brancia dicimus. Raucedo amputatio vocis. Hec et arteriasis vocatur, eo quod vocem raucam et clausam reddat, ab arteriarum iniuria. Suspirium nomen sumpsit, quia inspirationis difficultas est, quam Greci dispnoia dicunt, id est prefocationem. Peripleumonia a pulmonibus nomen accepit. Est enim pulmonis tumor cum spumarum sanguinearum effusione. Emoptois emissio sanguinis per os; unde et nomen accepit. Ema enim sanguis dicitur. Tisis est ulceratio et tumor in pulmonibus, que in iuvenibus facilius venire solet. Tisis enim apud Grecos dicta, quod sit consumptio totius corporis. Tussis Grece ab altitudine vocatur, quod a profundo pectoris veniat. Cui contraria est [...] titillat. Apostoma a collectione nomen accepit. Nam collectiones Greci apostomata vocant. Empiis dicta ab apostomate intrinsecus vel in latere vel in stomacho cum dolore et febribus et tussi et habundantibus spumis et purulentis. Epatis morbus a iecoris passione nomen accepit. Greci enim iecur epar vocant. Lienosis a splene nomen sumpsit. Greci enim splen lien dicunt. Ydropisis nomen sumpsit ab aquoso humore cutis. Nam Greci ydro aquam vocaverunt. Est enim humor subcutaneus cum inflatione turgenti et anhelitu fetido. Nefresis a renum languore nomen accepit. Renes enim Greci nefresin dicunt. Paralisis dicta a corporis inpensatione, facta ex multa infrigidatione aut in toto corpore aut in parte. Cacexia nomen sumpsit a corporis iniuria. Cacexia enim malam vexationem Greci vocaverunt. Fit autem hec passio intemperantia egrotantis vel curatione mala medicaminis, aut post egritudinem tarda resumptio. Atrofia nomen accepit ab inminutione corporis. Nam Greci nutrimenti cessationem atrofiam dicunt. Est enim tenuitas corporis ex causis latentibus et paulatim convalescentibus. Sarcian enim superfluum carnis incrementum, quo ultra modum corpora saginantur. Greci enim carnem sarcian vocant. Sciasis vocata a parte corporis quam vexat. Nam [...] ossa, que summitas iliorum continuat, Greci scian vocant. Fit autem de flegmate quotiens descendit in recta ossa et efficitur ibi glutinatio. Podagra Grece a retentione pedum dicta, et a ferali dolore. Siquidem omnes iuncture fuerint, abusive [...] vocantur. Arteticus morbus ab articulorum passione vocabulum sumpsit. Calculus petra est que in vesica fit; unde et nomen accepit. Gignitur ex materia flegmatica. Stranguria dicta est eo quod stringat urine difficultatem. Satiriasis vere desiderium vel extensione naturalium locorum dicta passio a satyris. Diarria iugis ventris fluxio sine vomitu. Dissinteria est divisio continuitatis, id est ulceratio intestinorum. Dis [...] intera

intestina. Fit autem antecedente fluore quem Greci diarriam vocant. Lienteria dicta eo quod cibum tanquam leviter per intestina nullis obstantibus faciat prolabi. Colica passio nomen sumpsit ab intestino quod Greci colum appellant. Ragadie dicte eo quod sint rugae collecte circa orificium. Hec et emorroides a sanguinis fluore dicte. Greci enim sanguinem ema vocant.

De alopicia

Alopicia est capillorum fluor circa [...] pilis fulvis, [...] vocata hoc nomine a similitudine animalis vulpecule, quam Greci alopicia vocant. Parotide sunt duritie vel collectiones que ex febribus aut ex aliquo alio nascuntur in aurium vicinitate; unde et parotide sunt appellate. Ota enim Grece auricula dicitur. Lentigo est vestigia macularum parvula in rotunditate formata, a specie lenticule dicta. Erisipila est quam Latini sacrum ignem appellant, id est execrandum per antifrasin. Siquidem in superficie rubore flammeo cutis rubescit, et toto rubore quasi ab igne inflammata invadit loca, ita ut et febris excitetur. Serpedo est rubor cutis cum pustularum extantia, et nomen sumpsit a serpendo, eo quod serpat per membra. Impetigo est sicca scabies prominens a corpore cum asperitate et rotunditate forme. Hanc vulgus sarnam appellat. Prurigo vocata est a perurendo et ardendo. Nictalmi est passio qua per diem visu patentibus denegatur, et noctis irruentibus tenebris redditur, aut ut plerique volunt, die redditur, nocte negatur. Verruce aliud est satiriasis, aliud verruce singillatim sunt. Satiriasis vero una fortior et ceteris amplius imminens. Scabies et lepra utraque passio asperitas cutis cum pruritu et squamatione; sed scabies asperitas est cutis et squamatio. Hec denique nomen accepit, quia [...]. Nam scabies quasi squamies. Lepra vero cutis asperitas squamosa lapide herbe similis, unde et nomen sumpsit. Cuius color nunc in nigredinem vertitur, nunc in alborem, nunc in ruborem. In corpore hominis ita lepra dinoscitur: si variatim inter sanas cutis partes color diversus appareat, aut si ita se ubique diffundat, ut omnia unius coloris quasi adultum faciat. Elefantiacus morbus dicitur ex similitudine elefanti, cuius naturaliter dura pellis et aspera nomen morbo in hominibus dedit, quia corporis superficiem similem facit elephantorum cuti, sive quia ingens passio est, sicut animal ipsum ex quo ducitur nomen. Ictericum Greci appellant a cuiusdam animalis nomine, quod sit coloris fellei. Hunc morbum Latini arcuatum dicunt a similitudine celestis arcus. Aurigionem vero Varro appellat a colore auri. Regium autem morbum inde estimant dictum, quod vino bono et regalibus cibis facilius curetur. Cancer a similitudine marini animalis vocatum, ut sic medici dicunt nullis medicaminibus sanabile; aut quod precidi solet a corpore membrum ubi nascitur, ut aliquantulum vivat, tamen mortem quamlibet tardius afferat. Ordeolus est parvissima ac purulenta collectio in capillis palpebrarum constituta, in medio lata et ex utraque parte conducta, ordei granum simulans; unde et nomen accepit. Furunculus est tumor in acutum surgens, dictus quod ferveat quasi ferventiculus; unde et Grece antrax dicitur, quod stringit. Oscedo est qua infantum ora exulcerantur, dicta ex languore oscitantium. Frenusculi ulcera circa rictum oris, similia his que fiunt iumentis asperitate frenorum. Ulcus putredo quasi vulnus, quod ferro sit quasi vulcus, quod doleat quasi ulcus; unde et nomen accepit. Pustula est in superficie corporis tumor; est enim velut collectio. Papula est parvissima cutis erectio, circumscripta cum rubore [...]. Sanies dicta, quia ex sanguine nascitur. Excitato enim calore vulneris sanguis in saniem vertitur. Nam sanies non fit in quocumque loco nisi sanguis advenerit, quia omne quod putrescit, nisi calidum et humidum fuerit, quod est sanguis, putrefieri non potest. Sanies autem et tabes sunt differentes: fluere enim saniem vivorum est, tabem vero mortuorum. Cicatrix est obductio vulneris naturalem colorem prohibens; sive sic dicta quod obducat vulnera atque obtegat.

De remediis medicaminum

Medicine curatio spernenda non est. Meminimus enim Ysaiam Ezechie languenti aliquid medicinale mandasse, et Paulus apostolus Tymotheo modicum vinum prodesse dixit. Curatio autem morborum tribus generibus constat: farmacia, quam Latini medicamina vocant; cirurgia, quam Latini manuum operationem vocant; dieta, quam Latini regulam nuncupant. Est enim observatio legis et vite. Sunt autem omnis curationis species tres. Primum genus dieticum, secundum farmaceuticum, tertium cirurgicum. Dieta est observatio legis ac vite. Farmacia est medicamentorum curatio. Cirurgia ferramentorum incisio; nam ferro inciduntur que medicamentorum non senserint medicinam. Antiquior autem medicina herbis tantum et sucis erat. Tale enim medendi usus cepit, deinde ferro et ceteris medicamentis. Omnis autem curatio aut ex contrariis aut ex similibus adhibetur. Ex contrariis, ut frigidum calido vel humidum sicco, sicut in homine superbia sanari non potest nisi humilitate sanetur. Ex similibus vero, sicut ligamentum, vel rotundo vulneri rotundum vel oblongo oblongum apponitur. Ligatura enim ipsa non eadem membris et vulneribus omnibus, sed similis simili coaptatur. Que et duo ipsa adiutoria nominibus suis significant. Nam antidotum Grece, Latine ex contrario datum dicitur. Contraria enim contrariis medicine ratione curantur. At contra ex similitudine, ut picra, quod interpretatur amara, quia gustu est amara. Ex convenientia enim nomen accepit, quia amaritudo morbi amaritudine solum solvitur. Quedam autem medicamenta ex propriis causis habent vocabula. Gera enim dicta quasi divina. Arteriaca, quod apta sint gutturis meatui et tumores faucium et arteriarum leniant. Tyriaca est antidotum serpentinum, quo venena pelluntur, ut pestis peste solvatur. Cartariaca Grece, Latine purgatoria dicuntur. Catapodia eo quod modicum potetur vel glutiatur. Diamoron a suco mororum nomen sumpsit, ex quo conficitur; sic dracodion, quia ex codia, id est ex papavere fit; sic diaspermaton, quia ex seminibus componitur. Electuarium vocatum eo quod molle sorbeatur. Trocisci dicti quia in modum rotule deformantur. Trocos enim Grece rota dicitur. Collyria Latinum sonant, quod vitia oculorum detergant. Epitima eo quod superponatur aliis adiutoriis precedentibus. Cataplasma eo quod inductio sola sit. Emplastrum eo quod inducatur. Malagma, quod sine igne maceretur et comprehendatur. Cenema Grece, Latine relaxatio dicitur. Pessaria dicta, quod intromittantur. Medicinam iumentorum Chiron quidam invenit, qui pingitur dimidia parte homo, dimidia equus. Dictus autem Chiron apo tu kirizein, quia cirurgus dicitur appellatus. Criticos dies medici vocant, quibus, credo, quia ex iudicio [...] hoc nomen impositum, quod quasi iudicent hominem et sententia sua aut puniant aut liberent. Aforismus est sermo brevis integrum sensum propositae rei scribens.

De libris medicinalibus

Prognostica previsio egritudinum, a pronoscendo vocata. Oportet enim medicum et preterita cognoscere et presentia scire et futura providere. Dinamedia potestas herbarum, id est possibilitas. Nam in herbarum causis ipsa dinamedia dicitur. Unde et dinamedia nuncupatur [liber], in quo earum medicine scribuntur. Botanicum herbarium dicitur, quod ibi herbe notentur.

De instrumentis medicorum

Enchiridion dicitur quod manu astringatur, dum plurima contineat ferramenta. Ciron enim Grece manus vocatur. Flebotomum ab incisione vocatum. Nam incisio Grece thomi dicitur. Similaria, angistrum. Spatomelegina, quod a Latinis a similitudine [...]. A suspirio ventosa vocatur. Denique accensa spiritu pigmenti, [...] corpori superposita, omne quod intus est vel alte estuat, sive humorem sive sanguinem, vocat in superficie [...]. Pila a pinsendis seminibus, id est tundendis. Hinc et pigmenta, eo quod in pila et pilo aguntur, quasi piligmenta. Est enim pila vas concavum, et medicorum aptum usui, in qua ptisane teruntur et pigmenta concidi solent. Varro autem refert Pilumnum quendam in Italia fuisse, qui pinsendis preferat arvis. Unde et Pilumni pistores. Ab hoc igitur pilum et pila inventa, quibus far pinsitur, et ex eius nomine ita appellata. Pilum autem est unde contunditur quod in pila mittitur. Mortarium, quod ibi iam semina in pulverem redacta et mortua conterantur. Coticula est quasi [...] cum ducta collyria resolvuntur. Est enim lenis. Nam aspera frangi potius quam resolvi collyria facit.

De odoribus et unguentis

Odor vocatus ab aere. Tymiama lingua Greca vocatur, quod sit odorabile. Nam tymo dicitur flos, qui odorem refert. De quo Virgilius: "Redolentque tymo fraglantia mella." Incensum dictum quia igne consumitur, dum offertur. Tetidos formalis incensi in longitudinem porrecte, que fiunt ex quattuor pigmentis. Quattuor enim Grece tetra, formula ydos dicitur. Stacten est incensum, quod expressa manat; dictum [...] ZTYKCTAKIN, id est optimum. Mirobalanum, quia fit ex glande odorata. De quo: "Et pressa tuis balanum capillis." Oleum est purum, nullique rei admixtum. Unguentum vero est omne quod ex communi oleo confectum aliarum specierum commixtione augetur, odoris iocunditatem sumens et longe redolens. Unguenta autem quedam dicta a locis, ut telinum, cuius [...] meminit dicens: "Corpusque suavi telino unguit." Hoc conficiebatur in insula Telo, que est una ex Cicladibus. Sunt et quedam ab inventorum nomine, ut amaracinum. Nam quidam regius puer Amaracus nomine, copia unguentorum gerens, ferente casu prolapsus est, et maiorem ex commixtione odorem creasse. Unde nunc optima unguenta amaracina dicuntur. Sunt autem ex genere florum, [...] quo amaracino suo glucate dicta, ut rosaceum a rosa, [...] a flore quo [...] et ipso materie odore refert. Ex his quedam simplicia unguenta...

quęque una tm̄ spē existunt. Vn̄ & sui nois referr̄ odorem. ii ano
num ē & sincerū excoleo & aneto m̄. Cepositica fit aū q̄ admixtas ꝑ lib:
sunt. Vn̄ & sui nois odore n̄ hnt. qa obtinentib: alus q̄ admiscent
uncterū ducunt. cerotū. calesticū marciatū. **De initio medicine.**
Querit̄ aliq̄b; d. q̄re int̄ ceteras libales disciplinas medicinę ars n̄ contineat̄.
ꝑ̄ea qa ille singlares continent causas. ista uo omniū. Nā & gramaticā me
dic scire debet̄ ut intellige l' exponē possit q̄ leg. Simlit̄ & rethoricā
ut ueracib: argumtis ualeat diffinire q̄ tractat. Hoc n̄ & dialectica ꝓp infirmi
tatis causas rone adhibita ꝑscrutandas atq: curandas. Sic & arithmetica ꝓp
numerū horar̄ i accessionib: & pdios dier̄. Nō alit̄ & geometria ꝓp q̄lita
tes regionū & locor̄ sit i q̄b; doceat qd q̄sq: obseruare oporteat. Porro
musica i cognita illi n̄ erit. Nā multa q̄ i egs hnt ꝑ hac disciplinā fa
cta legunt̄. sic de dd legit̄ q̄ ab spu i inmundo saule modulatione eripuit. Ascle
piades q̄q: medic frenetiū q̄ndā ꝑ symphoniā ꝑstine sanitati restituit. Po
stremo & astronomiā nota hebe ꝑ q̄m cōplecti rone astror̄ 7 mutationes tēpū.
Nā sic ait q̄dā medicor̄ cū ipsor̄ q̄litatib; & n̄ra corpa comutant. Hic est
q̄ medicina scḋa phia dicit̄. Vtraq: n̄ disciplina totū hoīem s' uendicat.
Nā sic ꝑ illā anima. ita ꝑ hanc corp' curat.

INCIP. LIB. V. DE AVCTORIB. LEGV.

MOYSES GENTIS hebraicę ꝑmu omnium diuinas leges sacr̄ litt̄is expli
cauit. Foroneus rex grecis ꝑmus leges iudiciaq: constituit.
Mercuri' trimegist' ꝑmi' leges egyptiis tradidit. Salon
ꝑmi' leges atheniensib: dedit. Ligurg' ꝑmi' lacedemo
nis iura ex apollinis auctoritate confinx̄. Numa popi
li' q̄ romulo successit i regno. ꝑmi' leges romanis edidit.
Deinde cū pp̄ls sediciosus magistrat' ferre n̄ posset.
x. uiros legib: scribendis creauit. q̄ leges ex libris sa
lomonis i latinū sermone translatas xii. tabulis ex
posuerūt. Fuer̄t aū hii Appi'. Claudi'. Genutiu'. Veteri'. Iuli'. Manili'.
Sulpici'. Sexti'. Curati'. Romili'. Postumi'. Hii x. uiri legū conscribendar̄
electi s'. Leges aū redigere i libris ꝑmi' pompei' consul i stituere uoluit. s: n̄ ꝑ
seuerauit obtrectatoꝝ metu. Deinde cesar cęp' id face. s: an̄ int̄fectus est.
Paulatī aū antiq̄ leges uetustate atq: i curia exoleuere. Quar̄ & si iam
nullus usus ē. noticia tamen necessaria uidet̄. Leges noue a constantino cesa
re cepunt. & reliq̄s succedentib: etiamq: ꝑmixtę & i ordinatę: ꝑ ea theodo
si' minor august' ad similitudinē gregoriani & hermogeniani codicē factū
constitucionū a constantini temꝑib: sub ꝓprio cuiq: imꝑatoris titulo disposuit. qm̄
a suo noīe theodosianū uocauit. **De legib: diuinis & humanis.**
Omnes aū leges aut diuinę s̄t aut humanę. Diuinę natā. humanę morib:
constant. ideoq: hę discrepant. qm̄ alię aliis gentib: placent. Fas lex diuina ē.
ius lex humana. Transire ꝑ alienū fas ē. ius n̄ ē. **Qd differr̄ int̄ se ius. leges. 7 mores.**
Ius generale n̄. lex aū iuris ē spēs. Ius aū dictū. qa iustū ē. Oē aū ius
legib: & morib: constat. Lex ē constitutio scripta. Mos ē uetustate ꝓbata
consuetudo siue lex n̄ scripta. Nā lex a legendo uocata. qa scripta ē. Mos aū
longa consuetudo ē. de morib: tracta tantūmodo. Consuetudo aūt ē ius qddā
morib: institutū. q̄d ꝓ lege suscipit̄. cū deficit lex. nec differt scripta an rone
consistat. qm̄ & legē ro comendat. Porro si rone lex constat. lex erit oē iā q̄d rone
constiterit. dū taxat dū religioni congruat. q̄d disciplinę conueniat. q̄d saluti ꝓfi
ciat. Vocata aū consuetudo qa i commune ē in usu. **Quid sit ius naturale.**
Ius naturale ē. aut ciuile. aut gentiū. Ius naturale ē comune nationū. & q̄d ubiq:
instinctu nature ... habet. ut uiri & feminę coniunctio. liberor̄ suscep
tio & educatio. comunis omniū possessio. & omniū una libertas. acq̄sitio eor̄ q̄ę
celo t̄ra mariq: capiunt. Itē deposite rei l' comendatę pecunię. restitutio. uio
lentię ꝑ uim repulsio. Nā hoc aut siqd huic simile ē. nunq̄ iniustū s: naturale equūq: hēt̄.
Ius ciuile ē q̄d q̄sq: ppls l' ciuitas s' ꝓp̄ǔ diuina hūanaq; constituit. **Qd sit ius ciuile.**
Ius gentiū ē sedium occupatio. edificatio. munitio. bella. cap **Qd ius gentium.**
tiuitates. seruitutes. ꝑ' liminia. federa pacis. indutię. legator̄ n̄ uiolandor̄ re
ligio. conubia int̄ alienigenas ꝓhibita. & in ius gentiū. qa eo iure oēs fere gentes utunt̄.
Ius militare ē belli inferendi sollempnitas. federis faciendi **Qd ius militare.**
... signo dato egressio i hoste l' comissio. Itē signo dato receptio. Itē fla
gicii militaris disciplina ... Itē stipendior̄ modus. dignitatū gdus.
premior̄ honor. ueluti cū corona l' torq's donant̄. Itē p̄dę decisio ... ꝓ ꝑso
nar̄ q̄litatib: & laboris iusta diuisio ac principis portio. **Qd ius publicum.**
Ius publicū ē in sacris. & sacerdotib: & i magistratib:. **Qd sit ius quiritum.**
Ius quiritū ē ꝓprie romanor̄ q̄d nulli tenent n̄ q̄rites. i. romani tamq̄ de legi
timis hereditatib: decretis ... de tutelis. de usu capioneq: que iura ap nul
lū aliud ppl'm reperiunt̄. s: ꝓp̄ia s' romanor̄ & i eosde solos constituta. Con
stat aū ius quiritū ex legib; ex plebis scitis. constitutionib; principū. & edictis siue
prudentiū responsis. **Qd sit lex.** Lex ē constitutio ppli qua maiores natu
simul cū plebib; aliqd sanxerūt. **Qd scita plebium.** Scita s't q̄ ple
bes tm̄ constituunt. & uocata scita q̄d ea plebs sciat l' q̄d sciscitat̄ 7 rogat̄ ut fiat.
Senat' consultū q̄d tm̄ senatores ꝓ plis consulendo decernunt. **Qd senatus consultum.**
Constitutio l' edictū q̄d rex l' imꝑator constituit l' edicit. **Qd constitutio 7 edictum.**
Responsa s't q̄ iuris consultores responde dicunt̄. consulentib:. **Qd responsa prudentium.**
unde & responsa pauli dicta. Fuer̄t n̄ q̄dā prudentes & arbitri equitatis q̄ institu
tiones ciuilis iuris compositas ediderunt. q̄b; dissidentiū lites contentionesq: sopirent.
Quędā & leges dicunt̄ ab his q̄ condiderūt. ut con **De legib: consularib: 7 tribuniciis.**
sulares. tribuniciae. iulię. cornelię. Nā & sub octauiano cesare consules suffecti
papi' & poppe'. legē tulerūt q̄ a noib; eor̄ appellat̄ papia poppea. continens patr̄
pmia ꝓ suscipiendis libis. Sub eode q̄q: imꝑe falcidi' tribun' plebis legē fecit ne q̄s
pl' inextraneos testamto legaret. q̄ut q̄rta pars sup ee heredib; ex cui' noīe lex falcidia
nuncupata ē. Aquilius q̄q: legē condidit q̄ hactenus aquilina nuncupat̄. **De lege satyra.**
Satyra uo lex ē q̄ de plurib; reb; simul eloquit̄. dicta a copia rer̄ & q̄i a saturitate.
Vn̄ & satyra scribe ē poemata uaria condo ut oratii. iuuenal. & ꝑsii. **De**
Rodie leges naualiū comerciorū s'. ab insula rodo cognominate. **legib: rodiis.**
in qua antiquitꝰ mercator̄ usus fuit. **De priuilegiis.** Priuilegia aū s' leges ꝑua
tor̄ q̄si ꝑuatę leges. Nā priuilegiū in. q̄d in ꝑuato ferat̄. **Qd possit lex.**
Omnis aū lex aut ꝑmittit aliqd. ut uir fortis petat p̄miū. aut uetat. ut sacrar̄ uir
ginū nulli petē liceat. aut punit. ut qui cede fecit capite plectat̄. Cui n̄ ꝑmio aut
pena uita moderat̄ humana. **Quare facta est lex.**
Facte s't aū leges ut earū metu humana coerceat̄ audacia. tutaq: sit int̄ imꝓbos
innocentia. & i ipsis imꝓbis formidato supplicio refrenet̄ nocendi facultas.
Erit aū lex honesta. iusta. possibil' s' natā. s' consuetu **Qualis debeat fieri lex.**
dine patrię. loco tempiq: conueniens. necessaria. utilis. manifesta q̄q: ne aliqd ꝑ obscuri
tatē i captione contineat. nullo ꝑuato comodo. s: ꝑ comuni ciuiū utilitate conscripta.
Pragma grecę ē q̄d latine dr̄ causa. Vn̄ & ꝑgmatica negocia dicit̄. **De causis.**
& actor causar̄ & negocior̄ pragmaticus nuncupat̄. **De testibus.**
Testes s' q̄s q̄sq: an iudicium s' placitus allegat. ne cui sit ꝑpria libum aut dissimu
lare. aut subtrahere se. Vn̄ & alligati appellant̄. Itē testes dicti q̄ testamto
adhibiti solent. sic signatores q̄d testamtū signant. **De instrumentis legalib;**
Voluntas gnale n̄ omniū legaliū instrumtor̄ q̄ qa n̄ ui s: uoluntate ꝓcedit. ideo
tale n̄ accep. Testamtū uocatū. qa n̄ testator mortuus fuerit. nec confirmari ꝑot
nec sciri qd i eo scriptū sit. qa clausū & obsignatū ē. & in dictū testamtū qa n̄

ualet n̄ p' testatoris mortuum. Vn̄ & apls. Testamtū int̄ i mor
tuis confirmat̄. Testamtū sane i scriptis sacris n̄ h' solū dr̄. qd n̄ ualet n̄
testatorib; mortuis. s: oē pactū 7 placitū testamtū uocabant. Nā & laban
& iacob testamtū fecerūt q̄d inuic̄ & int̄ ipsos ualeret. Et i psalmis legit̄.
Aduersū te testamtū disp. h' ē pactū. Testamtū tabulę. Tabulę testam
ti ... appellat̄ sunt. qa an cartę & mēbranar̄ usū i dolatis tabulis n̄ solū testa
menta s: & eplar̄ alloqa scribebant. Vn̄ & portitores ear̄ tabellarii uocant̄.
Testamtū iuris ciuilis ē q̄d q̄nq: testiū subscriptione firmatū. Testamtū iuris p̄
torii ē vii. testiū signis signatū. Sed illud a ciuib; s'. in ciuile. istud ap pro
res. in iuris p̄torii. Testamtū aū signare notare ē. i. ut notū sit q̄d scriptū ē.
Olografum testamtū ē manu auctoris totū conscriptū atq: subscriptū ut 7 n̄ accep.
Greci n̄ olo totū. grafin litterā dicunt. Irritū testamtū ē sicis q̄ castat ē capite
diminutꝰ ē. aut si n̄ rite factū sit. Inofficiosū testamtū ē q̄d frustra libis exhe
redatis sn̄ officio naturalis pietatis i extraneas ꝑsonas redactū ē. Ruptū te
stamtū in uocat̄ cū q̄d nascente postumo. neq; exheredatio notatū. neq; herede
instituto dirūpit̄. Suppssitū testamtū ē q̄d in fraude heredū l' legatarior̄
seu libior̄ n̄ ē pala placitū. Q' sin latet. tam si ꝑ diuersas ꝑsonis n̄ ꝑferat̄. sup
ꝑssu uidet̄. Nuncupatio ē q̄' i tabulis cerisq: testator recitat dicens. Hec ut in
his tabulis cerisq: scripta s'. ita do. ita lego. Itaq: uos ciues romani testimoniū
m ꝑhibete. Et h' dr̄ nuncupatio. Nuncupare ē n̄ pala nominare & confirmare.
Ius liberor̄ ē coniugū sn̄ libis inuicem ꝑ loco pignerū hereditatis alterna conscriptio.
Codicellus ut ueteres aiunt sn̄ dubio ab auctore dict̄. q̄ hic scripte ḡ i statuit.
Est aū scriptā nulla indigens sollempnitate uborū. s: sola testatoris uoluntate
q̄liaq: scripturę signe expssa. Cui beneficio uoluntatib; defunctor̄ constat
ee subuentū ꝓp legaliū uborū difficultate. aut etiā ꝓp necessitate adhi
bendor̄ sollempniū. ita ut q̄ scribat utilit̄ ei de scripti codicellū uocet. Sic aū co
dicellus sn̄ testamto. ita epla uice codicillor̄. Cretio ē certe dier̄ numer̄
i q̄ institut' heres aut accep' hereditatē. aut finito tempe cretionis excludit̄.
nec liberū illi ē ult' capiendi hereditatē. Cretio aū appellata ē q̄si decretio
i. decernere l' constituere. ut ꝑ ea ille heres ... adeūtq: ...
Adeundarū aū hereditatū centesim' statuit̄ cretio dies ...
Fidei comissū dictū ut fiat. q̄d a defuncto comittit̄. Nā si fides dicta eo q̄d fiat.
q̄d tam n̄ directis ub. s: ꝑcatiuis exposcit̄. Pactū dr̄ int̄ ꝑtes ex pace conue
niens. scripta legib; ac morib; cōꝓbata. & dictū pactū q̄i ex pace factū. a uo
q̄d ē pango. Vn̄ & pepigi fedo'. Placitū q̄q: simlit̄ ab eo q̄d placet. Alii dicūt
ee q̄d uolens q̄s faciat. placitū uo & nolens copellit̄. ueluti qm̄ q̄sq: parat sit
i iudicio ad respondendū. q̄d nemo pot dicē pactū s: placitū. Mandatū dictū
q̄d olī i comisso negocio alt' alt'i manū dabat. Ratū uo q̄i rōnabile 7 rectum.
Vn̄ & q̄ pollicet̄ dic. ratū ee ꝑfiteor. hic firmū atq: ꝑpetuū. ratū aū ee n̄ rec
te s: ex more. Cyrographū cautio emptio uenditio ē rer̄ comutatio atq: contract'
ex conuenientia ueniens. Emptio aū dicta q̄d a me sit. uenditio q̄i uenundatio
i. a mundiuis. Donatio ē ... liberalis translatio. Dicta aū dict̄ donatione qi doni
actione & dote q̄i dotē. Precedente n̄ i nuptiis donatione. dos seq̄t̄. Nā antiq̄
nuptiar̄ erat ritus q̄ se maritꝰ & uxor inuicē emebant. ne uidet̄ ancilla uxor
sic h'em i iure. in ē q̄d ꝑcedente donatione uiri. seq̄t̄ dos uxoris. Donatio usu
fructuario ido dr̄. qa donator ex ea us. fructū adhuc retinet. seruato cui donā
tū ē iure. Donatio directa ido nuncupat̄. qa & iure & usu statī transit i alium.
uecult̄ aliqd in adius donatoris recurrat. Conditiones ꝓprie testiū s'. 7 dicte
conditiones a condicendo q̄i condictiones. qa n̄ ibi testis unus iurat. s: duo l' plures. Nō n̄
i uni ore s: iduor̄ aut triū testiū stat oē ubū. Itē conditiones q̄d int̄ conueniat sine
testiū qui condicerunt. Stipulatio ē ꝑmissio l' sponsio. un̄ & stipulatores ꝑmis
sores uocant̄. Dicta aū stipulatio a stipula. Veteres n̄ qn̄ s' aliqd ꝑmittebant.
stipula tenentes frangebant. qm̄ iterū iungentes sponsiones suas agnoscebant.
Sacramtū ē pign' sponsionis. Vocatū aū sacramtū qa uiolare q̄d q̄sq: ꝑmittit ꝑfidie ē.
Hereditas ē res que morte alicui ad quempia ꝑuenit l' legator̄ testamto. **De rebus.**
l' possessione retenta. Dicta aū hereditas ab heris. id ē. sine a bre qa q̄ possidet
agrū & censū soluit. in & res. Res s't q̄ i nro iure consistunt. Iura aū s't q̄ a nob
iuste possident̄. nec aliena s'. Dicta aū res a recte hndo. ius a iuste possidendo.
Hoc n̄ iure possidet̄ q̄d iuste h'. iuste q̄d bene. q̄d aū male possidet alienū est.
Male aū possidet q̄ l' sua male utit̄. l' aliena ... Possidet aū ...
i'cta cupiditate. Q'ui aū cupiditate tenet̄ possessus ē n̄ possessor. Bona s'
honestor̄ l' nobiliū. q̄ ꝑriū bona dicit̄. ut n̄ hant t̄pe usu. s: ea boīes ad res
bonas utant̄. Peculiū ꝓprie ē minor̄ p̄ siue fuor̄. Nā peculiū ē q̄d pat' l' dns
filii sui l' serui ꝑ seruo tractare patit̄. Peculiū aū a pecudib; dictū i quib;
ueterū constabat uniu'a substa. Bonor̄ possessio ē ius possessionis certo ordine certoq:
titulo acq̄sita. Intestata hereditas ē. q̄ testamto scripta n̄ ē. aut si scripta sit. te
stamtū neq̄q̄ ē editū. Caduca iū dicit̄. qa eū heredes ceciderūt familię. Erciscunde
diuisio hereditatis int̄ heredes. Erciscunde n̄ ap ueteres diuisio nuncupatur.
Comuni diuidendo ē int̄ eos q̄b; comunis res ē. q̄ actio ubi hec postulant' eis
his arbitrū dari. cui arbitrio res diuidat̄. Finiū regendor̄ actio dicta ē. q̄d ꝑ ea
regunt̄ fines utriq; ne dissipent̄. dū ... angustiore quq: pedū loco controu'sia
sit. Locatio ē res ad usum data cū desfinitione mercedis. Conductio ē res i usu accep
208. ta cū constituta mercede. Res credita ē q̄ i obligatione ita deducta ē. ut ex tempe
q̄ contrahebat̄. certa sit eas deferre. Vsura ē incrementum feneris ab usu eris crediti
nuncupata. Comodū ē qd n̄ri iuris ē. & ad alios tempalit̄ translatū ē cū m
tempis q̄d diu ap eū sit. Vn̄ & comodū dictū ē. Precariū ē dū ꝓce creditor
rogat̄. ꝑmittit debitorē i possessione fundi s' obligati demorari. & ex eo fruct̄
cape. & dictū p̄cariū qa ꝓce adit̄. q̄i ꝑcadiū. r ꝓ l littera comutata. Mutuū
appellatū ē. qa id q̄d a me t' dat̄. ex meo tuū sit. Depositū ē pign' comen
datū ad temp'. q̄i diu positū. Deponē aū q̄s uidet̄. cū aliqd metu sit. tradidq.
naufragii. ap alium custodie cā disponit. Int' ē aū i loq'ndi usu int' pign' 7 arra.
Nā pign' ē q̄d dat̄ ꝓp rē creditā. q̄ dū reddit̄. statī pign' aufert̄. Arra uo ē
que ꝑmui ꝑ re bone fidei contractu empta ex ꝑte dat̄. & ꝑ ea cōplet̄. Est n̄
arra cōplenda n̄ auferenda. Vn̄ q̄ h't arra n̄ reddet sic pign'. s: desiderat ple
nitudine. & dicta arra a re ꝓ q̄ dat̄. Itē int' pign' 7 fiducia. & ypotecā h'
int' ē. Pign' ē n̄ q̄d ꝓp re credita obligat̄. cui rei possessione sola ad temp' con
seq̄t̄ creditor. Cet'um dominiū penes debitorē ē. Fiducia ē cū res aliq̄ sum̄
de minue pecunię gra l' mancipat̄ l' in iure cedit̄. Ypoteca ē cū res comit'
dat̄ sn̄ depositione pignis pacto. l' cautione sola interueniente. Momentū
dictū a tempis breuitate. ut ... q̄ statī saluo negocio reformet̄. nec in
ulla mora ꝑduci debeat q̄d reponit̄. sic nec illū spaciū ē momti. cui cā hui'
tempis punct' ut i aliqm mora nullo m̄ ꝑducat̄. Instrumtū ē un̄ aliqd con
struim'. ut culter. calam'. ascia. Instructū q̄d ꝑ instrumtū efficit̄. ut baculus.
codex. tabula. Vsus q̄ iure i structa uiuim'. ut i baculo i niti. i codice legere.
i tabula lude. s: & ipse fruct' agror̄ qa conuiuim' uocat̄ us'. Hoc s' illa tria.
Vsus fruct' aū uocat̄ qa solo usu h't' ei fruct'. manente ap aliū iure. Vsucapio
ē adeptio dominii ꝑ continuatione iuste possessionis l' bienii. aut alic' tempis.
Mancipatio dicta ē qa manu res capit̄. Vn̄ & oportet eū q̄ mancipium
accip' cōꝑhendē idipsū q̄d ei mancipio dat̄. Cessio ē ꝓprie rei concessio. sic ē illd
cedo iure ꝓpinq'tatis. Cedere n̄ ... q̄i concede. i. q̄ ꝓpria s'. Nā aliena resti
tuim' n̄ cedim'. Nā cedē dr̄ ꝓprie q̄ sc̄ uitate alii consentit ut cicero. Cessit ig'
amplissimi uiri auctoritate. l' potī paruit. Interdictū ē q̄d a iudice n̄ ꝑpe
tuū s: ꝓ reformando momto ad temp' interi dr̄. salua ꝓpositione causę.
Pau uocatū eo q̄d ꝑri' illud dam'. ut ꝑ ei' iure rē q̄m appetim' possidē debeam.
Commerciū dr̄ a mercib; q̄ noīe res uenales appellant̄. Vn̄ mercat' dr̄ cetus
cultor̄ hominū q̄ res eme l' uende solent. Integri restitutio ē cause. l' rei

reparatio. Causa redintegratae rei quae potestatis expulerat. Restitutio vero rei quae potestati ablata atque extorta est.

De criminibus in lege conscriptis.

Crimen a carendo nomen accepit. Item furtum, falsitas, et cetera quae non occidunt sed infamant. Facinus a faciendo malum, quo noceat alteri. Flagitium a flagitando corruptela libidinis. Nocens autem est qui nocet. Hi sunt duo genera omnium peccatorum. Vis est virtus potestatis per quam causa sine qua fieri vel extorqueri. Vis privata est si quis ante iudicium armatis hominibus quemquam a suo deiecerit, vel expugnaverit. Vis publica est si quis civem ante populum vel iudicem vel regem appellantem necaverit, aut torserit, sive verberaverit, vel vinxerit. Dolus est mentis calliditas, ab eo quod deludat. Aliud enim agit, aliud simulat. Petronius aliter existimat dicens: Quid est, iudices, dolus? Nimirum ubi aliquid factum est quod legi dolet. Habetis dolum, accipite nunc malum. Calumnia est iurgium alienae litis, a calvendo, id est decipiendo dicta. Inde et falsitas appellata a fando aliud quam verum est. Iniuria est iniustitia. Hinc est apud comicos: Iniuria est qui audet aliquid contra ordinem iuris. Seditio est dissensio civium, quod seorsum alii ad alios eunt. Hac maxime Thraces et tumultu gaudent. Sacrilegium proprie sacrarum rerum furtum. Postea et in idolorum cultu haesit hoc nomen. Adulterium est illusio alieni coniugii, quod quia alterius thorum commaculavit, adulterii nomen accepit. Stuprum rapta proprie est illicitus concubitus, a corrumpendo dictum. Unde et qui rapto potitur, stupro fruitur. Homicidii vocabulum compositum est ex homine et caede. Qui enim caede hominem perpetrasse comperti erant, homicidae veteres appellabant. Parricidii actio non in eum tantum dabatur qui parentem, id est patrem vel matrem, interemisset, sed et in eum qui fratrem occidisset. Et dictum parricidium quasi parentum caedes. Inimicum iudicium in eum dabatur qui falsum testamentum fecerit, et ob id hominem occiderit. Ademptione et possessio bonorum fiebant. Inimicum autem filiorum est quasi quaedam hominis necatio. Nam in proponendo ut principe vel iure mare, id est ebibere et eluere. Venenum enim venenum intus bibit et pereunt, ut obliviscere mare, id est ebibere et eluere. Nemo venenum intra venas bibit et perit, et ita furtum est rei alienae clandestina contrectatio, a furvo, id est a fusco vocatum, eo quod in obscuro fiat. Furtum autem capitale erat apud maiores ante poenam quadrupli. Invasio est alienae rei manifesta praesumptio. Furtum autem tantum de rebus fit quae de loco in locum transferri possunt. Pervasio autem et eorum quae transferuntur et eorum quae inmobilia sunt. Infitiatio autem negatio debitae rei cum a creditore deposcitur. Idem et abiuratio. Ambitus iudicium in eos datur qui largitione honores capiunt, id est ut captantes rem alienam ... Ambitus iudicium in eos datur qui ambientes amissam dignitatem quam nunc iterum repetunt. Peculatus iudicium in eos datur qui varia fraude faciunt pecuniam publicam minuunt. Nam a pecunia peculatus est dictum. Non autem sic iudicatur furtum rei publicae sicut rei privatae. Nam ille sic iudicatur ut sacrilegus, quia prope est sacrilegium. Repetundarum accusatur qui pecunias a sociis cepit. In hoc iudicio reus si ante moriatur, in bona eius iudicium redditur. Incesti iudicium in virgines sacratas vel propinquas sanguine constitutum est. Qui enim talibus miscentur, incesti, id est incasti habentur. Maiestatis reatu tenentur hi qui regiam maiestatem laeserunt vel violaverunt, vel qui rem publicam prodiderunt vel cum hostibus consenserunt. Prius hoc crimen capite puniebatur, postea rei expiari potest. Confessio vero quia eam vi quadam ordine expianda.

De poenis in legibus constitutis.

Duplicie malum appellatur: unum quod homo facit, alterum quod patitur. Quod facit peccatum est, quod patitur poena. Malum autem tunc plenum est cum et praeteritum est et impendet, ut sit et metus et dolor. Poena dicta quod puniat. Est autem epitheton nomen, et sine adiectione non habet plenum sensum. Adicis poena carceris, poena exilii, poena mortis, et implesti sensum. Supplicium proprie dicitur non qui quomodo punitur, sed qui damnatur, ut bona eius consecrentur et in publicum redigantur. Nam supplicia dicebantur supplicamenta. Et supplicium dicitur de cuius damnatione delibatur aliquid deo. Unde et supplicare. Octo genera poenarum in legibus continentur: id est damnum, vincula, verbera, talionem, ignominiam, exilium, servitutem et mortem. Has itaque poenas mundanae leges procreaverunt. Damnum a diminutione rei nominatum. Vincula a vinciendo, id est arcendo dicta, eo quod constringant atque contineant vel vinciant. Compedes dicte quod pedibus ... Pedicae sunt laquei quibus pedes illaqueantur, dictae a pedibus capiendis. Catenae autem, quod capiendo teneant ut vestigia ne prodiant. Item catenae quod se capiendo teneant plurimis nodis. Manicae sunt vincula quibus manus capiuntur. Licet et torques ... Nervus est ferreum vinculum quo pedes vel cervices impediuntur. Boia est torques damnatorum, quasi iugum in bove, ex genere vinculorum est. Carcer in quo custodiuntur noxii, et dictus carcer quod in eo homines coerceantur includantur. Qui ante carcer ab arcendo scilicet. Locum autem in quo servantur noxii carcerem dicimus, numero tantum singulari. Unde vero emittuntur quadrigae, carceres vocamus, numero tantum plurali. Verbera dicta quia cum aguntur aerem verberant. Hinc et plagae et flagella, quia cum flatu et strepitu in corpore sonant. Nam plagae quasi flagae. Sed plagae, nomen primae positionis. Flagella autem per diminutionem dicta. Anguilla est qua coercentur pueri in scholis, quae vulgo scutica dicitur. Fustes sunt quibus iuvenes feriuntur appellati, quod praefixi in fossis stent, quos palos rustici vocant. Vectes dicti quod manibus vectentur. Unde et ostia fortiter vellunt, sed hi ad poenas legum non pertinent. Unde et fumigationes ... dicti quod virides sint vel quod vim habeant arguendi. Quae si levis fuerit, virga est; si vero nodosa vel aculeata, scorpio rectissimo nomine, quia arcuato vulnere in corpore infigitur. Ictus proprie flagellorum sunt, ab agitando vocati. Ungulae dictae quod effodiant. Hae et fidiculae, quia his rei in eculeo torquentur ut fides inveniatur. Eculeus autem dictus quod extendat. Tormenta vero quod torquendo mentes inveniant. Est enim lanienum a suppliciis genus ad inveniendum aperiendumque verum. Tortor quod torqueat. Hic et adpositus ad poenas sceleratorum. Item quattuor sunt laudis genera: cruciatus, tormenta, fustes, metalla atque exilia referuntur, et ipse per se rogi exilium meruit. Talio est similitudo vindictae, ut taliter quis patiatur ut fecit. Hoc enim et natura et lege est institutum, ut laedentem similis vindicta sequatur. Unde et illud est: Oculum pro oculo, dentem pro dente. Talio autem non solum ad iniuriam referenda, sed etiam pro beneficiis reddendo ponitur. Est enim communis sermo et iniuriae et beneficii. Ignominium dictum eo quod desinat habere honestatis nomen is qui aliquo crimine deprehenditur. Dictum autem ignominium quasi sine nomine, sicut ignarus sine scientia, sicut ignobilis sine nobilitate. Hoc et infamium, quasi sine bona fama. Fama autem dicta quia fando, id est loquendo pervagatur, per traduces linguarum et aurium serpens. Est autem nomen et bonarum rerum et malarum. Nam fama felicitatis nomen est ... Virgilius: Fama malum qua non aliud velocius ullum. Fama autem nomen certi non habet, quia plurimum mendax est, adiciens multa vel demutans de veritate; quae tamen diu vivit quamdiu non probat. At cum probaveris, cessat, et deinceps res nominatur, non fama. Exilium dictum quasi extra solum. Nam exsul dicitur qui extra solum est. Unde et hi non minime redeuntibus hoc est de exilio redeuntibus, quia fuit extra, in iniuria, id est extra limina patriae. Dividitur autem exilium in relegatis et deportatis. Relegatus est quem bona sua sequuntur; deportatus quem non sequuntur. Proprio exilii poenam damnatio qui in certo spatio tempore usque quia ita fit. Metallum est cum quisque deputatur ad eruendam venam marmorumque secanda in crustis. Servitus a servando vocata. Apud antiquos enim qui in bello a morte servabantur, servi vocabantur. Haec est sola malorum omnium postrema, quae liberis omni supplicio gravior est. Nam ubi libertas perit, et una perit. Mors dicta quod sit amara, vel a Marte qui est effector mortium, sive mors a morsu hominis primi, quod vetitae arboris pomum mordens mortem incurrit. Nonnulli morsus patibulo dicunt. Patibulum vulgo furca dicitur, quasi ferens caput. Suspensum enim et strangulatum exanimat. Sed patibuli minor poena quam crucis. Nam patibulum adpensos statim exanimat, crux autem suffixos diu cruciat. Unde et in Evangelio latronibus ut morerentur et de ligno ante sabbatum deponerentur crura confracta sunt, quia ligno suspensi cito mori non poterant. In ipso quoque genere mortis differentia est. Crucifixi etiam vivi ... quam sine poena extinguuntur. Inhibitum frigore et fame, vel exanimi canibus et bestiis exponitur. Nam ferro mori etiam quae maior poena erat, quam ... cadere ... compendiosa morte vita finire ... Culleus est parricidale vas, a celando, id est a claudendo dictum. Est autem uter ex corio factus, in quo parricidae cum simia et gallo et serpente inclusi in mare praecipitantur. Omnium autem ista mortes genera animadversiones nominantur. Animadversio autem est cum iudex reum punit, et dicitur animadvertere, id est animum illuc advertere, ut de eius puniendi reo cogitet. Duo autem Romani aqua et igne interdicebant. Interdicta damnatis qui conversantur sunt cum his; data est nulli non fruentur ... non his constituti sunt ...

De cronice vocabulo.

Chronica graece dicitur quae latine temporum series appellatur, qualem apud graecos Eusebius Caesariensis episcopus edidit, et Hieronymus presbyter in latinam linguam convertit. Chronos enim graece latine tempus interpretatur.

De momentis et horis.

Tempora autem momentis, horis, diebus, mensibus, annis, lustris, saeculis, aetatibus dividuntur. Momentum est minimum atque angustissimum tempus, a motu siderum dictum. Est enim extremitas horae in brevibus intervallis, cum aliquid sibi cedit atque succedit. Hora graecum est nomen, et tamen in latinum sonat. Hora autem finis temporis est, sicut et ora finis est maris, fluviorum et vestimentorum.

De diebus.

Dies est praesentia solis, sive sol supra terras, sicut nox sol sub terris. Ut enim nox sive causa est aut sol supra terras sit aut sub terris. Dies legitimus viginti quattuor horarum est, usque dum dies et nox spatia sua peragant ab oriente usque ad alium orientem solem caeli volubilitate concludat. Abusive autem dies unus est spatium ab oriente sole usque ad occidentem. Sunt autem diei spatia duo, interdianum atque nocturnum. Et est dies quidem horarum viginti quattuor, spatium autem horarum duodecim. Vocatur autem dies a parte meliore. Unde et in usu est ut sine commemoratione noctis numerum dicamus dierum, sicut in Genesi scriptum est: Factum est vespere et mane dies unus. Moyses item a mane ad mane unum diem appellat. Sed nos secundum evangelium nostrum a vespera sabbati lucescens in prima sabbati, ut homo de luce lapsus in tenebras, deinceps rediret ad lucem. Dies secundum Aegyptios inchoat ab occasu solis, secundum Persas ab ortu solis, secundum Athenienses a sexta hora diei, secundum Romanos a media nocte. Unde et gallicinium est quando dies ostenditur proximus, quo et mesonycti appellatur. Dies dicti a diis, quorum nomina Romani quibusdam sideribus sacraverunt. Primum enim diem a sole appellaverunt, qui princeps est omnium siderum, sicut et idem dies caput est cunctorum dierum. Secundum a luna, quae soli et splendore et magnitudine proxima est, et ex eo mutuatur lumen. Tertium a stella Martis, quae Vesper vocatur. Quartum a stella Mercurii, quam quidam candidum circulum dicunt. Quintum a stella Iovis, quam Phaethontem aiunt. Sextum a Veneris stella, quam Luciferum asserunt, quae inter omnia sidera plus lucis habet. Septimum a stella Saturni, quae sexto caelo locata triginta annis explere cursum suum dicitur. Proinde autem ex his septem stellis nomina dierum gentiles dederunt, eo quod per eosdem aliquid sibi effici existimarent, dicentes habere a sole spiritum, a luna corpus, a Mercurio ingenium et linguam, a Venere voluptatem, a Marte sanguinem, a Iove temperantiam, a Saturno humorem. Talis quippe extitit gentilium stultitia, qui sibi finxerunt tam ridiculosa figmenta. Apud Hebraeos autem dies prima una sabbati dicitur, qui apud nos dies dominicus est, quem gentiles soli dedicaverunt. Secunda sabbati secunda feria, quem saeculares diem Lunae vocant. Tertia sabbati tertia feria, quem illi diem Martis vocant. Quarta sabbati quarta feria, quae Mercurii dies dicitur apud paganos. Quinta sabbati quinta feria est, id est quintus a die dominico, qui apud gentiles Iovis vocatur. Sexta sabbati sexta feria est, quae apud eosdem paganos Veneris nuncupatur. Sabbatum autem septimus a dominico dies est, quem gentiles Saturno dedicaverunt et Saturni nominaverunt. Sabbatum autem ex hebraeo in latinum requies interpretatur, eo quod deus in eo requievisset ab omnibus operibus suis. Melius autem in ore christiano ecclesiastico loquendi more numerari. Tamen si quem forte consuetudo traxerit ut illud exeat ex ore quod inprobat corde, intellegat illos omnes de quorum nominibus appellati sunt dies homines fuisse, et propter beneficia quaedam mortalia, quia plurimum potuerunt et eminuerunt in hoc saeculo, delatos esse ab amatoribus suis divinos honores et in diebus et in sideribus. Sed primum a nominibus hominum sidera nuncupata, et a sideribus dies sunt appellati. Feriae autem sunt dictae a fando, quod in eis nobis tempus sit dicendi, id est divina vel humana officia fari. Sed ex his festi dies hominum causa instituti, feriati deorum. Partes diei tres sunt: mane, meridies et suprema. Mane lux matura et plena, nec iam crepusculum. Et dictum mane a mane, quod est bonum. Quid enim melius luce? Alii mane existimant vocari a manibus, quod est antiquis purum. Alii a manando ... Meridies dicta quasi medidies, id est medius dies, vel quia purior dies est. Merum enim purum dicunt. In toto enim die nihil clarius meridie, quando sol cardine caeli in medio collocatus orbem terrae pariter illustrat. Suprema est postrema pars diei, quando sol a superiore in inferiorem partem decidit. Serum ... Hodie quasi hoc die. Cras ... Perendie, id est post crastinum die ... Pridie autem est priori die. Pridie, id est hesterno die vel anteacto. Nudius tertius ...

De nocte.

Nox a nocendo dicta, eo quod oculis noceat. Quae idcirco lunae ac siderum lucem habet, ne sit indecora, et ut consolaretur omnes operantes nocte, et ut quibusdam animalibus quae lucem solis ferre non possunt ad sufficientiam temperaretur. Noctis autem et diei alternatio propter vicissitudinem dormiendi vigilandique effecta est, et ut operis diurni laborem noctis requies ...

[illegible]

Vesper ab stella ... Crepusculum ... Conticinium est quando omnia silent. ... Intempesta est media et inactuosa noctis tempus, quando agi nihil potest et omnia sopore quieta sunt. Nam tempus per se non intellegitur, nisi per actus humanos. Media autem nox actu caret. Ergo intempesta inactuosa, quasi sine tempore, hoc est sine actu, per quem dinoscitur tempus. Unde est: Intempestive venisti. Ergo intempesta ... Gallicinium propter gallos lucis praenuntios dictum. Matutinum est inter abscessum tenebrarum et aurorae adventum. Et dictum matutinum quod hoc tempus inchoante mane sit. Diluculum quasi iam incipiens parva diei lux. Haec et aurora, quae solem praecedit. Est autem aurora diei clarescentis exordium et primus splendor aeris, qui graece ἠώς dicitur; quam nos per derivationem auroram vocamus, quasi eorarum. Unde est illud: Et lucis roseo iam pectore ... ad ortum.

De ebdomada.

Ebdomada dicta a numero septem dierum, quorum repetitione in se et menses et anni et saecula peraguntur. Septem enim graeci septem dicunt. Hanc nos septimanam vocamus, quasi septem luces. Sic enim mane lux est. Octavus autem dies, idem primus est, ad quem reditur et a quo rursus ebdomadis series ordinatur.

De mensibus.

Mensis nomen graecum est de lunae nomine tractum. Luna enim μήνη graeco sermone vocatur. Unde et apud Hebraeos menses legitimi non ex solis circulo, sed ex lunae cursu enumerantur, qui est de nova ad novam. Aegyptii autem primi propter lunae tarditatem cursus et velocitatem errores computationis et velocitatem videntur ex solis circuitu die mensis adinvenere, quia tardior solis cursus facilius poterat conprehendi. Ianuarius mensis a Iano dictus, cui fuit a gentilibus consecratus, vel quia limes et ianua sit anni. Unde et bifrons idem Ianus pingitur, ut introitum anni et exitum demonstraret. Februarius nuncupatur a Februo, id est Plutone, cui eo mense sacrificabatur. Nam Ianuarium diis superis, Februarium diis manibus Romani consecraverunt. Ergo Februarius a Februo, id est Plutone, non a febre id est aegritudine nominatur. Martius appellatur propter Martem, Romanae gentis auctorem, vel quod eo tempore cuncta animantia agantur ad marem et ad concumbendi voluptatem. Idem appellatur et novarum, ab initio scilicet mensis novi, quia anni initium erat Martius. Idem et novarum dicitur, quod eo tempore novis vel infantibus plerumque ... Aprilis pro Venere dicitur, quasi Aphrodis; Graece enim Aphrodite Venus dicitur; vel quia hoc mense omnia aperiuntur in florem, quasi Aperilis. Maius dictus est a maioribus natu, qui principes erant rei publicae. Nam hunc maioribus, sequentem vero minoribus Romani consecraverunt. Iunius dictus est a iunioribus ... Augustus vero in honorem Iulii et Augusti Caesarum nuncupati sunt. Nam antea Quintilis et Sextilis vocabantur. Quintilis quia quintus erat a Martio, quem principium anni constituerant Romani. Sextilis similiter quia sextus. September nomen ...

a nunio & ymbre. septimi a marcio. & ymbres ht. Sic & october.
Nouemb atq; decemb, ex numo & ymbrib; accepunt uocabula. Quo nu
meru decreme decebr fruc p eos denarii numus pcedunt numos claud.
Kal nonas & id ppe dies festos romani istituere. t ppe officia magis
tratuu. In his n dieb; ruenebat i urbib; Quida au kalendas a colen
do appellari existimant. ap ueteres n omniu nsiu pncipia colebant sic &
ap hebreos. Id au plerq; latinor ab edendo dictas putant. q' hi die
ap ueteres epular erant. Nonas a nundinis uocare. Nundinę au st publice
conuentiones siue mercimonia semel in anno. De solsticio.

Solsticiu dictu qi sol stans. q' tc sole stante crescant dies t noctes. Equi
noctiu appellatu. q' tc dies & nox horar spacio eqli sistunt. Duo st
au solsticia. unu estiuu viii. kal iuliar. de q' tempe reuertitur sol ad inferiores
iores incip circulos. aliud hyemale viii. kal ianuarii. q' tempe sol al
tiores incip circulos pete. Vn & hyemalis solsticii dies minim. sic estiui
maxim inuenit. Itē duo s' equinoctia. unu uernale. & aliud autumnale q; grei
isymeras uocant. Sunt au h equinoctia die viii. kal aprili. & viii kal
octobr. qa anti oli in duas ptes tm diuidebat. h e i estiuu & hyemale
solsticium. & in duo hemisperia. De temporib; anni.

Tempora anni st iiii. uer. estas. autumnus. hyemps. Dicta au tempa a com
munionis tempamento q' inuice se humore siccitate calore & frigore tem
perent. Hę & circula dicunt. qa n stant s; currunt. Constat au p factu
mundu ex q' lttr ecs sol tempa in iiii nos mses fuisse diuisa. Quor
tempu calos ueteres discretione faciunt. u pmo mse uer nouu dicat
scdo adultu. tcio pceps. Sic & estas in suis tb; msib; noua. adulta. & pceps.
Sic autumn. nouus. adult. & preps. Itē hyemps noua. adulta & preps.
Vn e illud. Extreme sub casu hyemis. Ver au dictu q' uireat. Iā e tps
hyeme necti cellus herb. & i flore cuncta rumpant. Estas dr ab estu
i. calore. & estas q'i usta. i. exusta & arida. Nā calor arid e. Autumnu
a tempestate uocatu qa & folia arbor cadunt. & oia maturescit. Hyeme
rano hemispii uocatu. qa tc breuiore sol uertat circulo. Vn & h temps
bruma dr. qi braxin. i. breuis. t a cibo q' d maior sit tc uescendi appetit.
Edacitas n gce bruma appellat. Vn & i brumatici dicunt qb; fastidiu
e cibus. hibnus au uo hyeme & uerau e. qi hiberni. q' pleru apte
tota hyeme significat. Hec tempa singulis & celi ptib; assebuntur.
Ver q'ppe orienti dat. qa tc ex terris omnia nascunt. Estas u meridian
q' ps ei calore flagrantior sit. Hyemps septemtrioni q' frigorib; & p
petuo gelu torpeat. Autumnu occiduo ppe q' graues morbos hat. Vn
& tc omnia folia arbor defluunt. Vn au autumni habundet morbis fa
cit h q' simul frigoris & caloris & repugnantia ueniet intmo aerum.

Annus e sol anfractu cu p actis cccl. lxv dieb; ad eade loca De annis.
siderii redit. Annu au dict qa msib; i se recurrentib; uoluit. Vn & anulus q'i
an, i circulus q' inserceat. Virg. Atq; in se sua p uestigia uolut ann. Sic
n ap egyptios indicabat an inuentas littas: picto dracone cauda sua
mordente. qa i se recurrit. Alii annu dicit apo tu ananeousthai. i. abi
innouatione. renouat n semp. Tria st au genia annor. Aut n lunaris
ann e. xxx. dier. aut solsticial q' xii. g tinet mses. aut magn oib; pla
netis i eunde locu recurrentib; q' fit p annos solsticiales plurimos. Era sin
gulor annor e gstituta a cesare augusto. qn pmu censu exagitato roma
nu orbe descpsit. Dicta au era ex eo q' omis orbis es reddere pfessus e reipublice.

Olympias ap grecos gstituta ap helyde gece ciuitate De olympiadib;
heleis agentib; agone & quinquennale certamen iiii. medius annis uacan
tib; & ob h heliaci certaminis temp olympiade nominere. quadriennio
i una olympiade supputato. Lustru n e penteresin. i. quinquenniu q' v.
anno dr gdi p olympiad ad romanis. Adhuc n gsules & gra n dicunt.
Est n quinquennale temps. Ideo n sic uocat eo q' censu p quinquenniu i re
publica pacto. urbs roma lustrabat. Iubileus interpretat remissionis
annus. Est n hebraic & sermo & numer q' septenis annor ebdo
madib; i. xl. & viii. annis texit. i q' clangebant tube. & ad omis
reuertebat antiqua possessio. debita absoluebant. & gfirmabant lib
tates. Hc numeru & in dieb; penteosten & ipsi celebram post dni
resurrectione remissa culpa & omi debitu cyrografo euacuato. ab oi
nexu libi suscipientes adueniente i nos gram sps sci. De seculis.

Secula generationib; gstant. & in scla q' se seqnt. Abeuntib; n alis.
alia succedit. Nunc ...da ... q' ... anni dict qui hebrei iubileu
uocant. Ob hac cam & ille hebre ... ...
suu aure ptusa seruitio subiugat. seruire iubet in sclm. h e ad annu
quinquagesimu. Etas plerumq; dr & pro uno anno. u i annalib; & septe uc
hois & p ceni. & p q' uis tempe. Vn & etas temps q' de multis sclis
instruitur. Et dicta etas q' aeuitas. i. similitudo eui. Nā eui e etas p
petua. cui neq; iniciu neq; extremu noscit. q' greci eonas uocant. q' aliqn
ap eos p sclo. aliqn p eterno ponit. Vn & ap latinos e deriuatu. Etas aute
pprie duob; modis dr. Aut n hois e sic infancia. iuuent. & senect. aut
mundi cui pma e ab adā usq; ad noe. scda a noe usq; ad abrahā. tcia ab
abrahā usq; ad dd. iiii. a dd usq; ad transmigratione iudei babiloniam.
quinta deni usq; ad aduentu saluatoris i carne. Sexta q' nc agit usq; q'
mund iste finiat. Quar decs p generationes & regna pm excursi iulius
affricanus sub imparore marco. aurelio. antonio. simplici hystoria stilo
elicuit. Dehinc eusebi epc cesariensis. atq; sce memorie hieronimi prbr
cronicor canonu multiplice ediderē hystoria. regnis simul & temporib;
ordinata. Dehinc alii atq; alii inter q's pcipue uictor turonensis ecclie epc
recensitus prior hystoriis gesta sequentiu etatu usq; ad gsulatu iustiniani
ori explaunt. Hor nos tempum summa ab exordio mundi usq; ad augu
stu imparoris t sui ... regis gothor q'ta potuim breuitate nota
uim tempa. adiacente e latere descendente linea tempor cui indicio sum
ma preteriti seculi cognoscat. Prima etas.

Prima etas continet i exordio sui creatione mundi. Pmo n die ds i lucis
nomine gdidit anglos. scdo in firmamenti appellatione celos. tcio i discretionis
uocabulo spem aquar & tre. iiii. luminaria celi. quinto animantia ex aqs.
sexto aiantia ex tra. & homine qm appellauit adam. De discretione tepor.

Adam anno ccxxx. genuit seth. a quo filii di. Seth anno cc.v. genuit enos.
q' pm cep inuocare nom dni. Enos ano c. lxxxx. gen cainan. Cainan ano c.
lxx. gen malaleel. Malaleel ano c. lxv. genuit iared. Iared ano c. lxii.
gen enoch q' trslat e a deo. Enoch ano c. lxv. gen matusala. Matu
sala ano c. lxvii. gen lamech. Lamech ano c. lxxxviii. gen noe. Archa
edificat. Noe anno dc. factum e diluuium. Secunda etas.

Sem anno ii. p diluuii gen arfaxath. a q' chaldei. Arfaxat ano c. xxxv. gen
sala. a q' antiq samaritę t indi fuere. Sala ano c. xxx. gen heber a q' hebrei.
Heber ano c. xxx. iiii. gen falech. Turris edificat. Falech ano c. xxx. gen ra
gau. Dii pmu adorant. pncipiu exorit. Ragau anno c. xxx. ii. gen seruch.
Regnu inchoat scitar. Seruch ano c. xxx. gen nachor. Egyptior regnum
inicium sumit. Nachor anno c. xx. viii. gen thara. Regnum assyrior & si
cunior orit. Thara ano lxx. gen abrahā. Zoroastres magica reppit.
Abraham anno c. gen ysaac ex sara liba. Na a p ysmahel Tercia etas.
a q' ysmahelite. Ysaac anno lx. gen iacob. Argiuor regnu inchoat. Iacob
anno xc. i. gen ioseph. Foroneus grecie leges dedit. Ioseph annos c. x. uix.
Grecia segetes habe cep. Hebreor seruitus i egypto anni c. lx. iiii. Athlas

astrologia muenit. Moyses annos xl. rex pplo i heremo. Hebrei lege
& litras habe ceperu. Iosue annos xx. vi. Ericthoni in grecia q'driga iunxit.
Gothoniel annos xl. Cadmus litras grecis dedit. Aod annos lxxx. Sibilla
e fuisse s. Debbora anos xl. Apollo medicine arte inuen. & cythara reppert.
Gedeon anos xl. Mercius lyra reppit & orpheo tradit. Abimelech
an iii. q' lxx fres suos interfec. Chorus in grecia inuent e. Thola an xx iii.
Priam regnau in troia. Iair an xxii. Carmentis latinas litras inuenit.
Iepte an vi. Hercules flamis se inicit. Abessan an vii. Alexand'
helena rapuit. Abdon an viii. Cui anno iii. troia capta e. & eneas i italia
uen. Samson an xx. Ascaniu alba gdid ciuitate a q' albam. Heli sac
dos an xl. Archa testamu a philistin capit. Samuel & saul an xl.

Homerus poeta fuisse putat hor gtemporaneus. Quarta etas.
Dauid regnauit an xl. Gad. Nathan. & Asaph pphant. Kartago a didone
gdit. Salomon an xl. Iste templu dno i hierlm edificau. Roboa an
xvii. Regnu isrl & iuda diuidit. Abia an iii. Sub q' hebr pon
tifex maxim abimelech insignis e habit. Asa an xl. i. Achias. Amos.
hieu. Iohel. & Azarias pphauer. Iosaphat an xx v. Helyas. Helyse.
Abdias. & Micheas pphauer. Iora anni viii. Prophant helyas &
helyse. Ochozias an. i. Helyas rapit. Athalia an vii. Ionadab sa
cdos fili rechab clar hr. & ioiada pontifex fert. Ioas an xl. Zac
harias ppha occidit int templu & altare. helyse morit. Amasias an xx
viiii. Kartagine h tempe gda asseret gdita. alii supi. Ozias an lii.
Olympias primu a grecis i stuit. assyrior q; regnu i medos transfert.
Ioatham an xvi. Prophant: Iohel. Ysaia. & Michea. Remus & romul
nascunt. Achaz an xvi. Romulus roma gdidit. & Sennacherib rex
assyrior x. trib; in medos transtulit. Ezechias an xx viiii. Senatu rome sc.
Manasses an l. v. Romanis pfuit Numa pompili. Sibilla samia clarit.
Ammon an xii. Tullus hostilius pmi ppa & fascib; usus e. & pmu censu ex
egit. Iosias an xxx. ii. Tales milesi philosoph fisic clarit. Ioachim an xi.
Nabuchodonosor iudea tributaria fec. Sedechias an xi. Hc rex babilo
nie scdo ueniens cu pplo i hierlm captiui duc. templu incendit. anno edificati
onis ei cccc. l. iiii. Sapho mulier diuiso poemate clarit. Salon leges atheniensib; dedit.

Hebreor captiuitas anni lxx. Iudith hystoria scbit. Quinta etas.
Dari regnau an xxx. iiii. Iudeor captiuitas resolut. Romani pulsis re
gib; gsules hre cepunt. Xerses an xx. Sophocles & euripides tragedi
celebrant. Artaxerses an xl. Esdras incensa lege renouat. Neemias
mos hierlm restaurat. Dari q' & noc an xviii. Hoc etas huit platone.
& gorgia pmu rethore. Artaxerses an xl. Hester hystoria scbit.
Artaxerses q' & ochus an xxvi. Demostenes & aristotiles pdicant. Plato
morit. Xerses an iiii. Xenocrates philosoph illustris hr. Dari an vi.
Alexand hierosolima cep. atq; templu ingssus do hostias imolau. Alexand
magn macedo an v. asia optinuit. Na vii. ei pores anni i psar regib; supu
tantur. Ptholome an xl. Machabeor libri i choat pm. Philadelph an xx
viii. lxx interptes agnoscunt. Aristarchus clarit. Euergetes an xx vi.
Ihc libru sapientie coposuit. Philopator an xvii. Antiocho iudei p lic
nici. xl. corruere armator. Epiphanes an xx iiii. Machabeor scdi
libri hystoria coponit. Romani grecos obtinent. Philometor an xxx. v.
Scipio affrica uic. Terentii comicus cl. Euergetes an xx viiii. Post fulem
bruti hyspania a romanis obtenta e. Sother an xvii. Traces romanis
subiciunt. Alexand an x. Syria romanis subiecta e. Poeta lucreci nascit.
Ptholome an viii. Rethorica ars rome cep. Salusti hystoriogf ag
noscit. Dionisi an xxx. Pompei iudea cep. Cato philosoph agnoscit.
Virgili & oraci nascunt. Cleopat an ii. Egypt romanis subdit.
Gaius iuli cesar an v. Hic pm monarchia totiu romani impii optinuit.

ex cui nomine sequentes imparores cesares apellati st. Sexta etas.
Octouian an lvi. Cui anno xl ii. dns nr ihc xc in bethlee iude nascit.
Tyberi an xxiii. Huius xviii. regni anno dns crucifigit. Gai caligula an iiii.
Matheus euglm i iudea pmi scpsit. Claudi an xiiii. Petr gtr Symonem
magu roma pgit. Marc euglm edidit. Nero an xiiii. Petr & paulus
necant. Vespasian an x. Hierosolima a tito subuit. Titus an ii. Hic sa
ncti & pi fuit. Domician an xvi. Iohs apls i pathmos i sula exiliare
legat. Nerua anni i. Iohs ephesu redit. Traian an xviii. Iohs apls req
escit. Adrian an xxi. Hic hierosolima restaurat. & ex suo noie elia nomi
... hr. Antonin pi an xxii. Valentin & marcion agnoscit.
Antonin uer an xviii. Cathafrigaru heresis orit. Comod an xiii.
Theodocion tci interpres hr. Helius pertinax an i. nich hc hystorie.
Seuer an xvii. Symach intps iiii. hr. Antonin caracalla an vii. Hic
... inuenit. Machrin an i. h' huius nich gestu hr.
Aureli antoni an iiii. Sabellii heresis orit. Alexand an xiii. Origenes
i signis hr. Maximin an iii. Iste xpianos inc. Gordian an vi. Hic de
parthis & psis triumphauit. Philipp an vii. Hic pmi xpianus imparor fuit.
Deci an i. Antoni m clarit. Gall an ii. Nouat prbr ... rome
nouaciana heresi gdidit. Valerian an xv. Cyprian martirio coronat. Claudi
an ii. Iste gothos ab illirico expulit. Aurelian an v. Iste xpianos psequit.
Tacit an i. h' nich huius nich dignu hystorie pnotauit. Prob an vi. Mani
cheor heresis orta e. Clar an ii. Iste de psis triumphau. Diocletian an xx.
Iste diuinis libris adustis martiria fec. Galeri an ii. h' huius impii nich
dignu hystorie tradit. Constantin an xxx. heresis arriana exorit. nic
enumq; g cilio gdempnat. Constanti an xxiiii. Antropomorfitar heresis orit.
Antoni m morit. Iulian an ii. hic ex clerico fact impr i ydolor cultu
gutit. Iouinian an i. Iste iterum xpian effect e. Valentinian an xiii.
Gothi heretici efficiunt. Gratian an vi. Ambrosi mediolanensis epc clar.
Priscillian heretic agnoscit. Valentinian an vii. Hieronim i bethlee
clar hr. Theodosi an iii. Iohs heremita clar. Archadi an xiii.
Iohs crisostom & theophil alexandri florruer. Honori an xv. Au
gustin epc clar. & cyrillus alexandri. Theodosi an xxvii. Nestorius
heresiarches exurit. Marcian an vi. Calcedonensis synod hr gtr
eutices. Leo maior an xvi. Egypt errore dioscori langue. Ace
falor heresis orit. Zenon an xvii. Corp barnabe & eugli machi
repertu e. Anastasi an xxvii. Fulgenti epc pdicat. Iustin an viii. Ace
phalor heresis abdicat. Iustinian an xxx viii. Vilisari patri affricam
nissus wandalor gente delet. Iustin an xi. Armenii fide x suscepi
unt. Longobardi italia capiunt. Tyberi an vii. Gothi bifarie diuisi
mutua cede uastant. Maurici an xxi. Gothi catholici effecti s. Grego
ri eligit ad pontificatu. Foca an viii. Romani apsis debellat plurimas
puincias & hierosolima amisere. Eracli de hic qntu agit annu impii.
Sisibod gothor pnceps ab hyspania plurimas romane milicie urbes s' bel
lando subiecit. & iudeos s' subditos ad xpi fide gtuit. Fiunt au ab exordio
mundi usq; in psente era. h e in annu quintu imparoris eraclii & iiii anni
Sisibodi pncipis gentis gothor anni v dcc xii. Post completione h' tempis
fluxerunt anni lx. scilicet a tempe clodouarii usq; ad xv. annu regni reg; clo
douarii ac nepotis ipsi q' ipse cu ingenio terrenis gt ... Et ... ador
mitione sci sulpicii xxvi. tcio decimo ... anni ...
... & ... hic ... demonstrat. Hoc ... demptis ...
ac ... summa annor cognoscat. Addatq; hic lx. annis s' a mundi initio
anni v. dcc lxx. iii. ... anni c. xx. vii.

209.

Seculi tempus humane investigationi incertum est. **De tempore seculi.** Omnem enim de hac re questionem dominus Iesus Christus abstulit dicens: Non est vestrum nosse tempora vel momenta, que pater posuit in sua potestate. Et alibi: De die illa et hora nemo scit, neque angeli celorum, nisi solus pater. Unusquisque ergo de suo cogitet transitu, sicut scriptum est: In omnibus operibus tuis memorare novissima tua, et in eternum non peccabis. Quando enim unusquisque de seculo migrat, tunc illi consummatio seculi est. **De quadrifaria ratione operationis divine.**

Operatio divina que secula creavit et gubernat quadrifaria ratione distinguitur. Primo quod in verbo Dei dispositione non facta sed eterna sunt, quia nos apostolo teste ante tempora secularia predestinavit in regnum. Secundo quod in materia informi pariter elementa mundi facta sunt, ubi qui vivit in eternum creavit omnia simul. Tercio quia eadem materies iuxta causas simul creatas non iam simul sed distinctione sex primorum dierum in celestem terrestremque creaturam formatur. Quarto quod ex eisdem creature seminibus et primordialibus causis totum seculi tempus naturali [illegible] agitur, ubi pater usque nunc operatur et filius. **De creatione rerum per VII dies.**

In ipso quidem principio conditionis facta sunt celum et terra, angeli, aer, aqua de nichilo. Deinde in primo lux facta est et ipsa de nichilo. Secundo firmamentum in medio aque. Tercio species maris et terre et in eis que radicitus terre inherent. Quarto luminaria celi de lumine primo die facto. Quinto natatilia et volatilia de aquis. Sexto reliqua animalia de terra et homo carne quidem de terra, anima vero de nichilo creata, qui in paradiso quem Deus a principio plantaverat constituitur. Septimo Deus requievit non a creature gubernatione, cum in ipso vivamus et moveamur et simus, sed a nove substantie creatione. **Explicit liber quintus.**

INCIPIT LIBER VI DE NOVO ET VETERI TESTAMENTO

VETUS TESTAMENTUM

ideo dicitur, quia veniente novo cessavit. De quo apostolus meminit dicens: Vetera transierunt, et ecce omnia facta sunt nova. Testamentum autem novum ideo nuncupatur, quia innovat. Non enim illud discunt nisi homines renovati ex vetustate per gratiam et pertinentes iam ad testamentum novum, quod est regnum celorum. Hebrei autem vetus testamentum Esdra auctore iuxta numerum litterarum suarum in xxii libris accipiunt, dividentes eos in tres ordines, legis scilicet, prophetarum et agiografforum. Primus ordo legis in v libris accipitur, quorum primus est Bresith, quod est Genesis. Secundus Ellesmoth, quod est Exodus. Tercius Vaiecra, quod est Leviticus. Quartus Vagedabber, quod est Numerus. Quintus Elleaddabarim, quod est Deuteronomium. Hi sunt v libri Moysi, quos Hebrei Thora, Latini legem appellant. Proprie autem lex appellatur que per Moysen data est. Secundus ordo est prophetarum, in quo continentur libri octo, quorum primus Iosue Bennum, qui Latine Iesu Nave dicitur. Secundus Sophtim, quod est Iudicum. Tercius Samuel, quod est Regum primus. Quartus Malachim, quod est Regum secundus. Quintus Ysaias. Sextus Hieremias. Septimus Hiezechiel. Octavus Thareasra, qui dicitur duodecim prophetarum, qui libri, quia pro brevitate sibi iuncti sunt, pro uno accipiuntur. Tercius est ordo agiografforum, id est sancte scribentium, in quo sunt libri viiii. Quorum primus est Iob, secundus Psalterium, tercius Masloth, quod est Proverbia Salomonis, quartus Coeleth, quod est Ecclesiastes, quintus Sirasirim, quod est Canticum canticorum, sextus Daniel, septimus Dabreiamin, quod est verba dierum, hoc est Paralipomenon, qui et Eristonicon vel Cronicon. Octavus Esdras. Nonus Hester. Qui simul omnes quinque et octo et novem fiunt xxii, sicut superius comprehensi sunt. Quidam autem Ruth et Cinoth, quod Latine dicitur Lamentatio Hieremie, agiografis adiciunt, et xxiiii volumina veteris testamenti faciunt iuxta xxiiii seniores qui ante conspectum Dei assistunt. Quartus est apud nos veteris testamenti ordo eorum librorum qui in canone Hebraico non sunt. Quorum primus Sapientie liber est, secundus Ecclesiasticus, tercius Thobi, quartus Iudith, quintus et sextus Machabeorum, quos licet Hebrei inter apocrifa separarent, ecclesia tamen Christi inter divinos libros et honorat et predicat. In novo autem testamento duo sunt ordines. Primus evangelicus, in quo sunt Matheus, Marcus, Lucas et Iohannes. Secundus apostolicus, in quo sunt Paulus in xiiii epistolis, Petrus in duabus, Iohannes in tribus, Iacobus et Iudas in singulis, Actus apostolorum et Apocalipsis. Summa autem utriusque testamenti trifarie distinguitur, id est in hystoria, in moribus, in allegoria. Rursus iste tria multifarie dividuntur, id est quid a Deo, quid ab angelis, quid hominibus gestum dictumve sit, quid a prophetis nunciatum de Christo et corpore eius, quid de diabolo et membris ipsius, quid de veteri et novo populo, quid de presenti et futuro seculo atque iudicio.

Veteris testamenti secundum Hebreorum traditionem hi perhibentur auctores. Primum Moyses divine hystorie cosmographiam in quinque voluminibus edidit, quod Pentateucum nominatur. Pentateucum autem a quinque voluminibus dictum. Penta enim Grece quinque, teucos volumen vocatur. Genesis enim liber appellatur eo quod exordium mundi et generatio viventium in eo contineatur. Exodus vero exitum ab Egypto vel egressum filiorum Israel digerit, et ex ea causa nomen accepit. Leviticus appellatur eo quod Levitarum ministeria et diversitatem victimarum exequitur, totusque in eo ordo leviticus annotatur. Numerorum liber vocatur eo quod egresse ex Egypto tribus in eo dinumerantur, et xl duarum per heremum mansionum in eo descriptio continetur. Deuteronomium Greco sermone appellatur, quod Latine interpretatur secunda lex, id est repetitio et evangelice legis prefiguratio, que sic ea habet que priora sunt, ut tamen nova sint omnia que in eo replicantur. Iosue liber nomen accepit a Iesu filio Nave, cuius hystoriam continet, scriptorem vero eius eundem Iosue Hebrei asseverant, in cuius textu post transitum Iordanis regna hostium subvertuntur, terra populo dividitur, et per singulas urbes, viculos, montes atque confinia ecclesie celestisque Hierusalem spiritualia regna prefigurantur. Iudicum nominatur a principibus populi qui prefuerunt Israel post Moysen et Iosue, antequam David et ceteri reges existerent. Hunc librum et Ruth edidisse creditur Samuel. Liber Samuel eiusdem Samuelis nativitatem et sacerdotium et gesta describit, ideoque ab eo nomen accepit. Et quamvis hic liber Saul et David hystoriam contineat, utrique tamen ad Samuel referuntur, quia ipse unxit Saul in regnum, ipse David in regem futurum. Cuius libri primam partem conscripsit idem Samuel, sequentia autem eius usque ad calcem scripsit David. Malachim liber proinde appellatur eo quod reges Iudee et Israhelitice gentis gestaque eorum per ordinem digerat temporum. Malachim enim Hebraice, Latine regum interpretatur. Hunc librum Hieremias primum in unum volumen coegit. Nam antea sparsus erat per singulorum regum hystorias. Paralipomenon Grece dicitur, quod nos pretermissorum vel reliquorum dicere possumus, quia ea que in lege vel libris regum vel omissa vel non plene relata sunt, in isto summatim ac breviter explicantur. Librum Iob quidam Moysen scripsisse arbitrantur, alii unum ex prophetis. Nonnulli vero eundem Iob post plagam sue passionis scriptorem fuisse existimant, arbitrantes ut qui certamina spiritalis pugne sustinuit, ipse narraret quas victorias expedivit. Principia autem et fines libri Iob apud Hebreos prosa oratione contexta sunt. Media autem ipsius ab eo loco quo ait: Pereat dies in qua natus sum, usque ad eum locum: Idcirco ego me reprehendo et ago penitentiam, omnia heroico metro discurrunt. Liber Psalmorum Grece Psalterium, Hebraice Nabla, Latine organum dicitur. Vocatur autem Psalmorum liber, quod uno propheta canente ad psalterium chorus consonando responderet. Titulus autem in psalmis Hebraice ita est: Sephar Thallim, quod interpretatur volumen hymnorum. Auctores autem psalmorum sunt qui ponuntur in titulis, Moyses scilicet, David et Salomon, Asaph, Ethan, Idithun et filii Chore, id est Asir, Elchana, Abiasaph, et reliqui quos Esdras uno volumine comprehendit. Omnes autem psalmi apud Hebreos metrico sermone constat esse compositi. Nam in more Romani Flacci et Greci Pindari nunc alii iambo currunt, nunc alcaico personant, nunc saphico nitent, trimetro vel tetrametro pede incedentes. Salomon filius David rex Israel iuxta numerum vocabulorum suorum tria volumina edidit, quorum primum est Hebraice Masloth, quem Greci Parabolas, Latini Proverbiorum nominant, eo quod in ipso sub comparativa similitudine figuras verborum et ymagines veritatis ostendit; ipsam autem veritatem ad intelligendum legentibus reservavit. Secundum librum Coeleth vocavit, qui Grece Ecclesiastes, Latine Concionator, eo quod sermo eius non specialiter ad unum, sicut in proverbiis, sed ad universos generaliter dirigatur, docens omnia que in mundo cernuntur caduca esse et ob hoc minime appetenda. Tercium librum Sirasirim prenotavit, qui in Latina lingua vertitur Cantica canticorum, ubi per epithalamium carmen coniunctionem Christi et ecclesie mystice canit. Dictum autem Canticum canticorum eo quod omnibus canticis preferatur que in scripturis sacris habentur, sicut quedam in lege dicuntur sancta, quibus maiora sunt sancta sanctorum. Horum autem trium librorum carmina exametris et pentametris versibus apud suos composita perhibentur, ut Iosephus et Hieronimus scribunt. Ysaias evangelista potius quam propheta edidit librum suum, cuius omnis textus eloquentie prosa incedit. Canticum vero exametro et pentametro versu discurrit. Hieremias similiter edidit librum suum cum threnis eius, quos nos Lamenta vocamus, eo quod in tristioribus rebus funeribusque adhibeantur. In quibus quadruplex diverso metro composuit alfabetum. Quorum duo prima quasi saphico metro scripta sunt, quia tres versiculos qui sibi connexi sunt et ab una tantum littera incipiunt, heroicum comma concludit. Tercium vero alfabetum trimetro scriptum est, et a ternis litteris idem versus terni incipiunt. Quartum alfabetum simile est primo et secundo. Hiezechiel et Daniel a viris quibusque sapientibus scripta esse perhibentur. Quorum Hiezechiel principia et fines multas habet obscuritatibus involuta. Daniel vero claro sermone regna orbis pronunciat et tempus adventus Christi manifestissima predicatione annotat. Hi sunt iiii prophete qui maiores vocantur, quia prolixa volumina condiderunt. Libri autem xii prophetarum auctorum suorum nominibus prenotantur. Qui propterea minores dicuntur, quia sermones eorum breves sunt. Unde et connexi sunt invicem in uno volumine continentur, quorum nomina sunt: Osee, Iohel, Amos, Abdias, Ionas, Micheas, Naum, Abacuc, Sophonias, Aggeus, Zacharias et Malachias. Esdre liber auctoris sui titulo prenotatur, in cuius textu eiusdem Esdre Neemieque sermones pariter continentur. Nec quicquam moveat quod unus Esdre dicitur liber, quia secundus et tercius et quartus non habentur apud Hebreos, sed inter apocrifos deputantur. Hester librum Esdras creditur conscripsisse. In quo eadem regina sub figura ecclesie Dei populum a servitute et morte eripuisse scribitur, atque interfecto Aman, qui interpretatur iniquitas, diei celebritas in posteros mittitur. Liber Sapientie apud Hebreos nusquam est. Unde et ipse titulus Grecam magis eloquentiam redolet. Hunc Iudei Philonis esse affirmant, qui proinde Sapientie nominatur, quia in eo Christi adventus, qui est sapientia patris, et passio eius evidenter exprimitur. Librum autem Ecclesiasticum certissime Iesus filius Sirach Hierosolimita nepos Iesu sacerdotis magni conposuit, cuius meminit et Zacharias. Qui liber apud Latinos propter eloquii similitudinem Salomonis titulo prenotatur. Dictus autem Ecclesiasticus eo quod de totius ecclesie disciplina et religiose conversationis magna cura et ratione sit editus. Hic et apud Hebreos reperitur, sed inter apocrifos habetur. Iudith vero et Thobi sive Machabeorum libri quibus auctoribus scripti sunt minime constat. Sumunt autem vocabula ex eorum nominibus quorum gesta scribunt. Quatuor libros evangeliorum quatuor evangeliste conscripsere singulariter. Primus Matheus conscripsit evangelium litteris Hebreis et sermonibus in Iudea, initians evangelizare ab humana Christi nativitate dicens: Liber generationis Iesu Christi filii David, filii Abraham, significans descendisse corporaliter ex semine patriarcharum Christum, sicut promissum erat in prophetis per spiritum sanctum. Secundus Marcus plenus spiritu sancto scripsit evangelium Christi eloquio Greco in Italia secutus Petrum ut discipulus. Is initium a spiritu prophetali fecit dicens: Vox clamantis in deserto: Parate viam domini, et reliqua, ut ostenderet Christum post assumptionem carnis evangelium predicasse in mundo. Ipse enim Christus et propheta dicitur, sicut scriptum est: Prophetam in gentibus posui te. Tercius Lucas inter omnes evangelistas Greci sermonis eruditissimus, quippe ut medicus in Grecia evangelium scripsit Theophilo episcopo, initians a sacerdotali spiritu dicens: Fuit in diebus Herodis regis Iudee sacerdos Zacharias, ut manifestaret Christum post nativitatem carnis et predicationem evangelii hostiam fuisse effectum pro salute mundi. Ipse enim est sacerdos de quo dicitur in psalmis: Tu es sacerdos in eternum secundum ordinem Melchisedech. Ut enim Christus advenit, sacerdotium Iudeorum eliminatum est, lex et prophetia cessavit. Quartus Iohannes scripsit evangelium ultimum in Asia, incipiens a verbo, ut ostenderet eundem salvatorem, qui pro nobis dignatus est nasci et pati, ipsum ante secula Dei verbum esse, ipsum e celo venisse et post mortem iterum ad celum remeasse. Hi sunt iiii evangeliste, quos per Hiezechielem spiritus sanctus significavit in iiii animalibus. Propterea autem iiii animalia, quia per quatuor mundi partes fides Christiane religionis eorum predicatione disseminata est. Animalia autem dicta, quia propter hominis vitam predicatur evangelium Christi. Nam et oculis plena sunt intus et foris, quia providerunt ea que dicta sunt a prophetis et que promissa erant in priore tempore. Crura autem eorum recta, quia nichil pravum in evangeliis est. Et alas senas tegentes crura et facies suas, revelata sunt enim que tegebantur in adventu Christi. Evangelium interpretatur bona annunciatio. Grece enim eu bonum, angelium dicitur annunciatio. Unde et angelus nuncius interpretatur. Paulus apostolus scripsit epistolas xiiii, ex quibus viiii septem ecclesiis scripsit, reliquas discipulis suis Timotheo et Tito et Philemoni. Ad Hebreos autem epistola plerisque Latinis eius esse incerta est propter dissonantiam sermonis, eandemque alii Barnaban conscripsisse, alii a Clemente scriptam fuisse suspicantur. Petrus scribit duas [illegible] nominis sui epistolas, que catholice ideo nominantur, quia non uni tantum populo vel civitati, sed universis generaliter gentibus scripte sunt. Iacobus et Iohannes et Iudas suas scripsere epistolas. Actuum apostolorum primordia fidei Christiane in gentibus et nascentis ecclesie infantiam texit, et apostolorum hystoriam retinet. Unde et Actus apostolorum dicitur. Apocalipsin librum Iohannes evangelista scripsit eo tempore quo ob evangelii predicationem in insula Pathmos traditur relegatus. Apocalipsis autem ex Greco in Latinum revelatio interpretatur. Revelatio enim dicitur manifestatio eorum que abscondita erant, iuxta quod et ipse Iohannes dicit: Apocalipsis Iesu Christi, quam dedit illi Deus palam facere servis suis. Hi sunt scriptores sacrorum librorum, qui per spiritum sanctum loquentes ad eruditionem nostram et precepta vivendi et credendi regulam conscripsere. Preter hec alia volumina apocrifa nuncupantur. Apocrifa autem dicta, id est secreta, quia in dubium veniunt. Est enim eorum occulta origo, nec patet patribus, ex quibus usque ad nos auctoritas veracium scripturarum certissima et notissima successione pervenit. In his apocrifis etsi invenitur aliqua veritas, tamen propter multa falsa nulla est in eis canonica auctoritas, que recte a prudentibus iudicantur non esse eis credenda quibus ascribuntur. Nam multa et sub nominibus prophetarum et recentiora sub nominibus apostolorum ab hereticis proferuntur, que omnia sub nomine apocriforum auctoritate canonica diligenti examinatione remota sunt. **De bibliothecis.**

Bibliotheca a Greco nomen accepit, eo quod ibi recondantur libri. Nam biblion librorum, theca repositio interpretatur. Bibliothecam veteris testamenti Esdras scriba post incensam legem a Chaldeis, dum Iudei regressi fuissent in Hierusalem, divino afflatus spiritu reparavit, cunctaque legis ac prophetarum volumina que fuerant a gentibus corrupta correxit, totumque vetus testamentum in xxii libros constituit, ut tot libri essent in lege quot habebantur et littere. Apud Grecos autem bibliothecam primus instituisse Pisistratus creditur, Atheniensium tyrannus, quam deinceps ab Atheniensibus auctam Xerxes incensis Athenis evexit in Persas, longoque post tempore Seleucus Nicanor rursus in Greciam retulit. Hinc studium regibus urbibusque ceteris natum est comparandi volumina diversarum gentium et per interpretes in Grecam linguam vertendi. Dehinc magnus Alexander vel successores eius instruendis omnium librorum bibliothecis animum intenderunt, maxime Ptolomeus cognomento Philadelphus, omnis litterature sagacissimus, cum studio bibliothecarum Pisistratum emularetur, non solum gentium scripturas, sed etiam et divinas litteras in bibliothecam suam contulit. Nam lxx milia librorum huius temporibus Alexandrie inventa sunt. Hic etiam et ab Eleazaro pontifice petens scripturas veteris testamenti in Grecam vocem ex Hebrea lingua per lxx interpretes transferre curavit, quas in Alexandrina bibliotheca habuit. Quod Ysidorus [illegible] opinione [illegible] hos interpretes seclusos in singulis cellulis [illegible] testamentum transtulisse, Hieronimus negat dicens: Nescio quis primus auctor lxx cellulas Alexandrie mendacio suo struxerit, quibus divisi eadem scriptitarent, cum Aristeas eiusdem Ptolomei [illegible] et multo post tempore Iosephus nichil tale retulerint, sed in una basilica congregatos contulisse scribant, non prophetasse. Aliud est enim vatem, aliud esse interpretem. Siquidem singuli in singulis cellulis separati ita omnia per spiritum sanctum interpretati sunt, ut nichil in alicuius eorum codice inventum esset quod in ceteris vel in verborum ordine discreparet. Fuerunt et alii interpretes qui ex Hebraica lingua in Grecum sacra eloquia transtulerunt, sicut Aquila, Symmachus et Theodotion, sicut et vulgaris illa interpretatio cuius auctor non apparet et ob hoc sine nomine interpretis quinta editio nuncupatur. Preterea sexta et septima editio [illegible]

origeni ... ab hebreo reperit, et ceteris editionibus comparavit. Presbiter quoque Hieronimus trium linguarum peritus ex hebreo in latinum eloquium easdem scripturas convertit, eloquenterque transfudit. Cuius interpretatio merito ceteris antefertur. Nam est et verborum tenacior et perspicuitate sententie clarior. Ille etiam ... de hebraica supstitutione et in latinam interpretatus est linguam, et non solum suam interpretationem optime constituit, sed et ubicumque LXX interpretes preter auctoritatem sine timore perhibuerunt ... qui solus dei patris sine filii acceptione cultor fuit ... studio depravantes ... declarantes celaverunt, ille probavit correxit et imitatus scribens aliena suo apposito illuminavit, superflua quoque que aberant addita veritate exclusit.

De eo quod primum Romam libros advexit

Romae primus librorum copiam advexit Emilius Paulus, Perseo Macedonum rege devicto, deinde Lucullus e Pontica preda. Post hos Cesar dedit Marco Varroni negotium quam maxime bibliothece construende. Primum autem Rome bibliothecas publicavit Pollio, grecas simul atque latinas, additis auctorum ymaginibus in atrio quod de manubiis magnificentissimum instruxerat.

Qui apud nos bibliothecas instituerunt

Apud nos quoque Pamphilus martyr, cuius vitam Eusebius Cesariensis conscripsit, Pisistratum in sacre bibliothece studio primus adequare contendit. Hic enim in bibliotheca sua prope XXX voluminum milia habuit. Hieronimus quoque atque Gennadius ecclesiasticos scriptores toto orbe quaerentes, ordine persecuti eorumque studia in uno voluminis indiculo comprehenderunt.

Qui multa scripserunt

Marcus Terentius Varro apud latinos innumerabiles libros scripsit. Apud grecos quoque Calcenterus miris attollitur laudibus, quod tantos libros ediderit quantos quisque nostrum alienos scribere propria manu vix possit. De nostris quoque apud grecos Origenes in scripturarum labore tam grecos quam latinos operum suorum numero superavit. Denique Hieronimus sex milia librorum eius legisse fatetur. Horum tamen omnium studia Augustinus ingenio vel scientia sua vicit. Nam tanta scripsit, ut diebus ac noctibus non solum scribere libros eius quisquam, sed nec legere quidem occurrat.

De generibus opusculorum

Opusculorum genera sunt tria. Primum genus excerpta sunt, que grece scolia nuncupantur, in quibus ea que videntur obscura vel difficilia summatim ac breviter perstringuntur. Secundum genus omelie sunt, quas latini verbum appellant, que proferuntur in populis. Tertium thomi, quos nos libros vel volumina nuncupamus. Omelie autem ad vulgus loquuntur, thomi vero, id est libri, maiores sunt disputationes. Dialogus est collatio duorum vel plurimorum, quem latini sermonem dicunt. Nam quos greci dialogos vocant, nos sermones vocamus. Sermo autem dictus quia inter utrumque seritur. Unde et in Virgilio: "Multa inter se serebant". Tractatus est multiplex expositio, dictus quod trahat sensum in multa sermonem. Differt autem sermo, tractatus et verbum. Quia sermo eget altero, tractatus specialiter ad se ipsum, verbum autem ad omnes. Unde et dicitur: "Verbum fecit ad populum". Commentaria dicta quasi commenta, id est brevis exposita, sicut iuris, commenta evangelii. Nam quidquid bini componitur commentarium dicitur, quod non elongatur expositum. Apologeticum est excusatio, in quo solent quidam accusantibus respondere. In defensione enim aut negatione sola positum est, et est nomen grecum. Panagericum est licentiosum et lascivum genus dicendi in laudibus regum, in cuius compositione homines multis mendaciis adulantur. Quod malum a grecis exortum est, quorum levitas instructa dicendi facultate et copia incredibili multas mendaciorum nebulas suscitavit. Fastorum libri sunt in quibus reges vel consules scribuntur a fascibus dicti, id est potestatibus. Unde et Ovidii libri fastorum dicuntur, quia de regibus et consulibus editi sunt. Proemium est initium dicendi. Sunt enim proemia principalia librorum, que ante causam ratione ad instruendas audientium aures coaptantur. Cuius nomen plerique latinitatis periti sine translatione posuerunt. Hoc autem vocabulum apud nos interpretatum prefatio nuncupatur, quasi prelocutio. Precepta sunt que aut quid faciendum, aut quid non faciendum sit docent. Quid faciendum, ut: Dilige dominum deum tuum, et honora patrem tuum et matrem tuam. Quid non faciendum, ut: Non mechaberis, non furtum facies. Similiter et generaliter precepta vel iubent vel vetant. Iubentur, sed facienda, ut nudo ara, sere nudus. Vetant, ut: Ne ve in re tua tectus corilum sere, neve flagella summa pete. Primus autem precepta apud hebreos Moyses scripsit, apud latinos Marcius vates primus precepta composuit. Ex quibus est illud: Postremus dicas, primus taceas. Parabole et problemata nominibus suis indicant ut attente perscrutari oporteat. Parabola quippe aliarum rerum similitudine se ipsa gerit, et latine sit vocabulum grecum, tamen per latinum usurpatur. Et notum est quod in parabolis que dicuntur rerum similitudines rebus de quibus agitur comparantur. Problemata autem, que latine appellantur propositiones, questiones sunt habentes aliquid quod disputatione solvendum sit. Questio autem est quesitio, cum queritur an sit, an quid sit, an quale sit. Argumentum vero dictum quasi arguens mentem, vel quod sit argute inventum ad comprobandas res. Epistolam proprie greci vocant, quod interpretatur latine missa. Stola enim sive stoli missa vel missi. Ante cartarum et membranarum usum in dolatis ex ligno codicillis vel tabulis epistolarum alloquia scribebantur. Unde et portitores earum tabellarios vocaverunt.

De cartis

Ceralias tabellas pro cartis reperisse Graeci traduntur; hunc etiam ... scribebant ... Ceras autem et ... primi ferro in ceris scribere. Postea Romani iusserunt ne grafium ferreum quis haberet. Unde et apud scribas dicebatur: "ceram ferro ne cedito". Postea institutum ut in ceris ossibus scriberent, sicut indicat Atta in satyra, dicens: "Vertamus vomerem in ceram mucroneque aremus osseo". Grafium autem grece, latine scriptorium dicitur. Nam grafia scriptura dicitur.

De cartis

Cartarum usum primum Egyptus ministravit, coeptum apud Memphiticam urbem. Memphis enim civitas Egyptiorum est, ubi carte usus inventus est primum, sicut ait Lucanus: "Conficitur bibula Memphitis carta papiro." Bibulam autem papirum dixit, quod humorem bibat. Carta autem dicta, quod carpta papiri tegmina decerpta glutinantur. Cuius genera quamplura sunt. Prima et precipua augustea regia maioris forme, in honorem Octaviani Augusti appellata. Secunda libiana ob honorem Libie provincie. Tertia hieratica dicta, quod ad sacros libros eligebatur, similis auguste, sed subcolorata. Quarta teneotica a loco Alexandrie qui ita vocatur, ubi fiebat. Quinta saitica ab oppido Sais. Sexta corneliana a Cornelio Gallo prefecto Egypti primum confecta. Septima emporetica, quod ea merces involvuntur, cum sit scripturis minus ydonea.

De pergamenis

Pergami reges cum carta indigerent, membranas primum excogitaverunt. Unde et pergamenarum nomen hucusque tradente sibi posteritate servatum est. Hec et membrana dicuntur, quia ex membris pecudum detrahuntur. Fiebant autem primum coloris lutei, id est crocei, postea vero Rome candida membrana reperta sunt, que apparuit inhabilis esse, quod et facile sordescat aciemque legentium ledant, cum peritiores architecti neque aurea laquearia ponenda in bibliothecis putent, neque pavimenta alia quam e carristeo marmore, quod auri fulgor hebetat et caristi viriditas reficiat oculos. Nam et qui nummularia discunt, denariorum formas in virides pannos subiciunt, et gemmarum sculptores scarabeorum terga quibus nichil est viridius subinde respiciunt, et pictores. Membrana autem aut candida aut lutea aut purpurea sunt. Candida naturaliter existunt. Luteum membranum bicolor est, quod a confectore una tinguitur parte, id est crocatur. De quo Persius: "Iam liber et positis bicolor membrana capillis." Purpurea vero inficiuntur colore purpureo, in quibus aurum et argentum liquescens patescat in litteris.

De libris conficiendis

Quedam nomina librorum apud gentiles certis modulis conficiebantur. Breviori forma carmina atque epistole. At vero historie maiore modulo scribebantur, et non solum in carta vel membranis, sed et in omentis elefantinis textilibusque malvarum foliis atque palmarum. Cuius generis Cinna sic meminit: "Hec tibi Arateis multum invigilata lucernis carmina, quis ignes novimus aerios, levis in aridulo malve descripta libello Prusiaca vexi munera navicula." Circumcidi libros Sicilie primum increbruit; nam initio pumicabantur. Unde et Catullus ait: "Cui dono lepidum novum libellum arida modo pumice expolitum".

De librorum vocabulis

Codex multorum librorum est, liber unius voluminis. Codex autem dictus per translationem a codicibus arborum, seu vitium, quasi caudex, quod ex se multitudinem librorum quasi ramorum contineat. Volumen liber est a volvendo dictum, sicut apud Hebreos volumina legis volumina prophetarum. Liber est interior tunica corticis, que ligno coheret, in qua antiqui scribebant. Unde et quod in eo scribimus liber dicitur, quia ante usum cartarum vel membranarum de libris arborum volumina fiebant, id est compaginabantur. Unde et scriptores a libris arborum librarios vocaverunt.

De librariis et eorum instrumentis

Librarios antea bibliopolas dictos. Librum enim greci biblon vocant. Librarii autem iidem et antiquarii vocantur. Sed librarii sunt qui et nova scribunt et vetera, antiquarii qui tantummodo vetera. Unde et nomen sumpserunt. A scribendo autem scribe nomen accepit, officium exprimens vocabuli qualitate. Instrumenta scribe calamus et penna. Ex his enim verba paginis infiguntur. Sed calamus arboris est, penna avis, cuius acumen dividitur in duo, in toto corpore unitate servata, credo propter misterium, ut in duobus apicibus vetus et novum testamentum signaretur, quibus exprimitur verbi sacramentum sanguine passionis effusum. Dictus autem calamus quod liquorem ponat. Unde et apud nautas calare ponere dicitur. Penna autem a pendendo vocata, id est volando. Est enim, ut diximus, avium. Folia autem librorum appellata sive ex similitudine foliorum arborum, seu quia ex follibus fiunt, id est ex pellibus, que de occisis pecudibus detrahi solent. Cuius partes pagine dicuntur, eo quod sibi invicem compingantur. Versus autem vulgo vocati, quia sic scribebant antiqui sicut aratur terra. A sinistra enim ad dexteram primum deducebant stilum, deinde convertebantur ab inferiore et rursus ad dexteram versus. Quos et hodie rustici versus, id est sulcos, vocant. Scheda est quod adhuc emendatur, et necdum in libris redactum est. Et est nomen grecum, sicut et tomus. Scedarum prima tarta, que notarii scribit ex ore magistri. Sceda carta sine aspiratione accedendo dicta est, sed alii eam cum aspiratione schidium ex greco scismi dicta putant.

De canonibus evangeliorum

Canones evangeliorum Ammonius Alexandrie episcopus primus excogitavit, quos postea Eusebius Cesariensis secutus plenius composuit. Qui ideo facti sunt, ut per eos invenire et scire possimus qui reliquorum evangelistarum similia aut propria dixerunt. Sunt autem numero decem, quorum primus continet numeros in quibus quattuor eadem dixerunt: Matheus, Marcus, Lucas, Iohannes. Secundus in quibus tres: Matheus, Marcus, Lucas. Tertius in quibus tres: Matheus, Lucas, Iohannes. Quartus in quibus tres: Matheus, Marcus, Iohannes. Quintus in quibus duo: Matheus, Lucas. Sextus in quibus duo: Matheus, Marcus. Septimus in quibus duo: Matheus, Iohannes. Octavus in quibus duo: Marcus, Lucas. Nonus in quibus duo: Lucas, Iohannes. Decimus in quibus singuli eorum propria quedam dixerunt. Quorum expositio hec est. Per singulos enim evangelistas numerus quidam capitulis affixus adiacet, quibus numeris subdita est era quedam minio notata, que indicat in quoto canone positus sit numerus cui subiecta est era. Verbi gratia. Si est prima era, in primo canone; si secunda, in secundo; si tertia, in tertio, et sic per ordinem usque ad decimum pervenies. Si igitur aperto quolibet evangelio placuerit scire qui evangelistarum similia dixerint, assumes adiacentem numerum capituli, et requires ipsum numerum capituli, et requires ipsum numerum in suo canone quem indicat, ibique invenies quid et quid dixerint. Et sic demum inquisita in corpore loca que exempla invenies indicant per singula evangelia de eisdem dixisse invenies.

De canonibus conciliorum

Canon autem grece, latine regula nuncupatur. Regula autem dicta quod recte ducit, nec aliquando aliorsum trahit. Alii dixerunt regula dicta vel quod regat, vel quod normam recte vivendi prebeat, vel quod distortum pravumque quid corrigat. Canones autem generalium conciliorum a temporibus Constantini ceperunt. In precedentibus namque annis persecutione fervente docendarum plebium minime dabatur facultas. Inde christianitas in diversas hereses scissa est, quia non erat licentia episcopis in unum convenire, nisi tempore supradicti imperatoris. Ipse enim dedit facultatem christianis libere congregari. Sub hoc etiam sancti patres in concilio niceno de omni orbe terrarum convenientes iuxta fidem evangelicam et apostolicam secundum post apostolos ediderunt symbolum. Inter cetera autem concilia quattuor esse scimus venerabiles synodos, que totam principaliter fidem complectuntur quasi quattuor evangelia vel totidem paradisi flumina. Quarum prima nicena synodus CCCXVIII episcoporum Constantino augusto imperante peracta est. In qua arriane perfidie condempnata blasphemia, quam de inequalitate sancte trinitatis idem Arrius asserebat, consubstantialem deo patri deum filium eadem sancta synodus per symbolum diffinivit. Secunda synodus CL patrum sub Theodosio seniore Constantinopoli congregata est, que Macedonium sanctum spiritum deum esse negantem condempnans, consubstantialem patri et filio spiritum sanctum demonstravit, dans symboli formam quam tota grecorum et latinorum confessio in ecclesiis predicat. Tertia synodus Ephesina prima CC episcoporum sub iuniore Theodosio augusto edita est, que Nestorium duas personas in Christo asserentem iusto anathemate condempnavit, ostendens manere in duabus naturis unam domini Ihesu Christi personam. Quarta synodus Calcedonensis DCXXX sacerdotum sub Marciano principe habita est, in qua eutichen Constantinopolitanum abbatem verbi dei et carnis unam naturam pronuntiantem, et eius defensorem Dioscorum quondam Alexandrinum episcopum, et ipsum rursum Nestorium cum reliquis hereticis una patrum sententia predampnavit, predicans eadem synodus Christum dominum natum sic de virgine ut in eo substantiam et divine et humane confiteamur nature. Hec sunt quattuor synodi principales fidei doctrinam plenissime predicantes. Sed et si que sunt concilia que sancti patres spiritu dei pleni sanxerunt, post istorum quattuor auctoritatem omni manent stabilita vigore, quorum gesta in hoc opere condita continentur. Synodus autem ex greco interpretatur comitatus vel cetus. Concilii vero nomen tractum est ex more romano. Tempore enim quo cause agebantur, conveniebant omnes in unum communique intentione tractabant. Unde et concilium a communi intentione dictum, quasi comcilium. Nam cilia oculorum sunt. Unde et considium consilium, d in l litteram transeunte. Cetum vero conventus est vel congregatio, a coeundo, id est conveniendo in unum. Unde et conventus est nuncupatus, sicut conventus a conveniendo, ut coitus a societate multorum in unum.

De cyclo paschali

Paschale cyclum Ypolitus episcopus temporibus Alexandri imperatoris primus conscripsit. Post quem probatissimi auctores Eusebius Cesariensis, Theophilus Alexandrinus, Prosper quoque natione Equitanus, atque Victorius amplificatis eius festivitatis rationibus multiplices circulos ediderunt. Cuius quidem rationem beatissimus Cyrillus Alexandrine urbis episcopus in nonagintaquinque annos per quinquies decenovenales calculans, quota kalenda vel luna paschalis sollempnitas celebretur summa brevitate notavit. Cyclus autem vocatus eo quod in orbe digestus sit, et quasi in circulo dispositus ordinem complectatur annorum sine varietate et sine ulla arte. Unde factum est ut cuiusque materie carmina simplici formitate facta cyclica vocarentur. Hinc et laterculum dictum quod ordinem habeat institutum annorum.

Communis anni III id. apl. lxx. Com VI kl. apl. xvi. Embol xv. kl. mai. xvii.
Com VI id. apl. xx. Com x kl. apl. xv. Embol. II id. apl. xvi.
Com II Non. apl. xviii. Embol VIII kl. mai. xx. Com VI id. apl. xv.
Com II kl. mai. xviii. Embol xii kl. mai. xviii. Com non. apl. xv.
Com VI kl. apl. xvii. Embol xvi kl. mai. xviii. Com VI id. apl. xxi.
Com VIII kl. apl. xvii. Embol II id. apl. xvii. Com II non. apl. xx.
Embol XII kl. mai. xxi. Com v kl. apl. xviii. Com II kl. apl. xx.
Embol xii kl. mai. xxi. Com non. apl. xvii. Com v kl. apl. xx.
Embol xvi kl. mai. xx. Com kl. aplis xvi. Embol xi kl. mai. xvii.
Com id. apl. xx. Com x kl. apl. xv. Emb. xv kl. apl. xvi. Com v id. apl. xviii.
Com v kl. apl. xxi. Com III kl. apl. xxi. Emb III id. apl. xv. Com III Non. apl. xviii.
Emb III id. apl. xv. Com kl. apl. xvii. Emb xi kl. mai. xviii. Com VIII id. apl. xv.
Com III kl. apl. xviii. Emb xv kl. mai. xviii. Com v id. apl. xxi. Com VIII kl. apl. xvii.
Emb xviii kl. mai xviii. Com non. apl. xx. Emb VII kl. mai xxi. Com III id. apl. xvii.
Com III non. apl. xx. Emb xi kl. mai xx. Com VIII id. apl. xvi. Com III kl. apl. xviii.
Emb xiii kl. mai. xx. Com II non. apl. xv. Com VIII kl. apl. xviii. Emb xviii kl. mai xviii.
Com kl. apl. xv. Emb xiii kl. mai. xv. Com III id. apl. xix. Com v kl. apl. xv.
Emb xvii kl. mai. xvi. Com VIII id. apl. xviii. Com VII id. apl. xvi. Com III kl. apl. xviii.
Emb x kl. mai xviii. Com VIII kl. mai xxi. Com III kl. apl. xvii. Emb xiii kl. mai xviii.
Com III id. apl. xx. Com VIII id. apl. xvi. Emb xvii kl. mai. xvii. Com III id. apl. xx.
Com xi kl. apl. xv. Emb III id. apl. xvi. Com III non. apl. xviii. Emb VIII kl. mai xx.
Emb xiii kl. mai xx. Com II non. apl. xvi. Com VII kl. apl. xvi. Com xv kl. mai xix.
Emb II kl. apl. xv. Com xvii kl. mai xvi. Com III id. apl. xviii. Com III non. apl. xxi.
Emb xv kl. mai. xv. Com VIII id. apl. xvi. Com III kl. apl. xx. Emb xii kl. apl. xxi.
Com II non. apl. xvii. Com VI kl. apl. xx. Emb. [illegible] xx. Com II kl. apl. xvi.
Embol xiii kl. mai. xvi. Post cuius expletionem ad primum exordium recurrendum. Antiquitus autem ecclesia pascha xiiii luna cum Iudeis celebrabat, quocumque die occurreret. Quem ritum sancti patres in Nicena synodo prohibuerunt, constituentes non solum lunam paschalem et mensem inquirere, sed et diem resurrectionis dominice observari, et ob hoc pascha...

210

a xiiii. luna usque ad xxi. extenderetur, ut dies dominicus non omitteretur. Paschae autem vocabulum non Graecum sed Hebraeum est, nec a passione, quoniam paschin Graece dicitur pati, sed a transitu Hebraeo verbo pascha appellatum est, eo quod tunc populus Dei ex Aegypto transierit. Unde et in evangelio: Cum vidisset Iesus quia venit hora ut transiret de mundo ad patrem. Cuius noctis pervigilium ob adventum regis ac Dei nostri, ut tempore resurrectionis eius nos non dormientes sed vigilantes inveniat. Cuius noctis duplex ratio est: sive quod in ea et vitam tunc recepit, cum passus est, sive quod postea eadem hora qua resurrexit ad iudicandum venturus est. Eo autem modo agimus pascha, ut non solum Christi mortem et resurrectionem in memoriam revocemus, sed etiam cetera quae circa eum attestantur ad sacramenti significationem inspiciamus. Propter initium enim novae vitae et propter novum hominem, quem iubemur induere et exuere veterem, expurgantes vetus fermentum, ut simus nova conspersio, quoniam pascha nostrum immolatus est Christus. Propter hanc ergo vitae novitatem primus mensis novorum in anni mensibus celebrationi paschali mystice attributus est. Quod vero tertia ebdomada dies paschae celebratur, id est qui dies occurrerit a xv. in xxi., hoc significat quia in toto corpore saeculi, quod septenario dierum numero agitur, nunc tertium tempus hoc sacramentum aperuit. Primum enim tempus est ante legem, secundum sub lege, tertium sub gratia, ubi iam manifestum est sacramentum prius occultum in prophetico aenigmate. Ideo et propter haec tria saeculi tempora resurrectio triduana est. Quod vero a xiiii. luna usque ad xxi. per vii dies paschalis dies quaeritur, propter ipsum fit numerum septenarium, quo universitatis significatione saepe figuratur, qui et ipsi ecclesiae tribuitur propter instar universitatis. Unde et Iohannes apostolus in apocalypsi ad vii. scribit ecclesias. Ecclesia vero adhuc in ista mortalitate carnis constituta propter ipsam mutabilitatem lunae nomine in scripturis significatur. Varia autem observantia opinionum paschalis festivitatis interdum errorem gignit. Latini namque a tertio nonas martias usque in tertio nonas apriles primi mensis lunam inquirunt, et si xiiii. luna die dominico provenerit, in alio die dominico pascha protrahunt. Graeci primi mensis lunam ab viii. idus martias usque in die nonarum aprilium observant, et si xiiii. luna die dominico inciderit, sanctum pascha celebrant. Huiusmodi ergo dissensio inter utrosque paschalem regulam turbat. Communis annus dicitur qui xii. tantum lunas, hoc est dies ccc.l.iiii. habet. Dictus autem communis, quia saepe duo ita coniuncti incedunt, ut in numero sit in paschali sollemnitate sequuntur. Nam embolismus annus est semper solus. Embolismus annus est qui xiii. menses lunares, id est ccc.lxxx.iiii. dies habere monstratur. Iste est annus qui a Moyse in antiquis revelatus est, in quo iubentur hi qui longius habitant in secundo mense pascha celebrare. Embolismus autem nomen Graecum est, quod interpretatur Latine superaugmentum, eo quod expleto numero annorum communium, quibus xi. lunares dies deesse cernuntur. Embolismi autem anni et communes sic inveniuntur. Si enim a xiiii. luna paschae praecedentis usque ad xiiii. sequentis ccc.lxxx.iiii. dies fuerint, embolismus annus est; si ccc.l.iiii., communis. Bissextus est per annos quattuor unus dies adiectus. Crescit enim per singulos annos quadrans assis. At ubi quarto anno assem compleverit, bissextum annum facit. Dictus autem bissextus quia bis sexies ductus assem facit, quod est unus dies, sive et quadrans, propter quod ducitur in se, bissextus, quem super dierum cursum in anno sol facit. A sexto autem nonas martias usque in die pridie kalendas ianuarias in lunae cursu bissextus apponitur atque inde tollitur. Intercalares autem dies ideo vocantur, quia interponuntur, ut ratio lunae solisque conveniat. Calare enim ponere dicitur, intercalare interponere. Epactas Graeci vocant, Latini adiectiones annuas lunares, quae per undenarium numerum usque ad tricenarium in se revolvuntur. Quas ideo Aegyptii adiciunt, ut lunaris cursus ratio cum solis aequetur. Luna enim iuxta cursum suum xxviiii. semis dies lucet, et fiunt in anno lunares dies ccc.l.iiii.; remanent ad cursum anni solaris dies xi., quos Aegyptii adiciunt. Unde et adiectiones vocantur. Absque his non invenies lunam quota sit in quolibet anno et mense et die. Istae epactae semper xi. kal. apr. reperiuntur in eadem luna quae fuerit eo die. Continentur autem cyclo decemnovennali, sed cum ad xxviiii. epactas pervenitur, quod est cyclus decemnovennalis, in sequenti anno non addes super xxviiii. xi., ut xl. adnumeres, de ceteris xxx. sed in reiteres

De reliquis festivitatibus

Festivitas dicta a festis diebus, ut xi. pronunties, quasi festivitas eo quod in eis sola res divina fit. Quibus contrarii sunt fasti, in quibus ius fatur, id est dicitur. Sollemnitas a sacris dicitur, ita suscepta ut mutari ob religionem non debeat, a sollo, id est firmo atque solido nominata. Celebritas autem vocatur, quod non ibi terrena sed caelestia tantum agantur. Pascha festivitatum omnium prima est, de cuius vocabulo iam superius dictum est. Pentecostes sicut et pascha apud Hebraeos celeber dies erat, qui post quinquaginta dies paschae celebratur, unde et vocabulum sumpsit. Penta enim Graece quinque; in quo die secundum legem panes propositionis de novis frugibus offerebantur. Cuius figuram annus iubilaeus in testamento veteri gessit, quae nunc totam per figuram remissionis aeterna requie praefigurat. Epiphania Graece, Latine apparitio sive manifestatio vocatur. Eo enim die Christus sideris indicio magis apparuit adorandus, quod fuit figura primitiae credentium gentium. Quo die et dominici baptismatis sacramentum et permutatae in vinum aquae factum per dominum signorum principia extiterunt. Duae sunt autem epiphaniae: prima in qua natus Christus pastoribus Hebraeorum angelo nuntiante apparuit; secunda in qua ex gentium populis stella indice praesepis cunabula magos adoratos exhibuit. Scenopegia sollemnitas Hebraeorum de Graeco in Latinum tabernaculorum dedicatio interpretatur, quae celebratur a Iudaeis in memoriam expeditionis cum ab Aegypto promoti in tabernaculis agebant, et exinde scenophegia. Scenos enim Graece, Latine tabernaculum dicitur. Quae sollemnitas apud Hebraeos septembri mense celebrabatur. Neomenia apud nos kalendae, apud Hebraeos autem quia secundum lunarem cursum menses supputantur, et Graece mene luna appellatur, inde neomenia, id est nova luna. Erant enim apud Hebraeos ipsi dies kalendarum ex legali institutione sollemnes, de quibus in psalterio dicitur: Canite initio mensis tuba in die insigni sollemnitatis vestrae. Encaenia nova templi aedificatio. Graece enim caenon novum dicitur. Quando enim aliquid novum dedicatur, encaenia dicitur. Hanc dedicationis sollemnitatem Iudaei octobri celebrant. Dies palmarum ideo dicitur, quia in eo dominus et salvator noster, sicut propheta cecinit, Hierusalem tendens asellum sedisse perhibetur. Tunc gradiens cum ramis palmarum multitudo plebium obviam ei clamaverunt: Osanna, benedictus qui venit in nomine domini rex Israel. Vulgo autem ideo hunc diem capitilavium vocant, quia tunc moris est lavandi capita infantium qui unguendi sunt, ne observatione quadragesimae sordidata ad unctionem accederent. Hoc autem die symbolum competentibus traditur propter confinem dominicae paschae sollemnitatem, ut qui iam ad Dei gratiam percipiendam festinant, fidem quam confiteantur agnoscant. Cena dominica dicta est eo quod in eo die salvator noster pascha cum suis discipulis fecerit; quod et usque hodie sicut traditum est celebratur, sanctumque in eo chrisma conficitur. Sabbatum Hebraeis ex interpretatione vocabuli sui requies nominatur, quod Deus in ipso perfecto mundo requievisset. Siquidem et eo die requievit dominus in sepulchro, ut quietis illius mysterium confirmaret, quod Iudaeis observandum in umbra futuri praeceptum est. Sed postquam Christus in sepultura sua eius figuram adimplevit, observatio eius quievit. Dominicus dies propterea vocatur, quia in eo resurrectionis domini nostri gaudium celebratur. Qui dies non Iudaeis, sed Christianis in resurrectione domini declaratus est, et ex illo habere coepit festivitatem suam. Illis enim solum celebrandum sabbatum traditum est, quia antea erat requies mortuorum. Resurrectio autem nullius erat, qui resurgens a mortuis non moreretur. Postquam autem facta est talis resurrectio in corpore domini, ut praeiret in capite ecclesiae quod corpus ecclesiae speraret in finem, iam dies dominicus, id est octavus, qui et primus, celebrari coepit.

De officiis

Officiorum plurima genera esse, sed praecipuum illud quod in sacris divinisque rebus habetur. Officium autem ab efficiendo dictum, quasi efficium, propter decorem sermonis una mutata littera. Vespertinum officium est in noctis initio, vocatum a stella vespere, quae surgit oriente nocte. Matutinum vero officium est in lucis initio, a stella lucifero nominatum, quae oritur inchoante mane. Quorum duorum temporum significatione ostenditur, ut die ac nocte semper Deus laudetur. Missa tempore sacrificii est, quando catechumini foras mittuntur [ecclesias], clamante levita: Si quis catechumenus remansit, exeat foras. Et inde missa, quia sacramentis altaris interesse non possunt qui nondum regenerati noscuntur. Chorus est multitudo in sacris collecta; et dictus chorus quod initio in modum coronae circum aras starent et ita psallerent. Alii chorum dixerunt a concordia, quae in caritate consistit; quia si caritatem non habet, respondere convenienter non potest. Cum autem unus canit, Graece monodia, Latine sicinium dicitur; cum vero duo canunt, bicinium appellatur; cum multi, chorus. Nam chorea ludicrum cantilenae vel saltationes classium sunt. Antiphona ex Graeco interpretatur vox reciproca, duobus scilicet choris alternatim psallentibus ordine commutato, sive de uno ad unum. Quod genus psallendi Graeci invenisse traduntur. Responsorios Itali tradiderunt. Quos ideo responsorios cantus vocant, quod alio desinente id alter respondeat. Inter responsorios autem et antiphonas hoc differt, quod in responsoriis unus versum dicit, in antiphonis autem versibus alternant chori. Lectio dicitur quia non cantatur, ut psalmus vel hymnus, sed legitur tantum. Illic enim modulatio, hic sola pronuntiatio quaeritur. Canticum vox est psallentis in laetitia. Psalmus autem dicitur qui cantatur ad psalterium. Quo usum esse David prophetam in magno mysterio prodit historia. Haec autem duo in quibusdam psalmorum titulis iuxta musicam artem alternatim apponuntur. Nam canticum psalmi est, cum id quod organum modulatur vox postea cantantis eloquitur. Psalmus vero cantici, cum quod humana vox praeloquitur ars organi modulantis imitatur. Psalmus autem a psalterio dicitur, unde mos est eum ab eo componi. Tres autem gradus sunt in cantando: primus succentoris, secundus incentoris, tertius accentoris. Diapsalma quidam Hebraeum esse volunt, quod significat semper, id est quod illa quibus interponitur sempiterna esse confirment. Quidam vero verbum Graecum existimant, quo significatur intervallum psallendi, ut psalma sit quod psallitur, diapsalma vero interpositum in psallendo silentium, ut quemadmodum sympsalma dicitur vocum copulatio in cantando, ita diapsalma disiunctio earum, ubi quaedam requies distinctae continuationis ostenditur. Unde illud probabile est non coniungendas sententias in psallendo ubi diapsalma interpositum fuerit, quia ideo interponitur, ut conversio sensuum vel personarum esse noscatur. Hymnus est canticum laudantium, quod de Graeco in Latinum laus interpretatur, pro eo quod sit carmen laetitiae et laudis. Proprie autem hymni sunt continentes laudem Dei. Si ergo sit laus, et non sit Dei, non est hymnus; si sit laus et Dei laus, et non cantetur, non est hymnus. Si ergo et in laudem Dei dicitur et cantatur, tunc est hymnus. Cuius contrarium est threnum, quod est carmen lamenti et funeris. Alleluia duorum verborum interpretatio, hoc est laus Dei, et est Hebraeum. Ia enim unum est de x. nominibus quibus apud Hebraeos Deus vocatur. Amen significat vere sive fideliter, quod et ipsum Hebraeum est. Quae duo verba amen et alleluia nec Graecis nec Latinis nec barbaris licet in sua lingua omnino transferre vel alia lingua annuntiare. Nam quamvis interpretari possint, propter sanctiorem tamen auctoritatem servata est ab apostolis in his propriae linguae antiquitas. Tanto enim sacrata sunt nomina, ut et Iohannes in apocalypsi referat se spiritu revelante vidisse et audisse vocem caelestis exercitus tamquam vocem aquarum multarum et tonitruum validorum dicentium amen et alleluia. Ac per hoc sic oportet in terris utrumque dici, sicut in caelo resonat. Osanna in alterius linguae interpretationem in totum transire non potest. Osi enim salvifica interpretatur, anna interiectio est, motum animi significans sub deprecantis affectu. Integre autem dicitur osianna, quod nos corrupta media vocali littera et elisa dicimus osanna, sicut fit in versibus cum scandimus. Littera enim prima ubi sequitur extremam prioris ubi veniens excludit. Et dicitur Hebraice osanna, quod interpretatur salvifica, subaudiendo vel populum tuum vel totum mundum. Offertorium tale ex causa sumpsit vocabulum. Ferculum enim dicitur oblatio quae altari offertur et sacrificatur a pontificibus; a quo offertorium nominatur, quasi propter ferculum. Oblatio vocatur quia offertur. Dona proprie divina dicuntur, munera hominum. Nam munera dicuntur obsequia quae pauperes divitibus loco munerum solvunt. Itaque munera hominibus dantur, dona Deo. Unde et in templis donaria dicimus. Munera autem vocantur quia manibus vel accipiuntur vel dantur. Duo sunt autem quae offeruntur: donum et sacrificium. Donum dicitur quidquid auro argentoque vel qualibet alia specie efficitur. Sacrificium autem est victima et quaecumque in ara cremantur seu ponuntur. Omne autem quod Deo datur, aut dedicatur aut consecratur. Quod dedicatur dicendo datur; unde et appellatur. Unde et errant qui dedicationem consecrationem putant significare. Immolatio ab antiquis dicta, eo quod in mola altaris posita victima caederetur. Unde et mactatio post immolationem est. Nunc autem immolatio panis et calicis convenit, libatio autem tantummodo calicis oblatio. Hinc est illud: Et libavit de sanguine uvae. Sic et saecularium quidam poetarum: Nunc pateras libate Iovi. Libare enim proprie fundere est, sumptumque nomen ex Libero, quodam qui in Graecia repperit usum vitis. Hostiae apud veteres dicebantur sacrificia quae fiebant antequam ad hostem pergerent. Victimae vero sacrificia quae post victoriam devictis hostibus immolabant. Et erant victimae maiora sacrificia quam hostiae. Alii victimam dictam putaverunt, quia ictu percussa cadebat, vel quia vincta ad aras ducebatur. Holocaustum est illud ubi totum igne consumitur quod offertur. Antiqui enim cum maxima sacrificia administrarent, solebant totas hostias in sacrorum consumere flamma, et ipsa erant holocausta. Holon enim Graece totum dicitur, caustis incensio, et holocaustum totum incensum. Caerimoniae apud Latinos dicuntur omnia sacrificia, quae apud Graecos orgia vocantur. Proprie autem visum est doctoribus a carendo appellari caerimonias, quasi carimonias, eo quod ea quae sacris divinis offerunt in usu carerent homines. Quod nomen et in usu est Hebraicis. Alii caerimonias proprie in observationibus Iudaeorum credunt, abstinentia scilicet quarundam escarum secundum veterem legem, eo quod observantes careant his rebus quibus se abstinuerint. Sacrificium dictum quasi sacrum factum, quia prece mystica consecratur in memoriam pro nobis dominicae passionis; unde hoc eo iubente corpus Christi et sanguinem dicimus. Quod dum sit ex fructibus terrae, sanctificatur et fit sacramentum, operante invisibiliter spiritu Dei. Cuius panis et calicis sacramentum Graeci eucharistiam dicunt, quod Latine bona gratia interpretatur. Et quid melius sanguine et corpore Christi? Sacramentum est in aliqua celebratione, cum res gesta ita fit ut aliquid significare intellegatur quod sancte accipiendum est. Sunt autem sacramenta baptismum et chrisma, corpus et sanguis. Quae ob id sacramenta dicuntur, quia sub tegumento corporalium rerum virtus divina secretius salutem eorundem sacramentorum operatur. Unde et a secretis virtutibus vel sacris sacramenta dicuntur. Quae ideo fructuose penes ecclesiam fiunt, quia sanctus in ea manens spiritus eundem sacramentorum latenter operatur effectum. Unde seu per bonos seu per malos ministros intra Dei ecclesiam dispensentur, tamen quia spiritus sanctus mystice illa vivificat, qui quondam apostolico in tempore visibilibus apparebat operibus, nec bonorum meritis dispensatorum amplificantur haec dona, nec malorum attenuantur, quia neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat Deus. Unde et Graece mysterium dicitur, quod secretam et reconditam habeat dispositionem. Baptismum Graece, Latine tinctio interpretatur. Quae idcirco tinctio dicitur, quia ibi homo spiritu gratiae in melius immutatur, et longe aliud quam erat efficitur. Prius enim foedi eramus deformitate peccatorum, in ipsa tinctione reddimur pulchri dealbatione virtutum. Unde et in Canticis scribitur canticorum: Quae est ista quae ascendit dealbata? Cuius mysterium non aliter nisi sub Trinitatis designatione, id est Patris et Filii et Spiritus sancti cognominatione completur, dicente domino ad apostolos: Ite, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti. Sicut enim in tribus testibus stat omne verbum, ita hoc sacramentum confirmat ternarius numerus nominum divinorum. Quod autem per aquam baptismum datur, haec ratio est. Voluit enim dominus ut res illa invisibilis per congruentem, sed profecto contrectabilem et visibilem impenderetur elementum, super quod et in principio ferebatur spiritus sanctus. Nam sicut aqua purgatur exterius corpus, ita latenter eius mysterio per spiritum sanctum purificatur et anima. Cuius sanctificatio talis est. Invocato enim Deo descendit spiritus sanctus de caelis et medicatis aquas sanctificat eas de semetipso, et accipiunt vim purgationis, ut in eis et caro et anima delictis inquinata mundetur. Chrisma Graece, Latine unctio nominatur, ex cuius nomine et Christus dicitur, et homo post lavacrum sanctificatur. Nam sicut in baptismo peccatorum remissio datur, ita per unctionem sanctificatio spiritus adhibetur; et hoc de pristina disciplina, qua ungui in sacerdotium et in regnum solebant, ex quo et Aaron a Moyse unctus est. Quae dum carnaliter fit, spiritaliter proficit; quomodo et in ipsa baptismi gratia visibilis actus est, quod in aqua mergimur, sed spiritalis effectus, quod delictis mundamur. Hoc significat illud unguentum quod peccatrix mulier super pedes, et ea quae dicitur non fuisse peccatrix super caput Iesu fudisse describitur. Manus impositio ideo fit, ut per benedictionem advocatus invitetur spiritus sanctus. Tunc enim ille paracletus post mundata et benedicta corpora libens a patre descendit, et quasi super baptismi aquam tamquam super pristinam recognoscens sedem requiescit. Nam legitur quod in principio aquis superferebatur spiritus sanctus. Exorcismus Graece, Latine coniuratio sive

increpationis adversus diabolum ut discedat, sicut est illud in Zacharia: Et ostendit mihi Iesum sacerdotem magnum stantem coram angelo Domini, et Satan stabat a dextris eius ut adversaretur ei. Et dixit Dominus ad Satan: Increpet te Dominus, Satan, et increpet Dominus in te, qui elegit Hierusalem. Hoc est exorcismum, increpare et coniurare adversus diabolum. Unde sciendum quod non creatura Dei in infantibus exorcizatur aut exsufflatur, sed ille sub quo sunt omnes qui in peccatis nascuntur; est enim princeps peccatorum. Symbolum per linguam Graecam signum vel cognitio interpretatur. Discessuri enim apostoli ad evangelizandum in gentibus hoc sibi praedicationis signum posuerunt. Continet autem confessionem Trinitatis et unitatem ecclesiae et omne Christiani dogmatis sacramentum. Quod symbolum fidei et spei nostrae non scribitur in carta et atramento, sed in tabulis cordis carnalibus. Oratio petitio dicitur. Nam orare est petere, sicut exorare impetrare. Constat autem oratio loco et tempore. Loco, quia non ubique cum prohibeatur, ait, in publico, sed ubi opportunitas dederit, aut necessitas inportaverit. Neque enim contra praeceptum reputatur ab apostolis factum, qui in carcere audientibus custodibus orabant et canebant Deo. De tempore vero dictum est: Sine intermissione orate; sed hoc in singularibus. Nam est observatio quarundam horarum communium, quae diei interspatia signant, tertia, sexta, nona, similiter et nocturnae. Sed ideo haec orandi horae divisae sunt, ut si forte aliquo fuerimus opere detenti, ipsum nos ad officium tempus admoneat. Quae tempora in scripturis inveniuntur. Primum enim Spiritus sanctus congregatis discipulis hora tertia infusus est. Petrus qua die visione communicationis in illo vasculo expertus est, sexta hora manducandi gratia ascenderat. Idem et cum Iohanne hora nona templum adiit, quando paralyticum sanitati reformavit. Sed et Danielem legimus haec tempora in oratione observasse, et utique ex Israhelitis disciplina, ut ne minus quam ter in die oremus. Debitores enim sumus trium, Patris et Filii et Spiritus sancti. Exceptis utique et aliis legitimis orationibus, quae sine ulla admonitione debentur ingressu lucis ac noctis sive vigiliarum. Sed et cibum non prius sumere quam interposita oratione. Priora enim habenda sunt spiritus refrigeria, quia priora caelestia quam terrena. Quisquis autem vult orationem suam volare ad Deum, faciat illi duas alas, ieiunium et elemosinam, et ascendet celeriter et exaudietur. Ieiunium est parsimonia victus abstinentiaque ciborum, cui nomen inditum ex quadam parte intestini tenui semper et vacua, quod vulgo ieiunum vocatur. Unde ieiunium nomen creditur dictum, quod sui inedia viscera vacua et exinanita existant. Ieiunium autem et statio dicitur. Statio autem de militari exemplo nomen accepit, pro eo quod nulla laetitia obveniens castris stationem militum rescindat. Nam laetitia libentius, tristitia sollicitius administrat disciplinam. Unde milites numquam inmemores sacramenti magis stationibus parent. Distinguunt autem quidam ieiunium et stationem. Nam ieiunium est indifferenter cuiuslibet diei abstinentia, non secundum legem, sed secundum propriam voluntatem. Statio autem est observatio statutorum dierum vel temporum. Dierum, ut quartae feriae et sextae ieiunium ex veteri lege praeceptum. De qua statione dixit ille in evangelio: Ieiuno bis in sabbato, id est quarta et sexta sabbati. Temporum autem, quae legalibus ac propheticis institutionibus terminatis temporibus instituta sunt, ut ieiunium quarti, quinti, septimi et decimi mensis, vel sicut in evangelio dies illi in quibus ablatus est sponsus, vel sicut observatio quadragesimae, quae in universo orbe institutione apostolica observatur circa confinium dominicae passionis. Hiis etiam genera quaedam adiciunt, quam xerofagiam dicunt, abstinentiam scilicet ciborum humentium. Unde et nomen hoc datum eo quod siccis quidam escis utantur. Paenitentia appellata quasi punitentia, eo quod ipse homo in se paenitendo puniat quod male admisit. Nam nihil aliud agunt quos veraciter paenitet, nisi ut id quod male fecerunt inpunitum esse non sinant. Eo quippe modo sibi non parcentibus ille parcit, cuius altum iustumque iudicium nullus contemptor evadet. Perfecta autem paenitentia est praeterita deflere et futura non admittere. Haec secunda in similitudine fontis est, ut si forte inpugnante diabolo aliquod peccatum inrepserit, huius satisfactione purgetur. Satisfactio autem est causas peccatorum et suggestiones excludere, et ultra peccatum non iterare. Reconciliatio vero est, quae post completam paenitentiam adhibetur. Nam sicut conciliamur Deo quando primum a gentilitate convertimur, ita reconciliamur quando post peccatum paenitendo regredimur. Exomologesis Graeco vocabulo dicitur, quod Latine confessio interpretatur. Cuius nominis duplex significatio est. Aut enim in laudem intellegitur confessio, sicut est illud: Confiteor tibi, Domine, Pater caeli et terrae; aut dum quisque confitetur peccata sua ab eo indulgenda, cuius indeficiens est misericordia. Ex hoc ergo Graeco vocabulo exprimitur et frequentatur exomologesis, quod delicta nostra Domino confitemur, non quidem ut ignaro, cuius cognitioni nihil occultum est; sed confessio est scilicet eius quod ignorabat professa cognitio. Valet enim sed ad commendandum quisque esse existimaverat rapere, adulterari, furari; sed ubi haec esse damnationi obnoxia esse cognovit, cognitis his confitetur errorem suum. Confessio autem erroris professio est desinendi. Desinendum ergo a peccatis est dum confessio est. Confessio autem antecedit, remissio sequitur. Extra veniam est qui peccatum cognoscit, nec cognitum confitetur. Itaque exomologesis prosternendi et humiliandi hominis disciplina est, habitu atque victu, sacco et cineri incubare, corpus sordibus obscurare, animum maeroribus deicere, illa quae peccavit tristi tractatione mutare. Letanie autem Graeco nomine appellantur, quae Latine dicuntur rogationes. Inter letanias vero et exomologesin hoc differt, quod exomologesis pro sola confessione peccatorum agitur; letanie vero indicuntur propter rogandum Deum et impetrandam in aliquo misericordiam eius. Sed nunc iam utrumque vocabulum sub una designatione habetur, nec distat vulgo utrum letanie an exomologesis dicantur. Supplicationis autem nomen quondam ex gentilitate retinetur. Nam feriae aut legitimae erant aut indictae. Indictae autem quia paupertas antiqua Romanorum ex collatione sacrificabat, aut certe de bonis damnatorum. Unde supplicia dicuntur supplicationes, quia fiebant de bonis passorum supplicia. Sacrae enim res de rebus exsecrandorum fiebant.

Explicit liber sextus.

INCIPIT LIBER VII DE DEO

BEATUS HIERONIMUS vir eruditissimus et multarum linguarum peritissimus, Hebraeorum nominum interpretationem primus in Latinam linguam convertit. Ex quibus pro brevitate praetermissis multis quaedam huic operi adiectis interpretationibus interponere studui. Vocabulorum autem expositio satis indicat quid velit intellegi. Habent enim quaedam ex propriis causis nominum rationem. In principio autem decem nomina ponimus, quibus apud Hebraeos Deus vocatur. Primum apud Hebraeos Dei nomen El dicitur, quod alii Deum, alii etymologiam eius exprimentes ischyros, id est fortem interpretati sunt, ideo quod nulla infirmitate opprimitur, sed fortis est et sufficiens ad omnia perpetranda. Secundum nomen Eloy est. Tertium Eloe, quod utrumque in Latinum Deus dicitur. Est autem nomen ex Graeca appellatione in Latinum translatum. Nam Deus Graece deos phobos dicitur, id est timor; unde tractum est Deus, quod eum colentibus sit timor. Deus autem proprie nomen est Trinitatis pertinens ad Patrem et Filium et Spiritum sanctum. Ad quam Trinitatem etiam reliqua quae in Deo infra sunt posita vocabula referuntur. Quartum nomen Dei dicitur Sabaoth, quod vertitur in Latinum exercituum sive virtutum, de quo in psalmo ab angelis dicitur: Quis est iste rex gloriae? Dominus virtutum. Sunt enim in huius mundi ordinatione virtutes multae, ut angeli, archangeli, principatus et potestates, cunctique caelestis militiae ordines, quorum tamen ille dominus est. Omnes enim sub ipso sunt eiusque dominatui subiacent. Quintum nomen Elion, quod interpretatur in Latinum excelsus, quia super caelos est, sicut scriptum est de eo: Excelsus Dominus super caelos gloria eius. Excelsus autem dictus pro valde celsus. Ex enim pro valde ponitur, sicut eximius, quasi valde eminens. Sextum nomen Eie, id est qui est. Deus enim solus, quia aeternus est, hoc est quia exordium non habet, essentiae nomen tenet. Hoc enim nomen ad sanctum Moysen per angelum est delatum. Quaerenti enim quod esset nomen eius, qui eum pergere praecipiebat ad populum ex Aegypto liberandum, respondit: Ego sum qui sum; et dices filiis Israhel: Qui est, misit me ad vos; tamquam in eius conparatione, qui vere est, quia inconmutabilis est, ea quae conmutabilia facta sunt quasi non sint. Quod enim dicitur fuit, non est; et quod dicitur erit, nondum est. Deus autem esse tantum novit, fuisse et futurum esse non novit. Solus enim Pater cum Filio et Spiritu sancto veraciter est. Cuius essentiae conparatum esse nostrum non esse est. Unde et in colloquio dicimus: vivit Dominus, quia essentia vitam vivit, quam mors non habet. Septimum Adonay, quod generaliter interpretatur Dominus, quod dominetur creaturae cunctae, vel quod creatura omnis dominatui eius deserviat. Dominus ergo et Deus, vel quod dominetur omnibus, vel quod timeatur a cunctis. Octavum Ia, quod in Deo tantum ponitur, quod etiam in alleluia in novissima syllaba sonat. Nonum tetragrammaton, hoc est quattuor litterarum, quod proprie apud Hebraeos in Deo ponitur, iodeiode, id est duabus Ia, quae duplicata ineffabile illud et gloriosum Dei nomen efficiunt. Dicitur autem ineffabile, non quia dici non potest, sed quia finiri sensu et intellectu humano nullatenus potest; et ideo quia nihil de eo digne dici potest, ineffabile est. Decimum Sadday, id est omnipotens. Vocatur autem omnipotens, eo quod omnia possit, sed a faciendo quod vult, non a patiendo quod non vult. Quod si ei accideret, nequaquam esset omnipotens. Facit enim quidquid vult, et ideo omnipotens. Item omnipotens, quia ipsius sunt omnia quae ubique sunt. Solus enim totius mundi habet imperium. Dicuntur enim et alia quaedam in Deo substantialiter nomina, ut inmortalis, incorruptibilis, inconmutabilis, aeternus. Unde et merito cunctae praeponitur creaturae. Inmortalis, sicut de eo scriptum est: Qui solus habet inmortalitatem, quia in eius natura nulla est conmutatio. Nam omnis mutabilitas non inconvenienter mortalitas dicitur, secundum quam et anima dicitur mori, non quia in corpus vel in aliquam aliam substantiam mutatur et vertitur, sed quia in ipsa sua substantia quidquid alio modo nunc est aut fuit secundum id quod destitit esse quod erat, mortalis utique deprehenditur. Ac per hoc solus Deus dicitur inmortalis, quia solus inconmutabilis. Incorruptibilis appellatur, quia corrumpi et dissolvi non potest, nec dividi. Quidquid enim capit divisionem, et interitum capit. Ille nec dividi potest nec interire, inde incorruptibilis est. Inconmutabilis est, quia semper manet et mutari nescit. Nec proficit, quia perfectus est; nec deficit, quia aeternus est. Aeternus est, quia sine tempore est. Non enim habet initium nec finem. Hinc et sempiternus, quod sit semper aeternus. A quibusdam autem gentium ab aethere aeternus dicitur, quia caelum sedes eius habetur. Unde est illud: Caelum caeli Domino. Et haec ista quattuor unum significant. Nam una eademque res dicitur, sive dicatur aeternus Deus, sive inmortalis, sive incorruptibilis, sive inmutabilis. Invisibilis, quia numquam per substantiam suam apparuit mortalium oculis Trinitas, nisi per speciem subiectae creaturae eidemque corporeae. Nam nemo potest ipsam manifestationem essentiae Dei videre et vivere, sicut et dictum est Moysi. Unde et Dominus in evangelio dicit: Deum nemo vidit umquam. Res est enim invisibilis, ideoque non oculo sed corde quaerenda est. Inpassibilis est, quia nullis perturbationibus afficitur, quibus fragilitas humana succumbit. Non enim attingunt eum ullae passiones, aut libido, iracundia, cupiditas, timor, maeror, invidia et cetera quibus mens humana turbatur. Sed cum dicitur Deus irasci aut zelare aut dolere, nostro usu dicitur. Apud Deum enim perturbatio nulla est, apud quem tranquillitas summa est. Simplex autem dicitur, sive non amittendo quod habet, seu quia non aliud est ipse et aliud quod in ipso est, sicut in homine cui aliud est esse et aliud sapere. Nam et esse potest et sapiens non esse. Deus autem habet essentiam, habet et sapientiam; sed quod habet, hoc est, et omnia unum est. Ac per hoc simplex est, quia non in eo aliquid accidens est, sed et quod est et quod in ipso est essentiale est, excepto quod relative ad quamcumque personam est. Summe bonus, quia inconmutabilis est. Creatura vero bonum, sed non summum est, quia mutabilis est. Et dum sit quidem bonum, non tamen esse potest et summum. Incorporeus autem vel incorporalis ideo dicitur, ut spiritus credatur vel intellegatur esse, non corpus. Nam Deus dicitur spiritus; eius significatur substantia. Inmensus, quia cuncta concludit, ipse a nullo concluditur, sed omnia intra eius omnipotentiam coartantur. Perfectus dicitur, quia nihil ei possit adici. Verum tamen de consummatione alicuius facti perfectio dicitur. Deus autem, qui non est factus, quomodo est perfectus? Sed hoc vocabulum de usu nostro sumpsit humana inopia, sicut et reliqua verba, quatenus id, quod ineffabile est, utcumque dici possit, quoniam de Deo nihil digne humanus sermo dicit, sicut sunt et alia. Creator dicitur propter mundi rebus ab ipso creatis. Nihil enim est, quod non originem a Deo traxerit. Ipse et unus, quia dividi non potest, vel quia nihil aliud esse potest quod tantundem capiat potestatis. Haec ergo quae de Deo dicta sunt, ad totam pertinent Trinitatem propter unam et coaeternam substantiam, sive in Patre sive in Filio eius unigenito in forma Dei, sive in Spiritu sancto, qui unus est Spiritus Dei Patris et Filii eius unigeniti. Sunt et quaedam vocabula ex usu nostro ad Deum sumpta de membris nostris sive de inferioribus; et quia propria natura invisibilis et incorporeus est, pro efficientiis tamen causarum in ipso rerum species adscribuntur, ut more locutionis nostrae facilius se insinuet; ut quia omnia videt, dicatur oculus; et propter quod audit omnia, dicatur auris; pro eo autem quod avertitur, ambulat; pro eo quod spectat, stat. Sic et in ceteris horum similibus ab humanis mentibus trahitur similitudo ad Deum, sicut est obliviscens et memorans. Hinc est quod et propheta dicit: Iuravit Dominus exercituum per animam suam; non quod Deus animam habeat, sed hoc nostro narrat affectu. Nam et facies Dei in scripturis sacris non caro, sed divina cognitio intellegitur, eadem ratione qua per faciem conspectam quisque cognoscitur. Hoc enim in oratione dicitur Deo: Ostende nobis faciem tuam; ac si diceret: Da nobis cognitionem tuam. Sic et vestigia Dei dicuntur, quia nunc Deus per speculum agnoscitur. Ad perfectum vero omnipotens reperietur, cum in futuro facie ad faciem quibusque electis praesentabitur, ut ipsam speciem contemplentur, cuius nunc vestigia conprehendere conantur, hoc est quem per speculum videre dicuntur. Nam et situs et habitus et locus et tempus in Deo non proprie, sed per similitudinem translate dicuntur. Quippe sedere super Cherubin dicitur, quod est ad situm; et abyssus tamquam vestimentum amictus eius, quod est ad habitum; et anni tui non deficient, quod ad tempus pertinet; et si ascendero in caelum, tu ibi es, quod ad locum manet. Nam et in propheta plaustri portantis fenum species ad Deum dicitur. Et haec omnia per figuram Deus, quia nihil est horum ad proprietatem substantiae eius.

De filio dei.

MULTIS et modis Christum appellari scripturis invenitur divinis. Nam ipse Dei Patris unigenitus Filius, dum esset aequalis Patri, propter salutem nostram formam servi accepit. Proinde quaedam nomina in illo ex divinitatis substantia, quaedam ex dispensatione susceptae humanitatis assumpta sunt. Christus namque a chrismate est appellatus, hoc est unctus. Praeceperat enim Iudaeis ut sacrum conficerent unguentum, quo perungi possent hii qui vocabantur ad sacerdotium

211.

vel ad regnum; et sicut nunc regibus indumentum purpurae insigne est regiae dignitatis, sic illis unctio sacri unguenti nomen ac potestatem regiam conferebat; et inde Christi dicti a chrismate, quod est unctio. Nam chrisma Graece, Latine unctio nuncupatur. Quae etiam Domino nomen accommodavit facta spiritalis, quia Spiritu unctus est a Deo Patre, sicut in Actibus dicitur apostolorum: Collecti sunt enim in hac civitate adversus sanctum Filium tuum, quem unxisti; non utique oleo visibili, sed gratiae dono, quod visibili significatur unguento. Non est autem Salvatoris proprium nomen Christus, sed communis nuncupatio potestatis. Dum enim dicitur Christus, commune dignitatis nomen est; dum Iesus Christus, proprium est vocabulum Salvatoris. Christi autem nomen nusquam alibi omnino nec in aliqua gente fuit, nisi tantum in illo regno ubi Christus prophetabatur et unde venturus erat. Messias autem Hebraice dicitur, Graece Christus, Latina autem locutione unctus. Iesus Hebraice, Graece sother, Latine autem salutaris sive salvator interpretatur, pro eo quod cunctis gentibus salutifer venit. Ethymologiam autem nominis huius etiam evangelica significat dicens: Vocabis nomen eius salvator, ipse enim salvum faciet populum suum. Sicut enim Christus significat regem, ita Iesus significat salvatorem. Non itaque nos salvos facit quicumque rex, sed rex salvator. Quod verbum Latina lingua antea non habebat, sed habere poterat, sicut potuit quando voluit. Emmanuhel ex Hebraeo in Latinum significat nobiscum Deus, scilicet quia per Virginem natus Deus hominibus in carne mortali apparuit, ut terrenis viam salutis ad caelum aperiret. Ad divinitatis substantiam quae pertinent ista sunt: Deus et Dominus. Deus autem dicitur propter unitam cum Patre substantiam, Dominus propter servientem creaturam. Deus autem et homo, quia Verbum et caro. Unde et bis genitus dicitur, sive quia Pater eum genuit sine matre in aeternitate, sive quia mater sine patre in tempore. Unigenitus autem vocatur secundum divinitatis excellentiam, quia sine fratribus; primogenitus secundum susceptionem hominis, in qua per adoptionem gratiae fratres habere dignatus est, quibus esset primogenitus. Omousion Patri ab unitate substantiae appellatur. Substantia enim vel essentia Graece usia dicitur, omo unum. Utrumque ergo coniunctum sonat una substantia. Hinc enim vocatur omousion, quia dixit: Ego et Pater unum sumus, hoc est eiusdem cum Patre substantiae. Quod nomen et si in sacris libris non invenitur, in assertione tamen totius Trinitatis defenditur, quia dat rationem unde recte dici ostendatur; sicut et Patrem in ullis libris numquam ingenitum legimus, sed tamen dicendum esse atque credendum non dubitatur. Omousion similis substantiae, quia qualis Deus est talis est et ymago eius. Invisibilis Deus et ymago invisibilis. Principium, eo quod ab ipso sunt omnia, et quia ante eum nihil. Finis, quia dignatus est in fine temporum humiliter in carne nasci et mori, et iudicium novissimum ipse suscepit; vel quia quidquid agimus ad illum referimus, et cum ad eum pervenerimus, ultra quod quaeramus non habebimus.

Os Dei [vocatur] quia verbum eius est. Sicut pro verbis quae per linguam fiunt saepe dicimus illa et illa lingua, ita et pro Dei verbo os ponitur, quia mos est ut ore verba formentur. Verbum autem ideo dicitur, quia per eum pater omnia condidit sive iussit. Veritas, quia non fallit, sed tribuit quod promisit. Vita, quia creavit. Imago Dei propter similitudinem patris, sicut imaginis aequitatem in sua magnitudine designavit. Manus Dei est Filius, quia per ipsum omnia facta sunt. Hinc et dextera propter effectum operis totius creaturae, quae per ipsum formata est. Brachium, quia ab ipso omnia continentur. Virtus, pro eo quod omnem potestatem patris in se ipso habeat, et omnem caeli terraeque creaturam gubernet, contineat atque regat. Sapientia, pro eo quod ipse revelet mysteria scientiae et archana sapientiae. Sed tamen cum sit pater et spiritus sanctus sapientia et virtus et lumen et lux, proprie tamen his nominibus Filius nuncupatur. Splendor autem appellatur propter quod manifestat. Lumen, quia illuminat. Lux, quia ad veritatem contemplandam cordis oculos reserat. Sol, quia illuminat omnes. Oriens, quia luminis fons et illustrator est rerum, et quod oriri nos faciat ad vitam aeternam. Fons, quia rerum omnium origo est, vel quia satiat sitientes. Ipse quoque alfa et ω. Alfa enim litteram nulla praecedit. Prima est enim litterarum, sicut et Filius Dei. Ipse enim se principium Iudaeis interrogantibus esse respondit. Unde et Iohannes in apocalipsi: Ego sum alfa et ω, primus et novissimus. Primus, quia ante eum nihil est. Novissimus, quia novissimum iudicium ipse suscepit. Mediator, quia inter Deum et hominem medius constitutus est, ut hominem perducat ad Deum. Unde et illum Graeci mesiten vocant. Paraclitus, id est, advocatus, quia pro nobis intercedit apud patrem, sicut et de eo Iohannes: Advocatum habemus apud patrem Ihesum Christum iustum. Paraclitus autem Graece est, quod Latine dicitur advocatus. Quod nomen et Filio et Spiritui sancto assignatur, ut est quod et Dominus in evangelio ait: Rogabo patrem et alium paraclitum dabit vobis. Intercessor autem vocatur, quia pro culpa nostra removenda curam gerit, et pro abluendis nostris criminibus curam impendit. Sponsus, quia descendens e caelo adhaesit ecclesiae, ut [ess]ent duo in carne una. Angelus dicitur propter annuntiationem paternae ac suae voluntatis. Unde et apud prophetam magni consilii angelus legitur, dum sit Deus et Dominus angelorum. Missus dicitur eo quod apparuit huic mundo, ubi caro factum. Unde et idem dicit: Ego a patre exivi et veni in hunc mundum. Homo autem dicitur quia natus est. Propheta quia futura revelavit. Sacerdos, quia pro nobis se hostiam obtulit. Pastor, quia custos. Magister, quia ostensor. Nazarenus vero alias ... Nazareus autem quia sanctus, sive mundus, quia peccatum non fecit. Siquidem et de aliis inferioribus rebus nomina sibi per assumptionem trahit, ut facilius intellegatur. Dicitur enim panis, quia caro; vitis, quia sanguine ipsius redempti sumus. Flos, quia electus. Via, quia per ipsum ad Deum imus. Ostium, quia per ipsum ad Deum ingredimur. Mons, quia fortis. Petra, quia firmitas est credentium. Lapis angularis, quia duos parietes e diverso, id est, de circumcisione et praeputio venientes in unam fabricam ecclesiae iungit, vel quia pacem in se angelis et hominibus facit. Lapis offensionis, quia venientem humilis offendit incredulus homo, et factus est petra scandali, sicut dicit apostolus: Iudaeis quidem scandalum. Fundamentum autem ideo vocatur, quia fides in eo firmissima est, vel quia super eum catholica ecclesia constructa est. Nam et Christus agnus pro innocentia, et ovis pro patientia, et aries pro principatu, et hedus propter similitudinem carnis peccati, et vitulus pro eo quod pro nobis immolatus est, et leo pro regno et fortitudine, et serpens pro morte et sapientia. Idem et vermis, quia resurrexit. Aquila, propter quod post resurrectionem ad astra remeavit. Nec mirum si vilibus significationibus figuratur, qui usque ad infirma passionum securitas [?] contumelias descendisse cognoscitur. Qui cum sit Dei patris coaeternus, ante saecula Dei Filius, postquam venit plenitudo temporis, propter salutem nostram formam servi accepit, et factus est Filius hominis. Inde quaedam de illo in scripturis secundum formam Dei, quaedam secundum formam servi dicuntur. Quorum exempli gratia duo quaedam commemorantur, ut singula ad singula referantur. Secundum formam enim Dei de se ipso dixit: Ego et pater unum sumus. Secundum formam servi: Quoniam pater maior me est. Homines autem minus intellegentes quod pro quo dicatur, ea quae propter formam servi dicta sunt volunt transferre ad formam Dei, et rursus ea quae dicta sunt ut ad se invicem personae referantur, volunt nomina esse naturae atque substantiae, et faciunt errorem in fide. Sic autem Filio Dei coniuncta natura est humana, ut ex duabus substantiis fieret una persona. Solus ergo homo pertulit crucem, sed propter unitatem personae et Deus dicitur pertulisse. Hinc est quod scribitur: Si enim cognovissent, numquam Dominum gloriae crucifixissent. Filium ergo Dei crucifixum fatemur, non ex virtute divinitatis, sed ex infirmitate humanitatis, non ex suae naturae permansione, sed ex nostra susceptione.

De spiritu sancto

Spiritus sanctus ideo praedicatur Deus, quia ex patre Filioque procedit, et substantiam eorum habet. Neque enim aliud de patre procedere potuit, quam quod ipse est pater. Spiritus autem dicitur secundum id quod ad aliquid refertur inspirantis, spirans utique spiritu sancto. Inspirans est, et ex eo appellatur spiritus est. Proprio autem nomine quodam dicitur spiritus sanctus, secundum quod refertur ad patrem et Filium, quod eorum spiritus sit. Nam et hoc nomen, quod spiritus dicitur, non secundum id quod refertur ad aliquid, sed secundum id quod aliquam naturam significat. Omnis enim incorporea natura spiritus in scripturis sacris appellatur. Unde non tantum patri et Filio et spiritui sancto, sed omni rationali creaturae et animae hoc vocabulum congruit. Ideo ergo spiritus Dei sanctus vocatur, quia patris et Filii sanctitas est. Nam cum sit et pater spiritus, et Filius spiritus, et pater sanctus, et Filius sanctus, proprie tamen ipse vocatur spiritus sanctus, tamquam sanctitas coessentialis et consubstantialis amborum. Spiritus sanctus ideo dicitur non genitus, ne duo filii in Trinitate suspicentur. Ideo non praedicatur ingenitus, ne duo patres in ipsa Trinitate credantur. Procedens autem dicitur testimonio Domini dicentis: Multa adhuc habeo quae vobis loqui, sed non potestis illa modo audire. Veniet autem spiritus veritatis, qui a patre procedit et de meo accipiet, ille vobis iudicabit omnia. Hic autem non solum naturae procedit, sed semper ad peragenda opera Trinitatis indesinenter procedit. Hoc autem interest inter nascentem Filium et procedentem Spiritum sanctum, quod Filius ex uno nascitur, Spiritus sanctus ex utroque procedit. Et ideo dicit apostolus: Qui autem Spiritum Christi non habet, hic non est eius. Spiritus sanctus ex operibus etiam angelus intellegitur. Dictum est enim de illo: Et quae ventura sunt adnuntiabit vobis. Enim utique angelus Graece, Latine nuntius interpretatur. Unde et duo angeli apparuerunt Loth, in quibus Dominus singulariter appellatur, quod intellegimus Filium et Spiritum sanctum. Nam pater numquam legitur missus. Spiritus sanctus quod dicitur paraclitus a consolatione dicitur. Paraclesis enim Graece, Latine consolatio appellatur. Christus enim eum apostolis lugentibus misit, postquam ab eorum oculis ipse in caelum ascendit. Consolator enim tristibus mittitur, secundum illam eandem Domini sententiam: Beati lugentes, quoniam ipsi consolabuntur. Ipse et dixit: Tunc lugebunt filii sponsi, cum ablatus fuerit ab eis sponsus. Item paraclitus pro eo quod consolationem praestet animabus, quae gaudium temporale amittunt. Alii paraclitum Latine oratorem vel advocatum interpretantur. Ipse enim spiritus sanctus dicit, ipse docet; per ipsum datur sermo sapientiae; ab ipso sancta scriptura inspirata est. Spiritus sanctus ideo septiformis nuncupatur propter dona quae de unitate plenitudinis eius particulariter quique, ut digni sunt, consequi perveniunt. Ipse enim spiritus sapientiae et intellectus, spiritus consilii et fortitudinis, spiritus scientiae et pietatis, spiritus timoris Domini. Spiritus autem principalis in psalmo legitur. Ubi quia tertio spiritus repetitur, non nulli Trinitatem intellexerunt in Deum, quia scriptum est: Deus spiritus. Quod enim non est corpus et tamen est, videtur restare ut spiritus sit. Intellegunt ergo ibi non nulli Trinitatem significari. In spiritu principali patrem, in spiritu recto Filium, in spiritu sancto spiritum sanctum. Spiritus sanctus ideo donum dicitur, eo quod datur. A dando enim donum est nuncupatum. Notissimum est enim Dominum Ihesum Christum, cum post resurrectionem a mortuis ascendisset in caelum, dedisse spiritum sanctum, quo credentes impleti linguis omnium gentium loquebantur. Inventum autem donum Dei est, in quantum datur eis qui per eum diligunt Deum. Apud se autem Deus est, apud nos autem donum est. Sed in sempiternum spiritus sanctus donum est, distribuens singulis gratiarum dona prout vult. Nam et prophetias quibus vult inspirat, et peccata quibus vult dimittit. Nam peccata sine spiritu sancto non donantur. Spiritus sanctus in propria caritas nuncupatur, vel quia naturaliter eos a quibus procedit coniungit, et se unum cum eis esse ostendit, vel quia in nobis id agit ut in Deo maneamus et ipse in nobis. Unde et in donis Dei nihil maius est caritate, et nullum est maius donum Dei quam spiritus sanctus. Ipse enim et gratia, quae quia non meritis nostris, sed voluntate divina gratis datur, inde gratia nuncupatur. Sicut autem unicum Dei verbum proprie vocamus nomine sapientiae, cum sit universaliter et spiritus sanctus et pater ipse sapientia, ita spiritus sanctus proprie nuncupatur vocabulo caritatis, cum sit et pater et Filius universaliter caritas. Spiritus sanctus digitus Dei in libris evangelii apertissime declaratur. Cum enim unus evangelista dixisset: In digito Dei eicio daemonia, alius hoc idem ita dixit: In spiritu Dei eicio daemonia. Unde et digito Dei scripta lex est, data die quinquagesimo ab occisione agni, et die quinquagesimo a passione Domini nostri Ihesu Christi venit spiritus sanctus. Ideo autem digitus Dei dicitur, ut eius operatoria virtus cum patre et Filio significetur. Unde et Paulus ait: Haec autem omnia operatur unus atque idem spiritus, dividens singulis prout vult. Sicut autem per baptismum in Christo morimur et renascimur, ita spiritu signamur, quod est digitus Dei et spiritale signaculum. Spiritus sanctus ideo in columbae specie venisse scribitur, ut natura eius per avem simplicitatis et innocentiae declararetur. Unde et Dominus: Estote, inquit, simplices sicut columbae. Haec enim avis corporaliter ipso felle caret, habens tantum innocentiam et amorem. Spiritus sanctus in nomine ignis appellatur, propter hoc quod in Actibus apostolorum ab eius permotione linguarum ut ignis apparuit, qui et insedit super unumquemque eorum. Propterea autem divisarum linguarum gratiam apostolis dedit, ut idonei efficerentur fidelium eruditione populorum. Quod vero super singulos sedisse memoratur, ideo causa est ut intellegatur per plures non fuisse divisus, sed mansisse in singulis totus, sicut fere ignibus mos est. Haec enim est natura ignis accensi, ut quanta ad eum quanta ad eum purpurei splendoris aspexerint, tantus usui suae lucis impertiat, tantus ministerium sui muneris tribuat, et ipse nihilo minus in sua integritate permaneat. Spiritus sanctus nomine aquae appellatur in evangelio Domino clamante et dicente: Si quis sitit, veniat ad me et bibat. Qui credit in me, flumina aquae vivae fluent de ventre eius. Evangelista autem exposuit unde diceret. Sequitur enim et ait: Hoc autem dicebat de spiritu quem accepturi erant credentes in eum. Sed aliud est aqua sacramenti, aliud aqua quae significat spiritum Dei. Aqua enim sacramenti visibilis est, aqua spiritus sancti invisibilis est. Ista abluit corpus, et significat quod fit in anima. Per illum autem spiritum sanctum ipsa anima mundatur et saginatur. Spiritus sanctus ideo unctio dicitur, Iohanne apostolo testante, quia sicut oleum naturali pondere super fertur omni liquori, ita in principio superferebatur spiritus sanctus aquis. Unde et Dominus oleo exultationis, hoc est spiritu sancto, fuisse legitur unctus. Sed et Iohannes apostolus spiritum sanctum unctionem vocat, dicens: Et vos unctionem quam accepistis ab eo, permaneat in vobis, et non necesse habetis ut aliquis doceat vos, sed sicut unctio eius docet vos de omnibus. Ipse enim spiritus sanctus unctio est invisibilis.

De trinitate

Trinitas appellata, quod fiat totum unum ex quibusdam tribus, quasi triunitas, ut memoria, intellegentia, voluntas, in quibus mens habet in se quandam imaginem divinae Trinitatis. Nam dum tria sint, unum sunt, quia et singula in se manent, et omnia in omnibus. Pater et Filius et spiritus sanctus trinitas et unitas. Idem enim unum, idem et tria. Unum propter maiestatis communionem, tria propter personarum proprietatem. Nam alius pater, alius Filius, alius spiritus sanctus. Sed alius quidem, non aliud, quia pariter simplex pariterque incommutabile bonum et coaeternum. Pater solus non est de alio, ideo solus appellatur ingenitus. Filius solus de patre est natus, ideo solus dicitur genitus. Spiritus sanctus solus de patre et Filio procedit, ideo solus amborum nuncupatur spiritus. In hac Trinitate alia sunt appellativa nomina, alia propria sunt. Propria sunt essentialia, ut Deus, Dominus, omnipotens, immutabilis, immortalis. Et inde propria, quia ipsam substantiam significant qua unum sunt. Appellativa vero pater et Filius et spiritus sanctus, ingenitus et genitus et procedens. Eadem et relativa, quia ad se invicem referuntur. Cum enim Deus dicitur, essentia est, quia ad se ipsum dicitur. Cum vero dicitur pater et Filius et spiritus sanctus relative dicuntur, quia ad se invicem referuntur. Nam pater non ad se ipsum, sed ad Filium relative dicitur, quia est ei Filius. Sic et Filius relative dicitur, quia habet patrem. Sic et spiritus sanctus, quia est patris Filiique spiritus. His autem appellationibus hoc significatur quod ad se invicem referuntur, non ipsa substantia qua unum sunt. Proinde Trinitas in relativis personarum nominibus est. Deitas non triplicatur, sed in singularitate est, quia si triplicatur, deorum inducimus pluralitatem. Nomen autem deorum in angelis et sanctis hominibus ideo pluraliter dicitur, propterea quod non sunt merito aequales. De quibus psalmus: Ego dixi: dii estis. De patre autem et Filio et spiritu sancto propter unam et aequalem divinitatem non nomen deorum, sed Dei esse ostenditur, sicut ait apostolus: Nobis tamen unus Deus, vel sicut voce divina dicitur: Audi Israhel: Dominus Deus tuus Deus unus est, scilicet et ut Trinitas sit, et unus Dominus Deus sit. Fides apud Graecos de Trinitate hoc modo est. Una usia dicunt, ut si dicatur una natura, aut una essentia. Tres hypostases, quod resonat in Latinum vel tres personas vel tres substantias. Nam Latinitas proprie non dicit de Deo nisi essentiam. Substantiam vero non proprie dicit, sed abusive, quoniam vera substantia apud Graecos persona intellegitur, non natura.

De angelis

Angeli Graece vocantur, Hebraice malaoth, Latine vero nuntii interpretantur, ab eo quod Domini voluntatem populis nuntiant. Angelorum autem vocabulum officii nomen est, non naturae. Semper enim spiritus sunt, sed cum mittuntur, angeli vocantur. Quibus ideo pictorum licentia pennas faciunt, ut celerem eorum in cuncta discursum significent, sicut et iuxta fabulas poetarum ventis pennas habere dicuntur, propter velocitatem scilicet. Unde et scriptura sancta dicit: Qui ambulat super pennas ventorum. Novem autem esse ordines angelorum sacrae scripturae testantur, id est, angelos, archangelos, thronos, dominationes, virtutes, principatus, potestates, cherubin et seraphin. Quorum officiorum vocabula cur ita dicta sint, interpretando exequimur. Angeli vocantur propterea quod de caelo ad annuntiandum hominibus mittuntur. Angelus enim Graece, Latine nuntius dicitur. Archangeli Graeca lingua summi nuntii interpretantur. Qui enim parva vel minima annuntiant, angeli; qui vero summa, archangeli nuncupantur. Archangeli autem dicti eo quod primatum teneant inter angelos. Archos enim Graece, Latine princeps interpretatur. Sunt enim duces et principes, sub quorum ordine unicuique angelorum officia deputata sunt. Nam quia archangeli angelis praesunt, Zacharias propheta testatur dicens: Ecce angelus qui loquebatur in me egrediebatur, et alius angelus egrediebatur in occursum eius, et dixit ad eum: Curre, loquere ad puerum istum, dicens: Absque muro habitabitur Hierusalem. Si enim in ipsis officiis angelorum nequaquam potestates superiores inferiores disponerent, nullo modo hoc quod homini diceret angelus ab angelo cognovisset. Quidam autem archangelorum privatis nominibus appellantur, ut per vocabula ipsa in opere suo quid valeant designentur. Michael Hebraice in linguam nostram vertitur: Quis ut Deus. Quando enim aliquid in mundo mirae virtutis fit, hic archangelus mittitur. Et ex ipso opere nomen est eius, quia nemo valet facere quod facere praevalet Deus. Gabriel interpretatur fortitudo Dei. Ubi enim potentia divina vel fortitudo manifestatur, Gabriel mittitur. Unde et eo tempore quo erat Dominus nasciturus et triumphaturus de mundo, Gabriel mittitur ad Mariam, ut illum annuntiaret, qui ad debellandas aerias potestates humilis venire dignatus est. Raphael interpretatur curatio vel medicina Dei. Ubicumque enim curandi et medendi opus necessarium est, hic archangelus a Deo mittitur, et inde medicina Dei vocatur. Unde et ad Tobiam idem archangelus missus oculis eius curationem adhibuit, et caecitate detersa visum ei restituit. Nominis enim interpretatione et angeli officium designatur. Uriel interpretatur ignis Dei, sicut legimus apparuisse igne in rubo. Legimus et ignem missum desuper, et implesse quod praeceptum est. Throni autem et dominationes et principatus et potestates et virtutes, quibus universa caelestium constat, [ex]plicante apostolo complectitur ordines angelorum et dignitates intelleguntur. Et pro ipsa distributione officiorum alii throni, alii dominationes, alii principatus, alii potestates dicuntur, pro eis dignitatibus quibus invicem distinguuntur. Virtutes angelice quaedam ministeria prohibent, per quae signa et miracula in mundo fiunt, propter quod et virtutes dicuntur. Potestates sunt quibus virtutes adversae subiectae sunt, et ideo potestatum nomine nuncupantur, quia malignis spiritibus eorum potestate coercent, ne tantum mundo noceant quantum cupiunt. Principatus sunt hi qui angelorum agminibus praesunt; qui pro eo quod subditos angelos ad explendum ministerium divinum disponunt, principatus vocabulum acceperunt. Nam alii sunt qui administrant, alii qui assistunt, sicut per Danielem dicitur: Milia milium ministrabant ei, et decies milies centena milia ministrabant ei. Dominationes sunt hi qui et virtutibus et principatibus praeminent, qui pro eo quod ceteris angelorum agminibus dominantur, dominationes vocantur. Throni sunt agmina angelorum, qui Latino eloquio sedes dicuntur. Et vocantur throni, quia illis conditor praesidet, et per eos iudicia sua disponit. Cherubin autem et ipsi sublimes caelorum potestates et angelica ministeria prohibent, quia et Hebraeo in lingua ...

interpretantur scientiae plenitudo vel multitudo. Sunt enim sublimiora agmina angelorum, qui pro eo quod vicinius positi divina scientia ceteris amplius pleni sunt, cherubim, id est plenitudo scientiae appellantur. Ipsa sunt illa duo animalia super propitiatorium arche facta ex metallo propter significandam angelorum praesentiam, in quorum medio ostenditur Deus. Seraphim quoque similiter est multitudo angelorum, qui ex hebreo in latinum ardentes vel incendentes interpretantur. Qui idcirco ardentes vocantur, quia inter eos et Deum nulli alii angeli consistunt. Et ideo quanto vicinius coram eo consistunt, tanto magis claritate divini luminis inflammantur. Vnde et ipsi velant faciem et pedes sedentis in throno Dei, et ideo cetera angelorum turba videre Dei essentiam plene non valent, quoniam seraphim eam tegit. Haec quoque vocabula agminum angelorum ita sunt specialia ordinum singulorum, ut tamen sint ex parte communia omnium. Nam dum throni sedes Dei in quorundam angelorum ordine specialiter designentur, tamen per psalmistam quoque sedes super cherubim dicitur. Sed ideo isti ordines angelorum privatis nominibus appellantur, quia hi ipsum officium in proprio ordine plenius acceperunt. Et cum sint omnibus communia, propria tamen haec nomina suis ordinibus deputantur. Vnicuique autem sic praeditum est propria officia sive munera, quae eos promeruisse in mundi constat exordio. Nam quia angeli et locis et hominibus praesunt, per prophetam testatur angelus dicens: Princeps regni Persarum restitit mihi. Vnde apparet nullum esse locum cui angeli non praesint. Praesunt enim et auspiciis operum omnium. Hic est ordo vel distinctio angelorum, qui post lapsum malorum in caelesti vigore steterunt. Nam postquam apostatae angeli ceciderant, hi perseverantia aeternae beatitudinis solidati sunt. Vnde et post caeli creationem in principio repetitur: Fiat firmamentum, et vocatum est firmamentum caelum, nimirum ostendens quod post ruinam angelorum malorum hi qui permanserunt firmitatem aeternae perseverantiae consecuti sunt, nullo iam lapsu ausi, nulla superbia cadentes, sed firmiter in Dei amore et contemplatione manentes, nihil aliud dulce habentes nisi eum a quo creati sunt. Quod autem duo seraphin in Ysaia leguntur, figuraliter utriusque testamenti significationem ostendunt. Faciem vero et pedes Dei operiunt, quia praeterita ante mundum et futura post mundum sciri non possunt, sed media tantum eorum testimonio contemplantur. Singuli senas alas habent, quia fabricam tantum mundi, quae in sex diebus facta est, in praesenti saeculo noverunt. Quod clamant ter Sanctus alter ad alterum, Trinitatis in una divinitate demonstrant mysterium.

De hominibus qui quodam praesagio nomen acceperunt.

Plerique priorum hominum ex propriis causis originem nominum traxerunt. Quibus ita prophetice indita sunt vocabula, ut aut futuris aut praecedentibus eorum causis conveniant. In quibus tamen manente spiritali sacramento nos tantum ad litteram intellectum hystoriae persequimur. Vbi autem ethymologiae interpretatione non attingunt, solam ipsam ethymologiam in latinum ponimus. Quod autem unum nomen hebraicum aliud atque aliud interpretatur, hoc fit accentu et litterarum eventu diversitate, ut in variis figuris nomina componuntur. Adam, sicut beatus Hieronimus tradidit, homo sive terrenus sive terra rubra interpretatur. Ex terra enim facta est caro, et humus hominis faciendi materies fuit. Eva interpretatur vita sive calamitas sive ve. Vita, quia origo fuit nascendi; calamitas sive ve, quia per praevaricationem causa extitit moriendi. A cadendo enim sumpsit nomen calamitas. Alii autem dicunt: Ob hoc Eva vita et calamitas appellata, quia saepe mulier causa salutis est, saepe calamitatis et mortis, quod est ve. Kain possessio interpretatur. Vnde et ethymologiam ipsius pater eius exprimens ait: Kain, id est, possedi hominem per Deum. Idem et lamentatio, eo quod pro interfecto Abel interfectus sit, et poenam sui sceleris dedit. Abel luctus interpretatur, quo nomine praefigurabatur occidendus. Idem et vanitas, quia cito solutus est et subtractus. Seth interpretatur resurrectio, eo quod post fratris interfectionem natus sit, quasi fratris resurrectionem ex mortuis suscitatus. Idem et positio, quia posuit eum Deus pro Abel. Enos interpretatur pro linguae varietate homo vel vir dicitur. Et congrue hoc vocabulum habuit: De eo enim scriptum est: Tunc initium fuit invocandi nomen Domini. Licet plerique Hebreorum arbitrentur, quod tunc primum in nomine Domini et similitudine eius fabricata sunt ydola. Enoch dedicatio. In ipsius enim nomine civitatem prius aedificavit Kain. Kainan lamentatio vel possessio eorum. Sic enim Kain possessio, ut derivatum nomen quod est Kainan faciat possessio eorum. Mathusalam interpretatur mortuus est; evidens ethymologia nominis. Quidam enim cum patre eius translatum fuisse et diluvium praeterisse putaverunt. Ob hoc significanter mortuus est, ut ostenderet non vixisse eum post diluvium, sed in eodem cataclysmo fuisse defunctum. Solos enim octo homines in archa evasisse diluvium. Lamech percutiens. Ipse enim percussit et interfecit Kain. Quod et peccatum ipse perpetrasse uxoribus confitetur. Noe requies interpretatur, pro eo quod sub illo omnia retro opera requieverunt per diluvium. Vnde et pater eius vocans nomen eius Noe dixit: Iste requiescere nos faciet ab omnibus operibus nostris. Sem dictus nominatus, quod nomen ex praesagio posteritatis accepit. Ex ipso enim patriarchae et apostoli et populus Dei. Ex eius quoque stirpe et Christus, cuius ab ortu solis usque ad occasum magnum est nomen in gentibus. Kam calidus, et ipse ex praesagio futuri cognominatus. Posteritas enim eius eam terrae partem possedit, quae vicino sole calentior est. Vnde et Egyptus usque hodie Egyptiorum lingua Kam dicitur. Iafeth latitudo. Ex eo enim populi gentium nascuntur. Et quia lata est ex gentibus multitudo credentium, ab eadem latitudine Iafeth dictus est. Chanaan filius Kam interpretatur motus eorum. Quod quid est aliud nisi opus eorum? Pro motu enim patris, id est pro opere, eius maledictus est. Arfaxat sanans depopulationem. Chus hebraice Ethiops interpretatur, a posteritate sui generis non sortitus. Ab ipso enim sunt progeniti Ethiopes. Nemrod interpretatur tyrannus. Iste enim prior arripuit insueta in populos tyrannidem, et ipse aggressus est adversus Dominum impietatis aedificare turrim. Heber transitus. Ethymologia mystica eius est, quod ab eius stirpe inhaerere Deus, nec perseveraret in eis, tantum lata in gentibus gratia. Ex ipso enim sunt exorti Hebrei. Faleg divisio, cui pater propterea tale nomen imposuit, quia tunc natus est quando per linguas terra divisa est. Thara ascensionis exploratio. Melchisedech rex iustus. Rex quia ipse postea imperavit Salem. Iustus, pro eo quod discernens sacramenta legis et evangelii, non pecudum victimas, sed oblatione panis et calicis in sacrificium obtulit. Loth declinans. Factis enim Sodomorum non consensit, sed eorum illicita carnis incendia declinavit. Moab ex patre; et vera ethymologia hic. Concepit enim eum primogenita filia de patre. Ammon, cuius causa nominis redditur, filius populi mei sic dicitur, ut ex parte sensus nominis expressus sit. Ammon enim quasi dicitur, sicut Ammonitae vocantur populus meus. Sarai interpretatur princeps mea, eo quod esset unius tantum domus materfamilias. Postea causa nominis immutati, ablata de fine i littera, dicitur Sara, id est princeps. Omnium quippe gentium futura princeps erat. Sic enim Dominus pollicitus est ad Abraham: Dabo tibi ex Sara filium, et benedicam ei, et erit in gentes, et reges populorum erunt ex eo. Agar advena vel conversa. Fuit enim Egyptia. Cethura copulata vel iuncta interpretatur. Ysmahel interpretatur auditio Dei. Sic enim scriptum est: Et vocavit nomen eius Ysmahel, quia exaudivit eum Deus. Esau tribus nominibus et ex propriis causis varie nuncupatur. Dicitur enim Esau, id est rufus, ob coctionem scilicet rufae lentis, ita appellatus, cuius edulio primogenita perdidit. Edom autem ob ruborem corporis dictus est, quod latine sanguineus dicitur. Seyr vero, quod fuerit hispidus et pilosus. Quando enim natus est, totus sicut pellis pilosus erat. Idem tribus nominibus appellatur: Esau, id est rufus; Edom, id est sanguineus; Seyr, id est pilosus, quia hirtus et lentiginosus. Rebecca patientia, sive quae multum acceperit. Lya laboriosa. Namque generando plurimos et dolores quam Rachel fecunditate pariendi experta est. Rachel interpretatur ovis, pro eo quod Iacob pavit oves Laban. Zelfa os hians. Bala inveterata. Dina causa ista. Iurgii enim in Sychimis causa extitit. Thamar amaritudo, quia viris mortuis. Eadem et commutans; mutavit enim se in habitum meretricis, quando cum socero suo concubuit. Fares divisio, ab eo quod diviserit membranulam secundarum divisionis. Inde et Fares sortitus est nomen. Vnde et Pharisei, qui se quasi iustos a populo separabant, divisi appellabantur. Zara, frater eius, in cuius manu erat coccinum, interpretatur oriens, sive quia primus apparuit, sive quod plurimi ex eo iusti nati sunt, ut in libro Paralipomenon continetur. Zara enim oriens appellatus est. Iob interpretatur dolens, et recte propter percussionem carnis et passiones doloris. Calamitates enim suas nominis ethymologia praefigurat. Pharao non nomen hominis, sed honoris. Sic et apud nos augusti appellantur reges, cum propriis nominibus censeantur. Exprimitur autem in latinum Pharao denudans eum, utique Deum, sive dissipator eius. Populi enim Dei fuit afflictor. Iannes marinus sive vanus est [illegible], et defecit signum eius coram signis Moysi. Vnde et dixerunt magi: Hic digitus Dei est.

Mambres mare pellicium, sive mare in capite. Denique Moyses interpretatur sumptus de aqua. Inventus enim est ad ripam fluminis expositus, filia Pharaonis. Quae colligens adoptavit sibi in filium, vocavitque nomen eius Moysen, eo quod de aqua sumpsisset eum. Aaron mons fortitudinis interpretatur, propter quod thuribulum accipiens in medio superstitit, et interemptorum obviam stetit, et ruinam mortis quasi quidam mons fortis exclusit. Eleazar Dei adiutorium. Balac praecipitans sive devorans. Balaam vanus populus. Finees oris parcens. Transfixit enim pugione Zambri cum scorto madianitide, et furorem Domini placavit, ut parceret. Zambri stella lacessiens vel amaricans. Propterea enim ab amaritudine vocatus, quod peccando amaricavit populum. Raab latitudo vel fames sive impetus. Iosue interpretatur salvator. Ipse enim in figura Christi populum a deserto salvavit et in terram repromissionis induxit. Caleph quasi cor, aut canis. Gothoniel tempus eius Deus vel responsio Dei. Aoth gloriosus. Barach fulgurans. Debbora apes vel loquax. Apes quia fuit ad bellum promptissima, dimicans adversus Sysara. Quod pro praeterito cecinit canticum, ut loquax. Iahel ascensio. Gedeon experimentum iniquitatis eius. Fregit lagoenas et documentis informatus est quali praesagio contra hostes futuram victoriam expediret. Ex quo facto ex principio ethymologiam nominis assumpsit. Abimelech pater meus rex. Thola vermiculus vel coccinum. Iair illuminans. Iepte aperiens vel apertus. Esebon cogitatio sive vinculum moeroris. Abdo servus eius. Samson sol eorum vel solis fortitudo. Fuit enim virtute clarus et liberavit Israel de hostibus eorum. Dalila paupercula vel situla. Booz in fortitudine, sive in quo robur. Noemi quam interpretari possumus consolata, eo quod marito et liberis peregre mortuis nurum moabitidem in consolatione sua tenuit. Ruth interpretatur festinans. Alienigena enim erat ex populo gentili, quae relicta patria festinanter transire maluit in Israel, dicens socrui suae: Quocumque perrexeris pergam. Anna gratia eius interpretatur, quia diu postea cum esset sterilis nata, postremo Dei gratia fecundata est. Heli extraneus. Ophni discalciatus. Filius enim fuit Heli electi in ministerium sacerdotii, cuius amissionem suo expressit vocabulo. Apostolus enim ait: Calciati pedes in praeparationem evangelii pacis. Et propheta: Quam speciosi pedes qui annuntiant pacem. Iste ergo discalciatus interpretatur, ut etiam nomine veteris testamenti sacerdotium a vetere populo significaret ablatum. Finees frater Ophni os mutum interpretatur, quia significat sacerdotii veteris et doctrinae silentium. Samuel nomen eius Deus. Ysse insulae sacrificium vel incensum. Saul petitio interpretatur. Notum est enim quod Hebreorum populus eum sibi regem petierit, et acceperit non secundum Dominum, sed secundum suam voluntatem. David fortis manu, utique quia fortissimus in proeliis fuit. Ipse et desiderabilis in stirpe scilicet sua, de qua praedixerat propheta: Veniet desideratus cunctis gentibus. Salomon tribus nominibus fuisse perhibetur. Primum vocabulum eius Salomon dicitur, id est pacificus, eo quod in regno eius pax fuerit. Secundum nomen eius Ydida, eo quod fuerit dilectus et amabilis Domino. Tertium vocabulum eius Coeleth, quod graece appellatur ecclesiastes, latine concionator, quod ad populum loqueretur. Ionatha columbae donum. Absalon patris pax, per antiphrasin, eo quod bellum adversus patrem gesserit, sive quod in ipso bello ad placationem fuisse legitur filio. Ideo enim et magno cum dolore extinctum plangeret. Roboam latitudo populi, et ipsum per antiphrasin, quod decem tribubus ab eo separatis duae tantum ei relictae sint. Abia pater Dominus vel pater fuit. Asa tollens sive sustollens. Iosaphat Domini iudicium. Ioram qui est excelsus. Ochozias apprehendens Dominum. Athalia tempus Domini. Ioas spirans vel Domini robur. Amasias populum tollens. Ozias fortitudo Domini. Azarias auxilium Domini. Ozias autem ipse est qui et Zacharias, duplici nomine; ipse est qui illicitum sibi sacerdotium vindicare conatus lepra in fronte percussus est. Ioatham est perfectus. Pulchra ethymologia nominis hic. Fecit enim rectum in conspectu Domini, et portam templi aedificavit excelsam. Achaz apprehendens. Ezechias fortis Dominus. Manasses obliviosus. Peccata enim et scelera et sacrilegia dilexit, et oblitus fuerat Domini. Ammon fidelis vel honestus. Iosias ubi est incensum Domini, propria ethymologia nominis. Iste est enim qui simulachra combussit. Ioachaz robustus. Ioachim ubi est praeparatio. Eliachim Dei resurrectio. Iechonias praeparatio Domini. Sedechias iustus Domini. Ieroboam iudicatio, sive causa populi, vel, ut quidam aiunt, divisio interpretatur, pro eo quod in regno eius divisus sit populus Israel, et persistit a regno stirpis David. Divisionis enim populi causa iste extitit. Zambri psalmus vel canticum meum. Amri spirans meus. Achab frater patris. Iezabel fluxus sanguinis vel fluens sanguinem, vel melius est sterquilinium. Praecipitata enim deorsum, comederunt carnes eius canes, sic praedixerat Helyas: Et erunt utique carnes Iezabel sicut stercus super faciem. Ochozias apprehendens Dominum. Hieu ipse vel est. Ioacha robustus. Sella umbra eius vel periculum. Manaem consolans. Faceias aperiens. Nabuchodonosor prophetia lagunculae angustiae, sive prophetans in signum per somnium, scilicet futurorum, quod vidisse narratur et Daniel interpretatus est; sive sessio in agnitione angustiae propheticis, quibus in captivitate abducti sunt. Zorobabel apud Hebreos ex tribus integris nominibus traditur esse compositum: Zo iste, ro magister, babel propter Babiloniam sonat, et efficitur nomen Zorobabel iste magister de Babilone. In Babilone enim ortus est, ubi princeps gentis Iudaeae extitit.

De patriarchis.

Quorundam patriarcharum ethymologiae notandae sunt, ut sciatur quid in suo vocabulo resonent. Nam plerique eorum ex propriis causis nomina acceperunt. Patriarcha interpretatur patrum princeps. Archos enim graece princeps est. Abram primum vocatus est pater videns populum, propter Israhel tantum; scilicet postea appellatus est Abraham, quod interpretatur pater multarum gentium, quod erat adhuc per fidem futurum. Gentium autem non habet in nomine, sed subauditur, iuxta illud: Quia

VII. patrem multarum gentium posui te. Ysaac ex risu nomen accepit. Riserat enim pater quando ei promissus est, admirans in gaudio. Risit et mater quando per illos tres viros promissus est, dubitans in gaudio. Ex hac ergo causa nomen accepit. Ysaac interpretatur enim risus. Sciendum autem quod in veteri testamento absque ullo velamine nominibus suis antequam nascerentur vocati sunt: Ysmahel, Ysaac, Salomon, Iosias. Lege scripturas. Iacob supplantator interpretatur, sive quod in ortu plantam nascentis fratris apprehenderit, sive quod postea fratrem arte deceperit. Vnde et Esau dixit: Iuste vocatum est nomen eius Iacob; supplantavit enim me ecce secundo. Israhel vir videns Deum. Quod enim nomen accepit quando tota nocte luctatus est in certamine angeli, et oriente lucifero benedictus est. Inde ex praevisione Dei Israhel appellatus est, sicut et ipse ait: Vidi Dominum, et salva facta est anima mea. Ruben interpretatur visionis filius. Sic enim qui peperit eum Lya vocavit nomen eius, dicens: Quia vidit Deus humilitatem meam. Symeon auditio. Sic enim dixit Lya quando peperit eum: Quia exaudivit me Deus. Levi additus. Dixit enim Lya quando peperit eum, non ambigens de amore viri: Nunc mecum erit vir meus, quia peperi ei tres filios. Iuda confessio dicitur. Quando enim peperit eum Lya, laude Domino reddita dixit: Nunc super hoc confitebor Domino. Et ob id vocatum est Iuda. A confessione itaque nomen ei est dictum, quod est gratiarum actio. Ysachar interpretatur est merces. Iste quippe dictus est ab hac mercede. Hoc autem ideo quia mandragoris filii Ruben mercatum viri, quem Rachel debebat, ad se emerat Lya. Vnde et dum natus est, dixit Lya: Dedit Deus mercedem meam. Zabulon interpretatur habitaculum. Sextum enim hic filium genuerat Lya, propterea iam secura dixit: Habitabit mecum vir meus. Vnde et filio eius vocatus est habitaculum. Neptalim dilatatio sive comparatio; causa nominis eius est. Vnde et dixit Rachel, cum eum peperisset ancilla eius Bala: Habitare me fecit Deus habitatione cum sorore mea. Dan interpretatur iudicium. Bala enim dum eum peperisset, dixit Rachel domina eius: Iudicavit me Dominus et exaudiet, dedit mihi filium. Causa nominis expressit, ut ab eo quod iudicasset Dominus filio, illud nomen imponeret. Gad ab eventu sive procinctu vocatus est. Quando enim eum peperit Zelfa, dixit domina eius Lya: In fortuna, id est quod dicitur in procinctu vel eventu. Aser beatus dicitur. Dum enim peperisset eum Zelfa, dixit Lya: Beata ego, et beatificant me mulieres. Et ab eo quod beata dicta est, ex ethymologia nominis beatum vocavit. Ioseph ab eo quod sibi alium filium addi mater optavit, vocavit augmentum. Hunc Pharao sephenech appellavit, quod hebraice absconditorum repertorem sonat, pro eo quod obscura somnia revelavit et sterilitatem praedixit. Tamen quia hoc nomen ab Egyptio ponitur, ipsius linguae debet habere rationem. Interpretatur enim saphaneth egyptio sermone salvator

mundi, eodem orbe terrae abundantiam famis excidio liberavit. Beniamin interpretatur filius dexterae, quod est virtutis. Dextera enim appellatur iamin. Mater quippe eius moriens vocaverat nomen eius Benoni, id est filius doloris mei. Pater vero mutavit, filium dexterae nominans. Manasses dictus ab eo quod sic pater eius oblitus laborum suorum sit; ita enim hebraice vocatur oblivio. Effraim eo quod auxerit eum Deus; et ex hoc vocabulo in lingua nostra transfertur augmentum.

De prophetis

Quos gentilitas vates appellat, hos nostri prophetas vocant, quasi praefatores, quia porro fantur, et de futuris vera praedicunt. Qui autem a nobis prophetae, in Veteri Testamento videntes appellabantur, quia videbant ea quae ceteri non videbant, et prospiciebant quae in mysterio abscondita erant. Hinc est quod scriptum est in Samuele: Eamus ad videntem. Hinc Esaias: Vidi inquit Dominum sedentem super solium excelsum et elevatum. Et Ezechiel: Aperti sunt caeli, et vidi visiones Dei. Quorundam autem prophetarum ethymologiae nominum notandae sunt. Vocabula enim eorum satis ostendunt quid in futuris factis dictisque pronuntiassent. Helias interpretatur Dominus Deus. Ex futuro praesagio sic vocatus. Nam dum altercaretur in sacrificio cum quadringentis sacerdotibus Baal, invocato nomine Domini, descendit de caelo ignis super holocaustum. Quod cum vidisset omnis populus, cecidit in faciem suam et ait: Dominus ipse est Deus. Ex hac igitur causa tale prius nomen accepit, pro eo quod per eum plebs cognovit populus Dominum Deum. Idem et fortis Dominus interpretatur. Et ipse est qui interfecit eosdem sacerdotes. Et ipse est qui Achab adversitate toleravit. Helyseus salus Domini interpretatur. Vocabulum autem et idem ex futuro praesagio sortitus. Denique et multas virtutes fecit, et famem pellens populum a morte salvavit. Nathan dedit, sive dantis. Ysaias interpretatur salvator Domini. Et merito, salvatorem enim universarum gentium eiusque sacramenta amplius quam ceteri praedicat. Hieremias excelsus Domini, pro eo quod dictum est ei: Constitui te super gentes et regna. Ezechiel fortitudo Dei. Danihel iudicium Dei, sive quia in presbyterorum iudicio sententiam divinae examinationis exhibuit, dum reos falsitatis Susannam ab interitu liberavit; sive quod visiones et somnia quae aliis per signa quaedam et aenigmata futura monstrabant, sagaci mente discernens aperuit. Hic et desideriorum vir appellatus est, quia panem desiderii non manducavit, et vinum concupiscentiae non bibit. Osee salvator aut salvans. Dum enim in tempore Israel ob crimen ydolatriae prophetasset, domum Iuda salvandam annuntiavit. Ipse est quod Ezechias rex sublatis ydolis, quae praecedentes reges construxerant, templum Domini purgasse ac purificasse monstravit. Iohel Dominus Deus, sive incipiens Deo, vel fuit Dei. Huic enim vocabulo resonat ethymologia incerta. Amos populus avulsus. Propheta enim est ad populum Israel, qui iam avulsus erat a Domino, et aureis vitulis serviebat, sive avulsus a regno stirpis David. Naum germen sive consolator. Increpat enim civitatem sanguinum, et post eversionem illius consolatur Syon dicens: Ecce super montes pedes evangelizantis et adnuntiantis pacem. Abacuc amplexans, quia vel ex eo quod amabilis Domini vocatur amplexatio, vel quod in certamen cum Deo amplexatur, id est luctatur, sortitus est nomen. Nullus enim tam audaci voce ausus est Dominum ad disceptationem iustitiae provocare, cur in rebus humanis et mundi istius tanta rerum versaretur iniquitas. Micheas quis hic, vel quis iste. Sophonias speculum vel archanum Domini interpretatur. Utrumque aptum prophetae; ipsi enim sciunt mysteria Dei. Unde Ezechiel dicitur: Speculatorem posui domui Israel. Et alibi: Non faciet Dominus quicquam nisi revelaverit servis suis prophetis. Abdias servus Domini. Sicut enim Moyses famulus Domini et apostolus servus Christi, ita iste legatus ad gentes missus. Unde et pro meritis prophetali dignitate sic nuncupatur, et serviens inde servus Domini. Ionas interpretatur columba, sive dolens. Columba propter gemitum, quia in ventre ceti triduo fuit. Dolens autem vel propter ecclesiam quam habuit pro salute Ninivitarum, vel propter hederam subito arescentem, cuius umbraculo tegebatur contra solis ardorem. Ipse est et Amathi Sareptenae viduae filius, ut Iudaei affirmant, quem suscitavit Helias, matre postea ad eum dicente: Nunc cognovi quia vir Dei es tu, et verbum Dei in ore tuo verum est. Ob hanc causam ipse puer est Amathi vocatus. Amathi enim ex hebraeo in latinam linguam veritas dicitur. Et ex eo quod verum Helias locutus est, ille qui suscitatus est filius mulieris veritatis est vocatus. Zacharias memoria Domini. Septuagesimo enim anno desolationis templi completo, Zacharia praedicante memoratus est Dominus populi sui, iussuque Darii remissus est populus Dei, et reaedificata est urbs et templum. Aggeus in latinum festivus et laetus resonat. Destructum enim templum aedificandum prophetat, et post luctum captivitatis regressionis laetitiam praedicat. Malachias interpretatur angelus Domini, id est nuntius. Quicquid enim loquebatur, quasi a Domino venientia mandata, ita credebantur, et inde ei nomen LXX contulerunt dicentes: Assumptio verbi Domini super Israel in manu angeli eius. Esdras adiutor. Neemias consolator a Domino. Quorundam enim praesagio ista nomina sortita sunt. Fuere enim in adiutorium et consolationem omni illi populo redeunti a captivitate. Nam et templum Domini idem reaedificaverunt, et murorum atrium opera ipsi restauraverunt. Ananias gratia Dei interpretatur. Idem et Sydrac lingua chaldaea, quod interpretatur decorus meus. Azarias auxilium Domini. Idem et Abdenago, quod in latinum vertitur serviens taceo. Misahel qui populus Domini. Ipse et Misach, quod interpretatur risus, vel gaudium. Azia fortis. Semeia audiens Dominum. Asaph congregans. Idithun transiliens eos, sive saliens eos. Quosdam enim inhaerentes humo curvatos in terram, et ea quae infima sunt cogitantes, et in rebus transeuntibus spem ponentes, transilivit canendo iste, qui vocatur transiliens. Eman sapiens, vel fortitudo eorum. Ethan robustus. Barachia benedictus Domini, vel benedicit Dominus. Olda distincta sive ductriculum. Iudit laudans vel confitens. Hester absconsa. Zacharias memor Domini. Iohannes baptista Domini gratia, eo quod sicut finis prophetiae praeiret gratiae, sive initium baptismatis per quod gratia ministratur. Hi usque prophetae veteris novique testamenti, quorum finis Christus, cui dedit a patre et prophetam in gentibus dedit. Prophetiae autem genera sunt VII. Primum genus extasis, quod est mentis excessus, sicut vidit Petrus vas illud submissum de caelo in stupore mentis cum variis animalibus. Secundum genus visio, sicut apud Ysaiam dicentem: Vidi Dominum sedentem super solium excelsum. Tertium genus somnium, sicut Iacob subnixam in caelo scalam dormiens vidit. Quartum genus per nubem, sicut ad Moysen et ad Iob post plagam loquitur Deus. Quintum genus vox de caelo, sicut ad Abraham sonuit dicens: Ne inicias manum tuam in puerum. Et ad Saulum in via: Saule, Saule, quid me persequeris? Sextum genus accepta parabola, sicut apud Salomonem in proverbiis. Et apud Balaam, cum evocaretur a Balac. Septimum genus repletio Sancti Spiritus, sicut pene apud omnes prophetas. Alii tria genera visionum esse dixerunt. Unum secundum oculos corporis, sicut vidit Abraham tres viros sub ilice Mambre, et Moyses ignem in rubo, et discipuli transfiguratum Dominum in monte inter Moysen et Heliam, et cetera huiusmodi. Alterum secundum spiritum, quo imaginamur ea quae per corpus sentimus, sicut vidit Petrus discum illum submitti de caelo cum variis animalibus, et sicut Ysaias Deum in sede altissima non corporaliter sed spiritualiter vidit. Non enim Deum forma corporea circumscribit, sed quemadmodum figurate et non proprie multa dicuntur, ita et figurate et multa monstrantur. Tertium autem genus visionis est quod neque corporis sensibus neque illa parte animae qua corporalium rerum imagines capiuntur, sed per intuitum mentis quo intellecta conspicitur veritas, sicut Daniel praedicta mente vidit quod Balthasar viderat corpore, sine quo genere illa duo vel infructuosa sunt, vel etiam in errorem mittunt. Omnia tamen haec genera Spiritus Sanctus moderatur. Habet autem prophetia non solum bonos, sed et malos. Nam invenimus Saulem regem prophetasse. Persequebatur enim sanctum David, et impletus Spiritu Sancto prophetare coepit.

De apostolis

Apostoli missi interpretantur. Hos enim eorum nomen indicat. Nam sicut graece angeli, latine nuntii vocantur, ita graece apostoli, latine missi appellantur. Ipsos enim misit Christus evangelizare per universum mundum, ita ut quidam per Persas et Indos penetrarent docentes gentes, et facientes in nomine Christi magna et incredibilia miracula, ut attestantibus signis et prodigiis crederetur illis in his quae dicebant et videbant. Habent autem plerique ex his causis suorum vocabulorum. Petrus a petra nomen accepit, hoc est a Christo, super quem fundata est ecclesia. Non enim a Petro petra, sed Petrus a petra nomen sortitus est; sicut non Christus a christiano, sed christianus a Christo vocatur. Ideoque ait Dominus: Tu es Petrus, et super hanc petram aedificabo ecclesiam meam. Quia dixerat Petrus: Tu es Christus filius Dei vivi. Deinde ei Dominus: Super hanc petram quam confessus es, aedificabo ecclesiam meam. Petra enim erat Christus, super quod fundamentum etiam ipse aedificatus est Petrus. Cephas dictus eo quod in capite sit constitutus apostolorum. Cephale enim graece caput dicitur, et ipsum nomen in Petro syrum est. Symon Bariona in lingua nostra sonat filius columbae, et est nomen syrum pariter et hebraeum. Bar quippe syra lingua filius, iona hebraice columba. Utroque sermone dicitur Bariona. Alii simpliciter accipiunt quod Symon, id est Petrus, filius sit Iohannis, iuxta illam interrogationem: Symon Iohannis, diligis me? Et volunt scriptorum vitio depravatum, ut pro Bariohanna, hoc est filius Iohannis, Bariona scriptum sit, una detracta syllaba. Iohanna autem interpretatur Domini gratia. Trifarie ergo cognominatus est: Petrus, Cepha, et Symon Bariona. Symon autem hebraice interpretatur audiens. Saulus hebraeo sermone temptatio dicitur, eo quod primum in temptatione ecclesiae sit versatus. Persecutor enim erat. Unde et istud nomen habebat quando persequebatur christianos. Postea mutato nomine de Saulo factus est Paulus, quod interpretatur mirabilis, sive electus. Mirabilis quia multa signa fecit, vel quia ab Hierusalem usque ad Illyricum evangelium Christi in omnibus gentibus praedicavit. Electus, sicut in Actibus apostolorum Spiritus Sanctus dicit: Segregate mihi Barnaban et Paulum ad opus quod elegi eos. Latino autem sermone Paulus a modico dictus. Unde et ipse ait: Ego sum minimus omnium apostolorum. Quando enim Saulus, superbus, elatus; quando Paulus, humilis, modicus. Ideo sic loquimur: Paulo post videbo te, id est post modicum. Nam quia modicus factus est, ipse dicit: Ego sum novissimus apostolorum. Et alibi: Mihi minimo omnium sanctorum. Cephas autem et Saulus ideo mutato nomine sunt vocati, ut etiam ipsi in nomine novi fierent, sicut Abraham et Sara. Andreas frater Petri carne et coheres gratiae. Secundum hebraeam ethymologiam interpretatur decorus, sive respondens; sermone autem graeco a viro virilis appellatur. Iohannes interpretatur Dei gratia, vel in quo est gratia, vel Domini gratia. Dilexit enim eum prae ceteris apostolis Iesus. Iacobus Zebedei cognominatus ad distinctionem alterius Iacobi, qui cum fratre suo Iohanne Boanerges, id est filii tonitrui, a firmitate et magnitudine fidei nominatus est. Hic est Iacobus filius Zebedei frater Iohannis, qui post ascensionem Domini ab Herode tetrarcha occisus est. Iacobus Alfei ob distinctionem prioris cognominatus est filius Alfei. Cognoverunt quod ambo a patre nuncupantur. Iste est Iacobus minor, qui in evangelio frater Domini nominatur, quia Maria uxor Alfei soror fuit matris Domini, quam Mariam Cleophae Iohannes evangelista cognominat, a patre sive a gentilitate familiae, aut quacumque alia causa ei nomen imponens. Alfeus autem hebraeo sermone in latino exprimitur millesimus sive doctus. Philippus os lampadarum vel os manuum. Thomas abyssus vel geminus. Unde et graece Didymus appellatur. Bartholomeus filius suspendentis aquas, vel filius suspendentis me. Syrum est, non hebraeum. Mattheus ex hebraeo donatus exprimitur. Idem et appellatus Levi ex tribu ex qua ortus fuit. In latino autem ex opere publicani nomen accepit, quia ex publicanis fuit electus et in apostolatum translatus. Symon Chananeus ad distinctionem Symonis Petri, de vico Galilaeae Chana, ubi aquas Dominus in vinum mutavit. Ipse est qui in alio evangelista scribitur Zelotes. Chana quippe zelus interpretatur. Iudas Iacobi, qui alibi appellatur Lebbeus, figuratum nomen habens a corde, quem nos diminutive corculum possumus appellare. Ipse in alio evangelista Thadeus scribitur, quem ecclesiastica tradit historia missum Edessam ad Abgarum regem. Iudas Scarioth vel a vico in quo ortus est, vel ex tribu Ysachar vocabulum sumpsit, quodam praesagio futuri in condemnationem sui. Ysachar enim interpretatur merces, ut significaretur pretium proditoris quo vendidit Dominum, sicut scriptum est: Appenderunt mercedem meam XXX argenteos. Mathias, qui inter apostolos sine cognomine solus habetur, interpretatur donatus, ut subaudiatur pro Iuda. Ipse enim in locum eius electus est ab apostolis cum praedicationis sortem mitterent. Marcus excelsus mandato, utique propter evangelium altissimi quod praedicavit. Lucas ipse consurgens sive elevans. Barnabas filius prophetae, vel filius consolationis.

De reliquis in evangelio nominibus

Maria illuminatrix sive stella maris. Genuit enim lumen mundi. Sermone autem syro Maria domina nuncupatur. Et pulchre, quia dominum genuit. Elizabeth Dei mei saturitas, vel Dei mei iuramentum. Magdalene turrensis. Martha irritans vel provocans; sermone autem syro interpretatur dominans. Nathanael donum Dei. Zebedeus donatus sive fluens. Zacheus iustificatus aut iustificandus; syrum est, non hebraeum. Lazarus adiutus. Herodes pellicius gloriosus. Cayphas investigator, aut sagax, aut vomens ore. Investigator quia ore suo iniuste condemnavit Christum, licet prophetice annuntians. Pontius declinans consilium Iudaeorum. Accepta enim aqua lavit manus suas dicens: Innocens ego sum a sanguine iusti huius. Pilatus os malleatoris. Barrabas filius magistri eorum, absque dubio Iudaeorum magistri, qui est diabolus homicidarum auctor.

De martyribus

Martyres graeca lingua, latine testes dicuntur. Unde et testimonium martyrium nuncupatur. Testes autem ideo vocati, quia propter testimonium Christi passiones sustinuerunt, et usque ad mortem pro veritate certaverunt. Quod autem non testes, quod verbum est latinum, sed graece martyres appellamus, familiarius ecclesiae auribus hoc graecum verbum sonat, sicut et multa graeca nomina quae pro latinis utimur. Martyrum primus in novo testamento Stephanus fuit, qui hebraeo sermone interpretatur norma, quod prior fuerit in martyrio ad imitationem fidelium. Idem autem ex graeco sermone in latinum coronatus sonat. Et hoc prophetice, ut quod sequeretur in re, nomen ante futurum in vocabulo resonaret. Passus est enim et quod vocabatur accepit. Stephanus enim corona graece dicitur: humiliter lapidatus, sed sublimiter coronatus. Duo sunt autem genera martyrii, unum in aperta passione, alterum in occulta animi virtute. Nam multi hostis insidias tolerantes, et cunctis carnalibus desideriis resistentes, per hoc quod se omnipotenti Deo in corde mactaverunt, etiam pacis tempore martyres facti sunt, qui etiam si persecutionis tempus extitisset, martyres esse potuerunt.

De clericis

Cleros et clericos hinc appellatos, quia Mathias sorte electus est, quem primum per apostolos legimus ordinatum. Cleros enim graece sors vel hereditas dicitur. Propterea ergo dicti clerici, quia de sorte sunt Domini, vel quia partem Dominum habent. Generaliter autem clerici nuncupantur omnes qui in ecclesia Christi deserviunt, quorum gradus et nomina haec sunt: Ostiarius, psalmista, lector, exorcista, acolitus, subdiaconus, diaconus, presbyter, episcopus. Ordo episcoporum quadripertitus est, in patriarchis, archiepiscopis, metropolitanis atque episcopis. Patriarcha graeca lingua summus patrum interpretatur, quia primum, id est apostolicum, teneat locum; et ideo quia summo honore fungitur, tali nomine censetur, sicut Romanus, Antiochenus et Alexandrinus. Archiepiscopus graeco vocabulo quod sit summus episcoporum. Tenet enim vicem apostolicam, et praesidet tam metropolitanis quam ceteris episcopis. Metropolitani autem a mensura civitatum vocati. Singulis enim provinciis praeeminent, quorum auctoritati et doctrinae ceteri sacerdotes subiecti sunt, sine quibus nihil reliquos episcopos agere licet. Sollicitudo enim totius provinciae ipsis commissa est. Omnes autem superius designati ordines uno eodemque vocabulo episcopi nominantur. Sed ideo privato nomine quidam utuntur propter distinctionem potestatum quam singulariter acceperunt. Patriarcha pater principum. Archon enim princeps. Archiepiscopus princeps episcoporum. Sic metropolitanus. Episcopatus autem vocabulum inde dictum, quod ille qui superefficitur superintendat, curam scilicet gerens subditorum. Scopin enim latine intendere dicitur. Episcopi autem graece, latine speculatores interpretantur. Nam speculator est praepositus in ecclesia, dictus eo quod speculetur atque praespiciat populorum infra se positorum mores et vitam. Pontifex princeps sacerdotum est, quasi via sequentium. Ipse et summus sacerdos, ipse et pontifex maximus nuncupatur. Ipse enim efficit sacerdotes atque levitas, ipse omnes ecclesiasticos ordines disponit, ipse quod unusquisque facere debeat ostendit. Antea autem pontifices et reges erant. Nam maiorum haec erat consuetudo, ut rex esset et sacerdos et pontifex. Unde et Romani imperatores pontifices dicebantur. Vates autem a vi mentis appellatus est, cuius significatio multiplex est. Nam modo sacerdotem, modo prophetam significat, modo poetam. Antistes sacerdos dictus ab eo quod ante stat. Primus est enim in ordine ecclesiae, et supra se nullum habet. Sacerdos autem nomen habet compositum ex graeco et latino, quasi sacrum dans. Sicut enim rex a regendo, ita sacerdos a sacrificando vocatus est. Consecrat enim et sanctificat. Sacerdotes autem gentilium flamines dicebantur. Hi in capite habebant pilleum, in quo erat brevis virga desuper habens lanae aliquid. Quod cum per aestum ferre non possent, filo tantum capita religare coeperunt. Nam nudis eos penitus capitibus incedere nefas erat. Unde a filo quo utebantur flamines dicti sunt, quasi filamines.

... dr. doxo gle. h e mr recte gle. Quo noie n poc uocari q alit uiuit q credit.
Neophit gce latine nouellus & rudis fidei q nup renat in xpianit poi.
Cathecumin dic pro q adhuc doctina fidei audit, nec du tam baptism
recep. Na cathecumin gce auditor int. Competens uocat qa p instru
ctione fidei copetit gram xpi. Ina & a petendo copetens uocat. Laic
ppulari. Laos n gce ppls dr. Pselit i aduena & circiscisus q miscebat ppto di ...

De monachis.

De ceteris fidelium nominibus.

INCP. LIB. VIII. DE ECCLA ET SYNAGOGA.

ECCLESIA GRECU E.

qd in latinu uertit conuocatio, pp q oms ad se uocet. Ca
tholica uniusal ... Non enim
sic conuenticula heretico, i aliqb; regionu ptib; co
arctat. s; p totu terrar orbe dilatata diffundit. Qd
& apls approbat ad romanos dics. Gras ago deo meo
p omib; uob qa fides ura annunciat i uniuerso mdo. 213.

De religione & fide.

De heresi & scismate.

De heresib; iudeorum.

De heresib; xpianor.

meruisse, eaque causa factum fuisse mundum. Noetiani a quodam Noeto vocati, qui dicebant Christum eundem esse et Patrem et Spiritum sanctum, ipsamque Trinitatem in officiorum nominibus, non in personis accipiunt. Unde et Patripassiani vocantur, quia Patrem passum dicunt. Sabelliani ab eodem Noeto pullulasse dicuntur, cuius discipulum perhibent fuisse Sabellium, ex cuius nomine maxime innotuerunt. Unde et Sabelliani vocati sunt. Hi unam personam Patris et Filii et Spiritus sancti adstruunt. Ariani ab Ario Alexandrino presbytero orti sunt, qui coaeternum Patri Filium non agnoscens, diversas in Trinitate substantias asserit, contra illud quod ait Dominus: Ego et Pater unum sumus. Macedoniani a Macedonio Constantinopolitano episcopo dicti sunt, negantes Deum esse Spiritum sanctum. Apollinaristae ab Apollinare vocati sunt, dicentes Christum corpus tantummodo sine anima suscepisse. Antidicomaritae appellati sunt pro eo quod Mariae virginitati contradicunt, asserentes eam post Christum natum viro suo fuisse commixtam. Metangismonitae ideo tale nomen acceperunt, quia angos Graece vas dicitur. Asserunt enim sic esse in Patre Filium, tamquam vas minus intra vas maius. Patriciani a quodam Patricio nuncupati sunt, qui substantiam humanae carnis a diabolo conditam dicunt. Coluthiani a quodam Colutho nominati, qui dicunt Deum non facere mala, contra illud quod scriptum est: Ego Dominus creans mala. Floriani a Florino, qui e contrario dicunt Deum creasse mala, contra hoc quod scriptum est: Fecit Deus omnia bona. Donatistae a Donato quodam Afro nuncupati, qui de Numidia veniens totam pene Africam sua persuasione decepit, asserens minorem Patre Filium, et minorem Filio Spiritum sanctum, et rebaptizans catholicos. Bonosiaci a Bonoso quodam episcopo exorti perhibentur, qui Christum Filium Dei adoptivum, non proprium asserunt. Circumcelliones dicti eo quod agrestes sint, quos Cotopitas vocant, supradictae haeresis habentes doctrinam. Hi amore martyrii semetipsos perimunt, ut violenter de hac vita discedentes martyres nominentur. Priscillianistae a Priscilliano vocati, qui in Hispania ex errore Gnosticorum et Manichaeorum permixtum dogma composuit. Luciferiani a Lucifero Sirmiensi episcopo orti, qui episcopos catholicos, qui Constantii persecutione perfidiae Arrianorum consenserant, et postea correcti redire in catholicam delegerant, damnantes sive quod crediderant, sive quod se credidisse simulaverant, quos Ecclesia catholica materno recepit sinu, tamquam Petrum post fletum negationis. Hanc illi matris caritatem superbe accipientes, eosque recipere nolentes, ab Ecclesiae communione recesserunt, et cum ipso Lucifero auctore suo, qui mane oriebatur, cadere meruerunt. Iovinianistae a Ioviniano quodam monacho dicti, asserentes nullam nuptarum et virginum esse distantiam, nullumque inter abstinentes et simpliciter epulantes esse discrimen. Elvidiani ab Elvidio nominati, qui dicunt post natum Christum alios Mariam filios de viro Ioseph peperisse. Paterniani a Paterno quodam exorti, qui inferiores corporis partes a diabolo factas opinantur. Arabici nuncupati eo quod in Arabia exorti sunt, dicentes animam cum corpore mori, atque utrumque in novissimo resurgere. Tertullianistae a Tertulliano presbytero Africano provinciae civitatis Carthaginensis, animam immortalem esse, sed corpoream praedicantes, et animas hominum peccatorum post mortem in daemones verti putantes. Tessarescaedecatitae dicti, quod XIV luna Pascha cum Iudaeis observandum contendunt. Nam tessares quattuor, deca decem significat. Nyctages a somno nuncupati, quod vigilias noctis respuant, superstitionem esse dicentes iura temerare divina, qui noctem ad requiem tribuit. Pelagiani a Pelagio monacho exorti. Hi liberum arbitrium divinae gratiae anteponunt, dicentes sufficere voluntatem ad implenda iussa divina. Nestoriani a Nestorio Constantinopolitano episcopo nuncupati, qui beatam virginem Mariam non Dei, sed hominis tantummodo, asserit genitricem, ut aliam personam carnis, aliam faceret deitatis; nec unum Christum in verbo Dei et carne credidit, sed separatim atque seiunctim alterum Filium Dei, alterum hominis praedicavit. Eutychiani dicti ab Eutyche Constantinopolitano abbate, qui Christum post humanam assumptionem negavit existere de duabus naturis, sed solam in eo asseruit esse divinam naturam. Acephali dicti, id est sine capite, quem sequantur haeretici. Nullus enim eorum reperitur auctor, a quo exorti sunt. Hi trium Chalcedonensium capitulorum impugnatores, duarum in Christo substantiarum proprietatem negant, et unam in eius persona naturam praedicant. Theodosiani et Gaianitae appellati a Theodosio et Gaiano, qui temporibus Iustiniani principis in Alexandria populi perversi electione uno die sunt ordinati episcopi. Hi errores Eutychetis et Dioscori sequentes, Chalcedonense concilium respuunt; ex duabus unam in Christo naturam asserentes, quam Theodosiani corruptam, Gaianitae incorruptam contendunt. Agnoitae et Theomitae a Theodosianis exorti sunt, ex quibus Agnoitae ab ignorantia dicti, quia perversitati a qua exorti sunt id adiciunt, quod Christi divinitas ignoret futura quae sunt scripta de die et hora novissima, non recordantes Christi persona in Esaia loquentis: Dies iudicii in corde meo. Tritheitae vero vocati, quia sicut tres personas in Trinitate, ita quoque tres adstruunt deos esse, contra illud quod scriptum est: Audi Israel, Dominus Deus tuus Deus unus est. Sunt et aliae haereses sine auctore et sine nominibus; ex quibus aliae triformem putant esse Deum, aliae Christi divinitatem passibilem dicunt, aliae Christi de Patre nativitati initium dant temporis, aliae liberationem hominum apud inferos factam Christi descensione non credunt, aliae animam imaginem Dei negant, aliae animas converti in daemones et in quaecumque animalia existimant, aliae de mundi statu dissentiunt, aliae innumerabiles mundos opinantur, aliae aquam coaeternam Deo faciunt, aliae nudis pedibus ambulant, aliae cum hominibus non manducant. Haec sunt haereses adversus catholicam fidem exortae, et ab apostolis et a sanctis Patribus vel conciliis praedamnatae. Quae dum inter se multis erroribus divisae invicem sibi dissentiant, communi tamen nomine adversus Ecclesiam Dei conspirant. Sed et quicumque aliter Scripturam sanctam intelligit quam sensus Spiritus sancti flagitat, a quo conscripta est, licet de Ecclesia non recesserit, tamen haereticus appellari potest.

Philosophi Graeca appellatione vocantur, qui Latine amatores sapientiae interpretantur. Est enim philosophus qui divinarum et humanarum rerum scientiam habet, et omnem bene vivendi tramitem tenet. Nomen philosophorum primum a Pythagora fertur exortum. Nam dum antea Graeci veteres sophistas, id est sapientes aut doctores sapientiae semet ipsos iactanti nomine vocarent, iste interrogatus quid profiteretur, verecundo nomine philosophum, id est amatorem sapientiae se esse respondit, quoniam sapientem profiteri arrogantissimum videbatur. Sed deinceps posteris placuit, ut quantalibet de rebus ad sapientiam pertinentibus doctrina quisque vel sibi vel aliis videretur excedere, non nisi philosophus vocaretur. Idem autem philosophi triplici genere dividuntur: nam aut physici, aut ethici, aut logici. Physici dicti, quia de naturis tractant. Natura enim apud physis Graece vocatur. Ethici, quia de moribus disputant. Mores enim apud Graecos ethos appellantur. Logici autem, quia in naturis et moribus rationem adiungunt. Ratio enim Graece logos dicitur. Divisi sunt autem et hi in haeresibus suis, habentes quidam nomina ex auctoribus, ut Platonici, Epicurei, Pythagorici. Alii a locis conventiculorum et stationum suarum, ut Peripatetici, Stoici, Academici. Platonici a Platone philosopho dicti. Hi enim animarum creatorem esse Deum, corporum angelos asserunt; per multos annorum circulos in diversa corpora redire animas dicunt. Stoici a loco dicti. Porticus enim fuit Athenis, quam ΠΟΙΚΙΛΗΝ ΣΤΟΑΝ appellabant, in qua picta erant gesta sapientium atque virorum fortium historiae. In hac porticu sapientes philosophabantur, ex qua et Stoici dicti sunt. Graece enim porticus stoa dicitur. Haec secta primum a Zenone instituta. Hi negant sine virtute effici quemquam beatum. Omne peccatum uniforme asserere dicentes: Sic ille nocens erit, qui paleas furatus erit, quam qui aurum; qui mergum occiderit, quam qui equum. Non enim animal crimen, sed animus facit. Hi et animam cum corpore perire dicunt, animam quoque virtute continentiae esse dicunt. Afficiunt gloriam etiam cum se fateantur non esse aeternos. Academici appellati a villa Platonis Academia Athenarum, ubi idem Plato docebat. Hi omnia in incerta opinantur, sed sicut fatendum est multa incerta et occulta esse, quae voluit Deus intelligentiam hominis excedere, sic tamen plurima esse quae possint et sensu percipi et intelligentia comprehendi. Haec secta ab Arcesila inventa, reperto philosopho, cui sectatus fuit Democritus, qui dixit tamquam in puteo alto ita in fundo nullus sit, veritatem in occulto iacere invenire. Peripatetici a deambulatione dicti, eo quod Aristoteles auctor eorum deambulans disputare solitus erat. Hi dicunt quandam particulam animae esse aeternam, de reliqua magna ex parte mortalem. Cynici ab inmunditia inpudentiae nuncupati. Contra enim humanam verecundiam in propatulo coire cum coniugibus eis mos erat, censentes licitum honestumque esse palam cum uxoribus concumbere, quia coniugium iustum est; publice id praedicantes agendum esse in vicis vel plateis. Unde et a canibus, quorum vitam imitabantur, et vocabulum traxerunt. Epicurei dicti ab Epicuro quodam philosopho amatore vanitatis, non sapientiae, quem etiam ipsi philosophi porcum nominaverunt, quia se volutans in caeno carnali, voluptatem corporis summum bonum asserens.

Qui etiam dixit nulla divina providentia instructum esse aut regi mundum, sed originem rerum atomis, id est inseparabilibus ac solidis corporibus, assignavit, quorum fortuitis concursionibus universa nascantur et nata sunt. Asserunt autem Deum nihil agere; omnia constare corporibus; animam nihil aliud esse quam corpus. Unde et dixit: Non ero postea quam mortuus fuero. Gymnosophistae nudi per opacas Indiae solitudines perhibentur philosophari, adhibentes tantum genitalibus tegmina. Gymnus enim Graece dicitur nudus. Hi et a gignendo se cohibent. Theologi autem idem sunt qui et physici. Dicti autem theologi, quoniam in scriptis suis de Deo dixerunt. Quorum varia opinio, quid Deus esset, diu quaereretur. Quidam enim corporeo sensu hunc mundum visibilem et invisibilem elementis dixerunt, ut Dionysii Stoici. Alii vero spiritalem intellexerunt, mentemque Deum vocalesque fuisse. Quidam animum in omnibus commanentem et lucidum, ut Pythagoras. Quidam Deum sine tempore incommutabilem, ut Plato. Quidam mentem solidam, ut Cicero. Quidam et spiritum, ut Maro et Varro. Invenerunt enim solum unum Deum, non ut invenerunt exposuerunt, quia evanuerunt in cogitationibus suis. Dicentes enim se esse sapientes stulti facti sunt. Platonici quidem Deum curatorem et arbitrum et iudicem asserunt. Epicurei otiosum et inexercitatum. De mundo autem Platonici affirmant incorporalem, Stoici autem corporalem. Epicurus ex atomis, Pythagoras ex numeris, Heraclitus ex igne. Unde et Varro ignem mundi animum dicit, proinde quod in mundo ignis omnia, sic animus in nobis. Quam vanissime. Quietum inquit in nobis ipsis fuimus cum exterritum. Ergo et ignis cum desinit in mundo perfulgere, perficitur mundus et moritur. Hi philosophorum errores etiam in Ecclesiam induxerunt haereses. Inde aeonas et formas nescio quas, inde apud Arrium Trinitas nominis, et apud Valentinum Platonicus furor. Inde Marcionis Deus melior de tranquillitate a Stoicis exierat, et ut anima interire dicatur, Epicurus observat; et ut carnis restitutio negetur, de vana omnium philosophorum schola sumitur; et ubi materia cum Deo aequatur, Zenonis disciplina est; et ubi quid de igneo Deo legitur, Heraclitus intervenit. Eadem materia apud haereticos et philosophos volutatur, idem retractatus implicatus.

Poetae unde sint dicti sic ait Tranquillus: Cum primum homines exuta feritate rationem vitae habere coepissent, seque ac deos suos nosse, cultum modicum ac sermonem necessarium commenti sibi, utriusque magnificentiam ad religionem deorum suorum excogitaverunt. Igitur ut templa illis domibus pulchriora et simulacra corporibus ampliora faciebant, ita eloquio etiam quasi augustiore honorandos putaverunt, laudesque eorum et verbis illustrioribus et iucundioribus numeris extulerunt. Id genus quia forma quadam efficitur, quae poiotes dicitur, poema vocitatum est, eiusque fictores poetae. Vates a vi mentis appellatos Varro auctor est; vel a viendis carminibus, id est flectendis, hoc est modulandis; et proinde poetae Latine vates olim, et scripta eorum vaticinia dicebantur, quod vi quadam et quasi vesania in scribendo commoverentur; vel quod modis verba conecterent, viere antiqui pro vincire ponentibus. Etiam et pro furore. Diuini eodem etiam nomine, quia et ipsi pleraque versibus efferebant. Lyrici poetae a apo tou lyrin, id est a varietate carminum. Unde et lyra dicta. Tragoedi dicti, quod initio canentibus praemium erat hircus, quem Graeci tragos vocant. Unde et Horatius: Carmine qui tragico vilem certavit ob hircum. Iam dehinc sequentes tragici multum honorem adepti sunt, excellentes in argumentis fabularum ad veritatis imaginem fictis. Comoedi appellati sive a loco, quia circum pagos agebant, quos Graeci comas vocant, sive a comissatione. Solebant enim post cibum homines ad eos audiendos venire. Sed comici privatorum hominum praedicant acta; tragici vero res publicas et regum historias. Item tragicorum argumenta ex rebus luctuosis sunt; comicorum ex rebus laetis. Duo sunt autem genera comicorum, id est veteres et novi. Veteres, qui et ioco ridiculares extiterunt, ut Plautus, Accius, Terentius. Novi, qui et Satirici, a quibus generaliter vitia carpuntur, ut Flaccus, Persius, Iuvenalis vel alii. Hi enim universorum delicta corripiunt, nec vitabatur eis pessimum quemque describere, et cuiuslibet peccata moresque reprehendere. Unde et nudi pinguntur, eo quod per eos vitia singula denudentur. Satirici autem dicti, sive quod pleni sint omni facundia, sive a saturitate et copia; de pluribus enim simul rebus loquuntur; seu ab illa lance quae diversis frugum vel pomorum generibus ad templa gentilium solebat deferri; aut a satyris nomen tractum, qui inter ebrietatem et procacitatem veniam habent. Quidam autem poetae theologi dicti sunt, quoniam de diis carmina faciebant. Officium autem poetae in eo est ut ea quae vere gesta sunt in alias species obliquis figurationibus cum decore aliquo conversa transducat. Unde et Lucanus ideo in numero poetarum non ponitur, quia videtur historias composuisse, non poema. Apud poetas autem tres characteres esse dicendi: unum, in quo tantum poeta loquitur, ut est in libris Vergilii Georgicorum; alium dramaticum, in quo nusquam poeta loquitur, ut est in comoediis et tragoediis; tertium mixtum, ut est in Aeneide. Nam poeta illic et introductae personae loquuntur.

Sibyllae generaliter omnes feminae dicuntur vates lingua Graeca. Nam σιός Aeolico sermone deus, βουλή Graeci mentem nuncupant, quasi dei mentem. Proinde igitur quia divinam voluntatem hominibus interpretari solebant, sibyllae nominatae sunt. Sicut enim omnis vir propheta vel vates dicitur vel propheta, ita omnis femina prophetans sibylla vocatur. Quod nomen ex officio, non ex proprio vocabulo est. Decem autem sibyllae a doctissimis auctoribus fuisse traduntur. Quarum prima de Persis fuit, secunda Libyca, tertia Delphica, in templo Delphici Apollinis genita, quae ante Troiana bella vaticinata est, cuius plurimos versus operi suo Homerus inseruit. Quarta Cimmeria in Italia. Quinta Erythraea nomine Herophila, in Babylone orta, quae Graecis Ilium petentibus vaticinata est perituram esse Troiam, et Homerum mendacia scripturum. Dicta autem Erythraea, quia in eadem insula eius inventa sunt carmina. Sexta Samia, quae Phemonoe dicta est, a Samo insula, unde fuit cognominata. Septima Cumana, nomine Amalthea, quae novem libros attulit Tarquinio Prisco, in quibus erant decreta Romana conscripta. Ipsa est et Cimea, de qua Vergilius: Ultima Cymaei venit iam carminis aetas. Dicta autem Cumana a civitate Cumas, quae est in Campania, cuius sepulchrum in Sicilia adhuc manet. Octava Hellespontica, in agro Troiano nata, quae scribitur Solonis et Cyri fuisse temporibus. Nona Phrygia, quae vaticinata est Ancyrae. Decima Tiburtina, nomine Albunea. Quarum omnium carmina efferuntur, in quibus de deo et de Christo et de gentibus multa scripsisse manifestissime comprobantur. Celebrior autem inter ceteras ac nobilior Erythraea perhibetur.

Magorum primus Zoroastres rex Bactrianorum, quem Ninus rex Assyriorum proelio interfecit; de quo Aristoteles scribit quod vicies centum milia versuum ab ipso condita indiciis voluminum eius declarentur. Hanc artem multa post saecula Democritus ampliavit, quando et Hippocrates medicinae disciplina effloruit. Apud Assyrios autem magicae artis copiosi sunt, testante Lucano: Quis noscere fibras, quis garrire, quis praesagire, quis fulgura caeli servet et Assyria scrutetur sidera cura. Itaque haec vanitas magicarum artium ex traditione angelorum malorum in toto terrarum orbe plurimis saeculis valuit. Per quandam scientiam futurorum et infernorum et invocationes eorum inventa sunt aruspicina, augurationes, et ipsa quae dicuntur oracula et necromantia. Nec mirum de magorum praestigiis, quorum in tantum prodiere maleficiorum artes, ut etiam Moysi simillimis signis resisterent, vertentes virgas in dracones, aquas in sanguinem. Fertur et quaedam maga famosissima Circe, quae socios Ulixis mutavit in bestias. Legitur et de sacrificio quod Arcades deo suo Lyceo immolabant, ex quo quicumque sumerent in bestiarum formas convertebantur. Hinc apparet non esse in toto dubium quod nobilis ille poeta scribit de quadam femina, quae magicis artibus excellebat: Haec se carminibus promittit solvere mentes quas velit, ast aliis duras inmittere curas; sistere aquam fluviis, et vertere sidera retro; nocturnosque ciet manes; mugire videbis sub pedibus terram, et descendere montibus ornos. Quid plura? Si credere fas est, de pythonissa, ut prophetae Samuelis animam de inferni abditis evocaret, et vivorum praesentaret conspectibus, si tamen animam prophetae fuisse credamus, et non aliquam phantasticam illusionem Satanae fallacia factam. Prudentius quoque de Mercurio sic ait: Traditur extinctas sumpto moderamine virgae in lucem revocasse animas. Alias damnasse, id est in Tartara praecipitasse. Item paulo post: Murmure nam magico tenues excire figuras atque sepulchrales scite incantare favillas. Vita itidem spoliare alios ars noxia novit. Magi sunt qui vulgo malefici ob facinorum magnitudinem nuncupantur. Hi et elementa concutiunt, turbant mentes hominum, ac sine ullo veneni haustu violentia tantum carminis interimunt. Unde et Lucanus: Mens hausti nulla

fame polluti veneni, incantatione daemonibus enim accitis audent ventilare ut quisque suos perimat malis artibus inimicos. Hi etiam sanguine utuntur et victimis, et saepe contingunt corpora mortuorum. Necromantii sunt quorum praecantationibus videntur resuscitati mortui divinare, et ad interrogata respondere. Nekros enim graece mortuus, mantia divinatio nuncupatur. Ad quos suscitandos cadaveri sanguis adicitur. Nam amare daemones sanguinem dicitur. Ideoque quotiens necromantia fit, cruor aquae miscetur, ut colore sanguinis facilius provocentur. Hydromantii ab aqua dicti. Est enim hydromantia in aquae inspectione umbras daemonum evocare, et imagines vel ludificationes eorum videre, ibique ab eis aliqua audire, ubi adhibito sanguine etiam inferos perhibentur sciscitari. Quod genus divinationis a Persis fertur allatum. Varro dicit divinationis quattuor esse genera, terram, aquam, aerem, et ignem. Hinc geomantiam, hydromantiam, aeromantiam, pyromantiam dicta constat. Divini dicti quasi deo pleni; divinitate enim se plenos adsimulant, et astutia quadam fraudulenta hominibus futura coniectant. Duo autem sunt genera divinationis: ars et furor. Incantatores dicti sunt qui artem verbis peragunt. Arioli dicti, propter quod circa aras idolorum nefarias preces emittunt, et funesta sacrificia offerunt, hisque celebritatibus daemonum responsa accipiunt. Haruspices nuncupati quasi horarum inspectores. Dies enim et horas in agendis negotiis operibusque custodiunt, et quid per singula tempora observare debeat homo intendunt. Hi etiam exta pecudum inspiciunt, et ex eis futura praedicunt. Augures sunt qui volatus avium et voces intendunt, aliaque signa rerum vel observationes inprovisas hominibus occurrentes. Idem et auspices. Nam auspicia sunt quae iter facientes observant. Dicta sunt autem auspicia quasi avium aspicia, et auguria quasi avium garria, hoc est avium voces et linguae. Item augurium quasi avigerium, quod aves gerunt. Duo sunt autem genera auspiciorum: unum ad oculos, alterum ad aures pertinens. Ad oculos scilicet volatus; ad aures vox avium. Pythonissae a Pythio Apolline dictae, quod is auctor fuerit divinandi. Astrologi dicti eo quod in astris auguriantur. Genethliaci appellati propter natalium considerationes dierum. Geneses enim hominum per duodecim caeli signa describunt, siderumque cursu nascentium mores, actus, et eventa praedicare conantur, id est quis quali signo fuerit natus, aut quem effectum habeat vitae qui nascitur. Hi sunt qui vulgo mathematici vocantur. Cuius superstitionis genus constellationes Latini vocant, id est notationes siderum, quomodo se habeant cum quisque nascitur. Primum autem idem stellarum interpretes magi nuncupabantur, sicut de his legitur qui in Evangelio natum Christum annuntiaverunt; postea hoc nomine soli mathematici. Cuius artis scientia usque ad Evangelium fuit concessa, ut Christo edito nemo exinde nativitatem alicuius de caelo interpretaretur. Horoscopi dicti quod horas nativitatis hominum speculantur dissimili et diverso fato. Sortilegi dicti sunt qui sub nomine fictae religionis per quasdam, quas sanctorum sortes vocant, divinationis scientiam profitentur, aut quarumcumque scripturarum inspectione futura promittunt. Salisatores vocati sunt, quia dum eis membrorum quaecumque partes salierint, aliquid sibi exinde prosperum seu triste significare praedicunt. Ad haec omnia pertinent et ligaturae execrabilium remediorum, quae ars medicorum condempnat, sive in praecantationibus, sive in characteribus, vel in quibuscumque rebus suspendendis atque ligandis. In quibus omnibus ars daemonum est ex quadam pestifera societate hominum et angelorum malorum exorta. Unde cuncta vitanda sunt a Christiano, et omni penitus execratione repudianda atque dampnanda. Auguria autem avium Phryges primi invenerunt. Praestigium vero Mercurius primus dicitur invenisse. Dictum autem praestigium, quod praestringat aciem oculorum. Aruspicinae autem primum ex Tuscis tradidisse dicitur quidam Tages. Hic ex horis aruspicinam dictavit, et postea non apparuit. Nam dicitur fabulose, arante quodam rustico, subito hunc ex glebis exiluisse, et aruspicinam dictasse, qua die et mortuus est. Quos libros Romani ex Tusca lingua in propriam mutaverunt.

De paganis.

Pagani ex pagis Atheniensium dicti, ubi exorti sunt. Ibi enim in locis agrestibus et pagis gentiles lucos idolaque statuerunt, et a tali initio vocabulum paganorum sortiti sunt. Gentiles sunt qui sine lege sunt, et nondum crediderunt. Dicti autem gentiles, quia ita sunt ut fuerunt geniti, id est sicut in carne descenderunt sub peccato, scilicet idolis servientes et necdum regenerati. Proinde gentiles primitus nuncupabantur. Ipsi dicuntur graece ethnici. Ethnici ex graeco in Latinum interpretantur gentiles. Ethnos enim graece gens dicitur. Post fidem autem non debent vocari gentes sive gentiles hi qui ex gentibus credunt, sicut post fidem iam non potest dici Iudaeus, testante Paulo apostolo et dicente iam Christianis: Quando gentes eratis, hoc est infideles. Apostatae dicuntur qui post baptismum Christi susceptum ad idolorum cultum et sacrificiorum contaminationes revertuntur. Est autem nomen graecum.

De diis gentium.

Quos pagani deos asserunt homines olim fuisse produntur, et pro uniuscuiusque vita vel meritis coli apud suos post mortem coeperunt, ut apud Aegyptum Isis, apud Cretam Iovis, apud Mauros Iuba, apud Latinos Faunus, apud Romanos Quirinus. Eodem quoque modo apud Athenas Minerva, apud Samum Iuno, apud Paphos Venus, apud Lemnos Vulcanus, apud Naxos Liber, apud Delos Apollo. In quorum etiam laudibus accesserunt et poetae, et compositis carminibus in caelum eos sustulerunt. Nam quorundam et inventiones artium cultum peperisse dicuntur, ut Aesculapio medicina, Vulcano fabrica. Ab actibus autem vocantur, ut Mercurius quod mercibus praeest, Liber a libertate. Fuerunt et quidam viri fortes aut urbium conditores, quibus mortuis homines qui eos dilexerunt simulacra finxerunt, ut haberent aliquod ex imaginum contemplatione solacium. Sed paulatim hunc errorem persuadentibus daemonibus ita in posteris constat inrepsisse, ut quos illi pro sola nominis memoria honoraverunt, successores deos existimarent atque colerent.

214

Simulacrorum usus exortus est, cum ex desiderio mortuorum constituerentur imagines vel effigies tamquam in caelum receptis, pro quibus se in terris daemones colendos supposuerunt, et sibi sacrificari a deceptis perditisque persuaserunt. Simulacra a similitudine nuncupata, eo quod manu artificis ex lapide aliave materia eorum vultus imitantur in quorum honore finguntur. Ergo simulacra vel pro eo quod sunt similia, vel pro eo quod simulata atque conficta. Unde et falsa sunt. Et notandum quod Latinus sermo sit in Hebraeis. Apud eos enim idolum sive simulacrum Semel dicitur. Iudaei dicunt quod Ismahel primum simulacrum luto fecerit. Gentiles autem primum Prometheum simulacrum hominum de luto finxisse perhibent, ab eoque natam esse artem simulacra et statuas fingendi. Unde et poetae ab eo homines primum factos esse confingunt figurate propter effigies. Apud Graecos autem Cecrops, sub quo primum in arce oliva orta est, et Atheniensium urbs ex Minervae appellatione nomen sortita est. Hic primus omnium Iovem appellavit, simulacra repperit, aras statuit, victimas immolavit, nequaquam istiusmodi rebus in Graecia umquam visis. Idolatria idolorum servitus sive cultura interpretatur. Nam latria graece, Latine servitus dicitur. Quae quantum ad veram religionem attinet, non nisi uni et soli Deo debetur. Hanc sicut impia superbia sive hominum sive daemonum sibi exhiberi vel iubet vel cupit, ita pia humilitas vel hominum vel angelorum sanctorum sibi oblatam recusat, et cui debetur ostendit. Idolum autem est simulacrum quod humana effigie factum et consecratum est, iuxta vocabuli interpretationem. Eidos enim graece formam sonat, et ab eo per diminutionem idolum deductum, aeque apud nos formulam facit. Igitur omnis forma vel formula idolum se dici exposcit. Inde idolatria omnis circa omne idolum famulatus et servitus. Quidam vero Latini ignorantes graeco imperite dicunt idolum ex dolo sumpsisse nomen, quod diabolus creaturae cultum divini nominis intulerit. Daemones a Graecis dictos aiunt, quasi daemonas, id est peritos ac rerum scios. Praesciunt enim futura multa, unde et solent responsa dare aliqua. Inest enim illis cognitio rerum plus quam infirmitati humanae, partim subtilioris sensus acumine, partim experientia longissimae vitae, partim per Dei iussum angelica revelatione. Hi corporum aeriorum natura vigent. Ante transgressionem quidem caelestia corpora gerebant. Lapsi vero in aeriam qualitatem conversi sunt, nec aeris illius puriora spatia, sed ista caliginosa tenere permissi sunt, qui eis quasi carcer est usque ad tempus iudicii. Hi sunt praevaricatores angeli, quorum princeps diabolus est. Diabolus hebraice dicitur deorsum fluens, quia quietus in caeli culmine stare contempsit, sed superbiae pondere deorsum corruens cecidit. Graece vero diabolus criminator vocatur, vel quod crimina in quae ipse inlicit ad Deum referat, vel quia electorum innocentiam criminibus fictis accusat. Unde et in Apocalypsi voce angelica dicitur: Proiectus est accusator fratrum nostrorum, qui accusabat illos in conspectu Dei nostri die ac nocte. Sathanas in Latinum sonat adversarius sive transgressor. Ipse est enim adversarius, qui est veritatis inimicus, et semper sanctorum virtutibus contraire molitur. Ipse et transgressor, quia praevaricator effectus in veritate, qua conditus est, non stetit.

Iste temptator, quia temptandam iustorum innocentiam postulavit, sicut in Iob scribitur. Antichristus appellatur, quia contra Christum venturus est. Non quomodo quidam simpliciores intellegunt antichristum ideo dictum quod ante Christum venturus sit, id est post eum veniat Christus. Non sic, sed Antichristus graece dicitur, quod est Latine contrarius Christo. Anti enim graece in Latinum contra significat. Christum enim se mentietur dum venerit, et contra eum dimicabit, et adversabitur sacramentis Christi, ut veritatis eius evangelium solvat. Nam et templum Hierosolymis reparare, et omnes veteris legis caerimonias restaurare temptabit. Sed et ille antichristus est qui negat esse Deum Christum. Contrarius enim Christo est. Omnes enim qui exeunt de ecclesia et ab unitate fidei praecidunt, et ipsi antichristi sunt. Bel idolum Babylonium est, quod interpretatur vetus. Fuit enim hic Belus pater Nini, primus rex Assyriorum, quem quidam Saturnum appellant. Quod nomen et apud Assyrios et apud Afros postea cultum est. Unde et lingua Punica Bal deus dicitur. Apud Assyrios autem Bel vocatur quadam sacrorum suorum ratione et Saturnus et Sol. Beelfegor interpretatur simulacrum ignominiae. Idolum enim fuit Moab cognomento Baal, super montem Fegor, quem Latini Priapum vocant, deum hortorum. Fuit autem de Lampsaco civitate Hellesponti, de qua pulsus est, et propter virilis membri magnitudinem in numerum deorum suorum eum Graeci transtulerunt, et in nomine sacraverunt hortorum. Unde et dicitur praeesse hortis propter eorum fecunditatem. Beelzebub idolum fuit Accaron, quod interpretatur vir muscarum. Zebub enim musca vocatur. Spurcissimum igitur idolum ideo vir muscarum vocatum propter sordes idolatriae sive propter inmunditiam. Belial sine iugo. Belial hebraice Bel dicitur idolum [illegible]. Vehemoth ex hebraea voce in Latina lingua animal sonat, propter quod de excelsis ad terram cecidit, et pro merito suo ut animal brutum effectus sit. Ipse est et Leviathan, id est serpens de aquis, quia in huius saeculi mari volubili versatur astutia. Leviathan autem interpretatur additamentum eorum. Quorum scilicet? Nisi hominum, quibus in paradiso semel culpam praevaricationis intulit, et hanc usque ad aeternam mortem cottidie persuadendo adicit vel extendit. Quaedam autem nomina deorum suorum gentiles per vanas fabulas ad rationes physicas conantur traducere, eaque in causis elementorum composita esse interpretantur. Sed hoc a poetis totum fictum est, ut deos suos ornarent aliquibus figmentis, quos perditos ac dedecoris infamia plenos fuisse historiae confitentur. Omnino ubi fingendi locus vacat, ibi veritas cessat.

Saturnus origo deorum et totius posteritatis a paganis designatur. Hunc Latini a satu appellatum ferunt, quasi ad ipsum satio omnium pertineat rerum, vel a temporis longitudine, quod saturetur annis. Unde et eum Graeci Cronos nomen habere dicunt, id est tempus, quod filios suos fertur devorasse, hoc est annos, quos tempus producit, in se revolvit, vel quod eo semina unde oriuntur iterum redeant. Hunc eundem patris abscidisse genitalia dicunt, quia nihil in caelo de seminibus nascitur. Falcem tenet, inquiunt, propter agriculturam significandam, vel propter annos et tempora, quod in se redeant, vel propter sapientiam, quod intus acuta sit. In aliquibus autem civitatibus Saturno liberos suos gentiles immolabant, quod Saturnum poetae liberos suos devorasse solitum tradiderunt. Iovis fertur a iuvando dictus, et Iuppiter quasi iuvans pater, hoc est omnibus praestans. Hunc et per excellentiam Iovem optimum dixerunt, dum fuisset incestus in suis, impudicus in extraneis. Quem modo taurum fingunt propter Europae raptum; fuit enim in navi cuius insigne erat taurus. Modo Danaes per imbrem aureum appetisse concubitum, ubi intellegitur pudicitiam mulieris ab auro fuisse corruptam. Modo in similitudine aquilae fuisse, propter quod puerum ad stuprum rapuerit. Modo serpentem, quia reptaverit, et cygnum, quia cantaverit. Et ideo non figurae istae sunt, sed plane de veritate scelera. Unde turpe erat tales deos credi, quales homines esse non deceant. Ianum dicunt quasi mundi vel caeli vel mensium ianuam. Duas Iani facies faciunt propter orientem et occidentem. Cum vero faciunt eum quadrifrontem, et Ianum geminum appellant, ad quattuor mundi partes hoc referunt, vel ad quattuor elementa sive tempora. Sed dum hunc fingunt, monstrum, non deum faciunt. Neptunum aquas mundi praedicant, et dicunt ab eis quasi nube tonans. Vulcanum volunt ignem, et dicunt Vulcanum quasi volans candor, vel quasi volicanus, quod per aerem volet. Ignis enim e nubibus nascitur. Unde et Homerus dicit eum praecipitatum de aere in terram, quod omne fulmen de aere cadit. Ideo autem Vulcanus de femore Iunonis fingitur natus, quod fulmina de imo aere nascantur. Claudus autem dicitur Vulcanus, quia per naturam numquam rectus est ignis, sed quasi claudus eiusmodi speciem motumque habet. Ideo autem in fabrorum fornace eundem Vulcanum auctorem dicunt, quia sine igne nullum genus metalli fundi extendique potest. Pluton graece, Latine Dis pater vel Ditis pater, quem alii Orcum vocant, quasi receptorem mortium. Unde et orca nuncupatur vas quod recipit aquas. Ipse et graece Charon. Liberum a libamento appellari volunt, quod quasi mares in coeundo per eius beneficium emissis seminibus liberentur. Quem et idem Liber muliebri et delicato corpore pingitur. Dicunt enim ei mulieres attributas, et vinum propter excitandam libidinem. Unde et frons eius pampino cingitur. Sed ideo coronam vitream et cornu habet, quia cum grate et moderate vinum bibitur, laetitiam praestat, cum ultra modum, excitat lites, id est quasi cornua dat. Idem autem et Lyaeus, apo tu lyein, quod multo vino membra solvantur. Iste et graece Dionysius a monte Indiae Nyso, ubi dicitur esse nutritus. Est enim et Nysa civitas, in qua colitur, ideo Liber ibi nutritus dictus est. Mercurium sermonem interpretantur. Nam ideo Mercurius quasi medius currens dicitur appellatus, quod sermo currat inter homines medius. Ideo et Hermes graece, quod sermo vel interpretatio, quae ad sermonem utique pertinet, hermeneia dicitur. Ideo et mercibus praeesse, quia inter vendentes et ementes sermo fit medius. Qui ideo fingitur habere pennas, quia citius verba discurrunt. Unde et velocem et errantem inducunt. Alas ei in capite et in pedibus significare volunt ferri per aera sermonem. Nuntium dictum quoniam per sermonem omnia cogitata enuntiantur. Ideo autem furti magistrum dicunt, quia sermo animos audientium fallit. Virgam tenet, qua serpentes dividit, id est venena. Nam bellantes ac dissidentes interpretum oratione sedantur. Unde et secundum Livium legati pacis caduceatores dicuntur. Sicut enim per fetiales bella indicebantur, ita pax per caduceatores fiebat. Hermes autem graece dicitur apo tes hermeneias, Latine interpres, qui ob virtutem multarumque artium scientiam Trismegistus, id est ter maximus nominatus est. Cur autem eum capite canino fingunt, haec ratio dicitur, quod inter omnia animalia canis sagacissimum genus et perspicax habeatur. Martem deum belli esse dicunt, et Martem appellatum, quia per viros pugnatur, ut sit Mars mas. Licet et tria genera sint consuetudinum, sicut scribitur, ubi et viri et feminae in pugnam eunt, ut Amazonum vel solae feminae, Romanorum aliarumque gentium vel soli mares. Hunc et Adulterum dicunt, quia incertus est belligerantibus. Qui ideo nudo pectore stat, ut bello se quisque sine formidine cordis obiciat. Mars autem apud Graecos Gradivus dicitur, eo quod in bello gradum inferant qui pugnant, aut quod impigre gradiantur. Apollinem quamvis divinatorem et medicum vellent ipsum, tamen et solem dixerunt, quasi solum. Ipsum Titan, quasi unum ex Titanis, qui adversus Iovem non fecit. Ipsum Phoebum, quasi ephebum, hoc est adolescentem. Unde et sol puer pingitur, eo quod cottidie oriatur et nova luce nascatur. Pythium quoque eundem Apollinem vocari aiunt a Pythone immensae molis serpente, cuius non magis venena quam magnitudo terrebat. Hunc Apollo sagittarum ictibus sternens, nominis quoque spolia reportavit, ut Pythius vocaretur. Unde et ob insigne victoriae Pythia sacra celebranda constituit. Dianam quoque germanam eius similiter lunam et viarum praesidem aiunt. Unde et virginem volunt, quod via nihil pariat. Et ideo ambo sagittas habere finguntur, quod ipsa duo sidera de caelo radios usque ad terras emittant. Diana autem vocata quasi Duana, quod luna et nocte et die appareat. Ipsam et Lucinam adseverant, eo quod luceat. Eandem et Triviam, eo quod tribus fungatur figuris. De qua Vergilius: Tria virginis ora Dianae, quia eadem Luna, eadem Diana, eadem et Proserpina vocatur. Sed cum Luna fingitur, sublustri splendet amictu; cum succincta iacit calamos, Latonia virgo est; cum subnixa sedet solio, Plutonia coniux. Latonia autem Diana, eo quod Latonae fuit filia. Cererem, id est terram, a creandis frugibus asserunt dictam, appellantes eam nominibus plurimis. Dicunt enim eam et Opem, quod opere melior fiat terra; Proserpinam, quod ex ea proserpant fruges; Vestam, quod variis herbis vestita sit, vel rebus, vel a vi sua stando. Eandem et Tellurem et Matrem Magnam fingunt turritam cum tympano et gallo et strepitu cymbalorum. Mater vocata quod plurima pariat; Magna, quod cibum gignat; Alma, quia universa animalia fructibus suis alit. Est enim alimentorum nutrix terra. Quod simulacrum eius cum clavi fingitur, quia tellus hieme clauditur, vere aperitur, ut fruges nascantur. Quod tympanum habet, significare volunt orbem terrae. Quod curru vehi dicitur, quia ipsa est terra quae pendet in aere. Quod sustinetur rotis, quia mundus rotatur et volubilis est. Quod

leones illi subiciuntur mansueti, ut ostendant nullum genus esse terrae tam ferum quod non subigi possit atque superari ab ea. Quod in capite turritam gestat coronam, ostendit superpositas terrae esse civitates, quas insignitas turribus constare. Quod sedes fingitur circa eam, quia cum omnia moveantur, ipsam non moveri. Quod Corybantes eius ministri cum strictis gladiis esse finguntur, ut significetur omnes pro terra sua debere pugnare. Quod gallos huic deae ut servirent fecerunt, significant qui semine indigeant terram sequi oportere; in ea quippe omnia reperiri. Quod se apud eam iactant, praecipitur, inquiunt, ut qui terram colunt ne sedeant; semper enim esse quod agant. Cymbalorum autem aereorum sonitus ferramentorum crepitus in colendis agris; sed ideo aere, quod terram antiqui aere colebant, priusquam ferrum esset inventum. Eandem Vestam et ignem esse perhibent, quia terram ignem habere non dubium est, ut ex Aethna Vulcanoque datur intellegi. Et ideo virginem putant, quia ignis inviolabile sit elementum, nihilque nasci possit ex eo, quippe qui omnia quae arripuerit absumat. Ovidius in Fastis: Nec tu aliud Vestam quam vivam intellege flammam, natamque de flamma corpora nulla vides. Propterea et virgines ei servire dicuntur, eo quod sicut ex igne, ita nihil ex virgine nascatur. Iunonem dicunt quasi Ianonem, id est ianuam, pro purgationibus feminarum, eo quod quasi portas matrum natorum pandat, et nubentum maritis. Sed hoc philosophi. Poetae autem Iunonem Iovis adserunt sororem et coniugem. Ignem enim et aerem Iovem, aquam et terram Iunonem interpretantur, quorum duorum permixtione universa gignuntur. Et sororem dicunt, quod mundi pars est; coniugem, quod commixta concordat. Unde et Vergilius: Tum pater omnipotens fecundis imbribus Aether coniugis in gremium descendit. Minerva apud Graecos Athena dicitur, id est femina. Apud Latinos autem Minerva vocata, quasi dea et munus artium variarum. Hanc enim inventricem multorum ingeniorum perhibent, et inde eam artem et rationem interpretantur, quia sine ratione nihil potest contineri. Quae ideo ex solo Iove nascitur, quia animique esse in capite putant et in cerebro; ideo eam dicunt de capite Iovis esse natam, quia sensus sapientis, qui invenit omnia, in capite est. In cuius pectore ideo caput Gorgonis fingitur, quod illic omnis prudentia, quae confundit alios et imperitos ac saxeos conprobat. Quod et in antiquis imperatorum statuis cernimus in medio loricae pectore, propter insinuandam sapientiam et virtutem. Haec Minerva et Tritonia dicitur. Triton enim Africae palus est, circa quam fertur virginali apparuisse aetate, propter quod Tritonia nuncupata est. Unde et tanto plurium dea credita est, quanto minus origo eius innotuit. Pallas autem dicta vel ab insula Pallene in Thracia, in qua nutrita est, vel ἀπὸ τοῦ πάλλειν τὸ δόρυ, id est ab hastae concussione; vel quod Pallantem gigantem occidit. Venerem exinde dicunt nuncupatam, quod sine vi femina virgo esse non desinat. Hanc Graeci Aphroditen vocant, propter spumam sanguinis generantem. Aphros enim Graece spuma vocatur. Quod autem fingunt Saturnum Caelo patri genitalia abscidisse, et sanguinem fluxisse in mare, atque eo spuma maris concreta Venerem natam esse, illud aiunt quod per coitum salsi humoris substantia est, et inde Aphroditen dici, quod coitus spuma est sanguinis, quae ex suco viscerum liquido salsoque constat. Ideo autem Venerem Vulcani uxorem dicunt, quia Venerium officium non sine calore consistit. Unde est: Frigidus in Venerem senior. Nam quod Saturnus dicitur patri Caelo virilia amputasse, quae in mare cadentia Venerem creaverunt, ideo fingitur, quia nisi humor de caelo in terram descenderit, nihil creatur. Cupidinem vocatum ferunt propter amorem. Est enim daemon fornicationis. Qui ideo alatus pingitur, quia nihil amantibus levius, nihil mutabilius invenitur. Puer pingitur, quia stultus est et irrationabilis amor. Sagitta et face tenens fingitur. Sagitta, quia amor cor vulnerat; face, quia inflammat. Pan dicunt Graeci, Latini Silvanum, deum rusticorum, quem in naturae similitudinem formaverunt; unde et Pan dictus est, id est omne. Fingunt enim eum ex universali elementorum specie. Habet enim cornua in similitudinem radiorum solis et lunae. Distinctam maculis habet pellem, propter caeli sidera. Rubens eius facies ad similitudinem aetheris. Fistulam septem calamorum gestat, propter harmoniam caeli, in qua septem sunt soni et septem discrimina vocum. Villosus est, quia tellus convestita est agitataque ventis. Pars eius inferior foeda est, propter arbores et feras et pecudes. Caprinas ungulas habet, ut soliditatem terrae ostendat. Quem volunt rerum et totius naturae deum; unde Pan, quasi omnia, dicunt. Isis lingua Aegyptiorum terra appellatur, quam Isin volunt esse. Fuit autem Isis regina Aegyptiorum, Inachi regis filia, quae de Graecia veniens Aegyptios litteras docuit, et terras colere instituit; propter quod et terram eius nomine appellaverunt. Serapis omnium maximus Aegyptiorum deus. Ipse est Apis rex Argivorum, qui navibus transvectus in Aegyptum, cum ibidem mortuus fuisset, Serapis appellatus est, propterea quia arca, in qua mortuus ponitur, quam sarcofagum vocant, σορός dicitur Graece, et ibi eum venerari sepulchrum eius coeperunt, priusquam templum eius esset instructum. Velut soros et Apis, Sorapis primo, deinde una littera commutata Serapis dictus est. Apis fuit apud Aegyptios taurus Serapi consecratus, et ab eo ita cognominatus; quem Aegyptii instar numinis colebant, eo quod de futuris daret quaedam manifesta signa. Apparebat enim in Memphis. Quem centum antistites prosequebantur, et repente velut lymphatici praecinebant. Huius capitis imaginem sibi in heremo vitulum fecerunt. Fauni a fando, vel ἀπὸ τῆς φωνῆς dicti, quod voce, non signis ostendere viderentur futura. In lucis enim consulebantur a paganis, et responsa illis non signis, sed vocibus dabant. Genium autem dicunt, quod quasi vim habeat omnium rerum gignendarum, seu a gignendis liberis. Unde et geniales lecti dicebantur a gentilibus, qui novo marito sternebantur. Haec et alia sunt gentilium fabulosa figmenta, quae interpretata sic habentur, ut ea non intellecta damnabiliter tamen adorent. Fatum autem dicunt esse quidquid dii fantur, quidquid Iuppiter fatur. A fando igitur fatum dicunt, id est a loquendo. Quod nisi hoc nomen iam in alia re soleret intellegi, quo corda hominum nolumus inclinare, rationabiliter possemus a fando fatum appellare. Non enim abnuere possumus esse scriptum in litteris sanctis: Semel locutus est Deus, duo haec audivi; et cetera. Quod enim dictum est: Semel locutus est Deus, intellegitur immobiliter, hoc est incommutabiliter esse locutus, sicut novit incommutabiliter omnia quae futura sunt, et quae ipse facturus est. Tria autem fata fingunt in colo et fuso digitisque fila ex lana torquentibus, propter tria tempora: praeteritum, quod in fuso iam netum atque involutum est; praesens, quod inter digitos nentis trahitur; futurum in lana, quae colo inplicata est, et quod adhuc per digitos nentis ad fusum tamquam praesens ad praeteritum traiciendum est. Parcas dictas κατὰ ἀντίφρασιν appellatas, quod minime parcant. Quas tres esse voluerunt: unam, quae vitam hominis ordiatur; alteram, quae contexat; tertiam, quae rumpat. Incipimus enim cum nascimur, sumus cum vivimus, desinimus cum interimus. Fortunam a fortuitis nomen habere dicunt, quasi deam quandam res humanas variis casibus et fortuitis inludentem. Unde et caecam appellant, eo quod passim in quoslibet incurrens sine ullo examine meritorum et ad bonos et ad malos venit. Fatum autem a fortuna separant: et fortuna quasi sit in his quae fortuitu veniunt, nulla palam causa; fatum vero adpositum singulis et statutum aiunt. Aiunt et tres Furias feminas crinitas serpentibus, propter tres affectus, quae in animis hominum multas perturbationes gignunt, et interdum cogunt ita delinquere, ut nec famae nec periculi sui respectum habere permittant: ira, quae vindictam cupit; cupiditas, quae desiderat opes; libido, quae appetit voluptates. Quae ideo Furiae appellantur, eo quod stimulis suis mentes feriant et quietas esse non sinant. Nymphas deas aquarum putant, dictas a nubibus. Nam ex nubibus aquae; unde derivatum est. Nymphas deas aquarum, quasi numina lympharum. Ipsas autem dicunt et Musas quas et nymphas, nec inmerito. Nam aquae motus musicen efficit. Nympharum apud gentiles varia sunt vocabula. Nymphas quippe montium Oreades dicunt, silvarum Dryades, fontium Hamadryades, camporum Naides, maris Nereides. Heroas dicunt a Iunone traxisse nomen. Graece enim Iuno Hera appellatur. Et ideo nescio quis filius eius secundum Graecorum fabulam Heros fuit nuncupatus. Hoc videlicet velut mysticum significante fabula, quod aer Iunoni deputetur, ubi volunt heroas habitare. Quo nomine appellant alicuius meriti animas defunctorum, quasi heroas, id est viros aerios et caelo dignos propter sapientiam et fortitudinem. Penates gentiles dicebant omnes deos quos domi colebant. Et Penates dicti, quod essent in penetralibus, id est in secretis. Hi dii quomodo vocabantur vel quae nomina haberent, ignorantur. Manes deos mortuorum dicunt, quorum potestatem inter lunam et terram asserunt. A quibus et mane dictum existimant: quos putant aerem qui manos, id est rarus est. Manes dictos sive quia late manant per auras, sive quia mites sunt, inmanibus contrario nomine hi appellantur. Apuleius autem ait eos κατὰ ἀντίφρασιν dici manes, hoc est mites ac modestos, cum sint terribiles et inmanes, ut Parcas et Eumenides. Larvas ex hominibus factos daemones aiunt, qui meriti mali fuerint. Quarum natura esse dicitur terrere parvulos et in angulis garrire tenebrosis. Lamias, quas fabulae tradunt infantes corripere ac laniare solitas, a laniando specialiter dictas. Pilosi, qui Graece Panitae, Latine incubi appellantur, sive inibi ab incumbendo, hoc est stuprando. Saepe enim inprobi existunt etiam mulieribus, et earum peragunt concubitum: quos daemones Galli Dusios nuncupant, quia adsidue hanc peragunt inmunditiam. Quem autem vulgo Incubonem vocant, hunc Romani Faunum ficarium dicunt. Ad quem Horatius dicit: Faune, Nympharum fugientum amator, per meos fines et aprica rura lenis incedas.

INCIPIT LIBER VIIII DE LINGUIS GENTIUM

LINGUARUM DIVERSITAS exorta est in aedificatione turris post diluvium. Nam priusquam superbia turris illius in diversos signorum sonos humanam divideret societatem, una omnium nationum lingua fuit, quae Hebraea vocatur; quam Patriarchae et Prophetae usi sunt non solum in sermonibus suis, verum etiam in litteris sacris. Initio autem quot gentes, tot linguae fuerunt, deinde plures gentes quam linguae; quia ex una lingua multae sunt gentes exortae. Linguae autem dictae in hoc loco pro verbis quae per linguam fiunt, genere locutionis illo quo is qui efficit per id quod efficitur nominatur; sicut os dici solet pro verbis, sicut manus pro litteris. Tres autem sunt linguae sacrae: Hebraea, Graeca, Latina, quae toto orbe maxime excellunt. His namque tribus linguis super crucem Domini a Pilato fuit causa eius scripta. Unde et propter obscuritatem sanctarum Scripturarum harum trium linguarum cognitio necessaria est, ut ad alteram recurratur dum siquam dubitationem nominis vel interpretationis sermo unius linguae attulerit. Graeca autem lingua inter ceteras gentium clarior habetur. Est enim et Latinis et omnibus linguis sonantior. Cuius varietas in quinque partibus discernitur. Quarum prima dicitur κοινή, id est mixta, sive communis, quam omnes utuntur. Secunda Attica, videlicet Atheniensis, qua usi sunt omnes Graeciae auctores. Tertia Dorica, quam habent Aegyptii et Syri. Quarta Ionica, quinta Aeolica, quam Aeolis locutos dixerunt. Et sunt in observatione Graecae linguae eiusmodi certa discrimina; sermo enim eorum ita est dispertitus. Latinas autem linguas quattuor esse quidam dixerunt, id est Priscam, Latinam, Romanam, Mixtam. Prisca est, quam vetustissimi Italiae sub Iano et Saturno sunt usi, incondita, ut se habent carmina Saliorum. Latina, quam sub Latino et regibus Tusciae ceteri in Latio sunt locuti, ex qua fuerunt duodecim tabulae scriptae. Romana, quae post reges exactos a populo Romano coepta est, qua Naevius, Plautus, Ennius, Vergilius poetae, et ex oratoribus Gracchus et Cato et Tullius vel ceteri effuderunt. Mixta, quae post imperium latius promotum simul cum moribus et hominibus in Romanam civitatem inrupit, integritatem verbi per soloecismos et barbarismos corrumpens. Omnes autem Orientis gentes in gutture linguam et verba conlidunt, sicut Hebraei et Syri. Omnes mediterraneae gentes in palato sermones feriunt, sicut Graeci et Asiani. Omnes Occidentis gentes verba in dentibus frangunt, sicut Itali et Hispani. Syrus et Chaldaeus vicinus Hebraeo est in sermone, consonans in plerisque et litterarum sono. Quidam autem arbitrantur linguam ipsam esse Chaldaeam, quia Abraham de Chaldaeis fuit. Quod si hoc recipitur, quomodo in Danielo Hebraei pueri linguam quam non noverant doceri iubentur? Omnem autem linguam unusquisque hominum, sive Graecam, sive Latinam, sive ceterarum gentium, aut audiendo potest tenere, aut legendo ex praeceptore accipere. Cum autem omnium linguarum scientia difficilis sit cuiquam, nemo tamen tam desidiosus est, ut in sua gente positus suae gentis linguam nesciat. Nam quid aliud putandus est nisi animalium brutorum deterior? Illa enim propriae vocis clamorem exprimunt, iste deterior, qui propriae linguae caret notitiam. Cuiusmodi autem lingua locutus est Deus in principio mundi, dum diceret: Fiat lux, invenire difficile est. Nondum enim erant linguae. Item qua lingua insonuit postea exterioribus hominum auribus, maxime ad primum hominem loquens, vel ad prophetas, vel dum corporaliter sonuit vox dicentis Dei: Tu es Filius meus dilectus; ubi a quibusdam creditur illa lingua una et sola quae fuit antequam esset linguarum diversitas. In diversis autem gentibus creditur quod eadem lingua illis Deus loquatur qua ipsi homines utuntur, ut ab eis intellegatur. Loquitur autem Deus hominibus non per substantiam invisibilem, sed per creaturam corporalem, per quam et hominibus apparere voluit, quando locutus est. Dicit autem Apostolus: Si linguis hominum loquar et angelorum. Ubi quaeritur qua lingua angeli loquuntur; non quod angelorum aliquae linguae sint, sed hoc per exaggerationem dicitur. Item quaeritur qua lingua in futurum homines loquantur; nusquam reperitur. Nam dicit Apostolus: Sive linguae cessabunt. Ideo autem prius de linguis, ac deinde de gentibus posuimus, quia ex linguis gentes, non ex gentibus linguae exortae sunt.

De vocabulis gentium.

Gens est multitudo ab uno principio orta, sive ab alia natione secundum propriam collectionem distincta, ut Graeciae, Asiae. Hinc et gentilitas dicitur. Gens autem appellata propter generationes familiarum, id est a gignendo, sicut natio a nascendo. Gentes autem a quibus divisa est terra quindecim sunt de Iaphet, triginta et una de Cham, viginti et septem de Sem, quae fiunt septuaginta tres, vel potius, ut ratio declarat, septuaginta duae; totidemque linguae quae per terras esse coeperunt, quaeque crescendo provincias et insulas impleverunt. Filii Sem quinque singulariter gentes singulas procreaverunt. Quorum primus Elam, a quo Elamitae principes Persidis. Secundus Assur, a quo Assyriorum pullulavit imperium. Tertius Arfaxat, a quo gens Chaldaeorum exorta est. Quartus Ludi, a quo Lydii. Quintus Aram, a quo Syri, quorum metropolis fuit Damascus. Filii Aram nepotes Sem quattuor: Us et Ul et Gether et Mesa. Hus Traconitidis conditor, qui inter Palaestinam et Coelesyriam tenuit principatum; unde fuit Iob, secundum quod scriptum est: Vir erat in terra Hus nomine Iob. Secundus Ul, a quo Armenii. Tertius Gether, a quo Acarnanii sive Curiae. Quartus Mesa, a quo sunt hi quos vocant Maeones. Posteritas Arfaxat filii Sem. Heber nepos Arfaxat, a quo Hebraei. Iectan filius Heber, a quo Indorum orta est gens. Sale filius Iectan, a quo Bactriani, licet eos alii Scytharum exules suspicentur. Ismahel filius Abraham, a quo Ismaelitae, qui nunc corrupto nomine Saraceni, quasi a Sarra, et Agareni ab Agar. Nabaioth filius Ismahel, a quo Nabathei, qui ab Euphrate in mari rubro inhabitant. Moab et Ammon filii Loth, a quibus Moabitae et Ammonitae. Edom filius Esau, a quo Idumaei. Hae sunt gentes quae de Sem stirpe descenderunt, possidentes terram meridianam ab ortu solis usque ad Phoenicem. Filii Cham quattuor, ex quibus ortae sunt gentes haec. Chus, a quo Aethiopes. Mesram, a quo Aegyptii perhibentur exorti. Fut, a quo Libii. Unde et Mauritaniae fluvius usque in praesens Fut dicitur, omnisque circa eum regio Futensis. Chanaan, a quo Afri et Phoenices et Chananaeorum decem gentes. Item ex nepotibus Cham filii Chus nepotes Cham. Sex filii Chus: Saba et Evila, Sabatha, Regma, Sabatheca et Nemrod. Saba, a quo procreati et appellati Sabaei, de quibus Virgilius: Solis est thurea virga Sabaeis. Hi sunt et Arabes. Evila, a quo Getuli in parte remotioris Africae heremo cohaerentes. Sabatha, a quo Sabatheni, qui nunc Astabari nominantur. Regma vero et Saba et Chuza paulatim antiqua vocabula perdiderunt, et quae nunc ab antiquis habeant ignoratur. Filii Regma, Saba et Dadan. Hic autem Saba per sin litteram scribitur in Hebraeo; ille autem superior Saba per samech, a quo appellati Sabaei. Vocatur autem nunc Saba Arabia. Dadan, a quo gens est Aethiopiae in occidentali plaga. Filii Mesraim, Labim, a quo Libyi, qui quondam Futhei vocabantur. Casloim, a quo Philistiim, quos veteres Allophylos, nos nunc corrupte Palaestinos vocamus. Ceteri Allophyli sex gentes ignotae sunt, quia bello Aethiopico subversae usque ad oblivionem praeteritorum nominum pervenerunt. Filii Chanaan undecim, ex quibus Chananaeorum decem gentes, quorum terram his expulsis Iudaei possederant. Quorum primogenitus Sidon, a quo Sidonii. Unde et urbs eorum in Phoenice Sidon vocatur. Secundus Cheth, a quo Chetaei. Tertius Iebuseus, a quo Iebusaei, quorum fuit Hierusalem. Quartus Amorreus, a quo Amorraei. Quintus Gergeseus, a quo Gergesaei. Sextus Eveus, a quo Evei. Ipsi sunt Gabaonitae, a civitate Gabaon, qui supplices venere ad Iesum. Septimus Aracheus, qui Arcas condidit oppidum contra Tripolim in radicibus Libani situm. Octavus Asineus, a quo Asinaei. Nonus Aradius, a quo Aradii sunt, qui Aradum insulam possederunt angusto freto a Phoenicis litore separatam. Decimus Amorreus, a quo Syriae civitas nobilis, quae vocatur Emath. Undecimus Amathus. Hae sunt gentes de stirpe Cham, quae a Sidone usque ad Gaditanum fretum omnem meridianam partem tenent. Item de tribus filiorum Iafeth. Filii quippe Iafeth septem nominantur: Gomer

a quo galathe, id est galli. Magog a quo arbitrantur scythas et gothos traxisse originem. Madai a quo medos existere putant. Iuuan a quo iones qui et greci. Vnde et mare ionium. Tubal a quo iberi qui et hyspani, licet quidam ex eo et italos suspicentur. Mosoch ex quo capadoces sunt. Vnde et urbs apud eos usque hodie mazeca dicitur. Tyras ex quo traces, quorum non satis inmutatum uocabulum est, quasi tyraces. Filii gomer nepotes iafeth. Ascanaz a quo sarmate quos greci reginos uocant. Rifath a quo paflagonas. Gotorma a quo sunt friges. Filii iuuan. Elisa a quibus greci elisei qui uocantur eolides. Vnde et lingua quinta grece eolis appellatur. Tarsis a quo cilices ut iosephus arbitratur. Vnde et metropolis ciuitas eorum tharsis dicitur. Cethim a quo cethei, id est cyprii, a quibus hodieque urbs scythia nominatur. Dodanim a quo rodii. Hee sunt gentes de stirpe iafeth que a tauro monte ad aquilonem mediam partem asie et omnem europam usque ad oceanum britannicum possident, nomina et locis et gentibus relinquentes, de quibus postea inmutata sunt plurima, cetera permanent ut fuerunt. Nam multarum gentium uocabula partim permanserunt ita ut hodieque appareat unde fuerant diriuata, sicut ex assur assirii, ex heber hebrei. Partim uero temporis uetustate ita mutata sunt ut uix homines doctissimi antiquissimas hystorias perscrutantes nec omnium sed aliquarum exstitisse origines gentium potuerint repperire. Nam quod ex filio cham qui uocabatur mesraim egyptii sint exorti, nulla hoc resonat origo uocabuli, sicut nec ethiopum qui dicuntur ad eum filium cham pertinere qui chus appellatus est. Et si omnia considerentur, plura tamen gentium mutata quam manentia uocabula apparent, quibus postea nomina diuersa dedit ratio. Nam indi ab indo flumine dicti sunt qui ab occidentali parte eos includit. Seres a proprio oppido nomen sortiti, gens ad orientem sita, apud quos de arboribus lana texitur, de quibus est illud: Ignoti facie sed noti uellere seres. Gangaride populi sunt inter assyrios indosque habitantes circa gangen flumen. Vnde et gangaride nuncupati sunt. Hyrcani dicti sunt a silua hyrcania, ubi sunt plurime tygres. Bactriani scythe fuerunt qui suorum factione a sedibus suis pulsi iuxta bactron orientis fluuium consederunt, ex cuius uocabulo et nomen sortiti sunt. Huius gentis rex fuit zoroastres inuentor magice artis. Parthi quoque ipsi a scythis originem trahunt. Fuerunt enim eorum exules, quod et uocabulo eorum manifestatur. Nam scythico sermone exules parthi dicuntur. Hi similiter ut bactriani domesticis seditionibus scythia pulsi solitudines iuxta hyrcaniam primum furtim occupauerunt, deinde pleraque finium et uirtute obtinuerunt. Assirii ab assur filio sem uocati, gens potentissima que ab eufrate usque ad indorum fines omnem in medio tenuit regionem. Medi a rege suo cognominati putantur. Nam quando iason peliari regis frater a pelea filius thessalia pulsus est, cum medea uxore sua cui fuit priuignus. Medus rex atheniensium qui post mortem iasonis orientis plagam perdomuit, ibique mediam urbem condidit, gentemque medorum nomine suo appellauit. Sed inuenimus in genesi quod madai auctor gentis medorum fuit, a quo cognominati ut supra dictum est. Persi a perseo rege sunt uocati, qui e grecia asiam transiens ibi barbaras gentes graui diutinoque bello perdomuit. Nouissime uictor subiecte genti dedit. Persae autem ante cyrum ignobiles fuerunt et nullius loci inter gentes habebantur. Medi semper potentissimi fuerunt. Casdei qui nunc chaldei uocantur a case filio nachor fratris abrahe cognominati sunt. Sabei dicti ΑΠΟ ΤΟΥ ΣΕΒΕCΘΑΙ, quod est supplicare et uenerari, quia diuinitatem per ipsorum thura ueneramur. Ipsi sunt et arabes quia in montibus arabie sunt qui uocantur libanus et antilibanus, ubi thura colliguntur. Syri a surim uocati perhibentur, qui fuit nepos abrahe ex cethura. Quos autem ueteres assyrios, nunc autem uocamus syros, a parte totum appellantes. Hebrei uocati sunt ab heber qui pronepos fuit sem. Israhelite uero ab israhel filio ysaac. Nam patriarcharum hebreorum constat fuisse israhel, a quo XII tribubus israhelitis uocabulum sortite sunt. Iudei autem scissa X tribuum nomina imposuit. Nam ante hebrei siue israhel nuncupabantur. Ex quo autem in duo regna dei populus diuisus est, tunc due tribus que de stirpe iuda reges habebant iudeorum nomen sortite sunt. Reliqui uero X tribuum qui in samaria regem sibi constituerunt ob ipsius populi magnitudinem pristinum nomen retinuit israhel. Samaritanorum gens sumpsit exordium ab assyriis qui transmigrati habitauerunt in samaria, qui latine interpretantur custodes, eo quod captiuato israhel isti terram regionis eorum ad custodiam collocati sunt. Fenix cathmi frater de thebis egyptiorum in syriam profectus apud sydonem regnauit, eosque populos ex suo nomine fenices eamque prouinciam feniciam nuncupauit. Sydones autem a ciuitate que uocatur sydon traxisse uocabulum perhibentur. Saraceni dicti uel quia ex sara genitos se predicent, uel sicut gentiles aiunt, quod ex origine syrorum sint, quasi syrigene. Hi pamplam habitant solitudinem. Ipsi sunt et ysmahelite, ut liber geneseos docet, quod sint ex ysmahele. Ipsi cedar a filio ysmahelis. Ipsi agareni ab agar, qui ut diximus peruerso nomine saraceni uocantur, quia ex sara se genitos gloriantur. Philistei ipsi sunt palestini, quia P litteram sermo hebreus non habet, sed pro eo ph greco utitur. Inde philistei pro palestinis dicuntur a ciuitate utique sua. Inde et allophili, id est alienigene, ob hoc quia semper inimici fuerunt israhel et longe ab eorum genere ac societate separati. Chananei appellati a chanaan filio cham, quorum terram iudei possederunt. Ex cuius origine fuit emor pater sichem, a quo amorrei nuncupati. Egyptii ab egypto quodam rege uocati sunt. Nam antea aerii dicebantur. Interpretantur autem lingua hebraica egyptii affligentes, eo quod afflixerint populum dei priusquam diuino auxilio liberarentur. Armenii ex thessalia, unus de numero ducum iasonis qui ad cholcos profectus est, recollecta multitudine que amisso rege iasone passim uagabatur, armeniam condidit, gentique ex suo uocabulo nomen dedit. Amnes est persicus qui scythas ab eis diuidit. Scytha cognominatur a quo limite scythe, a quibusdam perhibentur uocati, gens antiquissima semper habita. Hi parthos, bactrianos, femine autem eorum amazonum regna condiderunt. Massagete ex scytharum origine sunt, et dicti massagetes quasi graues, id est fortes gete. Nam sic lingua eorum dicitur graue, id est massa. Hi [illegible] scythas atque albanos septentrionalibus iugis inhabitant. Amazones dicte sunt seu quod simul uiuerent sine uiris, quasi amizon, siue quod adustis dexterioribus mamillis ne sagittarum iactum impedirent, quasi ΑΝΕΥ ΜΑΖΟΥ. Nudabant enim quam adusserant mamillam. Has syriani unimammas dicunt. Nam hic est amazon quasi anesmazon, id est sine mamma. Has asia non esse quod earum parte ab hercule, parte ab achille uel ab alexandro usque ad internitionem delete sunt in partes asiatice. Scythie gentes quas postas se iasoni credunt albo crine nascuntur ab assiduis niuibus, et ipsius capilli color genti nomen dedit, et inde dicuntur albani. Horum glauca oculis, id est picta inest pupilla, adeo ut nocte plusquam die cernant. Albani autem uicini amazonibus fuerunt. Hunnos constat antea hunnos uocatos, postremo a rege suo abares appellatos, qui prius in ultima meotide inter glacialem tanaim et massagetarum inmanes populos habitauerunt. Deinde pernicibus equis caucasi rupibus feras gentes alexandri claustra cohibentes rupiunt et orientem XX annis tenuerunt captiuum, et ab egyptiis atque ethiopibus annuum exegerunt. Troianorum gens antea dardania, a dardano rege nominata. Nam dardanus et iasius fratres ex grecia profecti. Ex his iasius ad traciam, dardanus ad frigiam peruenit, ibique primum regnauit. Post quem filius eius erictonius, deinde nepos eius trous, a quo troiani nuncupati sunt. Galathe galli esse noscuntur, qui in auxilium a rege bithinie euocati regnum cum eo parta uictoria diuiserunt, sicque deinde grecis admixti primum gallogreci, nunc ex antiquo gallorum nomine galathe nuncupantur. Greci autem thessali a thessalo, postea a greco rege greci nuncupati sunt. Nam greci proprie thessali sunt. Laphitas autem gentes thessalie fuisse aiunt, circa peneon amnem olim inhabitantes, a laphita apollinis filia nuncupatos. Sicionii greci sunt nuncupati a sicione rege. Hi primum agialei uocabantur a rege agialeo qui primus sicioniis imperauit, a quo et agialea ciuitas nuncupata est, que nunc peloponnesis uocatur a pelope rege suo. Ipsi sunt et archades, de archade rege iouis et calisto filio dicti. Danai a danao rege uocati. Inde et argiui ab argo conditore cognominati. Postquam autem rex grecorum apis mortuus est, huic filius argus successit in regnum, et ex eo argiui appellati sunt, qui et aberis post obitum ut deus haberi cepit, templo et sacrificio honoratus. Achei quoque et achiui ab acheo iouis filio dicti. Pelasgi nominati quia cum uelis passis uno tempore aduenisse italiam uisi sunt iuuenes. Primo enim eos uarro italiam appulisse commemorat. Greci uero pelasgos iouis et larisse filios perhibent dictos. Mirmidones fuerunt achillis socii, dolopes pirri. Dicti autem sunt mirmidones propter astutiam quasi mirmice, id est formice. Eratostenes autem dicit mirmidonas dictos a mirmidone duce iouis et eurimode filio. Cecropi atheniensium regi successit granaus, cuius filia atthis nomen et

regioni et genti dedit, et ex ea attici cognominati sunt, athenienses uocati iones. Macedones a nomine macetonis regis, antea emathii nuncupati sunt, postea macedones dicti. Epirote a pirro [hole] achillis filio, prius pirride, postea uero epiro rege ad italiam transire presumpserit. Dorus neptuni et ellepis filius fuit, unde dori et originem et nomen ducunt. Sunt autem pars grecie gentis, ex quibus et cognominata est tertia lingua grecorum que dorica appellatur. Lacedemones a lacedemone semele filio dicti. Hi dum persecutantes in bello contra messenios, uerentes ne diuturnitate belli spe prolis amitterent, preceperunt ut uirgines eorum cum iuuenibus domi relictis concumberent, sicque ex promiscuo uirginum concubitu iuuenes de incertis parentibus nati sunt, et ex nota materni pudoris spartani uocati sunt. Nam ipsos ueteres dicit spartanos quos et lacedemones. Traces ex filio iafeth qui uocatus est tyras et orti et cognominati ut supra dictum est perhibentur, licet gentiles eos ex moribus ita dictos existiment, quod sint truces. Seuissimi enim omnium gentium fuerunt. Vnde et multa de eis memorantur, quod captiuos diis suis litarent et humanum sanguinem in ossibus capitum potare soliti erant. De quibus uirgilius: Heu fuge crudeles terras, fuge litus auarum, quasi crudelium et auarorum. Histrorum gens originem a colchis ducunt, qui ad argonautas persequendos missi iuxta ponticum intrauere istrum fluuium, a uocabulo amnis quo a mari recesserant appellati sunt. Romani a romuli nomine nuncupati, qui urbem romam condidit gentique et ciuitati nomen dedit. Hi autem a saturno saturnii, a latino latini uocati sunt. Nam latinus italie rex fuit, qui ex suo nomine latinos appellauit, qui postea romani nuncupati sunt. Hi et quirites dicti, quia quirinus dictus est romulus, quod semper hastam ferebat, que sabinorum lingua quiris dicitur. Italus quoque et sabinus et sicanus fratres fuerunt, ex quibus nomina populis inposita et regionibus sunt. Nam ab italo itali, a sabino sabini, a sicano sicani, qui et siculi cognominati sunt, inde et sicilienses. Tusci italie gens est, a frequentia sacrorum et thuris uocata, id est ΑΠΟ ΤΟΥ ΘΥΕΙΝ. Vmbri italie gens, sed gallorum ueterum propago, qui appenninum montem incolunt, de quibus historie perhibent eo quod tempore aquose cladis ymbribus superfuerint, et ob hoc umbros grece nominatos. Marsi gens italie dicta a comite liberi marsia, qui usum illis uitium ostendit, et ob hoc illi statuam fecerunt, quam postea romani uictis marsis tulerunt. Marsos autem greci oscos uocant quasi ΟΦΙΚΟΥ, quod multos serpentes habent, et ophis serpens dicitur. Illesos autem eos carminum maleficus. Inhabitant autem plagam appennini montis simul cum umbris. Gothi a magog filio iafeth nominati putantur, de similitudine ultime sillabe, quos ueteres magis getas quam gothos uocauerunt, gens fortis et potentissima, corporum mole ardua, armorum genere terribilis. De quibus lucanus: Hinc dacus premat, inde getes occurrat hiberis. Daci autem gothorum soboles fuerunt, et dictos putant dacos quasi dagos, quia de gothorum stirpe creati sunt. De quibus ille: Ibis arctoos procul usque dacos. Bessi barbari fuerunt qui a multitudine boum sic uocati creduntur. De quibus quidam: Qui colit terre medio uel ille ditatus multo boue pilleatus accola ripe. Gipedes pedestri prelio magis quam equestri sunt usi, et ex hac causa uocati sunt. Sarmate patentibus campis armati inequitabant priusquam eos lentulus danubio prohiberet, atque ab studio armorum sarmate nuncupati existimantur. Lani fluuii ex ferter ultra danubium, a quo alani dicti sunt. Sic et populi habitantes iuxta lemannum fluuium alemanni uocantur. De quibus lucanus: Deseruere cauo tentoria fixa lemanno. Longobardos uulgo ferunt nominatos a prolixa barba et numquam tonsa. Vindelicus amnis ab extremis gallie erumpens, iuxta quem fluuium inhabitasse et ex eo traxisse nomen uuandali perhibentur. Germanie gentes dicte quod sint inmania corpora inmanesque nationes, seuissimis durate frigoribus, qui mores ex ipso celi rigore traxerunt, ferocis animi et semper indomiti, raptu uenatuque uiuentes. Horum plurime gentes uarie armis, discolores habitu, lingue dissone et origine uocabulorum incerte, ut toletate, sanfi, uarri, tungri, marcomanni, bructeri, camasi, blangiani, tubantes, quorum inmanitas barbariei et ipsis uocabulis horrorem quendam significat [hole]. Sueui germanorum fuerunt in parte septentrionis. De quibus lucanus: Fundit ab extremo flauos aquilone sueuos. Quorum fuisse centum pagos et populos multos dixerunt. Dicti autem sueui putantur a monte sueuo, qui ab ortu initium germanie facit, cuius loca incoluerunt. Burgundiones quondam a romanis subacta interiore germania per castrorum limites positi a tyberio cesare in magnam coaluere gentem, atque ita nomen ex locis sumpserunt, quia crebra per limitem habitacula constructa burgos uulgo uocant. Hi postea romanis rebelles effecti plusquam LXXX milia armatorum ripe reni fluminis insederunt, et nomen gentis obtinuerunt. Saxonum gens in oceani litoribus et paludibus inuiis sita, uirtute atque agilitate habilis, unde et appellata quod sit durum et ualidissimum genus hominum et prestans ceteris piraticis. Franci a quodam proprio duce uocari putantur. Alii eos a feritate morum nuncupatos existimant. Sunt enim illis mores inconditi, naturalis ferocitas animorum. Brittones quidam latine nominatos suspicantur eo quod bruti sint, gens intra oceanum interfuso mari quasi extra orbem posita. De quibus uirgilius: Toto diuisos orbe britannos. Scotti propria lingua nomen habent, a picto corpore, eo quod aculeis ferreis cum atramento uariarum figurarum stigmate adnotentur. Galli a candore corporis nuncupati sunt. Gala enim grece lac dicitur. Vnde et sybilla sic eos appellat cum ait de his: Tunc lactea colla auro innectuntur. Secundum diuersitatem enim celi et facies hominum et colores et corporum quantitate et animorum diuersitates existunt. Inde romanos graues, grecos leues, afros uersipelles, gallos natura feroces atque acriores ingenio peruidemus, quod natura
215. climatum facit. Galli autem senones antiquitus xenones dicebantur, quod liberum hospitio recepissent, postea X in S litteram commutata. Vaccei oppidum fuit iuxta pireneum, a quo sunt cognominati uaccei. De quibus creditur dixisse poeta: Lateque uagantes uaccei. Hi pirenei iugis per ampla montis habitant solitudine. Idem et uascones quasi uaccones, C in S litteram commutata. Quos gneus pompeius edomita hyspania et ad triumphum uenire festinans de pirenei iugis deposuit et in unum oppidum congregauit. Vnde et conuena urbs nomen accepit. Hyspani ab hibero amne primum hiberi, postea ab hyspalo hyspali cognominati sunt. Galleci a candore dicti finguntur, unde et galli. Reliquis enim hyspanie populis candidiores existunt. Hi grecam sibi originem asserunt. Vnde et naturali ingenio callent. Siquidem post finem troiani belli teucrum morte aiacis fratris inuisum patri telamoni dum non reciperetur in regnum cyprium concessisse ferunt, ibique urbem nomine antique patrie salaminam condidisse. Inde et ad galleciam profectum et positis sedibus ex loco genti nomen dedisse. Astures gens hyspanie uocati, eo quod circa asturiam flumen septi montibus siluisque crebris inhabitent. Cantabri gens hyspanie a uocabulo urbis et hiberi amnis cui insident appellati. Horum animus pertinax et magis ad latrocinandum et ad bellandum uel ad perpetiendum uerbera semper paratus. Celtiberi ex gallis celticis fuerunt, quorum ex nomine appellata est regio celtiberia. Nam ex flumine hyspanie hibero ubi consederant et ex gallis qui celtici dicebantur mixto utroque uocabulo celtiberi nuncupati sunt. Afri appellati ab uno ex posteris abrahe qui uocabatur afer, qui dicitur duxisse aduersus libiam exercitum et ibi uictis hostibus consedisse, eiusque posteros ex nomine ataui et afros et africam nuncupasse. Poeni autem cartaginenses sunt a poenicibus nuncupati, qui cum didone profecti sunt. Tyrii uero a tyria urbe poenicum nominati, de qua profecti sunt et in africe litus uenerunt. Getuli getae dicuntur fuisse, qui ingenti agmine a locis suis nauibus conscendentes loca syrtium in libia occupauerunt, et quia ex getis uenerant, diriuato nomine getuli cognominati sunt. Vnde et opinio est apud gothos ab antiqua cognatione mauros consanguinitate propinquos sibi uocare. Africa autem initio habuit libies, deinde afri, post eos getuli, postremum mauri et numides. Mauri et numides ut afri putant sic sibi ferunt et exordium et uocabulum. Nam postquam in hyspania hercules interiit et exercitus eius compositus ex uariis gentibus amisso duce passim sibi sedes querebant, ex eo numero medi et persi et armenii nauibus in africam transuecti proxima loca mari occupauere. Sed persi dum materiam in agris pro construendis domiciliis non inuenissent et ignara lingua commercium prohiberet, per patentes agros et diuersas solitudines uagabantur, et a pabulationibus uagabundi semet ipsos propria lingua numides appellauerunt, id est sine oppido uagos et errantes. Medi autem cum libiis se miscuerunt, qui proxima hyspania inhabitabant, quorum nomen paulatim libies corrupere, barbara lingua mauros pro medis appellantes, licet mauri ob colorem a grecis uocentur. Greci enim nigrum mauron

vocant. Estifero quippe calore afflati, speciem atri coloris ducunt. Massyla civitas Affricae est, non longe ab Athlante et ortis Hesperidum. A qua civitate Massyli exorti sunt, quos nos corrupte Massulos vocamus. De quibus Virgilius: Hinc mihi Massilae gentis monstrata sacerdos. Gaulali gentes sunt a meridie usque oceanum hesperium pervagantes. His nomen Gaulo et insula dedit, quae est iuxta Ethyopiam, ubi nec serpens nascitur nec vivit. Gamarantes populi Affricae prope Cirenas inhabitantes, a Gamarante rege Apollinis filio nominati, qui ibi ex suo nomine Gamaram oppidum condidit. Sunt autem proximi gentibus Ethiopum. De quibus Virgilius: Extremi Gamarantes. Extremi autem quia saevi et a consortio humanitatis remoti. Hesperii vero sunt qui circa Hyspaniam commorantur. Hyspania Hesperia dicitur. Ethiopes dicti a filio Cham qui vocatus est Chus, ex quo originem trahunt. Chus enim hebrea lingua Ethiops interpretatur. Hi quondam ab Indo flumine consurgentes iuxta Egyptum inter Nilum et oceanum in meridie sub ipsa solis vicinitate insederunt. Quorum tres sunt populi: Hesperi, Garamantes et Indi. Hesperii sunt occidentis, Garamantes Tripolis, Indi orientis. Trogoditae gens Ethiopum ideo nuncupati sunt, quod tanta celeritate pollent ut feras cursu pedum assequantur. Pamphili et hi in Ethyopia sunt, quibus esca est quicquid mandi potest, et omnia fortuitu gignentia. Unde et appellati. Ictiofagi, quod venando in mari valeant, et piscibus tantum alantur. Hi post Indos montanas regiones tenent, quos subactos Alexander magnus piscibus vesci prohibuit. Antropofagi gens asperrima sub regione Syrica sita, qui quia humanis carnibus vescuntur, ideo antropofagi nominantur. Itaque sicut his, ita et ceteris gentibus per saecula aut a regibus aut a locis aut a moribus aut ex quibuslibet aliis causis inmutata sunt vocabula, ita ut prima origo nominis vetustate temporis non pateat. Iam vero hi quos antipodes dicunt, eo quod contrarii vestigiis nostris esse putantur, ut quasi sub terris positi adversa pedibus nostris calcent vestigia, nulla ratione credendum est, quia nec soliditas patitur nec centrum terrae. Sed neque hoc ulla hystoriae cognitione firmatur, sed hoc poetae quasi ratiocinando coniectant. Titanas autem quidam in Graecia ferunt fuisse robustos et excellentes in viribus populos, quos ferunt fabulae ab irata contra deos terra ad eius ultionem creatos. Unde et Titanes dicti sunt ΑΠΟ ΤΥΤΙCCO, id est ab ultione, quasi ulciscendae matris terrae causa in deos armati extiterint. Quos fabulae atque bello fuisse superatos atque extinctos fingunt, pro eo quod e caelo iactis fulminibus interirent.

De regnis militiaeque vocabulis

Regnum a regibus dictum. Nam sicut reges a regendo vocati, ita regnum a regibus. Regnum universae nationes suis quaeque temporibus habuerunt, ut Assirii, Medi, Persae, Egyptii, Graeci, quorum vices tempus ita volutavit, ut alterum ab altero solveretur. Inter omnia autem regna terrarum duo regna ceteris gloriosa traduntur: Assyriorum primo, deinde Romanorum, ut temporibus et locis inter se ordinata atque distincta. Nam illud prius et hoc posterius, illud in oriente, hoc in occidente exortum est. Denique in illius fine huius initium confestim fuit. Regna cetera ceterique reges velut appendices istorum habentur. Reges a regendo vocati. Sicut enim sacerdos a sacrificando, ita et rex a regendo. Non autem regit qui non corrigit. Recte igitur faciendo regis nomen tenetur, peccando amittitur. Unde et apud veteres tale erat proverbium: Rex eris si recte facias; si non facias, non eris. Regiae virtutes praecipuae duae: iustitia et pietas. Plus autem in regibus laudatur pietas. Nam iustitia per se severa est. Consules appellati a consulendo, sicut reges a regendo, et sicut leges a legendo. Nam cum Romani regum superbam dominationem non ferrent, annua imperia binosque consules sibi fecerunt. Nam fastus regius non benivolentia consulentis, sed superbia dominantis erat. Hinc igitur consules appellati vel a consulendo civibus vel a regendo cuncta consilio. Quos tamen ideo mutandos per annos singulos elegerunt, ut nec insolens diu maneret, et moderatior cito succurreret. Inde autem duo pares, quia unus rem civilem, alter rem militarem administraret. Regnaverunt autem annis quadringentis LXVII. Proconsules subiecti erant consulibus. Et dicti proconsules eo quod vice consulis fungerentur, sicut procurator curatoris, id est actoris. Exconsules autem dicti eo quod iam a consulatu exierint, sive discesserint peracto vicis sui anno. Dictatores quinto anno postquam reges expulsos Romani sunt creaverunt, dum gener Tarquinii ad iniuriam soceri vindicandam ingentem adversus Romam collegisset exercitum. Hi quinquennii temporis imperio utebantur. Plus enim erant honore quam consules, qui annuas potestates tenebant. Et dicti dictatores quasi principes et praeceptores. Unde et magistri populi nominabantur. Unde et edicta dicuntur. Caesarum nomen a Iulio coepit, qui bello civili commoto primus Romanum singulare obtinuit principatum. Caesar autem dictus quod caeso mortuae matris utero prolatus eductusque fuerit, vel quia cum caesarie natus sit. A quo et imperatores sequentes dicti Caesares, eo quod comati essent. Qui enim ex secto utero exemebantur, Caesones et Caesares appellabantur. Iulius autem dictus quia a Iulo Aeneae filio originem duxit, ut confirmat Virgilius: Iulius a magno demissum nomen Iulo. Imperatorum autem nomen apud Romanos eorum tantum prius fuit, apud quos summa rei militaris consisteret, et ideo imperatores dicti ab imperando exercitui. Sed dum diu duces titulis imperatoriis fungerentur, senatus censuit ut Augusti Caesaris hoc tantum nomen esset, eoque is distingueretur a ceteris gentium regibus; quod et sequentes Caesares hactenus usurpaverunt. Solet enim fieri ut primi regis nomen et reliqui possideant, sicut apud Albanos ex Silvii nomine omnes reges Albanorum Silvii appellati sunt; sicut et apud Persas Arsacidae, apud Egyptios Ptolomei, apud Athenienses Cecropidae. Augustum ideo apud Romanos nomen imperii est, eo quod olim augerent rem publicam amplificando. Quod nomen primitus senatus Octaviano Caesari tradidit, ut quia auxerat terras, ipso nomine et titulo monstraretur. Dum autem idem Octavianus iam Caesar et imperator appellaretur vel Augustus, postea vero dum ludos spectaret, et pronuntiatum esset illi a populo ut vocaretur et dominus, statim manu vultuque averso indecoras adulationes repressit, et domini appellationem ut homo declinavit, atque insequenti die omnem populum gravissimo dicto corripuit, dominumque se posthac appellari ne a liberis quidem permisit. Fuit autem filius Actiae, quae nata est de sorore Iulii Caesaris. Reges autem ob hanc causam apud Graecos basilei vocantur, quod tamquam bases populum sustinent. Unde et bases coronas habent. Quanto enim quisque magis praeponitur, tanto amplius pondere laborum gravatur. Tyranni Graece dicuntur, idem Latine et reges. Nam apud veteres inter regem et tyrannum nulla discretio erat, ut: Pars mihi pacis erit dextram tetigisse tyranni. Fortes enim reges tyranni vocabantur. Nam tyro fortis. De quibus dominus loquitur dicens: Per me reges regnant, et tyranni per me tenent terram. Iam postea in usum accidit tyrannos vocari pessimos atque inprobos reges, luxuriosae dominationis cupiditatem et crudelissimam dominationem in populis exercentes. Princeps et dignitatis modo significatur et ordinis, sicut est illud Virgilianum: Princeps ardentem coniecit lampada Turnus. Pro primus. Dictus autem princeps a capiendi significatione, quod primus capiat, sicut municeps ab eo quod munia capiat. Dux dictus eo quod sit ductor exercitus. Sed non statim quicumque principes vel duces sunt, et reges dici possunt. In bello autem melius ducem nominari convenit quam regem. Nam hoc nomen exprimit in proelio ducentem. Unde et Virgilius: Ducis Evandri. Salustius: Quo cupidius more ducis se quis (?) quia bonum non dixit more consulis (?). Monarchae sunt qui singularem possident principatum, qualis fuit Alexander apud Graecos et Iulius apud Romanos. Hinc et monarchia dicitur. Monos quippe singularitas Graeco nomine, archia principatus est. Tetrarches sunt qui quartam partem regni tenentes. Nam quattuor tetra sunt, qualis fuit apud Iudeam Philippus. Patricii inde vocati sunt pro eo quod sicut patres filiis, ita provideant rei publicae. Praefecti dicti quod praetoria potestate praesunt. Praetores idem qui et praefecti, quasi praepositores. Praesides vero dicti quia alicui loci tutela praesidialiter tenent. Tribuni vocati quod militibus sive plebibus iura tribuunt. Chiliarches sunt qui mille praesunt, quos nos millenarios nuncupamus, et est Graecum nomen. Centuriones dicti eo quod centum praesunt militibus, sicut quinquagenarii, quia in capite sunt L militum, sicut decani ab eo quod X militibus praeferuntur. Miles dictus quia mille erant ante in numero uno, vel quia unus erat ex mille electus. Romulus autem primus ex populo milites sumpsit et appellavit. [illegible] vero primum militiae ordinem docuit. Miles aut ordinarius dicitur aut extraordinarius. Ordinarius est qui per ordinem militat, nec adhuc aliquem consecutus est gradum honoris. Est enim gregarius, id est humilis militiae. Extraordinarius vero est qui ob virtutem meritum promovetur ex ordine. Emeriti dicuntur veterani solutique a militia, quia iam in usu pugnandi non sunt, quia mereri militare dicitur, ab stipendiis scilicet quae merent. Idem et veterani dicuntur, quia iam in usu plurimi sunt, scilicet per multos militiae labores quietis suffragium consecuntur. Equestres milites dicti eo quod equis sedeant. Hoc est militat ille in equestri ordine. Tyrones dicuntur fortes pueri, qui ad militiam delegantur atque armis gerendis habiles existunt. Hi enim non ex sola nativitate, sed ex aspectu et valitudine corporis existimantur. Unde et tyrones dicti, quoniam antequam sacramento probati fuerint, milites non sunt. Romanae autem militiae mos fuit puberes primo exercere armis. Nam sexto decimo anno tyrones militabant, qui etiam solo sub custodibus agebant. De quibus Virgilius: Et primo florentes aevo. Servos sane numquam militasse constat nisi servitute deposita, excepto Hannibalis tempore, cum post Cannense proelium in tanta necessitate fuissent Romani, ut ne liberandorum quidem servorum daretur facultas. Desertores vocati eo quod deserentes militaribus officiis evagantur. Hi in alios numeros militiae non dare prohibentur, sed et si non magni temporis culpa contraxerint, numeris suis restituuntur. Sed et qui deserto exercitu ad hostes transfugiunt, et ipsi desertores vocantur. Conscripti milites dicuntur, quia in tabulis conscribuntur ab eo qui eos ducturus est. Sic enim conscripti vocantur cum de alia in aliam legionem transeunt, et inter conscriptos quamvis dantur et assignabantur. Optiones dicti quod sint electi. Nam optare eligere est. Sicut est illud: Optavi locum regno, id est elegi. Excubitores dicuntur pro eo quod excubias semper agunt. Sed enim excubitoria militia et in portis excubant pro regali custodia. Excubiae autem diurnae sunt, vigiliae nocturnae. Unde et vigiles. Velites erant apud Romanos genus militiae a volitando vocati. Lecta enim agilitate iuvenes cum armis suis post tergum equitum consedebant, et mox cum ad hostes ventum esset, equis desiliebant, et continuo pedites ipsi ex alia parte equitibus, quibus vecti fuerant, dimicantibus hostem perturbabant. Ab his quoque velitibus defectus quondam Hannibalis recitatur (?), cum regia iam a suis fabrili scalpro inter aures adacto necarentur (?). Castra sunt ubi miles steterit. Dicta autem castra quasi casta, eo quod illic castraretur libido. Nam numquam his intererat mulier. Militia autem a militibus dicta, aut a multis, quia militia negotium multorum, aut a more rei (?) quasi molestia. Legio sex milium armatorum est, ab electo vocata, quasi lecti, id est armis electi. Proprie autem Macedonum phalanx, Gallorum caterva, nostra legio dicitur. Legio autem habet LX centurias, manipulos XXX, cohortes X, turmas CC. Centuria est pars exercitus in centenos milites divisa. Unde et qui his praesunt centuriones dicuntur. Subcenturiati vero sunt non qui in prima, sed qui in secunda centuria sunt, qui sub prima centuria, tamen stricti et ipsi in speculis positi in bello sunt, ut si prima defecerit, ipsi quasi sub se laborantibus primis subveniant. Unde et ad insidiandum ponitur subcenturiatus qui armis dolosis instruitur. Manipulus CC est militum. Manipuli autem dicti sunt milites, sive quia bellum primo manu incipiebant, sive quod antequam signa essent, manipulos sibi, id est fasciculos stipulae vel herbae alicuius pro signis faciebant. A quo signo manipulares milites cognominati sunt. De quibus Lucanus: Convocat armatos extemplo ad signa manipulos. Turma XXX equites sunt. Romani enim equites in una turma CCC fuerunt. De singulis enim centuriis X dabantur, et fiebat turma. Cohors quingentos milites habet. Tria sunt militiae genera: sacramentum, evocatio, coniuratio. Sacramentum in quo post electionem iuratur unusquisque miles se non recedere a militia, nisi post completa stipendia, id est militiae tempora; et hi sunt qui habent plenam militiam. Nam XXV annis tenentur. Evocatio dum ad subitum bellum non solum milites, sed et ceteri evocantur. Unde et consul solebat dicere: Qui rem publicam salvam esse vult, me sequatur. Coniuratio quae fit in tumultu, quando vicinum urbis periculum singulos iurare non patitur, sed repente colligitur multitudo et tumultuosa in ira conflatur. Haec et tumultuatio dicitur. Inter ceteras autem militiae formae sunt: exercitus, classis, nodus, cuneus, alae, cornua, agmen. Quae formas et nomina ex ipsis rebus de quibus translata sunt mutuantur. Acies dicta quod ferro armata sit et acumine gladiorum. Exercitus multitudo ex uno genere, ab exercitatione belli vocata. Classes dictae propter divisionem exercitus, quae postea dicti sunt manipuli. Unde et Virgilius: Classibus hic locus, hic acies certare solebant. Iam postea et classica navium dicta. Nodus proprie est densa peditum multitudo, sicut turma equitum. Nodus autem dictus a difficultate, quod vix possit resolvi. Cuneus est collecta in unum militum multitudo. Unde et propterea quod in unum coit, ipsa coitio in unum cuneus nominatus est, quasi coneus, quod in unum omnes coguntur. Alae in exercitu XXX equites esse dicuntur. Alae autem equites ob hoc dicti, quia tegunt pedites alarum vice. Cornua dicuntur extremitates exercitus, quod intorta sint. Agmen dicitur cum exercitus iter facit, ab agendo vocatum, id est eundo. Plautus: Quo agis? Ipse est enim exercitus ambulans. Nam agmen dicitur quod in longitudine directum est, quale solet esse cum exercitus portis procedit. Quicquid fuerit aliud abusive dicitur. De imperiis militiaeque vocabulis ex parte dictum est.

Unde cives sint dicti

Deinceps civium nomina summatim subiungimus. Cives vocati quod in unum coeuntes vivant, ut vita communis et ornatior fiat et tutior. Domus unius familiae habitatio est, sicut urbs unius populi, sicut orbis domicilium totius generis humani. Est autem domus genus, familia, sive coniunctio viri et uxoris. Incipit autem a duobus, et est Graecum nomen. Familia est liberi ex liberis legibus suscepti a femore. Genus autem aut a gignendo et procreando dictum, aut a diffinitione certorum prognatorum, ut nationes quae propriis [illegible] natae gentes appellantur. Populus est humanae multitudinis iuris consensu [illegible] communione sociatus. Populus autem eo distat a plebibus, quod populus universi cives sunt, connumeratis senioribus civitatis. Populus ergo tota civitas est; plebs autem vulgus est. Plebs autem dicta [illegible]. Maior est enim [illegible] id est cyto [illegible] populus laos dicitur a lapide. Vulgus est passim inhabitans multitudo, qui quisque quo vult. Tribus dicuntur tamquam curiae et congregationes distinctae populorum. Et vocatae tribus ab eo quod in principio Romani trifarie fuerant a Romulo dispertiti: in senatoribus, militibus et plebibus. Quae tamen tribus nunc multiplicatae nomen pristinum retinent. Senatui nomen aetas dedit, quod seniores essent. Alii a sinendo dictos aiunt senatores. Ipsi enim agendi facultatem dabant. Senatus consultum a consulendo et tractando est dictum, quod sic fit ut consulat et nocere non possit. Patres autem, ut Salustius dicit, a curae similitudine vocati sunt. Nam sicut patres filios suos, ita illi rem publicam alebant. Patres conscripti, quia dum Romulus X curias senatorum elegisset, nomina eorum praesente populo in tabulas aureas contulit, atque inde patres conscripti nominati. Primi ordines senatorum dicuntur illustres, secundi spectabiles, tertii clarissimi. Iam inferiores [illegible]. Quamvis autem senatoria quisque origine esset, usque ad legitimos annos eques Romanus manebat. Deinde accipiebat honorem senatoriae dignitatis. Censores apud veteres Romanos erant. Est enim censoris nomen dignitatis iudicialis. Censere enim iudicare est. Item censores patrimoniorum iudices a censu aeris appellati. Iudices dicti quasi ius dicentes populo, sive quod iure disceptent. Iure autem disceptare est iuste iudicare. Non est autem iudex si non est iustitia in eo. Praesides rectores sunt provinciae, dicti quod praesint. Praetores autem quasi praeceptores civium et principes. Idem et quaestores, quaesitores, eo quod quaestionibus praesint. Consilium enim [illegible]. Proceres sunt principes civitatum, quasi procedentes, quod ante omnes honore procedant. Unde et capita trabium quae eminent extra parietes proceres dicuntur, eo quod primi procedant. Hinc ad primores facta translatio, quod a cetera multitudine promineant. Tribuni dicti quod plebi iura vel opem tribuunt. Constituti sunt autem VI anno post reges exactos. Dum enim plebs a senatu et consulibus premeretur, tunc ipsa sibi tribunos quasi proprios iudices et defensores creavit, qui eorum libertatem tuerentur et eos adversus iniuriam nobilitatis tuerentur. Unde et defensores dicti, eo quod commissam plebem contra insolentiam improborum defendant. At contra nunc quidam eversores, non defensores existunt. Numerarii vocati sunt, quia publicum nummum aerariis inferunt. Functi ab eo quod fungantur officio et honore aliquo dicti. Hinc et defunctos mortuos dicimus, qui compleverint vitae officia. Nihil enim iam faciunt. Municipes sunt in eodem municipio nati, ab officio muneris dicti, eo quod munia accipiant. Munia enim officia sunt. Unde et immunes dicuntur qui nullum gerunt officium. Municipales originales cives et in loco officium gerentes. Decuriones dicti quod sint de ordine curiae. Officium enim curiae administrant. Unde non est decurio qui summam non intulit vel etiam non participavit. Curiales autem iidem et decuriones. Et dicti curiales quia civilia munera procurant et exequuntur. Principales, magistrati et duumvirales curialium officiorum ordines sunt. Principales dicti quod primi sint magistratibus. Magistrati vero quod maiores sint reliquis officiis. Duumvirales [illegible]. Manumissus dicitur quasi manu emissus. Tabellio vocatus eo quod sit portitor tabellarum. Idem exceptor. Idem et scriba publicus, quia tantum ea quae gestis publicantur scribit. Burgarii a burgis dicti, quia crebra per limites habitacula constituta burgos vulgo vocant. Unde et Burgundionum gentis nomen inhaesit, quos quondam subacta Germania Romani per castra disposuerunt, atque ita nomen ex locis sumpserunt. Collegiati dicuntur quod ex eorum collegio custodiisque deputentur qui facinus aliquod commiserint. Est [illegible] cum sordidissimum genus hominum parere in eo progenitum (?). Privati sunt extranei ab

officiis publicis. Est enim non magistratum habentium consortium. Et dicti apparitores quia sunt ex officiis eis absoluti. Mercennarii sunt qui serviunt accepta mercede. Idem et barones greco nomine quod sint fortes in laboribus. Barea autem dicitur gravis, quod est fortis. Cui contrarius est levis, id est infirmus. Publicani appellantur conductores vectigalium fisci vel rerum publicarum, sive qui vectigalia publica exigunt, vel qui per negotia seculi lucra sectantur. Unde et cognominati sunt. Villicus proprie ville gubernator est. Unde et a villa villicus nomen accepit. Interdum autem villicus non gubernationem ville sed per dispensationem universe domus Tullio interpretante significat; quod est universarum possessionum et villarum dispensatorem. Actores idem et curatores ab agendo et curando vocati. Procuratores vero eo quod vice curatoris funguntur, quasi procuratores, sicut proconsul pro consule. Coloni sunt cultores advene dicti a cultura agri. Sunt enim aliunde venientes, atque alienum agrum locatum colentes, ac debentes conditionem genitali solo propter culturam agri sub dominio possessoris, pro eo quod his locatus est fundus. Colonorum autem quattuor modis dicuntur. Nam coloni aut romani sunt, aut coloni latini, aut coloni auxiliatores, aut coloni rurisprivati. Inquilini vocati quasi incolentes aliena. Non enim habent propriam sedem, sed in terra aliena habitant. Differt autem inter inquilinum et advenam. Inquilini enim sunt qui emigrant et non perpetuo manent. Advene autem vel incole advenientes nomen habent, sed permanentes. Et inde incole quia iam habitatores sunt ab incolendo. Indigene sunt inde geniti et in eodem loco nati ubi habitant. Incola autem non indigena sed advena indicatur. Peregrini dicti quod ignorantur eorum parentes a quibus orti existunt. Sunt enim de longinqua regione. Urbani vocabantur qui Rome habitabant. Qui vero in ceteris locis, oppidani. Nam sola urbs Roma, cetera oppida. Famuli sunt ex propria servorum familia nati. Servorum autem vocabulum inde traxerunt quod hi qui iure belli possent occidi, a victoribus conservabantur, et servi fiebant, a servando scilicet servi appellati. Ancille a sustentaculo vocate. Ancon enim grece cubitus dicitur. Unde et ancones dicimus. Mancipium est quidquid manu capi et subdi potest, ut homo, equus, ovis. Hec enim animalia statim ut nata fuerint, mancipium esse putantur. Nam et ea que in bestiarum numero sunt, tunc videntur mancipium esse quum capi sive domari ceperint. Ingenui dicti quia in genere habent libertatem non in facto, sicut liberti. Unde et eos greci eugenes vocant, quod sint boni generis. Liberti autem vocati quasi liberati. Erant enim prius iugo servitutis addicti. Libertorum autem filios apud antiquos libertinos appellabant quasi de libertis natos. Nunc autem libertinus aut a libero factus aut possessus. Manumissus dicitur quasi manu emissus. Apud veteres enim quotiens manumittebant, alapa percussos circumagebant et liberos confirmabant. Unde et manumissi dicti, eo quod e manu mitterentur. Dediticii primum a deditione sunt nuncupati. Dediticius enim dicitur qui se victum aut vincendi hostes victoribus tradunt. Quibus hec origo nominis fuit. Dum quondam adversus populum romanum servi armis sumptis dimicassent, victi se dederunt comprehensique varia pena affecti sunt. Ex his quidam a propriis dominis manumissi propter supplicia notas que manifeste perpessi sunt, ad dignitatem civium romanorum non pervenerunt. Latini autem romani condicti apud latinos fiebant, nunquam testamenti sed per epistolam libertate sumentes. In quo testamentum non fiebant, nec ex testamento aliquid capere, nec suos heredes facere poterant. Cives romani postea sub consulibus prestantia ab urbe romana effecti sunt. Dicti cives romani quia testamento liberi effecti in numerum civium romanorum redigerentur. His primum aditus erat in urbe Roma commorari. Ceteris autem libertis prohibebatur ne vel in urbe Roma vel intra septimum ab urbe miliarium commanerent.

De affinitatibus et gradibus.

Heres nomen impositum census eris. Solent enim tributi auctoris. Inde enim vocabula prima successio est hereditatis et gentis ut sunt filii et nepotes. Proheres est qui loco heredis fungitur quasi pro herede. Est enim aut institutus aut substitutus. Pater est a quo initium nascitur generis. Itaque paterfamilias is vocatur. Pater autem dictus eo quod patratione peracta filium procreet. Patratio enim est rei venereae consummatio. Lucretius: Et bene patrando patrum. Genitor autem a gignendo. Et parentes quasi parientes. Idem et creatores. Crementum enim semen masculi. Unde et animalium et hominum corpora concipiuntur. Hinc et creatores parentes dicuntur. Mater dicitur quod ex ea efficiatur aliquid. Mater enim quasi materia. Nam pater causa est. Paterfamilias autem dictus quod omnibus in familia sua positis servis tamquam pater filiis paterna dilectione consulit, servorumque conditionem a filiorum affectu non discernit, sed quasi unum membrum amplectitur. Hinc enim exortum est nomen patrisfamilias. Qui autem inique dominantur in servis, hi se nomine nequaquam reputent appellari. Materfamilias inde vocatur, quia per quandam iuris sollemnitatem in familiam transit mariti. Tabule enim matrimoniales instrumenta emptionis suae sunt. Alias sic materia est, mater primum pueri, id est qui mater nata, ita materfamilias illa est que plures enixa est. Nam familia ex duobus esse incipit. Avus patris pater est, ab evo dictus, id est ab antiquitate. [illegible] Abavus proavi pater [illegible] abavo. Atavus abavi pater. Tritavus [illegible] atavi, id est quartus super avum. Sed tritavus ultimum cognationis nomen est. Familia enim orta a patre et continuatur in tritavo. Filius et filia a familia dicti sunt. Ipsi enim primi in ordine nascentium existunt. Unde et cornelia familia stirps ipsa omnis a cornelio orta. Familia autem a femore, semen enim generis est et stirps ostendit. Nam et familia per servos abusive non proprie dicitur. Stirps ex longa generis significatione vocatur. Gnatus dictus quia generatus. Unde et per g scribitur. Soboles eo quod substitutio sit generis. Quadripertitus est autem ordo filiorum, id est: Unigenitus, Primogenitus, Medius, Novissimus. Unigenitus quod sit unus, nec ante nec post illum. Primogenitus autem quem nullus. Medius inter omnes. Novissimus post omnes. Idem et minimus a monade. Novissimus autem quasi novus, quia ceteri precedendo antiquiores existunt. Quattuor et modis filii appellantur: natura, imitatione, adoptione, doctrina. Natura veluti cum dicuntur filii Abrahe iudei. Imitatione ut qui Abrahe fidem imitantes ex gentibus, dicente evangelio: Potens est deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahe. Vel sicut eosdem iudeos dominus filios esse dicit diaboli, a quo non nati sed quem fuerant imitati. Adoptione quoque, quod humana consuetudine nulli licet nescire, vel sicut nos deo non natura sed adoptione dicimus: Pater noster qui es in celis. Doctrina sicut apostolus filios suos appellat eos quibus evangelium predicavit. Filii autem ideo in legibus liberi appellantur, ut isto vocabulo secernantur a servis, quia sicut servus in potestate est domini, sic filius in potestate est patris. Inde et filio fit emancipatio ut sit liber a patre, sicut fit servo manumissio ut sit liberatus a domino. Item liberi dicti quia ex libero matrimonio sunt orti. Nam filii ex libero et ancilla servilis conditionis sunt. Semper enim qui nascitur deteriorem parentis statum sumit. Naturales autem dicuntur ingenuarum concubinarum filii, quos sola natura genuit, non honestas coniugii. Idem et pueri a pube. Adoptivus filius est qui aut patre vivo aut avo aut proavo in potestate per mancipationes [illegible] in aliena potestate, quam utrique fit nominis, ut Flavius Emilius vel Scipio Paulinus. Gemini sunt non duo tantum simul nati sed et plures. De geminis autem uno abortivo, alter qui legitime natus fuerit vopiscus vel vopiscus nominatur. Postumus vocatur eo quod post humationem patris nascatur, id est post obitum. Sive et defuncti nomen accipit. Sic enim lex voluit ut qui post defunctum nascatur defuncti nomine appelletur. Nothus dicitur qui de patre nobili et de matre ignobili gignitur, ut ex concubina. Est autem hoc nomen grecum et in latinitate deficit. Huic contrarius est spurius, qui de matre nobili et patre ignobili nascitur. Item spurius patre incerto, matre vidua genitus, veluti tantum spurii filius, quia muliebrem naturam veteres spurium vocabant, veluti apo tu sporu, hoc est seminis, non patris nomine. Eosdem et fabonios appellabant, quia quedam animalia favonio spiritu, id est austro, concipere existimantur. Unde et hi qui non sunt de legitimo matrimonio, matrem potius quam patrem sequuntur. Latine autem spurii quasi extra puritatem, id est quasi immundi. Nepos est qui ex filio natus est. Dictus autem nepos quia natus post. Prius enim filius nascitur, deinde nepos. Gradus enim substitutionis est. Hinc et posteritas quasi posterior etas. Nepos autem utriusque sexus est. Nam et neptes dicimus in iure est, propter discretionem successionis admissa. Pronepos est qui ex nepote concipitur, natusque est. Et dictus pronepos quasi natus porro post. Ex hoc quoque gradu incipit vocari et progenies quasi porro post genita. Nam filii et nepotes non sunt progenies, quia non est in eis longa posteritas. Sicut autem inferi longo ordine progenies dicuntur, ita superiores parentes. Atavi progenitores dicuntur quasi porro genitores. Pronepos dictus quasi prope nepotem. Abnepos quasi seiunctus a nepote. Est enim inter illum et nepotem pronepos. Adnepos abnepotis filius. Trinepos adnepotis filius, quia post nepotem quarto in ordine est, quasi trinepos. Minores autem non dicimus nisi quorum gradus deficit. Non, ut puta filius, nepos, pronepos, abnepos, adnepos, trinepos. Ubi isti gradus defecerint, minores dicimus; et maiores, post patrem, avum, proavum, abavum, atavum, tritavum, qui vocabulo [illegible].

Agnati dicti eo quod accedant pro natis dum desunt filii. *Unde agnati.*

Cognatio primum in gente agnoscitur, quia veniunt pariter secum personas, velut frater eodem patre natus vel fratris filius nepos vel ex eo item patruus. Cognati dicti quasi et ipsi propinquitate cognationis coniuncti. Qui inter agnatos habentur quia per femininum sexum personas veniunt, nec sunt agnati sed alias naturali iure cognati. Proximi propter proximitatem sanguinis appellati. Consanguinei vocati eo quod ex uno sanguine, id est ex uno patris semine nati sunt. Nam semen viri spuma est sanguinis ad instar aque in scopulos collise, que spumam candidam facit, vel sicut vinum nigrum quod in calice agitatum spumam albentem reddit. Fratres dicti eo quod sint ex eodem fructu, id est ex eodem semine nati. Germani vero de eadem genitrice nascendo manantes. Non ut multi dicunt quod sint ex diversis patribus et uno utero editi. Hi vero tantum uterini. Quattuor autem modis fratres dici in scripturis divinis: natura, gente, cognatione, affectu. Natura ut Esau et Iacob, Andreas et Petrus, Iacobus et Iohannes. Gente ut omnes iudei fratres invicem vocantur, ut in Deuteronomio: Si autem emeris fratrem tuum qui est hebreus. Et apostolus: Optabam inquit anathema esse pro fratribus meis qui sunt cognati mei secundum carnem, qui sunt israhelite. Porro cognatione fratres vocantur qui sunt de una familia, id est patria, quas latini paternitates interpretantur, cum ex una radice multa generis turba diffunditur. Unde in Genesi: Dixit Abraham ad Loth: Ne sit rixa inter me et te, fratres enim sumus. Et certe Loth non erat frater Abrahe, sed filius fratris eius Aram. Quarto modo affectu fratres dicti, qui in duo scinduntur: spiritale et commune. Spiritale quo omnes christiani fratres vocantur, ut: Ecce quam bonum et quam iocundum habitare fratres in unum. In commune cum sunt omnes homines ex uno patre nati pari inter nos germanitate coniungimur, scriptura loquente: Dic his qui oderunt vos fratres nostri estis. Germanitas intelligitur ut germani eadem genitrice manans. Soror autem ut frater. Nam soror est ex eodem semine dicta, quod sola cum fratribus in sorte agnationis habeatur. Fratres fratrueles eo quod patres eorum germani fratres inter se fuerunt. Consobrini vocati qui aut ex sorore aut ex fratre, aut ex duabus sororibus sunt nati, quasi consororini. Fratrueles autem matertere filii sunt. Sobrini consobrinorum filii sunt. Tritavus gradus nomen est. Patruus frater patris est, quasi pater alius. Unde et moriente patre pupillum proximus patruus suscepit, et quasi filium lege tuetur. Avunculus est matris frater, cuius nomen formam diminutivi habere videtur, quia ab avo venire monstratur. Amita est soror patris quasi alia mater. Matertera est matris soror quasi mater altera. Socer est qui filiam dedit. Gener est qui filiam duxit. Gener autem dictus quod ascitur ad augendum genus. Socer autem et socrus quod generum vel nurum sibi associant. Vitricus est qui uxorem ex alio viro filium aut filiam habentem duxit. Et dictus vitricus quasi novitricus, quia a matre superducatur novus. Privignus est qui ex alio patre natus est. Et privignus dictus quasi prius genitus. Unde et vulgo antenatus. Vocabula a genere hec videntur declinata: genitor, genitrix, agnati, agnate, cognati, cognate, progenitores, progenitrices, germani, germane.

De patre.

Auctor mei generis mihi pater est, ego illi filius aut filia. Patris mei pater mihi avus est, ego illi nepos aut neptis. Patris mei avus mihi proavus est, ego illi pronepos aut proneptis. Patris mei proavus mihi abavus est, ego illi abnepos aut abneptis. Patris mei abavus mihi atavus est, ego illi adnepos vel adneptis. Patris mei atavus mihi tritavus est, ego illi trinepos aut trineptis.

De nomine fratris.

Patris mei frater mihi patruus est, ego illi fratris filius aut filia. Patrui mei pater mihi patruus magnus est, ego illi filii fratris filius aut filia. Patrui mei avus mihi propatruus, ego illi filii fratris nepos aut neptis. Patrui mei proavus mihi adpatruus est, ego illi nepotis filius aut neptis. Patris mei soror mihi amita est, ego illi fratris filius aut filia.

De nomine sororis.

Amite mee mater amita mihi magna est, ego illi filie fratris filius aut filia. Amite mee avia mihi proamita est, ego illi neptis filius aut filia. Amite mee proavia mihi abamita est, ego illi neptis nepos aut neptis.

De nomine avunculi.

Matris mee frater mihi avunculus est, ego illi sororis filius aut filia. Avunculi mei pater mihi avunculus magnus est, ego illi filie sororis filius aut filia. Avunculi mei avus mihi proavunculus est, ego illi filie nepos aut neptis. Avunculi mei proavus mihi abavunculus est, ego illi neptis filius aut filia.

De nomine matertere.

Matris mee soror mihi matertera est, ego illi sororis filius aut filia. Matertere mee soror mihi matertera magna est, ego illi sororis nepos aut neptis. Avie mee soror mihi abmatertera est, ego illi sororis pronepos aut proneptis. Proavie mee soror mihi promatertera est, ego illi neptis filius aut filia. Hec consanguinitas dum se paulatim propaginum ordinibus dirimens usque ad ultimum gradum subtraxerit, et propinquitas esse desierit, eam rursum lex matrimonii vinculo repetit, et quodammodo revocat fugientem. Ideo autem ad sextum generis gradum consanguinitas constituta est, ut sicut sex etatibus mundi generatio et hominis status finitur, ita propinquitas generis tot gradibus terminaretur.

De linguis lxxii.

Hebrea. Assyria. Chaldea. Persica. Mariz. Ellemahic. Arabica. Scitica. Persica. Chaldic. Keua. Gersestana. Samaria. Ethiopia. Alan. Amazonia. Helec. Masoti. Osc. Tyrec.
216. Lepegia. Apahamue. Epepertch. Grecia. Vitic. Armenia. Albanie. Francia. Britannia. Equitania. Hyspania. Scotia. Boemie. Ruscia. Bulgaria. Ungaria. Ciporia. India. Numedia. Sclavia. Saxonia. Arcinoni. Parcitoni. Carteroni. Ymaheltep. Pardna. Senechia. Galachia. Wasconia. Briechia. Pamphilia. Philippia. Harbachia. Chananea. Sydonia. Sadochia. Macedonia. Germania. Cheria. Epiphania. Tharsia. Pompopolia. Abasia. Samsechia. Artanicia. Partania. Mesopotamia. Caronia. Cispania. Pannonia. Vaspigania. Nesepia.

Ethimologia ysi[...]



Vir sexum significat non coniugium, nisi adiecteris uir eius. Maritus uero et sine adiectione coniugem sonat et a mare maritus quasi mas. Est enim primae positionis quod fit in diminutione masculus, in deriuatione maritus. Sponsus a spondendo uocatur. Nam ante usum tabellarum matrimonii cautiones sibi inuicem mittebant, in quibus spondebant se inuicem consentire in iura matrimonii, et fideiussores dabant. Unde admissum est ut sponsum dicamus uirum a spondendo, et sponsam similiter.

Marita fratri leuir uocatur. Duorum inter se fratrum uxores ianitrices uocantur ... Matrimonium est nobilium iusta conuentio et conditio. Coniugium est legitimarum personarum inter se coeundi et copulandi nuptiae ...

...

Explicit liber nonus.

INCIPIT LIBER X DE NOMINIBUS PER ALFABETUM

Origo quorundam nominum ... Licet origo nominum ... philosophi teneant ... ut per denominationem homo ab humanitate, sapiens a sapientia nominetur ... sic homo ab humo. Unde et propheta est appellatus ... quaedam in hoc opere posuimus.

Auctor ab augendo dictus. Auctor et ... Amicus ... Alumnus ab alendo uocatur ...

Aechis mos. Aedituus mansionari(us) t custos eccl(es)ie. Aetatula diminutiv(um) ab etate.
Aematas clamor altus. Aeter p(er)itas aeris t c(a)eli. Aequat assimilat. Aery op(er)a
ng. Aemulus imitator invidens inimicans. Aequiman(us) sp(eci)es gladiator(is) q(ui) utraq(ue)
manu depugnat. Aequipensu(m) q(uod) equalis ponderis t mensure. Aemulatio ... adve(r)
...primus. Aene ere(us). Aethilion in equus sol(is). Aegida ... Aeui maturis
senex. Aeternas ... Aelmon ... Aequilibre in equilibrium eq(ui)pensu(m). Aeq(ui)
...e equitas ... Aequonomia eq(ui) lex. Aera numo. Aedilis edulu(m) esca.
habit. ... Aerumni ... Aegmonii ... Aethymologia ori
go vocabulorum. Aeonas ... latino ... Aechos affricat t domi. Aeula porte
an foris. Aeccha ... t ... fidelium. Aebulus h(er)ba. Aer spatium a terra
luna. Aether spatium a luna ad celi firmamentum. Aedituo ... Afforisni ...
... Affurtulas ... dissipo. Affor ... alloq(ui). Affixa ara. Affro
... Affrim ... affrican(us). Affurat ...
Affecto affligo. Affinis p(ro)pinquus. Affatim ... habunde t copiose. Affer de
affrica. Affluere habundare. Affect(us) affectio amor. Affa(bi)lis t blandus delectabilis.
Agger cumulus t strata t via publica. Agon lucta. Agonitheta t agonista
in agone. Agonetta q(ui) p(re)e(st) lucrantib(us) t pugnantib(us). Agmen ... cornu
... t multitudo ... acie ... Illi agmine ...
Agesy ... Agagmenos ... Agiographa ... pagina ... sc(ri)pta.
Agino ... explico. Aga ... Agaso custos equor(um) ... caballari(us). Agriofagite
q(ui) solas carnes ferar(um) ed(un)t. Agrippa qui i(n) pedib(us) nascit(ur) cu(m) ... Agabo q(ui) ...
... Agonia sollicitudo trepidatio. Agellus ... Agason
minist(er) offici(us) t domesticus. Agalma fig(ur)a t celestia hospicia. Agapis caritas t p(ro)pi
ciatio ... t elemosina. Agsone ... Agira ... giru(m) navis. Agilipongite
saxu t agantor ... Agapa ... Agalapo ... Agathon bonu(m). Agestis
... Agallio ... gaudeo. Agestis ... Ageri ... Agioh ...
... t s(an)c(tu)s. Agapetos dilectus in agape elemosina ... Agallias(is) iusticia. Agora
foras. Agiothio ... Agonithe ... Aggga... Agilis velox. Agrista
grarum ... Agarri ... Agrimnia ... mgilo in agrimnia ... Agreus ...
stem t sollempnitas. Ami ... fons t occult(us). Aiech ... glosus. Alocten ... Alleu forte.
Am ... videntes. Alla laudare d(omi)n(u)m. laus dei & e(st) co(m)posita ex duob(us) nominib(us)
heb(r)aicis q(ui) est deus & alle q(uod) e(st) laudare t clamare. Allegoria sp(irit)ual(is) sensus nam aliud
sonat aliud intelligit(ur). Alta p(ro)fundu(m) t p(ro)dig(ium) t tabula t aliud loqu(i). Ales avis
t alit(ur) avis ab alendo. Altorsum alias t alia parte. Albugo macula i(n) oculu(m) ...
bracula. Alcion avis marina t gen(us) ferri. Albor ... Alni arbor in alneis.
Alnetu loc(us) alnor(um). Alluvium ... t sterquilinu(m) ... loc(us). Algor
frig(us). Alliceo decipio. Alipedi ... pedes albatos h(abe)nt. Alum farina simila.
Albari ... maris. Albe ... Aligeri ... Alius ... aliud
la. Alveolus q(uo) ... t panificus vas. Alabastr(um) vas de gemma t de marmo
re i(n) q(uo) unguenta servant(ur). Alue ... Alere nutrire. Alsiosus q(ui) facile
frigescit. Alvearia silu(a) t vasa apium. Allubescens p(ro)mittens annuens. Alopi
cium scabies capitis. Altores nutritores cultores. Altaes ... Alacrimonia le
... Alectat expectat. Alaris agaso. Alt... abiuuice. Alterat variat vice.
Alticor ... Alipes equus velox. Al... suspiriu(m). Allex maximi digiti ...
Albu(m) tabula ... q(ui) ... albis litt(er)is iudices ac se
natores. Altus eminens t ... Alleluia ... fie. i. pausabit. Altea h(er)ba
Albi ... Albe ... Ale ... ale ... t equor(um). Aloe e(st) lignu(m) op
timi odoris ... ex eo p(ro)fluens ... odoramina ... Altus ...
Allux ... Albio ... Alua ... Albius ... Aluca sordes aurium.
Alop... lex. Alaxo ... Allego ... Allectura ... Alupis vulpis. Aleoth
... Alleb... Alice ... Alleor ... Alumina ... Alana
... Alfida ... Alupari ... Alfica hordei farina. Alero
... Albuci... claritas ab albo. Altisonans alte sonans. Alla illa. Alers sollers
t prudens. Alchos ferru(m). Alium ... Allogiathea sermo sine ...
... Allec ... piscis. Alma ... Alysis ... Alogia ...
Alogias ... t sermone vocari. Allego ... Allumin ... Allodiu(m) ... ex
... ad. ... locis ... libere ... Alfamen ...
Allofili philistei. Algama h(er)ba t silu(a). Alvearia t alvearium vas apium. Aluet splendet.
Alienat ... alienare. ... Alfeus ...
... Alfus morb(us) ... Aloe ... arboris ... odoris. Alerunco eradico.
Alimu ... ungentu(m) incorruptibile t ... Amator ... vestro
... Amie ... Aminus ... Ambrosius
odoramen. ... Ambifaria ... ex ambob(us) p(ar)tib(us).
Amphitheatru(m) ... mare. Amita soror patris. Amitamagna soror avi.
Amnistia oblivio. Ambulus ... Ambur ... incendium. ... obliviosior.
Amarte culpo. Amula ... Amilari equus. ...
olei. Amaragenita ... Amaneo ... Amaneo ... expecto.
Amara ... Amaracu(m) gen(us) floris. Amasi ... ad amore(m) t ob
... Ambulachrum spaciu(m) ambulandi. Amiculu(m) ... palliu(m) lineu(m) t peplu(m).
Amazones virgines ... Amphibalus ... bellos. Amminiculor adiuvo t
solor. Amens demens. Amsis ... Amusa ... Ambro ...
... Amicine sine robore. Amaxa ... Ambrachia ... abhominabilis.
Ambab(us) t ... Amicum ... Ambulla ... Amita
... & e(st) ferru(m) longu(m) & gracile. & e(st) corrigia i(n) medio ...
... Amfragosus ... Ambusatio t locutio t vana dictio.
Ampl... gula. ... Amfibrach ... Amfimacrus
... Amans ... Amfibologia dubia locutio. ...
... Ambago circuitus. Amogani ... unguentu(m). Ambiguos ... gemellos pariens. Ama
driades demones aquatici. Ambio cupio circuito. Amplexatio ... Ameson h(er)ba.
Amola farina t simila. Ambrones ... edaces humana carne ...
... Ambages ... circuli. Amor folia. Amiter ... Ama
... Amice ... fide. Ambo ... statio analogiu(m) sella p(re)dicatoris. Amburo
... Amena nemorosa. Amarchados ... Amaul(a) fiala. ... Amollior
... Ambifari ... duplex multa loquens multiloquus. Ampullolas ... loquentes.
Anathema ... Anathema maledictio. Anabibazon ... Anastasy ...
... t resurrectio t iudicium. Anabasis ... ascensio. Anastas ... Anastasis
... Anaglifa sculptile i(d est) ymago t ... sepeli.
Anagoges ... i(d est) spiritualis intellectus t superior. Ana ... vas ... Anasta
... Anathole oriens. Anat ... Ananusis ... Ana. es
... Analogia ... Anaph(or)a ... Analime(n)te ...
Anar ... nullius ... Anastophia ... Anapest(us). Anamnesis commemoratio. Ana
... renovatio. Anastasio destructio. Anachoresios deserti in anachoreta heremita.
Analogia ... Analogia fig(ur)a ... similiu(m) ... p(er) q(uam) ...
... Ana ... t obsec... Anacephal... capite ...
diplosis fig(ur)a. Anaximandros ... Ancilla adultera. Anchilia arma cele
stia t dona ... Anchoresis remotio. Anciles poplites. Ancilas ...
... Ancille. Ancillor humiliter servio. Ancia ... Ango ... angor ...
... Anchisa ... Anchone ... Anchora. Angor angor. Anator
... Ancillari q(ui) i(n) cella nutrit(ur). Anchoreta expulsus ...
Anceps ... Anaras ... Ancipite ... Ancipit ...
... Andapila ... Andrius ... Anella ...
Andro ... Androgenos ... Andreas fortitudo. Anesvallis.
Anger ... Anaphora ... Aneo ... Anulo ...
Annosus ... Ansicula ... Anser ... Anet accipit mater. Anfra
ctus mare ... Anfractu circuitu t difficultas ... Ansora ...
Ansora ... Anguis chelydros serpens valens i(n) aq(ua) & i(n) t(er)ra. Angiport

art(us) locus refrigeriu(m) navis. Angenido angustia ... Angor afflicto. Angor
afflictio. Angipodes zygamis. Angulosis ... sermo. Angusta glandula ... faucium.
Angario cogo. t angaria co(m)pello. Anglis ... Angina anhelatio suspiriu(m) ab anhelo q(uod) est
suspiro. Anhelas sop(ra) ... Anhelans desiderans i(d est) deficiens. Animadverto animu(m)
adverto i(d est) intelligo. Animosus sup(er)bus. Animat vivificat. Animula musica. Annalis senit
ab anno in anticas ... Anceps ... Anxie ... studiosus. Anicula vetula.
Anier virginea mulier. Animans o(mn)e vivens. Anerio recognosco t libras. ...
... Anomia ... Anomalu(m) inequale. Anossium. Anopsus ... t color. Anobarbus
cu(m) flava t varia barba. Anaven delectabit. Anomian ... dicentes. Anfracti ...
... Annio ... Anamus nubes. Annotin(us) annicul(us) ... anni. Annuit
plus ... Annecto coniungo. Annona census t victus. Annorum ... infirmitas t assi
dua. Annodine ... Anne fulgor. Anudi ... Anullo ...
... Anicula senex t parvula. Anulus annularis. Anna ... deprecantes.
Angro valde ... Ansporto abduco. Ansa t hasta. Antistitas. Antigri ...
t docens. Antistes ... stans ... Antistiti psalat. Anumans putans. Antra
obscura. Antesis ... Antifrasis contraria locutio. Antidoti ... medici
na t ... Antemne ... Anticipo ... occupo ... ca
pio. Antagonista recitator. Antena arc(us) t ... Anto ... Antes ...
... t ... Antebiblerum ... libros t custos ... Antier ...
... Antigenu(m) ... Antie ... Antelus vas ... Antipodes q(ui)
h(abe)nt ... pedes. Antentus porticor ... Antes extremi ordines. Ante
... apposita. Antestator ... Antepos ... Anticira ... insule ...
habundat helleboru(m). Antistibulu(m) ... Antistinos urbanitas. Anta
na classis t ... sensus. Antinecabole ... Anthilea ... haurit(ur) ...
Anthilea ... Anthlamo ... excuso ... Antha ... Antiph(ona) e(st)
vox ... Antonomasia ... Antropofagi ... Antica ferru(m) ... manu
tenet. Antarctic(us) austral(is) circulus. Antidi ... manifeste ...
Anr(ulus) t anellus ... Anulus ... digito ... anularia
officina anulor(um). Anulari(us) opifex anulor(um). Anubis deus egyptior(um). Anxifer
... Anbudes ... Anxia ... Anxy ... barbar. Anxiferi
mestifice offractor. Apparitor auditor gladiator minister. Apatio regalitatio ...
sequitur t pax. Apartias ventus australis. Apotorium ... pariunt ... au
ditorium. Apathies ... Appellatiuus ... minor t ... Apricat
aspirans. Apex summitas cuiq(ue) rei t pilleus gentilium. Apiari(us) apu(m) custos.
Apiast(rum) h(er)ba q(ua) apes utunt(ur) t apiscu(m). Apiscite ... t ... consequitur.
Apixi dulcia holera. Apices litt(er)e. Apiolus vas apu(m) apisoriu(m). Aplestia crapula
t ebrietas. Aplustria t aplustra armamenta navium. Aplechrusis ...
t abiectio. Apodixes ostentatio fantasia. Aportaca ... astans. Apotheca
horreu(m) t vas unu(m) t cella. Aporior ... affligor t declino abicior ... paup
... patior. Apori ... paup(er) ... Apodixis exemplu(m) p(ro)batio. Apofa
sis negatio. Apolicariu(m) ... res labentes. Apotheosis de divinitate.
Apologia excusatio. Aporia paup(er)u(m) abiectio. Apocalipsis revelatio i(n)spirito.
Apocrifa secreta dubia. Apocrisari(us) summ(us) legat(us). Apofatica affirmativa.
Apostata rebellis refuga inobediens. Apolio ... Apomi ... Apo
cinos excommunicatio. Apostrofos conversio. Apodictum ... exuere ... apo
... balnear(um). Apoferetu ... scutella ... Apollinaris h(er)ba. Apollo sol t
exterminans sine lege. Ap(osto)l(u)s missus. Apoplexia passio paralisis t ...
Apoferera vasa ... Apoliris ... subsolan(us). Apotesera ... Apo
... abscisio sille(be) in fine. Apostia ... i(n) fuga. Aplanes ... sacerdotes.
Appelestia & aplestia i(d est) sacietas. Apparisis negatio. Apparitio manifestatio. Appodia
... Appetit concupiscentia. Appello voco. Appell(atur) ... Appendicem ...
... Appupsit applaudit. Apparina ... t ... Aprilis ...
... Aprici ab ap(er)i ... calores ... Aprolaxe calor. Ap(ri)ci ...
... Apsum ... Apsum vellus lane. Aptota sine casu. Aptidas ... Ap
... Aquilu ... Aq(ui)lo ventus ... Aqualiculus ... pelvis t ...
Aquini q(ui) forma aquile ... Agatica h(er)ba. Aquilas sp(eci)es demonu(m) i(n) forma aquile
apparentium. Aquilex t aquilicus q(ui) ... aquas ... Aq(ui) ... sub
pellis i(d est) morbi subcutaneus. Ar... Arati... armenta. Araneola
parvus sulcus. Arbiter iudex p(ro)bat t lex ... Arbitrii voluntas ...
t iudiciu(m). Arbitror estimo aestimo. Arbustu(m) ... arbores crescit. Arbu
... arbor sterilis. Arbe ... Arbo ... t ... Arbita ... p(ri)ncipatus.
Arceo arceo. Arceo p(ro)hibeo arceo ... Archorica ... Archos
p(ri)nceps t ... Archipirata p(ri)nceps piratar(um). Archelu ... carcerum.
quo vinum ... Arctur(us) septentrional(is) stella t arctoes. Archontes
t ... p(ri)nceps. Archi(tenens) ... Arcista sagittari(us) ab arcu. Arculus diminutiv(um).
Accessio ... Accerso corripio. Arcuatu(s) morb(us) regi(us). Archi
tector instructor edificii. Archiatror p(ri)nceps medicor(um). Arx summitas.
Archesis intellect(us). Archons dux t d(eu)s. Archa ... aliquid ... in archa
... dispensatur. Archipolites p(ri)nceps civium. Arctos ... Archifilax
i(d est) custodia ... Archa ... Arva ... t agror(um) i(d est) ... t apposit(us)
ad discutiendu(m). Archistrates p(ri)nceps iudicii. Archimandrita summus pastor.
Arcisterium monasterium. Architriclinus p(ri)nceps domi(us) in architriclinio maior
dom(us). Archiu(um) librari(us) t armari(us) q(ui) libris p(ro)est. Archimag(us) architector p(ri)nceps.
Architenens q(ui) tenet arcu(m). Arcania ... Ardeo festino ... fulgeo.
Arduus alt(us). Ardamo palpo i(d est) ... palpando. Arefacio sicco t aridu(m) facio. Ares
... Areolus aromatu(m) hortus t ... Arefio siccor. Arestis stipula. Are(na)
sabulu(m). Arepticii demoniac(i). Area areola locus i(n) horto. horti ... Arethusa
musa. Argutus q(ui) argumentum cito invenit i(d est) sollers t urbanus. Arguo increpo. Argu
stia astucia. Argumentu(m) dubie rei faciens fide t p(ro)batio cuiq(ue) rei. Argumentosus
prudens. Argilla ... Argantes p(ri)ncipes. Argolic(us) grecus. Argus ... t acluus.
Argestes ventus ... Argian ... argentu(m) ... Arithmetica disci
plina numeror(um). Aristologia h(er)ba. Ariopag(us) ... t civitatis. Ariopagita
pagita p(ri)nceps ville ... Aries ... t machina qua milites in
pinguntur ... hostiles. Arietat ... Ariomars
Ariolus ... aris ydolor(um) ... responsa ab ipsis accip(it). Arista spica.
Aria mortuor(um). Arida ... Aristotiles ... Arito(s)
... t ... superior ... brachii in armillis. Armilustri(um) ... armis ... lustra(bantur).
Armamentu(m) domu(s) ... arma servant(ur). Armenia ... t montes. Armentu(m) grex
t pecunia. Armentari(us) custos animaliu(m). Arminia ... sententia. Armellu(s)
aque male urit. Armiger p(ro)pies ... t arma portat. Armonia concordia
t modulatio vocu(m). Armithara organa erat ligata. Armi scapula. Arnaglos
sa h(er)ba plantago. Arnide ... Arpago ... ... dissido ...
Arpago ferrum q(uo) ... & ... Arpa t arpen ... falcatu(m). Arradomor
deo. Arrugines ... ostentans se. Arrigo erigo. Arripio co(m)prehendo. Arrectu(m)
... Arrina ... Arrabo ... Arrane ...
... Ars ... t scientia ... Arsenica ... Arso ...
... Arsatra ... Arsacide reges parthor(um). Arsis elevatio. Artemia h(er)ba.
Artemo malus navis t ... Arto ... Artus cubit(us)
... Artissi ... Archemesia h(er)ba. Arcticus circulus septentrionalis.
Artheriasis ... Artocre ... pastilli. Arraba modii tres
& ... Artus ... membra. Artolabio ... Artocop(us)
panis laboriose ... Artemisia ... Arva ... h(er)ba agror(um). Arvina
caro pinguis adipe plena in arvina. Arula ... t patella. Arula ... vel
vas q(ui) apes ... Aruspex ... inspector. Arug(o) ... Auruspice augurium
servans. Ascen ... t ho... Ascios ... Asclepi(us) d(eu)s ... filius apollinis.
Asaron intellect(us). Ascilare ... Ascisca ... nobiles. Ascopa ... Asp...

rogo adiungo. Ascalon loc(us). Ascarida t(ri) askeros intellect(us). Asellus. Ast(us) t
astute diminuit(ur) ab asino. Asfalti mare t(ri) bitum(en). Asfadillus alsa uia. Asilu(m)
dom(us) refugii. Asigab ligna urentia. Asiam greci. Asideus inmund(us). Asimbaura.
cas. grece. latine i(n)congruitas. Asinon inmergitur(?). Asod luxiosus. Asporto abduco.
Asinona festinatione. Aspuo. nas. conspuo. nis. Asparag(us) genus holis. Asp(er) ferox.
Aspia arma. Aspolita una amazonar(um). Asparg(i) gen(us) pisciculor(um). Assero. Asseuo.
Asstruo. Affirmo. Assignu(m) signu(m). Assaracus uir troian(us). Assis pond(us) (est) pot(est) diui
di i(n) xii. Asser palus fustis. Astronomia scia e(st) astror(um) in astrolog(ia) q(uae) auguriat(ur) i(n)
astris in astrologia scia ipsa. Ast(utia) calliditas. in astute. Astipulor adiuuo testificor.
Astat basta pugnans. Astila stella t(ri) asterisc(us). Aster stella maior. Astaruth ubi
bona sua sceptores uendunt. Astur hirundo nouitia nidificans. Asterisc(us) & obela
nota (est) in libris t(ri) stella. Astrexa exponam(?). Astula regio. Astiros dis(?) auster.
Astrites lapis t(ri) gemma candida habens quasi stella intus se. Astragula talaris tunica.
Astaroth ydolu(m). Astrolabiu(m) laps(us) astror(um). t(ri) instrumentu(m) astrologor(um). Asinche
con sin coniunctione. Athom(i) subtilissim(i) puluis in radio sol(is) apparens. Atrox crudel(is).
Atellan(us) mim(us). Athanatos inmortal(is). Attrecto male tracto t(ri) tango. Atque p(er)o.
Atriensis ianitor. Ater nig(er). Atrubiat intinn(?) tabne. Attic(us) genus (est) apu(m). t(ri) g(re)c(us)
t(ri) p(ro)p(r)iu(m) n(omen). Attonit(us) stupefact(us). Attium etia(m) dictu(m) ab atro i(n) summa quia antiq(ui)t(us) i(n) eis
prandebant. Atisia atticos sin libris. Atexussos sine potestatis. Attaminatum
contaminatu(m). Atriplex multa. Atramus pat(er) aui. Atru(m) lugubre. Atus p(er)petus. At
tollo eleuo. laudo. Atto tto. Aris flos. Atipos n(on) parce. Athesis flum(en) italie.
Attac(us) auis. Auar(us) cupid(us). Aurifodina aurea statis(?). Atriu(m) loc(us) secret(us) in publico.
Augior omi capio. in aug(ur) auspex. Auspex q(ui) aucupia exercet. Aucupio aues
capio. Autentias grece lat(ine) auctoritas in autentic(o). Atbinatio pueres successio.
Auraria aurea. Auspiciu(m) auctoris initiu(m). Aules pulcher superb(us). Auleu(m) cor-
tina ab aula. Aulu(m) diadema q(uo)d imp(er)ator h(abe)t. Auctio incrementu(m). Auctionator q(ui)
auget. Auctio publica uenditio. Auiariu(m) loc(us) t(ri) silua in q(u)a aues manent. Auer(num)
inferu(m). Ausid(us) n(omen) fluuii t(ri) nig(er). Auello abrumpo. Aurorescit diescit. Aucum
farina. Auxille alumnoris. Austeris seuerus. Aulea sagitta cornuta. Aue-
gaudete. Aue salue. Auerto eradico. Autunor. ris. uerso. ris. Abulc custos
bou(m) t(ri) bubulc(us). Auctoramentu(m) iudiciu(m). Auricularii consiliarii. Aulicus regalib(us).
Ausonia italia. Aucipnat creste colligens(?). Ausio electio. Auspicor iudico.
August(us) clarus. s(an)c(tu)s. magn(us). t(ri) augens re(m). Autopinos planu(m) t(ri) aurum.
Auricalcu(m) cupru(m). Ausonice certatim. Aurilegus auru(m) colligens. Auiu(m) deuiu(m).
Amicinu(m) ex q(uo) uinu(m) defundit(ur). Auitu(m) abauis relictu(m). Amust(us) co(n)iunct(us). Auit(us)
antiquus abauo relict(us). Aulatia n(omen) oppidi. Aulic(us) minist(er) regal(is). Aurinor(um) au
Aureax equus solitari. Auxeosis grece augmentu(m). Aurifrisium. Aurugo pal
lor in auro. Auia mat(er) matr(is). Auella cortex nucis. Auricomi sol acomis(?).
Ausculto audio. Anxugia aruina. Axidoniu(m) sedes. Axis in rota. Axedo
axare notare. Axioma grece subtilissima. Athiui sine ferruo(?). Athonas grece
thonas. Aruarni bellu(m) q(uo)d an(te) urbe(m) gerit(ur).

Beatus dicit(ur) qui bene agit(ur) scilicet ab habendo quod uelit. & nichil patiendo quod no
lit. Ille au(tem) uere beat(us) e(st) q(ui) & h(abe)t o(mn)ia q(uae) uult bona. & nichil uult mali. Ex
his (enim) duob(us) beat(us) efficit(ur) ho(mo). Bon(us) a uenustate corporis credit(ur) dict(us). postea
ad animu(m) translatu(m) n(omen). Cu(m) au(tem) dicim(us) bonu(m) cui n(on) p(re)ualet malu(m) eiusq(ue) op(er)a
mu(m) q(ui) peccat minimu(m). Benign(us) e(st) uir sponte ad benefaciendu(m) paratus & dul
cis alloq(ui)o. N(on) au(tem) multu(m) distat benign(us) a bono. q(uia) & ipse ad b(e)n(e)faciendu(m)
uidet(ur) expositus. S(ed) in eo differt q(uia) pot(est) bon(us) e(ss)e & tristior. & b(e)n(e) q(ui)de(m) face(re) &
p(re)stare quod poscit(ur) n(on) tam(en) suauis e(ss)e nouit consortio. Benign(us) au(tem) sua cunctos
nouit inuitare dulcedine. Benefic(us) a b(e)n(e)faciendo alt(er) dicit(ur). Vn(de) & beneficen
tia uocat(ur) q(uod) p(ro)ximo p(ro)dest. Beniuolus q(ui) b(e)n(e) uult. N(on) tam(en) dicim(us) bene
uolus. sic nec maleuolus. Sepe (enim) ex dualib(us) u(er)bis co(m)posita n(omina) aut pore(?). aut
sequente(m) litteram corrupit. N(am) beneuolentia absurdu(m) sonat. Bland(us) dulcis
& inuitans ad familiaritate(m) sui. Brut(us) q(uasi) obrut(us) quia sensu caret. E(st) (enim) si
ne r(ati)one sine prudentia. Vn(de) & ille iunii(us) brut(us) ex sorore tarq(ui)nii sup(er)bi genit(us). cu(m)
eunde(m) casu(m) timeret que(m) fr(ater) incidat. q(ui) ob diuitias & prudentia(m) ab auun
culo fuerat occisus. utile temp(or)is stultitia(m) simulau(it). Vn(de) & brut(us) e(st) cogno
minat(us). du(m) uocaret(ur) iunii(us). Balb(us) a balando poti(us) q(uam) loq(ue)ndo dict(us). u(er)ba (enim) n(on)
explicat. Inde & blesus q(uia) u(er)ba frangit. Bucco garrulus quod ceteros oris loq(ua)
citate n(on) sensu exsup(er)at. Bilosus q(ui) (est) sep(er) tristis ab humore nigro q(uo)d bil(is) uocat(ur).
Baburrus stult(us) inept(us). Biothonat(us) q(ui) e(st) bis mortuus. Thanatos (enim) greco sermone
mors d(icitu)r. Bachus d(eu)s uini. lib(er) laffare(?). Bachanalia grece festa bachi. Bachar d(e)l
fuus(?). Bachania furor. Bauer grossus. Bapiu(m) scalnes(?). Barillo trepido. Barca nauis.
Balus aq(ua). Balista arc(us) in sufflte(?) telum mittit. Balo mutio. Bassaris q(ui) u(er)ba n(on) ex
plicat. Balb(us) blesus q(ui) dulce lingua n(on) h(abe)t. Babilonia (con)fusio. Basterna uehiculum.
Basileon grece. lat(ine) rex. Balsamu(m) gen(us) liq(uo)ris. Bathuo. is. (con)cido. dis. Balena
spes(?) piscis. Baal sup(er)ior t(ri) deuoratio. Bachar gen(us) floris. Bachar draco. Bar
chari grece h(er)be. Balbutit q(ui) e(st) impedite lingue. in blesus balbutiens. Basio. as.
dulcit(er) osculor. Bedulania. Bar son(us). Barbiton grece organu(m). Barrus auis
magna t(ri) elefans. i. grip(h)us in barrio. Bacides(?) rustici deiectos(?). Basilica aula.
Babi grece stult(us). Bacinu(m) pellis. Baptista unctio in baptism(o). Barbit(on) eburnea
lyra. Basis cap(ut) columne. Baratru(m) infern(us) t(ri) terre hyat(us). Barronic(us)(?) extranei(?)
sanator. Bach linu(m). Baubo. as. lat(ro). Balneon excitatio t(ri). Balustu(m) balneu(m).
Bard(us) stult(us) t(ri) brut(us). Bannita stilla. Badi equus rubicund(us). Baxea grece calcia
menta mulieris q(ua)s greci baxeas dicit. Bare calciamentu(m) sic tragedor(um) coturni q(ua)s
quida(m) & calones appellant eo q(uod) ex salice fierent. Basilla regina. Barbona
q(ue) palmas dat. Bachatio furor. Bars pilosus t(ri) nig(er). Bat(us) mensura iii. modior(um).
Baris buccella. Bacca gen(us) gemme. Barces grece funis. Basilisc(us) serpens male
spirans q(ue)m mustela uinc(it). & e(st) idem cu(m) regulo argentu(m)(?). Balanu(m) gen(us) unguentu(m).
Basyin silentiu(m). Balsaride uaccas mulsares. Balla loca p(ro)finium(?). Bacho
nis p(ro)pria. Barillus lud(us). Bale grece emitte t(ri) ferox. Barbar alien(us). in barba
rismus corruptio uerbi. Bessaru(m) pessulum. Bariona syru(m) fili(us) columbe.
Balsam(um) arbor u(nde) liq(uo)r mir(i) odoris. Baiolus portitor. Basiu(m) coniugator(um)
osculu(m). Bachet uestis q(ue)da(m). Bacapulus feretru(m). Balat(us) uox pecor(um). Bas
custos. Bardo piscis. Barchoma urna. Balasium ymago. Batheu(m) cingu
lu(m) latu(m) admodu(m) iiii. digitor(um). Balsa rete. Batter camelus. Bagid caballus.
Beta arbor populus t(ri) heculus lucus arbor(um). Bena auena. Bergen maleficus(?).
Berillus gemma candida. Belua bestia. Bellus pulcher bon(us). Bellit fortit(er).
Bethamin dom(us) ydoli. Belis simulacru(m) t(ri) demon. Bethomca h(er)ba. Beleo
lenta h(er)ba. Beta h(er)ba. Belligo pugno. Bellona d(e)a inferor(um) t(ri) lupi socia.
Bethsaida dom(us) uenator(um). Beel t(ri) baal ydolu(m) in beelfegor. Beatitas t(ri) bea
titudo felicitas. Beneca(?) t(ri) ben fibula t(ri) clype(us). Belgica p(ro)uincia gallie. Bellaria
minua(?). Bet oleitu(m) lucus arbor(um). Beta in limi(?). Bersabee puteus uii. Boetius
terr(enus)(?) t(ri) mundiat(?). Belus pat(er) n(ini)(?). Bet frotrosium(?) e(st) in q(uo) infantes alunt(ur). Bethsamis
dom(us) sol(is). Byblos grece archa a biblis in quib(us) antiq(ui) scribebant. Beabis beatum
facies. Beana carm(en). Beat beatificat. Beatis bonis sedis(?) letis comodis felicib(us).
p(ro)sp(er)is. Beo. as. ar(?). Beca excelsa. Becari urceoli gen(us). Beemoth a(n)i(m)al. Begerat sfor
tat(?). Bogis cru(m) cu(m) duob(us) eq(ui)s. Beguinu(m) fabri centaru(m)(?). Bellacent bella conuertunt.
Bella exhausta. finita terminata. Bellapule t(ri) dea inferor(um). Bellorosis meliorus(?). Belos
setos(?) hyrsut(us). Bellus gratiosus. Belun(?) bestiat. Bellu(m) duellu(m) due p(ar)tes dimicantiu(m).
Benefice benigne larg(e) lib(er)alit(er). munifice p(ro)lixe plene minu(m)(?) clementer. Beneloquam
eloquens. Bene morata casta(?) modesta. Bene itat d(eu)s. app(ro)bet. Bestie belue pecudes
q(ua)drupes. Bet in paralipomenon tra(n)sfcta capre(?). Bet sine baca ap(ud) hebreos mola olea
ria. Brathea libera(?). Bipex cinga plaga. Bipex pugna. Bibilionare sanguine(m) i(n)q(ui)
nare. Bibinariu(m) e(st) sanguis q(ui) mestruus mulierib(us) uen(it). Bibiones s(unt) q(ui) in uino nascunt(ur). i.
mustiones. Bibino instruo. Biplice duplice. Bibles duplicib(us) litteris. Bibliopolas li

brarios. Biblum codice(m) libru(m). Bibliopola q(ui) codices uendit. t(ri) librari(us). Bibula
humoris auida. Bibula papirus d(icitu)r. Bilum funis de naue. Bibu… de scir
po. Biblat emittit. Bibulas aridas. Biburra humilta urgulta(?). Biros uestis t(ri) be
cerna gossa. i. utrinq(ue) uelata t(ri) bicerta(?). Biceps duo capita. sine bis acum(?). Bidellu(m)
i. due celle. Bicornis f(er)ra bidens. Bicolor duob(us) colorib(us) resp(er)s(us). Bidella arbor
cui(us) lacrima e(st) lucida. subalbida leuis pinguis equat(ur) cere q(uod) facile molliat(ur). Bidellu(m)
aqua q(uae) colligit(ur) de uesicis q(uae) nascunt(ur) in ulmo. Bidentat fodit. Bidental h(abe)t t(ri) sac
rificium. Bidentes q(ui) biennes duor(um) annor(um). Bidente gen(us) rastri. B… B…
fido. Biduuu(m) uidua post duos uiros. Bifariu(m) bilingue. Bifera …
Biga uxor(?). Bigam(us) & trigam(us) a numero uxor(um) uocat(ur). Bigas dicim(us) duos eq(uo)s iugatos.
Bigena d(icitu)r q(ui) ex diuersis nascunt(ur) ut mulus ex equa & asino. burdo ex eq(uo) & asina.
ibidre(?) ex ap(r)is & porcis. tyturus ex oue & hyrco. musena(?) ex capra & ariete. Bilis
fel. Bileni amaru(m). Bilibris d(icitu)r sextari(us) bis assumpt(us). Binare desp(er)are duplicare.
Binari(us) s(e)c(un)d(u)s maritus. Binari(us) duplex caute(?). Binembri centauri. Binuli aialia(?).
binatu(m) agentia. Biballum ferramentum rustici. Bipatentia ualue. Bipennis securis
t(ri) geminata ultio(?). Birida alba glauca. Birr(us) uestis t(ri) rufus. Bursa corui t(ri) car-
tago. Bisacta sarcina. Bispillum mortuos portans. Byssus gen(us) lini candidi
& molissimi. t(ri) serici grossioris. Biridu(m) bisorme(?). Bit p(er)fecit t(ri) ire. Bitam
bulat. Biutia sota nupta. Blance deliciosa. Blandit(ur) ancillat(ur) assentat(ur). Bla
stul(us)(?). Blasto cubicularii. Blasphemia detractio. Blatta gen(us) purp(ur)e t(ri) uermis. Blaterat
son(us) rane. Blatat stulte loquit(ur). Blenones impudici hyrcones. Blennites(?). Bl…
bis cuis(?). Blicca stulta. Blitea i. uilis. Boas draco immanis t(ri) a(n)i(m)al q(uo)d p(er)seq(ui)t(ur) boues.
Boare sonare. Boat(us) uox plena ut mugit(us) bou(m) son(us) uocis clamor. Boba robur ue
hemens t(ri) gen(us) specus(?). Bolinatores instantes t(ri) maliuoli. Bocetu(m) stabula bou(m)
t(ri) pascua. Bocones. Boematu auxilior(um). Boeta subobscura. Bola palma man(us).
Bolida honor magn(us). Bombices frondium uermes ex quor(um) textu bombicinu(m) (con)
ficit(ur). Bombosum furibundu(m) in mor(e). Bombus son(us) inept(us). Bore nom(en) orphei(?).
Borith h(er)ba fullonu(m). Boreas u(en)t(us) aq(ui)lo. Bosfor(us) cursus maris. t(ri) signu(m) i(n) celo.
Borocas lances(?). Boeta gen(us) bouis dict(us) tauri tene(?). Bonnat insidiat(ur). Breuilis
breuis dictio. Brabium uictoria. Brancia brasica. Brassica gen(us) holis. Bra
ctea subtilitas lamina t(ri) filu(m). Brauiu(m) mun(us) uictoris(?). Braxem p(ri)nus(?).
Brathea. Brax stult(us). Briona ossa alba & nigra. Bruchus morb(us) bestiaru(m).
Bruma gelu hyemis. Brumalia rosinalia(?) pluuia. Brumos rumos(?). Brut(us)
hebes indocit(us). Bubalus bos ferus siluestr(is). Bubalum stabulu(m) bou(m). Bucina
armenta pecualia(?). Bucina tuba. Bicen(?) son(us) tube. Bucinatrix uoces. Bucco
nes stulti. Bucolica de bub(us) s(unt) dicta. Buxula uacca t(ri) uitula. Bula hysto
ria. Bulle ornamenta regaliu(m) puer(orum) t(ri) sigillum t(ri) equor(um) t(ri) camelor(um). Bupeda(?)
adolescens iuuenis. Bura caput t(ri) pars arat(ri). Burgones caulas. Burra cloaca.
Burri(?) h(om)o crudelissim(us). Burru(m) rufum. i. nigru(m) t(ri) auru(m) rubru(m). Bustu(m) ignis sepul(chr)e
clausa(?). Bustuarii sepelientes. Bustu(m) i(d) e(st) exustum uocat(ur) rog(us) u(bi) cu(m) ardent op(er)it(ur). Busir
des rex egypti. hic hospites immolare (con)sueuerant ab hercule suo exemplo punit(us) e(st).
Bustator pincerna. Butu(m) imbutu(m). Birros amphibalus siue uillosus.

Clarus a celo quod splendeat. Vn(de) & clara dies p(ro) splendore e(st). Celsus a celo dict(us) sublimis
& alt(us) q(uasi) celestis. Cast(us) p(ri)mu(m) a castratione nuncupat(ur) p(ost)ea placuit ueteribus & eos nomina(ri)
q(ui) p(er)petua(m) libidinis abstinentia(m) pollicebant(ur). Celebs dicit(ur) q(ui) iter s(upr)a fac(it) a celo(?). Celebs
conubii exp(er)s. qualia s(unt) uoi(?) a celo q(ue) absq(ue) coniugis fit. Celebs d(icitu)r q(uasi) celo beat(us).
Celicola eo q(uod) celu(m) colat ut angel(i)s. Continens n(on) solu(m) i(n) castitate d(icitu)r s(ed) & i(n) cibo
& i(n) potu. i(n) ira q(uo)q(ue) & uexatione mentis & detrahendi libidine. Continens d(icitu)r q(uod) se
a multis abstineat. Clemens misericors ab eo q(uod) eleuet. i. pietate. …
pa(tro)ni clientes. Concors a coniunctione cordis e(st) appellat(us). N(am) sic (con)sors d(icitu)r q(ui) sortem
iungit. ita ille (con)cors d(icitu)r q(ui) corde iungit(ur). Concionator allocutor (con)solator. C(on)
in dicit(ur) (con)solator q(uod) soli se applicat. qui loquit(ur) & solitudine(m) luctu(s) alloq(ui)o su(o)
hinc & solaciu(m). Consult(us) e(st) q(ui) (con)sulit(ur). cui (con)trari(us) e(st) inconsult(us) q(ui) n(on) accipit (con)siliu(m). Con
stans dicit(ur) q(ui) undiq(ue) stat. nec in aliq(ua) p(ar)te declinari pot(est). Confidens q(ui) sit tenens(?)
fiducia plen(us). Vn(de) & credul(us) si fiducia(m) habet (con)fideo o(mn)ia. Cauet a cauendo dict(us). Callid(us)
fraudulent(us) q(uia) callere noui(?) & malepre(?). Callidu(m) au(tem) ueteres n(on) … & pastor(?)
doctoponebant(?). Hic & … ab eo q(uod) … Cupid(us) a capiendo multa …
piendo uocat(ur). Clamos(us) q(uasi) calamosus a calamo scil(icet) q(uod) sonet. Calumniator falsi crimi(nis)
accusator a caluendo i. frustrando & decipiendo dict(us). Calculator a calculis i. lapil(lis)
minutis q(uo)s antiq(ui) in manu tenentes numeros co(m)ponebant. Compilator q(ui) aliena dicta
suis p(er)miscet sic solent pigmentarii in pila diuersa mixta contundere. Hoc scel(er)e accusatus
mantuan(us) ille uates cu(m) q(ui)da(m) u(er)sus homeri c(um) suis ferens suis p(er)misisset & compilator ueter(um)
abeunt dicerent ille resp(ondit) magnar(um) e(ss)e uirium clauam herculi extorq(ue)re de manu. Contu
max ab eo q(uod) contendat. Cromatic(us) q(ui) a n(on) (con)funditur nec color(em) mutat. Croma (enim) grece
color uocat(ur). Contumeliosus q(ui)a uelox e(st) & tumet(?) … iniurie. Contumosus(?) ab in
tentione uocat(ur). q(ui) n(on) r(ati)one aliq(ui)d. s(ed) sola p(er)tinacia uindicat. Contemptibil(is) t(ri) q(ui)a (con)tem
ptui habit(us). t(ri) q(ui)a contempt(us) & uil(is). i. sine honore. Crudel(is) h(om)o crud(us). qui(?) greci …
appellant p(er) translatione(m) q(uo)d n(on) coct(us) nec esui habil(is). e(st) (enim) asp(er) & dur(us). Carnifex q(uod) carne(m)
afficiat. Cruciarii eo q(uod) sit cruce digni. Collega a collegatione societatis & conplexu
amicitie dict(us). Coetaneus q(uasi) compar etatis. Complex q(uia) uno pacto t(ri) crimine alii
applicat(ur) s(ed) ad malu(m). Ad bonu(m) u(er)o nu(m)q(uam) co(m)plice(m) dicim(us). Consors eo q(uod) ab ea(?) pars
p(er)tinet bonor(um). N(am) sorte(m) ueteres p(ro) parte ponebant. Consors q(uo)q(ue) q(uod) sit co(mmun)is sortis
sic dissors dissimilis sorte. Celer appellat(us) a celeritate q(ui)a q(uo)d usus exigit uelocit(er) fac(it).
Confinat ab eo q(uod) sit gen(ere) t(ri) loco affinis. Calon a colonia t(ri) ab ag(ri) colendo dict(us).
Cognitor a cognoscendo causam dict(us). Curator q(uo)d cura(m) gerat pupilli qui adhuc cura
tis se(?). ut negotia sua satis administrare n(on) possint. Clientes p(ri)us colentes dicebant(ur)
a colendis patronis. Capite capitu(s) d(icitu)r. qui capite diminuit(ur) ingenuitas (enim) fortuna ab
eo excedit. Vn(de) & amiss(a) p(ro)p(ri)a capite diminui d(icitu)r. Columis a columna uocat(ur) eo q(uod)
erect(us) & firmissimus sit. Compt(us) a coma dict(us) q(uod) sit formos(us) capill(is) t(ri) q(ui)a coma(m) ornat.
Calamistrat(us) a calamistro. i. ab acu ferreo in calami similitudine facto in q(uo) crines obtor
quent(ur). ut crispi fiant q(uo)d in cinere calefacere solent q(uo)d crispant capillos ut calamistrati fiant.
Corpulent(us) q(uod) sit corpore ualid(us) & lentus carnib(us). Crass(us) a sagina corporis …
nes. Comesor a comedendo satis. E(st) (enim) gule ac uentri i(n)modera(n)te dedit(us). Caupo pessim(us)
de uino aq(ue) faciens. Candid(us) a candendo dict(us) cani(?). Ex candido q(uod) candor … S(ed) …
(enim) accedit candor. N(am) albu(m) uocare nat(ur)e e(st). Crispus clod(us)(?) … Cecus appellat(us) q(uod) caruer(it)
usu. e(st) (enim) luminib(us) amissis. Cecus e(st) q(ui) utroq(ue) oculo n(on) uidet. Caduc(us) a cadendo dict(us). Id e(st) lu
natic(us) eo q(uod) (con)fus(us) a (con)fusione celi appellat(ur) in & (con)fusio. Conuuls(us) d(icitu)r cu(m) …
mi(n)t. Vn(de) & conuulsa nauis cu(m) eminentia in tempestatis admittit. Vn(de) …
conuulse unde q(ui) mutilatur. Consumpt(us) … & deuorat(us). Concubat(ur)(?) ob societatem
flagitiose (con)sensionis dicta q(uod) … alienisq(ue) nuptiis … corp(us). Hec & …
uocant. Circumforan(us) q(uasi) aduocationu(m) … circumfora & … uocat(ur). Collega(?) …
Cacetes malos mores. Cachinn(us) e(st) risus dissolut(us). Causifacit male loquens(?). Cadauera
nim(?). Cadere oppetere t(ri) mori. Cad(us) amfora. Careu(m) n(i)g(ra) … Cere fores …
Calamus tybus t(ri) canna. Cani. i. dorq(ue)(?). Calamentis(?) …
ta ex arbore. Calabri u(er)si obscuri. Calare ponere. uocare. t(ri) nominare. Calathus(?) …
t(ri) canna. Calathu(m) canistru(m) t(ri) quasillu(m) … de uimine facta(?). Cal…
lore ignis … Calcofan gemma nig(ra). Calarias gemma aeris coloris. Cal…
Calices t(ri) calces …
fusa aq(ua) ignis erupere. Calco. as. Bene q(uo)q(ue) auricalcos … & aurea e(st). Calces …
Calles communicare siue s(e)c(un)d(u)s(?). Vie … t(ri) semite. Callo. scio. … intelligo.
N(on) me fallit quare sit. cognosco. disco copio. Calte(?) … Calliope pulcra uoce. Cal
lirres bestie. Calear nouit(?) t(ri) durus sit. Calpes galee … Calo miles. Calta gen(us)
floris. t(ri) h(er)be. Calaica gemma colore uiridis. Calumnes frustra … Calumnia
falsa accusatio. Cahamathan … Calmene muse. Camilla … Camisia …
… Camin(us) … Campestris solitudo. … Chara
zel(?). Cana scia t(ri) fides antiq(ua). Candes uasa fictilia. Candidat(us) q(ui) e(st) nani(?). Candida uestis …

Camelus pincerna. Canicas furfures. Cano dico refero, canto. Canar senex. Ca
nan rupta. Canopus egyptus. Clepsi pisi f. Clepo furt. Canora dulcisonora.
leuis pia suauis. Cantorus diuersis. Cantabrum furfures tritici. Cantarios equos castratos.
Canna canistrum. Capacitas amplitudo. Capacitates domos. Capax memor ortis
commodi capax est. conueniens. oportun. Capea dicitur. Capedo studio.
Caua capiditas. arbor auaritias. ingenio industria. labor. pecunia punaria. Ca
pesso frequenter capio. Caplos illus. Capocaball genos. Capulas iubas equorum.
Capsit cepit. Captare occupare. apprehendere. uelle. t ferire. Captatio calliditas.
Capside galea. Capulum spaco manubrium t gladii t feretrum t funis. Capuli te
cti funebres apogi. Carbuncul gemma. Carcer inealtu. ergastulu. custodia t spe
lunce uentorum t stabula equ. Carcessia cymbia poculorum genus. Carcinia gemma.
Carec loc paluste. Carex hba bis acuta. Carica .i. ficus. Caristra marmor.
Carminat ymmire pangit. Carnificia macellum. Carpentum plaustrum. Carpofor
ar paganos. Casas domos t agrestes mansiones. Cassat castrat. Cassante tar
dante t deferente. Cassabundus titubans. uacillans instabil. Castoreum testiculi
beluar. Castor anal. Castor & pollux filii fuerunt iouis fres mercurii & apollinis.
Casus fortuna. sors. euentus. prouentus. conditio. aduersitas. calamitas. miseria. clades.
erumna. infelicitas. labor. pestilentia. tragica. Carisma grece. latine dr gratia. inde
eucharistia .i. communio. 7 bona gratia. Cata iuxta. secundum. Catalogus enumeratio
ordo. series. Cataclismi diluuium. casio. Cataclismi hymne. Cathegorias predica
menta. Cathamiti ganimedes i puer. Cataplasma medicamentum. Cataracta fenestra
t decs aquar. Catacietar tonitruorum. Catechizare docere t castigare. Catholicus
me uniuersal genat. Catuari multiplicent. cogitari. Catheni flagellum. Cathimia
genus lapidis. Catiens aqua bulliens. Caudices arborum radices. Cauculus lapis.
Caullac titubat. facta ht. Caullatio roc urbani t cum 7promdine t accusatio falsa.
Caulis t tyrsus medius frutex herbar t holium. Cauliculi ramunculi. Caumaque
est calor. Caupones negociatores. Causas rei. origine t ratione. Causor reus
iudicor. Caute circumspecte. considate. acute. paulatim. pedetemptim. Cautes rupes
cotes scopuli. Catico conspectio. Ceca ignis obscura amores. Cecrops atheniensium
auctor. Cedo consentio. dico quaeso. Celestior prestantior. Celidrus serpens. Celibe so
litarie. Celox genus nauis. Celonites gemma. Cemata pecunias. Cenaculum dicitur
a communione uescendi. unde & cenobium congregatio. Cene noua t cenas. Cenofali q
capita canina hnt. Comercia consortia. Censor iudex. Censuales q censu exigu
i. pecunia. Centrum punctum i medio celi. Centuatum mediatum. Ceni luti stercus.
Cerastes serpens cornutus. Cydarus pilleus sacerdotis ex bysso. Cimedia gemma.
[illegible]. Cimilia commune n omnium factorum uasorum. Cinos canis ut canic parere.
Clima cardo. Cognitor precator. Colaruis ex cornu factas t excordio. Conuessor
gule t uentri deditus. Comic auctor q comedias scribit festarum carminum. Comicus co
ponit. Commando increpando i reinpando t pena molestando. Commiscere simulat
fing. Commiscere recordati. Comminus prope. Comin longe. Commissum creditum commen
datum depositum. Commissa facta pacta. Comis facilis. suauis. dulcis. indulgens. sub
obsequens. humanus. Comecia ppli conuentus t comitium. Comeiare loqui conuentu. Como
da dona honores fructus emolumenta. Comodum lucrum. Comoditas utilitas. Comodus
felix & beatus. Comolire machinare. accumulare. mouere. Comminat minatur. minatur.
Commune gen hominum [illegible] animalium. Comaculat coinquinat. Conari adoriri incipe.
Conat i filia placet. Concibum [illegible]. Concentus frequentia multorum canentium colisin.
Condere conuidere conflige. Concidisti occidisti. Conciderunt ruere. Conciliabula conuen
ticula. Conciliant coniungens. Concilium conuentu. Conchilium gen coloris idem 7 ostrum
uocatur. Concinnat componit t dolose siue subtilit concipit. Concinnitor irridente t sub
tilit componit. Conc[illegible]. Conciunt locunt. Conclaue cubiculum inter.
Concludo definio. Concolor unicoloris. Concordia amicitia. Concordat conuen.
Concors unius consensionis uir. Concretum coagulatum. Concretum coniunctum. confusum. Con
cubina pellex dr applicando a decumbendo. Concutiatio dubitatio. Concutit quat
lere. uastare labefactare. Condi poculu. Condilo pugnis cedo. Condicit statuit
decernit. Connectit coniungit copulat. Conem [illegible]. Confectum consumatum fini
tu lassatum. Confederata consociata. Conficere consumere pfice. Confidentia audacia.
Confinis finitimus uicinus ppinquus. Conuicanto i eode uico. Conflictum certamen agon
altercatio. Confuse mixte. Confutare redarguere conuincere. Congeries congregatio.
Congrume crepitu. Conglobati coaceruati congregati. Congruum habile aptu.
Coniectores arioli. sortilegi phanatici. Coniugatio colligatio. Conium hba lecal.
Coniunx nacta uxor. Conlapsa deiecta. Collibescit ualde delectat. Col
lustrat [illegible]. Colluuie sorde. Commanipularis consoci. collega. Collirida
subcinerici panis. Conculcat i calcat terit. Conuicauit collisit. Connexa
coniuncti copacti. Conon figura est t co secundo. Commagister. Conor conis
su. Concior t conor uolo. Copos a multe [illegible] que adiunu locu ducit t
operitur. Copecit conuenit. Copilant fraudant expoliant. Copulres multi.
Copos profectuosi. Copreant optant. Copressit domuit. coercuit. Copu
lere cogere. Congestat conficit. Congri dolere. Congerit possidet. Con
sanguinei contribules t parentes. Consebat estimabat. Consessit coniungit. [218]
Consentanea consimili t consentiente. Consentes consentientes. Consentit adiun
git. Consert [illegible] pone contexte. Conserta coniuncta. Conside reside. Consis
tenti maneta. Consistere habitare. Consistorium rupis alta t palatium iouis.
Consulator interrogator. Consobrin qui consororis. Conspicuus eminens. pulc.
Conspiratio coniuratio. consensio. Constat apparet. Constior deterior cultior.
Constructum compactum. Consuetudo mos ritus. Consule [illegible]. Consultu pru
dentia t industria. Contabescas deficias. Contactis pollutionib. Contagiu
e morb: porcorum ipsa & inguinaria siue pestilentia. t lues. t pollutio.
Contaminat profanat polluit. Contaminē spurcitia. Contemptibit despicabit.
Contentē patiens. Contiguum ppinquum uicinum. Contiterunt [illegible]. Con
tinuare congredi coire. Continue assidue. Continuare congeminare. Concionari
q ppulm alloqui. Concionat affat. Contorquet uibrat micat. Contorsit emisit
iaculum. Contractus breuis. Contradictionibus scelerib: negociis. Contraire resiste.
Contrx colleg. Contrectans tangens. Contuoso sub tacto. Conuenustat
adornat decorat. Conuisariter uiuere. Conuescere pariter comedere. Conuisione
apostrofa. Conuexa celi extrema pars eius. Conuexa curuata. aspera alta. Conue
xo litore rotundo concauo. Conuiciari .n. conuelus afficere. maledicere insultare.
Conuiciator primus procax maledicus. Conuinci. confutati. argui. Conuulsa dis
sipata dirupta dissoluta. Coorta subito nata. Copaedia particulare car
nis. Coopertido sepi parcendo. Copia habundantia facultas exuberantia.
Copios pauper opum locuples. Coru [illegible]. Conulla iocularis t
cornu caute. Chorbis pisana cofin. Corcillio cinea [illegible]. Cordate conar
sanus. Coridon stulte. Cremium uncta ligna. i q tacabi pendet sup focum.
Chorimbi circuli uinear. Corimbata nauis. Cornipes equ. t sonipes. Cor
nua extremitas exercitus. Corporat sociat uulnerat. Corruptor scelerat
adult. Cosmos mundus. micros: mundo minor. Cosi [illegible] i ligno. Cothurni poetici cal
ciamentum. Cothurnos [illegible]. Crapula e inmoderata uomentas. Crass
obesus pinguis. Cratigras [illegible]. Crathe [illegible]. Creb spiss
assiduus. Crebro frequente plerumque. Crebrum [illegible]. Crebrum [illegible]. Cre
das [illegible]. Crepa dubia incerta. Crepidas gen calciament. Crepidine summitate
ripar. Crepundia puerorum cunabula. t puerilia ornamenta. t minima. t munera
blandimenta. Crepundiorum puerorum. Crescit adolescit. glisci. egit. Cre nat creat.
Criminat reprehendit. [illegible] accusat. Crinitos comatos. Crisos auru. Cri
pido [illegible] angulus altaris. Cristam gen nam. [illegible] pinno galeas. Cri
stat honest decens. Croma morb ex humoribus. Cronon temp. Crudeli fune
genu morte. Cruentum calamitosum exitiale pniciosum. Cruste tabule marmoree.
Crustula panis e in medio carnis & turt. Cubio masele. Cuculli parua cappa.

Crustumium flumen. Cu & ferire cede. Curagra infirmitas manuum. pedum podagra.
Culleum parricidale saccus de corio fact. Culei uiriles testiculi. In inglini qui in
culini. Culina coquina camera t cocina. Culmi summitas fastigium. Culmi calami
spice. culit percussit. Cultor ornatum t religio. Comacie uersificator. Cimba
nauis cu gene stirpe. Cumulat oniat congregat. Cumulat ampli. Cumulate lae
g. affect libalit. Cuna panni infantuli t sterium. Cunctat dubitat tardat. ter
giuersat perastinat. Cuniat generat. Cune ta milia. Cuniculus fossa occulta.
Cupiat cupiebat. Cuppes fastidiosi supbi. Cura [illegible]. Cuculio uinis in
similitudine guttis um [illegible] ht. Curtu breue. Curie curia. Cusire consuere. Cur
riculum [illegible] tempus. Curules domi iudicium t dignitates. Cuspis spiculu. Cutio
supcilio factu. Cupidis uenus. Cilleni mons archadie t mercurius. Ciliarchos q mille
milites ht. Cimera monstru fuit chisinus & achidne filia. prima pars leo post
rema draco media capra quam belorofons occidit. Cinthia luna. Cyrografum cau
scriptio hois ppa scripta. Cythara pectus [illegible]. Cantar gen bruci. Comicat ca
ducit. Cancellant manibus conuictant. Cunctis codex radix t palma.

Dominus pro dominatione dicitur qui domum preest. i. cuncte familie dnat. Diserte docte
a differendo dictus disposite uel differit. Docti a discendo in & doctor. Docil n
qui sic doct. sed qa doceri pot. Est uel ingeniosus & ad discendum apt. Discipul a
disciplina dicit. Disciplina autem a discendo uocata. Dispensator uocat cui credit
administratio pecuniar. Et ideo dispensator qa prius quod dabant pecuniam n nume
rabant sed appendebant. Diues ab ere uocat. t diuescens. Decor perfect
a decet. Dulcesis decens composite animo decere dicit. hic & decor 7 decibilis.
Diuinus uo qui [illegible]. Dilecti a diligentia. h s uel signa diligendi. De
libut de oleo uncte ut athlete solent t incerenmate pueri. hic & delibuti
gaudio. i. perfusi t pleni. Delicat qui sit delicius pastus nitens in epulis. &
nitore corpis. Defessus semp infirmus qui diu fessus. Debilis qui p bile fact
sic fragil. Decolor qui deest illi color. Desperat uulgo uocat malus ac perdi
tus ia illi pspe spei. Dicitur autem p similitudine egrotorum qui afficti & sine spe
deponuntur. Conquirendo autem erat apud ueteres ut desperati ante ianuas suas collocarent
t ut extremum spirm redderent terre. t ut possent a transeuntib: forte curari. qui
aliquid simili laborauerant morbo. Degener autem ignobil autem qui sit impare
genere. aut si du sit genere optimo nat inhoneste tam uiuit. Decrepit qui mor
ti ppior qui ad mortis tenebras crepitat. sic crepusculum temp noctis. Aliud dnt
decrepitum n q senectute dauulsus e. sed q ia crepare desierit. i. loqui cessauit.
Depretiat ab eo q sit uil. nec aliq pretio dign. Dirus pprie & ueter qui
diuina ira i ia act. Na diru dr q diuina [illegible] fert ira. Alias dir dr magni.
Dehiscens ualde hiscens. hic uel de augentus est uel de amore diffide. De
spiciens eo q deorsum aspiciat. t contemptui hat. Dolosus insidiosus t
malign ab eo q deludat. Vel uel decipiat occulta malitia blandis sermo
nib: ornat. Dubius incertus qui duat [illegible]. Delator dicit eo q deteget q
latebat. Dilator q differt ad pfrendum. Desidiosus tard piger a desidendo
nomen i. ualde sedendo. Itē residens a residendo. De uel hic augentus e. Delir
ius deficit pectore apotobleta t q arato ordine & q a lyra aberret. Lira e
uel [illegible] gen [illegible] agricole facta sentie dirigit sulcos: [illegible] omis segetes decrit.
Demens idemq: amens i. sine mente t q diminutione hat mentis. Desipiens eo
q nimis sapere incipiet soleat. Dampnat & dampnabit quorum prior ia addicit
e. sequens prior addiet. Degulator qui gule se dedit. Dabis penas. solues. Di
tabo dabo. Da dextram. pbe auxilium. Dalum uelum nauis. Damnatiei dedici
ei damnus. Danai danaiorum grecorum. Dapsilis larg. Dardani troiani. Dardan
inius fuit. Data copia. potestas. Dauus audax. Deambulatorium pribolu.
Decaden decem. Decrata do consecrata. dedicata. Decassidile pa pastoralis.
Decani q decem militibus psunt. Decens honesta morata. egregia nobilis. pulchra.
Decentari ingeniose sumpti exercentur copios. Decerne discernat separat. sert
sententia. Decertat pugnat. Decessit abiit. e desiit. Decem [illegible].
Deciduum q uelociter cadit. Decidus ignauus desidiosus. Decisse dissentire.
Decidentibus morientibus. Declarat designat. Declamatio delibatio. Declinis i
clinat. Decoctor deuorator prodig. Decolorare dissimulare. Decorosa formosa
elegantiori corpore egregia. Decreuit statuit. Decurrere meare. Decutit aufert. De
cutit expellit. Decurio princeps sup decem hoies. Decus gloria dignitas. Dedalus dux
artifex. Dedala ingeniosa puella. Dedux [illegible]. Dedecoratio dehonestatio.
Decussata ornata. Dedicationes encenia. Dedignata spreta contempta. Desene
[illegible]. Deduntur secrit arma [illegible]. Defatigari [illegible] fatigari.
Defecissere separe. Defecata dedicata. Defecatus purgat. Defensor negans.
Defuerint discingunt. Defit deest. Defuncti [illegible] destinat. Defixit intendens.
[illegible]. Deflagrari diuulgari. Deflagiat furore ponit. Deflat fastidit.
grauat spuit. Deflectit donat. Deflorata decepta. Deformis inornate foeda.
Defrenati uinum coquitum. Defrutum defruti decoctum. Defunctorie transitorie.
Defucit explicat. Degit manet uiuit. Degesta disposita ordinata. De
gerit confecit. Deglobere t degluere decoriari. Deglubit decoriat. Deisce
dimigere. absorbe os aperire. Deierare multum iurare. Deiurat male iurat.
Dehonestat deformat. Delabi defice. Delapsa cadens. Delecte ualde
electi. Delegit probat elegit. Delenificus blando loquus. Deliberatio cogitatio
tractatio. Delibor imnolor. Delires ex orbitis [illegible]. Delibutus perfus.
Deligure latere oblinire. Delicatur epulantur. Delect reputis. Delici puer
i delicatus. Delir insan. Delinit placauit. Delite latere. Delite latentes.
Delubra templa. Delude decipe. Deliti latente. Demedat dubius. Deme
minuere. auferre adimere. Demetat diuidat. Demerit secat. Demeror despe
ctus. Despuo despicio. Demissus humil t paup inclinat. Demitto separato.
Demolire destruere [illegible] dissipare. Demore consuetudine. Demulcet fouet
oblectat. Denisso dubito. Denominat deruncat. Denique nouissime. Densi
manifeste. Densis spissis. Denundinat diuulgat. Depingere carmine aspirat.
Depopulans depredans. Depellicialar decipe. Dependat [illegible]. Depiscit [illegible].
Deplex macerat exinanit. Deplumatiare duplicator. Depressus inclinatus
humiliat. Deprimit pfere [illegible]. Derepente subito. Diruit
inuidit. diuortio dirimat [illegible] pter [illegible]. Derogat detrahit. Despicatio con
temtio. Desciscere discessire. Deseruit [illegible] deseruit. Descensum recedat. De
seminat dispargit. Desertor q sui rege deserit. Deses desidiosus. Desine ab
[illegible]. Desidia negligentia accidia. Desideo [illegible].
Desidere deorsum abire. Desiluit t desiliit descendit. Desimulat nescire se fing.
Desipit delirat [illegible]. Desiru ppu bonu. Desma claustru. Desistu donatio
[illegible]. Desistia pigritia. Desine destitute. [illegible].
Desolani subsolani. Despina draco. Despicit ualde spirat. Despondet pmit
tit. Desporca dicatur. Despuit remoue. Despunctores debitores expositores.
Destat ualde stat. Destinuat disiung. Destinat destinat. Destinet cessat.
Destirpe de semine. Desti [illegible]. Destruit uat. Destingit deterit.
Desultoriis iocularis [illegible]. Detegit patefac. Detorsit [illegible]. Detrahit
probra dicere. [illegible]. Deterit [illegible]. Deturpet [illegible].
[illegible]. Decursis [illegible] reticula [illegible]. Detuor ueitur. Deiectum
depressum declam. Deletur expellit. Deura dextra. Deuaricat phibet. Deue
tare portare. Deuellit dirumpit. Deucho pretio aut porto. Deuignat corripit.
Deuses acutos. Deuolatio designatio. Deuoluo reuoluo. Deuorator [illegible] gluto.
gatio deuotor. popinio. ambro. Deuotio ora obedientia. Dextra pspera. Dextro
ra celeste. Dextralia armilla. Dexter pspi. sinistra aduersa. Dextimus dextrum.
Didan ydumea. Diafora dissonantia uoci. Dialog sermo duor. Diametrum
duplex. Mensa dia sca loca clara. Dia psalma sermonis rupta. Diastile separatio.
Diasto [illegible] distinctio. Diamat ualde amat. Diamoron & diacodia genus potionis.

Diana iouis & latone filia. Dicio uel dedicio potestas. Dicauit consecrauit de
signauit dedit. Dicax qui bene scit loqui. Dictator compositor. Dictaris princeps.
Dicobitio hedricas. Dicomatis cuetane. Didit diuulgat. Didascal magister.
Didragma anulus uel obulus. Didaxat edocet. Diduco diuido. dirimo. Diespiter
infernalis deus uel qui diei pater .i. sol. Dieriuat demp serere. Diffinit disceptat.
Difficere negare uel deficere. Diffa distantia. Diffuse habunde. Diffinitio exple
tio. Difficultas dubietas. Digessit composuit. Digredi discedere. Digamma duplex
litera. Digni nitet glosus. Dum deniq; Diis manib; Diis infernalib; uel aquilius.
Diiudicat dampnat. Dilargi multum largi. Diliceo lateo. Diluculum ualde mane.
Dilabitur discedit. Dilubium eluuium diluuium. Dilucide aperte. Diloricatum laceratum.
Dimolitur moratus est. Dimi bimi duplex. Dimissio distributio. Diocesis episcopium
uel regimen episcopi. Dionisi lib pater. Diplois duplex uestimentum. Diptongos greco bine
uocales. Dipondium due libre. Dirimit diruit separat. Diriguit obstupuit. Diripit
deuastat. Dir crudel. Dica. ce. carta. Direpare repbi doctores. Dirigit ...
musit. Diruat didue hic & hic. Discidium separatio. Discoli reprobi. Discrepat dis
sidet; dissonat. Disparet euanescit. Disceptat contendit. Discretu discussum
diuisum. Discauit disiunxit. Discriminalia uitte uel ornamenta capitis. Discus scutel
la in discifer .i. dapifer. Discoforus dispensator. Disterminat dispon. Discludit
separat. Discutit uentilat discutit. Differt dispon. Discolor uari. Discribit sed;
Disept diuis. Disiec dispsit. Dispectat despic. Dispensat distribuit. Dispendium
detrimentum. dampnum. Dispar dissimil. Dispergit dissipat. Dispicit pibit. Dispnit
diuidit. Dispulit eiec. Displosa dirupta repulsa. Disputat sustinet. Dissero
expono. Dissicit excutit. Dissidia ignauia pigricia. Dissipiens qui in sensu deficit.
Dissolauit dissipauit. Distorct distract. Distractio uenditio. Distat inter e dif
fert. Distiat dissonat distrahit. Distingit depingit artat. Distinguit disiung.
Dites diuites. Ditat diuites fac. Ditis pat plutonis. Ditis moras. Diuellit
dirupit. Diuorcium solutio. repudium lis. Diuus deus. Diuale diurnum certi
diarum. Diutinum longinquum. Diualtu spacium. Diuberat separat. Diuinator
pro sag pnunctians. Diuulgat publicat. Diuiduus diuis. Diuaricat diui
ficat; puaricat extendit. Docit dogmatista doctor. Docibil disciplis. Docu
mentum exemplum. Dodrantes dolentes timentes. Dolare plane incide. Do
mestic agaso clientis uel pximus. Doma habitaculum uel solarium uel tectum. Domat
unit uel ... regnat. Domicilium habitaculum domi minor. Donum muni sacficiu.
Donatiuum beneficium uel primum nulctum. Dorcas capra uel stacio naum uel capra.
Dorsa saxa magna. Dos dona eccliar uel sponsar. Dromed castrat camelus.
Draconcia gemma uel herba in modum serpentis. Dramaticon mutatio uel inductio.
Drisca dr quod remanet in uase assumpta ceruisia. Driades nocentes phantasie.
Drucicat luctans. Drama sunt uel ymni uel laudis. Drud dilect uel puer. Du
bi meret. Ducenari pses. Dudent ebuent. Duellum pugna duor. Duelliog
pugnat uel docet pugna. Dulcison. dulcis cant. Dulichium oppidum ulixis.
Dulcissapa dulcis sapor. Durat pseuerat solidat. Durus rigid. Duumt
dant. Duum duor. Dysis occidens. Dysuria difficultas. Dumi spina. Dume
ta ubi dumi crescunt. Dumtaxat tantum. Dumtaxat sine dubio.

Eloquens pfusus eloquio. Exerit in loquendo expedit. Exerere in pferre uel expe
dire est. Erudit qa non rudis sed iam docet. Exper multum pit. Ex in hic p ualde p
Exp u q ex pitia & intellectu. Exornat ualde ornat sic excels qsi
ualde excels. Eximi qi ualde eminens. Efficax dr qa nulla difficultate uin
hic in qualibet re facienda. hic & efficiens a faciendo dict. Exspes qui sine
spe. Expers qa extra parte. caret in pte. Exsors qa extra sorte est. Exul qa extra
solum est. qui extra solum missus. aut extra solum uagus. Nam exulare dicitur qui extra solum eunt.
Extorris qui extra terram sua e qi exterris. Sed ipse extorris ut in expuls. & ex
terre solo patrio eiect. & extorris extra sua expuls. Extorris extra terram. aut
extra terminos suos. qa extra terras. Exterminator non ille qui uulgo dr ...
sed qui deicit & expellit a terminis ciuitatis. Exterminat ab eo quod sit extra terminos
suos eicet. Sic & exterus quod sit alienae terrae. Egens & egenus sine gente y sine
genere indigentes. Exiguus multum egens. Exilis tenuis quod possit per angustum
exire. Exesus qa pcomesus est enim arid. tenuis & exilis. Exhaust qa
consumpt est. & manis effect. Exsanguis quod sit extra sanguinem. Exanimis est mo
tus. Exanimus aut & exanim dicim. sic unanimis & unanimi. inermis &
inermi. & hi nro arbitrio subiacent. Exust dr de quo nich sup e qi ualde ust. Exos
ab odio dicit. Nam antiq & odi dicebant & os su. Hic est exos quem tam hos iam os
non dicant. Effractor quod sit expugnator castror. Exercitus eo quod multis exercitio fit. Exe
cutor ab exequendo idem & exactor. Efferat imo ferina effec & ultra modum humanum ex
cedens. Effrenat ab eo quod sit pceps & pnus & sine freno romis. Eunuch grec non e quod
e spado hoc qdam coeunt s; tamen uirtute nulla in semine est. Liquore nim hinc y eunt
sed ad gignendum mane atq; inualidum. Effeta quod sit frequentia feta exhausta. Partus
ita assiduis debilitate reddit. Eax mac. Eatenus eo tenore uel hucusque. Ea
chides achilles eaci. Ebilant mutilant. Ebenu gen ligni nigri. Ebru fluuius.
Ebedio q fila in peplo adornant. Ebullit eructat. Ebes infirmi. Ebri temulent.
Eclypsis defectio sol uel lune. Ecerua picula. Eca certu. Ecrasis pductio sillab.
Ecclesia conuocatio uel collectio conuentus. Eco qi aliquis. excui alien. Eogo aliq. Ec
feruat laudando extollit. Eculo gen tormenti in quo stans extendit ho. Economia
dispensationis prouisio. Eca psto. Ecameron pdis e urbium. Echites aurum hab.
Ecomia exclamatio. Ecios leporis sputa sputatio. Ecamitarchos grece uel centio.
Ecudit excuso fabricat. Ecatches ita noctua nocticula. Editor ostiarius uel custos
edis. Edit ab gen. Editor auctor dator. Edo des. io pfero gigno. Edo
es est comedo. Edic narrat exponit. Edomi plani scripti. Edilitate prunceia
paciam. Edax consumptor. Edissere expone. Edulia alimenta. Editicius iudex
quem una pars eleg. Edentat dentes excutit. Edentuli sine dentib; Edepol
iusiurandum. Educ uel educat nutrit. Edom rufus tenuis amar. Edurum facis du
rum. Edia fames. Eduli esculus uel ydropic uel aq madid. Edulium esum. Edit
habitator domi. Edicionat eiect. Edissuma electa. Effigies ymago si
mulachrum. Effigiat pulc formac ymaginat. Effeminat infirmum facit
uel molle. Efficacia effect pfectio. Effatur loqt. Effrenat immoderat. ab
rupit uel effren. Effet sine fetu enuat. Effinare uenenose loqt. Effodit
uano loqt. Effatum uanilloquium. uel officium. Effod lineu. Effer sauus crudelis.
fer. Effeb; iuuenis in berbis. Efflig elidit. Efflagitat petit exposcit.
Effug discedit. Effing formac. Effutire pris effundie. Effutio instabilis.
Effabit monub; expediens. Effert extollit supbit. Efflant ex
alauit. Effugium loc quod fugientes recip. Effusse consuse. Egero degero euo
mo. transfero collo in egestio. Eger inualid sollicit. Egestas penuria. Ego
nes sacerdotes rustici. Eggi summ. Egella gen herbe. Egeator hortator.
Egeria ngera. Egelidum tepidum. Egone nugo ego. Egloga capin sermo uel carm.
Egyptie tenebre. Efocas uitulos marinos. Eulans plorans. Eiectabiectu
eicebit subduc. Eierat iurat. Eiacitat emittit. Elegeas pulcher grat urbani.
Elancolia nig sangs. Elb; color nig uel uari. Elabit decrit. Elubricat euad.
Elegos miseros. Elat supb; Electrum commixtio metallor. Elefantie morb
ydropic uel lunatic. Eleuig pgat purificat. Elixu excoctu. Eliminat ...
dic. Eleusine tempul a greco elysios quod est soleo. Elidit confundit. Elycl eius fulc minor.
Elinguis q loq non pot. Elingeus mut. Ely ds. Ey ds. Eiseui. Elusta p
gata. Elido frango. Elisi sedes beator. Elim alio. Elisores hortulani. Ele
gia testamentum. Exeredatio inmpatio ubi uel dom. Elogia ps carminis uel ob
latio uel ordo gestor malor. Elogi gen hymni. Eloges gen piscium. Elute
lauat pgat. Eluuies liqr diluuium. Eludit puocat derido. Elucubratum euigi
latum meditatum. Elumbe animum dissolutum delapsum. Elucet pfulget. Elucubrati
uncula eu uigilus composita. Eluciens pducens. Elissa regina uel imago. Elul mensis
augusti. Elumentum lauachrum. Emax emptor uel inuad. Emarcuit elanguit. E
manat exit. Emancipat a seruitute libat. Embolisin supi accresci. Emblema
obscitas. Emigrat exsurgit. pferet exultauit. Emeriti ueterani qui militare desinerunt.
Emina dies. Eminentur cotidiani. Emellus infirmi in ualid. Emediu uehiculum. Emis
ceatc consummat. Emisse consumat. Emissari minister pcussor caballus ...
Eminiscitur recordat. Emansion doctrina. Emispion semicirculus. spe. Emin
ens non longe. Emicet splendet. Emittit pcellit altum. Emistis cerb uas. Emi
togium dimidia toga. Emicadors dimidi ciculus. Emicdiu donnicula. Emig
diuidit semouet distinguit. Eminat appendit libim. Eminandinat su. Em
chei semidei. Emat pures. Emolumentum lucrum incrementum augmentum. Emulat
gratia. Emoptois sangs extra uomit. Emouet segregat. Emortuus emacis sine uita.
Emferia expientia multor. Emplastr unguentum. Emptici agapa emis q;
uendit & emit. Emphorium loc emptionis. negociationis. Emulus imitator uel inuid.
Emungo cieci exegi emundaui excussi. Emunctorium in quo lucina uel candela locant.
Emulari simulare imitari. Enigma obscura ps uel similitudo. Emulatio dissensio.
Enodis sine nodo. Enica enecula adulta. Enormis sine norma. Encenia de
dicationes inicia festa. Encenare innouare. Eneruat euacuat relaxat. Ener
guminum infirmum ministruat. Eneruit uix aduise funeste. Ene ere. Enitor co
nor pario. Enix ysus. Enixe large sedule humilit. Enitescit clarescit. Enist
agricola. Enim utiq; Eneces corpor. Enocit piscis anguilla. Energia .i. ymu
gutatio. Enoforum uas uinarium. Enudeat apte enudat. Endreca pecunia se
mi. En ecce instar lige. Enpiria expientia. Enitia g lac iuestina. Enumo
mia pugnans uel in uico bis. Eoys oriens oriental. Eofero extollo. Eoologisins confes
siones uel preces. Eoq; ideoq; Eoten eo tenore. Elogium fama tumor. Eulog in
stantis. Eoas acies exercit. Epitoma adbreuiatio. Epla sup missio. Epime
memoria uel iuxta. Epilogos sinor narratio. clausula uel finis. Epithomi memo
ria breuiarium. Epithalami nuptiale carmin. Epigramma sup scriptio. Epipendite
scapulare. Epitheton sup po. Epitaphium carm sup tumulum. Epibati laici.
Epici uenire pcantes. uel gen phor. Epistolat exponit. Epilogium uba pau.
Epic speculator. Epitace epite. Epimenion sitta. Epiousyon .i. subia. Ephip
pia .i. ornamenta equor. Epiria inopia. Epibata cenofcarum. Epigi greci.
Epes custarium prorum. Episoras an fonte in nube. Episina conglutinatio.
Epitheosis coniunctio uel congeminatio sillar. Epanalesis regssio uel repetitio uerbi.
Epation agmonia. Ephi mensa tu modio. Ephori in moratio. Epomirogo.
Epuire occide. Epigre sup scriptione. Epistograre sup scriptio epte. Ephir regio euro
pe. Epiphanes illustris. Epucisea pluuida. Epithomar adbreuiator. Epotat
haurit. Episenos sup uacua. Epiensis congeminatio dictorum. Echo imitatio uocis.
Equor mare. Eques sessor eq. Equest exercit equans. Equlena ligni adeq eq li
gant. Equa norma recta lex. Erepsissent irruissent. Ergata uicin. Erga gre opa.
Erugilans sol uel ignis. Erumna calamitas laboris. Ereon sacerdotale. Erebi
profundum infernum. Ergastulum metallum manice. care. Erudit doctor. Ereul ruuis.
Eruncat eradicat. Erugat fabicat planat. Eregione ret uel peul. Erso ligni.
Erarium ubi res eccliae seruant uel arma uel pecunie. Ercisunde diuidende. Ergastiuum
monastium. Ermagoria supbia. Ergumin amens. Erancium erisconglutinatio.
Erisipila sac ignis. Eros uir fortis. Ermafrodit mas & femina. Erogat
distribuit. Ercisco diuisio. Ergema aruspex sacdos. Eructans habunda.
Eresis scisma. Esitat dubitat mirat. Esculo edax. Estopimia pone estimo.
Esciunt extendit fabricant. Esperia italia. Ethis mos. Ethica precas. Ethnic
gentil. Ethymologia origo dictionum. Euglin bonum nuncium. Eunit euacuat
exentat. Euentilat discutit. Euitt diruit. Euestigio stati. Euidens patens.
Eur uent subsolan. Eulogium testamentum mun uel bon sermo. Eucharistia
bona gratia. Eugenes nobil. Eufonia bon sonus. Eumenides furie. Euergit
inclinat. Euui tempi. Eucharis gratios. Eunediu gen beniuolentium.
Eunon beniuol. Eulogumene benedict. Euanid insipid. Efficax sagax.
Euectio elatio. Euinat expoliat uel ornat. Euexisti induxisti. Euaporat
emittit. Exalat redolet exspirat. Exauctorat deordinat. Exancalm
haurim. Exarectio mancipio. Exametri carmi vi pedib; constans. Examinati
cui uel apu uel lingula in trutina uel discussio. Examinat pbat uel argentu
purgat p igne. Exacerbat amaricat uel tibii. Exaruit siccauit. Exactor uel
exortor collige uectigal. Exallagi pmoratio. Exaurit comphendit.
Examussim exquisite. Liber regalit. Exalapat flagellat. Exaugerat
angor. Exalidomat excludit ab abditis. Exaptorcas secrasmi. Exanim
gen horder. Exarta uacua. Exaspat aspu fac. Examon lib ysidori. Excedim
cuisio. Excude elimare fabicare. Excep suscep exclud. Excola odibila.
Excussis sprecis. Excidit cecidit. Excedit peccat. Excors sine corde.
Excecat pterit. Excubat uigilat. Excandit in ira excitat. Excipit colligit.
Excitat euocauat. Exculsit pcussit. Excusis causis. Exedras sedes sellas u
sedes ppls loc subselliorum. Exert apte nud. Excerit cat colit. Excita consupta.
Exemit pdux. Exequie pmortuis officia. Execrat maledic. Exenium donum.
Exenodochium in receptio pegrinor. Exegit exposcit. Exemitat ... Exedit
libat. Executor exactor ab exequendo. Exemplum exemplar simil forin. Exequat
imitat. Exeredat alienat depellit. Exhausit consumpsit exinaniuit. Exhorruit
respuit. Exhibet donat. Exhilarat letificat. Exhortat admonet. Exemit ausert.
Exig expendit exposcit. Exilum exsilire. Exiguit indiguit. Existimat putat.
Exulat pegrinatio. Exim pretium. Existit innec. Exitum pditio obit. Exinde
dein. Exilat relegat. Exim stati. Exlex sine lege. Exorcizo adiuro. Exorcism
sermo adiurationis. Explantes mandantes. Exec edit. Exorbitat exiuit. Exor
dior incipio. Exosus exosus odibil. Exolit differt. Exolescit defic. Exolent
indauit in obliuione uen. Exodium cantatio in theatris. Exomo simile forma tem.
Exorue alienum. Exomel uini uel mel. Exorticu pegrinum. Exopinati inspatum.
Exoptat desidat. Exoror pprecor. Explosi extincti. Expedio explico. exsol
uo excludo. incipio. Expimim cognitio. Expgiscit excitat uigilat. Explorat
scrutat. Explicatio expeditio. Expilat exterminat rapit. Expiat purgat.
Expior inuenio cognosco. Compuruisse consumpsisse expleuisse. Explicat
expimit. Expolire ornare explanare. Expaeta paruuacua. Expulsa eiecta.
Expiscat capit. Exprior inprest. Expedit pdest. Expasso de calido uino.
Expectabilis nobil. Explirat obic conuicat. Exporrect pcenens extinct. Ex
primit pferet. Expuderat impudit. Expotat haurit. Exponit explicat. Exqui
inuestigatur expetit. Exemptat paucat. Exsoluit corrupit dissoluit. Exsolau
desolauit. Exstruxit exterminos fec. Exsupauit habundauit uic. Extat eminet.
Extaseos celse excessus mentis. Extorrunt exussit. Exterruit pfligauit repulit.
Exterminat destruit. depellit. Ex ter alien. Extemplo stati. Extimum extrem.
Exstirpat eruncat. Extabescit languescit. Extamitranea uiscera intestina. Ex
talis tenui uiscerum. Extispices aruspices. Extimat suspirat. Extrusit expulit.
Extrancia tenua. Extundere eice excusus. Exstruit edificat. Extorsit expu
lit excudit. Extremum exterum. Exundit effluit. Exulat pegrinat. Exungeia
unicta. Exultat saltat stimulat. Exuberat supfluit. Exuuie uestes mortuor.
Excutit eic. Exurit incendit. Exodium carmi .i. uirorum fortium gesta & dicta qui
narrant plene. Exinterim bis mentit. Exias duces. Extimat extremat. Ex
cellentiores meliores. Exagerat maiora fac.

Facundus dicitur quia facile fari potest. Facetus qui iocor & lusus gratus
& factis comendat a faciendo dicit. Frugalis a fruge nominat .i. a fructu sine
parsimonia uel ut alii uolunt a modestie temperantia. Fenerator qui pecunia depon
apud debitore qui fenoris auctor. Nam fenus pecunia. Fenerator aut latine dicitur & qui
dat mutuum & qui accip. Flamines pontifices ydolor. Felix dicitur qui felicitatem dat
dat mutuum & qui accip. Et felix per quem datur felicitas. infelix tempus felix loc. fidel prod
felix qui accip.

sit ab eo id est dic(itur) t(ame)n p(ro)mittat bonu(m). Facit a faciendo nec tard(us). Firmu(m) (et) formos(us).
fortis q(ui)a fert adu(er)sa. t(ame)n q(uae)cu(m)q(ue) acciderint. siue a ferro q(uo)d sit duri(us) nec mollitat. Formos(us)
a forma dict(us). formu(m) ue(teres) calidu(m) (et) feruens dixerit. Feruor uel sanguinis mouet.
sanguis pulchritudine. Fedus n(on) h(abe)t ab hyrco (et) hedo s(ed) litt(er)a mutata. h(a)ec ueteres i(n) gui
signe ponebant. Ut sanguine fedantes q(uo)s ipse sacrauit ignes. Fragilis dic(itur) eo q(uod) facile
frangi pot(est). Fessus q(uasi) fissus. nec iam integer salute. Est aut(em) geniale. O(mn)iu(m) u(e)l fessus
a(n)i(m)o. ut e(st) fessus ualde resedit. (et) fessus corpore q(uod) mag(is) e(st) p(ro)p(ri)u(m). (et) fessus reru(m) a casu te
mentiu(m). Fatigat(ur) q(ui) fatis agitat(ur). Formidolos(us) a formo .i. sanguine dic(itur) cu(m) se a cor(de)
t(ame)n ad p(re)cordia fugiens (con)trahit sanguis. Na(m) timor sanguinis gelat. q(ui) coact(us) gignit
formidine(m). Ut e(st) illud. Gelid(us)q(ue) coit formidine sanguis. Formidolos(us) aut(em) cu(m) fortit(er)
met(um) (et) timidu(m) significat. Fatuus io existimat(ur) dic(tus). q(ui)a neq(ue) q(uo)d fac(it) ipse. neq(ue) q(uo)d
alii dic(unt) intelligit. Fatuos origine duci q(ui)da(m) putant a miratoribus fatue Fauni uxo
ris fatidice eosq(ue) p(r)imu(m) fatuos appellatos q(uod) p(re)t(er) modu(m) obstupefacti s(unt) uaticiniis illi(us) usq(ue)
ad amentiam. Fautor ab eo q(uod) fauat (et) (con)sentiat. Fictor appellat(ur) a fingendo (et) co(m)ponendo
aliq(ui)d sic(ut) capillos mulier lenit (et) p(er)tractat ungit (et) nitidat. Fallax q(uod) fanda .i. lo
quendo decipiat. Feruid(us) iracund(us). Ira (et)i(am) i(n)flamat. Frendens q(uod) minando frangat dentes
(et) co(m)primat. Fremens ferox ab eo q(uod) feritate(m) exerceat ut bestia. Fur a furuo dic(tu)s e(st) .i.
a fusco. na(m) noctis utit(ur) tempore. Factios(us) int(er)du(m) obp(ro)brio cu(m) seditiosum accipi uolum(us). cu(m) n(on)
gratiosu(m) atq(ue) potente(m). (et) q(ui) magne factionis. Facinoros(us) a facti co(m)misso noiat(ur). factu(m) u(e)l
q(uo)d aliu(m) noceat. Flagitiosus eo q(uod) frequ(en)t(er) flagitat. atq(ue) appetat libidine(m). Furcifer dice
bat(ur) olim q(ui) ob libidinis delicta cogebat(ur) a d(omi)nis ignominie mag(is) q(uam) supplicii ca(usa) furcam
circa uia(m) ferre p(rae)dicans peccatum suu(m). (et) monens ceteros ne q(ui)d simile peccarent. Futil(is) uan(us)
sup(er)fluus loq(ua)x. Et e(st) metafora a uasis fictilib(us) que cassa (et) rimosa n(on) tenent q(uae)
i(n)ceperis. Fornicari q(uasi) fornicat(ur). Fornicatrix e(st) cui(us) corp(us) publicu(m) (et) uulgare e(st). h(ae)c sub ar
cuatis p(ro)sternebat(ur) q(uae) loca fornices dic(untu)r. Un(de) (et) fornicario. Uirg(ilius). atq(ue) aduerso fornice.
Fecunda a fetu dicta q(uasi) fetunda. Est (et) partu frequ(en)s feta. Flens q(ui) lac(ri)mas fluens.
Fugitiuus nemo recte dic(itu)r n(isi) q(ui) d(omi)num fugit. Na(m) si puer paruulus a nutrice aut ab
scolis abscesserit. fugitiuus n(on) e(st). Fabian(us) subulc(us) porcari(us) porcor(um) pastor. Fabium
p(ro)fectu(m) i(n)geniosu(m). Fabor loq(ue)r. Fabeo assentio arrideo. Fabula fabella ficta fama.
Fax facula teda. Facultas possibilitas loc(us). Facet(us) iocund(us) urban(us). eloq(ue)ns. Factio (con)
iuratio illusio (con)uentio. Facin(us) nefas. Face scintillo. Facesse frequ(en)t(er) fac(ere). cessat desinit.
Fasciculum manipulu(m). Fatione facile leue expeditu(m). Fafisor fautor adiutor. Fa
golidori mandentes senectas .i. folia uuo. Fage g(rae)ce manducare. lydos .i. maledictu(m).
Falcat(us) cursib(us) armat(us). Falcari fauce ferens. t gladiator. Falanx legio exercit(us).
Falangari ut gladi(us). Falarica lancea teca gladii. Falernu(m) uinu(m) aureu(m). Falcon rector
auiu(m). Faleras dec(us) sellas. Faleratu ornat(us) equor(um). Falis pri. Fam(e). nis. fimo. Famulus
minist(er) seruus. Famusiciu(m) famulatu(m). Famfaluca fallacia. Fama opinio rumor.
Familia clientela. Familiaris domestic(us) amic(us). Fames esuries inedia. Famelic(us) esu
riens indigu(us). Famyx (con)tusio. Fanu(m) templu(m). Fanatic(us) q(ui) i(n) fano fuerit. Famidrenus
c(er)ta dies. Fadu(m) iustu(m) dicendu(m). Fantasia t fantasma ymaginatio opinio mala
t multitudo. Fanculu(m) famulu(m). Farcire implere. fulcire. Farcor q(ui) implet. Farcim
q(uo)d implet. Faria eloq(uen)tia. Fariolus uates diuinator. Far farri gen(us) frugu(m) triticum.
Farus p(ro)digiu(m) igneu(m). Fares diuisio. Farist diuisus. Faria n(on) nasis. Faretra sagittar(um)
teca. Faru(m) t(u)rris egypti. Farina t(ri)tici frumenti. Farier fari. loq(ui). Farilia luctuosa.
Fardor. Fartor qui pane t carne coq(ui)t. Farrago pabulu(m) q(uo)d farris ymago. Fatesc(unt)
aperiunt(ur) dissipant(ur). Fatiscunt resoluunt(ur). hio .i. os aperio. Fatos .i. multu(m) uin(um) assatu(m) ad
ibium (et) faciso ibu q(uod) significat habundant(er). Fascinatio inuidia. Fast(us) (con)tempt(us).
Fastes libri i(n) quib(us) nota (con)sulu(m) scribunt(ur). Fassian n(on) aius. Fastidire tedere. Fastidium
tediu(m). Fas ius. Fascinat grauat. Fasus s(er)mo. Faselu(m) gen(us) nauis i(n) nilo. Fascin aspect(us).
Fastor(um) lib(er) regu(m). Fasellus rustic(us). Fasciola. Faselle gen(us) fabe. Fascia cinctoria tenui(s)
t capitu(m). Fasces dignitates auctoritates. Fastigium pinnaculu(m) culm(en) ediu(m). Fassus
confessus (con)fessus. Fat(ur) loq(ui)t(ur). Fator orator. Fatet(ur) (con)sentit. Fatu(m) responsu(m) decretu(m). p(re)de
stinatu(m). Fatidicus fatadies. Fatumno famine loq(ue)la. Fatigat fessi. Faust(us) fest(us)
iocund(us) felix. Fauet adiuuat. Faun(us) satyrus t pata un(de) bibebant fanatici. Fa
uorab(ilis) laudab(ilis). Fadamor studiu(m) obsequiu(m). Faussor piscator. Fax fac(ula). Feces
sordes. Fecula elim. Feculent(us) fece plen(us). Fecund(us) ferat copios(us). Fed(us) pactu(m) ius
iurandu(m). Fedat (con)ciliat (con)firmat. Fed(us) immund(us) t(ur)pis. Fedicet pax firma. Fefellit
decep(it). surripuit. Fellitat fallit c(ir)cumuenit. Feneralia art(es). Femina femella t femo
ra. Fen(us) usura q(ue)stu(s) lucru(m). repensio mutui. Fert narrat portat p(er)hibet. Ferculu(m)
erulu(m) disc(us) oblatio cibor(um). Ferox seuus. Ferire p(er)cutere. Ferme pene fere. Feriatus
pausat(us) quiet(us). Feria dies op(er)is. t ferie cessationes ab op(er)e. Feruid(us) callid(us) iracundus
studiosus. Ferrugo ferrea ferugi(n)ea. Ferrugeneus niger. pallor color ferri t rubor.
Ferula bacul(us) harundo h(er)ba. Feralis lugub(ri)s tristis mortifer. Ferrat(us) armat(us). Ferox
feruit. feruens sciciens tumens bulliens. Fermentu(m) acida pasta panis fermentat.
Ferago uiridis. Fessat desinat resipiscat. Fessus lass(us). Festin(us) celer p(ro)perans. Festiuus
lec(?) urban(us) iocos(us) (com)posit(us). Fescennini uagit(us) infantu(m) t dolor parturientis. Fetos(us)
fecund(us). Fet(us) fl(?) t part(us). Fetet putet olet. Fex aurea sordes. Fiala sciph(us) calyx.
Fibra chorda neruus intestinu(m). Fibula ligatura (et) anulus t nod(us). Ficte fals(e) colorat(e). 219
Ficul fragil(is). Fictio simulatio. Fic(us) arbor. Ficulnea fruct(us). Fidens in fid(e) fidel(is)
fides. Fibre chorde in finderia chorda ungula. Fidicen fidib(us) canens. Fidicule gen(us)
tormenti. Fideiussor q(ui) uadimoniu(m) p(ro)mittit. Fiducus fidel(is) credulus. Fiduciari pos
sessor. Fiet erit. Figura forma ymago. Figmentu(m) fictio simulatio dolositas.
Fingulu(m) litui luteum. Figit infert i(n) ponit. Filologus rationis ubi amatores. Filtra
maleficia t lana (con)texta. Filomiu(m) amator. Filiat filiu(m) facit. Filargiria auari
tia amor pecunie. Filacteria custodia legis. Fimbria finis uestimenti. Finitim(us) u
cin(us) (con)finis p(ro)pinquus. Findit diuidit. Fingit co(m)ponit format. Finistra fenestra. Fi
niu(m) deor(um) regu(m). Finalia extrema. Finis termin(us). Finit expl(et) explicit. Finetenus
ad fine(m). tecaten(?). Firm(us) fret(us) fortis. Firmamentum spa(tium) celi. Firmat roborat. Fisis
natura. fisica natural(is). Fistu(m) iocundu(m). Fiscus p(ro)mptuariu(m) marsupiu(m) census regis sacel
lu(m). Fascinu(m) cophinu(m). Fiscale regale uectigal censuale. Fissuras parietis rimas.
Fixura cicatrix infectio. Flauus glauc(us) pallid(us). Flaccidu(m) (con)tractu(m) teneru(m). Flacen
na. Flat spirat. Flagru(m) umbra. Flagitat supplicat petit. Flagrat ardet. Flag(ra)
flat uent(us). Flagitiu(m) uitiu(m) libido dolus. Flamme loc(us) i(n) urbe. Flamica uirginitas.
Flam(en) dial(is) sacerdos iouis. Flagi(tium) cauere. Flammigena genus de flammis. Flat uent(us).
anhelit(us). Flauesc(it) rubet albesc(it). Flamig(er) gerens flama. Flammiuomi flama(m) uomens.
Flasca uas ligneu(m) lagena. Flaugia fustis. Flaminomos orc. Flabri uentosi. Fabu
losi. Flexuos(us) i(n)(con)stans. t ubric(us) p(ro) lex cuius unc. Fleuon infirmitas stomachi. Flegma
filia mortis. Flectat curuat. Flexile lentu(m). Floccipendo paruipendo. Florea floralia
tempra flor(um). Flores hylares. Flore flores uirecti. Flora floribus plena. Flustra
fluenta ymbres. Fluuis fluens. Fluxe mollicies uanitas. Fluxuries resolutio. Fleuma
sanguis i(n) neruos decurrens. Fluctuag(us) inuersa uag(us) instabil(is). Fluitat uacillat anhelat
i(n)diuisa rapit(ur) fluitat. Fluuid(us) fluens decens. Flocc(us) mul(us) marin(us). Focatiu(m) facere n(on) sinuent(e)
uictu(m) t coloratu(m). Focillat fouet reficit (con)fortat. Focus ignis. Focularius ignib(us). Foca
ri q(ui) ignib(us) seruit. Focaci panis subcineritii. Foculent(us) nutrit. Fodina (con)creta aur(i)
co(m)pertu(m). Fogo manduco. Follesc(it) tumesc(it). Folliatu(m) cum. Folliantes uestes grossiores.
Fomes occasio. Fomitum nutrimentu(m) radix. Fomentat fouet medet(ur). Fomet mandat pisce.
Fonu(m) ubu. Fonomira ubi. Fone fonate g(rae)ce uox. Fors fortuna (con)ditio. euentus di
uine. Forte fortuitu casu subito. Forda grauida uacca. Forinec(us) fomite occasione.
Fornaculu(m) n(on) biubiu siccat(ur). Fortunat beat. Fortunat(us) beat(us). Forensis q(ui) foru(m) petit.
Forica latrina. secessus sella .i. Forire uenire p(ur)gare. Formis disciplina. Fornifer
disciplinat. Forariu(m) q(ui) ferru(m) p(er)forat. Forus calcatio uue. Forus lator por
tator. Foru(m) furnu(m). Forme are uictorie. Forocuria ubi sues uenduntur. Formidines
penne alligate q(ui)b(us) ceru(i) capiuntur. Forsi casus fortuna. Forti corpa .i. fortu(m)
corp(or)a. Fot(us) recreat(ur) t nutrix fot(us). Fossor stella que fulget i(n) sepulchro. Fos g(rae)ce
lux. Fossa fouea lac(us). Fossus fix(us). Fouet nutrit. Fratea uxor frat(r)is soror. Fra
truelis fil(ius) frat(r)is. Frasis sermonis p(re)catio. Fragiat olet. refulget. Fragor strepitus

strepit(us) arbor(um). Fragilior facilior. Frangit elidit molit. Fretus (con)fisus adiuuat(us). Frequens assi
duus. Frequentia (con)uent(us). Fremuit furit strepit tumultuat. Fretu(m) mare angustu(m). Frenat
domat i(n)liber regit. Freneticus furibund(us). Frendit (con)p(re)ssit. Frigat ardet. Friuolus ui
cios(us). audax. Fribulu(m) uas fictile. Fribolum nullius sensu(s). Frixura feruor. assatura. Fricat
terat. Fricare assare. Frixa assata. Friget desicc(at). Fringit desicc(at). Friges etiam. Fro
nim sapiens. Frontuosus audax. Frugal(is) modest(us) gen(er)os(us). Frugi abstinens parc(us). mod(est)(us).
Frustu(m) crustella particula panis. Fruunia auxiliator. Fucus fex fians uncta. Fucat
colorat. Fudit effudit pepit p(ro)strauit. Fuet facit. Fugax q(ui) semp(er) fugit. Fulcra
lectisternia. Fuluus flauus. rube(us) nig(er). Fulcru(m) fundamentu(m) tegim(en). Fulcit sustentat
adiuuat munit. Fulget micat. Fultare decorare. Fulgator aruspex. Fulsit
micuit. Fundat edificat exstruit. Functoru(m) (con)sitoru(m). Fun(us) defuncti cadauer. Fu
nerat sepelit. Funest(us) crudel(is) mortifer. Funebre funus instrumenta lectuosum.
Funereus tristoru(m) t(er)ra funat. Fungit(ur) utit(ur) obsequit(ur). Fungi illicit ferianto
res. Funda rete t linea piscatoris. Fur d(icitu)r a furuo .i. nig(ro). Fartit densat.
Furuncus a fure. Furuncul(us) diminut(iuum). Furia funesta. Furit insanit. Furibundus
ualde insan(us). Fusc(us) nig(er) aq(ui)lus. Fusus uac p(ro)strat(us). Fuscat obscurat. Fustat fustib(us)
cedit. Fusile habile ad fundendu(m). Fuscina fca. Futat nutr(it) uel arguit. Fatescit
dehisc(it). Fatescat fac. Fescennina carmi(na) nuptiale. Fisane sac(ri) publice un(de) (et) sacella diminutiu(e).

G Loriosus a frequentia claritatis dic(itur). p(er) c. g. litt(er)a co(m)mutata. Gl(ori)osus a laurea dict(us) q(uae)
dat(ur) uictorib(us). Gnar(us) sciens cui (con)trari(us) e(st) ignar(us) nesciens. Grauis ue(ne)rabil(is). un(de) (et) (con)te(m)
ptibiles leues dicim(us). Grauis p(ro) (con)silio (et) (con)stantia dic(itur) q(uia) n(on) leui motu dissilit s(ed) fixa
(con)stantie grauitate (con)sistit. Grandeuus q(uasi) sit grandis eui. Grat(us) gr(ati)am seruans. Si(c) g(ra)t(us)
a(n)i(m)o. gratissim(us) (et) a(n)i(m)o (et) corpore d(icitu)r. Gratific(us) ab eo q(uod) g(ra)t(u)s faciat bonu(m). Gratu
osus q(ui) plus inueniat q(uam) uice tribuit. Garrulus p(ro)p(ri)e d(icitu)r q(uem) uulgo ubos appellat
accedente lectia. nec ualens nec uolens tace(re) sumptu(m) n(omen) a garrul(is) auib(us) q(uae) impor
tuna loq(ua)citate semp(er) strepunt nec umq(uam) quiescu(n)t. Ganeo luxuriosus (et) q(ui) q(uasi) inoc
cultis locis (et) subterraneis q(uae) ganea g(rae)ci uocant. Gluto a gula .i. gulos(us). Gabulu(m)
patibulu(m). Gabra capra. Galculus uacca. Galmu(m) lac t gala. galima uestis alba.
Galeras uites. Galla pomu(m) i(n) greco. Gallicula subtalaris calceus. Gallu(s) tenuis
mat. Galbulus amar(us). Gallecoria uni tingit(ur) coriu(m). Gallo incantari. Gamos
nuptie. Gambas crura. Gamar gen(us) piscis. Gannit latrat. Gannatura
cachinn(us). Ganea tabna. Ganeo pincerna. Ganeo pinguis gulos(us) tabnari potator.
Gargarizat eructat. Garrit gaudet blandit(ur). Gastrimargia gula. Ga
strimonia ingluuies. Gaguli nauigii gen(us). Gaza thesaur(us) diuitie pecunia.
Gazofilaciu(m) ubi seruant(ur). Gehenna loc(us) infernal(is). Gelicadia gelu. frig(us) timor
gelid(us). Gelat friget. Gemiscit dolet. Gemini bini. Gemelli simul geniti
eq(ue) genit(i). Gennit gannit. Genesis generatio genitura. Genista h(er)ba t genisda.
Genealogia s(er)mo generationis. Genius q(ui) h(ab)et uim omniu(m) rer(um) gignendar(um). Geniales
lecti sponsales. Genitat d(eu)s q(ui) o(mn)ia fec(it). Gens stirps. Genitor pat(er). Genetrix.
Genta agrestis anser. Genium ho lib. inuitu(m) initiu(m) p(ri)m(u)m ho(m)i(ni)s d(eu)s. Genoma
xille. Genusia senat(us). Gennoma creatura. Gennima gigantum. generatio t crea
ture. Genosus nobil(is). Genat coit. Genitiaci obstetrices. Genetes gentiles.
Genethliaci. Gebenni g(rae)ci. Genio diuini. Genucula ubi genua uoluunt(ur).
Genea subrisio. Genuitas libertas. Genearcha p(ri)nceps generis. Genitalia
uerenda nibra. genuina genuina. Gentaculu(m) inceptu(m) prandiu(m). Genialis
ho(mo) i(n)geniosus. Genuolus deus. Geniu(m) honor potentia uigor. Genitus sobol(es).
Genitura ortus generatio. Geni(us) numi(n) natal(is) d(eu)s. Generatu(m) genialit(er). Geo
mensura g(rae)ce t(er)ra. Geometra mensuratio t(er)re. Geometre q(ui) ipsa arte docet t fac(it).
Gomectyx auis. Georgi cultores terre. Germen initiu(m) floris. in g(er)minat pul
lulat. Gerulus suasor baiul(us). Gerula baiula infantiu(m). Gerubulu(m) h(er)ba.
Geron g(rae)ce senex. Geroago uego porco. Geriens cupiens. Geras senect(us).
Geronta senil(is). Gerontes senes g(ra)uari. Gestam(en) gestatio q(uo)d portat(ur).
Gestus mot(us) t uult(us) corporis. Gessit egit fec(it). Gestio gaudeo. Gesta acta. Gesti
unt cupiunt gaudent. Gesie diuitie. Gesticulatio gest(us) inellectris. Gesta
toriu(m) ferculu(m) feretru(m). Gestuncula op(er)a minuta. Get(e) hi gothi. Getulia af
frica. Gibra mare. Gignit generat. Gilus glauc(us) pallid(us) alb(us). Gymnos nudus.
Gimni laut(i) delicat(i). Gimnasiu(m) balneu(m) lauacru(m) loc(us) palestrine. Gimnicus
disciplis. Gimnosophiste ubi prudentes doctores. Gynase curiosus. Gi
mniu(m) studiu(m). Gibbus in tergo. Gipsus alba t(er)ra. Giru(m) circuitu(m) orbe(m). Girat
circu(m) lustrat. Girgillus. Gurba. Glandix glans fruct(us) g(re)c(e). Glaucoma
oculor(um) obscuritas. Glaree harene paruu(m) lapilli. Gladomani adiunguntur.
Glab(er) loc(us) nud(us) loq(ue)x caluus. Glaud(us) claue diuus marin(us). Gleba cespis.
Glebra. Glebo arator. Glis. h(er)ba. Glis tedis anal. Glis sis terre
naxe. Glis lappa uocat(ur). Gliridis (et) glisis ... gluis. Glisc(it)
geminat cresc(it) desidat. Glippos q(ui) h(abe)nt oculos humanos p(er)fecte mactatos.
Glirib(us) uestib(us) lectualib(us). Glob(us) agmen. Glom(us) t globellu(m) sp(ecies) filor(um) t(er)e(s)
rotundu(m) ut glomerat (con)uoluit. Glosima t glosa imp(re)catio sermonu(m)
t (con)gregatio. Glosa arbor fruct(us). Glom(us) sontai. Gutture notare in
solutio. Gluttinu(m) copulatio (con)iunctio (con)nexio. Glumas (con)s(er)ptores. Glum(en)
gluten glutinis resina pix bitumi(n). Glube detrahere excoriare. Gnat(us)
nat(us) filius. Gnar(us) sciens p(er)it(us) sapiens erudit(us). Gnauus fortis strenuus agil(is).
Gnosis scientia. Gnosc(it) cognoscit. Gnosia n(on) ... Gomo nisura. Grong(us)
piscis anguilla. Gorid(us) rigid(us). Gorgones fortes filii credules. Gorgoneus
uenenosus speciosu(m). Gramma littera. Graphia scripta. Grad(us) incessus ordo.
Gratat(ur) gratulat(ur). Gratis gr(ati)a indebita impensa. Granes g(rae)ce t celle apum.
Grat(us) gr(ati)am seruans car(us) apt(us) decens gratiosus gratuito impar. Gratificans
gr(ati)am p(re)stans. Grassat(ur) impugnat uastat ferit. Gragi g(rae)ce rector scola.
Gannire os apire. Gramma linea. Granida p(re)gnans. Gradatim paulatim.
Gradit(ur) ambulat. Grandis magn(us). Gratificus g(ra)t(u)s bonu(m) faciens. Gra
cilis subtil(is) tenuis. Grate grat(i)ose gratant(er) gratifice. Gremiu(m) cubitu(m). Gre
gatu(m) cumulatu(m). Gregatas (con)gregatas. Gregal(is) mediocris. Gressus pedest(er).
Gregari nobil(is) p(ri)nceps. Gremiu(m) sin(us) t sedes p(ro)fectoria. Gressit cessit.
Gredit(ur) gradit(ur). Gros orbis circulus. Gromat p(er)hibet. Grassus fructus.
Grossescit cresc(it). Grunnit gemit dolendo os apit. Grussita grassando.
Gubernat reg(it) custodit moderat(ur) imperat. Gubernaculu(m) regim(en). Guba guttur
gluttes. Gula gurgulio ingluuies. Gulos(us) glutto uentriculos. Gullis uo
rago caribdis barathru(m) p(re)sumptio. Gumi t gum(m)i resina pix bitum(en). Gur
gustiu(m) cella apu(m). Gurgusti(um) casa breuissima paup(er)is. Gurgustiu(m) dom(us)
turpitudinis. Gurges inp(er) fouea aq(ue). Gutta stilla. Guttat stillat.
Gutta monia gen(us) ungenti t fomentis. Gustat uescitur sumit sapit sentit.
Gymnasiu(m) locus i(n) q(uo) nudi luctant(ur) t cuiuscu(m)q(ue) exercitationis. Gimnicu(m)
textiu(m). Glos. sis q(uod) de stipula e(st) factu(m). t flos ex q(uo) gta. Gluttiu(m) ...

H umilis q(uasi) humo aclinis. Honorabil(is) q(ui) honore habil(is). h(ic) e(st) ap(u)d honest(um)
q(uod) nich(il) h(abe)at turpitudinis. Na(m) q(uo)d e(st) honestas n(isi) honor p(er)petuus .i. q(uasi) hono
ris stat(us). Humani q(ui) h(abe)nt circa hoies amore (et) misericordiis affectu(m). Un(de) (et)
humanitas dicta qua nos inuice(m) tuem(ur). Habil(is) q(uasi) sit ad habendu(m) comod(us)
atq(ue) apt(us). Onerosus plus e(st) q(uam) onerat sic scelerosus q(uam) scelerat(us). Hirsut(us) ab eo
q(uod) sit hyrt(us) (et) pilis horrid(us). Hypocrita g(rae)ce latine simulator. Q(u)i du(m) int(us)
malus sit. bonu(m) se palam ostendit. Hypo n(amque) falsu(m) crisim iudiciu(m) int(er)p(re)tat(ur).
Nom(en) aut(em) hypocrite tractu(m) e(st) a spe(cie) eor(um) q(ui) i(n) spectaculis (con)tecta facie incedunt. distin
guentes uultu(m) ceruleo minioq(ue) colore (et) ceteris pigmentis habentes simulachra
oris linthea gipsata (et) uario colore distincta. n(on)nunq(uam) (et) colla (et) man(us) creta p(er)
ungentes ut ad p(er)sone colore(m) p(er)uenirent. (et) p(o)p(u)l(u)m du(m) i(n) ludis agerent fallerent m(od)o i(n)
spe(cie) uiri. m(od)o i(n) femine. m(od)o tonsi. m(od)o criniti anili (et) uirginali ceteraq(ue) spe(cie) etatis sexusq(ue)
diuiso ut fallant p(o)p(u)l(u)m du(m) i(n) ludis ag(un)t. Quor(um) spec(ies) argumentis latet in his q(ui) fal
so uultu incedunt (et) simulant q(uo)d no(n) s(unt). Na(m) hypocrite dici n(on) posse ex q(uo) foras

exterruit. Humat̃ q̄d sic humo tecti. sepult᷑. Habitudo fortitudo corporis
t species. Habit᷑ accepit᷑ t corporis positio q̄litas. Habissu gen̄ lang. ab ha sic dict᷑.
Habena lorū frenū. Habritor haurītor. Hacten᷑ usq: nū. Haha nox p hiben
tis. Hahi uox despicientis t dolentis. Halipis calipis. Halat spirat redolet. Ha
bet autanent. Hamat̃ uinctat̃ .i. unctis erunt. Hammon iupit᷑. Hamaticunctat᷑.
Hapsū uellus lane. Harundo canna baculus sagitta. Harseon gen̄ gyganti.
Hase dinitep. Hasce has aū. Haud n̄. Hausit uoratū ebibit sorbuit. Hause sia
circuitu. Haut see n̄ aliē. Hebon gen̄ ligni. Hebes hebese. Hebetat deficit stult᷑
fec. Hebetiores rusticiores infirmiores. Hebetudo fatuitas. Hebr̃ t rec fluui.
Heccine t hexeccide putas ista s. Hecatsis p̃censio stelle. Hegloga cantatio
Hei interiectio ammirantis t dolentis. Hetroclita diuisclinia. Helyos sol. He
[illegible] e sol occasus. Helyce n̄ stelle. Helespont p̃s maris. Helioc[illegible] h̃ba t gen̄
[illegible]ceme. Hely ds m̃s. Helopes n̄ stelle t anguis. Hellus ruf pallid᷑. Hemo
nes [illegible] speties. Hemoroide uesice q̄ crescē ī ano. Hemisphiū dimidiū spere.
Her dns t uir magn̄ t fortis in herilis dominicus. Hercules fortis heule [illegible]
Hercia[illegible] heroes. Heres fili᷑ successor. Herculane eunuch spado. Heresis
secta diuisio. Herediū p̃diuin p̃ dirutu. Heroas fortes magnos uiros. Heroico
metr᷑ .i. carmine. Herem desert᷑ loc. Heri p̃die. Hermafrodit᷑ n̄ uir n̄ femina.
Hermagedo mons latrunculorum. Herett heresē infixū ē. Hesperus stella uesp
Herinacius hericius t pecnir foueis. Herebū p̃fundū inferni t macula.
Herbitu ū h̃be crescit. Hermo gen̄ spetiū. Heroicis instrumentis uirilib: armis
Hesperias occiduas partes. Hesperia Italia ab hespero rege t a stella. Hesitat dubitat
amitic. Hesite blesus t balb. Heus ad dubiū uocandi. Heu ad dubiū respōde
di t interiectio dolentis p̃h dolor. Hyacinthio margarita petiosa. Hyacinthi os
apte patet cup. Hiat tre t oris apertio uorigo. Hibis q̃da auis feda. Hi
almū uicr uiride. Hyades pliades. Hibnat sent uat hyemat. Hibisū
h̃ba. Hibna tempa t castra uulina ū hyemant. Hiccine hic ū putas iste ē.
Hieris regi morb. Hyena bestia q̄ cadauib: mortuor uiu. Hyronia cauil
latio. Hieronnocomiū ū senes infirmi pasaunt. Hydres s̃pentes ī aq̃ ma
nentes. Hilic arbor hns fruct sic glandines. Hylaris leč gaudens gratt se
reni. Hilia femora incestina. Himos odio hns. Hymn laus dī. Hymi ds
nuptiar t hymenē t nuptie corr. Hinulus pull ceruo. Hinc inde hinc ū.
Hinniat cup. Hypocrisis simulatio. Hyppomanes caruncula q̄ nascit ī fronte
eq. Hypodomia p̃p̃ n̄. Hirudo sanguisuga. Hirribile infinitū. Hyrc hir
sute secos s̃q̃mos asp. Hispid spinos. Hyrcania poema cantilena. Hirobi
q̄ ungulas n̄ diuidit. Histrio p̃co saltator ioculator. Hiscere loq̃ tace nescire.
Hiscit apit. Histrix q̄drupes spinos. Hister fluui. Hystoria dictanū rei
geste. Hystorie t hystoriographi q̄ hystoria scribit. Histispices fustes t
ligna aruspices augures. Hysmenechion carm̄ nouū t nuptiale. Hocat ē culpat
culpat. Hocce hoc aū. Hiulcū apitū auidū. Hoccales stelle ī fronte tauri.
Hoccine h putas. h aū t ū. Holor subulc porcari. Holon gr̃ce totū lat.
Holocaustū sacficiu totū incēsū. Holografia tota s̃pta. Holus h̃ba plan
tata. Homo eo q̄d de humo sit creat. Homo gr̃ce uni. Homousion uni subs.
Hogiafia h̃ba fontana t hortulana. Hominifice an hoies erant. Honoma
gr̃ce nom. Honos t honor laus gl̃a dignitas reuerentia. Honorat coronat
honestat. Honorificat honore munat. Honorie munific. Honorabilis
honori apt habit. Honocrotalus auis. Hora mora. sonus crepit. Horma
anathema. Horus laus gl̃e. Horomaus auditus. Horono h auditio. Horrison
horride sonans. Horror abhominatio timor t terror. Horret horresc p̃time
scit. Horrid amd. Horridul horrific auis formidabil. Hortat instigat
monet cogit excitat puocat. Hostis p̃duellis inimic. in hostil hostie. Hos
tiaci ab utroq: hostilit. Hostire eq̃re adplanare. Hostimen pond t lapis lib.
Hostia placatio immolatio in a. Hosce hos aū. Hospes q̄ commendat hospitiū. 7 q̄
recipit. Hoscine hos ū. Hoy meuses [illegible] filiari. Hermafrond castrat. Hermacolor.
Hogregas pulmones. Hum[illegible] solū aq. Humat sepelit humo operit. Human
dapsil misericors compatiens. Hunccine hic ē. Huccine huc ū. usq: nc. Hulcoli
arma eq̃tandi .i. sella & frenū. Humet madet ab humore. Humid roscid. Hu
mil iuris submiss. Humiliat subic domat deprimit submittit. Hyppodrom loc
ī curculo ī q̄ currit eq. Hypinat sonat contrat. Hypallage mutatio. Hypo gr̃ce
descriptionat. Hilidi s̃pentes aquati. Hymos series locutionis. Hilosat ī silua nat.
Hidria uas fictile. Hidor aq. Hydropic aquat. Hydra s̃pens multa hns capita.
Hyno belua nocte cruens. Hiasurosm syriani. Hyr palma man. t uigil. 7
Ingenios q̄d in se ui hat gignendi q̄m libet arte. Inuentor dicit q̄d ea q̄ q̄rit inuenit.
Vn & ipa q̄ appellat inuentio si ubi origine tractam. q̄d aliud resonat n̄ q̄a inuenire
ē ī id uenire q̄d q̄rit. Interpres q̄d int̃ p̃tes medi sit duar linguar dū transfert. si 7
q̄ int̃ dm̄ intpretat & hoies q̄b: diuina indicat mysteria interpres uocat ī uidens.
Indoles p̃p̄r ē ymago q̄da futur uirtutis. Iust dicit q̄a iura custodit. & s. lege uiu.
Innox q̄d nocuit. Innocuus cui nocuit n̄ sit. s: ap ueteres utruq: ī differens est.
Ilaris gen̄ n̄ e. Iocund eo q̄d sit semp iocis apt & hylaritati a frequentia sic nuncupat.
Iocosus iocis us. Inclit gen̄ n̄ e. Na [illegible] cliton gr̃ci gl̃osum uocant. Illustris n̄ uocat
e q̄d claritate multis gen̄s splendore t sapientie t uirtus cū [illegible] ē obscenitat.
Idoneus q̄ [illegible] hns donū. Incolumis a columna n̄ h̄c q̄ erect fortis & stabil.
Inmarcescibil incorrupt & semptiin q̄d sit sine marcore atq: languore. Inte
merat ī corrupt & nulla temitate uiolat. Infirm q̄ sine forma. Inbecillis q̄
sine baculo fragil & ī constans. Inanis leuis. Inconstans q̄a n̄ ē stabil. & q̄d placet
ei rs displicet. Iactans t arrogans ē q̄ maiora instruens n̄ accepit. s: p̄p̄a q̄nda uam
instictu & stectans ī q̄rit. Iracund dicit q̄ accenso sangne ī furore compellit. Vr
n flama dr & inde ī flamat. Incentor ab eo q̄d incendat atq: ī flamet. Incentor
q̄a p̃ua suggestione admicra tor alior succend & p̃suadendo ī flamat. Inexpi
abil q̄d nunq expiet nuq p̃ger. Inlaudat n̄ q̄a laudat n̄ sit. s: q̄a laudari n̄
meruit. Irat ira act. Impi q̄a sine pietate religionis e. Iniqu p̃pe dic q̄a n̄ e eq̃
s: iniq̃l e. Int̃ impiu aū & iniquū h distare n nuq̃ solet q̄a ois impi iniq. n̄ tam
ois iniq ē impi. Impi naq: p̃fidel p & dicit impi q̄d sit a pietate religionis alien. Iniq
ū dr eo q̄d no ē eq. s: p̃uis opib: maculat nexpiantas nomē censeat. Inimic q̄a n̄ ē
amic s: aduersari. Due aū res inimicos faciunt. fraus & error. Terror q̄d timent fraus
q̄m passis. Inuid dicit ab inuidendo felicitati alterius. Inuidios q̄ ab aliis patit inuidia.
Inuisus odios ab inuidia & zelo dicit. Intestabil ē testimoniu n̄ ualet. & q̄d opeit
irritū improbatū sit. Infamis n̄ bone fame. Improb dicit q̄d instat & p̃lubentes. In
portun inq̃et q̄a n̄ h̄t portū .i. q̄etē. Vn & importuni q̄ ī naufragiu ceteros ferunt.
Infrenis h e q̄ frenis n regit ut uiuide infreni. Infrendens p̃p̃e e int̃ se comprimens
dentes. Na & frende significat dentib: frange. Vn infrendes infantes q̄ nec du
dentes hnt. Ingluuiosus a gula & uoracitate dicit. Inglosus q̄d sit sine gl̃a .i.
sine triumphis. Inde ingloriūs inmemor gl̃e. Informis ingens q̄d n̄ hat forma
s: q̄d ult̃ forma magnitudine hat. Inuectator eo q̄d sit multis uertēs: ut ī rina
licia. Inanis q̄a n̄ bon s: crudel & terribil. Mani n bonū dr. Vn 7 cata
antifrasin du manes inmune bonū. Inmunis inmune munific. ut ē ī p̃ublico
ueti. Inmune ciues odere sui. Ite inmunis q̄ n̄ fac munia .i. officio n̄ fun
git. Est & oi p̃uilegio uacuus. Indemnis eo q̄d sine dampno uiuat 7 sn
ulla culpa atq: p̃iculo. Iners sn arte & obli nec opus q̄d de ullū. Inermis t sn
armis t sn uirib: Na semp arma p̃ uirib: accipiunt. Ignauus ignar ire.
.i. rationis & uite. Ignar n̄ gnar .i. ī sci t sn narib: Olfactu n̄ tenes sensus
dicebat. Ignar aū duo significat. t q̄ ignorat. t q̄ ignoratur. Inmemor q̄ ob
lit e. p̄dit n memoria. Insci q̄a sn scia e. Idiota impit gen e. Inpit sn pitia.
Inconsult ab eo q̄d n̄ accipiat consiliu. Ite inconsult q̄a e sn consilio. 7 ī scienter atq: ig
nar. Inops apto [illegible] e q̄ ī apte. Inops q̄ sn tra e. Ope n̄ t̃ram intelligimus.
q̄a ope fert fructificando. Alii ī ope intellig ī sepultu. Inhumatu tumul

absentia surrex tumulas. Ignobil eo q̄d sit ignot & uil. & obsci gen̄is ē nec nsci.
Ircosus q̄a sudore corporis fetido putet. Ignot ignobil t exi [illegible] pusio uniuers.
Inpuisus dicit eo q̄d subito sit & n̄ porro an uisus. Index p̃dicor ab indi
cando. Indigena uocat̃ q̄d sit in genit .i. ī eode loco nat. Impudens eo q̄d ab
eo pudor & pudicitia peal abe. Impudic a pudore uocat. Pudore n̄ fo
tore dic. Incest p̃p̄t illicita comyxtione uocat q̄ ī cast sic uirgine sacra
t affinitatis sue p̃xima stuprauit. Intenecidat q̄ falsū testamentū fec &
ob id hoiem occidit. Inficiator negator q̄a n̄ fatet s: contra uitare inidaciū
nitit. Inpostor inceptor p̃p̃e dr q̄ int̃ duos de medio tollit. Insidios q̄
insidiat. Na p̃p̄e inside e dolose aliqm expectare. Vn & insidie nuncupat se.
Inuicta .i. sn cinctu q̄a pcingi forcat uter n̄ p̃mittit. Inuestis .i. sn ueste.
Nō dū n̄ h̄c stola q̄d ē signum marital uirginitatis. Iscaria uocat q̄ ea esse
q̄mpia consectat. Iā dudū paulo an. Iaspis gema fulua. Iacet p̃ic. Iappendere
uend. Iaculator q̄ iaculū mittit. Iactura dampnū uanitas p̃fluens [illegible]
et. Iacha p̃fect robust. Iamtecest duor frm uxores. Ia taq: stan. Ialin gr̃ce
uitrū. Ianiporc t du. in ian. Iacinct gema color glauc. Iaculat sagittat.
Iambo mi detectio maledicto in iamb. Ianua ostiū ingressus. Ianitor custos ostia
ri. Iactat uexat p̃sic gl̃at. Iaculus opidu. Ianiculus rome mons. Ibex cap agrestis
Ibulas solidos. Ibiscus h̃ba. Ibisca h̃ba. Iconisma fig̃a ymago. Iconar p̃ius
sio. Icteolacismi uiln. Ictuat subito p̃cuss. Icon gr̃ce ymago uīr yconas. Iconomi
uillic dispensator. Ictihun [illegible] silator. Idumea terra. Idolū sculptile. Idolat q̄
colit idola. Idolatra seruit idolor. Id diuisio ab edendo t ideb: iduare diuid.
Idilion paruitas [illegible] Idomeata consuetudines. Ida silua [illegible] in id. Idea figura
ymago. Idos forma. Iduitas man. Ido co mag. Idida salomon. Deinde ide
tempe t itum. Ierarches princeps principū. Ierarchia p̃fecta sca. Iezabel n̄ di.
Ierion t ieraticon sacerdotale. Iec expulit p̃cussit. Ieiun abstinens. Ietiophagi
dicti q̄d cū piscib: alant. Ieiuna extra t extale. Iectat eleuat. Ignoscit indul
get & pare dimittit. Ignauus segnis ī ers. Igri orb oculus. Ignobil degener.
Ignifer igne ferens. Ignit ardens ignitior ardentior. Igne torrid. Igil auis
quadrupes. Ignari loc igne gnenes. Ignominia infamia scandalu obprobriū
confusio. Ignot alien. Ignitu uenia dedit. Ilia renes uisca. ilia. ilib. Ilex q̄re.
Illaq̃at includ. Ilios [illegible] Illic fallit. Illex decep. Ilion tris tiana. inde
iliac trian. Ilisirica h̃ba. Illibata induicta conclusa ī maculata. Ilaio inductio.
conclusio. Illidit contrit contundit impingit. Ilico continuo. Ilicet illa ū. Illo. Illuc. Ilic.
Illecebra gula deceptio. Illac fas ē illic loc. Illuuies ī mundicia. Innuuis innocens
Imbricib: lati b: lapides tectis. Ima ultima. inuma p̃funda. Imptē ī doct. Im
molat libat mactat. Impat p̃cip iudicat. Imere q̄ cotidie uestimta 7 corpa
lauant. Improperiū obprobrium contumelia. Impec adit gens. Imera dies gr̃e n̄ nocat
tat. Imbi pluuia t h̄o tepestas. Impellit cog agit. Imminet istat. Implorat rogat.
Impi p̃fan iniust. Impig n̄ pig .i. uelox. Impetr consequit acq̃rit. Impinit illidit
inoue. Impostura fraus. strofa dol. Impostor strofari dolos. Imbuit docet
instruit. Imptat sepe impat. Imperiu potestas dnatio regal reg[illegible] Inanis nanias
friuol nugax. Inauspicat sn q̄stione auspicii. Inach. lum. Inabstinens incon
tinens ī patiens. Inaccessibile q̄ n̄ pot̃ adiri. Inanimi q̄ n̄ hat animu. Inauspi
catior sn respicitione. Inbina uaga. Inbre nimius uox emitat. Inbecill infirm
sn baculo. Inbilbis sn barba. Imbuit inicrat. Inesans festinans. Incantor
simulator. Incentiua cupiditas. Incestu cū cuiparente t qq̄ [illegible]
uit. Incassū frust sn ca. Incopesc conpesc. Incert ī esat ī festat. Increpuit so
nuit. Incola aduena. Increpat corrig inpat. Incramta ornamta. Inceptat
adinuit. Incensu thus. Incedit uadit it. Incitendo [illegible] cū conuerterdns. Incedimt
dessan. Incaluit arrisit ī flamatu e. Incuba fauri. Incrtia negligentia uilitas. In
culcat ingerit ī sinuat. Incubit sup ruit apperit ī curit ī inuit. Inconsulti solent
inadit. Inc. dis. Incandut ferbuit intr ē. Incomm p̃p̄t n̄ p̃sent. Inpugnare
ī cessere. Incubat ales .i. fouet oua. Incitat cog̃ puocat. Incentiua semouimus
diuisio. Incentia [illegible] numer t cumul. Incrassat ī unet [illegible] pinguesc. Incedit
fulg. Incolumis san sospes. Incertitu [illegible] Incompt ī decens. Incurtin
puid. Incerto fallax. Inclita clades [illegible] Incedeb ī cale. Incessat inom
inimpat. Inchoat ī cap. Incolit p̃ponit ī habitat. Incomta [illegible] Ja
comitat sn comite. Inconde ī compos ī sols. Incertat [illegible] Ine
cunt indubitant. Infasti sesta. Increpitat ad hortat. Incestū sedū tho
nestu. Incuu uncu. Incub: q̄ homine grauat p̃ somnu. Indago ī uestigo ī q̄ro.
Indago q̄nis ferar agitatio. Indempt acq̃sit donat ornat. Indecens ī me
rens. Indempnis sn dampno. In[illegible] clarare ī serere. Indecor ī decens. Indif
ferens mora n̄ faciens. Indefessus ī fatigabil. Inde postea hinc. Indic p̃p̃ ostend.
Indicibil ineffabil. Indiciu docum. Indicat manifestat. Indidit ī serit ī
posuit. Indide exin t in dare. Indifferentē indiscrete ī diuidue sine mora. Indi
gesta uinicta coniuncta illa obra. Ind[illegible] habundantia frugu t copula. In
dig inops indigens. Indig[illegible] copia. Indigetes dii post romanos. Indigites
ī uocat in indiuiduitatē inuocat [illegible] Indignat nascit furit. Indign ingratus.
Indipiscit acq̃rit consequit. Indirrupta integrū. Indit infert ī serit. Indiui
duu indiscretu indifferens. Indixe iussit contiunx instituit. Indocibil q̄ doceri
n̄ pot. Indomit ī fret asp uelox. Indoluit ualde doluit. Industria sagaci
tas studiu ingenii efficatia. Induperator impr. Induuie indumta. Indiuiso
sp[illegible] Indubitat indubitans. Indulget concedit p̃mittit dimittit. Indulcat
ī dulcorat dulce fac. Indupedat impedit. Indusiaria uestiarii. Inermis ut
sine armis. Inergumin insan demoniac. Inergia [illegible] Inexorabilis [illegible]
dabil inexpugnabil. Inexpte ī solic ī caut. Iners sn arte. Inertia [illegible]
pigritia. Inepte res [illegible] stulte uane. Inescat cib inlic. Inelucta bil [illegible]
Ineuitabile q̄d n̄ pot uitari. Inexpiabile q̄d n̄ pot mundari. Inepit [illegible]
Ineunte incipiente. Ineruculus [illegible] pessim. Inexpectatu ī p̃uisu. Infaust in
felix ignominios. Infusat [illegible] Infand [illegible] sceleat n̄ dicend [illegible] In
fasti ī honore posit t q̄a d sac [illegible] Infact impfect. Infans n̄ loqns sec. Infa
mia malus rumor dedec. Infensus ira imporun. Infestat molestat uastat noc.
Infest molest nocuus uar incedul. Infex n̄ fact uner colore muer. Inferie q̄
mortuis immitunt .i. placatio inferor. Infestis ī callisti. Infectat [illegible] t
cens dat. Inficiator in doce maculator. Inficior [illegible] obsono. Infictum [illegible]
instruo ī fluo. Infit inq̄t dic. Inficior nego crimor. Inficia inidacia negatio. Infing
ting colore mutat. Inflans tumens. Inflict dur ī pace n̄ [illegible] Inflex inclinat [illegible]
Inflexuos q̄ flecti n̄ pot. Inflamat incendit. Informis sne forma ī [illegible] Informat in
struit docet. Infula honor uitta sacdotal. Infurcat suspendit. Infract rigid [illegible]
Infronit inuit indigest. Infrendens frens. Infring recusat conuenit. Infronit im
pudens p̃timus p̃ceax contumelios improb uag. Ingruit grauit irruit inuadit imminet.
Ingenuus nobil lib. Inguen [illegible] Ingurgitat irrigat deglutit. Ingeminat
duplicat. Ingluuies gula auiditas. Ingic suggerit ī fert. Ingenui q̄ int̃ genuin
capacitas [illegible] Ingit pang. Ingens magn. Ingenium [illegible] Ingenuit [illegible]
sec dole. Inhians cupiens impediens. Inhibens [illegible] Inhibet [illegible]
Inchaos ī haere t fixa. Inalat inspirat. Inhuman ī misericors ī munific. Inhumat
ī sepelit. Init incip intrat inchoat sacrificat. Initiu principiu. Inimicus q̄ [illegible]
Iniugo [illegible] Inlimos [illegible] Illunies sqlor ī mundicia. Inlaut n̄
cat. Inlinguis mut. Innocuus innocens. Inmune ualde mugit. Inmanis [illegible]
ī digni. Inmodat inmodest. Inmanis crudel ingens ī formis. Inmissit [illegible]
nuit. Inmot n̄ mot. Inmemor oblit. Innata q̄d natale e. Inmitis crudel. Innecte in
plicat. Innocuit [illegible] Innix ī nis. [illegible] Innotesc [illegible]
ī nocens. Innat innatare. Innix ī nodat. Innubis q̄ n̄ nubit uirgo. Innitens [illegible]
Innuit nutu significat. Inmorius [illegible] Inops sn ope. Inodor sn odore. Inopin
ī pinguis. Inolesc ī cresc [illegible] Inopin ī opinat insp[illegible] Inobliuio [illegible]

tarta i oleta p clara. Infectos inficit. Inoleuit in usum uenit. Impulsor in
citator hortator. Impetit impedit irrogat. Inpetu subito. Inportuni inprob.
ingrat inquiet ubosus. Impig capit includit. Inpubes inbarbes. Inpostremo pre
caude. Impensat consumit. Inpputabit illesus. In ppatulo i aperto i publico.
Impendium distributio. Inpuisus an inuisus i caute. Inpubesco cresco i celesco.
Impellit psuadet. Impos ipotens. In pceps deorsu. Impietas i scientia. In
precat optat maledic. Inplis n du uir. Impperiu maledictio obpbriu. Inppenter.
obit. Impulsat concitat. Improbat comminat. Inpune sine pena. Inpunitas uenia.
Inquilinus rustic uillan colon. Inquit dixi dicit. Inquinat polluit. Inquietat fatigat. Inquo
dico. Insolens importun ipatiens t simulat i cusat comminat. Insultat deridet deludit.
Inpiens imitentepior t apro t maledico. Insidiat fraude appetit. Insectat insequit.
Insulsis n condit. Instaurat recuppat. Instruit erudit ornat. Insignis nobil clar egregi.
Innixe inpissit. Inspicat falce diuidit. Insomnis sn somno uigil. Insitu infect infixus.
Institor agapa .i. institor negociator mercator. Insons innocens. Insuescit consuetu
dine fac. Instar similitudo magnitudo. Insignit exaltat decorat; depingit. Insigne
dec. Insipidum acbu sn sapore. Insiluit i ruit incep. Instantia pseuerantia. Instigat
docet secat cog incitat. Insera n tarda. Inspirat insufflat. Insistit consistit. Insci
nesci. Insinuat intimat noctu fac. Insignat designat. Insistat instat pseuerat. Inso
lerte ingenioso. Inspeculare loc alt un longe uide pot. Intitulat i scribit. Instituo
dispono informo imbuo. Institutu exemplu ppositu dispositu t uestes matronar.
Intact integ inuiolat. Intaminat i concussus. Internuntii interptes medii .i. mediator.
Intercalares dies interpositi. Intersum interesse. Intercludit impedit. Intestinu internu
domesticu. Intexe i sero. Intempeste die & nocte tempus. Intercip interpono. Intula
hba q crescit int lapides. Intra inceri. Intepuit i calesc. Interpellat interuenit reluctat.
Intimat intific. Intempestiu importun. Intentat minat nunciat. Intra loci int su
b loco. Intelle intimat intuitu t piecat. Intib gen holi. Intercalat interuenit.
Interapedo interuallo interuallu. Interpolat interrumpit seggat. Interim interi. Intimum
sn intimo interioc. Intestiu interuallu. Intinas nares. Intepestu mediu noctis. Inte
ydrops. Inter manus. Intercussus ydropic. Internecium bellu u nullus euad. Inte
pies i modatio. Inte e distat. Intestat testimonio n confirmat. Interpretatio p la
tio smonis. Interpunnu mediu solariu. Intercapitu medietas scapular. Intercalat int
ponit. Interlunii interpositio sol & lune. Interluctat imped reluctat. Intepula int
epulas. Intpis expositor alieni smonis. Intorsit i fixit. Inestabil hosn fide.
Intractabilitas aspitas. Intremuit commot e. Intestinu ciuile bellu domesticor.
Inuet uide; Inuice alternati. Inuidia helus liuor obcecatio malicia. Inuehit
inuetat i fert. Inult inuindicat. Inuestis inbarb. Inuisere uisitare. Inuole
origine. Inuoluer manserit senuerit. Inui deui asp. Inuehit infund. Inuisor
inuidens. Inustat i ust incobust. Incomod inimit. Iocund delectabil. Iocus
gaudiu lusio. Iocista q ubo iocat. Iota gca litt. Iolia specula. Ioue toniruu
t tripidu ignem. Ion hebraice litta. Ionie pes i metr. Ioppo gce equ. Iota si in
cui. Ior & dan duo fontes. Iperbolic supbi nimi elat. Iris arcus. Ipothesis 3 di
cio. Ipotetic gonomat. Ipposuis obiectio. Irrita uacua. Irritat euacuat. Irri
tat puocat uas. Iri bbi scorp. Iris herui. Irinai psurma. Irq angli oculor.
Isoxsici pisis salmo. Istic ... gce ira. Isagoga introductio. Isingia gce eq
noctiu. Isingiros equnoctales. Isosillabu equisillabu. Isopleuros eq litt. Itax
inu. Itaseat plus. Itheapata ulixes in ipse trach. Ister danubi. Itaregio
ure romane. Iderido iden atq idem. Itin t itinerariu longu it. Itus gress.
Iude simul tantide. Itabile alterabile. Itato itin. Itur gssurus. Itane putas
sic. Iugu sumitas montiu ier t latin. Iuris consul. Iuris pit t docti. Iubar sple
dor. Iugis iuginus. Iugeru gleba t iub inear. Iusiurandu iuramtu t sed pacs.
Iugat lugat. Iugulum qi iugu amputat. Iugat copulat. Iuxta iuxe. Iungula
are iugi. Iunceu iungeu lectule. Iusculu aq coctu carnis. Iuger dicta aut
Iuniores uaci iuuenes. Iubileus ann remissionis. Iubilu gaudiu i cautu. Iubilat
exultat. Iumtu pec aial. Iudex arbit. Iurecte scolastic. Legis pit. Iustat urg
psens e. Iusticiu publica iuris statio. Iurea labat ineponebat. Insonta ab
insonte. Inipolatio obscitas. Inecante inuarit. Indoles boni ingenii. Illecob
delectationes. Illex deceptor;

Kacholicus uniuersal. gca n e. Karus gca n e. int & karitas. Vn & eukaristia
sacrificiu .i. bona gra. Kalende a kalendo .i. uocando dicte. Kaio n gce uoco t
dico. Kyrios dominu. Kyrieleyson. dne miserere. ymas nob. Kanarides auiu
spes. Kere .i. salue. Kathedra sedes. Kalibs sta pennat ferrea. Kategoria pdictio.
Karadismu ablatio. Katecubo sic cumbo. Katapliso adopto. Katalog copulatio.

Luculente abeo q sit lingua clar & sermonis spluendid. Lector dr a legendo .i. p cren
do. Vn & nauis dr lege qod instr. Nam q legit inst precia inceebris legim
freta conterris. Sic lector a colligendo animo q legit q collector sic ill a. Qui le
gunt flores. Loquax n e eloqns. Let hyl ... sa latina ... gaudens. Locuples p
locis plen. & possessionu plurimar. P ... essor quidam ... dou doct tull ... dr re publi
ca i libro scdo. multaq: edatione cuiu & bon ... ri pecorib: & i ... p possessi
onib: ex q pecuniosi & locupletes uocabanc. Libat dicit al ... q liberet do
nat nec murmuret; Larg long a linea dicit ... q sic port ec. Larg dapsilis
beniuolus gnit. Long a linea dicit eo q sit simil linee. Longeuus qi longi eui
& longi temporis. Longanimis sine magnanimis eo q nullis passionib: pturbat.
sz adimuisa sustinenda patiens e. Cui contrari e pusillanimis angustus
& i nulla tribulatione subsistens de q scbit. Pusillanimis uehement i sipiens.
Leuis ob instintatu uagationis appellat. qa leui motu nunq ne ista ne illa desidat.
Lubric abeo q labit. Labens int du uelox ut labe impha polo 7 labe pennis.
Cursu t lapsu celerior e. Latro i sessor uiar a latendo dicit. Meli aut lat
e inqt lato ob latens insidiat ineg. Lanista gladiator .i. carnifex tusca lingua
appellat. a laniando scilicet corpa. Lacessitor p translatione dicit a canib: t
aferis qui solent latrando puocare. Lenon coniliator stupri eo q mites miseror
blandiat & deliniendo seducat. Libidinos abeo q fac q libet: libidinos
a libo q pmollat corpe pingre. Luxurios qi solut i uoluptates. Vn & nebraloco
mota luxeu dnr. Lasciuus eo q sit laxe .i. solut & uan. Lymfatic q aq timmat
qm gce ydrofoba dnt. Lymfatic pprie dr q uiciu ex aq contrahit cui uicui e huc
atq: illuc currere a fluore aq sumpto uicio. S: k poete ta gen nois pfiosis nr
parte. Languid ege. Lurid q sit pallid a loro dicit q hui in heat cute. Le
ps a pruritu nimio ipsi scabie dicit. Vn & p p. scbi debet. Lusc q ex parte
lum scat sic luscios q uesp mch uidet. Luscos cocletes dixere antiq. Vnde
& cyclopes cocletes legim dictos. q unu oculu hre phibent. Loc lauat .i.
mundi. Lupa meix a rapacitate nocturna q ad se rapiat miseros. 7 appbendat.
Labra signif. Labeu ebum. Labos honor. Labrusca agstis uua. Labes ma
cula pnicies ruina. Labitur uacillat lubricat. Labru labiu infra a lambendo.
Labat decidat mouet irritat. Laban candid. Labe gce capelanne in sil
labanu conceptio littar. Labesc fortuna pdit copellit. Labefac commouet.
Labefactat ad meliu deflue confirmatur. Labra q alienos filios sedue. Lap
sari sepi labi. Labr t lapis anuls. Laps peccm. Lacunar lacaq fo
uea aquar .i. pisone. Laquear tectu dependens. Lacertu brachiu musculus
i brachio. Lacina uestis qda t cauina. Lacta ascia. Lacessunt p uacatio.
Lacant instigant. Lactat lacte fouet. Lacteo lac sugo lactu lac p h ... Latio.
Lacinat discerpit. Lacinios parmos. indic lacat. Lacinia ligna pallis.
Lacessit sepi irritat. Lacimones roges. Lacertos fortis i lacus. Lacrus
q lacat. Lacat q pauc. Lacine dicte a lacando. Lacuna medulla. Lacu
ride hba. Lacet curuat aurib: Lacunulu laung .i. lueng. Lacos uasa quib:
sacrificat. Laertes pat ulixes. Lagena uas uinariu. Laic plaris plebens.
Lalla ancilla domu ancilla. Lallat lac suget. Lamia dea silue. Lamie
insinuationes plois t q brem i nocte demolit. Lampas lata lucina. Lampat

Flet conquer. Lamina tabula auri t peculu. Lanio mortifex carnifex a lanc
ando. Lanugo lana t pili humani. Lauacrum mundatio. Lanixe lamat. Lanu
gen ferri. Lanx libra t pend patella sta. Laniat trucidat bellicat. Lanat.
Lanceas. hasta pugio. Lanceola hba. Languit deficit egrotat. Lanos lauernos.
Lappa hba. Lappadiu t lappaciu. Lapinas rabina t uinariu. Lapicedina loci
q lapides sectit. Lapicida incisor lapidu. Lapithe gens thessalor. Laquear
lacue t cubi t ornamentu tector. Laqaria pticula t fenestre domor. Laqari
ligare & amputare collu. Lar ris. loc ignis t honesta domi. Lares penates.
Larua umbra extraneis t larua demoniox. Largit donat. Larbatio morbus
rapitane. Larinicu lanianium .i. spes q linit tinea. Laris aqua ppa t psunda
t demon t errans umbra. Laser hol pigmtu. Lasciua carm uolupatis t iocis.
Lasciuus feruid i granens. Lasciuit luxuriari. Lassus grand fess. Lassit
fatigat. Laterculus lib hystoriat. Laticula antica lolui. Lator auctor ductor
portitor. Lat portat. Lat secess ampl latina. Latucia de latere sua. Latex fons.
Lanbulu latebre obscur loc. Latisc latitat occultat laus. Latro pdo. Latrat
clamat gannit strepit. Latona mat apollinis & diane. Lathomi dolator lapidu.
Lata culte diuini. Laticlania uestis regat. Latrunculat pugnat. Latumie
cathene t uincula carcis. Laut laudat placat delicat. Laurea palma co
rona. Laureat coronat. Lauru arbor. Laure decere. Launa ferrania buba
t dea furti. Laxit pelunis dimiss solute abrupte. Laxat solut dirig uiseru.
Lenocinant suadente ipia. Lebes cacab: t minor olla t paries coquali.
Lebornices naui: Lecebra uoluptas seductio blanda. Lectica bora iuceuin
pausatio i nocte t lect. Lectissima pciosissima. Lect pbat elect. Lectitat
crebr ... fluct maris. Ledonamaris recess. Legit collig coniungit iau
ga ... Legm danx. Legat ... amio alego gas inuito. Legamina genus
fa ... t legum. Legatu conscriptu testamtu cyrografu. Legatori conscript heres. Le
gion legat. Legifer ... gas lator. Lembi parua nauis t uncta cuiq rei. Lemura
dies fest lectie. Lemures du inferni larue. Lena dicta tabee palla linea.
Lenis blandio iocund p ... an mens in leue ... Lenocard flexibil ociosus
languid mens. Lenit ... mitigat mollit. Lentesc inberet habundat. Lenticula
pisa legum. Lenotogia duplex uestis regia. Lenocinium seductio. t habitatio
meretricu. Leno domestic assecla consiliator meretricu inductor i honest t i hone
stis reb: ppost. Lenit mulcet. Lenticula ugulatu. Leon gce rex. Leopard linx.
Lep pi pulcher. Lep ris aial. Lepid facund urban eloquis uoluntari. Lepor
pulcrido. Lepra filia fris nepta. Lepista gen uasis. Lepastes uulgo dr cu post.
Lepindo episonu. Lerii mul ... t sica. Lerna pil. Lelius offens pulsat uiolat.
Lesia pandas. Letat gaudet. Letam stercor t aur. Letu mors. molle gramen
sicalia. Lethes obliuio & e flum infernale. Let argus obliuios. Leotet usq: ad
mortem. Letio laniat ... o. Lenis sine pudore. Leuis uelox t uoluptuos. Leu
athan serpens draco. Leuir. fr uxoris. Leuus simust conterari laborios. Le
uca h ... ce ... dictam latine miliat. Leucos gce albu. Leuig dealbat.
Leuicatoriu uestis ... Leusata gen arboris. Leuca urma t ligr q si
qs assp gationem ... incantari. Leugetis natantib: Lexcis pausatio. Lexius contio.
Libat fundit sacrificat degustat tenes. Libra affrica. Libam sacrificiu. Liba pa
nis uaute. Libani poteritis t du fortes. Liban mons candidatio. Lib codex
t ho q nulli seruus fuit. Libi filii. Libe libertu dedit. Liberti fili liberte.
Liberat iucunditat placeat. Libe fiducialit. Libelli codiculi ponderales libri.
Libido luxuria t praui desidium. Libet uoluntas. Libiciu feretru t mor
tuo lect. Libra trutina. Librat pensatarat. Librari scriptor. Libra
xii. uncie. Libo. as. consumo i molo. Libria nauis maior. Libuit placuit li
cet ... lucet ... Licentia uoluptas lucri. Licitat auctioni t uenditioi ex
ponit. Lictor minist crudelitatis gladiator. Licia fila texentiu. Lica
toriu lignu q tela obuoluit. Licini limosus. Liciscit pascit. Lichinis
lapis purpureus. Lichini lucerna nocte. Licisca catula ex lupo & cane nata.
Liticiausu ppu t estimatu. Licius unu t flagellu. Lienosis dolor lienis
splenis. Lienis fluxe uenos de uisceri: Ligustru hba t fruct arboris. Ligata
ligari ligantu. Ligit lambre uorat. Limus obliqui .i. transitus in limina.
Limbu gen ceruit. Limes itinera. Liminiu exiliu. Limfatic insan a limfa
du stelle pigatio i unu fonte cecidit q mox degustauit limfaticu fac. Limit
i ostio i ferior & superior. Limnis uirgula int geminos punctos iacens ÷
Liminata cogitationes acerantia. Lima corrig. Limoniu filu lictum.
Liniamum similitudo picture. Lineatur lingit. Lineta sepis. Lingui pingi
infir sup ungre placat. Liqda fluenta. Lingit deserit peccat. Linguosus
linguax .i. copiosus lingue. Lingula .i. culus ferre ... calcarib: t ... Lipp
q oculos dolet. Lippen qui oculos lacrimantes hnt. Liqda liquores. Liquam flumi
t salsugo. Liquit appareant pateant. Liqns patens defluens. Liqscens liqd.
Liqdo certe manifeste. Liqt defluit labit. Liquid purus limpid clar. Liqt
constat patet claret manifestu e. Liqsiens liqscens liqns liq: fac mollefacit.
Liquirita pa. Liricuari. Lirue anguis. Liuus aruis. Lis tis rixa contentio. Litat
immolat placat obsecrat. Litides figure duo negantia q unu affirmat. Lit unde ince
ditur. Litigat certat. Lituuba. Litominanens i lituo .i. cornicen. Lit baculi cer. us quo
auges utunt. Litesmios macitatio. Litoi terminu. Lito alie ... ale tales co
munes qb: multa conueniunt. Litales qs cu ille nouerit q libos scbit. Litargia obliuio.
Lithos lapis. un lithostrata. Litata sqrata. Lithologia lapidu collectio. Litigiu lis.
Liuor i uidia dolor t macula corpis. Liu ... s inuidens. Liuescant irascant nigrescant.
Liu estas t cauma. Liuida ubi ceuenenata. Liuid inuid emul inuidat. Liuorium
dicta. Lixa aq. Lixiones aq portantes. Lixare aq coqre. Lixa sunt incinnari t
lyxios lecator. Loculus marsupiu t feretru. Lopes diues copiosus. Locusta gen
piscis. Loci mali ... turma ruina. Logion panni exugia. Lomentu smigma. Lo
dix lacna uestis pilosa. Loxia dubia responsa. Logos gce smo lat inde logica.
Longiuscule longe. Longanimis patiens sustinens. Loqx ibos. Lorica thorax.
Lubens libens. Lubric lanis instabil fallax. Lubrices labiles caducos. Luculu uas
ligneu. Lucubrans uigilans. Lucana feba. Lucar negociatio. Lucubratiuncula
parua lucis continuatio t uigilia noctis uni. Luciflus luce fluens. Lucanaria loc
aqr fl ... Lucrant certant. Lucecurra palestra. Lucru lucellu diminut questu.
Lucnarium candelabr. Lucullen gen marmoris albi. Lud litterar scolariu legentiu.
Luderi iuuent. Ludricrat fallit. Ludibriu dedec spe. Lues pestis calamnia.
Luis pena irrogat pati. Lugubris luctuos tristis. Luget flet. Lunarosea. Lun
dat lauat psoluit. Lubare cortoriu. Lumbric uimis ex lumbis oriens. Lubares
inx lumbas .i. reues & paracule e adiacentes. Lugmitu smigma de uariis hbis
consectu. Lunula uitta t monile a luna dicta. Lupea meix. Lupanar domus meretri.
Lupiae gen fram. Lupisaro lupea lustru. Lupina hba. Lupes sacerdos. Luco
pallicis. Lurid pallid. herens luto polluit. Lurare dissipe uiuare. Lurco nes glu
tones. Lusc monacti. Lusinatio deceptio. Lustrat circuit circuspic. Lustru qnquenniu.
Lestru spus hois cubile t ferar. Luss fr marcu curux. Lusca gen ligni. Luc
tor lucer deceptaor. Lustrabi: ... reparat us. Luteus croce color. Luter pelius uel
aial ... pber. Luc leti luctuos pmoue. Lut hen ligni lutat puriret. Lutosus
lutens. Lutulent fordid. Lyceus bytea. lestuna. Lyx flaue. Lymat lyxat
effluit uiget. Lyci lucne cum dele fumcis. Lyris nauis pirata. Lyruis nimi bat.
Limmea stagnu. Lyria gen nauis. Lipore eloquentie dictionis. Lysi cortex.
Lanina ora uestis. Lyrc pelius. Lyrii lucna. Lyrus rose rubens.

Misericors a compaciendo alieni miserie uocabulu e sortit. & hac appellata miserdia.
q miseru cor faciat dolentis aliena miseria. Non aut uacat ubiq. In ethymologia.
Non e in ido mireda sine ulla cordis miseria. Mact mag ... gla. & e in trac
tu a sacr. Quones ... dius aucturi sup uictima for debebat uindiare. Mact est
ciam amo t diare li e immolare hostia & mag aucta. Mauisic dr t qa

220

aliam multa mala dat. uel qui amunus suum id est officium quod debeat admulo. Sicut m[illegible]
misex qui munia fert. Magnanimus ab eo quod sit magni animi. et magne uirtutis.
Cui contrarius est pusillanimus. Magnifice a magna faciendo nomen tractum.
Mansuetudo. uel domitus qui manu assuet. Modestus dicitur [illegible] temperie [illegible]
qui nec nimia agens. Mitis lenis et mansuetus cedens imple[illegible] et ad [illegible]
dam iniuria tacens qui mitis. Mutus quia uox ei non est sermo [illegible] Vocale [illegible]
nares qui mugiens emittit. Memor uel qui tenet uel qui memoria tenet. Magister maior
in statione. Nam stierion grece statio dicitur. Minister minor in statione. sive quia officium debitum
manibus exequitur. Maior. Minor. Minimum animo monadis [illegible] flacale.
Maximum aut minus aut etate. aut honore. aut facundia. aut uirtute aut [illegible]
magis eximius. Modice paruus [illegible] abusive certum ronabit. Modo autem modo sal
et temperamento. Mediocris quod modicum illi sufficiat. Miser proprie eos felicitatem
amiserit. Secundum autem ciceronem proprie mortuus qui in tusculanis miseros mortuos uo
cat proprie quod amiserit uitam. Miserabilis quod sit miserie habilis. Mestus natale est [illegible]
non casu. Est et anatamia [illegible] et animi. Vnde et mestus. Mendax dicitur quia minus [illegible]
degat. sive quia mos erat apud antiquos os claudere egenum. et manum extendere qui ma
nu dicit. Mendax quod mente alterum fallat. Maligna quia malicie uotum uel op
pagit. Malus appellatur a nigro felle quod greci melan dicunt. Vnde et melancolici ho
mines appellantur qui et conuersatione humana refugiunt et amicorum carorum suspe
ct[illegible]. Malicios detior malo quia frequenter malus. A malo et peior dicitur. Melior dul
cis. Malicios detior malo [illegible] Mmax a facie oculorum qui [illegible]
qua mollior non [illegible] auferre nam melius quod [illegible] Mmax a facie oculorum quidam sese
ardescit ut uidens ampli perimescat. Minator et monitor. Sed monitor dicitur cum p
[illegible] aduersa. Mulcator quod blandis uerbis mulceat ad declinandum animum ins
[illegible] a mulso. id est quod accepta leuiter solet [illegible] dolentes aut oppleta sordibus [illegible]
dum. Mactatores appellant quod castrare designant [illegible] Vnde [illegible]
Et [illegible] mercator [illegible] Mollis quod uigore sexus [illegible] dedecore.
et qui muliebri molliatur. Macer a macie et macies a [illegible] immoderata libido macies
faciat. Mane manuane. Moribundus morientis similis. sic uitabundus uitantis similis.
Qui non dicimus mortuus est. uel emortuus est. Moribundus autem non [illegible] moriturus est. Me
retrix dicta eo quod pretium libidinis meretur. Vnde et meritorie taberne. Nam et milites cum stipen
dia accipiunt mereri dicuntur. Morio a morte uocatur eo quod non uigeat intellectu. Mulio
dicitur eo quod preside [illegible] Macia sepis uel murus absque cemento. Machinatur insi
diatur. mala cogitat dolum molitur. Mactata magis uicta. Mactare gaude. Mantel filius
scorti. Macer tenuis exilis macilentus. Macrologie longum [illegible]. Macellum uenditio
carnium. Mactat decorat. Mausoleum sepulcrum. Machinamentum [illegible] Machera
grece gladius uel lagus. Macrologia prolixus sermo. Machina instrumenta fabrorum [illegible] uel
[illegible]. Machia pugna. Macula uicium nota. Macerat cruciat exte
nuat angit. Mactat diluit libat occidit. Made aspergere unguento. Madet
madescit infundit humidus fit. Madidus humidus. Madare madefacere. Mafors
fortissimus. id est mars deus belli. Mafurcia roma. Magnes lapis. Mage magis.
Mango mercator qui res [illegible] ut eas cari uendat. Magistratus senatus [illegible]
[illegible]. Maguidaris genus frugum. Magnifice preclare eximie. Magalia mapalia
case agrestes. Magnopere magno studio. Magnalia uirtutes. Maga medica obstetrix.
Magestas gloria fortitudo maior. Malus arbor pomifera. malum fructus eius. Ma
lagma singma medicina. Malo magis uolo. Malefidus perfidus. Malas maxillas.
Maliuolus maleuolens. Malleus marcellus diminutiue. Maledicus conuiciator. Malefic
malefactor. Malignatur aduersa uel mala loquitur. Malina altum flumen uel castus uel defectus.
Maliloquus mala loquens. Malus cydonii coctonii. Machomeni [illegible] amator.
Malus maciani arbor amara poma ferens. Malomellus dulcia poma ferens. Mal
loneus bachicus. Maligno malignans malum loquens. Malue herba uel mala olera. Malesuada
malum suadens. Mamma mamilla papilla uba. Mammona diuitie. Manifestat ostendit
publicat. Manat oritur effluit. Mancus carens manu. uel filius meretricis. Mancipat sub
dicione uendit [illegible]. Manticulat decipit fraudat. Manes defunctorum anime uel du
et dee infernorum. Manna manua manipula. Manulo aqua [illegible]. Manu
bii preda de hostibus uel res manu capta. Maneat mane uenire festinat. Manubla
tractio doctrine. Manuale horarium uel quod manu concluditur. Mantica pera follis. Mannus
caballus breuis. Mansitat manere frequentat. Mandauisti mandauit. Mandit comedit.
Mandibula edulia. Manipulus ligata frumenta uel milites [illegible]. Mansuetus solitus est uel
mitis factus est. Mantile pallium. Mancipium quod manu subditum uel captum potest uel seruus. Man
ceps qui tertio exercitui adest uel uictor. Manumissus de seruitute liberatus. Mansionarius
edis custos ecclesie. Mania insania uel infamia a furore dicta. Mantica manuale uindemi.
Manifex manu faciens. Mansurus est. Mandragora herba similis peponi [illegible]
Manuprupte manu fortis. Mappula manutergium. Mando edo. Manduco manum
ad os duco. Manices grece diuinatio. Mappon sol. Mappa figura uel descriptio mundi.
Marasmo pellis uel cutis ossibus inherens. Margo limbus limes. Martir testis. Mar
terna orarium paruum. Marcescit arescit languescit. Marrix limax testudo concosa. Ma
rite coniunx. Marcidus aridus grauatus. Marrubium grece prasium herba. Mars magis in tanta
tor. Marcat domat. Marnus egrens. Marum feniculum. Marmacha [illegible]
meatus. id est alienatus uel partitio. Margor est. Maritizat exercitat. Marsia [illegible] uel
illius [illegible]. Marscalpus custos caballorum uel maro. Marcet marcet languet dolet.
Marsan [illegible]. Mastigum flagellum [illegible]. Mas. ris. uir. Mastica uel masa mastix.
Massat masticat comedit. Mastruca pellis. Manstruga qui monstrosa [illegible] Ma
thema grece disciplina. Matrona domina uel regina. Macal crassatum pecus. Maturus senilis p
fecto constans adultus. Maturus citus. Matrix origo uel subarcer. Matricularii paup.
Mathesis doctrina. Mathematicus inspector syderum. Mathematica doctrinalis scientia.
Marothenus [illegible]. Mathematicuden doctrina [illegible] Matrimonium quod matrem facit. Ma
cella [illegible] uasorum. Matrix est cella quod infans concipitur. Mauors. id est mars. Mauorcia id est
menia rome. Maius mai. Mauult magis uult. Maurosia [illegible]. Maxilla
mandibula gene. Mecum meo more. Mecapet [illegible] Mea
mea sponte. Mecum mecum mea. Meandros a meando quod sit flexuosus. Mermedia
distinctio. Mechus adulter. Media ipsum. Medetur mediocatur. uel medela. Meditulle
neum. mediterraneum. meditullium. Medicinica picta rei. Medius fidius iuramentum pa
ganorum. Medulla humor in ossibus. Medioxum lapis ut medius reperiatur. Medio
cris. tas. humilis paruus modice repatur. Mediator sequester conciliator. Meditor
cogito. Medimnum uni. modiorum modi. Medemnum uii. modios. Mesites
fectores. Megere reprehendere. Megio mingo. Melotes pellis sordida uel ue
stis de pilis caprarum. Melos melio melops dulcis sonus musicus. Melopeum melodie
dulce compositum. Meli grece mel. Melon grece niger fel. Melsobe musa. Meli
color niger uel croceus. Melchileria lacte. Melammalo mellum malogranatum. Me
lagos pulcher. Melimum pomum dulcoratum. Melos melodus melodia dulcis sonus.
Mens [illegible] memoria recordatio mens. Membranum pergamenum. Membratim
per singula membra. Mene grece luna mestrum defectio lune uel passio mulieribus. Mena
sal. Mentor sculptor. Menda macula. Mendosus [illegible]. Mensus mensator sartor.
Mena grece alucs. Menes grece mensis. Mentus sacerdos. Menium for. Menedria est uel
bucca. Mesulari numulari. Menalus mons in arabia. Menia edificia. Mesare
sequi iungere. Mensitant. Mensa norma. Menicellas mamiculas uel acceptam
Mensilis quiret sextum. Menosica unguentaria. Metaca potest quod scientia prestat.
Merum liquidum purum uel sincerum uinum. Mercurii [illegible]. Merces memoria negotiatio.
Mercedari qui mercede dat. mercenarius quod accipit. Meror tristitia. Merges fustes qui
messis colligere. Mergitecul [illegible] lac. Mergitaculum manipulus spicarum.
Mergiso callidus insidiator. Mercatum forum. Mercatorium uinarium. Merulentum
uinolentum. defrutum. [illegible] clarum. Merochens domum unguentorum. Me
rica nas longum tenui sirat. Meritorie dignum. Merita [illegible] mors. Mersat deprimit
mergit. Merito digne. Meritum milio acquo. Merulentum purum. Mespila fructus
arboris. uel quod patet. Messalia messes secare. Mesopicarii pecoris modium. Messias
hebraice. xps grece. unctus latine. Mesiten grece latine mediator. Messe in [illegible] ad messem.

Mesaulis porticum. Mesana insana. Mesimbria meridies. Metapsichosis transmigratio animarum in
pecora. uel alia corpora. Meta finis terminus. Metriculus formido. Metrologus. Me
tonomia figura transnominatio. Metaphora [illegible] translatio. Metricus sector. Metronisus uel mensura
[illegible] poema. Metrici qui metrum componunt. Methodia remedia. Metempsicosis inflatio
uel mutatio anime. Metropolis ciuitas capitalis. Metrita sextarii. Metaplasmus trans
formatio. Mechanica picta rei mechanice. Metadrensis crispo. Metafora trans
latio rei. Metallum quod fabricari potest. Metasinos mediocritas. Methodus
medicus. Metellus mercennarius. Micto mingo. Micat fulget. Mirophilus amor
mundus. Micone papauer. Micropsichie pusillanimis paruus animus. Migma paleis
mixta terra frumenti. Migrare mutare. transmeare. Migra coniuncti. Michaelem
forus. Michimet michi ipsi. Miles exercitus dicitur ordinarius longus. Milites
Mioparon nauis furum uel latronum. Mimus imitator gestuum histrio derisor. Mima
lones ministre. Mimigraphus histrionum scriptor uel graecanico [illegible]. Minitans minax.
Minax qui minitat sepe minatur. Minutatim paulatim. Miniu est liber rubrica pig
mentum. Minusculum paruulum. Minat pellit. Minister officialis uel famulus. Mini
oragina scrupula. Minuit minus facit. Munificentia publicum opus. Mindis [illegible]
Minucal frustum. Minor paruus. Mirabilis mirifice magnificus. Mirtus stupet.
Mirmi formica. Mirmicolon formicarum leonem. Mirmidones gens. Miscet
miscet frequentur. Missa dicta a mittendo quod hora misse cathecumini foras mittuntur.
Misellus diminutiue a misero. Miserandus horribilis nefandus. Missicius quod militia [illegible]
uel exhibet. Misei quod militiam [illegible]. Mystium ciprus. Mystiarchos princeps mysteria.
Misuratio mistura. Missuria ampla scutella. Miseretur indulget. Misile iaculum.
Mitis suauis lenis. Molliter placat mitigat. Mirmex apis formica. Mirtus [illegible]
Mithas fabulas. Mithologiarum liber fabularum. Mixtim confuse. Milibus missa.
Mobilis uelox. Modus forma. ratio fixa congruus finis mensura uel gloria. Modum
par rog. Modulus est modulatur dulce canit. Modo nunc. Modi secantur [illegible]
Modiolus traus. Modicum paululum paruulum. Modestia mansuetudo uerecundia.
Menia edes publice. Moenit struit edificat. Moradium [illegible] Monodia
decem milium summa. Moecia scytra tellus. Moles magnitudo difficultas laboris
Molitur studet temperat. Molimen studium. Molitio artificium. Monilia ornamenta.
Molossus canis rusticus magnus. Molaris lapis mole uel dentes eximii. Molendinarii
uel molinarii custos moline uel domini. Molitur. Molitaria terra mole. Molestus ingratus.
Molire parare edificare exagitare. Mollis tenuis quod etiam flagitiosus. Mollire molli
ficare mulcere mitigare. Momentum ictus oculi. uel tempus. Momentaneus temporalis. Mo
nomine. Monas unitas uel omnis dies. Monumentum quod moneat mentem sepulchrum.
Monimentum opus amoris uel [illegible] memoria. Monomachia una pugna [illegible]
Monogamia uidua semel nupta. Monasterium templum. Monocon [illegible] Mo
nasteria classis singularis congregatio. Monarchos princeps solus. Monarchia princi
patus ipsa dignitas. Monopolium [illegible]. Monstrum phantasma. Monastrum
unum usus. Monumeron usus [illegible] pedis. Monodia carmen unum. Monastica sin
gulare. Monopreata nomina unius casus. Monostica unum stille. Monet [illegible]
Monocentaurus homo capite bouis [illegible]. Monocerus unicornis. Monstrum prodigium.
deformitas membrorum extra naturam natum. Morare mora facere moras facit. Morigeratus
Mordax funestus crudelis. Morbus pestis. Morbidus morbidosus quod morbos facit. Mo
riero obedio. Morphos forma. Moratriox [illegible] herbe. Moron pullus [illegible]
Mortem occasus. id est punire. Mormia diuina potio. Mos usus. Morari obtemperare. Mo
ralis usualis. Moralitas usus humanus. Morticidum a morte [illegible]. Moriturum [illegible]
uel moris [illegible]. Mocat mouet exagitat in mouebitur. Mothostide [illegible] Mo
tior fuerior. Mox statim. Moysa grece musa. Mostica [illegible] quod sal [illegible]
uel cum libet [illegible] summitas. Muculus mundus uel stultus. Muchor putredo panis. Muco [illegible]
Mugire boare strepere ululare. Mugil piscis qui alios deuorat. Muguar [illegible]
Mulcet caleat uexat a bono. sequitur ligat. Mulget mulxit. Mulcto mulsi. Mulcibres uel
[illegible] ignis quod mulcet id est lenit igne. Mulsum medo. id est aqua mellita. Multat [illegible]
Multi sufficiens copiosus. Multifarius quod multum facit. Multaluas [illegible] formas. Mu
lionica pictura uestis. Mulimi molimi immuriate. Mulleus calceus. Mulgat pressit. Muni
ceps princeps ciuitatis [illegible] ipsius dignitatis. Municipium ciuium opidum ciuitatis. Mu
nifex qui munus fert uel dat. Munificentia largitas. Munila armilla. Munia officia ab
sepa edificia. Mungo mundo. Munit firmat prestat. Munitia [illegible]
uel machine belli. Mummi nummi munitio. Munitoria peniteria. Mu[illegible]
in tunica in textum. Murex lapis uel murena uestis purpurei coloris cum sanguine [illegible]
Muria aqua cum sale mixta. Murus [illegible]. Murmur murmurat strepit [illegible] Muri [illegible]
amarissimum. Murceps mures capit. Murena herba uel [illegible] quod [illegible]. Mu
rifex murum facit. Murum [illegible]. Mur[illegible] callidi [illegible] Muria edificia.
Muros moros. Murmur [illegible] habitatio. Musicat [illegible] dulcitat. Mus
[illegible] Musa dea sonum [illegible] Musica ars [illegible] modulandi in [illegible]
Mu[illegible] Musitari filere [illegible] dubitare. Musculus [illegible] marina quod [illegible]
Muti [illegible] M[illegible] crinis [illegible] Mutus diugius. Mu
tatore [illegible] Mutat argutum. Mutto minuti. Mi
tene a gamemnisis ciuitas grecie. Murro [illegible] Mirmidones
genus achillis. Mirrea [illegible] Manipulus [illegible] manipulis diuinitate quingentum
leges [illegible] et cohors. Manipulis id est militibus uel exercitibus. Mango qui [illegible]
Mioparon genus nauigii ex duobus dissimilibus formatum [illegible]
Massa congeries uel pondus. Mediullium medietas terre. Minimum [illegible] Mulierem [illegible]

obilis non uilis cum et [illegible] Nubilis ad nubendum habilis. Nemo abhinc
[illegible] est. id est nemo quod est ex nullo. Nullus autem quasi ne ullus. Nichil compositum est [illegible]
et hilo. Nihil autem narrat [illegible] significare medulla [illegible] grece [illegible]
et fiedici apinos nichilum [illegible] grecos [illegible] Neque [illegible] distinguunt
alii preciosum alii nugam estimantes ut [illegible] Hic adolescens neque non malus
id est fugax puerorum. Alii confundere qui utrumque unum idemque significare. Neque [illegible]
quod [illegible] id est [illegible] sic [illegible] dici esse uoluerit. Neuter neque iste neque ille qui dicitur
neutrum. Nefandus non dignus fari quod primo cibo genere terra hominum [illegible]
Nefandus id est nec nominandus quidem. Nuncius est et qui nuntiat et quod nuntiatur. id est angelus
angelia. Sed nuncius ipse [illegible] genere masculino [illegible] nuntiatur genere neutro [illegible]
et hec nuncia. Nazareus id est sanctus dei. Nazarei olim dicebantur qui [illegible]
et nichil contaminatum [illegible] abstinentes a uino [illegible] [illegible]
[illegible]. Nugas autem hebreum est. [illegible] expositum [illegible] sophonias.
Nugas quod a lege recessere ut nosse possimus lingua hebraica [illegible] lingua
matre. Nugigerulus appellatur ab eo quod sit garrulus [illegible] nunc negligens. Ne
pos dicitur a genere quodam scorpionum qui natos suos consumit excepto eo qui dorso [illegible]
derit. Nam et ipse [illegible] seruatus fuerit consumit patrem. Vnde [illegible] bona [illegible]
per luxuriam consumunt nepotes dicuntur. [illegible] nepotatio pluxuria ponitur quod [illegible]
consumunt. Nitidus [illegible] quia non [illegible] Vnde et nubilum dicitur [illegible]
[illegible]. Nabus [illegible] Nabat [illegible]
Nabulum uectigal. N[illegible] forte auxilium. Nabli hebraice psalterium uel [illegible]
[illegible]. Nab [illegible]. Nam in subsannas uel herba [illegible]
[illegible] Naumachia [illegible]. Naus [illegible]. Naiades dee montium. Na
[illegible] Natrix serpens. Nauiter studiose celeriter strenue. Na
[illegible] princeps nauigantium. Nati adepte [illegible] Naualia [illegible]
[illegible]. Naumachia bellum nauale. uel locus ubi naues [illegible]
[illegible] Nardus [illegible]
[illegible] Nauis nablum [illegible] Nau
[illegible] homunculus. [illegible]
[illegible]. Naucum nauta. [illegible]
[illegible] Naufragium. Nauigium nauigat. [illegible]
[illegible] hebraice [illegible]
Nutat negotiat. Naupreus qui naues facit. N[illegible] Nauta [illegible]

naugii t passagii. Nebulo tenebros obscur9. Nebrisforia certima. Necteur odorifer. a nectare. i. sapore t liqre. Necessariu utile t oncabile. Nefari cari nosus nec oreend nefast9. Nenie carmina ludibriu uulter. Neophite nup bap (tizati) alac 9usus nouellus. Neqq frustra uanu sic ca. Neue neq; neu n. Necte filaret. Neo fila torqo. Nauo naucio. Nemu silua nemoros9 frondos9 siluos9. Nepos pdig9. Neuu macula q i hoie nascit. Necos mors pena. Necessitudo amicitia. amicat affinitate affectu. Nequeo n ualeo. Neomenia noua luna t inicium mens. Nequam di ipr. Necromancia p mortuos incantatio. Neruus fibra uinculum. Nectit stringit ligat t uinc. Nex nod9. Nefasti sceleti nefast9. Nefas illicitu. Ne crocadit. Neen &. Nemarum cu uxor mechat sceli & tand. Nebe lacratus. Nepos fili frs aut filii & filie. Nepchar pfiseratio. Nefresis reni dolor. Neutics nouellus nouus. Neq nugax nihil iuat. Nemini nemo. Necteant flucteant. Neca nomen. Negociu op9 uenalo res gerenda labor in negotiatur mercator. Nenor uaria loqr. Neniae argumta t delutamta falsa. Neinpe ecce. Nepus nepot sceletat pdit. Neqq nullom. Nereus ds marin. Nescit imper. Neue aut ut. Nemeret nec iste nec ille. Nerdu n adhuc. Nesou insula. Nibar splendid9 lucid9 nitet uinci. Nisi n si. Niunt gannit cu anare canit. Niccheria uestis teres t uiride. Nidor odor ustcarnis t fedor putridus. Nitor candor uitor. Nicelia nocturnalia. Nisi contariu uirtute. Nimba uga di t celestis. Nichilonim n min. Nil nich. Nimpha dea aqr. Nicoriu fusu. Niueus alb9. Niteus i rubens. inclinat. Nire falge. Niiq n aliqu. Nimbi nubes tempestas. pluuie cu uentis. Nitelle ucctoris. Nirata aq de niue facta. Nigellu nigro colore colorattu. Nimir sine dubio ue. Nilus niloneus egypti9. Nigtans anfractib9. Nini fili beli q 9didit niniuen. Niusanxi insis mar tib9 extime uestis psi. i. fimbria. Nixeru obsequ. Neru. armu. Nigtudo nigredo. Nenie carmina q ad fun cantant t iniicie infantes fouentiu. Non assumes nom di frustra. i. n pia ab. Nimos nugax garrulus. Nitid9 leuis acat. Nuies alpes. Nuit miser. Noxa culpa. Norma regla misa. Numisura pcussa. i. moneta. Nonas nat nato. Nouatia noue culture. No nulli mlti. Notabil cnmos maculos9. Noxi noxia t nocens. Notat signat damnat. No tari q notat. Nodi9 aust uent. t ho de adultro nat9. Nouellem unrett ubi frutes nouelle t oliue t flores. Noctacula luna t nox parua. No sic n alit. Nroue in nro more. Nutes nro gentis. No admodu ta ualde. Nore nouere. Noma gce noni. Nomi9 honest9. Nomne matres. Nonne an n. Nouissim ultim. Nonu nom di hebreu. Nodau inuet anodo. Noctcolui hba. Noci9 inuius noci uus nocens. Nosochomiu in q egri sanant. Nom uocabulu oppinu dignitas in no minat. Nuncupat noiat. Nosceos q plus uide. Norax peccator cnmos9. Nubila uelamina umbrsa. Nubigo hba. Nubs nubes. Nuge mdacia. Nugigerulus nugas gerens. Numulari monetari trapezeta q numos fac. in numisma. Nundinoco lectiones fora mercato. Nundinat mercat. Nutt annuunt pmittunt. Nut9 o est pmissio uoluntas. Nudi9 tes dieitercie. Nucarig arbores nuces ferentes. Nugax i uil. in nugacitas. Nutet uacillat trepidat. Numi dicas. Nurus uxor filii. Nucleus granum nucis. Nupta sponsa. Nutrim alimentu. Noute nup. Nuge inepte quisqlie. N[illegible]garis debtas. Numedia affrica regio. Numic9 laqu9 i italia. Nursia regio. Nude aptre. N[illegible] pricie u ate.,

Orthodoxus recte glo. Orator ab ore uocat. a p orando norat. i. dicendo. Nam orare dice e. Ob audiens ab aure eo q audiat imperante. Hospes q inferat ostiis pede. hospes facit apt9 & ostio patens. Vn & hospitat ho dr. Osor nunc ab odio dict sic amator ab amore. & e gens coinunis. Odibil odio habit. Obsit obsessus. i. undiq; insidiis 9uallat. Obscen9 inpe libidinis. a uicio obsco dict. Obtunsus ebetior & obclusior. qi ex oi parte tuns. Obuix9 conte nisus & conabund9. Obnoxi qa obligat e nexib; culpe. Ob lectator qi cu lacte cu fruide ut tenti n me lactasses amante. Vn & ob lectare dictu e. Obtrectator malign9 & q obstrangulando afficiendoq; usi nat qmpia p gdi & augesce. Orb9 q libos n habent qi oculis amissis. Opifex q opus alis faciat. Opilio custos ouiu qi ouilio. Obedit obaudit. Oob iptea ecca crca. Obdit oldiue subponit claudit. Obatio curr. Obalta lancea demontata. Obba mului bibens t misa massa. Obdormit sopore pmit. Obit exequit morit. Obest impedit nocet demolit. Obelus uirga t lanca nota torta. Obes crassus. Oberat subarrat qi circufusus pecunia. Obex claus repagulu obpo sitio. Obulus scrulus diuidi. Obsibulat 9cludit. Obiurgat obpugnat i crepat. Obdit obponit. Obile insigne ab mib; dictu. Oblatrit cont loquit murmurat. Oblitat dilatat. Obliquus n ust deuex cusuers inflex9. Obligat obuinc annectit. Oblitat dele: Obliuit liuit. Oblimat planat limpidat. Obligata re e. Oblitat rentit resistit. Oblogt dechre. Oblatrat cuispic. Obliuisci n re cordat. Obmutuit obticuit. Obnixe instans humil p seuerans p uirat reus. Ob nix9 opposit. Obnectit colligat. Obnubilat obscur delet. Obnuit relicta. Ob noxi subdit9 nocens. Obnubit opit c uoluit obteg. Obort9 subit9 renat9. Oblitio 221. ...

ediderunt odiunt. Prostitutis meretrices a prosedendo i. incuriis l in fornicibus. P-
lex ap grecos qui pre de ar alacrius excubat. Oscitat a fallacia i. insutia subdolositate
l mendacio. Pecuniosus qui plongum civis. Pavidus est qui nescit trepidatio nimis. [illegible]
cordis pulsatione et motu. Nam pavere ferire est. Inde et pavimentum. Petre au et
rupes a duricia saxorum nominantur. Pusillanimus a pusillo animo. Peculiaris dicit ab appe-
tendo. Unde et meretrices peculiares vocamus. Passim producit. Pellicit vir sermo solli-
citando decipit. Pabulum cibus iumentorum. Pacificus pacem faciens l pacatus. Pabulator qui
pascit. Pactum l pactio conventio condicio. Paciscor pacem habeo. Pacem ratam.
placito compositam pacem. Pacem in fine decretam. Pagus collegio curia pata villa.
Paganus incredulus a pago i. villa. Paganismus mos paganorum l ritus. Pagula fivna.
Pagaso ho iocularis. Palma arbor victoria corona. Palpans attrectans blandiens.
Palpitans agitans commovens. Palacium aula. Palam manifeste. Palestrice consores.
Palandias corrigias. Palathi massa de recentibus uvis. Palchee muri l fastigium.
Palustratu l patena lucratur. Palans vagans errans. Palingenesis iterata generatio.
Palladium simulachrum minerve. Palestrici ioculares. Palestra athletarum. Lucanea grecis
sic lucani nudos. Palmes virgula i. uva in qua nascitur uva. Palmetum u palme crescunt.
Palumbes columba silvestris. Palla pallium. Palagra dolor in postremo pedis. Palpro
genus musce. Paliurus herba spinosa. Palistrata cui sunt loca lucee. Palustria loca orolenta a palude.
Palendicon iteratum indictum. Palpo studens l res. Palinula qui navis gubernat. Palam aperte.
Palatum gutturis. Pale scapule. Pallidus luridus a palleo. Palus stervis. Palerui grece lumbi.
Paludamentum ornamentum militare. Palemon pretereris trucipatio. Palus fustis. Pambus lana
detbul l sol. Pamperen lapis. Pampinus folium uvis. Pangicus laudabilis l erudite.
Pantheum templum. panos omnium deorum. Pansus solutus extensus apertus. Panchio vocatur l omnes.
Panthocraton omnipotens. Pandos l tabulas. Pangit carminis ordinator illic plantatur. Pan
communia omnium artium illusor. Pancera rapina. Pancredis ministris. Panthera vetus
ancupale. Panifex panem faciens. Panite grece phi l custodes pacem. Panifagus qui
mandit quicquid mandi potest. Pandit aperit. Panis epuloma. Pancierotoriaton dipo-
rotua. Panuncia pannis opposita. Panagia castissima. Pansus pes distortus.
Pangraciari pugil. Panagyrim conventiculum laudabile. Pantagras flumen sicilie.
Parma scutum parvum. Parum particulatim. Parvipendit despicit. Participat partem capit
Parii lapis. Parasceven preparatio sabbati. Parce tenaciter exigue l fatales dee.
Parrochia domus adiacens. Paret obedit obsequitur. Parturit adquirit. Par pariter simul.
Paradoxon admirabile. Parasitus buccellarius adulator qui apud alios semper cenat. Pera rapi-
na. Paralomum cingulum. Parabola paradigma similitudo comparatio proverbium. Parener-
gie minora opera maioribus adiacentia paronima. Parumper modice. Parvitas
cupido. Paraclitus consolator advocatus. Parsimonia abstinentia castimonia pietas.
Paralisis morbus membra dissolvens in paralitice. Parentalia dies festi paganorum.
Parmo copula. Paranimphus qui prius est nubentibus l custos nuptie. Parricida qui
parentem occidit. Paraphros l opinatur. Parricea ruit avis. Parison equatio sentencie.
Paradisus ortus deliciarum. Parasinthica et bona imprecatio. Paredros grece
assistens. Paramoeon similitudo verborum. Parentesis interpositio. Parantema proverbium.
Paradiostole depositio. Parturire saepe parere desiderare. Paragoge
figura appositio in fine. Parentela genus. Parthena virgo l parthenos. Pardamena
salsamenta genus. Parcilucra modica lucra. Parradoxa qui se separat ad gloriam.
Parat disponit cogitat. Partitur dispertit dividit. Pamfonista cantor melo-
die factor. Pasasium marubium herba. Parapsis l discus vas ciborum l scaphis. Parsu
solutum percensum. Paracunchana hostis minuit quia congruitas. Pararelli quoque zone
gelida. Papulator nutritor l custos caballorum. Papilli palpro tenorium. Papda
genus piscis. Papilum herba. Papirum herba que crescit in fluminibus l biblis l iuncus.
Papino avis que non crescit. Papa admirabilis pater patrum. Pape vox admirantis. Papare
comedere. Papillat discoriat. Papas l cus pedagogus. Pastoforia domus custo-
die ubi levite cubant in templo. Papiretum ubi papirus crescit. Paciscitur pactum
l pacem facit. Pascha transitus l passio. Passus gradus. Passim gradatim vage. Passivum
vagus a passu l a paciendo. Pastinat plantat colit. Pascua victus. Pastor pecudis.
Passus perpessus in passio pena. Patiatur perficit finit. Patrocinium defensio l custodia.
Patrius sacerdos l prepositus in pace federum. Patulum amplum apertum patefactum. Pator
sustineo tolero. Patascula calix picarum scaphis. Patrocinari consiliari l consul. Patiiracheo
de potentia dei. Pathos grece morbus l passio. Patrizat filius patri similia facit l patissat.
Patesco hisco pateo aperio. Pathalogia ratio passionis. Patronus dux defensor. Patrimonium
nominatum ab patre tractum. Patena calicis opertorium. Patagomorbus. Patripassiani he-
retici dicentes passum patrem. Patruibus propriam. Paulatim sensim. Pavet timet pavescit.
Paulus paululus pauxillus paucissimus pauxillus pusillus. Pannarcis pignum. Paucitas
brevitas. Pausat quiescit. Paulisper modicum. Paxillus palus l quibus res curata i. tor-
tum infine. Paximatum subcinericium panis. Pax dominus tranquillitas. Pean genus carminis. Peani
exclamationibus. Peculatur qui pecunia publica lucratur. Peculator qui ea rapit l furatur. Pe-
culium substantia rusticorum. Pecuarii qui boves custodiunt l armentarii. Pecularii qui greges ovium
custodiunt. Pectus torax. Pecudes oves porci capre. Peculiaris singularis intimus specialis.
Pecuosus qui multa pecora habet. Piscator pelicator a pelice i. meretrice. Pellicit pertrahit. Pecuarius
pastor. Pedagogium ubi nutriuntur iuvenculi. Pedissequus qui pedes domine sequitur. Pendulus pendens.
Pedor fetor pedum odor l funes pedices quibus pedes tenduntur l odor ignis l aurium
squalor i. sordes unde pedoro. Pedetemptim paulatim. Pedar carcer. Pedices vincula quibus
pedes ligantur l pedicat nervus. Pedes ris. Pedo nis. Pedester qui pedes vadit. Podagra
dolor pedum. Pedum lituus solum. Pedica laqueus quo aves capiuntur. Pedonizat arte pedomb-
batur. Pefillic lavat. Pegma genus ludi. Pelex meretrix rivalis succuba. Pellex persuasor
deceptor. Pelluit pedes lavit. Pelluvium pedum lavacrum. Pella sella premet. Pelicat con-
cubinatur. Pellaie pisces. Pelasgi greci. Pelta scutum amazonum. Pelvis vas. Peleps in
scapula. Pellico fallo. Pellacia fallacia. Pelagus mare pelota. Pegaso iocularor. Pegasus
equus. Penates domestica. Penula casula vestis spissa l lucerna in modum cuculle. Pen-
det suspensum est. Pendit reddit in pensio. Pentesin grece quinquennium. Penu cellarium vel stabu-
lum. Penulus pendens prius. Pene fere. Pensatio ebutum. Penis tracta. Pen-
res pudenda i. obscena virilia. Penuria egestas. Penicullum spongia. Penitus prorsus
introrsus. Penetrat penitus intrat. Penetrale qui penetrat interior domus. Penetrabile ubi
intratur. Penteconthare princeps quinquagenarii. Pentemon cercisio. Pentex displices.
Pentonemon silla remanens post duos pedes. Pennula cauna naris ostium. Pendas
aves. Penniger pennas gerens. Pensat cogitat. Pentasilon herba. Penes iuxta secus.
Penace ymago pulcherrima. Pensus violentur oppressus. Pentesilia martis filia.
Penultimi penultimum. Pensito ministro impleo. Peonia poema. Peonia herba.
Peplum stola capitalem dum mulier. Pepigit promisit pactum fecit. Pepulit
expulit. Pepere ii macasite ii piumii. Peramantica sacco pastoralis. Peragit perlu-
stravit. Peracto perfecto. Perculit percussit. Perensit perspicit considerat. Persecutus
est. Perhiodos pluris intelligens. Percapsatur multum decidit. Perinceat inquirit.
Pervalde valde. Perfere peragere. Perchibite diffamatum publicatum. Percipit intellegit.
Perat comonet punit. Perduellis hostis cum hoste pugnans. Perdurant simulacris.
Perdistantia perdistinctiones. Perdit exanguit amittit. Perdocilis satis docilis.
Perduellio rebellatio. Peregre longe. Peregrationes de adnitione. Perendie post cras.
Perexiguus valde parvus. Peremptus occisus. Peregit peregimus. Perhennis eternus. Perditus con-
sumptus. Perfungitur plus iure perfugit. Perfunctus consumptus cessavit. Perfunctorio
transitorie ymaginarie perfecte secure. Perfini pellucant. Perficit peragit proteat. Per-
fidios qui numquam iurat fide. Pervicax impetuosus contumax. Perferre diu sustinere reportare
deportat. Perflat flatu complet. Perfruitur consequitur. Pergama arces troie. Pergeniter
genibus progreditur. Pergamenum membranum. Pergit ambulat iter. Pergraecatur luxuriatur.
Periodas sententias. Perhibere testificare prenunciare. Perignorans signans paup-
ertate. Periodo curre ypar l puncti finis clausule. Peridiocratoros asporeos de gemi-
nitate dei. Pericope iussione. Perimit interficit. Periculis lectio. Perisima peramma l sco-
pa medio planta pedis. Perigenosias aut quiddam. Peridom prope. Perihesion de-
hacunta. Peripateticus deambulator. Perigia sollertia l studiosa operatio. Perizoma

cinctorium femorale. Perinde deinde itaque. Peripolin deambulatorium. Peribol-
circuitus domus. Perilectant circulus sustinet. Pila parva macula. Peripateticus
philosophus. Perisclides ligature ossium. Pero doceo. Perionnison deo fidelis. Pisso-
logia inanis sermo. Peiurus perfidus nefarius. Pisterion herba. Perlocutus sagax.
Peristromata regnum gema. Periculum discrimen. Pericula sophismata. Pirop-
visio. Pertinentur. Perfusus circulocutio. Perlatur planum perlucidus. Perplexus
Perlustrat peragrat illuminat perserat. Perlabitur decurrit. Perlatus vulnere. Perfallax
Perlabefacit perlabitur. Permiscet confundit coniungit. Permulsit placavit. Permeet pulsatur.
Permittat animum concedit. Permissum concessum licitum. Pernix velox celeriter. Perniciosus
lucitas temeritas. Pernicies perditio. Perniciosus exitialis malitiosus. Perniciosus perniciosas
Perna bacho. Perclarus valde clarus. Pernoscit cognoscit. Perosus odiosus molestus. Perennis
annua. Perpetrat perficit. Perfert alloquitur persequitur. Perpes perpetuus eternus velox. Perpendiculum ge-
ometrice arbitrium voluntatis. Perpendit intellegit. Perperam maliciose fraudulenter desperanda.
Perplexus perligatus involutus dubius. Perferrum colerante. Perplurima qui plurima. Perpetratur
Perpauci valde pauci. Perpessus qui potest patiferre. Perpetuat committit. Perpulit repulit.
Perpinnis unius vel pennis cum corpore perpetuum vicior. Perpex invasit. Perstrenuus efficax
perclarus limpidus aquila. Perspicax diligens perspicuus aperte. Persequitur persisti permanet. Perspi-
canus intuens considerans. Persequitur perficit peragrat persolvit. Persolla prior minor. Persona qui sustinet
aliquid patitur. Persis genus ivit. Personatia herba. Persepe desinito. Personans persequitur
tat resonat clamat. Persuadet hortatur decipit circumvenit. Perstringit leviter tangit. Perspicabilis
conspicabilis. Persthoes chorias de hac vita contemplacionis. Persulta sustinet. Perte congruens
Pertinax irrevocabili malo semper intentus. Pertica virga longa qua mensurat agrum. Pertempat
commonet. Pertusus contritus incultus. Pertesus tedios. Pervicax contumax incubusmaturus.
Pervasus occupatur. Pervium planum conspicuum. Perviasit perambulavit. Perusus temporibus abusus.
Pervulgat revelat. Pervellit convellit. Pervenire intrare. Pernoctans media nocte. Pestiga
prestigium. Pestiferum niger primo idus pestem ferentem. Pessum perdit pessum redact passibus.
Pessulus ostium l clavis serratus. Pestinunci qui pestem nunciat. Pestilencia clades.
Pessundat perdit frustratur predicat. Pessumdat periurat preceps pessumdare. Pessima
confracta decrepita. Pessuria pestis dicta qui nares mulieris intrat. Petulans lascivus
in puer temerarius. Petalum lamina aurea. Petigo scabies genus morbi. Petrogalle
citrio. Petaci peculiis perit qui amat petere. Pet medicalis fluit. Petimaria i. intemperie
dans foci. Petinola herba. Petasus talar genus calciamenti. Petrina grece. Petroima
genus vehiculi quo regine vehuntur. Petisis soliloquium. Petice grece sapiens. Petrodinatio liba.
Petex ornatur. Phariseus divisus. Phelus persus vicia. Phanice roseum. Phalange multitudo
coordinata l legio l exercitus. Pharmacia medicamentum. Pharise generatio. Phe-
bus sol. Phebea luna. Phele leti animabile. Phenice rubeo. Phetonsoli filius solis.
Phenice regio. Phenissa dido. Phexelaus. Philos amor. Philosophus
amator sapientie. Philologus amator rationis. Philogus equus solis amator.
Philoleni amatores donorum. Philillus medic. Philantropia amor hominum.
Phitce non periodos. Philacteria praticula l conscriptiones super ista carmina.
Philippeos solidos. Philocupos amator iactantie. Phillada sermonum
fabule. Phiala vas in quo ad singula. Phisis natura. Phisica naturalia. Phiton
filium demonum l spiritus inferni. Phitonissa hic spiritum in ventre habens. Phitcet
frons. Phinici venit mortem oriente et austri. Philargiria avaritia cupiditas
pecunie. Philosophatur sapienter loquitur. Phoremus divus marinus. Phobi gene
timor. Phonis grece vox in fistule. Phoca maris visio. Phosomum in quo
pauperes reficiuntur l infirmi. Phronimi sapientis. Phur fors. Phurmi fortuna.
Piat mundat purgat placat. Piacularis hostia. Piat non fronius cuiusque pa-
gani. Pictacium membranum l particula carnes. Picium abrium que navis clauditur
a pice dicta. Picea tutela. Picturata vestis textum picta. Picens piscatur.
Pietas bonitas. Pie benigne. Piger tardus segnis. Pignus filius l vadimonium.
Pignora sortes cives. Pigmentum anceta l picta. Pilum genus teli l aliquid rotundum
l columna. Pilaris qui pila pugnat. Pilus capillus seta. Pila vas qui
purgatur anima molatur. Pilax animal mures devastans. Pilliones portitores marinorum.
Pillea mitra. Pilun pistor. Pilosen pilaris. Pillearius pillos operatur l mitra.
Piluna genus piscis. Pimelea crassa. Pinde pila candor. Pinnaculum summitas edificii
l cuiuscumque rei quicquid pinnatur. Pinsit dixit percussit tundit. Pinget designat depin-
xit ea circummunieris. Pinax dignitas. Pina acuta l esuriens fames. Pinna ripa.
Pindar fidicen. Pincina propinator. Pinguis crassus stilus. Pinsamus. Pinoslauros.
Pinnipp mediator in duello. Pinax tabula l capsa organi in quo calami figuntur.
Pip in pipea i. mola qua pipp molitur. Pipulus l inpinnicillum avique. Pirena fon-
tis lacus marinus. Pirus arbor et ei fructus. Pirat sedinat. Pirge lapides alearum.
Pirula l pinnula finis narium. Piromantia ars augurandi in pini i. igne. Piro-
pos spes metalli. Pirites lapis in exeunte ignis. Pistica fidelis l pessa grece pix.
Pistrix belua marina l perspicua. Pisticen nardum balsamum preciosum. Pistidia cap-
tella. Pisema speculator pistor. Panifex qui prius est dapibus. Pissat collidere molit.
Pissator qui prius est opus l pistillus. Piscina natatoria l collectio aque ubi pisces vi-
vunt i. vivarium. Pituita dolor animi l mentium l guttula parva ex sputo. Vo-
pressio sepe sputo. Pithe monstrum i. simea. Phtri poetice. Phitis grece pia. Pis-
so exerceo bibo consumo. Pitan grece una copula in composita et n plenis ut quanivis.
Pixidis vas olei optimi l theca. Plaudit sono manuum i. gaudet. Plautus lingaris
auribus l in auctoris. Plaucus auribus magnis. Plaustrum carpentarium. Plastes a
positor figulus formator. Plagella plaga minor. Plasmat format creat. Plastes
plasma forma. Platonis ydeas species. Plasto grece ius falsis scripsit. Platos grece la-
titudo. Plagiari qui furatur mancipiorum alienorum l puerorum distractor. Plasma facta res.
Placabilis qui potest placari. Plaga pars statim l clima ubi. Planum apertum. Plantare
venire multorum stabulum. Plasticon figero. Planeta casula stella erratica. Planum
via lata. Plagium res lani. Plastrace genus ponis pollinde. Planet flet ululat.
Placaphilon herba. Placat mitigat sedat tranquillat in placido. Planctu luctu.
Placenta pastillus. Planatorium scalpru. Plectit punit decollat. Plebs vulgus. Plebi-
scitum digniratio. Plectrum quo clava lyre l animalibus cythare regunt. Plebicola qui
cives diligit. Plebescit plebe alloquitur. Pleura grece latus. Pleuresis dolor lateris. Pleniter
qui patitur. Pleumon pulmo. Plerique multi. Plerumque sepe l fere. Plenariis ad-
ventio ubi superhabundet. Plenum replet. Phlosophus hic lunis. Plinx cum me. Ple-
monion venem. Plades fovet. Plinia pinarbor. Plumum fructum. Plaudit plaudit.
Plumeum plumatur plumarium. Plusculum plusquam oportet multum. Plumnar comatur
pluma mollis pennata. Plumatum i. filer plumis in plecti. Plumodis nisi. Plumar
pingit circumsurgit. Plumarium opus plumatum. Plura multiplex. Plinium sepiora.
Pneuma spiritum. Plus numquam negrata. Poalamtu soll s fideus. Pocellus genus panis.
Poces ornat. Poderis vestem sacerdotale. Podices obscenum loca. Podas grece pedes.
Podium baculus qui sustentat. Porca qui libros facit. Poema carmi. Podion grece tympus.
Poeta lex vocatur l fons iva. Poesis grece materia tota carminis. Poemata. Po-
etagogo. Pe nis imbr in tex i. vertet. Polenta genus farine l fabe. Polimitum
Polis civitas. Polentica demonstrantia significantia. Polis plage. Polinomina una
multa una re significantia. Polinector sepeliens. Polander cimiterium. Polus orbis.
Polum celum. Polorum usque ad celum. Polose alte sublimiter. Polonum herba. Polosfacta.
Polimita variata. Pollens potens. Polex ramum p pollice. Polipp qui lanis se tre.
Pollicetur promittit. Polio radio. Polire ornare limare. Polisen multa significans.
Polarchia multorum potestas. Pollens habundans. Polip non piscis. Polipraton vel
multo casum varietate distincta. Polidis chorda l sinis anchore. Polipus genus vul-
tus frentium. Popodion herba. Pollux mactat. Pollindro cardines mundi axis
et vitiomal. Pullulans germinans excrescens. Poligon non cadaniamortem animo.
sita est. Pombilovam. Pompa nobilitas ornatus l tota voluptas. Populant perposi-
Pompas lumen magnificum. Pompes sol. Pone iuxta retro post. Pontifex pontificum.
Ponticum mare i. bruto in ponti depontes. Pontifex flamen. Pontifex pontes facit
sum sacerdos. Pondos grecus hermas. Pontias latas aquis. Ponti in posit in pila de fossa.

Popa tabnarii t pginu. Popellus minor pplo. Pope forsitan. Popularis ulgaris. Populat depdat spoliat. Poples euacuat genuu. Popina coquina. Popus puer filius. Porfirio pellican. Portend ostend pmittit futura in portentu p digum t monstru aliqd horribile. Portio ps. Porcentat muit. Porcopisc porc maris. Porcell strucio. Porrect extens ostrect. Porrigo .i. canna t porru secale que porri. Porus foramina cutis p q sudor exit in porisma. Porro certe longe. Porro rogat insinuat. Porto baio. Portitor baiul. Porg porrigit. Porticus atrii. Porcari porcos pastor subulc. Posticu ostiu t minor porta. Postis limi erectu. Posti fili nepotes. Poscaften pisces. Postis sulco malleo portic. Posito gstrmo. Postmat t aliu die differe. Postum ultimu sfacte testamtu. Postum p morte patris nat. Postliminiu restitutio ueris p captiuitate. Postena arc. Postidie cras. Postru qru uehiculi. Pos grece pes. Postulatici q postulat. Posterior ulterior. Postella astris. Pcras hodie. Postremu ultimu fuum. Posphor lux lucis. Poti .or. mela ur. Potis boni. Potu fruit. Pota gre auricula. Potat ppinator. Potate pote stas uirt. Potionat potat bibit t potu dat. Pote sic. Potissimi opum. Potionari loc ubi potiones fiunt. Potionat ppinator. Pragmatica pncipat t negociatio. Praciad rinal p sens actua uita. Prasinus lapis flauus color t glauc. Pragma causa t ratio. Pracantari q multos t pl lenit. Prasoru pmulsaru. Pbim dedit pstat. Pre in ualde. Prebenda uict cenobiat. Precordia interna. Preconor q iudicos nunciat.

P fomeon narratione pfatione. P fator genitor. P sagu signu. P sapia stirps. P statpor stat. P fonesis clamatio. P sopun psona. P sopopeia psone ficta conformatio. P chesis appo. P stasia precep. P stru leua felice. P selit aduena pegrin. P scariose affabilit iocunde. P stris gradeb alas secedi. P dat plongat differt. P tende i longu extende. P turus sup b impedit clar sederat. P tegit defendit tuet. P tin mox statu. P at cortes pncipu. P chesio dispo ordinum. P texe protege eripe. P chochera pnceps. P diogenis genitor pmi. P chesis odibi. P uid prudens cauet. P uebit pmonet. P uerbium similitudo t ubi figa. P uitate pueri p ente. P uerit pfect tumph. P uocat irritat impedit. P uenit ingruit exigit. P xme aa an ambula. P xim affinis cognat. P xenta merciptur uenditor. P run arbor .i. plum. P runa aq congelata t ros nunc mutatus. P rurit prurigo scabies humor. P rurit scalpit. P mpuaria auila t barra. P ungie hyrundo. P dens prudens sapiens. P rupt parat exercitat. P rus corn maiora q oportet. P riuata ppa. P chisa amenia. P seudo gre indax. P salteri psalterium laus cantic cythara. P sallit can. P sallia cantatrix t psalla. P sitacus auis i india uiridis coloris. P sili leui puri. P siach os gre matta. P sicroma gre frigidatio. P sillos gre medicos. P sones hordei quantos spicas ht. P coos inopie. P tisana granu cortice induens. P tussic q multu tussat depipe de galla & sale. P tisis nausatio t consumptio. P ub iuuens t q generare pot. P uba pu

Q

Questor a qrendo dict q questor. qstuos qrimonios. Querulus qa qrela infert. Quiet qs ipe ait sccus sito nemine tangens. Quadrat est limat planat lapidat. Quadripite i iiii. diuid. Quadrans iiii. ps. Quasda aliqs. Quaqm alicubi qinq qua uis. Quatit destruit qatat qui ut. Quantulu modicu. Quanusp ta. Qua ubina. Quasillu palam. Quatinio pnceps iiii. militu. Qua su qm. Quassat qtit uexat. Quanoci ualoci. Quaq aliq. Qmquido. Qualus cophin corbis. Quadrupes iiii pedes hns. Quadriga cr iiii. rotar. Quadrantale amfora mensure. Quappt. Qm obrt. ideo. Quapride ia dudu. Qua pma qm maxima. Q udoq aliqn. Quasi sic. Quaqrela q qstu. Quere ilex rob. Querqu u qre crescunt. Questio inqsitio. difficil explanatio t sctentio. Questionares carnifices. Questoria q qstu corpus um. Querul frequs i qrela. Querimonia qrela culpa. Quest qstro. Quest rechinules. Quest lucr. Questuos lucros picios. Questor

222.

Quiny ago qrino. Quris hasta romani ut hastati inde debant. Quiritat pplat pplin alloquit. Quippia aliqd. Quiri gre dns & i mosteriori dns meuor fuit n. Quispia quisq quisq t qlibet. Quisquilie pgamina uilia t sarcul minuta. Quit ualuit. Quisquilie sermunculi. Quinqferia festa qinq dieb celebrata. Quitana gre caducas t flores malor dulcu. Quorsu. q .i. ad qm locu. Qua circa qua ppt. Quo pnt. Quonda aliqn oli. Quoquo aliquo. Quotqt qcumq. Quoq etia. Quorda aliquor. Quors q rone. Quotiens q sepe. Quorte q ppt. Qusq donec. Quoda m aliqua parte.

R

Religiosi aut cico a relegendo appellat q retractat & tamq relegit ea que ad cultu diuinu ptineant. Hi sunt dicti ex relegendo religiosi. tamq ex eligendo eligentes ex diligendo diligentes. ex intelligendo intelligentes. Ratiocinator dicit uir magn qa de omib reb qs ee mirabiles constat pos sit redde ronem. Retractor repetitor. Na retractare e repetere q uniseras. Resipiscens eo q mente qi p insania recipiat. aut qa resip q sape desierat. Castigat seipsu demitt & confirmat animu sui ad rectu uiuendu cauens ne itum corruat. Repentin a repente. Repente ui & ad dubium & n pot ee. Robust fortis ualid a fortitudine roboree arboris appellat. Rapid uelox pedib e appellat.

Rancor · rancidū ē. Ranaid̄ amar̄ ? bid̄ nimū. Rancibul̄ car ui
pitidū. Randū pitandū. Rapid̄ rapax uelox. Rapax ē ocit. Raptor
pdo inuasor. Rapit rapiat abstulit. Rapti subito. Rapant uacans qui rel fi
Rar² pauc̄ tard̄ parauus in raritas. Rarese pausat. Rastr̄ t rastell² .i. sarculus.
Rasus plani .i. tons. Rasile ꝗ radi pot. Rates naues ꝯ gies lignez. Rat
arbitrat apt firm cert. Rator arbit̄ iudex. Ratio locutio ordo districtio.
Rationat ꝗ uiuit rone. Rationat colloq̄ in uicinatu urbanitas. Rationalo
ornament sacerdotale t uestis ap ueteres. Raue ꝗ aptē ñ pot loq̄ . t sonare in rau
cedo rauitas. Rauus fauces aspe. Rauci o rauc sum. Rauennos compositum.
Reat̄ cm culpa. Rebant estimabant. Rebell repugnans. Reboat resonat.
Reb² ouisis. Rebellor triumphor. Recapitulat ꝗ dicta sua summatim reat.
Recalesc̄ iam calesc̄. Recalcitrat repugnat. Recuperator auctor ꝯcord t
medic. Recensit indicat narrat enumerat renouat reuocat. Recentē au
putare truncare. Recens rudis nou. Recess locutio. Recessus discessus
t loc inferior. Recertat rebellat. Recertator agonista. Recedimina ue
stis parasceua. Recipicat recipit reuoluit recusent ꝯfidat. Reciprocator
ꝗ dat & ꝗ accipit. Recipratu rogassit. Recidat funcidit in se cadit iterum.

ignat e uocat e. Scabritia rubigine. Scarifacio flebothomia. Scabro
castra. Scara arbor densitas t mappa. Scarabeus bruc cornut t uermis in
ligno. Scatare t scatere ebullire cresce. Scatebra ort aqe. Scaurus cui al
cu incursu uise fit. Scauros asp. Scapulū pet i mari. t fustis. Sceda pagina
carta t cta sepata in scedula diminuit. Scelus facin flagitiu in flagiciosus.
Scelest sceleratus. Scematizat figat simulat fing. Scema ymago figura id
compltu ydoloz t paradoxia. Scenofegia tepla fabricatio t cosecratio. Scenofa
ctor q fac tabnaculu. Scena dicitr umbra in qua ludebant. Scopulus rupis.
Scena aspia. Scenamabuli q i fumb: ambulant. Scen scene ludicr carpie.
Sceptru uiga regat aurea t regimi. Scen inuidiose grari iniust scenis. Scesiso
nomaton .i. multitudo noium coiunctor. Scena cognitu t deuectu uidi ... ga
ve ius instructio. Scipiones cosuli uigb ornate. Scisma scissura ruptura. Scirp unic
Scirpea t iba .i. lisca. Sciph calix. Scital n serpentis. Scintilla particula igni.
t locusta. Sciudere diuidere. dirrupi seqstrat in scismate t scindula regula. Scisus
separatio lis dirruptio. Sciria t scino aial. Scite pte docte. Sciscitat inquire inuestigat.
Scibit res q sciri t scibi pot. Scilla piculu i mari t iba t scillatica simil scirpie.
Scilla sceno pteo. Scilicet ete euidenter uteq. Sciullus lapis tinnuat i meta.
Scabru ueniu. Scoloma scptlum alt q annona seruat. Scenonomia genus
morbi. Scamniatic q pxatt. Scop q scula pigat. Scobes scrobes planat
cribrat pigat. Scorpion pitas. Scola doctia in scolastic. Scoria sordes metal
lor t scabies. Scorell scabios. Scolia excepta. Scortia uet olea. Scortu mecx.
Scortator fornicator. Scolaz intelligere uacare. Scorpio spens simil cane.
Scombri pisces salsi. Scolemb iba. Scordis cruda coria .i. pilosa adhuc. Scama
occulta irrisio. Spessimu scordal. Scrabed scabios. Scribre legisptu. Screa ptuita.
Screat spuma expuit. Scipitat strepit. Scriba scriptor t doctor. Scrinii theca.
Scipula epla. Scipulator sollicitator. Scripulus lapill breuis. Scrobes fosse mi
nores. in sulce. Scopuli scopuli. Scripea saxa nigra t glarea. Scobeo sopeofodio. Scru
tinii insarcu t fidei eoz inqstio .i. cathecisin. Scrutat inuestigat. Scrupulum
miractm offendiculu dubii sollicitudo. Scrupulos sollicitat offens. Scrupt tim
uatd. Scurra subdol impostor ridicls in scurrilitas sinouantatis scandali aut curi
alitas t iocularitas. Scuriora sordida. Scutu clype in scutella disc. Sculpsit in
sculpsale ydolu q sculpit. Scundicia q scuta fac. Scudicia ligo. mis. Scutari q fac
scuta. Scabricia iba fontanea. Scutica uiga. Scalpu scalbellu. Scutu elata.
Scuote cantat. Scrup innuitor lapidu cumulus. Scibala steus. Scinifes gen
musce. Scille monstr rabies. Scinnion i seccito. Secta doctina norma hesis i situ
tio. Secessit oblitus. Secess latia semot loc. Sectat psequit insidiat appetit
cecus. Secut mirat. Secds psp ingli seren. Sectat obtempat. Sector usurpa
tor cultor. Secat diuidit in sectio piect pim sect secint. Secret diuis occult.
Seclus remot. Secubo secedo discedo. Securius considans facit flexuos in sectas
qcedo. Sec alit ppo sepi ult p. Sedm iux p sec. Sedat mitigat placat. Sedicio
gemtio pturbatio. Sediciosus discors disceptator. Seduc decip falla pdit. Sedile
sedes ginu. Sed sin dolo .i. uer. Sees siclos xl. Segnis tardi ignar qi sin igne
dissimil. Seges ag seres messis. Segregat sepat secnit. Segma forma. Segnitari
ancidat. Segernitu uestis a segnitate dicta. Seiungit diuidit sepat. Sella sedes. Selle
cofinatio t coplexio. Sellistronu uestis q selle sup ponit. Selego sepatio selex ptim.
Semust incens. Semota sepata seqstrata. Semispadiu cultellus t gladi. Semi
animis exsanguis semiuiuus. Semigelat ex pte sicat. Semudati simili. Se
mest insuta semis. Semicors pei hus. esocorde. Seminte furente. Semigar
aduenens t icola. Semilegat semigelat. Semicyntha gen sudarii. Se
missus dimissus. Semita semina .i. manos. Semicrmus ex pte armatus.
Semiflame scintille. Semiuir eunuch effeminat. Sempie genus spine.
Seminariu origo. Semitis semita. Semiuncia uncia dimidia. Semnion
gce honestor querticulu. Semnnubi ubi sei uxor. Sententia arbitriu
sio. consiliu intellect. Senat magistrat cosulat. Sena paradigma. Senis v
uncus. Senat sapiens t senat. Senii senect nimi ab sodiu. Senes spin
t uas spinosa. Sennos dentes. Senesca senea uetascam. Senese seipsu nesc.
Sentia psflux uentris. Sensim molltr paulati. Sentoriu q noiat. Sendipila
ferent rustico. Senecia manducans folia uius. Semuina sflucia. Senectuta
scentu furenti. Seno hylari. Senopida uncta rubea. Seni senu. Semens sententia
firma t indubita responsio. Senit annos sapiens. Senistr malu leui. Seneche
gce gimuu. Senecha febris cotinua. Senofor lagena. Seorsu sepatu semotu occul
te. Sepiosepe cludo costruo munio. Septanna iba. Sepreto aqlo. Sepa hebra
ice gramma latine litta. Sepati sepat comendat. Sepati seorsu. Sepastrat sepa
ratis. Septahoniu uii. hone celi. Septanig uncta t incastu. Sepax ingenios t
subtect. Seqstrat sepat secludit. Seqst mediator in pres. Seqx comes sep sequs.
Seqpeda satrapa. Serpit i sit penetrat irruit subuadit. Seria uas olla. Serius
honest modest sine ioco ornat. Seriona lacuna. Serenu placid. Serpulleu ca
pest. Serpullu iba. Serta corona ornat. Serit seminat dic. Sertor cultor se
cator. Seri ueri. Series ordo ret t gtext tenor. Seru ligri casei. Serio inepte. 223.
Sero uespe t tarde. Serdedo rubor t prarigo cutis. Serra lima q scindunt li
gna. Sermocinat loqt. Serpsit tos apit. Sesinar duo locas. Sessio i sedes
coponit. Setanx irascit. Seui crudesc nasci estat fremit. Seta porci pilus t
eq. Setiger pilos. Sethim lignu imputribile. Sescalta bossa. Sesidarseno iba. Seuer
distint modest. Seueritas uindicta iudic al. Seudo mdax. Seudl it suscitat.
Seuocat sollicitat secreto decip. Sexus gen. Sexuplu sex i uno. Sexies sex ui
cib: Sextorcu modi uni pecunio in sextuario q distribuit. Sextpin uncie t me
ne psuni ulle. Sexaplu dimidia ps. Subiu iba. Siban mis mai. Silla
sigilla. Sicania sicalia sicilia. Sicom signiu aliogn. Siccima humi. Sica gla
di a secando. Sicari gladiator t latro. Sicalia t sicla gen frugis t siligo. Sic
cine an sic. Sicini uoluptuos. Sicinui cant uni. Sicc cord. Sica cofectio cuilib
de liquidis pretium. Sicut sic ut. Sicopanta t sicophanta calumpniator.
Siclus ht scipulos & obolos xx. Sydus astra stella in sydere. Sydo sedes.
Sydaticiate subit pdit. Syfon n uasis. Signifer auctor signoz. Sillu i pssio
anuli t inpssio ymaginaria .i. mini signu. Sigillat t signat significat exprimit
celat. Sigula sicalia iba. Signifex q fac signa. Signant significant uidenti
apte. Sigeu pmunctoriu. Signu indiciu pdigiu. Siliqua folliculus leguminis
q gce silion. Saluesc cresc. Syloa stagnu. Silet tacet latet qesc. Sillogisin
i eunabit qstio. Silnga sicalia. Silurus gen apii. Silus sluui italie. Sillensis
dissimulu clausulas prim ubi cogbtatio t coceptio latat. Simulat fing. Sim
bolu comentu .i. coitu. Symbulus gce collatio cuicuq: rei. Simi. na. capella.
Simi. nia bestia fera. Simulacr effugies t ymago ydoloz. Simulac eqti. Simi
sta secretari. Simphonia pabola cqlitas. Simila farina de similagine. Simul
tas dol discordia. Simultas uinis i capite arietis. Simnistus salarius pecunius
debitas. Simplu singlare. Symfosiu eqlitas. Sinonimis significatiui. Simos
pmunctoriu. Singillati sepatu distincte. Sinit pmitit. Singultat oscitat i
genuse. Sinnatat porc t collectio. Sinuos tortuos flexuos. Singrafe sub
scptores. Sinamandeui. Sinciput dimidiu cap. Sinnaticu marmor orien
tale. Sincer pur. Siminar receptaculu. Sincletos gce senat. Synod conuent
senu t patrum ... raior. Sinergi coopator. in enguinim. Sinicion iba. Sine
dochicos corneu pect. Singolfiadeo. Sintagma documtu ppu sensu intellectu.
Sine absq: Singrafa multoz scp ... cautio. Sinfonia t iba. Sinuuas q bitur
cficit. Simci de seipo interrogat. Sinagoga iudeoz cogregatio. Sinchesia specia
t copositio. Sincopin gce pandam ... Sincopa figa ... medie
litte. Sinonima multus uoib: una ... distrib ... sig ut gladi ensis mucro. Sin
cibus .i. limitiu in fine ... colorat ... Sinsuec. Sinrechon
.i. copositio. Sinfigie cuniug ... ubis. Verbi. Singti quilibet. Simtat

riuis. Sinciosus murmurator. Sinergie opatores. Sincasa gormata significa
cauta. Siomehit spec t speculatio. Siquide tamide. Siqs si aliqs. Sigmin si
alit t aliogn. Sipic sap. Sipis sapiens. Syrtes loca piculosa rumpaces t loca ma
ris t tumuli t colles. Syrus sydo orientale arbor silue. Syria regio syr incola ei.
Syrene demones dracones monstra marina. Sirma uestiu mulier supflua
ps q tertit ret. Siriu modestu. Sistit statuit exhibet. Sistr cimba t cymbalu.
Sistole correptio ibi. Sisimbriu iba. Sistrix q assistit. Sistarciu t sitarciu
marticu sacculus loculus pastoralis. Sitastat mot locat. Sigma sigillu. Sicia
ta iba. Smigma unguentu t cago lauat. Smirna amaras tasias. Soboles ples.
Sobrini filii sororis t fris. Sobiat placat. Socer pat uxoris t mariti.
Socrus mat. Socors stult ignar in socordia. Socci gen calciamti t comicor.
Sociat copulat. Soci sodal sodes si audes. Sedulus diligens. Solearis solas lu
cet in solaris. Soliditas cos solida sit. t q aliqd sustinet. Sollers astut puid
in sollertia. Solat consolat. Solid firm. Sollicitat suadet exhortat. Sollem
nis fest celebris. Soluit dissipat reddit. Solicinii sole canc. Soliu sedes regia.
Solsticiu sol statio sublimo monitio. Solet assuescet. Solitu u desertu. Sollicit
anxi. Solitari solus manes. Soliscolosi sol statua. Soliu i omnu. Solotenus usq:
ad radam t solu. Solecism figa uiciosa copo t dictio. Solsequ t iba. Solari palma .i.
media ps i manu. Solero solu facio. Sologism flexuosus tamus ortuos. So
ma gce corp. Somn sopor. Somniator q somniu uidet. Somniu uisio. Somfacia
sociatx. Son boat strepit. Sonipes equ q pedib: sonat. Sonticer guis son Son
nocens. Sontic uerax t fac morb. Soph sapiens. Sophia sapia. Sophista uiator
sapiens. Sophisma comentu fictio colusio sophistoz. Sopito sopori cessat exungit.
Sopin supb: pstrat. Sors ps euent t hereditas. Sorix sorex mus. Sordiscu cu
da corrigia. Sortit cbuit. Sortilog q uatic sortib: Sorori i fili sororis. Soricari
aus. Sorbet deuorat. Sordet squalet. Sorech uerax t recta. Sortita cosors passi
det. Sospes sani. Sone desine. Spaciu distantia loci t tempis. Spaciat deambulat.
Spacula ramuscul holis t lecti. Spalang musca uenenosa. Sparagonia initia
infantie t dogmata. Sparag iba. Sparasticus desensor. Sparagma copo ordinatio.
Sparulus n piscis. Spart linea t regio. Spac filu sucos ... Spgit
dissert diffundit. Sparu unc. Spatari gladiator. Spata gladi. Spadix coruus
claua telu. Spaptila ingens circul rotund ... Spian aud t spica. Spec
tat uidet punct. Specin figa similitudo indiciu. Speculat pspic sit ... Spe
culat pbat. Spec specula spelunca fons. Spes fiducia. Spum gen uasor. Specu
laris pclaris. Speleu cauu saxeu. Spelagi gen serpentis. Specia singlaris. Spi
ma semiuiri. Spendu spiculu uenabulu quo ursi t sues trucidant. Spermologos
lingua cui. Spectaculu miraculu. Spmolog seminiuib. Spute fusus spumeta mulier.
Spina dum. Spiga iba. Spica arista. Spillus medie. Spiculator pcussor.
Spicides uirge cosulum. Spidis nodosis. Spirta carecta. Spissat crebrat. Spiss dens.
Spirat olet flat. Spiri circuli. Spirom iba. Spire cmuni ... ones uolubilita
tes. Splend luce. Splenetic q dolet splen. Sp... rob ... det ...
Splenelinos iocu dissimio. Sponsio pmissio. in spons. Spoliu pda. Spoli
arii u spolia ponunt. Spongia spoma. Spondetu iba. Spondilia dorsu.
Sponte uoluntate. Spondeus metr .i. son t pes duar sillar. Sponda lectica.
Spreuit cotepsit. Spurc fed immund sordid porc. Spunctores q militib: donat
lumnt. Spuraciu spuria. Spri dubi de nobili patre et humili matre nat. Spuma
similtudo spua. Squalor sordes. Sqmariba cessuga. Squame sqmos plen sqma. Sqt
acut squis. Scapula rima. Statuit poni struit locat. Statio porte sedes. Stabit cstans
firm. Stabulu hospiciu t iumtoz t diuersoriu uiator. Stabulari q p e stabul. Spic
ei. Spec. ris. Spaci ei. Spec. c. eui. Stacten stillatio. Stagnu unda psunda stans sin
motu. t lac n crens. Statura forma t qualitas corpis. Stadiu spaciu c. xx. passuu. Sta
tua columna ymago statu statuncula diminut. Stati mox. Statiui dilatione. Stauna
qi bannu ornat regi. Ster duo nuniu. Statera mssio t libra. Stan stafones stasi.
Stemma regal corona. dignitas honor. Stett gult dormit runcat. Stitpaiat occid.
Stenutat nausiat in stimitatio. Sterit infecund. Stequilinu cogies storis. Stegma
caract. Stellionat crim cu res una duob: uendit. Stello q uend t anguis simil lacte.
Stellabra opphe. Stips stipendiu lucr cens fruct laboris t auxiliu. Stipulat
testificat cofirmat. Stipulator ydone testis. Stipat fulcit ccud et collig. Stirps
radix ples. Stigma crima ao punct plaga scema. Stibiu unguentu ad facie pgan
da t oculos. Stirillu barba capre. Stipator cotator copositor. Stipite ligni fuste
t parua pecunia. Stichos gce us. Stipes indignitas elemosina. Stilu fusu. Stipu
la palea imposita. Stilio i exilio. Stipite ligno erecto ad cruciatu. Stiga stimulus
uirga q bubulc uiit. Stigles flagella. Stillat guttat. Stirpat dissipat diuid.
Stirpia cauda spectus. Stiroi fulgor. Stloppe sono. Stolid stult in stoliditas.
Stomachat cstat urasc t stomacu replet t mouet furore. Stron uario colore.
Storax gen ligni. Stolones radices. Schomissa gce uox in fistule. Stola gce mis
sa t gen uestimti candidi. Storias res recordatio. Storiograsus hystoria sc
bens. Stoa gce porta t uic in stoici q i porticib: disputauit. Studet dis
cutit. Stupr illicita coabit. Stuppa decerptio lini. Stupat stupefacit treme
fact. Stupet mirat pauet. Stupr corrup. Stultiloqu stulta loqns. Stio
n piscis t sturu. Stragula gen sagitte. Stratege prinipes. Stranguria difficul
tas mingendi. Strami palea. Strami ceristos pi uarietatis. Strangulat suffo
cat. Straguli t uariat. Strab q oblig: uidet in strabonitat. Straturiu
sella caballaria t matta. Strangth .i. stagnia sellistniu. Strat lectus
Strata uia t orbita. Stingit implicat impuit. Strages cedes a sternendo.
Strues cogies lignoz. Strenuus agil. fortis audax. lec. sapies. efficax.
Strepit tumult. Strophiar fcans uestit imposita calliditas. Strena iba
Stoma lect tectu. Struit copat. Structio doctina. Strucio auis crudelis.
Stogiles uelaria lintheola manualia. Strinit cupid. Stica tunica. Strid
sonat. Strophium cingulu. Stromatha lib copilat. Strignos iba. Stridula lan
cea. Striones q ludos exercent. Strigil ypni. Strumia in strumosus. Strita
inpssio uinculu. Strophas callid dolos astropha .i. dolo. Strictim breuiter.
Strigu gen uestis. Strict ctract. Stridor fremit. Suadet hortat consct do
cet in suasor. Suauiat basiat .i. dulcit osculat. Suati suo more. Suaptesua
sponte. Suaue suauitia. Suacde absq: dentib: Suauis dulcis iocund. Suauisonus
dulcisoni. Subarrat pignorat ad coiugiu dat. Subartiuit subiect. Subalb pari
alb. Subaudis subintelligis. Supar inferior. Subcenia fornix. Subcera admixta.
Subcenicu q subcinc. Succumbit uincit cecid minist. Subdit subic. Subdol dolos.
Subdeligit ualde eligit. Subduc eic subinfert. Subiat subinuret. Subeg deuic subd.
Subinnat innuit peteit insecnd. Subiugal domitu aial qi subiugatu. Subigit
cog. Subm deni. Subibit sustinebi. Subit subitane repente in piis. Subic resp.
Subficit subrogat. Subsulc subposit. Sublat subtract. Sublimis alt pclar. inde
sublimitas. Subleg colleg subtexit. Submanicat in manicis ligat. Submgit obruit
depmit. Submittit depon humiliat. Submouet ext locu pon. t sursu uoluit. Sub
nix subnixe erect ornat. Subnuat infirmat. Subnix firm munit. Subnectit sub
ligat subiung. Subnuba adulta. Subplaudens tactans. Subplos exclus. Subpar
inferior qi minpar. Supprimat occultat. Subpedit succur subseqt ministrat ea ag.
Subportat suffert. patit fulcit. Subplantat decip. Suppellectil ois possessio prec
agi. Supprim ulum. Subpecie refugiu subsidiu. Suppertit opitulat. Subrect in
clinat t erect. Subridet paru ridet. Subrogit subministrat i pon infert substi
tuit. Subruit opprimit. Subrip rap intcip. Subrepit illabit. Subselliu sedile
t scabellu. Subsidiu ope. Subciuis suburban t mal in opres. Subsidet subsid.
Subsecui subseqns. Subsuat modic seruat. Substernit subpon. Subsistit pma
net. Subsolan uent aboriente. Subsannat irridet insultat. Subapossessio. Sub
sit obsess supposit. Subseqt succed. Subsistentia ecentia. Subcinca reliq t tactan
ea. Subsit subit accid. Subtrim loc n cdunt spes. Subtalaris calci. Subtegm

autem a consuetudine dictus, ut illud cadaver corporis luce carentis. Defunctus vocatur quia complevit vitae officium. Nam dicimus functos officio, qui officia debita compleverint. Unde et honoribus functus. Hinc ergo defunctus, quod ab officio sit vitae depositus; sive quod sit die functus. Sepultus autem dicitur eo quod iam sine pulsu et palpitatione est, id est sine motu. Sepelire autem est condere corpus. Nam humare obruere dicimus, hoc est humo tegere.

De portentis.

Portenta esse Varro ait quae contra naturam nata videntur: sed non sunt contra naturam, quia divina voluntate fiunt, cum voluntas creatoris cuiusque conditae rei natura sit. Unde et ipsi gentiles Deum modo naturam, modo Deum appellant. Portentum ergo fit non contra naturam, sed contra quam nota est natura. Portenta autem et ostenta, monstra atque prodigia ideo nuncupantur, quod portendere atque ostendere, monstrare ac praedicare aliqua futura videntur. Nam portenta dicta perhibent a portendendo, id est praeostendendo. Ostenta autem, quod ostendere quodquam futurum videantur. Prodigia, quod porro dicant, id est futura praedicant. Monstra vero a monitu dicta, quod aliquid significando demonstrent, sive quod statim monstrent quid appareat; et hoc proprietatis est, abusione tamen scriptorum plerumque corrumpitur. Quaedam autem portentorum creationes in significationibus futuris constituta videntur. Vult enim Deus interdum ventura significare per aliqua nascentium noxia, sicut et per somnos et per oracula, qua praemoneat et significet quibusdam vel gentibus vel hominibus futuram cladem; quod plurimis etiam experimentis probatum est. Xerxi quippe vulpis ex equa creata solvi regnum portendit. Alexandro ex muliere monstrum creatum, quod superiores partes hominis sed mortuas habuerit, inferiores diversarum bestiarum sed viventes, significasse repentinam regis interfectionem; supervixerant enim deteriora melioribus. Sed haec monstra quae in significationibus dantur non diu vivunt, sed continuo ut nata fuerint occidunt. Inter portentum autem et portentuosum differt. Nam portenta sunt quae transfigurantur, sicut fertur in Umbria mulierem peperisse serpentem. Unde Lucanus: Matremque suus conterruit infans. Portentuosa vero levem sumunt mutationem, sicut exempli causa cum sex digitis nati. Portenta igitur vel portentuosa existunt alia magnitudine totius corporis ultra communem hominum modum, quale fuit Tition in novem iugeribus iacens, Homero testante; alia parvitate totius corporis, ut nani, vel quos Graeci pigmeos vocant, eo quod sint statura cubitales. Alia magnitudine partium, velut capite informi, aut superfluis membrorum partibus, ut bicipites et trimani, vel cenodontas quibus gemino ordine prodeunt dentes. Alia defectu partium, in quibus alia pars plurimum deficit ab alia, ut manus a manu, vel pes a pede. Alia discissione, ut sine manu aut capite geniti, quos Graeci steresios vocant. Alia praenumia, cum solum caput aut crus nascitur. Alia quae in parte transfigurantur, sicut qui leonis habent vultum vel canis, vel taurinum caput aut corpus, ut ex Pasiphae memorant genitum Minotaurum, quod Graeci heteremorfian vocant. Alia quae ex omni parte transfigurantur in alienae creationis portentum, ut ex muliere vitulum editum historia continet. Alia quae sine transfiguratione locorum, ut oculos in pectore vel in fronte, aures super tempora; vel sicut Aristoteles tradidit quendam in sinistra parte iecur, in dextra splen habuisse. Alia secundum concretionem, ut in alia manu digiti plures connati et cohaerentes repperiantur, in alia manu minus sint, vel in pedibus. Alia secundum immaturam et intempestivam creationem, sicut hi qui dentati nascuntur, sive barbati vel cani. Alia complexu plurimarum differentiarum, sicut illud quod praediximus in Alexandro multiforme portentum. Alia commixtione generis, ut androgeni et ermafroditae vocantur. Ermafroditae autem nuncupati eo quod eis uterque sexus appareat. Erma quippe apud Graecos masculus, afrodi femina nuncupatur. Hi dextra mamilla virile, sinistra muliebre habentes vicissim coeundo et gignunt et pariunt. Sicut autem in singulis gentibus quaedam monstra sunt hominum, ita in universo genere humano quaedam monstra sunt gentium, ut Gigantes, Cenocefali, Ciclopes et cetera. Gigantes dictos iuxta Graeci sermonis ethimologiam, qui eos gegenes existimant, id est terrigenas, eo quod eos fabulose parens terra inmensa mole et similes sibi genuerit. Ge enim terra appellatur, genos genus; licet et terrae filios vulgus vocat quorum genus incertum est. Falso autem opinantur quidam imperiti de scripturis sanctis praevaricatores angelos cum filiabus hominum ante diluvium concubuisse, et exinde natos Gigantes, id est nimium grandes et fortes viros, de quibus terra completa est. Cenocefali appellantur eo quod canina capita habeant, quosque ipse latratus magis bestias quam homines confitetur. Hi in India nascuntur. Ciclopes quoque eadem India gignit, et dictos Ciclopes eo quod unum habere oculum in fronte media perhibentur. Hi et agriofagitae dicuntur, propter quod solas ferarum carnes edunt. Blemmias in Libia credunt truncos sine capite nasci, et os et oculos habere in pectore; alios sine cervicibus gigni, oculos habentes in humeris. In ultimo autem oriente monstruosae gentium facies scribuntur: alii sine naribus, aequali totius oris planitie informes habentes vultus; alii labro subteriori adeo prominenti, ut in solis ardoribus totam ex eo faciem contegant dormientes; alii concreta ora esse, modico tantum foramine calamis avenarum pastum haurientes; nonnulli sine linguis esse dicuntur, invicem sermonis vice nutu sive motu utentes. Panocias apud Scithiam esse ferunt, tam diffusa magnitudine aurium ut omne corpus ex eis contegant. Pan enim Graeco sermone omne, ota aures dicuntur. Artabatitae in Ethiopia proni ut pecora ambulare dicuntur. Quadragesimum eorum annum nullus supergreditur. Satyri homunciones sunt aduncis naribus, cornua in frontibus et caprarum pedibus similes, qualem in solitudine sanctus Antonius vidit. Qui etiam interrogatus a Dei servo respondisse fertur dicens: Mortalis ego sum unus ex accolis heremi, quos vario delusa errore gentilitas Faunos Satirosque colit. Dicuntur quidam et silvestres homines, quos nonnulli Faunos ficarios vocant. Scinopodum gens fertur in Ethiopia singulis cruribus et celeritate mirabili, quos inde scinopodas Graeci vocant, eo quod per aestum in terra resupini iacentes pedum suorum magnitudine adumbrentur. Antipodes in Libia plantas versas habent post crura, et octonos digitos in plantis. Yppodes in Scithia sunt, humanam formam et equinos pedes habentes. In India ferunt esse gentem quae Macrobii nuncupantur, XII pedum staturam habentes. Est et gens ibi statura cubitalis, quos Graeci a cubito pigmeos vocant, de quibus supra diximus. Hi montana Indiae tenent, quibus est vicinus oceanus. Perhibent et in eadem India esse gentem feminarum quae quinquennes concipiunt et octavum vitae annum non excedunt. Dicuntur autem et alia hominum fabulosa portenta, quae non sunt sed ficta in causis rerum interpretantur, ut Gerionem Hispaniae regem triplici forma proditum. Fuerunt enim tres fratres tantae concordiae, ut in tribus corporibus quasi una anima esset. Gorgones quoque meretrices crinitas serpentibus, quae aspicientes convertebant in lapides, habentes unum oculum quo invicem utebantur. Fuerunt autem tres sorores unius pulchritudinis, quasi unius oculi, quae ita spectatores suos stupescere faciebant, ut vertere eos putarentur in lapides. Sirenas tres dicunt fuisse ex parte virgines, ex parte volucres, habentes alas et ungulas; quarum una voce, altera tibiis, tertia lyra canebat. Quae illectos navigantes sub cantu in naufragium trahebant. Secundum veritatem autem meretrices fuere, quae transeuntes quoniam deducebant ad egestatem, his fictae sunt inferre naufragia. Alas autem habuisse et ungulas, quia amor et volat et vulnerat. Quae inde in fluctibus commorasse dicuntur, quia fluctus Venerem creaverunt. Scillam quoque ferunt feminam capitibus succinctam caninis cum latratibus magnis, propter fretum Siculi maris, in quo navigantes verticibus in se concurrentium undarum exterriti latrare aestimant undas, quas sorbentis aestus vorago collidit. Fingunt et monstra quaedam irrationabilium animantium, ut Cerberum inferorum canem tria capita habentem, significantes per eum tres aetates per quas mors hominem devorat, id est infantiam, iuventutem et senectutem. Quem quidam ideo dictum Cerberum putant, quasi creoboros, id est carne vorans. Dicunt et Ydram serpentem cum novem capitibus, quae Latine excetra dicitur, quod uno caeso tria capita excrescebant. Sed constat Ydram locum fuisse evomentem aquas, vastantem vicinam civitatem, in quo uno meatu clauso multi erumpebant; quod Hercules videns loca ipsa exussit, et sic aquae clausit meatus. Nam ydra ab aqua dicta est. Huius mentione facit Ambrosius in similitudinem heresium dicens: Heresis enim velut quaedam ydra fabularum vulneribus suis crevit; et dum saepe reciditur, pullulat, igni debita incendioque peritura. Fingunt et Chimeram triformem bestiam: ore leo, postremis partibus draco, media caprea. Quam quidam phisiologi non animal, sed Ciliciae montem esse aiunt, quibusdam locis leones et capreas nutrientem, quibusdam ardentem, quibusdam serpentibus plenum. Hunc Bellorofontes habitabilem fecit, unde Chimeram dicitur occidisse. Centauris autem species vocabulum indidit, id est hominem equo mixtum. Quos quidam fuisse equites Thessalorum dicunt, sed pro eo quod discurrentes in bello velut unum corpus equorum et hominum viderentur, inde Centauros fictos asseruerunt. Porro Minocentaurum nuncupatum ex tauro et homine, qualem bestiam

dicunt in laborinto inclusam fuisse, de qua Ovidius: Semibovemque virum semivirumque [...]

Onocentaurum autem vocari eo quod media hominis species, media asini esse dicatur. Sicut [...] centauri equorum hominumque in eis natura coniuncta fuisse putatur. De transfor[...]

Scribuntur autem et quaedam monstruose hominum transformationes et commutationes [...] bestias, sicut de illa maga famosissima Circe, quae socios quoque Ulixis mutasse fer[...] stias; et de Arcadibus, qui sorte ducti transnatabant quoddam stagnum atque ibi conv[...] in lupos. Nam et Diomedis socios in volucres fuisse conversos non fabuloso menda[...] historica affirmatione confirmant. Sed et quidam asserunt strigas ex hominibus fieri. Nam [...] latentia figurae sceleratorum mutantur et sive magicis cantibus sive herbarum ve[...] totis corporibus in feras transeunt. Siquidem et per naturam pleraque mutatione recipiun[...] corrupta in diversas transformantur. Sicut de vitulorum carnibus putridis apes, [...] de equis scarabei, de mulis locustae, de cancris scorpiones. Ovidius: Conca[...] vei si demas brachia cancri, scorpio exibit caudaque minabitur unca.

INCIPIT LIBER XII DE DIVERSIS ANIMA[...]

OMNIBUS ANIMANT[...]

Adam primum vocabula indidit, appellans unicuique nomen ex p[...] stitutione iuxta conditionem naturae cui serviret. Gentes [...] animalium ex propria lingua dederunt vocabula. Non autem [...] lingua atque Graeca aut quarumlibet gentium barbar[...] illa imposuit Adam, sed illa lingua quae ante diluvium om[...] fuit, quae Hebraea nuncupatur. Latine autem animalia siv[...] dicta, quod animentur vita et moveantur spiritu. Quadrup[...] dicta quia quattuor pedibus gradiuntur; quae dum sint similia p[...] tamen sub cura humana non sunt, ut cervi, dammae, onagri, [...] neque bestiae sunt ut leones, neque iumenta ut usus hominum iuvare possint. [...] omne quod humana lingua et effigie caret. Proprie autem pecorum nomen his animalib[...] adtribui solet quae sunt aut ad vescendum apta, ut oves et sues, aut in usu hominum [...] ut equi et boves. Differre autem inter pecora et pecudes. Nam veteres communit[...] catione omnium animalium pecora dixerunt. Pecudes autem tantum illa animalia quae [...] des. Generaliter autem omne animal pecus a pascendo vocatum. Iumenta autem nomina [...] nostrum laborem vel onus suo adiutorio subvectando vel arando iuvent. Nam b[...] carra trahit et durissimas terrae glebas vomere vertit. Equus et asinus port[...] et hominum in gradiendo laborem temperant. Unde et iumenta appellantur ab [...] homines. Sunt enim magnarum virium animalia. Inde quoque armenta, vel quod sint apta arm[...] vel quod his in armis utimur. Alii armenta tantum boves intellegunt, ab arando, quia aran[...] sunt cornibus armata. Discretio autem est inter armenta et greges. Nam armenta e[...] boum sunt, greges vero camelorum, caprarum et ovium. Ovis molle pecus lanis cor[...] animo placido, ab oblatione dictum, eo quod apud veteres initio non tauri, sed oves in sa[...] mactarentur. Ex his quaedam bidentes vocant, eas quae inter octo dentes duo [...] habent, quas maxime gentiles in sacrificia offerebant. Vervex vel a viribus dic[...] ovibus sit fortior, vel quod sit vir, id est masculus; vel quod vermes in capite habeat, quo[...] pruritu invicem se concutiunt, et pugnantes cum magno impetu feriunt. [...] apud Latinos id est a Marte vocatur, unde apud nos in gregibus masculi mares dicuntur [...] a gentilibus primum aries est immolatus. Aries quod aris imponeretur, unde et [...] mactatur ad aram. Agnus, quamquam et Graeci vocent a pietate agnum quasi pium, La[...] hoc nomen habere putant eo quod prae ceteris animantibus matrem agnoscat, adeo ut et si [...] grege erraverit, statim balatu recognoscat vocem parentis. Hedi ab [...] edi. Parvi enim pinguissimi sunt et saporis iocundi, unde et edere, id est [...] vocantur. Hyrcus lascivum animal et petulcum et fervens semper ad coi[...] oculi ob libidinem in transversum aspiciunt, unde et nomen traxit. Nam hyrci s[...] anguli secundum Suetonium. Cuius natura adeo calidissima est, ut adamantem lapide[...] quem nec ignis nec ferrum domare valet, materia solus huius cruor dissolvat. [...] hyrci cinifi dicuntur a flumine Cinife in Libia, ubi grandes nascuntur. C[...] capras a carpendis virgultis quidam dixerunt, alii quod carpant aspera. Nonnull[...] crurum, unde eas capras vocitatas, quae sunt agrestes caprae, quas Graeci pro eo quod a[...] videant, id est oxiderkesteron, dorcas appellaverunt. Morantur enim in ex[...] tibus, et quamvis de longinquo videant tamen omnes qui veniunt. Idem autem et capr[...] et ibices, quasi avices, eo quod instar avium ardua et excelsa teneant, et [...] in habitant, ita ut de sublimitate vix humanis obtutibus pateant. [...] ridiana pro ibices aves vocatae, quae in Nilo flumine habitant. Haec igitur anima[...] in petris altissimis commorantur, et si quando ferarum vel hominum adversitatem persens[...] altissimis saxorum cacuminibus sese praecipitantes in suis se cornibus illaesas [...] Cervi dicti apo ton keraton, id est a cornibus. Cerata enim Graece cornua dicuntur. [...] inimici cum se gravatos infirmitate persenserint, spiritu narium eos extra[...] vernis, et superata pernicie veneni eorum pabulo reparantur. Dictamnum herba[...] re; nam eo pasti excutiunt sagittas acceptas. Mirantur autem sibilum fistula[...] auribus acute audiunt, submissis nihil. Si quando immensa flumina vel mar[...] tant, capita clunibus praecedentium superponunt, sibique invicem succedentes null[...] ponderis sentiunt. Tragelafi a Graecis notati, qui cum eadem specie sint ut cer[...] villosos habent armos ut hyrci et menta promissis hirsuta barbis, qui non alibi sunt quam c[...] dem. Hinnuli filii sunt cervorum, ab inutu dicti, quia ad nutum matris absc[...] Damma vocata quod de manu effugiat. Timidum animal et inbelle, de quo ma[...] Dente timentur apri, defendunt cornua cervum, inbelles dammae [...] Lepus levipes, quia velociter currit. Unde et Graece pro cursu lagos dicitur. Velox e[...] satis timidum. Cuniculi genus agrestium animalium dicti quasi caniculi, eo quod canum inda[...] ant vel excludant a speluncis. Sus dictus quod pascua subigat, id est terram sub[...] quaerat. Verres quod grandes habeat vires. Porcus quasi spurcus. Ingurgitat enim se caen[...] nigro limo linit. Horatius: Et amica luto sus. [...] et spurcitiam vel spurcos nuncupamus. [...] apud Graecos [...] Omne autem ferum et immite absque agrest[...] Iuvencus dictus quod iuvare incipit [...] in usus in [...] apud gentiles ubique iuvencus immolabatur, numquam [...] Nam in iuvencis et [...] non est sic et bos. Indicus taurus color fulvus est, volucer pernicitas, pilis in contrarium [...] circumflectit flexibilitate qua voluerit; tergi duritia omne telum respuit, inmit[...] Bovem Graeci boen dicunt. Hunc Latini trionem vocant, eo quod terram terat, quasi tero[...] tone: trionum hic moderator rusticus. Cuius latitudo pellium a mento ad crura. Palear[...] a pelle ipsa quasi pellearia, quod est generositatis in bove signum. Boum eximia pi[...] alterum inquirit cum quo ducere collo aratra consuevit; et frequenti mugitu pi[...] testatur affectum si forte defecerit. Vacca dicta quasi boacca. Est enim ex qualitate mobilium no[...] leo leaena, draco dracaena. Vitulus et vitula ab aviditate vocati sunt, id est aetate vi[...] sic virgo. Vitula ergo parvula est et non dum enixa; nam enixa iuvenca est vel vacca. [...] vocati per derivationem, quod sint similes bubus, adeo indomiti ut prae feritate iugum cer[...] recipiant. Hos Africa procreat. Uri agrestes boves sunt in Germania, habentes cornua [...] prolixa, ut regiis mensis insigni capacitate ex eis geruli fiant. Camelis c[...] sive quod quando onerantur, ut breviores et humiles fiant, accubant, quia Graece came [...] et humile dicitur; sive quia curvus est dorso. Camur enim verbo Graeco curvum significat. [...] et aliae regiones mittunt, sed Arabia plurimos. Differt autem; nam Arabici bina [...] in dorso habent, reliquarum regionum singula. Dromeda genus camelorum est, minoris q[...] sed velociores; unde et nomen habet. Nam dromos Graece cursus et velocitas appellatur. Centu[...] milia uno die pergere solet. Quod animal sicut bos et ovis et camelus ruminat. Rumi[...] natio autem dicta est a rumine eminentis gutturis, per quod demissus cibus a certis [...] animalibus. Asinus et asellus a sedendo dictus, quasi asedus; sed hoc nomen quod magis equis [...] ideo hoc animal sumpsit, quia prius quam equos caperent homines, huic praesidere coeperunt. An[...]

tardu & nulla ratione retineri statim ut uolant est hoc subtilius. Onager interpretatur asinus ferus. onos quippe greci asinum uocant. agria ferum. Hos affrica habet magnos & indomitos & in deserto uagantes. singuli autem feminarum gregibus presunt. nascentes masculos zelant & testiculos eorum morsu detruncant. quod cauentes matres eos in secretis locis occultant. Asini archadici dicti eo quod ab archadia primum uecti sunt magni & alti. Minor autem asellus agro plus necessarius est quia et labore tolerat & negligentiam propemodum non recusat. Equi dicti eo quod quadrigis iungebantur, equabantur paresque forma & similes cursu copulabantur. Caballus autem a cabo dictus propter quod gradiens ungula impressa terram concauat. quod reliqua animalia non habent. inde & sonipes quod pedibus sonat. Viuacitas equorum est multa. Exultant enim in campis. odorantur bellum. excitantur sono tube ad prelium. uoce accensi ad cursum prouocantur. Dolent cum uicti fuerint. exultant cum uicerint. quidam hostes in bello sentiunt. adeo ut aduersarios morsu petant. Aliqui & proprios dominos recognoscunt oblita mansuetudinis si mutentur. aliqui preter dominum dorso nullum recipiunt. Interfectis uel morientibus dominis multi lacrimas fundunt. solum enim equum dicunt propter hominem lacrimare & doloris affectum sentire. Vnde in centauris equorum & hominum natura permixta est. Solent enim ex equorum mesticia uel alacritate euentum futurum dimicaturi colligere. Etas longeua equis persicis. hunnicis & epiroticis ac siculis in annis ultra L. Breuior autem in hyspanis ac numidis & gallicis. Frequens opinio est. In generosis equis ut aiunt ueteres iiii. expectantur. forma. pulchritudo. meritum. atque color. Forma ut sit ualidum corpus & solidum robori conueniens. altitudo. latus longum. substricta maxime & rotundi clunes. pectus late patens. corpus omne musculorum densitate nodosum. pes siccus & cornu concauo solidatus. Pulchritudo ut sit exiguum caput & siccum pelle prope ossibus adherente. aures breues & arguta. oculi magni. nares patule & erecta ceruix. cauda & coma densa. ungularum soliditatis fixa rotunditas. Meritum ut sit animo audax. pedibus alacer. trementibus membris. quod est fortitudinis indicium. quique ex summa quiete facile concitetur. uel excitata festinationis non difficile teneatur. Motus autem equi in auribus intelligitur. uirtus in membris trementibus. Color hic precipue expectandus. badius. aureus. roseus. mirteus. ceruinus. giluus. glaucus. scutulatus. canus. candidus. albus. guttatus. niger. Sequitur autem ordine uarius. ex nigro badioque distinctus. reliquus uarius color est uel cinereus deterrimus. Badium autem antiqui uadium dicebant. quod inter cetera animalia fortius uadat. Ipse et spadix colore palme. quem siculi spadicem uocant. Glaucus uero est uelut pictos oculos habens & quodam splendore perfusos. quem glaucum ueteres dicebant. Giluus autem melinus color est subalbidus. Guttatus albis nigris interuenientibus punctis. Candidus autem & albus inuicem sibi differunt. nam albus cum quodam pallore est. Candidus uero niueus & pura luce perfusus. Canus dicitur quia ex candido colore & nigro est. Scutulatus uocatur propter orbes quos habet candidos inter purpureos. Varius quod habeat uicissitudine colorum imparium. quod autem albos tantum pedes habent petulci appellantur. quod fronte alba calidi. Ceruinus est quem uulgo guaranem dicunt. Aeranem idem uulgus uocat quod in modum aerei sit coloris. Mirteus autem est pressus in purpura. Dosinus autem dictus quod sit color eius de asino. idem & cinereus. Sunt autem hii de agresti genere orti quos equiferos dicimus. & propterea ad urbanam dignitatem transire non possunt. Mauron niger est. nigrum enim greci mauron uocant. Mannus uero equus breuior est. quem uulgo brunnicum uocant. Veredos antiqui dixerunt quod ueherent redas. id est ducerent. uel quod uias publicas currant per quas & redas ire solitum erat. Equorum tria sunt genera. unum generosum prelijs & oneribus aptum. alium uulgare atque gregarium ad uehendum non ad equitandum aptum. Tercium ex permixtione diuersi generis ortum. quod & dicitur bigenerum. quia ex diuersis nascitur ut mulus. Mulus autem a greco tractum uocabulum habet. grece enim hoc uocabulum. uel quod iugo pistorum subacti tardi molendo ducant in gyrum molas. Iudei asserunt quod anaa nepos esau equarum greges ab asinis in deserto ipse fecerit primus ascendi. ut mulorum inde noua contra naturam animalia nascerentur. Onagros quoque ad hoc admissos esse ad asinas & ipsum istiusmodi repperisse concubitum. ut uelocissimi ex his asini nascerentur. Industria quippe humana diuersum animal in coitum coegit. sicque adulterina commixtione genus aliud repperit. sic & iacob contra naturam colorum similitudines procurauit. Nam tales fetus oues illius concipiebant. quales umbras arietum desuper ascendentium in aque speculo contemplabantur. Denique & hoc ipsum in equorum gregibus fieri fertur. ut generosos obiciant ante equas in usibus concipientium quo eorum similes concipere & creare possint. Nam & columbarum dilectores depictas ponunt pulcherrimas columbas hisdem locis quibus ille uersantur. quo rapiente uisu similes generent. Inde est quod quidam grauidas mulieres iubent nullos intueri turpissimos animalium uultus ut cenocefalos & simios ne uisibus occurrentes similes fetus pariant. Hanc enim feminarum esse naturam dicunt ut quales perspexerint. siue mente conceperint. in extremo uoluptatis estu dum concipiunt. tale & sobolem procreent. & cum animal in usu uenerio formas extrinsecus intus mittit. eorumque sociata cibis. rapit species eorum in propria qualitate. In animantibus bigenera dicuntur que ex diuersis nascuntur. ut mulus ex equa & asino. burdo ex equo & asina. Ibride ex apris & porcis. tytirus ex oue & hyrco. musmo ex capra & ariete. est autem dux gregis. & hec humana industria adinuenit.

De bestiis.

Bestiarum uocabulum proprie conuenit leonibus. pardis. tigribus. lupis & uulpibus. canibus quoque & simiis. ac ceteris que uel ore uel unguibus seuiunt exceptis serpentibus. Bestie dicte 226.
a ui qua seuiunt. Fere appellate eo quod naturali utantur libertate. & desiderio suo ferantur. Sunt enim libere eorum uoluntates. & huc atque illuc uagantur. & quo animus duxerit eo feruntur. Leonis uocabulum ex greca origine inflexum est in latinum. Grece enim leon uocatur & est nomen nothum. quia ex parte corruptum. Leena uero totum grecum est. sicut & dracena. Vt autem leena lea dicatur usurpatum est a poetis. Leo autem grece latine rex interpretatur. eo quod princeps sit omnium bestiarum. Cuius genus triforme dicitur. e quibus breues & iuba crispa imbelles sunt. Longi & coma simplici. acres. animos eorum frons & cauda indicat. uirtus eorum in pectore. firmitas in capite. septi a uenatoribus. terram intuentur. quo minus conspectis uenabulis terreantur. Rotarum timent strepitus. sed & ignes. Cum dormierint uigilant oculi. cum ambulant cauda sua cooperiunt uestigia sua. ut eos uenator non inueniat. Cum genuerint catulum tribus diebus & tribus noctibus catulus dormire fertur. tunc deinde patris fremitu uel rugitu ueluti tremefactus cubilis locus suscitare dicitur catulum dormientem. Circa hominem leonum natura est. ut nisi lesi nequeant irasci. Patet enim eorum misericordia exemplis assiduis. prostratis parcunt. captiuos obuios patiuntur redire ad patriam. hominem non nisi in magna fame interimunt. de quibus [illegible] feminamque leonum. Tigris uocata propter uolucrem fugam. ita enim nominant perse & medi sagittam. Est enim bestia uariis distincta maculis. uirtute & uelocitate mirabilis. Ex cuius nomine flumen tigris appellatur quod is rapidissimus sit omnium fluuiorum. has magis hyrcania gignit. Panther dictus siue quod omnium animalium sit amicus excepto dracone. siue quod & sui generis societate gaudet. & eadem similitudine quicquid accipit reddit. Pan enim grece omne dicitur. Bestia minutis orbiculis superpicta ita ut oculatis ex fuluo circulis nigra uel alba distinguatur uarietate. Hec semel omnino parturit. cuius cause ratio manifesta est. Nam cum in utero matris coaluerint catuli. maturisque ad nascendum uiribus pollent. oderunt temporis moras. itaque orata fetibus uulua tamquam obstantem partui unguibus lacerant. effundit illa partum seu potius dimittit dolore cogente. Ita postea cicatricosis seminum genitale semen infusum non heret acceptum. sed irritum resilit. Nam plinius dicit animalia cum acutis unguibus frequenter parere non posse. uitiantur enim intrinsecus se mouentibus catulis. Pardus post pantherem est genus uarium ac uelocissimum & preceps ad sanguinem. saltu enim ad mortem ruit. Leopardus ex adulterio leene & pardi nascitur & terciam originem efficit. sicut & plinius in naturali hystoria dicit leonem cum parda aut pardum cum leena concumbere. & ex utroque coitu degeneres partus creari ut mulos & asinos. Rinoceron a grecis uocatum latine interpretatur in nare cornu. idem & monoceron. id est unicornis eo quod unum cornu in media fronte habeat pedum iiii. ita acutum & ualidum ut quicquid impetierit aut uentilet aut perforet. Nam & cum elefantis sepe certamen habet. & in uentre uulneratum prosternit. tante autem esse fortitudinis. ut nulla uenantium uirtute capiatur. sed sicut asserunt qui naturas animalium scripserunt. uirgo puella proponitur que uenienti sinum

aperit. in quo ille omni ferocitate deposita caput ponit. sicque soporatus uelut inermis capitur. Elefantum greci a magnitudine corporis uocatum putant. quod formam montis preferat. grece enim mons elefio dicitur. apud indos autem a uoce barro uocatur. unde & uox eius barritus & dentes ebur. Rostrum autem promoscida dicitur. quia illo pabulum ori admouet. & est angui similis uallo munitus eburno. Hos boues lucas dictos ab antiquis romanis. boues quia nullum animal grandius uidebant. lucas quia in lucania illos primum pirrus in prelio obiecit romanis. Nam hoc genus animantis in rebus bellicis aptum est. In eis enim perse & indi ligneis turribus collocatis tamquam de muro iaculis dimicant. Intellectu autem & memoria multa uigent. gregatim incedunt. motu quo ualent salutant. murem fugiunt. auersi coeunt. Quando autem parturiunt in fluuiis uel in aquis dimittunt fetus propter dracones quia inimici sunt. & ab eis implicati necantur. Biennio autem portant fetus. nec amplius quam semel gignunt. nec plures sed tantum unum. Viuunt autem annos ccc. Apud solam affricam & indiam elefanti prius nascebantur. nunc sola eos india gignit. Grifes uocantur quod sit animal pennatum & quadrupes. Hoc genus ferarum in yperboreis nascitur montibus. omni parte corporis leones sunt. alis & facie aquilis similes. equis uehementer infesti. Nam & homines uisos discerpunt. Cameleon non habet unum colorem. diuersa est uarietate conspersus ut pardus. Dicitur autem ita huius cameleonis corpusculum ad colores quos uidet facillima conuersione uariari quod aliorum animalium non est ita ad conuersionem facilis corpulentia. Camelopardus dictus quod dum sit ut pardus albis maculis superaspersus. collo equo similis. hunc ethyopia gignit. Linx dicitur quia in luparum genere numeratur. bestia maculis terga distincta ut pardus. sed similis lupo. unde & ille licos iste linx. huius urinam conuertere in duritiam preciosi lapidis dicunt qui ligurius appellatur. quod & ipsas linces sentire hoc documento probatur. Nam egestum liquorem harenis in quantum potuerint contegunt. inuidia quadam nature. ne talis egestio transeat in usum humanum. Linces dicit plinius secundus extra unum non admittere fetum. Castores a castrando dicti sunt. nam testiculi eorum apti sunt medicaminibus. propter quos cum presenserint uenatorem ipsi se castrant & morsibus uires suas amputant. De quibus cicero in scauriana. redimunt se a parte corporis propter quod maxime expetuntur. Iuuenalis qui se eunuchum ipse facit cupiens euadere dampno. testiculi ipsi sunt & fibri. quos & ponticos canes uocant. Vrsus fertur dictus quod ore suo formet fetus quasi orsus. Nam aiunt eos informes generare partus & carnem quandam nasci. quam mater lambendo in membra componit. unde est illud. Sic format lingua fetum cum protulit ursa. sed hoc immaturitas partus facit. Denique xxx. die generat. unde euenit ut precipitata fecunditas informes pariat. Vrsorum caput inualidum. uis maxima in brachiis & lumbis. unde interdum erecti insistunt. Lupus greca diriuatione in linguam nostram transfertur. lupos enim illi licos dicunt. Licos autem grece a moribus appellatur quod rabie rapacitatis quecumque inuenerit trucidet. Alii lupos uocatos aiunt quasi leopos quod quasi leonis ita sit illis uirtus in pedibus. unde & quicquid pede presserit non uiuet. Rapax autem bestia & cruoris appetens. de quo rustici aiunt uocem hominem perdere si eum lupus prior uiderit. unde & subito tacenti dicitur lupus in fabula. Certe si se premissum senserit deponit ferocitatis audaciam. Lupi toto anno non amplius quam dies xii. coeunt. famem diu portant & post multa ieiunia multum deuorant. Lupos ethyopia mittit ceruice iubatos & tanto uarios ut nullum colorem illis dicant abesse. Canis nomen latinum grecam ethimologiam habere uidetur. grece enim cenos dicitur. licet eum quidam a canore latratus appellatum existiment eo quod insonat. unde & canere. Nichil autem sagacius canibus. plus enim sensus ceteris animalibus habent. Namque soli sua nomina recognoscunt. suos dominos diligunt. dominorum tecta defendunt. pro dominis suis se morti obiciunt. uoluntarie cum domino ad predam currunt. corpus domini sui & mortuum non relinquunt. quorum postremo natura est extra homines esse non posse. In canibus duo sunt expectanda. aut fortitudo aut uelocitas. Catuli abusiue dicuntur quarumlibet bestiarum filii. Nam proprie catuli canum sunt per diminutionem dicti. Licisci autem dicuntur ut ait plinius canes nati ex lupis & canibus cum inter se forte miscentur. Solent & indi feminas canes noctu in siluis alligatas admittere ad tigres bestias a quibus insiliri & nasci ex eodem fetu canes adeo acerrimos & fortes ut complexu leones prosternant. Vulpes dicta quasi uolipes. est enim uolubilis pedibus & numquam rectis itineribus sed tortuosis anfractibus currit. fraudulentum animal insidiisque decipiens. Nam dum non habet escam. fingit mortem. sicque descendentes quasi ad cadauer aues rapit & deuorat. Simia grecum nomen est. id est pressis naribus. unde & simias dicimus. quod pressis naribus sint & facie feda. rugis turpiter follicantibus. licet & capellarum sit pressum habere nasum. Alii simias latino sermone uocatas arbitrantur eo quod multa in eis similitudo rationis humane sentiatur. Et leuiorum sagaces noua luna exultant. media & caua tristantur. fetus quos amant ante se gestant. neglecti circa matrem herent. Harum genera quinque sunt. ex quibus cercopitheci caudas habent. simia enim cum cauda est. quam quidam duran uocant. Spinges uillose sunt comis mammis prominentibus. dociles ad feritatis obliuionem. Cenocefali & ipsi simiis similes sed facie admodum grata & gesticulatis motibus inquieti. Callitrices toto pene aspectu a ceteris distant. Sunt enim in facie producta barba & lata cauda. Leontofonus bestia modica & ex eo tali uocata quia capta exuritur. eiusque cinere aspersa carne & posita per compita semitarum leones necantur si quantulumcumque ex illa sumpserint. Istrix animal in affrica ericiu simile uocatum a stridore spinarum quas tergo laxatis emittit. & canes uulneratas insequitur. Enidros bestiola ex eo nuncupata quod in aquis uersetur & maxime in nilo. que si inuenerit dormientem cocodrillum. uolutat se in luto primum. & intrat per os eius in uentrem & carpit omnia interanea eius. & sic moritur. Hic neumon grece uocatur eo quod odore suo & salubria ciborum & uenenosa prodantur. De qua dracontius ait. Prodit sullus uim cuiuscumque ueneni. Sullus autem a sectis est nuncupatus. Hic & serpentes insequitur. qui cum aduersus aspidem pugnat caudam erigit. quam aspis maxime incipit obseruare quasi minantem ad quamcumque ut suam inferret. deceptam corripit. Musio appellatur eo quod muribus infestus sit. hunc uulgus cattum a captura uocant. alii dicunt quod captat id est uidet. Nam tanto acute cernit ut fulgore luminis noctis tenebras superet. unde & a greco uenit catus id est ingeniosus apo tou kaiesthai. Furo a furuo dictus unde & fur. tenebrosos enim & occultos cuniculos effodit & eicit predam quam inuenerit. Melo uel quod sit rotundissima membro uel quod fauos petat & assidue mella captet.

De minutis animalibus.

Mus pusillum animal grecum illi nomen est. quicquid uero ex eo trahitur latinum fit. Alii dicunt mures quod ex humore terre nascantur. nam mus terra unde & humus. Huius iecur in plenilunio crescit. sicut quedam maritima augentur. que rursus minuente luna deficiunt. Sorex latinum est eo quod rodat & in modum serre precidat. Antiqui enim sorices saurices dicebant. sicut & clodum claudum. Mustela dicta quasi mus longus. nam telum longitudine dicitur. Hec ingenio subdola. in domibus ubi nutrit catulos suos transfert mutatque sede. serpentes & mures persequitur. Duo sunt autem genera mustelarum. alium enim siluestre est distans magnitudine quem greci ictidas uocant. alium in domibus oberrans. Falso autem opinantur qui dicunt mustelam concipere ore aure effundere partum. Mus araneus cuius morsus aranea est. in sardinia animal perexiguum aranei forma quod solifuga dicitur quod diem fugiat. In metallis argentariis plurima est occulte repens & imprudentia super sedentibus pestem facit. Talpa dicta quod sit dampnata cecitate perpetua tenebris. est enim absque oculis. terram semper fodit & humum egerit & radices subter frugibus comedit. quam greci affalacem uocant. Glires dicti sunt quia pingues eos efficit somnus. Nam glis dicitur crescere. hieme namque tota dormiunt. & inmobiles quasi mortui iacent tempore estiuo reuiuiscunt. Iricius animal spinis coopertum quod exinde dictum est eo quod subrigit se quando spinis suis clauditur quibus undique protectus est contra insidias. Nam statim ut aliquid presenserit primum se subrigit atque in globum conuersus in sua se arma recolligit. Huius prudentia quedam est. nam dum absciderit uuam de uite supinus sese uolutat super eam. & sic eam exhibet natis suis. Grillus nomen a sono uocis habet. hic retro ambulat & terram terebrat. stridet noctibus. uenatur cum formica circumligata capillo in cauernam eius coniecta efflato prius puluere ne se abscondat. ita formice complexibus trahitur. Formica dicta ab eo quod ferat micas farris. cuius sollertia multa. prouidet enim in futurum & preparat estate quod hieme comedat. In messe autem colligit triticum. hordeum non tangit. Dum ei pluit super frumentum totum eicit. Dicuntur in ethyopia esse formice ad formam canis que arenas aureas pedibus eruunt quas custodiunt ne quis auferat. capientesque ad necem persequuntur. Formicaleon ob hoc uocatur quia uel formicarum leo. uel certe formica pariter & leo. Est enim animal paruum formicis

De serpentibus

Asacis infestum, quia se in pulvere abscondit et formicas frumenta gestantes interficit. Proinde autem leo et formica vocatur, quia aliis animalibus ut leo, formicis autem ut formica est.

Anguis vocabulum omnium serpentium genus, quod plicari et torqueri potest; et inde anguis, quod angulosus sit et numquam rectus. Anguis autem apud gentiles pro geniis locorum erant habiti semper, ut Persius: Pinge duos angues: pueri, sacer est locus. Colubrum ab eo dictum, quod colat umbras, vel quod ab eo in lubricos tractus flexibus sinuosis labatur. Nam lubricum dicitur quidquid labitur dum tenetur, ut piscis. Serpens autem nomen accepit quia occultis accessibus serpit, non apertis passibus, sed squamarum minutissimis repit. Illa autem quae quattuor pedibus innituntur, sicut lacerti et stelliones, non serpentes sed reptilia nominantur. Serpentes autem reptilia sunt, quia ventre et pectore reptant. Quorum tot venena quot genera, tot pernicies quot species, tot dolores quot colores habentur. Draco maior cunctorum serpentium sive omnium animantium super terram. Hunc Graeci drakonta vocant; unde et derivatum est in Latinum ut draco diceretur. Qui saepe ab speluncis abstractus fertur in aerem, concitaturque propter eum aer. Est autem cristatus, ore parvo et artis fistulis per quas trahat spiritum et linguam exerat. Vim autem non in dentibus sed in cauda habet, et verbere potius quam ictu nocet. Innoxius autem est a venenis, sed ideo huic ad mortem faciendam venena non esse necessaria, quia si quem ligaverit occidit. A quo nec elefans tutus est sui corporis magnitudine. Nam circa semitas delitescens per quas elefantes soliti gradiuntur, crura ...

De vermibus

De genere piscium

auratas appellavit. Piscem in capite ingentiosum. Denique recte caudam fert atque caudam arcuat atque ita contendit consurgere. Mullus vocatur quod mollis sit atque tenerrimus. Cuius cibo tradunt libidinem inhiberi, oculorum aciem hebetari; homines vero quibus saepe pastus, piscem olere. Mullus in vino necatus, hi qui inde biberint taedium vini habent. Mugilis nomen habet quod sit multum agilis. Nam ubi praesenserit piscantium insidias, confestim retrorsum rediens ita transilit rete, ut volare piscem videas. Melanurus eo quod nigram caudam habeat et pinnas nigras et corpore lineas nigras; melan enim Graeci nigrum vocant. Glaucus a colore dictus quod albus sit; Graeci enim album glaucon dicunt. Hic aestate raro apparet nisi in nubilo. Timallus ex flore nomen accepit; timum enim florem appellant. Nam dum sit specie gratus et sapore iocundus, tamen sicut flos flagrat et corpore odores aspirat. Scarus dictus eo quod solus escam ruminare perhibetur; denique alii pisces non ruminant. Habetur autem hic ingeniosus esse, namque inclusum nassis non fronte erumpere nec infestis viminibus caput inserere, sed aversum ictibus crebris laxare fores, atque ita retrorsum redire; quem luctatum eius si forte alius scarus extrinsecus videat, apprehensa mordicus cauda adiuvare conatur nisus erumpentis. Sparus a lancea missili nomen traxit, quod eidem fige sit. Terrestria enim prius inventa sunt quam marina. Nam sparus est telum rusticum, missile, ab spargendo dictum. Aurata piscis sive quia aquarum unda ore suscipit, sive quia tunc hic piscis oritur quo tempore in occasu pliades [illegible]. Anthias saxatilis dextra sinistraque lateribus virgulis puniceis per totum aliisque diversis coloribus designatur. Dicitur autem anthias quia non capitur nisi hamo. Echenais parvus et semipedalis pisciculus, nomen sumpsit quod navem adherendo retineat. Ruant licet venti, saeviant procellae, navis tamen quasi radicata in mari stare videtur nec moveri, non retinendo sed tantum adherendo. Hunc Latini moram appellaverunt, eo quod cogat stare navigia. Uranoscopus vocatur ab oculo quem habet in capite, quo semper supra intendit. Millago vocatur quia evolat super aquam. Quotiens autem cernitur extra aquam volitans, tempestates designat mutari. Aquatae dicitur quia sit squamis acuta, unde et eius cute lignum politur. Civitas Syriae quae nunc Tyrus dicitur olim Sarra vocabatur a pisce quodam qui illic habundat, quem lingua sua sar appellant. Ex quo derivatum est huius similitudinis pisciculus sardas sardenasque vocari. Allec pisciculus ad liquorem salsamentorum idoneus, unde et nuncupatur. Aforus pisciculus quod prae exiguitate hamo capi non potest. Anguille similitudo anguis nomen dedit. Origo harum ex limo, unde et quum capitur adeo lenis est ut quo fortius presseris tanto citius elabitur. Ferunt autem orientis fluvium Gangen anguillas tricenis pedibus gignere. Anguille vino necatae, qui ex eo biberint taedium vini habent. Draco marinus aculeos in branchiis habet ad caudam spectantes; quod dum percusserit, quoquo fuerit venenum fundit, unde et vocatur. Murena Graeci myrenam vocant, eo quod complicet se in circulum. Hanc feminini sexus esse tradunt et concipere a serpente; ob id a piscatoribus tamquam a serpente sibilo evocatur et capitur. Ictu autem fustis difficulter interimitur, ferula protinus. Animam in cauda habere certum est, nam capite percusso vix eam interimi, cauda statim exanimari. Congi polipus, id est multipes, plurimos enim nexus habet. Iste ingeniosus hamum appetens brachiis complectitur, non morsu; nec prius dimittit quam escam circumroserit. Torpedo vocata eo quod corpus torpescere faciat si eam vivente quis tangat. Narrat Plinius Secundus: Ex Indico mari torpedo etiam procul et e longinquo vel si hasta virgaque attingatur, quamvis praevalidos lacertos torpescere, quamlibet ad cursum veloces alligare pedes. Tanta enim vis eius est, ut aura etiam corporis sui afficiat membra. Sepia dicta quod sepibus inclusa facilius capiatur. [illegible] Huius tanta vis est ut lucernis addito atramento Aethiopas videri ablato priori lumine quidam tradant. Lulligo tradunt in oceano Mauritaniae non procul a Lixo flumine tanta multitudine lulliginum evolare ex aqua ut et naves demergere possint. Conchae et concleae hac ex causa vocatae, quia deficiente luna cavantur, id est vacuantur. Luna enim cum in augmentum fuerit, augescit humore; cum vero in defectu venerit, humores minuuntur. Hi enim physici testantur. Conchae autem primae positionis nomen, conclee vero per diminutionem quasi conculae. Concharum multa genera sunt, inter quas et margaritiferae quae celeae dicuntur. In quarum carne pretiosus calculus solidatur, de quibus tradunt hi qui de animantium scripsere naturis, eo quod nocturno tempore litora appetunt et ex caelesti rore margaritam concipiunt, unde et celee nominantur. Murex conclea est maris dicta ab acumine et asperitate, quae alio nomine conchilium nominatur propter quod circumcisa ferro lacrimas purpurei coloris emittit ex quibus purpura tinguitur, et inde ostrum appellatum quod hoc tincta ex testae humore elicitur. Cancros vocari quia conchae sunt crura habentes. Inimica ostreis animalia. Ex eorum enim carnibus vivunt miro ingenio. Nam quia valida testa eius aperire non potest, explorat quando ostrea claustra testarum aperiant. Tunc cancer latenter lapillum inmittit, atque impedita conclusione ostreae carnem eius erodit. Tradunt quidam decem cancris cum ocimi manipulo alligatis omnes qui ibi sunt scorpiones ad eundem locum coitos. Duo sunt genera cancrorum, fluviales et marini. Ostrea dicta est a testa, quibus mollicies interior carnis munitur. Graeci enim testam ostrea vocant. Ostrea autem neutro, carnes eius feminino dicuntur genere. Musculi sunt, ut praediximus, conclee, a quarum lacte concipiunt ostreae, et dicti musculi quasi masculi. Peloridas a Peloro promunctorio Siciliae ubi habundant cognominatae sunt. Erae autem hores augusta ab sede Pelori. Ungues a similitudine humanarum unguium dicti. Testudo dicta eo quod tegmine testae sit ad operis in camerae modum. Sunt autem IIII genera testudinum: terrestres, marinae, lutariae, id est in caeno et paludibus viventes; 227
quartum genus fluviale, quae in dulci aqua vivunt. Tradunt quidam tardius ire navigia testudinis pedem dextrum vehentia. Ericius a terrestri ericio nomen traxit, quem vulgo ericium vocant. Huic testula duplex spinis aculeata in modum castanearum quando adhuc operte de arboribus cadunt. Caro eius mollis et minio similis. Uris eius modi dicitur ut testudo ac pelori conclia. Nam et quod edimus et ubi caro inest, utrumque dicitur pelor. Ranae a garrulitate vocatae eo quod circa genitales strepunt paludes et sonos vocis importunis clamoribus reddant. Ex his quaedam aquaticae dicuntur, quaedam palustres, quaedam rubetae ob id quod in vepribus vivunt, grandiores cunctis. Alii calamites vocantur quoniam inter harundines fruticesque vivunt, minime omnium et viridissime, muto et sine voce sunt. Agredulae ranae parvae sicco vel agris morantes, unde et nuncupatae. Negant quidam canes latrare, in quorum ore offa cum rana viva fuerit data. Spungia a fingendo, id est tergendo et extergendo dicta. Assiani [illegible] cervicem [illegible] quod Graeci [illegible] id est exterga. [illegible] et tingebat sanguine spungeis, id est extergebat. Animal autem esse docent cruore inhaerente petris; ideo et dum abscinditur sanguinem emittit. Nam aliae sunt inventae in aquis quae discurrent ut pisces, aliae stant fixae ut ostreae, id est fungiae. Ex his alias mares, quorum tenues sunt fistulae spissioresque; alias feminas quae maioribus fistulis sunt ac perpetuis; alias duriores quas Graeci appellant tragos, et nos hyrcosas dicere possumus ob asperitatem; mollissimum genus earum penicilli vocantur, eo quod aptae sunt ad oculorum tumores et ad extergendas lippitudines. Utiles [illegible] fungiae curae fiunt. Per aestatem enim et ad solem sternuntur et sic cera punica candorem bibunt. Animalium omnium in aquis viventium nomina CXLIIII Plinius ait diversa in generibus, beluarum, serpentium communium terrae et aquae, cancrorum, concharum, locustarum, peloridarum, polyporum, solearum, lacertorum, ut lulligo et huic similia, ex quibus multa quae naturae intellectum ordine temporum suorum agnoscunt, quaedam vero in suis locis sine mutatione vagantur. In piscibus autem feminis aliae coniunctione masculi concipiunt et pariunt catulos; aliae ponunt ova sine masculi conceptione, subsequitque idem insequens sic feminis iacentia perfundunt; et quaecumque hi minime fuerint afflata genitalia fiunt, quae vero perfusa non fuerint sterilia perseverant aut putrescunt.

De avibus

Avium unum nomen sed genus diversum. Nam sicut specie sunt differentes, ita et natura diversitate. Nam aliae simplices sunt, ut columbae; aliae astutae, ut perdix; aliae ad manum se subiciunt, ut accipiter; et aliae reformidant, ut garamantes. Aliae hominum conversatione delectantur, ut hyrundo; aliae in desertis secretam vitam diligunt, ut turtur. Aliae solo semine propascuntur, ut anser; aliae carnes edunt et rapinis intendunt, ut milvus. Aliae manent in locis semper, ut strucio; aliae adventaticiae quae propriis temporibus revertuntur, ut ciconiae et hyrundines. Aliae congregae, id est gregatim volantes, ut sturni et coturnices; aliae solivagae, id est solitariae propter insidias depraedandi, ut aquila, accipiter et quaecumque talia sunt. Aliae vocibus strepunt, ut hyrundo; aliae cantus edunt dulcissimos, ut cygnus et merula; aliae verba et voces hominum imitantur, ut psittacus et pica. Sed et alia sunt genere ita et moribus innumerabilia. Nam volucrum quot sunt genera invenire quisque non potest. Neque enim omnia Indiae et Ethiopiae aut Scythiae deserta quis penetrare potuit, qui earum genus vel differentias nosset. Aves dictae eo quod vias certas non habent, sed per avia quaeque discurrunt. Alites quod altas vias intendant et sublimia remigio alarum conscendant. Volucres a volando; nam unde volare, inde et ambulare dicimus. Vola enim dicitur media pars pedis sive manus, et in avibus vola per media alarum, quarum motu pennae agitantur in volucres. Pulli dicuntur omnium avium nati, sed et animalium quadrupedum nati pulli dicuntur, et homo parvus pullus. Recentes ergo nati pulli eo quod polluti sunt. Unde et vestis nigra pulla dicta est. Alae sunt in quibus pennae per ordinem fixae volandi exhibent usum. Vocatae autem quod his aves complexos alant ac foveant pullos. Pennae a pendendo dictae, id est a volando; unde et pendere. Volucres enim pennarum auxilio moventur, quasi se aeri mandant. Plumae quasi pilumae. Nam sicut pili in quadrupedum corpore, ita plumae in avibus. Avium nomina multa a sono vocis constat esse composita, ut grus, corvus, cygnus, pavo, milvus, ulula, cuculus, graculus et cetera. Varietas enim vocis eorum docuit homines quid nominarentur. Aquila ab acumine oculorum vocata. Tantum enim contuitu esse dicitur, ut cum super maria inmobili penna feratur nec humanis pateat obtutibus, de tanta sublimitate pisciculos natare videat, ac tormenti instar descendens raptam praedam pennis ad litus pertrahit. Nam et contra radium solis fertur obtutum non flectere, unde et pullos suos ungue suspensos radiis solis obicit, et quos viderit inmobilem tenere aciem ut dignos genere conservat; si quos vero inflexerit obtutum, quasi degeneres abicit. Vultur a volatu tardo nominatus putatur; magnitudine quippe corporis praepetes volatus non habet. Huius quaedam dicuntur concubitu non misceri et sine copula concipere et generare, natosque eorum paene usque ad centum annos procedere. Vultures autem sicut et aquilae etiam ultra maria cadavera sentiunt. Altius quippe volantes, multaque montium obscuritate celantur ex alto illi conspiciunt. Gradipedes aves quas vocant aves, quas nos tardas, eo quod gravi volatu detentae neque ut ceterae volucres attollantur velocitate pennarum. Grues nomen de propria voce sumpserunt; tali enim sono susurrant. Hae autem dum properant unam secuntur ordine litterato, de quibus Lucanus: Et turbata perit dispersis littera pennis. Excelsa autem petunt, quo facilius videant quas petant terras. Castigat autem voce quae cogit agmen. At ubi raucescit succedit alia. Nocte autem excubias dividunt et ordinem vigiliarum per vices faciunt, tenentes lapillos suspensis digitis, quibus somnos arguant. Quod cavendum erit clamor indicat. Aetate [illegible] color plumae [illegible], nam senectute nigrescunt. Ciconiae vocatae a sono quo crepitant, quasi cicaniae, quem sonum oris potius esse quam vocis, quia eum quatiente rostro faciunt. Haec veris nuntiae, societatis comites, serpentium hostes, maria transvolant, in Asiam collecto agmine pergunt. Cornices duces eas praecedunt, et ipsae quasi exercitus prosequuntur. Eximia illis circa pullos pietas. Nam adeo nidos impensius fovent, ut assiduo incubitu plumas exuant. Quantum autem tempus impenderint in fetibus educandis, tantum et ipsae invicem a pullis suis aluntur. Olor avis est quem Graeci cygnum appellant. Olor autem dictus est quod totus albis plumis. Nullus enim cygnum nigrum meminit. Olon enim Graece totum dicitur. Cygnus autem a canendo est appellatus, eo quod carminis dulcedinem modulatis vocibus fundit. Ideo autem suaviter eum canere, quia collum longum et inflexum habet, et necesse est eluctantem vocem per longum et flexuosum iter varias reddere modulationes. Ferunt in Hyperboreis partibus praecinentibus citharoedis olores plurimos advolare apteque admodum concinere. Olores autem latinum nomen est; nam Graece cygni dicuntur. Nautae vero sibi hunc bonum prognosticum facere dicunt, sicut Aemilius ait: Cygnus in auspiciis semper laetissimus ales; hunc optant nautae, quia se non mergit in undas. Strucio Graeco nomine dicitur, quod animal in similitudine avis pennas habere videtur; tamen de terra altius non elevatur. Ova sua fovere negligit, sed proiecta tantummodo fotu pulveris animantur. Ardea vocata quasi ardua, id est per alta volans. Timens [illegible] ausa volare ardea, formidat enim ymbres, et supra nubes evolat, ne procellas ymbrium sentire possit. Cum autem altius volaverit, significat tempestatem. Hanc multi tantalum nominant. Fenix Arabiae avis dicta, quod colorem feniceum habeat, vel quod sit in toto orbe singularis et unica. Nam Arabes singularem fenicem vocant. Haec quingentos ultra annos vivens, dum se viderit senuisse, collectis aromatum virgultis rogum sibi instruit, et conversa ad radium solis alarum plausu voluntarium sibi incendium nutrit, seque iterum de cineribus suis resurgit. Cinnamolgus et ipsa Arabiae avis proinde vocata quod in excelsis nemoribus texit nidos ex fruticibus cinnamomi. Quos quoniam non possunt ibi homines conscendere propter ramorum altitudinem et fragilitatem, eosdem nidos plumbatis appetunt iaculis, ac sic cinnamomum illa deiciunt et pretiis amplioribus vendunt, eo quod cinnamomum magis quam alia mercatores probent. Psittacus Indiae litoribus gignitur, colore viridi, torque puniceo, grandi lingua et ceteris avibus latiore. Unde et articulata verba exprimit, ita ut si eam non videris, hominem loqui putes. Ex natura autem salutat dicens: Salve vel chere. Cetera nomina institutione discit. Hinc est illud: Psittacus a vobis aliorum nomina discam, hoc didici per me dicere: Caesar have. Alcyon pelagi volucris dicta quasi alcyanea, eo quod hieme in stagnis oceani nidos faciat pullosque educat, qua excubatione fertur extento aequore pelagus silescere, ventis quiescentibus septem dierum tranquillitate mitescere, et eius fetibus educandis obsequium ipsa rerum natura praebere. Pelicanus avis Aegyptia habitans in solitudine Nili fluminis, unde et nomen sumpsit; nam Canopos Aegyptus dicitur. Fertur, si verum est, eam occidere natos suos eosque per triduum lugere, deinde se ipsam vulnerare et aspersione sui sanguinis vivificare filios. Stymphalides aves ab Stymphalis insulis appellatae, ubi plurimum habundant, ad quas fugandas Hercules sagittis usus est. Sunt enim pelagi volucres in insulis habitantes. Diomedias aves a sociis Diomedis appellatas, quas ferunt fabulae in easdem volucres fuisse conversos. Forma fulicae similes, magnitudine cygnorum, colore candido, duris et grandibus rostris. Sunt autem circa Apuliam in insula Diomedia inter scopulos litorum et saxa volitantes, iudicantes inter se et advenas. Nam si Graecus est, propius accedunt et blandiuntur, si alienigena, morsu inpugnant et vulnerant, lacrimosis quasi vocibus quasi dolentes vel suam mutationem vel regis interitum. Nam Diomedes ab Illyriis interemptus est. Hae autem aves latine Diomedeae vocantur, Graeci eas erodios dicunt. Memnonides aves Aegyptiae appellatae a loco ubi Memnon periit. Nam catervatim advolare dicuntur ex Aegypto ad Ilium iuxta Memnonis sepulcrum, et propterea eas Ilienses Memnonias vocant. Quinto autem anno ad Ilium veniunt, et cum biduo circumvolaverint, tertia die ineuntes pugnam invicem sunt se unguibus rostrisque dilaniant. Hercyniae aves dictae ab Hercynio saltu Germaniae, ubi nascuntur, quarum pennae adeo per obscurum emicant, ut quamvis nox obtecta densis tenebris sit ad praesidium itineris dirigendi praeiecta interlucent, cursusque viae pateat indicio plumarum fulgentium. Onocrotalon Graeci vocant rostro longo. Quorum duo genera sunt: aliud aquatile, aliud solitudinis. Ibis avis Nili fluminis, quae semetipsam purgat rostro in anum aquam fundens. Haec serpentium ova pascitur gratissimamque ex eis escam nidis suis deportans. Merops eosdem et galbulas qui parentes suos recondere atque alere dicuntur. Coredulus genus volatile quasi cor edens. Monedula avis quasi monetula, quae cum aurum invenerit aufert et occultat. Cicero pro Valerio Flacco: Non plus aurum tibi quam monedulae committendum. Vespertilio pro tempore nomen accepit, eo quod lucem fugiens crepusculo vespertino circumvolet, perpetua cum acta, et tenuissimis brachiis membranis suspensa, murium similis, nec tam voce resonans quam stridore; specie quadrupes volans, quod in aliis avibus reperiri non solet. Noctua avis [illegible] significare solet lucem diei surgentis exortum, quia [illegible]. Ulula avis apo tou olozein, id est a planctu et luctu nominata. Cum enim clamat, aut fletum imitatur aut gemitum; unde et apud augures si lamentum dederit, tristitiam ostendere fertur prosperitate. Bubo a sono vocis compositum nomen habet. Avis feralis onusta quidem plumis sed gravi semper detenta pigritia, in sepulcris die noctuque versatur et semper commorans in cavernis. De qua Ovidius: Foedaque fit volucris venturi nuntia luctus, ignavus bubo, dirum mortalibus omen. Denique apud augures malum portendere fertur; nam cum in urbe visa fuerit, solitudinem significare dicunt. Noctua dicitur pro eo quod nocte circumvolet et per diem non possit videre; nam exorto solis

Negat vulgus [illegible] inclusa nuptialique copula [illegible] miscere [illegible] quasi [illegible] impossibile [illegible] possibile [illegible] masculi [illegible] nullus [illegible] virgo [illegible] genuisse [illegible] partum virginis [illegible]

splendore visus illi hebetatur. Haec autem insula Cretensis non habet, et si invecta alicunde fuerit statim moritur. Noctua autem non est bubo, nam bubo maior est. Nycticorax ipsa est noctua, quia noctem amat. Est enim avis lucifuga et solem videre non patitur. Strix nocturna avis habens nomen de sono vocis; quando enim clamat stridet. De qua Lucanus: Quod trepidus bubo, quod strix nocturna queruntur. Haec avis vulgo amma dicitur ab amando parvulos, unde et lac praebere fertur nascentibus. Corvus sive corax nomen a sono gutturis habet, quod voce coracet. Fertur haec avis quod editis pullis escam plene non praebeat, priusquam in eis per pennarum nigredinem similitudinem proprii coloris agnoscat. Postquam vero eos tetros plumis aspexerit, in toto agnitos habundantius pascit. Hic prior in cadaveribus oculorum petit loca. Cornix annosa avis apud Latinos Graeco nomine appellatur, quam aiunt augures hominum curas significationibus agere, insidiarum vias monstrare, futura praedicere. Magnum nefas haec credere, ut Deus consilia sua cornicibus mandet. Huic inter multa auspicia tribuunt et pluvias portendere vocibus; unde est illud: Tunc cornix plena pluviam vocat improba voce. Graculus a garrulitate nuncupatus, non, ut quidam volunt, pro eo quod gregatim volet, cum sit manifestum ex voce eos nuncupari. Est enim loquacissimum genus et vocibus inportunum. Picae quasi poeticae, quod verba in discrimine vocis exprimant, ut homo. Per ramos enim arborum pendulae inportuna garrulitate sonantes, et si linguas in sermone nequeunt explicare, sonum tamen humanae vocis imitantur. De qua congrue quidam ait: Pica loquax certa dominum te voce saluto. Si me non videas, esse negabis avem. Picus a Pico Saturni filio nomen sumpsit, eo quod eo in auspiciis utebatur. Nam ferunt hanc avem quiddam habere divinum illo indicio, quod in quacumque arbore nidificaverit, clavum vel quodlibet aliud fixum diu haerere non potest, quin statim excidat ubi ea insederit. Ipse est picus Martius; nam alia est pica. Pavo nomen de sono vocis habet. Cuius caro tam dura est ut putredinem vix sentiat nec facile coquatur. De quo quidam sic ait: Miraris quotiens gemmantes explicat alas, si potes hunc saevo tradere, dure, coco. Fasianus a Fasíde insula Graeciae, unde prius asportatus est, appellatur. Testatur id vetus disticon illud: Argiva primum sum transportata carina; ante mihi notum nil nisi Phasis erat. Gallus a castratione vocatur. Inter ceteras enim aves huic soli testiculi adimuntur. Veteres enim abscisos gallos vocabant. Sicut autem a leone leena et a dracone dracena, ita a gallo gallina. Cuius membra, ut ferunt quidam, si auro liquescenti misceantur, consumitur. Anas ab assiduitate natandi nomen accepit. Ex quo genere quaedam Germaniae dicuntur, quod plus ceteris nitant. Anser nomen anatis dedit per derivationem, vel a similitudine, vel quod et ipse natandi frequentiam habeat. Iste vigilias noctis assiduitate clangoris testatur. Nullum enim animal ita odorem hominis sentit ut anser. Unde et clangore eius Gallorum ascensus in Capitolio deprehensus est. Fulica dicta quod caro eius leporina sapiat. Lagos enim lepus dicitur, unde et apud Graecos lagos vocatur. Est enim avis stagnensis habens nidum in medio aquae vel in petris quas aqua circumdant; maritimoque semper delectatur profundo. Quae dum tempestatem praesenserit, fugiens in vado ludit. Mergus ab assiduitate mergendi nomen accepit. Saepe autem dimisso in profundum capite, aurarum signa sub fluctibus colligit et praevidentes aequoris tempestatem cum clamore ad litora tendunt. Nam in pelago iam gravissimam esse tempestatem cum ad litus mergi confugiunt, certum est. Accipiter avis animo plus armata quam ungulis, virtutem maiorem in minore corpore gestans. Haec ab accipiendo, id est a capiendo nomen sumpsit. Est enim avis rapiendis aliis avibus avida, ideoque vocatur accipiter, hoc est raptor. Unde et Paulus dicit: Sustinetis enim si quis accipit, ut enim diceret si quis rapit, dixit si quis accipit. Fertur autem accipitres circa pullos suos impios esse. Nam dum viderint eos posse temptare volatum, nullas eis praebent escas, sed verberant pennis et a nido praecipitant atque a teneris compellunt ad praedam, ne forte adulti pigrescant. Capus Italica lingua dicitur a capiendo. Hunc nostri falconem vocant, eo quod incurvis digitis sit. Milvus mollis est viribus et volatu, quasi mollis avis, unde et nuncupatur. Rapacissimus tamen et semper domesticis avibus insidiatur. Ossifragus vulgo appellatur avis quae ossa ab alto dimittit et frangit; unde et a frangendo ossa nomen accepit. Turtur de voce vocatur, avis pudica et semper in montium iugis et in desertis solitudinibus commorans. Tecta enim hominum et conversationem fugit et commoratur in silvis. Quae etiam hieme deplumata in truncis arborum et cavis habitare perhibetur. Cui e contrario columba hospitia humana diligit, domorum blanda semper habitatrix. Columbae dictae quod earum colla ad singulas conversiones colores mutent. Aves mansuetae et in hominum multitudine conversantes ac sine felle. Quas antiqui venerias nominabant, eo quod nidos frequentant et osculi amore concipiant. Palumbes eo quod sint farte a pabulo, quas vulgo titas vocant. Turtur avis casta moribus appellatur, quod comes sit castitatis. Nam dicitur quod amisso corporali consortio solitaria incedat, nec carnale copulam ultra requirit. Perdix de voce nomen habet, avis dolosa atque inmunda. Nam masculus in masculum insurgit, et obliviscitur sexum libido praeceps. Adeo autem fraudulenta, ut alterius ova diripiens foveat. Sed fraus fructum non habet. Denique dum pulli propriae genetricis audierint, naturali quodam instinctu hanc quae fovit relinquunt et ad eandem quae genuit revertuntur. Coturnices a sono vocis dictas, quas Graeci ortygias vocant, eo quod visae fuerint primum in Ortygia insula. Hae adveniendi habent tempora. Nam aestate depulsa maria transmeant. Ortygometra dicitur quae gregem ducit. Eam terrae propinquantem accipiter videns rapit. Ac propterea cura est universis ducem sollicitare generis externi, per quem caveant prima discrimina. Cibos gratissimos habent semina venenorum, quam ob causam eas veteres vesci interdixerunt. Solum enim hoc animal sicut homo caducum patitur morbum. Upupam Graeci appellant, eo quod stercora humana consideret et fetenti pascatur fimo. Avis spurcissima cristis extantibus galeata, semper in sepulchris et humano stercore commorans. Cuius sanguine quisquis se unxerit dormiturus, demones suffocantes se videbit. Cucos quos Hispani cuculos vocant, a voce propria nominatos. Hi venienti habent tempus milvorum suscepti propter breves et parvos volatus, ne per longa aeris spatia fatigati deficiant. Horum saliva cicadas gignunt. Ova passeris nido reperta comedit ea et sua obicit, quae suscepta et fovet et nutrit. Passeres sunt minuta volatilia a parvitate vocata, unde et pusilli et parvi. Merula antiquitus medula vocabatur, eo quod modulatur. Alii merulam aiunt vocatam quia sola volat, quasi mera volans. Haec cum in omnibus locis nigra sit, in Achaia autem candida est. Hirundo dicta quod cibos non sumit residens, sed in aere capiat escas et edat. Garrula avis et per tortuosos orbes et flexuosos circuitus pervolans et in nidis construendis educandisque fetibus sollertissima, habens quiddam praescium, quod lapsura deserat nec appetat culmina. A diris quoque avibus non inpetitur nec umquam praeda est. Maria transvolans ibi hieme commoratur. Turdi a tarditate dicti. Hiemis enim confinio se referunt. Turdela quasi maior turdi, cuius stercore viscum generari putant; unde et proverbium apud antiquos erat: Malum sibi avem cacare. Furfurio vocatur quod prius farre in farinam redacto pasceretur. Ficedulae dictae quod ficos magis edant; pariter et versiculo vetri illo: Cum me ficus alat, cum pascar dulcibus uvis, cur potius non dedit uva mihi? Carduelis quod spinis et carduis pascitur. Unde et apud Graecos acanthis dicta est ab acanthis, id est spinis quibus alitur. Auges autem dicti et in gestu et motu et in volatu et in voce avium signa observant. Oscines autem vocantur quae ore canendo auspicium faciunt, ut corvus, cornix, picus. Alites quae volatu ostendunt futura videntur. Quae si adversae sunt inhibere dicuntur quod inhibeant, id est vetent sic fieri, praepetes; ideo praepetes quia omnes aves priora petunt volantes. Tertia faciunt species auguriorum in avibus, quam communem vocant; ex utrisque permixta, id est cum aves ex ore et volatu auguria faciunt, sed fides non habet. Omnium autem genera volucrum bis nascuntur. Primum enim ova gignuntur, inde calore materni corporis formantur et animantur. Ova autem dicta ab eo quod sint umida; unde et uva eo quod interius humore sint plena. Nam humidum est quod extra humorem habet, umidum quod interius. Quidam autem dicunt vel putant ovi Graecam habere originem nominis. Illi autem dicunt oa, u littera ablata. Ova autem quaedam mane vento concipiuntur, sed non sunt genitalia, nisi quae fuerint concubitu masculino concepta et seminali spiritu penetrata. Ovorum vim tantam dicunt ut lignum perfusum eo non ardeat ac ne vestis quidem contacta aduratur. Admixta quoque calce glutinare fertur vitri fragmina. **De minutis volatilibus.**

Apes dictae quod se pedibus invicem alligent, vel pro eo quod sine pedibus nascuntur. Nam postea et pedes et pennas accipiunt. Hae sollertes in generandi mellis officio assignatas incolunt sedes, domicilia inenarrabili arte componunt, ex variis floribus favum condunt, textisque ceris innumera prole castra replent, exercitum et reges habent, proelia movent, fumum fugiunt, tumultu exasperantur. Has plerique experti sunt de boum cadaveribus nasci. Nam pro his creandis vitulorum occisorum carnes verberantur, ut ex putrefacto cruore vermes creentur, qui postea efficiuntur apes. Proprie autem apes vocantur de bubus, sicut scabrones de equis, fuci de mulis, vespae de asinis. Cestros Graeci appellant quae in extremis favorum partibus maiores creantur, quas aliqui reges putant, dictos quod castra ducant. Fucus est maior apis, scabrone minor; dictus autem fucus quod alienos labores edat, quasi fagus. Depascitur enim quod non laboravit. De quibus Virgilius: Ignavum fucos pecus a praesepibus arcent. Scabrones vocati a cabo, id est caballo, quod his creantur. Sicut autem scabrones nascuntur de equorum carnibus putridis, ita ex his nascuntur scarabei, unde et cognominati sunt. Tauri vocantur scarabei terrestres, cornuti [illegible]les. Buprestis animal est parvum in Italia simillimum scarabeo longipedi. Fallens inter herbas bovem maxime, unde et nomen habet; devoratumque tacto felle ita inflammat ut rumpat. Cicindela scarabeorum genus est, eo quod gradiens vel volans luceat. Blatta a colore nuncupata, siquidem et comprehensa manum tinguit, unde et blatteum colorem dicunt. Hoc autem luce videre non patitur, contrarium muscae; nam musca lucipeta et blatta lucifuga est. Per noctem enim tantum ambulat. Papiliones aviculae sunt quae maxime habundant florentibus malvis. Quae vermiculos stercore suo faciunt nasci. Locusta quod pedibus sit longis velut hasta; unde et eam Graeci tam maritimam quam terrestrem astagon vocant. Cicadae ex cuculorum nascuntur sputo. Haec in Italia apud Reginos mutae sunt, nec usquam alibi. Musca ex Graeco venit, sicut et mus. Haec si et apes necatae magis aliquamdiu per unius horae spatium revivescunt. Cynomia Graece vocatur, id est musca canina. Nam cenos Graeci canis vocant. Culex ab aculeo dictus quod sanguinem sugit. Habet enim in ore fistulam in modum stimuli qua carnem terebrat ut sanguinem bibat. Sciniphes muscae minutissimae sunt, sed aculeis permolestae. Quae tertia plaga superbus Aegyptiorum populus caesus est. Oestrum animal armentis aculeis permolestum. Oestrum autem Graecum est, quod Latine silvus, vulgo tabanum vocatur. Bibiones sunt qui in vino nascuntur, quos vulgo mustiones a musto appellant. Unde Afranius: Cum ad me expectas et fabulari incipis, ex ore in oculum tuus bibiones involant. Gurgulio dicitur quia paene nichil est aliud nisi guttur.

INCIPIT LIBER XIII DE ELEMENTIS.

In hoc vero libello quasi in quadam brevi tabula quaedam caeli causas situsque terrarum et maris spatia adnotavimus, ut in modico lector ea percurrat et conpendiosa brevitate ethimologias eorum causasque cognoscat. **De mundo.**

MUNDUS EST CAELUM et terra, mare et quae in eis sunt opera Dei. De quo dicitur: Et mundus per ipsum factus est. Mundus Latine a philosophis dictus, quod in perpetuo motu sit, ut caelum, sol, luna, aer, maria. Nulla enim requies eius elementis concessa est; ideoque semper in motu est. Unde et animalia Varroni videntur elementa, quoniam per semetipsa in quaeque moventur. Greci vero mundum nomen de ornamento acommodaverunt propter diversitatem elementorum et pulchritudinem siderum. Appellatur enim apud eos kosmos, quod significat ornamentum. Nichil enim mundo pulchrius oculis carnis aspicimus. **De mundi partibus.**

Quattuor autem esse elementa mundi, id est plagas: orientem, occidentem, septentrionem et meridiem. Oriens ab exortu solis est nuncupatus. Occidens quod diem faciat occidere atque interire. Septentrio autem a septem stellis axis vocatur, quae in ipso revolutae rotantur. Hic proprie et vertex dicitur, eo quod vertitur. Meridies vel quia ibi sol faciat medium diem, quasi medidies, vel quia tunc purius micat aether; merum enim purum dicitur. Ianuae caeli duae sunt, ortus et occasus. Nam una porta sol procedit, alia se recipit. Cardines autem mundi dicuntur septentrio et meridies [illegible]. **De athomis.**

Athomos philosophi vocant quasdam in mundo corporum partes tam minutissimas ut nec visui pateant nec tomen, id est sectionem, recipiant; unde et athomi dicti sunt. Hi per inane totius mundi inrequietis motibus volitare et huc atque illuc ferri dicuntur, sicut tenuissimi pulveres qui infusi per fenestras radiis solis videntur. Ex his arbores et herbas et fruges omnes oriri, ex his ignem et aquam et universa gigni atque constare quidam philosophi gentium putaverunt. Sunt autem athomi aut in corpore, aut in tempore, aut in numero. In corpore, ut lapis. Dividis eum in partes, et partes ipsas dividis in grana, veluti sunt arenae, rursusque ipsa arenae grana divide in minutissimum pulverem, donec, si possis, pervenias ad aliquam minutiam quae iam non sit quod dividi vel secari possit. Haec est athomus in corporibus. In tempore vero sic intellegitur athomus. Annum verbi gratia dividis in menses, menses in dies, dies in horas; adhuc partes horarum admittunt divisionem, quousque venias ad tantum temporis punctum et quandam momenti stillam, ut per nullam morulam produci possit, et ideo iam dividi non potest. Haec est athomus temporis. In numeris, ut puta octo in quattuor dividuntur, rursus quattuor in duobus, deinde duo in unum. Unus autem athomus est, quia insecabilis est. Sic et littera. Nam orationem dividis in verba, verba in syllabas, syllabam in litteras. Littera pars minima athomus est, nec dividi potest. Athomus ergo est quod dividi non potest, ut in geometrica punctum. Nam athomus Graece dicitur, id est indivisio. **De elementis.**

Ylen Graeci quandam primam materiam dicunt nullo prorsus modo formatam, sed omnium corporalium formarum capacem, ex qua visibilia haec elementa formata sunt; unde et eius derivatione vocabulum acceperunt. Hanc ylen Latini materiam appellaverunt, ideo quia omne informe, unde aliquid faciendum est, semper materia nuncupatur. Proinde et eam poetae silvam nominaverunt, nec incongrue, quia materiae silvarum sunt. Greci autem elementa stoicheia nuncupant, eo quod sibi societatis concordia et communione quadam conveniant. Nam haec ita inter se naturali quadam ratione iuncta dicuntur, ut nunc in originem ab igne recurrentes usque ad terram, nunc a terra usque ad ignem, ut ignis quidem in aerem desinat, aer in aquam densetur, aqua in terram grossescat, rursumque terra diluatur in aquam, aqua rarescat in aera, aer in ignem extenuetur. Quapropter omnia elementa omnibus insunt, sed unumquodque eorum ex eo quod amplius habet accepisse vocabulum. Sunt autem divina providentia propriis animantibus distributa. Nam caelum angelis, aerem volucribus, mare piscibus, terram hominibus ceterisque animantibus creator ipse implevit. **De caelo.**

Caelum vocatum eo quod tamquam caelatum vas inpressa lumina habeat stellarum, velut signa. Nam caelatum dicitur vas quod signis eminentioribus refulgeat. Distinxit enim eum Deus claris luminibus, et inplevit solis scilicet et lunae orbe fulgenti et astrorum micantium splendentibus signis adornavit. Alias autem a superiora celando. Hoc autem Graece uranos dicitur [illegible], a videndo, eo quod aer perspicuus sit et ad speculandum purior. Caelum autem dicitur in scripturis sanctis firmamentum vocatum, quod sit cursu siderum et ratis legibus fixisque firmatum. Sed et caelum pro aere accipitur, unde et venti et nubes et procellae et turbines fiunt. Unde et caelum dicitur aer, ut volucres caeli appellat, cum manifestum sit aves in aere volare, et nos in consuetudine hunc aerem caelum appellamus. Nam cum de sereno vel nubilo quaerimus, aliquando dicimus: Qualis est aer. **De partibus caeli.**

Aether locus est in quo sidera sunt, et significat ignem, qui a toto mundo in alto separatur. Sane aether est illud elementum; aethera vero splendor aetheris, et est sermo Graecus. Sphera caeli est species quaedam in rotundum formata, sed et quadrata, a volubilitate sphaera dicta sicut et pilae quibus ludunt infantes. Nam philosophi dicunt caelum in sphaerae figuram undique esse convexum, omnibus partibus aequale, concludens terram in media mundi mole libratam. Hoc moveri dicunt, et cum motu eius sidera in eo fixa ab oriente usque ad occidentem circumire, septentrionibus breviores gyros iuxta cardinem peragentibus. Axis est septentrionis linea recta quae per mediam pilam sphaerae tendit. Dictus autem axis quod in eo sphaera ut rota volvitur, vel quia ibi plaustrum est. Cardines extremae partes sunt axis. Et dicti cardines eo quod per eos vertitur caelum. Poli sunt circuli qui currunt per axem. Horum alter est septentrionalis qui numquam occidit, appellaturque boreus; alter australis, qui numquam videtur et austronothius dicitur. Dicti autem poli quod sint axium cycli, ex usu plaustrorum, a poliendo scilicet nominati. Sed polus quidem boreus semper videtur, austronothius numquam, quia dextra caeli altiora sunt, pressa austri convexa. Convexa sunt extrema caeli a curvatura dicta. Nam convexum curvum est et inclinatum et in modum circuli flexum. Lacteus circulus est via quae in sphaera videtur, a candore dicta quia alba est. Quam aliqui dicunt viam esse qua circuit sol, et ex splendoris ipsius transitu lucere. **De circulis caeli.**

Habitatio ista caeli circulorum distinctione [illegible] quaedam per tempora sua.

incolis permittit, quidam negant enormitate frigoris aut caloris. Horum autem ipse v. s[unt]. Quod ideo hi circuli appellantur eo quod in mediatione sphere consistunt. Quorum primus circulus ideo arcticus appellatur, eo quod intra eum arcturi signa inclusa perspiciuntur, que in orbis in ursis speciem ficta septentriona appellantur. Secundus circulus est theron tropicus, quia in eo circulo sol aquilonis finibus estatem faciens, ultra eum circulum non transit, sed statim revertitur; et inde tropicus appellatur. Tertius circulus hemerinus, qui a latinis ideo equinoctialis appellatur, eo quod sol cum ad eum orbem pervenerit equinoctium facit. Hemerinum enim latine dies dicitur, atque nox, quo circulo dimidia sphere pars constituta perspicitur. Quartus circulus antarcticus vocatur, eo quod contrarius sit circulo quem arcticum nominavimus. Quintus circulus cimerinus tropicus, qui a latinis hiemalis sive brumalis appellatur, ideo quia sol cum ad eum circulum pervenerit hiemem his qui ad aquilonem sunt facit, estatem autem his qui australibus partibus commorantur. Zodiacus autem circulus est.

De aere et nubibus

Aer est inanitas plurimum habens admixtum raritatis, que cetera elementa, de quo Virgilius: "Longum per inane secutus." Aer dictus ἀπὸ τοῦ αἴρειν, ab eo quod ferat terram, vel ab eo quod feratur. Hic autem partim ad terrena, partim ad celestem naturam pertinet. Nam ille subtilis, ubi ventosi ac procellosi motus non possunt existere, ad celestem pertinet partem; iste vero turbulentior, qui exhalationibus humidis corporescit, terre deputatur. Qui quoniam ex se multas species reddit. Nam commotus ventos facit, vehementius concitatus ignes et tonitrua, contractus nubila, conspissatus pluviam, congelantibus nubilis nivem, turbulentius congelatis densioribus nubibus grandinem, distentus serenum efficit. Nam aere densum nubem esse, nubem rarefactam et solutam aerem. Nubes dicte ab obnubendo, id est operiendo celum. Unde et nupte, quod vultus suos velent. Unde et Neptunum, quod nubat, id est mare et terram tegat. Nubes autem aeris densitas facit; ventis enim aere conglobato nubesque faciunt. Unde est illud: "atque in nube cogitur aer."

De tonitruo

Tonitruum dictum quod sonus eius terreat. Nam tonus sonus, qui ideo interdum tam graviter concutit omnia, ita ut celum discessisse videatur, quia cum procella vehementissimi venti nubibus se repente immiserit, turbine invalescente exitumque querente, nubem quam excavavit impetu magno perscindit, ac sic cum horrendo fragore defertur ad aures. Quod mirari quis non debeat, cum vesicula quamvis parva magnum tamen sonitum displosa emittat. Cum tonitrua autem simul et fulgura exprimuntur, sed illud celerius videtur quia clarum est, hoc autem ad aures tardius pervenit. Lux enim que apparet ante tonitruum fulgur vocatur, quod videmus; ideo autem videtur quia clarum est lumen, tonitruum autem ad aures tardius pervenit. Fulgur et fulmen ictus celestis iaculi a feriendo dicti; fulgere enim ferire est atque percutere. Fulmina autem collisa lumina faciunt. Nam omnium rerum collisio ignem creat, ut in lapidibus cernimus, vel attritu rotarum, vel in silvis arborum; similiter et in nubibus ignis. Unde et prius nubila sunt, deinde ignis. Ex vento autem et igne fulmina in nubibus fieri et impulsu ventorum emitti; ideo autem fulminis ignem vim habere maiorem ad penetrandum, quia subtilioribus elementis factus est quam noster, id est quo nos in usu est. Tria enim nomina: fulgur et fulgor et fulmen. Fulgur quia tangit, fulgor quia incendit et urit, fulmen quia findit; ideo et cum tribus radiis finguntur. Arcus celestis dictus a similitudine curvati arcus. Hyris huius proprium nomen est, et dicitur hyris quasi aeris, id est quod per aera ad terras descendat. Hic autem a sole resplendet dum cave nubes ex adverso radium solis accipiunt et arcus speciem fingunt cum varios colores illa dat terris (?), quia aqua tenuis, aer lucidus et nubes caligantes irradiata varios creant colores.

De pluvia, grandine, nive, gelu

Pluvie dicte quod fluant, quasi fluvie; nascuntur enim de terre et maris exhalatione, que cum altius elevate fuerint, aut solis calore resolute aut vi ventorum compresse stillantur in terris. Nimbus est densitas nubis intempesta obscura, et nimbus a nube. Sunt autem nimbi repentine et precipites pluvie. Nam pluvias vocamus lentas et iuges, quasi fluvias, quasi fluentes. Ymbres autem et ad nubes et ad pluvias pertinent, dicte greco vocabulo, quod terram inebriant ad germinandum; ex his enim creantur cuncta. Unde et Lucretius: "Ex igne tamen atque alia nascuntur et ymbri." Est autem non grandi (?). Grando appellata quod forma eius granorum similitudinem habeat. Hec autem ventorum rigore durata in nube ac solidata in nive, rursumque aere solvuntur. Nix a nube; unde et glacies a gelu et aqua, quasi gelaquies, id est gelate aque. Gelu autem quod eo stringatur tellus. Gelu proprie terra dicitur. Est autem maiori gelu stringitur terra cum fuerit nox serena. Pruina autem matutini temporis frigus, quod inde pruina nomen accepit, quia sic ignis urit. Pruo enim igne urere est, et ad frigus et ad solem pertinet; namque uno sermone duo diversa significantur, pro eo quod unum effectum habent. Similis enim vis est et caloris et frigoris; unde et utraque saxa rumpunt. Nam calor urit, ut est: "urit infelix Dido." Et frigus urit, ut est: "Boree penetrabile frigus adurat." Ros grecum est, quod illi drosos dicunt; alii putant ros dictum quia rarus est et non spissus ut pluvia. Nebula vero dicta, unde et nubila, ab obnubendo scilicet, hoc est operiendo terram, sive quod nubes volantes faciat. Exhalant enim valles humidas nebulas et fiunt nubes, unde nubilum, unde nives. Nebule autem ima petunt cum serenitas est, summa cum nubilum. Caligo umbra est de spissitudine aeris effecta, et dicta caligo quod maxime aeris calore gignatur. Tenebre dicte quod teneant umbras. Nichil autem sunt tenebre, sed ipsa lucis absentia tenebre dicuntur, sicut silentium non aliqua res est, sed ubi sonus non est silentium dicitur; sic tenebre non aliquid sunt, sed ubi lux non est tenebre dicuntur. Umbra est aer carens sole. Dicta autem quod fiat cum solis obiciuntur radiis. Est autem mobilis et incerta, et ex solis cursu et ex motu ventorum. Namque quotiens movetur in sole nobiscum moveri videtur, quia ubicumque loco radios solis obstruerimus, per ipsum illi lumen auferimus; sicque et ingredi nobiscum umbra et gestus nostros videtur imitari. Lux ipsa substantia est, lumen quod a luce manat, id est candor lucis, sed hec confundunt latini auctores.

De ventis et tempestatibus

Ventus est aer commotus et agitatus, et diversis partibus celi nomina diversa sortitur. Dictus autem ventus quod sit vehemens et violentus. Vis enim eius tanta est ut non solum saxa et arbores evellat, sed et celum terramque conturbet et maria commoveat. Ventorum quattuor principales spiritus sunt. 228

Quorum primus ab oriente subsolanus, a meridie auster, ab occidente favonius, a septentrione eiusdem nominis ventus aspirat, habentes geminos hinc et inde ventos spirantes. Subsolanus a latere dextro vulturnum habet, a leva eurum. Auster a dextris euroaustrum, a sinistris austroafricum. Favonius a parte dextra africum, a leva corum. Porro septentrio a dextris circium, a sinistris aquilonem. Hi duodecim venti mundi globum circumflatibus agunt, quorum nomina propriis ex causis signata sunt. Nam subsolanus vocatur eo quod sub ortu solis nascitur. Eurus eo quod ab eoo fluat, id est ab oriente; est coniunctus subsolano. Vulturnus quod alte tonat, de quo Lucretius: "Altitonans vulturnus et auster fulmine pollens." Auster ab hauriendo aquas vocatur, unde et crassum aerem facit et nubila nutrit. Hic greco nothus appellatur, propter quod interdum corrumpat aerem. Nam pestilentia que ex corrupto aere nascitur, auster flans in reliquas regiones transmittit. Sed sicut auster pestilentiam gignit, sic aquilo repellit. Euroauster dicitur quia ex una parte habeat eurum, ex alia austrum. Austroafricus quod coniunctus sit hinc et inde austro et africo; ipse et libonothus, quod cuius sit hinc et inde nothi (?). Zephyrus greco nomine appellatur, eo quod flores et germina eius flatu vivificentur. Hic latine favonius dicitur propter quod foveat que nascuntur. Austro autem flores solvuntur, a zephyro fiunt. Africus a propria regione vocatur, in Africa enim initium flandi sumit. Chorus est qui ab occidente estivo flat, et vocatur chorus quod ipse ventorum circulum claudat et quasi chorum faciat. Hic autem caurus dicitur, quem plerique argesten dicunt, non, ut imprudens vulgus, agresten. Septentrio dictus eo quod a circulo septem stellarum consurgit, que in eo circumacte in mundo resupinato capite ferri videntur. Circius dictus eo quod choro sit iunctus. Hunc Hispani gallicum vocant, propter quod eis a parte Gallie flat. Aquilo dictus eo quod aquas stringat et nubes dissipet; est enim gelidus ventus et siccus. Idem et boreas, quia ab yperboreis montibus flat. Inde enim origo eiusdem venti est, unde et frigidus est. Natura enim omnium septentrionalium ventorum frigida et sicca est, australium humida et calida. Ex omnibus autem ventis duo cardinales sunt, septentrio et auster. Ethesie autem flabra aquilonis sunt, quibus nomen inditum est quod certo anni tempore flare incipiunt; etenim grece annus latine dicitur. Hi autem estivo tempore a borea in Egyptum feruntur, quibus austri contrarii. Omnes autem extra hos ubique species magis quam venti: aura et altanus. Aura ab aere dicta, quasi aera, quod levis sit motus aeris. Agitatus enim aer auram facit, unde et Lucretius: "aerias auras." Altanus qui in pelago est, per derivationem ab alto, id est a mari, vocatur; nam altanus flat in ripis quem diximus auram; nam aura terrae est. Turbo est volubilitas ventorum, et turbo dictus a terra quotiens ventus consurgit et terram in circuitu mittit. Tempestas autem pro tempore dicitur, sicut ubique historiographi solent dicere "ea tempestate", aut a statu celi, quia magnitudine sui multis diebus oritur. Verno autem et autumnali tempore quam maxime fiunt tempestates, quia nec plena estas nec plena hiemps; unde in medio sunt confine utriusque temporis; ex coniunctione aeris contrariorum efficiuntur tempestates. Fragor a fractura rerum nominatus est sonitu, quia sicca quoque et arida facile franguntur. Procella ab eo quod percellat, id est percutiat et evellat;

est, id est vis venti cum pluvia. Procelle autem de fluminibus aut de ventis sunt. Nichil autem velocius ventis; unde et propter celeritatem tam ventis quam fluminibus alas fingunt poete, ut "alatis ire austri."

De aquis

Aqua dicta quod superficies eius equalis sit. Hinc et equor appellatum, quia equaliter sursum est. Duo autem validissima vite humane elementa, ignis et aqua. Unde graviter damnantur quibus ignis et aqua interdicitur. Aquarum elementum ceteris omnibus imperat. Aque enim celum temperant, terram fecundant, aerem exhalationibus suis corporant, scandunt in sublime et celum sibi vendicant. Quid enim mirabilius aquis in celo stantibus? Ut parum sit tantam pervenisse altitudinem, rapiunt et secum piscium examina; effuse in terra omnium nascentium causa fiunt. Fruges gignunt, arbores fructiferas herbasque producunt, sordes detergunt, peccata abluunt, potum cunctis animantibus tribuunt.

De diversitate aquarum

Aquarum natura diversitas multa est. Alie enim salse, alie nitri, alie aluminis, alie sulphuris, alie bituminis, alie curam morborum adhibentes. Nam iuxta Romam albule aque vulneribus medentur. In Italia fons Ciceronis oculorum vulnera curat. In Ethiopia lacus est quo perfusa corpora velut oleo nitescant. Zame fons in Africa canoras voces facit. Ex clitorio lacu Italie qui biberit vini tedium habet. In Chio insula fons est quo hebetes fiant. In Boetia duo fontes: alter memoriam, alter oblivionem affert. Cilicie fons amorem veneris tollit. Boetie lacus furialis est, de quo qui biberit ardore libidinis exardescit. In Campania sunt aque que sterilitatem feminarum et virorum insaniam abolere dicuntur. In Ethiopia fonte rubro qui biberit lymphaticus fit. Lechni fons Arcadie abortum fieri non patitur. In Sicilia fontes sunt duo, quorum unus sterilem fecundat, alter fecundam sterilem facit. In Thessalia duo sunt flumina: ex uno bibentes oves nigras fieri, ex altero albas, ex utroque varias. Clitumnus lacus in Umbria maximos boves gignit. Reatinis paludis aquis iumentorum ungulas indurari. In Asphaltite loco Iudee nichil mergi potest quod animam habet. In Indis Siden vocari stagnum in quo nichil innatat, sed omnia merguntur. At contra in Apolloniae (?) lacu omnia fluitant, nichil mergitur. Marsida fons in Frigia saxa gignit. In Achaia aqua profluit e saxis, Styx appellata, quod illico potata interficit. Edonium stagnum Sicilie tetro odore abigit proximantes. Fons est in Africa erga templum Ammonis, qui humoris noctibus humum stringit favillas et in cespitem solidat. Fons Iob in Ydumea quater in anno colorem mutare dicitur, id est pulverulentum, sanguineum, viride et limpidum, ternis mensibus in anno tenens ex his unum colorem. Apud Trogoditas lacus est qui ter in die fit amarus et deinde totiens dulcis. Fons Syloa a radice montis Syon non iugibus aquis sed incertis horis diebusque ebullit. In Iudea quondam rivus sabbatis omnibus siccabatur. In Sardinia fontes calidi oculis medentur, fures arguunt; nam cecitate detegitur eorum facinus. In Epiro fons esse in quo faces extincte accenduntur et accense extinguuntur. Apud Garamantas fontem esse ita algentem die ut non bibatur, ita ardentem nocte ut non tangatur. In multis locis aque manant propter fervente terram, ut ut balnea calefaciant. Quedam enim terre sunt que multum sulphuris et aluminis habent, itaque cum pervenias calentes aque frigida venis vicinos sulphuris calore contacta excandescit, nec calet ab origine effluens, sed permutatur dum venit. Sulphuris enim aluminisque secum ferunt aque utrumque materia igne plena, nimiisque motibus incalescente.

De mari et eius nomine

Mare est aquarum generalis collectio. Omnis enim congregatio aquarum, sive salse sint sive dulces, abusive maria nuncupantur, iuxta illud: "Congregationesque aquarum appellavit maria." Proprie autem mare appellatum eo quod aque eius amare sint. Equor autem vocatum quia equaliter sursum est, et quamvis aque eius a ventis sint fluctuantes velut montes erigantur, sedatis rursus tempestatibus equantur. Altitudo enim maris diversa est, indiscreta tamen dorsi eius equalitas. Ideo autem mare incrementum non capit, cum omnia flumina omnesque fontes recipiat, hec causa est: partim quod influentes undas ipsa magnitudo eius non sentiat, deinde quod amara aqua dulce fluentum consumat, vel quod ipse nubes multam aquarum ad se attrahant, sive quod illam partim auferant venti, partim sol exsiccet; postremum quod per occulta quedam terre foramina percolatur et ad caput amnium fontiumque revolutum recurrat. Maris autem certum esse colorem, sed pro qualitate ventorum mutari, ut arena. Nam modo flavum est, modo lutulentum, modo atrum.

De oceano

Oceanum greci et latini ideo nominant eo quod in circuli modo ambiat orbem, sive a celeritate, eo quod ocius currat; item quia ut celum purpureo colore niteat, oceanus quasi cianeus. Hic est qui oras terrarum amplectitur, alternisque estibus accedit atque recedit. Respirantibus enim in profundo ventis, aut evomit maria aut resorbet. Qui pro proximis regionibus diversa vocabula sumpsit, ut gallicus, germanicus, scythicus, caspius, hyrcanus, athlanticus, gaditanus. Nam gaditanum fretum a Gadibus dictum, ubi primum ab oceano maris magni limen aperitur; unde et Hercules cum Gadibus pervenisset columnas ibi posuit, sperans illic esse orbis terrarum finem.

De mediterraneo mari et diversitate nominis eius

Mare magnum est quod ab occasu ex oceano fluit et in meridiem vergit, deinde ad septentrionem tendit. Quod inde magnum appellatur quia cetera maria in comparatione eius minora sunt. Iste est mediterraneus, quia per mediam terram usque ad orientem profunditur, Europam et Africam Asiamque disterminans. Cuius prime partes sunt que in Hispanias profunditur, ibericum et balearicum appellatur; deinde gallicum, quod narbonensem provinciam abluit; mox ligusticum, quod iuxta Genuam urbem est proximum. Post hoc tyrrenum, quod Italiam attingit, quod greci ionium, itali inferum vocant. Inde siculum, quod a Sicilia usque ad Cretam vadit; deinde creticum, quod in Pamphiliam et Egyptum protenditur. Inde ellespontum, quod in septentrionem retorquens anfractibus magnis iuxta Greciam et Illiricum in angustias vii stadiorum stringitur, quod Xerses ponte navibus facto in Greciam commeavit; ibi est Abidos. Inde diffusus egre patente rursus stringitur et facit propontidem, que mox in quingentos passus coartatur, fitque bosforus tracius, quo Darius copias transportavit. Inde ponticum sinum amplissimum a tergo meotidis paludibus, quod mare ex multitudine fluminum dulcius quam cetera nebulosumque et brevius. Unde et pontum vocatum, quod sit brevior, atque eo preter focas et tinnos atque delfinos alias beluas maiores non patitur. Sic autem tota dum una sit, pro diversis locis maris appellationes vocabulum tenet, et a provinciis his mare magnum diversis nominibus nuncupatur. Nam ibericum et asiaticum a provinciis dicitur; ab insulis balearicum, siculum, creticum, cyprium, egeum, carpatium. Nam inter Tenedum et Chium saxum est in mari positum, quod insula quam a navigantibus procul capre simile creditur, quam greci ega nuncupant, unde egeum mare est dictum. Sic et carpatium mare inter Egyptum et Rhodum ab insula Carpatho illic posita. A gentibus gallicum, ausonicum, dalmaticum, liburnicum. Ab oppidis argolicum, corinthium, tyrium, adriaticum. Nam Adria quedam civitas Illirico mari proxima fuit, que adriatico mari nomen dedit. A positione celi, ut superum et inferum, quod sic oriens superior, occidens inferior; est autem tuscum et adriaticum. A memoria regis, ut ionium. Io quippe rex fuit Grecie, unde iones athenienses. Hoc mare et tyrrenum dictum, sive quod Tusciam abluit, id est tyrrenum, sive a tyrrenis nautis qui se in hoc mare precipitaverunt. Ex secundo ionium sinum esse immensum ab Ionia usque ad Siciliam, et huius partes esse adriaticum, achaicum et epiroticum. A moribus accolarum euxinum, ascenas antea appellatum. A casibus hominum qui deciderunt in mari, ut ellespontum, icarium, mirteum. Nam mirteum mare dictum a Myrtili lapsu, quod ille ab Enomao precipitatus sit. Icarus vero Cretensis in fervore altiora petens, pennis solis calore solutis, mari in quo cecidit nomen imposuit. Frixus quoque cum Helle sorore sua fugiens insidias novercales conscendit navem signum arietis habentem, qui libai (?) est. Helles autem soror eius oppressa naufragium decidit in mari et mortua est, Ellesponto mari nomen dedit. Ab ordine fluente propontidis; nam dicitur propontum quia pontum preveniat. Idem et anstrum (?) angustis meatibus bosforos. Egyptum autem pelagus Asie datur, gallicum Europe, Affrice libie. Hisque quoque proxima sunt venere in partes. Pelagus autem est latitudo maris sine litoribus et portu, greco nomine apotoplagia, id est a latitudine dictum; unde et plagia eo quod sint importuosa.

De sinibus maris

Sinus dicuntur maiores recessus maris, ut in mari magno ionium, in oceano caspium, indicum, persicum, arabicum, qui et mare rubrum, quod oceano ascribitur. Rubrum mare autem vocatum eo quod sit roseis undis infectum. Non tamen natura talis est, quale videtur ostendendo, sed vicinis litoribus utcumque contingit atque inficitur, quia omnis terra que circumstat pelago rubra est et sanguineo colore proxima. Ideoque inde minium acutissimum exceditur et alii colores quibus pictura variatur. Ergo cum terra habeat

hac enim tam. Fluctibus subinde diluitur & quod adhesit ei in colore cadit. Alii & in his litoribus gemmas rubras inueniri. Capilli non est ut humani [illegible] uel arenas terre & ergo colore hoc & maris. Hoc mare in duos sinus scinditur, ex his qui ab oriente est persicus appellatur, quia ora illius perse inhabitant; alter uero arabicus dicitur, quia circa arabia.

De estibus & fretis & locis in mari.

Aestus ad oceanum pertinet, fretum ad utrumque mare. Nam estus est maris accessus & recessus, id est inquietudo. Unde & estuaria per que mare uicissim tum accedit, tum recedit. Fretum autem appellatum est quod ibi semper mare ferueat. Nam fretum angustum & quasi feruens mare, ab undarum feruore nominatum, ut gaditanum uel siculum. Nam freta dicta Varro ait quasi feruida, id est feruentia & motum feruoris habentia. Fretum sicilie quod regium dicitur Salustius tali ex causa uocari scripsit dicens: Italie olim siciliam coniunctam fuisse, & dum esset una tellus, medium spacium aut per humilitatem obrutum est aquis, aut per angustiam scissum. Et inde regium nominatum, quia grece abruptum hoc nomine nuncupatur. Est autem artissimum trium milium spacio, siciliam ab italia diuidens, fabulosis infame monstris, quibus hinc inde scilla & caribdis ostenditur. Scillam accole saxum mari imminens appellant, simili celebratam forme periculis insertis, unde & monstruosa specie fabule illud dederunt, quasi forma hominis capitibus succincta caninis, quia collisi ibi fluctus latrare uidentur. Caribdis dicta quod gurgitibus occultis naues absorbeat. Est uidelicet [illegible]. Ter autem in die mare uorticosum, & unde ibi lamata naufragia profundo erigunt. Ter autem eructat fluctus & ter absorbet. Nam accipit aquas ut uomat, uomit ut rursus accipiat. Syrtes sunt arenosa in mari loca. Syrtes autem Salustius a tractu uocari dicit, quod omnia ad se trahant & adpropinquantia uadoso mari hereant. Hec autem ad mare egyptium iuncte sunt, & partim admiscent. Vada uero sunt per que in maria uel in fluminibus homines & animalia pedibus uadunt, que Virgilius breuia appellat, greci bratea.

De lacis & stagnis.

Sunt autem & quedam maria que non miscentur oceani fluctibus, aut mari magno, & dicuntur lacus & stagna. Lacus est receptaculum in quo aqua retinetur, nec miscetur fluctibus, ut lacus asfalti, ut lacus benacus & larius & cetera que greci limnas, id est stagnosos uocant. Nam fontes labuntur in fluuios, flumina in freta desinunt. Lacus stat in loco, nec profluit, & dictus lacus quasi aque locus. Lacus asfalti idem & mare mortuum uocatum propter quod nichil gignat uiuum, nichil recipiat ex genere uiuentium. Nam neque pisces habet, neque assuetas & letas aquis mergendi usu patitur aues. Sed & quecumque uiuentia mergenda temptaueris, quamuis arte demissa statim resiliunt, & quamuis uehementer illisa confestim excutiuntur. Sed neque uentis mouetur, resistente turbinibus bitumine, quo aqua omnis stagnatur, neque nauigationis patiens est, quia omnia carentia uita in profundum merguntur, nec materiam ullam sustinet, nisi que bitumine illustratur. Lucerna accensa fertur supernatare, extincta dimergi luminis. Hoc & mare salinarum dicitur, siue lacus asfalti, id est bituminis, & est in iudea inter iericho & zoaram. Longitudo eius usque ad zoaras arabie dirigitur stadiis septingentis lxxx. Latitudo stadiis c. l. usque ad uiciniam sodomorum. Lacus tybiadis ab oppido tybiadi uocatus, quod quondam herodes in honore tyberii cesaris condidit. Est autem in iudea omnibus lacus salubrior & ad sanitatem corporum quam ceteri efficacior, continens stadia decem. Genesar lacus amplissimus in iudea longitudine c. xl. extenditur stadiis, latitudine xl. diffunditur crispantibus aquis aura non uentis, sed de se ipso sibi excitans, unde & genesar dicitur greco uocabulo quasi generans sibi auram. Denique per diffusiora spacia lacus frequentibus auris spirantibus agitatur, unde & purior haustu eius ad potandum dulcis & habilis. Benacus lacus italie in uenetia, de quo fluuius nascitur mincius, qui lacus magnitudine sui tempestates imitatur marinas. Lucrinus & auernus lacus campanie sunt. Lucrinus autem dictus quia olim propter copiam piscium uectigalia magna prestabat. Auernus autem lacus uocatus quod aues ibi supuolare non possunt [illegible] ire ambiebatur ut exalarent in propinquitate aque sulfureo odore [illegible] aues altitu suo necaret, quia re augustus cesar intelligens, deiectis siluis ex pestilentibus amena reddidit loca. Lacus autem idem & stagnum [illegible] dictum est stagnum ab eo quod illic aqua stet, nec decurrat.

De abyssis & reliquis aquarum nominibus.

Abyssus profunditas est aquarum impenetrabilis, siue spelunce aquarum latentium e quibus fontes & flumina procedunt, uel que occulte sub terra currunt; unde & abyssus dicitur. Nam omnis aqua siue torrentes per occultas uenas ad matricem abyssum reuertuntur. Fluctus dicti quod flatibus fiant. Uentorum enim impulsu agitate aque fluctuant. Aqua est statiua & sine motu equalis, unda uero eminens [illegible]. Gurgites aereas undas, id est motus & corpus illud quod refluctuat, nam secunda post aquam est, sed aqua in motu quidam & agitatione quasi abeundo & redeundo unda uocata est. Latex proprie liquor fontis est, & dicta latex quod in uenis terre lateat. Gutta est que stat, stilla que cadit; a stillicidium quasi stilla cadens. Stiria ut grecus est, id est gutta, unde diminutiuum [illegible] stilla. Dum autem stat aut pendet de tectis uel arboribus, quasi glutinosa gutta est; dum cadit stilla est. Spuma dicta ab eo quod spuat; fortius enim undarum incussu & aqua concutiunt spumam procreant, hic & spuma.

De fluminibus.

Fluuius est perhennis aquarum decursus, a fluendo perpetuo dictus. Proprie autem flumen ipsa aqua, fluuius uero aqua. Prior autem flumen quam fluuius, id est prior aqua quam decursus. Duo sunt autem fluminum genera: unum torrens, aliud uiuum, de quo Virgilius: donec me flumine uiuo abluero. Torrens est aqua ueniens cum impetu; dictus autem torrens quia pluuia crescit, siccitate torrescit, id est arescit, de quo Pacuuius: flammeo uapore torrens torret; tum quasi ab [illegible] dederit nos ab estate. Illi a tempore quo fuerunt, nos a tempore quo siccatur. Amnis fluuius est nemore ac frondibus redimitus, & ex ipsa amenitate amnis dicitur. Decursus proprie fines dicuntur siue aquarum siue quarumlibet rerum. Riuus dictus quod deriuetur ad irrigandum, id est ad inducendum aquas in agros; nam irrigare inducere est. Gurges proprie locus altus in flumine. Puteus est locus defossus ex quo hauritur aqua a potatione dictus. Fons est caput aque nascentis quasi aquas fundens. Quedam autem flumina propriis ex causis nomina acceperunt, ex quibus non nulli notandi sunt, qui in hystoriis celebres memorantur. Geon fluuius de paradyso exiens atque uniuersam ethiopiam cingens, uocatus hoc uocabulo quod incremento sue inundationis terram egypti irriget. Geon enim grece & hebraice terra significatur. Hic apud egyptios nilus uocatur propter limum, quem trahit, quo efficit fecunditatem; unde & nilus est dictus, quasi NIAMION. Nam antea nilus latine melo dicebatur. Apparet autem in nilide lacu, de quo in undare usque exceptum egypto, uel aquilonis flatibus repercussis aquis retro luctantibus intumescit & inundatione egyptum facit. Ganges fluuius, quem fison sacra scriptura cognominat, exiens de paradyso pergit ad indie regiones. Dicitur autem fison, id est caterua, quia x fluminibus magnis sibi adiunctis repletur & efficitur. Ganges autem uocatur a rege gangaro indie. Fertur autem nili modo exaltari & super orientis terras erumpere. Tigris fluuius mesopotamie de paradyso exoriens & pergens contra assyrios, & post multos circuitus in mare mortuum influens; uocatus autem hoc nomine propter uelocitatem instar bestie tygris nimia pernicitate currentis. Eufrates fluuius mesopotamie de paradyso exoriens copiosissimus gemmis, qui per mediam babiloniam influit; hic a frugibus uel ubertate nomen accepit. Nam hebraice eufrata fertilitas interpretatur. Mesopotamiam enim in quibusdam locis inrigat sicut nilus alexandriam. Salustius autem auctor certissimus asserit tygrim & eufraten uno fonte manare in armenia, qui per diuersa euntes longius diuiduntur spacio medio relicto multorum milium, quia terra que ab ipsis ambitur mesopotamia dicitur. Ex quibus Hieronimus aliud de paradisi fluminibus intelligendum. [illegible] fluuius orientis qui rubro mari accipitur. [illegible] fuit medorum rex antiquissimus, ex quo amnis quondam nomen accepit, qui nunc ydaspis dicitur, de quo Lucanus: [illegible] persarum dicitur [illegible] contra orientem decurrere. Arar fluuius orientis de quo Virgilius: aut ararim parthus bibet. Currit enim per parthiam & assyriam. Bactrus fluuius orientis a rege bacho uocatur. Fertur autem & bactriam & urbs eorum. Coaspis persarum fluuius uocatur eorum lingua quod nimia aque dulcedine habetur, adeo ut persici reges quamdiu intra [illegible] per fidis fluuius ex eo pocula uendicauerint [illegible] cygnum cilicie fluuium diriuari existimat. Araxis amnis armenie qui ab uno monte cum eufrate diuisa specie oritur; dictus quod rapacitate cuncta prosternat; unde & cum alexander eum transmeare uellet, ponte fabricato, tanta ui inundauit ut pontem dirueret. Hic [illegible] in conuallibus ab eufratis ortu caput tollit, ac deinde caspium fertur in mare.

[illegible] fluuius syrie qui uocatur orientis iuxta antiochie muros decurrens qui a sole oriente non longe ab urbe mare conditur, qui de [illegible] appellatur. [illegible] fluuius ex ipso impetu frigidioribus [illegible] ibi spirantibus tota estiuitas montis [illegible] omnibus refrigerat. Iordanis iudee fluuius a duobus fontibus nominatus quorum alter dicitur ior, alter dan. His igitur procul a se distantibus in unum aluei federatis iordanis deinceps appellatur. Nascitur autem sub libano monte & diuidit iudeam & arabiam, qui post multos circuitus iuxta iericho in mare mortuum influit. [illegible] ex montibus fusus cum pluribus aliis [illegible] populatur [illegible] & nuncupatur. Cignus amnis cilicie & tauro monte progrediens [illegible] suauitate & quia greci candidum [illegible] cignum gentili lingua [illegible] hunc non datum qui autumno & estate quia niues soluuntur intumescit, reliquis autem temporibus tenuis est & quietus. Ylas fluuius est asie. Pactolus fluuius asie arenas aureas habens, de quo Virgilius: pactolusque irrigat auro, qui prius [illegible] uocabatur. Ermus fluuius asie qui smirneos secat campos, & ipse fluentibus aureis arenis plenus, a quo & smirna uocata est. Meander amnis asie flexuosus, qui recurrentibus ripis inter asiam & ioniam [illegible]. Meander autem uocatur quod sit flexuosus & nusquam [illegible] meandri mundis. Tanais fuit rex scitharum primus, a quo tanais fluuius [illegible] qui ex [illegible] ueniens diuidit europam ab asia inter duas mundi partes medius currens atque in ponto fluens. Ynachus achaie amnis argolicos irrigans campos, quem rex ynachus a se nominauit, qui ex ordine achiue gentis primus ibi & erimanto monte [illegible]. Padus italie fluuius alpinus fusus ex tribus fontibus oritur. Ex quibus unus uocabulum est pado, quem [illegible] in modum stagni amne sinu dirigit, a quo & padus est nuncupatus. Hic a grecis eridanus cognominatur ab eridano filio solis quem feetonte dicunt, qui fulmine percussus in eodem fluuio deiectus est & extinctus. Augetur autem ex ortu canis liquescentibus niuibus, & cum accessione xxx fluminum circa rauennam in adriaticum mare defertur. Tybris italie fluuius a tybrino rege albanorum appellatur, qui in hoc flumine cecidit & de exitu suo nomen dedit; nam antea albola antiquitus a colore [illegible] albus sit. Ipse est autem tybris qui & tybris [illegible] in usu. Danubius germanie fluuius uocatus fertur a niuium copia quibus magis augetur. Iste est qui in europa plus omnibus [illegible]. Idem & hister [illegible] mutat & [illegible] ambiendo colligit uires. Oritur [illegible] occidentalibus [illegible] barbaros [illegible] per septem ostia pontum influit. Rodanus gallie fluuius ab oppido rodo cognominatur, quem coloni rodi condiderunt [illegible] fretum scandens, non modicum sepe nauigantibus facit periculum, dum inter se maris fluctus & amnis fluenta decertant. Renus a rodani societate fertur uocatus, quoniam eodem ex [illegible] prouincia oritur. Est autem germanie fluuius [illegible] europe maximam [illegible] a iugo alpium usque in oceanum profunda [illegible]. Hiberus amnis quondam toti hyspanie nomen dedit. Minius fluuius gallicie nomen a colore pigmenti sumpsit, quod in eo plurimum inuenitur. Durius a gente [illegible]. Tagum fluuium cartago hyspanie nuncupauit ex qua oritur, procedit fluuius arenis auriferis copiosus, & ob hoc ceteris fluuiis hyspanie prelatus. Betis fluuius, qui [illegible] prouincie nomen dedit, de quo Martialis: Betis oliuifera crinem redimite corona, [illegible] qui nitidas uelleras tinguis aquis, [illegible] pulcro colore tinguit. Betis autem dictus eo quod humili solo decurrat. [illegible] grece humile uel [illegible] uocant. Quedam autem flumina in diluuio soluta [illegible] abyssi terre rupis meatibus eruperunt.

De diluuiis que fuerunt [illegible]

Diluuium dictum quod aquarum clade omnia quod inundauit deleuit. Primum diluuium extitit sub noe, quando hominum scelibus offensus omnipotens [illegible] spacium celi fuit ac pelagi [illegible] lapidibus [illegible] montibus [illegible]. Secundum diluuium fuit in achaia iacob patriarche & ogygi temporibus [illegible] tempori dedit. Tertium diluuium in thessalia [illegible] amfictionis temporibus fuit, qui tertius post cecropem regnauit, cuius temporibus aquarum illuuies maiorem partem populorum thessalie absumpsit, paucis per refugia montium liberatis, maxime in monte parnaso, in cuius circuitu deucalion tunc regno potiebatur, qui tunc ad se ratibus confugientes susceptos per gemina parnasi iuga fouit & aluit; a quo [illegible] genus hominum [illegible] fabule ex lapidibus reparatum ferunt [illegible] duritiam. [illegible] flumina cum insolitis aucta imbribus ultra consuetudinem [illegible] magnitudine redundantia multaque prosternunt, & quia diluuium [illegible]. Sanguinea flumina cum super modum [illegible] terram [illegible] aliqua significare futura.

INCIPIT LIBER XIIII DE TERRA ET PARADISO

TERRA EST IN MEDIA mundi regione posita, omnibus partibus celi in modum centri equali interuallo consistens, que singulari numero totum orbem significat, plurali uero [illegible]. Nam terra dicta a superiori parte qua teritur; humus [illegible] sub mare. Tellus autem quia fructus eius tollimus. Hinc & ops dicta quod opem fert frugibus. Eadem & arua ab arando & colendo dicta. Proprie autem [illegible] aqua arida nuncupatur, sicut scriptura [illegible] uocauit deus aridam terram. [illegible] Motum eius [illegible] uentum in concauis eius [illegible] Salustius [illegible] alii [illegible] genitalem [illegible] simul [illegible] lunam [illegible] plerique [illegible].

De orbe.

Orbis a rotunditate circuli dictus, quia sicut rota est, unde breuis etiam [illegible] orbiculus appellatur. Undique enim oceanus circumfluens eius in circulo ambit fines. Diuisus est autem trifarie, e quibus una pars asia, altera europa, tertia affrica nuncupatur. Quas tres partes orbis ueteres non equaliter diuiserunt. Nam asia a meridie per orientem usque ad septentrionem peruenit, europa uero a septentrione usque ad occidentem, atque affrica ab occidente usque ad meridiem. Unde euidenter orbem dimidium due tenent europa & affrica, alium uero dimidium sola asia. Sed ideo iste due partes facte sunt, quia inter utramque ab oceano mare magnum ingreditur quod eas intersecat. Quapropter si in duas partes orientis & occidentis orbem diuidas, in una erit asia, in altera uero europa & affrica.

De asia & partibus eius.

Asia ex nomine cuiusdam mulieris est appellata, que apud antiquos imperium tenuit orientis. Hec in tertia orbis parte disposita ab oriente ortu solis, a meridie oceano, ab occiduo nostro mari finitur, a septentrione meotide lacu & tanai fluuio terminatur. Habet autem prouincias multas & regiones, quarum breuiter nomina & situs expediam, sumpto initio a paradyso. Paradysus est locus in orientis partibus constitutus, cuius uocabulum ex greco in latinum uertitur ortus. Porro hebraice eden dicitur, quod in nostra lingua delicie interpretatur. Quod utrumque iunctum facit ortum deliciarum. Est enim omni genere ligni & pomiferarum arborum consitus, habens etiam & lignum uite. Non ibi frigus, non estus, sed perpetua aeris temperies. E cuius medio fons prorumpens totum nemus irrigat, diuiditurque in quatuor nascentia flumina. Cuius loci post peccatum hominis aditus interclusus est. Septus est enim undique romphea flammea, id est muro igneo accinctus, ita ut eius cum celo pene iungatur incendium. Cherubin quoque, id est angelorum presidium arcendis spiritibus malis super romphee flagrantiam ordinatum est, ut homines flamme, angelos uero malos boni angeli submoueant, ne carni uel spiritui transgressionis aditus paradisi pateat. India uocata ab indo flumine [illegible]

parte occidentali clauditur. Haec a meridiano mari porrecta usque ad ortum solis et a septentrione usque ad montem caucasum pervenit. habens gentes multas et oppida. Insulam quoque taprobanem gemmis et elefantis refertam. crisam et argirem auro argentoque fecundam. utilem quoque arboribus foliis numquam carentibus. Habet et fluvios gangen et indum et ipanem illustrantes indos. Terra indiae favonii spiritu saluberrima. in anno bis metit fruges. vice hiemis etesias patitur. Gignit autem tincti coloris homines. elefantes ingentes. Rinoceron bestiam. psitacum avem. ebenum quoque lignum et cynamomum et piper et calamum aromaticum mittit et cetera. Lapides quoque preciosos berillos. crisoprassos et adamantem. carbunculos. ligurites. margaritas et uniones quibus nobilium feminarum ardet ambitio. Ibi sunt et montes aurei quos adire propter dracones et grifes et inmensorum hominum monstra inpossibile est. Parthia ab indiae finibus usque mesopotamiam generaliter nominatur. Propter vim enim et virtutem parthorum et assiria et reliquae proximae regiones eius in vocabulum cesserunt. Sunt autem in ea aracusia. parthia. assiria. media et persida. Quae regiones invicem sibi iunctae initium ab indo flumine sumunt. Tigri clauduntur locis montuosis et asperioribus. habentes fluvios ydaspen et arben. Sunt autem in se finibus suis discretae nomina a propriis auctoribus ita trahentes. Aracusia ab oppido suo nuncupata. Parthiam parthi a scithia venientes occupaverunt eamque ex suo nomine vocaverunt. Haec a meridie rubrum mare habet. a septentrione hyrcanum salum. ab occiduo solis plaga mediana. Regna in ea XVIII sunt porrecta a caspio litore usque ad tras scythar. Assiria vocata ab assur filio sem. qui eam regionem post diluvium incoluit. Haec ab ortu indiam. a meridie mediam tangit. ab occiduo tygrim. a septentrione montem caucasum ubi portae caspiae sunt. In hac regione primum usus inventus est purpurae. inde primum crinium et corporum unguenta venerunt et odores quibus romanorum atque grecorum effluxit luxuria. Media et persida a regibus medo et perso cognominatae qui eas provincias bellando aggressi sunt. ex quibus media ab occasu [illegible] parthia regna amplectitur. a septentrione armenia circumdatur. ab ortu caspios videt. a meridie persidam. huius terra medicam arborem gignit. quam alia regio minime parturit. Sunt autem mediae duae. maior et minor. Persida tendens ab ortu solis usque ad indos. ab occasu rubrum mare habet. ab aquilone vero mediam tangit. ab austro carmaniam quae persidae annectitur. in qua est susa oppidum nobilissimum. In perside primum orta est ars magica. ad quam nemroth gigas post confusionem linguarum abiit. ibique persas ignem colere docuit. nam omnes in illis partibus solem colunt qui ipsorum lingua el dicitur. Mesopotamia greca ethimologia possidet vocabulum quod duobus fluviis ambiatur. nam ab oriente tygrim habet. ab occiduo eufraten. Incipit autem a septentrione inter montem taurum et caucasum. cui a meridie sequitur babilonia. deinde chaldea. novissime arabia eudemon. Babilonia regio nuncupatur ex capite babilon urbis est a qua et nuncupata. tam nobilis ut chaldea et assiria et mesopotamia in eius nomen aliquando transierint. Arabia appellata id est sacra. hoc enim significare interpretatur. eo quod sit regio thurifera odores creans. hinc eam greci eudemon. nostri beatam vocaverunt. in cuius saltibus et myrra et cynamomum provenit. Ibi nascitur avis fenix. sardonix gemma et iris molocites et poederota ibi inveniuntur. Ipsa est et saba appellata a filio chus qui nuncupatus est saba. Haec autem angusta regio tenditur ab oriente versus ad persicum sinum extenditur. cuius septentrionalem plagam chaldea claudit. occasum sinus arabicus. Syria syrum quendam [illegible] hebreum indigenam a suo nomine nuncupasse. Haec ab oriente flumine eufrate. ab occasu mari magno et egypto terminatur. tangens a septentrione armeniam et capadociam. a meridie sinum arabicum. Sed et porrecta in inmensa longitudine in lato angustior. Habet autem in se provincias comagenam. feniciam et palestinam. cuius pars est iudea. absque sarracenis et nabutheis. Comagena prima provincie syrie a vocabulo comage urbis nuncupata quae quondam eis metropolis habebatur. huius est a septentrione ab ortu mesopotamia. a meridie syria. ab occasu mare magnum. Fenice cadmi frater de thebis egyptiorum in syriam profectus apud sydonem regnavit eamque provinciam ex suo nomine fenicen appellavit. ipsa est ubi tyrus ad quem ysaias loquitur. habet autem ab oriente arabiam. a meridie mare rubrum. Palestina vocata a philistim urbe metropoli huius quae nunc ascalon ex qua omnis circa regio palestina est nuncupata. Haec ab oriente mare rubrum contingit. a meridie [illegible] iudeam excipit. a septentrionali plaga tyriorum finibus clauditur. ab occasu egypto limite terminatur. Iudea regio palestine ex nomine iude appellata. ex cuius tribu reges fuerunt. Haec prius cananea dicta a filio cham sive a X chananeorum gentibus quibus expulsis eandem terram iudei possederunt. Huius longitudinis fere [illegible] arsa usque ad vicum iuliadem porrigitur. in quo iudeorum pariter tyriorumque communis habitatio est. Latitudo autem eius a monte libano usque ad tyberiadis lacum extenditur. In medio autem iudeae civitas hierosolima est quasi umbilicus regionis totius. Terra varia opum dives frugibus ferax. aquis illustris. opima balsamis. Hanc cernentes gratiam existimaverunt iudei promissam patribus terram fluentem lacte et melle. cum hi illi de resurrectionis [illegible] pollicerer. Samaria regio palestine ab oppido nomen accepit quod vocabatur samaria civitas quondam regalis in israhel quae nunc ab augusti nomine sebastia nuncupatur. Haec regio inter iudeam et galileam media iacet. incipiens a vico cui nomen est [illegible] desinens in terra acrabateni. Natura eius omnino nec ullo differens a iudea. Galilea regio palestine vocata quod gignat candidiores homines quam palestina. Haec autem duplex est superior et inferior. sibi tamen connexe. tyrio et fenici adherentes. terra earum opima et ferax et frugibus satis fecunda. Pentapolis regio in confinio arabie et palestine sita. dicta a quinque civitatibus impiorum quae celesti igne consumptae sunt. terra amplius ab hierosolimis [illegible]. nunc autem deserta atque exusta. nam propter scelera incolarum descendit ignis quae regionem illam in eternum cinerem dissolvit. Cuius umbra quaedam et species in favillis et arboribus [illegible] et adhuc videtur. Nam [illegible] poma nascuntur specie matura ut edendi desiderium generent. si carpas fatiscunt ac resolvuntur in cinerem fumumque exalant quasi adhuc ardeant. Nabathea regio arabum ab hoc filio ysmahel nuncupata. iacet autem inter iudeam et arabiam et surgens ab eufrate in mare rubrum porrigitur et est pars arabie. Egyptus quondam aeria dicebatur. ab egyptio danai fratre postea ibi regnante nomen accepit. Haec ab oriente syrie et rubro mari coniuncta. ab occasu libie. a septentrione mare magnum. a meridie vero introrsum recedens usque ad ethiopas. Regio celi imbribus insueta et pluviarum ignara. nilus solus eam circumfluens irrigat et inundatione sua fecundat. unde et ferax frugibus multa [illegible] canope menelai gubernatore sepulto in ea insula [illegible] et ostium nili [illegible]. Seres oppidum orientis a quo et genus sericum et regio nuncupata est. Haec ab scythico oceano et mari caspio ad oceanum orientalem inflectitur. nobilibus frondibus fertilis. ex quibus vellera decerpuntur quae ceteris gentibus [illegible] vendit. Bactria regionem proprii amnis bactros vocabulum dedit. [illegible] quae plane sunt [illegible] indi fluvii fontibus emanant. reliqua includit ochus fluvius. [illegible] simos camelos numquam atterentes pedes. Scythia sicut et gothia a magog filio iafeth fertur cognominata. cuius olim ingens terra fuit. nam ab oriente india. a septentrione per paludes meotides inter danubium et oceanum usque ad germanie fines porrigebatur. postea vero minor effecta a dextra orientis parte qua oceanus sericus tenditur. usque ad mare caspium quod est ad occasum. dein a meridie usque ad caucasi iugum deducta est. cui subiacet hyrcania ab occasu habens gentes multas propter terrarum infecunditatem late vagantes. ex quibus quaedam agros incolunt. quaedam portentuose ac truces carnibus humanis et eorum sanguine vivunt. Scythie plures terre sunt locupletes. inhabitabiles tamen plures. nam cum in plerisque locis auro et gemmis affluant. griforum inmanitate accessus hominum rarus est. Smaragdis autem optimis hec patria est. Cianeus quoque lapis et cristallum purissimum scythie est. habet et flumina magna [illegible] fasiden. atque araxen. Hyrcania dicta a silva hyrcana quae scythie subiacet. habens ab oriente mare caspium. a meridie armeniam. a septentrione albaniam. ab occasu hyberiam. Est autem silvis aspera. copiosa inmanibus feris. tigribus. pantheris et pardis. de quibus virgilius. hyrcaneque admorunt ubera tigres. Albania a colore populi nuncupata. eo quod albo crine nascantur. Haec ab oriente sub mari caspio surgens per oram oceani septentrionalis usque ad meotides paludes per deserta et inculta extenditur. Huic terrae canes ingentes sunt. tantaque feritatis ut tauros premant. leones perimant. Armenia nuncupata ab armenio iasonis thessali comite qui missus a rege iasone collecta multitudine eius qui passim vagabatur armeniam cepit et ex suo nomine nuncupavit. Sita est autem inter taurum montem et caucasum a capadocia usque ad caspium mare protendens. habens a septentrionali ceraunios montes ex cuius collibus tigris fluvius nascitur. in cuius montibus archa post diluvium sedisse perhibetur. Duplex est autem armenia superior et inferior. sicut due pannonie. Hyberia regio asie est propter pontum armenie iuncta. in hac herbe tincturis utiles nascuntur. Capadocia urbis proprie nomen habet. Haec in capite syrie est sita. ab oriente armeniam tangit. ab occasu asiam minorem. ab aquilone mare cimericum et themiscirios campos quos habuere amazones. a meridie vero taurum montem cui subiacet cilicia et hysauria usque ad cilicium sinum qui expectat contra insulam cyprum. terra eius autem alias nutrix equorum. alias amnis prelata fluvii quem quondam lidie regna disiunxit a persis. Asia minor ab oriente capadocia cingitur. ab aliis partibus mari undique circumdatur. nam a septentrione ponto eusino. ab occasu propontide. a meridie egyptio mari. habet provincias bithiniam. frigiam. galatiam. lydiam. cariam. pamfiliam. hysauriam. liciam. atque ciliciam. Prima asie minoris bithinia in ponti exordio. ad partem solis orientis adversa tracie iacet. multis antea nominibus appellata. Nam a primo bebricia dicta. deinde migdonia. mox a bithinio rege bithinia nuncupata. Ipsa est et maior frigia. nicomedia urbs in ea est ubi hannibal fugiens veneni haustu animam exspiravit. Galatia dicta a priscis gallorum gentibus a quibus exuta et occupata. Nam galli in auxilium a rege bithinie evocati. regnum cum eo parta victoria diviserunt. sicque deinde grecis admixti primum gallogreci nunc ex antiquo gallorum nomine galathe dicuntur et eorum regio galatia nuncupatur. Frigia dicta a frigia europis filia et dardania a dardano iovis filio dicta. de quo homerus ait. quem primum genuit celesti iupiter arce. Hic et [illegible] de cornutho civitate primum venit in frigiam. est autem regio troadis superiecta ab aquilonis parte galathie. a meridie vicina est lycaonie. ab oriente lydie adheret. ab occidente ellespontio mari terminatur. Huius regio troia est quam ex suo nomine appellavit tros troianorum rex ganimedis pater. Duae sunt autem frigie maior et minor. Maior frigia zmirnam habet. minor vero ilium. Lycaonia et caria cum fluvii discernuntur a frigia. Lidia sedes antiquorum regum quam pactoli unda extulit in divitias torrentibus aureis. Haec antea meonia dicebatur. quam dum pro brevitate duos fratres reges lidum et tyrrenum ferre non posset. tyrrenus cum ingenti multitudine profectus loca gallie occupavit et tyrreniam nominavit. Lidia autem a lido rege fratre qui in provincia remanserat cognominata est. Coniungitur autem ab occidente minori frigie. ab ortu zmirnam urbem habet. quam elles fluvius cingit cuius campos pactolus et ermus circumfluunt arenis aureis ditissimi. Pamfilia hysauria ex situ locorum habere cognomina [illegible] quod undique aspera [illegible] metropolim urbem seleuciam habet. Cilicia a cilice quodam nominata quem ortum fenici dicunt antiquioremque iove fuisse asserunt. Plurima iacet campis recipiens ab oriente ciliciam. a meridie mare isicum. a septentrione tauri iuga. Haec a cigni amnis interfecto mare urbium [illegible] [illegible] [illegible] plus auro. Licia nuncupata [illegible] ab oriente ad [illegible] habet ab ortu ciliciam. ab occasu et meridie mare. a septentrione [illegible] montem [illegible] quae noctibus estuans ignem exalat sicut in sicilia ethna et in campania vesuvius. Post asiam ad europam stilum vertendum. Europa

De europa et partibus eius.

quae agenoris regis libie filia fuit quam iovis ab affrica raptam cretam advexit et partem tertiam orbis ex eius nomine appellavit. Iste est autem agenor libie filius ex quo et libia id est affrica fertur cognominata. unde apparet prius libiam accepisse vocabulum postea europam. Europa autem in tertia parte orbis [illegible] a flumine tanai descendens ad occasum per septentrionalem oceanum usque in fines hyspanie cuius pars orientalis et meridiana a ponto consurgens tota mari magno coniungitur et gadibus insulis finitur. Prima europe regio scythia inferior quae a meotidis paludibus incipiens inter danubium et oceanum septentrionalem usque ad germaniam porrigitur. que terra generaliter propter barbaras gentes quibus inhabitatur barbarica dicitur. huius pars prima alania est quae ad meotides paludes pertingit. post hanc dacia ubi et gothia. deinde germania ubi plurimam partem suevi incoluerunt. Germania prima scythia inferior est a danubio inter renum fluvium oceanumque conclusa. angitur a septentrione et occasu oceano. ab ortu vero danubio. a meridie reno flumine dirimitur. terra dives virum ac populis numerosis et inmanibus. unde et propter fecunditatem gignendorum populorum germania dicta est. Gignit autem aves hyrcanias quarum pennae noctem plurimum lucent. nam et feras [illegible] ursos et alces parturit. Mittit et gemmas cristallum et succinum callaicum quoque viridem et ceraunium candidum. Duae sunt autem germanie superior iuxta septentrionalem oceanum inferior circa renum. Provincias autem quas danubius a barbarico ad mediterraneum mare secludit. prima est mesia [illegible] cereris horreum nuncupabant. Haec autem ab oriente ostiis danubii coniungitur. ab euro tracia. a meridie macedonia. ab occasu hystrie copulatur. Post misiam vero pannonia est [illegible] nomine ager frigidus [illegible] fluminibus [illegible] propter quae terra frugibus ferax quae excipitur gallia belgica. Tracie iaphet filius veniens nomen dedisse perhibetur. alii a [illegible] appellatam dixere. Haec ab oriente propontis et urbs constantinopolitana subposita est. a septentrione vero histro obtenditur. a meridie vero egeo mari adheret. ab occasu macedonia illi subiacet. Cuius regionem olim bessi [illegible] populi massagete sarmatae scythae et alie plurime nationes incoluerunt. Ampla est itaque plurimas continens gentes. ebrum flumen tracia fundit quod et gentes barbaras plurimas tangit. Grecia a greco rege vocata qui eam regionem regno incoluit. Sunt autem provincie grecie VII. quarum prima ab occidente dalmatia. inde epirus. inde elladas. inde thessalia. inde macedonia. inde achaia. et due in mari creta et cicladas. Illiricus autem generaliter omnis grecia est. Dalmatia a delmi maxima eiusdem provincie civitate traxisse nomen existimatur. [illegible] autem ab oriente macedonie. a septentrione misie. ab occasu hystrie commixta. a meridie vero adriatico sinu clauditur. Epirus a pirro achillis filio cognominata. cuius pars est caonia quae antea molosia dicta est a molosso filio pirri quem de andromacha habuit. Sed postquam occisus est pirrus orestis insidiis. andromacham helenus suscepit in coniugio [illegible] quod molosia dicta est postea epiri. quam helenus postea a fratre caone quem in venatione ignorantia dicitur occidisse caoniam nominavit quasi ad solacium fratris extincti. Elladas dicta a rege ellano deucalionis et pirre filio. a quo et primum greci ellenas nuncupati sunt. Ipsa est et attica antea primum dicta. Nam [illegible] primum quidam gens indigena fuit ex cuius filie attis nomine attica vocata est. Haec inter macedoniam et achaiam media iacet arcadie a septentrionali parte coniuncta. ipsa est et vera grecia. in qua fuit athenas civitas mater liberalium litterarum et philosophorum nutrix qua nihil habuit grecia clarius aut nobilius. [illegible] est et maratonii campus. opinione quidam pugna [illegible]. Elladas autem duae sunt provincie boetia et peloponensus. Boetia autem dicta hac ex causa. Dum cadmus agenoris filius europam sororem a iove raptam ex precepto genitoris quereret nec repperiret. [illegible] patris formidans. confirmato animo elegit exulium. [illegible] bovis forte conspicata secutus vestigia [illegible] ille regio haberet sicque [illegible] bovis boetia nominaretur. ubi et thebas urbem constituit in qua nati sunt apollo et hercules non ille

229.

thebani. Eadem est Aonia vocata a fonte quodam Apollinis et Musis consecrato qui in Boeotia est. Peloponensus secunda pars Elladis, a Pelope rege antiquitus ita vocata. Thessalia a Thessalo rege cognominata, que ad meridianam plagam Macedonie coniuncta est; cuius Argos Pieria est. Multa in Thessalia flumina et oppida, inter que precipue Thessalonica, et Thelia et mons Parnasus, qui Apollini consecratus est. Thessalia patria Achillis et origo Lapitharum fuit, de quibus fertur quod hi primum equos frenis domuerint; unde et Centauri dicti sunt. In Thessalia primum solidi aurei facti sunt, domandorum quoque equorum usus primum repertus est. Macedonia ab exordio ab Emathio rege Emathia nominabatur; sed Macedo Deucalionis maternus nepos postquam ibi accepit principatum, mutavit vocabulum Macedoniam, quam a suo nomine dixit. Est autem confinis ab oriente Egeo mari, a meridie Achaie, ab occasu Dalmatie, a septentrione Mysie. Patria Alexandri magni et regio auri venis argentique opima; lapidem quoque quem peanitem vocant ista gignit. Mons Olympus in ea est, qui excellenti iugo tantum in celum attollitur ut in cacumine eius nec nubes nec venti sentiantur. Achaia ab Acheo rege et urbs et provincia appellata. Haec pene insula est; nam absque septentrionali parte, qua Macedonie iungitur, undique septa est mari: ab oriente habet Mirteum mare, ab euro Creticum, a meridie Ionium, ab africo et occasu Cassiopas insulas; a sola septentrionali parte Macedonie vel Attice terre adiungitur. Huius caput est urbs Corinthus, Grecie decus. Inachus est Achaie fluvius. Arcadia vero sinus Achaie est, instar platani folii, inter Ionium et Egeum mare exposita; quam Archas Iovis et Callistus filius Pelasgis in dicione redactam ex suo nomine Arcadiam nuncupavit. Ipsa est et Sicionia a Sicione rege, a quo et regnum Sicioniorum dictum est. Haec autem Arcadia fluvium magnum Erymanthum, abeston quoque lapidem, qui semel accensus numquam extinguitur; candidissime et merule ibi nascuntur. Lacedemonia. Pannonia ab Alpibus Penninis est nuncupata, quibus ab Italia secernitur. Regio vero fortis et solo leta, duobus satis acribus fluviis, Dravo Savoque, secernitur. Coniungitur autem cum Norico et Retia, habens ab oriente Mysiam, ab austro Histriam, ab africo vero Alpes Appenninos habet, ab occasu Gallicam Belgicam, a septentrione Danubii fontem et limitem, qui Germaniam a Gallia secernit. Histria a Histro amne vocata, qui in eam influit, qui est Danubius. Habet autem Histria a septentrione Pannoniam. Italia olim a Grecis populis occupata, Magna Grecia appellata est; deinde a regis nomine Saturnia, mox et Latium dicta, eo quod idem Saturnus a Iove sedibus suis pulsus ibi latuerit. Postremo ab Italo rege Siculorum ibi regnante Italia nuncupata est. Cuius situs longitudine amplius quam latitudine a circio in eurum extenditur, a meridie Tyrreno mari, ab aquilone Adriatico clauditur, ab occiduo Alpium finitur iugis. Terra omnibus in rebus pulcherrima, soli fertilitate, pabuli ubertate gratissima. Habet lacus Benacum, Avernum atque Lucrinum, fluvios Eridanum, Tybrim, et tepentes fontibus Baias. Gignit gemmas, syrtitem, ligurium et corallium; boas quoque serpentes, lincem feram et Diomedias aves. Italia autem et Hispania ideo Hesperie dicte, quod Greci Vespere stella navigent; et Italiam et Hispaniam que due hac ratione discernuntur: aut enim Hesperia sola dicis et significes Italiam, aut addis ultimam et significas Hispaniam, quia in occidentis est fine. Tuscia pars Italie, Umbria vero pars Tuscie. Tuscia autem a frequentia sacrorum et turis vocata, απὸ τοῦ θύειν. Umbria vero, historie narrant, eo quod tempore aquose cladis imbribus superfuerit, et ob hoc Umbria Grece cognominata est. Haec in iugis Appennini montis sita in parte Italie iuxta meridiem. Et Tyrrenia pars Italie dicta, quod eius fines tendant usque ad ripam Tybris, quasi ἄκρα ἔπος ὅρου. Hanc Acteroi significat, acteros orosi fines vocat. Rome enim fines antea infra Tybris ripam tenebantur. Alii et Tyrrenia dicta ab eiusdem principe putant. Eadem et Tyrrenia a Tyrreno Lidorum fratre, qui ex sorte cum parte populi de Meonia venerunt ad Italiam. Haec est et Tuscia, sed Tuscia dici non debent quod numquam legi. Tuscia autem a frequentia sacrificii et thuris dicta est, ἀπὸ τοῦ θύειν, illic et aruspicina dicitur esse reperta. Apulia vero Brundisini qui olim secuti Diomedem ducem condiderunt. Campania hiemes tepidas habet: lucine autem atque estate invenientes sol ibi mitis, gratiae aprices, aer purus et blandus. Gallia a candore populi nuncupata est; gala enim Grece lac dicitur. Montes enim et rigor celi ab ea parte solis ardorem excludit, quo fit ut candor corporum non coloretur. Haec ab oriente Alpium iuga tuentur, ab occasu oceanus includit, a meridie prerupta Pirenei, a septentrione Rheni fluenta atque Germania, cuius initium Belgica fines. Aquitania regio est gleba uberi ac pabulosa et ad usum armentum apta, fluminibus quoque et fontibus irrigua, perfusa a duobus magnis Rheno et Rodano fluviis. Belgis autem civitas est Gallie, a qua Belgica provincia dicta est. Cisalpina, quia citra Alpes; transalpina, id est trans Alpes, contra septentrione recta, vero quod sit iuxta Rhenum. Aquitania autem ab obliquis aquis Ligeris fluminis appellata, quod ex plurima parte terminus eius est; eaque pene in orbem cingitur. Hispania prius ab Ibero amne Iberia nuncupata, postea ab Hispalo Hispania cognominata. Ipsa est et vera Hesperia a Vespere stella occidentali dicta. Sita est autem inter Africam et Galliam, a septentrione Pireneis montibus clausa, a reliquis partibus undique mari conclusa; salubritate celi equalis, omnium frugum generibus fecunda, gemmarum metallorumque copiis ditissima. Interfluunt eam flumina magna, Betis, Mineus, Iberus et Tagus aurum trahens ut Pactolus. Haec provincias sex: Tarraconensem, Carthaginensem, Lusitaniam, Galliciam, Beticam et trans freta in regione Africe Tingitaniam. Due sunt Hispanie: citerior, que in septentrionis plaga a Pyrineo usque ad Carthaginem porrigitur; ulterior, que in meridie a Celtiberis usque ad Gaditanum fretum extenditur. Citerior autem et ulterior dicta, quasi citra et ultra, scilicet citra quod sit citra et ulterior vel quod ultima; vel quod non superius hac nulla sit alia terra.

De Libia et provinciis eius 7

Libia dicta quod inde Libs flat, hoc est Africus. Alii aiunt Epaphum Iovis filium, qui Memfim in Egypto condidit, ex Cassiopea uxore procreasse filiam Libiam, que postea in Africa regnum possedit; cuius ex nomine terra Libia est appellata. Africa autem nominata, quidam eam existimant quasi aprica, quod sit aperta celo vel soli et sine horrore frigoris. Alii dicunt Africam appellari ab uno ex posteris Abrahe de Cethura, qui vocatus est Afer, de quo supra memoravimus. Incipit autem a finibus Egypti pergens iuxta meridiem per Ethiopiam usque ad Athlantem montem; a septentrionali parte Mediterraneo mari coniuncta clauditur et in Gaditano freto finitur; habens provincias Libiam Cirenensem, Pentapolim, Tripolim, Bizantium, Carthaginem, Numidiam, Mauritaniam, Tingitaniam, et circa solis ardorem Ethiopiam. Libia Cirinensis in parte Africe prima est, a Cirene urbe metropoli que est in eius finibus nuncupata. Hanc ab oriente Egyptus est, ab occasu Syrtes maiores et Trogodite, a septentrione mare Libicum, a meridie Ethiopia et barbarorum varie nationes et solitudines inaccessibiles, que et basiliscos serpentes creat. Pentapolis Greca lingua a quinque urbibus nuncupata, id est Beronice, Cirtria, Apollonia, Ptholomaus, ex quibus Ptholomais et Beronice a regionibus nominate sunt. Est autem Pentapolis Libie Cirinensi adiuncta et inter eius fines deputata. Tripolitanam quoque provinciam Greci lingua sua signant de numero trium magnarum urbium, id est Oea, Sabrata, Leptis magna. Haec habet ab oriente Syrtes maiores et Trogoditas, a septentrione mare Adriaticum, ab occasu Bizantium, a meridie Getulos et Ulos et Garamantas usque ad oceanum Ethiopicum pertendentes. Bizantium regio ex duobus nobilissimis oppidis nomen sortita est, ex quibus unum Adrometum vocatur et sub Tripoli est; patens passuum ducenta vel amplius milia, fecunda oleis et glebis ita prepinguis ut iacta ibi semina cum incremento pene centesimo fruges renascantur. Zeugis, ubi Carthago magna; ipsa est et vera Africa, inter Bizantium et Numidiam sita, a septentrione mari Siculo iuncta et a meridie usque ad Getulorum regionem porrecta. Cuius proxima quoque frugifera sunt; ulteriora autem bestiis et serpentibus plena atque onagris magnis in deserto vagantibus. Getulia autem Africe pars mediterranea est. Numidia a vagis passim vagantibus sic vocata, quod nulla certa haberent sede. Nam lingua eorum incerte sedes et vage numidie dicuntur. Incipit autem a flumine Siga in Zeugitanum limitem desinit, habens ab oriente Syrtes minores, a septentrione mare quod intendit Sardiniam, ab occasu Mauritaniam Sitifensem, a meridie Ethiopum gentes. Regio campis propinguis; ubi autem silvestris est, feras educit; ubi iugis montium equos et onagros procreat. Eximio et marmore predicatur, quod Numidicum dicitur. Habet autem urbes precipuas Ypponem Regium et Rusicadam. Mauritania vocata a colore populorum. Greci enim

enim nigrum mauron vocant. Sicut enim Gallia a candore populi, ita Mauritania a nigredine nomen sortita est. Cuius prima provincia Mauritania Sitifensis est, quod Sitifi habet oppidum, a quo et vocabulum traxisse perhibetur. Mauritania vero Cesariensis colonie Cesaree civitas fuit, et nomen provincie ex ea dedit. Utreque provincie sibi coniuncte ab oriente Numidiam habent, a septentrione mare magnum, ab occasu flumen Maluam, a meridie montem Astrixim, qui discernit inter fecundam terram et arenas iacentes usque ad oceanum. Mauritania Tingitana a Tingi metropolitana huius provincie civitate vocata est. Haec ultima Africe exsurgit a montibus septem, habens ab oriente flumen Maluam, a septentrione fretum Gaditanum, ab occiduo oceanum Athlanticum, a meridie Gaulalum gentes usque ad oceanum Hesperium pererrantes. Regio gignens feras, simias, dracones et struthiones. Olim et elefantis plena fuit, quos sola nunc India parturit. Garamantes regionis caput Garama oppidum, situm est autem inter Cirenensem et Ethiopiam; ubi est fons qui frigescit calore diei, et calescit frigore noctis. Ethiopia dicta a colore populorum, quos solis vicinitas torret. Denique vim sideris prodit hominum color; est enim ibi iugis estus. Nam quicquid eius est sub meridiano cardine est. Circa occiduum autem montuosa est, arenosa in medio, ad orientalem vero plagam deserta. Cuius situs ab occiduo Athlantis montis ad orientem usque in Egypti fines porrigitur; a meridie oceano, a septentrione Nilo flumine clauditur; plurimas habens gentes diverso vultu et monstruosa specie horribiles. Ferarum quoque et serpentium referta est multitudine. Illic quippe rinocerota bestia et camelopardus, basiliscus, dracones ingentes, ex quorum cerebro gemme extrahuntur. Iacinctus quoque et crisopassus ibi repperiuntur; cinnamomum quoque ibi colligitur. Due sunt autem Ethiopie: una circa ortum solis, alia circa occasum in Mauritania. Extra tres autem partes orbis quarta pars trans oceanum interior est in meridie, que solis ardore incognita nobis est; in cuius finibus antipodas inhabitare perhibent. Proxime Hispanie Mauritania est, deinde Numidia, inde regio Carthaginensis, post quam Getulia accipitur, postea Ethiopia, inde loca exusta solis ardore. Sciendum sane est quasdam provincias partim de nominibus auctoris appellatas esse, partim a provincia gentis. De Italia ab Italo, et rursus ab Italia Italos; et sic etiam et reliqua nomina gentium, quorum sunt plurima, ut non auctoris, non dicatur esse provincie, ex quo accidit ex uno homine nominari et civitatem et provinciam et gentem. Provincie autem ex tali vocabulum acceperunt: principatus namque earum, quod ad reges alios pertinebant, cum in ius suum Romani vincendo redegerunt, procul positas regiones provincias appellaverunt. Patria autem vocata, quod communis sit omnium qui in ea nati sunt. Terra autem significatur pro dextrum elementum, cuius in singulas partes vocabula diversa redditur; eademque et loca. Nam loca et terre spatia in orbe dicuntur, multas in se continent provincias, sicut in corpore locus est pars, ita multa in se tenens membra, sic et domus multa in se habens cubicula; sic terre et loca dicuntur, quarum spatia, quarum partes sunt provincie, sicut in Asia Frigia, in Gallia Retia, in Hispania Betica. Nam Asia locus est, provincia Asie Frigia, Troia regio Frigie, Ilium civitas Troie. Item regiones partes sunt provinciarum, quas vulgo conventus vocant, sicut in Frigia Troia, sicut in Gallicia Cantabria, Asturia. A rectoribus autem regio nuncupata est, cuius partes territoria sunt. Territorium autem vocatum quasi taurritorium, tritum bubus et aratro. Antiqui enim sulco ducto et possessionum et territoriorum limites designabant.

De insulis

Insule dicte quod in salo sint, id est in mari. Ex his quoque ignotissime et maxime quas plurimi veterum sollerti studio indagaverunt notande sunt. Britannia oceani insula interfuso mari toto orbe divisa, a vocabulo sue gentis cognominata. Haec adversa Gallicarum parte ad prospectum Hispanie sita est. Circuitus eius quadragies octies LXXV milia. Multa et magna flumina in ea, fontes calidi, metallorum larga et varia copia; gagates lapis ibi plurimus et margarite. Thanatos insula oceani freto Gallico a Britannia estuario tenui separata, frumentariis campis et gleba uberi. Dicta autem Thanatos a morte serpentium, quos cum ipsa nesciat, asportata inde terra quoquo gentium vecta fuerit, angues ilico perimit. Tyle ultima insula oceani inter septentrionalem et occidentalem plagam ultra Britanniam, a sole nomen habens, quia in ea estivum solstitium sol facit, et nullus ultra eam dies est. Unde et pigrum et concretum est eius mare. Orcades insule oceani intra Britanniam posite, numero XXXIII, quarum XX deserte sunt et XIII coluntur. Scotia, idem et Hibernia, proxima Britannie insula, spatio terrarum angustior, sed situ fecundior. Haec ab africo in boream porrigitur. Cuius partes priores Iberiam et Cantabricum oceanum intendunt; unde et Hibernia dicta. Scotia autem quod ab Scotorum gentibus colitur appellata. Illic nulla anguis, avis rara, apis nulla, adeo ut advectos inde pulveres seu lapillos si quis alibi sparserit inter alvearia, examina favos deserant. Gadis insula in finibus Betice provincie sita, que dirimit Europam ab Africa, in qua Herculis columne visuntur, et qua Tyrreni maris faucibus oceani estus immittitur. Est autem a continenti terra C XX passibus divisa, quam Tyri a Rubro profecti mari occupantes in lingua sua Gadir, id est septam, nominaverunt, pro eo quod circumsepta sit mari. In ea arbor similis palme, cuius gummis infectum vitrum ceraunium gemma reddit. Fortunatarum insule vocabulo suo significant omnia ferre bona, quasi felices et beate fructuum ubertate. Sua enim aptae natura pretiosarum poma silvarum parturiunt; fortuitis vitibus iuga collium vestiuntur; ad herbarum vicem messes et holus vulgo est. Unde gentilium error et secularium carmina poetarum propter soli fecunditatem easdem esse paradisum putaverunt. Site autem sunt in oceano contra levam Mauritanie, occiduo proxime, et inter se interiecto mari discrete. Gorgodes insule oceani obverse promunctorio quod vocatur Hesperu Ceras, quas incoluerunt Gorgones femine, alicuius pernicitate hirsute et aspero corpore; et ex his insule cognominate. Distant autem a continenti terra bidui navigatione. Hesperidum insule vocate a civitate Hesperide, que fuit in finibus Mauritanie. Sunt enim ultra Gorgodas site sub Athlante in intimos maris sinus, in quarum ortis fingunt fabule draconem pervigilem aurea mala servantem. Fertur enim ibi e mari estuarium adeo sinuosis lateribus tortuosum, ut e longinquo videntibus lapsibus anguis imitetur. Crise et Argire insule in Indico oceano site, adeo fecunde copia metallorum, ut plerique eas auream superficiem et argenteam habere prodiderint; unde et vocabula sortite sunt. Taprobana insula Indie subiacens ad eurum, ex quo oceanus Indicus incipit, patens in longitudine octingentis LXXV milibus passuum, in latitudine sexcentis XXV milia stadiorum. Scinditur autem amne interfluo, tota margaritis repleta et gemmis. Pars eius bestiis et elefantis repleta est, partem vero homines tenent. In hac insula dicunt in uno anno duas esse estates et duas hiemes, et bis floribus vernare locum. Tiles insula Indie, eo quod omni tempore folia non amittat. Hucusque oceani insule. Hae insule que ab Ellesponto usque ad Gades in mari magno consistunt. Cyprus insula a civitate Cypro, que in ea est, nomen accepit; ipsa est et Pafon, Veneri consecrata, in Carpathio mari iacens austro, famosa quondam divitiis et maxime eris; ibi enim prima huius metalli inventio et utilitas fuit. Creta Grecie pars est, iungens contra Peloponensum. Haec primum a temperie celi in Aerion nescon appellata est; deinde Creta dicta a Crete quodam indigena, quem aiunt unum Curetum fuisse, a quo ibi Iupiter absconditus est et enutritus est. Est autem insula Grecie inter ortum et occasum longissimo tractu porrecta, a septentrione Greciis fluctibus, ab austro Egiptiis undis perfusa. Fuit autem quondam C urbibus nobilis; unde et Hecatompolis dicta est. Prima remis et sagittis claruit, prima litteras iura scripsit, equestres turmas prima docuit, studium musicum ab Ideis Dactilis in ea ceptum. Capreis copiosa, cervis eget, lupos et vulpes aliasque feras noxias numquam gignit. Serpens nullus ibi, nulla noctua, et si invehatur statim emoritur. Larga est autem vitibus et arboribus, dictamnum herbam mittit et alium quod odores eius crassiores perhibent. Spalangios vero venenatos gignit et lapidem quem ideos dactilos dicunt. Abidos insula in Europe ... Ellespontum ... angusto et periculoso mari separata, et Abidos Grecorum quod sit ... intrat Ellesponti maris ... Xerses

ponte ex navibus fecit et magnitudine transiit. Coos insula adiacens provincie Attice, in qua Ypocrates medicus natus est, que ut Varro testis est, arte lanificii prima in ornamentum feminarum inclaruit. Cyclades insule antiquitus Grece fuerunt, quas in Cyclades circumeunt, quod licet spatiis longioribus a Delo posite in orbem, tamen circa Delum site sunt. Nam orbem cyclon Greci vocant. Quidam autem non quod in orbem digeste sint, sed propter scopulos qui circa eandem sunt dictos putant Cyclades. Hee in Ellesponto inter Egeum et Maltheum mare constitute, ceterum dant et pelago Myrteo. Sunt autem omnes numero LIII, tendentes a septentrione in meridie milia quingenta, ab oriente in occasum milia CC, in capite earum Rodos. Delos insula in medio Cycladum sita, et dicta Delos fertur quod post diluvium quod Ogigii temporibus notatur, cum orbem multis mensibus continua nocte in umbrasset, ante omnes terras radiis solis illuminata est, sortitaque ex eo nomen quod prima manifestata fuisset visibus. Nam delon Greci manifestum dicunt. Ipsa est et Ortigia, eo quod primum ibi vise sunt coturnices aves, quas Greci ortigias vocant. In hac insula Latona enixa est Apollinem et Dianam. Delos autem et civitas dicitur et insula. Rodos Cycladum prima ab oriente, in qua rose capitulum dicitur esse inventum dum ibi civitas conderetur, ex quo et urbs et insula Rodos est appellata. In hac urbe solis colossus fuit ereus LXX cubitorum altitudine. Fuerunt autem et alii C numero in eadem insula colossi minores. Tenedos una ex Cycladibus a septentrione sita, in qua olim civitas a Tenne condita est, unde non urbis illius tantum, verum etiam insule fuit. Nam Tennes iste infamatus quod cum noverca sua concubuisset, fugiens in insulam hanc vacuam cultoribus obtinuit, unde Tenedos dicta est. Sic Cicero Tennen ipsum appellant, cuius ex nomine Tenedos nominatur. Carpathos una ex Cycladibus a meridie posita contra Egyptum, a qua Carpathium mare appellatum est, vocata propter celerem fructuum maturitatem. Est enim inter Egyptum et Rodum. Ex hac insula dicuntur et Carpathie naves magne et spaciose. Citerea insula una ex Cycladibus a parte occidua sita, cuius Porfiris antea nomen fuit. Citerea autem vocata quod ibi Venus sit orta. Icaria insula una ex Cycladibus, que Icario mari nomen dedit, sita inter Samum et Miconum, preruptis saxis inhospitalis et nullis finibus portuosa. Dicitur autem Icarum Cretensem ibi naufragio interisse, et de exitu hominis imposuisse nomen loco. Naxon insula a Dionisio dicta, qui Dionaxon, quod fertilitate vinorum vincat ceteras. Est autem a Delo XVIII milia passuum separata, ex qua olim Iovis fertur adversus Titanas fuisse profectus. Melos ex numero Cycladum una, omnium insularum rotundissima, unde et nuncupata. Historia dicit ex Iasone natum fuisse Filomelum et Plutum. Ex Filomelo Pareanum genitum, qui de suo nomine Paron insulam et oppidum appellavit, primum autem Minola, deinde Paron dicta, de qua Virgilius: niveamque Paron. Gignit enim marmor candidissimum quod Parium dicitur, intermixtum et Sardium lapidem marmoribus, qui de prestantiore est inter gemmas vilissimum. Cion insula Syra lingua appellatur, eo quod ibi mastix gignitur; Syri enim mastice cion vocant. Samo insula est in mari Egeo, in qua nata est Iuno, ex qua fuit Sibilla Samia et Pitagoras Samius, a quo philosophie nomen inventum est. In hac insula reperta primum fictilia vasa dicuntur, unde et vasa Samia appellata sunt. Sicilia a Sicano rege Sicania cognominata est, deinde a Siculo Itali fratre Sicilia. Prius autem Trinacria dicta propter tria acra, id est promunctoria Pelorum, Pachinum et Libium. Trinacria enim Grece, quod Latine triquadra dicitur, quia in tres quadras divisa. Hanc ab Italia exiguo freto discreta, Affricum mare prospectans, terris frugifera, auro habundans, cavernis etiam et fistulis penetrabilis, ventisque et sulphure plena, unde et ibi Ethne montis exstant incendia. In cuius freto Scilla est et Caribdis, quibus navigia aut absorbentur aut colliduntur. Fuit autem quondam patria Ciclopum, et post ea nutrix tyrannorum, frugum ferax, ac primum terris omnibus vomis sit sementibus aratro proscissa. Principem urbium Siracusis habet fontem Arethusam et Alfeum [illegible] equorum. In ea insula primum inventa est comedia. [illegible] [illegible] flumine dedit. Parit et mare eius corallium, mittit et sales agrigentinos in igne solubiles, crepitantes in aquis. Omnis ambitus eius includitur stadiorum tribus milibus. Salustius autem dicit Italie coniunctam fuisse Siciliam, sed medium spatium impetu maris divisum per angustias scissum. Tapsum insula sita distans X a Sicilia remota iacens et planior, unde et nuncupata, de qua Virgilius: Tapsumque iacentem. Eolie insule Sicilie appellate ab Eolo Ippotis filio, quem poete finxerunt regem fuisse ventorum. Sed ut Varro dicit, rector fuit istarum insularum, et quia ex earum nebulis et fumo futuros predicabat flatus ventorum, ab imperitis visus est ventos sua potestate retinuisse. Eedem insule et Vulcanie vocantur, quod ipse sicut Ethna ardeant. Sunt autem VIIII, habentes propria nomina, quarum prima Liparis, quondam Lipare vocatum, quam ante cultum Ericte alia Geran vocatur, quod sit collibus eminentissimus; reliquorum vero id est Strongile, Didimide, Erifusa, Fenicusa, Evonimos, Ericodes, [illegible] Tenie, quam noctu ardentem Eolie sive Vulcanie dicuntur. Ex his quedam ab initio non fuerunt, postea mari edite usque adhuc permanent. Stoecades insule Massiliensium LX milium spatio a continenti terra in fronte Narbonensis provincie, qua Rodanus flumen in mare exit. Dicte autem Grece Stoecades quia ope in ordine sint posite. Sardus Herculis peractum magna multitudine a Libia profectus Sardiniam occupavit et ex suo vocabulo nomen dedit. Hec in Affrico mari facie vestigii humani, in oriente quam in occidente latior prominet, ferme paribus lateribus que in meridie et septentrione vergunt, ex quo ante commercium navigantibus Grecorum Icnus appellata est. Tam patens in longitudine milia CXL, in latitudine XL. In ea neque serpens gignitur neque lupus, sed solifuga tantum animal exiguum hominibus perniciosum. Venenum quoque ibi non nascitur nec herba, preter scriptores plurimos et poetas memoratos apiastro similis, que hominibus rictu contrahit et quasi ridentes interimit. Fontes habet Sardania calidos infirmis medelam prebentes, furibus cecitatem, si sacramento dato oculos aquis eius tetigerint. Corsice insule exordium incole Ligures dederunt, appellantes eam ex nomine ducis. Nam quedam Corsa nomine Ligus mulier cum taurum ex grege quem prope litora regebat transnatare solitum atque in tellus corpore auctum remeare videret, scire cupiens incognita sibi pabula, taurum a ceteris digredientem usque ad insulam navigio prosecuta est. Cuius regressu insule fertilitatem cognoscentes, Ligures ratibus ibi profecti sunt, eamque nomine mulieris auctoris et ducis appellaverunt. Hec autem insula Grece Cirne dicitur a Cirno Herculis filio habitata, de qua Virgilius: Cirneas taxos. Dividitur autem a Sardinia XX milium freto, cincta Ligustici equoris sinu ad prospectum Italie. Est autem multis promunctoriis angulosa, gignens letissima pabula et lapidem quem catochiten Greci vocant. Ebosus insula Hispanie dicta quod a Dianio non procul sit, Grece Ebusus. Nam LXX stadiis ab ea distat, cuius etiam serpentes fugiunt. Huic contraria est Colubraria, que referta est anguibus. Baleares insule Hispanie due sunt, Afrosiades et Gimnasie, maior et minor, unde et eas vulgo Maioricam et Minoricam nuncupant. In his primum insulis inventa est funda, qua lapides emittuntur, unde et Baleares dicte. Balein enim Grece emittere dicitur, unde et balista.

C[apitulum] quia missa et fundibalarii. Virgilius: Balearis verbere funde.

De promunctoriis

Commune est insulis ut promineant inde, et loca eorum promunctoria dicuntur. Sicut Salustius de Sardinia: In oriente quam in occidente latior prominet. Sigeum promunctorium a Sigeo Ellesponti promunctorio dilatatur. Dictum autem Sigeum propter silentium tacitum cui tacentem quia prohibitum hospicio a Laumedonte Troianorum rege simulavit abscessu, et in Greca ea silentio nomen quod dicitur sige. Maleum promunctorium Grecie, quod intra mare et prominula longe procurrit, unde navigantes pereunt, ut pericula ea vitent navigantes. Hoc autem promunctorium a Maleo rege Argivorum nomen accepit. Pelorum promunctorium Sicilie respiciens aquilonem, secundum Salustium dictum a gubernatore Annibalis illic sepulto. Pachinum promunctorium Sicilie austrum spectans, ab aeris crassitudine dictum; nam pachis est pinguis et crassus; auster enim ibi flatum. Libeum promunctorium Sicilie solis occasum intendens vocatum [illegible] nos civitate que ibi sita est. [illegible] promunctorium Numidie vocatum ita, quod ab [illegible] ante vocatur. Hispanie regum per eadem dictum, pro eo quod sic equore interruptum. Calpes Hispanie promunctorium.

De montibus ceterisque locorum vocabulis

Montes sunt tumores [illegible] [illegible] dicti quod sint eminentes. Quidam autem proprius ex causis vocati sunt, ex quibus nota [illegible] sunt que [illegible] celebrantur. Mons Caucasus ab India usque ad Tauri porrectus, [illegible] gentium ac linguarum varietate quaqua versum vadit diversis nominibus nuncupatur. Nam ad orientem, excelsiore consurgit sublimitate, pro candore nivium Caucasus nuncupatur. Nam orientali lingua caucasum significat candidum, id est nivibus densissimis candidantem. Unde et eum Scythe, qui eidem monti iunguntur, croucasum, nam apud eos candor sive nix dicitur. Mons Tauri a plerisque idem vocatur et Caucasus. Libanus mons Fenicum altissimus, cuius meminerunt prophete. Dictus a thure quia ibi colligitur. Cuius ea pars que est super eum ad orientalem plagam respiciens Antilibanus appellatur, id est contra Libanum. Ararat mons Armenie, in quo archam historici post diluvium sedisse testantur. Unde et usque hodie ibidem lignorum eius videntur vestigia. Acroceraunei montes propter altitudinem et fulminum iactum vocati sunt. Grece enim fulmen ceraunos dicitur. Sunt autem inter Armeniam et Hiberiam incipientes a post Caspiis usque ad fontem Tigridis fluminis. Yperborei montes Scythie dicti, quod supra, id est ultra eos flat Boreas. Riphei montes in capite Germanie sunt, a perpetuo ventorum flatu nominati. Nam ripe Grece impetus et erme dicitur [ΑΠΟ ΤΟΥ ΡΙΠΤΕΙΝ]. Olimpus mons Macedonie nimium preceIsus, ita ut sub illo nubes esse dicantur, de quo Virgilius: nubes excessit Olimpus. Dictus autem Olimpus quasi Ololampus, id est celum. Hic mons dividit Macedoniam a Tracia. Athos mons Macedonie et ipse altior nubibus, tantoque sublimis ut in Lemnum umbra eius pertendat, que ab eo LXXVI milibus separatur. Parnasus mons Thessalie iuxta Boetiam, qui gemino vertice est erectus in celum. Hic in duo finditur iuga, Cirra et Nisa, unde et nuncupatus, eo quod in singulis iugis colebantur Apollo et Liber. Hec iuga a duobus fratribus Citeron et Elicon appellantur. Nam Elicon dictus ab Elicone fratre Citeronis. Item Ceraunii sunt montes Epiri, a crebris dicti fulminibus. Grece enim fulmen ceraunos dicitur. Apenninus mons appellatur quasi Alpes Penine, quia Annibal veniens ad Italiam easdem Alpes aperuit. Unde et Virgilius: Alpes inmittit apertas. Has enim Annibal post bella Hispanie aceto rupit, ut Iuvenalis ait: et montem rupit aceto. Et inde loca ipsa que rupit Appennine Alpes vocantur. Mons Ethna ex igni et sulphure dictus, unde et gehenna. Constat autem hunc ab ea parte que eurum et Affricum flatus habere speluncas plenas sulphuris et usque ad mare deductas, que spelunce recipientes in se fluctus ventum creant, qui agitatus ignem gignit ex sulphure, unde est quod videtur incendium. Pirineus et ipse a crebris fulminum ignibus nuncupatus; Grece enim pir ignis dicitur. Iste est qui inter Galliam et Hispaniam quasi de industria munitum interiacet. Solurius a singularitate dicitur, quod omnibus Hispanie montibus solus altior videatur; sive quod oriente sole ante radios eius in eo quam ipse exeat. Calpe mons in ultimis finibus oceani, qui dirimit Europam ab Affrica, quem Athlantis finem esse dicunt, de quo Lucanus: Hesperia Calpe summumque implevit Athlantem. Athlas frater Promethei fuit et rex Affrice, a quo astrologie artem prius dicitur excogitata, ideoque dictus est sustinuisse celum. Ob eruditionem igitur discipline et scientiam celi nomen eius in montem Affrice derivatum est, qui nunc Athlas cognominatur, qui propter altitudinem suam quasi celi machinam atque astra sustentare videtur. Alpes autem proprie montes sunt, de quibus Virgilius: aerias Alpes, et dicendo aerias verbum expressit a verbo. Nam Gallorum lingua alpes montes alti vocantur. Hi sunt enim qui Italie murorum exhibent vicem. Colles sunt prominentiora iuga montium, ex eo appellata sunt quod propinqua et sibi iungantur. Tumulus est mons brevis quasi tumens tellus, item tumulus terra congesta in memoria est. Valles sunt humilia loca quasi vulsa; hec et convalles. Depressa loca terrarum inter montes. Campus est terrarum planities. Dictus autem campus quod brevis sit, nec erectus ut montes, sed patens et spacio suo porrectus et iacens, unde et Grece pedion dicitur. Sumpsit autem nomen ex Greca ethimologia; camai enim Greci breve dicunt. Solum est omne quod sustinet, a soliditate dictum scilicet, unde et de mari Virgilius ait: subtrahiturque solum. Saltus sunt vasta et silvestria loca ubi arbores exiliunt in altum. Fauces sunt aditus angustorum locorum inter arduos montes locata, angusta et brevia dicta a faucium similitudine quasi foces. Confrages loca in que undique venti currunt ac sese frangunt. Hinc Nevius ait: in montes ubi venti frangebantur locum. Scabra sunt loca sicut aspera, unde et scabies dicitur a corporis asperitate. Lustra obscena latibula ferarum et luporum cubilia sunt, unde et lupanaria lustra dicuntur; propterea videlicet quia parietes illustrant. Lucus est locus densis arboribus septus, solis lucem detrahens. Potest et a conlucendo et a lucendo crebris luminibus dici, que propter religionem gentilium cultuque fiebant. Deserta vocata quia non seruntur, et ideo quasi deseruntur, ut sunt loca silvarum et montium contra uberrimas terras, que sunt uberrime glebe. Devia sunt loca secreta et abdita quasi extra viam. Ipsa sunt et invia, et avia, secreta loca et a mare remota aut etiam adibilia viantibus; unde est illud: Inculta rubens amaria baccis. Amena loca Varro dicta ait eo quod solum amorem prestant et ad se amanda alliciant. Verius autem quod sine munere sint, nec quicquam his officia quasi munia, hoc est sine fructu, unde nullus fructus exsolvitur, unde et nichil prestantes immunes vocantur. Aprica que sole gaudent, quasi [ΑΝΕΥ ΦΡΙΚΗΣ], id est sine frigore, sive quod sint aperto celo. Opaca vero loca que operta celo aperta contraria. Lubricum dicitur locum ab eo quod quis labitur, et lubricum dicitur non quod labitur, sed in quo labitur. Estiva sunt loca umbrosa in quibus per estatem habitat pecora propter solis ardorem, unde Statius: et umbrosi patuere estiva Licei. Navalia sunt loca ubi naves fabricantur; hec et extrinum vocatur. Statio est ubi ad tempus stant naves. Portus ubi hiemant. Inportunum autem in quo nullum refugium, quasi nullus portus.

230\. Portus autem locus est ab accessu ventorum remotus, ubi hiberna opponere solent. Portus dictus a deportandis commerciis. Hunc veteres a baiulandis mercibus baias vocabant, illa declinatione a bara baias, ut a familia familias. Litus est terra aque maris vicina, et dictum litus quia fluctu eliditur, vel quod aqua alluitur. Ideo in Topicis litus est terra qua fluctus eludit. Circuluvium locus quem aqua circuluit. Alluvium consumptioni parium ex aquis. Margo est pars cuiuslibet loci, ut putta maris, unde et nomen accepit. Maritima quasi maris intima. Ostia ab ingressu et exitu fluminis dicta in mari. Continens perpetua terra nec ullo mari discreta, quam Greci piron vocant.

De inferioribus terre

Specus est fossa sub terra que perspici potest. Spelea Grece, spelunca Latine. Spiracula appellata omnia loca pestifera spiritu, que Greci paronia appellant vel acherontea. Et Varro spiraculum dicit Horcenii locum, et spiracula ex eo dicuntur loca quia terra spiritum edit. Hiatus preruptio terre profunda, quasi hiatus. Proprie autem hiatus est vis oris aperto, translata a feris, quarum ad dirutam oris apertione monstratur. Profundum proprie quasi cuius porro sit fundus. Abusive autem profundum vel sursum vel deorsum, ut in mare ac terra celumque profundum. Baratrum nimie altitudinis nomen est, et dictum baratrum quasi vorago atra, scilicet a profunditate. Erebus inferorum profunditas atque recessus. Stix [ΑΠΟ ΤΟΥ ΣΤΥΓΕΡΟΥ], id est a tristicia dicta, eo quod tristes faciat vel quod tristiciam gignat. Cocitus locus inferorum, de quibus loquitur: Dulces fuit glaries cocta. Cocitus autem nomen accepit Greca interpretatione a luctu et gemitu. Tartarus vel quia omnia turbata sunt [ΑΠΟ ΤΟΥ ΤΑΡΤΑΡΙΖΕΙΝ] aut quod est vere [ΑΠΟ ΤΗΣ ΤΑΡΑΧΗΣ], id est a tremore frigoris quod est algere et rigere, scilicet quia luce soleque caret. Nam neque illic vapores sunt qui ex solis luce gignuntur, neque flatus, qui eidem motibus incitatur, sed perpetuus stupor. Tartarigmen horrere et tremere apud Grecos legitur; illic enim fletus et stridor dentium. Gehenna est locus ignis et sulphuris, que appellari putant a valle idolis consecrata, que est iuxta murum Iherusalem, repleta olim cadaveribus mortuorum; ibi enim Hebrei filios suos immolabant demonibus, et appellabatur locus ipse gehennon. Futuri enim supplicii locus in quo peccatores cruciandi sunt, huius loci vocabulo designatur. Duplicem autem esse gehennam, ignis et frigoris. Infernus appellatur eo quod infra sit. Sicut autem secundum corpus, si ponderis sui ordine teneant, inferiora sunt omnia graviora, ita secundum spiritum inferiora sunt omnia tristiora. Unde et in Greca lingua origo nominis quo appellatur infernus ex eo quod nichil suave ab eo resonare perhibetur. Sicut autem cor animalis in medio est, ita et infernum in medio terre esse perhibetur. Unde et in euangelio legimus: in corde terre. Philosophi autem dicunt quod inferi pro eo dicuntur quod ante hic ibi ferunt.

INCIPIT LIBER XV DE CIVITATIBUS

ET AUCTORIBUS CONDI

Dtarum urbium plerumque dissensio invenitur, adeo ut nec urbis quidem Rome origo possit diligenter agnosci. Nam Salustius dicit: Urbem Romam, sicuti ego accepi, condidere atque habitavere initio Troiani; et cum his Aborigines. Alii dicunt ab Evandro fuisse

[... con]duxit. Te rex Evandre Romanae conditor arcis. Alii a Romulo vocatam, huius natam auspiciis illa incluta Roma. Si igitur tantae civitatis certa ratio non apparet, non mirum si in aliarum opinione dubitatur. Unde nec historicos nec commentatores varia dicentes aliarum opinione dubitatur imperitia condempnare debemus, quia antiquitas ipsa creavit errorem. Sane quasdam de quibus aut sanctae scripturae aut historiae gentium originem referunt, paucas admodum de quibus nobis retexere oportet. Primus ante diluvium Cain civitatem Enos ex nomine filii sui in India condidit, quam urbem sola multitudine posteritatis suae implevit. Primus post diluvium Nemroth gigas Babilonem urbem Mesopotamiae fundavit. Hanc Semiramis regina Assyriorum ampliavit, murumque urbis bitumine et cocto latere fecit. Vocabulum autem sumpsit a confusione, quod ibi confusae sunt atque permixtae linguae aedificantium turrem. Iudaei asserunt Sem filium Noe, quem dicunt Melchisedech, primum post diluvium in Syria condidisse urbem Salem, in qua regnum fuit eiusdem Melchisedech. Hanc postea tenuerunt Iebusei, ex quibus et sortita est vocabulum Iebus; sicque duobus nominibus copulatis Iebus et Salem vocata est Hierusalem, quae postea a Salomone Hierosolima quasi Hierosolomonia dicta est. Haec et corrupte a poetis Solima nuncupata, et postmodum ab Elio Adriano Elia vocata est. In ipsa est et Syon, quae interpretatur hebraice speculatio, eo quod in sublimi constructa sit et de longe venientia contempletur. Hierusalem autem pacifica in nostro sermone transfertur. Oppida autem nobilia quae vel qui construxerunt. Dionisius, qui et Liber, cum Indiam victor perambulasset, Nisam urbem ex suo nomine iuxta Indum fluvium condidit et decem milibus hominum adimplevit. Medi autem egregii filii Media construxit. Persipolim urbem caput Persici regni Perseus ... et regio eius Media non sortita est. Ninus filius Beli condidit famosissimam confertissimamque opibus, a qua et Persida dicta est. Susis oppidum Persae condiderunt in aemulatione Babilonie urbis. Susis oppidum ... dicunt autem Susis quod imminet Susa fluvio. Ibi est regia Cyri lapide candido et vario cum columnis aureis et lacunaribus gemmisque distincta, continens etiam simulacrum caeli stellis micantibus praefiguratum, et cetera humanis mentibus incredibilia. Bactrum oppidum Bactriani condiderunt, cognominantes quod Bactros dicitur. Carra civitas Mesopotamiae ex amne cognominantes, quia ... Crassus dux ... condita a Parthis ... quia Romanus caesus est exercitus et Crassus dux captus. Edissa urbem Mesopotamiae condidit Nemroth filius Chus, postquam de Babilone ... migravit, in qua et regnavit, quae antea Arach cognominata est. Ipse construxit et Calannem, quae postea mutato nomine a Seleuco rege dicta est Seleucia. Filadelfiam urbem Arabiae condidit Rafaim gens antiquissima, quam interfecerunt filii Loth. Seleucus unus ex pueris Alexandri, post mortem eiusdem Alexandri occupato regno orientis, urbem in Syria condidit eamque ex Antiochi patris sui nomine Antiochiam nuncupavit et Syriae caput instituit. Ipse condidit Laodiciam et Seleuciam, ipse Apamiam et Edissa urbes construxit. Damascus Syriae condita et nuncupata a Damasco dispensatore Abrahae filio. Haec antea in omni Syria tenuit principatum, necdum enim florebat ibi Antiochia. Laodicia et Apamia quasi urbes et Alexandriam construxisse cognoscimus. Hic est Damascus quem Abraham futurum sibi heredem dixerat, antequam ei esset ille promissus Ysaac. Gazam oppidum Palestinae condiderunt Evei, in qua habitaverunt Capadoces peremptis indefectis cultoribus. Vocata autem Gaza eo quod ibi Cambises rex Persarum thesauros suos posuit, cum bellum Egyptiis intulisset. Persarum lingua thesaurus Gaza nominatur. Philistiim urbem condiderunt Allofili, ipsa est Ascalon, de qua superius memoravimus, nuncupata ex nomine Cesloim, qui fuit nepos Cham et filius Mesraim. Dor urbs fuit quondam potentissima, et vocata Stratonis turris, postea ab Herode rege Iudaeorum in honore Caesaris Augusti Caesarea nuncupata, in qua Cornelii domus Christi est ecclesia et Philippi aediculae et cubiculum quattuor virginum prophetarum. Ioppe oppidum Palestinae maritimum idem Palestini aedificaverunt, ubi saxum ostendit quod vinculorum Andromedae vestigia adhuc retinet, cuius beluae forma commemoratur defensus fuit. Iericho a Iebuseis condita, traditur quam subvertit Iesus et non texisse ... Hanc subvertit Iesus, postea construxit eam Ahiel de Bethel ex tribu Effraim, sed et hanc eo tempore quo Hierusalem oppugnabatur a Romanis propter perfidiam civium captam atque destructam est, pro qua alia aedificata est urbs quae hodie permanet. Sichem Samariae urbem, quae latine et graece Sicima vocatur, aedificavit Emor appellavitque eam nomine Sichem filii sui; ipsa est nunc Neapolis civitas Samaritanorum. Bethel urbem Samariae condiderunt Iebusei, quae prius vocabatur Luza, sed postquam dormiens ibi Iacob vidit scalam innitentem caelo et dixit: Vere hic domus est Dei et porta caeli, hac ex causa locum accepit Bethel, id est domus Dei. Quae autem ibi ab Hieroboam vituli aurei fabricati sunt, vocata est Bethaven, id est domus idoli, quae antea vocabatur domus Dei. Bethleem Iudae civitas David, quae mundi genuit Salvatorem, a Iebuseis condita fertur et vocata Effrata primum. Quam autem ibi Iacob pecora sua pavit, eidem loco Bethleem nomen quodam vaticinio futuri imposuit, quod domus panis interpretatur propter eum panem qui ibi de caelo descendit. Hebron civitas Iudae, quae quondam vocabatur Arbee, condita est a gigantibus ante septem annos quam Abeis Chanis urbs Egypti conderetur. Ipsa est Arbee a numero ita vocata, quod ibi tres patriarchae sepulti sunt et quartus Adam; ipsa est et Mambre vocata ex uno amico Abrahae. Samariam, a qua omnis regio quae circa fuit nomen accepit, Sennacherib rex Assyriorum construxit vocavitque Samariam, id est custodiam, quia Israel translato in Medos ibi custodes constituit. Hanc obsidione captam Antiochus solo coaequavit, quam postea Herodes a fundamentis instaurans in honorem Augusti Augustam, id est Sebastiam, graeco sermone vocavit. Ibi sepulti sunt Heliseus et Abdias propheta et quo maior inter natos mulierum non fuit Iohannes Baptista. Tyberiadem vero Herodes alius in Iudaea in nomine Tyberii Caesaris condidit. Tyrum urbem Fenicum condita a Fenicibus fuit. Haec est civitas ex qua aurum regi Salomoni deferebatur, in qua optima purpura tinguitur; unde et Tyria dicitur nobilis purpura. Fenices a rubro mari profecti Sydonem urbem opulentissimam condiderunt, quam a piscium copia Sydonem appellaverunt. Nam piscem Fenices Sydon vocant. Ipsi et Tyrum in Syria, ipsi Uticam in Africa, Ypponem, Leptim aliasque urbes in ora maritima condiderunt; ipsi Thebas in Boetia duce Cadmo, ipsi postremo in ultima orbis tendentes urbem in Oceano construxerunt eamque lingua sua Gades nominaverunt. Namque morem erat antiquis Fenicum gentes multas simul incuidit eam a domo profectos, et cum incolarum animos commercio rerum his antea incognitarum sibi conciliassent, locaque condendis urbibus ydonea videbantur capere. Ex his profecta et Dido in litore Africae urbem condidit et Carthadam nominavit, quod Fenica lingua exprimit civitatem novam; mox verso sermone Cartago est dicta. Hanc Scipio delevit; quae autem nunc est postea a Romanis condita est. Cartago autem antea Birsa, post Tyrus vocata, deinde Cartago. Memfim civitatem Egypti aedificavit Epafus Iovis filius, cum in secunda Egypto regnaret. Haec est urbs ubi Cartago nascitur, ibi et optimi mathematici fuerunt. Nam hac urbe magicis artibus dedita pristinum usque ad praesens tempus vestigia erroris ostendit. Thanis metropolis Egypti, ubi Pharao fuit et Moyses cuncta signa fecit quae in Exodo scribuntur. Hanc construxisse perhibentur Titanes, id est gigantes, et ex nomine suo nuncupaverunt. Eliopolis urbs Egypti, quae latine interpretatur Solis civitas; sic hoc interpretes arbitrantur. Aedificata est autem a filiis Israel, in qua Petefres sacerdos fuit, cuius meminit Ezechiel. Urbem Alexandriam condidit Alexander Magnus, cuius et nomen detinet. Haec iacet in confiniis Africae et Egypti, construitque caput esse regionis Egypti iussit. Interiacet autem inter Egyptum et mare quasi claustrum in portu, factis urbs Egypti. Nam praecausa in Alexandria. Thebas Egypti condidit Cadmus, qui inter Egyptias urbes nimio portarum nobiliores habentur, ad quas commercia Arabes undique subvehunt; hinc regio Egypti Thebaida dicitur. Thebae autem Boetiae dictae sunt et Egyptiae uno auctore conditae. Ptholomais et Beronice a regibus Egyptiis nominatae a quibus et aedificatae fuerunt. Caesarea Capadociae, Tharsum Ciliciae Danai et Perseus aedificavit, de qua civitate fuit Paulus apostolus, natus Tharso Ciliciae. Quidam et loca in die Tharsis vocant. Seleuciam Ysauriae condidit Seleucus, qui et Antiochiam. Ilus autem Apollinis filius in Frigia Ilium condidit. Amazones Ephesum in Asia construxerunt. Theseus vero Smirnam construxit, quae Homero poetae patria extitit, et vocata Smirna quod ei campus eius flumini secat. Dioscoria Colchorum urbem Amfitus et Cercius aurigae Castoris et Pollucis fabricaverunt, ex eorum nomine cognominantes. Nicomedia a Nicomede rege Bithiniae aedificata est. Bithinia condita a Fenice, quae primum Mariandina vocabatur. Constantinopolim urbem Thraciae Constantinus ex nomine suo instituit, solam Romae moenibus et potentia adaequatam. Hanc conditam primum a Pausania rege Spartanorum et vocatam Bizantium, vel quia tantum ambitu cum mari et pomoeriis, vel quia sit receptaculum terrae marisque copiis; unde et eam Constantinus aptissimam condere iudicavit, ut et receptaculum sui terra marique fieret; unde et nunc Romani imperii sedes et totius caput orientis, sicut Roma occidentis. Epirum civitatem terrae conditam esse a Pirro et cognominatam. Athenas Melladas Cecrops condidit et ex suo nomine Cecropiam nominavit. Hanc Amfiction idem, qui in generatione tertia post eum regnavit, Minervae sacravit et nomen civitati Athenas dedit. Nam Minerva graece Athena dicitur. Unde et Minervam gentium ... multarum asserunt artium, quia et litterarum et artes diversorum studiorum et ipsa philosophia velut templum Athenis fuerunt. Chorintum in Achaia condidit Chorintus Orestis filius. Hanc Graeci Chorintum vocant, hoc est administratione rei publicae. Thebas Boetiae Cadmus veniens a Fenicibus condidit, Thebis Egyptiis prius a se constructis. Micenas Lacedemonia condita a Lacedemone Semele filio. Sparta a Sparto filio Foronis vocata, qui fuit filius Nachi. Ipsam autem esse Spartam quam et Lacedemoniam civitatem, atque deinde Lacedemonias Spartanos dici. Achaia ab Acheo constructa. Pelops, qui apud Argos regnavit, Peloponense urbem condidit. Cecrops in insula Rodo Rodum aedificavit. Carpathum Iunensis Tiresonis filius Pasum. Angeas Ligi filius Samum. Dardanus autem condidit Dardaniam. Thessalonicam Thessalus Graeci filius aedificavit, ubi et regnavit. Brundisium construxerunt Graeci. Brundisium autem dictum est graece, quod Brunda caput cervi dicatur; sic enim et cornua videantur et caput et lingua in positione ipsius civitatis. In Italia autem a Iano Ianiculum, a Saturno Saturnia, atque Latium conditum, eo quod ibi fugiens latuisset regno minatum. Ab Hercule in Campania Pompeia, qui victor ex Hispania pompam boum duxerat. Aeneas autem post excidium Troiae in eandem Italiam veniens a nomine uxoris Laviniam condidit. Ascanius vero relicto Lavinio novercae suae regno, Albam Longam aedificavit. Alba autem vocata propter colorem suis, longa quia longum oppidum est iuxta porrectionem collis in quo sita est. Ex hac et urbe reges Albanorum appellari coeperunt. Capuam Capis Silvii rex Albanorum construxit, appellata nomine conditoris. Licet sint qui dicant eam a capacitate Capuam dictam, quod eius terra omnem vitae fructum capiat. Alii a locis campestribus in quibus sita est. Est autem caput urbium Campaniae, inter tres maximas Romam Cartaginemque numerata, ex qua et provincia Italiae Campania dicta est. Romulus cum interfecto apud Albam Amulio avum Munitorem in regnum restituisset, in eum locum ubi nunc Roma est devenit ibique sedes posuit, moenia construxit, urbemque ex nomine suo Romam vocavit. Hanc autem antea Evander dicitur condidisse, ut est illud: Te pater Evandre Romanae conditor arcis. Ancus Marcius ex filia Numae Pompilii natus hic urbem in exitu Tyberis condidit, quae et peregrinas merces exciperet et hostem moraretur, quam ab ipso situ Hostiam appellavit. Galli quidem intestina discordia et assiduis dissensionibus suorum permoti, sedes novas quaerentes, in Italiam profecti sunt, sedibusque propriis Tuscis expulsis, Mediolanum atque alias urbes condiderunt. Vocatum autem Mediolanum ab eo quod ibi sus medio lanea perhibetur inventa. Historiis placet a Messapo Graeco Messapiae datam originem, quam postmodum in Calabriae (?) quam in exordio Oenotri frater Peucetius Peucetiam nominavit. Mantum Tyresiae filiam post interitum Thebanorum dicunt delatam in Italiam Mantuam condidisse. Est autem in Venetia, quae Gallia Cisalpina dicitur, et dicta Mantua quod manes tenet. Parthenopam a Parthenope appellatam, quandam virgine illic sepulta, quod oppidum postea Augustus Neapolim esse maluit. Ad promunturium Leucaten in quo Actii Apollinis templum fuit bellum Augustus contra Antonium gessit, quo victo urbem in Actiaco sinu condidit, quam a victoria Nicopolim appellavit. Phallantus Parthenios dux Parthenios instituit. Taras Neptuni filius fuit, a quo Tarentum civitas et condita et appellata est. Cum Cyrus maritimas urbes Graeciae occuparet et Focenses ab eo expugnati omnibus angustiis premerentur, iuraverunt ut profugerent quam longissime ab imperio Persarum, ubi ne nomen quidem eorum audirent. Atque ita in ultimos Galliae sinus navibus profecti armisque se adversus Gallicam feritatem tuentes, Massiliam condiderunt et ex nomine ducis nuncupaverunt. Hos Varro trilingues esse ait, quod et graece loquuntur et latine et gallice. Narbonam et Arelatum et Pictavis coloni Pyrri condiderunt. Burdigalem appellatam ferunt quod Burgos Gallos primum colonos habuerit, quibus antea cultoribus adimpleta est. Terraconam in Hispania Scipiones construxerunt, ideo caput est Terraconensis provinciae. Caesaraugusta Terraconensis Hispaniae oppidum a Caesare Augusto et situm et nominatum; loci amoenitate et deliciis praestantior civitatibus Hispaniae cunctis atque illustrior, florens sanctorum martyrum sepulturis. Afri sub Annibale maritima Hispaniae occupantes Carthaginem Spartariam construxerunt, quae mox a Romanis capta et colonia facta nomen etiam provinciae dedit. Nunc autem a Gothis subversa atque in desolationem redacta est. Saguntum Graeci ex insula Zacintho profecti in Hispania condiderunt, quam Afri postea bello impetitam deleverunt. Emeritam Caesar Augustus aedificavit, postquam Lusitaniam et quasdam Oceani insulas cepit, dans ei nomen ab eo quod ibi milites veteranos constituisset. Nam emeriti dicuntur veterani solutique militia. Olisipona ab Ulixe est condita et nuncupata, quo loco sicut historiographi dicunt caelum a terra et maria distinguuntur a terris. Ispalim Caesar Iulius condidit, quam ex suo et Romae urbis vocabulo Iuliam Romulam nuncupavit. Ispalis autem a situ cognominata est, eo quod in solo palustri suffixis in profundo palis locata sit, ne lubrico atque instabili fundamento cederet. Gades oppidum a Poenis conditum, quod et Carthaginem Spartariam condiderunt. Septem oppidum a montibus septem, quia a similitudine fratres vocantur. Quod ita eminet freto Tingis civitatem, cuius Lycaneus auctor est, quem Hercules fertur luctae certamine superatum interfecisse. Lix autem ab Lixo flumine Mauritaniae nuncupata non antea regia fuit, et Sala quod imminet Salae flumini. Caesarea Mauritaniae oppidum Iuba rex Maurorum in honorem Caesaris Augusti condidit, quam ex eius nomine Caesaream appellavit, sicut Herodes aliam Caesaream in Palestina, quae nunc urbs ibi est clarissima. Icosium Caesariensis Mauritaniae oppidum Hercule illuc transeunte viginti a comitatu eius desciscentes construxerunt. Hac neque ipsi imposito a se nomine, ne quis privatim gloriaretur, de condentium numero urbi Icosion nomen datum est. Cyrene regina finibus Libiae ex suo nomine civitatem Cyrenem condidit, ex qua et Libia Cyrenensis vocatur.

De aedificiis publicis

Civitas est hominum multitudo societatis vinculo adunata, dicta a civibus, id est ab ipsis incolis urbis, pro eo quod plurimorum consciscat et contineat vitas. Nam urbs ipsa moenia sunt, civitas autem non saxa, sed habitatores vocantur. Tres autem societates familiarum, urbium, gentium. Urbs vocata ab orbe, quod antiquae civitates in orbe fiebant, vel ab urbo parte aratri, quo muros designabant. Unde est illud: Optavitque locum regno et concludere sulco. Locus enim futurae civitatis sulco designabatur, id est aratro. Cato qui urbem novam condit tauro et vacca arat; ubi araverit, murum faciat; ubi portam vult esse, aratrum sustollat et portet et portam vocet. Idcirco autem urbs aratro condebatur, dispari sexu iuvencorum propter commixtionem familiarum et imaginem serentis fructusque reddentis. Urbs autem aratro conditur, aratro vertitur. Unde Oratius: Imprimeretque muris hostile aratrum. Oppidum quidam ab oppositione murorum dixerunt, alii ab opibus recondendis eo quod sit munitum, alii quod sit conventus habitantium opem det invicem contra hostem. Nam primum homines tamquam nudi et inermes nec contra beluas praesidia habebant nec receptacula frigoris et caloris, nec ipsi inter se homines ab hominibus satis erant tuti. Tandem naturali sollertia speluncis silvestribusque tegminibus tuguria sibi et casas virgultis harundinibusque contexerunt, quo esset vita tutior, ne his qui nocere possent aditus esset. Haec est origo oppidorum, quae quod opem darent, idcirco oppida nominata dixerunt. Oppidum autem magnitudine et moenibus discrepare a vico et castello et pago. Civitates autem aut coloniae aut municipia aut vici aut castella aut pagi appellantur. Civitas proprie dicitur quam non advenae, sed eiusdem loci cives nativo solo condiderunt; ideoque urbes a propriis civibus conditae civitates, non coloniae nuncupantur. Colonia est quae defecta ...

indigenarum novis cultoribus adimpletur. Unde et colonia a cultu agri est dicta. Municipium est quod manente statu civitatis ius aliquod minoris aut maioris officii a principe impetrat. Dictum autem est municipium a muneribus, id est officiis, quod tantum munia, id est tributa debita vel munera reddant. Nam liberales et famosissimi causae quae ex principe proficiscuntur ibi non aguntur. Nec ad dignitatem civitatum pertinent et castella et pagi. Hi sunt qui nulla dignitate civitatis ornantur, sed vulgari hominum conventu incoluntur, et propter parvitatem sui maioribus civitatibus attribuuntur. Vicus autem dictus ab ipsis tantum habitationibus, vel quod vias habeat tantum habitationibus sine muris. Est autem sine munitione murorum, licet et vici dicantur ipsae habitationes urbis. Dictus autem vicus eo quod sit vice civitatis, vel quod vias habeat sine muris. Castrum antiqui dicebant oppidum loco altissimo situm, quasi casa alta; cuius pluralis numerus castra, diminutivum castellum est; sive quod castrabatur licentia inibi habitantium, ne passim vaga hostibus pateret. Pagi sunt apta aedificiis loca inter agros habitantibus. Haec et conciliabula dicta a conventu et societate multorum in unum. Compita sunt ubi usus est convenire rusticorum, et dicta compita quod loca multa in agris eodem competunt, et quo conveniunt a rusticis. Suburbana sunt circumiecta civitatis aedificia, et quasi suburbia. Moenia sunt muri civitatis, dicta ab eo quod muniant intra iacentia, quasi munimenta urbis, id est tutamenta. Munium autem dictum quasi manufactum. Sic et muri a munitione dicti quasi muniri, quod muniant et tueantur interiora urbis. Moenia autem duplicem habent significationem. Nam interdum moenia abusive dicuntur omnia aedificia publica civitatis; ut "dividimus muros et moenia pandimus urbis". Propria autem moenia sunt tantum muri. Murus autem turribus propugnaculisque ornatur. Turres vocatae quod teretes sint et longae; teres enim est aliquid rotundum cum proceritate, ut columna. Nam et quamvis quadratae aut latae construantur, procul tamen videntibus rotundae existimantur, ideo quia omnis extremitas anguli sui simulacri per longum aeris spatium evanescit atque consumitur et rotundum videtur. Propugnacula pinnae murorum sunt, dictae quia ex his propugnatur. Promurale vero quod sit pro munitione muri; est enim murus proximus ante murum. Porta dicitur qua potest vel importari vel exportari aliquid. Proprie autem porta aut urbis aut castrorum vocatur, sicut supra dictum est. Vicus dictus est ipsae habitationes urbis; unde et vicini dicti. Viae sunt spatia angusta quae inter vicos sunt. Plateae perpetuae ac latiores civitatum viae sunt, iuxta proprietatem linguae graecae a latitudine nuncupatae. Platos enim Graeci latum dicunt. Quintana est platea quinta, qua carpentum progredi potest. Cloacae dictae quod his proluantur aquae. Has primum Romae fecisse Tarquinium Priscum, ut quoniam pluviarum mundatio existeret, per eas aquae extra civitatem emitterentur, ne maximis prope usque tempestatibus planitiei vel fundamentum urbium strages aquarum subiret. Imbuli vel quia sub voluminibus sunt, vel quia sub his ambulantur, sunt enim porticus hinc inde plateae. Forum est exercendarum litium locus, a fando dictum, sive a Phoroneo rege qui primum Graecis legem dedit. Haec loca et rostra vocantur, ideo quod ex bello Punico captis navibus Carthaginiensium rostra ablata et in foro Romano praefixa, ut essent huius insigne victoriae. Curia dicitur eo quod ibi cura per senatum de cunctis administretur. Praetorium quod ibi praetor resideat ad discutiendum. Gymnasium generalis est exercitiorum locus. Tamen apud Athenas locus erat ubi discebatur philosophia et sapientiae exercebatur studium. Nam gymnasium graece vocatum quod latine exercitium dicitur, hoc est meditatio. Sed et balnea et loca cursorum et athletarum gymnasia sunt, eo quod illic homines in sua arte studium exerceant. Capitolium Romae vocatum eo quod fuit Romanae urbis et religionis caput summum. Alii dicunt, cum Tarquinius Priscus Capitolii fundamenta Romae aperiret, in loco fundamenti caput hominis litteris Tuscis notatum invenit, et proinde Capitolium appellavit. Arces sunt partes urbis excelsae atque munitae. Nam quaecumque tutissima sunt urbium, ab arcendo hoste arces vocantur; unde et arx et archa. Circum Romani dictum putant a circuitu equorum, eo quod ibi circum metas equi currant. Theatrum autem a spectaculo nominatum ΑΠΟ ΤΕϹ ΘΕΟΡΙΑϹ, quod in eo populus stans desuper atque spectans ludos scenicos contemplaretur. Amphitheatrum vero vocatum quod ex duobus sit theatris compositum. Nam amphitheatrum rotundum est, theatrum vero ex medio amphitheatro est, semicirculi figuram habens. Laborinthus est perplexis parietibus aedificium, qualis est in Creta a Daedalo factus, ubi fuit Minotaurus inclusus; in quo si quis introierit sine glomere lini exitum invenire non valet; cuius aedificii talis est status, ut aperientibus fores tonitruum intus terribile audiatur. Descenditur centenis ultra gradibus; intus simulacra et monstrificae effigies, in partes diversas transitus innumeri per tenebras, et cetera ad errorem ingredientium facta, ita ut de tenebris eius ad lucem venire impossibile videatur. Quattuor autem sunt laborinthi: primus Aegyptius, secundus Creticus, tertius in Lemno, quartus in Italia, omnes ita constructi ut dissolvi eos nec saecula possint. Pharus turris est maxima, quam Graeci ac Latini in commune ex ipsius rei usu pharum appellaverunt, eo quod flammarum indicio longe videatur a navigantibus; qualem Ptolomaeus iuxta Alexandriam construxisse octingentis talentis traditur. Usus eius est nocturno navium cursu ignes ostendere ad praenuntianda vada portusque introitum, ne decepti tenebris navigantes in scopulos incidant. Nam Alexandria fallentibus vadis insidiosos accessus habet. Hinc ergo in portubus machinas ad praelucendi ministerium fabricatas pharos dicunt. Nam fos lux est, oros visio dicitur. Unde et lucifer graece fosfor appellatur. Cocleae sunt altae et rotundae turres; et dictae cocleae quasi cycleae, quod in eas tamquam per circulum orbemque conscendatur; qualis est Romae centum septuaginta quinque pedibus. Termas appellatas quod caleant. Graeci enim thermon calorem vocant. Balneis vero nomen inditum a levatione moeroris. Nam Graeci balaneon dixerunt, quod anxietatem animi tollat. Haec et gymnasia dicuntur, quia ibi athletae uncto corpore et perfricato manibus exercitantur. Nam gymnasium graece, latine exercitium dicitur; gymnas enim nudus. Apodyterium vero lavantium vestitorium, ab exuendo scilicet dictum; apodyein enim graece exuere dicitur. Popina graecus sermo est, quae apud nos corrupte propina dicitur. Est autem locus iuxta balnea publica, ubi post lavacrum a fame et siti reficiuntur; unde et propinare dicitur. Pina enim graece famem significat, eo quod hic locus famem tollat. Tabernae olim vocabantur aediculae plebeiorum parvae et simplices in vias saxis et tabulis clausae; unde et tabernarii, quod ibi solebant considere. Dictae autem tabernae quod ex tabulis lignisque erant constructae, quae nunc etsi non specie, nomen tamen pristinum retinent. Macellum dictum quod ibi mactentur pecora quae mercantibus venundantur. Mercatum autem a commercio nominatum; ibi enim res vendere vel emere solitum est; sicut et theloneum dicitur ubi merces navium et nautarum emolumenta redduntur. Ibi enim vectigalis exactor sedet pretium rebus impositurus et voce a mercatoribus flagitans. Carcer est a quo prohibemur exire, et dictus carcer a coercendo. Hieronymus pro graecari potat amoenis locis quae coerceri viderentur.

De habitaculis.

Habitatio ab habendo vocata, ut habitare casas. Domus ex graeca appellatione vocata; nam doma graece tecta dicitur. Est autem domus unius familiae habitatio, sicut urbs unius populi, et sicut orbis domicilium totius generis humani. Omne aedificium domum antiqui aedem appellaverunt. Alii aedem ab edendo quidam sumpsisse nomen existimant, dantes exemplum de Plauto: "Si vocasse nos in aedem ad prandium". Hinc et aedificium, eo quod fuerit prius ad edendum factum. Aula domus est regia, sive spatiosum habitaculum porticibus quattuor conclusum. Atrium magna aedis est, sive amplior et spatiosa domus; et dictum est atrium eo quod addantur ei tres porticus extrinsecus. Alii atrium quasi ab igne et ligno atrum dixerunt; atrum enim fit ex fumo. Palatium a Pallante principe Arcadum dictum, in cuius honore Arcades Pallanteum oppidum construxerunt, et regiam in ipsius nomine conditam palatium vocaverunt. Thalamum hac ex causa vocatum fertur. Cum enim raptae fuissent a Romanis Sabinae, ex quibus cum una ante alias specie nobilis cum magna omnium admiratione raperetur, Talassioni duci ex oraculo responsum est dari; et quoniam hae nuptiae feliciter cessarent, institutum est ut in omnibus nuptiis talamum nominarent. Aegyptii quoque lingua sua loca in quibus nubentes succedunt et recubant thalamum nominant. Cenaculum dictum a communione cenandi; unde et coenobium est congregatio. Antiqui enim publice et in commune vescebantur, nec ulli convivium singulare erat, ne in occulto deliciae luxuriam gignerent. Triclinium est cenaculum a tribus lectulis discumbentium dictum. Apud veteres enim in loco convivii apparatu ex ponderatae tres lectuli strati erant, in quibus discumbentes epulabantur. Clinon enim graece lectum vel accubitum dicitur, ex quo confectum est ut triclinium dicatur. Cella dicta quod nos occultat et celat. Cubiculum vero quod in eo cubantes ibique dormientes requiescant. Cubile ad cubandum locus est; ... sit locus secretus, id est sine accessu. Diversorium dictum eo quod ex diversis viis ibi conveniatur.

231

Hospitium sermo graecus est, ubi quis ad tempus hospitalitatis iure inhabitat et inde transiens migrat. Inde et metatum, quia mutatur; unde et legio et castra metata sunt permutaverunt. Non enim illic permanet exercitus, sed pertransit. Moeniani collega Crassi in foro proiectas materias, ut essent loca in quibus expectantes insisterent, quae ex nomine eius meniana appellata sunt. Postea hoc alii lapide, alii materia aedificare porticibus meniana foris et domibus adiecerunt. Tabulata olim ligneae domus fiebant, unde nomen permanet et tabulatorum. Apogeum est constructum sub terris aedificium, quod nos antrum vel speluncam dicimus. Solarium quod soli et aurae pateat, qualis locus fuit in quo David Bethsabee lavantem se aspexit et adamavit. Cum Hierosolymam Antiochus obsideret, Hyrcanus princeps Iudaeorum reserato David sepulchro tria milia auri talenta inde abstraxit, ex quibus trecenta Antiocho dedit, ut obsidione relinqueret; atque ut facti invidiam demeret, fertur ex reliqua pecunia instituisse primus xenodochia, quibus advenientes susciperet pauperum et peregrinorum; unde et vocabulum sumpsit. Nam ex graeco in latinum xenodochium peregrinorum susceptio nuncupatur. Ubi autem aegrotantes de plateis colliguntur, nosocomion dicitur graece, id est quo consumpta languoribus atque inediis miserorum membra foventur.

De sacris edificiis.

Sacra sunt loca divinis cultibus instituta, ut potest esse in quibus altaria litantibus de more pontificibus consecrantur. Sancta iuxta veteres exteriora templi sunt; sancta autem sanctorum locus templi secretior, ad quem nulli erat accessus nisi tantum sacerdoti. Dicta autem sancta sanctorum, quia ex vero oraculo sanctiora sunt, vel quia ad sanctorum comparatione sanctiora sunt; sicut cantica canticorum, quia cantica universa praecellunt. Sanctum autem a sanguine hostiae nuncupatum; nihil enim sanctum apud veteres dicebatur nisi quod hostiae sanguine esset consecratum aut conspersum. Item sanctum quod extat esse sancitum. Sancire est autem confirmare et irrogatione poenae ab iniuria defendere. Sic et leges sanctae et mores et muri esse dicuntur. Propitiatorium quasi propitiationis oratorium; propitiatio enim placatio est. Oracula dicta eo quod inde responsa redduntur; et oracula ab ore. Penetralia secreta sunt oraculorum, et penetralia dicta ab eo quod est penitus, hoc est penetrant. Oratorium orationi tantum est consecratum, in quo nemo aliquid agere debet nisi ad quod est factum, unde et nomen accepit. Monasterium unius monachi habitatio est. Monos enim apud Graecos solus, sterion statio dicitur, id est solitarii habitatio. Coenobium vero ex graeco et latino videtur esse compositum. Est enim habitaculum plurimorum in commune viventium. Ceno enim graece commune dicitur. Templum vero generale; pro locis enim quibusque magnis antiqui templa dicebant; et templa dicta quasi tecta ampla. Sed et locus designatus ad orientem a contemplatione templum dicebatur. Cuius partes quattuor erant: antica ad ortum, postica ad occasum, sinistra ad septentrionem, dextra ad meridiem spectans. Unde et quando templum construebant, orientem spectabant aequinoctialem, ita ut lineae ab ortu ad occidentem missae fierent partes caeli dextra sinistraque aequales, ut qui consuleret atque precaretur rectum aspiceret orientem. Fana dicta a Fauno, quia templa error gentilium construebat, unde et consulentes daemonum responsa audirent. Delubra veteres dicebant templa fontes habentia, quibus ante ingressum diluebantur; et appellari delubra a diluendo. Ipsae nunc sunt aedes cum sacris fontibus, in quibus fideles regenerati purificantur; et bene quodam praesagio delubra sunt appellata. Sicut enim in ablutione peccatorum fons, et in delubris locus regeneratorum est, in quo vii gradus in specie sacri mysterio formantur, tres in descensu et tres in ascensu; septimus vero is est qui et quartus, id est similis filio hominis, extinguens fornacem ignis. Stabilimentum pedum, fundamentum aquae, in quo plenitudo divinitatis habitat corporaliter. Basilicae prius vocabantur regum habitacula, unde et nomen habent. Nam basileus rex, et basilicae regiae habitationes. Nunc autem ideo divina templa basilicae nominantur, quia ibi regi omnium Deo cultus et sacrificia offeruntur. Martyrium locus martyrum, graeca derivatione, eo quod in memoriam martyris sit constructum, vel quod sepulchra sanctorum ibi sunt martyrum. Aram quidam vocatam dixerunt quod ibi incensae victimae ardeant; alii aras dicunt a precationibus, inde quod Graeci dicunt aras; unde contra imprecatio catara dicitur; alii volunt ab altitudine aras, sed non. Altare autem ab altitudine constat esse nominatum, quasi alta ara. Pulpitum, quod in eo lector vel psalmista positus in publico conspici a populo possit, quo liberius audiatur. Tribunal eo quod ibi a sacerdote tribuantur praecepta vivendi. Est enim locus in sublime constructus, unde universi exaudiri possint. Alias tribunal a tribus denominatum, quod ad illum tribus convocentur. Analogium dictum quod sermo inde praedicatur; nam logos graece sermo dicitur; quod et ipsum alte situm est. Sacrarium proprie est locus templi in quo sacra reponuntur, sicut donarium est in quo collocantur oblata. Sic lectisternia dicuntur ubi homines sedere consueverunt.

De repositoriis.

Ab inferendis quoque et deportandis sacris sacrarium nuncupatur. Donaria vero eo quod ibi dona reponantur quae in templis offerre consueverant. Aerarium vocatum quia prius aes signatum ibi recondebatur; hic enim olim in usu erat, auro argentoque nondum signato, ex quorum metallis quamvis postea facta fuisset pecunia, nomen tamen aerarium permansit ab eo metallo unde pecunia initium sumpsit. Armarium locus est ubi quaeque artium instrumenta ponuntur. Armamentarium vero tamen tela armorum, unde Iuvenalis: "quodque hinc telorum armamentaria caeli". Dicta autem utraque ab armis, id est a brachiis, quibus exercentur. Bibliotheca est locus ubi reponuntur libri. Biblion enim graece liber, theca repositorium dicitur. Promptuarium dictum eo quod inde necessaria victui promuntur, hoc est proferuntur. Cellarium quod in eo colliguntur ministra mensarum, vel quae necessaria victui super sunt. Inter promptuarium et cellarium hoc interest, quod cellarium est paucorum dierum, promptuarium vero temporis longi. Apotheca autem vel horrea graece ubi cumbo repositoria vel reconditoria dici possunt, eo quod in his homines elaboratas fruges reponunt; unde et enteca graeco nomine reposita rei copiosam substantiam appellant.

De operariis.

Ergasterium locus est ubi opus aliquod fit. Graeco enim sermone ergasia opera, sterion statio dicitur, id est operarii statio. Ergastula quia et ipsa a graeco sermone nuncupantur, ubi deputantur noxii ad aliquod opus faciendum, ut solent gladiatores et exules qui marmora secant et in vinculorum custodiis alligati sunt. Gynaeceum graece dictum eo quod ibi conventus feminarum ad opus lanificii exercendum conveniat. Mulier enim graece gyne nuncupatur. Pistrinum quasi pilistrinum, quod a pilo antea tundebantur grana; unde et veteres non molitores sed pistores dicti, quasi pinsores a pinsendis granis frumenti. Molae enim usus nondum erat, sed grana pilo pinsebant; unde et Virgilius: "Nec torrere flammis fruges nec frangere saxo." Clibanum a clibo dictum, ab eo quod in erectione se colligit. Clibum enim accensum dicunt sive flexuosum. Furnum per derivationem a farre dictum, quia panis ex eo factus ibi coquitur. Torcular dictum eo quod ibi uvae calcentur atque extorte exprimuntur. Forus est locus ubi uva calcatur; dictus autem quod ibi feratur uva, vel propterea quod ibi pedibus feriatur; unde et calcatorium dicitur. Sed hic non significat multa. Prima species fori locus in civitate ad exercendas nundinas relictus. Secunda ubi magistratus iudicare solet. Tertia quam supra diximus, quod calcatorium nominant. Quarta spatia planata in navibus deorsum vel longa laxaque foros. Lac dicitur quia ibi decurrat vinum vel fragulus liquor.

Aditus ab adeundo dicitur, per quem ingredimur et admittimur.

De aditibus.

Vestibulum est dictum eo quod vestiunt fores, aut quod aditum tecto vestiat, aut ab stando. Porticus quod transitus sit magis quam ubi standum sit, quasi porta; et porticus eo quod sit aperta. Ianua a Iano quodam appellabatur, cui gentiles omnem introitum vel exitum sacraverunt, unde Lucanus: "Ferrea belligeri compescat limina Iani." Est autem ianua primus ingressus; cetera intra ianuam adita vocantur. Generale quoque ostium est per quod ab aliquo arcemur ingressu, ab obstando dictum, sive ostium quia ostendit aliquid intus. Alii autem ostium appellari quia hostem moratur; ibi enim adversariis nos obicimus. Hinc et hostia Tiberina, quia hostibus sunt apposita. Fores et valvae claustra sunt. Sed fores dicuntur quae foras, valvae quae intus revolvuntur et duplices complicabilesque sunt. Sed generaliter usus vocabula ista corrumpit. Claustra ab eo quod claudantur dicta. Fenestrae sunt quibus pars exterior angusta et interior diffusa est, quales in horreis videmus; dictae eo quod lucem fenerent. Lux enim graece fos dicitur, quia per eas intus positus homo foras videt. Alii fenestram putant dictam eo quod domui lucem ministrat. Compositum nomen ex graeco latinoque sermone; fos enim graece lux est. Cardo est locus in quo ostium vertitur et semper movetur; dictus apo tu cardias, quod quasi cor hominis totum, ita ille cuncta ianuam regat ac moveat; unde et proverbiale est in cardine rem esse. Limina ostiorum dicta eo quod transversa sint, ut limes, et per ea sic magis aut introitur aut foris exitur. Postes et antes, quia ante stant, quia antea adeas ante domum priusquam domum ingrediaris; postes eo quod post ostium stent.

De publicis edificiis.

Fundamentum dictum quod fundus sit domus; idem et caementum a caedendo dictum, quod crasso lapide surgat. Paries nuncupatur quia semper duo sunt pares, vel a latere vel a fronte; sive enim tetragonum sive hexagonum sit, quae se conspiciunt ex parte pari erunt. Aliter enim structura facta deformis erit. Parietinas dicunt quasi parietum ruinas. Sunt enim

parietes stantes sine tecto, sine habitantibus. Angulus quod duos parietes in unum coniungat. Columna dicta est quia apud antiquos tecta culmo tegebantur, ut in rustica. Hinc et culmen summitas culminis dicitur. Camera est volumina introrsum respiciens; appellata a curvo. Camara enim grece curvum dicitur. Laquearia sunt quae cameram subtegunt et ornant, quae et lacunaria dicuntur. Principaliter autem lac dicitur, ut Lucili resultant aedesque lacusque; cuius diminutivo lacunar facit, ut Oratii: neque aureum me arte nitet in domo lacunar. Inde et ab alia diminutione lacunar paragogicon laquearium facit. Absida grecho sermone, latine interpretatur lucida, eo quod lumine recepto per arcum resplendeat. Sed utrum absida an abside dicere debeamus, hoc ibi genus ambiguum quidam doctores existimant. Testudo est camera templi obliqua in modum testudinis. Veteres enim templorum tecta faciebant, quod ideo sic fiebat ut caeli imaginem redderet, quod constat esse convexum. Arcus dicti alii testudine volunt esse locum in parte arcum ad usum venientibus. Arcus dicti quod sint arcuati conclusione curvati. Ipsi et fornices. Pavimenta origine apud Grecos habent elaborata arte picturae. Lithostrata parvulis crustis ac tessellis tincturis in varios colores. Vocata autem pavimenta eo quod paveantur, id est caedantur; unde et pavor, quia ... Ostraceum est pavimentum testaceum, eo quod fractis testis calce admixta feritur. Testa enim greci ostrea dicunt. Conpluvium dictum quia aquae undique in eo ... circa sunt conveniunt. Tessellae sunt ex quibus domicilia struuntur, a tesserae nominatae, id est quadratis lapillis per diminutionem. Bases fulturae sunt columnarum, quae a fundamento consurgunt et supposite ... Bases autem petrae fortissimae Syro sermone. Columnae fabricae sustinent pondus. Bases autem pedes ... eo quod tota fabricae pondus erigitur. Antiquae per longitudinem et rotunditatem ... Genera columnarum quattuor sunt: ... altitudinis et latitudinis, sed doricae, ionicae, tuscanicae, corinthiae, mensura crassitudinis et altitudinis inter se distantes. Quintum genus est earum quae vocantur atticae, quaternis angulis aut amplius paribus laterum intervallis. Capitella dicta quod sint columnarum capita, sicut per collum caput impositum. Epistylia sunt quae super capitella columnarum ponuntur, et est grecum, id est super missa. Tegulae quod tegant aedes, et imbrices quod accipiant imbres. Lateres et laterculi quod lati formentur circumactis undique quattuor tabulis. Canales ab eo quod cava sint in modum cannae. Sane canalem veteres genere feminino quam masculino protulerunt. Fistulae ... sunt dictae quod aquas fundant ... Nam stola greco mittere est. Formae ... pro magnitudine aquae et capacitatis modo fiunt.

De munitionibus.

Munitum vel munimentum dictum quia manu est factum. Cors vocata eo quod coerceat cuncta quae intra sunt, id est concludat vel coerceat obiectu suo extraneos et adire prohibeat. Vallum est quod mole terrae erigitur ut custodia praetendatur. Dictum autem vallum valli sunt fustes quibus vallum munitur, et valli dicti quod figantur et evellantur. Intervalla sunt spatia inter capita vallorum, id est stipitum quibus vallum fit; unde et cetera quae spatia distant ab stipitibus fiunt. Agger est cuiuslibet rei coacervatio, unde fossae aut valles possunt repleri. Agger proprie dicitur terra aggesta quae vallo facto proponitur, sed abusive et muros et munimenta omnia aggeres dicimus. Maceriae sunt parietes longi quibus vineae aliquae clauduntur. Longum enim greci macron dicunt. Formatum sive formaceum. In Africa et Hispania parietes de terra appellantur formacei, quoniam in forma circumdatis duabus utrimque tabulis inferciuntur verius quam instruuntur, longique durant incorrupti, ventis, ignibus omnique caemento fortiores. Sepes munimenta sunt ... et appellatae. Caulas munimenta ovium vel septimenta ovilium; est autem grecum, non etiam deducta. Nam et greci aulas vocant animalium receptacula.

De tentoriis.

Tabernacula tentoria sunt militum, quibus utuntur sol ardores tempestatesque imbrium frigorisque iniurias vitant. Dicta autem tabernacula quod tramite distenta funibus tabulis instantibus appenderent, quae tentoria sustinerent. Tentorium vocatum eo quod tendatur funibus atque palis; unde et hodie praetendere dicitur. Papiliones vocantur a similitudine parvuli animalis volantis, quae maxime habundant floretibus malvis. Haec sunt aviculae quae lumine accenso conveniunt et circa volitantes ab igne proximo interire coguntur.

De sepulchris.

Sepulchrum a sepulto dictum. Prius autem quisque in domo sua sepeliebatur; postea vetitum legibus, ne fetore ipso corpora viventium contacta inficerentur. Monumentum ideo nuncupatur eo quod mentem moneat ad defuncti memoriam. Cum enim non videris monumentum, illud est quod scriptum est: Excidit tamquam mortuus a corde. Cum autem videris monumentum, et ad memoriam te reducit ut mortuum recordaris. Monumentum itaque et memoriae pro mentis ammonitione dictae. Tumulus dicitur quasi tumens tellus. Sarcofagum grecum est nomen, eo quod ibi corpora absumantur. Sarca enim grece caro, fagus comedere dicitur. Mausolea sunt sepulchra seu monumenta regum, a Mausoleo rege Egyptiorum dicta. Nam defuncto eo uxor eius mirae magnitudinis et pulchritudinis extruxit sepulchrum, in tantum ut usque hodie omnia monumenta pretiosa ex nomine eius mausolea nuncupentur. Pyramides genus sepulchrorum quadratum et fastigiatum ultra omnem excelsitatem quae fieri manu possunt; unde et mensuram umbrarum egisse nulla habere umbram dicuntur. Tali autem aedificio surgunt, ut a lato incipiant et in angustum finiantur, sicut ignis. Pyr enim dicitur ignis. Hos enim Egyptii habent. Apud maiores enim potentes aut sub montibus aut in montibus sepeliebantur.

De edificiis rusticis.

Casa est agreste habitaculum palis atque virgultis harundinibusque contextum, quibus possint homines tueri a vi frigoris vel caloris iniuria. Tugurium casula est quam faciunt sibi custodes vinearum ad tegimen sui, quasi tegurium, sive propter ardorem solis et radios declinandos, sive ut inde vel homines vel bestiolas quae insidiari solent navis frugibus abigant. Hanc rustici cabannam vocant, quod unum tantum capiant. Tescua quidam putant esse tuguria, quidam loca praerupta et aspera. Magalia aedificia Numidarum agrestium oblonga, incurvis lateribus tecta, quasi navium carinae sunt, sive rotunda in modum furnorum. Et magalia dicta quasi magaria, quia magar Punici novam villam dicunt, una littera commutata, pro magar. Latine appellari dicitur eo quod in eo agatur aliquid.

De agris.

Agrum ex greco nominari manifestum credimus; unde et villa grece coragros dicitur. Villa a vallo, id est aggere terrae nuncupata, quod pro limite constitui solet. Possessiones sunt agri late patentes publici privatique, quos initio non mancipatione, sed quisque ut potuit occupavit atque possedit; unde et nuncupati. Fundus dictus eo quod fundatur vel stabiliatur patrimonium. Fundus autem et urbanum aedificium et rusticum intellegendum est. Praedium quod ex omnibus patrisfamilias maxime providetur, id est apparet, quasi providium; vel quod antiqui agros quos bello ceperant praedia nominabant. Omnis autem ager, ut Varro docet, quadrifariam dividitur: aut enim arvus est ager, id est sationalis, aut consitivus, aptus arboribus, aut pascuus, qui herbis tantum et animalibus vacat, aut florens, quia sunt horti apibus congruentes et floribus, quod et Virgilius in quarto libro Georgicorum scriptum est. Rura veteres incultos agros dicebant, id est silvas et pascua. Agrum vero quod colebatur. Nam rus est quod mel vel quod lac vel quod pecus habet, ubi potest; unde et rusticatio. Hoc agrestium primus et otiosa felicitas. Seges ager est in quo seritur; unde et Virgilius: Illa seges demum votis respondit avari agricolae. Conpascuus ager dicitur qui a divisoribus agrorum relictus est ad pascendum communiter vicinis. Alluvius ager est quem paulatim flumen inagrum reddit. Arcifinius ager dictus quia certis limitum mensuris non continetur, sed arcentur fines eius obiectu fluminum, montium, arborum; unde et in his agris nichil subsicivorum invenitur. Novalis ager est primum proscissus, sive alternis annis vacans novandi sui causa. Novalia enim semel cum fructu est, et semel vacua. Squalidus ager est quasi excolidus, quia iam a cultura exierit; sic exconsul quod a consulatu discesserit. Uliginosus ager est semper humidus. Nam humidus dicitur quod aliquando siccatur. Uligo enim humor terrae est naturalis ab ea numquam recedens. Subseciva sunt proprie quae in ordine manus praecedens qui supervacua abiciuntur. Unde et subsicivus ager quia in praecisa divisione recusatur, qui steriles vel palustres. Item subsiciva in divisionibus agri non efficiuntur, veruntamen in iugationem ... Area dicitur tabulariter aequaliter, dicta autem area a planitie atque aequalitate; unde et ara. Alii aream vocatam dicunt quod per terram areas frugibus exadatur, vel quod non nutriunt, ... aridam. Prata autem dicta eo quod sint et Romani non mordeantur, ab eo quod prompta sit parata, nec magnum laborem culturae desiderent. Prata autem esse quae secare possunt. Paludes dictae a palea, pastorali, id est pabula nutriant ...

De finibus agrorum.

Fines dicti eo quod funiculi sint diuisi; mensura enim limites ... partitione reddunt divisiones certas teneant. Limites appellati antiquo verbo transversi. Nam transversa antiqua lima dicebant, a quo et limina ostiorum, per quae foris itur vel intratur. Alii limites quod foris eant; hinc et limen vocatum et accepto. Limites pro quo iter publicum ... obliqua praestitua. Termini dicti quod terrae mensuram distinguunt atque declarant. Hi et testimonia finium intelleguntur et agrorum inventio et certamen auferunt. Limites maximi agrorum duo sunt: cardo et decumanus. Cardo est qui a septentrione directus, a cardine caeli. Est enim sine dubio caelum vertitur a septentrionali orbe. Decumanus est qui ab oriente in occidentem per transversum dirigitur, quia pro eo quod formam decem faciat, decumanus est appellatus. Ager enim bis divisus figuram decussati numeri efficit. Arca ab arcendo vocata, fines enim agri custodit eosque adire prohibet. Trifinium dictum eo quod tria possessionum fines astringat; hinc et quadrifinium quod in quattuor. Reliqui limites angustiores et inter se distantes in partibus intervallis ... designatis.

De mensuris agrorum.

Mensura est quidquid pondere, capacitate, longitudine, altitudine, latitudine animoque finitur. Maiores itaque orbem in partibus, partes in provinciis, provincias in regionibus, regiones in locis, loca in territoriis, territoria in agris, agros in centuriis, centurias in iugeribus, iugera in climatibus, deinde climata in actus, perticas, passus, gradus, pedes, palmos, uncias et digitos diviserunt: tanta enim sollertia fuit. Digitus est pars minima agrestium mensurarum. Inde uncia habet digitos tres. Palmus autem quattuor digitos habet, pes vero sedecim digitos. Passus quinque pedes habet. Pertica passus duos, id est pedes decem. Pertica autem a portando dicta, quasi portica. Omnes enim mensurae praecedentes in corpore sunt, ut palmus, pes, passus, et reliqua; sola pertica portatur. Et est decem pedum, ad instar calami in Ezechielo templum mensurantis. Actus minimus est latitudine pedum quattuor, longitudine centum viginti. Clima quoque undique versum pedes habet sexaginta, ita LX. [LX / LX] Actus quadratus undique finitur pedibus centum viginti, ita CXX. [CXX / CXX] Hunc Betici arapennem dicunt, ab arando scilicet. Actus duplicatus iugerum facit, ab eo quod est iunctum iugeri nomen accepit. Iugerum autem constat longitudine pedum CCXL, latitudine CXX, ita CXX. [CCXL / CXX] CXL. Actum provinciae Beticae rustici acnuam vocant. Porcam idem Betici XXX pedum latitudine et LXXX longitudine definiunt, XV. [LXXX] XV. Sed porca est quod in arando extat, quod defossum est. Libram quam Galli candetam appellant. In areis urbanis spatium centum pedum quasi centetum. In agrestibus autem pedes CL quadratorum usu candetum vocant. Porro stadium ager habet passus CXXV, id est pedes DCXXV, cuius mensurae octies computata miliarium facit, quod constat quinque milia pedibus. Centuria autem ager ducentorum iugerum, quia apud antiquos centum iugeribus vocabatur, sed postea duplicata est mensura nomenque pristinum retinuit.

In numeris enim certi et multiplicati sunt, non mutare non potuere.

De itineribus.

Mensuras viarum nos miliaria dicimus, Greci stadia, Galli leugas, Egyptii signes, Persae parasangas. Sunt autem proprio quaeque spatio. Miliarium mille passibus terminatur, et dictum miliarium quasi mille, habens pedes quinque milia. Leuga finitur passibus mille quingentis. Stadium octava pars miliarii est, constans passibus CXXV. Hoc primum Herculem statuisse dicunt, eumque eo spatio determinasse quod ipse sub uno spiritu confecisset, ac per hoc stadium appellasse quod in fine respirasset simulque constitisset. Via est qua potest ire vehiculum, et via dicta a vehiculorum incessu. Nam duos actus capit, propter euntium et venientium vehiculorum occursum. Omnis autem via aut publica est aut privata. Publica est quae in solo publico est, qua iter ... populo patet. Haec aut ad mare aut ad oppida pertinent. Privata est quae municipiis data est. Strata dicta quasi vulgi pedibus trita. Lucretius: Strataque iam vulgi pedibus detrita viarum. Ipsa est et dilapidata, id est lapidibus strata. Primum autem Poeni dicuntur lapidibus vias stravisse; postea Romani eas per omnem orbem disposuerunt propter rectitudinem itinerum, et ne plebs esset otiosa. Agger est media stratae eminentia, coaggeratis lapidibus strata; ab aggere, id est coacervatione dicta; quam historici viam militarem dicunt, ut: Aggere sepe viae displicens in agge superim. Iter est via quae ab homine quaqua versum potest. Iter autem et iteneris dicitur hinc ... actus locus ... ... unde et appellatum ad iter. Iter autem est sed longe inter et ipse labor ambulandi, itaque velis pervenias. Semita hominum, callis ferarum et pecudum. Semita autem hominum, callis ferarum et pecudum. Callis est iter pecudum inter montes angustum et tritum, a callo pecorum vocata, sive callo pedum praedurata. Tramites sunt transversa in agris itinera, sive recta itinera dicta, quod transmittant. Diverticula sunt flexae viae, hoc est iter in diversa tendentes, ... diverticula sunt, hoc est diversae ad diversas viae, sive semitae transversae, quae sunt ab itinere. Bivium quia duplex est via, competa quia plures in ea conpetant viae, quasi trivium, quadruvium. Ambitus inter vicinorum aedificia locus duorum pedum et semipedis ad circumeundi facultatem relictus, ab ambulando dictus. Orbita vestigium carri, ab orbe rotae dicta. Porro anfractus ... anfractuosum inflexuosum. Vestigia sunt pedum planitis primis signa expressa, ... a quo his, per ... investigantur agnoscantur.

INCIPIT LIBER XVI DE GLEBIS TERRE

PULVIS DICTUS QUOD vi pulsetur venti. Attollitur enim flatu nec resistit, nam flatu molitur et sic attritus terra ... pulvis quem paries vento a facie terrae. Unde ... quod levis sit. Cenum enim ... Cinis ex incendio dicitur ... favilla quod pigre effecta fit; nam fos ignis est. Gleba quod sit globus. Pulvis enim collectio ... coalescit et umore glutinata adunatur; unde ... gata gleba est, soluta pulvis. Labina eo quod ambulantibus lapsum inferat; dicta a praevaricatione a labe. Limus vocatum quasi ... a Graecis ... limo, non enim est ... Volutabra appellata quod ibi apri volutentur. Uligo ... Sabulum levissimum terrae genus est. Argilla ab argis vocata, apud quos primum ex ea vasa confecta sunt. Creta a Cimolia creta ... melior est. Creta Cimolia candida est, a Cimolo insula dicta, quam alia vestimentorum pretiosos colores emollit et confirmat; sulfure quidam nitores exhilarantur. Alia genuinis nitorem praestat, creta argentaria, et ipsa candida appellata eo quod nitorem argenteum reddat. Terra Samia a Samo insula dicta, glutinosa et candida, et linguae medicamentis et vasculis necessaria. Pulvis puteolanus in Puteolanis Italiae collibus opponitur ad sustinendos maris fluctus frangendosque. Nam mersus aquis protinus lapis fit undis cottidie fortior, ... saxum, sicut argilla in igne in lapidem vertitur. Sulfur vocatum quia ... accenditur, in eo enim ignis est. Nam vis eius et in aquis ferventibus sentitur, neque alia res facilius accenditur. Nascitur in insulis Aeoliis inter Siciliam et Italiam, quas ardere diximus, invenitur et in aliis locis effossum. Huius genera ... quod vocant ... et ... quo solo ex omnibus generibus medici utuntur. Alterum quod appellant glebam, fullonum familiare. Tertium ... ad lanas suffumigandas, quia candorem ... praestat. ... est ad licinia maxime conficienda ... Sulfuris tanta ... in morbos comitiales deprehenditur nidore suo impositum ignibus ... ... pallere ...

De glebis ex aquis.

Bitumen in Iudaea lacu Asphaltite emergit, cuius glebas supernatantes ... scaphis adpropinquantes colligunt. Invenitur autem et ... bitumen ... pallet ... autem utraque et densitate ... neque ... Greci spissam asphalton appellant ... ardens et ignium cognata, et neque aqua neque ferro rumpitur ... nisi ... inquinatum ... Nitrum vocatum ... lavacris praestat ... efficitur hieme ex aquis ... lassitudinis ... species ... Sal ... Alii sal a solo et sale vocatum existimant ... marinis spuma ... Sal ... Alibi quoque ... flumina ... in salo ... arenis colligitur ... Sunt et montes nativi salis ... ... massis ... ... sal sanctissimum ... nec excolitur ... ...

Sr & color diffe. Menfite rufe e in parte q̄dā sicilie. ñ ethne e ppureus.
Iū ineade sicilia i pachinū. ado splendid & lucid ut ymagines reddat. Inca
padocia croeit effodit. Sal nata necessaria e ad omne escā. pulitas & sapore
dat. excitat aiditate & appetitū moib: cibis fac. ex eo q̄ppe oīs uite delecta
tio & summa hylaritas. hic & salus n̄ acquisisse putat. nich uti le sale & sole.
Denq: cernea uidem corpora nautiorū. q̄m & pecudes armīta & iumīta sale maxi
me puocant ad pastū multo largiores lacte multoq: gratiores casei dote. Corpa
et sal astringit. siccat & alligat defuncta & a putresceñ diu uindicat ut du
rent. Nitrū a loco sumpsit uocabulū. Nascit ñ i oppido t regione egypti nitria
ex q̄ & medicine fiunt. & sordes corpū uestiūq: lauant. huī natā n̄ multū
a sale distat. Habet ñ inicē sal. & similit orte canescentib: a siccitate litorib:
Afronitū gce latine spuma nitri e, de q̄ q̄dā ait. Rustic es nescis q̄d gco noīe dicat:
Spuma uocor nitri grecus es afronitrū. Colligit aū i asia in speluncis distillās
de hic siccat sole optimū putat si minime fuerit ponderosū. & maxime friabile
colore pene ppureo. Calcantū dictū q̄a calcatas e tmū. i. flos uiī & ap latinos
aeris flos appellat. fit aū multis i regionib: Olim in hyspanie puteis t stagnis
id genī aq̄ habentib: q̄m decoquebant & i piscinas ligneas fundebant appen
dentes sup eas restes lapillis extentas. q̄b limī in similitudine uitreis acinis adhe
rebat. sicq: electū siccabat dieb: xxx. fit aū nc alibi i speluncis q̄d liq̄de collectū
de hic defusū i q̄sda botros solidat. fit & i scrobib: cauatis. quorū e latib; deca
dentes gutte coalescit. fit & salsm̄ ex flagrantissimo sole. Adeo aū ostricte uirtu
tis e, ut i leonū & ursorū ora sparsū tanta ui habeat ad stringendū ut n̄ ualeant morde. **De lapidibus vulgaribus:**
Lapis a terra tamq̄ densior & uulgo discernit. Lapis aū dict
q̄d ledat pede. lapis mollis e & spars. Saxa herent & a montib: exciduntr;
petra gcū e. Silex e dur lapis eo q̄d excliat ignis ab eo. dict scopulus saxo eminēs
q̄i ab speculando dict siue a reguntio nauiū ΑΠΟ ΤΟΥ ΣΚΕΠΕΙΝ. Spelea gce spelunca la
tine. e aū ipis cauata. Crepido extremitas saxi abrupta uñ & crepido uocat. q̄s
sit abrupta saxi altitudo sic herēt pede pes dens uñ & uocat. Cautes aspa saxa
i mari dicte a cauendo q̄i cautē. Murices petre i litore similes muricib: uiuis acu
tissime & nauib: pniciose. Icon saxū e q̄ humane uocis sonū captans & uba
loquentiū imitat. Icon aū gce. latine ymago uocat. eo q̄d ad uoce respondens
alienū efficit ymago sermonis. licet h quide & locorū natā eueniat. ac pleruq:
9uallium. Calculus e lapis tre admixt. rotund atq: dissim. & oī pitate leuissim.
Dict aū calculus q̄d sine molestia hbitate sui calcet. Cui 9tri e scrup lapill
minut & asp. q̄ si incidit i calciamto nocet. & molestia e animi. uñ & animi
molestia scrupulū dicim. hic scrupea saxa. i. aspa. Cotes n̄ accep q̄d ferrū ad
i cidendū acuat. Cotes ñ gco sermone incisio noiat. Ex his aū alie aq̄rie s̄t
alie oleo indigent i acuendo. s: oleū lene aq̄ acie acerrima reddunt. Pumex uo
cat eo q̄d spume densitate 9crec fiat. & arid e candore paruus tamq̄ natāre
frigerandi hns. ut in uase missus musta deferuere designat. Rudos artifices
appellant 9tusos & calce admixtos. q̄s i pauimtis faciendis sup fundit. uñ &
rudera dnr. Gipsus cognat calcis e. & e gcū n̄. Plura ei genā. omniū aū
optimū lapidis peculiari. e aū signis edificiorū & coronis gratissim. calcis
uiua dicta q̄a dū sit frigida act in occultus occulto igne 9tinet. uñ & pfusa aq̄
latens ignis erumpit. natā ei miru aliq̄ fac. Postq̄ ñ arserit aq̄s icendit.
q̄b solet ignis extingui. oleo extinguit q̄ sol& ignis accendi. usus ei stru
cturis fabrice necessari. Nā lapis lapidi n̄ pot adherere forti n̄ calce
9iunct. Calcis a lapide albo & do melior structis ex molli util tectoriis.
Arena ab ariditate dicta n̄ ab adherendo i fabricis ut q̄dā uolt. huī pba
tio si manu inpssa stridat. aut si in ueste candida sparsa nich sordis relinquat. **De lapidibus paulo insignioribus:**
Magnes lapis indie ab inuentore uocat. fuit aū
in ida rea pmū rept. clauib: crepidar baculisq: cuspide herens cū armta
ide magnes p ea & passim inuenit e aū colore ferrugine. s: p bat cū ferro
adiunctus ei fecit rapui. nā adō apphend ferrū. ut cathena faciat anu
lorū. uñ eū uulg ferrū uiuū appellat. ligre q̄q: uitri ut ferrū credit. e h̄
cui uis tanta e ut refert beat augustin q̄d q̄dā eunde magnete lapide teni
erit sub uaso argenteo ferruq: sup argentū posuerit. dein sub mouente manu
cū lapide ferrū rursū mouebit desup. uñ factū e uti q̄dā teplo simulachr ex
ferro pende i aere uidet. Est quippe & alī in ethiopia magnes q̄ ferrū
n̄ ambit respuitq; Omnis. aū magnes tanto melior e. q̄nto mag ceruleus est.
Agates lapis pmū inuent e in sicilia gagatis fluminis fluore tenet uñ
& noīat. hoc i britannia sic plim. Est aū nig plan leuis & ardens igni
admot fictilia ex eo scripta n̄ delent. incēs serpentes fugat. demoniacos pdit.
uirginitate repheñd. mirū q̄a accendit aq̄. oleo extinguit. Abeston ar
cadie lapis ferrei coloris ab igne n̄ sortit. eo q̄d accens semel nuq̄ extiguit.
de q̄ lapide mechanicū aliq̄ ars humana molita e. q̄d gentiles capti sacrilegio
mirarent. denq: i templo q̄dā fuisse ueneris fanū ibiq: candelabr & i eo
lucernam sub diuo sic ardente ut ea nulla tepestas. nullus ymb extingueret.
Pirites psic lapis pulus aeris simulans q̄litate cui plim ignis siquide
facile scintillas emittit. hic tenentes manū si uehementi pmat adurit.
p q̄d ab igne n̄ accep. Est alī pirites uulgaris q̄m uiuū lapide appellant
q̄i ferro t lapide pcuss scintillas emittit q excipiunt sulfure t aliis sfun
gis t foliis cito celeri p bet igne. hc uulg focare petrā uocat. Silenites
latine lunaris inepr eo q̄d interiore ei candore cū luna crescēe atq: defice
aunt. gignit aū in psida. Dionisi lapis fuse & rubentib: notis spars.
uocat aū a cā ita quasi aq̄ mixt 9terat uinū flagrat, & q̄d i illo miru e eb
rietati resistit. Traci nig & sonor: nascit in flumine cui n̄ est pontus.
Hegetal frigi lapis ex loco ex uocabulū nascit ñ i frigia. colore pallid.
mediocrit grauis. e aū gleba pumicosa. urit antea uino pfus. flatq:
follib: donec rubescat. acrs dulci uino extinguit. tinuis uestib: tinguendi
uestib: tantū utit. Syri lapis a syria ū repperit appellat. hic integer
fluctuari tradit. comminut mgi. Arabic simil ebori sine ulla macula.
hic defricat ad cute sucū dimittit croco simile. Indaic lapis alb: e atq: in
scentate gndis. scptis subinuice modulat. q̄s gci gnas appellant. Sami
a samo insula ū reppert uocat & e grauis & candid poliendi aurū utit.
Menfites uocat a loco egypti. & e gemmantis nate. hic trit atq: i
his q̄ urenda s. & secanda ex aceto illinit ita obstupescere fac corp ut n̄
sentiat cruciatū. Sarcofag lapis dict eo q̄d corpora defunctorū 9dita i
eo infra xl. dies absumunt. Sorcos ñ gce area dr. fagos comedere.
Nascit ñ i troade fissiliq: uena scindit. Sr & eide generis i oriente
saxa. q̄ & uiuentib: alligata erodunt corpora. mitiores aū seruandis
corporib: nec absumendis. Ematites appellat eo q̄d cute resolut i colore ueniat
sanguinis. e admodū liuid. e & ferrugine. nascit multa in egypti babi
lonia & hyspania. Androdamant colore nig. ponde & duricia i signis.
uñ & n̄ inde. pcipuus reppert in affrica. trahere aū in se argentū t es dr.
q̄q: attrit ū ematites i colore redigit sanguinis. Isistos inuenit i ultima hys
pania croco simil cū leui fulgore. facile friabil. Amiant appellat auetib:
eo q̄d si ex pso fuerit uestis 9texta. 9tigne resistat & igni imposita n̄ ardeat
s: splendore accepto nitescat. & e iscissi alumini simil. ueneficus resistens
oīb: specialit magorū. Bactractes simil e teste lannose s: isci similis.
Galactites colore cinereus. gustu suauis. s: io sic uocat q̄d q̄sta de se lacteū at
tric dimittat. Obsius lapis nig e. translucid & uitri hns similitudinem.
ponit in specul parietū p ymaginū umbras reddendas. gemmas multi ex eo fa
ciunt. nascit in india & i samo italie. Nitridas lapis eufrates sole repcuss.
colorib: micat uariis. Echites lapides reppiunt i nidis aq̄lar. aiunt binos
inueniri marē & feminā. nec sine his parere aq̄las. Hor masculi dur 232.

simit galle sub rualis. femine ū pusill ac mollis. alligati part celeritate faciunt
& aquib: alig uidue excidit n̄ cito parturientib: auferant. Fingites capadocie
lapis duricie marmoris. candid atq: ex lucens. ex q̄ q̄nda templū 9structū e
a q̄dā rege forib: aureis. q̄b claritas int diurna erat. Cinites ebori simit
i q̄ darui 9diū ferc. parioq: simit candore & duricia. mini cū ponderos.
q̄ porus uocat. Ostracites uocat q̄d similitudine teste heat. usus ei p p pu
mice. Melantes lapis dict e. eo q̄d melleū & dulce sucū emittat. Hismiris
lapis asp & i domit. & oīa atterens. ex q̄ lapide gemme terunt. Crisius
colore simit terre. inuenit i egypto. Amnites simit uitro s: durior.
gignit i egypto t in arabia in nascit i ethiopia uelutu uiridis s: lacte
cum resolut remordens uehemt. Coran alb: e duriorq: pario. So
lon uelutu uiridis & gndis inuenit i egypto. Cuscalan a loco italie di
ct. dissilire igne tradit. Saum lapis fiscus addito oleo & lucere fert.
est & q̄dā uirid lapis uehemt igni resistens. Sifun mollis & candid. ca
lefact oleo nigresc atq: dess. Lapides q̄q: medicinaliū mortariorū & pigm
torū usib: apti. edesius pcipuus. & in colatic. thebaicq; & bassantes la
pides nich ex sese remittentes. Specularis lapis uocat e q̄d uitri i more tns
luceat. rept pmū in hyspania citiori cca segobricā urbe. inuenit ñ sub tra
& effossus excidit atq: findit in q̄s libet tenues crustas. **De marmoribus:**
Post lapidū genā ueniem ad marmora. Nā int lapides & marmora diffa e.
Nā marmora dnr eximii lapides q̄ macul & colorib: comendant. Marmor
sermo gcus e. a uiriditate uocat. & q̄uis p ea & alii colores inueniant. nomi
tū pstinū a uiriditate retinuerit. Marmorū colores & genā i numabilia s.
n̄ tn̄ oīa e rupib: excidunt. s: multa sub tra sparsa s. & pciosissimi genis sic
lacedemoniū uiride cunctisq: hylari rept pmū ap lacedemonios. uñ & uo
cabulū trc. Offites spentin macul e simit uñ & uocabulū sumpsit. duo ei
genā. molle. candidū. nigr. durū. Augusteū & tybium i egypto augusti &
tybii pmū pncipatu rept s. Diffa eorū e a pophites cū illud ut p diximus ser
pentiū sit macul simit. h macul diuiso m̄ collige. Nā augusteū undatī
e. crispū in uertices. tybium sparsa n̄ 9uoluta canitie. Purpure e ex egypto
rubens. candidis intuenientib: punctis. nomis ei cā q̄d rubeat ppā. Bassantes
ferrei coloris siue dicia. uñ & n̄ ei datū e. inuenit in egypto & ethiopia. Ala
bastrites lapis candid int tinct uariis colorib: ex quo euglici illi unguentū
uasculū fuit. Cauant ñ hc ad uasa unguentaria q̄m optime seruare i cor
rupta dr. Nascit cca thebas egyptias & damascū syrie ceteris candidior. pba
tissimū ū in india. Parius candoris eximii ligdinus cognomito. hic ap paron
insula nascit. uñ & parius noīat magnitudo ei q̄ lances crateras n̄ excedat
unguentis & ipe apt. Corallitic in asia rept mse n̄ ult cubita bina. candore
p ximo eboris ad q̄nda similitudine eo diuiso nig. Alabandic tre sue nomie
n̄ cupat ppe aspectu simil. Est ei oriente igni liquat. atq: ad usū uitri fundit.
Thebaicus int stinct aureis guttis. inuenit in pte egypti a scripta e colis. ter
renda. collīria q̄nda utilitate natali 9ueniens. Sienites cca sienē t thebas nas
cit. trabes ex eo facere reges. Marmora aū q̄ i officinis rupib:q: gignunt.
ex q̄b ita suis diuisi coloris macul distinct. cui pmū usū insule ciclades dederc.
Lesinus liuidior e paulo hiuc s: & ipe diuisi coloris maculas hns. Corinthe
ammoniace gutte simit cū uarietate diuisorū colorū. corintho pmū rept. ex eo colum
ne ingentes. liminaq: fiunt ac trabes. Caristeū uiride optimū n̄ a specū hns eo
q̄d grat sit his q̄ gemas sculpunt. cuis ñ uiriditas refic oculos. Numidicum
marmor numidia mittit. ad cute sucū dimittit croco simile uñ & n̄ accep
n̄ crustis s: massa & liminū usū aptat. Luculleū marmor nascit i chio in
sula cui lucullus 9sul n̄ dedit. q̄ delectat illo pmū romā inuex. soluq: pene h
marmor ab amatore n̄ accep. e & limensis. Tefrian appellat a colore ci
neris. cui lapidis alligatio cont serpentes laudat. Ebur abarro. i. elefanto
dictū. uñ oracī. Quid tibi uis mulier nigris dignissima barris. **De gemmis.**
Post marmorū genera geme secunt. q̄ multū auro decore tribuunt uenustate co
lorū. pmordia ei a rupe caucasea fert. Prometheū pmū fragmtū saxi ei in
clusisse ferro ac digito circūdasse. hisq: initiis cepisse anulū atq; gemā. Genā
gemmar innumabilia ee tradunt. de q̄b nos ea tantū q̄ pncipalia s siue noas
sima annotauim. Geme uocate q̄d instar gummi tns luceant. Preciosi lapi
des io dicti s q̄a care ualent. siue ut a uilib: discerni possint. seu q̄d rari sint.
Omne ñ q̄d rarū e magnū & pciosū uocat. sic i samuel uolumine legit: ut sermo
domini p ciosus erat in dieb: ill insrl. **De uiridioribus gemmis.**
Omniū gemmar uirentiū zmaragd pncipatū ht. cui uetes tcia p margarita
& uniones tribuunt dignitate. Zmaragd a nimia uiriditate uocat. oīne
ñ satis uiride amar dr. Nullis ñ gemmis t herbis maior q̄ huic austitas
e. Nā hbas uirentes frondesq: ex supat. inficiens cca se uiriditate repcussū
aere. sculpentib: q̄q: gemas nulla gratior oculorū refectio. e sic speculū ita yma
gines reddit. q̄ppe nero cesar gladiatorū pugnas i zmaragdo spectabat. Ge
nera ei xii. s: nobiliores scithici q̄ i scithica gente repperiunt. Scdm locum
tenent bactriani. Colligunt ñ i comissuris saxorū flante aquilone. tc ñ
telle de opta intimicant q̄a his uentis arene maxime mouent. Tercium
egyptii hnt q̄ i metallis erariis inueniunt s: uiciosi. nā ere & plūbo t lapi
t lapillamus t salis similes natas hnt zmaragdi aū mero & uiridi psici
unt oleo q̄uis natā imbuant. Calcozmaragd dicta q̄d uiridis sit & turbida
aereis uenis. h i egypto t cypro insula nascit. Prasius p uiridanti colore
dr. s: uili. cui alium genī sanguineis punctis abhorret. tcium distinctū uir
gulis trb: candidis. Berillus in india gignit gentis sue linguā n̄ hns. uiridi
tate simit zmaragdo. s: cū pallore. Polit aū ab indis in sex angulorū for
mas. ut ebitudo coloris repcussū angulorū excitet. alit polit n̄ ht fulgo
rē. genā ei viii. Crisoberillus dict eo q̄d pallida ei uiriditas i aureū co
lore splendeat. & hc india mittit. Crisopassus e colore porri. sucū refe
rens. aureis intuenientib: guttis. uñ & n̄ accep. q̄m q̄dā berillorū genus uidi
cauerc. Iaspis de gco i latinū uiridis gema intpr. Ias q̄ppe uiride. pinnasi
gema dr. Est aū zmaragdo subsimil s: crassi coloris. spēs ei x. & viii.
Volunt aū q̄dā iaspide gemmā & gre & tutele ee gestantib: Topazius
ex uirenti genē e. omiq: colore resplendens. i uenta primū in arabie insula
i q̄ trogodite p dones fame & tepestate fessi. cū hbar radices effoderent eru
erūt. Que insula postea q̄sita nebul opta. tande a nauigantib; inuenta
s: ob h locus & gema n̄ ex eā accep. Nā topazin trogoditar lingua signe ht
q̄rentis. e aū amplissima gemmar eade sola nobiliū. lima sentit. genā ei duo.
Callaica colore uiridis & pallens & nimis crassa. nich iocundi. auro decens
uñ & appellata. nascit in india t germania i rupib: gelidis. oculi m̄ excubans.
Molochites spissius uirens & crassior q̄ zmaragd a colore malue n̄ accep.
i reddendis laudata signis. nascit in arabia. Eliotropia uiridi colore & nubi
lo stellis puniceis sup sparsa cū sanguineis uenis. cā nois de effectu lapid e.
Nā deiecta i labris eneis. sol radios mutat sanguineo repcussū. ext aq̄m aū
speculi m̄ sole accip. deph endq: defect ei subeunte luna ostendens magorū. im
pudentie manifestissimū. In h q̄q: exeplū e q̄m admixta hba elioc̄pia q̄b dā
additis p incantationib; gerente 9spici negat. Gignit i cypro & affrica. s:
melior i ethiopia. Saeda gema prasini coloris ap chaldeos cui tanta uis e. ut
p meantes naues ep fundo pcat & carinis ita tenacit adhereat. ut n̄ abrasa pte
ligni uix separet. Myrrites dicta e q̄d i ea myrte color e. compssus aū usq: ad
odore nardi spirat suauitate. Aromatitis reppit in arabia t in egypto mirre
coloris & odoris. uñ & n̄ ht. Belceros bicolor ex una pte uiridis. ex altā melli
simit. Hoaspites a flumine psar dicta e ex uiridi fulgoris aurei. **De rubris.**
Corallius gignit i mari. forma ramosus. colore uiridis & maxime rubens. Bace

et candide sub aqua et molles; detractae confestim durantur et rubescunt, tactuque protinus lapidescunt. Itaque occupari vellique retibus solent, aut acri ferramento praecidi, quae de causa corallium vocatur. Quantum autem apud nos margaritum Indicum pretiosum est, tantum apud Indos corallium. Huic magi fulminibus resistere affirmant. Sardius dicta eo quod reperta sit primum a Sardis. Hic rubri hic colore marmoribus praestans, sed inter gemmas vilissima. Genera eius V. Onyx appellata quod habeat in se permixtum candorem in similitudinem unguis humani. Graeci enim unguem onycha dicunt. Hanc India vel Arabia gignit. Distant autem invicem; nam Indica igniculos habet albis cingentibus zonis, Arabica autem nigra est cum candidis zonis. Genera eius V. Sardonyx ex duorum nominum societate vocata est; est enim ex onychis candore et sardo. Constat autem tricoloribus: subterius nigro, medio candido, superius mineo. Haec sola in signando nihil cerae evellit. Reperta autem apud Indos et Arabes, detecta torrentibus. Genera eius V. Emathites rubore sanguinis appellata emathites nomine, quia emath quippe sanguis est. Gignitur in Aethiopia sed principaliter in Arabia et in Africa. In ea quippe sanguis est. De qua promittunt magi quaedam ad coarguendas barbarorum insidias. Sucinum quod appellant Graeci electron, fulvi cerique coloris, fertur arboris sucum esse, et ob id sucinum appellari. Electrum autem vocari fabulosa argumentatio dedit. Nam Phaetonte fulminis ictu interempto, sorores eius luctu mutatas in arbores populos, lacrimis electrum omnibus annis fundere iuxta Eridanum amnem, et electrum appellatum quoniam Sol vocitatus sit elector. Constat autem eum non esse sucum populi, sed pineae arboris; electrum plurimi poetae dixere. Nascitur autem in India in insulis oceani septentrionis, nam ardens taedae modo odores flagrat. Nascitur autem sicut gummi densaturque in cristalli rigore vel tempore. Ex eo fiunt decoris gratia agrestium feminarum monilia. Vocari autem a quibusdam arpaga eo quod attritu digitorum accepta caloris anima folia paleasque et vestium fimbrias rapiat, sicut magnes ferrum. [illegible] quocumque animali liberatur [illegible]. Haec ante radice [illegible] infecerit. Ligurius vocatur quod fiat ex urina lincis bestiae. Indurata autem sic et sucinum folia attrahens [illegible] nec purpureas gemmas principatum

De purpureis

Istis propinquantibus [illegible] amethystus Indicus tenet. Amethystus purpureus est, permixto violaceo colore et quasi rosae nitor, et leniter quasdam flammulas fundens. Altera eius genera descendit ad iacinthos. Causam nominis afferunt quia sit quaedam in purpura illius non ex toto igneus, sed vini colore. Huius est autem sculpturis facilis. Genera eius quinque. Sapphirus caeruleus est cum purpura, habens pulveres aureos sparsos. Optimus apud Medos, nusquam tamen perlucidus. Iacinthus ex nominis sui flore vocatur. Hic et in Aethiopia invenitur, caeruleum colorem habens; optimus qui nec rarus est nec densitate obtunsus, sed ex utroque temperamento lucens purpureaque refulgens. Hic autem non rutilat aequaliter; sereno enim perspicuus atque gratus est, nubilo coram oculis evanescit atque marcescit. In os missus frigidus est, in sculpturis durissimus, nec tamen invictus; nam adamante scribitur et signatur. Iacinthizonta nimio est iacintho propior, sed fere cristallis similis, capillamentis intercurrentibus obscuratur; ex quo et vitio ipso [illegible] est. Amethystizontas appellatur quia eius extremitas in amethysti violam exit. Celidonia ex hirundinis colore vocatur, et duorum est generum: quarum una ex altera parte purpurea est, et alia purpurea nigris intervenientibus maculis. Chrysites secundum gemmae verum. Chrysites chorusca [illegible] purpura media, et [illegible] punctulis intermicantibus, quasi pulvisculis [illegible]. Rodites rosea est, et ex eo nomen accepit.

De candidis

Margarita prima candidarum gemmarum, quam inde margaritam aiunt vocatam quod in conchulis marinis hoc genus lapidum inveniatur. Inest enim in carne cocleae calculus natus, sicut in cerebro piscis lapillus. Gignitur autem de caelesti rore, quem certo anni tempore cocleae hauriunt; ex quibus margaritis quaedam uniones vocantur, aptum nomen habentes, quod tantum unus, numquam duo vel plures simul reperiantur. Meliores autem candidae margaritae quam quae flavescunt. Illas enim aut iuventus aut matutini roris conceptio reddit candidas, has senectus vel vespertinus aer gignit obscuras. Paederos sexta post margaritam candidarum gemmarum, de qua quaeritur in quo colore numerari debeat, tot habens pulchritudinis [illegible] ut pulchritudinis nomen adeo in decoris prerogativa vocabulum fecerit. Asterites candida est, inclusam lucem continens velut stella intus ambulante; reddit enim solis candidantes radios, unde et nomen invenit. Galactites lacteus est, qui attritus reddit sucum album ad lactis saporem; feminis nutrientibus alligata fecundat ubera. Infantium quoque collo suspensa salivam facere fertur, in ore autem liquescere, et memoriam adimere. Mittunt eam Nilus et Achelous amnes. Sunt qui smaragdum album venis circumligatum galactiten vocent. Chalazias grandinis et candorem praefert et figuram, duritia quoque invicta ut adamans, et in igne posita manere suum frigus. Solis gemma candida est, ex eo nuncupata quod ad speciem solis in orbem fulgentes spargit radios. Selenites translucet candido melleoque fulgore, continens lunae imaginem, quam iuxta cursum astri ipsius perhibent in dies singulos minui atque augeri. Nascitur in Perside. Sunnetta invenitur in cerebro piscis eiusdem nominis, candida et oblonga. Praesagare hanc ferunt magi signa tranquillitatis vel tempestatis. Beli oculus albicans pupillam cingit nigram e medio aureo fulgore lucentem, et propter speciem Assyriorum Belo dicatam. Unde et appellata. Epimelas dicitur cum in candida gemma superingrescat color, unde et nomen habet. Exebenus speciosa et candida, qua artifices aurum poliunt.

De nigris

Agates reperta primum in Sicilia iuxta flumen eiusdem nominis, postea in plurimis terris. Est autem nigra habens in medio circulos nigros et albos iunctos et variatos simul et inalte; magi sufficientiam, si credimus, tempestates avertere, flumina sistere. Absictos nigra et ponderosa, distincta venis rubentibus; haec excalefacta igni vii diebus calorem tenet. Aegyptilla nigra est radice, caerulea facie; ex Aegypto, ubi invenitur, vocata. Media nigra est, a Media illa fabulosa inventa; habet venas aeris coloris; sudorem reddit croci, saporem vini. Veientana Italica gemma est, a Veis reperta, nigra facie, albis intervenientibus notis. Baripe nigra est cum sanguineis et albis notis. Meroemelas nigra, venam habet lactei coloris secantem per medias. Veneris crines nigerrimi nitoris, continens in se speciem rufi crinis. Trichrus ex Africa nigra est, sed tres sucos reddit: a radice nigrum, a medio sanguineum, a summo ocre. Dionysia nigris mixtis rubentibus notis; ex aqua trita vinum flagrat, et odore suo ebrietati resistit. Pirites nigra quidem, sed attrita digitos adurit scintillando.

De variis

Pangonius varius ex omnibus paene coloribus constans, unde et nominatur. Olea barbari nominis, ex fulvo et nigro viridique et candido est. Mitridax sole percussa coloribus micat variis. Gignitur in Perside. Drosolithus sortitur varii nominis causam, quia si admoveatur igni sudorem emittit. Opallus distinctus diversarum colore gemmarum; est enim in eo carbunculi tenuior ignis, amethysti fulgens purpura, smaragdi nitens viriditas, et cuncta pariter sub quadam varietate lucentia. Nomen habet ex patria; sola enim eum parturit India. Pontica a Ponto dicitur, genere diverso; nam sanguineas, nunc aureas guttas micantes, aliquando stellas, aliquando longis colorum ductibus lineata. Exocontalitus in parva magnitudine multicolor, unde et hoc nomen adeptum est, quia diversis notis sparsa est, ut sexaginta gemmarum colores in parvo orbiculo deprehendantur. Nascitur autem in Libia apud Troglodytas. Murrina apud Parthos gignitur, sed praecipua in Carmania. Humorem sub terra putant calore densatum, unde et nomen sumpsit. Varietas eius in purpura candoreque et igne cum quadam coloris repercussione, quales in caelesti arcu expectantur. Cui contraria est crystallus, facta gelu vehementiori concreto.

De cristallinis

Cristallum resplendens et aquosum colore; traditur quod nix sit glacies durata per annos; unde et nomen ei Graeci dederunt. Gignitur autem in Asia et Cypro, maxime in Alpium iugis et septentrionis, et nec aestate solis ferventissimi invenitur; ideoque ipsa diuturnitas annosa dicta reddit hanc speciem quae cristallum dicitur. Hic oppositus radiis solis adeo rapit flammam ut aridis fungis vel foliis ignem praebeat. Usus eius et ad pocula destinatur. Nihil autem aliud quam frigidum pati potest. Adamans Indicus lapis parvus et indecor, ferrugineum habens colorem et splendorem cristalli, numquam autem ultra magnitudinem nuclei avellanae repertus. Hic nulli cedit materiae, nec ferro quidem nec igni, nec umquam incalescit, unde et nomen interpretatione Graeca indomita vis accepit. Sed dum sit invictus ferri ignisque contemptor, hircino rumpitur sanguine recenti et calido macerante, sicque multis ictibus ferri perfrangitur. Cuius fragmenta sculptores gemmis insigniendis perforandisque utuntur. Hoc autem dissidet cum magnete lapide, in tantum ut iuxta positus ferrum non patiatur abstrahi magnete, aut si admotus magnes comprehenderit, rapiat atque auferat. Fertur quoque iste lapis et venena irrita facere, et lemures et metus vanos expellere, maleficiis resistere artibus. Genera eius sex. Galatia grandinis et candore et frigore ad adamantinae dicta; haec et in igne posita manere suum frigus. Crisitamion dicta gemma, sed, ut quidam adfirmant, cristallinis similis, splendore tamen caeruleo, et si sub divo posita fuerit, fulgores rapit siderum. Ceraunium aliud Hispania in Lusitanis litoribus gignit, cui color pyropo rubenti et qualitas ut ignis. Haec adversus vim fulgurum opitulari fertur. Dicta autem ceraunia, quia alibi non invenitur quam in loco fulminis ictu proximo. Graece enim fulmen ceraunos dicitur. Iris apud Arabiam in mari rubro nascitur, coloris cristalli, sexangulata, dicta ex argumento iris. Nam sub tecto percussa sole species et colores arcus caelestis in proximos parietes imitatur. Astrion ex India est, cristallo propinquans, in cuius centro stella lucet fulgore lunae plenae. Sumpsit autem nomen quod astris opposita fulgorem rapiat et regerat. Electria quae et ilectoria in ventriculis gallinaceis invenitur, cristallina specie, magnitudine fabae. Hammonitis ammonicos fieri magnitudinis. Enidros ab aqua vocata; exundat enim aquam tamquam si putes fontanea intus teneat. Omnium ardentium gemmarum principatum carbunculus habet.

Carbunculus autem dictus quod sit ignitus ut carbo, cuius fulgor nec nocte vincitur; lucet enim in tenebris adeo ut flammas ad oculos vibret. Genera eius XII, sed praestantiores qui videntur fulgere et velut ignem effundere. Carbunculus autem Graece anthrax dicitur. Gignitur in Libya apud Troglodytas. Anthracitis vocatus quod sit et ipse coloris ignei, ut carbunculus, sed candida vena praecingitur; cuius proprium est quod iactatus in ignem velut intermortuus extinguitur, at contra aquis perfusus exardescit. Sandarisus nascitur in Indis loco eiusdem nominis; species eius quod veluti in lucido igni intus fulgentes aureae guttae. Constat autem omnes quanto numerosiores stellas accepit, tanto pretium accedere. Lignus ex eodem genere ardentium est, appellatus a lucernae flagrantia. Gignitur in multis locis, sed probatissima apud Indos; quidam et remissiorem carbunculum esse dixerunt. Huius duplex facies, una quae purpura radiat, alia quae cocci ruboris a sole. Excalefactus autem digitorum attritu paleas et chartarum fila ad se rapere dicitur; sculpturis resistit, ac si quando sculpta est, dum signa imprimit, quasi quodam animalis morsu partem cerae retentat. Genera eius IIII. Carcedonia hinc dicta quod eius ligni falsa dicatur quam multi vident apud dictos. Nascitur apud Nasamonas in imbre, ut ferunt, divino inventa ad repercussum lunae plenae. Omnia eius gemma sculpturae resistunt. Alabandina dicta ab Alabanda Asiae regione, cui color ad calcedonii vadit, sed rarus. Draconites ex cerebro draconis eruitur, quae nisi viventi abscisa fuerit, numquam gemmescit; unde et eam magi dormientibus draconibus amputant. Audaces enim viri explorant draconum specus, spargunt ibi gramina medicata ad incitandum draconum soporem, atque ita somno sopitis capita desecant et gemmas extrahunt. Sed ea candore translucido usu ea Orientis reges praecipue gloriantur. Crisoprassus Aethiopiae est, quem lapidem lux celat, prodit obscuritas; nocte enim igneus est, die aureus. Elocites ex Perside est, flammas et fulvas ostendens, inter se quiddam quo non exeant. Syrtites vocata quia in litore Syrtium inventa primum est, in parte lucente colore croceo, intus stellas continens languidas et sub nubilo recurrentes. Cinniscus in Indo gratissimas gemmas aspicit, ex igneo colore radians auro, portans secum in extremitatibus candidam lucem.

De aureis

Sunt quaedam gemmarum genera ex specie metallorum vel lapidum cognominata. Crisopis aurum tantum videtur esse. Crisolitus auro similis est cum marini coloris similitudine. Hunc Aethiopia gignit. Criselectrus similis auro, sed in colore electri vergens, matutino tantum aspectu iocundus, rapacissimus ignium, et si iuxta fuerit, celerrime ardescens. Crisolampsis ex auro et igne vocata; aurea est enim die et nocte ignea. Hanc Aethiopia gignit. Ammocrisus arenis auro intermixtis, ut bracteae, ut pulvis habet. Onacaulas gignitur in Perside. Leucocrisus colore aureo interveniente candida vena. Melicrisus dicta quod velut per eam sic gemma haec translucet. Crisocolla gignitur in India, ubi formicae eruunt aurum; est autem auro similis, et habet naturam magnetis, nisi quod augere aurum traditur, unde et nuncupatur. Argirites similis argento, habens stigmata aurea. Androdamas argenti nitore ut adamas, quadrata semper tesseris; magi putant nomen impositum ab eo quod animorum impetus vel iracundias domare et refrenare dicatur. Gignitur in mari rubro. Calcitis aeris coloris est. Calcofanus nigra; sed lapidi illisa aeris tinnitum reddit. Balanites duo genera sunt, subviridis et corinthii aeris similitudine, media secante flammea vena. Siderites a contemplatione ferri nihil dissonat; in maleficiis quaquam inferat discordias excitat. Ideus dactilus ex insula Creta est, ferrei coloris, tantum nomen ei quia pollicem humanum exprimit. Cadmitis ferrei coloris est, quae dum teritur nigrum sucum emittit. Aluminum incrustatae alueo legitur in Proconeso, marmori similis, medio colore clauso velut oculi pupilla intuentes. Arabica ex patria dicta, aspectu eburnea est. Catoptritis speculi naturam habet in reddendis imaginibus; quae invenitur ex parvo. Ei si ferventi aquae statim addita refrigerat; ac si soli opposita aridam materiam accendat. Nascitur in Cortia. Ostracites lapidosus colore testaceo durior. Alia agatae similis, nisi quod agates polita pinguescit. Duritia duriori tanta inest illius ut aliae gemmae sculpantur fragmentis eius. Colossa pectori simul et linguae humanae et inde nomen sumpsit. Fertur autem deficiente luna caelo cadere, cui non modicam magi tribuunt potestatem; nam ex ea lunares motus excitari putant. Sunt et quaedam gemmarum genera cognominata ab animalibus. Echites viperinas maculas exprimit. Carnio marini cancri colore est. Scorpitis scorpioni et colore et effigie refert. Myrmecitis formicae reptantis effigiem intus tenet. Pavo pavoni est similis. Liparalin tres colores, ex imo sanguineus, in medio niger, candido cingente, luporum oculus. Meconites papaver exprimit. Sunt et quaedam gemmae quae gentiles in superstitionibus quibusdam utuntur. Liparea vel liparia suffitionis bestias evocare traditur. Anancitide in hydromantia daemonum imagines evocare dicunt. Synochitide umbras inferorum evocatas teneri putant. Chelonites oculis est Indicae testudinis, varia et purpurea. Hanc magi impositam linguae futura praenuntiare fingunt. Brontea a capite testudinum et tonitribus cadere putatur, et restinguere fulminis ictus. Hyaena lapis in oculis hienae bestiae invenitur; quae si sub lingua hominis subdita fuerit, futura eum praecinere dicunt. Sed et corallis tempestatum et grandinum resistere fertur. Pontica est gemma quaedam, liquore perlucida, habens stellas rubeas interdum et aureas; dicitur per ea interrogari daemones et fugari. In quibusdam gemmarum generibus vera a falsis discernere magna difficultas est, quippe cum inventa sit etiam quaedam ars quae aliis in alia falsas inducit, ut sardonyces quae tribus glutinantur gemmis, ita ut deprehendi non possint. Sunt et eas ex diverso genere nigro candido minioque colore. Nam et per lapides vitiosissimos smaragdos quidam vitrum tincturis inficiunt et fallit oculos subdola quaedam falsa viriditas, quae adusque non est quae probet simulationem et imitatio sic et alia alio atque aliorum modo. Et sine fraude vita mortalium. Omnes autem non lucidas gemmas caecas appellari eo quod densitate sua obscurentur.

De vitro

Vitrum dictum quod visui perspicuitate transluceat. In aliis enim metallis quidquid intrinsecus continetur absconditur; in vitro vero quilibet liquor vel species qualis est interius talis exterius declaratur, et quodammodo clausus patet. Cuius origo haec fuit. In parte Syriae quae Phoenice vocatur, finitima Iudaeae, circa radicem montis Carmeli palus est, ex qua nascitur Belus amnis, quinque milia passuum spatio in mare fluens iuxta Ptolomaidam, cuius harenae de torrente fluctu sordibus eluuntur. Hic fama est pulsa nave mercatorum nitri, cum sparsim per litus epulas pararent, nec essent pro attollendis vasis lapides, glebas nitri e nave subdiderunt. Quibus accensis, permixta harena litoris, translucentes novi liquoris fluxisse rivos, et hanc fuisse originem vitri. Mox, ut est ingeniosa sollertia, non fuit contenta solo nitro, sed et aliis misceri hanc artem studuit. Levibus enim aridisque lignis coquitur, adiecto cypro ac nitro, continuisque fornacibus ut aes liquatur, massaeque fiunt. Postea ex massis rursus funditur in officinis, et aliud flatu figuratur, aliud torno teritur, aliud argenti modo caelatur. Tinguitur etiam multis modis, ita ut iacinctos sapphirosque et virides imitetur et onyches vel aliarum gemmarum colores; nec est alia speculis aptior materia vel picturae accommodatior; maxime tamen honor in

[illegible]

De metallo

[illegible]

De auro

[illegible]

De pecunia

[illegible]

De argento

[illegible]

233

De ere

[illegible]

Fit ex eo etiam in ipso aceto ere et eruginem.

De ferro

Ferrum dictum quod farra, id est semina frugum, terram condat. Idem et calibs, a Calibi flumine, ubi ferrum optima acie temperatur. Unde abusive dicitur calibs ipsa materies ut Vulcanius; calibs. Ferri usus post alia metalla repertus est. Cuius postea usu in obprobrium spes. Nam unde prius tractabatur tellus, inde nunc cruor effunditur. Nullum autem corpus tam densis ut se co[h]erentibus et implicitis elementis quam ferrum, unde in eo illi duricia cum frigore. Ferri autem metallum pene ubique repperitur, sed ex omnibus generibus palma Serico ferro datur. Seres enim hoc cum vestibus suis pellibusque mittunt. Secunda Parthico, neque alia genera ferri ex mera acie temperantur. Ceteris enim admiscetur mollior complexio. Differentia ferri plurima iuxta terrae genera. Nam aliud molle plumboque vicinum rotarum et clavorum usibus aptum, aliud fragile et erosum cultris terrae convenens, aliud brevitate sola placens clavisque caligariis. Aliud rubiginem sentit celerius. Stricturae vocantur hec omnia, quod non aliis metallis adstringendo aptae vocabulo imposito. A quarum summa differentia est quod ferrum candens unguitur quo uitior fiat sic Bilbilis in Hispania et Tirasona. Comum in Italia in acuendo ferro oleo delectatur. Item et tenuiora ferramenta oleo restingui mos est, ne aqua in fragilitate durentur. A ferro sanguis humanus sese ulciscitur; tactum namque celerius rubiginem trahit. Cum ferro magnes lapis concordiam

[illegible]

De plumbo

[illegible]

De stagno

[illegible]

De electro

[illegible]

De ponderibus

[illegible]

De mensuris

M ensura ē res aliq̄ modo suo t tempore circūscripta. Hęc aūt corporis aut
temporis. corporis ut hominum lignoꝝ & columnaꝝ longitudo breuitas.
S: & sole usū ppa sui orbis terre mensura ē geometrici ꝑ scrutari audent
temporis ut mensuras horaꝝ & dieꝝ & annoꝝ uii & metiri pedes horarū
dicimꝰ h ē mensurare. Proprie aūt mensura uocata ē ea fruges metiunt. atq:
dicimꝰ h ē mensurare. M ensuraꝝ
frumēta vel humida & sicca ut modi urnas & amforas. M ensurarū
ꝑ minima cochlear ē dimidia ꝑs dragme appendens siliq̄s viii. q̄ triplicatum
ꝑs minima cochlear ē dimidia ꝑs dragme. Chemi pondus
eius ꝯcula fac. Conula dragma una & dimidia adimplet. Chemi pond
cum geminata fac. Cotula dragmarum & dimidia adimplet. Obolus fit
x. dragmas appendit q̄ & a q̄b: da causae t assat nomē. Oxifalus fit
si v. dragme addunt̄ ad x. A cetabulus iii. ꝑs emine ē. xii. dragmas appe
dens. Cotila emina ē hñs ciathos vi. q̄ ideo cotila uocat̄ qa cote i grecu sermo
ne incisio dr. & emina sextarii i duo eq̄ incidit & cotila fac. Emina aūt ap
pendit libram ima q̄ geminata sextarium fac. Sextariū duar librar̄ q̄ bis
assumpta notat̄ bilibris. assumpt quat fit greco nom̄ cenix. q̄ng̃es coplicat̄ q
uare siue gomor fac. adiecte sexta ꝯgiū reddit. Na ꝯgius sex recipit sextarius.
aq̄ & sextariū i deder. Congiū aūt a ꝯgiendo .i. ꝑaugmta crescendo uocat̄.
Vn̄ ꝑ ea pocula beneficii g̃ra dari cepta ꝯgiarū appellatū ē. Vnq̄sq: ei sui
temporis imparator fauore ꝑpli captans adiciebat: ut largior uidet̄ in donis.
Congior aūt specialit̄ ē liq̄doꝝ cui & n̄ē simul & n̄ aromanis iposituj inuenim.
M etrū ē mensura liq̄doꝝ. h a mensura accepi n̄. M etron ei mensura dicit greci. & in ap
pellata metr. licet & urna & amfora & reliq̄ huiusm̄ noia mensuraꝝ sint. in ista tñ
adenariū numi ꝑfectione accepi. metrū ad omne mensuram ꝑtinet. Metrū enī
greco latine mensura dr. Na & sextariū mensura ē. & amfora mensura ē. & q̄cq̄ plus minus
capit mensura ē. S: io h n̄ specialit̄ ē assūpsit ē sic mensura ꝑfecti numi .i. denarii.
M odi dr ab eo q̄ sit suo modo ꝑfect. ē aūt mensura librar̄ xl.iiii. .i. sextarioꝝ
xxii. cui numi ca in uacua ē eo q̄ in principio ds xxii. opa fecit. Na prima die uii.
opa fec .i. materiam informe. anglos. lucē. celos superiores. terram. aqm atq: aerē.
S cda die firmamentū solū. tertia die iiii. maria. seminationes atq: plantaria.
iiii. die ta. solē lunā & stellas. q̄nta die ta pisces & reptilia aquar̄ ꝯ uolatilia.
vi die iiii. bestias. pecudes. reptilia terre. & hoiem. & facta s oia. xxii. genera
i dieb: vi. & xx. due generationes s ab adā usq: ad iacob ex cui semine nascit̄ ois
gens isrl. & xxii. libri ueteris testamti usq: ad hester. & xxii. litterar̄ elementa
s q̄b ꝯstat diuine legis doctrina. His g̃ exemplis modi xxii. sextarioꝝ a
moyse s. sacre legis mensuram effectꝰ ē. & q̄uis diuise gentes hui mense pond t
adiciant ignorant t detrahant ap hebreos ꝯstitutione diuina tali rone ser
uant. M odi ei a modo dict hic & modica .i. modata. modicis ei mod n̄ im
posuit. Na modica ꝑ paruus abusiue n̄ ꝑpe dicim. S atū genus ē mense iux mo
re prouincie palestine unii & dimidiū modiū capiens. cuius n̄ ex hebreo ser
mone tractū ē. S atū ei ap eos noiat̄ sumptio siue eleuatio eo q̄ q̄ metit̄
eandē mensura sumat ac leuet. Est & aliud satū mensura sextarioꝝ xxii. capax
qi modi. B atꝰ uocat̄ hebraica lingua ab olearia mola q̄ beta ap eos t bata
nominat̄ capiens l. sextaria q̄ mensura una mole uice pmit. A mfora uoca
ta q̄ hic & inde leuet̄. h greco a figura sui dr. q̄ ei anse geminate uideant̄ aure
imitari. R ecipit aūt unū t agꝰ pede quadratū. frumēti u modios italicos tres.
Cadꝰ greca amfora ē ꝯtinens urnas tres. V rna mensura ē q̄m quidā q̄rtarium dnt.
Ꝑprie aūt urna uas ē que ꝑ ondendis defunctoꝝ cinib: adhibi solet de q̄ poeta
celo tegit q̄ n̄ hē urna. M edimna mensura ē q̄nq: modioꝝ. medimna aūt
latina lingua uocat̄ .i. dimidia eo q̄ q̄nq: modiis metiat̄ q̄ ē dimidium
a ꝑfecto denario. A rtaba mensura ē ap egyptios sextarioꝝ lxxii. coposita ex
numero ꝑꝑ lxxii genere t linguas q̄ orbē impleuere. G omor xv. modioꝝ uii appenta
Chor xxx. modioꝝ mensura coplet. Hic ex hebraico sermone descendit q̄ uocatur
cora a similitudine collis. C ora ei hebraice colles appellant̄. coaceruati ei modii xx.
i star collis uident̄ & unus cameli efficiunt. De signis ponderum.

P onderis signa plerisq: ignota s. & in errore legentib: faciunt. Qua ꝑꝑ forma s
eoꝝ & caracteres ut a ueterib: signata s subiciam. h. littera significat dimi
dium obulū. ⊢. Virgula equalit̄ iacens & porrecta simplicit̄ significat
obulū. ═ Geminata uirgula duo obuli s. T. Latinū significat obulo s
tres. F. Latinū obulos iiii. E. Latinū demonstrat obulos v. O buli u sex
ꝑ ꝑpterea caracterem n̄ hñt eo q̄ in una dragma sex ueniat. q̄ ē pondꝰ denarii argenti.
h. littera significat siliq̄s octo .i. tremisse. N. Latinū significat numisma
greum .i. solidū. IB. Iota adiuncta beta significat dimidiū solidū. Ⲩ. Virgle
due ex uno angulo a leua i dextra se diuidentes significant dragma q̄m & olcen
appellant. N Γ Latinū iunctū grama greco Γ significat semiunciā. Γ O.
grama aūt greco. o. latinū in fine adiunctū significat unciā. Λ. lauta grecum
ꝑ medio sui .i. latinū adiunctū significat libra. K Ⲩ. Kapa greci cū sui fine
cornuū adiunctū Ⲩ latinū. significat chiatū. K O. Si uero o. latinū habu
erit adiunctū eminā demonstrat. Z. q̄m greci cotileu uocant. Ⲭ E. greci
si accepit iunctū e. latinū significat sextariū. Z O. si o. latinū adiunctū
indicat acetabulū q̄ greci oxifalon uocant. M. m grecū supposituj n latinum.
significat mina. M. latinū hñs lauta grecū significat talentū h m. A O.
alfa x grecum in dextro brachio superiori o littera iuncta k enix ē.

R INCIP. LIB. XVII. DE CVLTIS AGROR.
ERV. RVSTICAR. SCRIBENDI
sollertia ap grecos primi esiod boeti humanis studiis tradidit. dein democrites
magi q̄q: cartaginensis i xx viii. uoluminib: studium agcolationis scripsit. Apud
romanos aūt de agri cultura primi cato instituit. q̄m dein marc terenti expoliuit. mox
uirgili laude carminū extulit. nec minꝰ studiū habuere p̄ modū cornelii celsus
& iuli attic. emilian siue columella insignis orator. q̄ totū corpꝰ discipline eidē
coplex ē. Primū ad aratr̄ boues iunxisse fert̄ q̄dā ꝑ uocatū homine ꝯ fulmi
natū noie homogirū. Quidā aūt osirim dicit ee artis hui artis inuentorē. q̄da
triptolemū. & hic ꝯstitio ē q̄m prima ceres ferro ingecta itere terram instituit.
i. ferro q̄lieūq: n̄ specialit̄ uomere aut aratro. S tercorandi agros rone primꝰ indux
q̄da noie stercut i italia. cui ara apiceo dedicata ē rome. Hic ꝑl̄ima instrumta
agri culture reperit. primiq: agros firmauit. eunde q̄da saturnū putauerunt. ut maio
res illi nobilitate facerent. h noie q̄ splendide sonaret ꝯ dignitate tituli coparet.
C ultura ē qua frumenta t uina magno labore querunt. De cultura agroꝝ.
C ambi colendo uocata. D iuitię ei antiquoꝝ i his duob: erant. bene pascere. &
bene arare. cultura agri. cuius: aratio. intermissio. incensio stipular̄. stercoratio. occatio.
runcatio. C inis ē incendiū p q̄ ager i utile humorē exsudat. A ratio dicta
q̄ a de ere primi terre culturam exercebant: anteq̄ ferri fuisset usus repti. D uplex aūt
ē aratio. iniat & autumnat. I ntermissio ē q̄ alternis annis uacuus ager uires recip.
S tercoratio ē letaminis aspersio. S tercus aūt uocatū t q̄a sterner̄ magis. t q̄a ex
trahi oporteat q̄cq̄ sordidū i ciuitate redundat. siue q̄ ueri absterceni q̄ & ster
cus dicit ideo & fimꝰ ē q̄ pagos iacet & dicit fim .i. stere q̄ uulgo letamē uocat̄
eo q̄ suo nutrimto leta faciat germina reddatq: arua pinguia & fecundet. Oc
catio ē cū rustici satione facta bubꝰ dimissis grandes glebas cedunt ac ligonib:
frangunt. & dicta occatio q̄ obcecatio q̄ operiat semina. Occare g̃ ē operire terre
semina. uites. t arbores. R uncatio ē aduena hlas euellere. nā rus terra est.
S ulci a sole uocat̄ q̄ ꝑ scissus sole capiat. V eruactū dictū q̄ uer actū. id est
uno aratū. P roscissio ē aratio prima cū adhuc durꝰ ager est. S atio dicta q̄ se
minis actio. q̄ satoris actio. S erere aūt uocatū q̄ h sereno celo faciendū ē n̄ p
ymbres. Hic ē ꝯ illud uirgilianū. nudꝰ ara. sere nudꝰ. M essis a metendo .i.
recidendo dicta. S eges aūt de semine dicta q̄ iacim uita siue q̄ a sectione.

P rima ceres ccpit uti frugib: ingesta. & terre segetes in slaus De frumentis.
alimde seminib: hui meminit ouidiꝰ dicens. P rima ceres unco glebā di
mouit aratro. P rima dedit fruges alimētaq: mitia terris. Frumenta s ppe
q̄ aristas hñt. fruges aūt reliq̄. frumēta aūt t fruges a fruniendo .i. e. anfeado
dicta. Na fruniū dr summa ꝑs gule. Frumentę ꝑprie s q̄ frugib: ꝑcerpunt̄.
T riticū t a tritura dictū q̄ purissimū horreo ꝯdicat̄. t q̄a granū eiꝰ commolit̄
& terit. Far dr eo q̄ inuo frangeret. A ꝑ antiquos ei molar̄ us n̄ dū erat. sz in
pila frumentū missum frangebant. & h genꝰ erat molendi. E dorei triticum
genus q̄ ideo uulgo semi dr. E dor q̄dā appellatū ab edendo q̄a eo primo usi s hoies
siue q̄a i sacrificio ipsi generis panis ad aras offerebat̄. un & sacrificia edorea dnt.
S iligo genꝰ tritici ab electo dictū. Na in pane spes eiꝰ ꝑpetua ē. T rimestrium
io nuncupatū q̄a satū ꝑ tres menses colligit̄. Na ꝑ ꝑ aqm alia necessaria materia sa
tio omissa e. ꝑsidiū ab h ꝑit. A lica grecū n̄ ē. alicastrū simile ē alice pondere
& bonitate ꝑpetua. H ordeū dictū q̄ p ceteris generib: frumenti ante siccandū
t q̄ spica ei ordines hēat. H uiꝰ tñ genera primū exasticū uocat eo q̄ spica sex
ordines hēt. q̄ quidā cauterium appellat q̄m aialia melius q̄ triticū pascit & ho
mines salubrius q̄ malū triticū. A lterum disticū eo q̄ duos ordines hēat hunc
plerq: galaticū uocant. tertiū trimense q̄a cū cogit necessitas uno seminat̄. ꝯ cele
rit colligit̄. S candala a diuisione uocata. duplex ē ei sicut atq: .i. diuidit̄. Cen
tenū appellatū eo q̄ in plerisq: locis iacet seminis ei incrementum frugis centes
mū renascat̄. hic & miliū a multitudine fructꝰ uocatū. P anicū dictū q̄ i
multas regionib: ex eo panis uice hoies sustentent̄ q̄ pane cibū t in eum
P istū a pasto. sisamū grecū n̄ ē. F arrago a farre dicta. ē ei hiba hordiacia ad
huc uiridis. nec dū granis ad maturitatē ꝯgestib: S pica de maturis frugib:
abusiue dicim. Na ꝑprie spica ē dū ꝑ culmi folliculū .i. extremū tumore
ariste adhuc tenues i modū spicule eminent. A rista appellata q̄ prius
arescat. culmꝰ ē ipse calamꝰ spice q̄ a radicib: nascit̄. & dicit culmꝰ q̄ calamꝰ.
folliculū ē theca frumti in q̄ granū seruat̄ intꝰ. h sup spica uallo constructa
minim ꝑtend. ne auium minoꝝ morsib: spica suis fructib: exuat̄ aut uesti
gus ꝑ terat̄. S tipule s folie seu uagine cp culmꝰ ambit̄ atq: fulcit̄ ne ponde
fruges euertat̄ que ambiunt culmū. & dicta stipula q̄ usta. & q̄ ustipula.
S tipula dicta abusto. collecta ei messe urit̄ ꝑꝑ culturam agri. Ideo stipula t q̄a ꝑ ꝑ
ei urit̄. ꝑs in modū ꝑ palea ꝑdidit̄. P alea a q̄b: da uocari dr q̄ pala uentilet̄ ut
frumenta ꝑ geret̄. Gentiles aūt palea a q̄da pale frugū inuentrice noiauerc q̄uam
cererē ee uoluntꝰ de q̄ uirg. Te q̄q: magna pales & te memorande canem.
I ce alii a pabulo nuncupatā dicit palea q̄ ea primū sola i pascendis aialib: ꝑbebat̄.
cuiꝰ natura ex ꝯtrario tantū ē frigida ut obrutas niues fluere n̄ sinat. adeo
calida ut maturescere poma compellat. De leguminibus

L egumina a legendo dicta q̄ electa. V eteres ei meliora q̄q: legebant siue q̄
manu legant̄. nec sectione req̄rint. L eguminū ꝑlima genera. ex q̄b faba lenti
cula. pisum. faselū. cicer. lupinū. gratiora i usu hominū uident̄. Faba greca
ethimologia a uescendo uocabulū sumpsit q̄ faga. Fage ei grece comede dicit̄.
P rimū ei hoies h legumine usi s. Hui spes due. quar̄ alta cōmunis. alta
egyptia. Faba fresa dicta eo q̄ ea hoies frendant .i. frangant & molendo co
minuant. L ens uocata q̄ humida ē & lenta. t q̄ adheret humi. faselū aūt
& cicer grecū noia s. sz faselū lupinū grecū & ipsū n̄ ē. de q̄ uirg. tristesq: lupini
q̄a uidetur gustantis amaritudine ꝯtristant. unde eos ꝑ amaritudine nec iumis. nec
ullū aial comed. M edica. uicia. herbū. pabuloꝝ optima s. Medica dic
ta q̄a a medis eius latura ē ingesta. tempore q̄ ea xerses rex ꝑsar̄ inuasit. H
semel serte & x. annis ꝑmanet. ita ut q̄uat t sexies possit ꝑ anni recidi. Vicia
dicta q̄ uix ad triplice ꝑuenit fructū cū legumina oia ꝑuenta hēant frequentia.
un uirg. ut tenuis fec uicie. Pisa q̄ ea pensabat̄ aliq̄ auri minutū. Nam pisu
aur dr. Herbū a greco traxit uocabulū. h ei illi orobū dicit q̄ dū sit q̄b: dam
pecorib: infectū. tauros tamen pingues efficit. De uitibus.

V itis plantatione primꝰ nos instruit rudi adhuc seclo. A p grecos aūt inuentorem
uitis liberum appellari uoluerunt & gentiles ꝑ morte diuū ee uoluert. V itis dicta q̄
ui hēat citiꝰ radicandi. A lii putant uites dictas q̄ inuicē se uitis i nectant.
uicinisq: arborib: reptando religent̄. Est ei eaꝝ natura flexibilis q̄a q̄ brac
hiis q̄b:da q̄cq̄ ꝯphendunt stringant. L abrusca ē uitis agrestis q̄ in terre marginib:
nascit̄. un & labrusca dicta a labris & extremitatib: terre. C odex dicit q̄
caudex. sic ei ueteres & clodū ꝑ claudo dicebant. S armenta a serendo .i. q̄
aramitum. M alleolꝰ ē nouellꝰ palmes innat ꝑioris anni flagello. cognomi
natq: ob similitudinem rei q̄ in ea ꝑte q̄ decidit ex ueti sarmento ꝑminens
utrinq: mallei speciem ꝑbet. S padones s sculi fruge carentes. ex ipsa appel
latione q̄ sint i habiles fructū & sterilitate affecti. S agitta rustici uocant no
uissima ꝑte sculi siue q̄a longiꝰ recessit a matre & q̄ ꝑsilit. seu q̄a acumi
nis tenuitate t speciem teli ꝑferat. summitates uitiū & fructū flagella nū
pant eo q̄ flatū agitent̄. P almes uitis materia mollis. q̄ ꝑ nouella brachia
emissꝰ fructū affert. Na io rustici ꝑte uitis palmite dnt. Palmes ei dimmu
tiuū n̄ ē q̄ n̄ paragogū dr q̄ a palma diriuet̄. Palma ei hēt n̄ ꝑpriū q̄ dr ꝑma
pale abeo q̄ ex se deriuatiū faciat. Pampinꝰ ē foliū cuiꝰ subsidio fructꝰ uitis
a frigore t ardore defendit̄. atq: ab oīs omne iniuria munit. q̄ io alicubi mt
cisus ē ut & sole ad maturitatē fructꝰ admittat. & umbra faciat. & dicit pam
pinꝰ q̄ de palmite pendeat. C apoli dicti q̄ capiant arbores. s ei cincinni
siue uncinoli. q̄b se innectunt uites & suspendere solent arborib: q̄ a uinculo
fecti palmites uentos ac turbines ꝯtine q̄ant. & sine lapsu ꝑiculoꝝ fructꝰ suos
sustineant. ac sese uaga ꝑcertitate diffundant. C orimbi s anuli q̄ ꝑ xime
q̄q: ligant & coprehendunt. ne longiꝰ laxati palmites uentoꝝ flatib: dissipent̄.
V ue dicte q̄ intrinsec humore sint plene. sucq: & pinguedinis. Na humidū
q̄ extꝰ humore hēt. uuidū q̄ interi. A cina botrus. racemꝰ ē botrionis ꝑs
& botro grecū ē. S uburbane uue q̄dā dnt. q̄a fructꝰ earū ad esca uelut pomum
i urbib: uendit̄. Comendat ei spes & saporis iocunditas. ex q̄b s precq̄ dura
cine ꝑpurce. dactili. rodię. libię. ceraunię. stefanię. cripę. dianę. unciarię. cido
nice. D urabiles aūt ꝑ tota hyeme uenicule & numisiane. P recq̄ uocate q̄
cito maturescit. & an omnes sole coquit̄. H as greci lageos dnt q̄ citant ad maturitatē
ueloces ut lepꝰ. P urpurce a colore dnt. uncarię a magnitudine dactili a longitu
dine. stefanię a rotunditate. rodię & libię a regionib: nuncupate s. ceraunie uo q̄
rubeant uelut ignis. Genia aūt uitat q̄ uino deferunt plurima. ex q̄b am
ina dicta q̄ sine minio .i. sine rubore. A lbū ei uinū reddit. q̄ cū sit uini noīs
n̄ una speciem reddit. A minee duo gemine ab eo dicte q̄ duplices uuas nutriunt.
A minee lagena q̄a pinis orb: lanesc lanugine. R ubiliana dicta q̄a i materia
rubet. Fecinea. lucaniana. minutia. cinis & dure eius uuas hēt nobilitate aminea
seq̄t̄ fecunditate ꝑcedit. q̄m primi fecinea uocant q̄ plurē ceteris fecis afferat. Api
anea uinū dulce faciunt. q̄s n̄ cito colligas. pluuiis & uentis & maxime apib:
infestant̄. q̄ de ꝑdatione apiane cognominate s. B alanite a magnitudine
n̄ sumpserit. B alaninꝰ ei grece glande uocat̄. B ituricę a regione n̄ sortita e. tbi
nes & pluuias & calores fortissime sustinens. nec i materia tra deficiens. hui mi
& basilisca e. A rgitis grecula uitis albi generis fertil. uasta materiam & breue &
latū foliū mittens. cū fructū n̄ ꝑmo tempore colligas. aut ad tantam desidit. aut
humore putesc. I nerticula nigra ē q̄m greci amaracion uocant. bonū uinū & leuis
aq̄ & n̄ citax q̄ iners i temptandis neruis hēat. q̄uis gust n̄ sic hebes. Ma
reotice a regione egypti mareotis dicte uinū primi uenere. sint ei nigre & albe. H
biole q̄s quidā uarias appellant. neq: ꝑpurce neq: nigre. albello colore nadicte
subalbidi tñ multi. Elbū ei greco nigrū candidūq: colore. nā elbū nec albū
nec nigrū ē. Terti loco uinū que sola fecunditate comendat̄. habundantia co
piosa. multaq: uinū fluens. V ites cidinx uuas grandes magꝰ q̄ uiliasq hēt n̄
aūt in h sumens q̄ multū uinū fluxit. S itiacal t q̄a de sitia allita t q̄a iuę ē.

Multa autem genera uitium sunt, que tamen mutatione loci et qualitate et nomina mutant. Urbibus inter cetera magis ista inueniuntur. Oblaqueatio, putatio, propaginatio, fossio. Oblaqueare est circa corticem terram aperire et uelut lacus efficere. Hi aliqui excodicare appellant. Putare est uirgas excutere superuacuas resecare, cum flagellis luxuriat. Putare autem dictum purgare, id est amputare. Traduces dicuntur quod propagare flagellum uitis terre submissum fuerit. Et quod porro pangere. Hinc et propagines a propagando et protendendo dicte. Fodere autem est foueam facere, quasi fouere, id est terram cauando aperire.

De arboribus.

Arborum nomen sine libro ab aruis inflexum credunt, eo quod terris fixis radicibus adhereant. Arbor et lignum ut quidam sementem mutant. Utraque autem ideo sunt pene similia, quia ex uno alterum gignitur. Nam dum semen terre mandatur, sit (?) in arbore, et infra paruum tempus quam herbam uidas arbustam inserere. Dehinc ita forma sunt in arbore, et infra paruum tempus quam herbam uidas, tibi apparuerit. Arbusta arbor nouella et tenera, in qua insertio fieri potest, et dicta arbusta suspicus. Arbusta arbor nouella et tenera in qua insertio fieri potest, et dicta arbusta quasi arboris hasta. Alii arbustum locum in quo arbores sunt uoluerunt accipere, sicut salictum et uirecta, ubi uirgule nouelle et uirentes sunt. Arbor autem et fructifera et cum sic et uirecta ubi uirgule nouelle et uirentes sunt. Arbor autem et fructifera est; arbos autem non nisi fructifera. Genere autem feminino arbores dicimus, poma uero neutro. Frutex breuis est, appellatus quod terram fronte tegat, cuius plurale est fructeta. Arbor altum. Silua uero dicta quasi xilua, quod ibi ligna ceduntur. Est silua uero spissum nemus et breue. Multa autem latina nomina grecam plerumque ethimologiam habent. Nam greci xilon lignum dicunt. Nemus a numinibus nuncupatum, quia pagani ibi ydola constituebant. Sunt et nemora arbores maiores umbrose frondibus. Lucus est densitas arborum solo lumen detrahens. Potest et a lucendo per antifrasin, eo quod non luceat, siue a luce quod in eo lucebant funalia propter religionem. Saltus est densitas arborum alta, uocata sic nomine eo quod certis temporibus nemorum tenebras excitat in alto et in sublime consurgat. Auiaria secreta nemora dicta, quod ibi aues frequentant. Recidiua arbores sunt que aliis sectis repullulant. Alii recidiua a recidendo dicunt, quia per casum nascuntur. Alii a recidendo et repullulando dixerunt, quia recisa iterum in orbis oriuntur (?) mors aut casus. Insitio dicitur cum fisso trunco surculus frugifere arboris inseritur, aut oculorum impositio cum inciso cortice libri aliene arboris germen includitur. Plante sunt de arboribus; plantaria uero que ex seminibus nata sunt cum radicibus et a terra plantis ferunt. Cespites frutices sunt qui cuspides uel qui ceteras pedes frondes quod ferant uirgulta et umbras. Sunt autem et umbrar. Oculi nodi sunt ex quibus frondes exeunt. Radix appellata quod qui radius quibus ad se fixa terris in profunda dirigitur. Nam phisici dicunt pares esse altitudine radicum et arborum. Alii radices a similitudine radiorum dictas putant, uel quasi erradicatum non repullulat. Truncus statura arboris insistens radici. Corticem ueteres corticem uocabant. Dictum autem cortex quod quasi corio lignum tegat. Liber est corticis pars interior, dicta a liberata cortice, id est ablata. Est et medium quod dam inter lignum et corticem. Rami sunt qui de trunco manant, sicut a ramusculis cetera. Surculi a precisione ferre nuncupati. Virgultum est quod de radice pullulat; ramus quod de ipso robore arboris, uirgaque de ramis. Proprie autem uirgultum appellatur quod ad radice arboris nascitur, et quod in uitale ab agricolis amputatur; et hinc dictum uirgultum quasi ex uirga colligitur. Virga autem tauri tenuitate dicta quod uim in se multam habeat, uel a uiriditate, uel quia pacis indicium est, quod uir regens manu hac utitur. Magi ad placandos inter se serpentes et iudicio in ea hos sustinentes ligatos. Hac et philosophi et reges et magistri et nuncii et legati utuntur. Flagella dicuntur ut predximus summe arborum partes, ab eo quod crebros uentorum sustineant flatus. Cimas uocatas quasi comas. Folia greca filia dicuntur. In nobis autem non per deriuatione translatum est. Flores nominati quod cito defluant de arboribus, quasi fluores, quod cito soluantur. In his duplex gratia coloris et odoris. Austro autem flores soluuntur et zefiro fiunt. Germen dicitur surculus per germine agendo, unde et germinatio. Fructus nomen accepit a fruendo, id est a fruitione (?) uenit, quod eius proprie qua uescimur, inde et fruges. Fructus autem proprie dicuntur agrorum et arborum, quibus utique uescimur. In animalibus uero abusiue et translatiue uocari fructum. Poma dicta ab opimo, id est a copie ubertate. Matura dicuntur quasi apta sunt ad mandendum, sic et inmatura, quia priusquam matura fiant, dura sunt ad mandendum. Ligna dicta quod incensa conuertuntur in lumen. Inde et lucidum dicitur quod lumen det. Astula a tollendo nuncupata, quasi abstula. Fomes est astula que arboribus excutitur recisione, aut astule ambuste, aut ligna cauata a fungis non acquirunt quod ita captat et igne de quibus uirgis rapitur quasi fomite flamma. Torris lignum adustum, quem uulgus titionem appellat, extractum ex foco semiustum et extinctum. Quisquilie stipule minute sunt, et surculi ac folia arida sunt autem purgamenta terrarum. Caries putredo lignorum dicta, eo quod carie ligni surculi careat nitore (?) carentibus;

De propriis nominibus arborum.

Palma dicta, quod manus uictricis ornata est, uel quod expansis est ramis in modum palme hominis. Est enim arbor insigne uictorie, proceroque ac decoro uirgulto, diuturnisque uestita frondibus, et folia sua sine ulla successione conseruans. Hanc greci fenicem dicunt, quod diu duret, ex nomine auis illius Arabie, que multis annis uiuere perhibetur. Quamquam in multis locis nascatur, in montibus fructum perficit maturare. Frequens autem in Egypto et Syria. Fructus autem eius dactili a digitorum similitudine nuncupati sunt. Quorum et nomina uariantur. Nam alii appellantur palmule, similes mirobalani; alii chebaici, quos et nicolai; alii uericales, quos greci cariotas uocant. Laurus a uerbo laudis dicta; hac enim cum laudibus uictorum capita coronabantur. Apud antiquos autem laudea nominabatur. Postea d littera sublata et subrogata r dicta est laurus, ut in auriculis, que in initio audicule dicte sunt, et medies, que nunc meridies dicitur. Hanc arborem greci dafne uocant, quod numquam deponat uiriditatem; inde potius uictores coronantur. Sola quoque hec arbor uulgo fulminari minime creditur. Malum a grecis dictum, quod sit fructus eius pomorum omnium rotundissimus. Unde et hec sunt uera mala, que uehementer rotunda sunt. Mala maciana a loco uocata, unde primum adducta sunt. Nam multe arbores nomina ex prouinciis uel ciuitatibus de quibus allate sunt acceperunt, ut Virgilius: Amaracus, quod ex malo quasi solet ostendi. Mala cidonia nomen sumpsit ab oppido quod est in insula Creta, de qua greci dicere solent: Vrbium cretensium matrem Cidoniam. Ex cuius pomo cidonitum conficitur. Fecitque ex ea et uinum, quod languentium desidia fallunt. Ita specie et gustu et odore cum libet uinum uetus prorsus representat. Malum mellum a dulcedine appellatum, quod fructus eius mellis saporem habeat, uel quod in melle seruetur; unde et quidam scriptores cidonia melle ponenda dicant. Hinc mellimela placent. Malum punicum dictum eo quod ex punica regione sit genus eius translatum. Idem et malum granatum, eo quod intra corticis rotunditatem granorum contineat multitudinem. Arbor autem mali granati est generis feminini, pomum uero neutri est generis. Flores malorum greci appellant citinas (?), latini cidonium uocant. Agrestium autem malorum flores greci balaustion appellauerunt, quorum alii albe, purpuree, alii rosee reperiuntur, similes floribus mali punici. Negant medici mali punici corpora nutrire; si eo sic opinantur in cibandum, ut medicare potius non alere uideatur. Malum persicum cum diutius admodum uiua consessa est, tum geminam fert eis. Duracinum armeniacum et persicum. Duracinum nuncupatur eo quod pomum eius in gustu ligneo quasi referat. Armeniacum dicitur quod primum eius genus ab Armenia sit aduectum. Persicum uocatum quod ea arborem primum in Egypto seuerit Perseus; atque ipse ortus dominos pro holomei ferebantur (?). Hinc ipsi duracina fructum genant mfectorum (?), et nos autem iocundum ac suaue. Horum aliud precoxum, aliud uocatur estiuum. Medica arbor, cuius et carminibus Mantuanus meminit, ex Persia portata primum a Medis, unde uocabulum sumpsit. Hanc greci cetronicula, latini citria uocant, quod eius pomum ac folia cedri odorem referat. Malum eius inimicum uenenis, et hoc quidem poeta intelligi uoluit cum diceret: Exillo fouent animam. Hec arbor omni tempore pene plena est pomis, que iam parua adhuc in flore sunt posita, quod in ceteris arboribus rarum est. Mella que greci lacon appellant, quod uulgo propter formam et colorem fabasiriaca (?) dicitur. Arbor est enim magna, fructum ferens comestibilem, maiorem piperis granis, suauem, unde et mella uocata est. Coquimella quam latini ob colorem prunum uocant, alii a similitudine cerasi (?) fructus mixta appellant, cuius genus damascena melior, a Damasco oppido unde primum apportata est dicta, cuius solum pomum stomacho mederi probatur. Nam cetera nociua perhibentur. Hec sola arbor gummi glutinosum et compactum distillat, quo et medici et scriptores utuntur. Oleomella nascitur in palmaria Syrie ciuitate, ex eo ita appellata quod ex eius truncis oleum defluat crassitudine mellis saporis suaui. Pomelidas (?) orbo similis medicis arbor et flore candidulo dicta, quod dulcis sit eius fructus et acerbo sapore commixta. Hec arbor exigua. Melofos arbor in Affrica punica lingua uocata, ex qua profluit lente suco, quod a loco amomatis (?) nomen. Mespila arbor spinosa similitudine fructus malorum sed paulo breuiori,

unde et appellata quod pilule formulam habeant eius poma. Pirus uocata quod in ignis speciem deformata est; nam hoc genus pomi ab amplitudine incipit et in angustum finit sicut ignis. Pirus autem arbor, fructus eius pira est; cuius multe species ex quibus crustumina sunt pira ex parte rubentia ab oppido Crustomio uocata. Pomaria uel nomina sunt imposita, uel si pauca uehementer onerosa esse dicuntur. Cerasus a Cerasunta urbe Ponti uocata; nam Lucullus cum Cerasum ciuitatem Ponti deleuisset, hoc genus pomi inde aduexit et a ciuitate cerasum appellauit. Arbor autem ceresus; fructus ceracium dicitur. Est autem arbor hec et quam Lucullus extraxit in Italiam. Sed durum, unde et cornu appellatum. Est autem arbor apta animalibus, unde et Virgilius: Bona bella cornus. Ficus latinis a fecunditate uocata. Feracior est enim ceteris arboribus; nam ter quaterque per singulos annos generat fructum atque alio maturescente alter oboritur. Hinc et caricae copia narrata (?) sic Egyptia ficus secundior fertur, cuius lignum in aquam missum ilico mergitur, et cum in limo aliquandiu iacuerit, deinde in superficie sustollitur, et ui sua ui contra naturam quam madefactum debuisset humoris pondere desidere. Antea athlete ficis alebantur, priusquam eos Pitagoras exercitator ad carnis usum, quod fortior cibus esset, transtulisset. Assiduis sentibus sepius in cibos sumpte fici rugas eorum feruntur distendere. Tauros quoque ferocissimos ad fici arborem colligatos repente mansuescere dicunt. Caprificus appellata eo quod parietes quos uirnascit carpit. Rumpit enim et prodit ex latebris. Unde concepta est. Alii caprificum putant quod sit arbor eius remedio fecundetur. Morus a grecis uocata, quam latini rubum appellant, eo quod fructus uel uirgulta eius rubeant. Est enim morus siluestris fructus afferens, quo et deserto pastorum fames ac penuria conueniat. Huius folia tacta serpenti feruntur inimicam eum. Sicomorus sicut et morus greca nomina. Dicta autem sicomorus eo quod sit folio simili moro. Hanc latini celsam appellant ab altitudine, quia non est breuis ut morus. Nux appellata quod stillicidium uel umbra foliorum eius proximis arboribus noceat. Hanc alio nomine latini iuglandem uocant, quasi iouis glandem. Fuit enim hec arbor consecrata Iouis. Cuius pomum tantam habet uim, ut intermissa inter suspectos herbas uel fungorum cibos quicquid in eis uirulentum est, excudat rapiat atque extinguat. Nuces uero generaliter dicuntur omnia poma tecta corio duriore, ut pinee nuces, auellane, glandes, castanee, amigdale. Inde et nuclei dicti quod sint duro corio tecti. Atque econtra poma omnia mollia mala dicta, sicut adiectione terrarum (?) in quibus antea nata sunt, ut persica, punica, matiana, cidonia et cetera. Amigdala grecum nomen est, que latine nux longa uocatur. Hanc alii nucida uocant quasi minorem nucem. De qua Virgilius: Cum se nux plurima siluis induet in florem. Cunctis enim arboribus prior se in flore conuertit, et ad inserenda poma arbusta sequuntur. Auellane ab Auellano Campanie oppido ubi habundant cognominate sunt. Has greci ponticas appellant, eo quod eas Ponticum mare habundenter. Castaneam latini a greco appellant uocabulo. Hanc enim greci castaneam uocant, propter quod fructus eius gemini in modum testiculorum intra folliculum reconditi sint. Qui dum eiciuntur quasi castrantur. Hec arbor simul ut excisa fuerit tamquam silua expullulare consueuit. Ilex ab electo uocata. Hec enim arboris fructum homines primum ad uictum sibi elegerunt; unde et poeta: Mortales primi ructabant gutture glandem. Prius enim quam frumenti usus esset, antiquitus homines primum glande uixerunt. Suberies arbor ex qua ualidissimus cortex natatoribus extrahitur, et ideo appellata suberies quasi subedies. Fagus et esculus arbores glandifere ideo uocate creduntur, quod his fructibus olim homines uixerint, cibumque sumpserint et escam habuerint. Fagein autem grece comedere dicitur. Xilicon quam latini corrupte siliquam uocant, ideo a grecis talem nomen accepit, eo quod lignum eius fructus sit dulcis. Xilo enim grece dicitur lignum, licon dulce. Huius arboris pomo succus expressus acacia a grecis dicitur. Pistacia, quod cortex pomi eius nardi pistici odorem reddat. Pinus arbor picea ab acumine foliorum uocata. Pinum enim antiqui acutum nominabant. Pinum autem alii ampitan, alii greco peuceam uocant, quam nos piceam dicimus, eo quod desudet picem. Natura et specie sunt differentes. In Germanie autem insulis huius arboris lacrime electrum gignunt. Guttatim defluens rigore uel tempore in soliditatem desecatur et gemma facit, de qua alicubi (?) sua et nomen accipiens, idem suauem odorem sucus sicut arboris. Pini creditur per odorem cunctas que subea fuerunt, sicut fici nocere omnibus. Abies dicta quod pre ceteris arboribus longe eat et in excelsum promineat. Cuius natura expers est terreni humoris, ac per hoc habilis atque leuis uidetur uel habetur. De qua Virgilius: Et casus abies uisura marinos. Quia ex ea naues fiunt. Hanc quidam gallicam uocant propter candorem. Est autem sine nodo. Cedrus quam greci cedros uocant, quasi cementes dirosforon, id est arboris humor ardentes, cuius folia ad similitudinem cypressi respondent. Lignum uero iocundi odoris est et diu durans, nec a tinea umquam exterminatur. De quo prisci et cedro digna locuti sunt, scilicet propter durabilem perpetuitatem. Unde et in templis propter diuturnitatem ex hoc ligno laquearia fiunt. Huius ligni resina cedria dicitur, que in conseruandis libris adeo utilis est, ut perlincti ex ea nec tineas patiantur nec tempore consenescant. Nascitur in Creta, Affrica atque Syria. Cypressus grece dicitur, quod caput eius ad rotunditatem in cacumine erigitur. Unde et conon uocatur, id est acuta rotunditas. Hinc et fructus eius conos, quia rotunditas eius tota est ut conum mittat. Unde et conifere cypressi dicuntur. Huius lignum cedro pene proximam habet uirtutem. Templorum quoque trabibus aptum, impenetrabili soliditate numquam cedit, sed ea que in principio fuerit firmitate perseuerat. Antiqui cypressi ramos propter rogum construere solebant, ut odore cadauerum dum urerentur opprimerent iocunditate odoris sui. Iuniperus grece dicta, siue quod ab amplo in angustum finitur ut ignis, siue quod conceptum diu teneat ignem, adeo ut si prune ex eius cinere fuerint operte usque ad annum perdurent. Pir enim apud grecos dicitur ignis. Iuniperus autem alia parua, alia est magna. Ebenus in India et Ethiopia nascitur, que cesa durescit in lapidem. Cuius lignum nigrum est et cortex leuis ut lauri. Sed indicum maculosum est in paruis distinctionibus albis ac fuluis. Ethiopicum uero quod prestantius accipitur in nullo est maculatum, sed est nigrum, leue et corneum. Est autem maroticap (?) in memora unde eben ueniunt. Unde Lucanus: Ebenum mareotica. Igitur eben autem crepundiis illigatur, ut infantes uisu nigro non terreant. Platanus a latitudine foliorum dicta, uel quod ipsa arbor patula sit et ampla. Nam platos greci latum uocant. Expressit huius arboris scripturam et nomen et formam dicens: Quasi platanus dilatata sum in plateis. Est autem tenerrimus foliis ac mollibus et uiti simile est. Quercus siue quercus, quod ea solita erant diuina generum querentibus responsa percanere. Arbor multum annosa, sicut legitur de quercu mambre, sub qua habitauit Abraham, que fertur usque ad Constantini regis imperium permansisse. Huius fructus galla appellatur; ex ipsa una agallis. Hinc fassencis (?) dicta parua forma, sed firmo corpore atque nodoso, quam medicamentis et incaustis adhibetur. Alia balanis leuis ac leuis et nimium perforata, lucernarum usibus necessaria. Fraxinus uocari fertur, quod nascatur in aspera loca montanaque fraga nascantur. Hinc per deriuatione fraxinus sicut a monte montanus. De qua Ouidius: Et fraxinus utilis hastis. Taxus uenenata arbor, unde et uocata, unde et toxica uenena exprimuntur. Ex hac arcus parthi et aliequeque faciunt, unde et poeta: Ityreos taxi torquentur in arcus. Ityreos autem dicit parthicos ac coloribus impar. Robur autem generaliter dicitur ex omni materia quod est fortissimum. Alnus uocatur quod alatur amne; proxima enim aque nascitur, nec facile extra undas uiuit. Hec et tenera et mollis, quia in humectis locis nutritur. Ulmus nomen accepit quod uliginosis locis et humidis melius proficit. Nam in montanis et asperis minus leta est. Larix cum hoc nomen a castello Laricino inditum est, ex qua tabule tegulis affixe flammam repellunt, neque ex se carbonem ambuste efficiunt. Populus dicta quod ex eius calce multitudo nascatur, cuius genus duplex est. Nam alia est alba, alia nigra. Alba autem propterea dicta quia folia eius una sunt alba, altera uiridia. Hec igitur bicolor huius quasi noctis et diei notas, que temporum certis sola occasu constant. Genera et resina circa eridanum autem fluuium uel ut alii memorant in finibus Syrie. Salix uocata dicta eo quod itaque paradisum colorum ardore et leuitate tactilandi, est enim genus materie leuissime. Salix dicta quod celeriter saliat, hoc est uelociter crescat; arbor lenta uinculis habilis uinciendis. Huius semen hanc dicunt esse naturam, ut si quis illud in poculo hauserit liberis careat, sed et feminas infecundas efficiat. Populus autem et salix et alnus mollis nature sunt et ad sculpturam apte. Vimen uocatum eo quod uim habeat multam uiroris. Natura enim eius talis est, ut etsi arefacta abluatur, uirescat. Deinde excisa atque in humo fixa radicibus sese ipsa demergat. Mirice quam latini tamariscum uocant ex amaritudine nominata. Gustus enim eius amarus est. Hec arbor in solitudine et saxosa humo nascitur, ex qua et arbore maleficis artibus mistica et dicta uirga uicitur (?) dicunt. Myrice amare dicta eo quod magis lucra arbor sit omnium (?). Ut hora uirentes lentissima et amarescens hora mitte. Hic est quod a grecis mirtus dicitur. Medicorum autem libri hanc arborem aptam scribunt mulieribus necessitatibus plurimis. Lentiscus quod cuspis ipsius lenta sit et mollis; nam lentum dicimus quod flexibile est. Atque uitium uimina et uites. Virgilius et lenta uites per flores ... huius fructus

234.

oleum desudat. cortex resina quae mastix appellatur cuius plurima et melior in chio insula gignitur. Terebintus arbor graecum nomen est generans resinam omnium resinarum praestantiorem. Buxus graecum nomen est ex parte a latinis corruptum. Pyxos enim appellatur apud eos, arbor semper virens et lenitate materiae elementorum apicibus apta. Rodandar quod corrupte vulgo rorandrum vocatur quod foliis sit lauri similis, flore ut rosa arbor venenata iumentis est enim et aliis et medetur serpentium vexationes. Erbitum vocaverunt pastores eo quod vice herbae praebeatur pecoribus ubi pascua desunt. Turbiscus quod de uno cespite et multa virgulta surgunt quasi turba. Stuppa vocata propter quod ex ea stipentur tecta. hinc et stipula pro diminutione. Harundo dicta quod cito arescat. hanc veteres cannam vocaverunt. harundinem pro ut varro dixit. Secundum sane quod latinum canna de lingua hebrea sumpsit re- apud eos non calamus canna dicitur. Cicuta autem est quod est inter cannarum nodos dicta quod lateat. In indicis stagnis nasci harundines calamique dicuntur ex quorum radicibus expressum suavissimum sucum bibunt. unde et varro ait. Indica magno in arbore crescit harundo illic et lentas premitur radicibus humor dulcia cum nequeant suco contendere mella. Sambucus mollis et pura arbor. Rammus genus est rubi quem vulgo senticem ursinam appellant asperum nimis et spinosum. Sentix dicta a situ quod est tam inculta id est quod senticeis spinisque nascuntur. Maiores autem inter omnem arborem spinosam veprem dicebant quod vi prendat. Oleaster dicitur sit foliis olivae similis sed latioribus arbor inculta atque silvestris amara atque infructuosa. cui inseritur oliva ramum eius mutat radicis et vestit eam in suam qualitatem. Lacrima oleastri arboris duplex. alia ut gummi simulat sine ullo qualitatis morsu. alia autem ammoniaci gutta ex distillatione collecta ac remordente. Oliva graece elaion dicitur ex quo latinum tractum est. ut oliva dicatur. Olea autem ipsa arbor est fructus oliva. sive oleum. Est autem arbor pacis insignis. cuius fructus diversis nominibus appellatur. Orcades olivae graeca ethimologia a similitudine testiculorum vocatae quod graeci oros vocant in modum radiorum. Paphiae a papho insula dictae. unde primum allatae sunt. Lichinie eo quod optimum dent lumen. Nam lichinus lumen est. unde et ligni nomen accepit. quia aptum est flammis et lumini. Pausia quam corrupte rustici pusiam vocant viridi oleo et suavi. apta et dicta pausia quod paviatur id est tundatur. unde et pavimentum. Syria dicta pro eo quod de syria est allata. sive quia nigra est. Crustumia idem et volemis dicta eo quod vola compleat magnitudine habet media manu. unde et involare dictum. Quidam autem volema gallica lingua bonum et malum intellegunt. Columbades appellatae. oleum autem ab olea nominatum. nam ut diximus olea est arbor. inde derivatio sit oleum. sed quod ex albis fuerit olivis expressum vocatur hispanum. a graecis omfacion appellatur. quod autem ex foliis et non diu maturis expressum fuit appellatur viride. quod vero ex nimium maturis commune dicitur. ex his ad usum unctionis primum est spanum. secundum viride. tertium commune. Amurca olei pars aquosa ab emungendo dicta id est quod ab oleo se mungat et fex fiet. Hanc graeci amorgen vocant. ex latina lingua trahentes vocabulum. Gummi graecum nomen est. hi ut illi gummi dicunt. Resina graeci retinam vocant reu ut graeco dicitur quod manat. est ut lacrima sudore exhalata lignorum ut terebinthi. lentisci. balsami. et reliquarum arborum vel virgultorum quae sudare produntur. sic et odorata orientis ligna sic gutta balsami ac ferulae vel sucinorum cum lacrima redurescit in gemmam. Prima resina terebinthina omnium praestantior. affertur autem ex arabia petra atque iudea et syria cypro et affrica et insulis quoque cicladibus. secunda est lentiscina quae mastix vocatur. haec ex chio insula deportatur. tertia pinalis quarum alia pitines. alia peuce. alia liquida. alia arida. et afferuntur ex terra colosonia resina sumpsit. Pix graecum nomen est quam illi pissam vocant. Alii volunt ex pino pice vocari. haec a graecis appellatur gloma. nos ramale dicere possumus. cuius probabilis splendens levis et munda. Creandarum arborum natalis tria sunt genera. aut enim sua sponte nascuntur. aut ex seminibus fortuitu iacentibus surgunt. aut ex radicibus pullulant. nam cetera usus invenit favente natura. Omnia pomorum latine feminini generis sunt. exceptis paucis ut hic oleaster. hic siler Virgilius. et molle siler. Item hic buxus licet et buxum dicatur. Nam superflua quidam volunt facere discretionem ut hic buxus de arbore dicamus. buxum de ligno composito.

De arboribus aromaticis.

Aromata sunt quaecumque fraglantis odoris india et arabia mittit. sive aliae regiones. Nomen autem aromata accepisse videntur. sive quod aris imposita divinis invocationibus apta videantur. sive quod sese aeri inserere ac miscere probantur. Nam quod est odor nisi aer contactus. Thus arbor arabiae immensa atque ramosa. lenissimi corticis ramis ad aceris qualitatem amigdale modo sucum aromaticum fundens album et masticatione vel in pulverem resolutum et confringitur. Item pingue et igni apposita facile ardescens. et appellatur apud nos masculus eo quod sit natura rotundum in modum testiculorum. reliquum planum et pene scabrosum minus optimum. Adulteratur autem admixta resina sive gummi. sed dinoscitur sua proprietate. Nam thus igni impositum ardescit. resina fumescit. gummi vero liquescit calefactum. thus autem a tundendo dictum. hoc et libanum vocatum a monte arabiae ubi sabei sunt. nam mons eorum libanus dicitur. ubi thura colliguntur. Myrra arbor arabiae altitudinis ad quinque cubitorum. similis spinae quam achantum dicunt. cuius gutta viridis atque amara. unde et nomen accepit myrra. Gutta eius sponte manans pretiosior est. elicita corticis vulnere vilior iudicatur. sarmenta eius arabes ignibus fovent quorum fumo satis noxio nisi ad odorem storacis occurrant plerumque insanabiles morbos contrahunt. Myrra autem trogodite ab insula arabiae dicta. ubi melior colligitur et purior. Storax arbor arabiae similis malo cidonio cuius virgulae intra caniculae ortum cavernatim lacrimam fundunt. distillatio eius in terram cadens munda non est. sed quae proprii corticis scrobe servatur. Illa autem quae virgis et calamis inheserit munda est. et albida. dehinc fulva fit sole cocta. et ipsa storax calamites pinguis resinosa. odoris iocundi. humecta. et velut mellosum liquorem emittens. Storax autem dicta quod sit gutta arboris profluens et congelata. nam graeci stiria guttam dicunt. graece autem sthirax latine storatos dicitur. Bdellia indiae et arabiae arbor cuius lacrima melior arabica. est ut lucida subalbida. levis. pinguis. equaliter cerea et quae facile molliatur. neque ligno vel terrae commixta amara odoris boni. Nam ex india sordida est et nigra et maiori gleba. adulteratur autem admixto gummi quod non ita amarificat gustum. Mastix arbor lentisci gutta est. haec granomastix dicta quia in modum granorum est. Melior autem in chio insula gignitur odoris boni candoris cerae punicae. unde et splendorem gutturis pulchrificat. adulteratur interdum resina vel thure. Piper arbor nascitur in india in latere montis caucasi quod soli versum est folia iuniperi similitudine. Cuius silvas serpentes custodiunt. sed incolae regionis illius cum matura fuerint incendunt et serpentes igne fugantur. et inde ex flamma nigrum piper efficitur. nam natura piperis alba est. cuius quidem diversus est fructus. Nam quod inmaturum est piper longum vocatur. quod incorruptum ab igne piper album. quod vero cute rugosa et horrida fuerit. ex calore ignis trahit et colorem et nomen. Piper si leve est vetustum. et si grave novellum. Vitanda est autem mercatorum fraus. solent enim vetustissimo piperi humecto argenti spumam aut plumbum aspergere ut ponderosum fiat. Aloa in india atque arabia gignitur arbor odoris suavissimi ac summi. Denique lignum ipsius vice thimiamatum adoletur. unde et nomen traxisse creditur. Cinnamum dictum quod cortex eius in modum cannae sit rotundus et gracilis. gignitur autem in indie et ethiopiae regionibus. frutice brevi duorum tantum cubitorum. colore subnigro vel cinereo tenuissimarum virgarum. Nam quod in crassitudine distenditur despectum est. quod vero gracili provenit eximium. quod cum frangitur visibile spiramentum emittit ad ymaginem nebulae seu pulveris. Amomum vocatum quod veluti odorem cynamomi referat. nascitur in syria et armenia frutex botrosum semen reddens sibi connexum. flore albo. veluti folia mole similis brioniae odore et bono. somnos suavificat. Cassia nascitur in arabia virga robusti corticis et purpureis foliis ut piperis. est autem virtute cynamomi similis sed potentia inferior. unde cynamomi vice duplex eius pondus in medicamentis admiscetur. Calamus aromaticus a similitudine calami usualis vocatur. Gignitur in india multis nodis geniculatus fulvus. fraglans spiritus suavitate. qui cum frangitur in multas fit partes scissilis. simulans gustu cassiam cum levi acrimonia remordenti. Balsamum arbor in iudea intra terminos tantum xx. iugerum erat. postea quam eandem regionem romani potiti sunt. et latissimis collibus propagata est. Stirps similis viti. foliis similis rute sed albioribus semperque manentibus. Arbor autem balsami lignum eius xilobalsamum dicitur. fructus eius sive semen carpobalsamum. sucus opobalsamum. Opos id est sucum adiectione significatur eo quod percussis ferreis ungulis cortex ligni per cavernas eximii odoris gutta distillat. causa ut graeco sermone opos dicitur. cuius gutta adulteratur admixto cyprino oleo vel melle. sed sincerum probatur a melle. si cum lacte coagulatur ab oleo. si in stillatum aquam aut admixtum facile fuerit resolutum. preterea et si lanee vestes ex ipso pollutae non maculantur. Adulteratum quidem neque in lacte coagulat. et ut oleum in aqua supernatat. et vestem maculat. Balsama autem si pura fuerint. tanta vi sunt ut si sol excanduerit. sustineri in manu non possint.

Extant et quaedam herbarum nomina quae ex aliqua sui causa resonant.

De herbis aromaticis.

licet nominum explanatione non tam omnium herbarum ethimologia invenies. Folium dictum quod sine ulla radice innatans in indie litoribus colligatur. quod lino perforatum siccantes atque reponunt. Fertur autem paradisi esse herba. gustu nardum referens. Nardus herba est spicosa. unde a graecis nardostacos appellata. quarum alia indica. alia syriaca vocatur. non quod in syria nascatur. sed quod mons in quo invenitur alio latere indiam spectat. alio syriam. Est autem indicum multiforme. sed melius syriacum. leve. fulvum. comosum. spica parvum. odoratissimum cyprum simulans. quod simultum more cardamini lingua siccat. Nardum celticum a regione galliae nomen trahit. nascitur enim saepe in liguriae alpibus et in syria frutice parva radicibus in manipulo collectis ligantur. Flos eius tantum propter odorem bonum carpitur atque radicule utiles probantur usibus nostris. Costum radix herbae est nascentis in india. arabia et syria. sed melius arabicum. est ut album et leve suave iocundi odoris. Indicum colore atro et leve ut ferula. syriacum vero pondere grave. colore buxeo. odore acro. summum tamen album leve. aridum gustu incendens. Crocum dictum ab oppido ciliciae quod vocatur coricium quamquam et alibi nascatur. sed non tam vel tale quale in cilicia unde et a potiori parte nomen accepit. nam multe res nomina superiora locis ubi plus proveniunt et melius alus. Optimum autem est quod fuerit recens. odoris boni. albedine parva. porrecte longitudinis. integrum et neque infragnitum. cominutum. inspiratione bona. cum carpitur manum inficiens. et leviter acre. Quod si eiusmodi non fuerit. aut vetustum aut infusum agnoscitur. Adulteratur autem admixto croco magmate. augendi quoque ponderis causa spuma argentea contrita adicitur et probatur si pulverulentum repperitur atque decoctum ab odore proprio fuerit lapsum. Crocomagma ex expressis aromatibus crocini unguenti atque informato sedimine in panem oculos fit. et inde sic appellatum. Asarum nascitur in umbrosis montibus. floribus cassie similibus. inter quos flos iuxta radices purpureus in quo semen continetur uvae simile. radicibus pluribus atque tenuissimis et bene redolentibus. et est virtute similis nardo. Fu nascitur in ponto foliis oleastro similibus. quod parum a graecis vocatum quod habeat intus fervente. Radix est ut unci tanguli foliis porri similibus. radicibus nigris sine contagiis in similitudine olivarum odoratissimis atque acrimis. nascitur in paludibus atque vacuis locis. Traditur et alia species quae parvum in india nascitur et appellatur lingua eorum hinhiber. Yris illirica a similitudine yridis celestis nomen accepit. unde et a latinis arcum dicitur. eo quod flos eius coloris varietate eundem celestem arcum imitetur. Illirica autem dicitur quia in illirico plurima et volentissima est species eius foliis gladioli similibus. radice aromatica odoris boni. Acorum foliis yridis similibus. radicibus acrium odoris sed iocundi. proprie quod et aromatica est. Meum da-momum signum melior quod in siracie nascitur quam quod in arabia fulvum multiflorum propter tenue odoris rosei cum manu confricatur. gustu multum incendens linguam atque mordax. cuius flos signum autem dicitur. Anthos enim graece flos nuncupatur. Tymum appellatum quod flores odorem referet. de quo virgilius. redolentque tymo fraglantia mella. Epitimum graecum nomen est. quod latine dicitur flos tymi. nam flos graece tymum vocatur. est autem flos tymi tymbre similis. Sansucus quem latini amaracum vocant. cuius nominis usus virgilius et adventero referens ait. ubi mollis amaracus illum floribus aspirans amplectitur umbra. Apta autem est herba unguentis. unde et nomen accepit. amaracus a puero cuiusdam regis qui casu lapsus dum ferret unguenta nomen et graciosum ex confectione odorem creavit. Iacinctus herba est habens florem purpureum. Nomen autem a puero quodam nobili qui in saltibus inter praeos flores repertus est interfectus. deditque nomen herbe puerilis fuisse casus. est autem radice et flore bulbi similis. pueros a pubertate retinens. Narcissus herba impositum nomen habet a quodam puero. cuius membra in hunc florem conversa sunt. qui et nomen narcissi in appellatione custodit. et decorem palloris in candore retinet foliorum. Rosa a specie floris nuncupata quod rutilanti colore rubeat. Lilia lacteus floris herba. unde et nuncupata quasi lilia. cuius dum candor sit in foliis. auri tamen species intus effulgeat. Viola propter vim odoris nomen accepit. huius genera sunt tria. purpureum. album. melinum. Achantus herba egyptia semper frondens spinis plena. flexibile virgultum. Inventum imitatione artis vestis ornatur quae achantina dicitur. et achantus dicta. Hedera dicta quod arboribus repando adhereat. de quo virgilius. Inter victrices hederas tibi serpere lauros. Alii ederam autem vocatam quod hedis super latus habundantia in escam avibus prebebatur. Edere frigide naturae medici sic physici. Nam [illegible] contra ebrietatis est si quis potius edera coronetur. Elleborum memorant graeci circa elleborum quendam fluvium plurimum gigni atque inde a graecis appellari. hunc romani alio nomine veratrum dicunt pro eo quod sumptum mentem in sanitatem reducat. Duo sunt autem genera. album et nigrum. Aconite porro est herba quae pervenit malorum graminum usque adeo celebris est. ut noxias herbas aconita ille nominaverit. Nam tusca lingua venena eo dicta quod ex arboribus taxeis exprimantur maxime apud cantabria. Cusforum dictum quod eius sucus oculorum aciem incisum. cuius vis tanta est ut diris carnibus super adiecta eas compellat. Nascitur in multis locis. sed plurima in mauretania. Laser herba nascitur in monte scobagio ubi et ganges fluvius oritur. cuius sucus dictus primum lasar. quem manat in modum lactis. Deinde usu dominatio laser nominatum est. hoc et a quibusdam opium cirenaicum appellatur. quam et apud cirenas nascitur. Aloes herba amarissimi suci. Panaces herba fraglantis odoris tyrso ferule similis. ex quo profluit sucus qui opopanaces dicitur croceus et pinguis odore gravis et amarissimus. Galbanum sucus ferule dictamnon graece ex quo dictamni herba nomen accepit. propter quam apud virgilium cerva vulnerata salit per agros dictamno. tanta enim potentia est ut ferrum a corpore expellat. sagittas excutiat. unde et ei pabulo fere percusse sagittas corpori inherentes eiciunt. Hanc quidam latinorum pulegium martis dicunt propter belli tela excutienda. Mandragora dicta quod habeat mala suaveolentia in magnitudine mali mattiani. unde et eam latini malum terrae vocant. hanc poete antropomorfos appellant quod habeat radicem formam hominis simulantem. cuius cortex vino mixta ad bibendum datur quorum corpora propter curam obsecanda sunt. ut soporati dolorem minime sentiant. Huius species duae. femina foliis lactuce similibus mala generans in similitudinem prunarum. masculus vero foliis bete similibus. Papaver herba somnifera de qua virgilius. lethoque perfusa papavera somno. soporem languentibus facit. eius alia est usualis. alia agrestis. ex quo fluit sucus quem opium appellant. Coloquintida cucurbita agrestis et vehementer amara quae similiter ut cucurbita per terram flagella tendit. Dicta autem coloquintida quod sit fructu rotundo atque foliis ut cucumis usualis. Centauria graeci vocant quam a chyrone centauro fertur reperta. eadem et limniotos quia locis humectis nascitur. eadem et fel terrae propter amaritudinem. Glicirica graece ex eo dicta quod dulcem radicem habeat. Glicin enim graeci dulce dicunt. eadem ab ipso quia sitientibus sitim sedat. Dracontea vocata quod hasta eius varia sit in modum colubri similitudine quoque draconis imitetur. vel quod ea herba vipera timeat. Celedonia ideo dicta vel quod adventu hyrundinum videtur erumpere. vel quod pullis hyrundinum si oculi auferantur matres eorum ex hac herba mederi dicantur. Cliotropium nomen accepit primo quod aestivo solsticio floreat. vel quia sol moventibus foliis circa convertatur. unde et a latinis solsequia nuncupatur. Nam et sole oriente flores suos aperit. idem et se recludit cum sol occiderit. Ipsa et latini intiba saluaticum vocant. haec et verrucaria quod excunguat verrucas ex aqua potata vel in cataplasmate posita abstergat. Pentafilon a numero foliorum dicta. unde et eam latini quinquefolium vocant. adeo herba munda ut pro purificatione et templa adhibeatur a pontificibus. salvia est. Ysopum herba purgandis pulmonibus apta. unde et in veteri testamento per ysopi fasciculum aspergebatur agni sanguine qui mundari volebant. nascitur in petris herens saxo radicibus. Reubarbarum sive reuponticum. illud quod trans danubium in solo barbarico. istud quod circa pontum colligitur nominatum. Reu autem dictum quod sit radix. reubarbarum quasi radix barbara. quasi radix pontica. Iusquiamum a graecis a latinis herba cal-

-cularis, quod tabiculi eius in figuram cistarum nascantur, ut est mali punici, quorum ora serrata sunt, habentes intrinsecus semina papaveris similia. Haec herba et insana vocatur, quia usus eius periculosus est. Denique si bibatur vel edatur, insaniam facit, vel somni imaginem torpidam. Hanc vulgo milimindrum vocant, propter quod alienationem mentis inducit. Vitis est autem contra humorem nexanicum; sed custodiendum est quantum eam accipiat usque in tristitiam ad eandem horam qua illam bibit, ne per insaniam aliquam contrarietatem exerceat. Saxifraga vocata, quod semen eius petras in vesica frangat atque comminuat. Gentiana autem sumpsit, ut medici memorant, ab inventore radicibus aristolochiae similibus; nascitur sub Alpibus atque in Galathia Asiae. Saturcia calida et propterea ignita. Unde et illi nomen inditum creditur, quod per nos faciat in venerem. Satirion dicta a satiris, propter incendium libidinis quod eius ... stingum vocant, venerem enim suscitat. Idem et orcis, quod radix dimissa ... vulgo stingum vocat ... eius in modum testiculorum sit, quos Graeci orcei vocant; idem et leporina, propter quod caule mollem emittat. Urtica ex eo vocata, quod tactus eius corpus adurat. Est enim ignea omnino natura, et tactu perurit; unde et pruriginem facit, et utilis valde pulvis eius ad sanguinem stagnandum. Arthemesia herba Dianae a gentilibus consecrata est; unde et nuncupata. Graece enim Diana Arthemis dicitur. Est enim medicis apta, et potui sumpta aufert dolorem cordis. Camniclos Graece dicta, quod mali matiani odorem habeat, frequentia brevis et tenera. Camidrios a Graecis appellata, quod sit brevis et per terram strata, et minuta foliis parvissimis. Peon quidam medicus fuit, a quo peonia sive pomilla herba per libertatem inventa, ut Homerus dicit. Hanc quidam glesidem vocant, quod dulcis saporis sit, vel peritorum prima a numero granorum, velut alii dactilos a similitudine digitorum. Nascitur in silvis, maxime in Creta. Bolgosus a Graecis dicta eo quod folia asperrima admodum linguae bovis habeat; quod mirum in modum obsapientia? ... uncendam vino infundendam a vetitis? ... memoriae ... convivii quibus hylaritatem praebere fertur praeter hostibus et sumitur. Arnoglosus idem agnilingua, quae a Romanis plantago dicitur, quod planta eius cito adhereat terrae; hanc multi pro holere vescuntur. Erpillos, quae apud nos serpillus vocatur, pro eo quod radices eius longe serpiant; eadem et magis annula, propter quod menstrua moveat. Aristolochia dicitur quod mulieribus fetis optima sit; nam super fessas in partu matres beneficio vaporis expurgat. Huius herbae genera sunt duo, quarum una aristolochia rotunda dicitur, propter quod rotundam radicem habeat; altera aristolochia longa, quia radicem longam habeat, cum ramis et foliis longioribus; quam et dactulin vocant, quod sit radice robore digitali et longa. Ericon a Graecis dicitur, quod vere primo senescat; unde et Latini sentionem vocant; nascitur per macerias. Psilli dicta, quod semen simile pulicis habeat; unde et eam Latini herbam pulicariam vocant. Cerabotane id est a Graecis hoc nomen accepit, quod remediis ac ligaturis hominum et purificationibus sacerdotum a gentilibus apta probaretur. Unde et eam pontifices sagminam appellabant, quod sanaret. Haec et verbena, quia pura. Proficit enim febricitantibus si bibatur. Palliurus herba dicta aspera et spinosa. Strucios quam quidam herbam lanariam vocant, eo quod plerique ex ea lanam lavent; nascitur locis cultis. Splenos dicta, quod splenem auferat. Cimicia propter similitudinem cimicis dicta, unde et eam Graeci cirionem vocaverunt. Nascitur enim in locis asperis atque cultis. Marrubium, quem Graeci prasion dicunt, propter amaritudinem nascitur in campis, cuius usus equaliter mixta cum oleo tisicis et tussientibus proficit et vocis raucitudinem tollit. Pulegium apud Indos piperis pretiosius est. Absinthium Graecum nomen, cuius probabile est quod in Pontica regione nascitur; unde et absentium Ponticum nominatur. Est enim amarum gustu, suavi odore, temperantium corporis praestans, cuius contusa folia auferendis doloribus vel contusione corporum utillima comprobantur. Sipac Graece dicitur, eo quod tantam in radice virtutem habeat, ut frusta carnis aspersa in cacabo coagulet. Polipodion herba, cuius radix hyrta atque crinita, ut est polipus, a quo divinatum est ut polipodion diceretur. Nascitur in tenebris petrarum, et sive quercus, sive veteris. Polios a Graecis, a latinis animorbia, quod multis morbis subveniat; nascitur in montibus et diversis locis. Scamonia, quam Latini acredium vocant, herba suci plena, quod colligitur sub ... in radice; denique terram rotunda cavitate fodiunt, cum subpositis aut cocleis aut nucis foliis excipitur sucus atque siccatus aufertur. Venit autem sepius probabilius ex Misia Asiae, huic contrarium atque falsum ex Syria vel Iudea. Daucos foliis feniculi similis, cirso bipalmis. Crucaria vocata, quod ventrem cito purgat, quam vulgo citocatiam vocat. Lappa dicta, quod habeat caulem ingentem per terram dispositam. Hanc herbam a Graecis filantropos vocant, quod vestibus hominum inhereat ob asperitatem suam, sicut iuxta mos. Capillum veneris vocatum sive quod elapsos per alopeciam capillos recreat, vel quod capillorum fluores coherceat, vel quod virgulis nigris lenibus cum splendore quasi capilli; nascitur in aquosis locis. Rubea dicta, quod radix eius sit rubra, unde et colorare lanam prohibetur. Est enim utilis pulvis ex eius radice facta, sive in cibum sumptus, sive potu datus, ad eum qui rabiem patitur. Ancusa, cuius radix contacta digitos inficit et colore sanguineo; unde et pictoribus ad sparia efficienda usui est. Cameleon, quam Latine viscarago vocatur, eo quod viscum gignat, in quo herentes aves quasi propria voluntate descendunt ad escam. Cicuta propter quod in cirso geniculatos nodos habeat occultos, ut canna. Sic dicitur fossa ceca, quae occulta est. Haec potui data interficit. Hanc in carcere Socrates bibit et expiravit. Unde Persius dicit: Sorbitio tollit quem dira cicutae. Hec dum hominibus venenum sit, capellas efficit pingues. Trifolium, quam Graeci triffillum vocant, quod sit foliis ternis per singulas annotationes. Flominos, quam Latini herbam lucernalem vocant, ab eo quod ad lumina faciat; eadem et lucubros, quod luce praebeat umbris. Piretron Graece dicta, eo quod habeat radicem incendiosam atque coacebantem; est enim utilis in cetera purgandis a flegmis capitibus hominum. Altea malva agrestis sive malvae viscus. Altea quia in altum surgit. Eviscus quia glutinosa est; nascitur in locis humidis, cuius radices decoctae diligenter mixtae porcina adipe ad sublevandos dolores vel tumores vulnerum valde utiles comprobantur. Origanum quod Latina lingua colenum interpretatur, propter quod infusa colorem vini. Trimalum vocabulum sumpsit, quod coma foliorum ad radium solis circumacta convertitur. Nam Graeci solem titan vocant. Mallonem coma ex quo confectum est ut trimalum diceretur. Est enim nascens in locis humidis sive aquosis proximis, et utilis in confractione adversus ganda omnia venenis; huius species vi. sed diversis in locis nascentes. Strignos, quae latine herba salutaris vocatur, propter quod dolorem capitis et stomachi incendium mitigat. Idem et uva lupina, propter quod semen eius uvae seminibus simile est. Poligonos, quam Latini herbam sanguinariam vocant, quod missa in naribus sanguinem moveat. Ambrosia, quam Latini apium silvaticum vocant, de quo Virgilius: Ambrosieque comae divinum vertice odorem aspiravere. Apiago, quod flores eius apes maxime appetunt. Pecillacaros marinum, quam Latini ab effectu herbam salutarem vocant; folia feniculi similia atque aspera et rotata terre prostrata. Colocasia, ninta agrestis, quam Graeci calamintam, vulgo neptam vocaverunt; maioris virtutis et vehementis in colore. Genicularis herba substinetur ob scorpionum venena repellenda. Gladiolus, quod sit gladio foliis similibus; in cirso cubitali floribus purpureis. Verbascum, agaricum, radix veris albae. Calamices albae, lappa, lappago. Lapella, venicola, orcanetta? Mirobalanum assolidum, quod Latini a colore stallicum? vocant. Scilla, quod nocens sit; de qua Pythagoras scribit unum volumen, dicens quod summitas ad limen suspendatur, omnia mala fugat. Camipeteon a Graecis dicitur, quod terrae adhereat, et odorem pini habeat; hanc Latini cucurbitulare vocant, quod ex parte cucurbitae odorem referat. Seasifocria nascitur locis amoenis. Splen dicta, quod splenem auferat, sive scolpendrios, eo quod folia ipsius scolopendro animali sint similia; nascitur in humidis petris. Volucis appellatur, quod sit radix eius volubilis et rotunda. Scoriasi? in insulis Stocadibus nascitur; unde et nuncupatur. Ciclaminos Graece dicta, a qua ciclos vocatur, eo quod primum virtute huius herbae invenit, sive quod habeat radicem rotundam. Graeci enim ciclam rotundum vocant; cuius radix artetur sive fumo fuerit, ad modum ebrios facit. Nascitur in locis silvosis et agris. Ampelos leuce, sive brionia, quam Latini vitem albam vocant, vel aqualitate coloris vel quod radix eius contrita et corpori infricata teneriore et candidiore cutem reddat; nam et sui bacis eius lac uberibus siccis reddit; et folia eius aqua calida repefacta sanguinem vel humorem ex percussione corpori spargere. Ampelos melena, id est vitis nigra, eadem quae labrusca, folia ederae similia, in omnibus maior quam vitis alba; bacas vel ramos similiter huius, quae in maturitate nigrescunt, et vocabulum sumpsit. Vincella herba a Latinis appellata, quod sit virtutis quod praevi-

-mum fuerit apprehendat. Corimbis, quos anulos appellamus. Buccalmon, flore habet crocei oculo simile; unde et a Graecis nomen accepit. Est autem caule molli, foliis coriandri similibus; nascitur iuxta muros civitatum. Flosmos, quam Latini verbascum vocant, quarum altera est mascula albioribus foliis atque angustioribus, altera femina foliis latioribus atque nigris. Ferula vocata a medulla, nam multi, ut Varro, radicem esse ferulae medullam, quam apoderon Graeci vocant; nonnulli autem a feriendo ferulam dicunt; de hac enim pueri et puellae vapulare solent. Huius sucus galbanum est. Papirum dictum, quod igni et ceris est aptum. Pirum enim Graeci ignem dicunt. Iuncus, eo quod iunctis radicibus hereat. Scirpus, a quo segetes tegunt, sine nodo; de quo Ennius: Quaerunt in scirpo, soliti quod dicere, nodum. Est enim pubes qui minime est et in scirpo nodum quaerit. Fucus genus herbae est, de qua tingitur vestis, dicta quia mentiatur alienum colorem. Unde Virgilius dicit: Mentiri lana colores. Alga nascitur in aquis stantibus; ita denique nomen sumpsit ab algore aquae, quod algida sit. Grece pedes, quia crassa est foliis aquam ex parte superantibus. Ulva et tipus herbae quae circa fontes et in paludibus stagnis nascuntur. Est enim ulva, id est alga mollis et quod ... fungi dicta ab uligine. Tipus vero, quod se ab aqua inflat; unde et ambitiosorum et sibi placentium hominum tumor tipus dicitur. Carex herba acuta et durissima sparto similis, de qua Virgilius: Et carice pastus acuta. Spartum frutex virgosus sine foliis, ab asperitate vocatur. Volumina enim funium quae ex eo fiunt aspera sunt. Gramen astu potius dictum, quod plurimum agrorum sit, unde et eum Graeci agrostem vocaverunt, licet nos herbam graminem vocemus ab eo quod germinet. Sic robur omnis ligni circa ... species quod sit firmissima. Filix a singularitate folii dicta; denique ex una virgula altitudine cubitali unum scissum folium gignitur. Res implicata velut pinna. Avena lolium zizania, quam poetae semper infelix lolium dicunt, quod sit inutile et infecundum. Fenum dictum, quod eo flamma nutriatur. Fos enim flamma est. Manipulum dicimus fascem feni, et dictum manipulum, quod manum impleat.

De holeribus.

Hortus nominatur, quod semper ibi aliquid oriatur. Nam cum alia terra semel in anno aliquid creat, hortus sine fructu numquam est. Holus ab alendo dictum, eo quod primum homines holeribus alerentur antequam fruges et carnes ederent; tantum enim pomis arborum et holeribus alebantur, sicut animalia herbis. Caulis est generaliter herbarum vel holerum medius frutex, quem vulgo tirsum dicunt, quod a terra sursum consendat; ex quo dimaci etiam specialiter quaedam genera holerum caulix dicuntur, quia tirsus ipsi amplius ceteris holeribus coalescit, id est crescit. Est autem generale nomen omnis frutex caulis. Cima dicitur quasi coma; est autem summitas holerum vel arborum, in qua virgens virtus naturalis est. Malva ex parte ex Graeco vocabulo appellatur, et potius malis in eo quod molliendi alvum solvendique naturam habeat. Cuius sucus si quis se oleo mixto perunxerit, ab apibus negatur feriri. Folia eius ex oleo trita et inposita scorpionibus creduntur afferre torporem. Pastinaca vocata, quod eius radix praecipuus pastus sit hominis. Est enim odoratu iocunda, cibo delectabilis. Rapa dicta a rapiendo, id est comprehendendo. Est autem radice amplior napo, sapore dulcior et folio tenui. Napus a similitudine rapae vocatur, nisi quod foliis latior et radicis gustu subacrior est. Nonnulli autem affinitas inter se utrique in pene communis, quia utriusque semen in altrum invicem mutatur. Nam rapa in alio solo, ut Emilianus ait, per biennium mutatur in napum; alio vero napus transit in rapam. Napocaulis ex duobus holeribus compositum nomen habet, quia dum sit saporis napo similis, non in radice sed in cirso consendit ut caulis. Sinapis appellatur, quod foliis sit similis napis. Rafanum Graeci, nos radicem vocamus, eo quod tota deorsum nititur, dum reliqua holera in summa magis prosiliant. Cuius semine macerato quisque suas manus infecerit, serpentes impune tractabit, siquidem ex radice ipsius et cibus albescit. In cibo quoque veneris subsistit, nam contra venena radicis, nuces, lupini, citrum, apium, ruta praesumuntur; sed contra fungum nihil contra accipitur venenum; unde et apud veteres autem alias epulas haec solebant missis apponere. Lactuca dicta est, quod habundantia lactis exuberet, seu quia lacte nutrientes feminas impleat. Haec et muris usu veneris coheret. Lactuca agrestis, quam sarraliam nominamus, quod dorsus eius in modum serrae est. Intiba Graecum nomen est, et intibus quod sit intus tonsus. Cepa vocatur quia non aliud est nisi tantum caput. Ascalonia nuncupata ex una urbium Palestinae, quae Ascalon dicitur, unde primitus adducta est. Allium dictum, quod oleat. Olpicum appellatum, quod allii odorem habeat. Fasclos vocari aiunt a fasclo insula Greciae, ubi non procul mons Olimpus est. Porrum cuius duo genera sunt, capitatum et sectilis. Sectilis minor, capitatum maior. Beta apud nos holeris genus, apud Graecos littera est. Blitum genus holeris saporis evanidi, quasi vilis beta. Cucumeres, quod sint interdum amari; quos dulces nasci perhibent, si lacte mellito eorum semen infundatur. Cucurbita apopeis, sive pepomeli; pepo omnium Graeca nomina sunt, et origo eorum Latinis incerta. Holus molle triplex. Brassica olisatrum, nastrium. Sapor appellatur, quod acrimonia sui nasum torqueat. Fungi, quod aridi ignem accepturi concipiant. Fos enim ignis est; unde et fesca vulgo dicitur, quod sit fomes ignis et nutrimentum. Alii dicunt fungos vocatos, quod sint ex eorum genere quidam interemptorii; unde et defuncti. Tubera tumor terrae prodit, eaque ex nomine illi dedit. Volvi appellati, quod sint volubiles et rotundi. Asparagus, quod spinosa et aspera frutex eius ex quo gignitur. Capparis a Graecis nomen sumpsisse videtur, quod habet in summitatibus rotunda seminum capitalia. Armoracea est lapsana, lapistrum, lapacia. Haec in cibo sumpta stomachum confortat, venerem reprimit. Carduus eruca, quia urtica, quod sit ignitae virtutis, et in cibo sepe sumpta veneris incendium moveat. Huius species duae, quarum altera usualis, altera agrestis acrioris virtutis, utraque tamen veneris commovens usum.

De odoriferis herbis.

Apium dictum, quod eo apex, id est caput antiquorum triumphantium coronabatur. Hercules autem hac herba primum caput cinxerat. Nam nec populum caput praeferebat, nec oleastrum, nec apium, cuius radices efficaciter pugnant contra insidias venenorum. Cuius genera sunt petrosilinon, ypposilinon et oleosilinon.
235. non, ypposilinon et oleosilinon. Petrosilinon vocatum, quod similis sit apio et nascatur in petris montibusque praeruptis, quod nos petrapium dicere possumus. Sileum Graece apium dicitur. Sed est summum ac probabile Macedonicum, gustu suave et odore aromaticum. Ypposilenon dictum, quod sit durum et asperum et austerum. Oleosilenon, quod mollior folio et caule tenuior. Feniculum Latini vocaverunt, quod eius tirsi seu radicis sui acuatur usu. Cuius virtutem tradiderunt serpentes annuam senectutem eius gustu deponant. Hoc holus Graeci maratron vocant. Ligusticum a regione nomen accepit; nascitur enim plurimum in Liguria, odore aromatico et gustu acri. Aneson, ut Graeci dicunt, sive ut Latini anesum, herba omnibus cognita, acerrime fervens et vitalis. Anetum. Ciminum. Coriandrum ex Graeco nomine sumpsit, quod illi coliandron vocant; cuius semen in vino dulci datum promptiores reddit in venerem; sed si super modum dederit, amentiam nutrit. Canos et ex coriandro infici comperimus? est. Abrotanum. Cerefolium. Ruta dicta, quod sit ferventissima; cuius altera agrestis atque in vite acrior; sed utraque ferventissime comprobantur. Haec veneris repugnare mustelae docent, quae dum cum serpente dimicaverit, cibo eius armantur. Salvia. Inula, quam rustici alam vocant, radice aromatica, odoris summi cum levi acrimonia; inimica herba genus vi.

INCIPIT LIBER XVIII DE BELLIS ET LUDIS

PRIMUS BELLA INTULIT Ninus Assyriorum rex. Ipse enim finibus suis nequaquam contentus humane societatis foedus irrumpens, exercitum ducere, aliena vastare, liberos populos aut trucidare aut subicere coepit, universamque Asiam usque ad Libiae fines nova servitute perdomuit. Hinc et studuit orbis in mutuo sanguine alterna caede grassare. Quattuor autem genera sunt bellorum, id est iustum, iniustum, civile et plus quam civile. Iustum bellum est quod ex praedicto geritur de rebus repetitis aut propulsandorum hostium causa. Iniustum bellum est quod de furore, non de legitima ratione initur. De quo in Re publica dicit Cicero: Illa iniusta bella sunt quae sine causa suscepta sunt. Nam extra ulciscendi aut propulsandorum hostium causam bellum geri nullum potest. Et hoc idem Tullius parvis interiectis subdidit: Nullum bellum iustum habetur nisi denuntiatum, nisi indictum, nisi de repetitis rebus. Civile bellum est inter cives orta seditio et concitati tumultus, sicut inter Sillam et Marium, qui bellum civile invicem in una gente gesserunt. Plus quam civile bellum est ubi non solum cives certant, sed et cognati; quale actum est inter Caesarem et Pompeium, quando gener et socer invicem dimicaverunt. Siquidem in hac pugna frater cum fratre dimicavit, et pater adversus filium arma portavit. Unde Lucanus: In fratrum ceciderunt praemia fratres. Et: Bella per Emathios plus quam civilia campos.

parentes caederet. Bella namque dicuntur intestina, externa, servilia, socialia, piratica. Piratica bella sunt sparsa mari latrunculorum per maria in mioparonibus levibus et frugalibus, qui non solum navibus commeantibus, sed et insulas provinciasque vastantibus; quos primum Gneus Pompeius post multam vastationem quam terra marique digesserat mira celeritate pressit ac superavit. Sed ideo autem bellum vocatum quod contra hostes agitur. Item tumultus quod seditione civili exagitatur. Nam seditio est dissensio civium, dicta quod seorsum alii ad alios eant. Alii existimant dissensionem animorum seditionem vocari, quam Greci diastasin vocant. Quid autem differat utrumque Cicero docet: Potest, inquit, esse bellum ut tumultus non sit; tumultus autem esse sine bello non potest, tamen ut maior timor oriatur. Unde et dictus tumultus quasi timor multus. Gravius autem esse tumultum quam bellum. Nam et in bello vacationes valent; differt autem bellum, pugna et proelium. Nam bellum universum dicitur, ut Punicum. Huius partes sunt pugnae, ut Cannensis, Thrasimensis. Rursum in una pugna multa sunt proelia; aliud enim in cornibus, aliud in media, aliud in extrema acie geritur. Bellum ergo est totum, pugna unius diei, proelium pars pugnae. Bellum antea duellum vocatum, quod sint duae partes dimicantium, vel quod alterum faciat victorem, alterum victum. Postea mutata et detracta littera bellum dictum. Alii per antiphrasin putant dictum, eo quod sit horridum; unde illud: bella, horrida bella, cum bellum contra sit pessimum. Proelia dicuntur ab inprimendo hostes hostem. Unde et prela dicta ligna quibus uva premitur. Pugna vocata eo quod initio usus fuisset in bello pugnis contendere, vel quia primum bellum pugnis incipiebatur. Unde et pugna et duorum esse et aliquando sine ferro. Quattuor autem in bello aguntur: pugna, fuga, victoria, pax. Pacis vocabulum videtur a pacto sumptum. Posterius autem pax accipitur, foedus primum initur. Foedus est pax quae fit inter dimicantes, vel a fide, vel a fetialibus, id est a sacerdotibus, dictum. Per ipsos enim fiebant foedera, sicut per seculares bella. Alii foedera dicta putant a porca foede et crudeliter occisa, cuius mors optabatur ei qui a pace resiluisset. Virgilius: Et caesa iungebant foedera porca. Foederis partes induciae, et dictae induciae quod in dies fiunt.

De triumphis.

Omne regnum saeculi hoc bellis queritur, victoriis propagatur. Victoria dicta quod vi, id est virtute, adipiscatur. Hoc est enim ius gentium vim vi expellere. Nam turpis est dolo quaesita victoria. Certa autem victoria vel occasio hostis, vel expoliatio, vel utrumque. Non est autem iocunda victoria quae per inmensa detrimenta contigit; et hoc est quod laudat Salustius duces suos victoriam incruento exercitu deportasse. Pompa dicta est Graeca significatione ΑΠΟΤΟΥ ΠΟΜΠΑCICIN, hoc est publice ostentari. Precedit autem victoriam pompa, ideo quod triumphus ad hoc certamen primum est victoriae notum. Tropheum dictum ΑΠΟ ΤΗC ΤΡΟΦΕC, id est a conversione hostis et fuga. Nam qui hostem fugasset merebatur tropheum; qui occidisset, triumphum, qui dictus est apo tes thriambes, id est ab exultatione. Plene enim victoriae triumphus debetur, semiplene tropheum, quia nondum plena est victoria consecuta, non enim obtinuit, sed fugavit exercitum. Haec tamen nomina scriptores confundunt. Tranquillus autem triumphum Latine dicit potius appellatum, quod is qui triumphans urbem ingrederetur tripertito iudicio honoraretur. Nam primum de triumpho duci concedendo exercitum iudicare solitum erat, secundo senatum, tertio populum. Erat autem Romanorum mos ut triumphantes quadrigis veherentur, ex illo quod soliti sint priores duces sic habitu bella inire. Quicumque autem in conflictu vicissent, palma aurea coronabantur, quia palma stimulos habet; qui vero sine conflictu fugientes prostrassent, laurea, eo quod haec arbor sine spinis est. Nam et purpurea et palmata toga triumphantes induebantur, et scipionem cum sceptro in manu gerebant ad imitationem victoriae Scipionis. Licet et scipio baculus sit quo homines innituntur. Unde et primus ille Cornelius Scipio appellatus est, quia in foro patri caeco innixus in eo ambulabat. Super scipionem autem superscedebat aquila ob indicium quod per victoriam quis ad superna magnitudine accederet. Unde et colore rufo perlinebantur, quasi imitarentur divini ignis effigiem. Quod vero a carnifice contingebantur, id est in indicium ut ad tantum fastigium evecti mediocritatis humanae commonerentur. Duobus autem generibus deletur exercitus: aut internicione aut dispersione. Salustius: Hostes magis oppressi aut dilapsi forent. Sic et utrumque Virgilius: internicione: submersasque obrue puppes; dispersione: aut age diversos et disice corpora ponto. Spolia hostium, praeda, manubiae, exuviae, partes. Praeda a predando vocata. Manubiae eo quod manibus detrahuntur. Hae et exuviae ab exuendo dictae, quia exuuntur. Hae et partes a pari divisione pro personarum qualitate et labore iusta decisione. Spolia autem a palliis quasi expallia; vestes enim detrahuntur.

De instrumentis bellicis.

Signa bellorum dicuntur quod ex his exercitus et pugnandi et victoriae receptui accipit simbolum. Nam aut per vocem tubae aut per simbolum ammonetur exercitus. Legionum principalia signa aquilae, dracones et pilae. Aquilae ideo quod eadem avis Iovis in armis auspicio fuerit. Nam dum idem Iovis adversus Titanas proficisceretur, aquila ei in auspicio apparuisse fertur; quam ille pro indicio victoriae acceptam tutelae suae auspicatus eam legioni signum dedit. Quo factum est ut deinceps militum signis committeretur. Cuius meminit Lucanus dicens: Signa pares aquilas et pila minantia pilis. Draconum signa ab Apollinis morte Pythonis serpentis inchoata sunt. Dehinc a Grecis et Romanis in bello gestari coeperunt. Pilam in signo constituisse fertur Augustus propter nationes sibi in cuncto orbe subiectas, ut magis figuram orbis ostenderet. Vexillum et ipsum signum bellicum, tractum nomen habens a veli diminutione, quasi velxillum. Sub Romulo autem fasciculos feni pro vexillis milites habuerunt; hinc et manipuli appellantur. Manipulos enim dicimus fasces feni quod manum impleant. Cetera signa diversis picturata imaginibus sunt, militari consuetudine extituntur, per quas exercitus in permixtione proeliorum agnoscat.

De bucinis.

Bucina est qua signum datur in hostes, dicta a voce quasi vocina. Nam pagani agrestesque ad omnem usum bucina ad compita convocabantur. Proprie ergo haec agrestibus fuit signum. Unde Persius: Bucina cogebat priscos ad arma Quirites. Huius clangor bucinum dicitur. Tubam Tyrreni primi invenerunt. Unde Virgilius: Tyrrenusque tubae mugire per ethera clangor. Haec autem a Tyrrenis praedonibus excogitata, cum dispersi circa maritimas oras, nam facile ad quamque praedae occasionem voce aut bucina convocarentur, vento plerumque obstrepente. Hinc postea bellicis certaminibus adhibita est ad denuntianda signa bellorum, ut ubi exaudiri prae tumultu non poterat sonitus tubae clangentis attingeret. Tuba autem dicta quasi tofa, id est cava. Item tuba quasi tybia. Inter tubam autem et bucinam veteres discernebant. Nam bucina in sonans sollicitudine ad bella denuntiabat. Virgilius: Qua bucina signum dira dedit. Tuba autem proelium indicabat, ut: At tuba terribilem sonitum. Cuius soni varietas est. Nam interdum canitur ut bella committantur, interdum ut insequantur fugientes, interdum receptui. Nam receptus dicitur quo se exercitus recipit. Unde et signa receptui canere dicuntur. Classica sunt cornua quae convocandi causa erant facta et a calendo classica dicebantur. De quibus Virgilius: classica iamque sonant. Apud Amazonas autem non tuba sic a regibus, sed a regina sistro vocabatur feminarum exercitus.

De armis.

Arma generaliter omnium rerum instrumenta sunt, unde et ubi reponuntur armaria dicta sunt. Item arma et tela omnium generum, sed arma sunt quibus ipsi tegimur, tela sunt quae emittimus. Nam arma duplicia sunt, id est vel quibus percutimus, vel quibus tegimur. Arma autem proprie dicta sunt eo quod armos tegunt. Nam arma vel ab armis dicuntur, id est ab humeris, ut Lex: hic hasta per armos acta tremit, ΑΠΟ ΤΟΥ ΑΡΕΟC, id est a Marte.

De gladiis.

Gladius generaliter dicitur ensis in proelio. Sed ensis ferrum tantum, gladius vero totus. Ipse autem appellatur gladius quod gulam dividit, id est cervicem secat. Ad hoc enim primum est factus. Nam cetera membra securibus magis ceduntur, collum gladio tantum. Acies autem gladii ab acumine dicta. Capulus vocatur vel quia caput est gladii, vel quia ibi capitur ut teneatur. Nam alias acies ferre non sinunt. Mucro non tantum gladii est sed cuiuslibet teli acumen, dictus a longitudine. Nam macron Greci vocant longum. Hinc et machera. Machera autem gladius longus ex una parte acutus. Framea vero gladius ex utraque parte acutus, quem vulgo spatam vocant. Ipsa est et rumphea. Framea autem dicta quia ferrea est. Nam sicut ferramentum sic framea dicitur; ac proinde omnis gladius framea. Spata a passione dicitur Greco verbo quam patin Greci, Latine pati dicunt. Unde et pattor et passio dicimus. Alii spatam Latine autumant dictam quod spatiosa sit, id est lata et ampla; unde et spatula in pecoribus. Semispatium gladius est a media spatae longitudine appellatum, non ut imprudens vulgus dicit sine spatio, dum sagitta velocior sit. Pugio a pungendo vocatur. Est enim gladius parvus et bis acutus lateri adhaerens. Idem et clunabulum dictum quod religetur ad clunes. Celidonius gladius ferrum est latum, cuius duplex est mucro ac bifurcus in modum caudae hirundinis formatus. Unde et celidonius vocatur. Sica a secando dicta; est enim gladius brevis, quo maxime utuntur qui a puticulosis latrocinia exercent. Atque et sicarii dicuntur. Tranquillus autem dicit dum cuidam gladiatori in ludum emissus gladius curvatus fuisset, exacte recta percurrerit, unde ad id corrigendum, atque a pugnante responsum est: sic pugnabo. Unde sic enim datum. Spicula regat gladium. Secures signa sunt quae consules ferebant, quas Hispani ab usu Francorum per derivationem franciscas vocant. Et ea signa portari, ne autem usum per decorem belli [illegible] aspectum annuntiet.

De hastis.

Hasta est contus cum ferro, cuius diminutivum facit hastilia. Nomen autem hastae abusive suppositum, unde et astucia. Contus ferrum non habet, sed tantum cuspide acuto. Unde Virgilius: Ferratasque trudes et acuto cuspide contos. Contum autem quasi [illegible] rotunditas. Trudes autem sunt cum lunato ferro, quas Greci aplustria vocant, eo quod trudantur et detrudantur. Virgilius: ferratasque trudes. Venabula dicta quasi venatui habilia, vel quia venientem excipiunt quasi excipabula. Excipiunt enim apros expectantque leones, intrant ursos, sic tamen firma manu. Lancea est hasta amentum habens in medio. Dicta autem lancea quod equa lance, id est equali amento ponderata vibretur. Amentum vinculum est iaculorum hastilium quod medius hastilibus aptatur. Et in medio media hasta religetur et iaculetur. Clava est qualis fuit Herculis, dicta quod sit clavis ferreis invicem religata, et est cubito semis facta in longitudine. Haec et caetera, quam Horatius cateiam dicit. Est enim genus Gallici teli ex materia quam maxime lenta, quae iacta non quidem longe propter gravitatem evolat, sed quo pervenit vi nimia perfringit. Quod si ab artifice mittatur, rursus redit ad eum qui misit. Huius meminit Virgilius dicens: Teutonico ritu soliti torquere cateias. Unde et eas Hispani et Galli teutonos vocant. Falarica est telum ingens torno factum, habens ferrum cubitale et rotunditatem de plumbo in modum spherae in ipsa summitate. Dicitur et ignem habere infixum. Hoc autem telo pugnatur de turribus, quas dici falas manifestum est. Iuvenalis: consulesque falas delfinorumque columnas. A falis ergo dicta est falarica, sicut a muro muralis. Nam et falaricam Lucanus dicit nervus mittit hostilibus et quaedam machina, ut in [illegible] falarica nervis. Virgilius: Vero at tum immane falaricae iaculasse. Pila sunt arma iaculorum atque telorum, a torquendo vel emittendo vocata. De quibus Lucanus: Signa pares aquilas et pila minantia pilis. Cuius singulare pilum dicitur. Telum vocatur secundum Grecam ethimologiam ΑΠΟΤΟΥ ΤΗΛΟΘΕΝ, quod longe iaci potest. Quod quamquam abusive dicatur et gladium, tamen illud [illegible] telum [illegible] quod in dextra vibratur. Proprie autem telum a longitudine dictum, unde et multa dicimus quod longior sit quam iustus. Cuspis hastae acuta, a cuspide dicta est sagitta. Virgilius: Et pastoralem praefixa cuspide myrtum. Proprie autem potior pars hastae est.

De sagittis.

Sagitta a sagaci ictu, id est veloci ictu, vocata. Pennis enim fertur quasi avis, ut celeriter mors currat ad hominem. His primum Cretenses usi sunt. Quibus pennae dicimus ideo adglutinantur ut leves sint et provolent sagittae. Spicula sunt sagittae vel lanceae breves, a spicarum specie nuncupatae. Scorpio est sagitta venenata arcu vel tormentis excussa, quae dum ad hominem pervenerit virus qua figit infundit. Unde et scorpio nomen accepit. Faretra sagittarum theca, a ferendo dicta iacula, sicut et feretrum ubi funus defertur; quae ideo ethimologia communi habentur, quia faretra mortem, feretrum mortuum portat.

De faretra.

Corytos ipse sunt arcuum thecae, sicut sagittarum faretrae. Vagina appellata eo quod in ea mucro vel gladius baiuletur. Teca ab eo quod aliquid receptum tegat, C littera posita. Alii quasi nomine theca vocari asserunt, quod ibi reponatur aliquid. Unde et bibliotheca repositio librorum dicitur. Dolones sunt vagine ligneae intra quas latet pugio sub baculi specie. Dolones dicti a dolo quod fallant et decipiant ferro cum speciem praeferant ligni. Hos vulgo sermone Greci oxos vocant, id est acutos; unde et apud medicos acutos morbos oxia vocant. Arcus vocatus eo quod arceat adversarium. Unde et arces dicuntur quibus arcentur hostes. Item arcus ob speciem quod sint curvati arcus.

De fundis.

Funda dicta eo quod ex ea fundantur lapides, id est emittantur. Balista genus tormenti ab emittendo iacula dicta. Ballin enim Greci mittere dicunt. Torquetur enim vi nervorum et magna vi iacit aut hastas aut saxa. Unde et fundibalus qui fundit et emittit. Contra balistam testudo valet. Secus enim fit armorum umbonibus invicem colligatis.

De ariete.

Aries nomen sortitus est eo quod cum impetu impingit muros, in modum arietum pugnantium. Validae enim ac nodosae arboris caput ferro vestitur, eaque suspensa funibus multorum manu ad murum impellitur, deinde retracta maiori impetu destinatur. Sicque crebris ictibus concussum murum latus cedere cavataque irrumpere aciem fenestra facit. Contra impulsum arietis remedium est saccus paleis plenus et in eum locum dimissus quo aries percutit. Lapso enim saccorum sinu iactus arietis illisus mollitur; dicta enim mollibus facile cedit. Plutei sunt crates corio crudo intexti, qui in opere faciendo hostibus obiciuntur. Musculus cuniculo similis fit quo murus perfoditur, ex quo et nuncupatur quasi musculus.

De clipeis.

Clipeus est scuti maior, dictus ab eo quod clypeat, id est celet, corpus periculisque subducat. ΑΠΟΤΟΥ ΚΛΕΠΤΕΙΝ. Oppositi enim sua defensione ab hastis et iaculis corpus muniunt. Clipeus autem peditum est, scutum equitum. Scutum appellatum eo quod a se excutiat telorum ictum, vel telis resistat. Clipeus autem fertur. Umbo scuti pars media est, quasi umbilicus. Ancile vocatur scutum breve et rotundum. De quo Virgilius: leva ancile gerebat. Et ancile dictum ab ancisione, quod sit ab omni parte velut ancisum ac rotundum. Ovidius: Idque ancile vocant quod ab omni parte recisum. Quaque notes oculis angulus omnis abest. Pelta scutum brevissimum in modum lunae mediae. De qua in libro Regum: Fecit rex Salomon ccc scuta de auro purissimo et ccc peltas ex auro probato. Cetra scutum loreum sine ligno, quo utuntur Afri et Mauri. De quo poeta: laevas cetra tegit. Parma levia arma quasi parva, non clipeus. Dicitur autem et testudo scutorum conexio curvata in testudinis modum, nam quia in armorum generibus milites et ab animalibus nomina sumunt, ut aries. Et Salustius: in modum inquit tricenimilitaris.

De loricis.

Lorica vocata eo quod loris careat. Solis enim circulis ferreis contexta est. Squama est lorica ferrea ex laminis ferreis aut aereis concatenata in modum squame piscis, et ipso splendore squamae et similitudine nuncupata. De ciliciis autem [illegible] loricae [illegible]. Cassis de lamina est, galea de corio. Nam galeros corium dicitur.

De galeis.

Cassidem autem a Tuscis nominatam. Illi enim galeam cassim nominant, credo a capite. Apex est quod in summa galea eminet, quod figitur crista, quam Greci conum vocant. Nam conus est curvatura quae in galea prominet super quam cristae sunt.

De foro.

Forus est exercendarum litium locus, a fando dictus, sive a Phoroneo rege, qui primus Grecis leges dedit. Qui locus et prostra vocatur, ab eo quod ex bello Punico captis navibus Carthaginensium rostra ablata sunt et in foro Romano praefixa, ut esset huius insigne victoriae. Constat autem forus causa, lege et iudice. Causa vocata a casu quod evenit. Est enim materia et origo negotii, necdum discussionis examine patefacta. Quae dum proponitur causa est, dum discutitur iudicium est, dum finitur iustitia est. Vocatum est autem iudicium quasi iuris dictio, et iustitia quasi iuris status. Iudicium autem prius inquisitio vocabatur. Unde et auctores iudiciorum et praepositos quaestores vel quaesitores vocamus. Negotium multa significat, modo actum rei alicuius cui contrarium est otium; modo actionem causae, quod est iurgium litis, et dictum negotium quasi nec otium, id est sine otio. Negotium autem in causis, negotiatio in commerciis dicitur, ubi aliquid datur ut maiora lucrentur. Iurgium dictum quasi iuris garrium, eo quod hii qui causam dicunt iure disceptent. Lis contentione limitis prius nomen sumpsit. De quo Virgilius: Limes erat positus litem ut discerneret agris. Causa autem aut argumento aut probatione constat. Argumentum numquam testibus, numquam tabulis dat probationem, sed sola investigatione invenit veritatem. Unde et dictum argumentum quasi argutum inventum. Probatio autem testibus et fide tabularum constat. In omni autem iudicio sex personae quaeruntur: iudex, accusator, reus et tres testes. Iudex dictus quasi ius dicens populo, sive quod iure disceptet. Iure autem disceptare est iuste iudicare. Non est autem iudex si non est in eo iustitia. Accusator autem vocatur quasi adcausator, quia ad causam vocat eum quem appellat. Reus a re quam petit nuncupatur, quia quamvis conscius sceleris non sit, reus tamen dicitur quamdiu in iudicio pro aliqua re petitur. Testes antiquitus superstites dicebantur, eo quod super statum causae proferebantur. Nunc parte ablata nominis testes vocantur. Testis autem consideratur conditione, natura et vita. Condicione, si liber, non servus. Nam saepe servus metu dominantis testimonium supprimit veritatis. Natura, si vir, non femina. Nam varium et mutabile semper femina. Vita, si innocens et integer actu. Nam si vita bona defuerit, fide carebit. Non enim potest iustitia cum scelerato habere societatem. Duo sunt autem genera testium: aut dicendo id quod viderunt, aut proferendo id quod audierunt. Duobus autem modis testes delinquunt: cum aut falsa promunt, aut vera silentio obtegunt.

De spectaculis.

Spectacula ut opinor generaliter nominantur voluptates quae non per semetipsa inquinant, sed per ea quae illic geruntur. Dicta autem spectacula eo quod hominibus publica ibi praebeatur inspectio. Haec et ludicra nuncupata, quae in ludis gerantur aut scenis. Ludorum origo sic traditur. Lydios ex Asia transvenientes in Etruria consedisse sub duce Tyrreno, qui fratri suo cesserat regni contentione. Igitur in Etruria inter ceteros ritus superstitionum suarum spectacula quoque religionis nomine instituerunt. Inde Romani accersitos artifices mutuati sunt; et inde ludi a Lydis vocati sunt. Varro autem dicit ludos a luso vocatos, quod iuvenes per dies festos solebant ludi exultatione delectare populum. Unde et eum lusum iuvenum et diebus festis et templis et religionibus reputant. Nihil iam de causa vocabuli, dum rei causa idolatria sit. Unde et promiscue ludi Liberalia vocabantur ob honorem Liberi patris. Obliti despiciendae originis macula, ne bonum existimes quod initium a malo accepit. Ludus autem aut gymnicus est, aut circensis, aut gladiatorius, aut scenicus.

De gymnico ludo.

Gymnicus ludus velocitatis ac virium gloria est. Cuius locus gymnasium dicitur, ubi exercentur athletae et cursorum velocitas conprobatur. Gymnasia autem generaliter omnium artium exercitia gymnasia dicantur. Antea enim in locis certamen cincti erant, ne nudarentur; postea relaxato cingulo repente prostratus et exanimatus est quidam cursor. Quare ex consulto decretum est ut nudi deinceps omnes exercitarentur. Unde et gymnasium dictum est, quod iuvenes nudi exerceantur in campo, ubi sola tantum verecunda operiuntur.

De generibus gymnicorum.

Genera gymnicorum quinque: saltus, cursus, iactus, virtus atque luctatio. Unde ferunt quendam regem tot filios adolescentes his quinque generibus de regno iussisse contendere.

De saltu.

Saltus dictus quod exilire in altum est; et saltare, altum exilire vel longius.

De cursu.

Cursus a velocitate crurum vocatus est, quod in eo sola celeritas pedum.

De iactu.

Iactus dicitur a iaciendo. Unde et pilum sive sagittarum iactu dictus. Huic arti ... inventum, quod de manu ... lapides ... vel ferrea hastilia ... pondere sagittas ... libratu dexterae. ...

De virtute.

Virtus est in viribus ... laboris pondere ... quibus communi certamen ...

De luctatione.

Luctatio a laterum complexu vocata, quibus ... innituntur. Quod genus appellatione athletae vocantur.

De palestra.

Locus autem luctationis palaestra dicitur. Palaestra autem ἀπὸ τῆς πάλης, id est a luctatione, ἀπὸ τοῦ πάλλειν, id est motu, unde et ... vocantur. Quia ... arte luctandi ... Sed ... pedibus ... sollertia ... Quod ... opinantur ... luctatorum ... certamine ... lucta ... subsidere ... corpore ... et modo manibus ... complexu alligare sese more luctantium.

De agone.

Agones dicti quod graeci agones vocant, a frequenti agi celebratur, siquidem et omne certamen atque conventus agon dicitur, ab ... agitur ... in agone, sine angulo ... agonas putant.

De generibus agonum.

Agonum genera sunt plura ... curules, equestres, pedestres, natatorii, ... Certamina ... sagittandi ... standi ... pila ... Et ... forma, de cantandi modulatione ... Et de moribus, quod de bello et navali ... pugnae ... ludi ...

De ludo circensi.

Ludi circenses sacrorum causa et gentilium celebrationibus instituti sunt, ut qui eos spectant daemonum cultibus inservire videantur. Nam res equestris antea simplex agebatur, et communis usus reatum non trahebat; sed cum ad ludos coactus est, ad daemonum cultum translatus est. Itaque Castori et Polluci deputantur hi quibus equi a Mercurio distributi historiae docent. Sed et Neptuno equestres ludi, quem Graeci Hippion appellant. Sed et Marti et Iovi in equestribus consecrantur, et ipsi quadrigis praesunt. Circenses autem ludi ideo dicti sunt, quod in circuitu ibi ... a circuitu equorum ... Nam antea circenses ... gladiis ponebantur, quod quadriga certabantur; unde et circenses ... ab aquis, circa quos erabant, ripae ... fluminum currus agerent, ... gladios ... inter ripas et ... et ...

De circo.

Circus principaliter Soli dicatus, cuius aedes medio spatio et effigies de fastigio aedis emicat, quod non ... sub tecto consecrandum ... putaverunt quem in aperto habent. Sit autem circus omnis illud spatium quod circuire equi possint. Hunc Romani putant dictum a circuitu equorum, eo quod ibi circum metas equi currant. Graeci vero a Circe Solis filia, quae patri suo ob honorem huiusmodi certamen instituit, appellationem circi argumentantur. Fuit autem magna et universa sacrificia demonum rerum ... in habitu et opus magicae artis et aliud idololatriae recognoscitur.

De ornamentis circi.

Ornamenta circi: ova, metae, obeliscus, carceres. Ova ob honorem Polluci et Castoris adscribunt, quod illos ovo editos credendo de aquo non erubescunt. Singularis autem circensis Romani adducunt, in mundi referunt; in subbas ... sup ... iam ... et arces, quod ... appellatione proconsultantur.

De metis.

Metae autem ... iam ... ...sentiunt mundi designare volunt, ab eo quod aliis cursus suus ... fine ad exitum nisi oriatur occidentis; solis cursus, syderum.

De obelisco.

Obeliscum Mesres rex Aegypti primus fecisse fertur tali causa, ... templo ... in molem ... urbe ... Aegypti nocuisse, ... in ... flumine ... Graeci ... fingitur ... mundum ... multi ... ad ... solis ... Obeliscus ... ideo in ... quod in ... est, quod in medio mundi sol currit, in medio ... spatio ... Obeliscus ... fastigium ... significat ... sol ... subalimis ... spatio medio ... summo obelisco ... cum ... commeatum ... per ...

De carceribus.

Carceres ... quod ... equi coerceantur ne exeant ... antequam ... Iani ... aequari ... antecedant ... inclusi ... ita ... ne ... signum ...

236.

De auriga.

Auriga et currus ... Auriga ... a regendo ... aurea ... Quadrigae equorum ... et ... Nam ... quod ... et ... Aurigae autem ... colores ... duo: colores ... Sol ... mari ... terra ... aqua ...

De quadrigis.

Circenses quadrigae ... Oenomaus ... frenum ... regnum ... Prima ... currus ... quatuor equis iungi ... Circenses ... quadriga ... Quadrigae ... quorum ... currus ... tempore ... et ... triplici ... ordine ...

De curru.

Currus autem dictus quod quadrigae ... bigae ... duplici olim temone ... Currus ... pes ... quod ... equi ... Quadrigae ... iuncti ... a genere vinculi quod primi alligabantur.

Quadrigae et bigae et trigae et seiugae a numero equorum.

De equis quibus currunt.

Et iugo dictae. Ex quibus quadrigas Soli, bigas Lunae, trigas inferis, seiugas Iovi, desultores Lucifero et Hespero sacraverunt. Quadrigas ideo Soli iungi, quia per quattuor tempora anni vertitur: vere, aestate, autumno et hieme. Bigas Lunae, quia gemino cursu cum sole contendit, sive quia et nocte et die videtur; iungunt enim unum equum nigrum, alium candidum. Trigas diis inferis, quia hi per tres aetates homines ad se rapiunt, id est per infantiam, iuventutem atque senectam. Seiuga maximi est currus Iovis, pro eo quod maximum deorum suorum eum esse credunt. Ideo autem Solis quadrigas currere dicunt, sive quia mundus iste circuli sui celeritate discurrit, sive pro sole, quia volubili ambitu rotatus sic attenditur. Inde pateface radiis rota candida caelum.

De septem spatiis.

Septem spatia quadrigae currunt, referentes hoc ad cursum VII stellarum quibus mundum regi dicunt, sive ad cursum VII dierum per circuitum quibus peractis universum annum consummat, quorum finis ...

Porro equites singulares ideo currere dicunt ...

De equitibus.

Veteres, id est maiorum, quia singulariter unusquisque cursum ... hic ... ac per ... alius alio tempore sequens alium, prima est via mortalitatis usque ad supremam metam mortis urgendo.

De desultoribus.

Desultores vocati quod olim prout quisque ad finem cursum venerat desiliebat et currebat, sive quod de equo in equum transiliendo magnificabatur a spectatoribus.

De peditibus.

Pedites autem praecedere ... currebant pedibus ... quod ... mortalibus ... a ... deos ... Hic ... et ... pompa ... et ...

De coloribus equorum.

Circensis ... colores equorum ... quattuor: albus, ... ; prasinus et venetus ... et ... Ortum ... et occidentem ... temporum ... autem ... vel ... a ... lux ...

De coloribus equorum.

Quattuor ... colores quattuor tempora ... Albo hiemi ... prasino verno ... russeo aestate ... veneto autumno ... Rosei ... marti ... Veneti ... autem ... Rhea ... Albos ... Faunis ... Veri prasinus ... colore ... Russeus ... quod ... Romulus ... prasinus et venetus ... iam ... quod in ... mundi ... rosa ... ad ... et ... Circo ... verum ... purpuri ... sancti ... Christiani ... et ... proprie ... Christianorum ... cum ... ac ... teneri ... ut ... Christiani ... corda ... diaboli ... et ... angeli ... replevit.

De theatro.

Theatrum est quo scena includitur, semicirculi figuram habens, in quo stantes omnes inspiciunt. Cuius forma primum rotunda erat, sicut et amphitheatri, postea ex medio amphitheatro theatrum factum est. Theatrum autem ab spectaculo nominatum, ἀπὸ τῆς θεωρίας, quod in eo populus stans desuper atque spectans contemplaretur ludos. Idem vero theatrum idem et prostibulum, eo quod post ludos exactos meretrices ibi prostrarentur. Idem et lupanar vocari, ab eo quod meretrices ... Quod ... vulgata corpus ... lupae nuncupantur. Nam et lupae meretrices a rapacitate dictae, quod ad se rapiant miseros et adprehendant. Lupanaria et apagaes ... ubi pudor ... tam in ... ibi publicatur et ludibrio habetur ... et ... lupanar ... patere ...

De scena.

Scena autem erat locus infra theatrum in modum domus instructa cum pulpito, qui pulpitus orchestra vocabatur; ubi cantabant comici, tragici, atque saltabant histriones et mimi. Dicta autem scena graeca appellatione, eo quod in modum domus instructa. Unde et apud Hebraeos tabernaculi ... dedicatio ... ... scenopegia ... apellabatur.

De orchestra.

Orchestra autem pulpitus erat scenae, ubi saltator agere posset aut duo inter se disputare. Ibi enim poetae comoedi et tragoedi ad certamen conscendebant, hisque canentibus alii gestus edebant. Officia scenica: tragoedi, comoedi, thymelici, histriones, mimi et saltatores.

De tragoedis.

Tragoedi sunt qui antiqua gesta atque facinora sceleratorum regum luctuoso carmine spectante populo concinebant.

De comoedis.

Comoedi sunt qui privatorum hominum acta dictis aut gestu cantabant, atque stupra virginum et amores meretricum in suis fabulis exprimebant.

De thymelicis.

Thymelici autem erant musici scenici, qui in organis et lyris et citharis praecanebant. Et dicti thymelici quod olim in orchestra stantes cantabant super pulpitum quod thymele vocabatur.

De histrionibus.

Histriones sunt qui muliebri indumento gestus inpudicarum feminarum exprimebant; hi autem saltando etiam historias et res gestas demonstrabant. Dicti autem histriones sive quod ab Histria id genus sit adductum, sive quod perplexas historiis fabulas exprimerent, quasi historiones.

De mimis.

Mimi sunt dicti graeca appellatione quod rerum humanarum sint imitatores; nam habebant suum auctorem, qui antequam mimum agerent, fabulam pronuntiaret. Nam fabulae ita componebantur a poetis ut aptissimae essent motui corporis.

De saltatoribus.

Saltatores autem nominati ab Arcade Salio, quem Aeneas in Italiam secum adduxit, quique primo docuit Romanos adolescentes nobiles saltare. Et plane in artibus scenicis liber et venus ... Sed ... patrono agantur.

De his quae in patrono agantur.

Praeterea omnia et scenica ... pias sed ... gestu et corporis fluxu. Nam Liber ... et Venus ... illis ... in ... et ... Illis fluxu ... dissoluta. Quae vero ibi vocibus et modis et organis et lyris transiguntur, Apollinis et Musarum et Minervae et Mercurii patronorum sunt. Spectaculum Christiane odire debes, quorum odisti auctores.

De ludo gladiatorio.

Amphitheatrum locus spectaculi, ubi pugnant gladiatores. Et inde ludus gladiatorius dictus, quod ibi iuvenes usum armorum ... discant ... et modo ... gladiis aut pugnis certantes ... eo ... frequenter ... in ... primo ... sub ...

De amphitheatro.

Amphitheatrum dictum est, eo quod ex duobus sit theatris factum. Nam amphitheatrum rotundum est, theatrum vero ex medio amphitheatro est, semicirculi figuram habens.

De ludo equestri.

Gladiatoriae vero ... primae ... ludus equestris. Duo enim equites praecedentibus signis militaribus, unus a parte orientis, alter ab occidente, procedebant in equis albis cum aureis galeis minoribus et habilibus armis; sicque atroci perseverantia pro virtute sua inibant pugnam, dimicantes quousque alter ... alterum ... morte ... pro ... ut ... mori, causam gloriae ... Et ... cum ... primi ...

De retiariis.

Retiariis ab armaturae genere. In gladiatorio ludo contra alium pugnabant ... ferebant occulte rete, quo ... et iacula appellabatur ... ad ... eum ... sequentem ... operiret implicatumque viribus superaret, ... armatura pugnabat ... Neptuno ... cuius ...

De secutoribus.

Secutor ab insequendo retiarium dictus. Gestabat enim cuspide et ... cum ... ferro ... quod ... Nam ... secutor ... retiarium ... Nam ... ignis ... semper ... Ideo ... retiario ... igne ... semper in se ...

De laqueariis.

Laqueariorum pugna erat fugientes in ludo homines iniecto laqueo inpeditos consequentes prosternere amictos ... scuto.

De velitibus.

Velitum pugna erat ... cursu ... et ... Velites autem ... volebant ... sive ... armatura ... ut ...

De ferali certamine.

Ferarum pugna erat ... bestias ... pugnare ... et ... frequentia ... illis ...

De hac exsecratione ludorum.

Haec quippe spectacula crudelitatis et inspectio vanitatum non solum hominum vitiis sed et daemonum iussis instituta sunt. Proinde nihil esse debet Christiano cum circensi insania, cum inpudicitia theatri, cum amphitheatri crudelitate, cum atrocitate arenae, cum luxuria ludi. Deum enim negat qui talia praesumit, fidei Christianae praevaricator effectus, qui denuo appetit quod in lavacro iam pridem renuntiavit, id est diabolo, pompis et operibus eius.

De alea.

Alea, id est lusus tabulae, inventa a Graecis in otio Troiani belli a quodam milite Alea nomine, a quo et ars nomen accepit.

De tabula.

Tabula luditur pyrgo, calculis tesserisque. Pyrgus dictus quod per eum tesserae pergant, sive quod turris speciem habeat. Nam Graeci turrem pyrgum vocant.

De calculis.

Calculi vocati quod leves sunt et rotundi. Unde et calculus dicitur lapis brevis, qui sine molestia sui brevitate calcatur. Calculi quos pervias ordinales et vagi ... per calles.

De tesseris.

Tesserae vocatae quia quadrae sunt ex omnibus partibus. Has alii lepusculos vocant, eo quod exiliendo discurrunt. Olim autem tesserae iacula dicebantur a iaciendo.

De figuris aleae.

Quidam autem aleatores sibi videntur physiologice per allegoriam hanc artem exercere, et sub quadam rerum similitudine fingere. Nam tribus tesseris ludere perhibent propter tria saeculi tempora, praesentia, praeterita et futura, quia non stant, sed decurrunt. Sed et ipsas vias senariis locis distinctas propter aetates hominum ternariis lineis propter tempora argumentantur. Inde et tabulam ipsam ternis descriptam dicunt lineis vel paginis.

De vocabulis tesserarum.

Iactus quippe apud lusores veteres a numero vocabatur, ut unio, trio, quatrio, quinio, senio. Postea appellatio singulorum mutata est, et unionem canem, trionem suppum, quatrionem planum vocaverunt, et his omnibus signa sunt memoriae commendari.

De iactibus earum.

Iactus tesserarum apud aleatores componitur ut afferat quod voluerit, ut puta senionem, qui est in iactu bonum affert. Unum autem canem, quia damnosus est, unum enim significat.

Calculi partim ordine moventur, partim vage. Ideo alios ordinarios, alios vagos appellant. At vero qui moveri omnino non possunt, incitos dicunt. Unde et egentes homines inciti vocantur, quibus ultra procedendi nulla restat facultas. **De interdictione aleae.**

Ab hac arte fraus et mendacium atque periurium numquam abest, postremo et odium et damna rerum. Unde et aliquando propter haec scelera interdicta legibus et arbitrio iudicum fuit. **De pila.**

Pila proprie dicitur quod sit pilis plena. Haec et sphaera a ferendo vel feriendo dicta. De quarum genere et pondere Dorcatius sic tradidit: Neu tu parce pilos vivaces condere cervi, uncia donec erit geminam superaddita libram. Inter species pilarum sunt trigonaria et arenata. Trigonaria est quae in tres luditur. Arenata quae in grege ducitur ex circulo astantium expectantiumque, ultra iustum spatium pila excipere lusoque inire consueverunt. Cubitale lusum appellant, cum duo comminus ex proximo ac bene coniunctis cubitis pila feriunt. Sura dicitur dare, quando pilam crure planta ferienda collusoribus praebent.

INCIP. LIB. XVIIII. DE NAVIB. ET AR. ET EB.

ARTIUM QUARUNDAM VOCABULA quibus aliquid fabricatur vel instrumenta artificum vel quae ministerium exhibent atque his similia, deinceps ex parte notanda studui. Artifex generaliter vocatur, quod artem faciat, sicut aurifex qui aurum facit. Faxo enim pro facio antiqui dicebant. Nauclerus dominus navis est appellatus, ita quod navis in sorte eius sit. Cleros enim Graece sors dicitur. Gubernio qui et gubernator quasi cohibinator, quod eo [illegible] navem in cohibitione sit, cohibeat prudentia sua in hiberna, id est tempestates maris. Nauta a nave dicitur per derivationem. Nauta autem per nauta poetice dicitur, sicut Mavors per Mars. Nam remex [illegible] notatum nauta rectum est. Remex vocatur quod remum gerit. [illegible] casu epibata Graeco nomine appellatur, quod Latine dicitur supervenients, hi enim hi negotii sui causa naulo dato in alias terras transire disponunt. Naucleri quidam perhibent dicta eorum naulo dato. Navem [illegible] rectorem gratum, id est peritum, sapientem strenuum, quia gubernare novit per maritima pericula et casus; unde est illud Salomonis: Intelligens gubernacula possidebit. Lidii autem primum navem fabricaverunt pelagique incerta petentes pervium mare usibus humanis fecerunt. Rates primum et antiquissimum navium genus, e rudibus tignis asseribusque consertum. Ad cuius similitudinem fabricatae naves ratariae dicuntur. Nunc iam rates abusive naves, nam proprie rates sunt connexae invicem trabes. Trieris navis magna, quam Graeci dromonem vocant, de qua in Ysaia: Non pertransibit per eam trieris magna. Carpasia navis a Carpados insula nominata, sicut a Rodo Rodoria, sicut ab Alexandria Alexandrina. Liburnae dictae a Libiis. Naves enim sunt negotiatorum, de quibus oratius: Ibis Liburnis inter alta navium. Rostratae naves vocatae ab eo quod in fronte rostra aerea habent propter scopulos ne feriantur et collidantur. Longae naves sunt quas dromones vocamus, dictae eo quod longiores sint ceteris; cui contrarium musculus curtum navigium. Dromon enim a decurrendo dictus; cursum enim Graeci dromon vocant, sive a dromedis ΑΠΟΤΟΝ ΚΑΛΟΝ, id est lignis. Unde et calones navicule quae ligna militibus portant. Antiqui Romani dicebant pro eo quod celeritate sui anchoris et instrumentis reliquis navium vehendis sint apti. Faselus est navigium quod nos corrupte baselum dicimus, de quo Virgilius: pictisque faselis. Scapha quae et cata scophis navigium, quod Latine speculatorium dicitur. Scophos enim Graece, Latine intende dicitur. Barica est quae cuncta navis commercia ad litus portat. Haec navis in pelago propter nimias undas suo suscipit gremio. Ubi autem appropinquaverit portum reddit vice barica navi quae accepit in pelago. Paro navigium piratarum aptum, et ex his ita vocatum. Unde Cicero: Tecum fluctigero tradit mandatque paroni, et alibi: Paruncut ad litus ludi celeribus. Mioparo quasi minimus paro. Est enim scapha ex vimine facta, quae contecta crudo corio genus navigii praebet, qualibus utuntur Germanorum piratae in oceani litoribus vel paludibus ob agilitatem. De qualibus historia: Gens inquit Saxonum mioparonibus, non viribus, utuntur, fugae potius quam bello parati. Celoces quas Graeci celetas vocant, id est veloces. Biremes vel triremes agiles ad ministerium classis apte, cum labitur cuncta carina perequata cana celonis. Biremes autem naves sunt habentes remorum ordine geminum. Triremes et quadriremes trium et quattuor ordinum, sic et penteres et exeres quae velis simul et remis aguntur. Ypogaubi, in quo equi transvehere solitum est. Pontonium navigium fluminale tardum et grave, quod non nisi remigio progredi potest. Hic et traiectus, id est extentus. Est enim lacunarum et vinsechan dicitur extentus funis. Lembus navicula brevis, quae alia appellatione dicitur et cymba et caupulus, sicut et lintris, idem et carabus, quo in paludibus utuntur. Carabus parva scapha ex vimine facta, quae contecta crudo corio genus navigii praebet. Ponto navicula Syriaticum genus lata et sine carina a portando dicta, utuntur his in Pannonia. Trabariae amnicae naves, quae ex singulis trabibus cavantur, quae alio nomine litorariae dicuntur. Haec et caudicae ex uno ligno cavato factae, et in caudica quae a quattuor usque ad decem homines capiunt. **De partibus navium et armamentis earum.**

Puppis posterior pars navis est, quasi post prora, anterior quasi priora. Cymba locus in navi quo aquis incumbat. Carina a currendo dicta quasi currina. Fori navium latae concava, a ferendo onere dicta, sive tabulata navium quae sternuntur. Dicta ab eo quod in eis ferantur vel foris emineant. De quibus Virgilius: laxatque foros. Columbaria in summis lateribus navium loca concava, per quae eminent remi, dicta credo quod sint similia latibulis columbarum in quibus nidificant. Agea viae sunt in navi, per quas ad remiges hortator accedit. De qua Ennius: Multa foro ponet et agea longa repletur. Transtra sunt tabulae ubi sedent remiges, quod in transverso sint ducta, quae Virgilius iuga appellat. Remi a removendo et decutiendis fluctibus dicti, sicut tonsores a tondendo et decutiendis capillis. Palmula est extrema latitudo remi a palma dicta, quia mare impellitur. Antemnae autem dictae quod ante omnem sint positae, praefluunt enim eas amnis. Cornua extremae partes antemnarum sunt dictae per typum. Malus est arbor navis, quae vela sustinet. Malus autem dictus quia habet instar mali in summitate vel quia quibusdam malleolis ligneis cingitur quorum volubilitate vela facilius elevantur. Modius est cui arbor insistit, ob similitudinem mensurae vasis dictus. Carceria sunt in cacumine arboris trochleae, quae sunt loca per quae funes trahuntur. Ennius sic ait: lucida confluent alta carceria mali. Trochleae autem vocatae quod rotulos habeant; trochos enim Graece rota dicitur. Parastrices stipites sunt pares stantes, quod arbor sustinetur, carcomatum deligatum parastrice iuncto. Clavus est quo regitur gubernaculum. De quo Ennius: ut clavum rectum teneam naveque gubernem. Portisculus malleus in manu portatus, quo modum signumque dat remigantibus. De quo Plautus: Adloquendum atque tacendum tute habes portisculum. A portando quoque portisculus. Consilla uncini ferrei vel lignei ad quos in litore defixos funes navium illigantur. De quo Ennius: Consillas rapiunt, configitur litore aduncas. Anchora dens ferreus ex Graeca ethimologia nomen, quod vel homines manu comprehendat vel scopulos vel arenas. Nam manum Graece ΚΥΡΑ dicitur. Apud Hebreos autem aspiratione non habet. Nam ancora dicitur; unde antiqui maiores sine aspiratione proferebant. Palangae sunt machinae quibus naves deducuntur et subducuntur in portum. Pons scala navium. Vela Graeci armena dicunt, primum quod aere moventur. Apud Latinos autem vela **De velis.** a volatu dicta; unde est illud: velorum pandimus alas. Genera velorum: acation velum maximum iunctum et in media nave constitutum. Epidromos secundum amplitudine, sed ad puppem datum. Minimum velum et ad proram defixum. Artemo dirigendae potius navis causa commendatum quam celeritatis. Siparum genus veli unum pede habens, quo iuvari navigia solent in navigatione, quotiens vis venti languescit. De quo Lucanus: Summaque pandens sipara velorum perituras colligit auras. Quod ex separatione existimant nominatum. Pes extremus angulus veli, quo in secundum tenditur. **De funibus.**

Funes dicti quod antea in usum luminis fuerint circumdati cera, unde et funalia. Restes seu quod rates contineant, seu quod his rates tendantur. Rudentes sunt funes navium ex nimio stridore dicti. Spirae funes qui in tempestatibus utuntur, quas nautae suo more curculias vocant. Spirae autem a sparto vocatae. Propes funis quo pes veli alligatur, quasi prope pedes. De quo Turpilius: Quasi cum ventus fert navem in mari secus, si quis propedon misit si veli ministrum. Tormentum funis in navibus longus qui a prora ad puppim extenditur, quo magis constringantur. Tormenta autem a torquendo dicta. Restes funesque. Saphon funis in prora positus. De quo Caecilius: Venio, cum sit velut placo pede usque ad saphonem. Opiforia funes quos cornibus antemnae dextra sinistraque tenduntur retenso. Prosnesium funis quo navis in litore religatur ad palum. Mitra est funis quo navis media vincitur. Anquina quo ad malum antemna constringitur. De quo Cinna: atque anquina regat stabilem fortissima cursum. Remulcum funis quo deligata navis trahitur vice remi. De quo Valgius: hic mea me longo succedens prora remulco laetantem gaudio sistet in hospitiis. Struppi vincula loro vel lino facta, quibus remi ad scalmos alligantur. De quo Livius: Tumque remos iussit religare struppis. Catapirates linea cum massa plumbea, qua maris altitudo temptatur. Lucilius: Hanc catapiratem puero dederat, funem ut plumbi paucillum rudis lineaque mataxa. **De retibus.**

Rete vocatum sive a retinendis piscibus, sive a restibus quibus tenditur. Mittitur autem rete implagum dicitur a plagis. Nam proprie plagas dici funes illos quibus retia tenduntur circa ima et summa. Funda genus est piscatorii retis, dicta ab eo quod in fundum mittatur. Idem et a iaciendo iaculum dicitur. Plautus, prout antea iaculator eras. Tragum genus retis ab eo quod trahitur nuncupatum. Ipsa est et verriculum. Verro enim trahere est. Cassis genus venatorii retis, quod capiant; hinc et in cassum dicimus, id est sine causa, quasi sine cassibus, sine quibus venatio inanis est. Conopeum rete quo culices excluduntur in modum tentorii, quo magis Alexandrini utuntur, quia ibi ex Nilo culices copiosi nascuntur. Unde et conopeum. Nam conopea Aegyptia est, sive canopea a Canopo flumine Aegypti. **De fornacibus.**

Faber a faciendo ferro impositum nomen habet. Hinc derivatum est nomen ad alias artium materias, fabros vel fabricas dicere, sed cum adiectione, ut faber lignarius et reliqua propter operis solius dignitatem. In fornace autem fabrorum gentiles Vulcanum auctorem dicunt, figuraliter per Vulcanum ignem significantes, sine quo nullum metalli genus fundi extendique potest. Nihil est enim pene quod igne non efficiatur. Alibi enim vitrum, alibi argentum, alibi plumbum, alibi minium, alibi pigmenta, alibi medicamenta efficit. Igne lapides in aes solvuntur, igne ferrum gignitur ac domatur, igne aurum perficitur, igne cremato lapide caementa et parietes ligantur. Lapides nigros ignis coquendo candificat. Ligna candida urendo obfuscat, carbones ex pruna fulgida nigros facit, de lignis duris fragiles, de putribilibus imputribiles reddit. Solvit stricta, soluta restringit, dura mollit, mollia dura reddit. Habet et medicaminis usum; nam saepe uri prodest pestilentiis quae quidem obscuratione solis contrahitur; auxiliari certum. Inope quoque aliud gignitur primis ignibus, aliud secundis, aliud tertiis. Habet quoque et alia in se divisa te ignis. Nam alius est qui usui humano, alius qui iudicio apparet divino, sive qui de caelo fulmina astringit, sive qui de terra per vertices montium eructuat. Ignis dictus quod nihil gigni potest ex eo. Est enim inviolabile elementum, absumens cuncta quae rapit. Fabrica duabus rebus constat, ventis et flamma. Flamma vero proprie fornacis est, dicta quod flatu follium excitetur. Fornax vero ab igne vocitata; fos enim ignis est. Caminus fornax Graeci est, dictum a caumate. Favilla est deserta igne scintilla. Pruna est quamdiu ardet; cum autem extincta fuerit, carbo nominatur. Pruna a perurendo dicta est. Carbo vero quod flamma caret, quod dum intus se credit, maioris sit virtutis. Nam et lumine eius fortiori luce calescit. Cui tanta est et sine igne firmitas, ut nullo humore corrumpatur, nulla vetustate vincatur. Exanctus enim tam incorruptibilis durat, ut eo limites figentes infossis terra substernant et lapides desuper figant, et quemadmodum litigatore post quantalibet saecula fixumque lapide limitem recognoscant. **De instrumentis fabrorum.**

Incus est in quo ferrum tunditur, a cedendo dicta, eo quod illic aliquid cudamus, id est feriendo producimus. Cudere enim cedere et ferire est. Veteres autem non incudem vocabant, sed incudem eo quod in ea metallum tunditur vel extendatur. Unde et cudis malleus a tundendo, id est extendendo dictus. Malleus vocatus quia dum quid calet et molle est, caedit et producit. Marcus malleus maior est et dictus marcus quod maior sit ad caedendum et fortior. Marculi mediocres. Marculus malleus pusillus. Unde Lucilius: et velut in fabrica ferventes cum marculus ferrum multorum magnis ictibus tundit. Forcipes quasi ferricapes, eo quod ferrum candens capiant atque teneant, sive eo quod ab his aliquid formum capiatur et teneatur, quasi formicapes. Nam formum est calidum, unde et formosos dicimus quia calor sanguinis ex rubore pulchritudinem creat. Lima dicta eo quod lene faciat; nam limum lene est. Caelum est unde operantur argentarii, a quo et caelata vasa dicuntur, eo quod per caelaturas artificum sint. **De fabricis parietum.**

In fabricis parietum atque tectorum Graeci inventorem Daedalum asserunt. Iste enim primum didicisse fabricam a minima dicitur. Fabros autem sive artifices Graeci tectonas vocant, id est instructores. Architecti autem caementarii sunt qui disponunt in fundamentis. Unde et apostolus de semetipso: quasi sapiens inquit architectus fundamentum posui. Machiones dicti a machinis quibus insistunt propter altitudinem parietum vel turrium. **De dispositione aedificiorum.**

Partes aedificiorum sunt tres, dispositio, constructio, venustas. Dispositio est archeae vel soli et fundamentorum vel angulorum seu laterum ordinatio sive descriptio. **De constructione.**

Constructio est laterum et altitudinis aedificatio. Constructio autem vel instructio vocata eo quod stringat et cohaerere faciat ut lapides lino et ligna et lapides invicem sint. Nam et vinctio ferri in aqua instructa est; non enim candens tinguatur, stringi et cohaerere non potest ferrum. Item constructio a multitudine lapidum et lignorum dicta, unde et strues. Aliud est enim aedificatio, aliud instauratio. Nam aedificatio nova constructio est; instauratio vero quod reparatur ad instar prioris. Nam instar veteres pro similitudine ponebant, inde et instaurare dicebant. Constat autem constructio fundamento, lapidibus, calce, arena et lignis. Fundamentum dictum quod fundus sit aedificii. Caementum a caedendo dictum, eo quod crasso lapide surgat. Lapides instructis apti, albus, tiburtinus, columbinus, fluviatilis, spongia, rubrus et reliqua. Albus lapis alius durior, alius mollis. Mollis dentata serra secatur, carie habilior ita ut eo quasi in ligno luxe sebant. Tyburtinus a loco Italiae dictus, qui dum sit ad fabricam fortis, vapore tamen dissilit. Tofus in aedificiis inutilis est, fundamentis aptus mobilitate et mollitia. Exestus et aliud mari frictus et verberatus ymbribus. Arenatus lapis concretus arenis maris litore et bibulus dicitur; servat enim humorem acceptum, idem et impetus. Cadinan ab insula vocatum, non plurimum excidunt. Niger sub albidis cum punctis nigris, durus atque fortissimus. Condentens condens lapillisque et arenis conceret asperimus et undique fistulosus. Columbinus a colore avis nuncupatur, nascitur in Gypso et mollitie similis. Molaris in parietibus utilis, quia est quidam pinguior nascatur et durique et asper exque et molestus vincit, in et enim non trahit. Huius quattuor genera, albus, niger, permixtus ac fistulosus. Ist spongia lapis creatur ex aqua levis et fistulosus et cavus aptus. Silex lapis durus ex eo genere nigri silices optimi, quia causa in locis et rubentes. Albi silices vetustate incorrupti, idem et in monumentis sculpti et incorrupti permanent, qui nec ignis nocet. Nam ex his et formae fiunt in quibus aera funduntur. Viridis silex vehementer et igni ipse resistens, sed numquam copiosus et ubi invenitur lapis non saxum est. Pallidus in caementorio raro utitur. Globosus contra iniurias fortis et instructa inside non fuerit multa suffocatione devincet. Fluviatilis silex semper velut madens est; huius exhibitio aestate oportet nec ante triennium inserere. Instructis domorum fictilia opera ad parietes et fundamenta, ex cetera laterculis ad tecta ymbricibus tegulisque aptantur. Tegulae vocatae quod tegant aedes et ymbrices quod accipiant ymbres. Tegula autem primae positionis nomen, cuius diminutivum tegillum. Laterculi vero vocati quia lato formamento circumacti undique quattuor tabulis. Lateres autem crudi sunt, quos etiam ipsi nominant quod lati ligneis formis efficiuntur, quorum crates dicuntur in quibus lutum pistores latibus cruditus portare solent. Sunt enim conexiones cannarum dicti ΑΠΟΤΟΥ ΠΑΤΙΗ, id est quod se invicem teneant. Limi autem vocati quidam perantiquam putant quod non sit immundum. Nam omelo autem immundum est. Calx viva dicta quia dum sit tactu frigida, intus occultum ignem continet. Unde et perfusa aquis statim latens ignis erumpit. Nascitur in Sicilia et Gallia, sed postquam enim arserit aquis incenditur, quibus solet ignis extingui. Oleo extinguitur, quo solet ignis accendi. Usus eius in structuris fabricae necessarius. Nam lapis lapidi non potest adhaerere fortius, nisi calce coniunctus. Gypsum cognatum calci est et Graecum nomen, plura eius genera; primum autem optimum lapidis specularis est; enim signis aedificiorum et coronis gratissimum. Arena ab ariditate dicta, non ab adhaerendo in fabricis, ut quidam volunt. Haec probatio sit si manu impressa stridet, aut si in veste candida sparsa nihil sordium relinquit.

Columnae pro longitudine et rotunditate vocatae, in quibus totius fabricae pondus erigitur. Antiqua ratio erat columnarum altitudinis tertia pars latitudinum. Genera rotundarum IIII: Doricae, Ionicae, Tuscanicae, Corinthiae, mensura crassitudinis et altitudinis inter se distantes. Quintum genus est earum quae vocantur Atticae, quaternis angulis sive amplius paribus laterum intervallis. Bases fulturae sunt columnarum, quae a fundamento consurgunt et superpositae fabricae sustinent pondus. Bases autem non pedes est fortissime Syro sermone. Capitolia dicta quod sint columnarum capita, quasi super collum caput. Epistylia sunt quae super capitella columnarum ponuntur, et est Graecum. Pavimenta originem operis a Graecis habent. Vocata autem pavimenta eo quod paveantur, id est caedantur; unde et pavor, quia cedit cor. Ostracus est pavimentum testaceum eo quod fractis testis calce admixto feriatur; testam enim Graeci ostra dicunt. Rudus artifices appellant lapides contusos et calce admixtos, quos pavimentis facientes superfundunt; unde et ruderata dicuntur. Canales ab eo quod cavati sint in modum cannae. Sane canalis masculini genere, feminino quod in culmo perferunt. Fistulae aquarum sunt dictae quod aquas fundant et mittant; nam stolon Graece mitte est. Formae earum pro magnitudine aquae et capacitate fiunt, per quas aqua per certos modulos dividitur. Est enim uncia et quinaria, digitus quadratus, digitus rotundus, et cetera innumera; causae hucusque praesentis constructionis. Sequitur de venustate edificiorum.

De venustate edificiorum.

Venustas est quicquid illud ornamenti et decoris causa edificiis additur, ut tectorum auro distincta laquearia et pretiosi marmoris crustae et colorum picturae.

De laquearibus.

Laquearia sunt quae cameram subtegunt et ornant, quae et lacunaria dicuntur, quod lacus quosdam quadratos vel rotundos ligno vel gipso vel coloribus habeant pictos cum signis intermicantibus. Principaliter autem lac dicitur ut luci resultante edesque; lacusque; cuius diminutio lacunar facit; Horatius: Neque aureum mea renidet in domo lacunar. Non fit alia diminutio: lacunarium per antistichon laquearium facit.

De crustis marmoreis.

Crustae tabulae sunt marmoris, unde et marmorati parietes crustati dicuntur. Quis autem marmora secandi in crustis excogitaverit non constat. Fiunt autem arena et ferro serraque in praetenui linea premente arenas tractuque ipso secante. Sed crassior arena plus erodit marmoris. Nam tenuis fabricis et politurae accomodata est.

De lithostrotis.

Lithostrota sunt elaborata arte picturae parvulis crustis ac tessellis tinctis in varios colores. Tesselli autem a tesseris nominati, id est quadratis lapillis, per diminutionem a Graeco tesseron, quod est quadrati atque politi.

De plastis.

Plastice est parietum ex gipso effigies signaque exprimere pingique coloribus. Plastice autem dictum Graece quod Latine est fingere terra vel gipso similitudines. Nam et impressa argilla formam aliquam facere plastis est; unde et protoplastus est dictus homo, qui ex limo primus est conditus.

De pictura.

Pictura autem est imago exprimens speciem rei alicuius, quae dum visa fuerit ad recordationem mentem reducit. Pictura autem dicta quasi fictura; est enim imago ficta, non veritas. Hinc et fucata, id est quodam colore illita, nihil fidei et veritatis habentia. Unde et sunt quaedam picturae quae corpora veritatis studio coloris excedunt et fidem, dum augere contendunt, ad mendacium provehunt; sicut qui Chimaeram tricipitem pingunt, vel Scyllam hominem sursum, caninis autem capitibus cinctam deorsum. Picturam autem Aegyptii excogitaverunt primum, umbra hominis lineis circumducta. Itaque initio talis, secunda singulis coloribus, postea diversis; sicque paulatim sese ars ipsa distinxit, et invenit lumen atque umbras differentiasque colorum. Unde et nunc pictores prius umbras quasdam et lineas futurae imaginis ducunt, deinde coloribus complent, tenentes ordinem inventae artis.

De coloribus.

Colores autem dicti quod calore ignis vel sole perficiuntur, sive quod in initio celabantur, ut summae subtilitatis existerent. Colores aut nascuntur aut fiunt. Nascuntur ut sinopis, rubrica, paraetonium, melinum, eretria, auripigmentum. Ceteri finguntur aut arte aut permixtione. Sinopis inventa primum in Ponto est; inde nomen a Sinope urbe accepit. Species eius tres: rubra et minus rubens et inter has media. Rubrica vocata quod sit rubro et sanguineo proxima. Haec pluribus locis gignitur, sed optima in Ponto; unde et Pontica dicitur. Syricum rubri coloris pigmentum, ex quo et librorum capita scribuntur. Ipsum idem et Phoenicium appellatum, ita eo quod in Syria colligatur in litoribus Rubri maris, ubi Phoenices inhabitant. Aliud est autem sericum, aliud syricum. Nam sericum lana est quam Seres mittunt; syricum vero pigmentum quod Syri Phoenices in Rubri maris litoribus colligunt. Est autem et infectum, nam saepe fit aut sinopide aut sandice mixtis. Minium primum Graeci in Ephesiorum solo invenisse traduntur, cuius pigmenti Hispania ceteris regionibus plus habundat; unde et nomen proprio flumini dedit. Huius distillatio argentum liquidum gignit. Minium autem hi quidam dicunt esse cinnabarin. Cinnabarin a dracone et barro, id est elefanto, cognominatum. Aiunt enim draconum esse sanguinem, dum implicant elefantos; ruunt enim beluae et dracones obruuntur, quorum fusus cruor terram inficit, fitque pigmentum quodcumque solum tinxerit. Est autem pulvis coloris rubri. Prasin, id est creta viridis, et si in aliquis terris primusque gignitur, optima autem in Libya Cyrenensi. Chrysocolla colore prasina est, dicta quod vena eius aurum trahit. Haec et in Armenia nascitur, sed ex Macedonia probabilis venit. Foditur enim ex metallis aeris, cum inventio argenti atque indicium prodit. Nam venae eius cum his interminae societatis. Cypria ab insula Cypro, ubi plurima reperitur. Sandaraca in insula Rubri maris Topazi nascitur, colore cinnabari, colore sulphureo. Invenitur autem in aureis et argenteis metallis; melior quo magis rufa quoque magis redolens virus. Quoque et cerussa, si torreatur in fornace, sandaracam facit; unde et color est flammeus. Quae si torreatur aequa parte rubrica admixta, sandicem reddit. Arsenicum quod Latinum ob colorem auripigmentum vocant; colligitur in Ponto ex materia auraria, ubi et sandaraca optima est, quod in aureum colorem transit; purum et fissile, gracili venarum discursu. Quod vero pallidum aut sandaracae simile est, deterius iudicatur. Est et tertium genus squamosum, quod miscetur auri colore, ut sandaracae, sed acrior. Ocra et ipsa in insula Rubri maris Topazion nascitur, ubi et sandaraca fit, quod et ocra ex usta rubrica in ollis novis luto circumlitis, quae quanto magis in camino arserit, tanto melior fit. Venetum caeruleum temperare primum Alexandria reperit. In Italia ex arenae pulvere et nitri flore idem faciunt, sed et Cyprium in fornace adustum; huic permixtioni addis, nestoriani similitudo erit. Purpurissum ex creta argentaria cum purpuris pariter tinguitur, bibitque eum colorem celerius lanis; praecipuum est tamen aliud quod adhuc vasis rudibus medicamentis inebriatur; proximum est egesto eo addita creta in eidem, et quotiens id factum est elevatur bonitas pretiosissimae purpurae, causa est quod in scenico maxime inficitur rubeaque. Indicum in India invenitur calamis spuma adhaerente limo; est autem coloris cyanei mixtura purpurae caeruleique mirabile reddens. Est alterum genus in purpurariis officinis spuma innatans cortinis, et hanc quidam infectores detrahentes siccant. Atramentum dictum quod sit atrum, cum species et picturae et cotidiano usui necessaria est. Iste infectum est; fit enim ex fuligine pluribus modis: super ardentes tedas resina adiecta, lacusculo edificata, quae fumum retineat. Hinc pictores cum aqua admiscent glutinum, ut illustrius resplendeat. Ad festinationem autem operis et sarmentorum veterum carbones cum glutine triti in tinctoriis parietibus atramenti speciem reddunt. Sunt et qui vini faece siccata excoquunt, affirmantque, si ex bono vino faex fuerit, Indici speciem id atramentum praebere. Sed et sarmenta vitis nigrae vino optimo tincta, postea quam siccitate caruerit, si exuras et conteras, adiecto glutine nitorem Indici reddet, ut usitataque plurima necessaria est, nullo negotio parem. Nam si ad glebam silicis bonae igne excoquas et aceto acerrimo superfuso extinguas, madefactas fungia colore purpuram reddit, et in contrarius usta erit. Omne autem atramentum sole perficitur. Omnes colores calcis admixtione corrumpuntur. Melinum dictum quod eius metalli ferax sit una ex Cycladibus insula Melos nomine. Est enim candidum, nec utuntur eo pictores propter nimiam pinguedinem. Anulare quod vocant candidum est, quo muliebres picturae illuminantur. Fit et ipsum ex creta admixtis vitreis gemmis. Cerussa fit hoc modo. Vase enim aceto acerrimo impleto, sarmenta [illegible] in eodem vasculo collocabis, ac super sarmenta plumbi tabulas tenuissimas pones; deinde vas diligentissime claudes, ne aliquid inspiraminis exeat. Post dies autem XXX vas aperies, et ex destillatione tabularum in vasa cerussa invenitur, quod ablatum et arefactum teritur, atque tunc aceto admixto in pastillis dividitur et in sole siccatur. Hac observantia si laminas aereas sarmentis supponas, aeruginem creant calcantum.

De instrumentis edificiorum.

Instrumenta autem parietum ad normam fieri et ad perpendiculum respondere oportet. Norma dicta Graeco vocabulo, extra quam nihil rectum fieri potest. Componitur autem tribus regulis ita ut duae sint binum pedum, tertia habeat pedes duos uncias X; quas aequali crassitudine politas extremis cacuminibus subiungis, ut formam trigoni faciant; id erit norma. Regula dicta quod sit recta quasi rectula et impedimentum non habeat. Perpendiculum est quod semper appenditur; denique in fabrica nisi omnia ad perpendiculum et cum regula fiant, necesse est cuncta in dorsa instruantur, ut aliqua parva sint, aliqua cubantia, prona, nulla alta, supina, et propter hoc universa ruunt constructa. Linea a genere suo appellata, quia ex lino fit. Trullae nomen factum eo quod trudit et detrudit, id est includit calce vel luto lapides. Marcellus machina. Scalae a scandendo, id est ascendendo, vocatae; haec erectae parietibus. Scalae autem dicuntur autonima sicut et plures, quia numero in pluralis est, non ut litterae quae epistolam significant, vel sicut scopae vel cetera alia.

De lignariis.

Lignarius generaliter ligni opifex appellatur. Carpentarius speciale nomen est; carpentum enim solum facit; sicut navicularius, quia tantum navium est fabricator et artifex. Sarcitector dictus quod ex multis hinc et inde coniunctis tabulis unum tecti sarciat corpus; idem et tignarius, quia tectoria lignis induit. Lignum vocatum Graeca ethimologia, quia incensum in lumen convertatur et in flammam; unde et lucinium dicitur, quod lumen det. Materiam dicunt omne lignum quod ex ea aliquid efficiatur, vel si ad divina referas vel ad statum materia erit. Ad aliquid enim materia semper accipienda est; sic elementa materiam rerum esse dicunt, quia in eis sunt facta eadem; et materia quasi mater rerum dicta. Trabes vocatae quod in transverso positae utrosque parietes coniungant. Aliud autem sunt tigna, aliud trabes; tigna enim iuncta trabem faciunt; trabes autem sunt cum sunt dolatae. Columen proprie sunt velut scutum breve quod in medio est, in quo trabes coeunt. Copulae vocatae quod copulentur in se luctantes, quod tecti iunctae se teneant more luctantium agentes. Asseres ab asse dicti, quia soli ponuntur neque coniuncti. Scindulae eo quod scindantur, id est dividantur. Cuneus et clavus quod ligno lignum adhaeret. Clavi autem dicti quasi calibi, quia ex calibe fiunt, id est ferro; calibs autem ferrum est. Tabulae autem a veteribus tegulae vocabantur, a tegendo scilicet, unde et tegulae. Commissura dicitur tabularum coniunctio. Sectio autem dicta a sequendo ea quae secat. Nam sectari imitari, secare idem et sequi est. Serrae autem nomen de sono factum est, id est a stridore. Serrae autem usum prodiderunt; quidam adolescens invenit, quem puerum Dedalus, sororis suae filius, perdocendum acceperat. Cui pueri tantum ingenium fuit, ut dum materiae dividendae compendium quaereret, spinam piscis imitatus et ferri laminam exasperans dentium mordacitate armavit; quam serram artifices nuncupant. Pro cuius artis inventione Dedalus magister eius invidiae livore permotus praecipitem puerum ex arce deiecit. Dehinc exulatus Cretam abiit, ibique aliquamdiu fuit, et ut fertur ex Creta pennis volavit et in Siciliam venit. Circinus dictus quod vergendo efficiat circulum. Huius modi duplicata linea fit, quae simplex per latitudinem extensa fuerit. Punctum autem medio circini centrum a Graecis dicitur, in quo medium cuncta coniunguntur. Secures vocatae eo quod ea arbores succidantur, quasi succuris. Item securis quasi semicuris. Ex una enim parte acuta est, ex altera suffossoria. Haec apud veteres pinna vocabatur; utraque enim habet acie quasi duas pennas. Pinnum autem antiqui acutum dicebant, unde et avium pinnae, quia acutae; et secte nomen quod reservant antiquitatem, quia veteres pinnas dicebant, non pennas. Haec et dolabra, quod habeat duo labra. Nam securis simplex est; dextralis dextrae habilis est. Ascia ab astulis dicta, quas a ligno eximit; cuius diminutivum est asciola. Est autem manubrio brevi ex adversa parte referens vel simplicem malleum aut cavatum aut bicorne rostrum. Scalprum dictum quod scalpat et foraminibus sit aptum, quasi scalforum; cuius diminutivum scalpellum. Terebra vocata a vimine ligni quod nuncupatur terebra, quam Graeci teredona vocant. Haec dicta terebra quod in vimine terendo forat, quasi terefora vel quasi transforans. Taratrum quasi teratrum. Scofina dicta quod herendo scofin faciat, [illegible].

Minervam quidam gentiles multarum ingeniis praedicant.

De lanificii inventione.

Hanc enim primam lanificii usum monstrasse, hanc et telam ordisse et colorasse lanas perhibent. Olivae quoque dicunt hanc inventricem et fabricae multarumque artium repertricem, ideoque illi vulgo opifices supplicant; sed hi apud gentiles. Nomen enim Minerva istarum artium princeps est, sed quia sapientia in capite esse dicitur hominis, et Minerva de capite Iovis nata fingitur, hinc est ingenium; ideoque sensus sapientiae quae invenit omnia in capite est; ideoque Minerva dea artium dicitur, quia nihil excellentius est ingenio, quo reguntur omnia.

Octo sunt in lege genera sacerdotalium vestimentorum.

De veste sacerdotali in lege.

Poderis est sacerdotalis linea corpori astricta et usque ad pedes descendens, unde et nuncupata; quam vulgo camisiam vocant. Abanet cingulum sacerdotalem rotundum polimita arte ex cocco, purpura iacinctoque contextum, ita ut flores atque gemmae in eo esse viderentur distinctae. Pilleum est ex bysso rotundum, quasi spera media caput tegens sacerdotale et occipitio vitta constrictum; hoc Graeci et nostri tiaram et galeriam vocant. Machil quod est tunica talaris tota iacinctina, habens LXXII tintinnabula totidemque intermixta ac dependentia punica mala. Ephod quod interpretatur Latine superindumentum; erat enim pallium superhumerale ex quattuor coloribus et auro contextum, habens in utroque humero lapides duos smaragdinos auro conclusos, in quibus sculpta erant nomina patriarcharum. Logium quod Latine dicitur rationale, pannus duplex auro et quattuor textus coloribus, habens magnitudinem palmi per quadrum, cui intexti erant XII pretiosissimi lapides.
237. Hic pannus superhumerali contra pectus pontificis annectebatur. Petalum aurea lamina in fronte pontificis, quae nomen Dei tetragrammaton Hebraicis litteris habebat scriptum. Batin sive feminalia, id est bracae lineae usque ad genua pertingentes, quibus verecunda sacerdotis velabantur.

De diversitate ceterarum vestium.

Diversitas vestimentorum: tegmen, tegumen, indumentum, vestimentum et reliqua. Tegmen dictum eo quod tegat membra; sic tegumen, tectaque tegunt corpora. Vestimentum vero est tunica talaris, sed hoc consuetudo sermonis auctorum confundit. Indumentum quod intus ad corpus induitur, quasi intindumentum. Amictus. Discernit autem vestitus a cultu, quoniam latius intellegitur cultus. Inde cultus ab habitu; nam habitus ad naturam pertinet, cultus ad homines. Pleraque autem vestium aut a tempore quo maxime in usu sunt appellantur, aut a locis ubi primum confectae vel maxime venditantur, aut a genere coloris, aut a nomine repertorum. Vestis antiquissima fuit hominum perizomatum, id est succinctorium, quod tantum genitalia tegunt. Hoc primum primi mortales ex foliis arborum sibi fecerunt, qui post praevaricationem erubescentes pudenda velant. Cuius usum quaedam barbarae gentes, dum sint nudae, usque hodie tenent. Haec et campestria nuncupant, pro eo quod iuvenes qui nudi exercent in campo pudenda operiunt. Tunica vestis antiquissima appellata, quia in motu incedentis sonum facit; tonus enim sonus est. Primum autem fuere pelliciae tunicae, quibus post offensam et eiectionem de paradiso Adam et Eva induti sunt. Talaris tunica dicta eo quod talos usque descendat et ad pedes defluat; sic pectoralis, quia apud antiquos brevis erat, ut tantum pectus operiret, licet nunc profundior sit. Manicata tunica, id est manicata, eo quod habeat manicas, quam chirodotam Graeci vocant. Dalmatica vestis primum in Dalmatia provincia Graeciae texta est, tunica sacerdotalis candida cum clavis ex purpura. Russata, quam Graeci phoeniceam vocant, nos coccineam, reperta a Lacedaemoniis ad celandum coloris similitudine sanguinem, quotiens quis in acie vulneraretur, ne contemplantis adversarii animus augesceret. Hac sub consulibus Romani usi sunt milites, unde et russati vocabantur. Solebant et pridie quam dimicandum esset ante principia proponi, quasi admonitio et indicium futurae pugnae. Tabulata est quae lacus quadratos quosdam cum pictura habent textos aut additos acu. Iacintina vestis est aereo colore resplendens. Molochina quae e malvae stamine conficitur, quam alii molocinam, alii malvellam vocant. Bombicina a bombice vermiculo, qui longissima ex se fila generat, quorum textura bombicinum dicitur; conficitur in insula Coo. Apocalama serica dicta a serico, vel quod ea Seres primum miserunt. Oloserica tota serica; olon enim totum. Tramoserica stamine lineo, trama ex serico. Olosara tota ex purpura. Byssina candida confecta ex quodam genere lini grossioris; sunt quae et genus quoddam lini byssum esse existimant. Fibrina trama de fibri lana hus capina. Mastina et mela quod sit colore nigro; Graeci enim melan nigrum vocant.

mastruca est colore mastice herbe. Linea quae ex solo lino fit. Linostema vestis est ex lana linoque contexta. Et dicta linostema quia in stamine linum, in trama lanam habet. R[...]acta dicitur vestis quam in cursu usum flaventesque texunt. Segmentata [...] et quae per scissuras ornata. Hanc et particulas cuiusque materiae abscisas per segmina vocant. Lenidensis est quae raro filo fit, leniterque densata. Pauperis contraria lenidensi dicta est, gravior pressa atque calcata sit. Cerusa quasi cerita ad similitudinem cerei. Hemi[...]. Pulchraque ex auro vestemque cerusam. Velenensis tunica est quae affertur ex insulis. Exotica vestis peregrina de foris veniens, ut in Hyspania a Grecis. Polimita multi coloris. Polimitam enim textum multorum colorum. Acupicta vestis aut textilis aut acu ornata, eademque et frigia. Huius artis peritia Frigum omnis dicitur, sive quia in Frigia inventa est. Unde et artifices qui id faciunt frigiones dicuntur. Virgilius: frigiaque clamide. Trilicis a tribus liciis, quia est et simplex ut bilex. Ralla quam vulgo rasilis vocatur. Interpola vestis illa est quae dum sit vetus, ad novam speciem recreatur. Pannucia nuncupata quod sit diversis pannis obsita. Colobium dictum quia longum est sine manicis, quale Egypti monachi utuntur. Leuconarium est colobium lineum, antiqui hoc magis utebantur. Lumbare vocatur quod lumbis religetur, vel quod lumbis hereat. Hoc in Egypto et Syria non tantum feminae sed et viri utuntur. Unde et Hieremias iuxta Eufraten cingulum lumbare suum ibique illud in foramine petrae abscondit et post ea scissum repperit. Hoc a quibusdam et renale dicitur, quia in renibus alligatur. Limus est vestis quae ab umbilico usque ad pedes producitur. Haec autem vestis habet in extremo suo purpuram limam, id est flexuosam, unde et nomen accepit. Nam limum obliquum dicimus. Licinium vocatum quod texta ei ligata sit in modum quasi diceret lignum, c. p. g. littera commutata. Armelausa vulgo vocata, quod ante et retro divisa atque aperta sit, in armos tantum clausa, quasi armi clausa, c littera ablata. Camisas vocari quod in his dormimus in camis, id est in stratis nostris. Femoralia appellata eo quod femora tegant, et ipse bracae quod sint breves, et pudenda corporis his velentur. Tubrucos vocatos quod tibias bracasque tegant. Tubraci quod a bracis ad tibias usque perveniant.

De proprio habitu quorundam gentium.

Quibusdam autem nationibus sua cuique propria vestis est, ut Parthis sarabarae, Gallis linnae, Germanis renones, Hyspanis strigeae, Sardis mastrucae. Sarabarae sunt fluxa ac sinuosa vestimenta, de quibus legitur in Daniele: et sarabarae [...] non sunt inmutatae. [...] Vel quod in ventre tuo Parthi sarabara suspenderit. A[...] autem sarabarae quaedam capitum tegmina nuncupantur, qualia videmus in capitibus magorum picta. Linnae saga quadra et mollia sunt, de quibus Plautus: Linna cooperta est textrino Gallia. Renones sunt velamina umerorum et pectoris usque ad umbilicum atque intorta villis adeo hyspida ut imbrem respuant, quos vulgo reptos vocant, eo quod longitudo villorum quasi repat. De quibus Salustius: Germani intectum renonibus corpus tegunt. Dicti autem renones a Reno Germaniae flumine, ubi his frequenter utuntur. Mastruca vestis Germanica ex pelliculis ferarum. De qua Cicero pro Scauro: Quem purpura regalis non commovit, eum Sardorum mastruca mutavit? Mastruca autem quasi monstruosa, eo quod qui ea induuntur quasi in ferarum habitum transformentur. Quorundam nationum sicut et gestus ita habitus, sic et lingua discordes. Persae brachia et crura linteamentis, capite tyara tegunt. Eminent capitibus fastigiatis Alani. Horrent et malecetta cum laciratoribus linguis Scoti, sagati sunt Alamanni, linati Indi, gemmati, sericati Seres, faretrati Armenii. Nonnullae etiam gentes non solum in vestibus sed et in corpore aliqua sibi propria quasi insignia vindicant, ut videmus cirros Germanorum, granos et cinnabar Gothorum, stigmata Brittonum. Circumcidunt quoque Iudei praeputia, pertundunt Arabes aures, flavent capitibus intectis Getae, nitent albanis albentibus crinibus, Mauros habet tetra nox corporum, Gallos candida cutis, sine equis stant inertes Alani. Nec abest genti Pictorum nomen a corpore, quod minutis opifex acus punctis et expressos nativi graminis sucos includit, ut has ad sui speciem cicatrices ferat, pictis artubus maculosa nobilitas. Habet et sexus instructam speciem habitus, ut in viris tonsi capilli, in mulieribus redundantia crinium, quod maxime virginibus insigne est, quarum et ornatus ipse proprie sic est, ut cumulatus in vertice ipsa capitis sui arcem ambitu crinium contegat.

De palliis virorum.

Pallium est quo ministrantium scapulae conteguntur, ut dum ministrant expediti discurrant. Plautus: Si quid facturus es, appende in umeris pallium, et pergat quantum valet tuorum pedum pernicitas. Dictum autem pallium a pellibus, quia prius super indumenta pellicia veteres utebantur, quasi pellea, sive a palla per derivationem. Clamis est quae ex una parte induitur neque consuitur, sed fibula infrenatur. Hinc et Grece nomen accepit. Toga dicta quod velamento sui corpus tegat atque operiat. Est autem pallium purum forma rotunda et fusiore, et quasi inundante sinu, et sub dextro veniens super umerum sinistrum ponitur. Cuius similitudinem in opertis simulachrorum vel picturarum aspicimus, easque statuas togatas nominamus. Togis autem Romani in pace utebantur, belli autem tempore paludamentis. Mensura togae iustae si sex ulnas habeat. Toga palmata dicebatur quam merebant hi quibus reportabantur de hostibus palmas. Ipsa et vocabatur toga picta, eo quod victorias cum palmis intextas haberet. Toga candida eademque cretata, in qua candidati, id est magistratum petentes, ambiebant, addita creta quo candidior insigniorque esset. Cicero in oratione quam habuit contra competitores in toga candida scripsit. Cinctus Gabinus est cum ita imponitur toga, ut togae lacinia quae post sequitur [...] ita ut in pectore usque latere ex umeris pectore pendeant, ut sacerdotes gentilium faciebant aut accingebant. Trabea erat togae species ex purpura et cocco, qua operti Romani reges initio procedebant. Hanc primo Romulus adinvenisse perhibetur ad discretionem regii habitus. Trabea autem dicta quod in maiori gloria hominem transveheret, hoc est ultra, et in posterum ampliori dignitate honoris beatum faceret. Paludamentum erat insigne pallium imperatorum, cocco purpuraque et auro distinctum. De quo Salustius: Togam mutat paludamento. Erat autem pallium dictum bellicum, ac si videretur eo induti parata facere imperia bellum futurum. Circumtextum est quod Greci ciclas dicunt. De quo Virgilius: Et circumtextum croceo velamen achanto. Circumtextum autem dictum, quia est rotundum pallium. Diploys Greci nominant ab eo quod sit duplex amictus. Oratius: Contra quem duplici panno patientia velat. Est autem vestis militaris. Cuius usus Gallicis primum exercitibus coepit, et praeda hostili, de qua est vox illa Sirrani: Togis depositis quaedam ad saga fuerunt. Sagum autem Gallicum nomen est. Dictum autem sagum quadrum, eo quod apud eos primum quadratum vel quadruplex esset. Penula est pallium cum fimbriis longis. Lacerna pallium fimbriatum quo olim soli milites utebantur, unde et in distinguendo castrensi urbanaque hos togatos, illos lacernatos vocabant. Nunc autem lacerne quasi amputatis capitibus fimbriarum neque ita laxis ut sunt penulae. Mantum Hyspani vocant quod manus tegat tantum. Est enim breve amictum. Pretexta puerile pallium est, quo usque ad XVI annos pueri nobiles sub disciplinae cultu utebantur. Unde et pretextati pueri appellati sunt. Dicta autem pretexta quia pretexebatur ei latior purpura. Casula est vestis cucullata, dicta per diminutionem a casa, quod totum hominem tegat quasi minor casa. Unde et cuculla quasi minor cella. Sic et Greci planetas dictos quia oris errantibus evagantur. Unde et stellae planetae, id est vagae, eo quod vago suo errore motuque discurrunt. Birrus a Greco vocabulo trahitur; illi enim birrum [...] dicunt. Melotes, quae etiam pera vocatur, pellis caprina, a collo pendens, praecincta usque ad lumbos. Est autem habitus proprie necessarius ad opus exercitii. Fiebat autem prius, ut quidam existimant, de pelliculis melonum, unde et melotes vocate. Fimbriae vocatae ora vestimentorum, hoc est fines.

De palliis feminarum.

Regillum est planum reginarum amiculum, unde et appellatum. Peplum matronale pallium ex purpura signatum, cuius fimbriae aurei staminis summitate resplendent. Palla est quadrum pallium muliebris vestis, deductum usque ad vestigia, quod adfixis in ordine gemmis. Et palla dicta ΑΠΥΠΑΜΑΙΝ, a nobilitate (?) quae est circa finem huiusmodi [...] sive quod rugis in tractibus sinuata crispetur. Stola matronale operimentum, quod cooperto capite et scapulis a dextro latere in levum umerum mittitur. Stola autem Grece vocata quod superinmittatur. Toga et recinium lanio nomine appellatum, eo quod dimidia eius pars retro reiciatur, quod vulgo mavortem dicunt. Vocatum autem mavortem quasi Martem; signum enim maritalis dignitatis et potestatis in eo est. Caput enim mulieris vir est. Inde et super caput mulieris est. Amiculum est meretricium pallium lineum. Hoc apud veteres matronae in adulterio deprehense induebantur, ut in tali amiculo potius quam in stola polluerint pudicitiam. Erat enim apud veteres hoc signum meretricie vestis; nunc in Hyspania honestatis. Teristrum est palliolum quo usque hodie Arabiae et Mesopotamiae mulieres velantur, quod ex estu [...] tegunt in umbraculo. De quo in Ysaia. Anabolladium amictorium lineum feminarum quo umeri operiuntur, quod Greci et Latini syndonem vocant.

De stratum vestibus.

Stragulum vestis est discolor, quod manu artificis diversa varietate distinguitur. Dictum autem quod et in stratu et in amictu aptum sit. De quo Salomon: Stragulatam vestem fecit sibi. Ludices a ludis, id est theatris vocatas quidam existimant. Cum enim egrediebantur de lupanaribus iuvenes, hoc velamento tegebant caput et faciem, quia solet erubescere qui lupanar intraverit. Galabes (?) fulchra sunt ornamenta lectorum, dicta quod in illis fulcimur, id est sustinemur, vel quod thoros fulciant, sive caput, quae reclinatoria vulgo appellantur. Cervicalia autem eo quod ponantur sub cervice vel cubito. Pulvillus dictus a pulvinari, quod est diminutivum lecti. Culcite vocate quod calcentur, id est farciantur pluma sive tomento [...] calidiores sint. Tapetia dicta quod primum pedibus sternerentur, quasi tapedia. [...] villosa quasi simpla. Amfitapa ex utraque parte villosa tapeta. Lucilius: Psile atque amfitapae villis ingentibus molles. Manutergia nunc a tergendis manibus vocata sunt. [...] ipsum indicat, quod tergendis manibus praebebantur, sive mantelia a manu tergendo. Mappae convivii et epularum apposite, quasi manupie, atque ob id nominatae. Cuius diminutivum mappula est. Toralia longe per pectora eque mappae a toro dicte. Sabanum Grecum est, facietergium et manitergium, a tergendo facie vel manu vocatum. Vela dicta quod obiectu suo interiora domorum velent. Aulea vela picta grandia, quae ideo aulea dicta sunt, quod primum in aula Attali regis Asiae, cui successit populus Romanus, inventa sunt. Cortine sunt aulee, id est vela de pellibus, qualia in Exodo leguntur, quibus tabernaculum extrinsecus tegebatur. Dicte autem cortine a coriis, eo quod prius ex pellibus fuissent facte. Unde et in eodem tabernaculo lex iubebat cortinas fieri ex pellibus arietum rubris et ex pellibus iacinctinis. Cilicia Arabes nuncupant velamina pilis caprarum contexta, ex quibus sibi tentoria faciunt.

De lanis.

Lana a laniando, id est avellendo dicta. Hinc et vellus dictum quod prius lane vellerentur, non tonderentur. Linum ex terra oritur, defluxitque nomen ei a Greco. Nam linum Greci linarium vocant, sive quod sit molle et lene. Stuppa vero cannabi est sive lini. Haec ex antiqua orthografia stuppa dicta, quod ex ea rimae navium stuppentur, unde et stuppatores dicuntur qui in vallibus ea componunt. Tomentum appellatum quod aut in filo aut in tela tumescat, nec subtilitatem habeat. Cannabum a similitudine cannae vocatum, sive a Greca ethimologia. Nam illi cannabum cannavin vocant. Byssum genus est quoddam lini nimium candidi et mollissimi, quod Greci papaten vocant. Fibrinum lana est animalium quos fibros vocant; ipsos et castores existimant, quos dum venatores sequuntur, ipsi sibi testiculos adimunt. Aranea vocatur eo quod aeris infusione in frondibus nutriatur. Sericum dictum quia id Seres primum miserint. Vermiculi enim ibi nasci perhibentur, a quibus haec circum arbores fila ducuntur. Vermes autem ipsi Greco bombices nominantur. Placium est stuppa et quasi crassitudo serici, et est Grecum nomen.

De coloribus vestium.

Tincturae vocate quia tinguntur et malia fucantur speciem coloris gratia coloratae. Coccum Greci, nos rubrum seu vermiculum dicimus. Est enim vermiculus ex silvestribus frondibus. Conchilium dictum quod ex conchulis marinis color eius colligitur. Idem et ostrum vocatur. Ostrum est quod pro colore purpure temperatur, plurimus quidem in locis, sed optimum in insula Cypro gignitur, sive in his quae propius solis cursus illuminat. Conchilia autem sunt maris, quae circumcisa ferro lacrimas purpurei coloris emittunt, his collectis color purpure temperatur. Et ostrum exinde appellatum dicitur quod ex testae humore eliciatur. Purpura apud Latinos a puritate lucis vocata; apud Grecos autem purfira dicitur cum aspiratione, apud nos purpura sine aspiratione. Ferrugo color est purpure subnigre, quod fit in Hyspania, ut ferrugine clarus Hibera. Dicta autem ferrugo quod omnis purpure prima tinctura eiusmodi coloris existat. Glaucus color est ferrugineus subniger. Elbidum ab elbo colore vocatum. Elbum est enim medius color inter nigrum et album, et dictum ab albo diversatum. Luteus color rubicundus, quod est croceus. Nam croceum luteo coloris est. Inde et [...] croceo mutabit vellera luto. Melinum quod sit colore nigro, quia enim nigrum melan dicitur. Masticinum quod colorem mastices habeat. Blateum, blabium, mesticium, ostrigia (?), quae ex usto est et fit et ex [...] fuligine terrae egesta assiduis ignibus. Unde color eidem tincture flammeus est.

De telis et earum instrumentis.

Tela a longitudine staminum dicta, cum diversitate texta est. Insubuli quia infra et supra sunt, vel quia insubulantur. Radium dictum quia radendo fit. Pectines quod plexa fila reddant et imprimant. Colus quod sit in longitudine et rotunditate quasi columna. Fusum quod per eum fundatur quod netum est. Alibrum quod in eo libantur fila, id est solvantur. Calatus leve gestamen ex ligno vel canna aut ex iunco factum, in quo vel pensa ponuntur vel leguntur flores. Calon enim Grece lignum est, a quo derivatum est calatus. Nam lanae qui filum dicitur. Cicero in Philippicis: aut vero inter quasillos pendatur aurum. Pensum muliebrium a pendendo dictum, dependere et impensa netum. Fila dicta quod ex pilis animalium sint, vel quia lanificium filis tenuibus constat in modum pilorum, id est quasi filorum. Mataxa quasi metaxa, a circuitu fili. [...] circuit vel quod transferat. Lobellum corruptum a globo dictum per diminutionem quasi globellum. Panulie quod ex eis pannus texatur; ipse enim discurrit in pectine. Scamni dictum quia recte stat. Trama quod via transmittatur per tela. Est enim filum inter stamen currens. Licia sunt quibus stamina ligantur quasi ligia. Ordine [...] accedamus de veste. Dehinc ad ceterum cultum veniamus.

De ornamentis.

Ornamenta dicta eo quod ex cultu ora vultusque decorent. Prima ornamenta corona insigne victoriae sive regii honoris signum, quae ideo in capite regum ponitur ad significandum circumfusos in orbe populos, quibus adiunctus quasi caput suum coronatur. Hanc a Latinis corolla, ab Homero stephane dicta est. Huius principium a Libero quidam gentili existimatur, quod his in potando mota vino capita vincire fasciolis instituerit. Ideo olim lineae ac laneae genus coronas fuisse, sicut erat in sacerdotibus gentilium. Nomen coronae hac ex causa vocatum, eo quod in initio circum aras curreretur atque ymaginem circuitu vel chori et formatum et notatum corone. Imperatores Romani et reges quidam gentium aureis coronis utuntur. Persae tyaras gerunt, sed reges rectas, satrapae incurvas. Reperta autem tyara a Semiramide Assyriorum regina, quod genus ornamenti exinde usque hodie gens ipsa retinet. Athenienses autem cycadas aureas gerebant, partim in vertice, nonnulli in fronte. Nam eadem insignia omnium regnorum sunt. Gentilium vates infulas, apices, pillea sive galeria utebantur. Infula est fasciola sacerdotalis capitis alba in modum diadematis, a qua vitte ab utraque parte dependent, quibus infula vinciantur. Infula autem plerumque tortilis de albo et cocco. Apex est pilleum subule, quod sacerdotes gentiles utebantur, appellatus ab apiendo, id est alligando. Nam virgula quae in pilleo erat connectebatur filo quod fiebat ex lana hostie. Galerum pilleum ex pelle cese hostiae unde fiebat. Cydaris et ipsum sacerdotum erat, quam plerique mitram vocant. Ornamentum capitis feminarum: diadema, nimbum, capitulum et mitra. Diadema est ornamentum capitis matronarum ex auro et gemmis contextum, quod in se circumacta extremitatibus retro astringitur, et exinde dictum Grece quod praeligetur. Nimbus est fasciola transversa ex auro adsuta in linteo, quod est in fronte feminarum. Plautus: quam magis aspicio, tam magis nimbata est. Nam et lumen quod circa angelorum capita pingitur nimbum vocatur. Licet et nimbus densitas sit nubis. Capitulum est quod vulgo capitulare dicitur, idem et cappa, vel quod duos apices ut cappa littera habeat, vel quia capitis est ornamentum. Mitra est pilleum frigium caput protegens, quale est ornamentum capitis devotarum. Sed pilleum virorum est, mitra autem feminarum. Redimicula autem sunt quibus mitra alligatur. Pilleum autem ut predictum est ex pelle erat, nam mitra ex lana est. Rigula est mitra virginalis capitis. Vitte sunt quae crinibus innectuntur, quibus fluentes religantur capilli, et vitte dicte quod vinciunt. Thema autem vittarum extremitas dependens diversorum colorum. Tenea vitta est quae corona vincitur; thenea vero extrema pars vitte quae dependet coronae. Reticulum est quo colliguntur comae, dictum a retinendo crines ne effundantur. Discriminalia capitis mulierum sunt vocata, eo quod caput auro discernantur. Nam discriminare dividere dicitur. Acus sunt quibus in feminis ornandorum crinium compagines retinentur, ne laxi fluant et sparsi dissipentur capilli. Inaures ab aurium foraminibus nuncupate, quibus pretiosa genera lapidum dependent. Harum usus in Grecia puellae utraque aure [...]

238.

… Soleae … pedum plantae teguntur. Dictae autem a solo pedum. Item soleae … ex … corio … Socci … diminutive socculi appellati … planctae … Calliculae caligae … a callo pedum dictae vel quia ligantur. Nam socci non ligantur sed intromittuntur. Cernui socci sunt sine solo … clavati quasi caluati … clavis … Perones et culponeae rustica calciamenta sunt. Rexeta calciamenta mulierum sunt. Corrigiae a corio vocantur vel a colligatione quia colligitur.

INCIPIT LIBER XX … DE MENSIS ET ESCIS ET POTU

PRIMUS DEDALUS mensam et sellam fecit. … apparatum … quidam composuit primus, qui eo consumptis bonis morte voluntaria periit … gulae atque edacitati deservit … animam et corpus … Abesum et comesum … vocabulum … Torus dictus … quia accumbentium … Scaphadium … dictum … sic enim prius … Acetabulum ab aceto vocatum … Convivium … a compositione … συμπόσιον … nos … appellat … quia una collocutione … Convivium a multitudine convivantium … Convivium triplex est modus, discumbendi, edendi, bibendi …

vehementerque agitatum atque commixtum. Ydromelum quod fit ex aqua et malis matianis. Saccatum liquor est aqua fece vinea admixta et sacco expressus. Oximellum appellatum quod aceti et mellis permixta conficitur materia, unde et dulcedinem retinet et acrem. Rodomellus dicitur quod in suco rose mel admiscetur. Melicratum vinum melle mixtum, modus quasi mellis, quia ex melle fit, sicut calamitas per adamitas. Fecula uva pinguis decocta usque ad crassitudinem mellis ac refrigerata utilis stomacho. Passum quod ex uva passa compressum exfluxerit. Dicitur autem passum a patiendo. Nam per cutem uva siccior et decoquitur et inde fit passum. Defrutum dictum est quod defrudatur, et quasi fraude patiatur. Carenum eo quod fervendo parte careat; tertia enim parte musti amissa quod remanserit carenum est. Cui contraria sapa est, quae fervendo ad tertiam partem redacta descendit. Sicera est omnis potio quae extra vinum inebriari potest, cuius licet nomen hebreum sit, tamen latinum sonat, pro eo quod ex suco frumenti vel pomorum conficiatur, aut ex palmarum fructibus in liquorem exprimantur, coctisque frugibus aqua pinguior quasi sucus colatur, et ipsa potio sicera nuncupatur. Cervisia a cerere, id est fruge, vocata; est enim potio ex seminibus frumenti vario modo confecta. Celia a calefaciendo appellata; est enim potio ex suco tritici parte confecta. Suscitatur enim igne illa vis germinis madefacte frugis, ac deinde siccatur et post in farinam redacta molli suco admiscetur, quo fermentato sapor austeritatis calorque ebrietatis adicitur. Quae fit in partibus Hispanie, cuius ferax vini locus non est. Fex dicta quod sese mingendo vasis affigat. Garum est liquor piscium salsus, qui olim conficiebatur ex pisce quem Greci garon vocabant; et quamvis nunc ex infinito genere piscium fiat, nomen tamen pristinum retinet, a quo initium sumpsit. Liquamen dictum eo quod soluti in salsamento pisciculi eundem liquorem liquant; cuius liquor appellatur salsugo vel muria. Proprie autem muria dicitur aqua sale commixta, effectaque gustu in modum maris. Sucus dictus quod sacco exprimatur, ut tisane, hema, apotheima, greca vocabula sunt, physicis omnino cognita.

De vasis escariis.

Vasa dicta a vescendo, quod in ea esce apponantur, cuius diminutivum vascula, quasi vescula. Fictilia dicta eo quod fingantur ex terra. Fingere enim est facere, formare et plasmare, unde et figuli dicuntur. Et vas fictile dicitur non fictum illud quod mendacium est, sed quod formatum extet habeatque aliquam formam, unde et apostolus dicit: Numquid dicit figmentum ei qui se finxit: quare sic me fecisti? Fictilia vasa in Samo insula primum inventa traduntur, facta ex creta et indurata igni, unde et Samia vasa. Postea inventum est et rubricam addere, et ex rubra creta fingere. Antiquiorem autem fuisse usum fictilium vasorum quam fundendi eris et argenti. Antiquiores enim nec aurea nec argentea, sed fictilia vasa habebant; sicut ad vina dolea excogitata, ad aquas amphoras, ydrias ad balneas, ac reliquas quae in hominum usibus aut rotata fiunt aut manu aptantur. Argilla autem ex cocta teste vocabulum suscepit, quia dum mollis esset efficitur testa, nec communicatum vocabulo pristini generis, quia quod fuit non est. Arretina vasa ex Arretio municipio Italie dicuntur, ubi fiunt; sunt enim rubra. De quibus Sedulius: Rubra quod appositum testa ministrat holus. Samia vasa quidam putant ab oppido Samo genere hre ii (?); alii dicunt creta esse in Italia, quae non longe a Roma nascitur, quae Samia appellatur. Celata vasa argentea vel aurea signis eminentioribus intus extraque expressa, a celo vocata, quod est genus ferramenti quod vulgo cilionem vocant. Crisea dicta vasa de auro; aurum grece est. Anaglifa quae desuper sint sculpta; grece enim ana sursum, glifa dicitur sculptura, id est sursum sculpta. Discus antea dictus a specie, unde et scutella postea discus vocatur, quod det escas, id est apponat, atque et discumbentes dicti sive ΑΠΟ ΦΡΑΥΑΣΡΙΝ, id est quod iaceant. Missorium vocatum a mensa per dirivationem, quasi mensorium. Parapsis quadrangulum et quadrilaterum vas, id est paribus absidis. Patena quod dispansis pateat labris, quasi sic oris. Lances gravata quia cavata, G pro C littera posita. Hinc et concas: illa cava, ista concava; sic et Greci hoc nuncupant. Scutella a scuto per diminutionem; est enim eidem similitudinis. ΑΠΟΦΟΡΕΤΑ agis (?) a ferendo poma vel aliquid nominata; est enim plana. Salinum vas aptum salibus, idem et salsica quasi salsica. Acetabulum quasi acetaferum, quod acetum ferat. Coclear ab usu prius coclearum dictum; hinc est illud vetitum: Disticon sum cocleis habilis et nec minus utilis ovis. Numquid scis potius cur coclearе vocor? Trisilis (?) greco nomine latine tripedes, quia autem in tribus pedibus insistunt, abusive dicuntur. In vasis autem tria queruntur quae placeant: materia, artificis pondus, splendor metalli.

De vasis potariis.

Poculum a potando nominatum est; est enim omne vas in quo bibendi est consuetudo. Fiale dicte quod ex vitro fiant; vitrum enim grece ualin dicitur. Patere fiale dicte sunt, vel quod in ipsis potare solemus, vel quod patentes sunt dispansisque labris. Cratera calix est duas ansas habens, et est grecum nomen declinatum, ut apud eos hic crater. Nam latine hec cratera dicitur. Unde Persius: Sed tu crateras argenti. Virgilius: Crateras magno statuunt et vina coronant. Fiebant autem primum a conexionibus virgultorum, unde et dicte cratere ΑΠΟ ΤΟΥ ΚΡΑΤΕΙΝ, id est quod se invicem teneant. Cyati quoque, sciphi, cymbia et ipsa poculorum sunt genera, ex quibus cymbia pocula dicta sunt ex similitudine cymbe navis. Cunstis (?) species poculi quod ducitur, id est uno spiritu bibitur. Bacca primum a Baccho, quod est vino, nominata, postea in usibus aquarum transiit. Calices et calati et scala (?) poculorum genera, antea ex ligno facta, unde et vocata; greci enim omne lignum cala dicebant. Ampulla quasi ampla bulla; similis est enim rotunditate bullis que ex spumis aquarum fiunt atque inflantur.

De vasis vinariis et aquariis.

Enoforum vas ferens vinum; enos enim vinum est, de quo est illud: Vestitur enofori fundo sententia nobis. Flasce ex greco vocabulo dicte. Hec a perhendis ac condendis fialis primum facte sunt, unde et nuncupate. Postea in usum vini transiere, manente greco vocabulo unde sumpsere initium. Lagena et sicula greca nomina sunt, inflexa ex parte ut fierent latina. Illi enim lagynos, nos lagenam; illi sicle, nos siculam dicimus. Cantari ydrie grecum, aquatile vas per dirivationem vocatum; ydros enim grece aqua dicitur. Sicula quod sitientibus apta sit ad bibendum, quod vas Greci cadum vocant. Catinum vas fictile, quod magis neutro dicitur quam masculino; sic et salinum dicitur vas aptum salibus. Orca est amfore species, cuius minore vocabulo orci diminutivum orciolus est. Scyphus in quo manus lavamus. Seriola est orcarum ordo directus vel vas fictile vini, apud Syriam primum excogitatum, sicut cilicies a Cilicia nuncupate, unde primum advecte sunt. Dolium, copus et cupas a capiendo, id est accipiendo aquam vel vinum vocatas; unde et caupones. Vtres ab utero. Mulgarium vas in quo mulguntur pecora, idem et mulctrum, ab eo quod mulgetur lac. Labrum vocatum eo quod in eo lavatione fieri soleat infantium, cuius diminutivum labellum, idem et albeum, quod in eo lavatio frequens est. Pelves vocate quod pedes ibi lavent. Sifon vas appellatum quod aquas sufflando fundat; utuntur enim hiis orientes. Nam ubi senserint domum ardere, currunt cum sifonibus plenis aquis et extinguunt incendia, sed et cameras expressis ad superiora aquis emundant.

De vasis oleariis.

Emicadium vas olearium. Scortea vas olearium, eo quod sit ex corio factum. Alabastrum vas unguentarium, a lapide sui generis cognominatum, quem alavastrum vocant, quod incorrupta unguenta servant. Pyxides vascula unguentaria ex buxo facta. Nam quod nos buxum, Greci pyxum vocant. Lenticula vasculum olearium ex ere aut argento factum, a linendo dictum; hiis enim reges et sacerdotes linebant.

De vasis coquinariis et pistoriis.

Omnia vasa coquendi causa parata cocula dicuntur. Unde Plautus: Eneis coculis mihi excocta est omnis mea. Olla dicta pro eo quod ebulliat in ea aqua igne subiecto, ut alta vapor emittat; unde et bulla dicitur que in aqua vento intus spiritu suscitatur. Patella dicta quasi patula; olla est enim oris patentibus. Cacabus et cucuma a sono fervoris cognominantur. Hec in Grecis et Latinis communia nomina habent; sed utrum Latini a Grecis an Greci a Latinis hec vocabula mutuassent incertum est. Lebetes enee sunt, greco sermone vocate. Sunt enim olle minores in usu coquendi parate. Sartago ab strepitu soni vocata, quando ardet oleum in ea. Tripedes appellate quod tribus pedibus consistunt; has Greci tripodas vocant. Mola a sui rotunditate vocata, ut mala pomorum; sic et Greci. Cribrum dictum quod ibi cernatur frumentum, quasi cernifrum. Rotabulum dictum a proruendo stercora, sive ignes panis coquendi gratia.

De vasis repositoriis.

Gazofilatium archa est ubi colliguntur in templo ea quae ad indigentiam pauperum mittuntur. Compositum est autem nomen de lingua persa et greca. Gaza enim lingua persarum thesaurum, filation grece custodia interpretatur. Archa dicta quod arceat visum atque prohibeat. Hinc et argentum, hinc et archanum, id est secretum, unde ceteros arceat. Cibutum grecum nomen est, quod nos archam dicimus.

Loculus ad aliquid ponendum intra factus locus, seu ad vestes vel pecuniam custodiendam, unde per diminutionem dicitur. Modiola quasi modicia, unde et modium, z pro d, sic solent Itali dicere z pro d, hozie pro hodie. Sema (?) sacco a sago dicta, eo quod consuto efficiatur, quasi saccus. Marsuppium sacculus nummorum, quem Greci marsyppa appellant. Quedam enim greca nomina in latinum paululum inflectuntur propter romanum eloquium. Situle nuncupate sunt ab eo quod sitie s. (?) Involucrum dictum quod aliquid in se teneat involutum. Fiscus est sacculus publicus, unde et fiscelle et fiscine dicuntur. Hec habent exactores et in eum conferunt debitum publicum quod redditur regi. Fiscus autem primus positus est, dirivativum fiscina, diminutivum fiscella. Canistrum fissis cannis contextum, unde et nuncupatum; alii grecum asserunt. Cistella a costis ex canna vel ligno quibus contexitur nominata. Cofinus est vas ex virgultis, aptum mundare stercora et terram portare. De quo dicit David propheta: Manus eius in cofino servierunt. Dicitur autem cofinus quasi con, quasi can. Corbes dicti quod curvis virgis contexuntur. Sporta vel quod a sparto fieri solet, vel quod exportet aliquid.

De vasis luminariorum.

Ab igne colendo et ligna antiqui appellavere focum. Fos enim grece lumen, ignis est. Unde et iuxta philosophos quidam cuncta ex eo procreantur, et revera sine calore nichil nascitur, adeo ut de septentrione dicatur sterili, quia quicquid frigore gignit. Varro autem ait dictos quod foveant ignes. Nam ignis ipsa flamma est; quicquid autem ignem fovet focus vocatur, seu ara, sive aliud in quo ignis fovetur. Lucerna a lucinio dicta, unde et brevis est lucernula, ut per se disposita pinguem nebulam vomere lucerne. Sive enim a luce dicte, quia non stare usus. Licinium autem quasi lucinium; est enim in medio candela lucerne. Candelabrum a candela dictum, quasi candelaferum, quod candelam ferat. Cereus per dirivationem a cera nomen habet, ex qua formatur. De quo quidam: Hic tibi nocturnos prestabo cereus ignes; subducta luce alta lux tibi sum. Lucanaria appendentia lumina, quasi lucanaria, id est in aere lucentia. Funalia sunt que intra ceram sunt, dicta a funibus, quos ante usum papiri cera circumdatos habuere maiores, unde et funalia dicuntur. Funalia autem Greci scolastici dicunt, quod sint scolie, hic est moris; hos Romani funes et funalia nominabant. Funalia candelabra apud veteres extantes stimulos habentes habuerunt, quibus funiculi cera vel huiusmodi alimento luminis obliti figebantur. Lampas flamma est in vertice lucens, dicta quod lampetras modum ostendere videatur. Fax dicta quod focos faciat, cuius diminutivum facula facit. Lanterna inde vocata quod lucem intus habeat clausam. Fit enim ex vitro, recluso intus lumine, ut venti flatus adire non possit, et ad prebendum lumen facile ubique circumferatur. Lucubrum vocatum quod luceat in umbra; est enim modicus ignis qui solet ex tenui stuppa ceraque formari. Pira est quae in modum are ex lignis constructa, ut ardeat. Pir enim ignis dicitur. Sed pira est ipsa lignorum congeries, cum non dum ardet. Rogus est cum ardere ceperit. Bustum vero iam exustum vocatur. Farus turris est maxima, quam Greci ac Latini in commune ex ipsius rei usu farum appellaverunt, eo quod flammarum indicio longe videatur a navigantibus, sicut supra diximus, qualem Ptolomeus iuxta Alexandriam construxisse octingentis talentis traditur. Usus eius est nocturno navium cursui ignes ostendere ad prenuntianda vada portusque introitus, ne decepti tenebris navigantes incedant. Nam Alexandria fallacibus vadis insidiosos accessus habet. Hinc est quod in portubus machina ad prelucendum ministerium fabricata faros vocant. Nam fos lux, foros visio dicitur; unde et lucifer grece fosforus appellatur.

De lectis et sellis.

Lectice a lectis herbis vocate. Stratum a sternendo dictum, quasi storiae. In his solis antiqui ad dormiendum accubabant, nondum laneis stramentis repertis. Storia quod sit super terram strata. Camaleo brevis et circa terram; grece enim cama breve dicitur. Cubile est cubandi locus. Grabbatum grecum est. Baiunula est lectus qui in itinere baiulatur, a baiulando, id est deportando. Pulvinar lectus est divitum, unde est et pulvillus. Spinge sunt fulcra, in quibus sunt spinges effigies, quas nos grifos dicimus. Punicani lecti parvi et humiles, primum a Carthagine advecti et inde nominati. Lectice sive plurei lecti, de quibus Satiri Rufus dicta sua primum inigt (?) contra consuetudinem imperatorum ipse per lectus lecticis vehebatur. Sponda autem exterior pars lecti, pluteus interior. Geniales lecti qui sternuntur puellis nubentibus, dicti a generandis liberis. Cunabula sunt lectuli in quibus infantes iacere consueverunt, dicta quod parvulis adhibeantur, quasi cunabula. Nam cune est grece cuni (?). Feretrum dicitur quod in eo mortui deferantur, et est grecum nomen. Nam feretron dicitur ΑΠΟ ΤΟΥ ΦΕΡΕΙΝ, id est a ferendo. Nam latine capulus dicitur, quod supra capita hominum feratur. Sic Plautus ait: Capularis senex, id est vicini capulo. Scamna sunt que lectis altioribus apponuntur, dicta autem a scandendo, id est ascendendo; unde et scabella, que lectis parvis vel sellis ob ascensum apponuntur. Scabellum autem et subpedaneum dicitur. Nam quod Greci dicunt ypopodion, Latini dicunt scabellum, et alii dixerunt subpedaneum, quod sub pedibus sit. Scansilia sic gradus (?) ubi honorati in sedibus sedent. Sedes dicte quod apud veteres Romanos non erat usus accumbendi, unde et considere dicebant. Postea, ut ait Varro de vita populi romani, viri discumbere ceperunt, mulieres sedere, quia turpis visus est in muliere accubitus. Sedes singulari numero proprie regni est, quae grece thronus dicitur; subsellia vero et cathedra doctorum. Hoc grece thronum dicitur, nos solium. Solium in quo sedent reges propter tutelam corporis, quasi soliditate dictum, quasi solidum. Sic alios per antistichon quasi sodium a sedendo. Unde et sella quasi sedla dicta, et subsellia quasi subsedia. Selle curules erant in quibus magistratus sedentes iura reddebant. Dicte autem curules, quia apud veteres pretores et consules propter viarum longitudinem curru forum provehebantur. Selle autem in quibus per eos vehebantur, in quibus sedentes dicere iura solebant. A curru curules selle sunt nominate. Tripodes scabelli sunt habentes tres pedes, et candelabra tripoda sunt, quia habent tres pedes.

De vehiculis.

Carrum a cardine rotarum dictum; unde et carrus dictus, quod rotas habere viderentur. Rota autem dicta quod ruat, et rotundum a rota vocatur. Reda genus vehiculi quattuor rotarum; has antiqui redas dicebant propter quod haberent rotas. Carpentum pompaticum vehiculi genus, quasi carrum pompaticum. Plaustrum vehiculum duarum rotarum, quibus onera deferuntur; et dictum plaustrum quia volvitur, quasi pilastrum. Carracutum vehiculum altissimarum rotarum, quasi carrum acutum. Capsus carruca undique contexta, quasi capsa. Pilentum vel petorrita vectacula quattuor rotarum vehicula, quibus matrone olim vehebantur. Virgilius: Pilentis matres in mollibus. Et Oratius: Pluresque calones atque caballi pascendi ducenda petorrita. Erant autem antea pilenta veneti coloris, nunc et ueniei (?) fit. Rosata, quia non casto in matronis vehi non poterant, sicut nec vitreis (?). Bastarna vehiculum itineris, quasi vestitum, strata mollibus stramentis, composita a duobus vel a pluribus animalibus deportatur.

De reliquis que in usu habentur.

Baculus a repertore vitis Baccho fertur inventus, quo homines moti vino innituntur. Sicut autem a baccho baculus, ita a baculo bacillum per diminutionem. Fustes quod prefixi in terra stent, quos palos rustici vocant, quibus iuvenes per cominus feriunt. Vectes dicti quod manibus vehantur, unde ostia saxaque evelluntur. Forfices per ethimologiam si a filo dicuntur, f ponitur, ut forfices, quod sunt sartorum; si a pilo p, ut forpices, quod sunt tonsorum; si ab accipiendo c, ut forcipes, eo quod formum capiant, quod sunt fabrorum. Formum enim dixerunt antiqui calidum, unde et fornax. Novacula eo quod innovari faciat. Pecten dictus eo quod pexos capillos faciat atque compositos. Calamistrum acus est quae calefacta et adhibita calefacit et intorquet capillos; unde calamistrati appellantur quorum capilli torquentur. Clavis dicta quod claudat et aperiat. Horologia quod ibi horas legimus, id est colligimus. Est enim in solariis posita, ubi a clavo per lineas currit umbra, ut quaecumque diei hora ostendatur. Cathena quod capiendo teneat.

De instrumentis rusticis.

Vomer dictus quod vi humum eruat, seu ab evomendo terram. De quo Lucretius: Uncus aratri ferreus occulto decrescit vomer in arvis, sumpsitque per decimenta (?) fulgores. Aratrum ab arando terram vocatum, quasi araterum. Buris est curvamen aratri, dictum quasi bosoris, quod sit in similitudine caude bovis. Dentale est aratri pars prima, in qua vomer inducitur, quasi dens. Cultelli a cultu dicti, eo quod ex ipsis putatione vites in arbore vehebant et vites, prius quam falces essent reperte. Falbe sunt quibus arbores putantur et vites. Dicta autem falbe quod his primum milites herbas silices solebant abscidere. Unde est illud: Hoc metenti (?) duces placidos curvante in usus agrolone (?) sui militis ante fuit. Falcastrum a similitudine falcis vocatum; est autem ferramentum curvum cum manubrio longo ad densitatem veprium succidendam. Hoc et runcones dicti, quibus vepres secantur, a runcando dicti. Serrula est parvum lamina ferri dentatum, mordacitate resecans arbores seu ramos. Rastra quoque ab arando terram aut a raritate dentium dicta. Ligones quod terram levent, quasi levones.

Sc(a)droa dicta eo q circa sc(a)dice t(er)ram apiat. Qui usus ei intelligit apib;
habeat. n(on) eni(m) ex sc(a)dice retinet. H(a)ec alii g(e)n(er)alit(er) fossoriu(m) uocant q(uod) fo
ua(m) faciat q(uasi) fouessoriu(m). Sarculi s(unt) aut(em) l simplices l bicornes. Pastina
tu(m) uocant agricole ferramentu(m) bifurcu(m) q(uo) semina pangunt(ur). Vn(de) et repastinare
dicitur uineae cu(m) refodiunt(ur). Cilindrus lapis est teres i(n) modu(m) columne
q(uo) a nobilitate n(on) accep(it) deq(ue) iurg(ium). Area cu(m) primis ingenti eq(ua)nda cilindro. et
uertenda manu. Tribula genus uehiculi e(st) un(de) teruntur frumenta. Et ob h(oc) ita uo
catu(m). Pala q(uam) uentilabru(m) uulgo d(icitu)r. a uentilandis paleis nominata. Furcille dic
te eo q(uod) his frumenta celluntur. i. mouentur. Vn(de) et oscilla dicta ab eo q(uod) sal
lant(ur) h(oc) e(st) moueant ora. N(am) cellere e(st) mouere. Cessere s(unt) q(ui) frumentor(um)
numerus designat(ur). Trapetu(m) mola oliuaria. Prelum trabes q(ue) uua calca
ta premit(ur) a premendo uocatu(m) q(uasi) p(re)ssoriu(m) lacus. Prelum q(uo) premit(ur) oleum q(uo) liqua
p(er)fluat. q(uo) ab uuis t oliuis torq(ue)ndo oleu(m) uinu(m)q(ue) exigit(ur). Verennes a uehe
re. i. exportare nominat(ur). Qualos corbis colaq(ue) prelor(um) p(er) q(uo)s musta fluu(n)t
a colando dict(i). Fiscu(m) q(uasi) fiscolum a colando oleu(m) dictu(m). l quasi fiscella olei.

De instrumentis hortorum.

Rota dicta q(uod) q(uasi) ruat. e(st) (e)n(im) machina un(de) de flumine aq(ua) (e)x
trahit(ur). In flumio usare rotas atq(ue) haustra uidem(us). Haustra. i. rota ab
hauriendo aq(ua)m dicta. Cicillus q(ui) in giro usat(ur) e(st) (e)n(im) lignu(m) in(con)fusa p(er)tica
mobile ex q(uo) fanis cu(m) situla t urre in puteu(m) dimittit(ur) hauriende aque ca(usa).
Chelone hortulani uocant lignu(m) longum q(uo) hauriunt aq(ua)s. et dictu(m) chelone
a longitudine. Chelon (e)n(im) d(icitu)r inx grecis q(uod) longu(m) e(st). un(de) et mustela uoca
a q(ui)a mus long(us). Hoc instrumentu(m) hyspani ciconia dicunt. p(ro)p(ter) q(uod) imitet(ur) eide(m)
nominis aue(m) leuantes ac deponentes rostru(m) du(m) clangit. Ama lupus q(ui) et
canicula ferreus arpax q(ui) si q(ui)d i(n) puteu(m) deciderit rapit et extrahit. un(de) et n(omen)
accep(it). Arpax au(tem) dict(us) quia arripit. arpe (e)n(im) grece rapere e(st). un(de) et arpie. q(ua)si raptrices.

De instrumentis equorum.

Falere ornamenta equor(um) s(unt). et est sermo grecus. Frena dicta q(uod) eq(uo)s fremere cogant. l q(uod) equi frendant. i. inprimant dentib;
et obmordeant. Vn(de) et nefrendes adhuc lactentes porcelli q(ui) n(on)du(m) aliq(ui)d
frendant. i. comminuant dentib;. hinc et faba fresa q(ue) molita e(st). Lupata
s(unt) frena asp(er)rima. Dicta au(tem) lupata a lupinis dentib; q(ui) i(n)equales s(un)t. un(de) et
eor(um) morsus uehementer obe(st). Chamus habenas ab habendo dictas. q(uod)
his eq(uo)s habeam(us). i. teneam(us). Vn(de) et eq(ui) habiles dicti. h(ae) retinacula a retine(n)
do lora. Capistru(m) a capite iumentor(um) dictu(m). Sella a sedendo q(uasi) sedla. Antela
q(uasi) an(te) sella. sic postela q(uasi) post sella. Cingula hominu(m) generis neutri e(st).
N(am) animaliu(m) genere feminino dicim(us) has cingulas. Sagma q(uod) corrupte uulgo
salma d(icitu)r. a stratu sagor(um) nuncupat(ur). Vn(de) et caballus sagmari(us). mula sag
maria. Capulu(m) funis a capiendo eo q(uod) indomita iumenta eo comp(re)hendantur.
Calcaria dicta q(ui)a i(n) calce hominis ligant(ur) q(uod) impedis posteriori p(ar)te ad sti
mulandos eq(uo)s quib; ad pugnandu(m) aut currendu(m) p(ro)p(ter) pigricia(m) animaliu(m) aucta
mure. N(am) ex amore stimuli nuncupati. hec et sunt libidinis stimuli. Stri
giles nuncupati a tergendo q(uod) his eq(ui) t(er)gant(ur). Caracter e(st) ferru(m) caloratum
quo nota pecorib; i(n)urunt(ur). Caracter au(tem) gr(e)ce. latine forma d(icitu)r. Cauteriu(m)
dictu(m) q(uasi) cauturiu(m) q(uod) urat. et p(re)cidat sit i(n) cum seueritaq(ue) cautio. ut du(m) uidet(ur)
cui sit auaricia refrenet(ur) q(uod) ut du(m) p(er) signo. ut du(m) p(ro) cura adhibet(ur). ut
uis morbi ignis ardore siccet(ur).

[I]NCIPIUNT YSAGOGE IOHANNICII IOHANNIS ALEXANDRINI DISCIPULI TEGNI GALIENI DE PHISICA RATIONE.

MEDICINA DIVIDITUR in duas partes, i. in theoricam et practicam. Quarum theorica dividitur in tria, i. in contemplationem naturalium rerum et non naturalium et earum que sunt contra naturam. Ex quo sanitatis et egritudinis et neutralitatis scientia procedit. Quia iiii humores extra cursum naturale excrescentes ex quacumque occasione et signis egritudo fiet. Res igitur naturales vii sunt, scilicet elementa, commixtiones, compositiones, membra, virtutes, operationes, spiritus. Et alii addiderunt his alias iiii, scilicet etates, colores, figuras, distantiam inter masculum et feminam. Elementa sunt iiii. Ignis, Aer, Aqua, Terra. Ignis est calidus et siccus. Aer calidus et humidus. Aqua frigida et humida. Terra frigida et sicca. Commixtiones viiii. Fit vii inequales et una equalis. De inequalibus vero iiii sunt simplices, hoc est calidum, frigidum, humidum et siccum. Et iiii ex his composite, i. calidum humidum, calidum et siccum, frigidum et humidum, frigidum et siccum. Equalis vero est que cum moderatione incolomem ducit. Compositiones iiii sunt, i. sanguis, flegma, colera rubea, et colera nigra.

nea, sclirotica, conjunctiva. Primus humor est vitreus, secundus cristallinus, tertius albugineus. Oculorum colores sunt iiii. Niger, subalbidus, varius et glaucus. Nigredo fit ex minori defectu visibilis spiritus vel ex profunditate ipsius, aut ex parvitate cristallini humoris, vel quia plurimum residet intra ipse cristallinus humor, aut ex habundantia humiditatis humoris qui est similis albugini ovi. Aut ex profunditate ipsius, aut ex habundantia qualitatis vitrei humoris. Subalbedo fit ex vii rebus superioribus contrariis, i. habundantia visibilis spiritus vel claritate ipsius et magnitudine cristallini humoris, vel quia plurimum resedit cristallinus humor, aut habundantia albuginei humoris, et claritate ipsius et defectione qualitatis vitrei humoris. Varius vero color fit et glaucus iis contrariis que accidit nigredini et subalbedini. Varius vero color significat spiritum visibilem magis habundare et clarescere in sua varietate. Glaucus vero color spiritum visibilem significat minus habundare et subnigrescere in sua glaucedine.

M odi qualitatis corporis v sunt, i. crassitudo nimia. **De modis qualitatis corporis.** et extenuata macies, sintexis et squaliditas et equalitas. Habundantia sanguinis ex habundantia caloris et humiditatis. Pinguedinis diminutio fit ex caliditate et siccitate. Sintexis fit ex frigiditate et siccitate. Squaliditas vero fit ex frigiditate et intensa humectatione. Extenuata macies ex frigiditate et intensa siccitate, ex frigiditate et siccitate aut simul utrisque intensis. Equalitas vero fit ex equalitate humorum corporis et forme. Distantia inter masculum et feminam. Masculus a femina differt quia hic calidior et siccior est. Illa est contra frigidior et humidior. **De aeris immutatione.**

A eris immutatio v modis fit. Ex anni temporibus et ex ortu stellarum et occasu, ventis, terris et earum fumositate. Anni tempora sunt iiii. Ver equale. Estas calida et sicca. Autumnus frigidus et siccus. Hyemps frigida et humida. Ex stellis immutatur aeris natura. Nam cum appropinquaverit sol stellis vel ipse stelle illi, calidior fit aer, et quando his a se separantur, frigiditas aeris augetur.

V enti sunt iiii. Subsolanus, Favonius, Septentrion, Auster. **De iiii ventis.** Quorum duo, unus hic ventus frigida et sicca, alter calida et humida; reliqui duo equales virtutes sunt. Quorum unus, i. subsolano caliditas et siccitas, alter vero, i. favonio frigiditas et humiditas attribuitur. Sed auster paulo calidior et humidior, septentrion vero frigidior et siccior. **De iiii modis terrarum.**

T errarum modi sunt iiii. Altitudo, profunditas, vicinitas montium, et maris equalitas, lutee, seu terrarum. Quibus terre a se differunt altitudine et profunditate. Quamvis altitudo frigiditatem, profunditas huic loco contrarium reddit. Propinquitate montium evenimus hoc, qui si fuerint ipsi a parte meridiana, terra erit frigida, nam calidis montes se meridiani obstantes, ventis septentrionales venti frigidis ea experiunt flatibus. Si vero septentrionales montes habuerit, superiori terre contraria erit. Vicinitate maris qui meridies calida et sicca, septentrion frigida et sicca. Tamen probo, preterea terre sui natura inter se differunt. Nam si terra fuerit petrosa, frigida et sicca erit. Si vero pinguis et crassa, calida et humida erit. Lutea vero frigida et humida erit. Immutatur quoque aer fumositate scilicet paludum sive putredinis alicuius, unde fumo moribi ac pestes in hominibus. Exercitium immutat corpus. Quia qui equale est calore prestat

240.

liber de medi

Ex his membris viii per singulas duo modi egritudinis sunt. Aut enim est ex simplici qualitate aut ex humoris alicuius compositione. Ex simplici vero qualitate ut consumens infirmitas que solidis membris accidit que et ectica dicitur. Egritudo calida que ex humore accidit est febris ex putredine facta ut superius dictum est. Egritudo frigida que sine aliquo humore contingit est algor ex nimia frigiditate [illegible] et que cum humore aliquo frigido accidit ut est paralisis que fit in toto corpore aut in parte. Modus humecti morbi qui fit [illegible] in toto corpore alicuius humoris humectatione est frigidum [illegible] et fetidissimum cum tabescit quemadmodum in [illegible] caro ydropicorum [illegible] torpens. Morbus vero humidus est alicuius trahens humores ut ydropisis. Morbus vero siccus est sine humore ut spasmus qui fit ex inanitione. Morbus siccus cum humore est cancer siccus et durus. Morbi in officialibus membris iiii sunt. In primis qui accidit in plasmatione id est informatione creature, et in quantitate membrorum et in numero et [illegible] superfluitate et membrorum positione. Morbi officialium in formatione hominis v modi sunt. Membri inconvenientia ut est feda capitis longitudo. In concavitatibus ut si manuum pedumque concavitas carne repleatur. In poris ut eorum strictura fiat aut latitudo. In aspiritate ut est gutturis et pulmonis canalium asperitas. In lenitate velud matricis lenitas. Morbi in quantitate membrorum fiunt aut ex habundantia ut ea crescant amplius quam decet, sicut videmus fieri in magno capite et lingua grossa, aut ex ultima parvitate et indecentia ut parvum caput [illegible] separatur. Morbi vero in numero membrorum fiunt aut ex augmento aut ex diminutione. Sub augmento quidem aut ex concursu naturali ut superfluus digitus aut extra cursum ut [illegible] acrocordines. Sed cum diminutione aut universaliter ut omnium abscisio digitorum aut particulariter ut est unius. In positione membrorum morbi sunt aut ex membri motione de loco suo aut ex dispensatione in membris [illegible] ut digiti vel labia que conglutinantur vel adherent et non separantur et non conglutinantur. Sed separatio adherentis membri universaliter fit aut in membris consimilibus aut in officialibus. Consimilibus autem membris aut ossibus carne nervis lacertis cute. Que in ossibus accidit fractura dicitur; si carni ex recenti tempore plaga dicitur. Si vero ex veteri non plaga sed putrida nuncupatur. Que si nervis venis arteriis accidit alio atque alio nomine nuncupatur. Si autem evenerit in ore lacertis [illegible] sive constrictio nominatur. Si vero in cute excoriatio dicitur. Que si inveterata fuerit putrida plaga nuncupatur. In officialibus vero membris [illegible] fit separatio ut est abscisio manus vel pedis.

De qualitate corporis.

Corporis qualitates iii sunt: sanitas egritudo et neutrum. Sanitas est temperantia perficiens res naturales secundum cursum nature. Infirmitas vero est intemperantia extra cursum nature in se lesionis efficiens. Neutrum quidem est quod nec sanum nec infirmum. Sed naturalis qualitas tribus modis constat ut si in uno corpore simul conveniant infirmitas et sanitas in diversis membris ut si in corpore ceci et claudi sine in corpore sani aut unum remanente membrum quod non male fiat et patiatur vel si corpus hominis alius horis sanum fuerit alius vero infirmum ut eorum qui estate infirmantur et hyeme sanantur. Et qui frigidioris nature fuerint hyeme infirmantur estate sani fiunt. Et qui humidam naturam habuerint in puericia infirmantur in iuventute et senectute sanantur. Qui vero sicca naturam in puericia sani sunt, in iuventute autem et in senectute infirmi sunt. In tribus rebus inveniuntur sanitas infirmitas et neutrum: aut in corpore in quo earum qualitatum una quaque reperitur aut in occasione faciente illas et conservante et in significationibus eas significantibus.

De generibus occasionum.

Occasionis vero duo sunt genera: unum est naturale, aliud extra cursum nature. Occasiones autem naturales aut faciunt sanitatem aut conservant, et occasiones conservantes pertinent ad sanitatem, facientes autem pertinent ad infirmitatem. Occasiones quoque que ultra naturam procedunt alie pertinent ad infirmitatem alie ad neutrum. Sed egre occasiones faciunt infirmitatem et res eandem infirmitatem conservantes. Ille vero que pertinent neque ad sanitatem neque ad infirmitatem custodiunt neutrum atque constituunt. Omnium occasionum societatem habentium cum sanitate et infirmitate sex modi sunt: quorum unus est aer qui humanum corpus circumdat, cibus et potus, motio et requies, somnus et vigilie, repletio et inanitio, et accidentia anime. Que omnia si cum decenti moderatione fiant in quantitate et qualitate et tempore apto et ordine custodiunt sanitatem ab accidentibus. Quod si secus habiles facti fuerint accidunt infirmitates et permanent.

De modis occasionum.

Modi occasionum infirmitatem facientium iii sunt. Nam alie vocantur primitive que extra accidunt corpori ut est calor et frigus. Sunt et antecedentia que adveniunt intrinsecus in corpore ut repletio et inanitio. Sunt et alia que vocantur coniuncta que donec assunt adest infirmitas et his abeuntibus infirmitas abit ut est putredo in febribus. Egritudinum secundum aliam divisionem modi sunt duo: aut communiter aut proprie. Que communiter accidit aut accidentaliter aut necessario fiunt. Accidentaliter vero ut percussio combustio morsus discerptio et cetere res nocentes. Necessario et alia supra memorata que ut predictum est sunt societas sanitati et infirmitati. Que vero proprie fiunt egritudines aut sunt in consimilibus membris et conservant egritudinem aut in officialibus membris aut in divisione continua.

De modo morborum.

Modi morborum ex qualitate procedentium v sunt. Primus habet aut ex commotione spiritus ut est ira, aut ex commotione corporis ut labor. Ex commotione spiritus ut est ira, ex commotione corporis ut superbia. Secundus autem ut est coniunctus visibili rei calide cum effectu ut ypantasis ad solem. Tercius modus ex caliditate corpori adveniente cum potestate quam recipit caliditatis ex succo vel esu acriummi. Quartus fit ex inclusione pororum ut ex frigiditate hyemis. Quintus ex putredine ut in febribus.

De frigidis morbis.

Occasiones frigidorum morborum viii sunt. Prima est occasio occursus visibilis frigiditatis cum effectu ut est frigiditas nivis. Secunda vero frigiditas opii adveniens forte humano corpori. Tercia ex habundantia corpori advenientis atque replentis et extinguentis naturalem calorem. Quarta ex parvitate ciborum unde calor naturalis extinguitur. Quinta vero ex habundantia frigidi humoris et obturantis poros unde naturalis calor minuitur. Sexta ex dissolutione compagine corporis ad dissolvendum et inaniendum naturalem calorem. Septima ex motione et exercicio nimio unde fit multa dissolutio humorum et evacuatio et sudor unde attenuatur corpus. Octava vero fit ex requie et ociositate multa. Siccorum morborum occasiones sunt iiii. Prima occasio est cum siccitas visibili et manifesto cum effectu ut ventus siccitas. Secunda vero ex advenientia siccitatis in corpore cum fortitudine ut acetum sal sinapis. Tercia parvitas cibi et potus. Quarta commotio nimia membrorum et exercitium.

De occasionibus humidorum membrorum.

Occasiones humidorum membrorum iiii sunt. Prima ut occursus rei afferentis humorem cum effectu ut balneum. Secunda vero ingressio rei afferentis humorem cum virtute in corpore ut recentes pisces. Tercia autem ut nimietas cibi et potus. Quarta sic requies et ocium et delicie diverse.

De modis morborum ex innaturali malicia.

Modi morborum ex innaturali malicia cum aliquo humore decurrentis ad infirma membra iiii sunt. Primus est virtus membri impellentis et debilitas membri sustinentis. Secundus multitudo humoris. Tercius debilitas virtutis nutritivis. Quartus largitas meatuum pororum. Malicia egritudinis ingreditur et supervenit in consimile membrum naturale v modis: aut sanguine menstruo matris, aut in tempore nativitatis, aut cum constringitur fasciis, aut cum malo et inconvenienti nutrimento sive ex aliqua infirmitate adveniente in predictis temporibus vel postea. Si tempore conceptionis in utero debilitatur aliquod consimile membrum fit ex habundantia spermatis aut ex parvitate et indigentia inconvenientis qualitatis spermatis ut si fuerit grossum et pingue vel aquosum et tenue quo nascetur infans debilitatur in eo aliquod membrum. Si egressus fuerit non equaliter sed mala egressione id est aut supinus aut super genua incurvatus. Cum quo fascia constringitur inconvenienter constrictione duplicatur debilitas. Quando autem nutrix malo et inconvenienti lac accipiendo vel sugendo debilitatur; his vero temporibus vel postea infirmitate accidente egritudine malicia consimili membro supervenit ex casibus et nimia incisione et si passus fuerit ex aliquo accidenti sive ex dolore sive ulcere vel aposteme. Ingreditur egritudo in similibus membris naturalis modis vii ut ab obstetrice si culpa ... cum tenet infantem vel si permiserit ambulare ante congruum tempus ex medicis si fractura et ossa sunt in membris compaginata constringit ... et constrinxerit. Et si infirmus si ea commoverit a medico antequam solidentur et firma sunt ex fractura ut si prematur ... in femore et [illegible] aut ex occasione ut si capiunt nasus et auris ut si fiunt simi aut ex malo humore qui accidit lepris sive ex parvitate humoris accidente prisiis. Constrictio pororum tribus modis fit aut ex constrictione attenuante aut ex [illegible] sive ex [illegible]. Constrictio autem fit aut ex nimia [illegible] aut ex debilitate virtutis impellentis [illegible] aut ex habundantia constrictione comprimente [illegible] loci aut ex habundantia siccitatis ut sepe etiam ex ligentia constrictiva ex carnositate [illegible] accidit aliquid aposteme et fit carnositas aut si prius [illegible] aliquid [illegible] aut si accidit aliquid in poris ex humore sine lapis seu [illegible] aut aliquid latitans in eis ut superflua caro et scabies. Largitas quoque pororum iiii modis fit: aut ex multa commotione impellentis virtutis aut ex debilitate [illegible] aut ex habundantia caloris et humoris aut [illegible]. Lenitas accidit duobus modis videlicet aut deintus aut deforis. Sed intus ex humore viscoso ligacitate; foris vero ex cera ligacitas cum unguento. Asperitas in similiter duobus modis fit deintus et deforis. Deintus namque ex superfluo et acuto humore; foris vero ex fumo et pulvere. Superfluitas membrorum in magnitudine accidit duobus modis. Superfluitas si fuerit naturalis erit ex superfluo humore naturali et bono vel ex habundantia formative virtutis. Si si fuerit extra naturalem causam ex humore innaturali et [illegible] venienti ut sunt scrofule aut ex habundantia virtutis. Diminutio membrorum in magnitudine duobus similiter modis fit: aut intus aut extra. Intus per diminutionem humoris; extra aut ex adustione ignis aut ex frigore seu incisione aut ex putredine putredo autem accidit aut ex potione mortificante et putrefaciente membrum aut ex constrictione et retentione humoris illius qui resolvitur.

De tribus modis magnitudinis membrorum.

Magnitudo membrorum tribus modis fit aut ex multitudine naturalis humoris aut ex habundantia formative virtutis aut ex commixtione utrorumque. Parvitas vero membrorum fit tribus modis similiter aut ex debilitate virtutis aut ex minoratione naturalis humoris sive ex infirmitate exteriorum ut est incisio et combustio ignis seu ex frigore et nive. Commotio membri de suo loco duobus modis fit: aut ex commotione voluntaria aut ex humore viscoso separatim dissolvente membrum et lubricum faciente. Membrum vero quod egreditur apprehensione iuncturam et mutat similiter duobus modis: aut ex iunctura in qua non convenit separatio aut ex separatione ubi convenit iunctio. Si ex coniunctione fuerit sine separatione erit ex humore acuto aut accidenti ulcere aut ex spasmo [illegible] ex [illegible]. Si vero fuerit ex separatione in non convenienti iunctura aut erit ex viscoso et grosso humore aut accidenti ulcere aut ex spasmo. Separatio coniunctionis duobus modis fit aut intrinsece aut extrinsece. Intrinsece vero fit aut ex humore acuto et mordaci aut ex ventositate pingui et distendente vel dissipante. Extrinsece vero fit aut concisura aut constrictione vel fatigatione aut ex cervicatione nimia aut [illegible] aut que distendit ut funis aut que contundit ut lapis.

De generibus significationum.

Genera significationum tria sunt: alia enim significant sanitatem, alia neutrum, alia egritudinem. Quarum signorum unumquodque genus in duo partitur. Sunt enim que significant de membris officialibus infirmitatem, sunt et que significant de consimilibus membris. Consimilium partium significationum duo sunt modi: alie sunt in substantiales alie accidentales. Substantiales vero calor frigiditas siccitas humectatio. Accidentales autem quedam significant per tactum ut durum et molle, quedam per visum ut coloratum, quedam per perfectiones ut [illegible] plene et perfecte. Significationes egritudinis membrorum officialium due sunt: substantiales et accidentales. Substantiales signorum iiii sunt: ars modus numerus positio. Accidentales signorum similiter iiii sunt: bonum et malum, perfectum et imperfectum. Genera signorum perfectam [illegible] sunt genera iii. Quedam sunt que significant preterita, ut est que iam abierat et diu cognitam vel ignota ut medicus corporis humani agnoscunt quam sudor precessit. Alia significantia presentia et agnoscunt presignificat velud cum invenit pulsum magnum, [illegible] intelligunt quod significant calorem superantem. Sunt et alia que significant futura ut [illegible] agnitio ut cum videmus labium subito tremari ut per premium vomitum accedere quod per aetate necessarie vocat precessio significativa. Sed inter signa et accidentia distat quia est divisio cum augmento [illegible] quod si una quaque earum divisionum servitur inductis unam habitudine. Si enim hoc que sunt accidentia in medico autem sunt signa. Accidentium significativa tria sunt. Alia enim in virtute operativa mutata sicut indigestio. Alia autem corporis qualitate sic ut ictericia. Alia exiens a corpore ut urina nigra. Virtus operativa mutata triplex est aut enim est tarda sit indigestio aut ex parte sit oculorum obscuritas vel tarda digestio aut de qualitate in qualitate velud de bona digestione et in fumosa vel tarda vel aciosa sic quod in musca vel ligna visibilia sunt apparentia.

De qualitate mutata corporis.

Corporis qualitatis mutate significatio iiii modis fit: Aut enim per visum sicut ictericia mortifera nigredo lingue et similia aut per odoratum ut anhelitus fetidus vel sudor vel polippus vel ore et similia aut per gustum ut salsum amarum vel acidum aut per tactum ut molle et durum. Exiens a corpore fit bipartita significatio: est una cum sonitu alia sine sonitu. Cum sonitu ventris ructus vel intestinorum rugitus vel per [illegible]. Ei vero sunt signis modi sive sine sonitu naturalis fit exclusi alia quantitate ut ligamina alia qualitate ut urina nigra alia utroque modo ut sanguinis fluxus.

De membris mutatis.

Membrorum mutatorum significatio bifaria dividitur: intrinsecus videlicet et extrinsecus. Intrinsece modi sex. Alia in mutatione operative virtutis in membris, alia ab eo quod [illegible] corpore ut sudor frigidus vel urina nigra. Alia ex dolore membri incontinentia proveniente, alia ex proprio loco. Alia ex innaturali commotione de loco, alia ex pacientis indicio. Extrinsece fit modis tribus: aut per visum ut nigrum vel album aut per tactum ut durum et molle calidum et frigidum aut per utrumque ut magnum vel parvum plus vel minus.

De occasionibus egritudinum.

Occasiones egritudinum tres sunt: naturalis mutatio officialium membrorum conveniens habitudo iunctura separatio. Operatio medicine triplicem effectum habet: aut enim custodit sanitatem secundum similitudinem suam aut facit [illegible] infirmitate sanitatem aut e contrario. Regimen sanorum triplex modo est egrotantium parari incipientes infirmari defecti. Infirmari parantes super dictorum sex ut presenti meditatione reguntur. Incipientibus infirmari duplicem curam adhibemus. Aut enim super habundantiam id est mali humoris subtrahimus aut naturam deficientem reparamus. Predictorum sex que necessaria sunt exhibemus perpetuo defectorum alii infantes alii senes alii ex infirmitate convalescentes. Omnis medicina aut universalis aut particularis. Universalis est sex predictarum rerum adunatio. Particularis per eam fit triplex. Alia enim in consimilibus membris alia in officialibus alia in continuitatis separatione. Assimilantia membra redduntur sue similitudini et in sua qualitate sanantur colligando compescuntur continua si per modum ampliata fuerint ad suum modum constringuntur et indicium [illegible] [illegible] in largis autem similiter [illegible] consuetudine virtutis accidit. Foramina strictiora fiunt quo si de [illegible] [illegible] confringuntur fomentis et cataplasmatis mollificantur; quod si de expulsione deficiente diaforeticis et confortativis. Si de [illegible] ea mollientis si de [illegible] [illegible]. Si de strictione solutione ea vero que de naturali loco fuerint mutata pulsione ut suo loco restituantur. Si de apostemate maturando sanantur. Si de innaturali mutata [illegible] [illegible] [illegible] distinguntur. Si de pustulis nascentia ipsa delentur. Si de lenitate asperantur. Si de asperitate lenitantur. Superfluitate in nimio aut vellit ex [illegible] ut scrofulas aut exceptione in [illegible] superfluitate in nimio si ex habundantia sanguinis fuerit [illegible] sanantur. Si ex [illegible] in puericia sanantur parvitate [illegible] [illegible] admodum augmentans. Magnitudine vero comprimendo et [illegible]. Mutatione de loco suo reddunt loco duobus modis aut [illegible] aut [illegible] separatum. Necessaria ad separatorum iuncturam iiii sunt. Separata iungere, iuncta custodire, ne restituantur defendere, naturam loci custodire. Omnis medicina aut

[illegible]

Que oportet ducere ... maxime experimenta ... ducere per convenientes regiones. Digesta medicari et movere non cruda, neque in principiis, nisi expediat; multa vero non expediunt. Que egeruntur non multitudine considerare sed quando egeruntur si qualia oportet conferunt bene, et ubi oportet usque ad defectionem ducere, et hoc facere si sufficiat egrotans. In acutis passionibus raro et in principiis farmaciis uti, et hoc bene premeditantes facere. Si qualia oportet purgari purgentur confert et bene ferunt, contraria vero non operantur. De somno qui in morbis facit labore.

In quo morbo somnus laborem facit mortale. Si vero somnus iuvat non mortale. Ubi desipientiam somnus sedat, non prestat mortale. Somnus et vigilie utraque magis modo facta malum. Non plenitudo, non indigentia, neque aliud nichil bonum quodcumque magis natura fuerit. Labores spontanei narrant morbos. Quecumque dolentes aliquid corporis plurimum dolorem non sentiunt, his mens egrotat. Que multo tempore extenuantur corpora tarde renutrire ... modice. Si in egritudine cibum accipiens ... non convalescit, signum est quoniam ampliori cibo corpus utitur. Si vero cibum non accipienti fit hoc, significat quoniam evacuatione indiget. Corpora oportet ... purgare fluxa facere ...

241

[illegible]

... Crassi vero valde secundum naturam ... magis gracilibus. Epilepticos iuvenibus alteratione mutationes maxime ... temporum et locorum et vitarum faciunt ... dolorum similes fiunt ... locum ... Circa generationes ... febres ... facta sunt. In omni motione corporis ... assueti assuetos ferre labores et si fuerint ... facilius ferunt. Et multo tempore assueta ... et fortioribus et iuvenibus facilius ferunt ... insueta molestare. Oportet ergo ... evacuare aut calefacere aut infrigidare aut aliter quolibet ... fallax est et omnis natura ... Omnia secundum rationem facienti et non evenientibus secundum ... et aliter ... ad aliud manente ... a principio. Ventres ... quibus ... senescentibus ... in magnitudine vero corporis iuvenescere quidem decens et non insuave est, senescentibus ... De mutationibus temporum simul et corporum.

Mutationes temporum maxime generant morbos et in temporibus magne mutationes aut frigiditatis aut estus et alia secundum rationem sic. Naturarum hee quidem ad estatem, hee vero ad hyemem bene aut male parate sunt. Egritudinum alie ad alias bene et male nate sunt ... ad regiones et tempora ... In temporibus quando eadem die aliquando ... Austri gravantes auditum ... autumnales egritudines expectare oportet ...

[illegible]

... permanent pueris et non absolvuntur ... aut feminis ... menstruorum eruptiones ... Adolescentibus vero sanguinis sputa, ptisis et febres acute, epilepsie et alie egritudines, maxime vero predicte. Ultra vero hanc etatem asmata, pleuritides, peripleumonie, litargici, frenesis, causon, diarrie, colerice, dissinterie, lienterie, emoroides. Senioribus vero catarri, dispnie, tusses, stranguirie, dissurie, articulorum dolores, nefresis, vertigines, apoplexie, cachexie, pruritus totius corporis, melancolie, vigilie, ventris humiditates, oculorum et narium humiditates, hebitudo oculorum, glaucosis, gravitas auditus. De purgationibus qualiter purgentur et in quo tempore.

Pregnantes purgare si ... usque ad VII menses ... has minora vero et seniora vereri oportet. In farmaciis talia oportet ducere ex corpore qualia sponte venientia utilia. Que vero contrarie venientia ... Si qualia oportet purgari purgentur confert et bene ferunt, contraria vero graviter. Purgare estate quidem superiora, hyeme vero inferiora. Sub cane et ante canem molestie purgationes. Graciles et facile vomentes superius ... carnosos inferius ... estate ... melancolicos vero ... Medicari in valde acutis si expedit eadem die, differre in talibus malum est. Quibus ... torsiones et circa umbilicum dolores et circa lumbos dolor non solvitur neque a farmaciis neque aliter, in ydropem siccam perficitur. Quibus vero ventres lienterici in hyeme superius medicari malum. Ad elleboros his ...

[illegible]

autem egritudine ille consumatur egritudo. Si a febre habito tumore non existente in faucibus suffocatio repente supervenerit mortale. Si a febre habito collo ita ut vix deglutire possit tumore non existente in collo mortale. Sudores etiam in febribus si ceperint boni tertiam et quintam et septimam et nonam et undecimam diem et xiiii et xvii et xx et xxi et xxiiii et xxvii et xl. Hi enim sudores indicant egritudinem. Qui vero tales non fiunt dolorem significant et longitudinem egritudinis et conversionem. Frigidi autem sudores cum acuta quidem febre facti mortem, cum molliori longitudinem egritudinis significant. Et ubi in corpore sudor ibi narrat egritudinem. Et ubi in corpore calidum aut frigidum illic egritudo. Et ubi in corpore in toto mutationes vel si corpus infrigidatur aut statim calescit aut colorem aliud ex alio fit, longitudinem egritudinis significat. Sudor multus ex somno sine aliqua manifesta causa factus significat corpus quod plurimo cibo utitur. Si vero accipienti cibum hoc fiat, scire quia evacuatione indiget. Sudor multus frigidus et calidus superfluens frigidus maiorem, calidus minorem egritudinem significat. Febres quecumque non deficientes in die tertia fortiores fiunt et periculose; quecumque vero sic defecerint significant quia minores sunt. Quibuscumque febres longe sunt his si pustule et in articulis dolores fiunt, hi amplioribus cibis utantur. Si rigor inciderit febri non deficienti iam debili existente mortale. Excreationes in febribus non deficientibus lividas et sanguineas et fetidas et felleas omnes male, egeste vero bone et per secessum et per urinas. Si vero non aliquid utilium egeratur per loca malum. In non deficientibus febribus si que quidem extra frigida fiunt que vero intus ardeant et sitim habent mortale. In non deficienti vero febre si labium aut oculus aut supercilium aut nasus distorqueantur aut non videat aut non audiat iam debili existente corpore quecumque horum fiat iam mors in ianuis est. Ubi in febre non deficiente dispnia superveniat et desipientia mortale. In febribus apostema non solutum ad primas crises longitudinem morbi significat. Quibuscumque in febribus aut aliis egritudinibus voluntarie oculi lacrimantur nichil inconveniens. Quibuscumque vero non sua voluntate movens. Quibus incidentibus in febribus limositates fiunt fortiores et diuturniores fiunt febres. Quibuscumque tusses sicce et modice provocate in febribus incendium non valde sitientes sunt bonum. In buboribus febres omnes male excepto effemeris. Febricitanti sudor superveniens non deficiente febre malum: prolongatur enim morbus et humorem plurimum significat. A spasmo aut tetano habito febris superveniens solvit egritudinem. A causon habito rigore superveniente solutio. Tertiana vera si non indicatur in vii prodit longissima. Quibuscumque in febribus aures surde sunt, sanguis ex naribus fluens aut venter turbatus solvit egritudinem. Que in imparibus indicantur dies, tertiana et cetera conversionis febricitantem [illegible] imparibus diebus febris dimiserit, reiterantur. Quibuscumque in febribus cotidie rigores fiunt cotidie febres solvuntur. Quibuscumque in febribus ictericia supervenerit ante vii dies malum. Quibuscumque in febribus in vii aut viii aut in xi aut xiiii die ictericia supervenerit bonum si non dextrum ypocondrium durum fiat, si vero non bonum. In febribus circa ventrem cauma forte et cordis morsus malum. In febribus ex somnis timores aut spasmi malum. In febribus spiritus offendens malum, spasmum enim significat. In febribus acutis spasmi et circa viscera dolores fortes malum. Quibus urine crasse globose pauce non sine febribus multitudo veniens ex his tenuis iuvat. Maxime vero talia veniunt quibus ex principio haud celeriter ypostases fiunt. Quibus in febribus urine turbulente velut subiugalis, his cephalargie aut adsunt aut accidere. Quibuscumque septimo determinatur, his nubeculam habet iiii dies et urina rubea et alia per rationem significat. Quibuscumque urine limpide aut albe maxime autem si in freneticis et nefreticis apparent. Quibuscumque ypocondria suspensa subrugientia lumbore dolore superveniente venter his humectatur nisi ventositates erumpunt aut urine multitudo supervenerit in febribus; autem hoc fiunt. Quibus spes est ad articulos apostases contingi, eruet ab ypostase urina multa et pinguis et albicata sic in laboriosis febribus si a quarta incipiat aliquibus fieri. Si autem ex naribus sanguis manaverit valde et cito solvitur. Si sanguinem vel pus minxerit renium aut vesice ulcerationem significat. Quibus urina crassa existente sulfurea his vesica scabra. Quicumque sanguinem sponte mingunt his de renibus vene ruptionem significat. Quibus in urinis substantia arenosa his vesica aut renes lapidem habent. Si sanguinem minxerit et trumbos et stranguria habet et dolor incidit in pectine et subventre et perineo circa vesicam dolorem significat. Si sanguinem et pus mingit et squamas et odor gravis fuerit vesice ulcerationem significat. Quibus in [illegible] pustule nascuntur facta et [illegible] solutio. Urina ex noctibus multa facta modicas digestiones significat.

De spasmo.

Spasmus ex elleboro superveniens mortale. In vulnere spasmus superveniens mortale. Sanguine multo fluente spasmus iuvat aut singultus superveniens malum. In immoderata purgatione spasmus aut singultus iuvat malum. Si inebriatus aliquis sit voce sit repente spasmo in vino moritur si non febris supervenerit aut ad horam veniens sed quam crapule solvuntur loquutus fuerit. Quicumque tetano apprehenduntur in iiii diebus pereunt. Si vero hos effugiunt sani fiunt. Epilepsie quibuscumque ante pubertatem fiunt mutatione habent. Quibuscumque vero xxv annorum fiunt plerique moriuntur. A spasmo et tetano habito febris superveniens acuta solvit egritudinem. Quicumque pleuretici facti non purgantur in xiiii diebus his in empima convertitur. Ptisis fit maxime in etatibus ab xviii et x annis usque ad xxxv. Qui si in primo anno curata non fuerit aut moritur aut numquam curatur. Quicumque squinantie effugiunt ad pulmonem eis convertitur et in vii diebus moriuntur. Quicumque sanguinem spumosum, si vero hos effugiunt empici fiunt. Qui a ptisi molestantur si sputum quod extussiunt gravem olet super carbones fusum et capilli a capite fluxerint mortale. Quibuscumque ptisicis capilli fluunt diarria superveniente moriuntur. Quibuscumque sanguinem spumosum expuunt his ex pulmone eductio fit. A ptisi habito diarria superveniens mortale. Quicumque ex pleuretide empici fiunt si purgantur in xl diebus a qua die rupta fit solvuntur, si vero non in ptisim transeunt.

De calido et frigido.

Calidum nocet hoc frequentantibus: carnium effeminationem, nervorum impotentiam, mentis stuporem et sanguinis fluxum et defectionem spiritus quibus dantur sequitur mors. Frigidum vero facit spasmos et tetanos et rigores febriles, frigora febricitantium. Frigidum inimicum est nervis ossibus dentibus cerebro spinali medulle, calidum vero utile est et amicum. Quecumque infrigidata sunt calefacere oportet exceptis quecumque sanguinem manare futurum est. Ulceribus quidem frigidum mordax est et cutem indurat, dolorem sine sanie facit, nigrores, rigores, febres, spasmos et tetanos. Est autem vero in tetano sine vulnere in iuvene bene carnoso et estate media aque frigide multe infusio caloris revocationem facit; calor vero hoc liberat.

De consideratione calidi.

Calidum saniem faciens non in omni vulnere maximum signum est ad securitatem; cutem mollit et attenuat sine dolore. Rigorum spasmorum tetanorum mitigatorum vero que in capite gravedinem capitis solvit. Plurimum vero differt in ossium fractis magis vero denudatis. Horum autem maxime in capite vulnera habentibus. Et quecumque a frigiditate moriuntur aut ulcerantur et excepti comedentibus et ana opus edendo vesice matrici calidum quidem amicum est et determinans, frigidum vero adversum et occidens. In his autem frigido uti unde sanguis fluere futurus est, non super ea sed circa ea. Et quecumque flegmones aut inflamationes in rubeum aut subsanguineum sunt tendentes et recentis sanguinis [illegible] denigrat et erisipila non ulcerata quia ulcerata nocet. Frigida velut nix aut cristallum pectoris sunt inimica quia sunt tusses commoventia, catarrantia, sanguinem fluere facientia. In articulis tumores et dolores sine ulceratione et podagra et spasmorum horum plurima frigida multa refrigerat et attenuat et dolorem solvit. Stupor enim ipse et si mediocris sit dolorem minuit.

De mutatione aque mox in calore mox in algore.

Aqua que cito calescit et cito infrigidatur levissima. Quibuscumque desiderium noctis bibere valde sitientibus si super dormierint bonum est.

De natura mulieri et de variatione.

Muliebria educit in aromatibus calefactio. Multotiens vero et alia utilis esset si non capitis gravedinem faceret. Mulier in utero habens flebotomata abortit si magis cum maior est fetus. Mulieri in utero habenti sub aliquo accipi acutam egritudinem mortale. Mulieri sanguinem vomenti menstruis erumpentibus erit solutio. Mulieris menstruis deficientibus sanguinem ex naribus fluere bonum est. Mulieri in utero habenti si multum venter fluat periculum abortiendi. Mulieri de matrice laboranti aut difficile generanti sternutatio superveniens bonum. Mulieri menstrua sine colore proprio et non per se semper facta purgatione indigere significat. Mulieri in utero habenti si subito mamille graciles fiunt abortit. Mulieri in utero habenti si altera mamilla gracilis fiat geminos habenti alterum abortit. Si quidem dextra gracilis fiat masculinum fetum, si vero sinistra feminam. Si mulier que neque in utero habet neque genuit lac habet ei menstrua defecerunt. Mulieribus quibus sanguis convenit in mamillas maniam significat. Mulieribus si vis scire si concepit, quando dormitura est melicratum da bibere et si tortiones habuerit circa ventrem concepit, si vero non minime. Mulierem si quidem masculum concepit bene colorata est, si vero feminam discolorata. Mulieri pregnanti si erisipila in matrice fiat mortale. Que preter naturam graciles existentes concipiunt abortiunt priusquam congrossescant. Quecumque vero modicato corpore habentes abortiunt secundo mense vel tertio sine occasione manifesta, his cotiledones mucillagine plene sunt et non possunt tenere pre gravitate fetum sed abrumpuntur. Quecumque preter naturam crasse existentes non concipiunt, his pinguedo os matricis comprimit et priusquam extenuentur non concipiunt. Si matrix in vertebro posita saniem fecerit necesse [illegible] fieri. Fetus mares quidem in dextris, femine vero in sinistris magis. Ad matricis purgationes sternutationem opportune apponere supprimendo nares et os. Mulieri in utero habenti [illegible] superveniens abortum facit. Mulieri menstrua si velis retinere, [illegible] ad mamillas apponere. Que quidem in utero habent his constringitur os matricis. Mulieri in utero habenti ex mamillis lac multum fluens debilem significat fetum. Quecumque vero firmiores sunt his ubera gracilia fiunt. Si vero eis dura fiunt dolor fit in ubibus aut in yliis aut in genibus aut in oculis et non corrumpuntur. Quibuscumque os matricis durum est his necesse os matricis concludi. Quecumque in utero habent a febribus et fortiter calefiunt sine manifesta occasione generant difficile et periculose aut abortientes periclitantur. In fluxu muliebri spasmus et animi defectio si supervenerit mala. Menstruis pluribus evenientibus egritudines accidunt et non venientibus a matrice accidunt egritudines. In [illegible] flegmone patiente matrice flegmone habente stranguria supervenit et in [illegible] habentibus stranguria accidit. In epate vero flegmone patienti singultus supervenit. Mulier si in utero non accepit, velis autem scire si concipiat, circumvolvens eam vestimentis suffumigato [illegible] deorsum et si quidem transire odor per corpus ad os et nares cognosce quia [illegible]. Mulieri in utero habenti si purgationes exeunt impossibile est fetum fore sanum. Si mulieri purgationes non exeunt neque rigore neque febre superveniente anxietates vero accidunt, reputa hanc in utero habere. Quecumque frigidas et densas matrices habent non concipiunt. [illegible] corrumpit fetum. Quecumque ex utrisque temperie habent moderate, hee generantes fiunt. Si mulier [illegible] ex naribus [illegible] evaporatione [illegible] humidas diffundat [illegible] caliditate ipsum [illegible] dolentibus malum. Malum vero et febricitantibus [illegible] ypocondria suspensa rugientia et [illegible] malum [illegible] fellei sunt et in ardentibus febribus [illegible] sanguinis [illegible]. Omnium [illegible] ptisicis non valde febricitantibus dare [illegible] et in longis febribus nullo [illegible] tabefactis. Quibuscumque tumores in vulneribus apparent [illegible] spasmantur neque maniant neque insaniunt; his vero non apparentibus repente [illegible] spasmi et tetani fiunt. Quibus vero in posteriore parte mania et dolor lateris acutus aut [illegible] aut dissinteria si rubra fuerit tumores. Si in vulneribus malis et fortibus [illegible] tumor non hoc apparat malum est; laxi boni, crudi mali. Posteriora capitis dolentia in fronte recta vena incisa iuvat. Rigores mulieribus quidem incipiunt ex lumbis magis et per dorsum ad caput. Et viris retro magis quam in anteriori parte corporis vel ut cubitorum et coxarum. Si autem cute rara declarat quoniam habet non valde a spasmis apprehenduntur. Si vero apprehenduntur [illegible] et si supervenerit quartana sedantur. Quibuscumque corpora calidiora grossa et sicca [illegible] sudore finit. Quibuscumque vero relaxata et rara humida cum sudore finiunt egritudines. Ictericii vero non valde inflati sunt.

De diuturnis morbis et eorum consideratione.

In diuturnis lienteriis oxiremia superveniens prius non existens significat bonum. Quibus nares humide sunt natura et semen humidum sanum, egrotat vero [illegible] salubres. In longis dissinteriis absentia malum et cum febre peius. Circa fluentia ulcera mala [illegible] malum. Dolores et in lateribus et in pectoribus et in aliis partibus [illegible] differunt ad discendum malum. Nefretici et circa vesicam dolores laboriose sanantur senibus. Dolores [illegible] in ventre existentes superiores quidem leviores, non superiores vero fortiores. Ydropici que nascuntur vulnera in corpore non facile [illegible] sanantur. Late pustule non valde pruriginose. Caput dolenti et circa dolenti sanies aut aqua aut sanguis defluens per nares per aures aut per os solvit egritudinem. Melancolicis nefreticis emoroide innate bone. [illegible] medendi antiquas si non una relicta fuerit periculum est ydropem fieri aut ptisim aut maniam. A singultu habitus sternutatio superveniens solvit egritudinem. Ab ydropisi habito per venas in ventrem aqua fluente solutio. A diarria habito diuturna sponte vomitus superveniens solvit diarriam. A pleuretide habito aut peripleumonia diarria superveniens malum. In oculi patiente a diarria accipi bonum. Vesica incisa aut cerebrum aut cor aut diafragma aut intestinorum aliquid gracilium aut venter aut epar mortale est. Cum incisum fuerit os aut cartilago aut nervus aut maxille aut preputium neque crescit neque conglutinatur. Si in ventrem sanguis effundatur preter naturam necesse est saniem fieri. Maniacis varicibus aut emoroidis innatis mania solutio. Quibuscumque dolores ex dorso in cubitos transeunt flebotomia solvit. Si timor et pusillanimitas multum habent tempus, passio melancolie hoc est. Erisipila extrinsecus intro verti non bonum est, intrinsecus vero extra bonum. Quibuscumque in causis tremores fiunt alienatio solvit. Quicumque empici aut ydropici uruntur aut inciduntur his effluente sanie aut aqua repente omnino moriuntur. Eunuchi neque podagrizant neque calvi fiunt. Mulier non podagrizat si menstrua defecerint ei. Puer vero non podagrizat ante afrodisia. Dolores oculorum meri potio aut lavacrum aut [illegible] calida suffumigatio aut flebotomia aut farmacia solvit. Raucedines maxime a diarria capiuntur longa. A [illegible] non valde pleuretici fiunt. Quicumque calvi his varices magne non nascuntur. Quibus vero calvis existentibus varices magne innascuntur, rursus capillati fiunt. Ydropisis tussis superveniens malum. [illegible] non sit malo dissuria flebotomia solvit: incisam quidem interiorem venam in cubito. A squinantie habito tumorem fieri in gutture bonum, extra enim convertitur morbus. Quibuscumque absconditi cancri fiunt non curare melius est: curati enim pereunt citius, non curati vero multum tempus perficiunt. Spasmus fit ex plenitudine aut evacuatione et singultu. Quibuscumque dolor fit circa ypocondrium sine humore flegmone his febris superveniens solvit dolorem. Quibuscumque sanies facta in corpore non manifestatur his propter spissitudinem saniei aut loci non manifestatur. Ictericis si epar durum fiat malum. Quecumque pleuretici dissinteria capiuntur, his superveniente longa dissinteria ydrops [illegible] et pereunt. Quibuscumque ex stranguria yleos innascitur in vii diebus pereunt si non febre superveniente urina multa fluxerit. Vulnera quecumque annua fiunt aut longi temporis habent, his necesse est [illegible] et cicatrices cavas fieri. Quibuscumque gibbi fiunt ex asmate aut ex tussi ante iuventutem pereunt. Quibuscumque flebotomia aut farmacia conferunt, his vere flebotomare aut farmaciam dare convenit. Splenetici dissinteria superveniens bonum. Quecumque podagre egritudines fiunt hee in xl diebus defervescentes resident. Quibuscumque incisum contingit cerebrum, necesse est febres et fellis vomitum supervenire. Quibuscumque sanis repente dolores fiunt in capite et gravedo sine voce fiunt et stertunt pereunt in vii diebus si non febris acceperit. Attendere autem oportet et intuitum oculorum in somnis. Si enim quid albi apparet commissis palpebris non ex diarria existente aut farmacie potione malum signum mortale valde. Desipiente cum risu quidem fiunt securiores, que vero cum sollicitudine moleste. In acutis passionibus cum febre luctuosa suspiria malum. Podagra et mania vere et autumno movetur in pluribus. In melancolicis egritudinibus ad hec periculose eruptiones aut apoplexiam corporis aut spasmum aut maniam aut cecitatem significat. Apoplexia vero maxime fiunt etatibus a xl annis usque ad lx. Si omentum cecidit necesse est putrefieri. Quibuscumque a sciatica molestatis [illegible] tabescit crus et claudicant si non urantur.

De extremitatibus corporis frigidis.

In acutis morbis frigiditas extremitatum malum. In osse egrotante caro livida malum. In vomitu singultus et oculi rubei malum. A sudore rigor non bonum. In mania dissinteria aut ydrops aut extasis bonum. In egritudine diuturna abstinentia et colice egestiones malum. Ex multa potatione rigor et desipientia malum. Ex apostematibus intus ruptura dissolutio et vomitus et defectio animi fit. In sanguinis fluxu desipientia aut spasmus malum. In yleon vomitus singultus spasmus desipientia malum. In peripleumonia frenesis malum. In pleuretide peripleumonia malum. In causonibus fortibus spasmus aut tetanus malum. In sanguinis sputo saniei sputum malum. In saniei sputo ptisis et fluxus malum; non vero salivam continere moriuntur. In flegmone epatis singultus malum. In vigilia spasmus aut desipientia malum.

manserit usque .lxx. diem permanserit neque febris discedit, nec dolor defecerit in
pus [illegible] S[igna] hec autem egritudinis in .vii. die fluxus sanguinis e naribus usque
[illegible] P[ro]pterea autem e[st] a[d] dolor affecti frontis et temporum q[ui] si affuerit sanguis
fluere e naribus annunciabit. [In] aliis in q[ui]b[us] dicta etas .xxxv. annorum e[st] apostemata in
modum existunt sine dolore et [illegible] mirabili et magis egritudine minuantur. [In] ve[ro]
[illegible] in septi[mo] q[ui] sunt q[ui] die .lx. in [illegible] non [illegible]. Et ob
apostema etate minutis ad hoc modum iudicabitur. [illegible] postremo ut solidum e[st] dolore horri-
bile et cita morte significat. Quod autem molle [illegible] sine dolore [illegible] sub tactu esibile [illegible]
Apostema in [illegible] humoris colligitur [illegible] ypocondriis minime omnia
que sub umbilico. [illegible] sanguinis effusio [illegible] in prenotatis
locis. Omne apostema diuturnum per dictis locis [illegible] Opportet ergo [illegible]
in his que apparuerit [illegible] disciplina. [illegible]
acutum laudabile est. Qui spaciosis et maxime acutum pessimum est. Cetera autem que [illegible]
[illegible] si que [illegible] apparuerit [illegible] pessimum. Quorum [illegible] signi [illegible] bonum. [illegible]
[illegible] laudatur [illegible] alba et equalis [illegible] neque superficie [illegible] equali neque mali [illegible]
[illegible] pessima et opaus morte [illegible]. De ydropicis in egritudine.

Omnis ydropsis in [illegible] egritudine mali. [Infestat] autem febris [illegible] et [illegible]
dolore. Consurgit autem ex lumbis et iliis et ab epate. Consurgit autem ex lumbis et iliis
significare ex pedum inflatione et [illegible] effusione [illegible] defectu doloris
[illegible] ex defectu tumoris. Cum autem [illegible] ex epate et sit cum tussicula nec [illegible]
[illegible] et pedes tumentes [illegible] in modicum et cum angustia. Et si circa ventrem
apostema fuerit [illegible] manantia. Si que velud fugientia et si capud et plante
pedum et manuum frigide fiunt [illegible] mandibule [illegible] lata mali est. Bonum
autem est egrum [illegible] calescere et molle ac suave [illegible] Bonum est egrum modeste et
non laboriose [illegible] laterum mutare. Et si est levis videatur. Gravis autem si fu[er]it
erit manus [illegible] et crura ponderosa [illegible] est. Quod si livor admixtus viridi in unguibus
digitisque affuerit, mortem adventare non dubitabis. [illegible] color hic ungues [illegible]
[illegible] corrupte [illegible]. Predicta cuncta signa perpende. Qua si egrum suffi-
cienter [illegible] et una bona signa affuerint [illegible] in glib[illegible] exteriorum apo-
stematum et fiant salute [illegible] pallores [illegible] non [illegible] decet. Si testes et virga [illegible]
[illegible] diminutum [illegible] numquam apparuerit [illegible] aut nimii doloris aut mortis
adventum pronunciabit. Si [illegible] mortis est [illegible] et [illegible] nocte non effugiat
et die non impediat laudabile [illegible] Contracte autem in [illegible] usque
ad terciam [illegible] pessimum autem [illegible] aut [illegible] magnitudinem doloris significat
[illegible] nocivus. De sternutationibus in egritudine.

Stercoris egestio si neque [illegible] neque liquida [illegible] si est [illegible] tempora hora solita
[illegible] sub diafragmate et salubria liquida bona et si sine [illegible] et [illegible]
[illegible] si frequenter manat egrum maximo labore ac
angustiis affi[cit] et in defectum adducit. Utile est stercus [illegible] assumptorum e-
venire aut bis aut ter in die et nocte non semel et in luce proxima aut solito
more [illegible]. Utile est et in [illegible] egritudinis [illegible] densari
[illegible] fieri [illegible] solidum [illegible] densari. Bonum est et si lumbricos ad
[illegible] habuerit. In omni acuta egritudine ventrem non plenum sed vacuum [illegible] et non
[illegible] si carnosum invenire bonum est. Aquosum autem stercus et liquidum sive album nimis
aut minus citrinum et spumosum malum est. [Item] [illegible] modice et viscosum et leve [illegible]
[illegible] seu citrinum malum. Pessimum est mortis signum nigrum et viscosum et fetidum acum
[illegible]. Varium autem [illegible] egritudinis significat neque minus signum est mortis [illegible]
[illegible] perfert aut [illegible] seu nigrum. Contingit et colores istos simulter
[illegible] ventositas si sine sono laudabilior est, quam autem cum sonitu melior [illegible]
[illegible] significat [illegible] aut dolore laborante non sit voluntarie. De ypocondr[iis].

Dolor sub ypocondriis hac [illegible] si [illegible] et sine calore fuerit [illegible]
[illegible] et cum egestione [illegible] urina erupit soluitur. [illegible] De ypostasi alba.

[P]rima laudabilis est que ypostasim alba subsidentem et equalem et [illegible]
[illegible] habebit et [illegible] usque in crisi erit. Est [illegible] fidelis et nuncia salutis
et brevitatis egritudinis significat. Quod si [illegible] ypostasi [illegible] in fine [illegible] fuerit
[illegible] egritudinis [illegible] neque omnino fidelis est. [illegible] ypo-
stasi similis [illegible] egritudine magis [illegible] die. Est [illegible] et fidelis
[illegible]. Si rubee ypostasis furfurea fuerit mala est. Pessima autem si
squamosa alba autem [illegible] liquida et levis mala peior [illegible]
[illegible] in urina si alba est et bona [illegible] clara fuerit in
digesta egritudine [illegible] infirmi defectus. Urina si [illegible] mortis et fidel[is]
[illegible] aut fetens [illegible] pessima est. [illegible]
mali. Urina clara et cruda et diuturna [illegible] bonis certum est apostema futurum sub dia-
fragmate. [illegible] urine [illegible] significat [illegible]
[illegible] ordine [illegible] nebula [illegible] neglige [illegible] aut medium [illegible]
loci [illegible] et colore. [illegible] media [illegible] colore laudabile est. [illegible]
[illegible] nec [illegible] est [illegible]
laudabile [illegible] flegmatis [illegible] fuerit. De vomitu et eius effectu.

[illegible] nimis viscosum. [illegible] flegmatis remotior. [illegible]
[illegible] aut viridis aut plumbei aut nigri malus est.
[illegible] fuerit mortis [illegible] est. [illegible] dolor [illegible]
[illegible] malum est. Sputum [illegible] egritudine acuta pulmonis seu coste [illegible]. Si velox si
facile si sine labore si subrubeum et sano sputo admixtum. Si [illegible] doloris
principio et rubeum et [illegible] et cum laboriosa tussi neque sano sputo admixtum ma-
lum nunciat. Ceruleum omnino molestum. Album viscosum globosum [illegible]. Viride spu-
mosum multum et si nigrum [illegible] mortale est. Si in pulmone [illegible]
[illegible] exierit malum est. De sternutatione et quid operetur in egrotis.

Sternutatio [illegible] in egritudine pulmonis et coste malum. Si [illegible]
sternutatio precedat sive coniuncta sit [illegible] malum est. Sternutatio in [illegible] acuta egritu-
dine [illegible] bonum est. Sputum sub sanguineum in pulmonis valitudine [illegible]
in principio nullo colore [illegible] salutem significat. Si [illegible] die .vii. aut amplius id
sputum manserit suspectum est. Omne sputum per [illegible] dolore malum est. Sputum autem
nigrum pessimum est. Omne sputum [illegible] doloris diminutione bonum. Omnis dolor [illegible]
locorum [illegible] sputo [illegible] flebotomo adhibito [illegible]
[illegible] medicamine non fuerit diminutus [illegible] ibi futurum denunciat. [illegible]
[illegible] mala est [illegible] die .vii. [illegible] morte [illegible] .xiiii. die
[illegible] non signum [illegible] salutis [illegible]. Rubor
et [illegible] egri et bonum [illegible] et facile [illegible] putredinis cum tussi et [illegible]
[illegible] caloris [illegible] et urina et stercus
et sudor et [illegible] pollicentur [illegible]
[illegible] .xiiii. morte [illegible] confirmabit et [illegible] mor-
[illegible] debilitas [illegible] et dens dolor [illegible] labori-
osa tussis [illegible] calore [illegible] calor magn[us]
[illegible] et [illegible] urina et stercus et somnus [illegible] sudor
[illegible] putredinis [illegible]
[illegible] .xiiii. [illegible]
[illegible] signa cognoveris [illegible] prognostica
[illegible] .xx. [illegible] .xl. [illegible] .lx.
[illegible] die [illegible]
habuerit [illegible]
et [illegible]
[illegible] in latum [illegible]
[illegible] ambobus [illegible]
[illegible] in uno late-
[illegible] et non in ambobus ex signis [illegible] febris [illegible]
[illegible] die modica [illegible] nocte [illegible] sudor [illegible] tussiendo [illegible]

qes. & oculorum reductio atque in eorum angulis rubor & unguium constrictio. & digitorum contractio. ampliusque in eorum dorso summitatibus & in pedibus fiunt. & tarde minuitur. aposte ... fastidium patiuntur & per corpus vesice nascuntur & non morantur. ... Ille enim ... signa sunt. ... velociter ... alius ...

frequens & spiritus cum tussi non deficiente ... dolor amplius ...

... dies xx expectabis. ... febris ...

... albus & lenis & ... & sine labore & ...

... signa ... habebit. ... apostemaus ...

deserere ... & fastidio ...

... flegmatica ... his signis ...

... non dubitabis. ...

...

Quibus peripleumonicis ... & infra apostema ...

... fistula ...

... & ...

urina modica & ...

... apostema ... expectabis. Si vero ... apostema ... dolor atque

calor est in ypocondriis. Quibus in peripleumonie ... neque dolor neque calor ... apostema ...

[illegible]

rubeu q ad similitudinem ueri croci. dein ypercroni factu est ab aquoso sanguine
uel ex albo colore splendido adueniente quatuor flamma uocatu. Quod u f. si.
siueo. Subponit l imponit i calidis: n omis similit consuetr arbitrari. Aliu sup
ponit alii supponunt. Citrinu u e sic ipse sanguis purus & sine colera nimia
sior h aurentissior: na sangui s: rudi impo aut aut uel nigru tinui aut p fundi
aut purpureu sanguis sic e color eius. Quia nos u e ut putrefacta sanguis
effulle rubeo & supadust & colore in gar utr icteroz urine. Regulam
ut qam colory e f. g. ut e rubeu splendido adueniens & i nigru plurimi
incidens q a fanins fuse u ex albo & nigro conuexes inuice fit. sic roiga
... color ... & ut qui laudabo u ... ysidanta ... a inolari &
smaragdini ... qualit sadrodis i claro uira magis & mini. h a calore plurimo
facta s. Pdichmon u p fundi e fusco & i plumbi & q s ex accidentib:
plagis corpi & q ex ipassationib: nigrantes colores. hic aut ex frigido fit
ut ex plaga. ... frigiditate. aliqn u calore
Si u ... frigiditate. Est au sup illa omniu colx calor ... nigra & hic
... multa hns f. mag & mini. Multa u nigra alia ... alius ...
sionis dissimilia. Et de colorib: q sufficienti diuersitate ... lecta. a dis
cipulis antiquor. philosofor medicor. hox colox q possit iungi cu pingui essu
sione & cu tenui & q s significata siue i sanis corporib: siue i egrotantib: p
... sermo docebit. Cu au de colorib: docentes p ... ab albo immundissimo
... & lacteu. & glauc & caropos ... aliqu colox ... primitiam
... consiungam & ex q significatione exponam. De p̄ncipio febris.
In principio febriu huius adueniens mala. Indeclinatib: u similit. solutione
signif. Cum nigri ... glauca & caropos. Qtenuis sba indigestiae manifeste
... ex his q aut nos sumus sapientib: Colores au hui cuenientes ei q s p ximi
alba & ipsi indigestione signif. Nō ii colorata s ab aliq imbecillitate natural
caloris & tenuis ... his calor ... existens. indigestione signif. De digestione.
Principiu digestionis h in urina signif. Na subam ... difficilior natal calor
n potuit densare. Colore u faciliore in principio digestionis mutatu h melior
port signif ... urina natale calore ... plurimi colore urine ...
... & mutatu ... noctu & hac indigesta. Vrina tal ueniens
... ydropicis periculosa quadmodu cause indis. De uariatione urine & cal.
... tenuis q imponebat ... ypocantos ... & tales f subam q i dige
... colore u n solu ex natam ... indigentia demonstrauit
abstinentia ... aliq adolescentie ... indigentia uariare urine apparere
ypocantos aut xantos eas habundare ... colore q ds pr natam habun
dantia fellis genitus. q... calore ... sanguis maxime p longa causa
corpore e i uno i q & ... plurimi supueniunt. Et eni & urinam ... xantos
p has causas & ... & sollicitudo & labor urinas rubeas demonstrant.
Et de complexionib: q tenuis sube e cu colorib: possunt exponi sufficiunt que
dicas. Reliq u e ut i descriptione p manifestatione eas exponamus sic.
... complexiones tenuis sube e quibus colorib: possunt. De complexione.
... sufficienter fecimus & q significata dixim. & ... exposuim
... ad complexiones pinguis sube & dicam cu quib: colorib: possunt iungi.
... complexio constat & monstrat crudi humoris plurim ... De complexione.
habundantia i uasis & diuersas differas flegmatis ... flegma & salsu &
... hui in urina pinguis multa & alba ueniens libat apostemata ... ar
... his q dolebant eos & i his q dam i egritudine laboriosa erant. & his
q ... i multitudine pinguis humore. Et hui constat & ... sine ... tal
... ulcerationes uesice aut renum signif. De complexione turbata & de i ... ab.
... complexio constat & si i ... ueniens demonstrat malos humores multos in
corpore ee. Si u ... hui urine fuerint. quales ... demonstrant
capitis dolore aut p sente aut futuram. Qm au apparuerit ... tarbata ... residen
... manifestatur ... igne pbatur. Calefacte u urine ampullas in supficie de
monstrant. Aliter au uidet suba pinguis existens ... ... ce i febrib: hanc
... multitudo urine tenuis solutione febris signif. De ypostasi durima.
... constat & si e ypostasis huius diuturniores egritudines declarat & sanabiles. Tal constat
& declarat multu sanguineu humore incorpore ee. qmadmodu in synochis & in
acutis febrib: tal paulati minuta piculu signif. Similit au h in urina i calib:
febrib: ... paulati minuta e ... & capitis dolore & colli & ypo
condriar ... an vii. dies signif. Et hui constat & ... in febrib:
causon. capitis dolores fore crisim. Alit constat & i sanis superueniens labore uel
... multu signif. Senorib: u superueniens ... ex multo tempore tales fuerint
... i uesica uel i plib: signif. In fine u tales facte lithiasin constituit.
Talis constat & infine h in superueniens ictericia signif. Tal urina i febrib:
... residens ... signif. & aliud in febrib: u causon urina tal apparens
... designat. De declaratione complexionu & diuisitate cor.
... complexio & declarat ... melancolici humoris i declaratione ... ana
... & solutione melancolie. & p frigiditate uenient tales. & p adustione san
guinis. A talib: u causis densata suba signif. tales colores cu densitate sube fieri.
Qm u ... ro ... diffe ... urine pinguiores ... q f natam e f suba
hic manifestu e ... colerico & melancolico humore p urinas exeunte urine
apparent pingues & nigre. Similit au & du egritudo melancolie soluit. & p urinas
... q fecerat melancolia. Qm u melancolicus humor ... & pinguis & niger
e p h urinas fac nigras & pingues. Similit & q ex adustione sanguinis fa
cte s. quadmodu pdictu e densitate possedit sube eos ea q i uasis e humi
... exurit ad ... Et frigiditas manifeste densat materiam rone constricti
onis. Signi au & aliud. i febrib: au acutis tales uenientes cu sudore capitis &
colli & dorsi & suspirio male s p exustione. Signif au & aliud. Tal u ueni
ens urina i febrib: acutis e feruore nich hnte mali uesica morte signif. De co
plexionib: q tenuis sube e quilibet colorib: possunt constare p scripsim. & signifi
cata eox dixim & causas p q s facta s manifestauim & i descriptione exposui
m. h m & i pingui suba coponentes & coniungentes eos q e ca posse colores
... conueniente scripsim & significata eox diligenti differuim. & causas eox
... Reliqui e ut p descriptiones eas exponam. Reliqut g de me
diocri suba dice & manifestare cu qlibet colorib: possit conuenire. Ca u e s
mam suba. Cu hac g suba ut dic galien i ... subrufu & subrubeu co
... Magis u rufu & subrufum. Nos au uiros tales & tantos replicare dete
... inq: ut premissa expleuim. conuenienteq: mixtione mediocre sube iungen
... Qm mediocri suba ii pot aliqs colox conuenire exceptis sub
rufo & rubeo in medio hntib: rursum ut sit manifesta ro reliqui & in descriptione
exponam & h ca. Cu h conueniente coposuerim. & conueniente ordine in his
... s seruauerim. & i descriptione ea manifestauim & clara omnib: docentib:
... de ypostasib: disputem. q bona ypostasis & q alba sive ... sine
... & q ex ea. aut q ex his possint p fici. & q piculose & minores ...
& q ad sanitate conuenientes. Hec coposituri & ypostasi sube ex colorib: ... n
p fecit ... assignem ... xpi ... dni nri duce fieri ut h conexionis
preuiam. Incipiam g bono ypostasis expone dice. uidi au e a sapientissi
mo ypocrate hac dice & neq: adiectione neq: ablatione aliqu faciam. Apposito
... n f natam ypostasin tal urina bona e: qui alba ypostasis fuerit ex
... & equal f ... temp. ... sapiens & ... breuitas existens
... diffinitione ... dice & ... subam & colore & p ... particula.
Nos au ... apponam ut ... appropinquet ... n qualecq: ...
dum. Multi u ... p fecta ... diffinitione audientes qui insipiente audiente
... apposicione ... Est g p fecta diffusio ei que est scdm natam urine cal.
... alba sit ypostasis fuerit & lenis & equalis p ... temp. De urina alba.

s. u subam moderata & colore oportune & ruso & subruso. & p ca aliqs participans
ruboris. Et q diffusio eas signif. inspiciam i urina h iiii. ypostasim. & colore. & subam
& temp. Dicam au unuqdq: uno quoq: eox qle oportet ee. Quod g f natam ypo
stasis albu ht colore & inferiore loc tenet. lenis & i diuulsa & equal. & i multos
dies p manens tal h ut equale in tempore siruetur. Quecuq: g ex his iiii. h q f na
tam sedimenis coniuerte siue unu siue duo h tale sedimen n e s. natam qmadmodu
au componere supi de substantiis & de colorib: fecim sic & n uniuac ypostasi
componentes ex ordine hamus. Contrariu au ex his iiii. q observare & ypostasi
omniu ultimu q e equale. & trib: f natam manentib: inequale h quartum. &
h in infirmitate uirtutis signif. Nō u potuit digerere uia natā s: aliqs unu
i digestu coc omnib: diebis: n fit digestio equal. aliqn q digestu sedim. aliqn u i
digestu. Rursus g contram & continu ut sine contra diu sit. uen sic ypostasis contra
noq: equal. Hec por mm digesta ut deficientib: f digestione duob: modis. Non
solu u equale amisit si & lene ut n sit continuans s: districta. Incid au continus sedi
mini spe. incedens. pinguis ut n dimittens illud ee equale. p hac g causas reli
cum sedim ab his duob: mm digestu inoc. Vertam au rurs a principio cessum.
Esto sedimi n lene s: diuulsu. equale u h tale malu signif. eos multe spe sic & n
possit a natā diaforesin hre digest. Rursus au esto urina n continua & i equal h
melior port. Nō u cottidie dissipat qmadmodu p qz s: aliqn q dissipet. aliqn u non.
Et p ptea declarat minore ee ... diuellente communicare h an ostendam i exeplo
deficientis puls. Si u deficiens puls usq: ad multos dies ide p manserit: maius
malu e q cottidie p mutari. h u e inequale. Itaq g meli e diuulsu inequale diuulso
equali q & stupore audientib: Et de hac q coparatione tanta sufficiant. Esto sedim
albu ... au loco. infra medio q uocat eneorrima. apud eneo pietate q est
pendere. Esto u & continuu & equale h indigestu mediocre e. Nō u ualuit nata
digerere ut inferiore accipet loc h u digestu f participatio aliciu spe incidentis
eleuauit illud circa media regione. Si u multe spe fuerit. anpellit sedimi & sup
media fert regione supficie & uocat q metafora nubiu. Ea nubes q supiora
occupant alba existens. in febrib: colicos humores signif. & aliud. Si i febre con
tinua alba urina nubes spumosas hns ualde malu. signif. u dextras ypocondrias.
Si u in febrib: nigras nubes hnt. i contrariu ... signif. Si i u n oio sunt spe
inferiore accip loc & demonstrat p fecta digestione q e f. natam ypostasis. Itaq:
qcunq: de eneorrimate dicta s. eade & de ypostasi. & de nube dicta ee oportet
arbitrari. hui in u diffas positione eau dixim. Itaq: manifestu e qm ex loco apli
mch dicen. q in suas significatoz. P mutet g alb color ex ypostasi & sit niger.
h tale malu. Si si fuerit q in nube niger. mini malu. Si u i eneorrimate malu.
Si u i ypostasi p fectu malu. similit & i albo. Si u continuu & equale fuerit ypo
stasis bon. sic u nubes mini bon. Si au eneorrima manifestu & meli bonum.
Et de eau q positione sufficienter dicta s. Qm au dixim de tempore & de suba.
& de loco, reliqui apponam de colore. Erit u f natam color sedimins alb. h
g n sit albu. s: niger aut liuidum. aut rubeu. aut subrubeu. & Subrubeu g
aquoso sanguinis fit: ut supi dictu e. & signif i digestione s: n morte. Rubeu
u factu a sanguine sincero signif q digestione. Si q fuerit moderatum. neq:
habundantia neq: indigentia sine piculo maxima e. Qm g neq: subrubeu
adduc piculu magis familiare e. Pp̄riu u magis aquosi sanguinis p ximu
existens sanguini sincero ut amico corpi piculu n adduc. Qm u indigestione
signif. p h & temp ... manifestu e ex pectore humox q pri sunt sanguine
ut flegma aquosu & cor. hui u cu sanguine & rubea cola & melancolic humor.
Subrubeu u sanguis medio ambox e. Qm g subrubea apparet urina. signif ab
aquoso sanguine hre colore. Aquosus u sanguis e prior sanguine p fecto. Propter
indigestione signif. Nō u p fecta appositionata aquoso sanguini colore. Manife
stu e g qmnquaq dictu & indigest g data tempore ad digestione ... sang ...
rubeu u sedim crisin futuram i vii. die signif. Si u e qrta supi nube h urina
rubea e alia digestionis signa ... manifestu e qm egritudo indicabit. Qd g
supi subrubeu & rubeu dictu e. & frigiditas mortificatione manifestat ...
Est qui ... Interi u i febrib: urina liuida ypostasin hns i supueniu
... die u sine piculo. Viride u signif calore plurimi & cachexia egritudinum.
Subnigra urina ... nigra. In febre u causon urine subnigre ueniens
... excelsa hnes signif insania & fluxe sanguinis plurimi supueniet ...
... ingenere & tumore. Niger aliqn q fit ex frigiditate. aliqn u calore.
... au ... Si q processerit liuidu deni factu e niger. frigida ht signe.
Si u uiride processit secutu e niger. manifestu e qm a calore factu e. Qm aut
alb color bone ypostasis credit ee signu. nosse oportet qm alb color multo
tiens deludit artifices. qm ypostasis bona sit. Si h q odore discit cu sit sed
crud humor alb i sedimine apparet & pus albu decepit artifice qm ypostasis
bona sit. Si h q odore discit fetidu u e s: & lumbis ulcerat. aut uesica
aut epate. aut alia aliq particula p urina euacuatus & p emittit aut renu
aut uesice ulceratione signif. Et rursus. Qmbcq: i urinali urgente pustule nas
cunt hns sane facta & cruda solutio fit. manifestu e qm sanies p urinale uiam
euacuata e. Crudus u humor urine qual suba sedimins determinat n u e p ...
mini sedim crudi humoris s: uelut dissolutu i minima ualde arena. h q dicta
e ut n decipiat colore s: discernat ypostasin & a sanie & a crudo humore. Si
u sanguine & pus mixtu. & squamas & odor grauis e. aut lumbox aut uesice
ulceratione signif. h q dixim ut n decipiat artifex i inspectione sedimins s: dis
cernat ypostasin a sanie & a crudo humore. & iiii. q diffas sedimins exposuim &
243.
Hcolore & loc & subam & temp. Reliqui e ut h f iiii. p ces demonstrem i descriptione sic.
Et iiii. descriptiones diffis sedimins s. Qm au sedim De descriptione sedimins.
tres dixim hre locos. infimu ... mediu & apparens manifestat. Aut u infe
riore loc hre & ypostasis ... nominat: aut mediu & eneorrima
dr. aut supiore & necesse uocat. ... & causa omniu p q s ipsos accipiunt
locos. & significata eox dixim. & i descriptione ei q inferiore loc accip ypo
stasis diffas exposuim. Adeunde modu & i media ypostasi q eneorrima
e facim. & ei diffas indescriptione ... Ipsos eneorrimatos diffe q i descri
ptione exposuim. prodens u ... docebit significata uniusq: diffe q significat
f. u tcia diffam sedimins supiore loci urine tenente q uocat nubes. & huius
diffas indescriptione exponam. & q significet i subsequenti ordine doceam &
Isignificata ei n p mittam. Ergo e & ei descriptio sic. De diffa ypostasin.
Iam de complexionib: q diffas triu ypostasin dixim nich p mittentes & i
descriptione exposuim. Qm au humanu corpus ex trib: constat spib: & humidis
& firmis p tib: humida u corp constituentia s humores & supfluitates queq:
q ex putrefactis humorib: p urinas exeunt sufficienter exposuim. Dicam g nc
q ex ipsis firmis partib: corpis mingit ut p fecta & n min hns & de urinis
docerina fiat. Ergo eau firmar partiu molliores quida s & liquefacta i subam
... aut alia aliqua forma assimulant. Qm g pinguedo & caro molliora firmar
partiu s & humidiora. pmu q resoluit febris pinguedine ut omniu partiu fir
mar solubiliore. dein carne. pinguedine u liquefacta i ole subam color consimilat
& qm eade sunt n resoluit s: h q principiu resolutionis. & ascensu & statum.
uideam temporis ei cognitione. Principiu q oleagine urine olei colorem
hntes. augmentum u apparens ut oleu fiat i oleagino. Ergo olei colore hntes
principiu liquefactionis declarantes q ... apparere. Que u apparent ut oleum
corporis augmto facte q inflicte sunt. ... urine & in colera & in suba
uelut oleu fit. Vrina i febrib: oleagina subnigra ueniens infusione ex spasmo &
morte signif. Qm au uniusalior pinguedo f pluris ... fiet. aut u f lum
bos cumulate ... corpis. hac circa lumbos pinguedine resoluta & p uri
nas ... mag sunt ... fiet. qm ex eaq i toto corpore e pinguedine eoq
q ... uernales ... sit. h u longe ab his. Ypocras au discrete considerans ...

ta [illegible] Quibusque pingue sedimen & multu. his [illegible] signif. Manifestum e aut quia lumborum pinguedine resoluta e. Aut ex aliis. Urina in causon febre pinguis ypostasi hns. marcore signif. Si in febribus [illegible] fieri paraplegia signif. & de oleaginis que in urinis ex liquefactione pinguedinis fiunt sufficiunt que dicta s.

Quando solide partes corporis hnt in receptis & longitudine & profundo & latitudine quoque infra radices quasi quedam petala in urinis apparentia sit vesice talia demonstrantia. denominatione aut hnt ex his que similia s. petalis que [illegible] t decocta fiunt. Sed tum non p dictum modum & ex lumbis determinat. Si in febris fuerit & urina petalo des subas hns totum parte corp. Si vero non sit febris. vesice e passio h & ex indigestione & digestione determinat. Sit et cum indigestione toti corporis malu. Si digestio sit vesice malu. Quando vero febris occupat & s. profunditatem ypostases furfuree s & grossiores [illegible] s. Tales ergo urine cum p dictis ypostasib: s. eunde modu significative sunt. & vesice. & si quidem indigestu sit corpis toti. Si vero digestu vesice. sic ypocras dic. Quibusque in urina pingues furfures conveniunt: his vesica scabit. Si vero occupat febris s. corporis tres divisiones & s. longitudine & profundo & latitudine hm furfures grossiora fiunt & vocant crinoides. Scias aut li tale fieri si aliquis subleviant mola tritici molente ingrossiores partes tritici opat. Tales grossiores partes tritici [illegible] nominat. Ex hns ergo & que in urinis apparent nominatione possidere. Fiunt aut hm crinoides in urinis [illegible] liquefactione solidorum vehementer. aut propter exustione sanguinis. & sicut albescunt urine. solidorum e passio. Si vero rubee sanguinis. quemadmodum dic ypocras. In febribus diuturnis urina crinoide ypostasi hns. aliis salutaribus existentibus: discessu signif. Urina in febribus: [illegible] hns. cnoidos diuturna egritudine signif. & de [illegible] ribus que ypostasib: que in urinis fiunt & apparent sufficiant que dicta s.

De urina fetida.

Fetida urina differentias signif. Urina mali odoris & mordax. humorum putredinem signif. & r's. In febribus aquosa & alba urina i alb [illegible] fetida [illegible] signif. & aliud. Urina in acutis febribus: pinguis, nigra, fetida, [illegible] vesica hnte. morte [illegible] & alia. Urina odore hns grave liquefactione signif. & putredine. & mortificatione nate. & de h in urinis que dicta s sufficiant. Quoniam aut pri & tenues & pingues e coloribus: complexiones secum nec coniugam effusiones & sedimentum competentibus coloribus: & quid signif. & horum singulum apponam. Et quoniam sedimentum s. substantiam est pingue. manifestum quoniam a digestione tale factum e. aut ex habundantia pinguium & crudorum humorum. Cetum h cum tenui substantia sedimentum convenire non pot. Iungam ergo ipsa pingue effusione cum ypostasi & subrubeo colore t rubeo. In complexionibus aut his indigestione significantes colores convenire non possunt. Incipiam ergo complexione cum subrubeo colore. Quoniam hic ab aquoso sanguine sit hic vero ex profecto. Oportet aut cognoscere quoniam quidam colores conveniunt i substantia effusionis. & ipsi conveniunt ypostasib: non tamen profecto s que in substantia urine s: ypostasib: profectis. Hec complexio constat quemadmodum supra dictum e & signif longitudine egritudinis velut si sit urina subrubea. & ypostasis subrubea & [illegible]. Et et complexio constat & monstrat habundantia sanguinis & ex substantia & ex sedimine. Complexio constat & signif adustione & s. substantiam & sedimentum. Similiter aut & cum coloribus: coniugentib: coniunge substantie & sedimentum eade signif. declarant superfluitates & indigentie excepta mediocritate utrorumque: substantie & sediminis e s. natam coloribus: s. e rufo & subrufo & cum h signif profecta digestione & i substantia & i sedimine. & i colore. & de urinarum quidem disciplina et s. gratia & tempus & differentias convenienter exposuimus.

De pulsu & ei variatione s. tempora.

lxx Intentione habemus in presenti conscriptione de pulsuum negocio compendiosa exponere traditione & dicere quid primu quid puls e. & que indicat puls. & quid e arteria & que dr arteria. & unde oriat. Incipiendum ergo a primo e quid puls. Pulsus e motio cordis & arteriarum que s. diastole & sistole sit ad infrigidatione innati caloris & ad digestione fumosarum superfluitatum. Quot s efficientia pulsuum. Tria. Virtus faciens motione. [illegible] inducens instrumentum obediens. Quid e arteria. Corpus ad longum [illegible] ad instar canal duabus tunicis consistens a corde incipiens. & in omne corpus divisum. aere & spiritu vitale [illegible] Unde dr arteria. Ab [illegible] i. servare [illegible] vitale. h vero a sinistra auricula cordis que dr aorta exoritur. que scindit dupliciter & hec quidem fert deorsum [illegible] & dividit i dextera & sinistra ad coxas & usque ad digitos & pedes. Altera vero fert sursum & dividit similiter dextra & sinistra i man & caput. & que ad caput fert fac arterias que dnr carotide. Que vero dextra & sinistra intrinsec fert tendens ad brachia & cubitos & usque ad extremum manuum digitos. Intentione vero hic presens conscriptio exponere cognitiones pulsuum. motiones & causas. Quotiens mutatur puls. Tripliciter [illegible] que s. natam. que contra natam. & que non natam [illegible] sexib: virorum & mulierum habitudinibus: & aliis coniugatis. hominum aut hi quidem mares & hec femine & horum ipsorum hi quidem calidiores s. [illegible] hi vero frigidiores et hi quidem graciliores natura hi vero pingues & carnosi. Et viri quidem modo calidiores et fortiores s. natam s. Merito igitur puls inest velociores & vehementior [illegible] Mulieres vero frigidiores tardiores & leviores. [illegible] aut viris & mulieribus: [illegible] incidit & puls. In calidiore quidem maiores & velociores. Calidi aut velocior e mobil. In frigidiori vero minores & tardiores. Frigidi aut tarde e mobil. Habitudines vero utrisque inveniunt: velut graciles & carnosi. In gracilib: aut multa subiacent tractatui nostro puls. In pinguib: vero carnosis humiliores. Considerandum ergo & ad coniugata velut regiones tempora & etates particulares constitutiones. & e dicere in temporib: anni ut. que existentib: vere. estate. autumno. hyeme. Horum vero bene temperata s. ver autumni. distemperata vero non sic hyemps et estas. Merito ergo vere & autumno puls s magni ac fortes valde. propter temperantia qualitatis. Manifestum e quoniam s. etates proportionaliter. In estate vero velociores & spissiores s. unamquamque etate necessitate inducente propter [illegible] nos exinsecus aeris caliditatis. In hyeme vero rariores & [illegible] tardiores puls fiunt propter [illegible] nos aeris frigiditate aut strictione [illegible] Similiter aut & in unaquaque regione s. illi [illegible] habitudo puls commutat. Calidior sicque magnos & veloces fac puls. Frigidior econtrario. Dicam aut & de etatib: Sicut ergo etates differentes sunt & puls ear differentes movebunt. Puerorum sicque puls veloces sunt & leves et spissi. Secundum vero magnitudine & fortitudine medii & veloces quia s. substantiam habundat i eis naturalis calor. Spissi vero propter habundantie i eis s. quantitate caliditate. Leves vero quoniam imperfecte s i eis virtutes. Dicim aut quoniam leves ex imbecillitate virtuti fiunt. Senum vero contrario tardiores & rariores quam ad pueros. Propter imbecillitate & frigiditate que inest e. Adolescentum vero & fortissimi eorum fortes magni s. virtutes. Similiter vero & s. temporis qualitates commutant crises & puls. Sic aut predictum e conveniens commutat [illegible] ad proprium ei [illegible] In pregnantib: vero mulierib: puls parvi spissi & veloces. parvi quoque gravetur [illegible] ex fetu. Spissi vero & veloces propter inducente necessitate pregnantis & fet. In somno vero fiunt puls maiores & leviores. Manifestum e quoniam naturali calore i gradiente ad profundum [illegible] vero crassib: [illegible] superveniente mutant & puls. Similiter aut et gracilib: ut quoniam aut s. natam [illegible] parte s. substantiam aliena principal partis. aut ab aliqua causa faciente & gravante ea. Veniam ergo & ad ea que non natam. h vero s. ginnasia. balnea. cibi multa. vini potio. aque multe potatio. Similiter & i his que preter natam h e i causis. egritudinib: accidentib: similiter & que s. predicta oportet considerare. Secundum aut e quoniam que s. natam & que non nata s. si moderate fiant mod quidem preter natam vertunt puls. Cum ergo ad egrotum ingrederis quem numquam vidisti attende primum quidem si masculus aut femina sit. & si masculus considera puls masculi. si vero femina femine. Deinde naturam laborantis & etate ei. & post hoc tempus anni et regione & comparans omnia & coniectans qualem pulsum laborantis oportet habere quoniam sanus erat. Et cognoscens diligenter magnitudine preter natam facta [illegible] puls. Est primum genus pulsuum s. quantitate dimensionum trium consideratur i. s. longitudine & profundum & latitudine. convenientes ergo iste augmentat s. tres dimensiones & [illegible] modum dr magni. Secundum genus pulsuum s. quantitate mutationis arterie diastol & sistol. In quo consideratur velox. tardus. fortis & debilis & mediocris. [illegible] magnitudine fac validum. Quoniam aut virtus [illegible] dominat [illegible] magis sit validus et contrario. Quartum genus pulsuum s. substantiam organi dico aut arterie corpus. in quo consideratur durus & mollis & mediocris. Quintum genus pulsuum s. quantitate quietis in quo spissus & rarus considerantur aut tempus quietis signif. pulsus longum & rarum. Sextum genus pulsuum [illegible] & i equalitate que consideratur & in uno pulsu & pluribus pulsibus. In uno quidem [illegible] vero in plurib: sit. dr consistens inequalitas. Ubi vero inequalitas [illegible] Aut ut decidit una pulsio aut media & h sit gravata & [illegible] ab aliqua causa. Septimum genus pulsuum s. plenum ordine & inordinatione. In inequali pulsu & magis s. proportio inordinata sit. & [illegible] consideratur s. una pulsione [illegible] pluribus s. ordinationes. Octavum genus pulsuum s. plenum & vacuum [illegible] Omne aut vas aut plenum aut vacuum. Nonum genus pulsuum e s. [illegible] proportione temporis ad tempus [illegible] deficientes & incidentes. Decimum genus pulsuum s. calore quem reddat [illegible] arterie [illegible] que consideratur qualitas [illegible] poris [illegible] velut distemperata & mordax. Diversis ergo generibus x pulsuum dicendum breviter paucas ca[illegible] & differentias [illegible] Sicut aut ad diligentia [illegible] xv. libris [illegible] de pulsuum negocio. Ego vero longitudinem [illegible] paucas quidem [illegible] differentias & causas pulsuum in breviter dixi. Propter quam causa pulsant arterie [illegible] puls s. natam. calor cordis & [illegible] propter incidente spiritu i omni corpore. puls vero

Quod differt [illegible]

Quia [illegible] i operatione virtutis movet. & in solis arteriis. Quid differt magnus puls a valido [illegible] magnus quidem s. tres dimensiones consideratur. validus vero s. motionis [illegible] signif. Quid differt puls spissus a veloci [illegible] Spissus aut [illegible] dicitur. Velox aut discurrit [illegible] Quid differt tardus [illegible] tardus ex infirmiori magis [illegible] sit. Rarus puls [illegible] Quot s differentie indicabile puls. Octo. Magnitudo. Parvitudo. Validitudo. Debilitas. Velocitas. Tarditas. Duritas. Mollities. Quot s indicantia puls. Duo. Intellectus & sensus. que indicat presentia. Intellectus vero facta & futura. Quot s efficientes cause pulsuum. Due. Virtus faciens & movens corpus vasis & [illegible] movet quidem movet. Quot modis consideratur mediocris puls. Quadrupliciter. Secundum magnitudine. s. velocitate. s. validitudine. & s. spissitudine. Quid differt inequal puls ab inordinato. Quia inequalitas quidem in uno pulsu consideratur & i pluribus. Arterie [illegible] una diastole & sistole [illegible] pulsuum considerata. Inordinatio vero sit s. [illegible] Quid differt deficientes puls ab incidentibus. Quia deficientes ex infirmiori magis virtute fiunt. [illegible] deficientes fiunt. Incidentes vero pugnante & resistente. [illegible] ipsa virtus [illegible] nolens revolvere [illegible] dentib: Quid differt spasmos puls a [illegible] Quia in spasmo [illegible] id instar chorde tense. In [illegible] vero [illegible] dextra & sinistra. Quoniam fiunt fluctuantes fluct. Ex habundantia [illegible] magis humoris infundentes corpus arterie sic in yposarca ydropisi. Quid differt [illegible] puls ab his pulsante. [illegible] diastole differt [illegible] saliens. saltat [illegible] lante [illegible] his vero pulsant bis. & s. eande pulsat percussione. [illegible] corporis arterie. [illegible] sione [illegible] malleus. Quid differt vermiculos a formicante. Quoniam vermiculos quidem plerumque [illegible] manifeste magis [illegible] tate formicans vero [illegible] & delata [illegible] nob hec sufficiant ad presentia.

De disputatione regendorum sanorum & egrotorum

Quia in prima parte nostri libri pantegni que theorica [illegible] oportet medicum scire ac intelligere atque investigare prius quam incipiat. Oportet nos in hac secunda parte que practica vocatur [illegible] necesse e scribe ad [illegible] i. custodire sanitate. & curare infirmos. Incipiam ergo a sanitatis [illegible] & dicam [illegible] humana quidem corpora & animalia s. mutabilia ac instabilia naturaliter quia s. subiecta constructioni & destructioni. Mutatio quoque duplex e. videlicet necessaria & non necessaria. Necessaria iterum duplex e. aut ut sit extrinsec. aut intrinsec. Intrinsec sic ex naturali consummatione [illegible] desiccari & [illegible] accidentia deinde ad fine vite venientia. Consummant & [illegible] desiccant & [illegible] humorum copia de cibis & potibus [illegible] Extrinsec vero velut ex aere [illegible] corpora. Non necessaria quidem [illegible] destruit ea sic e calefactio. infrigidatio [illegible] & desiccatio. lapidis percussio. & gladii incisio [illegible] mors et similia. Ergo quia e impossibile corpora liberari [illegible] naturali mutatione. [illegible] nobis necesse ea regam. & accidentib: ea mutantib: repugnem ut regant & i sua sanitate custodiant quousque ad natural [illegible] consumptione. Impossibile e aut repugnare naturali consummationi quia [illegible] e essentialiter. & impossibile e [illegible] mutari. aut ei resistere. Si medicus regit & custodit corpora ab aliis accidentibus [illegible] usque ad verum tempus natural consumptionis. Et e mea intentio ut sanos i sanitate custodiam. & egros ad sanitate reducam. Oportet ergo ut incipiam de custodia sanitatis. quia dignius e quam ut dicam de curis egritudinum. [illegible] de sanitate custodienda. sic galien [illegible] sui libri de [illegible] institutione. Medicorum inquit [illegible] in sanitate regenda. Ubi monstrat quia [illegible] custodia. Alii antiquorum [illegible] sit custodire sanitate quam morbum pugnare. quia sanitas in sanis invenit. ab infirmis vero [illegible] absens & [illegible] ta e custodiri. quam non inventa queri. Sanitas aut custodiri potest [illegible] eis curatio. quoniam hoc naturaliter e san. & sanitas e temperamentum corporis. [illegible] e perfectum ut sue actionis [illegible] me dixisse illud perfectum quidem e mediocre [illegible] non invenit [illegible] illa perfectione que humanis corporibus [illegible] Aut e imperfectum cui actio e impedita. Corporum ergo perfecta e sanitas una. Imperfecta vero e multiplex [illegible] divisa. Unde via custodiendi sanitate e diversa & multa. Sed generaliter triplex e. aut ut custodiam sanitate i sanis corporibus: aut debilia corpora i sanitate redigimus. quod necesse e confortare aut custodiam corpora que s [illegible] ad egritudine & repugnam ut non veniant. Custodire sana corpora duplex e. Unum e universale. aliud particulare. Universale e corporis regimen cum re sanis & infirmis commune. Particulare dividit in duo. Unum e corporis regimen in compositione & commixtione temperatum. aliud e corporis regimen i temperat i compositione & commixtione. Sic tamen actio ei non e impedita. Incipiam ergo ab universali custodia communi sanis & infirmis scilicet aere naturali i. aere. exercitio. balneo. fricatione. cibo. potu. somno. vigiliis. corporis mundificatione. exercitiis anime [illegible] dicendum e i primis ab aere [illegible]

Oportet volentes custodia

De universali regimine sanitatis & [illegible]

sanitatis habere perclarum aere & subtile & suave ac facile [illegible] ambulare. Aer aut fortis res e. ad mutanda corpora. necessarius e [illegible] humane. Sicut tamen cum tempora anni [illegible] aere mutandi. necesse e nobis disputare de regimine sanitatis s. unumquodque tempus. Incipiam ergo a vere. Oportet [illegible] pora regi i vere cum cibis temperatis & potibus exercitiis & [illegible] Corpora vero [illegible] contraria custodiant sic dictum sum in particulari regimine. [illegible] necesse e corpora [illegible] refrigerari & exercitia minuere. Frigidis aut h tempus conveniens e. Calida vero corpora assuefaciant refrigerationi & [illegible] sanitate cum farmacia & flebotomia custodire [illegible] tempore [illegible] corporum confortatio. Ideo quoque [illegible] humores [illegible] & [illegible] ex calore estatis liquefiunt & fluunt [illegible] Vir [illegible] Quorum in [illegible] corporibus [illegible] superflui humores [illegible] necesse [illegible]

... in pigmentis fructis corpori in temporibus hyemis collecti & ex calore estatis
... ad principalia membra. Vnde Ver sanguinem quo similiter coagulat eligat &
... & bulliens neque auenis conueri. Vnde per multam sui qualitatem ad quedam membra discurrit
... plures morbos. Similiter etiam humores hyeme coagulati idem faciunt. Porro
... omnibus congruit calidis pepique subtilibus & frigidas & siccas complexiones habentibus.
Similiter & frigida sunt in omnibus temporibus calidum & humidum aere habentibus. In estate
... custodiant corpora crebris ... membra temperamentum excitantibus frigiditati humiditatique
... calor & siccitas estatis naturam ueris excesserit. Quare oportet eligi aerem
... aquas ... habitantibus & porte mansionis septentrionali plage sint opposite &
... madefiant & super ea frigide frondes & flores sternantur sic rosarum
... & similia. pannis lineis subtilibus & delicatis induantur & exercitatam
... frigidis lauentur ... atque hoc in tempore naturalis calor ex
... & interius minuitur necesse est pauca dari cibaria subtilia digestionique
facilia. sic dicit ypocras. Stomachus grauissime ferre ... conuenit dare ...
... sic laudabiles pisces pullos gallinaceos ... pruna mala ... & similia.
Caueant quoque calida & acuta & uinum excepto albo & subtili quod non inuento ...
... cum multa aqua commisceatur. Sed hec dicta precipue calidis & siccis natura conueniunt.
... temperies contrarium est multis. Oportet & uinum cotidie quia calor naturalis in hoc tempore
dissoluitur longius quod somnus ... Caueant fortem farmaciam. Si si aliqua fuerit
necessitas cum leui & suaui fiat quam natura possit tolerare. sic cum mirobalanis.
... cassia fistula manna oxizacara & similia. Vomitus uero in hoc tempore bonus
... tamen temporibus flegmaticis & quibus frigiditas & humiditas dominatur
optimum est. Similiter in regendis sunt in omnibus temporibus calidum & siccum aere habentibus.
In autumno uero custodiant cum calidis & humidis & aere ut similiter sic ingenerentur.
Cooperiant innocte propter aeris frigiditatem & in extremitate diei. maxime caput
... ne pariatur reuma. Caueant & calorem meridianum. quia hoc tempus aer
... & instabilis. Exercitia sint temperata. balnea dulcia que fiant in calore
... Cibi calidi & humidi dominentur laudabilis sanguinis generatiui. sicut sunt
... agni & porci maxime castrati. parui capoli. omnia uiscellata cum spa
... & similibus aut assa. Caueant fructus malum enim generant sanguinem.
... fuerit necessarium. manducent uuas mala. musam. sicut siccas. uuas
... Vinum bibant rubeum. clarum mediocre. temporatum odoriferum &
... Aquam non multociens bibant. Hoc tamen tempus temperatis corporibus
... maxime calidis & humidis natura. Frigidis uero & siccis & senibus ...
... ut plurime super dicta. Colericos uero & siccos magis decet hu
... Caueant coitum & exercitia acria. excepta leuicia. In hoc enim tempore cota
... dominatur. Intelligendum est in hoc tempore pessimum esse aerem. pessimorum
morborum generatiuum. Vnde ypocras. Autumnales morbi multi sunt acuti & mor
... Aer in hoc tempore instabilis est. & in uno die multis modis mutabitur & hu
... calore sunt usti. Autumno autem ueniente clauduntur pori propter aeris
frigiditatem & siccitatem. unde humores intrinsece conclusi malos generant morbos.
maxime hiis qui dietam non obseruantibus. quare illam teneant dietam quousque pluuia
... & aer humectus fiat. Oportet & eos assuefacere farmacia ... cor ...
... ne ueniente hyeme pori claudantur & humores intrinsece existen
... non dissoluantur. Sed hec tamen conueniunt adolescentibus pueris & calidis natura
... humidis. In hyeme temperata huiusmodi corpora regantur cum dieta calori & siccitati
... & bene cooperiantur ne frigiditas aeris per poros intrinsece ingredi ualeat.
... sicut hambicinos pelles uulpium. grisiorum ... mardurinorum & similia.
... ad ignem habente ligna odorem bonum reddentia. Mansiones sic
... sol splendore uerberentur. maxime si multa uenit pluuia. exercitiis & la
... & fricationibus magis in hoc tempore quam in alio ... precipue ... humida dominatur
... Multi cibi quantitate accipiant. calor enim naturalis tunc est confortatus & conius adiutu
... digestione corroborantur. Sic ypocras manifestissime. Ventres hyeme & uere ca
lidissimi natura ... longissimi. Vnde conuenit multum dare cibum in hoc tempore. sicut sunt
... hyrci. porcum ... & omnia siluestria. Carnes & siccas que manducent asse
... calidis ... & ... cibariis pullos comedant
columbinos. passeres & similia. Caueant cibaria flegmatis generatiua. sicut sunt agni.
porcelli. pisces recentes. lac & similia. Parum uinum bibant calidi & fortis propter duas
causas. Vna quia uinum corpus humectat. & non decet in his temporibus corpora huma
... Alia quia uinum parum nutrit. & corporibus tunc necesse est multum dare nutrimentum
... calidum ... temporis frigiditati repugnet. Oportet quoque nullum uinum bibi nisi ...
aut ... purum uel aliquantulum mixtum. decet & scire quia iuuenes qui calida & sicca
complexio dominatur. sanioris sunt in his temporibus quam in aliis ... temporibus
... necesse calidam dare dietam cum summa audacia sic ... senioribus & frigidis
& humidis natura pessimum est illud tempus. Oportet dare dietam calidiorem & sicci
orem. Eadem & dieta in omnibus diebus frigidis & humidis. De exercitiis & laboro.

Exercitia sunt laudabilia & utilia custodiende sanitatis si ante cibum fuerint membra enim
... confortant & minuunt superfluitatem humorum membris cibandis existentem dissoluunt.
calorem naturalem confortant & ad digerendum adiuuant. Vnde quanto fortiora sunt exercitia.
tanto maioris uirtutis est digestiua. Pueri uero oportet eos exercitiorum assuefactos ab ...
... Causa enim sunt custodiende sanitatis. sicut uidemus corpora laborantium esse sana &
exercitantium dietam omnino negligentium. Vnde galienus in libro dietarum quicumque ante cibum exerci
... non necesse est eis regulam dietæ obseruandi. & quicumque parum exercitant aut si
... debent dietarum obseruare ordinem cum corporis mundificatione. id est flebothomia
farmacia & similibus. Item in libro de regimento sanitatis. Cum exercitiis possumus
superfluos humores dissoluere & dissolutos purgare meliora enim sunt subtili dieta
& farmacia. Quia laxatiua potio subtilem corporis humiditatem extenuat car
nemque minuit. Exercitia uero superfluos humores absque nocumento membrorum expellunt.
Amplius in megategni exercitia stomachum. epar & cetera membra confortant &
adiuuant ad agendam optimam digestionem. Item in libro super ... Mo
... & exercitia malos minuunt humores & corporis complexionem temperant. Sed
tempus exercitii est cum cibus heri sumptus optime in stomacho usque digeratur & natura
aliud incipiat appetere. quod ex colore urine cognoscitur. Si enim est albus non dum muetus
digestum significat. Si citrinus digestum est. deinde decet uti exercitiis. Si autem fuerit
... monstrat cibum diu fuisse digestum. & tunc non exerceat. tempus enim refectionis est.
Sed cum horam exercitii cognoscant. eorum corpora de ciborum fecibus cum urina &
egestione mundificent. ut uesica & intestina sint alleuiata. deinde corpora
manibus uel pannis fricent ut membra leuia & mollia fiant. & unguant unguen
tis eorum complexionibus pertinentibus postea uero oportet exerceant. & ut superfluitas hu
morum expellatur. calorque naturalis confortetur. sed oportet fieri exercitia secundum uniuscuiusque hominis
consuetudine. Rursum sunt magna uel parua secundum grossitudinem uel subtilitatem quantitatem
& qualitatem cibi. Caueant exercitia post cibum quod si fuerit aliqua necessitas conuenit tempus
separari quousque cibus digestus omnino de stomacho descendat ut facillime ab epate
digeratur. quia exercitia post cibum facta ipsum a stomacho indigestum deponunt. Venarum
mesaraicarum infra epar & intestina existentium oppilationem. Causa quia exercitia
superfluos humores membrorum dissoluunt. Quibus angustiatis & modice crescentibus
subtilis humiditas membrorum dissoluitur. Que cum sint cibo depauperata. propterea que careat
humiditate necessario cibum appetunt. ut in eis essencialis humiditas restauretur.
... cibum appetunt & uenis mantius attrahunt ab epate. Similiter epar a
mesaraicis & mesaraice a globoso intestino id est ieiunio. ieiunium uero a stomacho
cibum crudum & indigestum attrahit. Ideoque sic causa generandi oppilationem in poris & in
... morbosque generat diuersos & pessimos. Nam quare post cibum exerceant neque cum fame
habuerint. Sic ypocras in aforismis. Vbi est indigentia non oportet laborare. Corporibus enim
famelicis cibus sunt necessarium non exercitia. quia eo amplius ea desiccant & minuunt. Rursus
exercitia defectis corporibus & quibus subtiles sunt humores non sunt competentia non modica. Sic
... forcia exercitia fortioribus conueniunt. quibus grossi sunt humores accumulati. madebit

244.

libus tenues humores. hiis & debilia & pauca conueniunt. scilicet ambulatio suauis fati
gationem inducens. id est cum anhelant & sudant. Sic ypocras in aforismis. Itaque est
remedium. Est & aliud genus exercitii cum instrumentis spiritus facta. id est hora anhelandi &
hora spiritum emittendi. cum temperata uoce hoc autem exercitio multa quantitas spiritus ad pe
ctus & pulmonem trahitur. & pectoris & pulmonis canales omnisque corporis pori dilatantur.
Vnde hoc autem exercitium debet esse debile uel forte sicut necesse est sicut dicturi sumus cum disputabimus
de particulari regimine sanorum. Sed debilia membra habentes caueant ne cum eisdem la
borent. Verbi gratia. Podagram aut pustulas habentes in pedibus quiescant. Quies uero regen
de sanitati incompetens est. nec sani securi qui morbum generet. quia complexio corporis cor
rumpitur. multique humores in corruptam coadunantur unde deficit calor naturalis.
Est & quies causa multorum humorum generatiua sicut in alio loco dicitur. Galienus multo
in ... non dubium est quin calorem naturalem extinguat. Pro in sanitate custodiendo uo
lentes quiete caueant. non in ... comparata sunt. porique largi & naturalem multa solutione
habentibus. Non amantes exercitia subtilem & modicam dietam accipiant. & assuescant
mundificationibus corporis in omni tempore cum flebothomia. & farmacia. & uomitu. &
similibus. Si aliqui de exercitiis ad fatigationem deueniant. interrogentur an aliquem
dolorem sentiant in membris fatigatis. & qui apostemata quod signum humores subtiles
& acutos propter exercitium esse creatos de grossorum humorum liquefactione uel putredine &
pinguedine tenere carnis. Cum laboris genus ulcerosum uocatur. Vnde oportet sic
curare eos cum requie leuique fricatione. & unguantur cum oleo uiolato maxime dorsum
& pedes. deinde ad balneum tepide aque deducantur. balneum autem egredientes mulsam oxizha
caram id est uitlab siropum uiolarum bibant. & similium accipiant & secundum suam consuetudinem ci
bentur parum tamen. Quod si aliqui sentiunt extensionem & tumositatem signum la
borare aliquos neruos & lacertos esse distentos. & ex laboris nimietate ad eos flu
xisse humores. paucos tamen non mala habentes qualitates. Rursus sentientes grauitatem
& pigritiam & tactum habentes calidiorem solito. neque in suis corporibus ulla carnis mi
nutione parum & suauiter fricentur. & unguantur oleo uiolato tepido. deinde quiescant
uel dormiant. deinde cum aqua tepida balneentur. & in fonte moreantur. postea exsiccati
pannos uel in balneo propter frigore si hyemps fuerit se induant. & tunc cibentur cibis
digestioni facilibus sicut sunt pulli gallinacei. & boni pisces quos non ad sacietatem sumant
& in inicio prandii pruna comedant. quod non in uno die curentur faciant idem in alio.
& in tertio die quousque ad sanitatem perducant. Si sentiunt membra pulsari quasi fleg
mones. intuitu lactos esse calefactos. propter nimium motum. & excessisse ad se humores
sunt intentos. Quoniam in labore semper magnus sequitur dolor. cum ab aliquibus fuerint tacta &
apparent membra tumidiora. cum laboris nomen uocatur flegmonoides. quod labor sequi
tur ... quos non usitata aliqua exercitatione. Curentur autem suaui fricatione. & olei
uiolati unctione. maneant in fonte aque tepide. postea quiescant bibantque mulsam
siropum uiolatum. subtilissimam accipiant dietam. sicut ptisanam. mala granata. mora
... uno die. accipiant cucurbitam. cucumeres. citrolos. melones palestinos.
Cessata fatigatione nutriantur piscibus pullis gallinaceis & similibus. Quod si in
mo sentiunt siccitatem membrorum quasi duriciam ut difficile moueant membra quiescant
& balneentur aque frigide. cibentur solitis cibis parum cum humiditate pertinentibus.
Post unum uero diem modice deambulent & unguant oleo uiolato & balneentur.

Balneum necesse sit post exercitium. & aliquanto spacio ibi maneant. De balneo.
fricentur & unguantur. ut quod remanserit in membris de humoribus exercitio dissolutis
inanietur & cutis mollificans tenerescat. Ideoque morentur sicut quod conuenit. Sicut dicemus
sic decim in particulari regimine sanitatis. Sed delicatis leuiter per totum corpus
fricentur. At si necessitas fuerit fortitudinem membris dari propter aliquem laboris
operationem. uel propter miliciam. fricatio propterea membra sit fortior. Sed non oportet post cibum
balneari. aut exercitari precipue si cibus grossus fuerit. Si enim balneentur uel exer
citent post cibum. capita implentur de fumis. morbos pessimos generantibus. Similiter
sumere cibum cum balneum exierint malum est. Cibus enim in ore stomachi natans capita
fumo implet. Quod si ad hoc inciderint ut capita de fumo plena sint. purgentur cum
ycra pigra. & cassia fistula. Quibus non sufficientibus polipodium misce & ... bibant
prepararique ut suauiter ambulent. crurique eorum ligentur. plantique pedum fricentur. Quod
si in epate constipati fuerint sumant oxizhacaram. radices squinanti siropum de absin
thio & similia sic dicturi sumus cum disputabimus de oppilatione epatis. Sed tamen bal
neum post cibum conuenit grauem est macilentis si carent epatis oppilatione stomachi que
tumore. & balneari debent quorum pori largi sunt non per exercitantes. & quibus
consuetudo balneandi fuerit. quia ipsa sola balnea humores dissoluunt. absque exerci

cio. Exercitia uero post balnea mala sunt. dissoluunt enim naturam. De balneo & cibo & potu.

Oportet balneum egredientes aliquantulum morari. deinde accipiant mulsam oxizhacaram.
absque sirupos secundum complexione factos. postea cibis reficiantur. Oportet enim sex
causas in cibis intelligi. Prima qualitas est cibi. Secunda quantitas. Tertia ordo. Quarta
tempus. Quinta consuetudo. Sexta sunt quod membris in seruitiae. Qualitas cibi
secundum conuenientiam ad complexionem est inuestiganda ex qualitate subiecti. Qualitate autem
cibi decet proponi secundum naturam corporum celebrandam. si enim calidi & frigidos cibos sumant.
si autem frigida calidos. sicca humidos. & humida siccos. Quod si aliquem cupiunt ce
baria suisque complexionibus inconuenientia cum aliis misceant suo qualitates minu
ant. Quemadmodum lactucas cum apio. dampnisces cum melle ... condito
& similibus. Quin & condiendis cum sinapi. pipere. caruo & similibus. ... Subtilitatem
cibi sic agnoscimus. quod si sit grossa sicut caro uaccina. panis azimus est. ... conuenit
multum calorem in stomacho habentibus naturalem & colico stomacho. ... & qui
multum ante cibum exercitant & in hyeme propter aeris frigiditatem sompnique ... lon
gitudinem. hii enim talem cibum bene in stomacho digerunt & multum nutrit. ... uir
tutem confortat. Illis autem qui modicum calorem in stomacho naturalem habent ... par
caloris & modice exercitantibus & breui sompno utentibus omnia supra dicta cibus
nocumentum est. quia non bene a bene digeritur sed grossos generat chimos. & uiscerum op
pilationem. Subtilis uero cibus sicut pulli gallinacei. starne. spinachie perdix. esula ... pha
... rucca. & similia sunt competentia. Non exercitiis utentibus quorum calor naturalis
in stomacho defectus est. & quorum uiscera sunt constipata. Sed laborantibus & calidos & fortes
stomachos habentibus hic modus cibus nocumentum est. non enim digeritur sed in eorum stomachis in fumositatem
mutatur. propter hoc quidem carnem uaccinam digerunt & starnam minime. stomacho enim multum
calido cum multa colere rubee quantitas mandatur. grossus cibus conuenit ut calor tamdiu
operetur. subtilis enim cibus cito incenditur fumumque facit. Verbi gratia. Si magno igni subtilia
& sicca supponuntur ligna. cito incenduntur. & ignis extinguitur. Si autem grossa sic
celsi calor suauiter operatur & confortatur. Stomachus uero in calore temperatus cibum accipiat
inter grossum & subtilem mediocrem. Similiter temperate exercitantes & dormientes
temperate accipiant in temporibus & temperatis hiis namque dieta conuenit. ... quantitas cibi
laudabilis non multum debet excedere modum ut grauet stomachum. quod cibus autem est lauda
bilis aut illaudabilis quod assuete sumptus malum generat sanguinem & uenas de malis
humoribus replet. maxime si cibus malus sit. Quoniam si cibus malus est uel colericus pessimas
generat febres. & acutos humores qui ad quedam membra fluentibus pustule. apostemata.
erisipila. farsa. & similia generantur. Si uero fuerint grossi arteticum faciunt dolorem.
podagram. neufreticam passionem. anhelitum splenis & epatis duriciam & oppilationem.
maxime si grossi fuerint. Si autem sint melancolici melancoliam quartanam uel maniam.
cancrum. scabiem nigram. ictericiam generant. Cibus autem simultus modo multisque qualitatibus fuerit
commixtus pessimas generat pustulas & erraticas febres. Oportet quoque cibi plenitudinem
cauere. non est multis & fortibus exercitiis & quibus cura est rara. aliis uero minime. Quod si
hec non caueant uomant cum aqua calida aut oximelle & hoc non tarde uel stomachum ea plen
itudine maneat. deinde calidi uini parum & odoriferi bibant. & toto illo die non manducent.
si autem uomitu nequiunt propter gule pectoris aut palati dolorem. dormiant & diu consur
gentes aliquod exercitium agant. postque parum comedant. Quod si solutione hic uterius
exeat cibus cum cruda egestione. Parum exercitent & cibum modice & subtilem accipiant.
sicut panem fermentatum in puro & odorifero uino infusum. ius starne & gallinae. somno
& requie utantur. quoniam passionem habentes si solide causa fuerint fricentur & tepido oleo unguantur.

Balneentur et in solio diu moretur et si in secundo die in stomacho senserint cibum non dum
esse digestum non comedant in mane stomacho. sed usque serviant stomachum cum cibi
maneat. quod pr[a]eterire possumus p[re]tendere. apparet ut qui nauseas et eructationes & ...
digestum et urina colorata in mane. Hiis non diu apparentibus iubentur fieri exercitia et ...
balnea. Ordo dietae sic est quod data oportet dari in inicio quod data in ultimo sic cibaria digeri
bilia. ... facilia prius quam dura et solubilia prius quam stiptica ... solubit ... grossi
... sic melones ... pruna ... sic ceresa ... et similia ...
pane et carnes. sic lagana ... et oleo elixata prius quam pane et carne.
Dura autem facilia ... digeruntur. et in inventu ... dura
... corrumpuntur et alia ... Similiter
... corrumpuntur et corrupta alia
agunt solubilia autem stiptica ... corrumpuntur ... Cibus vero ... stipticus dur
faciunt ... ut constipatur venter. Cibus vero ... malus ...
ad digerendum debet autem bonum ... et facile sic porcina caro ... et
... stomachi calidiora superioribus ...
... autem porcina ... quia inferiora stomachi calidiora ...
... digestione ... carnosa ... grossa digeruntur ... subtilia autem grossa
... grossa ... indigesta ... frigiditatem superioris partis stomachi ...
... Tempus cibandi sic per stomachi ... calor fortis ... exercicia
... urina colorata ... et appetitus et fames ...

[illegible]

...itaui anti Si colaribea augmentet p̄gee. c̄ mirobalanis citrinis oxisaccara
& similib;. Si melancolia dom̄ epithimū polipodium & mirobalanū nigrū.
Si flegma. picra. cartico & similia. yera q̄ picra q̄ c̄ melle c̄ confecta pu̇riā
q̄q; colere accipiat. caput. cerebri. stomachu & intestina a flegmate & gros
sis humorib; purgat. Viscosos q; & humores i neruis inclusos extenuat & cū
egestione expellit. s[...] diagridias dein accipiant q̄ duos humores maxime
i neruis accipi. ut pulueris yere pigre dragmas duas cū oxymelle. Yera mundi
ficans stomachu & intestina. cerebr & neruos a lbumoribus uentositate. soluit
opilatione. epatis. splenis. aperit. appetitum & digestiua confortat. urinam
dimissit. & tancatam repugnat. R. caput apium. anis. ana unc .iiii. mastici. amomi
leprote absinthii an. unc. iii. mastice. spico. cinamomi an. unc. i. aloes [...]
fac puluere. dans flegmaticis c̄ suco frondiu pomorum citrinorum. Colicis c̄ oxima
[...]. melancolicis autem cū unc. v. epithimi & da unc .iii. c̄ suco oximi aut ca
[...] habentib; suspectione emorroidarum addebdellii unc .i. & da [...]. Ple
nitudine in toto corpore habentes uomitu utantur. nimis utalemi. Ventu & nimis
c̄ nefreticis. & opilatione uiscerū habentib; p̄p uomitu morti. p̄ ga [...] humores
[...] & inferiorib; corporis existentes scia. podagra & similia generantes.
[...] passionib; catartico uomitu melior. Si passionib; capitis. ceruicis. &
pectoris accessit. & membris superiorib; conuenienti c̄ catarticu uomitu. Vomitu
a n nunq̄ h i inicio augmentat. Gal. immagatogni testatur uomitu sedare sanguine
fluente de uenis. arteriis. emorroidis. renib; uesice & similib;. Q[uo]d duob; mod
cingit. Vno q̄a minuit habundantia. alio q̄a ducit materia ad loca opposita.
Non enim uideris uomitu exstingui p̄ differt. q̄a materia a superiorib; ad inferiora
trahit. Similiter p̄uomitu materia ab inferiorib; ad superiora ducit. Optime &
[...] uomitu meliore ex catartico ad custodienda sanitatem. maxime quor. sto
mach multi & uiscosi flegmatis coadunat c̄. Est autem mixe [...] stomachi
[...] uomitu optime mundificat. Si humores i fundo stomachi habent; bon
e catarticu q̄ p̄ secessu eos deponit. Eius autem [...] c̄ ad uomitu prouocandu q̄a
humores ut dissoluti natant i ore stomachi. Si grossa corpa habentes maxime q̄b;
flegma dominat. Ieiuni p̄ exercitia & balnea uomitu accipiant ut humores
liq[ui]fiant & uias aperiant. & uomitu prouocet c̄ radicib; i oximelle. aut mellita
re [...] a[...] infusis. Si tam ante cibu uomitu n̄ facile prouocet. saturent cibis
subtilantib; sic s pisces salsi. epothimata. radices atrici & sinapis. Radices
& c oximelle & ius simaris hordeaceu i q̄ coctu sit anetos. y sopu. mel. neq;
bibant si sitim sustineant. & p̄ uomitu stomach mundificet. & os c̄ uino
& aqua rosata lauet. Dein bibant siropu lignu aloes. c̄ musco aromaticatum.
Si macilenta & q̄ colericos humores i stomacho habuerint. n̄ an uomitu
exercitant si solu in p̄ri balneau. cibis & potib; refecti uomitu accipiant
oxizacara uidet cū calida aq. dein eis melones c̄ solachanas. pisces recentes
uel [...] mala expellat. habundantia. eorū ut corpa modic hnt humiditates.
Post uomitu dein siropu rosaru & siropu malor granator & similia. Quib;
mediocria s corpa. aut corpa diuisor humor. p̄ cibu uomitu accipiant & dein
unos & [...] cibos quor. quida mundificent. quida mordeant. alii sub
[...] aliq; uomitu prouocent. & uina bibant diuisa q̄ sint acuta. & uetera &
[...] & recentia q̄ bibant [...] acta una hora comestionis. & multa & [...]
hanc dein mox uomant. ne uina descendentia uia p̄ forente uetat. & secu cibu
deponant. si illico n̄ potauerint. intrant digitos t pennā i ore ut uomant.
dein fices & os lauet c̄ aq modico aceti mixta. p̄ea rosacea siropu & similia ac
[...] neq; manducent n̄ sex horis transactis. tunc de cibos paucos & subtiles
[...] sic pullos gallinaceos p̄dices & similia. Bonu c̄ accipi uomitu
[...] bis in mense. maxime i estate. stomachu ut & totu corpu mundat. Si
[...] c̄ si in duob; dieb; uincat uomitu dec uti i sedo exeat q̄ i p̄mo remansit.
Vomitu n̄ i p̄mo die a remotis uenis ad stomachu paulatim humores attrahit.
[...] effundit p̄uomitu egedi. q̄a n̄ s ex toto illic coadunati. In secunda au
die [...] i se [...] ibi s collecti. necesse c̄ ut uomitu neru ex cludantur.
[...] & stomach ut optet mundificabit. neq; p oē temp i uno tm
uomitu si narier minus sal fiat anea. i alio p̄ ea. Q[uo]d si p̄ uomitu
[...] fiat uno. erit q̄i naturale. Catarticu ū n̄ debet dari
[...] temporib; i. i uere & autumno. In his ut temporib; corpora
medicinā suffert q̄m dicti sunt cū de curis egritudinum disputabim.
[...] uomitu n̄ optet dari macilentis. & q̄ ptisi s apparata neq; q̄ in
[...] patiunt. [...] aut oculi. neq; dand c̄ in 9suetis neq; angusti
[...] q̄ duri s ad uomitū. eis ut c̄ contrarii. Q[ua]ntu aut acutos humores
[...] hnt. cognoscunt ex acumine uini & citris eor. & ardore urine.
Quib; dandu c̄ seru c̄ oxizacara quib; n̄ ut oportet subuenit
mirobalanos citri eis misceantur.

De consuetudine.

[...] in ingenii potit ad custodienda sanitate c̄ 9suetudine. Mag
[...] medicine custodia sanitatis & curatio infirmitatis cū 9suetudine
9suetudo innecessaria fic q̄ res naturalis. Vn ypoc. Consuetudo
altera natura. Si humana 9suetudo in multis reb; c̄. diuiso m̄. sic
in exercitiis. balneis. cibis & potib; somnis. uigiliis. coitu.
[...] quod si hec fuerit diu assuefactu. erit q̄i naturalis.
[...] difficillime mutat. Aeris ū p̄ passione hec multi solito p̄ calidissimu
aere deambulantes. & i calida regione habitantes uberent. nullu cauteris
[...] nocumentu. Si ū a frigido aere tacti fuerint. aut in frigida regione habitent
[...] frig sustinebit. aut multa sustinentes i aliqm morbu incidit. sic austrum
[...] incolentes & meridianę plagę. Similiter quida artifices assuescentes
sic fabri. [...] aurifabri. pistinarii igneo calore n̄ ledunt. & facili acutos qua
frigidos morbos sustinent. Sunt & n̄ nulli frigido aere assuescentes sic q̄ habi
tant in septentrionali plaga frigidisue locis. artificia exercitant quor s frigida. sic pis
[...] pannos candidare. & nauigare. his tam nulla lesione infert frigiditas.
[...] frigidos q̄ calidos patiuntur morbos. amplius s q̄da siccis utentes locis sic
[...] & montanis & desertis. eor & c̄ artificiu fodere & uenari. neq; ea le
dunt siccitates. & poti siccas sustinent infirmitates q̄ humiditates. Similiter alii
diuersa officia intendentes. Sunt quida fortiora operantes exercitia & motionem.
[...] & eis lesione aut fatigatione hnt. quib; aut n̄ utentes debilitabunt & i
firmabunt p̄p copia humor. intus coadunata. & p̄ sudore exire n̄ ualente. Sunt
& alii [...] & suauitate semp hntes q̄ dū alii q̄ operant s exercitiu & si si modice
ad infirmitate i cruunt. Sunt & alio m̄ exercitia. sic ut q̄da c̄ pedib; operata. sic
[...] pedites accurrant. Sunt & alia q̄ c manib; operata s. sic scribere. sagittare.
& similia. hor ū ut exercitia s diuersa. q̄da ut s fortiora sic ars fabror & cementar.
[...] debilia sic officiu pictor. sutor & sriptor. & unquisq; eor si a 9sue
[...] in mutac fuerit neque illud pati. in eis infirmat. Vn ypoc. In amforismis.
[...] 9suetos labores facili ferc & difficili fert in9suetos. Membra ut eor
[...] labori & induruit ac corroborant. Eade m̄ intelligendu de balneo c̄.
Sunt quida q̄ frequentissime balneant. q̄ si balneu caueant infirmant. q̄a humor eo
[...] dissolui p̄ sudore & n̄ dissoluti. un idem eis c̄ febricitauerint [...]
[...] aq q̄ solitu s balneare se q̄ uis n̄ aū coctionis signu i urina appareat.
[...] assuetantes balneu aq calide q̄ si balneati fuerint angustia & defectio
[...] patiunt. Proinde optet ut totu faciē eor c̄ aq frigida. & dein oxiha
[...] q̄ frigida cū balneu egredit & pane infusu uino. Sunt & alii p̄ cibu
balneo [...] q̄ si an cibu balneauerint deficient plurimu. euen largos hntib;
poros [...] nimia corporis solutione ex balnei calore facta. Oportet q̄ modice accipiat
cibu p̄ri q̄ balneu ingrediunt. Cibi potuq; 9suetudo diuisa c̄. In qualitate. q̄titate.
tempore & numo. In qualitate sic quib da c̄ 9suetudo calida cibaria digerere neq;
[...] ledunt. Si frigida sumpserint. mox infirmant. Sunt & alii sep frig

dis utentes cibis. cū mesi delectantes. quib; si calida donant. dicunt ad lesione incurrunt
Ideoq; si [...] insuetos cibos infirmant. 9ueniunt ut ad 9suetos conuertant. Sunt n̄ nulli
grossis cibis assuescentes digestioni obedientib; sic c̄ panis azimi. caro uaccina & similia.
[...] & facile digerit. subtiles tam sibi in suecos n̄ ꝑ[...] digerere. q̄a stomach
eor. nec recipit eos nec digerit. hi & neq; fame sustinent q̄ si multa patiant nocibus.
Vn cū infirmant n̄ oportet eos p̄hibere a cibis s dare s uirtu posse. Si ut sani cibi
lcant deficient. Sunt q̄ alii subtili dieta utentes sic pullis gallinaceis & lachana & similib;
s grossos cib neq; a beis digeri. Ita eū sumentes & grauitate & fastidiu patiunt. Q
re si h ei digerite. p[ro]uocent uomitu. Si aū nequnt diu dormiant & cohibeant a cibo.
Sunt & alii mediocrib; utentes cibis sic laudabili carne & pane & fructib; sic s c̄
[...] uue & similia. si grossus & subtil. nocent eis. grossu ut nequunt digerere de sub
tili deficiunt. Amplius s quida utentes cibis mali chimi hntib; & i eisde [...]
i bonis minime. p[ro]pri n̄ oportet diu assuefacta mutari. & q̄ boni s saporis. q̄a stomac
& uia mbra eor. sic mutata i natam illor cibor q̄ re mutant sim similis & 9trarium
[...] lic & sic uelit. Causa q̄a res oīs facili mutat ad sim simile q̄ ad 9trarium.
Si tam sicab q̄ utunt pessima sic nutec. Multi ut solum mor pessimis utunt
cibis. pessimu sanguine generantib; suitate cum cū digere. nulla lesione inferente
eis. Sunt sic longo temporis [...] corporib; mal chimi coadunat pessimor morbor
generatiuis. Vt [...] Q massimi [...] cibis colam rubea generantib; sic allis.
cepis porris. sinapi [...] piperi [...] & uino mero & similib;.
Calefaciunt corpora eor. & sanguis eor extenuat & desiccat. & i rubea colera
[...] Quib; diu assuefactis s colam rubea morbos patiunt. sic febres tercia
nas calore i epate. t tercia ethica & similia. q̄ n̄ generat in longo temp san
guis uero & i colam nigra mutabit. & oia corporis mbra desiccabuntur. maxime si
his utentes calide nate fuerint. Sunt & alii cibis flegmaticis utentes. sic fungis. re
centib; pisceb; lacte. cucumerib; cetolis & similib;. Vn in longo temp frigidi &
crudi coadunant humores i eis q̄ n̄ sentiunt. Dein morbi diuturni ad dissoluenda
fuerint duri. sic paralisis. epilepsia & similia. Sunt & n̄ nulli melancolicis utentes
cib sic uaccina. capra. camelina. curuo sicca. lente & similib;. Dein q̄ diu usitatis me
lancolici morbi generant. sic elefantia. cancer. mania & similia. Necesse c̄ q̄
mutare 9suetudine eor ad meliora cibaria i. mediocria ut seci sint a morbis futuris.
Sunt quida assuetantes tenui dieta ad custodienda sanitate. uti semp subtilib;
& paucis utunt cibis & cohibent se a grossiorib; suoq; repugnant appetitu.
cibu boni saporis desiderantu. Assuetant & farmacia & diuersis corporis p̄
gationib; Arbitrant ut se a futuris morbis saluari & i sanitate custodiri. q̄ c̄
eis contrariu. q̄a c̄ hac subtili dieta uirt sanor deficit. & calor natal extinguit
p̄p paucitate materiei. corp q̄q; desiccat & morbi duri p[ro]uocant. nec sum seci
ut corp redeat p̄stine sanitati. quia uirtus corporis regitiua ex subtilitate diete
deficiens neque uenientis morbi repugnare. Vn ypoc in amforis. In tenuib; die
tis peccant egrotantes p̄p q̄ magis ledunt. Similiter & i sanis sunt fallaces
& cetera. h aū dix ypoc. quia tenuis dieta corp 9sumit. subam natal caloris
minuit. p̄p ea n̄ opet aliqm subtili dieta assuetare. n̄ q̄ grossos & uiscosos
humores hnt. & q̄ humidi s natalit. & q̄ natalit opilatione hnt duru
splen & epar. & q̄ s q̄eta nullu operantes exercitiu. Quantitas diete multis
mod c̄. Sunt ut quida assueti multu comede. q̄ si par comedunt deficient.
Sunt & alii par comedentes. q̄ si multu manducent. cib stomachu ag
grauat. & magna eis defectione tribuit.

De tempore diete & [...]

Tempus diete multiplex c̄. Sunt ut quida solita mane comede. alii media & [...]
n̄ nulli uespe. quor q̄c q̄i mutat sua 9suetudine ut p̄ri t p̄ comedat [...]
e 9trarium. Si ū p̄ri manducauerint. cib stomachu p̄ grauat & totu
corp. Si ū p̄ ea i. uespe manducant neq; sua fuerat 9suetudo. manducant
angustia. inflatione. uigilia. extremia. & n̄ nunq̄ solutione. Si ū tar
dauerint. p[ro]pinqui tempus differunt. patiunt defectione i. punctione
oris stomachi. amaritudine oris. Stomacho aū inanito. humores colici
defluunt. pigricia hntes p̄ uirtutis defectione. & citrina faciunt urina &
egestione & patiunt in uiscerib; q̄ re suspensa p̄p stomachi defectione i.
manitione. Qui si plus tardauerint a dea q̄m ypoc i pgnosticis dixit
uenient in sima oculos 9cauos scil tympora plena. extremitates frigidas
habebit. Q[uo]d si comederit neq; fuerat eis consuetu. grauant & angustia pa
tiunt & pigricia. Numerus comedendi diuiso n̄ c̄. Quida ut bis in die comedit.
& semel pati nequnt. Sunt & alii trib; uicib; comedentes. & bis manduca
re n̄ sufferunt. Sunt & alii semel. & ledunt si bis in die manducauerint.
Vn optet inuestigari qualit in his numis peccantes curent. Na q̄ bis uel
trib; uicib; soliti s manducare. si ad semel rediderint t ad edendu tardauerint.
quiescant. nec p̄ calore ambulent. oxizacara accipiant ut refrigeret & temp &
colera ad stomachu ueniente. Qui aut sim tardauerint prandiu. n̄ comedent nisi
subtile cibu q̄a stomachi [...] defectu p̄p colera q̄ defluit [...] p̄auc
& humidu cibu iuuat sic lachanę & ius gallinę. aliaq; [...] oia mollia mo
dicu tam p̄ri p[ro]potent ut stomach 9fortet. In alia aū die p̄p cena q̄m assumpsere
par prandeant. q̄ uū in die semel solita s comede. si bis aliqu manducauerit
dormiant ut calore intus coadunato digerat sup[er]fluus cib. Multu &
suauit ambulent. modic uini aliqntulu comixta bibant. In alio die uiui q̄
soliti s manducent. Laudabile c̄ tam si i uno die bis & alio semel comedat.
ut stomach p̄ binā comestione fiat leuis & fortis ad digerendu cibu ibi
manente. & aliu in alio uariatu. Ite q̄ aliis operantur exercitium. bonu c̄ si
mane n̄ comedant. p̄ cibu ut noce eis exerciciu sic dixim cū de exerciciis p̄
cibu factis disputauim. Melior & c̄ cena q̄ prandiu. q̄a p̄ cena quiescit &
dormiunt. calor q; natural intrinsec coadunat cibuq; digit. Cena tū uini tē
[...] c̄ sumo ut cibi debilib; nocet ocul & capiti. Hi ge q̄ patientes si soliti
sunt cenare. ante solis occasum comedant.

245.

De consuetudine potus.

Consuetudo pot multifaria diuidit. quida ut assueti s frigidissima aq. &
ex alio potu ledunt. q̄ si acuta febre habuerint. n̄ s ab aqua frigida p[ro]
hibendi. q̄a c̄ 9tr febre c̄ & 9suetudo eor. & si uiscera habeant infirma. Sunt
& alii aqua n̄ frigida multu s calida assuetantes. q̄ frigida ut nix nocet. Sto
machu ut & epar & pectum & deficiant q̄ cū acutas patiunt febres n̄ aqm
frigida eis dem. q̄uis uiscera eor sanissima s. q̄a n̄ fuerat eis 9sueta. Sunt &
alii aqm bibentes pluuiale. alii alia. sic sulfurea. & alii uinosa & similia. Os
hi cū ad in9sueta p[er]mutant. uiscera eor ledunt. q̄a cōplexio eor mutat. p[re]cipue
si a sapida ad insipida 9uersi fuerint. Vn n̄ c̄ a regione in qua nati s ad alia mu
tant. ducunt secu de solita aq & miscent c̄ insolita 9sueta. q̄ usq; assuescat
eā. aut etiam solite aq miscent cū aq insueta. postea colata potent. q̄ ad sit as
sueta. Sunt & alii puro uino utentes. alii uinis de multis reb; factis. alii amantes
recens. uinum. alii uet. quida dulce. & n̄ nulli acerbum. alii puru. alii n̄ puru.
& unquisq; eor lesione patit c̄ insueti bibere. Sunt & alii nequeuntes
se a uino abstinere duob; t trib; dieb;. Sunt & alii numq̄ uinu bibentes
q̄ si aliqu biberint magnu dolore patiunt in capite. & ebrietate aliasq; passione.
Ideoq; illos decet custodire sua 9suetudine. Si si uoluerint ea dimittere. paulati
fiat quo usq; in9sueta fiat 9sueta.

De diuersa somno & uigiliis.

Somnus diuiso m̄ fit. Sunt ut quida nimiu amantes dormire. & nequnt pati uigi
lias. q̄ si uigilauerint corp eor calidu fiet. mbra desiccabunt. figū corporis
corrumpet. digestiua debilitabit. uab extenuabit & inflabit. oculi 9cauant.
Sunt aū & alii uigiliis utentes. easq; bn sustinent. q̄ si multu dormiant p[ro]ueniunt
in [...] uoluntaria mot & [...] mus. neq; posse digerere. Oportet q̄
temp annū seruari i custodienda sanitate. q̄ si mala diete assuescant. paulati
ab his [...] quo usq; assuescant meliori [...] ulcias fiet.

De diuersitate coitus.

Coitus [...] multis modis c̄. Sunt ut quida [...] utentes. q̄ nequnt se in cohibere

sunt et alii convenientes. unde si volunt agere nequeunt. donec cum in multis sunt [illegible] ut dissoluti calore naturali desiccati pectori, pulmoni, stomacho et quacumque [illegible] cum corpus infrigidat ut desiccat iuventia generat et senectute et senium festinat et maxime quibus frigida et sicca dominatur natura. Sed calidi et humidi natura taliter [illegible] vocantur.

De consuetudine purgandi corpus.

Consuetudo purgandi corpus diversa est. sunt enim quidam saepe multa quantitate purgari consueti cum flebotomia et scalpellis; qui si secundum solitum purgari non consueverint gravitatem corporis et crepitationem et febrem. et si morbum sanguinis [illegible] patiantur et medici certificant sanguinem minuere debere, paulatim sine assuetudine minuat. Similiter quibus sanguis solitus de naribus vel emorroidis fluere est, necessitas expetit ut sanguis minuatur. Sunt et aliqui [illegible] sanguine minuentes [illegible] ut [illegible] necessitate flebotomati fuerint, cito debilitantur. Idcirco [illegible] si [illegible] necessitate flebotomati fuerint [illegible] infirmantur necesse est sanguinem minuat, sed modice [illegible] quia flebotomia stomachi complexione corrumpit, [illegible] generat morbum [illegible] stomachi defectionem, paralysin, epilepsiam et similia, maxime senibus et frigidam naturam habentibus. Porro non oportet adeo flebotomiam negligere, cum negligentia [illegible] generat febres sanguinolentas sicut synocha, pleuresim, flegmone [illegible] consueta quia pessimas generat febres [illegible] maxime iuvenibus et calidam humidam naturam [habentibus]. Oportet [illegible] quantitatem sanguinis fluxus [illegible] non negligi flebotomiam ut alleviet venas, et [illegible] sint, ut [illegible] accidentibus morbis. Similiter [illegible] fluendo sanguine in emorroidas sunt [illegible] fluendi et [illegible] malas generat infirmitates. Eodem modo intelligendum est de farmacia. Sunt quidam saepe [illegible] qui cum neglexerint infirmantur quia humores qui per farmaciam solita [illegible] corporibus [illegible] diversos faciunt morbos [illegible]. Sunt qui assueti sunt farmacia [illegible] eis facit. de quibus [illegible] nequeunt eam sustinere, quia dum ad aliquam infirmitatem devenerint de plenitudine possunt curari sine dubio solita [illegible] farmacia. Similiter faciendum est eis qui aliam purgationem assuetam habuerint. Sunt alii [qui] nulla farmacia [illegible] cum accipientes nullo modo eam sustinent. Unde eis oportet farmaciam dare. non quam minima vice sufficere [illegible] paulatim multis vicibus donec [illegible] Valentes [illegible] custodire sanitatem, non semper bibant farmaciam, [illegible] si farmaciam [illegible] et sicci. aut subtilia ypocondria, sicut Ypocras [illegible] dixit [illegible] subtilia [illegible] ypocondria, farmacia molesta est. [illegible] et habentes corpora a farmacia se custodiant [illegible] temporibus assuetis [illegible] et cum sentiunt sibi aliquam plenitudinem. Quia farmacia [illegible] sola humorum superfluitate purgat. Sic intelligendum est de vomitu. Multi vomitu assuescunt et est eis facile. Si tamen hoc corpus mundificat, laudabile est quia visu et pectori et pulmone et stomacho deficiat et aliquid ex eo venis [illegible] in pectore crepat [illegible] in pectore [illegible] morbum [illegible]. Sunt et alii nunquam assuescentes vomitui, unde cum ferre nequeunt eis tamen non [illegible] quia multum eos [illegible] maxime si in eis flegmatici aut colerici [illegible] humores. Oportet ergo eos assuescere semel in mense vel semel in duobus mensibus. Alia quoque [illegible] multa [illegible] quae non sunt [illegible] libri [illegible] singulariter et si bonum est eis non minuatur. si malum et non multum non minuatur. Sed pessimum est sicut qui pessimus [illegible] diversis malis [illegible] generantibus. Similiter et pravis humores [illegible] [illegible] faciendis aut ebrietati forti [illegible] labore [illegible] et similibus [illegible] ultra temperamentum egredientibus. [illegible] non tam subito [illegible] Unde [illegible]. Si voluerimus infirmo cibum vel medicinam dare, interrogandum est an sit ei consueta [illegible] et securius. Si autem non consueta sunt fuerit [illegible] sine appetitu negandum est et quae sunt consueta concedenda quae [illegible] appetunt [illegible].

Q

Similiter considerandum est in farmacia, flebotomia, [illegible] et similibus. Si enim volumus de consuetis sanos seu egros ad [illegible] subito separari, [illegible] est eos [illegible] quia [illegible] mala [illegible] subito. Similiter perspiciendum est in cibo. Si enim volumus aliquem bis comedentem in die ad semel minuere, debemus [illegible] paulatim [illegible] ut ad minimum ut semel redeant. Si qui semel in die comedentes volumus [illegible] augeamus [illegible]. Si quis [illegible] aliquem a prandio ad cenam, unius diei spatio unius horae [illegible] prandium tardius quousque ad horam cenae deducamus. Sic si prandium diei [illegible] spatio unius horae [illegible] Sic de [illegible] et similibus. Sic intelligendum est [illegible] in dietam [illegible].

S

Singulare sanitatis regimen est [illegible]. **De regimento moderatorum corporum.** [illegible] complexionis spectare. Quoad regimen sicut diximus, aut temperata aut intemperata custodit corpora. Est autem a temperatis incipiendum. Quoniam [illegible] sanitatem temperatorum corporum regi est [illegible] similibus [illegible] temperatis ad sanos et egros pertinentibus, aere, exercicio, balneis, cibis et potibus, somno et vigiliis, [illegible] corporis mundificationibus, accidentibus animae. Haec autem cum inqualitate [illegible] quantitate [illegible] temperatis temporibus temperari, ut non patiantur frigidum vel calidum aerem, sed mediocrem sicut vernalem, clarum, subtilem, ac odoriferum sanitatem custodit. [illegible] in omnibus temporibus fiant. Exercicia vero fiant sicut supra diximus, post digestionem et corporis mundificationem cum egestionibus et urinae, temperate [illegible] secundum ipsorum consuetudinem. Balneum fiat post exercicium, et [illegible] habeat aquam calidam et dulcem. deinde egressi aliquantulum quiescant. qui si habuerint sitim bibant oxizacara aut mel rosatum. postea cibos temperatos comedant sicut annuales agnos, hedos, vitulos, gallinas, starnas, perdices et similia. [illegible] temperatis [illegible] sicut [illegible] gariofili et similibus. Manducent lactucas, scariolas cum modico aceto et [illegible] fructibus sicut [illegible] ante cibum. Post cibum [illegible] mala [illegible] uvas passas, fisticas, amigdalas, ficus siccas. [illegible] tamen eis dari [illegible] magno appetunt desiderio. [illegible] semper similia sibi desiderant et ipsi sunt temperati, temperata vero desideria non patiuntur fame cibentur neque moreantur. [illegible] desiderium temperatum est, secundum suae complexionis temperantiam. Vinum temperatum bibant sicut palmeum vel rosatum quod est [illegible] novum et vetus mediocre. Caveant ebrietatem. Somnum [illegible] naturis ac desiderium [illegible]. Corporis mundificationem similiter custodiant ut exeat quod necessarium est cum urina et egestione ut oportet. Sudor de temperatis exerciciis et balneis facere sufficiet.

lxxx **O**mnia accidentia animae sunt negligenda praeter [illegible]. **De accidentibus animae.** [illegible] quia calorem excitat naturalem. [illegible] aliquantulum cum cogitatione et disputatione misceat ut conforteturmens et [illegible] ut [illegible] conforter [illegible]. Coitum [illegible] non multum sed rarissime operetur et post digestionem. Sic regantur sana corpora in suis temperantiis. Caveant quoque [illegible] in cibo et potu. Cibus enim malus chimum generans temperantiam complexionis corrumpit. Sicut Galienus dicit in libro de sanitatis regimine. Multi enim temperatam habentes complexionem per gulam a temperantia ad intemperantiam ducuntur et in mala incidunt passiones. Sic mala habentes complexionem cum bona dieta ab intemperantia ad temperantiam ducuntur.

C [illegible] **De corporibus extra temperantiam permanentibus.**

Corpora temperantiam excedentia non [illegible] sicut diximus in suis actionibus impeditum habent [illegible] multiplicem [illegible]. Aut enim naturale aut non naturale. Naturale quorum actio non est impedita, non naturale quemadmodum corpora incipientia infirmari. tamen eorum infirmitas non apparet. Incipientium corporibus temperantiam excedentibus quorum actio non est impedita extra ad intemperantiam duplex est. Aut in complexione, aut in compositione. [illegible] complexione, aut in toto corpore aut in [illegible] membris. Sed dicendum est prius illud quod est in toto corpore, [illegible] regimen corporis [illegible] similantibus quae sanis et infirmis sunt communes. Sic enim regantur ut eorum complexiones non similiter temperantur, quamvis ipsa corpora in sua permaneant qualitate. Verbi gratia, calida corpora regantur cum exerciciis, aere, fricationibus, balneis, cibo, potu, somno, vigiliis [illegible] exerciciis [illegible] ut calida eorum corpora fiant [illegible] qui calor [illegible]. Similiter frigida frigidis, humida cum humidis, sicca [illegible] regantur. quod aptius potest intelligi in de complexionis mutatione disputatione. Complexiones inequales novem sunt, quattuor simplices et quattuor compositae, [illegible]

[illegible] a simplicibus quae sunt calida. Corpora calida equalitate in humiditate [illegible] equalitatem necessariam sunt temperata. ab intemperantia [illegible] temperantia. Unde debemus [illegible] in [illegible] sicut corpora [illegible] similibus. Calida [illegible] calorem cum [illegible] necesse est [illegible] frigidis [illegible] calore [illegible] fortis calor [illegible] frigido [illegible] debiles. Similiter debemus intelligere in aliis complexionibus. Calidos [illegible] faciant [illegible] frigida et [illegible] et [illegible] sicut [illegible] labore et [illegible] Calida [illegible] laborare et [illegible] exercicium [illegible] [illegible] custodiunt sanitatem [illegible] calidum [illegible] et frigidum [illegible] calefaciant corpus cum fricationibus [illegible] frigida [illegible] temperata balneent. Reautem [illegible] corpora [illegible] deinde in [illegible] aqua [illegible] descendant [illegible] et rosis. Calefacientes [illegible] his oleis, oleo rosaceo, violaceo [illegible] [illegible] cibus [illegible] gallinarum [illegible] lactucam seu portulacam [illegible]. De fructibus: uvas, persica, pruna, citrina, mala, pira et similia. Vinum album [illegible] subtile. Caveant rubeum et [illegible] sit simile vino albo et subtile. Corpora vero frigida et in humiditate [illegible] equalia [illegible] ad temperantiam calefacientibus et exercicio. Caveant [illegible] [illegible] balneent magis calida aqua [illegible] [illegible] Exercitatos unguent [illegible] [illegible] carne et capita [illegible] pipere et aliis et [illegible] De [illegible] A [illegible] magis pessime. Humida corpora multis [illegible] exerciciis [illegible] laboribus assuescant [illegible] balneis [illegible] [illegible] Siccitatem [illegible] comedant [illegible] bibant. Sicca vero corpora cum humiditate [illegible] balneent et [illegible] labore [illegible] aqua calida balneent et unguantur oleo violaceo et amigdalino. [illegible] comedant agnos [illegible] et [illegible] pisces. [illegible] humidas [illegible] De herbis [illegible] portulacas et similia. [illegible] si [illegible] complexio ad ultimas [illegible] temperantiam [illegible] et summas. Sin complexio fuerit composita, sic regimen eis compositum.

F

Figurae corporis sex sunt. **De figura corporis et eius qualitate et habitudine.** id est pinguedo, macies, teneritas, soliditas, raritas et mediocritas. [illegible] pinguedine et macie, soliditate et raritate existens. Corpora vero [illegible] pinguedine et macie temperata sunt laudabiliora quia sanitatem et magis [illegible] sustinent. Calor [illegible] naturalis horum corporum fortis est et digestio perfecta. Unde [illegible] expellenda nociva quia temperata complexio non est in [illegible] temperata complexione. Pinguia vero pessima sunt, [illegible] naturaliter. Haec enim corpora pessimis [illegible] quia naturalis eorum calor [illegible] est per angustias venarum. Causa angustiae venarum duplex est vel in defectione caloris naturalis vel quia premuntur et [illegible] multitudine. Haec autem parvo [illegible] quia angustia venarum est [illegible] naturalis. Re[illegible] sic est [illegible] indigentia. [illegible] omnia [illegible] corpore [illegible] humorum quae est plurimorum morborum [illegible] sicut [illegible] apoplexia, paralisis et similia. [illegible] gravitate suorum corporum [illegible] labore. [illegible] exercuerint molestissimum est. Sicut Ypocras [illegible] [illegible] ad summum [illegible]. Mortem excitat calore [illegible] caloris naturalis [illegible] digestionis [illegible] angustiae venarum [illegible] [illegible] sufficant [illegible] [illegible] suffocandi et subitaneae mortis. [illegible] habent [illegible] superfluitas. Macies vero molesta [illegible] quia [illegible] calefaciunt et desiccant corpora [illegible] [illegible] frigiditatem [illegible] carnium paucitatem. [illegible] solida corpora [illegible] magna molestia, frangantur [illegible] ossa [illegible] carne. Quibus farmacia est [illegible] maxime si habuerint ypocondria [illegible] corpus [illegible]. Unde Galienus in secundo libro super [illegible] Macia [illegible] corpora [illegible] sustinere indigentia [illegible] solvuntur, sicut [illegible] humida corpora semper dissolvuntur [illegible] minime. [illegible] dissolutio [illegible] et quia [illegible] pessimitatis sunt [illegible] exercitium. Macies sunt [illegible] fricationibus [illegible] calor naturalis suscitetur. [illegible] oleis lenia [illegible]. Vestimenta eorum sint lenia et mollia [illegible] sicut est caro agnina, porcina, hedulina, gallinae, [illegible] anseres [illegible] pisces recentes. Comedant bis vel ter in die, et post cibum [illegible] balneentur et oleo violaceo unguantur. [illegible] si sint calidi naturaliter [illegible] panis et cucurbita et [illegible] et amigdaleon [illegible] valens ad crassandum. Recipe frumenti et hordei [illegible] amigdaleon [illegible] Aliud remedium [illegible] [illegible] hordeum [illegible] equali pondere cum iure [illegible]. Crassi autem extenuandi sunt cum minus exerciciis et laboribus ante cibum [illegible] assuefaciant. balneentur cum aqua salsa nitrosa sulfurea [illegible] [illegible] fricentur [illegible] amigdaleon et [illegible] unguantur [illegible] [illegible] et [illegible] balneo moreantur. Extenuantes [illegible] pauca cibaria comedant [illegible] et [illegible] modice nutrimenti habentia, sicut panis furfureus, lachana [illegible] solachana. assuescant calidis et siccis, salsis et [illegible] [illegible] Sit enim eis [illegible] quantitate corpora [illegible] Vigiliis utantur [illegible] locis [illegible] dormiant, asperis induantur vestibus [illegible] [illegible] et saepe bibant farmaciam grossum flegma purgantem. Corpora vero quae sunt inter soliditatem et raritatem mediocra [illegible] [illegible] dissolvuntur [illegible] corporibus neque in eis humores sicut in solidis [illegible] Colores eorum sunt [illegible] laudabilia [illegible] corpora. [illegible] [illegible] pilos [illegible] et grossos [illegible] et venas plenas vel planas. Rara autem corpora solidis sunt meliora, quia [illegible] et maiore cibi quantitate quam solida sustinent. Tolerant et laborem, neque cito fatigantur [illegible] superfluitas humorum dissolvitur. quae sunt [illegible] fatigantur et laborantur. Solidorum [illegible] signa sunt pilorum paucitas et tenuitas corporis lenitas et carnium multitudo, subtilitas venarum [illegible] et egestionis paucitas [illegible] per sudorem solvuntur. Idcirco [illegible] corpora sunt [illegible] quia multum cibi non sustinent per paucitatem dissolutionis [illegible] [illegible] et quia neque [illegible] neque bonae egestionis sunt, nequeunt pati laborem [illegible] fatigantur quia mali humores in ipsis clausi per sudorem non dissolvuntur. Unde [illegible] [illegible] sunt [illegible] Idcirco saepe infirmantur [illegible] humorum [illegible] [illegible] noverit [illegible] cibaria subtilia ac humida [illegible] [illegible] digestione. neque in ipsis superfluitas humorum [illegible] [illegible] per paucitatem dissolutionis eorum. Rara vero corpora [illegible] [illegible] dissolutionis. Sed solida semper [illegible] corpora malorum humorum quia de paucitate cibi superfluitatem non dissolvunt, mala [illegible]

…complexionata, sicut aeris frigiditate … et ceteris cito non infirmantur. Illi autem … interiorem penetrare per soliditatem corporis eorum. … autem superflu… mora sunt … nimia solutione eorum quod cito exteriora accidentia … Rara autem corpora solidis meliora sunt, numquam infirmantur de superfluitatibus cibi … plures cum egritudines patiuntur de exterioribus accidentibus, sicut solis … aeris frigiditate et ceteris, quam solida corpora. De corporibus quedam membra debilia habentibus.

… regimen sanorum corporum complexiones naturales … temperantiam in uno corpore habitum diximus. Oportet dicere custodiam corporum complexiones inequaliter … membris habitum … non ut oportet existentium … necessario complexione et in compositione omnium membrorum … membra debilia ab omni morbo preparata. … Verbi gratia. … angustias … necessario de bona cura et bono … de bono cibo. Unde succurrendum est eis … apparatus cum humidis sub … Si complexio capitis … humores coadunantur … complexionem calidam esse cognoscimus … frigidis eis subveniemus cum cibis et medicina … hordeum, papaveris cortex et similia. Si estus … ex oleo violato vel rosaceo unguatur. Odorifera naribus applicentur sicut sandali, aqua rosacea, camfora et similia. Abstinendi sunt a calidis cibis et fumosis sicut … eruca, cepis, porris et similibus; caveant vinum. Quod si … bibant album et subtile. In hyeme unguendi sunt de violeo … oleo rosato. Foveatur caput cum aqua calida in qua cocta sint camomilla, mellilotum, camsuch, rosa et viola. Comedant cibos in quantitate et qualitate … Si autem complexio capitis sit frigida, regendi sunt cum calidis cibis et … medicaminibus. Oportet caput maxime in frigidis temporibus ungi … oleo nardino, costino, yrino et similibus; foveatur cum aqua calida in qua cocta sint camomilla, mellilotum, abrotanum et similia. In estate … temperatis sicut diximus. Si autem arterie capitis sunt oppilate et dolorem capitis patiuntur, vene utriusque temporis incidantur. … quibus dolor capitis est … stomachi ascendente. Si nervus a capite ad stomachum … sicut explanabimus cum de stomacho loquemur. Si … ne ex capitis dolore oculi et auricule patiantur, quia magni … sensus … patiuntur. Necesse est humores capitis repugnari ne ad oculos et aures descendant. Hoc autem faciendum est cum capitis purga… De naribus cum sternutatione de … nigella et similibus. De palato cum gargarismo de oxymelle et aqua calida in qua cocta sit … staphisagria, acorus et similia. Sed tamen primum investigandum est an totum corpus mundificandum sit necne. Si autem non sit purgatum, prius purgetur cum rebus totum … corpus et maxime caput. De cura regimine oculi custodiantur a … calore, frigore, pulvere et fumo, sole, splendore, splendidis corporibus … multum legere … malisque cibis visui nocentibus sicut sunt lentes, caules, caro … capitis dolorem facientia sicut cepe, porri, allia. Hec omnia capiti et visui nocent. … cibaria digestioni sunt dura grossosque … generantia … dolorem oculi facientes … Si … humores in oculis … solvere super fumum aque calide in qua cocta est mellilotum … Collirium. Recipe antimonium, tuciam … cum succo coliandri et mirobalani citrini cum succo utatur aqua fluviali … cum aqua pluviali … clarificans. Recipe tuciam indie, cathmiam auream, antimonium equali pondere cum aqua in qua cocta sint bellirici, sumach … Aliud. … maratri … valet et pinguedo … Aliqui patiuntur … ex antiquo morbo capitis vel ex sanguine de naribus … aut de magnis vocibus et ceteris. Ex his autem … oculi … et quod solitus est de naribus fluere constringitur … aut laborant vel forte bibunt potionem. Unde subveniendum … cum rebus cerebrum humefacientibus. Corpus unguatur ex oleo violato et … Dein dentur ptisanum, cucurbita, lactuca et similia. De carnibus: hedulina, porcellina. Omnia elixata. Foveatur caput et cetera membra cum aqua tepida ubi cocta sint hordeum, lactuca et viola et similia. Laventur oculi cum lacte mulieris puellam lactantis. Si autem oculi foras exierint per aliquam occasionem … cephalica vena flebotometur. Cataplasma oculis imponatur. Quod Recipe … cum succo myrti. Supini iaceant donec cataplasma … habuerint. Abstineant a … sternutatione, tussi, … cibum accipiant. Si defectio visus fuerit per calorem et humiditatem, faciendum est collirium de … granatis aut mirobalanis citrinis. Si hii habent pruritum … laventur cum aqua in qua … sumache. Si autem defectio sit per frigiditatem et humiditatem … eis collirium. Quod Recipe. Cinnamomum, acorum, cancros marinos, carpobalsamum, xilobalsamum, amigdalas amaras, piper, succum cepe … amomum. Quod si … splendore … dormiant. Si post somnum oculi sunt … assuefaciant balneo. Aures autem … a magnis … et sonis sicut tonitrua … lapides … super fumum aque calide in qua decocta sit calamentum et acetum. Mittatur in aures yreleon et similia. Vinum … et lavetur … aures. Dentes fricandi sunt cum fricationibus … Si patiuntur catarrum a capite ad pectus descensum, diacodion utantur. Quod si … sit acuta, sirupi papaveris albi sumant. Fiat gargarismus cum aqua rosacea … Si autem materia sit flegmatica diacalamentum accipiant … Si catarrus a capite ad stomachum descendit, stomacho calido existente subveniendum est cum rebus … repugnantibus. Dentur quoque modice cibi … ne calorem stomachi … colere ad stomachum descendenti repugnet, sicut sunt mala granata … pulli gallinacei in succo … Mundandus est stomachus per vomitum de colera ventrisque solutione cum rebus rubeam coleram expellentibus sicut mirobalanis citrinis … et similibus. Quod si materia sit flegmatica et stomachus sit frigidus, dentur diatrion piperion, zinziber conditum, nux muscata. Mundetur stomachus cum yerapigra. … desiccantur sicut pecorina carne assa ac frixa condita cum pipere, carvi, cimino … et similibus. Vinum … bibant et purum. Unguendus est stomachus cum oleo nardino aliisque calidis oleis. Si autem quod de capite descendit in stomachum calidum est et stomachus frigidus, vel stomachus calidus et illud frigidum, temperata est medicina percipienda. Similiter temperate medicina in estate et in hyeme. Sciendum est quia ille … stomachi et capitis magna … corpori molestia … facile vomant. Quod si stomachum habent calidum et caput frigidum, necessario flegma a capite ad stomachum descendit. … decet eis dare causa absque calefactione … flegma sicut est oximel. Vomitet de oximelle cum aqua calida. … Quod Recipe. Anisi, maratri in aceto infusi et assi, masticis ana ʒ ii, ligni aloes, spodii, sandali albi, … rose ana ʒ iii, … cardamomi, cubebe ana ʒ i, camfora … Fiat pulvis … adde mel quod sufficit. Si autem natura temperata sit stomachi et quod a capite descendit sit flegma, detur diaciminum. Si … habent stipticum, utatur duplici … Si sint solubiles … Quod si stomachus est debilis et patiantur abhominationem et ventrem habent constrictum … lachana elixa condita … et oleo … garo carnium, … que stomachum confortant et egestionem … sicut … mala, pira et similia. Qui frequenter patiuntur cardiaca flebotomandi et accipiant sapam … et granatorum. … sandali … Qui cor habent defectum et frigidum assuefaciant sirupum de mal…

… decoquantur aliisque fructibus similiter ramis cum musco, ambra, ligno aloes. Prohibendi sunt ne multum et subito cibum accipiant, vel aquam frigidam vel nivem. Vitandi ne aliquid comedant terribilia. Prohibendi sunt ab angustia, tristicia, quia aliqui accidentibus supervenientibus moriuntur subito. Qui epar oppilatum habent utantur apozima de radicibus, pulvere et cimini, origani, nucis, clavi, api, seminis calamintis et anisi. Diaciminum valet eis par… comedant. Caveant omnia dulcia, sive cibi sint, sive potus, et omnia cibaria grossa et viscosa. Qui autem habent epar parvum naturaliter non manducent semel sed bis et ter in die, ut paulatim descendat et stomachum non aggravet; si cibi sint temperati et faciles digestioni cum omni suavitate. De habentibus lapidem in renibus.

Qui in renibus solent generare lapides et sunt macilenti, dietam in subtili et grossam mediocriter temperant, sic pisces comedant qui creantur in flumine claro, petroso, forti fluente et a civitate remoto, et squamas habentes, gallinas, perdices et similia. Qui si fuerint crassi, subtiliter dietentur, sic de starnis, pullis gallinaceis, spinaciis, … Utantur seminibus melonis, cucumeris, … aut iuiubas.

Qui calidos habent testiculos naturaliter vel multum … De complexione testiculorum.
… spermatis generant et ampli… quos oportet coitui assuefaciant et cum sperma emis… … defectione stomachi et debilitate patiuntur, iuvenes ex nimia … maxime laborant unde talia patiuntur. Caveant autem coitum et cibaria spermata augmentantia. Utantur sperma desiccantibus … in quibusdam magis superiora quam inferiora laborant membra assuescant. Deinde cum aqua frigida balneentur et inunguantur lumbi et femora ex opio et lactuce succo temperato … bibant camforam. Ligetur super femora plumbum. Aspergantur in locis … lactuce, rose et similia. Quod si sperma coagulatum … semel coeant … comedant cibos laudabiles sanguinis generativos.

Mulieres parvas vulvas habentes prohibende sunt. De mulieribus parvas vulvas habentibus.
… ne concepta fetus crescentis magnitudine capere negantes … oppressione … non valeat. Vel mulieres aut pereunt ex nimio labore, aut per conatum infantis … exeuntis periclitantur. Que naturaliter habent nervos debiles cum rebus calefacientibus et desiccantibus iuventur. Prohibende sunt a potu vini et forti, et multo coitu, ac … maxime a malo, a lacte, balneis, a locis frigidis, quia hec omnia eis sunt contraria. Que assuete … patiuntur dolorem, sicut supra diximus, et … per articulorum debilitatem et humorum plenitudinem de nimiis cibis maxime si sint crassi, et assuescant ocium et exercicium et balneum negligant et utantur coitu maxime post cibum. Oportet ut hec omnia prius caveant et assuefaciant temperatis cibis bonum chimum generantibus digestionique facilibus. Ante cibum balneis et fricationibus utantur. Et appropinquante doloris tempore humores qui materia sunt doloris purgentur cum flebotomia si sint sanguinolenti, cum sero et mirobalanis si sint colerici, cum pillulis de hermodactilis et … si sint flegmatici, melancolici autem cum epithimo et … Sicut hoc in opera fuerint … sumus quod non augmentabitur materia illorum membrorum, quod planum dicemus cum de diversis egritudinibus disputabimus. Porro quoniam in hoc loco quod naturaliter male complexioni pertinet … in disputatione fecimus, ut disputaremus de custodia sanitatis membrorum … Igitur quia completam disputationem corporum regimini, temperantium exercicium … sanitatis custodia necessario ordo subsequitur de regimine corporum sine sanitate per aliquod impedimentum existentium vel non custodientium. De mala complexione …

Multi suam custodire nequeunt sanitatem per impedimentum negociationis … quia in hoc facto operantur. Quidam non per gulositatem quedam cibaria sumere nequeunt … oportet ne unum ordinem diete teneant. Hi si faciunt et alias necessitates … evenire nequeunt ad aliam dietam mutari. Et si nimia mutarentur, diversas haberent egritudines. Prius … oportet eos cavere frigida aut calida aut varias dietas, quoniam hii si … et ad alias contrarias devenerint patiuntur illud absque ullo nocumento. Unde … de consuetudine. Vidimus quosdam balneis assuescentes aque frigide … balneare cum … fugebant et capite … discooperto … vestimento semper induti erant, nulla tamen molestia non passi sunt. Hec eis consuetudo … fuerat, et … estate sol calore non pavebant. Ideo una non oportet custodire regula … Exercicia vero solita oblivioni ne cedant, quia sunt causa caloris naturalis conservandi et bone digestionis faciendi et humorum superfluitatis expellendi … Similiter constrictum tempus non habeant comedendi, nec ad consueta hora … negociationis aut aliis … balneis aliisque rebus … tempus non semper utantur. Parce coeant … Coitus corpora diversis humoribus plena sunt, que si coitu non fuerint … ad aliquod principale membrum decurrerint, aut diversas faciunt egritudines aut ad mortem deducunt. Oportet ergo eos in quatuor temporibus anni purgationem accipere cum farmacia aut vomitu. Pars quoque horum membra habuerint debilia, vitent cibos materiam augmentantes quorum membra deficiant. Verbi gratia. Capitis dolorem habentes caveant cibos capiti nocentes, sicut sunt nuces, porri, cepe et similia. De his quorum corpora in suis complexionibus non possunt permanere neque ad temperantiam mutari.

Corpora infantium senum et egritudine exeuntium necesse est proprium habere regimen custodiende sanitatis propter defectionem eorum. Infantes vero et seniores naturaliter sunt defecti, quia naturalis calor eorum defectus est, neque … qui ad aliquas incidant passiones de modica occasione. Oportet ergo eos custodire et regere. Egritudines exeuntes sunt debiles propter paucitatem sanguinis eorum, que est causa defectionis naturalis caloris. Unde debent aliquod habere subsidium ad excitandum et confortandum naturalem calorem eorum. De custodiendis debilibus corporibus.

Pregnantes autem similiter propter fetus aggravantes debiles sunt. Et incipiendum a pregnantibus.

240.

Incipiendum ergo a pregnantibus. Oportet ergo cum inceperint mulieribus menstrua cessare et capiunt fastidire et abhominationem et vomitum et sputum, dolorem more stomachi habere, vel malas et alias res desiderant sicut argillam et similia, donentur eis sirupum … cum nuce muscata, ligno aloes et similibus. Naribus odorifera applicentur. Manducent pullos gallinaceos, hedulinos, cum aceto utantur, agrestum et similia, neque comedant ad saturitatem sed bis aut ter in die et modice, ut nulla gravitas stomacho inferatur. Potent vinum odoriferum parum commixtum. Prohibende sunt a rebus amaris, diureticis, menstrua provocantibus, sicut nigris ciceribus, fasiolis vel ruta, fenugreco, maratro, apio et similibus. Cibus neque nimis stipticus neque dulcis detur. Vinum odoriferum et rubeum et parum potent. Quod si … deficiat, da hoc pulvere; stomachum confortat, ventositatem expellit, malum desiderium amputat. Recipe ciminum, cinnamomum, carvi, apium ana ʒ …, anisi … ana ʒ i et mediam, mente sicce, sisami ana ʒ i, et semis zedoarii, acori ana ʒ ii, malorum granatorum siccorum ʒ v. Fac pulverem, da ʒ ii. Quod si necesse est flebotomandi vel farmaciam dandi, cavendum est ne fiat in primo vel secundo vel tercio vel ultimo mense … Quare quia nutrimentum est sibi necessarium. Et catarticum et flebothomia minuunt materiam que est ei nutrimentum. Si necessarium est, fiat farmacia et flebothomia in quarto et sexto mense; septimo … octavo et nono minime. Tunc magnus est fetus. Unde necessarium est eis multo cibo; et flebothomia et farmacia nutrimentum eis minuunt. Minuto nutrimento fetus moritur. Si tamen sit mater multum infirmata ut nequeat liberari absque flebothomia vel farmacia … sanetur et fetus moriatur quam utrique pereant vel moriantur. Nonnumquam pedes eis tumefiunt. Unde necesse est alumen cum aceto temperari pedibusque involutum iuvat … Alumen cum aceto coquatur et panni … infusi pedibus involvantur. Terra cimolea cum aceto temperata pedibus inuncta iuvat. Si nauseam patiuntur, vomitum ac ventris fluxum, bibant aquam in qua coquitur poligonum vel … ante cibum epithima supponatur … balaustie … vel cassia, myrrha, cimino et semine feniculi … Si cardiacam patiuntur et de stomachi dolore … si sorbeant aquam calidam et leviter deambulent et precordia tegant lana molli et munda … Si fastidium habent, varii cibi et suaves offerantur maxime quos desiderant … labores et longitudinis de ambulatione assumant. Que … appetunt non laborent … cibi manducent et maxime … Si pedes … tumuerint, folia brasice supponantur … Cumque ad pariendum appropinquaverint, cum sapa vel

cū tepida aq̄ balneent'. sedeantq; in fotu. & eat' umbilic' & ilia & lumbi c' sisameleon. anetileon. yrileon. nardileon & similib; p'gent'. ilia c' pannis fric&'. Accipiant pinguia iura. & ius pinguiū gallinar' aucupe&;. Q'd' si d' parturiendū inducentur. da diptamni ʒ. i. cū apoȝimate fenugreci. Si d' hyria diu cū tepida aq̄ lot' & colat' ac bibit' iuuat. Apoȝima fenugreci c' melle potatū p'dest. dimidia dragma de diamarto t de dia margariton. Hoc fac. Scapinū i apoȝimate nigr' ciceris. fasoli & similiū. Confortanda e' car nit' h' m'. Asset' caro uituli aut agni deīn in mortario trita c' odorifero & neti uino & colata potet'. Si secundina p'manserit sternutacio p'uocet' cū condi & similib;. Potent apoȝima sauine. fasoli. fenugreci. cū ʒ. s. Galbani seu subfumigacione faciunt c' myrra galbano & similib;. Q'd' si multa colerica fricacione debilitent'. stringant' c' reb; stipticis fluxū sanguinis constringentib;. Mox ut mulier pepererit. spongiis aqua calida depressis loca detegere oport&. & de cathedra surgat cito ne a frigore matrix ledat'. & mollis spongia t lana seu pann' lat' femori imponat'. ut lapsi fluores suscipiant'. & si forte clunium pubeten' usq; ad umbilicū lana munda loca tegant'. locusq; aliq̄ sit fetida de parte q̄ ssatto cū oleo dulci c' calida lana unguende. loci sq; dolentib; impone debent si oleū n' affit exungie pelles excalate & calide i ponant'. t eius in branū. locus ū ūq̄ iacet mediocrit' sic calid' nec iaceant ut ponant' t eius ... Sed nec sanis distantib; ne frigus partes eius femorib; ne matrix exit n' arceat. Sed ita ut obstetrix ungat demutatis pannis pudenda genitales facile penetr&. ita ut obstetrix ungat. & abstinta cibi. ut incertis causis & utiutere faueat loca ad libita reqe. & abstineat cibi. ut incertis causis & ueteres colligat & resumenda fomitatio. Tercio q̄q; die sessionis ex aq̄ tepida t ex iq̄ & oleo similit' unguant'. & toū corp' oleo pungat'. & cib' digestibilit' e dand'. Die u' q̄rta ad balneū uadat. siccum potio detur. & uarii ac digestibiles cibi. Si c' ceterū pler'q; ueneris aggluti q grecii epigrafion dicunt nos subuentrale dicimi uterit distractione. t distensione rumpunt' n' alia. Transactis p'mis dieb; cerotaria uenter apponant'. de oleo roseo cerusa spuma argenti alumine rot. Tc' mediocrit' impressis fasiolor' ungut' astringari opor&. Si mamme p' partū indigesto lacte tgescunt. nouo ponde lactis grauate mame p'mo tgesc&. Deīn dolore accedente atq; feruore tendunt'. his ḡ oua integra cruda c' oleo roseo tēpata & c' stuppa t lana imposita. n' solū h' ad mamillas inflamaciones utillimū e'. s; & i aliis locis. Nā & si intra mamillas lac se coagulauit extinguit' & resoluit' & humore currente reprimit. Sed u' & sordes q i palestras. q's greci ripos dicunt i ponant' faciunt ad h'. & i flammaciones mamillar'. & q' h' decurrent ppinni sibiles uias extrahunt & digerert s; & farina fabe mamillis & testicul' imposita iuuat maxime sic oleo roseo. sapa & uitellis ouor' imponat'.

De infantib;

c. Infantes de uulua exeuntes in rosis cum sale tritis inuoluant'. Infantib; nascentib; ut eor' confortent'. Dentes palatū & gingiue c' digito melle inuncto fricent'. Aures eor' sugant' t unguant'. & duob; dieb; i uncti c' liquido & sisameleo pistato nutriant'. omī die balneent'. omisq; eor' articuli de puluere mirte i uoluant'. Semp' unguant' ex oleo rosato aut mirtino. & om̄a mēbra eor' fricent'. Masculi eor' & plusq̄ feminę debent fricari. q̄a masculi duriora mēbra debent habere pp' exercicia & labores. Somni eis semp' i obscuro loco p'uocet'. ut lumi oculor' eor' coadunet'. Uiadit loc' lumi diffugit. Infantib; & solent ppe passiones euenire. sic dix' ypoc. i amfor. Si u' sic liquida mel s' bis in die t ter dat'. p' q̄ lac suxerint. cuq; cibos aude sumere c' ab&' n' cū ad sanitatē. Infantes nascentes oris ulcerationes. uomitū. uigilias. umbilici tumores. & aurium humiditates paciunt'. cū; dentes p'deunt tumores paciunt' & pruritus i gingiuis. febres. spasmos. solutiones. maxime cū canini exeunt. Nō numq̄ in gula tumores. pruritus i uarib; ubi caluria & spasmos. maxime pingues & constipati. Ui tuc uestigando opt&. repugnari his passionib; ne ungiuant. Que si uenerint cū medicina curent'. Oris ulcerantu de litargiro. cerusa. oleo rosato. & cera aut cortice libani. galla cū melle temperatis. Custodienda e' nutrix a malis dietis & nutriat' de scariola. lactuca. porcilaca. citrina c' aceto. Ulceraciones au' q̄s greci aptas dicunt aut s' subalbide. albe. & flegmatice q̄ d'i sdest si unguant' ex gallar' puluere. cicoriar' rosar' ait. ʒ u. & ʒ iu. ceruse c' oleo rosco & cera. aut s' subrubea. & fiunt ex colera rubea. aut subnigra. & fiunt ex colera nigra & pessime s' & mortales. Inungant' ūn c' suco coliandri. rosarum. cera. oleo roseo. p'dest yreos c' melle si inungant' ex eo. t si pulius suffl&'. spirantis similiter ros t flos cat' cū modic' myrre galbanū. thus & manna si uomica sint in gula p'sunt illinita. si q̄q; ipsa ulcatio de suco malor' granator' dulcium t exmulsa lauent' p'dest. Uomitū u' si habuerint. potent decoctione menthe calamenti cortices fistici. Cataplasment' stumachi de gallis sandalis ligno aloes. acacia & aq̄ rosata. Si uomit' sit flegmatic'. aristologie. calamenti & croci c' suco mente bibant. Prohibenda e' nutrix a grossis & flegmaticis cibis. si uigilias habuerint. nutriat' nutrix de lactucis. semine papauis. pane afro. & liquido. Si tussiant foueantur infantes c' aq̄ calida. q si ex corisa fuerit. nutrix sr̄ genua sua posito. dimissoq; capite digitū i os ei imittat. & in psis p'matur ut uomat. flegmate expulso tussis curat'. accipiant h' electuariū. R. Dragaganti amigdale. liquiri eq'li pond'. Que si humide tussiant unguentum e' capitium melle. Pd' ad h' oribasio teste. nuclei pini & amigdali usq; adrudoris leni. pruna cessari. lini sem'. aut suco liquiricie & dragg cū melle confecto. Aliud nuclei pini frixi. ʒ xvi. de melle emina. aliud dragg dragme vi. passor' ʒ iiii. mel q̄ sufficit. infunde dragg i aq̄ & tempa. Aliud cipi ÷ i. yreos ÷ ii. sem apii ÷ iii. tero c' nardino oleo mixto. & suppone i cerebro infanti. Epithima ad infantes tussientes butyri ÷ i. adipis anserini ʒ iiii. foliorum salicis tenerorum simphiti añ ÷ i. cere albe ÷ iii. olei mellini ÷ ii. olei yrini ÷ iii. confice & ute. Si fuerint pandi nutrix custodienda e' bona dieta. Cohibenda e' a grossis & melancolicis & asatitate. Infantes & n' multu lact&;. Q'd' si suū lac grossū fuerit subtiliari decet cimapio. maratro. & similib;. Oxizacara & subtili dieta accipiant. Umbilici tumores c' unctionib; curent'. litargiri. sal. licii. ceruse. mente. coliandri. humidas aures curam cū alumine. croco. c' uino temperatis. & licinii t eis infusū aurib; innitat'. Lana q̄q; apposita siue n' stiptica c' uino t mulsa tempata i auresq; stillata p'dest. Similit' oe. cū uino tar & cimusu. Cytiasis dicit' uel tumor cerebri minuens i anteriori parte capitis q' greci bregma uocant. sequit' eos nouitas oculor' c' pallore corpis & siccitate accellante fastidio. his medeo ouicu oleo rosato sup' bregma imponat'. Si infantes timent. uinū mulsa distillandum ei i os. & sauum pusano a foris c' lana inuolutum. Si hirrenina & flegma sit tenax. aqua mulsa sepi more ei distillet'. Si aūt humore infans inglutierit. & n' illud expuere ualeat. lingua c' digito compmat'. & commoto uomitu facile transmutat rauca. Gingiuar' tumor & pruritus n' uelocit' curent'. spasmū generant. curandi c' ideo. fricande s' maxille eor' c' adipe gallinę. butyro. cerebello lepor'. Cū aū dentes p'deunt. ungueude s' maxille & collū c' oleo roseo. mulato. calido i aurib; & c' instillando. Sepe capitior' infundat' aq̄ calida. i q̄ cocta s' mellilotū. camomilla & similia. Minuend' e' eis nutrimentū. caueant frigida & calida. Si febres hnt nutrices. nutriant' infrigidatiuis. Infantib; u' spodium. sem' portulace. & suc' malor' granator' dec'. Si heant solucione cataplasment' de sandal. rosa. galla. acacia c' succo mirte temparatis. Dant nutricib; res stipticas. Q'd' si fuerint stitici dentem iacta matrix nutriat' cibis uinis & pulmentis c' benata ad magnitudine ciceris p'sumat. dieta sanis iuuat. Si aū postulant heant lauent' c' aq̄ ubi cocta sunt mirta & rosa. & unguendi litargiro. cerusa. & aceto. Oportet. & & cetis muris ad eos uenientib; repugnari. & unguant' cū ceroto facto. c' oleo roseo m' mixtis & castralis si fuerint in tragenes sonat os puluis de foliis citi sac' similit' ceteri ... puluis rose. Cancimata q̄ sordibus appellant curant' c' fumis i q̄b' coquunt' mirte le... rosa. Deīn ungant' c' oleo si ... i. lentisino. & h' ceroto de cerusa factū i albus t ...

Brunge meru cib' nutrix cum dulcorib;. De regimine nutricis & infantis.

Bonum ac laudabile uidet' ut infans de lacte sue matris nutriat'. Forsan n' multis pasteris de menstruali sanguine nutrit'. s; eo nascente natura mandat sanguinē illū ad ubera & g'nit' ... lac ad nutriendū infantem. ut de maria q' nutrix ... nutriat'. Inde q; lac matris laudabile e'. Q'd' si s' pp' necessitatem alteri mulieris lac accipiat. iam eligat' mulier q' xxv. aut xxx. annor' sit. optime & temperate complexionis sit. ut latum heat pectus. moderatas mamillas. neq; nimis sit uicina. aut diu remota a parturitione heatq; filiū. neq; crassa nimis neq; macra. dieta tempata accipiat. abstineat a salsis. siccis. acerib;. acutis. amaris. stipticis. & abiis q' malos gignunt humores. & ab eis qui lac restringunt. Abstineat a coitu. utat' exerciciis. balneisq; temperatis. teneant eos i brachiis du' siliū. ut deambulant & maxime cū fuerint triū t iiii mensium. Q'd' si deficiat lactis heat nutrix ant' aterib; fabis & iuris; frumentum c' lacte. lac caprinū sic uacinum. p'hibeant' ab unius. ut porris cepis & similib;. Utat' sorbicionib; & carne porcina. sapa & uino dulci. pecten fricent' & mamillas i p'dictis locis induceant. Medicamina q lac p'uocant absq; cibis n' nutrient. neq; frigiderat' eis. Dissolutio tū auris & desiccat. quor' s' radix & sem' feniculi cocta c' ptisano cerefoliū q̄q; t erasti glaucium. aneti & pastinace radix & sem' hypri calefacta donent'. Omnis q' q' pessimū hnt lac. i. t pingue. t acru. t male olens p'i se mulgeat. & p'cedet sugere infanti. Si q' acru' sit lac. ieiuna n' det mamillas puero. Si aū fec& uino odoratū pot emendari. albusq; bonus lac optimū e'. q' e' mediocrit' pingue. colore & odore & gustu bonū hns. dieta accipiant temperata. exerciciis & balneis uteant' tempatis sic supi' dixim'. Q'd' si nimide lactis habeant. nutriant' ciceribus & fabis atq; iure frumenti c' lacte. lac caprinū accipiant & bonū uinū. P'hibenda e' ab acutis cib' sic porris. cepis. alliis & similib;. Abstineat se a coitu. q'a infanti ualde nociui e'. trahit & mistrua inferi. & corrūpit ea. unde n' pot ad ubera descende. Q'd' si conceperit. eo amplius decet e' q'a maior pars sanguinis admittendū fetū uadit. mala ū ad ubera ascend. & in lac g'ut' inualet nutrimitū infanti t' ubi. Si aū lac fiat grossū subtiliet' ut ad tempie deduat'. S; subtile & grossum his signis scetent'. Una gutta i ungue distillata si coaguletur neq; fluxerit grossum e'. Si u' fluat neq; i ungue p'maneat subtile e'. si aū a ungue moueat' & cū neq; fluat neq; coaguletur mediocre e'. In te lacte in uase uitreo misso. & nocte una dimisso. si aquosa pars sursū ascendens multa sit. casteusq; modica subtile e'. Si u' cestris multa & aquosa pauca monstrat' e' grossum. Q'd' si extenuare uolentes. dent modica & subtile dieta. & si faciant si illud ingrossare uoluerint. grossū aū subtiliat' si uomit' sumat' cū oximelle flegmate sublato exerciciis utant'. potet apoȝima i q' cocta fuerit origanū. ysop. sauina & thimu. Manducent radices rafani & sardine c' oximelle. Si u' lac tenue & acru leui laborent. nutriat' matrix sorbicionib; & carnib; porcinis sapa & uino dulci ...

De pueris lac dimittentib;.

Pueri lac dimittentes i iocis s' hndi. De pueris lac dimittentib;. & q'a i iocis s' hndi cū balneis rogant'. bonos cibos comedant. subtile chimū generantes. q' faciles sint digestionis. neq; multū & sub eo s; paulatim & sepe cibentur. Quia si multa & diuersa manducent. ducunt' ad spasmū de plenitudine. & h' usq; ad vi. mēses. Caueant grossam & uiscosa dieta. q'a e' ca generandi lapides i uesica. scrofam & similia. n' multū exerceant'. q' usq; ad xiiii. ueniant annos. p' hos bonū est si exerceant' s; uerecundia uini. Cor' n' natura calida e' & humida. & unum calore & humiditate augmentat. capitaq; eor' de fumo impl&. maxime si calide & humide fuerint natura. Infirmi n' complexione crassimi humores putrefaciunt. Uinū & commouet eos ad iram & ad malos mores sinemq; disturbat. Modic' ḡ bibant q' in urina p'uoc& & superfluos humores expellat. Aq̄m frigida maxime post cibū & i calidis temporib; n' caueant. Quod si necessitas flebothomandi fuerit uentosent. Transactis itaq; vii. annis. fortiorib; utant' exerciciis. & plus fricent'. & maḡ calida balneent'. Cūq; xii sint annor'. multomag' exercitari debent. & minuatio q' ante adiungit'.

De iuuenibus.

Quia corpora iuuenū s' in statu p'fecta. neq; mag' crescere possunt. Necessario i eor' corporib; humor' sup'fluitas adunat'. Unde aliquo q'da incidunt passiones. nec plenitudini pertinentes. Nā ita sup'fluitate cibi n' diuidit & n' emendat' ... ad augmentandū corp' sic in puericia fiebat. s; in corpore coadunat'. Uirtus membror' si fortis e' & morbos sustinet. & eos pot excludere. Oportet aū nos dare dieta conueniente. Decet eos assuescere exerciciis uti. neq; balneis aq̄ calide multū assuescant. neq; diu i eis morent'. s; in hyeme c' aq̄ tepida. & i estate c' frigida. Calidos cibos caueant colam rubea generantes sic allia. cepas. erucas. porros & similia. Unusq̄sq; eor' ea cibi q̄ntitate accipiat. q' digerere possit & q̄ntū appetit desiderat. & q' eis consuet' fuerit. S; bon' e' ut cibi humiditate & frigiditate p'maneat sic pisces. heduli. fructus & similia. Vinū ū n' bibant ualde neq; calidissimū. s; bn' temperatū.

De senib;.

Assuescant farmacia & flebothomia. in uno q̄q; tempore inquo conueniunt. De senib;. Senes u' calidis dietis & humidis assuefaciant. nec multū utant' exerciciis. Uirt' eor' debilitat' & humiditas corpor' desiccat'. In aq̄ sapida balneent' & calida i fontes descendant. Cibis qualitate & q̄ntitate temperatis cibent'. Caueant frigida & sicca dieta melancolia generante. sic carne uaccina. lentes. & similia. Sed a coitu abstineant. flebothomia & farmacia congruentis. Nā si bn' h' dieta custodiat'. & farmacia i temporib; anni q' oport& utantur. p' certo n' infirmant'. sic dix' ypoc' maior. Senes n' cetis infirmant'. Uñ complexio eor' n' uno sic cete maxime & calide & humide putrescunt. & ita diu' durant q̄a ceti.

De senioribus.

Quoniā corpora senior' s' debiliora. necesse e' de eis disputatio sequat'. Dicimi ḡ natura eor' frigida e' & sicca. e' tam humida accidentalit' pp' defectione digestionis eor' humor'q; sup'fluitate in eis coadunata. Unde nimis inuenienda. t uitanda e'. t cauenda eis mansio calida. & humida orientali plage opposita. & par' meridiei patens. Cumq; a sompno surrexerint. totū corp' eor' ex aneteleo. nardileo. masticeleon. & similib; unguat'. Deīn par' exerceant' cauentes fatigacione. p' exercicia u' quiescant. deīn in aq̄ sapida & calida lauent' n' tam sepe. ne uirt' eor' deficiat neq; dissoluat' s; bis in eb'se. si aū debiles fuerint semel. p' balnacione quiescant deīn temperatos cibos digestioni facillimos comedant. q' cito de stomacho descendunt calori & humiditati p'tinentes sic pane bn' fermentatū. pisces. gallinas. alas anseri heduos annuales. agnos. oua sorbilia. & q' cuiq; lac poterunt digerere n' eis incongruū e'. maxime si oppilatione epatis n' habuerint. Caueant carne capina. uaccina. pane azimū. & bestiales pisces. his n' assueti ydropisin incidunt. & i renib; uesicaq; eor' lapides generant. Vinū aureū t citrinū. aut palmeū t rosaciū par mixtū bibant & modic' s; q' uirt' digestiua digerere possit. Cor' n' optima & uirtus defecta s'. unde nequit multū uin' ferre. q' si aliquā grossam comederit dietā accipiant i fine prandii aliud electuariū calidū sic diaciminū. diatrion. piperon. dialacca & similia. Caueant acuta cibaria colam rubeā generantia sic allia. cepas. & similia. nec n' flegma generantia sic fungos & similia. & colam nigra generantia sic caules. lentes. & similia. & cito digestioni congrua sic mora. melones. c' similia. cucurbitas & similia. s; de fructib; assuescant uuas sic siccas. uuas passas. amigdalas & nuces. his in die comedant. si aū s' desiccat'. Nō numq̄ c' ebis & xxta n' desicca cibū semel acceptū neque digerere. Nō numq̄ c' cibos miscenda sic solutiua eor' egestione humefacientia. Cor' aūq; accidentia consideranda s'. Porro q'a hi pp' caloris natural' defectione cibū digerere nequeūt necessario i eis sup'fluū humores coadunant' flegmaticū ponentes. Unde eis conuenit dieta q' flegma incidat donec n' eis assuesce. Si & dicimi sicut oximel & subtile uinū. Comedant apiū. maratri. si egestio consuetus humefaciat. c' bleti c' apsomogaro c' beta. Donent eis sic siccas c' feniculus croci lauantes. q' si n' soluant laxatiua. dent elect. duas t tres pillas p'ponimus. sic ...esi ... & similia. Multa u' solucione uirt' nat' debilitat'. q'a in igne assueta ... sepe. Clistere hent' c' suco blete oleo. & apsomogaro. Caueant ... i q'a uentre eor' desiccat. G. t in libro de custodia sanitatis. Clistere c' oleo laudabiles.

humores extrahat. t extrahit ab omnib; membris. maxime sanguinolentas. Q̄d si
uirt9 eius fortis fuerit. c̄ flebothomia & farmacia curent. & cibū modicū acci
piant. Porro mali chimi c̄ conuenienti farmacia purgant. contrariisq; dietis & ab
stinentia fieri debet. Plenitudo toti9 corporis c̄ flebothomia & abstinentia
cibi. balneiq; negligentia. Si s; in corpe mala sit materia catartico 7 uomitu
purget. atq; bona in corpe materia restauret. Gal. Cū aliq̄ signa de plenitu
dine sanguinis apparuerit. sic in libro nr̄o de theorica diximus. ubi de significati
onib; locuti sumus. succurrend ē c̄ flebothomia de mediana uena brachii. 7
minuat quantū oportet. Si aū uirt9 fortis fuerit. etas iuuenil. temp9 uernale.
reg:oq; tempata. sanguis usq; ad defectione extrahat. aut q̄ usq; i rubeū co
lore fuerit mutet. maxime si consuetē flebothomia fuerit. aut emor
roidas t menstrua habita cessauerint. Sic Gal de q̄da muliere narrat. cui
menstrua multis mensib; cessauerant. & ducta ē ad ultimā maciē. & appetit9
defectione. quā iuxta ē uidere. minui trib; dieb; iniectis sanguine fecit ad
pond mai trib; libris. q̄ cū fecisse conuersa ē i paucis dieb; ad suā crassicie.
Hui9 aū mulieris macies fuerat p nimia pauc̄ sanguinis. hinc & multitu
dine sanguinis i uenis & arteriis existente. Si s; uirt9 t temp9 t aliud
nos impedierit. paulati sanguis minuat. flebothomia & farmacia cū si
etas pueril fuerit. uentosē apponant. Si aū medic9 ut oportet quantitate humor
corporis inuestigare n poterit. ne cadat ea obliuioni s; studeat ea ea quantū humani
scientia comprehendi potest. Gal. Si plenitudinis signa apparuerit. n oportet
tardari flebothomia. neglecta n eius morbi generant. pestilentia scil. 7 flegmones
& similia. Purgatis aū de corpib; bona materia. prohibeant eos a nimio 7 grosso
cibo. Cibent pullis gallinaceis & gallinis & similib;. De fructib; lactucis 7
certis sup dictis assuescant quietē. Motus n calefac corp9 & eliquat humores.
Qui ad q̄da membra fluentes pnapalia. multas & diuersas faciunt passiones.
apostemata uidet & similia. Similit fac balneū. Deinde uideamus accidentia.
& si signa plenitudinis cognouerimus. alia uice minuam. q̄ usq; nulla plenitudinis
habundantia appareat. Q̄d si aliquid repugnet occasio ut negam sanguine minuere.
sic defectio stomachi. Curet c̄ subtili dieta & pauca. tam ut uirtute eor ēē
agnoscam. h n custodito. materia nata illa digerit. & ad bonū conuertit q̄ subtilitas
& paucitas diete ē conueniens medicina plenitudini. Dieta frigida & siccam
accipiat. & subtile digestionisq; facile. sic succi malogranati. sirupu malorum ace
tosorum. oxisaccar. cibos uscellatos frigidos & subtiles. Q̄d si uirt9 pati n equi
uerit manducare pullos gallinaceos. Mansiones sint frigide & septemtrionales.
Aspgant in pauimento flores & frondes frigide. h seruanda s q̄ usq; uidebim
sanguinis habundantia eē minorata & paru p cibi paucitate digesta corp
conuersum i sua natam. Alii u humores si habundauerint. aut corrupta fuerint.
festinare debem c̄ ppria eor purgatione. i. cū farmacia. Si sit colore rubeo 7 etas
sit pcipue si abhominatione & punctam i stomacho heant. c̄ oximelle & aqua
calida. aliisue reb; uomitu suscitem. Si u sit etas citrina. dem. de fructib;
mirobalanus citrinis. tamarindos & similib;. Si s; feruen temp9. iuuentute. etate.
consuetudine & regione. Ego ipi dico xxc. 7 mirobalani citrini. oxizaccara. x.
7 sirupi rosati .ii. colera rubea suauit & bn purgarēs. dein nate c̄ bona materia
i corpe restaurare c̄ dietis ut sit pulli gallinae & similia. Si colera nigra dnet
purget c̄ cinnomomi esula c̄ semine radicis castanea ana 3.i. & s. fac puluere
da c̄ oximelle & c̄ aq̄ calida. Si u etas n fuerit purget c̄ catarticis de epitimo.
t agarico. Si aū catartici negat accipe dando s hec pillule. R. Agarici epitimi.
polipodii. sticados ana 3.i. ellebori nigri. sal. nigri. ana 3.s. lapidis lazuli. 3.i.
fac puluere. tempa c̄ succo absinthii. da 3. iii. t iiii. cū calida aq̄. Dieta haec accipi
ant agnos sal. animales uscellatos. aucassos pisces. De fructib; uuas passas. fic
fuis. & similia. De herbis menta. absinthii. uinū odoriferū c̄ boragine. gariofil
absinthio & similib; q dē bibant. Sirupū cordie 3.i. de electuario q leticia dicit.
Sirupu ualet melancolicis R. Succi malorum odoriferorum libras iii. coctanorum
libras v. Vini odoriferi clari & mediocro temp9 tincas libras ii. Zucar libr i.
gariofalorum ii. 3 i. & s. ligni aloes 3. ii. frondiū citrini. 3. x. absinthii. boraginis ana
3. iii. fac sirupu. Caueant angustia. ira. tristicia. & c. hec his diu obseruatis ad
sanitate n pducant. ad alia tam n transeant. His humores s dē & i obedien
tes. Vn ypoc. Omia s rōne faciena & n cuenientib; s rōne 7c. Si signa
flegmatis appareant purgent inestare c̄ uomitu. Si aū etas n sit c̄ farmacia
scil stomachi. c̄ longadion serida & similib; neq; uncio si cū digestiū & subtiliare ē.
q si n sit subtilo prius extenuet c̄ apozimate radic. dein purget. Dieta calida
cibi aū flegmatici humoris extenuatiua accipiant. Vinu citrinū t aureum
par bibant. Dieta & subtile accipiant. Tenuis n & pauca dieta natam
confortat ad digerend flegma. flegma n n ē aliud n cib9 medio coct9. Subtili
mag dieta. calor natal confortat. digit flegma & mutat illud i sanguinem.
Incoleni nigra aut rubea nullom gēs s sicce. De custodiendis corpib; &
diximus i theorica. causis morbor & incipiend quomo res extra natam abiciat.
n de significationib; fracti morbor dispicacium. q omis res natal si augmentat
aut minuit. aut exit extra cursum suū. inuenitur aut morbū aut fitū ai natam.
Similit si apparearet res extra natam inuenit morbū aut neuat exire. Si incipi
end ē de regimine corpor q res natal a cursu suo natali auferat. Dicim q si
q̄da res natural sui cursu natale exierit festinand ē ut reuocet ad cursum suū
natale ut reb; contrariis illi accidentib; p que a cursu suo natali transierit. Vbig.
Si appetit9 augmentat fuerit plusq oportet. intelligit mala coplexio frig
da ori stomachi dominari. Vn dam iuni cibosq; & aceto sum.
flegma uillis stomachi eē infixum. q b; necessari ē uini. Q̄d si appetit9
minuat. aut os stomachi calefactu eē infirmat. q ē frigida dam uel coli
cos humores stomacho eē infixos. Ideoq; uomitu c̄ oximelle t ... huc
c̄ calida puocati. Si aū appetit calida aut acuta aut dulcia designat. a crima
complexione frigida ori stomachi dominari & dam calida aut acetosum
flegma cū uomitus necessari ē. Si aū appetit frigida scim colam ori stoma
chi dominari. & dam frigida calore extinguentia. Si sit parum calida 7
sicca coplexio ori stomachi dominat. & dam frigida & humida. sic sirupu
t psillium. zucar. spodiu. Cibos frigidos & humidos natalit & artificialit.
pter lac & pisces q caueant. Si n habuerint appetitu bibendi aquam frigida.
frigida & humida coplexio ori stomachi dominat. aut flegma ibi coadunatū ē.
Vn dam calefacientia. sic mel. uinū uetus odoriferū & elect diaciminū seu diade
dumon. diacon. pipeon sorgene t oximell. Vomitū de melle & aq̄ calida. anero
tadices si flegma sit accipiant. Si aū egestio augmentata fuerit plusq oportet.
& sit p nimiū cibū. minuat cib. si aū sit de actione nate t uirtutis expellentis.
habundantia materie. administe c̄ q̄dā laxatiuo. Na si citrina sit. c̄ mirobalanis citrinis.
Si nigra c̄ mirobalanis nigris polipodio. epitimo & similib;. Si minuat egestio
& sit p parcitate cibi. necesse ē ut plus cibet. Si sit p stipticē cibū. accipiant ui
ceciosa uina 7 pinguia. lactuca c̄ oleo oliua. mirta. & opsimogari ficub; siccis 7
similib;. Si aū sit p flegma uiscosu & paucitate cole ad intestina descendentis
humectand ē uenē c̄ excrementis. sartara yerapigra. & similib;. Si aū fuerit p
calore & siccitate intestinis dominantis humefiat corp c̄ cassia. fistula. uiola.
manna. lupulo & similib;. Q̄d si egestio mora habuerit. aut celerit exierit.
causa fiat inuestigatio. cū dem medicina fiat. Si uentositate intestini t
stomach habuerint. & sit p multitudine cibi. exercicius iuuant. tardeq; cibent.
Si aū sit p cibaria uentositate generantia. accipiant apiū. maratr. origanū. anisu.
diacalamint. diaspoliticon. Vrina ult mod augmentata p multa aq̄ minuenda est.
Si aū p actione nate c̄ s. crisin. n astringat n cū defectu fuerint. te dandae
medicina renis cōgruerit descripta. Si aū ē p renu & uesice frigiditate aut p
sua mollicie. minore c̄ fcri dam. ut ehus c̄ zucari. Si aū urina minor sit q.

... siccitate paruitate aque. aquam frigidam bibant. Si fit siccitate et calore
... et ... Si fit per grossos humores. detur ipsum
... citrulos. melones. et ... tisana cum uiola. Si fit cum ardore. detur psillium cum ... acetum ...
... amidum. ... anecos et similia. Si fit cum ... cucumis. citroli. cucurbite et similia his congrua. De menstruis mulierum.

Menstrua si augmentantur plus quam oportet. et fit de actione nature per crisin. aut per sanguinis habundantiam. non constringantur nisi debilitas se adpropinquauerit. Quod si per nimiam pulsum et debilitate ... fuerit uel largitate ... ac organorum dissolutione ... brachia et alis ligentur et fumant acetum cum succo portulace et bolo armenico. Nutriantur cum carne pullina cum sumache. his non proficientibus curentur cum ... et sumache. Quod si minuatur et constringatur in aqua calida balneentur dieta in suo loco qua scripsimus. Vulua unguatur cum oleo sambucino. Coxe et umbilicus et pecten fomententur. Quod si hec non profuerint cum medicinis in crura ... ligentur. Basilica uena minuatur. Similiter debemus facere ad emorroidas si fluant. uel si in alio loco dictas curent. Si sudor sit superfluus et ex actione nature per crisin non constringatur ... constipate. Si sudor sit per habundantiam humoris ... si sit per nimium cibum subtilietur dieta. Si fetet. significat putridos humores ... excludatur cum farmacia. Si fetet. significat putridos humores. et purgetur cum rebus. Unde inuestigandum est necessario cuius humoris sit putredo illa. ... aqua calida adhibeantur. ... congruis. Quia non stringere uolentes ... Vngatur corpus oleo uiolato et rosaceo uel mirtino. sumach. ... coliandri et similia. ... unguatur corpus cameleon. ... et oleo ... Si sudorem ... prouocare. unguatur ... augmentata. capite ... cassia. cinnamomum. Fomentationes fiant ... camomilla. mellilota. samsucum. abrotani cum aqua calida fomentetur. in qua cocta sint ... ultra modum. naribus apponantur fumum ueranicis et similia. Si ... fuerit ... fomentetur capite cum aqua calida. in qua cocta sint ... et ligni aloes. Si fit ... augetur. gargarizetur aqua rosata. aut aqua mellilotum et camomilla. Si constringatur. gargarizent yera pigra. decoctionis mirte. galle. coliandri. Si sompnus sit superfluus et humida complexione cerebro ... piretrum et similia. ... caput calefiat cum sinapi. piretro. stafisagria ... puluerati ... mellicratum. Similiter de eis fiat gargarismum. Si autem sit de materia flegmatica cerebro existente. mundificetur cerebrum cum pillulis de yera pigra. uel pillulis aureis. ... gargarismus. Si sompnus minuatur ultra modum. siccitas cerebro dominatur. fomentetur caput cum tepida aqua uel calida. in qua cocta sint papauer ... cucurbite. lactuce. uiole. nenufar. manducent papauer. lactucas. coliandrum. Caput cum oleo uiolato unguatur. Concupiscentia coitus augmentata. calor et humiditas corpori dominatur. Res quoque frigidas calore extinguentes. sicut papauer. lactucas. coliandrum et similia accipiant. Si fit per habundantiam sanguinis flebotomentur. Si coitus ... minuatur. frigiditas et siccitas corpori dominatur. Unde calefaciendum et humectandum est cum carne porcina. uel ... cum ... ciceribus aut accipiant ius ... yringi ... et similia. Si mens turbatur aut aggrauatur. flegmatica materia ... cerebri dominatur. Ideoque purganda est cum yera pigra. logodion et similibus. Similiter ... corpora a suis qualitatibus in parte mutata et obseruanda ne augmentata suarum qualitatum mutatione ad morbum deueniant. De corporibus extra naturam mutatis. diuisisque morbis.

De corporibus extra naturam mutatis ... ad tolerandos morbos preparatis disputatio sequitur. Quod si quis sponte pacietur labore. morbum habebit. Unde inuestigandum est ipse labor. et curetur sicut in labore disputatione diximus. Si fuerit de plenitudine uena media de brachio incidatur. et minuatur. Si dolore et fatigatione in capite ... et brachia ... media uena incidatur in brachio. Si dolor sit in ... et ad caput ascendit minuatur cefalica. Quod si dolor sit in uentre. coxis et cruribus basilica minuatur. uel flebotometur ... diebus ... paulatim minuendo. quousque superfluitas sanguinis purgetur. Balneentur in temperatis et ... balneis. Dieta subtile et digestioni facile accipiant. Iubeantur eis ut quiescant donec ... fatigatio cessauit. Quia cessare ex forti ... puls et urine digestione cognoscimus. Si fatigatio sit de plenitudine humorum. purgentur ipsi humores. Si sudor uel urina augmentatur. et ... copia humorum in corpore ... signum ... superfluitas purgetur. Si morphea apparet in corpore. flegma salsum purgetur et congrua dieta accipiant. Si uox est rauca et rubor in facie. significat lepram esse uenturam. festinandum est ... sanguinis detractione de uena ... et aut de cephalica ... paulatim multis ... sanguis minuatur. Dieta dandum boni ... sic agni. heduli. gallinae. et purgentur eos cum ... epitimi. agarici ... et cibis ... nigra generantibus sic sunt lentes. caules. ... et similia. Hec ... dieta non ... ad incurabilem morbum ... Si ... carbunculi et apostemata nascantur ... flebotomentur de basilica. ... mediana. et purgentur ... Si ... augmentate fuerint. intelligendum est eos de uiscosis humoribus et uiscosi flegmatis habundantia. Unde purgetur illa materia. et subtiliter dietentur. ... dietam caueant summoque studio deuitent. De dolore assiduo in capite.

Dolor in capite assiduus senibus uel ... est ... Festinanter subueniatur cum pillulis de yera pigra. logodion rufini et similibus. His non proficientibus incidatur uena in temporibus et uena frontis. Caueant cibos dolorem capitis generantes. sicut allium. cepas. nuces et lac. Quod si ante oculos ... cimices apparent. cataractas nunciant. Mundetur ergo caput cum yera pigra. logodion et similibus. Cibos uolatiles nigra generantes caueant. neque in nocte ... uel aliquo ... labore qui pertineat labori oculorum. neque in die ... neque ... collirium ... antidoto ... acies ... signum. Mundetur ergo ... De uertigine faciei.

Facies ... capitis ... cataractis antidotis et gargarismo supra scripto. Similiter fiat ubi ... uertiginatio est. Cohibeantur a cibis uiscosum flegma generantibus. ... calidis et siccis. balneis et exercitiis et frictionibus utantur. Visus uel ... grauitas epilepsiam denunciant. Unde si uene sint plene flebotomentur et supra scriptis curentur. et supra dicta utantur. Si tumor et rubor in facie est. et uene oculorum sint plene et qui rubor et dolore capitis habeant. frenesim nunciant. Succurratur ergo ad medendum cephalica. Quod si uirtus erit fortis. minuatur usque ad defectionem. cibos frigidos et humidos digestioni obedientes manducent. Capita cataplasmentur de sandalo. aqua rosata. camfora et similia. Deinde catarticum de cassia fistula. manna et similia. Qui assuete sunt ... angustia et ... suspirium patiuntur ... fiunt. Ideoque accipiant apozima. epitimi. logodion. rufini et similia. Si uene eorum sunt plene. mediana uena brachii incidatur. Si color sanguinis niger fuerit. usque ad defectionem fluere dimittatur. Si uero rubens claudatur. dieta eius sit calida et humida. sicut sunt animales agni. heduli et similia. Caueant uolatilia nigra generantia. accipiant antidota leuia. prouocantia ... et confortantia. Mutentur eorum animi ... leticia in leticia cum diuersis musicorum instrumentis. Qui frequenter catarrum patiuntur et corpora habent macilenta et pectora stricta. ad periplemoniam et ptisim ueniunt. Unde oportet purgari cerebrum cum pillulis aureis. de aloe. yera pigra. uel dandum de apozimate aloe. Si si habent catarrum. demus siropum de papauere. et ... capita pro calore et frigiditate maxime in autumpno. et humectanda atque impinguanda sunt eorum corpora. Grauitas lateris dextri. aut ypocondrii ... punctio uel ... eorum passionem ostendit. Si et grauitas sit opilatione demonstrat. Unde dandum est ... cum apozimate apii. ... radices et similia. Siropum absinthii. dialaca et similia. Similiter faciemus si ... habeat. Si punctionem habeat ... calida apostemata significat. Ideoque festinandum est cum sanguinis detractione de basilica ... et eis catarticum de cassia. fistula. succo solatri. et scariola. Cibentur ... lactuca. Cataplasmentur pectora ... de sandalis. aqua rosata. et camforata. Si ... alba ... significat ... medendi sicut diximus in ... calore.

Si facies et inferiores palpebre tumescunt. De ydropisi nascitura.

Ydropisim ... Ideo dandum dieta subtile et modica. Prohibeantur a grossis et duris dietis. maxime a dulcibus cibis sine ... Iubeantur ... ante cibum exercitia. et post cibum quiescant. Veniant ... cum yerapigra ... soluatur. Dolor umbilicum circuidans cum ... timpaniam significat. Cui ... puluis detur. Recipe ciminum. anisum. apium. marrubii. origanum ... calamento equali pondere fac puluerem. da potui ... cum ... odorifero modico ... cibentur. exerceantur ante cibum. Qui habent ab dominatione inflationem et ... in latere sub ypocondriis cum fastidio colicam passionem significat. Quare ... comedant. caueant aqua frigida. exercitiis. balneis. et longo sompno utantur. laxatiui accipiant electuaria. Cum est dolor et extensio inferioribus significat apostema esse in renibus. Si in exteriori est dolor apostema in exterioribus lateris expectabis. Si interiori apostema nascitur in substantia renum. Unde basilica uena inferioris lateris incidatur. accipiant semen cucurbite. cucumeris. citruli. et semen ... cum siropo uiolato. Cataplasmentur de sandalis rosatis. camfora. lino. bolo armenico cum succo scariole. coriandri ... Purgentur cum catartico de cassia fistula et similibus.

Si in fundo urine fuerit arena. lapidem in renibus demonstrat. De urina nascenda.

Subtiliter ergo cibentur ... ante cibum exerceantur. Deinde materia purgetur. prohibeantur a multo et uiscoso cibo. Similiter si in urina ypostasis sit sicut ... aut argilla rubea trita demonstrat uesica lapidem habere. prohibeantur a multo cibo maxime grosso. Demus subtile cibum modice et diureticum ... sicut semen cucumeris. cucurbite. citruli. apium. anisum et similia. Ardor urine ... uesica et ... dandum frigida et humida sicut ... cum amigdaleon. psillium. semen cucurbite. citruli et melonis. caueant grossum et dulcem cibum seu potum. Punctura et dolor intestinis uel stomacho ... solutione dissinteriam demonstrat. Unde hac dieta dandum. Recipe boli. psillium ... et similia. Qui pruriginem habent in pectore emorroides ... Prohibeantur eos a melancolica dieta. unguatur anus cum oleo ... et ...

Bonum est ut sana regamus corpora et eorum ornamentum et compositionem custodiamus. De ornatu.

Unde incipiendum est a capillis. Oportet regi capillos ne cadant. Cadunt et aliquando per impetiginem. aut nimia siccitate. Unde caput lauetur ... cum succo maluae aut blete. cum nitro aut polline ciceris. uel lupini cum apozimate ... liquiritie. aut cum felle taurino. aut aloe cum succo mirte. sed cum ... unguatur in oleo uiolato. deinde cum ... semel aut bis in balneo. ... sepe capite radatur. et lauentur cum supra scriptis. his factis ... ab impetigine et capillorum occasu. Si uolumus eos confortare ne cadant. et curare ne ... unguatur cum oleo mirtino aut oleo in quo cocta sint emblici. mirobalani et succus mirte. aut cum oleo ladani. aut absinthii. aut papaueris ... unguantur. Si autem capilli ex acute passionis cadunt. colliendi sunt cum psillotro. et unguatur caput cum supra dictis. Si capillorum radice desiccata capilli defluunt. unguantur oleo uiolato. amigdalino. et lauentur cum mucillagine lini et psillii. Si pili morantur barbe ad crescendum. aut supercilia ... unguantur cum muscelino. aut cum oleo ... et unguatur amigdalis amaris ustis. et bacis lauri cum oleo temperatis. Canicies si ante tempus uenerit. prohibeantur eos a cibis flegmaticis. et dandum ... sicca naturaliter et artificialiter sicut assa et fricta. Vinum uetus et purum bibant. Dandum ... atisera minore. aut antidotum anacardi ... Quod si ... in ... tempore. hec non proficiunt. unde necesse est unguantur hoc unguento. Recipe. Gallarum in oleo ustarum ... xl. ... usti. aluminis ana ... dragaganti ... gariofili ... fac puluerem temperatum cum aqua calida. et unguatur caput ... in nocte. et desuper frondes blete et sambuci ponantur. mane uero cum aqua tepida lauentur. postea oleo mirtino unguantur. Item aliud Recipe. Florem nucis pulueratum. et cum oleo temperatum ferruginem plumbi usti equali pondere cocta in aceto ad spissitudinem. papauer rubeum. florem fabe ... in plumbeo mortario. et puluerata cum oleo sisamino ... postea spacio xv dierum ad sole dimittant ... die agitentur. Aliud Recipe. Calcis ... litargiri ... crete rubee ... aqua calida temperentur. Aliud Recipe. Oleum ladani ... capillos. Recipe oleum mirtinum libra i. ladani ... in duobus uasis quousque ... Aliud. Oleum emblici ... cortices ... equali ponderis coquantur ... et ... cum eis equali pondere olei sisamini et coquatur in duplici uase quousque solum remaneat oleum. Aliud. Oleum absinthii similiter ualet. Recipe. ... lauri ... ladani. absinthii. pomorum cypressi equali pondere. fac puluerem et ligentur in ... dimittatur in oleo mirtino spacio ... deinde ex eo unguantur. Crispos capillos ... planos ... crispos ... [illegible] ... cum oleo uiolato ... De natura simplicis medicine.

Quoniam ... De scientia operandi simplices medicinas ... ut oportet complexiones. et repugnantiae morborum ... [illegible] ... Aut est dieta. aut farmacia. aut cirurgia. Si incipiendum est a dieta et medicina ... [illegible] ... simplici ... [illegible] ... Incipiendum est ... complexionis ... [illegible]

Operis ... De medicinis simplicibus ... [illegible] ... Vnde ... simplices ... complexionis natura. Sicca est ... [illegible] ... Carnium ... dolorisque ... lapides ... [illegible] ... Oportet ergo primo de simplici medicina ... [illegible] ... sapor.

... De medicina in corporibus temperanda.

Certissima et uerissima medicine ... morbis probanda ... est cum magna cautela sicut antiqui dixere et his placuit quod firmauit Galienus in libro simplicium medicinarum. Medicina ergo ... placet. Unde ... debet ... accidentibus ... natura ... Aliis ... morbis simplex in qua medicina est probanda. Certe ... medicina ... morbus ... [illegible] ... Quare medicina ... nec debilior nec fortior sit morbo. ... medicine intelligendum ... calefecerit corpus ... infrigidans ... accione accidentali et non naturali. Similiter intelligendum in omnibus qualitatibus. Si ... sit in omnibus corporibus aut temporibus anni. Si ... equalis ... naturalis ... equalis et accidentalis est. Si ... in corporibus ... necessarium ... infrigidare ... uel ... in frigidatur ... Causa quare ... Materia ergo ... digeritur ... [illegible]

suauitate & delectatione neq: sqat aut diuidit linguam. Amara u fortit
colando mutant & squarant linguam c horribilitate. Vn uidem ea ee terrestra
& grossa. Amara mini pp h dicim ee sicca qa n putrefaciunt. Acuta aute
calidiora & subtiliora s amaris qa st ignea. Ideoq: rodunt & incendunt
& eligunt. & corpa faciunt tenera. Amara u qa mini calida st & grossa
ac terrestria. Si ex eis ponant lauabt & mundificabt. Acuta au posita hu
mores grossos extenuabt oppilatione uenar apient uin mistrua puocant gros
sa capitis ac pectoris humiditate mundificant. Ideoq paraliticis subueniunt
cito n penetrant. sic acuta neq: morant aut induiant sic pontica & stiptica.
Salsa u calida s & terrestra minoris tn caloris st qm amara. De scien
tia uirtutis medicine p odore oportet- tia uirtutis medicine p odore.
sari. Na a fumosa faciunt parti odorabile sensum qi p sapore cu gust patit
sens. Nq a uidem acetu res acutas. allia & cepas n min q gust sapores ol
factu facit pati. Similit multa qa inmundas & putrida n gustant quor
natas odoratu cognoscim. Nō u gustant ppt eorde odore ipsa mali sapori
ee ostendere. Sunt tn q da q suas naturas p suu odore n st demonstran
tia. Causales ns s de diuisis qualitatib: coposita. aut qa nullis s odoris. Diu
sar qualitatu s odorifera maxime rosa. cui odor n ueni sig natae. Hoc
ei sapor cessat. Cu st u coposita de amaritudine ponticitate & aqsitate.
Pars u amara calida e & subtil. Pars pontica frigida & grossa aqsa i sa
pida inte grossum & subtile mediocris. Odor au n e n res fumosa & aerea.
p calore a corpore dissoluta. Cu u are odorata dissolut n e n ea p s q e fumo
sa & aerea. Quod g de rosa dissolut n e a tota sua subta. s: ab ea pte q calida
& subtil e. pp h omis res hns odore e calida. Cuius tn odor n tota sua subam
ostend. maxime rosa. Que au nulli odoris s. sic salsa & dulcia n ostendit sua
cplexione n p sapore. fumi u q ab eis dissolut. aut e paucissim. aut inte subti
litate & grossitate n e compac pin n ueuit odoratu. Quare uetosa & acuta dat
odore suos sapores ostendente. salsa u pontica minime. st u grossa. Pontica & st
frigida & de frigidis nich fumosum dissolut. q au odore hnt calore & subtilita
te in suis substantiis ee designant. n tam coloris & subtilitatis quitate ostendt.
Ideoq: rer coplexiones & naturas p odore certissime nequim cognoscere. De
Color nim q odor complexiones rer ostend. medicina cognoscenda p colorem.
Diuisas u complexiones uni coloris inuenim. q tam aliqn color demonstrat. sicut
uidem in multis spmatib: radicib: sucis & similib: Vbi gra. Cepar: s g llarum
q uq: alba min st calida. q u rubea e calidior. Similit cicere. fasoli. & multa
alia q rubea s. calidiora ee dicim. Si alba. minoris st caloris. Hec e u a p
qua simplice medicina cemptare & intelligere possum. Temptatio u fieri
debet c magna cautela i corporib: Non u sum securi quin res pbanda mor
tifera sit. Ppter q medici si aliq pbatu inuenerit ad curandos egros suf
ficient. n labo are i aliis pbandis molestu u e. Iste omis medicina qua nc
medici opant n p i humanis corporib: ab antiquis pbata fuit. s: multis
aliis diuersisq: mois. Quedā u fuerant c inuentione pbata. qda sponte aliqn
accipientes ea calefec u confrigidauit. t desiccauit. t humectauit. Que medi
ci postea i aliis corporib: pbauert. Alia u multu laborauert i cogitandis &
disputandis rationib: s: ipsi formidolosi n ausi st ea pbare. Que causis multe
cogitatoi s i somnis euenert qualit uigilando nis inuestigauert. Vn eam
summa au ca i corporib: ea pbauert. Eande inuenientes ea ret a nandos
ee utilia sepert. Quedā in quib: da irrationabilib: animalib: pbauert que
humanis corporib: data fuert illi uim minis. Cu irrationabilib: animalib:
fuerunt. Dein indubitant ea sepert. Vt ypoc aqda aue marina clister face
didic. qua dū ultra modu pisces comedit & egestio sua indurata erat: os suu
aq maris fundit implebat: conuisoq: capite mittebat rostr in anu. depone
batq: aqua i ore ptenta. mira culum. un stati fiebat solubilis. Vn ypoc.
Sicut illud i hominib: ostipatos uentres hntib: pbauit q ostipationi ual
lida inuen. Ampli. Reptilia sic cyri & serpentes i hyeme frigidis tem
porib: meatu in uictora tre. & supina iacent. Vn usus eor obscurat &
defic. Vere au uenientes foras egdunt usum defectu hntes. Ee euntes
inuenunt maratru. cu frondib: comestis uertunt oculos circa hba usiusq:
eas restaurat. Qd oli medici explorantes. sucu illi hbe i collirius oculor
miscuert & inuenientes eu magne utilitatis ee sepert. Oui u tc quidā
accipitre dolore uentris hntem epar digunsi t clinu. t insustinsi comede
reqq: a dolore libari. Si & alia q plurima similia. Antiqui talit me
dicina i hominib: pbauert. Pro inde h ars u inparuo tempore inuen
ta fuit. qa qda aquib da pbata dimissa s aliis. & ipsi illa & alia multa
completes aliis reliquerunt. Hoc & multi temporis e. q u ipsa paru fue
runt scorpiones. q si aliqm mordebant. mox moriebat. q spacio longi temporis
fuerat. Sc cu quadā die morderet quida. stati sufficient sanguine minuit.
& inui exagii canfore bibens liberati est. Propter h n oportet medicinam
i humanis corporib: temptari si ea q ab antiquis pbata s nob sufficiunt. Vn
ypoc in amfor. Vita breuis. ars u plixa. temp u acutu. expimtum fallax
iudiciu difficile & cetera. Hoc au dix ypoc ut ostenderet q necessitas ee libr
scribendi & demonstraret q nullus i sua uita arte medicine ualet ex
plere. Vn necessario ex primis tenent antiquos. & alia pbare incipiant. & alii
pbata teneant. & alia comprare incipiant. sic & plxitas artis medicine co
pleri potuit. Si tam si tanta uenerit necessitas ut nos pbem q da i humanis
corporib: q n fuerint expimitata. oportet nos ea compiam pri i sapore &
odore ne sint manifesta. Quor odor si fuerit horribil & fortis ac abhomi
nabil. monstrat qa e humano corpori nocetiua. Similit & sapores ac
sis s i acceptabiles pungitiui & pcutientes. intelligim ea nocuitua huma
nis corpib: ee ia serenitas. Pn m n oportet corpi n ee nocetiuā. & uolumus
ea i corporib: pbare conuenario ne contingeret. seruā p ictū tenore & ficiem plano.
Cum plenum disputatione qualit De scdis uirtutib: a prima descendentib:
medicina pbet ut sua complexio intelligat ordo sequit a scdis uirtutib: a pma
pcedentib: i. mutatiua. maturatiua. oppilatiua & cetis. Quas uirtutes possim
cognoscere intellectis eor complexionib: Que complexiones i. calidu frigidu hu
midu & siccu. qa in omib: corpib: i qualitate & quititate n s equalit neces
sario una res n e eidē uirtutis cui e alia. Ideoq: qda medicina e aptiua. qda
mollitiua. & qda alri uirtutis. quar una quaq: cui uirtutis e n opte dici.
s: dicim ex coplexione qua uirt medicine p cedit. ut querentes medicina
huiusmodi uirtute hnte p sua coplexione inueniam qre quen nob noscere
omne ee in corpore t plicit mutari. Aut u exactione caloris natal ad
bona matiam corporisq; conuenientē mutat & uocat digestio. aut mutat
ex calore q e extra natam ad mala matiam & corpori inconuenientē & put
factio nuncupat. aut ei mutatio e mea h duor i. digestione & putrefactione
& dr coadunatio. sic aqua i ydropicis & sanies in apostematib; coadunat.
Causa qa natā uoleas mutare maliā in natālē qualitate n n ueri posita
te inqualitate hui materiei. pp illi matiei malignitate. Aut qa e extra
uenas & arterias mutat ea. aut in sanie. aut inte quida naie nibro. mana
Que u mutatio e neqat fieri n ei temptata caloris natal uirtute. nc ee e
ut medicina sanei collectione eiq: digestione adiuuans temptate sit co
plexionis aut meira temparie. pari tam calori pauens. Propterea u co
adunare uolum sanie. faciam medicina tempate calidā & humidā sic
sit humana corpa. Quemadmodu e fomentum aq tempate calide & sapi
de t farina frumti e oleo & aq t e ouo cocta. calida t cocta. Panis
e oleo mag coct & simila. Aut u faciem medicina uiscos & poros clau
dente ut calore natali inuisec coadunatio & confortatio apostematis

248.

maturatiua digeratur. sicut axungia porcina, anserina et similia. Quod si apostema cutimum calidum est et tempus fluxionis preteriit, pro illo cum aqua frigida oleoque rosato iunctum calidum est, et tempus fluxionis preteriit. Ut faciunt medicamina quae naturalem faciunt calorem intrinsecus coadunare. Aut faciunt medicina utraque, ut linum, id est temperate calida et uiscosa, sicut fit de lini semine et cum aqua et oleo. Si uero corporis ulcera temperatum cataplasmate decoctionis bletarum aqua et olei. Si corporis calor in calore fuerit, debet medicina in eodem gradu esse frigida, quo calor corporis a temperamento exiuit. Si uero necesse est ut medicina apostematis apertiua sit et calida et sicca, poros enim aperit; naturalem calorem dissoluit; et apostematis materiam indurat. Quod planius dicemus cum de curis apostematum loquemur.

M

edicina mollitiua oportet fieri pro hac causa. De mollitiua medicina. Membrorum mollitiua. Membra enim multis modis indurantur. aut quia desiccantur, aut quia coagulantur. et fiunt in eis nodi propter frigiditatem. aut quia calor plenitudinis indurantur. aut quia hi tria consequentur. Medicina autem mollitiua membris propter siccitatem induratis succurrit; membris uero propter frigiditatem coagulatis calida sit necessaria. Extensis quidem propter plenitudinem subueniunt, aut ut calefaciendo et dissoluat et per poros extrahat ut expellat inde materiam. aut calefactiua ut ea dissoluat et per poros excludat. aut desiccatiua et uiscosa quae duobus modis ualet; quia humiditatem membrorum desiccat eorumque materiam in siccitate naturale continet; medicina tamen siccitate et extensione membrorum curans, non dicitur mollitiua sed maturatiua. Namque scirrosum et duricia extremitatum recte mollitiua dicitur. dum curat apostemata sicut scirrosum et duritiam lacertorum et cordarum ex grosso flegmate orta. Hic enim medicina calida et sicca conuenit, non tamen multum calida et sicca. Calida in secundo gradu, sicca in primo. Nam si calidissima et siccissima est, subtilem partem apostematis diuidit et soluit. Et cum non desiccat et indurat, et operatur ista quemadmodum ignis in argilla, ut quod est tenue dissoluit, aliud indurat et purificat quod dicitur later. Duricie ergo apostemata non oportet calidissima uel siccissima medicina curari. Cuius et calor et siccitas sit per apostematis duricia. Si enim modica est et medicina parum sit calida et sicca sicut est adeps caprarum, gallinarum. Si enim est multa mollior sit medicina sicut anseris et hyrci pinguedo. camomilla et medulla uituli. Hec omnia moderate calida sunt et sicca. non tamen opportet esse salsa uel uetusta. quanto enim adeps uetustior est, tanto siccior efficitur. Molliores sunt his

I

bdellium. sigia. galbanum. amoniacum. oleum uetustissimum. ysopi. adeps porcinus non salsus. In duratiua medicina mollitiue contraria est. Ergo si illa De induratiua medicina. calida est et sicca, decet hanc frigidam esse et humidam sicut est sempiuiua, psillium, portulaca, lentis, aqua. Hec omnia sunt induratiua quia cum sua frigiditate materiam coagulant et cohibent ne dissoluatur. frigida uero et sicca membra indurant. siccitas tamen eorum quedam

O

ppilatiua frigida est et uiscosa atque terrestris. De oppilatiua. Propterea dissoluit. careus acumine et punctione. Res enim pinguia ueloces perforat, uel quia dissoluit. et quedam pre substantia membrorum eliquat; aut quia attrahit humiditatem ab interioribus membris

A

pertiua est contraria oppilatiue quia est attenuans, incidens et aliquantulum De apertiua. mundificans. sicut amara et acerea. Hec aperit et mundificat uias intus et extra. quod licet stipticitas aliquid agat intus, illud tamen non operatur extra propter angustia pororum. Stipticitas enim poros quia sunt angusti claudit et mundificatiua ut penetrare prohibet; Sed intrinsecus fortiter sua actione ambit epar. splen. renes. et omnia uiscera. Uia enim horum locorum larga est, et stipticitas ea uenarum omniumque uiscerum confortat et adiuuat apertiua ut intus possit penetrare. Primum absinthium intus multum ualet. mundificat et aperit in sua amaritudine et ponticitate. extra uero non sic operatur. Unde medicina amaritudine huius et necessitate absque ponticitate intrinsecus et extrinsecus aperit et mundificat. Sic uero simul hanc facit medicina que est amara et mundificatiua. quemadmodum lupini, amigdale amare, urtice. semen yreos. abrotanum. Hec enim grossos et uiscosos humores attenuant, maxime qui sunt in pectore et pulmone. sanie et mundificant epatis et splenis oppilationes aperiunt. Si oppilatio non est fortis. Forti enim splenis oppilationi. fortissima medicina conueniens est. sicut radix capparis. scolopendrion. squilla. chamariscus [illegible]. Hec autem epatis oppilationi singula proficiunt; Splen non uero et est acetosa et pectori et pulmoni est ptisana et mellicratum uel oximelle [illegible] pro ... De

c.xxx M

edicina que est mundificatiua. est eiusdem actionis cum apertiua. mundificatiua. debilioris tamen et sunt que da cute extrinsecus mundificantia ab impetigine scilicet lentigine et similibus: id est semen melonis. lentis. cortex radicis calami usti. concharum marinarum ustarum. spuma maris. amigdale. stafisagria. elleborus. allium. hordeum. fabe. Hec omnia curant extrinsecus cum in sua mundificante sicut apertiua intrinsecus in poris et uiis operatur. [illegible] mundificatiua [illegible] quidem oppilatione aperiunt et grossos humores attenuant. De

R

arefactiua medicina cutis poros aperiens calida est et sicca. rarefactiua. Calor enim substantiam corporis dissoluit. Non tamen oportet ut multum sit calida atque acuta. Humidis enim et [illegible] rigorem et tremorem facit. Neque enim multum decet esse sicca quia facit dolorem. neque multum sit grossa et extensiua medicina. Uerumque rarefactiua est camomilla, malua, [illegible] et hec olea et uetustissimum oleum abrotanum ustum et similia. De solidatiua medicina.

S

olidatiua poros cutis solidans est. rarefactiue opposita. necessario igitur frigida est et humida aut sicca. forte oppilans poros sicut medicina est aqua frigida. sempiuiua. portulaca. et spongia que [illegible] psillium [illegible] simul de siccatione infrigidant. Similiter [illegible] atque [illegible] mandragora. papauer. iusquiamus. si moderatius ponantur solidant et poros cutis claudunt. similiter adiuuant sensum auferunt. De medicina largitiua.

L

argitiua orificiis uenarum calida est et grossa et ignea. ut [illegible] sicut urtica [illegible] allium [illegible] oleum policaria et similia. Hec enim aperiunt orificia uenarum que sunt in ano id est emorroides. De medicina constrictiua.

M

edicina constrictiua oris uenarum frigida est et grossa et spissa uel stiptica nulla huius punctione. Hec enim quia grosse substantie est poros non penetrat. et quia frigida est coadunat et astringit; sicut facit galla. balaustia. xilocaracta. cortex glandium et huiusmodi simulia sumptuosa. De medicina urtiua.

U

rtiua calida est et grossa in substantia que est a corpore tangatur uelociter perforat propter suum calorem et inuiscat propter suam grossitudinem. Urit ergo corpus sicut ferrum candens. De medicina putrefactiua.

H

ec aliquantulum sicut urtiua et subtilis sit substantie. non enim antequam debet esse ustiua c.l ut carnem eliquat. aut cum dolore aut sine dolore. quia cum in eo [illegible] corpus sicut medicina nec perforare fortiter sicut ea que grosse materiei est. aut non facit magnum dolorem aut nullum. unde non uritur sicut arsenicum rubeum et citrinum. sed albus nominatur hec putrefactiua. Uerum enim putrefactio non fit nisi cum calore et humiditate. et noxie est membra putrefacta sine putretudine. De medicina

U

irtus huius medicine est que uirtus putrefactiue sed minor. carnium minutiua. debilior quod posita super ulcera exteriora carnem malam limitam que sunt exterius corrodat et consumit superfluitate carnis. et prouocat ea ad uirtus equalitatem; Intrinsecus autem nulli actionis est. oportet autem hanc modice poni. Nam ultra modum posita sana comedit carnem. et ea curat sicut es ustum et cortex eris ustum. operatur est cum uiridi et puluerizata uulneribus simul superponuntur. flos eris et cetera faciunt.

C

icatrizatiua carne uulneris equata, sane cutem. De medicina cicatrizatiua. et indurat et contrahit quoniam uiuatiua cutis; que moderate stipticitatis et siccitatis est sicut balaustia. alumen. aloe. galla et similia. Similiter facit es ustum si loui sit. Hec medicina que predicta. raro tamen et paulatim ponatur. desiccatiua que uero ponticitate caret. De operatur sicut litargirum. et concha marina usta. orobus et similia.

M

edicina que carnem uulneribus creant. De his que bona carne uulneribus creant. necesse est sit temperate mundificatiua. et nulla punctione uel dolore faciat sicut yreos aristologia rotunda. thus. orobum et similia. De attractiua.

c.xl A

ttractiua calide complexionis est subtilisque substantie quia et calore attrahit; maxime si subtilis sit. Nam cum sua subtilitate plus perforat et hec medicina naturaliter sic attrahit

ctiua sicut est diptamum in ouis serpentum, amoniacum; sed quedam attrahunt et putrefaciunt ut fermentum. fimum columbinum, anserinum, porcinum et similia. Propterea laxatiua medicina cum sit attractiua calore et adiuuante operatur. Unde quo calidior est, tanto fortius agit. et sua ui repugnat contrarietatem. De expulsiua medicina.

E

xpulsiua uero medicina materiam ab interioribus ad exteriora expellit; cuius complexio necesse est sit frigida et cuius substantia grossa. Res enim frigida et expulsiua cum sit grossa fortior est. De medicina que custodit corpus a mortifera potione.

M

edicina que saluat et custodit corpus a mortifera potione. Alia qualitate ueneno resistit quia est contrarium ei. alia substantialiter. alia propter similitudinem. Nam quedam exposita uenenum a membris expellit. aut attrahendo ad se cum calore et subtilitate sue substantie. aut quia sua substantia simile est substantie ueneni. Cum enim omne uenenosum mortiferum humanis corporibus sit contrarium nec possit excludi nisi cum medicamentis sibi similibus illud ad se trahentibus; necessario et he medicine corpori sunt corpori sunt contrarie. non tamen ita ut perimant. Est enim medioctiis in natura corporis et ueneni et que ab utroque eorum extremitate complexa. id est inter mortiferum et uiuiferum. Sanat quod nocet. Multum enim ex eis bibitum, lesionem infert; Igitur tamen eas sumat quod neque corpori propter sua multitudine noceat neque a ueneno superetur. ea sua paruitate.

M

itigatiua doloris calida et subtilis est. Dissoluunt enim, De medicina mitigante dolorem. purgant, attenuant, digerunt et leniunt quod clausum est in membro infirmo. sine calido sit siue uiscosum chimum uel grossum, uel multum, uel si sit quod liberi clausum in angustis uiis. seu si uentositas sit frigida, grossa uel fumosa, non potest egredi. Ideoque hec medicine non debent esse stiptice uirtutis, licet passioni conueniant aliquando et si dolorem mitigent, passionem minime curant. Nam cum que non aliquibus membra infrigidant et stupefiunt sompnumque prouocant, bibentibus ea mitigatiua doloris que dolorem non faciunt sed dolor non sentitur ex sompno et membrorum stupore. Prior igitur medicina, id est desiccatiua medicina melior est ista. Nam ista que frigidissima est et humida sicut iusquiamus, mandragora, excepto cortice sue radicis. frondes iusquiami et album semen eius. Album enim licet melius sit nigro, illaudabilia sit potum. Nam hec omnia nostris corporibus uel cum eorum sua substantia subtiliter sunt contraria, ideoque est salubribus antidotis illa et hec alia non miscentur. id est opium. sigia. croci et similia. Multum enim ex eis potata maniam faciunt et mortem prouocant.

S

i moderate suscepta sunt, iuuant. similiter faciunt ea que cerebro nocent, implent enim caput de pessimis fumis. grauitate, itagine et scotomia generantibus; Nocent quoque ori stomachi propter colligantiam cerebri et stomachi.

Q

uemadmodum actione sequente uirtutes De uirtute secundarum actionis a sola prouenientes. a prima procedere diximus, ita et tertiam a secunda oriri dicimus. quequidem lapidem frangunt, urinam et menstrua prouocant, pectori et pulmoni ad screandum adiuuant, lac et spermam augmentant et prouocant. Lapides frangunt et urinam prouocant cum medicina calida grossos humores incidente non tamen multum calida. nimio enim calore et siccitate lapides creantur. Sed que renes mundificat inter medicinas et aliquantulum humiditatis est sicut radix lupuli. spargi. et eorum semina. polium. uitrum ustum. antiquum id est quod cocta est silla. peonie radix et ciceris nigri. amigdala et similia. De medicina

U

rina prouocante cum rebus calore, acumine similibus; non excernunt. prouocante urinam. sanguine. et renes calefaciant. ut possint colaturam sanguinis ad se adtrahere sicut facit spuma apii. maratri. petrosilini. anisi. ameos. asari. Hec enim sanguinem mundant et subtiliant et sua diuidit ab eo qualitate sicut coagulum separat serum a lacte.

M

edicina menstrua prouocans est quedam potius. De medicina menstrua prouocante. sapore et alia que forte efficiuntur. illa que bibitur sanguinem extenuat et uenarum porosa aperit. quod est que lactis prouocatiua. Differentia enim hec enim calidiores sunt propter medicinantes. uenas enim inde plus oportet aperiri quam ea que est in mamilla ut facile fluat sanguis. Ipsa enim non adiuuat ad expellendum a se sanguinem. Mamille uero non solum sanguis ad eas erit. sed ipse attrahit eum sibi. Ideoque que adiuuant sanguinem ut ad mamillas ueniat, iuuant et menstrua et pauca sunt. Sed et omnes fere sunt que proficiunt quod ergo menstrue cessante subueniunt. Hec sauina, myrra. calamentum agreste et domestice diptamum. asarus. cassia lignea. cinnamomum. costus.

L

aristologia et similia que extra posita aut proficiunt in solo calore in aperiendo uenas et sanguinem liquefaciant, aut in sua similitudine sicut sauina et abarotanum. actis generatiuo sit est cibus medicina. cum medicina De medicina lac generante. uero que calefacio flegma et digerit et conuertit illud in sanguinem. Cum cibus uero que sunt lactis similes sicut ea que laudabilem chimum generant. Quoniam humiditas est moderata et que ea calor est uelut sanguinis. Calor enim sanguinis impar est humanis corporibus conueniens. Calor enim ualere rubeo uel temperatum est flegmatis frigidi. Igitur ergo est inter sanguinem et flegma mediocris uicinitatis tamen est sanguini quam flegmati. [illegible] oportet sanguinem corporis inuestigare quo si humiditas fuerit in eo temperata aut [illegible] sanguinis id est calidi et humidi. Quod si colera rubea dominatur precipue dentur cibos sanguinem generantes atque [illegible]. Si autem flegma dominatur, accipiatur medicina in secundo gradu calida multa [illegible]. Si uero [illegible] sicut eruca [illegible] et similia. Alia uero calida et sicca dicta. aut medicina lac extinguit. Nam cum enim calor nimium sanguinis corrumpit. Siccitas uero quantitate ei decrescit. Nos quoque in multis lactis diximus materiam lactis non aliud esse quam sanguinem. Sanguinis uero nutrimentum lac generat.

S

perma generat aut cum cibis laudabilibus De medicina sperma generante uel augmentante. et inflatiuis substantialiter corpori conuenientibus; aut medicina calefaciente atque [illegible]. Sperma enim substantia est de bona nascitur nutritura que sperma [illegible] est ut omnes res spermatis augmentatiua sit. nutritiua et inflatiua sicut ciceres fabe cepe. porri. de medicinis sicut [illegible] et similia. De medicina lac auferente uel desiccante.

L

actis ablatiua calefaciunt et desiccant aut infrigidant; que calefaciunt materiam sanguinis corrumpunt; que infrigidant quantitatem sanguinis minuunt. que uero spermatis minuunt ei substantiam corrumpit, sicut infrigidatiua et siccitatiua sicut hanc enim complexio spermatis complexioni opposita est. Desiccatiua uero licet sint calida spermata destruunt; sicut ruta. agnus castus et similia. que spermata ab interioribus ad exteriora educunt. sicut inflatiua et calefactiua sine siccitate. que uero spermati uirtuti penitus repugnant sicut frigida. Sperma absque sui corruptione coagulantia, sicut lactuca, blitus, cucurbita, mora, citroli, cucumeres et similia. De medicina

c.l P

ectoris et pulmonis mundificatiua. pectoris et pulmonis mundificatiua. sit apertiua. incidentia. non multum calefactiua. que oportet dare cum humidis succis et cum iuribus que sunt maxime recentia sicut butirum et mel uel et cum que aqua farine fabe cum zuccara. calidiori autem subtiliant tamen humores frigidos et humidos a capite ad pectus descendentes. spiritu et eos desiccat. Sufficit de actionibus naturalis. Hec autem finit una disputatio de uniuersali uirtute simplicis medicine;

Q

ue autem incipienda singularium medicinarum disputatio de natura uirtute et gradibus [illegible]. In disputatione simplicis medicine uniuersalis prius ratio postulauit ut exempli [illegible] ordo sequatur de unaquaque specie singulariter. Unde dicendum quod [illegible] complexione medicine in iiii. partes diuiserunt que uocantur gradus. Sicut a omnem medicinam dixerunt esse aut in primo gradu. aut secundo. aut tercio uel iiii. quorum unumquemque est tribus modis partiti sunt. principio scilicet medio. et ultimo. Et licet multi extremitates quidam proprie continentur. eas tamen quia nullam definire potuerunt in scriptis reliquerunt. Uerum quia quantitatem eorum graduum non determinatam relinquerent, credunt aut eam nescire. aut forsitam illa nolle scribere quod falsum est. ut quereret ignorassent eam. Sed gloriosissimus galienus per eius ueniens libro de gradibus quantitatem in libro de simplicibus medicinis multum ostendit. Diascorides autem quamuis eis in libro [illegible] ... ritas difficultates non enucleauit; sua cum illa qualiter galienus [illegible] ... rendunt eum primum tamen nostri sermones hic enarrare uolumus tamen quedam a nobis dicenda sunt prius. per que ei alia intelligantur. Palam namque est quod unusquisque [illegible] quatuor elementa sunt dicimus complexiones esse nouem una equalis uiii inequales. Inequalium uero iiii simplices et iiii compositi. Ideoque necessario nullum [illegible] ... de iiii. elementis

[illegible] nulla hac complexione indiget. Verbi gratia. Aut calidum aut frigidum, humidum siccum. aut e calidum & siccum calidum & humidum frigidum siccum, frigidum & humidum aut equale, ut nulla qualitas aliam dominet. Humanu g corpus compositio aut e calida aut frigida, siccat humida aut equal. si eius equalitas i compositio corpe sensualit inue niri n possit, intellectualit tam cognoscenda e. Vn corpus q d calidum aut frigidu intelligit aliar indigere qualitate. Nomi u accep ab ea q dominat. [illegible] qui in certo medicine e humana corpa i sanitate cus todire. & infirma curare & h absq: cibis medicina negant fieri. t est calidu & sicci calidu & humidu. frigidu & humidu. frigidu & siccu. & cib & medicina sunt corpa de un elemtis composita. oportet pmu ciba riis & medicinar cognoscere ronem [illegible] corpa tempantium cus gre dientia cu medicinis curare opposita. Dicentes q medicinar alia ee in pmo gradu calida. alia in scdo. alia in tcio t in qrto. Intelligimus h dici ad coparationem humane complexionis. Comparatio u alia simplex alia compo sita. Composita e alicq eque complexioni compatit. Simplex u e un quali tati cuilibet eque complexionis q libet coparati Verbi gra. R [illegible] gradu calida. equali complexione calidior e. Sed ad coparatione caloris qui i nulla equali complexione mini e calida. Ergo n calefac & augmtare cu. [illegible] hec calor n fiat calidior uincto g alia calore. cu nodam calore calidissimo aq miuu. c pida. g mixta eode m intelligim diuersis calidu frigidu. humi du t sicci primo gradu. Ideo q: aut q maxime gal. eqm complexiona infra duas extremitates dixere manere, i. inte pmu & quartu gradu. Nam c cu superficies de duabi lineis sit y tecta. & ipse linee absq: medius coniungi n possim. necessario duo medicerta habuere. q de re grad iiii. necessario fuere. Que calidu in pmo gradu nun e calore naturali calidu. in scdo e q illo calidu medio mai e eo. Calidu i tcio. i qrto. ultra eu e. eode m frigidu & hu midu & siccu intellectualit. Quod si aliq sensualit tractare uolum. gustare oportet. cu gustare si sensus dominet in pmo gradu e. Sicu sensu e eqt uirtu ea n dominet: e in scdo. Si au sens p eam mutat sua tn sustinens uiolentia. credit ee in tercio. Rursus si sens p ea mutat ut nullatenu ei actum pati ualeat. constat in quarto. Scilicet ut collectas subscriptas hbas tepr estiuo c suis radicib: & frondib: hyeme u qa frondes car arescere. solas mittas radices & minimu tritas. & p pannu sicci car p fundas. cu optimo uino & uulnerato ad potandu tribuas cu omi cibo exceptis carnib: marin besti arum. & alum sine quadrupedu suar q: marin. & aliq acrumine & caseo ac lacte. Optime q: monemi qa uirtute habe n potes. semp recentas impulue re redactu. Quar pond tibar hac excerte discretione. Videlicet mella quo qm quida romani dice qa optie in principio habundanti tritur. agrimo nia u q tempus. & uiola illa uni sic oleu q dolore pellit. & hedera ter rea q febres tollit. atq: pelosella alba q mundat. nec n diptamnu montanu q humore trahit atq: sagetta s. arnoglosa i. lingua canis q aufert pa ralisin. & sanguine sistit. equalit mixte. salma u q sanat medie [illegible] & beto nica q curat par ualde & cu plaga optime curata. & absq: uicio fuerit i[illegible] plus adhibe ea q sanant & curant: h mag stude t arnoglosa [illegible] parulisin inicio mittas. qa post n audebit accedere ultra. Plage au a foris cataplasma adhibe ex farina frumti. t secale cu suci absinthii. & radicu ebuli & malle collecta in panno lineo t canapineo iuncta q & mane & sera ureddite i uncta.

Quamqm in libro pantegni

Prohemium constantini monachi cassinensis

& uixerit de oculis sufficient tractatum in lingua tam latina. quia n dum ullum agnouim libellum de oculis disputantem. ideo ego constantinus cassin sis monachus h ti tibi hunc libellu composui. ut si ubi librorum aliorum n sufficere u ideantur hic inuenias quicquid de oculorum causis noscere desideras. i. de natura oculorum & sua compositione.

Incipit liber de natura oculorum.

Porro medicus scire uolens cura oculorum. pri eor naturam optime cognoscere. Unu quisq: u membris infirmanti [illegible] ut ad ppriam sanitatem na tura in qua fuerit reducat. s. secunda nature [illegible] membri composita n pot reprehendi. n tota membri partes colligant. Quare q naturam oculorum scire desideranti pri omis partes quib: e sufficienter intelligant: noscant etiam actione quam unaq: que earum pars operat. & q necessitas illius actionis fuerit & quam illa pars magisq: sit composita. ut & predicat. & q necessitate ordinata [illegible] loco p maneat. Quare pri de his efficientib: narrare incipi amus. Sciunt itaq: q e compositum membru ppria h actionem p q sue [illegible] qua actione cu una suar partiu operat. ceterae u illi operanti ministrant. Sicut est in oculis ee. Sunt u de [illegible] partes t nationib: composita. Visus u n fit n cu [illegible] partem operat. s. humore q crystalle idos dr. Ceteri u humores & panniculi s [illegible] cristalleidos. Quod ex planabim cu singularit de omib: disputauim. e g incipiamus pri a cristalleidos. Est au cristalleidos humor albus & lucidus n omnino rotun. s. aliquantulu planus q locat in medio oculorum. E q: albus & splendidus ut cito uarios suscipiat colores. Albu u & splendidu corpus colorib: uelocit appon sic uidem in claro uitro. Rotundus e ne cito paciat. Omnis n forma n rotunda cu pauciores h angulos firma ea latitudo fuerit: ut lu[illegible] sumo posse. Omnino u si rotundaret lum n ualeret recipe. qa nullo loco n ee stabilis. In medio locat ut ceteri partes sibi ministrent. Quos u eu defen dunt q ea adiuuant. Vn necessario in medio e ministrancium positum est. Estimat ut h in humore cristalleidos sit usus q uidem eo i cataracta. Aq u e inter cristalleidos & spm stetit. n pot spe p aqm ad cristalleidos p[illegible] nare. Vn lum usuale ab eo impedit. Sed qa ab oculo ee ablata mox lum reparat. Cristalleidos au in medio duu humor locat: quor un e q ille quidum uitru. sitins retro. & dr gelaidos i. uitrea. Alter q albumini est ante uocatq: euagaidos. Post uitrea s tres panniculi. quor pmi u circuidat q retro. un dr retina. Post hec e alius q similat secun dine. & dr secundina. Iuxta q m e ali q e ossi iunct durus & so lid & dr scliros. Ante euagaidos st tres panniculi. quor un cum euagaido iungit: ipsumq: circumdat q e q uuea. cui color nigredini ptinet: Vn uocant eu i. uuea. Ante hec e ali cornu si milis dr keratidos i. cornea. Iuxta hec e ali q q pone n e cum ore sic alia adiunct omnia tegunt. Si u keratidos pone abeo opire n possent spe eu p forare. Sz incipienda e disputatio de humore et cetis istor. Est q prius dicendum a uitrea & ceteris panniculis p & cristallinis. Omne u corporis mbru necce e hebe cibu p calore naturale & accidentale ut & exte illu minuent. Cibus u mbru debz ee conueniens q n pot ee n mbru cui s assimilet. Iste qa hunc cristalleidos humori. cibus necessari e. Cumq: cristalleidos e clarissim & albissim. n pot suscipe sanguine sic e in sua natura. i. necessario mediatrice. uuea habuit. medioc u int cristalleidos & naturam san guinis. Albior e u sanguine & min alba q cristalleidos. ideo me cia pars cristalleidos in medio uitree collocatur. Hic au uitre hu mor e de sanguine i subtilib: uenis & arteris digesto un e mutat a sua colore in specie uitri. ipse & uene & arterie s de panniculo q dr retin pcedens a panniculis subtilib: cerebri neruu p que spiritu [illegible] circundantib: qui neruus concauus e. Quod plani dicem ut facile intelligat. Scim q qa cerebrum fons omniu sensuu & uoluntarii mot. ab eo unde sensus & uoluntari mot p neruos ad ora membra n [illegible] & moueantur pcedit. & oculi s mbra sensui & motu liniua.

Idq: a cerebro duo neruu ueniunt ad eos quor unus e durus un sit motus q explanabim i disputatione lacertor oculos mouentiu. Alter alius e mollis & concauus neq: i toto corpore e neruus pter hc concauus q fuit ut animat spe usu faciens p eu duceret. Cerebru e au opatu duob: panniculis uno subtili & molli. altero duro & grosso. Subtilis au similat secundine qa uenas & arterias ht: q pdest cerebro qa nutr & defendit illud cu suis uenis & arteriis. Grossus u solu m defendit ipsu ab ossib: capitis ei adiungitur. Omis & neru a cerebro procede tes s illis duob: panniculis coopti. q usq: ab ossib: capitis egrediunt. Similit neru ad oculos uenientes. illi duob: pannis circundant. Vn mollis panniculus concauus neruos circuntegit. & extendit se i modu rete c suis uenis. Est u rete uitreu humore cooptiens. Vitreus au mediu cristalleidos coopit. & retina portat c suis uenis & arteriis cibu uitreu humore. & cu suis neruis duc sensum & spm uisibi le ad cristalleidos. Subtili neru panniculus q secundina dr q neru circuntegit cu alio qui retina dr iungit i illo scilicet loco q cristalle idos iunct e. Que secundina h subsidium p stat. qa portat nutrimtu ad retina c suis uenis & arteriis defendit ea ne rumpat. durus au panniculus & grossus iungit c subtili & retina. eumq: coopit:

Quinta h oculis iuuamentu. qa eos ab osse defendit in q e locatu ne eis cu sua duricia noceat. & q e ligamtum oculor.

Sufficit q diximus de panniculis & trib: humorib; post cristalleidos ex stantib; Humores au & tres panniculi an cristalleidos stantes tales s. Diximus quide duos panniculos cerebr opire neruosq: ad oculos uenientes circundare. Si cum in oculis existentes diuidunt. & duos panniculos i oculis faciunt. Vnq: cum ad mediu cristalleidos iungit i loco qui dr yreas. Sup craneu u e panniculus cerebri cooptiens. q a duro panniculo pced. Panniculus u q uuea dr. a panniculo pcedit qui secun na dicit. que diximus iungi c retina. panniculus u q cornea dr iungit c duro. uniq: eu scliros. Panniculus au exterior i. coniunctiua pcedit a panni culo q e sup craneu. Cornea u necessaria fuit ut cristallina defenderet. ne extrinsec qa mollis e pateret: q subtilissima e alba & dura. Alba fuit & subtilis ut grossa spe ea penetrare. dura ne p subtilitate cito frangeret. Vuea tr: mod fuit necessaria. uno ut cornea nutriret: Cornea u e sub alis & dura. ut neqt admittere uenas quib: nutriat. Alio qa e media int cornea & cristallina. ne cornea cu sua durite cristalline noceat. Tercio ut coadunaret lum cu suo colore nigredini ptinente. Omne u lucidu disp git lum. & nigru coadunat. Ideo aliquantulu nigredini ptinuit. ut lum n disp deret s: coadunaret. Vuea q multitudine uenar & arteriar habuit. ut cornea nutriret: Mollis fuit ne nocumentum aliq cristalline inferret. Prohibet ut illos in quib: aliqd aq coadunant ex cataracta. Est & lenis exteri ne cornea s noceat. Color au ei e q color celi ut coadunet lum sic diximus. In medio cui qda e foram p q lum egdit. & intus e plena humore q dr euagaidos ut faciat cristallina a cornea differre. Euagaidos alter uiuamus e. Qui humor fac cristallina ne ab exteriori desiccetur aere. & humectat uuea ne cristalline noceat. Int cristallina & euagaidos e quida subtilissimus panni culus sic tenuissima rete t aranee tela. qui mediu cristalline coopit ut ea ab uuea defendat. Ideoq: quida medici dixerunt panniculos oculor ee vii. alii vi. quida u v. alii iiii. n nulli iii. quida ii. quor discordia n erat n i uno. qa q vii. dicebant computabant retina. secundinam. scliros. araneetela. uuea. cornea. & coniunctiua. Qui vi. ee crediderant dicebant retina n ee panniculu. Dice bant u panniculu re defensoria. & retina poti nutritiu n defendit. Qui dicebant v. aranea tela n ee panniculu. s: parte cristalline. Qui dicebant iiii. credebant coniunctiua n ee panniculu. s: ligamtum oculor. Credentes u tres dicebant uuea & secundinam ee unu panniculu qa uuea a secun na pced. Qui duos affirmabant scliros & cornea [illegible] dicebant: In tantu q ambo una sunt. & qui explanauim humores panniculos sed de coniunctiua tacuim. qa n du temp fuit de ea disputandi. de qua deinceps uo lum narrare. Vn oportet scire qa lacerti s oculis necessariu. quib: possunt fieri & reb: uisibilib: oppon. Idq: viii. lacertos h quor un moue oculos [illegible] ad [illegible] tempora. tci sursum. quart deorsu. qui firmat & corroborant neruu un usus pced. Quo alii alligant coniunctiua & tendit usq: ad cornea. & opiunt lacertos ibi existentes. In angulis & oculor con iungunt illi lacerti. tum lacerti superiores palpebras mouent. quor un mouet eas supius & u inferi. Inferiores u palpebre nullum hnt motum.

Decet cum q naturam oculor uult scire. pri naturam cerebri cognoscat optime. Visus u ab eo pced. & functim et actione ad se mittit. Cerebru au frigidu e & humidu cete ris mbris. q post explanabim. Cerebrum & initiu & funda mentum sensuu & uoluntarii mot regiminisq: uitarum. Nullu u aliud mbru pt cerebrum hac fungit actione. Sed cerebru sua actione agit duob: mod. qda u p se solum opat. & qda e instrumento illud adiuuante. actio au instrumto ad iuuante optima e sens. & uoluntarii mot. Instrumentum au s nerui. q duob: mod s. Quida ei s duri. & quida molles. Duri au duob: mod s. Quida u a cerebro pcedit: & qda a nucha q de cerebro e. Cerebru g initiu & funda mentum e omniu neruor. Sed cu duris neruis uoluntari mot efficit. duri neru cu lacertis componunt. lacerti u s de neruis carne & ligamtis composita, & ligamta a neruis pcedit. Molles neru faciunt sens v. s. uisui subtilior & itinerat est. uisus eq: sens e igne. ignea hns naturam. i. splendore. rubore. & lum. Scilicet lum ee igneae nature. qa cu coadunat in uitro aliq ue corpore feruido ignis ex eo surrexit. Post uisum e audit q q senti e aerem. eis aeri ptinet. Vox u n e aliud n aer ictus. Post auditum e odoratus. cui sens e fumus. Fumi u e res int aqm & ignem existens aeri conueniens. Post odoratum est gustus. qui q senti e aqsum & aq ptinet. Sapor u q sentit nichil e aliud n aqua alicui rei siccitati commixta. calore i ea opante. in aliquem saporem uenient e. Cetius au sensib: tact e grossior. qa q senti e terra t q e terre ptinet. i. durum. molle. calidu. frigidu. siccum & humidu. & q ex his pcedit. Omis & neru sensum hnt tactuale. s: n uoluntarium motu. Sic diximus qa solum duri neru uo luntario motu funguntur. Sed molles duris s sensibiliores q a pria cerebri p cedit. & duri a ppria & a nucha. A cerebro au pcedit vii. pares neruor. quor primus & scds opares ad oculos ueniunt. Vnus e concauus p que sens uisus sit & p eu animat spe ad oculos traditur: Vn sensus q plani dicemus de animato spu tractantes. Scds est int oculor lacertos & palpebras mouet. Tercius uenit ad lin guam: dans ei sensum saporabilem. Quartus ad palatum: dans ei sensu gustabilem. Quintus ad aures sensum auditus faciente eis donans. Sextus descendit ad interiora & diuiditur pces. & dat eis sensum & quod sit tactus. Septimus mouet lacertos lingue. Omis au quib: mouent man. pedes. pect. dorsum. caput. de nucha procedens sunt. Id e q uolum dicere & de sensu & motu q fac cerebru cu instrumento i. neruis. Si regitiua actione p se solu agit: q tribus mod fit. s. fantasia sol i racio. i. memo ria. fantasia u opat in pria. racio in media. memoria in ppria. Cerebrum u iii. ht concauitates. q dicunt uentriculi. duo s in pria. unus i ppria. & int pria & ppria. In quib: concauitatibus animat spe eu q actio qm diximus fit. Spe au anima de uitali qui generat in corde nascitur. qa a corde duo uene ad cerebrum ascendit. q sub cerebri uenientes multos r od diuiduntur & prelati faciunt q res Vn spe uital a corde p illas uenas ad cerebrum ducitur i illo rete moratur q u usq: mundificat. & subtiliat. Deinde penetrat ad uiscq: uentriculos pri. immutatq: i eis ut ampli actionem qd fecit cu in corde fuerit priuatus & pfulam [illegible]

[illegible] enim purificatur admodum cerebri ventriculum stantem tendit. Qui ubi ali-
quantulum permanens subtiliatur, postea ad ventriculum puppis tendit. Sed inter
quem est a medio ad puppim non est aperta. Hic enim porta in qua quidam est obstacu-
lum, cuius forma est in modum prince quem anathomici vermem notant quem sep-
tum [illegible] claudit quod adusque natura spiritum animatum dirigit per. Sed spiritu ibi veniente
claudit, quod adusque natura spiritum animatum dirigit pre. Vnde cum spiritus qui est
te maxime aperit, quo adfuerit transacto denuo claudit. Vnde cum spiritus qui est
in puppi fuerit et motus et memoria. Et cum spiritus qui est in prora fantasia et sensus.
Et cum spiritus qui est in medio horum fit ratio et intellectus. Supra cerebrum autem sic di-
ximus sunt duo panniculi, quorum unus est durus cranio iunctus est. Alter autem ... mollis
ligatur sub cerebri. Hi sunt dispensatio cerebri ... actionis. Sed ... natu-
ra ... frigida et humida cum frigiditas duobus modis necessaria fuit. Vno pro
... multitudine sui motus et motionis quem ab eo dirigit. ... ymagi-
natio et intellectus fiunt. ... memoria quem mandat fiunt sensus et volunta-
... motus. ... necessario cerebrum calidum non est ne causa sue motionis calidi-
... similiter faceret incenderetur et consumeretur. Frigido ergo fuit natura ne calefa-
... cerebrum esset calidum ... instabil-
... Amplius. Si autem cerebrum ... mobilis. Frigiditas ... memo-
... Caliditas quidem naturaliter est mobilis. Hoc testificatur qui in quem calidum ...
... necessario reges et stabilitas conveniunt. Humiditas autem cerebri duobus modis fuit
cerebri mobiles sed et instabiles. Humiditas ... ne fac calorem et
necessaria, uno ne ex nimia sui motione desiccaret. Alio ut velociter in eo ymaginatio formaret.
... calor desiccat humiditatem. Alio ut velociter ad res discernendas
et ... a sensibus ei dirigit suscipere posset ... ut velociter ... impossibile est ad ...

[illegible]

sensus in sensu ... propinquior est quam oculis qui interierunt habent. Nam sicut cerebri ... ita necessario oculi in aere agunt. Necessario ergo de spiritu multa habere ... in aere suam rem faciant et sic cerebri per nervum sentit res proprie cerebri. Igitur ... quibus visus generaliter sentit, scilicet colores, quia soli sunt sui proprii, absque ceteris sensibus ... sentit corpus in quo fundatus est. Sic gustus primum sentit sapores, postea corpus ... Sed tamen gustus ceterique sensus preter visum rem sentiendam expectant ad se ... visus autem ad eam oculis elongatur et extenditur per aeris mediocritatem quousque ad illud ... venit. Hac de causa solus visus sentit formam corporis et quantitatem ... et motum tamen eius colore motum rationabiliter non sensualiter sentit. Quoniam nullus ... hoc non nisi accidentaliter. Verbi gratia: Si quis per tenebras ambulaverit et ... manum duxerit eo amplius non posse se penetrare se sentiet. Cognoscet ... solidum corpus compugnare quod non posset sciri nisi in sua memoria haberetur quia ... possibile est ambulare per aerem eumque penetrare. Sed per solidum corpus hoc posse fieri impossibile non est. Visus namque aliam hic proprietatem quia ut videns super lene solidum ... corpus retro ad pupillam quam exigeat convertitur ipse hic in speculo aliisque splendidis corporibus eandem formam ... aut flatus nobis ad dextram vel sinistram ... retro et si aliquis studiose in oculo alterius cernit videt in eo suam faciem. Causa ... visus ad pupillam convertitur per panniculi splendorem qui dicitur aranee tela, est enim super cristallinam sicut adeps inde coagulatus quia nimis rutilans et clara est. Verumtamen ... solus visus preter ceteros per medium aerem motum rei sentiende sentit non est tamen arbitrandum sicut ceteris ita est fuste sentit quia aer mox vires sentit ex visu mini... Que proprietas soli visui, id est aere in sua natura mutari posse. Altius et preciosius et dignioris est sciat quia non solum recte sed et transverso conspicit necessario ... spiritus e cerebro ad oculos dirigitur. Rursum ipse spiritus pupillam egrediens ... aere perveniens mutat eam in suam naturam. Recte ergo visus igneus dicitur et auditus aereus, gustus aquosus, tactus terreus, odoratus fumosus. Elementa enim quia iiii. sunt et sensus fuere v. ut unusquisque horum unumquodque illorum comprehendat et ea in natura sua sunt et cum ad aliud mutantur vel aliqua accidentia patiuntur discernat ... sunt et preter hos alius sensus ut sensualiter fumosa comprehenderet fumum in sua natura existens est mediocris inter aerem et aquam. Propterea v. sensus fuere et si elementa non sunt v. Sed visus quia ad hoc ut colores comprehendat necessario luminare fuit. Sola enim lucida corpora per colores continuant. Hoc testificatur quia aer cum sit clarus ... vel lucidus facillime et cito per colores mutatur. Patet enim quia cum aliquis candidis vestimentis indutus sub arbore iacuerit color suorum vestimentorum in colore frondium illius arboris mutatur. Unde ostenditur aerem esse mutatum ad illum colorem. Sepissime et videns aerem in colores parietis si lucidus est mutari, eique colorem per aerem ad aliud corpus portari maxime si paries fuerit viridis vel rubei coloris aut nimis. Et sic splendor solis aerem penetrans eum ad suam naturam convertit ... et coloribus in eo passibilem qualitatem generantibus convertit. Similiter et lumen visibilis spiritus quia ad oculos a cerebro dirigitur mox cum aerem percusserit eum mutabit. Sed mutat aer ex his tribus nullo sine temporis spatio mutatur, id est lumine solis fulg... coloribus et lumine visibilis spiritus. Patet ergo esse visum non fieri nisi cum aeris medio ... quod sensus testificatur. Antiqui et concordati sunt dicentes aerem velut ... et conveniens instrumentum esse visui cum lucidus fuerit ex lumine solis vel quorundam corporum radiantium. Visui et quemadmodum nervi cerebro coniun... per quem visibilis spiritus ad oculos ducitur et congruit et servit. Sic enim ... non sentit quod ab oculis comprehenditur nisi cum nervis mediantibus sic et oculi ... sentiunt nisi cum lucida aeris mediocritate.

...oportet medicum pre omnibus primam et universalem medicine intentionem studiose ... videre et eam particulariter procedendo ad individuum ducere. Prima autem medicine intentio est sanitas que bifarie dividitur aut enim in sanis consimiliter custodit aut egros cum contrariis reddit. Quare ... unum est necessarium ... rerum naturalium scientia. Rebus enim naturalibus agnitis et que sanitatis sunt si ... patefiunt et similia cognoscuntur et contraria notificantur. Similibus ergo ... et contrariis pluribus sanitas custoditur. Sed eque autem duo est necessaria. Naturalis videlicet res et res extra naturam. Sanitas quidem ... est quadam mutatione restauratur et que vult aliquid mutare necesse est sciat ... et quod illud convertere debeat. Nisi enim sciret ex quo illud mutaverit non est sciens ... quo mutatur ad illud de hiis quod non queant mutari et nec cognoverit ad quod illud convertere debeat non est certus quin minus aut plus quam veniret illud mutet. Sanitas ergo infirmis redditur cum mutatione rerum que sunt extra naturam ... ad naturales. Quod si quis scire voluerit necessario duo illa sciat ... naturalem ad quam debet duci et rem extra naturam que debet inferri. ... autem naturalis duobus modis est, generaliter videlicet et specialiter. Generaliter ... duobus modis. Est enim complexio humani corporis et complexio ... cuiusque corporis suaque compositio. Causa autem complexionis quadruplex ... natura, etas, consuetudo et aer. Natura est per differentiam in genere sicut est maris et femine. Differentia autem per eventum sicut est complexio stomachi et ... de quibus ipsa genera sunt. Consuetudo vi. modis est: primo ex exercitio ... mutatione que consuetudo vel est localis vel temporalis aut cum aliis ... Secundo ex motu et quiete. Tercio ex repletione et inanitione. Quarto ex somno et vigiliis. Quinto ex coitu et abstinentia. Sexto ex accidentibus anime. Specialiter vero est virtus que est trina, id est animalis, vitalis, naturalis. Animalem autem dicimus spiritum est de cerebro dispertitum. Vitalis autem est que ... et arterias pulsare facit. Naturalis autem triplex ... generativa, nutritiva et pascitiva. Pascitiva autem est quadruplex, id est appetitiva, retentiva, digestiva et expulsiva.

Res autem extra naturam aut est nocumentum actionis aut quod ex eo generatur. Nocumentum actionis est duplex. Aut enim est sine mediatore et dicitur morbus vel cum mediatore et vocatur causa. Quod autem ex actionis nocumento generatur dicitur accidens quod iterum est duplex ut est ex diversis qualitatibus corporis aut ex qualitatibus corpus egredientibus. Quare corporis qualitatum diversitas v. modis est sicut sunt v. qualitates que sentiuntur. Medicus ergo si sanitatem ... corporis vult restituere x. res investigare debet. Quarum vii. sunt naturales, id est ... complexio, etas, consuetudo, virtus, aer, membrum quod est infirmum. Cetera extra naturam id est morbus et causa eius et accidentia morbum comitantia. Morbus autem generaliter triplex est, quia compositio corporis est trina. Prima enim est de simplicibus membris ab elementis compositis in quibus quedam species morbi generatur que vocatur composita, fitque iiii. modis. Aut enim per formam aut per compositionem vel per magnitudinem vel per numerum. Secundum formam autem v. modis ... in figura, aut in foramine, vel in asperitate vel in lenitate. Secundum compositionem dupliciter: aut enim a suo loco mutatur, aut cum in suo loco male composita fit. Secundum magnitudinem bifarie, vel enim ultra modum vel infra sicut ultra modum vel est naturalem ... extra naturam. Tertia compositio est totius corporis de compositione ex compositis ... decomposita. Separatio unitatis generalis et species morborum. Cum autem morbi generaliter ... et specialiter in qua quedam morbi species generatur et dicitur unitatis multiplex. Causa enim simplicis morbi, aut calidum morbum facit et est vi. ... motus ... vel corporis percussio, calor corporis, angustia pororum, putredo accept... parvitas cibi. Aut facit frigidum morbum et est vii. modis vel ... multitudo cibi et multa cibi parvitas. Opilatio pororum et eorum raritas, nimius motus et quies facit siccum morbum et est quadruplici ... percussio siccorum, parvitas cibi sicci et nimius motus. Aut facit humidum morbum et est contraria pori. Sed simplices quidem morbi cum natura existunt ... quos dicimus per intraneas causas corporis fieri id est per virtutem ... expellentis et debilitate recipientis multitudine materie defectione pascitive ... et largitate pororum. Causa autem composita morbi vel est per figuram

vel per foramen vel per continuitatem sive secundum asperitatem vel lenitatem. Secundum figuram vel per quantitatem spatiorum vel per qualitatem, vel per accidens quod infans cum nascitur patitur vel cum lac sugit vel per alia. Secundum foramen vel per oppilationem aut per coniunctionem. Oppilatio vel per fortitudinem motus continentie virtutis aut defectione expulsive vel per frigiditatem vel siccitatem vel per strictitatem ligaminum. Coniunctio vel fit aliquid vel nascens inde. In illud incidens vel est clavus vel lapis. Quod in eis nascitur aut est in superficie carnis vel verruce. Largitas foraminis est contraria coniunctioni. Asperitas de genere separationis iuncture est non est in ultimitate quod propter planum dicitur. Lenitas est asperitati contraria. Corruptio loci vel fit cum membra a suis locis naturalibus mutantur ut separatione vel mollicie concathenationis membrorum seu magnitudine membrorum in forma vel numero. Quorum causa multitudo est materie et fortitudo nature. Parvitas autem membrorum est e contrario aut per incisionem que videtur magnitudo in numero et forma est, aut est naturalis et de bona materia aut e contrario. Separatio autem iuncture est triplex: aut enim ex incisione extrinsecus facta sicut ense, gladio, igne; aut interior sicut acutis clavis vel de rebus extrinsecus extendentibus sicut fune, vel de interioribus sicut grossa ventositate vel censilitate, aut fracta exteriori sicut lapide, aut interiori sicut cum grossis clavis. Accidentia autem dicimus esse triplicia. Est enim actionis nocumentum et diversitas eorum que a corpore egrediuntur et diversitas qualitatum corporum sensibilium. Causa quorum dicimus est nocumentum actionis. Nocumentum actionis est morbus. Morbus enim est causa accidentis. Actiones autem sunt triplices. Est enim animata, naturalis et vitalis. Genus autem actionis nocumenti triplex est. In unaquaque actione et causa nocumenta nascuntur vel enim actio omnino aufertur aut minuitur vel mutatur. Verbi gratia: Sensus tactus aut amputatur et dicitur pelipos aut minuitur et vocatur titillatio, aut a sua natura mutatur et dicitur dolor. Causa horum dicimus est frigiditas si tamen est separatio iuncture. Patet ergo esse causam nocumenti actionis esse morbum. Morbus enim nocet actioni sine mediatore. Ideo hic nocumentum actionis est significatio morbi, neque ulla differentia est inter morbum et significationem, nisi cum in nostra intentione eum notamus. Quantum intentio est in nocumento actionis et in eo quod illud sequitur nocumentum notamus. Morbum et illum sequentia dicimus accidentia. Morbum illum causam dicimus esse accidentium. Unde cognoscentes morbos et accidentia eos comitantia scire volumus. Omnium accidentia signes. Sed intentio huius libri hic est ut patefaciamus signes morborum oculorum. Prius tamen oportet scire

A oculorum accidentia ut ... ad morbi notitiam perveniamus notificanti. Accidentia oculorum sunt triplicia. Est enim nocumentum actionis et quecumque illud sequuntur, id est diversitas sensibilium qualitatum et diversitas ab eis exeuntium. Causa quorum dicimus est morbus oculorum. Nocumentum autem actionis est oculorum per quantitatem actionis eorum. Quorum actio aut est animata aut naturalis. Naturalis nocumentum est illud quod in ... virtutibus accidit. Accidit animali id est sensui et voluntario motui. Oculi tamen duas species sensus habent. Nocumentum autem actionis naturalis non oportet in hoc loco notari. Nulla enim differentia est inter oculos et totum corpus in hoc morbo. Similiter nocumentum tactus sensus sicut mollicies, titillatio et dolor ita sunt oculi quemadmodum corporis. Accidentia vero que patiuntur oculi in sensu visibili et voluntario motu necesse est dicere. Hic enim proprium fit oculis. Unde incipiendum est a visu.

x. Sciamus autem quia accidentia que visui contingunt aut sunt in eius instrumento vel in sua virtute vel in suis ministris. Instrumentum autem visus est cristalleidos humor quod vel patitur simplicem morbum id est ex viii. vel compositum cum a suo loco naturali mutatur vel separatione iuncture. Mutatur a suo loco naturali vel sursum vel deorsum vel dextrorsum vel sinistrorsum. Si mutatur sursum vel deorsum utroque oculo videtur res dupla, quod similiter circa latera non apparet dupla. Virtus autem visus quia de cerebro cum ... per nervum procedit propria passio eius aut fit de infirmitate cerebri vel concavi nervi. Quorum infirmitas fit triplex: aut enim simplex que est una de viii. vel est officiat sicut apostema, oppilatio, aut separatio iuncture. Ministri visus sunt humores panniculi et spiritus qui in oculis habentur. Sed autem quedam horum naturaliter visui nocent eius videlicet quia cristallina fit et quedam ei accidentaliter illi scilicet per cristallinam. Sunt ei scilicet que sunt ante cristallinam sicut foramen uvee id est pupilla, album ovi, spiritus qui est in pupilla et quantitas pupille ... In ... iiii. accidit, id est largitas, angustia, mutatio de loco suo ... Largitas vero est naturalis vel accidentalis. Accidentalis aut de extensione panniculi que ... aut extensio duobus modis fit. Aut de passione uvee ... Extensio uvee aut est simplex morbus sicut siccitas aut ... sicut apostema. Angustia pupille aut est naturalis vel accidentalis. Accidentaliter fit de mollicie uvee que fit duobus modis. Aut de nimia humiditate ... dominante et ea lubricosa facta vel de parvitate albuginei. Preterea ... largitatem pupille semper est mala sive sit naturalis vel accidentalis. ... Angustia est ... naturalis bona est quia adunat spiritum. Sed ... accidentalis ... quia angustiatur ... Hec duo mala.

250

Unum quia cristallina est ... aliud quod desiccat ex albuginee parvitate. Mutatio pupille a suo loco vel est naturalis vel accidentalis. Accidentalis enim panniculi ... iuxta pupillam ... et vulnerum consideratur. Sed ... pupille non multum est mala. Separatio ... sit in foramen ... Si fuerit ... albuginis humor et uvea tangit corneam. Unde ... Unum quia ante cristallinam ... nec habet quod ... aliud quia ... spiritus qui de cerebro ... non coadunatur ... pupilla ... Albuginea patitur vel ... vel ... quantitate sic sanguinitate vel minuitur. Si sanguinatur ... Si minuitur necesse est cristallinam cooperire. In ... aut moderata ... Si fuerit ingrossata cum grossitudo ... fuerit ... vel fuerit parva. Si fuerit parva ... visum longum ... Quod si sit grossissima ... vocatur. Sed ... pupille ... Si ... videbit ... Pupilla ... Quod ... dispersa et ... Unde pacientes ... muscas, pilos et his similia quod plurimum pueri et febricitantes patiuntur. ... ille colores quia si fuerat plumbeus omnia apparent ei fumosa et nebulosa. Quod si ab eius coloris ... omnia nullo colore apparent ... de stomacho fumi ad caput ... sanguinis fluxu de naribus. Spiritus patitur in subtilitate vel ... vel ... Subtilitate sicut ... loca penetrabit et longinqua videt. Si ... pariter ad longe ... non potest se elongare ... Subtilis autem bene discernit et res optime comprehendit. Grossus vero e contrario. Pars autem ... pupilla ... nocumentum ... videt et compositum ... separatione iuncture. Simplex humiditas est vel siccitas. Humiditas ... quantitate ... sicut fumus et nebula ei apparent. In ... Si enim rubea fuerit coloris omnia apparent rubea sicut ... his que passionem ... patiuntur. Si autem fuerint citrina omnia citrini coloris videntur quemadmodum sicut hii qui ictericia patiuntur. Siccitas ... Unde visui nocet quod plurimum in senibus et decrepitis patiuntur. Sed ... carnea per diminutionem albuginee quod pupilla angusta notatur. Unde visus ... nocumentum est par nocet et quod multum ... amputatur. Separatio quidem iuncture si non sit per foramen visui duobus modis ... Unum per putredinem nullo vulnere coadunata, aliud quia cristallina est extra ...

[illegible] ueña. Passio au cornee q fit p aliud. t e p giunctiua [illegible]
fac. fit t e apostema cornea coopiens p palpebra [illegible] nascit ap [illegible]
locu cornee coopiens. S3 passio giunctiue & cornee. & aliar partium
oculor. n nocet uisui nisi accidentalit. Passio n uelunt [illegible]
t n e ampitat & dr mollicies. t minuit & dr [illegible]
aut mouet n ne apertis. & dr spasmus. Qui [illegible]
cerebri t p neruos oculos mouentes. aut p lacertos. S3 [illegible]
ac spasmu lacertor oculos mouentiu [illegible] dicetur [illegible]

Morbi iuxta ea que in fine sexti capituli libri huius
dicetur in fine sexti capituli libri huius. [illegible] latee
orbi oculis uenientes t sensui. apparent & facillime cognoscuntur [illegible]
eor q: noticia obscura quor signes intellectuali inuestiga [illegible]
ouitur. Incipiam g a morbis sensui apparentib: O [illegible] morbi [illegible]
numib: alior nibrar t signa dissimiliter [illegible] quor significa
tio ab alior signe differt. & monstrabim inquor oculor [illegible]
Morbi g q sensui apparent t sr inguinaria [illegible] palpebr [illegible] in angulis oculi
lor. aut in cornea t miuica. t in uiua & cristallina [illegible]
anos sr. q s uena. ungula. obtalmia. tumor. duricia. pruritus. & similia. Pecia
e sanguis fluens de aliqua uena t uena in eis q plurimu patiunt ex aliq
ieiu. Vngula e sup fluitas neruos carnis impleens a maiori angulo. y pendens
usq: ad pupilla cooptica [illegible] Obtalmia e [illegible] que deturbat
uisum. Causa e de exterioribus sic fumus. sol. oleum. puluis & similia. Sed a
melior e. Q ue aut sit de interiorib t de exteriorib: De exteriorib: sic de uino
superant si tam fortiore. De interiorib: sic de humorib: a d iunctiua deflu
entib: & apostema generantib: Causa humores fluere facient defectio e
ubi & humores [illegible] & multitudo materie [illegible] ad oculos
mandata. S3 [illegible] obtalmia [illegible] Causa si sinq ablata morbus
ampitat. S3 [illegible] ampitat p manet [illegible] signes [illegible]
hic cu apostemata patiunt. Q ue s tumor. inflatio. color [illegible] lac
rime. rubor. plenitudo uenar [illegible] Certa [illegible] signes
& [illegible] alias. qa acuit & palpebra [illegible] grauis
& albuginea ascend sup nigredine. Tumor e quadruplex. Vnus fit ex
[illegible] fedes ex flegmatico humore n grosso. Certi ex grosso flegmate
& dr udimia. Q uarte ex melancolica & dr scliros. Qui possunt hoem
[illegible] qa prim subito [illegible] sic [illegible] humores t etiam pars [illegible]
morsus. aut cui calor e sic apostema. Sed e similis [illegible]
Certi qi adiutus p fort [illegible] p [illegible] n adeo p manet dolor &
indiget: cui color est sic color [illegible] corpis. Q uarte fit plurimu [illegible] angulis
oculi & dilatat aliqn & ascend usq: ad supcilia. e & durus multu [illegible]
dolore cui color est plumbe. Q o [illegible] sequit uariosas & [illegible]
[illegible] pcipue mulierib: [illegible] [illegible] nascit in uno oculo & palpe
bris & [illegible] fac ee grauem cum dolore & rubore [illegible] patien
oculos aprire cu a somno surgerent: & aliqn nascit apostema paruu. & duru.
Cui h e accidentia. lacrime scil calide & uarie. pruritus & rubor in eo oculo
& in palpebris. Sebel e uena grossa sanguine plena. q cu inflat fit rubei coloris
& e [illegible] fac pruritu & umore. Palpebre passiones qda s communes morbi
toti corpis. uerruce. scrofe. & his similes. q n necesse e dicere in h libro. In [illegible]
[illegible] libri [illegible] morbis oculor [illegible] Passio [illegible] palpebre t nascit [illegible]
t extrinsec. Extrinsecus sic grossities q e qi qda uiscosa pinguedo relata
cu uenis & pelliculis q nascunt in supiori palpebra. Intrinsecus s [illegible] scabies.
grando. pecia. & in uiscositas. Scabies fit iiii. mod. V nade dr [illegible] scda [illegible]
[illegible] iiii. los. P rima leuior e. S cda q mag aspa e. dolore y [illegible] fac.
Vtraq: tam oculi humiditate generant. Certa e durior & aspior qa in [illegible]
or [illegible] palpebre qi fixura e. Q uarta certis e durior qa ad sanandu lon
giur & duricia hr. Grando e humor grossus in interiorib: palpebre co
agulatu & qi grando. Lapis humor e in interiorib: palpebre induruit fact
qi lapis. Inuiscatio qda e uiscositas palpebra cu pupilla giungens. siue t ei
albedine t nigredine t utq: palpebra. Que fit aut p [illegible] nascen
[illegible] & p [illegible] sanant aut p curatione ungule. In angulis oculor fit [illegible]
[illegible] Iegm [illegible] e. Vn [illegible] supiore palpebra [illegible] albedo passi
[illegible] oculos cooprire. Q d [illegible] e t cu frenum palpebre mala facit [illegible]
breuitas e palpebre. T [illegible] e inuersi palpebre in exteriore parte. Q d aut
nascit p aliqd uuln t p sup flua carne in palpebris nata. Rosura &
[illegible] nascunt in eis. qua [illegible] in toto corpe. Nascunt & [illegible]
palpebre pili sup flui [illegible] & pili alique [illegible] palpebris [illegible]
& nascunt illa [illegible] & hordeu. Sup flui pili nascunt in [illegible]
palpebre. q pungunt & attrahunt humores ad oculos. Pili au de pal
pebris aut p humores ad eas defluentes t p alopicia. & aliqn [illegible]
cu crossitudo duricia & rubore palpebre. Pediculi fiunt de humorib:
putrefactis & nascunt in palpebris qs patiunt illi q multu [illegible]
[illegible] negligentia [illegible] Hordeu e apostema nascens
in extremitate palpebre. cui forma e longa. & simulat hordeu. Vn uocat
hordeu. Nascit & [illegible] palpebras [illegible] & [illegible] Cuius [illegible]
e multi p manens [illegible] angulos & nares. & patiens si neglexerit fit fistula
putrefaciens ossa. & aliqn fluit putredo ad nares. [illegible] oculus y nasu
[illegible] ad palpebra [illegible] cartilagine [illegible] palpebras
[illegible] fluit [illegible] Grando & lacrime fit [illegible] angulo pal
pebre. Cause e exeuntes [illegible] foramine [illegible] oculos & nares [illegible]
[illegible] semp patiunt [illegible] medicinas [illegible] ungula
& scabies [illegible] Passio a in cornea nascens. t e communis passio [illegible]
[illegible] aut oculos [illegible] Verbi gra. Cancer [illegible] corpis nascit
[illegible] grauitas. [illegible] dolore [illegible] extensione. [illegible]
oculor [illegible] rubore & [illegible] usq: ad tympora ascendente. maxime
ambulante t mouente. [illegible] & dolore patiunt. [illegible]
fluunt lacrime. neq: [illegible] medicinas [illegible] & nasum [illegible]
nec eis ualere [illegible] imposita. S3 passio q e [illegible] aureuli [illegible]
t obscuritas t sanies & alia multa [illegible] Q [illegible]
[illegible] & in [illegible] Que s [illegible] Prima [illegible] olor
e qi [illegible] quando [illegible] parte [illegible] S cda e [illegible]
[illegible] albi & paruu. Certa e multi pars albedinis & nigredinis oculor
[illegible] albedo e rubei coloris. Que [illegible] fiat
e albis. Q uarta e [illegible] Prima e qi [illegible] S cda [illegible]
[illegible] Certa e [illegible] patiunt [illegible] aliqui [illegible]
[illegible] A utem [illegible] materias [illegible]
[illegible] sup alia [illegible] [illegible]
[illegible] Inflatio t [illegible] dolore t [illegible]
[illegible] alba [illegible] liquore [illegible] subat. [illegible]
[illegible] e calida [illegible] t [illegible] cornea
[illegible] ueniente [illegible] color e albus [illegible]
[illegible] usq: ad nigredine oculi [illegible] p prima cornee
[illegible] sic color [illegible] albu & nigrum.
M [illegible] molestissima [illegible] dolore.
M ultitudo [illegible] extensione & calor dolore. S [illegible]
[illegible] sanies [illegible]

[illegible] & offensa. [illegible] similitudines sup pupilla. [illegible]
uulnus in eas offenderit. Passio au cornee grossa e & dura. Differt [illegible]
qa [illegible] ad oculos albugine & [illegible]
fundat [illegible] Passio au uuee iiii. mod e. Primu qs [illegible]
[illegible] pustula [illegible] cognoscit. Certa [illegible]
tam oculi [illegible] coloris [illegible] alter oculi capiunt. [illegible] colores [illegible]
scias uuea [illegible] S cda [illegible] similes apostema [illegible] S cda qa [illegible]
ex plus [illegible] fiat [illegible] Certa [illegible]
melon [illegible] palpebre [illegible]
quite in sirin [illegible] dolore patit. Q uarta dr [illegible] & [illegible]
qui sic demostrat. D [illegible] pelliculas [illegible] Vn sic [illegible]
qi aliqu claui capite. Passio [illegible] [illegible] dilatatio t [illegible]
D ilatatio duob: modis fit. Primo ex nulla re [illegible] Aliud fit
p percussione t calida passione t apostema aliud. Int uuea & cristallina
[illegible] nascit [illegible] & pupilla [illegible]
Que passio p fecta facillime cognosc [illegible] sic [illegible]
Q ui [illegible] ad hanc passione [illegible] oculos [illegible] forme [illegible]
au apparent. & quida qi spm uolantes. & [illegible] flamme. Quib hac
passione incidentib: uisus ampitat. & color pupille [illegible] V [illegible]
spe [illegible] penetrare. Cui aq color [illegible] pupilla [illegible]
[illegible] aeri assimilat. & quida [illegible] colore. & alt albu colore [illegible] & aliis [illegible]
color celi. e alt uirid. & alt qi ueneti. [illegible] uideant
oculos [illegible] S3 [illegible] aqua [illegible]
s duob: mod. V nus p aqua [illegible] fuerit [illegible] Alius p [illegible]
re qui patit cristalleidos. V n n oportet [illegible] oculor [illegible]
nuncupari. Prima itaq: spes aq que i colore aeri similat [illegible]
L [illegible] & accidentia [illegible] sup [illegible] quae spes.
D ue spes utrq: aq [illegible] signa ostendit. N a [illegible] oculo clauso. alteri pupilla dilatat. [illegible]
sanitati restituit. Aliqn [illegible] Causa qa [illegible] nerui [illegible]
spe [illegible] ad pupilla e oppilat. Aliqn & [illegible]
sione stomachi t cerebri [illegible] Que sic [illegible] S3 [illegible]
apparuerit t fuerit t [illegible] cataracta [illegible] S3 in
utroq: oculo equalit apparente cognosce fieri ex stomacho. [illegible]
apparuerit. & maxime cu stomacho indigestibilitas [illegible]
[illegible] de stomachi [illegible]
[illegible] & ex pigra ymaginatione illa decreuerit. cura huius passionis
e pigra. si cataracte [illegible] e p fecta. Si u fuerit p cerebri plurimu ex fre
nesi nascit passione. Frenesis u qa calida e apostema. nascens i [illegible]
[illegible] qi fuligo calore febris. Humore q nascit de [illegible] & [illegible]
cerebri & oculos existentes ad oculos subam penetrant [illegible] apparere
fac. Sufficit de passionib: oculor uisui apparentib: Oportet de illis dice
q difficillime intelligunt: quia intrinsecus nascunt.

Passiones in interiorib: oculor nascentes & in neruis uisum ferentib: [illegible]
duob: mod fit. Vna e mollitio & dr paralisis. alia e desiccatio. [illegible]
[illegible] Paralisis e [illegible] t n mou ampitat & rubore in pupilla [illegible]
utriq: S3 uisu absq: ea manifesta ampitatio t [illegible]
neruu passione. t p paruitate [parsibilitate] insibit spe a cerebro mandari. [illegible]
passione pacient ex simplicib: uiii. consistente t [illegible] sic [illegible]
[illegible] constrictione & [illegible] separatione. necessario uisus corrumpit [illegible]
manifesta oculi apparet [illegible] intellectuali inuestigatione fuerit [illegible]
hensa. Verbi gra. S3 uiderimi uisu [illegible] & t ablatu [illegible] causa
manifesta. [illegible] infirmu an sentiat grauitate [illegible]
collu. Q uo pacto manifeste scias humidissimos neruos [illegible]
fluentes [illegible] oppilantes. t apostema ibi generantes. Possum [illegible]
inuestigare. V no oculo clauso. si alter pupilla n dilatat: [illegible]
[illegible] interrogem an patiens [illegible] incideret passione. si i capite [illegible]
t p aliqm casum capite uulneratu. Vnu pupilla [illegible]
[illegible] solito [illegible] scias [illegible] fractum. Si au [illegible]
[illegible] si minime longinq. magna quor corpa parua [illegible]
e spm defecti. Q ui uero longinq [illegible] & [illegible] & i [illegible]
[illegible] n uidere sicut [illegible] scias h fieri [illegible] grossi spe [illegible]
tionis cu [illegible] humorib: H ec s accidentia i [illegible] oculor [illegible]
S3 passiones [illegible] oculor locis nascentes. aut p cerebr: t p neruos.
t p lacertos. S3 si sit p cerebr. necessario mox utroq: corrumpit oculo.
S3 p neruu eade pars oculor offendit. q ab illi neru passione [illegible]
Q d s [illegible] n [illegible] parte patit. mox lacerta q [illegible] neruo [illegible]
corrumpit. N amq [illegible] passion in neruo [illegible] lacerti [illegible]
& supi [illegible] oculos xii. lacertos [illegible] quor vi. oculi ipsi mouent. & [illegible]
fundamentum utriq: neruu corroborat & p [illegible] oculi [illegible] eleuant. Reliqui
[illegible] palpebras mouent. O stendim & q passio neruor & lacertor duplex
e. N a mollitio scilicet & spasmu. [illegible] vi. lacerti mouti oculi [illegible]
fuerint [illegible] causa magne [illegible] p ponderat inferi descendit [illegible] palpe
bris se infigunt. Si au spasmauerint mouent oculos erga suos magnos an
gulos. neruus quide mollificantib: t spasmu patientib: oculi i eade parte q
mollificant & spasmu cogunt. Tres lacerti fundamentu utriq: neru [illegible]
[illegible] oculos q: supi eleuantes si spasmant oculi n [illegible]
[illegible] S3 au mollificent oculis nocent qa [illegible] Q [illegible]
[illegible] fiunt [illegible] cognosce [illegible] mollificati.
Q uis fuerit ex p cussione scias fieri ex neruor fractura. Reliquor [illegible]
lacertor palpebras mouentium unus mouet eas supi & alt inferi. S3 unus
mouens palpebras supi mollis efficit. palpebras [illegible]
[illegible] S3 spasmat n ualet oculu claudere. [illegible] lacerti [illegible] palpe
mouentes mollificati claudunt oculos. Spasmus n eleuant palpebra [illegible]
si lacerti i parte [illegible] mollificauit p [illegible] palpebre i [illegible]
parti [illegible] patient. H umores u ad oculos fluentes [illegible]
[illegible] existentes defluunt t p eos [illegible] S3 [illegible]
[illegible] H ec signa intelligant [illegible] & [illegible]
& extense. Vn si incidant [illegible] t si [illegible]
desiccantur adiuuerit. S3 [illegible] scias humores [illegible]
sub cerebrum sunt manere.

Quia sanitas & interitio medicor necce e eis causa sanitatis cognoscere. Q
duob: mod e. Vna subiecta e sanitati. i. humana corpa. Alia e medi
cina. Q ui g uolunt curare. oportet eos scire oculor medicine [illegible]
sit. Q uar [illegible] sapore ostendat. Sapor u sit [illegible]
noscit q oa q a d linguis [illegible] aut dulcia. aut amara. t salsa. t [illegible]
[illegible] fuerint. aut nil faciunt [illegible] & insipida nocent. Q ue au s simplic [illegible]
aqua & cetera [illegible] aut composita nulla qualitate i eis p [illegible]
p ualuerit [illegible] aliquid [illegible] frigiditas sic medicina oppilatiua [illegible]
duob: mod [illegible] sic [illegible]
[illegible] t uiscosa. humida [illegible] dominet. & aliqn [illegible]
[illegible] t insipidu [illegible] dominat. & sapida [illegible]
linguas faciunt [illegible] t cu delectatione t [illegible] Q ue delectatione
faciunt necessario [illegible] delectatione faciunt. [illegible] linguis
delectare [illegible] sic humane complexioni similes. H umana [illegible]
plexio media [illegible] calida & y humida. P [illegible] delectatione faciunt [illegible]

[illegible] temperate [illegible] humana [illegible] corpora delectant quia tepida. [illegible] magis [illegible] quia delectamenta faciunt; si aqua dum necessario [illegible] est eis. S[illegible] [illegible] aquosus [illegible] vel [illegible] vel dulcia [illegible] composita. Q[illegible] alter [illegible] sapor dominatur non solum in nutrimentis [illegible] et in medicinis accipitur. Q[illegible] lingue [illegible] [illegible] [illegible] frigida [illegible] grossa [illegible] subtilis [illegible] Sub[illegible] [illegible] Ponticus [illegible] Stipticus [illegible] Salsus lavat et mundificat [illegible] calefacit. Acetosus sine ulla calefactione pungit. Dulcis [illegible] Acetosus aquosus et frigidus. Amarus [illegible] calidus [illegible]

[illegible]

apertiva. Mundificativa vero est sine qua apertiva s. tam debilitat lavent et mundificent absque difficultate ut est mel, fabe, hordeum, amigdale dulces et similia. Medicina autem corporis mundificans et dissolvens temperate cale facit et non desiccat neque grossitie h. sicut camumilla, malva, sambucus, oleum, violarum et similia. Medicina grossitiva est que opilativa [illegible] larga faciat, est grossa et acuta ut allium, cepe, fel taurinum et similia. Constri ctiva oris [illegible] est grossa frigida et stiptica [illegible] Incisiva [illegible] est grossa et calida. Putrefactiva calidissima et subtilissima [illegible] [illegible] superflue carnis in vulnere nascentis, est que putrefactiva, si tamen debilior. Cicatrizativa est stiptica temperate et sicca. Si aliqua medicina incidentia [illegible] [illegible] [illegible] vulneribus imponatur [illegible] duplicem est. [illegible] [illegible] similitudine sicut facit farmacia equalitate sua. attractio fit de calore et subtilitate [illegible] calor [illegible] ipsa medicina. aut [illegible] [illegible] ipsa generat. Naturaliter sicut est in serapino [illegible] [illegible] fermentum et fax. Doloris mitigativa vero est [illegible] calore [illegible] calori corporis dolentis [illegible] in primo gradu [illegible] sedinam virtute [illegible] Certianam [illegible] lapidem frangens [illegible] et pulmone ad [illegible] adiuvans. [illegible] [illegible] provocans. Medicina [illegible] et [illegible] coloris est lapi dem frangens sicut [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] Si autem [illegible] calore lapidem [illegible] quod frangat [illegible] calo ris non habuerit et in aliquo humido [illegible] ad [illegible] [illegible] [illegible] si aliquantulum fuerit [illegible] temperatum [illegible] [illegible] generat. Si autem multo plus calidior fuerit [illegible] [illegible] provocat. Hec omnia [illegible] urinam. et si calidior sit et siccior sicut apium. dauci, anisum, feniculi, asari, acori, petroselinum, [illegible] et similia.

O

portet eos qui medicinam oculorum volunt scire ut prius agnoscant virtutes suarum medicinarum et quantum unaqueque operatur. Quod sic [illegible] ostendatur. Sciendum itaque est medicinarum oculorum quedam sunt de nascentibus et quedam de metallis, quedam de animalibus. De nascentibus aut est gummi sicut est asa, sarcocolla, euforbium, myrra, thus [illegible], dragagantum, galbanum, sarcocolla, [illegible] armoniacum. aut est succus sicut ypoquistidos, acacia, maratri, fenugreci, rose, menthe, camomille, aloe, [illegible]. vel est fructus sicut galla. aut flos sicut balaustia, rosa. aut frondes [illegible] folium vel lignum ut cassia, cinamomum, [illegible]. vel cortex sicut cortex [illegible] et [illegible]gore. vel est spica sicut est spica nardi. vel est metallum sicut [illegible] sal armoniacum, eris erugo, arsenicum, cathmia, nitrum, dragagantum, calcantum, plumbum, [illegible] cerusa, [illegible] ferrugo. De animalibus aliqua de suis est humoribus sicut felle, lacte, albugine ovi. et non [illegible] de aliis [illegible] sicut [illegible] cornua et castoreum. quarum naturam singillatim ordinare [illegible]. Asa calidior est [illegible] gummis, incidit et dissolvit. Serapinum calidum est et subtile mundificans et extenuans oculorum maculas [illegible] caliginis oculorum, et obscuritati que fuerit ex [illegible] ordinate. Euforbium est subtile et [illegible]. Myrra calida et sicca in secundo gradu [illegible] pustulas oculorum absque dolore mundificat. Thus calidum est in secundo gradu siccum in primo. [illegible] in secundo. Opium frigidum est [illegible] in [illegible] gradu. [illegible] gradu [illegible]. Dragagantum similiter. Sarcocolla desiccat et solidat [illegible] [illegible] siccum est in secundo gradu [illegible] dolore quedam [illegible] mundificat et [illegible] grossitudinem [illegible] pupilla nascentem. Armoniacum [illegible] oculorum mollit et dissolvit. Fenugrecum [illegible] apostemata oculorum dissolvit. Rosa refrigerat et dissolvit. Menthe similiter. Succus ypoquistidos confortat et refrigerat. Acacia refrigerat et confortat. Mandragora refrigerat et dolorem placat quia dormitionem provocat. Maratrum valet cataracte, et maculas oculorum mundificat. Camomilla dissolvit. Aloe [illegible] solidat maculasque mundificat. Amidum opilat et refrigerat. Galla repugnat humoribus ad oculos flu entibus et [illegible] confortat. Croceum maturat. Balaustia refrigerat et desiccat et confortat. [illegible] et spica [illegible] et dissolvit. Cinamomum [illegible] similiter mundificat. [illegible] calefacit, maturat et desiccat et confortat. [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] Sal [illegible] mundificat et desiccat. [illegible] sal armoniacum [illegible] [illegible] dissolvit et [illegible] Cathmia desiccat [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] maxime si [illegible] [illegible] desiccat. Plumbum desiccat [illegible] desiccat et [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] Cerusa desiccat et infrigidat. [illegible] desiccat et infrigidat [illegible] [illegible] et pustulis [illegible] et lacrimis oculorum. [illegible] spinosas pustulas. [illegible] [illegible] [illegible]

251

[illegible]

pellicalas maturatio ri curant adiutorio. auto imponatur. S ... ci
... administratur ... sempriui. euforbium. amoniacu ...
acori. cassia. folium. spica. Mundificentur & colantur medicamenti
quedam modice mundificante & colante & ualent cont̄ paruas ...
sic cadmia. dius ... & ... ros. Gal. dic. ...
similiter ualere. H ... nec colant nec mundificant S ... alie
... mundificantes & colantes ualentq; contra ungulas & ... ...
... palpebrarum & grossas pustulas sic erugo. ... sal amoniac
... q ... pinguia est ... minuit. P ...
ualet contra scabiem & asperitatem. ... & ungula ...
... longi temporis ... calamum & ... C ...
... medicina ... apertas ...
... pustulas & ... spica folium croci ...
... fortem ... fluxum illorum ... humores ...
... Magnum quidem ... dolore ...
... acutum facientia ... & ... oculos ... & apert
... aspirare palpebras sic balaustia ...
... acatia ...

[illegible]

i medio utriq; partis gcauum p[er]manet cu[m] sanie coadunata p[ro]p[ter] defectione &
dolore inferiu[m] ubri. H[oc] n[on] duo s[un]t causa humoru[m] ad ubrum attrahens.
Vn[de] necesse e[st] desiccatiuo medicari medicamine. ut mat[eri]a finita, uuln[us] carne
repleat[ur]. S[i] ta[men] uuln[us] gcauu[m] fuerit. et compositu[m] aut e[st] cu[m] causa. aut mor
bo. aut accidenti. S[i] causa e[st] s[ic]ut humores ad illud fluentes. oportet corp[us]
p[ri]us purgari cu[m] farmacia & flebothomia. dieta q[uo]q[ue] temp[er]et[ur]. dein cu[m] desicca
tiuo medicamine desiccet[ur]. Q[uo]d si fuerit cu[m] morbo l[icet] simplex est. t[amen] composita.
Si e[st] simplex. membru[m] ad sua[m] temp[er]ie[m] reddat[ur]. S[i] au[tem] e[st] composita. sic si mbr[um]
sua[m] natura[m] egrediat[ur] & uuln[us] e[st] compatiens reddat[ur] alia qua gcauu[m] uuln[us]
carne repleat[ur]. Concauu[m] uuln[us] medicamine desiccatiuo & mundificatiuo
compleat[ur] humore scilic[et] in uulne coadunato destructiua natura[m] uul
ne[ris] carne[m] generare p[ro]hibentia. Mundificatiuu[m] i[d] ut uuln[us] aptitudine
mundificet. Secundu[m] nob[is] e[st] duo sup[er]flua p[er] poros corp[or]is egdi. Vnu[m] sub
tile gcauuo egdiens q[uod] sensu latet. ... aliq[uo]d natali calore deficiente se[m]p[er]
[illegible] multitudine cibi aggrauato. E[st] et aliud grossum. un[de] tum in corpe ad
unat[ur]. Ac qui h[ec] duo sup[er]flua necessario [i]llus in uulnerib[us] q[ua]m alibi ad
unant[ur] p[ro]p[ter] defectione & dolore illius loci. Necessaria e[st] ei mundificatiua
& desiccatiua medicina. ut tota illius sup[er]fluitas. sordities desiccatiua fi
unt. Omne & uuln[us] sic d[icitu]r. aut e[st] fissura cu[m] nich[il] aliud necessariu[m] est
... pars fissure iungat[ur] t[amen] cu[m] nulla medicina si paruu[m] e[st]. t[amen] nimiu[m] mo
dicu[m]. Si magnu[m] erit t[amen] si mbru[m] e[st] nobile. sic oculi aut loc[us] uulnus aliq[ui]d
sui partis amiserit. que aut est solu[m] cutis. t[amen] caro. t[amen] utrumq[ue]. Si est cutis
ponat[ur] stiptica medicina calida. fac accidentaliter. Calida quide[m] medicina
paulatim imposita. loc[um] cu[m] sua siccitate indurat. Multa[m] aut[em] ex ea q[ua]litate
imposita. locu[m] q[uo]d ponit[ur] rodit carneq[ue] minuit. Q[uo]d si caro ex uulne fuerit
minuta. mitiuo medicina carne[m] generans conuenit. dein q[uo]d carnie e[st] cute sol
dat. Q[uo]d si utrumq[ue] fuerit sic inuenitur uulnerib[us]. uidet[ur] primu[m] ponendu[m] quod
carnem auget. dein q[uo]d locu[m] induret & cum assimilet. S[ed] om[ni]s medicina q[ue]
uulnerib[us] ponit[ur]. necesse e[st] ee sicca p[ro]p[ter] carne[m] tam curanda[m] par[um] sicca. ne p[er]
nimia sua siccitate uuln[us] desiccet carneq[ue] generari p[ro]hibeat. Siccitas g[enera]l[ite]r
in p[ri]mo gradu debet ee. ut sup[er]fluitate uulnus desiccet. carneq[ue] genera
ri p[er]mittat. Oportet g[enera]l[ite]r ex mundificatiua in putredine uulneru[m] nimi[um]
desiccet. Medicina u[ero] uulnera solidans debet ee desiccatiuor. ea q[ue] carne[m]
generat neq[ue] mundificatiua neq[ue] colatiua s[ed] stiptica ut cicatricem induret fiatq[ue]
quasi cutis. Hec de uniu[er]sali uulne medicina.

Vulnerib[us] u[ero] oculor[um] si sint simplicia. medicina mundans & colans co[n]uenit. q[ui]a
humores acuti & undiq[ue] fluunt ad oculos p[ro]p[ter] acumi[n]e sui sensus. Quod simili
fuerit cu[m] tumore nimioq[ue] dolore. collyria in quib[us] metalla s[un]t. metalla usta
& lota ponant[ur]. & cataplasmate in pungitiuo cataplasmenti & nimiu[m]
si putredo e[st] in uulnere ponant[ur] colatiua s[ed] paulati[m]. Oportet eni[m] intu
eri. ... & oportet ut inuestigent an humores ab
aliquib[us] locis ... manauerint. Quo certissime p[er]specto. p[ro]grediri
corpus maxime caput siue necessitas exegerit. Deinde appone collyria de
[illegible] nulla q[ue] cum iunctione faciente. sic collyria cerusa. sic repienti[um]
... dein ea cu[m] lacte t[amen] apozimate fenugreci. Si dolor nimi[u]s e[st] aliquantulum
ex soporiferis medicinis adiungam. Fluxu u[ero] humor[um] cessante. causa
stiptica ponant[ur]. Preuidendu[m] tamen ne uuea extra egrediat[ur]. Egredienti
[illegible] stiptica g[e]n[er]e adiutoriu[m]. Collectio & pustule in cornea existen
tes curentur cu[m] causa maturatiua moderateq[ue] colatiua. sic collyrio recipien
te ... mirra. castoreu[m] & apozima fenugr[eci]. Q[uo]d si remanserint
& dissoluent[ur] calida & apta[m] appone sic serapinu[m]. eufarbiu[m]. asa & similia.
Panni oro in oculor[um] albugine cu[m] colatiuo & mundificatiuo curat[ur]. Causa
si fuerit subtil[is] suffic[it] succus radicis papaueris t[amen] apozima ... centaurie
cum melle. Sed si grossior apparuerit. necesse e[st] fortior dari medicam[en]t[um] sic pice
liquida. sal ... armoniaci. tannos. cancro
... sal amoniacu[m] & similia. Q[uo]d si aliquid ex eo remanserit. ap
pone galla. aeris ... calcantum ... defluit.

Ungula & scabies si sint dure & ueteres incidere eas & excoriari iuuat.
Si au[tem] s[un]t subtiles: applica es ustu[m]. calcanthu[m]. fel porcinu[m]. fel caprinu[m]. sal am
moniacu[m]. His no[n] du[m] p[ro]ficientib[us] medicina pone putrefaciencia & rodentia.
Scabies u[ero] cu[m] stipticis curanda e[st]. q[ue] si fit cum uulnere magnoq[ue] pruritu co[n]
uerso palpebra & cu[m] ... excoriet[ur].

Est & quedam passio oculor[um] q[ua]m q[ui] habuerint uespe n[on] uident. Hos opor[te]t
flebothomari de cefalica uena brachii & [ite]m farmacia & clistere. &
caput gargarismate & sternutatione mundificetur. Vena et[iam] incidat[ur]
oculis mel cu[m] alumine & sale amoniaco imponant[ur]. & cu[m] epate caprino
fumiget[ur]. hec enim omnia p[ro]sunt.

Cataracte initiisq[ue] defectio sic curentur. Caput & totum corp[us] sic diximus
purgent[ur] & dieta fiat tenuis. dein collyris utat[ur]. feniculi suco. marrubi.
mel. sarapinu[m]. asa. thus. opobalsamu[m]. armoniacu[m]. & similia recipientib[us]. Va
let quoq[ue] si incidant[ur] uene cruris. & sanguisuge temporib[us] applicent[ur].

Oculis extra egdientib[us]. corp[us] cu[m] farmacia & flebothomia purget[ur]. dein
uentosa i collo sup[er]ponat[ur]. oculiq[ue] ligent[ur] & aqua salsa fumigentur.
Pena curat[ur] sanguine columbino instillato dein cu[m] albugine oui oleoq[ue]
rosaceo lauant[ur]. Collyrium q[uo]d diaron d[icitu]r id est ... piperis. ualet i[n] augm[en]
tum doloris obtalmie. R[ecipe] cadmie. ceruse. ana. & xxiiii. rose. 7 xii.
gummi. amidi. ana 7 vi. dragaganti. 7 iiii. 7 aloe. 7 iii. tempa cu[m] aq[ua]
pluuiali. commixtaq[ue] omnia ... p[ro]batissimum collyrium fit.

Aliud in initio obtalmie & ... ualet. R[ecipe] acatie 7 l. iiii. gummi. &
... cadmie. 7 xxx vi. eris usti. & xx vii. piperis albi. & xx ... tempa
... & fac pillulas. Aliud simili[ter] ualens. R[ecipe] dragaganti. ana
croci. 7 ... sarcocolle. & ... & xiii. tempa cum aqua pluuiali.

Aliud R[ecipe] ... & iii ... sarcocolle. croci. ana 7 i. & s. opii. ... tempa
cu[m] aq[ua]. H[ec] omnia a paulo ordinata. ista u[ero] s[un]t galieni. Collyriu[m] ualens
una die ad dissoluendum & sanandu[m] apostema & obtalmia[m]. R[ecipe] ammonii
acatie ana. & lx. cadmie. viii. eris usti. lote xxi. ceruse xii. myrre vii. nardi
vi. ... castorei. opii. calcanthi usti. 7 iii. gummi. lx. Tempa cu[m] aq[ua] rosea
& albugine oui. In una die e[st] ualidissimu[m] hoc collyrium.

Aliud pauli ualidissimu[m]. R[ecipe] cadmie. croci. gummi. ana. 7 iii. eris usti x v.
amonii. acatie. ana 7 i. 7 s. spice. viii. myrre opii ... & xx iiii. tempa cu[m] aq[ua].
Oribasius u[ero] hoc exprimium collyriu[m] fac ualens i[n] augmento obtalmie & ...
... R[ecipe] acatie. gummi. amonii usti. ana & lx. cadmie. xxiiii. eris
usti. xviii. ceruse. rose. ana. & xii. polii. croci. opii. calcanthi. ana 7 vi. aloe
spice. castorei. ana. 7 i. 7 s. tempa cum aqua. Contra ueterem obtalmia. &
humores p[ro]p[ter] dolore[m] & uenas ... fluentes.

Aliud simili[ter] ualet. R[ecipe] cadmie. acatie. gummi. ana & lx. amonii. x viii.
croci xii. castorei. opii. ana. 7 vi. ... iiii. 7 s. myrre. x v. spice. aloes ana 7
iiii. ... dragaganti calcanthi ana 7 i. 7 s. tempa cu[m] uino & aqua marina. Aliud
ad supiora nutrificu[m]. R[ecipe] acatie. gummi. ana 7 lx. plumbi incensi & loti
rose. cadmie. xxx. ceruse. opii. aloe. croci. 7 viii. spice. cassie. ana. 7 vii.
castorei ... 7 iii. 7 s. eris usti 7 i. & s. tempa cu[m] albugine oui. hoc ualet uul
nerib[us] & omnib[us] oculor[um] passionib[us] ueterib[us] & putrefactis.

Aliud conueniens inflam[m]ati cu[m] albugine oui i[n] declinatione cu[m] aqua. R[ecipe] cadmie
usti 7 lote ceruse. ana. libra i. amidi. dragaganti ana. 3 iii. 7 s. gummi
uncia i. rose uncia i. 7 s. Aliud R[ecipe] spice. aloe. rose. ana. 7 iii. ... gummi
7 i. & s. croci 7 vi. ... sarcocolle. ana. uncias vi. opii 7 iii. dragaganti

uncia i. tempa cu[m] aqua. Aliud R[ecipe] rose 7 vi. croci. ii. opii. gummi. ana
7 i. & s. tempa cu[m] aqua. Aliud ualens i[n] augmento obtalmie. R[ecipe] cadmie. gummi
ana uncias iii. ceruse uncias ii. croci. spice. opii. ana. 7 vi. rose libra i. tempa
cu[m] aqua. ualet ... ad curandum uulnus. Aliud ualet i[n] augmento obtalmie. R[ecipe]
cadmie. rose. gummi. ana. & xxiiii. ceruse croci. & xii. opii. 7 iii. tempa cu[m]
aqua ualet ... uulnerib[us]. Aliud R[ecipe] cadmie. gummi. ana. 7 iii. ceruse. ii.
croci. i. spice. opii. ana. 7 vi. rose & ... ana libra i. tempa cu[m] aq[ua].

Hoc ... ualidum uulnerib[us] & humorib[us] seu lacrimis ab oculis fluentib[us].
Aliud ualens ad ultimitate[m] obtalmie. uulneraq[ue] adustiones. & ad mundifi
canda[m] uulneris putredine[m]. R[ecipe] cadmie ammonii usti. rose. ana. 7 xxiiii.
ceruse. croci. ana. 7 xii. opii. 7 vi. tempa cu[m] aqua. Aliud simili[ter] ualens uul
nerib[us] & dolore. & oculis foras exeuntib[us] ueteris obtalmie. putredini
& humorib[us] ad oculos fluentib[us]. R[ecipe] rose 7 c. viii. cadmie. & xxx. vi.
gummi. xxx. vi. croci. ammonii. 7 viii. opii. 7 iiii. & s. eris eruginis. spice
ana. 7 i. & tres. tempa cu[m] aqua. Aliud nimio dolori conueniens. & liquidissimos
humores ad oculos fluentes repugnans. R[ecipe] rose & vi. croci. i. & s. opii.
spice. ana 3 i. gummi & iiii. & s. tempa cu[m] aqua. Aliud R[ecipe] rose 7 vi.
croci. iii. acatie uncia i. & gummi iii. & s. opii spice 3 i. Aliud. rose xxxiiii.
croci x viii. amidi. viii. balaustie opii. vi. dragaganti. i. tempa cu[m] suco frondium

cypressi. Aliud R[ecipe] rose 7 xii. croci vi. eris usti 7 lote. i. 7 s. tempa cu[m] aq[ua] pluuiali.
Aliud R[ecipe] rose & x viii. cinis loture ubi es funditur & vi. croci. opii. gummi ana
& vi. tempa cu[m] aq[ua]. Aliud ualens nimio dolori pustulis & concauis putredinisq[ue]
uulnerib[us] cornee. oculosq[ue] extra exeuntes reprimit atq[ue] in eis coadunatos ex
pellit humores. omne & oculor[um] passione curando difficillima[m] sanat. R[ecipe]
rose 7 c. viii. gummi. xxx. vi. cadmie usti 7 lote. xxi. croci. viii. opii. ami
monii. 7 iii. & s. tari. spice. 7 iii. myrre vi. tempa cu[m] aq[ua] pluuiali. Collyrium
archistratos. R[ecipe] eris usti. dragaganti usti. ana. & viii. croci. ii. piperis. i. tari
& s. uini libra i. coquat[ur] donec ad spissitudine[m] mellis ueniat. Aliud eidem
R[ecipe] eris usti. 7 viii. dragaganti usti. myrre. & iiii. & s. croci. ii. piperis. i. tari
viii. uini libra i. coquat[ur] ad mellis spissitudine[m]. Aliud eide[m] ualens scabiei
palpebrar[um] ueteriq[ue] obtalmie sanie & uulnera aurium & ora rodentia sanat.
R[ecipe] eris usti & iii. myrre. i. 7 s. piperis. croci. 7 i. uini libra viii. Collyriu[m] pauli
R[ecipe] cadmie lote ceruse. ana dragmas xxiiii. ammonii usti & lote. amidi.
ana. 7 xviii. cinis eris cadmie auri & argenti. ana. & xii. tempa cu[m] aq[ua]
pluuiali. Oribasius collyrium nimio ualet obtalmie & uulni. R[ecipe] cadh
mie lote ceruse. dragaganti. a. & xxiiii. ammonii usti. xxviii. gummi xxi.
plumbi incensi. tutie. ana. 7 xii. myrre opii. dragmas iii. tempa cu[m] aq[ua] pluuie.

Aliud R[ecipe] cadmie & xii. acatie vii. 7 s. aloe opii. gummi. ana. 7 vi. myrre spice
celtice. & iiii. & s. eris usti iii. tempa cu[m] aq[ua]. Aliud ualet i[n] augmento obtalmie
uulnerib[us] nimioq[ue] dolori. humorib[us] & fluentib[us]. R[ecipe] cadmie. ceruse. tutie. ana
& xxiiii. ammonii xviii. amidi. iii. gummi. viii. eris usti dragaganti. 7 vi.
myrre opii 7 iii. Aliud ualet ustioni uuee egdi p[ro]hibet & uulnerib[us] sub
uenit. R[ecipe] ammonii usti 7 lote. 7 viii cadmie usti & lote. uncias ii. plumbi
usti ceruse. & xxiiii. myrre. iii. amidi. iii. dragaganti. xii. gummi vi. tempa
cu[m] aq[ua]. Aliud ualet pustulis uulnerib[us] sanies & duris obtalmie nimioq[ue] dolori.
R[ecipe] cadmie usti lote. & xxiiii. ammonii usti & lote. & x viii. amidi. iii.
plumbi incensi 7 loti. xii. tempa cu[m] aqua. Aliud R[ecipe] tutie & xii. cadmie
lote. ceruse ana 7 c. xviii. ammonii incensi & lote. xii. plumbi incensi
7 loti. x viii. myrre opii. 7 i. & s. dragaganti xii. tempa cu[m] aq[ua]. Aliud
utillimu[m] palpebrar[um] asperitati & scabiei. R[ecipe] calcanthi & ii. cadmie. i. fac
puluere[m] dein cu[m] uino amineo sufficienter agitet[ur] ad sole[m]. Aliud ualens
simili[ter]. R[ecipe] cadmie & x v. calcanthi. xxx. piperis grana. xxx vii. spice
7 i. & s. ... calcanthi & cadmia sufficienter agitea. dein mixtis piper[e]
& spica temperent[ur]. Aliud ualet scabiei & humorib[us] ad oculos flu
entib[us] ueteriq[ue] passioni. pustulas q[uo]q[ue] curat. R[ecipe] cadmie galle. croci.
rose. gummi. ana. uncias iii. opii uncia i. omnib[us] pulueri[za]tis ad sole[m] cum
uino sufficienti agitentur.

252.

BEATISSIMO PAPE DAMASO

NOVUM OPUS ME FACERE cogis ex veteri, ut post exemplaria scripturarum toto orbe dispersa quasi quidam arbiter sedeam. Et quia inter se variant que sint illa que cum greca consentiant veritate decernam. Pius labor, sed periculosa presumptio, iudicare de ceteris, ipsum ab omnibus iudicandum. Senis mutare linguam, et canescentem mundum ad initia retrahere parvulorum. Quis enim doctus pariter vel indoctus, cum in manus volumen assumpserit, et a saliva quam semel imbibit viderit discrepare quod lectitat, non statim erumpat in vocem, me falsarium, me clamans esse sacrilegum, qui audeam aliquid in veteribus libris addere, mutare, corrigere. Adversus quam invidiam duplex causa me consolatur. Quod et tu qui summus sacerdos es fieri iubes, et verum non esse quod variat, etiam maledicorum testimonio comprobatur. Si enim exemplaribus latinis fides est adhibenda, respondeant quibus: tot sunt exemplaria pene quot codices. Si autem veritas est querenda de pluribus, cur non ad grecam originem revertentes, ea que vel a vitiosis interpretibus male edita, vel a presumptoribus imperitis emendata perversius, vel a librariis dormitantibus aut addita sunt aut mutata corrigimus. Neque vero ego de veteri disputo testamento, quod a LXX senioribus in greca lingua versum tertio gradu ad nos usque pervenit. Non quero quid Aquila, quid Simmachus sapiant. Quare Theodocion inter novos et veteres medius incedat. Sit illa vera interpretatio quam apostoli probaverunt. De novo nunc loquor testamento, quod grecum esse non dubium est, excepto apostolo Matheo qui primus in Iudea evangelium Christi hebraicis litteris edidit. Hoc certe cum in nostro sermone discordat, et diversos rivulorum tramites ducit, uno de fonte querendus est. Pretermitto eos codices quos a Luciano et Esicio nuncupatos paucorum hominum asserit perversa contentio. Quibus utique nec in veteri instrumento post LXX interpretes emendare quid licuit, nec in novo profuit emendasse, cum multarum gentium linguis scriptura ante translata doceat falsa esse que addita sunt. Igitur hec presens prefatiuncula pollicetur quatuor tantum evangelia, quorum ordo iste est: Matheus, Marcus, Lucas, Iohannes, codicum grecorum emendata collatione, sed veterum, que ne multum a lectionis latine consuetudine discreparent, ita calamo temperavimus ut his tantum que sensum videbantur mutare correctis, reliqua manere pateremur ut fuerant. Canones quoque quos Eusebius Cesariensis episcopus Alexandrinum secutus Ammonium in decem numeros ordinavit, sicut in greco habentur expressimus. Quod si quis de curiosis voluerit nosse que in evangeliis vel eadem vel vicina vel sola sint, eorum distinctione cognoscat. Magnus siquidem hic in nostris codicibus error inolevit, dum quod in eadem re alius evangelista plus dixit, in alio quia minus putaverunt addiderunt. Vel dum eundem sensum alius aliter expressit, ille qui unum e quatuor primum legerat, ad eius exemplum ceteros quoque estimaverit emendandos. Unde accidit ut apud nos mixta sint omnia, et in Marco plura Luce atque Mathei. Rursum in Matheo Iohannis et Marci, et in ceteris reliquorum que in aliis propria sunt inveniantur. Cum itaque canones legeris qui subiecti sunt, confusionis errore sublato, et similia omnium scies, et singulis sua queque restitues. In primo canone concordant quatuor: Matheus, Marcus, Lucas, Iohannes. In secundo tres: Matheus, Lucas, Iohannes. In tertio tres: Matheus, Lucas, Iohannes. In quarto tres: Matheus, Marcus, Iohannes. In quinto duo: Matheus, Lucas. In sexto duo: Matheus, Marcus. In septimo duo: Matheus, Iohannes. In octavo duo: Lucas, Marcus. In nono duo: Lucas, Iohannes. In decimo propria unusquisque que non habentur in aliis edidere. Singulis vero evangeliis ab uno incipiens usque ad finem librorum dispar numerus increscit. Hic nigro colore perscriptus, sub se habet alium ex minio numerum discolorem, qui ad decem usque procedens indicat prior numerus in quo sit canone requirendus. Cum igitur aperto codice verbi gratia illud sive illud capitulum scire volueris cuius canonis sit, statim ex subiecto numero doceberis. Et recurrens ad principia in quibus canonum est distincta congeries, eodemque statim canone ex titulo frontis invento, illum quem querebas numerum eiusdem evangeliste qui et ipse ex inscriptione signatur invenies. Atque e vicino ceterorum tramitibus inspectis, quos numeros e regione habeant annotabis. Et cum scieris, recurres ad volumina singulorum, et sine mora repertis numeris quos ante signaveras, reperies et loca in quibus vel eadem vel vicina dixerunt. Opto ut in Christo valeas et memineris mei, papa beatissime.

PROLOGUS QUATUOR EVANGELIORUM.

PLURES FUISSE QUI EVANGELIA SCRIPSERUNT et Lucas evangelista testatur dicens: Quoniam quidem multi conati sunt ordinare narrationem rerum que in nobis complete sunt, sicut tradiderunt nobis qui ab initio ipsi viderunt sermonem et ministraverunt ei. Et perseverantia usque ad presens tempus monimenta declarant. Que a diversis auctoribus edita diversarum heresium fuere principia, ut est illud iuxta Egyptios, et Thomam, et Mathiam, et Bartholomeum. Duodecim quoque apostolorum, et Basilidis atque Apellis, ac reliquorum quos enumerare longissimum est. Cum hoc tantum in presentiarum necesse sit dicere, extitisse quosdam qui sine spiritu et gratia Dei conati sunt magis ordinare narrationem quam historie texere veritatem. Quibus iure potest illud propheticum coaptari: Ve qui prophetant de corde suo, qui ambulant post spiritum suum. Qui dicunt: Dicit dominus, et dominus non misit eos. De quibus et salvator in evangelio Iohannis loquitur: Omnes qui ante me venerunt fures sunt et latrones. Qui venerunt, non qui missi sunt. Ipse enim ait: Veniebant, et ego non mittebam eos. In venientibus presumptio temeritatis, in missis obsequium servitutis est. Ecclesia autem que supra petram domini voce fundata est, quam introduxit rex in cubiculum suum, et ad quam per foramen descensionis occulte misit manum suam, similis damule hinnuloque cervorum. Quatuor flumina paradisi instar eructans, quatuor et angulos et anulos habens, per quos quasi archa testamenti et custos legis domini lignis mobilibus vehitur. Primus omnium Matheus est publicanus cognomento Levi, qui evangelium in Iudea hebreo sermone edidit, ob eorum vel maxime causam qui in Ihesum crediderant ex Iudeis, et nequaquam legis umbra succedente evangelii veritatem servabant. Secundus Marcus interpres apostoli Petri, et Alexandrine ecclesie primus episcopus, qui dominum quidem salvatorem ipse non vidit, sed ea que audierat magistrum predicantem iuxta fidem magis gestorum narravit quam ordinem. Tertius Lucas medicus natione Syrus Antiochensis, cuius laus in evangelio, qui et ipse discipulus apostoli Pauli, in Achaie Beotieque partibus volumen condidit, quedam altius repetens, et ut ipse in prohemio confitetur, audita magis quam visa describens. Ultimus Iohannes apostolus et evangelista, quem Ihesus amavit plurimum, qui super pectus domini recumbens purissima doctrinarum fluenta potavit, et qui solus de cruce meruit audire: Ecce mater tua. Is cum esset in Asia, et iam tunc hereticorum semina pullularent, Cerinthi, Hebionis, et ceterorum qui negant Christum in carne venisse, quos et ipse in epistola sua antichristos vocat, et apostolus Paulus frequenter percutit, coactus est ab omnibus pene tunc Asie episcopis et multarum ecclesiarum legationibus de divinitate salvatoris altius scribere, et ad ipsam ... dicere ...

253

verbum non tam audaci quam felici temeritate prorumpens, ut ecclesiastica narrat hystoria. Cum a fratribus cogeretur ut scriberet, ita facturum respondisse si indicto ieiunio in commune omnes deum precarentur. Quo expleto revelatione saturatus, illud prohemium celo veniens eructavit: In principio erat verbum, et verbum erat apud deum, et deus erat verbum. Hoc erat in principio apud deum. Hec igitur quatuor evangelia multo ante predicta, Ezechielis quoque volumen probat, in quo prima visio ita contexitur: Et in medio sicut similitudo quatuor animalium, et vultus eorum facies hominis, et facies leonis, et facies vituli, et facies aquile. Prima hominis facies Matheum significat, qui quasi de homine exorsus est scribere: Liber generationis Ihesu Christi filii David, filii Abraham. Secunda Marcum, in qua vox leonis in heremo rugientis auditur: Vox clamantis in deserto: Parate viam domini, rectas facite semitas eius. Tercia vituli, que evangelistam Lucam a Zacharia sacerdote sumpsisse initium prefigurat. Quarta Iohannem evangelistam, qui assumptis pennis aquile et ad altiora festinans de verbo dei disputat. Cetera que secuntur in eundem sensum proficiunt. Crura eorum recta, et pennati pedes, et quocumque spiritus ibat, ibant, et non revertebantur. Et dorsa eorum plena oculis, et scintille ac lampades in medio discurrentes, et rota in rota, et in singulis quatuor facies. Unde et Apocalipsis Iohannis post expositionem viginti quatuor seniorum, qui tenentes cytharas ac fialas adorant agnum dei, introducit fulgura et tonitrua, et VII spiritus dei discurrentes, et mare vitreum, et IIII animalia plena oculis, dicens: Animal primum simile leoni, et secundum simile vitulo, et tertium simile homini, et quartum simile aquile volanti. Et post paululum: plena, inquit, erant oculis, et requiem non habebant die ac nocte dicentia: Sanctus, sanctus, sanctus dominus deus omnipotens, qui erat et qui est et qui venturus est. Quibus cunctis perspicue ostenditur IIII tantum debere evangelia suscipi, et omnes apocriforum nenias mortuis magis hereticis quam ecclesiasticis vivis canendas. Explicit prologus.

EUSEBIUS CARPIANO FRATRI IN DOMINO SALUTEM.

AMMONIUS QUIDEM ALEXANDRINUS MAGNO STUDIO ATQUE industria unum nobis pro quatuor evangeliis dereliquit. Nam trium evangeliorum sensus exceptos omnes similes contentique Mathei evangelio quasi ad unum congestos adnexuit. Ita ut eorum de quantum ad tenorem pertinet lectionis sequentia stilus interruptus esse videatur. Verum ut salvo corpore sive textu ceterorum hoc est evangeliorum propria et familiaria loca in quibus eadem que dixerint scire possis, ac vere disserere, accepta occasione ex predicti viri studio alia ratione decem numero tibi titulos designavi. Quorum primus quatuor in se continet numeros, in quibus similia ab universis dicta sunt Matheo, Marco, Luca, Iohanne. Secundus in quibus tres: Matheus, Marcus, Lucas. Tercius in quibus tres: Matheus, Lucas, Iohannes. Quartus in quibus tres: Matheus, Marcus, Iohannes. Quintus in quibus duo: Matheus, Lucas. Sextus in quibus duo: Matheus, Marcus. Septimus in quibus duo: Matheus, Iohannes. Octavus in quibus duo: Marcus, Lucas. Nonus in quibus duo: Lucas, Iohannes. Decimus in quibus singuli de quibusdam proprie scripserunt. Et quidem subiectorum titulorum, id est argumentum, clara vero eorum narratio hec est. Et enim per singula loca evangeliorum quidam numerus videtur appositus, paulatim incipiens a primo, deinde secundo, postremo tres. Et per ordinem librorum fine usque progrediens. Itaque per singulos numeros supputatio per minium distinctione inventa inserta significant cui decem titulis appositus numerus dinoscitur. Velut siquidem primum certum est in primo. Si vero in secundo, et eadem modo usque ad decem. Si igitur evoluto uno qualicumque de quatuor evangeliis cui libet capitulo velis insistere, et rescire qui similia dixerint, et loca propria agnoscere singulorum in quibus eadem sint prolocuti eiusdem sensus que tenes, relegens propositum numerum quisitumque eum in titulo quem demonstrat tituli subnotatio, continuo scire poteris ex superscriptionibus quas in fronte notas invenies, qui autem quod de his quam interius similia dixerint. Veniens etiam ad reliqua evangelia per eundem numerum quem continens videbis appositos per singulos numeros atque eos in suis propriisque locis similia dixisse reperies.

HIERONIMUS DAMASO PAPE.

SCIENDUM ETIAM NE QUIS IGNARUM EX SIMILITUDINE NUMERORUM error involvat, quod sic in subnotatione canonum distinctorum in canone quolibet tres evangeliste bis vel ter vel quater aut etiam amplius eundem numerum per ordinem habuere adnotatum. Et quare e contrario discrepantes quod id quod tres illi in eo loco semel dixerint, quare totiens in corpore voluminis suponatur. Quotiens diversi numeri in eius canone positi sunt, contra predictorum numerorum continuata similitudines. Item si in uno quolibet eorum aut in duobus ibidem in canone numerus bis, ter aut eo amplius reperiatur in ordine collocatus, et disparis inveniatur in ceteris. Dubium non erit quod id illius illorumve canones numerus bis ter repertum ab his in volumine semel dictum est. Alia vero eorum totiens in uno atque eodem sensu loquantur. Quotiens protulerint in numerorum adnotatione distantia, hoc et in omni in omne canonum collatione servabitur. Ceterum in decimo quoniam propria singulorum tantummodo continentur, non potest contra id comparatio esse quod solum est. Opto ut in Christo valeas et memineris mei, beate papa.

INCIPIT ARGUMENTUM SECUNDUM MATTHEUM.

MATTHEUS EX IUDEA SICUT IN ORDINE PRIMUS PONITUR, ita evangelium in Iudea primus scripsit. Cuius vocatio ad deum ex publicanis actibus fuit. Duorum in generatione Christi principia presumens, unius cuius prima circumcisio in carne, alterius cuius secundum cor electio fuit, et ex utrisque in patribus Christus. Sicque quaternario numero triformiter posito principium a credendi fide in electionis tempus porrigens, et ex electione usque ad transmigrationis diem dirigens, atque a transmigrationis die usque in Christum definiens, decursam adventus domini ostendit generationem, ut et numero satisfaciens et tempori, et se quod esset ostenderet, et dei in se opus monstrans, et iam in his quorum genus posuit Christi operantis a principio testimonium non negaret. Quarum omnium rerum tempus, ordo, numerus, dispositio vel ratio, quod fidei necessarium est, deus Christus est. Qui factus est ex muliere, factus sub lege, natus ex virgine, passus in carne, omnia in cruce fixit, ut triumphans ea in semetipso, resurgens in corpore, et patris nomen in patribus filio, et filii nomen patri restituens in filiis, sine principio, sine fine, ostendens unum se se cum patre esse quia unus est. In quo evangelio utile est desiderantibus deum sic prima vel media vel perfecta cognoscere, ut et vocationem apostoli, et opus evangelii, et dilectionem dei in carne nascentis per universa legentes intelligant, atque id in eo in quo apprehensi sunt et apprehendere expetunt recognoscant. Nobis enim hoc in studio argumenti fuit, et fidem rei tradere, et operantis dei intelligenda diligenter esse dispositionem querentibus non tacere. EXPLICIT ARGUMENTUM.

BREVIARIUM EIUSDEM.

I Nativitas Christi, magi cum muneribus veniunt, et Ioseph ab angelo premonitum ammonitum cum puero et matre in Egyptum fugit, infantes interficiuntur. Regresso Ihesu ex Egypto ...
II De baptismate Iohannis in Iordane, et de Christi baptismate. Ihesus ...
III ieiunium XL dierum et XL noctium temptatur a diabolo. Petrum et Andream, Iacobum et Iohannem piscatores convocat ... Galilea varios
IIII languores hominum sanat. Beatitudo et ... mandata, id est de homicidio, de oblatione, de adulterio ... vel manu eruenda, uxore ... ob adulterium non dimittenda ... de oculo et dente, inimicos diligendos. De elemosinis.
V Oratio, ieiunium. De thesauro in celo. Lucernam corporis esse oculum, et non posse duobus dominis ... Non esse cogitandum de esca et vestimento. De volatilibus et liliis agri et sollicitudine diei.
VI Non esse iudicandum. De festuca et trabe in oculo. De mar-

gariter ante porcos. Petendum. Querendum. & pulsandum. quia non
omnis qui dicit mihi domine domine intrabit in regnum celorum. De pse
vii udo prophetis. De domo edificata sup petram. uel arenam. Descendens
de monte leprosum mundat. Puerum centurionis paraliticum curat.
Socrum petri a febribus liberat. De plurimis curis & scribe uolentis
sequi dicit non habere filium hominis ubi caput reclinet. Atque uocatum
viii relicto patris corpore se sequi precepit. In naui cum dormiente exci
tant discipuli et tempestatem sedaret. & in terra gerasenorum demonia
viiii eicit. Ubi paraliticus in lecto fert. Matheum conuocat. ac phariseis
murmurantibus de conuiuio publicanorum dicit non esse opus sanis medicum.
De discipulis iohannis interrogantibus quare non ieiunarent discipuli eius.
Parabolam panni & scissure & utrium & uini ponit. Filiam principis
mortuam dum uadit suscitare mulierem a profluuio liberat. Cecis oculi
aperiuntur. Surdum & mutum demonium eicit. Et in principe demoniorum
x id facere dicitur. Duodecim apostolos premittit cum omni doctrina ac dicit quod
xi non uenit pacem mittere in terram sed gladium. Iohannes de carcere ad ihesum &
ihesus de iohanne ad turbas loquitur. Atque increpat ciuitates que penitentiam
xii non egerunt. confessio ihesu ad patrem. & iugum domini leue esse. Discipuli
spicas uellunt. manum aridam sanat. hominem a demonio cecum & mutum curat
Et in principe demoniorum id facere opinantes destruit. Phariseis signum
xiii petentibus ione & niniuitarum signum tradit. matrem & fratres spernit. Se
dens in nauicula ihesus turbis parabolas exponit. id est de seminatis sem
centesimum. sexagesimum. & tricesimum. De zizania & tritico. De grano
sinapis. De fermento abscondito in farina. & exsoluit discipulis para
bolam zizaniorum. Parabolas de thesauro in agro. De bona margari
ta. De rete misso in mare. Prophetam in patria sine honore esse.
xiiii De iohannis capite in disco. De v. panibus & duobus piscibus in quinque
milia uiros. Ihesus super mare ambulat & petrum mergentem alleuat. &
xv in terra genesar multos languores curat. De manibus lauandis & de
his que de ore exeunt quia coinquinant. non que intrant in hominem.
Filiam mulieris syrofenisse a demonio curat. & secus mare galilee
xvi claudos. cecos. & mutos sanat. De vii panibus & paucis piscibus
quattuor milia hominum. De signo ione prophete. De fermento phariseorum.
De episcopatu petri quem increpat ac dicit crucem suam debere tollere
unumquemque qui uelit dominum sequi. Et dicit non uisuros quosdam mortem donec
xvii uideant filium hominis in regno suo uenire. In monte cum moyse et he
lya apparere. & uox de celo ad eum. Ym descendentibus helyam iam uenis
se & non esse susceptum manifestat. Puerum lunaticum saluat. & de fide
xviii ut granum sinapis docet. De statere in ore piscis. De humilitate sicut
puerum. & de manu. & de pede. & oculo eruendo. & nec minimum scan
dalizandum quorum angelos faciem patris in celis semper uidere testatur. corre
ptio fratrum quod indulgeri debeat alterutrum usque septuagies septies.
xviiii Qui conseruum suum propter denarios centum suffocat. Uxorem non debere di
mitti. & de eunuchis. infantes non esse arcendos a benedictione. Diuitem
difficile introire in regnum celorum. & centuplum accepturum qui omnibus
xx suis renuntiauerit. De primis nouissimos fieri. Parabolam operari
orum in uinea conductorum. De filiis zebedei. & de primis accubitus cene.
xxi De duobus cecis secus uiam sedentibus. De asina & pullo eius. & ubi num
mularios eicit de templo. Clamantibus pueris osanna. De ficu que arida
facta est. Interrogatur in qua potestate hec faceret. Ipse interrogat de iohannis
baptismate. Et subiungens parabolam hominis qui filios suos in uineam
mittit. Et quod publicani & meretrices in regno dei multos sacerdotum
xxii & scribarum sunt precessuri dicit. Parabolam de uinitoribus qui interfeci
unt ad se missos. Parabola ubi inuitati contempnunt uenire ad nuptias.
xxiii De inscriptione & ymagine cesaris. De muliere que vii fratres habuit.
Temptatur a phariseis. Interrogat eos de christo cuius filius esset. & discipu
xxiiii los ut que pharisei dicunt faciant. sed que faciunt non faciant. Increpat scribas
& phariseos. De philacteriis. De iuramento. De camelo & culice. & calice &
catino lauando. & monumentis dealbatis. & monumentis prophetarum & aliis
xxv multis. Hierusalem hierusalem. De structura templi & signis nouissimorum dierum.
& diebus breuiatis. De pseudo christis. De pseudo prophetis. De aduentu
saluatoris. & occasu elementorum. De x. uirginibus. De talentis. De ouibus
xxvi a dextris & hedis a sinistris. & de operibus eorum. De iudeorum consilio.
de comprehendendo ihesu. De muliere que unguento perfudit ihesum. Iudas
pretium petit ut tradat ihesum. Cenans de iuda traditore suo ad discipulos
xxvii loquitur. oblatio eius. Petro dicit quod tertio pullo abnegaturus eum esset.
orationes ihesu ad patrem. Iudas ihesum osculo tradit. & petrus auriculam
abscidit. Ihesus falsis testibus condempnatur & illuditur. Petrus tertio ab
negat & lacrimatur. Ihesus pilato traditur. & iudas laqueo se suspendit.
xxviii De agro figuli. Iudicium pilati. & de barraba latrone. Passio ihesu
& sepultura eius. Itemque mandata & doctrina eius de baptismo.

EXPLICIT BREVIARIUM.

INICIUM SANCTI·EVANGELII·SECUNDUM MATHEUM·

LIBER GENERA
TIONIS IHV XPI
FILII DAVID FILII
ABRAHAM · AB
RAHAM AVTEM·
GENVIT YSAAK
YSAAK AVTEM·
GENVIT IACOB·
IACOB AVTEM
GENVIT IVDAM
IVDAS AVTEM
GENVIT PHARES
ET ZARA DE T
HAMAR · PHARES
AV · GEN · ESROM
ESROM AV · GEN
254. ARAN · ARAN AV
GEN AMINADAB
AMINADAB AV·
GEN NAASON
NAASON AV · GEN
SALMON · SALMON
AV · GEN BOOZ
DE RACHAB · BO
OZ AV · GENVIT
OBETH EX RVTH
OBETH AV · GEN

yesse. Yesse aute̅. genuit dauid regem. Dauid au̅ rex genuit
salomone̅ ex ea que fuit urię. Salomon au̅. genuit roboam.
Roboam au̅. genuit abia̅. Abia au̅. genuit asa. Asa au̅. gen̅
iosaphat. Iosaphat au̅. gen̅ ioram. Ioram au̅. gen̅ ozia̅. Ozias au̅
gen̅ ioatham. Ioathas au̅. gen̅ achaz. Achaz au̅. gen̅ ezechiam.
Ezechias au̅. gen̅ manassen. Manasses au̅. gen̅ ammon. Ammon
au̅. gen̅ iosia̅. Iosias au̅ gen̅ iechonia̅ & fr̅s eius. in transmigrati
one babilonis. Et post transmigrationem babilonis. iechonias
gen̅ salathiel. Salathiel au̅. gen̅ zorobabel. Zorobabel aut.
gen̅ abiud. Abiud au̅. gen̅ eliachim. Eliachim au̅. gen̅ azor.
Azor au̅. gen̅ sadoch. Sadoch au̅. gen̅ achim. Achim au̅ gen̅
eliud. Eliud au̅. gen̅ eleazar. Eleazar au̅. gen̅ mathan. Mathan
au̅. gen̅ iacob. Iacob au̅. gen̅ ioseph uirum marie: de qua natus e̅ ih̅c
qui uocat̅ xp̅c. Omnes ergo generationes ab abraham usq: ad dauid
generationes xiiii. Et a dauid usq: ad transmigratione̅ babilonis
generationes xiiii. Et a transmigratione babilonis usq: ad xp̅m ge
[I] nerationes xiiii. Xp̅i au̅ generatio sic erat.
Cum esset desponsata mat̅ ih̅u maria ioseph. an̅ q̅m conuenirent inuenta e̅
in utero habe̅s de sp̅u s̅co. Ioseph aut̅ uir eius cum esset iustus. & nollet
eam traducere. uoluit occulte dimittere ea̅. Hec au̅ eo cogitante
ecce angl̅s domini in somnis apparuit ei dicens. Ioseph fili dauid
noli timere accipe maria̅ coniuge̅ tua̅. Quod enim in ea natum est.
de sp̅u s̅co e̅st. Pariet au̅ filium. & uocabis nom̅ eius ih̅m. Ipse
enim saluum faciet p̅p̅lm suum a peccatis eo̅r. Hoc au̅ totum fa
ctum est. ut adimpleretur q̅d dictum est a domino p̅ ysaiam p̅pham
dicente̅. Ecce uirgo in utero habebit & pariet filium. & uocabit
nomen eius emmanuhel. q̅d est interpretatum nobiscum d̅s. Exsurgens
au̅ ioseph a somno fecit sic̅ p̅cepit ei angl̅s dn̅i. Et accepit coniuge̅
[II] sua̅ & non cognoscebat ea̅ donec peperit filiu̅ suu̅ p̅rimogenitu̅. & uocauit
nomen eius ih̅m. Cum ergo natus esset ih̅c in bethleem iude
in dieb: herodis regis. ecce magi ab oriente uenerunt hierosolima di
centes. Ubi est qui nat̅ est rex iudeor̅. Uidimus enim stella̅ ei
in oriente. & uenimus adorare eu̅. Audiens aute̅ herodes rex tur
batus est. & omnis hierosolima cum illo. Et congregans omnes
p̅rincipes sacerdotum & scribas p̅p̅li. sciscitabat̅ ab eis. ubi xp̅c nasce
[III] retur. At illi dixerunt ei. In bethleem iude: Sic enim scriptu̅ e̅
p̅ p̅pham. Et tu bethleem terra iuda. nequaq̅m minima es in p̅rin
cipib: iuda. ex te enim exiet dux qui regat p̅p̅lm meum israhel.
Tunc herodes clam uocatis magis. diligenter didicit ab eis tempus
stelle que apparuit eis. Et mittens illos in bethleem dix. Ite &
interrogate diligent̅ de puero. Et cum inueneritis. renunciate m̅i.
ut & ego ueniens adorem eu̅. Qui cu̅ audissent rege̅ abierunt. Et ecce
stella qua̅ uiderant in oriente antecedebat eos. usq: dum ueniens sta
ret supra ubi erat puer. Uidentes au̅ stellam. gauisi sunt gaudio mag
no ualde. Et intrantes domu̅. inuenerunt pueru̅ cum maria matre
eius. Et procidentes. adorauerunt eum. Et apertis thesauris suis. obtulerunt
ei munera. Aurum. Thus. & Mirram. Et responso accepto in somnis
ne redirent ad herodem. p̅ aliam uia̅ reuersi sunt in regione̅ suam.
Qui cum recessissent. ecce angl̅s domini apparuit in somnis ioseph
dicens. Surge & accipe puerum & matre̅ eius. & fuge in egyptu̅. &
esto ibi usq: dum dicam tibi. Futurum est enim. ut herodes querat
puerum ad p̅dendum eu̅. Qui consurgens accepit pueru̅ & matre̅
ei̅ nocte & recessit in egyptu̅ & erat ibi usq: ad obitum herodis. ut
adimpleretur q̅d dictum est a domino p̅ p̅pham dicente̅. Ex egypto
uocaui filium meu̅. Tunc herodes uidens q̅m illusus esset a magis irat̅
e̅ ualde. Et mittens. occidit om̅s pueros qui erant in bethleem & in omnib:
finib: ei̅. a bimatu & infra. sec̅dm tempus q̅d exquisierat a magis.
Tunc adimpletum e̅. quod dictu̅ est p̅ hieremia̅ p̅pham dicentem.
Uox in rama audita est. ploratus & ululat̅ multus. rachel plorans fi
lios suos. Et noluit consolari quia n̅ s̅t. Defuncto au̅ herode.
ecce angl̅s domini apparuit in somnis ioseph in egypto dic̅s. Surge
& accipe puerum & matrem ei̅. & uade in terram israhel. Defuncti s̅t
enim. qui querebant anima̅ pueri. Qui surgens. accepit pueru̅ & matre̅
ei̅ & uenit in terram isr̅l. Audiens au̅ q̅d archelaus regnaret in iudea
p̅ herode patre suo. timuit illo ire. Et ammonitus in somnis. secessit in
partes galilee. Et ueniens. habitauit in ciuitate que uocat̅ nazareth
ut adimpleretur q̅d dictum est p̅ p̅phas q̅m nazareus uocabitur.
[IIII] In dieb: illis uenit ioh̅s baptista p̅dicans in deserto iudee dicens. Peniten
tiam agite. appropinquabit enim regnum celor̅. Hic est enim de quo
dictum est p̅ ysaiam p̅pham dicente̅. Uox clamantis in deserto pa
rate uiam domini. rectas facite semitas eius. Ipse au̅ ioh̅s habebat
uestimentu̅ de pilis camelor̅. & zonam pellicia̅m circa lumbos suos.
Esca au̅ erat locusta. & mel siluestre. Tunc exiebat ad eu̅ hieroso
lima & omnis iudea. & omnis regio circa iordanen. & baptizabant̅
in iordane ab eo confitentes peccata sua. Uidens au̅ multos phariseor̅
& saduceor̅ uenientes ad baptismum suum. dix̅ eis. Progenies uipe
raru̅. quis demonstrauit uobis fugere a uentura ira. Facite ergo fru
ctum dignu̅ penitentię. Et ne uelitis dicere intra uos. patre̅ habem̅
abraham. Dico enim uob. q̅m potens est d̅s de lapidib: istis suscita
re filios abrahe. Iam enim securis ad radice̅ arbor̅ posita est. Omnis
ergo arbor que n̅ facit fructu̅ bonu̅. excidet̅ & in igne̅ mittet̅. Ego
quidem baptizo uos in aqua. in penitentia̅. Qui aute̅ post me uen
turus est. fortior me est. cuius non sum dignus calciamenta portare.
Ipse uos baptizabit in sp̅u s̅co & igni. Cuius uentilabrum in manu sua
& p̅rmundabit area̅ sua̅. & congregabit triticum suum in horreu̅.
Paleas aute̅ comburet igne inextinguibili. Tunc uenit ih̅c a galilea
in iordane̅ ad ioh̅m. ut baptizaretur ab eo. Ioh̅s au̅ p̅rohibebat eum dicēs.
Ego a te debeo baptizari. & tu uenis ad me. Respondens au̅ ih̅c
dix̅ ei. Sine modo. sic enim decet nos adimplere omne̅ iusticia̅. Tunc
dimisit eu̅. Baptizat̅ au̅ ih̅c. confestim ascendit de aqua. Et ecce aperti
sunt ei celi. & uidit sp̅m di̅ descendente̅ sicut columba̅. & uenientem
sup̅ se. Et ecce uox de celis dicens. Hic e̅ filius m̅s dilect̅ in q̅m m̅ complacui.
[V] Tunc ih̅c ductus est in desertum a sp̅u. ut temptaretur a dia
bolo. Et cum ieiunasset quadraginta dieb: & quadraginta noctib:
postea esuriit. Et accedens temptator. dix̅ ei. Si filius dei es. dic ut
lapides isti panes fiant. Qui respondens dixit. Scriptum est. Non
in solo pane uiuit homo. sed in omni uerbo q̅d p̅rocedit de ore di̅. Tunc as
sumpsit eum diabolus in s̅cam ciuitate̅. & statuit eum supra pinnaculum
templi. & dixit ei. Si filius di̅ es. mitte te deorsum. Scriptu̅ est enim.
Quia angl̅is suis mandauit de te. & in manib: tollent te. ne forte offenda̅s
ad lapidem pedem tuu̅. Ait au̅ ih̅c rursum. Scriptum est. Non tem
ptabis dominu̅ d̅m tuum. Iterum assumpsit eu̅ diabolus in monte̅ excel
sum nimis. & ostendit ei omnia regna mundi. & gl̅am eor̅. & dixit illi.
Hec omnia tibi dabo. si cadens adoraueris me. Tunc dicit ei ih̅c. Uade
retro sathanas. Scriptum est enim. Dominu̅ d̅m tuu̅ adorabis. & illi
soli seruies. Tunc reliquit eum diabolus. & ecce angli accesserunt & mini
strabant ei.

[VI] Cum au̅ audisset q̅d ioh̅s traditus esset. secessit in galilea̅. Et relicta ciui
tate nazareth. uenit & habitauit in capharnaum maritima in finib: za
bulon & neptalim. ut adimpleretur q̅d dictum est p̅ ysaiam p̅pham.
Terra zabulon & terra neptalim uia maris trans iordanen galilee gen
tium. Populus q̅ sedebat in tenebris uidit lucem magnam. Et sede
[VII] ntib: in regione & umbra mortis. lux orta est eis. Exinde cepit
ih̅c p̅dicare & dicere. Penitentiam agite. appropinquabit enim regnu̅ celor̅.
Ambulans au̅ ih̅c iuxta mare galilee. uidit duos fr̅s symone̅ qui dicit̅
petrus. & andrea̅ fr̅em eius. mittentes rete in mare. erant enim piscato
res. Et ait illis. Uenite post me. & faciam uos fieri piscatores homi
num. At illi continuo relictis retib: secuti sunt eum. Et procedens in
uidit alios duos fr̅s iacobum zebedei & ioh̅m fr̅em ei̅ cu̅ zebedeo pa
tre eor̅ reficientes retia sua. & uocauit eos. Illi au̅ statim relictis re
tib: & patre secuti s̅t eum. Et circuibat ih̅c totam galileam docens
in synagogis eor̅. & p̅dicans eu̅ang̅lm regni. & sanans omne̅ lan
guore̅. & omnem infirmitatem in p̅p̅lo. Et abiit opinio ei̅ in tota̅
syria̅. & obtulerunt ei omnes male habentes uariis languorib:
tormentis comp̅rehensos. & qui demonia habebant & lunaticos
[VIII] & paraliticos. & curauit eos. & secute sunt eum turbe multe de
galilea. & decapoli. & de hierosolimis. & de iudea & de trans iordanen.
Uidens au̅ ih̅c turbas. ascendit in montem. Et cum sedisset. accesserunt
ad eum discipuli eius. Et aperiens os suum. docebat eos dicens. Beati
pauperes sp̅u. q̅m ipsor̅ est regnu̅ celor̅. Beati mites. q̅m ipsi possidebunt
terram. Beati qui lugent. q̅m ipsi consolabuntur. Beati qui esuri
unt & sitiunt iusticia̅. q̅m ipsi saturabuntur. Beati misericordes. q̅m
ipsi misericordiam consequentur. Beati mundo corde. q̅m ipsi d̅m uidebu̅t.
Beati pacifici. q̅m filii di̅ uocabuntur. Beati qui p̅secutione̅ patiunt̅
p̅p̅ter iusticiam. q̅m ipsor̅ e̅ regnum celor̅. Beati estis. cum maledixe
rint uob homines. & p̅secuti uos fuerint. & dixerint omne malum
aduersum uos. mentientes p̅p̅ me. Gaudete & exultate. q̅m merces
ura̅ copiosa e̅ in celis. Sic enim p̅secuti sunt & p̅phas qui fuerunt an
te uos. Uos estis sal terre. q̅d si sal euanuerit in quo salietur ad ni
chilum ualet ultra. nisi ut mittatur foras & conculcetur ab hominib:
Uos estis lux huius mundi. Non potest ciuitas abscondi supra mo
[VIIII] ntem posita. neq: accendunt lucerna̅ & ponunt ea̅ sub modio sed sup̅
candelabrum. ut luceat omnib: qui in domo s̅t. sic luceat lux ura̅
cora̅ hominib: ut uideant op̅a ura̅ bona & glorificent patre̅ urm̅ q̅ in celis e̅.
Nolite putare q̅m ueni soluere lege̅ aut p̅phas. non ueni soluere sed
adimplere. Amen dico uob. donec transeat celum & t̅ra. iota
unum aut unus apex n̅ p̅teribit a lege donec omnia fiant. Qui ergo
soluerit unum de mandatis istis minimis & docuerit sic homi
nes minimus uocabitur in regno celor̅. Qui au̅ fecerit & docu
erit. hic magnus uocabitur in regno celor̅. Dico aute̅ uob. q̅m
n̅ habundauerit iusticia ura̅ plus q̅m scribaru̅ & phariseor̅. non
intrabitis in regnum celor̅. Audistis quia dictu̅ est antiquis. non occi
des. Qui aute̅ occiderit. reus erit iudicio. Ego au̅ dico uob. q̅m
omnis qui irascitur fr̅i suo. reus erit iudicio. Qui au̅ dixerit fr̅i
suo racha. reus erit concilio. Qui au̅ dixerit fatue. reus erit gehen
ne ignis. Si ergo offers munus tuu̅ ad altare. & ibi recordatus fueris
quia fr̅ tuus habet aliquid aduersum te. relinque ibi munus tuu̅
ante altare. & uade prius reconciliari fr̅i tuo. & tunc ueniens of
feres munus tuum. Esto consentiens aduersario tuo cito dum
es in uia cum eo. ne forte tradat te aduersarius tuus iudici. & iudex
tradat te ministro. & in carcere̅ mittaris. Amen dico tibi. n̅
[X] exies inde donec reddas nouissimum quadrantem.
Audistis quia dictu̅ est antiquis. non mechaberis. Ego au̅ dico uob.
q̅m omnis qui uiderit mulierem ad concupiscendu̅ eam. iam mechat̅
est ea̅ in corde suo. Q̅d si oculus tuus dexter scandalizat te.
erue eum & p̅roice abs te. Expedit enim tibi ut pereat unu̅ mem
broru̅ tuor̅ qua̅ totu̅ corpus tuum eat in gehenna̅. Dictu̅ e̅ au̅.
Quicumq: dimiserit uxore̅ sua̅. det illi libellu̅ repudii. Ego
au̅ dico uobis. q̅m qui dimiserit uxore̅ sua̅ excepta fornicationis
causa̅. facit ea̅ mechari. & qui dimissam duxerit adulterat. Ite
rum audistis quia dictum est antiq̅s. n̅ p̅iurabis. reddes au̅ domino
iuramenta tua. Ego au̅ dico uobis non iurare omnino. neq: p̅ celum
quia thronus di̅ e̅st. neq: p̅ terram quia scabellum est pedu̅ eius. neq:
p̅ hierosolima̅ quia ciuitas est magni regis. neq: p̅ caput tuu̅ iuraue
ris quia n̅ potes unu̅ capillu̅ albu̅ facere aut nigrum. Sit au̅ sermo
ur̅ est est. non non. q̅d au̅ habundantius e̅st his. a malo est. Audistis
quia dictu̅ est oculum p̅ oculo dente̅ p̅ dente. Ego au̅ dico uobis non re
sistere malo. Sed si quis te p̅cusserit in dextera maxilla tua. p̅rebe illi &
alteram. & ei qui uult tecu̅ iudicio contendere & tunica̅ tua̅ tollere. re
[XI] mitte ei & pallium. Et quicumq: te angariauerit mille passus. ua
de cu̅ illo & alia duo. Qui petit a te da ei. & uolenti mutuari a te ne auertaris.
Audistis quia dictu̅ est. diliges p̅ximum tuu̅. & odies inimicum tuum.
Ego au̅ dico uob diligite inimicos uros̅. benefacite his q̅ oderunt uos.
& orate p̅ calumpniantib: & p̅sequentib: uos. ut sitis filii patris uri̅ q̅
in celis est. qui solem suum oriri facit sup̅ bonos & malos. & pluit
sup̅ iustos & iniustos. Si enim diligitis eos qui uos diligunt: quam
mercede̅ habebitis. Nonne & publicani hoc faciunt. Et si sa
lutaueritis fr̅s uros̅ tantum. quid amplius facitis. Nonne &
ethnici hoc faciunt. Estote ergo p̅fecti. sicut & pater ur̅ celestis p̅
fect̅ est. Attendite ne iusticia̅ ura̅m faciatis cora̅ hominib: ut uidea
[XII] mini ab eis. Alioquin. mercede̅ n̅ habebitis ap̅ patre̅ urm̅ q̅ in celis e̅.
Cum ergo facis elemosina̅. noli tuba canere ante te sicut ypocrite faciunt
in synagogis & in uicis. ut honorificent̅ ab hominib: Am̅ dico uob.
receperunt mercede̅ sua̅. Te au̅ faciente elemosina̅ nesciat sinistra tua
q̅d faciat dextera tua. ut sit elemosina tua in abscondito. & pater tuus
qui uidet in abscondito reddet tibi. Et cum oratis. n̅ eritis sic ypocrite.
qui amant in synagogis & in angulis platearu̅ stantes orare ut uide
ant̅ ab hominib: Am̅ dico uobis. receperu̅t mercede̅ sua̅. Tu au̅ cu̅
orabis. intra in cubiculu̅ tuum. & clauso ostio ora patre̅ tuum in abscondito.
& pater tuus qui uidet in abscondito reddet tibi. Orantes au̅ nolite
multum loqui sicut ethnici. Putant enim q̅d in multiloquio suo ex
audiantur. Nolite ergo assimilari eis. Scit enim pater ur̅ quid uobis op̅
est. ante q̅m petatis ab eo. Sic ergo orabitis uos. Pater nr̅ qui es in celis.
Sc̅ificetur nomen tuum. Ueniat regnum tuu̅. Fiat uoluntas tua sicut in ce
lo & in t̅ra. Panem nr̅m cotidianum da nobis hodie. Et dimitte nob
debita nr̅a. Sicut & nos dimittimus debitorib: nr̅is. Et ne nos indu
cas in temptatione̅. Sed libera nos a malo. Si enim dimiseritis homi
nib: peccata eor̅. dimittet & uob pater ur̅ celestis delicta ura̅. Si au̅ n̅
dimiseritis hominib: nec pater ur̅ dimittet peccata ura̅.
[XIII] Cum au̅ ieiunatis. nolite fieri sicut ypocrite tristes. Exterminant enim
facies suas. ut pareant hominib: ieiunantes. Am̅ dico uob. quia re
ceperunt mercede̅ sua̅. Tu au̅ cum ieiunas. unge caput tuu̅. & facie̅
tuam laua ne uidearis hominib: ieiunans sed patri tuo q̅ est in abscondito.

patri tuo qui est in abscondito, et pater tuus qui videt in abscondito reddet tibi. Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra, ubi erugo et tinea demolitur, et ubi fures effodiunt et furantur. Thesaurizate autem vobis thesauros in celo, ubi neque erugo neque tinea demolitur, et ubi fures non effodiunt nec furantur. Ubi enim est thesaurus tuus, ibi est et cor tuum. Lucerna corporis tui est oculus tuus. Si fuerit oculus tuus simplex, totum corpus tuum lucidum erit. Si autem oculus tuus nequam fuerit, totum corpus tuum tenebrosum erit. Si ergo lumen quod in te est tenebre sunt, ipse tenebre quante sunt? Nemo potest duobus dominis servire. Aut enim unum odiet, et alterum diliget; aut unum sustinebit, et alterum contempnet. Non potestis deo servire et mammone. Ideo dico vobis, ne solliciti sitis anime vestre quid manducetis, aut quid bibatis, neque corpori vestro quid induamini. Nonne anima plus est quam esca, et corpus plus quam vestimentum? Respicite volatilia celi, quoniam non serunt neque metunt neque congregant in horrea, et pater vester celestis pascit illa. Nonne magis vos pluris estis illis? Quis autem vestrum cogitans potest adicere ad staturam suam cubitum unum? Et de vestimento quid solliciti estis? Considerate lilia agri quomodo crescunt: non laborant neque nent. Dico autem vobis, quoniam nec Salomon in omni gloria sua coopertus est sicut unum ex istis. Si enim fenum agri quod hodie est et cras in clibanum mittitur deus sic vestit, quanto magis vos minime fidei? Nolite ergo solliciti esse dicentes: Quid manducabimus, aut quid bibemus, aut quo operiemur? Hec enim omnia gentes inquirunt. Querite autem primum regnum dei et iusticiam eius, et hec omnia adicientur vobis. Nolite ergo solliciti esse in crastinum. Crastinus enim dies sollicitus est ipsi sibi. Sufficit diei malicia sua. Nolite iudicare ut non iudicemini. In quo enim iudicio iudicaveritis iudicabimini, et in qua mensura mensi fueritis metietur vobis.

Quid autem vides festucam in oculo fratris tui, et trabem in oculo tuo non vides? Aut quomodo dicis fratri tuo: Sine eiciam festucam de oculo tuo, et ecce trabis est in oculo tuo? Hypocrita, eice primum trabem de oculo tuo, et tunc videbis eicere festucam de oculo fratris tui. Nolite sanctum dare canibus, neque mittatis margaritas vestras ante porcos, ne forte conculcent eas pedibus suis, et conversi disrumpant vos. Petite et dabitur vobis. Querite et invenietis. Pulsate et aperietur vobis. Omnis enim qui petit accipit, et qui querit invenit, et pulsanti aperietur. Aut quis est ex vobis homo, quem si petierit filius suus panem, numquid lapidem porriget ei? Aut si piscem petierit, numquid serpentem porriget ei? Si ergo vos cum sitis mali nostis bona dare filiis vestris, quanto magis pater vester qui in celis est dabit bona petentibus se. Omnia ergo quecumque vultis ut faciant vobis homines, ita et vos facite eis.

Intrate per angustam portam. Hec est enim lex et prophete. quia lata porta et spaciosa via que ducit ad perditionem, et multi sunt qui intrant per eam. Quam angusta porta et arta via que ducit ad vitam, et pauci sunt qui inveniunt eam. Attendite vobis a falsis prophetis qui veniunt ad vos in vestimentis ovium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces. A fructibus eorum cognoscetis eos. Numquid colligunt de spinis uvas, aut de tribulis ficus? Sic omnis arbor bona fructus bonos facit. Mala autem arbor fructus malos facit. Non potest arbor bona fructus malos facere, neque arbor mala fructus bonos facere. Omnis arbor que non facit fructum bonum, excidetur et in ignem mittetur. Igitur ex fructibus eorum cognoscetis eos.

VII Non omnis qui dicit michi domine domine intrabit in regnum celorum, sed qui facit voluntatem patris mei qui in celis est, ipse intrabit in regnum celorum. Multi dicent michi in illa die: Domine domine, nonne in nomine tuo prophetavimus, et in nomine tuo demonia eiecimus, et in nomine tuo virtutes multas fecimus? Et tunc dicam illis, quia numquam novi vos. Discedite a me qui operamini iniquitatem. Omnis ergo qui audit verba mea hec et facit ea, similis erit viro sapienti qui edificavit domum suam supra petram. Descendit pluvia, et venerunt flumina, et flaverunt venti, et irruerunt in domum illam, et non cecidit; fundata enim erat supra petram. Et omnis qui audit verba mea hec et non facit ea, similis est viro stulto qui edificavit domum suam supra arenam. Descendit pluvia, advenerunt flumina, et flaverunt venti, et irruerunt in domum illam, et cecidit, et fuit ruina eius magna.

VIII Et factum est cum consummasset ihesus verba hec, admirabantur turbe super doctrina eius. Erat autem docens eos sicut potestatem habens, et non sicut scribe eorum et pharisei. Cum autem descendisset ihesus de monte, secute sunt eum turbe multe. Et ecce leprosus veniens adorabat eum dicens: Domine, si vis potes me mundare. Et extendens manum ihesus tetigit eum dicens: Volo. Mundare. Et confestim mundata est lepra eius. Et ait illi ihesus: Vide nemini dixeris, sed vade ostende te sacerdoti, et offer munus quod precepit moyses in testimonium illis.

VIIII Cum autem introisset capharnaum, accessit ad eum centurio rogans eum et dicens: Domine, puer meus iacet in domo paraliticus et male torquetur. Et ait illi ihesus: Ego veniam et curabo eum. Et respondens centurio ait: Domine, non sum dignus ut intres sub tectum meum, sed tantum dic verbo, et sanabitur puer meus. Nam et ego homo sum sub potestate constitutus, habens sub me milites, et dico huic vade, et vadit, et alii veni, et venit, et servo meo fac hoc, et facit. Audiens autem ihesus miratus est, et sequentibus se dixit: Amen dico vobis, non inveni tantam fidem in israhel. Dico autem vobis, quod multi ab oriente et occidente venient et recumbent cum abraham et ysaac et regno celorum. Filii autem regni eicientur in tenebras exteriores. Ibi erit fletus et stridor dentium. Et dixit ihesus centurioni: Vade, sicut credidisti fiat tibi. Et sanatus est puer in illa hora.

XX Et cum venisset ihesus in domum petri, vidit socrum eius iacentem et febricitantem, et tetigit manum eius et dimisit eam febris. Et surrexit et ministrabat ei. Vespere autem facto, obtulerunt ei multos demonia habentes, et eiciebat spiritus inmundos verbo, et omnes male habentes curavit, ut adimpleretur quod dictum est per ysaiam prophetam dicentem: Ipse infirmitates nostras accepit, et egrotationes portavit.

XXI Videns autem ihesus turbas multas circum se, iussit discipulos suos ire trans fretum. Et accedens unus scriba ait illi: Magister, sequar te quocumque ieris. Et ait illi ihesus: Vulpes foveas habent et volucres celi nidos ubi requiescant, filius autem hominis non habet ubi caput reclinet. Alius autem de discipulis ait illi: Domine, permitte me primum ire et sepelire patrem meum. Ihesus autem ait illi: Sequere me, et dimitte mortuos sepelire mortuos suos. Et ascendente eo in naviculam, secuti sunt eum discipuli eius. Et ecce motus magnus factus est in mari, ita ut navicula operiretur fluctibus; ipse vero dormiebat. Et accesserunt et suscitaverunt eum dicentes: Domine, salva nos, perimus. Et ait illis ihesus: Quid timidi estis modice fidei? Tunc surgens imperavit ventis et mari, et facta est tranquillitas magna. Illi autem homines mirati sunt dicentes: Qualis est hic, quia venti et mare obediunt ei?

XXII Et cum venisset trans fretum in regionem gerasenorum, occurrerunt ei duo habentes demonia, de monumentis exeuntes, sevi nimis, ita ut nemo posset transire per viam illam. Et exclamaverunt dicentes: Quid nobis et tibi, ihesu fili dei? Venisti ante tempus torquere nos? Erat autem non longe ab eis grex porcorum multorum pascens. Demones autem rogabant eum dicentes: Si eicis nos, mitte nos in gregem porcorum. Et ait illis ihesus: Ite. At illi exeuntes abierunt in porcos. Et ecce magno impetu abiit totus grex per preceps in mare, et mortui sunt in aquis. Pastores autem fugerunt, et venientes in civitatem nuntiaverunt omnia, et de his qui demonia habuerant. Et ecce tota civitas exiit obviam ihesu, et viso eo rogabant ut transiret a finibus eorum. Et ascendens in naviculam transfretavit et venit in civitatem suam.

XXIII Et ecce offerebant ei paraliticum iacentem in lecto. Et videns ihesus fidem illorum dixit paralitico: Confide fili, remittuntur tibi peccata tua. Quidam autem de scribis dixerunt intra se: Hic blasphemat. Et cum vidisset ihesus cogitationes eorum dixit: Ut quid cogitatis mala in cordibus vestris? Quid est facilius dicere, dimittuntur tibi peccata, an dicere surge et ambula? Ut sciatis autem quia filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata, tunc ait paralitico: Surge, tolle lectum tuum, et vade in domum tuam. Et surgens abiit in domum suam. Videntes autem turbe timuerunt, et glorificaverunt deum qui dedit potestatem talem hominibus.

XXIIII Et cum transiret ihesus inde, vidit hominem sedentem in theloneo matheum nomine, et ait illi: Sequere me. Et surgens secutus est eum. Et factum est discumbente eo in domo, ecce multi publicani et peccatores venientes discumbebant cum ihesu et discipulis eius. Et videntes pharisei dicebant discipulis eius: Quare magister vester cum publicanis et peccatoribus manducat? At ihesus audiens ait: Non est opus valentibus medicus, sed male habentibus. Euntes autem discite quid est: Misericordiam volo et non sacrificium. Non enim veni vocare iustos, sed peccatores.

XXV Tunc accesserunt ad eum discipuli iohannis dicentes: Quare nos et pharisei ieiunamus frequenter, discipuli autem tui non ieiunant? Et ait illis ihesus: Numquid possunt filii sponsi ieiunare, quamdiu cum illis est sponsus? Venient autem dies cum auferetur ab eis sponsus, et tunc ieiunabunt. Nemo autem immittit commissuram panni rudis in vestimentum vetus. Tollit enim plenitudinem eius a vestimento, et peior scissura fit. Neque mittunt vinum novum in utres veteres, alioquin rumpuntur utres, et vinum effunditur, et utres pereunt. Sed vinum novum in utres novos mittunt, et ambo conservantur.

XXVI Hec illo loquente ad eos, ecce princeps unus accessit et adorabat eum dicens: Domine, filia mea modo defuncta est, sed veni, impone manum super eam et vivet. Et surgens ihesus sequebatur eum cum discipulis suis. Et ecce mulier que sanguinis fluxum patiebatur xii annis accessit retro et tetigit fimbriam vestimenti eius. Dicebat enim intra se: Si tetigero tantum vestimentum eius, salva ero. At ihesus conversus et videns eam dixit: Confide filia, fides tua te salvam fecit. Et salva facta est mulier ex illa hora. Et cum venisset ihesus in domum principis et vidisset tibicines et turbam tumultuantem, dixit ad eos: Recedite, non est enim mortua puella, sed dormit. Et deridebant eum. Et cum eiecta esset turba, intravit et tenuit manum eius, et surrexit puella. Et exiit fama hec in universam terram illam.

XXVII Et transeunte inde ihesu, secuti sunt eum duo ceci clamantes et dicentes: Miserere nostri fili david. Cum autem venisset domum, accedunt ad eum ceci. Et dicit eis ihesus: Creditis quia hoc possum facere vobis? Dicunt ei: Utique domine. Tunc tetigit oculos eorum dicens: Secundum fidem vestram fiat vobis. Et aperti sunt oculi eorum. Et comminatus est eis ihesus dicens: Videte ne quis sciat. Illi autem exeuntes diffamaverunt eum in tota terra illa. Egressis autem illis, ecce obtulerunt ei hominem mutum demonium habentem. Et eiecto demone locutus est mutus, et mirate sunt turbe dicentes: Numquam sic paruit in israhel. Pharisei autem dicebant: In principe demoniorum eicit demones.

XXVIII Et circuibat ihesus civitates omnes et castella, docens in synagogis eorum, et predicans evangelium regni, et curans omnem languorem et omnem infirmitatem. Videns autem turbas misertus est eis, quia erant vexati et iacentes sicut oves non habentes pastorem. Tunc dicit discipulis suis: Messis quidem multa, operarii autem pauci. Rogate ergo dominum messis, ut mittat operarios in messem suam. Et convocatis xii discipulis suis, dedit eis potestatem spirituum inmundorum, ut eicerent eos, et curarent omnem languorem et omnem infirmitatem.

XXVIIII Duodecim autem apostolorum nomina sunt hec: Primus symon qui dicitur petrus, et andreas frater eius, iacobus zebedei et iohannes frater eius, philippus et bartholomeus, thomas et matheus publicanus, iacobus alfei et tatheus, symon chananeus, et iudas scarioth qui et tradidit eum. Hos xii misit ihesus precipiens eis et dicens: In viam gentium ne abieritis, et in civitates samaritanorum ne intraveritis, sed potius ite ad oves que perierunt
255. domus israhel. Euntes autem predicate dicentes, quia appropinquabit regnum celorum. Infirmos curate, mortuos suscitate, leprosos mundate, demones eicite. Gratis accepistis, gratis date. Nolite possidere aurum neque argentum neque pecuniam in zonis vestris, non peram in via, neque duas tunicas, neque calciamenta, neque virgam. Dignus est enim operarius mercede sua. In quamcumque civitatem aut castellum intraveritis, interrogate in ea quis dignus sit, et ibi manete donec exeatis. Intrantes autem in domum salutate eam dicentes: Pax huic domui. Et siquidem fuerit domus illa digna, veniet pax vestra super eam; si autem non fuerit digna, pax vestra ad vos revertetur. Et quicumque non receperit vos neque audierit sermones vestros, exeuntes foras de domo vel de civitate, excutite pulverem de pedibus vestris. Amen dico vobis, tolerabilius erit terre sodomorum et gomorreorum in die iudicii quam illi civitati. Ecce ego mitto vos sicut oves in medio luporum. Estote ergo prudentes sicut serpentes, et simplices sicut columbe. Cavete autem ab hominibus. Tradent enim vos in conciliis, et in synagogis suis flagellabunt vos, et ad presides et reges ducemini propter me in testimonium illis et gentibus. Cum autem tradent vos, nolite cogitare quomodo aut quid loquamini. Dabitur enim vobis in illa hora quid dicatis. Non enim vos estis qui loquimini, sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis. Tradet autem frater fratrem in mortem et pater filium, et insurgent filii in parentes, et morte eos afficient. Et eritis odio omnibus propter nomen meum. Qui autem perseveraverit usque in finem, hic salvus erit.

XXX Cum persequentur vos in civitate ista, fugite in aliam. Amen dico vobis, non consummabitis civitates israhel donec veniat filius hominis. Non est discipulus super magistrum, nec servus super dominum suum. Sufficit discipulo ut sit sicut magister eius, et servus sicut dominus eius. Si patrem familias beelzebub vocaverunt, quanto magis domesticos eius? Ne ergo timueritis eos. Nichil enim opertum quod non revelabitur, et occultum quod non scietur. Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine, et quod in aure auditis, predicate super tecta. Et nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere, sed potius eum timete qui potest animam et corpus perdere in gehennam. Nonne duo passeres asse veneunt? Et unus ex illis non cadet super terram sine voluntate patris vestri. Vestri autem et capilli capitis omnes numerati sunt. Nolite ergo timere, multis passeribus meliores estis vos. Omnis ergo qui confitebitur me coram hominibus, confitebor et ego eum coram patre meo qui est in celis.

Nolite arbitrari. quia uenerim pacem mittere in terram. Non ueni pa
cem mittere s(ed) gladium. Veni enim separare filium aduersus patrem suum.
& filiam aduersus matrem suam. & nurum aduersus socrum suam. & inimi
ci hominis domestici eius.
XXXI Qui amat patrem aut matrem plusquam me. non est me dignus. Et
qui amat filium aut filiam super me. non est me dignus. Et qui non acci
pit crucem suam & sequitur me. non est me dignus. Qui inuenit animam
suam. perdet eam. Et qui perdiderit animam suam propter me. inueniet eam.
Qui recipit uos. me recipit. Et qui me recipit. recipit eum qui me misit.
Qui recipit prophetam in nomine prophetae. mercedem prophetae accipiet. Et qui
recipit iustum in nomine iusti. mercedem iusti accipiet. Et quicumque
potum dederit uni ex minimis istis calicem aquae frigidae tantum in nomine
XXXII discipuli. amen dico uobis non perdet mercedem suam.
Et factum est cum consummasset ihesus praecipiens xii. discipulis suis. trans
iit inde ut doceret & praedicaret in ciuitatibus eorum. Iohannes autem cum
audisset in carcere opera christi. mittens duos de discipulis suis ait illis.
Tu es qui uenturus es. an alium expectamus. Et
respondens ihesus ait illis. Euntes. renuntiate iohanni quae audistis &
uidistis. Caeci uident. claudi ambulant. leprosi mundantur. surdi audiunt.
mortui resurgunt. & pauperes euangelizantur. Et beatus est qui non fue
rit scandalizatus in me. Abeuntibus autem illis. coepit ihesus dicere ad tur
bas de iohanne. Quid existis in desertum uidere. Harundinem
uento agitatam. Sed quid existis uidere. Hominem mollibus uesti
tum. Ecce qui mollibus uestiuntur. in domibus regum sunt. Sed quid ex
istis uidere. Prophetam. Etiam dico uobis. amplius quam prophe
tam. Hic est enim. de quo dictum est. Ecce ego mitto angelum meum
ante faciem tuam. qui praeparabit uiam tuam ante te. Amen dico uobis.
non surrexit inter natos mulierum maior iohanne baptista. Qui autem minor
est in regno caelorum. maior est illo. A diebus autem iohannis baptistae usque
nunc regnum caelorum uim patitur. & uiolenti rapiunt illud. Omnes
enim prophetae & lex usque ad iohannem prophetauerunt. Et si uultis scire ipse
est helyas qui uenturus est. Qui habet aures audiendi audiat.
XXXIII Cui autem similem aestimabo generationem istam. similis est pueris sedentibus
in foro. qui clamantes coaequalibus dicunt. Cecinimus uobis & non salta
stis. lamentauimus & non planxistis. Venit enim iohannes neque manducans
neque bibens. & dicunt demonium habet. Venit filius hominis manducans
& bibens. Et dicunt. Ecce homo uorax & potator uini. publicanorum
& peccatorum amicus. Et iustificata est sapientia a filiis suis. Tunc coepit
increpare ciuitatibus in quibus factae sunt plurimae uirtutes eius. quia non
egissent penitentiam. Ve tibi corozaim ue tibi bethsaida. quia si in
tyro & sydone factae essent uirtutes quae factae sunt in uobis. olim in cili
cio & cinere penitentiam egissent. Verumtamen dico uobis tyro & sy
doni remissius erit in die iudicii quam uobis. & tu capharnaum. numquid
usque in caelum exaltaberis. usque ad infernum descendes. Quia si in sodomis
factae fuissent uirtutes quae factae sunt in te. forte mansissent usque in hunc
diem. Verumtamen dico uobis. quia terrae sodomorum remissius erit in die iudicii quam tibi.
XXXIIII In illo tempore. Respondens ihesus dixit. Confiteor tibi pater domine caeli
& terrae. quia abscondisti haec a sapientibus & prudentibus & reuelasti ea
paruulis. ita pater quoniam sic fuit placitum ante te. Omnia michi tradita
sunt a patre meo. & nemo nouit filium nisi pater. neque patrem quis nouit
nisi filius. & cui uoluerit filius reuelare. Venite ad me omnes qui
laboratis & onerati estis. & ego reficiam uos. Tollite iugum meum
super uos. & discite a me quia mitis sum & humilis corde. & inue
nietis requiem animabus uestris. Iugum enim meum suaue est. et onus meum leue est.
XXXV In illo tempore. Abiit ihesus per sata. discipuli autem esurientes coeperunt uel
lere spicas & manducare. Pharisei autem uidentes dixerunt ei. Ecce
discipuli tui faciunt quod non licet eis facere sabbatis. Ihesus autem dixit eis.
Non legistis quid fecerit dauid quando esuriit & qui cum eo erant. quo
modo intrauit in domum dei. & panes propositionis comedit. quos non lice
bat ei edere neque his qui cum eo erant. nisi solis sacerdotibus. Aut
non legistis in lege quia sabbatis sacerdotes in templo sabbatum uiolant.
& sine crimine sunt. Dico autem uobis. quia templo maior est hic.
Si autem sciretis quid est. misericordiam uolo & non sacrificium. numquam con
dempnassetis innocentes. Dominus est enim filius hominis etiam sabbati.
XXXVI Et cum transisset inde. uenit in synagogam eorum. Et ecce erat ibi homo
manum habens aridam. & interrogabant eum dicentes. si licet sabba
tis curare. ut accusarent eum. Ipse autem dixit illis. Quis erit ex uobis
homo qui habet ouem unam. & si ceciderit haec sabbatis in foueam. nonne
apprehendens leuabit eam. quanto magis melior est homo oue. Itaque licet
sabbatis benefacere. Tunc ait homini. Extende manum tuam. Et ex
tendit. Et restituta est sanitati sicut altera. Exeuntes autem pharisei
consilium faciebant aduersus eum quomodo eum perderent. Ihesus autem sciens
recessit inde. & secuti sunt eum multi. & curauit eos omnes. & praecepit
eis ne peruulgarent eum. ut adimpleretur quod dictum est per ysaiam pro
phetam dicentem. Ecce puer meus quem elegi. dilectus meus in quo bene co
placuit animae meae. ponam spiritum meum super eum. & iudicium gentibus
nuntiabit. non contendet neque clamabit. neque audiet aliquis in pla
teis uocem eius. Harundinem quassatam non confringet. & linum fu
migans non extinguet. donec eiciat ad uictoriam iudicium. & in no
mine eius gentes sperabunt. Tunc oblatus est ei homo demonium habens
caecus & mutus. & curauit eum. ita ut loqueretur & uideret. Et
stupebant omnes turbae & dicebant. Numquid hic est filius dauid.
Pharisei autem audientes dixerunt. Hic non eicit demones nisi in beel
zebub principe demoniorum. Ihesus autem sciens cogitationes eorum dixit
eis. Omne regnum diuisum contra se desolabitur. & omnis ciuitas uel
domus diuisa contra se non stabit. & si sathanas sathanan eicit aduersus
se diuisus est. quomodo ergo stabit regnum eius. Et si ego in beelzebub
eicio demones. filii uestri in quo eiciunt. Ideo ipsi iudices erunt uestri.
Si autem ego in spiritu dei eicio demones. igitur peruenit in uos regnum dei. Aut
quomodo potest quisquam intrare in domum fortis & uasa eius diripere.
nisi prius alligauerit fortem. & tunc domum illius diripiet.
Qui non est mecum contra me est. & qui non congregat mecum spargit.
Ideo dico uobis. omne peccatum & blasphemia remittetur hominibus.
spiritus autem blasphemiae non remittetur. Et quicumque dixerit uerbum contra
filium hominis remittetur ei. qui autem dixerit contra spiritum sanctum. non remit
tetur ei neque in hoc saeculo neque in futuro. Aut facite arborem bonam
& fructum eius bonum. aut facite arborem malam. & fructum eius malum.
Ex fructu enim arbor cognoscitur. Progenies uiperarum. quomodo po
testis bona loqui cum sitis mali. Ex habundantia enim cor
dis os loquitur. Bonus homo de bono thesauro profert bonum. &
malus homo de malo thesauro profert malum. Dico autem uobis. quoniam
XXXVII omne uerbum otiosum quod locuti fuerint homines reddent rationem
de eo in die iudicii. Ex uerbis enim tuis iustificaberis. & ex uerbis tuis conde
Tunc responderunt ei quidam de scribis. & phariseis mpnaberis.
dicentes. Magister. uolumus a te signum uidere. Ihesus autem respo
dens ait illis. Generatio mala & adultera signum quaerit. & signum
non dabitur ei nisi signum ione prophetae. Sicut enim fuit ionas in uentre ceti
tribus diebus & tribus noctibus. sic erit filius hominis in corde terrae tribus di
ebus & tribus noctibus. Viri niniuitae surgent in iudicio cum generatione
ista & condempnabunt eam. quia penitentiam egerunt in praedicatione
ione. Et ecce plusquam iona hic. Regina austri surget in iudicio cum
generatione ista & condempnabit eam. quia uenit a finibus terrae audi
re sapientiam salomonis. Et ecce plusquam salomon hic. Cum autem inmundus
spiritus exierit ab homine ambulat per loca arida. quaerens requiem & non inuenit.
Tunc dicit. Reuertar in domum meam. unde exiui. Et ueniens inuenit
uacantem. & scopis mundatam & ornatam. Tunc uadit & assumit septem alios
XXXVIII spiritus secum nequiores se. & ingressi habitant ibi. Et fiunt nouissima ho
minis illius peiora prioribus. Sic erit generationi huic pessimae.
Adhuc eo loquente ad turbas. ecce mater eius & fratres stabant foris quaerentes lo
qui ei. Dixit autem ei quidam. Ecce mater tua & fratres tui foris stant quaeren
tes te. At ipse respondens dicenti sibi ait. Quae est mater mea. & qui
sunt fratres mei. Et extendens manum in discipulos suos dixit. Ecce mater
mea & fratres mei. Quicumque enim fecerit uoluntatem patris mei qui in caelis
est. ipse meus frater & soror & mater est.
XXXVIIII In illo die exiens ihesus de domo. sedebat secus mare. & congregatae sunt
ad eum turbae multae. ita ut in nauiculam ascendens sederet. & omnis
turba stabat in litore. & locutus est eis multa in parabolis dicens.
Ecce exiit qui seminat seminare. Et dum seminat quaedam ceciderunt
secus uiam. & uenerunt uolucres & comederunt ea. Alia autem ceciderunt
in petrosa ubi non habebant terram multam. & continuo orta sunt quia
non habebant altitudinem terrae. sole autem orto aestuauerunt. & quia non habe
bant radicem aruerunt. Alia autem ceciderunt in spinas. & creuerunt spinae et
suffocauerunt ea. Alia uero ceciderunt in terram bonam. & dabant fructum
aliud centesimum. aliud sexagesimum. aliud tricesimum. Qui habet
aures audiendi audiat. Et accedentes discipuli dixerunt ei. Quare
in parabolis loqueris eis. At ille respondens ait illis. Quia uobis
datum est nosse mysterium regni. illis autem non est datum. Qui enim habet
dabitur ei & habundabit. qui autem non habet & quod habet auferetur ab
eo. Ideo in parabolis loquor eis. quia uidentes non uident. & audientes
non audiunt neque intellegunt. Et adimpletur in illis prophetia ysaiae di
centis. aure audietis & non intellegetis. & uidentes uidebitis & non uidebi
tis. Incrassatum est enim cor populi huius. & auribus grauiter audierunt.
& oculos suos clauserunt. ne quando uideant oculis. & auribus audiant.
& corde intellegant & conuertantur & sanem eos. Vestri autem beati oculi
qui uident. & aures uestrae quae audiunt. Amen dico uobis. quia multi
prophetae & iusti cupierunt uidere quae uidetis & non uiderunt. & audire quae
auditis & non audierunt. Vos autem audite parabolam seminantis.
Omnis qui audit uerbum regni & non intellegit. uenit malus & rapit
quod seminatum est in corde eius. hic est qui secus uiam seminatus est. Qui
autem supra petrosa loca seminatus est. hic est qui audit uerbum & confesti
m cum gaudio accipit illud. & non habet in se radicem. sed est temporalis.
Facta autem tribulatione & persecutione propter uerbum. continuo scandalizatur.
Qui autem seminatus est in spinis. hic est qui uerbum audit. & sollicitudo
saeculi huius & fallacia diuitiarum suffocat uerbum. & sine fructu efficitur.
Qui uero in terram bonam seminatus est. hic est qui audit uerbum & intellegit.
& fructum affert. aliud quidem centum. aliud autem sexaginta. porro aliud triginta.
XL A liam parabolam proposuit illis dicens. Simile est regnum caelorum homini
qui seminauit bonum semen in agro suo. Cum autem dormirent homines
uenit inimicus eius & superseminauit zizania in medio tritici & abiit.
Cum autem creuisset herba & fructum fecisset. apparuerunt zizania.
Accedentes autem serui patris familias dixerunt ei. Domine nonne
bonum semen seminasti in agro tuo. unde ergo habet zizania. Et
ait illis. Inimicus homo hoc fecit. Serui autem dixerunt ei. Vis imus
& colligimus ea. Et ait. Non. Ne forte colligentes zizania
eradicetis cum eis simul & triticum. sed sinite utraque crescere usque ad
messem. & in tempore messis dicam messoribus. Colligite primum ziza
nia. & alligate ea fasciculos ad comburendum. Triticum autem congre
gate in horreum meum. Aliam parabolam proposuit eis dicens. Simile
est regnum caelorum grano sinapis. quod accipiens homo seminauit in agro
suo. Quod minimum quidem est omnibus seminibus. Cum autem creuerit maius
est omnibus holeribus. & fit arbor. ita ut uolucres caeli ueniant & ha
bitent in ramis eius. Aliam parabolam locutus est eis. Simile est regnum
caelorum fermento. quod acceptum mulier abscondit in farinae satis tribus.
donec fermentatum est totum. Haec omnia locutus est ihesus in parabolis
ad turbas. & sine parabolis non loquebatur eis. ut impleretur quod dictum est
per prophetam dicentem. Aperiam in parabolis os meum. eructabo abscon
dita a constitutione mundi. Tunc dimissis turbis uenit in domum. & ac
cesserunt ad eum discipuli dicentes. Dissere nobis parabolam zizaniorum
agri. Qui respondens ait. Qui [illegible] filius est hominis.
[illegible] Bonum uero semen. hi sunt filii regni. zizania
autem filii sunt nequam. Inimicus autem qui seminauit ea. est diabolus.
messis uero consummatio saeculi est. messores autem angeli sunt. Sicut ergo colli
guntur zizania. & igni comburuntur. ita erit in consummatione saeculi.
mittet filius hominis angelos suos. & colligent de regno eius omnia
scandala. & eos qui faciunt iniquitatem. & mittent eos in caminum
ignis. ibi erit fletus & stridor dentium. Tunc iusti fulgebunt sicut sol
in regno patris eorum. qui habet aures audiendi audiat.
XLI Aliam similitudinem locutus est eis dicens. Simile est regnum caelorum
thesauro abscondito in agro. quem qui inuenit homo abscondit. &
prae gaudio illius uadit & uendit uniuersa quae habet. & emit agrum
illum. Iterum simile est regnum caelorum homini negotiatori. quaerenti
bonas margaritas. Inuenta autem una pretiosa margarita. abiit &
uendidit omnia quae habuit. & emit eam. Iterum simile est regnum
caelorum sagenae missae in mare. & ex omni genere piscium congreganti.
Quae cum impleta esset educentes. & secus litus sedentes. elegerunt
bonos in uasa sua. malos autem foras miserunt. Sic enim erit in con
summatione saeculi. Exibunt angeli. & separabunt malos de medio
iustorum. & mittent eos in caminum ignis. Ibi erit fletus & stridor
dentium. Intellexistis haec omnia. Dicunt ei. Etiam. Ait illis.
XLII Ideo omnis scriba doctus in regno caelorum similis est homini patrifamilias
qui profert de thesauro suo noua & uetera.
Et factum est cum consummasset ihesus parabolas istas. transiit inde. Et
ueniens in patriam suam docebat eos in synagogis eorum. ita ut mirarentur
& dicerent. Unde huic tanta sapientia haec & uirtutes. Nonne hic
est fabri filius. nonne mater eius dicitur maria. & fratres eius iacobus &
ioseph. & symon. & iudas. & sorores eius. nonne omnes apud
nos sunt. unde ergo huic omnia ista. Et scandalizabantur
in eo. Ihesus autem dixit eis. Non est propheta sine honore nisi in patria
sua & in domo sua. & non fecit ibi uirtutes multas. propter incredulitatem illorum.
XLIII In illo tempore. Audiuit herodes tetrarcha famam ihesu. & ait
pueris suis. Hic est iohannes baptista. ipse surrexit a mortuis.
et ideo uirtutes operantur in eo. Herodes autem tenuit iohannem

& alligauit eum. & posuit in carcere propter herodiadem uxorem philippi
fratris sui. Dicebat enim illi iohannes. Non licet tibi habere eam. & uo
lens eum occidere timuit populum. quia sicut prophetam eum habebant. Die
autem natalis herodis saltauit filia herodiadis in medio. & placuit herodi.
Unde cum iuramento pollicitus est ei dare. quodcumque postulasset ab eo.
At illa premonita a matre sua. da michi inquit in disco caput iohannis ba
ptiste. & contristatus est rex propter iusiurandum. & propter eos qui pariter
recumbebant iussit dari. Misitque & decollauit iohannem in carcere. & allatum XL VIIII
est caput eius in disco. & datum est puelle. & tulit matri sue. Et acce
dentes discipuli eius. tulerunt corpus & sepelierunt illud. Et uenientes
nunciauerunt ihesu. Quod cum audisset ihesus. secessit inde in nauicula in
locum desertum seorsum. Et cum audissent turbe secute sunt eum pe
destres de ciuitatibus. Et exiens uidit turbam multam & misertus est eis.
& curauit infirmos eorum. Uespere autem facto. accesserunt ad eum discipuli L
eius dicentes. Desertus est locus & hora iam preteriit. dimitte turbas ut
euntes in castella emant sibi escas. Ihesus autem dixit eis. Non habent neces
se ire. date illis uos manducare. Responderunt ei. Non habemus hic
nisi quinque panes. & duos pisces. Et ait illis. Afferte illos huc ad me.
Et cum iussisset turbas discumbere supra fenum. acceptis panibus quinque
& duobus piscibus aspiciens in celum benedixit & fregit & dedit disci
pulis suis panes. discipuli autem turbis. & manducauerunt omnes & saturati
sunt. Et tulerunt reliquias fragmentorum xii cophinos plenos. Manducan
tium autem fuit numerus quinque milia uirorum exceptis mulieribus &
paruulis. Et statim iussit discipulos suos ascendere in nauiculam & pre
IIII cedere eum trans fretum. donec dimitteret turbas.
Et dimissa turba. ascendit in montem solus orare. Uespere autem facto. solus
erat ibi. Nauicula autem in medio mari iactabatur fluctibus. Erat enim illis
uentus contrarius. Quarta autem uigilia noctis uenit ad eos. ambulans LI
supra mare. Uidentes autem illum supra mare ambulantem. turbati sunt
dicentes quia fantasma est. & pre timore clamauerunt. Statimque locutus
est ihesus eis dicens. Habete fiduciam. ego sum nolite timere. Respon
dens autem petrus dixit. Domine. si tu es iube me uenire ad te super aquas.
At ille dixit. Ueni. & descendens petrus de nauicula. ambulabat super
aquas ut ueniret ad ihesum. Uidens uero uentum ualidum timuit. Et cum ce
pisset mergi. clamauit dicens. Domine. saluum me fac. Et continuo
ihesus extendens manum apprehendit eum. & ait illi. Modice fidei. quare
LV dubitasti. Et cum ascendisset in nauiculam. cessauit uentus. Qui autem
in nauicula erant. uenerunt & adorauerunt eum dicentes. uere filius dei es.
Et cum transfretassent. uenerunt in terram genesar. & cum cognouissent
eum uiri loci illius. miserunt in uniuersam regionem illam. & obtulerunt
ei omnes male habentes. & rogabant eum. ut uel fimbriam uestimen
VI ti eius tangerent. Et quicumque tetigerunt salui facti sunt.
Tunc accesserunt ad eum scribe & pharisei ab hierosolimis dicentes.
Quare discipuli tui transgrediuntur traditionem seniorum. Non enim
lauant manus suas. cum panem manducant. Ipse autem respondens ait illis.
Quare & uos transgreditimini mandatum dei propter traditionem uestram. Nam
deus dixit. Honora patrem tuum & matrem. & qui maledixerit patri uel matri
morte moriatur. Uos autem dicitis quicumque dixerit patri uel matri munus
quodcumque est ex me tibi profuerit. & non honorificauit patrem suum aut matrem
suam. & irritum fecistis mandatum dei propter traditionem uestram. Hypocrite.
bene prophetauit de uobis ysaias dicens. Populus hic labiis me honorat.
cor autem eorum longe est a me. Sine causa autem colunt me. docentes doctrinas
& mandata hominum. Et conuocatis ad se turbis. dixit eis. Audite
& intelligite. Non quod intrat in os coinquinat hominem. sed quod procedit
ex ore hoc coinquinat hominem. Tunc accedentes discipuli eius. dixerunt
ei. Scis quia pharisei audito hoc uerbo scandalizati sunt. At ille
respondens ait. Omnis plantatio quam non plantauit pater meus celestis. era
dicabitur. Sinite illos. ceci sunt duces cecorum. Cecus autem si ceco ducatum LII
prestet. ambo in foueam cadunt. Respondens autem petrus dixit ei. Edisse
re nobis parabolam istam. At ille dixit. Adhuc & uos sine intellectu
estis. Non intelligitis quia omne quod in os intrat in uentrem ua
dit. & in secessum emittitur. Que autem procedunt de ore de corde
exeunt. & hec coinquinant hominem. De corde enim exeunt cogita
tiones male. homicidia. adulteria. fornicationes. furta. falsa
testimonia blasphemie. hec sunt que coinquinant hominem. Non
XLVII lotis autem manibus manducare non coinquinat hominem.
Et egressus inde ihesus. secessit in partes tyri & sydonis. Et ecce mulier
chananea a finibus illis egressa clamauit dicens. Miserere mei domine LIII
fili dauid. filia mea male a demonio uexatur. Qui non respondit ei uer
bum. Et accedentes discipuli eius. rogabant eum dicentes. dimitte eam.
quia clamat post nos. Ipse autem respondens ait. Non sum missus
nisi ad oues que perierunt domus israel. At illa uenit & adorabat 256.
eum dicens. Do[mine adiuua me.] Qui respondens ait. Non est
bonum sumere panem filiorum. & mittere canibus. At illa dixit. Etiam
domine. nam & catelli edunt de micis que cadunt de mensa dominorum
suorum. Tunc respondens ihesus ait illi. O mulier. magna est fides tua.
fiat tibi sicut uis. Et sanata est filia eius ex illa hora. Et cum
transisset inde ihesus. uenit secus mare galilee. Et ascendens in montem
sedebat ibi. Et accesserunt ad eum turbe multe. habentes secum cecos.
mutos. claudos. debiles. & alios multos. & proiecerunt eos ante pedes
eius. & curauit eos ita ut turbe mirarentur. uidentes mutos loquentes.
claudos ambulantes. cecos uidentes. & magnificabant deum israhel.
VIII Ihesus autem conuocatis discipulis suis dixit. Misereor turbe. quia iam triduo
perseuerant mecum. & non habent quid manducent. Et dimittere
eos ieiunos nolo. ne deficiant in uia. Et dicunt ei discipuli. Unde
ergo nobis in deserto panes tantos. ut saturemus turbam tantam. Et
ait illis ihesus. Quot panes habetis. At illi dixerunt. Septem & paucos
pisciculos. Et precepit turbe ut discumberent super terram. Et accipiens
septem panes & pisces. & gratias agens fregit & dedit discipulis suis.
& discipuli dederunt populo. Et manducauerunt omnes. & saturati sunt.
Et quod superfuit de fragmentis. tulerunt septem sportas plenas. Erant
autem qui manducauerunt quattuor milia hominum. extra paruulos & mulieres.
Et dimissa turba ascendit in nauiculam. & uenit in fines magedan.
Et accesserunt ad eum pharisei & saducei temptantes. rogauerunt eum.
ut signum de celo ostenderet eis. At ille respondens ait illis. Facto
uespere dicitis serenum erit. rubicundum est enim celum. & mane hodie
tempestas. rutilat enim triste celum. Faciem ergo celi diiudicare nostis.
signa autem temporum non potestis scire. Generatio mala & adultera sig
num querit. & signum non dabitur ei nisi signum ione. Et relictis illis abiit.
Et cum uenissent discipuli eius trans fretum. obliti sunt panes accipere.
Qui dixit illis. Intuemini & cauete a fermento phariseorum & saduceorum.
At illi cogitabant inter se dicentes. quia panes non accepimus. Sciens
autem ihesus dixit. Quid cogitatis inter uos modice fidei. quia panes non ha
betis. Nondum intellexistis neque recordamini quinque pa
num in quinque milia hominum. & quot cophinos sumpsistis. Neque septem
panum in quattuor milia hominum. & quot sportas sumpsistis. Quare non

intelligitis quia non de pane dixi uobis. Cauete a fermento
phariseorum & saduceorum. Tunc intellexerunt quia non dixerit cauen
dum a fermento panum. sed a doctrina phariseorum & saduceorum.
Uenit autem ihesus in partes cesaree philippi. & interrogabat discipulos suos
dicens. Quem dicunt homines esse filium hominis. At illi dixerunt.
Alii iohannem baptistam. alii autem heliam. alii uero ieremiam. aut unum ex prophetis.
Dicit illis ihesus. Uos autem quem me esse dicitis. Respondens symon petrus
dixit. Tu es christus filius dei uiui. Respondens autem ihesus. dixit ei. Beatus es symon
bariona. quia caro & sanguis non reuelauit tibi. sed pater meus qui in celis est.
Et ego dico tibi. quia tu es petrus. & super hanc petram edificabo ecclesiam
meam. & porte inferi non preualebunt aduersus eam. Et tibi dabo claues reg
ni celorum. Et quodcumque ligaueris super terram erit ligatum & in celis. & quod
cumque solueris super terram. erit solutum & in celis. Tunc precepit discipu
lis suis. ut nemini dicerent quia ipse esset ihesus christus.
Exinde cepit ihesus ostendere discipulis suis. quia oporteret eum ire hieroso
limam. & multa pati a senioribus & principibus sacerdotum & scribis. & occidi.
& tertia die resurgere. Et assumens eum petrus. cepit increpare illum
dicens. absit a te domine. non erit tibi hoc. Qui conuersus dixit petro.
Uade post me sathanas. scandalum es michi. quia non sapis ea que dei sunt. sed ea
que hominum. Tunc ihesus dixit discipulis suis. Si quis uult post me uenire
re abneget semetipsum. & tollat crucem suam & sequatur me. Qui enim
uoluerit animam suam saluam facere perdet eam. Qui autem perdiderit animam
suam propter me. inueniet eam. Quid enim prodest homini si uniuersum mun
dum lucretur. anime uero sue detrimentum patiatur. Aut quam dabit homo
commutationem pro anima sua. Filius enim hominis uenturus est in gloria
patris sui cum angelis suis. & tunc reddet unicuique secundum opera eius.
Amen dico uobis. sunt quidam de hic stantibus. qui non gustabunt mortem.
donec uideant filium hominis uenientem in regno suo.
Et post dies sex assumpsit ihesus petrum. & iacobum. & iohannem fratrem eius.
& duxit illos in montem excelsum seorsum. & transfiguratus est ante eos.
Et resplenduit facies eius sicut sol. uestimenta autem eius facta sunt alba
sicut nix. Et ecce apparuit illis moyses & helyas. cum eo loquentes.
Respondens autem petrus. dixit ad ihesum. Domine. bonum est nos hic esse.
si uis faciamus hic tria tabernacula. tibi unum. moysi unum. & helye
unum. Adhuc eo loquente. ecce nubes lucida obumbrauit eos. Et ecce
uox de nube dicens. Hic est filius meus dilectus. in quo michi bene com
placui ipsum audite. Et audientes discipuli. ceciderunt in faciem suam.
& timuerunt ualde. Et accessit ihesus & tetigit eos. dixitque eis. Surgi
te. & nolite timere. Leuantes autem oculos suos. neminem uiderunt nisi solum
ihesum. Et descendentibus illis de monte. precepit ihesus dicens. Nemini dixeri
tis uisionem. donec filius hominis a mortuis resurgat. Et interrogauerunt
eum discipuli eius dicentes. Quid ergo scribe dicunt. quod helyam oportet
primum uenire. At ille respondens ait illis. Helyas quidem uenturus est
& restituet omnia. Dico autem uobis. quia helyas iam uenit & non cog
nouerunt eum. sed fecerunt ei quecumque uoluerunt. Sic & filius hominis.
passurus est ab eis. Tunc intellexerunt discipuli. quia de iohanne ba
ptista dixisset. Et cum uenisset ad turbas. accessit ad eum homo genibus
prouolutis ante eum dicens. Domine. miserere filio meo. quia lunaticus
est & male patitur. Nam sepe cadit in ignem. & crebro in aquam. & obtuli
eum discipulis tuis. & non potuerunt curare eum. Tunc respondens ihesus ait.
O generatio incredula & peruersa. usque quo ero uobiscum. usque quo patiar
uos. Afferte huc illum ad me. Et increpauit eum ihesus. Et exiit ab eo
demonium. & curatus est puer ex illa hora. Tunc accesserunt discipuli
secreto. & dixerunt ei. Quare nos non potuimus eicere illum. Dicit illis.
Propter incredulitatem uestram. Amen quippe dico uobis. si habueritis
fidem sicut granum sinapis. dicetis monti huic transi hinc & transibit.
& nichil impossibile erit uobis. Hoc autem genus non eicitur nisi per oratio
nem & ieiunium. Conuersantibus autem eis in galilea. dixit ihesus. Filius hominis
LII tradendus est in manus hominum & occident eum. & tertia die resurget.
Et contristati sunt uehementer.
Et cum uenisset capharnaum. accesserunt qui didragma accipiebant ad petrum. & dixerunt. Magister
uester non soluit didragma. Ait. Etiam. Et cum intrasset in domum. preue
nit eum ihesus dicens. Quid tibi uidetur symon. Reges terre a quibus acci
piunt tributum uel censum. a filiis suis. an ab alienis. Et ille dixit.
Ab alienis. Dixit illi ihesus. Ergo liberi sunt filii. Ut autem non scandalizemus
eos. uade ad mare & mitte hamum. & eum piscem qui primus ascenderit
tolle. & aperto ore eius inuenies staterem. illum sumens da eis pro me & te.
LIII In illa hora accesserunt discipuli ad ihesum dicentes. Quis putas maior est
in regno celorum. Et aduocans ihesus paruulum. statuit eum in medio
eorum & dixit. Amen dico uobis. nisi conuersi fueritis & efficiamini sicut
paruuli. non intrabitis in regnum celorum. Quicumque ergo humiliauerit se
sicut paruulus iste. hic est maior in regno celorum. Et qui susceperit unum
paruulum talem in nomine meo. me suscipit. Qui autem scandalizauerit
unum de pusillis istis qui in me credunt expedit ei ut suspendatur
mola asinaria in collo eius. & demergatur in profundo maris. Ue mun
do a scandalis. Necesse est enim. ut ueniant scandala. Uerumtamen
ue homini. per quem scandalum uenit. Si autem manus tua uel pes tuus scan
dalizat te. abscide eum. & proice abs te. Bonum tibi est ad uitam ingre
di debilem uel claudum. quam duas manus uel duos pedes habentem
mitti in ignem eternum. Et si oculus tuus scandalizat te. erue eum. &
proice abs te. Bonum tibi est cum uno oculo in uitam intrare. quam duos
oculos habentem mitti in gehennam ignis. Uidete ne contempnatis
unum ex his pusillis. Dico enim uobis. quod angeli eorum semper uident
faciem patris mei qui in celis est. Uenit enim filius hominis saluare
quod perierat. Quid uobis uidetur. Si fuerint alicui centum oues &
errauerit una ex eis. nonne relinquet nonaginta nouem in montibus.
& uadit querere eam que errauit. & si contigerit ut inueniat eam.
Amen dico uobis. quia gaudebit super eam magis quam super nonaginta
nouem que non errauerunt. Sic non est uoluntas ante patrem uestrum qui in
celis est. ut pereat unus de pusillis istis.
L IIII Si autem peccauerit in te frater tuus. uade & corripe eum inter te & ipsum
solum. Si te audierit. lucratus eris fratrem tuum. Si autem non te audierit.
adhibe tecum unum uel duos. ut in ore duorum testium uel trium stet omne uerbum.
Quod si non audierit eos. dic ecclesie. Si autem ecclesiam non audierit. sit tibi sicut
ethnicus & publicanus. Amen dico uobis. quecumque alligaueritis super terram
erunt alligata & in celo. Quecumque solueritis super terram. erunt solu
ta & in celo. Iterum dico uobis. quia si duo ex uobis consenserint super ter
ram de omni re quamcumque petierint. fiet illis a patre meo qui in celis est.
Ubi enim sunt duo uel tres congregati in nomine meo. ibi sum in medio
eorum. Tunc accedens ad eum petrus dixit. Domine. quotiens peccabit in
me frater meus. & dimittam ei usque septies. Dicit ei ihesus. Non dico tibi usque
septies. sed usque septuagies septies.
LV Ideo adsimilatum est regnum celorum homini regi. qui uoluit rationem po
nere cum seruis suis. Et cum cepisset rationem ponere. oblatus est ei
unus qui debebat decem milia talenta. Cum autem non haberet unde red
deret. iussit eum dominus uenundari & uxorem eius & filios. & omnia que

habebat et reddi. Procidens autem servus ille orabat eum dicens. Domine patientiam habe in me, et omnia reddam tibi. Misertus autem dominus servi illius dimisit eum, et debitum dimisit ei. Egressus autem servus ille invenit unum de conservis suis. qui debebat ei centum denarios. Et tenens suffocabat eum dicens. Redde quod debes. Procidens autem conservus ille rogabat eum dicens. Patientiam habe in me. et omnia reddam tibi. Ille autem noluit. sed abiit et misit eum in carcerem. donec redderet debitum. Videntes autem conservi eius quae fiebant. contristati sunt valde. Et venerunt et narraverunt domino suo omnia quae facta fuerant. Tunc vocavit eum dominus suus. et ait illi. Serve nequam. omne debitum dimisi tibi quoniam rogasti me. nonne oportuit et te misereri conservi tui. sicut et ego tui misertus sum? Et iratus dominus eius. tradidit eum tortoribus quoadusque redderet universum debitum. Sic et pater meus caelestis faciet vobis. si non remiseritis unusquisque fratri suo de cordibus vestris.

LVI Et factum est cum consummasset Iesus sermones istos. migravit a Galilea. et venit in partes Iudeae trans Iordanen. et secutae sunt eum turbae multae et curavit eos ibi. Et accesserunt ad eum pharisei temptantes eum et dicentes. Si licet homini dimittere uxorem suam quacumque ex causa? Qui respondens Iesus ait illis. Non legistis quia qui fecit ab initio masculum et feminam fecit eos et dixit. Propter hoc relinquet homo patrem et matrem et adherebit uxori suae. et erunt duo in carne una. Itaque iam non sunt duo sed una caro. Quod ergo Deus coniunxit. homo non separet. Dicunt illi. Quid ergo Moyses mandavit dari libellum repudii. et dimittere? Ait illis. Quoniam Moyses ad duritiam cordis vestri permisit vobis dimittere uxores vestras. Ab initio autem non fuit sic. Dico autem vobis. quia quicumque dimiserit uxorem suam. nisi ob causam fornicationis et aliam duxerit moechatur. Et qui dimissam duxerit moechatur. Dicunt ei discipuli eius. Si ita est causa viri cum uxore. non expedit nubere. Qui dixit. Non omnes capiunt verbum istud. sed quibus datum est. Sunt enim eunuchi qui de matris utero sic nati sunt. Et sunt eunuchi. qui facti sunt ab hominibus. Et sunt eunuchi qui se ipsos eunuchizaverunt propter regnum caelorum. Qui potest capere capiat.

LVII Tunc oblati sunt ei parvuli. ut manus eis imponeret. et oraret. Discipuli autem prohibebant eos. Iesus vero ait eis. Sinite parvulos venire ad me. et nolite eos prohibere. talium est enim regnum caelorum. Et cum imposuisset eis manus abiit inde. Et ecce unus accedens ait illi. Magister bone. quid boni faciam ut habeam vitam aeternam? Qui dixit ei. Quid me interrogas de bono? unus est bonus Deus. Si autem vis ad vitam ingredi. serva mandata. Dicit illi. Quae? Iesus autem dixit. Non homicidium facies. non adulterabis. non facies furtum. non falsum testimonium dices. honora patrem et matrem et diliges proximum tuum sicut te ipsum. Dicit ei adolescens. Omnia haec custodivi. quid adhuc mihi deest? Ait illi Iesus. Si vis perfectus esse. vade et vende quae habes et da pauperibus et habebis thesaurum in caelo. et veni sequere me. Cum audisset autem adolescens verbum. abiit tristis. Erat enim habens multas possessiones. Iesus autem dixit discipulis suis. Amen dico vobis. quia dives difficile intrabit in regnum caelorum. Et iterum dico vobis. quia facilius est camelum per foramen acus transire. quam divitem intrare in regnum caelorum. Auditis autem his discipuli mirabantur valde dicentes. Quis ergo poterit salvus esse? Aspiciens autem Iesus dixit eis. Apud homines hoc impossibile est. apud Deum autem omnia possibilia sunt. Tunc respondens Petrus dixit ei. Ecce nos reliquimus omnia. et secuti sumus te. Quid ergo erit nobis? Iesus autem dixit eis. Amen dico vobis. quod vos qui secuti estis me in regeneratione cum sederit filius hominis in sede maiestatis suae, sedebitis et vos super sedes duodecim. iudicantes duodecim tribus Israhel. Et omnis qui reliquerit domum vel fratres. aut sorores. aut patrem. aut matrem. aut uxorem. aut filios. aut agros. propter nomen meum. centuplum accipiet et vitam aeternam possidebit. Multi autem erunt primi novissimi. et novissimi primi.

LVIII Simile est regnum caelorum homini patri familias. qui exiit primo mane conducere operarios in vineam suam. Conventione autem facta cum operariis ex denario diurno. misit eos in vineam suam. Et egressus circa horam tertiam. vidit alios stantes in foro otiosos et ait illis. Ite et vos in vineam meam. et quod iustum fuerit dabo vobis. Illi autem abierunt. Iterum autem exiit circa sextam et nonam horam. et fecit similiter. Circa undecimam vero exiit. et invenit alios stantes. et dicit illis. Quid hic statis tota die otiosi? Dicunt ei. Quia nemo nos conduxit. Dicit illis. Ite et vos in vineam meam. Cum sero autem factum esset. dicit dominus vineae procuratori suo. Voca operarios. et redde illis mercedem incipiens a novissimis usque ad primos. Cum venissent ergo qui circa undecimam horam venerant. acceperunt singulos denarios. Venientes autem et primi. arbitrati sunt quod plus essent accepturi. Acceperunt autem et ipsi singulos denarios. Et accipientes. murmurabant adversus patrem familias dicentes. Hi novissimi una hora fecerunt. et pares illos nobis fecisti. qui portavimus pondus diei et aestus. At ille respondens uni eorum dixit. Amice. non facio tibi iniuriam. Nonne ex denario convenisti mecum? Tolle quod tuum est et vade. Volo autem et huic novissimo dare sicut et tibi. Aut non licet mihi quod volo facere? An oculus tuus nequam est. quia ego bonus sum? Sic erunt novissimi primi. et primi novissimi. Multi enim sunt vocati pauci vero electi.

LVIIII Et ascendens Iesus Hierosolymam. assumpsit duodecim discipulos suos secreto. et ait illis. Ecce ascendimus Hierosolymam. et filius hominis tradetur principibus sacerdotum et scribis. et condemnabunt eum morte. Et tradent eum gentibus ad illudendum. et flagellandum. et crucifigendum. Et tertia die resurget. Tunc accessit ad eum mater filiorum Zebedei cum filiis suis. adorans et petens aliquid ab eo. Qui dixit ei. Quid vis? Ait illi. Dic ut sedeant hi duo filii mei unus ad dexteram tuam. et unus ad sinistram in regno tuo. Respondens autem Iesus dixit. Nescitis quid petatis. Potestis bibere calicem quem ego bibiturus sum? Dicunt ei. Possumus. Ait illis. Calicem quidem meum bibetis. sedere autem ad dexteram meam vel sinistram non est meum dare vobis. sed quibus paratum est a patre meo. Audientes autem decem. indignati sunt de duobus fratribus. Iesus autem vocavit eos ad se et ait. Scitis quia principes gentium dominantur eorum. et qui maiores sunt potestatem exercent in eos. Non ita erit inter vos. Sed quicumque voluerit inter vos maior fieri. sit vester minister. Et qui voluerit inter vos primus esse. erit vester servus. Sicut filius hominis non venit ministrari sed ministrare. et dare animam suam redemptionem pro multis. Vos autem quaeritis de pusillo crescere. et de minimo maiores esse. Cum introieritis autem ad cenam vocati. nolite recumbere in locis eminentioribus: ne forte honoratior te superveniat. et accedens qui te vocavit dicat tibi. Adhuc deorsum accede. et confundaris. Si autem recubueris in inferiori loco. et supervenerit inferior te. dicet tibi qui te ad cenam vocavit. Accede adhuc superius. et erit tibi hoc utilius.

LX Et egredientibus eis ab Hiericho. secuta est eum turba multa. Et ecce duo caeci sedentes secus viam. audierunt quia Iesus transiret. et clamaverunt dicentes. Domine miserere nostri. fili David. Turba autem increpabat eos. ut tacerent. At illi magis clamabant dicentes. Domine miserere nostri. fili David. Et stetit Iesus. et vocavit eos. et ait. Quid vultis

LXI ut faciam vobis? Dicunt illi. Domine. ut aperiantur oculi nostri. Misertus autem eorum Iesus. tetigit oculos eorum. et confestim viderunt. et secuti sunt eum. Et cum appropinquassent Hierosolymis. et venissent Bethfage ad montem Oliveti. tunc misit Iesus duos discipulos dicens eis. Ite in castellum quod contra vos est. et statim invenietis asinam alligatam. et pullum cum ea. Solvite et adducite mihi. Et si quis vobis aliquid dixerit. dicite quia dominus his opus habet. et confestim dimittet eos. Hoc autem totum factum est. ut impleretur quod dictum est per prophetam dicentem. Dicite filiae Sion. Ecce rex tuus venit tibi mansuetus. et sedens super asinam. et pullum filium subiugalis. Euntes autem discipuli fecerunt sicut praecepit illis Iesus. Et adduxerunt asinam et pullum. et imposuerunt super eos vestimenta sua. et eum desuper sedere fecerunt. Plurima autem turba straverunt vestimenta sua in via. Alii autem caedebant ramos de arboribus et sternebant in via. Turbae autem quae praecedebant et quae sequebantur. clamabant dicentes. Osanna filio David. benedictus qui venturus est in nomine domini. osanna in excelsis. Et cum intrasset Iesus Hierosolymam. commota est universa civitas dicens. Quis est hic? Populi autem dicebant. Hic est propheta a Nazareth Galileae. Et intravit Iesus in templum Dei. et eiciebat omnes vendentes et ementes in templo. et mensas nummulariorum et cathedras vendentium columbas evertit et dicit eis. Scriptum est. domus mea domus orationis vocabitur. Vos autem fecistis illam speluncam latronum. Et accesserunt ad eum caeci et claudi in templo. et sanavit eos. Videntes autem principes sacerdotum et scribae mirabilia quae fecit et pueros clamantes in templo et dicentes. osanna filio David. indignati sunt et dixerunt ei. Audis quid isti dicunt? Iesus autem dicit eis. Numquam legistis quia ex ore infantium et lactentium perfecisti laudem? Et relictis illis abiit foras extra civitatem in Bethaniam. ibique mansit et docebat eos de regno Dei.

LXII Mane autem revertens in civitatem esuriit. et videns fici arborem unam secus viam. venit ad eam. et nihil invenit in ea nisi folia tantum. et ait illi. Numquam fructus ex te nascatur in sempiternum. et arefacta est continuo ficulnea. Et videntes discipuli. mirati sunt dicentes. Quomodo continuo aruit? Respondens autem Iesus ait eis. Amen dico vobis. si habueritis fidem et non haesitaveritis. non solum de ficulnea facietis. sed et si monti huic dixeritis tolle te et iacta te in mare. fiet. Et omnia quaecumque petieritis in oratione credentes accipietis. Et cum venisset in templum. accesserunt ad eum docentem principes sacerdotum et seniores populi dicentes. In qua potestate haec facis? et quis dedit tibi hanc potestatem? Respondens autem Iesus ait eis. Interrogabo vos et ego unum sermonem. quem si dixeritis mihi. et ego vobis dicam in qua potestate haec facio. Baptismum Iohannis unde erat. e caelo. an ex hominibus? At illi cogitabant inter se dicentes. Si dixerimus e caelo dicet nobis. quare ergo non credidistis illi? Si autem dixerimus ex hominibus timemus turbam. Omnes enim habent Iohannem sicut prophetam. Et respondentes Iesu dixerunt. Nescimus. Ait illis et ipse. Neque ego vobis dico. in qua potestate haec facio. Quid autem vobis videtur? homo quidam habebat duos filios. et accedens ad primum dixit. Fili vade hodie operare in vinea mea. Ille respondens ait. Nolo. Postea vero paenitentia motus abiit. Accedens autem ad alterum dixit similiter. At ille respondens ait. Eo domine. et non abiit. Quis ex duobus fecit voluntatem patris? Dicunt ei. Novissimus. Dicit eis Iesus. Amen dico vobis. quia publicani et meretrices praecedent vos in regno Dei. Venit enim ad vos Iohannes in via iustitiae. et non credidistis ei. Publicani autem et meretrices crediderunt ei. Vos autem videntes nec paenitentiam habuistis postea ut crederetis ei.

LXIII Aliam parabolam audite. Homo erat pater familias qui plantavit vineam. et saepem circumdedit ei. et fodit in ea torcular. et aedificavit turrim. et locavit eam agricolis. et peregre profectus est. Cum tempus autem appropinquasset fructuum. misit servos suos ad agricolas. ut acciperent fructus eius. Agricolae autem apprehensis servis eius. unum ceciderunt. alium vero occiderunt. alium vero lapidaverunt. Iterum misit alios servos plures prioribus. et fecerunt illis similiter. Novissime autem misit ad eos filium suum dicens. Verebuntur filium meum. Agricolae autem videntes filium dixerunt intra se. Hic est heres. venite occidamus eum. et habebimus hereditatem eius. Et apprehensum eum eiecerunt extra vineam et occiderunt. Cum ergo venerit dominus vineae. quid faciet agricolis illis? Aiunt illi. Malos male perdet. et vineam suam locabit aliis agricolis qui reddant ei fructum temporibus suis. Dicit illis Iesus. Numquam legistis in scripturis. lapidem quem reprobaverunt aedificantes hic factus est in caput anguli. a domino factum est istud et est mirabile in oculis nostris. Ideo dico vobis. Quia auferetur a vobis regnum Dei. et dabitur genti facienti fructus eius. Et qui ceciderit super lapidem istum confringetur. Super quem vero ceciderit conteret eum. Audientes autem principes sacerdotum et pharisei parabolas eius. cognoverunt quod de ipsis diceret. et quaerentes eum tenere timuerunt turbas. quia sicut prophetam eum habebant. Et respondens Iesus dixit iterum in parabolis eis dicens. Simile est regnum caelorum homini regi. qui fecit nuptias filio suo. Et misit servos suos vocare invitatos ad nuptias. et nolebant venire. Iterum misit alios servos dicens. Dicite invitatis. ecce prandium meum paravi. tauri mei. et altilia occisa. et omnia parata. venite ad nuptias. Illi autem neglexerunt. Et abierunt alius in villam suam. alius vero in negotiationem suam. Reliqui vero tenuerunt servos eius. et contumelia affectos occiderunt. Rex autem cum audisset iratus est. et missis exercitibus perdidit homicidas illos. et civitatem illorum succendit. Tunc ait servis suis. Nuptiae quidem paratae sunt. sed qui invitati sunt non fuerunt digni. Ite ergo ad exitus viarum. et quoscumque inveneritis vocate ad nuptias. Et egressi servi eius in vias. congregaverunt omnes quos invenerunt bonos et malos. et impletae sunt nuptiae discumbentium. Intravit autem rex ut videret discumbentes. et vidit ibi hominem non vestitum veste nuptiali. et ait illi. Amice. quomodo huc intrasti non habens vestem nuptialem? At ille obmutuit. Tunc dixit rex ministris. Ligatis manibus eius et pedibus mittite eum in tenebras exteriores. ibi erit fletus et stridor dentium. Multi enim sunt vocati pauci vero electi.

LXIIII Tunc abeuntes pharisei. consilium inierunt ut caperent eum in sermone. Et mittunt ei discipulos suos cum Herodianis dicentes. Magister. scimus quia verax es et viam Dei in veritate doces. et non est tibi cura de aliquo. Non enim respicis personam hominum. Dic ergo nobis quid tibi videtur. licet censum dari Caesari an non? Cognita autem Iesus nequitia eorum ait. Quid me temptatis hypocritae? Ostendite mihi nomisma census. At illi obtulerunt ei denarium. Et ait illis Iesus. Cuius est imago haec et superscriptio? Dicunt ei. Caesaris. Tunc ait illis. Reddite ergo quae sunt Caesaris Caesari. et quae sunt Dei Deo. Et audientes mirati sunt. Et relicto eo abierunt.

LXV In illo die accesserunt ad eum Sadducei. qui dicunt non esse resurrectionem. Et interrogaverunt eum dicentes. Magister. Moyses dixit. Si quis mortuus fuerit non habens filium. ut ducat frater eius uxorem illius. et suscitet semen fratri suo. Erant autem apud nos septem fratres. Et primus uxore ducta. defunctus est. et non habens semen. reliquit uxorem suam fratri suo. Similiter et secundus et tertius usque ad septimum. Novissime autem omnium. et mulier

defuncta est. In resurrectione ergo cuius erit de septem uxor? Omnes enim habuerunt eam. Respondens autem Iesus ait illis: Erratis nescientes scripturas neque virtutem Dei. In resurrectione enim neque nubent neque nubentur, sed erunt sicut angeli Dei in caelo. De resurrectione autem mortuorum non legistis quod dictum est vobis a Deo dicente: Ego sum Deus Abraham et Deus Isaac et Deus Iacob? Non est Deus mortuorum sed viventium. Et audientes turbae mirabantur in doctrina eius. Pharisaei autem audientes quod silentium imposuisset Sadducaeis, convenerunt in unum. Et interrogavit eum unus ex eis legis doctor, temptans eum: Magister, quod est mandatum magnum in lege? Ait illi Iesus: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, et in tota anima tua, et in tota mente tua. Hoc est maximum et primum mandatum. Secundum autem simile est huic: Diliges proximum tuum sicut te ipsum. In his duobus mandatis universa lex pendet et prophetae. Congregatis autem Pharisaeis, interrogavit eos Iesus dicens: Quid vobis videtur de Christo? cuius filius est? Dicunt ei: David. Ait illis: Quomodo ergo David in spiritu vocat eum Dominum dicens: Dixit Dominus Domino meo: Sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum? Si ergo David vocat eum Dominum, quomodo filius eius est?

VI Et nemo poterat respondere ei verbum, neque ausus fuit quisquam ex illa die eum amplius interrogare. Tunc Iesus locutus est ad turbas et ad discipulos suos dicens: Super cathedram Moysi sederunt scribae et Pharisaei. Omnia ergo quaecumque dixerint vobis facite et servate; secundum opera vero eorum nolite facere: dicunt enim et non faciunt. Alligant enim onera gravia et importabilia et imponunt in umeros hominum, digito autem suo nolunt ea movere. Omnia vero opera sua faciunt ut videantur ab hominibus. Dilatant enim phylacteria sua et magnificant fimbrias. Amant autem primos recubitus in cenis et primas cathedras in synagogis et salutationes in foro et vocari ab hominibus rabbi. Vos autem nolite vocari rabbi; unus enim est magister vester, omnes autem vos fratres estis. Et patrem nolite vocare vobis super terram; unus enim est pater vester qui in caelis est. Nec vocemini magistri, quia magister vester unus est Christus. Qui maior est vestrum erit minister vester.

I Qui autem se exaltaverit humiliabitur, et qui se humiliaverit exaltabitur.

I Vae autem vobis scribae et Pharisaei hypocritae, quia clauditis regnum caelorum ante homines; vos enim non intratis, nec introeuntes sinitis intrare. Vae vobis scribae et Pharisaei hypocritae, quia circuitis mare et aridam ut faciatis unum proselytum, et cum fuerit factus, facitis eum filium gehennae duplo quam vos. Vae vobis duces caeci, qui dicitis: Quicumque iuraverit per templum, nihil est; qui autem iuraverit in auro templi, debet. Stulti et caeci, quid enim maius est, aurum an templum quod sanctificat aurum? Et quicumque iuraverit in altare, nihil est; quicumque autem iuraverit in dono quod est super illud, debet. Caeci, quid enim maius est, donum an altare quod sanctificat donum? Qui ergo iurat in altari, iurat in eo et in omnibus quae super illud sunt. Et quicumque iuraverit in templo, iurat in illo et in eo qui habitat in ipso. Et qui iurat in caelo, iurat in throno Dei et in eo qui sedet super eum. Vae vobis scribae et Pharisaei hypocritae, quia decimatis mentam et anethum et cyminum, et reliquistis quae graviora sunt legis, iudicium et misericordiam et fidem; haec oportuit facere et illa non omittere. Duces caeci, excolantes culicem, camelum autem glutientes. Vae vobis scribae et Pharisaei hypocritae, quia mundatis quod deforis est calicis et parapsidis, intus autem pleni sunt rapina et inmunditia. Pharisaee caece, munda prius quod intus est calicis et parapsidis, ut fiat id quod deforis est mundum. Vae vobis scribae et Pharisaei hypocritae, quia similes estis sepulchris dealbatis, quae a foris parent hominibus speciosa, intus vero plena sunt ossibus mortuorum et omni spurcitia. Sic et vos a foris quidem paretis hominibus iusti, intus autem pleni estis hypocrisi et iniquitate. Vae vobis scribae et Pharisaei hypocritae, quia aedificatis sepulchra prophetarum et ornatis monumenta iustorum, et dicitis: Si fuissemus in diebus patrum nostrorum, non essemus socii eorum in sanguine prophetarum. Itaque testimonio estis vobismetipsis quia filii estis eorum qui prophetas occiderunt. Et vos implete mensuram patrum vestrorum. Serpentes, progenies viperarum, quomodo fugietis a iudicio gehennae? Ideo ecce ego mitto ad vos prophetas et sapientes et scribas, et ex illis occidetis et crucifigetis, et ex eis flagellabitis in synagogis vestris, et persequemini de civitate in civitatem, ut veniat super vos omnis sanguis iustus qui effusus est super terram, a sanguine Abel iusti usque ad sanguinem

VIII Zachariae filii Barachiae, quem occidistis inter templum et altare. Amen dico vobis, venient haec omnia super generationem istam. Hierusalem Hierusalem, quae occidis prophetas et lapidas eos qui ad te missi sunt, quotiens volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas, et noluisti. Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta.

LX Dico enim vobis, non me videbitis amodo donec dicatis: Benedictus qui venit in nomine Domini. Et egressus Iesus de templo ibat. Et accesserunt discipuli eius ut ostenderent ei aedificationes templi. Ipse autem

VIIII respondens dixit eis: Videtis haec omnia? Amen dico vobis, non relinquetur hic lapis super lapidem qui non destruatur. Sedente autem eo super montem Oliveti, accesserunt ad eum discipuli secreto dicentes: Dic nobis quando haec erunt, et quod signum adventus tui et consummationis saeculi. Et respondens Iesus dixit eis: Videte ne quis vos seducat. Multi enim venient in nomine meo dicentes: Ego sum Christus, et multos seducent. Audituri autem estis proelia et opiniones bellorum. Videte ne turbemini; oportet enim haec fieri, sed nondum est finis. Consurget enim gens in gentem et regnum in regnum, et erunt pestilentiae et fames et terraemotus per loca. Haec autem omnia initia sunt dolorum. Tunc tradent vos in tribulationem et occident vos, et eritis odio omnibus gentibus propter nomen meum. Et tunc scandalizabuntur multi, et invicem tradent et odio habebunt invicem. Et multi pseudoprophetae surgent et seducent multos. Et quoniam habundavit iniquitas, refrigescet caritas multorum. Qui autem perseveraverit usque in finem, hic salvus erit. Et praedicabitur hoc evangelium regni in universo orbe in testimonium omnibus gentibus, et tunc veniet consummatio. Cum ergo videritis abominationem desolationis, quae dicta est a Daniele propheta, stantem in loco sancto, qui legit intellegat; tunc qui in Iudaea sunt fugiant ad montes, et qui in tecto, non descendat tollere aliquid de domo sua, et qui in agro, non revertatur tollere tunicam suam. Vae autem praegnantibus et nutrientibus in illis diebus. Orate autem ut non fiat fuga vestra hieme vel sabbato. Erit enim tunc tribulatio magna, qualis non fuit ab initio mundi usque modo neque fiet. Et nisi breviati fuissent dies illi, non fieret salva omnis caro; sed propter electos breviabuntur dies illi. Tunc si quis vobis dixerit: Ecce hic Christus, aut illic, nolite credere. Surgent enim pseudochristi et pseudoprophetae et dabunt signa magna et prodigia, ita ut in errorem inducantur si fieri potest etiam electi. Ecce praedixi vobis. Si ergo dixerint vobis: Ecce in deserto est, nolite exire; ecce in penetralibus, nolite credere. Sicut enim fulgur exit ab oriente et paret usque in occidentem, ita erit et adventus Filii hominis. Ubicumque fuerit corpus, illuc congregabuntur et aquilae. Statim autem post tribulationem dierum illorum sol obscurabitur et luna non dabit lumen suum et stellae cadent de caelo et virtutes caelorum commovebuntur. Et tunc parebit signum Filii hominis in caelo, et tunc plangent se omnes tribus terrae et videbunt Filium hominis venientem in nubibus caeli cum virtute multa et maiestate. Et mittet angelos suos cum tuba et voce magna, et congregabunt electos eius a quattuor ventis, a summis caelorum usque ad terminos eorum. Cum ceperint autem haec fieri, respicite et levate capita vestra, quia appropinquabit redemptio vestra. Ab arbore autem fici discite parabolam. Cum iam ramus eius tener fuerit et folia nata, scitis quia prope est aestas. Ita et vos cum videritis haec omnia, scitote quia prope est in ianuis. Amen dico vobis quia non praeteribit haec generatio donec omnia fiant. Caelum et terra transibunt, verba autem mea non transibunt. De die autem illa et hora nemo scit, neque angeli caelorum, neque Filius, nisi solus Pater. Sicut enim in diebus Noe, ita erit et adventus Filii hominis. Sicut enim erant in diebus illis ante diluvium comedentes et bibentes, nubentes et nuptui tradentes, usque ad eum diem quo intravit Noe in arcam, et non cognoverunt donec venit diluvium et tulit omnes, ita erit et adventus Filii hominis. Tunc duo erunt in agro: unus adsumetur et unus relinquetur. Duae molentes in mola: una adsumetur et una relinquetur. Vigilate ergo, quia nescitis qua hora Dominus vester venturus sit. Illud autem scitote, quoniam si sciret paterfamilias qua hora fur venturus esset, vigilaret utique et non sineret perfodi domum suam. Ideo et vos estote parati, quia nescitis qua hora Filius hominis venturus est. Quis putas est fidelis servus et prudens, quem constituit dominus suus super familiam suam, ut det illis cibum in tempore? Beatus ille servus quem cum venerit dominus eius invenerit sic facientem. Amen dico vobis quoniam super omnia bona sua constituet eum. Si autem dixerit malus servus in corde suo: Moram facit dominus meus venire, et coeperit percutere conservos suos, manducet autem et bibat cum ebriis, veniet autem dominus servi illius in die qua non sperat et hora qua ignorat, et dividet eum partemque eius ponet cum hypocritis. Illic erit fletus et stridor dentium.

LXX Tunc simile erit regnum caelorum decem virginibus, quae accipientes lampades suas exierunt obviam sponso et sponsae. Quinque autem ex eis erant fatuae et quinque prudentes. Sed quinque fatuae acceptis lampadibus non sumpserunt oleum secum; prudentes vero acceperunt oleum in vasis suis cum lampadibus. Moram autem faciente sponso, dormitaverunt omnes et dormierunt. Media autem nocte clamor factus est: Ecce sponsus venit, exite obviam ei. Tunc surrexerunt omnes virgines illae et ornaverunt lampades suas. Fatuae autem sapientibus dixerunt: Date nobis de oleo vestro, quia lampades nostrae extinguuntur. Responderunt prudentes dicentes: Ne forte non sufficiat nobis et vobis, ite potius ad vendentes et emite vobis. Dum autem irent emere, venit sponsus, et quae paratae erant intraverunt cum eo ad nuptias, et clausa est ianua. Novissime autem veniunt et reliquae virgines dicentes: Domine domine, aperi nobis. At ille respondens ait: Amen dico vobis, nescio vos. Vigilate itaque, quia nescitis diem neque horam. Sicut enim homo proficiscens vocavit servos suos et tradidit illis bona sua. Et uni dedit quinque talenta, alii autem duo, alii vero unum, unicuique secundum propriam virtutem, et profectus est statim. Abiit autem qui quinque talenta acceperat et operatus est in eis et lucratus est alia quinque. Similiter qui duo acceperat lucratus est alia duo. Qui autem unum acceperat abiens fodit in terra et abscondit pecuniam domini sui. Post multum vero temporis venit dominus servorum illorum et posuit rationem cum eis. Et accedens qui quinque talenta acceperat obtulit alia quinque talenta dicens: Domine, quinque talenta tradidisti mihi, ecce alia quinque superlucratus sum. Ait illi dominus eius: Euge serve bone et fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam; intra in gaudium domini tui. Accessit autem et qui duo talenta acceperat et ait: Domine, duo talenta tradidisti mihi, ecce duo alia lucratus sum. Ait illi dominus eius: Euge serve bone et fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam; intra in gaudium domini tui. Accedens autem et qui unum talentum acceperat ait: Domine, scio quia homo durus es, metis ubi non seminasti et congregas ubi non sparsisti; et timens abii et abscondi talentum tuum in terra; ecce habes quod tuum est. Respondens autem dominus eius dixit ei: Serve nequam et piger, sciebas quia meto ubi non semino et congrego ubi non sparsi? Oportuit ergo te committere pecuniam meam nummulariis, et veniens ego recepissem utique quod meum est cum usura. Tollite itaque ab eo talentum et date ei qui habet decem talenta. Omni enim habenti dabitur et habundabit; ei autem qui non habet, et quod videtur habere auferetur ab eo. Et inutilem servum proicite in tenebras exteriores; illic erit fletus et stridor dentium.

LXXI Cum autem venerit Filius hominis in maiestate sua et omnes angeli cum eo, tunc sedebit super sedem maiestatis suae, et congregabuntur ante eum omnes gentes, et separabit eos ab invicem sicut pastor segregat oves ab haedis, et statuet oves quidem a dextris suis, haedos autem a sinistris. Tunc dicet rex his qui a dextris eius erunt: Venite benedicti Patris mei, possidete paratum vobis regnum a constitutione mundi. Esurivi enim et dedistis mihi manducare; sitivi et dedistis mihi bibere; hospes eram et collegistis me; nudus et operuistis me; infirmus et visitastis me; in carcere eram et venistis ad me. Tunc respondebunt ei iusti dicentes: Domine, quando te vidimus esurientem et pavimus, sitientem et dedimus tibi potum? Quando autem te vidimus hospitem et suscepimus te? Aut nudum et cooperuimus te? Aut quando te vidimus infirmum aut in carcere et venimus ad te? Et respondens rex dicet illis: Amen dico vobis, quamdiu fecistis uni de his fratribus meis minimis, mihi fecistis. Tunc dicet et his qui a sinistris erunt: Discedite a me maledicti in ignem aeternum, qui paratus est diabolo et angelis eius. Esurivi enim et non dedistis mihi manducare; sitivi et non dedistis mihi potum; hospes eram et non collegistis me; nudus et non operuistis me; infirmus et in carcere et non visitastis me. Tunc respondebunt et ipsi dicentes: Domine, quando te vidimus esurientem aut sitientem aut hospitem aut nudum aut infirmum vel in carcere et non ministravimus tibi? Tunc respondebit illis dicens: Amen dico vobis, quamdiu non fecistis uni de minoribus his, nec mihi fecistis. Et ibunt hi in supplicium aeternum, iusti autem in vitam aeternam.

LXXII Et factum est cum consummasset Iesus sermones hos omnes, dixit discipulis suis: Scitis quia post biduum pascha fiet, et Filius hominis tradetur ut crucifigatur. Tunc congregati sunt principes sacerdotum et seniores populi in atrium principis sacerdotum qui dicebatur Caiphas, et consilium fecerunt ut Iesum dolo tenerent et occiderent. Dicebant autem: Non in die festo, ne forte tumultus fieret in populo. Cum autem esset Iesus in Bethania in domo Symonis leprosi, accessit ad eum mulier habens alabastrum unguenti pretiosi et effudit super caput ipsius recumbentis. Videntes autem discipuli indignati sunt dicentes: Ut quid perditio haec? Potuit enim istud venundari multo et dari pauperibus. Sciens autem Iesus ait illis: Quid molesti estis mulieri? Opus bonum operata est in me. Nam semper pauperes habetis vobiscum, me autem non semper habetis. Mittens enim haec unguentum hoc in corpus meum, ad sepeliendum me fecit. Amen dico vobis, ubicumque praedicatum fuerit hoc evangelium in toto mundo, dicetur et quod haec fecit in memoriam eius. Tunc abiit unus de XII qui dicebatur Iudas Scarioth ad principes sacerdotum et ait illis: Q

257

uultis michi dare. & ego uobis eum tradam. At illi constituerunt ei triginta argenteos. Et exinde querebat oportunitatem ut eum traderet eis.

Prima autem die azimorum accesserunt ad eum discipuli dicentes. Ubi uis paremus tibi comedere pascha? At ihesus dixit. Ite in ciuitatem ad quendam. & dicite ei. Magister dicit. Tempus meum prope est. apud te facio pascha cum discipulis meis. Et fecerunt discipuli sicut constituit illis ihesus. & parauerunt pascha. Uespere autem facto. discumbebat cum duodecim discipulis suis. Et edentibus illis dixit. Amen dico uobis. quia unus uestrum me traditurus est. Et contristati ualde. ceperunt singuli dicere. Numquid ego sum domine? At ipse respondens ait. Qui intingit mecum manum in parapside. hic me tradet. Filius quidem hominis uadit. sicut scriptum est de illo. ue autem homini illi per quem filius hominis tradetur. Bonum erat ei si natus non fuisset homo ille. Respondens autem iudas qui eum traditurus erat dixit. Numquid ego sum rabbi? Ait illi. Tu dixisti. Cenantibus autem eis accepit ihesus panem. & benedixit ac fregit. deditque discipulis suis & ait. Accipite & manducate. hoc est corpus meum. Et accipiens calicem. gratias egit & dedit illis dicens. Bibite ex hoc omnes. Hic est enim sanguis meus noui testamenti. qui pro uobis effundetur in remissionem peccatorum. Dico enim uobis. non bibam amodo de hoc genimine uitis usque in diem illum cum illud bibam uobiscum nouum in regno patris mei. Et ymno dicto. exierunt in montem oliueti. Tunc dicit eis ihesus. Omnes uos scandalum patiemini in me. in ista nocte. Scriptum est enim. Percutiam pastorem. & dispergentur oues. Postquam autem resurrexero. precedam uos in galileam. Respondens autem petrus ait illi. Etsi omnes scandalizati fuerint in te. ego numquam scandalizabor. Dixit illi ihesus. Amen dico tibi. quia in hac nocte antequam gallus cantet ter me negabis. Ait illi petrus. Etiam si oportuerit me mori tecum. non te negabo. Similiter & omnes discipuli dixerunt. Tunc uenit ihesus in uillam que dicitur gethsamani & dixit discipulis suis. Sedete hic. donec uadam illuc & orem. Et assumpto petro & duobus filiis zebedei. cepit contristari & mestus esse. Tunc ait illis. Tristis est anima mea. usque ad mortem. Sustinete hic. & uigilate mecum. Et progressus pusillum. procidit in faciem suam orans & dicens. Pater mi. si possibile est. transeat a me calix iste. Uerumtamen non sicut ego uolo. sed sicut tu. Et uenit ad discipulos. & inuenit eos dormientes. & dicit petro. Sic non potuistis una hora uigilare mecum? Uigilate & orate. ut non intretis in temptationem. Spiritus quidem promptus est. caro autem infirma. Iterum secundo abiit. & orauit dicens. Pater mi. si non potest hic calix transire nisi bibam illum fiat uoluntas tua. Et uenit iterum. & inuenit eos dormientes. Erant enim oculi eorum grauati. Et relictis illis. iterum abiit & orauit tertio eundem sermonem dicens. Tunc uenit ad discipulos suos. & dicit illis. Dormite iam. & requiescite. Ecce appropinquabit hora. & filius hominis tradetur in manus peccatorum. Surgite eamus. Ecce appropinquabit qui me tradet. Et adhuc ipso loquente. ecce iudas unus de duodecim uenit. & cum eo turba multa cum gladiis & fustibus missi a principibus sacerdotum & senioribus populi. Qui autem tradidit eum. dedit illis signum dicens. Quemcumque osculatus fuero. ipse est tenete eum. Et confestim accedens ad ihesum dixit. Aue rabbi. Et osculatus est eum. Ihesus autem dixit illi. Amice ad quod uenisti? Tunc accesserunt & manus iniecerunt in ihesum. & tenuerunt eum. Et ecce unus ex his qui erant cum ihesu extendens manum exemit gladium suum. & percutiens seruum principis sacerdotum. amputauit auriculam eius. Tunc ait illi ihesus. Conuerte gladium tuum in locum suum. Omnes enim qui acceperint gladium. gladio peribunt. An putas quia non possum rogare patrem meum. & exhibebit mihi modo plusquam duodecim milia legiones angelorum? Quomodo ergo implebuntur scripture. quia sic oportet fieri? In illa hora dixit ihesus turbis. Tamquam ad latronem existis cum gladiis & fustibus comprehendere me. Cotidie apud uos sedebam docens in templo. & non me tenuistis. Hoc autem totum factum est. ut implerentur scripture prophetarum. Tunc discipuli omnes relicto eo fugerunt. At illi tenentes ihesum. duxerunt ad caypham principem sacerdotum. ubi scribe & seniores conuenerant. Petrus autem sequebatur eum a longe usque in atrium principis sacerdotum. & ingressus intro sedebat cum ministris ut uideret finem. Principes autem sacerdotum & omne concilium querebant falsum testimonium aduersus ihesum. ut eum morti traderent. & non inuenerunt cum multi falsi testes accessissent. Nouissime autem uenerunt duo falsi testes & dixerunt. Hic dixit. Possum destruere templum dei. & post triduum reedificare illud. Et surgens princeps sacerdotum ait illi. Nichil respondes ad ea que isti aduersum te testificantur? Ihesus autem tacebat. Et princeps sacerdotum ait illi. Adiuro te per deum uiuum. ut dicas nobis si tu es christus filius dei. Dicit illi ihesus. Tu dixisti. Uerumtamen dico uobis. amodo uidebitis filium hominis sedentem a dextris uirtutis. & uenientem in nubibus celi. Tunc princeps sacerdotum scidit uestimenta sua dicens. Blasphemauit. Quid adhuc egemus testibus? Ecce nunc audistis blasphemiam. quid uobis uidetur? At illi respondentes dixerunt. Reus est mortis. Tunc expuerunt in faciem eius. & colaphis eum ceciderunt. alii autem palmas in faciem ei dederunt dicentes. Prophetiza nobis christe. quis est qui te percussit? Petrus uero sedebat foris in atrio. Et accessit ad eum una ancilla dicens. Et tu cum ihesu galileo eras. At ille negauit coram omnibus dicens. Nescio quid dicis. Exeunte autem illo ianuam. uidit eum alia ancilla & ait his qui erant ibi. Et hic erat cum ihesu nazareno. Et iterum negauit cum iuramento. Quia non noui hominem. Et post pusillum accesserunt qui stabant & dixerunt petro. Uere & tu ex illis es. nam & loquela tua manifestum te facit. Tunc cepit detestari & iurare. quia non nouisset hominem. Et continuo gallus cantauit. Et recordatus est petrus uerbi ihesu quod dixerat quia priusquam gallus cantet ter me negabis. & egressus foras. fleuit amare. Mane autem facto. consilium inierunt omnes principes sacerdotum & seniores populi aduersus ihesum. ut eum morti traderent. Et uinctum adduxerunt eum. & tradiderunt pontio pilato presidi. Tunc uidens iudas qui eum tradidit quod damnatus esset. penitentia ductus retulit triginta argenteos principibus sacerdotum & senioribus dicens. Peccaui. tradens sanguinem iustum. At illi dixerunt. Quid ad nos? Tu uideris. Et proiectis argenteis in templo recessit. & abiens laqueo se suspendit. Principes autem sacerdotum acceptis argenteis dixerunt. Non licet eos mittere in corbanan. quia pretium sanguinis est. Consilio autem inito. emerunt ex illis agrum figuli in sepulturam peregrinorum. Propter hoc uocatus est ager ille acheldemah. hoc est ager sanguinis. usque in hodiernum diem. Tunc impletum est quod dictum est per ieremiam prophetam dicentem. Et acceperunt xxx argenteos pretium adpretiati. quem appretiauerunt a filiis israhel. & dederunt eos in agrum figuli. sicut constituit mihi dominus. Ihesus autem stetit ante presidem. Et interrogauit eum preses dicens. Tu es rex iudeorum? Dicit ei ihesus. Tu dicis. Et cum accusaretur a principibus sacerdotum & senioribus: nichil respondit. Tunc dicit illi pilatus. Non audis quanta aduersum te dicunt testimonia? Et non respondit ei ullum uerbum. ita ut miraretur preses uehementer. Per diem autem sollempnem consueuerat preses dimittere populo unum uinctum quem uoluissent. Habebat autem tunc unum uinctum insignem. qui dicebatur barrabas. Congregatis ergo illis. dixit pilatus. Quem uultis dimittam uobis? barraban an ihesum qui dicitur christus? Sciebat enim quod per inuidiam tradidissent eum. Sedente autem illo pro tribunali. misit ad illum uxor eius dicens. Nichil tibi. & iusto illi. Multa enim passa sum per uisum propter eum. Principes autem sacerdotum & seniores persuaserunt populis ut peterent barraban. ihesum uero perderent. Respondens autem preses. ait illis. Quem uultis uobis de duobus dimitti? At illi dixerunt. Barraban. Dicit illis pilatus. Quid igitur faciam de ihesu qui dicitur christus? Dicunt omnes. Crucifigatur. Ait illis pilatus. Quid enim mali fecit? At illi magis clamabant dicentes. Crucifigatur. Uidens autem pilatus quia nichil proficeret. sed magis tumultus fieret. accepta aqua lauit manus coram populo dicens. Innocens ego sum a sanguine iusti huius. uos uideritis. Et respondens uniuersus populus dixit. Sanguis eius super nos. & super filios nostros. Tunc dimisit illis barraban. ihesum uero flagellatum tradidit ut crucifigeretur. Tunc milites presidis suscipientes ihesum in pretorio. congregauerunt ad eum uniuersam cohortem. Et exuentes eum clamidem coccineam circumdederunt ei. & plectentes coronam de spinis. posuerunt super caput eius. & harundinem in dextera eius. & genu flexo ante eum. illudebant dicentes. Aue rex iudeorum. Et expuentes in eum. acceperunt harundinem. & percutiebant caput eius. Et postquam illuserunt ei. exuerunt eum clamidem. & induerunt eum uestimentis eius. & duxerunt eum ut crucifigerent. Exeuntes autem. inuenerunt hominem cyreneum nomine symonem. Hunc angariauerunt ut tolleret crucem eius. Et uenerunt in locum qui dicitur golgotha. quod est caluarie locus. Et dederunt ei uinum bibere cum felle mixtum. Et cum gustasset. noluit bibere. Postquam autem crucifixerunt eum. diuiserunt uestimenta eius sortem mittentes. ut impleretur quod dictum est per prophetam. Diuiserunt uestimenta mea sibi. & super uestem meam miserunt sortem. Et sedentes seruabant eum. Et imposuerunt super caput eius causam ipsius scriptam. Hic est ihesus rex iudeorum. Tunc crucifixi sunt cum eo duo latrones. unus a dextris & unus a sinistris. Pretereuntes autem blasphemabant eum. mouentes capita sua & dicentes. Uah qui destruit templum dei. & in triduo illud reedificat. Salua temet ipsum. Si filius dei es. descende de cruce. Similiter & principes sacerdotum illudentes cum scribis & senioribus dicebant. Alios saluos fecit. se ipsum non potest saluum facere. Si rex israhel est. descendat nunc de cruce. & credimus ei. Confidit in domino. liberet eum nunc si uult. Dixit enim. quia filius dei sum. Id ipsum autem & latrones qui crucifixi erant cum eo. improperabant ei. A sexta autem hora tenebre facte sunt super uniuersam terram. usque ad horam nonam. Et circa horam nonam clamauit ihesus uoce magna dicens. Hely hely. lemazabactani? Hoc est. Deus meus. deus meus. ut quid dereliquisti me? Quidam autem illic stantes. & audientes dicebant. Heliam uocat iste. Et continuo currens unus ex eis. & accepta spongia impleuit aceto. & imposuit harundini. & dabat ei bibere. Ceteri uero dicebant. Sine. uideamus an ueniat helyas liberans eum. Ihesus autem iterum clamans uoce magna. emisit spiritum. Et ecce uelum templi scissum est in duas partes a summo usque deorsum. & terra mota est & petre scisse sunt. & monumenta aperta sunt & multa corpora sanctorum qui dormierant surrexerunt. & exeuntes de monumentis post resurrectionem eius uenerunt in sanctam ciuitatem. & multis apparuerunt. Centurio autem & qui cum eo erant custodientes ihesum. uiso terremotu & his que fiebant. timuerunt ualde dicentes. Uere filius dei erat iste. Erant autem ibi mulieres a longe. multe que secute erant ihesum a galilea ministrantes ei. Inter quas erat maria magdalena. & maria iacobi. & ioseph mater. & mater filiorum zebedei. Cum autem sero factum esset. uenit quidam homo diues ab arimathia nomine ioseph qui & ipse discipulus erat ihesu. Hic accessit ad pilatum. & petiit corpus ihesu. Tunc pilatus iussit reddi corpus ihesu. Et accepto corpore ioseph inuoluit illud in sindone munda. & posuit illud in monumento suo nouo. quod exciderat in petra. & aduoluit saxum magnum ad ostium monumenti & abiit. Erat autem ibi maria magdalena & altera maria sedentes contra sepulchrum. Altera autem die que est post parasceuen. conuenerunt principes sacerdotum & pharisei ad pilatum dicentes. Domine. recordati sumus. quia seductor ille dixit adhuc uiuens. post tres dies resurgam. Iube ergo custodiri sepulchrum eius usque in diem tertium. ne forte ueniant discipuli eius & furentur eum. & dicant plebi surrexit a mortuis. Et erit nouissimus error peior priore. Ait illis pilatus. Habetis custodiam. ite custodite sicut scitis. Illi autem abeuntes munierunt sepulchrum. signantes lapidem cum custodibus.

Uespere autem sabbati que lucescit in prima sabbati. uenit maria magdalena. & altera maria uidere sepulchrum. Et ecce terremotus factus est magnus. angelus enim domini descendit de celo. & accedens reuoluit lapidem. & sedebat super eum. Erat autem aspectus eius sicut fulgur. & uestimenta eius sicut nix. Pre timore autem eius exterriti sunt custodes. & facti sunt uelut mortui. Respondens autem angelus. dixit mulieribus. Nolite timere uos. Scio enim quod ihesum qui crucifixus est queritis. non est hic. Surrexit enim. sicut dixit. Uenite & uidete locum. ubi positus erat dominus. Et cito euntes dicite discipulis eius. quia surrexit a mortuis. Et ecce precedit uos in galileam. Ibi eum uidebitis. ecce predixi uobis. Et exierunt cito de monumento cum timore & gaudio magno. currentes nuntiare discipulis eius. Et ecce ihesus occurrit illis dicens. Auete. Ille autem accesserunt & tenuerunt pedes eius. & adorauerunt eum. Tunc ait illis ihesus. Nolite timere. Ite nuntiate fratribus meis ut eant in galileam. & ibi me uidebunt. Que cum abissent. ecce quidam de custodibus uenerunt in ciuitatem. & nuntiauerunt principibus sacerdotum omnia que facta fuerant. Et congregati cum senioribus consilio accepto pecuniam copiosam dederunt militibus: dicentes. Dicite quia discipuli eius nocte uenerunt & furati sunt eum nobis dormientibus. Et si hoc auditum fuerit a preside. nos suadebimus ei. & securos uos faciemus. At illi accepta pecunia fecerunt sicut erant docti. & diuulgatum est uerbum istud apud iudeos usque in hodiernum diem. Undecim autem discipuli abierunt in ciuitatem in galileam. in montem ubi constituerat illis ihesus. Et uidentes eum adorauerunt. quidam autem dubitauerunt. Et accedens ihesus locutus est eis dicens. Data est michi omnis potestas in celo & in terra. Euntes ergo docete omnes gentes. baptizantes eos in nomine patris & filii. & spiritus sancti. docentes eos seruare omnia quecumque mandaui uobis. Et ecce ego uobiscum sum omnibus diebus. usque ad consummationem seculi.

Explicit euangelium secundum matheum.

INCIPIT PREFATIO SECUNDUM MARCUM.

MARCUS EVANGELISTA DEI & petri in baptismate filius. atq; in diuino sermone discipl[u]s. sacerdotium in israhel agens. secundum legem leuita. conuersus ad fidem xpi eugl[iu]m in italia scripsit. ostendens in eo quid generi suo deberet & xpo. Nam initium principii in uoce ppheticę exclamationis instituens. ordinem leuiticę electionis ostendit. ut pdicans pdestinatum iohm filium zacharię in uoce angli adnuntiantis emissum non solum uerbum carne factum sed & corpus domini p uerbum diuinę uocis animatum. initio euglicę pdicationis ostenderet. ut quisq; hęc legens sciret. cui initium carnis in domino ihu aduenientis habitaculum carnis deberet agnoscere. atq; in se uerbum uocis qd in consonantib; pdiderat inueniret. Deniq; & ad pfectione eugli opus intrans. & a baptismate domini pdicare incohans. n laborauit natiuitate carnis quam in priorib; uiderat dicere. sed totus in primis expositione deserti. ieiunium. numeri. temptationem diaboli. congregationem bestiarum. & ministerium pstitit angelorum. ut instruens nos ad intelligendum singula in breui compingens. nec auctoritatem facti redimeret. & opis pficiendi plenitudinem n negaret. Deniq; amputasse sibi post fidem pollicem dr. ut sacerdotio reus haberetur. sed tantum consentiens fidei pdestinata potuit electio. ut nec sic in ope uerbi pderet. qd prius meruerat in genere. Nam alexandrię eps fuit. cuius p singula opus scire & euangelii in se dicta disponere & disciplinam in se legis agnoscere. & diuinam in carne intelligere naturam. quę nos primum requirere. dehinc inquisita uolumus agnoscere. habentes mercedem exhortationis. qm q plantat & q rigat unum sunt. qui aut incrementum pstat ds e. Rogatus aut marcus romę a fratrib; eugl[iu]m in italia conscripsit. qd audierat petrum referente. Qd cum petrus audisset pbauit. & ecclis legendum sua auctoritate misit. Sumpto itaq; euglio qd ipse conscripserat. pexit egyptum. & primus alexandrię cathedram tenuit. & eccliam constituit. Tanta aut multitudo refert credentium. uirorum ac mulierum primo ingressu exemplo sobrietatis ei & continentię congregata. ut etiam conuersatio eorum qui p ipsum crediderant. & uita totius abstinentię ac frugalia eorum sobriaq; conuiuia librorum memorię mandarentur a uiro disertissimo philone. & usq; in hodiernum die seruatur a nobis. Quia g & hic similia scribit geri. ab his qui aput alexandriam credebant sicut & illi qui in hierosolimis ante crediderant. certum est qd idem actus eadeq; institutio. eandem sine dubio & religionis fidem designat. Oportebat namq; p factu huius boni participem fieri omnem greciam. omneq; barbariem. in egypto tamen maior est copia p singula territoria. pcipue tamen circa alexandriam. Nam optimus quisq; ex omnib; locis uelut ab uberis patrię glebam festinus accurrit colonus. Etiam de ecclesiis quę aput eos sunt ita dicit idem philo. Est inquit in singulis locis consecrata orationum domus. in quam secedentes honesta & casta uitę mysteria celebrantes nichil illuc prsus qd ad cibum potumq; ptinet tractantes uel ad reliqua humani corporis ministeria. sed legis tantum libros & uolumina pphetarum. ymnos qq; in dm. ceteraq; his similia. in quorum disciplinis institutionem. ad pfectam beatamq; uitam studiis iugib; coalescant. Ab orto aut diei usq; ad uespum omne eius spacium in studiorum exerciciis ducitur philosophiaq; p sacras litteras imbuuntur patrum leges in allegoricam intelligentiam retractantes. Continentiam u uelut fundamentum primo in anima collocant. & ita demum sup hanc reliquas pguntedificare uirtutes. Cibum potumq; nullus eorum capit ante solis occasum. ut uidelicet tempus lucis cum philosophię studiis. curam u corporis cum nocte socient. Nonnulli aut etiam post triduum in commune ueniunt cibi. quos scilicet edacior fames purget. Iam u hi q in eruditionib; sapientię & in pfundiori intelligentia sacrorum uoluminum conuersantur. tamqm copiosis dapib; inhiantes impleri nequeunt. & continuo acrius inflammantur. sexto demum die n iam desideratum quam necessarium corpori indulgent cibum. Cum uiris aut quos diximus sunt & feminę. in quib; plures iam grandeuę sunt uirgines. integritate casti corporis. n necessitate sed deuotione seruantes.

i D e iohanne baptista.
ii V bi ihc baptizatur.
iii V bi temptatur a diabolo.
iiii V bi ihc de naui conuocat petrum & andream.
v I tem iacobum & iohannem.
vi D e homine in synagoga in spu inmundo.
vii D e socru petri & febrib;.
viii D e oratione ihu & multitudine quam curauit.
viiii D e homine lepso.
x V bi paraliticus lectum fert.
xi V bi ihc leuin de theloneo uocat.
xii V bi cum publicanis & peccatorib; manducat.
xiii D e filiis sponsi & utres & uinum.
xiiii V bi discipuli spicas uellebant.
xv D e homine qui habebat manum aridam.
xvi V bi ihc in naui sedet ppt pplm.
xvii E lectio xii. apostolorum.
xviii D e beelzebub & regnum diuisum.
xviiii D e blasphemia in spu sco.
xx D e matre domini & frib; eius.
xxi D e parabola seminantis semen suum.
xxii V bi ihc discipulis parabolam ait.
xxiii D e lucerna sub modio.
xxiiii D e homine qui seminauit & obdormiuit.
xxv P arabola de grano sinapis.
xxvi V bi ihm in naui discipuli excitant & imperat tempestati.
xxvii D e legione & grege porcorum.
xxviii D e muliere quę fluxum sanguinis patiebatur.
xxviiii D e filia archisynagogi suscitata.
xxx V bi dicitur de ihu quod filius sit fabri.
xxxi V bi ihc mittit discipulos cum potestate.
xxxii D e capite iohannis in disco.
xxxiii D e quinq; panib; in quinq; milia uirorum.
xxxiiii V bi ihc supra mare ambulat.
xxxv V bi in lectulis pponunt infirmos.
xxxvi D e manib; non lauandis.
xxxvii I tem ubi discipulis edisserit.
xxxviii D e muliere syrophenissa.
xxxviiii D e homine surdo & muto.
xl I te de septem panib; in iiii. milia hominum.
xli V bi querunt signum de celo & cauendum esse a fermento phariseorum.
xlii D e ceco qui quasi arbores uidit homines.
xliii P etrus confitetur xpm & de passione futura.
xliiii D eberi crucem portari & xpm confiteri.
xlv V bi cum moyse & helya in monte loquitur.
xlvi V bi iohannem helye assimulat.
xlvii D e homine cuius filius demonium habebat.
xlviii D e humilitate sicut pueri.
xlviiii D e calice aquę frigidę & mola asinaria.
l D e manu & pede. & oculo eruendo.
li D e sale terre.
lii N on debere dimittere uxorem.
liii V bi ihc infantes uindicat.
liiii D e diuite & camelo.
lv V bi petrus dicit ecce nos reliquimus omnia.
lvi V bi ihc dicit item de passione futura.
lvii D e filiis zebedei.
lviii D e principatus terrę & humilitate.
lviiii D e ceco mendicante.
lx D e pullo asinę.
lxi D e ficu quam maledixit ihc.
lxii V bi ihc eicit de templo uendentes.
lxiii D imittendum frī peccata.
lxiiii V bi ihc interrogat de iohanne baptista.
lxv D e uinea & colonis.
lxvi D e denario cesaris.
lxvii D e muliere quam septem frs habuerunt.
lxviii V bi scriba querit ab ihu quid sit mandatum primum.
lxviiii D e xpo cuius filius sit.
lxx D e uidua & gazophilacio.
lxxi V bi discipuli mirantur structuram templi.
lxxii D e aduentu iudicii.
lxxiii D e maratribus.
lxxiiii D e pgnantib; & nutrientib;.
lxxv D e tempore antixpi & aduentu xpi.
lxxvi P arabolam de arbore ficus.
lxxvii D e homine pegre futurum.
lxxviii C onsilium sacerdotum aduersum ihm.
lxxviiii D e muliere & ampulla unguenti.
lxxx V bi iudas paciscitur.
lxxxi D e cena domini.
lxxxii D e sacramentis.
lxxxiii V bi ihc dicit petro ter me negabis.
lxxxiiii V bi tercio orat.
lxxxv V bi iudas eum tradit.
lxxxvi V bi petrus abscidit auriculam.
lxxxvii V bi ihc auditur a principib; sacerdotum.
lxxxviii V bi petrus ihm tercio negat.
lxxxviiii V bi ihc auditur a pilato.
xc V bi illuditur a militibus.
xci V bi crucifigitur ihc.
xcii V bi uelum templi scinditur.
xciii V bi ioseph petit corpus ihu.
xciiii R esurrectio domini & uisio angli.
xcv V bi ihc apparuit duob; in uia post resurrectionem.
xcvi V bi iterum uidetur ab apostolis.

258.

INICIUM SANCTI EVANGELII SECUNDUM MARCUM

1594
Wentzl perger vo[n] [illegible]
Behem [illegible]
[illegible]
Diss puch ist [illegible]

INICIVM EVAN
GELII IHV XPI
FILII DI SICVT
SCRIPTV EST
IN YSAIA PROP
HETA ECCE
MITTO ANGE
LVM MEV ANTE
FACIEM TVAM
QVI PREPARA
BIT VIAM TVA
VOX CLAMAN
TIS IN DESER
TO PARATE VIA
DOMINI RECTA
FACITE SEMI
TAS EIVS FVIT
IOHANNES IN DE
SERTO BAPTI
ZANS ET PDI
CANS BAPTIS
MVM PENITEN
TIE IN REMIS
SIONEM PECCA
TOR. ET EGRE
DIEBAT AD ILLV
OMIS REGIO IVDEE

XVI Exeuntes autem statim pharisei cum herodianis consilium faciebant
adversus eum. quomodo eum perderent. Ihesus autem cum discipulis suis seces-
sit ad mare. et multa turba a galilea et ab iudea secuta est eum.
et ab hierosolimis. et ab idumea. et transiordanen. et qui circa
tyrum et sydonem. multitudo magna audientes que faciebat
venerunt ad eum. Et dixit discipulis suis ut navicula sibi deservi-
ret propter turbam. ne comprimerent eum. Multos enim sanabat:
ita ut irruerent in eum. ut illum tangerent quotquot habebant pla-
gas et spiritus inmundi, cum illum viderent procidebant illi. Et clama-
bant dicentes quia tu es filius dei. et vehementer comminabatur
XVII illis ne manifestarent eum.
Et ascendens in montem vocavit ad se quos voluit ipse. et venerunt
ad eum. et fecit ut essent duodecim cum illo. et ut mitteret eos
predicare evangelium. et dedit illis potestatem curandi infirmitates
et eiciendi demonia. Et imposuit symoni nomen petrus. et iacobum
zebedei et iohannem fratrem iacobi. et inposuit eis nomina boanerges
quod est filii tonitrui. et andream. et philippum. et bartholomeum
et mathium. et thomam et iacobum alfei. et tatheum et symonem cha-
naneum. et iudam scarioth qui et tradidit eum. Et veniunt ad do-
XVIII mum. et convenit iterum turba. ita ut non possent neque panem manducare.
Et cum audissent sui. exierunt tenere eum. Dicebant enim quoniam in fu-
rorem versus est. Et scribe qui ab hierosolimis descenderant. dicebant
quoniam beelzebub habet. et quia in principe demoniorum eicit demonia.
Et convocatis eis. in parabolis dicebat eis. Quomodo potest sa-
thanas sathanan eicere. Et si regnum in se dividatur. non pote-
st stare regnum illud. Et si domus super semetipsam dispertiatur. non
poterit domus illa stare. Et si sathanas consurrexerit in semet-
ipsum. dispertitus est et non potest stare sed finem habet. Nemo potest
vasa fortis ingressus in domum diripere nisi prius fortem alligave-
XVIIII rit et tunc domum eius diripiet.
Amen dico vobis. quoniam omnia dimittentur filiis hominum peccata et blas-
phemie quibus blasphemaverint. Qui autem blasphemaverit in spiri-
tum sanctum non habet remissionem in eternum. sed reus erit eterni delicti. qui-
XX dicebant illum spiritum inmundum habere.
Et veniunt mater eius et fratres. et foris stantes miserunt ad illum voca-
ntes eum. et circa eum sedebat turba. Et dicunt ei. Ecce mater tua
et fratres tui foris querunt te. Et respondens eis ait. Que est mater
mea et fratres mei. Et circumspiciens eos qui in circuitu eius sedebant:
ait. Ecce mater mea. et fratres mei. Qui enim fecerit voluntatem dei. hic
XXI meus frater. soror et mater est.
Et iterum cepit docere ad mare. Et congregata est ad eum turba
multa. ita ut in navem ascendens sederet in mari. et omnis turba
circa mare super terram erat. et docebat illos in parabolis multa. et dicebat
illis in doctrina sua. Audite. Ecce exiit seminans ad seminandum.
et dum seminat aliud cecidit circa viam. et venerunt volucres et co-
mederunt illud. Aliud vero cecidit supra petrosa. ubi non habuit terram
multam. et statim exortum est. quoniam non habebat altitudinem terre. et quando
exortus est sol exestuavit eo quod non haberet radicem exaruit. Et aliud
cecidit in spinas. et ascenderunt spine et suffocaverunt illud. et fru-
ctum non dedit. Et aliud cecidit in terram bonam. et dabat fructum ascen-
dentem et crescentem. et afferebat fructum unum triginta. et unum
XXII sexaginta. et unum centum. Et dicebat. Qui habet aures audiendi audiat.
Et cum esset singularis. interrogaverunt eum hii qui cum eo erant xii.
parabolas. et dicebat eis. Vobis datum est scire misterium regni dei.
illis autem qui foris sunt in parabolis omnia fiunt: ut videntes videant
et non videant: et audientes audiant et non intelligant ne quando con-
vertantur et dimittantur eis peccata. Et ait illis. Nescitis parabo-
lam hanc. et quomodo omnes parabolas cognoscetis. Qui seminat
verbum seminat. hii autem sunt qui circa viam ubi seminatur verbum. Et cum
audierint verbum confestim venit sathanas et aufert verbum quod semi-
natum est in cordibus eorum. Et hii sunt similiter qui supra petrosa seminantur
qui cum audierint verbum statim cum gaudio accipiunt illud. et non
habent radicem in se. sed temporales sunt. Deinde orta tribulatione.
et persecutione propter verbum. confestim scandalizantur. Et alii sunt qui
in spinis seminantur. hii sunt qui verbum audiunt. et erumne seculi et
259. deceptio divitiarum. et circa reliqua concupiscentie introeuntes suf-
focant verbum. et sine fructu efficitur. Et hii sunt qui super terram bo-
nam seminati sunt. qui audiunt verbum et suscipiunt. et fructificant
XXIII unum triginta. et unum sexaginta. et unum centum.
Et dicebat illis. Numquid venit lucerna ut sub modio ponatur aut sub
lecto. Nonne ut super candelabrum ponatur. Non enim est aliquod
absconditum. quod non manifestetur. nec factum est occultum. sed ut in palam
veniat. Si quis habet aures audiendi audiat. Et dicebat illis. Vi-
XXIIII dete quid audiatis. In qua mensura mensi fueritis. remetietur vobis,
Qui enim habet. dabitur illi. et qui non habet etiam quod habet auferetur ab illo,
Et dicebat. Sic est regnum dei. quemadmodum si iactet homo semen in
terram. et dormiat. et exsurgat nocte ac die. et semen germinet et
crescat dum nescit ille. ultro enim terra fructificat. primum herbam.
deinde spicam. Deinde plenum frumentum in spica. et cum se produxerit
XXV fructus statim mittit falcem. quoniam adest tempus messis.
Et dicebat. Cui assimilabimus regnum dei. aut cui parabole comparabimus
illud. Sicut granum sinapis. Quod cum seminatum fuerit in terra minus est
omnibus seminibus que sunt in terra. et cum seminatum fuerit ascendit
et fit maius omnibus holeribus. et facit ramos magnos. ita ut possint
sub umbra eius aves celi habitare. Et talibus multis parabolis loque-
batur eis verbum prout poterant audire. Sine parabola autem non loque-
XXVI batur eis. Seorsum autem discipulis suis disserebat omnia.
Et ait illis. In illa die cum sero esset factum transeamus contra. et di-
mittentes turbam assumunt eum ita ut erat in navi. et alie naves
simul erant cum eo. Et facta est procella magna venti. et fluctus mit-
tebat in navem ita ut impleretur navis. Et erat ipse in puppi super
cervical dormiens. et excitant eum. et dicunt ei. Magister non
ad te pertinet quia perimus. et exsurgens comminatus est vento. et dixit
mari. Tace et obmutesce. et cessavit ventus. Et facta est tranquilli-
tas magna. et ait illis. Quid timidi estis. necdum habetis fidem.
Et timuerunt magno timore. et dicebant ad alterutrum. Quis pu-
XXVII tas est. quia et ventus et mare obediunt ei.
Et venerunt trans fretum in regionem gerasenorum. et exeunti de navi oc-
currit ei de monumentis homo in spiritu inmundo. qui domicilium habe-
bat in monumentis. et neque cathenis iam quisquam eum poterat ligare
quoniam sepe compedibus et cathenis vinctus disrupisset cathenas. et
compedes comminuisset. et nemo poterat eum domare. Et semper
nocte ac die in monumentis et in montibus erat clamans et concidens
se lapidibus. Videns autem ihesum a longe cucurrit et adoravit eum. et cla-
mans voce magna dixit ei. Quid mihi et tibi ihesu fili dei summi. adiu-
ro te per deum ne me torqueas. Dicebat enim illi. Exi spiritus inmunde

ab homine. Et interrogabat eum Iesus: Quod tibi nomen est? Et respondit ei dicens: Legio mihi nomen est, quia multi sumus. Et deprecabantur eum multum, ne se expelleret extra regionem. Erat autem ibi circa montem grex porcorum magnus pascens. Et deprecabantur eum spiritus dicentes: Mitte nos in porcos, ut in eos introeamus. Et concessit eis statim Iesus. Et exeuntes spiritus immundi introierunt in porcos: et magno impetu grex praecipitatus est in mare ad duo milia, et suffocati sunt in mare. Qui autem pascebant eos fugerunt, et nuntiaverunt in civitatem et in agros. Et egressi sunt videre quid esset facti: et veniunt ad Iesum: et vident illum qui a daemonio vexabatur, sedentem, vestitum, et sanae mentis, qui habebat legionem, et timuerunt valde. Et narraverunt illis qui viderant, qualiter factum esset ei qui daemonium habuerat, et de porcis. Et deprecari eum coeperunt ut discederet a finibus eorum. Cumque ascenderet navem, coepit illum rogare qui a daemonio vexatus fuerat, ut esset cum illo. Iesus autem non permisit ei, sed ait illi: Vade in domum tuam ad tuos, et annuntia illis quanta tibi Dominus fecerit, et misertus sit tui. Et abiit et coepit praedicare in Decapoli quanta sibi fecisset Iesus: et omnes mirabantur.

XXVIII Et cum transcendisset Iesus in navi rursus trans fretum, convenit turba multa ad eum, et erat circa mare. Et venit quidam de archisynagogis nomine Iairus, et videns eum procidit ad pedes eius, et deprecabatur eum multum, dicens: Quoniam filia mea in extremis est, veni, impone manum super eam, ut salva sit et vivat. Et abiit cum eo, et sequebatur eum turba multa, et comprimebant illum. Et mulier quae erat in profluvio sanguinis annis duodecim, et fuerat multa perpessa a compluribus medicis, et erogaverat omnia sua, nec quicquam profecerat, sed magis deterius habebat: cum audisset de Iesu, venit in turba retro, et tetigit vestimentum eius. Dicebat enim: Quia si vel vestimentum eius tetigero, salva ero. Et confestim siccatus est fons sanguinis eius: et sensit corpore quod sanata esset a plaga. Et statim Iesus cognoscens in semetipso virtutem quae exierat de eo, conversus ad turbam aiebat: Quis tetigit vestimenta mea? Et dicebant ei discipuli sui: Vides turbam comprimentem te, et dicis: Quis me tetigit? Et circumspiciebat videre eam quae hoc fecerat. Mulier vero timens et tremens, sciens quod factum esset in se, venit et procidit ante eum, et dixit ei omnem veritatem. Ille autem dixit ei: Filia, fides tua te salvam fecit: vade in pace, et esto sana a plaga tua.

XXVIIII Adhuc eo loquente, veniunt ad principem synagogae, dicentes: Quia filia tua mortua est: quid ultra vexas magistrum? Iesus autem audito verbo quod dicebatur, ait archisynagogo: Noli timere: tantummodo crede. Et non admisit quemquam se sequi, nisi Petrum, et Iacobum, et Ioannem fratrem Iacobi. Et veniunt in domum archisynagogi, et videt tumultum, et flentes, et eiulantes multum. Et ingressus, ait eis: Quid turbamini, et ploratis? puella non est mortua, sed dormit. Et irridebant eum. Ipse vero eiectis omnibus assumit patrem, et matrem puellae, et qui secum erant, et ingreditur ubi erat puella iacens. Et tenens manum puellae, ait illi: Talitha cumi, quod est interpretatum: Puella (tibi dico) surge. Et confestim surrexit puella, et ambulabat: erat autem annorum duodecim: et obstupuerunt stupore maximo. Et praecepit illis vehementer ut nemo id sciret: et dixit dari illi manducare.

XXX Et egressus inde, abiit in patriam suam: et sequebantur eum discipuli sui: et facto sabbato coepit in synagoga docere: et multi audientes admirabantur in doctrina eius, dicentes: Unde huic haec omnia? et quae est sapientia, quae data est illi, et virtutes tales, quae per manus eius efficiuntur? Nonne hic est faber, filius Mariae, frater Iacobi, et Ioseph, et Iudae, et Simonis? nonne et sorores eius hic nobiscum sunt? Et scandalizabantur in illo. Et dicebat eis Iesus: Quia non est propheta sine honore nisi in patria sua, et in cognatione sua, et in domo sua. Et non poterat ibi virtutem ullam facere, nisi paucos infirmos impositis manibus curavit: et mirabatur propter incredulitatem eorum, et circuibat castella in circuitu docens.

XXXI Et vocavit duodecim: et coepit eos mittere binos, et dabat illis potestatem spirituum immundorum. Et praecepit eis ne quid tollerent in via, nisi virgam tantum: non peram, non panem, neque in zona aes, sed calceatos sandaliis, et ne induerentur duabus tunicis. Et dicebat eis: Quocumque introieritis in domum, illic manete donec exeatis inde: et quicumque non receperint vos, nec audierint vos, exeuntes inde, excutite pulverem de pedibus vestris in testimonium illis. Et exeuntes praedicabant ut poenitentiam agerent: et daemonia multa eiciebant, et ungebant oleo multos aegros, et sanabant.

XXXII Et audivit Herodes rex (manifestum enim factum est nomen eius) et dicebat: Quia Ioannes Baptista resurrexit a mortuis: et propterea virtutes operantur in illo. Alii autem dicebant: Quia Elias est. Alii vero dicebant: Quia propheta est, quasi unus ex prophetis. Quo audito Herodes ait: Quem ego decollavi Ioannem, hic a mortuis resurrexit. Ipse enim Herodes misit, ac tenuit Ioannem, et vinxit eum in carcere propter Herodiadem uxorem Philippi fratris sui, quia duxerat eam. Dicebat enim Ioannes Herodi: Non licet tibi habere uxorem fratris tui. Herodias autem insidiabatur illi: et volebat occidere eum, nec poterat. Herodes enim metuebat Ioannem, sciens eum virum iustum et sanctum: et custodiebat eum, et audito eo multa faciebat, et libenter eum audiebat. Et cum dies opportunus accidisset, Herodes natalis sui coenam fecit principibus, et tribunis, et primis Galilaeae. Cumque introisset filia ipsius Herodiadis, et saltasset, et placuisset Herodi, simulque recumbentibus, rex ait puellae: Pete a me quod vis, et dabo tibi. Et iuravit illi: Quia quidquid petieris dabo tibi, licet dimidium regni mei. Quae cum exisset, dixit matri suae: Quid petam? At illa dixit: Caput Ioannis Baptistae. Cumque introisset statim cum festinatione ad regem, petivit dicens: Volo ut protinus des mihi in disco caput Ioannis Baptistae. Et contristatus est rex propter iusiurandum, et propter simul discumbentes noluit eam contristare: sed misso spiculatore praecepit afferri caput eius in disco. Et decollavit eum in carcere, et attulit caput eius in disco: et dedit illud puellae, et puella dedit matri suae. Quo audito, discipuli eius venerunt, et tulerunt corpus eius: et posuerunt illud in monumento.

XXXIII Et convenientes apostoli ad Iesum, renuntiaverunt ei omnia quae egerant, et docuerant. Et ait illis: Venite seorsum in desertum locum, et requiescite pusillum. Erant enim qui veniebant et redibant multi: et nec spatium manducandi habebant. Et ascendentes in navim, abierunt in desertum locum seorsum. Et viderunt eos abeuntes, et cognoverunt multi: et pedestres de omnibus civitatibus concurrerunt illuc, et praevenerunt eos. Et exiens vidit turbam multam Iesus: et misertus est super eos, quia erant sicut oves non habentes pastorem, et coepit docere illos multa. Et cum iam hora multa fieret, accesserunt discipuli eius, dicentes: Desertus est locus hic, et iam hora praeteriit:

dimitte illos, ut euntes in proximas villas et vicos, emant sibi cibos quos manducent. Et respondens ait illis: Date illis vos manducare. Et dixerunt ei: Euntes emamus ducentis denariis panes, et dabimus illis manducare. Et dicit eis: Quot panes habetis? ite, et videte. Et cum cognovissent, dicunt: Quinque, et duos pisces. Et praecepit illis ut accumbere facerent omnes secundum contubernia super viride fenum. Et discubuerunt in partes per centenos et quinquagenos. Et acceptis quinque panibus et duobus piscibus, intuens in caelum, benedixit, et fregit panes, et dedit discipulis suis, ut ponerent ante eos: et duos pisces divisit omnibus. Et manducaverunt omnes, et saturati sunt. Et sustulerunt reliquias fragmentorum duodecim cophinos plenos, et de piscibus. Erant autem qui manducaverunt quinque milia virorum.

XXXIIII Et statim coegit discipulos suos ascendere navem, ut praecederent eum trans fretum ad Bethsaidam, dum ipse dimitteret populum. Et cum dimisisset eos, abiit in montem orare. Et cum sero esset, erat navis in medio mari, et ipse solus in terra. Et videns eos laborantes in remigando (erat enim ventus contrarius eis) et circa quartam vigiliam noctis venit ad eos ambulans supra mare: et volebat praeterire eos. At illi ut viderunt eum ambulantem supra mare, putaverunt phantasma esse, et exclamaverunt. Omnes enim viderunt eum, et conturbati sunt. Et statim locutus est cum eis, et dixit eis: Confidite, ego sum, nolite timere. Et ascendit ad illos in navem, et cessavit ventus. Et plus magis intra se stupebant: et mirabantur: non enim intellexerunt de panibus: erat enim cor eorum obcaecatum.

XXXV Et cum transfretassent, pervenerunt in terram Genesareth, et applicuerunt. Cumque egressi essent de navi, continuo cognoverunt eum: et percurrentes universam regionem illam, coeperunt in grabatis eos qui se male habebant circumferre, ubi audiebant eum esse. Et quocumque introibat, in vicos, vel in villas, aut civitates, in plateis ponebant infirmos, et deprecabantur eum, ut vel fimbriam vestimenti eius tangerent, et quotquot tangebant eum, salvi fiebant.

XXXVI Et conveniunt ad eum pharisaei, et quidam de scribis, venientes ab Ierosolymis. Et cum vidissent quosdam ex discipulis eius communibus manibus, id est non lotis, manducare panes, vituperaverunt. Pharisaei enim, et omnes Iudaei, nisi crebro laverint manus, non manducant, tenentes traditionem seniorum: et a foro nisi baptizentur, non comedunt: et alia multa sunt, quae tradita sunt illis servare, baptismata calicum, et urceorum, et aeramentorum, et lectorum: et interrogabant eum pharisaei et scribae: Quare discipuli tui non ambulant iuxta traditionem seniorum, sed communibus manibus manducant panem? At ille respondens, dixit eis: Bene prophetavit Isaias de vobis hypocritis, sicut scriptum est: Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longe est a me. In vanum autem me colunt, docentes doctrinas, et praecepta hominum. Relinquentes enim mandatum Dei, tenetis traditionem hominum, baptismata urceorum et calicum: et alia similia his facitis multa. Et dicebat illis: Bene irritum facitis praeceptum Dei, ut traditionem vestram servetis. Moyses enim dixit: Honora patrem tuum et matrem tuam. Et: Qui maledixerit patri, vel matri, morte moriatur. Vos autem dicitis: Si dixerit homo patri, aut matri, Corban, quod est donum, quodcumque ex me, tibi profuerit: et ultra non dimittitis eum quidquam facere patri suo, aut matri, rescindentes verbum Dei per traditionem vestram, quam tradidistis: et similia huiusmodi multa facitis.

XXXVII Et advocans iterum turbam, dicebat illis: Audite me omnes, et intelligite. Nihil est extra hominem introiens in eum, quod possit eum coinquinare, sed quae de homine procedunt, illa sunt quae communicant hominem. Si quis habet aures audiendi, audiat. Et cum introisset in domum a turba, interrogabant eum discipuli eius parabolam. Et ait illis: Sic et vos imprudentes estis? Non intelligitis quia omne extrinsecus introiens in hominem, non potest eum communicare: quia non introit in cor eius, sed in ventrem vadit, et in secessum exit, purgans omnes escas? Dicebat autem, quoniam quae de homine exeunt, illa communicant hominem. Ab intus enim de corde hominum malae cogitationes procedunt, adulteria, fornicationes, homicidia, furta, avaritiae, nequitiae, dolus, impudicitiae, oculus malus, blasphemia, superbia, stultitia. Omnia haec mala ab intus procedunt, et communicant hominem.

XXXVIII Et inde surgens abiit in fines Tyri et Sidonis: et ingressus domum, neminem voluit scire, et non potuit latere. Mulier enim statim ut audivit de eo, cuius filia habebat spiritum immundum, intravit, et procidit ad pedes eius. Erat autem mulier gentilis, Syrophoenissa genere. Et rogabat eum ut daemonium eiceret de filia eius. Qui dixit illi: Sine prius saturari filios: non est enim bonum sumere panem filiorum, et mittere canibus. At illa respondit, et dixit illi: Utique Domine, nam et catelli comedunt sub mensa de micis puerorum. Et ait illi: Propter hunc sermonem vade, exiit daemonium a filia tua. Et cum abiisset domum suam, invenit puellam iacentem supra lectum, et daemonium exisse.

XXXVIIII Et iterum exiens de finibus Tyri, venit per Sidonem ad mare Galilaeae inter medios fines Decapoleos. Et adducunt ei surdum, et mutum, et deprecabantur eum, ut imponat illi manum. Et apprehendens eum de turba seorsum, misit digitos suos in auriculas eius: et exspuens, tetigit linguam eius: et suspiciens in caelum, ingemuit, et ait illi: Ephpheta, quod est, Adaperire. Et statim apertae sunt aures eius, et solutum est vinculum linguae eius, et loquebatur recte. Et praecepit illis ne cui dicerent. Quanto autem eis praecipiebat, tanto magis plus praedicabant: et eo amplius admirabantur, dicentes: Bene omnia fecit: et surdos fecit audire, et mutos loqui.

XL In illis diebus iterum cum turba multa esset, nec haberent quod manducarent, convocatis discipulis, ait illis: Misereor super turbam: quia ecce iam triduo sustinent me, nec habent quod manducent: et si dimisero eos ieiunos in domum suam, deficient in via: quidam enim ex eis de longe venerunt. Et responderunt ei discipuli sui: Unde illos quis poterit hic saturare panibus in solitudine? Et interrogavit eos: Quot panes habetis? Qui dixerunt: Septem. Et praecepit turbae discumbere super terram. Et accipiens septem panes, gratias agens fregit, et dabat discipulis suis ut apponerent, et apposuerunt turbae. Et habebant pisciculos paucos: et ipsos benedixit, et iussit apponi. Et manducaverunt, et saturati sunt, et sustulerunt quod superaverat de fragmentis, septem sportas. Erant autem qui manducaverunt, quasi quattuor milia: et dimisit eos. Et statim ascendens navim cum discipulis suis, venit in partes Dalmanutha.

XLI Et exierunt pharisaei, et coeperunt conquirere cum eo, quaerentes ab eo signum de caelo, tentantes eum. Et ingemiscens spiritu, ait: Quid generatio ista signum quaerit? Amen dico vobis, si dabitur generationi isti signum. Et dimittens eos, ascendens iterum navem abiit

tam fretum & obliti sunt sumere panes. & nisi unum panem non
habebant secum in naui. Et precipiebat eis ihc dicens. Videte &
cauete a fermento phariseorum. a fermento herodis. Et cogita
uerunt ad alterutrum dicentes. quia panes non habemus. Quo
cognito ihc ait illis. Quid cogitatis quia panes non habetis.
Nondum cognoscitis neque intellegitis. Adhuc cecatum est cor uestrum.
oculos habentes non uidetis. & aures habentes non auditis. neque recor
damini quando quinque panes fregi in quinque milia. & quot co
phinos fragmentorum sustulistis. Dicunt ei duodecim. Quando
& septem panes in quattuor milia. quot sportas fragmentorum tu
listis. At illi dixerunt. Septem. Et ait illis. Quomodo non dum intel ligitis.
Et ueniunt bethsaida. & adducunt ei cecum. &
rogant eum ut illum tangeret. Et apprehensa manu ceci. eduxit
eum extra uicum. & expuens in oculos eius. impositis manibus suis
interrogauit eum si aliquid uideret. Et aspiciens ait. Video ho
mines uelut arbores ambulantes. Deinde iterum imposuit manus
super oculos eius. & cepit uidere. Et restitutus est ita ut uideret
omnia. & misit illum in domum suam dicens. Vade in domum tuam.
& si in uicum introieris nemini dixeris.
Et egressus est ihc & discipuli eius in castella cesaree philippi. &
in uia interrogabat discipulos suos dicens. Quem me dicunt esse
homines. Qui responderunt illi dicentes. Iohannem baptistam.
alii heliam. alii uero quasi unum ex prophetis. Tunc dicit illis ihc.
Vos uero quem me dicitis esse. Respondens petrus ait illi. Tu es
xpc. Et comminatus est eis. ne cui dicerent de illo. Et cepit
docere illos. quoniam oportet filium hominis multa pati. & reproba
ri a senioribus & a summis sacerdotibus & scribis. & occidi. Et
post tres dies resurgere. & palam uerbum loquebatur. Et appre
hendens eum petrus. cepit increpare eum. Qui conuersus & ui
dens discipulos suos. comminatus est petro dicens. Vade retro me
sathanas. quoniam non sapis que dei sunt. sed que hominum.
Et conuocata turba cum discipulis suis ait. Si quis uult post me
uenire neget semetipsum. & tollat crucem suam & sequatur me. Qui
enim uoluerit animam suam saluam facere. perdet eam. Qui autem perdi
derit animam suam propter me & euangelium. saluam faciet eam. Quid
enim proderit homini si lucretur mundum totum. & detrimentum
faciat anime sue. Aut quam dabit commutationem pro anima
sua. Qui enim me confessus fuerit & uerba mea in genera
tione ista adultera & peccatrice. & filius hominis confitebitur
eum cum uenerit in gloria patris sui cum sanctis angelis. Et dicebat illis.
Amen dico uobis. quia sunt de hinc quidam stantibus qui non gustabunt
L mortem. donec uideant regnum dei ueniens in uirtute.
Et post dies sex. assumpsit ihc petrum & iacobum. & iohannem.
& duxit illos in montem excelsum seorsum solos. & transfi
guratus est coram ipsis. & uestimenta eius facta sunt splenden
tia candida nimis uelut nix. qualia fullo super terram non potest
candida facere. Et apparuit illis moyses & helias. & erant
loquentes cum ihu. Et respondens petrus ait ihu. Rabbi.
bonum est nos hic esse. faciamus hic tria tabernacula. tibi
unum. moysi unum. & helie unum. Non enim sciebat quid diceret.
erant enim timore exterriti. Et facta est nubes obumbrans eos.
Et uenit uox de nube dicens. Hic est filius meus carissimus audite
illum. Et statim circumspicientes neminem amplius uiderunt secum.
nisi solum ihm. Et descendentibus illis de monte. precepit illis ne
cui que uidissent narrarent. nisi cum filius hominis a mortuis
resurrexerit. Et uerbum continuerunt apud se conquirentes.
L quid esset cum a mortuis resurrexerit.
Et interrogabant eum dicentes. Quid ergo dicunt scribe & pharisei.
VI quia heliam oportet primum uenire. Respondens autem ihc ait
illis. Helias cum uenerit primo restituet omnia. & quomodo scrip
tum est de filio hominis ut multa patiatur & contempnatur. Sed
dico uobis. quia & helias uenit & fecerunt ei quecumque uoluerunt sicut
XL scriptum est de eo.
Et ueniens ad discipulos suos. uidit turbam magnam circa eos.
VII & scribas conquirentes cum illis. & confestim omnis populus uidens eum
expauit. & accurrentes salutabant eum. Et interrogauit eos.
Quid inter uos conquiritis. Et respondens unus de turba
dixit. Magister. attuli ad te filium meum. habentem spiritum mutum.
Qui ubicumque apprehenderit eum elidit eum. & spumat. & stride
dentibus & arescit. Et dixi discipulis tuis ut eicerent eum. & non po
tuerunt. Et respondens ihc. ait illis. O generatio incredula. quam
diu apud uos ero. quamdiu uos patiar. Afferte illum ad me.
Et attulerunt eum. Et cum uidisset illum. statim spiritus inmundus
conturbauit eum. & elisus in terram uolutabatur spumans. Et interro
gauit patrem eius. Quantum temporis est. ex quo hoc ei accidit.
At ille dixit. Ab infantia. Et frequenter eum in ignem & in aquas
misit. ut eum perderet. Sed si quid potes adiuua nos. misertus nostri.
Ihc autem ait illi. Si potes credere. omnia possibilia sunt credenti.
Continuo exclamans pater pueri cum lacrimis aiebat. Credo
domine. adiuua incredulitatem meam. Et cum uideret ihc con
currentem turbam. comminatus est spiritui inmundo dicens illi. Sur
de & mute spiritus. ego tibi precipio exi ab eo. & amplius ne intro
eas in eum. Et clamans & multum discerpens eum exiit ab eo.
& factus est sicut mortuus. ita ut multi dicerent quia mortuus est.
Ihc autem tenens manum eius eleuauit eum. & surrexit. Et cum
introisset in domum. discipuli eius interrogabant eum secreto.
Quare nos non potuimus eicere eum. Et ait illis. Hoc genus
XL in nullo potest exire. nisi in oratione & ieiunio.
Et inde egressi ibant per galileam. nec uolebat quemquam scire.
VIII Docebat autem discipulos suos. & dicebat illis. quoniam filius hominis
tradetur in manus peccatorum hominum. & occident eum. & occisus
tertia die resurget. At illi ignorabant uerbum. & timebant
eum interrogare. Et uenerunt capharnaum. Qui cum domi es
sent. interrogabat eos. Quid in uia tractabatis. At illi ta
cebant. siquidem in uia disputauerant quis esset eorum maior. Et
residens uocauit xii. & ait illis. Si quis uult primus esse. erit
omnium nouissimus. & omnium minister. Et accipiens puerum.
statuit eum in medio eorum. Quem cum complexus esset. ait illis. Quis
quis unum ex huiusmodi pueris receperit in nomine meo. me reci
pit. Et quicumque me susceperit non me suscipit sed eum qui me misit.
Respondit illi iohannes ait. Magister. uidimus quendam in no
mine tuo eicientem demonia & prohibuimus eum. quia non sequitur nos.
Ihc autem ait illis. Nolite prohibere eum. Nemo est enim qui faciat uir
tutem in nomine meo. & possit cito male loqui de me. Qui enim non est
aduersum uos. pro uobis est. Quisquis enim potum dederit uobis
calicem aque in nomine meo quia xpi estis. amen dico uobis non perdet

mercedem suam. Et quicumque scandalizauerit unum ex his pusillis cre
dentibus in me. bonum est ei magis si circumdaretur mola asinaria collo
L eius. & in mare mitteretur.
Et si scandalizauerit te manus tua. abscide illam. Bonum est tibi
debilem introire in uitam. quam duas manus habentem ire in gehennam
in ignem inextinguibilem ubi uermis eorum non moritur. & ignis non extin
guitur. Et si pes tuus scandalizat te. amputa illum. Bonum est tibi
claudum introire in uitam. quam duos pedes habentem mitti in gehennam
ignis inextinguibilis ubi uermis eorum non moritur & ignis non extinguitur.
Quod si oculus tuus scandalizat te. eice eum. Bonum est tibi luscum
introire in regnum dei. quam duos oculos habentem mitti in gehennam
ignis ubi uermis eorum non moritur & ignis non extinguitur.
LI Omnis enim igne salietur. Bonum est sal. quod si sal insulsum fuerit
in quo illud condietis. habete in uobis sal. & pacem habete inter uos.
Et exinde exiens uenit in fines iudee trans iordanen. & con
LII ueniunt iterum turbe ad eum. & docebat illos iterum sicut consueuerat.
Et accedentes pharisei interrogabant eum. si licet uiro dimittere
uxorem. temptantes eum. At ille respondens dixit eis. Quid uobis
precepit moyses. Qui dixerunt. Moyses permisit libellum repudii
scribere & dimittere. Quibus respondens ihc ait. Ad duritiam
cordis uestri scripsit uobis preceptum istud. Ab initio autem creature mas
culum & feminam fecit eos deus. Propter hoc relinquet homo pa
trem suum & matrem. & adherebit uxori sue. & erunt duo in car
ne una. Itaque iam non sunt duo. sed una caro. Quod ergo deus iunxit.
homo non separet. Et in domo iterum interrogauerunt eum discipuli
eius de hoc sermone. Et dixit illis. Quicumque dimiserit uxorem
suam & aliam duxerit adulterium committit super eam. Et mulier si
reliquerit uirum suum & alii nupserit mechatur.
L Et offerebant ei paruulos. ut tangeret eos. Discipuli autem commi
III nabantur offerentibus. Quos cum uideret ihc indigne tulit. et ait illis.
Sinite paruulos uenire ad me. & ne prohibueritis eos. talium enim
est regnum celorum. Amen dico uobis. qui non receperit regnum dei sicut
puer non introibit in illud. & complexans eos & inponens manus
super illos benedixit eos.
L Et cum egressus esset in uiam. procurrens quidam genu flexo ante eum
IIII rogabat eum dicens. Magister bone. quid faciam ut uitam eternam
percipiam. Ihc autem dixit ei. Quid me dicis bonum. nemo bonus.
nisi unus deus. Precepta nosti. Ille dixit. Que. Non adulteres.
non occides. ne fureris. nec falsum testimonium dixeris. ne fraude
feceris. honora patrem tuum & matrem. At ille respondens ait.
Magister. hec omnia custodiui a iuuentute mea. Ihc autem
intuitus eum dilexit eum. & dixit illi. Vnum tibi deest. Vade
quecumque habes uende & da pauperibus & habebis thesaurum
in celo. & ueni sequere me. Ille autem contristatus est in uerbo hoc.
& abiit tristis. Erat enim habens multas possessiones. & cir
cumspiciens ihc ait discipulis suis. Quam difficile qui pecunias
habent in regnum dei introibunt. Discipuli autem obstupescebant
in uerbis eius. At ihc rursus respondens ait illis. Quam difficile
est confidentes in pecuniis. regnum dei introire. Facilius est ca
melum per foramen acus transire. quam diuitem intrare in regnum
dei. Qui magis ammirabantur ad se dicentes. Et quis potest
saluus fieri. Et intuens illos ihc ait. Apud homines inpossi
L bile est. Apud deum autem omnia possibilia sunt.
Et cepit petrus ei dicere. Ecce nos dimisimus omnia. & secuti sumus
V te. Respondens ihc ait. Amen dico uobis. Nemo est qui reliquerit
domum. uel fratres. aut sorores. aut patrem. aut matrem. aut filios. aut
agros propter me & euangelium qui non accipiat centies tantum nunc in tem
pore hoc. domos & fratres. & sorores. & matrem. & filios. & agros
cum persecutionibus & in futuro seculo uitam eternam. Multi autem erunt
L primi nouissimi. & nouissimi primi.
Erant autem in uia ascendentes hierosolimam. & precedebat illos ihc.
VI Et stupebant qui sequebantur eum. & assumens iterum xii. cepit
illis dicere que ei essent uentura. quia ecce ascendimus hierosolimam
& filius hominis tradetur principibus sacerdotum & scribis. & senio
ribus & dampnabunt eum morte. Et tradent eum gentibus & illudent
L ei. & conspuent & flagellabunt & occident eum. & tertia die resurget.
Et accesserunt ad eum iacobus & iohannes filii zebedei dicentes. Magister.
VII uolumus ut quodcumque petierimus facias nobis. At ille dixit eis. Quid
uultis ut faciam uobis. Illi autem dixerunt. Da nobis ut unus ad dex
teram. & unus ad sinistram tuam sedeamus in gloria tua. Ihc autem ait eis.
260 Nescitis quid petatis. Potestis bibere calicem quem ego bibiturus
sum. aut baptismum quo ego baptizor baptizari. At illi dixerunt
ei. Possumus. Ihc autem ait eis. Calicem quidem quem ego bibo bibetis.
& baptismo quo ego baptizor baptizabimini. Sedere autem ad dexteram
meam uel sinistram non est meum dare. sed quibus paratum est. Et audien
L tes decem. ceperunt indignari de iacobo & iohanne.
Ihc autem uocans eos ait illis. Scitis quia hii qui uidentur principa
VIII ri gentibus dominantur eorum. & principes eorum potestatem habent ip
sorum. Non ita est in uobis. Sed quicumque uoluerit fieri maior. erit
uester minister. Et quicumque uoluerit in uobis primus esse. erit omnium
seruus. Nam & filius hominis non uenit ut ministraretur ei. sed ut
L ministraret. & daret animam suam redemptionem pro multis.
Et ueniunt hiericho. & factum est cum egrederetur ab hiericho cum mul
VIIII ta turba. ecce quidam cecus filius tymei bartymeus sedebat iuxta
uiam mendicans. Qui cum audisset quia ihc nazarenus est. cepit cla
mare & dicere. Fili dauid. miserere mei. Et comminabantur illi
multi ut taceret. At ille multo magis clamabat. Fili dauid. mi
serere mei. Et stans ihc iussit eum uocari. Et uocant cecum dicen
tes ei. Animequior esto. surge uocat te. Qui proiecto uestimento
suo exiliens uenit ad eum. Cui dixit ihc. Quid uis ut faciam tibi.
Cecus autem dixit ei. Rabboni ut uideam. Ihc autem dixit ei. Va
LX de. fides tua te saluum fecit. Et confestim uidit. et sequebatur eum in uia.
Et cum adpropinquarent hierosolime & bethanie ad montem oliue
ti. mittit duos ex discipulis suis & ait illis. Ite in castellum quod est
contra uos. & statim introeuntes illuc inuenietis pullum asine liga
tum. super quem nemo hominum sedit. soluite illum & adducite. Et
si quis uobis dixerit quid facitis. dicite quia domino necessari
us est. & continuo illum dimittet huc. Et abeuntes inuenerunt pul
lum ligatum ante ianuam foris in biuio. & soluunt eum. Et quidam
de illic stantibus dicebant illis. Quid facitis soluentes pullum.
Qui dixerunt illis sicut preceperat illis ihc. Et dimiserunt eis. Et ad
duxerunt pullum ad ihm. Et imponentes illi uestimenta sua.
& sedit super eum. Multi autem uestimenta sua strauerunt in uia. Alii
autem frondes cedebant de arboribus & sternebant in uia. Et
qui preibant & qui sequebantur. clamabant dicentes. Osanna bene
dictus qui uenit in nomine domini. benedictum quod uenit regnum patris

[qui uenit in nomine patris nostri] dauid osanna in excelsis. Et introiuit hierosolima in templum. & circumspectis omnibus cum iam uespera esset hora exiuit in bethaniam cum XII discipulis suis. & alia die cum exirent a bethania esuriit.

LXI Et cum uidisset a longe ficum habentem folia uenit si quid forte inueniret in ea. Et cum uenisset ad eam nichil inuenit preter folia. non enim erat tempus ficorum. Quid dixit ei. Iam non amplius in eternum quisquam fructum ex te manducet. Et audiebant discipuli eius.

LXII Et ueniunt iterum in hierosolima. & cum introisset in templum cepit eicere uendentes & ementes in templo & mensas nummulariorum & cathedras uendentium columbas euertit. Et non sinebat ut quisquam transferret uas per templum. & docebat eos dicens. Nonne scriptum est quia domus mea domus orationis uocabitur omnibus gentibus. Vos autem fecistis eam speluncam latronum. Quo audito principes sacerdotum & scribe querebant quomodo eum perderent. timebant enim eum quoniam uniuersa turba admirabatur super doctrina eius. Et cum uespera facta esset egrediebantur de ciuitate. & cum mane transirent uiderunt ficum aridam factam a radicibus. Et recordatus petrus ait illi. Rabbi ecce ficus cui maledixisti aruit. Respondens ihesus ait illis. Habete fidem dei. Amen dico uobis quia quicumque dixerit huic monti tollere & mittere in mare & non hesitauerit in corde suo sed crediderit quia quodcumque dixerit fiat. fiet ei.

LXIII Propterea dico uobis. omnia quecumque orantes petitis. credite quia accipietis & uenient uobis. Et cum stabitis ad orationem. dimittite si quid habetis aduersus aliquem. ut & pater uester qui in celis est dimittat uobis peccata uestra. Quod si uos non dimiseritis. nec pater uester qui in celis est dimittet uobis peccata uestra.

LXIIII Et ueniunt iterum hierosolima. & cum ambularet in templo. accesserunt ad eum principes sacerdotum. & scribe & seniores & dicunt ei. In qua potestate hec facis. & quis tibi dedit hanc potestatem. Ihesus autem respondens ait illis. Interrogabo uos & ego unum sermonem. respondete michi. & dicam uobis in qua potestate hec facio. Baptismum iohannis de celo erat an ex hominibus. respondete mihi. At illi cogitabant inter se dicentes. Si dixerimus de celo dicet nobis. quare ergo non credidistis ei. Si dixerimus ex hominibus timemus plebem. Omnes enim habebant iohannem quia uere propheta esset. Et respondentes dicunt ad ihesum. Nescimus. Respondens ihesus ait illis. Neque ego dico uobis in qua potestate hec facio.

LXV Et cepit illis in parabolis loqui. Homo quidam pastinauit uineam & sepem circumdedit & fodit lacum & edificauit turrim & locauit eam agricolis. & peregre profectus est. & misit ad colonos in tempore seruum. ut a colonis acciperet de fructu uinee. qui apprehensum eum ceciderunt. & dimiserunt uacuum. Et iterum misit ad illos alium seruum. & ipsum in capite uulnerauerunt. & contumeliis affecerunt. Et rursum alium misit & illum occiderunt. Et alios plures. ex eis quosdam cedentes. quosdam uero occidentes. Nouissime autem misit filium suum. quem habebat unicum dilectissimum dicens. Reuerebuntur filium meum. Coloni autem dixerunt ad inuicem. Hic est heres. uenite occidamus eum. & nostra erit hereditas. Et apprehendentes eum occiderunt & eiecerunt extra uineam. Quid ergo faciet dominus uinee. ueniet & perdet colonos illos. & dabit uineam aliis. Nec scripturam hanc legistis. lapidem quem reprobauerunt edificantes. hic factus est in caput anguli. A domino factum est illud. & est mirabile in oculis uestris. Et querebant eum tenere. & timuerunt turbam. Cognouerunt enim quia ad eos dixerit hanc parabolam. & relicto eo abierunt.

LXVI Et mittunt ad eum quosdam ex phariseis & herodianis ut eum caperent in uerbo. Qui uenientes dicunt ei. Magister scimus quia uerax es & non curas quemquam. nec enim uides in faciem hominum. sed in ueritate uiam dei doces. Dicis ergo nobis licet dari tributum cesari an non. Ihesus uero cum uidisset simulationem eorum ait illis. Quid me temptatis. Afferte michi denarium ut uideam. At illi obtulerunt ei. Et ait illis. Cuius est imago hec & superscriptio. Dicunt ei. Cesaris. Respondens autem ihesus dixit illis. Reddite igitur que sunt cesaris cesari. & que dei sunt deo. Et mirabantur super eum.

LXVII Et uenerunt ad eum saducei. qui dicunt non esse resurrectionem. Et interrogauerunt eum dicentes. Magister moyses scripsit nobis. ut si cuius frater mortuus fuerit & dimiserit uxorem & filios non reliquerit. accipiat frater eius uxorem ipsius. & resuscitet semen fratri suo. Septem ergo fratres fuerunt apud nos. & primus accepit uxorem. & mortuus est non relicto semine. Et secundus accepit eam. & mortuus est. & nec iste reliquit semen. & tertius similiter. Deinde omnes septem acceperunt eam. & non reliquerunt semen. Nouissime omnium mortua est & mulier. In resurrectione ergo cum resurrexerint. cuius de his erit uxor. Septem enim habuerunt eam uxorem. Et respondens ihesus ait illis. Nonne ideo erratis. non intellegentes scripturas neque uirtutem dei. Cum enim a mortuis resurrexerint. neque nubunt neque nubentur. sed sunt sicut angeli in celis. De mortuis autem quod resurgant non legistis in libro moysi. super rubum quomodo dixerit illi deus. Ego sum deus abraham. & deus ysaac & deus iacob. non est deus mortuorum sed uiuorum. Vos ergo multum erratis.

LXVIII Et accessit unus de scribis. qui audierat illos conquirentes. & uidens quod bene illis responderit. interrogauit eum quod esset primum omnium mandatum. Ihesus autem respondit ei. quia primum omnium mandatum est. Audi israhel dominus deus tuus deus unus est. Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo. & ex tota anima tua. & ex tota mente tua. & ex tota uirtute tua. Hoc est primum mandatum. Secundum autem simile est huic. Diliges proximum tuum tamquam te ipsum. Maius horum aliud mandatum non est. Et ait illi scriba. Bene magister in ueritate dixisti. quia unus est deus. & non est alius preter eum. & ut diligatur ex toto corde. & ex toto intellectu. & ex tota anima. & ex tota fortitudine. & diligere proximum tamquam se ipsum. maius est holocaustomatibus & sacrificiis. Ihesus autem uidens quod sapienter respondisset. dixit illi. Non es longe a regno dei. Et nemo iam audebat amplius interrogare eum.

LXVIIII Et respondens ihesus dicebat docens in templo. quomodo dicunt scribe christum filium esse dauid. Ipse autem dauid dicit in spiritu sancto. Dixit dominus domino meo sede a dextris meis. donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Ipse ergo dauid dicit eum dominum. & unde est filius eius. Et multa turba eum audiebat libenter. Ipse autem docebat eos & dicebat. Cauete a scribis qui uolunt in stolis ambulare. & salutari in foro. & in primis cathedris sedere in sinagogis. & primos discubitus in cenis. Qui deuorant domos uiduarum sub obtentu prolixe orationis. hi accipient prolixius iudicium.

LXX Et sedens ihesus contra gazofilacium. aspiciebat quomodo turba iactabat es in gazofilacium. Et multi diuites iactabant multa. Cum uenisset

autem quedam uidua pauper. misit duo minuta quod est quadrans. Et conuocans discipulos suos. ait illis. Amen dico uobis quoniam uidua hec pauper plus omnibus misit. qui miserunt in gazofilacium. Omnes enim ex eo quod habundabat illis miserunt. Hec uero de penuria sua omnia que habuit misit totum uictum suum.

LXXI Et cum egrederetur de templo. ait illi unus ex discipulis suis. Magister aspice quales lapides sunt & quales structure. Et respondens ihesus ait illi. Vides has omnes magnas edificationes. Amen dico uobis quia non relinquetur hic lapis super lapidem qui non destruatur.

LXXII Et cum sederet in monte oliuarum contra templum. interrogabant eum separatim petrus & iacobus & iohannes & andreas. Dic nobis quando ista fient. & quod signum erit quando hec omnia incipient consummari. Et respondens ihesus cepit dicere illis. Videte ne quis uos seducat. Multi enim uenient in nomine meo dicentes quia ego sum. & multos seducent. Cum audieritis autem bella & opiniones bellorum. ne timueritis. Oportet enim hec fieri. sed nondum finis.

LXXIIII Exsurget enim gens super gentem. & regnum super regnum. & erunt terremotus per loca. & fames. Initium dolorum hec. Videte autem uosmet ipsos. Tradent enim uos in conciliis. & in sinagogis uapulabitis. & ante reges & presides stabitis propter me in testimonium illis. Et in omnes gentes primum oportet euangelium predicari. Et cum duxerint uos tradentes. nolite cogitare quid loquamini. sed quod datum fuerit uobis in illa hora id loquimini. Non enim uos estis loquentes sed spiritus sanctus. Tradet autem frater fratrem in mortem & pater filium. & consurgent filii in parentes. & morte afficient eos. Et eritis odio omnibus propter nomen meum. Qui autem sustinuerit in finem hic saluus erit. Cum autem uideritis abhominationem desolationis quod dictum est a daniele propheta stantem ubi non debet. qui legit intelligat.

LXXIII Tunc qui in iudea sunt fugiant in montes. & qui super tectum ne descendat in domum. nec introeat ut tollat quicquam de domo sua. Ve autem pregnantibus & nutrientibus in illis diebus. Orate uero ut hieme non fiat. Erunt enim dies illi tribulationis tales. quales non fuerunt ab initio creature quam condidit deus usque nunc. neque fient. Et nisi breuiasset dominus dies. non fuisset salua omnis caro. sed propter electos quos elegit breuiauit dies.

LXXV Et tunc si quis uobis dixerit. ecce hic est christus. ecce illic. ne credideritis. Exsurgent enim pseudochristi & pseudoprophete. & dabunt signa & portenta ad seducendos. si fieri potest etiam electos. Vos ergo uidete. ecce predixi uobis omnia. Sed in illis diebus post tribulationem illam. sol obscurabitur & luna non dabit splendorem suum & erunt stelle celi decidentes. & uirtutes que in celis sunt mouebuntur. Et tunc uidebunt filium hominis uenientem in nubibus cum uirtute magna & gloria. Et tunc mittet angelos suos. & congregabit electos suos a quattuor uentis. a summo terre usque ad summum celi.

LXXVI A ficu autem discite parabolam. cum iam ramus eius tener fuerit & nata fuerint folia. cognoscitis quia in proximo sit estas. Sic & uos cum uideritis hec fieri. scitote quod in proximo sit in ostiis. Amen dico uobis quia non transiet generatio hec. donec omnia ista fiant. Celum & terra transibunt. uerba autem mea non transibunt. De die autem illa uel hora nemo scit. neque angeli in celo nisi pater. Videte uigilate & orate. quia nescitis quando tempus sit.

LXXVII Sicut homo qui peregre profectus reliquit domum suam. & dedit seruis suis potestatem cuiusque operis. & ianitori precepit ut uigilet. Vigilate ergo. nescitis enim quando dominus domus ueniat. sero. an media nocte. an galli cantu. an mane. ne cum uenerit repente inueniat uos dormientes. Quod autem uobis dico. omnibus dico. uigilate.

LXXVIII Erat autem pascha & azima post biduum. Et querebant summi sacerdotes & scribe. quomodo eum dolo tenerent & occiderent. Dicebant autem. Non in die festo. Ne forte tumultus fieret populi.

LXXVIIII Et cum esset bethanie in domo symonis leprosi. & recumberet. uenit mulier habens alabastrum unguenti nardi pistici pretiosi. & fracto alabastro effudit super caput eius. Erant autem quidam indigne ferentes intra semet ipsos & dicentes. Vt quid perditio ista unguenti facta est. Poterat enim unguentum istud uenundari plus quam trecentis denariis. & dari pauperibus. Et fremebant in eam. Ihesus autem dixit. Sinite eam. Quid illi molesti estis. Bonum opus operata est in me. Semper enim pauperes habetis uobiscum. & cum uolueritis potestis illis benefacere. me autem non semper habetis. Quod habuit hec fecit. preuenit unguere corpus meum in sepulturam. Amen dico uobis. ubicumque predicatum fuerit euangelium istud in uniuerso mundo. & quod fecit hec narrabitur in memoriam eius.

LXXX Et iudas scarioth unus de duodecim abiit ad principes sacerdotum ut proderet eum illis. Qui audientes gauisi sunt & promiserunt ei pecuniam se daturos. Et querebat quomodo illum oportune traderet. Et primo die azimorum quando pascha immolabant dicunt ei discipuli. Quo uis eamus & paremus ut manduces pascha. Et mittit duos ex discipulis suis & ait eis. Ite in ciuitatem & occurret uobis homo portans lagenam aque. Sequimini eum & quocumque introierit dicite domino domus quia magister dicit. Vbi est refectio mea. ubi pascha cum discipulis meis manducem. Et ipse uobis demonstrabit cenaculum grande stratum. & illic parate nobis. Et abierunt discipuli eius & uenerunt in ciuitatem & inuenerunt sicut dixerat illis. & parauerunt pascha.

LXXXI Vespere autem facto. uenit cum duodecim. & discumbentibus eis & manducantibus ait ihesus. Amen dico uobis quia unus ex uobis me tradet qui manducat mecum. At illi ceperunt contristari & dicere singuli. Numquid ego. Qui ait illis. Vnus ex duodecim qui intingit mecum manum in catino. Et quidem filius hominis uadit sicut scriptum est de eo. Ve autem homini illi per quem filius hominis tradetur. Bonum illi erat. si non esset natus homo ille.

LXXXII Et manducantibus illis. accepit ihesus panem & benedicens fregit & dedit eis & ait. Sumite. hoc est corpus meum. Et accepto calice gratias agens dedit eis. Et biberunt ex illo omnes. & ait illis. Hic est sanguis meus noui testamenti. qui pro multis effundetur. Amen dico uobis quod iam non bibam de genimine uitis usque in diem illum quando illud bibam nouum in regno dei. Et ymno dicto. exierunt in montem oliuarum.

LXXXIII Tunc ait illis ihesus. Omnes uos scandalum patiemini in me in ista nocte. quia scriptum est enim. Percutiam pastorem. & dispergentur oues. Sed postquam resurrexero precedam uos in galileam.

Petrus uero respondens ait ei. Et si omnes scandalizati fuerint sed ego numquam scandalizabor. Et ait illi ihesus. Amen dico tibi quia tu hodie in nocte hac priusquam bis gallus uocem dederit ter me es negaturus. At ille amplius loquebatur. Et si oportuerit me simul mori tecum. non te negabo. Similiter autem & omnes dicebant.

LXXXIIII Et ueniunt in predium cui nomen gethsamani. & ait discipulis suis.

Sedete hic donec orem. Et assumpsit petrum et iacobum et
iohannem secum. et coepit pavere et taedere. Et ait illis. Tristis est anima
mea usque ad mortem. Sustinete hic et vigilate. Et cum processisset
pusillum, procidit super terram et orabat ut si fieri posset: transiret
ab eo hora. Et dixit. Abba pater omnia possibilia tibi sunt transfer
calicem hunc a me. Sed non quod ego volo, sed quod tu. Et venit ad discipu
los et invenit eos dormientes. Et ait petro. Symon dormis? non po
tuisti una hora vigilare mecum? Vigilate et orate, ut non intretis
in temptationem. Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma.
Et iterum abiens oravit eundem sermonem dicens. Et reversus denuo
invenit eos dormientes. Erant enim oculi eorum gravati. et ignora
bant quid responderent ei. Et venit tertio, et ait illis. Dormite
iam, et requiescite. Sufficit. Venit hora, ecce traditur filius
hominis in manus peccatorum. Surgite eamus. Ecce qui me tradet, prope est.
Et adhuc eo loquente venit iudas scarioth unus ex duodecim. et cum eo
turba cum gladiis et fustibus: missi a summis sacerdotibus: et scribis
et senioribus. Dederat autem traditor eius signum eis dicens. Quem
cumque osculatus fuero, ipse est tenete eum. et adducite. Et cum ve
nisset, statim accedens ad eum ait. Ave rabbi. Et osculatus est eum.
At illi manus iniecerunt in eum. et tenuerunt eum.
Unus autem de circumstantibus educens gladium percussit servum princi
pis sacerdotum, et amputavit auriculam eius. Et respondens ihesus
ait illis. Tamquam ad latronem existis cum gladiis et fustibus compren
dere me. Cotidie eram apud vos in templo docens. et non me tenuisti.
Sed ut impleantur scripturae. Tunc discipuli eius relinquentes eum.
omnes fugerunt. Adulescens autem quidam sequebatur eum amictus
sindone super nudo. et tenuerunt eum. At ille reiecta sindone
profugit nudus ab eis. Et adduxerunt ihesum ad principem sacerdotum
et convenerunt omnes sacerdotes et scribae et seniores. Petrus autem
a longe sequebatur eum usque intus in atrium principis sacerdotum.
et sedebat cum ministris et calefaciebat se ad ignem.

Principes autem sacerdotum et omne concilium quaerebant adversus
VII ihesum testimonium, ut eum morti traderent: et non inveniebant. Mul
ti enim testimonium falsum dicebant adversus eum. et non erant con
venientia testimonia. Et quidam surgentes falsum testimonium
dicebant adversus eum dicentes. Quoniam nos audivimus eum dicentem. ego
dissolvam templum hoc manufactum. et post triduum aliud non manu
factum aedificabo. Et non erat conveniens testimonium illorum. Et ex
surgens princeps sacerdotum in medio interrogabat ihesum dicens. Non
respondes ad ea quae tibi obiciuntur ab his? Ille autem tacebat et nihil
respondit. Rursum summus sacerdos interrogabat eum dicens. Tu es
christus filius benedicti? Ihesus autem ait illi. Ego sum. Et videbitis filium
hominis sedentem a dextris virtutis. et venientem cum nubibus caeli.
Summus autem sacerdos scidit vestimenta sua et ait. Quid adhuc de
sideramus testes? Audistis blasphemiam. Quid vobis videtur?
Qui omnes condempnaverunt eum esse reum mortis. Et coeperunt quidam
conspuere eum, et velare faciem eius. et colaphis caedere. et dicere
ei. Prophetiza. Et ministri alapis eum caedebant.

Et cum esset petrus in atrio deorsum, venit una ex ancillis summi
sacerdotis. et cum vidisset petrum calefacientem se: aspiciens eum ait.
Et tu cum ihesu nazareno eras. At ille negavit dicens. Neque scio
VIII neque novi quid dicas. Et exiit foras ante atrium. et gallus canta
vit. Rursum autem cum vidisset illum ancilla coepit dicere astanti
bus: quia et hic ex illis est. At ille iterum negavit. Et post
pusillum iterum qui astabant dixerunt petro. Vere ex illis
es, nam et galileus es. Ille autem coepit anathematizare et iurare
quia nescio hominem istum quem dicitis. Et continuo iterum gallus
cantavit. Et recordatus est petrus verbi quod dixerat ei ihesus. Priusquam
gallus cantet. bis, ter me negabis. et coepit flere.
XXVIIII Et confestim mane consilium fecerunt principes sacerdotum
cum senioribus et scribis. et universo concilio. Et vincientes ihesum du
xerunt et tradiderunt pilato. Et interrogavit eum pilatus dicens.
Tu es rex iudaeorum? At ille respondens ait illi. Tu dicis. Et
accusabant eum summi sacerdotes in multis. Pilatus autem rursum inter
rogavit eum dicens. Non respondes quicquam? Vide in quan
tis te accusant. Ihesus autem amplius nihil respondit, ita ut miraretur
pilatus. Per diem autem sollempnem consueverat praeses dimittere eis
unum vinctum quemcumque voluissent. Erat autem qui dicebatur barrabas cum
seditiosis vinctus, qui in seditione fecerat homicidium. Et cum
ascendisset turba, coepit rogare sicut consueverat facere illis. Pi
latus autem respondit eis dicens. Vultis dimittam vobis regem iudaeorum?
Sciebat enim quod per invidiam tradidissent eum summi sacerdotes. Sed pontifices
au...serunt pilatum, ut magis barraban dimitteret eis. Pilatus
autem iterum respondens ait illis. Quid ergo vultis faciam regi iudaeorum?
Illi iterum clamaverunt dicentes. Crucifige eum. Pilatus vero dicebat eis. Quid
enim mali fecit? At illi magis clamabant. Crucifige eum.
Pilatus autem volens populo satisfacere dimisit illis barraban. et tradidit
ihesum flagellis caesum ut crucifigeretur.
Milites autem duxerunt eum intro in atrium praetorii. et convocant totam
cohortem. et induunt eum purpura. et imponunt ei plectentes
spineam coronam. et coeperunt salutare eum. Ave rex iudaeorum. Et percu
tiebant caput eius harundine. et conspuebant eum. et ponentes
genua adorabant eum. Et postquam illuserunt ei. exuerunt eum purpura
et induerunt eum vestimentis suis. et educunt eum ut crucifigerent eum.

XCI Et angariaverunt quendam praetereuntem symonem cyreneum venientem
de villa. patrem alexandri et rufi, ut tolleret crucem eius.
Et perducunt eum in golgotha locum quod est interpretatum calvariae
locus. Et dabant ei murratum vinum bibere. et non accepit. Et cru
cifigentes eum, diviserunt vestimenta eius mittentes sortem super eis quis
quid tolleret. Erat autem hora tertia. quando crucifixerunt eum.
Et erat titulus causae eius inscriptus. hic est rex iudaeorum. Et cum eo
crucifigunt duos latrones unum a dextris et alium a sinistris eius.
Et adimpleta est scriptura quae dicit. et cum iniquis deputatus est.
Et praetereuntes blasphemabant eum moventes capita sua et dicen
tes. Vah qui destruit templum. et reaedificat in tribus diebus.
salvum fac temetipsum, descendens de cruce. Similiter et scribae
cum principibus sacerdotum inludentes eum dicebant. Alios salvos
fecit, semetipsum non potest salvum facere. Christus rex israhel descendat
nunc de cruce ut videamus et credamus ei. Et qui cum eo crucifixi erant
convitiabantur ei. Et cum hora esset sexta. tenebrae factae sunt
XCII per totam terram, usque in horam nonam.
Et hora nona exclamavit ihesus voce magna dicens. Heloy heloy
lamma sabacthani? Quod est interpretatum. Deus meus deus meus ut quid
me dereliquisti? Et quidam de circumstantibus audientes dicebant.
Ecce helyam vocat. Currens autem unus et implens spongiam aceto.
circumponensque calamo. potum dabat ei dicens. Sinite, vi
deamus si veniat helyas et deponat eum. Ihesus autem emissa voce mag
na, expiravit. Et velum templi scissum est in duas partes a summo
usque deorsum. Videns autem centurio qui ex adverso stabat, quia sic clamans
expirasset. ait. Vere, hic homo filius dei erat. Erant autem et mu
lieres a longe aspicientes, inter quas erat maria magdalene. et maria
iacobi minoris. et iosef mater et salome. Quae cum essent in gali
lea sequebantur eum. et ministrabant ei. et aliae multae quae simul cum
eo ascenderant hierosolimam.
XCIII Et cum iam sero esset factum, quia erat parasceve quod est ante sabbatum.
venit ioseph ab arimathia nobilis decurio. qui et ipse erat exspectans
regnum dei, et audacter introivit ad pilatum. et petiit corpus ihesu. Pilatus
autem mirabatur si iam obisset: et vocans centurionem interrogavit si
iam mortuus esset. Et cum cognovisset a centurione, donavit
corpus eius ioseph. Ioseph autem mercatus syndonem. et deponens eum
involvit syndone et posuit eum in monumento quod erat excisum de petra. et
advolvit lapidem ad ostium monumenti. Maria autem magdalene
et maria ioseph notaverunt sibi locum ubi poneretur. Et cum praeterisset
sabbatum. maria magdalena et maria iacobi et salome ab
XCIIII euntes emerunt aromata ut ungerent eum.
Et valde mane una sabbatorum veniunt ad monumentum, orto iam sole. et
dicebant ad invicem. Quis nobis revolvet lapidem ab ostio monu
menti? Erat enim magnus valde. Et aspicientes, vident revo
lutum lapidem. Et introeuntes in monumentum, viderunt iuvenem se
dentem in monumento in stola candida. et expaverunt. Qui dicit
eis. Nolite expavescere. Ihesum quaeritis nazarenum, crucifixum.
surrexit non est hic. Videte. ecce locus ubi positus erat. Sed ite di
cite discipulis eius et petro, quia praecedit vos in galileam. ibi eum
videbitis sicut dixit vobis. At illae exeuntes fugerunt de mo
numento. invaserat enim eas timor et pavor. et nemini quicquam
dixerunt. timebant enim. Surgens autem ihesus mane prima sabbati.
apparuit primo mariae magdalenae, de qua eiecerat septem daemonia.
Illa autem procedens nuntiavit his qui cum illo erant lugentibus et flen
XCV tibus. et illi audientes quia viveret et visus esset ab ea non crediderunt.
Post haec autem duobus ex his ambulantibus: apparuit in alia effigie: eun
tibus in villam. Et illi euntes nuntiaverunt ceteris. nec illis crediderunt.
XCV Novissime autem recumbentibus illis undecim. apparuit. et exprobravit
incredulitatem illorum et duritiam cordis. quia his qui viderant eum resur
rexisse non crediderunt. et dixit eis. Euntes in mundum universum. praedicate
evangelium universae creaturae. Qui crediderit et baptizatus fuerit. salvus
erit. Qui vero non crediderit condempnabitur. Signa autem eos qui crediderint
haec sequentur. In nomine meo daemonia eicient. linguis loquentur
novis. serpentes tollent. Et si mortiferum quid biberint. non eos nocebit.
Super aegros manus inponent. et bene habebunt. Et dominus quidem
ihesus postquam locutus est eis. adsumptus est in caelum. et sedet a dex
tris dei. Illi autem profecti praedicaverunt ubique. domino cooperante et sermonem
confirmante sequentibus signis amen. Explicit evangelium secundum marcum.

Incipit praefatio in evangelium secundum lucam.

LUCAS SYRUS ANTIOCEN

sis arte medicus. discipulus apostolorum. postea paulum secutus usque ad
confessionem eius. serviens domino sine crimine. Nam neque uxorem
umquam habens neque filios. septuaginta et quattuor annorum obiit in
bithinia plenus spiritu sancto. Qui cum iam scripta essent evangelia. per
matheum quidem in iudaea. per marcum autem in italia. sancto instigante spiritu.
in achaiae partibus hoc scripsit evangelium. significans etiam ipse in principio
ante alia esse descripta. cui extra ea quae ordo evangelicae dispositionis
exposcit. ea maxime necessitas laboris fuit. ut primum graecis fidelibus
omni perfectione venturi in carnem dei christi manifestata humanitas. ne
iudaicis fabulis attenti. in solo legis desiderio tenerentur. ne vel hereti
cis fabulis et stultis sollicitationibus seducti excederent a veritate
elaboraret. dehinc in principio evangelii iohannis nativitate praesump
ta. cui evangelium scriberet et indicaret. contestans in se completa esse quae
essent ab aliis inchoata. Cui ideo post baptismum filii dei a perfec
tione generationis in christo complete repetente a principio nativitatis
humanae potestas permissa est ut requirentibus demonstraret. In quo
adprehendens erat nathan filium introitu recurrentis in deum genera
tionis admisso. indeseparabilis dei praedicans in hominibus christum suum.
261. perfecti opus hominis redire in se. eum filium faceret qui per david
patrem venientibus iter praebebat in christo. Cui lucae non inmerito etiam
scribendorum apostolicorum actuum potestas in ministerio datur ut deum
in deum pleno et filium perditionis extincto. oratione ab apostolis facta.
sorte domini electione numerus compleretur. sicque paulus consummati
onem apostolicis actibus daret. quem diu contra stimulum recalcitran
tem dominus elegisset. Quod et legentibus ac requirentibus deum. et si per
singula expediri a nobis utile fuerat. Sciens tamen quod operantem
agricolam oporteat de fructibus suis edere. vitamus publicam cu
riositatem. non tam volentibus deum videre. quam fastidientibus prodidisse.

Explicit praefatio evangelii secundum lucam.

I Zacharie sacerdoti apparuit angelus gabriel. & annunciauit ei filium
iohannem. & iohannes precederet dominum in spiritu helye & ide angelus
annunciauit marie filium.
II Natiuitatem ihesu annunciat angelus pastoribus.
III Accepit symeon puerum ihesum. & benedixit deum. & erat anna prophe
tissa.
IIII Annorum duodecim ihesus in templo docebat seniores.
V Iohannes baptizat populum baptismum penitentie.
VI Baptizatus autem ihesus ab iohanne fuit fere annorum xxx. quod puta
batur esse filius ioseph. & in superiores partes usque ad adam & filium
dei. & in deserto agebatur a diabolo temptatur ieiunauit quadraginta
diebus.
VII In nazareth legit ihesus librum ysaie prophete. & dixit non est propheta ac
ceptus in patria sua.
VIII In synagoga hominem habentem demonium mundauit.
VIIII Apostolis dicit ihesus uenite & faciam uos fieri piscatores hominum.
X Rogauit ihesum leprosus. & mundauit eum.
XI Paraliticum curauit dominus. qui tollens grabbatum suum abiit.
XII Secutus est dominum publicanus nomine leui. & dixit ihesus nemo
mittit uinum nouum in utres ueteres.
XIII Die sabbati discipuli uellebant spicas & manducabant. & in syna
goga curauit hominem dexteram manum aridam habentem.
XIIII Ubi discipulos dominus elegit. & nomina eorum designat.
XV De festuca & trabe. de oculo eruendo. & de domo edificata
supra petram & arenam.
XVI Ubi centurionis puerum sanauit ihesus.
XVII Mortuum unicum filium uidue resuscitauit ihesus & matri restituit.
XVIII Iohannes de carcere ad ihesum mittit dicens. tu es qui uenturus es. &
ihesus ad turbas de iohanne loquitur.
XVIIII Recumbens ihesus in domo pharisei quedam ingressa mulier lacrimis
lauit pedes eius & capillis suis tergens osculabatur & unguebat
unguento.
XX Proponit dominus parabolam seminantis. & aperit eam discipulis
suis. & nunciabant ei mater & fratres eius quia foris starent.
XXI Dormiente ihesu in nauicula facta tempestas & rogatus a discipulis
compescuit uentum & mare.
XXII Filiam principis resuscitat dominus. & mulierem a profluuio sang
uinis saluauit.
XXIII In regione gerasenorum demoniorum legio rogat ihesum ut exeuntes
de homine irent in porcos.
XXIIII Potestatem dedit dominus discipulis demonia expellere & lan
guores sanare & cetera.
XXV De quinque panibus & duobus piscibus in quinque milia uirorum.
XXVI Interrogauit ihesus discipulos quem eum esse dicerent & dixit qui
uult tollat crucem & sequatur. & transfiguratur in monte loque
batur cum moyse & helya.
XXVII Descendente eo de monte puerum a demonio curauit. & docet
humilitatem sic pueros fieri. & de quodam prohibito qui non seque
batur ihesum.
XXVIII Et dixerunt iacobus & iohannes. domine uis petimus ignem
ut perit helyas de celo.
XXVIIII Ait quidam ad ihesum sequar te. & alio dixit ihesus sequere me &
sine mortuos. & nemo retro respiciens ponit manum super aratrum.
XXX Designauit dominus & alios septuaginta duos. & mandata eis
dedit. & in numerauit ciuitates.
XXXI Et reuersi septuaginta duo gaudentes. & dixit eis ihesus gaudete
quia nomina uestra scripta sunt in celo. & confessio [illegible] patre.
XXXII Dominus parabolam descendentis ab hierusalem in hiericho qui inci
dit in latrones.
XXXIII Dixit dominus marie. maria optimam partem elegit.
XXXIIII Petitus dominus docuit discipulos orare. & proponit parabola
petentis tres panes. & dicit petite & accipietis.
XXXV Et cum diceretur quod in beelzebub eicit demonia dixit omne reg
num diuisum aduersum se non stabit.
XXXVI De signo ione prophete & lucerna corporis est oculus.
XXXVII De calice & catino mundantes pharisei a foris.
XXXVIII De primis cathedris & monumentis prophetarum murmurat do
minus phariseis.
XXXVIIII Dicit dominus discipulis attendite a fermento phariseorum & qui dixe
rit in spiritu sancto non remittetur ei. & nolite cogitare quid loquamini.
XL Hominis diuitis uberes fructus possessio attulit. & nolite sollicitu
di esse anime quid opus sit. & de lilia agri dicit.
XLI Noli timere pusillus grex. & de seruo quem constituit dominus
super familiam. ut det eis escas.
XLII Non ueni pacem mittere sed gladium. da operam liberari ab aduersario
dum es in uia cum eo. & cum uenisset ad arborem fici plantatam
in uinea. que non fecit fructum per annos tres.
XLIII De sanguine galileorum quem miscuit pilatus cum sacrificiis.
XLIIII Mulierem ab infirmitate annorum decem & octo sanauit ihesus. item de
grano synapis. & fermento abscondito in farina.
XLV Filii regni expellentur & erunt nouissimi primi.
XLVI Hierusalem hierusalem que occidis prophetas.
XLVII Hydropicum curauit ihesus. & docet non diligere primos accubitus. &
ad cenam non diuites sed pauperes inuitandos.
XLVIII De eo qui uoluit turrim edificare. & bonum est sal.
XLVIIII De oue que errauerat. & de muliere que perdiderat unam dragmam.
L Homo quidam habuit duos filios. & diuisit eis substantiam.
LI De uillico iniquitatis quod prudenter fecit.
LII Nemo potest duobus dominis seruire. & qui dimittit uxorem & aliam
ducit.
LIII De quodam diuite & lazaro. & per quo uenit scandalum bonum erat
illi non nasci.
LIIII Si peccauerit frater tuus corripe illum. & dixerunt discipuli ad ihesum ad
auge nobis fidem. & de seruo arante dicit.
LV Decem uiri leprosi mundati. ex quibus unus gratias egit deo.
LVI Sicut erit regnum dei sic fuit in diebus noe. nubebant & edificabant.
ubi fuerit corpus uenient aquile.
LVII De iudice iniquitatis cum uenerit filius hominis inueniet fidem in terra.
LVIII Duo homines ascenderunt in templum orare. phariseus & publicanus
& accipiendum regnum dei sicut puer.
LVIIII Facilius est camelum per foramen acus transire.
LX Aduentum passionis dicit. & cecus secus uiam sedente illuminauit dominus.
LXI De zacheo publicano statura minimissimo.
LXII Homo diues abiit accipere regnum. & dedit seruis suis decem mnas.
LXIII De asina & pullo & dixit ihesus si hii tacuerint lapides clamabunt & fleuit
super hierusalem. & de templo eiciit uendentes.
LXIIII Interrogauit ihesus baptismum iohannis unde erat.
LXV Ubi coloni occiderunt dominum uinee. & data est uinea aliis.
LXVI Reddite que cesaris sunt cesari. & que sunt dei deo.
LXVII De septem fratribus qui unam uxorem habuerunt. & christus si filius dauid
fuit interrogat.
LXVIII Respiciens ihesus uidit qui mittebant in gazofilacium.
LXVIIII Ponite in cordibus uestris non meditari nulla hora quid loquamini.
LXX Ex fici arbore discite similitudinem quia prope est regnum.
LXXI Intrauit sathanas in cor iude ut traderet ihesum.
LXXII Misit dominus discipulos & parauerunt pascha & dixit sacramentum
corporis & sanguinis sui.
LXXIII Qui uoluerit in uobis esse maior. sit uuluus minister.
LXXIIII Qui habet sacellum tollat & peram. & qui non habet uendat tunicam
& emat gladium.
LXXV In monte cum solus orasset. dixit discipulis orate ne intretis in tem
ptationem.
LXXVI Dixit dominus iude osculo filium hominis tradis.
LXXVII Ad ihesum dixerunt principes sacerdotum si tu es christus dic nobis. &
obtulerunt eum pilato & herodi.
LXXVIII In passione dixit ihesus pater dimitte illis quia nesciunt. & uni de
latronibus dixit mecum eris hodie in paradyso.
LXXVIIII Post resurrectionem apparuit ihesus duobus apostolis euntibus in
uillam. & benedicens eos ascendit in celum.

QUONIAM QUIDEM MULTI CONATI SUNT
ordinare narrationem que in nobis complete sunt sicut tradi
derunt nobis qui ab initio ipsi uiderunt & ministri fuerunt
sermonis. Uisum est & michi assecuto spiritu sancto a principio omnia
diligenter ex ordine tibi scribere optime theophile ut cognos
cas eorum uerborum de quibus eruditus sum ueritatem.

FVIT·AVTEM·IN
DIEBVS·HERODIS·
REGIS·IVDEĘ·
SACERDOS·QVI
DAM·NOMINE·
ZACHARIAS·DE
VICE·ABIA·ET
VXOR·ILLI·DE·
FILIABVS·AARŌ·
ET NOMEN·EIꝰ
ELIZABETH·
ERANT·AVTĒ·
IVSTI·AMBO·
ANTE·DEVM·
INCEDENTES·
IN OMNIBVS·MĀ
DATIS·ET IVS
262. TIFICATIONIBꝰ
DOMINI·SINE·
QVERELA·ET N̄
ERAT ILLIS·FILIꝰ
EO QVOD ESSET
ELIZABETH STE
RILIS·ET AMBO·
PROCESSISSENT
IN DIEB;·SVIS·
FACTVM·Ē·AVTĒ

cum sacerdotio fungeretur zacharias in ordine vicis suae ante dominum. secundum consuetudinem sacerdotii. sorte exiit ut incensum poneret ingressus in templum domini. Et omnis multitudo orabat foris hora incensi. Apparuit autem illi angelus domini. stans a dextris altaris incensi. Et videns zacharias turbatus est. et timor irruit super eum. Ait autem ad illum angelus. Ne timeas zacharia. quoniam exaudita est deprecatio tua. et uxor tua elizabeth pariet tibi filium. et vocabis nomen eius iohannem. Et erit gaudium tibi et exultatio. et multi in nativitate eius gaudebunt. Erit enim magnus coram domino. et vinum et siceram non bibet. et spiritu sancto replebitur adhuc ex utero matris suae. et multos filiorum israhel convertet ad dominum deum ipsorum. Et ipse praecedet ante illum in spiritu et virtute heliae. ut convertat corda patrum in filios. et incredulos ad prudentiam iustorum. Parare domino plebem perfectam. Et dixit zacharias ad angelum. Unde hoc sciam. Ego enim sum senex. et uxor mea processit in diebus suis. Et respondens angelus. dixit ei. Ego sum gabriel qui adsto ante deum. et missus sum ad te loqui. et haec tibi evangelizare. Et ecce eris tacens. et non poteris loqui usque in diem quo haec fiant. pro eo quod non credidisti verbis meis quae implebuntur in tempore suo. Et erat plebs expectans zachariam. et mirabantur quod tardaret ipse in templo. Egressus autem non poterat loqui ad illos. et cognoverunt quod visionem vidisset in templo. Et ipse erat innuens illis. et permansit mutus. Et factum est ut impleti sunt dies officii eius. abiit in domum suam. Post hos autem dies concepit elizabeth uxor eius. et occultabat se mensibus quinque: dicens. Quia sic fecit mihi dominus. in diebus quibus respexit auferre obprobrium meum inter homines. In mense autem sexto missus est angelus gabriel a domino in civitatem galileae cui nomen nazareth. ad virginem desponsatam viro cui nomen erat ioseph de domo david. et nomen virginis maria. Et ingressus angelus ad eam dixit: Ave gratia plena. dominus tecum. benedicta tu in mulieribus. Quae cum audisset turbata est in sermone eius. et erat cogitans qualis esset ista salutatio. Et ait angelus ei. Ne timeas maria. invenisti enim gratiam apud deum. Ecce concipies in utero et paries filium. et vocabis nomen eius ihesum. Hic erit magnus. et filius altissimi vocabitur. Et dabit illi dominus deus sedem david patris eius. et regnabit in domo iacob in aeternum. et regni eius non erit finis. Dixit autem maria ad angelum. Quomodo fiet istud. quoniam virum non cognosco? Et respondens angelus. dixit ei. Spiritus sanctus superveniet in te. et virtus altissimi obumbrabit tibi. Ideoque et quod nascetur ex te sanctum vocabitur filius dei. Et ecce elizabeth cognata tua. et ipsa concepit filium in senectute sua. Et hic mensis sextus est illi quae vocatur sterilis. quia non erit inpossibile apud deum omne verbum. Dixit autem maria. Ecce ancilla domini. contingat mihi secundum verbum tuum. Et discessit ab illa angelus. Exsurgens autem maria in diebus illis abiit in montana cum festinatione in civitatem iuda. et intravit in domum zachariae. et salutavit elizabeth. Et factum est ut audivit salutationem mariae elizabeth. exultavit infans in utero eius. Et repleta est spiritu sancto elizabeth. et exclamavit voce magna et dixit. Benedicta tu inter mulieres. et benedictus fructus ventris tui. Et unde hoc mihi. ut veniat mater domini mei ad me? Ecce enim ut facta est vox salutationis tuae in auribus meis. exultavit infans in utero meo. Et beata quae credidit. quoniam perficientur ea quae dicta sunt ei a domino. Et ait maria.

Magnificat anima mea dominum. Et exultavit spiritus meus in deo salutari meo. Quia respexit humilitatem ancillae suae. ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes. Quia fecit mihi magna qui potens est. et sanctum nomen eius. Et misericordia eius a progenie in progenies timentibus eum. Fecit potentiam in brachio suo. dispersit superbos mente cordis sui. Deposuit potentes de sede. et exaltavit humiles. Esurientes implevit bonis. et divites dimisit inanes. Suscepit israhel puerum suum. recordatus misericordiae suae. Sicut locutus est ad patres nostros abraham. et semini eius in saecula. Mansit autem maria cum illa mensibus tribus: et reversa est in domum suam. Elizabeth autem impletum est tempus pariendi. et peperit filium. Et audierunt vicini et cognati eius quia magnificavit dominus misericordiam suam cum illa. et congratulabantur ei. Et factum est in die octavo. venerunt circumcidere puerum. et vocabant eum nomine patris sui zachariam. Et respondens mater eius dixit: Nequaquam. sed vocabitur iohannes. Et dixerunt ad illam. quia nemo est in cognatione tua. qui vocetur hoc nomine. Innuebant autem patri eius. quem vellet vocari eum. Et postulans pugillarem scripsit dicens. Iohannes est nomen eius. Et mirati sunt omnes. Apertum est autem ilico os eius et lingua eius. et loquebatur benedicens deum. Et factus est timor super omnes vicinos eorum. et super omnia montana iudaeae divulgabantur omnia verba haec. Et posuerunt omnes qui audierant in corde suo dicentes. Quid putas puer iste erit? Etenim manus domini erat cum illo. Et zacharias pater eius impletus est spiritu sancto. et prophetavit dicens.

Benedictus dominus deus israhel. quia visitavit et fecit redemptionem plebi suae. Et erexit cornu salutis nobis. in domo david pueri sui. Sicut locutus est per os sanctorum. qui a saeculo sunt prophetarum eius. Salutem ex inimicis nostris. et de manu omnium qui oderunt nos. Ad faciendam misericordiam cum patribus nostris. et memorari testamenti sui sancti. Iusiurandum quod iuravit ad abraham patrem nostrum. daturum se nobis. Ut sine timore de manu inimicorum nostrorum liberati. serviamus illi. In sanctitate et iustitia coram ipso. omnibus diebus nostris. Et tu puer propheta altissimi vocaberis. praeibis enim ante faciem domini parare vias eius. Ad dandam scientiam salutis plebi eius. in remissionem peccatorum eorum. Per viscera misericordiae dei nostri. in quibus visitavit nos oriens ex alto. Illuminare his qui in tenebris et in umbra mortis sedent. ad dirigendos pedes nostros in viam pacis. Puer autem crescebat et confortabatur spiritu. et erat in desertis usque in diem ostensionis suae ad israhel.

Factum est autem in diebus illis. exiit edictum a caesare augusto. ut describeretur universus orbis. Haec descriptio prima facta est a praeside syriae cyrino. Et ibant omnes ut profiterentur singuli in suam civitatem. Ascendit autem et ioseph a galilaea de civitate nazareth in iudaeam civitatem david quae vocatur bethleem. eo quod esset de domo et familia david ut profiteretur cum maria desponsata sibi uxore. praegnate. Factum est autem cum essent ibi. impleti sunt dies ut pareret. Et peperit filium suum primogenitum. et pannis eum involvit. et reclinavit eum in praesepio. quia non erat eis locus in diversorio. Pastores autem erant in illa regione vigilantes et custodientes vigilias noctis supra gregem suum. Et ecce angelus domini stetit iuxta illos. et claritas dei circumfulsit eos. et timuerunt timore magno. Et dixit illis angelus. Nolite timere. Ecce enim evangelizo vobis gaudium magnum quod erit omni populo. quia natus est vobis hodie salvator. qui est christus dominus in civitate david. Et hoc vobis signum. Invenietis infantem pannis involutum. et positum in praesepio. Et subito facta est cum angelo multitudo militiae caelestis. laudantium deum et dicentium. Gloria in excelsis deo. et in terra pax hominibus bonae voluntatis. Et factum est ut discesserunt ab eis angeli in caelum. Pastores vero loquebantur ad invicem. Transeamus usque bethleem. et videamus hoc verbum quod factum est quod dominus ostendit nobis. Et venerunt festinantes. et invenerunt mariam et ioseph. et infantem positum in praesepio. Videntes autem cognoverunt de verbo quod dictum erat illis de puero hoc. Et omnes qui audierunt mirati sunt. et de his quae dicta erant a pastoribus ad ipsos. Maria autem conservabat omnia verba haec conferens in corde suo. Et reversi sunt pastores magnificantes deum in omnibus quae audierant et viderant sicut dictum est ad illos. Et postquam consummati sunt dies octo ut circumcideretur. vocatum est nomen eius ihesus. quod vocatum est ab angelo priusquam in utero conciperetur.

Et postquam impleti sunt dies purgationis eius secundum legem moysi. tulerunt eum in hierusalem ut sisterent domino sicut scriptum est in lege domini. quia omne masculinum adaperiens vulvam sanctum domino vocabitur. Et ut darent hostiam secundum quod dictum est in lege domini par turturum aut duos pullos columbarum. Et ecce homo erat in hierusalem. cui nomen symeon. Et homo iste iustus et timoratus expectans consolationem israhel. et spiritus sanctus erat in eo. Et responsum acceperat a spiritu sancto. non visurum se mortem. nisi prius videret christum domini. Et venit in spiritu in templum. Et cum inducerent puerum ihesum parentes eius. ut facerent secundum consuetudinem legis pro eo. et ipse accepit eum in ulnas suas. et benedixit deum et dixit. Nunc dimittis servum tuum domine secundum verbum tuum in pace. Quia viderunt oculi mei salutare tuum. quod parasti ante faciem omnium populorum. Lumen ad revelationem gentium. et gloriam plebis tuae israhel. Et erat ioseph et mater eius mirantes super his. quae dicebantur de illo. Et benedixit illis symeon. et dixit ad mariam matrem eius. Ecce positus est hic in ruinam et resurrectionem multorum in israhel. et in signum cui contradicetur. Et tuam ipsius animam pertransibit gladius. ut revelentur ex multis cordibus cogitationes. Et erat anna prophetissa filia phanuhel. de tribu aser. Haec processerat in diebus multis. et vixerat cum viro suo annis septem a virginitate sua. Et haec vidua usque ad annos octoginta quattuor. quae non discedebat de templo ieiuniis et obsecrationibus serviens nocte ac die. Et haec ipsa hora superveniens confitebatur domino. et loquebatur de illo omnibus qui expectabant redemptionem hierusalem. Et ut perfecerunt omnia secundum legem domini. reversi sunt in galilaeam in civitatem suam nazareth. Puer autem crescebat et confortabatur. et implebatur sapientia. Et gratia dei erat in illo. Et ibant parentes eius per omnes annos in hierusalem. in die sollemni paschae.

Et cum factus esset ihesus annorum duodecim ascendentibus illis hierosolimam secundum consuetudinem diei festi. consummatisque diebus cum redirent. remansit puer ihesus in hierusalem. et non cognoverunt parentes eius. Existimantes autem illum esse in comitatu. venerunt iter diei. et requirebant eum inter cognatos et notos. Et non invenientes. regressi sunt in hierusalem requirentes eum. Et factum est post triduum. invenerunt illum in templo sedentem in medio doctorum. audientem illos et interrogantem eos. Stupebant autem omnes qui eum audiebant super prudentia et responsis eius. Et videntes admirati sunt. Et dixit mater eius ad illum. Fili. quid fecisti nobis sic? ecce pater tuus et ego dolentes quaerebamus te. Et ait ad illos. Quid est quod me quaerebatis? nesciebatis quia in his quae patris mei sunt oportet me esse? Et ipsi non intellexerunt verbum quod locutus est ad illos. Et descendit cum illis et venit nazareth. et erat subditus illis. Et mater eius conservabat omnia verba haec in corde suo. Et ihesus proficiebat aetate et sapientia et gratia apud deum et homines.

Anno autem quintodecimo imperii tiberii caesaris. procurante pontio pilato iudaeam. tetrarcha autem galilaeae herode. philippo autem fratre eius tetrarcha ituraeae et trachonitidis regionis. et lysania abilinae tetrarcha. sub principibus sacerdotum anna et caipha. factum est verbum domini super iohannem zachariae filium in deserto. Et venit in omnem regionem iordanis. praedicans baptismum paenitentiae in remissionem peccatorum. sicut scriptum est in libro sermonum esaiae prophetae. Vox clamantis in deserto. parate viam domini. rectas facite semitas eius. Omnis vallis implebitur. et omnis mons et collis humiliabitur. et erunt prava in directa. et aspera in vias planas. Et videbit omnis caro salutare dei. Dicebat autem ad turbas quae exiebant ut baptizarentur ab ipso. Genimina viperarum. quis ostendit vobis fugere a ventura ira? Facite ergo fructus dignos paenitentiae. et ne coeperitis dicere patrem habemus abraham. Dico enim vobis. quia potens est deus de lapidibus istis suscitare filios abrahae. Iam enim securis ad radicem arborum posita est. Omnis ergo arbor non faciens fructum bonum. exciditur et in ignem mittitur. Et interrogabant eum turbae dicentes. Quid ergo faciemus. Respondens autem dicebat illis. Qui habet duas tunicas. det non habenti. et qui habet escas similiter faciat. Venerunt autem et publicani ut baptizarentur. et dixerunt ad illum. Magister. quid faciemus? At ille dixit ad eos. Nihil amplius quam constitutum est vobis faciatis. Interrogabant autem eum et milites dicentes. Quid faciemus et nos? Et ait illis. Neminem concutiatis. neque calumniam faciatis. et contenti estote stipendiis vestris. Existimante autem populo et cogitantibus omnibus in cordibus suis de iohanne. ne forte ipse esset christus. Respondit iohannes dicens omnibus. Ego quidem aqua baptizo vos. venit autem fortior me cuius non sum dignus solvere corrigiam calciamentorum eius. Ipse vos baptizabit in spiritu sancto et igni. Cuius ventilabrum in manu eius. et purgabit aream suam. et congregabit triticum in horreum suum. Paleas autem conburet igni inextinguibili. Multa quidem et alia exhortans evangelizabat populo. Herodes autem tetrarcha cum corriperetur ab illo de herodiade uxore fratris sui. et de omnibus malis quae fecit herodes. adiecit hoc super omnia. et inclusit iohannem in carcerem.

Factum est autem cum baptizaretur omnis populus. et ihesu baptizato et orante. apertum est caelum et descendit spiritus sanctus corporali specie sicut columba in ipsum. et vox de caelo facta est dicens. Tu es filius meus dilectus. in te complacui mihi. Et ipse ihesus erat incipiens quasi annorum triginta. ut putabatur filius ioseph. qui fuit heli qui fuit mathat.

qui fuit Iannae, qui fuit Ioseph, qui fuit Mathathiae, qui fuit Amos, qui fuit Naum, qui fuit Esli, qui fuit Naggae, qui fuit Maath, qui fuit Mathathiae, qui fuit Semei, qui fuit Ioseph, qui fuit Iuda, qui fuit Iohanna, qui fuit Resa, qui fuit Zorobabel, qui fuit Salathiel, qui fuit Neri, qui fuit Melchi, qui fuit Addi, qui fuit Cosam, qui fuit Helmadam, qui fuit Her, qui fuit Ihesu, qui fuit Eliezer, qui fuit Iorim, qui fuit Mathat, qui fuit Levi, qui fuit Simeon, qui fuit Iuda, qui fuit Ioseph, qui fuit Iona, qui fuit Eliachim, qui fuit Melea, qui fuit Menna, qui fuit Mathatha, qui fuit Nathan, qui fuit David, qui fuit Iesse, qui fuit Obeth, qui fuit Booz, qui fuit Salmon, qui fuit Naason, qui fuit Aminadab, qui fuit Aram, qui fuit Esrom, qui fuit Fares, qui fuit Iudae, qui fuit Iacob, qui fuit Ysaac, qui fuit Abraham, qui fuit Thare, qui fuit Nachor, qui fuit Seruch, qui fuit Ragau, qui fuit Phalech, qui fuit Eber, qui fuit Sale, qui fuit Cainan, qui fuit Arfaxat, qui fuit Sem, qui fuit Noe, qui fuit Lamech, qui fuit Mathusale, qui fuit Enoch, qui fuit Iared, qui fuit Malalehel, qui fuit Cainan, qui fuit Enos, qui fuit Seth, qui fuit Adam, qui fuit Dei. Ihesus autem plenus Spiritu Sancto regressus est ab Iordane, et agebatur in Spiritu in desertum diebus quadraginta, et temptabatur a diabolo. Et nihil manducavit in diebus illis, et consummatis illis esuriit. Dixit autem illi diabolus: Si Filius Dei es, dic lapidi huic ut panis fiat. Et respondit ad illum Ihesus: Scriptum est quia non in pane solo vivet homo, sed in omni verbo Dei. Et duxit illum diabolus in montem excelsum, et ostendit ei omnia regna orbis terrae in momento temporis, et ait illi: Tibi dabo potestatem hanc universam et gloriam illorum, quia mihi tradita sunt, et cui volo do illa. Tu ergo si adoraveris coram me, erunt tua omnia. Et respondens Ihesus dixit illi: Scriptum est: Dominum Deum tuum adorabis, et illi soli servies. Et duxit illum in Hierusalem, et statuit eum supra pinnaculum templi, et dixit illi: Si Filius Dei es, mitte te hinc deorsum. Scriptum est enim quod angelis suis mandabit de te ut conservent te, et quia in manibus tollent te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum. Et respondens Ihesus ait illi: Dictum est: Non temptabis Dominum Deum tuum. Et consummata omni temptatione, diabolus recessit ab illo usque ad tempus. Et regressus est Ihesus in virtute Spiritus in Galilaeam, et fama exiit per universam regionem de illo. Et ipse docebat in synagogis eorum, et magnificabatur ab omnibus.

Et venit Nazareth, ubi erat nutritus, et intravit secundum consuetudinem suam die sabbati in synagogam, et surrexit legere. Et traditus est illi liber prophetae Ysaiae. Et ut revolvit librum, invenit locum ubi scriptum erat: Spiritus Domini super me, propter quod unxit me; evangelizare pauperibus misit me, praedicare captivis remissionem et caecis visum, dimittere confractos in remissionem, praedicare annum Domini acceptum, et diem retributionis. Et cum plicuisset librum, reddidit ministro et sedit. Et omnium in synagoga oculi erant intendentes in eum. Coepit autem dicere ad illos: Quia hodie impleta est haec scriptura in auribus vestris. Et omnes testimonium illi dabant, et mirabantur in verbis gratiae quae procedebant de ore ipsius, et dicebant: Nonne hic est filius Ioseph? Et ait illis: Utique dicetis mihi hanc similitudinem: Medice, cura te ipsum. Quanta audivimus facta in Capharnaum, fac et hic in patria tua. Ait autem: Amen dico vobis, quia nemo propheta acceptus est in patria sua. In veritate dico vobis, multae viduae erant in diebus Heliae in Israhel, quando clausum est caelum annis tribus et mensibus sex, cum facta esset fames magna in omni terra; et ad nullam illarum missus est Helias, nisi in Sarepta Sidoniae ad mulierem viduam. Et multi leprosi erant in Israhel sub Heliseo propheta, et nemo eorum mundatus est nisi Neman Syrus. Et repleti sunt omnes in synagoga ira, haec audientes. Et surrexerunt et eiecerunt illum extra civitatem, et duxerunt illum usque ad supercilium montis super quem civitas illorum erat aedificata, ut praecipitarent eum. Ipse autem transiens per medium illorum ibat.

Et descendit in Capharnaum civitatem Galilaeae, ibique docebat illos sabbatis. Et stupebant in doctrina eius, quia in potestate erat sermo ipsius. Et in synagoga erat homo habens daemonium immundum, et exclamavit voce magna, dicens: Sine, quid nobis et tibi, Ihesu Nazarene? Venisti perdere nos? Scio te qui sis, Sanctus Dei. Et increpavit illum Ihesus, dicens: Obmutesce, et exi ab eo. Et cum proiecisset illum daemonium in medium, exiit ab illo, nihilque illum nocuit. Et factus est pavor in omnibus, et colloquebantur ad invicem, dicentes: Quod est hoc verbum, quia in potestate et virtute imperat immundis spiritibus, et exeunt? Et divulgabatur fama de illo in omnem locum regionis. Surgens autem Ihesus de synagoga, introivit in domum Simonis. Socrus autem Symonis tenebatur magnis febribus, et rogaverunt illum pro ea. Et stans super illam imperavit febri, et dimisit illam. Et continuo surgens, ministrabat illis. Cum autem sol occidisset, omnes qui habebant infirmos variis languoribus, ducebant illos ad eum. At ille singulis manus imponens, curabat eos. Exiebant autem daemonia a multis, clamantia et dicentia: Quia tu es Filius Dei. Et increpans non sinebat ea loqui, quia sciebant ipsum esse Christum. Facta autem die egressus ibat in desertum locum. Et turbae requirebant eum, et venerunt usque ad ipsum. Et detinebant illum, ne discederet ab eis. Quibus ille ait: Quia et aliis civitatibus oportet me evangelizare regnum Dei, quia ideo missus sum. Et erat praedicans in synagogis Galilaeae.

Factum est autem cum turbae irruerent in eum ut audirent verbum Dei, et ipse stabat secus stagnum Genesareth. Et vidit duas naves stantes secus stagnum. Piscatores autem descenderant, et lavabant retia. Ascendens autem in unam navem quae erat Symonis, rogavit eum a terra reducere pusillum. Et sedens docebat de navicula turbas. Ut cessavit autem loqui, dixit ad Symonem: Duc in altum, et laxate retia vestra in capturam. Et respondens Symon dixit illi: Praeceptor, per totam noctem laborantes nihil cepimus; in verbo autem tuo laxabo rete. Et cum hoc fecissent, concluserunt piscium multitudinem copiosam. Rumpebatur autem rete eorum. Et annuerunt sociis qui erant in alia navi, ut venirent et adiuvarent eos. Et venerunt, et impleverunt ambas naviculas, ita ut mergerentur. Quod cum videret Symon Petrus, procidit ad genua Ihesu, dicens: Exi a me, Domine, quia homo peccator sum. Stupor enim circumdederat eum et omnes qui cum illo erant in captura piscium quam ceperant. Similiter autem et Iacobum et Iohannem, filios Zebedaei, qui erant socii Symonis. Et ait ad Symonem Ihesus: Noli timere; ex hoc iam homines eris capiens. Et subductis ad terram navibus, relictis omnibus secuti sunt eum.

Et factum est cum esset in una civitatum, et ecce vir plenus lepra, et videns Ihesum et procidens in faciem, rogavit eum, dicens: Domine, si vis, potes me mundare. Et extendens manum tetigit illum, dicens: Volo. Mundare. Et confestim lepra discessit ab illo. Et ipse praecepit illi ut nemini diceret, sed vade, ostende te sacerdoti, et offer pro emundatione tua sicut praecepit Moyses in testimonium illis. Perambulabat autem magis sermo de illo, et conveniebant turbae multae ut audirent et curarentur ab infirmitatibus suis. Ipse autem secedebat in deserto et orabat.

Et factum est in una dierum, et ipse sedebat docens. Et erant Pharisaei sedentes et legis doctores, qui venerant ex omni castello Galilaeae et Iudaeae et Hierusalem; et virtus Domini erat ad sanandum eos. Et ecce viri portantes in lecto hominem qui erat paralyticus, et quaerebant eum inferre et ponere ante eum. Et non invenientes qua parte illum inferrent prae turba, ascenderunt supra tectum, et per tegulas summiserunt illum cum lecto in medium ante Ihesum. Quorum fidem ut vidit, dixit: Homo, remittuntur tibi peccata tua. Et coeperunt cogitare scribae et Pharisaei dicentes: Quis est hic qui loquitur blasphemias? Quis potest dimittere peccata nisi solus Deus? Ut cognovit autem Ihesus cogitationes eorum, dixit ad illos: Quid cogitatis in cordibus vestris? Quid est facilius dicere: Dimittuntur tibi peccata, aut dicere: Surge et ambula? Ut autem sciatis quia Filius hominis potestatem habet in terra dimittere peccata, ait paralytico: Tibi dico, surge, tolle lectum tuum, et vade in domum tuam. Et confestim surgens coram illis, tulit in quo iacebat, et abiit in domum suam, magnificans Deum.

Et stupor apprehendit omnes, et magnificabant Deum. Et repleti sunt timore dicentes: Quia vidimus mirabilia hodie.

Et post haec exiit Ihesus, et vidit publicanum nomine Levi sedentem ad teloneum, et ait illi: Sequere me. Et relictis omnibus surgens secutus est eum. Et fecit ei convivium magnum Levi in domo sua. Et erat turba multa publicanorum et aliorum qui cum illis erant discumbentes. Et murmurabant Pharisaei et scribae eorum dicentes ad discipulos eius: Quare cum publicanis et peccatoribus manducatis et bibitis? Et respondens Ihesus dixit ad illos: Non egent qui sani sunt medico, sed qui male habent. Non veni vocare iustos, sed peccatores in paenitentiam. At illi dixerunt ad eum: Quare discipuli Iohannis ieiunant frequenter et obsecrationes faciunt, similiter et Pharisaeorum, tui autem edunt et bibunt? Quibus ipse ait: Numquid potestis filios sponsi, dum cum illis est sponsus, facere ieiunare? Venient autem dies, cum ablatus fuerit ab illis sponsus, et tunc ieiunabunt in illis diebus. Dicebat autem et similitudinem ad illos: Quia nemo commissuram a novo vestimento immittit in vestimentum vetus; alioquin et novum rumpit, et veteri non convenit commissura a novo. Et nemo mittit vinum novum in utres veteres; alioquin rumpet vinum novum utres, et ipsum effundetur, et utres peribunt. Sed vinum novum in utres novos mittendum est, et utraque conservantur. Et nemo bibens vetus statim vult novum; dicit enim: Vetus melius est.

Factum est autem in sabbato secundo primo, cum transiret per sata, vellebant discipuli eius spicas et manducabant confricantes manibus. Quidam autem Pharisaeorum dicebant illis: Quid facitis quod non licet in sabbatis? Et respondens Ihesus ad eos dixit: Nec hoc legistis quod fecit David, cum esuriisset ipse et qui cum eo erant? Quomodo intravit in domum Dei, et panes propositionis sumpsit et manducavit, et dedit his qui cum ipso erant, quos non licet manducare nisi tantum sacerdotibus? Et dicebat illis: Quia dominus est Filius hominis etiam sabbati.

Factum est autem et in alio sabbato, ut intraret in synagogam et doceret. Et erat ibi homo, et manus eius dextra erat arida. Observabant autem scribae et Pharisaei si in sabbato curaret, ut invenirent unde accusarent eum. Ipse vero sciebat cogitationes eorum, et ait homini qui habebat manum aridam: Surge, et sta in medio. Et surgens stetit. Ait autem ad illos Ihesus: Interrogo vos si licet sabbatis bene facere an male, animam salvam facere an perdere. Et circumspectis omnibus, dixit homini: Extende manum tuam. Et extendit, et restituta est manus eius. Ipsi autem repleti sunt insipientia, et colloquebantur ad invicem quidnam facerent Ihesu.

Et factum est in illis diebus, exiit in montem orare, et erat pernoctans in oratione Dei. Et cum dies factus esset, vocavit discipulos suos, et elegit duodecim ex ipsis, quos et apostolos nominavit: Symonem, quem cognominavit Petrum, et Andream fratrem eius, Iacobum et Iohannem, Philippum et Bartholomeum, Thomam et Matheum, Iacobum Alphei et Symonem qui vocatur Zelotes, et Iudam Iacobi, et Iudam Scarioth, qui fuit proditor.
263. Et descendens cum illis stetit in loco campestri, et turba discipulorum eius, et multitudo copiosa plebis ab omni Iudaea et Hierusalem et maritima, et Tyri et Sidonis, qui venerant ut audirent eum, et sanarentur a languoribus suis. Et qui vexabantur a spiritibus immundis curabantur. Et omnis turba quaerebat eum tangere, quia virtus de illo exibat et sanabat omnes. Et ipse elevatis oculis in discipulos suos dicebat: Beati pauperes, quia vestrum est regnum Dei. Beati qui nunc esuritis, quia saturabimini. Beati qui nunc fletis, quia ridebitis. Beati eritis cum vos oderint homines, et cum separaverint vos et exprobraverint, et eiecerint nomen vestrum tamquam malum propter Filium hominis. Gaudete in illa die et exultate; ecce enim merces vestra multa est in caelo. Secundum haec enim faciebant prophetis patres eorum. Verumtamen vae vobis divitibus, quia habetis consolationem vestram. Vae vobis qui saturati estis, quia esurietis. Vae vobis qui ridetis nunc, quia lugebitis et flebitis. Vae cum benedixerint vobis omnes homines; secundum haec enim faciebant pseudoprophetis patres eorum. Sed vobis dico qui auditis: Diligite inimicos vestros, benefacite his qui vos oderunt. Benedicite maledicentibus vobis, orate pro calumniantibus vos. Et qui te percutit in maxillam, praebe et alteram. Et ab eo qui aufert tibi vestimentum, etiam tunicam noli prohibere. Omni autem petenti te tribue, et qui aufert quae tua sunt ne repetas. Et prout vultis ut faciant vobis homines, et vos facite illis similiter. Et si diligitis eos qui vos diligunt, quae vobis est gratia? Nam et peccatores diligentes se diligunt. Et si benefeceritis his qui vobis benefaciunt, quae vobis est gratia? Siquidem et peccatores hoc faciunt. Et si mutuum dederitis his a quibus speratis recipere, quae gratia est vobis? Nam et peccatores peccatoribus fenerantur, ut recipiant aequalia. Verumtamen diligite inimicos vestros, benefacite, et mutuum date, nihil inde sperantes; et erit merces vestra multa, et eritis filii Altissimi, quia ipse benignus est super ingratos et malos. Estote ergo misericordes, sicut et Pater vester misericors est. Nolite iudicare, et non iudicabimini. Nolite condemnare, et non condemnabimini. Dimittite, et dimittetur vobis. Date, et dabitur vobis. Mensuram bonam et confertam et coagitatam et supereffluentem dabunt in sinum vestrum. Eadem quippe mensura qua mensi fueritis, remetietur vobis. Dicebat autem illis et similitudinem: Numquid potest caecus caecum ducere? Nonne ambo in foveam cadent?

Non est discipulus super magistrum. Perfectus autem omnis erit si sit sicut magister eius.

Quid autem uides festucam in oculo fratris tui, trabem autem que in oculo tuo est non consideras? Aut quomodo potes dicere fratri tuo: Frater, sine eiciam festucam de oculo tuo, & ecce in oculo tuo trabis sub iacet? Hypocrita, eice primum trabem de oculo tuo, & tunc perspicies ut educas festucam de oculo fratris tui. Non est enim arbor bona que facit fructus malos, neque arbor mala faciens fructum bonum. Unaqueque arbor de fructu suo cognoscitur. Neque enim de spinis colligunt ficus, neque de rubo uindemiant uuam. Bonus homo de bono thesauro cordis sui profert bonum, & malus homo de malo thesauro profert malum. Ex habundantia enim cordis os loquitur. Quid autem uocatis me domine domine, & non facitis que dico? Omnis qui uenit ad me & audit sermones meos & facit eos, ostendam uobis cui similis sit. Similis est homini edificanti domum, qui fodit in altum, & posuit fundamenta supra petram. Inundatione autem facta, illisum est flumen domui illi, & non potuit eam mouere. Fundata enim erat supra petram. Qui autem audit & non facit, similis est homini edificanti domum suam super terram sine fundamento, in quam illisus est fluuius, & continuo cecidit, & facta est ruina domus illius magna.

Et factum est cum complesset omnia uerba sua in aures plebis, intrauit Capharnaum. Centurionis autem cuiusdam seruus male habens erat moriturus, qui illi erat pretiosus. Et cum audisset de Ihesu, misit ad eum seniores Iudeorum, rogans eum ut ueniret & saluaret seruum eius. At illi cum uenissent ad Ihesum, rogabant eum sollicite dicentes: Quia dignus est ut hoc illi prestes. Diligit enim gentem nostram, & synagogam ipse edificauit nobis. Ihesus autem ibat cum illis. Et cum iam non longe esset a domo, misit ad eum centurio amicos dicens: Domine, noli uexari, non enim dignus sum ut sub tectum meum intres. Propter quod & meipsum non sum dignum arbitratus ut uenirem ad te, sed dic uerbo, & sanabitur puer meus. Nam & ego homo sum sub potestate constitutus, habens sub me milites. Et dico huic uade & uadit, & alio ueni & uenit, & seruo meo fac hoc & facit. Quo audito Ihesus miratus est, & conuersus sequentibus se turbis dixit: Amen dico uobis, nec in Israhel tantam fidem inueni. Et reuersi domum qui missi erant, inuenerunt seruum qui languerat sanum.

Et factum est deinceps ibat in ciuitatem que uocatur Naim, & ibant cum illo discipuli eius & turba copiosa. Cum autem appropinquaret porte ciuitatis, ecce efferebatur defunctus filius unicus matris sue. Et hec uidua erat, & turba multa ciuitatis cum illa. Quam cum uidisset dominus, misericordia motus super eam dixit illi: Noli flere. Et accessit & tetigit loculum. Hii autem qui portabant steterunt. Et ait Ihesus: Adolescens, tibi dico surge. Et resedit qui erat mortuus & cepit loqui, & dedit illum matri sue. Accepit autem omnes timor, & magnificabant deum dicentes: Quia propheta magnus surrexit in nobis, & quia deus uisitauit plebem suam in bono. Et exiit hic sermo in uniuersam Iudeam de eo & in omnem circa regionem.

Et nuntiauerunt Iohanni discipuli eius de omnibus his. Et conuocauit duos ex discipulis suis Iohannes, & misit ad Ihesum dicens: Tu es qui uenturus es, an alium expectamus? Cum autem uenissent ad eum uiri dixerunt: Iohannes baptista misit nos ad te dicens: Tu es qui uenturus es, an alium expectamus? In ipsa autem hora curauit multos a languoribus & plagis & spiritibus immundis, & cecis multis donauit uisum. Et respondens dixit illis: Euntes nuntiate Iohanni que uidistis & audistis. Ceci uident, claudi ambulant, leprosi mundantur, surdi audiunt, mortui resurgunt, pauperes euangelizantur. Et beatus est qui non fuerit scandalizatus in me. Et cum discessissent nuntii Iohannis, cepit dicere de Iohanne ad turbas: Quid existis in desertum uidere? Harundinem uento moueri? Sed quid existis uidere? Hominem mollibus uestimentis indutum? Ecce qui in ueste pretiosa sunt & deliciis, in domibus regum sunt. Sed quid existis uidere? Prophetam? Utique dico uobis, & plus quam prophetam. Hic est de quo scriptum est: Ecce mitto angelum meum ante faciem tuam, qui preparabit uiam tuam ante te. Dico autem uobis, maior inter natos mulierum propheta Iohanne baptista nemo est. Qui autem minor est in regno dei, maior est illo. Et omnis populus audiens & publicani iustificauerunt deum baptizati baptismo Iohannis. Pharisei autem & legisperiti consilium dei spreuerunt in semetipsos non baptizati ab eo. Cui ergo dicam similes homines huius generationis, & cui similes sunt? Similes sunt pueris sedentibus in foro, & loquentibus ad inuicem & dicentibus: Cantauimus uobis tibiis & non saltastis, lamentauimus & non plorastis. Uenit enim Iohannes baptista, neque manducans panem neque bibens uinum, & dicitis demonium habet. Uenit filius hominis manducans & bibens, & dicitis ecce homo deuorator & bibens uinum, amicus peccatorum & publicanorum. Et iustificata est sapientia ab omnibus filiis suis.

Rogabat autem illum quidam phariseus ut manducaret cum illo. Et ingressus domum pharisei discubuit. Et ecce mulier que erat in ciuitate peccatrix, ut cognouit quod accubuit in domo pharisei, attulit alabastrum unguenti, & stans retro secus pedes eius, lacrimis cepit rigare pedes eius, & capillis capitis sui tergebat, & osculabatur pedes eius, & unguento unguebat. Uidens autem phariseus qui uocauerat eum, ait intra se dicens: Hic si esset propheta, sciret utique que & qualis est mulier que tangit eum, quia peccatrix est. Et respondens Ihesus dixit ad illum: Symon, habeo tibi aliquid dicere. At ille ait: Magister dic. Duo debitores erant cuidam feneratori, unus debebat denarios quingentos, & alius quinquaginta. Non habentibus illis unde redderent, donauit utrisque. Quis ergo eum plus diligit? Et respondens Symon dixit: Estimo quia is cui plus donauit. At ille dixit ei: Recte iudicasti. Et conuersus ad mulierem, dixit Symoni: Uides hanc mulierem? Intraui in domum tuam, aquam pedibus meis non dedisti, hec autem lacrimis rigauit pedes meos, & capillis capitis sui tersit. Osculum mihi non dedisti, hec autem ex quo intraui non cessauit osculari pedes meos. Oleo caput meum non unxisti, hec autem unguento unxit pedes meos. Propter quod dico tibi, remittuntur ei peccata multa, quia dilexit multum. Cui autem minus dimittitur, minus diligit. Et ait illi Ihesus: Remissa sunt tibi peccata. Et ceperunt qui simul recumbebant dicere intra se: Quis est hic qui etiam peccata dimittit? Dixit autem ad mulierem: Fides tua te saluam fecit, uade in pace.

Et factum est deinceps, & ipse iter faciebat per ciuitates & castella predicans & euangelizans regnum dei, & duodecim cum illo, & mulieres que erant curate a spiritibus immundis & infirmitatibus: Maria que uocatur Magdalene, de qua demonia septem exierant, & Iohanna uxor Chuze procuratoris Herodis, & Susanna, & alie multe, que ministrabant ei de facultatibus suis. Cum autem turba plurima conuenirent & de ciuitatibus properarent ad eum, dixit per similitudinem ad illos: Exiit qui seminat seminare semen suum. Et dum seminat, aliud cecidit secus uiam, & conculcatum est, & uolucres celi comederunt illud. Et aliud cecidit supra petram, & natum aruit quia non habebat humorem. Et aliud cecidit inter spinas, & simul exorte spine suffocauerunt illud. Et aliud cecidit in terram bonam, & ortum fecit fructum centuplum. Hec dicens clamabat: Qui habet aures audiendi audiat. Interrogabant autem eum discipuli eius que esset hec parabola. Quibus ipse dixit: Uobis datum est nosse mysterium regni dei, ceteris autem in parabolis, ut uidentes non uideant & audientes non intellegant. Est autem hec parabola: Semen est uerbum dei. Qui autem secus uiam, sunt hii qui audiunt, deinde uenit diabolus & tollit de corde eorum uerbum, ne credentes salui fiant. Nam qui supra petram, hii sunt qui cum audierint cum gaudio suscipiunt uerbum, & hii radices non habent, qui ad tempus credunt, & in tempore temptationis recedunt. Quod autem in spinis cecidit, hii sunt qui audierunt, & a sollicitudinibus & diuitiis & uoluptatibus uite euntes suffocantur, & non referunt fructum. Quod autem in terram bonam, hii sunt qui in corde bono & optimo audientes uerbum retinent, & fructum afferunt in patientia. Nemo autem lucernam accendens operit eam uase, aut subtus lectum ponit, sed supra candelabrum ponit, ut intrantes uideant lumen. Non enim est occultum quod non manifestetur, neque absconditum quod non cognoscatur & in palam ueniat. Uidete ergo quomodo auditis. Qui enim habet, dabitur illi, & quicumque non habet, etiam quod putat se habere auferetur ab eo. Uenerunt autem ad illum mater & fratres eius, & non poterant adire eum pre turba. Et nuntiatum est autem illi: Mater tua & fratres tui stant foris uolentes te uidere. Qui respondens dixit ad illos: Mater mea & fratres mei hii sunt qui uerbum dei audiunt & faciunt.

Factum est autem in una dierum, & ipse ascendit in nauiculam & discipuli eius. Et ait ad illos: Transfretemus trans stagnum. Et ascenderunt. Nauigantibus autem illis obdormiuit. Et descendit procella uenti in stagnum, & complebantur fluctibus nauicula, & periclitabantur. Accedentes autem suscitauerunt eum dicentes: Preceptor, perimus. At ille surgens increpauit uentum & tempestatem aque, & cessauit, & facta est tranquillitas magna. Dixit autem illis: Ubi est fides uestra? Qui timentes mirati sunt dicentes ad inuicem: Quis putas hic est, quia uentis imperat & mari & obediunt ei?

Et nauigauerunt ad regionem Gerasenorum, que est contra Galileam. Et cum egressus esset ad terram, occurrit illi uir quidam qui habebat demonium iam temporibus multis, & uestimento non induebatur, neque in domo manebat sed in monumentis. Is cum uidisset Ihesum, procidit ante illum, & exclamans uoce magna dixit: Quid mihi & tibi est, Ihesu fili dei altissimi? Obsecro te, ne me torqueas. Precipiebat enim spiritui immundo ut exiret ab homine. Multis enim temporibus arripiebat eum. Et uinciebatur catenis & compedibus custoditus, & ruptis uinculis agebatur a demonio in desertum. Interrogauit autem illum Ihesus dicens: Quod tibi nomen est? At ille dixit: Legio, quia multa introierant in eum demonia. Et rogabant illum ne imperaret illis ut in abyssum irent. Erat autem ibi grex porcorum multorum pascentium, & rogauerunt illum ut in illos ire. Et permisit illis. Exierunt ergo demonia ab homine & intrauerunt in porcos, & impetu abiit grex per preceps in stagnum, & suffocatus est. Quod ut factum uiderunt qui pascebant eos, fugerunt & nuntiauerunt in ciuitatem & in uillas. Exierunt autem uidere quod factum est, & uenerunt ad Ihesum & inuenerunt hominem sedentem a quo demonia exierant uestitum ac sana mente ad pedes eius, & timuerunt. Nuntiauerunt autem illis qui uiderant quomodo sanus factus esset a demonio uexatus. Et rogauerunt illum omnis multitudo regionis Gerasenorum ut discederet ab ipsis, quia timore magno tenebantur. Ipse autem ascendens nauem reuersus est. Et rogabat illum uir a quo demonia exierant ut cum eo esset. Dimisit autem illum dicens: Redi in domum tuam & narra quanta tibi fecit deus. Et abiit per uniuersam ciuitatem predicans quanta illi fecisset Ihesus.

Factum est autem cum rediisset Ihesus, excepit illum turba. Erant autem omnes expectantes eum. Et ecce uenit uir cui nomen Iayrus, & ipse princeps synagoge erat. Et cecidit ad pedes Ihesu, rogans eum ut intraret in domum eius, quia filia unica erat ei fere annorum duodecim, & hec moriebatur. Et contigit dum iret a turbis comprimebatur. Et mulier quedam erat in fluxu sanguinis ab annis duodecim, que in medicos erogauerat omnem substantiam suam, nec ab ullo potuit curari. Accessit retro, & tetigit fimbriam uestimenti eius, & confestim stetit fluxus sanguinis eius. Et ait Ihesus: Quis est qui me tetigit? Negantibus autem omnibus, dixit Petrus & qui cum illo erant: Preceptor, turbe te comprimunt & affligunt, & dicis quis me tetigit? Et dixit Ihesus: Tetigit me aliquis. Et ego enim cognoui uirtutem de me exisse. Uidens autem mulier quia non latuit, tremens uenit & procidit ante pedes eius, & ob quam causam tetigerit eum indicauit coram omni populo, & quemadmodum confestim sanata sit. At ipse dixit illi: Filia, fides tua te saluam fecit, uade in pace. Adhuc illo loquente, uenit nuntius ad principem synagoge dicens ei: Quia mortua est filia tua, noli uexare illum. Ihesus autem audito hoc uerbo, ait patri puelle: Noli timere, crede tantum, & salua erit. Et cum uenisset domum, non permisit intrare secum quemquam nisi Petrum & Iohannem & Iacobum, & patrem & matrem puelle. Flebant autem omnes & plangebant illam. At ille dixit: Nolite flere. Non est enim mortua puella sed dormit. Et deridebant eum, scientes quod mortua esset. Ipse autem tenens manum eius clamauit dicens: Puella surge. Et reuersus est spiritus eius, & surrexit continuo. Et iussit illi dari manducare. Et stupuerunt parentes eius. Quibus precepit ne alicui dicerent, quod factum est.

Conuocatis autem Ihesus duodecim discipulis suis, dedit illis uirtutem & potestatem super omnia demonia, & ut languores curarent. Et misit illos predicare regnum dei & sanare infirmos. Et ait illis: Nihil tuleritis in uia, neque uirgam neque peram neque calciamenta neque panem neque pecuniam, neque duas tunicas habeatis. Et in quamcumque domum intraueritis, ibi manete, & inde ne exeatis. Et quicumque non receperint uos, exeuntes de ciuitate illa, etiam puluerem pedum uestrorum de pedibus excutite in testimonium supra illos. Egressi autem circuibant per castella euangelizantes & curantes ubique. Audiuit autem Herodes tetrarcha omnia que fiebant ab eo, & hesitabat eo quod diceretur a quibusdam quia Iohannes surrexit a mortuis, a quibusdam uero quod Helyas apparuit, ab aliis autem quod propheta unus ex antiquis surrexit. Et ait Herodes: Iohannem ego decollaui. Quis est de quo ego audio

Galileae? Et quaerebat illum videre. Et reversi apostoli narraverunt illi omnia quaecumque fecerunt. Et assumptis illis Ihesus secessit seorsum in locum desertum quod est Bethsaida. Quod cum cognovissent turbae, secutae sunt illum. Et excepit illos, et loquebatur illis de regno Dei, et eos qui cura indigebant sanabat. Dies autem coepit declinare. Et accesserunt XII discipuli et dixerunt illi: Dimitte turbas, ut euntes in castella et villas quae circa sunt divertant et inveniant escas, quia hic in loco deserto sumus. Ait autem ad illos: Date illis vos manducare. At illi dixerunt: Non sunt nobis plus quam quinque panes et duo pisces, nisi forte nos eamus et emamus in omnem hanc turbam escas. Erant autem viri fere quinque milia. Ait autem ad discipulos suos: Facite illos discumbere per convivia quinquagenos. Et ita fecerunt, et discumbere fecerunt omnes. Acceptis autem quinque panibus et duobus piscibus respexit in caelum, et benedixit eos et fregit, et distribuit discipulis ut ponerent ante turbas. Et manducaverunt omnes et saturati sunt. Et sublatum est quod superfuit illis fragmentorum cophinos duodecim.

Et factum est cum solus esset orans, erant autem cum illo et discipuli. Et interrogavit illos dicens: Quem me dicunt esse turbae? At illi responderunt et dixerunt: Iohannem Baptistam, alii autem Helyam, alii vero quia propheta unus de prioribus surrexit. Dixit autem illis: Vos autem quem me esse dicitis? Respondens Symon Petrus dixit: Christum Dei. At ille increpans illos praecepit ne cui dicerent hoc, dicens quod oportet filium hominis multa pati, et reprobari a principibus sacerdotum et senioribus et scribis, et occidi, et tertia die resurgere. Dicebat autem ad omnes: Si quis vult post me venire, abneget se ipsum, et tollat crucem suam et sequatur me. Qui enim voluerit animam suam salvam facere, perdet eam. Nam qui perdiderit animam suam propter me, inveniet eam. Quid enim proficit homo si lucretur universum mundum, se autem perdat et detrimentum faciat? Nam qui me erubuerit et meos sermones, hunc filius hominis erubescet cum venerit in maiestate sua et patris et sanctorum angelorum. Dico autem vobis vere, sunt aliqui hic stantes qui non gustabunt mortem donec videant regnum Dei. Factum est autem post haec verba fere dies octo, assumpsit Petrum et Iohannem et Iacobum, et ascendit in montem ut oraret. Et dum oraret, facta est species vultus eius altera, et vestitus eius albus refulgens. Et ecce duo viri loquebantur cum illo. Erant autem Moyses et Helyas, visi in maiestate, et dicebant excessum eius quem completurus erat in Hierusalem. Petrus vero et qui cum illo gravati erant somno. Et evigilantes viderunt maiestatem eius, et duos viros qui stabant cum illo. Et factum est cum discederent ab eo, ait Petrus ad Ihesum: Praeceptor, bonum est nos hic esse. Faciamus tria tabernacula, unum tibi et unum Moysi et unum Helye, nesciens quid diceret. Haec autem illo loquente, facta est nubes et obumbravit eos, et timuerunt intrantibus illis in nubem. Et vox facta est de nube dicens: Hic est filius meus electus, ipsum audite. Et dum fieret vox, inventus est Ihesus solus. Et ipsi tacuerunt, et nemini quicquam dixerunt in illis diebus ex his quae viderant.

Factum est autem in sequenti die, descendentibus illis de monte, occurrit illis turba multa. Et ecce vir de turba exclamavit dicens: Magister, obsecro te, respice in filium meum, quia unicus est mihi, et ecce spiritus apprehendit eum, et subito clamat, et elidit et dissipat eum cum spuma, et vix discedit dilanians eum. Et rogavi discipulos tuos ut eicerent eum, et non potuerunt. Respondens autem Ihesus ait: O generatio infidelis et perversa, usque quo ero apud vos et patiar vos? Adduc huc filium tuum. Et cum accederet, elisit illum daemonium et dissipavit. Et increpavit Ihesus spiritum inmundum, et sanavit puerum, et reddidit illum patri suo. Stupebant autem omnes in magnitudine Dei. Omnibusque mirantibus super omnia quae faciebat, dixit ad discipulos suos: Ponite vos in cordibus vestris sermones istos. Filius enim hominis futurum est ut tradatur in manus hominum. At illi ignorabant verbum istud, et erat velatum ante eos ut non sentirent illud, et timebant interrogare eum de hoc verbo. Intravit autem cogitatio in eos, quis eorum maior esset. At Ihesus videns cogitationes cordis illorum, apprehendens puerum statuit secus se, et ait: Quicumque acceperit puerum istum in nomine meo, me recipit. Et quicumque me recipit, recipit eum qui me misit. Nam qui minor est inter omnes vos, hic maior est. Respondens autem Iohannes dixit: Praeceptor, vidimus quendam in nomine tuo eicientem daemonia, et prohibuimus eum, quia non sequitur nobiscum. Et ait ad illum Ihesus: Nolite prohibere. Qui enim non est adversum vos, pro vobis est.

Factum est autem dum complerentur dies adsumptionis eius, et ipse faciem suam firmavit ut iret in Hierusalem. Et misit nuntios ante conspectum suum. Et euntes intraverunt in civitatem Samaritanorum, ut pararent illi. Et non receperunt eum, quia facies eius erat euntis in Hierusalem. Cum vidissent autem discipuli eius Iacobus et Iohannes dixerunt: Domine, vis dicimus ut ignis descendat de caelo et consumat illos, sicut Helyas fecit? Et conversus increpavit illos dicens: Nescitis cuius spiritus estis. Filius hominis non venit animas perdere, sed salvare. Et abierunt in aliud castellum.

Factum est autem euntibus illis in via, dixit quidam ad illum: Sequar te quocumque ieris. Et ait illi Ihesus: Vulpes foveas habent et volucres caeli nidos, ubi requiescant; nam filius hominis non habet ubi caput suum reclinet. Ait autem ad alterum: Sequere me. Ille autem dixit: Domine, permitte me primum ire et sepelire patrem meum. Dixitque ei Ihesus: Sine ut mortui sepeliant mortuos suos. Tu autem vade et adnuntia regnum Dei. Et ait alter: Sequar te, domine, sed primum permitte mihi renuntiare his qui domi sunt. Et ait ad illum Ihesus: Nemo mittens manum suam in aratrum et aspiciens retro aptus est regno Dei.

Post haec autem designavit dominus et alios septuaginta duos, et misit illos binos ante faciem suam in omnem locum et civitatem quo erat ipse venturus. Et dicebat illis: Messis quidem multa, operarii autem pauci. Rogate ergo dominum messis ut mittat operarios in messem suam. Ite, ecce ego mitto vos sicut agnos inter lupos. Nolite ergo portare sacculum neque peram neque calciamenta, et neminem per viam salutaveritis. In quamcumque domum intraveritis, primum dicite: Pax huic domui. Et si ibi fuerit filius pacis, requiescet super illam pax vestra; sin autem, ad vos revertetur. In eadem autem domo manete, edentes et bibentes quae apud illos sunt. Dignus est enim operarius mercede sua. Nolite transire de domo in domum. Et in quamcumque civitatem intraveritis et susceperint vos, manducate quae apponuntur vobis, et curate infirmos qui in illa sunt, et dicite illis: Adpropinquavit in vos regnum Dei. In quamcumque autem civitatem intraveritis et non acceperint vos, exeuntes in plateas eius dicite: Etiam pulverem qui adhesit nobis de civitate vestra extergimus in vos. Tamen hoc scitote, quia adpropinquavit in vos regnum Dei. Dico vobis quia Sodomis in die illa remissius erit quam illi civitati. Vae tibi Corozaym, vae tibi Bethsaida, quia si in Tyro et Sidone factae fuissent virtutes quae in vobis factae sunt, olim in cilicio et cinere sedentes paeniterent. Verumtamen Tyro et Sidoni remissius erit in iudicio quam vobis. Et tu Capharnaum usque in caelum exaltata, usque ad infernum demergeris. Qui vos audit me audit, et qui vos spernit me spernit. Qui autem me spernit, spernit eum qui me misit.

Reversi sunt autem septuaginta duo cum gaudio dicentes: Domine, etiam daemonia subiciuntur nobis in nomine tuo. Et ait illis Ihesus: Videbam Sathanan sicut fulgur de caelo cadentem. Ecce dedi vobis potestatem calcandi supra serpentes et scorpiones, et super omnem virtutem inimici, et nihil vos nocebit. Verumtamen in hoc nolite gaudere, quia spiritus vobis subiciuntur. Gaudete autem quod nomina vestra scripta sunt in caelis. In ipsa hora exultavit Ihesus in spiritu sancto et dixit: Confiteor tibi, pater, domine caeli et terrae, qui abscondisti haec a sapientibus et prudentibus, et revelasti ea parvulis. Ita pater, quia sic fuit bona voluntas ante te. Omnia mihi tradita sunt a patre meo, et nemo scit quis est filius nisi pater, et quis est pater nisi filius, et cui voluerit filius revelare. Et conversus ad discipulos suos dixit: Beati oculi qui vident quae vos videtis. Dico enim vobis quod multi prophetae et reges voluerunt videre quae vos videtis, et non viderunt, et audire quae auditis, et non audierunt.

Et ecce quidam legis peritus surrexit temptans illum et dicens: Magister, quid faciendo vitam aeternam possidebo? At ille dixit ad eum: In lege quid scriptum est? Quomodo legis? Ille respondens dixit: Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, et ex tota anima tua, et ex totis viribus tuis, et ex omni mente tua, et proximum tuum sicut te ipsum. Dixitque illi Ihesus: Recte respondisti. Hoc fac et vives. Ille autem volens iustificare se ipsum dixit ad Ihesum: Et quis est meus proximus? Suscipiens autem Ihesus dixit: Homo quidam descendebat ab Hierusalem in Hiericho, et incidit in latrones, qui etiam despoliaverunt eum, et plagis inpositis abierunt semivivo relicto. Accidit autem ut sacerdos quidam descenderet eadem via, et viso illo praeterivit. Similiter et levita, cum esset secus locum et videret eum, pertransiit. Samaritanus autem quidam iter faciens venit secus eum, et videns eum misericordia motus est. Et adpropians alligavit vulnera eius, infundens oleum et vinum, et inponens illum in iumentum suum duxit in stabulum, et curam eius habuit. Et altera die protulit duos denarios et dedit stabulario et ait: Curam illius habe, et quodcumque supererogaveris, ego cum rediero reddam tibi. Quis horum trium videtur tibi proximus fuisse illi qui incidit in latrones? At ille dixit: Qui fecit misericordiam in illum. Et ait illi Ihesus: Vade et tu fac similiter.

Factum est autem dum irent, et ipse intravit in quoddam castellum, et mulier quaedam Martha nomine excepit illum in domum suam. Et huic erat soror nomine Maria, quae etiam sedens secus pedes domini audiebat verbum illius. Martha autem satagebat circa frequens ministerium. Quae stetit et ait: Domine, non est tibi curae quod soror mea reliquit me solam ministrare? Dic ergo illi ut me adiuvet. Et respondens dixit illi dominus: Martha, Martha, sollicita es et turbaris erga plurima. Porro unum est necessarium. Maria optimam partem elegit, quae non auferetur ab ea.

Et factum est cum esset in quodam loco orans, ut cessavit, dixit unus ex discipulis eius ad eum: Domine, doce nos orare, sicut Iohannes docuit discipulos suos. Et ait illis: Cum oratis, dicite: Pater, qui in caelis es, sanctificetur nomen tuum. Adveniat regnum tuum. Fiat voluntas tua sicut in caelo et in terra. Panem nostrum cotidianum da nobis hodie, et dimitte nobis debita nostra, siquidem et ipsi dimittimus omni debenti nobis, et ne nos inducas in temptationem, sed eripe nos a malo. Et ait ad illos: Quis vestrum habebit amicum, et ibit ad illum media nocte, et dicet illi: Amice, commoda mihi tres panes, quoniam amicus meus venit de via ad me, et non habeo quod ponam ante illum. Et ille deintus respondens dicat: Noli mihi molestus esse; iam ostium clausum est, et pueri mei mecum sunt in cubili; non possum surgere et dare tibi. Et ille si perseveraverit pulsans, dico vobis, etsi non dabit illi surgens eo quod amicus eius sit, propter inprobitatem eius surget et dabit illi quotquot habet necessarios. Et ego vobis dico: Petite et dabitur vobis; quaerite et invenietis; pulsate et aperietur vobis. Omnis enim qui petit accipit, et qui quaerit invenit, et pulsanti aperietur. Quis autem ex vobis patrem petit panem, numquid
264. lapidem dabit illi? Aut piscem, numquid pro pisce serpentem dabit illi? Aut si petierit ovum, numquid porriget illi scorpionem? Si ergo vos cum sitis mali nostis bona data dare filiis vestris, quanto magis pater vester de caelo dabit spiritum bonum petentibus se.

Et erat eiciens daemonium, et illud erat mutum. Et cum eiecisset daemonium, locutus est mutus, et admiratae sunt turbae. Quidam autem ex eis dixerunt: In Beelzebub principe daemoniorum eicit daemonia. Et alii temptantes signum de caelo quaerebant ab eo. Ipse autem ut vidit cogitationes eorum dixit: Omne regnum in se ipsum divisum desolabitur, et domus supra domum cadet. Si autem et Sathanas in se ipsum divisus est, quomodo stabit regnum eius? Quia dicitis in Beelzebub eicere me daemonia. Quod si ego in Beelzebub eicio daemonia, filii vestri in quo eiciunt? Ideo ipsi iudices erunt vestri. Si autem in digito Dei eicio daemonia, profecto pervenit in vos regnum Dei. Cum fortis armatus custodit atrium suum, in pace sunt ea quae possidet. Si autem fortior illo superveniens vicerit illum, universa arma eius auferet in quibus confidebat, et spolia eius distribuet. Qui non est mecum adversum me est, et qui non colligit mecum spargit. Cum inmundus spiritus exierit ab homine, ambulat per loca quae non habent aquam, quaerens requiem, et non inveniens dicit: Revertar in domum meam unde exivi. Et cum venerit, invenit scopis mundatam. Et tunc vadit et adsumit septem alios spiritus nequiores se, et ingressi habitant ibi. Et fiunt novissima hominis illius peiora prioribus.

Factum est autem cum haec diceret, extollens vocem quaedam mulier de turba dixit ei: Beatus venter qui te portavit, et ubera quae suxisti. At ille dixit: Quippini beati qui audiunt verbum Dei et custodiunt illud. Turbis autem concurrentibus coepit dicere: Generatio haec generatio nequam est; signum quaerit, et non dabitur ei nisi signum Ionae prophetae. Nam sicut fuit Ionas signum Ninivitis, ita erit et filius hominis generationi huic. Regina austri surget in iudicio cum viris generationis huius et condemnabit illos, quia venit a finibus terrae audire sapientiam Salomonis, et ecce plus quam Salomon hic. Viri Ninivitae surgent in iudicio cum generatione hac et condemnabunt eam, quia paenitentiam egerunt in praedicatione Ionae, et ecce plus quam Iona hic. Nemo lucernam accendit et in abscondito ponit, neque sub modio, sed supra candelabrum, ut qui ingrediuntur lumen videant. Lucerna corporis tui est oculus tuus. Si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit. Si autem nequam fuerit, etiam corpus tuum tenebrosum erit. Vide ergo ne lumen quod in te est tenebrae sint.

Ebre sunt. Si ergo corpus tuum lucidum fuerit, non habens aliquam partem tenebrarum, erit lucidum totum. Et sicut lucerna fulgoris illuminabit te. Cum haec loqueretur, rogavit illum quidam Phariseus ut pranderet apud se. Et ingressus recubuit. Phariseus autem coepit intra se reputans dicere, quare non baptizatus esset priusquam manducaret.

Et ait dominus ad illum. Nunc vos Pharisei quod deforis est calicis et catini mundatis. Quod autem intus est vestrum, plenum est rapina et iniquitate. Stulti, nonne qui fecit quod deforis est, etiam id quod intus est fecit. Verumtamen quod superest date elemosinam, et ecce omnia munda sunt vobis.

Sed vae vobis Pharisei, quia decimatis mentam et rutam, et omne holus, et praeteritis iudicium et caritatem dei. Haec oportuit facere et illa non omittere. Vae vobis Pharisei, qui diligitis primas cathedras in synagogis, et salutationes in foro. Vae vobis qui estis ut monumenta quae non parent, et homines ambulantes supra nesciunt. Respondens autem quidam ex legis peritis, ait illi. Magister, haec dicens, etiam nobis contumeliam facis. At ille ait. Et vobis legis peritis vae, quia oneratis homines oneribus quae portari non possunt, et ipsi uno digito vestro non tangitis sarcinas. Vae vobis qui aedificatis monumenta prophetarum, patres autem vestri occiderunt illos. Profecto testificamini quod consentitis operibus patrum vestrorum. Quoniam ipsi quidem occiderunt eos. Vos autem aedificatis eorum sepulchra. Propterea et sapientia dei dixit. Mittam ad illos prophetas et apostolos, et ex illis occident et persequentur, ut inquiratur sanguis omnium prophetarum, qui effusus est a constitutione mundi a generatione ista, a sanguine Abel usque ad sanguinem Zachariae qui periit inter altare et aedem. Ita dico vobis, requiretur ab hac generatione. Vae vobis legis peritis, qui abstulistis clavem scientiae, ipsi non introistis, et eos qui introibant prohibuistis.

Cum autem haec diceret ad illos, coeperunt Pharisei et legis periti graviter insistere, et os eius opprimere de multis, insidiantes ei, quaerentes aliquid capere ex ore eius, ut accusarent eum. Multis autem turbis circumstantibus, ita ut se invicem conculcarent, coepit dicere ad discipulos suos. Attendite a fermento Phariseorum quod est ypocrisis. Nichil opertum est quod non reveletur, neque absconditum quod non sciatur. Quoniam quae in tenebris dixistis, in lumine dicentur. Et quod in aurem locuti estis in cubiculis, praedicabitur in tectis. Dico autem vobis amicis meis, ne terreamini ab his qui occidunt corpus, et post haec non habent amplius quid faciant. Ostendam autem vobis quem timeatis. Timete eum, qui postquam occiderit habet potestatem mittere in gehennam. Ita dico vobis, hunc timete. Nonne quinque passeres veneunt dipondio, et unus ex illis non est in oblivione coram deo. Sed et capilli capitis vestri omnes numerati sunt. Nolite ergo timere, multis passeribus pluris estis. Dico autem vobis. Omnis quicumque confessus fuerit me coram hominibus, et filius hominis confitebitur illum coram angelis dei. Qui autem negaverit me coram hominibus, denegabitur coram angelis dei. Et omnis qui dicit verbum in filium hominis, remittetur illi. Ei autem qui in spiritum sanctum blasphemaverit, non remittetur. Cum autem inducent vos in synagogas, et ad magistratus, et potestates, nolite solliciti esse qualiter respondeatis, aut quid dicatis. Spiritus sanctus docebit vos in illa hora quae oporteat dicere.

Et ait quidam de turbis. Magister, dic fratri meo, ut dividat mecum hereditatem. At ille dixit ei. Homo, quis me constituit iudicem aut divisorem supra vos. Dixitque ad illos. Videte et cavete ab omni avaritia, quia non in habundantia cuiusquam vita eius est, ex his quae possidet. Dixit autem similitudinem ad illos dicens. Hominis cuiusdam divitis uberes fructus possessio attulit, et cogitabat intra se dicens. Quid faciam quod non habeo quo congregem fructus meos. Et dixit. Hoc faciam, destruam horrea mea et maiora faciam, et illuc congregabo omnia quae nata sunt mihi et bona mea, et dicam animae meae. Anima, habes multa bona posita in annos plurimos, epulare. Dixit autem illi deus. Stulte, hac nocte animam tuam repetunt a te, quae autem parasti cuius erunt. Sic est qui sibi thesaurizat, et non est in deum dives. Dixitque ad discipulos suos. Ita dico vobis, nolite solliciti esse animae quid manducetis, neque corpori vestro quid induamini. Nonne anima plus est quam esca, et corpus quam vestimentum. Considerate volatilia caeli, quia non seminant neque metunt, quibus non est cellarium neque horreum, et deus pascit illa. Nonne magis vos pluris estis illis. Quis autem vestrum cogitando potest adicere ad staturam suam cubitum unum. Si ergo quod minimum est potestis, et de ceteris quid solliciti estis. Considerate lilia quomodo crescunt, non laborant non nent. Dico autem vobis, quia nec Salomon in omni gloria sua cooperiebatur sicut unus ex istis. Si autem fenum quod hodie in agro est, et cras in clibanum mittitur deus sic vestit, quanto magis vos modicae fidei. Et vos nolite quaerere quid manducetis, aut quid bibatis, et nolite in sublime tolli. Haec enim omnia gentes huius mundi inquirunt. Scit autem pater vester quoniam his indigetis. Verumtamen quaerite regnum dei, et haec omnia adicientur vobis.

Nolite timere pusillus grex, quia complacuit patri vestro dare vobis regnum. Vendite quae possidetis, et date elemosinam. Facite vobis sacculos qui non veterascunt, thesaurum non deficientem in caelis, quo fur non appropiat, neque tinea corrumpit. Ubi enim fuerit thesaurus vester, ibi et cor vestrum erit. Sint autem lumbi vestri praecincti, et lucernae ardentes. Et vos similes hominibus expectantibus dominum suum quando revertatur a nuptiis, ut cum venerit et pulsaverit, confestim aperiant ei. Beati servi illi, quos cum venerit dominus, invenerit vigilantes. Amen dico vobis, quod praecinget se et faciet illos discumbere, et transiens ministrabit illis. Et si venerit in secunda vigilia, et si in tertia vigilia venerit et ita invenerit, beati sunt servi illi. Hoc autem scitote, quoniam si sciret paterfamilias qua hora fur veniret, vigilaret utique et non sineret perfodi domum suam. Et vos estote parati, quia qua hora non putatis filius hominis veniet. Ait autem Petrus. Domine, ad nos dicis hanc parabolam, an et ad omnes. Dixit autem dominus. Quis putas est fidelis dispensator et prudens, quem constituit dominus supra familiam suam, ut det illis in tempore tritici mensuram. Beatus ille servus, quem cum venerit dominus, invenerit ita facientem. Vere dico vobis, quia supra omnia quae possidet constituet illum. Quod si dixerit servus ille in corde suo, moram facit dominus meus venire, et coeperit percutere pueros et ancillas, edere et bibere et inebriari, veniet dominus servi illius in die qua non sperat, et hora qua nescit, et dividet eum, partemque eius cum infidelibus ponet. Ille autem servus qui cognovit voluntatem domini sui, et non praeparavit secundum voluntatem eius, vapulabit multis. Omni autem cui multum datum est, multum quaeretur ab eo. Et cui multum commendaverunt plus petent ab eo.

Ignem veni mittere in terram, et quid volo si accendatur. Baptisma autem habeo baptizari, et quomodo coartor usque dum perficiatur. Putatis quia pacem veni dare in terra. Non dico vobis, sed separationem. Erunt enim ex hoc quinque in una domo divisi, tres in duo, et duo in tres dividentur. Pater in filium, et filius in patrem suum, et mater in filiam, et filia in matrem, socrus in nurum suam, et nurus in socrum suam. Dicebat autem et ad turbas. Cum videritis nubem orientem ab occasu, statim dicitis nimbus venit, et ita fit. Et cum videritis austrum flantem, dicitis quia aestus erit, et ita fit. Hypocritae, faciem caeli et terrae nostis probare, hoc autem tempus quomodo non probatis. Quid autem et a vobis ipsis non iudicatis quod iustum est. Cum autem vadis cum adversario tuo ad magistratum in via, da operam liberari ab illo, ne forte trahat te ad iudicem, et iudex tradat te exactori, et exactor mittat te in carcerem. Dico tibi, non exies inde donec etiam novissimum quadrantem reddas.

Venerunt autem quidam in ipso tempore nuntiantes illi, de Galileis quorum sanguinem Pilatus miscuit cum sacrificiis eorum. Et respondens dixit illis. Putatis quod hi Galilei prae omnibus Galileis peccatores fuerint, quia talia passi sunt. Non dico vobis, sed nisi paenitentiam habueritis, omnes similiter peribitis, et sicut illi decem et octo supra quos cecidit turris in Syloam et occidit eos. Putatis quia et ipsi debitores fuerint praeter omnes homines habitantes in Hierusalem. Non dico vobis, sed si non paenitentiam habueritis, omnes simul peribitis. Dicebat autem hanc similitudinem. Arborem fici habuit quidam plantatam in vinea sua, et venit quaerens fructum in illa et non invenit. Dixit autem ad cultorem vineae. Ecce anni tres sunt ex quo venio quaerens fructum in ficulnea hac, et non invenio. Succide ergo illam, ut quid etiam terram occupat. At ille respondens dixit ei. Domine, dimitte illam et hoc anno, usque dum fodiam circa illam et mittam cofinum stercoris, et si quidem fecerit fructum, sin autem in futurum succides eam.

Erat autem docens in synagoga eorum sabbatis. Et ecce mulier quae habebat spiritum infirmitatis annis decem et octo, et erat inclinata nec omnino poterat sursum respicere. Quam cum videret Iesus, vocavit ad se et ait illi. Mulier, dimissa es ab infirmitate tua. Et imposuit illi manus, et confestim erecta est, et glorificabat deum. Respondens autem archisynagogus indignans quia sabbato curasset Iesus, dicebat turbae. Sex dies sunt in quibus oportet operari, in his ergo venite et curamini, et non in die sabbati. Respondit autem ad illum dominus et dixit. Hypocritae, unusquisque vestrum sabbato non solvit bovem suum aut asinum a praesepio, et ducit adaquare. Hanc autem filiam Abrahae quam alligavit Sathanas decem et octo annis non oportuit solvi a vinculo isto die sabbati. Et cum haec diceret, erubescebant omnes adversarii eius. Et omnis populus gaudebat in universis quae videbantur fieri ab ipso. Dicebat autem. Cui simile est regnum dei, et cui simile illud aestimabo. Simile est grano sinapis, quod acceptum homo misit in hortum suum, et crevit et factum est in arborem, et volucres caeli requieverunt in ramis eius. Et iterum dixit. Cui simile aestimabo regnum dei. Simile est fermento, quod acceptum mulier abscondit in farinae sata tria, donec fermentaretur totum.

Et ibat per civitates et castella, docens et iter faciens in Hierusalem. Ait autem illi quidam. Domine, si pauci sunt qui salvi fiant. Ipse autem dixit ad illos. Contendite intrare per angustam portam, quia dico vobis, multi quaerunt intrare et non poterunt. Cum autem intraverit paterfamilias et clauserit ostium, incipietis foris stare, et pulsare ostium dicentes. Domine aperi nobis. Et respondens dicet vobis. Nescio vos unde sitis. Tunc incipietis dicere, manducavimus coram te et bibimus, et in plateis nostris docuisti. Et dicet vobis, nescio vos unde sitis, discedite a me omnes operarii iniquitatis. Ibi erit fletus et stridor dentium. Cum videritis Abraham, et Ysaac et Iacob et omnes prophetas in regno dei, vos autem expelli foras. Et venient ab oriente et occidente, et aquilone et austro, et accumbent in regno dei. Et ecce sunt novissimi qui erant primi, et sunt primi qui erant novissimi.

In ipsa die accesserunt quidam Phariseorum dicentes illi. Exi et vade hinc, quia Herodes vult te occidere. Et ait illis. Ite dicite vulpi illi, ecce eicio demonia et sanitates perficio hodie et cras, et tertia die consummor. Verumtamen oportet me hodie et cras et sequenti die ambulare, quia non capit prophetam perire extra Hierusalem. Hierusalem Hierusalem quae occidis prophetas, et lapidas eos qui mittuntur ad te, quotiens volui congregare filios tuos, quemadmodum avis nidum suum sub pennis, et noluisti. Ecce relinquetur vobis domus vestra. Dico autem vobis, quia non videbitis me, donec veniat cum dicetis. Benedictus qui venit in nomine domini.

Et factum est cum intraret in domum cuiusdam principis Phariseorum sabbato manducare panem, et ipsi observabant eum. Et ecce homo quidam ydropicus erat ante illum. Et respondens Iesus, dixit ad legis peritos et Phariseos dicens. Si licet sabbato curare. At illi tacuerunt. Ipse vero apprehensum sanavit eum ac dimisit. Et respondens ad illos dixit. Cuius vestrum asinus aut bos in puteum cadet, et non continuo extrahet illum die sabbati. Et non poterant ad haec respondere illi. Dicebat autem et ad invitatos parabolam, intendens quomodo primos accubitus eligerent, dicens ad illos. Cum invitatus fueris ad nuptias, non discumbas in primo loco, ne forte honoratior te sit invitatus ab eo, et veniens is qui te et illum vocavit dicat tibi. Da huic locum. Et tunc incipies cum rubore novissimum locum tenere. Sed cum vocatus fueris, vade recumbe in novissimo loco, ut cum venerit qui te invitavit dicat tibi. Amice ascende superius. Tunc erit tibi gloria coram simul discumbentibus. Quia omnis qui se exaltat humiliabitur, et qui se humiliat exaltabitur. Dicebat autem et ei qui se invitaverat. Cum facis prandium aut cenam, noli vocare amicos tuos, neque fratres tuos, neque cognatos neque vicinos, neque divites, ne forte et ipsi te reinvitent et fiat tibi retributio. Sed cum facis convivium, voca pauperes, debiles, clausos, caecos. Et beatus eris, quia non habent unde retribuere tibi, retribuetur autem tibi in resurrectione iustorum. Haec cum audisset quidam de simul discumbentibus, dixit illi. Beatus qui manducabit panem in regno dei. At ipse dixit ei. Homo quidam fecit cenam magnam, et vocavit multos. Et misit servum suum hora cenae dicere invitatis ut venirent, quia iam parata sunt omnia. Et coeperunt omnes simul excusare. Primus dixit ei. Villam emi, et necesse habeo exire et videre illam. Rogo te, habe me excusatum. Et alter dixit. Iuga boum emi quinque, et eo probare illa. Rogo te habe me excusatum. Et alius dixit. Uxorem duxi, et ideo non possum venire. Et reversus servus nuntiavit haec domino suo. Tunc iratus paterfamilias, dixit servo suo. Exi cito in plateas et vicos civitatis, et pauperes ac debiles, et caecos et claudos introduc huc. Et ait servus. Domine, factum est ut imperasti, et adhuc locus est. Et ait dominus servo. Exi in vias et saepes et compelle intrare, ut impleatur domus mea. Dico autem vobis, quod nemo virorum illorum qui vocati sunt gustabit cenam meam.

Ibant autem cum illo turbae multae, et conversus dixit ad illos. Si quis venit ad me et non odit patrem suum, et matrem et uxorem, et filios et fratres, adhuc autem et animam suam, non potest meus esse discipulus. Et qui non baiulat crucem suam et venit post me, non potest meus esse discipulus. Quis enim ex vobis volens turrim aedificare, non prius sedens computat sumptus qui necessarii sunt si habeat ad perficiendum. Ne posteaquam posuerit fundamentum et non potuerit perficere, omnes qui vident incipiant illudere ei dicentes, quia hic homo coepit aedificare et non potuit con

summare. Aut qui rex iturus bellum adversus alium regem, non sedens prius cogitat si possit cum decem milibus obviare ei, qui cum viginti milibus venit ad se? Alioquin, adhuc illo longe agente, legationem mittens rogat ea que pacis sunt. Sic ergo omnis ex vobis qui non renuntiat omnibus que possidet, non potest meus esse discipulus. Bonum est sal. Quod si sal evanuerit, in quo condietur? neque in terra neque in sterquilinio utile est, sed foras mittetur. Qui habet aures audiendi audiat.

Erant autem appropinquantes ei publicani et peccatores, ut audirent illum. Et murmurabant pharisei et scribe dicentes: Quia hic peccatores recipit et manducat cum illis. Et ait ad illos similitudinem hanc dicens: Quis ex vobis homo qui habet centum oves, et si perdiderit unam ex illis, nonne dimittit nonaginta novem in deserto, et vadit ad illam que perierat donec inveniat illam? Et cum invenerit eam, imponit in humeros suos gaudens. Et veniens domum, convocat amicos et vicinos dicens illis: Congratulamini mihi, quia inveni ovem meam que perierat. Dico vobis, quod ita gaudium erit in celo in uno peccatore penitentiam agente, quam in nonaginta novem iustis, qui non indigent penitentia. Aut que mulier habens dragmas decem, si perdiderit unam, nonne accendit lucernam et everrit domum et querit diligenter donec inveniat? Et cum invenerit, convocat amicas et vicinas dicens: Congratulamini mihi, quia inveni dragmam quam perdideram. Ita dico vobis, gaudium erit coram angelis Dei in uno peccatore penitentiam agente.

Ait autem: Homo quidam habuit duos filios. Et dixit adolescentior ex illis patri: Pater, da michi portionem substantie que me contingit. Et divisit illis substantiam. Et non post multos dies, adolescentior filius profectus est in regionem longinquam, et ibi dissipavit substantiam suam vivendo luxuriose. Et postquam omnia consummasset, facta est fames valida in regione illa, et ipse cepit egere. Et abiit et adhesit uni civium regionis illius. Et misit illum in villam suam ut pasceret porcos. Et cupiebat implere ventrem suum de siliquis quas porci manducabant, et nemo illi dabat. In se autem reversus dixit: Quanti mercennarii in domo patris mei habundant panibus, ego autem hic fame pereo. Surgam et ibo ad patrem meum, et dicam ei: Pater, peccavi in celum et coram te; iam non sum dignus vocari filius tuus; fac me sicut unum ex mercennariis tuis. Et surgens venit ad patrem suum. Cum autem adhuc longe esset, vidit illum pater suus, et misericordia motus est. Et accurrens cecidit supra collum eius, et osculatus est illum. Dixitque ei filius: Pater, peccavi in celum et coram te; iam non sum dignus vocari filius tuus. Dixit autem pater ad servos suos: Cito proferte stolam primam et induite illum, et date anulum in manum eius, et calciamenta in pedes eius. Et adducite vitulum saginatum et occidite, et manducemus et epulemur: quia hic filius meus mortuus fuerat et revixit, perierat et inventus est. Et ceperunt epulari. Erat autem filius eius senior in agro. Et cum veniret et appropinquaret domui, audivit symphoniam et chorum. Et vocavit unum de servis, et interrogavit que hec essent. Isque dixit illi: Frater tuus venit, et occidit pater tuus vitulum saginatum, quia salvum illum recepit. Indignatus est autem et nolebat introire. Pater ergo illius egressus, cepit rogare eum. At ille respondens dixit patri suo: Ecce tot annis servio tibi, et numquam mandatum tuum preterivi, et numquam dedisti michi hedum, ut cum amicis meis epularer. Sed postquam filius tuus hic qui devoravit substantiam suam cum meretricibus venit, occidisti illi vitulum saginatum. At ipse dixit illi: Fili, tu semper mecum es, et omnia mea tua sunt. Epulari autem et gaudere oportebat, quia frater tuus hic mortuus erat et revixit, perierat et inventus est.

Dicebat autem et ad discipulos suos: Homo quidam erat dives qui habebat villicum, et hic diffamatus est apud illum quasi dissipasset bona eius. Et vocavit eum dominus eius et ait illi: Quid hoc audio de te? Redde rationem villicationis tue, iam enim non poteris villicare. Ait autem villicus intra se: Quid faciam, quia dominus meus aufert a me villicationem? Fodere non valeo, mendicare erubesco. Scio quid faciam, ut cum amotus fuero a villicatione, recipiant me in domos suas. Convocatis autem singulis debitoribus domini sui, dicebat primo: Quantum debes domino meo? At ille dixit: Centum cados olei. Dixitque illi: Accipe cautionem tuam, et sede cito, scribe quinquaginta. Deinde alio dixit: Tu vero quantum debes? Qui ait: Centum choros tritici. Ait illi: Accipe litteras tuas, et scribe octoginta. Et laudavit dominus villicum iniquitatis, quia prudenter fecisset; quia filii huius seculi prudentiores sunt filiis lucis in hac generatione. Et ego dico vobis: Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, ut cum defeceritis, recipiant vos in eterna tabernacula. Qui fidelis est in minimo, et in multo fidelis est. Et qui in modico iniquus est, et in multo iniquus est. Si ergo in iniquo mammona fideles non fuistis, quod verum est quis credet vobis? Et si in alieno fideles non fuistis, quod vestrum est quis dabit vobis?

Nemo servus potest duobus dominis servire: aut enim unum odiet et alterum diliget; aut uni adherebit et alterum contempnet. Non potestis Deo servire et mammone. Audiebant autem omnia hec pharisei, qui erant avari, et deridebant illum. Et ait illis: Vos estis qui iustificatis vos coram hominibus; Deus autem novit corda vestra, quia quod hominibus altum est, abhominatio est apud Deum. Lex et prophete usque ad Iohannem. Ex quo regnum Dei evangelizatur, et omnis in illud vim facit. Facilius est autem celum et terram preterire, quam de lege unum apicem cadere. Omnis qui dimittit uxorem suam et ducit alteram mechatur, et qui dimissam a viro ducit mechatur.

Homo quidam erat dives et induebatur purpura et bysso, et epulabatur cotidie splendide. Et erat quidam nomine Lazarus, qui iacebat ad ianuam eius, ulceribus plenus, cupiens saturari de micis que cadebant de mensa divitis, et nemo illi dabat. Sed et canes veniebant et lingebant ulcera eius. Factum est autem ut moreretur mendicus, et portaretur ab angelis in sinum Abrahe. Mortuus est autem et dives, et sepultus est in inferno. Elevans autem oculos suos, cum esset in tormentis, vidit Abraham a longe et Lazarum in sinu eius. Et ipse clamans dixit: Pater Abraham, miserere mei, et mitte Lazarum ut intinguat extremum digiti sui in aquam ut refrigeret linguam meam, quia crucior in hac flamma. Et dixit illi Abraham: Fili, recordare quia recepisti bona in vita tua, et Lazarus similiter mala; nunc autem hic consolatur, tu vero cruciaris. Et in his omnibus inter nos et vos chaos magnum firmatum est, ut hi qui volunt transire ad vos non possint, neque inde huc transmeare. Et ait: Rogo ergo te, pater, ut mittas eum in domum patris mei. Habeo enim quinque fratres, ut testetur illis, ne et ipsi veniant in locum hunc tormentorum. Et ait illi Abraham: Habent Moysen et prophetas; audiant illos. At ille dixit: Non, pater Abraham, sed si quis ex mortuis ierit ad eos, penitentiam agent. Ait autem illi: Si Moysen et prophetas non audiunt, neque si quis ex mortuis resurrexerit credent. Et ad discipulos suos ait: Inpossibile est ut non veniant scandala. Ve autem illi per quem veniunt. Utilius est illi si lapis molaris imponatur circa collum eius et proiciatur in mare, quam ut scandalizet unum de pusillis istis. Attendite vobis.

Si peccaverit frater tuus, increpa illum. Et si penitentiam egerit, dimitte illi. Et si septies in die peccaverit in te, et septies conversus fuerit ad te dicens: Penitet me, dimitte illi. Et dixerunt apostoli Domino: Adauge nobis fidem. Et dixit illis Dominus: Si habueritis fidem sicut granum sinapis, diceretis huic arbori moro: Eradicare et transplantare in mare, et obaudiret vobis. Quis autem vestrum habens servum arantem aut oves pascentem, qui regresso de agro dicat illi statim: Transi, recumbe; et non dicat ei: Para quod cenem, et precinge te et ministra michi, donec manducem et bibam, et post hec tu manducabis et bibes? Numquid gratiam habet servo illi quia fecit que ei imperaverat? Non puto. Sic et vos cum feceritis omnia que precepta sunt vobis, dicite: Servi inutiles sumus; quod debuimus facere fecimus.

Et factum est dum iret in Ierusalem, transiebat per mediam Samariam et Galileam. Et cum ingrederetur quoddam castellum, occurrerunt ei decem viri leprosi, qui steterunt a longe, et levaverunt vocem dicentes: Ihesu preceptor, miserere nostri. Quos ut vidit dixit: Ite, ostendite vos sacerdotibus. Et factum est dum irent, mundati sunt. Unus autem ex illis, ut vidit quia mundatus est, regressus est cum magna voce magnificans Deum. Et cecidit in faciem ante pedes eius, gratias agens; et hic erat Samaritanus. Respondens autem Ihesus dixit: Nonne decem mundati sunt? et novem ubi sunt? Non est inventus qui rediret et daret gloriam Deo, nisi hic alienigena. Et ait illi: Surge, vade, quia fides tua te salvum fecit.

Interrogatus autem a phariseis: Quando venit regnum Dei? Respondit eis et dixit: Non venit regnum Dei cum observatione; neque dicent: Ecce hic, aut ecce illic. Ecce enim regnum Dei intra vos est. Et ait ad discipulos suos: Venient dies, quando desideretis videre unum diem filii hominis, et non videbitis. Et dicent vobis: Ecce hic, et ecce illic. Nolite ire neque sectemini. Nam sicut fulgur coruscans de sub celo in ea que sub celo sunt, ita erit filius hominis in die sua. Primum autem oportet illum multa pati et reprobari a generatione hac. Et sicut factum est in diebus Noe, ita erit et in diebus filii hominis. Edebant et bibebant, uxores ducebant et dabantur ad nuptias, usque in diem qua intravit Noe in archam, et venit diluvium et perdidit omnes. Similiter factum est et in diebus Loth: edebant et bibebant, emebant et vendebant, plantabant et edificabant; qua die autem exiit Loth de Sodomis, pluit ignem et sulphur de celo, et omnes perdidit: secundum hec erit qua die filius hominis revelabitur. In illa hora qui fuerit in tecto, et vasa eius in domo, non descendat tollere illa; et qui in agro, similiter non redeat retro. Memores estote uxoris Loth. Quicumque quesierit animam suam salvare, perdet illam; et qui perdiderit eam propter me, salvam faciet illam. Dico vobis: In illa nocte erunt duo in lecto uno; unus assumetur, et alius relinquetur. Due erunt molentes in unum; una assumetur, et una relinquetur. Duo in agro; unus assumetur, et unus relinquetur. Respondentes dixerunt illi: Ubi, Domine? Quibus ipse dixit: Ubicumque fuerit corpus, illuc congregabuntur aquile.

Dicebat autem et parabolam ad illos, quoniam oportet semper orare et non deficere, dicens: Iudex quidam erat in quadam civitate, qui Deum non timebat et hominem non reverebatur. Vidua autem quedam erat in civitate illa, et veniebat ad eum dicens: Vindica me de adversario meo. Et nolebat per multum tempus. Post hec autem dixit intra se: Et si Deum non timeo nec hominem revereor, tamen quia molesta michi est hec vidua, vindicabo illam, ne in novissimo veniens sugillet me. Ait autem Dominus: Audite quid iudex iniquitatis dicit. Deus autem non faciet vindictam electorum suorum clamantium ad se die ac nocte, et patientiam habebit in illis? Dico vobis quia cito faciet vindictam illorum. Verumtamen filius hominis veniens, putas inveniet fidem in terra?

Dixit autem et ad quosdam qui in se confidebant tamquam iusti, et aspernabantur ceteros, similitudinem istam: Duo homines ascenderunt in templum ut orarent; unus phariseus et alter publicanus. Phariseus stans hec apud se orabat: Deus, gratias ago tibi, quia non sum sicut ceteri hominum, raptores, iniusti, adulteri, velut etiam hic publicanus. Ieiuno bis in sabbato, decimas do omnium que possideo. Et publicanus a longe stans nolebat nec oculos ad celum levare, sed percutiebat pectus suum dicens: Deus, propitius esto michi peccatori. Amen dico vobis, descendit hic iustificatus in domum suam ab illo, magis quam ille phariseus. Quia omnis qui se exaltat humiliabitur, et qui se humiliat exaltabitur. Afferebant autem ad illum et infantes, ut eos tangeret. Quos cum viderent discipuli, increpabant eos. Ihesus autem convocans illos dixit: Sinite pueros venire ad me, et nolite eos prohibere; talium enim est regnum Dei. Amen dico vobis, quicumque non acceperit regnum Dei sicut puer, non intrabit in illud.

Et interrogavit eum quidam princeps dicens: Magister bone, quid faciendo vitam eternam possidebo? Dixit autem ei Ihesus: Quid me dicis bonum? nemo bonus nisi solus Deus. Mandata nosti: non occides, non mechaberis, non furtum facies, non falsum testimonium
265.
dices. Honora patrem tuum et matrem. Qui ait: Hec omnia custodivi a iuventute mea. Quo audito Ihesus ait ei: Adhuc unum tibi deest: omnia quecumque habes vende, et da pauperibus, et habebis thesaurum in celo; et veni, sequere me. His ille auditis, contristatus est, quia dives erat valde. Videns autem illum Ihesus tristem factum dixit: Quam difficile qui pecunias habent in regnum Dei intrabunt. Facilius est enim camelum per foramen acus transire, quam divitem intrare in regnum Dei. Et dixerunt qui audiebant: Et quis potest salvus fieri? Et ait illis Ihesus: Que impossibilia sunt apud homines, possibilia sunt apud Deum. Ait autem Petrus: Ecce nos relictis rebus nostris secuti sumus te. Qui dixit eis: Amen dico vobis, nemo est qui reliquit domum, aut parentes, aut fratres, aut uxorem, aut filios propter regnum Dei, et non recipiat multo plura in hoc tempore, et in seculo venturo vitam eternam.

Assumpsit autem Ihesus duodecim discipulos, et ait illis: Ecce ascendimus Hierosolimam, et consummabuntur omnia que scripta sunt per prophetas de filio hominis. Tradetur enim gentibus, et illudetur, et conspuetur, et flagellabitur; et occident eum, et tertia die resurget. Et ipsi nichil horum intellexerunt. Et erat verbum istud absconditum ab eis, et non intelligebant que dicebantur. Factum est autem cum appropinquaret Hiericho, cecus quidam sedebat secus viam mendicans. Et cum audiret turbam pretereuntem, interrogavit quid hoc esset. Dixerunt autem ei quod Ihesus Nazarenus transiret. Et clamavit dicens: Ihesu fili David, miserere mei. Et qui preibant increpabant eum ut taceret. Ipse vero multo magis clamabat: Fili David, miserere mei. Stans autem Ihesus iussit eum adduci ad se. Et cum appropinquasset, interrogavit illum dicens: Quid tibi vis faciam? At ille dixit: Domine, ut videam. Et Ihesus dixit illi: Respice; fides tua te salvum fecit. Et confestim vidit, et sequebatur illum magnificans Deum. Et omnis plebs ut vidit dedit laudem Deo. Et ingressus perambulabat Hiericho.

Et ecce vir nomine Zacheus, et hic erat princeps publicanorum, et ipse dives. Et querebat videre Ihesum quis esset, et non poterat pre turba, quia statura pusillus erat. Et precurrens ascendit in arborem sicomorum ut videret illum, quia inde erat transiturus. Et cum venisset ad locum, suspiciens Ihesus vidit illum, et dixit ad eum: Zachee, festinans descende, quia hodie in domo tua oportet me manere. Et festinans descendit, et excepit illum gaudens. Et cum viderent omnes, murmurabant dicentes

tes, quod ad hominem peccatorem divertisset. Stans autem zacheus dixit ad dominum. Ecce dimidium bonorum meorum domine do pauperibus, et si quid aliquem defraudavi, reddo quadruplum. Ait iesus ad eum. Quia hodie salus domui huic facta est, eo quod et ipse filius sit abrahe. Venit enim filius hominis querere et salvum facere quod perierat.

Hec illis audientibus, adiciens dixit similitudinem, eo quod esset prope hierusalem, et quia existimarent quod confestim regnum dei manifestaretur. Dixit ergo. Homo quidam nobilis erat dives. Abiit in regionem longinquam accipere sibi regnum et reverti. Et vocavit decem servos suos, dedit illis decem mnas, et ait ad illos. Negotiamini dum venio. Cives autem eius oderant illum, et miserunt legationem post illum dicentes. Nolumus hunc regnare super nos. Et factum est ut rediret, accepto regno, iussit vocari servos quibus dedit pecuniam, ut sciret quantum quisque negotiatus esset. Venit autem primus dicens. Domine, mna tua decem mnas adquisivit. Et ait illi. Euge serve bone, quia in modico fidelis fuisti, eris potestatem habens supra decem civitates. Et alter venit dicens. Domine, mna tua fecit quinque mnas. Et huic ait. Et tu esto supra quinque civitates. Et alter venit dicens. Domine ecce mna tua, quam habui repositam in sudario. Timui enim te, quia homo austerus es, tollis quod non posuisti, et metis quod non seminasti. Et dixit ei. De ore tuo te iudico, serve nequam. Sciebas quod ego homo austerus sum, tollens quod non posui, et metens quod non seminavi, et quare non dedisti pecuniam meam ad mensam, et ego veniens cum usuris utique exegissem illam. Et adstantibus dixit. Auferte ab illo mnam, et date illi qui decem mnas habet. Et dixerunt ei. Domine habet decem mnas. Dico autem vobis, quia omni habenti dabitur, ab eo autem qui non habet, et quod habet auferetur ab eo. Verumtamen inimicos meos illos, qui noluerunt me regnare super se, adducite huc, et interficite ante me. Et his dictis abiit ascendens in hierusolimam.

Et factum est cum adpropinquasset bethfage et bethaniae ad montem qui vocatur oliveti, misit duos discipulos dicens. Ite in castellum quod contra est, in quod introeuntes invenietis pullum asine alligatum, cui nemo umquam hominum sedit, solvite illum et adducite. Et si quis vos interrogaverit quare solvitis, sic dicetis, quia dominus operam eius desiderat. Abierunt autem qui missi erant, et invenerunt sicut dixit illis stantem pullum. Solventibus autem illis pullum, dixerunt domini eius ad illos. Quid solvitis pullum? At illi dixerunt. Quia dominus eum necessarium habet. Et duxerunt illum ad iesum. Et iactantes vestimenta sua supra pullum, inposuerunt iesum. Eunte autem illo, substernebant vestimenta sua in via. Et cum adpropinquaret iam ad descensum montis oliveti, ceperunt omnes turbe laudare dominum voce magna dicentes. Benedictus qui venit rex in nomine domini, pax in celo et gloria in excelsis. Et quidam phariseorum de turbis dixerunt ad illum. Magister, increpa illos. Quibus ipse dixit. Dico vobis, si hii tacuerint, lapides clamabunt. Et ut adpropinquavit, videns civitatem flevit super illam dicens. Quia si cognovisses et tu, et quidem in hac die tua, que ad pacem tibi, nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis. Quia venient dies in te, et circumdabunt te inimici tui vallo, et circumdabunt te, et obsidebunt te, et coangustabunt te undique, et ad terram prosternent te, et filios tuos qui in te sunt, et non relinquent in te lapidem super lapidem, eo quod non cognoveris tempus visitationis tue. Et ingressus in templum, cepit eicere vendentes in illo et ementes, dicens illis. Scriptum est quia domus mea domus orationis est. Vos autem fecistis illam speluncam latronum. Et erat docens cotidie in templo. Principes autem sacerdotum et scribe et principes plebis querebant illum perdere, et non inveniebant quid facerent illi. Omnis enim populus suspensus erat audiens illum.

Et factum est in una dierum, docente illo populum in templo et evangelizante, convenerunt principes sacerdotum et scribe cum senioribus, et aiunt dicentes ad illum. Dic nobis in qua potestate hec facis, aut quis est qui dedit tibi hanc potestatem? Respondens autem iesus dixit ad illos. Interrogabo et ego vos unum verbum, respondete mihi. Baptismum iohannis de celo erat an ex hominibus? At illi cogitabant inter se dicentes. Quia si dixerimus de celo, dicet quare ergo non credidistis illi? Si autem dixerimus ex hominibus, plebs universa lapidabit nos. Certi sunt enim iohannem prophetam esse. Et responderunt se nescire unde esset. Et iesus ait illis. Neque ego vobis dico in qua potestate hec facio.

Cepit autem dicere ad plebem parabolam hanc. Homo plantavit vineam, et locavit eam colonis, et ipse peregre fuit multis temporibus. Et in tempore misit ad cultores servum, ut de fructu vinee darent ei. Qui cesum dimiserunt eum inanem. Et addidit alterum servum mittere. Illi autem hunc quoque cedentes et adficientes contumelia dimiserunt inanem. Et addidit tertium mittere. Qui et illum vulnerantes eiecerunt. Dixit autem dominus vinee. Quid faciam? Mittam filium meum dilectum. Forsitan cum hunc viderint verebuntur. Quem cum vidissent coloni, cogitaverunt inter se dicentes. Hic est heres, occidamus illum, ut nostra fiat hereditas. Et eiectum illum extra vineam occiderunt. Quid ergo faciet illis dominus vinee? Veniet et perdet colonos istos, et dabit vineam aliis. Quo audito dixerunt illi. Absit. Ille autem aspiciens eos ait. Quid est ergo hoc quod scriptum est. Lapidem quem reprobaverunt edificantes, hic factus est in caput anguli. Omnis qui ceciderit super illum lapidem, conquassabitur, supra quem autem ceciderit, comminuet illum. Et querebant principes sacerdotum et scribe mittere in illum manus illa hora, et timuerunt populum. Cognoverunt enim quod ad ipsos dixerit similitudinem istam. Et observantes miserunt insidiatores qui se iustos simularent, ut caperent eum in sermone, et traderent eum principatui et potestati presidis. Et interrogaverunt eum dicentes. Magister, scimus quia recte dicis et doces, et non accipis personam, sed in veritate viam dei doces. Licet nobis dare tributum cesari an non? Considerans autem dolum illorum, dixit ad illos. Quid me temptatis? Ostendite mihi denarium. Cuius habet imaginem et inscriptionem? Respondentes dixerunt. Cesaris. Et ait illis. Reddite ergo que cesaris sunt cesari, et que dei sunt deo. Et non potuerunt verbum eius reprehendere coram plebe, et mirati in responso eius tacuerunt.

Accesserunt autem quidam saduceorum, qui negant esse resurrectionem, et interrogaverunt eum dicentes. Magister, moyses scripsit nobis, si frater alicuius mortuus fuerit habens uxorem, et hic sine filiis fuerit, ut accipiat eam frater eius uxorem, et suscitet semen fratri suo. Septem ergo fratres erant, et primus accepit uxorem, et mortuus est sine filiis. Et sequens accepit illam, et ipse mortuus est sine filio. Et tertius accepit illam. Similiter et omnes septem, et non reliquerunt semen et mortui sunt. Novissime omnium mortua est et mulier. In resurrectione ergo cuius eorum erit uxor? Siquidem septem habuerunt eam uxorem. Et ait illis iesus. Filii seculi huius nubunt et traduntur ad nuptias. Illi vero qui digni habebuntur seculo illo et resurrectione ex mortuis, neque nubent neque ducent uxores. Neque enim ultra mori poterunt. Equales enim angelis sunt, et filii sunt dei, cum sint filii resurrectionis. Quia vero resurgant mortui, et moyses ostendit secus rubum, sicut dicit dominum deum abraham et deum isaac et deum iacob. Deus autem non est mortuorum, sed vivorum. Omnes enim vivunt ei.

Respondentes autem quidam scribarum dixerunt. Magister, bene dixisti. Et amplius non audebant eum quicquam interrogare. Dixit autem ad illos. Quomodo dicunt christum filium david esse? Et ipse david dicit in libro psalmorum. Dixit dominus domino meo, sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. David ergo dominum illum vocat, et quomodo filius eius est? Audiente autem omni populo, dixit discipulis suis. Attendite a scribis, qui volunt ambulare in stolis, et amant salutationes in foro, et primas cathedras in synagogis, et primos accubitus in conviviis. Qui devorant domos viduarum, simulantes longam orationem. Hii accipient damnationem maiorem.

Respiciens autem vidit eos qui mittebant munera sua in gazofilacium divites. Vidit autem et quandam viduam pauperculam mittentem era minuta duo, et dixit. Vere dico vobis, quia vidua hec pauper plus quam omnes misit. Nam omnes hii ex abundantia sibi miserunt in munera dei. Hec autem ex eo quod deest illi, omnem victum suum quem habuit misit. Et quibusdam dicentibus de templo, quod lapidibus bonis et donis ornatum esset, dixit. Hec que videtis, venient dies in quibus non relinquetur lapis super lapidem qui non destruatur. Interrogaverunt autem illum dicentes. Preceptor, quando hec erunt, et quod signum cum fieri incipient? Qui dixit. Videte ne seducamini. Multi enim venient in nomine meo dicentes, quia ego sum, et tempus adpropinquabit. Nolite ergo ire post illos.

Cum autem audieritis prelia et seditiones, nolite terreri. Oportet primum hec fieri, sed non statim finis. Tunc dicebat illis. Surget gens contra gentem, et regnum adversus regnum, et terremotus magni per loca, et pestilentie et fames, terroresque de celo, et signa magna erunt. Sed ante hec omnia inicient vobis manus, et persequentur tradentes in synagogas et in custodias, trahentes ad reges et presides propter nomen meum. Continget autem vobis in testimonium. Ponite in cordibus vestris non premeditari, quemadmodum respondeatis. Ego autem dabo vobis os et sapientiam, cui non poterunt resistere et contradicere omnes adversarii vestri. Trademini autem a parentibus, et fratribus, et cognatis et amicis, et morte adficient ex vobis. Et eritis odio omnibus propter nomen meum. Et capillus de capite vestro non peribit. In patientia vestra possidebitis animas vestras. Cum autem videritis circumdari ab exercitu hierusalem, tunc scitote quia adpropinquavit desolatio eius. Tunc qui in iudea sunt fugiant in montes, et qui in medio eius discedant, et qui in regionibus non intrent in eam, quia dies ultionis hii sunt, ut impleantur omnia que scripta sunt. Ve autem pregnantibus et nutrientibus in illis diebus. Erit enim pressura magna super terram, et ira populo huic. Et cadent in ore gladii, et captivi ducentur in omnes gentes, et hierusalem calcabitur a gentibus, donec impleantur tempora nationum. Et erunt signa in sole et luna et stellis, et in terris pressura gentium pre confusione sonitus maris et fluctuum. Arescentibus hominibus pre timore et expectatione que supervenient universo orbi. Nam virtutes celorum movebuntur. Et tunc videbunt filium hominis venientem in nubibus cum potestate magna et maiestate. His autem fieri incipientibus, respicite et levate capita vestra, quia adpropinquat redemptio vestra.

Et dixit illis similitudinem. Videte ficulneam et omnes arbores, cum producunt iam ex se fructum, scitis quia prope est estas. Ita et vos cum videritis hec fieri, scitote quia prope est regnum dei. Amen dico vobis, quia non preteribit generatio hec, donec omnia fiant. Celum et terra transibunt, verba autem mea non transibunt. Attendite autem vobis ne forte graventur corda vestra in crapula et ebrietate et curis huius vite, et superveniat in vos repentina illa dies. Tamquam laqueus enim superveniet in omnes qui sedent super faciem omnis terre. Vigilate itaque omni tempore orantes, ut digni habeamini fugere ista omnia que futura sunt, et stare ante filium hominis. Erat autem diebus docens in templo, noctibus vero exiens morabatur in monte qui vocatur oliveti. Et omnis populus manicabat ad eum in templo audire eum.

Adpropinquabat autem dies festus azimorum qui dicitur pascha. Et querebant principes sacerdotum et scribe quomodo eum interficerent, timebant vero plebem. Intravit autem satanas in iudam, qui cognominabatur scarioth, unum de duodecim. Et abiit et locutus est cum principibus sacerdotum et magistratibus, quemadmodum illum traderet eis. Et gavisi sunt, et pacti sunt pecuniam illi dare. Et spopondit. Et querebat oportunitatem ut traderet illum sine turba.

Venit autem dies azimorum, in qua necesse erat occidi pascha. Et misit petrum et iohannem dicens. Euntes parate nobis pascha, ut manducemus. At illi dixerunt. Ubi vis paremus? Et dixit ad eos. Ecce introeuntibus vobis in civitatem, occurret vobis homo amphoram aque portans. Sequimini eum in domum in qua intrat, et dicetis patrifamilias domus. Dicit tibi magister. Ubi est diversorium, ubi pascha cum discipulis meis manducem? Et ipse vobis ostendet cenaculum magnum stratum, et ibi parate. Euntes autem invenerunt sicut dixit illis, et paraverunt pascha. Et cum facta esset hora, discubuit, et duodecim apostoli cum eo. Et ait illis. Desiderio desideravi hoc pascha manducare vobiscum, antequam patiar. Dico enim vobis, quia ex hoc non manducabo illud, donec impleatur in regno dei. Et accepto calice gratias egit et dixit. Accipite et dividite inter vos. Dico enim vobis, quod non bibam de generatione vitis, donec regnum dei veniat. Et accepto pane gratias egit, et fregit, et dedit eis dicens. Hoc est corpus meum quod pro vobis datur. Hoc facite in meam commemorationem. Similiter et calicem postquam cenavit, dicens. Hic est calix novum testamentum in sanguine meo, qui pro vobis fundetur. Verumtamen ecce manus tradentis me mecum est in mensa. Et quidem filius hominis secundum quod definitum est vadit, verumtamen ve illi homini per quem tradetur. Et ipsi ceperunt querere inter se quis esset ex eis qui hoc facturus esset.

Facta est autem et contentio inter eos, quis eorum videretur esse maior. Dixit autem eis. Reges gentium dominantur eorum, et qui potestatem habent super eos benefici vocantur. Vos autem non sic, sed qui maior est in vobis fiat sicut minor, et qui precessor est sicut ministrator. Nam quis maior est, qui recumbit an qui ministrat? Nonne qui recumbit? Ego autem in medio vestrum sum sicut qui ministrat. Vos autem estis qui permansistis mecum in temptationibus meis. Et ego dispono vobis sicut disposuit mihi pater meus regnum, ut edatis et bibatis super mensam meam in regno meo, et sedeatis super thronos XII iudicantes tribus israel. Ait autem dominus. Symon symon, ecce sathanas expetivit vos ut cribraret sicut triticum. Ego autem rogavi pro te ut non deficiat fides tua. Et tu aliquando conversus confirma fratres tuos. Qui dixit ei. Domine, tecum paratus sum et in carcerem et in mortem ire. At ille dixit. Dico tibi petre, non cantabit hodie gallus donec ter abneges nosse me.

Et dixit eis. Quando misi vos sine sacculo, et pera, et calciamentis, numquid aliquid defuit vobis? At illi dixerunt. Nichil. Dixit ergo eis. Sed nunc qui habet sacculum tollat similiter et peram. Et qui non habet, vendat tunicam suam, et emat gladium. Dico enim vobis, quoniam adhuc hoc quod scriptum est oportet impleri in me. Et cum iniquis deputatus est. Etenim ea que sunt de me finem habent. At illi dixerunt.

[E]t illi dixerunt: Domine, ecce gladii duo hic. At ille dixit eis: Satis est.

Et egressus ibat secundum consuetudinem in montem Olivarum. Secuti sunt autem illum et discipuli eius. Et cum pervenisset ad locum, dixit eis: Orate ne intretis in temptationem. Et ipse avulsus est ab eis quantum iactus est lapidis, et positis genibus orabat dicens: Pater, si vis, transfer calicem istum a me. Verumtamen non mea voluntas, sed tua fiat. Apparuit autem illi angelus de celo confortans eum. Et factus in agonia prolixius orabat. Et factus est sudor eius sicut gutte sanguinis decurrentis in terram. Et cum surrexisset ab oratione et venisset ad discipulos suos, invenit eos dormientes pre tristicia. Et ait illis: Quid dormitis? Surgite, orate ne intretis in temptationem.

Adhuc eo loquente, ecce turba, et qui vocabatur Iudas, unus de xii, antecedebat eos, et appropinquavit Ihesu ut oscularetur eum. Ihesus autem dixit ei: Iuda, osculo Filium hominis tradis? Videntes autem hii qui circa ipsum erant quod futurum erat, dixerunt ei: Domine, si percutimus in gladio? Et percussit unus ex illis servum principis sacerdotum, et amputavit auriculam eius dexteram. Respondens autem Ihesus ait: Sinite usque huc. Et cum tetigisset auriculam eius, sanavit eum. Dixit autem Ihesus ad eos qui venerant ad se principes sacerdotum et magistratus templi et seniores: Quasi ad latronem existis cum gladiis et fustibus? Cum cotidie vobiscum fuerim in templo, non extendistis manus in me. Sed hec est hora vestra et potestas tenebrarum. Comprehendentes autem eum duxerunt ad domum principis sacerdotum. Petrus vero sequebatur a longe. Accenso autem igne in medio atrio et circumsedentibus illis, erat Petrus in medio eorum. Quem cum vidisset ancilla quedam sedentem ad lumen et eum fuisset intuita, dixit: Et hic cum illo erat. At ille negavit eum dicens: Mulier, non novi illum. Et post pusillum alius videns eum dixit: Et tu de illis es. Petrus vero ait: O homo, non sum. Et intervallo facto quasi hore unius, alius quidam affirmabat dicens: Vere et hic cum illo erat, nam et Galileus est. Et ait Petrus: Homo, nescio quid dicis. Et continuo adhuc illo loquente cantavit gallus. Et conversus Dominus respexit Petrum. Et recordatus est Petrus verbi Domini sicut dixerat: Quia priusquam gallus cantet, ter me negabis. Et egressus foras Petrus flevit amare. Et viri qui tenebant illum illudebant ei cedentes. Et velaverunt eum, et percutiebant faciem eius, et interrogabant eum dicentes: Prophetiza, quis est qui te percussit? Et alia multa blasphemantes dicebant in eum.

Et ut factus est dies, convenerunt seniores plebis et principes sacerdotum et scribe, et duxerunt illum in concilium suum dicentes: Si tu es Christus, dic nobis. Et ait illis: Si vobis dixero, non credetis mihi. Si autem et interrogavero, non respondebitis mihi neque dimittetis. Ex hoc autem erit Filius hominis sedens a dextris virtutis Dei. Dixerunt autem omnes: Tu ergo es Filius Dei? Qui ait: Vos dicitis, quia ego sum. At illi dixerunt: Quid adhuc desideramus testimonium? Ipsi enim audivimus de ore eius. Et surgens omnis multitudo eorum duxerunt illum ad Pilatum. Ceperunt autem accusare illum dicentes: Hunc invenimus subvertentem gentem nostram et prohibentem tributa dari Cesari, et dicentem se Christum regem esse. Pilatus autem interrogavit eum dicens: Tu es rex Iudeorum? At ille respondens ait: Tu dicis. Ait autem Pilatus ad principes sacerdotum et turbas: Nichil invenio cause in hoc homine. At illi invalescebant dicentes: Commovet populum docens per universam Iudeam, incipiens a Galilea usque huc. Pilatus autem audiens Galileam interrogavit si homo Galileus esset. Et ut cognovit quod de Herodis potestate esset, remisit eum ad Herodem, qui et ipse Hierosolimis erat illis diebus. Herodes autem viso Ihesu gavisus est valde. Erat autem cupiens ex multo tempore videre illum, eo quod audiret multa de illo, et sperabat signum aliquod videre ab eo fieri. Interrogabat autem illum multis sermonibus. At ille nichil respondebat. Stabant autem principes sacerdotum et scribe constanter accusantes eum. Sprevit autem illum Herodes cum exercitu suo, et illusit indutum veste alba, et remisit ad Pilatum. Et facti sunt amici Herodes et Pilatus in ipsa die, nam antea inimici erant ad invicem. Pilatus autem convocatis principibus sacerdotum et magistratibus et plebe, dixit ad illos: Obtulistis michi hunc hominem quasi avertentem populum, et ecce ego coram vobis interrogans nullam causam inveni in homine isto ex his in quibus eum accusatis. Sed neque Herodes. Nam remisi vos ad illum, et ecce nichil dignum morte actum est ei. Emendatum ergo illum dimittam. Necesse autem habebat dimittere eis per diem festum unum. Exclamavit autem simul universa turba dicens: Tolle hunc et dimitte nobis Barraban, qui erat propter sedicionem quandam factam in civitate et homicidium missus in carcerem. Iterum autem Pilatus locutus est ad illos, volens dimittere Ihesum. At illi succlamabant dicentes: Crucifige, crucifige eum. Ille autem tercio dixit ad illos: Quid enim mali fecit iste? Nullam causam mortis invenio in eo. Corripiam ergo illum et dimittam. At illi instabant vocibus magnis postulantes ut crucifigeretur. Et invalescebant voces eorum. Et Pilatus adiudicavit fieri peticionem eorum. Dimisit autem illis eum qui propter homicidium et sedicionem missus fuerat in carcerem, quem petebant. Ihesum vero tradidit voluntati eorum. Et cum ducerent eum, apprehenderunt Symonem quendam Cyreneusem venientem de villa, et imposuerunt illi crucem portare post Ihesum. Sequebatur autem illum turba multa populi et mulierum que plangebant et lamentabantur eum. Conversus autem ad illas Ihesus dixit: Filie Hierusalem, nolite flere super me, sed super vos ipsas flete et super filios vestros. Quoniam ecce venient dies in quibus dicent: Beate steriles et ventres que non genuerunt et ubera que non lactaverunt. Tunc incipient dicere montibus: Cadite super nos, et collibus: Operite nos. Quia si in viridi ligno hec faciunt, in arido quid fiet? Ducebantur autem et alii duo nequam cum eo ut interficerentur. Et postquam venerunt in locum qui dicitur Calvarie, ibi crucifixerunt eum et latrones, unum a dextris et alium a sinistris.

Ihesus autem dicebat: Pater, dimitte illis, non enim sciunt quid faciunt. Dividentes vero vestimenta eius miserunt sortes. Et stabat populus expectans eum. Et deridebant eum principes cum eis dicentes: Alios salvos fecit, se ipsum salvum faciat, si hic est Christus Dei electus. Illudebant autem ei et milites accedentes et acetum offerebant illi dicentes: Si tu es rex Iudeorum, salvum te fac. Erat autem et superscriptio scripta super illum litteris hebraicis, grecis et latinis: Hic est rex Iudeorum. Unus autem de his qui pendebant latronibus blasphemabat dicens: Si tu es Christus, salvum fac temetipsum et nos. Respondens autem alter increpabat eum dicens: Neque tu times Deum, quod in eadem dampnacione es? Et nos quidem iuste, nam digna factis recipimus, hic autem nichil mali gessit. Et dicebat ad Ihesum: Domine, memento mei dum veneris in regnum tuum. Et dixit ei Ihesus: Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradyso. Erat autem fere hora sexta, et tenebre facte sunt in universa terra usque in horam nonam. Et obscuratus est sol, et velum templi scissum est medium. Et clamans voce magna Ihesus ait: Pater, in manus tuas commendo spiritum meum. Et hec dicens expiravit. Videns autem centurio quod factum fuerat, glorificavit Deum dicens: Vere hic homo iustus erat. Et omnis turba eorum qui simul aderant ad spectaculum istud et videbant que fiebant, percucientes pectora sua revertebantur. Stabant autem omnes noti eius a longe, et mulieres que secute erant eum a Galilea, hec videntes. Et ecce vir nomine Ioseph qui erat decurio, vir bonus et iustus, hic non consenserat consilio et actibus eorum, ab Arimathia civitate Iudee, qui expectabat et ipse regnum Dei. Hic accessit ad Pilatum et petiit corpus Ihesu. Et depositum involvit in syndone, et posuit eum in monumento exciso, in quo nondum quisquam positus fuerat. Et dies erat parasceue, et sabbatum illucescebat. Subsecute autem mulieres que cum ipso venerant de Galilea viderunt monumentum et quemadmodum positum erat corpus eius. Et revertentes paraverunt aromata et unguenta. Et sabbato quidem siluerunt secundum mandatum. Una autem sabbati valde diluculo venerunt ad monumentum portantes que paraverant aromata. Et invenerunt lapidem revolutum a monumento. Et ingresse non invenerunt corpus Domini Ihesu. Et factum est dum mente consternate essent de isto, ecce duo viri steterunt secus illas in veste fulgenti. Cum timerent autem et declinarent vultum in terram, dixerunt ad illas: Quid queritis viventem cum mortuis? Non est hic, sed surrexit. Recordamini qualiter locutus est vobis cum adhuc esset in Galilea dicens: Quia oportet Filium hominis tradi in manus hominum peccatorum, et crucifigi, et tercia die resurgere. Et recordate sunt verborum eius. Et regresse a monumento nunciaverunt hec omnia illis undecim et ceteris omnibus.

Erat autem Maria Magdalena et Iohanna et Maria Iacobi et cetere que cum eis erant, que dicebant ad apostolos hec. Et visa sunt ante illos sicut delirantium verba ista, et non credebant illis. Petrus autem surgens cucurrit ad monumentum, et procumbens vidit linteamina sola posita, et abiit secum mirans quod factum fuerat. Et ecce duo ex illis ibant ipsa die in castellum quod erat in spacio stadiorum sexaginta ab Hierusalem, nomine Emaus. Et ipsi loquebantur ad invicem de his omnibus que acciderant. Et factum est dum fabularentur et secum quererent, et ipse Ihesus appropinquans ibat cum illis. Oculi autem illorum tenebantur ne eum agnoscerent. Et ait ad illos: Qui sunt hii sermones quos confertis ad invicem ambulantes et estis tristes? Et respondens unus cui nomen Cleofas dixit ei: Tu solus peregrinus es in Hierusalem, et non cognovisti que facta sunt in illa his diebus? Quibus ille dixit: Que? Et dixerunt: De Ihesu Nazareno, qui fuit vir propheta, potens in opere et sermone coram Deo et omni populo, et quomodo eum tradiderunt summi sacerdotes et principes nostri in dampnacione mortis, et crucifixerunt eum. Nos autem sperabamus quia ipse esset redempturus Israel. Et nunc super hec omnia tercia dies est hodie quod hec facta sunt. Sed et mulieres quedam ex nostris terruerunt nos, que ante lucem fuerunt ad monumentum, et non invento corpore eius venerunt dicentes se etiam visionem angelorum vidisse, qui dicunt eum vivere. Et abierunt quidam ex nostris ad monumentum, et ita invenerunt sicut mulieres dixerunt, ipsum vero non invenerunt. Et ipse dixit ad eos: O stulti et tardi corde ad credendum in omnibus que locuti sunt prophete. Nonne hec oportuit pati Christum, et ita intrare in gloriam suam? Et incipiens a Moyse et omnibus prophetis, interpretabatur illis in omnibus scripturis que de ipso erant. Et appropinquaverunt castello quo ibant, et ipse se finxit longius ire. Et coegerunt illum dicentes: Mane nobiscum quoniam advesperascit et inclinata est iam dies. Et intravit cum illis. [illegible] accepit panem et benedixit ac fregit et porrigebat illis. Et aperti sunt oculi eorum et cognoverunt eum. Et ipse evanuit ex oculis eorum. Et dixerunt ad invicem: Nonne cor nostrum ardens erat in nobis dum loqueretur in via et aperiret nobis scripturas? Et surgentes eadem hora regressi sunt in Hierusalem et invenerunt congregatos undecim et eos qui cum ipsis erant dicentes quod surrexit Dominus vere et apparuit Symoni. Et ipsi narrabant que gesta erant in via, et quomodo cognoverunt eum in fraccione panis.

Dum hec autem loquuntur, Ihesus stetit in medio eorum et dixit eis: Pax vobis. Ego sum, nolite timere. Conturbati vero et conterriti existimabant se spiritum videre. Et dixit eis: Quid turbati estis, et cogitationes ascendunt in corda vestra? Videte manus meas et pedes, quia ipse ego sum. Palpate et videte, quia spiritus carnem et ossa non habet, sicut me videtis habere. Et cum hoc dixisset, ostendit eis manus et latus.

Adhuc autem illis non credentibus et mirantibus pre gaudio, dixit: Habetis hic aliquid quod manducetur? At illi obtulerunt ei partem piscis assi et favum mellis. Et cum manducasset coram eis, sumens reliquias dedit eis. Et dixit ad eos: Hec sunt verba que locutus sum ad vos cum adhuc essem vobiscum, quoniam necesse est impleri omnia que scripta sunt in lege et prophetis et psalmis de me. Tunc aperuit illis sensum ut intelligerent scripturas. Et dixit eis: Quoniam sic scriptum est, et sic oportebat Christum pati et resurgere a mortuis die tercia, et predicari in nomine eius penitentiam et remissionem peccatorum in omnes gentes, incipientibus ab Hierosolima. Vos autem estis testes horum. Et ego mitto promissum patris mei in vos. Vos autem sedete in civitate quoadusque induamini virtute ex alto. Eduxit autem eos foras in Bethaniam, et elevatis manibus suis benedixit eos. Et factum est dum benediceret eis, recessit ab eis et ferebatur in celum. Et ipsi adorantes regressi sunt in Hierusalem cum gaudio magno. Et erant semper in templo laudantes et benedicentes Dominum.

266.

Explicit evangelium secundum Lucam.

Incipit prefacio in evangelium secundum Iohannem.

HIC EST IOHANNES EVANGELISTA

unus ex discipulis Dei, qui virgo electus a Deo est, quem de nuptiis volentem nubere vocavit Deus. Cui virginitatis in hoc duplex testimonium in evangelio datur, quod et pre ceteris dilectus a Deo dicitur, et huic matrem suam iens ad crucem commendavit Deus, ut virginem virgo servaret. Denique manifestans in evangelio quod erat ipse incorruptibilis, verbi opus inchoans solus verbum carnem factum esse nec lumen a tenebris comprehensum fuisse testatur. Primum signum ponens quod in nuptiis fecit Deus, ut ostendens quod erat ipse, legentibus demonstraret quod ubi Dominus invitatur deficere nuptiarum vinum debeat, et veteribus immutatis nova omnia que a Christo instituuntur appareant. Hoc autem evangelium scripsit in Asia, postea quam in Pathmos insula apocalipsin scripserat, ut cui in principio canonis incorruptibile principium in Genesi, et incorruptibilis finis per virginem in apocalipsi redderetur, dicente Christo: Ego sum Α et Ω. Et hic est Iohannes qui sciens supervenisse diem recessus sui, convocatis discipulis suis in Epheso, per multa signorum experimenta promens Christum, descendens in defossum sepulture sue locum, facta oratione positus est ad patres suos, tam extraneus a dolore mortis quam a corruptione carnis invenitur alienus. Tamen post omnes evangelium scripsit, et hoc virgini debebatur. Quorum tamen vel scriptorum temporis dispositio vel librorum ordinatio ideo a nobis per singula non exponitur, ut sciendi desiderio collocato et querentibus fructus laboris et Deo magisterii doctrina servetur.

i Phariseorum levitarum interrogantium Iohannem. ii Iohannes Ihesum videns agnum Dei dicit, et Andreas dicit invenimus Messiam. iii Ihesus ad cenam de aqua vinum fecit. De templo nummularios eicit, Solvite hoc templum dicens. iiii Nichodemo loquitur Ihesus de baptismo et aliis multis. v Ihesus in Iudea baptizat et Iohannes in Ennon. De Ihesu Iohannes dicit illum crescere se autem minui. vi Ihesus cum muliere Samaritana loquitur, prophetam in patria sua sine honore esse dicit. Reguli filium a morte suscitat. vii A probatica piscina hominem xxxviii annorum infirmitate sanat, qui grabbatum suum tulit, et de iudicio Dei et resurrectione mortuorum. Testimonium Ihesu Christi cum increpatione Iudeorum. viii De v panibus et ii piscibus, et quod eum regem facere voluerunt. Ihesus super mare ambulat. viiii De manna et pane celesti, et de oblatione loquitur, et recedentibus ab eo discipulis unum diabolum ex xii dicit. x Ihesus ascendit mediante die festo templum et docet, et de eo multi crediderunt in populo Ihesu. Ihesus declamat: Si quis sitit veniat et bibat. Cum ministris et Nichodemo principes contendunt. xi De muliere adultera. Ihesus lumen mundi se esse non credentibus Iudeis in gazophilacio docens predicat. xii Ihesus docens in templo interrogatur, et invenit se esse quod omnis peccator servus sit. Et de Abraham quod mortuus sit, et Ihesus prior illo sit. xiii De ceco a nativitate. De ianua ovili et pastore, et de potestate anime sue ponendi eam et accipiendi. Per dedicationem deambulans se et patrem unum esse dicit, et Lazari dormitionem et resurrectionem, et Marie consolationem. Propter quod Caiphas consilium dat ut Iudei non Ihesum occidant. xiiii Maria pedes Ihesu unguit et extergit capillis suis, et de nece Lazari principes cogitaverunt. Ihesus super asinum sedit. Greci ad Philippum videre Ihesum. Et loquitur de grano frumenti quod in terram mittatur. Et vox de celo facta est ad Ihesum, et quod multi ex principibus credentes in Ihesum non confitebantur propter Phariseos. xv Pedes discipulorum lavat. De Iuda traditore predicit, et quod Petrus eum negaturus illum esset, et dilectione invicem fratrum, et quod ipse in patre et pater in illo est, et de paraclito spiritu, et observandis mandatis eius. xvi De vinea et palmitibus, et dicit [illegible] atque ut plurima mandata repromissione paracliti spiritus, et omnia patris sua esse. Pro hominibus de parturiente, et de tribulatione in seculo toleranda. xvii Ihesus aspiciens in celum patrem deprecatur pro discipulis suis, et ut honorificetur a patre postulat. Traditio Iude de Ihesu. Petrus auriculam abscidit, et dum interrogatur Ihesus a principibus, Petrus eum tercio abnegat. Allocutio Pilati ad Iudeos de Ihesu, et quod dicunt se non habere regem nisi Cesarem professi sunt. xviii Passio Ihesu et sepultura eius et resurrectio. Ihesus postquam resurrexit a mortuis ubi apparuit prius, et discipulos suos visitat, et non credenti Thome manus ostendit. Item quod piscantibus aliis cum Petro apparuit in litore Ihesus, poscens ab eis pulmentarium. Quibus negantibus dicit ut mittant rete in dexteram navis, et ceperunt statim pisces magnos numero cliii, et quod post prandium Petro pascendas oves tercio iniungit.

I
NPRINCIPIO ERAT
VERBVM· ET VER
BV· ERAT· AP· DEV·
ET DS· ERAT VER
BV· HOC ERAT·
·IN PRINCIPIO AP
DEV· OMNIA P
IPSVM FACTA ST
ET SINE IPSO·
FACTV· E· NICHIL
QVOD FACTV·
E· IN IPSO VITA
ERAT· ET VITA
ERAT LVX· HO
MINV· ET LVX I
TENEBRIS LVCET
ET TENEBRE·
EA N COMPHEN
DERT· FVIT HO
MISSVS A DO· CV
NOM ERAT IOHS
HIC VENIT IN
TESTIMONIV·
VT TESTIMONIV
PHIBERET DE
LVMINE· V OMS
CREDERENT P ILLV·

Non erat ille lux. sed ut testimonium perhiberet de lumine. Erat lux vera. que illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. In mundo erat. & mundus per ipsum factus est. & mundus eum non cognovit. In propria venit. & sui eum non receperunt. Quotquot autem receperunt eum. dedit eis potestatem filios dei fieri his qui credunt in nomine eius. qui non ex sanguinibus neque ex voluntate carnis neque ex voluntate viri. sed ex deo nati sunt. Et verbum caro factum est. & habitavit in nobis. Et vidimus gloriam eius gloriam quasi unigeniti a patre. Plenum gratie & veritatis.

Iohannes testimonium perhibet de ipso & clamat dicens. Hic erat quem dixi. qui post me venturus est ante me factus est. quia prior me erat. Et de plenitudine eius nos omnes accepimus. & gratiam pro gratia. quia lex per moysen data est. gratia & veritas per ihesum xpistum facta est. Deum nemo vidit umquam. unigenitus filius qui est in sinu patris ipse enarravit. Et hoc est testimonium iohannis. quando miserunt iudei ab hierosolimis sacerdotes & levitas ad eum. ut interrogarent eum. Tu quis es? Et confessus est. & non negavit. Et confessus est. quia non sum ego xpistus. Et interrogaverunt eum. Quid ergo? helyas es tu? Et dicit. non sum. Propheta es tu? Et respondit. Non. Dixerunt ergo ei. Quis es ut responsum demus his qui miserunt nos? quid dicis de te ipso? Ait. Ego vox clamantis in deserto dirigite viam domini. sicut dixit ysaias propheta. Et qui missi fuerant. erant ex phariseis. Et interrogaverunt eum. & dixerunt ei. Quid ergo baptizas. si tu non es xpistus. neque helyas neque propheta? Respondit eis iohannes dicens. Ego baptizo in aqua. medius autem vestrum stetit quem vos nescitis. Ipse est qui post me venturus est. qui ante me factus est. cuius ego non sum dignus ut solvam eius corrigiam calciamenti. Hec in bethania facta sunt trans iordanen ubi erat iohannes baptizans. Altera die vidit iohannes ihesum venientem ad se & ait. Ecce agnus dei. ecce qui tollit peccata mundi. Hic est de quo dixi. Post me venit vir qui ante me factus est. quia prior me erat. & ego nesciebam eum. Sed ut manifestaretur in israhel. propterea veni ego in aqua baptizans. Et testimonium perhibuit iohannes dicens. Quia vidi spiritum descendentem quasi columbam de celo. & mansit super eum. & ego nesciebam eum. Sed qui misit me baptizare in aqua. ille mihi dixit. Super quem videris spiritum descendentem & manentem super eum. hic est qui baptizat in spiritu sancto. Et ego vidi & testimonium perhibui. quia hic est filius dei.

Altera die iterum stabat iohannes. & ex discipulis eius duo. Et respiciens ihesum ambulantem dicit. Ecce agnus dei. Et audierunt eum duo discipuli loquentem. & secuti sunt ihesum. Conversus autem ihesus & videns eos sequentes se dicit eis. Quid queritis? Qui dixerunt ei. Rabbi. quod dicitur interpretatum magister. Ubi habitas? Dicit eis. Venite & videte. Venerunt & viderunt ubi maneret. & apud eum manserunt die illo. Hora autem erat quasi decima. Erat autem andreas frater symonis petri. unus ex duobus qui audierant ab iohanne. & secuti fuerant eum. Invenit hic primum fratrem suum symonem. & dicit ei. Invenimus messiam. quod est interpretatum xpistus. & adduxit eum ad ihesum. Intuitus autem eum ihesus dixit. Tu es symon filius iona. tu vocaberis cephas quod interpretatur petrus. In crastinum voluit exire in galileam. & invenit philippum. Et dicit ei ihesus. Sequere me. Erat autem philippus a bethsaida civitate andree & petri. Invenit philippus nathanael & dicit ei. Quem scripsit moyses in lege & prophete. invenimus ihesum filium ioseph a nazareth. Et dixit ei nathanael. A nazareth potest aliquid boni esse? Dicit ei philippus. Veni & vide. Vidit ihesus nathanael venientem ad se. & dicit de eo. Ecce vere israhelita. in quo dolus non est. Dicit ei nathanael. Unde me nosti? Respondit ihesus & dixit ei. Priusquam te philippus vocaret. cum esses sub ficu. vidi te. Respondit ei nathanael & ait. Rabbi. tu es filius dei. tu es rex israhel. Respondit ihesus & dixit ei. Quia dixi tibi vidi te sub ficu credis. maius his videbis. Et dicit ei. Amen amen dico vobis. videbitis celum apertum. & angelos dei ascendentes & descendentes supra filium hominis.

Et die tertio nuptie facte sunt in chana galilee. & erat mater ihesu ibi. Vocatus est autem & ihesus & discipuli eius ad nuptias. Et deficiente vino. dicit mater ihesu ad eum. Vinum non habent. Et dicit ei ihesus. Quid mihi & tibi est mulier? Nondum venit hora mea. Dicit mater eius ministris. Quodcumque dixerit vobis facite. Erant autem ibi lapidee ydrie sex posite secundum purificationem iudeorum. capientes singule metretas binas vel ternas. Dicit eis ihesus. Implete ydrias aqua. Et impleverunt eas usque ad summum. Et dicit eis ihesus. Haurite nunc. & ferte architriclino. Et tulerunt. Ut autem gustavit architriclinus aquam vinum factam. & non sciebat unde esset. ministri autem sciebant qui haurierant aquam. vocat sponsum architriclinus & dicit ei. Omnis homo primum bonum vinum ponit. & cum inebriati fuerint (267) tunc id quod deterius est. Tu autem servasti bonum vinum usque adhuc. Hoc fecit initium signorum ihesus in chana galilee. & manifestavit gloriam suam. Et crediderunt in eum discipuli eius.

Post hec descendit capharnaum ipse & mater eius. & fratres eius. & discipuli eius. & ibi manserunt non multis diebus. Et prope erat pascha iudeorum. & ascendit hierosolimam ihesus. Et invenit in templo vendentes boves & oves & columbas & nummularios sedentes. Et cum fecisset quasi flagellum de funiculis omnes eiecit de templo. oves quoque & boves & nummulariorum effudit es. & mensas subvertit. & his qui columbas vendebant dixit. Auferte ista hinc. & nolite facere domum patris mei domum negotiationis. Recordati vero sunt discipuli eius quia scriptum est. Zelus domus tue comedit me. Responderunt ergo iudei & dixerunt ei. Quod signum ostendis nobis quia hec facis? Respondit ihesus & dixit eis. Solvite templum hoc. & in tribus diebus excitabo illud. Dixerunt ergo iudei. Quadraginta & sex annis edificatum est templum hoc. & tu in tribus diebus excitabis illud? Ille autem dicebat de templo corporis sui. Cum ergo resurrexisset a mortuis recordati sunt discipuli eius. quia hoc dicebat. Et crediderunt scripture & sermoni. quem dixit ihesus. Cum autem esset hierosolimis in pascha in die festo. multi crediderunt in nomine eius. videntes signa eius que faciebat. Ipse autem ihesus non credebat semet ipsum eis. eo quod ipse nosset omnes. Et quia opus ei non erat. ut quis testimonium perhiberet de homine. Ipse enim sciebat quid esset in homine.

Erat autem homo ex phariseis nichodemus nomine. princeps iudeorum. Hic venit ad ihesum nocte. & dixit ei. Rabbi. scimus quia a deo venisti magister. Nemo enim potest hec signa facere. que tu facis. nisi fuerit deus cum eo. Respondit ihesus & dixit ei. Amen amen dico tibi. nisi quis natus fuerit denuo. non potest videre regnum dei. Dicit ad eum nichodemus. Quomodo potest homo nasci cum sit senex? Numquid potest in ventrem matris sue iterato introire & nasci? Respondit ihesus. Amen amen dico tibi. nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu non potest introire in regnum dei. Quod natum est ex carne caro est. & quod natum est ex spiritu spiritus est. Non mireris quia dixi tibi. oportet vos nasci denuo. Spiritus ubi vult spirat. & vocem eius audis. sed non scis unde veniat & quo vadat. Sic est omnis qui natus est ex spiritu. Respondit nichodemus & dixit ei. Quomodo possunt hec fieri? Respondit ihesus & dixit ei. Tu es magister in israhel. & hec ignoras? Amen amen dico tibi. quia quod scimus loquimur & quod vidimus testamur. & testimonium nostrum non accipitis. Si terrena dixi vobis & non creditis. quomodo si dixero vobis celestia credetis? Et nemo ascendit in celum nisi qui descendit de celo. filius hominis qui est in celo. Et sicut moyses exaltavit serpentem in deserto. ita exaltari oportet filium hominis. Ut omnis qui credit in ipso non pereat. sed habeat vitam eternam. Sic enim dilexit deus mundum. ut filium suum unigenitum daret. ut omnis qui credit in eum non pereat. sed habeat vitam eternam. Non enim misit deus filium suum ut iudicet mundum. sed ut salvetur mundus per ipsum. Qui credit in eum non iudicatur. Qui autem non credit iam iudicatus est. quia non credidit in nomine unigeniti filii dei. Hoc est autem iudicium. quia lux venit in mundum. & dilexerunt homines magis tenebras quam lucem. Erant enim eorum mala opera. Omnis enim qui male agit odit lucem. & non venit ad lucem ut non arguantur opera eius. Qui autem facit veritatem venit ad lucem ut manifestentur eius opera quia in deo sunt facta.

Post hec venit ihesus & discipuli eius in iudeam terram. & illic demorabatur cum eis & baptizabat. Erat autem & iohannes baptizans in ennon iuxta salim. quia aque multe erant illic. Et veniebant & baptizabantur. Nondum enim missus fuerat in carcerem iohannes. Facta est ergo questio ex discipulis iohannis cum iudeis de purificatione. & venerunt ad iohannem & dixerunt ei. Rabbi. qui erat tecum trans iordanen cui tu testimonium perhibuisti. ecce hic baptizat. & omnes veniunt ad eum. Respondit iohannes & dixit. Non potest homo accipere quicquam. nisi fuerit ei datum de celo. Ipsi vos mihi testimonium perhibetis. quod dixerim ego non sum xpistus. sed quia missus sum ante illum. Qui habet sponsam. sponsus est. Amicus autem sponsi qui stat & audit eum. gaudio gaudet propter vocem sponsi. Hoc ergo gaudium meum impletum est. Illum oportet crescere. me autem minui. Qui desursum venit super omnes est. Qui de terra. de terra est. & de terra loquitur. Qui de celo venit. super omnes est. Et quod vidit & audivit hoc testatur. & testimonium eius nemo accipit. Qui accepit eius testimonium. signavit quia deus verax est. Quem enim misit deus. verba dei loquitur. Non enim ad mensuram dat deus spiritum. Pater diligit filium. & omnia dedit in manu eius. Qui credit in filium dei habet vitam eternam. Qui autem incredulus est filio. non videbit vitam. sed ira dei manet super eum.

Ut ergo cognovit ihesus quia audierunt pharisei quia ihesus plures discipulos facit & baptizat magis quam iohannes. quamquam ihesus non baptizaret sed discipuli eius. Reliquit iudeam & abiit iterum in galileam. Oportebat autem eum transire per samariam. Venit ergo in civitatem samarie que dicitur sichar. iuxta predium quod dedit iacob ioseph filio suo. Erat autem ibi fons iacob. Ihesus ergo fatigatus ex itinere. sedebat sic super fontem. Hora erat quasi sexta. Venit mulier de samaria haurire aquam. Dicit ei ihesus. Da michi bibere. Discipuli enim eius abierant in civitatem ut cibos emerent. Dicit ergo ei mulier illa samaritana. Quomodo tu iudeus cum sis bibere a me poscis. que sum mulier samaritana? Non enim coutuntur iudei samaritanis. Respondit ihesus & dixit ei. Si scires donum dei & quis est qui dicit tibi da mihi bibere. tu forsitan petisses ab eo. & dedisset tibi aquam vivam. Dicit ei mulier. Domine neque in quo haurias habes. & puteus altus est. Unde ergo habes aquam vivam? Numquid tu maior es patre nostro iacob. qui dedit nobis puteum. & ipse ex eo bibit & filii eius. & pecora eius? Respondit ihesus & dixit ei. Omnis qui bibit ex aqua hac sitiet iterum. Qui autem biberit ex aqua quam ego dabo ei non sitiet in eternum. Sed aqua quam dabo ei fiet in eo fons aque salientis in vitam eternam. Dicit ad eum mulier. Domine da mihi hanc aquam ut non sitiam. neque veniam huc haurire. Dicit ei ihesus. Vade voca virum tuum & veni huc. Respondit mulier & dixit. Non habeo virum. Dicit ei ihesus. Bene dixisti. quia non habeo virum. Quinque enim viros habuisti. & nunc quem habes non est tuus vir. hoc vere dixisti. Dicit ei mulier. Domine video quia propheta es tu. Patres nostri in monte hoc adoraverunt. & vos dicitis quia hierosolimis est locus ubi adorare oportet. Dicit ei ihesus. Mulier crede mihi. quia venit hora quando neque in monte hoc. neque hierosolimis adorabitis patrem. Vos adoratis quod nescitis. nos adoramus quod scimus. quia salus ex iudeis est. Sed venit hora & nunc est. quando veri adoratores adorabunt patrem in spiritu & veritate. Nam & pater tales querit qui adorent eum. Spiritus est deus. & eos qui adorant eum in spiritu & veritate oportet adorare. Dicit ei mulier. Scio quia messias venit qui dicitur xpistus. Cum ergo venerit ille nobis annuntiabit omnia. Dicit ei ihesus. Ego sum qui loquor tecum. Et continuo venerunt discipuli eius. & mirabantur quia cum muliere loquebatur. Nemo tamen dixit. quid queris aut quid loqueris cum ea. Reliquit ergo ydriam suam mulier. & abiit in civitatem. & dicit illis hominibus. Venite videte hominem qui dixit mihi omnia quecumque feci. Numquid non ipse est xpistus? Exierunt de civitate & veniebant ad eum. Interea rogabant eum discipuli dicentes. Rabbi manduca. Ille autem dixit eis. Ego cibum habeo manducare. quem vos nescitis. Dicebant ergo discipuli ad invicem. Numquid aliquis attulit ei manducare? Dicit eis ihesus. Meus cibus est ut faciam voluntatem eius qui misit me ut perficiam opus eius. Nonne vos dicitis quod adhuc quattuor menses sunt & messis venit? Ecce dico vobis. Levate oculos vestros. & videte regiones quia albe sunt iam ad messem. Et qui metit mercedem accipit & congregat fructum in vitam eternam. Et qui seminat simul gaudeat & qui metit. In hoc enim est verbum verum. quia alius est qui seminat & alius est qui metit. Ego misi vos metere quod vos non laborastis. Alii laboraverunt. & vos in labores eorum introistis. Ex civitate autem illa multi crediderunt in eum samaritanorum propter verbum mulieris testimonium perhibentis. quia dixit mihi omnia quecumque feci. Cum venissent ergo ad illum samaritani. rogaverunt eum ut ibi maneret. Et mansit ibi duos dies. Et multo plures crediderunt propter sermonem eius. Et mulieri dicebant. Quia iam non propter tuam loquelam credimus. ipsi enim audivimus & scimus quia hic est vere salvator mundi.

Post duos autem dies exiit inde. & abiit in galileam. Ipse enim ihesus testimonium perhibuit quia propheta in patria sua honorem non habet. Cum ergo venisset in galileam. exceperunt eum galilei. cum omnia vidissent que fecerat hierosolimis in die festo. & ipsi enim venerant in diem festum. Venit ergo iterum in chana galilee. ubi fecit aquam vinum.

Et erat quidam regulus. cuius filius infirmabatur capharnaum. Hic cum audisset quia ihesus adveniret a iudea in galileam. abiit ad eum & rogabat eum ut descenderet & sanaret filium eius. Incipiebat enim mori. Dixit ergo ihesus ad eum. Nisi signa & prodigia videritis non creditis. Dicit ad eum regulus. Domine descende priusquam moriatur filius meus. Dicit ei ihesus. Vade. filius tuus vivit. Credidit homo sermoni quem dixit ei ihesus. & ibat. Iam autem eo descendente. servi occurrerunt ei. & nuntiaverunt dicentes. quia filius eius viveret. Interrogabat ergo horam ab eis. in qua melius habuerit. Et dixerunt ei. Quia heri hora septima reliquit eum febris. Cognovit ergo pater quia illa hora erat in qua dixit ei ihesus. Filius tuus vivit. Et credidit ipse & domus eius tota.

Hoc iterum secundum signum fecit ihesus. cum venisset a iudea in galileam. Post hec erat dies festus iudeorum. & ascendit ihesus hierosolimam. Est autem hierosolimis probatica piscina que cognominatur hebraice bethsaida. quinque porticus habens. In his iacebat multitudo magna languentium. cecorum. claudorum. aridorum. expectantium aque motum. Angelus autem domini secundum tempus descendebat in piscinam & movebatur aqua. Et qui prior descendisset in piscinam post motionem aque. sanus fiebat a quacumque tenebatur infirmitate. Erat autem quidam homo ibi xxx & octo annos habens in infirmitate sua. Hunc cum vidisset ihesus iacentem. & cognovisset quia multum

iam tempus haberet, dicit illi: Vis sanus fieri? Respondit ei languidus: Domine, hominem non habeo, ut cum turbata fuerit aqua, mittat me in piscinam: dum venio enim ego, alius ante me descendit. Dicit ei Iesus: Surge, tolle grabbatum tuum et ambula. Et statim sanus factus est homo, et sustulit grabbatum suum et ambulabat. Erat autem sabbatum in illo die. Dicebant ergo Iudaei illi qui sanatus fuerat: Sabbatum est, non licet tibi tollere grabbatum tuum.

Respondit eis: Qui me fecit sanum, ille mihi dixit: Tolle grabbatum tuum et ambula. Interrogaverunt ergo eum: Quis est ille homo qui dixit tibi: Tolle grabbatum tuum et ambula? Is autem qui sanus fuerat effectus, nesciebat quis esset. Iesus enim declinavit a turba constituta in loco. Postea invenit eum Iesus in templo, et dixit illi: Ecce sanus factus es: iam noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat. Abiit ille homo, et nuntiavit Iudaeis quia Iesus esset qui fecit eum sanum. Propterea persequebantur Iudaei Iesum, quia haec faciebat in sabbato. Iesus autem respondit eis: Pater meus usque modo operatur, et ego operor. Propterea ergo magis quaerebant eum Iudaei interficere, quia non solum solvebat sabbatum, sed et patrem suum dicebat Deum, aequalem se faciens Deo. Respondit itaque Iesus et dixit eis: Amen amen dico vobis, non potest Filius facere a se quicquam, nisi quod viderit Patrem facientem: quaecumque enim ille fecerit, haec et Filius similiter facit. Pater enim diligit Filium, et omnia demonstrat ei quae ipse facit: et maiora his demonstrabit ei opera, ut vos miremini. Sicut enim Pater suscitat mortuos et vivificat, sic et Filius quos vult vivificat. Neque enim Pater iudicat quemquam, sed iudicium omne dedit Filio, ut omnes honorificent Filium, sicut honorificant Patrem.

Qui non honorificat Filium, non honorificat Patrem qui misit illum. Amen amen dico vobis, quia qui verbum meum audit et credit ei qui misit me, habet vitam aeternam, et in iudicium non venit, sed transit a morte in vitam. Amen amen dico vobis, quia venit hora et nunc est, quando mortui audient vocem Filii Dei: et qui audierint vivent. Sicut enim Pater habet vitam in semet ipso, sic dedit et Filio vitam habere in semet ipso: et potestatem dedit ei et iudicium facere, quia Filius hominis est. Nolite mirari hoc, quia venit hora in qua omnes qui in monumentis sunt audient vocem eius: et procedent qui bona fecerunt in resurrectionem vitae, qui vero mala egerunt in resurrectionem iudicii. Non possum ego a me ipso facere quicquam. Sicut audio iudico: et iudicium meum iustum est: quia non quaero voluntatem meam, sed voluntatem eius qui misit me. Si ego testimonium perhibeo de me ipso, testimonium meum non est verum. Alius est qui testimonium perhibet de me, et scio quia verum est testimonium quod perhibet de me. Vos misistis ad Iohannem, et testimonium perhibuit veritati. Ego autem non ab homine testimonium accipio, sed haec dico ut vos salvi sitis. Ille erat lucerna ardens et lucens: vos autem voluistis exultare ad horam in luce eius. Ego autem habeo testimonium maius Iohanne. Opera enim quae dedit mihi Pater ut perficiam ea, ipsa opera quae ego facio testimonium perhibent de me, quia Pater me misit. Et qui misit me Pater, ipse testimonium perhibuit de me:

Neque vocem eius umquam audistis, neque speciem eius vidistis. Et verbum eius non habetis in vobis manens: quia quem misit ille, huic vos non creditis. Scrutamini scripturas, quia vos putatis in ipsis vitam aeternam habere: et illae sunt quae testimonium perhibent de me: et non vultis venire ad me ut vitam habeatis. Claritatem ab hominibus non accipio. Sed cognovi vos, quia dilectionem Dei non habetis in vobis. Ego veni in nomine Patris mei, et non accipitis me: si alius venerit in nomine suo, illum accipietis. Quomodo vos potestis credere, qui gloriam ab invicem accipitis, et gloriam quae a solo Deo est non quaeritis? Nolite putare quia ego accusaturus sim vos apud Patrem: est qui accusat vos Moyses, in quo vos speratis. Si enim crederetis Moysi, crederetis forsitan et mihi: de me enim ille scripsit. Si autem illius litteris non creditis, quomodo verbis meis credetis?

Post haec abiit Iesus trans mare Galilaeae, quod est Tiberiadis: et sequebatur eum multitudo magna, quia videbant signa quae faciebat super his qui infirmabantur. Subiit ergo in montem Iesus, et ibi sedebat cum discipulis suis. Erat autem proximum pascha, dies festus Iudaeorum. Cum sublevasset ergo oculos Iesus et vidisset quia multitudo maxima venit ad eum, dicit ad Philippum: Unde ememus panes ut manducent hii? Hoc autem dicebat temptans eum: ipse enim sciebat quid esset facturus. Respondit ei Philippus: Ducentorum denariorum panes non sufficiunt eis, ut unusquisque modicum quid accipiat. Dicit ei unus ex discipulis eius, Andreas frater Simonis Petri: Est puer unus hic qui habet quinque panes hordeaceos et duos pisces: sed haec quid sunt inter tantos? Dixit ergo Iesus: Facite homines discumbere. Erat autem fenum multum in loco. Discubuerunt ergo viri numero quasi quinque milia. Accepit ergo panes Iesus, et cum gratias egisset, distribuit discumbentibus: similiter et ex piscibus quantum volebant. Ut autem impleti sunt, dixit discipulis suis: Colligite quae superaverunt fragmenta, ne pereant. Collegerunt ergo, et impleverunt duodecim cophinos fragmentorum ex quinque panibus hordeaceis, quae superfuerunt his qui manducaverunt. Illi ergo homines cum vidissent quod fecerat signum, dicebant: Quia hic est vere propheta qui venturus est in mundum. Iesus ergo cum cognovisset quia venturi essent ut raperent eum et facerent eum regem,

Fugit iterum in montem ipse solus. Ut autem sero factum est, descenderunt discipuli eius ad mare. Et cum ascendissent navem, venerunt trans mare in Capharnaum. Et tenebrae iam factae erant, et non venerat ad eos Iesus. Mare autem vento magno flante exsurgebat. Cum remigassent ergo quasi stadia viginti quinque aut triginta, vident Iesum ambulantem supra mare et proximum navi fieri, et timuerunt. Ille autem dicit eis: Ego sum, nolite timere. Voluerunt ergo accipere eum in navem: et statim fuit navis ad terram in quam ibant. Altera die turba quae stabat trans mare, vidit quia navicula alia non erat ibi nisi una, et quia non introisset cum discipulis suis Iesus in navem, sed soli discipuli eius abiissent. Aliae vero supervenerunt naves a Tiberiade iuxta locum ubi manducaverant panem, gratias agente Domino. Cum ergo vidisset turba quia Iesus non esset ibi neque discipuli eius, ascenderunt naviculas, et venerunt Capharnaum quaerentes Iesum. Et cum invenissent eum trans mare, dixerunt ei: Rabbi, quando huc venisti? Respondit eis Iesus et dixit: Amen amen dico vobis, quaeritis me non quia vidistis signa, sed quia manducastis ex panibus et saturati estis. Operamini non cibum qui perit, sed qui permanet in vitam aeternam, quem Filius hominis vobis dabit: hunc enim Pater signavit Deus. Dixerunt ergo ad eum: Quid faciemus ut operemur opera Dei? Respondit Iesus et dixit eis: Hoc est opus Dei, ut credatis in eum quem misit ille.

Dixerunt ergo ei: Quod ergo tu facis signum, ut videamus et credamus tibi? quid operaris? Patres nostri manna manducaverunt in deserto, sicut scriptum est: Panem de caelo dedit eis manducare. Dixit ergo eis Iesus: Amen amen dico vobis, non Moyses dedit vobis panem de caelo, sed Pater meus dat vobis panem de caelo verum. Panis enim Dei est qui de caelo descendit et dat vitam mundo. Dixerunt ergo ad eum: Domine, semper da nobis panem hunc. Dixit autem eis Iesus: Ego sum panis vitae: qui venit ad me non esuriet, et qui credit in me non sitiet umquam. Sed dixi vobis quia et vidistis me, et non creditis. Omne quod dat mihi Pater ad me veniet: et eum qui venit ad me non eiciam foras: quia descendi de caelo non ut faciam voluntatem meam, sed voluntatem eius qui misit me. Haec est autem voluntas eius qui misit me Patris, ut omne quod dedit mihi non perdam ex eo, sed resuscitem illud in novissimo die. Haec est enim voluntas Patris mei qui misit me, ut omnis qui videt Filium et credit in eum habeat vitam aeternam: et ego resuscitabo eum in novissimo die.

Murmurabant ergo Iudaei de illo quia dixisset: Ego sum panis qui de caelo descendi. Et dicebant: Nonne hic est Iesus filius Ioseph, cuius nos novimus patrem et matrem? quomodo ergo dicit hic: Quia de caelo descendi? Respondit ergo Iesus et dixit eis: Nolite murmurare in invicem. Nemo potest venire ad me nisi Pater qui misit me traxerit eum: et ego resuscitabo eum in novissimo die. Est scriptum in prophetis: Et erunt omnes docibiles Dei. Omnis qui audivit a Patre et didicit, venit ad me. Non quia Patrem vidit quisquam, nisi is qui est a Deo, hic vidit Patrem.

Amen amen dico vobis, qui credit in me habet vitam aeternam. Ego sum panis vitae. Patres vestri manducaverunt manna in deserto, et mortui sunt. Hic est panis de caelo descendens, ut si quis ex ipso manducaverit non moriatur. Ego sum panis vivus, qui de caelo descendi. Si quis manducaverit ex hoc pane, vivet in aeternum: et panis quem ego dabo caro mea est pro mundi vita. Litigabant ergo Iudaei ad invicem dicentes: Quomodo potest hic nobis carnem suam dare ad manducandum? Dixit ergo eis Iesus: Amen amen dico vobis, nisi manducaveritis carnem Filii hominis et biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Qui manducat meam carnem et bibit meum sanguinem, habet vitam aeternam. Et ego resuscitabo eum in novissimo die.

Caro mea vere est cibus, et sanguis meus vere est potus. Qui manducat meam carnem et bibit meum sanguinem, in me manet, et ego in illo. Sicut misit me vivens Pater, et ego vivo propter Patrem: et qui manducat me, et ipse vivet propter me. Hic est panis qui de caelo descendit: non sicut manducaverunt patres vestri manna, et mortui sunt. Qui manducat hunc panem vivet in aeternum. Haec dixit in synagoga docens in Capharnaum. Multi ergo audientes ex discipulis eius dixerunt: Durus est hic sermo, quis potest eum audire? Sciens autem Iesus apud semet ipsum quia murmurarent de hoc discipuli eius, dixit eis: Hoc vos scandalizat?

Si ergo videritis Filium hominis ascendentem ubi erat prius? Spiritus est qui vivificat, caro non prodest quicquam. Verba quae ego locutus sum vobis, spiritus et vita sunt. Sed sunt quidam ex vobis qui non credunt. Sciebat enim ab initio Iesus qui essent non credentes, et quis traditurus esset eum. Et dicebat: Propterea dixi vobis quia nemo potest venire ad me nisi fuerit ei datum a Patre meo. Ex hoc multi discipulorum eius abierunt retro, et iam non cum illo ambulabant. Dixit ergo Iesus ad duodecim: Numquid et vos vultis abire? Respondit ergo ei Simon Petrus: Domine, ad quem ibimus? verba vitae aeternae habes: et nos credimus et cognovimus quia tu es Christus Filius Dei. Respondit eis Iesus: Nonne ego vos duodecim elegi, et unus ex vobis diabolus est? Dicebat autem Iudam Simonis Scariotis: hic enim erat traditurus eum, cum esset unus ex duodecim.

Post haec ambulabat Iesus in Galilaeam: non enim volebat in Iudaeam ambulare, quia quaerebant eum Iudaei interficere. Erat autem in proximo dies festus Iudaeorum, scenopegia. Dixerunt autem ad eum fratres eius: Transi hinc, et vade in Iudaeam, ut et discipuli tui videant opera tua quae facis. Nemo quippe in occulto quid facit, et quaerit ipse in palam esse. Si haec facis, manifesta te ipsum mundo. Neque enim fratres eius credebant in eum. Dicit ergo eis Iesus: Tempus meum nondum advenit, tempus autem vestrum semper est paratum. Non potest mundus odisse vos, me autem odit, quia ego testimonium perhibeo de illo quia opera eius mala sunt. Vos ascendite ad diem festum hunc: ego autem non ascendo ad diem festum istum, quia meum tempus nondum impletum est. Haec autem cum dixisset, ipse mansit in Galilaea. Ut autem ascenderunt fratres eius, tunc et ipse ascendit ad diem festum, non manifeste, sed quasi in occulto. Iudaei ergo quaerebant eum in die festo, et dicebant: Ubi est ille? Et murmur multus de eo erat in turba. Quidam enim dicebant: Quia bonus est. Alii autem dicebant: Non, sed seducit turbas. Nemo tamen palam loquebatur de illo, propter metum Iudaeorum. Iam autem die festo mediante, ascendit Iesus in templum et docebat. Et mirabantur Iudaei dicentes: Quomodo hic litteras scit, cum non didicerit? Respondit eis Iesus et dixit: Mea doctrina non est mea, sed eius qui misit me. Si quis voluerit voluntatem eius facere, cognoscet de doctrina utrum ex Deo sit, an ego a me ipso loquar. Qui a semet ipso loquitur, gloriam propriam quaerit: qui autem quaerit gloriam eius qui misit illum, hic verax est, et iniustitia in illo non est. Nonne Moyses dedit vobis legem? et nemo ex vobis facit legem. Quid me quaeritis interficere? Respondit turba et dixit: Daemonium habes: quis te quaerit interficere? Respondit Iesus et dixit eis: Unum opus feci, et omnes miramini. Propterea Moyses dedit vobis circumcisionem: non quia ex Moyse est, sed ex patribus: et in sabbato circumciditis hominem. Si circumcisionem accipit homo in sabbato, ut non solvatur lex Moysi, mihi indignamini quia totum hominem sanum feci in sabbato? Nolite iudicare secundum faciem, sed iustum iudicium iudicate. Dicebant ergo quidam ex Hierosolymis: Nonne hic est quem quaerunt interficere? Et ecce palam loquitur, et nihil ei dicunt. Numquid vere cognoverunt principes quia hic est Christus? Sed hunc scimus unde sit: Christus autem cum venerit, nemo scit unde sit.

Clamabat ergo docens in templo Iesus et dicens: Et me scitis, et unde sim scitis: et a me ipso non veni, sed est verus qui misit me, quem vos nescitis. Ego scio eum, quia ab ipso sum, et ipse me misit. Quaerebant ergo eum apprehendere: et nemo misit in illum manus, quia nondum venerat hora eius. De turba autem multi crediderunt in eum, et dicebant: Christus cum venerit, numquid plura signa faciet quam quae hic facit? Audierunt pharisaei turbam murmurantem de illo haec: et miserunt principes et pharisaei ministros ut apprehenderent eum.

Dixit ergo Iesus: Adhuc modicum tempus vobiscum sum, et vado ad eum qui misit me. Quaeretis me et non invenietis: et ubi sum ego, vos non potestis venire. Dixerunt ergo Iudaei ad semet ipsos: Quo hic iturus est, quia non inveniemus eum? numquid in dispersionem gentium iturus est, et docturus gentes? Quis est hic sermo quem dixit: Quaeretis me et non invenietis: et ubi sum ego, vos non potestis venire? In novissimo autem die magno festivitatis stabat Iesus et clamabat dicens: Si quis sitit, veniat ad me et bibat. Qui credit in me, sicut dicit scriptura, flumina de ventre eius fluent aquae vivae. Hoc autem dixit de spiritu quem accepturi erant credentes in eum: nondum enim erat spiritus datus, quia Iesus nondum fuerat glorificatus.

Ex illa ergo turba cum audissent hos sermones eius, dicebant: Hic est vere propheta. Alii dicebant: Hic est Christus. Quidam autem dicebant: Numquid a Galilaea Christus venit? Nonne scriptura dicit: quia ex semine David, et de Bethleem castello ubi erat David, venit Christus? Dissensio itaque facta est in turba propter eum. Quidam autem ex ipsis volebant apprehendere eum: sed nemo misit super illum manus.

Venerunt ergo ministri ad pontifices et pharisaeos, et dixerunt eis illi: Quare non adduxistis illum? Responderunt ministri: Numquam sic locutus est homo, sicut hic homo. Responderunt ergo eis pharisaei: Numquid et vos seducti estis? Numquid aliquis ex principibus credidit in eum, aut ex pharisaeis? Sed turba haec quae non novit legem, maledicti sunt. Dicit Nicodemus ad eos, ille qui venit ad eum nocte, qui unus erat ex ipsis: Numquid lex nostra iudicat hominem, nisi audierit ab ipso prius et cognoverit quid faciat? Responderunt et dixerunt ei: Numquid et tu Galilaeus es? Scrutare, et vide quia a Galilaea propheta non surgit. Et reversi sunt unusquisque in domum suam.

Iesus autem perrexit in montem Oliveti. Diluculo iterum venit in templum, et omnis populus venit ad eum, et sedens docebat eos. Adducunt autem scribae et pharisaei mulierem in adulterio deprehensam, et statuerunt eam in medio, et dixerunt ei

Magister, hec mulier modo deprehensa est in adulterio. In lege autem Moyses mandavit nobis huiusmodi lapidare. Tu ergo quid dicis? Hec autem dicebant temptantes eum, ut possent accusare eum. Iesus autem inclinans se deorsum, digito scribebat in terra. Cum autem perseverarent interrogantes eum, erexit se et dixit eis: Qui sine peccato est vestrum, primus in illam lapidem mittat. Et iterum se inclinans, scribebat in terra. Audientes autem unus post unum exiebant, incipientes a senioribus; et remansit solus Iesus, et mulier in medio stans. Erigens autem se Iesus dixit ei: Mulier, ubi sunt qui te accusabant? Nemo te condempnavit? Que dixit: Nemo, domine. Dixit autem Iesus: Nec ego te condempnabo. Vade et amplius iam noli peccare.

Iterum ergo locutus est eis Iesus dicens: Ego sum lux mundi. Qui sequitur me non ambulabit in tenebris, sed habebit lumen vite. Dixerunt ergo ei pharisei: Tu de te ipso testimonium perhibes; testimonium tuum non est verum. Respondit Iesus et dixit eis: Si ego testimonium perhibeo de me ipso, verum est testimonium meum, quia scio unde veni et quo vado. Vos autem nescitis unde venio et quo vado. Vos secundum carnem iudicatis, ego non iudico quemquam. Et si iudico ego, iudicium meum verum est, quia solus non sum, sed ego et qui misit me pater. Et in lege vestra scriptum est, quia duorum hominum testimonium verum est. Ego sum qui testimonium perhibeo de me ipso, et testimonium perhibet de me qui misit me pater. Dicebant ergo illi: Ubi est pater tuus? Respondit Iesus: Neque me scitis neque patrem meum. Si me sciretis, forsitan et patrem meum sciretis. Hec verba locutus est Iesus in gazophilacio, docens in templo. Et nemo apprehendit eum, quia necdum venerat hora eius.

Dixit ergo iterum eis Iesus: Ego vado, et queretis me, et in peccato vestro moriemini. Quo ego vado, vos non potestis venire. Dicebant ergo Iudei: Numquid interficiet semet ipsum, quia dicit: Quo ego vado, vos non potestis venire? Et dicebat eis: Vos de deorsum estis, ego de supernis sum. Vos de mundo hoc estis, ego non sum de hoc mundo. Dixi ergo vobis quia moriemini in peccatis vestris. Si enim non credideritis quia ego sum, moriemini in peccato vestro. Dicebant ergo ei: Tu quis es? Dixit eis Iesus: Principium, qui et loquor vobis. Multa habeo de vobis loqui et iudicare, sed qui misit me verax est. Et ego que audivi ab eo, hec loquor in mundo. Et non cognoverunt quia patrem eius dicebat deum. Dixit ergo eis Iesus: Cum exaltaveritis filium hominis, tunc cognoscetis quia ego sum, et a me ipso facio nihil, sed sicut docuit me pater, hec loquor. Et qui me misit mecum est, et non reliquit me solum, quia ego que placita sunt ei facio semper. Hec illo loquente, multi crediderunt in eum. Dicebat ergo Iesus ad eos qui crediderunt ei Iudeos: Si vos manseritis in sermone meo, vere discipuli mei eritis, et cognoscetis veritatem, et veritas liberabit vos. Responderunt ei: Semen Abrahe sumus, et nemini servivimus umquam. Quomodo tu dicis: Liberi eritis? Respondit eis Iesus: Amen amen dico vobis, quia omnis qui facit peccatum servus est peccati. Servus autem non manet in domo in eternum; filius manet in eternum. Si ergo filius vos liberaverit, vere liberi eritis. Scio quia filii Abrahe estis, sed queritis me interficere, quia sermo meus non capit in vobis. Ego quod vidi apud patrem meum loquor, et vos que vidistis apud patrem vestrum facitis. Responderunt et dixerunt ei: Pater noster Abraham est. Dicit eis Iesus: Si filii Abrahe estis, opera Abrahe facite. Nunc autem queritis me interficere, hominem qui veritatem vobis locutus sum, quam audivi a deo. Hoc Abraham non fecit. Vos facitis opera patris vestri. Dixerunt itaque ei: Nos ex fornicatione non sumus nati; unum patrem habemus deum. Dixit ergo eis Iesus: Si deus pater vester esset, diligeretis utique me. Ego enim ex deo processi et veni; neque enim a me ipso veni, sed ille me misit. Quare loquelam meam non cognoscitis? Quia non potestis audire sermonem meum. Vos ex patre diabolo estis, et desideria patris vestri vultis facere. Ille homicida erat ab initio, et in veritate non stetit, quia non est veritas in eo. Cum loquitur mendacium, ex propriis loquitur, quia mendax est et pater eius. Ego autem quia veritatem dico, non creditis mihi. Quis ex vobis arguet me de peccato? Si veritatem dico, quare vos non creditis mihi? Qui est ex deo, verba dei audit. Propterea vos non auditis, quia ex deo non estis. Responderunt igitur Iudei et dixerunt ei: Nonne bene dicimus nos quia Samaritanus es tu et demonium habes? Respondit Iesus: Ego demonium non habeo, sed honorifico patrem meum, et vos inhonorastis me. Ego autem non quero gloriam meam; est qui querat et iudicet. Amen amen dico vobis: si quis sermonem meum servaverit, mortem non videbit in eternum. Dixerunt ergo Iudei: Nunc cognovimus quia demonium habes. Abraham mortuus est et prophete, et tu dicis: Si quis sermonem meum servaverit, non gustabit mortem in eternum. Numquid tu maior es patre nostro Abraham, qui mortuus est? Et prophete mortui sunt. Quem te ipsum facis? Respondit Iesus: Si ego glorifico me ipsum, gloria mea nihil est. Est pater meus qui glorificat me, quem vos dicitis quia deus vester est, et non cognovistis eum. Ego autem novi eum. Et si dixero quia non scio eum, ero similis vobis mendax. Sed scio eum et sermonem eius servo. Abraham pater vester exultavit ut videret diem meum; vidit et gavisus est. Dixerunt ergo Iudei ad eum: Quinquaginta annos nondum habes, et Abraham vidisti? Dixit eis Iesus: Amen amen dico vobis, antequam Abraham fieret, ego sum. Tulerunt ergo lapides ut iacerent in eum. Iesus autem abscondit se et exivit de templo.

Et preteriens vidit hominem cecum a nativitate. Et interrogaverunt eum discipuli sui: Rabbi, quis peccavit, hic aut parentes eius, ut cecus nasceretur? Respondit Iesus: Neque hic peccavit neque parentes eius, sed ut manifestentur opera dei in illo. Me oportet operari opera eius qui misit me, donec dies est. Venit nox quando nemo potest operari. Quamdiu in mundo sum, lux sum mundi. Hec cum dixisset, expuit in terram, et fecit lutum ex sputo, et linivit lutum super oculos eius, et dixit ei: Vade, lava in natatoria Siloe, quod interpretatur missus. Abiit ergo et lavit, et venit videns. Itaque vicini et qui videbant eum prius quia mendicus erat dicebant: Nonne hic est qui sedebat et mendicabat? Alii dicebant quia hic est. Alii autem: Nequaquam, sed similis est eius. Ille vero dicebat quia ego sum. Dicebant ergo ei: Quomodo aperti sunt tibi oculi? Respondit: Ille homo qui dicitur Iesus lutum fecit, et unxit oculos meos, et dixit mihi: Vade ad natatoria Siloe et lava. Et abii et lavi et vidi. Et dixerunt ei: Ubi est ille? Ait: Nescio. Adducunt eum ad phariseos, qui cecus fuerat. Erat autem sabbatum quando lutum fecit Iesus et aperuit oculos eius. Iterum ergo interrogabant eum pharisei quomodo vidisset. Ille autem dixit eis: Lutum posuit mihi super oculos, et lavi et video. Dicebant ergo ex phariseis quidam: Non est hic homo a deo, qui sabbatum non custodit. Alii dicebant: Quomodo potest homo peccator hec signa facere? Et scisma erat in eis. Dicunt ergo ceco iterum: Tu quid dicis de eo qui aperuit oculos tuos? Ille autem dixit quia propheta est. Non crediderunt ergo Iudei de illo quia cecus fuisset et vidisset, donec vocaverunt parentes eius qui viderat. Et interrogaverunt eos dicentes: Hic est filius vester, quem vos dicitis quia cecus natus est? Quomodo ergo nunc videt? Responderunt eis parentes eius et dixerunt: Scimus quia hic est filius noster, et quia cecus natus est. Quomodo autem nunc videat nescimus, aut quis eius aperuit oculos nos nescimus. Ipsum interrogate; etatem habet; ipse de se loquatur. Hec dixerunt parentes eius, quia timebant Iudeos. Iam enim conspiraverant Iudei, ut si quis eum confiteretur Christum, extra synagogam fieret. Propterea parentes eius dixerunt quia etatem habet; ipsum interrogate. Vocaverunt ergo rursum hominem qui fuerat cecus, et dixerunt ei: Da gloriam deo. Nos scimus quia hic homo peccator est. Dixit ergo ille: Si peccator est nescio. Unum scio, quia cecus cum essem, modo video. Dixerunt ergo illi: Quid fecit tibi? Quomodo aperuit tibi oculos?

Respondit eis: Dixi vobis iam et audistis; quid iterum vultis audire? Numquid et vos vultis discipuli eius fieri? Maledixerunt ergo ei et dixerunt: Tu discipulus illius sis; nos autem Moysi discipuli sumus. Nos scimus quia Moysi locutus est deus; hunc autem nescimus unde sit. Respondit ille homo et dixit eis: In hoc enim mirabile est, quia vos nescitis unde sit, et aperuit oculos meos. Scimus autem quia peccatores deus non audit, sed si quis dei cultor est et voluntatem eius facit, hunc exaudit. A seculo non est auditum quia aperuit quis oculos ceci nati. Nisi esset hic a deo, non poterat facere quicquam. Responderunt et dixerunt ei: In peccatis natus es totus, et tu doces nos? Et eiecerunt eum foras. Audivit Iesus quia eiecerunt eum foras, et cum invenisset eum, dixit ei: Tu credis in filium dei? Respondit ille et dixit: Quis est, domine, ut credam in eum? Et dixit ei Iesus: Et vidisti eum, et qui loquitur tecum ipse est. At ille ait: Credo, domine. Et procidens adoravit eum. Et dixit Iesus: In iudicium ego in hunc mundum veni, ut qui non vident videant, et qui vident ceci fiant. Et audierunt ex phariseis qui cum ipso erant, et dixerunt ei: Numquid et nos ceci sumus? Dixit eis Iesus: Si ceci essetis, non haberetis peccatum. Nunc vero dicitis quia videmus; peccatum vestrum manet.

Amen amen dico vobis, qui non intrat per ostium in ovile ovium, sed ascendit aliunde, ille fur est et latro. Qui autem intrat per ostium, pastor est ovium. Huic ostiarius aperit, et oves vocem eius audiunt, et proprias oves vocat nominatim, et educit eas. Et cum proprias oves emiserit, ante eas vadit, et oves illum secuntur, quia sciunt vocem eius. Alienum autem non secuntur, sed fugiunt ab eo, quia non noverunt vocem alienorum. Hoc proverbium dixit eis Iesus. Illi autem non cognoverunt quid loqueretur eis. Dixit ergo eis iterum Iesus: Amen amen dico vobis, quia ego sum ostium ovium. Omnes quotquot venerunt fures sunt et latrones, sed non audierunt eos oves. Ego sum ostium. Per me si quis introierit salvabitur, et ingredietur et egredietur, et pascua inveniet. Fur non venit nisi ut furetur et mactet et perdat. Ego veni ut vitam habeant et abundantius habeant. Ego sum pastor bonus. Bonus pastor animam suam dat pro ovibus. Mercennarius autem, et qui non est pastor, cuius non sunt oves proprie, videt lupum venientem, et dimittit oves et fugit, et lupus rapit et dispergit oves. Mercennarius autem fugit, quia mercennarius est, et non pertinet ad eum de ovibus. Ego sum pastor bonus, et cognosco meas, et cognoscunt me mee. Sicut novit me pater, et ego agnosco patrem, et animam meam pono pro ovibus meis. Et alias oves habeo que non sunt ex hoc ovili, et illas oportet me adducere, et vocem meam audient, et fiet unum ovile et unus pastor.

Propterea me pater diligit, quia ego pono animam meam, ut iterum sumam eam. Nemo tollit eam a me, sed ego pono eam a me ipso. Potestatem habeo ponendi eam, et potestatem habeo iterum sumendi eam. Hoc mandatum accepi a patre meo. Dissensio iterum facta est inter Iudeos propter sermones hos. Dicebant autem multi ex ipsis: Demonium habet et insanit; quid eum auditis? Alii dicebant: Hec verba non sunt demonium habentis. Numquid demonium potest cecorum oculos aperire?

Facta sunt autem encenia in Hierosolimis, et hiemps erat. Et ambulabat Iesus in templo, in porticu Salomonis. Circumdederunt ergo eum Iudei et dicebant ei: Quousque animam nostram tollis? Si tu es Christus, dic nobis palam. Respondit eis Iesus: Loquor vobis et non creditis. Opera que ego facio in nomine patris mei, hec testimonium perhibent de me. Sed vos non creditis, quia non estis ex ovibus meis. Oves mee vocem meam audiunt, et ego cognosco eas, et secuntur me. Et ego vitam eternam do eis, et non peribunt in eternum, et non rapiet eas quisquam de manu mea. Pater meus quod dedit mihi maius omnibus est, et nemo potest rapere de manu patris mei. Ego et pater unum sumus. Sustulerunt lapides Iudei, ut lapidarent eum. Respondit eis Iesus: Multa bona opera ostendi vobis ex patre meo; propter quod eorum opus me lapidatis? Responderunt ei Iudei: De bono opere non lapidamus te, sed de blasphemia, et quia tu homo cum sis, facis te ipsum deum. Respondit eis Iesus: Nonne scriptum est in lege vestra, quia ego dixi dii estis? Si illos dixit deos ad quos sermo dei factus est, et non potest solvi scriptura, quem pater sanctificavit et misit in mundum, vos dicitis quia blasphemas, quia dixi filius dei sum? Si non facio opera patris mei, nolite credere mihi. Si autem facio, et si mihi non vultis credere, operibus credite, ut cognoscatis et credatis quia in me est pater, et ego in patre.

Querebant ergo eum prehendere, et exivit de manibus eorum. Et abiit iterum trans Iordanen in eum locum ubi erat Iohannes baptizans primum, et mansit illic. Et multi venerunt ad eum et dicebant: Quia Iohannes quidem signum fecit nullum. Omnia autem quecumque dixit Iohannes de hoc vera erant. Et multi crediderunt in eum. Erat autem quidam languens Lazarus a Bethania, de castello Marie et Marthe sororum eius. Maria autem erat que unxit dominum unguento, et extersit pedes eius capillis suis, cuius frater Lazarus infirmabatur. Miserunt ergo sorores eius ad eum dicentes: Domine, ecce quem amas infirmatur. Audiens autem Iesus dixit eis: Infirmitas hec non est ad mortem, sed pro gloria dei, ut glorificetur filius dei per eam. Diligebat autem Iesus Martham et sororem eius Mariam et Lazarum. Ut ergo audivit quia infirmatur, tunc quidem mansit in eodem loco duobus diebus. Deinde post hec dixit discipulis suis: Eamus in Iudeam iterum. Dicunt ei discipuli: Rabbi, nunc querebant te Iudei lapidare, et iterum vadis illuc? Respondit Iesus: Nonne duodecim hore sunt diei? Si quis ambulaverit in die, non offendit, quia lucem huius mundi videt. Si autem ambulaverit in nocte, offendit, quia lux non est in eo. Hec ait, et post hec dicit eis: Lazarus amicus noster dormit, sed vado ut a sompno excitem eum. Dixerunt ergo discipuli eius: Domine, si dormit salvus erit. Dixerat autem Iesus de morte eius; illi autem putaverunt quia de dormitione sompni diceret. Tunc ergo dixit eis manifeste: Lazarus mortuus est, et gaudeo propter vos, ut credatis, quoniam non eram ibi. Sed eamus ad eum. Dixit ergo Thomas, qui dicitur Didimus, ad condiscipulos: Eamus et nos, ut moriamur cum eo. Venit itaque Iesus, et invenit eum quatuor dies iam in monumento habentem. Erat autem Bethania iuxta Hierosolimam quasi stadiis quindecim. Multi autem ex Iudeis venerant ad Martham et Mariam, ut consolarentur eas de fratre suo. Martha ergo ut audivit quia Iesus venit, occurrit illi; Maria autem domi sedebat. Dixit ergo Martha ad Iesum: Domine, si fuisses hic, frater meus non fuisset mortuus. Sed et nunc scio quia quecumque poposceris a deo, dabit tibi deus. Dicit illi Iesus: Resurget frater tuus. Dicit ei Martha: Scio quia resurget in resurrectione in novissimo die. Dixit ei Iesus: Ego sum resurrectio et vita. Qui credit in me, etiam si mortuus fuerit, vivet; et omnis qui vivit et credit in me, non morietur in eternum. Credis hoc? Ait illi: Utique, domine. Ego credidi quia tu es Christus filius dei vivi, qui in hunc mundum venisti. Et cum hec dixisset, abiit et vocavit Mariam sororem suam silentio dicens: Magister adest et vocat te. Illa ut audivit, surgit cito et venit ad eum. Nondum enim venerat Iesus in castellum, sed erat adhuc in illo loco ubi occurrerat ei Martha. Iudei igitur qui erant cum ea in domo et consolabantur eam, cum vidissent Mariam quia cito surrexit et exiit, secuti sunt eam dicentes: Quia vadit ad monumentum ut ploret ibi. Maria ergo cum venisset ubi erat Iesus, videns eum cecidit ad pedes eius et dicit ei: Domine, si fuisses hic, non esset mortuus frater meus. Iesus ergo ut vidit eam plorantem, et Iudeos qui venerant cum ea plorantes, infremuit spiritu et turbavit se ipsum, et dixit: Ubi posuistis eum? Dicunt ei: Domine, veni et vide. Et lacrimatus est.

eis ihesus. Dixerunt ergo iudei: Ecce quomodo amabat eum. Quidam autem ex ipsis dixerunt: Non poterat hic qui aperuit oculos ceci nati facere ut et hic non moreretur? Ihesus ergo rursum fremens in semetipso, uenit ad monumentum. Erat autem spelunca, et lapis superpositus erat ei. Ait ihesus: Tollite lapidem. Dicit ei martha soror eius qui mortuus fuerat: Domine, iam fetet; quatriduanus enim est. Dicit ei ihesus: Nonne dixi tibi quoniam si credideris uidebis gloriam dei? Tulerunt ergo lapidem. Ihesus autem eleuatis sursum oculis dixit: Pater, gratias ago tibi quoniam audisti me. Ego autem sciebam quia semper me audis, sed propter populum qui circumstat dixi, ut credant quia tu me misisti. Hec cum dixisset, uoce magna clamauit: Lazare, ueni foras. Et statim prodiit qui fuerat mortuus, ligatus manibus et pedibus institis, et facies illius sudario erat ligata. Dixit eis ihesus: Soluite eum et sinite abire. Multi ergo ex iudeis qui uenerant ad mariam et uiderant que fecit, crediderunt in eum.

Quidam autem ex ipsis abierunt ad phariseos, et dixerunt eis que fecit ihesus. Collegerunt ergo pontifices et pharisei concilium et dicebant: Quid facimus, quia hic homo multa signa facit? Si dimittimus eum sic, omnes credent in eum, et uenient romani et tollent nostrum et locum et gentem. Vnus autem ex ipsis cayphas cum esset pontifex anni illius, dixit eis: Vos nescitis quicquam, nec cogitatis quia expedit uobis ut unus moriatur homo pro populo, et non tota gens pereat. Hoc autem a semetipso non dixit, sed cum esset pontifex anni illius, prophetauit quia ihesus moriturus erat pro gente, et non tantum pro gente, sed ut filios dei qui erant dispersi congregaret in unum. Ab illo ergo die cogitauerunt ut interficerent eum. Ihesus ergo iam non in palam ambulabat apud iudeos, sed abiit in regionem iuxta desertum in ciuitatem que dicitur effrem, et ibi morabatur cum discipulis suis.

Proximum autem erat pascha iudeorum. Et ascenderunt multi hierosolimam de regione ante pascha ut sanctificarent se ipsos. Querebant ergo ihesum et colloquebantur ad inuicem in templo stantes: Quid putatis quia non uenit ad diem festum? Dederant autem pontifices et pharisei mandatum, ut si quis cognouerit ubi sit, indicet ut apprehendant eum. Ihesus ergo ante sex dies pasche uenit bethaniam, ubi fuerat lazarus mortuus quem suscitauit ihesus. Fecerunt autem ei cenam ibi, et martha ministrabat. Lazarus uero unus erat ex discumbentibus cum eo. Maria ergo accepit libram unguenti nardi pistici pretiosi, unxit pedes ihesu et extersit capillis suis pedes eius, et domus impleta est ex odore unguenti. Dixit ergo unus ex discipulis eius iudas scariothis qui erat eum traditurus: Quare hoc unguentum non uenit trecentis denariis et datum est egenis? Dixit autem hoc non quia de egenis pertinebat ad eum, sed quia fur erat et loculos habens ea que mittebantur portabat. Dixit ergo ihesus: Sine illam, ut in diem sepulture mee seruet illud. Pauperes enim semper habetis uobiscum, me autem non semper habebitis. Cognouit ergo turba multa ex iudeis quia illic est, et uenerunt non propter ihesum tantum, sed ut lazarum uiderent quem suscitauit a mortuis. Cogitauerunt autem principes sacerdotum ut et lazarum interficerent, quia multi abibant propter illum ex iudeis et credebant in ihesum.

In crastinum autem turba multa que uenerat ad diem festum, cum audissent quia uenit ihesus hierosolimam, acceperunt ramos palmarum et processerunt obuiam ei et clamabant: Osanna, benedictus qui uenit in nomine domini, rex israhel. Et inuenit ihesus asellum, et sedit super eum, sicut scriptum est: Noli timere filia syon, ecce rex tuus uenit sedens super pullum asine. Hec non cognouerunt discipuli eius primum, sed quando glorificatus est ihesus, tunc recordati sunt quia hec erant scripta de eo, et hec fecerunt ei. Testimonium ergo perhibebat turba que erat cum eo quando lazarum uocauit de monumento et suscitauit eum a mortuis. Propterea et obuiam uenit ei turba, quia audierunt eum fecisse hoc signum. Pharisei ergo dixerunt ad semet ipsos: Videtis quia nichil proficimus? Ecce mundus totus post eum abiit. Erant autem gentiles quidam ex his qui ascenderant ut adorarent in die festo. Hii ergo accesserunt ad philippum qui erat a bethsaida galilee, et rogabant eum dicentes: Domine, uolumus ihesum uidere. Venit philippus et dicit andree; andreas rursum et philippus dixerunt ihesu. Ihesus autem respondit eis dicens: Venit hora ut clarificetur filius hominis. Amen amen dico uobis, nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet; si autem mortuum fuerit, multum fructum affert. Qui amat animam suam, perdet eam; et qui odit animam suam in hoc mundo, in uitam eternam custodit eam. Si quis michi ministrat, me sequatur; et ubi sum ego, illic et minister meus erit. Si quis michi ministrauerit, honorificabit eum pater meus.

Nunc anima mea turbata est. Et quid dicam? Pater, saluifica me ex hac hora. Sed propterea ueni in horam hanc. Pater, clarifica tuum nomen. Venit ergo uox de celo: Et clarificaui et iterum clarificabo. Turba ergo que stabat et audierat dicebat tonitruum factum esse. Alii dicebant: Angelus ei locutus est. Respondit ihesus et dixit: Non propter me uox hec uenit, sed propter uos. Nunc iudicium est mundi, nunc princeps mundi huius eicietur foras. Et ego si exaltatus fuero a terra, omnia traham ad me ipsum. Hoc autem dicebat significans qua esset morte moriturus. Respondit ei turba: Nos audiuimus ex lege quia christus manet in eternum; et quomodo tu dicis oportet exaltari filium hominis? Quis est iste filius hominis? Dixit ergo eis ihesus: Adhuc modicum lumen in uobis est. Ambulate dum lucem habetis, ut non tenebre uos comprehendant; et qui ambulat in tenebris nescit quo uadat. Dum lucem habetis, credite in lucem, ut filii lucis sitis. Hec locutus est ihesus, et abiit et abscondit se ab eis. Cum autem tanta signa fecisset coram eis, non credebant in eum, ut sermo ysaie prophete impleretur quem dixit: Domine, quis credidit auditui nostro? et brachium domini cui reuelatum est?

Propterea non poterant credere, quia iterum dixit ysaias: Excecauit oculos eorum et indurauit eorum cor, ut non uideant oculis et intelligant corde et conuertantur et sanem eos. Hec dixit ysaias quando uidit gloriam eius et locutus est de eo. Verumtamen et ex principibus multi crediderunt in eum, sed propter phariseos non confitebantur ut de synagoga non eicerentur. Dilexerunt enim gloriam hominum magis quam gloriam dei. Ihesus autem clamauit et dixit: Qui credit in me, non credit in me sed in eum qui misit me; et qui uidet me, uidet eum qui misit me.

Ego lux in mundum ueni, ut omnis qui credit in me in tenebris non maneat. Et si quis audierit uerba mea et non custodierit, ego non iudico eum; non enim ueni ut iudicem mundum, sed ut saluificem mundum. Qui spernit me et non accipit uerba mea, habet qui iudicet eum. Sermo quem locutus sum, ille iudicabit eum in nouissimo die. Quia ego ex me ipso non sum locutus, sed qui misit me pater, ipse michi mandatum dedit quid dicam et quid loquar. Et scio quia mandatum eius uita eterna est. Que ergo ego loquor, sicut dixit michi pater, sic loquor.

Ante diem festum pasche, sciens ihesus quia uenit hora eius ut transeat ex hoc mundo ad patrem, cum dilexisset suos qui erant in mundo, in finem dilexit eos. Et cena facta, cum diabolus iam misisset in cor ut traderet eum iudas symonis scariothis, sciens quia omnia dedit ei pater in manus, et quia a deo exiuit et ad deum uadit, surgit a cena et ponit uestimenta sua, et cum accepisset linteum, precinxit se. Deinde mittit aquam in peluim, et cepit lauare pedes discipulorum et extergere linteo quo erat precinctus. Venit ergo ad symonem petrum. Et dicit ei petrus: Domine, tu michi lauas pedes? Respondit ihesus et dixit ei: Quod ego facio, tu nescis modo, scies autem postea. Dicit ei petrus: Non lauabis michi pedes in eternum. Respondit ei ihesus: Si non lauero te, non habebis partem mecum. Dicit ei symon petrus: Domine, non tantum pedes meos, sed et manus et caput. Dicit ei ihesus: Qui lotus est, non indiget nisi ut pedes lauet, sed est mundus totus. Et uos mundi estis, sed non omnes. Sciebat enim quisnam esset qui traderet eum; propterea dixit: Non estis mundi omnes. Postquam ergo lauit pedes eorum, et accepit uestimenta sua, cum recubuisset iterum, dixit eis: Scitis quid fecerim uobis? Vos uocatis me magister et domine, et bene dicitis; sum etenim. Si ergo ego laui uestros pedes dominus et magister, et uos debetis alter alterius lauare pedes. Exemplum enim dedi uobis, ut quemadmodum ego feci uobis, ita et uos faciatis.

Amen amen dico uobis, non est seruus maior domino suo, neque apostolus maior eo qui misit illum. Si hec scitis, beati eritis si feceritis ea. Non de omnibus uobis dico; ego scio quos elegerim; sed ut impleatur scriptura: Qui manducat mecum panem leuabit contra me calcaneum suum. Amodo dico uobis priusquam fiat, ut credatis cum factum fuerit quia ego sum.

Amen amen dico uobis, qui accipit si quem misero, me accipit; qui autem me accipit, accipit eum qui me misit. Cum hec dixisset ihesus, turbatus est spiritu, et protestatus est et dixit: Amen amen dico uobis, quia unus ex uobis tradet me. Aspiciebant ergo ad inuicem discipuli, hesitantes de quo diceret. Erat ergo recumbens unus ex discipulis eius in sinu ihesu, quem diligebat ihesus. Innuit ergo huic symon petrus et dicit ei: Quis est de quo dicit? Itaque cum recubuisset ille supra pectus ihesu, dicit ei: Domine, quis est? Respondit ihesus: Ille est cui ego intinctum panem porrexero. Et cum intinxisset panem, dedit iude symonis scariothis. Et post buccellam, tunc introiuit in illum sathanas. Dicit ei ihesus: Quod facis, fac citius. Hoc autem nemo sciuit discumbentium ad quid dixerit ei. Quidam enim putabant quia loculos habebat iudas, quia dicit ei ihesus: Eme ea que opus sunt nobis ad diem festum, aut egenis ut aliquid daret. Cum ergo accepisset ille buccellam, exiuit continuo. Erat autem nox. Cum ergo exisset, dixit ihesus: Nunc clarificatus est filius hominis, et deus clarificatus est in eo. Si deus clarificatus est in eo, et deus clarificauit eum in semet ipso, et continuo clarificauit eum. Filioli, adhuc modicum uobiscum sum. Queretis me, et sicut dixi iudeis: Quo ego uado uos non potestis uenire, et uobis dico modo. Mandatum nouum do uobis, ut diligatis inuicem; sicut dilexi uos, ut et uos diligatis inuicem. In hoc cognoscent omnes quia mei estis discipuli, si dilectionem habueritis ad inuicem.

Dicit ei symon petrus: Domine, quo uadis? Respondit ihesus: Quo ego uado non potes me modo sequi, sequeris autem postea. Dicit ei petrus: Quare non possum modo sequi te? Animam meam pro te ponam. Respondit ihesus: Animam tuam pro me ponis? Amen amen dico tibi, non cantabit gallus donec ter me neges.

Non turbetur cor uestrum. Creditis in deum, et in me credite. In domo patris mei mansiones multe sunt. Si quo minus, dixissem uobis quia uado parare uobis locum. Et si abiero et preparauero uobis locum, iterum uenio et accipiam uos ad me ipsum, ut ubi sum ego et uos sitis. Et quo ego uado scitis, et uiam scitis. Dicit ei thomas: Domine, nescimus quo uadis, et quomodo possumus uiam scire? Dicit ei ihesus: Ego sum uia et ueritas et uita. Nemo uenit ad patrem nisi per me. Si cognouissetis me, et patrem meum utique cognouissetis; et amodo cognoscetis eum et uidistis eum. Dicit ei philippus: Domine, ostende nobis patrem, et sufficit nobis. Dicit ei ihesus: Tanto tempore uobiscum sum et non cognouistis me? Philippe, qui uidet me, uidet et patrem. Quomodo tu dicis: Ostende nobis patrem? Non credis quia ego in patre et pater in me est? Verba que ego loquor, a me ipso non loquor; pater autem in me manens ipse facit opera. Non creditis quia ego in patre et pater in me est? Alioquin propter opera ipsa credite.

Amen amen dico uobis, qui credit in me, opera que ego facio et ipse faciet, et maiora horum faciet, quia ego ad patrem uado. Et quodcumque petieritis in nomine meo, hoc faciam, ut glorificetur pater in filio. Si quid petieritis in nomine meo, hoc faciam.

Si diligitis me, mandata mea seruate. Et ego rogabo patrem, et alium paraclitum dabit uobis, ut maneat uobiscum in eternum, spiritum ueritatis, quem mundus non potest accipere, quia non uidet eum nec scit eum. Vos autem cognoscetis eum, quia apud uos manebit et in uobis erit. Non relinquam uos orphanos, ueniam ad uos. Adhuc modicum, et mundus me iam non uidet. Vos autem uidetis me, quia ego uiuo et uos uiuetis. In illo die uos cognoscetis quia ego in patre meo, et uos in me, et ego in uobis. Qui habet mandata mea et seruat ea, ille est qui diligit me. Qui autem diligit me, diligetur a patre meo, et ego diligam eum et manifestabo ei me ipsum.

Dicit ei iudas, non ille scariothis: Domine, quid factum est quia nobis manifestaturus es te ipsum et non mundo? Respondit ihesus et dixit ei: Si quis diligit me, sermonem meum seruabit, et pater meus diliget eum, et ad eum ueniemus, et mansionem apud eum faciemus. Qui non diligit me, sermones meos non seruat. Et sermonem quem audistis non est meus, sed eius qui misit me patris. Hec locutus sum uobis apud uos manens. Paraclitus autem spiritus sanctus quem mittet pater in nomine meo, ille uos docebit omnia et suggeret uobis omnia quecumque dixero uobis. Pacem relinquo uobis, pacem meam do uobis; non quomodo mundus dat ego do uobis. Non turbetur cor uestrum neque formidet. Audistis quia ego dixi uobis: Vado et uenio ad uos. Si diligeretis me, gauderetis utique quia ad patrem uado, quia pater maior me est. Et nunc dixi uobis priusquam fiat, ut cum factum fuerit credatis. Iam non multa loquar uobiscum. Venit enim princeps mundi huius, et in me non habet quicquam. Sed ut cognoscat mundus quia diligo patrem, et sicut mandatum dedit michi pater sic facio. Surgite, eamus hinc.

Ego sum uitis uera, et pater meus agricola est. Omnem palmitem in me non ferentem fructum tollet eum, et omnem qui fert fructum purgabit eum ut fructum plus afferat. Iam uos mundi estis propter sermonem quem locutus sum uobis. Manete in me, et ego in uobis. Sicut palmes non potest ferre fructum a semet ipso nisi manserit in uite, sic nec uos nisi in me manseritis. Ego sum uitis, uos palmites. Qui manet in me et ego in eo, hic fert fructum multum, quia sine me nichil potestis facere. Si quis in me non manserit, mittetur foras sicut palmes et arescet, et colligent eum et in ignem mittent, et ardet. Si manseritis in me et uerba mea in uobis manserint, quodcumque uolueritis petetis et fiet uobis. In hoc clarificatus est pater meus, ut fructum plurimum afferatis et efficiamini mei discipuli. Sicut dilexit me pater, et ego dilexi uos. Manete in dilectione mea. Si precepta mea seruaueritis, manebitis in dilectione mea, sicut et ego

pacis mei praecepta seruaui et maneo in eius dilectione. Haec locutus
sum uobis, ut gaudium meum in uobis sit, et gaudium uestrum impleatur.
Hoc est praeceptum meum ut diligatis inuicem, sicut dilexi uos. Maiorem hac
dilectionem nemo habet, ut animam suam ponat quis pro amicis suis. Uos
amici mei estis, si feceritis quae ego praecipio uobis. Iam non dicam uos ser
uos, quia seruus nescit quid faciat dominus eius. Uos autem dixi amicos,
quia omnia quaecumque audiui a patre meo nota feci uobis. Non uos me elegistis,
sed ego elegi uos, et posui uos ut eatis et fructum afferatis, et fructus uester
maneat. Ut quodcumque petieritis patrem in nomine meo det uobis.
Haec mando uobis, ut diligatis inuicem. Si mundus uos odit, scitote quia
me priorem uobis odio habuit. Si de mundo fuissetis, mundus quod suum
erat diligeret. Quia uero de mundo non estis, sed ego elegi uos de mun
do, propterea odit uos mundus. Mementote sermonis mei, quem ego
dixi uobis, non est seruus maior domino suo. Si me persecuti sunt, et
uos persequentur. Si sermonem meum seruauerunt, et uestrum seruabunt.
Sed haec omnia facient uobis propter nomen meum, quia nesciunt eum qui misit
me. Si non uenissem et locutus fuissem eis, peccatum non haberent.
Nunc autem excusationem non habent de peccato suo. Qui me odit, et
patrem meum odit. Si opera non fecissem in eis quae nemo alius fecit,
peccatum non haberent. Nunc autem et uiderunt et oderunt et me et
patrem meum. Sed ut impleatur sermo qui in lege eorum scriptus est quia
odio habuerunt me gratis.
Cum autem uenerit paraclitus quem ego mittam uobis a patre spiritum uerita
tis qui a patre procedit, ille testimonium perhibebit de me. Et uos testi
monium perhibebitis, quia ab initio mecum estis. Haec locutus sum uobis,
ut non scandalizemini. Absque synagogis facient uos. Sed uenit hora
ut omnis qui interficit uos, arbitretur obsequium se praestare deo. Et haec
facient uobis, quia non nouerunt patrem neque me. Sed haec locutus sum uobis,
ut cum uenerit hora eorum reminiscamini quia ego dixi uobis. Haec autem
uobis ab initio non dixi, quia uobiscum eram. Et nunc uado ad eum qui me
misit, et nemo ex uobis interrogat me quo uadis. Sed quia haec locutus
sum uobis, tristitia impleuit cor uestrum. Sed ego ueritatem dico uobis,
expedit uobis ut ego uadam. Si enim non abiero, paraclitus non ueniet
ad uos. Si autem abiero, mittam eum ad uos. Et cum uenerit ille arguet
mundum de peccato, et de iustitia, et de iudicio. De peccato quidem,
quia non crediderunt in me. De iustitia uero, quia ad patrem uado et iam non
uidebitis me. De iudicio autem, quia princeps mundi huius iudicatus est.
Adhuc multa habeo uobis dicere, sed non potestis portare modo.
Cum autem uenerit ille spiritus ueritatis, docebit uos omnem ueritatem.
Non enim loquetur a semet ipso, sed quaecumque audiet loquetur, et quae
uentura sunt annuntiabit uobis. Ille me clarificabit quia de meo
accipiet, et annuntiabit uobis.
Omnia quaecumque habet pater mea sunt. Propterea dixi quia de meo acci
piet, et annuntiabit uobis. Modicum et iam non uidebitis
me, et iterum modicum et uidebitis me, quia uado ad patrem. Dixe
runt ergo ex discipulis eius ad inuicem. Quid est hoc quod dicit nobis modicum
et non uidebitis me, et iterum modicum et uidebitis me, et quia uado
ad patrem. Dicebant ergo. Quid est hoc quod dicit modicum? Ne
scimus quid loquitur. Cognouit autem Iesus quia uolebant eum interroga
re, dixit eis. De hoc quaeritis inter uos, quia dixi modicum et non uide
bitis me, et iterum modicum et uidebitis me. Amen amen dico uobis,
quia plorabitis et flebitis uos, mundus autem gaudebit. Uos autem contri
stabimini, sed tristitia uestra uertetur in gaudium. Mulier cum parit tristi
tiam habet, quia uenit hora eius. Cum autem pepererit puerum iam
non meminit pressurae propter gaudium, quia natus est homo in mundum.
Et uos igitur nunc quidem tristitiam habetis. Iterum autem uidebo uos,
et gaudebit cor uestrum. Et gaudium uestrum nemo tollet a uobis. Et
in illo die me non interrogabitis quicquam.
Amen amen dico uobis, si quid petieritis patrem in nomine meo dabit uobis.
Usque modo non petistis quicquam in nomine meo. Petite et accipietis,
ut gaudium uestrum sit plenum. Haec in prouerbiis locutus sum uobis. Uenit
hora, cum iam non in prouerbiis loquar uobis, sed palam de patre annun
tiabo uobis. Illo die in nomine meo petetis, et non dico uobis quia ego
rogabo patrem de uobis. Ipse enim pater amat uos, quia uos me ama
stis et credidistis quia a deo exiui. Exiui a patre et ueni in
mundum. Iterum relinquo mundum et uado ad patrem. Dicunt dis
cipuli eius. Ecce nunc palam loqueris et prouerbium nullum dicis.
Nunc scimus quia scis omnia et non opus est tibi ut quis te interroget.
In hoc credimus quia a deo existi.
Respondit eis Iesus. Modo creditis. Ecce uenit hora et iam uenit
ut dispergamini unusquisque in propria et me solum relinquatis. Et non
sum solus, quia pater mecum est. Haec locutus sum uobis ut in me
pacem habeatis. In mundo pressuram habebitis, sed confidite, ego
uici mundum.
Haec locutus est Iesus, et subleuatis oculis in caelum dixit. Pater uenit hora,
clarifica filium tuum, ut filius tuus clarificet te. Sicut dedisti ei
potestatem omnis carnis, ut omne quod dedisti ei, det eis uitam aeternam.
Haec est autem uita aeterna, ut cognoscant te solum uerum deum et quem misisti
Iesum Christum. Ego te clarificaui super terram, opus consummaui quod de
disti mihi ut faciam. Et nunc clarifica me tu pater apud temet ipsum
claritate quam habui priusquam mundus esset apud te. Manifestaui nomen tuum
hominibus quos dedisti mihi de mundo. Tui erant et mihi eos
dedisti, et sermonem tuum seruauerunt. Nunc cognouerunt quia omnia
quae dedisti mihi abs te sunt, quia uerba quae dedisti mihi dedi eis. Et ipsi ac
ceperunt et cognouerunt uere quia a te exiui, et crediderunt quia tu me
misisti. Ego pro eis rogo. Non pro mundo rogo, sed pro his quos dedisti mihi quia tui
sunt. Et mea omnia tua sunt, et tua mea sunt, et clarificatus sum in eis.
Et iam non sum in mundo, et hi in mundo sunt, et ego ad te uenio.
Pater sancte serua eos in nomine tuo quos dedisti mihi, ut sint unum sicut et nos.
Cum essem cum eis, ego seruabam eos in nomine tuo. Quos dedisti mihi
custodiui, et nemo ex his periit, nisi filius perditionis ut scriptura im
pleatur. Nunc autem ad te uenio, et haec loquor in mundo, ut habeant gau
dium meum impletum in semet ipsis. Ego dedi eis sermonem tuum, et mundus
odio eos habuit, quia non sunt de mundo, sicut et ego non sum de mundo.
Non rogo ut tollas eos de mundo, sed ut serues eos ex malo. De mundo
non sunt, sicut et ego non sum de mundo. Sanctifica eos in ueritate. Sermo
tuus ueritas est. Sicut me misisti in mundum, et ego misi eos in mundum.
Et pro eis sanctifico me ipsum, ut sint et ipsi sanctificati in ueritate. Non pro his
autem rogo tantum, sed et pro eis qui credituri sunt per uerbum eorum in me.
Ut omnes unum sint, sicut tu pater in me et ego in te, ut et ipsi in nobis unum
sint, ut mundus credat quia tu me misisti. Et ego claritatem quam dedi
sti mihi dedi eis, ut sint unum, sicut et nos unum sumus. Ego in eis et tu in
me, ut sint consummati in unum, et cognoscat mundus quia tu me mi
sisti, et dilexisti eos sicut et me dilexisti. Pater quos dedisti mihi uolo
ut ubi sum ego, et illi sint mecum, ut uideant claritatem meam quam dedisti
mihi, quia dilexisti me ante constitutionem mundi. Pater iuste, et mundus

te non cognouit, ego autem te cognoui. Et hi cognouerunt quia tu me mi
sisti. Et notum feci eis nomen tuum et notum faciam, ut dilectio qua dile
xisti me in ipsis sit et ego in ipsis.
Haec cum dixisset Iesus, egressus est cum discipulis suis trans torrentem cedron,
ubi erat hortus, in quem introiuit ipse et discipuli eius. Sciebat autem et iudas
qui tradebat eum locum, quia frequenter Iesus conuenerat illuc cum discipulis suis.
Iudas ergo cum accepisset cohortem et a pontificibus et pharisaeis ministros,
uenit illuc cum laternis et facibus et armis. Iesus itaque sciens omnia quae uen
tura erant super eum, processit et dicit eis. Quem quaeritis? Responderunt
ei. Iesum nazarenum. Dicit eis Iesus. Ego sum. Stabat autem et iudas qui tradebat
eum cum ipsis. Ut ergo dixit eis ego sum, abierunt retrorsum et ceciderunt
in terram. Iterum ergo interrogauit eos. Quem quaeritis? Illi autem dixerunt.
Iesum nazarenum. Respondit Iesus. Dixi uobis quia ego sum. Si ergo
me quaeritis, sinite hos abire. Ut impleretur sermo quem dixit, quia quos de
disti mihi, non perdidi ex eis quemquam. Symon ergo petrus habens gladium eduxit
eum, et percussit pontificis seruum, et abscidit eius auriculam dexteram.
Erat autem nomen seruo malchus. Dixit ergo Iesus petro. Mitte gladium tuum in
uaginam. Calicem quem dedit mihi pater non bibam illum? Cohors ergo et tri
bunus et ministri iudaeorum comprehenderunt Iesum, et ligauerunt eum.
Et adduxerunt eum ad annam primum. Erat autem socer caiphae qui erat
pontifex anni illius. Erat autem caiphas qui consilium dederat iudaeis
quia expedit unum hominem mori pro populo. Sequebatur autem Iesum symon
petrus et alius discipulus. Discipulus autem ille erat notus pontifici, et introiuit
cum Iesu in atrium pontificis. Petrus autem stabat ad ostium foris. Exi
uit ergo discipulus alius qui erat notus pontifici, et dixit ostiariae, et intro
duxit petrum. Dixit ergo petro ancilla ostiaria. Numquid et tu ex dis
cipulis es hominis istius? Dicit ille. Non sum. Stabant autem serui et
ministri ad prunas quia frigus erat, et calefaciebant. Erat autem cum eis
petrus stans et calefaciens se. Pontifex ergo interrogauit Iesum de discipulis
suis et de doctrina eius. Respondit ei Iesus. Ego palam locutus sum
mundo. Ego semper docui in synagoga, et in templo quo omnes iudaei con
ueniunt, et in occulto locutus sum nihil. Quid me interrogas? Inter
roga eos qui audierunt quid locutus sum ipsis. Ecce hi sciunt quae dixe
rim ego. Haec autem cum dixisset, unus assistens ministrorum dedit alapam
Iesu dicens. Sic respondes pontifici? Respondit ei Iesus. Si male
locutus sum, testimonium perhibe de malo. Si autem bene, quid me caedis?
Et misit eum annas ligatum ad caypham pontificem. Erat autem symon
petrus stans et calefaciens se. Dixerunt ergo ei. Numquid et tu ex discipulis
eius es? Negauit ille et dixit. Non sum. Dicit ei unus ex seruis
pontificis, cognatus eius cuius abscidit petrus auriculam. Nonne ego
te uidi in horto cum illo? Iterum ergo negauit petrus, et statim gallus
cantauit. Adducunt ergo Iesum ad caypham in praetorium. Erat autem mane.
Et ipsi non introierunt in praetorium ut non contaminarentur, sed manduca
rent pascha. Exiuit ergo ad eos pilatus foras et dixit. Quam accusati
onem affertis aduersus hominem hunc? Responderunt et dixerunt
ei. Si non esset hic malefactor, non tibi tradidissemus eum. Dixit ergo
eis pilatus. Accipite eum uos, et secundum legem uestram iudicate eum. Di
xerunt ergo ei iudaei. Nobis non licet interficere quemquam. Ut sermo
domini impleretur quem dixit significans qua morte esset moriturus.
Introiuit ergo iterum in praetorium pilatus et uocauit Iesum, et dixit ei. Tu es
rex iudaeorum? Et respondit Iesus. A temet ipso hoc dicis, an alii
tibi dixerunt de me? Respondit pilatus. Numquid ego iudaeus sum?
Gens tua et pontifices tradiderunt te mihi. Quid fecisti? Respondit Iesus.
Regnum meum non est de hoc mundo. Si ex hoc mundo esset regnum
meum, ministri mei utique decertarent ut non traderer iudaeis. Nunc
autem regnum meum non est hinc. Dixit itaque ei pilatus. Ergo rex es tu?
Respondit Iesus. Tu dicis quia rex sum ego. Ego in hoc natus sum,
et ad hoc ueni in mundum, ut testimonium perhibeam ueritati. Omnis
qui est ex ueritate, audit meam uocem. Dicit ei pilatus. Quid est ueritas?
Et cum hoc dixisset, iterum exiuit ad iudaeos. Et dicit eis. Ego nul
lam inuenio in eo causam. Est autem consuetudo uobis, ut unum dimittam
uobis in pascha. Uultis ergo dimittam uobis regem iudaeorum? Clamauerunt
rursum omnes dicentes. Non hunc sed barrabam. Erat autem barrabas
latro. Tunc ergo apprehendit pilatus Iesum, et flagellauit. Et milites latro
plectentes coronam de spinis imposuerunt capiti eius, et ueste pur
purea circumdederunt eum. Et ueniebant ad eum et dicebant.
Aue rex iudaeorum. Et dabant ei alapas. Exiuit iterum pilatus
foras et dicit eis. Ecce adduco uobis eum foras, ut cognoscatis quia
in eo nullam causam inuenio. Exiuit ergo Iesus portans spineam coronam
et purpureum uestimentum. Et dicit eis. Ecce homo.
Cum ergo uidissent eum pontifices et ministri, clamabant dicentes.
Crucifige, crucifige eum. Dicit eis pilatus. Accipite eum uos et cru
cifigite. Ego enim non inuenio in eo causam. Responderunt ei iudaei.
Nos legem habemus, et secundum legem debet mori, quia filium dei se fecit.
269. Cum ergo audisset pilatus hunc sermonem magis timuit. Et ingressus est
praetorium iterum, et dicit ad Iesum. Unde es tu? Iesus autem responsum non
dedit ei. Dicit ei pilatus. Mihi non loqueris? Nescis quia potestatem
habeo crucifigere te, et potestatem habeo dimittere te?
Respondit Iesus. Non haberes potestatem aduersum me ullam, nisi
esset datum tibi desuper. Propterea qui me tradidit tibi, maius peccatum
habet. Exinde quaerebat pilatus dimittere eum. Iudaei autem clama
bant dicentes. Si hunc dimittis, non es amicus caesaris. Omnis qui
se regem facit, contradicit caesari. Pilatus ergo cum audisset hos sermo
nes, adduxit foras Iesum, et sedit pro tribunali in locum qui dicitur lithostrotos,
hebraice autem gabbatha. Erat autem parasceue paschae, hora quasi sexta.
Et dicit iudaeis. Ecce rex uester. Illi autem clamabant. Tolle tolle cru
cifige eum. Dicit eis pilatus. Regem uestrum crucifigam? Responderunt
pontifices. Non habemus regem nisi caesarem. Tunc ergo tradidit eis illum
ut crucifigeretur. Susceperunt autem Iesum et eduxerunt. Et baiulans [illegible]
sibi crucem exiuit in eum qui dicitur caluariae locum, hebraice golgotha,
ubi eum crucifixerunt. Et cum eo alios duos hinc et hinc, medium
autem Iesum. Scripsit autem et titulum pilatus, et posuit super crucem. Erat au
tem scriptum: Iesus nazarenus rex iudaeorum. Hunc ergo titulum multi legerunt
iudaeorum, quia prope ciuitatem erat locus ubi crucifixus est Iesus. Et erat scriptum he
braice, graece et latine. Dicebant ergo pilato pontifices iudaeorum. Noli scribere
rex iudaeorum, sed quia ipse dixit rex sum iudaeorum. Respondit pilatus.
Quod scripsi scripsi.
Milites ergo cum crucifixissent eum, acceperunt uestimenta eius et fecerunt
quattuor partes, unicuique militi partem, et tunicam. Erat autem tunica
inconsutilis desuper contexta per totum. Dixerunt ergo ad inuicem. Non
scindamus eam, sed sortiamur de illa cuius sit. Ut scriptura impleretur
dicens. Partiti sunt uestimenta mea sibi, et in uestem meam miserunt sortem.
Et milites quidem haec fecerunt.
Stabant autem iuxta crucem Iesu mater eius, et soror matris eius maria cleophae
et maria magdalena. Cum uidisset ergo Iesus matrem et discipulum
stantem quem diligebat, dicit matri suae. Mulier ecce filius tuus. Dein

dicit discipulo. Et ex illa hora accepit eam discipulus in sua.

Postea sciens ihesus quia iam omnia consummata sunt, ut consummaretur scriptura dicit: Sitio. Vas ergo positum erat aceto plenum. Illi autem spongiam plenam aceto, ysopo circumponentes, obtulerunt ori eius. Iudei ergo quia parasceve erat, ut non remanerent in cruce corpora sabbato, erat enim magnus dies ille sabbati, rogaverunt pilatum ut frangerentur eorum crura et tollerentur. Venerunt ergo milites, et primi quidem fregerunt crura et alterius qui crucifixus est cum eo. Ad ihesum autem cum venissent, ut viderunt eum iam mortuum, non fregerunt eius crura, sed unus militum lancea latus eius aperuit, et continuo exivit sanguis et aqua. Et qui vidit testimonium perhibuit, et verum est eius testimonium. Et ille scit quia vera dicit, ut et vos credatis. Facta sunt enim hec ut scriptura impleretur: Os non comminuetis ex eo. Et iterum alia scriptura dicit: Videbunt in quem transfixerunt.

Post hec autem rogavit pilatum ioseph ab arimathia, eo quod esset discipulus ihesu, occultus autem propter metum iudeorum, ut tolleret corpus ihesu. Et permisit pilatus. Venit ergo et tulit corpus ihesu. Venit autem et nichodemus, qui venerat ad ihesum nocte primum, ferens mixturam mirre et aloes quasi libras centum. Acceperunt ergo corpus ihesu, et ligaverunt eum linteis cum aromatibus, sicut mos iudeis est sepelire. Erat autem in loco ubi crucifixus est hortus, et in horto monumentum novum, in quo nondum quisquam positus fuerat. Ibi ergo propter parasceven iudeorum, quia iuxta erat monumentum, posuerunt eum.

Una autem sabbati maria magdalena venit mane, cum adhuc tenebre essent, ad monumentum, et videt lapidem sublatum a monumento. Cucurrit ergo et venit ad symonem petrum et ad alium discipulum quem amabat ihesus, et dicit eis: Tulerunt dominum de monumento, et nescimus ubi posuerunt eum. Exiit ergo petrus et ille alius discipulus, et venerunt ad monumentum. Currebant autem duo simul, et ille alius discipulus precucurrit citius petro, et venit primus ad monumentum. Et cum se inclinasset, videt posita lintheamina, non tamen introivit. Venit ergo symon petrus sequens eum, et introivit in monumentum, et videt lintheamina posita, et sudarium quod fuerat super caput eius, non cum lintheaminibus positum, sed separatim involutum in unum locum. Tunc ergo introivit ille discipulus qui venerat primus ad monumentum, et vidit et credidit. Nondum enim sciebant scripturam, quia oporteret eum a mortuis resurgere. Abierunt ergo iterum ad semetipsos discipuli.

Maria autem stabat ad monumentum foris plorans. Dum ergo fleret, inclinavit se et prospexit in monumentum. Et vidit duos angelos in albis sedentes, unum ad caput et unum ad pedes, ubi positum fuerat corpus ihesu. Dicunt ei illi: Mulier, quid ploras? Dicit eis: Quia tulerunt dominum meum, et nescio ubi posuerunt eum. Hec cum dixisset, conversa est retrorsum, et videt ihesum stantem, et nesciebat quia ihesus est. Dicit ei ihesus: Mulier, quid ploras? Quem queris? Illa existimans quia hortulanus esset, dicit ei: Domine, si tu sustulisti eum, dicito michi ubi posuisti eum, et ego eum tollam. Dicit ei ihesus: Maria. Conversa illa dicit ei: Rabboni, quod dicitur magister. Dicit ei ihesus: Noli me tangere, nondum enim ascendi ad patrem meum. Vade autem ad fratres meos et dic eis: Ascendo ad patrem meum et patrem vestrum, deum meum et deum vestrum. Venit maria magdalena annuntians discipulis: Quia vidi dominum, et hec dixit michi.

Cum esset ergo sero die illa una sabbatorum, et fores essent clause ubi erant discipuli congregati propter metum iudeorum, venit ihesus et stetit in medio, et dicit eis: Pax vobis. Et cum hoc dixisset, ostendit eis manus et latus. Gavisi sunt ergo discipuli viso domino. Dixit ergo eis iterum: Pax vobis. Sicut misit me pater, et ego mitto vos. Hec cum dixisset, insufflavit et dicit eis: Accipite spiritum sanctum. Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis; et quorum retinueritis, retenta sunt. Thomas autem unus ex duodecim, qui dicitur didimus, non erat cum eis quando venit ihesus. Dixerunt ergo ei alii discipuli: Vidimus dominum. Ille autem dixit eis: Nisi videro in manibus eius fixuram clavorum, et mittam manum meam in latus eius, non credam.

Et post dies octo iterum erant discipuli eius intus, et thomas cum eis. Venit ihesus ianuis clausis, et stetit in medio, et dixit eis: Pax vobis. Deinde dicit thome: Infer digitum tuum huc, et vide manus meas, et affer manum tuam, et mitte in latus meum, et noli esse incredulus, sed fidelis. Respondit thomas et dixit ei: Dominus meus et deus meus. Dicit ei ihesus: Quia vidisti me, credidisti. Beati qui non viderunt et crediderunt. Multa quidem et alia signa fecit ihesus in conspectu discipulorum suorum, que non sunt scripta in libro hoc. Hec autem scripta sunt ut credatis quia ihesus est christus filius dei, et ut credentes vitam habeatis in nomine eius.

Postea manifestavit se iterum ihesus ad mare tyberiadis. Manifestavit autem sic. Erant simul symon petrus, et thomas qui dicitur didimus, et nathanael qui erat a chana galilee, et filii zebedei, et alii ex discipulis eius duo. Dicit eis symon petrus: Vado piscari. Dicunt ei: Venimus et nos tecum. Et exierunt et ascenderunt in navim, et illa nocte nichil prendiderunt. Mane autem iam facto stetit ihesus in litore, non tamen cognoverunt discipuli quia ihesus est. Dixit ergo eis ihesus: Pueri, numquid pulmentarium habetis? Responderunt ei: Non. Dicit eis: Mittite in dexteram navigii rete, et invenietis. Miserunt ergo, et iam non valebant illud trahere a multitudine piscium. Dixit ergo discipulus ille quem diligebat ihesus petro: Dominus est. Symon petrus cum audisset quia dominus est, tunica succinxit se, erat enim nudus, et misit se in mare. Alii autem discipuli navigio venerunt, non enim longe erant a terra, sed quasi cubitis ducentis, trahentes rete piscium. Ut ergo descenderunt in terram, viderunt prunas positas, et piscem superpositum, et panem. Dicit eis ihesus: Afferte de piscibus quos prendidistis nunc. Ascendit symon petrus, et traxit rete in terram plenum magnis piscibus centum quinquaginta tribus. Et cum tanti essent, non est scissum rete. Dicit eis ihesus: Venite, prandete. Et nemo audebat discumbentium interrogare eum: Tu quis es? scientes quia dominus est. Et venit ihesus et accepit panem et dat eis, et piscem similiter. Hoc iam tercio manifestatus est ihesus discipulis suis, cum resurrexisset a mortuis.

Cum ergo prandissent, dicit symoni petro ihesus: Symon iohannis, diligis me plus his? Dicit ei: Etiam domine, tu scis quia amo te. Dicit ei: Pasce agnos meos. Dicit ei iterum: Symon iohannis, diligis me? Dicit ei: Etiam domine, tu scis quia amo te. Dicit ei: Pasce agnos meos. Dicit ei tercio: Symon iohannis, amas me? Contristatus est petrus quia dixit ei tercio: Amas me? et dicit ei: Domine, tu omnia scis, tu scis quia amo te. Dicit ei: Pasce oves meas.

Amen amen dico tibi, cum esses iunior, cingebas te et ambulabas ubi volebas. Cum autem senueris, extendes manus tuas, et alius te cinget, et ducet quo non vis. Hoc autem dixit significans qua morte clarificaturus esset deum. Et cum hoc dixisset, dicit ei: Sequere me.

Conversus petrus vidit illum discipulum quem diligebat ihesus sequentem, qui et recubuit in cena super pectus eius, et dixit: Domine, quis est qui tradet te? Hunc ergo cum vidisset petrus, dicit ihesu: Domine, hic autem quid? Dicit ei ihesus: Sic eum volo manere donec veniam, quid ad te? Tu me sequere. Exiit ergo sermo iste inter fratres, quod discipulus ille non moritur. Et non dixit ei ihesus quia non moritur, sed: Sic eum volo manere donec veniam, quid ad te? Hic est discipulus qui testimonium perhibet de his, et scripsit hec, et scimus quia verum est testimonium eius. Sunt autem et alia multa que fecit ihesus, que si scribantur per singula, nec ipsum arbitror mundum capere eos qui scribendi sunt libros.

EXPLICIT EVANGELIUM IOHANNIS EVANGELISTE.

INCIPIT PREFACIO IN ACTUS APOSTOLORUM

LUCAS NATIONE SYRUS CUIUS LAUS IN evangelio canitur, apud antiochiam medicine artis egregius, et apostolorum christi discipulus, postea usque ad confessionem paulum secutus apostolum, sine crimine in virginitate manens, domino maluit inservire. Qui lxxx et iiii agens etatis annos in bithinia de seculo dinoscitur emigrasse. Hic igitur omnino stimulante impio, postquam in achaie partibus evangelium scribens grecis fidelibus incarnationem domini fideli narratione ostendit, eundemque ex stirpe david de origine descendisse monstravit, cui non immerito scribendorum apostolorum actuum potestas in ministerio datur, ut deo in deum pleno et filio perditionis extincto, oratione ab apostolis facta, sorte domini electionis numerus compleretur, sicque paulus consummationem apostolicis actibus daret, quem diu contra stimulum calcitrantem dominus elegisset. Quod legentibus ac requirentibus deum breviter volui sermone ostendere, quam prolixius aliquid fastidientibus prodidisse, sciens quod operantem agricolam oporteat de suis fructibus edere, que tam divina subsecuta est gratia, ut non solum corporibus sed etiam animabus eius proficeret medicina.

PRIMUM QUIDEM SERMONEM FECI de omnibus, o theophile, que cepit ihesus facere et docere, usque in diem qua precepit apostolis per spiritum sanctum predicare evangelium, quos elegerat, quibus etiam exhibuit se ipsum vivum post passionem suam in multis argumentis, per dies xl apparens eis et docens de regno dei. Et cum conversaretur simul, precepit eis ab hierosolimis ne discederent, sed expectarent promissionem patris, quod a me audistis; quia iohannes quidem baptizavit aqua, vos autem spiritu sancto baptizabimini, quem et accepturi estis non post multos hos dies. Igitur qui convenerant interrogabant eum dicentes: Domine, si in tempore hoc restitues regnum israel? Dixit autem ad illos: Non est vestrum nosse tempora vel momenta que pater posuit in sua potestate, sed accipietis virtutem supervenientis in vos spiritus sancti, et eritis michi testes in hierusalem et in omni iudea et samaria usque ad ultimum terre. Et cum hec dixisset, videntibus illis elevatus est, et nubes suscepit eum ab oculis eorum. Et cum intenderent in celum euntem illum, ecce duo viri astiterunt illis in veste alba, qui et dixerunt: Viri galilei, quid statis aspicientes in celum? Hic ihesus qui receptus est a vobis, sic veniet quemadmodum vidistis eum euntem in celum. Tunc regressi sunt hierusalem a monte qui dicitur oliveti, qui est iuxta hierusalem sabbati habens iter. Et cum introissent, ascenderunt in superiora, ubi manebant petrus et iohannes, et iacobus et andreas, philippus et thomas, bartholomeus et matheus, iacobus alphei et symon zelotes, et iudas iacobi. Hii erant perseverantes unanimiter in oratione cum mulieribus, et maria matre ihesu, et fratribus eius.

Et in diebus his surgens petrus in medio discipulorum dixit. Erat autem turba hominum fere c et xx. Viri fratres, oportet impleri scripturam hanc, quam predixit spiritus sanctus per os david de iuda, qui fuit dux eorum qui comprehenderunt ihesum, qui connumeratus erat in nobis, et sortitus est sortem ministerii huius. Hic itaque acquisivit agrum de mercede iniquitatis, et in faciem prostratus crepuit medius, et diffusa sunt omnia viscera eius. Et notum factum est omnibus inhabitantibus hierusalem, ita ut vocaretur ager ille lingua eorum acheldemach, hoc est ager sanguinis. Scriptum est enim in libro psalmorum: Fiat habitatio illius deserta, et non sit qui inhabitet in ea, et episcopatum eius accipiat alter. Oportet ergo ex his viris qui convenerunt nobiscum per omne tempus quo intravit et exivit inter nos dominus ihesus, incipiens a baptismo iohannis usque in diem qua receptus est a nobis, testem resurrectionis eius fieri nobiscum unum ex his. Et statuerunt duos, ioseph qui vocabatur barnabas, qui cognominatus est iustus, et mathiam. Et orantes dixerunt: Tu domine, qui corda nosti omnium, ostende quem elegeris ex his duobus unum, ut accipiat locum ministerii huius et apostolatus, a quo prevaricatus est iudas ut iret in locum suum. Et dederunt sortes eorum, et cecidit sors super mathiam, et annumeratus est cum xi apostolis.

Et dum complerentur dies pentecostes, erant omnes simul in unum. Et factus est subito de celo sonus, tamquam advenientis spiritus vehementis, et replevit totam domum ubi erant sedentes. Et apparuerunt illis dispertite lingue tamquam ignis, seditque supra singulos eorum. Et repleti sunt omnes spiritu sancto, et ceperunt loqui aliis linguis, prout spiritus sanctus dabat eloqui illis. Erant autem in hierusalem habitantes iudei, viri religiosi, ex omni gente que sub celo est. Facta autem hac voce, convenit multitudo, et mente confusa est, quoniam audiebat unusquisque lingua sua illos loquentes. Stupebant autem omnes et mirabantur dicentes:

Nonne ecce omnes isti qui loquuntur galilei sunt? Et quomodo nos singuli audivimus propriam linguam nostram in qua nati sumus? Parthi et medi et elamite et qui habitant mesopotamiam, iudeam et cappadociam, pontum et asiam, frigiam et pamphiliam, egyptum et partes lybie que est circa cyrenen, et advene romani, iudei quoque et advene, cretes et arabes, audivimus loquentes eos nostris linguis magnalia dei. Stupebant autem et consternabantur ad invicem dicentes: Quid vult hoc esse? Alii autem deridentes dicebant: quia musto repleti sunt.

Stans autem petrus cum XI apostolis, levavit vocem suam et dixit: Viri iudei et omnes qui habitatis hierusalem, hoc vobis notum sit, et percipite auribus verba mea. Non enim sicut vos existimatis hi ebrii sunt, nam est hora tercia diei. Sed hoc est quod dictum est per iohel prophetam: Erit in novissimis diebus, dicit dominus, effundam de spiritu meo in omnem carnem, et prophetabunt filii eorum et filie ipsorum, et iuvenes vestri visiones videbunt, et seniores vestri somnia somniabunt. Et quidem in servos meos et ancillas meas effundam de spiritu meo, et prophetabunt. Et dabo prodigia in celo sursum, et signa super terram deorsum. Sol convertetur in tenebras, et luna in sanguinem, priusquam veniat dies domini magnus. Et erit omnis qui invocaverit nomen domini salvus erit.

Viri israhelite audite hec verba. Ihesum nazarenum virum sanctum, a deo ostensum in vobis virtutibus ac prodigiis ac signis que fecit deus in medio vestri sicut vos ipsi scitis. Hunc secundum prescriptum consilium et prescientiam traditum per manus iniquorum affigentes occidistis. Quem deus suscitavit solutis gemitibus inferni, quia impossibile erat detineri illum ab eo. David enim dicit in illum: Providebam dominum ante me semper, quia a dextris meis est ut non commovear. Propter hoc letatum est cor meum et exultavit lingua mea. Insuper et caro mea requiescet in spe, quia non derelinques animam meam in inferno, neque dabis sanctum tuum videre corruptionem. Ostendisti mihi vias vite, replebis me leticia cum vultu tuo domine. Viri fratres, liceat dicere constanter ad vos de patriarcha david, quia defunctus est et sepultus est, et monumentum eius est apud nos usque in hodiernum diem. Quia ergo propheta erat et sciebat quia iureiurando iurasset illi deus de fructu ventris eius sedere super thronum eius, providens locutus est de resurrectione christi, quia neque derelictus est in inferno, nec caro eius vidit corruptionem. Hunc ergo ihesum suscitavit deus, cuius nos omnes testes sumus. Dextera igitur dei exaltatus et promissione accepta spiritus sancti a patre effudit hoc quod videtis et auditis. Non enim david ascendit in celos. Dixit autem ipse: Dixit dominus domino meo: Sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Certissime itaque sciat omnis domus israhel, quia et dominum illum et christum fecit deus, hunc ihesum quem vos crucifixistis.

Cum audissent autem compuncti sunt corde. Dixeruntque ad petrum et ad apostolos: Quid ergo faciemus, viri fratres? Ostendite nobis. Petrus vero ait ad illos: Penitentiam agite, et baptizetur unusquisque vestrum in nomine ihesu christi in remissionem peccatorum, et accipietis donum spiritus sancti. Vobis enim est hec promissio et filiis vestris, et omnibus qui longe sunt, quoscumque advocaverit dominus deus noster. Aliis etiam verbis pluribus contestabatur et exhortabatur petrus eos dicens: Eripite vos de generatione ista prava.

Illi itaque recepto hoc verbo eius baptizati sunt, et adiecte sunt in illa die anime fere tria milia. Erant autem adherentes doctrine apostolorum et communicationi panis fractioni et orationibus. Et fiebat omni anime timor. Multaque prodigia et signa per apostolos fiebant. Omnes etiam qui credebant habebant in unum omnia communia, et possessiones et supellectilem vendebant et dividebant ea omnibus prout cuique opus erat. Et cotidie instantes unanimiter in templo, ac frangentes per domos panem, percipiebant cibum cum gaudio et simplicitate cordis, laudantes deum, et habentes gratiam ad universam plebem. Dominus vero addebat qui salvi fierent cotidie in idipsum.

Petrus autem et iohannes ascendebant in templum ad horam orationis nonam. Et quidam vir claudus qui ex utero matris sue portabatur, quem cotidie ponebant ad ianuam templi que dicitur speciosa, ut peteret elemosinam ab introeuntibus in templum. Hic cum vidisset petrum et iohannem incipientes introire in templum, rogabat elemosinam. Intuens autem in illum petrus cum iohanne dixit: Respice in nos. At ille respiciebat in eos, sperans se aliquid accepturum ab eis. Ait autem illi petrus: Argentum et aurum non habeo, sed quod habeo hoc tibi do. In nomine ihesu christi nazareni surge et ambula. Et apprehensa manu dextera eius, erexit eum. Confestimque consolidate sunt pedes eius et plante, et exiliens stetit et ambulabat et intravit cum illis in templum, ambulans et exiliens, laudansque deum. Et vidit eum omnis populus ambulantem et laudantem deum. Cognoscebant autem illum quia ipse erat qui ad elemosinam sedebat ad speciosam portam templi. Et repleti sunt stupore et ammiratione in eo quod acciderat ei.

Cum teneret autem petrum et iohannem, concurrit omnis populus ad illos ad porticum que dicitur salomonis stupentes. Videns autem petrus dixit ad illos: Viri israhelite, quid miramini in hoc, vel quid in nos intuemini, tamquam nostra virtute et pietate hoc fecerimus ut hic ambularet? Deus abraham et ysaac et iacob, deus patrum nostrorum glorificavit puerum suum ihesum, quem vos quidem tradidistis et abnegastis ante faciem pilati, iudicante illo dimitti. Vos autem sanctum et iustum negastis, et postulastis virum homicidam donari vobis. Auctorem autem vite interfecistis, quem deus suscitavit a mortuis, cuius nos testes sumus. Et in fide nominis eius hunc quem videtis et nostis confirmavit nomen eius, et fides que per eum est dedit illi integram sanitatem hanc coram omnibus vobis. Et nunc, fratres, scio quia per ignorantiam gessistis hoc malum, sicut et principes vestri. Deus autem qui ante prenuntiavit per os omnium prophetarum pati christum suum, sic implevit. Penitemini igitur et convertimini ut deleantur peccata vestra, ut cum venerint tempora refrigerii a facie domini, et miserit eum qui predestinatus est vobis ihesum christum, quem oportet celum quidem recipere usque ad restitutionem temporum omnium, que locutus est deus per os sanctorum prophetarum suorum. Moyses quidem dixit ad patres nostros: quia prophetam vobis suscitabit dominus deus vester ex fratribus vestris, sicut me ipsum audietis per omnia quecumque locutus erit ad vos. Erit autem omnis anima quecumque non audierit prophetam illum, exterminabitur de plebe. Et omnes prophete a samuel et deinceps qui locuti sunt, pronuntiaverunt hos dies. Vos estis filii prophetarum et testamenti quod disposuit deus ad patres nostros dicens ad abraham: In semine tuo benedicentur omnes patrie terre. Vobis deus primum resuscitans filium suum misit benedicentem vos, ut convertat se unusquisque a malicia sua. Loquentibus autem illis ad populum hec verba, insurrexerunt sacerdotes et pontifices et saducei, dolentes quod docerent plebem, et annuntiarent in ihesu resurrectionem mortuorum. Et iniecerunt in eos manus, et posuerunt in custodiam in crastinum diem, erat enim iam vespera. Multi autem ex his qui audierant verbum crediderunt, et factus est numerus eorum fere quinque milia. Factum est autem in altero die ut congregarentur principes eorum et seniores et scribe in hierusalem, et annas princeps sacerdotum et cayphas et ionathan et alexander et quotquot erant ex genere sacerdotali. Et statuentes illos in medio interrogabant dicentes: In qua virtute aut in quo nomine fecistis hoc vos? Tunc petrus repletus spiritu sancto dixit ad illos: Principes populi et seniores israhel audite. Si nos hodie interrogamur a vobis in benefacto hominis infirmi, in quo hic salvus factus est, notum sit omnibus vobis et universe plebi israhel, quia in nomine ihesu christi nazareni, quem vos crucifixistis, quem deus suscitavit ex mortuis, in hoc hic astat coram vobis sanus. Hic est lapis qui spretus est a vobis edificantibus, qui factus est in caput anguli. Et non est in alio aliquo salus. Nec enim aliud nomen est sub celo datum hominibus, in quo oporteat nos salvos fieri.

Videntes autem petri constantiam et iohannis, et comperto quod homines imperiti essent et sine litteris, mirabantur. Cognoscebant eos quoniam cum ihesu fuerant. Hominem etiam videntes cum ipsis stantem qui curatus erat, nichil habebant contradicere. Iusserunt autem illos foras extra concilium secedere, et conferebant ad invicem dicentes: Quid faciemus hominibus istis? Nam quia notum factum est signum per ipsos omnibus hominibus habitantibus hierusalem, manifestum est et non possumus negare. Sed ne amplius in notescat in populum, verba hec comminemur illis ne amplius loquantur in nomine hoc alicui hominum. Consentientibus autem omnibus, accersientes eos preceperunt illis ne omnino loquerentur neque docerent in nomine ihesu. Respondentes autem petrus et iohannes dixerunt: Si iustum est coram deo vos audire potius quam deum, iudicate. Non enim possumus nos que vidimus et audivimus non loqui. At illi comminantes dimiserunt eos, non invenientes quomodo punirent eos propter populum, quia omnes clarificabant deum in facto. Annorum enim erat plusquam XL homo in quo factum est signum sanitatis.

Dimissi autem venerunt ad suos, et retulerunt quanta ad illos principes sacerdotum et seniores dixerunt. At illi cum audissent, uno animo levaverunt vocem ad deum et dixerunt: Domine tu deus qui fecisti celum et terram et mare et omnia que in eis sunt, qui per spiritum sanctum per os david patris nostri pueri tui dixisti: Quare fremuerunt gentes, et populi meditati sunt inania? Adstiterunt reges terre et principes convenerunt in unum adversus dominum et adversus christum eius. Convenerunt enim vere in hac civitate adversus sanctum filium tuum quem unxisti, herodes et pontius pilatus cum gentibus et populis israhel facere que manus tua et consilium prefinivit. Et nunc domine respice ad minas eorum, et da servis tuis cum omni fiducia loqui verbum tuum, dum extendis manum ad sanitates et signa et prodigia facienda per nomen sancti filii tui ihesu. Et cum orassent, motus est locus in quo erant congregati, et repleti sunt omnes spiritu sancto, et loquebantur verbum dei cum omni fiducia.

Multitudinis autem credentium erat cor unum et anima una, et nemo quicquam ex eo quod possidebat proprium esse dicebat, sed erant illis omnia communia. Et virtute magna reddebant testimonium apostoli resurrectionis domini ihesu, et gratia magna erat in illis omnibus. Neque enim quisquam egens erat inter illos. Quicumque enim possessores prediorum aut domorum erant, vendentes afferebant precia venditorum, et ponebant ante pedes apostolorum. Dividebatur autem unicuique prout opus erat. Ioseph autem qui cognominatus est barnabas ab apostolis, quod est interpretatum filius exhortationis, levites cyprius genere, cum haberet agrum vendidit et adtulit precium, et posuit ante pedes apostolorum.

Vir quidam nomine ananias cum safira uxore sua vendidit agrum et subtraxit de precio conscia uxore sua, et afferens partem aliquam posuit ante pedes apostolorum. Dixit autem petrus: Anania, ut quid replevit sathanas cor tuum mentiri te spiritui sancto, et subtrahere de precio predii? Nonne manens tibi manebat, et venundatum in tua potestate erat? Quid est quod posuisti in corde tuo rem istam? Non es mentitus hominibus sed deo. Audiens autem ananias hos sermones, cecidit et expiravit. Et factus est timor magnus super omnes qui audiebant. Surgentes autem adolescentuli tulerunt eum, et efferentes sepelierunt. Factum est autem horarum fere trium intervallum, et uxor eius nesciens quod factum erat introivit. Dixit ad illam petrus: Dic mihi, si tanti predium vendidistis? Illa autem ait: Etiam tanti. Et petrus ad illam inquit: Quid utique convenit vobis temptare spiritum domini? Ecce pedes eorum qui sepelierunt virum tuum in ostio sunt, et efferent te. Et protinus cecidit ante pedes eius et expiravit. Intrantes autem adolescentes invenerunt eam mortuam, et extulerunt et sepelierunt ad virum suum. Et factus est itaque timor magnus in universa ecclesia, et in omnes qui audiebant hec.

Per manus autem apostolorum fiebant signa et prodigia multa in plebe, et erant unanimiter omnes in porticu salomonis. Ceterorum autem nemo audebat ad illos accedere, sed magnificabat illos plebs. Magisque addebantur credentes domino multitudo virorum ac mulierum, ita ut in plateas eicerent infirmos, et ponerent in lectulis et grabbatis, ut veniente petro vel umbra illius obumbraret aliquem eorum, et liberarentur ab infirmitate sua. Concurrebat autem multitudo vicinarum civitatum hierusalem, portantes infirmos, et eos qui a spiritibus immundis vexabantur, qui omnes sanabantur.

Exsurgens autem princeps sacerdotum et omnes qui cum illo erant, que est heresis sadduceorum, repleti sunt invidia, et iniecerunt manus in apostolos, et posuerunt illos in custodia publica. Angelus autem domini per noctem aperiens ianuas carceris, et educens illos dixit: Ite et stantes in templo loquimini ad plebem omnia verba vite huius. Cum hec itaque audissent, introierunt sub luce in templum, et docebant eos. 270. Adveniens autem princeps sacerdotum et qui cum illo erant, convocaverunt concilium et omnem congregationem israhel. Et miserunt in carcerem ut eos adducerent. Cum venissent autem ministri non invenerunt eos in carcere, et reversi nuntiaverunt dicentes: Carcerem quidem clausum invenimus in omni diligentia, et custodes stantes in ianua, cum aperuissemus autem neminem intus invenimus. Ut audierunt autem hos sermones pontifex et princeps sacerdotum, hesitabant de illis quid illud esset. Adveniens autem quidam renuntiavit illis dicens: Ecce viri quos posuistis in custodia in templo sunt stantes et docentes populum. Tunc abiit princeps cum ministris et adduxit illos non cum vi, timebant enim populum ne lapidarentur. Et cum adduxissent illos, statuerunt in concilio. Et interrogavit eos sacerdos dicens: Denuntiatione denuntiavimus vobis ne doceretis in hoc nomine. Et ecce replestis hierusalem doctrina vestra, et vultis inducere super nos sanguinem hominis illius. Respondens autem petrus et apostoli dixerunt: Verum oportet obaudire deo an hominibus? At ille dixit: Deo. Et petrus ad illos: Deus patrum nostrorum suscitavit ihesum quem vos interemistis suspendentes in ligno. Hunc deus principem et salvatorem exaltavit maiestate sua ad penitentiam dandam israhel et remissionem peccatorum. Et nos testes sumus verborum horum et spiritus sanctus quem dedit deus credentibus sibi. Audientes autem hec frendebant et cogitabant eos occidere. Exsurgens autem quidam in concilio phariseus nomine gamaliel, legis doctor carus omni plebi, iussit paululum apostolos foras secedere. Dixitque ad illos: Viri israhelite, attendite vobis ab hominibus istis quid acturi sitis. Ante hos enim dies extitit theodas dicens se esse quendam magnum, cui consensit numerus virorum circiter quadringentorum, qui postea occisus est, et omnes qui credebant ei dissoluti sunt et nichil effecti sunt. Post hunc surrexit iudas galileus in diebus professionis, et abduxit post se populum multum. Et ipse periit, et quotquot crediderant illi dispersi sunt. Et nunc dico vobis: discedite ab hominibus istis, et sinite eos, quia si ab hominibus est hoc consilium aut opus, istud dissolvetur. Si vero ex deo est, non poteritis dissolvere eos, neque vos neque principes vestri, ne forte etiam deo repugnantes inveniamini.

Consenserunt itaque ei, et vocantes apostolos cesos eos dimiserunt precipientes ne loquerentur in nomine ihesu ulli hominum. Illi ergo ibant gaudentes

a conspectu concilii, quod pro nomine Iesu digni habiti sunt contumeliam pati. Omni autem die in templo et domi non cessabant docentes et evangelizantes dominum Christum Iesum.

In his quoque diebus cum esset multitudo discipulorum, factum est murmur Graecorum adversus Hebraeos, quod viduae eorum in ministerio cottidiano despicerentur. Convocantes autem apostoli multitudinem discipulorum dixerunt: Non placet nobis relicto verbo dei ministrare mensis. Eligite ergo fratres viros ex vobis ipsis boni testimonii VII plenos spiritu et sapientia, quos constituamus super hoc opus. Nos autem orationi et ministerio verbi erimus adservientes. Et placuit hic sermo coram omni multitudine. Et elegerunt Stephanum virum plenum fide et spiritu sancto, et Philippum et Prochorum et Nicanorem et Timonem et Parmenam et Nicolaum advenam Antiochensem, quos statuerunt ante apostolos. Et cum orassent, impositae fuerunt illis manus. Verbum autem dei crescebat, et multiplicabatur numerus discipulorum in Hierusalem vehementer. Multa etiam turba sacerdotum obaudiebat fidei.

Stephanus autem plenus gratia et virtute faciebat signa et prodigia magna in populo in nomine domini Iesu Christi. Exsurrexerunt autem quidam de synagoga eorum qui dicuntur Libertini, et de Cyrineum et de Alexandrinorum, et eorum qui a Cilicia et ab Asia erant, conquirentes cum Stephano. Nec poterant resistere sapientiae et spiritui sancto qui loquebatur. Tunc summiserunt viros dicentes quod audivimus eum loquentem verba blasphemiae in Moysen et deum. Et concitaverunt populum ac seniores et scribas, et circumstantes rapuerunt eum et adduxerunt eum in concilium. Et statuerunt falsos testes dicentes: Homo iste non cessat loqui verba contra locum sanctum et legem. Audivimus enim illum dicentem quia Iesus Nazarenus hic destruet locum hunc et immutabit instituta quae tradidit nobis Moyses. Et intendentes in eum omnes qui sedebant in concilio viderunt vultum eius tamquam vultum angeli. Ait autem princeps sacerdotum Stephano: Si haec sic se habent?

At ille dixit: Viri fratres et patres, audite. Deus maiestatis apparuit patri nostro Abrahae cum esset in Mesopotamia, priusquam habitaret in Carra, postquam mortuus est pater eius. Et dixit ad eum: Exi de terra tua et de cognatione tua, et vade in terram quam tibi demonstrabo. Tunc exiens de terra Chaldeorum habitavit in Carra. Et inde transtulit eum in terram hanc in qua nunc vos habitatis. Et non dedit illi hereditatem in ea nec vestigium pedis, sed promisit dare illi eam in possessionem et semini eius post ipsum, cum non esset ei filius. Locutus est autem ei deus sic: quod semen eius advena erit in terra aliena, et servitio eos subicient et male tractabunt eos annis quadringentis. Et de gente cui servierint iudicabo ego, dixit dominus, et post haec exient et servient mihi in loco hoc. Et dedit illi testamentum circumcisionis. Et sic genuit Ysaac et circumcidit eum die octava, et Ysaac Iacob, et Iacob XII patriarchas. Et patriarchae zelantes Ioseph vendiderunt in Egyptum. Et erat deus cum illo, et eripuit eum ex omnibus tribulationibus eius, et dedit ei gratiam et sapientiam ante Pharaonem regem Egypti, et constituit eum principem super Egyptum et omnem domum suam. Venit autem fames in universam terram Egypti et Canahan, et tribulatio magna, et non inveniebant pabula patres nostri. Cum audisset itaque Iacob esse frumenta in Egypto, misit patres nostros primum. Et in secundo cognitus est Ioseph a fratribus suis, et innotuit Pharaoni genus Ioseph. Mittens autem Ioseph accersivit Iacob patrem suum et omnem cognationem suam cum LXXV animabus. Descendit Iacob in Egyptum, et defunctus est ipse et patres nostri, et translati sunt in Sychem. Et cum appropiabat tempus promissionis quod iuravit deus Abrahae, crevit populus et multiplicatus est in Egypto, donec surrexit alius rex qui non fuit memor Ioseph. Hic circumveniens genus nostrum afflixit patres nostros ut exponerent infantes suos, ut non vivificarentur masculi. In quo tempore natus est Moyses. Et fuit acceptus deo, qui nutritus est mensibus tribus in domo patris sui. Exposito autem illo sustulit eum filia Pharaonis et nutrivit eum sibi pro filio. Et eruditus est Moyses omni sapientia Egyptiorum, et erat potens in verbis et operibus suis. Cum impleretur autem ei XL annorum tempus, ascendit in cor eius visitare fratres suos filios Israhel. Et cum vidisset quendam iniuriam accipientem de genere suo, vindicavit eum. Et fecit ultionem ei qui iniuriam patiebatur, occiso Egyptio. Existimabat autem intellegere fratres quod deus per manum ipsius daret illis salutem; at illi non intellexerunt. Sequenti quoque die apparuit illis litigantibus inter se, et reconciliabat eos in pace dicens: Viri, fratres estis; ut quid nocetis alterutrum? Is autem qui iniuriam faciebat proximo suo reppulit eum dicens: Quis te constituit principem aut iudicem super nos? Numquid me vis interficere, sicut hesterna die interfecisti Egyptium? Fugatus est autem Moyses hoc verbo, et factus est advena in terra Madian, ubi genuit filios duos. Et expletis annis XL apparuit illi in deserto montis Syna angelus in flamma ignis in rubo. Moyses vero videns visum mirabatur. Et accedente eo considerare, facta est vox domini ad eum dicens: Ego sum deus patrum tuorum, deus Abraham, deus Ysaac et deus Iacob. Tremefactus autem Moyses non audebat considerare. Et dixit illi dominus: Solve calciamentum pedum tuorum; locus enim in quo stas terra sancta est. Videndo vidi afflictionem populi mei qui est in Egypto, et gemitum eorum audivi, et descendi eripere eos. Et nunc veni, mittam te in Egyptum. Hunc Moysen quem abnegaverunt dicentes: Quis te constituit principem aut iudicem super nos? hunc deus iudicem et redemptorem misit in manu angeli qui apparuit illi in rubo. Hic eduxit illos faciens signa et prodigia in terra Egypti et in rubro mari et in deserto annis XL. Hic est Moyses qui dixit filiis Israhel: Prophetam vobis suscitabit dominus deus de fratribus vestris tamquam me ipsum; audietis. Hic est qui fuit in ecclesia in solitudine cum eo qui loquebatur cum ipso in monte Syna et cum patribus nostris, qui accepit eloquia vitae dare nobis, cui noluerunt obaudire patres nostri, sed reppulerunt eum et conversi sunt cordibus suis in Egyptum, dicentes ad Aaron: Fac nobis deos qui nos praecedant; Moyses enim hic qui eduxit nos de terra Egypti, nescimus quid factum sit illi. Et vitulum fecerunt illis diebus, et immolaverunt hostias simulacro, et epulabantur in operibus manuum suarum. Convertit autem deus et tradidit illos ut servirent exercitui caeli, sicut scriptum est in libro prophetarum: Numquid sacrificia aut hostias obtulistis mihi XL annis in deserto, domus Israhel? Et suscepistis tabernaculum Moloch et sidus dei Remfam, figuras quas fecistis ut adoraretis; et transferam vos in partes Babyloniae. Tabernaculum testimonii erat patribus nostris in deserto, sicut disposuit cum loqueretur ad Moysen ut faceret illud secundum formam quam viderat. Quod etiam induxerant suscipientes patres nostri cum Iesu in possessionem gentium quas expulit deus a facie patrum nostrorum usque ad dies David, qui invenit gratiam ante deum et petiit ut inveniret tabernaculum deo Iacob. Salomon autem aedificavit ei domum. Sed altissimus non in manufactis habitat, sicut per prophetam dicit: Caelum mihi sedes, terra autem scabellum pedum meorum. Quam domum aedificabitis mihi, aut quis locus requietionis meae? Nonne manus mea fecit haec omnia? Dura cervice et non circumcisi cordibus et auribus, vos semper spiritui sancto restitistis, sicut patres vestri. Quem prophetarum non sunt persecuti patres vestri? Et occiderunt eos qui annuntiabant de adventu iusti, cuius nunc vos proditores et interfectores fuistis, qui accepistis legem in ordinatione angelorum et non custodistis.

Cum autem haec audirent, fremebant in cordibus suis et stridebant dentibus in eum. Ille autem cum esset plenus spiritu sancto, intendens in caelum vidit gloriam dei et Iesum stantem a dextris dei, et ait: Ecce video caelos apertos et filium hominis stantem a dextris dei. Clamantes autem voce magna continuerunt aures suas, et impetum fecerunt uno animo in eum, et eicientes extra civitatem lapidabant. Et falsi testes exposuerunt vestimenta secus pedes adulescentis cuiusdam nomine Sauli. Et lapidabant Stephanum invocantem et dicentem: Domine Iesu, accipe spiritum meum. Positis quoque genibus clamavit voce magna dicens: Domine, ne statuas illis hoc peccatum. Et hoc dicto dormivit. Saulus autem erat consentiens interfectioni eius.

Facta est itaque in illo die persecutio magna in ecclesia quae erat Hierosolimis, et dispersi sunt omnes per regiones Iudaeae et Samariae praeter apostolos qui remanserunt Hierusalem. Comportaverunt autem Stephanum viri timorati, et fecerunt planctum magnum super eum. Saulus autem devastabat ecclesiam, in domos intrans, et trahens viros ac mulieres tradebat in custodiam. Hii ergo qui dispersi erant ibant evangelizantes verbum. Philippus vero cum descendisset in civitatem Samariae praedicabat illis Iesum. Et intendebant turbae his quae a Philippo dicebantur, uno animo audientes ac videntes signa et prodigia quae faciebat. Nam multi habentes spiritus inmundos clamantes voce magna exibant. Multique paralitici et claudi curati sunt. Et gaudium magnum factum est in illa civitate.

Vir autem quidam nomine Symon erat ante in civitate magias exercens, et dementabat gentem Samariae, dicens se quendam magnum. Cui intendebant omnes a minimo usque ad maximum dicentes: Hic est virtus dei quae vocatur magna. Intendebant autem in eum propterea quod multo tempore magiis eos dementasset. Sed postquam crediderunt Philippo evangelizanti regnum dei, et de nomine Iesu Christi baptizabantur viri ac mulieres. Symon quoque et ipse credidit, et baptizatus est, et adherebat Philippo; videns signa et virtutes magnas quae fiebant, stupens ammirabatur. Cum audissent autem qui Hierosolimis erant apostoli quod et Samaria quoque recepit verbum dei, miserunt ad eos Petrum et Iohannem, qui descenderunt et oraverunt pro eis ut acciperent spiritum sanctum. Nondum enim in quemquam illorum supervenerat, sed tantum baptizati erant in nomine domini Iesu. Tunc imponebant manus super eos, et accipiebant spiritum sanctum.

Videns autem Symon quod per impositionem manuum apostolorum daretur spiritus sanctus, obtulit illis pecuniam rogans et dicens: Date et mihi hanc potestatem ut cuicumque imposuero manus accipiat spiritum sanctum. Petrus autem dixit ad illum: Pecunia tua tecum sit in interitum, quia donum dei existimasti pecunia adquirere. Non est tibi pars neque sors in hac fide; cor enim tuum non est rectum coram deo. Paenitentiam itaque habe ab hac malitia tua, et roga dominum si forte remittatur tibi haec cogitatio cordis tui. In felle enim amaritudinis et obligatione iniquitatis video te esse. Respondens autem Symon dixit: Obsecro, orate vos pro me ad dominum ut nihil superveniat ad me ex his quae dixistis. Illi quidem testificati et locuti verbum domini redibant in Hierosolimam, ac in multa castella Samariae transeuntes praedicabant evangelium.

Angelus autem domini locutus est ad Philippum dicens: Surge et vade contra meridianum, ad viam quae descendit ab Hierusalem in Gazam; haec est deserta. Et surgens abiit. Et ecce vir quidam Ethiops spado potens Candacis reginae Ethiopum, qui erat super omnes divitias eius; hic venerat adorare in Hierusalem. Et cum rediret et sederet in curru suo, legebat prophetam Ysaiam. Ait autem spiritus ad Philippum: Accede et iunge te ad currum istum. Et accurrit Philippus, et audivit eum legentem prophetam Ysaiam. Et ait: Si intellegis quae legis? Et ille dixit: Quomodo possum nisi aliquis me in via ducat? Et rogavit Philippum ut ascenderet et sederet secum. Erat autem circumstantia scripturae quam legebat haec: Tamquam ovis ad occisionem ductus est, et sicut agnus coram tondente se sine voce, sic non aperuit os. In humiliatione iudicium eius sublatum est. Generationem autem eius quis enarrabit? Quia tollitur de terra vita eius. Et respondens eunuchus Philippo ait: Obsecro te, de quo propheta dicit hoc? De se an de alio? Aperiens autem Philippus os suum, et incipiens ab hac scriptura, evangelizavit ei Iesum. Et dum eunt per viam, pervenerunt ad quandam aquam. Et ait eunuchus: Ecce aqua; quis prohibet me baptizari? Dixit autem Philippus: Si credis ex toto corde, licet. Et respondens ait: Credo filium dei esse Iesum Christum. Et iussit stare currum, et descenderunt utrique in aquam, Philippus et eunuchus, et baptizavit eum. Cumque ascendissent de aqua, spiritus domini rapuit Philippum, et amplius non vidit eum eunuchus; ibat enim per viam suam gaudens. Philippus autem inventus est in Azoto, et pertransiens praedicabat civitatibus omnibus donec veniret Caesaream.

Saulus vero adhuc spirans minas et caedes in discipulos domini, accessit ad principem sacerdotum, et postulavit ab eo epistolas in Damascum ad synagogas, ut quoscumque invenisset huius viae viros ac mulieres vinctos adduceret in Hierusalem. Et dum iter faceret, contigit ut appropinquaret Damasco. Et circumfulsit eum lux de caelo, et procidit in terram, et audivit vocem de caelo dicentem sibi: Saule, Saule, quid me persequeris? Dixit autem: Quis es, domine? At ille dixit: Ego sum dominus Iesus quem tu persequeris. Durum est tibi contra stimulum calcitrare. Sed surgens intra in civitatem, et dicetur tibi quid te oporteat facere. Viri autem qui comitabantur cum eo stabant audientes quidem vocem, neminem autem videntes cum quo loqueretur. Surrexit autem Saulus a terra, apertisque oculis nihil videbat. Et ad manum illum deducentes introduxerunt Damascum. Et erat diebus tribus non videns, et non manducavit neque bibit. Erat autem quidam discipulus Damasco nomine Ananias, et ait ad illum in visu dominus: Anania. Et ille dixit: Ecce ego, domine. Et dominus ad illum: Surgens vade in vicum qui vocatur Rectus, et quaere in domo Iudae Saulum nomine Tharsensem; ecce enim orat. Et vidit virum nomine Ananiam introeuntem et imponentem sibi manus ut videat. Respondit autem Ananias: Domine, audivi a multis de hoc viro quanta mala sanctis tuis fecerit in Hierusalem; et hic habet potestatem a principibus sacerdotum alligandi omnes qui invocant nomen tuum. Et ait ad illum dominus: Vade, quoniam vas electionis est hic mihi, ut portet nomen meum coram gentibus et regibus et filiis Israhel. Ego enim ostendam illi quanta eum oporteat pati pro nomine meo. Abiit autem Ananias et intravit in domum, et cum imposuisset manus super eum dixit: Saule frater, dominus misit me Iesus qui apparuit tibi in via qua veniebas, ut videas et implearis spiritu sancto. Et confestim ceciderunt ab oculis eius tamquam squamae, et visum recepit. Et surgens baptizatus est. Cumque accepisset cibum, confortatus est. Fuit autem cum discipulis qui erant Damasco aliquot dies. Et continuo in synagogis praedicabat Iesum, quia hic est filius dei. Stupebant autem qui audiebant et dicebant: Nonne hic est qui expugnabat in Hierusalem eos qui invocabant nomen hoc? Et huc ideo venerat ut vinctos illos duceret ad principes sacerdotum.

Saulus autem magis convalescebat, et confundebat Iudaeos qui habitabant Damasco, ostendens hunc esse Christum in quo deus bene sensit. Cum complerentur autem dies multi, consilium fecerunt Iudaei ut eum interficerent. Innotuit autem Saulo consilium eorum. Observabant autem ad portas die ac nocte ut eum interficerent. Sed accipientes illum discipuli per murum dimiserunt, submittentes in sporta. Et cum venisset in Hierusalem, temptabat iungere se discipulis, et omnes timebant eum, non credentes illum discipulum esse. Barnabas autem apprehensum illum duxit ad apostolos, et narravit illis quomodo vidisset dominum, et quia locutus esset ei, et quomodo Damasco locutus est in nomine Iesu. Et erat una cum eis intrans et exiens in Hierusalem, et cum fiducia in nomine domini loquebatur, et conquirebat cum Graecis; illi autem temptabant eum occidere. Quod cum cognovissent fratres, deduxerunt eum nocte Caesaream.

& inde dimiserunt tharsum. Ecclesia itaque per universam iudeam & galileam & samariam habebat pacem, & edificabatur & ambulabat in timore domini, & exhortatione spiritus sancti replebatur. ⁊

Factum est autem petrum dum pertransiret universos, devenire ad sanctos qui habitabant lidde. Invenit autem ibi hominem quendam nomine eneam ab annis octo iacentem in grabato. qui erat paraliticus. Et ait illi petrus. Enea sanat te dominus ihesus xpistus surge & sterne tibi. Et confestim surrexit. Et viderunt eum omnes qui habitabant lidda & sarona, qui conversi sunt ad dominum. In ioppe autem quedam erat discipula nomine tabita, que interpretata dicitur dorchas. hec erat plena operibus bonis & elemosinis quas faciebat. Factum est autem in diebus illis ut infirmata moreretur. Quam cum lavissent, posuerunt in cenaculo. Cum autem prope esset lidda ad ioppe, discipuli audientes quia petrus esset in ea, miserunt duos viros ad eum, rogantes ne te pigeat pervenire ad nos. Exurgens autem petrus venit cum illis. Cumque advenisset, duxerunt eum in cenaculum. & circumsteterunt eum omnes vidue flentes. atque ostendentes tunicas & vestimenta que faciebat illis dorchas. Eiectisque foris omnibus petrus positis genibus oravit. Et conversus ad corpus ait: Tabita surge in nomine domini nostri ihesu xpisti. Que statim aperuit oculos suos, & viso petro resedit. Dans que ei manum petrus erexit eam. Et vocatis sanctis & viduis, exhibuit eam vivam. Notum autem factum est per totam ioppen. & crediderunt multi in domino. Factum est autem ut dies multos moraretur in ioppe: apud quendam symonem coriarium. ⁊

Vir autem quidam erat in cesarea nomine cornelius centurio cohortis que vocatur italica, pius & timens deum cum omni domo sua. faciens elemosinas multas plebi, & rogans deum semper. Vidit in visu manifeste fere hora nona diei angelum dei introeuntem ad se, & dicentem sibi. Corneli. At ille intuens eum timore correptus ait. Quid est domine? Dixitque illi. Orationes tue & elemosine tue ascenderunt in memoriam coram domino. Et nunc mitte viros in ioppen, & accersi symonem qui cognominatur petrus. qui hospitatur apud quendam symonem coriarium, cuius est domus iuxta mare. Et cum discessisset angelus domini qui loquebatur cum eo, vocavit duos servos suos & militem metuentem dominum ex his qui parebant illi, & enarratis illis omnibus, misit eos in ioppen. Postera autem die iter illis facientibus & appropinquantibus civitati, petrus ascendit in cenaculum, & oravit circa horam diei sextam. Cumque esuriret & vellet gustare, parantibus illis, cecidit super eum mentis stupor. Et vidit celum apertum & iiii principiis ligatum vas quoddam velut linteum splendidum quod deferebatur in terram. in quo erant omnia quadrupedia & serpentia terre, & volatilia celi. Et facta est vox ad eum. Surge immola & manduca. Ait autem petrus. Absit domine, quia numquam comedi omne commune & immundum. Et vox iterum ad eum. Que deus mundavit tu commune ne dixeris. Hoc factum est per ter, & receptum est vas denuo in celum. Et dum intra se hesitaret petrus quid esset visio quam viderat, ecce viri qui missi erant a cornelio inquirentes domum symonis steterunt ad ianuam. & vocantes interrogabant si symon qui cognominatur petrus hic hospitaretur. Petro autem cogitante de visione, dixit ad illum spiritus. Ecce viri tres querunt te, sed surgens descende & vade cum illis nichil dubitans, quia ego misi illos. Et descendens petrus ad eos ait. Ecce ego sum quem queritis, que est causa propter quam venistis. At illi dixerunt. Cornelius centurio vir iustus & timens deum, bene audiens ab universa gente iudeorum, responsum accepit ab angelo sancto accersire te in domum suam, & audire verba abs te. Vocavit itaque eos, & hospicio recepit. Sequenti autem die surgens petrus profectus est cum illis, & quidam fratres ab ioppe comitati sunt cum illo. Altera autem die introierunt cesaream. Cornelius vero expectabat eos convocatis cognatis suis, & necessariis amicis. Cum appropinquaret autem petrus, unus ex servis procurrens nunciavit eum venisse. ⁊

Et occurrit ei cornelius, & procidens ante pedes eius adoravit. Petrus vero levavit eum dicens. Surge. Ego homo sum sicut & tu. Et confabulando cum illo intravit & invenit convenisse multos. dixitque ad illos. Vos scitis quia illicitum est viro iudeo adherere aut accedere ad alienigenam, & mihi deus ostendit neminem communem aut immundum dicere hominem. ideo sine dubitatione veni accersitus. Interrogo ergo que causa propter quam accersistis me.

Cornelius dixit. A nudius quartana die usque in hanc horam eram ieiunans usque in hunc diem, & hora nona in domo mea, & ecce vir stetit ante me in veste splendida & ait. Corneli exaudita est oratio tua, & elemosine tue rememorate sunt coram deo. Mitte ergo in ioppen & accersi symonem qui cognominatur petrus. hic hospitatur in domo symonis coriarii secus mare. is cum advenerit loquetur tibi. Confestim itaque misi ad te: tu autem bene fecisti veniendo. Nunc ergo nos omnes coram deo adsumus audire omnia que imperata sunt tibi a domino. Aperiens autem os petrus dixit. In veritate comperi, quia non est personarum acceptor deus. sed in omni gente qui timet deum & operatur iusticiam, acceptus est ei. Verbum suum misit filiis israel annuntians pacem per ihesum xpistum. hic est omnium dominus. Vos scitis quod factum est verbum per universam iudeam incipiens a galilea post baptismum quod predicavit iohannes ihesum a nazareth. quomodo unxit eum deus spiritu sancto & virtute, qui pertransiit benefaciendo & sanando omnes oppressos a diabolo, quia deus erat cum illo. Et nos testes sumus horum que fecit in regione iudeorum & in iherusalem. quem etiam occiderunt suspendentes in ligno. hunc deus suscitavit tercia die & dedit eum manifestum fieri non omni populo, sed testibus preordinatis a deo. nobis qui manducavimus & bibimus cum illo postquam resurrexit a mortuis per dies xl. & precepit nobis predicare populo & testificari, quia ipse est qui constitutus est a deo iudex vivorum & mortuorum. Huic omnes prophete testimonium perhibent remissionem peccatorum accipere per nomen eius omnes qui credunt in eum. Adhuc loquente petro hec verba, cecidit spiritus sanctus super omnes qui audiebant verbum. & obstupuerunt omnes qui erant ex circumcisione fideles qui cum petro venerant: quia & in nationes donum spiritus sancti effusum est. Audiebant enim illos loquentes linguis, & magnificantes deum. Tunc respondit petrus. Numquid aquam quis prohibere potest ut non baptizentur hi qui spiritum sanctum acceperunt sicut & nos? Et iussit illos baptizari in nomine domini ihesu xpisti. Rogaverunt autem eum ut maneret apud illos aliquot dies.

Audierunt autem apostoli & fratres qui erant in iudea quia & gentes receperunt verbum dei, & glorificabant deum. ⁊

Cum ascendisset autem petrus hierosolimam, disceptabant adversus eum qui erant ex circumcisione dicentes. Quid introisti ad viros preputium habentes, & manducasti cum eis. Incipiens itaque petrus exponebat illis ordine dicens. Ego eram in civitate ioppe orans, & vidi in excessu mentis visum, descendens vas quoddam velut linteum magnum quatuor principiis submitti de celo. & venit usque ad me. In quod intuens considerabam, & vidi quadrupedia terre & bestias & reptilia & volatilia celi. Audivi autem & vocem dicentem mihi. Surge petre occide & manduca. Dixi autem. Nequaquam domine: quia commune aut immundum numquam introivit in os meum. Respondit autem vox secundo de celo. Que deus mundavit tu commune ne dixeris. Hoc autem factum est per ter, & recepta sunt rursum omnia in celum. Et ecce confestim tres viri astiterunt in domo in qua eram, missi a cesarea ad me. Dixit autem spiritus mihi ut irem cum illis nil hesitans. Venerunt autem mecum & sex fratres isti, & ingressi sumus in domum viri. Narravit autem nobis quomodo vidisset angelum in domo sua stantem & dicentem sibi. Mitte in ioppen & accersi symonem qui cognominatur petrus, qui loquetur

tibi verba in quibus salvus eris tu, & universa domus tua. Cum autem cepissem loqui, cecidit spiritus sanctus super eos, sicut & in nos in initio. Recordatus sum autem verbi domini sicut dicebat. Iohannes quidem baptizavit aqua, vos autem baptizabimini spiritu sancto. Si ergo eandem gratiam dedit illis deus sicut & nobis qui credidimus in dominum ihesum xpistum, ego quis eram qui possem prohibere deum? His auditis tacuerunt, & glorificaverunt deum dicentes. Ergo & gentibus deus penitentiam ad vitam dedit. Et illi quidem qui dispersi fuerant a tribulatione que facta fuerat sub stephano, perambulaverunt usque phenicen, & cyprum & antiochiam, nemini loquentes verbum, nisi solis iudeis. Erant autem quidam ex eis viri cyprii & cyrenenses, qui cum introissent antiochiam loquebantur ad grecos predicantes dominum ihesum. & erat manus domini cum eis, multusque numerus credentium conversus est ad dominum. Audita est autem fama ex his ad aures ecclesie que erat hierosolimis, & miserunt barnabam ut iret usque antiochiam. Qui cum venisset & vidisset gratiam dei gavisus est, & hortabatur omnes in proposito cordis permanere in domino, quia erat vir bonus & plenus spiritu sancto ac fide. & apposita est turba multa domino. Audiens autem quod saulus esset tharso, exiit requirere eum. Et cum invenisset eum, duxit antiochiam. Conversati autem illis annum totum in ecclesia, & docere turbam multam, & cognominati sunt primum antiochia discipuli xpistiani. ⁊

In diebus illis descenderunt ab hierosolimis prophete antiochiam. Et surgens unus de eis nomine agabus significavit per spiritum sanctum famem magnam futuram per universum orbem, que facta est sub claudio. Et qui erant antiochie discipuli prout quisque habebat proposuerunt singuli eorum in ministerium mittere fratribus habitantibus in iudea. quod & fecerunt mittentes ad presbiteros per manum barnabe & sauli. ⁊

Eodem tempore misit herodes rex manus, ut affligeret quosdam de ecclesia. Occidit autem iacobum fratrem iohannis gladio. Et cum vidisset quod placeret iudeis, apposuit ut comprehenderet & petrum. Erant autem dies azimorum. Hunc cum apprehendisset, misit in carcerem, tradens quatuor quaternionibus militum custodiendum. volens post pascha educere eum plebi. Petrus vero custodiebatur in carcere. oratio vero instantissime fiebat ad deum pro eo ab ecclesia. Et cum futurum esset ut eum herodes produceret, illa nocte petrus dormiebat inter duos milites alligatus catenis duabus: & custodes ante ostium custodiebant carcerem. Et ecce angelus domini astitit, & lumen refulsit in illo loco. Pungensque latere petri suscitavit eum dicens. Surge velociter. Et ceciderunt catene de manibus eius. Et dixit angelus ad eum. Precingere, & calcia te caligas tuas. & ita fecit. Et ait illi. Circumda vestimentum tuum, & sequere me. Et exiens sequebatur eum. Et nesciebat verum esse quod fiebat per angelum. Existimabat enim se visum videre. Et cum transissent primam & secundam custodiam, venerunt ad portam ferream que ducit ad civitatem, que ultro aperta est eis. Et cum exissent processerunt vicum unum. & continuo discessit ab eo angelus. Et petrus ad se reversus ait. Nunc scio vere quia misit dominus angelum suum, & eripuit me de manibus herodis, & de omni expectatione plebis iudeorum. Consideransque venit ad domum marie matris iohannis qui cognominatur marcus. ubi erant multi congregati. Et cum pulsasset ostium ianue, accessit puella ad audiendum nomine rhode. Que ut cognovit vocem petri, pre gaudio non aperuit ianuam, intro currens autem nunciavit petrum stare ante ianuam. Illi autem dixerunt ad eam. Insanis. At illa perseverabat ita esse. Quidam autem dixerunt. Angelus eius est. Petrus autem perseverabat pulsans. Et cum aperuissent viderunt eum, & obstupuerunt. Movens autem eis manum ut tacerent, narravit illis quomodo dominus eduxit eum de carcere & ait. Nunciate hec iacobo & fratribus. Et egressus abiit in alium locum. ⁊

Facta autem die erat non parva turbatio inter milites, quidnam factum esset de petro. Herodes autem cum requisisset eum & non invenisset, interrogatos custodes iussit duci. Et descendens a iudea in cesaream ibi mansit. Erat autem infestus tyriis & sydoniis. Qui unanimes venerunt ad eum, & persuaso blasto qui erat super cubiculum regis, postulabant pacem, eo quod alerentur regiones eorum de regia. Statuto autem die, herodes vestitus veste regali, sedit pro tribunali, & concionabatur ad eos. Populus autem clamabat dei voces & non hominis. Confestim autem percussit eum angelus domini, eo quod non dedisset honorem deo, & consumptus a vermibus expiravit. Verbum autem dei crescebat & multiplicabatur. Barnabas autem & saulus reversi sunt ab hierusalem expleto ministerio, assumpto iohanne qui cognominatur marcus. Erant autem in ecclesia que erat antiochie prophete & magistri, Barnabas & symeon qui cognominatur niger, & lucius cyrenensis & manahen herodis tetrarche collactaneus & saulus. ⁊

Ministrantibus autem illis & ieiunantibus domino, dixit spiritus sanctus. Segregate mihi barnaban & saulum ad opus quod vocavi eos. Tunc ieiunantes & orantes posuerunt illis manus, & dimiserunt eos. Et illi quidem dimissi a spiritu sancto descenderunt seleuciam, & inde navigaverunt cyprum. Et cum venissent salaminam predicabant verbum domini in synagogis iudeorum. habebant autem iohannem in ministerio. Et cum perambulassent universam insulam usque paphum, invenerunt quendam virum pseudoprophetam iudeum cui nomen erat bariehu, quod interpretatur paratus, qui erat cum proconsule sergio paulo viro prudente. Qui cum advocasset barnaban & saulum, querebat audire verbum dei. Resistebat autem illis elimas magus, sic enim interpretatur nomen eius, qui querebat avertere proconsulem a fide. Saulus autem qui & paulus repletus spiritu sancto, & intuens in eum ait. O plene omni dolo & fallacia, fili diaboli, inimice omnis iusticie: non desinis subvertere vias domini rectas. Et nunc ecce manus domini super te, & eris cecus, non videns solem usque ad tempus. Et confestim cecidit super eum caligo & tenebre, & circuiens querebat qui ei manum daret. Videns autem proconsul quod factum erat, credidit admiratione stupens in doctrina domini. ⁊

Et cum a papho navigassent hi qui cum paulo erant, venerunt pergen pamphilie. Iohannes autem discessit ab eis, & reversus est hierosolimam. Illi vero pertranseuntes pergen, venerunt antiochiam pisidie, & ingressi synagogam die sabbatorum, sederunt. Post lectionem autem legis & prophetarum miserunt ad eos principes synagoge dicentes. Viri fratres, si quis est in vobis sermo exhortationis ad plebem, dicite. Exsurgens autem paulus, & manu silentium indicens ait. Viri israhelite, & qui timetis deum audite. Deus plebis huius israel elegit patres nostros, & plebem exaltavit cum essent incole in terra egypti, & in brachio excelso eduxit eos ex ea. & per xl annorum tempus sustinuit mores eorum in deserto. & destruens vii gentes in terra chanaan, sorte distribuit illis in possessionem terram illorum, & post annos quadringentos quinquaginta. Et post hec dedit illis iudices usque ad samuel prophetam. & exinde postulaverunt regem, & dedit illis deus saul filium cis virum de tribu beniamin annis xl. & amoto illo, suscitavit illis david regem, cui testimonium perhibens dixit. Inveni david filium iesse virum secundum cor meum, qui faciet omnes voluntates meas. Huius deus ex semine secundum promissionem suscitavit plebi israel salvatorem ihesum, predicante iohanne ante faciem adventus eius baptismum penitentie omni populo israel. Cum impleret autem iohannes cursum suum, dicebat. Quem me suspicamini esse, non sum ego xpistus. sed ecce venit post me, cuius non sum dignus calciamenta pedum solvere. ⁊

Viri fratres filii generis abraham, & qui in vobis timent deum, vobis verbum salutis huius missum est. Qui enim habitabant hierusalem & principes

271.

cuius hunc ignorantes et voces prophetarum que per omne sabbatum leguntur iudicantes impleverunt. Et cum nullam causam mortis invenissent in eo, postulaverunt a Pilato ut interficerent eum. Et cum consummassent omnia que de illo erant scripta, et deponentes de ligno posuerunt in monumento. Deus vero suscitavit eum a mortuis. Qui visus est per dies multos his qui simul ascenderant cum eo de Galilea in Hierusalem, qui nunc sunt testes eius ad plebem. Et nos vobis annuntiamus promissionem que ad patres nostros facta est, quoniam deus hanc implevit filiis nostris, suscitans Iesum, sicut in primo psalmo scriptum est: Filius meus es tu, ego hodie genui te. Quod autem suscitavit eum a mortuis amplius iam non reversurum in corruptionem, ita dixit: Quia dabo vobis sancta David fidelia. Ideoque et alias dicit: Non dabis sanctum tuum videre corruptionem. David enim sua generatione cum administrasset voluntati dei dormivit, et appositus est ad patres suos, et vidit corruptionem. Quem vero deus suscitavit a mortuis non vidit corruptionem. Notum igitur sit vobis viri fratres quia per hunc vobis remissio peccatorum annuntiatur, et ab omnibus quibus non potuistis in lege Moysi iustificari, in hoc omnis qui credit iustificatur. Videte ergo ne superveniat vobis quod dictum est in prophetis: Videte contemptores et admiramini et disperdimini, quia opus ego operor in diebus vestris, opus quod non credetis si quis narraverit vobis.

Exeuntibus autem illis rogabant ut sequenti sabbato loquerentur sibi verba hec. Cumque dimissa esset synagoga, secuti sunt multi Iudeorum et colentium advenarum Paulum et Barnabam, qui loquentes cum illis suadebant ut permanerent in gratia dei. Sequenti vero sabbato pene omnis civitas convenit audire verbum domini. Videntes autem Iudei turbas repleti sunt zelo et contradicebant his que a Paulo dicebantur, resistentes et blasphemantes. Tunc constanter Paulus et Barnabas dixerunt: Vobis oportebat primum loqui verbum dei. Sed quia repulistis illud et indignos vos iudicastis eterne vite, ecce convertimur ad gentes. Sic enim precepit nobis dominus: Posui te in lumen gentibus, ut sis in salutem usque ad ultimum terre. Audientes autem gentes gavise sunt et glorificabant verbum domini, et crediderunt quotquot erant preordinati ad vitam eternam. Disseminabatur autem verbum domini per universam regionem. Iudei autem concitaverunt religiosas mulieres et honestas et primos civitatis, et excitaverunt persecutionem in Paulum et Barnabam, et eiecerunt eos de finibus suis. At illi excusso pulvere pedum in eos venerunt Yconium. Discipuli quoque replebantur gaudio et spiritu sancto. Contigit autem Yconio ut simul introirent in synagogam Iudeorum et loquerentur ita ut crederet Iudeorum et Grecorum copiosa multitudo. Qui vero increduli fuerunt Iudei suscitaverunt et ad iracundiam concitaverunt animas gentium adversus fratres. Multo igitur tempore ibi demorati sunt, fiducialiter agentes in domino, testimonium perhibente verbo gratie sue, dante signa et prodigia fieri per manus eorum. Divisa est autem multitudo civitatis, et quidam quidem erant cum Iudeis, quidam vero cum apostolis. Cum autem factus esset impetus gentilium et Iudeorum cum principibus suis ut contumeliis afficerent et lapidarent eos, intellexerunt et confugerunt ad civitates Lycaonie Lystram et Derben et universam in circuitu regionem, et ibi evangelizantes erant.

Et quidam vir Lystris infirmus pedibus sedebat, claudus ex utero matris sue, qui numquam ambulaverat. Hic audivit Paulum loquentem. Qui intuitus eum et videns quia haberet fidem ut salvus fieret, dixit magna voce: Surge super pedes tuos rectus. Et exilivit et ambulabat. Turbe autem cum vidissent quod fecerat Paulus, levaverunt vocem suam Lycaonice dicentes: Dii similes facti hominibus descenderunt ad nos. Et vocabant Barnabam Iovem, Paulum vero Mercurium, quoniam ipse erat dux verbi. Sacerdos quoque Iovis qui erat ante civitatem, tauros et coronas ante ianuas afferens, cum populis volebat sacrificare. Quod ubi audierunt apostoli Barnabas et Paulus, conscissis tunicis suis exilierunt in turbas clamantes et dicentes: Viri quid hec facitis? Et nos mortales sumus similes vobis homines, annuntiantes vobis ab his vanis converti ad deum vivum qui fecit celum et terram et mare et omnia que in eis sunt, qui in preteritis generationibus dimisit omnes gentes ingredi vias suas. Et quidem non sine testimonio semetipsum reliquit benefaciens de celo, dans pluvias et tempora fructifera, implens cibo et letitia corda nostra. Et hec dicentes vix sedaverunt turbas ne sibi immolarent. Supervenerunt autem ab Antiochia et Yconio quidam Iudei, qui persuasis turbis lapidantesque Paulum traxerunt extra civitatem, existimantes eum mortuum esse. Circumdantibus autem eum discipulis surgens intravit civitatem, et postera die profectus est cum Barnaba in Derben. Cumque evangelizassent civitati illi et docuissent multos, reversi sunt Lystram et Yconium et Antiochiam, confirmantes animas discipulorum, exhortantesque ut permanerent in fide, et quia per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum dei. Et cum constituissent illis per singulas ecclesias presbyteros et orassent cum ieiunationibus, commendaverunt eos domino in quem crediderunt. Et pertransientes Pisidiam venerunt in Pamphiliam, et loquentes verbum domini in Pergen descenderunt in Attaliam, et inde navigaverunt Antiochiam, unde erant traditi gratie dei in opus quod compleverunt. Cum autem venissent et congregassent ecclesiam, retulerunt quanta fecisset deus cum illis, et quia aperuisset gentibus ostium fidei. Morati sunt autem tempus non modicum cum discipulis.

Et quidam descendentes de Iudea docebant fratres, quia nisi circumcidamini secundum morem Moysi non potestis salvi fieri. Facta ergo seditione non minima Paulo et Barnabe adversus illos, statuerunt ut ascenderent Paulus et Barnabas et quidam alii ex aliis ad apostolos et presbyteros in Hierusalem super hac questione. Illi ergo deducti ab ecclesia pertransibant Phenicen et Samariam, narrantes conversionem gentium, et faciebant gaudium magnum fratribus. Cum autem venissent Hierosolymam, suscepti sunt ab ecclesia et ab apostolis et presbyteris, annuntiantes quanta deus fecisset cum illis.

Surrexerunt autem quidam de heresi Phariseorum qui crediderant, dicentes quia oportet circumcidi eos, precipere quoque servare legem Moysi. Conveneruntque apostoli et presbyteri videre de verbo hoc. Cum autem magna conquisitio fieret, surgens Petrus dixit ad eos: Viri fratres, vos scitis quoniam ab antiquis diebus in nobis elegit deus per os meum audire gentes verbum evangelii et credere. Et qui novit corda deus testimonium perhibuit dans illis spiritum sanctum sicut et nobis, et nihil discrevit inter nos et illos, fide purificans corda eorum. Nunc ergo quid temptatis deum, imponere iugum super cervices discipulorum, quod neque patres nostri neque nos portare potuimus? Sed per gratiam domini nostri Iesu Christi credimus nos salvos fieri, quemadmodum et illi. Tacuit autem omnis multitudo, et audiebant Barnabam et Paulum exponentes quanta fecisset deus signa et prodigia per eos in gentibus. Et postquam tacuerunt, respondit Iacobus dicens: Viri fratres, audite me. Symon narravit quemadmodum primum deus visitavit accipere ex gentibus populum nomini suo. Et huic concordant verba prophetarum, sicut scriptum est: Post hec revertar et reedificabo tabernaculum David quod decidit, et diruta eius reedificabo et erigam illud, ut requirant ceteri hominum dominum, et omnes gentes super quas invocatum est nomen meum, dicit dominus faciens hec. Notum a seculo est domino opus suum. Propter quod ego iudico non inquietari eos qui ex gentibus convertuntur ad deum, sed scribere ad eos ut abstineant se a contaminationibus ydolorum et a fornicatione et suffocatis et sanguine. Moyses enim a temporibus antiquis per singulas civitates habet

qui eum predicent in synagogis, ubi per omne sabbatum legitur.

Tunc placuit apostolis et senioribus cum omni ecclesia eligere viros ex eis et mittere Antiochiam cum Paulo et Barnaba, Iudam qui cognominabatur Barsabas et Sylean, viros primores in fratribus, scribentes per manus eorum epistolam continentem hec: Apostoli et seniores fratres his qui sunt Antiochie et Syrie et Cilicie fratribus ex gentibus salutem. Quoniam audivimus quosdam ex nobis exeuntes turbasse vos verbis, evertentes animas vestras, quibus non mandavimus, dicentes circumcidimini et custodite legem, placuit nobis in unum congregatis eligere viros et mittere ad vos cum karissimis nostris Barnaba et Paulo, hominibus qui tradiderunt animas suas pro nomine domini nostri Iesu Christi. Misimus ergo Iudam et Sylean, qui et ipsi vobis verbis eadem referent. Visum est enim spiritui sancto et nobis nihil amplius imponere vobis oneris quam hec necessario, ut abstineatis vos ab immolatis simulachrorum et sanguine et suffocato et fornicatione, a quibus custodientes vos bene agetis. Valete. Illi ergo dimissi venerunt Antiochiam, et congregata multitudine tradiderunt epistolam. Quam cum legissent, gavisi sunt super consolatione. Iudas quoque et Syleas qui et ipsi prophete erant, verbo plurimo consolati sunt fratres et confirmaverunt. Facto autem ibi aliquanto tempore dimissi sunt cum pace a fratribus ad eos qui miserant illos. Visum est autem Syle remanere ibi, solus autem Iudas abiit. Paulus vero et Barnabas demorabantur Antiochie, docentes et evangelizantes cum aliis pluribus verbum domini. Post aliquot autem dies dixit Paulus ad Barnabam: Revertentes visitemus fratres per omnes civitates in quibus predicavimus verbum domini, quomodo se habeant. Barnabas autem cogitabat assumere et Iohannem qui cognominatur Marcus. Paulus vero postulabat eum, ut qui discessisset ab eis a Pamphilia et non isset cum eis in opus, non assumere.

Et facta est autem dissensio, ita ut discederent ab invicem, et Barnabas quidem assumpto Marco navigaret Cyprum. Paulus vero electo Sylea profectus est, traditus gratie dei a fratribus. Perambulabat autem Syriam et Ciliciam, confirmans ecclesias, precipiens custodire precepta apostolorum et seniorum. Pervenit autem in Derben et Lystram. Et ecce discipulus quidam erat ibi nomine Timotheus, filius mulieris Iudee fidelis, patre gentili, huic testimonium bonum reddebant qui in Lystris erant et Yconio fratres. Hunc voluit Paulus secum proficisci, et assumens circumcidit eum propter Iudeos qui erant in illis locis. Sciebant enim omnes quod pater eius gentilis esset. Cum autem pertransirent civitates, tradebant eis custodire dogmata que erant decreta ab apostolis et senioribus qui erant Hierosolimis. Et ecclesie quidem confirmabantur fide et abundabant numero cotidie. Transeuntes autem Frigiam et Galatie regionem prohibiti sunt a spiritu sancto loqui verbum in Asia. Cum venissent autem in Misiam, temptabant ire in Bithyniam, et non permisit eos spiritus Iesu. Cum autem pertransissent Misiam, descenderunt Troadem.

Et visio per noctem Paulo ostensa est. Vir Macedo quidam erat stans et deprecans eum et dicens: Transiens in Macedoniam adiuva nos. Ut autem visum vidit, statim quesivimus proficisci in Macedoniam, certi facti quod vocasset nos deus evangelizare eis. Navigantes autem a Troade recto cursu venimus Samothraciam, et sequenti die Neapolim, et inde Philippis, que est prima partis Macedonie civitas colonia. Eramus autem in hac urbe diebus aliquot conferentes. Die autem sabbatorum egressi sumus foras portam iuxta flumen, ubi videbatur oratio esse, et sedentes loquebamur mulieribus que convenerant.

Et quedam mulier nomine Lydia purpuraria civitatis Thyatirenorum colens deum audivit, cuius dominus aperuit cor intendere his que dicebantur a Paulo. Cum autem baptizata esset et domus eius, deprecata est dicens: Si iudicastis me fidelem domino esse, introite in domum meam et manete. Et coegit nos.

Factum est autem euntibus nobis ad orationem, puellam quandam habentem spiritum pythonem obviare nobis, que questum magnum prestabat dominis suis divinando. Hec subsecuta Paulum et nos clamabat dicens: Isti homines servi dei excelsi sunt, qui annuntiant vobis viam salutis. Hoc autem faciebat per multos dies. Dolens autem Paulus et conversus spiritui dixit: Precipio tibi in nomine Iesu Christi exire ab ea. Et exiit eadem hora. Videntes autem domini eius quia exivit spes questus eorum, apprehendentes Paulum et Syleam perduxerunt in forum ad principes, et offerentes eos magistratibus dixerunt: Hi homines conturbant civitatem nostram cum sint Iudei, et annuntiant morem quem non licet nobis suscipere neque facere cum simus Romani. Et cucurrit plebs adversus eos, et magistratus scissis tunicis eorum iusserunt eos virgis cedi. Et cum multas eis plagas imposuissent, miserunt eos in carcerem, precipientes custodi ut diligenter custodiret eos. Qui cum tale preceptum accepisset, misit eos in interiorem carcerem et pedes eorum strinxit ligno. Media autem nocte Paulus et Syleas orantes laudabant deum, et audiebant eos qui in custodia erant. Subito vero terremotus factus est magnus, ita ut moverentur fundamenta carceris. Et aperta sunt statim ostia omnia, et universorum vincula soluta sunt. Expergefactus autem custos carceris et videns ianuas apertas carceris, evaginato gladio volebat se interficere, estimans fugisse vinctos. Clamavit autem Paulus voce magna dicens: Nihil tibi mali feceris, universi enim hic sumus. Petitoque lumine introgressus est, et tremefactus procidit Paulo et Syle ad pedes, et producens eos foras ait: Domini, quid me oportet facere ut salvus fiam? At illi dixerunt: Crede in dominum Iesum, et salvus eris tu et domus tua. Et locuti sunt ei verbum domini cum omnibus qui erant in domo eius. Et tollens eos in illa hora noctis lavit plagas eorum, et baptizatus est ipse et omnis domus eius continuo. Cumque perduxisset eos in domum suam, apposuit eis mensam, et letatus est cum omni domo sua credens deo. Et cum dies factus esset, miserunt magistratus lictores dicentes: Dimitte homines illos. Renuntiavit autem custos carceris verba hec Paulo, quia miserunt magistratus ut dimittamini; nunc igitur exeuntes ite in pace. Paulus autem dixit eis: Cesos nos publice indemnatos homines Romanos miserunt in carcerem, et nunc occulte nos eiciunt? Non ita, sed veniant et ipsi nos eiciant. Renuntiaverunt autem magistratibus lictores verba hec. Timueruntque audito quod Romani essent, et venientes deprecati sunt eos, et educentes rogabant ut egrederentur de civitate. Cum exissent autem de carcere, introierunt ad Lidiam, et visis fratribus consolati sunt eos et profecti sunt. Cum perambulassent autem Amphipolim et Apolloniam, venerunt Thessalonicam, ubi erat synagoga Iudeorum. Secundum consuetudinem autem Paulus introivit ad eos, et per sabbata tria disserebat eis de scripturis, adaperiens et insinuans quia Christum oportuit pati et resurgere a mortuis, et quia hic est Christus Iesus quem ego annuntio vobis. Et quidam ex eis crediderunt et adiuncti sunt Paulo et Syle, et de colentibus gentilibusque multitudo magna, et mulieres nobiles non pauce. Iudei autem assumptis forensibus quibusdam viris nequissimis, et congregata turba concitabant civitatem, et assistentes domui Iasonis querebant eos producere in populum. Et cum non invenissent illos, trahebant Iasonem et quosdam fratres ad principes civitatis, clamantes et dicentes quia: Hi qui orbem terre inquietant et huc venerunt, quos suscepit Iason, et hi omnes contra decreta Cesaris faciunt, regem alium dicentes esse Iesum. Et concitaverunt principes civitatis et turbas audientes hec. Et cum satis accepissent ab

iasone & ceteris dimiserunt eos. Fratres vero continuo per noctem dimiserunt
paulum & silam in beroeam. Qui cum advenissent in synagogam
iudeorum. Hi autem sunt nobiliores de thessalonicensibus: qui exceperunt verbum
cum omni concupiscentia. Cotidie scrutantes scripturas si haec ita se haberent
quemadmodum paulus annuntiabat. Et multi quidem ex eis crediderunt
& grece mulieres divites. & viri non pauci. Cum cognovissent autem a thes
salonicen iudei quia & in beroea quoque predicatum est a paulo verbum dei. vene
runt & ibi concitantes & commoventes turbas. Continuo autem tunc paulum
dimiserunt fratres ut iret usque ad mare. Nam silas & timotheus remanserunt ibi.
Qui vero deducebant paulum perduxerunt usque athenas. & accepto man
dato ad silam & timotheum ut velociter ad eum venirent. exierunt. Paulus
autem cum athenis eos expectaret. concitabatur spiritus eius in ipso. aspiciente
circa ydola esse civitatem. Disputabat igitur in synagoga iudeorum & colentibus
deum & in foro per omnem diem cum eis qui presentes erant. Quidam autem epicu
rei & stoici philosophi conferebant cum eo. & quidam dicebant quid vult hic
seminator verborum dicere? Alii autem dicebant novorum demoniorum vi
detur annuntiator esse. & apprehensum eum perduxerunt ad ariopagum di
centes. Possumus scire quae est haec nova doctrina? nova enim res quaedam
infers auribus nostris. Volumus ergo scire quidnam velint haec esse. Athenien
ses autem omnes & hospites peregrini ad nichil aliud vacabant nisi audire.
aut dicere aliquid novi.

Stans itaque paulus in medio ariopago dixit. Viri athenienses per omnia
vos superstitiosos vos video. circumambulans enim & quae colitis circumspiciens
inveni etiam aram in qua scriptum est ignoto deo. Quod ergo ignorantes colitis.
hoc ego annuntio vobis. Deus qui fecit hunc mundum & omnia quae in eo sunt.
hic cum sit celi & terre dominus. non in manufactis templis habitat. neque
humanis manibus colitur tamquam egeat aliquo. cum ipse det omnibus vitam &
spiritum & omnia. Fecitque ex uno sanguine omne genus humanum habi
tare super omnem faciem terre. definiens inpacta tempora & terminos habi
tationis eorum querere illud divinum si forte attrectent aut inveniant illud.
quamvis non longe sit ab uno quoque nostrum. In ipso enim vivimus & movemur & sumus.
Sicut quidam etiam secundum vos dixerunt. Huius enim & genus sumus. Cum ergo
genus simus dei. non debemus existimare auro aut argento aut lapidis
sculpture artis & desiderii hominis divinum esse simile. Tempora quidem
ignorantie despiciens deus. nunc annuntiat hominibus. ut omnes ubique
penitentiam agant. quod statuit diem quo iudicaturus est orbem terrarum in iustitiam
in viro quem constituit fidem omnibus exhibere resuscitans eum a mortuis. Cum
audissent autem resurrectionem mortuorum. aliqui quidem deridebant. aliqui vero
dixerunt. audiemus te de hoc iterum.

Sic paulus exivit de medio eorum. aliqui vero viri adheserunt paulo & credide
runt. In quibus & dionisius ariopagita. & mulier nomine damaris
& alii cum eis. Post haec ab athenis recessit & venit corinthum. & in
veniens quendam iudeum nomine aquilam ponticum genere qui nuper venerat ab
italia cum priscilla uxore sua. eo quod precepisset claudius discedere omnes
iudeos ab roma. Et accessit ad eos & salutavit eos. & quia eiusdem artis
erat manebat apud eos. & operabatur. Et disputabat in synagoga per o
mne sabbatum. interponens nomen domini ihesu. suadebatque iudeis & grecis. Cum
venissent autem a macedonia silas & timotheus instabat verbo paulus testi
ficando iudeis esse ihesum xpistum. Resistentibus autem & blasphemantibus excuti
ens vestimenta sua dixit ad eos. Sanguis vester super caput vestrum. mundus ego
ex hoc ad gentes ibo. Et migrans inde intravit in domum cuiusdam nomine
titi iusti colentis deum. cuius domus coniuncta erat synagoge. Crispus autem archi
synagogus credidit domino cum universa domo sua. & multi ex corinthiis
audientes credebant & baptizabantur. Dixit autem dominus per visum paulo
in nocte. Ne timueris sed loquere ne taceas. quia ego sum tecum. &
nemo apponetur tibi ut noceat te. quoniam populus est mihi multus in hac civitate. Sedit autem
ibi annum & sex menses. docens inter eos verbum dei.

Gallione autem proconsule achaie insurrexerunt uno animo iudei in paulum. &
duxerunt ad tribunal dicentes. quia contra legem hic suadet hominibus colere
deum. Incipiente autem paulo aperire os. dixit gallio ad iudeos. Si quidem esset
aliqua iniquitas aut fallacia o iudei. merito vos sustinerem. Si vero questiones
habetis de verbo & de nominibus & de lege vestra ipsi videritis. iudex horum
ego nolo esse. & abegit eos a tribunali. Apprehendentes autem omnes greci so
sthenem principem synagoge percutiebant eum ante tribunal. & nichil horum
gallioni cure erat. Paulus autem cum dies aliquot moratus ibi esset. valefecit fratribus
& navigavit in syriam. & cum eo priscilla & aquila. de tonsis capillis ca
pitis. cenchris enim habebat votum. Devenitque ephesum & illos reliquit
illic. ipse vero ingressus in synagogam disputabat cum iudeis. Rogantibus autem
eis ut ibi diutius demoraretur non consensit. sed valefaciens eis ait. Op
ortet me sollemnem diem advenientem facere hierosolimis. & iterum revertar
ad vos deo volente. Et profectus ab epheso venit cesaream. & cum ascendisset
& salutasset ecclesiam. descendit antiochiam & ibi demoratus aliquo tempore. 272

Et profectus est & perambulans ex ordine galathicam regionem & frigiam confir
mans omnes discipulos.

Iudeus autem quidam nomine apollo. natione alexandrinus vir disertus de
venit ephesum. potens in scripturis. Hic audierat viam domini in patria sua.
& fervens spiritu eloquebatur. & docebat certissime de ihesu. sciens tantum bap
tisma iohannis. Hic cepit confidenter loqui in synagoga. Cum audissent autem
eum aquila & priscilla susceperunt eum. & diligentius ei exposuerunt viam.
Cum autem vellet exire in achaiam. hortantes eum fratres scripserunt discipulis ut exci
perent eum. Qui cum advenit in achaiam. multum contulit his qui crediderant.
fortiter enim iudeos convincebat publice ostendens per scripturas esse xpistum ihesum.
Factum est autem cum apollo esset corinthi. & paulus perambulatis superioribus par
tibus veniret ephesum. & inveniret quosdam discipulos dixitque ad illos. Si spiritum sanctum
accepistis credentes? At illi dixerunt. Sed neque si spiritus sanctus est audi
vimus. Et ait. In quo ergo baptizati estis? Qui dixerunt. In iohannis
baptismate. Dixit autem paulus. Iohannes autem baptizavit baptismum peniten
tie plebi dicens in eum qui venturus esset post ipsum ut crederent. hoc est
in ihesum xpistum. His auditis. baptizati sunt in nomine domini ihesu xpisti. Et
cum inposuisset illis manum paulus. venit spiritus sanctus super illos. & loquebantur
linguis & prophetabant. Erant autem viri fere xii. Et introgressus paulus
in synagogam. confidenter loquebatur per menses tres. disputans & suadens
de regno dei. Et cum indurarentur quidam ex eis. & non crederent. maledi
centes viam domini coram multitudine discessit ab eis. & segregavit discipulos
& cotidie disputabat in scola tyranni cuiusdam. ab hora quinta usque in ho
ram decimam. Hoc autem per biennium factum est. ita ut omnes qui habitabant in
asia audirent verbum domini iudei atque greci. Virtutesque non modicas deus faciebat
per manus pauli. ita ut & super languidos deferrentur de corpore eius sudaria
vel semicinctia. & discederent ab eis languores. & maligni spiritus exirent.

Temptaverunt autem quidam ex circumeuntibus iudeis exorcistis invocare
super eos qui habebant spiritus malignos nomen domini ihesu dicentes. adiuro vos per ihesum quem
paulus predicat. ut exeatis. Erant autem filii sceve iudei sacerdotis. qui faci
ebant similiter. Quibus respondens spiritus nequam dixit. Ihesum scio & paulum
novi. vos autem qui estis? Et insiliens in eos homo in quo erat spiritus nequam.
dominatus utrisque invaluit adversus eos. ita ut nudi & vulnerati effugerent
de domo illa. Hoc autem notum factum est omnibus iudeis atque grecis habitantibus
ephesum. & timor decidit super omnes illos. & magnificabatur nomen domini
ihesu. & multi de credentibus veniebant confitentes. & annuntiantes actus
suos. Multi autem ex his qui curiosa gesserunt contulerunt libros & com
burebant coram omnibus. & conputatis pretiis illorum invenerunt denariorum
l milia. Sic potenter verbum dei crescebat. & confortabatur. His autem
expletis. statuit paulus in spiritu transire macedoniam & achaiam & ire
hierosolimam dicens. quia cum fuero ibi. necesse est me & romam videre.
Et misit in macedoniam duos qui sibi ministrabant timotheum & erastum.
ipse vero substitit tempus in asia.

Factus est autem in illo tempore tumultus non modicus de via domini. Demetrius
autem quidam argentarius faciens templa diane prestabat artificibus non mo
dicum questum. Hic convocans eos qui huiusmodi erant opifices dixit.
Viri scitis quia de hoc artificio adquisitio est nobis. & videtis & au
ditis quod non tantum ephesi sed & universe asie hic paulus nescio quem
suasit & avertit magnam turbam dicens. quia non sunt dii qui manibus fiunt.
Non tantum autem haec pars nobis periclitabitur in redargutionem venire. sed
etiam templum magne dee diane in nichil estimabitur. sed & destrui inci
piet maiestas eius. quam tota asia & orbis terrarum colit. His auditis.
repleti sunt ira. & exclamaverunt dicentes. Magna diana ephe
siorum. Et confusa est universa civitas. Et impetum fecerunt ruentes omnes
unanimes in theatrum & rapuerunt gaium & aristarcum macedones co
mites pauli. Volente autem paulo intrare in turbam. non sinebant discipuli.
aliqui autem & de principibus asie qui erant amici eius. miserunt ad eum rogan
tes ne se in theatrum daret. Alii ergo aliud clamabant. erat enim ecclesia
confusa. & plures nesciebant qua ex causa convenissent. De turba
itaque detraxerunt alexandrum propellentibus eum iudeis. Alexander autem
movit manum. volens se excusare ad populum. Qui ut cognoverunt quia iudeus est.
vox facta est una omnium. fere horis duabus clamantium magna diana ep
hesiorum. Et cum sedasset scriba dixit ad turbam. Viri ephesii. quis enim
est homo qui nesciat ephesiorum civitatem cultricem esse magne diane & iovis?
Cum ergo his contradici non possit. oportet vos sedatos esse. & nichil te
mere agere. Adduxistis enim istos homines neque sacrilegos. neque blasphe
mantes deam vestram. Quod si demetrius & qui cum eo sunt artifices habent
aliquid inter se. conventus forenses aguntur & proconsules sunt. accusent
invicem. Quod si aliquid ulterius requiritis. in legitima ecclesia resolvetur.
Nam & periclitamur accusari. quasi seditiosi hodie cum causa nulla sit. cum
rationem reddere possimus de hoc concursu. & his dictis. solvit ecclesiam.

Postquam autem quievit tumultus. paulus convocatis discipulis & ex
hortatus eos. valefecit & profectus est in macedoniam. Cum per
ambulasset autem partes illas. & exhortatus esset eos mul
to sermone. venit in greciam. ubi cum fecisset menses tribus. Et
cum insidie ei fierent a iudeis. & navigaturus esset in syriam. dixit illi spiritus
ut rediret per macedoniam. Et comitati sunt cum illo usque in asiam sosipa
ter pyrri beroensis. Thessalonicensium autem aristarcus. & secundus & gaius
doberius & timotheus. asiani vero tichicus & trophimus. Hi cum precessis
sent. sustinuerunt nos troade. Nos vero navigavimus post dies azimorum a
philippis & venimus ad eos troade in diebus quinque. ubi demorati sumus
diebus vii. In uno autem sabbati cum venissemus frangere panem. paulus
disputabat illis. & confirmabat animos illorum. Et alia die exiturus
producebat verbum usque ad mediam noctem. Erant autem lucerne multe in
cenaculo in quo eramus congregati. Sedens autem quidam adolescens no
mine euticus super fenestram pressus somno gravi disputante paulo
prolixius. ductus a fenestra cecidit de tristego deorsum. & sublatus
est mortuus. Descendit autem paulus & incubuit super eum. & conplexus
ait. Nolite turbari. anima eius in ipso est. Et ascendens fregit panem
& gustavit satisque allocutus usque ad lucem profectus est.

Adduxerunt autem puerum viventem. & consolati sunt non mediocriter. Nos vero
descendimus ad navem & navigavimus in asson inde suscepturi paulum
ita enim disposuerat ipse per terram iter facturus. Ut autem convenit nos in asson.
excepimus eum. & venimus mitilenen. Et inde navigantes sequenti die
venimus contra chium. & altera die applicuimus samum & manentes in trogi
lio sequenti die venimus miletum. Proposuerat enim paulus transire ephesum.
Et verebatur ne qua mora illi fieret in asia. festinabat enim si posset fieri
ut diem pentecostes faceret hierosolimis. A mileto autem mittens ephesum
convocavit omnes presbiteros ecclesie. qui cum convenissent ad eum. simulque essent
dixit illis. Vos scitis a prima die qua ingressus sum asiam. quemadmodum vobiscum
fuerim per omne tempus serviens domino cum humilitate & lacrimis & temp
tationibus que mihi acciderunt ab insidiis iudeorum. quomodo nichil subtraxerim
ab eis que utilia essent. quominus annuntiarem vobis & docerem vos publice.
& per domos testificando iudeis & grecis in deum penitentiam & fidem in dominum
nostrum ihesum. Et nunc ecce ego vinctus spiritu vado in hierusalem que in ea mihi e
ventura sunt ignorans nisi quod spiritus sanctus per omnem civitatem protestatur mihi dicens.
Quia vincula & tribulationes me manent in hierosolimis. sed pro nichi
lo estimo animam meam esse cariorem mihi. quam consummare cursum meum & mi
nisterium verbi quod accepi a domino. testari iudeis & grecis evangelium gratie dei.
Et nunc ego scio quod amplius non videbitis faciem meam vos omnes inter
quos perambulavi predicando regnum domini ihesu. propter quod contestor
vos hodierna die quia mundus sum a sanguine omnium. & non subterfugi quominus pre
dicarem omnem voluntatem dei. Attendite vobis & omni gregi. in quo vos
spiritus sanctus posuit episcopos. regere ecclesiam domini. quam adquisivit sanguine suo.
Ego scio quia intrabunt post discessum meum lupi graves in vos. non par
centes gregi. & ex vobis ipsis exsurgent homines loquentes perversa. ut
abducant discipulos post se. propter quod non cessavi cum lacrimis monendo
unumquemque vestrum. Et nunc quidem commendo vos deo & verbo gratie
qui potest edificare vos. & dare hereditatem in sanctis omnibus. Argentum
aut aurum aut vestem nullius concupivi. ipsi scitis quia necessitatibus meis
omnibus & his qui sunt mecum ministraverunt manus iste. Omnia osten
di vobis quia sic laborantes oportet sustinere infirmos & meminisse
verborum domini ihesu. quia ipse dixit. beatius est magis dare quam accipere.
Et haec cum dixisset. positis genibus cum omnibus illis oravit. Et ploratus
magnus omnium factus est. & incumbentes super collum pauli osculabantur
eum. dolentes maxime propter verbum quod dixerat. quia amplius non
videbitis faciem meam. & deducebant eum ad navem.

Cum autem ab illis discessissemus enavigantes pervenimus choum. & sequen
ti die rhodum. & inde pataram. Deinde myram. Et cum invenissemus
navem transfretantem phenicen. ascendentes navigavimus. Cum apparuissemus
autem cypro. relinquentes eam a sinistro navigavimus in syriam & venimus
tyrum. ibi enim habebat navis exponere onus. Et inventis discipulis
mansimus ibi dies vii. hiique paulo dicebant per spiritum ne ascenderet hiero
solimam. Expletis diebus profecti ibamus. deducentibus nos omnibus cum uxoribus
& filiis usque foras civitatem. Et positis genibus in litore oravimus. &
valefacientes alterutrum ascendimus navem. illi autem reversi sunt in sua. Nos
vero explicito navigio tyro. devenimus ptolomaidem. & salutatis fratribus
mansimus apud eos die uno. Altera autem die profecti venimus cesaream.
& intrantes in domum philippi evangeliste qui erat de vii. cui erant filie
iiii virgines prophetantes. & mansimus apud eum.

Et commorantibus nobis in Cesarea per dies aliquot supervenit a Iudea quidam propheta nomine Agabus. Et venit ad nos. Et cum tulisset zonam Pauli alligavit sibi pedes et manus et dixit. Haec dicit Spiritus Sanctus. Virum cuius est zona sic alligabunt Iudei in Hierusalem, et tradent in manus gentium. Hoc cum audissemus rogabamus nos et incole loci illius Paulum ne ascenderet Hierosolimis. Tunc respondit et dixit nobis. Quid facitis flentes et contribulantes cor meum? Ego enim non tantum alligari, sed etiam mori in Hierosolimis paratus sum pro nomine domini Iesu Christi. Et cum ei suadere non possemus, tacuimus dicentes. Voluntas domini fiat.

Post hos autem dies refecimus nos et ascendimus Hierosolimam. Venerunt autem quidam de discipulis a Cesarea nobiscum, adducentes apud quem hospitaremur Iasonem quendam Cyprium antiquum discipulum. Et cum venissemus Hierosolimis, exceperunt nos fratres cum gaudio. Sequenti quoque die introivit cum Paulo ad Iacobum, et convenerunt omnes presbiteri. Quos cum salutassemus narrabat Paulus per singula quae fecisset deus in gentibus per ministerium eius. Qui cum audissent magnificaverunt dominum, et dixerunt ei. Vides frater quot milia sunt hominum in Iudea qui crediderunt, et omnes isti emulatores sunt legis. Diffamaverunt autem de te tamquam discidium doceas a Moyse qui per gentes sunt Iudeos, dicens ne circumcidant filios suos, neque secundum consuetudinem ingrediantur. Quid ergo est? Utique oportet convenire multitudinem. Audient enim quia venisti huc. Hoc ergo fac quod tibi dicimus. Sunt nobis viri quattuor votum habentes in se. His assumptis purifica te cum illis, et impende in eis ut radant capita sua, et sciant omnes quia quae de te audierunt falsa sunt, sed ambulas et ipse custodiens legem. De his autem qui crediderunt de gentibus nichil habent in te dicere. Nos enim scripsimus iudicantes nichil tale custodire eos, nisi ut devitent immolatum idolis et sanguinem et fornicationem.

Tunc Paulus assumptis viris postera die purificatus cum illis intravit in templum, annuntians consummationem dierum purificationis, quoadusque offerretur pro unoquoque oblatio. Cum repleretur autem dies septem, qui ab Asia erant Iudei videntes eum in templo concitaverunt omnem turbam, et iniecerunt illi manus clamantes et dicentes. Viri Israhelite adiuvate. Hic est homo qui adversus legem et locum hunc ubique omnes docet, insuper et gentiles induxit in templum, et communicavit locum hunc sanctum. Praeviderant enim Trophimum Ephesium in civitate cum eo, quem putaverunt a Paulo introductum in templum. Et commota est universa civitas, et facta est concursio populi. Et comprehensum Paulum trahebant extra templum, et confestim clause sunt ianue. Et cum quaererent eum occidere, nuntiatum est tribuno cohortis quia tota confusa est civitas. Qui statim assumptis militibus et centurionibus decurrit ad eos. Qui cum vidissent tribunum et milites, cessaverunt percutientes Paulum. Tunc accedens tribunus comprehendit eum, et iussit alligari catenis duabus, et interrogabat quis esset, et quid fecisset. Alii autem aliud acclamabant in turba. Et cum non posset certum scire prae tumultu, iussit eum duci in castris. Et cum venisset ad gradus, contigit ut portaretur a militibus propter vim populi. Sequebatur enim multitudo clamans. Tolle inimicum nostrum. Et cum iam induceretur in castris, Paulus ait tribuno. Si licet mihi loqui ad te? Qui dixit. Grece nosti? Nonne tu es Egyptius qui ante hos dies tumultum concitasti et eduxisti in desertum quattuor milia virorum sicariorum? Et ait ad eum Paulus. Ego homo quidem sum Iudeus a Tharso Cilicie non ignote civitatis civis. Rogo itaque ut permittas michi loqui ad populum. Et cum ei permisisset tribunus loqui, stans Paulus in gradibus movit manum ad populum, magnoque silentio facto allocutus est eos hebraica lingua.

Viri fratres et patres audite verba mee excusationis. Qui cum audissent eum hebraica lingua loqui, magis silentium praestiterunt. Et ait. Ego homo sum Iudeus natus Tharso Cilicie, nutritus autem in civitate hac secus pedes Gamaliel, eruditus secundum diligentiam paterne legis, emulator dei sicut et vos omnes estis hodie, qui hanc persecutus sum usque ad mortem, alligando et tradendo viros ac mulieres in custodia, sicut et princeps sacerdotum et totum concilium testimonium michi perhibent, et omnes seniores, a quibus etiam epistulis acceptis ad fratres Damascum ibam, perducturus eos qui ibi erant alligatos in Hierusalem ut punirentur, si qui de hac via essent.

Contigit autem michi eunti et appropinquanti Damasco, subito media die de celo circumfulsit me lumen magnum, et cecidi super terram. Et audivi vocem dicentem michi in lingua hebraica. Saule Saule quid me persequeris? Durum est tibi ad stimulum calcitrare. Ego autem respondi. Quis es domine? Dixitque ad me. Ego sum Iesus Nazarenus quem tu persequeris. Et hi qui mecum erant lumen quidem viderunt et timefacti sunt, vocem autem non audierunt eius qui loquebatur mecum. Et dixi. Quid faciam domine? Dominus autem dixit ad me. Surge vade Damascum, et illic tibi dicetur de omnibus quae te oporteat facere. Cum autem exsurrexissem non videbam prae claritate luminis illius. Et ad manum deductus a comitibus qui mecum erant veni Damascum. Ananias autem quidam vir metuens secundum legem, bene audiens ab omnibus habitantibus ibi Iudeis, veniens ad me et astans michi dixit. Saule frater aspice. Et ego ipsa hora aspexi in eum. Et dixit. Deus patrum nostrorum praeordinavit te ut cognosceres voluntatem eius, et videres iustum, et audires vocem de ore eius, quia eris illi testis ad omnes homines eorum quae vidisti et audisti. Et nunc quid expectas? Surge baptizare et ablue peccata tua invocans nomen eius. Factum est autem revertenti michi in Hierusalem, et oranti in templo, fieri me in stupore mentis, et videre ipsum dicentem michi. Festina et exi quia velociter de Hierusalem, quia non recipient testimonium tuum de me. Et ego dixi. Domine ipsi sciunt quia ego eram concludens in carcere et caedens per omnes synagogas eos qui credebant in te. Et dum effunderetur sanguis Stephani testis tui, ego eram assistens et consentiens, et custodiens vestimenta interficientium eum. Et dixit ad me. Vade quia ego longe ad gentes mittam te.

Audiebant autem eum usque ad hoc verbum, et exclamaverunt dicentes. Tolle a terra talem, non est enim fas eum vivere. Clamantibus autem et iactantibus vestimenta, et pulverem in celum mittentibus, iussit tribunus induci eum in castris dicens flagellis eum interrogari, ut sciret ob quam causam sic proclamarent ei. Et cum astrinxissent eum loris, dixit astanti sibi centurioni. Si hominem Romanum et indemnatum licet vobis flagellare? Hoc audito centurio quia civem Romanum se esse dixit, accessit ad tribunum et ait illi. Vide quid facturus es. Hic enim civis Romanus est. Accedens autem ad eum tribunus ait. Dic michi, civis Romanus es? At ille dixit. Sum. Et respondit tribunus. Ego multa pecunia civitatem hanc consecutus sum. Et Paulus ait. Ego autem natus. Confestim itaque discesserunt ab eo qui interrogaturi erant eum. Sed tribunus timuit cognoscens quia civis Romanus esset, sed et quia alligasset eum. Et postera die volens scire diligentius qua causa accusaretur a Iudeis, solvit eum, et iussit principes sacerdotum convenire et omne concilium eorum, et producens Paulum statuit inter eos. Intendens autem in concilium Paulus ait. Viri fratres, ego omni conscientia bona conversatus sum coram deo usque in hunc diem.

Princeps autem sacerdotum Ananias circumstantibus sibi praecepit percutere os Pauli. Tunc Paulus ad eum dixit. Percutiet te deus paries dealbate. Et tu sedes iudicare de me secundum legem, et contra legem iubes me percuti? Et qui circumstabant dixerunt ei. Principem sacerdotum maledicis? Ait autem Paulus. Nesciebam fratres quia princeps sacerdotum est. Scriptum est enim, principem populi tui non maledices. Sciens autem quod una pars esset Saduceorum et altera Phariseorum, exclamavit in concilio. Viri fratres, ego Phariseus sum, filius Phariseorum. De spe et resurrectione mortuorum ego iudicor hodie. Haec eo loquente facta est dissensio inter Phariseos et Saduceos, et soluta est multitudo. Saducei enim dicunt non esse resurrectionem, neque angelum, neque spiritum. Pharisei autem confitentur utraque. Factus est autem clamor magnus, et exsurgentes quidam de scribis partis Phariseorum pugnabant inter se dicentes. Quia nichil mali invenimus in isto homine. Quod si spiritus locutus est ei, aut quid si angelus? Et cum magna dissensio facta esset inter illos, timens tribunus ne abriperetur Paulus ab illis, iussit exercitum descendere et rapere eum de manibus eorum, et reducere eum in castris. Sequenti autem nocte assistens ei dominus ait. Constans esto. Sicut enim testificatus es de me in Hierusalem, sic te oportet et Rome testificari.

Facta autem die collegerunt se quidam ex Iudeis et devoverunt se dicentes neque manducare neque bibere, donec occiderent Paulum. Erant autem plures quadraginta qui hanc coniurationem fecerant. Qui accesserunt ad principes sacerdotum et seniores et dixerunt. Devotione devovimus nos nichil gustaturos donec occidamus Paulum. Nunc ergo vos notum facite tribuno cum concilio ut producat eum ad vos, quasi diligentius aliquid cognituri de eo. Nos vero priusquam appropiet, parati sumus interficere eum. Hoc cum audisset filius sororis Pauli insidias eorum, venit et intravit in castris, et nuntiavit Paulo. Vocans autem ad se Paulus unum ex centurionibus ait. Adolescentem hunc perduc ad tribunum. Habet enim aliquid indicare illi. Et ille quidem assumpsit eum et duxit ad tribunum et ait. Vinctus Paulus rogavit me hunc adolescentem adducere ad te, qui habet aliquid loqui tibi. Apprehendens autem manum eius tribunus secessit cum eo seorsum et interrogabat. Quid est quod habes indicare michi? Et dixit. Iudei convenerunt rogare te ut crastina die producas Paulum in concilium, tamquam aliquid certius inquisituri sint de eo. Tu vero ne credideris illis. Insidiantur enim ei ex eis viri plures quadraginta, qui devoverunt se neque manducare neque bibere donec interficiant eum. Et nunc parati sunt expectantes tuam repromissionem.

Tunc tribunus dimisit adolescentem praecipiens illi ne cui loqueretur quoniam haec nota sibi fecisset. Et convocatis duobus centurionibus ait. Parate milites ducentos ut vadant usque Cesaream, et equites septuaginta, et lancearios ducentos, a tertia hora noctis. Et iumenta praeparate ut imponentes Paulum salvum perducerent ad Felicem praesidem. Timuit enim ne forte raperent eum Iudei et occiderent, et ipse postea calumniam haberet, quasi nummos accepisset. Scripsit autem epistulam habentem formam hanc. Claudius Lysias Felici optimo praesidi salutem. Virum hunc comprehensum a Iudeis, et incipientem interfici ab eis, superveniens cum exercitu eripui, cognito quia Romanus est. Volensque scire causam quam obiciebant illi, deduxi eum in concilium eorum. Quem inveni accusari de quaestionibus legis ipsorum, nichil vero dignum morte aut vinculis habentem crimen. Et cum michi perlatum esset de insidiis quas paraverant illi, misi eum ad te, denuntians et accusatoribus ut dicant apud te. Vale.

Milites ergo secundum praeceptum sibi assumentes Paulum duxerunt per noctem in Antipatridem. Et postera die dimissis equitibus ut cum eo irent, reversi sunt ad castra. Qui cum venissent Cesaream et tradidissent epistulam praesidi, statuerunt ante illum et Paulum. Cum legisset autem et interrogasset de qua provincia esset, et cognoscens quia de Cilicia, Audiam te, inquit, cum et accusatores tui venerint. Iussitque in praetorio Herodis custodiri eum.

Post quinque autem dies descendit princeps sacerdotum Ananias cum senioribus quibusdam et Tertullo quodam oratore, qui adierunt praesidem adversus Paulum. Et citato Paulo coepit accusare Tertullus dicens. Cum in multa pace agamus per te, et multa corrigantur per tuam providentiam, semper et ubique suscipimus, optime Felix, cum omni gratiarum actione. Ne diutius autem te protraham, oro breviter audias nos pro tua clementia. Invenimus hunc hominem pestiferum, et concitantem seditiones omnibus Iudeis in universo orbe, et auctorem seditionis sectae Nazarenorum, qui etiam templum violare conatus est, quem et apprehensum voluimus secundum legem nostram iudicare. Superveniens autem tribunus Lysias cum vi magna eripuit eum de manibus nostris, iubens accusatores eius ad te venire, a quo poteris ipse iudicans de omnibus istis cognoscere de quibus nos accusamus eum. Adiecerunt autem et Iudei dicentes haec ita se habere.

Respondit autem Paulus annuente sibi praeside dicere. Ex multis annis te esse iudicem genti huic sciens, bono animo pro me satisfaciam. Potes enim cognoscere quia non plus sunt michi dies quam duodecim ex quo ascendi adorare in Hierusalem, et neque in templo invenerunt me cum aliquo disputantem aut concursum facientem turbae, neque in synagogis neque in civitate, neque probare possunt tibi de quibus nunc me accusant. Confiteor autem hoc tibi, quod secundum sectam quam dicunt heresim sic deservio patri deo meo, credens omnibus quae in lege et prophetis scripta sunt, spem habens in deum quam et hi ipsi expectant, resurrectionem futuram iustorum et iniquorum. In hoc et ipse studeo sine offendiculo conscientiam habere ad deum et ad homines semper. Post annos autem plures elemosinas facturus in gentem meam veni et oblationes, in quibus invenerunt me purificatum in templo, non cum turba neque cum tumultu. Quidam autem ex Asia Iudei, quos oportebat apud te praesto esse et accusare si quid haberent adversum me, aut hi ipsi dicant si quid invenerunt in me iniquitatis cum stem in concilio, nisi de una hac solummodo voce qua clamavi inter eos stans, quia de resurrectione mortuorum ego iudicor hodie a vobis. Distulit autem illos Felix certissime sciens de via hac dicens. Cum tribunus Lysias descenderit, audiam vos. Iussitque centurioni custodire eum et habere requiem, nec quemquam de suis prohibere ministrare ei.

Post aliquot autem dies veniens Felix cum Drusilla uxore sua quae erat Iudea, vocavit Paulum et audivit ab eo fidem quae est in Christo Iesu. Disputante autem illo de iustitia et castitate et de iudicio futuro, tremefactus Felix respondit. Quod nunc attinet vade, tempore autem opportuno accersiam te. Simul et sperans quia pecunia daretur ei a Paulo, propter quod et frequenter accersiens eum loquebatur cum eo. Biennio autem expleto accepit successorem Felix Porcium Festum. Volens autem gratiam praestare Iudeis Felix reliquit Paulum vinctum.

Festus ergo cum venisset in provinciam post triduum ascendit Hierosolimam a Cesarea. Adieruntque eum principes sacerdotum et primi Iudeorum adversus Paulum, et rogabant eum postulantes gratiam adversus eum, ut iuberet perduci eum in Hierusalem, insidias tendentes ut interficerent eum in via. Festus autem respondit servari Paulum in Cesarea, se autem maturius profecturum. Qui ergo in vobis, ait, potentes sunt descendentes simul, si quod est in viro crimen, accusent eum. Demoratus autem inter eos dies non amplius quam octo aut decem, descendit Cesaream, et altera die sedit pro tribunali, et iussit Paulum adduci. Qui cum perductus esset, circumsteterunt eum qui ab Hierosolima descenderant Iudei, multas et graves causas obicientes, quas non poterant probare, Paulo rationem reddente quoniam neque in legem Iudeorum, neque in templum, neque in Cesarem quicquam peccavi. Festus autem volens Iudeis gratiam praestare respondens Paulo dixit. Vis Hierosolimam ascendere et ibi de his iudicari apud me? Dixit autem Paulus. Ad tribunal Cesaris sto, ubi me oportet iudicari. Iudeis non nocui, sicut tu melius nosti. Si enim nocui aut dignum morte aliquid feci, non recuso mori. Si vero nichil est eorum quae isti accusant aut dicunt

...deme nemo me potest donare illis. Cesarem appello. Tunc festus cum consilio locutus ait. Cesarem appellasti. ad cesarem ibis.

Et cum dies multi transacti essent. agrippa rex et bernice descenderunt cesaream ad festum salutandum. Et cum demorarentur ibi dies plures. festus indicavit regi de paulo dicens. Vir quidam relictus est a felice vinctus. de quo cum essem hierosolimis adierunt me principes sacerdotum et seniores iudeorum postulantes adversus eum dampnationem. Ad quos respondi. quia non est consuetudo romanis dampnare hominem in perditionem prius quam is qui accusatur presentes habeat accusatores. et locum defendendi accipiat ad abluenda crimina. Cum itaque huc convenissent. sine ulla dilatione sequenti die sedens pro tribunali. iussi adduci virum. De quo cum stetissent accusatores. nullam causam deferebant de quibus ego suspicabar mala. Questiones vero quasdam de sua religione habebant adversus eum. et de ihesu quodam defuncto. quem dicebat paulus vivere. Hesitans autem ego de huiusmodi questionibus. interrogabam si vellet ire hierosolimam et ibi iudicari de istis. Paulo autem appellante ut servaretur ad augusti cognitionem. iussi eum servari donec mittam eum ad cesarem. Agrippa autem ad festum ait. Volebam et ipse hominem audire. Cras inquit audies eum. Altera autem die cum venisset agrippa et bernice cum multa ambitione et introissent in auditorium cum tribunis et viris principalibus civitatis. iubente festo adductus est paulus. et ait festus. Agrippa rex et omnes qui simul adestis nobiscum viri. videtis hunc de quo omnis multitudo iudeorum interpellavit me hierosolimis. et hic clamantes non oportere eum vivere amplius. Ego vero comperi eum nichil dignum morte admisisse. ipso autem hoc appellante augustum. iudicavi mittere. De quo quid certum scribam domino non habeo. Propter quod produxi eum ad vos et maxime ad te rex agrippa. ut interrogatione facta habeam quid scribam. Sine ratione enim mihi videtur mittere vinctum et causas eius non significare. Agrippa vero ad paulum ait. Permittitur tibi loqui pro temet ipso.

Tunc paulus extenta manu cepit rationem reddere dicens. De omnibus quibus accusor rex agrippa a iudeis. estimo me beatum apud te. incipiens rationem reddere hodie cum maxime cognitos habeas mores et consuetudines et questiones legis que apud iudeos sunt. propter quod deprecor patienter audias me. Et vitam quidem meam ex iuventute que fuit in gente mea hierosolimis sciunt omnes iudei qui ab initio me noverunt si vellent testimonium perhibere quia secundum certissimam sectam nostre religionis vixi phariseus. et nunc in spe que ad patres nostros facta est repromissionis a deo sto et iudicor. in quam duodecim tribus nostre instanter nocte ac die deservientes sperant pervenire. de qua spe accusor a iudeis. Quid incredibile iudicatur apud vos si deus mortuos suscitat. Et ego quidem putaveram me adversus nomen ihesu nazareni debere multa adversa agere. quod et feci hierosolimis. et multos sanctos in carceribus reclusi. potestate accepta a principibus sacerdotum. et cum occiderentur detuli sententiam. et per omnes synagogas frequenter puniens eos cogebam blasphemare. et habundantius insaniens in eos persequebar usque in civitates exteras. In quibus cum irem damascum cum potestate et permissu principum sacerdotum. die media in via vidi rex de celo supra splendorem solis circumfulsisse me lumen et eos qui mecum simul erant. Omnesque nos cum decidissemus in terram. audivi vocem loquentem mihi et dicentem hebraica lingua. Saule saule quid me persequeris. durum est tibi contra stimulum calcitrare. Ego autem dixi quis es domine. Dominus autem dixit. Ego sum ihesus nazarenus quem tu persequeris. Sed exsurge et sta super pedes tuos. ad hoc enim apparui tibi ut constituam te ministrum et testem eorum que vidisti et quibus apparebo tibi. eripiens te de plebe et de gentibus in quas nunc ego mitto te. aperire oculos eorum ut convertantur a tenebris ad lucem et de potestate sathane ad deum. ut accipiant remissionem peccatorum et sortem inter sanctos per fidem que in me est. Unde rex agrippa non fui incredulus celesti visioni. sed his qui sunt damasci primum et hierosolimis et in omnem regionem iudee et gentibus annunciabam ut penitentiam agerent et converterentur ad deum digna penitentie opera facientes. Hac ex causa me iudei cum essem in templo comprehendentes me temptabant occidere. Auxilio autem dei adiutus usque in hunc diem sto testificans pusillo et magno. nichil extra dicens quam ea que prophete locuti sunt futura esse et moyses. Si passibilis christus si primus ex resurrectione mortuorum lumen annunciaturus est plebi et gentibus.

Hec loquente et rationem reddente paulo. festus magna voce ait. Insanis paule. Multe te littere ad insaniam convertunt. At ille non insanio inquit optime feste. sed veritatis et sobrietatis verba eloquor. Scit enim de his rex ad quem et constanter loquor. nichil horum latere eum credo. neque enim in angulo aliquid horum gestum est. Credis rex agrippa prophetis. Scio quia credis. Agrippa autem ad paulum dixit. In modico suades me christianum fieri. Et paulus. Opto apud deum et in modico et in magno non solum te. sed et omnes qui me audiunt hodie fieri tales qualis et ego sum. exceptis vinculis his. Et exsurrexit rex et preses et bernice et qui assidebant eis. et cum secessissent loquebantur ad invicem dicentes. Quia nichil dignum morte aut vinculis quid facit homo iste. Agrippa autem festo dixit. Dimitti poterat homo hic. si non appellasset cesarem.

Ut autem iudicatum est navigare nos in italiam. vocavit centurionem cohortis italice nomine iulium et assignavit ei paulum cum reliquis custodiendum. Incipientes autem navigare in italiam intravimus navem adrumetinam que in locis asie navigatura erat. navigabat autem nobiscum aristarchus macedo thessalonicensis. Et altera die devenimus sidonem. et humane agens iulius centurio cum paulo. permisit ei ire ad amicos et curam sui habere. Et inde profecti subnavigavimus cyprum. quia venti contrarii erant. Et cum pernavigassemus mare quod secundum ciliciam est et pamphiliam. devenimus lystram que est licie. Et inveniens ibi centurio navem alexandrinam navigantem in italiam. et imposuit nos in eam. Pluribus autem diebus tarde navigantes vix devenimus contra gnidum. et non admittente nos vento pernavigavimus cretam secundum salmonem. et cum vix colligeremus eam. venimus in locum qui dicitur boni portus. iuxta quos erat civitas talassa. Multo autem tempore peracto. et cum iam incerta esset navigatio propter quod et ieiunium transisset. hortabatur eos paulus dicens. Viri video quod cum iniuria et multo detrimento non tantum oneris et navis. sed etiam animarum nostrarum erit futurum. Centurio autem gubernatori et magistro navis magis credebat quam his que a paulo dicebantur. Et quia non erat aptus portus ad hyemandum. plures consilium fecerunt ut levarent inde. si quomodo possent phenicen devenire portum hyemare in loco crete. respicientem contra affricum et chorum. Flante autem austro. putantes propositum consilium se tenere. levantes iuxta legebant cretam. Non post multum autem misit se super eam ventus typhonicus. qui vocatur euro aquilo. et arrepta navi cum non posset conari resistere. vento se tradidit. Percurrentes autem insulam que appellatur caude. vix valuimus obtinere scapham. qua sublata adiutoriis utebantur accingentes navem. Timentes autem ne in syrtim inciderent. vas quoddam dimiserunt quo traherentur. Valide autem nobis instante et tempestate. subsequenti autem die iactum fecerunt. et tertia die suis manibus armamenta navis proiecerunt in mare. Persistente autem tempestate. et neque sole neque stellis apparentibus per plurimos dies omnis spes nobis auferebatur vite. Et cum multa dies ieiunassent. stans paulus in medio eorum dixit. Oportuerat quidem vos o viri credentes mihi non navigare a creta. et lucrari hanc iniuriam ac detrimentum. Et nunc quidem suadeo vos bono animo esse. iactura enim nullius anime erit ex vobis. nisi tantum navis. Astitit enim mihi hac nocte angelus dei cuius sum ego cui et deservio dicens. Noli timere paule. oportet te ante cesarem stare. et ecce donavit tibi deus omnes qui tecum navigant. Propter quod bono animo estote viri. credo enim deo quia sic erit quemadmodum dictum est mihi. In insulam autem quandam oportet nos devenire. Et cum quarta decima nox supervenisset navigantibus nobis in adria circa mediam noctem. suspicabantur naute resonare sibi aliquam regionem. et miserunt bolidem et invenerunt passus xx. et post pusillum iterum iactaverunt bolidem et invenerunt passus xv. Timentes autem ne in aspera loca incideremus. de puppe proicientes anchoras quatuor. optabant ut dies fieret. ut scirent an salvi esse possimus. Nautis vero querentibus fugere de navi. et laxantibus scapham in mare. occasione querentes sub optentu cepissent a prora anchoras extendere. Dixit paulus centurioni et militibus. Nisi hi in navi manserint. vos salvi esse non potestis. Tunc preciderunt milites funes et scapham dimiserunt excidere.

Et cum dies fieret. hortabatur paulus omnes ut perciperent escas dicens. Quarta decima dies est hodie a qua sine cibo manetis. Ideoque hortor vos accipere escam. Hoc enim pro vestra salute est. Ipso enim mediante. quia nullius vestrum capillus de capite cadet. Et his dictis accepit panem et gratias egit deo coram omnibus:

INCIPIT PROLOGUS IN SEPTEM EPISTOLAS CANONICAS

NON ITA ORDO EST APUD GRECOS QUI integre sapiunt et fidem rectam sectantur epistolarum septem que canonice nuncupantur. sicut in latinis codicibus invenitur. Quod quia petrus primus est in numero apostolorum. prime sint etiam eius epistole in ordine ceterarum. sed sicut evangelistas dudum ad veritatis lineam correximus. ita has ordini proprio deo nos iuvante reddidimus. Est enim prima earum una iacobi. petri due. iohannis tres. et iude una. Que si ut ab eis digeste sunt. ita quoque ab interpretibus fideliter in latinum eloquium verterentur. nec ambiguitatem legentibus facerent. nec sermonum sese varietas impugnaret. Illo precipue loco ubi de unitate trinitatis in prima iohannis epistola positum legimus. in qua etiam ab infidelibus translatoribus multum erratum esse a fidei veritate comperimus. trium tantummodo vocabula hoc est aque et sanguinis et spiritus in ipsa sua editione ponentes. et patris verbique ac spiritus testimonium omittentes. in quo maxime et fides catholica roboratur. et patris et filii et spiritus sancti una divinitatis substantia comprobatur. In ceteris vero epistolis quantum a nostra aliorum distet editio. lectoris prudentie relinquo. Sed tu virgo christi eustochium dum a me impensius scripture veritatem inquiris. meam quodammodo senectutem invidorum dentibus corrodendam exponis. qui me falsarium corruptoremque sanctarum pronunciant

et fregit et cepit manducare. Tunc bono animo facti omnes et ipsi accepe-
bant cibum. eramus autem omnes anime cc. lxx. sex. Et saciati cibo levia-
bant navem. iactantes triticum in mare. Et cum dies illuxisset. naute
terram non cognoscebant. sinum autem quendam considerabant habentem litus.
in quem cogitabant si possent expellere navem. Et anchoras colligentes
permittebant in mare. et remittentes iuncturas gubernaculorum. et le-
vato artemone secundum flatum aure. tendebant ad litus. Et cum incidissent
autem in locum bithalassum impegerunt navem. et prora quidem manebat immo-
bilis. puppis vero solvebatur a vi maris. Et cogitaverunt milites ut omnes
custodias occiderent. ne quis cum enatasset effugeret. Centurio autem pro-
hibuit hoc fieri. precipue propter paulum ut salvum illum faceret. Et
iussit illos qui possent enatare primos exire ad terram. et reliquos quos-
dam in tabulis salvos fieri. et sic omnes anime salve ad terram eva-
serunt. Et tunc cognovimus quia militene insula vocatur. Bar-
bari autem prestabant nobis non modicam humanitatem. accendentes enim
ignem refecerunt nos propter pluviam imminentem et frigus. Et cum colle-
gisset paulus sarmentorum multitudinem et imposuisset super ignem.
vipera a calore exiens momordit manum eius. Quod ut viso barbari quod
penderet bestia de manu eius. inter se dicebant. Utique homo homici-
da debet esse. quem liberatum de mari vivere equitas non permisit. Pau-
lus vero excussa bestia in ignem. nichil patiebatur mali. At illi exi-
stimabant eum succendi. aut cadere subito mortuum. Cumque diu ex-
pectarent et viderent nichil mali ei contingere. conversi dice-
bant eum deum. Inter eos autem qui in illo loco morabantur erant predia
principi insule nomine publio qui nos hospicio humane recep-
it triduum. Contigit autem patrem publii febribus et dissinteria
vexatum iacere. Ad quem paulus intravit et cum orasset imposuit
ei manum et salvavit eum. Hoc facto. omnes qui in insula illa commo-
rabantur infirmitates accedebant et curabantur. Qui etiam multis
273 honoribus nos honoraverunt et naviganti nobis imposue-
runt que necessaria erant.
Post menses autem tres navigavimus in navi alexandrina que in
ea insula hyemaverat. cui erat parasemum et dioscore. Et
cum venissemus syracusas. mansimus ibi triduo. et inde circum-
legentes devenimus regium. Et post unum diem flante austro secundo
die venimus puteolos. Ubi inventis fratribus consolati sumus. et
mansimus apud eos dies vii. et sic romam venimus. Et cum audis-
sent fratres occurrerunt nobis usque ad appii forum. et tribus taber-
nis. Quos cum vidisset paulus. sumpsit audaciam et laudem
dedit deo. Cum venissemus autem romam centurio tradidit vi-
nctos principi peregrinorum. Permissum autem paulo foras
manere extra castra. custodiente eum milite. Factum est autem
post diem tercium. convocavit primos iudeorum. Qui cum conve-
nissent. conferebat cum eis dicens. Ego viri fratres cum contra plebem
nichil fecissem. neque contra mores patrum. vinctus ab hierosso-
limis traditus sum in manus romanorum. Qui postquam me inter-
rogaverunt volebant dimittere eo quod nulla causa mortis esset
in me. contradicentibus autem iudeis coactus sum appellare cesarem
non tamquam gentem meam habeam aliquid accusare. sed ut animam
meam a morte liberarem. Propter hanc causam rogavi vos vide-
re et alloqui. propter spem enim israel hanc cathenam circumfero hic.
At illi dixerunt. Nos neque litteras de te a iudeis accepimus.
neque adveniens quisquam ab hierosolimis fratrum nunciavit aut
locutus est de te male. Postulamus autem de te audire que sentis.
De hac enim heresi notum est nobis quia ubique contradicitur ei.
in toto orbe. Et cum constituissent ei diem venerunt plurimi
ad eum in hospicio. quibus exponebat testificans regnum dei sua-
dens eos de ihesu ex lege moysi et prophetis a mane usque ad ves-
peram. Et quidam credebant his que a paulo dicebantur. quidam
vero non credebant. Et dissonantes ad invicem dimittebantur.
a paulo dicente verbum unum. quia bene locutus est spiritus sanctus per
ysaiam prophetam ad patres nostros dicens. Vade ad plebem hanc
et dic. Aure audietis et non audietis. et videntes videbitis et
non aspicietis. Gravatum autem cor plebis huius. et oculos eorum
abscura. ne forte videant oculis. et auribus audiant et corde in-
telligant. et convertantur et sanem eos. Notum itaque sit vobis
quia gentibus missum est hoc salutare dei. ipsi audient. Et cum
hec dixisset. exierunt iudei magnam inter se habentes questi-
onem. Mansit autem paulus per biennium totum in conducto suo
et recipiebat omnes introeuntes ad se. et disputabat cum iudeis
et grecis predicans regnum dei. et docens de domino ihesu christo cum
omni fiducia nemine prohibente:

EXPLICIT LIBER ACTUUM APOSTOLORUM.

Ave maria gratia plena dominus tecum et tu mecum o maria in omnibus
Tribulacionibus et necessitatibus et in hora exitus mei suscipe animam meam
Et offer eam dilectissimo filio tuo ... Sancta maria sis mihi
Propicia famule tue Sibillae et libera me ab omnibus peccatis ...
... [illegible] ... salutis

Condonare nemo me potest illis. Caesarem appello. Tunc Festus cum consilio locutus ait: Caesarem appellasti, ad Caesarem ibis. Et cum dies aliquot transacti essent, Agrippa rex et Bernice descenderunt Caesaream ad salutandum Festum. Et cum demorarentur ibi dies plures, Festus indicavit regi de Paulo dicens: Vir quidam est derelictus a Felice vinctus, de quo cum essem Hierosolymis adierunt me principes sacerdotum et seniores Iudaeorum postulantes adversus eum damnationem. Ad quos respondi quia non est consuetudo Romanis damnare hominem in perditionem priusquam is qui accusatur praesentes habeat accusatores, locumque defendendi accipiat ad abluenda crimina. Cum ergo huc convenissent sine ulla dilatione, sequenti die sedens pro tribunali iussi adduci virum. De quo cum stetissent accusatores, nullam causam deferebant de quibus ego suspicabar malam. Quaestiones vero quasdam de sua religione habebant adversus eum, et de quodam Iesu defuncto quem adfirmabat Paulus vivere. Haesitans autem ego de huiusmodi quaestionibus dicebam si vellet ire Hierosolymam et ibi iudicari de istis. Paulo autem appellante ut servaretur ad Augusti cognitionem, iussi servari eum donec mittam eum ad Caesarem. Agrippa autem ad Festum ait: Volebam et ipse hominem audire. Cras inquit audies eum. Altera autem die cum venisset Agrippa et Bernice cum multa ambitione et introissent in auditorium cum tribunis et viris principalibus civitatis, iubente Festo adductus est Paulus. Et dicit Festus: Agrippa rex et omnes qui simul adestis nobiscum viri, videtis hunc de quo omnis multitudo Iudaeorum interpellavit me Hierosolymis et hic clamantes non oportere eum vivere amplius. Ego vero comperi nihil dignum morte eum admisisse. Ipso autem hoc appellante ad Augustum, iudicavi mittere. De quo quid certum scribam domino non habeo. Propter quod produxi eum ad vos et maxime ad te rex Agrippa, ut interrogatione facta habeam quid scribam. Sine ratione enim mihi videtur mittere vinctum et causas eius non significare. Agrippa vero ad Paulum ait: Permittitur tibi loqui pro temet ipso. Tunc Paulus extenta manu coepit rationem reddere dicens: De omnibus quibus accusor a Iudaeis rex Agrippa, aestimo me beatum apud te incipiens rationem reddere hodie, cum maxime cognitos habeas mores et secta et quaestiones legis quae apud Iudaeos sunt. Propter quod deprecor patienter audias me. Et quidem vitam meam ex iuventute quae fuit in gente mea in Hierosolymis sciunt omnes Iudaei, qui ab initio me noverunt, si vellent testimonium perhibere, quia secundum certissimam sectam nostrae religionis vixi Pharisaeus. Et nunc in spe quae ad patres nostros facta est repromissionis a Deo sto iudicio subiectus; in quam duodecim tribus nostrae instanter nocte ac die deservientes sperant pervenire, de qua spe accusor a Iudaeis rex. Quid incredibile iudicatur apud vos si Deus mortuos suscitat? Et ego quidem existimaveram me adversus nomen Iesu Nazareni debere multa contraria agere. Quod et feci Hierosolymis, et multos sanctorum in carceribus inclusi, a principibus sacerdotum potestate accepta, et cum occiderentur detuli sententiam, et per omnes synagogas frequenter puniens eos cogebam blasphemare, et abundantius insaniens in eos persequebar usque in exteras civitates. In quibus dum irem Damascum cum potestate et permissu principum sacerdotum, die media in via vidi rex de caelo supra splendorem solis circumfulsisse me lumen et eos qui mecum simul erant. Omnesque nos cum decidissemus in terram, audivi vocem loquentem mihi Hebraica lingua: Saule Saule, quid me persequeris? durum est tibi contra stimulum

INCIPIT PROLOGUS IN SEPTEM EPISTOLAS CANONICAS

NON ITA ORDO EST APUD GRECOS QUI integre sapiunt et fidem rectam sectantur epistolarum septem quae canonicae nuncupantur, sicut in latinis codicibus invenitur. Quod quia Petrus primus est in numero apostolorum, primae sint etiam eius epistolae in ordine ceterarum. Sed sicut evangelistas dudum ad veritatis lineam correximus, ita has ordini proprio Deo nos iuvante reddidimus. Est enim prima earum una Iacobi, Petri duae, Iohannis tres, et Iudae una. Quae si ut ab eis digestae sunt, ita quoque ab interpretibus fideliter in latinum eloquium verterentur, nec ambiguitatem legentibus facerent, nec sermonum sese varietas impugnaret. Illo praecipue loco ubi de unitate trinitatis in prima Iohannis epistola positum legimus, in qua etiam ab infidelibus translatoribus multum erratum esse fidei veritate comperimus, trium tantummodo vocabula hoc est aquae et sanguinis et spiritus in ipsa sua editione ponentes, et Patris Verbique ac Spiritus testimonium omittentes, in quo maxime et fides catholica roboratur, et Patris et Filii et Spiritus Sancti una divinitatis substantia comprobatur. In ceteris vero epistolis quantum a nostra aliorum distet editio, lectoris prudentiae relinquo. Sed tu virgo Christi Eustochium dum a me impensius scripturae veritatem inquiris, meam quodammodo senectutem invidorum dentibus corrodendam exponis, qui me falsarium corruptoremque sanctarum pronuntiant scripturarum. Sed ego in tali opere nec aemulorum meorum invidentiam pertimesco, nec sanctae scripturae veritatem poscentibus denegabo.

IACOBUS DEI ET DOMINI NOSTRI IHESU XPISTI SERWS XII TRIBUBUS

quae sunt in dispersione salutem. Omne gaudium existimate fratres mei cum in temptationes varias incideritis, scientes quod probatio fidei vestrae patientiam operatur. Patientia autem opus perfectum habet, ut sitis perfecti et integri in nullo deficientes. Si quis autem vestrum indiget sapientia, postulet a Deo qui dat omnibus affluenter et non improperat, et dabitur ei. Postulet autem in fide nihil haesitans. Qui enim haesitat similis est fluctui maris, qui a vento movetur et circumfertur. Non ergo aestimet homo ille quod accipiat aliquid a Domino. Vir duplex animo inconstans est in omnibus viis suis.

C74. Glorietur autem frater humilis in humilitate sua, dives autem in exaltatione sua, quoniam sicut flos feni transibit. Exortus est enim sol cum ardore et arefecit fenum, et flos eius decidit, et decor vultus eius deperiit; ita et dives in itineribus suis marcescet.

Beatus vir qui suffert temptationem, quoniam cum probatus fuerit accipiet coronam vitae quam repromisit Deus diligentibus se. Nemo enim cum temptatur dicat quoniam a Deo temptor. Deus enim intemptator malorum est, ipse autem neminem temptat. Unusquisque enim temptatur a concupiscentia sua abstractus et illectus. Deinde concupiscentia cum conceperit parit peccatum, peccatum vero cum consummatum fuerit generat mortem.

Nolite itaque errare fratres mei dilectissimi. Omne datum optimum et omne donum perfectum desursum est, descendens a Patre luminum, apud quem non est transmutatio nec vicissitudinis obumbratio. Voluntarie genuit nos verbo veritatis, ut simus initium aliquod creaturae eius. Scitis fratres mei dilectissimi. Sit autem omnis homo velox ad audiendum, tardus autem ad loquendum et tardus ad iram. Ira enim viri iustitiam Dei non operatur.

Propter quod abicientes omnem immunditiam et habundantiam malitiae in mansuetudine suscipite insitum verbum quod potest salvare animas vestras. Estote autem factores verbi et non auditores tantum fallentes vosmet ipsos. Quia si quis auditor est verbi et non factor, hic comparabitur viro consideranti vultum nativitatis suae in speculo. Consideravit enim se et abiit, et statim oblitus est qualis fuerit. Qui autem perspexerit in legem perfectae libertatis et permanserit, non auditor obliviosus factus sed factor operis, hic beatus in facto suo erit.

Si quis autem putat se religiosum esse, non refrenans linguam suam sed seducens cor suum, huius vana est religio. Religio munda et immaculata apud Deum et Patrem haec est: visitare pupillos et viduas in tribulatione eorum, et immaculatum se custodire ab hoc saeculo.

Fratres mei, nolite in personarum acceptione habere fidem Domini nostri Ihesu Christi. Etenim si introierit in conspectu vestro vir aureum anulum habens in veste candida, introierit autem et pauper in sordido habitu, et intendatis in eum qui indutus est veste praeclara et dixeritis: Tu sede hic bene; pauperi autem dicatis: Tu sta illic, aut sede sub scabello pedum meorum; nonne iudicatis apud vosmet ipsos et facti estis iudices cogitationum iniquarum? Audite fratres mei dilectissimi. Nonne Deus elegit pauperes in hoc mundo, divites in fide et heredes regni quod repromisit Deus diligentibus se? Vos autem exhonorastis pauperem. Nonne divites per potentiam opprimunt vos, et ipsi trahunt vos ad iudicia? Nonne ipsi blasphemant bonum nomen quod invocatum est super vos?

Si tamen legem perficitis regalem secundum scripturas: Diliges proximum tuum sicut te ipsum, bene facitis. Si autem personas accipitis, peccatum operamini redarguti a lege quasi transgressores. Quicumque autem totam legem servaverit, offendat autem in uno, factus est omnium reus. Quod si non moechaberis, occides autem, factus es transgressor legis. Qui enim dixit non moechaberis, dixit

et non occides. Sic loquimini et sic facite sicut per legem libertatis incipientes iudicari. Iudicium enim illi sine misericordia qui non fecit misericordiam. Superexaltat autem misericordia iudicio.

Quid proderit fratres mei si fidem quis dicat se habere opera autem non habeat? numquid poterit fides salvare eum? Si autem frater aut soror nudi sint et indigeant victu cotidiano, dicat autem de vobis illis: Ite in pace, calefacimini et saturamini, non dederitis autem eis quae necessaria sunt corpori, quid proderit? Sic et fides si non habet opera, mortua est in semetipsa. Sed dicet aliquis: Tu fidem habes et ego opera habeo. Ostende mihi fidem tuam sine operibus, et ego ostendam tibi ex operibus fidem meam. Tu credis quia unus est deus, bene facis; et daemones credunt et contremiscunt. Vis autem scire o homo inanis quoniam fides sine operibus otiosa est? Abraham pater noster nonne ex operibus iustificatus est, offerens Isaac filium suum super altare? Vides quoniam fides cooperabatur operibus illius, et ex operibus fides consummata est; et suppleta est scriptura dicens: Credidit Abraham deo et reputatum est ei ad iustitiam, et amicus dei appellatus est. Videtis quoniam ex operibus iustificatur homo et non ex fide tantum. Similiter et Raab meretrix nonne ex operibus iustificata est, suscipiens nuntios et alia via eiciens? Sicut enim corpus sine spiritu mortuum est, ita et fides sine operibus mortua est.

Nolite plures fieri magistri fratres mei, scientes quoniam maius iudicium sumitis. In multis enim offendimus omnes. Si quis in verbo non offendit, hic perfectus est vir; potest etiam freno circumducere totum corpus. Si autem equorum frenos in ora mittimus ad consentiendum nobis, et omne corpus illorum circumferimus. Ecce et naves cum magnae sint et a ventis validis minentur, circumferuntur autem a modico gubernaculo ubi impetus dirigentis voluerit. Ita et lingua modicum quidem membrum est et magna exaltat. Ecce quantus ignis quam magnam silvam incendit. Et lingua ignis est, universitas iniquitatis. Lingua constituitur in membris nostris quae maculat totum corpus, et inflammat rotam nativitatis nostrae inflammata a gehenna. Omnis enim natura bestiarum et volucrum et serpentium ceterorumque domantur et domita sunt a natura humana. Linguam autem nullus hominum domare potest, inquietum malum, plena veneno mortifero. In ipsa benedicimus deum et patrem, et in ipsa maledicimus homines qui ad similitudinem dei facti sunt. Ex ipso ore procedit benedictio et maledictio. Non oportet fratres mei haec ita fieri. Numquid fons de eodem foramine emanat dulcem et amaram aquam? Numquid potest fratres mei ficus olivas facere aut vitis ficus? Sic neque salsa dulcem potest facere aquam. Quis sapiens et disciplinatus inter vos? ostendat ex bona conversatione operationem suam in mansuetudine sapientiae.

Quod si zelum amarum habetis et contentiones sunt in cordibus vestris, nolite gloriari et mendaces esse adversus veritatem. Non est enim ista sapientia desursum descendens, sed terrena, animalis, diabolica. Ubi enim zelus et contentio, ibi inconstantia et omne opus pravum. Quae autem desursum est sapientia primum quidem pudica est, deinde pacifica, modesta, suadibilis, bonis consentiens, plena misericordia et fructibus bonis, iudicans sine simulatione. Fructus autem iustitiae in pace seminatur facientibus pacem.

Unde bella et lites in vobis? nonne hinc ex concupiscentiis vestris quae militant in membris vestris? Concupiscitis et non habetis; occiditis et zelatis et non potestis adipisci; litigatis et belligeratis, non habetis propter quod non postulatis. Petitis et non accipitis, eo quod male petatis, ut in concupiscentiis vestris insumatis. Adulteri, nescitis quia amicitia huius mundi inimica est dei? Quicumque ergo voluerit amicus esse huius mundi, inimicus dei constituitur. Aut putatis quia inaniter scriptura dicat: Ad invidiam concupiscit spiritus qui habitat in vobis? Maiorem autem dat gratiam. Propter quod dicit: Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. Subditi ergo estote deo, resistite autem diabolo et fugiet a vobis. Appropinquate domino et appropinquabit vobis. Emundate manus peccatores, et purificate corda duplices animo. Miseri estote et lugete et plorate. Risus vester in luctum convertatur et gaudium in maerorem. Humiliamini in conspectu domini et exaltabit vos. Nolite detrahere alterutrum fratres mei. Qui detrahit fratri aut qui iudicat fratrem suum, detrahit legi et iudicat legem. Si autem iudicas legem, non es factor legis sed iudex. Unus est enim legislator et iudex qui potest perdere et liberare. Tu autem quis es qui iudicas proximum tuum? Ecce nunc qui dicitis: Hodie aut crastino ibimus in illam civitatem et faciemus ibi quidem annum et mercabimur et lucrum faciemus, qui ignoratis quid erit in crastinum. Quae est enim vita vestra? Vapor est ad modicum parens, deinceps exterminabitur. Pro eo ut dicatis: Si dominus voluerit, et vixerimus, faciemus hoc aut illud. Nunc autem exultatis in superbiis vestris. Omnis exultatio talis maligna est. Scienti igitur bonum facere et non facienti, peccatum est illi.

Agite nunc divites, plorate ululantes in miseriis vestris quae advenient vobis. Divitiae vestrae putrefactae sunt et vestimenta vestra a tineis comesta sunt. Aurum et argentum vestrum aeruginavit, et aerugo eorum in testimonium vobis erit, et manducabit carnes vestras sicut ignis. Thesaurizastis in novissimis diebus. Ecce merces operariorum qui messuerunt regiones vestras, quae fraudata est a vobis, clamat, et clamor eorum in aures domini sabaoth introivit. Epulati estis super terram et in luxuriis enutristis corda vestra in die occisionis. Addixistis, occidistis iustum, et non restitit vobis. Patientes igitur estote fratres usque ad adventum domini. Ecce agricola expectat pretiosum fructum terrae, patienter ferens donec accipiat temporaneum et serotinum. Patientes estote et vos, et confirmate corda vestra, quoniam adventus domini appropinquavit. Nolite ingemiscere fratres in alterutrum, ut non iudicemini. Ecce iudex ante ianuam assistit. Exemplum accipite fratres laboris et patientiae prophetas qui locuti sunt in nomine domini. Ecce beatificamus eos qui sustinuerunt. Sufferentiam Iob audistis, et finem domini vidistis, quoniam misericors est dominus et miserator. Ante omnia autem fratres mei nolite iurare, neque per caelum neque per terram neque aliud quodcumque iuramentum. Sit autem vestrum est est, non non, ut non sub iudicio decidatis. Tristatur aliquis vestrum? oret. Aequo animo est? psallat. Infirmatur quis in vobis? inducat presbyteros ecclesiae, et orent super eum ungentes eum oleo in nomine domini. Et oratio fidei salvabit infirmum, et alleviabit eum dominus, et si in peccatis sit, remittentur ei. Confitemini ergo alterutrum peccata vestra, et orate pro invicem ut salvemini. Multum enim valet deprecatio iusti assidua. Elias homo erat similis nobis passibilis, et oratione oravit ut non plueret super terram, et non pluit annos tres et menses sex. Et rursum oravit, et caelum dedit pluviam, et terra dedit fructum suum. Fratres mei, si quis ex vobis erraverit a veritate et converterit quis eum, scire debet quoniam qui converti fecerit peccatorem ab errore viae suae, salvabit animam eius a morte, et operit multitudinem peccatorum. Explicit epistola Iacobi apostoli.

EPISTOLA PETRI I

PETRUS APOSTOLUS IHESU CHRISTI ELECTIS

advenis dispersionis Ponti, Galatiae, Cappadociae, Asiae et Bithyniae, secundum praescientiam dei patris in sanctificatione spiritus in oboedientia et aspersione sanguinis Ihesu Christi. Gratia vobis et pax multiplicetur. Benedictus deus et pater domini nostri Ihesu Christi qui secundum magnam misericordiam suam regeneravit nos in spem vivam per resurrectionem Ihesu Christi ex mortuis, in hereditatem incorruptibilem et incontaminatam et immarcescibilem, conservatam in caelis in vobis qui in virtute dei custodimini per fidem in salutem paratam revelari in tempore novissimo. In quo exultatis, modicum nunc si oportet contristari in variis temptationibus, ut probatio vestrae fidei multo pretiosior sit auro quod per ignem probatur, inveniatur in laudem et gloriam et honorem in revelatione Ihesu Christi. Quem cum non videritis diligitis; credentes autem exultatis laetitia inenarrabili et glorificata, reportantes finem fidei vestrae, salutem animarum. De qua salute exquisierunt et scrutati sunt prophetae qui de futura in vobis gratia prophetaverunt, scrutantes in quod vel quale tempus significaret in eis spiritus Christi, praenuntians eas quae in Christo sunt passiones et posteriores glorias. Quibus revelatum est quia non sibi ipsis vobis autem ministrabant ea quae nunc nuntiata sunt vobis per eos qui evangelizaverunt vobis spiritu sancto misso de caelo, in quem desiderant angeli prospicere.

Propter quod succincti lumbos mentis vestrae, sobrii perfecte sperate in eam quae offertur gratiam in revelatione Ihesu Christi. Quasi filii oboedientiae, non configurati prioribus ignorantiae vestrae desideriis, sed secundum eum qui vocavit vos sanctum, ut et ipsi sancti in omni conversatione sitis, quia scriptum est: Sancti eritis, quoniam ego sanctus sum. Et si patrem invocatis eum qui sine personarum acceptione iudicat secundum uniuscuiusque opus, in timore incolatus vestri tempore conversamini, scientes quod non corruptibilibus auro vel argento redempti estis de vana vestra conversatione paternae traditionis, sed pretioso sanguine quasi agni incontaminati et immaculati Christi, praecogniti quidem ante constitutionem mundi, manifestati autem novissimis temporibus propter vos, qui per ipsum fideles estis in deo, qui suscitavit eum a mortuis et dedit ei gloriam, ut fides vestra et spes esset in deo. Animas vestras castificantes in oboedientia caritatis in fraternitatis amore, simplici ex corde invicem diligite attentius, renati non ex semine corruptibili sed incorruptibili per verbum dei vivi et permanentis. Quia omnis caro ut fenum, et omnis gloria eius tamquam flos feni. Exaruit fenum et flos eius decidit; verbum autem domini manet in aeternum. Hoc est autem verbum quod evangelizatum est in vobis. Deponentes igitur omnem malitiam et omnem dolum et simulationes et invidias et omnes detractiones, sicut modo geniti infantes rationabiles sine dolo lac concupiscite, ut in eo crescatis in salutem, si tamen gustastis quoniam dulcis est dominus. Ad quem accedentes lapidem vivum, ab hominibus quidem reprobatum, a deo autem electum et honorificatum, et ipsi tamquam lapides vivi superaedificamini domus spiritales, sacerdotium sanctum, offerre spiritales hostias acceptabiles deo per Ihesum Christum. Propter quod continet scriptura: Ecce pono in Sion lapidem summum angularem electum pretiosum, et qui crediderit in eum non confundetur. Vobis igitur honor credentibus; non credentibus autem lapis quem reprobaverunt aedificantes, hic factus est in caput anguli, et lapis offensionis et petra scandali his qui offendunt verbo nec credunt, in quo et positi sunt. Vos autem genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus adquisitionis, ut virtutes adnuntietis eius qui de tenebris vos vocavit in admirabile lumen suum, qui aliquando non populus, nunc autem populus dei, qui non consecuti misericordiam, nunc autem misericordiam consecuti.

Karissimi, obsecro vos tamquam advenas et peregrinos abstinere vos a carnalibus desideriis quae militant adversus animam, conversationem vestram inter gentes habentes bonam, ut in eo quod detrectant de vobis tamquam de malefactoribus, ex bonis operibus vos considerantes glorificent deum in die visitationis. Subiecti estote omni humanae creaturae propter deum, sive regi quasi praecellenti, sive ducibus tamquam ab eo missis ad vindictam malefactorum, laudem vero bonorum. Quia sic est voluntas dei, ut benefacientes obmutescere faciatis imprudentium hominum ignorantiam, quasi liberi, et non quasi velamen habentes malitiae libertatem, sed sicut servi dei. Omnes honorate, fraternitatem diligite, deum timete, regem honorificate. Servi subditi estote in omni timore dominis, non tantum bonis et modestis, sed etiam dyscolis. Haec est enim gratia, si propter conscientiam dei sustinet quis tristitias patiens iniuste. Quae enim gloria est, si peccantes et colaphizati suffertis? sed si benefacientes patienter sustinetis, haec est gratia apud deum. In hoc enim vocati estis, quia et Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum ut sequamini vestigia eius, qui peccatum non fecit nec inventus est dolus in ore eius; qui cum malediceretur non maledicebat, cum pateretur non comminabatur, tradebat autem iudicanti se iniuste; qui peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum, ut peccatis mortui iustitiae vivamus; cuius livore sanati estis. Eratis enim sicut oves errantes, sed conversi estis nunc ad pastorem et episcopum animarum vestrarum.

Similiter et mulieres subditae sint viris suis, ut et si qui non credunt verbo, per mulierum conversationem sine verbo lucrifiant, considerantes in timore castam conversationem vestram. Quarum sit non extrinsecus capillatura aut circumdatio auri aut indumenti vestimentorum cultus, sed qui absconditus cordis est homo in incorruptibilitate quieti et modesti spiritus, qui est in conspectu dei locuples. Sic enim aliquando et sanctae mulieres sperantes in deo ornabant se, subiectae propriis viris, sicut Sarra oboediebat Abrahae dominum eum vocans; cuius estis filiae benefacientes et non timentes ullam perturbationem. Viri similiter cohabitantes secundum scientiam quasi infirmiori vasculo muliebri impertientes honorem tamquam et coheredibus gratiae vitae, ut ne impediantur orationes vestrae. In fine autem omnes unanimes, compatientes, fraternitatis amatores, misericordes, humiles, non reddentes malum pro malo vel maledictum pro maledicto, sed e contrario benedicentes, quia in hoc vocati estis ut benedictionem hereditate possideatis. Qui enim vult vitam diligere et videre dies bonos, coerceat linguam suam a malo et labia eius ne loquantur dolum; declinet autem a malo et faciat bonum, quaerat pacem et sequatur eam; quia oculi domini super iustos et aures eius in preces eorum; vultus autem domini super facientes mala. Et quis est

uobis nocere si boni emulatores fueritis? Sed et si patimini propter iustitiam beati. Timorem autem eorum ne timueritis et non conturbemini. Dominum autem xpm sanctificate in cordibus vestris, parati semper ad satisfactionem omni poscenti vos rationem de ea que in vobis est spe. Sed cum modestia et timore conscientiam habentes bonam, ut in eo quod detrahunt de vobis confundantur qui calumpniantur vestram bonam conversationem.

Melius est enim benefacientes si velit voluntas dei pati, quam malefacientes. Quia et xpc semel pro peccatis mortuus est iustus pro iniustis, ut nos offerret deo, mortificatos carne, vivificatos autem spiritu. In quo et his qui in carcere erant spiritibus veniens predicavit, qui increduli fuerant aliquando, quando expectabant dei patientiam in diebus Noe cum fabricaretur archa, in qua pauci, id est octo anime salve facte sunt per aquam.

Quod et vos nunc similis forme salvos facit baptisma, non carnis depositio sordium, sed conscientie bone interrogatio in deum per resurrectionem ihu xpi, qui est in dextera dei, proficiscens in celum subiectis sibi angelis et potestatibus et virtutibus.

Xpo igitur passo in carne, et vos eadem cogitatione armamini, quia qui passus est in carne desiit a peccatis, ut iam non hominum desideriis sed voluntati dei quod reliquum est in carne vivat temporis. Sufficit enim preteritum tempus ad voluntatem gentium consummandam, qui ambulaverunt in luxuriis, desideriis, vinolentiis, comessationibus, potationibus et illicitis ydolorum cultibus. In quo admirantur non concurrentibus vobis in eandem luxurie confusionem, blasphemantes. Qui reddent rationem ei qui paratus est iudicare vivos et mortuos.

Propter hoc enim et mortuis evangelizatum est, ut iudicentur quidem secundum homines in carne, vivant autem secundum deum in spiritu. Omnium autem finis appropinquavit.

Estote igitur prudentes et vigilate in orationibus. Ante omnia autem mutuam in vobismet ipsis caritatem continuam habentes, quia caritas operit multitudinem peccatorum. Hospitales invicem sine murmuratione. Unusquisque sicut accepit gratiam, in alterutrum illam administrantes, sicut boni dispensatores multiformis gratie dei. Si quis loquitur, quasi sermones dei. Si quis ministrat, tamquam ex virtute quam administrat deus, ut in omnibus honorificetur deus per ihm xpm, cui est gloria et imperium in secula seculorum amen.

Karissimi, nolite peregrinari in fervore, qui ad temptationem vobis fit, quasi novi aliquid vobis contingat, sed communicantes xpi passionibus gaudete, ut et in revelatione eius gaudeatis exultantes. Si exprobramini in nomine xpi, beati, quoniam quod est honoris, glorie et virtutis dei, qui est eius spiritus, super vos requiescit.

Nemo autem vestrum patiatur quasi homicida, aut fur, aut maledicus, aut alienorum appetitor. Si autem ut xpianus, non erubescat, glorificet autem deum in isto nomine, quia tempus ut incipiat iudicium de domo domini. Si autem primum a vobis, quis finis eorum qui non credunt dei evangelio? Et si iustus quidem vix salvabitur, impius et peccator ubi parebunt? Itaque et hi qui patiuntur secundum voluntatem dei, fideli creatori commendent animas suas in benefactis.

Seniores ergo qui in vobis sunt obsecro consenior et testis xpi passionum, qui et eius que in futuro revelanda est glorie communicator. Pascite qui est in vobis gregem dei, providentes non coacte sed spontanee secundum deum, neque turpis lucri gratia sed voluntarie, neque ut dominantes in cleris, sed forma facti gregi ex animo. Et cum apparuerit princeps pastorum, percipietis immarcescibilem glorie coronam.

Similiter adolescentes subditi estote senioribus. Omnes autem invicem humilitatem insinuate, quia dominus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. Humiliamini igitur sub potenti manu dei, ut vos exaltet in tempore visitationis. Omnem sollicitudinem vestram proicientes in eum, quoniam ipsi cura est de vobis. Sobrii estote et vigilate, quia adversarius vester diabolus tamquam leo rugiens circuit querens quem devoret. Cui resistite fortes in fide, scientes eandem passionem ei que in mundo est vestre fraternitati fieri.

Deus autem omnis gratie, qui vocavit nos in eternam suam gloriam in xpo ihu, modicum passos, ipse perficiet, confirmabit, solidabitque. Ipsi imperium in secula seculorum amen. Per Silvanum fidelem fratrem vobis ut arbitror breviter scripsi, obsecrans et contestans hanc esse veram gratiam dei in qua statis. Salutat vos que est in Babilone coelecta, et Marcus filius meus. Salutate invicem in osculo sancto. Gratia vobis omnibus qui estis in xpo.

EXPLICIT EPISTOLA PETRI PRIMA.

EPISTOLA II

SYMON PETRUS SERVUS ET APOSTOLUS

ihu xpi, his qui coequalem nobis sortiti sunt fidem in iustitia dei nostri et salvatoris ihu xpi. Gratia vobis et pax adimpleatur in cognitione domini nostri. Quomodo omnia nobis divine virtutis sue que ad vitam et pietatem donata est per cognitionem eius qui vocavit nos propria gloria et virtute, per quem maxima et pretiosa nobis promissa donavit, ut per hec efficiamini divine consortes nature, fugientes eius que in mundo est concupiscentie corruptionem.

Vos autem curam omnem subinferentes ministrate in fide vestra virtutem, in virtute autem scientiam, in scientia autem abstinentiam, in abstinentia autem patientiam, in patientia autem pietatem, in pietate autem amorem fraternitatis, in amore fraternitatis caritatem. Hec enim vobiscum assint et superent, non vacuos nec sine fructu vos constituent. Cui enim non presto sunt hec, cecus est et manu temptans, oblivionem accipiens purgationis veterum suorum delictorum.

Quapropter fratres magis satagite ut per bona opera certam vestram vocationem et electionem faciatis. Hec enim facientes non peccabitis aliquando. Sic enim habundanter ministrabitur vobis introitus in eternum regnum domini nostri et salvatoris ihu xpi. Propter quod incipiam vos semper commonere de his, et quidem scientes et confirmatos vos in presenti veritate. Iustum autem arbitror quamdiu sum in hoc tabernaculo suscitare vos in commonitione, certus quod velox est depositio tabernaculi mei, secundum quod et dominus noster ihc xpc significavit michi.

Dabo autem operam et frequenter habere vos post obitum meum, ut horum memoriam faciatis. Non enim doctas fabulas secuti notam fecimus vobis domini nostri ihu xpi virtutem et presentiam, sed speculatores facti illius magnitudinis. Accipiens enim a deo patre honorem et gloriam, voce delapsa ad eum huiuscemodi a magnifica gloria: Hic est filius meus in quo michi complacui, ipsum audite. Et hanc vocem nos audivimus de celo allatam, cum essemus cum ipso in monte sancto. Et habemus firmiorem propheticum sermonem, cui bene facitis attendentes quasi lucerne lucenti in caliginoso loco, donec dies illucescat et lucifer oriatur in cordibus vestris.

Hoc primum intellegentes quod omnis prophetia scripture propria interpretatione non fit. Non enim voluntate humana allata est aliquando prophetia, sed spiritu sancto inspirati locuti sunt sancti dei homines. Fuerunt vero et pseudoprophete in populo, sicut et in vobis erunt magistri mendaces, qui introducent sectas perditionis. Et eum qui emit eos dominum negant, superducentes sibi celerem perditionem. Et multi sequentur eorum luxurias, per quos via veritatis blasphemabitur. Et in avaritia fictis verbis de vobis negotiabuntur, quibus iudicium iam olim non cessat, et perditio eorum non dormitat.

Si enim deus angelis peccantibus non pepercit, sed rudentibus inferni detractos in carcerem tradidit in iudicium cruciatos reservari. Et originali mundo non pepercit, sed octavum Noe iustitie preconem custodivit, diluvium mundo impiorum inducens. Et civitates Sodomorum et Gomorreorum in cinerem redigens, eversione dampnavit, exemplum eorum qui impie acturi sunt ponens. Et iustum Loth oppressum a nefandorum iniuria ac luxuriosa conversatione eripuit. Aspectu enim et auditu iustus erat, habitans apud eos qui de die in diem animam iustam iniquis operibus cruciabant. Novit dominus pios de temptatione eripere, iniquos vero in diem iudicii cruciandos reservare. Magis autem eos qui post carnem in concupiscentia immunditie ambulant, dominationemque contempnunt, audaces sibi placentes, sectas non metuunt blasphemantes.

Ubi angeli fortitudine et virtute cum sint maiores, non portant adversum se execrabile iudicium. Hii vero velut irrationabilia pecora naturaliter in captionem et in perniciem in his que ignorant blasphemantes in corruptione sua, et peribunt, percipientes mercedem iniustitie. Voluptatem existimantes diei delicias, coinquinationis et macule, deliciis affluentes, in conviviis suis luxuriantes vobiscum. Oculos habentes plenos adulterio et incessabiles delicti, pellicientes animas instabiles, cor exercitatum avaritia habentes, maledictionis filii, derelinquentes rectam viam erraverunt, secuti viam Balaam ex Bosor, qui mercedem iniquitatis amavit. Correptionem vero habuit sue vesanie: proprie iniquitatis subiugale mutum in hominis voce loquens prohibuit prophete insipientiam.

Hii sunt fontes sine aqua, et nebule turbinibus exagitate, quibus caligo tenebrarum reservatur. Superba enim vanitatis loquentes pelliciunt in desideriis carnis luxurie eos qui paululum effugiunt, qui in errore conversantur, libertatem illis promittentes, cum ipsi servi sint corruptionis. A quo enim quis superatus est, huius et servus est. Si enim refugientes coinquinationes mundi in cognitione domini nostri et salvatoris ihu xpi, his rursus implicati superantur, facta sunt eis posteriora deteriora prioribus. Melius enim erat illis non cognoscere viam iustitie, quam post agnitionem retrorsum converti ab eo quod illis traditum est sancto mandato. Contigit enim eis illud veri proverbii: Canis reversus ad suum vomitum, et sus lota in volutabro luti.

Hanc ecce vobis karissimi secundam scribo epistolam, in quibus excito vestram in commonitione sinceram mentem, ut memores sitis eorum que predixi verborum a sanctis prophetis et apostolorum vestrorum preceptorum domini et salvatoris. Hoc primum scientes quod venient in novissimis diebus in deceptione illusores, iuxta proprias concupiscentias ambulantes et dicentes: Ubi est promissio aut adventus eius? Ex quo enim patres dormierunt, omnia sic perseverant ab initio creature. Latet enim eos hoc volentes, quod celi erant prius et terra de aqua et per aquam consistens dei verbo, per quem ille tunc mundus aqua inundatus periit. Celi autem qui nunc sunt et terra eodem verbo repositi sunt, igni reservati in diem iudicii et perditionis impiorum hominum.

Unum vero hoc non lateat vos karissimi, quia unus dies apud dominum sicut mille anni, et mille anni sicut dies unus. Non tardat dominus promissis, sed patienter agit propter vos, nolens aliquos perire, sed omnes ad penitentiam reverti. Adveniet autem dies domini ut fur, in quo celi magno impetu transient, elementa vero calore solventur. Cum hec igitur omnia dissolvenda sint, quales oportet vos esse in sanctis conversationibus et pietatibus, expectantes et properantes in adventum diei dei, per quam celi ardentes solventur, et elementa ignis calore tabescent.

Novos vero celos et novam terram et promissa ipsius expectamus, in quibus iustitia habitat. Propter quod karissimi hec expectantes satagite immaculati et inviolati inveniri in pace. Et domini nostri longanimitatem salutem arbitramini, sicut et karissimus frater noster Paulus secundum datam sibi sapientiam scripsit vobis, et in omnibus epistolis loquens in eis de his, in quibus sunt quedam difficilia intellectu, que indocti et instabiles depravant, sicut et ceteras scripturas, ad suam ipsorum perditionem. Vos igitur fratres prescientes custodite ne insipientium errore traducti excidatis a propria firmitate. Crescite vero in gratia et cognitione domini nostri ihu xpi et salvatoris. Ipsi gloria et nunc et in diem eternitatis. Amen.

EXPLICIT EPISTOLA PETRI SECUNDA.

EPISTOLA IOHANNIS I

QUOD FUIT AB INITIO QUOD

audivimus, quod vidimus oculis nostris, quod perspeximus, et manus nostre contrectaverunt de verbo vite. Et vita manifestata est, et vidim

275

& testamur & annuntiamus uobis uitam eternam que erat apud patrem
& apparuit nobis. Quod audiuimus & uidimus annuntiamus uobis ut &
uos societatem habeatis nobiscum. & societas nostra sit cum patre & cum filio
eius ihesu christo. Et hec scribimus uobis ut gaudeatis & gaudium uestrum
sit plenum. Et hec est annuntiatio quam audiuimus ab eo & annun-
tiamus uobis. quia deus lux est. & tenebre in eo non sunt ulle.
Si dixerimus quoniam societatem habemus cum eo. & in tenebris ambulamus:
mentimur & non facimus ueritatem. Si autem in luce ambulemus sicut & ipse
est in luce. societatem habemus ad inuicem. & sanguis ihesu filii eius emundat nos
ab omni peccato. Si dixerimus quia peccatum non habemus. ipsi nos sedu-
cimus & ueritas in nobis non est. Si confiteamur peccata nostra. fidelis &
iustus est ut remittat nobis peccata nostra. & emundet nos ab omni
iniquitate. Si dixerimus quoniam non peccauimus. mendacem facimus eum.
& uerbum eius non est in nobis.
Filioli mei hec scribo uobis ut non peccetis. Sed si quis peccauerit.
aduocatum habemus apud patrem ihesum christum iustum. & ipse est pro-
pitiatio pro peccatis nostris. non pro nostris autem tantum. sed etiam pro totius mundi.
Et in hoc scimus quoniam cognouimus eum. si mandata eius obseruamus.
Qui dicit se nosse eum & mandata eius non custodit. mendax est. &
in hoc ueritas non est. Qui autem seruat uerbum eius. uere in hoc caritas dei per-
fecta est. In hoc scimus quoniam in ipso sumus. Qui dicit se in ipso manere:
debet sicut ipse ambulauit. & ipse ambulare.
Carissimi. non mandatum nouum scribo uobis. sed mandatum uetus quod habui-
stis ab initio. Mandatum uetus est uerbum quod audistis. Iterum manda-
tum nouum scribo uobis quod est uerum & in ipso & in uobis. quia tenebre
transierunt & lumen uerum iam lucet. Qui dicit se in luce esse & fratrem
suum odit. in tenebris est usque adhuc. Qui diligit fratrem suum in lumine
permanet. & scandalum in eo non est. Qui autem odit fratrem suum in tenebris
est. & in tenebris ambulat. & nescit quo eat. quia tenebre obcecaue-
runt oculos eius.
Scribo uobis filioli. quoniam remittuntur uobis peccata uestra propter nomen eius. Scribo
uobis patres. quoniam cognouistis eum qui ab initio est. Scribo uobis adoles-
centes. quoniam uicistis malignum. Scribo uobis infantes. quoniam cognouistis
patrem. Scribo uobis patres. quia cognouistis eum qui ab initio est. Scri-
bo uobis adolescentes. quia fortes estis. & uerbum dei in uobis manet.
& uicistis malignum.
Nolite diligere mundum. neque ea que in mundo sunt. Si quis diligit mun-
dum non est caritas patris in eo. quoniam omne quod est in mundo concupiscen-
tia carnis est. & concupiscentia oculorum & superbia uite. que non est ex
patre sed ex mundo est. Et mundus transit & concupiscentia eius. qui
autem facit uoluntatem dei manet in eternum.
Filioli. nouissima hora est. & sicut audistis quia antichristus uenit. nunc anti-
christi multi facti sunt. Unde scimus quia nouissima hora est. Ex nobis
exierunt. sed non erant ex nobis. Nam si fuissent ex nobis. permansissent
utique nobiscum. sed ut manifesti sint quoniam non sunt ex nobis. Sed uos
unctionem habetis a sancto. & nostis omnia. Non scripsi uobis quasi igno-
rantibus ueritatem. sed scientibus eam. Et quoniam omne mendacium ex ueri-
tate non est. quis est mendax nisi is qui negat quoniam ihesus est christus.
Hic est antichristus qui negat patrem & filium. Omnis qui negat filium:
nec patrem habet. Qui confitetur filium. & patrem habet.
Vos quod audistis ab initio in uobis permaneat. Si in uobis permanserit
quod audistis ab initio. & uos in filio & patre manebitis. Et hec est
repromissio quam ipse pollicitus est nobis uitam eternam. Hec scripsi uobis
de his qui seducunt uos. Et uos unctionem quam accepistis. & non necesse
habetis ut aliquis doceat uos. sed sicut unctio docet uos de omnibus &
uerum est. & non est mendacium. Et sicut docuit uos manete in eo. ut
cum apparuerit habeamus fiduciam. & non confundamur ab eo in aduen-
tu eius. Si scitis quoniam iustus est. scitote quoniam & omnis qui facit iustitiam
ex ipso natus est.
Videte qualem caritatem dedit nobis pater. ut filii dei nominemur & simus.
Propter hoc mundus non nouit nos. quia non nouit eum. Karissimi nunc filii
dei sumus. & nondum apparuit quid erimus. Scimus quoniam cum appa-
ruerit similes ei erimus. quoniam uidebimus eum sicuti est. Et omnis
qui habet spem hanc in eo sanctificat se. sicut & ille sanctus est.
Omnis qui facit peccatum & iniquitatem facit. & peccatum est iniquitas.
Et scitis quia ille apparuit ut peccata tolleret. & peccatum in eo non est.
Omnis qui in eo manet non peccat. & omnis qui peccat non uidit eum. nec
cognouit eum. Filioli. nemo uos seducat. Qui facit iustitiam iustus est.
Qui facit peccatum ex diabolo est. quoniam ab initio diabolus peccat. In
hoc apparuit filius dei. ut dissoluat opera diaboli. Omnis qui natus est
ex deo. peccatum non facit. quoniam semen ipsius in eo manet. & non potest pecca-
re quia ex deo natus est. In hoc manifesti sunt filii dei & filii diaboli.
Omnis qui non est iustus. non est ex deo. Et qui non diligit fratrem suum
quoniam hec est annuntiatio quam audistis ab initio ut diligatis alterutrum.
Non sicut cain ex maligno erat. & occidit fratrem suum. Et propter quid oc-
cidit eum? quoniam opera eius maligna erant. fratris autem eius iusta.
Nolite mirari fratres. si odit uos mundus. Nos scimus quoniam translati sumus
de morte ad uitam. quoniam diligimus fratres. Qui non diligit fratrem manet in morte.
Omnis qui odit fratrem suum homicida est. Et scitis quoniam omnis homicida
non habet uitam eternam in se ipso manentem. In hoc cognouimus caritatem dei.
quoniam ille pro nobis animam suam posuit. & nos debemus pro fratribus animas nostras
ponere. Qui habuerit substantiam huius mundi. & uiderit fratrem suum
necessitatem habere & clauserit uiscera sua ab eo. quomodo caritas dei
manet in eo?
Filioli mei. non diligamus uerbo neque lingua. sed opere & ueritate. In hoc
cognoscimus quoniam ex ueritate sumus. & in conspectu eius suadebimus cor-
da nostra. quoniam si reprehenderit nos cor nostrum. maior est deus corde nostro. &
nouit omnia. Karissimi. si cor nostrum reprehendit nos. fiduciam habemus ad
deum. & quicquid petierimus ab eo accipiemus. quoniam mandata eius custodimus.
& ea que sunt placita coram eo facimus. Et hoc est mandatum eius ut
credamus in nomine filii eius & diligamus alterutrum. sicut dedit manda-
tum nobis. Et qui seruat mandata eius in illo manet. & ipse in eo.
& in hoc scimus quoniam manet in nobis de spiritu quem nobis dedit.
Karissimi. nolite omni spiritui credere. sed probate spiritus si ex deo sunt. quoniam multi
pseudoprophete exierunt in mundum. In hoc cognoscitur spiritus dei. omnis
spiritus qui confitetur ihesum christum in carne uenisse ex deo est. Et omnis spiritus qui
soluit ihesum ex deo non est. & hic est antichristus quod audistis quoniam
uenit. & nunc iam in mundo est. Vos ex deo estis filioli. & uicistis
eos. quoniam maior est qui in uobis est. quam qui in mundo. Ipsi de mundo
sunt. ideo de mundo loquuntur. & mundus eos audit. In hoc cogno-
scimus spiritum ueritatis. & spiritum erroris.
Karissimi. diligamus inuicem. quoniam caritas ex deo est. Et omnis qui diligit
ex deo natus est. & cognoscit deum. Qui non diligit non nouit deum. quoniam deus
caritas est. In hoc apparuit caritas dei in nobis quoniam misit filium suum deus
in mundum ut uiuamus per eum. In hoc est caritas non quasi nos dilexerimus
deum. sed quoniam ipse prior dilexit nos. & misit filium suum propitiationem pro
peccatis nostris. Karissimi si deus dilexit nos. & nos debemus alterutrum diligere.
Deum nemo uidit umquam. Si diligimus inuicem. deus in nobis manet. & cari-
tas eius in nobis perfecta est. In hoc cognoscimus quoniam in eo manemus & ipse
in nobis. quoniam de spiritu suo dedit nobis. Et nos uidimus & testificamur. quoniam pater
misit filium suum saluatorem mundi. Quisquis confessus fuerit quoniam ihesus est filius
dei. deus in eo manet & ipse in deo. Et nos cognouimus & credidimus
caritati quam habet deus in nobis.
Deus caritas est. & qui manet in caritate in deo manet & deus in eo. In
hoc perfecta est caritas nobiscum. ut fiduciam habeamus in die iudicii. quia sicut
ille est & nos sumus in hoc mundo. Timor non est in caritate. sed per-
fecta caritas foras mittit timorem. quoniam timor penam habet. Qui autem
timet non est perfectus in caritate. Nos ergo diligamus deum. quoniam deus prior
dilexit nos. Si quis dixerit quoniam diligo deum. & fratrem suum oderit. mendax
est. Qui autem non diligit fratrem suum quem uidet: deum quem non uidet quomo-
do potest diligere? Et hoc mandatum habemus a deo. ut qui diligit
deum. diligat & fratrem suum.
Omnis qui credit quoniam ihesus est christus ex deo natus est. & omnis qui diligit eum
qui genuit. diligit & eum qui natus est ex eo. In hoc cognoscimus quoniam
diligimus natos dei. cum deum diligamus. & mandata eius faciamus.
Hec est enim caritas dei ut mandata eius custodiamus. & mandata
eius grauia non sunt. quoniam omne quod natum est ex deo uincit mundum. Et
hec est uictoria que uincit mundum. fides nostra. Quis est qui uincit mun-
dum nisi is qui credit quoniam ihesus est filius dei. Hic est qui uenit per aquam
& sanguinem ihesus christus. non in aqua solum. sed in aqua & sanguine.
Et spiritus est qui testificatur quoniam christus est ueritas. quia tres sunt qui testimo-
nium dant. spiritus. aqua. & sanguis. & tres unum sunt.
Si testimonium hominum accipimus. testimonium dei maius est. quia testi-
ficatus est de filio suo. Qui credit in filium dei. habet testimonium dei
in se. Qui non credit filio. mendacem facit eum. quia non credit in testimonium
quod testificatus est deus de filio suo. Et hoc est testimonium. quia uitam eternam
dedit nobis. & hec uita in filio eius est. Qui habet filium. habet
uitam. qui non habet filium dei. non habet uitam.
Hec scribo uobis ut sciatis quia habetis uitam eternam. qui creditis in nomine
filii dei. Et hec est fiducia quam habemus ad deum. quia quodcumque peti-
erimus secundum uoluntatem eius audit nos. Et scimus quia audit nos quic-
quid petierimus. scimus quoniam habemus petitiones quas postulamus ab eo.
Qui scit fratrem suum peccare peccatum non ad mortem petat pro eo. & dabitur ei
uita peccanti non ad mortem. Est peccatum ad mortem. non pro illo dico
ut roget quis. Omnis iniquitas peccatum est. & est peccatum ad
mortem. Scimus quia omnis qui natus est ex deo non peccat. sed gene-
ratio dei conseruat eum. & malignus non tangit eum.
Scimus quoniam ex deo sumus. & mundus totus in maligno positus est. Et
scimus quoniam filius dei uenit. & dedit nobis sensum ut cognoscamus deum uerum
& simus in uero filio eius. Hic est uerus deus. & uita eterna. Filioli. custo-
dite uos a symulachris. EXPLICIT EPISTOLA IOHIS PRIMA.

EPLA · II ·
SENIOR
ELECTE
DOMINE
ET NATIS ei(us)

quos ego diligo in ueritate. & non ego solus. sed & omnes qui cognouerunt
ueritatem. Propter ueritatem que permanet in nobis & nobiscum erit
in eternum. Sit nobiscum gratia. misericordia. pax a deo patre. & a christo ihesu
filio patris in ueritate & caritate.
Gauisus sum ualde quoniam inueni de filiis tuis ambulantes in ueritate:
sicut mandatum accepimus a patre. Et nunc rogo te domina non tam-
quam mandatum nouum scribens tibi. sed quod habuimus ab initio ut dili-
gamus alterutrum. & hec est caritas ut ambulemus secundum mandata eius.
Hoc est enim mandatum quemadmodum audistis ab initio ut in eo ambuletis.
quoniam multi seductores exierunt in mundum qui non confitentur ihesum christum ue-
nisse in carne. hic est seductor & antichristus. Uidete uosmetipsos ne perda-
tis que operati estis. sed ut mercedem plenam accipiatis.
Omnis qui recedit & non permanet in doctrina christi. deum non habet. qui per-
manet in doctrina hic filium & patrem habet. Si quis uenit ad uos
& hanc doctrinam non affert. nolite eum recipere in domum. nec aue ei dixe-
ritis. Qui enim dicit illi aue: communicat operibus illius malignis.
Plura habens uobis scribere nolui per cartam & atramentum. Spero enim me
futurum apud uos & os ad os loqui ut gaudium uestrum plenum sit. Salutant
te sorores filie tue electe. EXPLICIT EPISTOLA SECUNDA.

EPLA · III ·
SENIOR ·
GAIO CA
RISSIMO ·
QUEM EGO · diligo

in ueritate caritatis. ideo in omnibus orationem facio prospere te ingredi &
ualere. sicut prospere agit anima tua. Gauisus sum ualde uenientibus fratribus
& testimonium perhibentibus ueritati tue sicut tu in ueritate ambulas.
Maiorem horum non habeo gratiam quam ut audiam filios meos in ueritate ambulare.

me, fideliter facis quicquid operaris in fratres, et hoc in peregrinos qui testimonium perhibuerunt caritati tue in conspectu ecclesie. Quos bene faciens deduces digne deo. Pro nomine enim profecti sunt nichil accipientes a gentilibus. Nos ergo debemus suscipere huiusmodi, ut cooperatores simus veritatis.

Scripsissem forsitan ecclesie, sed is qui amat primatum gerere in eis diotrepes non recipit nos. Propter hoc si venero commoneam eius opera que facit verbis malignis garriens in nos. Et quasi non ei ista sufficiant, neque ipse suscipit fratres, et eos qui suscipiunt prohibet, et de ecclesia eicit.

Karissime, noli imitari malum, sed quod bonum est. Qui bene facit ex deo est; qui male facit non vidit deum. Demetrio testimonium redditur ab omnibus et ab ipsa veritate. Et nos testimonium perhibemus, et nosti quoniam testimonium nostrum verum est.

Multa habui scribere tibi, sed nolui per atramentum et calamum scribere tibi. Spero autem protinus te videre, et os ad os loquimur. Pax tibi. Salutant te amici. Saluta tu amicos nominatim. Explicit epistola tercia Iohannis apostoli.

INCIPIT EPISTOLA BEATI IUDE APOSTOLI.

IUDAS IHESU XPISTI SERVUS FRATER autem Iacobi, his qui in deo patre dilectis et Xpisto Ihesu conservatis et vocatis: misericordia vobis et pax et caritas adimpleatur. Karissimi, omnem sollicitudinem faciens scribendi vobis de communi vestra salute, necesse habui scribere vobis deprecans supercertari semel tradite sanctis fidei. Subintroierunt enim quidam homines qui olim prescripti sunt in hoc iudicium impii, dei nostri gratiam transferentes in luxuriam, et solum dominatorem et dominum nostrum Ihesum Xpistum negantes.

Commonere autem vos volo scientes semel omnia, quoniam Ihesus populum de terra Egypti salvans secundo eos qui non crediderunt perdidit; angelos vero qui non servaverunt suum principatum sed dereliquerunt suum domicilium in iudicium magni diei vinculis eternis sub caligine iudicio reservavit.

Sicut Sodoma et Gomorra et finitime civitates simili modo exfornicate et abeuntes post carnem alteram facte sunt exemplum, ignis eterni penam sustinentes. Similiter et hi carnem quidem maculant, dominationem autem spernunt, maiestatem autem blasphemant. Cum Michael archangelus cum diabolo disputans altercaretur de Moysi corpore, non est ausus iudicium inferre blasphemie, sed dixit: Imperet tibi dominus. Hii autem quecumque quidem ignorant blasphemant; quecumque autem naturaliter tamquam muta animalia norunt, in his corrumpuntur.

Ve illis, qui in via Cain abierunt et errore Balaam mercede effusi sunt et contradictione Chore perierunt. Hii sunt in epulis suis macule, convivantes sine timore, semetipsos pascentes; nubes sine aqua que a ventis circumferuntur, arbores autumnales infructuose bis mortue, eradicate, fluctus feri maris despumantes suas confusiones, sydera errantia, quibus procella tenebrarum conservata est in eternum.

Prophetavit autem de his septimus ab Adam Enoch dicens: Ecce venit dominus in sanctis milibus suis facere iudicium contra omnes et arguere omnes impios de omnibus operibus impietatis eorum, quibus impie egerunt, et de omnibus duris que locuti sunt contra eum peccatores impii. Hii sunt murmuratores querulosi, secundum desideria sua ambulantes, et os illorum loquitur superba, mirantes personas questus causa. Vos autem, karissimi, memores estote verborum que predicta sunt ab apostolis domini nostri Ihesu Xpisti, qui dicebant vobis quoniam in novissimo tempore venient illusores secundum desideria sua ambulantes in impietatibus.

Hii sunt qui segregant semetipsos, animales, spiritum non habentes. Vos autem, karissimi, superedificantes vosmetipsos sanctissime vestre fidei, in spiritu sancto orantes, ipsos vos in dilectione dei servate, et hos quidem arguite iudicatos, illos vero salvate de igne rapientes, aliis autem miseremini in timore, odientes et eam que carnalis est maculatam tunicam.

Ei autem qui potest vos conservare sine peccato et constituere ante conspectum glorie sue immaculatos in exultatione, soli deo salvatori nostro per Ihesum Xpistum dominum nostrum gloria, magnificentia, imperium et potestas ante omne seculum et nunc et in omnia secula seculorum. Amen. Explicit epistola Iude.

INCIPIT PROHEMIUM HIERONIMI IN APOKALIPSIN.

IOHANNES APOSTOLUS ET EVGLISTA a domino Xpisto electus atque dilectus in tanto amore dilectionis uberior habitus est, ut in cena super pectus eius recumberet, et ad crucem astanti soli matrem propriam commendasset, ut quem nubere volentem ad amplexum virginitatis asciverat, ipsi etiam ad custodiendam virginem tradidisset. Hic itaque cum propter verbum dei et testimonium Ihesu Xpisti in exilio Pathmos insula sortiretur, illic ab eodem apocalipsin per ostensa describit, ut sicut in principio canonis de libro Genesis incorruptibile principium prenotatur, ita etiam incorruptibilis finis per virginem in apocalipsi redderetur dicente: Ego sum alfa et ω, initium et finis. Hic est Iohannes qui sciens supervenisse sibi diem egressionis sue de corpore, convocatis in Epheso discipulis descendit in defossum sepulture sue locum, oratione completa tradidit spiritum, tam a dolore mortis factus extraneus quam a corruptione carnis noscitur alienus. Cuius tamen scripture dispositio vel libri ordinatio ideo a nobis per singula non exponitur, ut nescientibus inquirendi desiderium conferret, et querentibus fructus et deo magisterii doctrina servetur.

APOKALIPSIS IHESU XPISTI QUAM DEDIT

illi deus palam facere servis suis, que oportet fieri cito, et significavit mittens per angelum suum servo suo Iohanni, qui testimonium perhibuit verbo dei et testimonium Ihesu Xpisti quecumque vidit. Beatus qui legit et qui audit verba prophetie huius, et servat ea que in ea scripta sunt. Tempus enim prope est.

Iohannes septem ecclesiis que sunt in Asia. Gratia vobis et pax ab eo qui est et qui erat et qui venturus est, et a septem spiritibus qui in conspectu throni eius sunt, et ab Ihesu Xpisto qui est testis fidelis, primogenitus mortuorum et princeps regum terre, qui dilexit nos et lavit nos a peccatis nostris in sanguine suo, et fecit nos regnum et sacerdotes deo et patri suo, ipsi gloria et imperium in secula seculorum. Amen. Ecce venit cum nubibus celi, et videbit eum omnis oculus, et qui eum pupugerunt, et plangent se super eum omnes tribus terre. Etiam. Amen. Ego sum alfa et ω, principium et finis, dicit dominus deus, qui est et qui erat et qui venturus est omnipotens. Ego Iohannes frater vester et particeps in tribulatione et regno et patientia in Ihesu, fui in insula que appellatur Pathmos propter verbum dei et testimonium Ihesu. Ego Iohannes fui in spiritu in dominica die, et audivi post me vocem magnam tamquam tube dicentis: Quod vides scribe in libro et mitte septem ecclesiis, Ephesum et Smirnam et Pergamum et Tyatiram et Sardis et Filadelfiam et Laodiciam. Et conversus sum ut viderem vocem que loquebatur mecum, et conversus vidi septem candelabra aurea, et in medio septem candelabrorum aureorum similem filio hominis vestitum podere, et precinctum ad mamillas zona aurea. Caput autem eius et capilli candidi erant tamquam lana alba et tamquam nix, et oculi eius velut flamma ignis, et pedes eius similes auricalco sicut in camino ardenti. Et vox illius tamquam vox aquarum multarum, et habebat in dextera sua stellas septem, et de ore eius gladius ex utraque parte acutus exibat, et facies eius sicut sol lucet in virtute sua. Et cum vidissem eum, cecidi ad pedes eius tamquam mortuus, et posuit dexteram suam super me dicens: Noli timere. Ego sum primus et novissimus, et fui mortuus, et ecce sum vivens in secula seculorum, et habeo claves mortis et inferni. Scribe ergo que vidisti et que sunt et que oportet fieri post hec. Sacramentum septem stellarum quas vidisti in dextera mea, et septem candelabra aurea: septem stelle angeli sunt septem ecclesiarum, et candelabra septem septem ecclesie sunt.

Et angelo Ephesi ecclesie scribe: Hec dicit qui tenet septem stellas in dextera sua, qui ambulat in medio septem candelabrorum aureorum. Scio opera tua et laborem et patientiam tuam, et quia non potes sustinere malos, et temptasti eos qui se dicunt apostolos esse et non sunt, et invenisti eos mendaces; et patientiam habes, et sustinuisti eos propter nomen meum, et non defecisti. Sed habeo adversum te pauca, quod caritatem tuam primam dereliquisti. Memor esto itaque unde excideris, et age penitentiam, et fac prima opera tua. Sin autem, venio tibi et movebo candelabrum tuum de loco suo, nisi penitentiam egeris. Sed hoc habes, quia odisti facta Nicolaitarum, que et ego odi. Qui habet aurem audiat quid spiritus dicat ecclesiis. Vincenti dabo edere de ligno vite, quod est in medio paradysi dei mei.

Et angelo Smirne ecclesie scribe: Hec dicit primus et novissimus, qui fuit mortuus et vivit. Scio tribulationem tuam et paupertatem tuam, sed dives es, et blasphemaris ab his qui se dicunt Iudeos esse et non sunt, sed sunt synagoga Sathane. Nichil horum timeas que passurus es. Ecce
276. missurus est ex vobis diabolus in carcerem, ut temptemini, decem diebus. Esto fidelis usque ad mortem, et dabo tibi coronam vite. Qui habet aurem audiat quid spiritus dicat ecclesiis. Qui vicerit, non ledetur a morte secunda.

Et angelo Pergami ecclesie scribe: Hec dicit qui habet romphea ex utraque parte acutam. Scio ubi habitas, ubi sedes est Sathane, et tenes nomen meum, et non negasti fidem meam, in diebus in quibus Antipas testis meus fidelis qui occisus est apud vos ubi Sathanas habitat. Sed habeo adversus te pauca, quia habes illic tenentes doctrinam Balaam, qui docebat Balac mittere scandalum coram filiis Israel, manducare immolata et fornicari; ita habes et tu tenentes doctrinam Nicolaitarum similiter. Age penitentiam; ceterum venio tibi cito, et pugnabo cum illis in gladio oris mei. Qui habet aures audiat quid spiritus dicat ecclesiis. Vincenti dabo manducare manna quod absconditum est, et dabo illi calculum album, et in calculo nomen novum scriptum, quod nemo novit nisi qui accipit.

Et angelo Tyatire ecclesie scribe: Hec dicit filius dei, qui habet oculos tamquam flammam ignis, et pedes eius similes auricalco. Scio opera tua et caritatem et fidem et ministerium et patientiam, et opera tua novissima plura prioribus. Sed habeo adversus te, quia permittis mulierem Iezabel, que dicit se propheten, et docet et seducit servos meos fornicari et manducare de idolothitis. Et dedi illi tempus ut penitentiam ageret, et non vult penitentiam agere a fornicatione sua. Ecce mittam illam in lectum, et qui mechantur cum illa in tribulatione magna, nisi penitentiam egerint ab operibus eius. Et filios eius interficiam in morte, et scient omnes ecclesie quia ego sum qui scrutor renes et corda, et dabo vobis singulis secundum opera vestra. Vobis autem dico et ceteris qui Tyatire estis, quicumque non habent doctrinam hanc, qui non cognoverunt altitudines Sathane sicut dicunt, non mittam in vos aliud pondus; tamen id quod habetis tenete donec veniam. Et qui vicerit et qui custodierit usque in finem opera mea, dabo illi potestatem super gentes, et reget eas in virga ferrea, et confringentur tamquam vas figuli, sicut et ego accepi a patre meo, et dabo illi stellam matutinam. Qui habet aurem audiat quid spiritus dicat ecclesiis.

Et angelo Sardis ecclesie scribe: Hec dicit qui habet septem spiritus dei et VII stellas. Scio opera tua, quia nomen habes quod vivas, et mortuus es. Esto vigilans et confirma cetera que moritura erant; non enim invenio opera tua

Quos anguis dirus tristi mulcedine pavit,
Hos sanguis mirus Xpisti dulcedine lavit.
Hec chorus angelicus sic ornat angelus unus.
Suffocat extinguit suffocat guttura stringit.
Tum simul frui nescimus quod peni

Apocalypsis Io

plena coram deo meo. Memento qualiter acceperis & audieris, & serva & penitentiam age. Si ergo non vigilaveris, veniam ad te sicut fur, & nescies qua hora veniam ad te. Sed habes nomina pauca Sardis que non inquinaverunt vestimenta sua, & ambulabunt mecum in albis quia digni sunt. Qui vicerit sic vestietur vestimentis albis, & non delebo nomen eius de libro vite, & confitebor eum coram patre meo, & coram angelis eius. Qui habet aurem, audiat quid spiritus dicat ecclesiis.

Et angelo Philadelphie ecclesie scribe. Hec dicit sanctus & verus qui habet clavem David, qui aperit & nemo claudit, & claudit & nemo aperit. Scio opera tua. Ecce dedi coram te ostium patens quod nemo potest claudere, quia modicam habes virtutem, & servasti verbum meum, & non negasti nomen meum. Ecce dabo de synagoga Sathane qui dicunt se Iudeos esse & non sunt, sed mentiuntur. Ecce faciam illos ut veniant & adorent ante pedes tuos, & scient quia ego dilexi te, quoniam servasti verbum patientie mee, & ego te servabo de hora temptationis que ventura erit in universum orbem terre, ut temptet eos qui habitant super terram. Venio cito, tene quod habes, ut nemo accipiat coronam tuam. Qui vicerit faciam illum columnam in templo dei mei, & foras iam non exiet, & scribam super eum nomen dei mei, & nomen civitatis dei mei nove Hierusalem que descendit de celo a deo meo, & nomen meum novum. Qui habet aurem audiat quid spiritus dicat ecclesiis.

Et angelo Laodicie ecclesie scribe. Hec dicit amen, testis fidelis & verus, qui est principium creature dei. Scio opera tua, quia neque frigidus es neque calidus. Utinam frigidus esses aut calidus. Sed quia tepidus es, incipiam te evomere ex ore meo; quia dicis quod dives sum & ditatus, & nullius egeo, & nescis quod tu es miser & miserabilis, & mendicus, & nudus, & cecus. Consulo tibi ut emas a me aurum igne probatum ut dives fias, & vestimenta alba induaris, & non manifestetur confusio nuditatis tue, & collirio inunge oculos tuos ut videas. Ego quoscumque amo, corripio & arguo. Emulare ergo & penitentiam age. Ecce assisto ad ianuam & pulso. Si quis audierit vocem meam & aperuerit ianuam, intrabo ad eum, & cenabo cum illo & ipse mecum. Qui vicerit dabo ei sedere mecum in sede mea, sicut & ego vici & sedi cum patre meo in sede ipsius.

Post hec vidi, & ecce ostium apertum in celo. Et vox prima quam audivi tamquam tube loquentis mecum, & dicentis: Ascende huc, & ostendam tibi que oportet fieri post hec. Confestim fui in spiritu, & ecce sedes posita erat in celo, & supra sedem sedens. Et qui sedebat similis erat aspectu lapidis iaspidis & sardino. Et iris erat in circuitu sedis, & ipsa sedes similis aspectu zmaragdino. Et in circuitu sedis sedes xxiiii, & supra sedes xxiiii seniores sedentes amictos veste alba, & in capitibus habentes coronas aureas. Et de sede procedunt fulgura & voces & tonitrua, & septem lampades ignis ardentes ante sedem, que sunt septem spiritus dei. Et coram sede tamquam mare vitreum simile cristallo. Et in circuitu sedis iiii animalia plena oculis ante & retro. Et animal primum simile leoni, & secundum animal simile vitulo, & tertium animal simile homini, & quartum animal simile aquile volanti. Et iiii animalia singula eorum habebant alas senas in circuitu & intus plena oculis, & requiem non habebant die ac nocte dicentes: Sanctus, sanctus, sanctus, dominus deus omnipotens qui erat & qui est & qui venturus est. Et cum dederint animalia illa gloriam & honorem & gratiarum actionem ei qui sedet supra sedem qui vivit in secula seculorum, procedent xxiiii seniores ante sedentem & adorabunt viventem in secula seculorum. Et mittent coronas suas ante sedem dicentes: Dignus es domine deus noster accipere gloriam & honorem & virtutem, quia tu creasti omnia & propter voluntatem tuam erant & creata sunt.

Et vidi in dextera sedentis supra sedem librum scriptum intus & foris, signatum sigillis septem. Et audivi angelum fortem predicantem voce magna: Quis dignus est aperire librum & solvere signacula eius? Et nemo poterat in celo neque in terra neque subtus terram aperire librum neque videre illum. Et plorabam multum quia nemo dignus inventus est aperire librum neque videre illum. Et unus de senioribus dicit: Noli plorare; ecce vicit leo de tribu Iuda, radix David, ut aperiat librum & vii signacula eius.

Et vidi in medio sedis & iiii animalium & in medio seniorum stantem agnum quasi occisum, habentem cornua septem & oculos septem, qui sunt septem spiritus dei missi in omnem terram. Et venit & accepit librum de dextera sedentis supra sedem. Et cum accepisset librum, iiii animalia & xxiiii seniores ceciderunt in conspectu agni, habentes singuli cytharas & phialas aureas plenas incensis que sunt orationes sanctorum. Et cantant canticum novum dicentes: Dignus es domine accipere librum & resignare signacula eius, quia occisus es & redemisti nos deo in sanguine tuo ex omni tribu & lingua & populo & gente, & fecisti nos deo nostro regnum & sacerdotes, & regnabunt super terram.

Et vidi & audivi vocem angelorum multorum in circuitu sedis & animalium & seniorum. Et erat numerus eorum milia milium dicentium voce magna: Dignus est agnus qui occisus est accipere virtutem & divinitatem & sapientiam & fortitudinem & honorem & gloriam & benedictionem. Et omnem creaturam que in celo & supra terram & subtus terram & in mari, & que in illis sunt omnia, et audivi dicentes ei qui sedet supra sedem & agno: benedictio & gloria & honor & potestas in secula seculorum. Et iiii animalia dicebant amen. Et seniores ceciderunt & adoraverunt. Et vidi quod aperuit agnus unum de vii signaculis, & audivi unum de iiii animalibus dicentem tamquam vocem tonitrui: Veni & vide. Et vidi & ecce equus albus, & qui sedebat in illo habens arcum, & data est ei corona, & exivit vincens ut vinceret.

Et cum aperuit sigillum secundum, audivi secundum animal dicens: Veni & vide. Et exivit alter equus rufus. Et sedenti super illum datum est ut sumeret pacem de terra, & ut invicem se interficiant, & datus est illi gladius magnus. Et cum aperuit sigillum tertium, audivi tertium animal dicens: Veni. Et ecce equus niger, & qui sedebat super eum habens stateram in manu sua. Et audivi tamquam vocem in medio iiii animalium dicentium: Bilibris tritici denario uno, & tres bilibres ordei denario, & oleum & vinum ne leseris. Et cum aperuit sigillum quartum, audivi quartum animal dicens: Veni & vide. Et ecce equus pallidus, & qui sedebat in illo nomen illi mors, & infernus sequebatur illum. Et data est illi potestas in quartam partem terre interficere gladio, & fame, & morte, & bestiis terre.

Et cum aperuit quintum sigillum vidi subtus altare animas occisorum propter verbum dei & testimonium quod habebant. Et clamabant voce magna dicentes: Usquequo domine sanctus & verus non iudicas & vindicas sanguinem nostrum de his qui habitant in terra? Et data est singulis stola alba, & dictum est illis ut requiescerent adhuc modicum donec impleantur & conservi eorum & fratres eorum qui occidendi sunt sicut & ipsi.

Et vidi cum aperuit sigillum sextum, & terremotus factus est magnus, & sol factus est niger tamquam saccus cilicinus, & luna facta est tota sanguis, & stelle ceciderunt de celo sicut ficulnea deicit grossos suos cum a vento magno movetur. Et celum discessit sicut liber involutus, & omnis mons & insula de locis suis mota sunt. Et reges terre & principes & tribuni & divites & fortes & omnis servus & liber absconderunt se in speluncis & in petris montium. Et dicunt montibus & petris: Cadite super nos & abscondite nos a facie sedentis supra sedem & ab ira agni, quoniam venit dies magnus ire ipsorum, & quis poterit stare? Post hec vidi iiii angelos stantes in quattuor angulis terre, tenentes iiii ventos terre, ut non flarent venti super terram neque super mare neque in ullam arborem.

Et vidi alterum angelum ascendentem ab ortu solis habentem signum dei vivi. Et clamavit voce magna ad iiii angelos quibus datum est nocere terre & mari & arboribus dicens: Nolite nocere terram neque mare neque arbores quoadusque signemus servos dei nostri in frontibus eorum. Et audivi numerum signatorum cxl iiii milia signati ex omni tribu filiorum Israhel. De tribu Iuda xii milia signati. De tribu Ruben xii milia signati. De tribu Gad xii milia signati. De tribu Aser xii milia signati. De tribu Neptalim xii milia signati. De tribu Manasse xii milia signati. De tribu Symeon xii milia signati. De tribu Levi xii milia signati. De tribu Ysacar xii milia signati. De tribu Zabulon xii milia signati. De tribu Ioseph xii milia signati. De tribu Beniamin xii milia signati.

Post hec vidi & ecce turba magna quam dinumerare nemo poterat ex omnibus gentibus & tribubus & populis & linguis, stantes ante sedem & ante agnum amicti stolas albas & palme erant in manibus eorum. Et clamabant voce magna dicentes: Salus deo nostro qui sedet supra sedem & agno. Et omnes angeli stabant in circuitu sedis & seniorum & iiii animalium, & ceciderunt coram sede in facies suas, & adoraverunt deum dicentes: amen. Benedictio & gloria & sapientia & gratiarum actio & honor & virtus & fortitudo deo nostro in secula seculorum amen.

Et respondit michi unus de senioribus: Hi qui amicti sunt stolas albas, qui sunt & unde venerunt? & dixi illi: Domine mi tu scis. & ait michi: Hi sunt qui venerunt de tribulatione magna, & laverunt stolas suas & candidas eas fecerunt in sanguine agni. Ideo sunt ante sedem dei & serviunt ei die ac nocte in templo ipsius, & qui sedet supra sedem habitabit super illos, & non esurient amplius neque sitient, neque cadet super illos sol neque ullus estus, quia agnus qui est in medio sedis reget illos, & deducet illos ad vite fontes aquarum, & delebit deus omnem lacrimam de oculis eorum.

Et cum aperuit sigillum septimum, factum est silentium in celo quasi semihora. Et vidi septem angelos qui coram deo stabant & date sunt illis septem tube. & alter angelus venit & stetit ante altare habens turibulum aureum. Et data sunt illi incensa multa ut daret de orationibus sanctorum omnium super altare illud aureum quod est ante sedem. Et ascendit fumus incensorum de orationibus sanctorum de manu angeli in conspectu dei. Et accepit angelus turibulum & implevit illud de igne altaris & misit in terram. Et facta sunt tonitrua & voces & fulgura & terremotus.

Et septem angeli qui habebant septem tubas paraverunt se ut canerent. Et primus angelus tuba cecinit, & facta est grando & ignis mixta in sanguine & missa est in terram, & tertia pars terre combusta est, & omne fenum viride combustum est. Et secundus angelus tuba cecinit, & tamquam mons magnus igne ardens missus est in mare. Et facta est tertia pars maris sanguis, & mortua est tertia pars eorum que in mari creature que habent animas, & tertia pars navium interiit. Et tertius angelus tuba cecinit, & cecidit de celo stella magna ardens tamquam facula, & cecidit in tertiam partem fluminum & in fontes aquarum, & nomen stelle dicitur Absinthius. Et facta est tertia pars aquarum in absinthium, & multi hominum mortui sunt de aquis, quia amare facte sunt.

Et quartus angelus tuba cecinit, & percussa est tertia pars solis & tertia pars lune & tertia pars stellarum, ut obscuraretur tertia pars eorum, & diei non luceret tertiam partem, & nox similiter. Et vidi & audivi unius aquile volantis per medium celum voce magna dicentis: Ve ve ve habitantibus super terram de ceteris vocibus trium angelorum qui erant tuba canituri. Et quintus angelus tuba cecinit, & vidi de celo stellam cecidisse in terram, & data est ei clavis putei & aperuit puteum abyssi. Et ascendit fumus de puteo sicut fumus fornacis magne ardentis, & obscuratus est sol & aer de fumo putei. & de fumo exierunt locuste in terram, & data est illis potestas sicut habent potestatem scorpiones terre. & dictum est illis ut non nocerent fenum terre neque omne viride neque omnem arborem nisi homines qui non habent signum dei in frontibus. & datum est illis ut non occiderent eos sed ut cruciarent mensibus quinque. Et cruciatus eorum sicut cruciatus scorpii cum percutit hominem. In diebus illis querent homines mortem & non invenient illam, & cupient mori & fugiet mors ab illis. Et similitudines locustarum similes equis paratis in prelium, & super capita earum tamquam corone similes auro, & facies earum sicut facies hominum. Et habebant capillos sicut capillos mulierum, & dentes earum ut leonum erant. Et habebant loricas ferreas, & vox pennarum earum ut vox curruum equorum multorum currentium in prelium. Et habebant caudas similes scorpionum & stimuli in caudis suis. Potestas earum nocere hominibus mensibus quinque. & habent super se regem angelum abyssi, nomen ei hebraice Abaddon, & in greca lingua habens nomen perdens. Ve una abiit & ecce veniunt alia duo ve post hec.

Et sextus angelus tuba cecinit, & audivi unam vocem de cornibus altaris aurei quod est ante oculos dei, dicentem sexto angelo qui habebat tubam: Solve iiii angelos qui alligati sunt in flumine magno Eufraten. Et soluti sunt iiii angeli qui parati erant in horam & diem & mensem & annum ut occiderent tertiam partem hominum. Et numerus equestris exercitus vicies milies dena milia. Audivi numerum eorum. Et ita vidi equos in visione, & qui sedebant super eos habebant loricas igneas & iacinctinas & sulphureas, & capita equorum tamquam capita leonum, & de ore ipsorum procedit ignis & fumus & sulphur. Plagis tribus his occisa est tertia pars hominum, de igne & de fumo & de sulphure qui procedit de ore ipsorum. Potestas enim equorum in ore ipsorum est & in caudis eorum. Nam caude ipsorum similes serpentibus, habentes capita, & in ipsis nocent. Et ceteri homines qui non sunt occisi in his plagis neque penitentiam egerunt de operibus manuum suarum ut non adorarent demonia & simulachra aurea & argentea & erea & lapidea & lignea, que neque videre possunt neque audire neque ambulare, & non egerunt penitentiam de homicidiis suis neque de veneficiis suis neque de fornicatione sua neque de furtis suis. Et vidi alium angelum fortem descendentem de celo amictum nube & iris in capite eius, & vultus eius sicut sol, & pedes eius tamquam columne ignis. & habebat in manu sua librum apertum. Et posuit pedem suum dextrum supra mare, sinistrum autem super terram, & clamavit voce magna sicut leo rugit. Et cum clamavit, locuta sunt septem tonitrua voces suas.

Et que locuta sunt septem tonitrua scripturus eram. Et audivi vocem de celo dicentem: Signa que locuta sunt tonitrua, & noli ea scribere. Et angelus quem vidi stantem supra mare & supra terram levavit manum suam dexteram in celum & iuravit per viventem in secula seculorum qui condidit celum & que in illo sunt & terram & que in ea sunt, quia tempus amplius non erit, sed in diebus vocis septimi angeli cum ceperit tuba canere consummabitur mysterium dei sicut annunciavit servis suis prophetis.

Audivi iterum vocem de celo loquentem mecum & dicentem: Vade accipe librum qui apertus est de manu angeli qui stat super mare & super terram. Et abii ad angelum dicens illi ut daret michi librum. Et ait michi: Accipe & devora illum.

et amaricabit ventrem tuum, sed in ore tuo erit dulce tamquam mel. Et erat in ore meo sicut mel dulce. Et postquam devoravi eum, repletus est venter meus amaritudine. Et dicit mihi: Oportet te iterum prophetare populis et gentibus et linguis et regibus multis.

Et data est mihi harundo similis virgae dicens: Surge et metire templum dei et altare et eos qui adorant in illo, quia datum est gentibus, et civitatem sanctam calcabunt mensibus quadraginta duobus. Et dabo duobus testibus meis et prophetabunt diebus mille cc lx amicti ciliciis. Hi sunt duae olivae et duo candelabra quae coram domino stant super terram. Et si quis voluerit eos nocere, ignis exiet de ore ipsorum et devorabit inimicos eorum. Et si quis voluerit illos laedere, sic oportet illum interfici. Hi habent potestatem claudere caelum ut non pluat pluvia diebus prophetiae ipsorum. Et potestatem habent super aquas convertendi eas in sanguinem et percutere terram plaga quotienscumque voluerint. Et postquam consummaverint testimonium suum, bestia quae ascendit de abysso faciet adversus illos proelium et vincet eos et occidet eos. Et corpora eorum iacebunt in platea civitatis magnae quae vocatur spiritaliter Sodoma et Aegyptus, ubi et dominus eorum crucifixus est. Et videbunt de populis et tribubus et linguis et gentibus corpora eorum per dies tres et dimidium. Et corpora eorum non sinent poni in monumentis. Et qui habitabant super terram gaudebunt super illos et epulabuntur et munera mittent sibi invicem, quoniam hi duo prophetae cruciaverunt eos qui habitant supra terram.

Et post dies tres et dimidium spiritus vitae a deo intravit in illos et super pedes suos steterunt, et timor magnus cecidit in illos qui videbant eos. Et audivi vocem magnam de caelo dicentem: Ascendite huc. Et ascenderunt in caelum in nube et viderunt illos inimici eorum. Et in illa die factus est terraemotus magnus et decima pars civitatis cecidit, et occisi sunt in terraemotu nomina hominum vii milia, et ceteri conterriti sunt et dederunt gloriam deo caeli. Ve secundum abiit: ecce venit ve tertium cito.

Et septimus angelus tuba cecinit et factae sunt voces magnae in caelo dicentes: Factum est regnum huius mundi domini nostri et Christi eius et regnavit in saecula saeculorum. Et xxiiii seniores qui coram deo sedent in sedibus suis ceciderunt in facies suas et adoraverunt dicentes: Gratias agimus tibi domine deus noster omnipotens qui eras et qui es, quia accepisti virtutem tuam magnam et regnasti. Et gentes iratae sunt et venit ira tua et tempus mortuorum ut iudicentur et ut dederis mercedem servis tuis prophetis et timentibus nomen tuum, et pusillis et magnis, et exterminandi eos qui corruperunt terram. Et apertum est templum dei quod in caelo est, et visa est archa testamenti eius in templo eius. Et facta sunt fulgura et tonitrua et voces et terraemotus et grando magna. Et signum magnum apparuit in caelo: Mulier amicta sole et luna sub pedibus eius et in capite eius corona stellarum xii, et in utero habens et clamavit parturiens et cruciabatur ut pareret. Et visum est aliud signum in caelo: Et ecce draco rufus magnus habens capita vii et cornua vii et in capitibus suis vii diademata, et cauda eius trahebat tertiam partem stellarum caeli. Et misit eas in terram. Et draco stetit ante mulierem quae erat paritura, ut cum peperisset filium eius devoraret. Et peperit filium masculum qui recturus erat omnes gentes in virga ferrea. Et raptus est filius eius ad deum et ad sedem eius. Et mulier fugit in desertum ubi habet locum illic paratum a deo, ut ibi alant illam diebus mille ducentis quadraginta.

Et factum est proelium magnum in caelo: Michael et angeli eius proeliabantur cum dracone, et draco pugnabat et angeli eius, et non valuerunt neque locus inventus est eorum amplius in caelo. Et proiectus est draco ille magnus, serpens antiquus, qui vocatur diabolus et Satanas, qui seducit universum orbem. Et proiectus est in terram, et angeli eius cum illo proiecti sunt. Et audivi vocem magnam de caelo dicentem: Modo facta est salus et virtus et regnum dei nostri et potestas Christi eius, quia proiectus est accusator fratrum nostrorum qui accusabat eos ante dominum nostrum die ac nocte. Et ipsi vicerunt illum propter sanguinem agni et propter verbum testimonii sui, et non dilexerunt animam suam usque ad mortem. Ideo laetamini caeli et qui in illis habitatis. Ve terrae et mari, quia descendit diabolus ad vos habens iram magnam, sciens quod modicum tempus habet.

Et postquam vidit draco quod proiectus est in terram, persequebatur mulierem quae peperit masculum. Et datae sunt mulieri duae pennae aquilae magnae ut volaret in desertum in locum suum, illic ubi alitur per tempus et tempora et dimidium temporis a facie serpentis. Et misit serpens de ore suo post mulierem aquam tamquam flumen, ut eam faceret trahi a flumine ad se. Et adiuvit terra mulierem et aperuit os suum et absorbuit flumen quod misit draco de ore suo. Et iratus est draco in mulierem et abiit facere cum ceteris seminis eius bellum qui custodiunt mandata dei et habent testimonium Iesu. Et stetit supra arenam maris.

Et vidi de mari bestiam ascendentem habentem cornua x et capita vii et in cornibus eius x diademata et in capitibus eius nomina blasphemiae. Et bestiam quam vidi similis pardo et pedes eius sicut ursi et os eius sicut os leonis. Et dedit illi draco virtutem suam et sedem suam et potestatem magnam. Et unum de capitibus suis quasi occisum in mortem. Et plaga mortis eius curata est, et admiratio facta est in terra post bestiam illam. Et adoraverunt draconem qui dedit potestatem bestiae. Et adoraverunt bestiam dicentes: Quis similis bestiae, et quis poterit pugnare cum ea? Et datum est illi os loquendi magna et blasphemare. Et datum est illi potestatem facere menses xl et duos. Et aperuit os suum in blasphemia ad deum blasphemare nomen eius et tabernaculum eius qui in caelo habitat. Et datum est illi facere bellum cum sanctis et vincere illos. Et data est ei potestas in omnem tribum et populum et linguam et gentem. Et adorabunt eum omnes qui habitant super terram, quorum non sunt nomina scripta in libro vitae agni qui occisus est a constitutione mundi. Si quis habet aurem audiat. Si quis in captivitatem duxerit, in captivitatem vadit. Si quis gladio interficit, gladio interficietur. Hic est sapientia et fides sanctorum.

Et vidi aliam bestiam ascendentem de terra, habentem cornua duo similia agni, et loquebatur sicut draco. Et potestatem prioris bestiae facit coram illa. Et facit terram et eos qui habitant in illa ut adorent bestiam primam cuius curata est plaga mortis eius. Et fecit signa magna ut etiam ignem de caelo faceret descendere in terram coram hominibus. Et seducit habitantes in terra propter signa quae data sunt illi facere coram bestia, dicens habitantibus in terra ut faciant imaginem bestiae quae habet plagam gladii et vixit. Et datum est illi ut daret spiritum imagini bestiae et ut loquatur imago bestiae, et faciat ut quicumque non adoraverint imaginem bestiae occidantur. Et faciet omnes pusillos ac magnos et divites et pauperes et liberos et servos, ut det sibi invicem caracterem in manu sua dextera aut in frontibus suis, et ut nemo possit emere aut vendere nisi qui habet caracterem aut nomen bestiae aut numerum nominis eius. Hic est sapientia. Qui habet intellectum computet numerum bestiae. Numerus enim hominis est, et numerus eius est sexcenti sexaginta sex.

Vidi supra montem Syon agnum stantem et cum illo c xl iiii milia habentes nomen eius et nomen patris eius scriptum in frontibus suis. Et audivi vocem de caelo tamquam vocem aquarum multarum et tamquam vocem tonitrui magni. Et vocem quam audivi sicut citharoedorum citharizantium in citharis suis. Et cantabant canticum novum ante sedem dei et ante iiii animalia et ante seniores. Et nemo poterat dicere canticum nisi illa c xl iiii milia qui empti sunt a terra. Hi sunt qui cum mulieribus non sunt coinquinati, virgines enim sunt. Hi secuntur agnum quocumque abierit. Hi empti sunt ex hominibus primitiae deo et agno, et in ore ipsorum non est inventum mendacium, sine macula sunt.

Et vidi alium angelum volantem per caelum medium habentem evangelium aeternum ut evangelizet sedentibus super terram et super omnem gentem et tribum et linguam et populum, dicens voce magna: Timete dominum et date illi honorem, quia venit hora iudicii eius, et adorate deum qui fecit caelum et terram et mare et fontes aquarum. Et alius angelus secundus secutus est dicens: Cecidit, cecidit Babilon magna, a vino irae fornicationis suae biberunt omnes gentes. Et alius angelus tertius secutus est illos dicens voce magna: Si quis adoraverit bestiam et imaginem eius et acceperit notam in fronte sua aut in manu sua, et hic bibet de vino irae dei mixto mero in calice irae ipsius, et cruciabitur igne et sulphure coram angelis sanctis et coram agno. Et fumus tormentorum eorum in saecula saeculorum ascendet, et non habet requiem die ac nocte qui adoraverunt bestiam et imaginem eius, et si quis habet notam nominis eius. Hic est patientia sanctorum qui custodiunt mandata dei et fidem Iesu.

Et audivi vocem de caelo dicentem mihi: Scribe: Beati mortui qui in domino moriuntur. Iam ex hoc utique dicit spiritus ut requiescant a laboribus suis, opera enim illorum secuntur illos. Et vidi et ecce nubes alba et supra nubem sedentem similem filio hominis, habentem in capite suo coronam auream et in manu eius falcem acutam. Et alius angelus exivit de templo clamans voce magna ad sedentem super nubem: Mitte falcem tuam et mete, quia venit hora metendi, quia aruit messis terrae. Et misit qui sedebat super nubem falcem suam in terram et messa est terra. Et alius angelus exivit de templo quod est in caelo habens et ipse falcem acutam. Et alius angelus de altare qui habet potestatem supra ignem, et clamavit voce magna ad eum qui habebat falcem acutam dicens: Mitte falcem tuam acutam et vindemia botros vineae terrae, quia maturae sunt uvae eius. Et misit angelus falcem suam in terram et vindemiavit vineam terrae et misit in lacum irae dei magnum. Et calcatus est lacus a foris extra civitatem. Et exivit sanguis de lacu usque ad frenos equorum a stadiis mille quingentis.

Et vidi aliud signum in caelo magnum et mirabile, angelos septem habentes plagas septem novissimas, quia in illis consummata est ira dei. Et vidi tamquam mare vitreum mixtum igni, et eos qui vicerunt bestiam et imaginem illius et numerum nominis eius stantes super mare vitreum habentes citharas dei, et cantant canticum Moysi servi dei et canticum agni dicentes: Magna et mirabilia opera tua domine deus omnipotens, iustae et verae viae tuae rex gentium. Quis non timebit et magnificabit nomen tuum? Quia tu solus sanctus es, quia omnes gentes venient et adorabunt ante te, quoniam iustificationes tuae manifestatae sunt.

Et post haec vidi et apertum est templum tabernaculi testimonii in caelo, et exierunt septem angeli habentes septem plagas de templo vestiti lintheamen mundum et splendidum et praecincti circa pectora zonas aureas. Et unum de iiii animalibus dedit septem angelis septem fialas aureas plenas ira dei viventis in saecula saeculorum. Et impletum est templum dei fumo a maiestate dei et a virtute eius. Et nemo poterat intrare in templum donec consummarentur septem plagae angelorum. Et audivi vocem magnam de templo dicentem septem angelis: Ite, effundite fialas septem irae dei in terram. Et abiit primus et effudit fialam suam in terram. Et factum est vulnus magnum et pessimum in homines qui habent notam bestiae et qui adorant imaginem eius. Et secundus effudit fialam suam in mare, et factum est mare sanguis sicut mortui, et omnis anima viva mortua est in mari. Et tertius effudit fialam suam in flumina et fontes aquarum, et facti sunt sanguis. Et audivi angelum aquarum dicentem: Iustus es qui es et qui eras sanctus, quia haec iudicasti, quia sanguinem sanctorum et prophetarum effuderunt, et sanguinem eis dedisti bibere, digni enim sunt. Et audivi alterum dicentem: Etiam domine deus omnipotens, vera et iusta iudicia tua. Et quartus effudit fialam suam in solem, et datum est illi aestu afficere homines in igne. Et aestuaverunt aestu magno homines et blasphemaverunt nomen dei qui habet potestatem super has plagas, et non egerunt paenitentiam dare illi gloriam.

277.

Et quintus effudit fialam suam super sedem bestiae, et factum est regnum eius obscuratum, et commanducabant linguas suas prae dolore, et blasphemabant deum caeli de doloribus suis et de ulceribus suis, et non egerunt paenitentiam.

Et sextus angelus effudit fialam suam in flumen magnum Eufraten, et siccavit aquam eius ut pararetur via regibus a solis ortu. Et vidi de ore draconis et de ore bestiae et de ore pseudoprophetae spiritus immundos sicut ranas. Sunt enim spiritus daemoniorum facientes signa, et procedunt ad reges orbis terrae congregare illos ad bellum diei magni dei omnipotentis. Ecce venio sicut fur. Beatus qui vigilat et custodit vestimenta sua, ne nudus ambulet et videant turpitudinem eius. Et congregavit illos in locum qui vocatur hebraice Ermagedo. Et septimus angelus effudit fialam suam in aera, et exivit vox magna de caelo dicens: Factum est. Et facta sunt fulgura et voces et tonitrua, et terraemotus factus est magnus, qualis non est factus ex quo homines fuerunt super terram, talis terraemotus sic magnus. Et facta est civitas magna in tres partes, et civitates gentium ceciderunt. Et Babilon magna memoriae fuit ante deum dare illi calicem vini indignationis irae eius. Et omnis insula fugit et montes non sunt inventi. Et grando magna sicut talentum descendit de caelo in homines, et blasphemaverunt homines deum a plaga grandinis, quia magna est plaga eius vehementer.

Et venit unus de septem angelis qui habebat septem fialas et locutus est mecum dicens: Veni, ostendam tibi iudicium meretricis magnae quae sedet super aquas multas, cum qua fornicati sunt reges terrae, et inebriati sunt qui inhabitant terram de vino prostitutionis eius. Et tulit me in desertum in spiritu. Et vidi mulierem sedentem super bestiam coccineam plenam nominibus blasphemiae, habentem capita septem et cornua x. Et mulier amicta erat purpura et coccino et inaurata auro et lapide pretioso et margaritis, habens calicem aureum in manu sua plenum abhominationibus et immunditiis terrae, et in fronte eius nomen scriptum: Mysterium Babilon magna mater abhominationum terrae.

Et vidi mulierem ebriam de sanguine sanctorum et de sanguine martyrum Iesu. Et miratus sum cum vidissem illam admiratione magna. Et dixit mihi angelus: Quare miraris? Ego dicam tibi mysterium mulieris et bestiae quae portat eam, quae habet septem capita et x cornua. Bestia quam vidisti erat et non est, et ascensura est de abysso et in interitum ibit. Et mirabuntur qui habitant super terram, quorum nomina non sunt scripta in libro vitae a constitutione mundi, videntes bestiam quae erat et non est et adveniet. Hic est sensus qui habet sapientiam. Septem capita vii montes sunt, ubi mulier sedet super illos. Et reges vii sunt: quinque ceciderunt, unus est, alius nondum venit. Et cum venerit, modicum oportet illum manere. Et bestia

que erat et non est, et ipse octavus est, et de septem est, et in interitum vadit. Et X cornua que vidisti, X reges sunt qui regnum nondum acceperunt, sed potestatem tamquam reges una hora accipient cum bestia. Hi unum consilium habent, et virtutem et potestatem suam bestie dant. Hi cum agno pugnabunt, et agnus vincet eos quia dominus dominorum est et rex regum, et qui cum illo sunt electi et fideles. Et dicit michi: Aque quas vidisti ubi meretrix sedet, populi et turbe sunt et gentes et lingue. Et X cornua que vidisti et bestiam, hi odient meretricem, et desolatam facient illam et nudam, et carnes eius manducabunt, et ipsam igne comburent. Deus enim dedit in corda eorum ut faciant consilium eius, ut dent regnum suum bestie, donec consummentur verba Dei. Et mulier quam vidisti est civitas magna, que habet regnum super reges terre.

Post hec vidi alium angelum descendentem de celo habentem potestatem magnam. Et terra illuminata est a gloria eius. Et clamavit voce magna et forti dicens: Cecidit cecidit Babilon magna, et facta est habitatio demoniorum, et carcer omnis spiritus immundi et odibilis, et carcer omnis avis immunde et odibilis, et carcer omnis bestie immunde et odibilis, quia de ira vini fornicationis eius biberunt omnes gentes, et reges terre cum illa fornicati sunt. Et mercatores terre de virtute deliciarum eius divites facti sunt. Et audivi aliam vocem de celo dicentem: Exite de illa populus meus, ut non communicetis peccatis eius, et de plagis eius non accipiatis, quia pervenerunt peccata eius usque ad celum, et memoratus est Deus iniquitatum eius. Reddite ei sicut et ipsa reddidit vobis, et duplicate duplum secundum opera eius; in calice quo miscuit miscete illi duplum. Quantum glorificavit se et in deliciis fuit, tantum date tormentum et luctum, quia in corde suo dicit: Sedeo regina et vidua non sum, et luctum non videbo. Ideo in una die venient plage eius, mors et luctus et fames, et igne comburetur, quia fortis est dominus Deus qui iudicabit illam. Et flebunt et plangent se super illam reges terre qui cum ipsa fornicati sunt et in deliciis vixerunt, cum viderint fumum incendii eius, a longe stantes propter timorem tormentorum ipsius, dicentes: Ve ve civitas magna Babilon civitas fortis, quoniam una hora venit iudicium tuum. Et mercatores terre flent et lugent super illam, quoniam merces eorum nemo emit amplius, mercem auri et argenti et lapidis pretiosi et margaritarum, et byssi et purpure et serici et cocci, et omne lignum thyinum, et omnia vasa ligni, et omne vas eburneum pretiosum ex eramento et ferro et marmore, et cinnamomum et amomum et incensum et unguentum et thus et vinum et oleum et similaginem et triticum et iumenta et oves et equorum et redarum et corporum et animas hominum. Et poma desiderii anime tue discesserunt a te, et omnia pinguia et splendida perierunt a te, et amplius illa iam non invenies. Mercatores horum qui divites facti sunt, longe stabunt ab ea propter timorem tormentorum eius, flentes ac lugentes dicentes: Ve ve civitas magna que amicta erat bysso et purpura et cocco, et deaurata est auro et lapide pretioso et margaritis, quoniam in hac hora desolate sunt tante divitie. Et omnis gubernator et omnis qui in illum locum navigat, et naute et quicumque in mari operantur a longe steterunt, et clamaverunt videntes fumum incendii eius dicentes: Que similis huic civitati magne? Et miserunt pulverem super capita sua. Et clamabant flentes et lugentes, dicentes: Ve ve civitas magna, in qua divites facti sunt omnes qui habent naves de mari, de pretiis eius, quoniam una hora desolata est. Exulta super illam celum et sancti apostoli et prophete, quoniam iudicavit Deus iudicium vestrum de illa.

Et sustulit unus angelus fortis lapidem tamquam molam magnam et misit in mare dicens: Hoc impetu mittetur Babilon magna civitas, et ultra iam non invenietur. Et vox citharedorum et musicorum et tibia canentium et tuba non audietur in te amplius. Et omnis artifex omnis artis non invenietur in te amplius, et vox mole non audietur in te amplius, et lux lucerne non lucebit tibi adhuc. Et vox sponsi et sponse non audietur in te amplius, quia mercatores tui erant principes terre, quia in veneficiis tuis erraverunt omnes gentes, et in ea sanguis prophetarum et sanctorum inventus est, et omnium qui interfecti sunt super terram.

Post hec audivi vocem magnam turbe multe in celo dicentium: Alleluia. Salus et virtus et gloria Deo nostro, quia vera et iusta iudicia eius sunt, quia iudicavit de meretrice magna que corrupit terram in prostitutione sua, et vindicavit sanguinem servorum suorum de manu eius. Et iterum dixerunt: Alleluia. Et fumus illius ascendit in secula seculorum. Et ceciderunt XXIIII seniores et IIII animalia et adoraverunt Deum sedentem in throno dicentes: Amen, alleluia. Et vox de throno exivit dicens: Laudem dicite Deo nostro omnes servi eius, et qui timetis eum pusilli et magni. Et audivi vocem turbe multe, et sicut vocem aquarum multarum, et sicut vocem tonitruum fortium dicentium alleluia, quia regnavit dominus Deus noster. Gaudeamus et exultemus et demus ei honorem quia venerunt nuptie agni et sponsa eius preparavit se. Et datum est illi ut cooperiat se byssino splendenti mundo. Byssinum enim iustificationes sunt sanctorum. Et dicit michi: Scribe, beati qui ad cenam nuptiarum agni vocati sunt. Et dicit michi: Hec verba vera Dei sunt. Et cecidi ante pedes eius ut adorarem eum. Et dicit michi: Vide ne feceris, conservus tuus sum et fratrum tuorum habentium testimonium Ihesu. Deum adora. Testimonium enim Ihesu est spiritus prophetie.

Et vidi celum apertum, et ecce equus albus, et qui sedebat super illum vocabatur Fidelis et Verax, et cum iustitia iudicat et pugnat. Oculi autem eius sicut flamma ignis, et in capite eius diademata multa, habens nomen scriptum quod nemo novit nisi ipse. Et vestitus erat veste aspersa sanguine, et vocatur nomen eius Verbum Dei. Et exercitus qui sunt in celo sequebantur eum in equis albis vestiti byssinum album et mundum. Et de ore ipsius procedit gladius acutus, ut in ipso percutiat gentes. Et ipse reget eos in virga ferrea. Et ipse calcat torcular vini furoris ire Dei omnipotentis. Et habet in vestimento et in femore suo scriptum: Rex regum et dominus dominantium.

Et vidi unum angelum stantem in sole, et clamavit voce magna dicens omnibus avibus que volabant per medium celi: Venite congregamini ad cenam magnam Dei, ut manducetis carnes regum et carnes tribunorum et carnes fortium et carnes equorum et sedentium in ipsis, et carnes omnium liberorum et servorum et pusillorum et magnorum. Et vidi bestiam et reges terre et exercitus eorum congregatos ad faciendum bellum cum illo qui sedebat in equo, et cum exercitu eius. Et capta est bestia et qui cum illa erat pseudopropheta, qui fecit signa coram ipso, quibus seduxit eos qui acceperunt notam bestie, et qui adoraverunt imaginem eius. Vivi missi sunt hi duo in stagnum ignis ardentis et sulphuris. Et ceteri occisi sunt in gladio sedentis super equum qui procedit de ore eius, et omnes aves saturate sunt carnibus eorum.

Et vidi angelum descendentem de celo habentem clavem abyssi et catenam magnam in manu sua. Et tenuit draconem serpentem antiquum qui est diabolus et satanas, et alligavit eum per annos mille. Et misit eum in abyssum et clausit et signavit super eum, ut non seducat amplius gentes donec consummentur mille anni. Post hec oportet illum solvi modico tempore. Et vidi sedes et sederunt super eas, et iudicium datum est illis, et animas occisorum propter testimonium Ihesu et propter verbum Dei, et qui non adoraverunt bestiam neque imaginem eius, neque acceperunt notam in frontibus et in manibus suis. Et vixerunt et regnaverunt cum Christo mille annis. Et ceteri mortuorum non vixerunt, donec consummati sunt mille anni. Hec est resurrectio prima. Beatus et sanctus qui habet partem in resurrectione prima. In his secunda mors non habet potestatem, sed erunt sacerdotes Dei et Christi, et regnabunt cum illo mille annos. Et cum consummati fuerint mille anni, solvetur satanas de carcere suo et exiet et seducet gentes que sunt in quattuor angulis terre, Gog et Magog. Et congregabit illos in prelium, quorum numerus est sicut arena maris. Et ascenderunt super latitudinem terre, et circuierunt castra sanctorum et civitatem dilectam. Et descendit ignis de celo a Deo et devoravit illos. Et diabolus qui seducebat eos missus est in stagnum ignis et sulphuris, ubi et bestia et pseudopropheta, et cruciabuntur die ac nocte in secula seculorum.

Et vidi sedem magnam candidam et eum qui sedebat super eam, a cuius aspectu fugit terra et celum, et locus non est inventus eis. Et vidi mortuos maiores et minores stantes ante sedem, et libri aperti sunt, et alius liber apertus est, qui est vite, et iudicati sunt mortui ex his que scripta erant in libris secundum opera sua. Et dedit mare mortuos qui in eo erant, et mors et infernus dederunt mortuos suos qui in ipsis erant. Et iudicati sunt singuli secundum opera sua. Et infernus et mors missi sunt in stagnum ignis. Hec est mors secunda, stagnum ignis. Et si quis non est inventus in libro vite scriptus, missus est in stagnum ignis.

Et vidi celum novum et terram novam. Primum enim celum et prima terra abiit, et mare iam non est. Et ego Iohannes vidi civitatem sanctam Hierusalem novam descendentem de celo, a Deo paratam sicut sponsam ornatam viro suo. Et audivi vocem de celo dicentem: Ecce tabernaculum Dei cum hominibus, et habitabit cum illis. Et erunt populus eius, et ipse Deus cum illis erit, et delebit omnem lacrimam ab oculis eorum, et mors ultra non erit, neque luctus neque clamor, neque dolor erit amplius, que prima enim abierunt. Et dixit qui sedebat in sede: Ecce nova facio omnia. Et dicit: Scribe quia hec verba fidelia et vera sunt. Et dixit michi: Factum est. Ego sum alpha et omega, initium et finis. Ego sitienti dabo de fonte aque vive gratis. Qui vicerit possidebit hec, et ero illi Deus, et ipse erit michi filius. Timidis autem et infidelibus et abhominabilibus et homicidis et veneficis et ydolatris et omnibus mendacibus pars eorum in stagno ardenti igne et sulphure, quod est mors secunda.

Et venit unus de septem angelis habentibus phialas plenas VII plagis novissimis, et locutus est mecum dicens: Veni ostendam tibi sponsam uxorem agni. Et sustulit me in spiritu in montem magnum et altum, et ostendit michi civitatem sanctam Hierusalem descendentem de celo a Deo, habentem claritatem Dei. Lumen eius simile lapidi pretioso tamquam lapidi iaspidis, sicut cristallum. Habens murum magnum et altum, habens portas XII, et in portis angelos XII, et nomina scripta que sunt nomina XII tribuum filiorum Israel. Ab oriente porte III, et ab aquilone porte III, et ab austro porte III, et ab occidente porte III. Et murus civitatis habens fundamenta XII, et in ipsis XII nomina XII apostolorum agni. Et qui loquebatur mecum habebat mensuram harundinem auream ut metiretur civitatem et portas eius et murum eius. Et civitas quadrata posita est, et longitudo eius tanta est quanta et latitudo. Et mensus est civitatem de harundine per stadia XII milia. Longitudo et latitudo et altitudo equalia sunt. Et mensus est murum eius centum quadraginta quattuor cubitorum, mensura hominis que est angeli. Et erat structura muri eius ex iaspide, ipsa vero civitas aurum mundum simile vitro mundo. Fundamenta muri civitatis omni lapide pretioso ornata. Fundamentum primum iaspis, secundum sapphirus, tertium calcedonius, quartum zmaragdus, quintum sardonix, sextum sardius, septimum crisolitus, octavum berillus, nonum topazius, decimum crisoprassus, undecimum iacinctus, duodecimum amethystus. Et XII porte XII margarite sunt per singulas, et singule porte erant ex singulis margaritis. Et platea civitatis aurum mundum tamquam vitrum perlucidum. Et templum non vidi in ea. Dominus enim Deus omnipotens templum illius est et agnus. Et civitas non eget sole neque luna ut luceant in ea, nam claritas Dei illuminavit eam, et lucerna eius est agnus. Et ambulabunt gentes per lumen eius, et reges terre afferent gloriam suam in illam. Et porte eius non claudentur per diem, nox enim non erit illic. Et afferent gloriam et honorem gentium in illam. Nec intrabit in ea aliquid coinquinatum et faciens abhominationem et mendacium, nisi qui scripti sunt in libro vite agni. Et ostendit michi flumen aque vive splendidum tamquam cristallum, procedentem de sede Dei et agni. In medio platee eius et ex utraque parte fluminis lignum vite, afferens fructus duodecim per singulos menses reddens fructum suum, et folia ligni ad sanitatem gentium. Et omne maledictum non erit amplius, et sedes Dei et agni in illa erit, et servi eius servient ei, et videbunt faciem eius, et nomen eius in frontibus eorum. Et nox ultra non erit, et non egebunt lumine lucerne neque lumine solis, quia dominus Deus illuminat illos, et regnabunt in secula seculorum. Et dixit michi: Hec verba fidelia et vera sunt. Et dominus Deus spirituum prophetarum misit angelum suum ostendere servis suis que oportet fieri cito. Et ecce venio velociter. Beatus qui custodit verba prophetie libri huius.

Et ego Iohannes qui audivi et vidi hec. Et postquam audivi et vidi, cecidi ut adorarem ante pedes angeli qui michi hec ostendebat. Et dicit michi: Vide ne feceris, conservus enim tuus sum et fratrum tuorum prophetarum, et eorum qui servant verba libri huius. Deum adora. Et dicit michi: Ne signaveris verba prophetie libri huius; tempus enim prope est. Qui nocet noceat adhuc, et qui in sordibus est sordescat adhuc, et qui iustus est iustitiam faciat adhuc, et sanctus sanctificetur adhuc. Ecce venio cito, et merces mea mecum, ut reddam singulis secundum opera sua. Ego sum alpha et omega, primus et novissimus, initium et finis. Beati qui faciunt mandata eius, ut sit potestas eorum in ligno vite, et per portas intrent in civitatem. Foris canes et venefici et impudici et homicide et ydolis servientes, et omnis qui facit et amat mendacium. Ego Ihesus misi angelum meum testificari vobis hec in ecclesiis. Ego sum radix et genus David, stella splendida et matutina. Et spiritus et sponsa dicunt: Veni. Et qui audit dicat: Veni. Et qui sitit veniat, qui vult accipiat aquam vite gratis. Contestor ego omni audienti verba prophetie libri huius. Si quis apposuerit ad hec, apponet Deus super illum plagas que scripte sunt in libro hoc. Et si quis deminuerit de verbis libri huius, auferet Deus partem eius de libro vite et de civitate sancta, et de his que scripta sunt in hoc libro. Dicit qui testimonium perhibet horum: Etiam venio cito. Veni domine Ihesu. Gratia domini nostri Ihesu Christi cum omnibus sanctis.

EXPLICIT REVELATIO IOHANNIS APOSTOLI

INCP PLOGUS I EPLA SANCTI PAULI AP

PRIMUM QUERITUR QUARE post evangelia que supplementum sunt legis. & in quib; nob exempla & precepta vivendi plenissime digesta sunt. voluerit apls has epistolas ad singulas ecclias destinare. Hoc autem causa factum esse videtur. ut scilicet initio nascentis ecclie. novis causis existentib; communiret. & ut presentia & orientia resecaret & post futuras excluderet questiones exemplo prophetarum. qui post editam legem moysi in qua omnia mandata dei legebantur. nichilominus tamen doctrina sua rediviva semper ipsi compressere peccata. & propter exemplum vivendi libros ad nostram etiam memoriam transmiserunt. Quaeritur etiam cur non amplius quam decem eplas ad ecclias scripserit. Decem sunt enim cum illa que ad hebreos dicitur. Nam reliquae iiii. ad discipulos specialiter sunt porrecte. ut ostenderet novum a veteri testamentum non discrepare. & se contra legem non facere moysi. Ad numerum primorum decalogi mandatorum suas eplas ordinavit. & quot ille preceptis instituit a pharaone liberatos. tot hic eplis a diaboli & ydolatrie servitute edocet acquisitos. Nam & duas tabulas lapideas duorum testamentorum figuram habuisse viri eruditissimi tradiderunt. Epistolam sane que ad hebreos scribitur. quidam pauli non esse contendunt. eo quod non sit nomine eius titulata. & propter sermonis stilique distantiam. sed aut barnabe iuxta tertullianum. aut luce iuxta quosdam. vel certe clementis discipuli apostolorum & episcopi romane ecclie post apostolos ordinati. Quib; respondendum est. si propterea pauli non erit quia eius non habet nomen. ergo nec alicuius erit. quia nullius nomine titulatur. Quod si absurdum est. ipsius magis esse credenda est. que tanto doctrine sue fulget eloquio. Sed quia apud hebreorum ecclias quasi destructor legis falsa suspicione habebatur. voluit tacito nomine de figuris legis & veritate xpi reddere rationem. ne odium nominis fronte prelati utilitatem excluderet lectionis. Non est sane mirum si eloquentior videatur in proprio. id est in hebreo quam in peregrino. id est grecco. quo cetere eple sunt scripte sermone. Movet autem quosdam quare romanorum epla in primo sit posita. cum eam non primam scriptam ratio manifestet. Nam hanc proficiscens hierosolimam scripsisse se testatur. cum corinthios & alios iam ut ministerium quod secum portaturus erat colligerent. litteris ad hortatus sit. Unde & intelligi quidam volunt. ita omnes eplas ordinatas ut prima poneretur quamvis posterior erat destinata. ut per singulas eplas gradib; ad perfectiora veniret. Romanorum namque plerique tam rudes erant. ut intelligerent non dei se gratia sed suis se meritis esse salvatos. & ob hoc duo inter se populi confligerent. Idcirco illos indigere asserit confirmari. vitia gentilitatis priora commemorans. Corinthiis & dicit. scientie gratiam esse. & non tamen omnes increpat quam cur peccantes non increpaverint reprehendit. sic ait id est apls. Auditur inter vos fornicatio. & iterum. Congregatis vob cum meo spiritu tradere huiusmodi hominem sathane in interitum. In secunda vero laudantur. & ut magis ac magis proficiant admonentur. Galathe vero iam nullius criminis arguuntur nisi hoc tantum quod callidissimis pseudoprophetis crediderunt. Ephesii sane nulla reprehensione sed multa laude digni sunt. quia fidem apostolicam servaverunt. Philippenses etiam multo magis collaudantur. qui nec audire falsos apostolos voluerunt. Thessalonicenses nichilominus in duab; eplis omni laude prosequitur. eo quod non solum fidem inconcussam servaverint. verum etiam & in persecutione civium fuerint constantes inventi. Colossenses autem tales erant. ut cum ab apostolo visi corporaliter non fuissent. hac laude digni haberentur. & si corpore quidem absens sum. sed spiritu vobiscum sum. gaudens & videns ordinem vestrum. De hebreis vero quid dicendum est. quorum thessalonicenses qui plurimum laudantur imitatores facti esse dicuntur sicut ipse ait. Et vos fratres imitatores facti estis ecclesiarum dei que sunt in iudea. Eadem enim passi estis & vos a contribulib; vestris que & illi a iudeis. Apud ipsos quoque hebreos eadem commemorat dicens. Nam & vinctis compassi estis. & rapinam bonorum vestrorum cum gaudio suscepistis. cognoscentes vos habere meliorem & manentem substantiam.

ROMANI SUNT QUI EX IUDEIS ET gentilib; crediderunt. Hi superba contentione volebant se alterutrum superponere. Nam iudei dicebant. Nos sumus populus dei. quos ab initio dilexit & fovit. Nos circumcisi ex genere abraham ex stirpe sancta descendimus. & notus est prius apud iudeam tantum deus. Nos ab egypto signis dei & virtutib; liberati. mare sicco pertransivimus pede. cum inimicos nostros gravissimi fluctus involverent. Nob pluit manna dominus in deserto. & quasi filiis suis celeste pabulum ministravit. Nos die noctuque in columna nubis & ignis precessit. & nob in invio iter ostenderet. atque ut cetera eius immensa circa nos beneficia taceam. nos soli digni fuimus legem dei accipere. & vocem dei loquentis audire. eiusque cognoscere voluntatem. In qua lege promissus est xpc. ad quos & & ipse testatur esse venisse se dicens. Non veni nisi ad oves que perierant domus israel. cum vos canes potius quam homines appellaverit. Equum ergo non est ut hodie ydola deserentes quib; ab initio deservistis nob comparemini. & non potius in proselitorum locum ex legis auctoritate & consuetudine deputemini. Et hoc ipsum non merebamini. nisi quia larga dei semper misericordia voluit vos ad nostram imitationem admittere.

GENTES E CONTRARIO ISTA RESPONdebant. Quanto maiora erga vos dei beneficia narraveritis. tanto maioris vos criminis reos esse monstrabitis. semper enim hiis omnib; extitistis ingrati. Namque ipsis pedib; quib; mare aridum transistis. ludebatis ante ydola que fecistis. & ipsa ore quo paulo ante ob necem adversariorum domino cantaveratis simulachra vob fieri poposcistis. Illis oculis quib; dominum in igne vel nube inspicere solebatis simulachra intuebamini. manna quoque vob fastidio fuit. & semper in deserto contra dominum murmurastis. ad egyptum unde vos [illegible] manu eiecerit redire cupientes. Quid plura. [illegible] provocatione dominum irritaverunt. ut omnes in heremo morerentur. nec plus ex eorum numero quam duo homines terram promissionis intrarent. Sed quid antiqua replicam cum & si [illegible] fecissetis. tamen non solo vos nemo dignos venia iudicaret quod dominum xpm prophetarum vob semper vocib; repromissum non solum suscipere noluistis. sed & morte pessima peremistis. quem nos ut cognovimus statim credidimus. cum nob de eo ante non fuerit predicatum. Unde probatur quod ydolis serviebamus non obstinationis mentis sed ignorantie. Et qui cum illo sequimur. olim utique sequeremur si [illegible] nossemus. Si vestram nobilitatem iactatis. filii non morum imitatio magis quam carnalis nativitas filios vos facere esse

stirpe. denique esau & ysmahel cum ex abrahe stirpe sint. minime tamen in filios reputantur. His taliter altercantib; apls se medium interponens. ita partium dirimit questiones. ut neutrum eorum sua iusticia salutem meruisse confirmet. ambos vero populos & scienter & graviter deliquisse. iudeos quidem per prevaricationem legis dominum inhonoraverunt. gentes vero quod cognitum de creatura creatorem ut deum debuerunt venerari. gloriam eius in manufacta mutaverunt simulachra. utrosque & similiter veniam consecutos equales esse verissima ratione demonstrat. presertim cum in eadem lege predictum & iudeos & gentes ad xpi fidem vocandos ostendit. Quam obrem vicissim eos humilians. & ad pacem & concordiam cohortatur. Explicit argumentum.

Romani sunt partes Italie. Hi preventi sunt a falsis apostolis. & sub nomine domini nostri ihu xpi in legem & prophetas erant inducti. Hos revocat apls ad veram evangelicam fidem scribens eis a corintho.

PAULUS I
SERVUS IHU XPI
VOCATUS APLS
SEGREGATUS I
EVGLM DI QUOD
ANTE PROMISER
AT PER PPHAS SUOS
IN SCRIPTURIS SCIS
DE FILIO SUO QUI
FACTUS EST EI
EX SEMINE DAVID
SCDM CARNEM
QUI PDESTINATUS E
FILIUS DI IN VIRTUTE
SCDM SPM SCIFI
CATIONIS EX RE
SURRECCIONE
MORTUORUM IHU X
PER QUEM ACCEPIM
GRAM ET APLATUM
AD OBEDIENDUM
FIDEI IN OMNIBUS
GENTIB; PRO NOIE EI

Epła pauli ad roma[illegible]

in quibus estis et vos vocati Iesu Christi domini nostri. omnibus qui sunt Romae in dilectione dei vocatis sanctis. gratia vobis et pax a deo patre nostro et domino Iesu Christo. Primum quidem gratias ago deo meo per Iesum Christum pro omnibus vobis quia fides vestra adnuntiatur in universo mundo. Testis enim mihi est deus cui servio in spiritu meo in evangelio filii eius quod sine intermissione memoriam vestri facio semper in orationibus meis. obsecrans si quomodo tandem aliquando prosperum iter habeam in voluntate dei veniendi ad vos. desidero enim videre vos ut aliquid inpertiar gratiae vobis spiritalis ad confirmandos vos. id est simul consolari in vobis per eam quae invicem est fidem vestram atque meam. Nolo autem vos ignorare fratres quia saepe proposui venire ad vos et prohibitus sum usque adhuc ut aliquem fructum habeam in vobis sicut et in ceteris gentibus. Graecis ac barbaris sapientibus et insipientibus debitor sum. ita quod in me promptum est et vobis qui Romae estis evangelizare. non enim erubesco evangelium. virtus enim dei est in salutem omni credenti Iudaeo primum et Graeco. Iustitia enim dei in eo revelatur ex fide in fidem sicut scriptum est. iustus autem ex fide vivit. Revelatur enim ira dei de caelo super omnem impietatem et iniustitiam hominum eorum qui veritatem in iniustitia detinent. quia quod notum est dei manifestum est in illis. Invisibilia enim ipsius a creatura mundi per ea quae facta sunt intellecta conspiciuntur. Sempiterna quoque eius virtus et divinitas ut sint inexcusabiles. quia cum cognovissent deum non sicut deum glorificaverunt aut gratias egerunt sed evanuerunt in cogitationibus suis et obscuratum est insipiens cor eorum. Dicentes enim se esse sapientes stulti facti sunt et mutaverunt gloriam incorruptibilis dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis et volucrum et quadrupedum et serpentium. Propter quod tradidit illos deus in desideria cordis eorum in inmunditiam ut contumeliis adficiant corpora sua in semet ipsis. qui commutaverunt veritatem dei in mendacium et coluerunt et servierunt creaturae potius quam creatori qui est benedictus in saecula amen. Propterea tradidit illos deus in passiones ignominiae. nam feminae eorum inmutaverunt naturalem usum in eum usum qui est contra naturam. similiter autem et masculi relicto naturali usu feminae exarserunt in desideriis suis in invicem masculi in masculos turpitudinem operantes et mercedem quam oportuit erroris sui in semet ipsis recipientes. Et sicut non probaverunt deum habere in notitia tradidit illos deus in reprobum sensum ut faciant quae non conveniunt. repletos omni iniquitate malitia avaritia fornicatione nequitia plenos invidia homicidio contentione dolo malignitate susurrones detractores deo odibiles contumeliosos superbos elatos inventores malorum parentibus non oboedientes insipientes inconpositos sine affectione absque foedere sine misericordia. Qui cum iustitiam dei cognovissent non intellexerunt quoniam qui talia agunt digni sunt morte non solum qui faciunt ea sed et qui consentiunt facientibus.

Propter quod inexcusabilis es o homo omnis qui iudicas. in quo enim iudicas alterum te ipsum condemnas. eadem enim agis qui iudicas. Scimus enim quoniam iudicium dei est secundum veritatem in eos qui talia agunt. Existimas autem hoc o homo qui iudicas eos qui talia agunt et facis ea quia tu effugies iudicium dei. An divitias bonitatis eius et patientiae et longanimitatis contemnis. ignorans quoniam benignitas dei ad paenitentiam te adducit. secundum duritiam autem tuam et inpaenitens cor thesaurizas tibi iram in die irae et revelationis iusti iudicii dei. qui reddet unicuique secundum opera eius. his quidem qui secundum patientiam boni operis gloriam et honorem et incorruptionem quaerentibus vitam aeternam. his autem qui sunt ex contentione et qui non adquiescunt veritati credunt autem iniquitati ira et indignatio. tribulatio et angustia in omnem animam hominis operantis malum Iudaei primum et Graeci. Gloria autem et honor et pax omni operanti bonum Iudaeo primum et Graeco. Non est enim personarum acceptio apud deum. Quicumque enim sine lege peccaverunt sine lege et peribunt. et quicumque in lege peccaverunt per legem iudicabuntur. Non enim auditores legis iusti sunt apud deum sed factores legis iustificabuntur. Cum enim gentes quae legem non habent naturaliter ea quae legis sunt faciunt eiusmodi legem non habentes ipsi sibi sunt lex. qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis testimonium reddente illis conscientia ipsorum et inter se invicem cogitationum accusantium aut etiam defendentium. in die cum iudicabit deus occulta hominum secundum evangelium meum per Iesum Christum. Si autem tu Iudaeus cognominaris et requiescis in lege et gloriaris in deo et nosti voluntatem eius et probas utiliora instructus per legem. confidis te ipsum ducem esse caecorum lumen eorum qui in tenebris sunt. eruditorem insipientium magistrum infantium habentem formam scientiae et veritatis in lege. Qui ergo alium doces te ipsum non doces. qui praedicas non furandum furaris. qui dicis non moechandum moecharis. qui abominaris idola sacrilegium facis. qui in lege gloriaris per praevaricationem legis deum inhonoras. Nomen enim dei per vos blasphematur inter gentes sicut scriptum est. Circumcisio quidem prodest si legem observes. si autem praevaricator legis sis circumcisio tua praeputium facta est. Si igitur praeputium iustitias legis custodiat nonne praeputium illius in circumcisionem reputabitur. et iudicabit quod ex natura est praeputium legem consummans te qui per litteram et circumcisionem praevaricator legis es. Non enim qui in manifesto Iudaeus est neque quae in manifesto in carne circumcisio. sed qui in abscondito Iudaeus et circumcisio cordis in spiritu non littera. cuius laus non ex hominibus sed ex deo est.

Quid ergo amplius Iudaeo est aut quae utilitas circumcisionis. Multum per omnem modum. primum quidem quia credita sunt illis eloquia dei. Quid enim si quidam illorum non crediderunt. numquid incredulitas illorum fidem dei evacuabit. Absit. est autem deus verax omnis autem homo mendax sicut scriptum est. ut iustificeris in sermonibus tuis et vincas cum iudicaris. Si autem iniquitas nostra iustitiam dei commendat quid dicemus. numquid iniquus deus qui infert iram. secundum hominem dico. Absit. alioquin quomodo iudicabit deus mundum. Si enim veritas dei in meo mendacio abundavit in gloriam ipsius quid adhuc et ego tamquam peccator iudicor. et non sicut blasphemamur et sicut aiunt nos quidam dicere. faciamus mala ut veniant bona. quorum damnatio iusta est. Quid ergo praecellimus eos. Nequaquam. Causati enim sumus Iudaeos et Graecos omnes sub peccato esse sicut scriptum est. quia non est iustus quisquam non est intellegens non est requirens deum. Omnes declinaverunt simul inutiles facti sunt. non est qui faciat bonum non est usque ad unum. Sepulchrum patens est guttur eorum linguis suis dolose agebant. venenum aspidum sub labiis eorum. quorum os maledictione et amaritudine plenum est. veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem. contritio et infelicitas in viis eorum. et viam pacis non cognoverunt. non est timor dei ante oculos eorum.

Scimus autem quoniam quaecumque lex loquitur his qui in lege sunt loquitur ut omne os obstruatur et subditus fiat omnis mundus deo. quia ex operibus legis non iustificabitur omnis caro coram illo. Per legem enim cognitio peccati. Nunc autem sine lege iustitia dei manifestata est testificata a lege et prophetis. iustitia autem dei per fidem Iesu Christi in omnes et super omnes qui credunt. Non enim est distinctio. Omnes enim peccaverunt et egent gloria dei. iustificati gratis per gratiam ipsius per redemptionem quae est in Christo Iesu. quem proposuit deus propitiatorem per fidem in sanguine ipsius ad ostensionem iustitiae suae propter remissionem praecedentium delictorum in sustentatione dei ad ostensionem iustitiae eius in hoc tempore. ut sit ipse iustus et iustificans eum qui ex fide est Iesu Christi. Ubi est ergo gloriatio tua. Exclusa est. Per quam legem. Factorum. Non. Sed per legem fidei. Arbitramur enim iustificari hominem per fidem sine operibus legis. An Iudaeorum deus tantum. Nonne et gentium. Immo et gentium. Quoniam quidem unus deus qui iustificat circumcisionem ex fide et praeputium per fidem. Legem ergo destruimus per fidem. Absit. Sed legem statuimus. Quid ergo dicemus invenisse Abraham patrem nostrum secundum carnem. Si enim Abraham ex operibus legis iustificatus est habet gloriam sed non apud deum. Quid enim scriptura dicit. Credidit Abraham deo et reputatum est illi ad iustitiam. Ei autem qui operatur merces non inputatur secundum gratiam sed secundum debitum. Ei vero qui non operatur credenti autem in eum qui iustificat impium reputabitur fides eius ad iustitiam secundum propositum gratiae dei. sicut et David dicit beatitudinem hominis cui deus accepto fert iustitiam sine operibus. Beati quorum remissae sunt iniquitates et quorum tecta sunt peccata. Beatus vir cui non inputavit dominus peccatum. Beatitudo ergo haec in circumcisione manet an etiam in praeputio. Dicimus enim quia reputata est fides Abrahae ad iustitiam. Quomodo ergo reputata est. in circumcisione an in praeputio. non in circumcisione sed in praeputio. et signum accepit circumcisionis signaculum iustitiae fidei quae est in praeputio. ut sit pater omnium credentium per praeputium ut reputetur et illis ad iustitiam. et sit pater circumcisionis non his tantum qui sunt ex circumcisione sed et his qui sectantur vestigia fidei quae est in praeputio patris nostri Abrahae. Non enim per legem promissio Abrahae aut semini eius ut heres esset mundi sed per iustitiam fidei. Si enim qui ex lege heredes sunt exinanita est fides abolita est promissio. Lex enim iram operatur. ubi enim non est lex nec praevaricatio. Ideo ex fide ut secundum gratiam firma sit promissio omni semini non ei qui ex lege est solum sed et ei qui ex fide est Abrahae qui est pater omnium nostrum. sicut scriptum est quia patrem multarum gentium posui te ante deum cui credidit qui vivificat mortuos et vocat quae non sunt tamquam ea quae sunt. Qui contra spem in spem credidit ut fieret pater multarum gentium secundum quod dictum est sic erit semen tuum. et non infirmatus est in fide nec consideravit corpus suum emortuum cum fere centum annorum esset et emortuam vulvam Sarrae. in repromissione etiam dei non haesitavit diffidentia sed confortatus est fide dans gloriam deo. plenissime sciens quia quaecumque promisit potens est et facere. Ideo et reputatum est illi ad iustitiam. Non est autem scriptum tantum propter ipsum quia reputatum est illi ad iustitiam sed et propter nos quibus reputabitur credentibus in eum qui suscitavit Iesum dominum nostrum a mortuis. qui traditus est propter delicta nostra et resurrexit propter iustificationem nostram.

Iustificati igitur ex fide pacem habeamus ad deum per dominum nostrum Iesum Christum. per quem et accessum habemus per fidem in gratiam istam in qua stamus et gloriamur in spe gloriae filiorum dei. non solum autem sed et gloriamur in tribulationibus. scientes quod tribulatio patientiam operatur. patientia autem probationem probatio vero spem. spes autem non confundit quia caritas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis. Ut quid enim Christus cum adhuc infirmi essemus secundum tempus pro impiis mortuus est. vix enim pro iusto quis moritur. nam pro bono forsitan quis et audeat mori. Commendat autem suam caritatem deus in nobis. quoniam cum adhuc peccatores essemus Christus pro nobis mortuus est. Multo igitur magis iustificati nunc in sanguine ipsius salvi erimus ab ira per ipsum. Si enim cum inimici essemus reconciliati sumus deo per mortem filii eius multo magis reconciliati salvi erimus in vita ipsius. Non solum autem sed et gloriamur in deo per dominum nostrum Iesum Christum per quem nunc reconciliationem accepimus. Propterea sicut per unum hominem in hunc mundum peccatum intravit et per peccatum mors et ita in omnes homines mors pertransiit in quo omnes peccaverunt. Usque ad legem enim peccatum erat in mundo. peccatum autem non inputabatur cum lex non esset. Sed regnavit mors ab Adam usque ad Mosen etiam in eos qui non peccaverunt in similitudinem praevaricationis Adae qui est forma futuri. Sed non sicut delictum ita et donum. si enim unius delicto multi mortui sunt multo magis gratia dei et donum in gratia unius hominis Iesu Christi in plures abundavit. Et non sicut per unum peccantem ita et donum. nam iudicium ex uno in condemnationem gratia autem ex multis delictis in iustificationem. Si enim unius delicto mors regnavit per unum multo magis abundantiam gratiae et donationis et iustitiae accipientes in vita regnabunt per unum Iesum Christum. Igitur sicut per unius delictum in omnes homines in condemnationem sic et per unius iustitiam in omnes homines in iustificationem vitae. Sicut enim per inoboedientiam unius hominis peccatores constituti sunt multi ita et per unius oboeditionem iusti constituentur multi. Lex autem subintravit ut abundaret delictum. Ubi autem abundavit delictum superabundavit gratia. ut sicut regnavit peccatum in morte ita et gratia regnet per iustitiam in vitam aeternam per Iesum Christum dominum nostrum.

Quid ergo dicemus. permanebimus in peccato ut gratia abundet. Absit. Qui enim mortui sumus peccato quomodo adhuc vivemus in illo. An ignoratis quia quicumque baptizati sumus in Christo Iesu in morte ipsius baptizati sumus. consepulti enim sumus cum illo per baptismum in mortem ut quomodo surrexit Christus a mortuis per gloriam patris ita et nos in novitate vitae ambulemus. Si enim conplantati facti sumus similitudini mortis eius simul et resurrectionis erimus. hoc scientes quia vetus homo noster simul crucifixus est ut destruatur corpus peccati ut ultra non serviamus peccato. Qui enim mortuus est iustificatus est a peccato. Si autem mortui sumus cum Christo credimus quia simul etiam vivemus cum Christo. scientes quod Christus surgens ex mortuis iam non moritur mors illi ultra non dominabitur. Quod enim mortuus est peccato mortuus est semel quod autem vivit vivit deo. Ita et vos existimate vos mortuos quidem esse peccato viventes autem deo in Christo Iesu. Non ergo regnet peccatum in vestro mortali corpore ut oboediatis concupiscentiis eius. sed neque exhibeatis membra vestra arma iniquitatis peccato sed exhibete vos deo tamquam ex mortuis viventes et membra vestra arma iustitiae deo. Peccatum enim vobis non dominabitur. Non enim sub lege estis sed sub gratia. Quid ergo. Peccabimus quoniam non sumus sub lege sed sub gratia. Absit. Nescitis quoniam cui exhibetis vos servos ad oboediendum servi estis eius cui oboeditis sive peccati ad mortem sive oboeditionis ad iustitiam. Gratias autem deo quod fuistis servi peccati oboedistis autem ex corde in eam formam doctrinae in qua traditi estis. liberati autem a peccato servi facti estis iustitiae. Humanum dico propter infirmitatem carnis vestrae. Sicut enim exhibuistis membra vestra servire inmunditiae et iniquitati ad iniquitatem ita nunc exhibete membra vestra servire iustitiae in sanctificationem. Cum enim servi essetis peccati liberi fuistis iustitiae. Quem ergo fructum habuistis tunc in illis in quibus nunc erubescitis. Nam finis illorum mors est. Nunc vero liberati a peccato servi autem facti deo habetis fructum vestrum in sanctificationem finem vero vitam aeternam. Stipendia enim peccati mors. gratia autem dei vita aeterna in Christo Iesu domino nostro.

Epla pauli ad romā

An ignoratis fratres, scientibus enim legem loquor, quia lex in homine dominatur quanto tempore vivit? Nam quae sub viro est mulier, vivente viro alligata est legi. Si autem mortuus fuerit vir eius, soluta est a lege viri. Igitur vivente viro vocabitur adultera si fuerit cum alio viro. Si autem mortuus fuerit vir eius, liberata est a lege viri, ut non sit adultera si fuerit cum alio viro. Itaque fratres mei, et vos mortificati estis legi per corpus Christi, ut sitis alterius qui ex mortuis resurrexit, ut fructificaremus deo. Cum enim essemus in carne, passiones peccatorum quae per legem erant operabantur in membris nostris ut fructificarent morti. Nunc autem soluti sumus a lege mortis in qua detinebamur, ita ut serviamus in novitate spiritus et non in vetustate litterae. Quid ergo dicemus? Lex peccatum est? Absit. Sed peccatum non cognovi nisi per legem. Nam concupiscentiam nesciebam nisi lex diceret: non concupisces. Occasione autem accepta peccatum per mandatum operatum est in me omnem concupiscentiam. Sine lege enim peccatum mortuum erat. Ego autem vivebam sine lege aliquando. Sed cum venisset mandatum, peccatum revixit. Ego autem mortuus sum. Et inventum est mihi mandatum quod erat ad vitam, hoc esse ad mortem. Nam peccatum occasione accepta per mandatum seduxit me et per illud occidit. Itaque lex quidem sancta, et mandatum sanctum, et iustum et bonum. Quod ergo bonum est, mihi factum est mors? Absit. Sed peccatum ut appareat peccatum, per bonum operatum est mihi mortem, ut fiat supra modum peccans peccatum per mandatum.

Scimus enim quod lex spiritalis est, ego autem carnalis sum, venumdatus sub peccato. Quod enim operor non intellego. Non enim quod volo bonum hoc ago, sed quod odi illud facio. XX. Si autem quod nolo illud facio, consentio legi quoniam bona est. Nunc autem iam non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum. Scio enim quia non habitat in me, hoc est in carne mea bonum. Nam velle adiacet michi, perficere autem bonum non invenio. Non enim quod volo bonum hoc facio, sed quod nolo malum hoc ago. Si autem quod nolo illud facio, non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum. Invenio igitur legem volenti mihi facere bonum, quoniam mihi malum adiacet. Condelector enim legi dei secundum interiorem hominem. Video autem aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meae, et captivantem me in lege peccati quae est in membris meis. Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum. Igitur ego ipse mente servio legi dei, carne autem legi peccati. Nichil ergo nunc damnationis est his qui sunt in Christo Iesu, qui non secundum carnem ambulant. Lex enim spiritus vitae in Christo Iesu liberavit me a lege peccati et mortis. Nam quod impossibile erat legi, in quo infirmabatur per carnem, deus filium suum mittens in similitudinem carnis peccati, et de peccato damnavit peccatum in carne, ut iustificatio legis impleretur in nobis, qui non secundum carnem ambulamus sed secundum spiritum. Qui enim secundum carnem sunt, quae carnis sunt sapiunt; qui vero secundum spiritum, quae sunt spiritus sentiunt. Nam prudentia carnis mors est, prudentia autem spiritus vita et pax. Quoniam sapientia carnis inimica est deo. Legi enim dei non est subiecta, nec enim potest. Qui autem in carne sunt, deo placere non possunt. Vos autem in carne non estis sed in spiritu, si tamen spiritus dei habitat in vobis. Si quis autem spiritum Christi non habet, hic non est eius. Si autem in vobis Christus est, corpus quidem mortuum est propter peccatum, spiritus vero vivit propter iustificationem. Quod si spiritus eius qui suscitavit Iesum a mortuis habitat in vobis, qui suscitavit Iesum Christum a mortuis vivificabit et mortalia corpora vestra propter inhabitantem spiritum eius in vobis.

Ergo fratres debitores sumus non carni, ut secundum carnem vivamus. Si enim secundum carnem vixeritis, moriemini. Si autem facta carnis mortificaveritis, vivetis. Quicumque enim spiritu dei aguntur, hi filii dei sunt. Non enim accepistis spiritum servitutis iterum in timore, sed accepistis spiritum adoptionis filiorum dei, in quo clamamus abba pater. Ipse enim spiritus testimonium reddit spiritui nostro quod sumus filii dei. Si autem filii et heredes. Heredes quidem dei, coheredes autem Christi. Si tamen compatimur, et conglorificemur. Existimo enim quod non sunt condignae passiones huius temporis ad futuram gloriam quae revelabitur in nobis. Nam expectatio creaturae revelationem filiorum dei expectat. Vanitati enim creatura subiecta est non volens, sed propter eum qui subiecit eam in spe, quia et ipsa creatura liberabitur a servitute corruptionis in libertatem gloriae filiorum dei. Scimus enim quod omnis creatura ingemiscit et parturit usque adhuc. Non solum autem illa, sed et nos ipsi primitias spiritus habentes et ipsi intra nos gemimus, adoptionem filiorum dei expectantes, redemptionem corporis nostri. Spe enim salvi facti sumus. Spes autem quae videtur non est spes. Nam quod videt quis, quid sperat? Si autem quod non videmus speramus, per patientiam expectamus. Similiter autem et spiritus adiuvat infirmitatem nostram. Nam quid oremus sicut oportet nescimus, sed ipse spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Qui autem scrutatur corda scit quid desideret spiritus, quia secundum deum postulat pro sanctis.

Scimus autem quoniam diligentibus deum omnia cooperantur in bonum, his qui secundum propositum vocati sunt sancti. Nam quos praescivit et praedestinavit conformes fieri imaginis filii sui, ut sit ipse primogenitus in multis fratribus. Quos autem praedestinavit, hos et vocavit. Et quos vocavit, hos et iustificavit. Quos autem iustificavit, illos et magnificavit. Quid ergo dicemus ad haec? Si deus pro nobis, quis contra nos? Qui etiam proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum, quomodo non etiam omnia cum illo nobis donavit? Quis accusabit adversus electos dei? Deus qui iustificat. Quis est qui condempnet? Christus Iesus qui mortuus est, immo qui et resurrexit, qui est ad dexteram dei, qui etiam interpellat pro nobis. Quis ergo nos separabit a caritate Christi? Tribulatio, an angustia, an persecutio, an fames, an nuditas, an periculum, an gladius? Sicut scriptum est: Quia propter te mortificamur tota die, estimati sumus sicut oves occisionis. Sed in his omnibus superamus propter eum qui dilexit nos. Certus sum enim quia neque mors neque vita neque angeli neque principatus neque potestates neque virtutes neque instantia neque futura neque fortitudo neque altitudo neque profundum neque creatura alia poterit nos separare a caritate dei quae est in Christo Iesu domino nostro.

Veritatem dico in Christo, non mentior, testimonium mihi perhibente conscientia mea in spiritu sancto, quoniam tristitia mihi est magna et continuus dolor cordi meo. Optabam enim ego ipse anathema esse a Christo pro fratribus meis qui sunt cognati mei secundum carnem, qui sunt israhelite, quorum adoptio est filiorum et gloria et testamentum et legislatio et obsequium et promissio, quorum patres, ex quibus Christus secundum carnem, qui est super omnia benedictus in secula. Amen.

Non autem quod exciderit verbum dei. Non enim omnes qui ex Israhel sunt, hi sunt israhelite, neque qui semen sunt Abrahe omnes filii, sed in Ysaac vocabitur tibi semen, id est non qui filii carnis hi filii dei, sed qui filii sunt promissionis estimantur in semine. Promissionis enim verbum hoc est: Secundum hoc tempus veniam et erit Sarae filius. Non solum autem illa, sed et Rebecca ex uno concubitum habens Ysaac patris nostri. Cum enim nondum nati fuissent aut aliquid egissent boni aut mali, ut secundum electionem propositum dei maneret, non ex operibus sed ex vocante dictum est ei quia maior serviet minori, sicut scriptum est: Iacob dilexi, Esau autem odio habui. Quid ergo dicemus? Numquid iniquitas apud deum? Absit. Moysi enim dicit: Miserebor cui misereor, et misericordiam prestabo cuius miserebor. Igitur non volentis neque currentis sed miserentis est dei. Dicit enim scriptura Pharaoni: quia in hoc ipsum excitavi te ut ostendam in te virtutem meam, et ut annuntietur nomen meum in universa terra. Ergo cuius vult miseretur, et quem vult indurat. Dicis itaque mihi: Quid adhuc queritur? Voluntati enim eius quis resistit? O homo, tu quis es qui respondeas deo? Numquid dicit figmentum ei qui se finxit: Quare me fecisti sic? An non habet potestatem figulus luti ex eadem massa facere aliud quidem vas in honorem, aliud vero in contumeliam?

Quod si volens deus ostendere iram et notam facere potentiam suam, sustinuit in multa patientia vasa irae apta in interitum, ut ostenderet divitias gloriae suae in vasa misericordiae quae preparavit in gloriam. Quos et vocavit nos non solum ex Iudeis sed etiam ex gentibus. Sicut in Osee dicit: Vocabo non plebem meam plebem meam, et non dilectam dilectam, et non misericordiam consecutam misericordiam consecutam. Et erit in loco ubi dictum est eis: non plebs mea vos, ibi vocabuntur filii dei vivi. Ysaias autem clamat pro Israhel: Si fuerit numerus filiorum Israhel tamquam arena maris, reliquiae salvae fient. Verbum enim consummans et abbrevians in equitate, quia verbum breviatum faciet dominus super terram. Et sicut predixit Ysaias: Nisi dominus sabaoth reliquisset nobis semen, sicut Sodoma facti essemus et sicut Gomorra similes essemus. Quid ergo dicemus? Quod gentes quae non sectabantur iustitiam apprehenderunt iustitiam, iustitiam autem quae ex fide est. Israhel vero sectando legem iustitiae in legem iustitiae non pervenit. Quare? Quia non ex fide sed quasi ex operibus. Offenderunt enim in lapidem offensionis, sicut scriptum est: Ecce pono in Syon lapidem offensionis et petram scandali, et omnis qui credit in eum non confundetur.

Fratres, voluntas quidem cordis mei et obsecratio ad deum fit pro illis in salutem. Testimonium enim perhibeo illis quod emulationem dei habent, sed non secundum scientiam. Ignorantes enim dei iustitiam et suam querentes statuere, iustitiae dei non sunt subiecti. Finis enim legis Christus ad iustitiam omni credenti. Moyses enim scripsit quoniam iustitiam quae ex lege est qui fecerit homo vivet in ea. Quae autem ex fide est iustitia sic dicit: Ne dixeris in corde tuo: quis ascendet in celum? id est Christum deducere; aut quis descendet in abyssum? hoc est Christum ex mortuis revocare. Sed quid dicit scriptura? Prope est verbum in ore tuo et in corde tuo. Hoc est verbum fidei quod predicamus. Quia si confitearis in ore tuo dominum Iesum, et in corde tuo credideris quod deus illum excitavit a mortuis, salvus eris. Corde enim creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem. Dicit enim scriptura: Omnis qui credit in illum non confundetur. Non enim est distinctio Iudei et Greci. Nam idem dominus omnium, dives in omnes qui invocant illum. Omnis enim quicumque invocaverit nomen domini salvus erit. Quomodo ergo invocabunt in quem non crediderunt? Aut quomodo credent ei quem non audierunt? Quomodo autem audient sine predicante? Quomodo vero predicabunt nisi mittantur? Sicut scriptum est: Quam speciosi pedes evangelizantium pacem, evangelizantium bona. Sed non omnes obediunt evangelio. Ysaias enim dicit: Domine, quis credidit auditui nostro? Ergo fides ex auditu, auditus autem per verbum Christi. Sed dico: Numquid non audierunt? Et quidem in omnem terram exivit sonus eorum, et in fines orbis terrae verba eorum. Sed dico: Numquid Israhel non cognovit? Primus Moyses dicit: Ego ad emulationem vos adducam in non gentem, in gentem insipientem in iram vos mittam. Ysaias autem audet et dicit: Inventus sum a non querentibus me, palam apparui his qui me non interrogabant. Ad Israhel autem dicit: Tota die expandi manus meas ad populum non credentem et contradicentem michi.

Dico ergo: Numquid repulit deus populum suum? Absit. Nam et ego Israhelita sum ex semine Abrahe, de tribu Beniamin. Non repulit deus plebem suam quam prescivit. An nescitis in Helya quid dicit scriptura? Quemadmodum interpellat deum adversum Israhel: Domine, prophetas tuos occiderunt, altaria tua suffoderunt, et ego relictus sum solus, et querunt animam meam. Sed quid dicit responsum divinum? Reliqui mihi septem milia virorum qui non curvaverunt genua ante Baal. Sic ergo et hoc in tempore reliquiae secundum electionem gratiae salvae factae sunt. Si autem ex gratia iam non ex operibus, alioquin gratia iam non est gratia. Quid ergo? Quod querebat Israhel, hoc non est consecutus, electio autem consecuta est. Ceteri autem excecati sunt, sicut scriptum est: Dedit illis deus spiritum conpunctionis, oculos ut non videant, et aures ut non audiant, usque in hodiernum diem. Et David dicit: Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum et in captionem et in scandalum et in retributionem illis. Obscurentur oculi eorum ne videant, et dorsum eorum semper incurva. Dico ergo: Numquid sic offenderunt ut caderent? Absit. Sed illorum delicto salus est gentibus ut illos emulentur. Quod si delictum illorum divitiae sunt mundi, et deminutio eorum divitiae gentium, quanto magis plenitudo eorum?

Vobis enim dico gentibus: Quamdiu quidem ego sum gentium apostolus, ministerium meum honorificabo, si quo modo ad emulandum provocem carnem meam et salvos faciam aliquos ex illis. Si enim amissio eorum reconciliatio est mundi, quae assumptio nisi vita ex mortuis? Quod si delibatio sancta est, et massa;

279. et si radix sancta, et rami. Quod si aliqui ex ramis fracti sunt, tu autem cum oleaster esses insertus es in illis et socius radicis et pinguedinis olivae factus es, noli gloriari adversus ramos. Quod si gloriaris, non tu radicem portas sed radix te. Dicis ergo: Fracti sunt rami ut ego inserar. Bene, propter incredulitatem fracti sunt, tu autem fide stas. Noli altum sapere, sed time. Si enim deus naturalibus ramis non pepercit, ne forte nec tibi parcat. Vide ergo bonitatem et severitatem dei: in eos quidem qui ceciderunt severitatem, in te autem bonitatem dei, si permanseris in bonitate, alioquin et tu excideris. Sed et illi si non permanserint in incredulitate, inserentur. Potens est enim deus iterum inserere illos. Nam si tu ex naturali excisus es oleastro et contra naturam insertus es in bonam olivam, quanto magis hi qui secundum naturam inserentur suae olivae? Nolo enim vos ignorare, fratres, misterium hoc, ut non sitis vobis ipsis sapientes, quia cecitas ex parte contigit in Israhel donec plenitudo gentium intraret, et sic omnis Israhel salvus fieret, sicut scriptum est: Veniet ex Syon qui eripiat et avertat impietatem a Iacob. Et hoc illis a me testamentum, cum abstulero peccata eorum. Secundum evangelium quidem inimici propter vos, secundum electionem autem karissimi propter patres. Sine penitentia enim sunt dona et vocatio dei. Sicut enim aliquando et vos non credidistis deo, nunc autem misericordiam consecuti estis propter illorum incredulitatem, ita et isti nunc non crediderunt in vestram misericordiam, ut et ipsi misericordiam consequantur. Conclusit enim deus omnia in incredulitatem, ut omnium misereatur.

O altitudo divitiarum sapientiae et scientiae dei, quam incomprehensibilia sunt iudicia eius et investigabiles viae eius. Quis enim cognovit sensum domini? Aut quis consiliarius eius fuit? Aut quis prior dedit illi et retribuetur ei? Quoniam ex ipso et per ipsum et in ipso sunt omnia; ipsi honor et gloria in secula seculorum amen. Obsecro itaque vos fratres per misericordiam dei ut exhibeatis corpora vestra hostiam viventem, sanctam, deo placentem, rationabile obsequium vestrum. Et nolite conformari huic seculo, sed reformamini in novitate sensus vestri, ut probetis quae sit voluntas dei bona et beneplacens et perfecta. Dico enim per gratiam dei quae data est mihi omnibus qui sunt inter vos non plus sapere quam oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem, et unicuique sicut deus divisit mensuram fidei. Sicut enim in uno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eundem actum habent, ita multi unum corpus sumus in Christo. Singuli autem alter alterius membra.

Habentes autem donationes secundum gratiam quae data est nobis differentes, sive prophetiam secundum rationem fidei, sive ministerium in ministrando, sive qui docet in doctrina, qui exhortatur in exhortando, qui tribuit in simplicitate, qui praeest in sollicitudine, qui miseretur in hilaritate. Dilectio sine simulatione. Odientes malum, adherentes bono, caritate fraternitatis invicem diligentes, honore invicem praevenientes, sollicitudine non pigri, spiritu ferventes, domino servientes, spe gaudentes, in tribulatione patientes, orationi instantes, necessitatibus sanctorum communicantes, hospitalitatem sectantes. Benedicite persequentibus vos, benedicite et nolite maledicere. Gaudere cum gaudentibus, flere cum flentibus. Id ipsum invicem sentientes, non alta sapientes sed humilibus consentientes. Nolite esse prudentes apud vosmet ipsos, nulli malum pro malo reddentes, providentes bona non tantum coram deo sed etiam coram omnibus hominibus. Si fieri potest quod ex vobis est cum omnibus hominibus pacem habentes, non vosmet ipsos defendentes karissimi, sed date locum irae. Scriptum est enim: Mihi vindictam, ego retribuam, dicit dominus. Sed si esurierit inimicus tuus ciba illum; si sitit potum da illi. Hoc enim faciens carbones ignis congeres super caput eius. Noli vinci a malo, sed vince in bono malum.

Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit. Non est enim potestas nisi a deo; quae autem sunt, a deo ordinatae sunt. Itaque qui resistit potestati, dei ordinationi resistit. Qui autem resistunt, ipsi sibi damnationem adquirunt. Nam principes non sunt timori boni operis sed mali. Vis autem non timere potestatem? Bonum fac, et habebis laudem ex illa. Dei enim minister est tibi in bonum. Si autem male feceris, time; non enim sine causa gladium portat. Dei enim minister est, vindex in iram ei qui malum agit. Ideo necessitate subditi estote, non solum propter iram sed et propter conscientiam. Ideo enim et tributa praestatis; ministri enim dei sunt, in hoc ipsum servientes. Reddite omnibus debita: cui tributum tributum, cui vectigal vectigal, cui timorem timorem, cui honorem honorem. Nemini quicquam debeatis nisi ut invicem diligatis. Qui enim diligit proximum, legem implevit. Nam non adulterabis, non occides, non furaberis, non falsum testimonium dices, non concupisces, et si quod est aliud mandatum, in hoc verbo instauratur: diliges proximum tuum sicut te ipsum. Dilectio proximi malum non operatur. Plenitudo ergo legis est dilectio.

Et hoc scientes, quia hora est iam nos de somno surgere. Nunc enim propior est nostra salus quam cum credidimus. Nox praecessit, dies autem adpropinquavit. Abiciamus ergo opera tenebrarum et induamur arma lucis. Sicut in die honeste ambulemus, non in comessationibus et ebrietatibus, non in cubilibus et inpudicitiis, non in contentione et aemulatione, sed induimini dominum Iesum Christum, et carnis curam ne feceritis in desideriis. Infirmum autem in fide adsumite, non in disceptationibus cogitationum. Alius enim credit manducare omnia; qui autem infirmus est, holus manducet. Is qui manducat, non manducantem non spernat; et qui non manducat, manducantem non iudicet; deus enim illum adsumpsit. Tu quis es qui iudicas alienum servum? Suo domino stat aut cadit. Stabit autem; potens est enim deus statuere illum. Nam alius iudicat diem inter diem, alius autem iudicat omnem diem. Unusquisque in suo sensu abundet. Qui sapit diem, domino sapit; et qui manducat, domino manducat, gratias enim agit deo; et qui non manducat, domino non manducat et gratias agit deo. Nemo enim nostrum sibi vivit et nemo sibi moritur. Sive enim vivimus, domino vivimus; sive morimur, domino morimur. Sive ergo vivimus sive morimur, domini sumus.

In hoc enim Christus et mortuus est et resurrexit, ut et vivorum et mortuorum dominetur. Tu autem quid iudicas fratrem tuum? aut tu quare spernis fratrem tuum? Omnes enim stabimus ante tribunal dei. Scriptum est enim: Vivo ego, dicit dominus, quoniam mihi flectet omne genu, et omnis lingua confitebitur deo. Itaque unusquisque nostrum pro se rationem reddet deo. Non ergo amplius invicem iudicemus, sed hoc iudicate magis, ne ponatis offendiculum fratri vel scandalum. Scio et confido in domino Iesu quia nihil commune per ipsum, nisi ei qui existimat quid commune esse, illi commune est. Si enim propter cibum frater tuus contristatur, iam non secundum caritatem ambulas. Noli cibo tuo illum perdere pro quo Christus mortuus est. Non ergo blasphemetur bonum nostrum. Non est enim regnum dei esca et potus, sed iustitia et pax et gaudium in spiritu sancto. Qui enim in hoc servit Christo, placet deo et probatus est hominibus. Itaque quae pacis sunt sectemur, et quae aedificationis sunt in invicem. Noli propter escam destruere opus dei. Omnia quidem munda sunt, sed malum est homini qui per offendiculum manducat. Bonum est non manducare carnem et non bibere vinum neque in quo frater tuus scandalizatur aut infirmatur. Tu fidem quam habes penes temet ipsum habe coram deo. Beatus qui non iudicat semet ipsum in eo quod probat. Qui autem discernit, si manducaverit damnatus est, quia non ex fide; omne autem quod non est ex fide peccatum est. Debemus autem nos firmiores inbecillitates infirmorum sustinere et non nobis placere. Unusquisque vestrum proximo suo placeat in bonum ad aedificationem. Etenim Christus non sibi placuit, sed sicut scriptum est: Inproperia inproperantium tibi ceciderunt super me.

Quaecumque enim scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt, ut per patientiam et consolationem scripturarum spem habeamus. Deus autem patientiae et solacii det vobis id ipsum sapere in alterutrum secundum Iesum Christum, ut unanimes uno ore honorificetis deum et patrem domini nostri Iesu Christi. Propter quod suscipite invicem, sicut et Christus suscepit vos in honorem dei. Dico enim Christum Iesum ministrum fuisse circumcisionis propter veritatem dei, ad confirmandas promissiones patrum; gentes autem super misericordia honorare deum, sicut scriptum est: Propterea confitebor tibi in gentibus et nomini tuo cantabo. Et iterum dicit: Laetamini gentes cum plebe eius. Et iterum: Laudate omnes gentes dominum, et magnificate eum omnes populi. Et rursus Esaias ait: Erit radix Iesse, et qui exsurget regere gentes, in eum gentes sperabunt. Deus autem spei repleat vos omni gaudio et pace in credendo, ut abundetis in spe et virtute spiritus sancti. Certus sum autem fratres mei et ego ipse de vobis, quoniam et ipsi pleni estis dilectione, repleti omni scientia, ita ut possitis alterutrum monere. Audacius autem scripsi vobis fratres ex parte, tamquam in memoriam vos reducens, propter gratiam quae data est mihi a deo, ut sim minister Christi Iesu in gentibus, sanctificans evangelium dei, ut fiat oblatio gentium accepta et sanctificata in spiritu sancto.

habeo igitur gloriam in Christo Iesu ad deum. Non enim audeo aliquid loqui eorum quae per me non efficit Christus in oboedientiam gentium, verbo et factis, in virtute signorum et prodigiorum, in virtute spiritus sancti, ita ut ab Hierusalem per circuitum usque in Illyricum repleverim evangelium Christi. Sic autem praedicavi evangelium hoc, non ubi nominatus est Christus, ne super alienum fundamentum aedificarem, sed sicut scriptum est: Quibus non est adnuntiatum de eo videbunt, et qui non audierunt intellegent. Propter quod et impediebar plurimum venire ad vos, nunc vero ulterius locum non habens in his regionibus, cupiditatem autem habens veniendi ad vos ex multis iam praecedentibus annis, cum in Hispaniam proficisci coepero, spero quod praeteriens videam vos et a vobis deducar illuc, si vobis primum ex parte fruitus fuero. Nunc igitur proficiscar in Hierusalem ministrare sanctis. Probaverunt enim Macedonia et Achaia conlationem aliquam facere in pauperes sanctorum qui sunt in Hierusalem. Placuit enim eis, et debitores sunt eorum. Nam si spiritalium eorum participes facti sunt gentiles, debent et in carnalibus ministrare eis. Hoc igitur cum consummavero et adsignavero eis fructum hunc, proficiscar per vos in Hispaniam. Scio autem quoniam veniens ad vos in abundantia benedictionis Christi veniam. Obsecro igitur vos fratres per dominum nostrum Iesum Christum et per caritatem spiritus, ut adiuvetis me in orationibus pro me ad deum, ut liberer ab infidelibus qui sunt in Iudaea, et obsequii mei oblatio accepta fiat in Hierusalem sanctis, ut veniam ad vos in gaudio per voluntatem dei et refrigerer vobiscum. Deus autem pacis cum omnibus vobis amen.

Commendo autem vobis Phoebem sororem nostram, quae est in ministerio ecclesiae quae est in Cenchris, ut eam suscipiatis in domino digne sanctis, et adsistatis ei in quocumque negotio vestri indiguerit; etenim ipsa quoque adstitit multis et mihi ipsi. Salutate Priscam et Aquilam adiutores meos in Christo Iesu, qui pro anima mea suas cervices subposuerunt, quibus non solus gratias ago sed et cunctae ecclesiae gentium, et domesticam ecclesiam eorum. Salutate Epaenetum dilectum mihi, qui est primitivus Asiae in Christo. Salutate Mariam quae multum laboravit in vobis. Salutate Andronicum et Iuniam cognatos meos et concaptivos meos, qui sunt nobiles in apostolis, qui et ante me fuerunt in Christo. Salutate Ampliatum dilectissimum mihi in domino. Salutate Urbanum adiutorem nostrum in Christo et Stachyn dilectum meum. Salutate Apellen probum in Christo. Salutate eos qui sunt ex Aristobuli domo. Salutate Herodionem cognatum meum. Salutate eos qui sunt ex Narcissi domo qui sunt in domino. Salutate Tryphaenam et Tryphosam quae laborant in domino. Salutate Persidam carissimam quae multum laboravit in domino. Salutate Rufum electum in domino et matrem eius et meam. Salutate Asyncritum, Phlegontem, Hermen, Patrobam, Hermam, et qui cum eis sunt fratres. Salutate Filologum et Iuliam, Nereum et sororem eius et Olympiadem et omnes qui cum eis sunt sanctos. Salutate invicem in osculo sancto. Salutant vos omnes ecclesiae Christi. Rogo autem vos fratres, ut observetis eos qui dissensiones et offendicula praeter doctrinam quam vos didicistis faciunt, et declinate ab eis. Huiusmodi enim Christo domino nostro non serviunt sed suo ventri, et per dulces sermones et benedictiones seducunt corda innocentium. Vestra enim oboedientia in omnem locum divulgata est. Gaudeo igitur in vobis, sed volo vos sapientes esse in bono et simplices in malo. Deus autem pacis conteret Satanan sub pedibus vestris velociter. Gratia domini nostri Iesu Christi vobiscum. Salutat vos Timotheus adiutor meus, et Lucius et Iason et Sosipater cognati mei. Saluto vos ego Tertius qui scripsi epistulam in domino. Salutat vos Gaius hospes meus et universa ecclesia. Salutat vos Erastus arcarius civitatis et Quartus frater. Gratia domini nostri Iesu Christi cum omnibus vobis amen. Ei autem qui potens est vos confirmare iuxta evangelium meum et praedicationem Iesu Christi, secundum revelationem mysterii temporibus aeternis taciti, quod nunc patefactum est per scripturas prophetarum secundum praeceptum aeterni dei, ad oboeditionem fidei in cunctis gentibus cognito, soli sapienti deo per Iesum Christum, cui honor et gloria in saecula saeculorum amen. Explicit epistola ad Romanos.

ARG[UMENTUM]

CORINTHII SUNT ACHAICI. ET HII SIMILITER ab apostolis audierunt verbum veritatis et subversi sunt multifarie a falsis apostolis, quidam a philosophiae verbosa eloquentia, alii a secta legis iudaicae inducti. Hos revocat apostolus ad veram et evangelicam sapientiam, scribens eis ab Epheso per Tymotheum.

II INCIPIT EPISTOLA AD CORINTHIOS

PAULUS VOCATUS apostolus Christi Iesu per voluntatem dei, et Sosthenes frater, ecclesiae dei quae est Corinthi, sanctificatis in Christo Iesu, vocatis sanctis, cum omnibus qui invocant nomen domini nostri Iesu Christi in omni loco ipsorum et nostro. Gratia vobis et pax a deo patre nostro et domino Iesu Christo. Gratias ago deo meo semper pro vobis in gratia dei quae data est vobis in Christo Iesu, quia in omnibus divites facti estis in illo, in omni verbo et in omni scientia, sicut testimonium Christi confirmatum est in vobis, ita ut nihil vobis desit in ulla gratia, expectantibus revelationem domini nostri Iesu Christi, qui et confirmabit vos usque in finem sine crimine, in die adventus domini nostri Iesu Christi. Fidelis deus per quem vocati estis in societatem filii eius Iesu Christi domini nostri.

Obsecro autem vos fratres per nomen domini nostri Iesu Christi, ut id ipsum dicatis omnes, et non sint in vobis schismata, sitis autem perfecti in eodem sensu et in eadem sententia. Significatum est enim mihi de vobis fratres mei ab his qui sunt Chloes, quia contentiones inter vos sunt. Hoc autem dico, quod unusquisque vestrum dicit: Ego quidem sum Pauli, ego autem Apollo, ego vero Cephae, ego autem Christi. Divisus est Christus? Numquid Paulus crucifixus est pro vobis, aut in nomine Pauli baptizati estis? Gratias ago deo quod neminem vestrum baptizavi nisi Crispum et Gaium, ne quis dicat quod in nomine meo baptizati estis. Baptizavi autem et Stephanae domum; ceterum nescio si quem alium baptizaverim. Non enim misit me Christus baptizare sed evangelizare, non in sapientia verbi, ut non evacuetur crux Christi. Verbum enim crucis pereuntibus quidem stultitia est, his autem qui salvi fiunt, id est nobis, virtus dei est. Scriptum est enim: Perdam sapientiam sapientium, et prudentiam prudentium reprobabo. Ubi sapiens? ubi scriba? ubi conquisitor huius saeculi? Nonne stultam fecit deus sapientiam huius mundi? Nam quia in dei sapientia non cognovit mundus per sapientiam deum, placuit deo per stultitiam praedicationis salvos facere credentes. Quoniam et Iudaei signa petunt et Graeci sapientiam quaerunt, nos autem praedicamus Christum crucifixum, Iudaeis quidem scandalum, gentibus autem stultitiam, ipsis autem vocatis Iudaeis atque Graecis Christum dei virtutem et dei sapientiam, quia quod stultum est dei sapientius est hominibus, et quod infirmum est dei fortius est hominibus.

Videte enim vocationem vestram fratres, quia non multi sapientes secundum carnem, non multi potentes, non multi nobiles, sed quae stulta sunt mundi elegit deus ut confundat sapientes, et infirma mundi elegit deus ut confundat fortia, et ignobilia mundi et contemptibilia elegit deus, et quae non sunt, ut ea quae sunt destrueret, ut non glorietur omnis caro in conspectu eius. Ex ipso autem vos estis in Christo Iesu, qui factus est sapientia nobis a deo et iustitia et sanctificatio et redemptio, ut quemadmodum scriptum est: Qui gloriatur, in domino glorietur. Et ego cum venissem ad vos fratres, veni non per sublimitatem sermonis aut sapientiae, adnuntians vobis testimonium Christi. Non enim iudicavi me scire aliquid inter vos nisi Iesum Christum et hunc crucifixum. Et ego in infirmitate et timore et tremore multo fui apud vos, et sermo meus et praedicatio mea non in persuasibilibus humanae sapientiae verbis, sed in ostensione spiritus et virtutis, ut fides vestra non sit in sapientia hominum, sed in virtute dei.

Sapientiam autem loquimur inter perfectos, sapientiam vero non huius saeculi neque principum huius saeculi qui destruuntur, sed loquimur dei sapientiam in mysterio quae abscondita est, quam praedestinavit deus ante saecula in gloriam nostram, quam nemo principum huius saeculi cognovit; si enim cognovissent, numquam dominum gloriae crucifixissent. Sed sicut scriptum est: Quod oculus non vidit nec auris audivit nec in cor hominis ascendit, quae praeparavit deus his qui diligunt illum. Nobis autem revelavit deus per spiritum suum; spiritus enim omnia scrutatur, etiam profunda dei. Quis enim scit hominum quae sint hominis, nisi spiritus hominis qui in ipso est? ita et quae dei sunt nemo cognovit nisi spiritus dei. Nos autem non spiritum huius mundi accepimus sed spiritum qui ex deo est ut

scimus quae a deo donata sunt nobis. Quae et loquimur non in doctis humanae sapientiae verbis, sed in doctrina spiritus, spiritalibus spiritalia comparantes. Animalis autem homo non percipit ea quae sunt spiritus dei. Stultitia est enim illi, et non potest intellegere, quia spiritaliter examinatur. Spiritalis autem iudicat omnia, et ipse a nemine iudicatur. Quis enim cognovit sensum domini, qui instruat eum? Nos autem sensum Christi habemus.

Et ego fratres non potui vobis loqui quasi spiritalibus, sed quasi carnalibus. Tamquam parvulis in Christo lac vobis potum dedi, non escam. Nondum enim poteratis, sed nec nunc quidem potestis. Adhuc enim estis carnales. Cum enim sit inter vos zelus et contentio, nonne carnales estis, et secundum hominem ambulatis? Cum enim quis dicat: Ego quidem sum Pauli; alius autem: Ego Apollo; nonne homines estis? Quid igitur est Apollo? quid vero Paulus? Ministri eius cui credidistis, et unicuique sicut dominus dedit. Ego plantavi, Apollo rigavit, sed deus incrementum dedit. Itaque neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat deus. Qui plantat autem et qui rigat unum sunt. Unusquisque autem propriam mercedem accipiet secundum suum laborem. Dei enim sumus adiutores; dei agricultura estis, dei aedificatio estis. Secundum gratiam quae data est mihi, ut sapiens architectus fundamentum posui, alius autem superaedificat. Unusquisque autem videat quomodo superaedificet. Fundamentum enim aliud nemo potest ponere, praeter id quod positum est, quod est Christus Iesus. Si quis autem superaedificat super fundamentum hoc aurum, argentum, lapides pretiosos, ligna, fenum, stipulam, uniuscuiusque opus manifestum erit. Dies enim declarabit, quia in igne revelabitur; et uniuscuiusque opus quale sit ignis probabit. Si cuius opus manserit quod superaedificavit, mercedem accipiet. Si cuius opus arserit, detrimentum patietur; ipse autem salvus erit, sic tamen quasi per ignem.

Nescitis quia templum dei estis, et spiritus dei habitat in vobis? Si quis autem templum dei violaverit, disperdet illum deus. Templum enim dei sanctum est, quod estis vos. Nemo se seducat. Si quis videtur inter vos sapiens esse in hoc saeculo, stultus fiat ut sit sapiens. Sapientia enim huius mundi stultitia est apud deum. Scriptum est enim: Conprehendam sapientes in astutia eorum. Et iterum: Dominus novit cogitationes sapientium, quoniam vanae sunt. Itaque nemo glorietur in hominibus. Omnia enim vestra sunt, sive Paulus, sive Apollo, sive Cephas, sive mundus, sive vita, sive mors, sive praesentia, sive futura. Omnia enim vestra sunt; vos autem Christi, Christus autem dei.

Sic nos existimet homo ut ministros Christi, et dispensatores mysteriorum dei. Hic iam quaeritur inter dispensatores ut fidelis quis inveniatur. Mihi autem pro minimo est ut a vobis iudicer, aut ab humano die; sed neque me ipsum iudico. Nihil enim mihi conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum; qui autem iudicat me, dominus est. Itaque nolite ante tempus iudicare, quoadusque veniat dominus, qui et inluminabit abscondita tenebrarum, et manifestabit consilia cordium; et tunc laus erit unicuique a deo. Haec autem fratres transfiguravi in me et Apollo propter vos, ut in nobis discatis ne supra quam scriptum est unus adversus alterum infletur pro alio. Quis enim te discernit? Quid autem habes quod non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis? Iam saturati estis, iam divites facti estis; sine nobis regnatis; et utinam regnaretis, ut et nos vobiscum regnemus.

Puto enim deus nos apostolos novissimos ostendit, tamquam morti destinatos, quia spectaculum facti sumus mundo et angelis et hominibus. Nos stulti propter Christum, vos autem prudentes in Christo; nos infirmi, vos autem fortes; vos nobiles, nos autem ignobiles. Usque in hanc horam et esurimus et sitimus et nudi sumus et colaphis caedimur et instabiles sumus, et laboramus operantes manibus nostris. Maledicimur et benedicimus; persecutionem patimur et sustinemus; blasphemamur et obsecramus; tamquam purgamenta huius mundi facti sumus, omnium peripsema usque adhuc. Non ut confundam vos haec scribo, sed ut filios meos karissimos moneo. Nam si decem milia paedagogorum habeatis in Christo, sed non multos patres; nam in Christo Iesu per evangelium ego vos genui. Rogo ergo vos, imitatores mei estote. Ideo misi ad vos Timotheum, qui est filius meus karissimus et fidelis in domino, qui vos commonefaciat vias meas quae sunt in Christo Iesu, sicut ubique in omni ecclesia doceo. Tamquam non venturus sim ad vos, sic inflati sunt quidam. Veniam autem cito ad vos, si dominus voluerit, et cognoscam non sermonem eorum qui inflati sunt, sed virtutem. Non enim in sermone est regnum dei, sed in virtute. Quid vultis? in virga veniam ad vos, an in caritate et spiritu mansuetudinis?

Omnino auditur inter vos fornicatio, et talis fornicatio qualis nec inter gentes, ita ut uxorem patris aliquis habeat. Et vos inflati estis, et non magis luctum habuistis, ut tollatur de medio vestrum qui hoc opus fecit. Ego quidem absens corpore, praesens autem spiritu, iam iudicavi ut praesens eum qui sic operatus est, in nomine domini nostri Iesu Christi, congregatis vobis et meo spiritu, cum virtute domini Iesu, tradere huiusmodi satanae in interitum carnis, ut spiritus salvus sit in die domini nostri Iesu Christi.

280.

Non bona gloriatio vestra. Nescitis quia modicum fermentum totam massam corrumpit? Expurgate vetus fermentum, ut sitis nova conspersio, sicut estis azymi. Etenim pascha nostrum immolatus est Christus. Itaque epulemur, non in fermento veteri, neque in fermento malitiae et nequitiae, sed in azymis sinceritatis et veritatis. Scripsi vobis in epistula, ne commisceamini fornicariis, non utique fornicariis huius mundi, aut avaris aut rapacibus aut idolis servientibus; alioquin debueratis de hoc mundo exisse. Nunc autem scripsi vobis non commisceri: si is qui frater nominatur est fornicator, aut avarus, aut idolis serviens, aut maledicus, aut ebriosus, aut rapax, cum eiusmodi nec cibum sumere. Quid enim mihi est de his qui foris sunt iudicare? Nonne de his qui intus sunt vos iudicatis? Nam eos qui foris sunt deus iudicabit. Auferte malum ex vobis ipsis.

Audet aliquis vestrum habens negotium adversus alterum iudicari apud iniquos, et non apud sanctos? An nescitis quoniam sancti de hoc mundo iudicabunt? Et si in vobis iudicabitur mundus, indigni estis qui de minimis iudicetis? Nescitis quoniam angelos iudicabimus? quanto magis saecularia? Saecularia igitur iudicia si habueritis, contemptibiles qui sunt in ecclesia, illos constituite ad iudicandum. Ad verecundiam vestram dico. Sic non est inter vos sapiens quisquam, qui possit iudicare inter fratrem suum? Sed frater cum fratre iudicio contendit, et hoc apud infideles? Iam quidem omnino delictum est in vobis, quod iudicia habetis inter vos. Quare non magis iniuriam accipitis? quare non magis fraudem patimini? Sed vos iniuriam facitis, et fraudatis, et hoc fratribus. An nescitis quia iniqui regnum dei non possidebunt? Nolite errare: neque fornicarii, neque idolis servientes, neque adulteri, neque molles, neque masculorum concubitores, neque fures, neque avari, neque ebriosi, neque maledici, neque rapaces regnum dei possidebunt. Et haec quidem fuistis; sed abluti estis, sed sanctificati estis, sed iustificati estis in nomine domini nostri Iesu Christi, et in spiritu dei nostri. Omnia mihi licent, sed non omnia expediunt. Omnia mihi licent, sed ego sub nullius redigar potestate. Esca ventri, et venter escis; deus autem et hunc et hanc destruet. Corpus autem non fornicationi, sed domino, et dominus corpori. Deus vero et dominum suscitavit, et nos suscitabit per virtutem suam. Nescitis quoniam corpora vestra membra sunt Christi? Tollens ergo membra Christi, faciam membra meretricis? Absit. An nescitis quoniam qui adhaeret meretrici, unum corpus efficitur? Erunt enim, inquit, duo in carne una. Qui autem adhaeret domino, unus spiritus est. Fugite fornicationem. Omne enim peccatum quodcumque fecerit homo, extra corpus est; qui autem fornicatur, in corpus suum peccat. An nescitis quoniam membra vestra templum est spiritus sancti, qui in vobis est, quem habetis a deo, et non estis vestri? Empti enim estis pretio magno. Glorificate et portate deum in corpore vestro.

De quibus autem scripsistis mihi: Bonum est homini mulierem non tangere. Propter fornicationem autem unusquisque suam uxorem habeat, et unaquaeque suum virum habeat. Uxori vir debitum reddat; similiter autem et uxor viro. Mulier sui corporis potestatem non habet, sed vir. Similiter autem et vir sui corporis potestatem non habet, sed mulier. Nolite fraudare invicem, nisi forte ex consensu ad tempus, ut vacetis orationi; et iterum revertimini in idipsum, ne temptet vos satanas propter incontinentiam vestram. Hoc autem dico secundum indulgentiam, non secundum imperium. Volo autem omnes homines esse sicut me ipsum; sed unusquisque proprium habet donum ex deo, alius quidem sic, alius vero sic. Dico autem non nuptis et viduis: bonum est illis si sic permaneant, sicut et ego. Quod si non se continent, nubant. Melius est enim nubere quam uri. His autem qui matrimonio iuncti sunt, praecipio non ego sed dominus, uxorem a viro non discedere; quod si discesserit, manere innuptam, aut viro suo reconciliari. Et vir uxorem non dimittat. Nam ceteris ego dico, non dominus. Si quis frater uxorem habet infidelem, et haec consentit habitare cum illo, non dimittat illam. Et si qua mulier habet virum infidelem, et hic consentit habitare cum illa, non dimittat virum. Sanctificatus est enim vir infidelis per mulierem fidelem, et sanctificata est mulier infidelis per virum fidelem. Alioquin filii vestri inmundi essent; nunc autem sancti sunt. Quod si infidelis discedit, discedat. Non enim servituti subiectus est frater aut soror in eiusmodi; in pace autem vocavit nos deus. Unde enim scis mulier, si virum salvum facies? aut unde scis vir, si mulierem salvam facies? Nisi unicuique sicut divisit dominus, unumquemque sicut vocavit deus, ita ambulet; et sicut in omnibus ecclesiis doceo. Circumcisus aliquis vocatus est? non adducat praeputium. In praeputio aliquis vocatus est? non circumcidatur. Circumcisio nihil est, et praeputium nihil est, sed observatio mandatorum dei.

Unusquisque in qua vocatione vocatus est, in ea permaneat. Servus vocatus es? non sit tibi curae; sed et si potes liber fieri, magis utere. Qui enim in domino vocatus est servus, libertus est domini; similiter qui liber vocatus est, servus est Christi. Pretio empti estis; nolite fieri servi hominum. Unusquisque in quo vocatus est fratres, in hoc maneat apud deum. De virginibus autem praeceptum domini non habeo; consilium autem do, tamquam misericordiam consecutus a domino ut sim fidelis. Existimo ergo hoc bonum esse propter instantem necessitatem, quoniam bonum est homini sic esse. Alligatus es uxori? noli quaerere solutionem. Solutus es ab uxore? noli quaerere uxorem. Si autem acceperis uxorem, non peccasti; et si nupserit virgo, non peccavit. Tribulationem tamen carnis habebunt huiusmodi. Ego autem vobis parco. Hoc itaque dico fratres: tempus breve est; reliquum est, ut et qui habent uxores tamquam non habentes sint, et qui flent tamquam non flentes, et qui gaudent tamquam non gaudentes, et qui emunt tamquam non possidentes, et qui utuntur hoc mundo tamquam non utantur; praeterit enim figura huius mundi. Volo autem vos sine sollicitudine esse. Qui sine uxore est, sollicitus est quae domini sunt, quomodo placeat deo. Qui autem cum uxore est, sollicitus est quae sunt mundi, quomodo placeat uxori, et divisus est. Et mulier innupta et virgo cogitat quae domini sunt, ut sit sancta et corpore et spiritu. Quae autem nupta est, cogitat quae sunt mundi, quomodo placeat viro. Porro hoc ad utilitatem vestram dico, non ut laqueum vobis iniciam, sed ad id quod honestum est, et quod facultatem praebeat sine impedimento dominum observandi.

Si quis autem turpem se videri existimat super virgine sua, quod sit superadulta, et ita oportet fieri, quod vult faciat; non peccat si nubat. Nam qui statuit in corde suo firmus, non habens necessitatem, potestatem autem habet suae voluntatis, et hoc iudicavit in corde suo servare virginem suam, bene facit. Igitur et qui matrimonio iungit virginem suam, bene facit; et qui non iungit, melius facit. Mulier alligata est legi quanto tempore vir eius vivit; quod si dormierit vir eius, liberata est a lege; cui vult nubat, tantum in domino. Beatior autem erit si sic permanserit secundum meum consilium. Puto autem quod et ego spiritum dei habeam.

De his autem quae idolis sacrificantur, scimus quia omnes scientiam habemus. Scientia inflat, caritas aedificat. Si quis autem se existimat scire aliquid, nondum cognovit quemadmodum oporteat eum scire. Si quis autem diligit deum, hic cognitus est ab eo. De escis autem quae idolis immolantur, scimus quia nihil est idolum in mundo, et quod nullus deus nisi unus. Nam etsi sunt qui dicantur dii sive in caelo sive in terra, siquidem sunt dii multi et domini multi, nobis tamen unus deus pater, ex quo omnia, et nos in illum; et unus dominus Iesus Christus, per quem omnia, et nos per ipsum. Sed non in omnibus est scientia. Quidam autem cum conscientia usque nunc idoli quasi idolothytum manducant, et conscientia ipsorum cum sit infirma polluitur. Esca autem nos non commendat deo. Neque enim si manducaverimus abundabimus, neque si non manducaverimus deficiemus. Videte autem ne forte haec licentia vestra offendiculum fiat infirmis. Si enim quis viderit eum qui habet scientiam in idolio recumbentem, nonne conscientia eius cum sit infirma aedificabitur ad manducandum idolothyta? Et peribit infirmus in tua scientia, frater propter quem Christus mortuus est. Sic autem peccantes in fratres, et percutientes conscientiam eorum infirmam, in Christum peccatis. Quapropter si esca scandalizat fratrem meum, non manducabo carnem in aeternum, ne fratrem meum scandalizem.

Non sum liber? Non sum apostolus? Nonne Christum Iesum dominum nostrum vidi? Nonne opus meum vos estis in domino? Et si aliis non sum apostolus, sed tamen vobis sum; nam signaculum apostolatus mei vos estis in domino. Mea defensio apud eos qui me interrogant haec est. Numquid non habemus potestatem manducandi et bibendi? Numquid non habemus potestatem mulierem sororem circumducendi, sicut et ceteri apostoli, et fratres domini, et Cephas? Aut solus ego et Barnabas non habemus potestatem hoc operandi? Quis militat suis stipendiis umquam? Quis plantat vineam, et fructum eius non edit? Quis pascit gregem, et de lacte gregis non manducat? Numquid secundum hominem haec dico? An et lex haec non dicit? Scriptum est enim in lege Moysi: Non alligabis os bovi trituranti. Numquid de bubus cura est deo? An propter nos utique dicit? Nam propter nos scripta sunt, quoniam debet in spe qui arat arare, et qui triturat in spe fructus percipiendi. Si nos vobis spiritalia seminavimus, magnum est si nos carnalia vestra metamus? Si alii potestatis vestrae participes sunt, quare non potius nos? Sed non usi sumus hac potestate, sed omnia sustinemus, ne quod offendiculum demus evangelio Christi. Nescitis quoniam qui in sacrario operantur, quae de sacrario sunt edunt, et qui altari deserviunt, cum altari participantur? Ita et dominus ordinavit his qui evangelium adnuntiant de evangelio vivere. Ego autem nullo horum usus sum. Non scripsi autem haec ut ita fiant in me. Bonum est enim mihi magis mori, quam ut gloriam meam quis evacuet. Nam si evangelizavero, non est mihi gloria; necessitas enim mihi incumbit. Vae enim mihi est si non evangelizavero. Si enim volens hoc ago, mercedem habeo; si autem invitus, dispensatio mihi credita est. Quae est ergo merces mea? Ut evangelium praedicans, sine sumptu ponam evangelium, ut non abutar potestate mea in evangelio.

Nam cum liber essem ex omnibus, omnium me servum feci, ut plures lucrifacerem. Et factus sum Iudaeis tamquam Iudaeus, ut Iudaeos lucrarer; his qui sub lege sunt, quasi sub lege essem, cum ipse non essem sub lege, ut eos qui sub lege erant lucrifacerem; his qui sine lege erant, tamquam sine lege essem, cum sine lege dei non essem, sed in lege essem Christi, ut lucrifacerem eos qui sine lege erant. Factus sum infirmis infirmus, ut infirmos lucrifacerem. Omnibus omnia factus sum, ut omnes facerem salvos. Omnia autem facio propter evangelium, ut particeps eius efficiar. Nescitis quod hi qui in stadio currunt, omnes quidem currunt, sed unus accipit bravium? Sic currite ut conprehendatis. Omnis autem qui in agone contendit, ab omnibus se abstinet. Et illi quidem ut corruptibilem coronam accipiant.

nos autem incorruptam. Ego igitur sic curro non quasi in incertum. Sic pugno non quasi aerem verberans. sed castigo corpus meum et in servitutem redigo ne forte cum aliis praedicaverim ipse reprobus efficiar. Nolo enim vos ignorare fratres. quoniam patres nostri omnes sub nube fuerunt. et omnes mare transierunt. et omnes in Moyse baptizati sunt in nube et in mari. et omnes eandem escam spiritalem manducaverunt. et omnes eundem potum spiritalem biberunt. Bibebant autem de spiritali consequente eos petra. Petra autem erat Christus. Sed non in pluribus eorum beneplacitum est deo. Nam prostrati sunt in deserto.

Haec autem in figura facta sunt nostri. ut non simus concupiscentes malorum sicut et illi concupierunt. Neque ydolatrae efficiamini sicut et quidam ex ipsis. quemadmodum scriptum est. Sedit populus manducare et bibere. et surrexerunt ludere. Neque fornicemur sicut quidam ex ipsis fornicati sunt. et ceciderunt una die xx. et tria milia. Neque temptemus Christum sicut quidam eorum temptaverunt et a serpentibus perierunt. Neque murmuraveritis sicut quidam eorum murmuraverunt et perierunt ab exterminatore. Haec autem omnia in figura contingebant illis. Scripta sunt autem ad correptionem nostram. in quos fines saeculorum devenerunt. Itaque qui se existimat stare videat ne cadat. Temptatio vos non apprehendat nisi humana. Fidelis autem deus est. qui non patietur vos temptari supra id quod potestis. sed faciet cum temptatione etiam proventum ut possitis sustinere. Propter quod karissimi fugite ab ydolorum cultura. Ut prudentibus loquor: vos ipsi iudicate quod dico. Calix benedictionis cui benedicimus. nonne communicatio sanguinis Christi est. Et panis quem frangimus. nonne participatio corporis domini est. Quoniam unus panis unum corpus multi sumus. omnes qui de uno pane et de uno calice participamus. Videte Israhel secundum carnem. Nonne qui edunt hostias participes sunt altaris. Quid ergo? Dico quod ydolis immolatum sit aliquid. aut quod ydolum sit aliquid. sed quae gentes immolant. demoniis immolant et non deo. Nolo autem vos socios fieri demoniorum. Non potestis calicem domini bibere et calicem demoniorum. Non potestis mensae domini participes esse. et mensae demoniorum. An aemulamur dominum. Numquid fortiores illo sumus. Omnia mihi licent. sed non omnia aedificant. Omnia mihi licent. sed non omnia expediunt. Nemo quod suum est quaerat. sed quod alterius. Omne quod in macello venit manducate. nichil interrogantes propter conscientiam. Domini est terra et plenitudo eius. Si quis vocat vos infidelium ad cenam et vultis ire. omne quod vobis apponitur manducate nichil interrogantes propter conscientiam. Si quis autem dixerit hoc immolaticium est ydolis. nolite manducare propter illum qui indicavit. et propter conscientiam. Conscientiam autem dico non tuam sed alterius. Ut quid enim libertas mea iudicatur ab aliena conscientia. Si ego cum gratia participo. quid blasphemor pro eo quod gratias ago.

Sive ergo manducatis sive bibitis vel aliud quid facitis omnia in gloriam dei facite. Sine offensione estote Iudaeis et gentilibus et ecclesiae dei. sicut et ego per omnia omnibus placeo. non quaerens quod mihi utile est sed quod multis ut salvi fiant. Imitatores mei estote sicut et ego Christi. Laudo autem vos fratres quod per omnia mei memores estis. et sicut tradidi vobis praecepta mea tenetis. Volo autem vos scire quod omnis viri caput Christus est. Caput autem mulieris vir. Caput vero Christi deus. Omnis vir orans aut prophetans velato capite. deturpat caput suum. Omnis autem mulier orans aut prophetans non velato capite deturpat caput suum. Unum enim est ac si decalvetur. Nam si non velatur mulier. tondeatur. Si vero turpe est mulieri tonderi aut decalvari. velet caput suum. Vir quidem non debet velare caput. quoniam ymago et gloria est dei. Mulier autem gloria viri est. Non enim vir ex muliere est. sed mulier ex viro. Etenim non est creatus vir propter mulierem. sed mulier propter virum. Ideo debet mulier potestatem habere supra caput et propter angelos. Verumtamen neque vir sine muliere. neque mulier sine viro in domino. Nam sicut mulier de viro. ita et vir per mulierem. Omnia autem ex deo. Vos ipsi iudicate. Decet mulierem non velatam orare dominum. Nec ipsa natura vos docet: Vir quidem si comam nutriat ignominia est illi. Mulier vero si comam nutriat gloria est illi. quoniam capilli pro velamine ei dati sunt. Si quis autem videtur contentiosus esse. nos talem consuetudinem non habemus. neque ecclesia dei.

Hoc autem praecipio non laudans quod non in melius sed in deterius convenitis. Primum quidem convenientibus vobis in ecclesia audio scissuras esse. et ex parte credo. Nam oportet hereses esse. ut et qui probati sunt manifesti fiant in vobis. Convenientibus ergo vobis in unum. iam non est dominicam cenam manducare. Unusquisque enim suam cenam praesumit ad manducandum. et alius quidem esurit. alius autem ebrius est. Numquid domos non habetis ad manducandum et bibendum. aut ecclesiam dei contemnitis et confunditis eos qui non habent. Quid dicam vobis. Laudo vos in hoc non laudo. Ego enim accepi a domino quod et tradidi vobis. quoniam dominus Ihesus Christus in qua nocte tradebatur accepit panem. et gratias agens fregit et dixit. Accipite et manducate hoc est corpus meum quod pro vobis tradetur. hoc facite in meam commemorationem. Similiter et calicem postquam cenavit dicens. Hic calix novum testamentum est in meo sanguine. hoc facite. quotienscumque bibetis in meam commemorationem. Quotienscumque enim manducabitis panem hunc et calicem bibetis. mortem domini annuntiabitis donec veniat. Itaque quicumque manducaverit panem vel biberit calicem domini indigne. reus erit corporis et sanguinis domini. Probet autem se ipsum homo. et sic de pane illo edat et de calice bibat. Qui enim manducat et bibit indigne. iudicium sibi manducat et bibit non diiudicans corpus domini. Ideo inter vos multi infirmi et inbecilles. et dormiunt multi. Quod si nosmet ipsos diiudicaremus non utique iudicaremur. Dum iudicamur autem a domino corripimur ut non cum hoc mundo dampnemur. Itaque fratres mei cum convenitis ad manducandum. invicem expectate. Si quis esurit domi manducet. ut non in iudicium conveniatis. Cetera autem cum venero disponam.

De spiritalibus autem nolo vos ignorare fratres. Scitis quia cum gentes essetis ad simulachra muta prout ducebamini euntes. Ideo notum vobis facio quod nemo in spiritu dei loquens. dicit anathema Ihesu. Et nemo potest dicere dominus Ihesus. nisi in spiritu sancto. Divisiones vero gratiarum sunt. idem autem spiritus. Et divisiones ministrationum sunt. idem autem dominus. Et divisiones operationum sunt. idem vero deus qui operatur omnia in omnibus. Unicuique autem datur manifestatio spiritus ad utilitatem. Alii quidem per spiritum datur sermo sapientiae. alii autem sermo scientiae secundum eundem spiritum. alteri fides in eodem spiritu. alii gratia sanitatum in uno spiritu. alii operatio virtutum. alii prophetia. alii discretio spirituum. alii genera linguarum. alii interpretatio sermonum. Haec autem omnia operatur unus atque idem spiritus. dividens singulis prout vult.

Sicut enim corpus unum est. et membra multa habet. omnia autem membra corporis cum sint multa unum corpus sunt. ita et Christus. Etenim in uno spiritu omnes nos in unum corpus baptizati sumus. sive Iudaei. sive gentiles. sive servi. sive liberi. et omnes uno spiritu potati sumus. Nam et corpus non est unum membrum. sed multa. Si dixerit pes quoniam non sum manus non sum de corpore. non ideo non est de corpore. Et si dixerit auris quia non sum oculus. non ideo non est de corpore. Si totum corpus oculus. ubi auditus. Si totum auditus. ubi odoratus. Nunc autem posuit deus membra unumquodque eorum in corpore. sicut voluit. Quod si essent omnia unum membrum. ubi corpus. Nunc autem multa quidem membra. unum autem corpus. Non potest autem dicere oculus manui opera tua non indigeo. aut iterum caput pedibus: non estis mihi necessarii. sed multo magis quae videntur membra corporis infirmiora esse necessariora sunt. Et quae putamus ignobiliora esse membra corporis. honorem his habundantiorem circumdamus. et quae inhonesta sunt nostra habundantiorem honorem habent. honesta autem nostra nullius egent. sed deus temperavit corpus ei cui deerat habundantiorem tribuendo honorem. ut non sit scisma in corpore. sed in id ipsum pro invicem sollicita sint membra. Et si quid patitur unum membrum. compatiuntur omnia membra. sive gloriatur unum membrum. congaudent omnia membra. Vos autem estis corpus Christi. et membra de membro. Et quosdam quidem posuit deus in ecclesia. Primum apostolos. secundo prophetas. tertio doctores. deinde virtutes. exin gratias curationum. opitulationes. gubernationes. genera linguarum. Numquid omnes apostoli. Numquid omnes prophetae. Numquid omnes doctores. Numquid omnes virtutes. Numquid omnes gratiam habent curationum. Numquid omnes interpretantur.

Aemulamini autem carismata meliora. Et adhuc excellentiorem viam vobis demonstro. Si linguis hominum loquar et angelorum. caritatem autem non habeam. factus sum velut aes sonans. aut cymbalum tinniens. Et si habuero prophetiam. et noverim mysteria omnia. et omnem scientiam. et si habuero omnem fidem. ita ut montes transferam. caritatem autem non habeam. nichil sum. Et si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas. et si tradidero corpus meum ita ut ardeam. caritatem autem non habuero. nichil mihi prodest. Caritas patiens est. benigna est. Caritas non aemulatur. non agit perperam. non inflatur. non est ambitiosa. non quaerit quae sua sunt. non irritatur. non cogitat malum. non gaudet super iniquitatem. congaudet autem veritati. Omnia suffert. omnia credit. omnia sperat. omnia sustinet. caritas numquam excidet. Sive prophetiae evacuabuntur. sive linguae cessabunt. sive scientia destruetur. Ex parte enim cognoscimus et ex parte prophetamus. Cum autem venerit quod perfectum est. evacuabitur quod ex parte est. Cum essem parvulus. loquebar ut parvulus. sapiebam ut parvulus. cogitabam ut parvulus. quando autem factus sum vir. evacuavi quae erant parvuli. Videmus nunc per speculum in enigmate. tunc autem facie ad faciem. Nunc cognosco ex parte. tunc autem cognoscam sicut et cognitus sum. Nunc autem manent fides. spes. caritas. tria haec. Maior autem his est caritas.

Sectamini caritatem. aemulamini spiritalia. magis autem ut prophetetis. Qui enim loquitur lingua. non hominibus loquitur. sed deo. Nemo enim audit. Spiritus autem loquitur mysteria. Nam qui prophetat hominibus loquitur ad aedificationem et exhortationem. et consolationem. Qui loquitur lingua semet ipsum aedificat. qui autem prophetat ecclesiam dei aedificat. Volo autem vos loqui linguis. magis autem prophetare. Nam maior est qui prophetat quam qui loquitur linguis. nisi forte interpretetur ut ecclesia aedificationem accipiat. Nunc autem fratres si venero ad vos linguis loquens. quid vobis prodero. nisi vobis loquar aut in revelatione aut in scientia. aut in prophetia. aut in doctrina. Tamen quae sine anima sunt vocem dantia. sive tibia. sive cythara. nisi distinctionem sonituum dederint. quomodo scietur quod canitur. aut quod cytharizatur. Etenim si incertam vocem det tuba. quis parabit se ad bellum. Ita et vos per linguam nisi manifestum sermonem dederitis. quomodo scietur id quod dicitur. Eritis enim in aera loquentes. Tam multa. ut puta genera linguarum sunt in hoc mundo. et nichil sine voce est. Si ergo nescero virtutem vocis. ero cui loquor barbarus. et qui loquitur mihi barbarus. Sic et vos quoniam aemulatores estis spirituum ad aedificationem ecclesiae quaerite. ut habundetis. Et ideo qui loquitur lingua. oret ut interpretetur. Nam si orem lingua. spiritus meus orat. mens autem mea sine fructu est. Quid ergo est. Orabo spiritu. orabo et mente. Psallam spiritu. psallam et mente. Ceterum si benedixeris spiritu. quis supplebit locum ydiotae. quomodo dicet amen super tuam benedictionem. quoniam quid dicas nescit. Nam tu quidem bene gratias agis. sed alter non aedificatur. Gratias ago deo. quod omnium vestrum lingua loquor. sed in ecclesia volo quinque verba sensu meo loqui. ut et alios instruam. quam decem milia verborum in lingua.

Fratres. Nolite pueri effici sensibus. sed malitia parvuli estote. sensibus autem perfecti estote. In lege scriptum est. quoniam in aliis linguis et labiis aliis loquar populo huic. et nec sic exaudient me dicit dominus. Itaque linguae in signum sunt non fidelibus sed infidelibus. Prophetiae autem non infidelibus sed fidelibus. Si ergo conveniat universa ecclesia in unum. et omnes linguis loquantur. intrent autem ydiotae aut infideles. nonne dicent quod insanitis. Si autem omnes prophetent. intret autem quis infidelis vel ydiota. convincitur ab omnibus. diiudicatur ab omnibus. Occulta cordis eius manifesta fiunt. Et ita cadens in faciem adorabit dominum. pronuntians quod vere deus in vobis sit. Quid ergo fratres. Cum convenitis. unusquisque vestrum psalmum habet. doctrinam habet. apocalipsin habet. linguam habet. interpretationem habet. Omnia ad aedificationem fiant. sive lingua quis loquitur secundum duos aut multum tres. et per partes. et unus interpretetur. Si autem non fuerit interpres. taceat in ecclesia. sibi autem loquatur et deo. Prophetae duo aut tres dicant: et ceteri diiudicent. Quod si alii revelatum fuerit sedenti. prior taceat. Potestis enim omnes per singulos prophetare ut omnes discant. et omnes exhortentur. Et spiritus prophetarum prophetis subiecti sunt. Non enim dissensionis deus est sed pacis. sicut in omnibus ecclesiis sanctorum doceo. Mulieres in ecclesiis taceant. Non enim permittitur eis loqui. sed subditas esse sicut et lex dicit. Si quid autem volunt discere. domi viros suos interrogent. Turpe est enim mulieri in ecclesia loqui. An a vobis verbum dei processit. aut in vos solos pervenit. Si quis videtur propheta esse. aut spiritalis. cognoscat quae scribo vobis. quia domini sunt mandata. Si quis autem ignorat. ignorabitur. Itaque fratres aemulamini prophetare et loqui linguis nolite prohibere. Omnia autem honeste et secundum ordinem fiant in vobis.

Notum autem vobis facio fratres evangelium quod praedicavi vobis. quod et accepistis. in quo et statis. per quod et salvamini. Qua ratione praedicaverim vobis si tenetis. nisi frustra credidistis. Tradidi enim vobis in primis quod et accepi. quoniam Christus mortuus est pro peccatis nostris secundum scripturas. et quia sepultus est. et quia resurrexit tertia die. et quia visus est Cephae. et post hoc xi. Deinde visus est plus quam quingentis fratribus simul. ex quibus multi manent usque adhuc. quidam autem dormierunt. Deinde visus est Iacobo. deinde apostolis omnibus. Novissime autem omnium tamquam abortivo visus est et mihi. Ego enim sum minimus apostolorum. qui non sum dignus vocari apostolus. quoniam persecutus sum ecclesiam dei. Gratia autem dei sum id quod sum. Et gratia eius in me vacua non fuit: sed habundantius omnibus illis laboravi. Non ego autem. sed gratia dei mecum. Sive enim ego. sive illi sic praedicamus. et sic credidistis. Si autem Christus praedicatur quod resurrexit a mortuis. quomodo quidam dicunt in vobis quoniam resurrectio mortuorum non est. Si autem resurrectio mortuorum non est: neque Christus resurrexit. Si autem Christus non resurrexit inanis est ergo praedicatio nostra. inanis est et fides vestra. Invenimur autem et falsi testes dei. quoniam testimonium diximus adversus deum quod suscitaverit Christum quem non suscitavit. Nam si mortui non resurgunt. neque Christus resurrexit. Quod si Christus non resurrexit. vana est fides vestra. Adhuc enim estis in peccatis vestris. Ergo et qui dormierunt in Christo. perierunt. Si in hac vita tantum in Christo sperantes sumus. miserabiliores sumus omnibus hominibus. Nunc autem Christus resurrexit a mortuis. primitiae dormientium. Quoniam quidem per hominem mors. et per hominem resurrectio mortuorum. et sicut in Adam omnes moriuntur

ita et in Christo omnes vivificabuntur. Unusquisque autem in suo ordine: primitiae Christus, deinde hi qui sunt Christi, qui in adventu eius crediderunt. Deinde finis, cum tradiderit regnum Deo et Patri, cum evacuaverit omnem principatum et potestatem et virtutem. Oportet autem illum regnare donec ponat omnes inimicos sub pedibus eius. Novissima autem inimica destruetur mors. Omnia enim subiecit sub pedibus eius. Cum autem dicat omnia subiecta sunt ei, sine dubio praeter eum qui subiecit ei omnia. Cum autem subiecta fuerint illi omnia, tunc et ipse Filius subiectus erit illi qui sibi subiecit omnia, ut sit Deus omnia in omnibus. Alioquin quid facient qui baptizantur pro mortuis, si omnino mortui non resurgunt? Ut quid et baptizantur pro illis? Ut quid et nos periclitamur omni hora? Cotidie morior per vestram gloriam, fratres, quam habeo in Christo Iesu Domino nostro. Si secundum hominem ad bestias pugnavi Ephesi, quid mihi prodest si mortui non resurgunt? Manducemus et bibamus, cras enim moriemur. Nolite seduci: corrumpunt mores bonos colloquia mala. Evigilate iusti et nolite peccare; ignorantiam enim Dei quidam habent; ad reverentiam vobis loquor. Sed dicet aliquis: Quomodo resurgunt mortui? Quali autem corpore veniunt? Insipiens, tu quod seminas non vivificatur nisi prius moriatur. Et quod seminas, non corpus quod futurum est seminas, sed nudum granum, ut puta tritici aut alicuius ceterorum. Deus autem dat illi corpus sicut voluit, et unicuique seminum proprium corpus.

Non omnis caro eadem caro, sed alia hominum, alia pecorum, alia volucrum, alia autem piscium. Et corpora caelestia et corpora terrestria. Sed alia quidem caelestium gloria, alia autem terrestrium. Alia claritas solis, alia claritas lunae, et alia claritas stellarum. Stella enim a stella differt in claritate. Sic et resurrectio mortuorum. Seminatur in corruptione, surget in incorruptione. Seminatur in ignobilitate, surget in gloria. Seminatur in infirmitate, surget in virtute. Seminatur corpus animale, surget corpus spiritale. Si est corpus animale, est et spiritale, sicut scriptum est: Factus est primus homo Adam in animam viventem, novissimus Adam in spiritum vivificantem. Sed non prius quod spiritale est, sed quod animale est, deinde quod spiritale est. Primus homo de terra terrenus, secundus homo de caelo caelestis. Qualis terrenus, tales et terreni, et qualis caelestis, tales et caelestes. Igitur sicut portavimus imaginem terreni, portemus et imaginem caelestis. Hoc autem dico, fratres, quia caro et sanguis regnum Dei possidere non possunt, neque corruptio incorruptelam possidebit. Ecce mysterium vobis dico: omnes quidem resurgemus, sed non omnes inmutabimur, in momento, in ictu oculi, in novissima tuba. Canet enim et mortui resurgent incorrupti, et nos inmutabimur. Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptelam, et mortale hoc induere inmortalitatem. Cum autem mortale hoc induerit inmortalitatem, tunc fiet sermo qui scriptus est: Absorpta est mors in victoria. Ubi est mors victoria tua? Ubi est mors stimulus tuus? Stimulus autem mortis peccatum est, virtus vero peccati lex. Deo autem gratias, qui dedit nobis victoriam per Dominum nostrum Iesum Christum.

Itaque fratres mei dilectissimi, stabiles estote et inmobiles, abundantes in opere Domini semper, scientes quod labor vester non est inanis in Domino. De collectis autem quae fiunt in sanctos, sicut ordinavi ecclesiis Galatiae, ita et vos facite. Per unam sabbati unusquisque vestrum apud se reponat, recondens quod ei bene placuerit, ut non cum venero tunc collectae fiant. Cum autem praesens fuero, quos probaveritis per epistulas, hos mittam perferre gratiam vestram in Hierusalem. Quod si dignum fuerit ut et ego eam, mecum ibunt. Veniam autem ad vos cum Macedoniam pertransiero; nam Macedoniam pertransibo. Apud vos autem forsitan manebo, vel etiam hiemabo, ut vos me deducatis quocumque iero. Nolo enim vos modo in transitu videre. Spero enim me aliquantulum temporis manere apud vos, si Dominus permiserit. Permanebo autem Ephesi usque ad Pentecosten. Ostium enim mihi apertum est magnum et evidens, et adversarii multi. Si autem venerit Timotheus, videte ut sine timore sit apud vos; opus enim Domini operatur sicut et ego. Ne quis ergo illum spernat. Deducite autem illum in pace, ut veniat ad me; expecto enim illum cum fratribus. De Apollo autem fratre vobis notum facio, quoniam multum rogavi eum ut veniret ad vos cum fratribus, et utique non fuit voluntas eius ut nunc veniret; veniet autem cum ei vacuum fuerit. Vigilate, state in fide, viriliter agite et confortamini. Omnia vestra in caritate fiant. Obsecro autem vos, fratres: nostis domum Stephanae et Fortunati, quoniam sunt primitiae Achaiae, et in ministerium sanctorum ordinaverunt se ipsos, ut et vos subditi sitis eiusmodi, et omni cooperanti et laboranti. Gaudeo autem in praesentia Stephanae et Fortunati et Achaici, quoniam id quod vobis deerat ipsi suppleverunt. Refecerunt enim et meum spiritum et vestrum. Cognoscite ergo qui eiusmodi sunt. Salutant vos ecclesiae Asiae. Salutant vos in Domino multum Aquila et Prisca, cum domestica sua ecclesia, apud quos et hospitor. Salutant vos fratres omnes. Salutate invicem in osculo sancto. Salutatio mea manu Pauli. Si quis non amat Dominum nostrum Iesum Christum, sit anathema maranatha. Gratia Domini nostri Iesu Christi vobiscum. Amen. Caritas mea cum omnibus vobis in Christo Iesu. Amen.

POST ACTAM PENITENTIAM EPISTOLAM **ARGUMENTUM.**
consolatoriam scribit eis a Troade per Titum. Et collaudans eos hortatur ad meliora, contristatos quidem eos sed emendatos ostendens.

ITEM AD CORINTHIOS

PAULUS APOSTOLUS

Iesu Christi per voluntatem Dei et Timotheus frater ecclesiae Dei quae est Corinthi, cum sanctis omnibus qui sunt in universa Achaia. Gratia vobis et pax a Deo Patre nostro et Domino Iesu Christo. Benedictus Deus et Pater Domini nostri Iesu Christi, Pater misericordiarum et Deus totius consolationis, qui consolatur nos in omni tribulatione nostra, ut possimus et ipsi consolari eos qui in omni pressura sunt, per exhortationem qua exhortamur et ipsi a Deo. Quoniam sicut abundant passiones Christi in nobis, ita et per Christum abundat consolatio nostra. Sive autem tribulamur, pro vestra exhortatione et salute, sive consolamur, pro vestra consolatione, sive exhortamur, pro vestra exhortatione et salute, quae operatur tolerantiam earundem passionum quas et nos patimur, et spes nostra firma pro vobis, scientes quoniam sicut socii passionum estis, sic eritis et consolationis. Non enim volumus ignorare vos, fratres, de passione nostra quae facta est in Asia, quoniam supra modum gravati sumus supra virtutem, ita ut taederet nos etiam vivere. Sed ipsi in nobis ipsis responsum mortis habuimus, ut non simus fidentes in nobis, sed in Deo qui suscitat mortuos, qui de tantis periculis eripuit nos et eruit, in quem speramus quoniam et adhuc eripiet, adiuvantibus et vobis in oratione pro nobis, ut ex multorum personis facierum eius quae in nobis est donationis per multos gratiae agantur pro nobis. Nam gloria nostra haec est, testimonium conscientiae nostrae, quod in simplicitate et sinceritate Dei, et non in sapientia carnali, sed in gratia Dei conversati sumus in hoc mundo, abundantius autem ad vos. Non enim alia scribimus vobis quam quae legistis et cognovistis. Spero autem quod usque in finem cognoscetis, sicut et cognovistis nos ex parte, quia gloria vestra sumus, sicut et vos nostra in die Domini nostri Iesu Christi. Et hac confidentia volui prius venire ad vos, ut secundam gratiam haberetis, et per vos transire in Macedoniam, et iterum a Macedonia venire ad vos, et a vobis deduci in Iudaeam. Cum ergo hoc voluissem, numquid levitate usus sum? Aut quae cogito secundum carnem cogito, ut sit apud me est et non? Fidelis autem Deus, quia sermo noster qui fuit apud vos non est in illo est et non. Dei enim Filius Iesus Christus, qui in vobis per nos praedicatus est, per me et Silvanum et Timotheum, non fuit est et non, sed est in illo fuit. Quotquot enim promissiones Dei sunt, in illo est; ideo et per ipsum amen Deo ad gloriam nostram. Qui autem confirmat nos vobiscum in Christo, et qui unxit nos Deus, et qui signavit nos et dedit pignus Spiritus in cordibus nostris. Ego autem testem Deum invoco in animam meam, quod parcens vobis non veni ultra Corinthum, non quia dominamur fidei vestrae, sed adiutores sumus gaudii vestri; nam fide statis.

Statui autem hoc ipse apud me, ne iterum in tristitia venirem ad vos. Si enim ego contristo vos, et quis est qui me laetificet nisi qui contristatur ex me? Et hoc ipsum scripsi vobis, ut non cum venero tristitiam super tristitiam habeam de quibus oportuerat me gaudere, confidens in omnibus vobis, quia meum gaudium omnium vestrum est. Nam ex multa tribulatione et angustia cordis scripsi vobis per multas lacrimas, non ut contristemini, sed ut sciatis quam caritatem habeam abundantius in vobis. Si quis autem contristavit, non me contristavit, sed ex parte, ut non onerem omnes vos. Sufficit illi qui eiusmodi est obiurgatio haec quae fit a pluribus, ita ut e contrario magis donetis et consolemini, ne forte abundantiori tristitia absorbeatur qui eiusmodi est. Propter quod obsecro vos ut confirmetis in illum caritatem. Ideo enim et scripsi, ut cognoscam experimentum vestrum, an in omnibus oboedientes sitis. Cui autem aliquid donastis, et ego; nam et ego quod donavi, si quid donavi, propter vos in persona Christi, ut non circumveniamur a Satana; non enim ignoramus cogitationes eius. Cum venissem autem Troadem propter evangelium Christi, et ostium mihi apertum esset in Domino, non habui requiem spiritui meo, eo quod non invenerim Titum fratrem meum, sed valefaciens eis profectus sum in Macedoniam.

Deo autem gratias, qui semper triumphat nos in Christo Iesu, et odorem notitiae suae manifestat per nos in omni loco, quia Christi bonus odor sumus Deo in his qui salvi fiunt et in his qui pereunt; aliis quidem odor mortis in mortem, aliis autem odor vitae in vitam. Et ad haec quis tam idoneus? Non enim sumus sicut plurimi adulterantes verbum Dei, sed ex sinceritate, sed sicut ex Deo, coram Deo in Christo loquimur. Incipimus iterum nosmet ipsos commendare? Aut numquid egemus sicut quidam commendaticiis epistulis ad vos aut ex vobis? Epistula nostra vos estis, scripta in cordibus nostris, quae scitur et legitur ab omnibus hominibus, manifestati quoniam epistula estis Christi ministrata a nobis, et scripta non atramento, sed Spiritu Dei vivi, non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus. Fiduciam autem talem habemus per Christum ad Deum, non quod sufficientes simus cogitare aliquid a nobis quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est, qui et idoneos nos fecit ministros novi testamenti, non littera sed Spiritu; littera enim occidit, Spiritus autem vivificat. Quod si ministratio mortis litteris deformata in lapidibus fuit in gloria, ita ut non possent intendere filii Israhel in faciem Mosi propter gloriam vultus eius quae evacuatur, quomodo non magis ministratio Spiritus erit in gloria? Nam si ministratio damnationis gloria est, multo magis abundat ministerium iustitiae in gloria. Nam nec glorificatum est quod claruit in hac parte propter excellentem gloriam. Si enim quod evacuatur per gloriam est, multo magis quod manet in gloria est. Habentes igitur talem spem multa fiducia utimur, et non sicut Moses ponebat velamen super faciem suam, ut non intenderent filii Israhel in faciem eius quod evacuatur. Sed obtunsi sunt sensus eorum; usque in hodiernum enim diem id ipsum velamen in lectione veteris testamenti manet non revelatum, quoniam in Christo evacuatur. Sed usque in hodiernum diem, cum legitur Moses, velamen est positum super cor eorum. Cum autem conversus fuerit ad Dominum, auferetur velamen. Dominus autem Spiritus est; ubi autem Spiritus Domini, ibi libertas. Nos vero omnes revelata facie gloriam Domini speculantes in eandem imaginem transformamur a claritate in claritatem, tamquam a Domini Spiritu.

Ideo habentes hanc ministrationem, iuxta quod misericordiam consecuti sumus, non deficimus, sed abdicamus occulta dedecoris, non ambulantes in astutia, neque adulterantes verbum Dei, sed in manifestatione veritatis commendantes nosmet ipsos ad omnem conscientiam hominum coram Deo. Quod si etiam opertum est evangelium nostrum, in his qui pereunt est opertum, in quibus deus huius saeculi excaecavit mentes infidelium, ut non fulgeat inluminatio evangelii gloriae Christi, qui est imago Dei invisibilis. Non enim nosmet ipsos praedicamus, sed Iesum Christum Dominum, nos autem servos vestros per Iesum. Quoniam Deus qui dixit de tenebris lucem splendescere, ipse inluxit in cordibus nostris ad inluminationem scientiae claritatis Dei in facie Christi Iesu. Habemus autem thesaurum istum in vasis fictilibus, ut sublimitas sit virtutis Dei et non ex nobis. In omnibus tribulationem patimur, sed non angustiamur; aporiamur, sed non destituimur; persecutionem patimur, sed non derelinquimur; deicimur, sed non perimus; semper mortificationem Iesu in corpore nostro circumferentes, ut et vita Iesu in corporibus nostris manifestetur. Semper enim nos qui vivimus in mortem tradimur propter Iesum, ut et vita Iesu manifestetur in carne nostra mortali. Ergo mors in nobis operatur, vita autem in vobis. Habentes autem eundem spiritum fidei, sicut scriptum est: Credidi, propter quod locutus sum, et nos credimus, propter quod et loquimur, scientes quoniam qui suscitavit Iesum et nos cum Iesu suscitabit et constituet vobiscum. Omnia enim propter vos, ut gratia abundans per multos in gratiarum actione abundet in gloriam Dei. Propter quod non deficimus, sed licet is qui foris est noster homo corrumpitur, tamen is qui intus est renovatur de die in diem. Id enim quod in praesenti est momentaneum et leve tribulationis nostrae supra modum in sublimitate aeternum gloriae pondus operatur in nobis, non contemplantibus nobis quae videntur, sed quae non videntur; quae enim videntur temporalia sunt, quae autem non videntur aeterna sunt.

Scimus enim quoniam si terrestris domus nostra huius habitationis dissolvatur, quod aedificationem ex Deo habemus, domum non manufactam, aeternam in caelis. Nam et in hoc ingemescimus, habitationem nostram quae de caelo est superindui cupientes, si tamen vestiti et non nudi inveniamur. Nam et qui sumus in tabernaculo ingemescimus gravati, eo quod nolumus expoliari, sed supervestiri, ut absorbeatur quod mortale est a vita. Qui autem efficit nos in hoc ipsum Deus, qui dedit nobis pignus Spiritus. Audentes igitur semper, et scientes quoniam dum sumus in corpore peregrinamur a Domino; per fidem enim ambulamus et non per speciem. Audemus autem, et bonam voluntatem habemus magis peregrinari a corpore et praesentes esse ad Dominum. Et ideo contendimus sive absentes sive praesentes placere illi. Omnes enim nos manifestari oportet ante tribunal Christi, ut referat unusquisque propria corporis prout gessit, sive bonum sive malum. Scientes ergo timorem Domini, hominibus suademus, Deo autem manifesti sumus. Spero autem et in conscientiis vestris manifestos nos esse. Non iterum nos commendamus vobis, sed occasionem damus vobis gloriandi pro nobis, ut habeatis ad eos qui in facie gloriantur et non in corde. Sive enim mente excedimus, Deo; sive sobrii sumus

sobrii sumus vobis. Caritas enim Christi urget nos, aestimantes hoc, quoniam si unus pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt: et pro omnibus mortuus est Christus, ut et qui vivunt, iam non sibi vivant, sed ei qui pro ipsis mortuus est et resurrexit.

Itaque ex hoc neminem novimus secundum carnem. Et si cognovimus secundum carnem Christum, sed nunc iam non novimus. Si qua ergo in Christo nova creatura, vetera transierunt: ecce facta sunt nova. Omnia autem ex Deo, qui nos reconciliavit sibi per Christum: et dedit nobis ministerium reconciliationis. Quoniam quidem Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi, non reputans illis delicta ipsorum, et posuit in nobis verbum reconciliationis. Pro Christo ergo legatione fungimur, tamquam Deo exhortante per nos. Obsecramus pro Christo, reconciliamini Deo. Eum, qui non noverat peccatum, pro nobis peccatum fecit, ut nos efficeremur iustitia Dei in ipso. Adiuvantes autem exhortamur ne in vacuum gratiam Dei recipiatis. Ait enim: Tempore accepto exaudivi te, et in die salutis adiuvi te. Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis. Nemini dantes ullam offensionem, ut non vituperetur ministerium nostrum: sed in omnibus exhibeamus nosmetipsos sicut Dei ministros, in multa patientia, in tribulationibus, in necessitatibus, in angustiis, in plagis, in carceribus, in seditionibus, in laboribus, in vigiliis, in ieiuniis, in castitate, in scientia, in longanimitate, in suavitate, in Spiritu Sancto, in caritate non ficta, in verbo veritatis, in virtute Dei, per arma iustitiae a dextris et a sinistris, per gloriam et ignobilitatem, per infamiam et bonam famam: ut seductores, et veraces: sicut qui ignoti, et cogniti: quasi morientes, et ecce vivimus: ut castigati, et non mortificati: quasi tristes, semper autem gaudentes: sicut egentes, multos autem locupletantes: tamquam nihil habentes, et omnia possidentes.

Os nostrum patet ad vos, o Corinthii, cor nostrum dilatatum est. Non angustiamini in nobis: angustiamini autem in visceribus vestris. Eandem autem habentes remunerationem, tamquam filiis dico, dilatamini et vos. Nolite iugum ducere cum infidelibus. Quae enim participatio iustitiae cum iniquitate? aut quae societas luci ad tenebras? Quae autem conventio Christi ad Belial? aut quae pars fideli cum infideli? Qui autem consensus templo Dei cum idolis? vos enim estis templum Dei vivi, sicut dicit Deus: Quoniam inhabitabo in illis, et inambulabo inter eos, et ero illorum Deus, et ipsi erunt mihi populus. Propter quod exite de medio eorum, et separamini, dicit Dominus, et immundum ne tetigeritis: et ego recipiam vos: et ero vobis in patrem, et vos eritis mihi in filios et filias, dicit Dominus omnipotens. Has ergo habentes promissiones, carissimi, mundemus nos ab omni inquinamento carnis et spiritus, perficientes sanctificationem in timore Dei. Capite nos. Neminem laesimus, neminem corrupimus, neminem circumvenimus. Non ad condemnationem vestram dico. Praediximus enim quod in cordibus nostris estis ad commoriendum et ad convivendum.

Multa mihi fiducia est apud vos, multa mihi gloriatio pro vobis, repletus sum consolatione, superabundo gaudio in omni tribulatione nostra. Nam et cum venissemus in Macedoniam, nullam requiem habuit caro nostra, sed omnem tribulationem passi sumus: foris pugnae, intus timores. Sed qui consolatur humiles, consolatus est nos Deus in adventu Titi. Non solum autem in adventu eius, sed etiam in solatio quo consolatus est in vobis, referens nobis vestrum desiderium, vestrum fletum, vestram aemulationem pro me, ita ut magis gauderem. Quoniam etsi contristavi vos in epistola, non me paenitet: etsi paeniteret, videns quod epistola illa etsi ad horam vos contristavit, nunc gaudeo: non quia contristati estis, sed quia contristati estis ad paenitentiam. Contristati enim estis secundum Deum, ut in nullo detrimentum patiamini ex nobis. Quae enim secundum Deum tristitia est, paenitentiam in salutem stabilem operatur: saeculi autem tristitia mortem operatur. Ecce enim hoc ipsum, secundum Deum contristari vos, quantam in vobis operatur sollicitudinem: sed defensionem, sed indignationem, sed timorem, sed desiderium, sed aemulationem, sed vindictam: in omnibus exhibuistis vos incontaminatos esse negotio. Igitur, etsi scripsi vobis, non propter eum qui fecit iniuriam, nec propter eum qui passus est: sed ad manifestandam sollicitudinem nostram, quam habemus pro vobis coram Deo: ideo consolati sumus. In consolatione autem nostra, abundantius magis gavisi sumus super gaudio Titi, quia refectus est spiritus eius ab omnibus vobis. Et si quid apud illum de vobis gloriatus sum, non sum confusus: sed sicut omnia vobis in veritate locuti sumus, ita et gloriatio nostra, quae fuit ad Titum, veritas facta est. Et viscera eius abundantius in vobis sunt, reminiscentis omnium vestrum obedientiam: quomodo cum timore et tremore excepistis illum. Gaudeo quod in omnibus confido in vobis.

Notam autem facimus vobis, fratres, gratiam Dei, quae data est in ecclesiis Macedoniae: quod in multo experimento tribulationis abundantia gaudii ipsorum fuit, et altissima paupertas eorum abundavit in divitias simplicitatis eorum: quia secundum virtutem testimonium illis reddo, et supra virtutem voluntarii fuerunt, cum multa exhortatione obsecrantes nos gratiam et communicationem ministerii, quod fit in sanctos. Et non sicut speravimus, sed semetipsos dederunt primum Domino, deinde nobis per voluntatem Dei, ita ut rogaremus Titum, ut quemadmodum coepit, ita et perficiat in vobis etiam gratiam istam. Sed sicut in omnibus abundatis fide, et sermone, et scientia, et omni sollicitudine, insuper et caritate vestra in nos, ut et in hac gratia abundetis. Non quasi imperans dico: sed per aliorum sollicitudinem, etiam vestrae caritatis ingenium bonum comprobans. Scitis enim gratiam Domini nostri Iesu Christi, quoniam propter vos egenus factus est, cum esset dives, ut illius inopia vos divites essetis. Et consilium in hoc do: hoc enim vobis utile est, qui non solum facere, sed et velle coepistis ab anno priore: nunc vero et facto perficite: ut quemadmodum promptus est animus voluntatis, ita sit et perficiendi ex eo quod habetis. Si enim voluntas prompta est, secundum id quod habet, accepta est, non secundum quod non habet. Non enim ut aliis sit remissio, vobis autem tribulatio, sed ex aequalitate. In praesenti tempore vestra abundantia illorum inopiam suppleat: ut et illorum abundantia vestrae inopiae sit supplementum, ut fiat aequalitas, sicut scriptum est: Qui multum, non abundavit: et qui modicum, non minoravit. Gratias autem Deo, qui dedit eandem sollicitudinem pro vobis in corde Titi, quoniam exhortationem quidem suscepit: sed cum sollicitior esset, sua voluntate profectus est ad vos. Misimus etiam cum illo fratrem, cuius laus est in evangelio per omnes ecclesias: non solum autem, sed et ordinatus est ab ecclesiis comes peregrinationis nostrae in hanc gratiam, quae ministratur a nobis ad Domini gloriam, et destinatam voluntatem nostram: devitantes hoc, ne quis nos vituperet in hac plenitudine, quae ministratur a nobis. Providemus enim bona non solum coram Deo, sed etiam coram hominibus. Misimus autem cum illis et fratrem nostrum, quem probavimus in multis saepe sollicitum esse: nunc autem multo sollicitiorem, confidentia multa in vos, sive pro Tito, qui est socius meus et in vos adiutor, sive fratres nostri, apostoli ecclesiarum, gloria Christi. Ostensionem ergo, quae est caritatis vestrae, et nostrae gloriae pro vobis, in illos ostendite in faciem ecclesiarum. Nam de ministerio quod fit in sanctos, ex abundanti est mihi scribere vobis. Scio enim promptum animum vestrum: pro quo de vobis glorior apud Macedones. Quoniam et Achaia parata est ab anno praeterito, et vestra aemulatio provocavit plurimos. Misi autem fratres, ut ne quod gloriamur de vobis evacuetur in hac parte, ut quemadmodum dixi, parati sitis: ne cum venerint mecum Macedones, et invenerint vos imparatos, erubescamus nos (ut non dicamus vos) in hac substantia. Necessarium ergo existimavi rogare fratres ut praeveniant ad vos, et praeparent repromissam benedictionem hanc paratam esse sic quasi benedictionem, non tamquam avaritiam. Hoc autem dico: qui parce seminat, parce et metet: et qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus et metet. Unusquisque prout destinavit in corde suo, non ex tristitia, aut ex necessitate: hilarem enim datorem diligit Deus. Potens est autem Deus omnem gratiam abundare facere in vobis: ut in omnibus semper omnem sufficientiam habentes, abundetis in omne opus bonum, sicut scriptum est: Dispersit, dedit pauperibus: iustitia eius manet in saeculum saeculi. Qui autem administrat semen seminanti, et panem ad manducandum praestabit, et multiplicabit semen vestrum, et augebit incrementa frugum iustitiae vestrae: ut in omnibus locupletati abundetis in omnem simplicitatem, quae operatur per nos gratiarum actionem Deo. Quoniam ministerium huius officii non solum supplet ea quae desunt sanctis, sed etiam abundat per multas gratiarum actiones in Domino, per probationem ministerii huius, glorificantes Deum in obedientia confessionis vestrae in evangelium Christi, et simplicitate communicationis in illos, et in omnes, et in ipsorum obsecratione pro vobis, desiderantium vos propter eminentem gratiam Dei in vobis. Gratias ago Deo super inenarrabili dono eius.

Ipse autem ego Paulus obsecro vos per mansuetudinem et modestiam Christi, qui in facie quidem humilis sum inter vos, absens autem confido in vobis. Rogo autem vos ne praesens audeam per eam confidentiam, qua existimor audere in quosdam, qui arbitrantur nos tamquam secundum carnem ambulemus. In carne enim ambulantes, non secundum carnem militamus. Nam arma militiae nostrae non carnalia sunt, sed potentia Deo ad destructionem munitionum, consilia destruentes, et omnem altitudinem extollentem se adversus scientiam Dei, et in captivitatem redigentes omnem intellectum in obsequium Christi, et in promptu habentes ulcisci omnem inobedientiam, cum impleta fuerit vestra obedientia. Quae secundum faciem sunt, videte. Si quis confidit sibi Christi se esse, hoc cogitet iterum apud se: quia sicut ipse Christi est, ita et nos. Nam, et si amplius aliquid gloriatus fuero de potestate nostra, quam dedit nobis Dominus in aedificationem, et non in destructionem vestram, non erubescam. Ut autem non existimer tamquam terrere vos per epistolas: quoniam quidem epistolae, inquiunt, graves sunt et fortes: praesentia autem corporis infirma, et sermo contemptibilis: hoc cogitet qui eiusmodi est, quia quales sumus verbo per epistolas absentes, tales et praesentes in facto. Non enim audemus inserere, aut comparare nos quibusdam, qui seipsos commendant: sed ipsi in nobis nosmetipsos metientes, et comparantes nosmetipsos nobis. Nos autem non in immensum gloriabimur, sed secundum mensuram regulae, qua mensus est nobis Deus, mensuram pertingendi usque ad vos. Non enim quasi non pertingentes ad vos, superextendimus nos: usque ad vos enim pervenimus in evangelio Christi. Non in immensum gloriantes in alienis laboribus: spem autem habentes crescentis fidei vestrae, in vobis magnificari secundum regulam nostram in abundantiam, etiam in illa, quae ultra vos sunt, evangelizare, non in aliena regula in iis quae praeparata sunt gloriari. Qui autem gloriatur, in Domino glorietur. Non enim qui seipsum commendat, ille probatus est; sed quem Deus commendat.

Utinam sustineretis modicum quid insipientiae meae, sed et supportate me: aemulor enim vos Dei aemulatione. Despondi enim vos uni viro virginem castam exhibere Christo. Timeo autem ne sicut serpens Evam seduxit astutia sua, ita corrumpantur sensus vestri, et excidant a simplicitate, quae est in Christo. Nam si is qui venit, alium Christum praedicat, quem non praedicavimus, aut alium spiritum accipitis, quem non accepistis: aut aliud evangelium, quod non recepistis: recte pateremini. Existimo enim nihil me minus fecisse a magnis apostolis. Nam etsi imperitus sermone, sed non scientia, in omnibus autem manifestati sumus vobis. Aut numquid peccatum feci, meipsum humilians, ut vos exaltemini? quoniam gratis evangelium Dei evangelizavi vobis? Alias ecclesias expoliavi, accipiens stipendium ad ministerium vestrum. Et cum essem apud vos, et egerem, nulli onerosus fui: nam quod mihi deerat, suppleverunt fratres, qui venerunt a Macedonia: et in omnibus sine onere me vobis servavi, et servabo. Est veritas Christi in me, quoniam haec gloriatio non infringetur in me in regionibus Achaiae. Quare? quia non diligo vos? Deus scit. Quod autem facio, et faciam, ut amputem occasionem eorum qui volunt occasionem, ut in quo gloriantur, inveniantur sicut et nos.

Nam eiusmodi pseudoapostoli sunt operarii subdoli, transfigurantes se in apostolos Christi. Et non mirum: ipse enim Satanas transfigurat se in angelum lucis. Non est ergo magnum, si ministri eius transfigurentur velut ministri iustitiae: quorum finis erit secundum opera ipsorum. Iterum dico (ne quis me putet insipientem esse, alioquin velut insipientem accipite me, ut et ego modicum quid glorier) quod loquor, non loquor secundum Deum, sed quasi in insipientia, in hac substantia gloriae. Quoniam multi gloriantur secundum carnem: et ego gloriabor. Libenter enim suffertis insipientes: cum sitis ipsi sapientes. Sustinetis enim si quis vos in servitutem redigit, si quis devorat, si quis accipit, si quis extollitur, si quis in faciem vos caedit. Secundum ignobilitatem dico, quasi nos infirmi fuerimus in hac parte. In quo quis audet (in insipientia dico) audeo et ego: Hebraei sunt, et ego: Israelitae sunt, et ego: semen Abrahae sunt, et ego: ministri Christi sunt (ut minus sapiens dico) plus ego: in laboribus plurimis, in carceribus abundantius, in plagis supra modum, in mortibus frequenter. A Iudaeis quinquies, quadragenas, una minus, accepi. Ter virgis caesus sum, semel lapidatus sum, ter naufragium feci, nocte et die in profundo maris fui: in itineribus saepe, periculis fluminum, periculis latronum, periculis ex genere, periculis ex gentibus, periculis in civitate, periculis in solitudine, periculis in mari, periculis in falsis fratribus: in labore et aerumna, in vigiliis multis, in fame et siti, in ieiuniis multis, in frigore et nuditate: praeter illa quae extrinsecus sunt, instantia mea quotidiana, sollicitudo omnium ecclesiarum. Quis infirmatur, et ego non infirmor? quis scandalizatur, et ego non uror? Si gloriari oportet: quae infirmitatis meae sunt, gloriabor. Deus et Pater Domini nostri Iesu Christi, qui est benedictus in saecula, scit quod non mentior. Damasci praepositus gentis Aretae regis, custodiebat civitatem Damascenorum, ut me comprehenderet: et per fenestram in sporta dimissus sum per murum, et sic effugi manus eius. Si gloriari oportet (non expedit quidem) veniam autem ad visiones et revelationes Domini. Scio hominem in Christo ante annos quatuordecim, sive in corpore nescio, sive extra corpus nescio, Deus scit, raptum huiusmodi usque ad tertium caelum. Et scio huiusmodi hominem, sive in corpore, sive extra corpus, nescio, Deus scit: quoniam raptus est in paradisum: et audivit arcana verba, quae non licet homini loqui. Pro huiusmodi gloriabor: pro me autem nihil gloriabor nisi in infirmitatibus meis. Nam et si voluero gloriari, non ero insipiens: veritatem enim dicam: parco autem, ne quis me existimet supra id quod videt in me, aut aliquid audit ex me. Et ne magnitudo revelationum extollat me, datus est mihi stimulus carnis meae angelus Satanae, qui me colaphizet. Propter quod ter Dominum rogavi ut discederet a me: et dixit mihi: Sufficit tibi gratia mea: nam virtus in infirmitate perficitur. Libenter igitur gloriabor in infirmitatibus meis, ut inhabitet in me virtus Christi.

Propter quod placeo mihi in infirmitatibus meis, in contumeliis, in necessitatibus, ipse

cessitatibus, in persecutionibus, in angustiis pro Christo. Cum enim infirmor, tunc potens sum. Factus sum insipiens, vos me coegistis. Ego enim debui a vobis commendari. Nichil enim minus habui ab his qui sunt supra modum apostoli, tamen etsi nichil sum. Signa tamen apostolatus mei facta sunt super vos in omni patientia, signis et prodigiis et virtutibus. Quid est enim quod minus habuistis pre ceteris ecclesiis, nisi quod ego ipse non gravavi vos? Donate michi hanc iniuriam.

Ecce tertio hoc paratus sum venire ad vos, et non ero gravis vobis. Non enim quero que vestra sunt, sed vos. Nec enim debent filii parentibus thesaurizare, sed parentes filiis. Ego autem libentissime impendam, et superimpendar ipse pro animabus vestris, licet vos plus diligens, minus diligar. Sed esto, ego vos non gravavi, sed cum essem astutus, dolo vos cepi. Numquid per aliquem eorum quos misi ad vos circumveni vos? Rogavi Titum, et misi cum eo fratrem. Numquid Titus vos circumvenit? Nonne eodem spiritu ambulavimus? Nonne hisdem vestigiis? Olim putatis quod excusemus nos apud vos? Coram Deo in Christo loquimur. Omnia autem karissimi propter vestram edificationem. Timeo enim ne forte cum venero non quales volo inveniam vos, et ego inveniar a vobis qualem non vultis. Ne forte contentiones, emulationes, animositates, dissensiones, detractiones, susurrationes, inflationes, seditiones sint inter vos. Ne iterum cum venero humiliet me Deus apud vos, et lugeam multos ex his qui ante peccaverunt, et non egerunt penitentiam super inmunditia et fornicatione et inpudicitia quam gesserunt.

Ecce tertio hoc venio ad vos. In ore duorum vel trium testium stabit omne verbum. Predixi et predico ut presens et nunc absens his qui ante peccaverunt et ceteris omnibus, quoniam si venero iterum non parcam. An experimentum queritis eius qui in me loquitur Christus? Qui in vobis non infirmatur, sed potens est in vobis. Nam etsi crucifixus est ex infirmitate, sed vivit ex virtute Dei. Nam et nos infirmi sumus in illo, sed vivemus cum eo ex virtute Dei in vobis. Vosmet ipsos temptate si estis in fide, ipsi vos probate. An non cognoscitis vos ipsos, quia Christus Iesus in vobis est? Nisi forte reprobi estis. Spero autem quod cognoscetis quia nos non sumus reprobi. Oramus autem Deum ut nichil mali faciatis, non ut nos probati pareamus, sed ut vos quod bonum est faciatis, nos autem ut reprobi simus. Non enim possumus aliquid adversus veritatem, sed pro veritate. Gaudemus enim quando nos infirmi sumus, vos autem potentes estis. Hoc et oramus vestram consummationem. Ideo hec absens scribo, ut non presens durius agam, secundum potestatem quam Dominus dedit michi in edificationem et non in destructionem.

De cetero fratres gaudete, perfecti estote, exhortamini, idem sapite, pacem habete, et Deus dilectionis et pacis erit vobiscum. Salutate invicem in osculo sancto. Salutant vos omnes sancti. Gratia Domini nostri Iesu Christi et caritas Dei et communicatio sancti Spiritus sit cum omnibus vobis. Amen.

Explicit epistola ad Corinthios.

GALATHE SUNT GRECI. HI VERBUM VERITATIS primum ab apostolo acceperunt, sed post discessum eius temptati sunt a falsis apostolis, ut in legem et circumcisionem verterentur. Hos apostolus revocat ad fidem veritatis, scribens eis ab Epheso.

INCIPIT EPISTOLA AD GALATHAS

PAULUS APOSTOLUS non ab hominibus neque per hominem, sed per Iesum Christum et Deum patrem qui suscitavit eum a mortuis, et qui mecum sunt omnes fratres, ecclesiis Galathie. Gratia vobis et pax a Deo patre et domino nostro Iesu Christo, qui dedit semetipsum pro peccatis nostris, ut eriperet nos de presenti seculo nequam, secundum voluntatem Dei et patris nostri, cui est gloria in secula seculorum. Amen. Miror quod sic tam cito transferimini ab eo qui vos vocavit in gratiam Christi in aliud evangelium, quod non est aliud, nisi sunt aliqui qui vos conturbant, et volunt convertere evangelium Christi. Sed licet nos aut angelus de celo evangelizet vobis preter quod evangelizavimus vobis, anathema sit. Sicut predixímus, et nunc iterum dico. Si quis vobis evangelizaverit preter id quod accepistis, anathema sit. Modo enim hominibus suadeo aut Deo? Aut quero hominibus placere? Si adhuc hominibus placerem, Christi servus non essem.

Notum vobis facio evangelium quod evangelizatum est a me, quia non est secundum hominem, neque enim ego ab homine accepi illud neque didici, sed per revelationem Iesu Christi. Audistis enim conversationem meam aliquando in iudaismo, quoniam supra modum persequebar ecclesiam Dei, et expugnabam illam, et proficiebam supra multos coetaneos meos in genere meo, habundantius emulator existens paternarum mearum traditionum. Cum autem placuit ei qui me segregavit de utero matris mee et vocavit per gratiam suam ut revelaret filium suum in me, ut evangelizarem illum in gentibus, continuo non adquievi carni et sanguini, neque veni Hierosolimam ad antecessores meos apostolos, sed abii in Arabiam, et iterum reversus sum Damascum. Deinde post annos tres veni Hierosolimam videre Petrum, et mansi apud eum diebus quindecim. Alium autem apostolorum vidi neminem, nisi Iacobum fratrem Domini. Que autem scribo vobis, ecce coram Deo quia non mentior. Deinde veni in partes Syrie et Cilicie. Eram autem ignotus facie ecclesiis Iudee que erant in Christo. Tantum autem auditum habebant, quoniam qui persequebatur nos aliquando nunc evangelizat fidem quam aliquando expugnabat, et in me clarificabant Deum. Deinde post annos quatuordecim iterum ascendi Hierosolimam cum Barnaba, assumpto et Tito. Ascendi autem secundum revelationem, et contuli cum illis evangelium quod predico in gentibus, seorsum autem his qui videbantur esse maiores, ne forte in vacuum currerem aut cucurrissem. Sed neque Titus qui mecum erat, cum esset gentilis, conpulsus est circumcidi, sed propter subintroductos falsos fratres qui subintroierunt explorare libertatem nostram, quam habemus in Christo Iesu, ut nos in servitutem redigerent. Quibus neque ad horam cessimus subiectioni, ut veritas evangelii permaneat apud vos. Ab his autem qui videbantur esse aliquid, quales aliquando fuerint, nichil mea interest. Deus personam hominis non accipit. Michi enim qui videbantur esse aliquid nichil contulerunt. Sed e contra cum vidissent quod creditum est michi evangelium preputii, sicut et Petro circumcisionis, qui enim operatus est Petro in apostolatum circumcisionis, operatus est et michi inter gentes. Et cum cognovissent gratiam que data est michi, Iacobus et Cephas et Iohannes qui videbantur columpne esse, dextras dederunt michi et Barnabe societatis, ut nos in gentes, ipsi autem in circumcisionem, tantum ut pauperum memores essemus. Quod etiam sollicitus fui hoc ipsum facere.

Cum autem venisset Cephas Antiochiam, in faciem ei restiti, quia reprehensibilis erat. Prius enim quam venirent quidam a Iacobo, cum gentibus edebat. Cum autem venissent, subtrahebat et segregabat se, timens eos qui ex circumcisione erant. Et simulationi eius consenserunt ceteri Iudei, ita ut et Barnabas duceretur ab eis in illam simulationem. Sed cum vidissem quod non recte ambularent ad veritatem evangelii, dixi Cephe coram omnibus: Si tu Iudeus cum sis gentiliter et non iudaice vivis, quomodo gentes cogis iudaizare? Nos natura Iudei, non ex gentibus peccatores. Scientes autem quod non iustificabitur homo ex operibus legis nisi per fidem Iesu Christi, et nos in Christo Iesu credimus, ut iustificemur ex fide Iesu Christi et non ex operibus legis. Propter quod ex operibus legis non iustificabitur omnis caro.

Quod si querentes iustificari in Christo inventi sumus et ipsi peccatores, numquid Christus peccati minister est? Absit. Si enim que destruxi iterum edifico, prevaricatorem me constituo. Ego enim per legem legi mortuus sum, ut Deo vivam. Christo confixus sum cruci. Vivo autem iam non ego, vivit vero in me Christus. Quod autem nunc vivo in carne, in fide vivo filii Dei, qui dilexit me et tradidit semet ipsum pro me. Non abicio gratiam Dei. Si enim per legem iustitia, ergo Christus gratis mortuus est. O insensati Galathe, quis vos fascinavit non credere veritati, ante quorum oculos Iesus Christus proscriptus est in vobis crucifixus? Hoc solum volo a vobis discere: ex operibus legis spiritum accepistis, an ex auditu fidei? Sic stulti estis ut cum spiritu ceperitis, nunc carne consummemini? Tanta passi estis sine causa, si tamen sine causa. Qui ergo tribuit vobis spiritum et operatur virtutes in vobis, ex operibus legis an ex auditu fidei? Sicut scriptum est: Credidit Abraham Deo, et reputatum est ei ad iustitiam. Cognoscite ergo quia qui ex fide sunt, hi sunt filii Abrahe. Providens autem scriptura quia ex fide iustificat gentes Deus, prenuntiavit Abrahe quia benedicentur in te omnes gentes.

Igitur qui ex fide sunt, benedicentur cum fideli Abraham. Quicumque enim ex operibus legis sunt, sub maledicto sunt. Scriptum est enim: Maledictus omnis qui non permanserit in omnibus que scripta sunt in libro legis ut faciat ea. Quoniam in lege nemo iustificatur apud Deum, manifestum est quia iustus ex fide vivit. Lex autem non est ex fide, sed qui fecerit ea vivet in illis. Christus nos redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictum, quia scriptum est: Maledictus omnis qui pendet in ligno, ut in gentibus benedictio Abrahe fieret in Christo Iesu, ut pollicitationem spiritus accipiamus per fidem. Fratres, secundum hominem dico, tamen hominis confirmatum testamentum nemo spernit aut superordinat. Abrahe dicte sunt promissiones et semini eius. Non dicit: et seminibus, quasi in multis, sed quasi in uno: et semini tuo, qui est Christus. Hoc autem dico: testamentum confirmatum a Deo, que post quadringentos et triginta annos facta est lex, non irritum facit ad evacuandam promissionem. Nam si ex lege hereditas, iam non ex promissione. Abrahe autem per repromissionem donavit Deus. Quid igitur lex? Propter transgressiones posita est, donec veniret semen cui promiserat, ordinata per angelos in manu mediatoris. Mediator autem unius non est, Deus autem unus est. Lex ergo adversus promissa Dei? Absit. Si enim data esset lex que posset vivificare, vere ex lege esset iustitia. Sed conclusit scriptura omnia sub peccato, ut promissio ex fide Iesu Christi daretur credentibus. Prius autem quam veniret fides, sub lege custodiebamur conclusi in eam fidem que revelanda erat. Itaque lex pedagogus noster fuit in Christo, ut ex fide iustificemur. At ubi venit fides, iam non sumus sub pedagogo. Omnes enim filii Dei estis per fidem in Christo Iesu. Quicumque enim in Christo baptizati estis, Christum induistis. Non est Iudeus neque Grecus, non est servus neque liber, non est masculus neque femina. Omnes enim vos unum estis in Christo Iesu. Si autem vos Christi, ergo Abrahe semen estis, secundum promissionem heredes. Dico autem, quanto tempore heres parvulus est, nichil differt a servo cum sit dominus omnium, sed sub tutoribus et actoribus est usque ad prefinitum tempus a patre.

Ita et nos cum essemus parvuli, sub elementis mundi eramus servientes. At ubi venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum natum ex muliere, factum sub lege, ut eos qui sub lege erant redimeret, ut adoptionem filiorum reciperemus. Quoniam autem estis filii Dei, misit Deus spiritum filii sui in corda nostra clamantem: Abba pater. Itaque iam non est servus, sed filius. Quod si filius, et heres per Deum. Sed tunc quidem ignorantes Deum, his qui natura non sunt dii serviebatis. Nunc autem cum cognoveritis Deum, immo cogniti estis a Deo, quomodo convertimini iterum ad infirma et egena elementa, quibus denuo servire vultis? Dies observatis et menses et tempora et annos. Timeo vos, ne forte sine causa laboraverim in vobis. Estote sicut et ego, quia et ego sicut vos. Fratres, obsecro vos, nichil me lesistis. Scitis autem quia per infirmitatem carnis evangelizavi vobis iam pridem, et temptationem vestram in carne mea non spre-
282. vistis neque respuistis, sed sicut angelum Dei excepistis me, sicut Christum Iesum.
Ubi est ergo beatitudo vestra? Testimonium enim perhibeo vobis, quia si fieri posset, oculos vestros eruissetis et dedissetis michi. Ergo inimicus vobis factus sum verum dicens vobis? Emulantur vos non bene, sed excludere vos volunt, ut illos emulemini. Bonum autem emulamini in bono semper, et non tantum cum presens sum apud vos.

Filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur Christus in vobis, vellem esse apud vos modo, et mutare vocem meam, quoniam confundor in vobis. Dicite michi, qui sub lege vultis esse, legem non legistis? Scriptum est enim quoniam Abraham duos filios habuit, unum de ancilla et unum de libera. Sed qui de ancilla secundum carnem natus est, qui autem de libera per repromissionem. Que sunt per allegoriam dicta. Hec enim sunt duo testamenta, unum quidem a monte Syna in servitutem generans, que est Agar. Syna enim mons est in Arabia, qui coniunctus est ei que nunc est Hierusalem, et servit cum filiis suis. Illa autem que sursum est Hierusalem libera est, que est mater nostra. Scriptum est enim: Letare sterilis que non paris, erumpe et clama que non parturis, quia multi filii deserte magis quam eius que habet virum. Nos autem fratres secundum Ysaac promissionis filii sumus. Sed quomodo tunc qui secundum carnem natus fuerat persequebatur eum qui secundum spiritum, ita et nunc. Sed quid dicit scriptura? Eice ancillam et filium eius. Non enim heres erit filius ancille cum filio libere. Qua libertate Christus nos liberavit. State et nolite iterum iugo servitutis contineri.

Ecce ego Paulus dico vobis, quoniam si circumcidamini, Christus vobis nichil proderit. Testificor autem rursum omni homini circumcidenti se, quoniam debitor est universe legis faciendo. Evacuati estis a Christo qui in lege iustificamini, a gratia excidistis. Nos enim spiritu ex fide spem iustitie expectamus. Nam in Christo Iesu neque circumcisio aliquid valet neque preputium, sed fides que per caritatem operatur. Currebatis bene, quis vos fascinavit veritati non obedire? Persuasio hec non est ex eo qui vocat vos. Modicum fermentum totam massam corrumpit. Ego confido in vobis in Domino, quod nichil aliud sapietis. Qui autem conturbat vos, portabit iudicium, quicumque est ille.

Ego autem fratres, si circumcisionem adhuc predico, quid adhuc persecutionem patior? Ergo evacuatum est scandalum crucis. Utinam et abscidantur qui vos conturbant. Vos enim in libertatem vocati estis, fratres, tantum ne libertatem in occasionem detis carnis, sed per caritatem servite invicem. Omnis enim lex in uno sermone completur: Diliges proximum tuum sicut te ipsum. Quod si invicem mordetis et comeditis,

uideatis ne ab inuicem consumamini. Dico autem. Spiritu ambu
late, & desideria carnis non perficietis. Caro enim concupiscit
aduersus spiritum, spiritus autem aduersus carnem. Haec enim sibi inuicem
aduersantur, ut non quaecumque uultis illa faciatis. Quod si spiritu
ducimini, non estis sub lege. Manifesta autem sunt opera carnis. quae sunt
fornicatio, inmunditia, inpudicitia, luxuria, ydolorum seruitus, uene
ficia, inimicitiae, contentiones, emulationes, irae, rixae, dissensiones,
sectae, inuidiae, homicidia, ebrietates, comessationes, & his similia.
quae praedico uobis sicut praedixi. quoniam qui talia agunt regnum dei non con
sequentur. Fructus autem spiritus est: caritas, gaudium, pax, longanimitas,
bonitas, benignitas, fides, modestia, continentia. Aduersus huius
modi non est lex. Qui autem sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum uitiis & concupiscentiis.
Si uiuimus spiritu spiritu & ambulemus. Non efficiamur inanis gloriae
cupidi, inuicem prouocantes, inuicem inuidentes. Fratres & si praeoccupatus
fuerit homo in aliquo delicto uos qui spiritales estis huiusmodi in
struite in spiritu lenitatis. Considerans te ipsum, ne & tu tempteris.
Alter alterius onera portate. & sic adimplebitis legem Christi.
Nam si quis existimat se aliquid esse cum nihil sit, ipse se seducit.
Opus autem suum probet unusquisque: & sic in semetipso gloriam ha
bebit & non in altero. Unusquisque enim onus suum portabit. Com
municet autem is qui catechizatur uerbum ei qui se catechizat, in omnibus
bonis. Nolite errare. deus non irridetur. Quae enim seminauerit homo,
haec & metet. Quoniam qui seminat in carne sua, de carne & metet
corruptionem. Qui autem seminat in spiritu, de spiritu metet uitam aeternam.
Bonum autem facientes non deficiamus. tempore enim suo metemus non defi
cientes. Ergo dum tempus habemus operemur bonum ad omnes. maxime
autem ad domesticos fidei. Uidete qualibus litteris scripsi uobis mea
manu. Quicumque uolunt placere in carne, hi cogunt uos circumcidi,
tantum ut crucis Christi persecutionem non patiantur. neque enim qui circum
ciduntur legem custodiunt. sed uolunt uos circumcidi, ut in carne
uestra glorientur. Mihi autem absit gloriari nisi in cruce domini nostri Ihesu
Christi. Per quem mihi mundus crucifixus est & ego mundo. In
Christo Ihesu neque circumcisio aliquid ualet neque praeputium sed noua
creatura. & quicumque hanc regulam secuti fuerint. pax super illos
& misericordia. & super Israhel dei. De cetero nemo mihi molestus sit: ego
enim stigmata domini Ihesu in corpore meo porto. Gratia domini nostri Ihesu Christi cum
spiritu uestro fratres amen. Explicit epistola ad Galathas.

ARG.

EPHESI SUNT ASIANI. HI ACCEPTO UERBO
ueritatis perstiterunt in fide. Hos conlaudat apostolus scribens
eis a Roma de carcere. per Tychicum diaconum.

IIII INCIPIT EPISTOLA AD EPHESIOS

PAULUS APOSTOLUS
Ihesu Christi per uoluntatem dei, sanctis omnibus qui sunt Ephesi
& fidelibus in Christo Ihesu. gratia uobis & pax a deo patre
nostro & domino Ihesu Christo. Benedictus deus & pater domini nostri
Ihesu Christi qui benedixit nos in omni benedictione spiritali in cae
lestibus in Christo. sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionem.
ut essemus sancti & inmaculati in conspectu eius in caritate. Qui
praedestinauit nos in adoptionem filiorum per Ihesum Christum in ipsum. secundum
propositum uoluntatis suae in laudem gloriae gratiae suae. in qua gratificauit
nos in dilecto filio suo. in quo habemus redemptionem per sangui
nem. secundum diuitias gratiae eius quae superabundauit in nobis in omni
sapientia & prudentia ut notum faceret nobis sacramentum
uoluntatis suae secundum bene placitum eius quod proposuit in eo in dispen
satione plenitudinis temporum. instaurare omnia in Christo quae in caelis
& quae in terra sunt in ipso. in quo etiam sorte uocati sumus, praedesti
nati secundum propositum eius qui omnia operatur secundum consilium uolunta
tis suae. ut simus in laudem gloriae eius qui ante sperauimus in Christo. in quo
& uos cum audissetis uerbum ueritatis, euangelium salutis uestrae, in
quo & credentes signati estis spiritu promissionis sancto, qui est pignus
hereditatis nostrae in redemptionem adquisitionis in laudem gloriae ipsius.
Propterea & ego audiens fidem uestram quae est in domino Ihesu & dilecti
onem in omnes sanctos non cesso gratias agens pro uobis, memoriam uestri
faciens in orationibus meis. ut deus domini nostri Ihesu Christi pater gloriae det uobis
spiritum sapientiae & reuelationis in agnitione eius. illuminatos
oculos cordis uestri. ut sciatis quae sit spes uocationis eius. & quae diuiti
ae gloriae hereditatis eius in sanctis. & quae sit supereminens magnitudo
uirtutis eius in nos qui credimus secundum operationem potentiae uirtu
tis eius quam operatus est in Christo suscitans illum a mortuis & con
stituens ad dexteram suam in caelestibus supra omnem principatum &
potestatem, & uirtutem, & dominationem & omne nomen quod
nominatur non solum in hoc saeculo sed etiam in futuro. & omnia
subiecit sub pedibus eius. & ipsum dedit caput supra omnem
ecclesiam quae est corpus ipsius. plenitudo eius qui omnia in
omnibus adimpletur. Et uos cum essetis mortui delictis &
peccatis uestris in quibus aliquando ambulastis secundum saeculum mundi huius
secundum principem potestatis aeris huius spiritus, qui nunc operatur in filios
diffidentiae. in quibus & nos omnes aliquando conuersati sumus
in desideriis carnis nostrae facientes uoluntatem carnis & cogitationum
& eramus natura filii irae. sicut & ceteri.
Deus autem qui diues est in misericordia propter nimiam caritatem suam qua dilexit
nos, cum essemus mortui peccatis, conuiuificauit nos Christo.
Cuius gratia estis saluati. & conresuscitauit & consedere fecit in
caelestibus in Christo Ihesu. ut ostenderet in saeculis superuenientibus habundan
tes diuitias gratiae suae in bonitate super nos in Christo Ihesu. Gratia enim estis
saluati per fidem & hoc non ex uobis. dei enim donum est non ex
operibus ut ne quis glorietur. Ipsius enim sumus factura creati in
Christo Ihesu in operibus bonis quae praeparauit deus ut in illis ambulemus.
Propter quod memores estote quod aliquando uos gentes in carne
qui dicimini praeputium, ab ea quae dicitur circumcisio in carne ma
nufacta. quia eratis illo in tempore sine Christo alienati a con
uersatione Israhel & hospites testamentorum promissionis spem non
habentes & sine deo in hoc mundo. Nunc autem in Christo Ihesu uos qui
aliquando eratis longe facti estis prope in sanguine Christi. Ipse est enim
pax nostra qui fecit utraque unum, & medium parietem maceriae soluens
inimicitias in carne sua legem mandatorum decretis euacuans. ut duos
condat in semet ipso in unum nouum hominem faciens pacem ut recon
ciliet ambos in uno corpore deo per crucem interficiens inimi
citiam in semet ipso. & ueniens euangelizauit pacem uobis qui longe fuistis
& pacem his qui prope. quoniam per ipsum habemus accessum ambo in uno spiritu ad patrem.
Ergo iam non estis hospites & aduenae. sed estis ciues sanctorum &

domestici dei. superaedificati super fundamentum apostolorum & prophetarum
ipso summo angulari lapide Christo Ihesu. In quo omnis aedificatio con
structa, crescit in templum sanctum in domino. In quo & uos coaedifica
mini in habitaculum dei in spiritu sancto.
Huius rei gratia ego Paulus uinctus Christi Ihesu pro uobis gentibus. si tamen
audistis dispensationem gratiae dei quae data est mihi in uobis. quoniam secundum
reuelationem notum mihi factum est sacramentum sicut supra
scripsi in breui, prout potestis legentes intellegere prudentiam meam in myste
rio Christi. quod aliis generationibus non est agnitum filiis hominum.
sicuti nunc reuelatum est sanctis apostolis eius & prophetis in spiritu. esse gentes
coheredes & concorporales & conparticipes promissionis eius in
Christo Ihesu per euangelium cuius factus sum minister secundum donum gratiae dei
quae data est mihi secundum operationem uirtutis eius. Mihi omnium
sanctorum minimo data est gratia haec in gentibus euangelizare inuestigabiles
diuitias Christi, & inluminare omnes quae sit dispensatio sacramenti
absconditi a saeculis in deo qui omnia creauit. ut innotescat principibus
& potestatibus in caelestibus per ecclesiam multiformis sapientia dei
secundum praefinitionem saeculorum quam fecit in Christo Ihesu domino nostro. in quo habemus
fiduciam & accessum in confidentia per fidem eius.
Propter quod peto ne deficiatis in tribulationibus meis pro uobis. quae
est gloria uestra. Huius rei gratia flecto genua mea ad patrem domini nostri
Ihesu Christi. ex quo omnis paternitas in caelis & in terra nominatur. ut
det uobis secundum diuitias gloriae suae uirtute corroborari per spiritum eius in
interiorem hominem habitare Christum per fidem in cordibus uestris. in caritate
radicati & fundati. ut possitis conprehendere cum omnibus sanctis
quae sit latitudo & longitudo & sublimitas & profundum. Scire
etiam supereminentem scientiae caritatem Christi. ut impleamini in omnem
plenitudinem dei. Ei autem qui potens est omnia facere superabundanter
quam petimus aut intellegimus secundum uirtutem quae operatur in nobis.
ipsi gloria in ecclesia in Christo Ihesu in omnes generationes saeculi saeculorum amen.
Obsecro itaque uos ego uinctus in domino. ut digne ambuletis uoca
tione qua uocati estis, cum omni humilitate & mansuetudine cum
patientia, supportantes inuicem in caritate, solliciti seruare unita
tem spiritus in uinculo pacis. Unum corpus & unus spiritus sicut uocati
estis in una spe uocationis uestrae. Unus dominus una fides unum
baptisma. unus deus & pater omnium qui super omnes & per omnia & in
omnibus nobis.
Unicuique autem nostrum data est gratia secundum mensuram donationis Christi.
Propter quod dicit. Ascendens in altum, captiuam duxit captiuitatem,
dedit dona hominibus. Quod autem ascendit, quid est nisi quia
& descendit primum in inferiores partes terrae. Qui descendit,
ipse est et qui ascendit super omnes caelos ut impleret omnia,
& ipse dedit quosdam quidem apostolos. quosdam autem prophetas. alios uero euangelistas,
alios autem pastores & doctores ad consummationem sanctorum in opus mi
nisterii in aedificationem corporis Christi. donec occurramus omnes in uni
tatem fidei & agnitionis filii dei in uirum perfectum, in mensuram aeta
tis plenitudinis Christi. ut iam non simus paruuli fluctuantes &
circumferamur omni uento doctrinae. in nequitia hominum in astutia
ad circumuentionem erroris. Ueritatem autem facientes in caritate,
crescamus in illo per omnia. qui est caput Christus. ex quo totum corpus
conpactum & conexum per omnem iuncturam subministrationis secundum
operationem in mensuram uniuscuiusque membri, augmentum corporis facit
in aedificationem sui in caritate.
Hoc igitur dico & testificor in domino. ut iam non ambuletis sicut gentes am
bulant in uanitate sensus sui. tenebris obscuratum habentes in
tellectum, alienati a uita dei per ignorantiam quae est in illis, propter
caecitatem cordis ipsorum. qui desperantes semet ipsos tradiderunt
inpudicitiae in operationem inmunditiae omnis in auaritia. Uos autem
non ita didicistis Christum. si tamen illum audistis, & in ipso edocti estis.
sicut est ueritas in Ihesu. deponere uos secundum pristinam conuersationem
ueterem hominem qui corrumpitur secundum desideria erroris. Renoua
mini autem spiritu mentis uestrae, & induite nouum hominem. qui secundum
deum creatus est in iustitia & sanctitate ueritatis. Propter quod deponentes
mendacium loquimini ueritatem unusquisque cum proximo suo. quia sumus
inuicem membra. Irascimini, & nolite peccare. Sol non occidat
super iracundiam uestram. Nolite locum dare diabolo. Qui furabatur,
iam non furetur. Magis autem laboret operando manibus suis quod bonum
est, ut habeat unde tribuat necessitatem patienti.
Omnis sermo malus ex ore uestro non procedat. Sed si quis bonus est
ad aedificationem opportunitatis fidei, ut det gratiam audientibus.
Et nolite contristari spiritum sanctum dei in quo signati estis in diem redem
ptionis. Omnis amaritudo & ira & indignatio & clamor
& blasphemia tollatur a uobis, cum omni malitia. Estote inuicem
autem benigni misericordes, donantes inuicem. sicut & deus in Christo
donauit uobis. Estote ergo imitatores dei sicut filii karissimi & ambu
late in dilectione sicut & Christus dilexit nos & tradidit semet ipsum
pro nobis oblationem & hostiam deo in odorem suauitatis. Fornicatio
autem & omnis inmunditia aut auaritia nec nominetur in uobis sicut
decet sanctos. aut turpitudo aut stultiloquium, aut scurrilitas quae
ad rem non pertinet. sed magis gratiarum actio. Hoc autem scitote intel
legentes. quod omnis fornicator aut inmundus aut auarus quod est
ydolorum seruitus non habet hereditatem in regno Christi & dei.
Nemo uos seducat inanibus uerbis. propter haec enim uenit ira dei in filios
diffidentiae. Nolite ergo effici participes eorum. Eratis enim aliquan
do tenebrae, nunc autem lux in domino. ut filii lucis ambulate.
fructus enim lucis est in omni bonitate & iustitia & ueritate. Proban
tes quid sit bene placitum deo. & nolite communicare operibus infruc
tuosis tenebrarum. magis autem redarguite. Quae enim in occulto fiunt
ab ipsis, turpe est et dicere. Omnia autem quae arguuntur, a lumine
manifestantur. Omne enim quod manifestatur lumen est. Propter quod
dicit. Surge qui dormis & exsurge a mortuis, & inluminabit te Christus.
Uidete itaque quomodo caute ambuletis non quasi insipientes sed ut sapien
tes. Redimentes tempus quoniam dies mali sunt. Propterea nolite fieri in
prudentes sed intellegentes quae sit uoluntas dei. Et nolite inebri
ari uino in quo est luxuria, sed implemini spiritu sancto. loquentes uobismet ipsis
in psalmis & hymnis & canticis spiritalibus: cantantes & psallen
tes in cordibus uestris domino. gratias agentes semper pro omnibus in nomine domini nostri
Ihesu Christi, deo & patri. subiecti inuicem in timore Christi. Mulieres uiris
suis subditae sint sicut domino, quoniam uir caput est mulieris, sicut Christus caput
est ecclesiae. ipse saluator corporis eius. Sed sicut ecclesia subiecta est Christo
ita & mulieres uiris suis in omnibus. Uiri diligite uxores uestras. sicut &
Christus dilexit ecclesiam. & tradidit se ipsum pro ea. ut eam sanctificaret mundans
lauacro aquae in uerbo, ut exhiberet ipse gloriosam sibi ecclesiam non haben
tem maculam aut rugam. aut aliquid eiusmodi. sed ut sit sancta & inmaculata.
Ita & uiri debent diligere uxores suas ut corpora sua. Qui suam uxo
rem diligit, se ipsum diligit. Nemo enim umquam carnem suam odio habuit.

sequentur et fovet eam, sicut et Christus ecclesiam, quia membra sumus corporis eius, de carne eius et de ossibus eius. Propter hoc relinquet homo patrem et matrem suam et adherebit uxori sue, et erunt duo in carne una. Sacramentum hoc magnum est, ego autem dico in Christo et in ecclesia. Verumtamen et vos singuli unusquisque suam uxorem sicut se ipsum diligat, uxor autem timeat virum.

Filii, obedite parentibus vestris in domino, hoc enim est iustum. Honora patrem tuum et matrem tuam, quod est mandatum primum in promissione, ut bene sit tibi, et sis longevus super terram. Et patres nolite ad iracundiam provocare filios vestros, sed educate illos in disciplina et correptione domini. Servi, obedite dominis carnalibus cum timore et tremore in simplicitate cordis vestri sicut Christo, non ad oculum servientes quasi hominibus placentes, sed ut servi Christi facientes voluntatem dei ex animo, cum bona voluntate servientes sicut domino, et non hominibus, scientes quoniam unusquisque quodcumque fecerit bonum hoc percipiet a domino, sive servus sive liber. Et vos domini eadem facite illis, remittentes minas, scientes quia et illorum et vester dominus est in celis, et personarum acceptio non est apud eum. De cetero fratres, confortamini in domino, et in potentia virtutis eius. Induite vos armaturam dei, ut possitis stare adversus insidias diaboli, quia non est nobis colluctatio adversus carnem et sanguinem, sed adversus principes et potestates, adversus mundi rectores tenebrarum harum, contra spiritalia nequitie in celestibus. Propterea accipite armaturam dei, ut possitis resistere in die malo, et in omnibus perfecti stare. State ergo succincti lumbos vestros in veritate, et induti loricam iustitie, et calciati pedes in preparatione evangelii pacis; in omnibus sumentes scutum fidei, in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere. Et galeam salutis assumite, et gladium spiritus quod est verbum dei. Per omnem orationem et obsecrationem orantes omni tempore in spiritu, et in ipso vigilantes in omni instantia et obsecratione pro omnibus sanctis et pro me, ut detur michi sermo in apertione oris mei, cum fiducia notum facere mysterium evangelii, pro quo legatione fungor in catena hac, ita ut in ipsa audeam, prout oportet me loqui. Ut autem et vos sciatis que circa me sunt, quid agam, omnia nota faciet vobis Tychicus karissimus frater et fidelis minister in domino, quem misi ad vos in hoc ipsum, ut cognoscatis que circa nos sunt, et consoletur corda vestra. Pax fratribus et caritas cum fide a deo patre nostro et domino Ihesu Christo. Gratia cum omnibus qui diligunt dominum nostrum Ihesum Christum in incorruptione. Amen.

PHILIPPENSES SUNT MACEDONES. ARG.
Hi accepto verbo veritatis perstiterunt in fide, nec receperunt falsos apostolos. Hos apostolus collaudans, scribit eis a Roma de carcere per Epaphroditum.

INCP. EPLA AD PHILIPPENS.

PAULUS ET TIMOTEUS servi Ihesu Christi, omnibus sanctis in Christo Ihesu qui sunt Philippis, cum episcopis et diaconibus. Gratia vobis et pax a deo patre nostro et domino Ihesu Christo. Gratias ago deo meo in omni memoria vestri semper in cunctis orationibus meis pro omnibus vobis cum gaudio deprecationem faciens super communicatione vestra in evangelio Christi, a prima die usque nunc. Confidens hoc ipsum, quia qui cepit in vobis opus bonum perficiet usque in diem Christi Ihesu. Sicut est michi iustum hoc sentire pro omnibus vobis, eo quod habeam vos in corde, et in vinculis meis, et in defensione et confirmatione evangelii, socios gaudii mei omnes vos esse. Testis enim michi est deus, quomodo cupiam omnes vos in visceribus Ihesu Christi. Et hoc oro, ut caritas vestra magis ac magis habundet in scientia et in omni sensu, ut probetis potiora, ut sitis sinceres et sine offensa in diem Christi, repleti fructu iustitie per Ihesum Christum in gloriam et laudem dei.

Scire autem vos volo fratres, quia que circa me sunt magis ad profectum venerunt evangelii, ita ut vincula mea manifesta fierent in Christo in omni pretorio et in ceteris omnibus, et plures e fratribus in domino, confidentes vinculis meis, habundantius auderent sine timore verbum dei loqui. Quidam quidem et propter invidiam et contentionem, quidam autem et propter bonam voluntatem Christum predicant; quidam ex caritate, scientes quoniam in defensionem evangelii positus sum. Quidam autem ex contentione Christum annuntiant non sincere, existimantes se pressuram suscitare vinculis meis. Quid enim? Dum omni modo sive per occasionem sive per veritatem Christus annuntietur, et in hoc gaudeo sed et gaudebo. Scio enim quia hoc proveniet michi ad salutem per vestram orationem, et subministrationem spiritus Ihesu Christi, secundum expectationem et spem meam, quia in nullo confundar, sed in omni fiducia sicut semper, et nunc magnificabitur Christus in corpore meo, sive per vitam sive per mortem. Michi enim vivere Christus est et mori lucrum. Quod si vivere in carne, hic michi fructus operis est, et quid eligam ignoro. Coartor autem ex duobus, desiderium habens dissolvi et cum Christo esse, multo magis melius; permanere autem in carne necessarium est propter vos. Et hoc confidens scio quia manebo et permanebo omnibus vobis ad profectum vestrum et gaudium fidei, ut gratulatio vestra habundet in Christo Ihesu in me per meum adventum iterum ad vos.

283

Tantum digne evangelio Christi conversamini, ut sive cum venero et videro vos, sive absens audiam de vobis quia statis in uno spiritu, unanimes collaborantes fidei evangelii, et in nullo terreamini ab adversariis, que est illis causa perditionis, vobis autem salutis, et hoc a deo, quia vobis donatum est pro Christo, non solum ut in eum credatis, sed etiam ut pro illo patiamini, idem certamen habentes quale et vidistis in me, et nunc audistis de me. Si qua ergo consolatio in Christo, si quod solatium caritatis, si qua societas spiritus, si qua viscera miserationis, implete gaudium meum, ut idem sapiatis, eandem caritatem habentes, unanimes, id ipsum sentientes, nichil per contentionem neque per inanem gloriam, sed in humilitate superiores sibi invicem arbitrantes, non que sua sunt singuli considerantes, sed et que aliorum. Hoc enim sentite in vobis quod et in Christo Ihesu, qui cum in forma dei esset, non rapinam arbitratus est esse se equalem deo, sed semet ipsum exinanivit formam servi accipiens, in similitudinem hominum factus, et habitu inventus ut homo. Humiliavit semet ipsum factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis. Propter quod et deus illum exaltavit, et donavit illi nomen quod est super omne nomen, ut in nomine Ihesu omne genu flectatur, celestium, terrestrium et infernorum. Et omnis lingua confiteatur quia dominus Ihesus Christus in gloria est dei patris. Itaque karissimi mei, sicut semper obedistis, non ut in presentia mei tantum, sed multo magis nunc in absentia mea, cum metu et tremore

vestram salutem operamini. Deus est enim qui operatur in vobis et velle et perficere pro bona voluntate. Omnia autem facite sine murmurationibus et sine hesitationibus, ut sitis sine querela et simplices filii dei sine reprehensione in medio nationis prave et perverse, inter quos lucetis sicut luminaria in mundo, verbum vite continentes ad gloriam meam in die Christi, quia non in vacuum cucurri, neque in vacuum laboravi. Sed et si immolor supra sacrificium et obsequium fidei vestre, gaudeo et congratulor omnibus vobis. Id ipsum autem et vos gaudete et congratulamini michi. Spero autem in domino Ihesu Timotheum me cito mittere ad vos, ut et ego bono animo sim, cognitis que circa vos sunt. Neminem enim habeo tam unanimem, qui sincera affectione pro vobis sollicitus sit. Omnes enim que sua sunt querunt, non que sunt Ihesu Christi. Experimentum autem eius cognoscite, quia sicut patri filius mecum servivit in evangelio. Hunc igitur spero me mittere ad vos, mox ut videro que circa me sunt. Confido autem in domino, quia et ipse veniam ad vos cito. Necessarium autem existimavi Epaphroditum fratrem et cooperatorem et commilitonem meum, vestrum autem apostolum et ministrum necessitatis mee, mittere ad vos, quoniam quidem omnes vos desiderabat et mestus erat propterea quod audieratis illum infirmatum. Nam et infirmatus est usque ad mortem, sed deus misertus est eius, non solum autem eius verum etiam et mei, ne tristitiam super tristitiam haberem. Festinantius ergo misi illum, ut viso eo iterum gaudeatis, et ego sine tristitia sim. Excipite itaque illum cum omni gaudio in domino, et eiusmodi cum honore habetote, quoniam propter opus Christi usque ad mortem accessit, tradens animam suam, ut impleret id quod ex vobis deerat erga meum obsequium.

De cetero fratres mei, gaudete in domino. Eadem vobis scribere michi quidem non pigrum, vobis autem necessarium. Videte canes, videte malos operarios, videte concisionem. Nos enim sumus circumcisio, qui spiritu deo servimus, et gloriamur in Christo Ihesu, et non in carne fiduciam habentes, quamquam ego habeam confidentiam et in carne. Si quis alius videtur confidere in carne, ego magis, circumcisus octava die, ex genere Israhel, de tribu Beniamin, Hebreus ex Hebreis, secundum legem Phariseus, secundum emulationem persequens ecclesiam dei, secundum iustitiam que in lege est conversatus sine querela. Sed que michi fuerunt lucra, hec arbitratus sum propter Christum detrimenta. Verumtamen existimo omnia detrimentum esse propter eminentem scientiam Ihesu Christi domini mei, propter quem omnia detrimentum feci et arbitror ut stercora, ut Christum lucrifaciam, et inveniar in illo non habens meam iustitiam que ex lege est, sed illam que ex fide est Christi Ihesu, que ex deo est iustitia in fide, ad agnoscendum illum et virtutem resurrectionis eius, et societatem passionum illius, configuratus morti eius, si quomodo occurram ad resurrectionem que est ex mortuis. Non quod iam acceperim aut iam perfectus sim, sequor autem si quomodo comprehendam in quo et comprehensus sum a Christo Ihesu. Fratres, ego me non arbitror comprehendisse. Unum autem, que quidem retro sunt obliviscens, ad ea vero que sunt priora extendens me ipsum, ad destinatum persequor, ad bravium superne vocationis dei in Christo Ihesu. Quicumque ergo perfecti sumus, hoc sentiamus. Et si quid aliter sapitis, et hoc deus vobis revelabit. Verumtamen ad quod pervenimus ut idem sapiamus, et in eadem permaneamus regula.

Imitatores mei estote fratres, et observate eos qui ita ambulant sicut habetis formam nostram. Multi enim ambulant quos sepe dicebam vobis, nunc autem et flens dico, inimicos crucis Christi, quorum finis interitus, quorum deus venter est, et gloria in confusione ipsorum, qui terrena sapiunt. Nostra autem conversatio in celis est, unde etiam salvatorem expectamus dominum nostrum Ihesum Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostre, configuratum corpori claritatis sue, secundum operationem qua possit etiam subicere sibi omnia. Itaque fratres mei karissimi et desideratissimi, gaudium meum et corona mea, sic state in domino, karissimi. Euchodiam rogo et Sinticen deprecor id ipsum sapere in domino. Etiam rogo et te germane compar, adiuva illas que mecum laboraverunt in evangelio cum Clemente et ceteris adiutoribus meis, quorum nomina sunt in libro vite. Gaudete in domino semper, iterum dico gaudete. Modestia vestra nota sit omnibus hominibus; dominus enim prope est. Nichil solliciti sitis, sed in omni oratione et obsecratione cum gratiarum actione petitiones vestre innotescant apud deum. Et pax dei que exsuperat omnem sensum, custodiat corda vestra et intelligentias vestras in Christo Ihesu. De cetero fratres, quecumque sunt vera, quecumque pudica, quecumque iusta, quecumque sancta, quecumque amabilia, quecumque bone fame, si qua virtus, si qua laus discipline, hec cogitate. Que et accepistis et didicistis et audistis et vidistis in me, hec agite, et deus pacis erit vobiscum.

Gavisus sum autem in domino vehementer, quoniam tandem aliquando refloruistis pro me sentire, sicut et sentiebatis, occupati autem eratis. Non quasi propter penuriam dico, ego enim didici in quibus sum sufficiens esse. Scio et humiliari, scio et habundare, ubique et in omnibus institutus sum, et satiari et esurire, et habundare et penuriam pati. Omnia possum in eo qui me confortat. Verumtamen bene fecistis communicantes tribulationi mee. Scitis autem et vos Philippenses, quod in principio evangelii, quando profectus sum a Macedonia, nulla ecclesia michi communicavit in ratione dati et accepti, nisi vos soli. Quia et Thessalonicam et semel et bis in usum michi misistis. Non quia quero datum, sed requiro fructum habundantem in ratione vestra. Habeo autem omnia et habundo, repletus sum acceptis ab Epaphrodito que misistis, in odorem suavitatis, hostiam acceptam, placentem deo. Deus autem meus impleat omne desiderium vestrum secundum divitias suas in gloria in Christo Ihesu. Deo autem et patri nostro gloria in secula seculorum, amen. Salutate omnem sanctum in Christo Ihesu. Salutant vos omnes sancti, maxime autem qui de Cesaris domo sunt. Gratia domini nostri Ihesu Christi cum spiritu vestro. Amen.

THESSALONICENSES SUNT MACEDONES. ARG.
In Christo Ihesu, qui accepto verbo veritatis perstiterunt in fide, etiam in persecutione civium suorum. Preterea nec receperunt ea que a falsis apostolis dicebantur. Hos collaudat apostolus scribens eis ab Athenis per Tychicum et Onesimum.

VI. INCP. EPLA AD THESSALONIC.

PAULUS ET SILVANUS et Timotheus ecclesie Thessalonicensium in deo patre et domino Ihesu Christo. Gratia vobis et pax. Gratias agimus deo semper pro omnibus vobis, memoriam vestri facientes in orationibus nostris sine intermissione, memores operis fidei vestre et laboris et caritatis et sustinentie spei domini nostri Ihesu Christi ante deum et patrem nostrum. Scientes fratres dilecti a deo electionem vestram, quia evangelium nostrum non fuit

ad nos in sermone tantum, sed et in virtute et in spiritu sancto et in plenitudine multa, sicut scitis quales fuerimus in vobis propter vos. Et vos imitatores nostri facti estis et domini, excipientes verbum in tribulatione multa, cum gaudio spiritus sancti, ita ut facti sitis forma omnibus credentibus in macedonia et in achaia. A vobis enim diffamatus est sermo domini. Non solum in macedonia et in achaia, sed in omni loco fides vestra quae est ad deum profecta est, ita ut non sit nobis necesse quicquam loqui. Ipsi enim de nobis annuntiant qualem introitum habuerimus ad vos et quomodo conversi estis ad deum a simulacris servire deo vivo et vero, et expectare filium eius de caelis, quem suscitavit ex mortuis ihesum qui eripuit nos ab ira ventura. Nam ipsi scitis introitum nostrum ad vos fratres, quia non inanis fuit; sed ante passi et contumeliis affecti, sicut scitis, in philippis, fiduciam habuimus in deo nostro loqui ad vos evangelium dei in multa sollicitudine. Exhortatio enim nostra non de errore neque de inmunditia neque in dolo, sed sicut probati sumus a deo ut crederetur nobis evangelium ita loquimur, non quasi hominibus placentes sed deo qui probat corda nostra. Neque enim aliquando fuimus in sermone adulationis sicut scitis, neque in occasione avaritiae, deus testis est, nec quaerentes ab hominibus gloriam neque a vobis neque ab aliis, cum possimus honori esse ut christi apostoli. Sed facti sumus parvuli in medio vestrum, tamquam si nutrix foveat filios suos, ita desiderantes vos cupimus partiri vobiscum non solum evangelium dei, verum etiam animas nostras, quoniam karissimi nobis facti estis. Memores enim estis fratres laboris nostri et fatigationis; nocte et die laborantes ne quem vestrum gravaremus, praedicavimus in vobis evangelium dei. Vos testes estis et deus, quam sancte et iuste et sine querela vobis qui credidistis fuimus, sicut scitis, qualiter unumquemque vestrum tamquam pater filios suos deprecantes vos et consolantes testificati sumus, ut ambularetis digne deo qui vocavit vos in suum regnum et gloriam.

Ideo et nos gratias agimus deo sine intermissione, quoniam cum accepissetis a nobis verbum auditus dei, accepistis illud non ut verbum hominum, sed sicut est vere verbum dei, qui operatur in vobis qui credidistis. Vos enim imitatores fratres facti estis ecclesiarum dei quae sunt in iudaea in christo ihesu, quia eadem passi estis et vos a contribulibus vestris sicut et ipsi a iudaeis, qui et dominum occiderunt ihesum et prophetas, et nos persecuti sunt, et deo non placent, et omnibus hominibus adversantur, prohibentes nos gentibus loqui ut salvae fiant, ut impleant peccata sua semper. Pervenit enim ira dei super illos usque in finem. Nos autem fratres desolati a vobis ad tempus horae aspectu non corde, habundantius festinavimus faciem vestram videre cum multo desiderio. Quoniam voluimus venire ad vos, ego quidem paulus et semel et iterum, sed impedivit nos sathanas. Quae est enim nostra spes aut gaudium aut corona gloriae? Nonne vos ante dominum nostrum ihesum christum estis in adventu eius? Vos enim estis gloria nostra et gaudium. Propter quod non sustinentes amplius placuit nobis remanere athenis solis, et misimus timotheum fratrem nostrum et ministrum in evangelio christi ad confirmandos vos et exhortandos pro fide vestra, ut nemo moveatur in tribulationibus istis. Ipsi enim scitis quod in hoc positi sumus. Nam et cum apud vos essemus praedicebamus vobis passuros nos tribulationes, sicut et factum est et scitis. Propterea et ego amplius non sustinens misi ad cognoscendam fidem vestram, ne forte temptaverit vos is qui temptat et inanis fiat labor noster. Nunc autem veniente timotheo ad nos a vobis et adnuntiante nobis fidem et caritatem vestram, et quia memoriam nostri habetis bonam semper, desiderantes nos videre sicut et nos quoque vos, ideo consolati sumus fratres in vobis in omni necessitate et tribulatione nostra per fidem vestram, quoniam nunc vivimus si vos statis in domino.

Quam enim gratiarum actionem possumus deo retribuere pro vobis in omni gaudio quo gaudemus propter vos ante dominum nostrum, nocte et die habundantius orantes ut videamus faciem vestram et compleamus ea quae desunt fidei vestrae? Ipse autem deus et pater noster et dominus ihesus christus dirigat viam nostram ad vos. Vos autem dominus multiplicet et habundare faciat caritatem in invicem et in omnes, quemadmodum et nos in vobis, ad confirmandum corda vestra sine querela in sanctitate ante deum et patrem nostrum in adventu domini nostri ihesu christi cum omnibus sanctis eius. Amen. De cetero ergo fratres rogamus vos et obsecramus in domino ihesu, ut quemadmodum accepistis a nobis quomodo vos oporteat ambulare et placere deo sicut et ambulatis ut habundetis magis. Scitis enim quae praecepta dederim vobis per dominum ihesum. Haec est enim voluntas dei sanctificatio vestra, ut abstineatis vos a fornicatione, ut sciat unusquisque vestrum suum vas possidere in sanctificatione et honore, non in passione desiderii sicut et gentes quae ignorant deum. Ut ne quis supergrediatur neque circumveniat in negotio fratrem suum, quoniam vindex est dominus de his omnibus, sicut praediximus vobis et testificati sumus. Non enim vocavit nos deus in inmunditia sed in sanctificatione. Itaque qui haec spernit non hominem spernit sed deum, qui etiam dedit spiritum suum sanctum in vobis. De caritate autem fraternitatis non necesse habemus scribere vobis, ipsi enim vos a deo didicistis ut diligatis invicem. Etenim facitis illud in omnes fratres in universa macedonia. Rogamus autem vos fratres ut habundetis magis, et operam detis ut quieti sitis, et ut vestrum negotium agatis, et operemini manibus vestris sicut praecepimus vobis, et ut honeste ambuletis ad eos qui foris sunt et nullius aliquid desideretis.

Nolumus autem vos ignorare fratres de dormientibus, ut non contristemini sicut et ceteri qui spem non habent. Si enim credimus quod ihesus mortuus est et resurrexit, ita et deus eos qui dormierunt per ihesum adducet cum eo. Hoc enim vobis dicimus in verbo domini, quia nos qui vivimus qui residui sumus in adventum domini non praeveniemus eos qui dormierunt. Quoniam ipse dominus in iussu et in voce archangeli et in tuba dei descendet de caelo, et mortui qui in christo sunt resurgent primi. Deinde nos qui vivimus qui relinquimur simul rapiemur cum illis in nubibus obviam christo in aera, et sic semper cum domino erimus. Itaque consolamini invicem in verbis istis. De temporibus autem et momentis fratres non indigetis ut scribam vobis. Ipsi enim diligenter scitis quia dies domini sicut fur in nocte ita veniet. Cum enim dixerint pax et securitas, tunc repentinus eis superveniet interitus sicut dolor in utero habenti, et non effugient. Vos autem fratres non estis in tenebris, ut vos dies illa tamquam fur comprehendat. Omnes enim vos filii lucis estis et filii diei. Non sumus noctis neque tenebrarum. Igitur non dormiamus sicut et ceteri, sed vigilemus et sobrii simus. Qui enim dormiunt nocte dormiunt, et qui ebrii sunt nocte ebrii sunt. Nos autem qui diei sumus sobrii simus, induti loricam fidei et caritatis et galeam salutis spem. Quoniam non posuit nos deus in iram, sed in adquisitionem salutis per dominum nostrum ihesum christum qui mortuus est pro nobis, ut sive vigilemus sive dormiamus simul cum illo vivamus. Propter quod consolamini invicem et aedificate alterutrum sicut et facitis.

Rogamus autem vos fratres ut noveritis eos qui laborant inter vos et praesunt vobis in domino et monent vos, ut habeatis illos habundantius in caritate propter opus illorum. Pacem habete cum eis. Rogamus autem vos fratres, corripite inquietos, consolamini pusillanimes, suscipite infirmos, patientes estote ad omnes. Videte ne quis malum pro malo alicui reddat, sed semper quod bonum est sectamini in invicem et in omnes. Semper gaudete, sine intermissione orate, in omnibus gratias agite. Haec enim voluntas dei est in christo ihesu in omnibus vobis. Spiritum nolite extinguere, prophetias nolite spernere. Omnia autem probate, quod bonum est tenete, ab omni specie mala abstinete vos. Ipse autem deus pacis sanctificet vos per omnia, ut integer spiritus vester et anima et corpus sine querela in adventu domini nostri ihesu christi servetur. Fidelis est qui vocavit vos, qui etiam faciet. Fratres orate pro nobis. Salutate fratres omnes in osculo sancto. Adiuro vos per dominum ut legatur epistula haec omnibus sanctis fratribus. Gratia domini nostri ihesu christi vobiscum. Amen.

AD THESSALONICENSES SECUNDAM SCRIBIT epistulam, et notum facit de temporibus novissimis, et de adversarii destructione. Scribit eis hanc epistulam ab athenis per titum et onesimum, et hortatur ad incrementa sanctarum virtutum.

ITEM AD THESSALONICENSES

PAULUS ET SILVANUS et timotheus ecclesiae thessalonicensium in deo patre nostro et domino ihesu christo. Gratia vobis et pax a deo patre nostro et domino ihesu christo. Gratias agere debemus deo semper pro vobis fratres ita ut dignum est, quoniam supercrescit fides vestra et habundat caritas uniuscuiusque omnium vestrum in invicem, ita ut et nos ipsi in vobis gloriemur in ecclesiis dei pro patientia vestra et fide in omnibus persecutionibus vestris et tribulationibus quas sustinetis in exemplum iusti iudicii dei, ut digni habeamini in regno dei pro quo et patimini. Si tamen iustum est apud deum retribuere tribulationem his qui vos tribulant, et vobis qui tribulamini requiem nobiscum in revelatione domini ihesu de caelo cum angelis virtutis eius in flamma ignis dantis vindictam his qui non noverunt deum et qui non oboediunt evangelio domini nostri ihesu christi. Qui poenas dabunt in interitum aeternas a facie domini et a gloria virtutis eius, cum venerit glorificari in sanctis suis et admirabilis fieri in omnibus qui crediderunt, quia creditum est testimonium nostrum super vos in die illo. In quo etiam oramus semper pro vobis, ut dignetur vos vocatione sua deus et impleat omnem voluntatem bonitatis et opus fidei in virtute, ut clarificetur nomen domini nostri ihesu christi in vobis et vos in illo secundum gratiam dei nostri et domini ihesu christi.

Rogamus autem vos fratres per adventum domini nostri ihesu christi et nostrae congregationis in ipsum, ut non cito moveamini a vestro sensu neque terreamini, neque per spiritum neque per sermonem neque per epistulam tamquam per nos missam, quasi instet dies domini. Ne quis vos seducat ullo modo, quoniam nisi venerit discessio primum et revelatus fuerit homo peccati filius perditionis, qui adversatur et extollitur supra omne quod dicitur deus aut quod colitur, ita ut in templo dei sedeat ostendens se tamquam sit deus. Non retinetis quod cum adhuc essem apud vos haec dicebam vobis? Et nunc quid detineat scitis, ut reveletur in suo tempore. Nam mysterium iam operatur iniquitatis, tantum ut qui tenet nunc teneat donec de medio fiat. Et tunc revelabitur ille iniquus, quem dominus ihesus interficiet spiritu oris sui et destruet inlustratione adventus sui, eum cuius est adventus secundum operationem satanae in omni virtute et signis et prodigiis mendacibus et in omni seductione iniquitatis his qui pereunt, eo quod caritatem veritatis non receperunt ut salvi fierent. Ideo mittet illis deus operationem erroris ut credant mendacio, ut iudicentur omnes qui non crediderunt veritati sed consenserunt iniquitati.

Nos autem debemus gratias agere deo semper pro vobis fratres dilecti a deo, quod elegerit nos deus primitias in salutem in sanctificatione spiritus et fide veritatis, qua et vocavit nos per evangelium nostrum in adquisitionem gloriae domini nostri ihesu christi. Itaque fratres state et tenete traditiones quas didicistis sive per sermonem sive per epistulam nostram. Ipse autem dominus noster ihesus christus et deus pater noster qui dilexit nos et dedit consolationem aeternam et spem bonam in gratia, exhortetur corda vestra et confirmet in omni opere et sermone bono. De cetero fratres orate pro nobis, ut sermo domini currat et clarificetur sicut et apud vos, et ut liberemur ab inportunis et malis hominibus, non enim omnium est fides. Fidelis autem dominus est qui confirmabit vos et custodiet a malo. Confidimus autem de vobis in domino, quoniam quae praecipimus et facitis et facietis. Dominus autem dirigat corda vestra in caritate dei et patientia christi. Denuntiamus autem vobis fratres in nomine domini nostri ihesu christi, ut subtrahatis vos ab omni fratre ambulante inordinate et non secundum traditionem quam acceperunt a nobis. Ipsi enim scitis quemadmodum oporteat imitari nos, quoniam non inquieti fuimus inter vos, neque gratis panem manducavimus ab aliquo, sed in labore et fatigatione nocte et die operantes, ne quem vestrum gravaremus. Non quasi non habuerimus potestatem, sed ut nosmet ipsos formam daremus vobis ad imitandum nos. Nam et cum essemus apud vos, hoc denuntiabamus vobis, quoniam si quis non vult operari nec manducet.

Audivimus enim inter vos quosdam ambulare inquiete, nihil operantes sed curiose agentes. His autem qui eiusmodi sunt denuntiamus et obsecramus in domino ihesu christo, ut cum silentio operantes suum panem manducent. Vos autem fratres nolite deficere benefacientes. Quod si quis non oboedit verbo nostro per epistulam, hunc notate et non commisceamini cum illo, ut confundatur. Et nolite quasi inimicum existimare, sed corripite ut fratrem. Ipse autem dominus pacis det vobis pacem sempiternam in omni loco. Dominus cum omnibus vobis. Salutatio mea manu pauli, quod est signum in omni epistula, ita scribo. Gratia domini nostri ihesu christi cum omnibus vobis. Amen.

COLOSSENSES ET HI SICUT LAODICENSES sunt asiani. Et ipsi praeventi erant a pseudoapostolis, nec ad hos accessit apostolus, sed et hos per epistulam corrigit. Audierant enim verbum ab archippo, qui et ministerium in eos accepit. Ergo apostolus iam ligatus scribit eis ab epheso per tychicum diaconem.

VII INCIPIT EPISTULA AD COLOSSENSES

PAULUS APOSTOLUS christi ihesu per voluntatem dei et timotheus frater his qui sunt colossis sanctis et fidelibus fratribus in christo ihesu. Gratia vobis et pax a deo patre nostro. Gratias agimus deo patri domini nostri ihesu christi semper pro vobis orantes, audientes fidem vestram in christo ihesu et dilectionem quam habetis in sanctos omnes propter spem quae reposita est vobis in caelis, quam audistis in verbo veritatis evangelii quod pervenit

ad vos sicut et in universo mundo est, et fructificat et crescit sicut in vobis ex ea die qua audistis et cognovistis gratiam dei in veritate, sicut didicistis ab Epaphra carissimo conservo nostro qui est fidelis pro vobis minister Christi Iesu, qui etiam manifestavit nobis dilectionem vestram in spiritu.

Ideo et nos ex qua die audivimus non cessamus pro vobis orantes et postulantes ut impleamini agnitione voluntatis eius in omni sapientia et intellectu spiritali, ut ambuletis digne deo per omnia placentes, in omni opere bono fructificantes et crescentes in scientia dei, in omni virtute confortati secundum potentiam claritatis eius in omni patientia et longanimitate cum gaudio, gratias agentes deo patri qui dignos nos fecit in partem sortis sanctorum in lumine, qui eripuit nos de potestate tenebrarum et transtulit in regnum filii dilectionis suae, in quo habemus redemptionem per sanguinem eius remissionem peccatorum, qui est imago dei invisibilis, primogenitus omnis creaturae, quia in ipso condita sunt universa in caelis et in terra, visibilia et invisibilia, sive throni sive dominationes sive principatus sive potestates, omnia per ipsum et in ipso creata sunt. Et ipse ante omnes est, et omnia in ipso constant. Et ipse est caput corporis ecclesiae, qui est principium primogenitus ex mortuis, ut sit in omnibus ipse primatum tenens, quia in ipso complacuit omnem plenitudinem divinitatis habitare, et per eum reconciliare omnia in ipso, pacificans per sanguinem crucis eius sive quae in caelis sive quae in terris sunt.

Et vos cum essetis aliquando alienati et inimici sensu in operibus malis, nunc autem reconciliavit in corpore carnis eius per mortem exhibere vos sanctos et inmaculatos et inreprehensibiles coram ipso. Si tamen permanetis in fide fundati et stabiles et inmobiles a spe evangelii quod audistis, quod praedicatum est in universa creatura quae sub caelo est, cuius factus sum ego Paulus minister et apostolus. Qui nunc gaudeo in passionibus pro vobis, et adimpleo ea quae desunt passionum Christi in carne mea pro corpore eius quod est ecclesia, cuius factus sum ego minister secundum dispensationem dei quae data est mihi in vobis ut impleam verbum dei, mysterium quod absconditum fuit a saeculis et generationibus, nunc autem manifestatum est sanctis eius, quibus voluit deus notas facere divitias gloriae sacramenti huius in gentibus, quod est Christus in vobis spes gloriae, quem nos adnuntiamus corripientes omnem hominem et docentes omnem hominem in omni sapientia, ut exhibeamus omnem hominem perfectum in Christo Iesu, in quo et laboro certando secundum operationem eius quam operatur in me in virtute.

Volo enim vos scire qualem sollicitudinem habeam pro vobis et pro his qui sunt Laodiciae et quicumque non viderunt faciem meam in carne, ut consolentur corda ipsorum instructi in caritate et in omnes divitias plenitudinis intellectus in agnitione mysterii dei patris Christi Iesu, in quo sunt omnes thesauri sapientiae et scientiae absconditi.

Hoc autem dico ut nemo vos decipiat in sublimitate sermonum. Nam etsi corpore absens sum, sed spiritu vobiscum sum, gaudens et videns ordinem vestrum et firmamentum eius quae in Christo est fidei vestrae. Sicut ergo accepistis Christum Iesum dominum, in ipso ambulate radicati et superaedificati in ipso et confirmati fide sicut et didicistis, abundantes in illo in gratiarum actione. Videte ne quis vos decipiat per philosophiam et inanem fallaciam secundum traditionem hominum, secundum elementa mundi et non secundum Christum, quia in ipso inhabitat omnis plenitudo divinitatis corporaliter, et estis in illo repleti, qui est caput omnis principatus et potestatis, in quo et circumcisi estis circumcisione non manu facta in expoliatione corporis carnis, in circumcisione Christi, consepulti ei in baptismo, in quo et resurrexistis per fidem operationis dei qui suscitavit illum a mortuis. Et vos cum mortui essetis in delictis et praeputio carnis vestrae, convivificavit cum illo, donans nobis omnia delicta, delens quod adversum nos erat chirographum decreti, quod erat contrarium nobis, et ipsum tulit de medio, adfigens illud cruci; expolians principatus et potestates traduxit confidenter. Nemo ergo vos iudicet in cibo aut in potu aut in parte diei festi aut neomeniae aut sabbatorum, quae sunt umbra futurorum, corpus autem Christi. Nemo vos seducat volens in humilitate et religione angelorum, quae non vidit ambulans, frustra inflatus sensu carnis suae, et non tenens caput, ex quo totum corpus per nexus et coniunctiones subministratum et constructum crescit in augmentum dei. Si mortui estis cum Christo ab elementis huius mundi, quid adhuc tamquam viventes in mundo decernitis? Ne tetigeritis neque gustaveritis neque contrectaveritis, quae sunt omnia in interitu ipso usu, secundum praecepta et doctrinas hominum, quae sunt quidem rationem habentia sapientiae in superstitione et humilitate et ad non parcendum corpori, non in honore aliquo, et non ad saturitatem carnis.

Igitur si conresurrexistis cum Christo, quae sursum sunt quaerite, ubi Christus est in dextera dei sedens. Quae sursum sunt sapite, non quae super terram. Mortui enim estis, et vita vestra abscondita est cum Christo in deo. Cum autem Christus apparuerit vita vestra, tunc et vos apparebitis cum ipso in gloria. Mortificate ergo membra vestra quae sunt super terram: fornicationem, inmunditiam, libidinem, concupiscentiam malam, et avaritiam quae est simulacrorum servitus, propter quae venit ira dei super filios incredulitatis, in quibus et vos ambulastis aliquando cum viveretis in illis. Nunc autem deponite vos omnia: iram, indignationem, malitiam, blasphemiam, turpem sermonem de ore vestro. Nolite mentiri invicem, expoliantes vos veterem hominem cum actibus suis, et induentes novum eum qui renovatur in agnitione secundum imaginem eius qui creavit eum, ubi non est masculus et femina, gentilis et Iudaeus, circumcisio et praeputium, barbarus et Scytha, servus et liber, sed omnia et in omnibus Christus. Induite ergo vos sicut electi dei, sancti et dilecti, viscera misericordiae, benignitatem, humilitatem, modestiam, patientiam, supportantes invicem et donantes vobismet ipsis, si quis adversus aliquem habet querelam; sicut et dominus donavit vobis, ita et vos. Super omnia autem haec caritatem habentes, quod est vinculum perfectionis. Et pax Christi exultet in cordibus vestris, in qua et vocati estis in uno corpore, et grati estote. Verbum Christi habitet in vobis abundanter in omni sapientia, docentes et commonentes vosmet ipsos in psalmis, hymnis, canticis spiritalibus, in gratia cantantes in cordibus vestris deo. Omne quodcumque facitis in verbo aut in opere, omnia in nomine domini Iesu Christi, gratias agentes deo et patri per ipsum.

Mulieres subditae estote viris, sicut oportet in domino. Viri, diligite uxores et nolite amari esse ad illas. Filii, oboedite parentibus per omnia, hoc enim placitum est in domino. Patres, nolite ad indignationem provocare filios vestros, ut non pusillo animo fiant. Servi, oboedite per omnia dominis carnalibus, non ad oculum servientes quasi hominibus placentes, sed in simplicitate cordis timentes dominum. Quodcumque facitis ex animo operamini sicut domino et non hominibus, scientes quod a domino accipietis retributionem hereditatis. Domino Christo servite. Qui enim iniuriam facit recipiet id quod inique gessit, et non est personarum acceptio apud deum. Domini, quod iustum est et aequum servis praestate,

scientes quod et vos dominum habetis in caelis.

Orationi instate, vigilantes in ea in gratiarum actione, orantes simul et pro nobis, ut deus aperiat nobis ostium sermonis ad loquendum mysterium Christi, propter quod etiam vinctus sum, ut manifestem illud ita ut oportet me loqui. In sapientia ambulate ad eos qui foris sunt, tempus redimentes. Sermo vester semper in gratia sale sit conditus, ut sciatis quomodo oporteat vos unicuique respondere. Quae circa me sunt omnia vobis nota faciet Tychicus carissimus frater et fidelis minister et conservus in domino, quem misi ad vos ad hoc ipsum ut cognoscat quae circa vos sunt et consoletur corda vestra, cum Onesimo carissimo et fideli fratre qui est ex vobis. Omnia quae hic aguntur nota facient vobis. Salutat vos Aristarchus concaptivus meus, et Marcus consobrinus Barnabae, de quo accepistis mandata: si venerit ad vos, excipite illum; et Iesus qui dicitur Iustus, qui sunt ex circumcisione.

Hi soli sunt adiutores in regno dei, qui mihi fuerunt solacio.

Salutat vos Epaphras qui est ex vobis, servus Christi Iesu, semper sollicitus pro vobis in orationibus, ut stetis perfecti et pleni in omni voluntate dei. Testimonium enim illi perhibeo quod habet multum laborem pro vobis et pro his qui sunt Laodiciae et qui Hierapoli. Salutat vos Lucas medicus carissimus, et Demas. Salutate fratres qui sunt Laodiciae, et Nympham et quae in domo eius est ecclesiam. Et cum lecta fuerit apud vos epistula haec, facite ut et in Laodicensium ecclesia legatur, et eam quae Laodicensium est vos legatis. Et dicite Archippo: Vide ministerium quod accepisti in domino, ut illud impleas. Salutatio mea manu Pauli. Memores estote vinculorum meorum. Gratia domini vobiscum. Amen.

TIMOTHEUM INSTRUIT ET DOCET DE ordinatione episcopatus et diaconii et omnis ecclesiasticae disciplinae, scribens ei de Laodicia verba exhortationis.

VIII INCIPIT EPISTOLA AD TIMOTHEUM

PAULUS APOSTOLUS Christi Iesu secundum imperium dei salvatoris nostri et Christi Iesu spei nostrae, Timotheo dilecto in fide filio: gratia, misericordia, pax a deo patre et Christo Iesu domino nostro. Sicut rogavi te ut remaneres Ephesi cum irem in Macedoniam, ut denuntiares quibusdam ne aliter docerent neque intenderent fabulis et genealogiis interminatis, quae quaestiones praestant magis quam aedificationem dei quae est in fide. Finis autem praecepti est caritas de corde puro et conscientia bona et fide non ficta, a quibus quidam aberrantes conversi sunt in vaniloquium, volentes esse legis doctores, non intellegentes neque quae loquuntur neque de quibus adfirmant. Scimus autem quia bona est lex, si quis ea legitime utatur, sciens hoc quia iusto lex non est posita sed iniustis et non subditis, impiis et peccatoribus, sceleratis et contaminatis, patricidis et matricidis, homicidis, fornicariis, masculorum concubitoribus, plagiariis, mendacibus, periuris, et si quid aliud sanae doctrinae adversatur, quae est secundum evangelium gloriae beati dei quod creditum est mihi. Gratias ago ei qui me confortavit in Christo Iesu domino nostro, quia fidelem me existimavit ponens in ministerio, qui prius fui blasphemus et persecutor et contumeliosus; sed misericordiam consecutus sum, quia ignorans feci in incredulitate. Superabundavit autem gratia domini nostri cum fide et dilectione quae est in Christo Iesu. Fidelis sermo et omni acceptione dignus, quia Christus Iesus venit in hunc mundum peccatores salvos facere, quorum primus ego sum. Sed ideo misericordiam consecutus sum, ut in me primo ostenderet Christus Iesus omnem patientiam, ad informationem eorum qui credituri sunt illi in vitam aeternam. Regi autem saeculorum immortali, invisibili, soli deo honor et gloria in saecula saeculorum. Amen.

Hoc praeceptum commendo tibi, fili Timothee, secundum praecedentes in te prophetias, ut milites in illis bonam militiam, habens fidem et bonam conscientiam, quam quidam repellentes circa fidem naufragaverunt, ex quibus est Hymeneus et Alexander, quos tradidi Satanae ut discant non blasphemare. Obsecro ergo primum omnium fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum

284

actiones pro omnibus hominibus, pro regibus et omnibus qui in sublimitate sunt, ut quietam et tranquillam vitam agamus in omni pietate et castitate. Hoc enim bonum est et acceptum coram salvatore nostro deo, qui omnes homines vult salvos fieri et ad agnitionem veritatis venire. Unus enim deus, unus et mediator dei et hominum homo Christus Iesus, qui dedit redemptionem semet ipsum pro omnibus, testimonium temporibus suis, in quo positus sum ego praedicator et apostolus. Veritatem dico, non mentior. Doctor gentium in fide et veritate. Volo ergo viros orare in omni loco, levantes puras manus sine ira et disceptatione. Similiter et mulieres in habitu ornato, cum verecundia et sobrietate ornantes se, non in tortis crinibus aut auro aut margaritis vel veste pretiosa, sed quod decet mulieres promittentes pietatem per opera bona. Mulier in silentio discat cum omni subiectione. Docere autem mulieri non permitto neque dominari in virum, sed esse in silentio. Adam enim primus formatus est, deinde Eva. Et Adam non est seductus, mulier autem seducta in praevaricatione fuit. Salvabitur autem per generationem filiorum, si permanserit in fide et dilectione et sanctificatione cum sobrietate.

Fidelis sermo. Si quis episcopatum desiderat, bonum opus desiderat. Oportet ergo episcopum inreprehensibilem esse, unius uxoris virum, sobrium, prudentem, ornatum, pudicum, hospitalem, doctorem. Non vinolentum, non percussorem sed modestum. Non litigiosum, non cupidum, suae domui bene praepositum, filios habentem subditos cum omni castitate. Si quis autem domui suae praeesse nescit, quomodo ecclesiae dei diligentiam habebit? Non neophytum, ne in superbiam elatus in iudicium incidat diaboli. Oportet autem illum et testimonium habere bonum ab his qui foris sunt, ut non in obprobrium incidat et laqueum diaboli. Diaconos similiter pudicos, non bilingues, non multo vino deditos, non turpe lucrum sectantes, habentes mysterium fidei in conscientia pura. Et hi autem probentur primum, et sic ministrent nullum crimen habentes. Mulieres similiter pudicas, non detrahentes, sobrias, fideles in omnibus. Diacones sint unius uxoris viri, qui filiis suis bene praesint et suis domibus. Qui enim bene ministraverint gradum sibi bonum adquirent et multam fiduciam in fide quae est in Christo Iesu. Haec enim tibi scribo, fili Timothee, sperans me ve

…ad te cito. Si autem tardavero, ut scias quomodo oporteat te in domo dei conversari, quae est ecclesia dei vivi, columna et firmamentum veritatis. Et manifeste magnum est pietatis sacramentum, quod manifestatum est in carne, iustificatum est in spiritu, apparuit angelis, praedicatum est gentibus, creditum est in mundo, assumptum est in gloria. Spiritus autem manifeste dicit, quia in novissimis diebus discedent quidam a fide, attendentes spiritibus erroris et doctrinis daemoniorum, in hypocrisi loquentium mendacium, et cauteriatam habentium suam conscientiam, prohibentium nubere, abstinere a cibis quos deus creavit ad percipiendum cum gratiarum actione fidelibus et his qui cognoverunt veritatem. Quia omnis creatura dei bona, et nihil reiciendum quod cum gratiarum actione percipitur. Sanctificatur enim per verbum dei et orationem. Haec proponens fratribus, bonus eris minister Christi Iesu, enutritus verbis fidei et bonae doctrinae, quam assecutus es. Ineptas autem et aniles fabulas devita. Exerce te ipsum ad pietatem. Nam corporalis exercitatio ad modicum utilis est; pietas autem ad omnia utilis est, promissionem habens vitae quae nunc est et futurae. Fidelis sermo et omni acceptione dignus. In hoc enim laboramus et maledicimur, quia speramus in deum vivum, qui est salvator omnium hominum, maxime fidelium.

Praecipe haec et doce. Nemo adolescentiam tuam contemnat, sed exemplum esto fidelium in verbo, in conversatione, in caritate, in fide, in castitate. Dum venio, attende lectioni, exhortationi, doctrinae. Noli neglegere gratiam quae in te est, quae data est tibi per prophetiam cum impositione manuum presbyterii. Haec meditare, in his esto, ut profectus tuus manifestus sit omnibus. Attende tibi et doctrinae, insta in illis. Hoc enim faciens, et te ipsum salvum facies et eos qui te audiunt. Seniorem ne increpaveris, sed obsecra ut patrem, iuvenes ut fratres, anus ut matres, iuvenculas ut sorores, in omni castitate. Viduas honora, quae vere viduae sunt. Si qua autem vidua filios aut nepotes habet, discat primum domum suam regere, et mutuam vicem reddere parentibus; hoc enim acceptum est coram deo. Quae autem vere vidua est et desolata, speret in deum, et instet obsecrationibus et orationibus nocte ac die. Nam quae in deliciis est, vivens mortua est. Et hoc praecipe, ut irreprehensibiles sint. Si quis autem suorum et maxime domesticorum curam non habet, fidem negavit, et est infideli deterior. Vidua eligatur non minus sexaginta annorum, quae fuerit unius viri uxor, in operibus bonis testimonium habens, si filios educavit, si hospitio recepit, si sanctorum pedes lavit, si tribulationem patientibus subministravit, si omne opus bonum subsecuta est. Adolescentiores autem viduas devita. Cum enim luxuriatae fuerint in Christo, nubere volunt, habentes damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt. Simul autem et otiosae discunt circuire domos, non solum otiosae, sed et verbosae et curiosae, loquentes quae non oportet. Volo ergo iuniores nubere, filios procreare, matresfamilias esse, nullam occasionem dare adversario maledicti gratia. Iam enim quaedam conversae sunt retro Satanan. Si quis fidelis habet viduas, subministret illis, et non gravetur ecclesia, ut his quae vere viduae sunt sufficiat. Qui bene praesunt presbyteri, duplici honore digni habeantur, maxime qui laborant in verbo et doctrina. Dicit enim scriptura: Non infrenabis os bovi trituranti; et: Dignus est operarius mercede sua. Adversus presbyterum accusationem noli recipere, nisi sub duobus vel tribus testibus. Peccantes coram omnibus argue, ut et ceteri timorem habeant. Testor coram deo et Christo Iesu et electis angelis, ut haec custodias sine praeiudicio, nihil faciens in aliam partem declinando. Manus cito nemini imposueris, neque communicaveris peccatis alienis. Te ipsum castum custodi. Noli adhuc aquam bibere, sed vino modico utere propter stomachum tuum et frequentes tuas infirmitates. Quorundam hominum peccata manifesta sunt, praecedentia ad iudicium; quosdam autem et subsequuntur. Similiter et facta bona manifesta sunt, et quae aliter se habent abscondi non possunt. Haec doce et exhortare. Si quis aliter docet, et non acquiescit sanis sermonibus domini nostri Iesu Christi, et ei quae secundum pietatem est doctrinae, superbus est, nihil sciens, sed languens circa quaestiones et pugnas verborum, ex quibus oriuntur invidiae, contentiones, blasphemiae, suspiciones malae, conflictationes hominum mente corruptorum, et qui privati sunt veritate, existimantium quaestum esse pietatem. Est autem quaestus magnus pietas cum sufficientia. Nihil enim intulimus in hunc mundum, haud dubium quia nec auferre quid possumus. Habentes autem alimenta et quibus tegamur, his contenti sumus. Nam qui volunt divites fieri, incidunt in temptationem et laqueum diaboli, et desideria multa et inutilia et nociva, quae mergunt homines in interitum et perditionem. Radix enim omnium malorum est cupiditas, quam quidam appetentes erraverunt a fide, et inseruerunt se doloribus multis. Tu autem, o homo dei, haec fuge; sectare vero iustitiam, pietatem, fidem, caritatem, patientiam, mansuetudinem. Certa bonum certamen, apprehende vitam aeternam, in qua vocatus es, et confessus bonam confessionem coram multis testibus. Praecipio tibi coram deo qui vivificat omnia, et Christo Iesu, qui testimonium reddidit sub Pontio Pilato bonam confessionem, ut serves mandatum sine macula, irreprehensibile usque in adventum domini nostri Iesu Christi, quem suis temporibus ostendet beatus et solus potens, rex regum et dominus dominantium, qui solus habet immortalitatem, et lucem habitat inaccessibilem, quem vidit nullus hominum, sed nec videre potest, cui honor et imperium in sempiternum. Amen.

Divitibus huius saeculi praecipe non sublime sapere, nec sperare in incerto divitiarum, sed in deo qui praestat nobis omnia abunde ad fruendum, bene agere, divites fieri in operibus bonis, facile tribuere, communicare, thesaurizare sibi fundamentum bonum in futurum, ut apprehendant veram vitam. O Timothee, depositum custodi, devitans profanas vocum novitates et oppositiones falsi nominis scientiae, quam quidam promittentes circa fidem exciderunt. Gratia tecum. Amen.

ITEM TIMOTHEO SCRIBIT DE EXhortatione martyrii, et omnis regulae veritatis, et quid futurum sit temporibus novissimis, et de sua passione, scribens ei ab urbe Roma.

ITEM AD TIMOTHEUM

PAULUS APOSTOLUS

…Christi Iesu per voluntatem dei secundum promissionem vitae quae est in Christo Iesu, Timotheo karissimo filio, gratia, misericordia, pax a deo patre et Christo Iesu domino nostro. Gratias ago deo cui servio a progenitoribus in conscientia pura, quod sine intermissione habeam tui memoriam in orationibus meis nocte ac die, desiderans te videre, memor lacrimarum tuarum, ut gaudio implear, recordationem accipiens eius fidei quae est in te non ficta, quae et habitavit primum in avia tua Loide et matre tua Eunice, certus sum autem quod et in te. Propter quam causam admoneo te ut resuscites gratiam dei, quae est in te per impositionem manuum mearum. Non enim dedit nobis deus spiritum timoris, sed virtutis et dilectionis et sobrietatis. Noli itaque erubescere testimonium domini nostri, neque me vinctum eius, sed collabora evangelio secundum virtutem dei, qui nos liberavit et vocavit vocatione sua sancta, non secundum opera nostra, sed secundum propositum suum et gratiam quae data est nobis in Christo Iesu ante tempora saecularia. Manifestata est autem nunc per illuminationem salvatoris nostri Iesu Christi, qui destruxit quidem mortem, illuminavit autem vitam et incorruptionem per evangelium, in quo positus sum ego praedicator et apostolus et magister gentium. Ob quam causam etiam haec patior, sed non confundor. Scio enim cui credidi, et certus sum quia potens est depositum meum servare in illum diem. Formam habens sanorum verborum quae a me audisti in fide et dilectione in Christo Iesu. Bonum depositum custodi per spiritum sanctum qui habitat in nobis. Scis hoc quod aversi sunt a me omnes qui in Asia sunt, ex quibus est Phigelus et Hermogenes. Det dominus misericordiam Onesifori domui, quia saepe me refrigeravit, et catenam meam non erubuit, sed cum Romam venisset, sollicite me quaesivit et invenit. Det illi dominus invenire misericordiam a domino in illa die. Et quanta Ephesi ministravit, tu melius nosti.

Tu ergo, fili mi, confortare in gratia quae est in Christo Iesu, et quae audisti a me per multos testes, haec commenda fidelibus testibus, qui idonei erunt et alios docere. Labora sicut bonus miles Christi Iesu. Nemo militans deo implicat se negotiis saecularibus, ut ei placeat cui se probavit. Nam et qui certat in agone non coronatur, nisi qui legitime certaverit. Laborantem agricolam oportet primum de fructibus percipere. Intellege quae dico; dabit enim tibi dominus in omnibus intellectum. Memor esto Iesum Christum resurrexisse a mortuis, ex semine David, secundum evangelium meum, in quo laboro usque ad vincula quasi male operans, sed verbum dei non est alligatum. Ideo omnia sustineo propter electos, ut et ipsi salutem consequantur quae est in Christo Iesu cum gloria caelesti. Fidelis sermo. Nam si commortui sumus, et convivemus. Si sustinemus, et conregnabimus. Si negaverimus, et ille negabit nos. Si non credimus, ille fidelis permanet; negare se ipsum non potest. Haec commone, testificans coram deo. Noli verbis contendere; ad nihil enim utile est, nisi ad subversionem audientium. Sollicite cura te ipsum probabilem exhibere deo, operarium inconfusibilem, recte tractantem verbum veritatis. Profana autem et vaniloquia devita; multum enim proficiunt ad impietatem, et sermo eorum ut cancer serpit. Ex quibus est Hymeneus et Philetus, qui a veritate exciderunt, dicentes resurrectionem iam factam, et subverterunt quorundam fidem.

Sed firmum fundamentum dei stat, habens signaculum hoc: Cognovit dominus qui sunt eius; et: Discedat ab iniquitate omnis qui nominat nomen domini. In magna autem domo non solum sunt vasa aurea et argentea, sed et lignea et fictilia, et quaedam quidem in honorem, quaedam autem in contumeliam. Si quis ergo emundaverit se ab istis, erit vas in honorem sanctificatum et utile domino, ad omne opus bonum paratum. Iuvenilia autem desideria fuge; sectare vero iustitiam, fidem, caritatem, pacem cum his qui invocant dominum de corde puro. Stultas autem et sine disciplina quaestiones devita, sciens quia generant lites. Servum autem domini non oportet litigare, sed mansuetum esse ad omnes, docibilem, patientem, cum modestia corripientem eos qui resistunt, ne quando det illis deus paenitentiam ad cognoscendam veritatem, et resipiscant a diaboli laqueis, a quo captivi tenentur ad ipsius voluntatem. Hoc autem scito, quod in novissimis diebus instabunt tempora periculosa, et erunt homines se ipsos amantes, cupidi, elati, superbi, blasphemi, parentibus non oboedientes, ingrati, scelesti, sine affectione, sine pace, criminatores, incontinentes, immites, sine benignitate, proditores, protervi, tumidi, voluptatum amatores magis quam dei, habentes speciem quidem pietatis, virtutem autem eius abnegantes; et hos devita. Ex his enim sunt qui penetrant domos, et captivas ducunt mulierculas oneratas peccatis, quae ducuntur variis desideriis, semper discentes, et numquam ad scientiam veritatis pervenientes. Quemadmodum autem Iamnes et Mambres restiterunt Moysi, ita et hi resistunt veritati, homines corrupti mente, reprobi circa fidem; sed ultra non proficient, insipientia enim eorum manifesta erit omnibus, sicut et illorum fuit.

Tu autem assecutus es meam doctrinam, institutionem, propositum, fidem, longanimitatem, dilectionem, patientiam, persecutiones, passiones, qualia mihi facta sunt Antiochiae, Iconii, Lystris, quales persecutiones sustinui, et ex omnibus me eripuit dominus. Et omnes qui volunt pie vivere in Christo Iesu persecutionem patientur. Mali autem homines et seductores proficient in peius, errantes et in errorem mittentes. Tu vero permane in his quae didicisti et credita sunt tibi, sciens a quo didiceris, et quia ab infantia sacras litteras nosti, quae te possunt instruere ad salutem per fidem quae est in Christo Iesu. Omnis scriptura divinitus inspirata utilis est ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum in iustitia, ut perfectus sit homo dei, ad omne opus bonum instructus. Testificor coram deo et Christo Iesu, qui iudicaturus est vivos et mortuos, et adventum ipsius et regnum eius: praedica verbum, insta opportune, importune, argue, increpa, obsecra in omni patientia et doctrina. Erit enim tempus cum sanam doctrinam non sustinebunt, sed ad sua desideria coacervabunt sibi magistros prurientes auribus, et a veritate quidem auditum avertent, ad fabulas autem convertentur. Tu vero vigila, in omnibus labora, opus fac evangelistae, ministerium tuum imple. Sobrius esto. Ego enim iam delibor, et tempus meae resolutionis instat. Bonum certamen certavi, cursum consummavi, fidem servavi. In reliquo reposita est mihi corona iustitiae, quam reddet mihi dominus in illa die iustus iudex, non solum autem mihi, sed et his qui diligunt adventum eius. Festina ad me venire cito. Demas enim me reliquit, diligens hoc saeculum, et abiit Thessalonicam, Crescens in Galatiam, Titus in Dalmatiam. Lucas est solus mecum. Marcum assume et adduc tecum; est enim mihi utilis in ministerium. Tychicum autem misi Ephesum. Paenulam quam reliqui Troade apud Carpum veniens affer tecum, et libros, maxime autem et membranas. Alexander aerarius multa mala mihi ostendit; reddet ei dominus secundum opera sua, quem et tu devita; valde enim restitit verbis nostris. In prima mea defensione nemo mihi affuit, sed omnes me dereliquerunt; illis non imputetur. Dominus autem mihi astitit et confortavit me, ut per me praedicatio impleatur et audiant omnes gentes; et liberatus sum de ore leonis. Liberavit me dominus ab omni opere malo, et salvum faciet in regnum…

[illegible] Salutant te Priscilla et Aquila et Onesifori domus. Erastus remansit Corinthi. Trophimum autem reliqui infirmum Mileti. Festina ante hiemem venire. Salutant te Eubulus et Pudens et Linus et Claudia et fratres omnes. Dominus Ihesus Christus cum spiritu tuo. Gratia domini vobiscum. Amen.

TITUM COMMONEFACIT ET INSTRUIT de constructione presbiterii, et de spiritali conversatione et hereticis vitandis qui in scripturis iudaicis credunt. Et scribit ei a Nicopoli, cuiuscumque exhortando et obsecrando.

XIIII. INCIPIT EPISTOLA AD TITUM.

PAULUS SERVUS dei, apostolus autem Ihesu Christi secundum fidem electorum dei et agnitionem veritatis quae secundum pietatem est in spem vitae aeternae, quam promisit qui non mentitur deus ante tempora saecularia, manifestavit autem temporibus suis verbum suum in praedicatione quae credita est mihi secundum praeceptum salvatoris nostri dei. Tito dilecto filio secundum communem fidem. Gratia et pax a deo patre et Christo Ihesu salvatore nostro. Huius rei gratia reliqui te Cretae, ut ea quae desunt corrigas et constituas per civitates presbyteros, sicut et ego disposui tibi. Si quis sine crimine est, unius uxoris vir, filios habens fideles, non in accusatione luxuriae aut non subditos. Oportet enim episcopum sine crimine esse sicut dei dispensatorem, non superbum, non iracundum, non violentum, non percussorem, non turpis lucri cupidum, sed hospitalem, benignum, sobrium, iustum, sanctum, continentem, amplectentem eum qui secundum doctrinam est fidelem sermonem, ut potens sit et exhortari in doctrina sana et eos qui contradicunt arguere. Sunt enim multi et inoboedientes vaniloqui et seductores, maxime qui de circumcisione sunt, quos oportet redargui. Qui universas domos subvertunt docentes quae non oportet turpis lucri gratia. [illegible]

[illegible]

cum sis talis ut Paulus senex, nunc autem et vinctus Ihesu Christi. Obsecro te pro meo filio quem genui in vinculis Onesimo, qui tibi aliquando inutilis fuit, nunc autem et mihi et tibi utilis, quem remisi tibi. Tu autem illum id est mea viscera suscipe. Quem ego volueram mecum retinere ut pro te mihi ministraret in vinculis evangelii. Sine consilio autem tuo nihil volui facere, uti ne velut ex necessitate bonum tuum esset sed voluntarium. Forsitan enim ideo discessit ad horam a te ut aeternum illum reciperes, iam non ut servum, sed pro servo carissimum fratrem, maxime mihi, quanto autem magis tibi et in carne et in domino. Si ergo habes me socium, suscipe illum sicut me. Si autem aliquid nocuit tibi aut debet, hoc mihi imputa. Ego Paulus scripsi mea manu. Ego reddam, ut non dicam tibi quod et te ipsum mihi debes. Ita frater, ego te fruar in domino, refice viscera mea in domino. Confidens in oboedientia tua scripsi tibi, sciens quoniam et super id quod dico facies. Simul autem et para mihi hospitium, nam spero per orationes vestras donari me vobis. Salutat te Epaphras concaptivus meus in Christo Ihesu, Marcus, Aristarchus, Demas, Lucas, adiutores mei. Gratia domini nostri Ihesu Christi cum spiritu vestro. Amen.

INPRIMIS DICENDUM EST CUR APOSTOLUS Paulus in hac epistola scribendo non servaverit morem suum, ut vel vocabulum nominis sui vel ordinis scriberet dignitatem. Haec causa est quod ad eos scriberet qui ex circumcisione crediderant, quasi gentium apostolus et non Hebreorum, sciens quoque eorum superbiam, suamque humilitatem ipse demonstrans, meritum officii sui noluit anteferre. Nam simili modo et Iohannes apostolus propter humilitatem in epistola sua nomen suum eadem ratione non praetulit. Hanc ergo epistolam fertur apostolus ad Hebreos conscriptam hebraica lingua misisse, cuius sensum et ordinem retinens Lucas evangelista post excessum beati apostoli Pauli greco sermone composuit, et post haec in latinum translata.

X. INCIPIT EPISTOLA AD HEBREOS.

MULTIFARIE multisque modis olim deus loquens patribus in prophetis, novissime diebus istis locutus est nobis in filio, quem constituit heredem universorum, per quem fecit et saecula. Qui cum sit splendor gloriae et figura substantiae eius, portansque omnia verbo virtutis suae, purgationem peccatorum faciens sedet ad dexteram maiestatis in excelsis, tanto melior angelis effectus quanto differentius prae illis nomen hereditavit. Cui enim dixit aliquando angelorum: Filius meus es tu, ego hodie genui te? Et rursum: Ego [illegible]

[illegible]

285

[illegible]

PHILEMONI FAMILIARES LITTERAS facit pro Onesimo servo eius. Scribit autem ei ab urbe Roma de carcere.

INCIPIT EPISTOLA AD PHILEMONEM.

PAULUS VINCTUS Ihesu Christi et Timotheus frater Philemoni dilecto adiutori nostro, et Apphiae sorori karissimae, et Archippo conmilitoni nostro, et ecclesiae quae in domo tua est. Gratia vobis et pax a deo patre nostro et domino Ihesu Christo. Gratias ago deo meo semper memoriam tui faciens in orationibus meis, audiens caritatem tuam et fidem quam habes in domino Ihesu et in omnes sanctos, ut communicatio fidei tuae evidens fiat in agnitione omnis boni in Christo Ihesu. Gaudium enim magnum habui et consolationem in caritate tua, quia viscera sanctorum requieverunt per te frater. Propter quod multam fiduciam habens in Christo Ihesu imperandi tibi quod ad rem pertinet, propter caritatem magis obsecro

[illegible]

EPLA AD LAODICENSES

PAVLVS APOSTOLVS
non ab hominibus neque per hominem sed per ihesum christum
fratribus qui sunt laodicie gratia vobis et pax a deo patre
nostro et domino ihesu christo. Gratias ago christo per omnem
orationem meam quod estis permanentes in eo et perseverantes in operibus
eius promissum expectantes in die iudicii. Neque destituant vos quorundam vaniloquia
lia insinuantium ut vos avertant a veritate evangelii deservientes
et facientes benignitatem operum que sunt salutis et vite eterne.
Et nunc palam sunt vincula mea que patior in christo quibus letor et
gaudeo. Et hoc mihi est ad salutem quod ipsum factum orationibus vestris
et administrante spiritu sancto sive per vitam sive per mortem. Est enim mihi
vivere in christo et mori gaudium. Et ipsum in vobis faciens misericordiam
suam ut eandem caritatem habeatis et sitis unanimes. Ergo dilectissimi
ut audistis presentia domini ita retinete et facite in timore dei et erit
vobis vita in eternum. Est enim deus qui operatur in vobis et facite
sine retractu quecumque facitis. Et quod est optimum dilectissimi
gaudete in christo et precavete sordidos homines in lucro omnes.
Sint petitiones vestre palam apud deum et estote firmi in sensu christi et que
integra et vera et pudica et iusta et casta et amabilia sunt facite
et que audistis et accepistis in corde retinete et erit vobis pax.
Salutant omnes fratres in osculo sancto. Salutant vos omnes sancti. Gratia
domini nostri ihesu christi cum spiritu vestro. Hanc facite legi colossensibus
et colossensium vobis. Explicit.

Salve regina misericordie vita dulcedo et spes nostra salve. Ad te clamamus exules filii
Eve. Ad te suspiramus gementes et flentes in hac lacrimarum valle. Eya ergo advocata
nostra illos tuos misericordes oculos ad nos converte et ihesum benedictum fructum ventris tui no-
bis post hoc exilium ostende. Virgo mater ecclesie eterne porta glorie esto nobis refugium
apud patrem et filium. O clemens virgo clemens virgo pia virgo dulcis O MARIA
Exaudi preces supplicum ad te pie clamantium. O PIA. Funde preces tuo nato ihesu christo
vulneratus pro nobis et flagellato spinis coronato felle potato. O DULCIS
[illegible] MARIA

CONFITEOR TIBI [illegible]
DOMINE CO[illegible]
[illegible] BON[illegible]
[illegible]
[illegible] CORAM S[illegible]
[illegible] ARCHANGELIS
[illegible]
[illegible] PRINCIPATIBUS
[illegible]
[illegible]
[illegible] CORAM SCIS
[illegible]
[illegible] APOSTOLIS ET
MARTYRIBUS CONFESSORI
[illegible] ET CO
RAM OMNIBUS ELECTIS
[illegible] SCRI
[illegible] HOMINE
[illegible] DE OM
NIBUS PECCATIS MEIS
[illegible] POSTQUAM
[illegible] ET BAPTIS
MUM ACCEPI [illegible]
HORAM. EGO PECCAVI IN
[illegible] MULTIS ET IN
COMESSATIONIBUS MUL
TIS ET SUNT [illegible]
RIS ET IN GULOSITATE
NIMIA PECCAVI [illegible]
PECCAVI IN DETRAC
TIONIBUS ET [illegible]
TIONIBUS MULTIS [illegible]
[illegible] MALEDICTIO
[illegible]
[illegible] IN OCIOSIS
SERMONIBUS MULTIS IN
DE CONFITEOR MEAS
CULPAS. PECCAVI QUOD
NEGLIGENS FUI DE MEO
[illegible] ET DE MEA [illegible]
[illegible] ET DE MEO [illegible]
TERIO QUOD NON CUSTO
DIVI SECUNDUM SANCTUM
ORDINEM. INDE CONFITEOR
MEAS CULPAS. EGO PECCAVI
[illegible]
[illegible] CONFESSIO
NEM [illegible] ET SUAS
CULPAS MIHI CONFESSI
FUERUNT [illegible]
[illegible]
COS [illegible] PRO
PRIA [illegible]

INDILIGENTIAS INDISC[illegible]
AS. ME IPSUM MIS[illegible]
DISPERANDO ALIENIS OPERI
BUS [illegible] LAUDEM
INDE CONFITEOR MEAS
CULPAS. EGO PECCAVI IN
CUPIDITATE QUIA MULTUM
ACCEPI ALIORUM PRECIUM
ET [illegible] NON REDEMI [illegible]
HOC QUOD AD DISPENSAN
DUM ACCEPI IN ELEMOS
NAM. INDE AD MEUM QU[illegible]
RETINUI ET AD DELICI
AS PROPRIAS DELECTA
BILITER IMMO MISERA
BILITER RETORSI. INDE
[illegible] TEOR MEAS CULPAS.
EGO PECCAVI QUOD EX
[illegible] ACCEPI SACRUM OR
DINEM SEMPER POLLU
TUS INDIGNUS ACCEPI COR
PUS XPI ET SANGUI
NEM NEC ME [illegible]
IN ORDINE SACERDO[illegible]
[illegible] DIVINA MYSTER[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] INTEGRAM [illegible]
[illegible] DISCORDIAM [illegible]
[illegible] INDE CONFITEOR
[illegible] MEAS CULPAS. EGO
PECCAVI [illegible] NON CU
STODIVI [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] MEAS CULPAS.
EGO PECCAVI [illegible]
[illegible] CONFESSUS FUI [illegible]
[illegible] CONFESSIONEM
[illegible] PECCATA
[illegible] CONFESSUS
FUI NEC IMPLEVI [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
SIONE PRO PECCATIS ME
IS INDE CONFITEOR ME[illegible]
CULPAS. EGO PECCAVI
DESIDERIIS [illegible]
[illegible]
[illegible] NON SUM [illegible]
[illegible]

[illegible] PROLATA SUNT EX
ORE MEO. NON CONCUPISCO
[illegible] REM PROXIMI MEI
[illegible] ALICUI [illegible]
[illegible] MODO FURTO [illegible]
RAPINA UNDE CONFITEOR
MEAS CULPAS. EGO PECC
AVI QUOD NON DILIGE
BAM INIMICOS MEOS
SED ODIO HABUI TOTO CORDE
MALA PRO MALIS REDDE
BAM ORATIONI DOMINICE
CONTRARIUS EXISTENS
ET CONTRARIUS UNDE
CONFITEOR MEAS CUL
PAS. EGO PECCAVI IN EO
QUOD [illegible]
[illegible]
[illegible] PERTENTI[illegible]
MOTUS FASTIDIO NEC [illegible]
[illegible]DERAVI SACRE SCRIP
TURE COMMONITIONEM
[illegible] PROTERVIA MENTE
[illegible] ET DOLOSE [illegible]
[illegible] ET FRAUDULENTER
[illegible] UNDE ET [illegible]
[illegible] SUNT. PECCAVI
IN FORNICATIONE DIVERSIS
[illegible] ANIMALIBUS [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] TAMEN EGO SUM Q
PECCAVI EGO IN HOC [illegible]
PRETERITA [illegible]
[illegible] CREBERRIMA [illegible]
[illegible] ET [illegible]
[illegible]
[illegible] POTUIT [illegible]
[illegible] POTEST FORNICA
TIONES [illegible]
[illegible]
[illegible] UNDE CONFITEOR
MEAS CULPAS. PECCAVI
OCULIS MEIS QUOD EGO
SPECTAVI [illegible] QUOD
NON DEBUI [illegible]
[illegible] QUOD DEBUI. PECCA
VI AURIBUS LIBENTER AU
DIENDO [illegible]

[illegible]
PECCAVI MANIBUS MEIS
[illegible]
PECCATOREM ME [illegible]
[illegible] QUONIAM [illegible]
[illegible] QUE NON DEBUI [illegible]
[illegible] QUOD DEBUI [illegible]
[illegible]
PECCAVI MANIBUS MEIS
[illegible]
[illegible]
[illegible] PECCAVI PE
DIBUS MEIS AMBULANDO
[illegible] DEBUI [illegible]
[illegible] UBI DEBUI. APER
[illegible] CORPORIS [illegible]
[illegible] SENSUS MEOS OM
[illegible]
[illegible]
[illegible] TEMPLUM CORPORIS
MEI [illegible] INIQUITATE
UNDE CONFITEOR MEAS
CULPAS. EGO PECCAVI [illegible]
[illegible] QUAM NON
CUSTODIVI CASTITATEM
SICUT SCRIPTURA ME
DOCUIT SED PERPETRAVI
POLLUTIONES MULTAS
[illegible]
UNDE CONFITEOR MEAS
CULPAS. PECCAVI ETIAM
CUM TOTIS MEMBRIS ME
IS CUM ALIIS MEMBRIS [illegible]
CONSENSI UT [illegible] MEM
BRA PECCARENT CUM
MEMBRIS MEIS UNDE CON
FITEOR MEAM CULPAM.
EGO PECCAVI IN TOTO
CORPORE MEO CUM ALIIS
CORPORIBUS ET CONSENSI
[illegible] CORPORA PEC
CARENT CUM CORPORE
MEO UNDE CONFITEOR
MEAS CULPAS [illegible] DE
OMNIBUS PECCATIS QUE
EGO FECI POSTQUAM [illegible]
SUM ET BAPTISMUM AC
CEPI ET [illegible] CEPI
[illegible] USQUE IN HANC
HORAM DEO CONFITEOR
MEAS CULPAS. PECCAVI
[illegible]
CUM AD ASPECTUM [illegible]

MINUM PROCEDEBAM. ES
TIMAVI ME HUMILIS ET DE
VOTUS SED NON IDEM FIE
BAM IN OCCULTO QUOD IN
PUBLICO. INDE CONFITE
OR MEIS CULPIS. EGO
PECCAVI ET IN OMNIA MEM
BRA [illegible] EIS VIR
TUTES OPPOSUI SICUT ME
SACRA SCRIPTURA DO
CUIT SED [illegible]
IMICIS VIRTUTES ABH
[illegible] LUXURIE CASTITATEM
NON OPPOSUI NEC LIBIDINI
CONTINENTIAM. PECCAVI
IN IRA IN CENODOXIA IN NOVITA
TUM PRESUMPTIONE IN
PERTINACIA IN IACTANTIA
IN ARROGANTIA IN INOBEDI
ENTIA IN LOQUACITATE IN
YPOCRISI QUIBUS NON OPPO
SUI CONSILIUM TIMOREM
DOMINI INTELLIGENTIAM
PROVIDENTIAM MEMORIAM
TRACTABILITATEM SA
GACITEM. PECCAVI IN EX
ULTATIONE IN ADVERSIS I(N)
AFFLICTIONE IN PROSPE
RIS IN AMARITUDINE IN SU
SURRATIONE IN PERTRA
CTIONE IN ODIO IN MALICIA
QUIBUS NON OPPOSUI R[illegible]
CONSTANTIAM TOLERAN
TIAM MITIAM DILECTIO
NEM BONITATEM LARGITA
TEM. PECCAVI IN FALLACIA
IN USURA IN FRAUDE IN RAPINA
IN PERIURIO IN VIOLENTIA
IN PHILARGIRIA QUIBUS NON
OPPOSUI CONSILIUM LONGA
NIMITATEM SUFFICIENTIAM
CONTEMPLATIONEM COM
PUNCTIONEM MODESTIAM
FRUGALITATEM. PECCA
VI IN PROSTITUTIONE IN
DELICIIS IN TURPITUDINE
IN LASCIVIA IN PETULAN
TIA IN [illegible]BATIONE
FORNICATIONE [illegible]
NON OPPOSUI IUSTICIAM
TEMPERANTIAM PACEM
INTELLIGENTIAM MISERI
[illegible]

MANSUETUDINEM. PECC
AVI IN IRA SINE CAUSA IN
RIXA IN CLAMORE IN FURO
RE IN LUCTU IN PROTER
VIA IN BLASPHEMIA QUIBUS
NON OPPOSUI LEGEM EQUI
TATEM [illegible]TATEM COR
RECTIONEM IUSIURAN
DI OBSERVATIONEM SE
VERITATEM PARCITAS.
PECCAVI IN TRISTICIA IN
RANCORE IN METU IN TO
RPORE IN ACCIDIA IN QUE
RELA IN PUSILLANIMITATE
IN DESPERATIONE QUIBUS
NON OPPOSUI HABILITATE
TACITURNITATEM DIS
CRETIONEM IEIUNIUM CON
TEMPTUS SECULI ANIME
AFFLICTIONEM SOBRIE
TATEM. PECCAVI IN VEN
TRIS INGLUVIE IN HEBITU
DINE MENTIS IN CRAPULA
IN GULA IN OBLIVIONE IN [illegible]
[illegible] IN EBRIETATE IN
VORACITATE QUIBUS NON
OPPOSUI MUNDICIAM RELI
GIONEM CASTITATEM
OBEDIENTIAM CONTINEN
TIAM REVERENTIAM
AUSTERITATEM. PECCA
VI IN LIBIDINE IN LUBRICA
TIONE IN IGNAVIA IN BLAN
DICIIS IN VOLUPTATE IN
TURPITUDINE IN IMMUNDI
CIA QUIBUS NON OPPOSUI
MAGNANIMITATEM ALA
CRITATEM CONCORDI
AM LIBERTATEM COMPAS
SIONEM PIETATEM GRA
TIAM. PECCAVI IN TERGIVE
RSATIONE IN IMPOSTO
RITATE IN DISCORDIA
IN VECORDIA IN SOCOR
DIA IN SECTIONE IN DESI
DIO NEC EIS BENIVOLEN
TIAM OPPOSUI NON SINCE
RITATEM NON CONCOR
DIAM NON ALACRITATE
NON VIGILIIS SED OMNIS C
MINIBUS PRESCRIPTIS VI
CIIS TAMQUAM IN DELICIIS
CONVERSATUS SUM IN DEBIT

MEIS INDE CONFITEOR
MEAS CULPAS SIUE DE
OMNIBUS PECCATIS QUE
FECI POSTQUAM NATUS
SUM ET BAPTISMUM AC
CEPI USQ(UE) IN HANC HORA(M)
DEO CONFITEOR ET
TIBI SACERDOTI QUE
AUT SUM RECORDATUS
AUT NON SUM RECORD
ATUS AUT SCIENDO
PECCAUI AUT NESCI
ENDO AUT UIGILANDO
AUT DORMIENDO DE
OMNIBUS PECCATIS QUE
EGO FECI ME RECOG
NOSCO PECCATOREM
INDE CONFITEOR MEAS
CULPAS DEO OMNIPOTE
NTI ET SANCTIS ANGE
LIS EIUS ET OMNIBUS SA
NCTIS EIUS ET TIBI SA
CERDOTI DEI RECOR
TE FRATER ET SACER
DOS UT DIGNERIS PRO
ME DOMINI MISERICORD
IAM DEPRECARI QUIA PEC
CATOR ET FRAGILIS NI
MIS EGO SUM NON EST
ENIM HOMO PECCATOR
SUPER TERRAM UT EGO
QUIA NON CESSO DIE NO
CTUQ(UE) PECCARE IN COGI
TATIONIBUS PRAUIS IN
UERBIS OCIOSIS IN ACT
IS INIQUIS IN UAGATIONE
MENTIS IN OCIOSITATI
BUS MULTIS IN IRA IN ACE
DIA IN UANA GLORIA IN SU
PERBIA IN CUPIDITATE
IN CIBO ET POTU IN LI
BIDINE ET FORNICATIONI
IN PERIURIIS IN FURTIS IN
FALSIS CRIMINATIONIB(US)
ET QUIA MULTA SUNT PE
CCATA MEA ET INNUME
RABILIA SCELERA MEA
ET NEGLIGENS SUM NIMIS
DE OPERE DEI ET IN OR
DINE MEO QUE CUSTODI
RE DEBUI CUNCTIS DETE
RIOR ME TAMEN EST ME
LIOR IN OMNIBUS UICIIS SEU

PECCATIS IN QUIBUSCUMQ(UE)
HUMANA FRAGILITAS CON
TRA DEUM ET CREATORE(M)
PECCARE POTEST IN OM
NIBUS ME REUM ESSE
CONFITEOR ET PECCA
TOREM AGNOSCO ET
ERUBESCO ET EXPAUE
SCO DUM TANTAM PA
GINAM CONSPICIO IN QUA
UIRTUTES SUNT DES
CRIPTE QUIBUS SUM
ALIENUS ET CRIMINA QUIB(US)
SUM PLENUS QUID AMPL(IUS)
DICAM MISERICORDI
DOMINI MULTE QUIA NON
SUM CONSUMPTUS QUIA
NON DEFECERUNT MISE
RATIONES EIUS NUNC
MITATICA TERRATA
EST ET QUID DICAM
DICAM QUARE TRISTI
ES ANIMA MEA ET QUARE
CONTURBAS ME SPERA
IN DEO QUONIAM ADHUC
CONFITEBOR ILLI ERGO
CONFITEOR TIBI DOMINE
SANCTE PATER OMNI
POTENS ETERNE D(EU)S
OMNIA PECCATA ET CRI
MINA MEA QUECUMQ(UE) CO
SSI AB INFANTIA UEL IN
IUUENTUTE MEA OMNIA
QUECUMQ(UE) CONTRA PRE
CEPTA ET LEGEM DEI
COMMISI OMNIBUS DIEB(US)
UITE MEE AUT IN UER
BO UEL IN FACTO SIUE
IN COGITATIONIBUS D(EU)S
[illegible]
NOSTI PECCATA MEA
TU SCIS FRAGILITATE(M)
MEAS MILIAS PARCE
INDULGE ET MISERERE
MEI QUIA TIBI SOLI PE
CCAUI PECCAUI CUM PA
RENTIBUS UEL FRATRIBU(S)
MEIS INIUS EGI INIQUI
TATEM FECI SUBUENI
MICHI PECCATORI PIE
IUS EGO PATREM ET FI
LIUM ET SPIRITUM SAN
CTUM UNUM DEUM C...

CON[illegible]
OMN[illegible] DEUS [illegible]
UNIVERS[illegible]ORIBUS
MEIS [illegible] POST [illegible]
[illegible]
[illegible] D[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] UT NON
[illegible]DERET [illegible]
[illegible]MUS [illegible]
POTEST [illegible] DU[illegible]
[illegible] ET [illegible]
CON[illegible]
[illegible]
TOR[illegible]
[illegible]
[illegible] DOMINO NOSTR[illegible]
[illegible] XP[illegible]O QUI[illegible]
[illegible] ES[illegible]
[illegible] SANCTO
EX[illegible]
SPI[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
SANCT[illegible] MARI[illegible]
[illegible]
[illegible] ET [illegible]
[illegible]
ET OMNIB[illegible]
[illegible]
[illegible]IBUS S[illegible]
[illegible] SPIRITIBUS
ET S[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

[illegible]
[illegible]S INNOCENT[illegible] S
STEPHANO [illegible]
[illegible] S [illegible]ISTO S [illegible]
[illegible] S [illegible]
[illegible]
ODORO S ADRIAN[illegible]
[illegible]
[illegible] S [illegible]
OMNIBUS [illegible]
[illegible]IBUS S [illegible]
S GREGORIO S [illegible]
IO S NICOLAO S [illegible]
[illegible]OSIO S [illegible]
[illegible]AULINO S BENE[illegible]
[illegible] S [illegible]O S [illegible]
[illegible]
OMNIBUS S[illegible]
FESSORIBUS S[illegible]
SANCTIS MONACHIS S
[illegible]EREMITIS S [illegible]
[illegible]
[illegible] S [illegible]
[illegible] S ANAS [illegible]
[illegible] S MARI[illegible]
[illegible]
[illegible] S [illegible]
[illegible] S [illegible]
S [illegible] ET OMNI[illegible]
SANCTIS [illegible]
[illegible] CON[illegible]
[illegible]
[illegible]NIBUS SANCTIS
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
OR OMNES SANCTO[illegible]
ET VOS FRATRES [illegible]
[illegible] DOMINUM [illegible]
[illegible] DEUM [illegible]
[illegible]
[illegible] MISERICORDI[illegible]
[illegible] DIGNETUR

289.

[illegible] MORTUI REP
[illegible] PIT ON [illegible]
PIRE [illegible]
CEL [illegible] ME [illegible]
[illegible] ARDON [illegible]
[illegible] LON
EC NOMINE [illegible]
BI IN NOMINE PATRIS
ET FILII ET SPS SCI
[illegible] OMNIPOTENS
[illegible] ABISTO
[illegible] MORTI
ES SCS SCS AGYOS
AGYOS AGYOS KYRIE
ETER OMNIPOTEN
DE CELO [illegible] TE
ABISTO MORBO [illegible]
[illegible] TE TRES IN NOMINE
PATRIS ET FILII ET
SPC SCI [illegible] NOSTRI
[illegible] GORES SEPTEM [illegible]
SORORES ES [illegible]
CITER [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] CONTRA
NOS RIGORES [illegible]
[illegible] EST
PER PATREM [illegible]
FILIUM ET SPM SCM PER
[illegible]
BAPTISMUM [illegible]
X [illegible] PASSIONEM [illegible]
[illegible] CEM X [illegible]
RAM X [illegible] SEPULCHRUM
RESURRECTIONEM
ASCENSIONEM [illegible]
SEDEM MAIESTATIS
[illegible] ANGELOS [illegible]
[illegible] ANGELOS [illegible]
[illegible] DOMINATIONES
[illegible]
[illegible] ET SANCTAM
[illegible] MARIAM MATREM [illegible]
[illegible] VIRGINEM
[illegible] SCM [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] LOS ET P [illegible]
[illegible] AS ET P OMNIA
[illegible] SANCTORUM
QUI IN CELO SUNT ET IN
TERRA [illegible]

[illegible]
[illegible] ORES [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] DOMINI
[illegible] AMEN [illegible]
[illegible] DNE [illegible]
[illegible] CONTRA [illegible]
[illegible] EXCUT [illegible] EX
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] CO
[illegible] DO
[illegible] SCRIPTE [illegible]
[illegible] SE [illegible]
[illegible]
XPE MISERERE [illegible]
[illegible]
NOBIS [illegible]
[illegible]
[illegible] HOMINES [illegible]
[illegible]
[illegible] EIUS [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] MARIA [illegible]
[illegible]
[illegible]

292.

INCIPIT PROLOGUS AD SEVERUM PREPOSITUM

DOMNO SEVERO MELNICENSIS ecclesie preposito, tam litterali scientia quam spirituali intelligentia predito, Cosmas pragensis ecclesie solo nomine decanus, post huius vite stadium in celesti regno bravium. Quanta mentis mee devotione ac dilectione vestre paternitati substernor, deum testor, eloqui nequeo. Neque enim est magna dilectio, quam humana comprehendit ratio. Dilectio enim vera nichil proprium, nichil secretum aut occultum habere quit, quam non ei proferat qui sincero affectu diligit. Et nisi iam affuisset, nequaquam tanto auctoritatis viro hec mea senilia deliramenta offerre presumpsissem. Querens enim quesivi quid iocundum, quid ociosum vobis offerrem, sed nichil tam ridiculosum quam opusculum meum inveni. Sicut enim suaviter ridemus cum aliquem offendi pede ad lapidem videmus, quociens in hoc opere meas offensiones que grammatice artis synalimphas videbitis, de quibus saepe singula ridebitis ... ultra modum potestis ... veritate hominis. Vale. Si meum vobis soli hec senilis nugae placeant sive displiceant, rogo ne tercius eas oculis videat.

Item ad Gervasium magistrum prefatio operis subsequentis.

LIBERALIUM ARTIUM QUIBUSQUE studiis planius imbuto, et omnimodo scientie sapientia debriato archigeronti Gervasio Kosmas, quod dicitur haud dici dignus, dei tamen et sancti Wencezlai famulantium famulus, debitae orationis munus et mutue dilectionis pignus. Cum acceperis hanc scedulam, scias quod tibi transmiserim Boemorum cronicam, quam ego nullo grammatice artis lepore polita ...

[illegible]

... mea ad cetera excudenda pergam, aut ibi gradum sistam, et meis inceptis modum figam ceptis. Vive, vale, et mea tenere ut optatas impleas. Est autem hec kronica composita regnante quarto Heinrico romano imperatore, et gubernante sanctam ecclesiam dei papa Kalisto sub temporibus ducis Boemorum Wladizlai simul et presulis pragensis ecclesie Hermanni, et in sequentibus dat omnibus scire volentibus quibus sint acta annis Christi et indictionibus.

INCIPIT LIBER I. KRONICA BOEMORUM KOSME PRAGENSIS DECANI.

POST DILUVII EFFUSIONEM POST virorum maligna mente turrim edificantium confusionem humani generis, quod tunc fere constabat in bis duobus viris, pro tam illicitis et temerariis ausis cum divina ultione quot capita virorum, tot in diversa linguarum genera dividerentur, sicut hystoriaca relatione didicimus, unusquisque eorum vagus et profugus longe lateque dispersi ... terrarum errabant ... decrescentes in generationes ... multiplicius crescebant. Unde humanum genus ...

294

[illegible]

nas, vera pre feminis in consilio provida, in sermone strennua, corpore casta, moribus proba, ad dirimenda populi iudicia nulli secunda, omnibus affabilis, sed plus amabilis, feminei sexus decus et gloria, dictans negotia provide, sed virilia. Sed quia nemo ex omni parte beatus, talis ac tante laudis femina, heu dira condicio humana, fuit phytonissa. Et quia populo multa et certa predixit futura, omnis illa gens commune consilium iniens, patri eius post necem hanc sibi prefecit iudicem. Ea tempestate inter duos cives opibus et genere eminentes, qui videbantur populi esse rectores, orta est non modica litigio agri contigui terminis. Qui intantum prorupere in mutuam rixam, ut alter alteri irruens in vultum, sese ipsos enormiter digitis sub gutture volare in barba, et nudis conviciis se turpissime et ad nasum confundentes, intrant bachantes curiam, et non sine magno strepitu adeuntes dominam, ut ratione iusticie dubiam inter eos dirimat causam suppliciter rogant. Illa interim ut est lascivia mollicies mulierum, quando non habet quem timeat virum, cubito subnixa ceu puerum enixa, alte in pictis stratis nimis molliter accubabat. Cumque per callem iusticie incedens, personam hominum non respiciens, totam controversie inter eos orte causam ad statum rectitudinis perduceret, is cuius causa in iudicio non obtinuit palmam plus iusto indignatus ter quaterque caput concussit, et more suo tiam ter baculo percussit, ac barba pleno ore saliva conspergens exclamat: O iniuria viris haud toleranda, femina rimosa virilia iudicia mente tractat dolosa. Scimus profecto quia femina sive stans seu in solio residens parum sapit: quanto magis cum in stratis accubat. Revera tunc magis est ad accessum mariti apta, quam dictare militibus iura. Certe est longos esse crines omnibus, sed breves sensus mulieribus. Satius est mori quam viris talia pati. Nos solos obprobrium nationibus et gentibus destituit natura, quibus deest rector et virilis censura, et quos premunt feminea iura. Ad hec domina illatam sibi contumeliam dissimulans, et dolorem cordis feminineo pudore celans subrisit, et ita est: inquit, ut dicis, femina sum, femina vivo, sed ideo parum sapere vobis videor, quia vos non in virga ferrea iudico, et quia sine timore vivitis, merito me despicitis. Nam ubi est timor, ibi honor. Nunc autem necesse est valde ut habeatis rectorem feminis ferociorem. Sic et columbe olim albicantulum milvum quem sibi elegerant in regem spreverunt, ut vos me spernitis, et accipitrem multo ferociorem sibi ducem prefecerunt, qui fingens culpas tam nocentes quam innocentes cepit necare, et ex tunc usque hodie vescitur columbis accipiter. Ite nunc domum, ut quem vos cras elegeritis in dominum, ego assumam in maritum.

Interea predictas advocat sorores, quas non impares agitabant furores, quarum magica arte et sua ludificabat populum per omnia. Ipsa namque Lubossa fuit sicut predixmus phytonissa ut Chumea sibilla. Altera venefica ut Cholchis Medea. Tercia malefica ut Aeaea Circes. Illa nocte quod consilium inierunt ille tres Eumenides, aut quid secreti egerint, quamvis ignotum fuerit, tamen omnibus luce clarius mane patuit, cum soror earum Lubossa et locum ubi dux latuit et quis esset nomine indicavit. Quis namque crederet quod de aratro sibi ducem progarent? Aut quis sciret ubi araret qui rector populi fieret? Quid namque phytonicus furor nesciat? Aut quid est quod magica ars non efficiat? Potuit sibilla romano populo serie fatorum fere usque in diem iudicii predicere, quod et si fas est credere, de Christo vaticinata est, sicut quidam doctor in sermone suo per dicationis versus Virgilii ex persona sibille de adventu domini compositos introducit. Potuit Medea herbis et carmine sepe e celo Hyperionem et Berecinthiam deducere. Potuit ymbres, fulgura ac tonitrua elicere de nubibus. Potuit regem Egaeum de sene facere iuvenem. Carmine Circes socii Ulixis conversi sunt in diversas ferarum formas, et rex Picus in volucrem que nunc dicitur picus. Quid mirum? Quanta egere artibus suis magi in Egypto, qui pene tot et tanta mira carminibus suis fecerunt, quot Dei famulus Moyses ex virtute Dei exhibuisse perhibetur. Hactenus hec. Postera die ut iussum fuerat, sine mora convocat cetum, congregat populum, conveniunt simul omnes in unum. Femina residens in sublimi solio, concionatur ad agrestes viros: O plebs miseranda nimis, que libera vivere nescit, et quam nemo bonus nisi cum vita amittit, illam vos non inviti libertatem fugitis, et insuetae servituti colla sponte submittitis. Heu tarde frustra vos penitebit, sicut ranas penituit, cum ydrus quem sibi fecerant regem eas necare cepit. Aut si nescitis que sint iura ducis, temptabo vobis ea verbis dicere paucis. Inprimis facile est ducem ponere, sed difficile est positum deponere. Nam qui modo est sub vestra potestate, utrum eum constituatis ducem an non, postquam vero constitutus fuerit, vos et omnia vestra erunt eius in potestate. Huius in conspectu vestra febricitabunt genua, et muta sicco palato adherebit lingua. Ad cuius vocem pre nimio pavore vix respondebitis: Ita domine, ita domine, cum ipse solo suo nutu sine vestro prediudicio hunc dampnabit, et hunc obtruncabit, istum in carcerem mitti, illum precipiet in patibulo suspendi. Vos ipsos et ex vobis quos sibi libet, alios servos, alios rusticos, alios tributarios, alios exactores, alios tortores, alios preccones, alios cocos seu pistores aut molendinarios faciet. Constituet etiam sibi tribunos et centuriones, villicos, cultores vinearum simul et agrorum, messores segetum, fabros armorum, sutores pellium diversarum et coriorum. Filios vestros et filias in obsequiis suis ponet. De bubus etiam et equis sive equabus seu pecoribus vestris optima queque ad suum placitum tollet. Omnia vestra que sunt potiora in villis, in campis, in agris, in pratis, in vineis auferet, et in suos usus rediget. Quid multis moror? Aut quid hec quasi vos ut terream loquor? Si persistitis in incepto et non fallitis voto, iam vobis et nomen ducis et locum ubi est indicabo. Ad hec vulgus ignobile confuso exultat clamore, omnes uno ore ducem sibi poscunt dari. Quibus illa: En, inquit, en ultra illos montes, et monstravit digito montes, ubi fluvius non adeo magnus nomine Belina, cuius super ripam dinoscitur esse villa nomine Stadici. Huius in territorio est novale unum in longitudine et in latitudine XII passuum, quod mirum in modum, cum sit inter tot agros in medio positum, ad nullum tamen pertinet agrum. Ibi dux vester duobus variis bubus arat, unus bos precinctus est albedine et albo capite, alter a fronte post tergum albus et pedes posteriores habens albos. Nunc si vobis placet, accipite meum talicharium et clamidem et mutatoria duce digna, et pergite ac mandata populi atque mea referte viro, et adducite vobis ducem et mihi maritum. Viro nomen est Premisl, qui super colla et capita vestra iura excogitabit plura. Nam hoc nomen latine sonat premeditans vel superexcogitans. Huius proles postera hac in omni terra in evum regnabit et ultra.

Interea destinantur qui iussa domine et plebis ad virum perferant nuncii. Quos ut vidit domina quasi insciolos de via cunctari, Quid, inquit, cunctamini? Ite securi, meum equum sequimini, ipse vos ducet recta via et reducet, quia ab illo non semel illa via est trita. Volat vana volatica fama, necnon et opinio falsa, quod ipsa domina equitatu phantasmatico semper in noctis crepusculo solita sit ire illo, et redire per gallicinio, quod viderit credat Apella. Quid tunc? Procedunt nuncii sapientes indocti, vadunt scientes nescii, vestigia sequentes equi. Iamque montes transierant, iamque appropinquabant ville ad quam tendebant, cum illis puer unus obvius currit, quem interrogantes aiunt: Heus bone indolis puer, estne villa ista nomine Stadici? Aut si est, in illa vir nomine Premisl? Ipsa est, inquit, quam queritis villa, et ecce vir Premisl prope in agro boves stimulat, ut quod agit citius peragat. Ad quem nuncii accedentes aiunt: Vir fortunate, dux nobis diis generate. Et sicut mos est rusticis non sufficit semel dixisse, sed inflata bucca ingeminant: Salve dux salve magna dignissime laude. Solve boves, muta vestes, ascende caballum. Et monstrant vestes hinnientemque caballum. Domina nostra Lubossa et plebs universa mandant ut cicius venias et tibi ac tuis nepotibus fatale regnum accipias. Omnia nostra et nos ipsi in tua manu sumus. Te ducem, te iudicem, te rectorem, te protectorem, te solum nobis in dominum eligimus. Ad quam vocem vir prudens quasi futurorum inscius substitit, et stimulum quem manu gestabat in terram fixit, et solvens boves, Ite illuc unde venistis, dixit. Qui statim cicius dicto ab oculis evanuere, et nusquam amplius comparuere. Corilus autem quam humi fixit, tres altas propagines, et quod est mirabilius cum foliis et nucibus produxit. Viri autem illi videntes hec taliter fieri, stabant obstupefacti. Quos ille grata vice hospitum invitat ad prandium, et de pera subere contexta excutit mucidum panis et formatici partem, et ipsam peram in cespite ponit pro mensa, et super rudem textum ponit, et cetera. Interea dum prandium sumunt, dum aquam de amfora bibunt, due propagines sive virgulta duo aruerunt et ceciderunt, sed tercia multo altius et latius accrescebat. Unde hospitibus maior excrevit ammiratio cum timore. Et ille: Quid, inquit, ammiramini? Sciatis ex nostra progenie multos dominos nasci, sed unum semper dominari. Atque si domina vestra de hac re festinaret, sed per modicum tempus currentia fata expectaret, ut preme tam cito non mitteret, quot natos heriles natura proferret, tot dominos terra vestra haberet. Post hec induitur veste principali, et calciatur calciamenta regali, acer ascendit equum arator, tamen sue sortis non inmemor, tollit secum suos cotornos ex omni parte subere consutos, quos fecit servari in posterum, et servantur Wissegrad in camera ducis usque hodie et in sempiternum. Factum est autem dum per compendia viarum irent, necdum illi nuncii ceu ad novum dominum familiari loqui auderent, sed sicut columbe quando aliqua peregrina adveniens accedit, inprimis ea pavescunt, et mox in ipso volatu eam assuefaciant, et eam quasi propriam faciunt et diligunt, sic illi cum fabularentur equitantes, et sermocinationibus iter abbreviarent, iocando per scurrilia verba labore fallerent, unus qui erat audacior et lingua promptior: O domine, dic, inquit, nobis, ob quid hos cotornos subere consutos et ad nichilum nisi ut proiciantur aptos nos servare fecisti? Non satis possumus ammirari. Quibus ille: Ad hoc, inquit, eos feci et faciam in evum servari, ut nostri posteri sciant unde sint orti, et ut semper vivant pavidi et suspecti, neu homines a deo sibi commissos iniuste opprimant per superbiam, quia facti sumus omnes equales per naturam. Nunc autem et mihi liceat vos interrogare, utrum magis laudabile est de paupertate ad dignitatem provehi, an de dignitate in paupertatem redigi? Nimirum respondebitis mihi, melius esse provehi ad gloriam quam redigi ad inopiam. Atqui sunt nonnulli parentela geniti ex nobili, sed postea quem in opiam redacti et miseri facti, cum suos parentes gloriosos fuisse et potentes aliis predicant, haud ignorant quod semetipsos inde plus confundunt et deturpant, cum ipsi per sua hoc amisere ignavia quod illi habuere per industria. Nam fortuna semper hac ludit alea sua rota, ut nunc hos erigat ad summa, nunc illos mergat in infima. Unde fit ut dignitas terrena que erat aliquando ad gloriam, amissa fit ad ignominiam. At vero paupertas per virtute victa, non se celat sub pelle lupina, sed victorem suum tollit ad sydera, quem olim secum traxerat ad infera.

Postea vero quam iter emensi fuerant, et iam iamque prope ad urbem veniebant, obviam eis domina stipata suis satellitibus accelerat, et intra se consertis dextris cum magna leticia tecta subeunt, thoris discumbunt, Cerere et Bacho corpora reficiunt, cetera noctis spacia Veneri et Hymeneo indulgent. Hic vir qui vere ex virtutis merito dicendus est vir, hanc efferam gentem legibus frenavit, et indomitum populum imperio domuit, et servituti qua nunc premitur subiugavit, atque omnia iura quibus hec terra utitur et regitur solus cum sola Lubossa dictavit. Inter hec primordia legum quadam die predicta domina phitone concitata presente viro suo Premisl et aliis senioribus populi astantibus sic est vaticinata: Urbem conspicio fama que sydera tanget: Est locus in silva villa qui distat ab ista, triginta stadiis, quem Wltava terminat undis. Hunc ex parte aquilonali valde munit profunda vallis rivulus Bruhnica. At australi ex latere latus mons nimis petrosus qui a petris dicitur Petrin, super eminet loca. Loci autem mons curvatur in modum delfini marini porci tendens usque ad predictum amnem. Ad quem cum perveneritis, invenietis hominem in media silva limen domui operantem. Et quia ad humile limen etiam magni domini se inclinant, ex eventu rei urbem quam edificabitis vocabitis Pragam. Hac in urbe olim in futurum bine auree ascendent olive, que cacumine suo usque ad septimum penetrabunt celum, et per totum mundum signis et miraculis choruscabunt. Has in hostiis et muneribus colent et adorabunt omnes tribus terre Boemie et nationes relique. Una ex his vocabitur Wenceslaus maior gloria, altera Christi agnus, vocabitur ... lavus, consolatio exercitus? Plura locutura erat, si non fugisset spiritus pestilens et prophetans a plasmate Dei. Continuo itur in antiquam silvam, et reperto dato signo in predicto loco urbem toti Boemie dominam edificavit Pragam.

Et quia ea tempestate virgines huius terre sine iugo pubescentes velud amazones militaria arma affectantes, et sibi ductrices facientes, pari modo uti tyrones militabant, venationibus per silvas viriliter instabant. Non eas viri, sed ipse sibi viros quos et quando voluerunt accipiebant. Et sicut gens Scytica, Plauci sive Pecenatici, vir et femina in habitu nullum discrimen habebant. Unde in tantum feminea excrevit audacia, ut in quadam rupe non longe a predicta urbe oppidum natura loci firmum sibi construerent, cui a virginali vocabulo inditum est nomen Deuin. Quod videntes iuvenes contra eas nimio zelo indignantes, multo plures in simul conglobati non longius quam unius buccine in altera rupe inter arbusta edificant urbem, quam moderni nuncupant Wissegrad. Tunc autem ab arbustis traxerat nomen Hrasten. Et quia sepe virgines sollertiores ad decipiendos iuvenes fiebant, sepe autem iuvenes virginibus fortiores existebant, nunc bellum nunc pax inter eos agebatur. Et dum interposita pace potiuntur, placuit utrisque partibus ut componerent cibis et potibus symbolum, et per tres dies sine armis sollempne simul agerent ludum in constituto loco. Quid plura? Non aliter iuvenes cum puellis ineunt convivia, ac si lupi rapaces querentes edulia ut intrarent ovilia. Prima die epulis et nimiis potibus hylarem ducunt. Dumque volunt sedare sitim, sitis altera crevit. Leticiaque sua iuvenes vix noctem ad horam differunt. Nox erat et celo fulgebat luna sereno. Inflans tunc lituum dedit unus eis ita signum, dicens: Lusistis satis, edistis satis atque bibistis. Surgite vos rauco clamat Venus aurea sistro. Moxque singuli singulas rapuere puellas. Mane autem facto iam pacis inito pacto, sublatis Cerere et Bacho ex castro oppida muros levinaco ... vacuos indulgent Vulcano.

Et ex illa tempestate post obitum principis Lubosse sunt mulieres nostre virorum sub potestate. Sed quoniam omnibus ut quidem restat semel ineunda via mortis, et ancius Premisl iam plenus dierum, postquam iura instituit legum, quem coluit vivus ut deum, raptus est ad Acherontis generum, cui Nezamisl successit in regnum. Hoc ubi mors rapuit, Mnata principales obtinuit fasces. Quo recedente ab hac vita, Voyn suscepit rerum gubernacula. Huius post fatum Vnislau rexit ducatum. Cuius vita dum rumpitur parte, Kressomisl locatur sedis in arce. Hoc sublato e medio Neklan ducatu potitur solio. Hic ubi vita discessit, Gostivit throno successit. Horum quorum principum de vita eque et morte silet, tum quia ventri et somno dediti, inculti et indocti assimilati sunt pecori, quibus profecto contra naturam corpus voluptati, anima fuit oneri, tum quia non erat illo in tempore qui stilo acta eorum commendaret memorie. Sed sileamus de quibus siletur, et redeamus unde paulo deviavimus.

Gostivit autem genuit Borivoy, qui primus dux baptizatus est a venerabili Metudio episcopo in Moravia sub temporibus Arnulfi imperatoris et Zuatopluk eiusdem Moravie regis. Nec superfluum esse iudicavimus, quod referente fama audivimus, huic operi nostro hoc in loco summatim litterarum apicibus inserere bellum, quod olim antea retro dierum tempore ducis Neklan in campo, qui dicitur Turzko, consertum est inter Boemos et Luczanos, qui nunc a modernis ab urbe Satc vocitantur Satcenses. Unde autem antiquitus nuncupentur ea natio Luczano, nolumus preterire sub silentio. Quia provincia illa distinguitur quinque regionibus locorum per compendia. Prima regio est sita circa rivum nomine Gutna. Secunda ex utraque parte est fluminis Uzka. Tertia extenditur per circuitum torrentis Brocnica. Quarta, que et Silvana dicitur, sita est infra terminos fluminis Msa. Quinta, que in medio est, dicitur Luka, pulcherrima visu et utillima usui, ac uberrima satis, nec non et habundantissima pratis; unde et nomen ipsa regio exigit, quia Luka Latine pratum dicitur. Et quia hec regio primum longe antequam Satc urbs condita foret, est inhabitata hominibus, recte eiusdem incole sunt a regione Luczane nuncupati. His prefuit dux nomine Wlastizlau, vir bellicosus et in bellicis armis animosus, ac consiliis super modum dolosus, satisque in pluris felix potuisset dici, si fors supremam non clausisset eum fine infelici. Nam contra Boemos frequenter susceperat bellum, et semper Marte secundo atque diis auspicibus prevaluerat, terramque eorum sepe ingressus cedibus, incendiis, rapinis crudeliter devastarat, et ipsos populi primates in tantum presidiis attenuarat, ut parvo clausi in oppido, quod dicitur Levigradec, hostium incursiones timerent. Hic condidit urbem, quam appellavit nomine suo Wlastizlau, inter duos montes Medvez et Pripek, scilicet in confinio duarum provinciarum Belina et Litomerici, et posuit in ea viros nequissimos ob insidias utrique populo, quia hi adiuvabant partes Boemorum. Et sicut in omni vicissitudine rerum prosperitas elevat, adversitas humiliat cor hominum, ex nimia qua semper obtinuit in pluribus prosperitate exaltatum est cor ducis et elevatum, ut nimio feroci exardesceret animo tota Boemia ad obtinendum. Ah mens hominum ignara futurorum, sepe suo fallitur augurio. Sepe fit, quod ante ruinam cor extollitur, sicut ante leticiam sepe humiliatur. Mox tumido inflatus fastu superbie, scire volens vires suas, quante sit potentie, mittit gladium per omnes fines totius provincie hac conditione principalis sententie, ut quicumque corporis statura precelleret gladii mensuram, segni iusso egrederetur ad pugnam, procul dubio puniretur gladio. Quo edicto, ut vidit in medio coadunatos loco, stans in medio aggere coram vulgi septem clipeoque subnixus, manu ensem vibrans, sic est exorsus: "O milites, quibus ultima in manibus est victoria, olim non semel victis, iam actu agitis? Quid opus est armis? Arma ad spectaculum mulieres portare faciatis. Quin potius falcones, nisos, herodios et omne genus avium volatilium, quod magis aptum est ad iocunditatem et ludum, tollite vobiscum, quibus carnes inimicorum, si forte sufficiant, cibum ad vescendum. Testor Martem deum et meam dominam Bellonam, que mihi fecit omnia bona, per capulum ensis mei, quem manu teneo, quod pro infantibus eorum catulos canum ponam ad ubera matrum. Levate signa, tollite moras, semper nocuit differre paratis. Ite iam velociter et vincite feliciter." Exoritur clamor ad ethera. Validus et invalidus, fortis et vilis, potens et impotens, perstrepunt: "arma, arma". Saltat scabiosa equa, ut acer equus in pugna.

Interea quedam mulier de numero Eumenidum vocans ad se privignum, qui iam iturus erat ad prelium: "Quamvis", inquit, "non est naturale novercis, ut benefaciant suis privignis, tamen non immemor consortii tui patris cautum te faciam, quo possis vivere, si vis. Scias Boemorum strigas sive lemures nostras prevaluisse votis Eumenidas, unde nostris usque ad unum interfectis dabitur victoria Boemis. Hac tu quo tandem valeas evadere clade, quem in primo congressu interficies, tu ad usum tuum utramque sibi abscidens aurem mitte in tua bursa, et inter utrosque pedes equi in modum crucis evaginato ense terram linea bis. Hoc enim faciens invisibiles ligaturas laxabis, quibus ira deorum vestri equi obligati deficient et cadent quasi ex longo itinere fatigati. Moxque insiliens equum terga vertes, et si magnus post te fragor ingruerit, numquam retro aspicies, fugamque accelerabis, atque ita tu solus vix effugies. Nam dii, qui vobiscum comitabantur in prelium, versi sunt in auxilium inimicis vestris." At contra Boemis resistere non valentibus hostibus, quippe iam totiens triumphantibus, una salus erat victis nullam sperare salutem. Sed sicut semper infideles homines et eo ad aliquid priores, ubi deficiunt vires et bone artes, illico ad deteriores pravitatis vertuntur partes. Haud aliter gens ista vanis sacris dedita, plus mendaciis credula, iam desperantes viribus et armis militaribus, quandam adeunt sortilegam et consulunt eam, atque instant, ut edicat, quid opus sit facto in tali discrimine rerum, atque quis eventus futurum obtineat bellum. Illa, ut erat plena Phytone, ambigua non temnit eos diverborum ambage: "Si vultis", inquit, "triumphum victorie consequi, oportet vos prius iussa deorum exequi. Ergo litate diis vestris asinum, ut sint et ipsi vobis in asylum. Hoc necari fieri summus Iupiter et ipse Mars sororque eius Bellona atque gener Cereris iubet." Queritur interim miser asellus et occiditur, et ut iussum fuerat, in mille milies frusta concidit, atque ab universo exercitu citius dicto consumitur. Quibus ita esu animatis asinino, res similis prodigio, cerneres letas phalanges et viros mori paratos ut silvaticos porcos. Et sicut post aquosa nube fit sol clarior et visu iocundior, ita post nimiam inertiam exercitus ille fuit alacrior et ad pugnam audacior.

Interea dux eorum Neklan lepore pavidior et Parthico fuga velocior, pugnam imminentem premit et ficta infirmitate in castro supradicto delituit. Quid facerent membra sine capite, aut milites in prelio sine duce? Erat ea tempestate quidam vir precipuus honestate corporis, etate et nomine Tyro, et ipse post ducem secundus in prelio, qui ad occursum mille oppugnantium in prelio nullum timere, nemini scivit cedere. Hunc dux clam ad se vocat et precipit, ut arma sua induat, et paucis clientibus id scientibus herilem equum iubet ut ascendat, atque vice sui milites ad pugnam precedat, que non longe ab urbe, sed quasi duobus stadiis distabat. Venitur ad campum ab utrisque exercitibus edictum. Prius Boemi preoccupant collem in medio campi eminentem, unde et hostes previderent advenientes, et is, quem estimabant ducem, stans in eminentiori loco concionaretur ad milites Tyro: "Si fas inesset duci verbis addere virtutem militibus, multiplicibus vos tenerem sermonum ambagibus. Sed quia hostis ad oculum stat et breve tempus ad exhortandum extat, fas mihi sit vos vel paucis succendere dictis. Omnibus in bello dimicandi par est devotio, sed impar vincendi condicio. Illi pro gloria pugnant, nos pro patria dimicamus et pro libertate atque nostra libertate et salute ultima. Illi ut rapiant aliena, nos ut defendamus dulcia pignora et cara conubia. Confortamini et estote viri. Nam deos vestros, quos hactenus habuistis offensos, placastis votis, quibus placari voluerunt. Ergo timore eorum ne timueritis, quia quibus in prelio timor officit animo, maximo versantur in periculo. Audacia autem habetur pro muro; audacibus et ipsi dii auxiliantur. Credite mihi, ultra illa castra vestra salus posita est et gloria. At si terga hostibus verteritis, mortem tamen non effugietis, sed unam mortem, verum peiorem agetis: coniuges vestras in conspectu vestro violabunt, et in sinu earum infantes ferro trucidabunt, et ad lactandum eis catulos dabunt. Quia victis una est virtus, victoribus nil denegare."

Interea dux Lucensis ferocissimus cum superbissima gente, quibus et hodie a malo innatum est superbire, veniens ex adverso, ut vidit hostes non cedere loco, iubet suos paulisper stare illico, et quasi condolens super fata nimiorum his dictis acuit animos suorum: "O miserabiles timidorum hominum manes, frustra preoccupant colles, quibus desunt vires et bellice artes. Nec munit collis, sic vir est debilis. Cernitis, quia in planis suo bono non audebant occurrere campis, in muros, si non fallor, fugere parant. Sed vos, priusquam fugiant, irruite super eos impetu repentino, et sub pedibus vestris ceu fraviola scapularum contritas facite more solito. Parcite ne ignavorum sanguine polluatis ferramenta, sed potius submittite, que portatis, volatilia, ut perterrefaciatis falconibus pavidas acies ut columbas." Quod ut factum est, tanta fuit densitas diversarum avium, ut sub pennis earum obscuraretur aer velut sub aquosa nube vel nigre tempestatis tempore. Hoc cernens intrepidus Tyra, ceptum interrumpens colloquium, ad suos dixit: "Si forte contigerit me mori in prelio, sepelite me in hoc colliculo, et construite mausoleum michi in secula nominatum, unde et hodie nominatur tumulus acerrimi bellatoris Tyre." Moxque prosiliens ceu maxima moles rupis, que fulmine rupta de summitate alti montis fertur per abrupta loca sternens omnia obstacula, haud aliter ruit fortissimus heros Tyra in confertissimos hostium cuneos, ac veluti si quis in horto tenera papavera succideret ferro, ita obstantium metit ense capita hostium, donec plenus hastilibus quasi hericius in media strage super magnam struem occisorum cecidit. Incertum est, quis aut quo vel quali vulnere quisque ceciderit; non hoc solum scimus pro certo, quia Boemi potiti sunt triumpho, Lucensibus omnibus interfectis usque ad unum, preter illum videlicet, quem noverca olim premonuerat cautum ad prelium. Isque cum iussa peregisset noverce, periculo elapsus fuga, domumque concite veniret ad domum, ecce uxor sua plangebat defuncta. Quam ut videret vir suus, dum discooperuisset faciem eius, res simul fieri visum est: funus habere in femineo pectore vulnus et abscisas aures. Tunc vir recolens, quod factum fuerit in prelio, protulit aures de bursa cruentis cum inauribus, atque recognovit hanc fuisse in specie illius, quem ad usum suum occidit in bello. Post hec Boemi intrantes terram illam et nullo resistente devastantes eam, civitates destruxerunt, villas combusserunt, spolia multa acceperunt, inter que filium herilem apud quandam vetulam mulierem inveniunt latitantem. Quem dux ut, quamvis paganus, tamen ut catholicus bona misericordia super eum motus est, et forme pepercit, et novam urbem in plano loco construens nomine Dragus super ripam fluminis Ogre iuxta pagum Postoloprch, ubi nunc cernitur sancte Marie cenobium, tradidit eam et puerum pedagogo, cui antea pater suus eum commiserat, nomine Duringo, qui fuit de Zribia genere, excedens hominem scelere, viro pessimo peior et omni belua crudelior. Quod utique factum est omnium consilio comitum, ut populus, qui residuus fuerat, ad filium herilis sui quasi ad principem ceu apes ad sua mattula confluerent, cum, si quando resistere vellent, in plano loco facile capi possent; tum quia cum viro alienigena non tam cito conspiraret plebs indigena. His ita dispositis, repedant ad propria cum magna leticia, atque victrices aquilas in sua referunt statia. Interea Zribin ille dictor infidelis perpetrat scelus crudele. Nam quadam die piscatores nunciant stationem piscium non modicam in placida aqua sub glacie nova. Erat enim glacies perspicua, quam nec adhuc aura corrupit, nec pulvis commaculaverat. Tunc ille Iudas secundus Durinc ratus est congruum tempus ad exercendam suam nequitiam, quam dudum mala mente malo animo conceperat in dominum suum, ita et necem. Ait ad puerum: "Eamus piscari", quem fraude parabat enecare. Quo cum pervenissent, inquit: "O mi domnicelle, perspice natantes ecce sub glacie pisces plusquam mille." At ille, sicut erat puer, pueriliter genua flectens, dum inspicit sub glacie pisces securus, securi tenero collo excepit, et tamquam hostiam peperit suis cum pedagogus interfecit. Diffugiunt omnes a tali spectaculo. At ille plusquam parricida, quod non potuit uno ictu securis, peregit cultello, caput suo domnicello abscidens ut porcello. Quod abscidens sub clamide velud domini sui pro honore munda involvit syndone, ut ad ducem, quod sibi cum commiserat, infelix malo suo deferat. Fert sine mora funesta dona, sperans pro tali facto innumera consequi munera, et invenit ducem in pergensi palacio cum omnibus residentem comitibus in concilio, atque optimum ratus fore, ut in conspectu omnium facinus suum referat in medium, intrat et salutat ducem, et resalutatus stans expectat, et ut data est sibi copia fandi, dixit: "En ego, en ego salus mea effeci securi, ut vos omnes dormiatis in utramque aurem securi. Sepe enim una et minima scintilla, quam in cinere custos domus reliquit sub tenui favilla, excitat ignes magnos, et non solum domum, sed et involvit et cremat ipsos domus dominos. Hanc ego scintillam precavens et providens in futurum vobis nocituram extinxi, et vos universosque posteros a ventura clade quasi ex divino oraculo providendo preveni. Vos autem, qui estis capita terre, huic facto nomen invenite. Si est meritum, facite ut omnes sciant quam sit meritum;
295. aut si dictum esse scelus, plus non debeas quam vos ipsi non faciatis scelus. An ideo debuistis infanti parcere, quia pater eius vestros infantes interfecit, et catulos voluit ponere ad sugendum vestras coniuges? Certe nec carnes suaves rabidi nec suave lupi ius. Ecce parentis sanguinis ultor vobis quandoque nociturus iacet sine vestro sanguine victus. Quin ut potius accipite regnum eius, quod sine iactura possidebitis in sempiternum feliciter." Testatur puerile caput in disco tenellum, inquit, michi adhuc vivi hominis fuit exanimatum, non tantum voce prolatum. Expavit dux, corda tremuere comitum, confusum in horrorem animi. Et dux torsit caput a munere nefando, et solito ore talia fando: "Aufer ab aspectu meo, homo scelestissime. Tua scelera excedunt modum et veniam, nec digna invenitur ultio. Ad hoc flagitium nec potest dignum excogitari prudentia, nec par supplicium. An pietatis, quod fecisti, non potuissem, quod fecisti, si voluissem? Michi autem fuerit licitum occidere nunquam ei, sed tu dominum. Hoc quod peccasti peccatum maius est quam dici potest peccatum. Certe quicumque te occiderit, aut occidere te iudicaverit, non solum peccatum, sed duplex incurrit peccatum: quia et peccatum, quod occidaris, et peccatum, quod occidisti dominum tuum. Verum si pro hoc tam scelere in mane utroque peccato triplicatum portabit peccatum. Verum hoc a nobis donativum speciale scias tibi pro magno munere hac dari tribus: quam malis eligas mortem: aut te precipites ex alta rupe, aut manibus tuis suspendas in quaslibet arbore, aut scelerosam vitam tuo finias ense." At hic vir ingemiscens ait: "Heu quam malo mihi hoc feci precio!" Et statim alicuius vicini in alno suspendit se laqueo. Unde alnus illa, que eminet, dum non cecidit, quia iuxta viam erat, dicta est alnus Durinci. Et quia hec antiquitus referuntur evenisse temporibus, utrum sint facta an ficta, lectoris iudicio relinquimus. Nec ea que vera sunt, relatio commemorat, ut stilus licet obtusus tamen deinceps ad exarandum digna memorie se acuat.

Anno dominice incarnationis DCCCXCIIII Borivoy baptizatus est primus dux sancte fidei catholicus. Eodem anno Zuatopluk rex Moravie, sicut vulgo dicitur, in medio exercitu suorum delituit et nusquam comparuit. Sed revera tamen in seipsum reversus cum recognovisset, quod contra dominum suum imperatorem et compatrem Arnulfum iniuste et quasi immemor beneficii arma movisset, qui sibi non solum Boemiam, verum et alias regiones hinc usque ad flumen Odram, et inde versus Ungariam usque ad flumen Gron subiugaverat, penitentia ductus medie noctis per opaca, nemine sentiente, ascendit equum et transiens sua castra fugit ad locum in latere montis Zobor situm, ubi olim tres heremite in medio magne et inaccessibilis hominibus silve cum eius ope et auxilio edificaverant ecclesiam. Quo ubi pervenit, ipsi silve in abdito loco equum interfecit, et gladium suum humi condidit, et ut lucescente die ad heremitas accessit, quis sit, illis ignorantibus est consummatus, et heremitico habitu indutus, et quoad vixit omnibus incognitus mansit; non nisi iam morti propinquus cognovisset monachis semetipsum quis sit, innotuit, et statim obiit. Cuius regnum filii eius pauco tempore, sed minus feliciter tenuere parum

Ungaris illud diripientibus, parti Theutonicis orientalibus, parti Polonicis solotenus hostiliter depopulantibus. Borivoy autem genuit duos filios, Spitigneum et Wratizlaum, ex ea que fuit filia Slauibori comitis de castello Psov, nomine Ludmila. Quo feliciter universe carnis viam ingresso, successit patrium in principatum Spitigneu, post cuius obitum obtinuit Wratizlau ducatum, qui accepit uxorem nomine Dragomir de durissima gente Luticensi, et ipsam saxis duriorem ad credendum, ex provincia nomine Stodor. Hec peperit binos natos, Wenceslaum deo et hominibus acceptabilem, et Boleslaum fratricida cede execrabilem. Qualiter autem gratia dei semper preveniente et subsequente ubique Borivoy adeptus sit sacramentum baptismi, aut quomodo per successores suos in his partibus de die in diem sancta promovit religio catholice fidei, vel quis dux quas aut quot primitus ecclesias credulus erexit ad laudem dei, malumus pretermittere quam fastidium legentibus ingerere, quia iam ab aliis scripta legimus, quedam in privilegio Moraviensis ecclesie, quedam in epylogo eiusdem terre atque Boemie, quedam in vita vel passione sanctissimi nostri patroni et martiris W. Nam et esce execrantur que sepius sumuntur. Sunt hos autem annos quos infra subnotavimus. Non enim scire potuimus quibus annis sint gesta facta, set hec que scripta perlibavimus, suo temporibus. Anno dominice incarnationis DCCCXCV. Anno dominice incarnationis DCCCXCVI. Anno dominice incarnationis DCCCXCVII. Anno dominice incarnationis DCCCXCVIII. Anno dominice incarnationis DCCCXCVIIII. Anno dominice incarnationis DCCCC. Anno dominice incarnationis DCCCCI. Anno dominice incarnationis DCCCCII. Anno dominice incarnationis DCCCCIII. Anno dominice incarnationis DCCCCIIII. Anno dominice incarnationis DCCCCV. Anno dominice incarnationis DCCCCVI. Anno dominice incarnationis DCCCCVII. Anno dominice incarnationis DCCCCVIII. Anno dominice incarnationis DCCCCVIIII. Anno dominice incarnationis DCCCCX. Anno dominice incarnationis DCCCCXI. Anno dominice incarnationis DCCCCXII. Anno dominice incarnationis DCCCCXIII. Anno dominice incarnationis DCCCCXIIII. Anno dominice incarnationis DCCCCXV. Anno dominice incarnationis DCCCCXVI. Anno dominice incarnationis DCCCCXVII. Anno dominice incarnationis DCCCCXVIII. Anno dominice incarnationis DCCCCXVIIII. Anno dominice incarnationis DCCCCXX. Anno dominice incarnationis DCCCCXXI. Anno dominice incarnationis DCCCCXXII. Anno dominice incarnationis DCCCCXXIII. Anno dominice incarnationis DCCCCXXIIII. Anno dominice incarnationis DCCCCXXV. Anno dominice incarnationis DCCCCXXVI. Anno dominice incarnationis DCCCCXXVII. Anno dominice incarnationis DCCCCXXVIII, quarta kalendas octobris sanctus Wenceslaus dux Boemorum fratris fraude martirizatus Boleslau in urbe meruit perpetua celi scilicet aula. Nam Boleslaus haud dignus dici sancti viri germanus, qui fraudulenter fratrem suum invitaverit ad convivium, que potius machinabatur ob regni retinendi gubernacula necandum. Atque qualiter coram hominibus sed non apud deum dissimulaverit fratricidium reatum, sufficienter dictum puto in passionis eiusdem sancti viri epodio. Cui post vite bravium alter Kayn Boleslaus heu male adoptatum obtinuit ducatum. Hoc autem in convivio, ut supra retulimus, fratricida cede execrabili, nascitur proles eximia ducis Boleslai ex coniuge egregia, cui ex eventu rerum nomen est inditum Strachquaz, quod nomen sonat terribile convivium. Quod vero terribilius potest esse convivium, quam in quo perpetratur fratricidium? Ergo dux Boleslaus conscius sceleris patrati, timens penas tartari, mente semper recolens sagaci quoquomodo possit deum super hoc crimine placari, votum vovit domino dicens: Si iste meus filius inquit superstes fuerit, ex toto corde meo deo eum voveo clericus ut sit, et serviat Christo omnibus diebus vite sue pro meo peccato, et huius terre pro populo.

Post hec genitor voti non inmemor, cum esset iam puer docibilis, et multis parentibus amabilis, non ferens pater ut suus discerneret poculis, misit eum Ratisponam tradens sub regulares alas abbatis sancti Emmerammi martiris, ibi ecclesiasticis et regularibus sanctionibus est imbutus, ibi monachico habitu indutus, ibi usque ad virile robur est enutritus. De cetero vite eius et eorum insequentibus satis manifestabitur. De actibus autem ducis Boleslai nichil aliud dignum relatione peperimus, nisi unum quod nobis operepretium pandere duxi. Nam servus dei Wenceslaus ecclesiam in metropoli Praga sub honore sancti Viti martiris construxerat, non tamen consecratam morte preveniente reliquerat. Hanc ut consecrare dignaretur, quia tunc temporis erat Ratisponensis ecclesie presul nomine Michael, dux Boleslaus supplex missis legatis cum magnis muneribus et maioribus promissionibus atque pollicitationibus, quo petitionem suam adimpleret, vix impetravit. Quod utique haud annuisset presul, nisi ob recordationem anime et salutis Wenceslai amici sui iam interfecti, id delibasset fieri, quia virum dei W. dum carne vigeret, nimio eum affectu coluerat, ut potest pater spiritualem et benignissimum presulem. Nam et presul Michael similiter hunc adoptaverat in filium dilectum, eum sepe instruens timore et amore dei, ei sepe mittens ei per sua donaria quibus maxime illo in tempore indigebat nova ecclesia. Mox ut dux certior factus, ecce ad venturum episcopum plebs universa et proceres atque clerici obviam advenientes episcopo summo devote et cum magno honore et leticia receperunt eum in metropolim Prage edificia. Quid multa? X kalendas octobris dedicata sancti Viti ecclesia. Letus repedabat presul ad propria. Anno dominice incarnationis DCCCCXXX. Otto filius Heinrici imperatoris Edgidam filiam Anglorum regis duxit uxorem. Anno dominice incarnationis DCCCCXXXI. Heinricus imperator regem Abotridorum et regem Danorum effecit Christianos. Anno dominice incarnationis DCCCCXXXII, IIII nonas marcii translatum est corpus sancti W. martiris de Bolezlau oppido in urbem Praga invidia fratris odio. Siquidem frater eius Boleslaus de die in diem peius faciens et peius, nulla compunctus sui facinoris penitentia, mente in tantum tumida, quia pro meritis sui W. meritis deus declararet innumera ad eius tumulum miracula, clam suis fidis clientibus mandat, ut eum in urbem Pragam translatum referentes noctu in ecclesia sancti Viti humi condant, quatinus si que deus miracula sua ostenderet, ad gloriam sancti, non eius fratris, sed sancti Viti martiris asscriberent meritis. Cetera eius malefacta nec duximus relatione digna, nec pro certo habuimus copiam. Unum tamen eius satis audax et memorabile factum, quod vetero dierum in iuventute sua fecit, ut est karitativum referre cupimus. Fuit enim iste dux Boleslaus, si dicendum est dux quia fuit impius atque tyrannus, senior Herode, crudelitior Nerone, Decium superans scelerum immanitate, Diocletianum crudelitate, unde est agnomen asscivit seuus Boleslaus ut diceretur. Tante enim fuit severitatis ut nichil consilio, nichil ratione regeret, set omnia pro sua voluntate atque impetu animi ageret. Unde factum est ut mente conciperet, quo sibi urbem Romano opere conderet, moxque populi primates evocat in unum, et usque ad unum, et deducens eos in locum iuxta flumen Labe, atque designans locum, aperit eis sui cordis secretum. Hic, inquiens, volo et iubeo ut mihi opere Romano perficiatis murum urbis nimis altum per gyrum. Ad hec illi nos qui sumus inquiunt populi fauces, et tenemus dignitatum fasces, nos tibi abrenuntiamus, quia neque scimus neque volumus facere quod precipis. Neque enim patres nostri talia quid antea fecere. Certe in tuis aspectibus assistimus, et potius tuo gladio quam importabili servitutis iugo nostra colla submittimus. Fac quod velis, nam non tuis obtemperamus iussis. Tunc dux dira exarsit in ira, et prosiliens stetit in putrido trunco qui forte tunc ibi iacuit in loco, et evaginato gladio dixit: O ignavi et patrum ignavorum filii, sit certus sum vestri aut vobis pro ipsa potiri, factus dicta comprobate, et vestra vobis gladio aut servitutis iugo sic levi colla submittere temptate. Erat res spectaculo digna, et audacis pertinacie ducis admiranda. Nam si mille dexteras in uno corpore armatas haberet, non in tantum tanta turba hominum trepidaret. Quos ut vidit dux buxo pallidiores pre timore, unum qui fuit primus inter seniores apprehendens per cincinnos verticis, ut forti valuit percutiens amputavit seu teneri papaveris caput et inquit: Sic volo, sic faciam, sit pro ratione voluntas. Quem hoc cernentes, se pro penitentia duci ceciderunt ad genua ducis, veniam cum lacrimis postulantes. Iam inquiunt domine noster parce culpis, iam pronta tuis obtemperabunt iussis. Iam ultro facimus quecumque velis, ne sis nobis ultra crudelis. Tunc statim ad ducis voluntatem edificaverunt urbem densso spisso et alto muro opere Romano, sic hodie cernitur, que ex nomine sui conditoris Boleslau dicitur. Anno dominice incarnationis DCCCCXXXIII. Ungari orientales Francos et Alamanniam atque Galliam devastantes per Italiam redierunt. Anno dominice

incarnationis DCCCCXXXIIII. Heinricus rex Ungaros multa cede prostravit pluresque ex eis comprehendit. Anno dominice incarnationis DCCCCXXXV. Heinricus rex paralysi percutitur. Anno dominice incarnationis DCCCCXXXVI. Obiit Heinricus rex, cui successit filius eius Otto imperator. Anno dominice incarnationis DCCCCXXXVII. Obiit Arnulfus rex Bawarie. Anno dominice incarnationis DCCCCXXXVIII. Ungari iterum a Saxonibus multa cede devastantur, et filii ducis Arnulfi regi rebellant Ottoni. Anno dominice incarnationis DCCCCXXXVIIII. Lodowicus rex Gerbirgam viduam Gisalbreti ducis uxorem. Anno dominice incarnationis DCCCCXL. Heinricus frater regis Lotariensis ducatum committitur, et eodem anno inde expellitur. Anno dominice incarnationis DCCCCXLI. Heinricus frater regis cum quibusdam Saxonibus contra regem conspirat, sed nil nocere potuit. Anno dominice incarnationis DCCCCXLII. Sydus simile comete per XIIII noctes visum est, et inmensa mortalitas boum secuta est. Anno dominice incarnationis DCCCCXLIII. Obiit Ottodux, cui Conradus filius Verneri in ducatum successit. Anno dominice incarnationis DCCCCXLIIII. Ungari a Carintheis multa cede mactantur. Anno dominice incarnationis DCCCCXLV. Bertholdus dux Bawarie obiit, cui Heinricus frater regis successit. Anno dominice incarnationis DCCCCXLVI. Lodowicus rex a suis regno expellitur. Anno dominice incarnationis DCCCCXLVII. Eclypsis solis. Anno dominice incarnationis DCCCCXLVIII. Synodus Ingelenheim a XXXIIII episcopis habitur. Anno dominice incarnationis DCCCCXLVIIII. Liudolfo filio regis Mechtildis filia nascitur. Anno dominice incarnationis DCCCCL. Dux Boemorum Boleslaus regi rebellavit, quem rex valida manu adiit suique per omnia ditioni subiugavit. Anno dominice incarnationis DCCCCLI. Rex Otto in Italiam perrexit. Anno dominice incarnationis DCCCCLII. Anno dominice incarnationis DCCCCLIII. Anno dominice incarnationis DCCCCLIIII. Anno dominice incarnationis DCCCCLV. Anno dominice incarnationis DCCCCLVI. Anno dominice incarnationis DCCCCLVII. Anno dominice incarnationis DCCCCLVIII. Anno dominice incarnationis DCCCCLVIIII. Anno dominice incarnationis DCCCCLX. Anno dominice incarnationis DCCCCLXI. Anno dominice incarnationis DCCCCLXII. Anno dominice incarnationis DCCCCLXIII. Anno dominice incarnationis DCCCCLXIIII. Anno dominice incarnationis DCCCCLXV. Anno dominice incarnationis DCCCCLXVI. Anno dominice incarnationis DCCCCLXVII, idus iulii dux cui agnomen seuus Boleslaus male meritum fratris sanguine ducatum cum vita amisit.

Cuius filius eius equivoce in principatum successit, minime dissimilis patris moribus: bonus et eius actio spiritalis. O mira dei clementia, o quam incomprehensibilia eius sunt iudicia. Ecce de tribulo nascitur rosa, de dumis spinis fit generosa. Videlicet de fratricida prodit Christicola, de lupo agnus, de tyranno modestus, de impio Boleslao pius nascitur secundus Boleslaus dux nulli probitate secundus. Neque eum contaminat in equi patris equivocatio, in quo verus Christi fervebat amor et pura dilectio. Nam sicut multa nomina secundum fortunam nec tamen fortunam assequuntur, quia neque fortunas neque integras ex nomine, sed pro meritis vitaque dinoscuntur in homine.

Erat autem iste princeps secundus Boleslaus vir christianissimus, fide catholicus, pater orphanorum, defensor viduarum, gementium consolator, clericorum et peregrinorum pius susceptor, ecclesiarum dei precipuus fundator. Nam ut in privilegio ecclesie sancti Georgii legimus, XX ecclesias christiane religioni credulus erexit, et eas omnibus utensilibus que pertinent ad ecclesiasticos usus sufficienter ampliavit. Huius fuit germana soror nomine Mlada, virgo deo devota, sacris litteris erudita, Christiane religioni dedita, humilitate predita, alloquio blanda, pauperibus et orphanis fautrix larga, ac omnium honestate decorata. Que dum causa orationis Romam venisset, benigne ab apostolico suscipitur, ubi tempore aliquanto degens, monasticis sat disciplinis imbuitur, et ad ultimum domnus papa suorum cardinalium consilio immo volens nove ecclesie benigne subvenire suffragio, consecrat eam abbatissam, mutato nomine Maria, dans ei sancti Benedicti regulam et abbatialem virgam. Post hec nova abbatissa nova et sancta illatura Boemie terre monachica regula, accepta licentia et benedictione apostolica, equitat in dulcem patriam cum suo comitatu valde letificata. Veniensque ad regiam urbem Pragam, et dux Boleslaus diu desideratam honorifice recepit sororem amantissimam, et in ipsis manibus et sericis subeunt regalia tecta. Ubi simul residentes dum mutuis alternatim sermonibus diu fruuntur, dum multa que viderat Rome sine admiratione relatione digna et ammiratione frater suo refert, insuper litteras ex parte apostolici sibi directas obtulit, quarum formula huiusmodi fuit: Iohannes servus servorum dei Boleslao catholice fidei alumno apostolicam benedictionem. Iustum est benivolas aures iustis accommodare petitionibus, quia deus est iustitia et qui diligunt deum iustificabuntur, et omnia diligentibus deum iustitia cooperantur in bonum. Filia nostra tuaque relativa nomine Mlada que et Maria, inter ceteras haud abnegandas petitiones cordi nostro dulces intulit ex parte tui preces, scilicet ut nostro assensu in tuo principatu ad laudem et gloriam dei ecclesie liceret fieri. Quod nos utique leto animo suscipientes deo grates retulimus, qui suam ecclesiam semper et ubique dilatat et magnificat in omnibus nationibus. Unde apostolica auctoritate et sancti Petri principis apostolorum potestate cui licet indigni tamen sumus vicarii, annuimus et collaudamus atque in canonizamus, quod ad ecclesiam sanctorum Viti et Wenceslai martirum fiat sedes episcopalis, ad ecclesiam vero sancti Georgii martiris sub regula sancti Benedicti et obedientia filie nostre abbatisse Marie constituatur congregatio sanctimonialium. Verumtamen non secundum ritus aut sectam Bulgarie gentis vel Ruzie aut Sclavonice lingue, sed magis sequens instituta et decreta apostolica unum potiorem tocius ecclesie ad placitum eligas in hoc opus clericum latinis adprime litteris eruditum, qui verbi vomere novalia cordis gentilium scindere et triticum bone operationis serere, atque manipulos frugum tue fidei Christo reportare sufficiat. Vale.

Continuo iussum fuerat consilio ducis et abbatisse ecclesia sancti Viti donec interim futuro episcopo, ecclesia vero sancti Georgii martiris ad presens datur abbatisse ducis sorori Marie. Iam tunc quidam de Saxonia venit in urbem Pragam, et litteraliter scientia nomine Diethmarus presbiter, promotione monachus, professione olim in antea diebus causa orationis venerat Pragam, qui dudum duci secundo Boleslao devenit et ad noticiam, inbreviter temporis magnam eius gratiam adeptus fuerat et amiciciam. Et qui Sclavonice perfecte linguam sciebat, hunc per suos legatos dux advocat, clerum primates terre et populum convocat, atque suis precibus et monitis efficit, ut eum sibi in episcopum omnis communi assensu eligant. Postera autem die ut duci placuit, favorali acclamatione ab omnibus in episcopum Diethmarus eligitur, ad imperatorem christianissimum Ottonem filium Heinrici imperatoris ex parte ducis et totius cleri atque plebis cum his transmittitur litteris: O gloriosissime imperator, et Christiane religionis maxime cultor, suscipe nostras clementer et totius cleri atque populi preces, et hunc virum probatum nomine Diethmarum, quem nobis in pastorem eligimus, tua scientia collaudatione ac iussione ut ordinetur in episcopum supplicantes exoramus. Tunc imperator sicut erat divine legis amator, consilio ducum et principum suorum precepit presulem consulens saluti et novitati Christiane plebis, iussit Magunciensi archiepiscopo qui tunc preerat curie, ut eum ordinaret in episcopum. Tunc presul inthronizatus rediens novus nova redit letus ad metam Boemie in parrochiam, atque ut venerat est in metropoli Praga iuxta altare sancti Viti in throno intronizatus ab omnibus clericis modulantibus Te deum laudamus; dux autem et primates resonabant Christe keinado et cetera. Simpliciores autem et ydiote clamabant Krlessu, et sic secundum morem suum totam illam diem hylarem sumpsere.

Anno dominice incarnationis DCCCCLXVIII. Obiit Wok comes.

Post hec presul Diethmarus ecclesias a fidelibus in multis locis ad dei laudem constructas consecrat, et populum gentilem baptizans quamplurimos fecit Christi fideles. Nec per multos dies anno secundo dominice incarnationis DCCCCLXVIIII mense ianuario vinculis carnis absolutus, talentum sibi creditum reportavit centuplicatum. Inter ea rediens philosophus de castris, ubi X aut plus militaverat annis, secum haud modicam librorum copiam referens, aderat spectabilis heros nomine Woytech, adhuc ordine subdiaconus, qui velut tener agnus in ovili sui pastoris super morte merentes secularis exhibebat exequias funebres orationibus diurnis instans simul et nocturnis, animam patris universali domino suis commendabat largis et precibus sacris. Quem dux Boleslaus et eius optimates vita bono opere devotum cernentes, et insuper in futuri denuntiare

fore spirantes gratia spiritus sancti inspirante intuitu unius convenientes rapiunt et adducunt in medium atque inquiunt: Nolis velis, noster episcopus eris, et Pragensis tu vocaberis episcopus. Tua nobilitas, tui mores et actus optime concordant cum honore pontificatus. Tu nobis talis aliter [illegible] ad unus. Tu bene scis nobis pandere viam qua itur ad celestem patriam. Iussa tua nobis quod posse sequi tam velle necesse est. Te dignum omnis clerus, omnis populus ydoneum episcopatu acclamant ipsum esse. Facta est autem hec electio non longe ab urbe Praga in Levigradec in oppido XI. kal. Marcii, eodem quo obiit Diethmarus episcopus anno, quo tempestate rediens de Saxonico bello advenerat in Veronam urbem precellentissimus imperator Otto secundus, pacis amator, iusticie cultor, gloriosissimo patre primo Ottone gloriosior, qui in omnibus preliis extitit victoriosissimus victor. Ad quem Sclavonica manus Boemie cum electo pergit episcopo, ferens ex parte ducis legationem et totius cleri atque populi peticionem, quo imperiali nutu eorum communem confirmaret electionem. Igitur serenissimus imperator condescendens eorum digne peticioni, in manu dat ei anulum et pastoralem virgam, et eius suffraganeus erat Willigisus Maguntinus archipresul, qui illuc forte aderat, iussu imperatoris consecrat eum in episcopum nomine Adalbertum. Nam archipresul Adalbertus Magburgensis ecclesie olim confirmans eum, imposuit hunc proprio suo vocitaverat eum nomine. Consecratus autem III. idus Iunii, cum suis sequacibus equitavit versus patriam, et ut pervenit ad civitatem Pragam, nudo pede et humili corde, clero et omni plebe psallentia modulante, episcopalem obsedit kathedram. Huius tam preclari pastoris Adalberti consilio et prece atque dilecte sue sororis abbatisse Marie interventu, dux Bolezlaus, quod presul Pragensis usque hodie in suo possidet loco, tam ob amorem episcopio, et quod abbatissa optavit dari et fieri vel dicari in suo cenobio, gratanter utrisque concessit precatu et canonum sacra confirmavit auctoritate.

Anno dominice incarnationis DCCCCLXX. Anno dominice incarnationis DCCCCLXXI. Anno dominice incarnationis DCCCCLXXII. Sanctus Oudalricus migravit a seculo. Anno dominice incarnationis DCCCCLXXIII. Anno dominice incarnationis DCCCCLXXIIII. Anno dominice incarnationis DCCCCLXXV. Anno dominice incarnationis DCCCCLXXVI. Anno dominice incarnationis DCCCCLXXVII. Obiit Dubrauca, que quoniam nimis inproba fuit, iam mulier provecte etatis cum nupsisset Poloniensi duci, peplum capitis sui deposuit et puellarem coronam sibi imposuit, quod erat magna dementia mulieris. Anno dominice incarnationis DCCCCLXXVIII. Anno dominice incarnationis DCCCCLXXVIIII. Anno dominice incarnationis DCCCCLXXX. Anno dominice incarnationis DCCCCLXXXI. Obiit Zlaunik, pater sancti Adalberti, cuius de moribus et vita licet plurima extant memorie digna, ex quibus tamen ut referam pauca, cepta intermittam. Erat enim vir letissimus ad omnes facie, in consiliis serenissimus, alloquiis blandissimus, locuplex divitiis tam secularibus quam spiritualibus. In domo illius honestas fulgebat et sincera dilectio, iudiciorum rectitudo et procerum multitudo. Inopibus ei erat longa cogitatio, pauperum refectio, merentium consolatio, peregrinorum receptio, viduarum et orphanorum defensio. Huius tam insignis ducis metropolis fuit Lubic, sita loco ubi amnis Cidlina nomen perdit suum, intrans liberioris aque in flumen Labe. Habuit autem sui principatus hos terminos: ad occidentalem plagam contra Boemiam rivulum Surina et castrum quod est situm in monte Osseka iuxta flumen Msam. Similiter plaga ad australem contra Teutonicos orientales has urbes habuit terminales: Chinov, Dudlebi, Netolici, usque ad mediam silvam. Item solis ad ortum contra Moravie regnum castrum sub silva situm Lutomisl usque ad rivulum Suitava, qui est in media silva. Item ad aquilonalem plagam contra Poloniam castellum Kladsco situm iuxta flumen nomine Nizam. Hic dux Zlaunik quoad vixit feliciter vixit. Anno dominice incarnationis DCCCCLXXXII. Anno dominice incarnationis DCCCCLXXXIII. Anno dominice incarnationis DCCCCLXXXIIII. Obiit Rome cesar Otto secundus. Huic imperatori Adalbertus presul Pragensis adeo fuit familiaris et carus ob servitia sua, ut in pascha Domini, quod celebravit rex Aquisgrani in palacio cum omnibus episcopis, hac eum officii celsitudine sublimaret, quo sibi coronam imponeret et maiorem missam celebraret, quod solum fas erat ut archiepiscopus faceret. Post festum vero cum iam accepisset a cesare licentiam redeundi ad patriam, sevocat eum cesar in secretarium, et faciens suorum confessionem peccatorum, commendat se piis recordationibus eius orationum; insuper dat ei paramenta in quibus missam celebraverat in pascha, scilicet albam, dalmaticam, casulam, cappam et facitergium, quo ea habeat sui ob memoriam. Que usque hodie in Pragensi ecclesia honorifice habentur et dicuntur paramenta sancti Adalberti. Anno dominice incarnationis DCCCCLXXXV. Anno dominice incarnationis DCCCCLXXXVI. Anno dominice incarnationis DCCCCLXXXVII. Obiit Strezizlava, sancti Adalberti mater, venerabilis et Deo acceptabilis matrona, tante et tam sancte sobolis dici mater et esse digna. Anno dominice incarnationis DCCCCLXXXVIII. Anno dominice incarnationis DCCCCLXXXVIIII. Anno dominice incarnationis DCCCCXC. Sanctus Adalbertus Rome ad sanctum Alexium inscio abbate quis esset factus est monachus. Anno dominice incarnationis DCCCCXCI. Anno dominice incarnationis DCCCCXCII. Anno dominice incarnationis DCCCCXCIII. Anno dominice incarnationis DCCCCXCIIII.

296

Nec transiliendum censeo quod ab aliis pretermissum video. Nam presul Adalbertus videns quod grex sibi commissus semper in preceps iret, nec eum ad rectam viam convertere quiret, timens ne et ipse cum pereunte plebe periret, non ausus est cum eis amplius stare, nec passus est suam alteri incassum predicandi operam dare. Sed cum iam Romam iter arripere vellet, forte fortuna tempore in ipso Strachquaz, de quo supra retulimus, sui abbatis cum licentia venerat de Ratispona post multos annos invisere patriam dulcem et cognatos atque fratrem suum Boemie ducem. Cum quo iam dictus presul Adalbertus secretum petiit et colloquium tenuit, multa conquestus de infidelitate et nequitia populi, de incesta copula et super illicita dissidia inconstancium coniugum, de inobedientia et negligentia cleri, de arrogantia et intolerabili potentia comitum. Ad ultimum omnem intentionem sui cordis aperuit, quod vellet Romam apostolicum consulturus ire et ad gentem apostatam nunquam redire. Inter hec et addidit hoc adiciens: Certe scio et liquet quod tu sis frater nostri ducis, et huic terre ex ducum origine ducis, et plebs ista mavult et diligit te, et tibi magis obediret quam mihi. Tu consilio et auxilio tui fratris superbos reprimere, negligentes arguere, inobedientes corrigere, infideles increpare poteris. Tua dignitas et scientia cum habitu sanctimonie multum concordant ad pontificalia regimina. Quod ut fiat, ego cum Dei voluntate et mea potestate concedo, et ut liceat me vivente istic episcopum te fieri, apud apostolicum omnibus votis intercedam. Et quem forte manu tenebat episcopalem baculum, ponit sibi in sinum. Quo ille quasi furibundus in terram proiecit, et hec verba insuper adiecit: Nolo aliquam dignitatem in mundo, honores fugio, pompas seculi despicio, indignum me iudico episcopali fastigio, nec tantum pondus pastoralis cure ferre sufficio. Monachus sum, mortuus sum, mortuos sepelire non possum. Ad hec presul respondit: Scias, frater, scias quod modo non facis cum bono, facies autem postea, sed cum tuo maximo malo.

Post hec presul ut proposuerat Romam iter arripuit, et gentem suis preceptis inobedientem relinquit. Eiusdem temporis dux non erat sue potestatis, sed comitum; comites vero in dicti odium, pravi iniquorum pessimi filii, valde malum operabantur facinus et iniquum. Nam sub quadam festiva die furtim irrumpunt urbem Lubic, in qua fratres sancti Adalberti et milites urbis universi velut oves innocentes assistebant, sacris missarum sollempniis festa celebrantes. At illi velut lupi immanes, urbis menia irrumpentes, masculum et feminam usque ad unum interficientes, IIII fratribus sancti Adalberti cum omni plebe ante ipsum altare decollatis, urbem comburunt, plateas sanguine perfundunt, et cruentis spoliis ac cruenta urbe deliciis onerati hylares ad proprios redeunt lares. Interfecti sunt autem in urbe Lubic quinque fratres sancti Adalberti anno dominice incarnationis DCCCCXCV, quorum nomina sunt hec: Sobebor, Spitimir, Dobroslau, Porey, Cazlau.

His ita peractis dux Bolezlaus inito consilio cum clericis Maguntinum presulem his sollicitat verbis: Aut nostrum pastorem Adalbertum ad nos revoces, quem magis volumus, aut alium nobis in loco sui ordines, quem invitare possimus. Nam Christi ovilia adhuc in hac gente fidei novitia, non eis assistit vigilans pastoris custodia, cruentis lupis opima rata fiunt edulia. Tunc metropolita Maguntinus sollicitatione plebis nuper a Christo ad gentilitatem relapsus, in animarum perdat sacrilegos ritus, mittens legatos ad apostolicum clamat, ne tam diu viduata Pragensis ecclesie maneat; revocet aut alium in loco sui ordinari permittat. Eo tempore servus Dei Adalbertus iussu apostolici factus liber a custodia gregis dominici, in cenobio sancti Alexii cum senatoribus celestis amena curia terrenum conversabatur claustri. Hunc domnus papa suus et prius suus abbas talibus alloquiis mestum solatur amicus: O fili dulcissime et frater amantissime, per caritatem Dei te deprecamur et per amorem proximi obtestamur, ut ad tuam parrochiam digneris redeas, regiminique tuo commissum diligenter recipias. Si te audierint, Deo gratias; si te non audierint, fugientes ut fugias, ne cum pereuntibus pereas, et ad nationes exteras predicandi licentiam habeas. Hac presul valde exhilaratur sententia, quod sibi data sit docendi exteras gentes licentia, non sine magna mesticia fratrum dulcia linquit consortia. Et cum viro summe discretionis presule nomine Nothario adiens archiepiscopum Maguntine urbis in palacio, rogat ut per ei missos scire posset si se suus grex recipere vellet. Quo facto, quod sibi suus grex responderit, aut quam ob causam eum non receperit, vel ad quas gentes inde se contulerit, quante et frugalitatis omnibus diebus sui episcopii fuerit, quantaque morum honestate enituerit, scire potest qui vitam eius seu passionem legerit. Nam iam dicta bis dicere non placet ista.

Tunc Strachquaz frater ducis, de quo supra meminimus, videns episcopum quasi iam certum regnare a sua plebe repudiatum, tumido fastu exarsit in episcopatum. Et quia facile est volentem cogere, protinus hunc ydiotam et sicophantam populus nequam in episcopale levat cathedram. Sicut enim sic Deus sepe permittit sua in providentia pravorum hominum invalescere potentiam, sic in hac irregulari electione iudicio prevaluere ceteris generi. Nam fuit hic Strachquaz veste compositus, animo tumidus, actibus dissipatus, oculis vagus, verbis vanus, moribus hypocrita, et totius erroris mandrita, atque in omnibus operibus malis iniquorum archigeronta. Plura referre pudet. De Strachquaz de presule pseudo sufficiunt pro multis pauca. Venerat erat Maguntine sedis ad archiepiscopum, ubi peractis omnibus que agenda erant per ordinem sicut fieri solet, post examinationem episcopalem, choro letaniam modulante, dum procumbit super tapecia archipresul infulatus ante altare, et post eum inter duos suffraganeos qui ordinandi erant Strachquaz dum prosternitur medio, heu dira condicio, arripitur a vero demonio, et quod servus Dei olim sibi predixerat clanculo, palam fit coram clero et omni populo. Hactenus hoc inseruisse sufficiat.

Anno dominice incarnationis DCCCCXCVI. Postquam insignis signifer Christi presul Adalbertus tribus fidei cepit Pannoniam simul et Poloniam, ad ultimum dum in Pruzia seminat verbum Dei, hac presentem vitam pro Christo feliciter terminavit martirio VIIII. kal. Maii, feria VI. Eo anno fuit pascha VI. kal. Maii. Anno dominice incarnationis DCCCCXCVII. Sepe memoratus dux Bolezlaus videns Pragensem ecclesiam suo pastore viduatam, dirigit legatos suos ad imperatorem tercium Ottonem, ut Boemiensi ecclesie sponsum meritis dignum daret, ne grex Christo noviter mancipatus redeat ad pristinos vanitatis ritus et ad iniquos actus. Quippe profecto non haberi in tota Boemia eo temporis clericum episcopatu dignum. Mox cesar augustus Otto, sicut erat in divinis humanisque rebus prudentissimus, annuens peticioni eorum, cepit curiosius cogitare quem de suis potissimum mitteret tam arduum ad opus dirigeret clericum. Forte aderat in regali curia capellanus nomine Thegdagus, actibus plus ac moribus decoratus, liberalibus studiis ad plene eruditus, genere de Saxonia, lingua perfecte imbutus Sclavonica. Hunc quasi sors obtulerit, omnis regie aule senatus et ipse cesar valde letificatus in pontificem Pragensis ecclesie eligit et collaudat, et mittens ad Maguntinum archipresulem, quo eum celerius in episcopum consecret, mandat. Anno dominice incarnationis DCCCCXCVIII. Nonis Iulii consecratus est Thegdagus, honeste a clero et populo Pragensis ecclesie recipitur atque cum magno gaudio ad cornu altaris sancti Viti inthronizatur. Dux valde congratulatur, quia pastor bonus suo gregi arridet, et grex letus pastori novo alludit.

Exit autem iste excellentissimus princeps Bolezlaus post patris obitum XXX duobus annis ducatum, qui quantum iusticie, quantum catholice fidei, quantum christiane religionis fuerit ardentissimus executor, apud quem nullus ecclesiastica, nullus mundana dignitate obtinuit per pecuniam. Fuit et vere probat in pluribus victoriosissimus victor, sed victis clementissimus indultor, atque precipuus pacis amator. Cui erant maxime opes bellica instrumenta et dulcia armorum studia. Nam plus diligebat ferri rigorem quam auri fulgorem. Itaque vir nemo utilis displicuit, nunquam inutilis placuit; suis mitis, hostibus terribilis fuit. Habuit autem hic gloriosissimus dux Hemmam sibi in matrimonio iunctam, que genere fuit ceteris nobilior, sed quod magis laudandum est, nobilitate morum multo prestantior. Ex qua duos filios suscepit elegantissime indolis, scilicet Wencezlaum et Bolezlaum. Sed Wencezlaus ab ineunte etate fragilem vitam mutavit eternitate. Bolezlaus autem post discessum patris sedis sue cepit gubernacula principatus, ut in sequentibus declarabitur.

Factum est autem, cum appropinquarent dies supra memorati Bolezlai quibus iam eternam commutaret morte vitam, vocat equivocum suum et superstitem natum, et astante coniuge Hemma et multa procerum caterva, iam interrumpente singultu verba, prerogavit his dulci affatu filium dicens: Si fas esset matri sui tueri infanti ubera, sic sapientie dare munera non natura, sed hominum creator dominaretur in creatura. Attamen nulla Deus sua concessit hominibus dona, sic Noe, Ysaac, Tobie atque Mathatie ita dumtaxat, ut quos illi benedixere, benedixit illos Deus, et quos per ordinavere ad bone conversationis vitam, contulit et illos Deus perseverantiam. Sic et hodie, fili mi, si tibi adsit spiritus sancti clementia, parum prodest verborum meorum iactantia. Ducem te inquit Deus constituit, noli extolli, sed esto quasi unus ex illis, id est, si te ceteris sublimiorem sentias, mortalem te esse cognoscas, ne dignitatis gloriam qua in seculo sublimaris aspicias, sed onus quod tecum ad inferos deportes intendas. Hec precepta Dei in corde tuo scribe, et hec mandata patris tui non omitte. Ecclesie limina frequenter visita; Deum adora, sacerdotes eius honora. Ne sis sapiens apud temetipsum, sed consule plures qui sapiant in idipsum. Pluribus ut placeas, sed qualibus stude. Omnia cum amicis, sed prius de ipsis tracta. Iuste iudica, sed non sine misericordia. Viduam et advenam ne despice ad tua stantes hostia. Dilige denarium, sed parce; dilige formam. Res enim publica licet sit nimis ad aucta, per formam nummismatis falsam cito erit ad nichilum redacta. Est aliud, fili mi: Karolus rex sapientissimus et manu potentissimus, haud exsuperandus nobis hominibus valde humilibus, cum filium suum Pipinum post se in solio sublimandum disponeret, cum tribus eum sacramentis constringeret, ne in regno suo subdola et prava taxatio ponderis aut monete fieret. Certe nulla clades, nulla pestilentia, nec mortalitas, nec si hostes totam terram rapinis, incendiis devastarent, magis populo Dei nocerent quam frequens mutatio et fraudulenta peioratio nummi. Que pestis aut que infernalis herinis inclementius spoliat, perdit et attenuat christicolas, quam fraus in nummo heredibus. At quod post hoc senescente iusticia et invalescente nequitia surgent non duces sed fures, non rectores populi Dei sed nequam exactores avarissimi, sine misericordia homines, Deum omnia cernentem non timentes, qui ter vel quater in anno monetam mutantes, erit in laqueum diaboli ad perditionem populi Dei. Talibus nequam artibus et per longum insolentia coangustabit huius regni terminos, quos ego dilatavi usque ad montes qui sunt ultra Krakou nomine Tritri per Dei gratiam et populi opulentiam. Nam divitie plebis sunt laus et gloria regis. Nec sibi sed domino gratia est, quam gravat egestas. Plura locuturus erat, sed extrema hora distinguere principis ora, et tum dicto obdormivit in Domino, atque magnus super eum factus est planctus. Dies autem sui obitus est VIII. idus Febr. Anno dominice incarnationis DCCCCXCVIIII. Eodem anno Gaudentius qui et Radim, frater sancti Adalberti, ordinatus est episcopus ad titulum Gnezdensis ecclesie. Hic gloriosus dux secundus Bolezlaus, vir et hodie haud plangendus, cuius memoria in benedictione est, in quantum ampliando dilataverit ferro sui terminos ducatus.

apostolica testatur auctoritas in privilegio eiusdem Pragensis episcopatus. Post cuius obitum filius eius tercius Bolezlaus, ut supra relatum est, successit in ducatum, sed non eisdem patris successibus nec paternis auspiciis terminos acquisitos obtinuit. Nam dux Poloniensis Mesko, quo non fuit alter dolosior homo, mox urbem Krakou abstulit dolo, omnibus quos ibi invenit Boemis extinctis gladio. Fuerant autem duci Bolezlao ex coniuge nobili duo fratres fecunde matris gloria nati, scilicet Odalricus et Jaromir. Sed Jaromir iuvenis patris est nutritus in aula. Odalricus a puericia traditus erat imperatoris Heinrici in curia, quo addisceret mores et eorum astucia ac theutonica lingua. Post haec interiecto non longo temporis spacio supradicti uterque dux Mesko et Bolezlaus in edicto loco conveniunt ad colloquium, et data fide ac iuramento firmata inter se pace, dux Mesko invitat Bolezlaum quo dignaretur venire ad suum convivium. At ille, sic erat vir columbine simplicitatis, sed [illegible] et sine felle, suorum consilio familiarium dixit se omnia facturum velle. Quorum quam non potuit contraire, pestis nocentior quam familiaris inimicus. Qui ... per saga ducis vocat ad se dolosis consiliis, immo iam suis factus alienus, quos videbantur sibi fideliores et his nobiliores, et quos relicturus erat in regno, ... fide atque spe inpo... eos affatur dicens: Si quid forte mihi, quod absit, aliter et preter fidem ... Jaromir ... fidem committo, et meo in loco ... ducem vobis relinquo. Sicque dispositis regni negociis ... caritatis lumine, ... ducis Meskonis ad convivium et intrat urbem Krakou sinistro omine. Pro dolor! ducis ... prandentium pax, fides, ius hospitale rumpitur. Dux invitatus ... Nam mox inter prandendum ... atque ... suosque omnes alios crucidant, alios ob ... Bolezlaus ... carceri trudunt. Iuxta ducis Bolezlai domestici et familiares inimici, gens invisa, generatio mala, Versovici, operabantur abhominabile malum et antea retro seculis inauditum. Quorum primus et quasi caput erat Cochan, vir sceleratissimus et omnium malorum hominum pessimus. Hic et sui propinqui homines iniqui ducis cum filio Jaromir venientes venatum ad locum qui dicitur Welis, postquam referente fama perceperunt quae facta sunt de duce in Polonia, quod iste est, inquiunt, homuncio aliquanto melior quam super nos debet esse maior et dominus vocari? An non invenitur inter nos melior quam et dignior sic dominari? Ah mala mens, malus animus, quae ruminant sobrii, palam faciunt ebrii. Nam inquietus eorum ut incaluit et assumpsit cornua mero, capiunt dominum suum et crudeliter ligant, atque nudum et resupinum per brachia et pedes ligneis clavis affigunt humi, et saltant saltu ludentes militari saltantes in equis trans corpus sui heri. Quod videns unus de conservis nomine Dovora velociter currens in Pragam quod factum fuerat ducis nunciat amicis, et eadem hora deducit eos ad turpe bravium sine mora. Quos ubi videre iniquitatis operarii armatos super se repente irruere, diffugiunt ut vespertiliones per silvarum latebras. At illi ut invenere ducem male muscis laceratum semineceum, nam ut examen apum sic ascendebat agmen muscarum super corpus nudum, solventes eum et vehiculo ponentes defferunt Wissegrad in urbem. Servo autem Dovoro omni laude digno, ducis amico, talis gratia redditur pro merito. Nam voce preconia indicitur ubique per fora, ut quicumque ipse Dovora et eius posteri posthac sint inter nobiles et ingenuos in aevum et ultra. Insuper dant ei et dignitatem venatoriam quae pertinet ad curtem Stbecnam, quam ex tunc et usque modo per generationes eius possident nepotes.

Dum haec geruntur in Boemia, dux Mesko veniens cum valida manu Polonica invasit urbem Pragam et per duo spacia annorum, scilicet Anno dominice incarnationis Millesimo, Anno dominice incarnationis Millesimo I, obtinuit eam. Sed Wissegrad urbs duci suo fidelis mansit inperterrita et inexpugnabilis. Hisdem vero diebus idem dux Mesko mittit legatos ad imperatorem, dans ei et promittens infinitam pecuniam quo filium ducis Bolezlai nomine Odalricum, qui erat ei in obsequio, cathenatum mitteret in custodiam. O invictas summa fames auri, ubi est potentissimum ius romani imperii? Ecce possessor auri pressus ponderibus auri ducis obtemperat iussis, et fit tortor ac carceris mancipator auro corruptus imperator. Nec mirum, si ille paruit duci, cum nostris temporibus Vecek sub mola rusticana natus Heinricum regem potentissimum quam indignum fecit cathenam auream ut molossum trahere in Boemiam, et qui vilis famulorum famulus, par dominorum dux, atque Borivoy ducem iusti tenacem, virum veracem, usque ad genua compeditum rex misit in custodiam ceu iniquum hominem et mendacem. Sed haec in suo loco plenius exarabuntur stilo.

Actum est autem Anno dominice incarnationis Millesimo II, iam Christo Boemos respiciente et sancto Wencezlao suis auxiliante meritis est nobis iterum clam fuga elapsus, an iussu imperatoris dimissus dux Odalricus rediens in patriam, intrat munitissimum castrum nomine Drevic, unum militem mittit sibi fidelem et admonet quatinus intrans urbem Pragam procurrat clangore bucine perterrefaciat in cunctum hostem. Mox fidelis cliens iussa facit, et ascendens noctu in media urbe eminentiorem locum qui dicitur Zizi, tuba intonat et clara voce clamans ingeminat: Fugiunt, fugiunt Poloni effusi turpiter. Irruite, irruite armati Boemi acriter. Ad quam vocem irruit super eos formido et pavor, quod erat mira Dei permissio et sancti Wencezlai intercessio. Diffugiunt omnes alii obliti sui et armorum, nudus nudum insilit equum et fugit, alius ut dormivit et sine bracis accelerat fugam, fugientesque non nulli precipitantur de ponte, quia pons erat interruptus ad insidias hostibus. Alius fugientibus per prerupta via, qui vulgo dicitur per caudam urbis, in arta posterula per angustias exitus ibi innumeris oppressis, vix ipse dux Mesko cum paucis evasit. Sicque fuit solet fieri quando homines pre timore fugiunt, etiam ad motum aure paventes et ipse pavor timore se auget, ita hos nemine persequente videbantur eis saxa et parietes post se clamare et fugientes persequi. Postera luce dux Odalricus intrat urbem Pragam et hisdem familiaribus inimicis de quibus supra retulimus fraudulenter suggerentibus fratrem suum Jaromir tercia die privat lumine. Huic ex legitimo matrimonio non est nata soboles propter infecunditatem coniugis, sed ex quadam femina nomine Bozena, que fuit Krezinae, filium perstantissime forme suscepit, quem Brecizlaum appellari fecit. Nam quadam die de venatu rediret per villam rusticanam, hanc quam prediximus feminam ad puteum lavantem pannos vidit et intuitus eam a vertice usque ad talos hausit pectore ignes amoris non modicos. Erat enim corporis eius habitudo insignis, nive candidior, mollior cigno, nitidior ebore antiquo, pulchrior saphiro. Hanc continuo mittens dux tulit in sua, nec tamen antiqua solvit conubia, quia ea temporis pro arbitrio cuique placuit binas vel ternas coniuges habere licuit, nec nefas fuit viro rapere alterius uxorem et uxori alterius nubere marito, et quod nunc ascribitur pudori, hoc tunc fuit magno dedecori, si vir una coniuge aut coniux uno viro contenta viverent. Vivebant enim quasi bruta animalia conubia habentes communia. Eodem anno cesar ab hoc mundo migravit tercius Otto. Vivat in celis ubi vivit quisquis fidelis. Huic successit filius eius Heinricus imperator, qui inter cetera que fecit virtutis sue pro Christi nomine magnalia, construxit castrum in quodam monte non modico sumptu empto a possessore loci nomine Pabo, unde traxit nomen Pabenberk, quod est Pabonis mons. Ibi et constituit episcopatum, quem in tantum ampliavit facultatibus et dignitatibus pontificalibus, ut in tota orientali Francia non ultimum sed fieret primum hoc esse episcopium. Edificavit et ibi et templum mire magnitudinis in honore sancte Marie virginis et sancti Georgii martyris Christi, quod similiter intantum adauxit dotalibus predijs et ornatibus auri et argenti et variis regalibus apparatibus, ut iam videatur de his tacere melius quam dicere pauca, quam habeat minime. Unde de multis factum referam unum.

Haud longe ab urbe predicta quidam erat anachorita sancte vite vir archimandrita, ad quem imperator sepe fingens quasi adventationem sepe faciens aliquam occasionem et cum solo clientulo veniebat et se eius orationibus commendabat. Hec cum intellexisset cesar quia causa orationis Iherosolima ire vellet, committit ei dominici corporis et sanguinis calicem aureum, quem per se magnitudine vix facile possit aliquis levari, duas ex utroque latere habuit ansas, quas nos vulgo dicimus aures. Quem ut mergat sub trina mersione in Iordane, ubi Christus baptizatus est, a suo heremita precipit imperator et rogat, dans ei pecuniam quantum sufficeret ad viam. Quid multa? Homo Dei vadit Hierosolimam, iussa facit ter mergens calicem Iordanis in unda. Post rediens per Constantinopolim transibat per Bulgariam. Ibi quidam erat heremita sancta degens vita, ad quem ille veniens Hierosolimita, post multa et dulcia atque sancta colloquia, suppliciter rogabat eum ut pro incolumitate imperatoris Heinrici oraret Deum. Ad quem ille: Non est, inquit, pro incolumitate eius orandum, quia ex hac convalle lacrimarum translatus est iam in regem beatorum. At ille instat et rogat ut sibi dicat unde hoc sciat. Ille: Hac, inquit, proxima nocte dum nec adeo vigilarem nec omnino dormirem, sublata mea est visio ad magnum campum valde planum et nimis latum atque iocundum. Et vidi ibi malignos spiritus teterrimos, quorum ex ore et naribus exibat sulfurea flamma, qui imperatorem Heinricum per barbam innitum et quasi ad iudicium trahebant, aliquot vero eum furcis ferreis impingentes leta clamabant: Noster est, noster est. Quos a longe sequebantur sancta Maria et sanctus Georgius quasi tristes et quasi eripere eum volentes, et cum eis litigantes donec suspensa est in medio campo trutina, cuius capacitas latior fuit quam duo miliaria. Ad sinistram maligna pars magna et immensa pondera et innumerabilia, que sunt mala opera, imponebant. At contra sanctum Georgium vidi monasterium magnum cum toto claustro imponere, vidi aureas cruces preciosis lapidibus graves, vidi textus plenaria gemmis et auro grandia, vidi candelabra argentea et thuribula atque pallia innumera, et quecumque bonus rex in vita fecerat. Sed adhuc maligna pars preponderabat et clamabat: Noster est, noster est. Tunc sancta Maria accepit aureum calicem magnum de manu sancti Georgii, et cum ter capud quassat: Certe, inquit, non vester, sed noster est. Et cum magna indignatione proiecit calicem ad parietem ecclesie, et fracta est una ansa calicis. At dicens: Continuo mox evanuit agmen ignitum. Et accepit sancta Maria per manum dexteram et sanctus Georgius per sinistram imperatorem, et duxerunt secum ut credo in celestem habitationem. At ille Hierosolimita corde revolvens ea que dicta sunt descendit ad sarcinas et invenit fractam calicis ansam, sicut predixerat heremita. Qui usque hodie magni miraculi pro testimonio habetur Pabenberk sancti Georgii in monasterio. Anno dominice incarnationis Millesimo III. Hoc tempore interfecti sunt Versovici. Anno dominice incarnationis Millesimo IIII. V. fratres martirizati sunt temporibus Heinrici imperatoris, qui post Ottonem tercium rex romanum imperium imperabat in Polonia, quique fuere monachi et heremite viri sancti, scilicet Benedictus, Mathias, Iohannes, Ysaac, Christinus et sextus Barnabas, quorum non est inventus in ore dolus, nec in manibus pravum opus. Horum de vita patrum scribitur multa, malum pauca, quia semper dulcis sumitur quam parce apponitur esca. Erat enim eorum conversatio laudabilis Deo, acceptabilis hominibus, amabilis et eam sectari volentibus imitabilis. Passi sunt autem hi fratres V. Anno dominice incarnationis Millesimo IIII. II. idus novembris. Anno dominice incarnationis M.V. Anno dominice incarnationis M.VI. Princeps Hemma, femineo sexus gemma, febre correpta, a vinculis carnis est erepta. Cuius epitaphium his versibus aut vidi aut vidisse me memini: Que fuit ut gemma, vilis iacet en cinis Hemma. Dic precor: Huic anime, da veniam Domine. Anno dominice incarnationis M.VII. Anno dominice incarnationis M.VIII. Anno dominice incarnationis M.VIIII. Anno dominice incarnationis M.X. Anno dominice incarnationis M.XI. Anno dominice incarnationis M.XII. Anno dominice incarnationis M.XIII. Anno dominice incarnationis M.XIIII. Anno dominice incarnationis M.XV. Anno dominice incarnationis M.XVI. Anno dominice incarnationis M.XVII. III. idus iunii obiit Tegdagus III. episcopus Pragensis ecclesie. Fuit autem hic Tegdagus sancti presulis Adalberti successor ydoneus, corpore virgineus, moribus aureus, actibus purpureus, sui antecessoris sequens vestigia, commisse plebis persequens flagicia, et si non corpore, mente tamen tulit martirium, nec ob timorem hominum, sed secutus dominum in pace in idipsum dormivit et requiescit. Cui Anno dominice incarnationis M.XVIII. successit Ekardus presul. Anno dominice incarnationis M.XVIIII. Anno dominice incarnationis M.XX.

Interea natus ducis Brecizlaus de puericia transcendens in iuventutem ibat de virtute in virtutem, cui pre ceteris prestabat optimus, preerat corporis et forme pulchritudo ac virium sapientieque magnitudo, in adversis fortitudo, in prosperis continua inerat mansuetudo. His temporibus Theutonicis in partibus fuit quidam comes valde potens cognomine Albus Otto, sanguine de regio prodiens stemmate patrio. Unica huic erat gnata nomine Iuditha, pulchritudine sub phebo cunctis que sunt pulchra puellis. Quam boni pater et mater optima, ut addisceret psalterium, tradiderant in cenobium quod dicitur Suinbrod, loco situ et menibus munitissimum. Sed quamvis turres quamvis altissime aut quamvis menia firmissima amori resistere et amantem possunt excludere? Omnia vincit amor, rex et dux coercet amorem. Quem Brecizlaus iuvenum pulcherrimus, heros acerrimus, multis referentibus audiens de nimia pulchritudine et morum probitate ac generositate parentele supradicte puelle, ultra non habebat spiritum, et inter semet presumebat cogitare, utrum eam vi rapere temptet, an dotalibus conubia paret. Sed maluit viriliter agere quam supplicando colla submittere. Perpendebat enim innatam Theutonicis superbiam, et quod semper tumido fastu habeant despectui Sclavos et eorum linguam. Sed quanto fit semper difficilius aditus ad amorem, tanto amanti filius Veneris igne incutit validiorem. Fluctuat mens iuvenis igne succensa Veneris, velut ignibus estuat ethna. Et hac apostropha euphonihat secum: Aut ego coniugio fungar egregio, aut ego ludibrio mergar perpetuo, fieri non poterit ut mea non fuerit Iuditha, nobilibus edita natalibus, virgo spectabilis, nimium amabilis, sole nitore clarior, vita mihi carior; vivat ut superstes illius Deo semper. Et statim quos inter suos novit manu promptiores et sibi fideliores iubet probatos et laboris pacientiores aptari equos, et fingit se ad imperatorem ituri et cito rediturum. Iussa viri faciunt, sed quod dominus suus moliatur nesciunt. Mirantes tamen se quod tam celeriter vadunt, et quasi VII. dierum iter agentes, iure hospitii intrant predictum cenobium Suinbrod. Interdixerat enim suis omnibus ducis natus, ne alicui cuiquam vel unde essent innotescere, sed quasi unum ex ipsis se ipsum haberent. Cedat Ithacus callido ingenio investigasse natum Thetidis, ne se iactet Ilia pastor Tyndaride rapuisse amiclis; quia hic iuvenis Brecizlaus ambos tempore et animositate et audacia facta in maiestate. Nam postquam data est eis ibi pernoctandi licentia, sicut lupus quando obambulat ovilia, querens qua parte irrumpat ut tenerum rapiat agnum, sic heros Brecizlaus visu sagaci et animo illustri lustrans claustrum voluit irrumpere, sed non audet, quia secum tanta copia militum non hic. Forte fortuna affuit dies festa, et ecce nullo novis optata cum suis coevulis de claustro exit virgo Iuditha, sicut puelle solebant tenelle ad vesperas pulsare campanas in medio ecclesie. Quam ut vidit audacissimus raptor, sui pre gaudio factus immemor, ceu lupus qui ex occulto irruit et rapit agnum et conscia facta fugere submittens causa, petens ulteriorem latebram, sic et ille rapta virgine fugit et ut venit ad portam invenit eam molendinariis funibus perstrictam, et illam excindi precluso mox exempto gladio velut fulmine precidit acuto, quod usque hodie cernitur sectio, fortissimi viri pro testimonio. Ceteris autem sociis ignorantibus et adhuc in papilionibus manentibus ab irruentibus inimicis comprehensis aliorum eruitis oculis et naribus abscisis, aliorum manibus et pedibus truncatis, dux cum paucis et virgine rapta per noctis umbram evasit opaca. Rapta est autem virgo Iuditha Anno dominice incarnationis M.XXI. Et ne daretur Theutonicis iusta occasio calumpniandi Boemos quasi pro illata iniuria, heros Brecizlaus cum sua nupta patre salutato duce Odalrico recta via proficiscitur in Moraviam. Nam antea pater suus totam illam terram tradiderat in potestatem, fugatis cunctis de civitatibus Polonis, ex quibus multos comprehensos centenos et centenas ordinatim cathenatos vendi iusserat in Ungariam et ultra, quia revera post obitum secundi Bolezlai sicut urbem Pragam, ita totam Moraviam vi obtinuerunt Poloni. Anno dominice incarnationis M.XXII. in Polonia facta est persecutio Christianorum. Anno dominice incarnationis M.XXIII. VI. idus Augusti Ekardus IIII. episcopus Pragensis ecclesie transivit ab hac luce

[illegible]

297

[illegible]

multos dies Cohan de quo supra recoluimus, misso lictore suo dum ille purgat ventrem in necessario vocatus in hora, acutissima sica perforat eum in posteriora usque ad noctis interiora. Sequenti iustus vir velut dei martyr dux Jaromir obiit. Anno dominice incarnationis MXXXVIII. II. non. novembris.

Hactenus acta auctore liber continet primus. Sed quia sicut ait beatus Hieronimus aliter visa, aliter audita, aliter narrantur ficta, que melius scimus melius et proferimus. Nunc auxiliante deo et sancto Adalberto ea fert animus dicere que ipsimet vidimus vel que ab his referentibus qui viderunt veraciter audivimus.

Explicit liber primus de kronicis boemorum.

PROEMIU(M) AD CLEMENTE(M) ABBATE(M) BREVN(E)NSIS ECCL(ES)IE.

Spiritali Brevnensis cenobii patri Clementi sic ex re nomen habenti semper theorie inherenti, Cosmas haud dignus dici decanus angelica consortia sentire. Cum multa mecum revolvens super sedere, quid potissimum caritatis viro tante sectatori caritatis mittere, ...

[illegible]

fontes, tamen hoc tam tenui liquore non dedigneris tua sacra proluere labra. Sepe enim sicut post fortia vina et soporifera pocula naturali quondoque homines medicantur siti, ita pueri lautius suavior dulcibus poculis. Sepe sicut maritus miles qui sudat in armis, gaudet virgineis se commiscere choreis. Atque ut interdum pueriles ludere troco, sic tu o sapientissime pater ...

INCIP(IT) LIB(ER) SECUND(US)

Cum dux Brecizlaus ...

[illegible]

iuvant. Si autem coniunx virum aut vir coniugem spreverit et rixantibus eis usque ad dissidium efferbuerit, qui ex eis priorem copulam legitime celebratam redire noluerit, nolo ut secundum ritum terre huius violator in servitutem redigatur, sed potius nostri immutabilis decreti pangaria qualiscumque sit persona redigatur in Ungariam, et nequaquam liceat ut precio se redimat aut in has terras redeat, ne unius contagio ovicule totum Christi serpat per ovile. [illegible] Severus episcopus dixit: Quicumque aliter fecerit, anathema sit. [illegible] placentes virgines et vidue et adultere que nomen bonum amisisse et pudorem corrupisse ac per scortum concepisse dinoscuntur. Nam cum liberum nubendi habeant arbitrium, cur committunt adulteria? Scelus scelerum. Et partus et conceptus suos abortivant, quod est pessimum scelus scelerum. Dux subiungens inquit: Si vero mulier proclamaverit maritum non amari et verbis (?) et factis (?) se affligi et proflugari, decernimus eos iudicium dei, sed inclementer a viro suo affligi et proflugari. Similiter et de his qui homicidiis et qui invicem fuerint rei, solvat penas rei. Similiter et de his qui homicidiis infamantur archipresbiter comiti illius civitatis nomina eorum asscribat, et comes eos in carcerem redigat donec aut penitentiam dignam conveniat, et si se rebelles in carcere redigat donec aut penitentiam dignam, aut si negant igniti ferro sive adiurata aqua utrum culpabiles sint agitur. Fratricidas autem et parricidas sive sacerdotum interfectores et examinent. Fratricidas autem et parricidas sive his capitalibus criminibus irretitos archipresbiter assignet eos comiti vel duci, ut manus et ventrem ferratos de regno eiciat, ut ad instar Cain vagi et profugi circueant terram. Severus episcopus dixit: Ista ducis deliberatio iusta sit, anathemate firma. Nam ad hoc vobis ducibus mucro pendet in femore, ut manus vestras sepius lavetis peccatoris in sanguine. Iterum dux: Tabernam inquit, que est radix omnium malorum, unde procedunt furta, homicidia, adulteria et cetera mala, et qui paraverit, et qui comprehensus fuerit huius violator decreti, tabernarius in medio foro ad palum suspensus et usque ad fastidium preconis cesus depilet; res tamen eius non infiscentur, sed potus tantum in terram proiciatur, ne quis execrabili haustu polluatur. Potatores autem si deprehensi fuerint, non prius de carcere exeant, quam in fiscum ducis unusquisque trecentos nummos componat. Severus episcopus dixit: Que dux iudicat, nostra auctoritas firmat. Adhuc dux prosequitur dicens: Fora autem diebus dominicis omnino ne fiant interdicimus, quod ideo maxime in his celebrantur regionibus, ut ceteris diebus suis vacent operibus. Si quis autem quod dominicis vel festis diebus publice ad edictam feriari indictus in aliquo servili opere inventus fuerit, ipsum opus et quod in opere est inventum archipresbiter tollat in vicum, et trecentos ducis in fiscum solvat nummos. Similiter et qui in agris sive in silvis suos sepeliunt mortuos, huius rei presumptores archidiacono bovem et trecentos in fiscum ducis solvant nummos, mortuum tamen in poliandro fidelium humi condant denuo. Hec sunt quod odit deus, hoc sanctus Adalbertus presul nos suas deseruit oves et ad exteras maluit ire doctor gentes. Hec ut ultra non faciamus simul et ut verbis fidei sacramento confirmamus. Sic ait dux. Et presul sancte trinitatis nomine invocato et malleo assumpto, ceteris clericis VII psalmos et alias huic sancto operi competentes orationes ymnizantibus, cepit molliter destruere summa sepulchri, destruens eum usque ad intima thesauri sacri. Et cum aperuissent sarcofagum, omnes qui in ecclesia aderant, tanta fragrantia suavissimi odoris sunt refecti, ut per tres dies quasi optimis ferculis refecti obliviscerentur cibo refici. Quin et infirmi sanati sunt eodem die quam plurimi. Et dux et episcopus et pauci comites inspicientes, ut viderunt sanctum dei ita vultu et habitu clarum et sic corpore integrum permanere, ac si eadem sacra missarum celebrasset sollempnia, clerici Te deum laudamus, laici Kyrieleison modulantur, et resonat vox eorum usque ad ethera. His ita peractis dux pre gaudio faciem perfusus lacrimis sic orat: O Christi martir beate Adalberte, nostri semper et ubique miserator, nunc solita nos respice pietate et nobis peccatoribus propiciare atque a tua sede pergens nobiscum redire ... nos quamvis peccatores referri non dedignare. Mira res et valde stupenda, cuius tumbam nudi tenus contingere non poterant, continuo dux et episcopus sine impedimento corpus eius a sarcofago levant et serico coopertum desuper altari locant, ut plebs sua vota solvat, que deo et eius sancto voverat, atque eadem composite sunt ducente marce altaris in arce. Omnipotens omnipotenter mundum per secla revolvens, qui semper regnas solus qui cuncta gubernas. Nil sic necesse fuit in mundo, nec erit bone Christe tuo in iure, quia nature mortalis hic umquam credere possent, ut ad gentes apostatices iam in celesti regno laureatus corpus suum referri sineret, quarum aspernatus facinora aufugit consortia cum adhuc viveret. Sed si maiora dei et antiqua miracula perpendimus, quia populus Israheliticus sicco vestigio transivit mare, qualiter de sicca rupe fluxerunt aque, vel qualiter factor orbis apparuit in orbe natus de Maria virgine non annuntiari. Sed potius deo qui fecit et facere potest quod vult, nos decet humiliari et eius graciam assignare. Cuius gratia inspirante ascendit in cor ducis, ut similiter transferat corpus archipresulis eiusdem civitatis nomine Gaudentii, qui in eadem ecclesia forte quiescebat. Hic namque superius recolimus non solum carnali verum et spirituali coniunctione frater sancti Adalberti et comes individuus in omni labore et triumpho fuit, et sicut eo non corpore martirium meruit, tamen compassione tulit. Nec enim fieri poterat, ut gladius animam eius non pertransiret, cum germanum suum romphea paganorum in frusta concidi videret, et ipse pariter occidi valde optaret. Item visum est duci et episcopo, ut quinque fratrum reliquias sancto corpori adiunctas, quorum de vita ac passione deo donante relaturi sumus, que in eadem civitate in alia ecclesia quiescebant, pariter cum summa diligentia transferant. Quid multa?

Veniunt cum omni sacra sarcina in prosperitate et leticia Boemiam, et in vigilia sancti Bartholomei apostoli prope metropolim Pragam castra metati sunt circa rivulum Rokitnicam, ubi lucescente die clerus et universa plebs cum processione occurrit, cum longa serie latitudine explicuit campus. Talis enim processio fuit. Dux ipse et episcopus humeris subnixi dulce pondus portant martiris Christi Adalberti. Post simul abbates ferebant reliquias quinque fratrum. Deinde archipresbiteri gaudentes onere Gaudentii archiepiscopi. Quos electi XII presbiteri vix sustentantes pondus aurei crucifixi sequuntur. Nam dux Mesko ter pondus ipsius hoc appenderat auro. Quinto loco ferunt tabulas tres graves auro que circa altare ubi sanctum corpus quiescit posite fuerant. Quarum maior tabula quinque ulnarum in longitudine et decem palmarum in latitudine valde adornata lapidibus preciosis et cristallinis fascibus cum in sculptis fuit his in margine versibus. Ter centum libras appenderat hoc opus auri. Postremo plus quam centum plaustris ducunt immensas campanas et omnes Polonie gazas. Quas sequuntur innumera nobilium virorum turma astricta manicis ferreis et catenata colla bagis. Inter quos heu male captus adductus est et frater meus ... presbiter officio. O dies illa dies Boemis honoranda et per secula memorie commendanda, sacris mysteriis frequentanda, dignis preconiis celebranda, laudibus devotissime veneranda, divitibus letabunda, debilibus exoptanda, pauperibus iocunda, datione elemosinarum decoranda, et omnibus studiis excolenda, in qua festis festa refulgent accumulata. O nimium felix metropolis Praga, olim sacro duce sublimata, nunc beato presule decorata, a summo deo tibi collata excepisti gaudia geminata, et per has binas misericordie olivas fama volas ultra Sarmatas atque Sarigas. Facta est autem hec translatio beatissimi Christi martiris Adalberti Anno dominice incarnationis MXXXVIIII, Kalendas Septembris.

Sed his prosperis a deo concessis invidus delator non defuit, qui apostolico iam gesta hec retulit, divinas sanctiones et sanctorum patrum traditiones violasse ducem Boemie et episcopum promulgavit, et si hoc multum domini pape preteriret, iura apostolice sedis per totum mundum observanda minueret. Continuo sacrum conventum celebrant, canones recitantur, sacre scripture servantur, dux et episcopus qui sunt absentes de presumptione arguuntur. Alii quidem omni dignitate privatum per tres annos in exilium decernunt. Alii episcopum ab omni pontificali officio suspensum, quoadusque vivat, in claustro monachorum degere iudicant. Alii ambos gladio anathematis feriendos clamant. Interea legati ducis et episcopi Boemorum ex parte sua, ipsi et ipsorum Roma advenerunt, ferentes mandata magis muneribus oblita quam facundie verbis polita. Quibus ubi data est copia fandi in conspectu apostolici et sacri concilii, talibus sermone causam sue legationis sunt prosecuti: O fidei catholice et sedis apostolice sanctissime rector, et o patres in libro vite conscripti, quibus a deo collata est potestas iudicandi simul et miserendi, misereminum peccasse confitentibus, parcite penitentibus simul et veniam postulantibus. Fatemur enim quod illicita et contra statuta canonum egimus, quia de tam longinquis partibus obtenta breve temporis spacium, ad tam sancte congregacionis vestrum nequivimus habere nuntium. Sed quicquid est illud quod fecimus, sacris operantes conscripta nos non exterminavit, sed pro magna utilitate christiane religionis atque bona intentione id fecisse. Aut si umquam bona intentio cadit in vicium, o sanctissimi patres, secundum vestrum iudicium parati sumus emendare nostrum flagitium. Ad hec apostolicus pauca: Si penitet, inquit, haud nocet error. Mox legati summoti a concilio, petunt hospicio, sequenti die reddituri rationem in iudicio. Illa autem nocte ducis missi et episcopi, circumeuntes corrupere pecunia cardinalium astucia, auro supplantantes iusticiam mercantur precio clemenciam, muneribus leniunt iudicialem sentenciam. Postera autem die iterum legatis sacri concilii in capitolio presentatis, dominus apostolicus os aperuit sacrum pondere sis verbis et auctoritate plenum. Sic inquit peccantibus in impietatis culpa est severior exercenda vindicta, tamen reatum suum recognoscentibus et penitentiam desiderantibus facile prebemus assensum, et ab hoste inflictis vulneribus misericordie adhibemus antidotum. Magnum enim peccatum est aliena rapere, sed maius christianos non solum spoliare verum et captivare, et captivatos tamquam bruta animalia vendere nimis est abhominabile, quod vos perpetrasse in Polonia nobis relatum est per veridica nuncia. Quod autem nulli liceat sine nostra permissione de loco ad locum sacrum transferre corpus, testantur canones, prohibent patrum decreta, et presumptores huiuscemodi rei divina iubent eloquia gladio anathematis ut feriantur. Sed quia vos sive per ignoranciam sive bone intentionis ob gratiam hanc rem fecistis, precipimus ut per hanc tam temeritatis presumptione dux vester et episcopus cenobium omnibus ecclesiasticis usibus et honoribus sufficienter amplificatum in competenti loco construant, probatasque personas ac officia servientium clericorum ex more constituant, ubi deo sedulum servicium tam pro vivis fidelibus quam pro defunctis in sempiternum exhibeatur, ut saltem vel sic in effigiem dei reatus vestri transgressio deleatur. Mox legati valde exhilarati proficiscuntur et referunt duci iussa apostolici. Quibus dux velut divinis iussis obtemperans sub honore sancti Wenceslai martiris in urbe Boleslau iuxta flumen Labe, ubi idem sanctus olim feliciter consumavit martirium, venustissimum fabricavit cenobium, in quo sicut et hodie cernitur deo servit catterva fratrum numerosa, et habetur prepositura et basilica valde religiosa. Anno dominice incarnationis MXL. Fama qua nullum perniciosius malum in mundo, et que mendaciis pinguescit et miscens plura paucis falsa veris, volando crescit, perfert ad aures imperatoris secundi Heinrici certius plusquam verum fuit pondus auri et argenti Boemos de Polonia asportasse. Et imperator cepit querere occasiones adversus eos, quomodo ab eis quod sibi dictum fuerat, eriperet aurum. Et mandans precipit, ut argentum quod in Polonia rapuerant non infra statutum terminum usque ad unum obulum sibi mittant, minatur bellum. Ad hec illi sic inquiunt: Semper salvo tenore nostre legis fuimus et hodie sumus sub imperio Karoli regis et eius successoribus, nostra gens numquam extitit rebellis, et tibi in omnibus bellis mansit et semper manebit fidelis, si iusticiam tantum nobis facere velis. Talem enim nobis legem instituit Pippinus magni Karoli regis filius, ut annuatim imperatorum successoribus CXX boves electos et D marcas solvamus. Marcam nostro nomine CC nummos dicimus. Hoc testatur nostrorum generationum in etate, hoc omni anno sine refragatione tibi solvimus et tuis successoribus solvere volumus. At si aliquo preter solitum legis iugo nos aggravare volueris, mori potius parati sumus quam insuetum ferre onus. Ad hec imperator respondit: Regibus hic mos est semper aliquid novi legi addere antiquari. Neque enim omnis lex est constituta tempore in uno, sed per successores regum crevit series legum. Nam qui regunt leges, non reguntur legibus, quia lex ut aiunt vulgo cereum habet nasum, et rex ferream manum et longam, ut eam flectere queat quo sibi placeat. Pippinus rex fecit quod voluit, vos autem nisi quod volo faciatis, ostendam vobis quot pictos habeam clipeos, aut quid bello valeam. Et statim mittens litteras per totum regnum valde forte colligit exercitum. Altera via qua itur per Zribiam, et est exitus de silva iuxta tamen per castrum Hlumec, iussit Saxones intrare Boemiam. Quorum eo tempore dux erat Ekard cum omni Saxonia in qua regi paruit per omnia. Fuit enim vir magni consilii, et in ordinandis regni negociis singulari sollertia preditus et rebus bellicis a puericia deditus. Sed in [illegible] belli obtinuit felices successus. Ipse autem cesar ultra metatus [illegible] exutusque parte fluminis Rezne. Postera autem die pertransiens [illegible] castrum Kamb cum admoneret aquilas silve que dirimit Bawariam atque Boemiam, ut eo quoniam obstruerent Boemi vias per silvam indignatur parum tacuit, excuciensque caput ter, concepit iras cesar dignas atque inter verba solutus ora: Licet exstruant muros silvis altiores, licet elevent turres sublimes usque ad nubes, ut frustra tacite rere ante oculos penitarum, sic nichil valent contra Theutonicas oppugnacula Boemorum. Aut si ascendent super nubila, aut si includant se inter sydera, perdita et misera gente nichil restaurabit. Sic ait et iussit cunctos irrumpere silvam, et ipse eos procedens ascendit montem alium in media silva situm, sedensque in tripode dixit ad astantes circum regni principes: Hac in valle cohors ignava latet Boemorum, qui sunt ut agrestis in suis receptaculis antrorum. Sed fefellit cesarem sua opinio, nam ultra alterius montis fuit illorum municio. Et unumquemque cesar appellans nomine primo marchiones deinde quosque nobiliores armatos premittens, iubet pedestres ire in pugnam, his verbis pollicitans eis victoriam: Non est, inquit, nobis opus laborioso certamine, tantum descendite, certe ipsi fugient pre timore, nequeunt enim vestrum impetum ferre. Et iterum ut falcones per undas capite palumbes, et ut feroces leones more luporum, qui dum irrumpunt ovilia ovium non curant de numero, et non in toto grege mactato ponunt eduli(o). Mox secundum iussum regis ruunt lorica agmina. De primo loco pugne certanter procedunt, conspicue nitent acies, ut lucida glacies, et ut sol refulsit eorum in arma, resplendent frondes silvarum abietes et cacumina moncium. Descendentes autem in valle neminem inveniunt, quia hinc et illinc spissa silva et inpenetrabilia sunt loca. Et sic solet in omni certamine fieri, subsequentes et invitos impellunt ad pugnam procedentes, sicut tam fatigati pares terram cogunt a sub sequentibus transcendere alterum montem. Sitis et sita sicco lingua adherent palato, vires deficiunt, dextre languescunt, anhelitus ... de pectore trahunt, nec tamen sistere gradum. Alii super scuta sua loricas deiciunt. Alii stantes appodiati arboribus frustra mane anima captantes. Alii iacuere ut trunci homines crassi, et visum tenere ... cumine pedestri. Et cum applicuissent munitionem, exoritur undique clamor, ascendit ut nebula super silvam fatigato de corpore vapor. Quod videntes Boemi ad breve tempus hesitaverunt, moxque intellexerunt in his eos defecisse, audacter prosiliunt de munitione. Audaciam dabat eis multa

soror fortune Bellona. O sors fortuna numquam es perpetuo bona. Instabilique rota magnates mergis in ima. Fortunatorum erant tunc cernenda virorum singula ferrata alta sedere equorum, et ventres in delicijs ac lumbos baltheis bis coctis cinctos pernecos, rumen pede rumpere et distrahere intestina et extra ceu fasciam circumligamina crurum. Plura referre pudet de tante nobilitatis morte reperta nec scriptis promere digna. Tanta nobilium facta est strages virorum, quanta nec in campis Emathijs nec in tempore Sylle, nec aliqua mortalium peste, nec hostili umquam gladio ferunt simul Theutonicorum interisse nobilitas. Interea cesar sedens non est in suspicio. Sue mentis fallitur augurio. Nam dum suos vinci non estimat, ab hoste victores venisse credit ad se cruentos. Insiliens tergo sonipedis incumbit lumbis et admovet lumbis calcar quadrupedis cesar. Quem nisi habuisset preceptum, eadem hora descendisset in orcum sine mora Romanus imperator. Que dum hec ibi geruntur, Saxones cum duce Okardo, de quo supra diximus, Boemiam ingrediuntur, et unam partem regionis que est circa fluvium Belinam hostiliter demoliuntur. Interea dux cum fama non prospere sinistra sclavos de cesare habuisse victoriam, fecit gradum ad pontem Gnevin iuxta fluvium Belinam, valde sollicitus utrum bello fortunam temptaret, an cum tanto dedecore repatriaret. Maluit tamen prius experiri animum ducis, et nuncios cepit eum verbis suadere amicis. Qui te non in pugnando vicisse gaudes, si supplicando vicisses, melior multo victor fuisses. Propterea noli temere ipsum super te manicum exaltare, quia durum est tibi contra stimulum calcitrare. Nam quem quasi parcendo nobis et miserando vix in terram cum paucis intrabat, ei imperiti gratiam non inveneritis. Cito cum tanta multitudine exercituum superveniet, quibus nec fontes vestri sufficient, et quos vestra terrula vix capiet; tecum erunt novissima peiora prioribus. Unde iterum admoneo te et consilium do, ne totum quod possidere videris amittas. Regina pecunia, que omnia superat, iratos placat, inimicos reconciliat, prebet fideles amicos; non modicam cesari mittas, quam pro te ipsa intercedat et ei tibi graciam adquirat. Ad hec dux Brecizlaus ira commotus salubres sprevit monitus, et innixus manu capulo sic ait. Dicite vestro Okardo: Consilium satis est mihi, ne vos monendo profecisse putetis. Audiant te Saxones saxis rigidiores, et si qui sunt inconsulti homines, qui te sapere aliquid putant. Ego autem nisi his tribus diebus hac de mea provincia sine mora molestia exeas, hoc ense caput tuum abscidam, et tua ora ponam ad posteriora. Cesaris interest quid agat, non mihi cure est. Quamdiu in femore Brecizlai pendet ensis, non lac sed sanguis fluet ex latere cesaris. Que dum duci relata fuissent, quamvis nimis egre id tulisset, tamen invitus velut lupus quem cum amittit predam et investigantibus canibus submittens repetit silvam, sic dux Okardus cum magno dedecore repedat in Saxoniam. Item relatum est duci Brecizlao de Prcos comite, qui prefuit Belin in urbe, quod corruptus Saxonum pecunia non restitisset ex adverso venientibus, omnes in custodia; sed ubi sunt nemora hostibus pervia, ibi posuisset presidia. Hunc etiam dux pro scelerato cum tercia cohorte que fuit de Moravia et tribus legionibus que fuerant misse in auxilium de Ungaria. Quem statim dux erutis oculis manibus et pedibus abscisis iussit precipitari in abyssum fluminis.

Anno dominice incarnationis M.XLI. Anno dominice incarnationis M.XLII. Henricus imperator semper magnificus triumphator, volens ulcisci suorum ruinam inclitorum, intrat terminis iterum Boemorum, et eam fere totam hostiliter devastat, ac multas civitates, quas illi defendere non valentes deseruerant, igne succendit. Et pervenit ad urbem Pragam, ante ipsam ex adverso fixit aquilas Sibenica in monticulo. Ibi nichil actum dignum relatu comperi, nisi quod presul Severus cesaris ad castra clam noctu fugit ab urbe, timens, ut estimo, ne quasi domino suo rebellis privaretur sedis honore pontificatus. Quod videns dux Brecizlaus nescit quid faciat, mentem dolor undique turbat. Iam penitet eum olim pugnasse contra cesarem, iam penitet eum sprevisse monita ducis Okardi, iam mavult precibus pugnare et cum precibus superare, quem olim pugnando superarat, atque his verbis temptat diram deflectere cesaris iram. Bella geris, cesar, nullos habitura triumphos. Nam terra tua est camera, nosque tui sumus, et esse tui cupimus. Nam qui suos subiectos sevit hoste crudeli crudelior noscitur esse. Si spoliatos ad robur tui exercitus nos estimes, nec munita rerum sunt. Cur ostendis potentiam tuam quasi contra folium quod a vento rapitur? Ista vere defectio ubi nichil sibi officit. Quod vis vicisti, iam victor es, iam tua iam cingit victricia tympora lauro. Insuper ei promittit mille et quingentas marcas denariorum, quod erat tributum trium annorum preteritorum. Mox velut insignis cum flammis estuat ignis, si quis minimam desuper fundit aquam, paulatim eius impetum confundit, et prevalentibus undis deficit ignis, haud secus extinxit regina pecunia cesaris iram. Nam qui olim hanc terram intraverat inimicus, accepta pecunia revertitur amicus pace imposita.

Anno dominice incarnationis M.XL.III. tanta fames fuit in Boemia, ut tercia pars populi interiret fame. Anno dominice incarnationis M.XL.IIII. Anno dominice incarnationis M.XL.V. Guntherus heremita VII idus octobris obiit. Anno dominice incarnationis M.XL.VI. Dedicatum est monasterium in urbe Bolezlau IIII kalendas ianuarii a Severo pragensis ecclesie sexto episcopo. Anno dominice incarnationis M.XL.VII. Anno dominice incarnationis M.XL.VIII. Anno dominice incarnationis M.XL.VIIII. Anno dominice incarnationis M.L. Anno dominice incarnationis M.LI. Anno dominice incarnationis M.LII. obiit Bozena coniunx Odalrici ducis mater Brecizlai. Anno dominice incarnationis M.LIII. Anno dominice incarnationis M.LIIII. Urbs Wratizlau et alie civitates a duce Brecizlao reddite sunt Polonis ea condicione, ut ipsi et sui successores quingentas marcas argenti et XXX auri annuatim solverent. Anno dominice incarnationis M.LV. Dux Brecizlaus, virtutum culmine clarus, gemma Boemorum, patrum lux clara suorum, cum adiuvante deo totam sibi subiugasset Poloniam, necnon bis victor iam terram, ut proposuerat, invadere Pannoniam, dumque precedens suum expectat exercitum, Hrudim in urbe acri pulsatur egritudine. Qui ut sensit magis magisque ingravescere et sui corporis vires evanescere, convocat omnes qui forte aderant tunc presentes primates, quibus astantibus verbis fatur talibus: Quia me mea fata tunc revocant, et atra mors iam pre oculis volitat, volo vobis assignare et vestre fidei commendare, quis post me debeat rem publicam gubernare. Vos scitis, quia nostri principatus genealogia partim sterilitate, partim prematura morte ex omnibus in me usque ad unum fuit redacta. Nunc autem, ut ipsi cernitis, sunt mihi a deo dati quinque nati, inter quos dividere regnum Boemie non videtur mihi esse utile, quia omne regnum in se ipsum divisum desolabitur. Quia vero ab origine mundi et ab initio Romani imperii et usque ad hec tempora fuerit gratia fraterna rara, testantur nobis exempla rata. Nam Cayn et Abel, Romulus et Remus, et mei atavi Bolezlaus et sanctus Wencezlaus, si spectes, quid fecerint fratres bini, quod facturi sunt quini? Hos ego quanto potiores ac potenciores intueor, tanto mens presaga peiora auguratur. Heu mens semper pavida genitorum de incertis fatis natorum. Unde providendum est, ne post mea fata aliquorum nascatur discordia propter obtinenda regni gubernacula. Quapropter rogo vos per dominum et obstringo fidei vestre per sacramentum, quatinus inter meos natos sive nepotes semper maior natu summum ius et solium obtineat in principatu, omnesque fratres sui sive qui sunt orti herili de tribu sint sub eius dominatu. Credite mihi, nisi monarchos hunc regat ducatum, vobis principibus ad vestrum populum ad magnum deveniet dampnum. Dixerat, et inter astantium manus corporeos artus linquens petit ethera flatus eius, IIII idus ianuarii, ac magno planctu est desuper ductus factus. Quantum autem dux iste Brecizlaus frugalitatis et quantum discretionis in divinis legibus et humanis iudiciis, aut quam largus elemosinarum dator, et quam pius fautor ecclesiarum sive monachorum fuerit,

facundia Tullii prius defecisset, quam singula eius queque merita explicuisset. Post cuius obitum filium eius primogenitum nomine Zpitignev omnes Boemice gentis magni et parvi communi consilio et voluntate pari eligunt sibi in ducem, cantantes Kyrieleyson cantilenam dulcem. Erat enim vir valde speciosus, cesarie pice nigrior atra, barba prolixa, facie leta, genis candidiores nive et parum rubentes per medium. Quid plura? Vir bonus et talos a vertice pulcher ad imos erat. Prima die qua inthronizatus est, hic magnum et mirabile a communibus seculis memorabile fecit hoc memoriale. Nam quotquot inventi sunt de gente Theutonica, sive dives, sive pauper, sive peregrinus, omnes simul in tribus diebus iussit eliminari de terra Boemia. Quin et genitricem non tulit remanere in terra, de qua supra meminimus, Ottonis natam nomine Iudhitam. Simul et abbatissam sancti Georgii Brunonis filiam eliminat, quia hunc olim antea cum verbis offenderat acerbis. Nam dum pater eius Brecizlaus reedificaret menia totius urbis Prage per girum, et hic superdictus heros a patre sibi concessam satis tunc provinciam, sorte exigit ut cum suis circa sancti Georgii claustrum componeret murum. Et cum nullo modo recte pomposset murus, nisi destrueret fornacem abbatisse, que ibi forte stabat iacta sine mendatia, et alius his factis cunctantibus accessit iuvenis heros, et quasi risum sibi faciens cum magno cachinno iussit eam deicere subito in torrentem Brusnicam, dicens: Hodie domina abbatissa calidas non gustabit placentas. Quod agnoscens abbatissa exiit irata de claustro, et valde moleste ei dicta ferens, sic eum ironicis aggreditur et confundit dictis: Nobilis insignis vir fortis et inclitus armis. Quam magnas turres nunc expugnavit et urbes. Hic sibi famosum fert de fornace triumphum. Tympora iam lauro victricia cingat et auro. Clerus multimodas campanis personet odas. Dux ecce deicit fornacem, itaque fecit. Ah pudet effari que non pudet hunc operari. Corpore diriguit vox et faucibus hesit, indignansque sua genitali corpore sedit ira. Hec quamvis audite dicta dux alta in mente reposita reservarat, postquam est inthronizatus, prius quam sancti Georgii ecclesiam intraret, abbatisse mandat talia: Nunc est potius convenit clerum resonare odas et pulsare campanas, cum abbatissam foras et de terra hac eicit, quam cum fornacem eius deicit. Ecce vir fortis et inclitus armis, non turres, non urbes expugnando, sed te abbatissa illius fornacis dominam hodie eiciendo fert famosum triumphum, et cingit tympora lauro. Et ut iussum fuerat, super bigam imposita fertur velociter abbatissa, et eam dicto citius eicit huius terre de confinio.

His ita peractis vadit novus dux novum disponere Moravie regnum, quod olim pater eius inter filios suos dividens, partem dimidiam Wratizlao, partem alteram Conrado et Ottoni dederat. Iaromir autem adhuc dedit studiis, inter scolares versabatur alas. Premisit autem dux Zpitignev illius terre ad primates litteras, in quibus nominatim vocat CCC viros, quos ipse noverat meliores et nobiliores ex omnibus civitatibus, et ut sibi ad urbem Hrudim occurrant, per salute capitis sui mandat. Iussa viri faciunt, et iam ultra portam ... die magris Crudim duci obviam veniunt. Quos statim dux iratus, quia non ad edictum locum occurrerant, iussit comprehendere et catheratos misit ad custodiendum, dividens eos per singulas civitates Boemie. Equos autem et arma eorum inter suos distribuit, et tenuit iram in Moravia. Quod audiens frater eius Wratizlaus valde eum timuit, et secessit in partes Pannonie relicta coniuge Olomuc in urbe. Quem rex Andreas graciant suscepit, et quamdiu secum fuit honorifice eum habuit. Ergo dux Zpitignev postquam ad suum placitum omnia ordinavit in Moravia, fratres suos accepit ut essent secum in curia: Conradum preficiens venatoribus, Ottonem vero posuit super pistores atque cocos magistrum. Nurum autem suam comprehensam iussit in quodam castrum munitissimum Lesceri, committens eam ad custodiendum comiti nomine Mztis, quam ille non ut decuit talem dominam custodivit, nam omni nocte eius pedem suo cum pede munivit compede. Quod vir eius audiens egre tulit, et quid mercedis comiti pro eam amicus facto postea reddiderit, in sequentibus patebit. Post unum vero mensem evolutum interventu Severi episcopi et comitum nurum suam dans ei conductum fecit eam redire ad suum maritum. Que quamvis invita parum tunc dum ... maritum veniat, et infra spacium trium dierum spiritum exalat pulchra inter mulieres, quia non potuit viri exponere pondus immaturum. Cum de morte rex Andreas cum videret suum hospitem usque adeo merentem, his iuvenem dictis mestum solatur amicis: O mi care hospes, deus faciat ut sis sospes. De cetero iacta super dominum curam tuam et spem meam, et ipse faciet ut hic meror tuus vertatur in gaudium. Sepe enim fit ut unde homo minus proficuum sperat, inde plus commodi ferat. De obitu autem tue consortis esto vir fortis, nec dolendo excedas modum, quasi tibi soli aliud coniugium novum, cum omnibus hominibus constitutum omne redire suum humanum corpus ad ortum. Dixerat et etiam secum ducit ad mensam hospitem, ubi optimis ferculis reficiuntur, atque mero leni efficiuntur leti. Forte fuit huic regi unica gnata nomine Adleyta, iam thoro maritali tempestiva, valde formosa et multas per nimium spes invidiosa. Hanc hospes ut vidit, misere adamavit, quod rex bonus non recusavit, atque post dies matrimonio sibi eam copulavit. Quod cum audisset dux Zpitignev, sagaci ingenio precavens, ne forte invaderet frater suus totam cum Ungaris Moraviam, mittens nuncios revocat eum de Ungaria et reddidit sibi civitates quas ei ante pater suus dederat in Moravia. Erat item Zpitignev vir prudens rerum in discrimine, sciens arcum sui tendere et laxare in oportuno tempore. Cuius inter ceteras virtutes hoc perpetuum studium memoria dignum posteris non imitabile exemplum proferimus in medium. Talis enim mos suus erat semper quadragesimali tempore aut monachorum aut canonicorum degens in claustra, elemosinis vacabat, divinis officiis instabat, vigiliis et orationibus inherebat, sic tamen ut ante matutinale melodia aut cum excursione in ipsum aut cum genuflexionibus totam ruminaret psalmodiam. Post completorium vero ad instar monachorum servat silentium usque ad prime statum. Ergo quamdiu ieiunus fuit ecclesiastica disposuit negocia; post prandium autem secularia tractat iudicia. Pelliciam autem episcopalem et tunicam clericalem, quam desuper induit in capite ieiunii, per totam quadragesimam gestabat, in cena domini suo capellano cubiculario eam dabat, bene et religiose reputans, ut qui tempore penitencie particeps laboris fieret, in die magne festivitatis non immunis abiret.

298.

Anno dominice incarnationis M.LVI. Anno dominice incarnationis M.LVII. Anno dominice incarnationis M.LVIII. IIII nonas augusti obiit Iuditha coniunx Brecizlai ducatrix Boemorum, quam quia filius suus Zpitignev eiecerat de regno suo, cum non posset aliter ulcisci iniuriam suam in filio, ad contumeliam eius et omnium Boemorum nupserat Petro regi Ungarorum. Hec postea a filio suo Wratizlao duce inde translata et sepulta est Prage iuxta virum suum Brecizlaum sororum inter Viti, Wencezlai atque Adalberti medium. Anno dominice incarnationis M.LVIIII. Anno dominice incarnationis M.LX. Cum ad festum sancti Wencezlai dux Zpitignev venisset Prage, videns ecclesiam sancti Viti non adeo magnam nec capere sancte populi concurrentium ad festivitatem sanctam, quam videlicet ipse sanctus Wencezlaus construxerat ad similitudinem Romane ecclesie rotundam, in qua et corpus eiusdem sancti W. quiescebat, similiter et aliam ecclesiam, que fuit contigua et quasi in porticu sita eiusdem ecclesie, cum in medio nimis arto loco erat mausoleum beati Adalberti opimum, iactat fore ut ambas destrueret et unam utrique patrono magnam construeret ecclesiam. Continuo per longum girum designat ecclesie locum, iaciuntur fundamenta, fervet opus, surgit murus. Sed eius felicia cepta in

Et subsequenti mox anno incipit mors inepta. Eiusdem anni tempore quo legiones procedunt ad bella, cum iam legatis signis militie dux quasi iam dicitur ageret, obviam habuit viduam, que flens et eiulans ac pedes eius deosculans, currens post eum clamabat dicens: Domine, iudica me de adversario meo. Et ille: Faciam, inquit, cum de expeditione rediero. Et illa: Quid si aliter redibis? Cum interrogaret: Qualiter? At tu iam mercede a Deo accepturus omnis. Unius vidue ad peccatorem memoria te ab expeditione, eamque iusto iudicio vindicavit de adversario. Quid ad hec vos o moderni principes dicitis, qui tot pupillorum ad clamores non respicitis, sed eos tumido fastu superbiendo despicitis? Talibus, ut supra diximus, in sodie moribus dux Spitigneu hoc agnomen est ascitum, ut ab omnibus diceretur pater cleri atque defensor viduarum. Sed quia sepe videmus occulto Dei iudicio malos relinqui, bonos subtrahi de medio, hic vir tante pietatis ab hac luce subtractus v. kal. febr. anno sui ducatus vi. Anno dominice incarnationis M.LXI.

Post cuius obitum frater eius Wratizlaus omnibus Boemis faventibus sublimatur in solium. Qui confestim Moravie regnum inter fratres suos dividit per medium, dans Ottoni orientalem plagam quam ipse prius obtinuerat, que fuit aptior venatibus et habundantior piscibus; occidentalem vero, quo est versus Theutonicos, dat Conrado, qui et ipse sciebat Theutonicam linguam. Regio autem illa est planior et campestris atque feracior frugibus. Iaromir tamen sole morante in prima parte puerum bone indolis, audita nece fratris sui Spitigneu, quem non minus quam patrem timore et amore coluit, iam deposito puerili metu redit de studio, sperans aliquam se portionem habiturum hereditatis in patrio regno. Quem dux Wratizlaus frater suus ut sensit magis affectare laicalem quam sacre doctrine miliciam, his verbis castigat eius pertinaciam: Noli, inquit, frater, noli a capite tuo effectus membrum per apostasiam abscidi et precipitari in infernum. Olim divina gratia per sui prudentiam elegit te in sacerdotii gradum, propterea et genitor noster tradidit te ad litterarum exercicium, ut successor ydoneus Severi episcopi haberis, tantum nunc Deo favente si supplex fueris. Moxque initiante Martio mense prima sabbati die quando celebrantur sacri ordines, quamvis invitum et contra clamantem atque nimis renitentem tonderi eum et in presentia ipsius ducis ordinatus est usque ad diaconatus officium, legitque publice evangelium et pontifici missam celebranti iuxta morem ministravit. Post hec novus diaconus, immo antiquus dicendus apostata, ultra parma sacre milicie non bene abiecta et gratia quam per impositionem manus acceperat neglecta, sumpsit militare cingulum, et aufugit cum suis sequacibus ad ducem Polonicum mansitque secum usque Severi episcopi ad obitum.

Ea tempestate Mutina comes urbis Beline filius Boris, vir magne audacie, maioris eloquentie nec minoris prudentie, quamvis non immemor quod suspectum ducem habuerit, quia eius coniugem sibi quondam a domino suo commissam multo diu tenuerit, tamen audacter palacium ducis ingressus, rogaturus eum his verbis suppliciter est aggressus: Fratris tui ... gratiam in honore sancti Petri apostoli edificavi ecclesiam, cuius ad dedicationis sollempnitatem quatinus digneris advenire, simul et urbem adventu tuo letificare, supplices meas ne despice preces. Ille quamvis non immemor accepte iniurie quam olim sibi fecerat in coniuge, tamen pro tempore iram suam dissimulans in corde quam habuit iram, dixit: Ego veniam, civitatem letificabo meam, et quod res et iusticia postulat faciam. Hoc verbum quod locutus est princeps non intellexit comes, et magnas duci agens grates letus abiit et parat que sunt necessaria ad magna convivia. Venerat dux et episcopus, et ecclesia que est sita in suburbio mox dedicata, ascendit dux in urbem ad prandium, episcopus vero et comes in sua curte que fuit ante ecclesiam, similiter positis mensis epulis discumbunt. Et inter prandendum venit nuncius qui diceret in aure comiti: Ablata est tibi urbis prefectura et data est Koyate filio Wsebor, qui tunc temporis primus erat in palacio ducis. Ad hec comes respondit: Dux est et dominus, de civitate sua faciat quod sibi placet; quod autem mea ecclesia hodie habet, auferendi dux potestatem non habet. Qui nisi illa nocte consilio presulis et auxilio aufugisset, procul dubio amisisset oculos et pedem suum, quem olim compediunt cum pede coniugis ducis. Anno dominice incarnationis M.LXII. vi. kal. feb. obiit Adleyt ducissa, mater Iudithe et Ludmile, similiter et Bretizlai iunioris et Wratizlai, qui in primo flore iuventutis occidit xiii. kal. dec. Evoluto autem fere unius anni spacio post obitum ducisse Adleyte, Wratizlaus dux accepit uxorem nomine Zuatava, Kazimir Polonorum ducis natam, Bolezlai vero et Wladizlai germanam. Ex qua habuit iiii. liberos bone indolis viros: Bolezlaum, Borivoy, Wladizlaum, Zobezlaum, de quibus in suis locis vita comite satis copiose tractabitur. Anno dominice incarnationis M.LXIII. Anno dominice incarnationis M.LXIIII. Anno dominice incarnationis M.LXV. Anno dominice incarnationis M.LXVI. Anno dominice incarnationis M.LXVII. v. id. dec. Severus sancte Pragensis ecclesie episcopus migravit ab hoc mundo ... iocunde. Hic utraque fortuna prospera et adversa satis expertus est. Nam aliquando a duce Bretizlao captus, catenatus carceri mancipatur, utrumque simul in incendio et in aqua martyrium tulit. Hic fere omni tempore sui presulatus sine aliqua refragatione et sine omni contradictione Boemie et Moravie quasi unum et individuum episcopium rexit, et rexisset, sed non post obitum Spitigneu nimia devictus efflagitatione Wratizlai ducis consensisset promoveri Iohannem episcopum in Moravia. Prius tamen multorum sub testimonio huiusmodi deliberatio feodo et allodio sive excambio facit ut Pragensis presul xii. villas, que sunt in omni Boemia potiores, pro illo episcopio eligat, insuper et c. marcas argenti annuatim de camera ducis accipiat. Curtem autem que est in Moravia ad Sekircostel cum suis appendiciis ut antea sic et in posterum possideat. Similiter et villam Slivnicam cum foro atque castrum ibidem situm in media aqua nomine Hradek, Podivin dictum a conditore suo Podiva iudeo, sed postea katholico. Fertur autem quod fuisset in Moravia ante tempora Severi quidam episcopus vir nomine Wracen, de cuius parrochia ... conflictum cum predicto presule Iohanne successor Severi Iaromir habuerit in loco suo declarabitur.

Tunc Conradus et Otto audientes Pragensem episcopum migrasse ad Christum, mittunt et revocant fratrem suum Iaromir de Polonia et discingunt eum zona militari, et iterum recipere habitum et tonsuram clericatem. Interea dux Wratizlaus precavens sibi in futurum, et timens ne germanus suus cum presul factus foret, cum predictis fratribus contra se conspiraret, cepit tacite secum tractare, quoquo modo possit eum episcopio defraudare. Erat autem eo temporis in curia ducis quidam Lanczo capellanus de Saxonia nobili prosapia natus, vir persone et admodum literatus, ac prepositura Lutomericensis ecclesie sublimatus, moribus et vita non contradicens honori pontificatus. Et quia duci semper fidelis mansit, omnibus modis dux elaborabat ut Pragensis presul vocaretur. Interea Conradus et Otto veniunt de Moravia fratrem suum Iaromir secum offerentes, et sub nixe duci pro eo postulantes, quatenus memor germanitatis, memor paterne institutionis, memor sacramentorum quibus pater suus obligavit fidem comitum, quod post Severi presulis obitum Iaromir sibi eligerent in episcopum. At ille, sicut erat in simulandis et dissimulandis rerum causis vir ingeniosus atque dolosus ut vulpecula que non illuc fugit quo sua vertitur cauda, tale dux aliud clausum retinens in pectore, aliud promit suis fratribus ore: Non est inquit unius hominis hoc tractare negocium quod postulat communis ratio omnium. Sed quia nunc iterum tam parva maior populi et procerum ... posse in castra ... hac ... ire ad custodie claustra, ibi omnes maiores natu huius gentis, ibi proceres et comites, ibi quique sunt cleri meliores aderunt, quorum in arbitrio stat episcopalis electio. Hoc ideo dux fecit ut ibi inter suos milites septus armis munitus presidiis posset contra voluntatem suorum fratrum. Et hic quem volebat Lanczonem sublimaret in episcopum. Sed frustratur sinistra intentio ducis, quia omnis potestas a Deo est, et cui presul non potest esse a Deo predestinatum aut permissum non est. Quid multa? Ventum erat ad custodie portam que ducit in Poloniam, et in loco qui dicitur Dobenina dux convocat populum et proceres in circum, et fratribus suis a dextris et a sinistris assistentibus, clericis vero et comitibus per longum girum considentibus et post eos cunctis militibus astantibus, vocat Lanczonem et stantem in medio laudat et commendat eum populo, sic clara voce dicens: Egregia vita, fides mea et spectata ... exigit hunc et cogit me ut faciam quod facturus sum hodie, et ut per hoc discant posteri quantum domino suo debeant fideles fieri. Atque ei anulum et baculum: Esto sponsus Pragensis ecclesie et pastor sanctarum ovium. Fit murmur in populis, nec resonat vox congratulationis sicut semper solet in tempore episcopalis electionis. Et Koyata filius Wsebor palatinus comes, huius iniusticie impaciens, sicut erat verax in sermone et simplex in verbo stans a dextris Ottonis fratris ducis fortiter impingit latus eius dicens: Quid stas? ΑΠΑΝΟC. ΑΥΡΑC. Quare non adiuvas fratrem tuum? At non vides quod frater tuus filius ducis repudiatur, et presbiter atque advena, qui in hanc terram sine femoralibus venit, in solium sublimatur? At quod si dux violat patris sui sacramentum, absit a nobis ut manes nostrorum parentum apud Deum per hoc sacramentum reddant rationem ut supplicium luant. Scimus enim et adhuc vivimus qui possumus quod genitor vester Bretizlaus nos et patres nostros sub fidei sacramento constrinxit quod post obitum Severi episcopi frater vester Iaromir presul fiet. At vero si tibi displicet frater tuus, cur ... clerus non modicus, scientia eque prodit, ut iste Theutonicus. Ecce tu habeas episcopatu ... certius capellanos in hac terra progenitos episcopio dignos. An putas quod alienigena plus nos diligat et melius huic terre cupiat quam indigena? Humana quippe sic est natura, ut unusquisque quamque sit terrarum plus suam quam alienam non solum diligat gentem, verum et si queat peregrina flumina in patriam verteret. Malumus ergo, malumus caninam caudam aut asini merdam quam Lanczonem locari super sacram cathedram. Frater tuus beate memorie Spitigneu aliud sapuit, qui una die omnes Theutonicos hac de terra extrusit. Vivit adhuc Romanus imperator Henricus et vivat, qui in contemptum sui factum tuum ... potestate usurpans das baculum et anulum episcopale fantastico cani. Certe non impune tu et tuus episcopus feret, si Koyata filius Wsebor vivet. Tunc Smil filius Bozen qui fuit prefectus in urbe Satec, simul et Koyata accipientes per dexteras Conradum et Ottonem et Iaromir: Eamus, inquit, et videamus utrum versutia et simulata equitas prevalet an iusticia et vera equitas prevalebit trium fratrum quos par etas, una voluntas, eadem potestas sociat, et maior militum copiositas iuvat. Fit per castra tumultus non modicus populi, arma arma clamant singuli, omnibus est odio illa inconsulta episcopalis electio. Ideoque maior pars exercitus cessit ad illos tres dominos, metantque sibi castra circa oppidum Opocen et infra. Et quia iam altera pars militum precesserat in silvam, videns dux quod sibi se destitutum, nec satis fratrum abrumpere forte animum, fugit quam celerius potuit, timens ne ipsi preoccuparent Pragam aut Wissegrad urbem, mittit tamen de via ad fratres nuncium dicens: Non propter Koyatam filium Wsebor magniloquam linguam aut Smil filium Bozen, cui est mel in ore et in corde fel, quorum pravis atque dolosis consiliis factum est quod factum est, quod ego si vixero ... memor sacramenti, memor paterne traditionis ... quod iusticia, quod fraterna dilectio poscit faciam: tantum vos sequimini me ad urbem Pragam. Qui advenientes castra fixerunt in pratis iuxta villam Gostivar, et mittunt ad ducem si factis dicta comprobare velit. Quos ille pacifice suscipiens fratrem suum Iaromir eligit in episcopum, Conradum vero et Ottonem datis et acceptis iureiurando sacramentis dimittit cum pace in Moraviam. At vero Smil et Koyata, quibus inter principes contionati sunt vera et iusta, tamen non nocte elapsi declinassent fuga, sine omni audiencia dux eos ut hostes rei publice ...

Acta est autem electio hec anno dominice incarnationis M.LXVIII. sole intrante xxv. partem Geminorum. Nec mora dux Wratizlaus mittit comites Severi, Alexium, Marquardum Theutonicum cum fratre suo Iaromir iam electo ad imperatorem secundum Henricum. Qui venientes in ... sancti Iohannis Baptiste ad cesarem in urbe Maguntia, tractante cum episcopis et principibus imperialia negocia, et offerentes electum suum, rogante et exorante ducis et toti populo quo sua auctoritate dignetur eorum electionem confirmare. Quorum peticioni cesar annuens tercia die id est vi. kal. iulii feria ii. dat ei anulum et pastoralem virgam, et in proximo die dominico vi. non. iulii a presule Maguntino Iaromir mutato nomine Gebehard ordinatur in episcopum. Eodem die cum ... post prandium quidam suus miles Willehalm super ripam sederet demissis pedibus, accessit retro clam novus episcopus et nesciens quod ibi lateret profunda aqua, deiecit eum in Reni fluenta dicens: Ego te baptizo Willehalme. Qui diu submersus tandem emersus capite rotando et undas captando dixit: Si sic baptizas, valde delirias. Hic non bene natare scisset, una die et sumpsisset episcopium et amisisset presul Gebehard. Qui cum pervenisset Pragam, eodem die quo iuxta morem obsedit episcopalem cathedram, dat Marco capellano suo eiusdem ecclesie preposituram, qui secundum hominis genituram nobili ortus erat atavorum prosapia, diversis originis de gente Theutonica, pollens sapientia, prudentia qualis tunc habuit terra Boemica. Nam in omnibus liberalibus artibus valde fuit bonus scolasticus, quod potuit dici et esse multorum magistrorum didascalus. In divina vero pagina ... fuit in fide catholica, et in lege ecclesiastica doctor magnificus. Quippe et religionis quoque regularis institutionis, quoque honoris hac ecclesia, hic sua erudivit et ordinavit sapientia. Prius enim erant irregulares et nomine tantum canonici, inculti, indocti, et in habitu laicali in choro servientes, velut acephali aut bestiales centauri viventes. Quos vir prudens Marcus suis verbis et exemplis instruens, et emulatus meliores, quasi de prato excerpens flores, ope divina cooperante xxv. fratres ordinavit, dans eis religionis habitum, et secundum regulam equalem cibi et potus mensuram. Sed cum sepe aut negligentia ministrorum aut aliqua magistrorum ... deficeret eorum fratrum prebenda, et inde sepe cum fratres affligerent sua querimonia, volens placere eis ponit decimationis illorum quartam partem eis ascribens ut ... fratres dividerent, ita ut unusquisque frater annuatim xxx. modios tritici et totidem avene, insuper et iiii. denarios ad septimanam pro carne sine intermissione haberet. De eo Deo placitis actibus plura poteram relatu digna, sed melius est ut de his sileam quam videar emulus dixisse pauca. Hic beate memorie prepositus post xxx. annos quibus huic ecclesie extitit prepositus, in celesti regno beata commissi talenti recepturus usuras, xviii. kal. dec. migravit ab his tenebris ad lucis amena perhennis.

Sed ecce dum de viri tractamus stupendis, longe digressi sumus ab incepto operis narrare propendenda. Nunc autem ad ea que super premisimus redeam, et que causa tanta conflaverit inter duos angelicos viros efferbuerit invidiam. O avaricia et ambitio, scelerum pestes execrabiles et inimica humano generi, que et apostolicos ... viris ... sacerdotes Dei. Anno dominice incarnationis M.LXVIII. Anno dominice incarnationis M.LXIX. ... id. iun. presul Gebehard consecravit ecclesiam suam in nova curte que vocatur [illegible]. Anno dominice incarnationis M.LXX. Anno dominice incarnationis M.LXXI. Anno dominice incarnationis M.LXXII. Postquam presul Gebehard vidit quod labor suus cessit in cassum, quia nec precibus nec muneribus nec promissis flectere quivit fratrem suum Wratizlaum ut sui tempore ...

cambium et vestem eliminare episcopum, atque tamen inter utrumque coadunare episcopatum, verum tamen semper preerat in alteri techne forma. Quem inquit ego quidem ter tanta per annos aut plus supplicando nequeo efficere quod volo, faciam quod queo, et teste deo aut utrumque coadunabo, aut utroque carebo episcopio. Nec mora, disponit ire in curtem suam que dicitur ad Sekyr costel in Moravia, et deflectens iter tamquam parata nocturna, et quasi fratrem suum visitaturus adiit Iohannem presulem Olomuc in urbe. Quem ille suscipiens grata vice hospitis, o si inquit scissem adventum tuum, parasse tibi episcopale pulmentum. Ille vero velut leena quam exagitat fames, iam dudum satellites torvis oculis intuens respondit: Aliud tempus est dum sumitur esca, nunc aliud negocium agitur. Sed tamen inquit opus est secreto colloquii mecum loco. Tunc presul nescius futurorum ducit eum in cubile suum. Non aliter videres, ac si innocens agnus rabidum lupum duceret in stabulum, sponte seipsum offerens ad mactandum. Ubi autem lectum intravit, videt Iaromir formaticum semesum, et serpilli particula et cepe super scutella, ac tostam panis buccellam que forte superaverant presuli post hesternam genuculam, tamquam magna et morte digna inventa sit culpa, nimis indignatus ait: Cur vivis parce? At tu parcis o miser et mendice? Me hercle non decet episcopum vivere parce. Quid tum? O oblite sacri ordinis, oblite fraternitatis, immemor humanitatis, ceu leopardus lepusculum aut leo agniculum rapit, ita ille furibundus hospes ambabus manibus per capillos fratrem suum episcopellum alte sustulit, et ut manipulum precipit in pavimentum. Repente qui ad hoc facinus parati erant, alii super collum sedent, alii super pedes. Cuius dum flagellat episcopum subridens aiebat: Disce parce puer centum annorum invasor alienarum ovium. Humilis ac monachus dum vapulat, sicut in claustro solitus erat, miserere mei deus cantat. Talia cernentium magnus erat risus plaususque maligno, quem nullus risit non quum iam tale agere vidit. Et veluti si quando miles acer noctu hostium castra irrumpit audacter, et eos invadit dormientes hostiliter ac ne capiatur ab eis aufugit celeriter, ita presul Iaromir fratre dedecorato et felle superbie satis vulnerato, relicta civitate it in curtem suam ad quam olim condixerat ire. Hec fuit prima causa et fomes atque initium totius discordie que post inter duas columnas ecclesie orta est huius ex occasione calumnie. Nam presul Iohannes tanta suscepta iniuria, mox dirigit nuncium suum sollicitans ducem Wratizlaum tali querimonia: Si contumelia mihi a fratre tuo Gebehardo inhumaniter illata, ad animum spectat, fac periculum ut omnes sciant non meam hanc esse sed tuam iniuriam. Quid enim ego deliqui, aut quid merui, qui nichil nisi quod placuit tibi feci? Et ecce ego licet indignus tamen dicor tua gratia episcopus, flagellis cesus per contumeliam usque ad fastidium, mallem numquam attigisse pontificale fastigium. Certe aut meum abbatem redde quem sus tardi, aut meum equaminus hanc contumeliam comportando divide, et me aut nuncium meum ad apostolicam sedem dirige. His auditis dux Wratizlaus zelo accenditur magno, nec se continet a lacrimis in dis crimine rerum tanto. Mox mittit militem legatum pro Iohanne episcopo, ut sine vite sue dispendio possit adesse ducis in colloquio, timuit enim dux ne frater suus Iaromir per insidias tolleret eum de medio. Fuit autem in capella Iohannis episcopi clericus nomine Aibinus, vir rethorice philosophie domestice, tullianeque eloquentie alumnus. Hunc dux seorsum vocat, et multis promissis obligat, atque multa super fratre suo Gebehardo multa super illata iniuria Iohanni episcopo, multa super statu ecclesiastico seperans parte et dictis, ut ea referat apostolico commendat. Qui cum iter ageret transiens per Ratisponam sinistro omine hospitatur apud quendam civem nomine Kamboldum, qui fuit miles Iaromir episcopi, huius annuatim ab eo beneficium XXXta marcas argenti. Hic post vina inter pocula ut solet hospes ab hospite, inquirens quis aut unde esset, vel que causa sit itineris, calliditate ab eo inter investigat. Et recognovit quod adversus presulem Iaromir agere legationem, non vult hanc deferri contra dominum suum delationem, et mittit post illum altera die latrunculos ut aliqua molestia impedirent iter eius inventione. Qui comprehendentes eum in via spoliant censu, detruncant naso, et nisi revertatur ab actis, iugulo gladius morte minantur. Qui tamen nec sic quis ipse auctore vita, reversus est ad presulem suum in Moraviam. Mox ex magna maior crevit indignatio ducis, et iterum decernit Romam legatos, sed cautiori consilio et tutiori itineris subsidio. Erat enim ducis in capella quidam Petrus presbiter patre genitus Podiva, pollens sancti Georgii prepositus, tam et ceteros precellens scientie litteratura, atque utramque linguam sciens, scilicet theutonicam simul et romanam. Hunc dux cum comite nomine Preda filio Bys, non sine grandi pecunia Romam dirigit, primas et novissimas a fratre suo et episcopo Iohanni illatas iniurias litterali compendio inclusas, insinuans eis quo eas ad apostolici aures deferant. Qui ut tutius iter agere possent, committit eos Romano unius pa latino comiti nomine Rapote, rogans cum nimio supplicatu, quatinus suos legatos usque Romam et redeuntes tuto iubet conducatum. Nam tante potestatis hic comes erat, quod usque Romam per continua loca per proprias villas sive predia et per castella milites sibi devotos habebat, qui et ex parte ducis predicti CL marcas argenti annuatim pro beneficio accipiebat. Cuius per conductum cum venissent Romam legati, offerunt apostolico litteras cum XX marcis debitas. Quas cum a notario coram omnibus recitante, interrogat Romanus pontifex eos si verbis probant quod litteris sonant. Aiunt legati: Valde inconveniens fore aliud litteris, aliud ut proferamus ore. Tunc is qui post papam sedis erat sessione, consulens omnes, quid dominus senatus in concione iudicat tale scandalum ab ecclesia extirpandum apostolica iussione. Mox dirigitur in Boemiam Rodolfus apocrisiarius et consiliarius Gregorii pape, qui si ita res se habeat uti summo pontifici relata fuerat, inter ipsius errata corrigat, inobedientes arguat, infideles increpet, negligentes anathemate feriat, et si qui sint eiusmodi exorbitant correctionis, ita differat et compellat ad maiorem audientiam apostolice sedis. Quo cum pervenisset missus apostolici, invenit ducem Wratizlaum in urbe Praga, cui offerens apostolicam benedictionem et universalis patris ad optatam filiationem, tanta auctoritate usus est et potestate, ac si idem summus pontifex ipse presens fuisset. Denique iussit ducem ut omnes principes terre simul et abbates ac prepositos ecclesiarum nec non et Iohannem episcopum Moraviensem ad synodum convocaret sanctam. Ad quam presul Iaromir semel et bis ex nomine vocatus renuit venire, et ad ultimum tale fertur dedisse responsum: Iuxta canonum scita, salva pontificali dignitate, non ubi affuerit meus magister Maguntinus et iustitia ad causam non venio placitandam. Sciebat enim quod tunc metropolita et aliorum coepiscoporum presens frequentia.
Sciebat enim quod (?) Videns autem ibi incideret in laqueum et in retributiones et in scandalum, Videns autem Romanus missus se esse despectum et dehonestatum, ita mox suspendit eum ab omni officio sacerdotali et dignitate privat episcopali. Quod audientes non solum canonici verum et per capellas clerici omnes sedere sua oraria et denudavere uti in parasceve altaria matris ecclesie sulcata fronte ruga non modica, quia silent sacerdotalia officia. Erat enim pastori suo restitutor pristinus honor et gradus, tot clerus maluit in perpetuum suos amittere gradus. Videns autem cardinalis magnum tumultum in populo fieri, necessitate compulsus reddidit episcopo tamen interim sacerdotale officium. Et tamen utrique episcopo eodem anno dei precepit, et constringit ambos ut veniant in ducis causis reddat rationem pontifici Romano.
Nec mora proficiscuntur predicti episcopi Romam, et offerunt apostolico suarum litterarum formam, quibus recitatis, nec admissa nec repulsa nec discussa eorum causa, iussi sunt ire ad hospicia sua, quoadusque revocarentur ad generalem synodum die constituta. His eisdem diebus venerat Romam Mahtildis potentissima domina que post obitum patris sui Bonifacii totius Longobardie simul et Burgundie suscepit regni gubernacula, habens potestatem eligendi et inthronizandi supra ducentos et XX super episcopos. Huic quasi proprie domine ancille omnis senatorius ordo parebat, et ipse Gregorius papa per eam divina et humana negocia disponebat, quia erat sapientissima consiliatrix, et in omnibus adversitatibus sive necessitatibus Romane partis maxima fautrix. Cui de genealogia materno sanguine presul Iaromir descendens dux affinitatis, Quo ipse se referente recognovit predicta domina quod suus esset consanguineus, cepit eum valde honorare et domino apostolico commendare, ac quasi fratrem suum prout potuit honorifice tractare. Et certe presul Iaromir nomen bonum et honorem cum gradu amisisset, si hic Rome non affuisset. Qua interveniente et multis apostolicum precibus fatigante, facta est pax inter predictos episcopos ea ratione ut in pace quieti et propriis episcopatibus contenti vivant, sed post X annos iterum ad apostolicam sedem hac de eadem causa iudicium accepturi redeant. Et ita per Gregorium papam agente Mahtilda restitutus est presul Iaromir in pristinum gradum et honorem. Anno dominice incarnationis MLXXIIII sole intrante XV partem virginis adhuc et hoc efficiente Mahtilda domnus papa legatis Boemorum tradidit apices litterarum in quibus mandat et precipit duci ut fratrem suum honorifice suscipiat et ei quasi patri suo et pastori per omnia obediat, atque in pace cum dei benedictione vivant.

Sed qui incidit nobis mentio de Mahtilda, unum quod fecit femina viriliter breviter referam, ne lectori fastidium inferam. Igitur cum predicta puella femina existens inter multa bella patris sui post mortem eius ducens celibem vitam nimis amplum Longobardie regeret regnum, visum est principibus terre et comitibus atque episcopis ut eam persuaderent quatinus sibi acciperet virum, ne sine herede regalis celsitudo simul cum prole deficeret. Que acquiescens eorum consiliis misit ad ducem Suevie nomine Welphonem litteras, multa paucis continentes verbis: Non ego feminea levitate aut temeritate, sed totius regni mei pro commoditate dirigo tibi has litteras, quas cum accipis me accipe, et totius regnum Longobardie. Dabo tibi tot civitates, tot castella, tot palacia inclita, aurum et argentum nimis infinitum, super omnia hec habebis nomen preclarum, si te facies mihi carum. Nec tamen me notes audacitatis elogio, quod nunc aggredior te prior alloquio. Licet enim tam virili quam femineo sexui legittimum appetere coniugium. Nec differt utrum vir an femina primam amoris lineam tangat tantummodo indissolubile contingat connubium. Quod aliter non fit nisi utrorumque per consensum. Vale. Quid autem ad hec dux Welpho responderit, aut qua ratione ei consenserit, aut quanta multa armata domina Mahtildis ad suscipiendum ducem in fines Longobardie premiserit, aut quam honorifice ipsa eum susceperit, vel quanto apparatu convivium fecerit, si quis scire velit, prius lux diurna deficeret quam hec omnia perlegeret. Cedat rex Assuerus cum suis apparatibus quos suis militibus fecit magnificum per CXX dies convivium. Cesset regina Saba ammirari mensam et cibos regios Salomonis. Nam quod illic totum, centesima pars maior fuit toto. Quid multa? Nox aderat cubiculum intrant, super alta strata gemini se locant, dux Welpho sine venere cum Mahtilda virgine. Ubi inter alia et post talia inter tales quales fiunt, dux Welpho ait: O domina quid est voluisti? quare me vocasti, ut risum de me faceres, et me in sibilum populis et in commotionem capitis poneres? Plus te confundis si me confundere sinis. Certe aut tuo iussu aut per tuas pedissequas aliquod maleficium vel in tuis vestimentis vel in lectisterniis latet. Crede mihi si frigide nature fuissem, ad tuam voluntatem numquam venissem. Hec cum prima et secunda nocte dux obiceret domine, tertia die sola solum ducit in cubiculum, ponit in medio tripodas, et desuper mensale locat tabulam, et exhibuit se sicut ab utero matris nudam, et inquit: En quecumque latent vel omnia patent, nec est ubi aliquod maleficium lateat. At ille stabat auribus demissis ut iniquè in tuas asellus aut carnifex qui longum acuens machera stat in macello super pinguem vaccam excoriatam, cupiens exenterare eam. Postquam vero diu sedit mulier super tabulam, et velut anser cum facit sibi nidum, huc et illuc vertens caudam frustra, tandem indignata surgit femina nuda, et apprehendit manu sinistra anticipitem semivirum atque in dexteram palmam dat ei magnam alapam, et extrusit eum foras dicens: Procul hinc monstrum regnum ne polluas nostrum. Vilior es galba, pirata vilior alga. Si mihi visus eris cras morte mala morieris. Taliter confusus dux Welpho fugit, et reportat omnibus suis confusionem in sempiternum.

Hec sufficiat breviter dixisse que utinam non dixissem.

Factum est autem postquam presul Gebehardus reverteretur ab urbe Roma, pueri sui qui que erant sui clientes, de reditu eius valde gratulantes, occurrunt ei obviam sub ipso exitu silve. Quibus in iocunditate dum refert que gesta fuerint Rome et qualiter sit frater ope Mahtilde domine, unum eorum quem pre ceteris diligebat nomine Belec alludens ait: Vide quod tibi barbam reporto, et pro vulneris ea manu. Certe dux est cesare digna. At ille placet inquit omne quod tu laudas 299. domine, sed plus laudare si animum mutatum cum barba reportares. Que o si mutasses post hec in pace fuisses.

Hoc tantum cupio quod eodem anno nobis adhuc positis in scolis contigit audire et videre. Quadam quoque die dum psalmiculos ruminarem stans in cripta sanctorum martirum Cosme et Damiani, venit quidam vir portans cereum et filum argenteum quo secundum iussum visionis mensuratus erat sui corporis artus. Et accedens ad me inquit: Indica michi bone puer ubi iacet sanctus Radim sancti Adalberti frater. At quem ego dixi: Quem tu dicis sanctum adhuc non est per apostolicum mandatum. Et ille talia ego inquit mihi at adhuc missam est ut pro defunctis celebrari. Et ille talia ego inquit nescio, sed unum scio quia cum comes Krakow in urbe per tres annos positus in subterraneo carcere in quo una fenestrula desuper erat quam pane raro et aquam porrigebant. Hec in angustia dum vita mea versabatur, quadam die astitit vir coram me, cuius vestes erant sicut nix albe et facies eius ut sol fulgebat, catenas mea et statim fui in extasi et quasi de somno gravi evigilans ante urbem stare me sensi. Et qui mihi in carcere apparuit, stans iuxta me dixit: Perge Pragam ne timeas quicquam, et intrans sancti Viti ecclesiam in cripta sanctorum martirum Cosme et Damiani offer munus tuum ad meam tumbam. Ego sum Radim sancti Adalberti frater. Hec mihi dixit et statim ab oculis meis evanuit. Ecce isti crines et vultus mei macies testantur, quia vera sunt que referunt. Preterea sepe in eadem cripta vident visiones custodes ecclesie dum visitant candelam que ibi accenditur nocte.

Non est pretereundum censeo quod dux Wratizlaus et sui fratres Conradus atque Otto contra orientalem marchionem Lupoldum filium Luch commisere bellum. Sed primo videndum est unde orta sit tante inimicicie inter Lupoldum et Conradum discordia. Nam antea semper fuerant amici ad invicem. Cum enim utraque terra Moravia et Austria non silva non montes non alia obstacula dirimant, sed provinciarum terminos rivulus nomine Dyia fluens per plana loca vix eas disterminat. Semper noctibus mali homines alternatim latrinantes pecora diripientes villas vastantes excursusque proprio predas sibi faciebant. Et sic sepe parvula scintilla magnum excitat ignem, ita isti de quibus diximus domini quia noluerunt ex his minoris rebus ad magnam sunt de nocivum extinguere fomitem. Nam cum frequenter Conradus ad marchionem huiusmodi nuntium premissent, ut de compescenda mitteret sedicione, et ille tumido fastu despiceret eius verba, supplex adiit fratrem suum W. ducem Boemorum, rogans cum eo et in auxilium contra superbiam Theutonicorum. Qui suis quidem non diffidens viribus tamen Ratisponensis episcopi unam scaram ex electis militibus precio conducit sibi in auxilium. Nec celat marchione dux adventum suum, sed mittens unum de satrapis suis per archisatrapam longius ei mandat ut sibi paret grande convivium, sequi ipsum

pollicetur Alexandri acies ceu venire lusum. At hic marchio efficit leones et a subulcone usque ad bubulcum armatos in genera specie ferri, a subula usque ad stimulum vomeris iubet paratos esse ad bellum. Venerat dux Wratizlaus cum Boemis simul et Teutonicis, qui erant presulis Ratisponensis. Astabat de parte altera Conradus, adiungitur se cum suis omnibus, qui fere in media mora mansitabant. Quos ut vidit marchio longe in plano occurrere campo per ordinatos manipulos, suos lignei in modum cunei, et corroborat animos eorum huiusmodi monitis alloquens: O milites, quorum vires per multas satis experte sunt fortune pugnas, ne timeatis has illas fugitivas umbras, de quibus valde doleo quod eis patet campus in ... Ante videtis fugam, scio enim quia non audent nobiscum committere pugnam. Quam illos arguit inertia virium, quos timor compulit in unum globum. Nulla species ibi apparet armorum, oves sunt et esca luporum. Irruite in greges ovium, fratres, o lupi rapaces, et catuli leonum feroces, ... bellum usura et eripite corpora que stant sine sanguine prius casura quam bella ... O infortunate quietas hodie atque ... viros et ... officinas ad suscipiendas Boemorum animas. ... Scio et quod deo et sanctis ei sunt odibiles sine misericordia hostes, qui ad hanc terram ... uxores vestras et caram sobolem diripiant ... vita melior alienam ... contingere mori ... mors est ... dulce pro patria mori. Plura locuturus erat, sed ... brevior ... Boemorum adbreviat. Nam dux Wratizlaus ut vidit hostes non cedere ... Teutonicos dextrum in cornu. Fratrem vero suum Conradum ... et ordinat pugnare in sinistra ala. Ipse autem ubi erat conferta ferocissima hostium acies ... iubet exercitum suum descendere, et pedes pariter congressione cum adversariis decertarent. Quo dicto absque dissimulacione et clamore exhortationis dato, sic ignis in sicca stipula immissus fuerit et in momento cuncta comburit, sic adversariorum ferro conterunt atque eos prosternunt, et de tanta multitudine vix residuus fuit qui cum ipso marchione aufugeret. Sicque greges ovium laceraverunt catulos leonum, et paucis ex suis amissis Boemi de plaga orientali famosum referunt triumphum. Hac in cede occisi sunt Hran cum fratre Radim, et Gerdon filius Janek, et Dobrogost filius Hemes, et alii non adeo multi.

Anno dominice incarnationis MLXXXII. Anno dominice incarnationis MLXXXIII. Anno dominice incarnationis MLXXXIIII.

Anno dominice incarnationis MLXXXV. VIII. Kal. Ian. obiit Iuditha coniux Wladizlai ducis Polonorum, que fuit filia Wratizlai ducis Boemorum. Hec cum esset sterilis, semetipsam semper mactabat offerens vivam hostiam deo cum lacrimis, vacans elemosinis, viduis subveniebat et orphanis, aurum et argentum nimis large dispertiens per monasteria commendabat scorsum sacerdotum, ut per suffragia sanctorum, quam natura negaverat, ex divina gratia prolem obtineat. Praeterea mittit capellanum suum nomine Petrum, qui et cum vocatus est sancti Egidii ad sepulchrum et aliam munusculam attulit et fratribus suis deferat, quatenus per eorum intercessionem deus exaudiat eius petitionem. Qui mox ut domine sue implevit iussa, cum iam repatriare vellet, sic eum abbas quasi publico ore ferunt dixisse: Vade cum dei benedictione et dic tue domine, spe indubitata et nichil infide haesitans, quia concipies et paries filium. Nullus est enim qui non obtineat quod sanctum Egidium fideliter petierit. Sed timeo ne forte deum offendam, cum contra fata precibus eum fatigant. Hoc ipse promeruit huius nostri patroni tum nunquam petentibus annuerat et vaticinaverat. Quod cum domine sue retulisset, tempore suo concepit, et postquam peperit filium, tertia die obiit in primo gallicantu supradicte notate diei. Filius autem eius postea in baptismate nomine sui Bolezlaus est vocatus.

Anno dominice incarnationis MLXXXVI. Iubente et presente Romanorum imperatore tercio Henrico augusto celebrata est synodus magna in urbe Magontia. Ubi quatuor archiepiscopi et XII presules, quorum nomina post dicebimus, simul cum abbatibus monasteriorum et ceteris fidelibus residentes, plurima decreta super statu sancte ecclesie scripta roboraverunt. Ibique convenientes de cesare omnibus sui regni optimatibus, ducibus, marchionibus, satrapis, episcopis assentientibus et collaudantibus, ducem Boemorum Wratizlaum tam Boemie quam Polonie prefecit, et imponens capiti eius manu sua regalem circulum iussit archiepiscopum Treverensem nomine Egilbertum ut eum in sede sua metropoli Praga in regem ungat et diadema capiti eius imponat. In eodem concilio Pragensis presul Iaromir scripta sua antique querimonie representat de Moraviensi episcopo Iohanne supra memorato, qui quis eodem anno iam ab hoc seculo migrantem tam valde penitens insurrexit presul predictus et agens primos pulsat aures cesaris, ne iterum in eodem loco alius subrogetur episcopus. Replicat coram omnibus privilegium olim a sancto Adalberto episcopo suo antecessore confirmatum tam a papa Benedicto quam a primo Ottone imperatore. Ad cuius iustam querimoniam imperator motus precibus ducis Wratizlai fratris eiusdem presulis Iaromir et consilio archiepiscopi Maguntini Wecelonis et aliorum bonorum, qui iustitie favebant, novum antiquo fere eiusdem tenoris addidit privilegium et sigillo imperiali confirmat, ut in sequentibus patebit. Cuius privilegii formam sic ut optimam nostro inseram, non superfluum fore estimavi. Continet enim aut hec aut huiusmodi textum. In nomine sancte et individue trinitatis. Henricus tercius divina favente clementia Romanorum imperator augustus. Regio nomini et imperatorie dignitati congruere novimus, ut ecclesiarum dei utilitatibus ubique oportunitatibus, dampna et iniurias earum, quecumque necesse fuerit, propulsemus. Quapropter universis dei utriusque regni fidelibus tam futuris quam presentibus notum esse volumus, qualiter fidelis noster Pragensis episcopus Iaromir sepe cum fratribus suis et coepiscopis ceterisque principibus nostris ac novissime nobis conquestus est, quod Pragensis episcopatus, qui ab initio per totum Boemie ac Moravie ducatum unus et integer constitit et tam a papa Benedicto quam a primo Ottone imperatore sic confirmatus est, postea antecessorum suorum consensu sola dominantium potestate subintronizato intra terminos eius novo episcopo divisus est et imminutus. Qui cum Maguntie coram legatis apostolice sedis presentibus nobis ac plerisque regni nostri optimatibus eandem querimoniam ventilasset, ab archiepiscopis Wecelone Maguntino, Sigevino Coloniensi, Egilberto Treverensi, Liemaro Bremensi, ab episcopis quoque Eberhardo Virdunensi, Conrado Traiectensi, Odalrico Eistetensi, Ottone Ratisponensi, cum assensu laicorum ducis Boemorum Wratizlai et fratris eius Conradi, ducis Friderici, ducis Liutoldi, palatini comitis Rapote et omnium qui ibidem convenerant, primitiva illa parrochia cum omni terminorum suorum ambitu Pragensi sedi est adiudicata. Termini autem eius occidentem versus hii sunt: Tugast, que tendit ad medium fluminis Chub, Zelza et Lusetia et Dasena, Liutomirici, Lemuzi, usque ad mediam silvam qua Boemia limitatur. Deinde ad aquilonem hii sunt termini: Psouane, Chrouati et altera Chrouati, Zlasane, Trebouane, Poborane, Dedosese usque ad mediam silvam qua Milcianorum occurrunt termini. Inde ad orientem hos fluvios habet terminos: Bug scilicet et Ztir cum Cracoua civitate provinciaque cui Wag nomen est cum omnibus regionibus ad predictam urbem pertinentibus, que Cracoua est. Inde Ungarorum limitibus additis usque ad montes quibus nomen est Tritri dilatata procedit. Deinde in ea parte que meridiem respicit, addita regione Moravia usque ad fluvium cui nomen est Wag, et ad mediam silvam cui nomen est Mure, et eiusdem montis eadem parrochia tendit qua Bavaria limitatur. Mediantibus itaque nobis et communium principum aspirante suffragio, pactum est ut dux Boemie Wratizlaus et frater eius Conradus supradicto Pragensi episcopo fratri suo parrochiam iudiciario ordine requisitam ex integro reconsiderent et redderent. Proinde nos rogatu eiusdem episcopi rationabiliter inducti Pragensis episcopatus redintegratione nostre imperialis auctoritatis edicto illi et successoribus eius confirmamus et stabilimus inviolabiliter decernentes, ut nulla post hac cuiuslibet conditionis persona

vel ulla societas hominum Pragensi ecclesie quicquam sui iuris in prenotatis terminis alienare presumat. Cuius redintegrationis et confirmationis auctoritas ut omni evo stabilis et inconvulsa permaneat, hanc cartam inde conscribi, quam sicut infra apparet manu propria laborantes impressione sigilli nostri iussimus insigniri. Data III. Kal. Mai. Anno dominice incarnationis MLXXXVI. Indictione VIIII. Anno autem domini Henrici regni quidem XXXII, imperii vero II.

Signum domini Henrici tercii Romanorum imperatoris augusti. Ego vero ipsum cesarem suis manibus annotante in privilegio Pragensis episcopatus. Similiter eodem anno Henrico imperatore demandante et Maguntino archiepiscopo Wecelone intimante per legatos apostolici qui eidem interfuere concilio, dominus papa secundum terminos predictos suo privilegio corroborat Pragensem episcopatum, id efflagitante et suggerente Iaromir episcopo per suum capellanum nomine Albinum, quem cum legatis apostolici ex Magontia hac de eadem causa miserat Romam. Eodem anno V. Id. Iunii obiit Otto dux Moravie, frater Wratizlai ducis Boemie. Iussu Egilberti Treverensis archiepiscopi missis obtemperans imperatoris, adveniens metropolim Pragam XVII. Kal. Iulii inter sacra missarum sollempnia regalibus fascibus indutum unxit in regem Wratizlaum et imposuit diadema super caput eius ipsius quoque eius coniugis Zuatave cyclade regia amicte, clericis et universis satrapis ter acclamantibus: Wratizlao regi Boemico et Polonico, magnifico et pacifico, a deo coronato, vita, salus et victoria. Post hec tertia die archipresul secundum regiam magnificentiam in immenso pondere auri et argenti ditatus, et ceteris xeniis ac muneribus donatus, magno cum honore letus ad propria remeat.

Anno dominice incarnationis MLXXXVII. Rex Wratizlaus collecto exercitu intrat Zribiam, quam olim imperator Henricus in perpetuum sibi habendam tradiderat. Et dum quoddam castellum nomine Guozdec prope urbem Missen reedificat, aliis insistentibus operi, mittit duas scaras ex electis militibus cum filio suo Bracizlao ultum ire olim sibi illatam iniuriam. Nam quodam retro dierum tempore dum rediret imperatoris de curte, casu contigit in quadam villa nomine Kylep valde magna eum pernoctare, ubi nocturna orta seditione inter suos et cives, occisi sunt a villanis duo fratres primi inter primates huius patrie, immanes columne, virtutum clari lumine, Nacerat et Bzenata filii Cazi comitis. Mox secundum regis iussum qui missi fuerant festinantes die et nocte, tertia luce summo diluculo invadunt cum magno impetu predictam villam et diripiunt omnia bona illorum, ipsos quoque et uxores eorum usque ad corrigiam calciamenti spoliant, et funditus edificia subvertunt igne comburentes, atque equis et pecoribus simul abductis, illesi iam tenuerunt iter. Facta autem meridie, dum invenirent quendam fluminis filii hortum nactique amena loca fluminis, iussit cum preda scutarios precedere, viros autem bello fortiores secum inibi prandium sumere. Et quia magna erat estas, filius ducis nimio calore exestuans, dum post prandium in aqua paulisper refrigeraretur natans, venit ad eum Alexius comes ita mandans: Non hic ait in Wltaua aut in Ogra natas, tolle moras fortium, portas virorum gaudes(?). At hic inveniens quod satis calidus est, inquiens: Iuvenibus audaci morte semper trepidare, et quis sit iam inminentia plus tamen quam iuvenis timere facta. Quod cum relatum esset Alexio, dixisse fertur: ... ut verba nostra, rebus affectus est, et inevitabilis fortune occasio, ubi iuvenes indicant verum senes, an ipsi magis facta timeant. Dum hec loquerentur predictus comes, ecce plusquam XX apparent equites, missi a Saxonibus ut eos provocarent cum bello, sic mustela hostem suum aspidem strangulare volens provocat in umbra caude sue de antro. Quos ut viderunt nostrates, inconsulti homines, plus audaces quam perspicaces, Alexio nimium resistente et prohibente eos ac revocante, ruunt insidia facta persequentes inimicos. Nam stat ferrea legio Saxonum prosiliens ex insidiis, et nec unus quidem persecutorum sit hostes evasit ... Cumque hii qui remanserant in castris viderent in celum ascendere quasi procul nubes globum pulveris, et licet repentini et subitanei casus et fortissimos animos in bello conturbare soleant, tamen arma quantocius corripiunt, hostes viriliter excipiunt, pugna summa vi conseritur. Fragor armorum et clamor virorum usque ad nubes exoritur, hastilia in primo congressu franguntur, res gladiis agitur, donec deo opem ferente Saxones vertunt se in fugam, nostrates habuere victoriam, sed minus cruentam. Quamvis soli ordinis milites cum preda iam precesserant, in hac pugna soli tantum nobiles interierunt: Alexius, Racbor gener suus, Bianis cum fratre Zlaua et alii quam plurimi. Preda comes amisso pede vix morte evasit. Filius vero ducis vulneratus est sub dextro pollice, et nisi capulus ensis, quem manu tenuit, ictum obstruxisset, ex toto manum amisisset. Acta est autem hec strages VI. Non. Iulii.

Anno dominice incarnationis MLXXXVIII. His temporibus hec acta quibus referuntur quidam miles erat qui Beneda nomen habebat, magnanimus iuvenis, prestanti corpore talis Hector erat, qualis pulcher Turnus in armis. Ex Iuditha natus, cui primus Cah fuit avus. Nescio quo deterre offenso quoque rege Wratizlao fugiens in Poloniam factus est miles domine Iudithe coniugis ducis Wladizlai. Itaque duobus annis evolutis remeans de Polonia adiit Wigbertum generum regis, ut per eius suffragia pristina dignitate posset redire in gratiam. Sed quia hic Wigbertus vir erat in rebus valde discretus, nolens ut in aliquo socerum suum offenderet, dat ei consilium monens ut iret apud Misnensem episcopum nomine Bennonem, cum maneret et eum sibi simulet intercessorem pararet. Interea contigit ut iterum rex Wratizlaus Zribiam cum suo exercitu intraret, quod predictum castrum Guozdec in alium firmiorem locum transferret. Et ut cognovit rex quod Beneda in urbe Missen esset, mittit pro eo, quod venirat ad eum sub fidei pacto. Quem statim rex venientem videns qualiter cum dolo caperet cogitare cepit. Ubi post multa verba prius hinc inde dicta, et quadam convenientia ficta, accepit eum fraudulenter rex manu dextra et ducit seorsum extra castra, quasi ibi secreta locuturus. Tunc videns capulum et caput ensis aureum quo erat miles precinctus, inter talia querit ab eo quantum valeat gladius suus. Et ille: Molam inquit si ponas super galeam, utramque simul et caput atque corpus usque ad femur in uno ictu hoc ense dimidiabo. Miratur rex dolo et laudat ensem atque rogat ut eum sibi ostendat. At ille nichil mali suspicans, dat regis in manum exemptum de vagina gladium. Quem rex arripiens et manu vibrans, quid inquit ais nunc o fili mulieris ultro virum appetentis? Et Zstiatan camerario qui solus erat cum eo, homo peior pessimo, Vzo Vzeborie ait: Rape hunc, rape sublime, et liga quadrupede. Sed quia semper in audaces audacia non est tuta, audax miles mox arripiens de femore camerarii pugiunculum ense percutit lumbos eius per medium, quod calcitravit humi iacuit semivivus. Nec fugit miles acer quamvis aufugere potuisset, sed velud Herculea terribilis hydra assiliens et resiliens ter ultro regem paulisper vulneravit ense, ipse tamen nullum dextera ducis excepit ictum, donec ad clamorem de castris ruunt. Et tamquam si primus preceptum adulatum, et tamquam silvaticum porcum super se ruentem in lato excepit venabulo multis. Tunc rex quasi immortuo posset ulcisci, iussit eum quamvis adeunda per pedes ligari, et sic huc et illuc per tribulos trahi.

Anno dominice incarnationis MLXXXVIIII. Anno dominice incarnationis MXC. Antiquus ille chelidrus humani generis inimicus, qui numquam dormitat sed semper quietos inquietat, non tulit ulterius pacatos vivere fratres, scilicet Wratizlaum et presulem Iaromir. Hunc vexat inani gloria et ambitione, illum exagitat arrogantia et tumido fastu

supplex, tantum ut vice illo huic cederet, ne hic illum exsuperare quiret. Iste non vult fratrem habere parem, ille non vult minor fratre haberi. Iste vult preesse, ille non vult sub esse. Iste vult quasi rex dominari et precellere, ille non vult iussis suis obtemperare, sed soli imperatori prestare suum servicium, a quo acceperat episcopium. Qui tamen utrimque animositate inter se aliquando dissidebant, ut sequentibus festis diebus rex episcopum non haberet qui sibi coronam imponeret. Hac necessitate simul et ambitione rex compulsus, non ratione sed sola dominatione, ceterum subinthronizat ac capellanum suum Wecelonem in territorio moraviensi episcopum. Quo in facto palam se fecit notabilem, non solum spreuisse quod ipse coram imperatore et clericis collaudaverat unum fore utique episcopatum, verum et pape decretum violasse privilegium, quod eiusdem unionem episcopii roboraverat. Hanc iniuriam ut appellaret et apostolico illatam ecclesie iniusticiam, presul Iaromir iturus erat Romam, sed consilio cum suis familiaribus inito prius adiit antiquum amicum Wladizlaum regem pannonicum, et pacem faciens ei sue damnum postulat ab eo ad Romanum iter auxilium. Infaustus heu factum sibi iter supremum quidem. Nam prima die qua regem adiit, nimia corporis incidit molestia. Et quia prope urbe erat Strigoniam, illuc mittitur cum nave navigio, committens curam eius illius urbis episcopo. Proh dolor heu quales sex lucibus ipse dolores, impeditur lacrimis nec possum pandere verbis. Septima die iam adventu pascente, Sol ubi senas quater tangit luce kalendas, Gemma sacerdotum cunctorum lux boemorum, Dignitate preclarus pius antistes Gebhardus, Vivat ut in Christo mundo migravit ab isto. Moribus et vita de cuius dicere multa, Fert animus, non sed desere in preceptis [illegible] sensus. Pauca tamen fari libet hic que vidimus ipsi. Tempore quadragesimali talis mos erat suus, semper cilicium habens sub veste, desuper veste episcopali induebatur, diebus pascere humanos obtutus, noctibus in sacco vestitus, latenter ecclesiam ingressus, et super pavimentum humi prostratus tamdiu perseverat in precibus, quoadusque largo ymbre lacrimarum madida fuit tota madida humus. Inde consurgens ad agapem faciendum, et priusquam inciperet psalmos, quosque ante ostium invenit miseros, bonis operis propria supplet copia. Finito psalterio idem facit. Post matutinas autem xl pauperes quadragenos, et totidem allecia, sive alicuius eduli partes dividit inter pauperes. Quarta autem vice iam ad propinquante luce, ad numerum apostolorum lavans pedes xii peregrinorum, dividit his fortunas bis senas denariorum. Quibus ad horam prandii in abdita stuba tecta positis, habunde ipse necessaria apponit, et dextera sua cibum et potum eis benedicit. Deinde ad publicam mensam vadit, et similiter xl ego (?) et potu eis pascit. Similiter ad sedem suam Prage constituit cotidie xl pauperes pascendos, et his in anno vestiendos a coriigia calcei usque ad mastigia pilei. Tamen nullos adventantes hospites et pauperes clericos nimis dapilibus?... oblegabat, ut pro totam xl secum manentes tam prius quam pro defunctis psalteria legant. Ad singula quoque missarum sollempnia, quecumque in capella quaque die fuerint celebrata, trina dari fecit numismata denariorum. Omnibus autem diebus dominicis xii nummos, festis vero apostolicis et in aliis maioribus solempnitatibus octo offerre super pixidem sanctarum reliquiarum argenteos. Quamque fuerit largus sic te delectat o prudens scire lector, pelliciam episcopalem nunquam integrum per annum portabat, sed unam hyemale in pascha, alteram estivale in festo sancti Wencezlai suis capellanis donat. Sic et in ceteris donativis largum fuisse sciatis.

Post cuius obitum Anno dominice incarnationis MXCI. IIII. non. marcii Cosmas electus est in episcopum tam a rege Wratizlao quam omni clero ac populo boemorum, tercio Heinrico imperatore augusto, sed in Longobardia hisdem temporibus imperialia tractante negocia. Eodem anno XV kalendas maii, in VI feria in secunda ebdomada pasche combustum est monasterium sanctorum martirum Viti Wenceslai atque Adalberti in urbe Praga. Eodem anno rex Wratizlaus valde iratus est contra fratrem suum Conradum, quia ipse non immemor mutue dilectionis favebat parti filiorum fratris sui Ottonis, Zuatopluk videlicet et Otik, quibus expulsis de paterna hereditate filio suo Bolezlao rex urbem Olomuc et alias civitates tradiderat. Ubi non longo post tempore in predicta urbe in matura puericie etate mortuus est, IIII idus augusti. Et quamvis illi tres fratres scilicet Iaromir Otto Conradus quidem fuerint inequales, ita erant unanimes, ut per nullas posset rex divellere artes. Et sicut fertur leo pertimuisse tres iuvencos in se collatis cornibus stantes, ita nunquam ausus est rex invadere suos fratres. Postquam vero vidit solum Conradum post obitum fratrum, ex omni parte fraterno adminiculo privatum, ingressus est cum exercitu Moraviam, ut eum similiter expelleret de provincia, que sibi sorte ac funiculo hereditatis et per concessionem iure acciderat paternam. Veniunt autem ad urbem cui nomen Bruen, ubi rex circumastantibus tam primatibus disponens obsidionem per girum dum designat loca ubi quisque comes tentoria figat, Zderad villicus, sic erat homo versipellis, ex obliquo innuens regi oculis, innuit Brecizlaum inter satrapas coram patre suo stantem denotat elogio et fusius: Quid vide inquiens tuus o domine rex natus libenter est ante videre in fluminis nostri et natat? si placet tue maiestati iuxta fluvium hac ex parte urbe ne et natat: si placet tue maiestati iuxta fluvium hac ex parte urbis cum suis papiliones ponat. Hic idem dixit quod olim in partibus Saxonie cum meridie natat predicto iuvenis in flumine, hostes ex adverso irruunt, et eos invadunt ut supra retulimus. Hoc verbum nimis altum in corde iuvenis sedit, et non minus doluit quam si toxicata sagitta cor eius vulnerasset. Tristis abiit in castra, et non sumpsit cibum usque noctis ad astra. Nocte autem sub opaca, tirunculis suorum advocatis, pandit cordis sui vulnera, consulens qualiter in ullico ulcisci possit iniquo. Eadem et nocte clam mittit ad patruum suum Conradum, dedecus suum et a quo sit illatum exponens, quid opus sit facto querit ab eo consilium. At ille, si te inquit quis sis cognoscis, ignem me non minus quam te urentem extinguere noli timere, negligere laudabile non est. Noverat enim Conradus quod rex hec omnia ageret Zderad per consilium. Cumque nuncii dicta patrui Brecizlao retulissent, favent omnes et assentiunt et quasi a deo sibi datam laudant ducis sententiam, qui et ipsi eandem prius consuluerant. Quid multa? Tota nocte illa agitur quod mane peragitur. Nam lucescente die Brecizlaus mittit ad predictum villicum demandans ei ut ubi sibi placeret secretum consilium simul ineant. Qui nichil mali suspicans, accepto comite Drsimir tantum eum non soli duo procedit. Quos ut vidit a longe iuvenis, tantum a suis prosilit obviam eis, quantum iactus est lapidis. Dederat autem suis militibus signum, ut quando sua cyrotheca illius percuteret in sinum, facerent quod facere spoponderant. Ubi pauca explicans illi quibus sepe offenderat eum, quam inquit pollicitus sum, en abrenuncio tibi fidem meam. Et avertens equum proicit in faciem eius cyrothecam. Non aliter quam cum irat et leo erexit iubas, et submittens caudam nodo qui est in extremitate caude percutiens frontem suam, et stimulo qui est sub cauda sua pungens posteriora fertur in omne quod obstat, ita prosiliunt illico ex agmine ardentes et armati iuvenes, Nozizlau et frater eius Drisikray filii Lubomiri, et tercius Borsa filius Olen, atque frustra fugientem Zderad certatim hastilibus alte in aera sustollunt, et ut manipulum in terram deiciunt, et calcant equorum pedibus, et terunt atque iterum vulnerant et affigunt corpus humi telis. Tali morte sue de summitate rote fallax fortuna deiecit amicum suum Zderad V idus iunii. Comes autem Drsimir pallidus advolat in castra, et nunciat regi que fuerant facta. Solus rex meret et plorat, omnis iuventus laudant, quia ipsi aperte laudare non audeant.

Brecizla autem ab longe ultra unum monticulum separatim castra fecit, qua sua castra, quem maior pars exercitus et fortior bello est secuta. Interea coniunx Conradi nomine Wirbirk, una mulierum de numero prudentium, insciente marito suo venit in castra regis. Que cum nunciata esset regi, convocat rex proceres in consilium et iussa venire stetit coram rege. Largo perfusa faciem lacrimis, et singultibus verba interrumpentibus, tandem eluctata in vocem sic est locuta: Haud ego iam digna dici tua rex pie nurus, supplex ad genua nec non tenere manere (?) Et cecidit in faciem et adoravit regem. Que iussa surgere, stetit et ait: Nulla domine mi rex his in partibus belli invenis materiam, nulla de prelio hinc reportas victoriam, bellum plusquam civile geris. Aut si nos et nostra bona tuis militibus predam esse decernis, mitte tua vetat tela, tu fratrem tuum cui debeas esse tutela spoliabas rapina cruenta, In dominum vadit qui suos invadit.

Nam quecumque hic longe tuis militibus spolia queris habenda, ostenda tibi potiora in medio tui regni posita. Nusquam melius ditaberis, nec amplius magnificaberis quam in suburbio Pragensi et vico Wissegradensi. Ibi iudei auro et argento plenissimi, ibi ex omni gente negociatores ditissimi, ibi monetarii opulentissimi, ibi forum in quo preda habundans superhabundat tuis militibus. At si te delectat qualiter Troia arserit videre, nusquam magis Vulcanum videbis furentem, quam utraque urbe predicta videas ardentem. At quia illa mea sunt dicas, ista autem que hostiliter devastas cuius esse putas? Nonne nos et nostra tua sunt? Sin autem solummodo tua fulmina acuis in unguli tui fratris ab sit ut tale Kaym habearis, salua tua gratia. Frater tuo parcet gratia pacis et dalmaticam, ipse maluit peregrinari quam te fratricidio criminari. Quin potius accipe quem obviam te non frater sed quasi tuus servus, et protulit de sinu forcipes et fasciam ex virgulas, et si quid inquit frater in fratrem peccavit emenda, etiam autem quam tua est cum manus commenda. Dixerat, et tactum erat cor regis et movit corda principum, ut nullus se continere posset a lacrimis. Quam rex ad latus suum iubet ut sedeat, sed priusquam sederet quando quidem inquit inveni gratiam in oculis tuis, ad huc unam petitionem peto, ne confundas faciem meam quaeso. Pro magno peccato filii paululum supplicium satis est patri. Et rex, scio ait quo pergis, sed perge potius et adduc michi fratrem meum et filium a deo in osculo sancto et in vinculo pacis. Et osculatus est eam. Timuerat enim rex valde ne frater suus et filius conspirarent contra eum. Qui cum venissent per eductum domine Wirbirk ad regem, dans eis pacis osculum, rex ait ad filium suum: Filium si bene egisti nulli melius erit quam tibi. Sin autem male, peccatum tuum in foribus aderit. Post hec Brecizlaus intelligens suum patrem non ex corde sed per necessitate fecisse pacem, cum omnibus qui sua transierant in acie, recessit in partes urbis Gradec, et ibi morabatur frustra expectans incerta fortune vicissitudine. Quicumque enim secuti eum fuerant nullus ausus est proprios reuisere lares, quia regem quem offenderant valde metuebant, ne captos in vincula mitteret, aut capitali sententia dampnaret. Videns autem rex quod non posset eum ut volebat in sua ulcisci in filio, nec in eius sequacibus, convocat fratrem suum Conradum, et congregat ter maiores natu, atque corroborat nimium sacramento iuramenti, quod post suum obitum frater eius Conradus obtineat solium ac boemie ducatum. Tunc rex roboratus fratris sui consilio simul et auxilio, cepit apte machinari qualiter ulciscatur insidio. Nec latuit Brecizlaum filium eius, et sine mora congregati sunt ad eum plusquam tria milia fortium virorum, et accelerantes metati sunt castra circa Rokitnice rivuli, in crastinum parati contra regem committere prelium. Premisit autem ad patrem suum nuncium dicens, en ego iam assum, longe quem quesiturus eras. Quod facturus es post hac hodie fac. Nec pretereundum est silentio quod eadem noctis in contacta minio divina operari dignata est revelatio. Nam sicut acta hominum nostre scientie per modulo pandimus, indignum est ut ea que ipsi vidimus magnalia dei taceamus. Eadem nocte prefata, dum inter iuvenes ea que prediximus geruntur, in tempore pacis viri quidam beati sancti Wenceslai et sancti Adalberti visitant in carcere positos, et eos nimia afflictione contritos, sua solita dignatione celitus liberant. Postibus in primis carceris simul cum ianua, moxque ipsi carceris velut ferrea posteriora cum suis vectibus franguntur, nec non et compedibus in quo dampnatorum pedes crudeliter constringuntur fracti foris iacent pariter,

300. stantque dampnatorum auribus nocte pia insonuit dies. Hactenus vobis et huic parti nostra suffragia defuere, quia gracia dei indigni extitistis, ex quo bellum hoc plusquam civile inter boemiam et moraviam principes isti habuere. Sed quoniam gratia dei et misericordia et respectus est in sanctos et electos illius, nosque eo dirigimur quo ipsa respexerit, pro certo nusquam nostri presentia suffragando adesse poterit, ubi illa prius miserando non affuerit. Quare iam certe de misericordia dei exsurgite: ad eandem properate, nosque nominati sanctum Wenceslaum et sanctum Adalbertum vos absoluisse, et pacem apportasse omnibus nunciate. Qui mox quasi de gravi somno excitati, etiam vinculis absoluti, adhuc custodibus dormientibus liberi exeunt iussaque perficiunt. Hac et ipsa die aliud inter miraculum emicuit, quia ut supra scriptorum virorum revelatio retulit: Conradus frater regis pacem inter ipsum regem et filium eius composuit. Nam ante eam tamen discordabant, ut utrique ab utrimque suspecta, iste ne solio privaret, ille a patre caperetur valde invicem timerent. Sed illum partes iuvenum et maior pars procerum manu quidem promptiores et bello fortiores comitabantur, istum vero episcopus Cosmas et prepositi ecclesiarum omnisque terre magnates etateque provectiores et consilio valentiores cum omni milicia plebis favebant, et nimio affectu venerabantur.

Et profecto illa tempestas post conditam urbem Pragam pessimum facinus patratum fuisset: si non regis adventum omnes principum et populi motum sancta dignatio beatissimi Wenceslai et magna miseratio omnipotentis dei compescuisset. Quod videntes qui in castris remanserant comites, mittunt ad Brecizlaum dicentes: Sicut credulus pater tua prestat cum cordis integritatem, nos nequaquam credimus ei, quia callida eius satis novimus astucia. Plus enim eius amicicias timemus quam inimicicias. Nam velut ursus nec minimum ictum patitur inultum, ita ille nunquam cessabit a vindicta, donec omnia quibus eum offendimus usque ad unum iota vindicet in ulta. Quapropter aut nos quamvis terrarum abire dimittas, cum tua gratia, aut nobiscum ubicumque terrarum altiora queras palacia. Nulli enim magis quam tibi nostro parati sumus servire domino. Videns autem Brecizlaus quia sicut miles stipendarius suo officio caret, sic dux sine militibus nec nomen ducis habet, maluit cum eis extraneum querere panem, quam solus sine milite cum patre domestico frui pace. Nec mora congregatis omnibus tam pecoribus quam mancipiis plusquam duo milia militum cum Brecizlao duce proficiscuntur ad regem pannonicum. Quem rex Wladizlaus recognoscens cognatum suum benigne suscepit, et concessit militibus eius in habitare locum qui dicitur Banow iuxta castrum nomine Trenen, locus in medius silvis atque in montibus consitus, et nimium aptus atque opimus venationibus, victualia autem et cetera necessaria adminicula per prepositi regis ab adiacentibus subministrabantur eis regionibus. Ipsum autem Brecizlaum cum paucis secum rex habuit in deliciis aule regalis. Anno eodem rege Wratizlao disponente Cosmas electus ad pragensem ecclesiam

& andreas simulit ad olomucense sede peroducti palatini comitis
Rapote ueniunt Mantuam. & presentantur impri tercio heinrico augusto,
inchoante anno dnice incar. M. XC. II. in kl. Ian. Secda aut nonas eiusde mensis
mediante p̄dicto comite Rapota sedens in palacio Mantuano epor
atque comitu ordine n modico ex utroque latere collocato, & electis
in p̄dictis epis positis in medio. diu tacita. pulcher cesar pulchra
aperuit labia dicens. Hos frs ad nos misit nr fidelis amicus Wrat.
rex boemicus. ut scdm canonicam & aplicam institutione nra auctoritate
eor confirmemus electione. qua sine uro consensu nolumus facere diffin
tione. Tc p̄sul monasteriensis q hisdem temporib; uenerat de hiero
solimis surgit & appodians se in sua baculi anuli epales atque
reliquie sanctorum erant posite. ait. Periculosa me ualde a paucis destrui.
ct multorum sanctione e firmatu est. Multi et missum epi. multa p̄
ct multorum sanctione e firmatu est. Quidq uro p̄ui
cipes impii romani, atq; aplice sedis uice fuero legati. quido uro p̄ui
legio confirmastis. ut utq; episcopat p̄gensis simul & morauiensis sc̃e
maneat. Ad h cesar ait. Sine iu.
fuit ab initio, ita in & nunc p̄maneat
ut ee̅ meus. amicus rogat facta. De his aut postea tempore in suo dis
curam. Et sic ita desponsat eos anulis ad singulas ecclias. dans eis
pastorales uirgas. His ita p̄actis iussi st ambo epi redire Veronam
& ibi expectare donec peractis regalib; negociis. palatin comes Ra
poda tercia reduceret eos secu ad patria. Interea similiter rumor nras
omnibus attulit aures. regem Wrat. XVIII. kl. febr. migrasse ad xpm
& ei fratrem Conradum successisse in principatu. Quo statim cursore
mittit ad imperatore. & promittens ei pecunia. rogat cassari electio
ne epor. quor supra fecim mentione. Sed cesar magis consulens iusticie
q iniquitatis consentiens pecunie. quod feci inq feci. nec possum meu
mutare factu. Tristis abiit legat nomine Wielin quia n obtinuit quod
petiit. ex parte ducis. Epi uero scdm iussa cesaris morati st Verone
usq; ad initiu xlme. expectantes reditu & conductu p̄dicti comitis
Rapote. Post h aduenientes praga in ipsa die palmar suscepti a
clero & p̄plo honorifice. & ab eius duce Conradu in urbe Boleslau
iu. fr eide ebde. Quos dux ita nutatis animo benigne suscepit & ce
lebrauit cu eis pascha in urbe Wissegrad. & in ipsa pasche ebda circa
kl. april descendit maxima nix. & tantu inhorruit friges mixtu cum
glacie. quantu raro in media contigit hyeme. Gesta aut ducis n habent
plurima ad scribendu. qa post VII. mses. & dies XVII. eode anno q
suscepit ducatu VIII. id sept. cu uita amisit. cui successit iunior Brec
que adueniente in urbe praga. locis choreis p diuisa compita dispositis
ca puellaru q iuuenu modulantiu in tybiis & tympanis. & p ecclas pul
santib; campanis plebs letabunda suscepit. Ipse aut Cosmas epc cu clero
& magnifica processione suscipiens eu in porta ciuitatis an templu sce
marie deducit ad soliu. & scdm ritu hui terre ab uniusis comitib; &
satrapis e inthronizat dux iunior Brec. XVIII. kl. oct. Eode anno
facta e eclypsis sol. XII. kl. oct. uersus meridie. Cuius kl. oct. quida
pseudo epc noie R. qui ueniens in hac terra. referebat se in Vaskonia
prouincia Kauellona multis annis rexisse ecclam. Eu qm recognouit cu
fr nr Ozhel q & asin. & cu olim episcopizasse phibuit. quido de un
garia secu iter ageret hierosolima. Dux Brec & Cosmas elect
gratant cu receperunt. & diuinu officiu sup cursum episcopalit agere
p̄mittunt. Quid multa. Multas ecclias consecrat. multos iniste martio
clericos ordinat. & inoena dni sacra c xisma exorcizat. Ad quingsa
in pascha uenit clericus. nimiru sui erroris consci. & nescio qd s clam
innuit. mira res. nec dux nec elect impetrare potuit. ut salte paruo
tempore ibi stare. quin in ipsa ebda pasche cu festinatione teniss&
uia uersus saxonia. Postea u cu innotuiss& qd pseudo epc fuiss&.
mittunt unu ex laicis noie consanu in Vaskonia p que Kauellone
ecclie noie Desiderius p̄sul deplandat litteris qd illa ecclia numqm
habuiss& epm noie Rypm. Miserunt & ad papa clemente eius con
sulentes auctoritate qd sit opus facto reru in discrimine tanto. Quib; ille
remandans iussit ecclias ex integro reconsecrare. baptizatos e simate
pseudo epi n rebaptizare s; tantu confirmare. similit ordinatos n re
ordinari s; solummo int ordinandos stare ad ordinatione. & p sola
manus impositione recipe benedictione. Sicq; inflicta ab hoste uul
nera matri ecclie. cura a st antidotho iusticie. statum fidi catholice
regente papa tercio clemente. ihu xpo dno nro cu patre & spu sco regnante
p omnia scla sclor. Am. Siste gradu musa chronicis es iam facis usa.

Explicit liber secundus de cronicis boemorum.

INCIPIT. APOLOGIA.

IAM PIETATE DEI PROMISSA FAVENTE REGI.
Mo queticq; rector foro pollicitu t lector. Iam de tercio atris
tausis suo transcursis temporib; pauca ex multis commemorans.
hystoria mee narrationis usq; ad tempora ducis Brecizlai iunio
ris pduxi. Quare aut ope p̄ceum duxi. ita ab instanti ope cessa
re non e abre. Na de modernis hominib suis temporib; utili
e ut omnino taceam q loquendo ueritate. quia ueritas semp parit
odium. alicui rei i curram stipendiu. Si aut a ueritate deuians
alit q seres hnt scripserim. cu pene omnib; note sint cause. nichilo
minus adulationis & mendacii nota incidim. Siquide hui tem
poris homines uirtutib; nudi. solis laudib; gestiunt uestiri. quor
ea e maxima dementia. fauorib; uelle decorari. & q st fauore dig
na minime opari. Atq n ita erat ap ueteres. q quis dignissimi
laude fuissent. tam fugiebant quas nuderim appetunt laudes.
& q illis exstitit pudori. hiis habet honori. Hor nos si aliq
du stilo exequim acta. qa qda n st cu do facta. peul dubio offen
sa n effugiem quorda. quia adhuc sup stites st homines neophita
atq; traci. q aduocati ducis nich aliud ta p̄mpta in ore hnt q ita
dne. ali ita est dne. tu ita fac dne. At n ita olim fuit. Ille enim
dux maxime coluit q ratione iusticie ex aduso clipeum iniquitati
apposuit; & q malos consiliarios & detrahentes de malis eqtatis
uino copescunt uerbo ueritatis. Tales nc aut nulli aut pauca st
& si st dn tacent q si n st. Par itaq; est uicium aut iudicium
seu tacuisse ueritate. seu concessisse falsitatem. Vn uidet nobis
multo tutius narrare sompniu cui nemo phibet testimoniu. q p̄sen
tiu scribere gesta hominu. Quapp posteris latius explananda
eor relinquim facta. s; tamen ne ab aliq culpem preterisse in
tacta. summatim annotare curabimus pauca.

INCIP. LIB. TERCIUS

ERGONOWS DUX.

Brecizlaus iunior sco martirus scom sensim interior postq hunc d[illegible]

sedm ritum debitas obsequiis digne sci Wencezlai sui patroni in urbe
praga celebrauit natalicium. & omnib; satrapis atq; comitib; magni
ficum p tres dies exhibuit conuiuiu. ubi p̄uinciae sue quanta ualuit
quedam ad utilitate ecclie decreuit. quedam ob comoditate hui terre
instituerat. sic olim ab ipso sue etatis tyrocinio omne spe habuit in solo
do patrocinio. ita in principatu sui in exordio xpiane religionis zela succensus
nimio. omis magos & ariolos & sortilegos extrusit regni sui e medio. Si
milit & lucos siue arbores quas in multis locis colebat uulgus ignobile.
exstirpauit & igne cremauit. Item & supsticiosas institutiones quas uil
lani adhuc semipagani in pentecosten tercia siue iiii fer obseruabant. offe
rentes libamina sup fontes mactabant uictimas & demonib; immo
labant. item sepulturas que fiebant in siluis & in campis atq; scenas quas ex gen
tilitatu faciebant in biuiis & triuiis quasi ob animarum pausatione. item
& iocos p̄fanos q s sup mortuos suos inanes cientes manes. ac induti facie
larius bachando exercebant. has abhominationes & alias sacrilegas
adinuentiones dux bonus ne ultra fierent in p̄plo di exterminauit. Et qa
semp solum dm & uerum puro corde coluit & ei zelum habuit uniuersis
di amatorib; placuit.

ERAT H princeps spectabilis. dux in castris acceptabilis. miles in armis
inexpugnabilis. Hic quociescumq; polonia inuasit. semp cu magno triumpho
remeauit. Quia itaq; anno dnice incar. M. XC. III. sui u ducat primo. ita crebris
incursionib; demolit e. ut ex citra parte fluminis Odre a castro Recen usq;
ad urbe Glogou. pret solum Nemci oppidu. nullus habitaret hominu.
Nec tam cessauit ab ei uastatione donec p̄nceps polonie Wladizlaus
cu magna supplicatione preterita & p̄sentis anni tributu usq; ad unu sol
ueret obulum. Cui census h summa fuit. mille marce argenti. & LX auri.
Qui & dux idcirco ciuitates que ptinent ad p̄uincia Kladzko noie dicta.
tradens filio suo Bolezlao committit cu p manus traditione & fidi spon
sione duci Brecizlao quatinus obsequio suo auunculo a patre sibi credita cum
pace possideret p̄uincia. Ipse aut dux Wladizla dat satrapiam mag cum
olim duce Brecizlao constitutu. D. marcas argenti. & XXX. auri annuatim
s p concessa pace solueret determinato tempore. Anno dnice incar. M. XC. IIII. adhuc
imp̄atore tercio heinrico ultramontes in longobardia tractante imperialia nego
cia. indicta e generalis synodus ab uniusis epis & principib; romani imperii infra
media xlma in urbe maguncia. Ad qm dux Brecizla transmittit electos
Cosma & andrea epos. committens eos & tradens p manus palatino comiti
ia sepe dicto Rapote rogans ut eos offerat magun tino epo ordinandos.
Quo peragente & coram archiepo & uniusali synodo testimonium
phibente qd olim p imperatore in urbe Mantua corroborata sit eor electio.
omnib; suffraganeis collaudantib; ordinati st Cosmas & Andreas epi.
IIII. id. mar. ab archiepo maguntino noie Ruthardo. Eodem anno fuit mor
talitas hominu. s; maxima in theutonicis partib;. Nam referentib; p̄ dic
tis epis de maguncia dum transirent p quanda uilla noie Amberk parrochia
ecclesiam quis satis ampla que e sita extra uilla n poteruit intrare ut audirent
missam. qa totu ei pauimentum usq; ad unu punctu erat cadauere plenu. Similit
in urbe Kaker n fuit domus ubi n erant tria aut IIII. cadauera hominu. Quam
pretereuntes n longe ab urbe in medio proctaium capio.

EODE anno dux Brec. iunxit sepe quanda matrona de bauaria noie Lukarda
albti comitis duxit in uxore. Item eode anno & eode duce iubente Cosmas
epc V. kl. oct. consecrauit altare sci Viti mris. quia monasteriu adhuc n erat
p ductum ad ultima manu. Anno dnice incar. M. XC. V. Aquilonalis plaga p multas
noctes in celo apparuit rubicunda. Anno dnice incar. M. XC. VI. kl. mai. iubente
gloriosissimo duce boemor Brec. a uenerabili epo Cosma consecratu e monasteriu
scor mrm Viti Wenc. atq; Adalbti. Eode anno tanta fuit commotio. immo
diuina compunctio in p̄plo hierosolima p̄ficiscendi. ut p pauci in theutonicis
partib; & maxime in orientali francia in urbibus & uillas p manerent coloni.
Qui qm p̄pter multitudine exercitu una uia simul ire n poterant. q̄da ex eis
p hanc terra nram dum transirent. p̄mittente deo irruerunt sup iudeos. & eos
inuitos baptizabant. contradicentes u trucidabant. Videns aut Cosmas epc
contra statuta canonu hoc ita fieri. zelo iusticie ductus frustra temptauit phi
bere ne eos inuitos baptizarent. quia n habuit q ei adiuuarent. Nam
dux Brec. eo tempore cu omni exercitu suo in polonia sup ripa fluminis noie
Nizza castro eor destructo noie Byrdo. longe inferius eiusde fluminis simulit
edificabat firmissimu castru sup altum scopulu. cui nomen indidit Kamenec.
Quod aut iudei n post multos dies reiecerunt a se iugu xpi. & spreuerunt gratiam
baptismi. atq; salute fidi catholice. & iteru submiserunt colla iugo legis
mosayce. epi & platorum ecclie potest hoc ascribi neglegentie. Iamq;
condito p̄dicto castro Kamenec. prius quam inde abiret dux Brec. Mutina
filium Bosey suum collaterale & secretarium apphendens seorsum. multa
exprobrans e quib; sepe eu offenderat dixit. Ego si n dnm offendere metuere
ut meriti es. p̄fecto oculos t eruere. Sed nolo quia grande nefas e corrumpe
qd di digit opat est in homine. & p̄mittens secu duos milites tantu. abstulit
petra suo & latere amouit eu. Et mittens in boemia nuncios iussit in fiscari
substantia. Nec mora dum rediret iussit dux mane ut apphenderet Bosey
filium Cac cognatu Mutine. Semp n illa natione Versouic habuit
exosam. qa sciebat ea supba ee ualde & dolosam. Que cu apphendissent
statim ut iussum fuerat impositi puppi. cu uxore & duob; filiis relegat e
in Sirbiam & exinde p̄rexit in poloniam. & ibi inuenit fratrem suu Mutina.
Quos dux polonie satis recepit benigne.

ANNO dnice incar. M. XC. VII. Dux Brec. uocans ad se Udalricum filium Conradi
iussit eu capi. & misit in castru Kladzko ad custodiendu. Anno dnice
incar. M. XC. VIII. Delatum est duci Brec. qd quida ex iudeis lapsi fuga.
n nulli furti diuitias suas subtraherent parti in polonia. parti in pan
nonia. Vn dux ualde irat misit camerariu suum cu aliquib; militib;
ut eos a uertice usq; ad talos expoliarent. Qui ueniens conuocat ad se
maiores natu iudeos, & sic orsus e ad eos. O gens p genita manib;
rib; ysmahelica. Vt dicatis dux mandat cur fugiatis. Et partas
gaszas cur gazas attenuatis. Intta quecumq; mea st. st mea cuncta. Nul
las de solimis res diuitias uehitis. Vno p̄ximo ter deni uespasiano
cesare p̄sepa sparsi sic estis in orbe. Macri uenistis. macri quolus eatis.
Quod baptizati sitis. ds e mihi testis. Nom e s; dno st ista iubente patrata.
Quod aut iterum relapsi estis in iudaismum. Cosmas epc uideat qd inagere
debeat. Dixerat hec ex parte ducis. & statim irrumpentes intrant
domos. accepere thesauros. & quicquid supellectilis optimu inuenere.
Nich quod solum p̄anet ad uictu grani frumenti eis reliquere. O quanta
pecunia miseris iudeis illa die est sublata. nec ex succensa troia tan
ta diuitiarum in euboico littore fuit collata. Eode anno IIII. id. dec.
Cosmas epc migrauit ad xpm. Fuit aut ille p̄sul humilis. simplex paciens.
& multu misericors. & illatas aquis uis homine iniurias. equanimit susti
nens. recognoscentib; suas culpas p̄uius indultor. uiduaru n surdus auditor.
infirmantium sedulus uisitator. ultimo sortis n immemor. exequiarum
p̄pter extitit executor. Post cuius obitum dux Brec. habens cura
animar & ppendens collata e a deo potestate eligendi ecclie sponsu.
cepit sollicite & p̄uigil secu tacita mente suor inspicere mores clericor
& uita & conuersatione discutere singulor. quem ex eis potissimu pro
ueheret ad summu sacerdotii gradu. Et quis ipse nossem nr suos quod e[illegible]

in aliquo clerico, tamen recolens illud Salomonis dictum: omnia fac cum consilio, advocat Wigbertum suum per sororem generum, virum sapientem et in talibus negotiis eruditum valde et perspicacem, cui et ait: Tu tempore patris mei regis Wratizlai semper in curia primus inter amicos fuisti, tu mores et vitam Boemorum perspexisti, tu non solum laicos, verum et clericos omnes intus et in cute nosti; tuo consilio nunc episcopum eligere volo. Ad hec heros in propria verba in hec prorupit: Olim, inquiens, domine rex, pater tuus vigente meum consilium valuit, nunc horum vivunt homines morum, qui se nimis ipsos putant aliquid esse cum nichil sint, et quibus nullius nisi quod ipsi sapiunt placet consilium. Sed vos melius scitis quam ego, quid in tanto negotio quam consulunt sacri canones ecclesie, videlicet vacuos debere esse ab ira et odio, a misericordia et amicicia. Nam ubi ista assistunt animo, humana fallitur opinio. Me autem nec alicui amicicia obligat, nec misericordia supplantat, nec odium exagitat, nec ira inflammat, quo minus coram vobis eloquar, iustitia quod postulat ordo. Est patris tui et nunc tuus capellanus, quem vos melius nostis, nomine Hermannus; hic semper fuit regis in servitio constans, in commisso fidelis, in legationibus agendis fidus executor, castus, sobrius, humilis et modestus, non insolens, non ambitiosus, non elatus, et quod prima est in clerico virtus, adprime litteratus, et quantum spectat ad humanam opinionem, certum est esse virum bonum et perfectum ad omne opus, si solum non obsit quod hospes sit. Tunc dux amminutans suam et eius unanimem voluntatem ait: Haud aliter cor meum atque meum sapit. Et quia hospes est, plus ecclesie proderit, quem non eum parentela exhauriet, non liberorum cura aggravabit, non cognatorum turma despoliet, quicquid sibi undecumque veniet, totum sponsa eius et mater ecclesia habebit. Hic ergo fiat Pragensis episcopus ut sit. Nec mora convocatis primatibus terre simul et prepositis ecclesie Bolezlau in urbe ad placitum ducis, collaudante clero cunctoque populo favente Hermannum predictum diaconum, prepositura Bolezlauensi sublimatum, sublimiore nimirum subrogat ad episcopatus honorem. Facta est autem hec electio anno dominice incarnationis MXCVIIII. II Kal. Mar. Et quia eodem anno imperator tercius Heinricus celebravit pascha Ratispone, iussus est dux Bracizlaus cum electo suo illuc venire. Qui celebrato pascha in urbe Wissegrad tercia die post octavas pasche venit Ratisponam. Qui quia ante festum caritativa premiserat donaria tam cesari quam eius satrapis, quicquid erant de eius amicis in curia obviam ei venerunt ad tria fere miliaria et ita deducunt eum in civitatem cum magna honorificentia. Cuius ad primam petitionem cesar confirmat Boemorum electionem, dans Hermanno anulum et virgam episcopalem. Item et hoc obtinuit precibus apud cesarem, ut eius fratri Borziwoy vexillum daret et cum Boemis omnibus, qui cum eo venerant, assignaret, quem post obitum sui fratrem eius Borziwoy sublevarent in solium.

Eodem anno ibidem dux Bracizlaus veniens cum exercitu in Moraviam reedificat castrum Podivin et reddit eum sicut antea fuerat in potestatem Hermanni episcopi, atque ibidem in villa Slivnica pentecosten celebravit. Deinde occurrens Pannonico regi Colomanno in campo qui dicitur Luchko, multa sermocinatione placitantes ad placitum utrarumque partium, atque mutue se mutuatim datis muneribus renovant antiqua amicicie et pacis federa et ea sacramentis confirmant. Ibi dux Bracizlaus suum electum Hermannum diaconum committit Seraphim archiepiscopo ordinandum. Qui veniens ad sedem sua urbis Strigonie tempore quo sacri ordines celebrantur, III Id. Iunii ordinat eum presbiterum, et in eo quibus indiguit, similiter ad eundem promovit gradum. Dux autem post habitum concilium rediens castra metatus est iuxta urbem Bruen. Erant valde irati filii patrui sui Conradi, Odalrico et Lutoldo. Qui fugientes a facie eius oppilavere se in munitis oppidis, et mittentes tradunt ei ceteras civitates, timentes ne hostiliter devastaret terram. Interea dux Bracizlaus dispositis presidiis per civitates, quas sibi tradiderant, et eas fratri suo Borziwoy committens reversus est in Boemiam. Ottonis autem filii Zwatopluk et Otto cum matre sua Eufemia multum obedientes duci erant et fideles. Item eodem anno dux Bracizlaus in nativitate domini Bolezlaum per sororem sibi propinquum invitat ad convivium, quod erat in urbe Satec dispositum. Ubi in ipso festo consentientibus omnibus comitibus Boemie factus est Bolezlaus ensifer avunculi sui. Quem post festum dux remittens ad propria, dono dat ei et constituit, quatinus ensiferi dignitatis pro ministerio ex tributo, quod pater suus Wladizlaus solvebat semper annuatim, C marcas argenti et X auri talenta habeat. Anno dominice incarnationis MC. Dux Bracizlaus quibusdam referentibus habens compertum, quod imperator in urbe Maguntia pascha celebrare vellet, oportunum ratus fore ut illuc suum electum Hermannum mitteret, qui et munera sua cesari deferret, et quam expectabat a magistro suo benedictionem acciperet. Et committens eum Wigberto, qui similiter debuit interesse cesaris palacio, rogat in omni suo faveret negotio tempore oportuno. Sed quia archipresul Ruthardus Symoniaca heresi infamatus relicta Maguntia hisdem diebus morabatur in Saxonia, iubente imperatore et collaudantibus omnibus suffraganeis Maguntine ecclesie a cardinali Ruperto Clementis pape apocrisario, qui forte ibi aderat, ordinatus est Hermannus episcopus in octavis pasche VI Non. April.

Eodem anno ammirabile et seculis commemorabile quod divina gratia per meritum sanctissime martiris Ludmile dignata est revelare miraculum, uti ipsi vidimus, vestre caritati pandimus. Nam domina abbatissa Windelmuth famula deo devota ecclesiam sancti Petri apostoli sita in atrio eiusdem monasterii, cui preerat, ex vetustate a fundamento dirutam usque ad perfectionem deducens reedificavit. Quam ut consecraret presul cum impetrasset abbatissa, dum ex more reliquias sanctorum collocat in pixide, inter alia obtulit domina presuli pannum unius palme latum, quem acceperat de peplo sancte Ludmile, rogans ut similiter inter reliquias sanctas ponat eum in pixide. Tunc presul quasi indignans ait: Tace domina, de eius sanctitate dimitte, anima eius quiescere in pace. Ad hec abbatissa: Noli inquit domine, noli talia dicere, multa enim deus per eius merita cottidie operatur magnalia. Mox iussu presulis sartago affertur magna prunis ardentibus plena, ubi invocato sancte trinitatis nomine, presul iniecit pannum super flammivomos carbones. Mirares, fumiculus et flammicula circa pannum emicuit, sed minime nocuit. Et hoc et magnum fuit in anguitum miraculum, quod quanto nimium ardore diu non potuit pannus de flammis eripi, et tandem ereptus sicut usus est integer et firmus, ac si eadem die foret textus. Quo tam evidenti presul et omnes nos perculsi miraculo lacrimas fundimus pre gaudio et grates retulimus Christo. Dedicata est autem ecclesia in honore sancti Petri apostoli V Non. Oct.

Item eidem anno XV Kal. Nov. Borziwoy frater ducis Bracizlai in urbe Sinogeun faciens permagnificum convivium duxit uxorem nomine Helbirk, orientalis marchionis Lupoldi sororem. Et quia hisdem diebus filius Conradi Lutoldus per concessum Gotfridi admissus in castrum Rakous multas Borziwoy inferebat iniurias, singulis noctibus devastans eius villas et refugium habens in predictum castrum. Unde dux Bracizlaus valde iratus iterum coadunato exercitu movit castra in Moraviam, volens ulcisci fratris iniuriam. Sed prius mittit ad Gotfridum obtestans eum per antiqua amicicie federa, quo sibi Lutoldum aut vinctum mittat sine mora, aut de castello suo eum expellat eadem hora. Quod cum innotuit Lutoldo, castellanus per fraudem foras exclusus, ipse cum suis militibus invadens obtinuit castrum. Tunc Gotfrido cum legatis, qui ad eum missi fuerant, occurrit duci iuxta oppidum Wranou, et coram omnibus clamat Lutoldum perfidum esse et rei publice inimicum. Castrum vero sub fide amicabiliter prestitum iam hostiliter ad expugnandum postulat ducis auxilium. Cuius petitioni dux non abnuens admovit exercitum urbis pertinentem. Ubi per sex ebdomadas ... summa nocte et die conserit pugna, donec fames, que firmas expugnat urbes, prevaluit in castro. Et ante Lutoldus a bello fractus nocte clam elapsus vix solus aufugit, omissis ibi suis militibus. Qui facto mane semetipsos et castrum tradunt in manus ducis. Interea dum hec pugna geritur, Paulik filius Marquardi pedagogus Wladizlai sagitta moritur; item Dobes filius Lstimir dum princeps suas servat vigilias noctis occidit. His duobus amissis et restituta urbe Gotfrido dux victor cum suis remeat in Boemiam.

Iamque Christi nativitate appropinquante et post venationem in villa Stebena duce morante, quadam die inter prandendum fertur dixisse dux ad quendam venatorem, qui non longe ab eo ad quartam sedebat mensam: Heus Cuatta, putas me nescire quis sit inter vos qui me querit interficere? Et ille sicut homo erat vehemens in verbis clamat: Procul deus hoc avertat, nec tuus oculus parcat, quin ipse eum occidat, qui talia machinatur. Ad hec dux: Ah bone vir, ait, nulli fas est evitare inevitabile fatum. Postera autem die, que sancti Thome apostoli erat vigilia, mane audita missa in venationem exiit, et cum in nocte iam rediret, occurrunt ei ante villam apparitores cum lucernis et facibus. Moxque Lorck impius latro, missus a diabolo, prosilit ex latibulo, pertinet gladio et ut fortius valuit inter ipsa ilia ducem percussit venabulo. Non secus altus dux cadit in medio luto, ac si clarus lucifer celo cecidisset ab alto. Advolat extemplo lugubris caterva suorum et extracta hasta semineci levant ducem. Ille autem minister Sathane dum accelerat fugam per noctem opacam precipitat cum equo in cisternam, quam per crepidines torrentis decurrens fecerat ymber. Incertum est utrum ipse manu sua an gladio lapsus de vagina, ita cum procidit per media alvum, ut omnia sibi effluxerant exta. Fit tumultus per villam, alii insiliunt equos, alii cum armis huc et illuc discurrunt, investigantes tanti mali machinatorem. Mox quidam invenit eum semivivum, et quamquam satis ad mortem habuit vulneris, tamen amputat ense caput eius dies. Inferni furias nunc insons ibis ad umbras. Ceteris genero mea facta referre memento. Dux autem licet in tanto dolore sic positus et merore, illa nocte et in sequenti die non relaxabat spiritum et ora a laude dei, nunc lacrimosam penitentiam offerendo, nunc sua peccata confitendo tam episcopo Hermanno quam aliis sacerdotibus dei. Tributum autem quod eo tempore fuit de Polonia allatum, et quicquid in sua invenit camera, per manus episcopi fecit dari per monasteria. Et cum disposuisset omnia que erant disponenda, parumper dare inquit filiolo meo lituum meum et iaculum, cetera non est meum sibi dare, que deus posuit in sua potestate. Et tandem in sequenti nocte post gallicinium inchoante sacerdotum XI Kal. Ian., velut bonus dei athleta utriusque hominis substantiam in sua divisit exordia, quem procul dubio credimus anima accepisse, aeterna ... aeternarum celestia consortia. Cuius feretrum unus ex clero sequens usque ad sepulchrum hunc planctum iterabat dies: Anima Bracizlai saba oth adonay iuvat ex pis chanaton. Bracizlaus is kyros. Mirares sic flere suo clerum et populum crebro ad fletum, nedum fleres, magis flere velles. Sepultus est autem cum maximo planctu suorum in poliandro sancti Wencezlai ecclesie forinsecus ante portam a sinistris, uti ipse disposuerat. Ubi soror eius Ludmila deo devota famula super testudines construxit arcuatam in honore sancti Thome apostoli capellam, et constituit ut cottidie ibi celebraretur missa pro defunctis. Et quia statim percrebuit fama interfecto duce esse in effectum Bozey et Mutine consilio, quos antea expulerat de regno suo, dubitari a quibusdam solet, verum sontior sit qui consilium dat, an qui et se neutiquam faciat. Sed revera utique reus.

Verumtamen sontior ipse est, qui in medium consiliatur, quia et seipsum et alium criminat. Ergo vos Bracizlaum occidistis, qui ut occideretur consilium dedistis. Mittuntur illico presul et comites cum festinatione in Moraviam ad Borziwoy legati, quatenus accelerans olim sibi a cesare datum totius Boemie acciperet ducatum. Qui festinus veniens in ipsa die nativitatis Christi omnibus in simul faventibus inthronizatur. Extollentes de ... ad omnino sua vestigia, que dux in ipsa reliquerat in Boemia, cum ex ofa tias peteret celestia. Iusticia enim erat Boemorum, ut semper inter
305 principes eorum maior natu solio potiretur in principatu. Anno dominice incarnationis MCI. Odalricus et Lutoldus filii Conradi expulsis presidiis de Moravia, que ibi Borziwoy abiens reliquerat ob custodiam, rehabuere civitates suas. Similiter Bozey et Mutina redeunt de Polonia, quibus dux Borziwoy non excordes, pro necessitate temporis concedente gratiam suam, recipiunt civitates suas quas ante habuerant: Bozey Satec et Mutina Lutomerice.

Eodem anno Odalricus adit imperatorem in urbe Ratispona, et cum per amicos sollicitat precibus et fatigat immensis promissionibus, quos sibi restituat iniuste preceptum a fratre suo iuniore Borziwoy Boemie ducatum. Atque cesar accepta pecunia dat sibi ducatus insignia et vexillum, sed in ducem eligendi obtentum ponit in arbitrio Boemorum. Tunc Odalricus mittens legatum valde disertum virum Neusse nomine filium Dobrenil arguit fratrem suum Borziwoy, increpat comites et minatur eis, iactat se esse maiorem etate et secundum patrie morem debitum sibi iniuste sublatum per fratrem iuniorem principalis sedis honorem. Quicquis iustam causam habeat, cum frustra cauda captas eam cornu amittas. Sic Odalricus fratrem suum Borziwoy confirmatum in solio tarde nimis temptat pellere de regno. Postquam vero suo referente legato animadvertit Odalricus nec fratrem suum cedere solio, nec comites acquiescere suo consilio, hoc solum obtinuit precibus, ut cesaris per licentiam liceat sibi debitum vi invadere principatum. Cui mox associantur in comitatum viri in rebus bellicis Sigardus comes de oppido Sala, et eius frater Frisingensis episcopus Henricus, Odalrici atque suus per sororem gener, et Fridericus. Quorum succendebat animum ad belli studium promittens eis aureos montes et pollicitans suos esse fautores omnes Boemie natu maiores. Preterea undecumque potuit non paucos sibi in auxilium acquirit Theutonicos, quibus presumptuosa stultitia estimabant in Boemia auri et argenti pondera fore in plateis sparsa et exposita. Quibus in simul coadunatis Odalricus cum fratre Lutoldo augusto mense intrant partes Boemie, sed sinistro omine. Nam Borziwoy collecto exercitu occurrens eis castra metatus est supra duos colles iuxta oppidum Malin, parat in crastinum cum eis committere bellum. Theutonici vero non longe ex altera parte rivuli Wyhlsa applicuere castra, ita ut utrique ab utrisque possent videri exercitus. Qui postquam animadvertere unanimes esse cum duce Borziwoy et stantes Boemorum, inquiunt Odalrico: Ubi sunt illi Boemie natu maiores, quos dicebas tuos esse fautores? Recte mentitus es in caput tuum, nos decepisti atque in magnum deduxisti periculum. Reverti voluit, sed nequeunt, quia eadem via post illos Zwatopluk cum fratre suo Ottone ducens secum duas scaras veniebat duci Borziwoy in auxilium. Quid facerent? Magna undique coartati angustia, per angustam viam et immensa arta semita, qua tenditur per silvam ad Gabr, turpem noctu maturavere fugam. Ibi episcopus Frisingensis amisit capellam suam. Ibi ipse

difficile iter, unius exercitus cum rebus usualibus periit sarcina. Mane autem facto, advenientes Boemii, hoste carentia diripiunt spolia. Erant autem illo tempore Borivoy et Zuatopluc concordes et adinvicem amantes. Sed unde orta sit inter eos discordia, paulo superiora repetens exordia referam pauca.

x. Anno dominice incarnationis MCII. Wladizlaus dux Polonie habuit duos filios, unum de concubina progenitum nomine Zbigneu, alterum ex Juditha Wratizlai regis filia editum nomine Bolezlau. Hos inter suum regnum divisit per medium. Sed quia iuxta vocem dominicam omne regnum in se ipsum divisum desolabitur, et domus supra domum cadet; et sicut vulgo dicitur, duo catti uno sacco capti insimul esse non possunt. Anno dominice incarnationis MCIII. Zbigneu post obitum patris mox contra fratrem suum sumit arma, et promittens pecuniam associat ducem Borivoy sibi in auxilium. Qui statim misit post Zuatopluc in Moraviam, et convenientes simul castra metati sunt iuxta oppidum Recen. Quod audiens Bolezlau mittit pedagogum suum Zkarbimir et rogat ducem Borivoy ut sit memor affinitatis, se sibi per Juditham eius sororem dicit propinquiorem, et insuper offert ei ad manum decem marsupia mille marcis plena. O pecunia, totius mali regina, fraudis amica, fidei hostis et inimica, tu iusticiam corrumpis, recta iudicia subvertis. Te corrupti Grabissa et Protiwen ducis Borivoy consiliarii compellunt ipsum ducem fidem Zbigneu promissam abnuere. Qui statim accepta pecunia reversus est ad propria. Et quia nec unum obulum dedit Zuatopluc, indignatus valde et frendens ira discedens fertur dixisse: Incendium meum ruina extinguam.

Anno dominice incarnationis MCIIII. Johannes electus est in episcopum Moraviensem. Eodem anno Zuatopluc mittit in Boemiam indagatores nequicie, delatores iusticie, seminatores discordie, et omnium malarum artium inventores, quique possent inanimes armato impleta fraudes. Hi fere universas Boemie civitates circueuntes, alios pecunia corrumpunt, alios muneribus, alios promissionibus obligant, et quos sciebant novarum rerum avidos, aut dignitatibus privatos, aut versipelles et animo inconstantes, omnes suis versutiis asciscunt in partes Zuatopluc ducis. His ita paratis anno dominice incarnationis MCV, sole morante in decima parte Libre, intrat Zuatopluc cum suo comitatu Boemiam, et occurrunt sibi perfidorum agmina, quidam autem ex eis exspectant, ut eum aperta ianua urbis Prage recipiant infra menia. Sed prius eadem die dux Borivoy valde diluculo veniens preoccupat urbem, et ponit in ea forcia presidia, atque cum episcopo Hermanno et comitibus se cum suis ad Wissegrad contulit. Interea Zuatopluc ordinatim pulchre instructis cum sex legionibus apparet in campo. Et quia nullus obviam ei venit ab urbe, moratur et dubitans parum substitit, et mox transvadantes flumen Wltauam infra villam que dicitur Bubin applicuerunt urbi, sed invenerunt clausas portas, et super muros forcia resistentes milites. Ibi a quadam ancilla super muros astante turpiter confusi, eadem via repedantes figunt tentoria inter utrasque urbes in loco ubi sabbato fiunt mercimonia, estimantes quod ex utraque urbe sui coniuratores illa nocte effluerent ad eos. Quod cum minime fecissent, mane facto coram cunctis Zuatopluc sic orsus est ad eos: Quamvis non vacet, nec prolixo utamur alloquio, pro re tamen pauca loquar. Ne mortis occasione timere aliquem video. Timidis enim et ignavis, quibus misera vita habetur suavis, asperrima mors est. Forti autem viro mortem subire amplius dulce est nectare liquido. Nam ego olim mecum deliberavi aut potiri pane et honore potiori, aut pugnando honeste succumbere morti. Sed vobis sola nunc est mors ista cavenda, ne quis vestrum capite et manibus post tergum ligatus, aut spectaculum hostibus factus velut bos ad victimam ductus, cadat securi percussus. Victis enim una est victoria et digna laude memoria, ne inermes hostibus contingat victoria. Dixerat, et continuo cum suo comitatu vertens iter in Moraviam, sic fatur Vecel adiciens: O miserabilis fortune editio, qua nunc cogor humi residere ut noctua, qui usque nunc velut agilis aquila ascendisse fere usque ad nubila. Cui Vecel: Non te nimium dux infrangat ista adversitas; quam cito sequetur felicior prosperitas, quia et sol post aquosa nube magis nitet claritas. Talis enim vicissitudo omnium rerum est in mundo. Quos abeuntes dux Borivoy cum suis prosequitur, et quamvis plus de militibus haberet, tamen non audet cum eis committere prelium, quia timuit perfidos, ne sua castra desererent, ad hostium se transferentes milicia. Prosecutus est autem eos a longe usque ad introitum silve.

Anno dominice incarnationis MCVI. Inventore discordiarum diabolo seminante discordias per orbem terrarum, quidam sui cooperatores exciverunt ex Theutonicis proceres, qui seducentes filium imperatoris, regem videlicet Henricum quartum, persuaserunt ut contra genitorem suum arma sumeret. Qui filii sui a facie fugiens in urbe Ratispona cum paucis munivit se armis, et mittit pro duce Borivoy, ut sibi in auxilium cum exercitu veniat. Nec mora venientes Boemii, non longe a Ratispona metati sunt castra iuxta flumen Reznam; ex altera autem parte eiusdem fluminis erant castra filii imperatoris. Et qui videbantur esse fautores cesaris, primus Lupold marchio orientalis lapsus fuga noctu repatriat cum suis. Otpold autem et Regnerus marchiones transferunt se ad castra regis Henrici iunioris. Videntes autem Boemii se undique esse destitutos, nichilominus celerius ut potuere simul noctu maturavere fugam. Quod videns imperator deserit Ratisponam, et transiens per australem plagam, via quarta ad Netholice intrat Boemiam. Quem dux Borivoy honorifice suscipiens, sicut ipse cesar disponebat versus Saxoniam, dat ei conductum per terram suam cesare dignum, deducens eum usque ad generum suum Wicbertum. Inde per Saxoniam transiens et veniens prope Leodium, ubi non post multos dies cum vita amisit imperium VII. id. augusti.

Eodem anno Zuatopluc convocans eos qui secum fuerant de Boemia, quid opus sit facto iam incepto negocio querit consilia. Et Budivoy filius Hrrn, etate senior linguaque disertior, in adversis et prosperis vir equanimis, et in talibus negociis ab ineunte etate vir eruditus, ac plene versutus, his usus est alloquiis: Varius est eventus in prelio, et nec hi nec illi prevaluere bello. Nos autem, fratres, non dum usque ad sanguinem pugnavimus, non dum fecimus capitibus nostris pontem quo transiremus ad salutem. Equidem et facturi sumus, si sors facere compulerit. Sed quia non semper armis, sed sepius dolis ad ardua honoris venitur fastigia, repositis armis utamur dolis. Talibus enim artibus Troia a Grecis in decimo anno capta est, prudentius refert in psichomachia dicens: Nil differt armis contingat palma dolisve. Nec mora, ut alter diversis versipellis Synon in Boemia multimodis instruitur dolis nepos Gapule, qui pro patria tenuitque fortune casus non timuit mortis, cui aptissime convenit illud Virgilianum. Nam sic olim Synon Argivos armatos equo inclusos per sua mendacia intromisit Troie in menia, ita perfidus Ildidex commenta duci Zuatopluc invadere parat Boemiam. Hic ut pervenit ad ducem Borivoy, genibus provolutus fletus lacrimis rigat pedes ducis, et tandem surgere iussus talia fatur: O me miserum vix evasisse fuga et vix eruisse scelestas manus impii Zuatopluc, qui si me cepisset, procul dubio huius oculos michi eruisset.

Inquam, quia me aliter ulcisci nequeo, o deus omnipotens, fas mihi sit ipsius secreta detegere, fas mihi sit omnes qui sunt in hac terra ei familiares prodere. Sicque mendax falsis multos criminatur Zuatopluc flagiciis, et ut sibi magis credatur, dicta sua confirmat sacramentis. Talibus artibus atque insidiis vir bonus et simplex Borivoy decipitur, et multum mendaciis medullitus ramos robustos quibus ipse innixus sedit, et honor suus pendebat, caute precidit, et ab alto culmine cecidit. Nam amicos suos fideles Bosey et Mutinam sepe capere et ut hostes rei publice punire voluit. Sed et consiliarios suos Grabissam et Protiwen plenos rimarum habere noluit, suis predictos comites non latuit. Qui statim transferunt se ad fratrem Wladizlaum etiam frementem et stimulos ut magis addunt contra germanum suum Borivoy, cui iam abrenunciaverat fidelitatem et fraternitatem suam et amiciciam, et palam miserat pro Zuatopluc in Moraviam Willehalmum fratrem nomine Pulonem. Quo adveniente Wladizlau et ceteri comites insaniat, et qui summe hostes et pacis inimici ad sua principia trahunt rabidum lupum in ovile ovium, qui non solum oves, verum etiam ipsos dilaniaret opiliones. Ergo Borivoy mitis ut agnus regno privatur, et Zuatopluc sevior tigride fruitur leone in throno iactat.

Anno dominice incarnationis MCVII. II. id. maii. Hoc novum nec prius in Boemia factum erat, adiacentes mirantur gentes, et peiora in futurum Boemiis vanie mentes presagia augurantur. Hinc filii Pannonie Cassandri letantur, inde Polonie ... labris gratulantur, quia dum isti principes semet ipsos inquietant, illi quiete potiuntur. Multi autem ex comitibus quos ipse Borivoy de presidibus fecerat comites comitantur eum et secum in Poloniam proficiscuntur. Videns autem que fiebant Zobezlaus tercius natu post Borivoy iam bone indolis iuvenis, secutus est fratrem in Poloniam. Hisdem temporibus rex Henricus quartus forte aderat in Saxonia, ad quem Borivoy accelerat, et illatam sibi iniuriam applorat, et ut ei iniuste sublatum restituat Boemie ducatum, immensa auri et argenti pondera promittit se daturum. Protinus rex mittens unum de satrapis, sic mandat Zuatopluc paucis: Per coronam capitis mei mando tibi, ut sine dilatione ad me venias; aut si non veneris, tardaveris, procul dubio in iusticia te et tuam Pragam celeriter visitabo. Qui mox coadunato exercitu veniens sub ipso introitu silve iuxta oppidum Hlumec, convocat proceres et satrapas, et preponit eis fratrem suum Ottonem dicens: Ego solus ibo, et mei capitis periculo servabor, antecipes amicos regis; vos hic expectate dubios casus incerti eventus. De cetero deus omnipotens vos preveniat et subsequatur actus. Et assumptis secum paucis, it temere aptum ruiturus laqueum. O stulta sapientia viri, immo audax audacia ducis, vadit haud ignarus quid sit facturus rex auro corruptus et avarus censor. Quem advenientem sine omni audientia rex iussit retrudi in custodiam, et convocans eos qui secum venerant, tradit eis Borivoy ducem, ut reducentes eum in urbe Praga iterum relocent in principali cathedra. Qui revertentes cum eo tercia die metati sunt castra iuxta castellum Donin. Audiens hoc Otto ait ad suos: Quid expectamus hic? Jamque timebam evenit, et quod verebar accidit; eamus et videamus novum ducem, si regis dextra eum non defendat ab ista. Et coronatus ex electis militibus VI. legiones noctu transcendens montes mane diluculo irruit in castra Borivoy. Sed ille prescius iam lapsus fuga delituerat, quia quidam perfugus ex castris Ottonis causam sibi clam innotuerat.

Presul autem Hermannus, vir prudens et iustus, inter varios casus utriusque ducis quasi inter Scillam et Caribdim positus, ne videretur utrius partis eorum incerta sectari, secessit ad amicum suum Ottonem Babenbergensis ecclesie episcopum. Borivoy autem licet quod petierat non obtinuit, tamen quam promiserat regi pecuniam persolvit. Quia omnis homines vires se habent ita magni atque parvi sunt. Et erat dux magni nominis positus in custodia, cuilibet parvissimi hominis obtemperat iussis, et animus dignus laceratur obprobriis. Ah secum quantas curas in pectore versat, querens per primos palacii iura regis flectere temptat. Sed qui manu vacua frustra pulsat regum ianua, nam non vincit nec frangit adamanta, promittit regi decies mille millenas marcas argenti. Ah quid non dabit homo imminente cervicibus gladio? Quis in angustia constitutus non libenter tradet pro se quicquid habet? Atque si rex ab eo centies mille talenta exigeret, nichilo stultus esset si promisisset et montes aureos non promitteret. Huius gratia rei accipiens ab eo rex sacramenta fidei dimittit eum, et mittit secum ex clientibus unum qui acciperet censum denominatum. Qui cum venisset Pragam, continuo sacra spoliat delubra, ornamenta contrahit muliebria, et quicquid inveniebat auri et argenti in Boemia corrasit, et vix collegit VII. marcarum milia. De cetero fratrem suum Ottonem dat regi obsidem. Similiter et presul Hermannus adveniens de dote sancte ecclesie prestitit duci LXX marcas obrizi auri. Item eidem ecclesie V pallia cum limbis Ratispone apud iudeos imposita in vadimonio pro quingentis marcis argenti. Certe non abbas, non prepositus, non clericus, non iudeus, non mercator, non trapezita, non cytharista fuit qui non conferret invitus aliquid duci de sua apotheca. Post paucos non dies Otto elapsus fuga reversus est ad fratrem suum de curia regia, quod valde regi displicuit.

Anno dominice incarnationis MCVIII. Sicut sepe fit ubi mas et femina uno lecto cubant duo, gignitur ex utroque tercius ut sit homo, ita coniunx nobilis Zuatopluc ducis edidit et enutrivit suspendens ad ubera natum. Pro quo rex Henricus per quinque nuncios misit, et de sacro fonte baptismatis eum levat, atque nomine suo Henricum vocat. Quem remittens ad patrem omne debitum scilicet X milia talentorum compatri suo Zuatopluc dimisit, et precepit ut paratus sit secum in expeditione contra gentem Ungarorum, quia rogatu quorundam Theutonicorum illuc proposuerat ulcisci iniurias Hierosolimitanorum, quos illa gens ob crudelitatem suam alios gladio interemit, alios in servitutem redegit. Itaque ubi sepe dum moratur Zuatopluc dux cum rege in Pannonia iuxta civitatem Possen, Borivoy cum Polonis hostiliter intrat Boemiam, Vecel et Mutina in fugam versis cum suis presidiis de munitione que fuit firmior postea versus vicinos Polonie. Nam dux Zuatopluc abiens his duobus omnem curam suam commiserat, et tutelam totius Boemie cunctis eos prefecerat. Cumque Vecel frater Mutinam vidisset non acie pugnare nec viriliter hostibus resistere super munitione, ex hac occasione ratus quod consilio eius Borivoy Boemiam intraret, mox unum ex militibus clam misit qui hec omnia duci Zuatopluc intimaret. Similiter alium militem instruxit dolis, et misit in castra Borivoy ducis. Qui paratus ut mentiri atque versare dolos simul atque succumbere morti, veniens ad predictum ducem Borivoy finxit se fugisse de castris Zuatopluc ducis, et nunciat eum de Ungaria redisse, atque in crastinum cum eis pugnaturum, confirmat per suam fidem sacramentum. His inductus illi perterriti eadem nocte in Poloniam se receperunt. Quibus auditis rex Henricus fertur dixisse compatri Zuatopluc: Nisi tuas iniurias in Polonis ulciscar, perpetua alga semper habear. Interea Zuatopluc inflammatur ira absens in absentem Mutinam, dentibus stridet, vultus sui albet et alto suspirat. Vix diem expectat quo in illum suam effundat iram. Et nichilo reputat si inimicum Mutinam puniat, ita diris promissis cum iuramento se obligat, quod illam totam generationem ut lucernam gladio extinguat. Et quia quosdam ex illis in obsequio se prae oculis habet, corde dolet, vultu autem ad omnes se hylarem exhibet. Cum post adveniret sub ipso introitu silve iuxta oppidum Lucomir, Vecel cum Mutina occurrit. Nunciat

tamque est illa de(x)tera ab amicis suis Mutina, quod nisi ansu (?) ... pavidus aut vitam aut oculos amitteret. Sed quia iam eum fata premebant scaeva, visa sunt sibi verba amicorum suorum quasi deliramenta, neque est, inquit, vir fortis, qui timet mortis. Ut autem venerunt castrum Wratizlau, postera luce summo mane evocat omnes proceres in atrium. Quibus congregatis in unum, sicut leo de sua emissus cavea inchoaturus (?) stat rugiens et trucis ubi expectat edulia, sic Zuatopluk intrans stubam sedit in medio super trunca forma, ac plus succensus ira quam fornax quae septies succenditur flamma, et circumspectis omnibus intuens torvis oculis Mutinam, talibus indignatus solvit ora: O genus invisa, progenies diis odiosa. O nequam filii Wersovici, mei generis familiares inimici. An umquam excidet de memoria quod super avunculum meum Iaromir in monte (?) Weliz nobis quidem ludicra, vobis autem fecistis sempiterna ludibria. An immemor ero quod fratrem Bracizlau, quasi eximium sydus in toto orbe ducum, tu et frater tuus Bozey fraude maligna necastis. Quod autem meruerit frater meus Borivoy, qui sub vestra potestate regnabat, et ... At qui pro innata omnia vobis ut ... prius expetens patebat. Et vestram superbiam quia non sustinuistis modesta, et me contra eum ... inquietastis, donec vestris pravis acquiescens consiliis per(?) ... cans in fratrem meum Borivoy valde peccavi quia solio eum privavi. Et hoc est unum mihi quod doleo atque dolebit meum ...

Adhuc et atque et audite omnes proceres quid filius iniquitatis et caput totius impietatis fecerit iste Mutina, quem ego mecum obiecum (?) ire in expeditione post me fidem reliqui huius terrae pro[tegen]de et praeceptorem. Ille autem bonus vir fingens se vexatum, non premuit de nocte ire in Poloniam Zuini ad oppidum, ut cum suo patruo Newoy ageret consilio, quo me pelleret de solio. Fit murmur confusum, et ardentem iram ducis animum magis magisque ut arderet per suum suecendunt assensum. Tunc dux astanti et conscio sui tunc lictori ex obliquo innuens exit foras. Qui statim super Mutinam nihil tale metuentem irruit. Omnia patientia (?) cunctis ad duos ictus sedit immobilis; ad tertium vero cum fugere conatur, capite plectitur. Eadem hora et in eadem stuba capti sunt Unizlau, Domassa et duo filii Mutine. Unus autem Neussa, qui erat ex altera natione et valde tamen familiaris Mutine, videns quae fiebant fugit, et antequam fugeret iam extra urbem fugiens per arbusta, sed non eum notabilem reddere (?) rubra tunica. Qui illico capti oculis et mentula est privatus. Et sic sepe fit cum irrumpit cruentus lupus in ovile ovium, seviter mactat, nec prius rabiem suam placat aut a caede cessat, quam omnibus mactatis ovibus: tunc Zuatopluk oblitus animi et de humanis exarsit in ira et iussit ut omnis illa natio sine aetatis discretione et sine temporis dilatione plecteretur capite. Et astanti cuidam agmine dixit: Qui non abhorret mea implere iussa, dabitur ei crassa auri massa. Qui autem Bozey et eius filium interfecerit, centuplum accipiet et hereditatem illorum possidebit. Nondum evolaverat hora una quando rex cum cohorte improvisus de Lettera montis, sub quo tenent qua proceres Wacula, Hermannus, Kyrassa et alii quam plurimi insiliunt eos et volant super eos (?) in fata Bozey et filii eius. Certatim per viam discurrunt et investigant ut totam gentem illam de medio tollant.

Interea Bozey multa lubricitate (?) heu ignarus futuri cum se locat cum filio et uxore ad prandium, affuit puer qui diceret: Ecce domine multi sine ordine accurrunt praecipiti festinando. At ille: veniunt utique de expeditione, veniant ad nos cum dei benedictione. Dum haec loquitur, ecce truculentus Kyrassa ante ostia et fulgurans evaginato gladio clamat: Exi, scelestae, exi male conciliator, qui meum cognatum Thoman occidisti sine causa in tempore quadragesime. Et surgens filius eius Boruth, quo inquit frater agitis? Si iussi sumus ut capiamur, sine armis et tumultu capi possumus. Et excipit vicariam (?) gladium capulotenus per medium animum. Nec mora et adhuc tinctis (?) sanguine madantem iugulo patris excepit ensem. At illi invasores velut urbium expugnatores immensas diripiunt gazas, et sicut ait ecce labitur exiguo quod partum est tempore longo. Iamque de tantis divitiis nec unus super fuit pannus quo eorum tegeret corpus. Sed sine sarcofago et obsequio funebri Bozey et eius filius Boruth velut iumenta sunt nudi in fossam proiecti VI Kal. Novembris. Sed et in nullo loco quam cepta ex illa gente leto sunt dedita, quia nec in una die nec uno in loco sunt perempti. Alii namque in forum ducti ceu bruta animalia sunt mactati. Alii in monte Petrin decollati. Multa in vicis suis implacatis sunt trucidati.

Quid autem referam de morte natorum Mutine, quorum mors visa est omni crudelior morte. Erant enim bone indolis puerili vultu spectabiles, visu amabiles, quales nec sagax artifex in albo ebore nec pictor in pariete valet exprimere. Vidimus cum eos miserabiliter in forum trahi et sepius clamantes mater mi, mater mi, tum crudelis carnifex ambos ceu porcellos sub ascella interficeret cultello. Obstupuerunt omnes sua pectora percutientes ne viderent carnificem tam crudele facinus operantem. Ceterum vero qui superstites fuerunt ex gente illa, delituerunt fuga, alii in Poloniam, alii fugientes in Pannoniam. De quorum excidio simul et dissidio licet amplam habeamus ad scribendum materiam, sed ne videamur velut hyrcano cantu explicuisse tragediam, redeamus unde paulo digressi sumus ad kronicam.

Factum est autem postquam rex Henricus reverteretur soluta obsidione a civitate Possen, Cholomannus rex Ungarie non longo post tempore volens sibi illatas a Zuatopluk duce ulcisci iniurias, intrat Moraviam et eam hostiliter devastare cepit. Nam cum rex Henricus invicta bellicis armis ex omni parte cingeret obsidione urbem Possen, dux predictus cum suis Boemis quicquid erat ex hac Wag fluminis Trenciuopolim quod adusque predictum amnis influit Danubium nihil reliquerat incombustum. Sepe etiam exploratores sive speculatores a rege Pannonico missos idem dux comprehensos naso privaverat et visu. Quadam similiter die plusquam mille viros ex electis militibus a predicto rege ad hoc directos, quatenus per insidias aut pabulantes servitarios caperent aut super incautos Theutonicos nocturni irruerent, dux Zuatopluk per agnosciens ubi inter paludes latitabant, repente irruens omnes usque ad unum velut pisces missa sagena captos, alios interfecit, alios in eculeo suspensos, paucis vero accepta magna pecunia vitam concesserat. Et alia obfacta (?) et alia huiusmodi quibus Ungaros afflixerat dux Zuatopluk. Ut audivit regem videlicet Cholomannum invasisse Moraviam, confestim coadunavit congregavit exercitum Boemie atque Moravie. Cumque festinasset in ipsa nocte per silvam ardens latenter subire inimicum, et cum eo in crastinum committere pugnam, tamen nulla militum fieri festinatione.

Mira res, ipsius ducis in pupilla oculi male prominens praecisus ramus tam fortiter fixus est, ut surculo vix eruto simul et oculo semineci(?) ...

collectis duce reversus est exercitus ad propria tutius. Proiecto (?) novembris. Anno dominice incarnationis M.C.VIII. x. luna mensis Februarii, quamquam in ... hic horruerat frigus et omnes aque erant congelate valde, dux Zuatopluk tamen etiam sanato vulnere oculi, continuo iterum coadunato exercitu tribus diebus et tribus noctibus continuis festinans intrat Ungariam et nemine eorum presciente ex improviso applicuit cum exercitu ad urbem Nitram, et irrupisset intra si non Ungri qui semper ibi sunt custodientes clausissent portam. Depopulato igitur et succenso eius suburbio, redeuntibus occurrunt eis agmina nunciorum ... quibus simul cum ... ad predictam urbem. Quibus similiter curribus et equis fugientium ad predictam urbem. ... quasi manipulis in agro collectis, villis eorum combustis, omni illa regione devastata, maxima multitudine iumentorum et ceterarum rerum copia hylares ad proprios reversi sunt lares.

Eodem anno rex excellentissimus memor ire sue et indignationis contra ducem Polonie nomine Bolezlaum, memor pollicitationis qua pollicitus erat compatri suo Zuatopluk iuxta urbem Possen, ut supra retulimus, tecum agens per Saxoniam, duxit secum Bavarios simul et Alamannos atque Francos orientales et eos qui sunt circa Renum infra Agrippina Colonia usque ad occidentales sui imperii terminos. Nec defuerunt Saxones, Saxis rigidiores cum longis hastis. Quibus et Boemis adiunctis mense Septembri intrat Poloniam, et circa primum eius oppidum Glogou disposita obsidione devastat ea ex utraque parte fluminis Odre a predicto oppido usque ad castrum Recen, et iterum cum magna preda revers(us) est ad castra.

Ibi cum iam disposuisset ita in crastinum duce Zuatopluk et eius dimitteret exercitum, totam in regalibus degentes usque ad nonam duxerunt diem. Affuit interim in castris quidam miles audacissimus, ut audivimus, et ut post a referentibus audivimus, missus a Iohanne filio Cesta de gente Wrsovici, qui in utrumque paratus aut parata magnis ausibus acquirere famam, aut cum morte ducis simul hac amittere vitam. Stetit sub patula fago iuxta via qua itur ad regalem curiam, observans reditum ducis dum rediret de curte regis. Quem ut vidit primo iam noctis in crepusculo stipatum ingenti caterva militum obsequentium, insilit equum et paulisper se immiscens agmini in medium, et toto annisu virium inter scapulas ducis vibrans iaculum, Cuntamax (?) faciferu rapuit precordia ferro. Qui eciam quamquam tangeret humum exalavit spiritum. Sed et undecim Octobri mense Kalendis.

Corpus exanime suam sine turma merore sublevat et plorat flens ad sua castra reportat. In castris multus per noctem fremitus tumultus. Nam huc et illuc pallentes diffugiebant et iterum redibant. Donec a rege missus Purchard ... merentes invasit (?) plebis vix compescuit. Mane autem facto venit rex ut lugeret super compatre suo, et astantibus in medio Boemis concessit ut quecumque voluissent suorum ex stirpe principum sibi in ducem eligerent. Tunc Wacek, sic erat lugubris, rogat oborts lacrimis ut fratrem interfecti principis Ottonem decernat eis ducem. Quod illico rex collaudat, et plebs insipiens per castra ter Kyrieleison clamat. Nec mora paucis sequentibus Bussi filius nomine Dewissek currit curriculo atque quarta die summo diluculo adduxit Pragam Ottonem. Quem Wacek simul et ceteri universi qui erant de Moravia satagebant principalis sedis promovere ad fastigia. Quod quia sine consensu Boemorum et episcopi effi[ce]re conabantur, frustratur eorum temeritas, et sacramenta olim exhibita in medio concilio recitant. Nam cum Zuatopluk dote in thronizaretur, cuncti Boemi sacramentis confirmaverant, ut post obitum eius Wladizlaus frater eius succederet ad solium. Hos inter cunctos plurimum movit Hermannus presul et Fabian comes, qui habuit in urbe Wissegrad prefecturam. Hi quia ceteros sic dignitate tota et sapientia preminebant, consilio prevaluerunt et ... ... et sacramenta ... Wladizla ... ... Clementia ... ... Cum de virtutibus ... ... aut adulationis notam incurram, aut dum nimis de laudibus cuius

302. scribam, derogationis offensam incidam. Unde quidam ammonet dicens: Lauda virtutem ducis set post huius bravium lucis. Ut autem audivit Borivoy quod frater eius iunior Wladizla post obitum Zuatopluk regni potiretur solio, continuo descendens a Polonia perrexit in Hrbian ad Wigbertum suum per sororem generum. Cuius consilio fretus et auxilio, nec non et quorundam presidum ex nostris promisso confisus adminiculo, in vigilia nativitatis domini mane diluculo nemine resistente urbem ingressus est Pragam heu ad perdendum et exhauriendas multorum crumenas.

Hoc inopino rerum eventu urbani valde turbati trepidant, incerti quas partes inexperti fortune casus sequi debeant. Multa quorum sors fortunatior erat rebus in urbe suis cara cum plebe relictis aufugiunt nec scire queunt que castra sequantur. Multa novarum rerum cupidi gaudent et exultant, fugientibusque insultant quia bona eorum duce Borivoy permittente diripiebant. Presul autem Hermannus in suo palacio clepsydris ... hostibus ... sepius etiam a suis pacificis servabatur obclusus. Sciebant enim quod libere aufugeret si aufugere queret. Hos inter anceps populi tenuit Fabian, qui comes urbis Wissegrad prefectus quo se verteret incertus malunt audire quam presto nefanda videre et sibi commissa considens urbe relicta. Dero commune cure sibi quem suum. Plurima conquestus stans frater altera mestus. Ve tibi Boemia quamvis non adeo nimis ampla. Cuius sis communis domini subiectaque multis. Herili de stirpe sancti se ... Vnde ... xuq (?) ... Iam sunt bis deni nisi fallor ego dominelli. Unde poeta ... casus ... dixisse Lucan. Non sibi sed populo grauis est ... aucta potestas. Nam quecumque duces delirant plectitur hoc plebs. Dixerat, et ut supra dictum est relicta Wissegrad civitate morabatur per villas in eius vicinitate fortune suspensus ambiguitate. Ocior interea ventis et fulmine fama. Diversis omnes implet rumoribus urbes. In populo multus per triumque (?) tumultus. Multi enim quibus bone desunt artes rerum novitate gaudentes huc et illuc per villas palantes et eas devastantes expectabant ambiguos fortune casus.

At alii quibus mens erat altior et fides purior tendunt ad principalem sedem in urbe Pragam. Quid facerent? Haud mirum in apertam ruunt foveam, et nolentes volentesque accedunt ducis Borivoy ad fatorum alea. Quos ille benigne suscipiens obligat sacramentis et promissionibus multis, et committens eos Gradisse comiti eadem die transfert se cum aliis ad tutiora urbis Wissegrad menia. Inde mane ad horam primam in ipso festo die regreditur Pragam et cum magna cleri processione suscipitur, atque ibi audita missa iterum reversus est ad predictam urbem. Eadem nocte Otto frater Zuatopluk et Wacek comes venientes de castro Gradec cum tribus scaris militum castrametati sunt circa Brusnicam rivulum. Mane autem facto Wissegrad

oppido applicuerunt, et omnes vias circumquaque custodibus oppilaverunt, ita ut nec egredi nec ingredi posset quisquam in auxilium Borivoy. Disposuerat enim antea dux Wladizlaus, quod in predicta urbe Gradec ipse natale Domini celebraret; sed quia interim regis Heinrici vocatione debuit in octavis Domini interesse regali synodo Ratispone, precepit Wecek comiti, ut quam studiosius posset Ottoni, qui invitatus erat ad festum, administraret convivium.

Ipse autem propter iussum regis accelerans in civitate Plzen cum ceteris comitibus festis diebus mansit duobus. Tertia autem die ut cognovit ea que gerebantur in urbe Praga, distulit et postposuit regis iussa, et in festo sancti Iohannis apostoli et evangeliste cum his qui secum fuerant intrante ad menia predicte urbis advolat, sed clausas invenit portas. Vidit et armatos secum pugnare paratos. Ad quos excelsa per propugnacula stantes sic orsus est dicens: Pacificus ad vos venio, recognoscite me et aperite vestro ianuas domino. Ad hec verba ducis cum nullus respondisset, valde iratus et multum eis minatus flectit iter trans torrentem Brusnica. Et ut ascendit supercilium montis, vidit in campo longa serie armorum in quibus Wacezlau filius Wigberti veniebat in auxilium Borivoy. Et mittens unum de satrapis explorat utrum ex adverso an pacifici veniant. Ut autem prius intimatum utrique recognoverunt se ad invicem, predictus iuvenis expavit et non aliter retorsit gradum acsi durum inter vepres latentem calcaret ydrum. Et convocans suorum minimum manipulum dux: Nullus nobis patet locus fuge, nec [illegible] nos invitos subire alea pugne; hoc solum facite, ne hanc pugnam illi impune ferant. Dixit, et expandunt vexillum, atque unanimes clamant sanctam Mariam sibi in auxilium. Dux autem privata et publica semper exosus civilia bella, clamorem eorum et ipsos parvi pendens nolebat preterire eos. Tunc Dietrissek filius Bussa, fomes mali, inventor sceleris: Si te, inquit, non mordet nec tangit tua iniuria, animum dignus tibi illata, saltem nobis ignoscas ut cognoscas utrum viva an mortua caro simus. Ad hec Wladizlaus dux: Si, inquit, non gero, sed ignavie hoc ascribitur. Hac hora videbis illic quot vicibus meus hic iterabit ensis. Et vix dicto arrepto clipeo primus longe prosilit ex agmine, primus in adversa fulminat acie, et velut setiger sus turba canum septus, ita dux inimicis circuitur, hos preterit, hos prosternit, donec humano perfusus sanguine totus, uno amisso comite Vecena, victor venit in sua castra, iam ad radicem urbis Wissegrad posita. Fit ingens clamor in castris pre gaudio, quia salvum ducem receperunt de prelio. Filius autem Wigberti velut anguis quem pastor sua pede medium fregit, ille attollens caput amissa cauda vix serpit, ita predictus puer quibusdam amissis, quibusdam non graviter vulneratis, corde merens valde subit ardua menia Prage. Res similis prodigio, quotquot vulnerati fuerunt omnes interierunt. Quid admiramini, si propter unum scelus filiorum Pelopis sol suos occuluit et obumbravit radios super civitatem Argos, cum inter has contiguas urbes vel peiora sunt patrata scelera?

Crudelius enim civili geritur bello, ubi filius patrem in bello et pater filium provocat duello. Alius etiam suum germanum ad monomachiam. Alius fratrem ceu hostem captum ligat et spoliat, alius cognatum suum obtruncat, alius amicum quasi inimicum trucidat. Ubique fedares agitur, abhominabile scelus patratur. O Ihesu bone domine, qui pateris in homine, quem patienter expectas, quousque habeas quos pro merito punire debeas. Interea dux Wladizlaus iam dudum premiserat Hermannum et Zebenam comites ad regem Heinricum, qui forte in urbe Bamberk proximum celebrabat natale Domini, et promittens ei quingentas marcas argenti rogat supplex quod dignaretur aut per se aut per suos nuntios a fratre Borivoy iniuste Wigberti sublatum sibi restituere ducatum. Rex autem licet eo tempore valde iratus esset Wigberto, magis tamen succensus amore denominate census, continuo exercitu incitato inchoante [illegible] anno [illegible] ingressus est Boemiam. Et premittens duos marchiones Depoldum et Berengerum mandat ut interposita pace Borivoy et frater eius Wladizlau, simul Hermannus presul atque filius Wigberti, ceterique boemi maiores natu occurrant sibi ad curtem in villa Rokican. Quo cum secundum regis iussum advenissent, sine omni audientia Borivoy et filius Wigberti capiuntur. Presulis autem causa probatur esse iusta, manu regis auro uncta. Post hec omnes fautores Borivoy iubente duce Wladizlau alii visu privantur et censu, alii tantum rebus substantialibus expoliantur. Ceteri qui hanc cladem evadere valuerunt ad Sobezlaum filium regis in Poloniam fugerunt. Inter quos Iohannes filius [illegible] de gente Wrsovici captus, de quo supra retulimus, iubente Vecek visu privatus est et naso. Privitan quoque similiter in eadem comprehensus seditione, qui videbatur senior esse in urbe Praga, cum super humeros alligato maximo cane scabioso et hesterno vino crapulato, raptus per barbam ter circa forum ductus est, cane reboante et suum demerdante baiulum, et precone acclamante: Tale honore potitur, qui Wladizlao duci promissam fidem derogat. Atque omni foro spectante precisa super tabulam ei barba relegatus est versus Poloniam in exilium.

Nec tamen idcirco defuerunt infideles et discordie seminatores, qui inter unanimes fratres Wladizlaum scilicet et Ottonem ita [illegible] seminaverunt discordias, ut ad invicem mutuas pertimescerent insidias. Unde Otto invitatus a fratre premunit venire ad festum pasche. Post pascha vero in kalendis maii ad terciam vocationem Otto suorum militum munitus presidiis venit ad fratrem suum Wladizlaum in condicta villa que dicitur Trice super monticulos. Ibi tota die de diversis causis concionati dant et accipiunt inter se sacramenta, et ut visum est sunt reconciliati. Sed quia idem Otto nobis [illegible] forum in villa Sekyrkostel, quod pater suus et mater pro remedio animarum suarum deo et sancto Wencezlao nobis famulantibus perpetuo habendum tradiderunt, ego missus ex parte fratrum coram duce et eius comitibus conquestus sum super Ottone, quod lucernam parentum suorum quam debuerat accendere extinguebat. Et ille: Ego, inquit, lucernam genitorum meorum non extinguo, sed nolo ut in potestate episcopi sit quod vobis specialiter datum esse scio. Et tunc non episcopo, non alteri persone, sed deo et sancto Wencezlao nobis famulantibus predictum forum restituo. Et ita coram duce et eius comitibus restituto nobis foro, postera die Otto reversus est in Moraviam. Interea eodem anno in idus iulii indicta est generalis synodus cunctis principibus terre boemorum ad curtem Sacskam, que sita est inter duo prata. Ad quam simpliciter Otto invitatus venit incaute cum paucis, confisus valde tempore dati inter se et accepti sacramenti. Ubi tertia die iam defunctis omnibus negotiis mane surgens Otto in castris [illegible] questionarius ut sunt parati cum suis necessariis ad repetenda [illegible] ipse non ascenderet [illegible], accepturus a fratre suo licentiam. Quam multus

moror? Cur non citius quod sine mora factum est eloquar? Illico ceu ferocissimus leo capitur Otto velut a mitissimo agno duce Wladizlao. Cui cum sui consiliarii instarent ut eum lumine privaret, nequaquam, inquit, assimilabor duci Poloniensi Bolezlao, qui fratrem suum Zbigneu sub fidei sacramento ad se vocavit dolis et eum tercia die privavit oculis. Ego autem nolo cum fratre meo perpetuas inire discordias, sed volo castigare eum, ut castigatus resipiscat et cognoscat atque sui posteri discant, quod terra Moravia et eius dominatores semper boemorum principis fuit sub potestate, sicut avus noster pie memorie Bracizlaus ordinavit, qui eam primus dominio suo subiugavit. Sed quid fortis fortunam?

Ecce vir fortis inter armatas manus Otto tripudiat et in vinculis mancipatur, et a facie et iocundo vultu quasi ad epulas invitatus ibat, usque dum retruditur urbis Wissegrad in custodiam. Illum fertur dixisse ad eos qui erant eum observantes per vigilias milites: Assimilantur apes lingue mendacis amici; quarum ab ore fluit mel, cauda sed ultima pungit. Me fore pro talem deceptum credite fraude. Sed casus varie fortune ferre necesse est. Nec facit ista meus frater, mihi sed [illegible] iniquus. Sic voluit Vecek, agit sic iudice Rosecz. Quos ego si vivam [illegible] sed reprimam. Post hec tempore non longo reedificato firmissimo castro Krivoplat in silva iuxta fluvium Msam, traditur ibi Otto armatis militibus ad custodiendum annis fere tribus.

Eodem anno duce Wladizlao et universa plebe boemorum cum magna iocunditate et leticia sui patroni sancti Wencezlai celebrantibus natalicia, nuncius affuit duci qui talia retulit: Vobis hic in tranquillitate et securitate convivantibus, sed fratre tuo Sobezlao et duce polonorum Bolezlao terram hanc depopulantibus, et populum quasi viles messis aristas diripientibus, ego vix solus aufugi ut hec nunciarem tibi. At celeritate in manu iam claudite, una promptuaria lingue [illegible] vocat vos ad prelia, cras aderunt hostium armata mille milia. Qui continuo surgentes de convivio et celeriter exercitu collecto occurrunt eis ex ista parte amnis Cydlina iuxta pagum qui dicitur Lucica. Ast alia de parte eiusdem amnis sine rapinis et sine incendiis ibant [illegible] polonorum phalange, quousque pervenientes iuxta oppidum Olbrris applicuerunt ad undam Labe fluminis. Inde mittunt ad ducem Wladizlaum dolo dicentes: Non nos hostilia portamus hastilia, nec venimus pugnare, sed te fratrem cum tuo pacificare. Si autem vis [illegible] ad quiescere [illegible], cras transibimus flumen, et cetera post hec amen.

Ad hec dux Wlad. paucis respondit: Non erit hoc anno pax sine sanguine magno. Ad fedus pacis quare nemo venit in armis? Transibis flumen, post cetera non erit amen; flumen quando transibis, sed non impune redibis. Cetera que dicis facta fac cetera que vis. Et iterum male credulus verbis hostium dolosis, cum suis nocte illa transvadantes fluvium ante ortum solis ex adverso applicuerunt ripis eiusdem fluminis. Poloni autem ut videre dolos suos [illegible] se, fecerunt impetum super terram et eam devastantes incendiis et rapinis universa preda onerati iuxta pontes Trutinei [illegible] metati. Nostrates autem quia illa nocte nimis fatigati fuerant nec tam cito [illegible] potuerant, stabant stupefacti. Ut autem Wlad. se dolo deceptum intellexit, et suorum quorundam desides animos ad pugnandum sensit, ira et indignatio et conscia virtus in duce exarsit, et quasi tuba vehemens que ad bella milites concitat, ita suis in ratio corporis suorum viventes excitat: O boemi, inquit, olim fama omnia marique melior, virtutibus egregii, triumphis eximii, nunc vero tributarii quibus semper fuistis timori. Nobis adhuc spirantibus insultant, et terram vestram devastant. Ah, vobis Teutonienses pendere tributum cessere. An soli Polonienses habere fere vos cessent? Quid nobis adhuc vivere? O [illegible] nobis et nostris posteris odium! Ecce cuncti nostra favilla, lares nostri usque ad nubila fumigant; vulcanus toto terre in superficie furit, et tamen adhuc vestra ira gelidior glacie non urit. Ah, si cor vestrum tabescit, [illegible] qui iam fame languescit, cur zelo iustitie non exardescit? Ah, nonne videtis vestras feminas plangere et ululare, quarum raucis clamoribus ardua syderea tangit? Quis lacrimas singultibus [illegible] aut quantas gemitus sive uxoris rapte a paganis non amarum corde peperit? Quis tempus se a lacrimis, cum infantes suos quasi agnellos [illegible] reficit, aut matres ab ubere videret avelli? Atque minus dolendum esset si non animus dignus illarum dolor iste fuisset. Certe [illegible] tantum in [illegible] habeat, non intimata hodie ancipite fortunam belli in tempore [illegible].

Nec ipse dux et cunctus simul exercitus, sicut unusquisque stabat imparatum, non querunt vada, sed sine ordine prosiliunt et transnatant aquam, optantes mori pro patria. Vires dabat eis dolor et illata iniuria. Festinant quoquo modo possent et iam vite sue per dispendium inimicorum letum disturbare triumphum. Sed dux sepe dictus polonicus postera die transiens rivulum Trutinam, quia vis non ubique est, premisit cum preda suos et quosque debiles precedere, ipse vero in loco ad pugnam sibi apto cum expeditis equitibus pro defensione suorum stetit et repugnare parat. Hec ita fieri cernens Dietrissek filius Bussa, cuius supra sepe mentionem fecimus, sedens minore loco cum his qui suo lateri adherebant militibus dicit ad eos: Fratres mei et commilitones, quicumque paratus aut mori cupidus habet aliquam in suo [illegible], necesse est ut eam prius aut abscindat, aut ne ab agmine meo abscedat. Nam vilior est alga maris qui nescit quam pulchrum sit mori in armis. Quorum ut vidit animos ad pugnam alacres, erant enim fere centum milites, velut lupus qui querit clam ex latibulo [illegible] pere gregem, ita ille ex impulso impetu cum magno ex nudo latere irruit in hostes. Ubi fere mille prostratis adversariis, fere ut veribida tigris predictus miles infestissimos hostium cuneos et eos a dextris et a sinistris obstantes quasi spicas tenere segetis avido metit gladio, donec nimium victorum obrutus cecidit super ingentem occisorum struem. Boemi vero qui in adversa fronte [illegible] pugnaverunt, heu insueta lapsi fuga terga dederunt. Sobezlau cum polonis infausta, quia plusquam civili potitus est victoria.

Acta est autem hec strages VIII idus octobris, in qua Nosizlau, Drsikray fratres filii Luboumir et alii quam plurimi ceciderunt. Anno dominice incarnationis M.C.XI. Regina Suatava inter natos suos satagente et episcopo Hermanno mediante atque Vecek palatino comite licet contra salutem suam id faciente, dux Wlad. fratrem suum Sobezlaum revocavit de Polonia, et dedit ei civitatem Satec cum omni ad eam pertinente provincia. Anno dominice incarnationis M.C.XII. Regum antiquorum iuxta statutum regis Heinrici [illegible] ad [illegible] dux Wladizlaus nepotem suum Bracizlai filium et equivocum cum armata CCC clipeis legione misit Romam. Sed quia iam rex longe ante processerat, predictus puer cum suis transiens bavarie alpes invenit regem in urbe Verona, ibique cum eo celebravit pentecosten. In augusto autem mense

intravit rex Romam cum ingenti multitudine diversarum nationum atque linguarum accepturus imperiales fasces iuxta morem regum. Et quia idem rex olim surrexerat in suum patrem, idcirco paschalis papa iudicans eum infamem, nolebat eius implere voluntatem. Quem rex illico iussit capi, et adacto ense iugulo cepit mortem minari. At ille timens mori, consensit eius voluntati, atque tertia die adinvicem pacificati, totius Romani populi et cleri favorabili acclamatione imperator et augustus vocatur et ordinatur. Altera autem die novus imperator tanta munera apostolico donavit, ut pro sui magnitudine humanae crederentur sufficere cupiditati. His ita peractis reversus est imperator in Bavariam, et milites ad suam incolumes rediere patriam.

Anno dominicae incarnationis M.C.XIII. Quibusdam hominibus qui vana et incerta libentius referunt, relatum est Sobehlao quod frater suus dux Wladizlaus vellet eum capere, id suggerente et consiliante contra eum Vacek comite. Quibus ille respondit. Aut ego moriar, aut qui talia molitur prius morietur, quam ego capiar. Et eundem rem relatam magis opinaretur veram esse, eadem hora venit nuncius vocans eum fratris ad curiam. Qui accipiens fere CCC milites adiit fratris curtem cum paucis, ceteros non longius quam unius stadii spacio fecit stare cum armis. Ubi fratre salutato et prandio sumpto, dux processit precipiens fratri suo ut eum sequeretur ad civitatem Wissegrad. Non enim longe sed quasi X stadiis distabat ab urbe. Tunc Sobehlau mittens rogat Vacek comitem, quo privatim simul gradientes sermocinarentur ad invicem. Quo facto, parum privatim sermone communicato, ex utroque latere atque post tergum Vacek comitis incauti et innocentis rumpunt sacrifero precordia vulnere terno, Mense quater denas quintili intrante kalendas. Statimque Sobehlau reversus ad suos tenuit viam volens per Zribiam transire in Poloniam, valde enim timuit fratris sui persecutionem. Cumque transisset silvam, occurrit ei Erkembertus prefectus de castro Donin, pellacis Zribie plus nequiens, fingens multa amicabiliter pollicetur ei quod cesaris per gratiam omnem suam obtineret iusticiam, si ad eius perveniret presentiam. Atque supplex invitat eum dolis, quatenus cum paucis secum ad requiescendum ascenderet in oppidum. Erat enim ea tempestate predictum castrum cesaris sub potestate. Mox inter prandendum armata manu ad libitum super hospitem clausit ostium, et post paucos dies vinculatum mittit versus Saxoniam in quoddam firmissimum castrum, tradens eum suo clerico nomine Dalrico ad custodiendum. Videntes autem milites contubernales dominum suum fraude captum, diffugiunt alii in Poloniam, alii reversi sunt in Boemiam.

Post unum mensem sed Christi propitiante, Sobehlau ab eodem clerico noctu sic absolvitur. Superioris domus inter cancellos ad columnam fune ligata, dimissus est per murum in sporta, atque per eandem funem predictus clericus similiter dilapsus cum quodam milite Conrado filio Ruom, qui et ipse conscius facti, eadem nocte sub murum adhibuerat equos. Et sicut avicula emissa de cavea fugit et repetit silvam, ita illi lapsi celeri fuga tendunt in Poloniam. Eodem anno mense decembri dux Wladizlaus fratrem suum Ottonem solvit a vinculis, et quam olim post obitum fratris sui Zuatopluc habuerat, reddidit ei dimidiam totius Moraviae cum suis civitatibus provinciam. Anno dominicae incarnationis M.C.XIIII. mense maio, iubente domino Ottone, Roztey et eius gener qui cognominabatur tenis Vacek, de quibus supra diximus, ambo privati sunt lumine. Eodem anno Sobehlau quibusdam Polonis secum assumptis, veniens ad castrum Kladzko temptat precibus et promissionibus multis, quo sibi cives aperirent portas urbis. Quibus non consentientibus sed viriliter resistentibus, iuvenis pro dolore nefas flammis mox succendit palacium, quod prope murum situm erat. Vento autem incumbente ex adverso, inflammata sunt propugnacula, insuper et turris que forte in ante murale stabat propinqua muris. Unde urbani valde turbati iam desperantes salutem rogant pacem fieri, dari dextram, prius tantum vite incolumi et singulari. Quibus concessa pace vix periculum mortis evadentibus, combusta et funditus est eversa civitas tota.

Anno dominicae incarnationis M.C.XV. mense ianuario dux Polonorum Bolezlaus avunculo suo Wladizlao per caritas mittit literas scriptas in hec verba. Si valuerint penes te preces meae, et obtinuerint fratri tuo germano Sobehlao locum indulgentiae, credo quod firmum sit et stabile nostrae pacis vinculum et amicicie. Nam et si per nuncios te exorarem, certe deberes facere, quanto magis nunc liceat mihi intercedere ut fratres concordes, quos mater sub uno corde portavit ventre. Et quidem sancto Petro sciscitanti utrum fratri dimittat septies in die peccanti, dictum est a domino non usque septies, sed usque septuagies septies. Ergo hoc exemplo imbuimur, ut fratribus nostris vicies indulgeamus, quotiens illi in nos non possunt peccare vicibus. His exemplis et precibus dux Wladizlaus compulsus, immo innata sibi super fratrem commotus pietate, mense marcio iterum pristinam revocat eum in gratiam, et dat ei civitatem Gradec, et tota circa adiacente cum IIII castellis provincia. Eiusdem anni mense iulio dux Wladizlaus et fratres eius Otto et Sobehlau iuxta fluenta amnis Nizham cum duce Polonorum Bolezlau indictum conveniunt ad placitum, atque inter se datis et acceptis sacramentis confirmant federa pacis. Altera autem die innumeris muneribus mutuatim adinvicem oblatis, hylares ad proprios remeant lares. Interea Dalrico ducis Conradi filio memorabili fato e medio sublato, fratre vero eius iuniore Lutoldo olim antea similiter ab hac luce subtracto, filiis autem illorum adhuc etate parvulis, dux Wladizlaus germano suo Sobehlao dat totam illam cum suis civitatibus provinciam, quam quondam patruus predictorum fratrum Conradus habuerat.

Anno dominicae incarnationis M.C.XVI. Ungarica gens viribus ingens, opibus pollens, armis bellicis prepotens, et cum quovis rege terrarum pugnare sufficiens, regis sui Colomanni post obitum, principes eius mittunt ad ducem Wladizlaum quatenus cum rege novello scilicet Stephano renovaret et corroboraret antiquam pacem et amiciciam. Quorum dux voluntati acquiescens, ita quod pacis sunt se facturum spopondit. Ventum erat Olsavam ad rivulum qui Pannoniae et Moraviae dirimit regna. Erat Ungarica gens innumerabilis velut arena maris aut pluvie in campo Luczko tota superficiem terre cooperiebant sicut locuste. Dux autem alia ex parte predicti amnis metatus est castra. Sed sicut ait scriptura, Vae terrae cuius puer rex, principes eius primatum sibi superbia aberrantes, ad pacifica ducis verba remittunt responsa magis rixae provocantia quam pacis osculum ferentia. Unde dux illa die ad placitum distulit ire. Illi autem hoc indigne ferentes, et aliter fieri suspicantes, tres armatas quas vocant hospitum legiones iubent extra castra ire, et pro defensione sua stare ex adversa parte amnis. Dux autem estimans eos ad pugnam prorumpere, iussit suos arma capere, et citius dicto contra eos terminalem transiliunt amnem. Mox inopinata et improvisa nec precogitata atrox et cruenta exoritur pugna. In qua filius Stan, cuius supra meminimus, nomine Iurik prefectus urbis Satec, miles acerrimus cum aliis eiusdem civitatis pluribus acriter pugnando occubuit, IIII idus mensis maii. Ast aliis terga

vertentibus et ipse dux est in fugam compulsus. Otto autem et Sobehlau habentes robustas IIII phalanges, et tertiam de Boemis fortes accipientes cohortes circumeunt monticulum qui eos forte dirimebat, et repente irruerunt magno impetu super Ungarorum castra. Ubi rex et sui proceres cum ipsis nichil scientes de pugna que facta fuerat sedebant et bibebant et epulabantur splendide. Quid multa? Nisi archiepiscopus Laurencius cum rege cito aufugisset, nec ipse periculum mortis evasisset. Certe tot nobiles et ignobiles interierunt Pannones, quot nec tempore sancti Oudalrici iuxta flumen Lech interisse referuntur. Ille autem quas prediximus hospitum legiones et contra nostrum ducem bello prevaluerant, revertentes a cede invenerunt suos perfugatos, alios trucidatos et prostratos, et hostes in castris tripudiantes, turpem inierunt fugam. Quos ut a longe aspexere in castris regis iam enim ultra pontem Belim posita erant castra in campis estimantes hostiles acies adhuc se insequi, multo plures submersi sunt in flumine Wag, pre timore fugientes. Nostrates autem parta victoria in castris eorum nocte illa figunt tentoria. Diripiunt milites Ungaricas gazas scilicet [illegible] vasis aureis et argenteis habundanciam. Inque suos vulgus bona tecta distrahit usus.

Anno dominicae incarnationis M.C.XVII. III nonas ianuarii, quinta existente feria, hora iam vespertinali, terremotus factus est magnus, sed multo maior in partibus Longobardie. Nam ut fama referente percepimus, multa ibi edificia ceciderunt, multa castella sunt diruta, multa monasteria sive delubra corruerunt et multos homines oppresserunt. Eodem anno verae amicitiae comes inmota mente: Bis febru quintus obiit Bozetecha kalendis. Similiter eodem anno Christo semper regnante domino nostro Ihesu Christo cuius in manu corda sunt regum, qui et clementer inspirante, dux Wladizlaus recordatus est fratris sui Borivoy, cuius humilitate iam diu perspectans arcis de throno deiecti misertus erat afflictionibus eius et miseriis. Et quia cui deus miseretur, homo non potest non misereri, statim predictus dux iam nunc instinctu divino, et Hermanni episcopi faciens omnia consilio, mittit et revocat mense decembri fratrem suum Borivoy de exilio, et satisfaciens sibi, ac semet ipsum submittens eius dominio, tertio collocat eum in principali solio. O mira ducis benignitas, sed magis admiranda equanimitas, quem nec secularis delectat dignitas, nec contristat posita honoris sublimitas. Nunc sumpto ducatu, nunc dimissa potestas. Talia quis umquam audivit? dic rogo, facta. Verum hoc audiret Colomannus rex Pannonie si viveret, qui metuens ne germanus suus Almus post eum regnaret, ipsum et filium eius mentula privavit et lumine. Borivoy autem non immemor accepti beneficii, dat fratri suo dimidiam ducatus partem, que sita ultra flumen Labe tendit ad aquilonem. Eratque fratri suo licet iuniori moribus obediens, et semper eum preveniens, nichil sine suo consilio gessit.

Anno dominicae incarnationis M.C.XVIII. mense septembri tanta fuit inundatio aquarum quantam non reor fuisse post diluvium in orbe terrarum. Nam et iste fluvius Wltava repente prerupit erumpens de alveo, ah quot villas, quot in hoc suburbio domus, casas et ecclesias suo impetu rapuit. Alias namque temporibus tametsi hoc raro evenit, ut unda alluens vix tabulata pontis tangeret, hec autem inundatio alta quindecim ulnis super pontem excrevit. Anno dominicae incarnationis M.C.XVIIII. III kalendas augusti, feria vero IIII, cum esset iam inclinata dies, venit vehemens immo ipse Sathan in turbine ab australi plaga repente irruens super solarium ducis in urbe Wissegrad antiquum murum et eo firmissimum funditus subvertit. Et inde magis est admirandum, ex utraque parte anteriori et posteriori integra manente et inconcussa medietas palacii solotenus est eruta, et tria quasi festucam frangeret trabes inferiores et superiores cum ipsa domo, impetu venti fregit infulta et dispersit. Fuit autem hec tempestas adeo valida, ut quacumque parte incubuit, hinc tecta, silvas et arbores plantatas et cetera sibi obstantia impetu prostravit. Anno dominicae incarnationis M.C.XX. Nec mea musa cum digito compesce labellum. Si bene docta sapis caveas ne vera loquaris. Ut taceat sapiens brevis solummodo dicas. Est Borivoy rursus regni de culmine pulsus. Augusti IIII post idus sit ea facta.

Anno dominicae incarnationis M.C.XXI. Nimis attenuate sunt segetes propter nimiam siccitatem que fuit per tres continuos menses, marcium scilicet et aprilem atque maium. Eodem anno dux Wladizlaus reedificavit oppidum Donin, similiter et Podivin castrum quod est in Moravia situm infra flumen Zuratka. Eodem anno quidam ex Theutonicis infra terminos Boemorum in

303. silva ad quam itur per villam Bela in abrupta rupe edificavit castrum. Quod audiens dux Wladizlaus, acceptis tribus scaris ex electis militibus repente ex impulso irruens obtinuit castrum. Ubi in primo accessu missis de muro sagittis vulnerati sunt non tam ad mortem duo milites ducis, Dalrici filius Vecemil, Olen filius Borsa. Illos autem Theutonicos qui erant in castro captos, nisi comes Albertus superveniens multis precibus et innata sibi sagacitate liberasset, procul dubio iam dux in eadem silva omnes suspendi iussisset. Eiusdem anni fuit hyemps nimis ventosa et calida, et aquarum inundatio magna. Anno dominicae incarnationis M.C.XXII. VIII idus aprilis fuit eclypsis lunae media nocte qua iudaicum erat phase. Eodem anno obiit sacer Hermannus doctrinae lumine clarus. Ter subit ignis octobris facta kalendis, dominica iam illucescente die in festo sancti Lamberti episcopi et martiris, cuius dum vixit festum devotissime coluit, quia Traiectensi vico et ex eadem Lotharingia orte fuit prosapia. Hic novam vicem sedis pontificalis gerens rexit hanc ecclesiam annis XXII, mensibus VI, diebus XVII. Erat enim spectabilis, incognitis formidabilis, domesticis affabilis, morum qualitate incomparabilis, lucerna lucens in mundo et ardens, nec sub modio sed super candelabrum posita, illuminabat corda non credentium verbo doctrinae et exemplo. De cuius et aliis probis actibus licet plura relatu digna existant, tamen ea intacta relinquimus, propter instantis temporis homines, qui nichil boni ipsi operantes, aliorum benefacta credere audita renuunt. Veruntamen non videatur esse absurdum, si preposterо ordine referam, que antea referre debuimus. Nam predictus presul cum sua egritudine iam lectum teneret, et paucos familiares circa lectum astare videret, ingemuit et ait. Secretum meum mihi, secretum meum mihi, et obticuit. Illi autem astabant stupefacti, et intuebantur vultus suos adinvicem taciti. Et paulo post iterum presul aperuit os suum et inquit. Olim deliquerim cum sanus fueram, hoc fari claudo in ambone, que nunc compellor fateri iam spe mei in agone. Fateor ut quia ego peccator compeccantes de peccato suo non redargui, et potentes inique agentes et delinquentes non solum honoravi, verum et amavi, quos increpare et si non obedirent excommunicare debui. Postquam occubuit Bracizlaus iunior, quo nec fuit nec erit dux melior, hac in terra floruit iniquitas, germinavit superbia, pullulavit fraus, dolus et iniusticia, et ego semper dolens dolui, quod mihi cum bono duce non licuit mori. Verum quia silui, quia apostatricem gentem non revocavi, nec in gladio anathematis pro Christo dimicavi, sed me ipsum et plebem christianam passus sum pertractum iniquum cum gente non sancta pollui. Sicut scriptum est. Qui tangit immundum immundus erit, et qui tetigerit picem inquinatur ab ea. Aut que conventio Christi ad Belial. Apostatricem

gente dico iudeos, qui per suam negligentiam post baptismum relapsi sunt in iudaismum. Vnde valde timeo, ne Christe tu hoc obicias, & in futuro me pietati tue reum. Nam tu huius incompetenti vocas, ipse tu audita es dicens. Cum non ascendisti ex adverso, neque opposuisti murum pro domo Israel, ut stares in prelio in die domini. Et grege dominica non auro, non argento, verum Christi sanguine redemptam, per suam morbidam ovicula passus es contaminari, & a celesti regno exterminari. Heu tu misero, qualem me esse velle, quam diversum ab illo qualis olim eram. & nunc ipsemet mihi displiceo, quia parum bonum me fecisse video. Dixerat, & statim ut supra retulimus, Spiritum exalans fugiens evanuit auras. Post hunc Meinhardus secessit in ordine denique.

Eodem anno mense marcio comes Bernhardus ad Ierosolimam simul & de Galicia redivit & eiusdem anni XVII. kalendas novembris obiit. Item eodem anno mel & vindemia pleno cornu habundavit. & segetes satis eo anno, sed maxime granum redundavit. Hunc annum secuta est hiemps calida, unde insequenti estate carvum custodita glacie. Anno dominice incarnationis M.C.XXIII. mense marcio comes Oldrich & Gumprecht & Gebehart & Heinricus qui & Sdik, & cum eis alii Ierosolimam perrexerunt. Ex quibus quidam mense novembri redierunt, quidam ibi interierunt. Nam comes Oldrich iam revertendo VIII. idus iulii obiit. Similiter & Bertholdus cliens Heinrici filius mei VIII. idus augusti obiit. Impedior lacrimis nec possum promere sepius. Quis furor unanimes aut que discordia fratres? Ceu geminos tauros in ora compulit iram. Nam dux Wladizlaus in mansuetus iram contra fratrem suum Sobehlaum mense marcio movit arma, & cum suis omnibus expulit de Moravia, & reddidit Conrado filio Lutoldi hereditatem suam. Partem autem quartam illius regni quam habuit tetrarcha Oldricus frater supradicti Lutoldi addidit Ottoni, Holomucensi duci fratri. Sobehlau autem fugiens a facie sui germani adiit imperatorem in Magontia. Sed parum sua profecerunt negocia, quia sine pecunia apud omnis reges nane sunt cuiuspiam preces, & legum obmutescit iusticia. Ceu velut lupus quem vibrans invadit grege, & frustra captans cum nichil profuit, submittens caudam repetit silvam, sic Sobehlau apud cesarem infecta causa tendit ad Vigbertum & apud eum per septem menses conversatus est. Deinde mense novembri transiit in Poloniam, quem dux Bolezlaus honeste in sua recepit. Coniugem autem eius Alzbetam ducissam quia Stephanus rex Pannonie quarante (?) recepit recognoscens cognatam suam.

Item in quadragesima fere per universum orbem aerie potestates quasi plurime stelle, & si non caderent, visi sunt tamen excidisse in terram. Hunc simile dominus dicit in euangelio. Videbam sathanam quasi fulgur de celo cadentem. Eodem anno maxima fuit ubertas tam autumno quam vere seminatis in frugibus, non quod grando locis nocuit in pluribus. Mel autem in campestribus fuit habunde, in silvestribus locis minime. Hyemps aspera fuit nimis, & nivosa. Iamque eodem urgente anno marchionis Deden extrema stirpe fato exstirpata, imperator quarto Heinricus predictum Dedonis marchionatum putans herede desolatum, dederat Vigberto sub potentia. Sed erat in Saxonia quidam nomine Conradus ex tribu eiusdem Dedonis natus, ad cuius manum iure pertinebat ille marchionatus. Unde dux Ludera & alii Saxones valde indignantes contra imperatorem susceperunt bellum adversus Vigbertum. Hisce diebus dux Wladizlaus & Otto sicut preceperat eis imperator tam Boemie quam Moravie coadunato exercitu transeuntes silvam metati sunt castra ultra oppidum Gvozdec ex adverso predicti ducis. Presul autem Maguntinus & comes Vigbertus circa fluvium Moldavam stabant cum multitudine armata. Saxones autem posita castra in medio dirimebant eos. Nec sinebant in simul coire adversarios suos. Tunc dux Boemie & Otto miserunt ad Saxones dicentes. Domnos per superbiam contra nos sumpsimus arma. Sed iussu imperatoris venimus in auxilium Maguntino archipresuli & Vigberto comiti. Sed quia hi non assunt qui adesse & primi committere pugnam debuerant, vos tantum modo cedite nobis loco, ut habeamus occasionem revertendi, ut videat & nos cessisse, & vos fecisse & expectasse eos in condicto loco. Ad hec Ludera dux respondit dicens. Miror vos prudentes viros adhuc non reprehendere animo dolos, quibus induti frustra contra nos movistis arma innocuos. Auxilia pirata (?) carere dolis consilia Maguntini archipresulis Adalberti. An non dum ei astutam prudentiam satis experti estis. Sic sic notus est vobis Vigbertus alter ulixes, qui circa eiusdem presulis callipodium informatus est. Cur ipsi non venerunt nos ut salutent quos libenter eos resalutaremus. Sed tutum est a longe expectare quam manu committere bellum. & alteri incomodo suum comparare comodum. Certe quis lippus potest perspicere oculis quo ipsi machinantur suis dolis. Sciunt enim & bene sapiunt quia si vos vincetis, quod non sine magno vestri dampno dabitur vincere Saxones. Sin autem nos poterimus prevalere potero, Boemiam suis defensoribus viduatam facilius invadere quibunt. Hoc vult imperator, hoc presul Maguntinus consiliatur, sic semper ut gener Vigberti Boemus amicatur. Nam germanum suum Sobehlaum que nuper Vigbertus obvolutum tenebat sua dolo abegit in Poloniam, non certo ad eundem Vigbertum reverterat, amplius in non credatur. Nos autem scitis magis paratos egredi prelio, quam nobis cedere loco. His auditis male creduli verbis dolo compositis Boemi depopulata regione que est circa urbem Missen, reversi sunt ad propria, sole morante in XV. sagittarii parte.

Anno dominice incarnationis M.C.XXIIII. II. idus febr. Hermannus frater Willehalmi & Lutoldi filius Marcani perrexit in Ierosolimam. Eodem anno dux Borivoy nonis bis binis mense plutonis, exul in Ungaria, carnis compage soluta Ad Christum migrat pura quem mente colebat. Cui que nunc ampla celi letatur in aula. Huic post omnis vite mundique labores. Exul ter quinis quas degens prodit annis. Et quibus est passus sex annos carcere clausus. Bis sublimatur solio, ter bis reprobatur. Non omnia servata fas est vel talia fari. Sed quam cunctis creat Deus atque creata gubernat. Qui legere hec dicat Borivoy dux ut requiescat. Et tibi scarum pars & requies animarum. Sepultus est autem in Praga metropoli, anno cum labente bissextili pridie idus marcii, ad principalem ecclesiam sanctorum martirum Viti, Wenceslai atque Adalberti in cripta sancti Martini episcopi & confessoris. Item eiusdem anni in XL. VIII. kalendas aprilis Meinhardus casu repperiens in sacrario ossa Podiven condidit humi in capella que est sub turre inter altare sancti Nicolai episcopi & confessoris & tumulum Gebeardi episcopi. Hic fuit cliens & individuus comes in labore & triumpho sancti Wenceslai martiris, de cuius actibus mirifice ipsi satis declarantur scire volentibus. Tempore autem suo Severus sextus huius sedis episcopus, ampliorem dilatans capellam circa sanctam predicti patroni tumbam, ossa predicti clientis effodiens, quia aliter non poterat fundari murus, & collocans ea in sarcofago posuerat in camera, ubi ecclesiastica servabantur xenia. Item VIII. idus aprilis in die pasche cesar Heinricus quartus mittens epistolas ad omnis regni sui principes & episcopos precepit, quatinus omni occasione postposita IIII. nonas maii in urbe Bamberk ad suam convenirent curiam.

Interea Sobehlau minor ducis frater linquens Poloniam, tendit cum suis omnibus via ad ducem Saxonie Luderam, sperans tanti viri consilio simul & auxilio potiri. A quo honorifice suscipitur hospicio, & optato sine spe pro tunc solacio. Nam predictus dux ut cognovit principem Boemie regali intentum esse curie, misit legatum cum hospite suo ad cesarem dicens. Regie potestati & imperie dignitati congruit pacientibus iniuria clementer subvenire, & eam facientibus iusticie rigore regaliter obviare. Cui gratie expeditum & principalis censure nobis & cunctis gentibus dabitis documentum, si hunc innocentem virum & iniuriam pacientem Sobehlaum iusticiam faciens fratri suo cum reconcilies. Unde cesar valde indignatus respiciens ad omnem suum cetum dixit. Satis per improbo iste loquitur marchio. Ipse nobis facit iniuriam, & ulcisci posset iniuriam. Nam sim congruit ut ipse faciat alienas ulcisci iniurias, cur non prius ulciscatur meas? Aut que iam maior potest esse iniuria, quam quod ipse vocatus non venit ad nostra concilia? Ergo quicumque fidelis iusticie, & hostis mordax iniurie, spondeat nunc fide super sancta plenaria, quod sua tollat arma, & sequatur me post festum sancti Iacobi apostoli in Saxoniam. Assenciunt omnis & collaudant principes atque iurant bellum adversus Saxones secundum edictum cesaris.

Hisdem diebus moritur gener Wratizlai regis Wigbertus, de quo supra satis meminimus. Videns autem Sobehlau quia fortuna & rotis censum magis iuvat fratrem suum maiorem natu, necnon et iter ad Wigbertum natum quo est solatus de obitu patris sui, suum per sororem cognatum. Et exinde misit ad Polonie principem Stephanum comitem, per hec ut sua omnia disponebat extra silvam. Qui cum transiret silvam que est inter Saxoniam & Poloniam, incidit in armatas latronum manus. Qui a longe stantes, inquiunt ad eos. Parcimus & miserescimus vobis, atque concedimus vitam. Ite iam cum pace via, equos autem & omnia que portatis linquite nobis. Neque tam pauci multis resistere aut fugere quitis. Quibus Stephanus intrepide paruum inquit dare spacium mire consilium. Illis autem concedentibus dixit comes. O fratres o socii, ultimam iam sortis ne timeatis casum fortune mortis. Quia si non nobis fuit frangere pane in versus in fuga tempore. Aut turpe contumaciam turpitudinem, quis nobis tribuet necessaria vite. Et tunc hanc barbari nobis concedant ignominiam. Hoc frustra sua pertulit nos non occubuisse viriliter, cum divisis penis affectos, hec naribus truncati, altera oculis privatum, dabunt nos in parabolam & fabulam cunctis gentibus. Ad illud unanimiter inquiunt. Moriamur, moriamur, sed videamus ne multi moriamur. Quos ut viderent pagani magis ad pugnam quam in fugam aptare arma, repente irruunt super eos. Fit monstruosa pugna inter quinque ancilia & inter quinquaginta foratum scuta. Presbiter autem ex eis cui animas suas commendaverant hiis arcu & faretra fugit. Quem unus ex latronibus videns virum inermem insequitur fugientem. At ille non valens evadere, misit retro sagittam, & percussit equitem in media fronte, ceciditque equus & ascensor eius retro. Sicque solus presbiter evasit, & nunciavit in urbe Glogou que facta fuerant. Prefectus autem illius urbis nomine Voyhlau cum multis audiens illuc armatus, invenit Stephanum semivivum in media aqua Bobr super frutices herentem. Nam barbari ut viderunt multos de suis interfectos, & alios vulneratos, irati valde precipitaverunt eum in predictum fluvium. Quem prefatus prefectus suscipiens, & eius socios adhuc semivivos, vehit in castrum suum, ibique Stephanus mense iunii tercia die moritur. Sobehlau autem hisdem temporibus apud Wigberti filium morabatur, quia post obitum patris sui predictus puer atrocem ab inimicis undique tolerabat.

Eodem anno mense iulio dux Wladizlaus natam suam primogenitam nomine Zuatava cum magno muliebri cultu, & nimio census apparatu tradat nuptui cuidam inter Bavarios primates famosissimo viro nomine Friderico.

Eodem anno Christus dei virtus & dei sapientia cuncta suo nutu gubernans subsistentia, hanc terrulam dignatus est sua eruere clementia a laqueo sathane, & eius filii iacobi apelle. Cuius predicta dextera quamquam tetigerit iniquitatem & oris anhelitu ceu basilisci ferro quam afflaverat. De quo & plurimi testantur veridici homines, quod sepe visus sit sathan in humana effigie eius lateri adherere, atque sua obsequia exhibere. Vnde cum in tantis suis actibus extulit audaciam immo dementiam, ut excedens summam ista scelestissimus homo, post ducem inter dominum fugere officio, quod erat magnum chaos christiano populo. Hic idem post baptisma factus apostata altare quod erat edificatum & consecratum in synagoga eorum nimorte destruxit, & sumens sacras reliquias non est veritus eas in sua immittere cloaca. Hunc talem sacrilegum atque maleficum dux deo placitus Wladizlaus zelum Christi zelans XI. kalendas augusti cepit, atque sub artarius fecit constringi custodia. Ah quantum de mammona iniquitatis ex domo eius sublimatoris sublatum est, & in fiscum ducis redactum. Preterea sui compares in scelere iudei, ne predictus maleficus capite plecteretur, tria milia argenti, & C. auri libras composuerunt duci. Quo autem dux gratia dei inspirante christiana mancipia ab omnibus iudeis redemit, & ut nullus ulterius christianus serviret eis interdixit, amen amen inquam quicquid umquam deliquit, totum in hoc laudabili facto delevit, & nomen sibi eternum adscivit. O Christi famula pia Magdalena Maria. Semper devota tibi principis hec sua vota, quam in tuo festo eruta est ab hoste infesto.

Item eodem anno III. idus augusti XI. hora diei solis eclypsis fuit, & secuta est maxima pestilentia boum, ovium atque suum. Apes multe interierunt penuria mellis fuit nimia. Segetes autumnales deperierunt simul & vernales, preter solum milium & pisam. Eodem anno dux Wladizlaus dux precellens & venerandus natale domini & epiphaniam in villa Sebechna celebravit, deinde quia infirmabatur transfert se in urbem Wissegrad ibique ad suum obitum mansit. Eiusdem hyemis intrante vere vehementissimi incubuere venti prima lunatione mensis marcii. Anno dominice incarnationis M.C.XXV. Sobehlau audiens fratrem suum graviter infirmari, inito consilio amicorum salubri, immo sic iam disponente divinitate, cum omni suo comitatu de Saxonia redit, & IIII. nonas februarii prope urbem Pragam in silva que est circa cenobium Brevnov nocti applicuerat. Tali causa quod ipse hac intrare faciendum disposuerat. Neque enim tantis molis heros tam temere hanc terram intrasset, sed non aliqui ex comitibus exivissent, quorum consilio id ut egerat egerat. Namque eadem nocte recto pede torquens huc & illuc ne per silvas, in pullas latentes circuibat terram, ne minimum inferens aliquam. Sed semper fratris sui querentis gratiam. Omnes quidem boemii preter & sedi ordinis cum diligebant, & ei partim fave bant. Sola autem ducissa & pauci cum ea adiuvabant Ottonem, Qui quia sororem eius sibi copulaverat, omnibus modis nitebatur quo per ipsum suum Otto patrueretur solio. Ducis autem magis magisque invalescens morbus, nimis eum exhauriebat corpus. Inter hec primates terre conturbati, ceu pisces in turbida aqua inventi, dum inanite turbaverint eternam. Regina Zuataua mater ducis permota & instructa Sobehlau ab amicis, venit ut visitaret filium suum, & sic locuta est ad eum. Mater ego tua cum sim & regina, supplex & tamen ad te tua venio genua, & quibus te tenerum excepi, per sic tuo coram te iam tremulis per cumbo genibus. Non et ea que iure possis negare peto, sed que & deo placita & hominibus accepta. Placet tamen dicam, sic ipse tua homona pareo.

[illegible] amiles placide susceptus [illegible] hac
[illegible] obviam [illegible] ne [illegible] fauciri. Liceat
[illegible] apud filium suum imperatorem [illegible] rogatus possidat
[illegible] annis suis [illegible]. Liceat in decrepita nos [illegible]
[illegible] educatus. Contingit in [illegible] moriture [illegible]
[illegible] consistit solam mortem. Mortuus quoque [illegible]
[illegible] hac mortis [illegible] et nos [illegible]
[illegible] arma. Quis [illegible] ignorat [illegible] sicut [illegible]
[illegible] Natus quippe [illegible] propinquiores [illegible]
[illegible] ex [illegible] pennata. Ille autem ille qui tibi
[illegible] et [illegible] ex [illegible] et [illegible]
[illegible] crede [illegible] ipse [illegible] laqueum
et [illegible] Iste autem qui [illegible]
[illegible] multo clementior [illegible]
[illegible] solium [illegible].
[illegible] Quam [illegible]
simul [illegible] Nonas [illegible]
[illegible] fratres autem [illegible]
[illegible] qui [illegible] et exul nunc feliciter morte [illegible]
[illegible] Cum nati [illegible] facie Hermannus [illegible]
[illegible] nec [illegible] ad [illegible] vel ex [illegible] reminiscar
[illegible] fratres. Interea [illegible] presul Bambergensis ecclesie Otto nomine et
[illegible] et [illegible] Pomoranie [illegible]
[illegible] Cum [illegible] et anima sua
[illegible] confessione [illegible] non prius posse dari [illegible]
[illegible] presul [illegible] fratre suo [illegible] et [illegible]
[illegible] Mox [illegible] et causam
[illegible] Meinhardo [illegible] episcopo, iuxta principale [illegible]
[illegible] Festinabat enim [illegible]
[illegible] Mittitur [illegible] Sobezlao [illegible]
palam [illegible] clanculo machinabat.
[illegible] Oto fieri, qui semper adherebat
[illegible] tristis [illegible].
Pacificatur [illegible] Wladi [illegible] fratri maioris [illegible] Post
octavas autem [illegible] dominica [illegible] que tunc fuit [illegible]
[illegible] dux Wladi non sine magno suorum
planctu migravit ad Christum et [illegible] semper pro nomine Christi in pauperes
exhibuit [illegible] domino consecutus est [illegible].
Sepultus est autem [illegible] ipse [illegible]
et [illegible] sufficientes [illegible]
[illegible] Cladrubi. [illegible] Cuius gestis
[illegible] Qua [illegible] honore.
Sit liber [illegible].
[illegible] hanc kronicam
sub temporibus Wladizlai ducis et Hermanni presulis conta
[illegible] ad loca
[illegible] exuberante materia.
[illegible] nunc [illegible] in
[illegible] Considere [illegible] venerimus.
[illegible] ammonitio [illegible]
rare [illegible] sene [illegible]
[illegible] Ossa [illegible]
[illegible] quibus [illegible] magistro [illegible]
grammatice [illegible] dialectice [illegible] mecum [illegible]
[illegible] semper [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] Sobezlaus [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] Wladizlao [illegible] Sobezla
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] O [illegible] Q [illegible]
[illegible] credere posset. Quo [illegible]
[illegible]
[illegible] Wissegrad
[illegible] cepit [illegible]
[illegible] Sed [illegible]
[illegible] Wenceslai [illegible]
[illegible]
[illegible] Quam [illegible]
et [illegible] gubernari et [illegible]
possessori. Sed [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] Quos [illegible]
[illegible] diurna lux et pagina deficeret [illegible]
[illegible] Veniam [illegible]
[illegible]
[illegible]
Certe [illegible]
[illegible] Eodem anno [illegible]
[illegible] pentecosten magna nix [illegible]
silvestribus locis descendit et sequentibus diebus [illegible] horruit.
[illegible] frugibus simul et
[illegible] arboribus [illegible] arbusta
[illegible] excrevissent et minores [illegible] rigescerent annus.
[illegible] imperator Heinricus [illegible] obiit.

[illegible] et nuptialis genealogia desiit [illegible] feminei
sexus [illegible] conclusa
[illegible] Interea [illegible] Sobezlao [illegible] sub [illegible]
[illegible] Kruvnecz [illegible]
[illegible]
[illegible] Ipse [illegible] familiaris [illegible]
[illegible] Cui [illegible]
[illegible] Ad [illegible]
[illegible]
[illegible] femina. Sed [illegible] a vite
[illegible] post annos [illegible] carnis [illegible]
ne [illegible] libidinem [illegible] diaboli
[illegible] Quid enim ageret? Aliquando legerat in dialogo
qualiter sanctus Benedictus [illegible] compescuit ardorem carnis
[illegible] Cum subito superna gratia [illegible] et ad [illegible] revers[illegible]
querens [illegible] et non inveniens secreti loci [illegible] colli
git [illegible] manipulum, clam [illegible] cubiculum et super se clau
sit ostiolum [illegible] usque ad [illegible] filum [illegible]
[illegible] Ah si quis [illegible] infamiter [illegible]
[illegible] nollet [illegible]
[illegible] Certe [illegible] magister [illegible] aut [illegible]
[illegible] se [illegible]
[illegible] insensibiles [illegible] et posteriora [illegible]
[illegible] Exin redit ad [illegible] et multo crudelius [illegible]
cordia [illegible] Tu me [illegible] pessimum cor semper [illegible]
ego te sic in cruciabo. Certe enim exeunt cogitationes male,
adulteria, fornicationes et libidines. Sicque [illegible]
[illegible] doloribus [illegible]
[illegible] moribundus. Nec satis se fecisse reputans [illegible]
[illegible] colligens fasciculum de urticis suspendit in sua camera
[illegible] semper habere [illegible] Quas quocumque [illegible]
[illegible] potentius conspexit cor eius [illegible]
[illegible] mala [illegible] mali [illegible] Hos au
[illegible] custodiam et
[illegible] Sit cum eloquia
[illegible] eloquia [illegible] quibus [illegible] usque modo [illegible] ego
[illegible] Hec [illegible]
[illegible] Vale [illegible]
[illegible] Hucusque Cosme decani pragensis editio.

Anno a Christo nato Millesimo quingentesimo xxviij°
feria [illegible] post dominicam [illegible]

FERdinandus [illegible] Romanorum Imperator
Hungarie [illegible] Rex Archidux Austrie et
Hoc in [illegible] Sylesiorum Urbe in Bohemiam
Cum [illegible] Comitatu urgente [illegible]
Et [illegible] Et in Civitate
[illegible] tempore suo [illegible] Con-
[illegible] in arbore pyri extra Civitatem
[illegible]

[illegible] Abbas, in perpetuam
rei memoriam hic annotare [illegible]

304.

O

Nicolaus arch.
Andreas prbr.
Mathias prbr.
Alexius prbr.
Liborius prbr.
Vnanso prbr.
Nicolaus prbr.
Paulus prbr.
Osdedic prbr.
Marcus subd.
Oczhslaus.
Archileb.
Vecek. Tulhus.
Janota. Otto.
Pnean. Cstik.
Hocslaus.
Vanek. Voyk.
Radbor. dius.
Gochardus.
Bogdal. kraslk.
Gauel. Modliiog.
Caston. Barnas.
Racibor. Gneuo.
Marek. Milih.
Radk. Virek.
Vleon. Bogumil.
Bradac. Radost.
Margeta. Virek.
Radoslaus.
Albertinus.
Milos. Cohan.
Sieton. Polanus.
Radosta. Iuoric.
Royata. Boguslaus.
Godata. Radey.
Knata. Gostey.
Budislau. Albrech.
Gothard. Malc.
Milota prbr.
Bryxcia. Homa.
Marena. Man.
Bogumila unir.
Bogumila god.
Radohna.
Radoslaua.
Vecna. Anna.
Miloslaua.
Radoslaus.
Iohs pr. p[...].
[...] Dobin.
Privny. Trebata.
Hanuur. Mala.
Dobrogost. Janek.
Horchor prbr.
Vnanso prbr.
Litek. Druse
cu uxore 7 filius.
Vlastibor c ux.
Bohrest. Stroh.
Vbislaua pec.
Marcus prbr.
Alexi pr. 7 m.
Wratislaua m[...].
Mathessa en.
Dena. Benka.

Calendarium

305

Ego frater Albertus Wnesrouius prior Monasterii Braunouien. sub anno Dni 1.5.9.quarto die vero quarta Martii hunc grandem codicem ex mandato Rndi Dni Dni Martini Abbat. Breunouien. [...] Pragam transmisi per Generosum Mathiam a Rendorff et Bischopoiro capitaneum Politen. versus Pragam

KL IANUARIUS
HABET DIES XXXI LUNA XXX

III A KL IAN. CIRCUCISIO DNI. BASILII ET UILONIS CF. I
Pribislau. Marquart. Blasi. Strihla. Voyteha. Marca. Sobocka. Iana. — Hic incipit lunaris ciclus.

B IIII NOCT. S. STEPHANI PTH. III. Voyteh. Criston. Strihlaua. Marck. Plugana.

XI C III NOCT. S. IOHANNIS APLI. GENOVEFE UIRGINIS III.
Iohs. Ianus. Krassota. Iohs. Bohelbe. Petra.

D II NOCT. S. INNOCENTUM. III. Adam canon. Ianek. Bribislaua. Radost. Cernue.

XVIIII E NONE SYMEONIS M. THELESPORI PP. UIGILIA.
Gregori fr. Hual. Modlis. Paulus. Milon. Heroda. Vlastena. Dcenda. Bohehna.

VIII F VIII ID EPIPHANIA DOMINI. Primus. Pdanyk. Vrtus. Hurchlau. Pinone. Gamaliel.
Anno dni 92 aderat petrus Lechtersteterus pyabenus Bohemie, adq. hac ad perpetuam sui memoriam scripsit, dum ab orientibus revertebatur. [illegible] Fidelis. — Clavis lxx.

G VII ID LUCIANI MR. CLERI DIAC. Karel. Milog. Sean. Dobremil. Ianik. Bolehna. Gelera.

XVI A VI ID SEVERINI EPI ET CF. Dobremil. Gostog. Nerada. Dragomir. Querana. Voyhlaua.

V B V ID IULIANI ET BASILISSE MRM. Frum. Vecek. Modlibog. — Hic primum accenditur luce lxx.

C IIII ID PAULI PRIMI HER. MELCIADIS PP. III. Brecislau dux. Petrus com. Vecek. Cr[illegible]

XIII D III ID PETRI. SEVERI. LEUCII. Neasir. — Raska.

II E II ID SATIRI MR. ARCHADII MR. Groznata. Wratislaus dux. Vbislaua. Agnes. Petrusse.
Ipsa 8a Ephi. A° 92. Abbate monasterii huius [illegible] in choro [illegible] S. Martino pro sue [illegible] Georgi Bartholdy Pontany Braitenberg Protonotarius Apostolicus [illegible] Canonicus Olomucensis. — Otto miles. Conrad. — Eccl. Prag. Decanus, Comes Palat.

F IDUS OCT. EPIPHANIE DNI. HYLARII EPI. Arnoldus comes. Sdehla. Querana.
Eadem die, Abbate anno ut supra prima vice hic fuit Laurentius Nigrinus Mielitrensis, artium lib. Magister ordinis Cruciferorum cum rubea stella Generalis ac supremus Prior, denominatus Commendator Pontensis Ec. — Boromila.

X G XVIIII KL FEBRUARII. FELICIS PRBI. III. Arnold. Mogek. Olrich. Quassena.

A XVIII KL MAURI ABB. MACHARII ABB. Sestrena. Bogusha. Dobrivest. Sezmara.

XVIII B XVII KL MARCELLI PP. III. Milos. Hela. Hualac. Gostac. Kruna. Zuoybog. Dlugomil. Milek.

VII C XVI KL ANTONII M. III. Vital. Pocr. Drasa. Lutsse. Pribislauce. Cuben. Iurik. Marena. Milohna.

D XV KL PRISCE UG ET MR. III. Vladislaus dux. Sdehlaua. Vracen. Quassen. Bilec. Voyhlaua.

XV E XIIII KL GERMANICI MR. POTENTIANI MR. Roman pr. 7m. Polcka. — Sol in aquarium. Primum lxx.

IIII F XIII KL FABIANI ET SEBASTIANI MRM. Fridericus abb. Iohs. Milic comi.
Richard pr. 7m.

G XII KL AGNETIS UG ET MR. Zbislau. Iacub. Meleysi. Malo. Bogunka. Iacub.

XII A XI KL VINCENTII MR. Vrban. Crisan. Sen. Soaua. Zorena. Querana. Nedelka. Iurena. Radouan.

I B X KL EMERENTIANE UG ET MR. Iana. Cribaua. Petra. Barela. Vecek.

C VIIII KL TIMOTHEI APLI. III. Milosta fr. n. Malec. Dauoy com. Vlassin. Brogusse. Chunik.

VIIII D VIII KL CONVERSIO S. PAULI APLI. Pilunk com. Bolemil. Dobka. Strebislaua. Vratena. D
Anna.

E VII KL POLICARPI EPI. Radoslau. Hata. Marca. Radobna. S. Messa. Vratauoy. Mirassek. Rihoc.

XVII F VI KL IOHIS EPI CRISOSTOMI. Bogislau com. Petrus. Maren. Zudka. S. Gotsa. Sober. Malice. V[illegible]

VI G V KL AGNETIS SCDO. III. Ben. Vrato. Vratis. Otrono. Zpitigneu dux. Pronnoy.

A IIII KL VALERII EPI III. Bda. Snecek pr.

XIIII B III KL YPOLITI MR. MATHIE EPI. ALDEGUNDIS UG.
Gregori sac. Ianik. Gostek. Sazlaus. Dobrena.

C II KL METRANI MR. VIGILII EPI ET MR. Iacob sac. Ludomila. Bolehna.

Nox horarum xv. dies viiii.
Dum medium sil. Ecce advenit. In excelso throno. Omnis terra. Adorate dm. Circumdederunt me.

Mors iuvenes rapit atque senes nulli miseretur

FEBRVARIUS

HABET DIES XXVIII LUNA XXVIIII

XI D KL FEB. BRIGIDE VG III. Boruuoy dux. Bogeza. Bogumil. Trebon. Dobrek.

E IIII N PVRIFICATIO S. MARIE. Frideric epc. Domaslau. Zlusek. Dobrosten.

VIIII F III N BLASII EPI ET MR. Blasius ons. Drisek. Zorana. Godava. Marica. Radosta.

VIII G II N FILEE EPI Francard pr. Scorina. Sobha. Milota. Cohan. Golec. Bogza. Brizoda. Hualibog.

Joannes Huberus Pontanus, Sac.ae Caesareae Mtis. Cancellariae Imperialis Germ.cae Amanuensis, summo studio hunc grandem Codicem (qui et multa ex code, pro sua Maiestate Caesarea, descripsit) perlustrauit. A.o 1597. D.

A NONE AGATHE VG ET MR. Modlibog. Domamir. Radoslau. Milouan. Dula.

XVI B VIII ID DOROTHEE VG. Vrek. Radus ons. Boguza. Hic primum accendit luna lx.

V C VII ID AVGVLII EPI. Radoslau. Zbilut. Voyslau. Iarogneu. Brecizlau dux. Ver sinitium habet dies xci.

D VI ID COVITE MR. Hualek ons. Quecon. Radosta. Iacob. Priska. Zerchislaua. Primum lx.

XIII E V ID APOLLONIE VG. Sdeuil ons. Strehnoy. Casce com. Blasius abb. Marca. Marena. Malis.

II F IIII ID SCOLASTICE VG. Curidon. Bolecest. Sdimir. Domasse. Beneta. Velena. Sug. Petr.

G III ID DESIDERII EPI ET CF. Bogusse. Zlauek. Caslau. Vouca. Utac. Zuest. Quaha. Magn.

X A II ID IVLALIE VG III. Iohs m. Vecek. Crgone. Maria. Bolecest. Vlastena. Ludmila. Sestere sac.

B IDVS POLICETI MR. Kata. Ianis. Sdan. Crgone. Bohech. Castouoy. Rasse. Pest ons. Buek. Iudita.

XVIII C XVI KL MARCII VALENTINI MR III. Cuga. Andreas dcon. Zobeslaus dux. Nagaram. Boges.

306.

VII D XV K CRATONIS MR. Zuerena s. n. Milaca fr. n. Nadey. Dobrostin. Mstena. Vlastena. Margareta. Scepan. Micul. Cuks. Milota. Radek. Malis. Sdoloa.

E XIIII K IVLIANE VG III. Sol in pisces. Cac. Petrus fr. n. Paulus. Gauel. Bratrusse. Bogudast. Suecest. Mladota.

XV F XIII K POLOCHROMII EPI ET MR. Iohs pr. Iaroslau. Vecek. Petr. Obelud. Petrubna.

IIII G XII K SYMEONIS EPI ET MR. Lucia. Miley s. Iana s. n. Vladizla dux. Radost. Vladisla. Petrec. Mathi pr.

A XI K GABINI PRBI ET MR. Iohs epc morauie. Pribizla. Pribizla. Cohan. Paeik. Bogudar.

XII B X K MRM QVOR NUMERUS SOLI DO COGNITUS E.

I C VIIII K LXXVIIII MRM. Nicolaus et. Cstik. Bauk. Cehna. Mauric. Petr. Iunta. Sodelna. Gneuec. Zastup. Bicka. Ver oritur. Vltima lxx.

D VIII K KATHEDRA S. PETRI APLI. Tch. Mukar. Poshdara. Hrapa. Damka.

VIIII E VII K POLICARPI EPI ET CF. VIGILIA. Radoslau. Volimir. Volen.

F VI K MATHIE APLI. Michal. Mathis pr. m. Magn pr. Hugo. Bratroslaua. Miroslaua. Marca. Micul.

XVII G V K WATPVRGE VG III. Locus bissexti. Ianek fr. n. Iurik. Petrumila. Cora. Iohs pr. Sdas. Cristan.

VI A IIII K NESTORIS EPI ET MR. Iohs abb. Zlauen. Paulus m. Scanis. Sizrara. Mirena s. n. D.

B III K IVLIANI MR LEANDRI EPI ET CF. Biek. Vbecest. Marina.

XIIII C II K ROMANI ABB. Mali. Hupek. Sdan. Bratrumila. Sebna. Nox horarum xiiii. dies x.

Cesarius quartus obiit. C...

Vivit post funera virtus Samuel Zhagelus Pisnensis Notarius Nymburgensis scribebat 15 Aprilis Anno 1594.

KL MARCIUS
HABET DIES XXXI. LUNA XXX.

Za hanusse ... 1594 ...

III	D	KL MAR	DONATI MR. ... Hic incipiunt & mutantur termini. D
	E VI	VI N	IOVINI ET BASILEI MRM.
XI	F V	V N	MARINI ET ASTIRII MRM.
	G IIII	IIII N	TRANSL. S. WENCEZLAI MR.
XVIIII	A III	III N	FOCE MR. ... VII. emb.
VIII	B II	II N	VICTORIS ET VICTORINI MRM. ... III. emb.
	C NONE		PERPETUE ET FELICITATIS M.
XVI	D VIII	ID	PONTII DIAC.
V	E VII	ID	XL MILITU. Prima incensio lune paschal.
	F VI	ID	ALEXANDRI ET GAII MRM. Petrus ... Anno 1594
XIII	G V	ID	LX MILITU.
II	A IIII	ID	GREGORII PP.
	B III	ID	EVFRAXIE VG.
X	C II	ID	PETRI MR. Ultimum lx.
	D IDUS		LONGINI MILITIS Q. XPM LANCEAV.
XVIII	E XVII	KL APRILIS	CYRIACI DIAC.
VII	F XVI	KL	PATRICII EPI ET CF.
	G XV	KL	ALEXANDRI EPI ET MR. Primus dies secli. Sol in ariete. Hic mutantur anni ab origine mundi.
XV	A XIIII	KL	IOHANNIS CF.
IIII	B XIII	KL	ARCHIPPI CMILITONIS PAULI.
	C XII	KL	BENEDICTI ABB. Equinoctium. Term. xvi.
XII	D XI	KL	AFRODISII EPI ET CF. PAULI EPI. Primum pascha. Term. v. Sedes epactarum.
I	E X	KL	THEODORI PBRI. ALBANI BRITANNA. Hic adam factus est.
	F VIIII	KL	PIGMENII PBRI. Locus concurrentium. Term. xiii.
VIIII	G VIII	KL	ANNUNCIATIO DNICA. Term. ii.
	A VII	KL	CASTULI MR. LIUDGERII MR.
XVII	B VI	KL	RESURRECTIO DNI. Term. x.
VI	C V	KL	GUNTRAMI REGIS. PRISCI. MALCHI. D
	D IIII	KL	EUSTASII ABB. Term. xviii.
XIIII	E III	KL	QUIRINI MR. Term. xx.
	F II	KL	ALBINE VG. REGULI EPI ET CF. Nox horarum xii. dies xii.

KL APRILIS HABET DIES XXX LUNA XXVIIII

A. 1588. 17 Aprilis Ego Fr. paulus wilkowsky polonus prior Braunoviensis librum mirabilem et magnificum lustravi qui cum admiratione videat ... fideque propria manu subscripsi.

XI G KL APR. Venantii epi et mr. Theodori uc. Term. XV.

Bodrica. ... Castau. ...

A IIII N Nicetii epi et cf. Marie egypt. Boges. Makar. Term. IIII.

Radosla. Milon. Pereg...

XVIII B III N Evagrii et Benigni. Theodosii vg. Damir. Gladence. O commemoracio ...

Suliana. ... Bogdal. ...

VIII C II N Ambrosii epi et cf. Dobros. Vladislav. Daniel epc. Bonek. Jacob pr ... Hic incipit ... Term. XII.

D NONE Hirenis vg et mr. Marie Apollonii. Bogdan. Marena. Term. I.

Bogislava. Bogdan. Marena. Bogislava. ...

XVI E VIII ID Syxti pp et mr. Jan. ... Raden. ... Cosma. Hermann. ...

Bohunek. ...

V F VII ID Pelevsii prbi. Heresippi viri sc̄issimi. Marena. Mirena. ... Term. VIII.

Mislav pr. ...

G VI ID Dionisii epi et cf. Perpetue epi et cf. Mattek. Prebisl.

...

XIII A V ID Procori mr. Vojtech. ... Term. XVII.

II B IIII ID Apollonii prbi. VII virg. ... Bolaslav. Jan. Martis. ... D Term. VI.

Gorca.

C III ID Leonis pp. Antonii mr. ... Dobrosian. Crista. Decena. Cogen. Milgost.

...

X D II ID Zenonis epi et mr. Philippi epi et cf. Laurencius ... Term. XIIII.

...

E IDUS Hermigildi regis et mr. Julii epi cf. ... Tessek.

...

XVIII F XVIII KL MAII Tyburcii Valeriani Maximi mrm. Term. III.

...

VII G XVII KL Olimpiadis et Maximi mrm. Eufemie vg. Clauses rog. Term. XI.

...

A XVI KL Kalisti Karisii mrm. Vlastena. Bohdan. ... Cristina. ...

XV B XV KL Petri diac. ... Zbinco ... Radovan. Ben. ... Marta.

IIII C XIIII KL Perfecti prbi et mr. Hermogenis. Sestrena. Bohdana. Luna XIIII ultima.

...

D XIII KL Leonis pp. Eleutherii mr. Blasia. Radoslava. Domaslava.

...

XII E XII KL Victoris pp. Vincentii mr. ... Agnes. Sizna. Luca. ... D

I F XI KL Symeonis epi et mr. ... Daniel pr. ... Milaca.

Radek. Mirana. ...

G X KL Gaii pp. ... Sebastianus. Bogusse. ... Dusan. ...

VIIII A VIIII KL Adalberti epi et mr. ... Crisse. Bodma pr. ... Bratron.

Bozepor pr ... Bogumila. ... Radoslav. ...

B VIII KL Georgii mris. ... Bogusa. ...

XVII C VII KL Marci evglste. Letania maior. ... Ultimum pascha.

Domasa. Bogusla. Samuel. ... Marta. ... Pecka.

VI D VI KL Anacleti pp. ... Radek. ... Bresna. Domaslava. Primum rogationum ...

E V KL Anastasii pp. ... Hulek. ... Vrena. Bvitano. ...

XIIII F IIII KL Vitalis mr. ... Bogdal. ...

III G III KL Titici diac. Radoslav. Bogusse. ... Janek. ... Radek. ... Dragek.

A II KL Eutropii mr. ... Bogdanec. ... Bogislava. ... Clauses pasce. Nox horarum X dies XIIII.

Domini ... Resurrect ... Quasimodo ...

KL MAIUS HABET DIES XXXI LUNA XXX

XI B KL MA. PHILIPPI ET IACOBI APLOR. Otto. Michael. Ottoy.

Bogumila. Sthnec. Marka.

C VI. N ATHANASII EPI ET CF. Arnolt. Hlawos. Hornoy. Mladota. Petr. Perun.

XVIIII D V N INVENTIO S. + ALEXANDRI EVENTII THEODOLI MR.

Hornur. Mangolt. Bratumila. Bogusslasi. Pribislaus. Sobla.

VIII E IIII N FLORIANI MR. GOTHARDI EPI ET CF. III. Petr. comi. Iohs.

Sarek. Valterius.

F III N NICETII EPI ET CF. Petrus pr. et m. Petrik. Otto.

XVI G II N IOHANNIS AN PORTA LATINA. III. Mislen abb. Slava.

Hic primum accendit luna pentecosten.

V NONE IUVENALIS MR. Suchlau. Samuel. Sucesta.

B VIII ID VICTORIS MR. Cen. Vracen. Crobau. Stulc. Milost. Strehna. Deaik.

XIII C VII ID TRANSL. S. ANDREE APLI. Dobromir. Ratibor. Ianic. Dulek. Yvud.

Estatis initium habet dies XC.

II D VI ID GORDIANI ET EPYMACHI MRM. III. Nicolai. Nadmir. Crisan. Petr.

Primum pentecosten.

Cesta. E V ID MAMERTI EPI ET CF. Bolecco. Strezna. Sahorka. Vsemila. Fimila.

X F IIII ID NEREI ET ACHILLEI PANCRACII MRM. III. Ora dux.

Pau. Hugo. Iudrih. Ianek.

G III ID MARIE AD MRES. GENGOLFI MR. III. Hustibog. Palek. Iurik.

Ianek. Dobroslaus.

XVIII A II ID BONIFACII MR. Vadislava. Bogwale.

VII B IDUS YSIDORI MR. Petrus. Mladota. Nozislaus. Orzezna.

C XVII KL IUNII. PEREGRINI MR. Drsicay. Tessek. Bogava. Orzezena.

XV D XVI KL TORPETIS MR. Blasii pr. et m. Vbislau. Stanislau.

Noe ingressus in archa.

IIII E XV KL DIOSCORI MR. Ivana. Krala. Ambros. Stik. Petrus. Margareta. Sobslava. Ilia. Sudiba. Crisan.

Sol in geminos.

F XIIII KL POTENTIANE VG. III. Hugo. Dobremil. Dobrava. Gusstera. Bolemil. Adam. Stanislava.

XII G XIII KL BASILLE VG ET MR. Costis. Gostisse. Supan. Dobrava. Rada.

I A XII KL SECUNDINI MR. Voyslau. Mirune. Michal. Pavlec.

B XI KL CASTI ET EMILII MRM. Mares. Sdan. Petrana. Hnpava.

VIIII C X KL DESIDERII EPI ET MR. Sovluc. Emeramm. Sihnava. Malica. Houka.

D VIIII KL DONATIANI ET ROGATIANI MRM. Crisan. Suc. Vere. Mali. Drugis. Milehna.

XVIII E VIII KL URBANI PP ET MR. III. Petrus. Constantin. Bogdanec. Visseras. Doman. Vlastey. D

Estas oritur. Gunek.

VI F VII KL QUADRATI EPI. Milic com. Petr. Bogdal. Benedicta. Vaczlaus. Bolemila.

G VI KL IULII MR.

Egressus Noe de archa.

XIII A V KL GERMANI EPI ET CF. Domagost.

III B IIII KL MAXIMINI EPI ET CF.

C III KL FELICIS PP ET MR. Marquart.

Ultimus rogationum dies.

XI D II KL PETRONELLE VG. III. Bohuzlaus. Stephanus. Rzak. Olbrecht. Nox habet horas VIII, dies XVI.

Misericordia dni. Iubilate deo. Cantate domino. Vocem iocunditatis. Exaudi domine.

...ad omnium utilis ... presentis et futuris ... commissionis, ... Hannivald in ... scribebat ... May ...

Durat et lucet Virtus. 1 5 V 9 0 Daniel Printz a Buchau S. C. M. Consiliarius cum ex legatione Polonica reuerteretur scribebat 12 Maii

G. I. M. T. 1 5 K 9 0 Adam Hannivald in Rotenstein et Altenhoff scribebat 12 May.

D. ... Archiepiscopus ... scribebat ...

T. Kat. Widemans Luneburgensis ... 1672 ... 13 Maii

Christoph. ... Brunsvig. ... scribebat ... in perpetuam memoriam A. 1672 die 13 Maii

IUNIUS

KL HABET DIES XXX LUNA XXVIIII

XVIIII E KL IUN Nicomedis prbi et mr.

VIII F IIII N Marcellini et Petri mrm III. Hual. Trebca. Milessi.

G III N Herasmi epi et mr. Iudith.

Anno Dominicae Incarnationis 1593 ego Jacobus Henninok ... mr scripsi et huic libro memoria inserui IIII Non Augusti

XVI A II N Quirini epi et mr. F. n. Vbislaua.

Andreas ... scribebat hoc in perpetuam memoriam. Anno 1619. 3. die Junij.

V B NONE Bonifacii archiepi et soc ei mrm. Huacoplue.

Gostaua. Mika. Radmir. Sudislaua. Peka.

C VIII ID Philippi diac. ... Boguslai. Vlanini pentecost. Vachslaua.

XIII D VII ID Pauli epi et mr. F. n. Hoamir.

II E VI ID Medardi epi et cf. F. n. Clauis. Iana.

F V ID Primi et Feliciani mrm III. F. n. Sumara. Vnca. Milabla pr. Iolis com.

X G IIII ID Getulii et soc ei. Vecemila. D

A III ID Barnabe apli. Tyadag epc.

XVIII B II ID Basilidis Cyrini Naboris Nazarii mrm III.

VII C IDUS Felicule vg et mr. Grabissa. Voyslau. Lmabor. Bedrgost.

D XVIII KL Iulii. Quintiani prbi et cf. Iohs ... Reverendissimus Amplissimus ac Nobilis Dominus Johannes Chotousky a Chotow Abbas Brzewnouiensis meritissimus placidissime in praesentia fratrum suorum obdormivit in Dno XIIII Iunij Anno Dni 1575

XV E XVII KL Viti Modesti et Crescentie mrm.

Brecislaus dux. Zepe. Dalic. Ban. Milessi.

IIII F XVI KL Aureliani epi et cf. Banek. D

G XV KL Aviti prbi et cf. Sol in cancerum.

308.

XII A XIIII KL Marci et Marcelliani mrm III. ... Dobren.

Bracius. Hualena. Caspar Küenell prefectus Monasterii Strigoniensis Ao. 1592 Junij 18.

I B XIII KL Gervasii et Prothasii mrm III. ... Srechua. Cstena.

Anno ... 1593 ... codicem vidit, eo ...

C XII KL Novati cf.

VIIII D XI KL Albani mr III. F. n. Deuic. F. n. Sdan.

E X KL Paulini epi et cf III. ... Stan. ... F. n. Golec. Lubos. Vrus.

XVII F VIIII KL Iohannis prbi et mr. Vigilia. Pauel. Benec. F. n. Bogdanec. Opale.

Obiden pr. Deuila. Drisna.

VI G VIII KL Iohannis Baptiste. Petrec. Hela. Paulus. Bratrumila. Sudislaua.

A VII KL Gallicani mr. Smil com. Sdeo epc. F. n. Ciuna. F. n. Lubaua.

adij 25 die Mensis Juny. Subscripsi Ego me meo proprio nomine, Maximilianus

XIIII B VI KL Iohannis et Pauli mrm. Beneda. Michalec. Hebardus epc. Andrea.

M. Zernowitz ...

III C V KL Zoili mr.

D IIII KL Leonis pp. Vigilia. ... Ian. Suatin. Radouan. Bratrumila.

XI E III KL Petri et Pauli aplorum. Iacob pr. Radouan. Vecemil.

F II KL Festivitas s. Pauli ap. Bl... Hoamus.

N. ox horarum VI. dies XVIII.

Spiritus Domini. ... Domine ... Factus est ... Respice ... Domine.

Joannes Wienchota Podlassus Organista et Musicus Aderat huic loco Anno 1592. Die 17. Junij.

Anno 1587 15. Iun. Iohannes Henceius artium magister nec non Commendator ... hoc aureum opus lustravit.

Caspar ... Anno 1592.

KL IULIUS
HABET DIES XXXI LUNA XXX

XVIIII G KL IUL. OCT S IOHANNIS BAPT.
VIII A VI N PCESSI ET MARTINIANI MRM III.
B V N GREGORII EPI ET MR
XVI C IIII N UDALRICI EPI. PCOPII ABB.
V D III N ZOE MR. DOMICII MR.
E II N OCT APOSTO. GOARIS CF. LOR
XIII F NONE WILLIBALDI EPI ET CF III
II G VIII ID KYLIANI MR ET SOC EIS. PCOPII MR.
A VII ID ZENONIS MR.
X B VI ID ROME VII FRM III
C V ID TRANSL S BENEDICTI ABB.
XVIII D IIII ID HERMAGORE MR.
VII E III ID MARGARETE VG ET MR. D
Incipiunt dies caniculares
F II ID FOCE EPI ET MR.
XV G IDUS DIVISIO APLORU. IACOBI EPI
IIII A XVII KL AUGUSTI. EUSTACHII EPI ET [illegible]
B XVI KL ALEXII [illegible]
XII C XV KL [illegible] MR [illegible]
I D XIIII KL [illegible] EPI ET MR [illegible]
E XIII KL IOSEPH IUSTI
VIIII F XII KL PRAXEDIS VG III
G XI KL MARIE MAGDALENE D
XVII A X KL APOLLINARIS EPI ET MR III
VI B VIIII KL CRISTINE VG ET MR. VIGILIA III
C VIII KL IACOBI APOSTOLI. XPOFORI MR. CUCUFATIS MR.
XIIII D VII KL HERASTI MR.
III E VI KL HETHERII EPI
F V KL PANTAELEYMONIS MR.
XI G IIII KL FELICIS PP ET MR. SIMPLICII FAUSTINI BEATRICIS MRM III
VIIII A III KL ABDON ET SENNEN MRM III
B II KL FABII MR. Nox horarum VIII dies XVI

KL AUGUSTUS
HABET DIES XXXI LUNA XXX

VIII C KL AUG. Aduinc. s. Petri. VII Machabeor. D
XVI D IIII N Stephani pp. et mr.
V E III N Invent. s. Stephani pth.
F II N Tertulli mr.
XIII G Nonę Oswaldi regis
II A VIII Id Sixti pp. et mr. Feliciss(imi) et Agapiti mrm.
B VII Id Affre mr. Donati mr. et soc. ei.
X C VI Id Cyriaci et soc. ei.
D V Id Romani mr. Vigilia
XVIII E IIII Id Laurentii mr.
VII F III Id Tyburtii mr.
G II Id Eupli diac.
XV A Idus Ypoliti et soc. ei.
IIII B XVIIII Kl Sept. Eusebii prbi et cf. Vigilia
C XVIII Kl Assumpt. s. Marię vg.
XII D XVII Kl Serene regine
I E XVI Kl Oct. s. Laurentii mr.
F XV Kl Agapiti mr.
VIIII G XIIII Kl Andreę mr. et soc. ei.
A XIII Kl Stephani regis Unor
XVII B XII Kl Bosonis mr.
VI C XI Kl Oct. s. Marię. Timothei et Simph. mrm
D X Kl Theone epi et cf. Vigilia
XIIII E VIIII Kl Bartholomei apli.
III F VIII Kl Genesii mr.
G VII Kl Zepherini pp.
X A VI Kl Rufi mr.
B V Kl Augustini epi et cf. Hermetis mr. Pelagii mr.
XVIII C IIII Kl Decollatio s. Iohis b. Sabine vg. et mr.
VII D III Kl Felicis et Adaucti mrm. D
E II Kl Optati epi et cf. Nox horarum X dies XIIII.

SEPTEMBER HABET DIES XXX LUNA XXX

Mihel Atzlmair ad Insprukh A° 13. 1592 2 dis ...

XVI F KL Sp. Egidii abb. Verene vg. Marislau
Vratena. Ratna. Mathis pbr. Hic mutantur epacte.
V G IIII N Iusti epi et cf. [illegible] Radoslau. Radoslava.
A III N Mansueti epi et cf. Radoslau. Radouan. Iacob. Iohs. [illegible] D
XIII B II N Rufini Silvani Vitalis mrm. [illegible]
II C Nonae Bertini abb. [illegible]
D VIII Id. Magni cf. Radosta. Vuola. Radoslau. Conrad. [illegible]
X E VII Id. Evorcii epi et cf. Regine vg. [illegible]
F VI Id. Nativitas s. Marie. Adriani mr. Corbiniani e
[illegible]
XVIII G V Id. Gorgonii mr. [illegible]
Anno domini fuit fr. Bartholomeus Salvator ...
VII A IIII Id. Hylarii pp. [illegible] Vratislau. Dobrih.
B III Id. Prothi Iacincti Felicis et Regule mrm.
XV C II Id. Sacerdotis epi. [illegible] Hermann. [illegible]
IIII D Idus Philippi epi et mr.
E XVIII Kl. Octob. Exaltatio s. crucis. Cornelii et Cipriani
Bogna. Ruprecht. [illegible] Margareta.
XII F XVII Kl. Nicomedis prbi et mr. [illegible]
I G XVI Kl. Eufemie vg. Lucie et Geminiani mrm.
A XV Kl. Lamberti epi et mr. Hermann epc. [illegible]
Sol in libram.
VIIII B XIIII Kl. Methodii epi et mr. [illegible]
C XIII Kl. Pelei et Nili epor mrm. [illegible]
XVII D XII Kl. Eulogii prbi et mr. Vigilia. Equinoctium. Paulus
VI E XI Kl. Mathei apli et evg. [illegible] D
F X Kl. Mauricii et soc. ei. [illegible]
XIIII G VIII Kl. Sosii diac. et mr. Tecle vg. [illegible]
Bogoslast.
III A VIII Kl. Concept. s. Iohis bapt. Hermann abb. [illegible]
Hic mutantur indictiones.
B VII Kl. Sollempnii epi. [illegible] Willanc.
XI C VI Kl. Cipriani et Iustine vg. [illegible]
Anno 1590 Christophorus Schlichtingius ...
XVIII D V Kl. Cosme et Damiani mrm. [illegible]
Radost. *Arotn vivescit.*
E IIII Kl. Wencezlai mr. [illegible]
VI F III Kl. Michaelis archangeli. [illegible]
G II Kl. Hieronimi prbi et cf. Radon. Bogar. Nox horarum XII. dies XII. [illegible]

[illegible] Anno 1592 Cum incredibilis ... Regni Bohemie ... [illegible]

Laurentius [illegible] Wratislaviensis ... 1592

KL OCTOBER

HABET DIES XXXI LUNA XXVIIII

XV A KL OCT. REMIGII EPI ET GERMANI VEDASTI.

V B VI KL LEUDEGARII EPI ET MR III

XIII C V KL CANDIDI MR. D

II D IIII KL AUREE VG.

E III KL OCT S. WENCEZLAI MR.

X F II KL FIDIS VG ET MR III

G NON. MARCI PP. SERGII ET BACHI MRM III.

XVIII A VIII ID SYMEONIS SENIS

VI B VII ID DIONISII RUSTICI ELEUTHERII MRM.

C VI ID GEREONIS MR ET SOC EI III

XV D V ID KAINICI ABB

IIII E IIII ID CIPRIANI ET FELICIS MRM

F III ID GERALDI CF

XII G II ID KALISTI PP ET MR III.

I A IDUS ANTIOCHII EPI ET CF

B XVII KL NOVEBRI GALLI CF

VIIII C XVI KL HERONIS CF

D XV KL LUCE EUGLTE. 310.

Sol in scorpionem.

XVII E XIIII KL IANUARII MR ET SOC EI III

VI F XIII KL CAPRASII MR.

G XII KL HYLARIONIS M XI MILIU VGINU III.

XIIII A XI KL PHILIPPI EPI ET MR. D

III B X KL THEODORICI PRBI ET MR

C VIIII KL SENOCH ABB

XI D VIII KL FRONTONIS CF

XVIIII E VII KL ROGATIANI PRBI ET MR

F VI KL FLORENTII MR VIGILIA

VIII G V KL SYMONIS ET IUDE AP.

A IIII KL NARCISSI EPI ET CF

XVI B III KL SERAPIONIS EPI

V C II KL QUINTINI ET WOLFKANGI MRM VIGILIA

Nox horarum XIIII, dies X.

KL NOVEMBER HABET DIES XXX LVNA XXX

D KL NOV. FESTIVIT. OMIVS. CESARII MR. Bohuoy. Domaslau.
Mehiles. Scorec. Slaua.
XIII E IIII N EVSTACHII ET SOC. EI. III. Villealm. Voyek. Bogdal.
II F III N PIRMINII EPI ET CF. III. Vbizla pxr. Iaroslau. Micul. Deaka.
G II N PCVLI MR. Viuus abb. Vlicek. Petrus. Ceha. Budislaua com.
X A NON. ZACHARIE PAT. S. IOHIS B. Louek miles. Racibor. Bark. Querune. psit. Sedlena. D
B VIII ID LEONARDI CF. III. Grabissa com. Bornoy. Radossek. Modliboga. Margareta.
XVII C VII ID WILLIBRORDI EPI III. Sipora. Suaton. Sdata.
VII D VI ID IIII CORONATORV III. Opaler.
E V ID THEODORI MR. III. Cassena. Senena.
XV F IIII ID LVDMILE MR. Hermannus monachus. Ianek. Vlicenca.
IIII G III ID MARTINI EPI. Kasibrod. Crupec. Godaua.
A II ID QVINQ. FRM. HER. Milgost. Puten. Petrus can. Suaton. Vrbaca. Drsitray.
Voyiha.
XII B IDVS BRICCII EPI ET CF. III. Leua com. Crisan. Gehdek. Dobrosizn. Strehila.
I C XVIII KL DECEMBRIS ANTIGII CF. Plucek. Radec. Dedos. Cogen. Bolemila. Dobrena.
D XVII K EVGENII MR. Mahora. Dedos. Bolecog. Mara.
VIII E XVI K OTHMARI ABB. Slusata. Sdan.
F XV K GREGORII EPI. Quasic. Xpm m. Radouir. Pisana.
XVII G XIIII K OCT. S. MARTINI. Andreas abb. postolapr. Brzhon. Nesda. Bolemila. Dobka.
VI A XIII K MAXIMI PRBI ET MR. Modliboq. Ianis. Petrus. Vlcek.
B XII K POTENTIANI PP ET MR. Podmka. Boguslast.
XIIII C XI K MATVRI MR. Hraber. Radoslau. Radolma. Stanislaua.
III D X K CECILIE VG. Cotata. Smata. Crisson. Sudek.
E VIIII K CLEMENTIS PP ET MR. Cuheray. Gostac. Verna.
XI F VIII K CRISOGONI MR. KATHERINE VG ET MR.
Milgost pr. Sulisla abb. Pribislaua. Iana. Raduy. Domasse. Pauel. Bonaca.
XVIIII G VII K HERASMI MR. Sralior. Sarena.
A VI K LINI PP.
VIII B V K VITALIS ET AGRICOLE MRM.
C IIII K GREGORII PP. Ierus diac. Voyslau. Pribislau.
XVI D III K SATVRNINI CRISANTI MAVRI ET DARIE MRM. VIG.
Milcens pr. Vanata.
V E II K ANDREE APLI. Vlastena. Dobremila. Mara. Bolest. Ainuk. Bolek pr. Spinet.

Simplicius. Dittu dominus ego egtea. Arcelaun.

KL DECEMBER HABET DIES XXXI LVNA XXVIIII

F KL DEC DIODORI PRBI ET MARIANI DIAC

XIII G IIII N VERI ET SECVRI ... Anno 1587 [illegible]

A III N CASSIANI MR [illegible]

X B II N BARBARE VG ET MR [illegible]

C NONE DALMACII MR [illegible]

XVIII D VIII ID NICOLAI EPI ET CF [illegible]

VII E VII ID AGATHONIS MR FARE VG [illegible]

F VI ID EUTIÇIANI PP ET MR [illegible]

XV G V ID CONCEPT S MARIE THEOTOCOS [illegible]

IIII A IIII ID EULALIE VIRG ET MR [illegible]

B III ID DAMASI PP [illegible]

XII C II ID VALARICI EPI [illegible]

I D IDVS LVCIE VG [illegible]

E XVIIII KL IANVARII SIRIDONIS EPI [illegible]

VIIII F XVIII K VALERIANI EPI ET CF [illegible]

G XVII K VALENTINI NAVLIS AGRICOLE [illegible]

XVII A XVI K IGNATII EPI ET MR [illegible]

VI B XV K GRATICI EPI ET CF [illegible]

C XIIII K VNNIBALDI CF [illegible]

XIIII D XIII K ANASTASII EPI VIGILIA [illegible]

III E XII K THOME APLI [illegible]

F XI K KHIRIONIS MR [illegible]

XI G X K VICTORIE VG ET MR [illegible]

XVIIII A VIIII K GREGORII PRBI ET MR VIGILIA

B VIII K NATIVITAS DNI NRI IHV XPI [illegible]

VIII C VII K STEPHANI PROTHOMRIS [illegible]

D VI K IOHANNIS APLI ET EVGLSTE [illegible]

XVI E V K INNOCENTV PASSIO SCORV [illegible]

V F IIII K DAVID REGIS [illegible]

G III K SABINI EPI ET MR ET ALIOR [illegible]

XIII A II K SILVESTRI PP ET CF [illegible]

RESVRRECTIO DNI
B EVFEMIE VIRG
REGVLII EPI ET CF
VINCENTII MR
PHILIPPI EPI ET CF
B RESVRRECTIO DNI
MATRONIS MR
PERPETVI EPI ET CF
PIGMENII PRBRI ET CF
B PHILIPPI EPI ET CF
AMBROSII EPI ET CF
ADALBERTI EPI ET MR
MARIE EGYPTIACE
B REGVLII EPI ET CF
VINCENTII MR
MARIE APOLLONII
PRISCI MALCHI
B MATRONIS MR
PPETVI EPI ET CF
PIGMENII EPI ET CF
IVLII EPI ET CF
B AMBROSII EPI ET CF
ADALBERTI EPI ET MR
MARIE EGYPT
THEODORE VIRG
B VINCENTII MR
MARIE APOLLONII
PRISCI MALCHI
KALISTI ET KARISII
B THEODORE VIRG
GENESII MR
IVLII EPI ET CF
EVSTASII ABB
B KALISTI ET KARISII
MARIE EGYPT
ANNVNCIATIO S MARIE
TYBURTII ET VALERIANI
B MARIE APOLLONII
PRISCI MALCHI
SCARV VII VIRG
NICETII EPI EPI ET CF
B GENESII MR
SIXTI PP ET MR
EVSTASII ABB
HERMOGENIS
B MARIE EGYPT
ANNUNCIAT S MARIE
TYBURTII ET VAL
SIXTI PP ET MR
B MARCI EUGETE
SCARU VII VIRG
NICETII EPI ET CF

SYMEONIS EPI ET CF
B SIXTI PP ET MR
EUSTASII ABB
HERMOGENIS
THEODOSIE VIRG
B ANNUNC S MARIE
TYBURTII ET VAL
QVIRINI MR
ELEUTHERII MR
B SCARV VII VIRG
LIUDGERII MR
EUFEMIE VIRG
HERESIPPI VIRI SCISSIMI
B PAVLI EPI ET CF
ANTONII MR
THEODOSIE VIRG
GEORGII MR
B HERESIPPI VIRI SCISSIMI
QVIRINI MR
ELEUTHERII MR
ANTONII MR
B LIUDGERII MR
EUFEMIE VIRG
HERESIPPI VIRI SCISSIMI
ALBANI I BRITANNIA
B ANTONII MR
THEODOSIE VIRG
GEORGII MR
PPETUI EPI ET CF
B QVIRINI MR
ELEUTHERII MR
AMBROSII EPI ET CF
RESURRECTIO DNI
B EUFEMIE VIRG
REGULII EPI ET CF
VINCENTII MR
ELEUTHERII MR
B SCARV VII VIRG
NICETII EPI ET CF
SYMEONIS EPI ET CF
SIXTI PP ET MR
B PRISCI MALCHI
KALISTI ET KARIS
NICETII EPI ET CF
ANNUNC S MARIE
B IULII EPI ET CF
MARIE APOLLONII
HERMOGENIS
PHILIPPI EPI ET CF
B RESURRECTIO DNI
MATRONIS MR
PPETUI EPI ET CF

Duodecim[que] mensi[bu]s [illegible] [R]atio concurrentium
[illegible] [illegible] anni [illegible] ultra in cetera
revolvunt. Septies [illegible] [illegible] colline septies xv.
hos dividi p[er] septe[m]. Bis. vii. [illegible] remanet [illegible]
habes tunc concurrentes. Cu[m] semp[er] tunc [illegible] quarta ab anno
[illegible] bissextum [illegible], [illegible] in kl. martii annis singu
lis [illegible]. **Alia luculentissima argumentum concurrentium.**
Locus concurrentium [illegible] est. [illegible] feria viii kl. a[pril]
[illegible] concurrentes [illegible] anni. Verbi gratia. [illegible]
feria [illegible] concurrentes erit. [illegible] erit [illegible]
[illegible] usq[ue] ad septem. [C]oncurrentes dicti s[unt] ab officio suo. quia p[er]
[illegible] ferialibus xii [illegible] ferias kalendarum [illegible]. **De epactis.**
Locus epactarum iste est. Quotamq[ue] lunam xi. kl. april [illegible]
[illegible] epacta p[er] [illegible] anni. Si [illegible] luna [illegible] ipso anno
[illegible] epacta [illegible] qd [illegible]. Sed cum ad xviii. epacta
p[er]venit [illegible] in cyclo decennovenali. [illegible] anno [illegible]
xi. addas [illegible] xii. [illegible] unam die super [illegible]. viii. [illegible]
fiunt xxx. idest lunatio integra. [illegible] ipso anno nulle e[pac]te.
[illegible] hinc [illegible]. Argumentum [illegible] si uis
bene cognoscere [illegible]. In qualibet[que] feria viii. kl. april [illegible]
[illegible] concurrentes habebis eodem anno. **Argumentum epactarum.**
Et quotam luna[m] habebis in xi. kl. april. tales epactas habebis eo
dem anno. **De cyclo.** Cyclum decennovenale muta [illegible] kl. ian.
De indictionibus. Indictiones in viii. kl. octobris. **De epactis.**
Epactas in kl. septembris. **De concurrentibus.** Concurrentes [illegible] kl. mar.
[illegible] recte cognoscere numerum epactarum [illegible] in anno numero
[illegible] a [illegible] luna que est in iiii. id. marcii [illegible]
annos [illegible] invenies eas sine dubio. **De cyclo.**
Quare dicatur decennovenalis cyclus. Decennovenalis dicitur cyclus eo quod
decem et novem annorum [illegible] finiatur. **De embolismo.** Embolismus
interpretatur sup[er]habundans quia [illegible] lunis nullius mensis in embolismo
[illegible] semp[er] xxx. erit. et ille annus vocatur embolismus. quia hac lu
natione habundat. **De communi anno.** Communis vero dicitur
annus qui iuxta regulam epactarum continuatur et regulariter erit.
Primus embolismus [illegible] iiii. n. decembris. quando epacte sunt xxv.
Secundus est iiii. n. septembris quando epacte sunt xxv.
Tercius est ii. non. marc. quando epacte sunt xvii. et ipse cogit
lunam in kl. maii. et iulii uno minorari. Quartus e[st] ii. non. decemb[ris]
quando epacte sunt xx. cogitq[ue] lunam in kl. marc. uno die minorari.
[illegible] est iiii. non. novembris quando epacte sunt xxiii. Sextus est
iiii. non. augusti. quando epacte sunt xv. Septimus est iii. non. mar.
quando epacte sunt x. et xviii. cogitq[ue] lunam in kl. maii uno die minorari. [illegible] ipso anno [illegible] in iii. kl. augusti [illegible] lune [illegible]
[illegible] est [illegible] luna eiusdem mensis eo anno xx viiii. dies habeat
uno die [illegible] ratione [illegible] in kl. augusti luna iii.
[illegible] iuxta regula[m] [illegible]. **De initio mensium.**
Mense mar[tio] concurrentes mutare debes. mense septembri epactas. octobri
indictiones. [illegible] annos domini [illegible] V[erum]
mar[tius] mensis [illegible] est anni. [illegible]
dicente ad filios [israe]l in terra egypti. mensis iste [illegible] mensium
primus erit [illegible] anni. **De annis.** Annus communis habet
dies ccc. l. iiii. Annus solaris habet dies ccc. l. xv. et quadrantem.
[an]nus embolismus habet dies ccc. lxxx. iiii. Primum ver ingreditur vii.
id. febr. et habet dies [illegible] xii. [A]estivum temp[us] ingreditur vii. id. mai.
et habet dies xc. ii. Autumnus ingreditur vii. id. augusti. et habet
dies xc. ii. Hyemps ingreditur vii. id. novembris. et habet dies
xc. [illegible] in iiii. [illegible] februario [illegible] bissextus.
Embolismus grecum idest augmentum [illegible] maior annus. **Terminus [illegible]**
Si uis scire terminum septuagesimalem. [illegible] luna [illegible] kl. ianuarii
et impone xvi. kl. febr. et ubicumq[ue] xxiiii. occurrerit. ibi
terminus septuagesimalis locum tenebit. **Terminus pasche.**
Si terminum pasche cognoscere [illegible] tolle kl. ian. luna [illegible]
anni et in xii. kl. april computa [illegible] comp[re]henderis ibi procul dubio
terminum paschalem idest xiiii. luna tenebis. Si in die [illegible]
[illegible] terminus inciderit proxima dominica die luna xv. [illegible] pascha
celebrare [illegible]. Si [illegible] die dominica [illegible]
[illegible] differre [illegible]. **De** [illegible] Memento [illegible] anno
bissextili lune mensis febr. xxx. dies computes. et [illegible] luna mar[tii]
xxx. dies habeat sic semp[er] habet. ne paschalis lune [illegible]
De quadragesima. In secunda luna mar[tii] semp[er] [illegible] annus [illegible]
In proximo die dominico initium quadragesime [illegible].

Johann Eleers mp.
d. 31 Aug. 1752.

Anno 1593 die 9 May
Stanislaus Elsnerus Artium ac
Philosophia Magr. Cum R[everen]do Patre
Elia Dietrichio Inclyti Monastery
Pomarymontis professo hoc nobile
ac insigne opus prima vice perlustravit.

Michael Hess
1588
die July 19

Anno d[omi]ni 159[illegible] quarto die [illegible] [illegible]
Nicolaus [illegible] Polonus [illegible]
[illegible] [illegible]

Dr. Beda Dudik monachus Ord. S. P. Benedicti
monasterii Raygradensis in Moravia codicem
hunc aliquando matri meae, monasterio Brev
noviensi pertinentem lustravi Temp. aetat.
A. D. 1851.

[illegible] 1886 [illegible]

Dne 21 srpna 1850
dokončil jsem práci
svou v bibliotece řišské
Stokholmské přehlédnutím
této znamenité knihy.
Pečirka
doktor lékařství.

Den 21 Augusti 1850
slutade jag mitt arbete
uti Riks Bibliotheket
i Stockholm med granskningen
af denna namnkunniga bok.
Pečirka, Čechus.
M. D.

312.

308
Iste codex 30[illegible] Folia continet

1 5 6 1